
VICIT VIM VIRTVS

602521D

53/1449

W III. 25

Suppl

ADAM, M.

350f

94(95)

Ingenuo, modesto ac bonæ spei
adolescenti Joanni
Bruns
ob egregia industriæ in studiis
specimina, simul quo ultro ad
altiora properanti calcar adde-
-rent, præmium hoc Literarium
decrevere Quatuor-viri Scholæ
Harlemo-batavæ constituendæ
cum e Schola ad altiora
promoveretur a. d. VIII Kal. April.
MDCCXXVIII

J. v. Echten J. Geelkerke.

Quod testor
F. v. Oudendorp. S.H.R.

MELCHIORIS ADAMI
VITÆ
ERUDITORUM,
Cum
GERMANORUM
tum
EXTERORUM.

49624

DIGNORUM LAUDE VIRORUM;
Quos Muſa vetat mori;
IMMORTALITAS,
Seu
VITAE
THEOLOGORUM, JURE-CONSULTORUM, & POLITICORUM, MEDICORUM; *atque* PHILOSOPHORUM,
maximam partem
GERMANORUM,
Nonnullam quoque
EXTERORUM,
A MELCHIORE ADAMO, SILESIO,

Pluribus olim minoris formæ Tomis congeſtæ concinnatæque;
Nunc verò
Majoris commoditatis ergò in Unum grandioris coactæ.
Editio Tertia, accuratè recenſita,
Ex Triplici Indice, Perſonarum gemino, Tertio Rerum, locupletata.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Apud JOHANNEM MAXIMILIANUM à SANDE
ANNO CHRISTI MDCCVI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

TRIGÆ VIRORUM,

NOBILITATE SANGUINIS, MERITORUM AMPLITUDINE, ERUDITIONIS VARIETATE, RERUM EXPERIENTIA CLARORUM, SELECTISSIMÆ, CONJUNCTISSIMÆ,

DOMINO
ZACHARIÆ CONRADO AB Uffenbach/
JURE-CONSULTO SPLENDIDISSIMO.

DOMINO
JOH. NICOLAO
Schneidern/DICTO Schmidt/
MEDICO PRÆSTANTISSIMO.

DOMINO
JOH. MATTHÆO
Heiden/
POLITICO ORNATISSIMO.

DOMINIS MEIS COLENDISSIMIS, FAUTORIBUS OPTIMIS, AMICIS INTEGERRIMIS.

VITAM ET FELICITATEM PERENNEM.

ITA, nî prorſus fallar, omninò convenit, Viri honoratiſſimi, ut recuſo huic Operi, quod à Mortalitatis injuria tot Muſarum Heroës vendicat, Veſtra præcipuè Nomina præficiam, qui tam pulchrè ad Immortalitatis gloriam graſſamini, nec mihi ſolum à teneris, quod ajunt, unguiculis ſine ulla unquam contentione amiciſſimi fuiſtis, cujus rei publicum extare teſtimonium jam dudum impensè volui, ſed &, quod potiſſimum hùc ſpectat, recudendo huic Operi Suaſores & Auctores extitiſtis ſatis ſtrenui. Nullus itaque dubito, quin iſtud jam Vobis dedicatum ſerenâ fronte ſitis ſuſcepturi.

Equidem merebantur VITÆ ADAVIANÆ non nullas, ut monitus fueram, cum Animadverſiones tum Additiones, ſed maluimus Auctori foetum ſuum integrum relinquere, & ſuam cuique Cenſuram remittere. Conſpicietis nihilominùs, *DOMINI MEI*, in hoc Celeberrimorum Virorum Speculo propria Gentis Veſtræ ornamenta, nunquam inde receſſuri, niſi ad Imitationem Vobis honorificam æquè ac proficuam incenſi potius quàm incitati. Quem enim, quæſo, latet Proſapia Veſtra à multis retrò ſeculis virtutibus & meritis incluta? Loquantur pro me Aulæ Summorum Principum: Cæſarea, Danica, Haſſiaca, Florentina, Saxonica &c. Summa itidem Dicaſteria & Tribunalia, ubi Ma-

Majorum Veſtrorum Nomina hactenus inclaruére. Nec fugit meliorem Europæ Partem, quid fecerint faciantque *UFFENBACHII, SARTORII, HEIDENII, KLOCKII, PFERSBECHERI*, Germaniæ cultioris Decora, & jamnum Reipublicæ noſtræ Atlantes & Proceres, quos proximè non Virtute minus quàm ſanguine attingitis, ab iis planè in ſpem melioris ſeculi feliciter nati, ſolerter educati, & Minervam cum Gratiis, Mercurium cum Muſis non ſolùm honeſtè copulare; ſed & utiliter ſigere apprimis edocti.

Pergite, *DOMINI MEI*, pergite glorioſum hoc decurrere ſtadium, de opimis, quibus Optima Patria Vos brevi mactabit, præmiis decenter ſecuri. Non ſit vobis *vivere*, ſed *valere* Vita, quæ ad ſeram usque poſteritatem Nominum Veſtrorum celebritatem transmittat. Nec deſiſtite, Veſtri in me Amoris atque Favoris radios, ut facitis, ſaluberrimos explicare, quò tali potiſſimum luce coruſcans, atque è vulgaribus tenebris prodiens, in bonarum literarum illuſtramentum, plura & majora audeam. Vos interim omnes & ſinguli Valete & Vivite cum Veſtratibus, quos pronus adoro, quam diutiſſimè incolumes ac ſoſpites, ipſi certè ultra ſeculi morem piè eruditi, inter felices longè feliciſſimi, inter bonos ſine lite optimi, inter mortales verè immortales!

V. V. V. Nobilitatum
atque
Amplitudinum

Francof. die 9. April. 1705.

Devotiſſimus ſervus,

JO. MAXIMILIANUS à SANDE,
Bibliopola Francofordienſis.

Terent. Adelph. Act. 3. Sc. 4.

INſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito: hoc fugito: hoc laudi eſt: hoc vitio datur.

VITÆ

VITÆ

GERMANORUM THEOLOGORUM,

QUI

SUPERIORI SECULO
ECCLESIAM CHRISTI
VOCE SCRIPTISQUE
PROPAGARUNT
ET
PROPUGNARUNT.

CONGESTÆ,

ET

Ad annum usque cIↄ Iↄc xviii.
DEDUCTÆ
A

MELCHIORE ADAMO.

Cum indice triplici: Perſonarum gemino,
Tertio rerum.

Editio Tertia, prioribus longè correctior.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Apud JOH. MAXIMILIANUM à SANDE.
ANNO M. DCCVI.

Illuſtriſſimis & Celſiſſimis Principibus
Ac Dominis,

DOMINO
JOANNI CHRISTIANO,
Duci Sileſiæ Lignicenſi & Bregenſi,
NEC NON
SUMMO UTRIUSQUE SILESIÆ PRÆSIDI:
&
DOMINO
GEORGIO RODOLPHO,
Duci Sileſiæ Lignicenſi ac Bregenſi:
FF. GERMANIS,
Dominis meis Clementiſſimis.

VITAM
ET
FELICITATEM.

QUemadmodum hiſtoria univerſalis; tam eccleſiaſtica quàm politica, ſummam adfert utilitatem, cum voluptate & jucunditate conjunctam eximia: ita & ejus, quæ ad ſingulas deſcendit perſonas, antiquitas eſt ultima, fructus egregii, ac delectatio ſingularis. Vetuſtatem eius ſacrarum loquuntur literarum monumenta *αὐτόπιστα*, Veteris inprimis In-

ſtrumenti. In eo enim libri hiſtorici, tum pentateuchus Moſis, tum aliorum; qui populi Iſraëlitici res geſtas ſub ſacerdotibus, judicibus, regibus & principibus complectuntur, aliud ferè nihil condunt, quàm annales & vitarum deſcriptiones. Recitantur enim inibi Patriarcharum, Regum, Prophetarum, & aliorum ſanctitate illuſtrium hominum natales, parentes, educatio, facinora, tàm bona quàm mala, tandemque obitus, & anni diesve emortuales. Ad Novum autem ſi abeamus; reperimus in hiſtoria Evangelica, & in Actis, ut liber inſcribitur, Apoſtolicis, mandatam literis vitam tum ipſius JESU CHRISTI, unici Salvatoris mundi, tum ſanctorum Evangeliſtarum & Apoſtolorum. Ac rem ſic habere, teſtantur tam veterum quam recentium auctorum labores: qui ex ipſis ſacris Bibliis hiſtorias ac vitas divinorum hominum virorumque DEI, Græcè Latineque contexuerunt. Horum in numero laudandus venit *Dorotheus*, epiſcopus Tyri & martyr: qui Prophetarum majorum & minorum, duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta diſcipulorum vitas ſynopticè eſt complexus: hiſce annumerandus eſt *Iſidorus*, epiſcopus Hiſpalenſis: qui de vita & obitu ſanctorum utriusque Teſtamenti ſcripſit: his accenſendus *Gennadius* presbyter, *Epiphanius*, *Philo*, *Prochorus*, & alii complures, ut recentiores jam omittamus. Fuiſſe autem & gentilibus extra Eccleſiam curæ hiſtoriam eiuſmodi perſonalem: non eſt, cur verboſiùs demonſtremus. Quis enim *Plutarchum Chæroneum*, Traiano Imperatori ſummè æſtimatum polyhiſtora, non audivit; eiusque τὸ κάλλιςον τῶν συγγραμμάτων, τὰς καλεμένας παραλλήλας βίας, τῶν ἀρίςων κτ ἔργα καὶ πράξεις ἀνδρῶν, h. e. monumentorum pulcerrimum opus, *Vitas*, ut vocat, *parallelas, quibus præſtantium virorum res geſtas & opera comparavit*? quis *Diogenem Laërtium* vitarum Philoſophorum clarorum ſcriptorem ignorat? quis *Heſychii Mileſii*, *Illuſtrii* cognomento, de eodem argumento librum? quis *Eunapii Sardiani*, quis *Philoſtrati* Lemnii? Quid dicam de Latinis tum hiſtoriæ Auguſtæ, ut appellamus, tum aliarum vitarum conditoribus? quorum lectio hodierna etiàm tempeſtate & fructuoſa & jucunda ducitur: idque non ſine cauſa. Debetur enim hoc virtuti eorum: quorum, dum in terris vixerunt, prudentiâ res maximæ fuerunt gubernatæ & geſtæ: & quibus rempub, ac poſteritatem omnem ſibi obſtrinxerunt. Eſt autem honos hic virtutis præmium ac fructus unicus: nec virtus ipſa quicquam, præter laudis & gloriæ mercedem, amplius deſiderat. Hinc *Alexander* ille *Magnus* fortunatum prædicavit Achillem, in Sigæo monumento eius adſiſtens, qui virtutis præconem Homerum inveniſſet: & *Alexander Severus* Imperator vel ideò impenſè amavit fovitque viros literatos: ut eſſent, qui, quæ geſſiſſet, in literas mitterent. Hinc apud Spartanos ante pugnam rex Muſis ſacrificabat: ut res geſtæ ornatam hiſtoriam conſequerentur: & ab illo illo ipſo magno *Alexandro Calliſthenes* philoſophus in caſtra accitus fuit, ad acta eius memoriæ prodenda. Excitantur præterea commemoratione huiuſmodi, & inflammantur animi hominum non degenerum, ad virtutis cultum: & ad nominis decus prenſandum expetendumque. Vis enim exemplorum in utramque partem eſt maxima: & vita omnis magis exemplis, quàm rationum monumentis ducitur.

tur. *Matthiam* equidem *Corvinum*, fulmen illud Aſiatici hoſtis, adoleſcentulum adhuc accepimus, auditis aliorum fortibus & præclaris facinoribus, adeò accenſum fuiſſe, ut exſultim tripudians, quaſi de animi poteſtate exierit, manuum pedumque applauſu virtutis ſtimulos teſtatus. Nihil hic dicimus, quòd ex hiſtoriarum ſingularium lectione multa peti poſſunt, quæ faciunt ad formandum judicium, multa, quæ ad vitam regendam & conſtituendam: multa, quæ ad conſilia rectè ineunda, aut aliis danda. Vidit hoc ille idem *Severus* Imperator, qui in conſilium ſolitus adhibere maximè eos, hiſtoriam qui noſſent, vidit & *Cyrus Xenophontius*, qui jam morti vicinus liberos monuit, ex antè actis exemplis petendam eſſe ſaluberrimam atque optimam doctrinam, vidit idem hoc ille, qui ἱςορίαν ἀρχὴν φρονήσεως τε καὶ σοφίας, principium prudentiæ ſapientiæque hiſtoriam perhibuit. Et ſuaviſſimi ſunt verſus optimi poëtæ in panegyrico:

Interea Muſis animus dum mollior inſtat:
Et quæ mox imitere legas: nec deſinat unquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetuſtas.
Antiquos evolve duces: adſueſce futuræ
Militiæ: Latium retrò te confer in ævum.

His aliisque cauſis, Principes Illuſtriſſimi, Domini clementiſſimi, adductus & ego, cepi ab annis aliquot virorum in Germania noſtra natorum, quosque tum erudita doctrina, tum egregia vel in Eccleſiam DEI, vel in Rempubl. Chriſtianam merita commendarent, ſparſim colligere, & in unum quaſi corpus coagmentare. Debere me hoc exiſtimavi communi patriæ, virtuti variis ſpeciminibus probatæ, religioni orthodoxæ, ipſorum operâ ad nos, DEI inprimis beneficio propagatæ, & ad poſteros etiam propagandæ. Nam Germano non immeritò, opinor, turpe duxerim; noſſe, animoque complecti, quid vel Italus aliquis, vel Gallus, vel alius tranſmarinus, in ſua quisque patria, & ſuo vitæ doctrinæque genere præſtiterit, de popularibus verò, & in media Germania natis viris, præclaréque de Eccleſia vel Republ. meritis, parum admodum aut nihil ſcire, ſæpe etiam ne nomen quidem, aut natum eſſe, inaudiiſſe. Quod quid eſt aliud, quam ἐν τοῖς οἰκείοις ἀεὶ παῖδας, in domeſticis ſuisque perpetuo puerum eſſe? quemadmodum *Plato*, & cum Platone *Cicero*, pueros vocant, hiſtoriæ & ante noſtram ætatem geſtorum ignaros. Suggerent autem narrationes iſtæ & deſcriptiones vitarum, præter exempla illuſtria, religionis in Germania ſuperiori ſeculo reformatæ hiſtoriam, ejus ἀφορμὴν, prædictiones, progreſſum, eventus & exitus ſynodorum, colloquiorum, ac conſiliorum, adeò ut confirmare auſim, nullius ferè Theologi vitam hoc in volumine apparere, in qua non & aliquid appareat ſingulare. Oſtendent inſuper ærumnas Eccleſiæ, & teſtimonia præſentiæ divinæ in liberationibus, & exhibebunt exempla multorum certaminum ac controverſiarum in

doctrina, comprobabuntque illud Apoſtoli: *oportet hæreſes inter vos eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos.* Sub V. V. autem Celſitud. Illuſtriſſimi Principes, Domini clementiſſimi, auguſto nomine, Germanis has Theologorum noſtratium vitas unum in volumen conjunctas, commendare ac conſecrare volui & debui cum aliis, tum his potiſſimum de cauſis. Principio, placuit Domino DEO meo; ut primum hujus cœli ſpiritum in Sileſia veſtra hauritem, peregrinationem atque exilium meum in agro Grotgovienſi ordirer, magiſtros & animi parentes in VV. CC. illuſtri Gymnaſio, quod etiamnum Bregæ floret, invenirem, & fundamenta prima verorum bonorum jacerem. Patriæ itaque chariſſimæ, ac nutrici beneficentiſſimæ, pagellis iſtis, cum luculentius non ſuppetat, ἀνλιθρεπτήρια qualia qualia redditum eo, cum votis ardentiſſimis ac quotidianis, ad Patrem Domini noſtri JESU Chriſti; floreat illa! floreant ejus principes & coronæ! floreant eccleſiæ & ſcholæ, quàm feliciſſimè, quàm diutiſſimè! Movit me ſecundo loco veſtra, principes inclyti, pietas, & ſinceræ religionis adſerendæ ac provehendæ ſtudium, quod ut divinitùs omnibus principibus regibusq; eſt mandatum, ita VV. CC. à parentibus, ab avis, proavisque ingeneratum ac proprium. Qui ergo veritatis Evangelicæ defenſores ac vindices eſtis, ejusdem doctorum vitas, resque ſtylo & voce in Eccleſia militante geſtas, non ſine voluptate, ſpero, cognoſcetis. Nec dicam hic de cupiditate veſtra legendi hiſtorias, communi VV. CC. cum ſummis principibus, regibus, & Imperatoribus, nec de amore ac prolixo affectu erga bonas literas & literarum propagatores, quem V. V. CC. egregiè declarant, in gemino conſervando Gymnaſio, altero Bregæ, Goldbergæ altero, utroque non ab unâ annorum decade jam celebri ac latè incolis accolisque frequentato. Hoc verè dicam, regia res eſt, Illuſtriſſimi Principes, literas tueri, quibus exſtinctis miſerabili caligine cuncta confunderentur; hominesque à brutis nihil differemus. Ex Apollinis enim non Delphici, ſed Germani, tripode graviſſimum hoc prodiit, oraculum, *in ſcholis non ſolùm eccleſiæ ſeminaria ſunt, ſed etiam ibi præparantur ingenia ad omnem reliquam vitæ gubernationem, imò ſcholæ ſunt fontes humanitatis in tota vita, quibus neglectis neceſſe eſt ſequi magnas tenebras, confuſiones religionum, & ſuperſtitiones, legum, literarum, atq; artium interitum, oblivionem antiquitatis & hiſtoriarum, morum feritatem, deniq; infinitam barbariem.* Hæc Germaniæ noſtræ Phœnix. Poſtremò, ut extremum etiam aliquid mea habeat compellatio, in hac vitarum ſylvula occurrent nonnulli Theologi; qui in Sileſiâ & in veſtris etiam ditionibus nati, rem Chriſti aut in patriâ, aut extra eam egregiè geſſerunt, patriæque ſuâ virtute ornamento ſunt ſempiterno. Solet autem magnorum & eruditorum virorum laus etiam ad principem redundare, ſub quo eorum aliquis vel vixit, vel è cujus territorio originem duxit. Accipite ergo, principes clementiſſimi, & ſereno vultu accipite hoc quicquid eſt chartacei, ad Veſtra pulvinaria cum ſubmiſsâ animi devotione depoſiti, & iſtas Chriſti ſervorum, eccleſiæque antiſtitum vitas, veſtro patrocinio, ſicubi opus, cle-

menter

menter complectimini, meique in patriam affectus qualecunque monumentum ſuffragio maximo probate. Ita DEUS æternus Pater Domini noſtri JESU Chriſti, Veſtras Celſitudines, & totam Illuſtriſſimam domum florentes æternum conſervet, & tempeſtates publicarum cladium, quæ omni ex parte impendere ſuaviſſimæ patriæ videntur, clementer depellat, ſuamque eccleſiam, ipſum in omni æternitate celebraturam, his in terris tueatur & potenter adſerat! Data Calend. Auguſti, Anno cIↃ IↃC XIX.

Veſtrar. Celſitud.

ſubjectiſſimus

MELCHIOR ADAMUS.

Lectori benevolo S. P.

E*XSOLVO tandem promiſſa mea, Lector benevole; fidemque ante annum non unum datam libero, dum heic uno in volumine tibi exhibeo vitas Theologorum clariſſimorum, qui in Germaniâ noſtrâ nati, eccleſiam CHRISTI ſtrenuè propugnarunt, & voce ſcriptisque latè propugnarunt. Non ingrata erit, ſpero, bonis & piis mea hæc opella, ex animo divinæ gratiæ dilaudandæ, & patriæ illuſtrandæ, ſincerè cupido profecta. Colligendas putavi ejusmodi micas, & in uſum eccleſiæ patriæq; adſervandas, quarum quædam diſperſæ diverſis in paginis librisve, imò & animis memoriâq; latebant, quædam excuſæ quidem & in publicum productæ, ſed nec tanto numero, ut in plures differri regiones poſſent; nec eâ orationis ſtylive formâ, quæ hiſtoriam decet. Dedi itaq; hoc communi patriæ, præclarorum, quod citra invidiam dixerim, ingeniorum matri, dedi excellenti virtuti, quam DEUS vult agnoſci, cùm de ipſo ſit teſtimonium, & nulla magna virtus ſit, ut ſententioſus Seneca ait, ſine DEO, quam nolle agnoſcere, ingratitudo eſt, livor eſt & invidia, dedi deniq; piæ, ſi qua futura eſt, poſteritati, quæ profecto & heic habebit non pauca ad patriæ decus, ad DEI gloriam, ad inſtitutionem & correctionem facientia. Sed antequam te dimitto, quædam mihi monendus aut rogandus es, mi lector. Primùm, ne præteritos aut omiſſos non paucos queraris, haud indignos, qui hoc in theatro appareant. In eo mea, mi lector, culpa nulla eſt, ſed penuria fecit hiſtoriæ, quam nanciſci nullam uſpiam potui. Malui itaq; prorſus tacere de multis præſtantibus viris, quàm, ut ille de Carthagine, pauca dicere, &*

trita

trita illa: Natus eſt: obiit; *ſcribere. Suppleri tamen poterit hic defectus, volente DEO, & mutuas operas tradentibus bonis patriæq; amantibus, ſi hujus Voluminis Tomus ſecundus fuerit adornatus. Quod idem dictum volo, de reliquis vitis* JCtorum & Politicorum, Medicorum *ac* Philoſophorum. *Alterum eſt, quod publicè teſtor:* nihil heic meum eſſe ne quidem eſſe velle; niſi collectione, ordine, ac ſtyli elimatione nonnullâ, in multis moleſtâ: *quippe cum omnia ex variis collecta & digeſta fide ſint Germanâ, uti teſtimonia ubique copioſè adducta docent, nec nobis in animo unquam fuerit, cuiquam quicquam admetiri, nedum admentiri. Hoc etiam fortaßis deprecandum, ne vitio vertatur; ſicubi eadem ſæpius iisdem recenſentur. Ita & narrationis ſeries poſtulavit, & veritatis id erit argumentum. Præterea ſi quid erratum, quod vehementer veremur, omiſſumve alicubi fuerit, ne rigidior ſis cenſor, ſed potiùs amicus ſubmonitor, oramus. Primum enim aliorum è fide ferè omnia narramus, deinde arduum inprimis, aut dicam ἀδύνατον eſt, in ejusmodi ſingularibus nihil hallucinari, ut exempla & veterum & magnorum virorum probant. Denique & hoc fortaßis in voculas nonnullorum incurret, vitia, ne dicam convicia in alios, nævosq; non adponi. Ita eſt, mi lector, & ita ferunt mores noſtri ſeculi. Omnes τὰ εὔφημα de ſe ſuisq; ſcribi facilè patiuntur, errata ac peccata attingere; eſſet Camarinam vel feſtucam movere, eſſet ozyma cantare, eſſet cœlo terram miſcere. Nec tamen his in vitis deerit, ubi id lege hiſtoricâ factum & noſtra etiam vineta cæſa invenies. Convicia autem nec dicere facereve, nec audire volumus. Id quod deprehendes, quisquis ad hæc ſine præjudicio, ut oramus, acceſſeris. Hoc enim qui affert, omne judicium ſibi ipſe aufert. Benè itaque vale, & hanc noſtram συλλογὴν boni conſule, quin & in ſupplendis juva, quisquis es noſtrorum conſecraneus ſtudiorum.*

Hebr. XIII. ℣. 7.

Μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, μιμεῖσθε τὴν πίστιν.

IN
VITAS THEOLOGORUM GERMANORUM
A
MELCHIORE ADAMO
concinnatas

JANI GRUTERI.

ERgo ſacræ Veritatis vindices triſti à jugo
Liberas, ADAME, mortis? ergo præcones DEI
Erutos oblivionis è ſpecu præconiis
Cernimus tuis ovantes, cuncta per pomœria
Hujus illiusq; mundi? mentis ô venam bonæ
Pectoriſq; liberalis! perge, perge iſtam viam!
Perge, perge! ac deinde porrò de tenebris ac ſitu
Ad jubar ſolare transfer gratioſis plauſibus
Aſſeclas Dicæ ac Themiſtos, Æſculapiique aſſeclas,
Nobileſque Conſi alumnos, ac DEI cui frons duplex,
Aliteſque Apollinares, oſcineſque Pallados,
Queis adhuc ſuperbus eſt fons Pegaſi, ac biverticis
Quos adhuc crebris ſuſurris arbores montis ſonant.
Fallor? an hoc eſt ſibi omnem demereri hominum ordinem,
Tam locupletem, quàm egenum, tam profanum, quàm ſacrum?
Fallor? an ſic utriusque publicum Orbis ſis bonum,
Esque dignus Lauro & Auro? dignus hercle, dignus es
Dono utroque, ſæculum iſtud ſi foret mentis ſuæ,
Præmiiſque non gravaret immerentes, ſed probos.
Nunc Gnathones, aut Leonis pelle Aſellos obſitos
Liberalitate mactat, mactat & faventia:
Hicque rem ac famam meretur; famam at alter & rem habet.
Sic tamen, mi ADAME, dura! dura, ADAME, ſic tamen!
Nec relinque candidatus conſcientiæ bonum.
Promove virtutem, ob ipſam, Gratiasque ob Gratias,
Publicæ inque fauſtitatis fructum & uſum, eja, occupa
Temperatam ſanitatem mentis atq; corporis.
Ulla ſi futura poſt nos docta gens eſt aut pia;
Semper ore, corde ſemper, hæc & illa te feret:
Inque Honoris, inque famæ non pudendis arcibus
Stabis, in gemma atque in auro, Literatorum Hercules.

JULII GUILIELMI ZINCGREFII.

ADAME, nate Teutidos noſtræ bono,
Adſertor ingens doctiorum nominum:
Quando è tenebris vindicatos Patriæ
Tradis legendos literaturæ ſacræ
Myſtas, & orbis literati cæteros
Ex ordine omnes anteſignanos viros:
Quos docta paſſim protulit Germania:
Cum Patriâ quid majus ominer tibi?
Tibi quod ætas iſta præſens debeat;
Quod & futura, præter unum hoc, utraque:
Ut proſequatur nominis laudes tui
Pietate eâdem; eâdem alacritudine:
Quâ proſecutus ipſe es horum nomina.

INDEX THEOLOGORUM QUORUM VITÆ HOC IN VOLUMINE DESCRIBUNTUR,
JUXTA ANNORUM EMORTUALIUM SERIEM.

Gobelinus Perſona 1420. Pag. 1.
Joannes Hilten vixit 1485. 2.
Andreas Proles ſub annum 1508. 3.
Joannes Geilerus 1510. d. 10. Martii 3.b.
Conradus Summerhard 1511. 6.
Nicolaus Rus ſub anno 1513. 6.b.
Simon Heinſius aliis Benckius 1522. 7.
Andreas Cnophius flor. 1523. 7.b.
Joannes Staupicius 1527. d. 28. Dec. 8.b.
Jacobus Wimphelingus 1528. d. 17. Novemb. 10.
Huldericus Zwinglius 1531. d. 11. Octobris 11.b.
Joannes Oecolampadius 1531. d. 1. Decembris. 21.
Bertholdus Haller 1536. d. 25. Martii 28.
Joannes Schwebel 1540. d. 19. Maji 29.
Nicolaus Amsdorfius clar. 1541. 32.

* * * Urbanus

INDEX I.

pag.

Urbanus Regius 1541. d. 23. Maji. 33.

Andreas Caroloſtadius 1541. d. 25. Decembris. 37.b.

Wolffg. Fabricius Capito 1541. ſub finem anni 41.b.

Gerhardus Geldenhaurius Noviomagus 1542. d. 10. Januar. 43.b.

Leo Judæ 1542. d. 19. Junii. 44.b.

Paulus Conſtantinus Phrygio 1543. d. 1. Auguſt. 46.

Georgius Spalatinus 1545. d. 16. Jan. 46.b.

Martinus Lutherus 1546. d. 18. Febr. 47.b.

Fridericus Myconius 1546. d. 7. Apr. 83.

Joannes Heſſus 1547. d. 6. Januar. 89.

Caſpar Bornerus 1547. d. 3. Maji. 91.

Matthias Zellius 1548. d. 9. Januar. 92.

Caſpar Cruciger 1548. d. 16. Nov. 93.

Vitus Theodorus 1549. d. 29. Martii 96.b.

Paulus Speratus vixit circa 1550. 97.b.

Paulus Fagius 1550. d. 13. Novemb. 99.

Martinus Bucerus 1551. d. 27. Febr. 102.

Oswaldus Myconius 1552. d. 15. Oct. 108.

Andreas Oſiander 1552. d. 17. Oct. 109.b.

Caſpar Hedio 1552. d. 17. Octobr. 116.b.

Joannes Æpinus 1553. d. 13. Maji. 118.

Georgius princeps Anhalt. 1553. d. 17. Octobr. 119.

Ambroſius Moibanus 1554. d. 16. Jan. 124.

Juſtus Jonas 1554. d. 9. Octobr. 125.

Conradus Pellicanus 1556. d. 5. April. 126.b.

Martinus Frechtus 1556. d. 14. Sept. 145.

Joannes Forſterus 1556. d. 8. Dec. 146.

Henricus Stolo 1557. d. 28. Septemb. 147.b.

Joannes Bugenhagen 1558. d. 20. Ap. 150.

Juſtus Menius 1558. d. 11. Aug. 154.

Erhardus Snepfius 1558. d. 1. Novemb. 154.b.

Nicolaus Gallus flor. 1558. 156.

Eraſmus Sarcerius 1559. d. 28. Nov. 156.b.

Philippus Melanchthon, 1560. d. 19. April. 157.b.

Conradus Lycoſthenes 1561. d. 25. Martii 173.b.

Jacobus Beurlinus 1561. d. 28. Octob. 175.

Wolffgangus Muſculus 1563. d. 30. Auguſti. 176.

Andreas Gerhard. Hyperius 1564. d. 1. Februarii. 187.

Thomas Grynæus 1564. d. 2. Aug. 191.

Martinus Borrhaus 1564. d. 11. Oct. 191.b.

Theodorus Bibliander 1564. d. 26. Novembris. 192.b.

Joannes Matheſius 1565. d. 7. Oct. 193.

Joannes Draconites 1556. d. 18. Apr. 194.

Wigandus Orthius 1566. d. 28. Apr. 195.b.

Joann. Isleb. Agricola 1566. d. 22. Septembris. 195.b.

Joannes Funccius 1566. d. 28. Octob. 197.

Ambroſius Blaurer 1567. . . . . 197.b.

Joann. Sebaſtian. Pfauſer 1569. d. 26 Junii. 198.b.

Victorinus Strigelius 1569. d. 25. Junii 199.

Paulus Eberus 1569. d. 10. Decemb. 204.

Joannes Brentius 1570. d. 11. Sept. 208.

Joachimus Morlinus 1571. menſe Januarii. 217.b.

Cunmannus Flinsbach 1571. d. 11. Septembris. 218.b.

Ludovicus Rabus flor. 1572. 220.b.

Joannes Pfeffinger 1573. d. Jan. 221.

Abdias Prætorius 1573. d. 9. Jan. 221.b.

Benedictus Aretius 1574. d. 22. Ap. 222.b.

Georgius Major 1574. d. 28. Nov. 223.

Matthias Flacius Illyricus 1575. d. Martii. 227.

Henricus Bullingerus 1575. d. 17. Septembris. 217.

Joſias Simlerus 1576. d. 2. Julii. 242.

Hartmannus Beyer 1577. d. 11. Aug. 246.b.

Conrad. Wolffgang Placius flor. 1577. 247.

Paulus Crellius 1579. d. 24. Maji. 247.b.

Nicolaus Rhodingus 1580. d. 23. Septembris. 249.

Joannes Marbachius 1581. d. 17. Martii. 251.b.

Joannes Gigas 1581. d. 12. Julii. 252.

Zacharias Urſinus 1583. d. 6. Martii 252.b.

Lucas Pollio 1583. d. 31. Julii. 258.b.

Abrahamus Bucholtzerus 1584. d. 14. Junii. 261.b.

Fridericus Widebramus 1585. d. 1. Maji. 268.

Simon Solcer. 1585. d. 22. Junii. 271.

Ludovicus Lavaterus 1585. d. 15. Julii 272.

Martinus Chemnicius 1586. d. 8. April. 272.b.

Primus Truberus 1586. d. 29. Junii 275.b.

Theodoric. Snepfius 1586. d. 9. Nov. 275.

Rodolphus Gualtherus 1586. d. 25. Novembris. 282.

Joannes Holman 1586. d. 26. Dec. 282.b.

Caſpar Olevianus 1587. d. 15. Martii. 283.b.

Joannes Wigandus 1587. d. 21. Oct. 287.

Tilemannus Heshuſius 1588. d. 25. Septembris. 295.b.

Joannes Parſimonius 1588. d. 24. Dec. 296.

Georgius Sohnius 1589. d. 23. April. 296.b.

David Voitus 1589. d. 26. Novemb. 301.

Jacobus Andreæ 1590. d. 7. Januar. 302.

Matthæus Vogelius 1591. d. 3. Dec. 313.b.

Nicol. Selneccerus 1592. d. 24. Maji. 315.

Chriſtoph. Cornerus 1594. d. 17. Apr. 315.b.

Conrad. Lautenbach. 1595. d. 18. Apr. 316.

Jacob. Heerbrand 1600. d. 22. Maji. 317.

David Chytræus 1600. d. 25. Junii. 323.

Joh. Conrad. Ulmerus 1600. d. 7. Aug. 330.b.

Daniel Toſſanus 1602. d. 10. Jan. 332.b.

Ægidius Hunnius 1603. d. 4. April. 344.

Cyriacus Spangenberg. 1604. d. 10. Februarii. 347.b.

Zacharias Schilter 1604. d. 4. Julii. 348.b.

David Rungius 1604. d. 7. Julii. 349.b.

Salomon Geſner. 1605. d. 7. Febr. 352.

Wolffg. Amlingus 1606. d. 18. Maji. 355.b.

Joannes Küchlinus 1606. d. 2. Julii. 359.

Georgius Mylius 1607. d. 28. Maji. 360.b.

Joan. Guilielmus Stuckius 1607. d. 3. Septembris. 363.b.

Henricus Majus 1607. d. 28. Sept. 368.

Pantaleon

	pag.		pag.
Pantaleon Candidus 1608. d. 3. Febr.	369. b.	Bartholom. Pitiſcus 1613. d. 27. Julii.	396 b.
Lucas Backmeiſter 1608. d. 9. Julii.	372.	Conradus Graſerus 1613. d. 30. Dec.	400.
Polycarpus Lyſer. 1610. d. 22. Febr.	379.	Andreas Baudiſius 1615. d. 3. Jan.	403.
Joannes Pappus 1610. d. 13. Julii.	382.	Philip. Heilbrunner 1616. d. 17. Apr.	405.
Amandus Polanus 1610. d. 18. Julii.	383.	Urbanus Pierius 1616. d. 12. Maji.	407.
Adrianus Pauli 1611. d. 30. Martii.	384. b.	Andreas Oſiander 1617. d. 21. Apr.	409.
Stephanus Gerlach. 1612. d. 30. Jan.	386.	Barthol. Coppenius 1617. d. 23. Maji.	410.
Quirinus Reuter 1613. d. 22. Martii.	390.	Joann. Jacobus Grynæus 1617. d. 30. Auguſti.	412.
Otho à Grünrad 1613. d. 14. April.	393. b.		

ELENCHUS,

Nomina Theologorum, quorum heic vitæ narrantur, ſecundum Alphabetum recenſens.

A.

Abdias Prætorius pag. 221. b.
Abrah. Bucholcerus 261. b.
Adrianus Pauli 384. b.
Ægidius Hunnius 344.
Amandus Polanus 383.
Ambroſius Blaurerus 197. b.
Ambroſius Moibanus 124.
Andreas Baudiſius 403.
Andreas Caroloſtadius 37. b.
Andreas Cnophius 7. b.
Andreas Gerhard. Hyperius 187.
Andreas Oſiander major 109. b.
Andreas Oſiander junior 409.
Andreas Proles 3.

B.

Bartholomæus Coppenius 410.
Bartholomæus Pitiſcus 396. b.
Benedictus Aretius 222. b.
Bertholdus Hallerus 28.

C.

Caſpar Borneras 91.
Caſpar Cruciger 93.
Caſpar Hedio 116. b.
Caſpar Olevianus 283. b.
Chriſtophorus Cornerus 315 b.
Conradus Graſerus 400.
Conradus Lautenbachius 316.
Conradus Lycoſthenes 173. b.
Conradus Pellicanus 126. b.
Conradus VVolf. Placius 247. b.
Conradus Summerhardt 6.
Cunmannus Flinsbachus 218. b.
Cyriacus Spangenberg 347. b.

D.

Daniel Toſsanus 332. b.
David Chytræus 323.
David Rungius 349. b.
David Voitus 301.

E.

Eraſmus Sarcerius 156. b.
Erhardus Snepfius 154. b.

F.

Fridericus Myconius pag. 83.
Fridericus VVidebramus 268.

G.

Georgius Princeps Anhaltinus 119.
Georgius Major 223.
Georgius Mylius 360. b.
Georgius Sohnius 296. b.
Georgius Spalatinus 46. b.
Gerhardus Geldenhaurius Noviomagus 43. b.
Gobelinus Perſona 1.

H.

Hartmannus Beyer 246. b.
Henricus Bullinger 217.
Henricus Majus 368.
Henricus Stolo 146. b.
Huldericus Zvvinglius 11. b.

I.

Jacobus Andreæ 302.
Jacobus Beurlinus 175.
Jacobus Heerbrandus 317.
Jacobus VVimphelingus 10.
Joachimus Morlinus 217. b.
Joannes Æpinus 118.
Joannes Brentius 208.
Joannes Bugenhagen Pomeranus 150.
Ioannes Draconites 194.
Ioannes Forſterus 146.
Ioannes Funccius 197.
Ioannes Geilerus 3. b.
Ioannes Gigas 252.
Joannes Jacobus Grynæus 412.
Joannes Heſsus 89.
Joannes Hilten 2.
Joannes Holmannus 282. b.
Joannes Islebius Agricola 195. b.
Joannes Küchlinus 359.
Joannes Marbachius 251.
Joannes Matheſius 193.
Joannes Oecolampadius 21.

Joannes

Ioannes Pappus pag. 382.
Ioannes Parſimonius 296.
Ioannes Sebaſtianus Pfauſerus 198.b.
Ioannes Pfeffingerus 221.
Ioannes Schvvebelius 29.
Ioannes Spangenbergus 97.b.
Ioannes Staupicius 8.b.
Ioannes Guilielmus Stuckius 363.b.
Ioannes Conradus Ulmerus 330.b.
Ioannes VVigandus 287.
Ioſias Simlerus 242.
Iuſtus Jonas 125.
Juſtus Menius 154.

L.

Leo Judæ 44.b.
Lucas Backmeiſter 372.
Lucas Pollio 258.b.
Ludovicus Lavaterus 272.
Ludovicus Rabus 220.b.

M.

Martinus Borrhaus 191.b.
Martinus Bucerus 102.
Martinus Chemnitius 272.b.
Martinus Frechtus 145.
Martinus Lutherus 47.b.
Matthæus Vogelius 313.
Matthias Flacius Illyricus 227.
Matthias Zellius. 92.

N.

Nicolaus Amsdorffius 32.
Nicolaus Gallus 156.
Nicolaus Rhodingus 249.
Nicolaus Ruffius 6.b.
Nicolaus Selnecerus 315.

O.

Oſvvaldus Myconius 108.
Otho à Grünrad 393.b.

P.

Pantaleon Candidus pag. 369.b.
Paulus Crellius 247.b.
Paulus Eberus 204.
Paulus Fagius 99.
Paulus Conſtantinus Phrygio 46.
Paulus Speratus 97.
Philippus Heilbrunnerus 405.
Philippus Melanchthon 157.b.
Polycarpus Lyſerus 379.
Primus Truberus 273.b.

Q.

Quirinus Reuterus 390.

R.

Rodolphus Gualterus 282.

S.

Salomon Geſnerus 352.
Simon Heinſius, aliis Benckius 7.
Simon Sulcerus 271.
Stephanus Gerlachius 386.b.

T.

Theodorus Bibliander 192.b.
Theodoricus Snepfius 275.
Thomas Grynæus 191.
Tilemannus Heshuſius 295.b.

V.

Victorinus Strigelius 199.
Vitus Theodorus 96.b.
Urbanus Pierius 407.
Urbanus Regius 32.

W.

VVigandus Orthius 195.b.
VVolfgangus Amlingus 355.
VVolfgangus Fabricius Capito 41.b.
VVolfgangus Muſculus 176.

Z.

Zacharias Schilter 348.b.
Zacharias Urſinus 252.

IN

VITAS DOCTORVM GERMANORVM

à

MELCHIORE ADAMO conſcriptas.

TEUTONIÆ quando decus adſerit inclytum ADAMUS:
Et facit illi ipſa ut liveat Italia:
Sive is Plutarchus, ſive is Laërtius alter
In noſtro mavult diciere orbe, meret.
Æternâ dignus vitâ famâque: tot unus
Qui famam & vitam reddidit ante-viris.

Jul. Guilielm. Zincgref.

Idem.

TAntos labores his ADAMUS in vitis
Fert colligendis: nemini ut ſit mirum,
Impendat illis quin ſuam ipſius vitam.

In easdem

JOAN. LEONHARDI VVEIDNERI.

Αὐτοσχεδίασμα.

GRatorque & doleo de tali hoc, crede, labore;
Dicende ô nunquam Vir ſine honore mihi.
Grator; quod nobis per te tot docta virorum,
Ingenia in vitâ cernere poſſe datur.
Sed doleo, quod te non ſecla priora tulerunt:
Ah tot Lethæis non tegerentur aquis!
Nec doleo; felix quin noſtrum prædico ſeclum:
Servarunt vitam cui pia fata tuam.
Tu Clejus columen, Germanæ lumen & oræ,
Priſci hominem præſtas moris & ingenii.
Adſeris & vitæ cinefactos antè ſepulcro:
Et prohibes dignos laude perire viros.
Non equidem Auſoniæ ſimiles contemno labores,
Laudem rellinquens unicuique ſuam:
Hoc ſaltem; Italâ ni indignante, fatebor:
SI QUÆ ITALO DESUNT, HIC ALEMANNUS HABET.

VITÆ

VITÆ GERMANORUM THEOLOGORUM.

GOBELINUS PERSONA.

✝ 1420. circ. ætat. 62.

Pontificiorum adverſus Evangelicos objectio trita.

CUM Pontificii hodie in eas, quæ à Papatu graviſſimis de cauſis ſeceſſerunt, eccleſias hoc ariete identidem inſultent: *ubinam eccleſia vera fuerit ante ſecula duo aut plura?* viſum eſt quorundam ſaltem Germanorum, præteritis Italis, Hiſpanis, Gallis, Anglis, Boëmis, & aliis, ad noſtrum inſtitutum nunc quidem non facientibus, vitas circumſcriptè præmittere: qui ante ſeculum decimum quintum, quo, Antichriſto plenè retecto, Evangelii lux clarè effulſit, veritatem quaſi in crepuſculo viderunt: & quorum alii alia Papatus dogmata ac ſuperſtitionum commenta improbarunt; aut παλιγγενεσίαν futuram diſertè prædixerunt.

Eccleſia ſemper fuit. 1. Reg. 19.

Nam vel hinc apparebit; *veram Chriſti eccleſiam ſemper fuiſſe etiam in Papatu, inter diras meretricis Babylonicæ tempeſtates: perinde ut in Veteri Teſtamento fuit verus Iſrael in mediis Baaliticis cultibus inter tyrannicas idololatricorum regum perſecutiones.* Omiſſis igitur & extraneis Chriſti teſtibus, & iis etiam Germanis, qui ſupra ſeculum decimum quartum, teſtimonium veritati perhibuerunt, atque * alibi laudantur: à *Gobelino* hoc *Perſona* lubet exordiri: qui quid in Papatu reprehenderit, ipſa narrationis ſeries indicabit.

** In Martyrologiis.*

Patria Gobelini. Barbaries illi⁹ ſeculi. Literæ in Italia quibus autoribus renatæ. Franc. Petrar. Ioan. Boccatius. Studia artium & linguarum inſtrumenta reformationis.

Natus hic eſt in antiquâ Saxoniâ, quæ nunc Weſtphalia, anno Chriſti *milleſimo, treccenteſimo, quinquageſimo octavo.* Seculum, quod eum excepit, planè fuit barbarum: comprimis in Germaniâ & Galliâ de literis politioribus tunc altum ſilentium: Italia ſola ad puritatem Latini ſermonis, quaſi poſtliminio adſpirare viſa Floruerunt enim tum temporis *Franciſcus Petrarcha*, & *Joannes Boccatius* poëtæ, qui unà cum aliis literarum & linguarum ſtudia, *ſeptingentis* ferè *annis* tetrâ barbarie oppreſſa, ab interitu vindicarunt: quibus deinde alii aliique ſucceſſerunt. Atque ita artium & linguarum paulatim in lucem uſumq; revocata etiam apud nos exercitia, præludia atque inſtrumenta fuerunt Evangelicæ reformationis.

Italiam *Gobelinus* penè luſtravit univerſam: & in curiâ Romanâ diu hæſit, tam ipſis Pontificibus, quam aulæ proceribus familiaris: quæ res ipſi ad beneficia eccleſiaſtica aditum patefecit.

Sacris initiatur Gobelinus. Paderbornæ templo præficitur.

Sacerdos initiatus anno *milleſimo, trecenteſimo, octogeſimo ſexto*, triennio pòſt Rector capellæ S. Trinitatis in eccleſiâ *Paderbornenſi* conſtituitur; cùm annum ætatis ageret *trigeſimum primum.* Præfuit deinde Paderbornæ templo forenſi eccleſiaſtes: cùmq; ſub annum *milleſimum, quadringenteſimum quintum,* conſules ejus loci ſtatutum quoddam condidiſſent: quod & Pontificum decretis, & Imperatorum ſanctionibus adverſari videbatur: pro concione id reprehendere, & ut antiquaretur, monere non deſtitit.

Diſcedit inde & fit officialis. Exoſus monachis. Inde ei periculum.

Invidiâ ergo laborans & odio, loco ceſſit; Epiſcopi factus vicarius ſeu *officialis.* Quo in munere itidem odia maleferiatorum, & inprimis monachorum familiæ *Benedictinæ*, qui reformari nolebant, incurrit, nec citra vitæ periculum. Cùm enim apertè nocere homini non poſſent cucullati: ad artes flagitioſis uſitatas decurrerunt: & veneno cibis inſperſo è medio eùm tollere conati ſunt.

Bilveldiam abit.

Re autem detectâ abiit *Bilveldiam*, comitatus Ravensburgici metropolim: ubi decanatu potitus eſt. Sed negociorum illorum pertæſum arctior religio inceſſit.

Cucullum induit. Obitus.

Itaque ſtudiis literarum & precibus vacaturus, cucullum induit: & ſexagenario major è vitâ exceſſit.

Studia ejus & mores.

Otium ignavum toto vitæ tempore deteſtatus eſt: ac Philoſophiæ in juventute; Theologiæ & juri Pontificio in virili ætate operam dedit. *Auguſtinum* præ reliquis legit attentè, cujus & verba & ſententias ſubinde uſurpat in ſcriptis. *Iſidorus* non minus ei familiaris fuit: ex quo integras etiam pagellas exſcripſit. In carmine infelix fuit, prout omnes ferè illius ævi. Res quas deſcripſit, ſummâ fide & diligentiâ deſcripſit: ſed Pontifici addictior, ſive favore, ſive furore ipſius Legendam de *undecim millibus virginum*, & de ſanctâ *Catharina*, in dubium vocare auſus fuit: & rationes * adfert non elumbes.

Legendas quaſdam indubium vocat.

** Ætate 6. Coſmodromii cap. 15.*

Totum autem hujuſmodi narratiuncularum genus quale ſit, aut quid in Papatu olim fuerit: notius eſt, quàm ut verboſè hîc debeat exponi. Vidit ergo & hic in tenebris aliquid: quemadmodum ſemper fuerunt etiam in Germaniâ; qui βδελύγματα Papatus & agnoverunt & taxarunt.

Multi in Papatu Papatum improbarunt.

Multi *primatum Pontificis, cleri faſtum, avaritiam ac libidines* deteſtati ſunt: multi *idolum Miſſæ* oppugnarunt:

runt: multi & recte & pie, *de gratuita hominis peccatoris coram Deo juſtificatione*, de *invocatione*, de *ſacramentis*, & aliis religionis Chriſtianæ capitibus docuerunt: multi reformationem unicè in votis habuerunt: ut ex hiſtoriis ſequentibus patebit. Et hic non poſſumus non addere, quod paulò ante *Gobelini* tempora accidit. Exhibebatur Iſenaci coram *Friderico* Marchione ludus de quinque Virginibus prudentibus & totidem fatuis. Prudentes erant *S. Maria, S. Catharina, S. Barbara, S. Dorothea, S. Margaretha*. Ad has veniunt fatuæ, ut aliquid olei impertiant petentes, hoc eſt, quemadmodum actor interpretabatur, ut pro ſe ad Deum intercedant; quò & ipſæ ad nuptias, h. e. regnum cœlorum admittantur. Quid fit? prudentes præciſe negant, quicquam ſe communicaturas. Hic verò triſte oriebatur ſpectaculum: pulſabant, flebant, precibus inſtabant fatuæ: ſed ne hilum quidem proficiebant: abire jubebantur, & oleum emere. Quo viſo auditoque Princeps ille ita fertur conſternatus: ut in morbum inciderit gravem & periculoſum. *Quid eſt*, inquit, *fides noſtra Chriſtiana, ſi neq; Maria, neq; alia ſancta exorari poteſt: ut deprecetur pro nobis? quorſum tot merita & bona opera: ut ſanctorum apud Deum interceſſionem nobis conciliemus, & gratiam impetremus?* Ex hac triſtitia nata eſt apoplexia: qua poſt quatriduum exſtinctus eſt, & ſepultus Iſenaci. Hinc facilè apparet, quid ſibi voluerit, qui hoc Drama exhibuit: quamque fuerint inanes ciſternæ illæ, quas ſibi foderunt, relictâ venâ aquæ vivæ. *Henricus Meibomius in coſmodromio Gobelini Anno* 1599. *edito: Matth. Dreſſerus Iſagog. hiſtor. parte quinta.*

Drama de decem Virginibus ex hiſtoria Evangelica.

Ierem. 2. v. 13.

JOANNES HILTENIUS.

Vixit circa annum 1485. & ſeq.

THURINGUM hunc fuiſſe, opinio noſtra fert: in Thuringiâ certè ſeculo *decimo quarto* vixit: & primò quidem *Erphurdiæ*, ubi Academia & vetus, & olim florens. Pòſt invidiâ neſcio quorum preſſus, inde receſſit: ut de ſe ipſe fatetur in opuſculo quodam: *Ego*, inquit, *olim juvenis almæ matris Univerſitatis Erphurdenſis alumnus, ardens Philoſophus: nunc ſenex exuli ſolitudini deditus, ab anno Chriſti milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo, in hunc annum milleſimum quadringenteſimum, octogeſimum quintum, ejuſdem Domini Jeſu Chriſti voluntate: qui & me inſtigavit ex ſuo libro cognoſcere veritatem, contra vacuos errores de futuro tempore nunc volantes. Quam me ſolum ſcire amor Dei, & proximi non ſinit: ſed & aliis piis & benivolis impertiri admonet. Quod cùm facio, reviviſcit contra me pravorum iniquitas: de qua olim glorioſus Hieronymus ſententialiter ait in prologo* 2. *in Iob ſic:* Si inſudarem his; quæ corpori meo ſunt neceſſaria, non reprehenderer. Nunc autem quod ſaluti omnium prævideo divina decreta; error mihi infigitur. *Sic ecce his annis error de futuris ſic amatur in Europa ſignanter: quod veritas divinæ ſcripturæ prorſus ſuppeditetur; ſicut & veritas de præſentibus & præteritis. Sed contra hanc iniquitatem animat me idem cœlicus Doctor in prologo in Eſdram, ſic ſcribens ſuis dilectis benivolis:* Nunquam meum, juvante Chriſto, ſilebit eloquium; legant, qui volunt; qui nolunt, abjiciant. Magis veſtra charitate provocabor ad ſtudium; quàm malorum detractione & odio deterrebor. *Sic & ego, quæ ex divinâ literâ vera intelligo: quæ oculis jam adſtare video: benivolis oſtendo: & utinam pauci, vel duo tantùm ex meo ſtudio ſibi providerent ſalutem: omnem adverſitatem feliciter toleraſſem.* Hæc ibi. Egit itaque *Iſenaci* cum Franciſcanis, quorum familiæ nomen dederat: ibique à ſodalitio ſuo in carcerem conjectus propterea fuit; quod enormes quoſdam abuſus reprehendiſſet. In illo carcere cùm vel ob ætatem, vel loci ſqualorem ac fœtorem, in morbum incidiſſet; acceſſitum ad ſe Guardianum multis rogavit, ut vel è carcere dimitteretur, vel moleſtiis aliquantum levaretur. Sed cùm Guardianus duriter objurgare hominem, propter doctrinæ genus, quod videbatur officere culinæ, cepiſſet; tum ipſe, omiſsâ jam mentione valetudinis, ingemiſcens; *Ego*, inquit, *iſtas injurias æquo animo propter Chriſtum tolero: cùm quidem nihil ſcripſerim aut docuerim: quod labefactare ſtatum Monachatus poſſit: ſed tantùm notos quoſdam abuſus reprehenderim. Verùm alius quidam veniet, anno Domini* * *M. D. XVI. qui deſtruet vos, nec poteritis ei reſiſtere, aut carcere vinculisve coërcere.* Et hanc ipſam ſententiam de inclinatione regni monachorum, & hunc annorum numerum, poſtea repererunt amici ejus perſcriptum ab ipſo in commentariis inter annotationes, quas reliquit in certos locos Danielis. Scripſit enim inter alia *Commentarios in Apocalypſin & textum Danielis*; quantum concordat cum Apocalypſi, vel eam ſupplet.

Primò Erphurdiæ.

Inde receſſit.

Defendit ſe ſententia Hieronymi, prolog. in Iobum.

Alia ejuſdem prol. in Eſdram.

Agit Iſenaci cum Franciſcanis.

In carcerem conjicitur.

Oratio ejus ad Guardianum.

Prædicit reformationem.

** Melanchton refert vidiſſe ſe ipſius Hilteni manu ſcriptum hoc l. 2. epiſt. pag. 8.*

In iis de vicariatu Papæ ita ſcribit: *Plures gloriantur Romanum Papam eſſe Monarcham: quia Jeſus omnia dedit Petro & ejus ſucceſſoribus. Fateor, verùm quamdiu ſunt ejus vicarii. Sed legantur revelationes S. Brigittæ: & videbitur querela Chriſti de perverſione illius vicariatus. Quapropter Deus dedit gladium Mahometo: quo monarchiam illam à vicario ad ejus Dominum Ieſum Chriſtum compellit, vicarium & omnes Chriſtianos reformando. Qui plene reformati exurgent; & delebunt ſectam Mahometi. Quo facto, ultimus Imperator Romanus reſignabit cum effectu Ieſu Chriſto coronam regalem; & omne jus Imperiale; non recepturus, ut Conſtantinus.* Et alibi de Româ: *Roma & ejus poteſtas caſſabitur; inde oſtendetur Antichriſtus.*

Scripta Sententia ejus de Papa vicariatu.

De Roma.

De Imperio Romano: *Hodie anno Chriſti* 1485. *illi digiti* (monarchiæ ultimæ) *valde minorati ſunt. Et eſt proprium Romanæ poteſtatis, ut ſit ferreum* (quid) *& licet digiti minorentur ad parvitatem acus; tamen manent ferrei.*

De Romano Imperio.

De ſcripturæ intellectu hanc præſcribit regulam: *Ad rectè intelligendum ea, quæ expreſſa ſunt in Bibliâ, duo principaliter neceſſario requiruntur, quæ ſunt hæc:* * *Non fiat vis ſcripturæ: & Fiat collatio ſcripturæ. Ex duobus contrariis omnis hæreſis exorta eſt.*

Regula de Scriptura Sacra.

** Primum dicit eſſe Hieronymi, alterũ Auguſtini.*

Multus

Multus fuit in exquirendo fine mundi, inde alicubi; *Ego hujus mundi hoſtis, quærò à te hujus mundi amico, & Dei inimico; etſi cappatus ſis; An hic mundus ſit finibilis? ſi aliqua ratio in te viget; & dicis, quod ſic.* Adſignat ultimum mundo annum *milleſimum*, *ſexcenteſimum quinquageſimum primum* à Chriſto nato. De mutatione denique monaſteriorum fertur hæc prædixiſſe;

De fine mundi opinio. De monaſterio mutandis.

Cœnobium { Vinarienſe, Magdeburgenſe; Wittembergenſe. } fiet { armamentarium ſchola, granarium.

Atque de Hilteni o tantum, *ex apologia confeſſionis Auguſtanæ, titulo de votis monaſticis, & commentariis M. S. ipſius Hiltenii, è bibliotheca D. Abrahami Sculteti.*

ANDREAS PROLES.

Circa an. 1508. Patria Prolis, & vitæ genus.

L*Ipſiæ* in Miſniâ *Andreas Proles* natus, cùm ætas pateretur, in *Auguſtinianorum* ordinem fuit adſcriptus. Ibi, quâ erat diligentia & pietatis zelo, noctes dieſque ſacris literis, & evolvendis Patrum monumentis incubuit. Itaq; cùm præclaram, pro illius ſeculi ratione, doctrinæ eruditæ copiam ſibi comparaſſet: Lipſiæ *Auguſtinianorum Prior* eſt electus.

Prior fit Auguſtinianorum.

Ibi cùm ſacros publicè libros explicaret, inter prælegendum ſæpè dixit, *gratiâ ſumus*, *quicquid ſumus*, & *gratiâ habemus*, *quicquid habemus*, &; *res Chriſtiana opus habet magnâ & forti reformatione; quam quidem jam propè inſtare video.*

Prædicit reformationem eccleſiæ.

Quærentibus fratribus, quare ipſe non inciperet reformationem; atque erroribus ſe opponeret? ſuam corporis infirmitatem excuſavit. Verùm brevi venturum, qui negocium reformationis inchoaturus & fortiter peracturus ſit. *Videtis*, inquit, *fratres, me eſſe ætate grandævum, corpore & viribus debilem, & agnoſco; me non eſſe præditum tantâ doctrinâ, induſtriâ, & eloquentiâ, quantam hæc res poſtulat. Sed excitabit Dominus heroem, ætate, viribus, induſtria, doctrina, ingenio & eloquentia præſtantem: qui reformationem incipiet, erroribusq; ſe opponet. Ei Deus animum addet, ut Magnatibus contradicere auſit, & ipſius miniſterium ſalutare Dei beneficio comperietis. Regnum Papæ magnam minitatur ruinâ: quia nimis altè & nimis citò crevit.*

Cur ipſe non aggreſſus reformationem.

Etſi autem ejuſmodi identidem admonitiones inculcaret; tamen totius ordinis etiam *provincialis*, ob pietatem & doctrinam electus eſt. Paulò ante mortem ad Synodum vocatus fuit; quæ primò Piſis indicta, pòſt Mediolani acta, & demum, anno *milleſimo quingenteſimo, decimo*, in Laterano abſoluta fuit. Ibi cum ageretur de indicendo novo feſto, ſolus iſte Proles contradixit, & uſque in finem contradictûrum ſe affirmavit: quòd *populus Chriſtianus ſanguine Chriſti liberatus, alioqui nimium traditionibus eſſet oneratus.* Tentavit quidem Papa unà cum patribus concilii, Prolem à ſuâ ſententiâ deducere, ſed fruſtrà. A Papa ideò excommunicatus contemta excommunicatione ad ſuos confugit. Ea in fugâ, ut ipſe poſtea narrare ſolitus, arcum & ſagittas emerat, ut ſe ab injuriâ defenderet; ſed poſt aliquot dies cogitans cauſam non ſuam, ſed Dei eſſe, quæ nec opprimi totius mundi armis, nec defendi

Eligitur provincialis Auguſtinianorum. Vocatur ad ſynodum. Contradicit aliis de feſto indicendo. Excommunicatur.

poſſit, multò minus à decrepito & debili ſene; arcum cum pharetra ex curru in itinere abjecit & ſe Domino commendavit. Affirmavit quoque ſe eo in itinere ſæpè in maximis fuiſſe periculis; quòd ei Papa inſidiatores ſubornarat, à quibus, niſi fuiſſet divinitus protectus, nequaquam evadere potuiſſet.

Inſidiis petitur.

Domum reverſus, narravit fratribus omnia ordine, quæ acta erant, qui pietate & gravitate viri moti, cœperunt primùm contemnere excommunicationem. Ac fuit ipſe anno toto in excommunicatione; quo tempore etiam gravius errores Papæ reprehendit. Tandem * *Erneſtus* Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Saxoniæ Dux (qui tùm, quòd in ſuo epiſcopatu ageret Proles, tum quòd Lipſiæ erat natus, de eo homine & cauſa erat ſolicitus) interceſſit; & ut abſolveretur effecit; ſed eâ conditione, ut ipſemet, ſalvo, ut vocant, conductu accepto, Papam accederet. Profectus eò cùm non procul Româ abeſſet, præmonitus à Cardinale quodam, ſui ordinis Monacho, qui ei obviam miſſus fuit, imminere ſibi Romæ à Papa certum exitium; denuò in Germaniam redire cœpit. Verùm in reditu ob extremum ſenium, parum jactationis patiens, in morbum incidit, ac vix uſque *Ciclembachium* perlatus obiit; & in Auguſtinianorum monaſterio ſepultus fuit. Hunc ipſum Prolem, jam decrepitum vidit & audivit *Martinus Lutherus*, admodum tamen juvenis, Magdeburgi. * De ſcriptis hujus nihil bibliothecæ laudant, præter *ſermones* quoſdam. *Catalogus teſtium veritatis lib. 19. Matth. Dreſſerus in millenario ſexto, alii.*

Redit ad ſuos. Manet in excommunicatione. *Qui obiit 1513. d. 5. Aug. 49. ætat. Abſolvitur. Iterum Romam abit. Monitus redit. In reditu moritur. *Venit n. Magdeburgum anno 1497. æt. 14. Scripta Prolis.

IOANNES GEILERUS.

☉ 1510. d. 10. Martii ætat. 65. Patria.

ORtus eſt JOANNES GEILERUS in urbe *Schaffuſiâ*, antequam ab Auſtriæ Ducatu deſcivit, anno gratiæ *milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo quinto, decima ſexta* Martii die, patre *Ioanne Geilero*, matre autem *Annâ Zuberâ.*

Pater, cùm ſcribæ ejus oppidi fuiſſet à manu, ductâ uxore, anno poſt apud *Amersvillanos* Notarii officium eſt conſecutus. Eò itaque cum fortunis ſuis, quæ jam, recens nato filiolo, auctiores factæ erant, commigravit, ubi triennio pòſt in præſentiſſimum vitæ incidit periculum. Cùm enim urſum, vineta paſſim depopulantem, perſecuturis ſe adjunxiſſet, ab immani illâ beſtiâ, cui venabulum incerto ictu intentarat, ita in crure altero mordicus apprehenſus eſt ac miſerè lanciniatus; ut jam de vita ejus actum crederent, conclamatoque ſimilis jaceret. A quibus enim opem expectabat, ab iis penitus eſt neglectus, fugâ ſaluti ſuæ conſulentibus. Sic *nocuit interdum forti pectore imminenti ſe objeciſſe diſcrimini.* Vulnus eo congreſſu acceptum non longè poſt ſacro igne correptum virum confecit.

Parentes. Pater ab urſo ſauciatus. Moritur.

Amiſſo igitur patre cùm jam trimatum impleſſet; à proavo ſuo cive Cæſaremontano receptus eſt educandus. Cujus beneficio ac cura, poſt prima literarum tyrocinia ad *Friburgenſe* gymnaſium miſſus liberalibus diſciplinis vacavit, magiſteriiq; laureâ, promerentibus hoc ſtudiorum progreſſibus, eſt ornatus.

A proavo educatur Geilerus. Magiſter Friburgi renunciatur.

Exindè mox ſacris initiari voluit, & cùm *Sacerdotem nil magis deceat, quam ſacrarum peritia literarum*: ne myſteriorum inſcius à plebejo nihil differret; Baſileam venit Theologiæ operam daturus. Ubi cum ferè *quinquennium* ſtudiis ſacris impendiſſet; doctorale eſt ἀξίωμα adeptus.

Baſiliæ doctor Theologiæ.

Cùm ergò Theologiæ conſultiſſimus haberetur, & eſſet; *Friburgum* eſt accitus, ubi viri probitas antea omnibus erat cognita; atque Chriſtianarum literarum publicus interpres conſtitutus. Nec illic anno longiùs manſit. Nam *Herbipolim* quorundam civium perſuaſione ductus, quibus in thermis Marchionianis è ſacro pulpito declamans impendio placuerat, futurus concionator abivit. Ea in urbe quàm gratus cunctis exſtiterit; id indicat: quòd *ducentos aureos*, donec Sacerdotio opulentiori dotaretur, ex conditione ſingulis quibusque annis erat recepturus.

Docet Friburgi ſacra.

Inde Herbipolin abit.

Salarium ibi ejus.

Sed dum *Baſileam* advehendorum, quos illic reliquerat, librorum cauſa petit; à * *Petro Schotto* Argentoratenſi Senatore, viro tam gravi quàm prudenti, rogatus eſt enixè admodum; ut ſi uſpiam Dominici verbi enarrandi provinciam ſubire vellet: *Argentorati* id ageret: ſe daturum operam, ne dignâ laborum mercede careret. Ad hæc hortari hominem, ut ſuggeſtum conſcenderet, populoque ſui periculum faceret: prætereà aſſeverare: cum patriæ ſecundùm parentes omnia debeamus: eo illud maximè faciundum eſſe loco, qui Alſatiæ ſit caput.

**De quo in volumine Philoſoph. Germanorum.*

Argentorati detinetur Geilerus.

Officium prædicaturæ Argentorati in ſummo templo inſtitutum an. 1478. Ruperto Duce Bavariæ epiſcop.

Id autem temporis ex Argentoratenſibus primatibus nonnulli, fœlicibus Petri Schotti auſpiciis, concionatorem decreverant conſtituere: qui ſolus huic officio præeſſet: ne religioſorum fratrum, qui alternis in æde majori declamitabant; varietate populus confunderetur potiùs, quàm profectum capeſſeret. At ſacerdotium, quo provideri poſſet, aliud non occurrebat, quàm quod ſacerdotis eſt Epiſcopalis miniſtri, quem vulgus *capellanum Epiſcopi* vocitat. Schottus itaque *Roberto* antiſtiti duriſſimo exactori triginta aureos pro eo ſacerdotio, ſub conditione perpetuæ deinceps ad id officium proprietatis, de ſuo quotannis exſoluit: undè fertur quingentos in eam rem aureos impendiſſe. Verum Herbipolenſes longam doctoris abſentiam ægrè ferentes: malique aliquid amantiſſimo viro accidiſſe ſuſpicantes: nuncium miſerunt Argentoratum, qui haud vano conſilio tamdiu retentus eſt; donec alter poſt hunc moræ cauſam remque omnem inveſtigaturus adveniſſet. Sed interim parato Sacerdotio, lecta domo, neceſſariisque id genus aliis diſpoſitis: concionator aſſenſu Canonicorum accedente conſtituitur: remiſſique ſunt Herbipolim tabellarii cum literis, non ſine juſto neglecti temporis ſalario.

Fruſtrà ab Herbipolenſib. revocatur.

Ibi omni vitâ talem ſe geſſit: ut *non minus exemplo, quàm doctrinâ eſſet venerabilis*: populum ſibi creditum annis *triginta tribus* fideliter continenterque docuit, nemini unquam adulatus. Quin *primores eccleſiaſticos*, qui dignitatibus magniſque plurium Sacerdotiorum cenſibus pollebant, ſed his abutebantur, aut me retriculas foventes, aut ventrem pro Deo ſtatuentes, graviter inſectabatur. Tempus autem omne, cujus ſumtus, Theophraſto autore, pretioſiſſimus eſt, aptè & avarè diſtribuit. Aut enim contemplabatur, aut legebat, aut quieſcebat. Ocium, ut nocentiſſimam animi peſtem, uſque adeò vitabat: ut ſomno excitatus è lecto quoque ſtatim exiliret. Peragebat ſacra in æde virginum veſtalium, quas pœnitentes vocant. *Has ne luxu & delitiis diffluerent: quibus nec pudicitia tuta ſatis videretur: in arctiori vivendi regula continuit.* Non tamen deerant, qui aut amiſſione lucri: aut dæmoniaco forſan œſtro perciti ſanctam obſervationis inſtitutionem præpedire moliti ſunt: ſed horum conatus, favente Deo, ſuâ prudentiâ facilè ſuperavit. His etiam virginibus *Humbertum* de virtutibus explicavit, quos ſermones multo labore ejusdem monaſterii ſacerdos maxima collegit: viventiq; adhuc autori recognoſcendos tradidit. Prodierunt illi Schurcriano prælo excuſi.

Docet Argentorati 33. ann.

Eccleſiaſticos reprehendit.

Temporis avarus.

Ob hæc verba magnum periculum creatum Rhenano, qui hac ſcripſit. Vide ejus vitam.

In officio continet veſtales.

Humbertus de virtutibus à Geilero explicatus.

Antequam morbo eo corriperetur, qui ipſi fatalis fuit, ab *Auguſtanâ* quadam *puellâ*, quæ nullo tum alimento veſcebatur; per literas de imminente ſibi morte eſt certior factus: quâ monitione nihil conſternatus, diſſolvi cupiit, & eſſe cum Chriſto. Augeſcente tandem ob tumorem ægritudine, membraque vitalia ſenſim enecante, naturæ conceſſit *decimo* Martii die, paulò pòſt meridiem, anno ſalutis: *milleſimo, quingenteſimo, decimo.* Corpus ejus ſequenti luce celebri pompâ elatum eſt, atque juxta ſuggeſtum terræ mandatum. Exequias ejus ſacerdotes quàm plurimi, ut tunc ſuperſtitio erat, celebrarunt, multorum civium atque etiam ſenatus totius præſentiâ honoratas. Epitaphium in memoriam viri benè meriti compoſuit *Beatus Rhenanus*, ut ipſe refert, ejusmodi: quod quamvis ſaxo inciſum non fuerit, chartæ mandare viſum eſt.

De morte inſtante præmonetur.

Moritur.

DEO TRINO ET UNI.

Epitaphium Geileri.

BENE VALEAS, QUISQUIS ES. JOANNI GEILERO CÆSAREMONTANO, THEOLOGIÆ CONSULTISSIMO: QUI PERICLE ELOQUENTIOR: SOCRATE CONTINENTIOR: NUMAQUE RELIGIOSIOR: VITÆ SANCTIMONIA ET SACRIS CONCIONIBUS ARGENTORAT. POPULUM A. XXXIII. NON SINE MAGNO PROFECTU ERUDIVIT: NEMINI UNQUAM ASSENTATUS: PAUPERES PATRIO AFFECTU FOVIT: BONOS AC DOCTOS MERO STUDIO DILEXIT: ARGENTORAT. INCLYTA RESPUB. ÆTERNO DECORI ET MONIMENTO POSUIT. VIXIT ANN. LXIV. MEN. XI. D. XXIV. OBIIT TOTIUS ALSATIÆ LACRYMIS DEFLETUS: SUB MAXIMILIANO AUG. A QUO OB VITÆ INTEGRITATEM PLURIMUM AMATUS EST: ANNO GRATIÆ M. D. X. SEXT. ID. MARTIAS. PROH QUAM RECTI EXEMPLI HOMO ERAT! SED ORTA CADUNT.

Jaco-

Epigramma Wimphelingi in Geilerum.

Jacobus autem *Wimphelingus* amicum veterem hujusmodi epigrammate eſt proſecutus:

Argentina Deo grates age, plaude, triumpha,
Quod talem morum viſa es habere patrem.
Ter denos ſupra antiſtes qui maximus annos
Te docuit, ſimul & ſcripta probata dedit;
Ad declamandum non impulit hunc ſitis auri,
Non favor, aut luxus, aucupiumve novum:
Sed divinus honos, animarum zelus & ingens,
Quas docuit rectam carpere ad aſtra viam.

Proſopographia Geileri.

Statutâ fuit procera, capillo criſpo, facie macilentâ, ac corpore gracili: ſed ſalubri, &, renum dolore excepto, nullis ægritudinibus obnoxio. Bis in die comedebat: vini paulò appetentior: magnâ tamen eſt ſemper abſtinentiâ uſus: ut vel quadrageſimæ tempus quotidiano jejunio tranſigeret.

Dictio ejus

Quoties declamaturus erat; dicenda prius ad verbum domi ſcribebat: ſcilicet ſtylo extemperario, & ob id incultiori: qualem Theologos ætate ſuperiori ferè omnes ſervaſſe videmus. Bibliothecam habuit omnis generis librorum refertiſſimam; quam ad ſucceſſores tranſire pientiſſimè voluit. Ibi neque poëtis, neque hiſtoricis ſua loculamenta deerant: major tamen eorum numerus erat, qui rem Theologicam ſuis ſcriptis illuſtrarunt.

Bibliotheca.

Liberalitas in pauperes.

Pauperes atque egenos maximâ ſemper liberalitate fovit. Hinc projectitiis infantulis quotidiè ferè aliquid dabat. Vidiſſes innumeram illi: quacunque tranſiret, circumfuſam multitudinem: quæ ſupplici voce patroni opem imploraret. Neminem unquam ſine munere paſſus eſt abire. Quicquid enim ex Sacerdotii cenſu ultra vitæ neceſſaria ſupererat, id omne in uſus pauperum erogabat. Hoſpitalitatem quoque in peregrè advectos ſimili ſtudio exercuit.

Amicicia literata.

Iacobus Wimphelingus.

Eruditos ac probitate conſpicuos vehementer dilexit: & inter hos unicè quidem *Jacobum Wimphelingum*, Beati Rhenani municipem; quo urbem Seleſtatinam doctiorem tuliſſe vix credimus: etſi *Hugone*, qui *in ſententias* luculenta *commentaria* edidit: ac *Johanne* altero, qui *in Ethicen Ariſtotelicam* non ſpernenda *annotamenta* conſcripſit, inſignis exiſtat. Hunc in oculis tulit: cum hoc de ſublimibus rebus diſſertare conſuevit.

Thomas Wolphius.

Thomam Wolphium juniorem, cujus morte literæ quoque Argentorati ſunt intermortuæ, muneribus eſt ſæpiuſculè proſequutus;

Sebaſt. Brandius IC.

Sebaſtianum Brandium jureconſultum, Baſileæ degentem, Argentoratum promovit. Cartuſios, atque eos cœnobitas, qui de familiâ ſunt divi *Johannis Hieroſolymitani* religionis obſervantiſſimi, frequenter viſitavit.

Charus Max. I. Imper. Geilerus.

Ob ſummam verò eruditionem cum vitæ ſanctimoniâ copulatam ab Imperatore Cæſare Maximiliano I. benevolentia haud vulgari dilectus eſt. Hunc interdum ad ſe accerſere; accerſitum non tam comiter, quàm familiariter compellare ſolitus erat. Hujus etiam in magnis rebus conſilium non parvi æſtimabat; ei præcepta quædam collegit; ad quæ ſe rex componere debeat, ut ſuis utilitatem, ſibi verò gloriam pariat. Subindè dictitabat, bonæ conſcientiæ eſſe Maximilianum Aug. juſtitiæ ac pacis literarumque amantiſſimum. Et revera principes omnes longo poſt ſe intervallo Maximilianus reliquit.

Refertur de Geilero & hoc: quòd, pro temporum illorum ſuperſtitione, adoleſcentulos quatuor, qui vexilla geſtantes ſacramentum Euchariſtiæ comitarentur, ex collectitia pecunia, cui bonam partem adjecerat, primus reſtituit; cùm tamen ab authore Chriſto in hunc finem inſtitutum non ſit. Vanitatem vitæ humanæ agnoviſſe eum ſeriò hinc patet: quod in calendario antiquo, in quo varia diligenter annotarat, ad diem nativitatis ſuæ adſcripſit: *dies calamitatis.* Verè enim natalis cujusvis eſt initium omnis miſeriæ. Et *militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarii dies ejus.*

Natalis cujuſque initium calamitatum.

Scripta Geileri.

Scripta in uſum poſteritatis elucubravit iſta: *orationes varias ad clerum: ſermones & tractatus* varios: *Naviculam fatuorum & pœnitentium: fragmenta paſſionis: ſermones in orationem Dominicam:* ſcripſit & de *communicandis his, qui ultimo ſupplicio afficiuntur: de amovendis concubinis*, etiamſi uterque continere decreverit: de hoc, *quòd pueri non ſunt inſtigandi ad religiones*, in quibus regula non ſervatur: *contra ſtatutum, quo teſtamentum cives facere* prohibentur: de *decem præceptis: de ſeptem peccatis mortalibus, epiſtolas* etiam complures.

Opera Ioann. Gerſonis.

Magnis item ſumtibus & labore diuturno collegit *opera Joannis Gerſonis*; quorum multa ex Galliâ tandem ad Germanos perduxit, ea in tres partes diviſa, & tabulâ illuſtrata, typographiæ deſtinavit.

Quæ reprehenderit Geilerus in Prælatis.

Iſtis in ſcriptis ſuis paſſim invehitur in corruptiſſimum prælatorum ſtatum; accuſat eos inſcitiæ & ruditatis, & quod ſint *cauſa omnis mali in populo.* Dicit pravos ſucceſſiſſe prioribus, qui fuerint boni ac veluti ſepes Eccleſiæ. Ipſorum culpa diſſipari & prodi Eccleſiam.

In monachis.

Monachos *nigros* ſolitus eſt appellare *diabolos: albos matrem diaboli: mixtos, pullos ejus.* Itaque parùm illos æquos habuit, ut qui Romanam Eccleſiam non ſegniter arguit.

Ænigma de monachis Franciſcanis.

Pro concione fertur quæſtionem proponere ſolitus: *qui ſunt illi homines, qui raſi incedunt, ſicut moriones; tectâ facie, ſicut infames; ſunt vincti, ſicut fures?* cui ſubjecit ipſe: *eſſe Monachos Franciſcanos.*

Prædicit reformationem.

Nec ſolùm queſtus eſt de religione corruptâ, ſed etiam prædixit venturum quendam, divinitùs excitatum; qui eam inſtauret. Optavit etiam videre diem illam, & eſſe diſcipulus ejus viri.

Ioann de Veſalia condemnatus.

Vehementer eidem diſplicuit condemnatio *Johannis de Vaſaliâ*, factâ Moguntiæ anno *milleſimo, quadringenteſimo ſeptuageſimo nono*, & una cum *Engelino Brunſvvicenſi judicavit; eum invidia monachorum oppreſſum.*

Etymon Epiſcopi Germanicum.

Solitus etiam* fertur dicere: *ſe libenter revocare nomen epiſcopi ad etymologiam Germanicam: ut ſit* Biſchoff/ *quaſi* bey den Schaafen. *Sed non moveri Epiſcopos, qui tum, ſive Græca, ſive Germanica etymologia, ut facere velint officium ſuum. Ideò ſe cogi, ut contrariam etymologiam afferat: ut dicatur* Biſchoff/ *quaſi* beiß das Schaaf. *Sic*

* *Tom. I. Poſtil. Melanchth. p. 166.*

enim magis congruere ad præſentes Epiſcopos nomen Germanicum Biſchoff/ *cùm qui jam habeant nomen epiſcoporum non ſint vel Inſpectores veri Eccleſiarum, vel paſtores & curatores ovium.* Sed hæc de hoc ſatis, *ex narratione Beati Rhenani de Geilero: catalogo teſt. veritat. lib. 19. & aliis.*

CONRADUS SUMMERHARDT.

⊕ 1511. d. 3. Nov. ætat. 44.
Patria.

CONRADUS *Summerhardtus Calvæ* in Suevia natus, anno Chriſtiano *milleſimo quadringenteſimo, ſexageſimo ſeptimo*, maturè perceptis literarum rudimentis, ad patriæ ſuæ Academiam, quæ *Tubingæ* etiamnum floret, tanquam ad emporium mercium Muſicarum publicum, acceſſit.

Diſcit Tubingæ.

Eruditio ejus.

Ibi, quæ fuit ingenii ejus felicitas, & doctrinæ augendæ cupiditas, tantos in *Philoſophicis* brevi progreſſus fecit: ut, quâ legendo, quâ diſputando, alios ejus loci Profeſſores longè poſt ſe reliquerit. Poſtea animum ad rerum divinarum ſcientiam applicuit: inque eâ *inſignia*, ut vocant, *Doctoralia*, virtute & doctrinâ ſuâ obtinuit. Nam quod tum in omnibus Chriſtianis, tum vel maximè in Eccleſiæ Doctore requiritur, vitæ fuit integerrimæ, & non tam verbis, quàm factis ipſis alios ad pietatem, & virtutes omnis generis, invitavit. *Qui enim benè docet, & malè vivit: is ſiniſtra plus deſtruit, quam exſtruit dextra.*

Theologiæ doctor renunciatur.
Virtutes & vita ejus.

Cum ita ſuo loco ad reipub. literariæ utilitatem, & eccleſiæ ædificationem plurimum ſtudii operæque conferret; atque Tubingenſem ſcholam ſuæ eruditionis famâ longè lateque illuſtraret: peſte populariter graſſante correptus, immaturâ morte tollitur in monaſterio *Schüterenſi*, die tertiâ Novembris, ætatis ſuæ anno *quadrageſimo quarto*, ſalutis verò per Chriſtum reparatæ *milleſimo, quingenteſimo, undecimo*, ibidemque in templo honeſtâ ſepulturâ tumulatur. Ad monumentum ejus carmen *Henrici Bebelii* exſtat hujuſmodi:

Peſte corripitur.
Qua exſtinguitur.
Monumentum ei à Bebelio poſitum.

Si ſteteris paulum, hocque leges epigramma, viator:
Noſces, quis gelida hac contumuletur humo.
Suevorum Summrhardt jacet hic laus, gloria, fama;
Grande Tubingenſis gymnaſiique decus.
Cujus non ſimilem novit Germania tota:
Ille Theologiæ namque Monarcha fuit,
Phœnix Doctorum, ſceleris quoque purus iniqui:
Et vita & morum cum probitate ſacer.
Quem quoniam tantum potuit mors improba luce
Exarmare virum, vel rapere ante diem:
Vivere virtutes cujus meruere perenne;
Illius eſt ſedes certa profectò poli:
Solamenque illis, qui nunc moriuntur ubique:
Mortem eſſe optandam, præcipuumque bonum.

Fuit & hic Summerhardus unus de eorum numero, qui in ipſis Papatûs tenebris Evangelii lucem, è longinquo promicantem, viderunt: & emendationem Eccleſiæ unicè exoptarunt. *Joannes Staupicius*, qui Tubingæ docentem audivit, ſæpe in memoriam ſibi revocare, & ad alios in congreſſibus familiaribus ſermone uſurpare ſolitus eſt verba, quæ ille non ſine affectu protulit talia: *Quis me miſerum tandem liberabit ab iſta rixoſa Theologia!* *Scholaſticorum* intellige, & *Sophiſtarum*. Quæ quam vim habeant, nemo non videt.

Optat reformationem.

Scripta poſteritati hæc reliquit: *commentaria in univerſam Phyſicam*, in quinque tractatus diviſa: *De contractibus* grande opus: In *Petri Lombardi ſententias* Concluſiones: *Orationem ad Patres in capitulo Hirſaugienſi*, ordinis S. Benedicti, *de duodecim abuſibus monaſticis:* Tractatum bipartitum; quòd *Deus homo fieri voluerit*; *quodque Meſſias in Lege & Prophetis promiſſus, non ſolùm homo, ſed etiam Deus eſſe debuerit & debeat.* Prodierunt & poſthuma ejus quædam, de quibus Bibliothecæ. *Henric. Pantal. l. 3. Proſopogr. Geſner. in Biblioth.*

NICOLAUS RUS.

Floruit circâ annum 1513.

INter alios evangelii παλιγγενεσίας prodromos unciosve, unus hic fuit *Nicolaus Rus* Germanus. Sacris à puero initiatus operam divinis literis navavit ejuſmodi: ut eruditione ſuâ ſic promerente, *Roſtochiana* in Academia primùm *Magiſter*, deinde *Baccalaureus* formatus Theologiæ fuerit renunciatus. Cæterùm cùm *Boëmorum* quorundam conſuetudine eſſet uſus: varias eorum ductu animadvertit in eccleſiam irrepſiſſe ſuperſtitiones: quas ipſe magno zelo reprehendit: & ſacerdotes officii ſui graviter commonuit. Factum id ſub annum Chriſti *milleſimum quingenteſimum decimum tertium*.

Renunciatur baccal. Theol. Superſtitiones reprehendit.

Multi autem eo tempore fuerunt, qui ejus admonitiones diligenter expenderunt: plures, qui eum graviſſimo odio perſequuti. Itaque coactus eſt *Roſtochio Viſmariam* ſecedere; ubi annum cum dimidio vixit, hominum vitia taxando. Inde reverſus denuo *Roſtochium*, rurſus ob novam perſecutionem in *Livoniam* abiit, ibique diem ſuum obiit.

Wiſmariâ ſecedit.
Ac inde in Livoniam.

Reliquit prolixum ſcriptum, impreſſum Saxonica lingua, titulo *de Triplici funiculo*. Eſt autem expoſitio *Symboli, Decalogi* & *Dominicæ orationis*, in qua multa contra Papam diſputat, præcipuè autem hæc; *Indulgentias eſſe meram deceptionem piorum: veras autem contingere à ſolo Deo gratis propter Chriſtum omnibus verè pœnitentibus; Papam non eam poteſtatem habere, quam ei multi tribuant, nec audiendum niſi recta præcipiat: ſanctorum oſſa non eſſe adoranda, nec ſanctos invocandos; ſpirituales debere dare cenſum, & ſubeſſe Magiſtratibus*; reprehendit quoque *traditiones humanas, varios abuſus, & ſuperſtitiones.* Imprimis verò graviſſime inſectatus eſt ſpiritualium vitam turpem & officii neglectionem. Itaque cùm hæc doceret, indulgentiarum inquiſitores ſummo ſtudio illius exemplaria excuſſerunt. Et ipſe quidem arcam plenam illis exemplaribus in terram defoderat, quæ ibi ad Lutheri tempora uſque manſerunt, ſed pleraque ſitu & putredine corrupta. Inde liquet Lutherũ magnam ſuæ doctrinæ occaſionem ab anteceſſoribus accepiſſe. Vixerunt diu *Roſtochii* duo pii & docti viri, qui hujus Nicolai in humaniorib' literis diſcipuli fuerant, nimi-

Liber de triplici funiculo.
Errores Papatus, quos taxavit Ruſſ.
Libri ejus exuſti.
Defodit exempl. in terram.

rum

Conrad. Pegollius diſcipul. Ruſſi.

rum *Conradus Pegollius*, & *Vitus* Eccleſiaſtes ad S. Joannem. *Ex Chytræi Saxonia: & catalogo teſtium veritatis.*

1522.

SIMON HEINSIUS.

*Primus Concionator Evangelicus Wittembergæ. * Brück. Georgius Heinſius Pontanus dictus, Pater. Migrat Wittembergam. Tres filios tribus Facultatibus addicit.*

Reformati apud Wittembergenſes Evangelii primus præco perhibetur *Simon Heinſius*, qui D. Chytræo, niſi fallimur, eſt *Benckius*; honeſtis parentibus prognatus in oppido Wittembergæ adſito, à * ponte nomen adepto. Pater ei fuit *Georgius*; qui præcipuum illius oppidi magiſtratum diu geſſit. Hic cùm adoleſcens doctrinarum initia ſic ſatis percepiſſet: ætate ad ſenium inclinante, Wittembergam, *Lutheri* potiſſimum adſiduè audiendi causâ commigravit.

** In vitis ICtorum & Politicorum Germanorum.*

Idem cùm non tam hæreditate & diligentiâ ac parſimoniâ œconomicâ; quàm benedictione divinâ, quæ ſola ditat, in re eſſet ſatis auctâ & lautâ: filios omnes, quorum tres habebat, literis erudiendos curavit, tribusque diverſis, uti nominant, Facultatibus conſecratos voluit. Sed qui *Medicinæ* ſeſe dedidit, Paduæ in Italiâ immatura morte deceſſit. Alter patri cognominis *Jus civile* didicit, eique *Pontani* nomen adhæſit, de quo * alibi. Tertius hic *Simon* de parentis conſilio *Theologiæ* ſtudio deſtinatus primùm ad *Philoſophiam* ſedulò incubuit; brevique tantum profecit: ut ſupremo Facultatis ejus gradu ornatus, & in profeſſorum numerum fuerit cooptatus.

Simon Heinſius Theologiæ deditus. Fit eccleſiaſtes Wittembergæ. Valetudine impeditur. Lutherus ejus vices ſupplet.

Poſtea ad Theologiam ſtudium contulit; in qua conatui ſucceſſus ita reſpondit: ut *Eccleſiaſtes Wittembergenſis* primarius fuerit electus. Sed cum ingenium ejus malè habitaret, & cum adverſâ valetudine quotidiè ferè ipſi conflictandum eſſet: functioni ſuæ difficulter profuit. Itaque cum viribus exhauſtis concionandi laborem ſubire ampliùs non poſſet: *Lutherus*, tunc vir *triginta trium annorum*, diebus Dominicis Evangelia ejus loco pro concione explicavit.

Veritatem Evangelii amplectitur Heinſius.

Porrò videns in doctrinâ, illo ſeculo uſitatâ, multum ineſſe inextricabilium diſputationum, aliquantiſper hæſitavit: ſed poſtea agnitam veritatem eſt amplexus, conſtanterque profeſſus. Cum ipſo Luthero aliiſque eruditis ac piis viris ſæpè de omnibus controverſiarum Theologicarum capitibus ſeriò contulit: rectèque ſtatuit: *ſolam hanc Dei eſſe Eccleſiam, quæ ſcripta Prophetica & Apoſtolica ſine corruptelis amplecteretur.* Ac valdè fuit lætatus, cùm *videret congruere doctrinam Evangelii, cum Eccleſia veteri puriore, & cum Auguſtini, uti & aliorum ſcriptis:* in quibus ſigna pietatis & eruditionis apparent.

Eccleſia qua.

Et cum diuturno, quemadmodum diximus, morbo teneretur; ex domeſticis converſationibus & amicis colloquiis recreationem aliquam petebat; menſæq; ſuæ adhibebat honeſtos aliquot, & eruditos juvenes ſtudioſos. Hi ejus σύσσιτοι cum aliquando diebus illis, quos *Bacchanaliorum* nomine inſignimus, comœdiam agerent: id ſimul ac comperit, facti ſui rationem ut redderent, poſtulavit, verbisque eos graviter caſtigavit: *Vultis*, inquit, *in ludis imitari Pontificios, qui ritu perſonas induendi, non ſacrorum cauſa, ſed turpi inſaniendi ſtudio, duos continuos menſes ante quadrageſimæ initium, ludunt, inveterataq; interim delirandi conſuetudine & licentia plusquam ſexcenta flagitia committunt? Si quiſpiam Græcorum, aut Romanorum illorum antiquiſſimorum rediret, Jovem lapidem juraret, ſua Bacchanalia & Lupercalia hic agi. Cur non etiam jejunium ſervatis?* Ad hæc cum illi muſſitarent; acriter eos objurgavit, & inter alia: *Equidem exercitia*, inquit, *dramata & comœdias exhibendi, non improbo: modò vitetur obſcœnitas, laſcivia & ſcurrilitas. Ita enim rerum verborumq; ſuppellex comparatur tam ab actoribus, quàm à ſpectatoribus, memoria egregiè excolitur, linguæ vitia, & mores emendantur, dicendiq; libertas quædam acquiritur. Verùm hoc fiat juſto tempore. Præſens certè Bacchanaliorum tempus, tali negocio deſtinatum, me & multos Chriſtianos offendit. Conſiderate, quæſo, quàm turpia & nefanda de abominandis Bacchanaliorum ſceleribus recitet Livius, ut alios omittam. Peragebantur nempe Bacchanalia veſtium mutatione, larvis crinibusq; diſſolutis, pellibus cervinis, facibus, campanulis, imagine Priapi: Immolabantur aries & canis. Religionem ſequebantur commeſſationes, & luxus. Cumq; vinum animos, ac tenebræ nocturnæ ſecuritatem addidiſſent: miſti fœminis mares diſcurrebant, fiebantque ſtupra, & omnis generis turpitudines. Nolite igitur aliis bacchandi occaſionem præbere. De continentia & caſtitate præter Decalogi præceptum habetis & illud Catonis:*

Bacchanaliorum celebrationem reprehendit. *Dramatum & comœdiarum exhibitio quatenus probanda.*

Caſta Deus mens eſt, caſtâ vult mente vocari.

De non mutandis veſtibus manifeſta extat prohibitio in lege Dei: non induetur mulier veſte virili: nec vir utetur veſte fœminea. Abominabilis enim apud Dominum eſt, qui facit hæc.

Fanaticorum ſecta & dogma.

Cæterum cum anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo, ſecundo*, occultè gliſceret ſecta quorundam; *qui cum Deo ſibi colloquium eſſe jactitabant: & in mandatis ſe habere: ut, impiis internecione occiſis, novum inſtaurent mundum, in quo pii ſolum viverent ac rerum potirentur:* Heinſius lectulo fatali affixus, fanaticos iſtos, cum publicè non poſſet in concionibus, animo tamen deteſtatus eſt: & alios, ut furorem in herbâ adhuc exſtinguerent, animavit armavitque: inter quos principes *Melanchthon & Hieronymus Schurffius*, qui ſeſe acriter huic malo oppoſuerunt.

Moritur Heinſius. Succedente Bugenhagio Pomerano.

Ipſe autem *Heinſius Pontanus* dictus eodem anno, poſtremum vitæ ſuæ diem, ſanctè, & cum deſiderio migrandi ad Chriſtum, clauſit: cui in paſtoratu ſucceſſit *D. Joannes Bugenhagius Pomeranus*: qui *triginta ſex* ipſos annos ei Eccleſiæ deinceps præfuit ac profuit; ut in ejus vitâ dicetur. *Ex vitis Theologorum Wittenbergenſium.*

ANDREAS CNOPHIUS.

Flor. ann. 1523.

Prima notitiæ Chriſti ſemina & Eccleſiarum Livoniæ Chriſtianarum fundamenta à *Meinardo* quodam Segebergenſi monacho & ſacerdote, per Bremenſes mercatores in Livoniam ducto, jacta ſunt, ſub annum Chriſti *mille-*

Meinardus primus Livoniæ Epiſcopus Rigæ fundator.

milleſimum,centeſimum, nonageſimum. Is Epiſcopus Livoniæ primus, ad *Dunam* fluvium ſedem collocavit: ubi ſucceſſor ejus *Bertholdus* urbis *Rigæ* initium fecit. Præcipuè autem tertius epiſcopus *Albertus*, religionem & regionem Chriſtianam inibi propagavit: cui deinde continenter ſuccedentes Epiſcopi & Archiepiſcopi præfuerunt.

Cnophius primus emendat doctrinam & ritus.

Poſt aliquot ſecula, circa annum Domini *milleſimum,quingenteſimum, viceſimum ſecundum*, emendationem doctrinæ & rituum Rigæ inchoavit *Andreas Cnophius*, *Cuſtrini* ad *Viadri* & *Wartæ* confluentes natus. Primum *Treptoæ*, ad Regum fluvium, in Pomeraniâ orientali, cui ἀπὸ τοῦ τρέφειν, propter omnium ad vitam ſuſtentandam neceſſariarum rerum abundantiam *Joachimus Niſſenus* Secretarius illius Reip. nomen inditum autumat:

Collega Bugenhagii in ſchola Treptoa

Treptoæ igitur primum cum *Ioanne Bugenhagio* ſcholam literariam rexit: quorum tantoperè in docendo induſtria, dexteritas, & fides celebrata fuerunt: ut non ſolum ex vicinis oppidis; ſed *Livonia* quoque & *Weſtphalia* exciti ſcholaſtici eò confluerent. Eo in oppido cùm Pontificii errores in doctrinâ & abuſus rituum publicè detegerentur: turbulentius

Ibi aliquid turbarum datum.

quippiam, non doctorum, dextra veram doctrinam tradentium, ſed vulgi ſiniſtrâ accipientium culpâ, in S. *Antonii ſacrificulos* & idola geſtum eſt. Quæ res ad Epiſcopum delata vehementer eum irritavit, fecitque ut in ſacerdotes, in cives & ſcholaſticos acriter animadverterit.

Fugit Treptoa Cnophius. Rigæ Paſtor deſignatur.

Itaque aliis aliò diffugientibus, *Andreas Cnophius* cum *Ioachimo Mollero*, abductis ſcholaſticis Livonis, *Rigam*, ad fratrem *Iacobum*, canonicum, profectus eſt. Eo ſimul ac venit, ad miniſterium illius Eccleſiæ in æde D. Petri vocatur:

Docet ibi.

ubi exemplo Paſtoris Treptovienſis, in cujus convictu fuerat, acriter in idolomaniam & mores Pontificiorum invectus, doctrinam de juſtitia fidei, & gratuita peccatorum remiſſione, propter Chriſtum pro nobis paſſum & reſuſcitatum, cuivis credenti donanda, præcipuè urſit: ritus tamen quoſdam aliquantiſper toleravit.

Sylveſter Tegetmeierus turbat.

Sequenti anno acceſſit collega turbulentus *Sylveſter Tegetmejerus*: qui Roſtochio, ubi eccleſiæ Jacobææ miniſter fuerat, nuper profugerat: & adeundæ hæreditatis fraternæ cauſa Rigam profectus, exeunte anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſecundo*, in æde D. *Iacobi* docere cepit: & majori impetu Pontificiorum ſuperſtitiones & idola palam coarguit ac detexit: adeò ut vulgo abominationi eſſe ceperint: & paulo poſt ſtatuas omnes ex templis ejicerent, & lapides ſepulcris impoſitos removerent: ut *ſolent in primis mutationum articulis multa inconſideratius & turbulentius geri.*

Lutherus ad Rigenſes.

Quare *Lutherus ad Rigenſes* ſcribens monet eos, *pietatem Chriſtianam ſitam eſſe in fide vera, in caritate erga proximum ſincera, in ſpe ſalutis certa, quæcunq; afflictiones fidei confeſſionem comitentur: non in humanorum & externorum rituum abolitione; quæ cura impietatem & ſcandalum relinqui poſſint.* Biennio pòſt idem *Lutherus* alteram Rigenſibus miniſtris, *de ritibus Liturgiæ* inter ſe diſceptantibus, epiſtolam miſit: in qua *de externorum rituum libertate, & verò uſu ceremoniarum* docet.

Sed quæ poſt varios motus de religione, apud Rigenſes conſecuta ſint: verboſè *David Chytræus* in Saxonia ſua narrat: nos ad Cnophium redimus. Hic igitur, uti dictum, fuit ἔξαρχος emendationis doctrinæ & rituum Rigæ Livoniæ metropolis: nec ſolùm verbi præco, ſed etiam vates ſuavis; qui *carmina ſacra & odas*, ſpiritu & vita plenas, ſententiis & rhythmis venuſtas graveſque, adjunctis numeris Muſicis in animos audientium penetrantibus compoſuit; de quorum numero ſunt pſalmi Davidis aliquot, Germanico carmine redditi: & odia illa: **HErr Chriſt der einig Gottes Sohn**: Item: **Hilff uns in deinem Namen.** *D. Chytræus lib.* 10. *Saxoniæ.*

Cnophii oda ſacræ.

IOANNES STAUPICIUS.

⊖ 1527 vel 25. 28. Decembr.

PROTULIT *Joannem Staupicium* Miſnia, familiâ verè nobili. Sed ne genere & proavis, alienis nempe bonis, gloriaretur: à teneris unguiculis, generoſo animi impetu, ad virtutem & eruditam doctrinam contendit. Utque commodiùs bonis literis atque pietati vacare poſſet: gratos Muſis ſeceſſus quæſivit.

Staupiciorum familia nobilis.

In *Auguſtinianorum* itaq; *monachorum* familiam cùm ſe contuliſſet: abſoluto feliciter, pro illis temporibus, Philoſophico curſu, & deguſtatis utriusque literaturæ primordiis, ad ſacras literas acceſſit: quas adſiduo legendi commentandiq; ſtudio ita ſibi familiares reddidit: ut aliis celeriter ingenii acumine & pietatis laude antecelleret. Videbat enim pius juvenis, naturalem & Philoſophicam rerum conſiderationem, in tanta noſtræ naturæ caligine & depravatione, parum ad ſalutem æternam conferre.

Fit Auguſtinianus monachus Staupicius Philoſophica primum, dein Theologica tractat.

Porrò in Theologiâ, ut tunc tradebatur, tantum profecit: ut ob raram eruditionem Doctor Theologiæ, cùm applauſu aliorum, fuerit renunciatus. Neque tamen ſatis duxit, ſacras literas ſcire & memoriâ tenere: ſed praxin quoque accedere oportere rectè ſtatuit. Ut enim *olim exoſi fuerunt viri Philoſopha ſententia, ſed ignava opera*: ita & *Theologi nomen frivolè jactant, qui factis non exprimunt*: cum Chriſtianiſmus non ſolum recta dogmata; ſed & honeſtam vitam exigat. Itaque cum vitæ innocentiâ eruditam doctrinam ornaret Staupicius: mortuo ſui ordinis per Germaniam ſummo & generali Vicario, in ejus locum unanimi ſuorũ conſenſu fuit ſurrogatus.

Doctor Theologiæ renunciatur.

Et vicarius generalis.

Sub id tempus *Fridericus*, Elector Saxoniæ, Princeps ſapientiſſimus, *Witembergæ* publicam aperire ſcholam in animum duxit: qua in re *Staupicii* potiſſimum, & * *Mellerſtadii* operâ atque conſilio uſus eſt: quorum hic primus Academiæ Rector, ille verò primus in Facultate Theologicâ Decanus fuit: eximius, ut tum loquebatur, *Magiſter noſter*, & Auguſtiniani ordinis Eremitarum generalis per Germaniam Vicarius.

Wittenberg. conſtit. auctor.

** De quo in vitis Medicorũ*

Primus Decanus Theolog. Staupic.

Cùm autem Theologiam in Scholâ illâ diligentius

Vocat Lutherum Wittenbergam.

Vult eum Doctorem promotum

Cùm autem Theologiam in Scholâ illâ diligentius doceri cuperet: atque *Martini Lutheri*, ejusdem ordinis monachi, ingenium perſpectum haberet: vocavit eum Wittembergam Erphordiâ, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octavo*, ut ſacras literas publicè enarraret. Ibi cùm, de voluntate Electoris, vellet Lutherum in Theologiæ Doctorem promotum; & Lutherus jam valetudinem, jam alia excuſaret: Staupicius feſtivo vultu: *Mira*, inquit, *videtur inſtare converſio rerum: ubi DEO multi exhibebuntur labores in cœlo & terra; ad quos expediendos opus erit ſtrenuis viris doctoribus. Sive ergo vivas, ſive moriaris: Deus in conſilio ſuo etiam operam requirit.*

Doctrinam Lutheri probat.

Lutheri de Staupicio oratio.

Staupicii verba ad Lutherum *Tom. 1. epiſt. Luther. p. 298

Poſtea cum Lutherus, anno *milleſimo, quingenteſimo, decimo ſeptimo*, indulgentias Pontificias reprehendiſſet: atque editis theſibus omnes ad diſputationem provocaſſet: thematum illorum reſolutiones, Pontifici Leoni X. tramittendas Staupicio obtulit. Hic emicantem è tenebris Evangelii lucem ſtatim vidit: ac veritatem ſuo etiam calculo comprobavit. *Memini*, inquit Lutherus, *initio meæ cauſæ D. Staupicium, tunc ſummum virum, & ordinis Auguſtinianorum Vicarium, ad me dicere: Hoc mihi placet; quod de doctrina, quam prædicas, gloriam & omnia ſoli Deo attribuis: hominibus nihil. Deo autem, quod luce clarius eſt, nimium gloriæ & bonitatis tribui non poteſt. Ea vox me vehementer confirmavit & conſolata eſt.* Auguſtæ etiam cum eſſet, ut mox dicemus, cum Luthero, inter alia, quæ ſuper negocio religionis contulerunt, ad Lutherum * dixit: *Memor eſto, frater, te iſta in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti incepiſſe*: quod verbum non quaſi à Staupicio, ſed per eum dictum accepit: memorique animo repoſitum ſemper tenuit.

Pro Auguſtini libris Biblia vult prælegi.

Luthero Auguſtæ adeſt. 1518.

Eo quo Lutherus Doctor eſt Theologiæ renunciatus anno, qui fuit à Chriſti nativitate, *milleſimus, quingenteſimus, duodecimus, Auguſtini libros*, qui in iis, quæ ſuæ erant curæ, monaſteriis, ad menſam de more prælegebantur, removit: inque eorum locum *Biblia* ſacra ſubſtituit: ut ea ſuis fratribus innoteſcerent. Ut autem ſacras literas ſeriò amavit: ita & liberalium artium atque Philoſophiæ ſtudia Principi ſuo, unà cum *Georgio Spalatino*, frequenter commendavit. Inde cum Lutherus *Auguſtam Vindelicorum* ad Cardinalem *Cajetanum*, Pontificis Legatum, accerſitus eſſet: ibidem & Staupicius, cum D. *Wenceslao Linckio*, D. *Peutingero*, & aliis Electoris Saxonici Conſiliariis, comparuit: & ne ante cauſæ cognitionem Lutherus damnaretur, rogavit. Ac tantum quidem obtinuit: ut Luthero ſcriptis cauſam ſuam agere liceret. Verum cum Legatus fruſtra etiam per Staupicium cum Luthero agi voluiſſet, ac Staupicio ob id iraſceretur: diſceſſit ipſe, inſcio Cardinale, & in Saxoniam rediit: quem ſubſecutus paulò pòſt eſt & Lutherus, literis poſt ſe relictis: quibus à Cardinale ad Papam provocavit.

Fit ſuffraganeus Saliſburgenſis.

Alii abbatiam nactum dicunt: tom. 2. epiſt. Lutheri p. 75. *Tom. 1. epiſt. pag. 303. 304.

Tandem ad Epiſcopum Saliſburgenſem venit Staupicius, ejusq; vicarius, quem ſuffraganeum vocant, factus eſt. Nam, ſi Pirnenſi fides habenda, nunquam exiſtimarat Staupicius: diſputationes à Luthero motas, ejuſmodi exitum ſortituras. Itaq; cùm in dies magis ac magis augeri eas videret; aliò abiit. Hinc timiditatem ei Lutherus exprobrat epiſtola * quadam: ubi inter alia: *quantum tu me ad humilitatem exhortaris: tantum ego te ad ſuperbiam exhortor. Tibi adeſt nimia humilitas; ſicut mihi nimia ſuperbia*: & reprehendit; quod judicio Papæ ſe ſubmiſiſſet.

Moritur.

*Tom. 2. epiſt. pag. 270.

Finem vivendi fecit Saliſburgi, anno, ut quidam, *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſeptimo*, Lutherus tamen ſub annum *viceſimum quintum* ad Amsdorfium ita * ſcribit: *Staupicius exceſſit è vivis, brevi functus potentatu.*

* V. tom. 1. epiſt. Lutheri p. 16. Fugit dignitates & honores.

De pœnitentia quid docuerit.

De prædeſtinatione quomodo diſputandum.

Potuiſſet * hic vir ad ſummas pervenire dignitates, etiam Epiſcopatum quantumcunque adipiſci; niſi ipſe ſtudio omni id fugiſſet: quod & gentiles in eo ipſi deſiderarunt. De pœnitentiâ, contra carnificinam illam conſcientiarum, rectè docuit: *veram eſſe pœnitentiam eam, quæ ab amore juſtitiæ & Dei inciperet.* Quæ vox ita altè in animo Lutheri inſedit: ut nihil dulcius fuerit deinceps pœnitentiâ; cùm antea eidem in totâ ſcripturâ nihil eſſet amarius. De *prædeſtinatione diſputaturus*, dixit item Staupicius: *incipe à Chriſti vulneribus; & ſtatim diabolus cum ſuis tentationibus recedet.*

Agnoſcit nævos ſuos

Nævos ſuos ipſe agnovit: & imbecillitatem naturæ noſtræ deploravit: *Ego*, inquit, *plus millies Deo recepi; fore me probiorem; ſed nunquam præſtiti, quod vovi. Poſthac non vovebo; quia experientia didici, me præſtare non poſſe. Quod niſi Deus mihi propitius propter Chriſtum ſit: ac felicem horulam conceſſerit, cùm ex hac vita migrandum erit: non potero conſiſtere cum votis & benefactis meis.*

De ſua gubernatione quid dixerit.

De ſuâ gubernatione ad Lutherum dixit: *ego primo triennio ſecundum Nemeſin volui regere: ſed ea via non ſucceſſit. Altero juxta leges & conſilia majorum: & ne ſic quidem ceſſit feliciter. Tertio ſecundum voluntatem Dei, adjuncta invocatione: verum id quoque fuit infelix. Tandem igitur faciebam quod poteram: cùm deſperaſſem de his conſiliis & rationibus omnibus.*

Judicium Lutheri de Staupicio.

Lapſum memoria feſtive excuſat Staupicius.

Magni fecit eum Lutherus, ſemper *ſuum Staupicium* nominare ſolitus. Sæpè dixit: *magnus hic vir erat; & non ſolùm in ſcholis & templis doctus facundusque; ſed etiam in aulis atque apud magnates gratus ac venerandus.* Aliquando pro concione voluit genealogiam Chriſti ſecundum Matthæum, ut tùm moris erat, memoriter recitare: ſed cum genealogiam illam ad Principes uſque, qui à captivitate Babylonicâ de tribu Judæ numerantur, perduxiſſet, hæſitare cepit. Ibi ipſe, Deus, inquit, ſuperbis reſiſtit; & ad textus explicationem acceſſit. Intererant concioni duo Saxoniæ Duces; qui à concione ad prandium eum vocant. Inter prandendum Joannes Dux eum ſic affatur: *Domine Doctor, quomodo res hodie in Evangelio ſuccedebat?* Ibi Staupicius, *clementiſſime Princeps*, inquit, *in* textu

textu hodierni Evangelii tria habebam hominum genera: primum Patriarchas, qui erant faciles: deinde Reges; & hi de ſe ſermonem haberi patiebantur: cum ad Principes perveniſſem: erant illi varii, difficiles, & me in recitatione confundebant. Ibi Fridericus Elector, ad tam extemporalem argutiam arridens: *nunquid* (ad fratrem converſus) inquit, *amplius ſciſcitari quid lubet? Staupicius nunquam invenietur mutus.* In tomis denique Lutheri ſparſim de hoc eodem Staupicio quædam ἀξιόλογα narrantur: quæ partim piè prudenterque fecit, partim ſapienter graviterque dixit.

Scripta Staupicii. **Tomo 1. epiſtolarū pag. 164. b.*

Scripſit libellum vernaculum: *de imitanda morte Chriſti*: quem* commendat ita Lutherus: *Scarto noſtro de morte obeunda non inutilis foret vernaculus ille Staupicii libellus: de imitanda morte Chriſti: in quo & melius, pro dote ſua, rem tractavit; quàm ſperem, à me tractari poſſe, donec ocioſior ſiam.*

Tandem hoc ſeculo, anno nempe 1605. prodierunt duo ejus libelli poſthumi Theologici:

1. Von der holdſeligen Liebe GOttes. *De amore Dei ſuaviſſimo.*

2. Von unſerm heiligen Chriſtlichen Glauben/ *de ſancta Chriſtiana fide noſtra.* In titulo indigitatur: *Abbas Salisburgi ad S. Petri.*

Hæc de Staupicio ſuggeſſerunt nobis, Sleidanus: Matheſii conciones de Luthero, Petri Albini chronicon Miſniæ tit. 25. epiſtolæ Lutheri, alii.

JACOBUS WIMPHELINGUS.

☉ 1528. d. 17. Nov. ætat. 79. curr.

SEleſtadii in Alſatiâ, *Jacobus Wimphelingus* naſcitur, anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, undequinquageſimo.* A puero optimis literis primùm in patriâ, à *Ludovico Dringebergio* Weſtphalo, ſtudiorum ſcholæ Seleſtadienſis Rectore, informatus; poſtea *Friburgum* abiit; atque inde *Baſileam, Erfordiam*, ac *Haidelbergam*: ubi Pontificii juris cognitionem cum Theologiæ ſcientiâ feliciter conjunxit. Itaque & bonarum *artium Doctor*, & S. Theologiæ *Licentiatus*, ſolenni Academiarum more, eſt renunciatus.

Ludovic. Dringebergius præceptor Wimphelingi. Varias Acad. accedit Wimphelingus. Haidelbergæ Licentiatus Theologus creatur.

Quod ad eloquentiam attinet; tantum præſtitit tum in carmine, tum in oratione ſolutâ; quantum vel à Theologo, vel ab illorum temporum homine, poſſit requiri. Spiram itaque ſub annum *milleſimum, quadringenteſimum, nonageſimum quartum* accitus, Eccleſiaſtæ munus non ſine laude aliquot annis geſſit. Præter literarum enim eruditionem inſigni fuit præditus pietate.

Spiram vocatur.

De ſeceſſu cogitat. Chriſtoph. ab Vtenheim.

Ardens ergo amore rerum cœleſtium, eoque pertæſus ſeculi, quod, teſte Apoſtolo, *totum in malitia poſitum eſt*, de ſeceſſu cogitavit. Ejus propoſiti conſortem habuit *Chriſtophorum ab Vtenheim*, doctum pariter: & caſtiſſimæ integritatis virum. Atque ut nudus ad nudum Chriſtum confugeret; quod erat Eccleſiaſtici cenſus, erat autem quod ad vitæ mundiciem ſufficeret, reſignavit. Verum conſilium hoc Utenheimius abrupit, ad Epiſcopi munus Baſileam retractus, amicis ita ſuadentibus; futurum, ut, ſi ad mentem tam piam acceſſiſſet auctoritas, plures Chriſto lucrifaceret, quàm ſi ſe abdidiſſet.

Wimphelingus tamen ſuâ paupertate lætus, perrexit, quod inſtituerat, agere: rurſusque *Haidelbergæ* ſacros auctores ennarravit, & in his *Hieronymum.* Ad hæc libellis editis & adoleſcentiam inſtituit: atque ſacerdotes ad pietatis caſtimoniæque ſtudium excitavit.

Docet Haidelbergæ Wimpheling.

Nec gravatus ibi eſt, amore pietatis, agere pædagogum, aliquot magnæ ſpei adoleſcentum: inter quos *Wolfgangus Comes à Levenſtein*, Ludovici filius, cui *Adoleſcentiam* dedicavit, *Jacobus Sturmius* Argentinenſis, poſtea inter nobiles doctrinâ, conſilio, prudentiâ in toto Imperio clariſſimus, cui *de Integritate animi & corporis tuenda*, libellum inſcripſit; & ex ſorore Wimphelingi Magdalena nepotes *Jacobus Spigelius*, qui Lexicon Juris poſtea edidit, & *Joannes Majus* DD. qui ambo *Caroli* & *Ferdinandi* Impp. Conſiliarii præcipui fuerunt.

Agit pædagogum.

Cum talis Wimphelingus tantusque eſſet; non tamen ſancta hominis libertas invidiâ caruit. Nam *Auguſtinenſium monachorum* operâ homo, ſenio & herniâ aggravatus, Romam citatus eſt eò, quòd, aliquorum monachorum malitiâ & ignaviâ commotus, alicubi ſcripſiſſet: *ſanctum Auguſtinum non fuiſſe monachum, aut certè non talem, quales jam habentur Auguſtinenſes: cùm illi met exhibeant eum, in tabulis & libellis, promiſſ. barba, nigra cuculla, & zona coriacea.* Quod factum reprehendit in ipſo *Trithemius* quadam epiſtola: eumque monet: *promtulus ne ſit* (verba ſunt Trithemii) *in anteanegotiis & rebus ſe occupare clauſtralium: quia* (inquit) *quod extra te & conditionem ſtatus tui, nihil ad te. Quid enim ad te, Auguſtinus cucullatus fuerit, an togatus?* Defenderunt autem Wimphelingum ad Papam Julium, & arbitri conſtituti fuerunt, *Conrad. Peudinger* Auguſtanus, & *Jacobus Spigelius*: tandemque incendium Julii ſecundi preſſit auctoritas, idque bonorum omnium applauſu.

A monachis Romæ accuſatur. Cauſa accuſationis. *Monetur J. Trithemio.* *Arbitri ſuper eo negocio.*

Præter alias adverſitates, quibus hominis virtus exercitata fuit, fatale illud totius Eccleſiæ diſſidium ipſum vehementer afflixit, ac tantum non ad vitæ tædium adegit. Nam ex unâ parte, ſacrarum literarum veritatem; ex altera, Eccleſiæ auctoritatem; & inveteratam conſuetudinem conſideravit. Itaque ſolitudinem ac ſeceſſum fruſtra tentatum, ingraveſcentibus annis, egit *Seleſtadii* in ædibus Magdalenæ ſororis, ex qua duos reliquit nepotes: quos paterno ſemper affectu complexus eſt, moribus ac literis eleganter inſtitutos. Horum, uti diximus, *Jacobus Spigelius* juris prudentiâ clarus, primo *Maximiliano* Cæſari, deinde Regi *Ferdinando* fuit à conſiliis: alter verò *Joannes Majus*, minor natu, poſtea in fratris defuncti locum ſucceſſit.

Cura ejus in cauſa religionis. *Agit vitam privatam.* *Jacob. Spigel.* *Joann. Majus.*

Annum

Ætas Wimphelingi. Annum attigit pene octogeſimum, diutius etiam victurus, ſi corpuſculi deficientis rationem ullam habere voluiſſet: & ſubductus eſt ſeculo, quo nihil fingi poteſt inquinatius; anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo octavo*, *Mors. Epitaphium ei à B. Rhenano poſitum.* die *decimo ſeptimo* Novembris, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo nono* inchoato, Seleſtadii, ubi & honorificè ſepultus cum monumento ejuſmodi, à *Beato Rhenano* conſcripto:

Jacobo Wimphelingo Sletſtadienſi, viro clariſſimo, & unico puerilis inſtitutionis ac profectus circa literas amatori, exhortatori, patrono. Cujus rei argumentum nobis exhibent, non ſolum aditus liber Adoleſcentiæ nomine, & quem εἴσοδον inſcripſit, ac elegantiarum linguæ Latinæ compendium, præter libellos hoc genus alios, verumetiam ipſæ ſcholæ eruditis hominibus hujus conſilio paſſim commiſſæ. Qui quam capitaliter luxum, avaritiam, & ambitionem oderit, frugaliſſimè acta vita docet, & ſplendida ſæpè fortuna contempta, parvo ſemper contentus animus, ſed & adverſus illa vitia graves libelli & ad oppoſitas virtutes inflammantia ſcripta, apud poſteros quoque teſtabuntur. Religionis Chriſtianæ pius cultor, quemadmodum Theologum & Presbyterum inprimis decebat, bonos viros etiam in cœnobiis degentes familiariter dilexit. Apud Spiram Nemetum in Regio illo templo aliquot annis munere Concionatoris functus eſt, Primus ſanè inter cives ſuos, qui carmine & oratione proſa atque æditorum voluminum numero in omni penè ſcripti genere apud eruditos laudem meruerit. Nam Hugonis veteris Theologi, præter commentarios rerum ſacrarum & alterius Ioannis, præter Ethicorum Ariſtotelicorum expoſitionem, nihil hodie extat. Iacobus Spigelius Iureconſultus, & Ioannes Majus fratres, Regii Secretarii utrique Avunculo. B. M. ſtatuerunt. Vixit annos LXXVIII. Menſes III. Dies XXI. obiit anno MDXXVIII. decimo quinto Calendarum Decemb. Magdalenam matrem, fœminam planè Chriſtianæ patientiæ, quam difficili morbo oppreſſa non modico tempore præſtitit, eodem ſepulchro (id quod viva optaverat ob amorem fratris) iidem filii paulo poſt collocaverunt.

Janus autem *Cornarius* his epigrammatis eum ornavit:

I. Cornarii epigramma in eundem Wimpheling.

Hic Wimphlinge jaces, longa poſt tempora vitæ,
Felix in patria contumulatus humo.
Inter avos tenera qui dulcia munera lingua
Ornabas Latio ſedulus eloquio.
Addebas morum reverenda exempla piorum:
Quàm nihil abſque illis lingua diſerta valet!
Nomine ſic morum, linguæ & pro ætate polita
Nullus Teutonico notior orbe fuit.
Ipſe ſenex tandem ſenibus ſua munera myſtis
Tradis, quæ pietas relligioque docent.
Hunc patrem ereptum genitrix fœcunda virorũ
Doctorum urbs merito Sletſtadiana gemit.

Et hoc

Μετρωκίων γλώσσας λιπὼν ἐνθάδε κεῖται
Βίμφλιγγος, ζαθέα θαῦμα μέγ' εὐσεβίης.
Τόνγε θανόντα στένει κλεινὸ καὶ φοῖβος Ἀπόλλων.
Γερμανικῶν ἀνδρῶν Σλετσαδιόντε πατρίς.

Fuit vir *integer vitæ, ſceleris purus*, nulliusque honeſtæ diſciplinæ rudis. Frequenter repetiit precationem, quam *Caſpar Hedio* in bibliothecâ Keiſersbergiana, manu Wimphelingi deſcriptam, reperiſſe ſe teſtatur, quæ ita habet: Du milter JEſus/ biß gnädig mir armen Sünder/ der ich des gemeinen Nutzens/ der Einigkeit der Chriſten/ der heiligen Geſchrifft/ und das die Jugend recht aufferzogen/ ein Liebhaber bin/ hoc eſt: *Eſto, Jeſu, propitius mihi licet impio; reipub. tamen, Chriſtianorum concordiæ, ſacrarum literarum & probæ puerorum inſtitutionis amatori!* *Precatio Wimphelingi.*

Scripſit *Philippicam*, hoc eſt, dialogos pro inſtitutione filiorum *Philippi Electoris Palatini*: ubi agit *de ſtudiis principum, de bello Turcico, de laudibus Philippi Electoris*. Eos curavit recitandos in palatio arcis Heidelbergenſis ſeptimo Idus Octobris Anno 1498. Philippo Comite Palatino attentiſſimè auſcultante, coram nobiliſſimis filiis, ac *Alberto* Argentinenſi Epiſcopo, aliisque multis præſtantibus viris. *Scripta ejusdem.*

Huic ſubmiſit *Agatarchiam*, hoc eſt, epitomen conditionum boni Principis, ad *Ludovicum* Philippi primogenitum, qui cum illi dialogi recitarentur, abfuerat, comitatus ſororem *Eliſabetham* nuptui elocatam *Guilielmo* Haſſiæ Landgravio. Sunt in eo libello ſententiæ graves, elegantes, ac piæ: unde & animus ejus æſtimandus. Anno quingenteſimo edidit *Adoleſcentiam*, quo libello ad literas & omnes virtutes ſtudioſè colendas & fugienda vitia ex omni genere ſcriptorum & Poëtarum collectis inſignibus ſententiis, & exemplis, adoleſcentes cohortatus eſt. Eodem anno milleſimo quingenteſimo *orationem de mirando fœdere duarum in Chriſto naturarum*, die annunciationis Angelicæ habitam, & *de Germania libellum* ad Senatum Argentinenſem emiſit. Elucubravit & alia multa proſa & verſu, quæ in Bibliothecis recenſentur; inter quæ liber eſt *de vita & moribus Epiſcoporum aliorumque Prælatorum & Principum*: *Epiſtolas* idem multas ſcripſit nomine Palatini Comitis, Epiſcopi Spirenſis & aliorum, quæ alibi videantur. *Atq; hæc de Wimphelingo ex Chytræi Saxon. l.3. Trithemii epiſtolis: Eraſmi Roterod. epiſt. lib 23. ad Joann. Vlatenum: Caſp. Hedionis hiſt. eccleſiaſt. l.13. c.19.*

HVLDERICVS ZWINGLIVS.

☉1531. d. 11. Oct. ætat. 48. Vel 44.

ANno à Meſſiâ exhibito *milleſimo, quadringenteſimo * octuageſimo ſeptimo, cal. Januarii, Huldericus Zwinglius* natus eſt, parentibus probis, in pago Doggiorum, quem vocant ad * *Domum ſylveſtrem*. Pater clarus fuit ob ſpectatam vitæ ſanctimoniam, & ſupre-

** Alii 1484 ut Bucholcer. Pantal. ad an. 1483.*
** Vernacule zum Wildehuſe. Pater Zwingl.*

ſupremam, ut inter illam gentem, dignitatem: *Amannum* enim egit. Hic de filio benè ominatus, tenerrimum adhuc ad fratrem ſacrificum adduxit: ut ingenii ejus periculum faceret. Placuit mox adeò, ut Ludimagiſtro formandum commendarit: apud quem brevi tantum profecit: ut quæ puer doceretur ad ingenii ejus dexteritatem vilia judicaret omnia.

Prima ejus inſtitutio.

Quare *Baſileam* tum ferè decennis miſſus, præceptorem nactus eſt *Gregorium Bintzlium*, hominem bonum, doctum, & mirè manſuetum. Hic protinus & moribus & literis ita eſt auctus; ut in diſputatiunculis, quæ tum erant inter omnium ludorum pueros, & adoleſcentes uſitatæ, victoriam ſemper reportarit. * In *Muſicis* equidem ſupra ætatem excellebat; ut ſolent, qui natura ſunt ad aliquam artem promtiores. Videbantur Bintzlio ſtudia, quibus ipſe præerat, non congruere tam feſtivæ indoli. Itaque domum remittens conſulebat, ut alibi pro ingenii facultate curaretur inſtitui.

Baſileam mittitur. Gregor. Binzlius ejus Præceptor.
** Prodit ingenium maturè.*

Miſſus itaque *Bernam* ad *Henricum Lupulum*, virum doctiſſimum & poëtica venâ clarum; ab eo in adyta claſſicorum ſcriptorum introductus: & verborum comparavit elegantiam & rerum cognitionem atque judicium. Cognovit tunc carminis quoque componendi rationem: ut & ipſe carmina condere, & ab aliis condita judicare feliciter poſſet.

Mittitur inde Bernam. Henricus Lupulus. Studia Zvvinglii ibi.

Non totum abierat biennium: cum ſuper hoc fundamentum Philoſophiæ exſtruenda ſtudia viderentur. *Viennam* igitur *Auſtriæ* profectus, nihil non quod Philoſophia complectitur, & ipſe complexus eſt, & quæ prius norat auxit atque ornavit. Aliquot annos ubi duravit; revocatus in patriam, ne diutius ab exercitio literarum feriaretur, *Baſileam* repetiit: & quæ didicerat hactenus, alios cœpit docere. Nam ludo præfectus *Martiniano*, non ſine magnâ pueritiæ utilitate, literas humaniores profeſſus eſt: Philoſophica rimans interim exactius, & nugas Sophiſtarum perſequens haud indiligenter. Seriis & jocos miſcuit & ludos. Nam ingenio amœnus, & ore jucundus ſupra quam dici poſſit, erat. Deinde Muſices omnis generis inſtrumenta perdidicit atque exercuit: & non ſolum ipſe ita coluit: ſed omnibus literarum ſtudioſis, ut eandem artem pari ſtudio colerent, ſuaſit: non ut voluptatis eſſet adminiſtra: ſed ut ingenium ſeriis defatigatum recrearetur, & paratius ad ſolita ſtudia rediretur. Nihil enim eſt, quod hominis animum honeſtius & jucundius exhilaret, quam moderata Muſica.

Viennam Auſtriæ abit.
Revocatur in Patriam.
Baſileæ docet.
Muſices inſtrumentalis peritus. Muſicæ uſus.

Ubi ergò ſat diu, & artium liberalium & philoſophiæ ſtudiis inſudavit: præmium, ut hactenus in more poſitum fuit ſcholis, prenſavit, hominum potius obtemperans judicio, quàm ſuo. Ita enim ſunt homines, ut ſplendidis inſignitos titulis doctos judicent: alios, ut ſic dicam, ἀνεπιγράφυς, contemtim habeant, bardosve ducant.

Petit gradum Magiſterii Zvvinglius. Titulorum uſus.

Poſt magiſterii titulum, cùm res ita & ordo poſtularet, *Theologiam* illam *Scholaſticam* non per tranſennam inſpexit; ſtatimq; vidit, quam omnia in eâ confuſa, quàm pauca ſana eſſent. Manſit tamen in caſtris, veluti ſpeculator, alienis, tantiſper; donec à *Glareanis* ad paſtoris munus fuit vocatus. Ibi tum quod ceptum erat per alios, perficere ipſe cogebatur.

Ad Theologiam animum appellit.
Vocatur ad mun[us] paſtoris.

Itaque ſacerdos factus divinis ſe ſtudiis totum devovit. Ethnica non magni fecit: præter unum *Valerium Maximum*, quem exemplorum cauſa memoriæ mandavit. De reliquo inſtitutum ſuum perſecutus eſt; Veterique & Novo Teſtamento evolvendo tempus omne tranſmiſit. Orationis item nervos ſcrutatus, ita in uſum artem produxit: ut noſtris hominibus prodeſſet, tum ad dicendum, tum ad judicandum.

Valer. Ma[ximum] legit, [...] cur.
Et Bibl[ia] ſacra.

Jam eò progreſſus, ut doctis & bonis viris judicaretur ſcripturam divinam in numerato habere: his quidem ſatisfaciebat, ſibi autem nequaquam, niſi linguarum adjeciſſet cognitionem: ex qua rectè putabat perfici poſſe, quod deerat. Ad Græcas igitur literas animum adjecit; primò doctoribus uſus Lexicis & translationibus. Deſcripſit *Paulinas Epiſtolas*, & memoriæ mandavit; illud tandem conſecutus, ut Græcè facilius, quàm Latinè, intelligeret.

Græcas [li]teras di[di]ſcit.

Poſt ad eundem modum egit in his, quæ ſunt novi Inſtrumenti omnibus. Cæterum cum ex D. Petro didiciſſet: *ſcripturam non eſſe privatæ interpretationis*, in cœlum ſuſpexit, doctorem quærens Spiritum: à quo precibus contendit, largiretur, quo ſenſa divinæ mentis perſcrutari quàm rectiſſimè poſſet. Et ne vel ſeipſum imagine Spiritus falsâ, vel alios deciperet, ſcripta contulit, & obſcura claris explicavit. De orthodoxis ſcriptoribus ſenſit, quod ipſi de ſe volunt: legendos eſſe cum judicio & ad ſcripturam Canonicam, ceu Lydium lapidem, probandos.

Deo d[o]cente di[di]ſcimus. Quid d[e] Deo ſen[]tiendum.
De Inte[r]pretibus ſcripturæ.

Congredi autem ſtatim cœpit, juxta Chriſti normam, cum flagitiis; ante omnia cum *penſionibus*: quas exſtirpare, & patriam reformare ad ſanctitatem priſtinam, prorſus habebat in votis. *Penſiones* autem tum appellabant *principum munera, certis hominibus dari ſolita, militis comparandi & belli cauſa.* Neque id tum primum fecit: ſed ante annos viginti ſeptem propter hoc ipſum: & quod *reſolutiones Pici Mirandulani* ſuper eas quæſtiones, quas Romæ diſputandas, is olim fruſtra propoſuerat, non improbaret, à pinguibus illis aqualiculis clam exprobratam audivit hæreſin. Hinc odium & linguarum petulantia contra Zvvinglium cœperunt initium. Interea gratiam Evangelicam ita promulgabat: ut de Eccleſiæ Romanæ vitiis, nihil vel admodum parcè, commemoraret. Volebat enim veritatem agnitam in cordibus auditorum ſuum facere officium: cum *veris intellectis falſa etiam haud difficulter agnoſcantur.* Talis ergò Glaronæ Zvvinglius fuit. Pòſt datâ occaſione Eremum conceſſit ad tempus, vocante eum eò D. *Theobaldo Gerolzeggio*, Barone, adminiſtratore tunc Divæ Virginis Eremitanæ.

Penſion[es] apud H[el]vetios.
Eas rep[re]hendit Zvvinglius.
Inde od[ii] origo.
Docet p[ri]mò ver[itatem].
Vocatur [in] Eremu[m] Theoba[l]dus Ge[rol]zeggius Baro.

Trahebat virum eò confluxus hominum ab omnibus ferè mundi partibus; ſicut nomen ejus loci tum erat celeberrimum: deinde quòd

Cauſa [cur] eò abie[rit].

quod in ſpem veniebat ipſe, Chriſtum & Chriſtianam veritatem in regiones & varias & remotas divulgari tam felici opportunitate: & ſtudiis Græcis, quæ cœperat non infeliciter, per ocium manus imponi poſſe. Nec prorſus eum hæc ſpes fefellit. Nam & Chriſtus cognoſci ſalubriùs incepit, & Græcas literas ad perfectam utriuſque teſtamenti provexit intelligentiam.

Interea temporis in eccleſiâ Tigurinâ, primario tunc parocho carente, fuerunt; qui dies noctesque huc allaborarent: ut *Zvvinglius* ſubrogaretur. Itaque ipſe rei ignarus, Tigurum venit: ibi, à Canonico quodam interrogatus, *poſſetné Tigurinis in verbo Domini adeſſe?* reſpondit: *poſſe*. Etſi autem probè norat, nequaquam ſe tantundem ſtipendii inventurum, quantum relinqueret: tamen ita erat animatus, reſponſurum officium ex voto, ſe verò nihil unquam petiturum. Vocatur igitur cum gratulatione bonorum: ac paulò pòſt in Canonicorum conſilio coram exponit; quid, quaque ratione, populum ſit docturus; *hiſtoriam* nempe *Jeſu Chriſti Servatoris, ſecundum Matthæum*, & quidem non ſenſu humano, ut qui in nullius interpretis verba jurarit; ſed mente Spiritus, diligenti collatione & ſeriis præcibus impetratâ.

Tigurum vocatur.

Quod pollicitus cepit ipſis Chriſti nataliciis, anno *milleſimo, quingenteſimo, undeviceſimo*; eſtque cum ſucceſſu felici proſecutus. Dum ſic pergit, *Martini Lutheri* nomen in Helvetiâ magis magisque innoteſcit, ejuſque ſcripta paſſim in manus hominum perveniunt: à quibus ipſe ſic initio abſtinuit: ut ſuos tamen, etiam pro ſuggeſtu, ad emendos, & legendos illius libellos adhortaretur. Volebat ſcilicet ut populus ſcripta illa audiens, aut legens, videret ſpiritus in utroque unitatem ex literis divinis hauſtam; atque ſperabat fore: ut veritati libentius locum daret, quamvis à conſueto videretur abhorrere.

Incipit ibi docere.

Lutheri libr. jubet legi.

Iſtis in laboribus docendi, Græcanicam lectionem haud unquam intermiſit; ſed *Homerum, Ariſtotelem, Platonem, Demoſthenem, Thucydidem*, & facilioris notæ *Lucianum, Theocritum, Heſiodum, Ariſtophanem*, reliquosque ſedulò evolvit. Et quia res poſtulabat, & commodum quidam Hebraicæ linguæ gnarus *Tigurum* advenerat ludum aperturus: diſcipulum ejus agebat valdè ſtrenuum. Arridebant ſtatim hæ literæ: quamobrem poſteaquam obtinuerat à Senatu, verorum ſtudiorum & linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ Gymnaſium; diligentius inſtabat, ut *Jacobus Ceporinus*, juvenis trilinguis, advocaretur; ſub hoc, quod attinebat Grammaticen, perfecit. Deinde ſeptuaginta adſidua collatione & translationis Hieronymi, ſociis adhibitis, *Leone Juda*, qui jam antea nonnihil in eas literas laboris & ſtudii contulerat, & *Felice Mantio*, huc penetravit; ut *Jeſaiam* & *Jeremiam* Prophetas explanare ſit auſus dexterrimè.

Græcos auctores legit

Hebræas literas adjungit.

Gymnaſiũ impetrat. Jacob. Ceporinum vocat.

Leo Juda. Felix Mantius.

Venit eo tempore Tigurum *Franciſcus Lambertus Avenionenſis Minorita*, relicto monaſterio, veſte Franciſcanâ nondum exutus. Hic mox cum Zwinglio congreſſus de *interceſſione Divorum*, & *Miſſæ ſacrificio*, diſputatione publicâ cum eo diſſeruit: ſed facili operâ victus ceſſit, & gratias egit Deo: quod per organum tam egregium ad veritatis cognitionem tam claram eſſet perductus. Secuti ſunt non ita longo tempore pòſt, *Johannes Faber*, vicarius Conſtantienſis, & *D. Martinus Blanſch*, Concionator Tubingenſis, ab *Hugone* Epiſcopo Conſtantienſi petentibus Tigurinis miſſi. Nec ſatis fuit Epiſcopo prædictos miſiſſe: ſed & ſuffraganeum ſuum haud longè pòſt Tigurum ſubmiſit; perſuaſurum de ſanctorum interceſſione, & ſacrificio Miſſæ. Verum ita luſit operam, ut dum vir quidam nobilis & ſanguine & ſpiritu, rogaretur quid egiſſent? reſponderit: *Vicarius ſcropham abegit, nos porcellos minamus*. Rebus ita Dei gratiâ peractis; Zvvinglius ad ſcribendum eſt compulſus: quo tempore quos libros ediderit conſtat. Dum hæc autem in Germaniâ geruntur: fama de Zvvinglio penetravit ad Romanum uſque Pontificem, qui *breve*, ut vocant, ad illum miſit ejuſmodi:

Franciſcus Lambertus.

Diſputat cum Zvvinglio

Joan. Fab. Martinus Blanſch.

Scribit Zvvingli. publice.

Literæ Papæ ad Zvvingliũ

ADRIANUS PAPA SEXTUS.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Remittimus venerabilem fratrem Ennium, Epiſcopum Verulanum, prælatum domeſticum noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis nuncium, hominem prudentia & fide præſtantem, ad iſtam invictam, nobiſque & huic ſanctæ ſedi conjunctiſſimam nationem, ut de maximis rebus nos, & eandem ſedem, totamque Chriſtianam Rempublicam concernentibus cum illa agat. Licet autem ei dederimus in mandatis, ut ea communiter cum omnibus & publicè tractet: tamen cum de tua egregia virtute ſpecialiter nobis ſit cognitum, nosque devotionem tuam arctius amemus ac diligamus, ac peculiarem quandam in te fidem habeamus, mandavimus eidem Epiſcopo, nuncio noſtro, ut tibi ſeparatim noſtras literas redderet, noſtramque erga te optimam voluntatem declararet. Hortamur itaque devotionem tuam in Domino, ut & illi omnem fidem habeas; & quo nos animo ad honores tuos & commoda tendimus, eodem tu in noſtris, & dictæ ſedis Apoſtolicæ rebus procedas. De quo gratiam apud nos invenies non mediocrem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die 23. Januarii 1523. Pontif. noſtri anno primo.

Ex his apparet, ſi gratiam hominum, quam Dei, maluiſſet Zvvinglius: quantus eſſe potuiſſet. Non autem ad ipſum ſolum tunc ſcripſerat Pontifex; ſed etiam ad *Franciſcum Zinggium*: ut ſibi & ſedi Apoſtolicæ virum lucritaceret. Ex quo cùm *Myconius* quæſiiſſet, ecquid pollicitus pro illo Papa eſſet? ſeriò reſpondit; *omnia certè, præter ſedem Papalem.*

Emergere potuit Zvingli.

Cùm ergo Evangelium à ſenatu Tigurino receptum eſſet, & in dies vires ſumeret; cœpit *Zvvinglius* de rerum præſentium ſtatu in meliorem commutando cogitare. Et ut ordine omnia fierent: quæ ad incrementum

Religio Tiguri mutata.

Evangelii facere putabantur, ea primo quoque tempore mutabantur. *Numerus ſacerdotum & monachorum* jam olim viſus major; quam pro religionis uſu. Decretum itaque à Senatu, ſuaſore Zvvinglio, ut numerus ille Sacerdotum & monachorum diminueretur ad tot uſque perſonas; quot futuræ ſatis eſſent officiis Eccleſiaſticis. Non quod quiſpiam ejiceretur, aut ſacerdotio privaretur: ſed hactenus quod datum in ſingulos annos, poſſidebat & deinceps, usque dum mors ſuſtuliſſet. *Monachorum tres ordines* in locum unum cogebantur, cucullis abjectis. Exire poterant ad laborem, ad conjugium, ad literas, quibuscunque erat animus. Et cui non arridebat doctrina fidei, ei integrum erat migrare quocunque eſſet libitum. Reditus Eccleſiaſtici quoque vel miniſtris ordinabantur Eccleſiarum, vel bonarum literarum doctoribus, vel reliquiis ſacerdotum & monachorum, vel pauperibus. Erant inter illos juvenes ingenioſi non pauci; quibus pietatis magis placebant ſtudia; hi tales retenti, ad uſus Eccleſiarum Tigurinæ ditionis fovebantur, & occaſione oblatâ emittebantur. Ardebat etiam tum cupiditate incredibili ſcholam aperiundi; nec, ut erat literarum amantiſſimus, à propoſito deſtitiſſet, niſi id mors immatura intervertiſſet.

Monachi.

Reditus Eccleſiaſtici in quem uſum verſi.

Schola.

Præter hæc Senatum curavit ordinandum; qui de cauſis decerneret matrimonialibus; docuit abdenda ſimulacra; tollendam funditus miſſam; reſtituendam cœnam Domini.

Senatus ſuper cauſis matrimonialibus.

Irrepſit interea temporis, ut diabolus ſua zizania ſemper interſerere conſuevit, Catabaptiſtarum hæreſis; qui primò infantes baptizare vetabant, & ſeipſos rebaptizabant; poſtea colluviem omnium, quæ unquam fuerunt, hæreſeon inundabant. Cum his initio, ubi rem ſenſit, quòd autores & amici erant, & docti, & cives, & oves, familiariter egit; verum ubi coràm adnuentes, digreſſi cœperunt nil niſi mentiri, accumulare diſcipulos, ab Eccleſiâ diſcedere, novam inſtituere: coactus eſt moliminibus iſtiuſmodi ire obviam totis viribus, & expugnare publicè. Habitæ ſunt *diſputationes* cum ipſis ſeriæ: in quibus errorum convicti, blaſphemiis & conviciis deſpumarunt in Antagoniſtas. Tandem carcere, proſcriptionibus, morte, contra perjuros, inobedientes, ſeditioſos, non jam Catabaptiſtas, Senatus agere coactus; ut malum inteſtinum averruncaret. Alpha eorum fuit *Balthaſar Hubmerus*, apoſtata iterum iterumque factus: qui Zvvinglii beneficio liberatus, gratiam eam retulit; quam mundus ſolet. Tantis enim conviciis virum benè de ſe meritum onerare nebulo non dubitavit; ut apologiâ ſatisfacere fratribus habuerit neceſſe. Sed hæc de Catabaptiſtis ſatis.

Catabaptiſtarum ortus.

Cum iis Zvvinglius primo amice agit.

Diſputat cum iisdem.

Pelluntur Catabaptiſtæ.

Eorum princeps Balthaſar Hubmer.

Secuta eſt *diſputatio Badenſis*, anno *milleſimo quingenteſimo*, *viceſimo ſexto*, menſe Majo; ad quam & Zvvinglius evocatus non venit; quòd Senatus Tigurinus dimittere eum nollet; & neſcio quid monſtri ab alterâ parte ali crederetur. Interfuerunt diſputationi *Conſtantienſis*, *Baſilienſis*, *Curienſis*, *& Lauſanenſis* Epiſcoporum Legati, cum J. *Eccio*, Joan. *Fabro* & *Thomâ Murnero*, Theologis Pontificiis. Etſi autem Zvvinglius coram ipſe non comparuit; tamen domi non minus laborum, conſulendo, monendo & ſcribendo exantlavit; quam ſi diſputationi inter medios hoſtes adfuiſſet; id quod ſcripta edita teſtantur.

Diſputatio Badenſis.

Poſtea ut diſſidium Euchariſticum ſopiretur, Landgravius Haſſiæ *Ppilippus*, inito cum Electoris Saxoniæ conſilio, Theologos præcipuos inter ſe diſſidentes ad colloquium placidum invitat. Venerunt igitur *Marpurgum* anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo nono*, menſe Septembri, *Martinus Lutherus, Philippus Melanchthon, Juſtus Jonas* è Saxonia; *Andreas Oſiander*, Nornberga; *Joannes Brentius*, Hala Suevorum, *Stephanus Agricola*, Auguſtâ Vindelicorum; ab Helvetiis *Huldericus Zvvinglius* Tiguro, *Joannes Oecolampadius* Baſilea, *Martinus Bucerus* & *Caſpar Hedio* Argentorato. Spectatores & Auditores fuerunt & alii viri pii ac docti, *Juſtus Menius*, *Fridericus Myconius*, & ex Academia Marpurgenſi *Erhardus Snepfius*, aliique Landgravii Theologi; quos celebravit, nominatim compellando, *Euricius Cordus* epigrammate hujuſmodi:

Colloquium Marpurgenſe.

Nomina Theologorum, qui ei interfuerunt.

Inſignes verbi proceres, argute Luthere,
Suavis Oecolampadi,
Magnanime Zvvingli, pie Snepfe, diſerte Melanchthon.
Fortis Bucere, candide
Hedio, præcellens Oſiander, ſtrenue Brenti,
Amice Jona, acer Crato,
Et ſolidâ plus mente valens, quàm corpore Meni,
Magne Dionyſi, & Myconi;
Ac reliqui, bona turba, viri, quos inclytus Heros
Princeps Philippus accit;
Chriſticolæque ſuos urbes miſere Miniſtros.
Et præſules Epiſcopos:
Ut nova tollatis diviſæ ſchiſmata ſectæ,
Veramque monſtretis viam:
En cupidò ſupplex vobis Eccleſia voto,
Veſtros cadit flens ad pedes;
Atque per intima vos communis viſcera Chriſti,
Adjurat, obſecrat, monet:
Ut ſanctis ſtudiis ſuperi pro laude Tonantis,
Et omnium fidelium
Quærenda (hæc vobis incumbit cura) ſalute,
Tractetis hoc negocium:
Unde ratum judex decretum prædicet orbis,
Sancto profectum Spiritu.

Initio princeps voluit: ut *Lutherus* cum *Oecolampadio*, *Melanchthon* cum *Zvvinglio* ſeorſim conferret, quod & factum: ſed poſtea ſolus Lutherus cauſam diſceptavit cum Zvvinglio & Oecolampadio. Sed cum novi morbi genus, quem *Anglicum ſudorem* appellabant, Marpurgum etiam invaliſſet: abrupta actione juſſu Landgravii, ſic convenit: *quandoquidem in præcipuis religionis capitibus idem ſentirent: abſtinendum eſſe deinceps ab omni contentione, & Deum orandum; ut in hac etiam controverſiâ lumen accendat, & concordiæ viam oſtendat.*

Colloquium abrumpit lues epidemica.

Ita

Ita amicè diſceſſum fuit initio Octobris. Sed non dubitamus, quin operæ pretium facturi ſimus, ſi ipſa verba adſcripſerimus. Sic igitur habent.

Capita Receſſus Marpurgenſis d. 3. Octob. anno 1529.

I.

Inquibus convenerint Theologi. Primò, *Unanimiter credimus certoque ſtatuimus, quod unus, verus, natura Deus ſit, conditor omnium creaturarum, isque Deus unus ſit in eſſentia & natura, & trinus in perſonis, videlicet Pater, Filius & Spiritus ſanctus, planè ſicut in Nicano concilio decretum eſt, & in Symbolo Nicano canitur & legitur in tota Eccleſia totius orbis terrarum.*

II.

Secundò, *Credimus quod neque Pater, neque Spiritus ſanctus, ſed Filius Dei Patris, natura Deus, homo factus ſit, efficacia Spiritus ſancti, ſine virili ſemine, natus ex Maria virgine corporaliter, & quod perfectus homo ſit ex corpore & anima ſimilis nobis, ſed ſine peccato,*

III.

Tertiò, *Quod hic Dei & Mariæ filius, perſona una inſeparabilis, Jeſus Chriſtus, pro nobis crucifixus, mortuus, & ſepultus ſurrexerit à mortuis, aſcenderit ac cœlos, ſedeat ad dextram Dei, & dominetur omnibus creaturis, & venturus ſit aliquando ad judicandum vivos & mortuos.*

IV.

Peccatum originale. Quartò, *Credimus, quod peccatum originis ab Adamo in nos propagatum ſit, quodque ſit peccatum damnans omnes homines, & quòd, ſi Chriſtus nobis opem non tuliſſet, morte & vita ſua, in æternum propter illud mori nos oportuiſſet, neque participes regni Dei, & ſalutis fieri potuiſſemus.*

V.

Quintò, *Credimus, quòd ita liberemur ab hoc & ab omnibus aliis peccatis, & morte æterna, ſi noſtram fiduciam collocemus in filium Dei Jeſum Chriſtum, pro nobis mortuum: Et quòd extra hanc fidem per nullum opus, aut certæ vitæ genus liberari poſſimus ab ullo peccato.*

VI.

Fides. Sextò, *Quòd fides ſit donum Dei ejuſmodi, quod nullo præcedente opere ac merito noſtro obtinere, neque ex propriis viribus conſequi poſſumus: Sed Spiritus Sanctus dat & efficit fidem, prout vult in cordibus noſtris, quando Evangelium ſive verbum Chriſti audimus.*

VII.

Juſtitia noſtra. Septimò, *Quòd hæc fides ſit Juſtitia noſtra coram Deo, utpote, per quam Deus nos juſtificat imputata nobis juſtitia ſine ullo opere, aut merito noſtro. Atque ita à peccato morte & inferno nos liberat, ſibique reconciliat, adeoque ſalvat nos propter filium ſuum, in quem credimus, cujus juſtitia, vita, & omnibus benficiis donamur ac fruimur. Hac de cauſa igitur ſentimus omnia vota, totum ordinem monaſticum, quatenus ad ſalutem promerendam neceſſarius putatur, jure ac meritò damnari.*

DE VERBO EXTERNO.

VIII.

Octavò, *Credimus, quòd Spiritus Sanctus (cum de ordinaria actione ejus loquimur) nimini hanc fidem vel cætera ſua dona largiatur, niſi præcedente verbo vocali aut Evangelio Chriſti; ſed quod per verbum vocale efficiat fidem, quà menſura, & in quibus vult. Rom. 10.*

DE BAPTISMO.

IX.

Nonò, *Quòd Baptiſmus ſacroſanctus ſit Sacramentum à Deo ad hanc fidem excitandam inſtitutum. Et quot propter mandatum Dei: Ite,* baptizate; *& propter promiſſionem Dei,* Qui crediderit, *Baptiſmus non ſit nudum ſignum, aut teſſera tantum inter Chriſtianos, ſed ſignum & opus Dei, in cujus uſu fides noſtra excitatur, per quam regneramur.*

X.

Decimò, *Quòd hæc fides efficacia Spiritus ſancti, poſteaquam juſtificati & ſanctificati ſumus, bona opera per nos exerceat, nempe dilectionem ergà proximum, precationem ad Deum, & patientiam in perſecutionibus.*

DE CONFESSIONE.

XI.

Undecimò, *Quod confeſſio, ſive petitio inſtitutionis aut conſilii apud paſtores ſeu miniſtros Verbi, aut apud quemlibet proximum, non coactè, ſed liberè fieri debeat, & quod tamen contriſtatis, afflictis, & ſentientibus ſe peccatores eſſe, aut qui in errorem inciderunt, valdè utilis ſit, maximè propter abſolutionem ſive conſolationem Evangelii, quæ vera eſt abſolutio.*

DE MAGISTRATU.

XII.

Duodecimò, *Quòd omnis Magiſtratus, & politicæ leges & judicia ubicunque locorum ſint res bonæ, & nequaquam porhibita, ut aliqui ex Anabaptiſtis, & Pontificiis docent, ſed quòd Chriſtianus, ad hoc munus vocatus vel natus, poſſit per fidem Chriſti ſalvari, non minus, quàm parentes, & patres familias in vita Oeconomica.*

XIII.

Decimo tertiò, *Quod traditiones humanæ in Eccleſiaſticis negociis, modò non pugnent contra expreſſum Dei mandatum, liberè poſſint retineri, vel omitti, prout cum aliis atque aliis hominibus converſamur. Interim verò ſentimus, prohibitionem conjugii ſacerdotum Dæmonum doctrinam eſſe.*

DE

DE SACRAMENTO CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI.

XIV.

Decimo quartò, *Credimus, & certò ſtatuimus omnes de cœna Domini noſtri Jeſu Chriſti, quòd utraque parte Cœnæ ſecundum inſtitutionem utendum ſit. Et quod Miſſa non ſit opus, per quod vivis aut mortuis impetretur gratia: Quòd etiam Sacramentum altaris ſit Sacramentum veri corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti: Et quod ſpirituali manducatione illius corporis & ſanguinis, ſingulis Chriſtianis præcipuè opus ſit. Similiter, quòd uſus ſacramenti, perindè ut verbum, à Deo omnipotente ſit ordinatus, ut ad veram fidem & dilectionem conſcientiæ imbecilles moveantur per Spiritum ſanctum.*

Et quanquam in eo (An verum corpus & ſanguis Chriſti corporaliter ſit in pane & vino) hoc tempore nondum conſenſimus: tamen utraque pars, quantum omnino ferre poteſt cujusque conſcientia, caritatem mutuam præſtare debet. Utraque etiam pars Deum omnipotentem ſedulò invocare debet, ut per Spiritum ſuum nos in vera ſententia confirmare velit. Amen.

Martinus Lutherus.	*Iohannes Oecolampadius.*
Philipp. Melanchthon.	*Huldericus Zvvinglius.*
Iuſtus Ionas.	*Martinus Buccerus.*
Andreas Oſiander.	*Caſpar Hadio.*
Ioannes Brentius.	
Stehanus Agricola.	

Pericula Zvvinglii

Hactenus ergò de Zvvinglii laboribus: jam de periculis, quibus idem fuit objectus. Sacerdotibus & Monachis de gradu dejectis, & contra penſionarios confecto mandato, decurſum eſt ad inſidias, ſi quo modo tolli poſſet homo. Venit aliquando poſt medium noctis quidam rogans; ut hominem morti proximum inviſat, Diacono pro hero reſpondente, ſe quicquid ſit laboris obiturum, tam obſtinatè renuit: ut oriretur de inſidiatore ſuſpicio. Diaconus igitur abiens, ceu Domino relaturus omnia, oſtio occluſo latronem foris manentem deluſit. Manè facto cognitum eſt, navigio captum, ore mox obturato, clam fuiſſe deportandum. Non multò pòſt & equus ad eundem uſum paratus exſpectabat. Deinde viſus eſt inſidiator in urbe ſine pallio, gladio cinctus longiſſimo palam vagari, ſicubi poſſet virum, obviam opportunè factum, trucidare. Indicatus capitur, & evaneſcit. Tigurini duo vino madidi, noctu Zvvinglii domum lapidibus pulſantes, & ſpecularia perforantes, clamore, maledictis, ictibus, tam crudeliter, turpiter, inhumaniter egerant: ut vicinorum nullus hiſcere vel per feneſtellam auderet. Nec ceſſarunt prius, quam & lapides deficerent & verba & vires. Tumultus relatus eſt ad Conſulem, mane clauſis portis quæſiti ſunt viris armatis per omnes urbis angulos fruſtrà: dum mulierculæ malè conſciæ diſſimulantes alterum proderent, haud voluntariè. Extra-

Inſidiæ Zvvinglio ſtructæ.

ctus igitur è vaſe vinario ſacerdotis cujuſdam, ab indignabundis pertrahitur in carcerem. Poſt multa judicia condemnatur ad cuſtodiam perpetuam, ubi poſtea quàm ſeptimanis aliquot detentus jacuit, demum eſt precibus donatus Bernenſium.

Cœnabat Zvvinglius, nonnunquam foris apud amicos, vel apud hoſpites. Rediens igitur nunquam ferè non excipiebatur imprudens à civibus bonis, ne quid accideret in via mali. Sed & Senatus temporibus periculoſis per noctem vigiles circa domum ejus conſtituit.

Ad hunc modum protectò crimen inuritur penſionarii: quod aliquando peccatum eſſe neſciens, à Pontifice Romano pecuniam accepiſſet annuam. Verum hoc flagitium ipſe ſic ad Germanos ſuos excuſat: *Quod mihi fuit aliquando negocium cum Papa, ante multos annos deſiit. Putabam tunc, licere pecuniam accipere à Pontifice, tueríque viam ejus. At cognito peccato, omnibus renunciavi. Quamobrem factores, quos appellant, ejus de hoc crimine me ſugillantes, ob renunciationem minus propitii, vitio, quod egi, mihi vertunt: quia perſuadent hominibus, pecuniam Pontificis accipiendo, ſerviri Deo.*

Penſionarius à Zvvin…

Excuſ…

Ad *Bertholdum Hallerum* & *Caſparum Megandrum* de Principum muneribus ſic ſcribit: *Ego Chriſti, & ſi mavultis, meam quoque gloriam, majoris reputo, quam omnes omnium Principum theſauros, nedum modicam unius Regis munificentiam. Olim didici, quid ſint munera: ut jam in ſenem me non poſſit horum libido quicquam.* Cæterùm & furem & hæreticum, & adulterum, non modò vocabant eum doctrinæ deformandæ cauſa, ſed palam ſinitimis clamoribus traducebant. At ubi viderunt miſeri & inſani nihil ſe efficere, vel contra Evangelium vel contra Evangelii præconem: totis viribus ſe converterunt in eos, qui verbo erant obedientes: ut iis nauſeam crearent & invidiam conflarent.

Convic… in Zvvingliumj… cta.

Tandem ventum ad fœdera eſt nova, pro defenſione doctrinæ Chriſti; veteribus nusquam tamen læſis, haud ſine magno Zvvinglii labore & ſtudio. Non equidem quòd contra patriam aliquid conaretur: ſed quod, pro conſilio quondam inito, vitia extirpare, & Evangelicam doctrinam in laudem Dei & utilitatem Helvetiæ totius ita plantare conſtitutum haberet: aut quod ſic conaretur divina tueri: nihilque magis deſideraret, quàm ut omnes gentes confiterentur Domino, & per amplitudinem fœderis, impiorum animis territis, & hi facilius Chriſto lucrifierent. Ventum eſt tandem etiam ad bellum: quod Zvvinglius ipſe ad amicos ſuos hiſce deſcribit: *Quod hactenus ad vos ſcripſi, iterum atque iterum facio, ut conſtantes ſitis; neque bellum metuatis. Nam iſta pax, quam quidam tantopere urgent, bellum eſt, non pax. Et bellum, cui nos inſtamus, pax eſt, non bellũ. Non enim ſitimus cujusquam ſanguinem, neq; etiam per tumultum hauriemus; ſed in hoc ſumus: ut Oligarchiæ nervi ſuccidantur.*

Fœdera… ter Helvetios.

Bellum Helveti…

De eo Zvving… epiſtola.

Id niſi fiat, neq; Evangelii veritas, neq; illius miniſtri apud nos in tuto erunt. Nihil crudele cogitamus: ſed quicquid agimus, amicum & paternum eſt. Salvare cupimus quosdam, qui per ignorantiam pereunt, ſervare libertatem ſatagimus. Vos igitur nolite tantopere abhorrere a conſiliis noſtris. Mitiora ſunt & æquiora; quàm quidam apud vos dictitant. Omnibus, qui nos falsò deferunt, promtè creditis: cum hactenus ſemper experti ſitis veritatem noſtram; illorum autem inconſtantiam: ne dicam mendacia. In hoc igitur eſtote: ut pro fide in Deum, & in homines, conſtanter noſtris reſpondeatis. Quid multa? nihil metuite. Nam DEI bonitate & συμμαχίᾳ univerſa ſic geremus: ut vos noſtri nec pudeat, nec pœniteat. Hactenus Zvvinglius.

Intereſt bello Zvvinglius.

Itaque ut erat vir fortis ac prudens, libertatis patriæ, avitæ virtutis, ac inprimis gloriæ DEI amans, *duobus bellis* inteſtinis interfuit: quorum utrumque à *Capella*, monaſterio in Tigurino agro, *Capellanum* dicitur. Ad prius ſponte profectus eſt: ut conſultationibus intereſſet, ne quid aberraretur à vero & bono. Feliciſſimè cecidit; & ſine ſanguine confectum eſt. De hoc ſæpe narravit: *plus malitiæ & pravorum conſiliorum in eo comperiſſe: quam per omnem vitam norit, vel experientia, vel ex libris.* Ad ſecundum electus eſt, ut Parochus: & quamvis renueret: exiit tamen, cum non ignoraret: quid non mortalia cogat pectora fames & auri & cibi.

Cauſa belli.

Cauſa belli nunquam placuit, *commeatus* videlicet *denegatio.* Die *decimo quarto* ante profectionem, bis pro ſuggeſtu, dum ferverent omnia, dixit: *Scio; ſcio*, inquam, *quid rei ſit*, Es iſt umb mich zu thun: *ut ego tollar, fiunt omnia.* Quin cometen tunc viſum in aurem amico confirmavit, fatalem eſſe & ſibi & adhuc alteri cuipiam: Oecolampadium deſignatum eo verbo putarunt.

Præſagit mortem Zvvinglius.

Exit in bellum.

Tumultuariè igitur egreſſos Tigurinos contra paratam multitudinem, ſecutus eſt inter poſtremos & Zvvinglius eques, & armatus, pro more illius gentis: minimè egreſſus eſt, ut capitaneus, aut belli Dux; ſed ut bonus Civis, & fidelis Paſtor: qui ſuis in extremo periculo deeſſe nollet. Et *Tigurinorum* ita fert conſuetudo, cum in hoſtem exitur; ut eccleſiæ miniſter primarius unâ procedat. Ad hæc videbat ipſe, ſi domi reſideret, ac prælium commiſſum eſſet adverſum, magnam ſibi invidiam ſubeundam: ut qui lingua, non animo fortis eſſet. Tigurini quidem ad ſuos fines præſidium circiter mille milites & amplius diſpoſuerant: ſed tanta fuit hoſtium * celeritas; ut illi vix ſubſidio venire potuerint. Iſti ergo monte ſuperato, ubi ſingulis eundum, in valle ſuos laborantes conſpiciunt. Ibi ſeſe ad virtutem cohortati, promiſcuè decurrunt & concurrunt. Non igitur tam virtute, quam numero victi Tigurini deſiderarunt ſuorum circa *trecentos octuaginta tres*, inter quos & Zvvinglius. Fuit id die *undecimo* Octobris, anni *milleſimi, quingenteſimi, trigeſimi primi*, cùm annum ageret ætatis *quadrageſimum quartum*: quadriennio ſcilicet Luthero junior, Tiguri docuiſſet annis *duodecim*, antea *Glaronæ* & in *Eremo*, fano divæ Virginis celebri, annis *undecim*. Qui prælio interfuerunt hoc de eo retulerunt: proſtratum prementium multitudine, tertium ſe in pedes erexiſſe: tandem cuſpide ſub mento transfixum, & in genua prolapſum dixiſſe: *ecquid hoc infortunii? age, corpus quidem occidere poſſunt, animam non poſſunt.* Jacuiſſe viventem adhuc inter ſtrata undique Tigurinorum cadavera, & manibus precantium more compoſitis ac in cœlum fixis oculis, non clara quidem voce, ſed leniter motis labiis oraſſe. Maximâ autem hoſtilis exercitus parte Tigurinos perſequente, quosdam interea per proſtratos graſſantes, quoscunque ſemivivos inveniſſent, *de confeſſione Papiſticâ & divorum invocatione* compellaſſe. Zvvinglium itaque ab iisdem interrogatum, *moto capite abnuiſſe; & in cœlum ſublatis oculis, Dominum in cœlis ſe invocare* ſignificaſſe. Tum quendam immani gladio irruiſſe jugulumque penitùs hauſiſſe. Poſt cladem in corpus exanime valde fuit * ſævitum; & vix etiam illius morte potuit odii acerbitas exſaturari. Cadaver enim inventum, judicio condemnatum, in quatuor partes diſſectum, & igni in cinerem fuit redactum. Poſt triduum nonnulli ejus amantes ad rogum acceſſerunt, & mediis è cineribus *cor illæſum* eruerunt. Id à quibusdam religioni tributum; ab aliis aliter acceptum: ut fit animis odio aut amore turbatis. Annum, menſem, & diem ſtragis hoc diſticho *Joannes Lupulus*, præceptor Zvvinglii, expreſſit:

Tigurinorum conſuetudo.

** Quinq; pagicorum*

Tigurini prælio victi. In eo cadit Zvvinglius.

Sleidan. l. 8. Commentar.

Verba ultima Zvvinglii

** Vt & in Abbatis Capellenſis & aliorum: vide epiſt. Oecolampadii libr. 4. p. 800. & p. 979.*

Cadaver Zvvinglii exuſtum. Cor ejus illæſum repertum.

HeLVetIæ ZvvIngLI DoCtor paſtorqVe CeLebrIs
VnDena oCtobrIs paſsVs In aſtra VoLas.

Deploraverunt & ejus caſum alii doctiſſimi viri, de quibus *Conradus Pellicanus* Rubeaquenſis, qui Hebraicum & *Theodorus Beza*, qui tale Latinum epitaphium ſcripſit:

Epitaphiū Zvvinglii

Zvvinglius arderet gemino cùm ſanct⁹ amore;
Nempe Dei inprimis, deinde etiam patriæ:
Dicitur in ſolidum ſe devoviſſe duobus:
Nempe Deo inprimis, deinde etiam patriæ.
Quàm benè perſolvit ſimul iſtis vota duobus,
pro patria exanimis, pro pietate cinis!

Ingenium.

Fuit Zvvinglio ingenium ad res egregias perquam accommodum, probum, candidum, integrum, ardens quidem ac vehemens non autem crudele, non ſanguinarium, non ſævum; ſed heroicum & alacre: quod res magnas adiret intrepidè. Falſum autem, ne dicam calumniæ plenum pronunciatum quorundam, qui affirmare non dubitarunt: belli civilis ipſum fuiſſe tubam: longè autem tetrius, pro facinore tanto pœnas tam graves eum DEO dediſſe. Nec enim bellum illud per Zvvinglium religionis & doctrinæ ſuæ propagandæ cauſa fuit ſuſcita-

Non fuit auctor belli.

tum aut ſuſceptum: ſed civiles fuere cauſæ, è quibus malum illud Mavortium exarſit. Interim tamen negandum non eſt, religionis mutationem multorum animos alienaſſe & exacerbaſſe. Quippe ſemper.

Multum religio potuit ſuadere malorum.

Commeatus cur quinquepagicis denegatus.

Quod autem *commeatus* fuit *denegatus*; aliorum conſiliis effectum eſt: non quod Tigurini inſontes cum ſontibus enecare fame crudeliter cuperent: ſed quod exiſtimarent adverſæ partis animos emollitum citius iri; ubi conſideraſſet, quantum ex agro Tigurino emolumenti, aut detrimenti ſperandum ſit. Etſi & hoc conſilium Zvvinglio, cui mores gentis perſpecti, vehementer diſplicuit: nec deſtitit ipſe ab eo cives ſuos avocare; verumtamen ſurdo, quod dicitur, cecinit fabulam.

Cur in bellum iverit Zvvinglius.

In bellum ivit, non ut anteſignanus & bellator, ſed ut Paſtor, ut pacis ſuaſor. Nec enim Tigurina urbs florentiſſima & prudentiſſima ſuo Eccleſiaſte ad bella abuti voluit; nec pugnam ullam fore quisquam putarat: ſed potius rem omnem, ut biennio ante, placidè compoſitum iri, Zvvinglii etiam conſiliis, quæ ſemper pacis, non armorum ſocia fuerunt, omnes ſperarunt. Sed adverſæ partis feſtinatio improviſa & loci iniquitas, infelicis pugnæ neceſſitatem attulit. Verum cenſores & Zvvingliomaſtiges illi valdè ſunt inepti & rigidi; qui ex eventu de doctrina judicium fecerunt;

Ex eventu de cauſa aut doctrina judicare ſtultum.

Cecidit in prælio Zvvinglius & armatus cecidit: quid tum? num propterea Pſeudopropheta, & falſæ doctrinæ auctor? aut Tigurinorum cauſa Deo exoſa? Cecidit ab impio Caino pius Abel: preſſi ab idololatris Ægyptiis, victi à flagitioſis Aſſyriis, electus DEI populus, Iſraëlitæ. Sed ne multus ſim: certè & ipſi Ethnici mitiores fuerunt in ejusmodi caſibus judicandis, quin Princeps vatum Græcorum.

Horat. l. 3. C. 2. O.

Dulce & decorum eſt, pro patriâ mori.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

& hoſtium non pauci mortem Zvvinglii querelis proſecuti ſunt; & innocentiæ, pacis, ac concordiæ ſtudii teſtimonium ei perhibuerunt veriſſimum.

Doctrina & judicium Zvinglii.

Doctrinam & judicium ejus teſtantur ſcripta, vel ringente invidia. Studium veræ pietatis & Evangelicæ religionis ab Anti-Chriſti quisquiliis repurgandæ, omnis loquetur poſteritas: cujus ſincerius judicium erit.

Studium pietatis.

Docet ante Lutherum.

Ante Lutherum docuit Glaronæ in Helvetiâ Evangelium Chriſti; ut ipſe * de ſe: *Cepi ego Evangelium prædicare anno ſalutis decimo ſexto ſupra milleſimum & quingenteſimum, eo ſcilicet tempore: cum Lutheri nomen in noſtris regionibus ne auditum adhuc erat.* Docuit & ſcripſit * *contra Papiſtarum humana merita*, contra *purgatorium*, contra *miſſæ ſacrificium*, contra *canonem Miſſæ*, contra *mutilationem Sacramenti*, contra *transſubſtantiationem*, aliosq; abuſus: Sacramentariam autem controverſiam ante annum *milleſimum quingenteſimum vigeſimum quartum* non attigit.

** In opere Articul. A. 1527. explanat. art. 18.*

** Ab anno 1522.*

Controverſia ſacramentaria quando mota.

Vidit * initio quid fugeret: quid ſequeretur non vidit. Vidit *commentum Transſubſtantiationis* ſive converſionis ſubſtantialis panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti, manentibus tantùm accidentibus, quod Papatus tenebat: vidit dogma *conſubſtantiationis* ſive, ut Guitmundus vocavit, *Impanationis*, de corporali præſentia Chriſti in pane & vino, manente horum ſubſtantia, quod Lutherus ex Cameracenſi amplectebatur, neque cum verbis Domini, neque cum analogia fidei Chriſtianæ, neque cum conſenſu orthodoxæ vetuſtatis convenire. Vidit enim à Chriſto non fuiſſe dictum: *Hoc ſit aut fiat corpus meum*; neque etiam: *Sub hoc vel in hoc eſt aut continetur corpus meum.* Quid tamen tuto amplecteretur non priùs vidit: quam ſcripturæ ſacræ locis ſimilibus plurimis diligenter ponderatis; & conſultâ orthodoxâ vetuſtate; præſertim *Tertulliano, Ambroſio, Auguſtino, Theodoreto, Bertramo*, aliis: tandem ſtatuit, in verbis Domini: *Hoc eſt corpus meum*, ſeu *hic panis eſt corpus meum*, eſſe *Metonymiam*, Hebræo ſermoni familiarem, & Metonymicè, ſeu per denominationem quandam transferri ſignati nomen ad ſignum: *Panem dici corpus Domini, vinum ſanguinem Novi Teſtamenti; quia ſunt ſymbola corporis & ſanguinis Domini*, ſeu *quia corpus & ſanguinem Domini ſacramentaliter ſignificant.*

** D. Pareus lib. 4. de controverſ.*

Euchar cap. 13.

Et und nata.

Metonymia Hebrais familiaris.

Hanc ſententiam primò epiſtolâ ad familiarem præſcripſit, * *Matthæum Alberum*, Rutlingenſium Eccleſiaſten: ubi inter alia: *Nos*, inquit, *cardinem hujus rei in breviſſima ſyllabâ verſari arbitramur, videlicet in hoc verbo*, Eſt: *cujus ſignificantia non perpetuò pro eſſe accipitur, ſed etiam pro ſignificare. Quamvis interim, chariſſime frater, te admonitum volo, ne nobis quicquam fidei habeas, niſi clariſſimis verbis ſcripturæ ſacræ, quod adſumo, probavero. Reſpondebat Joſeph ad ſomnium Pharaonis: Septem boves craſſæ, ſunt ſeptem anni fertiles. Et tamen fieri nequit, ut ſeptem boves ſint ſeptem anni. Eſt ergo clarum iſtud verbum*, ſunt, *poſitum eſſe pro* ſignificant, vel portendunt: *ut ſit ſenſus: ſeptem boves craſſæ, quas in ſomnio vidiſſe videris, ſignificant vel portendunt, ſeptem annos fertiles. Chriſtus dicit Joannis decimo quinto: Ego ſum vitis. nec tamen erat vitis, ſed vitis in morem ſe habebat. Patet ergo iſtud verbum*, Sum, *nulla ratione pro* Eſſe *accipi poſſe: ſed pro ſignifico vel exprimo, vel ejus in morem me habeo. Iterum dicit: Semen eſt verbum DEI: & tamen ſemen non erat verbum Dei. Unde neq; hic*, Eſt, *pro* Eſſe *capi poterit: liquet autem pro* ſignificat *eſſe poſitum. Nam Chriſtus his verbis, Apoſtolis parabolam, quam de ſparſo ſemine propoſuerat, aperit: Semen, inquiens, de quo loquor eſt: id eſt, ſignificat verbum Dei. Tales conſimilesq; locutiones paſſim videre licet in literis ſacris; unde non eſt ut hic pluribus obtundam.* Hæc ibi.

** Anno 1524. Epiſtola Zvvingl ad Matthæum Alberum.*

Probat Eſt pro Significat uſurpari.

Confert ſuam ſententiam cum aliis.

Deinde hanc ſententiam priùs, quàm publicè proponeret, non ſolùm cum amicis fidis contulit; ſed curavit etiam, ut omnibus ferè, tum in Germaniâ tum in Galliâ, eruditione & auctoritate præſtantibus viris innoteſceret. Providebat enim difficilimè opinio-

opinionem, quæ à tot ſeculis tam altas in animis hominum radices egiſſet, evulſum iri. Publicè autem propoſitam & voce & ſcriptis propugnavit rectène an perperam, diſceptare noſtri inſtituti non eſt. Buceri epiſtola pro eo loquatur, quæ ita eum excuſat: *Invenias alicubi in epiſtolis Zvvinglii de ſacramentis: unde videri poſſit vir ille, ſacramentis minus tribuiſſe, quàm Scriptura eis tribuit, cùmq; nos eas epiſtolas ediderimus in vulgus; verendum, ne qui idem & de nobis noſtriſq; per Helvetios Eccleſiis ſuſpicentur. Ne ergò à nobis cuiquam detur offenſio, quæ in vituperium valeat Chriſti, voluimus te, optime lector, hîc præmonere, nec Zvvinglium inficiatum eſſe, nec nos inficiari, ſacramenta eſſe ſymbola gratiæ, fideiq; ſuo modo opem ferre: nec eſſe teſſeras ſolùm ſocietatis Chriſtianæ; tantum ut Chriſto Domino omnis virtus ſalvifica transſcribatur, & agnoſcatur, tum ſacramentis nos ſalutem percipere, cùm nobis in illis percipitur opus Chriſti: quod tum percipimus, cùm fide amplectimur, quæ Chriſtus in ſacramentis pollicetur & offert. Legem ſpiritui Chriſti collatam D. Paulus facit literam occidentem, cùm eandem ſubſervientem ſpiritui Chriſti teſtetur erudire ad ſalutem, & abſolvere hominem DEI inſtructum ad omne opus bonum. Circumciſionem, ut illam Dominus populo ſuo ſymbolum benevolentiæ ſuæ inſtituit, fœdus à Domino vocatur, uſurpatam externè modo ſine fide promiſſionis gratuitæ, Paulus ſcripſit nihil valere. Et de baptiſmate D. Petrus ſcribit, illo nos ſalvari, complectens ſcilicet totum donum Chriſti, quod baptiſmate offertur, mox tamen ſubjicit, non ablutio ſordium carnis, ſed fœdus conſcientiæ benè reſpondentis DEO: diſtinguens explicando, quæ ſeparari tamen non debent, ſacramentum ſive commendando, ſive ſumendo. Quod enim præcipuum in hoc ſacramento eſt, Apoſtolus præcipuum etiam haberi cupiebat, & cavere ne ab externo ſymbolo ablutionis ſalus peteretur, myſterio ipſo Chriſti neglecto, quod utiq; fide cordis recipiendum eſt. Ad eundem modum & Zvvinglius in iis locis, in quibus videri poſſit Sacramenta non plenè ſatis prædicaſſe, fiduciam voluit amoliri operis externi, non evacuare Sacramentum Chriſti. Erat enim illi res cum iis, qui vulgarem illam impietatem tuebantur, quâ homines ab opere operato, ut illi vocant, hoc eſt, ab ipſa ceremonia externè modo adhibita, ſalutem petunt, nihil prorſus ſoliciti de fide in promiſſionem, quæ ſacramentis commendatur. Contra hos itaq; dimicans, meritò contendit, Chriſtum Dominum nos in gratiam Patris reſtituere, non Sacramenta: id eſt, externam actionem ſacrificulorum in adminiſtratione Sacramentorum. Nam illi eam actionem ad obſcurandum meritum Chriſti vendunt. Hinc in epiſtola ad Fridolinum Lindoverum, Bremgartenſium concionatorem. Vides, diſputationem hac de re ſic concludi: Quid multi opus? Caput hoc eſto. Sola gratia DEI nos ſalvos fieri, id autem, cum ea fidimus. Ocyus ergo cum tua iſta in gratiam Dei contumelioſa opinione faceſſe, quâ Sacramentis adſeveraſti admiſſa deleri, non alia ratione oportere. Sic & alii, qui in nullam unquam ſuſpicionem venerunt, quòd Sacramentis minus quàm par ſit, tribuerent, ubi ipſis certamen fuit cum ejuſdem gratiæ Chriſti hoſtibus, ſcripſerunt, Nec Novi, nec Veteris Teſtamenti Sacramenta, ſed ſola fides juſtificat.* Item: *Non Sacramentum, ſed fides Sacramenti juſtificat. Damnaruntq; illud impietatis, quod ſcholaſtici pro dogmate habent: Sacramenta novæ Legis eſſe efficacia ſigna gratiæ. Et de baptiſmate: Baptiſmus neminem juſtificat, nec ulli prodeſt, ſed fides in verbum promiſſionis, cui additur baptiſmus, hæc enim juſtificat, & implet id, quod baptiſmus ſignificat. Hæc illi. Quicquid ergo in his Epiſtolis leges, quod videbitur Sacramentis non nihil detrahere, id omne de actione in Sacramentis externa, ſecluſo Chriſti ſpiritu, dictum accipias, uti nimirum ea proſtituuntur à ſervis ſuperſtitionis Papiſticæ. De noſtris verò Eccleſiis ne patiare tibi perſuadere, in eis de ſacramentis aliter doceri, quam ipſæ tradunt Scripturæ, docent S. Patres, & ab initio Chriſti Eccleſia credidit: Eſſe nimirum illa ſymbola gratiæ & redemptionis Chriſti, quæ illis ceu viſibilibus verbis, ut ea D. Auguſtinus vocat, offertur & exhibetur, Domini quidem virtute, Eccleſiæ verò miniſterio, in baptiſmate regeneratio & in Chriſtum inſitio, in ſacra Evchariſtia vera corporis & ſanguinis Chriſti communicatio: horumq; verum uſum eſſe, non ad profitendum modò, ſed magis adeò, & præcipuè quidem, ad alendam & provehendam fidem, ut quibus communio Chriſti plenius nobis & commendatur, & (ut dictum) exhibeatur. Sic ubi in tractatione Evchariſtiæ leges, contendi, Chriſtum reliquiſſe hunc mundum, & in cœlos corpus ſuum recepiſſe, nec poſſe impanari, aut in pane includi, tu ne putes Chriſtum in noſtris Eccleſiis ſacra cœna excludi, ſolumq; panem & vinum, inania ſymbola adminiſtrari. Utinam noſſes, optime lector, quam iſtud abominatus ſemper ſit Pater & Præceptor noſter Joannes Oecolampadius, ſed ſicut tranſitus Domini noſtri Jeſu Chriſti in cœlos; hoc tantum infert, jam Dominum hîc non agere ratione hujus ſeculi, ita ſcito nobis nihil negari, quam Chriſtum non naturaliter & ratione hujus ſeculi uniri, cùm pane, vel in pane includi localiter. Cæterùm verum corpus, verum ſanguinem Domini, ipſum verum Chriſtum, DEUM & hominem, nobis in cœna adeſſe, ipſius verbis & ſymbolis exhiberi in cibum non periturum carnis, ſed ſempiternum animæ, eoq; non ſenſu aut ratione, ſed vera fide percipiendum. Vale.* Hactenus Bucerus.

Buceri Epiſtola de Zvvinglii ſententia.

Sacramenta ſunt ſymbola gratiæ.

Verùm πολυϑρύλλητον illud *de atro vel albo Spiritu* monitore, unde natum ſit, nón videtur hîc prætereundum. Res autem ipſa ſic habet: Cum anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo quinto* miniſtri Eccleſiæ Tigurinæ *Zvvinglius, Leo, Engelhardus, Megander* & *Myconius*, ad diem undecimum Aprilis in *Senatu ducentorum*, de abolendâ Miſsâ, ac

Calumnia atri ſpiritus unde.

 panis

panis & vini adoratione tractarent: ex aliis ſcriba quidam in Senatu Zvvinglio reſtitit, hoc potiſſimum argumento *quod à perſpicua verborum proprietate diſcederet, nec ſatis evidenter probaret*, τὸ Eſt, *in verbis Cœnæ, accipiendum eſſe pro* ſignificat. *Etenim hæc exempla:* Semen eſt verbum DEI: Chriſtus eſt oſtium, petra & ſimilia: *nihil ad rem facere. Parabolas enim eſſe, quarum explicatio per verbum* Eſt *tradatur, in Cœna vero Dominica nihil tale eſſe.* Zvvinglius reſpondit ad ſcribæ ſermonem, quæ locus & tempus requirebant. Senatus ergo decrevit, ut Senatores quatuor poſt prandium, cum miniſtris Eccleſiæ convenirent, quo res tanta graviter ventilaretur.

Deliberatum eſt aliquandiu variè: tandem placuit ſequenti die, quæ erat duodecima Aprilis, cauſam hanc iterum ad totum Senatum referri. Cùm ergò in Senatum miniſtri Eccleſiæ rediiſſent, atque huc tenderent, ut Miſſa in univerſum aboleretur: obſtitit denuò ſcriba ille, qui ater an albus fuerit, non dicitur, cui cum Zvvinglius copiosè reſpondiſſet, unà cum aliis è Senatu domum ſe recepit. Decretum eſt à Senatu; ut Eucharistia juxta Chriſti inſtitutionem ritumque Apoſtolicum deinceps celebraretur; infirmis verò liceret hac vice veteri more, ſi vellent, aliis in locis ea uti, ut Miſſa in univerſum ſit abolita & antiquata, & ne craſtino quidem die repeteretur. Mox ſecuta eſt publica totius Eccleſiæ gratulatio atque lætitia.

Appetente die decimo tertio Aprilis, viſus * eſt ſibi Zvvinglius in ſomnis denuò cum ſcriba contendere, ſicque obmutuiſſe, ut quod verum ſciret proloqui non poſſet. Ibi ἀπὸ μηχανῆς viſum adeſſe monitorem (*ater an albus fuerit, nihil memini*, inquit, *ſomnium enim narro*) qui diceret, *quin ignave reſpondes ei, quod in Exodo legitur: Eſt enim phaſe, hoc eſt, tranſitus Domini*: ſimul expergefactum exiliiſſe è lecto, locum diligenter inſpexiſſe, ac de eo mox coram totâ Eccleſiâ pro virili diſſeruiſſe, illumque ſermonem omnibus piis, qui propter parabolæ obſtaculum adhuc nonnihil hærebant, omnem nebulam diſcuſſiſſe. Celebrata eſt deinde tribus diebus, nempe die Jovis, die Veneris, & ipſo Paſcha, cœna Domini tantâ frequentiâ, quanta antea ibi loci vix viſa.

*Zvingl. l. de ſubſid. Eucharist.

Exod. 12.

Hoc igitur eſt illud, quod varii variè interpretati ſunt: quorum non nemo ſcribere non dubitavit: *Zvvinglius habuiſſe cor in errore, Satanæ deceptione obfirmatum, ſuam gloſſam ſomniaſſe ſuggeſtione atri Spiritus, quia ipſe ſcripſerit, ſe per ſomnium didiciſſe à quodam monitore, qui albus fuerit, an ater, neſciat.*

Sed principio Zvvinglius non de gloſsâ vel expoſitione ipſa, ſed de exemplo ſcripturæ non parabolico fuit monitus. Deinde proverbium illud omnibus Latinæ elegantiæ ſtudioſis notum, & Zvvinglio etiam aliâs eſt uſitatum, ac citra calumniæ metum uſurpatum, uti ex ſcriptis ejus cuivis apparet. Solet enim hoc adagium dici, *de re ac homine valde ignoto*, uti Eraſmus monet, & vel *Catulli* hoc in Cæſarem diſtichon docet:

Proverb. ater an albus ſit neſcio.

Nil nimium ſtudeo, Cæſar, tibi velle placere:
Nec ſcire, utrum ſis albus an ater homo.

Denique quis eat inficias, etiamnum hodie piis & ſui officii ſatagentibus, vel ſcripturarum cœleſtium, vel aliorum auctorum loca in ſomniis ſæpè occurrere, quæ vigilantes effugerant? Candoris certè Chriſtiani fuerat, hæc & ſimilia *cum grano ſalis* interpretari. Sed de hoc ſatis multa, vel plura potiùs, quàm neceſſarium hic fuit.

Porrò *ritus cœnæ, à Zvvinglio* in Miſſæ locum *apud Tigurinos inſtitutus*, fuit ejusmodi. Finita concione, menſa templo infertur, & munda mappa inſternitur. Huic imponitur caniſtrum pane infermentato plenum, catini & pocula lignea, quæ vino implentur. Accedit ad menſam paſtor eccleſiæ cum diaconis, & totum cœtum ad attentionem excitat, mox alter ex diaconis ſubjicit *inſtitutionem Cœnæ Dominicæ ex Epiſtola ad Corinthios*, alter verò recitat *partem capitis ſexti Joannis*, ut ex verbis Domini omnes diſcant, quomodo Chriſti carnem edamus verè & ſanguinem ejus verè bibamus. Mox recitato ſymbolo fidei, paſtor admonet, ut quisque ſe ipſum examinet & exploret, ne indignè accedendo, corporis & ſanguinis Domini reus fiat. Poſtea ſe in genua omnes demittunt, & Paſtore præeunte, orationem dominicam dicunt. Qua ab oluta, Paſtor panem infermentatum accipit in manus, & ſpectante fidelium cœtu, altâ voce, magnaque religione, recitat inſtitutionem Cœnæ Dominicæ: deinde panem miniſtris diſtribuit, & poculum porrigit. Qui panem in catinis, & vinum in cyathis circumferunt, & eccleſiæ exhibent. Quisque in manus ſumit, quod traditur à miniſtris, edit, & proximè aſſidenti offert partem ejus, quod accepit, ſimiliter etiam poculum porrigit. Interim verò dum de pane Domini edunt, & de poculo ejus bibunt, unus ex Eccleſiæ miniſtris prælegit ex Evangelio Joannis, dulciſſima illa colloquia Domini, quæ abiturus cùm diſcipulis habuit, à pedum ablutione initium faciens. Si catini & pocula ad menſam redeunt, eccleſia iterum in genua procumbit, & Deo gratias agit, pro beneficio redemptionis Chriſti. In eccleſiis autem agri Tigurini, miniſter omnia ſolus recitat, & ad menſam ſinguli accedunt. Hunc ritum multæ eccleſiæ, in Helvetiâ & Rhetiâ, poſtea imitatæ ſunt.

Ritus c[œ]næ à Z[vvin]glio in[sti]tutus.

In concionibus Zvvinglius fuit ordinis ſtudioſus, & veritatem perſpicuè ſummoque ſtudio docuit: contra vitia nihil eo auditum acrius, præſertim contra *Penſionarios* illos, contra oppreſſores pauperum, & luxu diffluentes. Dixit turpem eſſe atque impiam militiam eam, nihilque fœdius & magis inviſum DEO quam ſuanguinem ſuum mercede externis principibus addicere. In corripiendo fuit ei auctoritas, & cum verbis ardentioribus

Concion[es] Zvving[lii] methodi[cæ] & aff[e]ctuoſæ. Thuanu[s] lib. 4. hi[st.] Aug.

tioribus detonaret, ne inſontes moverentur; adjecit ſemper: Froм̄er Mann / nimm dichs nicht an: *Bone vir, hæc te non moveant; nihil ad te, quod dico; ne cures igitur.* Thematis rem egerat nonnunquam, maximè dum inciderant, quorum gratiâ digrediendum erat neceſſariò. Nam ubi res huc venerat, ut veritati cederet longè pars melior & major populi, digreſſionibus utebatur nonnunquam in ea, quæ minus erant in Eccleſiâ Dei tolerabilia.

Ratio ejus ſtudiorum & vita interior. Stando confecit omnia ſua ſtudia, certas eis vendicans horas, quas etiam non omiſit, niſi feriis coactus. A ſomno manè ad *horam decimam* lectioni, interpretationi, doctrinæ, ſcriptioni dabat operam, prout temporis & rerum poſtulabat ratio. Poſt prandium audiebat vel narrantes, vel conſilia rogitantes, aut confabulabatur, aut deambulabat cum amicis, usque ad horam ſecundam. Hinc enim reditus ad labores. Poſt cœnam, ubi pauliſper deambulaſſet, ferè literis ſcribendis vacabat, interdum ad mediam usque noctem nihil agens aliud. Præterea quotiescunque negocia cogebant, & ſenatui ſerviebat.

Scripta Zvinglii. Monumenta ingenii & eruditionis ſuæ reliquit Zvvinglius multa; quæ in *quatuor Tomos* digeſta typisque excuſa exſtant: in quorum *primò* Tomo continentur τὰ διδασκαλικὰ & παραινετικά: *ſecundus* habet τὰ πολεμικά, hoc eſt, pugnas, quæ ipſi cum adverſariis interceſſerunt; *tertius* ἐξηγητικὰ Veteris Teſtamenti: *quartus* denique complectitur ἐξηγητικὰ ſeu explicationes ſcriptorum Novi Teſtamenti. Scripſit præterea *epiſtolas* multas, doctrinâ & pietate refertas, quæ cum Oecolampadii epiſtolis impreſſæ.

Ex narratione Oſvvaldi Myconii de vita & obitu Zvvinglii: Rodolphi Gualteri apologia: Chronico Baſilienſi: Sleidani & Thuani hiſtoria, epiſtolis Oecolampadii, aliis.

JOANNES OECOLAMPADIUS.

⊕ 1531. d. 1. Dec. ætat. 49.

Patria. WInſperga, oppidulo Cheruſcorum, *Joannes Oecolampadius*, vernaculâ Hauß-Schein / naſcitur; anno epochæ Chriſtianæ, *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo ſecundo*, quo & *Georgius Spalatinus* Theologus alibi in lucem eſt editus. *Parentes.* Parentes habuit honeſtos, & ut illic vivitur, abundè divites. *Avus* ei fuit *Baſilienſis*, ut in Præfatione ſuper Jeſaiam Prophetam ipſe annotavit. Mater autem à vitæ ſanctimoniâ, & in egenos beneficentiâ, præter ingenii laudem, apud cives ſuos fuit commendata.

Hi tales parentes, cùm de pluribus liberis unum ſuperſtitem ipſis DEUS voluiſſet; ut primum per ætatem inſtitutionis capax fuit, literis & religione in ſcholâ patriâ erudiendum curarunt. *Mercaturæ deſtinatur.* Adultiorem deſtinabat pater mercaturæ, at mater, ut pluſculum temporis & ſumtus concederetur literis addiſcendis, *A matre in literis detinetur.* precibus impetravit. Ibi ejusmodi ingenii ſpecimen in rudimentis literarum percipiendis tunc admodum puer dedit: ut ingeniorum obſervatoribus & æſtimatoribus magnam de ſe ſpem præberet. Maturè enim ad id eum formare cœpit Dominus, in quo opera ejus fructuosè erat uſurus.

Paulò poſt parens, ſive precibus matris victus, quæ ſicut *Monica Auguſtini*, ita hæc Oecolampadii curam ſemper geſſit, ut rectè inſtitueretur, ſive filioli præclara indole & natura adductus, in eum ſatis liberaliter ſumtum facere cœpit. Nam poſitis Latinæ linguæ fundamentis, amplius erudiendum *Heilbronnam* miſit, tum temporis benè conſtitutâ Scholâ celebrem. *Heilbronnam mittitur.* Deinde *Heidelbergæ* eum, ubi tum quoque Academia florebat, aluit. *Inde Heidelbergam.* Hic eos fecit progreſſus, ut *annos* natus non amplius *duodecim*, tolerabilem verſum ſcriberet. *Felices facit progreſſus.* Biennio pòſt, *Baccalaurei*, ut vocant, gradum obtinuit. Nec minùs illâ ætate in religione vitæque integritate fecit, operæ precium, quàm literis, illud cogitans vulgatum: *eum, qui proficiat in literis, & deficiat in moribus, non proficere, ſed deficere.*

Bononiam proficiſcitur. Poſtea Magiſterii adeptus titulum, *Bononiam*, ſtudiorum matrem, de parentis voluntate, ſe contulit; eximium, neſcio quem, illo ævo Juris Profeſſorem, tum arcem exiſtimationis obtinentem, auditurus. Sed intra ſemeſtre partim valetudine cœlum Italicum averſante, partim quòd mercator, cui parens pecuniam per collybum reddendam crediderat, non ſatis fideliter egiſſet, relictâ Italiâ ad ſuos redire eſt coactus. *Redit ad ſuos.* Quibus ſalutatis Heidelbergam repetiit; ibique poſthabito juris ſtudio, cui ex conſilio patris operam dare cœperat, totum Theologiæ ſe mancipavit, divinitus ipſum ad hoc ſtudium flectente & vocante Deo, qui eo in domo ſuâ, quæ eſt Eccleſia, pro lampade uſurus erat. *Theologiæ ſe addicit relicto juris ſtudio.* Qua in re proſſus cum eo actum eſt, ut cum clariſſimis quibusdam Eccleſiæ luminibus, qui commutato ſtudiorum civilium curſu ad cœleſtia ſeſe jura contulerunt. De horum numero olim fuit *Joannes Chryſoſtomus*; & patrum noſtraque memoriâ *Martinus Lutherus*, *Joannes Calvinus*, *Petrus Martyr*, *Theodorus Beza*, *Lambertus Danæus*, *Antonius Sadeel*, *Georgius Sohnius*, ut alios permultos latere patiamur. *Theologi ex ICtis facti.*

Ita igitur vocatus à civilibus controverſiis ad cœleſtium myſteriorum tractationem Oecolampadius, tanto flagrabat cognoſcendæ Theologiæ deſiderio, ut quæſtionum & ſophiſmatum inanium odioſis tædiis non averteretur, quæ ferè ingenia liberalia à ſacris literis vel obiter guſtandis deterrent. Exercebant tum Theologorum auditoria Scholaſtici, quos vocant, Doctores, ex iis noſter *Thomam Aquinatem*, & poſt eum *Richardum* præcipuè amplexus eſt. *Scholaſticos doctores amplectitur Oecolampadius.* *Gerſonem*, qui Pariſienſis Academiæ Cancellarius, & in Baſilienſi concilio legatus fuit, trivit non indiligenter, quod iis ad alendam pietatem comparatior videretur *Scoti* σκοτώδεις ſubtilitates neglexit, *Scotum negligit.* neq; æqualium more ad ſingulas quæ ſe offerebant, argutias attonitus hæſit, ſed ad utilium doctrinarum ſum̃am avidus properabat. Theatralibus diſputationibus, qualibus Sorbona, & communiter Antichriſtiana ſynago-

ga de-

ga delectatur, abſtinendum ſibi cenſuit; quod ad ſuperbiam, ad rixas, ad ſupercilium, adoleſcentum ingenia iis corrumpi animadverteret. Semper fuit rei literariæ, quàm parandæ opinionis eruditionis appetentior: doctus eſſe, quàm videri malebat, cumq; gloriam fugeret ipſe, illa eum proſequebatur, ut in verſiculis notis dicitur:

Gloria ſi fugias, crocodili more ſequetur:
Sin petis, hæc eadem longius acta fugit.

Gloria fugientem ſequitur; ſequentem fugit.

Veram igitur eruditionis & virtutis laudem, apud optimum quenque conſecutus, illuſtriſſimo etiam Principi *Philippo*, Electori Palatino, cognomento ingenuo, qui Anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo octavo*, calendis Martii obiit, fuit commendatus. Hic cùm de eo præclarè ſentiret, filiis eum ſuis, natu minoribus, præceptorem præfecit. Horum inſtitutioni cùm aliquamdiu præfuiſſet, aulicæ vitæ valedicens, ad ſacra ſtudia quaſi poſtliminio rediit. Heidelbergam verò ipſam hac occaſione reliquit. Parentes, ut erant vehementer devoti, conſilium inierant, facultates ſuas omnes DEO conſecrandi, & in hunc filium unicum, jam divinis dicatum rebus, conferendi. Itaq; ipſomet auctore, cùm ſobolis ex ipſo ſpes nulla eſſet, tum ob valetudinem ſequiorem, tum ob ordinem ſacrum, ſacerdotium è facultatibus ſuis in patrio oppido inſtituerunt, cui concionandi munus conjunctum eſſet, ad id præcipuam proventuum partem conferentes, quod quidem ob id filio primum optimo jure commiſſum.

Oecolampadius charus Philippo Electori Palat.

Sacerdotio præeſt in patria.

Ei cum ſeſquimenſem præfuiſſet, & ſe nondum parem ferendo huic oneri judicaret, veniam redeundi *Heidelbergam* impetravit, ut majore ingenii cultu adauctus, & doctrina ampliore excultus, maturior ad ſacram hanc provinciam reverteretur. Cæterum mutato conſilio prius *Tubingam* adiit: ac inde *Stutgardiam*, ubi tunc erat *Joannes Capnio, Reuchlinus* dictus, linguæ Latinæ, Græcæ & Hebraicæ, peritiâ celebris. Ab eo guſtum qualemcunque Græcarum literarum intra paucos dies percepit, quem aſſiduâ & conſtanti exercitatione, brevi temporis ſpatio, adeò provexit, ut Heidelbergam reverſus, *Grammaticam*, cui titulum fecit *Dragmata*, conſcripſerit, quæ poſteà in lucem eſt edita. Heidelbergæ etiam *Hebræa*, à quodam Hiſpano didicit, etſi infelici doctore, & cognitionem ſanctæ linguæ diſcipulis invidente.

Ab eo diſcedit.

Venit ad Capnionem.

Diſcit literas Græcas.

Scribit Grammaticam Græcam.

Adjungit Hebræa.

His præſidiis literarum & linguarum inſtructus, in patriam rediit ad partes muneris ſui obeundas. Annunciavit igitur Chriſtum primo patriæ ſuæ, cum omni im, verè piorum & eruditorum admiratione, quanquam adhuc multa veteris ſuperſtitionis admixta eſſent. At *Severus* nimium *concionator* audiebat, quia aures vulgi inſanis clamoribus non verberabat, neque inficetis facetiis actionem ſacram exhilarabat, quemadmodum tum ſolebant, atque etiamnum ſolent mendicabula monachorum & lethalis vulneris beſtiæ ſanatores. Modeſtiam enim & gravitatem dicendi, ſacro miniſterio convenientem & neceſſariam ſemper amavit. Tali vulgi judicio de ſe cognito, *de riſu Paſchali* libellum ſcripſit, animum auctoris, ut tum erat, feliciter exprimentem.

Redit in patriam ad officium concionandi.

Audit Severus concionator.

Edit libr de riſu Paſchali.

Cum idem homo paucorum hominum eſſet, & à multis familiaritatibus, quæ optimos etiam quosque ad deteriorem partem applicare ſolent, abhorreret, cum paucis, iiſque bonis amicitiam contraxit, & contractam conſtanter coluit. De ejusmodi numero *Wolffgangus Capito* fuit, qui cum tali occaſione amicitiam iniit. Cum Oecolampadius Heidelbergæ ageret: Capito ſacris Bruchſellæ præfuit, obnoxius officiis & Epiſcopo Spirenſi, cujus nomine aliquoties adeunda ipſi Heidelberga. Eo tempore in mutuam cognitionem venerunt, & quòd inter eos mutua officia non parva intercederent, animi ipſorum tam arctè coaluerunt, ut omnia conſilia inter ſe communicarent. Hæc amicitia, absque ſuſpicione alienati animi, in diem usque obitus utriusque continuata fuit.

Fugit multorum conſortia.

Wolfgan Capito.

Tali igitur neceſſitudine devinctum Oecolampadium cùm Capito haberet, & Baſileam, ut ſacris præeſſet, vocatus eſſet, non deſtitit omnem movere lapidem, donec hunc ſtudiorum & religionis ſocium Baſileam pertraheret, indignum ratus, ut in angulo patriæ tam anguſto & obſcuro, tam lucida pietatis lampas concluderetur. Effecit igitur tandem, ut per *Chriſtophorum ab Utenheim* Epiſcopum Baſilienſem, cui eruditionem & pietatem ejus vehementer commendaverat, vocaretur. Vocatus Baſileam venit, anno partæ ſalutis *milleſimo quingenteſimo decimo quinto*, & Parœciæ ſummi templi eſt præfectus. Scribendis in utraque linguâ carminibus felix & plurimus fuit. Attulit igitur ſecum *ſex tragœdias Chriſtianas*, quas legerunt eruditi, & probarunt. Multa tamen in illis nondum ad regulam fidei emendata continebantur; quòd ſummâ cum circumſpectione nec præcipitanter à receptis, & per aliquot ſecula durante tenebrarum poteſtate, approbatis dogmatibus diſcederet, accurato & neceſſario pietatis judicio potiùs, quàm temerariis aliorum affectibus morem gerens. Quæ etiam cauſa fuit; cur argumenta illa tragica non fuerint typis divulgata.

Vocatur Baſileam Oecolampadius.

Venit ed.

Tragœdi Chriſtiana ab Oecolampa ſcripta.

Anno deinceps æræ Chriſtianæ, *milleſimo, quingenteſimo, decimo ſexto*, ætatis verò ſuæ *trigeſimo quarto*, amicorum adſiduis hortationibus victus, Doctoris Theologi titulum ſibi in Baſilienſi Academiâ conferri paſſus eſt. Sub idem tempus, ut primum magnus ille *Eraſmus Roterodamus*, linguæ Latinæ inſtaurator, & veterum Patrum repurgator, in *Novum Teſtamentum annotationes* editurus Baſileam veniſſet, ab eo Oecolampadius in partem ſanctiſſimi laboris accitus fuit. Operâ enim ſubſidiariâ illius, non ſolum pietate, verum etiam trium peritia linguarum eminentis, adeoque veri Theologi, ſe adjutum eſſe, ingenuè ipſemet Eraſmus fatetur. Paulò pòſt Oecolampadius *Auguſtam Vindelicorum* à Canonicis primi templi ut concionibus illic ſacris populum erudiret, vocatus, Baſileâ diſceſſit.

Renunciatur Theologiæ Doctor.

Iuvat Eraſmum.

Auguſtam diſcedit.

ceſſit. Adeoque nulla tum ne ſuſpicio quidem eſſe poterat, eum reformandæ illa in urbe religionis aliquando adminiſtrum futurum. Auguſtæ igitur concionibus præfuit, ſed non diu. Nam cum ob lenitatem diſſerendi, & animi timiditatem quandam minus ad tam ſublimem provinciam aptus ſibi videretur: conſilium cæpit de ſeceſſu. Cum enim corruptiſſimi mores paſſim invaleſcentes animoſè taxandi, & veritas cujus ſplendor ipſi quoque jam cœperat illuceſcere, apertè docenda eſſet: fatetur in quadam ad *Bilibaldum Pirckhaimerum* Patritium Norinbergenſem reſponſione; *ſe tum infirmiorem & timidiorem extitiſſe: ſui officii fuiſſe, Deo, qui ad hoc ſe vocaſſet, firmius confidere, & nequaquam deſperare, quin ipſe & os & ſapientiam eſſet largiturus.* Integri ita & candidi animi eſt ſua etiam παραπτώματα ingenuè confiteri; ſicut ipſe fecit.

[...]firmitas [...]ecolam[...]dii.

Ratus igitur magis ſibi expedire in loco ſolitario, & ab hominum oculis remoto, ſtudiis & precibus operam dare, quàm tanti ponderis & oneris officio non ſatisfacere, *Monaſterium Altonis* dictum adiit. Eſt autem id in viciniâ urbis Auguſtanæ, ad ſecundum lapidem ſitum, in quo monachi, opinione pietatis & religionis rectioris tum commendati, inſtitutum Divæ *Brigittæ* profitebantur. Quorum mores & vitæ conſuetudinem cum propius exploraſſet; ſtudiis ſuis & fidei libertatem ab illis ſtipulatus eſt, id quod his verbis antè conteſtatus erat; *Etiamſi ſexcentis*, inquit, *juramentis me obſtrinxero, nequaquam ea ſervare potero, ſi quando utilis miniſterio verbi ſum futurus.* Monachi, qui ipſum utpote clariſſimum doctrinâ virum, in contubernium ſuum libentiſſimè pellexiſſent, liberaliter omnia, quæ expeteret, concedebant, privilegium ſuum monſtrantes, quo ipſis poteſtas dabatur ad concionandum è clauſtro exeundi, ſicubi hæreſes ſubpullularent. Id verò omne tranſactum eſt, Præſule Friſingenſi approbante, qui virum præclara doctrina & pietate conſpicuum à multis annis colebat.

[...]greditur [...]naſte[...]ium.

[...]m con[...]ione.

Vita ergò monaſtica ipſi principio aliquot menſes arridebat & probabatur ita; ut reliquam ætatis ſuæ hoc pacto quietè & placidè tranſigere in animum induceret. Sed conſilio huic fautores & amici ipſius vehementer, maximè verò inter omnes *Capito*, reluctabantur, & ſeriò hortabantur; ut monaſticæ vitæ valediceret. Et quod amici ſuadebant, idem divinæ providentiæ viſum fuiſſe, eventus poſtea declaravit. Nam cum poſtulantibus quibusdam, quid *vero conſentaneum eſſet in controverſiis religionis*, quæ tunc agitabantur, apertè & dilucidè declaraſſet; factum eſt, ut declaratio illa, quàm cum amicis tantum communicaverat, ad plures alios dimanaret, & præter conciones certas, quas in vulgus exire erat paſſus, de *confeſſione librum* ederet, quo magis orthodoxum, hoc minus ceremoniarum nundinatoribus ferendum. Proindè quòd cum Pontificiorum doctrina non congrueret, conflabant ipſi apud plurimos & primores quosdam ingens odium. Indè ei nonnulli carcerem, quidam mortem minabantur; quas ipſe minas, utpote cui animus magis magisq; augeretur, intrepidus contemnebat. Inprimis *Johannes Glapio* Franciſcanus, qui tum Imperatori Carolo V. à confeſſionibus erat, ingens vitæ periculum creavit in comitiis Wormatiæ Vangionum anno *milleſimo, quingenteſimo viceſimo primo* celebratis. Rumor aliquot menſibus antè percrebuerat, fore, ut manus ipſi injicerentur. Nonnulli itaq; monachorum contubernalium admonuerunt ipſum, ut periculi vitandi cauſa aliò commigraret: ipſe contra hortatus eſt eos, bono eſſent animo monachorum, imò omnium Chriſtianorum eſſe, vel cum vitæ periculo, veritatem rotundè profiteri. Quapropter monachi ſibi ejus cauſâ malè metuere, & optare; ut quàm longiſſimè abeſſet. Dum hæc ita agerentur, accidit: ut illos fraternè argueret, qui plus ſuis humanis inventis, quàm divinis præceptis tribuerent. Quocirca ei *librum*, *quo ordinis ſui inſtituta continebantur*, commiſerunt, & conſcientiam ejus ſecundum quam coram tribunali tremendi Judicis Chriſti rationem factorum ſuorum eſſet redditurus, conteſtati, rogaverunt, ut illum ſummâ diligentiâ cognoſceret; & ſi quid verbo Dei adverſum offenderet, annotaret, ſe enim, quicquid id eſſet, corrigere paratos eſſe. Ratus eos ſeriò & ſincerè id poſtulare, negotium aggreſſus eſt, ſed cum in libro copioſam ſordium ſentinam commoviſſet, illicò ab ipſis, *ut bipedum nequiſſimus*, *ut apoſtata*, *ut hæreticus* traduci & proclamari cœpit, vim tamen apertam inferre non audebant. Tandem triduo antè, quàm capi deberet, literis plurium amicorum ſeriò admonitus, propius adeſſe periculum, quàm putaret, cum fratribus ſuper eâ re deliberare cepit, oſtendens quid & ipſis periculi inde immineret, ſi inter eos comprehenderetur. Si inſons ipſis videretur, decens nequaquam eſſe, proditores ipſos & fratricidas fieri. Sin autem falſa docere judicarent, poſtulare ſe ex fraternitate dimitti. Monachi quid agerent dubitabant ut exiret, jubere nolebant, extrudere multò minus volebant. Interim equi ab amicis miſſi per homines fidos, qui ſedulò inſtare & urgere non deſinebant; ut vitæ ſuæ celeri fuga conſuleret. Nactus dimiſſionem à fratribus & viaticum, liber evaſit, cum *non integrum biennium* in Cœnobio tranſegiſſet. Conceſſit indè ad heroem illum *Franciſcum à Sickingen*, apud quem Miſſam repurgare cepit, & *Chryſoſtomi Pſegmata* convertit. Ubi autem nobiliſſimus ille vir, infelici fuit bello implicatus, Oecolampadius Baſileam conceſſit anno milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſecundo, in lucē editurus ea, quæ illo in ocio elucubrarat.

[...]vocant [...]m amici.

[...]e con[...]ſione [...]er.

Incurrit in odium ſophiſtarum.

Periculum ei à Franciſcano.

Hypocriſis monachorum.

Relinquit monaſterium.

Venit ad Franciſc. à Sickingen.

Baſileam reverſus ab *Andrea Cratandro* Typographo fuit ſuſtentatus, cum careret initio vocatione ordinaria, expectaretque quorſum Deus eſſet ducturus. Expetebat ipſe alicubi vivere, ubi prædicationi Evangelii, poſthabito mundi odio, incumberet: quod ex epiſtolis ipſius ad Capitonem aliosque amicos liquet.

Inde Baſileam.

Andreas Cratander.

liquet. Ne verò interea ignavo otio tempus tranſigeret: *Chryſoſtomi Commentarium ſuper Geneſin* in Latinum ſermonem traduxit: & gratis interea ſine ſtipendio Chriſtum quibusdam annunciavit. Mox Senatu volente & jubente, profeſſionem Theologicam ſortitus, utcunque reclamarent Sophiſtæ, publicè *Jeſaiam* Prophetam enarrare cepit, magno auditorum concurſu, hinc ſtipendium annuum ipſi conſtitutum. Enarrationem illam poſteà publicam fecit: & Senatui Baſilienſi dedicavit. Paulò pòſt, petente id parocho Martiniano *Antonio Zannkero*, qui podagrâ lecto affixus, concionibus amplius præeſſe non poterat, conjungentibus etiam petitionem ſuam templi curatoribus: in templo Martiniano functus eſt vicario concionandi munere, magna quidem Papiſtici gregis invidia. Factum id anno milleſimo, quingenteſimo viceſimo tertio.

Profeſſor Theologiæ deſignatur Oecolamp.

Et concionator vicarius.

Sic igitur legitimè ad concionandi munus vocatus, ei ſumma fide ſummoque zelo gloriæ Dei præfuit. Errores qui in Eccleſiam irrepſerant, cepit detegere, & multitudini, quæ magno numero accurrebat, perfectionem & ſufficientiam meriti Chriſti, veram fidei naturam, & vera charitatis opera ita inculcare: ut in plurimorum animis auctoritas Papiſticæ religionis labaſcere inciperet. Nonnulli, quibus ipſius eruditio & ingenii promtitudo cognita erat, oblatione dignitatum, ex quibus rem facere poſſet, ad Pſeudocatholicam religionem revocare conabantur, ſed fruſtrà. *Joannes Cochlæus* ſcribebat ad ipſum literas Stutgardia, anno viceſimo quarto: quibus ſignificabat, *magno ſe affici dolore, virum tam excellenter eruditum, inter anteſignanos Lutheranæ ſectæ numerari, &, depoſita cuculla, in mundo degere. Nam licet id bona cum conſcientia facere poſſet: tamen ſe digniorem ipſum judicare, quam qui inter ordinum ſuorum deſertores, & profugos ex monaſteriis monachos viveret, & cujusq; digito monſtraretur, & diceretur, hic eſt. Veriſimile non eſſe ipſum pacata conſcientia frui, qui nulla habita voti, quo adſtrictus eſſet, ratione, contra paternas conſtitutiones & morem majorum, Eccleſiaſticis & ſecularibus offendiculum præberet. Proinde* hortabatur: *ut in monaſterium, ex quo exiiſſet, rediret, quod ſi Prior illius Cœnobii diſpliceret, pollicebatur ſe curaturum; ut commodiore eſſet loco. Sin verò in mundo remanere eſſet animus, ſuadebat: ut à Papa diſpenſationem impetraret: tum ſe daturum operam, ut aut Parœciam, in qua Catholicam religionem auditores edoceret; aut canonicatum nanciſceretur, in quo ſtudiis citra impedimentum vacare poſſet.* Verum hæc & ſimilia Oecolampadius nihili faciebat; utpote cui ex ſcripturarum ſacrarum canone magis atque magis innoteſceret, quid de votis Monaſticis ſentiendum eſſet.

Ioh. Cochlæus ad Oecolampad.

Ne verò ſolus novator religionis audiret, adjunxit ei Deus Doctorem *Wolffgangum Weiſſenburgium* Baſilienſem, tunc Magiſtrum, & in Xenodochio Concionatorem: *Marcum* item *Berſium* Roſchacenſem, concionatorem ad Leonhardi: Fr. *Joannem Luthartum* Prædicatorem apud Franciſcanos, & Fr. *Thomam Geierfalkium* Auguſtinianum. Oecolampadius equidem præcipuè in odio Papiſtis erat omnibus: nihil tamen adverſus ipſum, metu plebis, quæ concionibus ipſius delectabatur, moliri publicè audebant. Hactenus igitur Proparochus tantum ad Martini fuerat, & proinde exiguum inde fructum perceperat. Cum verò aliò oblatione honorifici ſtipendii invitaretur: rogarunt auditores ipſius, ut ne diſcederet: ſed curam Eccleſiæ ſuſciperet, rati, Sacerdotum & Diaconorum Decanum futurum. Recuſavit id, pollicitus ſe operam Eccleſiæ docendo navaturum, dum modò de alimentis ſibi mediocriter proſpiciatur, hac duplici tamen conditione adjectâ: tum ut liberum ſibi eſſet docere, quicquid canonicæ ſcripturæ traderent, & repudiare, quicquid illæ damnarent: tum ut non cogeretur, Papiſticas ceremonias, quas inutiles eſſe deprehenderet, retinere: ſed unicum ſaltem Diaconum collegam haberet, qui ſibi in Sacramentorum adminiſtratione adjutor eſſet. Conſenſerunt templi Curatores, ordinato mediocri ſtipendio, & quod illi ſtatuiſſent, Senatus ſuo calculo omne probavit, hac tamen lege, ne ſe inſcio quicquam quod majoris momenti eſſet, novaretur.

Collegæ Oecolampadii Baſileæ.

Addicit operam ſuam E- cleſiæ B- ſilienſi.

Sic igitur vocatione Oecolampadii publicâ autoritate approbatâ, ordinatum eſt: ut Diaconus *vernacula lingua infantes baptizaret: ſacra cœna ſub utraq;*, ut loquuntur, *ſpecie*, conſcio Senatu, *adminiſtraretur*, precibus, lectionibus, & exhortationibus, vernaculis adjunctis. Docebat, *Miſſam non eſſe ſacrificium pro vivis & mortuis, aut pro iis, qui in fictitio purgatorio torquerentur: ſed paſſione & morte Servatoris noſtri Chriſti, ſemel omnibus credentibus perfectam omnibus peccatis ſatisfactionem partam eſſe.* Abducebat populum *ab aquâ ut vocant, benedicta, à conſecratione palmarum, cereorum, placentarum, & ſimilium rerum:* oſtendebat, gloriæ Dei detrahere eos, qui hujusmodi ceremoniis quicquam tribuerent. Hoc doctrinæ genus brevi adeò altas in cordibus auditorum radices egit: ut conſecrationes illas, miſſas, ambarualia, circumgeſtationem panis in pompa Perſica, & alias ſuperſtitiones intermitterent.

Infantes vernac- baptizatur. Cœna ſ- utraq; ſp- cie adm- niſtratu- Miſſa.

Et cùm ſic ſatis feliciter jacta futuræ reformationis fundamenta viderentur: Draco antiquus, quemadmodum alia opera Dei ſalutaria Eccleſiæ, ita hoc quoque interturbare, aut ſaltem maculâ aliquâ adſpergere eſt conatus. Excitavit enim hoſtis ille pietatis ac concordiæ funeſtum illud & adhuc durans *diſſidium Euchariſticum*, quo opus Domini in Eccleſia cœptum impediret. *Martinus* enim *Lutherus*, magnanimus ille Antichriſti Romani oppugnator, & religionis in Saxoniâ inſtaurator, *Hulderico Zvvinglio* Tigurinæ Eccleſiæ primo repurgatori, & fideli teſti Jeſu Chriſti, de ſacrâ Euchariſtiâ piè & ſanctè docenti.

Diſſidium Euchariſticum.

docenti, publicis ſcriptis contradicere cœpit; cui bello Euchariſtico etiam Oecolampadius fuit involutus. Non diffit ntur pii & prudentes ad unum omnes, fuiſſe Lutherum à Deo multis excellentibus donis & virtutibus, ingenio, luce doctrinæ cœleſtis, eruditione, eloquentia, prudentiâ & ſapientiâ, zelo gloriæ DEI, magnitudine animi adverſus omnes impetus invictâ, ornatum divinitùsque formatum, ad Eccleſiam Chriſti ab Antichriſti tyrannide vindicandam. Hæc Dei beneficia ſi non agnoſcamus & celebremus, ingrati ſimus & impii. Dolent autem, & ex animo dolent, ob accenſam illam, inter Helveticas & Saxonicas Eccleſias diſſenſionem; quæ tanto jam tempore cum ſummo omnium piorum luctu durat. Ad eam igitur etiam pertractus fuit Oecolampadius, poſtquam petentibus piis quibusdam & veritatis cognoſcendæ avidis *libellum Latinum* edidiſſet anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo quinto, de vero intellectu verborum Domini: Hoc eſt corpus meum*: in quo pluribus evincit, tropum illis ineſſe. Libelli editio, autoribus Papiſtis, Baſileæ eſt impedita, at Argentinæ procurata. Poſt à *Ludovico Hetzero* in Germanicum converſus, etiam Baſileæ excuſus fuit, & ab eo tempore Oecolampadius à libris edendis non fuit prohibitus. Interea cùm invaleſceret veritas Evangelii in Helvetiis, per primores Helvetiorum, auctoribus *Joanne Eccio, Joanne Fabro, & Thoma Murnero*, diſputatio publica, de controverſis religionis capitibus *Badenam* indicta fuit. Ad hanc fide quidem publica, ſed tamen non ſine periculo Oecolampadius venit. Cumque Zvvinglius tunc adeſſe nec vellet, nec per ſuos poſſet: quod longè alia ab hoſtibus capta conſilia crederentur, unus Oecolampadius cauſam veritatis ſuſcepit, & cum Eccio diſputavit, præmiſſa tamen ſolenni proteſtatione, *ſe ſolum verbum Dei, Propheticis & Apoſtolicis libris comprehenſum, pro regula & norma judicii agnoſcere: nec ſe ullos judices admittere, niſi qui ſecundum Canonem Scripturæ judicarent.*

[margin: impli-/ur Oe-/ampad.] [margin: ell. de/ro in-/lectu/rborum/ina.] [margin: putatio/denſis/Helvet.] [margin: intereſt/colamp./diſputat/n Eccio.]

Statuit autem Eccius tunc has propoſitiones:

[margin: emata/propo-/.]

I. Subſtantiale corpus & ſanguis Chriſti eſt in ſacramento Altaris.

II. Eaque verè in Miſſâ offeruntur pro vivis & mortuis.

III. Maria & ſancti ſunt adorandi, ut interceſſores.

IV. Imagines JESU & ſanctorum non ſunt abolendæ.

V. Poſt hanc vitam eſt purgatorium.

VI. Etiam Chriſtianorum liberi in peccato originali naſcuntur.

VII. Baptiſmus Chriſti, & non Joannis, tollit originale peccatum.

Et ex his duæ poſtremæ non ſunt oppugnatæ.

Diſputatione autem peracta, alii Helvetiorum Eccio, alii Oecolampadio ſubſcripſerunt, eratque etiam inter Baſilienſes Legatos diſſenſio, quæ poſt inter populum quoque diſſeminata, aliis Parochis alia docentibus. Utraque igitur diſſentientium pars, Senatus mandato rationem doctrinæ ſuæ reddere juſſa. Hinc anno 1527. die 27. Octob. religionis libertas civibus conceſſa.

[margin: ventus.]

Sequenti anno Oecolampadius & Bernenſi diſputationi, quæ viginti duravit dies continuas, ac reformationi operam egregiè navavit; cujus & ipſa acta à juratis ſcribis conſignata, toti orbi teſtimonium præbent. Non diu poſt *Baſilienſis* ſecuta eſt *reformatio*, tam in urbe, quam in agro, in qua fidelem Oecolampadius Chriſti miniſtrum egit, & reſtituendæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ, cenſuræque excommunicationis autor fuit. Mox accerſitus Ulmam cum *Ambroſio Blaurero* & *Martino Bucero*, ibi quoque ſalubri conſilio cum collegis Eccleſiæ illi adfuit: utque omnia ad Evangelii regulam exigerentur ſuaſit perfecitque.

[margin: *Diſputatio Bernenſis.*] [margin: *Baſilienſis reformatio*] [margin: *Ulmam vocatur Oecolamp.*]

Anno *milleſimo quingenteſimo, viceſimo nono*, cùm diſſidium Sacramentarium in dies creſceret: illuſtriſſimus Haſſiæ Landgravius de remedio cogitans, re cum aliis principibus communicata, *Marpurgi* conventum indixit, in quo utriusque partis præcipui doctores de cauſsâ Euchariſtiæ placidè conferrent. Mox igitur *Zvvinglius* & *Oecolampadius* ex Helvetia Argentoratum deſcenderunt; ubi Zvvinglius concionatus eſt. Poſtea cum *Bucero* & *Hedione* profecti primi Marpurgum venerunt. Deinde *Lutherus*, *Juſtus Jonas* & *Melanchthone* è Saxonia. Tandem *Andreas Oſiander*, Norimberga, *Joann. Brentius*, Hala Suevorum, & *Stephanus Agricola*, Auguſtâ Vindelicorum: ſinguli humaniſſimè à principe excepti. Priusquam verò publicum colloquium haberetur, juſſu principis *Lutherus* & *Oecolampadius*, item *Philippus* & *Zvvinglius* ſoli collocuti ſunt. Poſtridie calend. Octobris colloquium fuit publicum, quod triduo duravit. Diutius duraſſet, nec ſine ſpe uberioris concordiæ, niſi morbus horrendus, quem *ſudorem Anglicum* vocant, *Marpurgum* ſubito invaſiſſet, & omnium animos terrore perculiſſet. Convenerunt in capitibus religionis Chriſtianæ omnibus, præterquam in uno, *de corporali præſentia carnis & ſanguinis Chriſti*: * Diſceſſum fuit ita: ut fraternum nomen inter utramque partem retinendum & colendum eſſe videretur, tametſi id aliqui recuſarint. De hoc ſic * Oecolampadius: *In Marpurgico colloquio potuiſſet ipſi (Melanchthoni) cum ſuis ſatisfieri, ſi tam purgatis affuiſſent auribus, quàm obſtinatis animis ſua qualiacunque, qualitercunque defendere ſtatuiſſent. Porro quandoquidem tum illi nondum pro fratribus nos habendos cenſebant, tametſi nos illorum infirmitatem aliquantiſper tolerare parati eſſemus, diſceſſum eſt amicis conditionibus: ut ſaltem in hoc mutuum gratificemur, quo ad cavenda Eccleſiæ offendicula abſtineamus ab amaris illis ſcriptis, quibus hactenus velitatum, & nos potius amicè privatis literis erudiamus.*

[margin: *Colloquium Marpurg. de quo ipſe Oecolamp. Epiſtol. ad Bertholdũ Hallerum. l. 1. epiſt. pag 108. & l. 2. epiſt. pag. 396.*] [margin: *Sudor Anglicus.*] [margin: **Vide vitã Zvvinglii & Lutheri*] [margin: ** Præfatione in dialogum de Euchariſtia.*]

Poſt labores tantos domi foriſque pro Chriſti regno amplificando fortiter obitos, reverſus Baſileam, reſiduum vitæ concionando, prælegendo, ſcribendo, libros edendo, ægros inviſendo, Eccleſias in agro frequenter viſitando, & variis per Germaniam Eccleſiis conſulendo religioſè inſumſit. Anno tandem Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo primo*, ætatis ſuæ, *quadrageſimo nono*, flagrante infelici bello Helvetiâ, & Zvvinglio immaturè exſtincto, cùm valetudine firma nunquam totius illius anni decurſu fuiſſet, de ſolita in faciendo officio diligentia ipſe nihil remitteret, ulcere ſuper os ſacrum erumpente, (anthracem fuiſſe non eſt dubium) vi morbi victus decumbere coactus eſt.

Morbo corripitur. Oecol.

Continuò aderant amici, medicus idem & chirurgus, tentata omnia, quæ ad valetudinem reſtituendam requiri videbantur. Ille verò nunquam non faceſſere amicorum ſedulitatem juſſit; & fatalem eſſe morbum, monuit, & toto animo diem tranſeundi in lucem cœleſtem expetivit, nec expectabat conſolationem, ſed prior ultroque circumſtantes conſolabatur. Sed operæ pretium eſt, orationem ipſam commemorare, qua ad Miniſtros Evangelii verbique & Eccleſiæ antiſtites uſus eſt, uti eam *Simon Grynæus*, qui toto morbi tempore adfuit, diligenter, ut alia omnia annotavit. Oratione ergo hujuſmodi uſus eſt.

Oratio Oecolampadii ad miniſtros in morbo.

Quid ſit, videtis fratres: Adeſt Dominus, venit, hinc jam nos abducit. Quæ quum ita ſint, vocare vos prius volui, & hanc animam cum chariſſimis vera in Domino lætitia, vera conſolatione exſatare. Quid igitur Servi Chriſti, quos idem erga Dominum ſuum amor, ſtudium idem, doctrina eadem conjunctiſſimè copulavit, in extremo complexu dicemus? Parta ſalus, parta per Chriſtum omnis nobis regni Dei fiducia eſt, doctrina certa, pedibus noſtris lux parta, abeſſe procul omnem triſtitiam, omnem vitæ mortisque metum, omnem dubitationem & errorem decet. Solum hoc, fratres, eſt reliquum, hoc ſolum ſupereſt fratres, ut Chriſti viſtigiis, quæ dudum ingreſſi ſumus, conſtanter fideliterque inſiſtamus, doctrinæ puritate primum intracta, vitâ deindè per omnia vero Dei verbo conformata, cætera qui potens eſt, quique ſponte vigilat ſua, Chriſtus Dominus curabit, Eccleſiam ſuam tuebitur. Agite igitur, ô fratres, ſic luceat lux noſtra, ut in nobis glorificetur Pater DEUS, illuſtre Chriſti nomen conſpicuumque luce vitæ & ſinceritatis veſtræ fiat. Agite, diligite inter vos verè, vitam hanc in oculis, in conſpectu Dei totam traducite. Fruſtra verbis pietas inculcatur; veritate & luce vitæ opus eſt, veroque & cœleſti mentis ſpiritu, ſi fundere Satanam, ſi convertere in Dominum Chriſtum, mundum hunc præſertim velimus. Nam quæ ſurgant, ô fratres, nebulæ, quæ ſe tempeſtas ingerit, quæ hominum alienatio, quæ impietas incumbit? Sed ſtare, fratres, durareque oportet, præſens ipſe ſuis rebus aderit Dominus. O ſi pericula una ſubire, hanc animam pro veritate ſæpè effundere liceat. Sed licet, indiviſus amor eſt, & indiſſolubile in Chriſto vinculum, communia piis omnia inter ſeſe. Hæc ita de pietatis communi cauſa. De ſua ſic paucis *corrupta veritatis ſcelus, quod nobis imputatur, nil moror. Subeo jam bona per gratiam Dei conſcientia tribunal Chriſti, hic liquidum erit, Eccleſiam per nos non eſſe ſeductam. Cujus ſententiæ conteſtationiſque noſtræ teſtes vos relinquo, & ipſe hoc extremo ſpiritu confirmo.* Sic dixit: Fratres verò operam dare, Eccleſiæ curam ſuſcipere dextris datis promittebant.

Teſtamentum non condidit, quia unde conderet, pauper Chriſti ſervus non habebat. Sed poſtridiè, quæ jam quindecima dies fuit, ex quo decubuit, liberos in conſpectum adduci, coramque ſiſti juſſit, ac dextras primum prehendit, deindè capita ſingulorum demulſit: ac quanquam nihil horum per ætatem intelligere poterant, quippe trimulus maximus natu erat: *Agite*, inquit, *tu Euſebi, tu Irene, tu Alethea, mea pignora, patrem Deum diligatis.* Annuente pro pueris matre, ad ipſam ſocrumque & cognatos converſus: *Vos*, inquit, *hac conteſtatione obſtrinxi, vos quod audiunt, quodque eſſe volui, pii, pacifici, veraces mei liberi ut ſint, operam dabitis.* Quum rurſus annuerent, promitterentque omnes, velut fide acceptâ, abduci rurſus è conſpectu juſſit.

Liberos alloquitur & monet.

Erat poſtrema ea nox. Aderant fratres & Collegæ Verbi omnes, decem numero: ad quos paucula quædam rurſus dixit, cætera quietus.

Redeuntem quendam amiciſſimum ſibi, cùm rogaret, *quid attuliſſe novi?* & ille reſpondiſſet, *nihil: At ego tibi dicam*, inquit, *nova.* Exſpectabant quid eſſet: *Brevi*, inquit, *ero apud Chriſtum Dominum.* Paulò pòſt, cùm *ecquid lumen moleſtiæ afferret?* rogarent, pectus tangens, *abundè lucis eſt*, inquit. Jam aurora appetebat, & oriri ſol incipiebat; cùm viro optimo fatalis hora inſtaret. Poſtrema fuit oratio, quam quidem clarè lingua anhela expreſſit, pro peccatorum remiſſione, precatio illa Davidis, *quinquageſimo primo Pſalmo* comprehenſa; quam integram à principio ad finem, ductis ab imo pectore piis gemitibus palàm omnibus recitavit. Paululum deindè interceſſit moræ, & velut reſpiratio, cùm rurſus tanquam expergefactus orationemque redintegrans: *Salva me Chriſte Jeſu*, inquit. Et hæc vox fuit ultima, quam in his terris edidit, Chriſto ſe commendans, quem fideliter docuerat. Ibi fratres, qui aderant, in genua circum lectulum devoluti, ſublatis in cœlum manibus, Deum ſunt comprecati. Jam clara dies illuxerat, cùm ſpiritum reddidit Creatori DEO, tanta animi lenitate, tam certâ in Chriſtum Dominum fiduciâ; ut pii omnes ex obitu & illuſtri placidæ & beatæ migrationis exemplo conſolationem ceperint, non minùs, quàm è vita.

Ultima vox ejus.

Sic

Sic igitur piè mortuus eſt, qui piè vixerat. Non enimverò intulit ſibi ipſe violentas ex deſperatione manus, nec aliorum manibus clam peremtus, aut veneno ſublatus eſt; ſicut apud exteros à quibuſdam ſermone & ſcriptis fama fuit ſparſa; ut veritati cœleſti, quam vivus docuerat, invidia conflaretur, vel macula aliqua adſpergeretur. Sanctè exſpiravit & placidè, cum *quindecendium* decubuiſſet, præſentibus *decem fratribus*, qui id atteſtati; die *primo* Decembris, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo primo*, ætatis ſuæ *undequinquageſimo*. Succeſſit ei in officio paſtorali, *Oſvvaldus Miconius* Lucernâs, qui Tiguri ludimagiſtrum aliquot annis egerat: & Zvvinglio propter doctrinam vitæque integritatem perquam fuerat familiaris: de quo poſthac.

Rumor falſus de ejus obitu.

Oſvvald. Myconius ſucceſſor Oecolamp.

Elatus eſt Oecolampadius funere frequenti, omnium Baſilienſis Reipub. ordinum, atque in templi cathedralis circuitu tumulatus cum ejuſmodi epigraphe:

Deo Opt. Max. & Chriſto ſacrum.

Epitaphium Oecolamp.

D. JOANNES OECOLAMPADIUS, PROFESSIONE THEOLOGUS, TRIUMLINGUARUM PERITISSIMUS, AUTHOR EVANGELICÆ DOCTRINÆ IN HAC URBE PRIMUS, ET TEMPLI HUJUS VERUS EPISCOPUS, UT DOCTRINÆ, SIC VITÆ SANCTIMONIA COLENDISSIMUS, SUB BREVE SAXUM HOC RECONDITUS JACET. MORITUR CAL. DECEMB. Anno M D XXXI. ætatis LXIX.

Deplorarunt hujus viri obitum præſtantiſſimi quique: inter quos *Sebaſtianus Munſterus* carmine Hebræo, & *Theodorus Beza* ejusmodi Latino Hendecaſyllabo:

Epicedia eidem ſcripta.

Oecolampadius ſerena nuper,
Lampas, æde ſacra DEI coruſcans:
Qualis limpidiorve, puriorve
Vix ullis micuit lucerna ſeclis,
En mortis jacet obrutus tenebris.
At vobis malè ſit malæ tenebræ,
Lucis munere quæ brevi fruentes,
Eheu, nos miſeros homunciones
Nocte ſic premitis tenebricoſa.
Sed benè hoc cecidit, nigræ ò tenebræ,
Quod dum ipſam petitis, malæ lucernam;
Laternam tamen obruiſtis unam,
Laterna ut lateat quidem hic ſepulta,
Ipſa ſed magis emicat lucerna.

Fuit hic ſub initium reformationis alter in Helvetiâ doctor, ingenio miti & tranquillo: in negotiis obeundis tardior quidem, ſed circumſpectior: cui ſuavius nihil accidit, quam lectionibus & commentationibus tempus tranſmittere. Nec tamen fuit aſper, aut, ut Timon μισάνθρωπος, à commercio hominum prorſus abhorruit. In doctrina de Euchariſtiâ ſcribit ad Melanchthonem, primùm ſibi vellicaſſe aurem *D. Auguſtinum*; & revocaſſe à ſententiâ, in qua antea fuerat.

Virtutes & mores Oecolampadii.

Doctrinā de ſacramentis ab Auguſtino didicit.

Antequam verò Dominus eum reſpexit, ut ipſe ad *Billicanum*, ſupra modum fuit religioſus, ac planè ſuperſtitioſus; adeò ut etiam ſpiritui in ſe loquenti contradiceret. Quoties enim ſeriem verborum inſtitutionis cœnæ Dominicæ apud Evangeliſtas legebat, aliam in cortice medullam ſubeſſe in animum incidebat, quod tamen levi certamine refutans cogitabat, ut plerique alii: *num tu aliis vis ſapientior eſſe? Credendum eſt, quod alii credunt.* Sæpenumero ſeipſum accuſabat, quid in aliorum pectoribus lateret non cogitans: *Tunc ſolus tam abjectus es à facie Domini, ut illic repugnes, ubi ferè nemo?* Sæpè antiquorum Doctorum lectione infirmitatem ſuam vincere conabatur; ſed principio non occurrebat, quo juvaretur.

Tentationes ejus.

Crebrò erat obvium, *corpus Domini & ſanguis Domini: ſed qualiter corpus; qualiter ſanguis*, rarius explicabatur, & valè obſcurè. Pendens itaque ab aliorum judicio parum rectè ſentiebat. Tandem ſemotâ autoritate hominum, veritas ei illuſtrior effulſit: ut Papiſticam ſententiam inferre opus non eſſet. Suam vero hinc indè cum amicis contulit. Et annum totum ſeſe continuit prius, quàm de re illa quicquam evulgaret. Cum in publicum prodiiſſet libellus *de Euchariſtia*; Senatus Baſilienſis rei inſolentiâ motus, eum tantiſper apud ſe vendi prohibuit: donec à Cenſoribus examinaretur, & certius quippiam decerneretur. Conſuluit itaque *Eraſmum Roterodamum, Berum* præpoſitum, & *Cantiunculam* Juriſconſultum, quidnam de ſcripto illo ſentirent.

Edit. lib. de Euchariſtia.

Super eo alii conſulti à Senatu Baſil.

Eraſmus Senatui reſpondit hiſce: S. P. *Magnifici Domini, celſitudinis veſtræ hortatu, perlegi librum Joannis Oecolampadii de verbis Cœnæ Domini, mea ſententia doctum, diſertum, & elaboratum; adderem etiam pium, ſi quid pium eſſe poſſet, quod pugnat cum ſententia conſenſuque Eccleſiæ, à qua diſſentire, periculoſum eſſe judico.* Ad amicos autem ſcripſit: *Oecolampadium emiſiſſe libellum, tam accuratè ſcriptum, tot machinis argumentorum, totque teſtimoniis inſtructum: ut poſſet vel electos in errorem pertrahere.* Et quamvis multi eum hortarentur, ut contrà ſcriberet; negavit ſe facturum; quod id operæ precium ſibi non videretur.

Eraſmi de illo judicium.

Et verò Eraſmum agit.

Baſileæ itaque poſt σύῤῥαξιν acerbam, abolitis idolis, ſuperſtitioſis ritibus, & Miſſâ; Cœna Domini his ceremoniis, Oecolampadio auctore, fuit celebrata. Pro ſuggeſtu ipſe legebat, omnia uſque ad verba Cœnæ, quæ ante menſam recitabat, mox finitâ oratione & convocatione ſequebatur communio. Interim dum communio fiebat, plebs pſalmos vernacula lingua canebat. Finita communione cœtum cum exhortatiuncula dimittebat. Ægrotis quoque, qui petebant, Cœnam Dominicam non negabat.

Ritus celebrandi cœnam ab Oecolampadio inſtitutus.

Pacis & concordiæ in Eccleſiâ fuit ſtudioſiſſimus; id quod tum aliàs, tum in colloquio Marpurgenſi probavit. Ibi tum ut Joann.

Pacis ſtudioſus Oecolamp.

** Part. 3. Antipapp. 4.*
Duo in Zvvinglio & comitibus laudata.

Sturmius*, qui à Bucero ſe audiviſſe id ſcribit; *duo in Zvvinglio* & comitibus ejus, quorum facilè princeps Oecolampadius, *Landgravium laudaſſe* accipimus: *Unum, quòd Marpurgum veniſſent commeatu, tutelæ causâ, non poſtulato, cùm Saxonici ultra Crucibergum oppidum progredi nollent, antequam à principe diploma mitteretur. Deinde quòd cùm Lutherus non pateretur illis ſeſe argumentis abduci, à præſcriptis in menſa verbis*:* HOC EST CORPUS MEUM: *& aliquando illuderet etiam verba Zvvinglii: & cùm Zvvinglius dixiſſet*, ſuo argumento Lutheri argumentum jugulatum eſſe: *irriſerit verbum illud quaſi caſtrenſe & cruentum, tamen id paterentur, qui cum Zvvinglio erant, humaniter.* Sed hæc de Oecolampadio ſatis: viro ob trilinguem eruditionem, ob doctrinæ ſcientiam & uſum, antiquitatis denique Eccleſiaſticæ exactam cognitionem, ſuâ ætate nulli ſecundo.

** Quæ Lutherus grandiuſculis literis in menſa pinxerat.*

Scripta Oecolamp.

Scripta ejus multa ſunt, & in certas claſſes digeſta: quarum prima continet *Exegetica* in Geneſin, Pſalmos, Jobum, Jeſaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, & pleroſque omnes prophetas: deinde in libros Novi Teſtamenti: altera *Didaſcalica* habet: tertia *Apologetica*: ultima *Converſa* è Græco, de quibus Bibliothecæ. *Wolfgangus Capito in vita Oecolampadii*; *Simon Grynæus de ejuſdem obitu*; *Lavaterus in hiſtoriâ Sacramentariâ*; *J. Sturmius in Antipappis*; *Sleidanus*; *alii.*

⊕. 1536. d. 25. Martii æt. 44.

BERTHOLDUS HALLERUS.

Apud *Helvetios Bertholdum Hallerum* natum accepimus, ſub annum Chriſti, *milleſimum, quadringenteſimum, nonageſimum ſecundum.* Studiis à puero abditus, tum in aliis Germaniæ Academiis, tum *Coloniæ* inprimis *Agrippinæ* ad ſacras juxta & humaniores litteras incubuit. Itaque prima Theologiæ laurea ibidem fuit ornatus.

Coloniæ dat operā literis.
Fit Theologiæ Baccalaureus.

In patriam reverſus, *Bernæ* primum *Canonicus*, deinde *Concionator* ſuo eſt meritò electus. Pietate enim & doctrina alios, ſuæ tempeſtatis ſacerdotes facilè anteivit eloquentia omnes vicit. Jam ſi in doctore eccleſiæ ad ἀνυπόκριτον πίςιν acceſſerit σύνεσις ἀιόντων & polita eruditio, ad eruditionem δύναμις ἑρμηνευτικὴ ac facundia: næ hic talis omnibus numeris abſolutus videbitur!

Et Bernæ Canonicus atque concionator.
Perfectus concionator.

Cum autem ſub id idem tempus, in Helvetia *Hulderico Zvvinglio Claronæ* primum, deinde in *cœnobio Eremitano*, paulò pòſt, *Tiguri* evangelium Chriſti docente, Deus & in ipſo Hallero Filium ſuum retexiſſet: non contulit cum carne & ſpiritu; ſed palàm Zvvinglio acceſſit, ac veritatem quà publicè, quà privatim adſeruit.

Idem cum Zvvinglio ſentit ac docet.

Poſtea cum anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſexto*, duodecim Helvetiorum pagi diſputationem *Badenæ* indixiſſent, & Zvvinglio eò venire integrum non eſſet; venit, præter Oecolampadium, & Hallerus; atque cum *Joanne Eccio*, Pontificiorum Theologorum tunc corypheo, acriter diſputavit. Eo in congreſſu ridiculum oſtentationis exemplum edidit Eccius. Cum enim in Hebraicarum literarum mentionem incidiſſet; *quid*, inquit*, *Hebraicas voces jactamus? adeò dudum didicimus Hebraica loqui: ut fermè dedidicerimus*: atque cum dicto ex ingenti codice aliquid ſtridet Hebraicè; poſt addit; *ſi vultis dicam & Græcè & Latinè.* Finitâ oratione, non ſine admiratione, librum deponit, quo ab alio aperto, deprenſa fraus fuit. Habuit enim exemplum, in quo Hebræis Græca & Latina fuere impoſita. Abijt igitur in fumum inanis jactantia.

Intereſt diſputationi Badenſi. Vide vitā Oecolamp.

Ecci... tatio...
** Ep... Oeco... lib. ... pag. ...*

Anno ſequenti Bernates, quorum eſt in Helvetia nomen præcipuum atque potentia, cum & diſputationis illius Acta ipſis etiam petentibus, non eſſent communicata, & diſſidia religionis creſcerent, nec eadem eſſet miniſtrorum Eccleſiæ doctrina, diſputationem aliam ſuâ in urbe decernunt, edito ſcripto die Decembris decimo ſeptimo, ad eamque finitimos convocant epiſcopos, & ut ipſi veniant, ſuoſque adducant Theologos hortantur: alioqui mulctam denunciant earum poſſeſſionum, quas in ſuis finibus haberent. Præterea non ſolùm ſuæ ditionis homines eccleſiaſticos conſcribunt; ſed aliis etiam, undecunque eò venturis, publicâ fide cavent. Leges* denique certas diſputandi ſtatuunt, & Themata promulgant, à ſuis miniſtris, *Bertholdo hoc Hallero*, & *Franciſco Colbio Rötelenſi*, defendenda. Themata autem tum propoſita decem fuerunt ejuſmodi:

Bern... diſpu...
** V... Sleid... lib. 6. ment... Them... Bern... ſputa...*

Eccleſia unicum caput eſt Chriſtus, quem unum agnoſcit; neque vocem alterius audit.

Eccleſia non condit ullas leges extra verbum DEI; traditionibus igitur hominum nemo obligatur.

Solus Chriſtus pro totius mundi peccatis ſatisfecit: qui ergo aliam ſalutis viam, aut expiandi peccata rationem quærit, is abnegat Chriſtum.

Corpus & ſanguis Chriſti corporaliter in Euchariſtiâ non ſumuntur.

Miſſa, in qua Chriſtus Patri cœleſti pro vivis atq; mortuis offertur, eſt blaſphemia & abominatio coram Deo.

Solus Chriſtus eſt interceſſor, & humani generis advocatus ad Patrem. Nulli ergo alii excogitandi aut invocandi.

Poſt hanc vitam non eſt purgatorium; precationes igitur & ceremoniæ illæ omnes, & exequiæ anniverſariæ, atque id genus alia, vana ſunt omnia.

Nullæ ſtatuæ aut imagines ſunt adorandæ; proinde ſi quæ eo animo in templis erectæ, ſunt tollendæ.

Matrimonium non eſt prohibitum ulli hominum ordini: ſed fornicatio & impuritas; quæ nulli ordini, quàm ſacerdotum probroſior. Hactenus themata.

Habita eſt diſputatio anno *vigeſimo octavo*, ſupra *milleſimum*, *quingenteſimum*; à die ſeptimo Januarii ad viceſimum ſextum ejuſdem menſis.

Exitus illius diſputationis. Reformatio Bernenſium.

Exitus hic fuit; ut themata à plurimis fuerint approbata; & tum in Bernenſium urbe, tum in ampliſſima eorum ditione, Papatus communi conſenſu abrogatus; multum reclamantibus Pontificiis Helvetiorum, & ſeriò ab inſtituto dehortantibus, Bernates imitati ſunt & alii finitimi, inter quos Genevenſes.

Obitus Halleri.

Cùm ita Hallerus ea in Eccleſia omnia ritè ordinaſſet; atque auctoritate famaque floreret; immatura morte, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo ſexto*, die *viceſimo quinto* Martii, ætatis ſuæ anno *quadrageſimo quarto*, ſublatus eſt; magno ſui deſiderio omnibus relicto.

Primi reformatores Bernenſis Eccleſiæ. Franciſcus Colbius. Pericope vitæ ejus.

Quantum ergo illuſtri Bernenſium reipublicæ Eccleſiæ Chriſtianæ debent; tantum ipſa Berna iſti *Hallero*, ejuſque collegæ, *Franciſco Colbio*, debet; qui mutuas tradentes operas, Papatum verbi divini gladio jugularunt, & evangelii doctrinam incorruptè, ad obitum uſque propagarunt, & propugnarunt. Cæterum *Colbius* ille, Rôtelâ oriundus, primùm *Baſileæ* in Martinianâ ſcholâ, juventutem aliquandiu docuit. Poſtea in Sueviam digreſſus, tranquillioris vitæ ſtudiorum excolendorum cauſa cupidus, monaſticen profeſſus eſt. Sed cognitâ veritate, Bernam, ob eruditionis ac pietatis famam accitus eſt; atque Hallero in concionandi munere adjunctus. Cum quo conſtanter Pontificios revicit & profligavit; donec ſeptuagenarius, anno uno ante Hallerum nempe *trigeſimo quinto*, vatâ exceſſit. *Beza in Iconibus, Sleidanus, Urſtiſius in Chron. Baſil. l. 7. c. 20. Epiſtola Zwinglii & Oecolampadii.*

1540. d. 19. Maji ætat. 50.

JOHANNES SCHVVEBELIUS.

Joannes Schvvebelius parentibus haud obſcuris, familiæque ſuæ originem *Waſſerburgo*, Bojariæ oppido, derivantibus, editus eſt anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo*, in oppido amæno ad Hercyniæ ſylvæ radices, quod vulgò *Pforzhemium* appellamus. Hæc patria conciliavit ipſi amicitiam cum viris celeberrimis, *Joanne Reuchlino*, πολυγλώττῳ, & *Nicolao Gerbelio* ſeniore JCto, popularibus ſempiternâ memoriâ dignis.

Pfortzhemium patria doctorum virorum.

Jactis utriusque linguæ fundamentis, quæ tunc à paucis excolebantur, à pleriſque negligebantur, maximè verò à ſacrificis pertinaci odio depravabantur; animum in ipsâ pueritiâ ad Theologiæ ſtudium adjecit, & *ordini*, qui *Spiritui Sancto* dicatus, adoleſcens voluit initiari. Poſtea, ut alios quoque pietatem doceret, ad ſacerdotii adſpiravit dignitatem; cujus teſtimonium ei communicatum legimus ejuſmodi.

Ordini Spiritus Sancti initiatur Schvveb.

Fit ſacerdos.

Nos Conradus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus Aurenſis, reverendiſſimique in Chriſto Patris & Domini, Domini Wilhelmi, eadem gratiâ Epiſcopi Argentinenſis, Alſatiæque Landgravii, vicarius in Pontificalibus generalis, notum facimus, quod ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo XIV. die ſabbatho ſancto vigiliæ Paſchæ, ſacros clericorum ordines Argentinæ apud Wilhelmitas celebrantes, dilectum nobis in Chriſto fratrem Joann. Schvveblin de Pfortzheim, ordinis ſancti Spiritus in Steffansveldt, in ſacerdotem promovimus, juxta formam ſanctæ matris Eccleſiæ, cooperante nobis gratia Spiritus Sancti. In cujus teſtimonium ſigillum officii Vicariatus in Pontificalibus Eccleſiæ Argentinenſis, præſentibus eſt appenſum. Anno die, & loco, quibus ſupra.

Teſtimonium ejus ſacerdotii.

Jo. Grumer Nöis.

Cum autem ſtatim poſt Evangelicæ doctrinæ radii per Germaniam diffunderentur univerſam, *Schvvebelius* iiſdem illuſtratus, veſtitum monaſticum mutavit, & cum aliis Eccleſiæ doctoribus ſuperſtitiones abjecit. Pro hoc beneficio, quod Deus errabundam in tenebris Pontificiis oviculam quæſiiſſet, humeris ſuis geſtaſſet, & ad paſcua æternæ ſalutis rectâ duxiſſet, per omnem vitam, & in concionibus, & ſcriptis precibuſque, gratias agit, identidem illud uſurpare ſancti ſenis ſolitus: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine, quia oculi mei viderunt Salutare tuum.* Anno *decimo nono*, *ſupra milleſimum quingenteſimum* ſcripſit* ad eum *Melanchthon*, tanquam ad veterem * amicum, *de ſolida ſtudii Theologici inſtitutione*, cum eo ipſo tempore purius docere verbum Dei Pforzemii cepiſſet. Sed dominante in Marchionatu Badenſi tunc Papatu, relictâ patriâ, Rhenum trajecit ad *Franciſcum à Sickingen*, heroem nobiliſſimum, qui inter primos veritatem Evangelicam & magno animo eſt amplexus, & contra hoſtes cum aliis intrepidè propugnavit.

Deſerit monachatum.

Commentar. in Matth. & epiſt. ad Rom.

** Vide epiſt. 11. ad Schvvebelium.*

** Venit ad Franciſc. à Sickingen.*

Fovebat ille ſub id tempus multos viros, pietate, virtute, & doctrinâ præſtantes, inprimis verò Theologos inſignes: qui ad ipſum, tanquam ad aſylum, confugiebant. Inter eos tunc in arcibus Sickingii *Landſtenio* & *Ebernburgo* agebant *Ulricus Huttenus*, nobilitatis literatæ ornamentum: *Caſpar Aquila, Martinus Bucerus, Joannes Oecolampadius*, & hic *Schvvebelius*. Hic ergò cum fidem ejus & pietatem nobiliſſimus eques perſpexiſſet: teſtandi amoris, & confirmandæ doctrinæ ergò, quæ tum in Eccleſiis Sickinganis tradebatur, Schvvebelio ſponſo, ſolemnem nuptiarum feſtivitatem in arce Landſtenio anno Chriſti, *milleſimo quingenteſimo, vigeſimo primo*, ſuo ſumtu celebravit.

Fovet ille viros pios & eruditos.

Schvvebel. ducit uxorem.

Sequenti anno prodierunt *epiſtolæ Franciſci à Sickingen* ad *Theodorum ab Hendſchuchsheim* ſocerum, & *Hartmuthi à Cronenburg* ad *Franciſcum à Sickingen*: quibus Schvvebelius præfationem præfixit; in qua inter alia ait: *miram eſſe rerum converſionem eo tempore, olim à ſacerdotibus laicos*

Epiſtolæ Sickingii.

Mira rerum immutatio.

Commendatur principi Ludovico Bipontino Schvvebel.

didiciſſe legem Domini: nunc ſacerdotibus à laicis diſcendum eſſe. Olim epiſcopos gladio verbi uſos fuiſſe ad ſalutem animarum: nunc eoſdem uti gladio corporali ad opprimendum Dei verbum.

Bellum inter Franc. à Sickingen & principes. V. Sleidan l. 3. Dimittit hoſpites ſuos Sickingius. Venit Bipontum Schvvebel.

Ab eodem *Franciſco à Sickingen*, cui propagatio doctrinæ evangelicæ unicè curæ erat, Principi *Ludovico* Comiti Palatino Rheni, commendatus eſt hac occaſione. Petebatur bello ille à *Sickingen* à *Trevirenſi & Palatino.* Electoribus; quibus ſe *Philippus* Haſſiæ Landgravius adjunxit. Itaque, ne domeſtici ſui periculo implicarentur; honeſtè in receptus tutos eos dimiſit. Venit ergo *Oecolampadius* Baſileam: *Bucerus* Argentoratum: *Aquila* Iſenacum Thuringiæ: *Schvvebelius* Bipontum, à piiſſimo principe *Ludovico* accerſitus. Hic primus eccleſias à Pontificiorum fermento repurgavit & fundamenta doctrinæ evangelii cum fructu jecit. Interea autem *Franciſcus à Sickingen* obſidetur: qui dum in arce ſua *Landſtenio* * pro libertate ſuâ fortiter pugnat, globo tormentario in arcem exploſo trabs diſrupta eſt: è cujus ictu lethale ipſi vulnus inflictum: quo horis viginti quatuor pòſt, anno *viceſimo tertio*, die ſecundo * Maji, ætatis *quadrageſimo ſecundo* exſpiravit. Ante obitum Principes eum inviſerunt, ac humaniter allocuti ſunt. Humatus eſt ſolenni pompâ, in templo parochiali, oppidi Landſtul: vir bonorum omnium memoriâ dignus, togæ & ſagi artibus excellens, literarum ac literatorum magnificus & munificus fautor, gratus Capnionis diſcipulus: qui inter primos evangelii & evangelicorum doctorum patrocinium ſuſcepit, & filios nepoteſque verè generoſos reliquit. Symboli loco fertur habuiſſe in ore axioma Philoſophicum: *Nihil ſine cauſa:* Nichts ohne Vrſach; quo etiamnum quidam gentilium ejus utuntur. Sed ad inſtitutum redeamus.

** Aliis Landſtal vel Nunſtal.*

**Alii ſeptimo. Occumbit Sickingius Ejus elogium.*

Symbolum ejusdem.

Bipontinæ itaque Eccleſiæ initium idem ferè eſt cum Argentoratenſi: ac in Bipontinatu quidem *Ludovicus* Palatinus, Dei ſolius fretus ope, ac *Svvebelii* uſus operâ, Papatum abrogavit, miſſificoſque omnes eliminavit; quamvis Epiſcopi vicini acerrimè ſeſe opponerent, & à pio inſtituto avertere manibus pedibusque anniterentur. Hoc ejus zelo cognito, matrimonio ipſi juncta eſt ex illuſtriſſ. Landgraviorum Haſſiæ ſtirpe *Eliſabetha*, * anno *milleſimo, quingenteſimo viceſimo quinto*, menſe Septembri. Hæc ſingulari itidem pietate accenſa Princeps, Schvvebelium favore & gratiâ ſuâ ſemper eſt proſecuta.

Reformationis Bipontini ducatus autores.

*Ludovici Palatini. matrimonium. * Wilhelmi ſenioris filia: quæ obiit 1563.*

Linguarum ſtudioſus Svvebel.

**V. ep. 25. Schvvebelii. Fama Schvvebelii, & dotes.*

In officio ergo tali cum & laborum patiens, & linguarum perquam ſtudioſus eſſet, quippe qui præter linguæ Græcæ peritiam, quæ tunc, ut in Papatu, prorſus ferè erat ignota, nulloque in præcio, ipſi autem non minus ac Latina familiaris, in Hebraicis * ita excelluit: ut ex fontibus ipſis veritatem haurire, aliiſque impertiri poſſet: tanta de eo fama per Germaniam increbuit, ut apud primarios Eccleſiæ Doctores, ob acre in rebus eccleſiaſticis judicium, ſingularem erga veram religionem zelum, eximiam doctrinam, linguarum ſcientiam, rerumque experientiam, in admirationem venerit. Itaque in amicitiam *Lutheri*, *Melanchthonis*, *Gerbelii* Senioris, *Buceri*, *Capitonis*, *Hedionis*, *Zellii*, *Pellicani*, & aliorum celeberrimorum virorum, cooptatus eſt, id quod epiſtolæ ad ipſum ſcriptæ ſatis ſuperque demonſtrant. Et cum eo tempore *Iacobus Sturmius*. vir ut nobiliſſim. ita prudentiſſimus, gratia atque auctoritate apud Germaniæ Principes, ipſumque adeò Imperatorem floreret; Schvvebelius auctor ſuo Principi fuit; ut eundem in negociis Eccleſiaſticis conſuleret. Quem Principis affectum Sturmius laudi ſibi ducens, gratias egit maximas, & viciſſim Argentoratenſem Eccleſiam principi humiliter commendavit: & conſilia ſua ad eccleſiarum Bipontinatus rationem direxit: ut ex *Actis publicis Germanicorum operum Schvvebelianorum*, ſi lucem aliquando viderint, patebit.

Ami... ejusd...

Iacob... Stur... à Bip... conſu...

Poſt intempeſtivum Principis * ſui è vitâ diſceſſum: totus in eo fuit *Schvvebelius*, ut vir quiſpiam egregiè doctus, veræ religionis ſtudioſus, vitæque inculpatæ deligeretur: qui relicti à Ludovico filii *Wolffgangi* *, tunc ſexennis pueri, moderator ſtudiorum & informator idoneus eſſet. Judicavit autem ipſe idoneum *Caſparum Glaſerum*, ex Marchionatu Badenſi oriundum; Gemmingæ tunc in Graichgoiâ agentem, & ludum literarium aperientem. Communicato itaque cum aliis conſilio, Glaſerum illum, quamvis primò munus ejuſmodi abnuentem, & à ſuo patrono nobili Gemmingio invitè diſcedentem, Principi ephorum præfecit.

**L... vicu... lat. ... d. 3. ... at. 3... ber. ... *Qu... tus 15... obiit ...*

Caſp... Glaſe... ephor... Princ... Bipon...

Fecit interea & ipſe ſuum officium, ſinceram doctrinam fideliter tradendo & vitæ ſanctimoniâ miniſterium ſuum ornando. Quamobrem ut omnium ora in ipſum fuerunt converſa: ita ſtyli etiam adverſariorum contra ipſum ſunt ſtricti. Nam, præter Pontificios, cum *Anabaptiſtis* & *Schvvenckfeldianis*, multum ipſi negocii fuit: quorum tamen omnium impetus manſuetudine fregit, patientia vicit, & lenitate in ordinem coëgit ut omnia ejus ſcripta aut reſponſa, pro libris potiùs doctrinâ & conſolatione plenis, quàm contentiones ac diſſidia referentibus habenda ſint. In colloquiis & diſputationibus ſolis ſacrarum literarum teſtimoniis niſus eſt; nec ullius unquam hominis ſcripta iis antepoſuit. In lectione *Patrum*, quorum copiâ ejus bibliotheca inſtructa erat, multum fuit verſatus, *jus etiam Canonicum* eum in finem diligenter evolvit, ut ipſis Pontificum decretis Pontificios revincere poſſet. Hac ratione non ſolùm laudem apud orthodoxos eſt conſecutus: ſed terrorem etiam adverſariis ſuis incuſſit. Quanta autem fide evangelii veritatem propugnarit, & quæ ipſius ſententia *de articulis* fuerit, *qui in controverſiam* à contentioſis & ambitioſis quibusdam vocati ſunt, ac quàm candidè dextreque eosdem explicuerit, *libri* manu ejus *ſcripti* * hodieque teſtantur, quorum tamen pars non minima poſt ipſius obitum in alienas manus

Adve... ſarii Schv... belii.

Script... ſacræ ... torita... Legit... tres & Cancn... Schv...

**Perſ... ſe exp... epiſt. ... quam ... Doctr... Schv...*

manus pervenit. Conſtanter retinuit fundamentum ſcripturæ, catholicorum doctorum, & veteris Eccleſiæ Argentoratenſis conſenſum, cujus teſtimonium eſt conventus *Suinfurti* * habitus, & *confeſſio* illa *Civitatum quatuor* illuſtrata; à Luthero admiſſa: Norinbergæ ab Imperii ordinibus approbata, Argentorati anno *trigeſimo tertio* repetita, autoritate magiſtratus civibus commendata.

**An. 1531. Confeſſio civitatum Sleidan l. 7 Schvveb. epiſt. 46.*

Controverſia inter Blaurerum & Snepfium.

Anno *trigeſimo quarto Bucerus* controverſiam inter *Ambroſium Blaurerum* & *Erhardum Snepfium* de Cœna Domini ortam, rogatu *Ulrici* Wittembergici, compoſiturus conſilio Schvvebelii uſus eſt, feliciterque negocium expedivit. Inprimis verò Schvvebelius *concordiam* * illam, Wirtembergæ anno *trigeſimo ſexto* inter ſuperioris Germaniæ quatuor civitates, & Theologos Saxoniæ, ſuo petito & communicato conſilio, initam, eſt amplexus, & ad extremum uſque vitæ ſpiritum approbavit, utque alii ducatus Bipontini miniſtri approbarent, ſuaſor atque auctor iis fuit. Concordia enim illa, per quam Auguſtanæ Confeſſionis *articulus decimus* de Cœna Domini, paulò obſcurius poſitus, explicabatur, non ſolum in priore Confeſſione civitatum & Apologiâ, quam Bipontini quoque amplectebantur, erat fundata; ſed ipſa declaratio ejus ex verbo Dei deſumta, quâ utriusque partis conſenſus mutuus ſtabilitus eſt. Hinc ergo patet, genuinum Confeſſionis Auguſtæ exhibitæ ſenſum, etiam de ipſius Lutheri voluntate, juxta declarationem Concordiæ Wittembergenſis accipiendum eſſe. Sed hoc diſceptare, noſtrum non eſt.

** Capita illius vide in vita Buceri infra. Concordia inter Luther. & civitates. inita. Eam amplectitur Schvveb.*

Obitus Schvvebelii.

Schvvebelius cùm ita annos *ſeptendecim* ſementem in agro Domini ducatus Bipontini, cum fructu feciſſet, atque curſum ſuum feliciter abſolviſſet, ad vitam abiit meliorem, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo*, die *decimâ nonâ* Maji, ætatis ſuæ anno *quinquageſimo* circiter, relicto filio *Henrico*, poſtea J. U. Licentiato, & cancellario Bipontino. Sepultus eſt in templo Bipontino, cum epitaphio tali, à *Jacobo Schorrio ab Haſel*, conſiliario primùm, pòſt cancellario Bipontino, ſcripto:

Epitaphium ejusdem.

Vixit, & hoc templo docuit, vir, Lector, honeſtus:
Jannus Schvvebelius, doctus amansq; Dei.
Fidus erat monitor, facundus, & usque modeſtus,
Manſuetus, clemens, mitis, & æquanimus.
Sedatus, comis, facilis, totusque benignus,
Sermo illi lenis, mens pia, mosque probus.
Vitam doctrinâ, doctrinam, ſedulo vitâ
Æquabat: nulli non venerandus erat.
Æquales utinam liceat nos ſemper habere
Paſtores! quid enim ſanctius, oro, foret?
Dici felices numquid tum, perque beati
Poſſemus meritò, ſemideique viri?
Hic magno tandem oppetiit mœrore ſuorum:
Mens zelo, corpus clauditur hac ſub humo.

Succeſſor.

Succeſſorem habuit ipſum illum *Caſparum Glaſerum*, Wolfgangi Principis Palatini ephorum, qui doctrinam verbi divini, quam Schvvebelius ibi plantaverat, fideliter ſervatâ conformitate adſeruit, & ad poſteros magno pietatis zelo propagavit.

Hic Schvvebelius primus fuit Principis Bipontini orthodoxus eccleſiaſtes, & teſtimonio graviſſimorum Theologorum, acerrimus antagoniſta omnium ἑτεροδιδασκαλούντων, de omni Chriſtianâ cauſa probè inſtitutus, judicio & dicendi facultate non vulgari. Sed quid de ſe ipſe ſcribat; * ſi lubet, audiamus: *Falsò me calumniantur, ſed rationem reddere paratus ſum. Quod miſſas Germanicâ linguâ lego, non tantum facinus arbitror, ut hujus me pudeat; aut lucem fugiam, ſed palam id facio, optans, ut omnes id faciant. Quodſi erro: per ſcripturas ſanctas ad viam veritatis me reduci te precor. Canonem, quem vocant, Miſſæ, hactenus nefas fuit aliis audientibus legere: proinde ſic eum occulto, ne facilè quisquam poſſit conqueri, me illum prodidiſſe. At ubi vel minuam, vel augeam à Chriſto traditum canonem, benignè moneri cupio. Nam illic deviare non eſt animus. Lutheranus verò non ſum, ſed Chriſtianus. Non enim pro me paſſus Lutherus, nec in nomine Lutheri baptizatus ſum. Sin ob hoc Lutheranum vocant, quòd aliquot hujus libros legi, cur non potiùs Davidicum à Davide, aut Joannianum à Joanne, aut Paulinum à Paulo appellant, quorum libros indies lego, & publicè prædico. Non juravi in verba Lutheri, ſed in verba Dei. Ab his ne mors quidem, Deo propitio, me avellet. Falsò mihi imponunt, ſanctorum me prohibere venerationem. Toties enim publicè docui: ſanctos venerandos, & qui verus ſit ſanctorum honor, è ſcripturis declaravi. Nolui autem, ut ulla creatura Deo vel præponatur, dicente Deo, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.* Hæc ipſe. Culpata in eo fuit modeſtia, quæ in multis ejus ordinis deſideratur, verùm modeſtia ejus adjunctam habuit ſeveritatem, & ut à convitiis abſtinuit, ita judicium & iram Dei incredulis & impœnitentibus ſeriò ac graviter annunciavit. Hæc verò qui facit, peccatoribus minimè adulatur. Nec enim concionatoris pro ſuggeſtu ira aut maledicentia cogit reſipiſcere eum, quem ira & judicium Dei non terret. Convitiis & auſteritate intempeſtivâ ſæpe ab Evangelio avertuntur homines, & calamus quaſſatus confringitur. Summa. *Spiritus Chriſti ſatyricam conviciandi conſuetudinem non habet, nec hiſtrionica levitate homines inſectatur.* De *Sacramentis quid ſentiret*, epiſtolâ * quadam ſatis declaratur, *ſigna nimirum eſſe gratiæ, ſed quæ nos non ex opere operato, verùm fide participamus, ſecundum illud, quo & Lutherus & Melanchthon uſi ſunt*, non ſacramentum, ſed fides ſacramenti juſtificat. *Peccatum originale*, unde totum humanum genus perit, non elevavit, ut tunc & etiamnùm multi. *Juſtificationem* omnem tribuit Chriſto, & tam *audibilia*, quàm *viſibilia verba* (ita vocantur Auguſtino ſymbola ſacramentorum) agnovit, quatenus à miniſtro exhibentur, eſſe plantationem & rigationem, fructiferam tamen, quando ſuppeditat incrementum Deus, fidem-

Primus Doctor Evang. in Bipontinatu Schvveb.

**Epiſt 95. p. 337. Defendit ſe & ſuum officium.*

Canon Miſſæ.

Schvveb. an Lutheranus.

Modeſtia culpata in Schvveb. V. epiſtolam 6. Schvveb.

**Eſt 43. in epiſt. Schvvebelianis. Sententia Schvveb. de ſacramentis. De peccato originali. De juſtificatione.*

fidemque in Chriſtum, quæ per dilectionem operatur, Spiritus ſanctus docet. Vitam autem omnem ita inſtituit, ut doctrinæ reſponderet, qua ſanè ratione plurimum utilitatis & emolumenti Eccleſiis Ducatus Bipontini, benedicente Domino, attulit. A puero tanto pietatis amore flagravit, ut non tantum, quemadmodum initio dictum, ordini, qui Spiritui ſancto conſecratus, nomen dederit, verum etiam univerſam patrimonii ſui, (quod adeò exile non fuit) ſubſtantiam eidem ordini deſtinarit. Particulam tamen ejus, poſtquam Bipontum conceſſit, curante Ludovico Palatino Principe, & permittente Marchione Badenſi, recepit. In curſu autem veræ pietatis ſtrenuè perrexit, nec ſe iniquitate hominum aut aliis quibuſcunque impedimentis, ab optimis conſiliis depelli eſt paſſus.

Pietas Schvvebelii.

Scripta.

De ſcriptis poſt obitum ejus publici juris facta ſunt hæc:

Pars prima operum Theologicorum, de præcipuis ſacræ Scripturæ locis.

Centuria epiſtolarum Theologicarum ad Schvvebelium, à Melanchthone, Bucero, Captione, Hedione, conventu Theologico Argentinenſi, Pellicano, Zaſio IC. Eraſmo, Gerbelio, & aliis, graviſſimis de argumentis ſcriptarum, ab anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, decimo nono*, ad annum uſque *quadrageſimum*, quo ex hac vita Schvvebelius diſceſſit. Plura ejus M. S. ut ſupra attigimus, apud heredes aliosve adſervantur.

Ex epiſtolis Schvvebelii, & vita ipſius iisdem præfixa.

NICOLAVS AMSDORFIVS.

Clar. an. 1541.

Natalis Amsdorfii.

IN *Miſniâ* primam hujus cœli lucem adſpexit nobili familia *Nicolaus ab Amsdorf* natus anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo tertio*, die *tertio* Decembris, propè Würcenam. Ad gentilitiam autem nobilitatem, propoſito honeſtiſſimo adjunxit à puero, literarum decus, ſine quibus naturæ bona inchoata aut manca ſunt, aut nulli fructuoſa.

Wittembergam venit. Theologiæ ſe dedit.

Anno *ſecundo, ſeculi decimi quinti* à nativitate Chriſti, in Saxonia ad Albim Wittenbergæ auſpiciis *Friderici* 3. Electoris aperta eſt ſchola publica. Hanc recens plantatam & feliciter tunc effloreſcentem acceſſit *Amsdorfius*, & quod pauci ex nobilitate hodiè quidem facere ſolent, animum ad ſanctæ Theologiæ cognitionem, & divinarum rerum contemplationem adjecit. Incidit ætas ejus in ipſam Evangelii παλιγγενεσίαν, Lutheri potiſſimum ac Melanchthonis operâ ſub extremam mundi ſenectam, quæ Dei eſt benignitas, Germaniæ, imò univerſo orbi Chriſtiano indultam.

Renunciatur magiſter. Et Licent. Theol.

Ibi anno *milleſimo quingenteſimo quarto*, quartum promotionis actum, titulo *magiſtri* accepto, illuſtravit, ac paucis annis poſt *Licentiatus Theologiæ* eſt renunciatus.

Maturè autem veritatis lucem ipſe vidit, præſertim cum Lutherus prima adverſus nundinationes illas indulgentiarum themata evulgaſſet. Nec cum carne & ſanguine diu contulit: ſed ſtatim palàm ad alios fidei confeſſionem conſtanter edidit. Itaque cum anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo primo*, Lutherus ad cauſam dicendam coram Cæſare & Imperio evocatus Wormatiam eſſet; *Amsdorfius* eò cum *Hieronymo Schurfio* JCto & *Juſto Jona* Theologo ipſum comitatus eſt. Poſtea eodem anno Luthero in Pathmum, uti vocabat, ſuam abdito cum Wittembergæ *Auguſtiniani* omnium primi miſſas intermiſiſſent ac *Fridericus* Elector, rei novitate motus, metueret, ne quid turbarum majorum res daret: Academiæ ſuper eo facto ſententiam exquirit. Delecti igitur eam ad rem quatuor ab Academia viri *Juſtus Ionas, Melanchthon*, *Amsdorfius* & *Ioannes Dulcius* vel *Dolz*. Hi unanimi conſenſu quanta in miſſatico ſacrificio ſit cœnæ profanatio demonſtrant, & ut non ſolum in uno templo, ſed in omnibus aliis eam aboleat, rogant. Anno deinde *viceſimo tertio* ſupra *milleſimum quingenteſimum*, cum vir quidam pius ad electorem Saxoniæ libellum miſiſſet, in quo docebat *tres eſſe Capitales errores, quibus in papatu Chriſtiani fuerint ſeducti, de libero arbitrio, quod revera ſit ſervum, de meritis operum, quæ ſint potius fidei, de traditionibus hominum, cum in verbo Dei ſit acquieſcendum*: *Amsdorfius* præfationem libello illi præfixit, qua demonſtrat è ſcripturis, *Papam eſſe Antichriſtum*.

Anno *viceſimo quarto Magdeburgenſes* ſincerioris doctrinæ cupidi, Lutherum Wittemberga evocant. Qui habitis quibusdam ibi concionibus, & paucos dies moratus, cum conſilium ſuum de emendatione religionis conſuli *Nicolao Sturmio*, & delectis civium expoſuiſſet, *Amsdorfium* ſe ipſis miſſurum oſtendit, cui non ſecus ac ſibi ipſi omnibus in rebus confidere poſſent. *Amsdorfius* ergo, de ſententiâ Lutheri *Magdeburgum* profectus, eccleſias ibi, collega fido D. *Eberardo* Widenſeio, doctrinæ ſuæ voce & conſiliis ſalutaribus, totos *octodecim* annos rexit. Ibi etiam dum agit, *Goslariam* per Senatum illius reipubl. evocatus ordinem ibi rituum & doctrinæ in omnibus templis ad formam eccleſiæ Wittembergenſis, & Magdepurgenſis inſtituit, inſpectione eccleſiarum *Ioanni Amando* commendatâ, literario autem ludo *Michaële Volmetio* præfecto. Anno *trigeſimo primo*, diſſidia docentium coram ſenatu ibidem cognovit, ac duobus dimiſſis alios ſuffecit. Anno deinde *quadrageſimo primo*, mortuo *Philippo*, comite Palatino, Epiſcopo Naumburgenſi, à collegio quidem in ejus locum ſurrogatus eſt *Iulius Pflugius*, ab electore autem Saxoniæ, qui non licere hoc collegio, niſi ſuo accedente conſenſu, contendit, ſucceſſor datus eſt hic *Amsdorfius*. Itaque die *viceſimo* Januarii anni *quadrageſimi ſecundi*, præſente *I. Friderico* electore, & J. *Erneſto* fratribus duci-

Verit. Eva. agro. ſatet.

Comi. Luth. Wor. tiam. 1521.

Defe. abrog. nem. Sleid. com. ſil. T. Mela. tat. f. Tres. tales. res. u. patu.

Demo. ſtrat. pam e. Antic. Amsd.

Magd. burgu. evoca. loco L.

Eberh. dus W. denſeju. collega. Amsd. Conſtit. eccleſi. Goslar. ſem A. dorff. Ioan. A. mand. Michae. Volmeti. Compe. turbas. cleſ. Epiſcop. Naumb. genſis d. ſignatu.

Ducibus Saxoniæ, in ipſo oppido *Naoburgi* ad *Salam*, vir hic nobilis & cælebs Epiſcopus ordinatus eſt à *Luthero*, ſimul manum imponentibus *Nicolao Medlero*, Paſtore Nauburgenſi, *Georgio Spalatino* Aldenburgenſi, & *Wolffgango Steinio* Leucopetræo. Electionis hujus & ordinationis defenſionem, & cauſas cur *Julius Pflugius* à collegio electus, contra ab eccleſia & ordinib. ac patronis eccleſiæ rejectus ſit, libro publicè edito poſtea Lutherus reddidit*. Actio autem iſta electoris, inprimis Caroli V. animum, jam ante alienatum, exacerbavit. Itaq; cum in comitiis Spiræ poſtea *Julius* de injuria illâ Saxoniæ Ducis quereretur: Cæſar eum ad exigui temporis patientiam hortatus: *Tua cauſa*, inquit, *erit mea cauſa*.

Ordinatur à Luthero.

** Vide vitam Lutheri.*

Sexto itaque anno pòſt, à Carolo victore *Pflugius* reſtitutus eſt, *Amsdorfius* autem *Magdeburgum* profugit, quod proximè ſecutis annis commune fuit aſylum multorum, qui Cæſaris indignationem, quacunque de cauſa, incurriſſent. Anno *quadrageſimo octavo*, evulgato libro Auguſtano, cum res per fines Mauritii electoris Saxonici ad mutationem ſpectare viderentur, *Amsdorfius* inter alios *Wittembergenſibus* ac *Lipſenſibus* ſeſe oppoſuit; in triſti illa de *Adiaphoris* controverſia, quæ totum *decennium* duravit. Cumque anno *quinquageſimo* menſe Octobri *Magdeburgum* obſidione cincta eſſet, *Amsdorfius* nihilominus ibi ſubſtitit, motoque inſuper bello Theologico anno *quinquageſimo primo, de bonorum operum neceſſitate ad ſalutem*: quam propoſitionem *Gregorius Major* * defendendam ſuſceperat, *Amsdorfius* ad contrariam delapſus partem, ſcripſit: *Bona opera ſunt ad ſalutem noxia & pernicioſa*. Ita in contentionibus ſæpe calor ingeniorum ab uno extremo in alterum incurrit.

Deponitur epiſcopatu

Oppugnat Wittenb & Lipſenſ.

Inde movet aliud bellum.

** In vita ejus.*

Bona opera ſunt pernicioſa

Inter varias iſtiusmodi Theologorum digladiationes ad ſenectam pervenit ſummam, ut qui, ſi modò rectè calculum ſubduximus, annum *octogeſimum* attigerit. Edidit quædam *de ſacra Cœna* ad quæ *Bucerus* reſpondit: *Judicium epiſtolâ quadam tulit de Eraſmo*, quæ inſerta operibus Lutheri: *Epitomen Chronicorum Naucleri de Paparum perfidia in Romanos Imperatores*, *ſtrenam, ſive novi anni votum*, principibus viris oblatum, *ſubſcriptionem cenſuræ & ſententiæ* Saxonicarum Eccleſiarum adverſus Georgii Majoris doctrinam, de bonis operibus veluti ad ſalutem neceſſariis. *Polemicum* deniq; aliud ſcriptum contra *Tilemannum Heshuſium*, anno *ſexageſimo quinto Magdeburgi* excuſum. Tantum de *Amsdorfio*, è *Sleidani Commentariis*, *Chytræi Saxonia*, *Buccholceri Chron.* & *aliis*.

Ætas Amsdorfii.

Scripta ejusdem.

URBANUS REGIUS.

⊕ 1541. d. 23. Maji

AD lacum Brigantinum, in illa agrorum parte quæ *Comitum à monte* forti imperium agnoſcit, *Arga longa* nomen eſt oppido, *Urbanus Regius*, loco honeſto natus eſt. Majores ejus Regum cognomine inſignes fuerunt: ſed cum id ſublime & jocis aptum, ex rege regius factus eſt, ut ipſe dictitare ſolitus. Urbani nomen infanti hoc caſu inditum. Cùm puerpera, mater ejus, mulierculis baptiſmatis fonti infantulum oblaturis ſuggeſſiſſet, nomen in faſtis natali ejus inſcriptum imponerent: illæ dum abeunt obliviſcuntur. Sacerdote poſtea nomen puerulo imponendum, exquirente, cùm illæ hæſitarent, & ipſe Urbani diem haud procul abeſſe ſubjiceret, arreptum hoc fuit infantique inditum.

Arga longa.

Majores Urbani.

Pueritiæ annos apud parentes exegit, in pietatis & honeſtatis ſtudio educatus. Ut primum autem literarum capax animus ſe oſtendit: *Lindavium* in ludum literarium ablegatus eſt, celebrem tunc & magiſtrorum doctrinâ, & diſcipulorum frequentia. Hic tenellus animus præceptorum excultus induſtria eſt ita, ut inſtar arbuſculæ fructuum cum temporis incremento percipiendorum ſpem jucundam de ſe præberet. Ubi ex ephebis exceſſit, *Friburgum* Briſgoiæ venit, & viros in omni doctrinæ genere præſtantes publicè diligenterque audivit.

Mittitur Lindavium.

Inde Friburgum.

In Zaſii Juriſconſulti etiam familiam receptus, diſciplina ejus domeſtica ſummum ei ad virtutem calcar addidit, adeoque currentem, quod ajunt, incitavit. In hujus præterea bibliothecam ita ſe abdidit, ut & libros ſuis ſtudiis commodos accuratè evolveret, & margines præſertim ſcriptorum ſtudioſè obſervaret, in quibus à Zaſio multis ante annis annotata erant multa, quæ ipſe ad lychnuchum noctu in ſuos uſus deſcripſit. Itaque cum inſomniâ crebrâ Zaſius ex curis diurnis laboraret, & interdum ſurgeret, ut obambulatiuncula & noctis horas falleret, & ſomnum conciliaret, lucubrantem invenit in deſcribendis illis ſcholiis Urbanum, cujus auriculam Zaſius blandiuſculè vellicans, *arte & ſcientia ſua ſe ab ipſo defraudari jocatus eſt*: aut ſi quando ſomno ad candelam oppreſſum & inclinato in menſam capite dormitantem offendiſſet, juris volumen grande unum atque alterum humeris impoſitum reliquit, donec excitaretur. Amavit eum Zaſius ut filium, cum propter naturæ morumque bonitatem, tum quod in flores propediem ſe induturum felicis ingenii illud germen prævideret, quam ſpem de ſe non fefellit Urbanus.

Vivit cum Zaſio.

Friburgo, cum & judicium informaſſet, & eruditionis egregiam ſupellectilem comparaſſet, *Baſileam* diſceſſit, ut ex artium & linguarum audiendis Profeſſoribus acceſſionem ad politam doctrinam faceret. Erat autem tunc inter alias Germaniæ Academias celebris ea, quæ *Ingolſtadii* à *Joanne Eccio* gubernabatur, viro, quod ad Philoſophiam attinet, aliorum etiam judicio, eruditiſſimo. Ad hunc audiendum cum in urbem illam undiquaque conflueret juventus: Urbanus quoque fama viri excitus *Ingolſtadium* relictâ Baſileâ abiit. Ibi cum in maxima adoleſcentium frequentiâ præter publicas lectiones etiam privatæ haberentur ſcholæ, Urbanus quoque domi aliorum exemplo docuit, & quidem frequens auditorium: cujus rei monumenta in ſchedis ejus

Friburgo Baſileam abit.

Ioannes Eccius Theologus Pontificius

Ingolſtadium venit Urbanus.

Docet privatim ibi.

ejus reperta ſunt permulta. Inter alios autem nobiles quidam adoleſcentes à parentib. ipſius fidei & diſciplinæ commendati fuerunt, ea lege, ut præter morum ſtudiorumq; gubernationem, quæcunq; ad librariam, ad veſtimenta & alia requirerentur, ſuâ fide pro ipſis interpoſita, à bibliopolis, cauponibus, atq; opificibus emeret, ſe perſcripta ſumtuum ratione creditoribus ſatisfacturos. Hic Urbanus mediocriter omnia, illi contra modum in veſtitu & victu ubiq; excedere. Urbanus videns nec admonitionibus locum dari, nec ſpem frugis ſupereſſe, ad parentes omnia θαῤῥαλέων perſcribit pecuniam mittant, filiosq; domum revocent, rogat. Parentes bono animo eſſe jubent, ſed vana ſpe credulum nimis lactant. Creſcente interea debito, cùm ſolutionem creditores importunè urgerent, diſceſſus ipſe conſilium parat. Advenerant iisdem diebus Ingolſtadium quidam militum duces, copias adverſus Turcam Ungariæ tum imminentem, conſcripturi. Quo cognito, Urbanus ſupellectilem ſuam librariam & veſtiariam quanto libet precio divendendam civibus credit, ipſe in forum armatus prodit, & ſacramento cum aliis obligatur. Fortè autem fortuna Eccius cum collegis in publicum prodit, copias ſpectatum, ubi cum Urbanus quoque militari habitu appareret, ille primùm defixis in eum oculis hæret, pôſt cominus accedens, nomine compellat cauſaq; tantæ mutationis cognitâ, benè ſperare jubet, ſacramento liberat, nobiles ad diſſolvenda nomina cum principis ſui inclementiæ interminatione, hortatur, compellitque, atq; ita Urbanum in gratiam cum Muſis reducit. Poſtea cùm ſeipſum exercendo indies in literarum ſtudio longius progrederetur, famaq; ingenii & doctrinæ floreret: *Maximilianus* Imperator Ingolſtadio tranſiens, poetam ipſum & oratorem lauru, ſua manu impoſitâ, deſignavit. Poſt Cæſaris diſceſſum, cum & Principi *Erneſto* Bavaro & * *Leonhardo Eccio*, viro nobili, aliisque eximiis doctoribus gratus eſſet, adſcitus eſt in numerum Academiæ Ingolſtadinæ profeſſorum, docuitq; publico ſtipendio poeticen & oratoriam annis aliquot. Inde ſub annum *milleſimum, quingenteſimum, decimum ſextum*, principis ſui nomine *Eraſmum Roterodamum* Ingolſtadum prolixè invitavit, ſed in hoc quidem repulſam, de ſe autem ab *Eraſmo* hoc elogium * tulit, quo *virum eum prædicat candidum, prudentem, facundum, eruditum, in ſumma, omnibus omnium Gratiarum ac Muſarum dotibus præditum.*

Fit ephorus nobilium. *Haud feliciter.* *Dat nomen militiæ.* *Ab ea avocatur.* *Creatur Poëta & Orator à Maximiliano I.* *Profeſſor Ingolſtad. deſignatur.* *Eò invitat Eraſmum.* *Elogium Urbani.*

* *De quo in vitis ICtorum.*

* *Eraſm. l.2. epiſtol.*

Ad Theologiam ubi deinde animum adjecit Urbanus, omnia ſacris literis poſthabuit, totumque myſteriis divinis ſcrutandis ſeſe dedidit, præſagiens quaſi operam ſuam eccleſiæ neceſſariam utilemq; futuram. Quanquam autem inter ipſum & Eccium Theologum Pontificium, magni tunc nominis, amicitia & familiaritas intercedebat ſumma, adeoque Urbanum obſtrictum ſibi beneficiis Eccius haberet, tamen orta inter Eccium & Lutherum de religione controverſia, cum offendere Urbanus Eccium, tanquam præceptorem nollet, eo relicto, Auguſtam abiit. Quò ſimul ac venit, Magiſtratus civiumque precibus adductus, eccleſiæ gubernandæ curam ſuſcepit: cumque videret impios & idololatricos cultus à Pontificiis ſtabiliri: ad Lutheri acceſſit partes, ac ſaniorem doctrinam per univerſam Sueviam propagavit. Docuit autem ſacra non ſolùm publicè pro ſuggeſtu, ſed & domi literis mandavit. Veritatem enim ubi vidit, palàm eandem adſeruit: atque confeſſus eſt. Zvvinglius equidem ſub annum Chriſti *vigeſimum ſextum* ita * epiſtola quadam ad ipſum: *in eucharistia re gratulor vobis, te noſtrum eſſe factum. Verum gratiam meretur novitas, brevi enim ſpero omnes, qui adhuc obſtrepunt, tropum, qui nullo negocio videri vobis debebat, viſuros eſſe, ac ſententiæ noſtræ ſimplicitatem ac claritatem. Una eſt ſpiritualis manducatio, quo Filio Dei pro nobis delitato fidimus, non duæ, quarum alteram neſcio quod verborum figmentum prodimus, carnaliter, corporaliter, ſpiritualiter.* Contulit eodem anno cum Zvvinglio Urbanus ſuper quæſtione de peccato originali, ad quam epiſtolâ benè longâ reſpondit Zvvinglius, quæ * exſtat: In calce illius epiſtolæ ita Urbanum hortatur: *Nos in hoc oramus, ut pietatem Chriſtianam & anxie & purè deprædicemus, non ſimus ante tempus anxii, quomodo Miſſa aboleatur, aut imagines exautorentur, ſed in hoc ſudemus, ut pectora mundo dedita, creatori ſuo reſtituantur, jam cecidit Miſſa, ſtatuæ ſua, puto, ſponte aufugient, fruſtra enim exterminabimus tam hæc, quam alia, niſi publica pietas releget.* Itaque viſus eſt cum Zvvinglio & aliis facere adeò ut Lutherus alicubi * ſcripſerit: *dolet mihi valde nobiliſſimum virum Oecolampadium tam ludicris & nihili cogitationibus in hoc barathrum prolapſum, pulſat eum Satanas: Dominus eripiat eum. Urbanus Regius in idem malum vel inclinat, vel jam cecidit: Dominus ſervet ſuos.* Imò calamum in Lutherum ſtricturum Luthero relatum fuit, ut in * epiſtola ad Spalatinum: *Præterea*, inquit, *Urbanus Regius minari dicitur in me ſcripta, ſcilicet Oecolampadium & Zvvinglium tantos viros (ut ſentit) non vult offendere, ſic mutatus eſt ab illo.*

Dat operam Theologiæ. *Amicus Eccio.* *Abit A[...] guſtam* *Ibidem docet.* *Conf. Zvvi[...] de pec[...] origin[...]* *Cum [...] videt[...] facere*

* *Ep[...] lib.1. [...] pag. 8*

* *Lib. epiſtol[...] pag. 2[...]*

* *Tom[...] epiſt.p[...] ann. 1[...] Oecol[...]*

* *Tom[...] epiſt.p[...]*

Auguſtæ autem dum egit, etiam Anabaptiſtarum ſecta ſuppullulavit. Magiſtratu itaque animadvertente in eos, qui contra leges civiles, clandeſtina celebrarent conventicula, & ſacra peragerent, compacta fuit in carcerem fœmina quædam, non infimæ ſortis, hæreſeos illius adſecla. Hæc cum Urbano cauſam ſuam probaturam ſe, facultate colloquendi conceſſa, jactaret, à carcere in Senatum frequentem, cui & Urbanus aderat, ſicut erat vincta, producitur. Ibi illa variis ſacrarum literarum allatis locis, ſed perperam applicatis & explicatis, errores ſuos ſtabilire conata eſt, contra Urbanus ita perſpicuè, ita dextrè genuinum eorum ſenſum demonſtravit, ut vel cæco in proclivi fuerit, videre veritatem. Verum ipſa tantùm abeſt, ut monitis locum

Anaba[...] ſtæ A[...] ſta. *Colloq[...] Urbani cum f[...] mina [...]nabapt[...] ſtica.*

locum dederit, ut pervicaciter etiam Urbanum hiſce fuerit adorta: *Egregia enimverò, Urbane frater, hæc diſputandi ratio eſt inter me & te. Tu in molli culcitra ad latera Conſulum adſidens, quaſi ex Apollinis tripode proloqueris: ego miſera humi proſtrata, ex duris vinculis cauſam dicere cogor.* Ad hæc Urbanus: *Nec verò*, inquit, *injuria, ſoror, ut quæ ſemel è ſervitute diaboli per Chriſtum in libertatem adſerta, tua ſponte iterum cervicem turpi jugo ſubmiſiſti, & iſtis te ornamentis veſanus oſtentat genius, aliis in exemplum.* Senatus itaque, cùm laterem ſe lavare videret, contagium illud exilio mulctavit, urbeque expulit.

Auguſta pellitur. Ipſum autem etiam Urbanum Pontificiorum crudelitas aliquoties urbe exegit, cùm & purgatorium penu ipſorum locupletiſſ. deſtrueret, & indulgentiarum merces elevaret. *Eò redit.* Vallam itaque Atheſinam exul perreptavit, in ſalinis & Oeniponte oberravit, donec frequentibus civium precibus Auguſtam ad docendi munus fuit revocatus, ubi ei elocata *Ducit uxorem.* eſt in matrimonium *Anna*, civis Auguſtana, è *Weisbruckerorum* familia, tredecim poſtea liberorum mater.

Diſputat cum Eccio. Auguſtæ ergo dum vixit Urbanus, certamen ei tum cum aliis, tum cum Eccio fuit, qui ipſe Auguſtam excurrit, & coràm Urbanum variis adductis rationibus attentavit: ſed re infecta domum reverſus per literas cum eo egit, quibus intrepidè Urbanus reſpondit. Sed tanti ſunt, ut exemplum earum ſubjiciamus memoriæ cauſa. Sic igitur Eccius:

Mentem ſaniorem.

Epiſtola Eccii ad Urbanum. *Significarunt mihi amici, te librum contra me ſarcinaſſe, & verius non contra me, ſed contra ſacerrimum Miſſæ ſacrificium multa blaſphema evomuiſſe. Quod etſi condoluerim aliquando errori tuo, pro antiqua noſtra amicitia, qua olim fuimus conjunctiſſimi, & omnia bona tibi precabar & optabam, & cum multorum etiam indignatione perſæpe profectus tuos, & incrementa apud omnes promovebam: attamen quia malitia immutavit intellectum tuum, ut nulla mihi ſit ſpes reliqua ſalutis tuæ, nulla reſipiſcentiæ tuæ, ſed hæreticus homo, juxta Pauli juſſum, mihi vitandus es, quia ad mortem peccaſti, non eſt pro te orandum. Perge igitur, quia ita malignitati tuæ viſum eſt, & Miſſæ ſacra & præceptorem impugnare, experieris olim Præceptoris tui acrimoniam in veritate aſſerenda, urbi & orbi notum fiat, qua iniquitate & virulentia Reſeph vos ter perjuros hæreticos exagitet, atq; victrix veritas ſpecioſos tandem agat triumphos.*

Unum præmoneo, exemplar corruptius exiit prælum, unde multa in eo deſidero, quæ ſuſpicor vel à ſciolo, vel à malevolo immutata, nec exemplar ſcriptum ad manum habeo, ideo noli te miſcere contentioni verborum, quod facere aſſoletis. Paterer te tradi in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fieret, quod Baldaſari olim meo precatus ſum, ſed timeo & corpus & animam ejus unà interiiſſe æternis cruciatibus. Ingolſtadii XXI. Martii. An. M.D.XXVII.

Joannes Eccius tam benè ad fidem tuendam animatus, quàm tu impugnandum

Urbano Regio.

Epiſtola Urbani Regii ad Eccium.

Fidem per charitatem operantem.

Non erat opus, ut me amici tui anteverterent hac parte nimium officioſi, ut qui te ante tempus exaſperent, in negotio tibi narrando forſitan minus fidi. Nonne cum tibi colloquerer Auguſtæ, hæc abs te impetravi, ut citra virulentiam te reſponſurum objectis meis promitteres, ſi quã haberem contra tuum de Miſſa libellum? Jam quaſi ex inſidiis te adoriar, antequam, quid à me ſcriptum ſit, videris, bellum indicis, cum nulla maledicendi libidine, ſed te hortante ſcripſerim, idq; modeſtiſſimè, cum libellum tribus aut ad ſummum quatuor amiculis legendum exhibuerim, eo interim conſilio, ut quicquid id eſt, quod confeceram, in ſpongiam incumberet. Præſagiebat enim jam ante mens, qua fronte eſſes libellum innocentem excepturus, nempe faſtu Moabitico plenã & convitiis acerbiſſimis. Quod ſi me ad ſcribendum animus malè adfectus, & omnia ſiniſtrè interpretandi impuliſſet, ante annum prodiiſſem, quando contumeliarum in me tuarum vulnus à recenti plaga etiamnum hiaret: jam multa dies dolorem penitus ademit. Cæterùm & gratias tibi ago nunc, & Domino pro hoc fido amore ago ſemper, quo tanti hæretici vicem aliquando doluiſti. Nam & hodie quoties Eccii mentio incidit, ingenuè fateor, neminem in orbe univerſo eſſe, qui mihi ob eruditionem & ingenium fuerit unquam charior & venerabilior. Quantum enim faveris ſtudiis meis, quàm deniq; tu mihi fueris in delitiis, teſtatur Gymnaſium Friburgenſe, ubi quondam impatientiſſimo amore erga Eccium Præceptorem, patres ac moderatores tam præclaræ Academiæ aculeato carmine in me ſic concitavi, ut excommunicatus multis diebus propter Eccium, etiam meo judicio, Diaboli mancipium fuerim. Mox Ingolſtadium veni ſolo tui amore illectus, ibi cum ſatis amara mihi cum triſti pauperie aliquandiu pugna eſſet, tu apud virum literis & genere eximiè nobilem, & erga me beneficentiſſimum Leonhard. Eccium, ab Wolffs Ecc, tantum effeciſti, ut oratoriæ publicitus docendæ præfectus, aliquo etiam numero haberer, ut beneficiorum haudquaquam immemor, pro te ſim Dominum ſemper oraturus; quamvis tu de mea reſipiſcentia haud ſecus, atq; Arii cujuſdam planè deſperaveris. Nam malitia, te judice, immutavit intellectum meum. Audacter nimium Ecci, ſed hominis judicium audio, & Chriſti tribunal expecto. Vitabis me ut hæreticum, at vide, ne & ſcripturas vites, quibus nitor, quòd inopis conſilium ſi ſpreveris, non ages tam tutò, quàm tibi polliceris, multis ad hoc perniciosiſſimè blandientibus. Ad mortem peccaſſe Urbanum, certò definis, neque pro me

*porrò orandum exiſtimas. O infelicem Urbanum, ſi Eccii calculo cœlum datur & negatur! Qui hæreticum vitandum eſſe docuit, idem erudire obſiſtentes jubet, ſi quando det illis DEUS pœnitentiam ad agnoſcendam veritatem, ut reſipiſcant è Diaboli laqueo. Ad mortem verò peccat qui Chriſtum negat, in eaq; impietate perdurat: rejicit autem Chriſtum, qui neq; ſuorum peccatorum pœnitentia tangitur, neq; miſericordia Dei per Chriſtum promiſſa & exhibita gaudet. Talem me eſſe, etſi peccator ſim, non convicisti. Chriſto enim nitor, utcunq; miſera ovicula, hoc autem quiſquis fidit, confundi non poteſt, ne à portis quidem inferorum. Homo videt faciem, at Deus juxta hominis intuitum non judicat. Si convitium dixiſſem in Spiritum ſanctum, rectè judicares, me æterno judicio obnoxium: cùm autem veritatem agnitam non impugnarim unquam pertinaciter, non erat tam temerè ſpes omnis de convertendo Urbano abjicienda. Porrò ſimul ac me velut totius Eccleſiæ ſuffragiis honeſtatum hæreticum proclamaſti, impietati ſcilicet meæ calcar addis. Perge (*inquis*) quia ita malignitati tuæ viſum eſt. Obſecro, Præceptor, quæ tanta eſt vel in ſtoico ἀπάθεια, quam hac tua acerbitate non commoveas? Sacra Miſſæ non impugno, ſed miſſæ abuſus, & oſtendo quæ mihi contra hæc ſacra pugnare videantur. Quæ ſi minus pugnant, tuum erat monere, præſertim cum id coram promiſeris, & antequam libellum vidiſti, Urbanum pronuncias hæreticum. Ubi hic animus Præceptore dignus? Ego nulla livoris fella in te evomo, ſed candidè commonſtro, quid me impediat, ne ſtatim Eccii de Miſſa ſententiam amplectar, meliora amplexurus, ſi docebor: Et tu protinus judicē agis incognita cauſa. Minaris autem me experturum Præceptoris acrimoniam in adſerenda veritate. Nondum, in veritate docenda de Miſſæ officio, Præceptorem præſtitiſti, quemadmodum pollicebare, & jam minaris acrimoniam, quaſi Chriſtianus metuat acrimoniam maledictorum, dum veritatem quærit: nullis acrimoniæ tuæ, quanta fuerit, tonitruis à vero deterrebor. At vera ſi docueris abſq; acrimonia, cupidiſſimè tua omnia ſuſcipiam. Tandem urbi & orbi notum fore ſcribis, qua iniquitate & virulentia Reſeph noſter perjuros hæreticos exagitet. Talibus enim titulis nos exornas.*

Quam urbem, Ecci, intelligis? Si Romam, quæ gloria fuerit me proſcindi in ea urbe, cujus quondam fides in toto mundo prædicabatur, jam nihil minus. Si Auguſtam, hæc jam pridem & Eccium novit & Urbanum. Quam feſtivum autem, quod nobis Reſeph tam facis familiarem? Tu ſi à Reſeph nihil unquam paſſus es, age primos in nos lapides projicito. Nam ſubolet nonnihil, quid velis. Urit enim te matrimonium noſtrum, quod & tibi multò foret honeſtius, quam hoc, quod excuſabile tibi ſuadet idem ille Reſeph, qui Evam putatur verſutiâ ſuâ decepiſſe. Quæ ſi viribus integris non reſtitit malè ſuadenti, ſed à ſimplicitate primævæ rectitudinis corrumpi ſenſus paſſa eſt, quantò id facilius tibi contingerit, tanto jam concupiſcentiæ malo, non minùs quam alii ſunt, obnoxio? Perjuros nos ſcribis quidem, at probare nunquam potes. Et nos jam pridem propter nomen Chriſti malè audire didicimus, gaudentes interim, quod hæc non patimur propter ſcelera, ſed honorabiles nuptias, nobis liberas decreto Spiritus ſancti, prohibitas tantum à ſpiritibus impoſtoribus. In calce præmones, ne malè correcti exemplaris mendas inſecter, & verborū contentioni ſtudeam, addisq; nos hoc ſolere facere: adeò non potes non honorificè de te ſentire ubiq;, de nobis peſſime. At ego non inſtitui contendere cum Eccio, uter elegantius ſcribat, ſed uter magis piè: de rebus, non verbis mihi certamen eſt, in hoc uno labor omnis mihi impenditur. Baltaſſarem coram vehementiſſimè cohortabar, ne ſic, ut cœpit, pergeret, verum ille monitorem contemſit, at ſuum judicium portabit. Ego nihil tale vel molitus ſum hactenus, vel moliar unquam, niſi Chriſtus, quod abſit, me deſeruerit, ſed meliora ſpero. Tu verò penitus me deſpicis, non ſic à me deſpectus, mihiq; tantopere deſpecto & deplorato minaris pugnam. Sed Dominus inter me & te judicet. Dum recta doceo nullius, quamlibet invicti & glorioſi diſputatoris, minas & acrimoniam timeo, neminem item provocabo, ac provocatus, quæ vera ſunt inexpugnabili conſtantia tuebor usq; ad mortem. Dominum precor, ne nos ſinat rapi affectibus carnis. Nam ſi iis laxare habenas vetus homo permitteretur, neſcio quo tandem prorumperet. At ſatis convitiorum tum ore, tum libellis tuis omnibus in Urbanum ejaculatus es, parcius poſt hæc obſecro. Theologo enim indecorum eſt, acrimonias minitari, hoc eſt plauſtra conviciorum. Equidem blaſphemias omninò nullas contra veram Miſſam, ut tu præjudicas, evomui, at ſi erro, emenda. Nam nullis mundi præſidiis cinctus, ſcribo de religione Chriſtiana, quod tu de te prædicare non audes. Si vera loquor, cohibe impetum judicii tui præcipitis. Scio enim me non carnali ſapientia, dolo aut impoſtura, annos jam aliquot Auguſtanæ Eccleſiæ prædicaſſe Evangelium. Tu ſecus omnia interpretaris. Precor autem te per Chriſtum, ne judices ante tempus, donec venerit Dominus, qui & illuſtraturus eſt occulta tenebrarum, & patefaciet conſilia cordium, & tunc laus erit unicuiq; à Deo. Auguſtæ 24. Mart. Anno 1528.

Urbanus Rhegius tam benè animatus ad tuendam veritatem, ſine hujus ſeculi præſidiis, ac tu in magnificentia & potentia mundi.

Joanni Eccio Theologo.

Reſeph.

Conjugiū Urbano objectum.

Neque ſic tamen Eccianum odium ſopiri potuit, quin clam multoties ſubornati *Faber* & *Cochlæus*, homines vafri & aſtuti, qui dolis & inſidiis peterent Regium, ſuisque ipſum blanditiis in perniciem pellicerent. Verum ipſe ita Eccianos conatus eluſit, ut illi à propoſito deſiſtere, cum animum ejus fruſtra ſe labefactare intelligerent, neceſſe habuerint.

Faber & Cochlæus ab Eccio ſubmiſſi.

Cum ergo omnia arderent in Germaniâ contentionibus, dies dicta eſt comitiis Auguſtæ habendis anno *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo:* quibus inter alios Imperii principes inter-

Comitia Auguſtana 153[0]

Quibus intereſt Erneſtus.

interfuit & *Erneſtus* Dux Brunſuicenſis, Princeps pius & prudens. Hic exoravit ibi Urbanum, ut operam ſuam eccleſiæ Lunæburgenſi polliceretur. Itaque eo conventu ſoluto Urbanum præmiſit, ipſe paulò pòſt cum reliquo comitatu ſubſecutus. Iſto in itinere Lutherum Coburgi inviſit Urbanus, cumq; eo familiariter de rebus graviſſimis contulit, id quod ipſe epiſtolâ ad amicum quendam Auguſtanum hiſce teſtatur: *Cum Saxoniam peterem* (inquit) *Coburgi integrum diem ſolus cum Luthero, viro Dei, tranſegeram, quo die nullus mihi in vita fuit jucundior. Talis enim ac tantus eſt Theologus Lutherus, ut nulla ſecula habuerint ſimilem. Hoc magis execror ſtultitiam & arrogantiam Caroloſtadianorum, qui ſibi placent, quaſi Luthero queant conferri, cujus umbram non aſſequuntur, cum omni eruditione quam jactant. Semper mihi magnus fuit Lutherus, at jam mihi maximus eſt. Vidi enim præſens & audivi, quæ nullo calamo tradi poſſunt abſentibus.* Hæc Urbanus, unde apparet ita rem habere, ſicut Lutherus ad *Wenceſlaum Lincam* ſcribit: * *Urbanum Regium quoq; reſipuiſſe, credo te noſſe, & contra hoſtes Sacramentarios ſtrenue nobiſcum certare.*

Abducit Vrbanum in Saxoniam.

Inviſit Lutherum Vrban.

Iudicium ejus de Luthero.

* *Tomo 2. epiſtolar. pag. 381. Luther. de Vrbano.*

Qui ſuo Principi charus.

Cæterum Princeps *Erneſtus* fecit Urbanum plurimi, eumque ut patrem veneratus eſt. Itaque cum ex ipſo Auguſta reverſo in nobilium conſeſſu quæreretur: *Ecquid novæ ac precioſæ mercis, aliorum principum exemplo, ſecum apportaſſet?* reſpondit, *allatum eſſe à ſe theſaurum toti ducatui incomparabilem, quem omnibus anteponat deliciis.* Cumque Auguſta urbs anno *trigeſimo quinto* Urbanum repeteret, dixit: *perinde ut oculos, ita & Urbanum ſe amittere nolle.* Surrogatus eſt ergo in ejus locum *Joannes Forſterus* civis Auguſtanus, qui Diaconum aliquandiu Wittenbergæ egerat. Conſtituit autem Urbanum princeps idque amplo ſalario inſpectorem, vel ſi mavis Epiſcopum Eccleſiarum totius ducatus, & uſæ ſunt ipſius operâ eccleſiæ & reſpubl. complures.

Epiſcopus declaratur.

Nam ut primum in Saxoniam venit, petente Senatu Lunæburgico, & permittente principe ſuo, Lunæburgum venit: ubi cum præpoſito ad S. Joannem viro docto, *Joanne Colero*, de miſſa per literas diſputavit, ut & cum *Auguſtino Gotelen*, Pontificio Plebano. Elapſo biennio *Cellam* rediit, expetitus etiam ad tempus ab *Hamburgenſibus*, *Hannoveram* etiam evocatus vicinas *Hildeſiæ* & aliarum urbium eccleſias ac ſcholas conſtituit, & *Mundam* usque pertractus eſt. Sub idem tempus cum *Monaſterium* obſideretur, librum ad Oſnabrugenſes, Lutheri comendatione ornatum, emiſit: in quo præcipuos Anabaptiſtarum articulos ſacrarum literarum teſtimoniis accuratè refutavit. Deinde cum *Schmalcaldiæ* conventus Theologorum eſſet inſtitutus, interfuit ei & Regius, uti poſtea quoque ad conventum *Haganoenſem* cum ſuo principe venit: Lutherique articulis ſubſcripſit. Acta alibi videantur.

Diſputat cum Pontificiis.

Scribit contrà Anabaptiſtas.

Intereſt conventibus Theologicis.

In itinere morbo corripitur.

In itinere cum Haganoâ *Cellam* rediret, fluxus in tibiam dextram delapſus ſubſedit, unde enata puſtula cum hiatu, quem medici conſulti apertum relinquendum cenſuerunt. Sed is paucis ante obitum diebus ſe ſponte occluſit, quod plerumq; præſagium mortis putant, ut & ipſe Urbanus agnovit, & expertus eſt. Die enim Dominica, qua eccleſia in memoriam Salvatoris ad confirmationem fidei ſacra Euchariſtia utebatur, cum & ipſe ſacramenti iſtius particeps eſſet factus, ſub veſperam obſtructiones in cerebro ac dolores, frontem digito, ut ſolebat, fricans ſe ſentire ſignificavit, lætus tamen & nihil cæteroquin immutatus. Poſtridie cum nondum illuxiſſet, dormiente uxore, de lecto ſurrecturus repentino morbo in pavimentum proſternitur, adeò graviter, ut lapſu illa excitaretur. Exterrita miſera ſubito adcurrit, conaturq; in lectū ſublevare, ſed cum ſola id non poſſet, amicis & vicinis ſubvenientibus id factum. Hic ipſe triſtes & caſum miſerantes, bono eſſe animo jubet, Deoq; totum ſe comendari. Atque ita inter εὐφημίας & ſuſpiria tertia hora poſt, quam morbus invaſerat, animam Salvatori ſuo reddidit, *Cellæ* Saxonum, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo primo*, die *viceſimo tertio*, vel ut alii, *quinto* Maji. Triduo pòſt ſepultus eſt ibidem honorificè in æde Parochiali, & ab Hanoveranis ſuo in oppido, iter unius diei Cellâ diſtanti, epitaphio honoratus.

Moritur Vrbanus.

Nactus eſt genus mortis, quale ſæpè in votis habuit, citum & placidum, cum ſemper deprecaretur diuturnos languores & longas morborum periodos. Theologus fuit ob doctrinam ac pietatem bonis & piis charus, inprimis ſuo principi Erneſto, qui, uti diximus, in deliciis eum habuit, & eccleſiarum totius ducatus curam ei uni planè concredidit.

Ejus virtutes.

Monumenta ejus ingenii, quæ poſteritati elaboravit, filius *Erneſtus* collegit, inque certos tomos tributa Norinbergæ in lucem edidit. Exſtat inter alia liber ejus, in quo annotatæ ſunt *horridiores formæ loquendi*, & monſtrantur *propriæ ac concinnæ*, utiles pietati ac concordiæ. Has admonitiones ſcribi princeps Erneſtus Lunæburgicus voluit: qua in re ſapientiam & pietatem ejus agnoſcimus. Ut enim ex dentibus draconis, in Cadmæa hiſtoria, nata eſt ſoboles armatorum inter ſe dimicantium, ſic ex improprio ſermone diſſidia opinionum in docentibus & in populo naſcuntur. Poſt obitum ejus prodiit & aliud ſcriptum operâ *Joannis Frederi* Pomerani, cui titulus; *loci Theologici ex Patribus & Scholaſticis neotericisq; collecti* per D. Urbanum Regium. *Erneſtus Regius in vitâ Patris: Chytræus in Saxoniâ, Cruſius in Annalibus, Sleidanus, conſilia Theolog. Melanchth. alii.*

Scripta.

Nova loquendi forma nova dogmata & diſſidia.

ANDREAS BODENSTEIN CAROLOSTADIUS.

† 1541. die 25. Decembr.

Carlſtadt oppidum.

Andream Bodenſteinium, à patria *Caroloſtadium* agnominatum, protulit Francia orientalis, honeſtis natum parentibus *Caroloſtadii*, oppido à *Carolo Calvo*, paulò pòſt annum Chriſti *octingenteſimum, ſeptuageſimum quintum* condito. *Melanchthon* ab elementis

Alphabeti nomine notatus, orto diſſidio inter Luth. & ipſum.

mentis initialibus nominis & cognominis, notare eum ſolitus fuit nomine *alphabeti*. Ut ad Camerarium * epiſtola. *Hic nihil eſt novi. Quæ de alphabeto ſcribis, nonnihil commoverunt. Vereor enim ne vir ille privatam contumeliam, quam putat ulturus, novo ſcandalo cauſam evangelicam oneret.* Et alibi: * *Tuas literas longiores* τῶν τοῦ α β, *accepi*, & ita ſæpius.

** Epiſt. pag. 2. An. 1522.*

** Pag. 6. epiſt. ad Camer. It. p. 16. 17.*

Romæ dat operam Theologiæ.

In patriæ quali quali ludo, ut tunc erant tempora, prima literarum fundamenta jeciſſe, poſtea augendæ eruditionis cauſâ varias in regiones ſcholasque publicas abiiſſe, nominatim autem *Romæ* Theologiæ, qualis tum tradebatur, operam dediſſe dicitur.

Profeſſor Wittenbergæ conſtitutus. Ibid. Canonicus & archidiaconus.

Renunciat Doctorem Theologiæ Lutherum.

Ex Italia in Germaniam redux, ſedem atq; domicilium *Wittenbergæ* fixit, ubi ſub initium Academiæ gradum in Theologia ſupremum adeptus, inque Profeſſorum primorum ordinem cooptatus fuit, cum ibidem in templo arcis canonicus & archidiaconus antea eſſet. Sub hujus itaque decanatu *Martinus Lutherus*, Pontificiæ idolomaniæ oppugnandæ πρόμαχος, Theologiæ Doctor, ſolenni Academiarum more renunciatus eſt, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo duodecimo*, ipſo die S. Lucæ in faſtis adſcripto.

Adſtipulatur Luthero.

Poſtea cum Lutherus indulgentiarum nundinationes, & Tecelii Dominicani impudentiſſimas ampullas impugnare, ac ſacris ſcripturarum teſtimoniis expugnare cepiſſet: Caroloſtadius inter primos fuit Wittenbergæ, qui Lutheri doctrinæ adſtipularetur, eamq; ſcriptis nonnullis tueri non dubitaret. Sub id tempus Pontificias partes propugnare aggreſſus eſt &* *Joannes Eccius*, qui obeliſcis ſententias Lutheri notavit. Ex illis Caroloſtadius aliquot in concluſionibus ſuis, quæ extant, refutavit: refutationi contrà Eccius apologiâ miti reſpondit. Diſputatio itaq; Lipſiam componendæ controverſiæ, aſſentiente *Georgio Saxoniæ*, duce, indicitur, anno *milleſimo, quingenteſimo, decimo nono*, menſe Junio. Conſcribit Eccius *tredecim* poſitiones: Lutherus contrà totidem, Caroloſtadius *ſeptendecim*. Cepta eſt diſputatio die *viceſimo octavo* Jun. & res quidem Eccio cum Caroloſtadio fuit de libero arbitrio: *an omne bonum opus proficiſcatur à divinâ gratiâ, an verò nonnihil etiam de ſuo conferat humani arbitrii actio?* Priorem ſententiam Caroloſtadius, poſteriorem Eccius fuit amplexus. Tum illud jactatum, *ſitne omnis Chriſtianorum vita pœnitentia? unde fluit, hominem in omni opere ſuo peccare?* Adſeruit Caroloſtadius, contra niſus eſt Eccius.

** Hic quis qualisve fuerit, vita tomo 1. epiſtol. Lutheri pag. 51.*

Refutat Eccii obeliſcos.

Diſputatio Lipſica, quam cum audiſſet proceſſuram Tecelius, dixit: das walt der Teuffel tom. 1. ep. Luth. p. 162 d. an. 1519.

Ad eam venit Carolſtadius. De lib. arbitr.

Exitus & fructus illius diſp.

** Vide Tom. 1. operum Luth.*

Itali ut diſputent.

Exitus hujus diſputationis & fructus fuit, *non veritatis inquiſitio* (ut Lutherus * ad Georgium Spalatinum) *ſed temporis perditio, ut plures inde*, quemadmodum fieri ſolet, *enatæ ſint diſceptationes*. Eadem in diſputatione & hoc accidit. Solebat Caroloſtadius, in memoriæ ſubſidium, & ut oſtenderet, ſe rectè adducere teſtimonia, libris & ſchedâ uti: id vitio ei ab Eccio verſum, & exemplum Italorum, qui memoriter omnia in diſputando proponerent, objectum. Voluit præterea Eccius, nihil ut à notariis exciperetur: neve excepta per eos, ederentur. Sed neutrum potuit obtinere. Edita ſunt ſtatim iſtius diſputationis Acta, de quorum fide variè diſceptatum, & contentiones ex contentionibus ortæ. Rediit Lipſiâ Caroloſtadius Wittembergam cum Luthero & Melanchthone, qui comitatus eos erat; & rediit propoſitionibus ſuis, teſtimonio * Lutheri, ſalvis atque inconcuſſis, ac cum Eccio ultro citroque ſcriptis conflictatus eſt. Eodem enim ſtatim anno edidit *trecentas & ſeptuaginta concluſiones Apologeticas, & defenſionem adverſus monomachiam D. Joannis Eccii, cum epitome de impii juſtificatione*.

Acta ej[us] diſputati[o]nis.

Redit Wittem[bergam] Caroloſt[adius].

** Tom. operum: & tom epiſtol. Lutheri pag. 181.*

Scribit contra E[c]cium.

Poſtea anno *viceſimo* theſes alias Wittembergæ adverſus Papatum propoſuit, de quibus ita Lutherus †: *Carlſtadius & ipſe jacta alea, in Pontificem Romanum cornua ſumit.* Theſes hæ ſunt, cum titulo:

An. 152[0]

Theſes Carolſt[a]dii cont[ra] Papatu[m]

† Tom. epiſt. pag. 284. b.

Concluſiones decem Chriſtianiſſimæ per Andream Bodenſtein de Carolſtat, Theologiæ & V. J. Doct. Wittembergæ diſputatæ.

CONCLUSIO I.

Meldenſe concilium perperam erravit.

II.

Idem concilium excommunicationem ipſo facto incurrit, quod in cauſis ſpiritualibus canonum ſtatuta velit obſervari.

III.

Alexander quartus, & omnes poſt eum Pontifices Romani, anathemate ſe per ſuas decretales percuſſerunt, ab anno 1296. uſq; ad annum 1520. nunc præſentem.

IV.

Sequitur ergo, quod Leo decimus excommunicare non poteſt. Quia juxta ſuas conſtitutiones, excommunicatus non poteſt excommunicare.

V.

Verba lata ſunt ſententiæ: Anathema ſit, qui præter id, quod Dominus, prædicaverit aliud, *Gal.* 1.

VI.

De cauſis ſpiritualibus, velut arbiter & judex admitti non debes.

VII.

Ergo ipſo jure excommunicatus eſt: qui ſpiritualia negotia humanis traditionibus metitur.

VIII.

Etiamſi legem Dei reſipiant.

IX.

Tollendæ igitur ſunt Pontificis decretales.

X.

Si Romanus Pontifex dejurat, ſe divinam legem, & Pontificum decreta cuſtoditurum; difficile à perjurio defendi poteſt.

Anno *viceſimo primo*, Luthero in Pathmo deliteſcente, privata Wittenbergæ miſſa abrogata eſt, aliiq; ritus Caroloſtadii operâ aut conſilio mutati. *Ejecit enim è templis imagines, ſuſtulit auricularem confeſſionem, diſcrimina ciborum, invocationem ſanctorum, ſymbola ſacra Cœnæ laicis in manus dedit: in foro non ex jure humano, ſed ex Lege Moſis pronunciandum eſſe contendit, librum de conjugio ſacerdotum & de votis monaſticis reſcindendis edidit: vaſtavit † etiam ſcholas, literarum cultum abjecit, & ad labores manuum cunctos hor-*

An. 152[1]

Mutat [ri]tus quo[s]dam ib[i]

Sleidan l. 3. com[m.]

Chytr. l. Saxon.

† Buch[olc.] in Chr[on.] Dreſſ[eri] millen[ario] ſexto.

hortatus eſt. Eodem anno primus miniſtrorum *Bartholomæus Bernhardus Feldkirchius*, præpoſitus Kembergenſis propè Wittembergam frater *Joannis Velcurionis*, cujus Phyſici commentarii exſtant, duxit uxorem factique *rationem primò Archiepiſcopo-Magdeburgico, deinde Electori Saxonico publicis literis reddidit. Hunc ſecuti ſunt *Juſtus Jonas*, præpoſitus Wittembergæ, *Joannes Bugenhagius* & *Caroloſtadius*: cui quidam facetus epithalamii loco ſcripſit novæ Miſſæ nuptialis formulam. De nuptiis iſtis Lutherus * ita ad Amsdorfium: *Carlſtadii nuptiæ mirè placent, novi puellam, confortet eum Dominus in bonum exemplum inhibendæ & minuendæ Papiſticæ libidinis, Amen. Munuſculum meum ipſe feram ſuo tempore poſt Paſcha.*

Mutationibus autem offenſus Wittembergam, inconſulto Electore, anno *viceſimo ſecundo*, reverſus eſt, & ſe abſente geſta, concionibus aliquot habitis, pleraq; improbavit, quaſi non ordine legitimo facta. Caroloſtadius itaque, cujus auctoritas abſente Luthero fuerat præcipua, aculeatis illis concionibus offenſus, actiones ſuas publico ſcripto defendere conatus eſt. Atque hoc fuit exordium diſſenſionis, quod in bellum ſacramentarium poſtea erupit. Viſus fuit uterque, quod non novum rarumve, cupidior gloriolæ, id quod & ſcripta oſtendunt. *In maximis* enim *animis ſplendidisq; ingeniis exiſtunt honoris, potentiæ & gloriæ cupiditates:* & verè Græcorum philologus: *μεγαλαυχία ἐπακολούθημα τῆς μεγαλουργίας.* Non dubitavit certè ipſe Lutherus ita ſcribere *: *Ille, (Carolſtadius) cupiebat fieri ſubitò novus magiſter, & ſuas ordinationes in populo, preſſâ authoritate mea, erigere.* Contra & Caroloſtadium ſuperbiæ accuſat paſſim.

Cum ergo *εἰκονομαχία* Caroloſtadii Luthero non probaretur, & contrà nonnullis Lutheri ipſe offenderetur: Wittembergam, anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo quarto* reliquit: haud obſcurè præ ſe ferens, ſibi cum Wittembergenſibus intercedere ſimultatem, quam depoſiturus tamen ſit, ſi ſcrupuli ſibi eximerentur; in colloquio aliquo cum Luthero & aliis. Recepit autem ſe *Orlamundam* Thuringiæ oppidum, ad munus paſtoris ejus Eccleſiæ legitimè vocatus. Eo in loco, iterum ſtatuarum abolitione turbas dediſſe judicatus eſt. Revocatus Wittembergam, ad priſtinum in ſcholâ & eccleſiâ munus obeundum, ſtitit ſe, & rediturum promiſit, modò Orlamundani aſſentirentur. Sed cùm interim res in pejus ad Salam ruerent; Lutherus, juſſu electoris primum *Jenam*, deinde *Orlamundam* venit. Ac Jenæ quidem, die *viceſimo ſecundo* Auguſti, concionem habuit, cui & Caroloſtadius interfuit. In eâ in fanaticum *Münceri* ſpiritum invectus, ejusdem ſpiritus dixit eſſe *εἰκονομάχους* & Sacramentarios. Hic cùm ſe pungi Caroloſtadius exiſtimaret, convenit Lutherum in diverſorio, ad Urſum atrum: Ubi, in non graviſſimo colloquio, Lutherus Caroloſtadium, ſcriptis ſe cum illo congreſſurum dictitantem, aureo Rhenano nummo adverſarium ſibi, in controverſiâ de ſacra Cœnâ conduxit. Sic ex parvo principio diſſidium in eccleſiâ ortum eſt maximum, ſicut una ſcintilla, ut Lyricus ait, ſæpe totam ſylvam comburit. Cæterum ſuum illud *τοῦτο* ita collegit Caroloſtadius, quia panis diſcipulis priùs ſit à Chriſto datus, ab ipſis acceptus & comeſtus, poſtea autem dixerit: *Hoc eſt corpus meum.* Itaque per *Hoc* non panem; ſed *δεικτικῶς* corpus Chriſti ibi accumbentis, demonſtrari. Sed Lutherus rectè * *panem per τοῦτο* denotari & intelligendum eſſe contendit, modò hîc ſubſtitiſſet. Sed nos in narratione progrediamur.

Vide tom. 2 epiſt. Luth. pag. 235. & pag. 203. & Tom. 2. oper. Luth. pag. 462.
Vnde Caroloſtad. τοῦτο, & quomodo probavit.
* *Tom. 2. epiſt. Luth. pag. 199.*

Poſtea igitur *viceſimo quarto* Auguſti, *Orlamundam* Lutherus venit ubi ne ſalutare quidem *Caroloſtadium* paſtorem voluit, ſed cum auditoribus ejus de idolorum abrogatione diſceptavit. Paulò pòſt Thuringiæ finibus, electoris Saxoniæ juſſu, Luthero * inſtigante, excedere jubetur Caroloſtadius, loco movetur & *Martinus Reinhardus* miniſter eccleſiæ Jenenſis, qui Acta Jenenſia & Orlamundenſia ediderat: in exilium pellitur quoque *Egranus*. Scripſit Orlamundanis Caroloſtadius literas, quæ publicè ad populum, ſigno campanæ convocatum, lectæ ſunt non ſine lacrymis, ſubſcriptio * earum fuit: *Andreas Bodenſtein* unverhöret und unüberwunden durch Martin Luthern vertrieben. h. e. *Andreas Bodenſteinius, non auditus, non convictus, à Martino Luthero ejectus.*

Venit Orlamundam Luth.
* *Libr. contra cœleſtes Prophetas.*
Expellitur Thuringia Caroloſtadius.
Literæ Caroloſtadii ad Orlamundanos
* *Tom. 2. epiſt. Lutheri pag. 236. & 237*

Thuringiâ relictâ Caroloſtadius petiit *Argentoratum*, ubi allocutus eſt *Othone Braunfelſium*, medicum, inde *Baſileam*, ubi *libellos* quosdam *de Cœnâ Domini*, à ſe conſcriptos, ſolis Anabaptiſtis ejus loci conſciis, typis exſcribendos curavit, qua de cauſa * duo Typographi in carcerem, juſſu Magiſtratus, fuerunt conjecti. Summa ejus doctrinæ de Cœna Domini fuit: *Corpus Chriſti non eſſe in Cœna aut comedi corporaliter, ſed celebrari ibi corporis pro nobis traditi, & ſanguinis pro nobis fuſi, memoriam. Tropum igitur ineſſe verbis inſtitutionis, & τοῦτο non panem, ſed corpus Chriſti denotare, ut ſenſus ſit: accipite, edite panem hunc in mei memoriam. Hic enim ſedet corpus meum, quod pro vobis traditur. Ad tropum confugiendum eſſe, ne panem pro nobis crucifixum eſſe affirmare neceſſe habeamus.* Adſuit & alia, quæ in libellis ejus leguntur. Quos ne publicè apud ſuos venderentur, prohibuit Senatus Tigurinus, rei novitate commotus, ſed *Zwinglius* etiam pro ſuggeſto hortatus eſt, ut legerent, & judicium poſtea ferrent. Dixit præterea, *idem Caroloſtadio accidiſſe, quod Tyroni, cui arma quidem ad pugnandum non deſint, ſed armorum peritia. Caroloſtadium veritatem quidem agnoſcere, ſed quia troporum viam cognitam non habeat, verba non rectò ordine collocare.*

Venit Argentoratum.
Inde Baſileam.
Vbi libellos excudendos curat.
* *Eraſmus lib. 19. epiſt. pag. 604.*
Lutherus tom. 2. epiſt. p. 26.
Summa doctrinæ Caroloſtadii.
Zwinglii de Caroloſtadio judicium.

Interea, dum paſſim per ſuperiorem Germaniam vagatur Caroloſtadius ſeditio ruſticorum oritur: cujus tuba Muncerus. Ipſe tandem *Rotenburgi*, ad *Tubarim*, conſedit

Seditio ruſticorum anno viceſimo quinto
Rotenburgi conſidet Caroloſt.

& cum

& cum, oppreſsâ illâ ſeditione, paſſim ad ſupplicia multi etiam miniſtri raperentur: Caroloſtadius in ſportâ de muro Rotenburgenſi demiſſus, & elapſus eſt. In ſummis itaque conſtitutus anguſtiis, libellum conſcribit, quo ſolicitè ſe purgat, ac ſeditionis crimen à ſe amovet. Lutherum etiam orat literis, ut libellum illum edendum curet, ſuamq; innocentiam defendat. Lutherus, etſi ſciebat diſſidere à ſe vehementer Caroloſtadium, memor tamen quid officii ſit hominis Chriſtiani, rogat magiſtratum, & in univerſum omnes, quandoquidem & crimen intentatum à ſe removeat & notionem non recuſet, & legitimo judicio parere velit, ut hoc ipſi concedatur. Hoc enim plenum eſſe æquitatis & officii. Submittit deinde Caroloſtadius & alterum libellum, quo profitetur, quæ de cœnâ Domini ſcripſerit, *non definiendi, ſed diſputandi, & veritatis eruendæ cauſâ ſcripſiſſe*. Accipit excuſationem Lutherus, monet tamen alios, cùm Caroloſtadius ipſemet teſtetur, ſe dubitare, nec certum quid definiat, ut ab ejus opinione ſibi caveant, aut ſi fortè & ipſi dubitent, eousq; differant: donec, quid certò ſequantur, appareat. Nam *de iis, quæ nobis credenda ſunt, minimè eſſe dubitandum aut vacillandum, verùm adeò certam cognitionem eſſe comparandam, ut potiùs, quàm à ſententia diſcedamus, millies mori non recuſemus.*

Inde fugit.

Purgat ſe de ſeditione.

Excuſat eundem Lutherus.

Quo fine ſcripſerit Caroloſtadius.

Fides debet eſſe certa.

Illud autem Caroloſtadii factum ab aliis aliter tunc fuit acceptum. Aut enim ſerio ſcripſiſſe, aut ſimulatè judicarunt. Si ſeriò, improbandam ejus in defendendâ prius theſi vehementiam, ſin ſimulatè, levitatem ingenii culpandam. Quicquid fuerit, impetravit Lutheri ope ab Electore Saxoniæ, ut fide publicâ in Saxoniam redire ſibi liceret, imò antequam elector aſſenſiſſet, apud Lutherum in monaſterio, nemine niſi Wolffgango, Lutheri famulo, conſcio, Caroloſtadium latuiſſe *, ſunt qui affirmare non dubitent.

Factum Caroloſtadii reprehenſum.

Reditum in Saxoniam impetrat.

** Eraſm. Alberus contra Caroloſtad.*

Vixit deinde ruri aliquantiſper privatus Chembergi, & alibi. Ita enim Lutherus *: *Heri Caroloſtadio filium baptiſavimus, vel Baptiſma potiùs rebaptiſavimus. Compatres ſunt Jonas, Philippus, Ketha mea: Ego hoſpes cum aliis fui. Segrena hæc facta ſunt trans Albim: ubi Caroloſtadius eſt habitans.* Et * alibi: *Caroloſtadius apud nos degit in vicinio Wittenbergæ, & ruſticatur in Berquitz, milliario ab urbe noſtra. Hoc impetravi ego vix magnis & aſſiduis precibus à principe contra totam aulam: DEUS convertat eum tandem perfectè.* Sed cùm hæreret ibi invitus, nec gratus hoſpes, *Tigurum* commigravit *, ſub annum trigeſimum. Docebat ibi tunc *Zvvinglius*: qui cùm Caroloſtadium violentam illam verborum Cœnæ interpretationem abjeciſſe ſenſit; ſuſceptus ab eo atque eccleſiæ factus eſt diaconus, qua re multi exiſtimarunt Lutherum non parum fuiſſe exacerbatum. Poſt Zvvinglii obitum *Baſileam* profectus eſt, ubi annis decem & in templo Petrino & in ſcholâ ſacras literas docuit. Vivendi finem ibidem fecit, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo primo*, die nativitati Chriſti ſacro. Elatus eſt poſtridie funere honorifico, comitantibus multis, præſertim ex Academiâ.

Vivit ruri. An. 1526.

** Tom. 2. epiſt. p. 312.*

** Tom. 2. epiſt. p. 317. An. 1527. Tigurum venit.*

** V. Tom. 2. Lutheri p. 355. b. Melancht. ad Camerar. epiſt. pag. 78. Fit ibi Diaconus Baſileam commigrat. An. 1531. Ibi docet. Et moritur.*

De hoc viro varia ſcimus eſſe variorum judicia. Fieri potuit, ut aliqua principio, quemadmodum aliàs ab aliis factum, non rectè caverit, nec providerit, aut aggreſſus ſit. Fraudi certè eſſe ipſi non debet erronea illa verborum ſacræ cœnæ gloſſa: quam auctor ipſe melius edoctus, rejecit. Gaudeat eâdem veniâ, quâ non nemo alius, qui primò transſubſtantiationem & unam ſpeciem docuit, rectius edoctus errorem mutavit. Qualis vir viſus ſit *Oecolampadio*, ex dialogo ipſius patet, Lutherus etiam ipſe, ante ipſam ζυμβαξιν, quanti Caroloſtadium fecerit, vel ex hac videre eſt epiſtolæ cujusdam parte, anno *decimo nono* ſeculi decimi quinti ad illum ſcriptæ, quam adſcribere viſum.

*Oeco[lam]padi[o] Caro[lost.] judic[at] Luth[erus] item[que]. Is t[om.] pag. ... Carl[ost.] hom[o] dii i[n] para[t] Epiſt[ola] Luth[eri ad] Caro[lo]ſtad. * E[...] tom. epiſt. pag.*

Eruditiſſimo viro * & præſtantiſſimo D. Andreæ Bodenſtein Caroloſtadio, ſyncerioris Theologiæ aſſertori facilè primario, Archi-Diacono Wittebergenſi, Præceptori ac majori ſuo in Chriſto

JESU.

Salutem. Edidit Eccius noſter, inclyte vir, ſchedulam, in qua magnificis ampullis verborum crepat (id autem homini moris eſt) ſeſe adverſus te diſputaturum Lipſiæ, & ego id nomine tuo cum ipſo tractaram Auguſtæ, ſi qua ratione contentio veſtra, coram & amica familiariq; congreſſione componeretur, quod nec tu pro tua dignitate detrectaſti. Sed ecce homo, pulchrè memor, & ſibi conſtans poſtquam te fœdè infamarat, tandem promittit in te, ſed vertit in me impetum ranarum ne an muſcarum ſuarum neſcio. Speraveram ego tractatum futurum de ſeriis tuis, & de gratia DEI, humana miſeria, omninoq; de ea re, quæ inter vos vertitur. At meus Eccius in meas interim nugas debacchatur, aut more iſtorum dierum larvis jocatur potius, ſtultas quæſtiones de indulgentiis, penè ex orco tandem revocat, tua velut parerga, & ſummo (quod ajunt) digito vix attingens. Fortè Spiritus ſanctus prævidens hoc hominis ludibrium & nugacitatem, dedit in cor egregiorum Dominorum Doctorum Lipſenſis ſtudii, ut recuſarent verbis hoc negotium apud ſe gerendum. Sed & ego nolo te, optime Andrea, in frivolam & larvatam hanc diſputationem deſcendere, tùm quod mea & me petit, lauta hæc, & καλλιπάρειος, ἢ λευκώλενος perſona, tùm quod ingenium tuum & diſputatio tua digniora ſint, quàm ut in has Sophiſtæ & meas nugas, indulgentias inquam, ſeu rectius & verè negligentias humilentur. Hactenus * Lutherus.

**Lu[th.] etia[m] rolſt. Petr[i] pino cav[...] Com[...] Gal. epiſt.*

De obitu quoq; ejus cum varia in vulgus ſparſa ſint: *Petri Boquini* juvat narrationem adjicere, qui eo tempore, quo Caroloſtadius obiit Baſileæ, ſtudiorum gratia vixit. Sic ergò ille *: *Caroloſtadii in præſentia patrocinium ſuſcipere nolo, ſed bellam illam de viro grandi, qui ipſi concionanti apparuit, fabellam intactam præterire non poſſum. Eam primum me audire memini, cum controverſia iſta moveri cepit*

*Fam[a de] obit[u Ca]roloſ[tadii]. De e[...] quin[...] ratio[...] * In[...] de c[...] diun[...] cont[...] ſia d[...]*

Heidelberg. cepit in hac * ſcholâ & Eccleſiâ. Cunæus quidam, quem Heshuſius, cum cogitaret de imperioſo ſuo Archiepiſcopatu hic conſtituendo, & organum ad id, quod inſtituebat, idoneum, ob ingenii ſimilitudinem, delegerat, & ex Martis tyrocinio ad miniſterium Chriſti traduxerat: iſtam narratiunculam pro ſuggeſtu, quo utebatur, ut quadam impudentiæ arce, occinebat Eccleſiæ ad multitudinem perterrefaciendam & abſterrendam à noſtra ſententia, quæ ſenſim radices agebat atque ſerpebat. Fabulam hanc eo „ nomine indignius audiebam, atque ferebam, „ quod in memoriam veniebat, me Baſileæ ſub „ finem anni milleſimi quingenteſimi quadra„ geſimi primi egiſſe, docentibus in ſchola „ Miconio, Caroloſtadio, & Seb. Münſtero, „ quos audiebam. Sæviebat acriter peſtis per „ Germaniam paſſim & Baſileæ quoque. At„ que inter alios multos diem ſuum extremum „ Caroloſtadius, in die nativitatis Chriſti ſacro „ clauſit, ac poſtridie elatum honorificè fuit „ cadaver, comitantibus multis, præſertim ex „ Academia, inter quos etiam ipſe eram. De „ grandi homine aut atro cane (quem addeba„ bat Cunæus illi illuſtrandæ narrationis gra„ tia) ne verbulum quidem audiebatur. Quare „ apparet hæc poſtea concinnata fuiſſe, aſtu Sa„ thanæ, per vanos homines, ad veritatem o„ dio gravandam. Sunt enim ſimilima illis, „ quæ de Luthero quoque à malè feriatis „ hominibus, in Evangelicæ doctrinæ odium, „ ficta ſparſaque eſſe audivimus. Sed hæc talia nec nova nec de ipſo primum excogitata à malevolis facilè ſtatuet, qui recordabitur, quid de *Georgio Podibracio*, rege Boëmiæ, de *Luthero* ipſo, de *Beza*, & aliis malevolorum commenta fuerit temeritas.

Scripta Caroloſtadii. Evulgavit opuſcula complura, præſertim vernaculè, de quorum elencho hæc nominamus: *de utraque ſpecie cœnæ & quid ſymbola ſacra operentur & ſignificent*; *& non eſſe Boëmes aut hæreticos, ſed Evangelicos Chriſtianos, qui ſacramentum integrum accipiunt* libellum: *de iis qui Sacra cœna utuntur*; *de ſymbolis & promiſſione illis addita*, commentatiuncula, *de abuſu panis & calicis Domini minimè Chriſtiano* tractatus, quo etiam impugnat dogma illud, quo jubentur homines remiſſionem peccatorum in ſacramento quærere, *de aqua benedicta & ſale*, *de efficacia indulgentiarum*, *de diſcrimine librorum* ſeu *canonicorum & non Biblicorum* ſeu *Apocryphorum* ad Wolffgangum Sturcium civem & præfectum rei metallicæ in valle Joachimica anno vigeſimo, *de Pontifice Romano*, in quo probat Pontificem Romanum errare poſſe & multipliciter errare ac peccare; quique id nec credat, eum pſeudochriſtianum eſſe, ad Nidhartum à Thungen equitem auratum, anno viceſimo: *ſermo de ſtatu animæ Chriſtiani, Abrahæ ſinu, & purgatorio*: *de cœlibatu, monachatu & viduitate*, *de varietate ſimplicis unicæ voluntatis DEI*: *quid ſit peccatum*: Item *utrum lentè procedendum & offendiculo infirmiorum parcendum in cauſis ad DEI gloriam pertinentibus*.

Extat etiam explicatio ex cap. X. prioris ad Corinth. verborum illorum: *Panis quem frangimus, an non eſt communio corporis Chriſti*: ubi reſponſio Caroloſtadii ad Lutheri ſcriptum, & quomodo revocet Caroloſtadius. Joann. Sturmius etiam * meminit: quòd Caroloſtadius adverſus *Simonem Grynæum* controverſiam moverit, circa annum trigeſimum octavum, poſtulans ab ipſo, ut, ſi Theologiam publicè docere vellet, Theologum ſe Doctorem creari pateretur. Iſta controverſia ut componeretur; miſſi ſunt Baſileam à Senatu Argentoratenſi *Capito*, *Bucerus*, & *Sturmius* ipſe. Lutherus inſuper * mentionem facit & *currus* Caroloſtadii: *mitto*, inquit ad Joannem Langum, Theologiæ Magiſtrum, ſcribens, *currum Carlſtadinum, qui Moriam fingit Theologorum, & in quem mirabile graſſantur Lipſiæ, alius in ſuggeſtu publicitus dilacerat manibus, alius adoleſcentulos in confeſſione explorat, num riſerint de curru, aut Martini opuſcula tenuerint: confeſſos malè mulctant.* Sed quid ſcripti id fuerit, necdum videre nobis contigit. Et hæc ſatis de Caroloſtadio, cui quamvis non per omnia ſubſcribamus, penitiùs tamen inſpicientibus apparet, pleraque non fruſtra monuiſſe. Carnem enim & ſanguinem Chriſti hoc modo ſignis aſſignare, quomodo & olim à quibuſdam fuit doctum, & hodie docetur, non ſolùm communi ſenſui & ſcripturæ repugnat: ſed & gloriæ Chriſti officit. *Ex tomo* 1. *& 2. operum Lutheri, epiſtolis ejuſdem, Chytræi Saxonia, Sleidano, Ludovici Lavateri hiſtoria Sacramentaria, Sturmii Antipappo, Camerario in vita Melanchthonis, & aliis.*

* In Antipappo 4. pag. 20. Controverſia de gradibus ſcholaſticis

* Tom. 1. epiſt. pag. 162. Currus Caroloſtadianus.

WOLFGANGUS FABRICIUS CAPITO.

Θ. 1541. die ... æt. 63.

Patria. HAgenoæ Alſatiæ oppido primum hujus cœli ſpiritum hauſit *Wolfgangus Fabricius Capito*, ſub annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum octavum*, patre natus ſenatorii ordinis viro, matre verò Agnetâ, fœminâ nobili. Primis literarum rudimentis perceptis, *Baſileam* petiit, ibique ad liberalium artium atque linguarum, ut tunc tradebantur, ſtudium diligentiâ ſingulari incubuit.

Parentes. Educatio & Studia.

Medicam artem diſcit. Doctor ejus renunciatur. Poſtea cùm Theologiæ ſe dedidiſſet: ab ejus ſtudio per parentem, qui ſanctimoniam profitentium ſacrificiorum minimè ſanctam vitam deteſtabatur, avocatus, ad medicinam animum appulit, tantoſque in eâ progreſſus fecit, ut circa annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum octavum*, ſummis ejus ſcientiæ inſignibus fuerit donatus, doctorque ſolenni Academiarum more declaratus.

Item Theologia. Defuncto autem patre, ad Theologiam, pio religioſi animi propoſito, ſeſe retulit ſummumque ejuſdem ἀξίωμα conſecutus anno Chriſti

Scholaſticam Theol. docet.

milleſimo quingenteſimo quarto. Deinde *Eriburgæ* in Briſgoia ſcholaſticam Theologiam atque Scoticas ſubtilitates eſt profeſſus, ſed paulò pòſt earum pertæſus, utpote ſubtilitatis multum, utilitatis parum continentium, ſacris initiatus eſt. Interea neque juris ſtudium felix ingenium poſthabuit, Zaſii *per quadriennium* auditor. Evangelii verò doctrinam ita eſt admiratus, ut præcones ejus ſemper ſummo honore proſequeretur, ſuggeſtumque ipſum, ceu ſanctum locum, illorum gratia, tantum non adoraret, adeò naturæ probitate ad religionem colendam ferebatur. Itaque à *Philippo Roſenbergio* Epiſcopo Spirenſi *Bruchſellam*, agri Spirenſis oppidulum, vocatus, triennium ibi concionatorem egit. Inde cùm ſæpiùs Heidelbergam, ob Epiſcopi ſui negocia, excurrere neceſſe haberet, *in Joannem Oecolampadium* incidit, quocum ſtatim ejuſmodi inivit amicitiam, ut per omnem vitam omnia inter ſe conſilia communicarint, & conjunctiſſimè ſemper vixerint. Hebræam etiam linguam ut condiſceret, anno *decimo tertio* ſeculi decimi quinti, *Matthæo*, cuidam *Adriano* è Judaiſmo converſo operam dedit.

Audit & Zaſium IC. — *Pietas Capiton.* — *Concionatorem agit.* — *Init amicitiam cum Oecolampad.* — *Hebræa diſcit.*

Baſileæ docet.

Inde *Baſileam* à ſenatu tertiò nuncio invitatus, ſummo ibi templo aliquot annis præfuit, ac docendo diſputandoque prima Eccleſiæ Evangelicæ in inclytâ illâ urbe fundamenta poſuit, id quod & epiſtolæ Capitonis & verſus auditorio Theologico Baſileenſi inſcripti, teſtantur. Eadem in Academiâ *Joannes Oecolampadius*, Baſileam Evangelii docendi gratia evocatus, ab hoc Capitone Theologiæ Doctor renunciatus eſt, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo decimo ſexto.*

Oecolamp. renuntiat doctorem.

Anno deinde *milleſimo quingenteſimo viceſimo*, Menſe Aprili, favore *Vlrici Hutteni*, equitis Franci, ab Archiepiſcopo Moguntino *Alberto* Cardinali in aulam vocatus, Principis & concionator & conſiliarius, ſive intra cancellos conſiliariorum primas tenens, *cancellarius* eſt declaratus. Suſcepit eam conditionem libentius ideò, ut *Moguntiæ* quoque Chriſtianiſmum plantaret. Sic enim ipſe epiſtola ad Huttenum anni ſuperioris menſe Novembri: *Juris pontificii, ut vocant, Doctoratum ſuſcipiam, propter auctoritatem videlicet comparandam, ſcopum ſuboleſcis, præ ceteris multis ſacroſanctum. Licet interim ſint aliqui, qui vitio vertunt, Theologum eſſe, & unà ſimul civilem; quaſi Theologus neceſſe habeat omnem exuere humanitatem.* Suaſu ergo Hutteni amici tertium Doctoris gradum prioribus adjunxit, ob cauſam indicatam, ut & Chriſti regnum promovere, & halcyonia Eccleſiæ facere poſſet. Eodem anno Moguntinâ ad Lutherum, qui magno cum fervore Evangelii negotium urgebat, literas ſcripſit, quibus ad moderationem eum eſt cohortatus. Nam *quod altè hæret, non ſemel evellitur, ſenſim eſt & ſubinde labefactandum, ut tandem ſequatur trahentis manum.*

Fit concionator & conſiliari' Archiep. Moguntini. — *Doctor etiam juris creatur.* — *Lutherum hortatur.*

Anno *viceſimo primo*, cùm, poſt obitum Tecelii, indulgentiarum mangonis, Halæ Saxonum iterum juſſu Moguntini venialia illa diplomata divenderentur, *Lutherus* Archiepiſcopum, *Melanchthon* autem *Capitonem*, ejus conſiliarium, de omittendâ ejuſmodi cauponatione hortatur. Capito itaque, qui Evangelio clam impensè favebat, & Cardinalem ſuum ad fovendas Lutheri partes pertrahere ſatagebat, id effecit, ut Moguntinus Luthero amicè & demiſsè reſponderit. Ipſe autem Lutherum* monuit, ne nominatim Prælatorum vitia notet. Facturum enim id ſine exemplo, & neceſſariò præter verum multa ficturum. *Exaſperantur nimirum potiùs animi inſectatione, quàm curantur.*

** Reſpon... ad Capi... nem eſt tom. 2. ep... Lutheri p. 96. ſeq... Iterum monet eundem Grat' cl... ruſque M... guntino Electori Ordini ... queſtri ... ſcribitur.*

Cùm ergo Capito Electori Moguntino, ob raram prudentiam cum pietate conjunctam, felicem eloquentiam, & placidam naturam, gratus eſſet, variiſque legationibus frequenter adhiberetur, Norinbergæ, anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio*, die ſeptimo Februarii, nobilitatis inſignibus, & ipſe, & poſteri ejus, à Carolo V. Imperatore Auguſto, ornati ſunt: diplomate authentico, ſub Imperii ſigillo majore, *Ferdinandi* Fratris, tum Cæſaris in Imperio locum tenentis, nec non ſui Principis, Imperii Archicancellarii ſubſcriptionibus munito.

Verùm hæc talia nihil moratus Capito cùm videret, ſe id quod volebat, adſequi apud Moguntinum non poſſe, relictâ Moguntiâ, *Martinum Bucerum*, præter Cardinalis opinionem, multumque ſtupentibus aulicis, *Argentoratum* ſecutus, templo D. Thomæ præpoſitus datus eſt, anno viceſimo tertio. Qua de re ita * Gerbelius ad Schvvebelium: *Heſterna die Capito, præpoſitus noſter, innumerabili conveniente turba, Coloſſenſium epiſtolam enarrare cœpit apud S. Thomam. Interim Papiſtæ in calceos & caligas &c. Non credis quantum auctoritas Capitonis efficiat. Deus incrementum det: ego benè ſpero.* Tanta autem ſtatim * *Capitonis* & *Buceri* fama fuit, ut *Jacobus Faber Stapulenſis* & *Gerardus Ruſus*, clàm è Galliâ profecti, Capitonem & Bucerum audierint, atque de omnibus doctrinæ præcipuis locis cum ipſis diſſeruerint, miſſi à *Margaretha*, Franciſci regis ſorore, Navarræ reginâ. Itaque Evangelii initium Gallia tum aliis piis Eccleſiæ Chriſti miniſtris, tum Capitoni & Bucero debet. Erat Capito vir prudens & eloquens, omnium literarum cupidiſſimus, in Hebraicis diligenter & diu verſatus: Theologiæ purioris atque pacis ſtudioſiſſimus. In articulo de ſacrâ Domini cœnâ docebat: *mittendas eſſe contentiones, & cogitandum de uſu ipſius cœnæ*, vel, ut auctoris verbis utamur, *fidem noſtram pane & vino Domini, per memoriam carnis & ſanguinis illius, paſcendam.*

Argent... ratum conceditur ibique ... et Ev... gelium. — ** Epiſt. 22. ad Schvve... belium.* — ** Ioan... Sturmi... Antipa... 4. pag. Capiton... & Buc... fama.* — *Capiton... dotes.* — *De Cœ... ſentent...*

Inten-

Crimina ei intentata.

Intentata autem ei ſunt Argentorati tunc ab adverſariis *tria crimina*, quòd *adſcribi ſe in civitatem Argentinenſium voluiſſet*, quòd *publicè concionatus*, quòd *in oculis totius urbis cum Pontificiis diſſerere cupiiſſet.* Ad hæc editâ apologiâ germanicâ ſic reſpondit: ci-

Apologia Capitonis.

„ vem ſe factum, & Prælatorum exemplo, „ & ſalvo jure Epiſcopi, quòd omnis anima „ poteſtati civili ſubjecta eſſe debeat, & æ- „ quum ſit, ut qui iisdem cum civibus gau- „ dent commodis, onera quoque cum iis „ portent, & cum ſibi inſidientur nonnulli „ è clero, jure ſe ad Magiſtratus urbani pa- „ trocinium confugiſſe. Ad concionandum „ ſe protractum, tum diſſidio civium, quo- „ rum alii Matthiæ Cellio, concionatori „ evangelico, alii Pontificiis doctoribus ad- „ hæſerant, tum rogatu multorum, ſiniſtro „ denique plurimorum de ſe judicio, quaſi „ Evangelii ipſum ſuppudeat. Ad diſpu- „ tationem publicam prius non provocaſſe, „ quàm Cellius hæreſeos, ipſe Capito & „ hæreſeos & nequitiæ à paſtore quodam pa- „ gano fuiſſet damnatus.

Hagenoæ docet. Et primus Baptiſmū ac Cœnam rite adminiſtrat.

Argentorato in patriam, anno *viceſimo quinto*, evocatus, fratres in doctrinâ evangelicâ erudiit: & Dominicâ Palmarum Cœnam ſacram, ſecundum Chriſti inſtitutionem, civibus ſuis diſtribuit. Idem ipſo die, reſurrectioni Domini ſacro, in maxima hominum, rem inſolentem videre cupientium, frequentiâ, infantem* maſculum, ſine ſale, ſine oleo, ſine aliis ceremoniis Papiſticis, tinxit.

** Wendelini Ribelii, cui nomen inditū Joſiæ.*

Excurrit ad Helvetios. Intereſt Bernenſi diſputationi.

Et cùm in vicinâ Helvetiâ multi ad Evangelii doctrinam inclinarent, ſæpius eos acceſſit Capito, atque in fide confirmavit. In diſputatione quoque *Bernæ* Helvetiorum, anno *viceſimo octavo*, publicè inſtitutâ, idem cum aliis Theologis adfuit, themata orthodoxa contra adverſarios defendit, & ut, miſsâ aliisque ſuperſtitionibus profligatis, Evangelium purè doceretur, perfecit.

Reliquum deinde tempus omne ſacris habendis concionibus Argentorati, & ſalubribus Eccleſiæ dandis conſiliis conſumſit. Id quod vel epiſtolæ ejus ad *Ioannem Schvvebel* Bipontinæ Eccleſiæ antiſtitem, ad *Oecolampadium*, & alios, ultro citroque datæ teſtantur. Anno autem *quadrageſimo primo*, cùm Ratisbonæ comitia, religionis potiſſimum causâ, indicta eſſent: ipſe inter alios Theologos à Proteſtantibus eò miſſus fuit, ac ſpecimen judicii ingeniique egregium dedit. Verùm cùm nihil certi ſtatueretur, domum reverſus eſt: ubi peſte correptus, ſub finem anni *quadrageſimi primi*, ætatis ſuæ *ſexageſimi tertii*, vivendi in terris finem fecit.

Ratisbonā miſſus.

Peſte exſtinguitur.

Fuit vir ingenii & judicii præclari, ſententiæ in religionis capitibus conſtantis, literarum & ſcholarum ita amans, ut qui maximè. Monuit* itaque de reparandis ſcholis, de titulis etiam ſcholaſticis frequentandis, cùm *opus ſit diſcrimine, ut ſtudioſi ab ignavis diſcernantur, & exercitati tyronibus præferantur, ac ſtimulum* præterea *habeant gloriæ honeſtiſſimæ.* Eraſmo muſſitanti, ad exuendam Nicodemi veſtem, perpetuo fuit impulſor. Amicis uſus eſt eâ memoriâ doctis plerisque omnibus, maximè Theologis; inter quos facilè primas tulit *Joannes Oecolampadius*, cujus amicitiæ fundamenta quomodo ac quando jacta fuerint, antè indicavimus. Vita hoc integerrimo amico functo, ipſe relictam ejus viduam duxit, ex qua liberos aliquot ſuſcepit. Habuit & aliam uxorem *Agnetam*, fœminam literatam.

** Lib. 4. epiſt. Oecolamp. Tituli & gradus Scholarum cur retinendi.*

Monet Eraſmum.

Conjugiū Capitonis.

Scripta ejusdem.

Ad poſteritatem tranſmiſit multa ingenii argumenta, per ocium elucubrata, ut ſunt:

Inſtitutionum Hebraicarum libri duo.

Enarrationes in Habacuc, & Hoſeam, Prophetas.

Vita Joannis Oecolampadii.

De formando à puero Theologo.

Explicatio doctiſſima in Hexameron opus DEI.

Exſtant ejus & Germanica ſcripta, de quibus Bibliothecæ & elenchi librorum. Scripſit etiam Commentarios in complures ſacros libros, quos in ſcholâ interpretatus eſt, qui tamen, quantum ſcimus, nondum ſunt editi.

Pantal. l. 3. Proſopograph. Vita M. S. Capitonis, Decas. I. annal. D. Sculteti, Epiſtolæ Oecolampadii, Schvvebeli, Sturmius in Antipappis, alii.

GERHARDUS GELDENHAURIUS.

☉ 1542. d. 10. Jan.

Sicambri hodie Geldrii.

NOviomagi in *Sicambris*, qui hodie *Geldrii*, ortus, ab adoleſcentiâ ultimâ literis optimis ita fuit deditus, ut linguarum principum, hiſtoriarum, poëtices, & Theologiæ elegantem ſibi cognitionem comparārit.

Eruditio Geldenhaurii.

Eſt à ſacris præſuli Vltrajectino. Charus Eraſmo.

A *Philippo* ataque *Ultrajectino* præſule invitatus, à ſacris ei fuit, charusque non ſolùm ſuo principi, ſed & eruditis illo ſeculo plerisque, de quorum numero *Eraſmus*, uti ex* epiſtolis ultrò citroque datis apparet. In ſuperiorem exinde Germaniam progreſſus, primus ipſe *ſcholæ Annææ Auguſtæ*, anno *milleſ. quingenteſ. triceſimo primo*, apertæ, fuit præfectus. Origo autem illius ſcholæ hæc fuit. *Vlricus Langemantelus* Auguſtanus Patricius, canonicus Mauricianus, ſtipendium quinque pauperibus ſtudioſis, civium legitimis filiis, jam artium Baccalaureis declaratis, ad ſcholaſticæ Theologiæ doctrinam adipiſcendam legarat. Id ſtudium melioribus literis enatis, cum refrixiſſet, viſum eſt urbis illius Senatui fundationem in melius mutare, & ſcholam illam ad D. Annam ex eo legato aperire, quæ ab eo in hodiernum uſque diem floret.

** Lib. 3. & 12. epiſt.*

Auguſtæ ſcholæ Annææ præficitur.

Origo ejus ludi Vlricus Langemantel.

Docet Marpurgi Geldenhaurius.

Marpurgum poſtea accitus primum hiſtorias, deinde S. Theologiam ab anno *trigeſimo*

quarto ad *quadrageſimum ſecundum* uſque docuit. Eo enim ad vitam meliorem evocatus eſt die decimo Januarii, ac ibidem honorificè in templo ſummo tumulatus, cum Epitaphio ejuſmodi:

Ubi moritur.

Epitaphii. Geldenhaurii.

Hic Noviomagi requieſcunt membra Gerhardi,
Juxta hunc Andreas conditur Hyperius.
Ut pia doctrina concordia junxerat ambos,
Sic idem amborum contegit oſſa locus.
Quos ſociat tumulus, ſociabunt cœlica regna,
Ut capiant fidei præmia juſta ſua.

Succeſſor Hyperius.

Succeſſit ei, qui hic nominatur, *Andreas Hyperius* Flander, & ad annum uſque *ſexageſimum quartum* provinciam hanc ſubiit, mortuusque juxta ipſum humatus, ut ſuo loco dicemus. In Geldenhaurium hoc exſtat *Petri Nigidii* epigramma:

Epigramma in Geldenhaurii.

Calluit hiſtorias noſter Neomagus, & idem
Inſtar Varronis vir polyhiſtor erat.
Sedulus has docuit facundo præditus ore,
Plebejis gratus principibuſque viris.
Poſt verò ſerâ jam ſuccedente ſenecta,
Explicuit ſacros voce valente libros.
Frugalis vita fuit hic, ſenioque verendus,
Geldria quem nobis Martia terra dedit.
Hic Trajectini deſerta præſulis aula,
Otia Muſarum maluit alma ſequi.
Tandem pertæſus longævæ tempora vitæ,
Optatæ cœpit mortis inire viam.

Joannes Weſſelus, de quo in vitis Philoſophorũ.

Scribit hic de ſe iſta, legiſſe ſe *Joannis Weſſeli Friſii*, cujus Magnum tum erat nomen, quique triginta annis ante Euchariſticum inter Lutherum & Zvvinglium certamen diem ſuum obierat, legiſſe, inquam, ejus libros, è quorum lectione Chriſtus rimas ſibi quaſdam aperuiſſet, lucemque veritatis aliquam infudiſſet. Sed ſepoſuiſſe librum, magnificos illos titulos conſiderantem: *Magiſter noſter* Weſſelus, *tot linguarum peritus, omnium facultatum Doctor & Profeſſor, orator, poëta, & quid non? imò lux mundi* (ita enim vulgò ſalutabatur) *hoc dixit, hoc docuit, hoc ſcripſit*: ne præjudicio aliquo humanæ auctoritatis abriperetur, & ante omnia Novi Teſtamenti libros diligenter volviſſe, locaque omnia notaſſe, quibus vel verbulo corporis & ſanguinis Chriſti mentio fieret. Idem etiam teſtatur ſe anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo*, die decimo calend. Martii Daventriæ in D. Levini templo audiiſſe ex *Joanne Oſtendorpio* jam caneſcente, verba hæc, quæ ad ipſum Oſtendorpium aliquando *Johannes Weſſelus* ſenex dixerit, *ſtudioſe adoleſcens, ad illum vives diem, quo doctrina recentiorum & contentioſorum iſtorum Theologorum, Thomæ & Bonaventuræ, & aliorum ejuſdem farinæ, ab omnibus verè Chriſtianis Theologis explodetur.*

Weſſelus prædicit mutationem religionis.

Scripta Geldenhaurii.

Scripſit *hiſtoriam Batavicam cum appendice* de vetuſtiſſima nobilitate, regibus, ac geſtis Germanorum. *Germaniæ inferioris hiſtorias*, & loca aliquot declarata, qui libellus cum Pirckheimeri Germaniâ eſt excuſus.

Encomium Noviomagi, patriæ ſuæ:

Hiſtorias & catalogum Epiſcoporum Ultrajectinorum cum variis aliis Germanicarum rerum hiſtoriis.

Epiſtolas de hæreticis, de re Evangelica, de hæreticorum pœnis. Chytræus in Saxonia, Cruſius in annalibus Sueviæ: Bibliotheca.

LEO JUDÆ

Ob. 15[illegible] d. 19. [illegible] ætat. [illegible]

HUjus viri natales paulò altius accerſemus, ob maculam ipſi à non nemine novitiorum Monachorum, per calumniam adſperſam, quibus pro cibo eſt, aliis maledicere. Avum itaque paternum *Leonis Judæ* civem fuiſſe *Rappolsvillanum* in Alſatiâ accepimus, virum, ob incomparabilem, eo loci & temporis, Chirurgiæ ſcientiam ac praxin, exiſtimationis præclaræ, ſub annum Chriſti, *milleſimum quadringenteſimum & ſeptuageſimum.* Huic filii fuerunt duo, *Joannes & Matthæus Judæ:* quorum utrumque à teneris & bonis literis & moribus imbuendum curavit. Poſtea Baſileam ambo miſſi, ingenii ſui ἀγχίνοιαν morumque probitatem doctoribus ejus ſcholæ ita probarunt, ut primâ & ſecundâ Philoſophiæ laureâ fuerint ornati:

Avus [pa]ternus.

Paulò poſt grandior natu *Joannes* ſacerdos Gemerenſis in Alſatiâ deſignatus eſt, altero juniore (cum *Rodolpho* comiti à *Werdenberg*, Teutonici ordinis magiſtro, fuiſſet commendatus) in Inſulam Rhodum profecto, & ibidem pro nomine Chriſti pulcram per vulnera mortem merito, circa annum *milleſimum quadringenteſimum, octogeſimum octavum, menſe octobri.*

Ioanne[s] Iudæ pa[ter].

Ille igitur *Ioannes Iudæ*, plebanus Gemerenſis, concubinam ſibi de more illorum temporum, cum uxores legitimas habere ſacerdotibus non liceret, adſcivit, honeſto loco natam *Eliſabetham Hochſengerinam Salodorenſem*, *quam unicam conjugali fide domi ſuæ aluit. Ex hac ſuſcepit, ſub annum Chriſti milleſimum quadringenteſimum octogeſimum ſecundum*, filium hunc *Leonem Iudæ.* Quem in ſchola *Sleſtadiana*, prima literarum rudimenta doctum, *Baſileam* deinde ſub annum *quingenteſimum ſecundum*, augendæ eruditionis cauſa, miſit. Ibi condiſcipulum ſtudiorumque ſocium *Ulricum Zvvinglium* Helvetium nactus, celebrem Theologiæ Doctorem *Thomam Wittenbachium Bielenſem*, aſſiduè audivit: & ab eodem doctrinæ Evangelicæ de perfectâ Chriſti ſatisfactione atque ἀντιλυτρώσει ſemina prima percepit. Ea etiam induſtria in diſciplinarum liberalium ſtudiis verſatus eſt, ut anno *quingenteſimo duodecimo*, artium & Philoſophiæ Magiſter ſolenniter renunciatus perhibeatur.

Matthæ[us] Iudæ pa[truus].

Natalis Iudæ.

Baſileam miſſus.

Ubi com[militonem] Zvving[lium].

Thomas Wittenbachius.

Ibidem Diaconus templi ad *S Theodorum* electus, poſtea in *Eremum* Helvetiorum vocatus ſacris eo in cœnobio præfuit, collegâ uſus illo veteri ſtudiorum ſocio Zvvinglio. Hic

Diaconus deſignatur.

Vocatur Eremum Helvetiorum.

Hic ſtrenuam linguis ſacris, lectioni item orthodoxorum patrum, *Hieronymi* præcipuæ atque *Auguſtini*, maximè verò librorum nuper ab *Eraſmo*, *Capnione* & *Luthero* editorum, operam navavit. Es his tantam Evangelicæ veritatis lucem paulatim adeptus eſt, ut à ſuperſtitioſis atque idololatricis Papatus cultibus erroribuſve magis magiſque abhorrere ceperit, *Tigurum* Helvetiorum metropolin, evocatus, paſtorque à magiſtratu & cætu eccleſiaſtico illius reip. D. Petri declaratus, Pontificias ſuperſtitiones, quà voce, quà calamo, publicè, oppugnavit: famamque nominis ſui longè lateque diſſeminavit.

Inde Tigurum.

Papatum oppugnat.

Cum autem præter alias linguas Hebraicæ eſſet peritiſſimus, ac ſupra annos *octodecim*, quibus vetus Teſtamentum apud Tigurinos ex veritate Hebraica à viris doctiſſimis fuerat explicatum, multa obſervaſſet, ac veluti ſylvulam futuro operi collegiſſet: inſtantibus fratribus, libros veteris Teſtamenti ſincerè ad veritatem Hebraicam transferre eſt aggreſſus. In transferendo autem uſus eſt & adjutus plurimum opera & induſtria virorum tam linguarum, quam rerùm pertitiſſimorum; tum verò & Hebraico exemplari emendatiſſimo, quod religioſiſſimè, ceu cynoſuram & æternæ veritatis regulam obſervavit, conſultis quoque aliis exemplaribus Hebræis, in locorum difficilium interpretatione, Græcis item Latiniſque editionibus aliis non neglectis, ut penitus ipſi conſtaret, quid de genuina lectione & ſenſu orthodoxi interpretes tradidiſſent.

Vetus Teſtamentũ vertere incipit.

Verum hic, ſacræ interpretationis labor optimo viro tanti conſtitit, ut mole operis, oppreſſus, corpuſculi viribus ſenio debilitatis, antequam ad finem perduxiſſet, in lethalem inciderit morbum, quo & piè obiit anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo*, die *decimo nono Junii*, ætatis *ſexageſimo.* Quatriduo antequam ex hac vita decederet, cum ſentiret ἀνάλυσιν ſuam inſtare, coram Tigurinæ urbis paſtoribus & profeſſoribus, brevi & evidenti oratione vitæ ſuæ curſum & fidei confeſſionem expoſuit; de Deo, de ſacra Scriptura, de Chriſti perſona & officio, ejuſque lytro ſufficiente. Tandem hæc diſertis verbis ſubjecit: *Huic IESU Chriſto Domino & liberatori meo, ſpei & ſaluti meæ, me totum animâ & corpore dedo & offero, hujus miſericordiæ & gratiæ innitor, hujus promiſſionibus & æternæ veritati, meis omnibus diffidens, totus confido & ſecurè immorior, ſperans firmiter, ipſius me beatiſſimo illo & jam diu aliis prædicato, mihique deſideratiſſimo fruiturum conſortio, in quo eſt gaudium pleniſſimum & lætitia ſempiterna.*

Moritur.

[V]oces ejus ρογραγώ-ιος.

His addidit gratiarum actionem ad Deum, pro omnibus in ſe collatis beneficiis: veniæ petitionem omnium delictorum atque exhortationem ad fratres, cumque affectu ardentiſſimo urbem, ſenatum, populumque Tigurinum, uxorem etiam, viduam mox futuram, cum orphanis DEO commendavit.

Cæterum quæ in translatione illa Bibliorum non abſolverat, ut *octo poſtrema capita Ezechielis, Danielem* totum, *librum Iobi, Pſalmos quadraginta ultimos, libellos Salomonis duos, Eccleſiaſten & cantica canticorum,* quæ ob rerum & orationis difficultatem ultimo reſervarat labori, ea *Theodoro Bibliandro*, Profeſſori Theologiæ in ſcholâ Tigurina commendavit, qui & feliciter abſolvit, cumque *Conradus Pellicanus* omnia, uti promiſerat Leoni, recognoviſſet, foras dedit. Eccleſiaſticorum autem librorum Veteris Teſtamenti è Græco in latinam converſionem pertexuit, *Petrus Cholinus* Tugienſis, genere Patritio ortus, vir pius, quinque linguarum peritus: Cujus mors vitæ integrè actæ reſpondens, in ipſum diem editionis abſolutæ incidit. Hanc translationem poſteà *Robertus Stephanus* adjecit ad veterem, ſuppreſſa eorum, qui in illa laborarant, mentione: Hiſpani autem Theologi diu poſt recognitam per *Guilielmum Rovillium* denuo Lugduni excudendam curaverunt. Nimirum *utilitatis multum,* ut rectè *Thuanus,* * *vel ex adverſariorum libris & induſtria, ſi ſemotis odiis, charitatem & æquitatem induamus, ad DEI gloriam capi poteſt.*

Theodorus Bibliander verſionem illam abſolvit.

Cum Conrado Pellicano.

Et Petro Cholino.

** Lib. 35. hiſt. Aug.*

Scripſit autem præterea & edidit Leo hæc: *Annotationes in Geneſin & Exodum*, ex ore Zvvinglii exceptas, item in *Evangeliſtas quatuor, paſſionis Dominicæ hiſtoriam, ac in Epiſtolas Pauli, ad Romanos, Corinthios, Philipenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes,* & *S. Iacobi.* Præterea *opus concluſionum Zvvinglii* è germanico latinum reddidit, atque *Catechiſmum majorem & minorem conſcripſit.*

Scripta Leonis Iudæ.

Hoc etiam fortè non prætermittendum, prodiiſſe aliquando, ſub initium belli * ſacramentarii, libellum Germanicum, ſub nomine *Ludovici Leopoldi, de Eraſmi Roterodami & M. Luth. ſententia circa cœnam Domini,* cujus ipſe *Leo Iudæ* auctor fuit. Argumentum ejus ſcripti hoc fuit: *Eraſmum & Lutherum, nondum incaleſcente contentione, ita orthodoxè ſenſiſſe & ſcripſiſſe, ut de ſpirituali præſentia & manducatione corporis Chriſti,* ὁμοψήφως *cum Tigurinis paſtoribus docuerint.* Et hunc libellum ideò ſpripſerat Leo, ut errore cognito, in viam veritatis redirent. Sed *Eraſmus* graviter id moleſtèque tulit, & ad Helvetios, *Badenæ* tunc congregatos, epiſtolâ * acerbè conqueſtus eſt, injuriamque ſibi fieri proteſtatus, cui & libellum Apologeticum ſubmiſit. Contra *Leo Iudæ* edidit libellum, quo ſe illius ſcripti autorem profitetur, ac ſe purgat: *non eſſe novum, ut libri abſque auctorum nominibus edantur: ſed & apud orthodoxos antiquos uſitatum fuiſſe, deinde ſe alia quoque antehac in lucem emiſiſſe, quibus non metu, vel fraude ulla, ſed modeſtiæ & humilitatis potius, ac cavendi præjudicii cauſa, nomen ſuum non præfixerit, inſuper Eraſmum ejuſdem fraudis, (ſi fraus dicenda ſit,) convinci, qui ſeditioſum dialogum,*

** An. 1526. Libell. Leonis ſub alio nomine.*

Ejus argumentum.

Eraſmus id ægrè fert.

** Vide hiſtor. ſacram. Lavateri.*

Leo ſe purgat.

 Iulii

Julius Dialogus. *Julii nomine inſcriptum non appoſito veri auctoris nomine, publicarit, denique nihil ſe in ſcripto illo poſuiſſe, quod non de verbo ad verbum in Eraſmi libris reperiatur. Itaque non nebulonem, non mendacem ſe eſſe,* nos addimus, nec apoſtatam, *Apoſtata.* quod ei Jeſuita objecit. Apoſtatæ enim verè ſunt, qui deficiunt à fide, qui attendūt ſpiritibus deceptoribus, & doctrinis dæmoniorum per *1. Tim. 4.* hypocriſin falſiloquorum, quorum conſcientia cauterio reſecta eſt, prohibentium contrahere matrimonium, & jubentium abſtinere à cibis, quos Deus creavit ad participandum cum gratiarum actione. *Hæc de Leone Judæ ex Pantal. l. 3. proſopograph. ex præfatione Bibliis Tigurinis præfixa: Lavateri hiſtoriâ Sacramentaria, vindiciis illorum Bibliorum: Thuano, aliis.*

---

† 1543. d. 1. Aug.

PAULUS CONSTANTINUS PHRYGIO.

PAtriam hic habuit communem cum *Beato Rhenano*, aliisque viris doctiſſimis, *Seleſtadium*, *Seleſtadium.* Alſatiæ nobile oppidum, ad Ellum fluvium. E patriâ, literis primis mediocriter *Baſileæ doctor renunciatur Phrygio.* imbutus adoleſcens Baſileam venit, totumque ſe, juxta elegantiſſimum atque jucundiſſimum hiſtoriarum ſtudium, divinis literis & ſanctæ Theologiæ dedidit, in qua ἀξίωμα quoque ſummum, virtutis nempe & eruditionis inſignia, ab eadem illâ Academiâ facilè impetravit.

Deinde cùm ſereniſſima Evangelii, in Germania iterum accenſi, lux radiis ſuis animos *Ibidem docet evangelium.* civium & magiſtratus Baſilienſis, quæ Dei eſt benignitas, illuſtraſſet, ipſe quam ab *Oecolampadio & Zuvinglio* hauſerat doctrinam, tradere aliis pro ſuggeſtu ſacro juſſus eſt, eccleſiæ ad D. Petri primus Evangelicus paſtor deſignatus. Factum id ſub annum *milleſimum quingenteſimum, viceſimum nonum.* Hac in functione eâ fide, ſtudio & induſtria verſatus **1. Cor. 4. v. 1.* eſt, quæ ab *Oeconomo * myſteriorum divinorum* requiritur. Inprimis id curæ ſibi datum putavit, ut homines à peccatis ex lege divina *Munus paſtorum proprium.* oſtenſis, cordibusque eorum contritis, ad Chriſtum, unicum noſtræ ſalutis fontem, adduceret, omnibus ſuperſtitionum impedimentis remotis. Pietate itaque & virtute ſuâ tum *Huldericus dux Würtembergicus. * Sleidan. lib. 9.* aliis Reipubl. illius civibus gratus, tum inprimis *Hulderico* Wirtembergico, tunc apud Baſilienſes aliquantiſper exuli *, charus fuit.

Is ergo Princeps in avitum ducatum, anno *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo quarto*, reſtitutus ope inprimis *Philippi* Haſſiæ Landgravii, ſequenti anno eccleſiarum ſuſcepit in ſua provincia emendationem, & ad Tubin- *Evocat Phrygionem.* genſem eccleſiam conſtituendam Phrygionem evocavit. Qui vocantem Ducem ſecutus eò commigravit, & cœtum ibidem Evangelii *Moritur Phrygio.* doctrinâ ſalvificâ collegit, donec abſoluto curſu ſuo, in vera DEI & ſeria invocatione, cœleſtem patriam adiit, ipſis Calendis Auguſti, anno *quadrageſimo tertio.* Corpus ejus exequiis Chriſtianis terræ mandatum in primario templo, atque hujuſmodi elogio epitaphio ſe- *Epit. ejus.* pulchrum ornatum eſt:

D. O. M. SACRUM.

PAULUS CONSTANTINUS PHRYGIO THEOLOGUS, CALENDIS AUGUSTI ANNO MILLESIMO QUINGENTESIMO QUADRAGESIMO TERTIO MORTALIS ESSE DESIIT, JAMQUE PER SERVATOREM JESUM, CUJUS EVANGELION ILLE IN SCHOLIS ET SACRIS CONCIONIBUS ARDENTISSIMO SEMPER STUDIO DOCUIT, INTER BEATOS VIVIT IMMORTALIS.

Scr. Ingenii monumenta hæc reliquit: *Chronicon regum regnorumque omnium*, Catalogum, & perpetuam ab exordio mundi temporum ſeculorumque ſeriem complectens, ex optimis quibuſque Hebræis, Græcis & Latinis authoribus congeſtum; Pari ſtudio quoque *in Micheam Prophetam: in Exodum & Leviticum commentaria* ſcripſit, in quibus haud pauca myſteria explanavit, ut cuivis Doctori eccleſiaſtico ad ædificationem maximo poſſint eſſe uſui. Scripſit etiam aliquid *de cauſa Boëmica.*

Pantal. l. 3. Proſopograph Sleidan. in comment. Cruſius in annal. Geſnerus.

GEORGIUS SPALATINUS.

† 1... d. 1... ata... Spa... Nor... Na... Ali... & ... elec...

NOricum hunc fuiſſe accepimus, natum circa annum Chriſti *milleſimum, quadringenteſimum, octogeſimum ſecundum.* Jactis autem fundamentis ab initio diverſa videtur ſtudiorum genera amplexus. Nam primum *Friderico III.* Saxoniæ Electori, à ſecretis fuit, unde Lutherus * eum in epiſtolis primis modò *librarium vel bibliothecarium ducalem*, modò *commentarienſem Saxoniæ Ducalem*, item qui ſit *Duci Saxoniæ à libris vel libellis*, appellat, ita tamen ut etiam *ſacerdotem Chriſti* ſalutet. Eo ergo loco, juſſu Principis ſui, *Chronicon* orſus eſt, atque hiſtoriam rerum à mundi principio, ad ſua uſque tempora geſtarum. Nec in parva apud Principem ſuum fuiſſe gratia, vel hoc argumento ſit, quòd *Leo X.* Pontifex, cùm Lutheri doctrinam ſtatim in ipſa herbâ opprimere conaretur, *Spalatinum* etiam hunc literis * compellavit, de negocio apud Principem Electorem urgendo & maturè conficiendo.

** Ip... epiſ... ther... 100... Chr... ordi... Pon... ad S... tinu... ſcrib... * E... tom... per... Lut... Wi... p. 23... 1519... Con... Lut... diſc... The... * Ep... eſt ... epi... p. 4...*

Theologiæ autem ſtudium ſeriò amplexus, ſub annum *decimum octavum* Lutheri conſilium, de methodo in diſcendis ſacris literis, exquiſivit. Cui Lutherus tunc *Eraſmica* inprimis commendavit, * juxta *Hieronymi, Ambroſii, & Auguſtini* ſcripta. Deinde vult, ut ab *oratione* ſeriâ ſemper exordiatur. *Nullus* enim, ait, *eſt divinorum verborum magiſter, præter ipſummet verbi ſui auctorem.* Ad hæc ſuadet, *Biblia* ordine ab initio ad finem

uſque

uſque evolvat, cui vult adjungi potiſſimum Auguſtinum. *Incipies* autem, inquit, *ſi mea tibi placent ſtudia, Beatum Auguſtinum de ſpiritu & litera, quem jam noſter Carlſtadius, homo ſtudii incomparabilis, explicavit miris explicationibus & edidit.* Poſtea alia ei *Auguſtini* nominat, ut & *Ambroſii.*

Eccleſiaſtes aulicus Spalatin.

Uſus itaque eſt eo Saxoniæ Elector concionatore aulico: habuitque in comitatu ſuo tum alias *, tum anno *viceſimo primo*, in comitiis *Wormatiæ Vangionum* celebratis, è quibus ad Lutherum ſcripſit *: *tantum favoris evangelio, tunc primùm exorienti, eſſe ibi, ut Lutherum inauditum, & non convictum, damnatum iri non ſperet.* Deinde venit & *Auguſtam*, novem annis pòſt; quando confeſſio illa Cæſari exhibenda, à *Melanchthone* conſcripta, cui & Spalatinus adfuit Cæteroquin in religionis negocio conſtanter ſtetit à partibus Lutheri, & eodem ut alios etiam adduceret, ſeriò adlaboravit.

** Auguſtæ an. 1518. Intereſt comitiis cum ſuo Principe. *Tom. 1. epiſt. Luth. p. 303. Venit Auguſt. An. 1530.*

Cogitat deſerere officium. Tom. 2. ep. pag. 239. an. 1524.

Interea tamen & aliquoties de deſerendo officio ſuo cogitavit, niſi Lutherus acriter reſtitiſſet. Ita enim alicubi Luther. ad eum: „ vide ut cogitationes faſtidii vincas, aut contemnas, quibus de miniſterio verbi deſerendo fatigaris, Chriſtus vocavit te, huic cede, ſervi, & formare, pro ſua bona voluntate, quod facis, neſcis modò, ſcies autem poſtea. Mera tentatio eſt, quam quare pateris, non ſatis agnoſcis. Nos qui tui ſpectatores ſumus, meliùs videmus. Itaque non tibi, ſed nobis potiùs credere debes, qui in Domino, & coram Domino, imò Dominus per nos, te alloquitur ſolatur, & hortatur. Neque enim aliud ſpectamus, quàm gloriam & voluntatem Domini, non noſtrum commodum, aut quicquam tale in tua vocatione. Certum denique ſignum, non ingrati Deo miniſterii tui, neque infructuoſi apud homines, quòd de faſtidio ejus ita tentaris. Si enim Deo ingratum eſſet, anhelares & ambires potiùs, ſicuti faciunt, qui Deo ingrati, ipſoque invito currunt, cùm non mittantur, loquuntur, cùm nihil ſit eis mandatum. Ita fit, ut Sathanas eos, quos videt gratos, tædio & faſtidio retinenditentet, quos verò ingratos, ſtudio & impetu ambiendi inflammet. *Et paulò poſt iterùm:* Quod de relinquenda aula & officio conſulis, mi Spalatine, ſic ſentio. Eſt ſanè nonnulla cauſa tibi, non auditur verbum, ſicut Sapiens dicit: *ubi non eſt auditus, ne effundas ſermonem*, verùm ſi aliqui audiunt, non eſt ceſſandum, alioquin & ego jamdudum in tanto contemtu verbi tacuiſſem. Niſi ergo alia ſubſit cauſa tibi, quæ conſcientiam gravet, aliena iniquitas & malitia non eſt ſatis, ut propter eam locum deſeras, aut quippiam facias. Nam niſi conjugium te iſto loco amoverit, ne fingere quidem poſſem cauſam, quæ te movere deberet. Ac qui nunc expertus aulam planè noveris, & multis apud principem prodeſſe queas: ubi ſi novitius acceſſerit, quid faciet, antequam diſcat aulam iſtam? Et ut omnia ſimul præſtentur, quando fiet, ut tantam fidem & opinionem coram Principe obtineat, atque tu habes, longo uſu paratam? Aut ergo mane, aut ſi diſcedis, uxore cogente diſcedas. Niſi fortaſſis hanc cauſam metuis allegare, & loco ejus aliam prætexere velis, quod quid profit, non video, cùm tandem prodenda ſit ipſo facto, ſi feceris. „

Tom. 2. epiſt. Luth. p. 245.

Moritur Spalat.

Perſtitit ergo in ſua vocatione illa, ad vitæ uſque exitum, qui ei contigit anno Chriſti, *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo quinto*, die *decimo ſexto* Januarii, ipſius magno climacterico. Exſtinctus eſt autem mœrore animi, quem unde conceperit, vix ariolamur. Erexit eum epiſtola conſolatoria, graviſſimè ſcripta: quæ exſtat *. Sed ita eſt, quemadmodum *Henricus Stromerus Aurbachius*, qui diu tum alibi, tum Lipſiæ, praxin medicam exercuit, ſæpe dixit: *Ego quadraginta ampliùs annis ad ægrotos acceſſi, & medicinam feci, ac reipſa comperi, plures homines mæſtitia atque dolore animi mori, quàm violenta morte.* Floruit autem, ut diximus, Spalatinus, gratia & auctoritate, tum apud viros Principes, tum apud doctos ejus ætatis pleroſque omnes. Exſtant ad eum aliquot *Eraſmi* epiſtolæ, quibus profitetur ille, *ſe Spalatinum non ſolùm inter præcipuos amicos, verùm etiam inter patronos obſervandos ſcripturum aut ſcribere, non perinde in chartis, atque in ipſo pectore.* Sunt & *Lutheri* ſexcentæ ad ipſum epiſtolæ, è quibus facilè apparet, quanta inter ipſos interceſſerit amicitia, aut veriùs neceſſitudo.

*Mœrore animi. *Eſt tom. 8 Ien. Germ. op. Luth. p. 191. Triſtitia animi multos extinguit. Fama Spalat. Eraſmus lib. 5. ep.*

Scripta Spalatini.

Conſcripſit illud *Chronicon*, in quo non ſolum populi Saxonici vetuſtates, & diœceſium limites, verùm etiam Satrapas & Dynaſtas, imò urbes omnes, Electori Saxoniæ ſubjectas, ab origine repetivit: vertit è Latino in Germanicum *libellum Eraſmi de inſtitutione Principis*, quem *Carolo V.* recens electo Romanorum regi anno *viceſimo* dedicavit. Videtur & alia edidiſſe, ſed de quibus nobis certi quippiam adhuc non conſtat.

Sufficiant ergo hæc de *Spalatino*, collecta ex *Petri Albini Chronic. Miſnic. Sleidani commentariis: Dreſſeri millenario ſexto: Lutheri epiſtolis*, & aliis.

MARTINUS LUTHERUS.

☉ 1546. d. 18. Febr. ætat. 63.

VEtus eſt familia, & latè propagata, mediocrium hominum, cognomine *Luther*, in ditione comitum Mansfeldenſium. Parentes *Martini Lutheri* primùm *Islebiæ* *, comitatus Mansfeldici oppido domicilium habuerunt, inde commigrarunt *Mansfeldiam*, ejuſdem comitatus oppidum, ubi pater *Joannes Lutherus* fodinas metallicas poſſedit, magiſtratus geſſit, & propter integritatem omnibus bonis fuit chariſſimus. In matre *Margareta Lindemanna*, Joannis Lutheri conjuge, cùm cæteræ fuerunt virtutes honeſtæ matronæ convenientes, tum verò præcipuè in ea eluxerunt

*Familia Lutherorum. * Quo migrarunt Iſenaco Luther. t. 1. ep. pag. 227 Ioan. Luther pater Martin. Margareta mater.*

runt pudicitia, timor Dei, & invocatio, inque eam inſpexerunt cæteræ honeſtæ fœminæ, ut in exemplar virtutum.

Natalis Luther. An.1483. Cur Martinus dictus.

Natus eſt autem *Martinus Lutherus* Islebiæ anno à Chriſto nato, *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo tertio*, die *decimo* Nov. nocte poſt horam undecimam, ac *Martini* nomen impoſitum infanti, quia dies, quo infans in Baptiſmo Eccleſiæ Dei inſertus eſt, *Martino* in faſtis adſcriptus. Poſtquàm per ætatem doctrinæ capax fuit, parentes eum ad agnitionem & timorem Dei, aliarumque virtutum officia, domeſtica inſtitutione diligenter adſuefecerunt, & ut fundamenta literarum diſceret curarunt, geſtavitque in ludum adhuc parvulum *Georgii Æmilii* pater, qui cum adhuc viveret, ſœpè ſolitus id fuit narrare. Etſi autem in Papatus tenebris valdè obſcurata fuit veritas, *catecheſeos* tamen *capita* Deus conſervavit in ſcholis una cum elementali *Grammatices Ciſiojano*, & cautionibus atque precandi formulis.

Georg. Æmilius.

An. 1496. Ioan. Reineckius Lutheri

Cum ingreſſus eſſet annum *decimum quartum*, unà cum *Ioanne Reineckio*, cujus poſtea virtus fuit excellens, & virtute parta auctoritas in illis regionibus magna, *Magdeburgum* miſſus eſt, manſitque mutua benevolentia inter hos duos *Lutherum* & *Reineckium*, ſemper eximia, ſeu ab aliquo naturæ conſenſu, ſeu ab iſta puerilium ſtudiorum ſocietate orta.

Abit Iſenacum. 1498.

Magdeburgi, ubi mendicato vivere pane, ut & alii multi, honeſtorum parentum filii, coactus, annum unum ſaltem conſumſit. Nimirum *magnarum rerum tenuia ſunt initia & nihil ſit altum, niſi prius fuerit humile.* Inde de voluntate parentum Iſenacum, ubi ludus literarius erat celebris, abiit: ibique per *quadriennium* audivit præceptorem rectiùs & dexteriùs tradentem Grammaticen, quàm alibi tradebatur. Nam hujus ingenium *à Luthero* fuit probatum. In id autem oppidum miſſus eſt: quia mater eo loci honeſta & veteri familia nata fuerat. Hic abſolvit Grammaticum ſtudium, cumque & vis ingenii acerrima eſſet, & inprimis ad eloquentiam idonea, celeriter æqualibus ſuis antecelluit, & verbis & copia ſermonis in loquendo, in ſcribenda ſoluta oratione, & in verſibus cæteros adoleſcentes, qui unà diſcebant, facilè vicit.

Grammaticen abſolvit.

Lutheri φιλομάθεια

Deguſtata igitur literarum dulcedine, natura flagrans cupiditate diſcendi, Academiam, tanquam fontem omnium doctrinarum appetivit, quin ad unam omnes artes ordine percipere tanta vis ingenii potuiſſet, ſi doctores idoneos inveniſſet, & fortaſſis ad leniendam vehementiam naturæ, mitiora ſtudia veræ Philoſophiæ & cura formandæ orationis profuiſſent. Venit ergo *Erphordiam*, anno *milleſimo, quingenteſimo primo*: ubi incidit in ejus ætatis Dialecticen ſatis ſpinoſam, quam, cum ſagacitate ingenii præceptionum cauſas & fontes melius, quam cæteri perſpiceret, citò arripuit.

Venit Erphordiam. An. 1501. ætat. 18. Dialecticen diſcit.

Cumque mens avida doctrinæ plura & meliora requireret, legit ipſe pleraquè veterum Latinorum ſcriptorum monumenta, *Ciceronis Virgilii, Livii*, & aliorum. Et legebat, non ut pueri verba tantum excerpentes, ſed ut humanæ vitæ doctrinam, aut imagines. Quare & conſilia horum ſcriptorum, & ſententias propiùs adſpiciebat, & ut erat memoriâ fideli & firmâ, pleraque ei lecta & audita in conſpectu & ob oculus erant. Sic igitur in juventute eminebat, ut toti Academiæ Lutheri ingenium admirationi eſſet. Ornatus *Erphordiæ* gradu magiſterii Philoſophici, cùm natus eſſet annos *viginti*, docuit ibi *Ariſtotelis Phyſicam, Ethicam* & alias philoſophiæ partes. Poſt de conſilio propinquorum, tantam ingenii vim & facundiam in lucem & ad rempubl. educandam eſſe judicantium, inchoat juris ſtudium. Sed brevi pòſt cum natus eſſet annos *unum & viginti*, ſubitò præter parentum & propinquorum opinionem, fulmine, ut volunt, & commilitonis violentâ morte, territus, venit ad collegium monachorum Auguſtinianorum Erphordiæ, ſeque recipi petivit. Priùs autem, quàm ingrederetur, excepit commilitones hilari convivio, & mane miſit ad eos literas valedictorias, annulum Magiſterii, veſtem, unà cum literis ad parentes, quibus conſilii ſui rationem explicabat. Doluit id vehementer ſuis, qui tam præſtans ingenium in vita ſemi mortua deliteſcere nolebant, ſed intra menſem nemo ad ejus colloquium eſt admiſſus.

Legit auctores veteres. Ratio ej[us] legendi.

Renunciatur Magiſter Phil. A.1503. a[nno] 150[5]. Docet Philoſophica. Aggreditur juris ſtudium. Ingreditur monaſterium. A.1504. Prius commilitio valedici[t]. Vide tom. epiſt. Lut[heri].

Non autem paupertas, ſed ſtudium pietatis eum in illud vitæ monaſticæ genus induxit, in quo etſi doctrinam in ſcholis uſitatam quotidiè diſcebat, & ſententiarios legebat, & in diſputationibus publicis labyrinthos aliis inextricabiles, diſertè, multis admirantibus, explicabat, tamen quia in eo vitæ genere non famam ingenii, ſed alimenta pietatis quærebat, hæc ſtudia tanquam parerga tractabat, & facilè arripiebat illas ſcholaſticas methodos. Cum aliquando in illius collegii bibliotheca libros ordine evolveret, ut diſcernere auctores poſſet, incidit in exemplar *Latinorum Bibliorum*, quæ antea nunquam viderat. Ibi cum admiratione animadvertit, longè eſſe plures textus in Bibliis Evangelicos & Epiſtolicos, quàm quæ in templis populo præleguntur. In veteri Teſtamento hiſtoriam *Samuelis* & *Hannæ* matris ejus, avidè percurrit, cœpitque optare, ut olim talem librum & ipſe nanciſci poſſet, cujus voti Deus ipſum abundè reddidit compotem. Itaque fontes doctrinæ cœleſtis ſedulò legit ipſe, ſcripta Prophetica & Apoſtolica, ut mentem ſuam de Dei voluntate erudiret, & firmis teſtimoniis aleret timorem & fidem. Hoc ſtudium ut magis expeteret, ſuis doloribus & pavoribus movebatur.

Incidit in exemplar Bibliorum An. 1501.

Fertur in eodem collegio *Lutherus* tunc adoleſcens in gtaviſſimum incidiſſe morbum, adeò ut de ſe actum putarit. Veniſſe ad eum ſenem quendam ſacerdotem, qui his eum verbis conſolatus ſit, *Mi baccalaurie, habe bonum animum. Neque enim hic morbus tibi letha-*

Morbus Lutheri adoleſcentis. A.1501. Quem conſolatu[s] ſacerdos.

lethalis fuerit, ſed Deus eum te virum faciet, qui alios multos iterum conſolabitur. Initio etiam duriùs à fratribus, fuit habitus cum cuſtodis, ut vocant, officio fungi, & loca immunda purgare coactus fuit, uti & cum ſacco per civitatem ambulare, ſed ad interceſſionem Academiæ, cujus erat membrum, ſublevatus iſtis fuit. Sæpè etiam ſenis cujuſdam ſermonibus ſe confirmatum eſſe narravit: cui cùm conſternationes ſuas expoſuiſſet, audivit eum de fide multa diſſerentem, ſeque deductum ajebat ab ſymbolum, in quo legitur: *Credo remiſſionem peccatorum.* Hunc articulum ſic ille interpretatus erat: *non ſolum in genere credendum eſſe, aliquid remitti; ut & Dæmones credunt, Davidi aut Petro remitti; ſed mandatum Dei eſſe, ut ſinguli homines nobis remitti peccata credamus.* Et hanc interpretationem confirmatam dixit *Bernhardi* dicto; monſtratumque locum in concione de annunciatione, ubi hæc ſunt verba: *ſed adde, ut credas & hoc, quod per ipſum peccata tibi donantur. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibet Spiritus Sanctus, in corde tuo, dicens:* dimiſſa ſunt tibi peccata tua. *Sic enim arbitratur Apoſtolus, gratis juſtificari hominem per fidem.* Hac ſe voce non ſolùm confirmatum eſſe Lutherus dixit: ſed commonefactum de tota Pauli ſententia; qui toties inculcat hoc dictum: *Fide juſtificamur.* De quo cùm multorum expoſitiones legiſſet, tunc ex hujus ſermonibus & ſuæ mentis conſolationem animadvertiſſe, & interpretationum, quæ tunc in manibus erant, vanitatem. Paulatim deinde legenti & conferenti dicta & exempla in Prophetis & Apoſtolis recitata, & in quotidiana invocatione excitanti fidem, plus lucis acceſſit.

...urius ...betur à ...onachis. *...plicatio ...ticuli. ...edo re...ſſionem ...ccatorum.* *...nhardi ...tum.*

Tunc & *Auguſtini* libros legere cœpit; ubi & in Pſalmorum enarratione, & in libro, *de Spiritu & litera*, multas perſpicuas ſententias reperit; quæ confirmabant hanc de fide doctrinam & conſolationem; quæ in ipſius pectore accenſa erant. Nec tamen prorſus reliquit ſententiarios. *Gabrielem* & *Cameracenſem* penè ad verbum memoriter recitare poterat. Diu multumque legit ſcripta *Occami:* cujus acumen anteferebat *Thomæ* & *Scoto*, diligenter item *Gerſonem.* Sed omnia Auguſtini monumenta & ſæpè legerat, & optimè meminerat. Hoc acerrimum ſtudium inchoavit Erphordiæ; in cujus urbis collegio commoratus eſt annos *quatuor.*

...it Au...ſtinum. *ſenten...rios.*

Anno *milleſimo quingenteſimo ſeptimo*, cucullam induit, atque primam Miſſam die Maji ſecunda, quæ erat Dominica Cantate, celebravit; anno ætatis ſuæ *vigeſimo quarto*, & poſtea in *decimum quintum* uſque annum miſſificavit; ad annum nempe Chriſti *milleſimum quingenteſimum viceſimum ſecundum.* Sub idem tempus cùm *Joannes Staupicius*, qui exordia Academiæ Wittembergenſis adjuvit, ſtudium Theologicum in recenti Academiâ excitare cuperet; & ingenium atque eruditionem Lutheri nota haberet, traduxit eum *Wittembergam*, anno *milleſimo quingenteſimo octavo*, cùm jam ageret annum *viceſimum ſextum.* Hic inter quotidiana exercitia ſcholæ & concionum, magis etiam elucere ejus ingenium cœpit. Cumque eum attente audirent viri ſapientes, *Martinus Mellerſtadius*, *lux mundi* vulgò dictus, & alii; ſæpè dixit *Mellerſtadius*, *tantam eſſe vim ingenii in hoc viro, ut planè præſagiat mutaturum eſſe vulgare doctrinæ genus; quot tunc in ſcholis tradebatur, & regnabat.* Primum autem *Lutherus* Wittembergæ *Dialecticen* & *Phyſicen* * *Ariſtotelis* enarravit; interea tamen ſuum illud ſtudium legendi ſcripta Theologica non omittens. *Triennio* pòſt, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo decimo*, conventus ſui nomine in Italiam & Romam miſſus eſt; ut controverſias quaſdam Monachorum curaret componendas. Vidit tunc & *Pontificem* & *Pontificis aulam*, & *cleri* Romani *mores*, de quibus ita * ipſe: *Ego Romæ non diu fui, ibi celebravi ipſe, & vidi celebrari aliquot miſſas, ſed ita, ut quoties recordor, execrer illas. Nam ſuper menſam, inter alia, audivi Curtiſanos quoſdam ridendo gloriari: nonnullos in ara ſuper panem & vinum hæc verba pronunciare,* Panis es, panis manebis; vinum es, vinum manebis. Addit, miſſas ab illis ſacrificulis ita feſtinanter ac perfunctoriè peractas: ut antè, quàm ipſe ad evangelium perveniſſet, proximè ſacrificans deſierit. Itaque inclamaſſe Lutherum: *paſſa, paſſa, abſolve, abſolve.* De hac profectione in colloquiis familiaribus ſæpè ſibi eſt gratulatus; dixitque *mille florenis ſe eam non commutaturum.* Reverſus Româ, de conſilio Staupicii more ſcholarum, duce Saxoniæ Electore *Friderico* præbente ſumtûs, ornatus eſt gradu Doctoris Theologi. Audierat enim princeps concionantem, & vim ingenii, nervos orationis, ac rerum bonitatem expoſitarum in concionibus, fuerat admiratus. Fuit hoc anno ætatis Lutheri *trigeſimo*, cùm jam judicii quandam maturitatem eſſet conſecutus. Ipſemet narravit: ſibi admodum defugienti & recuſanti illum honorem, mandatum fuiſſe à Staupicio, ut hoc gradu ornari ſe pateretur, eumque per jocum dixiſſe: *multum negotiorum Deo jam in Eccleſia fore, ad quæ & ipſius uſurus eſſet opera.* Cui voci, etſi joco tunc emiſſa eſt, tamen eventus reſpondit: ut multa præcedunt mutationes præſagia.

...duit cu...llam. 1517. ...de l. 1. Luth. ...1. Miſſi...at quin...cim an...

Wittemb. traducitur. A. 1508. *Judicium Mellerſtadii de Luthero. Doct. Witt. Philoſoph.* ** In quem invehitur tom. 1. ep. pag. 10.* *A. 1510. Mittitur Romam Luther. Ibi quæ viderit.* ** Tom. 6. Ienenſ. Germ. p. 88. Miſſæ Romanenſium quibus verbis celebratæ.* *Renunciatur Doct. Theol. Luther. A. 1512.* *Quam primo refugit. Staupicii ad Luth. verba. Adi vitā Staupicii.*

Mox aggreſſus eſt, officii ratione, enarrare *epiſtolam ad Romanos*, deinde *Pſalmos.* Hæc ſcripta ſic illuſtravit; ut poſt longam & obſcuram noctem, nova lux oriri videretur, omnium piorum & prudentum judicio. Hic monſtravit *Legis & Evangelii diſcrimen*, refutavit errorem, tunc in ſcholis & concionibus frequentatum, quo docetur, *mereri homines remiſſionem peccatorum operibus*, & *homines coram Deo juſtos eſſe diſciplina*, ut Phariſæi docuerunt. Revocavit igitur Lutherus

Enarrat epiſt. ad Rom. & Pſalm.

Revocat homines ad Filium Dei.

hominum mentes ad Filium Dei, & , ut *Joannes Baptiſta, monſtravit agnum Dei, qui tollit peccata noſtra*, oſtendit gratis, propter Filium Dei, remitti peccata, & quidem oportere id beneficium fide accipi. Illuſtravit & cæteras partes doctrinæ Eccleſiaſticæ. Hæc ei exordia magnam authoritatem circumdederunt, præſertim cum mores congruerent cum oratione docentis; videreturque *oratio non in labris naſci*. Verum enim eſt vetus illud: κυειωτάτην ἔχει πίςιν τὸ ἦθ☉. Itaque facilè ipſi aſſenſi ſunt poſtea, cum ritus quoſdam mutaret: quanquam id tunc non fecit; ſed diſciplinæ fuit ſeverus cuſtos, admixtis nonnullis horridioribus. Hujus dulcedine doctrinæ pii omnes valdè capiebantur, & eruditis gratum erat, quaſi ex tenebris & carcere, educi *Chriſtum, Prophetas, Apoſtolos*, conſpici diſcrimen Legis & Evangelii: Philoſophiæ & Evangelii; quod certè non extabat in *Thoma, Scoto*, & ſimilibus. Accedebat huc, quod *Eraſmi* ſcriptis invitata erant juventutis ſtudia, ad latinæ & græcæ linguæ cognitionem. Quare monſtrato dulciore genere doctrinæ, multi bonis & liberis ingeniis præditi, abhorrere à barbarica & ſophiſtica doctrina Monachorum incipiebant. Ipſe etiam *Lutherus Græcæ & Hebrææ* linguæ ſtudiis ſe dedere cœpit; ut cognita ſermonis proprietate ac phraſi, & hauſta ex fontibus doctrina, dexterius judicare poſſet. In hoc curſu cum eſſet *Lutherus* circumferuntur venales indulgentiæ, in illis Miſniæ & Saxoniæ regionibus, à *Joanne Tecelio*, Dominicano; quem Cæſar *Maximilianus* aliquando capitis damnaverat, & Oeniponte juſſerat in flumen præcipitari: ſed *Friderici* ducis Saxoniæ interceſſione, qui tum in iis fortè locis erat, periculum evaſit. Is, inquam, inter alia docebat; *ſe tantam habere poteſtatem à pontifice, ut, etiam ſi quis vel virginem matrem vitiaſſet, condonare crimen ipſi poſſet, interventu pecuniæ:* deinde non modo jam commiſſa, verùm etiam futura peccata condonabat, neque multò poſt exit libellus cum inſignibus *Alberti* Archiepiſcopi, quo mandabatur quæſtoribus; ut vim indulgentiarum populo diligentiſſimè commendarent. Adhæc & facultatem diebus prohibitis, lacte, caſeo, ovis, carne veſcendi, pretio vendebat. His impiis concionibus irritatus *Lutherus*, ſtudio pietatis ardens, edidit *propoſitiones de indulgentiis*, & has publicè templo, quod arci Wittembergenſi contiguum eſt, affixit pridie * *omnium ſanctorum*, anno *milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo*. Hic *Tecelius*, nihil ſui diſſimilis, ac ſperans ſe etiam gratiam apud Romanum Pontificem initurum, ſuum ſenatum convocat, Monachos aliquot & Theologos, ſua ſophiſtica utcunque tinctos, hoc componere aliquid jubet adverſus Lutherum. Ipſe interea ne eſſet κωφὸν πρόσωπον, non jam conciones, ſed fulmina in Lutherum torquet; vociferatur ubique *hunc hæreticum igni perdendum eſſe. Propoſitiones* etiam Lutheri & *concionem de indulgentiis*, publicè conjicit in flammas. Hi furores Tecelii & ejus ſatellitum, imponunt neceſſitatem Luthero de rebus iisdem copioſius diſſerendi, & tuendæ veritatis. Hæc initia fuerunt hujus controverſiæ; in qua Lutherus, nihil adhuc ſuſpicans aut ſomnians de futura mutatione, ne quidem ipſas indulgentias prorſus abjiciebat; ſed tantum moderationem flagitabat. Imò conſtat Lutherum ſilentium promiſſurum fuiſſe, modo idem adverſariis fuiſſet indictum. Sed cum videret & defendi & vulgò credi; quod æruſcatores illi jactabant ad *Albertum* Archiepiſcopum Moguntium, à quo Tecelium ad ejuſmodi conciones, pallii redimendi causâ, conductum conſtabat, etſi id Lutherus ignoraſſe fertur, pridie calendas Novembris, anni *decimi ſeptimi* ſupra *milleſimum quingenteſimum*, datis literis de impiis illorum clamoribus queritur: oratque, ut ratione officii libellos editos aboleat, & *prædicatoribus veniarum*, (verba * Lutheri ſunt) *aliam prædicandi formam imponat.* Miſit una illi propoſitiones de pœnitentia & indulgentiis, quas primùm tunc ediderat: quæque tomo primo Lutheri exſtant. Moguntinus ad epiſtolam Lutheri nihil reſpondit, & Tecelius *Francofurti ad Viadrum* ſua themata contraria à *Conrado Wimpina* aliisque confecto oppoſuit, & Papam Petro; crucem à Papa erectam cruci Chriſti comparavit, Theſes illas Tecelianas *Halæ Saxonum* allatas, ſtudioſi Wittembergenſes in foro cremarunt, qua de re Lutherus ita ad *Joannem* * *Langum*: *Ut autem ſis præmonitus, ſi qua fama fortè ad vos pervenerit de conflagratione propoſitionum Tecellinarum, ne plus ullus addat (ut ſolet fieri) quàm ſit rerum geſtarum, hæc eſt fabula. Studentes, ut ſunt mire pertæſi ſophiſtici hujus antiqui ſtudii, cupidiſſimi verò ſacræ Bibliæ, forte & mei favoris ſtudio, cùm reſciſſent, adveniſſe virum ab Hallis, miſſum à Tezel autore poſitionum, ſtatim adeunt, & hominem terrentes, quod talia huc auderet afferre, aliquot quidam emerunt, alii verò rapuerunt, & reliquas omnes ferme* 800. (*præmiſſa intimatione & convocatione, & ſi quis vellet adeſſe conflagrationi & funeri poſitionum Tetzellinarum, veniret ad forum hora ſecunda*) *combuſſerunt, atque hæc inſcio Principe, Senatu, Rectore, denique omnibus nobis. Certe mihi & omnibus diſplicet illa gravis injuria homini à noſtris illata. Sum extra noxam: ſed timeo, quod totum mihi imputabitur. Fit ex ea re ingens undique fabula: ſed major illorum, non injuſta denique indignatio. Quid futurum ſit neſcio; niſi quod periculum meum eo ipſo fit periculoſius.*

Cum animadverteret itaque Lutherus ſua themata cum multorum applauſu excipi, & pro adſertis veriſque haberi: quæ ipſe * diſputandi ſolummodò causâ protuliſſet, donec Eccleſia definiret, quid ſentiendū de indulgentiis eſſet: ad *Hieronymum Eccleſiæ Brandenburgenſis Epiſcopum*, cujus erat ditioni ſubjectus, ſcribit, ſua ſcripta ejus judicio ſubjicit, rogans;

Mores doctrinæ reſpondent. — *Chriſtus Prophetæ & Apoſtoli patefacti.* — *Eraſmi ſcripta.* — *Luther. Græca & Hebræa diſcit.* — *An. 1516. Indulgentiæ venundantur, Ioh. Tecel.* — *Ejus de indulgentiis hyperbola.* — *Propoſitiones Luth. de indulgentiis. An. 1517.* — * *Quem ipſe appellat diem & annum indulgentiarum conculcatarum Tom. 2. ep. Luth. p. 345* — *Tecelii cum Luth. certamen.*

Comburit Luth. propoſit. Luth. ſcopus ac animus quis tum fuerit. Vide infra. — *Albertus Archiep. Moguntin. Ad quem ſcribit Luther. Sleidan. l. 1. comment.* — * *Exſtat. tom. 1. op. Luth. & t. 1. epiſt. Luth. pag. 37. b.* — *Moguntin. non reſpondet.* — *Tecelii themata contraria. Cremantur à ſtudioſis Wittemberg.* — * *Tom. 1 ep. Luth. pag. 54. b.* — *Luth. de eo ſe excuſat.* — * *Ita ipſe Tomo 1. op. Lat. Witt. pag. 99. b.* — *Scribit ad ep. Brand.*

rogans; ut *quæcunque diſplicerent vel calamo diſpungat vel igni aboleat.* Luthero epiſcopus reſpondet, & *optare ſe indicat, ut paululum differat editionem probationum ſuarum, de indulgentiis etiam ſermonem vulgarem editum nolle.* Ad hæc * Lutherus: *bene ſum contentus, malo obedire, quàm miracula facere, etiam ſi poſſem.* Scripſit & ad *Joannem Staupicium*, Auguſtinianæ familiæ vicarium, cui ſui facti rationem exponit, eique reſolutiones diſputationum de virtute Indulgentiarum ad Leonem X. Pontificem curandas mittit, cui Pontifici & ipſi indicat, quàm temerè & avarè præcones Indulgentiarum auctoritate ejus abuſi ſint. Proteſtationem quoque ſui muniendi repetit: quæ tomo 1. operum Lutheri exſtat.

Oppugnavit autem principio Lutheri concluſiones *Joannes Eccius* obeliſcis editis, quibus aſteriſcos ſuos *Lutherus* opponit. Poſt Eccium *Sylveſter Prierias*, Dominicanus, palatii, quod vocant, ſacri magiſter, prodiit, cum dialogo & præfatione ad Leonem confidenter admodum: ubi themata quædam, quaſi fundamentum ſuæ ſententiæ ponit. Ei quoque Lutherus reſpondet, & authoritati *Thomæ*, qua Sylveſter pugnabat, *ſacram ſcripturam* opponit. Sylveſter ad ea reſcribit: & *placere ſibi oſtendit, quod Lutherus Romani Pontificis arbitrio ſe ſubmittat, ambitionem a ſe removet, & Thomam, tanquam Doctorem Angelicum ſtrenuè defendit.* Huic ſcripto Lutherus tantùm epoſtolâ ad Lectorem reſpondet; atque inter alia dicit; *ſi Pontifex & Cardinales idem ſentiant, ſi Romæ quoque ſic doceatur: jam non eſſe dubium, quin Roma ſit ipſiſſima ſedes Antichriſti, felicem eſſe Græciam, Bohemiam, & omnes, qui divortium ab ea fecerint, præconia Pontificis excogitari quotidie nova, ne concilio legitimo poſſit eſſe locus.* Tunc etiam acerbè in Lutherum ſcripſit *Jacobus Hogoſtratus* Dominicanus, Pontificem ad vim atque flammam exhortatus. Ei paucis reſpondens Lutherus, animum exprobrat crudelem; ac falsè hominis imperitiam ridet: *monetque, ut ita pergat laureolam in muſtaceo quærere.* Anno milleſimo quingenteſimo decimo octavo, Lutherus omnibus diſſuadentibus, obedientiæ tamen ſatisfacturus, ad *capitulum Heidelbergenſe* proficiſcitur, maximam itineris partem pedes. *Herbipoli* benignè fuit ab Epiſcopo exceptus, ut & *Haidelbergæ* à comite Palatino *Wolfgango*. Habuit * tum diſputationem in clauſtro *Auguſtinianorum*, quod hodie *Sapientiæ* collegium, *de * juſtificatione fidei.* Interfuit ei & *Bucerus*, quaque fuit manus celeritate, excepit, quæ inter diſputandum a Luthero dicta, eaque cum *Beato Rhenano* communicavit, non ſine egregio Lutheri elogio. De diſputatione autem ipſe Luth. ita: „ Diſputationem meam Domini Doctores „ & libenter admiſerunt, & ea modeſtia mecum diſceptarunt, ut eo nomine mihi ſint „ commendatiſſimi. Quanquam enim peregrina illis videbatur Theologia, nihilominus tamen & argutè & pulcrè adverſus eam „ velitabantur, excepto uno, qui erat quintus „ & junior Doctor, qui riſum toti movebat „ auditorio, quando dicebat, ſi ruſtici hæc „ audirent, certè lapidibus vos obruerent „ & interficerent. In reditu ſcripſit * epiſtolam ad *Judocum Iſenacenſem* Theologum & Philoſophum, ſuum præceptorem: ubi inter alia ita, *omnes conſtanter* (in doctrinâ gratiæ & operum) „ Doctores Wittembergæ „ mecum ſentiunt, imò tota Univerſitas, „ excepto uno fermè Licentiato Sebaſtiano: „ Sed & princeps, & epiſcopus ordinarius „ noſter, deinde multi alii prælati, & quotquot ſunt ingenioſi cives, jam uno ore dicunt, ſeſe prius non noviſſe, nec audiviſſe „ Chriſtum & Evangelium. „

Haidelbergâ domum reverſus, edidit illas *propoſitionum ſuarum de indulgentiis reſolutiones & declarationes*, quas pontifici, ut diximus antea, Leoni X. dedicavit. Cauſas editionis adfert, ut *adverſarios mitiget, deſideria multorum expleat, & ne errare ſinat eos, qui putent, omnia eſſe adſerta.* Fatetur enim *multa eſſe, de quibus ipſe dubitet, nonnulla quæ ignoret, aliqua ſe negare, ſed nulla pertinaciter adſerere:* Pontificisque adeò pedibus totum * ſe humiliter proſternit. *Maximilianus* itaque Imperator, de eventu diſputationum talium ſolicitus, Pontificem monet: auctoritatem ſuam interponat. Pontifex per *Thomam Cajetanum* Cardinalem *Lutherum* Romam evocat, idemque à *Friderico* Saxoniæ Electore epiſtolâ petit. Lutherus ubi hoc intellexit, unicè id egit, ut in Germaniâ idoneis conſtitutis judicibus, cauſa cognoſceretur, tandemque res eò deducta eſt, intercedente pro Luthero ad Pontificem & *Carolum Miltitium* Germanum, Pontificis cubicularium, * *Wittembergenſi Academia*, & ad Cajetanum legatum ipſo Electore, ut coram illo legato *Auguſtæ* cauſam diceret. Venit Auguſtam Lutherus pedes ſub initium * Octobris de viâ feſſus in cuculla à *Wenceslao Linckio* commodatò ſumta: & ad Cajetanum, acceptâ fide publicâ admiſſus, de *tribus* his fuit compellatus, primum ut *ad ſanitatem rediret*, & quos divulgaſſet *errores revocaret*, deinde ut *promitteret, ſe impoſterum talia non docturum*, denique ut & *ab aliis, quæ Eccleſiæ tranquillitatem perturbent, abſtineret.* Objectum Luth. fuit, quod *negaſſet meritum Chriſti eſſe theſaurum indulgentiarum*, & quod docuiſſet, *acceſſuris ad ſacramentum, neceſſariam eſſe fidem.* Probavit *Cajetanus* ſuam ſententiam *Clementis VI.* decreto, multiſque *Romæ ſedis auctoritatem* extulit: ut quæ *omnibus & ſcripturis & conciliis anteponenda* ſit. A multa diſceptatione Lutherus deliberandi ſpacium petit, poſtridie redit, & præſentibus aliquot teſtibus atque ſcriba, conſiliariis quoque Cæſaris quatuor adhibitis, *Eccleſiam Romanam à ſe obſervari profitetur, ſi quid alienum ab ea dixerit, nolle id ratum habere, errorem autem, cujus nullius ex ſcriptura convictus ſit, revocare non poſſe, ac judicium Eccleſiæ permittere.* Dimiſſo

Margin notes (left, partly cut off): ...ſtat t. 1. ...iſt. Luth. ...53 & t. 1. ...er. Luth. — Tom. 1. ep. ...uth. p. 40 ...ribit ad ...aupiciũ. ...ſtat ep. ...1. epiſt. ...uth. p. 66 ...t. 1. ope... ...ribit & ...l Pontif. ...th. Tom. ...p. p. 68. b ...t. 1. ope... ...m Lat. ...Witt p. 101 ...om. 1. op. ...tin. ...Wittemb. ...lveſter. ...ierias in ...uth. reſp. ...Luth. ...lveſt. ...ſp. Tom. 1 ...Latin. ...Wittemb. ...170. ...th. de ...ma ſen... ...ntia. — ...c. Hogo... ...at. oppu... ...at Luth. ...i reſp. ...th. — ...nn. 1518. ...bit Hai... ...lb. Luth. — Ad d. 6. ...l. Maji. — Theſ. ex... ...nt t. 1. ...Lat. ...th. p. ...1. b. Bu... ...r. ei in... ...reſt. ...th. de ea ...put. ...m. 1. ep. ...g. 62. b.

Margin notes (right): * Quæ exſtat tom. 1. epiſt. p. 60. Luth. dogma acceptum. — Edit declarat. propoſit. tom. 1. oper. Luth. Latin. — * Vide ep. ad Leon. X. tom. 1. op. Lat. p. 234. A. 1518. — Maxim. I. ad Pontif. cauſam defert. — Tom 1. op. Lat. Luth. Witt. pag. 203. Luth. Romam vocatur. — Tom. 1. op. Luth. Witt. pag. 203. b. ſeq. — * Exſtat Tom. 1. op. Luther. p. 206. — * Die S. Marci. Tom. 1. ep. p. 83. — Auguſtam venit Lutherus. — Quid à Luthero ibi poſtulatũ. — Objecta ibid. Luth. — Cajetanus Rom Pontif. defendit. — Tom. 1. op. Lat. Witt. Luth. — Luth. confeſſio tum. — Diſcedit Auguſtâ.

miſſo Luthero cum objurgatione, legatus cum *Staupicio* egit, ut Lutherum ad revocationem impelleret. Sed perſtitit Lutherus in ſententia cum teſtimoniis ſcripturæ non convinceretur, tandemque metuens ne Cardinalis rem omnem magis imperio, quam diſputatione definiret; cum ad Pontificem provocaſſet, Auguſtâ diſceſſit, (quia Cardinalis dixerat, ne in ſuum conſpectum rediret, ſi revocare nollet) *vigeſimo* Octobris, relicta ad Cajetanum epiſtola, & appellatiione ad Papam publicè affigenda.

Tom. 1. ep. p. 96. b. & p. 89. b.
Cajetani ad Elect. Saxon literæ.
** Tom. I. ep. Luth. p. 106.*
Electoris reſponſio. Tom. I. ep. Luth. pag. 109.

Poſt abitum Lutheri *Cajetanus*, qui ægrè id ferebat, ad Saxonem dat literas,* quibus eum monet: ut *Lutherum aut Romam mittat, aut finibus ſuis ejiciat, oratque ne Lutheri defenſoribus fidem habeat, neve maculam illuſtriſſimæ familiæ ſuæ adſpergat.* Cui Elector reſpondet, *id ſibi integrum non eſſe, cum nullius erroris convictus ſit, & Academiæ utilem navet operam: & Lutherus ſe ad cognitionem cauſæ atque diſputationem offerat.* Confirmavit hunc Principis animum & epiſtola *Eraſmi*, & interceſſio ac teſtimonium *Wittenbergenſis* ſcholæ. Id etiam prætereundum hic non videtur, quod heroici in Luthero eſt animi argumentum inſigne: cùm Lutherus Auguſtam veniſſet, & de conſilio ſuorum, quibus à ſuo Principe erat commendatus, in tertium usque diem exſpectaſſet fidem publicam: miſit Cardinalis quendam, qui Lutherum ad ſe vocaret. Ibi cum Lutherus negaret, ſe venturum citra impetratam fidem Cæſaris, commotus ille, *quid?* inquit, *putas Principem Fridericum propter te arma ſumturum?* reſpondente Luthero, *hoc ſe prorſus nolle,* cum ille, *& ubi manebis?* cui Lutherus, *ſub cœlo*, reſpondit, pergit Italus: *ſi tu Papam & Cardinales in poteſtate tua haberes, quid eſſes facturus?* *Omnem*, inquit Lutherus, *reverentiam & honorem eſſem exhibiturus.* Hic ille, more Italico morſicans digitum, *Hem*, inquit, & cum dicto abit.

Lutheri cum Italo colloquium Auguſtæ.

A. 1518. Luth. abitum molitur.

Hæc dum geruntur, Lutherus, etſi animum minimè deſpondebat, tamen ne aliis damno eſſet, aut periculo, aut principem in ſuſpicionem duceret, & ut liberius agere contra Papatum poſſet, abitum molitus eſt, in Galliam vel aliò, contrà amici ſuaſerunt, ut ſe Saxoni captivum quaſi ſiſteret: idque Pontificis legato ſcriberetur, *adſervari Lutherum ſiſtendum in loco tuto* ad reſpondendum. Sed Lutherus, cum planè animum induxiſſet abeundi, Principi ſuo per epiſtolam * valedicit, die *viceſima nona* Novembris, & pro beneficiis in ſe collocatis gratias agit. Epiſtolam illam princeps Elector Saxo, Legato Pontificis miſit; Lutherum autem *Wittenbergæ* manere juſſit; qua de re Lutherus ita: *Princeps voluit omninò, ut manerem, quid nunc cogitet editis actis (Auguſtanis) & appellatione (ad concilium) neſcio.*

** Tom. I. epiſt. Luth. p. 110.*

Nam cum è Cajetani literis intellexiſſet, fore, ut contra ſe Romæ judicaretur; novam interjecit appellationem, qua *adductum ſe extrema neceſſitate dicit, ut à Pontifice provocaret ad futurum * concilium, quod Pontifici ſit modis omnibus præferendum.* Sub idem tempus, anno *decimo octavo* exeunte, Pontifex miſit in Germaniam *Carolum Miltitium* Miſnicum equitem, & *Fridericum* aureâ roſa, à Romanis Pontificibus *quarta Dominica Quadrageſimæ* conſecrari ſolita, donavit: ut in fide majorum ſuorum perſeveret, hortatus. Egit is cum Luthero multis, ut Papæ reconciliaretur, & habuit *ſeptuaginta brevia*, ut vocant, *Apoſtolica*, ut ſi Princeps Fridericus eum traderet; id quod Papa per roſam quærebat, ſingulis in oppidis affigeret ſingula, & ita tutum perduceret Romam. Prodidit autem coram conſilium cordis ſui cum dixit: ô Martine, ego credebam te eſſe ſenem aliquem Theologum; qui poſt fornacem ſedens, ſecum ita diſputaſſet. Nunc video te eſſe adhuc integrum ætate & validum. Si haberem viginti quinque armatorum millia, non conſiderem te poſſe à me Romam perduci. Exploravi enim per totum iter animos hominum, quid de te ſentirent. Ecce, ubi unum pro Papa ſtare inveni, tres pro te contra Papam ſtabant. ,, Illud vero in Miltitio ridiculum fuit: exploraverat etiam mulierculas & virgines in diverſoriis, quidnam *de ſede Romana* ſentirent? Illæ, ut ignaræ hujus vocabuli, & *ſellam domeſticam* cogitantes, reſponderunt: *Quid nos ſcire poſſumus, quales vos Romæ habeatis ſellas, ligneas ne an lapideas?* Lutherus autem rogavit: ut conſuleret quæ pacis eſſent: ſe omnem daturum operam; ut Papa idem faceret. Ille prolixè promiſit: omnia, quæ ullo modo ſalvâ conſcientiâ veritatis poſſet, promtiſſimè ſe facturum, ſe quoque eſſe pacis cupidum & ſtudioſum qui per vim tractus in illas turbas, neceſſitate adactus feciſſet: culpam non eſſe ſuam. Vocavit idem *Miltitius* ad ſe *Tecelium*, principem ejus tragœdiæ auctorem, & verbis miniſque ita fregit* hominem, hactenus terribilem cunctis, & imperterritum ſtentorem, ut inde contabeſcens tandem ægritudine animi fuerit confectus. Lutherus, ante obitum literis benignè ſcriptis, hominem conſolatus eſt, ac bono animo eſſe juſſit, ſed ille metu fortè indignationis Papæ, vitam reliquit. Fridericus autem Elector, princeps pius & ſapiens, nec Pontificiorum admiſit voculas, nec roſam * ipſam ullo eſt honore dignatus, quamquam *Miltitius* mirè triumpharit ob eam & Dreſdæ dixerit: *Doctor Martinus* iſt in meinen Händen/ *hoc eſt, Doctor Martinus eſt in mea manu.* Sub id tempus & Boemi *Lutherum* hortati ſunt, miſſis literis & libello quodam *Huſſi*, ad conſtantiam & patientiam, ac confeſſi ſunt theologiam, quam doceret Lutherus, eſſe puram.

A. 1518. Provocat à Pontifice ad concilium Luth.
** Tom. I. operum Latin. Wittenb. p. 231.*
A. 1519. Carolus Miltitius in Germ. miſſus.
Vt Luther. Romam abducat.
Ejus de Luth. verba. Præfat. t. 1. oper. Luth. Lat. Witt.
Tecelium objurgat Miltitius.
** Tom. I. ep. Luth. pag. 152.*
Tom. I. ep. Luth. pag. 208.
Tecel. moritur.
** Tom. I. epiſt. Luth. p. 280.*
Boemi Luther. hortati.

Rebus hunc in modum exacerbatis, & multis in Lutherum excitatis adverſariis; *Lipſiæ*,

A. 1519. Diſputatio Lipſica.

...om. I. ...erum ...uth. Lat. Witt. & ...I. epiſtol. Eccius ...m Andr. ...arolo... ad. con... ...eſſus.

Miſniæ oppido, tunc *Georgii* Saxoniæ Ducis, qui erit Friderico patruelis, diſputatio anno *decimo nono* fuit inſtituta. Venerunt eò *Andreas Caroloſtadius*, Luthero & *Melanchthone* & *Barnimo* Pomeraniæ Duce, qui ea æſtate magiſtratum ſcholaſticum Wittenbergæ gerebat, comitatus, & *Joannes Eccius* Theologus Pontificius Ingolſtadio. Die itaque *vigeſima ſeptima* Junii congreſſi, I. *Eccius* & *Caroloſtadius* de *libero arbitrio* primum diſputarunt, *an ſit aliquod nobis αὐθαίρετον bonum opus*, hoc eſt, ut ipſi dicunt, *an de congruo mereamur gratiam, cum facimus quod in nobis eſt.* Dedit Eccius *in voluntate noſtra non eſſe vim genuinam, quæ opus bonum producat, ſed adſcititiam* tantum. Atque ita totum octiduum ἐν τῷ σοφίστευειν fuit tranſactum.

...ther. ad ...ſputand. ...ovocat.

Lutherus, cum nullis literis potuiſſet impetrare fidem à Duce Georgio, non ut diſputator, ſed ſpectator, ſub fide *Caroloſtadio* data Lipſiam eſt ingreſſus. Acceſſit igitur ad eum Eccius in hoſpitio, dicens *ſe audiſſe Lutherum detrectare diſputationem*, cui Lutherus, *quomodo*, inquit *diſputare poſſum, cum nequeam impetrare fidem à Duce Georgio. Tum* Eccius, *ſi tecum non licet diſputare, neque cum Caroloſtadio volo. Propter te enim huc veni. Quid ſi ego fidem tibi impetraro, nunquid diſputabis mecum?* Ad id annuente Luthero, abiit, & mox data eſt Luthero quoque fides publica, & facta copia diſputandi.

...apa an ...put ec... ...ſiæ jure ...vino.

Fecit Eccius hoc ideò, quia certam ſibi victoriam & gloriam promiſerat ex propoſitione una, qua Lutherus negarat: *Papam eſſe jure Divino caput Eccleſiæ.* Hic latiſſimus ei patuit campus, & occaſio ſumma plauſibiliter adulandi, & gratiam Pontificis emerendi; Lutherum autem contra odio & invidia obruendi. Fecit hoc antagoniſta per totam diſputationem *ſtrenue, ſed nec ſatis firmavit, nec Lutherum confutavit. Eccii argumenta præcipua fuerunt, *non poſſe Eccleſiam eſſe ἀκέφαλον, cum ſit civile corpus*, deinde locum *Matthæi* protulit: *Tu es Petrus*, produxit & quædam ex *Hieronymo* & *Cypriano*, & denique authoritatem concilii *Conſtantienſis*, ubi contra articulos Huſſitarum pronunciatum eſt, *de neceſſitate ſalutis eſſe, credere, Romanum Pontificem œcumenicum eſſe.*

Quæ de... ...ibitur ...m. I. ope... ...m Latin. ...ther. & ...epiſt. p. ...I. 180. ...tii ar... ...menta ...o Pontif. ...att. 16.

Poſtea *de purgatorio* agi ceptum, de *indulgentiis* non multum, de *pœnitentia*, de *remiſſione culpæ & pœnæ*, de *ſacerdotum poteſtate*. Duo poſtremi dies dati ſunt *Caroloſtadio*, & *decimo quarto Iulii* diſputatio fuit ſoluta, quam deinde Lutherus omnem evulgavit. Largitus eſt ibi Lutherus Eccio: *Pontificem jure humano eſſe caput eccleſiæ.* Itaque cum *Georgius* Princeps Saxoniæ, eos ad menſam vocaſſet, inter prandendum, humeros Lutheri & Eccii mulcens, dixit; *ſive jure divino, ſive humano ſit Papa, eſt tamen Papa.* Sed Lutherus poſtea longè aliter ſenſit. Ante diſputationem Lipſicam evocatus fuerat Lutherus Confluentiam, à *Carolo Miltitio*, Apoſtolico commiſſario, ad dicendam cauſam, ſed Lutherus multis ſe argumentis *excuſavit, cur eo nec poſſit, nec debeat ire.

...piſtola I. ...176. b. 1520.

Iterum ſcribit ad Papam Luther. *Tom. I. epiſtolar. Luther. p. 255. & t. 2. oper. Latin. Witt.*

Anno *viceſimo* ſupra *milleſimum quingenteſimum*, *Miltitii* monitu Lutherus ad Pontificem ſcribit, * illique librum de *libertate Chriſtiana* recens à ſe conſcriptum, & pacis conditiones offert. Cepit ſub idem tempus graviter ægrotare Princeps Fridericus Elector. Itaque rogatu quorundam Lutherus, ex officio charitatis Chriſtianæ, dolorem ſublevare eſt conatus, ſcripto libello, quem *Theſſeradecadem* vocat.

Conſolatur Electorem Frideric. Tom. 12. operum Latin. Wittenb.

Edidit & tunc ſcriptum de *ratione confitendi peccata*: in quo aliquid de votis adjicit, & carnificinam animorum deplorat. Sed cum in alio ſcripto quodam dixiſſet: *utile ſibi videri, ſiquidem auctoritate concilii permitteretur, ut integra Cœna Domini omnibus daretur*: dictum hoc, eò quod decreto Lateranenſis concilii noviſſimi adverſaretur, multi graviter tulerunt, inter quos *Joannes* Epiſcopus Miſenus, qui ſuæ ditionis Eccleſiaſticis interdixit, ut libello ſuppreſſo ſuos docerent, *ſub utralibet ſpecie totam Domini Cœnam repræſentari.* Lutherus huic mandato reſpondet, & cauſam ſuam tuetur.

Lovanienſes & Colonienſ. damnant libr. Luth. Tom. 2. operum Latin. Witt. p. 34. 36. 39. *Reſpondet Luther.*

Interea Theologi *Lovanienſes* conſilio cum *Adriano* Cardinali *Derthuſenſi* in Hiſpaniis tum agente, communicato, & *Colonienſes* Lutheri aliquot libros, facto decreto, damnant ut impios & igni dignos, & auctorem ad revocationem cogendum ſcribunt. Quo facto cognito: Lutherus ad ſingula capita reſpondet, cumque tot & tantos haberet adverſarios, epiſtolam ad *Carolum* V. nuper creatum Cæſarem, ſcribit, qua *veniam compellationis deprecatus ſupplex rogat, ut tantiſper defendat, dum reddita ratione aut vicerit aut victus fuerit. Id enim Imperatorium decere thronum, non pati ut juſti deprimantur & ab impiis conculcentur.* In eandem ferè ſententiam ad omnes Imperii ordines dat literas, paucis repetitis, quomodo ad hanc cauſam pertractus ſit.

Scribit ad Carolum V. Imperat. Tom. 2. operum Luth. Lat. Witt. p. 44 *Et ordines Imperii.*

Nec multò poſt idem ad *Albertum* Archiepiſcopum Moguntinum Cardinalem valde ſubmiſſe ſcribit, & à duobus hominum generibus ſe damnari „ dicit, quorum alterum ſua ſcripta nun- „ quam legerit, alterum legerit quidem, ſed „ animo odii pleno & amarulento. *Moguntinus Luthero inter alia reſcribit ita*, ex „ animo velimus res ſacras, cum à te, tum à „ quibuſvis, qui hanc profeſſionem ſibi ſu- „ ſpiciunt, reverenter ac religioſè, modeſte- „ que ſine tumultu, ſine invidia, ac contume- „ lia, atque convenit, tractare. *Dicit etiam* „ non ſine dolore ſe audire, à magnis quibuſ- „ dam diſputari, de Pontificis Romani pri- „ matu, de libero arbitrio, & ſimilibus nuga- „ mentis, *ut vocat*, non admodum ad verè „ Chriſtianum pertinentibus, nec ſine magno „ inobedientiæ incitamento, temerarias ad „ imperitum vulgus opiniones diſſeminari: „ de ſynaxi ſacra ſub utraque ſpecie indiſcri- „ minatim percipienda, denique de concilio- „ rum etiam auctoritate. *Claudit tandem literas illa admonitione Gamalielis*: Si opus „ tuum ex Deo, erit firmum & indiſſolubile, „ ſin ex invidia faſtuve, facilè diſſolvetur. „ In eundem modum Lutherus ad *Adolphum* Epiſco-

Atque ad Moguntinum. Tom. 2. oper. Lat. Witt. p. 46. 47. *Qui reſpondet.*

Tom. 2. op. Lat. Witt. pag. 48.

ſcopum *Mersburgenſem* dat literas, à quo etiam idem ferè tulit reſponſum, cum admonitione; ut Chriſti, pacis auctoris, amore calamum temperet.

An. 1520. Elect. Saxon. exoſus Roman.

Accidit ſub idem tempus, ut aliquid negocii eſſet *Friderico*, Electori Saxoniæ Duci, Romæ, quod *Valentino à Dithleben* Germano commendavit. Hic nunciat, *Electorem Romanenſibus eſſe inviſum propter Lutherum*, quem ille nova dogmata ſpargentem ferat. „ Princeps igitur ſe purgans ſcribit. * ſe nunquam doctrinam aut ſcripta Lutheri defendiſſe, & ne nunc quidem ejus eſſe animi. „ Quanquam audiat, multis doctis Lutheri „ doctrinam probari, verùm ſe nihil pro- „ nunciare, *deinde* paratum eſſe Lutherum „ coram Legato Pontificio, modò idoneè ca- „ veatur, rationem doctrinæ reddere, & ſi „ demonſtretur error, ſententiam mutare. „ Imò Lutherum antea ſua ſponte è terris „ illis ceſſurum fuiſſe, niſi Miltitius ſuaſiſſet „ retinendum potius, quam aliò demittendum, ubi liberius & tutius majora aggredi „ poſſet. Non itaque eſſe cauſam, cur ma- „ lè de ſe aliqui ſuſpicentur.

* Tom. I. oper. Lat. Witt. p. 50 Qui ſe purgat.

Tom. 2. op. Lat. Witt. pag. 51. 54. Bulla Papæ in Luther.

Huic epiſtolæ Pontifex reſpondit miſſoque exemplo bullæ, quam *Eccius* * interea impetrarat, petit, primum ut *Lutherum cogat revocare, vel ſi hoc recuſet; cuſtodiæ mandet captumque ad Pontificis inſtantiam adſervet*. Ibi cum aula Saxonica * nonnihil terreretur, Lutherus de angulo aliquo, in quem ſe abdat, cogitare cepit. Id cum reſciviſſent nobiles quidam Germani, jam Lutheri doctrina imbuti, & hoſpitium & patrocinium ipſi obtulerunt, de quibus fuerunt *Franciſcus à Sickingen, Huldericus Huttenus, Sylveſter de Schauenburg*: Et hic quidem per literas Lutherum rogavit, ut ne vel in Boemiam vel aliò, ſed ad ſe confugeret, diris ſcilicet Papæ prævalentibus, pollicitus tutelam vel *centum nobilium* equitum Franciæ. Itaque Lutherus animoſior factus Spalatinum monet, ut literis *Friderici* Electoris, ad Cardinalem S. Georgii hoc ſubin- „ dicetur, verba Lutheri * hæc ſunt: Mitto „ literas Franciſci equitis Silveſtri Schauen- „ bergen, & niſi moleſtum eſſet, vellem in li- „ teris Principis id ſubindicari Card. S. „ Georgii, ut ſcirent, etiamſi me pellerent „ diris ſuis è Wittemberga, nihil effecturos, „ niſi ut rem pejorem è mala reddant, quan- „ doquidem jam non in Boëmia, ſed media „ quoque Germania ſint, qui expulſum tue- „ ri poſſint & velint, invitis ipſis, contra o- „ mnia ſua fulmina. Ubi periculum eſt, ne „ iis quidem protectoribus tutus, ſævius in „ Romanenſes ſim graſſaturus: quàm ſi ſub „ Principis imperio publicis militarem offi- „ ciis docendi, id quod ſine dubio, niſi „ Deus obſiſtat, futurum eſt: Principem ve- „ rò, ut hactenus in multis ſuſpexi, etiam ir- „ ritatus, tunc certè non neceſſe erit ſuſpice- „ re. Itaque quæ illis à me nondum ſunt il- „ lata, nec meæ modeſtiæ, nec ſuæ tyrannidi „ aut meritis, ſed Principis nomini & auto- „ ritati, cum communi ſtudioſorum Wittembergenſ. cauſæ, ſciant deberi. A me „ quidem, jacta mihi alea, contemtus eſt Ro- „ manus furor & favor: *nolo eis reconciliari* „ *nec communicare in perpetuum, damnent* „ *exurantque mea*. Ego viciſſim, niſi ignem „ habere nequeam, damnabo, publiceque „ concremabo jus Pontificium totum, id eſt „ lernam illam hæreſium, & finem habebit „ humilitatis exhibitæ hactenusque fruſtratæ „ obſervantia, qua nolo amplius inflari ho- „ ſtes Evangelii. „ Edidit autem Lutherus ante, quàm bullam vidiſſet, librum *de captivitate Babylonica*, in quo optat, ut abolitis quæ de indulgentiis evulgarat, hæc propoſitio ſubſtituatur: *Indulgentiæ ſunt adulatorum Romanorum nequitiæ*, & iis, quæ de Papatu diſſeruerat, hæc: *Papatus eſt robuſta venatio Romani Epiſcopi*. Agit deinde de ſacramentis, quorum tria agnoſcit. Scripſit & *adverſus execrabilem Antichriſti bullam*: *Papam vocat Antichriſtum*, & articulos per bullam damnatos aſſeruit.

* De quo ſcribit. l. epiſt. p 249 Eccius Romam abiit imperaturus contra me abyſſos abyſſorum.

*Tom. I. epiſt. Luth. p. 286. b.

Luth. abitum molitur.

* Tom. I. epiſt.

Tom. 2. operum Lat. Witt. p. 66 Lib. Luth. de captiv. Babyl.

Papa Antichriſt.

An. 1520.

Eodem anno Cæſar *Carolus Aquiſgrano*, ubi ſolenni pompâ inauguratus erat, *Coloniam Agrippinam*, ſub calendas Novembris, deſcendit, & cum eo Elector Saxoniæ *Fridericus*. Ferventibus ergo tum maximè religionis controverſiis, ἰδιοβουλεύειν in re tantâ noluit, ſed multorum ſapientum & doctorum, atque in his etiam *Eraſmi* conſilium, quem *Lovanio* Coloniam evocarat, ſciſcitatus eſt. In primo congreſſu, cùm Eraſmi judicium de cauſa Lutheri Princeps peteret, & inter cætera ſe mirari diceret, tantam odii acerbitatem adverſus Lutherum, cujus ipſe vitam ac mores integros, & doctrinam non impiam eſſe doceretur, à quibusdam monachis & Pontifice ipſo exerceri. Eraſmus à joco exorſus, *non mirari debere Principem*, ait, *cùm monachorum ventres, & Papæ coronam Lutherus ſuis diſputationibus attigiſſet*. Poſtea ſerio & graviter de illorum temporum controverſiis ſententiam exponens oſtendit; juſtè à Luthero indulgentiarum, & alios ab- „ uſus & ſuperſtitiones taxari, earumque e- „ mendationem eſſe Eccleſiæ neceſſariam, ac „ ſummam doctrinæ veram, ſed in conten- „ tionibus nimis vehementem & violentum „ videri. Evangelii negocium Evangelica „ conſuetudine tractandum eſſe. „ Hoc judicio ſenili confirmatus *Fridericus* Elect. acquievit, & de acerbitate in diſputando graviſſimè Lutherum monuit. Venerunt tunc Coloniam *Marinus Caroccialus* & *Hieronymus Aleander*, qui denuo Pontificis nomine ſolicitarunt *Fridericum* Electorem. Sed cum Elector non ex voto reſponderet, illi ex formula decreti ſibi agendum dicentes, Lutheri lucubrationes exurunt. Iidem Pontificis oratores feruntur tunc *Eraſmo* pinguiſſimum epiſcopatum promiſiſſe, ſi calamum in Lutherum ſtringeret, quibus ille reſponderit: *major eſt Lutherus, quam ut in illum ſcribam, imò tantus, ut ex Lutheri unica pagella perlecta, plus erudiar, quam ex Thoma toto.* Ajunt

Frideric. elect. Sax Eraſmum conſulit de Lutheri doctrina. Tom. 2. op. Lat. Witt Sleidan.

Ejuſdem judicium.

Tom. 2. op. Luth. Lat Libri Lutheri exuſti.

Eraſm. in Luth. inſtigatur.

om. 2. rum .Witt. . 123. rgari- Cæſ. ita le- um re- nſ.

Ajunt & *Margaritam* * Cæſaris amitam, quæ tunc Belgio toti præerat, cum magiſtri noſtri Lovanienſes conquererentur, *Lutherum ſuis ſcriptis Rempub. evertere Chriſtianam univerſam*, quæſiviſſe, *quid eſſet hominis Lutherus?* illis reſpondentibus, *indoctum monachum eſſe:* excepiſſe eam, *ſcribite ergo vos multi docti adverſus unum indoctum, & procul dubio plus orbis fidei eſt habiturus doctis multis, quam indocto uni.*

1520. uth. t. n ſtola 294. & oper. . Witt. 25. nburit Pontif. bullam h. Tri- ta Pon- errores.

Lutherus, cognito quid de ſcriptis ſuis factum, anno *viceſimo* * *die decima* Decembris, convocatâ omni multitudine ſcholaſtica Wittenbergæ, & magna doctorum catervâ comitante, ante portam *Eliſtri* poſt prochodochéum, in rogum à quodam magiſtro accenſum, *jus Pontificium & bullam Leonis*, cum quibusdam ſcriptis *Eccii, Emſeri*, & aliorum, hiſcê verbis conjecit: *quia tu conturbaſti ſanctum Domini, conturbet te ignis æternus.* Poſtridie, in explicatione Pſalterii, auditores vehementer monuit, ut, *quàm cara ipſis ſalus animæ eſſet, à Pontificiis ſtatutis caverent*, & ſcripto edito facti rationem reddidit, atque ex infinitis Pontificii juris erroribus *triginta* hos excerptos propoſuit:

n. 2. op. ther. in. . 125. 2.

I.

Papa & ſui non tenentur præceptis Dei ſubjecti & obedientes eſſe.

II.

Non eſt præceptum, ſed conſilium S. Petri: quando docuit, ut omnes homines regibus eſſent ſubjecti.

III.

Sole ſignificari Papalem, luna Imperialem, ſive ſecularem poteſtatem in Chriſtianâ repub.

IV.

Papam & ejus ſedem non teneri ſubjectos eſſe conciliis & decretis.

V.

Papam habere in ſcrinio pectoris ſui omnia jura, & plenam poteſtatem ſuper omnia jura.

VI.

Ex quo ſequitur: *Papam habere poteſtatem omnia concilia & omnes conſtitutiones & ordinationes convellendi, mutandi, & ſtatuendi:* ſicut & quotidie facit.

VII.

Pontifici Romano jus eſſe poſtulandi juramentum & obligationem ab epiſcopis pro eorum palliis.

VIII.

Si Papa ſuæ & fraternæ ſalutis ita ſit negligens, ita inutilis & remiſſus, ut innumerabiles populos ducat ſecum primo mancipio gehennæ in æternum plagis vapulaturus, hujus culpas à nemine mortalium redarguendas eſſe.

IX.

Salutem univerſitatis fidelium, poſt Deum, ex Papæ incolumitate pendere.

X.

Neque Papam, neque ejus ſententiam quiſquam in terris judicare poteſt, ipſe verò Papa omnes homines judicat.

XI.

Romana ſedes concedit autoritatem omnibus juribus & legibus, ſed ipſa nullis eorum ſubjecta eſt.

XII.

Petra, ſuper quam Chriſtus Matth. 16. eccleſiam ſuam ædificat, appellatur * *Romana ſedes, cum proximis ſuis.* *Diſtinct. 19.

XIII.

Claves ſoli S. Petro traditas eſſe.

XIV.

Chriſti ſacerdotium ab eo in S. Petrum eſſe translatum: De conſtit. c. Translato.

XV.

Papam habere poteſtatem condendi jura & leges eccleſiæ catholicæ. xxv. q. 1. Ideo permittente.

XVI.

Quod hanc ſententiam: quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; *eo trahit, quòd habeat poteſtatem, totam eccleſiam catholicam onerandi legibus ſuis temerariis.*

XVII.

Quod ſub excommunicatione & peccato præcipit, certis diebus carne quadrupedum, ovis, butyro, & aliis lacticiniis non eſſe veſcendum.

XVIII.

Quòd toti ſacerdotio interdixit matrimonio, prohibens ſacerdotes ducere uxores.

XIX.

Quòd Papa Nicolaus ſive III. ſive IV. *in ſua Antichriſtiana decretali, inter multa mala ponit:* Chriſtum *clavium traditione*, poteſtatem dediſſe *cœleſtis* ſimul & *terreni* regni.

XX.

Quòd Papa, magnum illud & impium mendacium: Conſtantinum Imperatorem ipſi Romanas provincias, regiones, & poteſtatem dediſſe in terra & mundo hoc inferiore: *pro vero judicat & poſtulat.*

XXI.

Quòd Papa jactat, ſe ſacri Romani Imperii hæredem eſſe: De ſentent. & re judic. c. Paſtoralis.

XXII.

Quòd Papa docet, juſtum & licitum eſſe, ut Chriſtianus vim vi repellat.

XXIII.

Quod Papa docet, inferiores & ſubjectos, poſſe ſuis ſuperioribus inobedientes & contumaces eſſe, & quòd Papa poſſit reges deponere.

XXIV.

Quòd Papa etiam nititur poteſtatem habere, convellendi & diſſolvendi omnia juramenta, fœdera, & obligationes, inter ſuperiores & inferiores ſtatus erectas.

XXV.

Papam habere poteſtatem, vota Deo facta diſſolvendi & commutandi. De vot. & vot. red.

XXVI.

Quòd Papa docet, eum, qui differt ſuum votum ſolvere ex præcepto Dei, non teneri culpa rupti voti: ibid.

XXVII.

Quòd Papa docet, nullum poſſe Deo ſervire maritum vel conjugem.

XXVIII.

XXVIII.

Quòd Papa inutiles ſuas leges comparat Evangeliis & ſanctæ ſcripturæ.

XXIX.

Papam habere poteſtatem ſacram ſcripturam pro ſuo arbitrio & voluntate interpretandi & docendi, & nulli permittere, eandem aliter, quàm ipſe Papa velit, interpretari.

XXX.

Quòd non Papa à ſcriptura ſed ſcriptura à Papa autoritatem, vigorem, robur & dignitatem habeat.

Summa juris canonici.

Summa ſummarum totius juris Canonici hæc eſt: *Papa eſt Deus in terris, ſuperior omnibus cæleſtibus, terrenis, ſpiritualibus & ſecularibus: Et omnia Papæ ſunt propria, cui nemo audet dicere, quid facis?*

An. 1521. Wormatiam evocatur Luther.

Interea Fridericus Elector Saxoniæ effecit, ut Cæſar Lutherum ad comitia *Wormatienſi*, datâ fide publicâ, evocaret, menſe Martio, anni *viceſimi primi.* Lutherus, Cæſaris acceptis literis *Wittemberga* abit, deductus ab ipſius caduceatore *Caſparo Sturmio,* comitatus *Juſto Ionâ, Hieronymo Schurfio* & *Nicolao Amsdorfio.* Ex ſcholaſticis unum ſibi comitem adjunxit, *Petrum Suavenium* Danum, qui poſtea in aulam regis Daniæ *Chriſtiani* accitus, ſtudia literarum & eccleſiæ multum juvit. *Haidelbergam* ubi venit, ad diſputationem publicam, ſi qui vellent, ſeſe obtulit. Ibi tum, cùm multi eum dehortarentur, ne *Wormatiam* iret, & alii exuſtione librorum ipſius jam damnatum Pontificiorum calculo dicerent, alii exemplum *Huſſi*, alii *Savonarolæ* proponerent, Lutherus magno animi robore id contemſit, & terrorem hunc à Sathana ſibi dixit adferri qui confeſſione veritatis, præſertim in loco tam illuſtri, regnum ſuum labefactatum iri videret. Imò in hæc prorupiſſe verba dicitur: *Si ſcirem tot Wormatiæ eſſe diabolos quot tegulæ in tectis, tamen eſſem ingreſſurus.* *Franciſcus* etiam à *Sickingen* à Cæſaris intimis rogatus, per *Bucerum* ad ſe incitavit in arcem *Ebernburgam*, ubi commodiùs cauſa ſua poſſet diſceptari, ſed Lutherus non *Ebernburgam*, verùm Wormatiam à Cæſare ſe vocatum reſpondet, eo etiam iturum. Ita progreſſus venit, die *decimo ſexto* Aprilis, quæ fuit feria tertia, poſt *Miſericordias Domini.* Ferunt ingredienti Ducis Bavariæ hiſtrionem aulicum, ſive ab aliis ſubornatum, ſive fatidico ſpiritu inſtinctum, obviam cum cruce, ut in funeribus, veniſſe, altaque voce ceciniſſe: *Adveniſti deſiderabilis, quem expectabamus in tenebris.* Erant tum ſtatim quidam Cæſari authores, perinde cum Luthero, ut cum Huſſo agendum, ſed Cæſar fidem datam ſervandam cenſuit, & inprimis *Ludovicus* Elector Palatinus id ut ne fieret reſtitit, & cordatè dixit: *ſi id fieret, quod adverſarii volebant, ad labem id Germanici nominis & dedecus pertinere ſempiternum.*

Eò abit. — Terretur, ne eat. Lutheri fortitudo. — Invitatur à Fr. Sickingen. — Venit Wormatiam. — Ludovic. elect. Palat. fidem ſervandam Luth. monet.

Siſtit ſe Cæſari Luth. Actio coram eo & princip.

Poſtridie *decimo ſeptimo* Aprilis ſub pomeridianam quartam, vocatus coram Cæſare & frequenti Principum conſeſſu ſeſe ſtitit. Ibi *Ioannes Eccius* Jureconſultus, Cæſaris orator, & officialis Trevirenſis, mandatu Cæſaris Latinè & Germanicè clarâ voce: *Duæ ſunt,* inquit, *cauſæ cur Cæſar de conſenſu Principum & ordinum, te juſſerit accerſi, Martine Luthere, de quibus ut ex te cognoſcam, mihi mandavit,* primum *an hos libros* (faſcem hic oſtendebat librorum Lutheri Germanicè & Latinè ſcriptorum) *abs te conſcriptos fatearis, & pro tuis agnoſcas?* alterum, *an retractare quicquam in iis, aut verò quæ ſcripſiſti, tueri velis?* Aderat Luthero *Hieronymus Schurffius* Jureconſultus, is librorum inſcriptionem recitari* & edi petit, quod ubi factum, Lutherus breviter repetens quod propoſitum erat: quantum ad libros nominatos, *inquit*, pertinet, meos eſſe profiteor & agnoſco, ſed an propugnare velim, quæ ſcripſi, ut ad id legitimè reſpondeam, cum res ſit maximi momenti, ne quid præcipitanter ac contra conſcientiam à me fiat, deliberandi ſpacium poſco. *Re communicata, Eccius iterum;* quanquam, ait, de ſcripto Cæſaris facilè tibi fuit cauſam cur evocatus ſis, intelligere, atque idcirco non liceret tibi moram interponere, quo minus jam reſponderes, tamen Cæſar, quæ eſt ejus clementia, diem tibi unum ad cogitandum largitur, & ut cras, circa hoc ipſum tempus te ſiſtas, & quid tui ſit propoſiti, non ſcripto, ſed oratione exponas, jubet. Quod moram Lutherus peteret, plerunque putarunt non fore conſtantem, ſed falſi illi opinione ſuâ ſunt. Hoc loco ſilentio involvendum non eſt, quod cùm ad Cæſaris ſolium accederet Lutherus, multi è concilio Principum monuerint, fortiter rem ageret, neve animum deſponderet, aut timeret illos, qui *corpus ſolum occidere poſſent, animam non poſſent*, alii illud ſubjiciebant, *cogitaret, cum ſteteritis coram regibus ac Principibus ne eſtote ſoliciti quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis illo momento, quod loquamini.*

** Intitulentur libri. — Reſponſ. Luth. — Animat Luth. à princip. Matth. 10. v. 19. 20.*

Iterum ſiſtit Luth.

Sequenti itaque die, cum ad horam dictam adeſſet Lutherus, ab Eccio iterum interrogatus, *ecquid tandem animi ei eſſet?* ipſe ad Cæſarem atque Principes converſa oratione, & audientia benevola ſuppliciter petita, argumenta librorum ſuorum diſtinxit. Ex iis, *inquit*, quos ſcripſi, libris, quidam ad fidei & pietatis doctrinam pertinent, quibus etiam adverſarii præclarum dant teſtimonium. Hos ſi abjurarem, officium viri boni neglexiſſe jure queam accuſari. Sunt alii quibus Pontificatum Romanum, & Pontificiorum doctrinam refello, qui maximis incommodis Rempub. Chriſtianam afflixerunt, & etiamnum affligunt. Hos ſi aboleam, tyrannidem illorum confirmaro. Tertium genus eſt eorum, qui ſcripti ſunt in quoſdam privatim, qui Romanam nequitiam defendere volunt, mihique calumnioſè multa impingunt. In his equidem fateor, me alicubi fuiſſe vehementiorem, ſed nec me ἀναμάρτητον eſſe agnoſco, & hos ipſos etiam retractare mihi integrum non erit, niſi velim feneſtram inſolentiæ multorum aperire. Sed tamen quia homo ſum, errare poſſum, &

cupio

,, cupio ſcripturæ teſtimoniis melius erudiri ,, à quovis. ,, Hæc & plura eo locuto, Eccius torviori vultu: *non reſpondes*, inquit, *ad rem, neque tuum eſt conciliorum auctoritatem in dubium vocare. Planum & ſimplex abs te reſponſum requiritur: an velis tua ſcripta eſſe rata.* Tum Lutherus: *quando ergo Cæſar ac principes, jubetis, planè ut reſpondeam, obtemperabo. Hæc eſt mea ſententia: niſi ſcripturæ teſtimoniis vel evidenti ratione convictus fuero, non poſſum quicquam eorum, quæ vel ſcripſi vel docui, revocare. Nam ut conſcientiam meam vulnerem, non committam; Pontifici autem Romano & ſolis conciliis non credo: quæ & errarunt ſæpius, & contraria ſibi ipſis tradiderunt, capta & conſcientia in verbis DEI neque poſſum neque volo quicquam, cum contra conſcientiam agere neque tutum ſit, neque integrum:* Hie ſtehe ich / ich kan nicht anders / GOtt helff mir / Amen. Hoc eſt, *hic ſto: aliter non poſſum. Deus me juvet, Amen.* Ac cùm denuò urgeretur, ipſe tamen in dato reſponſo perſtitit, & ita tunc eſt diſceſſum.

ſaris / l. ad / ncipes / r cau- / utheri.

Poſtridie Cæſar epiſtolam in concilium principum mittit, ejus hæc ſumma: ,, Majores noſtri & ipſi Chriſtiani principes, fue- ,, runt nihilominus Eccleſiæ Romanæ audi- ,, entes, quam nunc Doctor Martinus Lu- ,, therus impugnat, & quia ne latum quidem ,, unguem ab erroribus diſcedere in animum ,, induxit, non poſſumus nos cum decore à ,, Majorum exemplo deſciſcere, in antiqua ,, fide tuenda, & Romanæ ſedi auxilium fe- ,, rendo. Ipſum autem Martinum Lutherum ,, & adhærentes, excommunicatione perſe- ,, quemur, & ſi quæ aliæ patent ad extinguen- ,, dum viæ. Datam tamen & adſcriptam fi- ,, dem violare nolumus, imò daturi operam ,, ut ſalvus eò redeat, unde eſt accitus. Ea Cæſaris epiſtola diu multumque fuit in ſenatu principum diſceptata: neque deerant, uti fertur, qui Conſtantienſis concilii decretum, & veſtigia ſecuti, fidem ei minimè ſervandam eſſe dicerent: ſed huic ſententiæ tum alios, tum Ludovicum Palatinum Electorem, uti dictum, reſtitiſſe vehementer ajunt. Quapropter, non modò ſervandam ei fidem, ſed neque temerè damnandum eſſe plerique cenſebant, eo quòd magni res eſſet futura momenti, quicquid demum Cæſar decreviſſet; quem in hac ætate poſitum, à pontificiis adminiſtris impelli videbant adverſus Lutherum & exacui.

viren- / & alio- / dele- / um / Luth. / o. / d. l. 3. / ment. / ipta / Cæſaris / icio ac / cipum / iciit / h. Con- / Luth.

Diebus aliquot interjectis, *Trevirenſis* præſul, die *viceſimo quarto* Aprilis, Lutherum ad ſe, & alios principes, qui permiſſu Cæſaris aderant, vocavit, ubique amicè, ut de propoſito deſiſteret, cum eo egit. Verùm Lutherus, gratiis pro eorum ſolicitudine actis, in doctrina nihil conceſſit; ſcripta autem ſua Cæſaris & principum ſubjecit cognitioni; modò id ſcripturâ duce & verbo divino fiat. Rogante Trevirenſi, *ecquid remedii ſciret, aut daret?* reſpondit Lutherus: *nullum aliud, quam quod Gamaliel in Actis Apoſtolicis dediſſe legitur: ſi ex hominibus conſilium aut opus hoc eſt, diſſolvetur, ſin ex Deo, diſſolvere non poteritis:* atque idem petivit ad pontificem ut perſcriberetur. Cum Trevirenſis pergeret: *quid ſi articuli decerperentur concilio ſubmittendi?* ibi Lutherus, *modo*, inquit, *non ſint illi, quos concilium Conſtantienſe damnavit.* Trevirenſi ſubjiciente, *ſe metuere eoſdem futuros*; animosè Lutherus: *eos tueri volo, etiam cum vita præſentiſſimo diſcrimine.* Itaque à Trevirenſi placidè dimiſſus rogavit Lutherus eundem, ut poteſtatem redeundi ad ſuos, ſub fide publica, ſibi à Cæſare impetraret: id quod & promiſit & præſtitit. Miſſo enim *Eccio*, illo officiali, paulò poſt ſignificavit Luthero, integrum ei eſſe, ut diſcedat ſub tutela Cæſaris intra *unum & viginti* dies, addita hac commonefactione, *necubi in itinere concionem ullam habeat, aut ſcribendo quicquam turbarum excitet.* Hoc audito Lutherus, *ſicut Domino*, inquit, *placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.* Deinde Cæſari ac principibus gratias egit humaniſſimè, ſeque eis commendavit.

Luth. dimittitur Wormat. Sleid. l. 3. p. 58.

Die ergo Aprilis *viceſima ſexta*, quæ erat feria ſexta, poſt jubilate, ſalutatis ſuis, Wormatiâ abiit, quem *Caſpar Sturm* caduceator, aliquot horis poſt ſubſecutus, *Oppenheimii* offendit. Ex itinere Lutherus literas dedit, tam ad Cæſarem, quam ad Principes Electores ac Imperii ordines, quibus ſe & cauſam ſuam commendat, & ad omnia ſe paratum, præterquam ad revocationem eorum, quæ ſciat ſacris literis contineri dicit. Cæſar autem, die *octavo* Maji, Lutherum proſcribit, quem *Leo* Pontifex, die *viceſimo octavo* Martii, die cœnæ Domini, iteratò excommunicat. Erant omnium animi tum arrecti: ecquid illa fulmina eſſent effectura.

Diſcedit.

Literæ Luther. ad Caſ. & Imp.

Excommunicatur à Papa, & proſcribitur à Cæſare Luth.

Fridericus autem Elector, vir prudens, cùm Lutherum odia omnium incurriſſe videret, vitandi periculi causâ, negocium dat fidis quibuſdam è nobilitate; ut in locum quendam tutum, ac ab hominum frequentia remotum, Lutherum abducerent: donec Cæſare Germaniâ abiiſſet. Illi quod mandatum fideliter exequuntur; ac in ſylva quadam currum, quo Lutherus vehebatur, cum impetu invadunt: atque in arcem *Wartenburgum*, prope *Iſenacum*, quam ipſe *Pathmum* poſtea nominavit, occultè deducunt. Conſilii illius *octo* duntaxat conſcii fuerunt: idque tanta taciturnitate; ut nemo extra ipſos, ubi eſſet Lutherus, * reſciſcere diu potuerit. Ferunt Magos paſſim à Pontificiis conſultos tunc, de loco in quo Lutherus latitaret, verùm nihil hic illos certi potuiſſe indicare. Manſit in eremo illa Lutherus *decem* circiter *menſes*; ac in ocio illo tum alios Eccleſiæ utiles labores, *Evangeliorum* etiam & *epiſtolarum enarrationes*, *Alberto* Mansfeldio dicatas, uti & *contra Latomum*, de *peccato in renatis reliquo*, edidit: tum verò duos nervos regni Pontificii *miſſas privatas* & *vota monaſtica* incidit.

In vita intercipitur.

Pathmos Luth.

* *Tandè enim innotuit Luth. tom. 1. ep. p. 356. b. Chytræus in Saxon. A. 1522.*

Luth. in eremo labores.

Miſſa privata Wit. abrogatur.

Quos libros *Auguſtinianis* fratribus, qui abſente illo miſſas privatas abrogare, & de laxandis votis monaſticis diſputare cœperant; & patri ſuo inſcripſit. Facti autem illius etiam ad Electorem Wittembergenſes rationem reddiderunt: & *in quem finem*, tam *templa*, quam *collegia* primum *inſtituta* eſſent, docuerunt: nempe *non propter miſſas; ſed ut juventus in iis ad pietatem erudiretur: & poſſeſſiones donatas in uſum docentum diſcentumque & pauperum. Poſtea, ab annis quadringentis circiter, natam illam miſſarum nundinationem.*

Sleidan. l.3. com. Conſil. Theol. Melanchth.

Habitus eſt Lutherus in illâ eremo ſuaviter, tractatusque liberaliter: quemadmodum in multis epiſtolis hoſpitis ſui deprædicat humanitatem: cui ipſe *diebus Dominicis ac feſtis*, in eccleſia domeſtica, eſt concionatus. Interdum etiam egreſſus eſt valetudinis cauſa in loca vicina arci, ubi fraga legit, interdum exſpaciatus longiùs in monaſteria adſita, adſumto nomine *Georgii* cujuſdam nobilis (Juncker Görg) cum miniſtro quodam aulico, fido & taciturno, qui Lutherum monuit: *ne indiverſoriis enſem ſtatim deponeret, atque ad libros accurreret, ſicubi adeſſent, alias iri proditum.* Aliquando exivit etiam cum ſuis venatum, qua de re ipſe ita: ,, Fui* proximè in venatione duobus diebus, viſurus voluptatem illam horum γλυκύπικρον. Cepimus duos lepores, & aliquot perdiculas miſeras. Dignam profectò occupationem hominum ocioſorum. Theologiſabar etiam ibi inter retia & canes. Ac quantum voluptatis attulit ſpecies illa rerum: tantum miſericordiæ & doloris miſcuit myſterium. Quid enim iſta imago niſi diabolum ſignificat, per inſidias ſuas & impios magiſtros, canes ſuos, ſcilicet theologos, venantem innoxias iſtas beſtiolas? nimis præſens erat myſterium hoc triſtiſſimum de animabus ſimplicibus & fidelibus. Acceſſit & atrocius myſterium. Cum mea opera lepuſculum ſervaſſemus vivum, & intra manicam meæ tunicæ involviſſem, ac paulum diſceſſiſſem, interim canes inventum miſerum leporem per tunicam, fracto ejus crure dextro, & ſuffocato gutture extinxerunt. Scilicet, ſic ſævit Papa & Sathan; ut ſervatas etiam animas perdat, nihil moratus meam operam. Denique ſatur ſum ejus venationis: dulciorem arbitror, qua jaculis & ſagittis, urſi, lupi, apri, vulpes & id genus magiſtrorum impiorum confodiuntur. Solatur tamen me, quod proximum ſalutis eſt myſterium, lepores & innoxias beſtias ab homine capi, quam ab urſis lupis, & rapacibus accipitribus, & ſimilibus epiſcopis & theologis, quod hic ad infernum, illic ad cœlum devorari ſignificentur.

Exercitia corporis Luther. in eremo. Mutato nomine exſpaciatur. It venatũ cum domeſticis.

**Tom. 1. ep. Luth. pag. 350. b.*

Venatio imago inſidiarum diaboli.

Wittembergam etiam excurrit ex ſua Pathmo, paucis conſciis, hoſpitio uſus *Amsdorffii*, poſuitque aliquot dies ibi jucundè apud amicos, clam electore. Laboravit autem in ſolitudine & ocio alvi duricie tantâ: ut vix quarto quintove die ſemel exonerare potuerit: acceſſerunt & tentationes diaboli: qui etiam ſtrepitu ei moleſtus fuit. Morbum illum leniit & evicit tandem exercitationibus & medicamentis à Spalatino miſſis. Legit & tunc *Biblia Græca & Hebræa*: ſcripſitque præter illos libros literas ad amicos, quæ in publicum editæ.

Excurrit Wittenb. occultè. Tom. 1. ep. p. 367.

Morbus Lutheri in eremo. Tom. 1. pag. 36

Tandem impatiens moræ & innovationũ*, Wittembergam, inſcio Electore, ex eremo ſua rediit, die *ſexto Martii*, feria quinta poſt Eſto mihi, anno *viceſimo ſecundo*. Cauſas reditus ſui ad Electorem exponit† has: primò quod *vocatus ſum literis eccleſiæ atque populi Wittenbergenſis, idque precibus ac ſolicitationibus ſane multis*: deinde *Wittemberga me abſente, Sathanas irruit in gregem meum: & tantum excitavit turbarum, ut mihi ſcriptis duntaxat hos tumultus reprimere & ſedare non ſit integrum, ſed neceſſe eſt me vivum, præſentem, loquentem & audientem ibi agere, adeſſe, praeeſſe, & prodeſſe.* Denique *admodum vereor, ne qua magna & horribilis ſeditio oriatur in Germania, quâ natio Germanica graves pœnas det contemtus & ingratitudinis. Neceſſarium ergo duxi, hac de re cum meis communi conſilio & ſtudio, docendo, monendo, hortando omnia agere, quæ poſſumus & debemus, ut iram & judicium Dei, aut avertamus, aut certè aliquandiu differamus.* Ibi etiam inter alia *certo ſcio*, inquit, *& firmiſſimè perſuaſum habeo, meum verbum ſeu initium mei Evangelii non à me, ſed à DEO profectum eſſe. Nec ullum genus mortis aut perſecutionis, Deo juvante, hoc mihi excutiet, aut diverſum docebit. Et videor mihi rectè divinare: nullis terroribus aut ſævitia hanc lucem aboleri poſſe.* Et alia † epiſtola: Redeo Wittembergam munitus præſidio multo ſublimiore & firmiore, quàm ab Electore Saxoniæ mihi præſtari poſſit. Neque in animum unquam induxi, à C.V. defenſionem petere. Imò judico C.V. plus à me præſidii & tutelæ habituram eſſe, quàm mihi præſtare. Præterea ſi ſcirem, C.V. velle & poſſe me tueri; planè non redirem. Huic cauſæ nullus gladius conſulere, aut opem ferre poteſt. Solum Deum hic gubernare & agere oportet, ſine ulla ſolicitudine & auxilio humano. Itaque in hac cauſa, qui firmiſſimè Deo fidit, is fortiſſimè ſe & alios defendit. Cum igitur videam C.V. adhuc valde imbecilla fide præditam eſſe, nullo modo tantum tribuere C.V. poſſum; ut ab illa me defendi aut liberari ex periculis poſſe ſtatuam. Ego C.V. animam, corpus, & fortunas, omnis damni & periculi expertes in hac mea cauſa ſervabo, ſive id credat C.V. ſive non credat. Sciat etiam C.V. & nihil dubitet; longè aliter in cœlo, quàm Noribergæ de hoc negotio concluſum eſſe: videbimus enim, eos qui ſe jam putant Evangelion totum devoraſſe, & extinxiſſe, nondum Benedicite abſolviſſe. Longè alius, & potentior Princeps eſt, quàm Dux N. cum quo mihi negotium eſt. Is me, & ego ipſum mediocriter novi.

** De ... bus a... in vit... Carol... dii.*

Redit Luth. ... cur.

† To... epiſt. ...

Luth. ... ſuaſio ... certit...

† Tom. ... oper. L... Jenen... pag. 57... Luthe... παῤῥη...

Si

Tom.2. ſt. p.44 ia cauſa ditus.

„ Si crederet illuſtriſſima C.V. tum magnalia & gloriam Dei videret. Cùm autem nondum credat C.V. nihil etiam eorum vidit. „ Deo gloria & laus in æternum. Hæc & alia plura ibi, plena παῤῥησίας divinæ, & fidei πληροφορίας admirabilis. Præter iſtas cauſas reditus ſui & hanc ad *Melanchthonem* * perſcribit: *Para mihi hoſpitium, quia translatio me urgebit ad vos reverti, & ora Dominum, ut fiat cum ſua voluntate. Opto autem latere, quantum fieri poteſt, interim procedam, quò inſtitui.* Idem ſcribit ad *Amsdorfium, propter translationem Bibliorum cogi ſe, ut redeat Wittembergam, aliorum ea in re conſilio & auxilio uſurus.*

prehen- factaſe ſente ith. Tom.7. er.Luth. Vittemb.

Reverſus ergo Lutherus à Dominica *Invocavit* ad *Reminiſcere* uſque, ſingulis diebus ſingulas conciones, quæ * extant, habuit, quibus quid probaret, aut improbaret, in mutationibus ſe abſente factis, oſtendit. Reprehendit autem factum illorum, qui *miſſam privatam*, & *idola* abrogarant; *cœnam ſub utraque ſpecie* celebrarant; *confeſſionem auricularem, diſcrimina ciborum, ſanctorum invocationem*, & alia ſuſtulerant, *non quòd impiè feciſſent:* ſed *quòd non ordine*. Damnare ſe dicit * *miſſam Papiſticam, imagines*, quæ colantur, *leges Papæ de confeſſione, oratione, jejunio*, ſed damnare ſolo verbo, non violenta abrogatione. Iſtis concionibus quid effecerit, ipſe indicat *: „ Ego, inquit, Caroloſtadium offendi, quod ordinationes ſuas caſſavi, licet doctrinam non damnarim, niſi quòd diſplicet in ſolis ceremoniis & externis faciebus laboraſſe eum, neglectâ interim verâ doctrinâ Chriſtiana, hoc eſt, fide & charitate. Nam ſua ineptâ docendi ratione, eò populum perduxerat, ut ſeſe Chriſtianum arbitraretur, per has res nihili: ſi utraque ſpecie communicaret, ſi tangeret, ſi non confiteretur, ſi imagines frangeret. „ Et hoc fuit initium diſſidii inter *Caroloſtadium* ac *Lutherum*.

Tom. 2. iſt.p.49.

Tom.2. .p.56. aroloſta- us offen- illis ncioni- s.

Hoc anno *viceſimo ſecundo*, prodiit primum *N. Teſtamentum*, in eremo illa *Germanicè* à Luthero redditum, & poſtea ſuâ atque * *Melanchthonis* operâ elimatum. Ejus lectione Pontificii quidam Principes & Epiſcopi ſuis interdixerunt. Scripſit & tunc ad *Boëmos* * epiſtolam graviſſimam: qua *eos ad conſtantiam hortatur in agnita veritate, & ne vana ſpe pacis ad Antichriſtum deficiant, dehortatur, ne nos ſe faciant innocentis ſanguinis Joannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis. Quòd autem ſectæ illis exprobrentur, longè plures eſſe inter ipſos Papiſtas, docetque quomodo malo huic occurrendum ſit.* Sub idem tempus * librum evulgavit, *adverſus falsò nominatum ordinem epiſcoporum:* in quo invehitur graviter in Epiſcopos: quod Evangelii doctrinam damnent & perſequantur: cùm toties provocati nunquam eam refutarint, aut ſuam defenderint. „ Tyrannide nihil ipſos effecturos, neque ſe vel Papæ anathemate, vel Cæſaris proſcriptione moveri, imò Evangelii doctrinam ſubinde latius ſe propagaturum, idque eò animoſius, quò vehementiùs illi reſiſtant, nec extinctum iri Evangelium etiamſi ipſum occidant. Deum autem ipſos, ſi inſanire pergant, graviſſime puniturum. „ Hoc libro Epiſcopos, Abbates, monachos, & totam fecem Antichriſti ita irritavit, ut igni deletum libros Lutheri ire conſtituerint, cùm ipſum auctorem non poſſent.

Tom.2. .p.55. b. ep.1. ad mer. ſt eat.2. .p.85. & m.2. op. ut.Witt. 28.

Exſtat. m.2. op. uth. Vitt.pag. o. epiſc. riptum uther.

Pugnat cum Anabaptiſtarũ patriarch. Eorum dogm.

Conflixit eodem tempore cùm fanaticis hominibus Lutherus, *Nicolao Storck, Thoma Müncero, & aliis novorum Prophetarum* anteſignanis: qui jactabant *arcanas revelationes angelicas, & colloquia cum Deo, baptiſmum* quoque *parvulorum* impugnabant. Hæc fuerunt ſemina doctrinæ Anabaptiſtarum, ſparſa per illos prophetas, qui ex urbe *Cygnæa Wittembergam*, abſente Luthero, venerant: & non ſolùm *Caroloſtadium*, ſed etiam *Melanchthonem* nonnihil * turbarunt. Reſpondit tunc Lutherus etiam *Henrico VIII.* Angliæ regi, qui illum libro edito, inter alios adverſarios, oppugnarat: atque à Papa Leone *defenſoris Eccleſiæ* titulum eo obtinuerat: ſed reſpondit calamo aſperiore: cujus vehementiam ne omnes quidem amici Lutheri probarunt. Ea de re *Eraſmus* ita, *ſi Lutherus collaudato pio regis ſtudio rem ſolidis argumentis fortiter peregiſſet, non violata regia dignitate, rectius opinor conſuluiſſet ſuæ cauſæ.* Idem, *Quid invitabat Lutherum, ut diceret in libello adverſus regem Angliæ: veniatis, Domine Henrice, ego docebo vos? Certè regis libellus Latinè loquebatur nec inerudite.* Sed Lutherus ita ſe * excuſat: Si quem offenderit mea in Regem aſperitas: hoc ſibi reſponſum habeat. Cum inſenſatis monſtris me hoc libro agere, qui omnia mea optima & modeſta ſcripta, tum humillimam meam ſubmiſſionē contemſerunt, & magis ex mea modeſtia induruerunt. Deinde à virulentia & mendaciis abſtinui, quibus liber Regis refertiſſimus eſt, nec magnum eſt, ſi ego Regem terræ contemno & mordeo, quando ipſe nihil veritus eſt, Regem cœli in ſuis ſermonibus blaſphemare & virulentiſſimis mendaciis prophanare. Dominus judicat populos inæquitate. „ Inſcripſit eum librum Lutherus *Sebaſtiano comiti à Schlick*: cujus laudat ſingulare pietatis ſtudium ac zelum, vultque id ſcriptum initium eſſe fugæ ſuæ ad Boemos. Nam ejus & rex & alii ipſum inſimularant: ut poſſent triumphare & gloriari: *Vicimus, hæreticus fugit ad hæreticos.*

* Camer. in vita Melanch. Reſp. Angliæ regi durius Luth.

Eraſ. judicium de eo ſcripto.

* Tom.2. op. Latin. Wittemb. p. 355. Excuſat ſe Luth.

Sebaſtian. comes à Schlick.

Luth. fuga inſimulatus.

Comitia Normbergenſ. 1523. Sleid. l.4.

Anno *viceſimo tertio* in comitiis *Norinbergæ*, abſente Cæſare, celebratis, edicto *Wormatienſi* fuit derogatum: cumque legatus Pontificius conquereretur: pœnam de Luthero, ex edicto Cæſaris, non eſſe ſumtam, reſponderunt principes, pleroſque conqueri de curia Romana, & pleroſque in Germania ita Lutheri concionibus & ſcriptis eſſe eruditos, ut ſi ex illo decreto ageretur, maxima ſit

oritura inde ſeditio, & fore ut ita interpretentur, quaſi oppreſſa veritate exſtinctaque Evangelii Luce; manifeſta vitia, quæ tolerari aut diſſimulari diutius non poſſint, defendantur. Conſilium autem hoc eſt datum: ut *concilium in Germania liberum* quam primum, vel *Moguntiæ*, vel *Argentorati*, vel *Meti*, vel *Coloniæ*, celebretur: interea *Lutherus & alii nihil emittant librorum: concionatores nihil præter Evangelium doceant*, idque *purè & modeſtè, juxta probatas & ab Eccleſia receptas interpretationes concionatores exorbitantes leniter caſtigandos*, per conſtitutos ab epiſcopis idoneos homines, ne ſuſpicio oriatur, velle Evangelii curſum eos impedire: *Typographi nihil excudant, aut divendant, niſi per viros doctos & bonos judicatum, & approbatum, ſacerdotes qui uxores duxerint, ex præſcripto juris Pontificii multentur. Gravamina* inſuper *centum* tunc legato ſunt exhibita nationis Germanicæ, de quibus alibi.

Decretum Norinbergenſe. Conc. in Germania celebrandum.

Centum gravamina nationis Germanicæ Sleid. l.4.p.29.

Hoc decretum cum alii aliter acciperent, Lutherus pro ſe eſt interpretatus, literis ad principes datis. Ac primum, „ quod Evangelium doceri jubeant ſecundum interpretationes ab Eccleſia receptas, ſe non de Thomæ aut Scoti, ſed de Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, & horum ſimilium accipere. Alterum ut Epiſcopi deligant homines idoneos, qui concionibus adſint & leniter moneant, ſicubi opus; rectè quidem decretum, ſed nunquam id futurum, cum viris doctis careant: de libris non recuſare, modo non intelligatur de libris ſacræ ſcripturæ, quorum editio prohibenda non ſit. Poſtremum de multandis ſacerdotibus qui vel uxores ducunt, vel ordinem ſuum deſerunt, nimis eſſe durum, &, ſi Evangelium purè docendum ſit, omnino mitigandum. „ Hoc principum decreto *Cæſar* fuit offenſus, ac per legatum prorſus id infringere annîſus, ſed fruſtra. *Longe* enim *aliter in cœlo, quam Norinbergæ hoc de negocio erat concluſum*, ut ſcripſerat Lutherus. Certatim enim principes & civitates imperii doctrinam repurgatam introduxerunt: ut & in *Dania, Boruſſia, Livonia, Sileſia*, & alibi factum.

Luth. decretum interpretatur. Sleid. l.4. pag. 83.

Cæſar eo decreto offenſus. Evangelii curſus. Tom.2. ep. Luth. pag. 121.

Hoc anno Lutherus inter alia edidit librum *de dignitate & officio magiſtratus politici:* cujus lectione inprimis delectatum ferunt *Fridericum* electorem. Scripſit & ad *Waldenſes*; quos *Picardos* vocant, de *ſacramenti adoratione*: quo in libro primum meminit opinionis *Berengarii*, de cœna Domini, antequam cum Helvetiis certamen inivit. Evulgavit & *Pentateuchum* in *Germanicam* linguam traductum, poſt *tria annorum millia à morte Moſis* elapſa. Emiſit etiam librum ad ſenatum *Pragenſem*, de *inſtituendis Eccleſiæ miniſtris*, & alium *de doctrinis hominum vitandis. Livonos* eodem anno epiſtola ſalutavit *: „ qua gratulatur illis patefactam Evangelii Chriſti doctrinam, cujus oppreſſionem pleroſque in Germania tyrannos pertinaciter moliri queritur; ejuſdemque generis perſecutiones atrociſſimas ipſis quoque exſpectandas præmonet, ad quas ſuſtinendas ut ſeſe præparent, animumque obfirmatum habeant, atque in agnita veritate Evangelica fortiter perſeverent, graviter ac piè cohortatur; de fide juſtificante, & tandem de vera ratione bonorum operum breviter & perſpicuè eos erudiens. „

A. 1523. Liber de magiſtratu Politico. Waldenſes.

Pentateuchus, Germanicè.

Sleid. l. 4. p. 84.

** Eſt ea t. 2. ep. p. 122. Ep. Luth. ad Livonos.*

Formulam quoque *miſſæ & communionis* hoc demum anno edidit, in qua omnes ritus uſitatos, qui non palam verbo Dei repugnant, *introitum ex Pſalmis, Kyrie, collectam, epiſtolam, ſequentiam, Evangelion, ſymbolum, concionem, preces, præfationem, ſanctus, precationem Dominicam, verba cœnæ, elevationem, agnus Dei, gratiarum actionem*, retinet. *Canonem* verò *Miſſæ*, transformantem Cœnam Domini in ſacrificium pro vivis & defunctis, prorſus omittit. Hæc fuit *prima reformatio rituum:* etſi *Caroloſtadius* tale quid antea tentarat. Revocata etiam fuit in uſum *confeſſio auricularis* & *abſolutio privata* quam *Caroloſtadius* aboleverat. Cumque *Bruxellis* duo profeſſionis Auguſtinianæ monachi inquiſitore, calendis *Julii* exuſti eſſent; ac primi pro doctrina fidei repurgatâ ſanguinem fudiſſent: Lutherus eorum conſtantiam *cantico** celebravit, & ut ſui temporis primos martyres canonizavit: quâ de hiſtoria etiam *Eraſmus**. Miſit etiam eotempore Lutherus ad *Auguſtanos* epiſtolam conſolatoriam, quæ exſtat*; Idem fecit ad *Miltebergenſes*, propter Evangelium tunc in periculo conſtitutos. Primus eorum doctor fuerat *Joannes Draco Caroloſtadius*. Conſolatus itidem eſt epiſtola Lutherus tres nobiles virgines Miſnicas: quæ ob lectionem librorum Lutheri ex aula *Friburgenſi ducis Saxoniæ Henrici* fuerant ejectæ. Valedixerunt etiam clauſtris moniales aliæ alibi: unde Lutherus ita ad Spalatinum: ad me venerunt ex Nimpſchen monaſterio novem „ iſtæ apoſtatæ moniales. Vulgus miſerabile, ſed per honeſtos cives Torgavienſ. advectæ, nempe per Leonhardum Coppe & fratruelem ſuum, & Wolffium Tomitzch, ut nihil ibi ſit ſuſpicionis iniquæ. Miſeret me illarum valdè, maximè autem & aliarum, quæ ubique in tanto numero pereunt maledicta & inceſta illa caſtitate. Sexus iſte per ſeſe longè infirmiſſimus, & ad virum natura, imo divinitus, conjunctus; tanta crudelitate ſeparatus perditur. Inter eas fuit *Cathar. de Bora*, poſtea uxor Lutheri. Idem ad eundem Spalatinum de aliis monialibus alibi*: Exivere moniales ſedecim è monaſterio „ Widderſtetten, ſub comitibus Mansfeldenſibus, quarum undecim ad Quæſtorem Alſtetenſem venerunt. Unde recepit quinque Albertus. Agitur igitur inter eos an ſint ſervandæ vel ejiciendæ. Nondum autem finis, fertiliſſimus hic annus* rerum novarum eſt & erit, ut video. „ Sæpius tum etiam Lutherus ad Electorem Saxoniæ per *Spalatinum* inſtitit * *ut Bethavem* Wittenbergenſem

A. 1[…] Form. miſſæ à L[…] Chyt. Saxo[…] p. 28

Can. miſſæ

Conf. auri[…]

Duo [mar]tyres in Ge[…] 1523. Sleid. p. 82

** Ge[…]nico initi[…]*

Eſt t. […] p. 371

** Li[…] ep. 7.*

ep. 4[…]

** T[…] op. 1[…] Tom[…] p. 137*

Mon[…] deſer[…] clau[…]

** Tom[…] p. 13[…]*

** 152[…]*

** To[…] ep. p[…]*

„ genſem demoliatur, hoc eſt, collegium ca-
„ nonicorum omnium ſanctorum. *Cauſam addit* *: quòd fermè omnes ibi ſacrificuli non modò impiè vivant, ſed præfracto cor-
„ de Dei, & hominum contemtores, ſin-
„ gulis noctibus penè ſcortentur, & impu-
„ denti, indurataque fronte mane miſſas ce-
„ lebrent. *Teſtem allegat* Amsdorfium, &
„ exceptis forte tribus, cæteros omnes eſſe
„ palàm ſcortatores affirmat. Non igitur
„ tales fovendos, quin potius magiſtratus eſſe,
„ ſcortationes prohibere, & illos ad matrimo-
„ nium cogere. Etſi enim ad fidem cogi
„ nemo poſſit, ſcelera tamen publica tollen-
„ da. Miſſas denique ſaltem omittendas, pro
„ quibus è Principis fiſco ſumtus ſuppedi-
„ tentur, impiè & ſine fructu. Princeps quoque Anhaltinus *Joannes* per doctorem *Hieronymum & Franciſcanum* quendam Lutherum monuit *, ut purgaret ſe ab ignominia, quod *Ferdinandus Norinbergæ palàm eum arguiſſet novo quodam articulo, nempe Chriſtum eſſe ſemen Abrahæ, ab ipſo doceri.* Id Lutherus primum joco accepit, ſed poſtea feriò adſerentibus, credere neceſſe habuit, ſeriò ſe accuſari.

Oppugnatum eſt tunc evangelium & à *Papa* Adriano, qui *bulla,* ut vocant, *Fridericum* Saxoniæ electorem graviter accuſavit neglecti officii, in puniendo vel ejiciendo Luthero. Monuit deinde Principem obſecravitque, vel tandem id faceret, ni pareat, *gladium Pontificium ac Cæſareum, eſſe experturum.* Idem petiverunt *Henricus VIII. Angliæ,* & *Ludovicus Ungariæ* atque *Boëmiæ* rex. His ab electore nihil aliud eſt reſponſum, quam *Lutherum in concilio prius audiendum, quam damnandum.* Lutherum autem ipſum legatus Pontificius ad conventum Noricum accuſavit:
„ Mahometo eum eſſe ſimilimum. Nam ut
„ Turcæ per polygamiam, ita Lutherum per
„ diſſolutionem votorum caſtitatis, frena la-
„ xare cupiditatibus, eccleſiæ ſtatum convel-
„ lere, ideoque non auditum eſſe damnan-
„ dum, denique ut in eccleſiaſticos tunc, ita
„ poſtea & in politicos ſæviturum. Eodem anno *Chriſtiernus* Daniæ rex, propter impotentem dominatum regno pulſus, cum Eliſabetha * conjuge, Caroli V. ſorore, apud avunculum *Fridericum* Saxoniæ electorem, exulavit, & Lutherum concionantem diu audivit.

Anno *viceſimo quarto, Clemens* VII. Pontifex in locum Adriani ſurrogatus, legatum in Germaniam *Norinbergam* miſit, *Laurentium Campegium* cardinalem, qui ad *Fridericum* electorem prolixè ſcripſit: Papæ egregiam voluntatem multis dilaudavit & *de concilio* quoque *habendo recepit.* Tunc etiam Cæſar & plerique Imperii Principes edictum *Wormatienſe* urſerunt, quod ubi Lutherus cognovit, Germaniæ ſtatum deploravit, deque hominum cæcitate eſt conqueſtus. Eodem anno *Eraſmus Roterodamus* calamum in Lutherum ſtrinxit, perſuaſus à rege Angliæ, & *Thoma Volſio,* cardinale *Eboracenſi.* Edidit autem fere invitus, ut ipſe ad Melanchthonem ſcribit, * *diatriben de libero arbitrio.* De quo ſcripto quid Lutherus ſenſerit, ex hiſce ipſius ad *Spalatinum* * verbis videre eſt, *incredibile eſt, quam faſtidiam libellum de libero arbitrio, necdum ultra duos quaterniones ejus legi. Moleſtum eſt tam erudito libro reſpondere tam eruditi viri.* Reſpondit autem Lutherus demum anno *viceſimo ſexto,* animis interea eruditorum ſuſpenſis, non ſecus atque

Cum duo converſis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt.

Famoſus itidem hic eſt annus infauſto illo bello Sacramentario, cujus exordium progreſſumque cum in antagoniſtâ * ejus, & alibi retulerimus, non lubet hic

Narrando infandum rurſus renovare dolorem.

Prodierunt eadem tempeſtate fanatica ſcripta *Thomæ Münceri Stollbergenſis,* & concionatoris *Alſtettenſis,* quibus in Lutheranos meram effudit rabiem. Liber adverſus Lutherum ab eo ſcriptus, *dedicatus eſt Chriſto,* Principi, ut ipſe loquitur, illuſtriſſimo. Lutherum flagellat, quod *enthuſiaſtico ſpiritu careat, & nihil, niſi carnalia, ſapiat.* Ad *Melanchthonem* idem epiſtolam ſcripſit * qua fanaticum ſpiritum ſatis prodidit.

Edidit *Lutherus* inter alia *pſalterium Davidis* vernaculè, librum *adverſus ſeditioſos,* epiſtolam ad Principes Saxoniæ *Fridericum & Joannem,* adverſus *iconomachos* atque *enthuſiaſtas, jactantes ſuas illuminationes & colloquia cum Deo,* item librum *de exaltatione Bennonis,* epiſcopi olim Miſnenſis, cujus oſſa hoc anno die *decimo ſexto* Maji, Miſnæ effoſſa, exaltata, atque in tumbam marmoream fuerant collocata. Quæ res aliis religioni, aliis joco & riſui fuit. Eodem anno, menſe *Octobri* Lutherus *cucullum monaſticum* depoſuit, & judicium ſuum *de ſynodo ceremoniarum cauſa* cogenda * expoſuit hiſce: mihi non ſatis tu- „
tum videtur, concilium ex noſtris cogi, pro „
unitate ceremoniarum ſtatuenda. Eſt enim „
res mali exempli, quantumvis bono zelo „
tentata, ut probant omnia eccleſiæ concilia „
ab initio. Ita ut & in Apoſtolico concilio „
fermè de operibus & traditionibus magis, „
quàm de fide ſit tractatum, in poſterioribus „
verò nunquam de fide, ſed ſemper de opinio- „
nibus & quæſtionibus diſputatum, ut mihi „
conciliorum nomen penè tam ſuſpectum & „
inviſum ſit, quam nomen liberi arbitrii. Si „
una eccleſia alteram ſponte non vult imitari „
externis iſtis, quid opus eſt, conciliorum de- „
cretis cogi, quæ mox in leges & animarum „
laqueos vertuntur? Imitetur ergò altera al- „
teram liberè, aut ſuis moribus ſinatur frui, „
modò unitas ſpiritus ſalva ſit in fide & ver- „
bo, quantumvis ſit diverſitas & varietas in „
carne & elemento mundi. Sub id tempus „
canonici Wittembergenſes, tandem evicti, in templo cathedrali reformationem eccleſiæ ſuæ inſtituerunt, abrogatis miſſis privatis, ſub exitum anni. Urſerat hoc diu Lutherus, & hoc anno, fortè paulò antè ita ad Spalatinum

Left-margin notes (cut off at the edge of the scan): ...m. 2. ...ſt. p. 111. | ...m. 2. ep. 21. b. ...ther. ...nitus ut ...urget ...ignomi-... | ...m. 2. ...r. len. ...deric. ...ctor Sa-... ...a moni-... de ...ther. ...iendo. | ...therus ...cuſatus ...egato ...pa. | ...yt. in ...x. l. 10. ...id. l. 4. ...Vol Iſa-... ...lla. | 1524. ...eidan. ...4. Lau-... ...nt. Cam-... ...gius le-... ...t. Pon-... ...ic. | ...raſm. ...ribit in ...th.

Right-margin notes: *Lib. 18. ep. & l. 19. ep. 12. 3. 4. | *Tom. 2. ep. 230. | Iudicium Luth. de Eraſm. diatribe. | Bell. ſacram. | *Vita Caroloſtad. Zvving. Oecolamp. | T. Müncer. in Luth. De eo Luth. t. 2. ep. 2. p. 223. ad Frid. El. | *Ejus particulam habet chronol. Bucholc. hoc anno | Pſalt. vernaculè editum. | Benno epiſcop. Miſnenſ. inter divos relatus. | Cucullum deponit Luth. | *Tom. 2. ep. p. 243. | Concil. an cogendum pro unitate ceremoniarum. | Canonici Witt. reformati.

*Tom.2. epiſt.p.246

ſcripſerat *: *Ego ſi Dominus volet, iſtas miſſas abrogabo, vel aliud tentabo.*

An. 1525. Tumultus ruſticorũ vel ſeditio Tom. 3. oper. Ien.

Sleid. l.5. p.118.

Qui hunc excepit *viceſimus quintus* annus, memorabilis eſt *ruſticano* illo tumultu, in quo, gliſcente adhuc diſſidio, antequam ad arma furor plebejus veniret, *dehortatus* eſt Lutherus *omnes à ſeditione, tanquam ſcelere flagitioſiſſimo,* examinavit etiam *articulos ruſticorum,* quorum pleroſque cum verbo Dei pugnare oſtendit. Ad Principes item & nobilitatem ſcripſit, ſui eos officii commonefaciens. Sed ruſticis nihilominus progredientibus, & non Pontificiis ſolùm, verùm & nobilitati bellum facientibus, Lutherus alio edito ſcripto hortatus eſt omnes, ut *velut ad commune incendium reſtinguendum, ſic ad iſtos conſceleratos latrones trucitandos accurrant.* Libellus iſte, ut nimis acer, à multis eſt vituperatus, ſed à Luthero verboſè defenſus.

Hortatur contra ruſtic. Sleid. l.5.p.128.

Diſceptatio cum Caroloſtadio. Propheta quiLuth. Primitiæ Anabaptiſtarum. Imagines an prohibitæ in N.T. Miſſæ nomen.

Sub initium ſtatim hujus anni reſpondit Lutherus ad libellos *Caroloſtadii* libro eo, quem inſcripſit *contra cœleſtes prophetas. Prophetas* autem tunc *Wittembergæ* nominabant *Anabaptiſtarum primitias,* de revelationibus arcanis & ſpiritu prophetico gloriantes, *Muncerum, Ciconiam, Cellarium,* & his familiarem *Caroloſtadium.* Librum illum Lutherus in duas ſecat partes, *prima de imaginibus, Caroloſtadio & Miſſa* agit, affirmatque imagines in veteri Teſtamento prohibitas eſſe, non in novo: *Caroloſtadium* à ſe non fugatum: Miſſæ nomen etiam ab Apoſtolis, ſacramento tributum, & alia: *Alterius materies eſt Euchariſtia,* ubi primum exaggerat expoſitionem *Caroloſtadianam* pronominis τȣ͂το, Hoc: *deinde* reſpondet ad *Caroloſtadii* argumenta, aitque verba, *quod pro vobis traditur,* hunc habere ſenſum, *corpus quod in pane editis, paulò pòſt, quando non edetur, pro vobis tradetur.* Et ſicut non ſcriptum eſt, *accipite corpus & edite,* ita nec ſcriptum eſſe, *accipite panem & edite.* Dictum Chriſti, *caro non prodeſt quicquam, non de carne Chriſti, ſed de ſenſu carnis,* qui mors eſt, Rom.8. eſſe intelligendum. *Fractionem eſſe diſtributionem corporis, ſanguinem Chriſti, qui pro nobis effuſus, nunc ſedere ad dextram Dei, ſed efficaciam illius effuſionis eſſe perpetui temporis.* Denique *neſciri, quomodo panis fiat & ſit corpus Chriſti: Verbis Chriſti inhærendum.* Contra ſcripſerunt *Zvvinglius & Oecolampadius,* ut ſuo loco dictum. Inſtauravit hoc anno & in eccleſiam reduxit Lutherus *ordinationem miniſtrorum Evangelii,* cum primus ordinandus eſſet *Georgius Rorarius.* Primùm etiam *lingua vernacula celebrata eſt miſſa Wittembergæ,* prodiit etiam in lucem *cautionum Germanicarum libellus,* anno ſuperiore à Luthero & aliis compoſitus, & liber *de abominatione miſſæ,* quo ulcus Pontificiorum tetigit, & adverſarios plurimos in ſe excitavit. Scripſit & Epiſtolam * ad *Argentoratenſes,* apud quos *Caroloſtadium* hærere audierat, eoſque à veneno illius dehortatus eſt. Argentoratenſes contra miſſo *Georgio Caſelio,* Hebreæ linguæ profeſſore, rogarunt Lutherum, *ne unionem eccleſiæ*

Caro non prodeſt quicquam, quomodo accipiendum.

Ordinatio miniſtrorum in eccleſiam reducta.

*Tom. 2. ep.p.247. b. & 302. Scribit ad Argentorat. de Caroloſt. vitando.

propter controverſiam euchariſticam violet: Zvvinglium & Oecolampadium, viros doctos & integros pro fratribus agnoſcat, de cœna ſcribat & edoceat, quæ vera eſſe credat.

Qui ſtion Vid epiſt

Quibus Lutherus per Caſelium reſpondet: pace nihil eſſe optabilius, ſilere autem perpetuò non eſſe integrũ, reſponderi non poſſe, „ ſi damnari non liceat, & damnandi verbum „ pro convitio rapiatur, ſe à modeſtiſſimis il- „ lis, ut carnivoram, & eſculentiDei, impana- „ tique cultorem traduci: conſilium Argenti- „ nenſium ſibi non probari, quod fideles avo- „ candi ſint à quæſtione corporis & ſanguinis „ præſentis, & ſolo verbo & fide ſint exercen- „ di, alterutros eſſe Satanæ miniſtros, vel „ ipſos, vel ſe, ideo hic nulli conſilio aut me- „ dio locum eſſe, rationes, quæ pro tropo ad- „ ferantur nullas eſſe. Probandum, verbum „ EST, non alicubi in ſcripturis, ſed in iſto lo- „ co, pro *ſignificat* accipiendum. In illo, *Petra* „ *erat Chriſtus,* Paulum non de corporali, ſed „ de ſpirituali loqui, ſiquidem addatur, *bibe-* „ *bant de ſpirituali petra.* Manifeſtum etiam „ lapſum eſſe in illo, *agnus eſt tranſitus Domini.* „ Hanc enim phraſin nuſquam in ſcriptu- „ ra haberi. Per Chriſtum igitur ſe rogare fra- „ tres, ut ab hoc errore abſtineant. „

Ad rum

Eodem hoc anno Lutherus, ætatis ſuæ agens annum *quadrageſimum quintum,* ex improviſo * uxorem duxit, *Catharinam à Borâ,* virginem nobilem, antea monialem, hac occaſione. Deliberaverat Lutherus de illa *Catharina D. Glacio,* paſtori *Orlamundano* elocanda. Quo inaudito conſilio, venit ipſa ad *Amsdorfium,* Lutheri familiariſſimum, rogatq; Lutherum ad quævis alia conſilia avocet, *Paratam ſe matrimonium inire honeſtum cum quovis alio, præterquam cum D. Glacio.* Hoc ubi Lutherus intellexit, audiſſetque ex *Hieronymo Schurfio* hæc verba, *ſi monachus iſte uxorem duceret, riſuros mundum univerſum & diabolum ipſum, facturumque eum irritas actiones ſuas univerſas,* ut a'grè faceret mundo & diabolo, parenti quoque hoc ſuadenti gratificaretur; *Catharinam* illam uxorem ſibi ducendam exiſtimavit. Die itaque *decimo tertio* Junii, invitatis ad cœnam *Pomerano, Apello* JCto, & *Luca* pictore, ſponſalia peregit, poſteaque nuptias * Factum hoc & inimici & amici perinde improbarunt, non quòd hi nuptias ipſas damnarent, ſed quòd alio tempore celebratas vellent. Ita enim Camerarius *, „ evenit „ vix ſedatis illis tam turbulentis & pericu- „ loſis motibus, ut Mart. Luth. uxorem duce- „ ret, paulò etiam antè mortuo Friderico, „ Principe Septemviro, creandis Impp. Ro- „ manis. Ex quo facto maximum dolorem „ cepit Philippus, non quod illud damnaret „ ſed quòd occaſionem dari cerneret inimi- „ cis & malevolis, quos habebat Lutherus & „ numero complures, & opibus potentiaque „ præſtantes, acerbiùs inſectandi & liberiùs „ maledicendi ipſi, cùm præſertim, qui- „ cunque hoc facere voluiſſent, adjuva- „ ri atque inſtrui tempore animadverteret, „

A.15 Matri nium theri *Ca rar.i ta M lanch Occaſ illius.

*d.27 Tom. epiſt.p

*In v Phil.p

in

,, in quo plurimùm ad omnium rerum momenta ſitum eſſe conſtat. Verùm cùm & Lutherum ipſum iisdem cogitationibus nonnihil conturbari intellexiſſet: non modò ſuum eſt dolorem moderatus; ſed illum quoque conſolando erexit, triſtitiam moleſtiasque ejus hilaritate colloquiorum levavit, & ad priſtinam eum alacritatem reduxit.

verſa- um ju- a de tiis beri.

Adverſarii equidem ejus non ſolùm tempus decantati hymenæi notarunt: ſed nuptias ipſas eſſe inceſtas proclamarunt, quibus monachus cum Veſtali copularetur. Itaque & Angliæ Rex in reſponſo ad Epiſtolam Lutheri, inter alia exprobravit ei inceſtum matrimonium: quo vix flagitium aliud turpius deſignari poſſit. *Conradus* quoque *Collinus* Prior Colonienſis contra hoc matrimonium librum peculiarem edidit, cui titulus: *everſio Lutherani epithalamii. Hieronymus Emſenus*, tunc Pontificiorum Theologorum facilè primus, ducique Sax. Georgio à ſacris, virulentum mordaxque epithalamium in illas nuptias luſit. Imò inventi ſunt quidam, quibus fidem & *Eraſmus* habuit, qui Lutherum ejus criminis inſimularunt, à quo eum chronologia nativitatis liberorum abſolvit: Lutherus contra ſe erexit*, ſeque ita eſt conſolatus: ,, Si meum conjugium eſt opus Dei, quid mirum ſi in illo caro offendatur, offenditur etiam in carne ipſius divinitatis & creatoris, quam ipſe pro ſalute mundi in precium & cibum dedit: ſi non offenderetur mundus in nobis, ego offenderer in mundo, metuens ne non eſſet divinum quod gerimus. Nunc illo offenſo & impatiente in me ego ædificor & conſolor in ipſo; ita fac & tu: Cauſam autem conjugii ibidem hanc ſubjungit: Monaſterii cenſus Principi reſignavimus, vivo ego jam privatus Paterfamilias, manens in monaſterio donec Chriſtus volet. Nam non duxi uxorem, ut diu viverem, ſed (quod nunc propiorem finem meum ſuſpicarer, cum jam etiam populos cum Principibus in me furere videam) ut meam doctrinam fortè mox poſt meam mortem conculcandam iterum proprio exemplo relinquerem confirmatam pro infirmis.

2. oo. ad . Sti- a gii th.

Hoc etiam anno *Anabaptiſtæ* pervagati ſunt *Helvetiam*, & alias Germaniæ provincias, tandemq; *Antvverpiam* progreſſi, etiam ibi ſua jactare ſomnia cœperunt. Lutherus itaque epiſtola * ad Antvverpianos ſcripta monuit, ut ab erroneis ſpiritibus, multum negocii piis faceſſentibus ſibi diligenter caverent: & recenſuit impoſturas ſpirituum ſub Papatu, ac novorum ſpirituum hujus ſeculi ſeductiones. Enumerat ibidem erroneos articulos tumultuantis cujusdam ſpiritus apud Antvverpianos, ejusque ſpiritus inconſtantiam, mendacia, petulantiam & vanæ gloriæ cupiditatem accuſat, denique orat, ut quæſtionem *de occulta Dei voluntate devitent*, & neceſſaria ac à DEO præcepta amplectantur & diſcant. Articuli autem præcipui ſunt hi.

apti- du. r ver. ,I. .281. ni- th. vv.

Articuli erronei Anabapt.

1. *Omnem hominem habere Spiritum Sanctum.*
2. *Spiritum S. nihil aliud eſſe, quàm noſtram rationem & intelligentiam.*
3. *Omnem hominem credere.*
4. *Non eſſe inferos, aut condemnationem ſed ſolum corpus damnari.*
5. *Omnem animam vitam æternam poſſeſſuram.*
6. *Ductu naturæ doceri nos illud proximo facere, quod ab illo nobis fieri velimus & hanc voluntatem eſſe fidem.*
7. *Adverſus legem non peccari concupiſcentiis, quatenus concupiſcentiis voluntate non conſenſerimus.*
8. *Spiritum S. non habentem nec peccatum habere, eo quod ratione careat, quam Spiritum S. vocat.*

Scripſit etiam hoc anno Lutherus ad regem Angliæ, ſuaſu inprimis *Chriſtierni* regis profugi; & ſcripſit admodum demiſsè epiſtolam: quæ exſtat*, ut & ad *Georgium* Saxoniæ* ducem; ut in gratiam cum illis rediret. Sed rex acerbè reſpondit, inconſtantiam ac levitatem ei objiciens: defendit etiam cardinalem *Eboracenſem Thomam Volſæum*: cui Lutherus reſpondit: ut quanto Lutheri flagraret odio, facilè poſſet animadverti. Lutherus ubi regis Angliæ reſponſum typis evulgatum legit: magnopere facti eum pœnituit, & doluit, quod tantum amicis eſſet gratificatus. Idem ſibi in Cardinale *Cajetano*, *Georgio Saxoniæ* duce, & *Eraſmo Roterod.* accidiſſe, qui ſua lenitate efferati potius, quàm placati eſſent. In poſterum tam ſtultè non facturum. Exagitavit autem Lutheri humilitatem miris modis *Cochlæus*, quemadmodum & *Eccius*. Lutherus contrà emiſit ſcriptum *adverſus maledicum*, ut appellat, *& contumelioſum regis Angliæ libellum.*

Luth. ad regem Angliæ. *Sleid. l. 6. pag. 133.* * *Tom. 2. ep. p. 290.* * *Eſt t. 2. oper. Lat. Witt. pag. 533. b.* *Pœnitet facti Luth. tom. 2. ep. p. 292.* *Luth. Anglo reſp. Tom. 2. op. Lat. Witt. An. 1526.*

Anno *viceſimo ſexto* edidit refutationem libelli Eraſmi, cui oppoſuit ſcriptum *de ſervo arbitrio*. Cauſam dilati reſponſi indicat* epiſtola ad *Amsdorfium*: *Eraſmo nondum reſpondebo, donec Caroloſtadium abſolvero, qui miras turbas ſuſcitavit & ſuſcitat in ſuperiori Germania.* Eraſmus irritatus, edidit *hyperaſpiſten*, de quo ſic Lutherus: *Præterea vipera illa irritata iterum in me ſcribit Eraſmus Roterod. quam exercebit ibi eloquentiam, in ſternendo Luthero, gloriæ iſtud animal vaniſſimum?* Sub idem tempus & varia moliti in ipſum ſunt Dux *Georgius* & Epiſcopi, unde ipſe ad *Fridericum Myconyum**: *conſpirant impii Pontifices* (ut dicitur) *& bellum etiam minari ſcribit mihi è Jena Philippus. Quare curabis tu, ut monitus populus ſtrenuè pugnet, fide & oratione aſſidua ad Dominum, ut ſpiritu victi & prohibiti, pacem etiam carnis ſervare cogantur. Certè ex ſcriptis & dictis intelligo multorum ſummum opus, ſummæ neceſſitatis eſſe ſerio orare: nam Sathan conſilia cogitat.*

Et Eraſmo * *Tom. 2. ep. p. 270.* *Eraſmi hyperaſpiſtes. Tom. 2. ep. p. 315.* *Hoſtes Luther.* * *Tom. 2. ep. p. 314. b.*

Quare

„ Quare te oro, ut populo hanc rem ſeriam & neceſſariam perſuadeas, ut in mediis gladiis & furoribus Sathanæ poſito & periclitanti. „ *Diviſos etiam dicit tunc eſſe in* ſectas ſex Sacramentarios, *quæ de re ita*, habet ſacramentaria ſecta jam ni fallor ſex capita uno anno nata, mirus ſpiritus, qui ſic diſſentiat ſibi. Caroloſtadi Tuto fuit una quæ cecidit, Zvvinglii eſt altera quæ cadit, Oecolampadii figuratum tertia, quæ cadet, cecidit, & quarta Caroloſtadii, qui offenſus ſcilicet ſic verba diſpoſuit, *quod pro vobis traditur, eſt corpus meum.* Quinta ſurgit jam & ſtat in Sileſia authore Valentino Crautvaldo & CaſparoSchvvenckfeld, quæ invertit verba hoc modo, *Corpus meum, quod pro vobis traditur, eſt hoc*, ſcil. ſpiritualis cib. Hi nos mire vexant ſcriptis, ſuntque moleſtiſſimi & garruli, opto eis noſtrum calculum fortes ſibi viſis. Sexta eſt Coloniæ Petri Flori, quam Philippus habet, nondum vidi niſi epiſtolam, Vah quam ille Lutherum reprobat, ſcio, *inquit*, Lutherum eſſe derelictum à Domino. Hi omnes ſpiritus invicem diverſi argutis dimicant argumentis, omnes jactant revelationes precibus & lacrymis impetratas, & in ſumma tamen conveniunt. Bene nobis per Chriſtum, qui pro nobis illos facit ſibi ipſis pugnare.

Sex ſectæ Sacramentariorum. Tom. epiſt. pag. 314.

Valent. Craut. & Caſpar. Schvvenk

Petr. Florus.

Epiſtola quoque conſolatus eſt *Ioannem Heſſum Vratislaviæ* docentem Evangelium, contra ſcandalum hæreticorum, undique inſurgentium, & tunc articulos fidei impugnantium, præſertim contra Schvvenckfeldium, & Crautvvaldum. *Verum* * *dicis*, inquit, *mi Heſſe*, daß biſher eitel faule Teuffel geweſen ſind. „ Quia pugnatum eſt hactenus in cauſis prophanis extra ſcripturam ut de Papa, purgatorio, aliiſque nugis, nunc ad ſeria ventum eſt, & ad victam pugnam de rebus intra ſcripturam poſitis. Hic jam Draconem pugnantem videbimus, vel congrediemur potius ipſi, Duce Michaële in cœleſtibus, ubi tertiam partem ſtellarum trahet ſua cauda in terram, hic jam vires in Chriſto requiret res ipſa. Hic Sathanas quis ſit, quantus ſit cognoſces, quem hactenus non ſatis vidiſti, neque ſatis cognoviſti. Schvvenckfeldius ſervatus eſt ad hæc mala cum ſuo Crautvaldo, quod doleo mirum in modum, ſed fundamentum Dei ſtat firmius, habens ſignaculum hoc: *Novit Dominus qui ſunt ejus.* Hæc noſtra eſto conſolatio & inſultatio adverſus iſtas portas inferorum.

Conſolatur Heſſum Luth.

**Tom. 2. Epiſt. pag. 315. b.*

Præter alias operas prælegit *eccleſiaſten* tunc Lutherus, *ſed mire*, ut ipſe ſcribit *, *invitum & impatientem lectionis. Tantum eſt*, inquit, *ibi Hebraiſmi & ignotæ linguæ obſtaculorum. Perrumpo tamen gratia DEI.* Scripſit etiam hoc anno *formulam miſſæ Germanicæ*: ubi ceremonias multas permittit liberas. Inter alia hæc *: Wir laſſen Meßgewand/Altar/Liechter/noch bleiben biß ſie alt werden/ oder uns gefällt zu endern. Wer aber hie anders will fahren / laſſen wir geſchehen. Aber in der rechten Meß unter eitel Chriſten/ müſte der Altar nicht ſo bleiben/ und der Prieſter ſich immer zum Volck kehren/ wie ohn zweiſſel Chriſtus im Abendmal gethan hat. Nun daß erharre ſeine Zeit/ hoc eſt: „ Miſſatica illa veſtimenta, altaria, & cereos nunc quidem retinemus, donec vel vetereſcant, vel nobis mutare ea placeat. Si quis aliter faciendum hic cenſet, per nos facere poteſt. Sed in vera Miſſa inter meros Chriſtianos, non oporteret ita manere altare, ſed oporteret miniſtrum ad populum ſe convertere, quemadmodum proculdubio Chriſtus in prima cœna fecit. Sed etiam hoc ſuum exſpectet tempus. „ Conſolatorios itidem pſalmos quatuor ſcripſit ad *Mariam Vngariæ* reginam, ſuper miſerabili interitu regis *Ludovici* *, illius mariti. Evulgavit & alia, quæ in voluminibus ejus laudantur.

**Tom. 2. epiſt. 318. Formula miſſæ Germanicæ.*

**Op. Ien. Germ. t. 3. p. 277.*

Anno *viceſimo ſeptimo* viguit novum illud doctrinæ genus eorum, qui dicuntur *Anabaptiſtæ*: qui parvulorum damnant baptiſmum, rebaptiſantur ipſi, & bonorum docent communionem. In hos & ſcripſit *Lutherus ac Zvvinglius*, & paſſim animadvertit magiſtratus. Scripſit tunc etiam Lutherus ſuper quæſtione hâc *an homines militares in vitæ genere beato vivant*: ob Kriegsleute auch in ſeligem Stand ſeyn können: ubi multa erudite & pie *de bello & belligerandi ratione.* Ivit & in ſacramentarios, quos vocat, edito libro, *quod verba Chriſti.* Hoc eſt corpus meum, *adhuc firmiter ſtent.* De hoc libro Lutherus ita ad *Spalatinum*: Non dubito, quin vehementer commoverim Sacramentarios, videor enim & mihi, quamvis verboſus & modicæ eruditionis liber ſit, me eos tetigiſſe. Bucerus autem & antea virulentiſſimas in me ſcripſit literas ad noſtrum Jonam, prorſus Sathan eſt Lutherus apud illos, quid putas facient libello iſto ſtimulati? Sed Chriſtus vivit & regnat, Amen. Conſolatus etiam eſt *Hallenſes* ſuper cæde *Georgii Winckleri* ſui paſtoris, per inſidias occiſi: * reſpondit & *Ioanni Heſſo* ad quæſtionem, *an homini Chriſtiano tempore peſtis fugere liceat?* & alii, *utrum quando evangelium prædicatur, liceat metu tyrannorum utriuſque ſpeciei in cœna uſum intermittere?* id quod negavit Lutherus contra Priſcillaniſtas.

Sub initium hujus anni ſubita Lutherum invaſit ægritudo, coagulo ſanguinis circa præcordia, quæ ferè ipſum exanimaſſet, niſi repente *aqua cardui benedicti* hauſta ſubveniſſet cujus virtus tunc non ita in vulgus nota. Sed longe graviorem agona depugnavit poſtea, ſabbatho poſt viſitationis *Mariæ*, de quo exſtat † narratio *Ioan. Bugenhagii & Iuſti Ionæ*, qui tunc luctanti adfuerunt. Fuit autem non ſolùm corporis ægritudo, ſed & ſpiritualis tentatio, quam Lutherus appellavit *colaphum Sathanæ.* Viſum eſt ipſi, quaſi tumentes „ fluctus maris magnâ tempeſtate reſonarent „ ad aurem ſiniſtram, & totam ſiniſtram capitis partem, non tamen intra caput adhuc, ſed extra, tantâ quidem cum vehementia, „

ut

**Q… Pal… ſuff… peri… d. 2… ar… An… An… ſtar… cta.*

De milit…

Tom. ep. …

Tom. op. …

**Po… tum ejus tem… ceſſi… rut… ep. p… Mor… Luth… An… Tom… epiſt… Aqua du… b… dicti. †To… epiſt. & to… oper. Ien. … tudo corpo… ſpirit… Luth…*

ut jamjam exſpiraturus videretur, niſi mox ceſſaret. Poſtea ubi interiorem capitis partem ſiniſtram occupavit, ſyncope ſubitâ ipſe corruit, corpus verò totum frigore correptum ita fuit, ut nec calor nec ſanguis, nec ſenſus, nec vox ſupereſſet. Frigidâ autem, ut ante juſſerat, à D. Jonâ perfuſus, collegit ſeſe aliquantulum, cepitq; ardentiſſimè orare, fidei ſuæ confeſſionem edere, & ſe indignum martyrio eſſe, quod toties optaſſet, quiritari. Teſtamentum etiam uxori gravidæ & filiolo hiſce condidit: *Domine Deus, gratias ago tibi, quod volueris me eſſe pauperem ſuper terram & mendicum. Non habeo domum, agrũ, poſſeſſiones, pecuniam, quæ relinquam. Tu dediſti mihi uxorem & filios, tibi reddo, nutri, doce, ſerva, ut hactenus me. O Pater pupillorum, & judex viduarum!* Adhibitis autem & precibus & fomentis aſſiduis, ubi largiter ſudavit, dolor paulatim abiit ita, ut ad veſperam ejusdem diei ſurrexerit, atque cum amicis cœnarit. Et faſſus eſt ipſe, longè fuiſſe graviorem tentationem ſpiritualem, quàm corporis ægritudinem. Inde poſtero die ad D. Jonam *heſternam*, inquit, *diem ego obſervabo, qua periculum, quaſi in ludo, profectus mei feci, & in ſudatorio calidiſſimo ſedi:* Ich bin geſtern in der Schule geweſt / und in einem heiſſen Schwitzbade geſeſſen. *Dominus deducit ad inferos, & reducit.* Hujus tentationis ſæpius poſtea in literis ad amicos meminit, & fidem, abſolutione, à miniſtro petita, uſuque Euchariſtiæ confirmavit.

Teſtamentum Luth.

Eodem ãno edidit hiſtoriam *Leonhardi Cæſaris*, amici ſui, ob evangelium juſſu *Guilielmi* Bavariæ ducis, exuſti, de cujus martyrio ita *Lutherus: *accepi, mi Michael, de Leonhardo Keiſer hiſtorias † ſed interim ab ipſius patruele etiam omnia ipſius manuſcripta. Dabo igitur in lucem propediem, Chriſtus adſpiret. Cæterum tu pro me ora: qui ſatis à Satanæ angelo colaphiſor, ne Chriſtus me deſerat. O me miſerum! qui Leonhardo tam ſum impar, verboſus prædicator, illi tam potenti verbi operatori. Quis me dignum faciet, ut non duplo, ſed dimidio ejus ſpiritu Satanam vincam, & hac vita cedam? Benedictus Deus, qui inter tot monſtra, ſaltem hoc unum glorioſum ſpectaculum ſuæ gratiæ, nobis indignis oſtendit, ne in totum nos deſeruiſſe videatur.*

Leonhard Keyſer ob religionem crematus 1527. d. 16. Aug. in oppido Scherd.
** In ep. t. 2. p. 354. b.*
† Exſtat epiſt. tom. 3. oper. Ien. p. 410. Heid. l. 6.

Inſtituta item ſub id tempus viſitatio eccleſiarum in Saxonia, monitu Lutheri, juſſuque electoris *Joannis*. Ei negotio *Joannes à Plauniz* nobilis eques, *Hieronymus Schurfius* JCtus, *Aſmus Haubicius*, & *Melanchthon* fuerunt præfecti. Plurima ibi comperta ſunt, ad quæ reſpectu maturo opus, multa deprehenſa vitia, quorum emendatio neceſſaria eſſet, nec dici poteſt, quantum illa inſpectionis opera commodi & emolumenti attulerit. Peccata enim multorum annorum fuerunt correcta, labefactatæ multis in locis eccleſiæ inſtauratæ, & ſaluti earum in poſterum proſpectum. Peracta autem eſt anno *viceſimo octavo*, quo & Lutherus *inſtitutionem viſitatorum* & *confeſſionem magnam de Cœna* edidit, qui illis fuit additus, unde ita ad * *Amsdorfium: Nos viſitatores, hoc eſt, Epiſcopi ſumus, & invenimus paupertatem & penuriam ubiq;, Dominus mittat operarios in meſſem ſuam, Amen.* Et alibi ad †Spalatinum: *Viſitatio noſtra procedit, quas ibi miſerias videmus? Et quàm ſæpè tui recordamur, inventuri ſimiles vel majores in iſta dura gente Voytlandia. Oremus quæſo Dominum, ut nobis omnibus adſit, & promoveat ipſe miſerrimos Epiſcopos, ipſe optimus & fideliſſimus Epiſcopus noſter, adverſus omnes artes & vim Satanæ. Amen.* Et iterum: *In noſtra viſitatione in orbe Wittenb. invenimus adhuc omnes paſtores cum ſuis ruſticis concordes, ſed ſegnes populos ad verbum & ſacramentum.*

An. 1527. & 1528.
De ea Luth. t. 4. Ger. Ien. & tom. 3. p. 409. Tom. 4. op. Germ. Ien. p. 314. 335. & 341. An. 1528. Luth. viſitat.
** Tom. 2. p. 6. 394.*
† Ibid. p. 394. b.

Edita eſt eodem anno à Luthero *magna confeſſio de cœna Domini*, in cujus *prima parte Zvvinglium*, in *ſecunda, Oecolampadium* exagitat atque reprehendit. *In tertia*, fidei ſuæ confeſſionem edit, quam pro certa ſuæ mentis ſententia, tàm in vita, quàm poſt mortem haberi jubet. Ad hanc confeſſionem prolixè reſponderunt *Oecolampadius & Zvvinglius*, qui ſuum librum principi *Saxoniæ* & *Haſſiæ* Landgravio dedicavit. *Bucerus* quoque dialogo, in quo *Sebaldum* & *Arbogaſtum* loquentes introducit, Luthero Germanicè reſpondit. Sunt autem hi poſtremi libri, qui ab illis viris, nominatim contra Lutherum conſcripti ſunt.

An. 1528. Magna Confeſſio de Cœna Domini à Luth. edita. Reſp. ei Zvvingl. & Oecolampad. Bucerus item dialogo.

Miſit hoc anno *Caroloſtadius* quoque ad *Gregorium Pontanum* Saxonis cancellarium * epiſtolam, in qua fundamenta ſuæ opinionis ac ſententiam de cœna exponit. Ei reſpondit Lutherus, epiſtola itidem ad Pontanum, monetque ab eo eſſe cavendum, ne quid maculæ ipſi electori adſpergatur, cujus indultu impunè ille omnia ſua & hæreſin diſſeminet. Dedit & ad ipſum *Caroloſtadium* literas, quibus ejus argumenta refutat, ac ſub finem illarum concedit, *Chriſtum ſolum dare ſuum corpus, ſed negat inde ſequi, miniſtros non dare, Domini mandato.*

*An. 1528. Caroloſtadii epiſt. ad Pontanum. * Eſt ea in tom 4. oper. Ien. Luth. reſp.*

Ineunte anno *viceſimo nono* evulgavit Lutherus *Catecheſin majorem, ac minorem* in gratiam rudiorum: monuitque ſerio ſui officii paſtores & miniſtros, præſertim in pagis docentes, ut *eadem de iisdem ſemper dicant, atq; Chriſtiano populo inculcent.* Edidit & libellum *contra Turcam*, vernaculè vom Krieg wider den Türcken: idque partim ideò; quia tunc imminere *Ungariæ* & *Germaniæ* ferebatur, uti ſatis *Viennæ* obſidio docuit, partim quia nonnulli paſtorum conabantur perſuadere vulgo: *non eſſe contra Turcam bellum gerendum*, imò eò dementiæ quidam venerant, ut *adventum Turcæ ejusq; jugum ſibi optarent.* Cumque eo tempore conventus *Spiræ*, ubi primum *Proteſtantium nomen* natum, in religionis negotio agitaretur, atque collegæ Lutheri, quorum operâ in vertendis tunc Prophetis utebatur, diſtracti eſſent, ipſe interea ægrotus, nec otioſus eſſet, abſente *Melanchthone*, *Sapientiæ librum* tranſtulit, quem à Melanchthone caſtigatum poſtea edidit, ut & alia.

An. 1529. Catecheſis major. & minor Lutheri.
Contra Turcam liber.
Conventus Spirenſis. Proteſtantium nomen ortũ.

Ejusdem anni menſe *Octobri Philippus Haſſiæ* Landgravius pio conſilio perfecit, ut *Marpurgi* primarii doctores eccleſiarum

Colloquiũ Marpurgicum.

Eò vocatus Luth.

Saxonicarum & *Helveticarum* convenirent. Lutherus itaque eodem à Landgravio evocatus reſcripſit: *nihil fructus ex colloquio ſperandum, niſi pars adverſa accedat animo cedendi. Se quidem cedere ipſis non poſſe, qui certus ſit de vera ſententia.* Eſt autem eo in congreſſu de præcipuis doctrinæ eccleſiaſticæ capitibus tractatum, & de plerisque planè concluſum, de nullo ſane iracundè litigatum, aut in controverſia alienatis odio animis diſceſſum, ut fuſiùs *alibi* * dictum.

Ibi quid actum. Tom. 4. op. Ien. p. 467. ſeq. Sleid. l. 6.

* *In vita Zvv. Oecolampad. aliorum.*

Anno præcedente, fama fuerat ſparſa de fœdere à Pontificiis quibusdam principibus inito, adverſus *Saxonem* præcipuè & *Heſſum*, de quo Luther. ita ad *Wenceslaum* * *Lincum*: *Fœdus iſtud impium principum impiorum, quod ipſi negant, vides quantos motus moverit, ſed ego Ducis Georgii frigidiſſimam excuſationem, ferè pro confeſſione interpretor. Sed negent, excuſent, fingant: ego ſciens ſcio, non eſſe fœdus iſtud merum nihil, aut Chimæram, licet monſtrum ſit monſtroſum ſatis. Deinde orbis novit illos animo, facto, edicto, ſtudio pertinaciſſimo, hactenus talia publicè tentaſſe & feciſſe, & adhuc facere. Exſtinctum enim volunt Evangelium, quod negare nemo poteſt, ſed quid hæc ad te? qui absq; dubio certus de his omnibus es: tantum ut ſcias, neq; nos iſtis credere impiis, licet pacem offeramus, optemus, demus: Deus confundet iſtum* * *morotaton moron, qui, ſicut Moab, plus audet, quam poſſit, & non ſecundum vires ſuas ſuperbit: ſicut ſemper fecit: orabimus contra iſtos homicidas. Atq; hactenus eis ſit indultum: ſi denuo aliquid moliti fuerint, orabimus Deum, deinde monebimus principes, ut absq; miſericordia perdantur, quandoquidem ſanguiſugæ inſatiabiles quieſcere nolunt: niſi Germaniam ſanguine madere ſentiant.* Hæc epiſtola intercepta, & ad *Georgium Saxoniæ* ducem delata, occaſionem præbuit maximi diſſidii inter Ducem & Lutherum, ut ſcripta ultro citroque emiſſa teſtantur. Lutherus enim edidit tractatum de *literis arcanis ac furtim interceptis*: contra Dux *Georgius* præfationem, in *verſionem Novi Teſtamenti ab Emſero* adornatam, atro felle perſperſam. Lutherus de eo * ita: *Accepi literas tuas, quibus ſignificas, quid tentarit apud vos dux ille Georgius, mi Wenceslae. Poſtulaverat paulò antè idem à me, & deinde à duce noſtro, ubi nihil promovit, tandem edidit exemplar, cum invectiva in me, pro inſigni ſua ſtultitia & furia maledica. Octo millia exemplarium feruntur excuſa, quæ ſub ſuo ſigillo mittet in omnem locum. Sic opprimetur tandem Lutherus, & triumphabit Dux glorioſiſſimus Georgius. Ad nundinas emittet. Ego verò furtim exemplari accepto, reſpondi, quod ſimul, non ſperante illo, evulgabitur. Fortè furia rumpetur, & morietur miſerrimus moros. Optarim, furem illum Miricionum manum meam à te accepiſſe. Ita nihil eum Satanam metuo, quanquam Scheurlerum miror, non quòd tradiderit, ſed quod hoſtibus noſtris peſſimis ſic familiaris eſt. Te quæſo, ut cum eccleſia tua ores, contra furioſum iſtum homicidam, ſanguinariumq; latronem, ut planè non ab uno dæmone obſeſſum, nihil niſi cædes & minas ſpirantem, ut Chriſtus vel ſervet eum, ſicuti Paulum, vel de medio tollat. Ut quid enim divexat cœlum & terram organum hoc Satanæ, noxium & inquietum?*

* *Tom. 2. epiſt. pag. 386. b. De eo ep. Luth.*

* *Georg. ducem Saxon.*

Ea intercepta ad Georg. ducem perlata.

Inde diſſidium novum.

* *Epiſt. tom. 2. pag. 389. 390.*

Anni *trigeſimi* memoria celebrabitur dum homines erunt, à comitiis illis ibi agitatis, ſolennibus maximè & frequentib. & *confeſſione* coram Cæſare ordinibusque Imperii edita, in literis relata, omnibusque per *Europam* populis nota. Hiſtoria ipſa legatur prolixè * *alibi*, nos de Luthero agemus. Is antequam iter Auguſtanum ingrederentur Theologi *Saxonis*, compoſuit *ſeptendecim articulos*, quibus Chriſtianæ fidei & doctrinæ, publicè in eccleſiis populo proponendæ, & præcipuè ad animarũ ſalutem, & veram pietatem, utilis ac neceſſariæ ſummam, omiſſis diſputationibus ſcholaſticis, & populo erudiendo non neceſſariis eſt complexus. Juſſerant & cæteri principes ac civitates, Lutheri doctrinam amplexi, ſinguli ſuos theologos *ſummam doctrinæ*, in eccleſiis ſuarum regionum ſonantis, ſcripto comprehendere, ſed hos *ſeptendecim articulos*, à Luthero delineatos, præcipuè *Philippo* in ſcribenda confeſſione propoſitos fuiſſe, teſtantur eadem *verba & phraſes* in aliquot articulis retentæ, & *ordo ac ſeries* articulorum ferè ſimilis, & *epiſtola Joannis* electoris, *Auguſta* ad Lutherum ante Cæſaris adventum data. Venit enim *Auguſtam Joannes* elector Saxoniæ, præter multorum opinionem & expectationem & *primus omnium principum* urbem ingreſſus eſt, adjunctis comitatui ſuo *Joanne Friderico* filio, *Franciſco* duce Lunæburgenſi ſororis filio, & *Wolffgango* principe Anhaldino, conjugis fratre: & theologis, *Jona*, *Philippo*, *Spalatino* & *Islebio*. Lutherum enim qui à PP. & Imperatore proſcriptus, & in acerbiſſimo Pontificiorum odio erat, *Coburgæ* diſcedens in arce reliquerat, ut loco viciniore facilius ac expeditiùs conſuli omnibus de rebus, ad religionis negotium ſpectantibus, poſſet.

An. 1
Comi
Aug.
conf.

* *Vt*
Ien. G
Chytr
Saxo
Sleid.
Luth
XVII.
præſc

Quos
tus
lanch
in con

Ioan.
elect
Augu
venit

Luth
Cobur
mane

Ut autem abſens etiam aliquid in cõmune conferret, *librum ad epiſcopos, & id genus alios proceres*, eo in conventu conſcripſit: in quo cujusmodi fuerit ſub Pontificatu Romano ſtatus eccleſiæ depingit graphicè: crudelitatem exprobrat; ne jam ſanandi mali occaſionem prætermittant, hortatur, & ſuam doctrinam eſſe Prophetarum atque Apoſtolorum conſentaneam oſtendit: denique adverſus Deum fruſtra omnia iniri conſilia docet. In hoc Pontificiorum fremitu, ac Cæſaris comminationibus *Melanchthon* animo fuit admodum ſolicito & anxio, non quidem ſua, ſed ipſius exitus & poſteritatis cauſa, ſeque tantum non mærori, ſuſpiriis, & lacrymis totum dedit. Lutherus igitur, ubi id cognovit, crebris eum literis erexit & conſolatus eſt. Inter alia cujusdam * epiſtolæ hæc ſunt verba Lutheri: *In privatis luctis infirmior ego, tu autem fortior, contrà in publicis tu talis, qualis ego in privatis. Et ego in publicis talis, qualis tu in privatis: ſi privatum dici debet, quod geritur inter me & Satanam. Nam tu vitam tuam contemnis, publicæ cauſæ metuis, ego verò de*

Lib.
epiſc.
clerum
Luth.
ptus.
5. op.
Germ

Mela
cura
illis c
tiis.

* *Ed*
peculi
libello
154

publica

publica cauſa ſatis magno & otioſo animo ſum, qui ſcio certo ipſam eſſe juſtam & veram, denique ipſius Chriſti & Dei, quæ non ſic pallet rea peccati, ſicut ego privatus ſanctulus pallere & tremere cogor. Proinde penè ſecurus ſpectator ſum, & iſtos minaces & feroces papiſtas non hujus facio, ſi nos ruemus, ruet Chriſtus unà, ſcilicet ille regnator mundi. Et eſto ruat; malo ego cum Chriſto ruere, quàm cum Cæſare ſtare. Neque vos ſoli hanc cauſam ſuſtinetis, certè fideliter adſum vobis gemitibus & precibus, utinam & carne liceret. Nam & mea eſt cauſa, atque adeò plus mea, quàm omnium veſtrum, neque ulla temeritate, aut cupiditate vel gloriæ vel lucri tentata, quod teſtatur mihi ſpiritus ipſe, ut hactenus res ſatis declaravit, declarabitque latius, usque in finem. Quare te per Chriſtum oro, ne ita negligas promiſſa, & ſolatia divina, ubi dicit: Jacta ſuper Dominum curam tuam, expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum. *Et quorum plenus eſt liber Pſalmorum & Evangeliorum:* Confidite, ego vici mundum. Es wird ja nicht falſch ſeyn/ das weiß ich fürwar: *quod Chriſtus ſit victor mundi. Quid ergo victum mundum ſic formidamus, quaſi victorem?* ſolte einer doch einen ſolchen Spruch/ auff ſeinen Knien/ von Rom und Jeruſalem holen. Et poſtea: *Tu ſecundum Philoſophiam tuam has res ratione regere, hoc eſt, ut ille ait, cum ratione inſanire pergis, & occidis teipſum, nec vides prorſus extra manum tuam & conſilium poſitam cauſam, & quod Chriſtus prohibeat, ne in tuum conſilium aut manum, quod tamen pertinaciter velles, veniat. Tum verò publicè, & pulcrè, & ſubitò perierimus.* Et alia epiſtola: *Gratiam & pacem in Chriſto! in Chriſto, inquam, & non in mundo, Amen. De apologia ſilentii veſtri aliàs, mi Philippe. Ego tuas maximas curas, quibus te ſcribis conſumi, vehementer odi. Quod ſic regnent in corde tuo, non eſt magnitudo cauſæ, ſed magnitudo incredulitatis noſtræ. Nam eadem cauſa major fuit ſub Joanne Hus & multis aliis, quàm ſub nobis. Deinde ut ſit magna, magnus eſt actor & author ejus, neque enim noſtra eſt. Cur igitur ſic perpetuò, & ſine reſpiratione te maceras? Si eſt cauſa falſa, revocemus, ſin vera eſt, cur facimus illum in tantis promiſſis mendacem, qui jubet nos eſſe animo ocioſo & dormiente?* Jacta, inquit, curam tuam ſuper Dominum. His qui tribulato ſunt corde prope eſt Dominus omnibus, qui invocant eum. *Num iſta in ventum loquitur, aut ad beſtias projicit? Ego etiam ſæpius concutior, ſed non perpetuò. Philoſophia tua ita te vexat non Theologia, ea quæ & Joachimum tuum, qui mihi ſimili cura rodi videtur. Quaſi verò iſta inutili cura quicquam efficere poſſitis.* Was kan der Teuffel mehr thun/ denn daß er uns tödte? *Obſecro te qui in omnibus aliis pugnax es, luctare contra te ipſum maximum hoſtem tuum qui Sathanæ tantum armorum contra te miniſtras. Chriſtus pro peccatis mortuus eſt ſemel, at pro juſtitia & veritate non morietur, ſed vivit & regnat. Si hoc verum eſt, quis metus eſt pro veritate, ſi ille regnat? At proſternetur per iram DEI, proſternamur & nos ſimul, ſed non per nos.*

ſal. 55.
ſal. 27.
an. 16.
lia epiſt. uth. ad hilipp.

Qui pater noſter factus eſt, erit etiam liberorum noſtrorum. Ego certè pro te oro diligenter, & doleo, te pertinaciſſimam curarum hirudinem meas preces ſic irritas facere. Ego quidem quod ad cauſam attinet, ſtupor ne ſit an ſpiritus viderit Chriſtus, non valdè turbatus ſum, imò ſpe meliore, quàm ſperaveram fore. Potens eſt Deus mortuos ſuſcitare, potens eſt & cauſam ſuam labentem ſervare, lapſam erigere, ſtantem promovere, ſi nos digni non erimus, fiat per alios. Si enim nos illius promiſſis non erigimur, obſecro, qui ſunt jam alii in mundo, ad quos ea pertineant? Sed aliàs plura, niſi quod in mare aquam porto. Chriſtus ſpiritu ſuo vos omnes ſoletur, roboret, & doceat Amen. Si audiero rem malè affectam apud vos fore, & periclitari, vix continebo quin advolem, viſurus gyrum iſtum dentium Sathanæ formidabilem, ut ſcriptura dicit. Ex Eremo noſtra feria ſecunda Joannis. 1530.

Preces hirudo curarum.
Geſtit Auguſt. venire Luth.

Lutheri itaque conſilio & conſenſu à Melanchthone conſcripta confeſſio, exhibita eſt *Latinè* & *Germanicè* in palatio Cæſaris, die *viceſima quinta Junii*, hora *ſecunda* poſt meridiem, & à cancellario Saxonis coram *Carolo V.* adſidentibus *Ferdinando*, Electoribus omnibus ac Principibus, prælecta, voce adeò grandi & ſonora, ut non tantum in ampliſſima illa aula, ſed & in area inferiori & vicinis locis exaudiri potuerit. Subſcripſerunt illi *Joannes* Dux Saxoniæ Elector, cum filio *Joann. Friderico*, *Georgius* marchio *Brandeburgicus*, *Erneſtus* & *Franciſcus*, fratres Duces *Brunſuicenſes* & *Lunæburgenſes*, *Philippus Haſſiæ* Landgravius, *Wolffgangus* Princeps Anhaltinus, & Imperii civitates duæ *Norinberga* & *Reutlinga*. Ea prælecta *triplex* fuit *ſententia* principum, *una* eorum, qui Wormatienſe decretum urgendum, & armis inobedientes cogendos ſtatuerent: *altera* confeſſionem à viris doctis & bonis examinandam: poſtea Cæſari pronunciandum: *tertia* confutationem Proteſtantibus exhibendam, & totam cauſam Cæſaris judicio permittendam, & in hanc plerique inclinarunt. Mandatum ergò Pontificiis Theologis, inter quos Principes *Joannes Faber* & *Eccius*; ut refutationem exhibitæ confeſſionis adornarent. Hi acerbè multa in Proteſtantes ſcripſerunt & convicia potiùs, quàm argumenta congeſſerunt. Juſſi ergò retexere, in *ſextam* usque *hebdomadam* ab exhibita confeſſione, publicatio refutationis Pontificiæ dilata eſt.

Confeſſio Proteſtantium exhibita & lecta.
A quibus ſubſcripta.
Judicia aliorum de ea.
Datur refutanda Pontif. Theol.

Interea *Melanchthon* & *Lutherus* de multis controverſæ doctrinæ partibus, & quid concedi adverſariis bona conſcientia poſſit, ac inprimis de *traditionibus humanis* ac *cultibus proprio arbitrio electis*, per literas inter ſe contulerunt. Lutherus etiam multis graviſſimè ſcriptis epiſtolis, & ſpiritu ac vita plenis cohortationibus, quæ theſaurus ſunt ſalutarium & efficaciſſimarum conſolationum, Principis Electoris & Cancellarii illius *Pontani*, & collegarum præcipuè animos, de communi eccleſiæ & Reipublicæ ac poſteritatis ſalute & pace, & ſanandis vulneribus publicis, & aver-

Melanchthon. cum Luth. confert Conſil. Theol.
Melanchthon.
Chytr. in Sax. Luth. ſuos hortatur.

avertendis eccleſiæ diſtractionibus, ac dogmatum confuſionibus, confirmavit. Ad *Albertum* quoq; *Moguntinum* cardinalem, cujus præcipua tum in Imperio erat auctoritas, * epiſtolam typis excuſam, in ipſis comitiis miſit, qua perſuadere ipſi conatur, ut, *quando de concordia in religione ſtabilienda parum ſpei ſit, politicam ſaltem pacem ab Imperatore impetret.* Et ejuſdem argumenti literas etiam *Eraſmus* iisdem diebꝰ ad *Campegium* miſerat.

Et ad Moguntinum ſcribit.

** Eſt ea tom.5. op. len.p.72.b*

Sleid. l.7. Refutat. confeſſ. prælecta.

**die tertio*

Tandem confeſſionis Proteſtantium refutatio recocta & reficta, menſe * *Auguſto*, in Cæſaris palatio, coram Imperii ordinibus publicè eſt prælecta, in qua Cæſar ſe manſurum profeſſus, ut idem Saxo eiq; conjuncti facerent petivit. Hi cum ægrè exemplum confutationis obtinuiſſent, & quidem ſub *conditione, ne ederetur, ne transſcriberetur, ne quid amplius opponeretur*, deprecantibus illis principibus has conditiones, *Moguntinus* archiepiſcopus, & frater ejus Marchio *Brandeburgicus*, atque *Henricus Brunſuicenſis*, à *Cæſare* petiverunt, ut ſibi amicam componendi negotii rationem inire liceret. Id ubi à cæſare conceſſum, delecti ſunt ex utraq; parte primum *ſeptem*, deinde *terni*: qui concordiæ rationes inirent. Ibi cum *Saxones* aliquantò plus Pontificiis viderentur largiti: Lutherus ita Melanchthonem monuit: *De obedientia epiſcopis reddita, ut juris dictione, ac ceremoniis communibus, ut ſcribis:* ſehet euch dennoch wol für/und gebet nicht mehr/dann ihr habet/ *ne cogamini denuo ad difficilius & periculoſius bellum pro Evangelio defendendo. Scio vos Evangelium ſemper excipere in iſtis pactis: ſed metuo, ne nos poſtea perfidos aut inconſtantes inſimulent, ſi non ſervemus, quæ voluerint. Ipſi enim noſtras conceſſiones largè, largius, largiſſime accipient, ſuas verò ſtrictè, ſtrictius, & ſtrictiſſimè dabunt. Summa, mihi in totum diſplicet tractatus de doctrinæ concordia, ut quæ planè ſit impoſſibilis, niſi Papa velit Papatum ſuum aboleri.* De illa confutatione id addendum, fuiſſe illam valdè frigidam, unde Lutherus ita ad Melanchthonem: *gratiam & pacem in Chriſto, Domino etiam hoſtium ſuorum* friſch hindurch. *Laudo Deum, qui adverſariorum confutationem ſic ineptam paravit. Chriſtus venit & regnat, fiant ſanè dæmones, ſi ita volunt, Monachi vel Nonnæ quoq;. Nec forma melior eos decet, quam qua ſeſe hactenus mundo vendiderunt adorandos.* Et poſtea: *Nonne ego prædixi, fruſtra te cruciari de traditionibus, quod ea res nimis ſuperet captum Sophiſtarum. Æterna fuit diſputatio de legibus etiam apud ſummos viros. Et planè Apoſtolicam eſt de eis purè & certè judicare. Nullus enim extat author præter unum Paulum, qui plenè & perfectè de hac re ſcripſerit. Quia mors totius rationis eſt legem judicare, ſolus ſpiritus hic judex eſt. Quid igitur Sophiſtæ hic poſſent etiam ratione privati?* Wolan wir haben ihm genug gethan. *Tempus nunc eſt faciendi ſoli Domino, qui regat & ſervet vos, Amen.*

Exemplū ejus ægrè impetr.

Arbitri conſtituti.

Quædam Pontificiis conceſſa.

Luth. Melanchthon monet.

Confutatio Pontificiorum frigida.

Diſput. de Invocatione ſanctorum.

In amica illa compoſitione delectorum, cum *de invocatione* etiam *ſanctorum* ageretur, & Eccius protuliſſet dictum Jacobi: *Invocetur nomen meum ſuper iſtos pueros*: *Melanchthon* primum reſpondit: poſtea *Brentius* dixit, *nihil in ſcriptura de ſanctorum invocatione extare*. *Cochlæus* autem, ut cauſæ patrocinium ſubiret excuſavit ita: *quod in Veteri Teſtamento ſancti non legantur invocati, id ideò factum, quia tum adhuc in lymbo fuerint, non in cœlis.* Ibi I. *Fridericus* Dux Saxoniæ concluſit, & ad Eccium: *en tibi D. Ecci dictum tuum, quod ex veteri Inſtrumento adducebas, egregiè defenſum.* Confeſſio noſtratium, quam attentè Cæſar, *Ferdinandus* frater, Principes Bavariæ, ac Epiſcopi quidam audiverunt, alii autem ægerrimè tulerunt, translata eſt in liguas varias, *Italicam* pro Pontifice, qui Latinè non adeò doctus, *Hiſpanicam*, *Gallicam*, *Anglicam*, *Boemicam*, *Ungaricam*. Apologia autem recepta non eſt.

Eccius Cochlæ... ſibi co... tradicit.

Confeſſ. Evangeliorum variaſ linguaſ transl.

Exitus tandem comitiorum iſte fuit, ut cum ſæpiùs proteſtantes pacem à Cæſare & deliberandi ſpatium petiiſſent, nihil impetrarint: *confeſſio ipſa damnata, omnesq; illi adhærentes, niſi in integrum omnia reſtituerentur, in diſcrimen vitæ ac fortunarum ſint vocati, conſtituti etiam, ut dicebatur, executores decreti à Cæſare.* Cum ergò Proteſtantibus bellum in ſingula momenta à Pontificiis exſpectandum eſſet: Lutherus ſtatim poſt comitia edidit, magno animo ac heroico ſpiritu ad ſuos Germanos *libellum*, cui titulus: Warnung an ſeine liebe Deutſchen: quo eos hortatus eſt, ut pacem colerent, nec impio edicto, in perſecutione veræ Evangelii doctrinæ, & innocentum principum ac eccleſiarum, armis ſuis juvanda, obedirent, nec pro idolis libidinibus, & aliis abominationibus Pontificiis propugnarent. Suæ etiam partis homines, ſi à Pontificiis bellum ipſis nomine Imperatoris inferatur, non quidem ad arma capienda incitat, verum ſi armis reſiſtant, & vim vi repellant, non velut ſeditioſos traduci vult & condemnari, ſed velut neceſſariam ſui & ſuorum defenſionem ſuſcipientes, excuſat. Verum antequam ex eremo iſta *Coburgica* cum Luthero migremus, indicandi ſunt & labores ejus, qui duûm fuerunt generum, *ſcriptionum* vel *commentationum*, & *precationum*. Quæ tunc ſcripſerit partim ſupra à nobis commemoratum eſt, partim ipſe ad Melanchtonem epiſtola indicat: *Ego*, inquit, *tædio quoq;, non tantum capitis morbo, Ezechielem poſui: interim minores Prophetas verto, & in hebdomada iſta abſolvam, Deo volente. Supereſt enim Aggæus tantum & Malachias. Solatii gratia ſic exerceo me in illis potius, quam laboris.* De precandi autem ejus fervore hæc *Vitus Theodorus*, qui tunc illi adjunctus *Coburgi*, ad eundem *Melanchthonem*: *nullus abit dies, quin ut minimum tres horas, eaſq; ſtudiis aptiſſimas, in orationem ponat. Semel mihi contigit, ut orantem eum audirem. Bone Deus, quantus ſpiritus quanta fides in ipſis verbis ineſt! Tanta reverentia aliquid petit, ut cum DEO, tanta ſpe & fide, ut cum Patre & amico ſe loqui ſentiat. Scio*, ajebat, *te Patrem & Deum noſtrum eſſe, certus igitur ſum, quod filiorum tuorum perſecutores ſis perditurus. Quod ſi non facies, tuum* peri-

Exitus comitior. Auguſ... norum.

Luther. admon. ad Germanos.

Exſtat oper. I...

Labores Lutheri in eremo Coburg.

Preces ardent. Luther.

periculum cum noſtro eſt conjunctum, tuum hoc negotium eſt totum, nos ad id coacti acceſſimus. Tu igitur defendes. In hæc ferè verba dum orantem clarâ voce procul ſtans audirem, ardebat mihi quoq; animus ſingulari quodam impetu, cum ſic amice, ſic graviter, ſic reverenter cum Deo loqueretur & inter orandum, promiſſiones ex Pſalmis ſic urgeret, ut qui certus eſſet omnia eventura eſſe, quæ peteret. Non igitur dubito, quin preces ejus magnum momentum ad deſperatam hanc cauſam comitiorum ſint allaturæ.

Sleidan. l. 7. p. 188.
Bucerus ad Luth. excurrit.

Cumque in iis comitiis *de cœna Domini* potiſſimum ac ferè ſolum inter Lutherum, & quosdam alios eſſet diſſenſio, grata illa Pontificiis, moleſta orthodoxis: *Bucerus*, de Saxonis & ſui magiſtratus conſenſu, *Auguſta Coburgum* excurrit ad Lutherum conciliationis cauſa, nec reſponſum tulit incommodum, ſed variè res fuit turbata. Venit eodem & *Urbanus Regius*, conſilii exquirendi cauſa, ut ante * dictum.

** In vita Regii.*
An. 1531. Interpretatio edicti Cæſarei.
Egregium Luth. de juſtificat. fidei pronunciatum.
** Eſt f. 298. tom. 5. Ien.*

Anno *trigeſimo primo*, ſubmiſit etiam Lutherus gloſſam ſeu interpretationem edicti Cæſarei non contra Imperatorem, ſed contra Principes & Epiſcopos, belli civilis tubas: defendit ibidem egregiè præcipua religionis Chriſtianæ capita, de *Cœnæ integritate, de Eccleſia* quòd *errare poſſit*, de *Miſſa*, de *libero arbitrio*, de *juſtificatione fidei absq; operibus*; de qua memorabile eſt hoc ejus pronunciatum: Ich * Doctor Martinus Luther / unſers HErrn Jeſu Chriſti unwürdiger Evangeliſt / ſage / daß dieſen Artickel (der Glaub allein ohn alle Werck macht gerecht für Gott) ſoll laſſen ſtehn und bleiben / der Römiſche Keiſer / der Türckiſche Keiſer / der Tarteriſche Keiſer / der Perſer Keiſer / der Bapſt / alle Cardinäl / Biſchoffe / Pfaffen / Mönche / Nonnen / Könige / Fürſten / Herrn / alle Welt / ſampt allen Teufeln / und ſollen das helliſche Feuer dazu haben auff ihren Kopff / und keinen Danck darzu / das ſey mein Doctor Luthers Einſprechung vom Heil. Geiſt / und das rechte heilige Evangelium. Dann da ſtehet der Artickel / den die Kinder beten: Ich glaube an Jeſum Chriſtum / gecreutziget / geſtorben. Es iſt ja niemands für unſer Sünde geſtorben / dann allein Jeſus Chriſtus Gottes Sohn / allein Jeſus Gottes Sohn / noch einmal ſage ich / allein JEſus Gottes Sohn hat uns von Sünden erlöſet / das iſt gewißlich wahr und die gantze Schrifft / und ſollen alle Teuffel und Welt ſich zerreiſſen und berſten / ſo iſts ja wahr. Iſt ers aber allein / ſo Sünde weg nimpt / ſo können wirs mit unſern Wercken nicht ſeyn / ſo iſts ja unmöglich / daß ich ſolchen einigen und allein Erlöſer von Sünden / Jeſum / anders denn mit dem Glauben faſſen uñ erlangen möge / mit Wercken iſt und bleibt er unergriffen / weil aber allein der Glaube / für und ehe die Werck folgen / ſolchen Erlöſer ergreiffet / ſo muß es wahr ſeyn / das allein der Glaube / für und ohn Werck / ſolche Erlöſung faſſe / welches nichts anders ſeyn kan / dann gerecht werden / dann von Sünden erlöſt / oder Sünde vergeben haben muß nicht anders ſeyn / dann gerecht ſeyn oder werden. Aber nach ſolchem Glauben oder empfangener Erlöſung oder Sünde Vergebung / oder Gerechtigkeit / folgen alsdann gute Werck / als ſolches Glaubens Früchte. Das iſt unſer Lehre / und alſo lehret der Heil. Geiſt / und die gantze H. Chriſtenheit / dabey wir bleiben in Gottes Namen. Amen. hoc eſt, *ego Martinus Lutherus, indignus Domini noſtri Jeſu Chriſti evangeliſta ſic ajo, ſic ſentio: hunc articulum,* quod fides ſola absq; operibus, coram DEO juſtificet, *non ſubverſum iri nec à Romano Cæſare, nec à Turcico, nec à Tartarico, nec à Perſico, nec à Papa omnibus Cardinalibus, Epiſcopis, ſacrificulis, monachis, monialibus, regibus, principibus, dynaſtis mundi, & diabolis omnibus: hunc articulum inconcuſſum mihi relinquent nolentes volentes, & inſuper ignem inferni præmium habebunt, gratiâ verò nullam. Hæc mihi Luthero ſpiritus ſanctus dictat; hoc eſt verum evangelium. Nam ita habet articulus, quem juventus Chriſtiana pronunciat:* Credo in Jeſum Chriſtum, crucifixum, mortuum. *Jam nemo pro noſtris peccatis mortuus eſt, niſi unus Jeſus Chriſtus Dei filius, ſolus & unus Jeſus Dei filius, iterum iterumq; dico, ſolus & unus Jeſus filius Dei à peccatis nos redemit. Hoc eſt firmiſſimum, certiſſimumq;, hoc clamat tota ſcriptura, ut ringantur & rumpantur omnes diaboli ac mundus. Si autem ipſe ſolus eſt, qui peccata aufert, nos utiq; non erimus cum operibus noſtris, & impoſſibile eſt, ut Chriſtum aliter, quàm ſola fide amplectar, operibus nunquam apprehenditur. Cum autem fides ſola antequam opera ſubſequantur redemtorem hunc apprehendat: veriſſimum manet, quod ſola fides ante opera & ſine operibus hoc faciat, quod nihil eſt aliud, quàm juſtificari, quam à peccatis liberari. Fidem deinde ſequuntur bona opera, tanquam fructus. Hæc eſt noſtra doctrina, hanc tradit Spiritus ſanctus, atq; tota eccleſia Chriſtiana. In hac manebimus, Amen.*

Irritat Pontific. Luth.
Crimina ei intentata.
Defendit ſe Luth.
** Tom. 5. oper. Ien. p. 204. 305.*
An. 1532. Prima pax in religione.
** Refert eas Sleid. l. 8. p. 205. ſub ann. 1532.*
** Exſtant tom. 5. Ien. p. 438. 495.*

Duobus illis ſcriptis, nempe *commonefactione ad ſuos Germanos*, & *interpretatione edicti Cæſarei*, valdè irritavit Luther. *crabrones Pontificios*, qui proinde *libellum anonymum* adverſus ipſum ediderunt, cui acriter reſpondit, ſub titulo: Wider den Meuchler zu Dreſen: & à ſe crimina, quorum inſimulabatur, graviter removit, quod *obedientiam Cæſari præſtandam negaret*, quòd *tuba ſit rebellionis ac ſeditionis*, quod *omnia, quæ de moliminibꝰ Papæ ſcripſiſſet, ficta, & ementita*. Hæc contra vera eſſe evincit, multis memorabilibꝰ Pontificiorum dictis factisque: quæ in *operibus * ejus Germanicis*, cum aliis hoc anno editis ſcriptis reperiuntur. Qui ſecutus eſt annus *trigeſimus ſecundus*, pacem, Dei beneficio & *Moguntini* atq; *Palatini* Electorum interceſſione, eccleſiis Evangelicis à Cæſare impetravit, certis quidem * conditionibus Electori inprimis Saxoniæ propoſitis. Quas ut hic ambabus, quod dicitur, amplecteretur, Lutherus literis * & ad Electorem, & ad filium I. *Fridericum*, qui paulò poſt patri ſucceſſit, ſcriptis, ſerio ſuaſit. Nam hoc eodem anno die *decimo ſexto* Auguſti rebus humanis exemtus eſt, pius ille Elector, & conſtantiſſimꝰ doctrinæ evangelicæ confeſſor, cujus memo-

Ioannes Elect. Sax. moritur.

riæ Lutherus concionem funebrem habuit geminam. Melanchthon autem oratione parentavit, quæ ideam boni principis complectitur. Anno *trigeſimo tertio* ineunte, Lutherus per literas conſolatus eſt cives *Oſchatienſes*, ob evangelii confeſſionem ejectos, ubi inter alia inquit: Der Teuffel iſt der Wirth in der Welt/und die Welt iſt ſein Hauß. Darumb wo man hinkomt/ da findet man den ſcheußlichen Wirth daheime. Reſpondit & Electori Saxon. ſuper quæſtione: *quaten⁹ vim vi repellere liceat.* Inprimis autem gravis ei intercesſit *controverſia cum Georgio Duce Saxoniæ*, qui jam olim & Lutherum & doctrinam ejus cane pejus & angue oderat. Itaq; ne è ſua ditione ei acceſſio fieret, juramento ſubditos ſuos voluit obligari, *nunquam ſe Lutheri doctrinam amplexuros*: *Lipſiæ* etiam civibus, qui juxta Pontificiũ morem confeſſi, & cœna uſi eſſent ſymbola danda curavit, quæ ſenatui redderent. Deprehenſi fuerunt ſine ſymbolis circiter *ſeptuaginta*. Hi enim Lutherum conſuluerunt, quid facto opus eſſet? Lutherus reſpondit: *nihil agerent contra conſcientiam, & qui certò crederent, integram ſumendam cœnam, extrema quæq; adeant.* Inter alia epiſtolæ* hæc ſunt verba: Nun aber Hertzog Georg auch ſich unterſtehet / die Heimligkeit deß Gewiſſens zu erforſchen/were er wol werth/ daß man ihn betrôge/als einen Teufels-Apoſtel. Dux ergo *Georgius*, datis ad Electorem Saxoniæ patruelem literis, Lutherum accuſat, non ſolum de convicio ſibi facto, ſed quòd ſuæ ditionis homines ad rebellionem inflammaret. Elector ad Lutherum id perſcribit, ac niſi ſe purget, vindicandum id in ipſum ait. Hac occaſione Luther. criminationem illam refellit, negatq; *ſe conſuluiſſe, ut principi reſiſterent, ſed ut patienter, etiam exilium ferrent. Tantum abeſſe à ſe; ut magiſtratus autoritatem infringat; ut nemo ſe uno fortiùs eam adſeruerit, aut magis illuſtrarit. Apoſtolum diaboli appellatum propter ſubditos: ne putent magiſtratus legitimi, ſed diaboli eſſe edicta.* Huic libello ſubjunxit *epiſtolam* quâ cives *Lipſienſes* exules, conſolatur & monet; ut *præſentem fortunam moderatè ferant*: & ſimul *Deo gratias agant, qui vim iſtam mentis, atq; conſtantiam ſit ipſis largitus, non fore perpetuum hoc neq; ſolidum gaudium adverſariis evangelii, ſed omnium opinione citius interiturum, & adhuc quidem omneis illorum conatus irritos fuiſſe, ac ſingulari Dei beneficio concidiſſe demonſtrat.* Submiſit *& minorem apologiam*: in qua ſe purgat de his criminibus, quod *ſit mendax* quòd *perfidus*, quòd *apoſtata*, ac cæteris negatis *fatetur ſe eſſe apoſtatam, ſed beatum & ſanctum, qui fidem diabolo datam non ſervarit, non ſecus ac ſi è Mameluca aliquis ad Chriſtianiſmum, aut magus è diaboli fœdere ad Chriſtum redeat*: ubi plura de monachatu. Oppugnavit & novo libello *miſſas privatas & ſacerdotum conſecrationem*, in qua *diſputationem ſuam cum diabolo habitam* narrat: quæ à Pontificiis & Jeſuitis variè eſt exagitata, ſed ipſe ſe explicat ibidem. Ad ſenatum denique & populum *Francofurdienſem* miſit epiſtolam, qua eos hortatur, ut caveant ſibi à *Zvvinglii* doctrina, atque inſtruit de confeſſione.

An. 1533. Tom. 6. oper. Ien. Conſolatur Oſchatienſes.

Controv. nova cum Georgio Sax. Duce.

Sleid. l. 9.

** Tom. 6. Ien. p. 4. b*

Defenſio Lutheri.

Apoſtolus diaboli Georg. dux cur dictus.

Conſolatur exules Lipſenſ. Luther.

Apologia alia Luth.

Tom. 6. Ien. p. 22. ſeq.

Diſputatio Lutheri cum diabolo.

Anno *trigeſimo quarto* Elector Saxoniæ cum *Ferdinando* rege tranſegit, quam pacificationem *Petrus Paulus Vergerius* permoleſtè tulit, atque nomine *Clementis* Pontificis, de eo cum Ferdinando expoſtulavit. Hoc autem anno Lutherus docendo, ſcribendo, & commentando fuit occupatus: quemadmodum *Biblia Germanica*, ab ipſo tranſlata; & in unum corpus redacta, hoc ipſo anno excudi ceperunt, ut docet *Privilegium vetus*, ab Electore Bibliopolis datum. Prodierunt anno ſequenti, *trigeſimo quinto*, quo cœpit iterum gliſcere in Weſtphalia *Anabaptiſtarum delirium*, atque in incendium maximum erupit. Eodem *trigeſimo quinto* anno rediit à pontifice in Germaniam miſſus *Vergerius*, qui Saxonem, de concilio *Mantuæ* celebrando, interpellavit, Lutherum quoque *Wittenbergæ* convenit, deque negotio religionis cum eo egit. Scripſit Lutherus tunc conciones varias & epiſtolas, inter alia *de modo precandi* libellum popularem, *præfationem in librum Urbani Regii contra Monaſterienſes novos Valentinianos & Donatiſtas.* Et cum Pontifex concilium *Mantuam* indixiſſet, conſcripſit *aliquot dicta vel themata contra Conſtantienſe* (ipſe Obſtantienſe vocat) *concilium*: conſolatus eſt & *Chriſtianos Mittvveidenſes*, evangelii cauſa expulſos, & epiſtolam ad *Cardinalem Moguntinum*, ut ait, ultimam, ſed ſubmiſit & alias. Hoc denique anno cepit Lutherus explicare publicè *Geneſin Moſis*, quem laborem unà cum vita, uti ominatus ſibi erat, finiit, exacto decennio.

Anno *trigeſimo ſexto*, *formula concordiæ* inter Lutherum & Bucerum, aliosque eccleſiarum in ſuperiori Germania doctores, de cœna Domini, à *Melanchthone Wittenbergæ* eſt conſcripta, exeunte *Majo*, cujus alibi* quoque meminimus, ut & nomina eorum, qui ſubſcripſerunt, retulimus. Hoc etiam anno *Philippus* Pomeraniæ Dux, *Mariam Joannis* Saxoniæ Electoris, & *Margaritæ Anhaltinæ* filiam, *Torgæ* in matrimonium duxit, benedicente novis conjugibus Luthero. Qui peractis ritibus, manum illi porrigente Philippo Duce, ſtans aliquandiu tacitus, tenensq; manum ducis, clarâ voce, *Dominus Deus*, inquit, *ſit tecum, & ſemen tuum non deficiat!* Cum autem patruus *Philippi Barnimus*, liberos mares non ſuſciperet, & *Philippi* conjugium *primo quadriennio* prorſus ſterile eſſet: planè interitura ducum Pomeraniæ ſtirps maſcula eſt viſa, ſed Dei beneficio, *ex voto Lutheri, Dux Philippus ſeptem* ex ea conjuge *filios ſuſcepit*, ac familiam illuſtriſſimam egregiè propagavit.

Sequenti anno, menſe *Februario*, dux Saxoniæ elector, cum fœderatis religionis nomine principibus & civitatibus, eorumq; Theologis *Smalcaldiæ* conventum egit, principes, ut de ſynodo *Mantuæ* indicta, deliberarent: Theologi, ut de doctrina conferrent. Evocatus itaq; eodem fuit cum *Melanchthone Lutherus*: qui articulos de præcipuis controverſis doctrinæ

An. 1534. Sleid. P. Pa[ulus] Verge[rius]

Bibli[a] Germ[anica] Luthe[ri] prima

An. 1535.

Verge[rius] agit [cum] Luth[ero] Sleid. p. 235. [La]bores [Lu]theri.

Conci[lium] Mant[uanum] indict[um]

Tom. [...] Ien. G[en.] aggre[ditur]

*An. [1536.] Conc[ordia] inter [Lu]theru[m et] Bucer[um] * In [...] Bucer[...] Vide [...] ſil. T[...] Melan[ch]thon.*

Chytr[æus] Saxon[ia]

Votu[m] Luth[eri] ad Ph[il.] Pom. [du]cem mari[...]

An. [1537.]

Con[ventus] Smal[cald.] Ev[ocatur] eode[m] Luth[erus]

ctrinæ Chriſtianæ capitibus conſcripſit, à cæteris Theologis approbatos, in concilio, ſi quod futurum eſſet, nomine docentium in Saxonicis & conjunctis eccleſiis exhibendos. Vulgò *Schmalcaldicos* nominant, & adjuncti ſunt *Auguſtanæ confeſſioni*, ejus *Apologiæ* atque *Catechiſmis Lutheri.*

[...]rbo [...]vi cor[...]itur [...]therus.

Eo in conventu gravi periculoſoq; morbo correptus eſt Lutherus ut ferè de ejus vita deſperaretur. Calculi id malum fuit, è quo in diem uſque undecimum veſicæ obſtructione laboravit. Ipſe tamen, improbantibus & adverſantibus plerisque avehendum ſe inde curavit, nec conſilio aut eventu infelici. Comitem ſe illi itineris adjunxit *Georgius Sturciades* medicus, Erphordia evocatus. Lutherus in curru *teſtamentum* fecit, in quo *amicis* & *paſtoribus legavit odium Papæ*, quemadmodum antea in ædibus *Spalatini* anno *trigeſimo* hoc carmen fecit:

[...]orgius [...]rciades [...]dicus. [...]h. fecit [...]amen[...]

Peſtis eram vivus, moriens ero mors tua Papa.

Sed nocte, quæ diſceſſus ejus diem ſecuta, melius habere Luther⁹ cepit, *Tambachii*; & apertis urinæ meatibus, ipſe Lutherus ſcripſit *cantharos undecim* ſe excepiſſe. Vicum illum *locum benedictionis ſuæ* appellavit in literis. Hæc valetudinis illius recuperatio, magnum attulit gaudium piis, ac Lutheri amantibus, tum inprimis *Melanchthoni*, quod hæc epiſtola * indicat: *Toto pectore ago gratias Deo Patri miſericordiarum, & Domino noſtro Jeſu Chriſto, Pontifici noſtro interpellanti pro nobis, ſυμπαθοῦντι τῆ ἀσθενείας ἡμῶν, quod morbi nimii periculum levare cœpit. Gaudeo enim ex animo, cum tuo, tum Republicæ nomine, te reviviſcere, & hanc lætitiam auget, quod juvat exemplum vidiſſe, quo manifeſtè teſtatus eſt Deus, ſe hanc noſtram Eccleſiam reſpicere. Hic omnium principum & aliorum bonorum virorum vultus, atq; congreſſus fuerunt hilariores, poſtquam allatæ ſunt literæ tuæ ſpem vitæ oſtendentes. Agnoſcunt tuo miniſterio lucem Evangelii rurſus patefactam eſſe, ſeq; id debere tibi intelligunt, ſimul etiam proſpiciunt, quantum detrimentum acciperet Eccleſia, ſi nobis eriperetis. Ideo optant communibus votis, ut diu ſis ſuperſtes, agunt Deo gratias, quod te velut è media morte revocavit in vitam. Ac ſpero, gratam eſſe Deo hanc lætitiam, & gratiarum actionem. Precor Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut te prorſus reſtituat, ac ſanet. Hic nondum finitæ ſunt deliberationes de reſponſo dando Cæſaris Oratori, ad ipſius diſputationem, quam de priore reſponſo duriorem habuit. Itaq; nondum etiam Pontificio nuncio reſponſum eſt. Dux Wirtenbergenſis laudat magnitudinem animi tui, quod auſus ſis in tali morbo te committere itineri, & ex hoc antro evaſeris. Ait ſe tuum exemplum imitaturum eſſe, jam enim amplius octiduum ægrotat, & cras abire conſtituit. Chriſtus faciat, ut brevi te videam incolumem, & reſtitutum bonæ valetudini. Fui in maximis doloribus, & hos augebat indignitas, quod nihil opis afferre tibi hoc loco poteramus. Excruciabant me etiam errata quædam ἰατρικά, quibus animadverti morbum augeri. Itaq; dici non poteſt, quantis doloribus conflictatus ſim. Solicitudine nondum prorſus liberatus ſum. Sed ſi fuit δυσουρία ex oppilatione, jam depulſum ſpero omne periculum; ſin ex calculi mole, tamen levius fore ſpero, & habebis medicum Dei beneficio prudentem & fidum, quem ut Deus adjuvet opto. Vale Schmalcaldiæ. 1537.*

[...]lius [...]et.

** Eſt l. 1. [...]. Melanchth. [...]. 28.* *[...]anch[...] gau[...]m ex [...]her. [...]tudi[...]e.*

An. 1537. Pontifex concilium producit, & transfert. Sleid. l. 12. p. 305.

Interea Pontifex concilium à calendis *Novembris* ad calendas uſq; *Majas* anni ſequentis producit, & *Vincentiæ* locum adſignat, urbe Venetorum ampla atq; copioſa, præmiſſis eo aliquot cardinalibus, qui initium facerent. Præ ſe ferebat autem ſeriam conſultationem de purgando illo *Augiæ ſtabulo*: jamque certis quibusdam delectis id negotii dederat; remiſſa etiam jurisjurandi religione & conſilium reformationis ſciri à nemine volebat. Sed diu non latuit, & ſimul atq; in Germaniam emanavit, *Lutherus* lingua populari: *Joannes Sturmius* autem Latinè reſpondet, ad emendatores ipſos oratione converſa. Lutheri libello præfixa pictura ſtatim denotat argumentum. Nam Pontificem in ſublimi ſolio ſedentem circumſiſtunt aliquot cardinales, qui caudis vulpinis, ad longurios alligatis, veluti ſcopis, omnia ſurſum deorſum repurgant. Et tandem reformatio illa omnis in fumum abiit, quorum artificio aut technis, ſatis notum eſt.

Simulat reformationem Papa.

Luth. liber de Papæ reformatione.

Evaneſcit reformatio Papæ.

Lutherus autem evulgavit in gratiam Pontificiorum, *unum de ſummis Pontificiæ fidei articulis*, nempe *de donatione Conſtantini*, cum notis & refutatione. Edidit etiam aliquot *Joannis Huſſi epiſtolas* ad Boëmos è carcere Conſtantienſi anno *milleſimo, quadringenteſimo, decimo ſexto* miſſas: quibus præfationem ad ſpirituales, qui fortè concilio ſint interfuturi, præfixit. Miſit inſuper ad Papam & Cardinales aliquosque prælatos, *legendam de Joanne Chryſoſtomo*, cum præfatione & ſcholiis. De *concordia* deniq; illa *inter Helvetios & Lutherum epiſtolam* miſit, amicè ſcriptam, ad fœderatos evangelicos, in qua conſenſum ſuum declarat, & quid de ſacra cœna credat.

Epiſtola Huſſi.

Legenda de Ioan. Chryſoſt. Epiſtola Luth. ad Helvet.

Exſtant omnia iſta t. 6. len. G. An. 1538. Secta Antinomor. Doctrina eorum.

Interea, quaſi parum certaminum in eccleſia eſſet enata eſt ſecta *Antinomorum*, auctore potiſſimum *Joanne Agricola Islebio*, qui cum Luthero antea vixerat familiariſſimè. Dicebant illi, pœnitentiam ex Decalogo non docendam, & impugnabant illos, qui evangelium non prædicandum tradunt, niſi primum quaſſatis animis fractisq; per legem. Ipſi verò ſtatuebant, quæcunque tandem ſit hominis vita & quantumvis impura, juſtificari tamen eum, modò promiſſionib. evangelii credat. Luthero itaque rurſus negotium faceſſitum, qui & copioſè illa refutavit, docuitque legem non datam ut juſtificet, ſed ut peccatum oſtendat, & conſcientiam terreat. Itaq; primum illam docendam, deinde evangelium, quod Mediatorem monſtrat. *Islebius* à Luthero monitus errorem tandem agnovit, & publico ſcripto confeſſus eſt.

Luther. refutat.

Sleid. l. 12. Camer. in vita Melanchth. p. 190. An. 1538. Cam. in vita Melanchth. p. 191.

Sub idem tempus, anno *trigeſimo octavo*, feſto Pentecoſtes, rectore Academiæ per ſemeſtre æſtivum *Melanchthone*, quidam *Simo Lemnius* libellum edidit epigrammatum, quibus multorum & virorum & fœminarum famam læſam eſſe judicatum eſt. *Lutherus* igitur, *oſor* ejusmodi *famoſorum libellorum* ſummus, in auctorem *epiſtola ad fratres & ſorores*

res

* Tom. 6. Ien. p 533.

res eccleſiæ Wittembergenſis edita *, acerrimè invectus eſt: factum illud poëtaſtri unicè ſibi diſplicere teſtatus. Sed auctor elapſus poſtea impudentiſſimè mentiendo tam fœda atque impura ſcripta emiſit, ut neq; priorum veniam dandam ei, & quicquid accidiſſet, id lenius quàm nefaria ipſius veſania mereretur, omnes boni ſtatuerent. Prodierunt hoc anno & *tria ſymbola Oecumenica*, cum Lutheri expoſitione, ut & alia, de quibus tomi ipſius.

Oecumenica ſymbola.

An. 1539.

Annus *trigeſimus nonus* rurſum deliberationes ſolicitas & arduas de republica attulit, cum incertum eſſet, quid de pace apud Cæſarem obtineri poſſet, & multi conatus injuſtæ oppreſſionis timerent. Lutherus itaque cum collegis Wittemb. ſcriptum compoſuit & edidit, *de legitima, conceſſa, & voluntati divinæ non contraria defenſione*. Cumque tàm frequens eſſet in omnium ore *concilii nomen* & *eccleſiæ*: Lutherus *de utroq; librum emiſit vulgari lingua*, in cujus præfatione Papam dicit eodem modo ludere eccleſiam Chriſti indictione concilii, quo ludificari ſolent canes, quibus cultri cuſpide exhibeatur fruſtrum panis, quod illi captantes manubrio percutiuntur, non ſine riſu ſpectantium. Probat in eo primùm *eccleſiam non poſſe ſecundum patres & concilia reformari*, deinde agit *de ſcripturæ auctoritate*, de *Apoſtolorum concilio* primo: de *concilio Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi*, explicat quid ſit *concilium*, & *quæ ejus poteſtas*, denique *de eccleſia* tractat, *quid ſit*, & *quæ ſit vera*, quæ *ejus ſigna & notæ*, *Chriſtianas ſcholas* poſtremò *aſſirmat eſſe perpetua concilia*: ac proinde diligenter conſervandas, ut quæ unicè proſint triplici in terris hierarchiæ, *eccleſiaſticæ*, *politicæ*, & *œconomicæ*.

De legitima defenſione ſcriptum Luth Tom. 7. Ien. De conciliis & eccleſia.

Similitudo de conciliorum indictione Papali. Summa libri de conciliis.

Chriſtianæ ſcholæ perpetua concilia.

An. 1539. *Georg. dux Saxon. moritur. Succedit Henricus.*

Sub exitum Smalcaldici conventus, die *viceſimo quarto* Aprilis, diſceſſit è vita *Georgius Dux Saxoniæ*, nullis relictis liberis. Heres igitur fuit *Henricus* frater cum filiis *Mauritio* & *Auguſto* inſtitutus, ſed cum conditione, *ne religionis forma mutetur, ſin minus, Ferdinando regi ditionem totam tribuit, donec conditio impleatur*. Sed dum legati cum *Henrico* ea de re agunt ſplendidis propoſitis rationibus, imò aureis montibus promiſſis, conſtanter * ille ſe id facturum negavit, & moritur *Georgius* antè, quàm legati redirent. Itaque præter voluntatem ſuam *Georgius* heredem habuit, ac tanta eſt facta in Miſnia mutatio ſubitò, ut cùm in *Paſchalibus* feriis *Lipſiæ* docuiſſent Pontificii: feſto *Pentecoſtes* ibidem in ſuggeſto ſtarent & docerent, Lutherus ætatis ſuæ anno *quinquageſimo ſexto*, & diſcipuli ejus. Fecit Lutherus tùm initium reformationis, colophonem alii addiderunt.

** Vide vitam Frid. Myconii.*

Mutatio religionis in Miſnia.

An. 1540. *Convent. Haganoenſis.*

Anno *quadrageſimo* decretum erat, ut *Haganoæ* ad Rhenum convenirent Theologi deque controverſis doctrinæ capitibus placidè colloquerentur. Eò quoque proficiſcens *Melanchthon*, *Vinariæ* in morbum incidit graviſſimum, adeò ut ſubſiſtere ibi cogeretur, & ad emigrationem ex hac vita, condito etiam teſtamento, totum ſe præpararit. Accurrit itaq; ad eum Lutherus cum *Crucigero*, juſſu Electoris, itineribus maximis, quà die, quà noctu. Ut primùm autem ad *Melanchthonem* venit, miſereque vi morbi abſumtum vidit, cum gemitu & lacrymis, *Heu*, exclamat, *quàm pretioſum & utile eccleſiæ organum, quàm miſerè nobis eſt affectum, & penè interiit!* & cum ſaltem ſalutaſſet, in genua procumbens, ardentiſſimè oravit, ac deinceps omne officium decumbenti præſtitit, conſolando, monendo, & quandoq; etiam objurgando. Inde ipſe *Melanchthon* ad *Camerarium* *: *Nulla oratione explicare poſſum, quam horribiles dolores ſuſtinuerim, qui interdum recrudeſcunt. Senſi & Doctorem Lutherum excruciari animo, ſed ille ſuum dolorem repreſſit, ne meum augeret. Meq; erigere conatus eſt ſumma animi magnitudine, non ſolum conſolando, ſed ſæpe duriter objurgando. Qui niſi ad me veniſſet, mortuus eſſem.*

Mel... thon... bus ... ne...
Prec... vale... Phil...
Et ... alia.
** C... The... p. 39...*

Hoc eodem anno *Robertus Barnus*, Theologiæ Doctor, *Londini* ſecundo cal. Julii, ob evangelium crematus eſt. Erat is Luthero notus etiam in domeſtica familiaritate cum *Wittembergam* in legatione divortii regis cauſa veniſſet. Amici itaq; ſui & martyris conſtantis *confeſſionem*, quam dum ad rogum fuit ductus publice dixerat, *cum præfatione* ſua Lutherus typis exſcribandam curavit: paſtores inſuper peculiari ſcripto iterum monuit, ut maſculè in uſurarios ac uſuras inveherentur.

Rob... Bar... exu...
Eju... feſſi... edit... Tom... Ien...

Ineunte anno *quadrageſimo primo*, *Fridericum Myconium*, phthiſi graviſſimè attenuatum, epiſtola * eſt conſolatus, qua *acerbam ſibi fore vitam ſcribit, illo exſtincto, ac proinde optat, ut ſibi prius tabernaculum corpuſculi exhauſti deponendum ſit, certoq; perſuaſum ſe confirmat*, *preces ſuas, exauditum iri*, ut & factum. Supervixit enim *Myconius* poſtea ipſum *ſexennium*, & Lutheri precibus acceptum id retulit. Poſt Paſcha *Deſſaviæ* baptiſatus eſt infantulus maſculus *Bernhardus Joannis Anhaltini*. Ibi *ſuper baptiſmo* duas Lutherus habuit *conciones* coram aula, & fratre Anhaltini & epiſcopo Brandeburgico, quæ exſtant. Reſpondit etiam libello maledici cujusdam, quem ipſe nominat Hans Wurſt / in quo iterum & ſe & doctrinam, quam profiteretur defendit; contra Pontificios, & Pontificiorũ errores refellit. Edidit quoque *cohortationem ad preces adverſus Turcam*, & reſpondit viris principibus de quæſtionibus Theologicis variis, ut de *transſubſtantiatione*, *de libero arbitrio*, *de juſtificatione fidei*, & aliis.

An...
** ... Ien... ſola... My...*
Reſ... ad ... eiu... W...
Ex... om... ton... Ien... l. 1... Sle...

Sub id tempus, cùm *Neoburgi* ad Salam epiſcopalis ſedes vacaret, juſſu Electoris Saxoniæ, diœceſeos illius advocati & patroni, à Luthero inauguratus eſt. *Nicolaus Amsdorfius*, familia natus nobili Theologus, repudiato *Julio Pflugio*, quem collegium ibi canonicorũ elegerat. Introduxit illum Luthers in epiſcopalem ſedem, die *viceſimo Januarii*, anni *quadrageſimi ſecundi*. Hæc res, ut multorum fuit opinio, occaſionem aliis motibus præbuit, & Cæſarem, cui *Julius* non uno nomine carus, haud leviter offendit, ut alibi * dictum. Lutherus poſtea librum vulgari lingua edidit, cui titulus: *Exemplum inaugurandi veri Epiſcopi Chriſtiani.*

An... Or... epi... Lu...
** ... An...*

Evul-

Evulgavit tunc & *Alcoranum Richardi* cujusdam fratris *Dominicani*, vernaculè verſum: item *admonitionem fidelem de fugienda Turcarum doctrina*: &, *non Turcam, ſed Papam eſſe Antichriſtum.* Cumque diſſidium periculoſum inter Electorem Saxon. & *Mauritium* de finibus & oppidulo *Wurcena*, ortum eſſet, jamque res ad arma certò ſpectaret, Lutherus à propoſito graviſſimis rationibus principes avocavit, ſcriptis literis. Explicuit etiam ſententiam ſuam ſuper themate quodam: quo ante multos annos affirmarat: *belligerari cum Turca, nihil aliud eſſe: quam repugnare Deo, qui nos eo, tanquam flagello, verberet.* Conſolatus inter alia etiam eſt mulieres, quæ abortum paſſæ, vel fetum mortuum enixæ.

[m. 8. enſ.] [. 1543.]

Annus *quadrageſimus tertius* ut & ſequens fecundus fuit malorum cauſis & certaminibus. Tunc enim recruduit bellum ſacramentarium, magno cum dolore *Melanchthonis*, quem etiam Luthero committere quidam conati ſunt. Fuerunt enim multi *, qui frigidam Luthero ſuffunderent: ac de *Rhenanis eccleſiis nihilo mitiùs loquerentur, quàm de Turcis.* Itaque cùm typographus Tigurinus *Chriſtophorus Froſchoverus* exemplum Bibliorum Tigurinorum à ſe excuſorum Luthero miſiſſet, monuit eum epiſtola, *nequid poſthac mitteret, à Tigurinæ eccleſiæ miniſtris profectum. Se enim nullum cum iis commercium habere: nec libros eorum vel recepturum vel lecturum. Eccleſias DEI communicare cum eis non poſſe, qui jam & ipſi damnati ſint, & in damnationem atque infernum alios abripiant. Se igitur, dum vivat, precibus ac libris eos oppugnaturum.* Ivit autem primùm *in Judæos* ſcriptis ſuis Lutherus, & eorum refutavit mendacia, præſertim blaſphemum illud *Shemhamphoras*. Deinde judicium & breve reſponſum dedit ad *Caſpari Schvvenckfeldii* literas & librum, quem jubet ut ſe miſſum ſuis ſcriptis faciat, ac hoc cum reſponſo dimittit: *Increpet Dominus in te Sathan; & ſit ſpiritus tuus, qui vocavit te, & curſus tuus, quo curris, & omnes qui participant tibi, Sacramentarii & Eutychiani tecum, & cum veſtris blaſphemiis in perditionem. Sicut ſcriptum eſt: Currebant & non mittebam eos: Loquebantur, & nihil mandavi eis.* Reſcripſit etiam ad alios, quid ſibi *de ceremoniis, & de excommunicatione* videretur: illarum vult eſſe paucas & ad ædificationem: hanc verò, ut diſciplinam eccleſiæ utilem revocari quidem optat, ſed vix ſperat. Gravi inſuper adhortatione juventutem Wittembergæ tunc diſcentem, monuit, ut ſibi à ſcortorum pollutione caverent, quia multi tunc infecti, imò ipſe diſceſſurum ſe è colluvione talium hominum eſt interminatus, ac manſit aliquandiu *Merſburgæ*, apud Principem *Anhaltinum*, ſed ab Academia honorifica legatione revocatus, ad ordinarias operas rediit. *Commentarium* inprimis egregium ſcripſit tunc *ſuper ultima verba Davidis*, in quo articulus de *Trinitate*, de *diſcrimine perſonarum*, de *Chriſti Deitate* atque *humanitate* nervoſiſſimè & planiſſimè declaratur.

Anno *quadrageſimo quarto primam partem* ſuorum *commentariorum in Geneſin* finiit, in quibus paſſim in ſacramentarios invehitur: ac *vaticinatur, futurum, ut ſe mortuo, catervatim erumpentes Lutheranam doctrinam ſint oppugnaturi.* Deinde menſe *Septembri*, brevem ultimamque ſuam *Confeſſionem de Cœna Domini* edidit, ubi diſertè exponit, quid à dignis & indignis in Cœna ſumatur, tum per fidem, tum præter fidem: *Zvvinglium, Oecolampadium, eorumque diſcipulos, Tiguri & alibi apertè hæreticos, ſacramentorum hoſtes, æternumque damnatos ſcribit.* Tigurinis, etſi alii aliter faciendum ſtatuebant, viſum eſt reſpondere, id quod *ſequentis anni* initio *edita Apologia* fecerunt: de qua * alibi.

A. 1544. Comment. in Geneſin. *Confeſſio ult. Lut. de Cœna.* *A. 1545.* * *Vita Bulling. & Lavat. hiſt. ſacrament.*

Illo eodem anno, die *decimo ſeptimo* Novembris *Geneſeos ennarrationem* Lutherus abſolvit, quæ fuit poſtrema ejus in Academia illa publica lectio, quam hiſce ad auditores de cathedra concluſit: Das iſt nun der liebe Geneſis: unſer HErre GOtt gebe / das andere nach mir beſſer machen. Ich kan nicht mehr / ich bin ſchwach: *orate Deum pro me*, daß er mir ein gutes ſeliges Stündlein verleyhe: h. e. *hæc eſt ergo Geneſeos noſtræ enarratio: faxit Deus, ut alii poſt me rectius meliusve explicent. Ego plura non poſſum: vires me deficiunt, orate Deum pro me, ut horam mortis placidam mihi largiatur.*

Vlt. Luth. labor. Mattheſ. concionib. de Luth. pag. 169. b.

Hoc anno in *Italia* ſparſum fuit impudentiſſimum, de Lutheri obitu, planè tragico & horrendo, mendacium. Verba ex Italico * tranſlata ſunt hæc:

Mendacium de Luth. obitu in Italia ſparſum. * *Tom. 8. oper. Ien. p. 206.*

> *Horrendum, adeoque inauditum miraculum, quod in æternum laudandus Deus, in fœda morte Martini Lutheri; & corpore & animam damnati, exhibuit, in gloriam Jeſu Chriſti, atque in emendationem & conſolationem piorum.*

Cùm in morbum incidiſſet Martinus Lutherus, corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti „ ſibi communicari petiit; quod ubi accepit, „ brevi poſt extinctus eſt. Vitæ ſuæ terminum inſtare ubi animadvertit; petiit, ut „ altari imponeretur corpus ſuum, divinis- „ que honoribus affectum adoraretur. Ve- „ rum horrendis erroribus finem tandem „ impoſiturus Deus, ingenti miraculo po- „ pulum monuit, ut ab impietate, quam „ Lutherus invexiſſet, abſiſteret. Impoſi- „ to enim corpore ejus in ſepulcrum, tan- „ tus ſubitò tumultus & terror exortus „ eſt, ac ſi terræ fundamenta concuteren- „ tur. Unde qui funeri intererant, co- „ horreſcentes obſtupuêre, moxque ſub- „ latis oculis, ſacram hoſtiam in aëre „ pendentem conſpicati ſunt. Quare ma- „ gna cum animi devotione ſanctiſſimam „

„ illam hoſtiam in ſacro loco repoſuere. Quod ubi factum, Tartareus iſte fragor audiri deſiit. Sub inſequentem verò noctem, ſtrepitus & fragor priore multò impetuoſior, circa ſepulcrum Lutheri auditus eſt; qui omnes per totam civitatem trepidos, pavoreque tantum non enectos è ſomno excitavit. Quare cum illuxiſſet, ſepulcrum, in quod deteſtandum Lutheri corpus repoſitum fuerat, aperuerunt, ubi nec corpus, nec oſſa, nec ullas veſtes offenderunt; ſed fœtor ſulphureus è ſepulcro exiens, circumſtantes ferè extinxit. Quo miraculo complures territi vitam ſuam emendarunt, in honorem Chriſtianæ fidei, & gloriam JESU Chriſti.„ Hoc mendacium cùm in Germaniam ad Lutherum fuiſſet perlatum: ipſe hæc ei verba ſua manu ſubſcripſit: „ Fateor & teſtor hac mea manu, ego Martinus Lutherus, me viceſimo primo Martii figmentum hoc iracundiæ & furoris plenum, de morte mea accepiſſe, lætaque mente & hilari vultu legiſſe; ſed deteſtatum iſtam blaſphemiam, qua impudens mendacium divinæ majeſtati adſcribitur, in cæteris me non poſſe non gratulabundum ridere Sathanæ, ejusque ſquamarum Papæ & complicum ejus odium, quo me inſectantur. Convertat eos Deus à diabolica iſta malitia. Sin autem decretum eſt, preces meas pro peccato in mortem irritas eſſe; tum faxit Deus; ut menſuram peccatorum compleant, & libellis hujuſmodi mendaciis ſcatentibus ſeipſos invicem ad ſatietatem uſque oblectent.

Papatus à diabolo institutus. Tom. 8. Ien. p. 208. b.

Edidit tunc Lutherus librum, cui titulus, *contra Papatum à diabolo inſtitutum:* wider das Pabſtthumb vom Teuffel geſtifftet: in quo de concilio à Papa indicto, & toties ſublato, aliove translato, deque aliis Pontificiorum molitionibus. Itidem *Campanum* refert*, cum ex Germania ad fines Italiæ veniſſet, inclinatum obvertiſſe podicem & dixiſſe:

** Tom. 8. pag. 211. Germani Italis bestia & barbari.*

Adſpice nudatas barbara terra nates.

Evulgavit & alia, ut explicationem dicti: *ſcrutamini ſcripturas*, & *de mundi cæcitate atque ingratitudine* in querelam Chriſti ſuper urbem Heroſolymam. De conſilio quoque Lutheri imprimis *Georgius Anhaltinus* paſſus eſt ſibi hoc anno demandari gubernationem eccleſiæ *Mersburgenſis*, qua de re verboſius *, alibi.

**Vita ducis Georgi.*

A. 1546. Camerar. in vita Melanch. Evocatur à comitib⁹ Mansfeld.

Hoc tempore, quod inchoaret annum Chriſti *milleſimum quingenteſimum quadrageſimum ſextum* Lutherus abiit, comite inter alios Melanchthone, in patriam ſuam: & incolumis cum eodem reverſus eſt. Paulò pòſt, cum jam concilium Tridenti eſſe inchoatum, & conſeſſus unus atque alter habitus, iterum eodem evocatus eſt à comitibus *Mansfeldicis*, diſſidii componendi cauſa, quod inter ipſos erat de finibus & hæreditate. Non ſolebat Lutherus quidem ejusmodi negocia tractare, ut qui per omnem vitam nihil niſi ſacra ſtudia curaſſet: ſed quia *Islebii* natus erat, ditionis Mansfeldicæ oppido, patriæ voluit hanc operam præſtare. *Wittembergæ* itaque ultima concione habita die *decimo ſeptimo* Januarii, in viam viceſimo tertio ſe dedit: ac * *Halæ* Saxonum hoſpitio *Juſti Jonæ* uſus, triduum ibi, propter aquarum eluvionem, ſubſtitit; & concionem, *viceſimo ſexto* Januarii, de Pauli converſione habuit. Viceſimo octavo, qui fuit dies Jovis, *Hala* navigio trajecit præterfluentem ipſe cum D. *Jona*, ac tribus filiis, non ſine periculo ſubmerſionis, adeò ut ad D. *Jonam* diceret: *nonne perjucundum, putas, foret diabolo, ſi ego tecum & cum tribus meis filiis, in aqua ſuffocarer?* Ad fines *Mansfeldicorum* comitum ubi venit: ab aula centum amplius equitum comitatu exceptus; inque oppidum *Islebium* honorificè introductus eſt, valetudine admodum imbecilli & tantum non deſperata: quod ſibi accidere ſemper, cùm magni quippiam aggrederetur, dixit. Sed adhibitis fomentis, menſæ in cœnâ adſedit: & à *viceſimo nono Januarii*, ad *decimum* uſque *ſeptimum Februarii*, & cauſam propter quam evocatus erat, egit; & in templo aliquoties docuit, cœna Domini bis uſus, quin & duos ſacro miniſterio publicè initiavit. Domi verò ſuper menſam colloquia habuit, pietatis plena; precesque quotidie devotè dixit.

*Abii... * Q... nit ... Janu... Vide... Justi...*

Isleb... veni... agro...

Acti... ejus...

Veſpera illius diei, quamvis erat imbecillior, prandit tamen cum reliquis atque cænavit. Inter cœnandum variis de rebus locutus, hoc etiam inter alia interrogavit: *num in illâ ſempiternâ vita ſimus alter alterum cogniturі?* cumque alii averent ex ipſo ſcire; *quid*, inquit, *accidit Adamo? nunquam ille viderat Evam; ſed cum eam formaret Deus, altiſſima quiete ſopitus dormiebat: expergefactus autem, cum illam videret, non rogat: quæ ſit, aut unde veniat, ſed carnem eſſe de ſua carne dicit, & os de ſuis oſſibus. Qui verò ſciebat iſtud? nimirum Spiritu ſancto plenus, & vera DEI cognitione præditus; ita pronunciabat. Ad eundem modum, nos etiam in altera vita renovabimur per Chriſtum: & parentes, uxores, liberos, & quicquid eſt, multò perfectius agnoſcemus, quàm tunc Evam Adamus cognovit.* A cœna, cùm divertiſſet precandi cauſa, ſicuti conſueverat, cœpit augeri dolor pectoris. Ibi monitu quorundam uſus eſt cornu monocerotis ex vino: pòſt in minori lectulo hypocauſti per unam & alteram horam ſuaviter dormit; cùm evigilaſſet, in cubiculum ingreditur, & ad quietem iterum ſeſe componit, ſalutatisque amicis, qui aderant, *orate*, inquit, *Deum; ut Evangelii doctrinam nobis conſervet. Pontifex enim & concilium Tridentinum mira moliuntur.* Hæc ubi dixit, facto ſilentio, dormit aliquandiu, ſed urgente vi morbi, pòſt mediam noctem excitatus, queritur de pectoris anguſtia, & præſentiens jam inſtare vitæ finem, his omnino Deum verbis implorat:

Colle... in u... cœna... In v... tern... alte... rum... recog... turi.

Mori... Luth... supre...

Pater

recatio us ante ortem.

„ Pater cœleſtis, DEUS & Pater Domini „ noſtri JEſu Chriſti, Deus omnis conſola- „ tionis, ago tibi gratias, quod filium tuum „ JEſum Chriſtum mihi revelaſti, cui credidi, „ quem ſum profeſſus, quem amavi, quem „ celebravi, quem Pontifex Romanus & re- „ liqua impiorum turba perſequitur, & affi- „ cit contumelia: rogo te, mi Domine JEſu „ Chriſte, ſuſcipe animulam meam: mi Pa- „ ter cœleſtis, etiamſi divellor ex hac vita, li- „ cet corpus hoc mihi ſit jam deponendum: „ certò tamen ſcio, me tecum eſſe permanſu- „ rum in ſempiternum, neque poſſe me tuis „ ex manibus à quoquam avelli. Addidit & „ dicta: Sic Deus dilexit mundum, ut unige- „ nitum ſuum filium daret; ut omnis, qui „ credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam „ æternam.„ Et ex Pſalmo ſexageſimo octa- vo: *Deus noſter Deus ſalvos faciendi, & Dominus, eſt Dominus educendi ex morte:* poſtea medicamento quodam exhibito, cum id abſorbuiſſet; *ego*, inquit, *hinc abeo, ſpiritum meum jam reddam Deo:* & cum dicto celeriter tertium: *pater in manus tuas commendo ſpiritum meum: redemiſti me Deus veritatis.* Hic tanquam dormiturus è vitâ diſcedit, nullo cum corporis, qui quidem animadverti potuit, cruciatu. Cumque D. *Jonas* ac *Cœlius* inclamarent: *reverende Pater, morieris ne per Chriſtum in confeſſione ejus doctrinæ, quam hactenus annunciaſti, conſtanter?* Reſpondit ita, ut exaudiri poſſet, *Ia*, quæ vox poſtrema ejus fuit. Sic in patria ſua, quam multis annis non viderat, obiit cum gemitu multorum, die *decimo octavo* Februarii; qui Concordiæ in Faſtis adſcribitur, ſub horam tertiam matutinam, anno ætatis ſuæ climacterico magno. Islebii poſtero die exſuviæ loculo ſtanneo impoſitæ funebri pompa in templum delatæ ſunt; ubi concionem habuit *Juſtus Jonas*. Et quamvis Mansfeldici comites cupiiſſent in ſua ditione ſepultum corpus: tamen poſtulante ita Electore Saxon. Wittembergam id remiſerunt. Ibi quacunque deductum funus fuit, & honorificè eſt exceptum, & cum luctu comitatum ad fines territorii: donec *viceſimo ſecundo* Februarii poſt meridiem Wittembergam delatum; & tanta cum frequentia, principum, comitum, nobilium, ſtudiorum gratia ibi agentium, & plebis, quantam oppidum illud vix aut rarò vidit, in templum arci contiguum deportatum. Ibi finitis uſitatis funebribus, *Pomeranus* concionem habuit coram non paucis hominum millibus, à qua *Melanchthon* cum ſingultu & lacrymis plurimorum peroravit. His peractis Magiſtri aliquot, viri docti, in tumulum ſandapilam demiſerunt, propè ſuggeſtum; è quo tot præclaras & ſanctas conciones coram principibus, electoribus, & eccleſia Chriſti habuerat. In tabula ſupra laminam æneam in quâ ejus effigies viva, hæc leguntur carmina:

ma vox ther.

tus d.

ous ttemb. tum.

bono- ſepe-

Continet hic tumulus Martini membra Lutheri,
Noſſe ſat hoc fuerat: ſed tamen iſta lege.

Juxta effigiem hæc ſunt.

Monumentum Luth. & Epitaphia.

HIc prope Martini rurſus victura Lutheri,
In parvo tumulo molliter oſſa cubant.
Quæ prius horrendis errorum preſſa tenebris;
Atque operum obſcurâ nube ſepulta fuit,
Hoc monſtrante iterum patefacta eſt gratia Chriſti;
Quæque Deo acceptos nos facit eſſe, fides.
Namque ſuperſtitio cum regnum cæca teneret,
Et premeret longo dogmata vera ſitu,
Ille Dei afflatu monitus, verboque vocatus,
Lucem Evangelii ſparſit in orbe novam.
Iuſtructusq; tuba Paulinæ & fulmine linguæ,
Exploſo, cepit vera docere, dolo.
Utque agnum in media Baptiſta oſtendit eremo,
Qui pia pro populi victima labe foret:
Sic quoq; monſtravit te, maxime Chriſte, Luther⁹
Cum totus tenebris obrutus orbis erat.
Et Legis tabulæ, quas in Sinaide Moſes
Alliſas fregit rupe, propheta Dei;
Quid diſtent Evangelio, quod pectora ſanet;
Conſcia quæ culpæ terruit ira Dei,
Hoc prius amiſſum diſcrimen reddidit orbi;
Eſſent ut Chriſti munera nota magis.
Arguit Auſonii fraudes atque impia regna
Pontificis, populo quæ nocuêre Dei.
Pollutasque monens vitare idola per aras,
Ad verum adduxit corda levata Deum.
Magnanimusq;, Deo curſum ſervante, peregit:
Inſidias contra multiplicesque minas.
Tandem ex hac vita tranquilla morte vocatus,
Ardua propitio venit ad aſtra Deo.
Sentit ubi coram felicia gaudia Chriſto:
Veraque poſt obitum præmia vivus habet.
Grata Deo tanto ſit pro doctore futura
Ætas; quæ Chriſti dogmata vera ſciet,
Atq; oret precibus, Deus hanc, quam præbuit orbi
Lucem Evangelii ſervet ut ipſe ſui.

Deceſſit in patria ſua Isleben,
anno à natali Chriſti M.D.XLVI.
die Februarii XVIII.
anno ætatis ſuæ LXIII.
Academia Witteberg. ut filia patri dilecto F. C.

In lapide.

MARTINI LUTHERI S. THEOLOGIÆ D. CORPUS H. L. S. E. QUI AN. CHRISTI M D XLVI. XII. CAL. MARTII EISLEBII IN PATRIA S. M. O. C. V. ANN. LXIII. M. III. D. X.

Exſtant & aliorum epicedia in eum atque Epigrammata, de quibus hæc adjungimus.

Philipp. Melanchth.

Occidit omnigenâ venerandus laude Lutherus,
Qui Chriſtum docuit non dubitante fide.
Ereptum defiet vero hunc eccleſia luctu;
Cujus erat doctor, verius imo pater.
Occidit Iſraël praſtans auriga Lutherus,
Quem mecum ſanus lugeat omnis homo.
Nunc luctumq; ſuum lacrymoſo carmine prodat;
Hoc etenim orbatos, flere, dolore decet.

Theod. Beza.

Roma orbem domuit; Romam ſibi Papa ſubegit,
Viribus illa ſuis, fraudibus iſte ſuis.
Quanto iſto major Lutherus, major & illa:
Iſtum, illamque uno qui domuit calamo!
I nunc! Alciden memorato Græcia mendax,
Lutheri ad calamum ferrea clava nihil.

Joann Major.

Lutherus decimum confecit ſtrage Leonem,
De clava noli quærere, penna fuit.

Joachim à Beuſt.

In ſua conceſſit quo tempore fata Lutherus,
Mortuus eſt puræ religionis apex.
Mens it ad aſtra, die cui dat Concordia nomen,
Lutherum in cœlum quæ comitata redit.
Huic quia ſucceſſit lacerâ Diſcordia veſte;
Da populo Eliæ pallia, Chriſte, tuo.

Hic ergo curſus fuit, atque hæc meta laborum Lutheri: cujus obitus cum *Melanchthoni* nunciatus eſſet, hæc repetiiſſe è ſacris verbo dicitur: *occidit currus & auriga Iſraelis!* fuitque *Melanchthoni* ejus mors inprimis luctuoſa. Nam cum eo annis *viginti octo* conjunctiſſimè vixerat, eum ob eximias virtutes verè dilexerat, atque in illuſtranda Evangelii doctrina fidelem ſe ipſi ſocium & adjutorem præſtiterat. Etſi enim tempora fuerunt tunc ad diſtractiones proclivia, hominumque levitas diſſidiorum cupida, tamen, cum alter alterius vitia noſſet; nunquam inter eos ſimultas exſtitit; ex qua animorum alienatio, aut divulſio conſuetudinis ſubſecuta ſit. Quæ autem quantæve reip. procellæ in Germania poſt obitum Lutheri ortæ ſint, prohdolor in vulgus notum eſt! & conſtat ipſum Lutherum ſæpe dixiſſe: *ſe vivente, propitio Deo, bellum in Germania non futurum: ſe autem mortuo videret poſteritas.* De doctrina item Evangelii hoc oraculum edidit: *Hæc inquit, perdent Chriſtianam religionem, primum oblivio beneficiorum ab Evangelio acceptorum: deinde ſecuritas, quæ jam paſſim & ubique regnat: poſtremo ſapientia mundi, quæ vult omnia redigere in ordinem, & publicæ tranquillitati impiis conſiliis mederi.*

Melancht. luctus ex obitu Luth. *Conjunctio Luther. & Melancht.* *Obitum Luth. quæ conſecuta.* *Matth. in concion. de vita Luth.* *Evangelii peſtes.*

Fuit ſanè ſummi hujus viri ingenium acre & ſagax, animus ingens & excelſus, in veritate agnita conſtans, à cujus confeſſione nec minis nec pollicitationibus ullis potuit dimoveri. Ferunt aliquando Pontificiorum quendam ex alio quæſiiſſe: *cur homini os non obſtruitis auro argentove, quò minus ita invehatur in Romanos?* reſpondiſſe alterum: *Hem Germana hæc beſtia pecuniam non curat.* Fortitudinis etiam ſingulare argumentum ac ſpecimen reliquit in illo, de quo ante, conventu Auguſtano, quando ex ſua eremo ita ad Spalatinum: „ Furere iſthic & fremere reges, „ principes, populos, adverſus Chriſtum Domini, felix omen puto, ac multò melius, „ quam ſi blandirentur. Sequitur enim; Qui „ habitat in cœlis ridebit eos. Hoc autem „ principe noſtro illos ridente, non video „ cur nobis flendum ſit à facie eorum. Ridet „ enim non ſui, ſed noſtra gratia; ut & nos „ potius fidentes, rideamus inania eorum conſilia, in tantum eſt opus fide, ne cauſa fidei ſit ſine fide. Sed qui cœpit hoc opus, is cœpit certè abſque conſilio & ſtudio noſtro. Idem hactenus protexit, & gubernabit ſupra & præter noſtra conſilia & ſtudia, ille ipſe eſt, qui perficiet & abſolvet idem, extra & ultra noſtra conſilia & ſtudia, de quo nihil dubito. Scio & certus ſum, cui credo, qui potens eſt facere ſupra quam nos petimus & intelligimus. Etiamſi Philippus cogitet & cupiat eum facere infra & intra ſuum conſilium, ut liceret ei gloriari. Certè ſic oportuit fieri, ſic feciſſem ego, Nein es muß nicht heiſſen / *ſic ego Philippus*, das *Ego* iſt zu gering / es heiſt *ſic, Ego ero qui ero, hoc eſt nomen ejus, Qui ero*, Man ſiehet nicht wer er iſt / aber er wirds ſeyn / ſo werden wirs ſehen. *Sed hæc verboſè ſatis, tu eſto fortis in Domino, & Philippum meo nomine exhortare ſæpe, ne fiat Deus; ſed pugnet contra illam innatam, & à Diabolo in Paradiſo implantatam nobis ambitionem divinitatis, ea enim non expedit nobis Evam & Adam divinitas ex paradiſo extruſit, noſque ipſa ſola exturbat & extra pacem trudit.* Wir ſollen Menſchen und nicht Gott ſeyn / das iſt die Summa / Es wird doch nicht anders oder iſt ewige Unruhe und Hertzenleid unſer Lohn.

Luth. virtutes & dotes. *Animi conſtantia ſingularis.* *Animoſa Luth. ep. de negocio Evangelii in comitiis Auguſt. 1530.*

Martyrium non ſemel ſibi exoptavit, ut cum Auguſtam iret anno decimo octavo, ad *Melanchthonem* ſuum dulciſſimumque ita ſcripſerit*: Tu age virum, ſicut & agis, & adoleſcentes recta doce, ego pro illis & vobis vado immolari, ſi Deo placet: Malo enim perire, & quod unum mihi graviſſimũ eſt, veſtra dulciſſima converſatione carere in æternum, quam ut revocem benè dicta, & ſtudiis optimis perdendis occaſio fiam. Et alibi *, ad Spalatinum: Mallem me, quod ſæpius dixi, in ſolis Romaniſtarum manibus perire: ne Carolus cum ſuis in hanc cauſam involvetur. Scio quæ miſeria Sigiſmundum Imperatorem poſt occiſum Huſs conſecuta ſit, ut nihil deinde proſperum habuerit, ſine prole obierit: & filius etiam filiæ, poſtea Ladislaus perierit, & in generatione una deletum ſit nomen ejus, uxor vero Barbara infamia reginarum evaſerit, & alia quæ te noſſe credo. Si tamen ita fieri oportet; ut & ego non modo pontificibus, ſed & gentibus tradar, fiat voluntas Domini, Amen: & iterum ad Lampertum Thron captivum: Tibi toto corde congaudeo & gratulor gratias agens fideliſſimo Salvatori noſtro Domino, Jeſu Chriſto, qui mihi non modò verbum ſuum & ſpiritum noſſe, ſed & incrementum gratiæ tam opulentum & magnificum in vobis videre donavit. Me miſerum, qui primus iſta docuiſſe jactor, & noviſſimus & forte nunquam veſtrorum vinculorum & ignium particeps eſſe dignus ſum. Vindicabo tamen hanc meam miſeriã & conſolabor me, quod veſtra vincula mea ſunt, veſtri carceres & ignes mei ſunt, ſunt verè dum & ea confiteor & prædico, vobisque ſimul compatior & congratulor.

Optat Mart Luth. * Tom ep. p. A. 15 * Tom ep. p. 2 A. 15 Vi Tom. pag. 3 *Sigiſm Cæſar felix caden Huſſi.* *Tom. epiſt.*

Pate-

ligio hriſt. in-ſtaurata r Luth.

Patefecit Deus per Lutherum & reliquos ϲυνεργὸς, atque illuſtravit doctrinam eccleſiæ neceſſariam, de *Mediatore*, de *juſtificatione hominis*, de *diſcrimine Legis & Evangelii*, de *cultu Deo placente*, de *invocatione & aliis*. Sæpe deplorans impias compellationes mortuorum, dixit: multas eſſe cauſas, propter quas execranda ſit illa invocatio, præcipuam tamen hanc, quod profana illa conſuetudine obſcuratum ſit teſtimonium de divinitate Chriſti, cui ſcriptura Prophetica & Apoſtolica jubet tribui honorem invocationis. Iſta Idola ſunt, quæ Barbarum Turcæ acinacem in noſtras cervices acuunt, nec deſinet is fundere noſtrum ſanguinem, niſi pia fuerit ſuſcepta emendatio. Quam enim impia ſint hæc quis non agnoſcat? quæ Pontificii in ſuis templis ſonant:

vocatio nctorum rfugien-. m. 6. clamat elanch-on.

Maria, mater gratiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
In hora mortis ſuſcipe.

Et:

Sancta Dorothea, cor mundum in me crea:
Sancta Catharina ab æſtu mundi transfer nos ad amœna
Paradiſi: aperi januas Paradiſi.

anslatio bl. inſi-e opus theri.

Ut autem cœleſtis doctrina ad poſteritatem quoque propagaretur, tranſtulit magno & longo cum labore & ſtudio è fontibus ſuis in Germanicam linguam ſcripta Prophetica, & Apoſtolica planè & perſpicuè, ut interpretatio quandoque commentarii vice eſſe poſſit. Hujus laboris & difficultatis ipſe paſſim meminit, ut ad *Wenceslaum Lincum*: „Nos jam in Prophetis vernacula donandis ſudamus. Deus, quam moleſtum & quantum opus, Hebraicos ſcriptores cogere Germanicè loqui, qui reſiſtunt, quam Hebraicitatem ſuam relinquere volunt, & barbariem Germanicam imitari. Tanquam ſi Philomela cuculum cogatur, deſerta elegantiſſima melodia, uniſonam illam vocem deteſtans, imitari. *Et iterum ad* Spalatinum *: In transferendo Hiob tantum eſt nobis negotii ob ſtyli grandiſſimi granditatem, ut videatur multo impatientior translationis noſtræ eſſe, quam fuit conſolationis amicorum, aut certè perpetuò vult ſedere in ſterquilinio. Niſi fortè id voluit author libri ejus, ne unquam transferatur, ea res moratur præla in hac tertia parte Bibliæ. „ Uſus autem eſt in iſto labore opera & conſilio collegarum, quos alibi nominavimus, ut judices in obſcuris & teſtes ſuæ fidei haberet. A *Spalatino* petiit * ut ex aula mitterentur gemmæ, utque ipſe nomina & diſcrimina indicaret beſtiarum quarundam & avium rapacium, item reptilium & inſectorum. Curavit domi ſuæ mactandas pecudes, vitulos, vervecesque, atque partium nomina ac proprias appellationes à lanionibus didicit, ſæpe ut ipſemet faſſus, cum *Philippo*, *Aurogallo*, aliis, totos quatuordecim dies in interpretatione unius voculæ aut lineolæ hæſit. Conventus autem illius ratio hæc fuit:

m. 2. ſt. p. 387.

om. 2. p. 183. b. i trans-tio diffi-is.

dus ac io nsfe-dili-s ſacros uth. ſervata Tom. 2. ſt. 171. atth. ne. 13. de taLuth. g. 153.

præſidebat Lutherus in monaſterio cum Bibliis Latinæ translationis veteris, & ſua nova, cui ſemper habebat adjuncta Hebraica: Melanchthon afferebat textum Græcum: Cruciger cum Hebræo Chaldaicum, alii Profeſſores habebant Rabinos, & accedebat quilibet præmeditatus. De loco vertendo fiebat ſententiarum exploratio & collatio, tandem concludebatur. „ Sed correxit ipſe Lutherus ante obitum primam editionem, quemadmodum dies diem docet: Pro hoc labore debetur perpetua gratia, cum & eccleſiæ proſit, & fontium ignaros erudiat, imò ipſos eruditos delectet collatio. Reprehenſus tamen eſt hic labor à *Vicelio*, à Staphylo apoſtata & aliis Romani præſulis mancipiis.

Primam translationem correxit Luth. A. quibus reprehenſa translatio

Ad hunc laborem adjunxit & ipſe multas enarrationes eruditas, de quibus Eraſmus ſcripſit, *in uno folio commentariorum Lutheri plus ſolidæ Theologiæ contineri, quam in multis prolixis ſcholaſticorum & aliorum ſimilium ſcriptis.* Germanicam certè linguam exornavit plurimum & locupletavit, vertit è Latino, quæ verti non poſſe putabantur, ac ſignificantiſſimis uſus eſt verbis, maximeque propriis, ut unica voce rem nonnunquam ob oculos ponat. De Pontifice ſcribit, quemadmodum miſſam etiam pro mortuis applicari juſſerit, & ait eum penetraſſe cum ſua miſſa non ſolum per omnes orbis angulos, verum in ipſum etiam purgatorium, ibi utitur verbo, quod ſtrepitum ſignificat: **iſt hinunter gerumpelt in die Hölle.** *Item* **Beuteldreſcher** vocat indulgentiarum mangones, & talia ſexcenta in Germanicis ejus ſcriptis. Veriſſimo igitur elogio à magno *Sturmio* ornatus eſt, quo ita de eo: „Lutherus quaſi magiſter extitit noſtri ſermonis, ſive puritatem conſideres, ſive copiam. Principum conſilia, civitatum judicia, ſcribæ omnes, omnes legati, ac Jureconſulti Germanici hanc laudem homini tribuunt Theologo. Cauſam certè ipſe defendit & juſtam & neceſſariam, quæ per ſe meretur victoriam, ſed certè oratoriis lacertis ſua miſit tela argumentorum. Si hæc religionis reſtitutio non eſſet, ſi nullæ conciones ejus extitiſſent, ſi nihil ſcripſiſſet aliud, quam ea, quæ in vetere & novo Teſtamento translata divulgavit, tamen ſumma ejus & perpetua in hoc labore deberet extare gloria. Si enim hujus Germanicæ translationi cæteræ Græcorum, Latinorum, aliorumque comparentur, cedere cogentur, perſpicuitate, puritate, proprietate, ſimilitudine Hebraicæ originis. Credo ut Appellem nemo legitur pictorum ſuperaſſe, ita ne ſcriptorum quidem quiſquam Lutheri converſionem poterit vincere. „

Enarrationes libror. ſacror. Luth. Eraſmi de iis judiciũ. Facundia Luth. in ling. Germ.

Elogium Luth. à Sturm. In lib. de exercit. Rhetoric.

Rem aggreſſus eſt humanis viribus, ut omnibus * videbatur majorem, nec ſine periculo: Sed non eſt conſilium, non vis ulla contra Dominum, qui adverſus hoſtes omnes & vivum & mortuum mirabiliter defendit. Vivus adverſarios habuit potentiſſimos, vaferrimos, & verbo dicam, *totum Antichriſti regnum:* nec ſolum palam & bullis & ſcriptis eum oppugna-

** Vide vitam Crantzii.*

Adverſarii Luth.

 pugna-

pugnarunt Pontifex, Epiſcopi, Academiæ aliique ſophiſtæ, ſed etiam clam veneno, ſicâ, ſclopetis, atque aliis modis deletum ipſum iverunt. De inſidiis vitæ ejus ſtructis notum eſt: „ & ipſemet his confirmat *: Eſt hic apud „ nos Judæus Polonus miſſus ſub pretio bis „ mille aureorum, ut me veneno perdat, ab „ amicis per literas mihi proditus. Doctor „ eſt medicinæ, & nihil non audere, & facere paratus, incredibili aſtutiâ & agilitate, „ quem hac hora juſſi capi, neſcio quid adhuc futurum ſit. Hæc nova. „ Ad Spalatinum ſcribit *, plures fuiſſe, quos noluerit torqueri, cùm ſponte prodere nollent, à quibus eſſent ſubmiſſi, ſed egiſſe, ut liberi dimitterentur. Addit tamen, *quamvis perſuaſiſſimus ſim ipſum fuiſſe, quem mihi prodiderant, adeò omnia ſymbola conſentiunt.* Et quid moliti ſint Pontificii, indicant verba *Aleandri* Pontificii legati, de quibus Lutherus: *Scribit Palatinus, Aleandrum fuiſſe auſum dicere, etiam ſi vos Germani, qui minimum omnium dependitis æris Romano Pontifici, jugum ſervitutis Romanæ excuſſeritis, tamen curabimus, ut mutuis cædibus abſumti veſtro cruore pereatis.* Jam de fabulis & mendaciis ipſo vivo ſparſis, quid dicam aut ſcribam? De patria primum ac parentibus, *fuiſſe eum Boëmum, hæreticis*, quos ipſi vocant *parentibus natum.* Deinde reprehenderunt *promotionem ejus Wittembergæ factam*, ac variis deformarunt mendaciis, exemplo ſit, quod ſcribit ad Spalatinum: „ Ferdinandi ſive legatus, ſive quid aliud, apud „ me fuit, viſurus quid hominis eſſem, & quid „ agerem. Ajebat apud Dominum ſuum „ mihi famam eſſe paratam, quod armatus „ ſtipatusque procederem, ſcortis, aleis, ta„ bernis vacarem, ac neſcio quibus aliis ho„ noribus in aula eadem fulgerem. Sed ego „ mendaciis ſatis ſum adſuetus. *Quoties di„ ctus fuit* ad Boëmos fugiſſe? *quoties objecta* „ *ei* ſcandala ex ſcriptis orta? *quoties audiit* „ Principum adulator? *quoties* ſeditionum „ tuba? *De παῤῥησίᾳ autem ipſius & ve„ hementia vetus eſt cantilena, unde ipſe*: „ * Omnes fermè in me damnant mordaci„ tatem, ſed mihi idem ſenſus eſt, qui tibi, „ ſcilicet Deum fortè hoc modo revelare „ hominum figmenta. Video enim ea, quæ „ noſtro ſeculo quietè tractantur, mox cade„ re in oblivionem, nemine ea curante. *Et* „ *alibi* *: Non tamen negare poſſum, me eſſe „ vehementiorem, quàm oporteat, quod „ cùm illi non ignorent, canem irritare non „ debuerunt. Quàm ſit difficile calamo & „ ſtylo temperare, vel ex te ipſo diſcere po„ tes. Hoc enim eſt, cur in publico verſa„ ri ſemper indignatus ſum, quoque magis „ indignor, magis contra votum involvor: „ idque non niſi atrociſſimis criminibus, in „ me & verbum Dei graſſantibus, quibus fit, „ ut ſi nec calore nec ſtylo raperer, tamen in„ dignitate rei ad arma queat moveri vel ſa„ xeus animus, quantò magis ego, qui & cali„ dus ſum, & ſtylum habeo non penitus ob„ tuſum. His monſtris ultra modeſtiæ decorum feror. „ Allegat ibidem & exemplum Chriſti, qui Judæos vocet *generationem adulteram & perverſam, progeniem viperarum, hypocritas, filios diaboli*: deinde Pauli, qui *canes, vaniloquos, ſeductores, indoctos*: imò qui Act. 13. ſic invehatur in pſeudoprophetam, ut videri poſſit inſanus. Hæc ipſe, ſed & *Eraſmus* ſæpe dixit: *Deus dedit huic poſtremæ ætati propter morborum magnitudinem acrem medicum*, & *Carolus* Imper. **Wann die Pfaffen fromm wären / ſo dürfften ſie keines Luthers /** h. e. *ſi ſacrificuli frugi eſſent, nullo indigerent Luthero.* Ad iſta omnia acceſſerunt & tentationes ſpirituales, atque Sathanæ colaphi & terriculamenta. *Coburgi* cùm ſubſiſteret, apparuerunt ipſi aliquoties faces ardentes, à quarum conſpectu peſſimè habuit, adeò ut ferè deliquium animæ fuerit paſſus. Sed adhibitis tum medicamentis, tum lectione epiſtolæ ad Galatas, malum levavit, & ad eos, qui aderant, *venite* inquit, *in contemtum diaboli pſalmum de profundis quatuor vocibus cantemus.* In horto etiam ſuo apparuit ei diabolus apri nigri forma, ſed ipſe neglexit.

Poſt obitum, in bello illo Germaniæ fatali, parum abfuit, quin & in cadaver ejus ſævitum ſit. Nam cùm *Wittemberga Carolo* victori ſe dedidiſſet: Cæſarque viſendi cauſa oppidum ingreſſus eſſet: Hiſpani in templo arcis in ſepulcrum Lutheri inſultarunt, & effodere voluerunt, ſed auſi id non ſunt. Nam cùm Cæſar ſepulcro Lutheri inſiſteret, & Hiſpani corporis effoſſionem atque concremationem impensè urgerent: Carolus V. fide dignis teſtibus id referentibus, dixit: *Sinite ipſum quiescere, usque ad diem reſurrectionis, & judicii omnium.* „

Cæterum initio quidem ne ipſi Luthero in mentem venit facere, quod fecit, imò quid anno *viceſimo* adhuc in animo habuerit ex iſtis * liquet, *quàm poſſum humilimè offeram ſilentium, modo cæteri quoque ſileant, ut nihil videar omittere, quod in me ad pacem quoq; modo facere poſſit, deſiderandum, id quod ſemper facere paratus fui. Parabo itaque hæc* * *ante omnia propediem, ſi eveniet, quod ſperamus, benè factum eſt, ſin aliud erit, id quoque bonum erit, quia Domino placitum erit.* De abitu etiam ut ſupra attigimus, ſæpè cogitavit, quemadmodum ad eundem *Spalatinum* ſcribit, *niſi veniſſent heri literæ tuæ, jam parabam receſſum, mi Spalatine, ſed & adhuc ſum in utramvis partem paratus*, & poſtea, *ego ſi manſero, multa dicendi ſcribendique libertate carebo, ſi iero, totum effundam, & vitam offeram Chriſto.* Profecit autem magis magisque in veritate, utut ex quibusdam non ſtatim potuerit ſe extricare. Nam de invocatione ſanctorum anno *decimo octavo* ita ſenſit *: mi Spalatine, non fuit mens „ mea unquam, venerationem ſanctorum eſſe „ ſuperſtitioſam, neque invocationes eorun- „ dem, pro cauſis vel corporaliſſimis. Hoc „ enim ſapiunt hæretici illi, vicini noſtri, „ Pighardi in Boëmia. Melius enim à Deo per „ ſanctos ejus impetramus, quæcunque tan- „ dem bona (quippe cum ſint omnia utique „ dona

Marginal notes (left): *Inſidiæ eid. ſtructæ.* * Tom. 2. ep. p. 270. An. 1525. — * Tom. 2. ep. p. 271. — *Pontificiorum molimina.* Tom. 2. pag. 8. — *Mendacia de Luth. ſparſa.* Tom. 1. ep. p. 227. & pag. 6. — Tom. 2. ep. p. 180. & 181 — Tom. 2. ep. p. 75. 85. 289. — * Tom. 2. epiſt. p. 6. — * Tom. 1. ep. p. 292.

Marginal notes (right, cut off): *Eraſ… de L… Caro… Imper…* Tom. … leã. p… Tent… nes L… Matt… conc. p. 184… — *Cada… Luth… appet…* Matt… *Dreſ… de ur… Germ…* p. 616 — * Tom… epiſt. … pag. 2… — *Lib… & ep… lam a… catori… ad Po… cem.* — * Tom… ep. p. … *De in… catio… ſanct… ſent.*

donaDei) quàm quod per Magos & maleficos apud diabolum quærantur, ſicut plurimi ſolent. Sed id volui ſcil. ſuperſtitioſum imò & impium, atque perverſum eſſe, apud Deum & ſanctos implorare tantum ea, quæ corporis ſunt, nihil prorſus curare ea, quæ animæ & ſalutis, imò voluntatis Dei ſunt, quaſi obliti, aut increduli ſimus verbi ejus, qui dicit, primum quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis, imò ubique Chriſtus corpora, & ea, quæ corporis ſunt, ut viliſſima contemnere docet.

[...] adora[...]ne ſa[...]amenti. [...]om. 2. [...]ſt. p. 72. [...]om. 2. p. 243. [...] cœna [...]rnaculè [...]ebran.

De adoratione in ſacramento ita ſcribit: * *Dico liberum eſſe Chriſtum adorari & invocari ſub Sacramento. Neque enim peccat, qui non adorat: neque peccat, qui adorat.* De cœna vernaculè adminiſtranda hæc ſcribit †: *Miſſam vernaculam opto magis, quàm promitto, quòd impar ſim huic operi, quod muſicam ſimul & ſpiritum deſiderat. Interim permitto quoslibet in ſuo ſenſu abundare, donec alia Chriſtus dederit.* Celebravit tamen vernaculè primum anno 25. ut ipſe ad J. Langum * & miniſtros Erphord. Nunc jam Principis mandato elaboratur, craſtina Dominica * publico experimento tentabitur in nomine Chriſti. Erit autem miſſa vernacula pro laicis, quotidianus verò cultus latinus erit, conjunctis lectionibus vernaculis, ut hæc brevi publicis exemplaribus perſpicietis.

[...]om. 2. [...]ſt. pag. [...]1. b. [...]uit. 20. [...]init. [...]iſſa pri[...]um [...]rmani[...] celebra[...]

Pſalmos quoque vernaculos introduxit, qua de re ita ad Spalatinum *, *anno* viceſimo quarto: conſilium eſt, exemplo Prophetarum & priſcorum Patrum eccleſiæ, Pſalmos vernaculos condere pro vulgo, id eſt ſpirituales cantilenas, quo verbum Dei vel cantu inter populos maneat. Quærimus itaque undique poëtas. Cùm verò tibi data ſit & copia & elegantia linguæ Germanicæ, ac multo uſu exculta, oro ut nobiſcum in hac re labores, & tentes aliquem Pſalmorum in cantilenam transferre, ſicut hic habes meum exemplum. Velim autem novas & aulicas voculas omitti, quo pro captu vulgi, quàm ſimpliciſſima, vulgatiſſimaque, tamen munda ſimul & apta verba canerentur. Deinde ſententia perſpicua, & pſalmis quàm proxima, redderetur. Liberè itaque hic agendum, & accepto ſenſu, verbis relictis, per alia verba commoda vertendum. Ego non habeo tantum gratiæ, ut tale quid poſſem, qualè vellem. Itaque tentabo, ſi tu vel Heman, vel Aſſaph, vel Jedithum ſis.

[...]troducit [...]lmos [...]rman. [...]m. 2. [...]ſt. pag. [...]).

Multa etiam verè & graviter dixit docuitve, ut de ſacra ſcriptura & ejus auctoritate, ſolis canonicis libris debetur fides, cæteris omnibus judicium. *De bonis operibus,* ut fructus non faciunt unquam arborem, ita opera nunquam faciunt bonum virum. Sed è contra facta arbore ſequuntur neceſſariò fructus; ita facto primum bono viro, ſequuntur bona opera, non ut bonum faciant, ſed ut bonum eſſe teſtentur. *De verbo, ſacramentis, & miniſtris,* nos plantatores & rigatores ſumus, verbum vitæ & ſacramentum ſalutis miniſtrantes, ſed incrementi datores non ſumus.

[...]m. 1. [...]p. 61. b. [...]ra [...]iptur. [...]m. 2. ep. [...]4. b. [...]tom. 1. [...]7. b. [...]na oper. [...]m. 2. [...]p. 273.

De juſtitia noſtra: Tu Domine Jeſu es juſtitia mea, ego autem ſum peccatum tuum, tu adſumſiſti meum, & dediſti mihi tuum, adſumſiſti, quod non eras & dediſti mihi, quod non eram.

Iuſtitia noſtra. Tom. 1. ep. p. 11. b.

De ceremoniis, ego ſanè nullas ceremonias damno, niſi quæ pugnant cum Evangelio.

Ceremoniæ. Tom. 2. ep. p. 371.

De Moſe: quemadmodum mundi ſapientes dicunt: Homerum eſſe patrem omnium poëtarum, fontem, imò Oceanum omnis eruditionis & ſapientiæ & eloquentiæ, ſic noſter Moſes fons & pater eſt omnium prophetarum & librorum ſacrorum, id eſt ſapientiæ & eloquentiæ cœleſtis.

Tom. 2. ep. p. 287. Moſis & Homer. collatio.

De literarum ſtudiis: Ego perſuaſus ſum, ſine literarum peritia prorſus ſtare non poſſe ſinceram Theologiam, ſicut hactenus ruentibus & jacentibus literis, miſerrimè & cecidit & jacuit. Quin video, nunquam fuiſſe inſignem factam verbi Dei revelationem, niſi primò, velut præcurſoribus Baptiſtis, viam pararit ſurgentibus & florentibus linguis & literis. *Et alibi:* vehementer & toto cœlo errare cenſeo, qui Philoſophiam & naturæ cognitionem inutilem putant Theologiæ.

Studia literar. Tom. 2. ep. p. 307. b.

Tom. 1. ep. p. 360.

De tentationibus ita monet: Tentatos fide & ſpe hoc modo ſolarer, primum ut ſolitudinem caveant, ſed ſemper converſentur cum aliis, de Pſalmis & ſcripturis confabulando. Deinde quanquam eſt difficillimum facere tamen præſentiſſimum eſt remedium, ſi ſibi perſuadere poſſent, certò eſſe cogitationes has non ſuas, ſed Sathanæ, ideò annitendum ſummo conatu, ut ad alia cor vertatur & tales cogitationes illi relinquant. Nam eis immorari, vel cum eis pugnare, ac velle ſuperare, aut finem eorum expectare, eſt eas irritare & roborare, usque ad perditionem, absque ullo remedio. Das beſte iſt/ fallen ſie ein / ſo laſſe ſie wieder ausfallen/ und nicht lange nachdencken oder diſputiren/ wer das nicht thut/ dem iſt nicht zu rathen.

Tom. 2. ep. p. 382. Tentationes quomodo ſuperandæ.

De phreneticis & morionibus hoc ejus fuit judicium. De phreneticis ſic ſentio, omnes moriones & quicunque uſu rationis privantur, à dæmonibus vexari vel occupari, non quod damnati ſint ideo, ſed quod variis modis Sathan homines tentat, alios gravius alios levius, alios brevius alios longiùs. Nam quod Medici multa ejuſmodi tribuunt naturalibus cauſis, & remediis aliquando mitigant, fit quod ignorent quanta ſit potentia & vis dæmonum.

Tom. 2. ep. p. 381. Iudicium Luth. de phreneticis

De Auguſtanis comitiis, quorum recordatione ſe non delectari ſcripſit * Melanchthoni, cum ibi triſti & atroci ſententia damnati fuerint Evangelici à Carolo V. *cui ſubſcripſerunt* quinque Electores, *Principes Eccleſiaſtici* triginta, *ſeculares* viginti tres: *Abbates* viginti duo: *Comites & Barones* triginta tres: *civitates liberæ* triginta novem, *de illis ergo comitiis ita ſenſit Lutherus:* etſi multis ſumtibus nihil videtur Auguſtæ actum, ſic tamen ego ſentio, etiamſi duplo plures eſſent facti ſumtus, ſatis tamen reſponderet illis confutatio illa publica Sophiſtarum & invido-
rum,

** Tom. 1. epiſt. Melanch. pag. 408. ad I. Obernburgerum. Tom 5. op. len. p. 280.*

„ rum, qui ita noſtram doctrinam deforma-
„ runt mendaciis, quaſi nulla tetrior unquam
„ audita eſſet. Brentius *item ſtatuit:* omnium

Conſil. Theol. Melanch. pag. 438.

„ comitiorum, quæ illa memoria celebrata,
„ ſumtus non eſſe ſatis dignum precium pro
„ tanto confeſſionis & ejus Apologiæ the-
„ ſauro.

Tom. 2. epiſt. p. 196. & 250. De ſacra Cœn.

De S. Cœnæ negocio hæc ſcribit: *Hoc diffiteri non poſſum nec volo, quod ſi Caroloſtadius aut alius quiſpiam ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſet, in ſacramento præter panem & vinum eſſe nihil, ille magno beneficio me ſibi devinctum reddidiſſet. Gravibus enim curis anxius in hac excutienda materia multum deſudabam, omnibus nervis extenſis me extricare & expedire conatus ſum, cùm probè perſpiciebam hac re Papatui cumprimis me valde incommodare poſſe. Præterea duos habui, multo dexterius & acutius hac de re ad me ſcribentes, quam Caroloſtadius, nec ita proprii ingenii captu verba detorquentes, verum ego me captum video, nulla elabendi via relicta. Textus enim Evangelii nimium apertus eſt & potens, qui facilè convelli non poteſt, multo minus verbis aut gloſſis è capite vertiginoſo confictis ſubverti.*

Tom. 2. epiſt. p. 196.

De eadem quæſtione tum alibi tum epiſtola prolixa probare nititur, *non tantum ſpiritualiter, ſed & corporaliter comedi Chriſti carnem.* Præter id autem quod alibi aliter videtur de eo capite loqui, ſunt qui affirmant paulo ante mortem ſeſe explicaſſe. Nam ad Melanchthonem eum dixiſſe, cum Islebiano itineri eſſet accinctus, die *viceſimo tertio* Januarii, anno *quadrageſimo ſexto*, *fateri ſe longius in controverſia Sacramentaria progreſſum, tum Melanchthonem* ſuaſiſſe, ut leni ſcripto edito ſeſe explicaret, ad id reſpondiſſe Lutherum: *hoc modo totam doctrinam ſe ſuſpectam redditurum, faceret Melanchthon poſt mortem, quod videretur.* Et laudantur teſtes hujus colloquii ipſe *Melanchthon, Herbertus de Langen, Daniel Burenius* Conſ. Bremenſis, & alii.

Vide melliſicium hiſt. part. 3. p. 450. Embd. Diſch Bericht. p. 45.

Matth. in conc. de Luth. p. 138

Cum *Antonius Muſa* paſtor Rochlicenſis aliquando apud eum conquereretur, *ſe ipſum credere non poſſe, quæ alios doceret: Deo ſit gratia,* inquit, *Lutherus, quod audio alios experiri idem quod ego.*

Concionatori quæ cavenda.

Concionatori dicebat tres caniculas in ſuggeſtum non adducendas, *ſuperbiam, avaritiam, invidiam,* & regulam de moderandis concionibus hanc dedit, *cum vides attentiſſimè audire populum, conclude, eo alacriores redibunt.* In aulis ſummos labores ſuſtinere cenſuit eos, qui tantum exhaurire potando coguntur, ut nec die, nec noctu quieſcant. Cum ei afferretur lapis fiſſilis, in quo imago Papæ tricoronigeri, ex Mansfeldicis fodinis: *Hem,* inquit, *oportet Papam revelari, etiam per metalla & metallicos.* Tria faciunt Theologum, dixit, *meditatio, oratio, tentatio,* & tria verbi Miniſtro facienda: *evolvere biblia, orare ſerio,* & *ſemper diſcipulum manere.* Optimi ad vulgus hi ſunt concionatores, qui *pueriliter, trivialiter, popular iter & ſimpliciſſimè docent.* In viſitatione Saxonica, cùm in pago ruſticus ſymboli verba hæc recitaret dialecto ſua: Ich glöve in Gatt den allmächteigen: *credo in Deum patrem omnipotentem,* quæſivit ex eo quid allmächteigen *omnipotens* ſignificet? reſpondente ruſtico: Ick weß nicht / *ignoro: imò* inquit Lutherus, *& ego & omnes eruditi id ignoramus, tu id ſaltem crede, Deum eſſe tuum patrem, qui poteſt & vult te, tuosque ſervare.* Rhythmis etiam delectatus fertur vernaculis, de quibus ſunt iſti:

Iß was gar iſt /
Trinck was klar iſt /
Redt was wahr iſt.

Item

Weiſtu was ſo ſchweig /
Iſt dir wol ſo bleib /
Haſtu was ſo halt /
Vnglück mit ſeinem breiten Fuß
komt balt.

Item

Schweig / leid / meid / und vertrag /
Dein Noth niemand klag /
An Gott nicht verzag /
Dein Hülff komt alle Tag.

Vita ejus privata plena fuit exemplis virtutum. Inter prandendum aut cœnandum non rarò conciones aliis dictavit, ſæpè paginas à vitiis Typographicis expurgavit, interdum muſica ſeſe & convictores ſuos recreavit. Fuit natura, quod *Melanchthon* ſæpè miratum ſe narrat, in corpore non parvo, nec imbecilli, valdè modici cibi & potus, viditque continuis quatuor diebus, cum quidem rectè valeret, prorſus nihil edentem, aut bibentem, vidit ſæpè aliàs multis diebus, quotidiè exiguo pane & halece contentum eſſe. Nihil hic dicimus, quomodo in clauſtro vigiliis, inedia, laboribus, aliis ſeſe macerarit. Sæpè ad convivia invitatus non venit, ne tempus perderet, unde ipſe ita *: *Ego per civitatem invitatiunculis ſatis multum tempus perdo, neſcio quis Sathan id curat, uti negare non liceat, & tamen feciſſe noceat.* In congreſſibus familiaribus fuit ſuavis, ac humanus, cum gravitate tamen, virum ejuſmodi docente: fuit

ἀψευδὴς ἦθος, εὐπρόσηγορος στόμα.

De precationibus ejus ardentiſſimis confirmat idem *Melanchthon* ſæpè ſe interveniſſe, quando lacrymans preces pro tota eccleſia dixit. Sumſit enim ſibi ferè quotidie certum tempus ad pſalmos aliquot recitandos, quibus ſua vota gemens & lacrymans miſcuit, ac ſæpè dixit, *ſe ſuccenſere illis, qui aut propter ignaviam, aut propter occupationes dicunt ſatis eſſe ſolo gemitu precari. Ideò formæ nobis divino conſilio præſcriptæ ſunt,* inquit, *ut lectio mentes accendat: imò ut vox etiam profiteatur, quem Deum invocemus.* A ſtudiis quando remitteret, delectatus eſt *luſu latrunculorum,* quem calluit ingenioſè, exercuit & *artem tornandi* cum ſuo miniſtro Wolffgango: *ut,* inquit ipſe, *ſi omnino mundus nos noluerit alere propter verbum, diſcamus manu victum parare,* interdum *teſtudine luſit,* interdum *ad ſcopum* jaculatus eſt. Hortum

Ri… L…

Vit… pri… Te… ran…

** T… epiſ…*

Pre… fer… Lut…

Recr… nes I…

Tom… ep. p… & 3…

Hortum etiam excoluit: in quo varii generis ſemina ab amicis ſibi mitti petivit. Adeò ferè nunquam quieſcere potuit: & de ſuis occupationibus ita * ſcribit: „ Ego ſum oneratiſſimus, pſalterium exigit integrum virum, „ totum eundem concio in populum, per „ Evangelium & Geneſin laborans: tertio „ totum ipſum preculæ & inſtituti mei cultus: „ quarto totum hoc enarrandi munus, ut taceam epiſtolarum ſcribendarum, deinde „ negotiorum alienorum occupationem, „ inter quæ & congreſſus familiarium, quem „ pene commeſſatioenm nomino, plurimum „ mihi temporum peſſimè furatur: „ & poſtea ſemper ſolenne ſuum obtinuit: ut vel meditaretur, vel conciones, vel lectiones haberet, vel conſultationibus adeſſet: verbo, nunquam ocioſus eſſet. Liberalis erga pauperes penè ſupra modum. Accidit aliquando ut ſtudioſus viaticum peteret, quod uxori ut daret juſſit, illa autem penuriam pecuniæ excuſante, ipſe poculum quod fortè aſtabat arreptum manu compreſſit, ac ſcholaſtico dedit: ut aurifabro venderet, pretiumque ſibi retineret. Ita cum quidam è fodinis metallicis ei miſiſſet *ducentos aureos*, omnes in egenos literarum ſtudioſos diſtribuit. Et cum ei à *Ioanne* Electore nova veſtis donata eſſet: reſcripſit *plus nimio fieri. Si enim hic omnium laborum merces accipienda ſit, nullam fore vitæ alterius ſperandam:* **Wenn es ihm hie alles bezahlt wurde / was wolle er in jenem Leben zu gewarten haben?** Idem Elector ei venam metallicam *Sneberga* obtulit, quam recuſavit, ne Diabolum theſaurorum ſubterraneorum dominum tentaret. A Typographis etiam nihil ſe accepiſſe ſcribit*: *pecunia & ipſi pauperes ſumus valdè, ſed jure quodam licet modico utor in Typographos, ut cum nihil ab iis pro vario labore meo accipiam, aliquando cùm libet exemplar tollam. Hoc credo mihi deberi, cum alii ſcriptores imò translatores pro quaternione aureum accipiant.* De pecunia aliquando ſibi donata ita ſcribit*: *centenarium aureorum mihi delegatum accepi per Taubenheimum, ſed & Scharttus quinquaginta dedit, ut ego metuere incipiam, ne Deus hic præmiet. Sed proteſtatus ſum, me nolle ſic ſatiari ab eo: aut ſtatim reddam & profundam. Quid enim mihi & tantæ pecuniæ? P. Priori dedi medium, & hominem lætum feci.* Fuit φιλόςοργ☉ erga ſuos: quos tenerrimè amavit: & honeſtè educavit, præceptorem alens domeſticum; qui pietatis & literarum elementa inculcaret. Cum videret domi filiam natu maximam *Magdalenam* morientem prælegit ei locum Ieſaiæ: *vivent mortui tui & reſurgent: expergiſcimini & laudate habitatores pulveris: quia ut ros olerum ros tuus, & terra mortuos projiciet. Vade popule mi, ingredere cubilia tua: & claude oſtium tuum poſt te, abſconde te ipſum paululum ad momentum, donec tranſeat ira. Mea*, inquit, *filia, ingredere etiam tu in cubile tuum cum pace, ego mox adero tibi, nec enim permittet Deus ut videam pœnas Germaniæ imminentes*, & flevit tunc effuſiſſimè: ſed in publico cum prodiret in funus repreſſit ſe, ut ne guttula quidem lacrymarum in ipſo conſpiceretur. Ut autem *magni viri habent ardentem iram*, ita & Lutherus fuit natura ardens; ſed placabilis. Itaque cum aliquando ad eum veniſſet *Melanchthon* vehementer commotum, ſubjecit ei, ceteris altum ſilentibus hunc verſum:

Vince animos, iramq; tuam, qui cætera vincis:

tum ille arridens, *non volumus amplius*, inquit, *de his rebus diſputare*, & placidè collocutus eſt de aliis. Præſagiit multa & prædixit: ut de tumultu in germania: *Vehementer metuò, ſi pergant principes audire ſtolidum illud cerebrum ducis Georgii, futurum eſſe tumultum, qui tota Germania Principes & Magiſtratus perdat, & ſimul clerum univerſum involvat*.* De obitu Friderici Electoris Saxoniæ hæc * ſcribit: *Quod ſi omninò definita eſt ira in cœlo; ut nec orationibus, nec conſiliis, impediri poſſit: impetrabimus, ut Joſias noſter in pace dormiat: & mundus ſibi relinquatur in ſuam Babylonem.* De avaritia Germanorum & annonæ caritate: *Famem pertimeſcimus, fame quoque laborabimus, cujus mali medendi nullum dabitur remedium. Et cum citra neceſſitatem, tanquam gentiles impii & increduli, cura diſtorqueamur, ſoliciti ne nobis fame ſit periclitandum, verbum & opus Dei negligentibus, ſuboriri tempus permittet brevi, quod tota curarum plauſtra adducturum eſt ſecum: quas nulla nobis deponendi dabitur facultas aut occaſio.* Et ita de aliis multis prædixit.

Valetudine uſus eſt ſat firmâ; niſi quod capitis dolore, præſertim annis extremis, fuit ſæpè vexatus: unde paroxyſmum apoplecticum metuit, ſæpè his verbis in vertigine ac tinnitu aurium uſus: *Feri, Domine JESV, feri clementer: ego paratus ſum, quia verbo tuo à peccatis abſolutus & corpore ac ſanguine tuo paſtus, etiam Apoſtolus tuus Joannes & noſter Elector hoc mortis genere exſtincti ſunt.* Ad hæc acceſſerunt tentationes creberrimæ; unde ipſe: *valemus omnes præter Lutherum ipſum, qui corpore ſanus, foris à toto mundo, intus à Diabolo patitur, & omnibus angelis ejus.*

Statura fuit juſta, corpore robuſto, oculorum leonina vivacitate tanta, ut eorum intentionem rectà aſpiciendo non omnes ferre poſſent. Submiſſum quendam narrant, qui ſpecie privati colloquii domi è cubiculo evocatum ſclopeto transverberaret. Eum à Luthero humaniſſimè acceptum, acie oculorum ejus territum, obſtupuiſſe, nec quicquam priùs habuiſſe, quàm ut fuga ſibi conſuleret. Vocem habuit lenem, nec adeò claram, unde cùm aliquando mentio fieret ſuper menſam Paulinæ vocis, quæ non adeò fuiſſet plena, dixit, *ego itidem depreſſa utor pronunciatione ac voce, cui Melanchthon* ſubjecit, *ſed exilis iſta vox, valde latè ac procul exauditur.* In conjugio vixit caſtè & piè annis *viginti* amplius: ac moriens orphanos reliquit filios tres & viduam

Marginalia (left): …2. ep. 65. b. — Tom. 1. p. 222. b. — …bores occupa-tes Lu-r. Libe-itas. — …tthes. conc. de …th. pag. …4. — Tom. 2. p. 342. Typo-phis ni-accipit. — Tom. 1. ep. …ther. …333. — …cuniam donatâ …is donat — φιλόςοργ-… …theri — …26, 19.

Marginalia (right): Iracundia. — Tom. 2. epiſt. p. 10. A. 1521. — * Addit ibidem & cauſas. — * Tom. 2. ep. p. 10. b. — Tom. 2. ep. pag. 207. — Valetudo Lutheri. — Matthes. in concionibus de Luth. pag. 138. — Tom. 2. ep. pag. 366. — Proſopographia Luth. — Conjugiũ. Vidua Luther.

Cath. de Bora.

duam illam *Catharinam de Bora*, quæ ſupervixit annis ferè ſeptem. Doluit illa inprimis, quod maritus peregre eſſet mortuus: ubi ægrotanti adeſſe, atque extrema fidei conjugalis officia præſtare non potuiſſet. Mox ſubſecuto bello circumerravit cum orphanis in exilio maximis cum dfficultatibus & periculis, ac præter viduitatis incommoda, quæ multiplicia ſunt, experta eſt etiam magnam ingratitudinem multorum, à quibus ſperans beneficia ob ingentia mariti in eccleſiam merita, ſæpè turpiter fruſtrata eſt. Tandem cum *Wittembergæ* lue graſſante etiam ipſius domus infecta eſſet: ut liberos ex periculo eriperet, quod piam matrem decet; *Torgam* ſeſe, ubi & Academia erat, recepit. Sed in itinere cum equi conſternati currum per avia raptaturi viderentur, territa miſera non tam ſua, quàm liberorum cauſa, è curru deſiliit, ubi corpus humi graviter alliſit, ac in lacunam frigidæ aquæ lapſa, morbum contraxit. Eo amplius trimeſtri decumbens in exilio paulatim contabuit, ac placidè exſtincta eſt exeunte anno *quinquageſimo ſecundo*.

Moritur.

Scripta Luth.

Scripta Lutheri certis tomis diſtincta *Wittembergæ* & *Jenæ* Latinè & vernaculè prodierunt, partim *exegetica* partim *didactica*, partim *polemica*; de quibus tale judicium ipſe tulit: „ Ante omnia oro pium Lectorem, & „ oro propter ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; ut iſta legat cum judicio, „ imò cum multa miſeratione. Et ſciat, me „ fuiſſe aliquando Monachum & Papiſtam „ inſaniſſimum, cum iſtam cauſam aggreſſus „ ſum, ita ebrium, imò ſubmerſum in dogmatibus Papæ, ut paratiſſimus fuerim, „ omnes, ſi potuiſſem, occidere, aut occidentibus cooperari & conſentire, qui Papæ „ vel una ſyllaba obedientiam detrectarent. „ Tantus eram Saulus, ut ſunt adhuc multi; „ non eram ita glacies & frigus in defendendo Papatu, ut fuit Eckius & ſui ſimiles: „ qui mihi verius propter ſuum ventrem Papatum defendere videbantur, quàm quod „ ſeriò rem agerent; imò ridere mihi Papam „ adhuc hodie videntur, velut Epicuræi. „ Ego ſeriò rem agebam, ut qui diem extremum horribiliter timui, & tamen ſalvus „ fieri ex intimis medullis cupiebam. Hactenus Lutherus, qui alibi * libros ſuos etiam abolitos optat. Ach ich ſolte ja billich für den Meinen Friede haben / es wäre an den Papiſten gnug. Es möchte einer ſchier mit Hiob und Jeremia ſagen: Ich wolt daß ich nicht gebohren wäre / ſo möcht ich auch ſchier ſagen: Ich wolt daß ich mit meinen Büchern nicht kommen wäre / fragt auch nichts darnach / möchte leyden / daß ſie alle ſchon wären untergangen / und ſolcher hoher * Geiſter Schrifft feil ſtünden in allen Buch-Laden / wie ſie gern wolten. Noluit * idem Lutherus, ut quisquam ſe de ſuo nomine appellaret: quia doctrina non ſit ſua, quia ipſe *pro nemine ſit mortuus*: quia *S. Paulus*, 1. Cor. 3. *id noluerit in ſua perſona*

De iis judicium ipſius Luth. In præf. tom. 1. op. Lat. Witt.

** Tom. 7. Ien. Germ. p. 288. Optat libros ſuos abolitos.*

** Antinomos ibi intelligit.*
** Tom. 2. Ien. Germ. pag. 69.*

ferre, ubi addit: Wie käme denn ich armer ſtinckender Madenſack dazu / daß man die Kinder Chriſti ſolte mit meinem heilloſen Namen nennen? Præterea, quia *Chriſtiani ſumus, Chriſti doctrinam profitemur: & denique quia Papiſtæ id faciunt, vocantes ſe Pontificios*, eos nos imitari minimè decet. De libris autem Lutheri ita * ſcribit Sturmius: *Memini, me ante aliquot annos in quadam Lutheri epiſtola legere, quæ eſt in Bibliotheca Conradi Huberti, ad Wolffgangum Capitonem, nihil ſibi ſuorum ſcriptorum placere, præter Catechiſmum ſuum, & librum de ſervo arbitrio.*

* L… exe… tori…

Coronidis loco lubet addere de Lutheri & aliorum donis *Melanchthonis* judicium, *Pomeranus*, inquit, *eſt Grammaticus, & verborum vim explanat: ego ſum logicus, monſtro contextum rerum & argumenta: Juſtus Jonas eſt orator, copioſè & ornatè diſſerit, ſed Lutherus eſt omnia in omnibus, eſt miraculum inter homines, quicquid dicit, quicquid ſcribit, id in animos penetrat, & mirificos relinquit aculeos in cordibus hominum.* De exiſtimatione autem Lutheri hæc *Camerarius*: *Apud quosdam Martini Lutheri nomen adeò odioſum eſt; ut auditum execrentur; contra nonnulli in illius dictis aut factis aliqud argui omninò pati nequeunt, & ſi quis hoc facere audeat, eum ſtatim impietatis reum declamitando peragunt. Qui quidem Martini Lutheri authoritatem & nomen ita celebrant, ut ſupra conditionem & modum generis humani non dubitent extollere; iis videndum, ne præſtantiſſimi atque ſummi viri bonam exiſtimationem, tribuendo nimium, diminuere, & ſua audacia ab illa excellentia præſidium quærere videantur. At iſti inſectatores, qui non modò omnia ſcripta illius damnant, ut impia & turbulenta, ſed nomen etiam auditum, tanquam omnis mali deteſtantur; nunc etiam ſi quid cordis haberent, poterant reminiſcendo conſiderare, quid acerbitate odii & contumacia pervicaciaque adverſandi & clamoribus veſanis effectum ſit.*

Me… de … Ma… in c…

Cam… in … Mel… p. 2…

Wolffgangus Severus, præceptor quondam *Ferdinandi* Auſtriaci, poſtea Imperatoris, ejusmodi de Luthero diſtichon encomiaſticum ſcriptum reliquit:

Wo… Sev… de L…

Japeti de gente prior majorque Luthero
Nemo fuit, ſed nec credo futurus erit:

quod rhythmis vernaculis ſic eſt expreſſum:

Auß Japhets Blut und Heydenſtamm /
Kein gröſſer Licht auff Erden kam /
Denn Doctor Luther der groſſe Mann /
Damit wil GOtt beſchloſſen han.

Inſigne ejus fuit roſa cum cruce: cujus explicatio hæc:

Inſig… ther.

Crux conjuncta roſæ mens eſt invicta Luthero;
Lætitiam notat hæc, illa jugum Domini.

Et

Et hæc de Luthero, deſumta atque collecta ex *ſcriptis ipſius*, & *aliorum*: ut indices ad marginem paſſim notant.

FRIDERICUS MYCONIUS.

1546. 7. April. at. 55. Lichtenfelſium patria Myconii.

LIchtenfelſii, in Franconiâ ad Mænum oppido, natus eſt *Fridericus Myconius*, parentibus piis & honeſtis, anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo*, die *viceſimo ſexto* Decembris, Stephano protomartyri dicato. Anno ætatis *decimo tertio*, primis literarum elementis in patriâ hauſtis, miſſus eſt in ſcholam *Annæbergicam*, uberioris ingenii cultus ergo. Ibi cùm *ſexennium* amplius vixiſſet, jamque *viceſimum* ætatis annum attigiſſet: ingreſſus eſt monaſterium ordinis *Franciſcanorum*, quod tunc Annæbergæ de novo excitabatur. Fecit autem id non ocii, non ventris ac voluptatum cauſſa: ſed ut Deo ſerviret, ut pro ſuorum & aliorum peccatorum remiſſione oraret: ut ſanctum & innocentem vitam viveret. Ita enim tunc hominibus perſuaſum erat, *monachatum æquipollere baptiſmo, eſſe ſtatum perfectionis, ſtatuta & regulas monaſticas verbo DEI multis paraſangis anteire: habitum monaſticum ſanctitate præſtare aliis veſtibus, & qui in cucullâ ſepeliatur, eum remiſſionem tertiæ partis peccatorum ſuorum conſequi*: ac hujusmodi ſexcenta alia.

Mittitur Annæbergam.

Ingreditur monaſterium. Cauſa ejus facti. Opinio de monachatu.

Prima autem nocte, qua inconſultis parentibus ipſe filius unicus monaſterium ingreſſus erat, quod factum anno *decimo* ſupra *ſeſquimilleſſimum*, die *decimo quarto Iulii*, ſomnium habuit ejusmodi. ,, Viſus eſt ſibi ingredi vaſtiſſimam eremum, & in locis aſperis, præruptisque oberrare, nunc aſcendendo, nunc deſcendendo adeò defatigari, ut ferè animam ageret. Interea dum ita hæret; accedit vir ſtaturæ mediocris, fronte ſerenâ, ſed calvâ, capillo & barbâ promiſſâ, chlamyde rubrâ amictus, cum nodo in ſiniſtrâ ſcapula; qualem viderat Paulum Apoſtolum pingi. Hic blandè eum compellans, ſurge, inquit, & me ſequere, res tuæ meliore erunt loco. Quem dum per teſqua viarum ſubſequitur; vallis amœniſſima, & in ea pratum viridiſſimum, in prato rivuli leni ſuſurro decurrentes, apparent, ſed ex iis aquam haurire ductor prohibet. Mox ad fontem marmoreum pervenitur; è quo aqua copioſè manabat. Hic dum geniculando haurire aquam cupit, imaginem Chriſti in cruce pendentis conſpicatur: è cujus vulneribus vis illa aquarum omnis ſcaturiebat. Eum in fontem dux viæ Myconium ſitibundum injicit, ita ut capite Chriſti pectus contingeret, & potu ſuaviſſimè reficeretur. Extractus inde cum duce ſuo pergit. Hic paululum progreſſis campus ſe aperit latiſſimus, maturis frugibus plenus, quas dux demetere jubet. Myconius ſe excuſare, laboribusque ejusmodi nunquam adſuetum dicere: cui ille, quod neſcis, docebere. Propiùs ubi acceſſerunt, videt meſſorem unum, tanto conatu fruges demetentem, quaſi ſolus totum agrum demetere vellet. Huic dux viæ jubet ſe adjungere, & ſimul falcem arripit, qua ubi manipulum unum atque alterum reſecuiſſet, ſic & tibi, (inquit ad Myconium) faciendum. Aggreditur ergo opus; ubi cùm ductor ille vidiſſet, non ſolùm culmos, ſed etiam inferiorem partem præſcindentem, Domino meo, inquit, non opus eſt ſtramine; modò ariſtæ in horrea colligantur. Inde cùm ad colliculum deveniſſet Myconius, circumluſtrat campum, & ejus latitudinem miratus, quærit, quantum temporis requiratur ad fuges omnes demetendas, in tanta operariorum paucitate? Cui ductor, ante brumam ultima manus imponenda eſt, ut cœpiſti, perge ſtrenuè, Dominus meſſis, plures mittet operarios, & ſtatim adſunt plures, qui & ipſi manus admovent. Poſtea feſſi labore pone rivulum conſident, panes, piſces, aſſasque carnes promunt; quibus illi ſuaviter veſcuntur. Interea dux ſe ſubducit; Myconius viribus exhauſtus, in cubiculum infertur, cui ſubito liberator adſtat, & cum eo alius, habitu & vultu ferè Apoſtolico, uti Andreas & Philippus pingi ſolent, hi cum Myconio placidè colloquutus. Quibus dum attente auſcultat, iterum imaginem crucifixi conſpicit, macie planè extenuatam. Hic liberator ille pectus Myconii tangens: Huic oportet, inquit, te conformem fieri, è tactu Myconius evigilat, quid ſomnium portendat multum ſollicitus, quod tamen fratricellis ſuis indicare auſus non fuit, ſed eventus deinde perſpicuè explicavit.

Somnium Myconii.

In cœnobio ergo, dum ſeipſum vigiliis, jejuniis, preculis aliisque operibus ab hominibus excogitatis tantum non enecat, adſcivit ſibi inſuper patrone. *Apoſtolos, martyres, confeſſores*, tanquam mediatores. Lectionibus etiam ſe maceravit adſiduis, ad noctu, aliis monachis dormientibus, legit *Petrum Lombardum*, *Alexandrum de Ales*, *Bonaventuram*, *Gabrielem Biel*, *Auguſtinum*, & alios. Conſtitutus à monachis in refectorio, ut vocant, lector, Biblia cum interpretatione *Lyræ*, ſub prandium ac cœnam, toto ferè ſeptennio prælegit, totiesque evolvit, ut penè memoriter tota tenuerit, ſed ſine intellectu, ſine judicio, hiſtoriis tamen ſacris retentis.

Patroni Myconii è Divis.

Auctores quos legerit.

Biblia ad menſam prælegit.

Tandem, ſub ejusmodi præceptoribus, de ſtudiis ſuis deſperavit: omnemque librorum atq; literarum amorem abjecit. & ad artes mechanicas animum appulit: modò libros compingendo, modò tornando & ligna dolabrâ levigando, modò alia faciendo.

Mechanicas artes tractat. Audit Ioa. Tecelium.

L 2 Sub

Elogium indulgentiarum à Tecelio.

Sub id tempus venit in Germaniam *Joannes* ille *Tecelius*: quem Myconius *Annabergæ* ipſum bienníum docentem audivit; nil niſi indulgentiarum virtutem crepantem, & affirmantem: *nullam eſſe aliam viam conſequendæ remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ, præter ſatisfactionem per opera: quæ quidem homini ſit impoſſibilis; ſed hanc unicam reſtare viam, illam ſatisfactionis vim & efficaciam, ſi nummis redimatur à Romano Pontifice*; & *emanatur indulgentiæ Papales*; quas definiebat eſſe *remiſſionem peccatorum, & certiſſimam viam ingrediendi vitam æternam.* Minabatur præterea, ſe depoſiturum Crucem; clauſurum januam cœli jam latiſſimè patentem; extincturum radios & ſplendorem ſolarem; futurum brevi, ut res tam pretioſæ non amplius tam vili precio extarent venales, nec in poſterum ſperandum, unquam in Germaniam, donec hic mundus ſtaret, tantam liberalitatem Romanæ ſedis redituram eſſe. Hortabatur etiam ſeriò, ut ſinguli ſuæ, & ſuorum mortuorum, & vivorum amicorum animæ ſalutis rationem haberent: adeſſe enim diem ſalutis: adeſſe tempus acceptabile, occaſionem præſentem arripiendam. Niſi enim quis habeat literas indulgentiales, non poſſe eum à quoquam abſolvi à ſuis peccatis. Clamitabat etiam hic Stentor Pontificius, ſi Annæbergenſes cives largiter darent nummos, fore, ut ſingularum fodinarum venæ circa S. Annæ oppidum argento puro puto abundarent.

Definitio indulgentiarum. Tecelii minæ.

Et promiſſiones.

Honor Tecelio & indulgentiis habitus.

His clamoribus effecit indulgentiarum caupo, ut literæ indulgentiales in tanto haberentur honore & precio: ut, ſi quando Tecelius urbem aliquam ingrederetur: Bulla Pontificia holoſerico vel etiam linteolo aureo involuta præferretur, proceſſione tam longa & pompoſa: ut vix ſit credibile, ſi Deus ipſe alicubi ad Pontificium viſibili forma ingrediatur, tanto cum ſplendore & honorificentia exceptum iri. Nimirum Deus omnem potentiam Papæ tunc reſignarat in cœlo & terra.

Diſputatio inter Tecelium & Myconium. Domi quomodo inſtitutus Myconius.

Cum autem literæ indulgentiarum papalium annexam haberent appendicem: *Pauperibus dentur gratis propter Deum* inter Myconium & Tecelium orta eſt diſputatio. Didicerat domi puer Myconius *Decalogum, Symbolũ Apoſtolicum, Orationem Dominicam, & admonitus erat, ut frequenter oraret, quod à ſolo Deo nobis gratis omnia dentur, & ille nos gubernet, ſi ſeriò oremus. Et ſanguinem Chriſti eſſe unicum precium pro peccatis totius mundi, & hanc fidem cuilibet Chriſtiano eſſe neceſſariã, omninoque ſibi perſuaſum, animoque ſuo infixum haberet ἀξίωμα Theologicum, ſi tantum tres homines eſſent ſalvandi per ſanguinem Chriſti, certò ſtatueret, unum ſe eſſe ex tribus illis, & contumeliã eſſe in ſanguinem Chriſti, de hac re dubitare. Indulgentias Romanas eſſe retia, quibus venarentur pecuniam, ac deciperent ſimpliciores: Remiſſionem peccatorum & vitam æternam non poſſe emi pecuniâ.* Hæc domi didicerat ex patre: quem apparet rectè ſenſiſſe de juſtificatione, de vera ac non dubitante fide, qua omnia à Deo impetremus, de invocando ſolo Deo, & de indulgentiarum vanitate. Fuit haut dubiè aut Waldenſium diſcipulus, aut alioqui θεοδίδακτος, mirabili modo à Deo veritatem edoctus, quales multi omnibus temporibus in denſiſſimis Papatus tenebris fuerunt. Et idem poſtea docuit Nyconius monachus: ſed tamen non ſine fremitu & indignatione fratrum. Cum ergo in concionibus publicis nihil præter indulgentiarum laudes audiret populo inculcari, & gratiæ Chriſti ac ſatisfactionis ejus, pro peccatis mundi, nullam fieri mentionem, aut ſi fieret, ita exponi, *eos fieri mortis Chriſti participes, qui vel bonis operibus meriti eſſent, vel emiſſent pecunia*: ancipiti ac dubio in tenebris iſtis oberrabat animo, utri parti magis, parentibus ne an Sacerdotibus, eſſet credendum, tamen hoc unum non admittebat, remiſſionem peccatorum impetrari ſine pecunia non poſſe, maximè qui eſſent pauperes. Adeò mirificè ipſi placebat clauſula in fine literarum Papalium, *pauperibus gratis propter Deum.* Quare ſpiritu Dei incenſus, non tamen intelligens quid ageret, adiit commiſſarium Pontificium; petivitque exemplum diplomatis Papalis, addens, ſe peccatorem eſſe pauperem & indigere gratuitâ remiſſione & participatione meriti Chriſti. Audiebat Tecelius orationem Myconii latinam, admirabatur hominis ingenium, cum in illa barbarie nemo eſſet inter clericos, qui unum aut alterum verbum latinè pronunciare poſſet: deliberabat hac de re cum collegis, qui pro eo deprecabantur. Sed reſpondebatur poſt longam deliberationem; petitioni ejus locum dari non poſſe. Literas enim Papales diſpenſationem non admittere, & eos ſolum capaces & participes fieri indulgentiarum & theſaurorum Eccleſiæ, adeoque meritorum Chriſti; qui manus porrigerent auxiliatrices, hoc eſt, qui nummos darent. Inſtabat Myconius & objiciebat literas, publicè valvis & parietibus templorum affixas: Sanctiſſimum patrem Papam mandaſſe: ut *pauperibus gratis darentur propter Deum*; & adſcripta eſſe hæc verba, quæ ſimpliciter & ſignificanter hoc vellent; nimirum. *Ad mandatum Domini Papæ proprium.* Ita improbè urgente Myconio, collegę denuo intercedebant pro illo apud Tecelium, ut ſatisfaceret petitioni, daret literas, dimitteret, eſſe adoleſcentem ingenioſum & facundum; & omninò dignum, in quem præ cæteris aliquid beneficii collocaretur; ne injurius fieret in pauperem, quem nec Deus nec Pontifex excluſum vellent à gratiâ, nec rejiceret propter pauculos nummos. Sed Monacho abnuente, inſuſurrabant Myconio in aurem; ut ſaltem aliquid nummulorum daret, contra Myconius diſertè negare: vel nummum ſe additurum. Hic alii metuentes ne vel ſubornatus ab aliis eſſet Myconius, vel turbæ ab agmine ſcholaſticorum, aut pauperum orirentur, ſuaſerunt illi mangoni cucullato non dimittendum Myconium ſine literis, & ut eò facilius impetrarent; offert quidam eorum Myconio ſex nummos, pro redimendis illis literis,

Qui mer... ant... ticip... xta... tific...

Peti... plur... dulg... rum... ſibi... Quo... nega...

literis, & ne deſtructor ædis Petrinæ, aut oſor Papæ haberetur. Sed Myconius apertè reſpondet: *nolle ſe emtas indulgentias, ſi vellet emtas, poſſe libro divendito emere, ſe gratuitas cupere indulgentias, propter ſolum Deum, quas ſi non impetraret, redderent ipſi rationem Deo ob neglectam animæ ſalutem, propter ſolos ſex nummos, ſiquidem & Deus & Papa remiſſionem peccatorum gratis dari velint pœnitentibus, pro meritis quidem ſingulorum, ſed pauperibus gratis.* Quærebatur tandem, *à quo eſſet miſſus? à quo inſtructus, hanc rem tam pertinaciter urgeret?* Reſpondebat Myconius; *ſe à nullo prorſus homine, ut & erat, ſubornatum, ſed ſola fiducia gratuitæ remiſſionis in literis promiſſæ fretum, rem illam egiſſe, nec ſibi unquam cum tantis viris fuiſſe colloquium; natura ſe eſſe verecundum, ſiti gratiæ divinæ ac remiſſionis peccatorum exſtimulatum.* Et cum videret, ſe *ex pumice poſcere aquam:* diſceſſit, partim dolens ſe voti compotem non factum, partim verò gaudens; quod adhuc eſſet Deus in cœlo, qui peccata remitteret pœnitentibus ſine pecunia & precio, propter ſolius Chriſti filii ſui lytron, juxta conſolationis pleniſſimam promiſſionem: *Vivo ego inquit Dominus, nolo mortem peccatoris: ſed ut convertatur & vivat.* Et hæc cum Tecelio.

indul- ...iis di- ...itur.

Ordinem ergo fratrum minorum ſectatus Myconius *Annabergæ, Lipſiæ* & *Vinariæ,* tandem Vinariæ ſacris fuit initiatus; &, ut vocant, primam miſſam cecinit, die pentecoſtes, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo decimo ſexto,* anno ætatis ſuæ *vigeſimo quinto.* Huic actioni interfuerunt duo Saxoniæ Duces, *Joannes* & *Joannes Fridericus;* qui etiam ſumtus ſuppeditarunt. Legit tunc, cum *Joanne Voito* in angulum abditus, libellos Lutheri: & veritati, quam Dei beneficio videbat, adſenſum præbuit: ringentibus & dira minitantibus fratricellis. Anno ſubſecuto, quo Lutherus Wittenbergæ primum cœpit impugnare errores & blaſphemias Papiſticas, & lux Evangelii oriri, vocatus eſt Myconius à Vinarienſibus ad Miniſterium, ac ejus conciones quidem ſub initium Papiſmum redolebant interdum, cum pauca de paſſionibus & legendis ſanctorum immiſceret: ſed ſpiritu Dei magis magisque illuminatus, & Lutheri ſcriptis confirmatus, primus in Thuringiacis Eccleſiis Papatui contradixit, & Evangelii ſemina ſparſit; quod tam celeri volatu ferebatur, & quidem ſpatio menſtruo, per univerſam Germaniam & aliquot regiones exteras, ac tanto cum applauſu accipiebatur, ut ipſi angeli curſores & hujus doctrinæ præcones fuiſſe viderentur. Wittenbergam itaque, atque adeò ipſum etiam ſacellum, in quo publice docebat Lutherus, in monaſterio Auguſtinianorum nominare ſolebat Myconius *Sepulchrum Domini, cuſtoditum & munitum à militibus Papæ, ne Chriſtus reſurgeret, neve diſcipulorum quiſquam eum raperet:* Id ſacellum, juxta vetuſtam quandam prophetiam, de qua in * *tomis Lutheri,* redimi debuit, per *Fridericum* Imp. qui fuit *Fridericus* ille

...is ini- ...ur.

...aſen- ...rinci- Saxo. ...Voitus ... eo le- ...ibr. ...b. My-

...rienſis ...ſiæ ...iſter ...natur ...nus ibi ...t E- ...geliū.

...lchrū ...ini ...temb. ...m. 2. ...t. pag.

Saxoniæ Elector, ſapiens, olim ab ordinibus Imp. deſignatus Imperator. Exiſtimat autem Lutherus, divinitus factum eſſe, ut quemadmodum prædictum fuit à prophetis*: *De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Hieruſalem:* Evangelium quod eſt verbum, Dei, divulgandum ab Hieroſolymis in totum orbem terrarum, & ſuo ſuaviſſimo odore allecturum multas gentes ad agnitionem Chriſti, ſic etiam in iſto abjecto angulo terrarum, Wittenberga, Deus voluerit ſuſcitare ſuum verbum: & quod præter Judaicam terram nulli parti terrarum acciderit; ut oppida, & pagi, quin & cives Hebraicis nominibus vocentur, ut *Ephrata, Hebron, Reſen, Pannec, Globoc, Zidon, Jeſſe, Damaſcus, Dibon,* & multa ſimilia. Ipſa etiam *Wittenberga* à *candore montis* dicta, quid eſt niſi mons *Libanus? Libanus* enim candidum ſonat. Cum verò hoc ſacellum multò eſſet anguſtius; quam ut caperet ingentem illam hominum multitudinem, confluentium crebrò turmatim, ad audiendum Evangelium: juſſus fuit Lutherus publice docere in templo parochiali. Et hoc pacto puer Jeſus denuo introductus eſt in templum Hieroſolymæ: ut olim in feſto ὑπαντῆς exceptionis ab Imp. Juſtiniano dicto; quod Simeon Chriſtum, diu à patribus magno cum deſiderio exſpectatum, in ulnas ſuas ſuſceperit, referente Nicephoro.

** Ieſa. 2, 3. Mich. 4, 2.*

Nomina Hebrea oppidor. & pagor. ad Witt. Wittemb. unde dicta.

Anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo decimo octavo,* cum *Lutherus* iter ſuſcepiſſet Auguſtam, & pedes veniſſet Vinariam; pernoctavit eo in monaſterio, miſſamque decantavit. Ibi Myconius primum vidit Lutherum: ſed ab acceſſu & colloquio ejus tum eſt prohibitus. Monachorum verò tunc tempores διοικητὴς vel ἐπίτροπος, vicarius & adminiſtrator *Joannes Keſtnerus,* ſolus Lutherum compellavit, & de religionis negotio multa cum eo contulit: atque vel ex pia quadam συμπαθείᾳ, vel potius μικροθυμίᾳ & humana imbecillitate: *Mi frater,* inquit, *habebis Auguſtæ Italos homines doctiſſimos & acutiſſimos, Antagoniſtas acerrimos, qui plurimum tibi faceſſent negotii. Valde metuo, ut ne in hac religionis controverſia cauſa excidas, profectò in ignem te conjicient, & flammis exurent.* Cui Lutherus per jocum reſpondit, *ſi urticis me uſſerint, aliquo modo tolerabile erit, ſin igne, nimium grave & prorſus intolerabile:* addens hanc patheticam & ſpiritu plenam adhortationem: *Interpone, quæſo, tuas preces apud Deum pro me, & ora Chriſtum filium ejus, cujus eſt cauſa hæc, ut mihi adſit, quam ſi obtinuerit, mihi obtenta erit, ſin verò cauſa exciderit, nec ego eam obtinere potero, atque ita ipſe ſolus ignominiam reportabit.* In novella etiam tum Eccleſia apud Cygneos nata, cæpit exaudiri cygnea cantio & cœleſtis tuba renaſcentis Evangelii, quo ex oppido ἔξαρχος Myconius ad Remp. & cives *Annæmontanos* epiſtolam miſit lingua vernacula, zelo maximo & ardentiſſimo ſpiritu ſcriptam. In ea *Deo* peculiariter *gratias agit, quod liberatus ſit divinitus ex Pharaonica captivitate, Ægyptiaco carcere, & nido fucorum ignavorum;*

Luth. venit Vinariam.

I. Keſtner.

Colloquiū iſtius Keſtneri cum Luthero.

Myconius ad Annamontanos ſcribit. Summa epiſt.

rum, & ex animo lætatur, quod Dominica Palmarum una cum lætiſſima turba Chriſtum deſcendentem de monte oliveti, & ingredientem Hieroſolymam ſpiritualem ſit comitatus. Deinde adhortatur Annæmontanos, ne metuant Pontificios animarum devoratores, & verbi divini hoſtes, & ut in libertate Chriſtiana conſtanter permaneant, nec patiantur ſibi & conſcientiis ſuis laqueos injici, prohibitione ciborum à rege Babylonis Romanæ, habitante in Ægypto verè tenebricoſa. Quin etiam inſtruit atque informat, quid porrò faciendum, ſi magiſtratus eos ob violatas leges mulcta pecuniaria afficere vellet, aut aliud ſupplicium decerneret, ne expaveſcant, nec patiantur Chriſtum ſibi è cordibus eripi, ſed cum centurione coram cruce Chriſti edant confeſſionem ſuam: Hic verè eſt Filius Dei. *Idem remittit eosdem ad aureas verbi divini fodinas, & aperit venas quasdam metalli ſpiritualis & cœleſtis, deducens ad eloquia Dei pura; quod* ſint deſiderabilia ſuper aurum & obryzum multum, & dulciora ſuper mel & favum.

Pſalm. 19.

Gotham vocatur Myconius.

Vocatus exinde *Gotham* ad munus docendi & gubernandi eccleſias Thuringiacas, quod accidit anno *vigeſimo quarto*, circa feſtum aſſumtionis Mariæ virginis, vixit cum collegis annos *viginti duos* in ſumma pace & concordiâ, quomodo eadem re ipſius Myconii verba ſonant: *Cucurrimus, certavimus, laboravimus, pugnavimus, vicimus & viximus ſemper conjunctiſſimè, ut admiratione afficerentur plurimi ſuper illa rara fratrum συμβιβαστικῶν φιλαδελφία & conjunctione*, quæ eadem repetit in quadam ad electorales conſiliarios epiſtolâ.

Concordia ejus cum collegis.

Floruerunt autem eo tempore in Thuringiâ & eccleſiæ & ſcholæ, & politiæ, quæ eccleſiis ac ſcholis hoſpitium præbebant, & claruerunt in eccleſiis reformatis illuſtria lumina, viri excellentiſſimi, Wittembergæ, *Lutherus, Melanchthon, Pomeranus:* Magdeburgæ *Amsdorfius*, Auguſtæ *Urbanus Regius*; Tubingæ *Erhardus Snepfius*, Halæ Suævorum *Joannes Brentius*, Norimbergæ *Vitus Theodorus*, Hamburgi *Joannes Alpinus*, Lubeccæ *Hermannus Bonnus*, Uratislaviæ *Joannes Heſſus*, *Ambroſius Moibanus*, in Boruſſia *Joannes Briſmannus, Paulus Speratus, Joannes Poliander*, Stetini in Pomeraniâ *Paulus Rhodius*, Cygnææ *Hauſmannus*, Numburgi *Nicolaus Medlerus*, Vinariæ *Joannes Cæſius*: Erfordiæ *Joannes Langus*, & alii alibi, adeò ut magno cum exercitu Evangeliſtarum Dominus dederit verbum ſuum.

Myconii σύγχρονοι, viri clari.

Poſtea evocato ex hac vitâ *Friderico*, Duce Saxoniæ Electore, illico ſubſecutus eſt ruſticorum tumultus, anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto*, in quo ſedando Myconius plurimum poſuit operæ. *Gotham* oppidum & totam διοίκησιν, cum ubique *ſæviret animis ignobile vulgus*, pacificam & tranquillam precibus, obteſtationibus & hortationibus conſervavit, ne quid ibi turbarum moveretur, & prohibuit, ne ſe cum ſeditioſis ruſticis conjungerent. Agmen ruſticorum, qui convenerant *Ichtershuſii*, ad diruendas & demoliendas arces *Gleichenam*, *Mulbergam*, *Wachſeburgum*, & ad delendas familias nobiles, oratione unicâ ſic compeſcuit & diſſipavit, ut à malo propoſito deſiſterent. Sapientiſſimè enim conſideravit, quem tandem ejuſmodi pernicioſæ machinationes habituræ eſſent eventum, juxta illud Pindaricum *: *Facile eſt urbem movere, etiam paucioribus facile eſt, at priſtino reſtituere ſtatui grave eſt, è veſtigio niſi ipſe Deus etiam ductoribus gubernator factus fuerit.* Fuit igitur Myconius verè ille διαλλακτὴς σεμνότατος quem Maro * in Æneide deſcribit ſignificantiſſimè:

Tumultus ruſticorum.

Eum ſedat Mycon.

* Pyth. hym.

Lib. 1

> *Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt*
> *Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus:*
> *Jamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:*
> *Tum pietate gravem, ac meritis, ſi fortè virum quem*
> *Conſpexére, ſilent, arrectisque auribus aſtant.*
> *Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Eodem anno uxorem duxit Myconius, *Margaritam*, honeſti civis Gothani filiam, ex qua ſobolem Dei benedictione ſuſcepit numeroſam. Filia Barbara poſt obitum parentis matrimonio juncta fuit *M. Cyriaco Lindemanno*, celebri olim ſcholæ Gothanæ Rectori. *Fridericus* filius patri ὁμώνυμος, in Academiis Germaniæ præcipuis, Lipſienſi, Wittenbergenſi, Jenenſi, morte nimis immaturâ præreptus, triſte ſui deſiderium amicis reliquit.

Conj... Myco...

Cyri... Lind... man...

Cæterum Myconius ipſe, etſi divinitùs vocatus eſſet ad gubernationem Eccleſiæ Gothanæ, ab illuſtriſſimo tamen Saxoniæ Electore ad alia multa negotia adhibitus fuit. Cum *Friderico* enim electore, ter in Belgium profectus eſt, *Coloniam Agrippinam, & Ubiorum* terram, Ducatum *Juliacenſem*, & *Clivenſem* apprimè perluſtravit. *Düſſeldorpii* Chriſtum in publicis concionibus publicè confeſſus eſt, non ſine vitæ diſcrimine, & cum monachis Colonienſibus diſputatione publica congredi minimè dubitavit, quæ paulò pòſt prælo ſubjecta prodiit, ad quam reſpondit Franciſcanus quidam Colonienſis, frater *Joannes Corbachius*, ſed vicit, & palmam reportavit Chriſtus, benedictus in ſecula. Simili conſtantiâ & fide Myconius puram Evangelii doctrinam profeſſus eſt *Brunſuigæ*, *Cellæ* Saxonum, *Suſati* & alibi in Weſtphalia. In conventibus item & comitiis publicis, *Smalcaldiæ, Francofordiæ, Noribergæ*, adhibitus in conſilium, magno ſpiritu & zelo, religionis negotia tractavit, gloriam Dei, Eccleſiarum ſalutem, & emolumentum, pro ſua virili promovendo, adeò ut nihil prius faciendum putaret, quàm ut Deo ſerviret. Eo fine miſſus eſt in *Angliam*, cum *Franciſco Burcardo*, viro in omni diſciplinarum genere ſummo.

In B... gium

Düſſ... pii c... natu... Et di... anno

Doce... Brun... & in Weſ... lia.

Inter... colloq.

Miſſ... in A... An. 1...

Iter hoc Anglicum Myconio non parum utilitatis attulit, cum quemadmodum Baptiſta in aula Herodis, obſervavit mores, ingenium & naturam hypocritarum. Sub initium renaſcentis Evangelii acerrimè ſe oppo-

ſuit

fuit Luthero Anglorum Rex, datis literis * ad Saxoniæ Duces, Fridericum, ejuſque fratrem Joannem, offenſus libello Lutheri *de captivitate Babylonica*, & indicavit, quantum ab ejus doctrina periculum ipſis immineat, totique Germaniæ, nec eſſe. quòd contemnant aut parvi faciant, ſed naſcenti malo ſtatim occurrendum. Cum autem repudiata conjuge *Catharina* Hiſpanica, Pontifex Romanus, cujus implorabatur auxilium, divortium à Rege factum non probaret *; quod Carolus V. Cæſar Catharinæ filius eſſet è ſorore, cujus potentiam Papa metuebat, indignatus Rex graviſſimum odium in Pontificem concepit, decretum promulgans, *ne quis Epiſcopo Romano ſupremam poteſtatem tribuat, neve tributum annuum ſolvat, ſed ſinguli ipſum Regem per Angliam Eccleſiæ caput agnoſcant.* Abjecta itaque Religione Papiſtica, miſit ad Proteſtantes legatos, per quos maximè captabat benevolentiam Saxoniæ Principum, ſignificans, „ in Angliæ „ regno factam religionis mutationem, abo- „ lita magna parte errorum, de communi „ omnium conſenſu, Papatus impoſturas è „ regni finibus exterminatas non ſecus at- „ que per Saxoniam. Et eum in finem, o- „ mnia Regis conſilia & actiones dirigi, ut „ deinceps cum Germaniæ Principibus con- „ jungeret omnes ſuas vires & copias, ſi „ quid Antichriſtus adverſus reformatas Ec- „ cleſias moliatur. „ His dictis & pro- „ miſſis regis in optimam ſpem erigebantur Angli, fore ut Chriſtus etiam apud ipſos deinceps haberet hoſpitium, & ſe cum Eccleſiis Germanicis reformatis amplexuros confeſſionem Auguſtanam. Contulit Myconius cum tribus Epiſcopis, & quatuor Theologiæ doctoribus, de ſingulis capitibus doctrinæ Chriſtianæ, in confeſſione Auguſtana, & ejus apologia comprehenſis. Tractata præterea eſt cauſa matrimonialis, petente Rege uxorem ſibi dari *Annam*, Principis Clivenſis *Guilielmi* & *Sibyllæ* Saxonicæ ſororem, eleganti forma virginem, quam tamen ille paulò pòſt repudiatam à ſe dimiſit. Eodem modo religionis negotium non ſeriò, ſed aſtu tractavit. De Religione enim decreta fecit, „ ſub forma panis & vini verum eſſe & na- „ turale corpus atque ſanguinem Chriſti, & „ à conſecratione non amplius manere ſub- „ ſtantiam panis & vini: perceptionem in- „ tegræ cœnæ non eſſe neceſſariam ad ſalu- „ tem, ſed ſub utralibet ſpecie contineri to- „ tum Chriſtum: Sacerdotibus non licere „ contrahere matrimonium, vota caſtitatis „ eſſe ſervanda, miſſas privatas retinendas, „ auricularem & arcanam confeſſionem de- „ lictorum eſſe utilem & neceſſariam. „ Edidit etiam paulò pòſt non obſcura ſuæ hypocriſeos ſigna. Nam *Hugonem Latimerum* & Saliſbevienſem Epiſcopum religionis cauſa diu captivos detinuit, *Thomam Cromelium*, quem ex infimo loco ad ſummam evexerat dignitatem, plecti capite juſſit * *Robertum Barnum* Theologum, virum ſanctum & erudit iſſimum, Londini igne concremavit: *Thomæ Bequeti*, olim Archiepiſcopi Cantuarienſis, exemta è thecâ, gemmis & auro exornatâ, oſſa combuſſit; Eccleſiis bona eripuit, & in fiſcum regium intulit, aliaque plura deſignavit. *Robert. Barn. Tho. Bequetus, de quo Sleid. l. 12. ſub A. 1538.*

Reverſus ex Anglia Myconius, ab *Henrico* Saxoniæ Duce vocatus eſt, ad viſitandas & reformandas Eccleſias Miſnicas, unà cum *Luthero, Iuſto Iona, Caſparo Crucigero, Ioanne Pfeffingero, Iuſto Menio*, & aliis. *Viſitat eccleſias Miſnicas Myconius.* Viſitatio hac occaſione accidit. Anno *undequadrageſimo*, viceſimo quarto Aprilis *Georgius Saxoniæ Dux* vitam cum morte commutavit: ei in gubernatione *Henricus* frater ſuccedebat, ſiquidem Georgii filii ante patris obitum deceſſerant. *Georgii Ducis Sax. obitus.* Caverat quidem Georgius teſtamento, *ne forma religionis mutaretur*, & miſerat legationem ad *Henricum*, ut aſſentiret, additis magnis magnorum theſaurorum & verè aureorum montium pollicitationibus. *Poſtulatû illius ab Henrico fratre.* Sed Henricus conſtanter reſpondit, *ſe nequaquam opum cauſa ab agnita veritate diſceſſurum*; ac ſubdidit hæc verba memoriâ digna: *Veſtra hac legatio planè mihi repræſentat illud, de quo proditum eſt in ſacris literis, cum Satanas Chriſto polliceretur totius mundi regna, modo procumbens ad pedes ipſum adoraret.* *Memorabile Henrici reſponſum.* Interea vita excedit Georgius legatis nondum reverſis, & frater Henricus occupata tota provincia, invitis omnibus Pontificiis, Eccleſiarum Reformationem ſuſcipit. Nactus Georgius eſt ſucceſſorem & hæredem, quem nunquam optaverat, & is, quem cane pejus & angue per omnem vitam oderat, Lutherus, Lipſiam accerſitus à novo Principe, docuit publicè, ac reformationis fecit initium. Quem ſecuti cæteri ſymmyſtæ, ſinguli ſuo loco officium fecerunt, inter quos & Myconius, nec id ſine fructu. Quomodo enim deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc non revertitur, ſed inebriat terram, & germinare eam facit, Sic verbum, quod egreditur de ore Dei, non revertitur vacuum. *Ieſaia 55.*

Finita iſta viſitatione obivit omnes Eccleſias Thuringiacas, & conſtituit ſcholas, adjutus à *Melanchthone, Iuſto Menio*, duobus nobilibus *Plaunicio & Wangenhemio*, & *I. Cotta*. *Viſitat Thur. eccleſias.* In hac viſitatione deputata ſunt, docentibus in eccleſiis & ſcholis, certa ſtipendia, & hujus viri pio ſtudio & opera Dei beneficio hoc etiamnum tempore in Thuringia florent Eccleſiæ & Scholæ, florent artes & linguæ. *Stipendia miniſtris adſignat.* Reliquum vitæ curriculum quod ei natura exiguum circumſcripſit, docendo, orando, & ſcribendis literis conſumſit, quo labore occupatus erat quotidie: cum ſummi viri in Academia, & eccleſiis præcipuis, crebro ad ipſum ſcriptitarent, de quibus *Lutherus, Melanchthon, Cruciger Menius, Baſilius Monnerus*, primus inſtaurator ſcholæ Gothanæ, *Ioannes Langus, Ægidius Mechlerus, Ioannes Marcellus, Matthæus Ratzenbergerus*, & alii. *Amici Myconii.*

Biennio

Scriptum ad conſiliarios Sax. de unguento Mariæ.

Biennio ante obitum edidit ſcriptum, cujus ſupra mentio injecta, ad conſiliarios electorales de bene-olente ac pretioſo unguento, quo Maria ſoror Lazari ac Marthæ Dominum Bethaniæ menſæ accumbentem inunxit, & quod Judas proditor ægrè tulit. Hiſtoriâ illa allegoricè taxavit quorundam invidorum & malevolorum avaritiam. Cum enim Elector Saxoniæ, pia quadam munificentia in animum induxiſſet, miniſtrorum in eccleſiis & ſcholis ſtipendia augere, quidam eo vehementer ſunt offenſi & longo tempore plumbeas iras geſſerunt. Quare neceſſe habuit Myconius Judam avarum increpare; Electorem verò ut domus Bethanicæ cuſtodem & curatorem, hortari, quo trecentos illos denarios Deo ſemel à majoribus dicatos, accuratè obſervaret, nec ad alios uſus transferri pateretur. Hac gravi & ſeria adhortatione quid profecerit apud optimum Principem, ſtatim ſubjungit, nempe ex illa hora à diſcipulo matrem Domini in cruce pendentis ſuſceptam fuiſſe.

Tabe laborat Myconius. De ea ad Luth. ſcribit.

Anno Domini *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo* graviter decumbere, & tabe, quam φθίσιν appellant, paulatim abſumi cepit. Eo de morbo cum ad Lutherum ſcriberet, *decumbere*, inquit, *ſe quidem, non autem lethaliter, ſed vitaliter ægrotare*, adeò placuit Luthero hæc recta & ſancta interpretatio, & quod perſpiceret ipſum planè imperterritum contra mortem in ſomnum iſtum communem omnibus piis, & cupidum ſolvi, & eſſe cum Chriſto, ut reſponderet, „ ipſum jam non moriturum, ſed diutius in „ hac vita fore ſuperſtitem, *adderetque hæc* „ *verba*: Ego oro & peto Dominum Jeſum „ vitam noſtram; ſalutem & ſanitatem no- „ ſtram, ne hoc mihi addi ſinat malum, ut „ me ſuperſtite videam te aut aliquot noſtrum „ perrumpere & irrumpere, per velum ad „ quietem, & me ſinatis foris relictum in- „ ter Dæmones, & vos præcedere. Peto „ ut loco tuo me faciat Dominus ægrotum, & „ jubeat deponere tabernaculum meum hoc „ inutile, emeritum & exhauſtam. *Et in calce literarum*: Vale mi Friderice, & Domi- „ nus non ſinat me audire tuum tranſitum me „ vivo, ſed te ſuperſtitem faciat mihi, hoc „ peto & volo & fiat mea voluntas, Amen. „ Quia hæc voluntas gloriam nominis Dei, „ certè non meam voluptatem nec copiam „ quærit. Iterum vale. Pro te oramus ex „ animo, & vehementer tuâ ægritudi- „ ne perturbati ſumus. „ Ab hiſce precibus paulò pôſt convaluit Myconius, & ex ipſa velut morte excitatus eſt, quomodo etiam de *Theopompo* Phthiſico proditum eſt, quod ab Aſclepiade ſit ſanatus. Et hanc hiſtoriam ipſe poſtea Myconius paulò ante felicem ex hac vita emigrationem prolixè & copioſè deſcripſit in duabus epiſtolis ad M. *Georgium Rorarium*, tum temporis Eccleſiæ Wittenbergenſis miniſtrum, in quibus miris modis prædicat beneficium Dei, & Deo gratias agit, quod Lutheri precibus fuerit conſervatus, & priſtinæ valetudini in morbo deſperato reſtitutus, ita ut legens Lutheri epiſtolam, planè ſibi viſus ſit audire vocem Chriſti: *Lazare, veni foràs.* Et agnoſcit & palàm fatetur, Lutherum fuiſſe verum Prophetam, per quem Deus in hiſce poſtremis mundi temporibus veram Evangelii lucem iterum accenderit, & qui etiam miraculorum dono fuerit præditus, adeò ut morbo planè lethali liberatus, *ſexennium* ſuperſtes eſſet, & ejusdem ardentiſſimis precibus dimiſſionem ex hujus vitæ ergaſtulo impetraret.

Luth. res-ponſum. Vide t. 7. oper. Luth. Ien. p. 393.

Quod ergò Lutherus optavit ac voluit, eventu poſtea fuit comprobatum. Nam ſexennio poſt, cum Lutherus diem ſuum obiiſſet: ipſe Myconius eodem anno, *Aprilis* die *ſeptimo* eſt ſubſecutus, atque carnis ſuæ fragilis ac mortalis ſarcinam depoſuit, & hoc celebris illa vox *Iuſti Ionæ* confirmata eſt: *Iſte vir potuit, quod voluit.* Antevertit eum Lutherus & ſuperſtes ipſi fuit ſepties ſeptem dies, ἑπτάδας ſeptem, ut annotavit *Paulus Eberus.* Cæterum, cum morbi prioris, phthiſeos recidiva accidiſſet, valedixit Myconius Principi ſuo Electori Saxoniæ *Ioanni Friderico* epiſtola admodum graphicè, piè & patheticè ſcripta, quam verè κύκνειον ᾆσμα dicere poſſumus, de quo Epigrammatographus:

Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ,
Cantator Cygnus funeris ipſe ſui.

In illis poſtremis literis, quibus calamum deponebat, gratias egit Deo, qui excitaſſet tres Electores in domo Saxonica, *Fridericum, Ioannem, & Ioannem Fridericum*, ut cauſæ Lutheranæ patrocinium ſuſciperent. Ibidem longa ſerie recenſuit, quæ beneficia Deus Eccleſiæ ſuæ per ſalutare organum Lutherum contuliſſet: ut cujus miniſterio revelatus ſit Antichriſtus, atque ex agro & finibus Eccleſiæ exterminatus: Chriſtus in regnum ſuum reſtitutus, & ſcriptis infinitis præcipuè Bibliorum verſione multis regnis ac provinciis annunciatus. Conſolatur denique Electorem obitu Lutheri vehementer perturbatum, quod Lutherus nequaquam ſit mortuus, ſed nunc demum incipiat vivere ſpiritus ejus. Et quemadmodum Deus poſt Chriſtum in cœlum ſublatum, dederit Apoſtolos, doctores & tandem hunc etiam poſtremum Heliam, ita in toto Chriſtianorum orbe excitaverit multos præſtantes & excellentes doctores, hujus (ut ipſe loquitur) magni prophetæ diſcipulos, quorum ſalutari miniſterio conſervaturus ſit verbum & eccleſiam, modò ea Dominum meſſis oret, ut & verbum purè conſervet, & operarios in meſſem ſuam extrudat. Hac epiſtolâ ſcriptâ pedum paſtorale depoſuit, inque invocatione Filii Dei ſpiritum Deo reddidit, cùm vixiſſet annos *quinquaginta quinque*, menſes *tres*, dies *ſeptendecim.* Elatus eſt funere frequenti, habita à rectore quidem ſcholæ Gothanæ oratiunculâ brevi, à *Iuſto* autem *Menio*, paſtore Iſenacenſi, concione vernaculâ. *Ioannes Stigelius* tumulum ejus hoc epitaphio ornavit:

Quo

Quo duce Gotha tibi monſtrata eſt gratia Chriſti;
Hic pia Myconii contegit oſſa lapis.
Doctrina & vita tibi morſbus ille reliquit
Exemplum: hoc ingens, Gotha, tuere decus.

utes ac ...s. Fuit hic vir pietate excellenti, eruditione ſolida, judicii dexteritate, animi candore, zelo ardenti, auctoritate & gravitate ſingulari. Argumento eſſe poteſt judicium ejus: quod de Lutheri ſuper epiſtolam ad Galatas commentariis tulit. Cùm *Joannes* Elector Saxoniæ eccleſias ſuæ ditionis inſpici juſſiſſet: idoneos miniſtros præfici: ac reditus egentibus eccleſiis attribui: petiverunt Gothani & Iſenacenſes; ut donationem eccleſiis factam princeps confirmaret. Ibi cùm *Myconius* & *Menius* in literis ad Electorem dictum Jeſaiæ*: *reges erunt nutritores tui, & feminæ principes nutrices*; recitaſſent, idque explicaſſent: ſententia ea, tunc nondum ſæpè citatâ, ita delectatus eſt princeps: ut juſſerit mox locum ſibi monſtrari: & donationem benignè confirmarit. Et hactenus de Friderico Myconio.

dium vehen... Evan... i.

*49.23.

Antonius probus Theol. D. in oratione de vita & obitu ejus.

JOANNES HESSUS.

1547. ..Ian. ..t.60. ..ria & ..a genus ..li.

JOannes *Heſſus* Norinbergenſis fuit Uratislaviæ canonicus, Theologiæ doctor, vitæ inculpatæ, doctrinæ eruditæ, eloquentiæ raræ. Itaque cùm anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio*, ab obitu *Oſvvaldi Wimleri*, paſtoratus ad D. Mariæ Magdalenæ, *quadriennium* vacaſſet; nonnullis de eo obtinendo coram politico magiſtratu, pro more illorum temporum, contendentibus: Senatus moræ pertæſus, conſentiente populo, probante *Jacobo à Salzâ*, epiſcopo Uratiſlavienſi, *Heſſo* iſti vocatione ſolenni eccleſiæ Magdalenanæ gubernationem commodavit, pactus ſalarium ducentarum marcarum & victum, ſicut & Moibano. Factum id anno* *milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio*, die *viceſimo nono* Junii. Heſſus primam concionem, in maxima populi frequentiâ habuit, die 25. Octobris; qui tum Dominica 21. poſt Trinitatis.

...ficitur ...leſia ...gdal. ...tiſlav. ...th. ei ...tulatus ...n. 1522. ...nnunc. ...ria. ...2. ep. 57.

Id ubi Papa *Adrianus* audivit, ægerrimè tulit: datiſque ad Senatum literis, avocare eum à propoſito eſt conatus. Sed Senatus, editâ Apologiâ, cauſas reddidit ſui facti graviſſimas: ubi inter alia ſic ſcribit: „ Aliquot „ jam annis non æquè Evangelium hic an„ nuntiatum eſt, quippe alii pro Chriſti E„ vangelio Thomam, Scotum, Ariſtotelem, „ Chriſtianis auribus, ſumma cum indigni„ tate inſtillarunt: alii loculis & marſupio „ conſuluerunt, prædicando non gratuitam „ fidei, ſed pronundinam fiduciam operum: „ alii item in operculum ſuæ carnis & im„ pietatis ſacras literas detorſerunt, quo factum eſt, ut multi neſciant, quam viam „ ſequantur, atque ita dubii errent: ut navis „ in medio mari gubernatore deſtituta. Quod „ malum ne indulgentia nimia aut irritando tanquam excetra illa Lernæa vires ac„ quireret, aut latiùs ſerperet, ſumma cum „ diligentiâ è noſtrorum animis tollere, & ad „ uſque vivam radicem averruncare ſtuduimus: quærendo ſcilicet nobis & eccleſiæ „ noſtræ eum paſtorem, qui incredibili fi„ duciâ & alacritate verbum Domini, & im„ perveſtigabiles ab humana prudentia divi„ tias ejus communionem myſterii, quod „ erat abſconditum à ſeculo, ideo nobis de„ cantabit ſecundum ſpem noſtram, quam in „ illum habemus repoſitam in Domino, qui „ omnibus innocentiâ vitæ & modeſtia cha„ rus eſt, qui antea à Reverendiſſimo D. „ Epiſcopo noſtro ad evangelizandi munus, „ & nunc quoque à nobis unanimi conſenſu „ vocatus & accenſus eſt, ac electus in Do„ mino juxta conſuetudinem ab Apoſtolis „ vulgatam, & Eccleſia, quæ in Chriſto eſt, „ receptam. Siquidem Eccleſiæ, eſt vocare „ & eligere paſtorem: Epiſcopi autem ſive „ presbyteri, manus imponere.„ Et paulò pòſt: juſte igitur verè pium & Chriſtianum ho„ minem D. Joannem Heſſum, Theologiæ „ Doctorem in parochum nobis elegimus, „ ad miniſterium verbi ante vocatum ab Epi„ ſcopo, commiſimusque ei curam & vivo„ rum & mortuorum: ut vivos immarceſcibili fructu verbi Domini paſcat ac nutriat, „ defunctos verò in Domino piè ſepeliat, „ non, ut prædeceſſores parochi, quibus „ una opera erat inhiare lucro. Nam ſive naſceretur, ſive moreretur aliquis, omnes „ erant tributarii & vectigales parocho, ut etiam multa millia gratiarum ac indulgentia„ rum nomina, remiſſionem peccatorum præ„ ſe ferentia, atque id genus alia paſtorum „ commenta taceamus. Quod verò omnium „ miſerrimum, mortui plus vivis cenſeban„ tur: ut credibile ſit, poëticum illum Cha„ ronta in transportandis multis mitiorem „ fuiſſe, quàm noſtros parochos in ſepeli„ endo. Cum autem ſine iis nundinationi„ bus cum ſuis Diaconis & hypodiaconis ve„ rus Paſtor ſeſe de nudis Eccleſiæ reditibus „ ſuſtentare non poſſit; ut ſæpè noſtris au„ ribus inter concionandum inculcavit ſin„ ceriter nobis in Chriſto dilectus, eximius „ vir D. Magiſter Joachimus, qui aliquot jam „ annis ſive per locationem, ſive per aliam „ rem quampiam dictæ parochiæ præfuit, at„ que ita inter concionandum nos admonuit; „ ut augeremus cenſum Eccleſiæ ne cogere„ tur eam egeſtate & penuriâ rerum deſerere: „ conſilium quæſivimus, ne ita perpetuum, „ & vivi & mortui vectigales & in prædam „ eſſemus: & ut ſine hoc cenſu paſtorem „ quoque noſtrum honeſtè ac liberaliter, pro „ perſona & dignitate ſacerdotii alere poſſi„ mus, quo is modo in ſalutem noſtram oc„ cupatus ſit, non autem turpibus illis ratio„ nibus:

...ian. P. ...ngeliũ ...edire ...atur ...log. ...at. ...tiſlav. ...m. ...ſtor. ...vang.

Elogium Heſſi.

Avaritia ſacrificulorum.

„ nibus, tot hodie, tot heri, tot nudius tertius funera; atque utinam etiam aliquid in „ craſtinum, perendie, & ſic deinceps.

Diſputatio Heſſi. A. 1524. Et themata.

Sequenti anno *viceſimo quarto*, die *viceſimo* Aprilis, theſes, ad diſputationem publicam, haſce propoſuit: quibus comprobaturum ſe promiſſit:

Soli Deo eſſe inhærendum.

Miſſam non eſſe ſacrificium, ſed ſolum meritum Chriſti.

Blaſphemos eſſe in Deum, qui conjugio interdicant ſacerdotibus.

Diſputavit, adjuncto ſibi Trocedorfio, in Templo S. *Dorotheæ* ipſum octiduum, & interrogantibus quibusvis reſpondit. Ea de diſputatione *Lutherus* * ita ad *Spalatinum*: *Uratislaviæ diſputatio Joannis Heſſi proceſſit feliciter, fruſtra reſiſtentibus tot legatis Regum & technis Epiſcopi.* Eodem anno *viceſimo quarto* epiſtola * Lutherus eum confirmavit: animum paratum ut haberet, ad ſuſtinendas varias afflictiones, propter doctrinam verbi. *Adſcendiſti*: inquit, *in navem cum Chriſto, quid exſpectabis? ſerenum? imò ventum & procellas, & fluctus navem operientes; ut mergi incipiat. Sed hoc baptiſmo baptiſandus prius es: tum ſequetur ſerenum, excitato & implorato Chriſto, qui ſaltem dormiet aliquando.*

** Tom. 2. ep. p. 205.*

** Eſt ea t. 2. epiſt. pag. 240.*

Ambroſ. Moiban. Heſſi collega.

Adjunctus deinde ipſi eſt anno *viceſimo quinto* collega *Ambroſius Moibanus*, Paſtor templi *Eliſabethani*, vir pius, doctus & modeſtus. Hi itaque duo primi fuerunt Uratislavienſium Evangeliſtæ, qui magna dexteritate & prudentia abuſus Pontificios populo detexerunt: ad obedientiam erga ſuperiores ſubditos, ad vitæ innocentiam ſingulos invitarunt: idque tanto cum fructu, ut ſine ullo tumultu *cultus imaginum, proceſſiones, vigiliæ anniverſariæ, fraternitates, peregrinationes ad ſanctos, leges de cibis vetitis, de monachis, monialibus, & id genus alia Papatûs* βδελύγματα, uno quaſi labefactata motu corruerent, & paulò pòſt Evangelium in *novem* templis, quorum *ſeptem* extra, *duo* intra urbis mœnia, prædicaretur.

Uratislavia religio mutata.

Conjugiū Heſſi. Paul. Heſſus.

Eodem anno *viceſſimo quinto* uxorem duxit *Heſſus* die *octavo* Septembris, *Stephani Spigleri*, ſenatoris Uratislavienſis filiam: ex qua ſuſcepit filium *Paulum* medicum & profeſſorem Wittembergenſem: qui Patavii edito ſcripto *Melchiorem Guilandinum Boruſſum* contra *Petrum Matthæolum Senenſem* defendit. Ex filiabus una nupſit *Bütnero* Med. D. altera *Nunharto* civi Uratislavienſi: tertia *Frid. Staphylo*, qui pro concubina ſe habere dixit, cùm ad Pontificios defeciſſet: quæ apud Lutheranos uxor fuiſſet.

Obitus Heſſi.

Functus eſt *Heſſus* miniſterio Uratislaviæ annos *viginti quinque*: & ad meliorem vitam abiit, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo*, die *ſexto* Januarii, ætatis ſuæ anno ſexageſimo. Sepultus eſt in æde Magdalenæa, cum Epitaphio tali à Melanchthone ſcripto:

Epitaphiū à Melanch.

Ἐστὶ θεῷ λιπαρῶν θυσία χαριεστέρη ἄλλων,
Καὶ ὀδμὴν γλυκερὴν λοιβὴ ἵησ' ἀγαθήν.
Τὴν σοφίαν καθαρῶς εὐαγγελίοιο διδάσκειν,
Καὶ φανεῖν ὁσίαις δόγματα θεῖα φρεσίν.
Τοῖος Ἰωάννης ποτὲ ἔνθα διδάσκαλος ἦεν,
Ὧι πατρῴα ἔην Ἕσσος ἐπωνυμία.
Θέσφατα ὃς λαοῖς σπείρων ἐντάλματα Χριστοῦ,
Πιστὸς ἐὼν δολερὰς οὐ προσέμιξ' ἀπάτας.
Καὶ τίμησεν ἀκιβδήλοις ἀρεταῖς θεὸν αἰεί,
Ἐν κραδίῃ πίστιν σεμνά τε ἤθη ἔχων.
Νῦν μὲν ἐς μακάρων ψυχὴν θεὸς ἤγαγ' ὅμιλον,
Ἐνθάδε σορῷ ταύτῃ λείψανα θῆκε πόλις.

Joan. Aurifaber.

Succeſſit in munere paſtoratus *Joannes Aurifaber* Uratislavienſis: qui tam literarum, quàm religionis doctrinæ peritiſſimus, mirifico ſtudio ac fide doctrinam veram propagavit, & vitæ ſanctimonia commemorabili ornavit. Periochen vitæ ejus complectitur Epitaphium, memoriæ ipſius poſitum:

Vit. per.

Juſtificantes multos ut ſtellæ in ſempiterna ſecula erunt.

JOAN. AURIFABRO URATISL. S. TH. DOCT. ET ECCLESIÆ HUJUS PASTORI: ACADEM. WITTEBERG. ET ROSTOC. QUONDAM PROFESSORI: ANTE REDITUM VERO IN PATRIAM SAMLANDIÆ POMESSANIÆQUE IN BORUSSIA PER PLURES ANN. PRÆSIDI: VIRO PURÆ RELIGIONIS STUDIO ET TOTIUS PHILOSOPH. INPRIMIS VERO MATHES. AC LINGG. PRÆCIPP. COGNITIONE CL. VITA IN HIS TERRIS ANN. LI. m. VII. d. XVII. HONESTE ET LAUDABILITER ACTA: ANNO VERO M. D. LXVIII. DIE m. OCTOBR. XIX. SUPERSTITE CONJUGE SARA, JOANN. HESSI THEOL. DOCT. FILIA: QUÆ QUADRIENN. POST RELICTIS QUATUOR FILIIS ET DUAB. FILIAB. DIEM SUUM OBIIT; FELICITER ET SANCTE MORTUO:

LAURENTIUS SCHOLTZIUS URATISL. PHIL. ET MED. D. SOCERO ET SOCRUI OPTT. HIC CONDITIS OFFICIOSÆ PIETAT. ERGO P. M D XC.

In memoria æterna erit juſtus.

Hæc de J. Heſſo ex *Mel. Laubani M. S. Dreſſeri chron. D. Sculteti annalib. eccleſiaſt. epiſtolis, aliis.* Moibanus & J. Crato orationes de ipſo ſcripſiſſe perhibentur: Sed nobis eas videre necdum contigit. Exſtant aliquot *epiſtolæ Heſſi* ad Camerar. lib. 3. epiſtol. Eobani: & *epiſtola Bugenhagii* ad Heſſum contra novum errorem de ſacramento εὐχαριστίας: Item *Conſilium Lutheri* Germanicum, an peſte ingruente fugere liceat.

CA-

CASPAR BORNERUS.

Hic Patriam nactus eſt benè moratam *Miſniam*, territorii Saxonici regionem, & in eâ oppidum *Hainam*, non ignotum. Adoleſcens literariâ ſuſceptâ, magnorum Philoſophorum exemplo, peregrinatione, & Italiam, & Italiæ jam, non orbis caput, Romam perluſtravit, inprimisque in Mathematum cognitione non vulgari comparandâ, induſtriam, laborem ac ſtudium diuturnum impendit.

Poſtea Lipſianæ ſcholæ ſive ludo literario ad *D. Thomæ* operam ſuam addixit: cui ipſos *octodecim annos* præfuit. Inde ad ſanctæ Theologiæ ſtudium animum adjecit: Doctoralibusque in ſublimi illâ ſcientiâ inſignibus ornatus, publicè ſacra, unâ cum *Alexandro Aleſio Scoto*, explicavit. Id autem unicum ſibi datum negocii credidit: Academiæ ut augeret commodum. Itaque ſuo labore & interceſſione effecit, ut Paulinæ ædes Academiæ accederent, & in collegium id converterentur: in quo & Theologi & Philoſophi docerent. In iisdem ædibus inſtituta eſt Oeconomia, & inſtructa Bibliotheca, translatio eo libris tum ex aliis, tum ex Cellæ cœnobio veteri, & coëmtis novis quamplurimis. Atque ita Bornerus, quemadmodum de eo *Georgius Fabricius* alicubi ſcripſit, ſolus ferè Academiæ onus & ſpem literarum eâ in urbe ſuſtinuit, maximoque animo & conſtanti voluntate contra ſenatus iniquitatem pugnavit.

Hoc eodem etiam Bornero potiſſimùm auctore *Petrus Schadus Moſellanus* dictus, anno Chriſti *decimo quarto*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, Lipſiam vocatus, doctrinam Græcarum literarum mirificè ibi excoluit. Sed exiguum * *Moſellano* vitæ curriculum natura, vel potius auctor naturæ Deus circumſcripſerat, quippe qui in ipſo ætatis flore, anno *trigeſimo primo*, è vita diſceſſit; fama tamen nominis relictâ, nunquam intermoritura.

Ardente autem in Germania bello, anno *quadrageſimo ſexto*, Lipſenſi urbe obſeſſa, Bornerus præſenti fortique animo, toto oppugnationis tempore in urbe manſit, ac ſcholaſticas ædes pro virili ſua tueri, & publicam privatamque aliorum ſuppellectilem conſervare anniſus eſt. Defatigatus tandem nocturnis diurnisque laboribus, curis ac vigiliis, contagione ex promiſcui vulgi è ſuburbiis confluxu, in ædes illas ferè vacuas enata, correptus, cum jam aliquantulum animo acquieſceret, & metum periculi poſuiſſet; mortem obiit cum bonorum omnium deploratione & mœrore ingenti, anno ſalutis *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo*, die *tertio* * Maji, annis nondum gravis nec ætate effœtus. Monumentum ejus memoriæ ſacrum in Paulino legitur ejusmodi:

CASPARUS BORNERUS BENE DE STUDIIS, OPTIME DE ACADEMIA MERITUS, HIC CONDITUR: VIR GRAVIS, DILIGENS, MALIS NIHIL LARGIENS, IN MATHEMATICIS EXCELLENS SCIENTIIS, ET THEOLOGIÆ DOCTOR. HIC MOSELLANUM IN HOC GYMNASIUM PRIMUS ADDUXIT; D. THOMÆ LUDUM MODERATUS EST ANNOS OCTO ET DECEM, QUEM SUIS SUMTIBUS, COLLABENTEM, IN MELIOREM FORMAM RESTITUIT: PAULINUM COLLEGIUM PRINCIPIS BENEFICIO ACCEPTUM, ÆDIFICIIS, BIBLIOTHECA AUXIT: SEMPER PUBLICÆ QUAM PRIVATÆ REI SERVIENS MAGIS. IN GRAVISSIMA URBIS OBSIDIONE, DOLORE ANIMI ET LUE CONFECTUS, VITAM CADUCAM DEPOSUIT, IMMORTALI DIGNISSMUS.

Plangite Pierides, lugubria carmina cantet
Parnaſſus quicquid, quicquid & orbis habet,
Occidit, heu fatum! Bornerus veſter alumnus,
Bornerus, Clarii gloria ſumma chori.
Is parat exilio ſedem dum tectaque veſtro,
Heu non perfectum concidit inter opus!

Fuit vir hic omnino egregius, & multis magnis verisque virtutibus ornatus: quoque vix unquam exſtitit alius, ſui commodi & utilitatis minus ſtudioſus, dum rem ſcholaſticam publicè ſtabilivit, amplificavit, & ornavit. Doctrina fuit in omni diſciplinarum genere eximia, præſertim in Mathematicis. Nam ante illa tempora nemo Bornero exquiſitius aut induſtria majore ſitus, loca, figuras, ortus, obitusque ſiderum & ſignorum cœleſtium obſervarat, neque iſtius contemplationis iter planius oſtenderat. Itaque cum *Melanchthone* vetus ei & ſingularis neceſſitudo interceſſit: qui & obitum amici graviſſimè tulit, & ſæpe in rebus dubiis & negotiis impeditis conſiliorum actionumque ſocium aut ducem requiſivit. *Elogium.* *Charus Melancht.*

Poſteritati autem ſcripta reliquit hæc, primum *Analogiam*, ſæpius apud ſuos recuſam, cui præfationem præfixit *Georgius Fabricius Chemnicenſis*, deinde *libellum de ſtellis*: denique *indices in Ptolomæi Geographiam & in Sabellici hiſtoriam* copioſiſſimos collegit. Inchoaſſe etiam dicitur hiſtoriam; ſed quam mors interrupit, & qualem *Joannes Sleidanus* poſtea edidit. *Scripta ejus.*

Hæc de Bornero ſuggeſſerunt Petrus Albinus in Chronico Miſniæ, Joachim. Camerar. in vita Melanchthonis, Matthæus Dreſſerus in Iſagoge hiſtorica.

MATTHIAS ZELLIUS.

☉ 1548. d. 9. Ian. ætat. 71. Mons Cæſaris oppidum.

IN oppido Alſatiæ, cui *Cæſaris mons*, vulgò Keiſersberg nomen, *Matthiam Zellium* natum literæ noſtratum produnt, ſub annum à Meſſia exhibito, *milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum.* Primis linguarum & artium rudimentis perceptis, ad publica Gymnaſia, ut tunc in Germania erant, ſeſe contulit, inque iis Magiſterii philoſophici gradum, non vulgari, illo ſeculo, exemplo, promeruit. A Philoſophicis ad divinarum literarum ſtudium progreſſus, aſſidua earum lectione tantum profecit, ut minimè in iis hoſpes eſſet.

Argentorati docet.

Poſtea *Argentoratum* venit, & ſacerdos factus, in æde D. Laurentii parochus eſt conſtitutus, anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo ſecundo.* Cum autem eo tempore Lutheri doctrina paſſim increbeſceret: Zellius eam cum adverſariorum religione contulit, collatamque approbavit. Itaque publicè pro ſuggeſtu eam defendere & commendare Argentorati cœpit.

Accedit Luth.

Accuſatur apud Epiſcopum. *Gervaſius Sopherus.* *Articuli Zellio objecti.*

Id cum Epiſcopus cognoviſſet, ei diem dixit, & per *Gervaſium Sopherum*, qui poſtea Evangelicis acceſſit, & anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto* obiit, Fiſcalem accuſavit, viginti quatuor articulis objectis: inter quos erant *de juſtificatione per fidem, de Lutheri defenſione, de Miſſa,* de *Matrimonio ſacerdotum, de primatu Romani Pontificis*, & de *traditionibus humanis.* Itaque Zellius libro, an. *milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio* edito, ad omnes articulos reſpondit, & ſe excuſavit. Ab eo tempore cum magna cleri invidiâ, & magno diſcrimine conſtanter perrexit profligare ex eccleſia ſuperſtitiones, tandemque cum aliis effecit, ut Argentorati an. *milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono* religionis fieret inſtauratio.

Zellius iis reſpondet. *Evangeliũ recipit Argent. A. 1529. menſ. Feb. Sleid. l. 6. comment. p. 155. Sturm. Antipapp. 4. p. & 7.*

Symphorianus collega Zellii. *Ejus vita liberior.*

Primus ergo Argentorati in concionibus eccleſiæ fuit Zellius, cui ſeſe non longo intervallo *Symphorianus* adjunxit, presbyter ætate grandis, paſtor in æde *Martini*, quæ illo tempore in foro piſcario, cui tum adhuc firma & recenti memoria liberior fuerat initio vivendi ratio, in conviviis hilaris, in rebus periculoſis omnium primus. Ubi Rhenus erat altiſſimus, ibi pede ſiniſtro dimidio extra marginem pontis poſito, dextro toto præpoſito, abſque ulla vertigine ſtabat. In æde primarii templi ſupra primum fornicem curſu in tranſennam inſiliit, & ſtans atque erectus, ſubjectas plateas intuebatur, abſque ulla non ſolum vertigine, ſed etiam vertiginis metu. Hic vir ex primis fuit, qui doctrinam Evangelii amplexus, non abſque multorum, propter vitæ mutationem, admiratione, ita, ut quibus primis annis fuerat familiaris, ad ſe pleroſque attraxerit, quos hujus exemplo motos, pœnitere vitæ anteactæ ſtatim cœperat. Populares hi magis concionatores erant, quam literati, ſed inſignis in *Zellio* probitas: quibus ſeſe Paulò pôſt adjunxit *Antonius Firnius*, paſtor tum ad *D. Thomam*, qui primus in urbe iſta ſacerdos uxorem duxit. Neque longe ab hoc initio abfuerunt *Martinus Bucerus*, *Capito*, qui apud Cardinalem Moguntinenſem intra cancellos Conſiliariorum primas tenebat, & Doctor *Caſper Hedio*, ſummi templi Moguntini paſtor, qui, ſimul ac Argentoratum anno *viceſimo tertio* venerunt, firmiora cœperunt fundamenta poni Evangelicæ eccleſiæ. Docuit *Zellius* Argentorati annos circiter *viginti ſex*, tandemque ex eccleſia militante ad triumphantem evocatus eſt anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo*, die *nono* Januarii, vitæ ſuæ anno *ſeptuageſimo primo*. Succeſſit ei in munere concionatoris ſummi templi *M. Ludovicus Rabus*, alias *Gyncer*, *Memmingenſis:* qui vehementer in Interimiſticam doctrinam, ut Papiſticam, fuit invectus. Viduam Zellius reliquit *Catharinam*, piam matronam, apud quam aliquantiſper latuerunt *Bucerus* & *Fagius*, Theologi ſolum vertere juſſi.

Nicolaus Gerbelius juriconſultus tale Zellio Epitaphium poſuit:

Sex & viginti Chriſtum docet impiger annis,
Primus & inſuetum Zellius urget opus.
Infenſus Papæ, ſcelerumque acerrimus hoſtis,
*Nec minus & molles ſævus in * hypocritas.*
Parte alia nunquam, quos dura premebat egeſtas,
Auxiliatrices deſeruêre manus.
Moribus & vita doctrinam expreſſit, & ipſi
Mors fuit haud aliud, quàm ſopor eſſe ſolet.

Eſt in ipſum & hoc anonymi Epigramma:

Exegit decies ſeptenos Zellius annos,
*Triginta hic ſumma * parrochus ædè fuit.*
Quinque Evangelium docuit per luſtra renatũ,
Hoſtis hypocriſeos, Pontificumque gravis.
Cenſor erat ſcelerum vehemens, quæque ore profeſſus
Expreſſit vita: pauperum ubique pater.
Lingua loquebatur, quæ corde animoque ſedebant:
Nec quicquam inflatâ mente ſuperbus erat.
Omnium obit tandem luctu, (mirabile viſu)
Dum ſedet, & ſanctas fundit ad aſtra preces.

Fuit homo non doctrina tantum, ſed etiam Chriſtianis virtutibus, ac præſertim modeſtiâ, temperantia, & caritate inſignis; temperati ingenii, vitæ innocentis, doctrinæ puræ, vir ab omni faſtu alienus. Non theoreticus tantum, ſed & practicus Theologus, ea, quæ docebat, ipſe primus fecit, & inprimis pauperum rationem habuit. Aliquando à ſymmyſta quodam ad cœnam invitatus, cùm nulli alii hoſpites adeſſent, atque ille deaurata & argentea pocula protuliſſet: Zellius pompâ, & in concionatore divitias admiratus, imò indignatus, diſceſſit incœnatus. Poſtea quoque eundem fratrem ſolus officii graviter admonuit, & ut ſuperfluis poculis divenditis, erga egenos liberaliorem ſeſe præberet, effecit.

Scripſit

Scripſit multa; ſed quæ, ut gloriæ minimè cupidus, in vulgus exire paſſus non eſt. Publico tamen bono hæc evulgavit: *catecheſin Germanicam, explicationem quorundam capitum religionis* ad Epiſcopum Argentinenſem, & *defenſionem Chriſtianam* ad articulos ei ab Epiſcopi Fiſcali oppoſitos, & in litem traditos, germanicè anno milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio. Scripſit etiam *orationem, in qua conjugium ſacerdotum defendit: explicationem* item *decalogi, orationis Dominicæ*, atque *articulorum fidei*. Æterna gratia ſit viro, de eccleſiâ optimè merito! Cæterùm cùm mentio facta antè ſit *Antonii Firnii*, qui parochus Argentorati primus uxorem duxit: lubet heic mantiſſæ loco addere *Nicolai Gerbelii*, ad J. Schwebelium* narratiunculam ea de re. *Hodiè*, inquit, *apud nos mira & inaudita res acta, mi Johannes. Nam quæ Chriſtiana ſunt, rara apud nos hactenus fuere. M. Antonius Parochus olim S. Stephani, nunc S. Thomæ, aliquot annis ſcortillum apud ſe habuit, elegans ſanè & non vulgari forma. Hanc diebus ſuperioribus uxorem duxit, ductamque è ſuggeſtu palam populo vulgavit. Hodie verò cùm hæc ſcribimus, ſubque hanc horam, in templi foribus apud Divum Laurentium, per M. Matthæum habita concione ad plebem in matrimonii commendationem, publicè introducitur ducentibus ſponſam duabus honeſtiſſimis matribusfamilias: ſequentibus verò omnis generis hominibus mirificeque applaudentibus. Eſt autem hora diei octava, qua ingens hominum multitudo, ad rem novam inauditamque accurrit: fremunt Papiſtæ: exultant Chriſtiani. E media plebe acclamat unus:* Er hat ihm recht gethan / GOTT geb ihm tauſend guter Jahr. *Tu, crede, multos hunc ſecuturos eſſe, qui ante menſes aliquot virgines duxere.*

Cent. ep. ...ol. 6.37.

Et hæc de Zellio ex *l.* 3. *Proſopograph. Pantal. Cruſii, annal. Suev. l.* 9. *part.* 3. *c.* 22. *Geſneri bibliotheca, Sturmii* 4. *Antipappo, centur. epiſt. Schvvebelii.*

CASPAR CRUCIGER.

548. Nov. 45.

PAtria *Caſparo Crucigero* obvenit inclytum Miſniæ emporium *Lipſia*, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quarto*, die *primo Januarii*, ſub horam primam matutinam, poſt medium noctis. Pater ei fuit *Georgius*, cùm aliis civilibus virtutibus præditus, tum verò hoc præcipuè nomine laudandus, quòd & doctrinam cœleſtem coluit ipſe, & filii ſtudia, non ſine periculo, ut tunc ibi tempora, ad Eccleſiæ utilitatem fovit. Abiit hic è vivis quarto ante filium anno, die *viceſimo octavo* Junii, Wittembergæ ſepultus. In matre etjam ejus virtutem fuiſſe eximiam ſcribitur.

...gius ...ciger.

De poſitu ſiderum, ſi qui id curant, *Gauricus* ita judicavit, ingenii excellentem in eo ſignificatam vim, ſed ſimul etiam varios morbos. Nam duo tantum ſunt in ejus geneſi domicilia planetarum, *Sol, Venus, & Mercurius in Capricorno*, tertium locum ab horoſcopo occupantes: cæteri omnes in cancro volvuntur, in nono loco: exſtatque tantum ſupra finitorem ſpica virginis, quantum infra abſunt à lineâ horizontis duæ lucentes in utraque chele, quæ quidem nobis ſimul oriuntur. De toto aſteriſmo & congreſſu ſtellarum eruditis judicium relinquitur. Etſi autem ingenii fuerit ſignificatio illuſtris: tamen gubernatorem ipſe habuit longè potentiorem Spiritum Sanctum: qui arrhabo noſtræ eſt ſalutis. Nunc ad pueritiæ ſtudia accedimus. Etſi itaque nihil in eo torvum, aut aſperum, aut immite; tamen temperamentum fuit melancholicum, & ut ita dicam, ferè Socraticum. Itaque & pauciloquus erat, & cogitabundus, & ſæpè in mediis ſodalitiis quaſi peregrinante animo. Viſus inde eſt initio parentibus hebetior, & ſegnior. Sed cum celeriter percepiſſet Grammaticen apud virum integerrimum *Georgium Heltum*, poſtea commendatus eſt *Caſparo Bornero*. Qui cum animadverteret, nequaquam eſſe tardam aut ignavam naturam, ut videbatur; ſed & avidam doctrinæ, & celeriter arripientem omnia, quæ proponebantur, & vel inter ludos, cum aliud agere exiſtimabatur, cogitatione intentam in ea, quæ diſcebat, ac ſanitatem judicii, & facilitatem & perſpicuitatem in explicandis cogitationibus eximiam, benè ſperare parentes de ingenio filii juſſit, & fuit hortator, ut apud *Petrum Moſellanum* in utraque lingua exerceretur. Antea Græcè docentem pauliſper audivit *Richardum Crocum Britannum*, ubi commilitonem habuit *Joachimum Camerarium*; qui illa primæ ætatis ſtudia commemorans, de Crucigero dixit: *tunc quoque in ſpeciem viſum eſſe cæteris ſegniorem; & tamen plus didiciſſe, quàm alios commilitones.* Poſteà cùm apud Petrum Moſellanum formare Latinam orationem didiciſſet, & in Græca lingua multum proficeret, & in moribus nihil eſſet arrogantiæ, nihil inſolentiæ, nihil fuci, nihil perverſitatis; ſed natura recta, candida, modeſta, diſciplinæ patiens, amans veritatem, pietatem erga Deum & caſtitatem; Moſellanus eum, ut erat ſagax ingeniorum cenſor, ita ut filium complexus eſt. Et laudavit indolem, ſtudia, & mores adoleſcentis univerſa Academia.

Ingenium & temperamentum Crucigeri.

Georg. Heltus, de quo Cam. in vita Melancht.

Caſpar Bornerus.

Petr. Moſellan. præceptor Crucigeri.

Richard. Croc.

Joachim. Camer. commil. Crucigeri.

Profectus Crucigeri.

Ita utiliſſimis utriusque linguæ exercitiis apud Moſellanum *quadriennio* amplius excultus, cum propter luem Lipſiæ graſſantem pauliſper ſecedendum eſſet: unà cum Bornero venit in vicinam Academiam Wittenbergenſem, præcipuè ut doctrina de Deo rectè cognita, veris officiis Deum coleret, & Eccleſiæ poſteà uſui eſſe poſſet. Nam ad hos fines ſtudia & vitam referebat, Deo, ut poſteà eventus oſtendit, quaſi per gradus eum ducente in eam ſtationem, in qua poſteà operam Eccleſiæ utilem navavit. Ad priora exercitia linguæ

Venit Wittenbergā.

Linguas diſcit. Latinæ & Græcæ, adjunxit ſtudium linguæ Hebrææ, ac omnes ita didicit, ut adeò familiariter ei notæ eſſent, ac ſi nativæ ipſi, non inſititiæ fuiſſent. Audiebat ſtudioſè & doctrinam Eccleſiæ, ac univerſæ antiquitatis certamina, & patrum judicia cum ſacris literis conferebat, ac veros omnium dogmatum fontes quærebat.

Regit ſcholam Magdeburgi. Aliquanto poſt ad ſcholæ *Magdeburgenſis* regimen eſt vocatus, reformatis cum religione itidem ſcholis. Nam qui prius in ludo ibi literario docendi ſuſtinuerant provinciam, partim jam concionatores deſignati erant populares, *Origo ejus.* partim æditui, partim verò etiam ſenes jam opificio cuipiam manuario ſeſe dediderant, partim denique ad alias quaſcunque negociationes animum applicarant. In templis ipſi auditores cantiones Lutheri Germanicas cecinerunt, ut tunc recens natæ. In funerum deductionibus paſtor ſæpenumero ſolus cum ſolo æditduo prodibat, donec anno *viceſimo quarto* ſupra *mille quingentos* jacto emendationis feliciter fundamento, ſcholas inſtaurare eos, qui vel ad Eccleſiaſtica vel politica gubernacula ſedebant, extrema cogeret neceſſitas. Collecta eſt igitur ex multis in Urbe Magdeburgica ſcholis una in parochia *D. Joannis* cujus regimen primum *Georgio Willichio* & *Sebaſtiano Wernero*, collegis priſtinis adjuvantibus, fuit demandatum. *Georg. Willichius, & Sebaſtian. Werner.*

Sed primis illis ad altiora progreſſis, creſcente numero diſcentium, & ſchola rectorem exquiſitæ doctrinæ flagitante, vocatus fuit hic Cruciger. *Docet Cruciger cum laude.* Qui in ſchola Joannitana, & æde D. Stephani tanta cum doctrinæ exiſtimatione docuit, ut ad eum audiendum etiam provectioris ætatis & nonnulli Clerici convenerint, & ſchola oppidana verè quaſi ex profundo torpore revixerit caputque extulerit.

Docuit ibi Cruciger ad annum uſque *milleſimum viceſimum ſeptimum*, & ita docuit, ut propter diſcipulorum frequentiam neceſſe fuerit cætum ſcholaſticum ex anguſtiori in patentius deduci phrontiſterium, ad D. Auguſtinum.

Revocatur Wittenberg. Wittenbergam deinde revocato mandatum eſt munus & interpretandi Prophetica & Apoſtolica monumenta & in templo arci vicino concionandi, Hoc in officio cum graviter pergeret, teſtimonium ei de more Academiarum publicarum, quod Doctoræ nomine indigitant, fuit perhibitum. *Cum Theolog. medicinæ ſtudium conjungit.* Conjunxit tunc cum Theologiæ ſtudio & artis medicæ doctrinam, quam poſtea ſic amavit, ut nunquam ejus curam depoſuerit. *Eam exercet quoque* Nec ſolum noſſe didicit herbas & frutices, remedia itidem præcipua morborum, ſed & hortos duos ſua ipſius manu magna ſtirpium varietate adornavit, & medicamenta multa ipſe ſingulari induſtria apparavit.

Juvat Luther in Bibliorum tranſlatione. Ob eruditionem itaque & vitæ integritatem cum Luthero chariſſimus eſſet, in transferendis in ſermonem Germanicum libris Propheticis συνεργὸν adſcivit, ejusque dexteritate & adſiduitate non parum adjutus fuit. Singulis enim diebus cum vernaculè redderet Lutherus Biblia ſacra, aliquot viros linguarum peritos, è quibus & Cruciger hic, coegit, qui & verſionem ipſam examinarent, & in obſcuris indices, in omnibus judices eſſent. Et ita opus totum, Dei gratia, abſolutum perfectumque prodiit.

Erat autem & in ſcribendo mira Crucigeri celeritas, ut de ipſo illud epigrammatographi uſurpari potuerit:

Currant verba licet manus eſt velocior illis:
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Itaque cum anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo*, colloquium inter diſſidentes in religione inſtitutum eſſet Wormatiæ Vangionum, ipſe notarii loco fuit adhibitus. Ibi non ſolùm tàm Melanchthonis quàm Eccii verba incredibili penè manus volubilitate excepit, ſed & Melanchthonem ſubmonuit ſæpè, quid in Eccii ſubtilitatibus refutandum reliquum eſſet. Itaque *Granvellanum*, qui loco Cæſaris colloquio illi præfuit, dixiſſe accepimus. *Lutherani ſcribam habent omnibus Pontificiis doctiorem.*

Præterea ſtudio indefeſſo magnam *enarrationum* & *concionum Lutheri* partem in ſcholis & templis excepit, quas & brevibus notis velociſſimè ſcribere; & poſteà rurſus integris ſyllabis ac dictionibus redditas edere, magnæ induſtriæ & magni laboris opus fuit, qua in re fidem ipſius probavit ipſe Lutherus. Et, teſte *Georgio Rorario*, à quo in hoc labore ſemper adjutus eſt, etiam poſt Lutheri mortem fidem præſtitit. Edidit & proprias lucubrationes, in quibus *Pſalmos* & *Evangelium* à *Joanne* ſcriptum enarrat, in quibus eruditus & ſapiens lector non ambitioſè eum ludere fingendis peregrinis interpretationibus videt, nec offundere caliginem lectoribus ambiguo & improprio ſermone, ſed propriis verbis, & perſpicuè unicam nativam ſententiam evolutam illuſtrare. *Ut mores ita oratio*, fuit placida, recta & caſta, ſed tamen copioſa, & quadam parſimonia ornatûs & luminum, quæ magno delectu miſcebat, Atticam illam formam referens. Semper ab omnibus furoribus fanaticorum hominum abhorruit, & cuſtos fuit incorruptæ doctrinæ, quæ in Lutheri confeſſionibus expreſſa eſt. Affirmavit ſæpiſſimè ſe toto pectore amplecti conſenſum doctrinæ in omnibus articulis, quem una voce cum Luthero & Paſtore Wittembergenſis Eccleſiæ, ſonare ſolitus ſit, ſeque hunc conſenſum ad Deum & Filium Dei, & ad Prophetarum & Apoſtolorum conſuetudinem conſtanter allaturum eſſe, nec dubitare ſe, hanc perpetuam eſſe ſententiam Catholicæ Eccleſiæ Dei, quam profeſſus eſſet. Inchoata eſt ab eo *enarratio Symboli Nyceni*, in qua initio affirmat ſe ſymbolum illud amplecti, deinde illuſtrat doctrinam *de tribus perſonis*, diligenter univerſa antiquitate Eccleſiæ conſiderata: In ſermonibus ſuis omnia Eccleſiæ tempora repetebat, & errores taxabat. Serio oderat cothurnos & ambigua dicta, quibus ſæpè turbatæ ſunt Eccleſiæ. Nec tantum vox in docendo

cendò congruebat cum Eccleſia Dei, ſed etiam pectus, invocatio, mores celebrabant Deum. Veſtigia Dei in natura libenter conſiderabat, ac ſæpè dictum Platonis repetebat; *Gratam de Deo formam in artibus ſparſam eſſe*, & illud Paulinum, *tàm propè adeſſe Deum, ferè ut manibus contrectari poſſit*, cernere ſe dixit præſentiam Dei in natura, qui prorſus ut artifex certo conſilio ſingulis membris ſua auxilia attribuit, & adverſus ſingula morborum genera peculiaria remedia condidit. Ad cæteras artes adjungebat *Mathematum ſtudia*, quorum initia deguſtârat apud Bornerum. Et decennio poſtremo tantum eis operæ tribuit, ut inter artifices numerari potuerit. Erat in eo & aviditas diſcendi, & celeritas in percipiendo, & judicii rectitudo, & laboris tolerantia & conſtantia animi, quâ immorari inchoatis laboribus in numeris, & Geometricâ ſubtilitate poterat. Aſſiduus erat in *Euclidis demonſtrationibus* inveſtigandis & eruendis. Sæpè cum magna pars diei conſumta eſſet aliis lectionibus aut Reipub. curis, tamen in prandiis & cœnis Eucliden collocabat in menſam, & in eum oculis & mente intuens, pingebat inter edendum numeros aut figuras demonſtrationi neceſſarias. Jamque in μεγάλῃ συντάξει Ptolomæi verſabatur, ubi cum animadverteret *Alphonſinas tabulas*, conditas ex certis obſervationibus, ante annos tunc ferè trecentos, diſcrepare à Ptolemaicis, nec illas tamen cum noſtri temporis obſervationibus congruere, valdè optare cœpit emendationem tabularum.

[margin: …nis …m, …uli. …gia …in na-] [margin: …be- …um …a am- …itur.] [margin: idem …enter …oſcit.] [margin: …onſi- …abula.]

Belli tempore, cum non impediretur lectionibus, ut mœſtitiam leniret, plus temporis tribuit obſervationibus, in quibus non ſolum machinis majoribus, ſed etiam aliis minoribus utebatur, quas fabricari curaverat. Inſtrumentum enim *parallacticum* Ptolomæi conſtruxit, cujus duo ſunt æqualia latera pedum denorum & tenorum. Item *quadrantem circuli*, cujus ſemidiameter non minor eſſet tribus cubitis. Deprehendit igitur cum Joanne Rhetico Wittembergenſis oppidi veram latitudinem *graduum unius & quinquaginta*, & *ſcrupulorum quatuor & quinquaginta*. Deinde & motum ſolis & tempora æquinoctiorum, ubi apparuit, vernum æquinoctium *ſedecim* penè integris *horis* fieri tardius, quàm oſtendunt uſitatæ computationes, ſed autumni æquinoctium parum à calculo diſcrepare. Loca inſuper ſtellarum fixarum multaram obſervavit; quæ ipſius manu annotata ſunt. *Opticen* probè intellexit, & Rhetici lucubrationem & *Alhaſen* ſuâ manu deſcripſit, ubi multa διαγράμματα, quæ deerant, addidit.

[margin: …et ob- …atio- …s Ma- …nat. …u- …ta pa-] [margin: …itudo …a Wit- …berg.] [margin: …nino- …rum …pora.] [margin: …ices …tus …ciger.]

Hac ratione & de Eccleſia Dei & Repub. literaria egregiè eſt meritus, nec ſolùm pacis tempore, ſed etiam belli, Germaniam tunc miſerè divexantis. Incidit in fatalem eam calamitatem Crucigeri rectoratus, quo à feſto *S. *Lucæ* Evangeliſtæ per totum belli tempus ad diem uſque *Philippi* *, *Iacobi* Apoſtolorum, totum biennium functus eſt, ſolusque ferè negocia ſingulari prudentiâ, diligentia, & magnitudine animi ſuſtinuit.

*[margin: …tor …ad. …ittemb. 1546. & 1548] [margin: *…n. 1546. *…. 1548.]*

Adſiduitate autem ſua, pertinaci ſtudio, atque lucubrationibus procul dubio mortem ſibi acceleravit. Ventriculi enim viribus exſtinctis nutrimentum in humorem melancholicum fuit verſum, quem copioſè ejecit. Ita paulatim contabuit, cum quidem cerebri vires uſque ad extremum halitum integræ eſſent.

[margin: Lucubrationibus morbum contrahit.]

Decubuit amplius *tribus menſibus* ſine ſpe recuperandæ valetudinis, quo toto tempore præclara edidit fidei, patientiæ, & pietatis ſpecimina. Nulli fuerunt fremitus, nulla indignatio, ſed quia mens obedire Deo decreverat, ſumma patientia & πληροφορίᾳ felicem ἀνάλυσιν exſpectabat. Nec tamen etiam tùm ſtudia prorſus omiſit. Dies ita ei diſtributæ erant, quantum in illa morbi ſævitia fieri potuit. Manè filiolas duas ad ſe vocabat, ac juvabat recitare precationes, ipſe ſuam invocationem, ſuos gemitus & lacrymas pro eccleſiâ, pro ſe ipſo, pro natis miſcebat, ſæpe hæc verba repetens: „ Invoco te, omnipotens „ Deus, æterne & unice pater Domini noſtri „ Jeſu Chriſti, conditor cœli & terræ, & ho- „ minum & Eccleſiæ tuæ, unà cum Filio tuo „ coæterno Domino noſtro Jeſu Chriſto, & „ Spiritu ſancto, ſapiens, bone, juſte, verax, „ miſericors, caſte, liberrime, cuſtos Eccleſiæ, „ miſerere mei, & remitte mihi omnia mea „ peccata propter Jeſum Chriſtum filium „ tuum, crucifixum pro nobis & reſuſcita- „ tum, „ λόγον καὶ εἰκόνα συναΐδιον, *quem voluiſti pro nobis eſſe victimam*, καὶ μεσίτην καὶ ἱκέτην *mirando & inenarrabili conſilio, ſanctifica me Spiritu ſancto tuo, ſerva in his regionibus Eccleſiæ reliquias, non ſinas extingui lucem Evangelii tui. Fac etiam meos orphanos vaſa miſericordiæ. Invoco te quanquam languida & imbecilla fide, ſed fide tamen. Credo Fili Dei Domine Ieſu Chriſte, promiſſioni tuæ, quam ſanguine tuo & reſurrectione obſignaſti. Adjuva me, erige pectus meum fide.* Has voces ſæpè auditus eſt repetere, deinde filias aliqua doctrinæ parte inculcata dimiſit.

[margin: Patientia ejus in morbo.] [margin: In quo neque ſtudia omittit.] [margin: Precatio ejus.]

Illis dimiſſis redibat ad operas inſtitutas, & morbi tempore abſolvit *verſionem libri Lutheri de ultimis verbis Davidis.* Reliquum tempus tribuebat aliâs lectioni pſalmorum, aliâs *Ptolomæo, Theoni, Euclidi*, epitomæ *Regiomontani.* Et cum diu foris contemplatus eſſet cœlum, tandem rurſus velut ingreſſus cœlum, Filium Dei Dominum noſtrum compellabat, & uſitatam invocationem ac confeſſionem repetebat. Sermones cum amicis erant, quales antea fuerant, *de omnibus doctrinæ partibus, de miranda Eccleſiæ gubernatione, de immortalitate, de ſpe noſtræ conſuetudinis in Eccleſia cœleſti.* Die ſexto Novembris Chaſma in cœlo valdè conſpicuum fulſit, ab ortu æſtivo, verſus brumalem occaſum ſparſum, quod latè conſpectum eſt, & flammæ alicubi in terram delapſæ rurſus in aërem evolarunt. Id ipſe etiam noctu viderat, ita

[margin: Sermones ejus in morbo.] [margin: Chaſma conſpectum.]

ita cubans, ut eam cœli partem intueri poſſet. Eo motus prodigio cum quidem vires ejus valdè languefactæ eſſent, deploravit Eccleſiæ diſſipationes, & venturos motus prædixit, ac reliquos dies quibus ſuperſtes fuit, conſumſit in invocatione & confeſſione.

Placidè exſpirat. Tandem inter vota, tranquillo animo, die *decimo ſexto* Novembr. anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo*, ætatis anno *quadrageſimo quinto*, ex hac vita morte immatura quidem, ſed beatâ deceſſit Wittembergæ, ibidemque in templo honorificè ſepultus die *decimo octavo* Novembris, illuſtrem illam Filii Dei ἐπιφάνειαν corpore exſpectat. Obitum optimi & doctiſſimi viri inter alios deflevit *Petrus Lotichius* epicedio, quod inter carmina edita exſtat, & in ejusdem vivam imaginem tale epigramma luſit:

Lotichii epigr. in eum.

Ore tribusque potens linguis & pectore Caſpar
Talis, adhuc vitâ cùm frueretur, erat.
Caſpar, ovile Dei qui rexit, vimque luporum
Reppulit, & juvit religionis opus.
Luſtra ſui nondum bis quinque peregerat avi;
Funere ſublatus cum fuit ante diem.
Lucida nunc coram, cœleſti ſede receptus,
Quæ prius ingenium calluit, aſtra videt.

Et Georgii Fabricii. Eſt & in tumultum ejus hoc *Georgii Fabricii* epigramma διαλογιστικόν

Cui ſacer eſt tumultus? Chriſto, quis condita ſervat
Oſſa chorus? Spes & cum Pietate Fides.
Qui cubat hic? Cruciger, quænam monumenta reliquit?
Plurima præſtanti non renuenda viro.
Qualis vita fuit? divini plena timoris:
Quod munus? populum Chriſte docere tuum.
Quæ ſtudia? in ſacris omnes perferre labores:
Quæ mens? digna bono, digna pioque viro.

Ingenium & dotes ejus. Fuit verè in hoc viro ingenium excellens, cujus labores aſſidui atque indefeſſi, non ſolùm Academiæ Wittembergenſi, ſed exteris quoque plurimum ad doctrinæ illuſtrationem & propagationem profuerunt. Nam cœleſtis doctrinæ cognitionem habuit uberrimam, quam in eo primum ardens ipſius pietas & Spiritus ille æternus, omnis ſapientiæ unicus fons & donator accendit & auxit, deinde ipſe quoque multarum aliarum rerum ſcientia egregiè provexit & aluit. Ita enim linguarum peritia inſtructus fuit, ut in Hebraicis facilè vinceret reliquos ſacrorum librorum interpretes judicii dexteritate & ingenii celeritate.

In dicendo vis ejus & elegantia & judicii rectitudo fuit ſumma, cum in aliis linguis omnibus neceſſariis Reip. & Eccleſiæ aliquid explicandum vel voce vel ſcriptis ſuſciperet. Magnitudinem etiam ingenii in eo declaravit, ſumma & propemodum perfecta Mathematicarum diſciplinarum cognitio, in qua ita excelluit, ut doctiſſimorum hominum judicio inter artifices hujus generis jure haberetur. Hæc ſumma dona ornavit multis egregiis virtutibus, gravitate, conſtantia, moderatione ſumma in omnibus rebus, beneficentiâ in alios & eximia φιλοστοργίᾳ in ſuos.

Ingenii autem viribus nequaquam corporis vires reſponderunt. Multis enim annis morbo graviter fuit excruciatus, in quo, exemplis etiam aliorum hominum, fragilitate & miſeriis commonefactum, crebrò uſurpare illud ſolitum accepimus:

Omnia prætereunt, præter amare Deum.

Edita ſunt ab ipſo in Theologicis *commentaria, in Evangelium ſecundum Ioannem, in Epiſtolam Pauli ad Timotheum priorem, in Pſalmos Davidis, enarrationes in duos articulos Symboli Niceni. Habuit orationem de ordine diſcendi*, quæ Melanchthonianis eſt addita. Idem & in ſcholis & in templis, cùm eſſet ταχυγραφώτατος, magnam partem *enarrationum & Canonicum* Lutheri, ut diximus, excepit, & ejusdem multa in Latinam ex Germanicâ, aut contrà convertit. *Scrip*

Deſumta hæc ſunt ex oratione de Crucigero habita ab Eraſmo Reinholdo, quæ exſtat tom. 3. Melanchthonis, item ex funebri programmate tom. 1. ſcriptorum Wittembergæ publicè propoſitorum, Petri Albini chronico Miſniæ: aliis.

VITUS THEODORUS.

Ob. 154[...] 26. [...] *Patr[...] Theo[...]*

Patria *Viti Theodori* ſive *Diterici* fuit *Norinberga*, urbs totius Germaniæ clariſſima. Primis literarum elementis imbutus, poſtea Wittembergenſis Academiæ alumnus non paucis annis fuit, ac humaniorum artium & doctrinarum ſtudium, ſub præceptoribus, viris undiquaque doctiſſimis, amplexus, Magiſter Philoſophiæ publicâ ſolennitate ibidem eſt renunciatus, in Theologiâ autem, ſi non doctoris inſignia, doctrinam certè atque merita eſt conſecutus. *Witt[...] dat o[...] liter[...]* *Erud[...] ejusd[...]*

Charus itaque ob inſignes animi dotes vitæque ſanctimoniam Luthero, atque fido ejus loborum ſocio Melanchthoni, non ſolùm ſummâ diſcendi cupiditate utrunque audivit, ſed ne à latere quidem eorum diſceſſit. Adfuit enim Luthero cum aliâs, tum anno *trigeſimo*, quo Auguſtæ comitiis durantibus, *Lutherus Coburgi*, ad Franconiæ fines agebat, non ſine animi fortitudine ſingulari, quam ipſe Vitus * epiſtola quadam ad Melanchthonem prædicavit. Interfuit deinde aliquoties in Imperii comitiis religionis causâ indictis colloquiis, & ſuper controverſis capitibus cum adverſariis placidè contulit. *Char[...] Luth[...] Mela[...]* **Ext[...] 9. ope[...] Luth[...]* *Adeſt [...] ſynod[...]*

Docuit autem Evangelium Chriſti multis annis in patria ſuâ magna eloquentiæ vi, & auditorum fructu, in æde *Sebaldinâ*, donec à Brabeuta laborum noſtrorum evocatus eſt, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo nono*, die *viceſimo ſexto* Martij. *Docet [...] rinbe[...]* *Morit[...]*

Illuſtravit doctrinam cœleſtem aliquot lucubrationibus, de quibus bibliothecæ, ſcripſit *annotationes* breves *in tota Biblia Germanica*. Inprimis autem utilem eccleſiæ operam navavit Lutheri colligendis expoliendisque *commentariis in Prophetam Micheam, in priora undecim Geneſeos capita*, quam totam ab ipſo *Lucu[...] tiones*

ipſo ita abſolutam cum aliis * optavit Calvinus. Philippus Melanchthon ejusmodi elogio fidelem Chriſti ſervum ornavit, ad effigiem ipſius abſcripto:

Effigiem Viti pictura hæc monſtrat inanem:
Conveniens nomen cui Theodorus erat.
Clara pios dedit huic urbs Noricaberga parentes.
Addidit ingenio ſed ſua dona Deus.
Ipſius mores caſti & ſine labe fuerunt,
Iuſtificâ coluit te quoque, Chriſte, fide.
Sparſit & in patriâ, conſtanti robore mentis,
Pura Evangelii ſemina voce ſuâ.
Ingenii monimenta ſui, ſed plura Lutheri
Edidit: his poterunt ſecla futura frui.

Refert * idem Melanchthon *ſæpe per literas Vitum hunc fuiſſe conqueſtum: quod ſuggillaretur pro concione ab Oſiandro: & conſuluiſſe, quidnam faciendum exiſtimaret. Melanchthonem aliquoties per Deum obteſtatum, ut taceret: & ſe ita gereret, quaſi non audiret. Reſcripſiſſe ad hæc Vitum, ſe obtemperaturum, quamvis valde ſibi grave accideret.* Id ubi factum; nemo fere reſcivit, niſi pauci docti, ſimultates inter Oſiandrum & Vitum eſſe. Populus etiam libenter audivit Vitum, & probè intellexit ejus conciones: Oſiandrum autem nemo fermè intelligere poterat propter grandiloquentiam. Bonum factum. Verè enim beati ſunt, Deoque chari, omnes εἰρηνοποιοὶ pacifici & mites: ac in communi vita multæ injuriæ, quemadmodum pillulæ medicorum, degluriendæ ſtatim ſunt, non mandendæ.

Camerar. in vita Melanchthonis: Pantal. l.3. Proſopographiæ; Calvini epiſtolæ: alii.

PAULUS SPERATUS.

PAulus *Speratus* * nobili *Sprettorum* familia Suevicâ, ſub annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum octuageſimum quartum*, die *decimo tertio* Decemb. dimid. octava antemerid. natus, Lutetiæ & in Italicis Academiis diu verſatus, ſingularique zelo domûs Dei accenſus, vindicandæ concionibus ſacris veræ agnitioni & invocationi Dei, ac cultibus Deo gratis, totum ſeſe dedidit.

Auguſtæ igitur, *Herbipoli*, *Saltzburgæ*, ac *Viennæ* Auſtriæ, circa annum *viceſimum ſecundum*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, conſtanter atque intrepidè abuſus & ſuperſtitiones omnis generis taxavit. Tandem in Moraviam venit: & *Iglaviæ* aliquantiſper ſubſtitit: unde epiſcopus Olomucenſis, ad cauſam dicendam evocatum, in carcerem tetrum compegit.

Divinâ autem ope ex eo elapſus *Wittembergam*, ſub annum *milleſimum quingenteſimum viceſimum quartum*, ad Lutherum venit: à quo ſtatim in *Boruſſiam* miſſus, & principi *Alberto* Boruſſiæ duci, ac *Joanni Briſmanno* Theologiæ Doctori in Regiomontanâ eccleſiâ commendatus, poſt paucos annos Pomezanenſi eccleſiæ vocanti à principe Epiſcopus eſt præfectus.

Excelluit ingenio & eloquentiâ admirabili; & perpetuus ac conſtans Auguſtanæ confeſſionis adverſus Anabaptiſtas ac ſacramentorum profanatores, defenſor & propugnator fuit. Ac nominatim *Eccelium* quendam & *Zankerum*, qui initio emendationis Eccleſiarum irrepſerant, & multos etiam ex proceribus ſeduxerant, *Raſteburgi* colloquio inſtituto refutavit. *Labores ejus, in eccleſiâ.*

Pietatis ac doctrinæ Theologicæ, non vulgaris aut hypocriticæ, ſed ſpiritualis & ſublimis & naturæ muſicæ ac poëticæ, indices ſunt Odæ ſacræ ab ipſo compoſitæ: quibus ſummam doctrinæ Evangelii complexus eſt, ut ſunt: **Es iſt das Heyl uns kommen her / von Gnad und lauter Güte: In GOtt glaub ich: Hilff GOtt / wie iſt der Menſchen Noth.** Certavit cum Sperato talibus poëmatis ſacris pangendis, velut alter Boruſſiæ Orpheus, *Ioannes Poliander*, cujus Odæ ſunt: **Nun lob mein Seel den HErren: Frölich wollen wir ſingen:** Hic anno poſt Speratum proximo in Boruſſiam primùm appulit: & tum in eccleſiæ gubernatione, conjunctiſſimis ſtudiis & officiis, Speratum, & cæteros collegas adjuvit: tum verò in Schola docens, pleroſque Veteris & Novi Teſtamenti libros interpretatus eſt, ad annum usque *milleſimum quingenteſimum quadrageſimum*: quo ἀποπληχθεὶς aliquot menſes decubuit; donec tandem ad cœleſtis Eccleſiæ conſuetudinem emigravit, quem ſexennio poſt *Briſmannus* ſubſecutus eſt. *Odæ ſacræ ab ipſo compoſitæ.* *Ioan. Poliand.* *Obitus Poliandri.* *Item Ioan. Briſmanni*

Speratus paulò longius producto vitæ ſpacio, in ipsâ Oſiandricæ tragœdiæ epitaſi, doloribus, curis, laboribus fractus, ex ſtatione hujus vitæ evocatus eſt. Et hi tres *Speratus*, *Poliander*, atque *Briſmannus*, fuerunt primi ducatus Boruſſiæ Evangeliſtæ, & eccleſiarum ὀικισταί. *Briſmannus* autem *Cotbuſii* in Luſatia natus, Lutheri familiaris, cum Sperato ac Poliandro annis ampliùs viginti eccleſias illas rexit & conſervavit. *Chytræus in Saxoniâ, Rabus l.4. martyrologii, Dreſſerus.* *Et Sperati.* *Primi doctores Boruſſiæ.*

JOANNES SPANGENBERGIUS. *D. 1550. d.13. Iunii. ætat. 66.*

JOannes *Spangenbergius Herdeſſianus*, lucem hanc primum adſpexit anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto*, *Northuſii* Thuringiæ oppido, quæ & patria fuit *Joannis Gigantis* * Theologi. ** De quo poſtea.*

Et quamvis Spangenbergii adoleſcentia incidit in ſeculum noſtræ Germaniæ adhuc barbarum: tamen in illo ipſo crepuſculo matutino exorientium literarum, quæ fuit ingenii bonitate, atque ſtudiorum adſiduitate, eò pervenit eruditionis; ut & Philoſophus elegans, & Theologus haud indoctus tunc audiret. Humaniorum enim, ut vocant, artium & literarum ſtudium cum divinis, non ineptè ab adoleſcentia ultimâ conjunxit. *Conjungit Philoſoph. cum Theologiâ.*

Itaque *Northuſium* ad munus eccleſiaſticum vocatus, patriæ primum ac civibus ſuis pro- *Præeſt ſacris in patria.*

prodeſſe voluit: ſicut reverâ profuit, tum ſacris habendis ad populum concionibus, tum ad juventutem ſcriptis eruditis emittendis, de quibus mox dicetur.

Et in comitatu Mansfeldico.

Gubernavit deinde etiam Eccleſias *in comitatu Mansfeldenſi*, egitque paſtorem & vicinarum Eccleſiarum Epiſcopum, vel ſi Latinè mavis, inſpectorem, annis compluribus, in oppido Islebio, ubi & vivendi finem fecit anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo*, die *decimo tertio Iunii*, ætatis ſuæ *ſexageſimo ſexto* anno, relicto filio haud obſcuri nominis Theologo *Cyriaco*, de quo in ſequentibus ſuo loco.

Moritur.

Cyriacus Spangenb.

Elogium Ioann. Spangenb.

Fuit & hic Theologus Melanchthonis judicio vir eruditione, pietate & virtute præſtans, quem ipſe Melanchthon, & propter ipſius multa ornamenta, & qui fidelis ac ſalutaris eccleſiæ doctor fuit dilexit & veneratus eſt. Extant ejus monumenta: & memoriam ipſius in eccleſia poſteritas retinebit.

Scripta ejusdem.

Sunt autem, quæ ſcripſit, Theologica alia, alia Pholoſophica.

Theologica

Theologica ſunt hæc.

Pſalterium elegiaco redditum.

Catechiſmus Lutheri major per quæſtiones explicatus, & *poſtilla* Latina.

Margarita Theologica præcipuos doctrinæ Chriſtianæ locos per quæſtiones ordine explicans.

Sermones de tempore & *ſanctis* per circuitum totius anni.

Expoſitio in epiſtolas Dominicales per erotemata.

Conciones funebres.

Themata ſexaginta V. T. quibus conciones applicari poſſunt.

Explicatio Evangeliorum & epiſtolarum Dominicalium.

Liber *de Matrimonio.*

Poſtilla Germanica.

Philoſoph.

Philoſophica verò, quæ poſteritati elucubravit, ſunt hæc.

Quæſtiones Muſicæ.

Erotemata trivii Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ.

Artificioſæ memoriæ libellus.

Computus eccleſiaſticus, in pueriles quæſtiones redactus, ac ſcalis, rotulis, & figuris illuſtratus, ſtudioſis utilis.

Scripſit & alia plura Germanicè, quæ nunc memoriæ non ſunt.

Epiſtola Melanchthonis, qua Spangenb. commendat.

Coronidis loco, quando *à laudatis laudari magnum* eſt, optimi *Melanchthonis* epiſtolam addimus, tanquam emblema inſigne narratiuncpulæ noſtræ. Sic igitur ille.

Eccleſiæ Dei in comitatu Mansfeldenſi Philippus Melanchthon S. D.

„ Eccleſiæ inde uſque ab initio memoriam „ tradidit & eorum, qui præcipui doctores „ fuerunt, & generis doctrinæ, ut ſciret po„ ſteritas, quam doctrinam, per quos traditã, „ quibus confirmatam teſtimoniis vel judi„ ciis accepiſſet, & normam certam haberet, „ ad quam conferret ſententias ſequentium „ doctorum. Ita Irenæus Polycarpum citat, qui fuit auditor Joannis, & Baſilius nutricis „ teſtimonium celebrat, quæ audierat Grego„ rium Neocæſarienſem, de trib. perſonis di„ vinitatis. Et cum in Eccleſia Antiochena, „ quæ à Petro Apoſtolo doctrinam acceperat, „ & fuerat præcipua ſchola, Samoſatenus audaciſſimè corrumperet dictum in Joanne, „ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, oppoſuerunt Malchion „ & Dionyſius (alter Antiochenæ eccleſiæ, „ alter Alexandrinæ) teſtimonia tradita per „ Apoſtolos & eorum auditores. Hanc diligentiam conſervandæ memoriæ veterum, „ qui rectè docuerunt, & eorum monumanta „ cuſtodiendi utilem eſſe poſteritati, nequaquam dubium eſt: quæ etſi longo tempore „ intermiſſa eſt, cum nec una vox doctrinæ „ certa eſſet, & paſtores muti eſſent, ac nequiſſimis ſummum gradum, videlicet munus „ docendi, ceſſiſſent, qui fabellas ad quæſtum „ accommodatas circumferebant: tamen „ nunc magna cura revocanda erat. In publicis monimentis Eccleſiæ & Reſpub. annotare debebant, per quos viros emendata ſit „ quolibet loco vox doctrinæ, & quorum judicio ſinguli approbati ſint. Habuit autem „ Eccleſia veſtra gravem & honeſtiſſimum ſenem Gutelium, qui initio puram doctrinã „ vobis tradidit. Poſtea de Luth. judicio ſenex venerandus Joannes Spangenbergius „ Eccleſis veſtris præfuit, cujus extant libri, „ ac fuiſſe eum probatum reverendo domino „ Luthero, D. Langio Erford. D. Pomerano, „ & cæteris in tota Saxoniâ docentibus meminiſtis. Ut igitur poſteri ſciant, vos habuiſſe hunc teſtem veræ ſententiæ, & cuſtodiant doctrinam ab ipſo acceptam, ut jubet „ Paulus depoſitum fideliter cuſtodire: hortor vos, ut ejus nomen & adminiſtrationis „ tempus in monumentis veſtris annotetis, & „ ſcripta conſervari curetis. Valde metuendum eſt in his ruinis imperiorum, majores „ Eccleſiæ dilacerationes ſecuturas eſſe, in quib. poterit videri, quorum fuerit eadem „ ſententia, & probandi doctores tanquam „ norma ſequẽdi erunt Juſſi igitur & hoc carmen edi, ut memoria Spang. diuturnior ſit, „ & ut doctrinam ejus magis amplectantur „ juniores. Eſt autem laudanda pietas Mencelii, quòd hanc hiſtoriam recitavit, ut ſuam „ erga fidelem paſtorem obſervantiam declararet, & ut cæteris oſtenderet concordiã in „ Eccleſia & ſchola veſtra, & mutuam omniũ „ docentium benevolentiam & fuiſſe & eſſe. „ Id exemplum & cæteris utile eſt. Etſi autem præcipuè Dei beneficium eſt, quòd habetis „ multos viros honeſtos & concordes in Eccleſiis & ſcholis veſtris, tamen & Spangenb. „ modeſtia multũ ad concordiam proderat. „ Hic cum eruditione & multis virtutibus excelleret: tamen ab ambitione alieniſſimus „ erat. Et candor in eo erat eximius. Mencelium vero ſcitis & antea bene meritum eſſe „ de veſtrâ Eccleſiâ: hujus officium in hac „ hiſtoria etiam candidè probare vos decet. „ Bene & feliciter valete, idibus Decembris, 1550. „

PVL-

PAULUS FAGIUS.

PAulus Fagius, vernaculè Büchlein/ patriam habuit *Tabernas Rhenanas*, oppidum Palatinatus non procul à Brettâ, vulgò Reinßabern. Pater ei fuit *Petrus Buchlin*, dicti oppidi ludimoderator & grammateus: mater *Margaretha* Hirnin/ Heidelbergenſis, cujus parenti *Henrico* Jäger/ Fridericus Palatinus, propter virtutes bellicas, cognomen Hirn dedit. His parentibus, non ditiſſimis, natus eſt, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quarto*, ipſo tempore belli Bavarici.

Primis literarum fundamentis in patria ſcholâ jactis, cùm annum ageret circiter *undecimum*, à patre, pro more illius ſeculi, inſtructus *octo baciorum viatico*, *Heidelbergam* ablegatur, ubi ſub *Joanne Brentio* & *Martino Frechto*, aliisque præceptoribus operam literis haud indiligentem dedit.

Adoleſcens jam factus annorum circiter *octodecim*, excolendi ulteriùs ingenii gratiâ, *Argentinam* ſe contulit, ibique annos aliquot permanſit, pædagogi munus obiens, quo inopiam ſublevaret. Sub hoc tempus ſtudium linguarum in Germania emergere cœperat & *Wolfgangus Capito*, quatuor linguarum peritus, jam *Inſtitutionum Hebraicarum* libros duos, rariſſimo ejus temporis exemplo, in lucem ediderat: Judæi etiam aliquot hinc inde vagabantur, & ſuam linguam alios utcunque docebant. Occaſionem hanc Fagius arripiens, Hebraicæ linguæ ſtudio ſe mancipavit ferè totum, atque in familiaritatem *Capitonis*, *Hedionis*, *Buceri*, *Zellii*, aliorumque Doctorum, qui Chriſti ibi Eccleſiam primi plantarunt, ſe feliciter inſinuavit.

Anno deinde *milleſimo quingenteſimo viceſimo ſeptimo*, jam literis & linguis mediocriter inſtructus, paupertate ipſa & hominum doctiorum maximo neglectu quaſi coactus, *Iſnæ*, quod *Algaviæ* oppidum eſt, ludimagiſtri, amicorum & fautorum ſuaſu ac promotione, officium ſuſcepit. In quo diligentia & virtutibus ſe omnibus approbans, uxorem duxit, libros procreavit, & patremfamiliâs haud indiligentem egit. Inclareſcens autem magis magiſque, ex piſtrino ſcholaſtico ad miniſterium ſacrum deſtinatur, & ut ad id ſe magis inſtruat, ſubſidia ei ſplendida ſuppeditantur. Florebant tum temporis lingua Græca & Hebraica cumprimis *Argentinæ*, & permulti viri doctiſſimi, etiam exules, ibi degebant. Eam igitur eligens urbem, ſuo inſtituto præ multis aliis accommodam, ſtudioſis aliquot rudimenta linguæ Hebraicæ magnâ felicitate tradidit. Neque deſtitit in ſtudio Theologiæ atque declamationibus Theologicis ſe ita exercere, ut biennio ipſius progreſſibus præſcripto jamque revoluto, meliùs ad ſuos, cum familiâ, redire poſſet, inſtructus atque ornatus.

Anno itaque *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo*, à ſenatu Iſnenſi ad miniſterium paſtorale ſuſcipiendum domum revocatur, quod munus magna fidelitatis & eloquentiæ laude annis circiter *quinque* procuravit. Interea verò ocioli nonnihil nactus unà cum libris neceſſariis ad ſtudium linguæ ſanctæ, quæ potiſſimum ipſi adlubeſcebat, ſe totum ferè impendit, atque in hac brevi tempore ad miraculum uſque profecit: adeò ut ſeculis abhinc aliquot Hebraicè doctiorem Fagio creditum ſit fuiſſe neminem. Uſus etiam eſt opera *Eliæ Levitæ*, Judæi doctiſſimi, Venetiis ad ſe accerſiti. Præter permultos alios viros doctos, & ex ſenatorio ordine amicos, præcipuum Iſnæ habuit *Petrum Buflerum*, qui ſumtu ſuo officinam Typographicam Iſnæ inſtituit: ut Fagius, non docendæ plebi ſolùm, ſed edendis in publicum libris utilibus vacaret. Cùm autem initia votis, præſertim eò loci, non ſatis reſponderent, & damnis ſuis Fagius moveretur: Buflerus ipſum ſecurum pergere juſſit, ſibi iſta curæ futura: nec longè pòſt, quam ei reliquam debebat ſummam, *aureorum plus mille*, totam condonavit. Edoctus igitur experientiâ, ad ſuum inſtitutum Iſnam multis de cauſis parum aptam, de mutandâ ſede cogitavit: quam in migrationem tandem Iſnenſes, oblato *Joanne Marbachio Lindavienſi* ſucceſſore, conſenſerunt.

Excellit in Hebraicis.

Utitur opera Eliæ Levitæ.

Petrus Buflerus.

Inſtruit Typographiam.

Donat ingentem ſummam Fagio Buflerus.

J. Marbachius.

Interim Iſnæ, anno *quadrageſimo primo*, peſtis graſſari cœperat, quo tempore, cùm ſciret plurimos locupletiores cives, nullâ habitâ pauperum ægrotantium ratione, oppidum relinquere conſueviſſe; deinde domos infectas à Magiſtratu occludi, ſui officii eſſe judicavit, de utroque homines è verbo DEI admonere. Et ut erat in dicendo copioſus & vehemens, perſuaſit, ut plerique cives aut manerent, aut ante abitum eleëmoſynas liberaliter darent. Effecit etiam, ut Senatus homines idoneos ſumtu publico conſtitueret; qui omnibus laborantibus adeſſent, eorumque diligentiſſimam curam gererent. Ipſe autem Fagius intrepidus omnes laborantes adire: nemini ſuum officium denegare, dies noctesque omnibus adeſſe, ut planè divino miraculo in tàm ſæva lue, omnium teſtimonio, conſervatus fuiſſe non dubitaretur.

Peſtis Iſnæ.

Ibi Fagius officii monet auditores.

A lue ſervatur.

Eodem tempore peſtis etiam *Argentinæ* inclementius graſſabatur; & præter alios *Wolfgangum** *Capitonem* abripuerat. Hujus in locum cum ſub autumnum anni *quadrageſimi ſecundi*, anno integro à morte Capitonis, vocaretur; ex improviſo Reſp. *Conſtantienſis*, tùm religionis ſocia, ſcriptis & precibus enixis effecit; ut Senatus argentinenſis ipſi ad biennium, hocque exacto, alterum inſuper biennium concelſerit: cum & antea *Philippus*, Haſſiæ Princeps, operam ejus Marpurgenſi in Academia, navandam, expetiviſſet. Mutato itaque rurſus domicilio, ſub autumnum anni quadrageſimi quarti, *Argentoratum* tandem venit, ubi honorificè exceptus miniſterium ſacrum obiit.

** De quo antè.*

Vocatur Argentoratum.

Conceditur Conſtantient.

Vocatur à Landgr. Haſſiæ.

Venit Argentoratū.

Sub initium belli Germanici *Fridericus* ſecundus Elector Palatinus, cum de conſtituendis ſuæ ditionis Eccleſiis cogitaret; Fagium,

Evocatur Haidelbergam.

gium, jamdudum facundia & doctrina clarum, *Argentorato Heidelbergam* evocavit, ut Evangelii doctrina cæteris præiret.

Verum cum Cæſar fortuna proſpera uteretur; & in Germania triumpharet: quod inchoatum in Palatinatu fuit, totum intercidit.

Interea temporis libros non paucos parturiebat; quos doctis & linguæ Hebrææ ſtudioſis utiles futuros judicabat. Unde paulo poſt *Bucero, Martyri & Hedioni*, ordinariis Theologiæ Profeſſoribus viſum; ut ſeptimanis alternis Theologiam extraordinariè doceret, atque, illis vel occupatis vel ægris, vicariam operam ſubiret.

Pater Fagii moritur.

Dum iſta fiunt, morituri Fagii pater ſub autumnum anni *milleſimi quingenteſimi quadrageſimi octavi*: eoque tempore Eccleſiis Chriſti *Interimiſtica ſphinx* tyrannicè obtrudebatur, exilium fidis miniſtris paſſim intentabatur, iisque maximè, qui jam uſu rerum Eccleſiaſticarum præſtabant; & Antichriſto ſe inſtar muri opponebant. Inter eos, poſt *Bucerum*, haud poſtremus Fagius fuit: qui tamen nihil quicquam veritus Pontificiorum minas, perpetuo conſtans in profeſſione manſit. Cæterum tot piorum in Germania pericula nationes exteras latere diutius haud poterant, unde factum; ut & *Bucerus* & *Fagius*, DEO ſic providente, ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, Angliæ primate, *Thoma Crammero* in Angliam, quaſi in tutum receptum iterum iterumque ſerio vocarentur. Dimiſſi * itaque à Magiſtratu Argentinenſi, licet invito & temporum neceſſitatibus adacto, anno *milleſimo quingenteſimo quadragiſimo nono*, calendis Aprilis * iter ingreſſi, in Angliam, ringentibus hoſtibus, ſalvi atque incolumes pervenerunt. In Archiepiſcopi illius aulâ novi & diu expetiti hoſpites Germani, honorificè excipiebantur, multisque diebus ibi, non absque pietatis incremento, detinebantur.

Sphinx Interimiſtica.

Perſecutio piorum doctorum in Germania.

In Angliã vocatur Fagius.

** Fagio interdictum eſt concion. d. 2. Mart. 1549.*

** Vel ut Cruſ. d. 4. April.*

Sub id verò tempus ſubingreſſi ſunt dies, quibus in Academiis iſtius regionis, anni ferè quartam partem profeſſores à prælectionibus feriabantur. Ea fuit cauſa, cùr Bucerus & Fagius ſuis miniſteriis tempeſtivius non deſtinarentur. Interim autore Crammero in præclarum opus erant intenti: ut integra Biblia non tantùm proprietate ſermonis, ſed brevi interpretatione, locorumque pugnantium aut difficilium enodatione illuſtrata ederentur. Ac Bucerus quidem in explicatione Novi Teſtamenti, Fagius in Veteris elucidatione elaborabant. Sed progreſſum hujus laboris morbus utriusque mox intercepit & Fagii mors inſperata prorſus evertit. Nam cùm avidè expeterent ſcire, ubi ſibi docendum, atque deſignata ipſis tandem *Cantabrigia* eſſet, paucis poſt diebus uterque morbo corripitur. Fagius ſub finem canicularium acutiſſimâ febri *Londini* correptus, mutandi aëris ergò, Cantabrigiam omninò deportari voluit. Secutus eum Bucerus ante nonas demum Novembr. cum eo ultimos dies decem variis ſanctiſſimisque conſolationibus tranſmiſit.

Biblia transferre incipiunt.

Interrumpitur is labor.

Morbus Fagii Cantabrigiam defertur.

Tandem ex morbi vehementiâ viribus naturalibus planè deſtitutus Idibus, hoc eſt, die *decimo tertio* Novembris, anni *milleſimi quingenteſimi quinquageſimi*, vitam hanc caducam cum ſempiterna commutans, anno ætatis *quadrageſimo quinto*, placidè in Chriſto obdormivit, non ſine veneni ſuſpicione, & poſtridie in æde *D. Michaëlis* honorificè ſepultus eſt.

Quomodo autem poſtea, anno *quinquaſimo ſexto* ſupra *ſeſquimilleſimum*, hæreſeos, temporibus Marianis, damnatus: cadaver ejus effoſſum inque cineres redactum, tandem Eliſabethâ, ad regium ſolium evectâ, in integrum reſtitutus ipſe ſit, in vitâ Buceri, fidelis ejus συνεργοῦ, dicetur. Ex carminibus Epitaphiis unum ſubjicere placet *Guilielmi Daii*, quod ſic habet:

Bucero primas dedimus, tibi, Paule, ſecundas
Et damus, Hebrææ gloriâ primâ ſcholæ.
Hoc uno inferior Bucero, Paule, fuiſti,
Quod prior extremum cernis adeſſe diem.
Verum illo major Bucero, Paule, fuiſti,
Quod prior æterno juſſus adeſſe Deo.
In reliquo ſimilem duxiſti tempore vitam,
Ambo ſalutiferi buccina fida Dei.
Ambo ſtelliferi ſparſiſtis ſemina regni:
Semina, proventu non caritura ſuo.
Unde utrumque Deus magno dignatus honore,
Utrumque ad ſuperi tranſtulit aſtra poli.
Et ne veſtra queant communia fata putari,
Qualia ſunt quæ nos, vulgus inane, ferunt:
Mors poſtquam è vita, ſolitâ Vos lege tuliſſet,
Reſtituit ſacris oſſa cremanda focis.
Non ut confeſſi tantum ſed ut ultima paſſi,
Scandatis celſi-ſydera ſumma poli.
Felices animæ, ſuperas licet iiſtis ad oras,
A nobis veſtrum nomen abire nequit.
Eximia ſemper vivetis laude perennes:
Quam canet Aoniis noſtra Thalia modis.

Ex Hebraica lingua, quæ impreſſa ſunt, tranſlata à Fagio hæc, *Thisbites Heliæ*, qui liber ab autore Thisbi vocatus eſt, à numero vocum D CC XII. quæ in hoc opere explicantur *Capitula aut Apophthegmata Patrum*, quæ veterum Hebræorum ſapientum pias utilesque ſententias continent, cum ſcholiis à ſe additis: *Sententiæ Morales* ordine Alphabeti *Ben Syræ* nepotis, ut Judæi credunt, Hieremiæ Prophetæ, cum commentario. *Tobias Hebraicus* ex urbe Conſtantinopolitana tunc recens transmiſſus: *Precationes Hebraicæ*, quibus in ſolemnioribus feſtis utuntur Judæi, ex quo videre licet veſtigia quædam ritus veteris populi, quem & Chriſtus in cœnâ ſuâ, ut eam Evangeliſtæ, præſertim Lucas, deſcribunt, in quibusdam obſervavit, *parvus tractatulus* ex libro fidei Judæi cujusdam ad Chriſtianismum converſi ante annos ducentos. *Expoſitio dictionum Hebraicarum*, literalis & ſimplex *in quatuor Capita Geneſeos*, pro ſtudioſis linguæ Hebrææ, cui adjicitur *Paraphraſis Chaldaica* * *Onkeli* in eadem capita cum verſione Fagii. *Liber fidei veritatis*, quem doctus

doctus quidam Iſraelites ante annos multos edidit ad comprobandam fidem Chriſtianorum perfectam eſſe: *Prima quatuor capita Geneſeos Hebraice* cum verſione Germanica, Hebraicis tamen characteribus, cum ſcholiis, & ratione legendi Hebræo Germanica: *Commentarii R. David Kimhi* in decem primos Pſalmos: *Eliæ Levitæ* præfatio Hebraica in Lexicon ejus Chaldaicum: *Targum*, hoc eſt, paraphraſis *Onkeli Chaldaica*, in quinque libros Moſis ex Chaldæo verſa, quibus adjecit breves doctasque annotationes. Scripſit etiam *collationem præcipuarum*, quæ in uſu ſunt, *tranſlationum* in Geneſin, & compendiariam *Iſagogen in linguam Hebræam*, & ſi quæ alia.

ſopo- phia- ri. *Staturâ* fuit procerâ, facie ſubnigrâ, ſub ſpecie ſeverâ humaniſſimus, in concionando eloquens ac παῤῥησιαστικώτατος. Cùm ei & Bucero die ſecundo Martii Argentorati concionibus interdictum eſſet: poſtrid e ultimo ibi concionati ſunt: ac *Fagius* quidem graviſſimam, ϗ μάλα παθητικὴν concionem ex 7. Matthæi habuit; cui Cruſius, cujus verba hæc ſunt, interfuit: *Verbum DEI non tantùm audiendum; ſed & faciendum eſſe.* Addidit deinde hæc: ii va- ctoria tio Ar- tina.

I.

Ich bin ordentlich gen Coſtentz und hieher beruffen worden / hoc eſt. *Ego legitimè Conſtantiam & huc vocatus ſum.*

II.

Hab gelehrt nach der Augſpurgiſchen Confeſſion im 30. Jahr geſchehen / hoc eſt. *Docui juxta Auguſtanam Confeſſionem, An. 30. exhibitam.*

III.

Ihr Unterthanen ſolt rühig ſeyn / nichts fürnehmen mit Gewalt / das Predigampt zu erhalten / h. e. *Vos cives, & ſubditi quieti eſtote, nec quicquam vi molimini, ut miniſterium conſervetis.*

IV.

Die Obrigkeit iſt nicht an der Sache ſchuldig / ſie hat alles verſucht / ob ſie das Evangelium möcht erhalten / h. e. *Magiſtratus hac in re culpa eſt nulla, quippe qui nihil reliquit intentatum, quo Evangelii doctrina retineretur.*

V.

Leſet des Luthers Bibel fleiſſig daheim: vermahnet einander: bleibet in der bekanten Lehr beſtendig: haltet euere Kinder zum Kinder-Bericht / h. e. *Vos domi veſtræ diligenter legite Lutheri Biblia: alii alios exhortamini: perſeverate in doctrinâ, quam ſemel veram agnoviſtis & confeſſi eſtis: liberos autem veſtros adſuefacite ad inſtitutionem Catecheticam.*

VI.

Ihr Jungen bittet GOTT. Er möcht euch baß erhören / dann die Alten / die da mehr geſündiget haben / hoc eſt. *Vos juniores orate Deum. Fortè enim vos faciliùs exaudiet, quàm ætate grandiores, qui plus peccatorum admiſerunt.*

VII.

Haltet euere Prediger / ſo lange ſie leben / in Ehren. Gedencket nicht / daß ſie des Bauchs halben bleiben. Es wil ihr keiner die falſche Lehr annehmen. Jacobus mocht in Jeruſalem bleiben / da Paulus weichen muſt. Der Teuffel ſetzt denen allweg am meiſten zu / die ihm mehr Schaden thun können / hoc eſt. *Honorate veſtros, dum vivunt, Eccleſiaſtas. Nolite putare, ventris cauſa eos hic manere. Nemo eorum falſam doctrinam amplectetur. Jacobo Hieroſolymis manere integrum erat, Paulo non item. Diabolus eos potiſſimum appetit; à quibus plurimum ſibi periculi.*

VIII.

Die Urſachen des gegenwärtigen Ubels. a. Wo GOTT eine Kirche bauet: da richtet der Teuffel ſein Capell darneben auff. b. Wir ſind heilloß geweſen. Darumb der Feind Unkraut geſäet hat. c. Wir ſind gegen dem Wort GOttes undanckbar geweſen. d. GOtt probiret die Frommen. Der Wind und die Verſuchung wehet die Spreuer von dem Korne / hoc eſt. *Cauſæ præſentis mali ſunt. 1. Ubi Deus Templum excitat: ibi Diabolus ſacellum juxta erigit. 2. Nos ſocordes fuimus ac ſecuri. Itaque inimicus zizania ſevit. 3. Ingrati fuimus erga verbum divinum. 4. Deus explorat ſuos. Ventus & tentatio paleas à tritico ſeparant.*

IX.

Man hat uns nie überwunden / daß wir eine falſche Lehr hätten / auß der Schrifft: aber daß man mit Gewalt mit uns handelt / müſſen wir GOtt befehlen / h. e. *Nullius unquam erroris ex ſcripturâ convicti ſumus: quod autem vi nobiſcum agitur oportet DEO commendemus.*

X.

Ihr andere aber / die ihr bißher alles verlacht habt / ſeyd gottloß geweſen / und lacht auch jetzt in die Fauſt / beſſert euch. Ihr habt eine falſche Lehr / und lebt ärgerlich. So GOtt dem grünen Holtz nicht verſchonet: Viel minder dem dürren. GOtt ſchencket einen Becher des Zorns ein. Die Seinen müſſen das Oberſt trincken: die Gottloſen aber die Grund-Suppen / h. e. *Reliqui vero, qui hactenus omnia deriſiſtis, impii fuiſtis, & etiamnum in ſinu gaudetis, redite ad frugem. Falſam fovetis doctrinam, & vitam agitis mali exempli. Si Deus viridi ligno non parcit; multò minus arido. Deus infundit poculum iræ, è quo ſuperna ebibunt pii, feces autem impii.*

XI.

Man hält mich für einen auffrühriſchen Prediger. Aber ich hab niemands angehetzt. Man kans mit der Warheit nicht von mir ſagen. Aber ich bekenne / daß ich auch hinläſſig bin geweſen im Lehren. Bitte Verzeihung von Gott. Ich muß Rechenſchafft für euch geben / hoc eſt. *Audio tuba ſeditionis, ſed neminem inſtigavi, hoc me feciſſe verè dici non poteſt. Fateor remiſſiorem in docendo me fuiſſe, veniam ejus à Deo peto. Mihi pro vobis reddenda eſt ratio.*

XII.

Ich bedanck mich gegen jederman / was mir je gutes geſchehen iſt: Vnd bin willig euch alle Wege wieder zu dienen / wils Gott: Ich ſey hie / oder anderswo / hoc eſt. *Gratias vobis omnibus & ſingulis ago, pro quibuscunque beneficiis. Paratus ſum vobis iterum gratificari, volente Deo, ſive hic ſive alibi agam.*

XIII.

Bittet GOtt für mich / daß ich beſtändig bleib in allem Creutz: Ich bin ein Menſch. Petrus iſt auch gefallen. h. e. *Orate Deum pro me, ut conſtans maneam, in omni afflictione. Homo ſum, etiam Petrus lapſus eſt.*

XIV.

Bittet das die Chriſtliche Zucht erhalten werde / die *Excommunicatio* h. e. *Orate, ut diſciplina Chriſtiana conſervetur, excommunicationem dico.*

XV.

Ihr Obren / ſtraffet die euſſerlichen groben Laſter. h. e. *Vos ſuperiores, animadvertite in enormia & manifeſta peccata.*

XVI.

Leſet das 7. Cap. Daniels. Das 15. Cap. 1. Epiſt. Corinth. das 20. Actor. die Epiſtel Judæ / h. e. *Legite caput ſeptimum Danielis, caput decimum quintum prioris ad Corinthios, caput vigeſimum Actor. & Epiſt. Judæ.*

Hactenus Cruſius è valedictoria Fagii. Cætera deſumta ſunt *ex narratione miniſtrorum eccleſiæ Argent. lib. 3. Proſopograph. Pantaleonis: Sleidani commentariis, Cruſii annalibus lib.* II. *p.* 3. *cap.* 23. *aliis.*

MARTINVS BVCERVS.

⊛ 1551. *d. 27. Febr. ætat. 61. Seleſtadium.*

PAtriam *Martini Buceri Seleſtadium,* Alſatiæ oppidum, præſtantibus ingeniis fæcundum, fuiſſe accepimus, ubi anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo primo,* lucem hanc primùm adſpexit. Jactis artium & literarum in patriâ fundamentis, ut liberiùs pietati ac ſtudiis operam dare poſſet, de amicorum conſilio, puer etiamdum *Dominicanorum ſodalitio* Seleſtadii ſeſe addixit, ſub annum *milleſimum, quingenteſimum, ſextum.* Ibi cùm ſingulare induſtriæ ſpecimen depoſuiſſet, prudentioribus monachis ſpem de ſe præclaram excitavit.

Natalis Bucer.

Adjungit ſe Dominicanis.

Venit Haidelbergam

Itaque de *Prioris,* quem vocant, voluntate, *Haidelbergam* ſeſe contulit, ubi primùm artes dicendi ac Philoſophiam gnaviter didicit, deinde animum ad Theologiam convertit. Cùm autem linguarum cognitio tum aliis, tum inprimis Theologiæ ſtudioſo apprimè ſit neceſſaria, Bucerus Hebreæ etiam linguæ & Græcæ diligentem & utilem navavit operam.

Prodibant ſub id tempus, *Eraſmi ſcripta* non pauca, ea Bucero unicè arriſerunt, ac ex iisdem primùm Evangelicæ doctrinæ fontes hauſit. Accedentibus deinde & Lutheri variis libellis: Bucerus, cùm doctrinam in iis traditam, cum ſacris literis contuliſſet, quædam in Pontificia religione ſuſpecta habere cepit. Cùm ergò eſſet facundia & humanitate ſingulari, voce ſonorâ ac grandi, linguâ libera in vitiis hominum taxandis, à *Friderico* Palatino evocatus eſt, ut à ſacris ſibi eſſet, commendante eum *Franciſco à Sickingen.* Docuit itaque tum alibi, tum Haidelbergæ; ubi Lutheri *diſputatione de libero arbitrio,* primam lucem purioris ſententiæ de juſtificatione in ſuo pectore accendi ſenſit. Inde Lutherus de Bucero ad Spalatinum ita: *Habes epiſtolam Bucerianam, fratris vel ſolius in iſtâ ſectâ candidi & optimæ ſpei juvenis, qui me Haidelbergæ & avidè & ſimpliciter excepit atque converſatus fuit, dignus amore & fide, ſed & ſpe.*

In *Belgium* deinde cum Palatino profectus, ſuperſtitionum impietatem, ut ſolebat, liberè in concionibus taxavit, imò & conſilia de ordine ſuo deſerendo agitavit. Id cùm monachi inaudiſſent, hominis vitæ inſidias moliti dicuntur. Verùm Bucerus fugâ elapſus, Rheno adverſo adſcendit, atque ad illum *Franciſcum à Sickingen* equitem, tunc non è multis præſtantiſſimum, ſeſe contulit, qui eum haud invitus ad ſe recepit, ac patrocinium eſt pollicitus, donec totum religionis negocium legitimè cognoſceretur. Apud hunc ergò in arce Nanſtallenſi vixit, otioque literato uſus, ſacra inprimis ſtudioſè tractavit. Paulò poſt, anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo primo,* cùm ad comitia *Wormatiam Vangionum* Lutherus evocatus eſſet: Bucerus eodem venit, cumque Luthero complusculos dies familiariter tranſmiſit, ſententiamque ejus amplexus, apertè eandem poſtea eſt profeſſus.

Bello * deinde inter *Sickingenſem* & *Trevirenſem* orto, cum videret Bucerus, ſe in literis tranquillè poſthac vivere non poſſe, venia ab illo Sickingenſi impetratâ, aliquantiſper *Wittenbergam* ſecedendi, donec flamma belli extincta eſſet, eo conſilio ex arce Nanſtal abiit. Verùm à vicino paſtore *Wiſſenburgico* ad Rhenum invitatus, ſemeſtre ibi ſubſtitit, concionesque ad D. Joannem habuit, donec à vicario Spirenſi cum Paſtore ſuo, *Henrico Motherero* pulſus, jamque Sickingenſi infelici caſu, anno *viceſimo tertio* oppreſſo, ſummis implicatus periculis fuit.

Ceperant jam Argentorati *Matthias Zellius, Caſpar Hedio,* & alii ſemina purioris doctrinæ, connivente *Sigiſmundo, comite Hohenloenſi*

henloenſi, collegii decano, ſpargere, ad quos cum Bucerus acceſſiſſet, amanter ſuſceptus, & ſacra publicè, & in templo & poſt in ſcholâ docere juſſus eſt, anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo tertio.* Hi itaque ſymmyſtæ, ingenio & eloquentia præſtantes, zeloque ferventes, puram Evangelii doctrinam ea in urbe latè propagarunt, & confirmarunt, atque anno *viceſimo quarto* fundamenta ac cauſas, ſuſceptæ à ſe mutationis, rituum Miſſæ ſeu *Cœnæ Domini, baptiſmi, dierum feſtorum, imaginum, cantionum, in publicis Eccleſiæ congreſſionibus* ex ſacris literis edito libro, quem *Friderico* Palatino dicarunt, expoſuerunt. Subſcripſerunt libro illi *Wolffgangus Capito, Caſpar Hedio, Matthæus Sell, Symphorianus Pollio, Theobaldus Niger, Ioann. Latomus, Antonius Firn, Martinus Hag, Martinus Bucerus.* Tandem res eò deducta eſt, ut conſcientibus votis Argentorati miſſa abrogata, & doctrinæ ac rituum reformatio fuerit ſuſcepta. Cum autem Evangelicos inter ipſos non in omnibus conveniret: *Marpurgi* Cattorum, anno *milleſimo quingenteſimo, viceſimo nono*, colloquium * inſtitutum eſt. Ad id reip. Argentinenſis nomine *Bucerus* cum *Hedione* miſſus, cum *Luthero* & *Zvvinglio* multa eſt collocutus. Ac convenit tunc quidem in capitibus religionis omnibus, uno excepto de Cœna Domini. Diſceſſum eſt tamen amicè, initio Octobris, & concluſum, *ab omni contentione inpoſterum abſtinendum utrinque eſſe: Deumque orandum, ut Spiritu ſuo erudiat ducatque.* Secuta ſunt anno trigeſimo comitia Auguſtana, ad quæ & Bucerus venit, in religionis negotio, ibi, qua erat doctrina, adverſariis ſeſe oppoſuit, ut & antè *Bernæ* ac *Baſileæ* apud Helvetios fecerat, magnamque eruditionis & modeſtiæ laudem reportavit. Eo enim erat ingenio, ut adverſarios patienter audiret, leniter reſponderet, & veritatis potiorem, quàm victoriæ curam haberet. Id quod *Eraſmus Roterodamus*, cui cum Bucero magna interceſſit familiaritas, multoties de ipſo prædicavit. Cùm autem, ut non ſemel diximus, de Cœna Domini ferè ſolum inter Lutherum & alios eſſet diſſenſio Pontificiis pergrata, aliis contrà unicè dolenda: Bucerus tunc, de voluntate Saxonis Electoris, & ſui magiſtratus, Auguſtâ ad Lutherum tunc Coburgi commorantem profectus eſt reconciliationis cauſa, & reſponſum tulit non incommodum, ita quidem, ut illinc ad Zvvinglium & Helvetios iret, quò propius jungerentur animis atque ſententiâ. Vidit enim & prævidit vir prudens, & pacis perquam ſtudioſus, quantum in Eccleſia Dei damnorum diſſidium illud ſacramentarium, niſi maturè ſopiretur, daturum eſſet, quod vel hodiernâ die cum dolore experimur.

Interea anno *trigeſimo primo*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, Ulmenſes quoque ſuas Eccleſias reformare aggreſſi ſunt. Itaque eam in rem ab Argentinenſi Senatu flagitarunt, ut Bucerus eò profectus, ipſorum ditionis Eccleſias conſtitueret, & Evangelicæ doctrinæ initium faceret. Venit Bucerus, & fideliter, unâ cum Oecolampadio, quod petebatur, præſtitit, præſcripta religionis formula. Cùm autem videret verbi curſum paſſim impediri diſſidio illo euchariſtico, dum libellis editis ſeſe invicem proſcindebant, iterum de ineunda concordia ſeriò conſilium cepit, ſuiſque, ut idem agerent, auctor & ſuaſor fuit. De voluntate itaque Senatus, Bucerus & Capito, cum præcipuarum Imperii in Germania ſuperiori civitatum doctoribus, in Saxoniam, anno *trigeſimo ſexto*, ad Lutherum primò *Iſenacum*, inde *Wittembergam* profecti, de concordia tractarunt. Tandem multis ultrò citroque habitis colloquiis, conſcripta ſunt *capita concordiæ* à Melanchthone & Bucero, inter *Wittembergenſes* & *ſuperioris Germaniæ* Theologos, quæ ita habent:

Iterum ad Luth. cum aliis abit.

Capita concordiæ inter Luth. & Bucerum ac alios.

I.

Confitentur, juxta verba Irenæi, conſtare Euchariſtiam duabus rebus, terrena & cœleſti. Itaque ſentiunt & docent, cum pane & vino verè & ſubſtantialiter adeſſe, exhiberi, & ſumi corpus Chriſti & ſanguinem.

II.

Et quanquam negant fieri transſubſtantiationem, nec ſentiunt fieri localem incluſionem in pane, aut durabilem aliquam conjunctionem extra uſum Sacramenti, tamen concedunt ſacramentali unione panem eſſe corpus Chriſti, hoc eſt, ſentiunt porrecto pane ſimul adeſſe, & verè exhiberi corpus Chriſti: Nam extra uſum, cum aſſervatur in pyxide, aut oſtenditur in proceſſionibus, ut fit à Papiſtis, ſentiunt non adeſſe corpus Chriſti.

III.

Deinde hanc inſtitutionem Sacramenti ſentiunt, valere in Eccleſia, nec pendere ex dignitate miniſtri aut ſumentis. Quare, ſicut Paulus ait, etiam indignos manducare, *ita ſentiunt, porrigi verè corpus & ſanguinem Domini indignis, & indignos ſumere, ubi ſervantur verba & inſtitutio Chriſti. Sed tales ſumunt ad judicium, ut Paulus ait, quia abutuntur Sacramento, cum ſine pœnitentia & ſine fide eo utantur. Ideò enim propoſitum eſt, ut teſtetur, illis applicari beneficia Chriſti, & ablui ſanguine Chriſti, qui agunt pœnitentiam, & erigunt ſe fide in Chriſtum. Cum autem pauci convenerimus, & opus ſit utrinque hanc rem ad alios concionatores & ſuperiores referre, nondum licet nobis de concordia paciſci, priuſquam ad alios retulerimus. Cum autem omnes profiteantur, ſe juxta confeſſionem & Apologiam Principum Evangelium profitentium, in omnibus articulis ſentire & docere velle, maximè cupimus ſanciri & conſtitui concordiam. Et ſpes eſt nobis, ſi reliqui utrinque ita conſenſerint, ſolidam futuram eſſe concordiam:*

Subſcripſerunt.

D. *Wolffgangus Capito*, miniſter Eccleſiæ Argentinenſis.

M. *Martinus Bucerus*, miniſter Eccleſiæ Argent.

Lic. *Martinus Frechtus*, Eccleſiæ Ulmenſis in verb. miniſt.

Lic.

Lic. *Jacobus Otherus*, miniſter Eccleſiæ Eſtingenſis.
M. *Bonifacius Lycoſthenes*, Eccleſiæ Auguſtanæ miniſter in verbo.
Wolfgangus Muſculus, Eccl. Auguſtanæ miniſter in verbo.
M. *Gervaſius Scholaſticus*, Memmingenſis Eccleſiæ Paſtor.
M. *Johan. Bernhardi*, Francofurtenſis Eccleſiæ miniſter.
Martinus Germani, Furfeldenſis Eccleſiæ miniſter.
M. *Matthæus Aulbertus*, Paſtor Eccleſiæ Reutlingenſis.
Johannes Schradinus, Diaconus Reutlingenſis.
Martinus Lutherus D. Wittenbergenſis.
Juſtus Jonas D.
Caſpar Cruciger D.
Johannes Bugenhagius Pomer. D.
Philippus Melanchthon.
Juſtus Menius Iſenacenſis.
Fridericus Myconius Gothenſis.

N. convenerunt etiam de Baptiſmo & Abſolutione. *Detinetur in reditu ab Haſſiæ Principe.*

Poſt hanc transactionem *Bucerus* quædam in ſententiâ ſuâ *de cœna Domini* retractavit, in enarratione quatuor Evangeliſtarum, ſcripſitque, *ſe non ſatis intellexiſſe mentem Lutheri.* Eo in itinere cum *Numburgum* veniſſent: Landgravius Haſſiæ *Bucerum* & Capitonem detinuit, ut *Homburgi* & *Marpurgi* Heſſorum, cum primariis Theologis de concordiæ quoque negotio tractarent. Tandem *Francofurti*, quæ inter ipſos & Lutherum acta fuerunt, in ſcriptum quoddam retulerunt.

Capita concordiæ Baſileenſibus non probata.

Domum reverſi capita concordiæ *Baſileam* miſerunt, quæ cum recitata eſſent in ſenatu, & doctorum judicio ſubjecta, obſcura eſſe dicta ſunt. Viſum itaque eſt *Caroloſtadium* & *Grynæum* Argentoratum mittere, ut coràm cum *Bucero* & *Capitone* colloquentes, pleniùs intelligerent, quid *Wittembergæ*, actum eſſet. Illi Argentoratum profecti, diebus aliquot cum eis contulerunt, & tandem ſcriptum quoddam Baſileam retulerunt, quod continebat, quidnam cum *Luthero* actum eſſet, & quomodo capita concordiæ intelligenda. Juſſus deinde declarationem illorum capitum conſcribere Bucerus, in qua etſi Helvetii nihil reperirent, adverſum ſuæ confeſſioni, non tamen placuit ſubſcribere, ſed ſcripto ſuam ſententiam complecti, & *Luthero* transmittere.

Declarat ea Bucerus

Conventus Smalcaldenſis.

Anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo*, Principes & ordines imperii Evangelicæ confeſſionis Smalcaldiæ conventum egerunt, quo & Theologos adduxerunt, ut de concilio, à *Paulo III. Mantuæ* indicto, deliberarent. Eò venit & Bucerus, qui Lutherum ex calculi doloribus graviſſimè decumbentem, ſecutus, reſponſum ad Helvetiorum literas petiit, quod poſtea miſit. Cæterum cum Helvetiis pleriſque Bucerus ambiguâ loquendi formâ ſolidam concordiam moliri videretur, & comment. in Evangelium Matthæi ac Joannis, doctrinam de cœna ante defenſam, in gratiam, ut dicebant, Lutheri retractaſſet, non parum ab alienaſſe à ſe Tigurinos viſus eſt, quos antè & amarat plurimum, & ſingulari quadam pietate coluerat: Quidam etiam viri docti dixerunt, *ei conciliandæ pacis & concordiæ cum Luthero ſtudio, idem accidiſſe, quod illis, qui præ nimia vini aviditate, etiam feces haurirent.*

Bucerus Ambiguis formis loquendi uſus. *Et quadã retractat.*

In ... &...

Eadem tempeſtate Argentorati ſchola, conſilio ſaluberrimo, Senatus liberalitate, eſt aperta, in ea Bucerus minimè poſtremas tulit, ſed & concionando & docendo, tam Eccleſiam illam, quàm ſcholam, plurimùm illuſtravit. Interea aliquoties ad Proteſtantium conventus ivit, cumque iis de magni momenti negotiis, qua erat prudentia, deliberavit. Comitiis quoque Imperii aliquoties, ſui Magiſtratus juſſu, interfuit, & cum Pontificiis *Haganoæ, Spiræ,* atque *Wormatiæ* congreſſus, placidè contulit.

Sch... ger... ape... In... Bu... *Int... va... loq...*

Interea *Carolus Auguſtus* in Germaniam reverſus, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo primo*, conventum *Ratisbonæ*, religionis potiſſimum cauſa, egit. Ibi Cæſar *Fridericum* Palatinum cum conſenſu Proteſtantium & aliorum Principum, ad colloquium deſignavit, *Julium Pflugium, Ioannem Eccium, Ioannem Gropperum* è Pontificiis, *Philippum Melanchthonem Martinum Bucerum, Ioannem Piſtorium* ex Evangelicis. Deinde ad ſe vocatos graviter monuit ipſe Cæſar, uti in cauſæ tam arduæ tractatione ſepoſitis affectibus ad ſolam veritatem & Dei gloriam reſpiciant. Ad eam orationem cum omnes ſummiſsè ſeſe excuſarent, ac onus ſuis humeris impar deprecarentur, ſolus Eccius promto animo accepit, ſeque inſtructum eſſe dixit. Datis igitur præſidibus & teſtibus colloquii, aliquot dies Theologi de controverſis religionis capitibus inter ſe collocuti ſunt ita, ut non eſſet nulla ſpes pacificationis & concordiæ. Exhibitus eſt tunc *liber* nomine *Cæſaris* Proteſtantium Theologis, quem perlectum & correctum Cæſari reddiderunt: Dux Bavariæ Guilielmus librum oblatum prorſus rejecit, nec quicquam concedendum adverſariis contendit, cui acceſſerunt Epiſcoporum plerique: affudit etiam frigidam Eccius, literis ad Principes ſcriptis, Cæſaremque eò adduxit importunitate ſua, ut ſcripto teſtaretur, ſe de reconciliatione nihil propoſiturum nec probaturum, ſed judicium integrum Romano Pontifici relicturum: Idem Eccius Pflugium & Gropperum, complices ſuos, non dubitavit inſimulare quaſi proditæ cauſæ Pontificiæ, cum quoſdam abuſus corrigendos eſſe ſenſiſſent. Itaque cùm non congruerent voluntates, & grave inprimis Germaniæ periculum à Turcis impenderet, conventus ille ſolutus eſt.

Co... Ra... ne... *Ibi... coll... res...* *Lib... Cæſ... Pro... tibu... latu...* *Ecc... port...*

Innotuit eo in colloquio Groppero Bucerus, fuitque illi hujus lenitas, gravitate decenti mixta, plurimum probata. Itaque domum reverſus, Bucerum *Hermanno*, Colonienſi archiepiſcopo, qui jam tum Eccleſiarum emendationem moliebatur, mirificè commendavit & inter omnes idoneum eſſe dixit, cui religionis

Buc... nita... *Com... datu... man... Colo...*

gionis

gionis reformatio rectè committi poſſet. Nam eſſe comprimis doctum, & pacis amantem, & integræ vitæ. Epiſcopus ergo, qui jam antè noviſſet Bucerum, & ipſius opera cogitarat uti, ſignificat, cupere ſe cum eo loqui. Profectus eò Bucerus, anni *quadrageſimi ſecundi* menſe *Februario*, perhumaniter fuit exceptus; inprimis à Groppero: qui precibus ab eo contenderat: ut Bonnâ Coloniam ad ſe veniret. Itaque tum dimiſſus eſt ab Epiſcopo, ut ſuo tempore vocatus, rediret. Principio ergo anni *quadrageſimi tertii* revocatus juſſu Archiepiſcopi, Bonnæ oppido ad Rhenum, circiter quinque ſupra Coloniam milliaribus, cepit docere. Habita deinde deliberatione in conventu; Bucero hoc munus committitur, ut unà cum *Melanchthone*, Wittemberga accerſito, doctrinæ Chriſtianæ capita ſeu formam inſtaurandarum Eccleſiarum conſcribat. Quem librum cum Bucerus & Melanchthon abſolviſſent; Archiepiſcopo exhibuerunt. Hic attentè perlectum ac emendatum Princeps in alio conventu legendum ordinibus dedit. Tum comites, ordo equeſter, & legati civitatum, magno conſenſu librum approbarunt; & polliciti ſunt: ſe ad eam formam Eccleſias inſtauraturos. Sed in collegio Colonienſi, ut ut quidam rectè ſentiebant; tamen πλέονες οἱ κακοὶ in alia omnia iverunt, & edito libro, cui titulus *judicium cleri & Academiæ Colonienſis*, petulanter conviciati ſunt illi doctrinæ, adeò ut affirmarint: *ſub imperio Turcio malle ſe vivere, quàm ſub magiſtratu, qui reformationem illam ſequatur.* Præterea unicè id urſerunt, ut Bucerus, cujus etiam nomen erat exoſum, & alii novitii doctores, loco moverentur. Inter adverſarios facilè primas tenuit, ille ipſe Gropperus: qui ſe poſteà totum à Bucero avertit. Oppugnarunt etiam Bucerum vehementer Theologi Colonienſes: & graviſſimis lacerarunt conviciis. Bucerus contra velle ſe doctrinam illam tueri profeſſus eſt, ubi ubi placeret. Defendit item Bucerum Melanchthon libello in publicum emiſſo, & clerum ad modeſtiam & ſtudium veritatis hortatus eſt. Exitus totius negocii poſt multas difficileſque actiones, tandem hic fuit, ut à pontifice Archiepiſcopus excommunicatus, à Cæſare gubernatione terrarum & omni functione privatus; optimus & piiſſimus ſenex populi ſui rationem habens, alii ceſſerit: atque per totam eam regionem religionis facta immutatio fuerit; & quicquid Bucerus inſtituiſſet abolitum. Anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto*, iterum colloquium *Ratisbonæ* à Cæſare fuit inſtitutum: quo & Bucerus denuò vocatus, atque inter collocutores cum *Joanne Brentio* & *Erhardo Snepfio* fuit nominatus. E pontificiis autem *Petrus Malvenda* Hiſpanus, *Eberardus Billicius* Carmelita, *Joannes Hofmeiſterus* Auguſtinenſis, & *Joannes Cochlæus*. Ibi Bucerus cum *Malvenda* potiſſimum contulit, *de capite juſtificationis hominis peccatoris coram Deo.* Sed cùm varia inciderent impedimenta, & diſſenſio eſſet de Præſidibus: actio tota ſoluta, & bellum Smalcaldium inchoatum fuit. Cum ergo Saxoniæ Dux ſuos revocaſſet; illis diſcedentibus Bucerus etiam, ut acta Landgravio Haſſiæ referret; viceſima Martii abit. Ferunt eo in colloquio Hiſpanum illum ſolitum eſſe longâ declamatione negocium ſuum tractare: Bucerum interea literas huc illuc ſcripſiſſe, cumque alter finem orationis feciſſet, in pauca omnia contraxiſſe, & ex Malvenda, nonne hoc fuit argumentum tuum? quæſiviſſe, illo annuente, ſtatim brevi & acuta ſolutione id diluiſſe. Id cùm ſæpius feciſſet Bucerus, homo promtiſſimi & acerrimi ingenii, quidam ad nomen ejus alludens dixit: **Er heiſt wohl Butzer / ich meyn er hat ihn außgebutzt.** Id etiam non omittendum, ad hoc colloquium cum Bucero permiſſu ſenatus Argentoratenſis profectum eſſe *Joannem Diazium* Hiſpanum, qui ad partes Proteſtantium acceſſerat. Hic poſtea, operâ fratris *Alfonſi*, Cainico planè exemplo, Neoburgi in ſuperiori Palatinatu trucidatus eſt. Hiſtoria vel ex Sleidani commentariis eſt nota.

Malvenda ratio diſputandi.

Ioannes Diazius. A fratre trucidatus Sleid. l. 17. comment.

Anno *quadrageſimo octavo*, poſt bellum Germanicum, cùm juſſu Cæſaris *Julius Pflugius* Epiſcopus Numburgicus, *Michael Heldingus* Sidonius & *Joannes Agricola*, cui à patria, quæ ſibi cum Luthero communis, Islebio nomen; doctrinæ, ceremoniarum, & eccleſiaſticæ emendationis formulam conſcripſiſſent: Brandeburgicus Septemvir, ut erat & rerum Cæſaris, & pacis ſupra modum ſtudioſus, cum ſerio rem agi crederet; communicato cum *Jacobo Sturmio* conſilio, ad Argentinenſes ſcribit; & ut Bucerum ad ſe mittant, rogat. Cæſarem enim poſtquam Pontificem concilium detrectare videat, aliam viam inſtitiſſe: ac demum aliquam ſpem emendationis in eccleſia bonis affulgere. Bucerus cùm Auguſtam veniſſes, ad ſeptemvirum divertit: qui ab Islebio perſuaſus, librum de religione à delectis confectum ferri poſſe; quem moderatione ſumma ſcriptum eſſe dicebat. Eum propterea Bucero evolvendum dat, ut ei ſubſcriberet. Ille, quòd in eo Pontificiam doctrinam conſtitui diceret, probare ſe non poſſe reſpondit, & quantumvis graviter ei ſuccenſente ſeptemviro, & ut ſubſcriberet, omni ope per internuncios contendente, & ſi probaret, ampliſſima dona promittente, à ſententia dimoveri non potuit: magnoque vitæ cum diſcrimine per Wittembergicum agrum, qui tunc ab Hiſpanis paſſim inſidebatur, ſeſe Argentinam recepit.

Scriptores Interim.

Evocatur Bucerus. Auguſtam à Brandeb.

Improbat Interim.

Liber autem ille qui à nonnullis *Interreligio*, ab aliis *decretum religionis*, Germanicè **Religions=Ordnung** & in conſtitutionibus Imperialibus *declaration* **der Religion** indigitatur, capita complectebatur omnia Pontificiæ religioni conſentientia, niſi quod ſacerdotum conjugium non penitùs

damnabat, nec carnis & ſanguinis Chriſti ſub utraque ſpecie communionem omnino rejiciebat: ſed utrumque tolerandum eſſe proponebat: donec de tota re ex concilii ſententia decerneretur. Quo factum eſt: ut is liber, quamvis Cæſar graviſſimis verbis id vetuiſſet, contrariis editis ſcriptis, ab utraque parte impugnatus ſit: inde quidem à *Bucero, Calvino, Caſparo Aquila,* & aliis: hinc à Pontificiis *Roberto Cenali* Abrincarum Epiſcopo, Romæ à quodam ordinis Dominicani, ut vocant, Generali. Poſtea male fabricatum Interim ſæpius incudi eſt redditum: ſed nunquam utrique parti usquequaque placuit.

Interim ab utraque parte impugnatur.

Cum ergo iſte liber Argentinenſibus etjam obtruderetur, & Proteſtantium Theologi paſſim in magno periculo verſarentur; aliique carcere, exilio alii multarentur, commodum accidit, ut fama de Buceri, & collegarum fortuna, in Angliam perferretur, ubi jam ſub Eduardo ſexto rege doctrinæ religionis mutatio facta fuerat. Thomas itaque Crammerus, Cantuarienſis Archi-epiſcopus & Angliæ primas, Buceri fama incitatus, ipſum unà cum *Paulo Fagio*, in Angliam literis honorificè ſcriptis invitat. Cum itaque nulla ſpes melior in Germania affulgeret: Bucerus & Fagius, magiſtratus Argentinenſis voluntate, anno *quadrageſimo nono* ſupra *milleſimum quingenteſimum* * calendis Aprilibus Argentorato, ubi vicennium totum Bucerus docuerat, diſcedunt, & per hoſtium fines in Angliam contendunt: quo etiam media æſtate incolumes appulerunt. Excepti ibi ſunt Germani hoſpites perhumaniter, præſertim ab Archiepiſcopo, inque Cantabrigienſi Academia utrique domicilium conſtitutum, ut ibi ſacrarum arcana literarum explicarent. Stipendium etiam Theologicum *octoginta Anglicorum coronatorum* Bucero eſt triplo auctum, ut honeſtè cum familia inter peregrinos degere poſſet. Et Fagio quidem Vetus inſtrumentum legis, Bucero autem novum explicandum fuit deſignatum. Itaque Fagius à Jeſaia Propheta, Bucerus à Joanne Apoſtolo & Evangeliſta exorſi & aliquouſque uterque progreſſi ſunt. Ut autem commodius & cum dignitate actionibus ſcholaſticis & diſputationibus, pro more ſcholarum, intereſſe poſſet Bucerus: conceſſum eſt ei privilegium totius Academiæ maximo plauſu, id quod ante eum nemini: *ut abſque ullo publico ritu & uſitata ceremonia, quoniam id poſtularat, inaugurаretur.* Poſtea cum *Jungo* Theologo diſputavit, & eum admiratione auditorum ſcripturæ locos, in ſpeciem inter ſe pugnantes, dextrè conciliavit. Præter eruditionem autem Angli quoque in ipſo mirati ſunt vitæ integritatem, veſtitum ſimplicem & modeſtam victus ſobrietatem, laborum tolerantiam, & in variis morbis patientiam.

Argentinenſibus obtruſum.

In Angliã vocatur Bucerus.

** Imo 4. April. ut infra.*

Eo venit cum Fagio.

Cantabrigiæ docere juſſus.

Stipendiũ ejus.

Privilegiũ ei conceſſum.

Diſputat. cum Iungo.

Quid Angli in eo admirati.

Paulo poſt, ut fieri ſolet, ob cœli intemperiem & diætæ mutationem, uterque in graviſſimum incidit morbum: quo etiam Fagius cum ſummo Buceri dolore in autumno, ut diximus, ſublatus eſt. Erat Fagius tum Londini æger, quem Cantabrigiam deportatum ſubſecutus eſt Bucerus, ac Londino ſuum morbum extulit. Morbus autem erat *inteſtinorum dolor, calculus, faſtidium ciborum, alvi ſiccitas, catarrhi copiſi capitis*; jacuit aliquot menſes, nunquam tamen otioſus, adeò ut quando per valetudinem publicè non licebat, domi ſuæ ſcholam aperiret. Ad quintum Id. Januarii, nondum recuperata valetudine, prodiit in publicum & prælegit. Magna ejus in docendo fuit autoritas, doctrina excellens, integritas vitæ, magna prudentia, vox grandis & canora cum orationis forma congruens. Accedebat quoque ejus in notandis hominum moribus modeſta libertas; diligentia tanta; ut dubium, utrum magis ornandus ſit, quod ipſe ſemper occupatus eſſe voluit; aut quod alios otioſos eſſe non permiſit. Sed triginta ferè dies hoc in curriculo ſtudiorum verſatus, relabitur in eundem morbum, è quo ſe paululum recreaverat. Ex hoc quoque cum reſpiraſſet, conceſſum eſt ei; ut ſine omni publico ritu, quod poſtularat, in numerum doctorum theologiæ cooptaretur: ut modò dictum. Idibus Februarii in eum morbum incidit, qui mortem paucis pòſt diebus attulit, in quo ſanctis occupatus cogitationibus aſſiduè cœlum ſuſpirabat, monitus à medicis, ut cibum caperet, renuit. Sed illis inſtantibus; ut cogitaret non ſibi ſe, ſed multorum utilitati eſſe natum: *Geramus igitur morem*, inquit. Subinde precatus Deum; ne pateretur Angliam in ea vitia prolabi; quæ Germaniæ cladem attuliſſent, optavitque; ut quæ ad regem de diſciplina Eccleſiæ ſcripſerat, locum in regno reperirent. Cum *H. Joann. Bradfordus* concionatum iret; ſeque dixiſſet velle in precibus ejus meminiſſe; collacrymans, *Ne*, inquit, *abjicias me Domine in tempore ſenectutis meæ, cum defecerit virtus mea:* tum addidit, *caſtiget fortiter, abjiciet autem nunquam, nunquam abjiciet.* Monitus, ut ſe armaret contra Diaboli impetum: *nihil habeo*, inquit, *cum Diabolo commune, in Chriſto ſolummodo ſum.* Et, *abſit, abſit, ut nunc conſolationes dulciſſimas non experirer.* Cum Bradfordus ad eum veniſſet, & medicorum amicorumque timorem; ne ſcilicet deficiente luna, vires quoque prorſus deficerent, & morbi vi opprimeretur, indicaſſet, porrexiſſe dicitur tres digitos, & oculis in cœlum elatis: *ille, ille*, inquit, *regit & moderatur omnia.* Tandem inter pia vota animam DEO reddidit, die *viceſimo ſeptimo* Februarii, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo*, Cantabrigiæ: cum haberet annos *unum & ſexaginta.* Elatus eſt funere frequentiſſimo omnium ordinum: quippe quod vel *duo* vel *tria hominum millia* deduxerunt.

Nam

Nam & à Procancellario mandatum fuit: ut omnia collegia adeſſent, & dies ſelectus eſt ſepulturæ is, quo maximè populus vacaret. Locus ſepulturæ datus eſt in majori urbis templo, quod D. Mariæ vocant. Concio funebris habita eſt à *Gualtero Haddono*, ante humationem: humato verò corpore *D. Parckerus* eſt concionatus. Hic cùm peroraſſet, diſceſſum eſt, & reliqua celebritas in poſterum diem dilata: quo cùm de more ſacra peracta eſſent, nec dignæ ſatis laudes Bucero tribui potuiſſe viderentur; D. *Redmanno* partes demandatæ ſunt; ut pro concione aliquid de Bucero loqueretur. Carminibus item epitaphiis celebratus à multis eſt: ac præcipuè à duobus *Suffolciis* fratribus, quorum mater ſemper ægrotanti adſedit, & omnia humanitatis officia præſtitit. *Henrici*, ducis Suffolcienſis, Heroicum eſt hujuſmodi:

Vita ſuavis erat multis, vivente Bucero;
Vita peracris erit multis, moriente Bucero.
Voce Dei docuit delectavitque Bucerus:
Morte docet, vitâ docuit, Chriſtum eſſe ſequendum:
Talia diſcenti, nec mors nec vita nocebit.
Hæc pius hic docuit vitâque & morte Bucerus.
Plangite tam charum patrem, vitamque ſequendo
Fingite: ſic cœlum capiet, quos terra tenebat.

Verùm exuvias fidelis Dei, ſerv. hoſtilis rabies quieſcere paſſa non eſt. *Eduardo* enim rege exſtincto, cùm Mari ſoror regnum adepta eſſet, atque Pontificiam doctrinam reſtituiſſet: *Reginaldus Polus* Cardinalis, Pontificis legatus, ut Angliam hæreſi & hæreticis expurgaret, primùm Inquiſitores delegit quinque, qui Academiam Cantabrigienſem reformarent. Hi cùm ſacris interdixiſſent: à procancellario & collegiorum præfectis, eam in ſententiam eſt itum: à legatis Academiæ nomine petendum, ut cadavera *Buceri* & *Fagii* effodiantur. Libello exhibito ac deliberatione habitâ, edictum publicè affigitur, quo ad diem decimum octavum Januarii, qui Buceri & Fagii patrocinium ſuſcipere vellent, adeſſe jubentur: fore, ut quantum ſatis, audirentur. Interea teſtes conquiruntur, qui de hæreſibus ipſorum teſtimonium dicant. Conſtitutâ die 26. Januarii legati in æde D. Virginis locum eminentiorem conſcendunt, ubi confidentibus collegis ſurrexit Ceſtrenſis; & habitâ ad populum circumfuſum oratione ſententiam de ſcripto recitavit: *Bucerum & Fagium hæreſeos damnavit, cadavera effodi, & magiſtratui tradi juſſit.* Promulgatâ ſententiâ *Pernus* quidam multa in Bucerum dixit, quo perorante valvæ templi verſibus, in reos falsè ſcriptis, fuerunt oppletæ. His peractis legati ſententiam condemnationis deſcriptam, & ſigillo Ceſtrenſis Epiſcopi obſignatam Londinum, adjunctis quibusdam verſiculis famoſis, mittunt; unà cum literis, quibus quid actum ſit, Cardinalem edocent; petuntque ut *Breve* de comburendo hæretico ad Smythum prætorem oppidanum mittat. Hic enim negavit quicquam ſe facturum, niſi priùs ſibi cautum de indemnitate eſſet. Interim nuntio in itinere hærente, libros hæreticos perquirunt, unà cum cadaveribus comburendos. Reverſo Londino nuntio cum mandato de comburendis reis, dies ſextus Februarii negocio illi definitur. Hic ubi illuxit, Pernus adſcito Notario Publico ad *D. Michaelis* pergit, ubi Fagius humatus, & evocatos ad ſe parochianos juramento adſtringit, de effodiendis Fagii oſſibus, inque locum ſupplicii deducendis. Item de Bucero, qui in æde *Virginis*, faciendum imperavit. Tum prætor ille oppidanus quosdam cum armis adeſſe juſſit; quibus ſtipata cadavera circumligatis funibus bajulorum humeris impoſita (novis enim erant capulis incluſa) in medium oppidi forum deportant: ubi truncus in terram defixus exſtabat. Huc ut ventum, eriguntur capuli cum cadaveribus, & ex utraque parte lignis circundati longa catena ferrea palo alligantur. Ibi igni ſuppoſito cùm flamma ſe diffudiſſet, magnus librorum numerus in eam conjectus eſt. Hæc dum fiunt, *Watſonus* ſuggeſtum in æde D. Virginis conſcendit: multiſque doctrinam Buceri ac Fagii traduxit. Quarto poſt rurſus * anno, cùm Mariæ mortuæ *Eliſabetha* ſoror ſucceſſiſſet; & Evangelii doctrina Anglis, mirabili rerum viciſſitudine, reddita eſſet, reginâ jubente, *Bucerus* & *Fagius* per legatos regios, & omnes Academiæ ordines, judicio adverſus innocentes publicè reſciſſo, in integrum reſtituti ſunt: adeo quidem; *ut omnis generis laudibus eos celebrarint, martyribus annumerarint, multisque Epitaphiis vitam, mortem, ſepulturam, martyrium, & reſtitutionem deſcripſerint*, atque poſteritati commendarint. Sed hæc, ut & ſcripta utriusque alibi. Nos colophonem Bezæ epigrammate imponemus, quod tale:

Fagii cadaver effoſſum. *Ut & Buceri.* *Comburuntur, unà cum libris.* * 1560. *Reſtituti ambo.* *Beza Epigramma in Bucerū.*

Natales, Bucere, tuos Germania jactat
Natalibus felix tuis:
Quis verò & quantus fueris, tua ſcripta loquuntur,
Ad littus orbis ultimum.
De vita ſi quis rogitet, Germania dicet:
Invita Bucerum expuli.
Aſt ego ſic pulſum (pia dixerit Anglia) fovi,
Tandemque texi mortuum.
Verùm mox eadem (factum ô immane!) ſepulcro
Flammis cremavit erutum.
Fallor ego, totus terrenæ fecis an expers,
Bucere, ſic cœlum tenes?

Argentinâ antequam diſcederet Bucerus die 23. Martii, auditoribus ſuis, de quibus Martin. Cruſius, in lectione Theologica valedixit: rogavitque; *boni conſulerent, quòd tot negociis occupatus, ſæpè turbatè docuiſſet. Magnifaciendos ejusmodi ſcholaſticos conventus.*

Valedictio Buceri Argent.

Nam etſi domi poſſint ſacra legere, tamen vivam vocem plus prodeſſe. Hunc interpretandi morem ſemper in ſcholâ antiquitus fuiſſe, teſte hiſtoria Eccleſiaſticâ. Sequenti hebdomade pro * ipſis docere cepe- runt Doctores Theologiæ *Caſpar. Hedio* & *Joannes Marbachius.* Diſceſſerunt demum 4. die Aprilis in Angliam, non autem calendis Aprilis, ſicut putatum fuit. Interea namque latuerant domi Catharinæ viduæ Zellii. Abiit cum eis Ulmenſis *Matthæus Negelinus* in Angliam, atque inde ipſis mortuis reverſus, plurimos poſtea annos Argentinæ concionator templi Wilhelmitani fuit.

**Bucero & Fagio.*

Matthæus Negelinus.

Ratio docendi Buceri.

In cæteris virtutibus iſtud quoque habuit laudabile Bucerus, quod imitandum eſt. Res quas ad diſputandum propoſuit, in *duas* dividebat *partes*, & *propoſitiones neceſſarias* ſeparabat à *probabilibus*: & hac ratione condocefaciebat τὰ ἀναγκαῖα à probabilibus diſtinguere adoleſcentes: ut ſcirent, quæ retinenda & defendenda eſſent fortiter in Eccleſiâ & Repub. & in quibus largiendum aliquid temporibus neceſſariis. Si verò aliquid pro neceſſario poſuiſſet, & demonſtrabatur ab alterâ parte, probabile eſſe, ita confitebatur; ut ignoraretur, bonitaténe naturæ concederet, an tentandi cauſa poſuiſſet. Solidæ certè eruditionis laudem, ſicut virtus vel in hoſte probanda, etiam ab inimicis tulit. Cùm enim Cardinalis *Contarenus* à *Petro Martyre*, in Germaniam proficiſcente, è conventu illo Ratisbonenſi rediens, interrogatus eſſet de doctis Germanorum viris; reſpondit * ille: *nihil attinet de Philippo, qui notus, dicere: habent Germani & Martinum Bucerum, qui ea ubertate doctrinæ Theologicæ & Philoſophicæ, ea etiam in diſputando ſubtilitate felicitateque eſt inſtructus: ut unus ille omnibus noſtris doctoribus poſſit opponi.* Macte tua ingenuitate Contarene! macte & tu tua laude hac ô Bucere!

Contareni Cardinalis de Bucero judicium.

** Idea pii reg. & principis Urſini p.148.*

Deſumta hæc ſunt *ex epiſtola Nicolai Carri ad Checum, Saxoniæ chronico Chytræi: Sleidani commentariis: Cruſii annalibus Suevicis, conſiliis Theolog. Melanch. Thuani hiſtoria, & aliis.*

OSWALDUS MYCONIUS

† 1552. d.13.Octob. ætat.64.

Lucerna oppidum.

** Lib. 8. Chron. Baſil. c.14.*

Lucerna, Helvetiorum oppido haud ignobili, *Oſvvaldus Myconius*, Germanicè Geißheuſer * Würſtiſii indicio, nominatus, editus eſt ſub annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum octogeſimum octavum.* Prima literarum tyrocinia in patria fecit, inde *Baſileam* venit: ibique artium ac linguarum cognitioni diligentem impendit operam, ſtudioſiſſimus inter alios magni illius *Eraſmi*, deinde & *Henrici Glareani* popularis ſui, quorum utrique contrà ipſe, ob ingenii præſtantiam, egregiamque eruditionem, fuit chariſſimus. Factum hoc circa annum Chriſti milleſimum quingenteſimum decimum quartum.

Eraſmi & Glareani ſtudioſ.

Cognita itaque eruditione ejus Baſileæ primò ludo literario ad *S. Theodorum*, poſtea quoque ad S. Petrum præfectus, in utroque non vulgaris induſtriæ opinione juventutem erudivit. *Baſileâ* interjectis annis aliquot, *Tigurum* vocatus eſt, ut ibi quoque ſcholam moderaretur: Hic cùm triennium adoleſcentiam literas bonas docuiſſet, amicorum operâ in patriam ſuam *Lucernam* vocatus, atque primariæ ejus loci ſcholæ præfectus eſt. Sub id tempus doctrina evangelii paſſim inclareſcebat: quam cùm & ipſe non ſolùm amplecteretur; ſed etiam ex mandato divino, juventuti, quam eâ in ſchola frequentem habebat, inſtillare conaretur, à Lucernatibus Pontifici adhærentibus dimiſſus eſt annò Chriſti, *milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio.*

Tigurum ergo reverſus hoſpitium invenit, ac denuo ibi ludi moderatorem egit. Poſtea cùm Zwinglius in acie occubuiſſet, atque literarum cultores à plerisque civium, ut ſolent, neglectim haberentur, ſub initium anni *milleſimi quingenteſimi trigeſimi ſecundi*, Baſileam repetiit, ubi moleſtiis Ludimoderatorum liberatus, Diaconus ad *S. Albanum* fuit delcaratus. Ibi concionibus habendis officio ſuo functus eſt: cumque *Joannes Oecolampadius* diem ſuum obiiſſet, Myconius Theologicam illius lectionem abſolvit, & Evangelium ſecundum *Marcum* magno cum auditorum applauſu explicavit.

Interea de ſurrogando in locum Oecolampadii paſtore deliberatum. Ibi tum Myconius præter ſuam exſpectationem à ſuperioribus nominatus, & primarius Paſtor Baſilienſis fuit deſignatus, cum per ſemeſtre duntaxat Diaconi munus ſubiiſſet. Hac in vocatione annos ipſos *viginti* cum fide & induſtriâ verſatus eſt, ac docendo & concionando cunctis exſtitit gratiſſimus. Inſignis quippe in eo fuit humanitas, eruditio non vulgaris; facundia verè popularis.

Cum autem certamen illud Euchariſticum de præſentiâ corporis Chriſti in cœnâ, paſſim efferveſceret; Myconius in ſententiam Lutheri haud obſcurè inclinavit, atque ſæpiùs ejus rei cauſas amicis ex verbo Dei explicavit. Inde cum gradu Academico ornatus eſſet nullo, nec fortè ornari vellet; cùm Academiâ Baſilienſi nonnihil ſimultatis ei interceſſit. Tandem ultrò profeſſione abdicata, ſuâ ſorte contentus, ad vitæ usque exitum vixit: qui ei, jam ſenio gravi, contigit, annò *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo*, die *decimo quinto* Octobris, cùm vixiſſet annos *ſexaginta quatuor*; & eccleſiæ præfuiſſet annis viginti, præco Evangelii fidelis, atque gravitate morum conſpicuus. Sepultus eſt Baſileæ in templo cathedrali, ſuccedente ipſi in Paſtoratum *Simone Sulcero*, Theologo celebri: de quo ſuo loco. Scripta ejus quæ edidit duûm ſunt generum. *Primum* eſt *Theologicorum*, ut ſunt, *expoſitio in Evang. Marci* docta & pia: *Enar-*

„ Enarrationes in pſalmum centeſimum primum: *J.* Oecolampadii Catechiſmus è Germanicò in Latinum translatus. *Habuit quoque* expoſitiones in Evangelium ſecundum Matthæum, Lucam & Joannem, *commentaria* in Jeſaiam, Jeremiam & Jonam *prophetas, cum aliis Theologicis, ſed an edita ſint omnia nec ne, ignoramus. Alterum eſt* Philologicorum, *ut* commentarii in Glareani poëma *de ſitu Helveticæ*, ſuaſoria ad ſacerdotes Helvetiæ, *qui Tigurinis malè loquantur, ut male loqui deſinant*, narratio de vitâ & obitu Huldarici Zvvinglii, præfatio in enarrationes Oecolampadii in Matthæum & Marcum, tractatus *vel ſermo* de liberis rectè & ingenuè educandis, de crapula & ebrietate, de fœnore & uſurâ & *alia multa.*

Coronidis & emblematis cujusdam quaſi loco adjicimus carmen *Glareani*, cujus lectionis benevolum Philologum forte non pœnitebit. Id eſt ejusmodi:

Candide, pars ingens noſtrorum, Oſvvalde, laborum,
Seu qualem Alcides, Pirithousve petat.
Surgit Amazonio, pharetrata caterva, flagello:
Et mihi Centauri bella cruenta parant.
Huc ades ô Theſeu, tua opè eſt opus, accipe tela,
Tela cataphractis objicienda malis.
Omnia in hoc mundo vincit patientia longa:
Et labor & probitas, ingeniumque ſagax.
Laudo tuum ingenium, quod & ipſe probavit Eraſmus,
Pallados ille pater, Mœoniique chori.
Socraticis ſe temporibus Plato gaudet Athenis
Natum, atque exuvias ille triumphus habet.
Dictus Alexander felix cognomine Magnus:
Cui naſci obtigerit tempore Ariſtotelis.
Lator ego, quòd temporibus ſum natus Eraſmi,
Gaudeo, & exultans bella trophæa fero.
Ah quotiès ægros comites affatus amicè eſt.
Pabula quanta animæ contulit illa meæ!
Is docuit mores, meliusque infudit Ieſum;
Is docuit cœlum perpetuasque domos.
Et docuit penitùs ſtultum contemnere mundum,
Vexit & ad ſuperos mentem animumque meum.
Quid dare plus poſſet Crœſusve Cyruve roganti?
Quid Calaber dives, quid Sybarisve potens?
Ille hinc digrediens, doctâ ſciotericon umbra
Dona dedit, dextræ, munera eburna, meæ.
Accipe, ait, noſtri monumentum & gluten amoris,
Accipe Phidiacâ dona polita manu.
Umbra tibi vitam notat, & vaga gaudia mundi:
Circulus æthereo ſidera clara polo.
Elige utrum malis, utinam tibi ſidera cordi,
Et, qui ſideribus præſidet, orbis herus.
Accepi lacrymans, nomenque incidere juſſi,
Oſculaque inſculpto terque quaterque dedi.
Sed redeo, gratare tuis, Oſvvalde, Camœnis.
Eſt aliquid, tanto complacuiſſe viro.
Plus certè, quam ſi gelidis mea Muſula metris
Strideat, atque oneret, teque, tuumque caput.
Gratulor & patriæ, venturâ gaudeo vitâ,
Quæ Grajos fonteis, Romuleosque refert.
Helvetios priſcos gentem in fera prælia natam;
Comperimus Grajo verba notaſſe ſtilo,
Atque utinam poſitis etiam nunc refluat armis,
Quicquid apud Grajos, Romulidasque fuit.
Ecce Camillus adeſt, pius ac facundus Eraſmus,
Quo nil candidius Romula terra tulit.
Milos ego, quamvis imbellis, inutilis, æger,
Ære tamen mereo, teque merere velim.
Nec timeas vulgus nebulonum, & inutile mundo,
Nec Chryſippeas, fulmina cæca, faces.
Chare vale, pharetrata fugit tua tela caterva,
Chare vale Theſeu, quo Duce tela dedi.

Henric. Pantal. l. 3. Proſopograph. Wurſtiſius *in Chron. Baſil. l. 8. c. 14. Eraſmi epiſtolæ l. 2. p. 56.*

ANDREAS OSIANDER.

☉. 1552. d. 17. Octob. ætat. 54.

ANdream ** Oſiandrum* Bavaria dedit, die *decimo nono* Decembris, horâ primâ, minutis duodecim poſt meridiem, ſub altitudine poli graduum *quadraginta* novem, anno Chriſti, *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo octavo.* Nomen familiæ, penè * ridiculum, mutavit in *Oſiandri*, unde ſonus non longiſſimè recederet.

** Vernaculè, ut ferunt,* Hoßmann.

** Parens enim fuit.* Hoſen-Enderle. *dictus l. Sturm. Antipappo 4.*

Hic cùm ingenium nactus eſſet acre, facilè & linguas & liberales diſciplinas, adeoque Mathemata ipſa arripuit, ac *Wittembergæ* inprimis in diſcendâ Theologiâ operæ precium fecit. E Bavaris venit *Norinbergam*, ubi cùm Hebraicæ linguæ cognitionem profiteretur, in Auguſtiniano cænobio doctrinæ ſuæ primùm mercedes quasdam accepit, carus ob ingenii acrimoniam ac ſtudium induſtriamque eruditis, præcipuè *Bilibaldo Pircamero*, dignitate, honoribus ſapientia & doctrina præſtanti viro, quos tamen deindè ruſticitate morum & præfractâ animi elatione à ſe plerosque alienavit. Commendatus deinde primoribus civitatis facundiâ ſuâ potiſſimùm, concionibus in æde *Laurentiana* Norinbergæ habendis eſt præfectus, ac quidem primam concionem Evangelicam habuit, anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſecundo*, die *viceſimo tertio* Februarii de ſemine.

Wittembergæ dat Theologiæ operam. Docet Norinbergæ.

Moribus ſuis offendit.

Docet & in templo Evangelium.

Primis itaque contentionibus de religione, cùm monachis, ſuperſtitiones jam corruentes retinere cupientibus, vehementer reſtitiſſet, auctoritatem eſt conſecutus, præſertim quando coram Antiſtite *Papebergenſi* de illis controverſiis copioſè, cum plurimorum admiratione & applauſu, diſputavit.

Reſiſtit monachis.

Interfuit deinde & aliquot Theologorum colloquiis, & anno quidem *milleſimo, quingenteſimo viceſimo nono*, à ſuis ad colloquium Marpurgi inter Lutherum & Helvetios inſtitutum miſſus eſt. Ibi cùm petente Landgravio, ſinguli Theologi concionem habuiſſent, ac Lutherus *de juſtitia coram Deo* diſſeruiſſet:

Intereſt colloquio Marpurgenſi.

Concionem ibi habet de juſtitia coram Deo, ſed mirificam.

Oſiander eundem textum, quem Lutherus explicarat, ſibi tractandum ſumſit; ac de juſtitia tam ſubtilia, Philoſophatus eſt, ut plerique offenſi grandiloquentiâ ejusmodi, *monſtri aliquid alere Oſiandrum* dicantur præſenſiſſe: Lutherum quoque ferunt teſtatum eſſe, *ſe faſtuoſum ſpiritum improbare*. Hæſit hoc in memoria multis, donec monſtrum illud, ut mox dicemus, infelici partu in Boruſſia prodiit.

Adeſt & in Auguſtanis comitiis.

Fuit deinde & in Auguſtanis illis comitiis, quando Carolo V. Auguſto Principes & ordines Imperii fidei ſuæ confeſſionem exhibuerunt: cumque aliis de controverſis religionis capitibus adverſus Pontificios ſuum judicium contulit, & à noſtratibus ſtetit. In Boruſſiam autem hac occaſione pervenit. Norinbergæ anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſecundo* in comitiis eum *Albertus* Marchio Brandeburgicus, ſummus Boruſſiæ Magiſter, concionantem audiens, & privatim familiariter cum eo de doctrina religionis colloquens, primam ſincerioris doctrinæ lucem in ſuo pectore ipſius miniſterio accenſam fuiſſe eſt faſſus. Poſtea igitur promulgato à *Cæſare* Carolo V. *Religionis libro*, quem *Interim* nominabant, cum ſummo in periculo paſſim in Germania pii Doctores verſarentur, & *Bucerus*, *Brentius*, *Snepfius*, *Sarcerius*, & alii, à magiſtratibus ſuis, quibus antè ſervierant, dimitterentur: Oſiander etiam Norinbergam, ubi & dignitatem, & aliquid facultatum erat adeptus, occaſionem relinquendi arripuit, contulitque ſeſe in Boruſſiam, à vetere catechumeno ſuo, *Alberto*, illo Boruſſiæ Duce, invitatus *Regium montem*, ubi Academiam quinquennio ante Dux ille inſtituerat, in qua Theologiam eo tempore docebant, *Fridericus Staphylus* Oſnaburgenſis, vir ingenioſus, qui *ſedecim annos Lutherum & Philippum Wittembergæ audierat*, & ſummum gratiæ locum apud Principem aliquantiſper tenebat, *Petrus Hegemon* Francus, *Joannes Tezelius* concionator in aula Ducis Boruſſiæ, *Melchior Iſinderus* Suidnicenſis, cujus mentem melancholiâ gravi & diuturnâ diſputationes ſecutæ turbarunt: quibus accedebant flagrantibus jam diſſidiis, *Georgius Venetus*, *Ioachimus Morlinus*, *Franciſcus Stancarus*.

Albertus Brandenburgicus.

Venit in Boruſſiam Oſiander.

Fridericus Staphylus.

Melchior Iſinderus.

Eruditio Oſiandri.

Oſiander etſi gradu nullo in ſcholis ornatus, tamen ingenio ac eloquentia excellens, & non ſolùm in Theologia & Hebræa lingua, ſed Mathematicis etiam diſciplinis omnibus, præclarè excultus, & jam recens ac novus hoſpes, à Principe cæteris omnibus dignitate & gratia præferebatur, nec ſolum paſtor veteris oppidi & poſt obitum *D. Georgii à Polentis*, Sambienſis Epiſcopi, præſul Sambienſis; verùm etiam primarius Academiæ Profeſſor conſtitutus, *quatuor prima Geneſeos capita* ſibi enarranda ſumſit, cumque de creatione hominis ad imaginem Dei diſſerens, hanc *imaginem corpoream Filii Dei, ſeu verbi incarnati ſubſtantiam*, interpretaretur: *Viſibilem enim Chriſtum imaginem eſſe inviſibilis Dei, ad cujus ſimilitudinem homo conditus ſit*: addidit loco de imagine Dei, diligenter tractato, effulſurum, quòd, *etiamſi peccatum non introiviſſet in mundum, tamen Filius Dei humanam naturam adſumturus fuiſſet*: ſicut *Alexander de Ales*, *Thomas*, *Bonaventura*, *Gabriel Biel*, ac *Picus Mirandula* olim diſputarant. Hæc cùm variis reprehenſionibus & obtrectationibus collegarum exagitari didiciſſet, peculiari libello typis deſcripto ſententiam de imagine Dei ſuam exponit, & *Filium Dei, etiamſi Adam non peccaſſet, nihilominus incarnandum, ſed non crucifigendum fuiſſe*, decem argumentis ordine explicatis contendit.

Floret gratia apud Principem

Docet in Academiâ Regiomontanâ.

Imago Dei quid Oſiandro.

Filius Dei homo futurus, etſi homo non peccaſſet.

Interea verò gravior multò *de juſtificatione controverſia* exarſerat, quæ priorem obruit. Hanc brevibus ad diſputandam ſententiis primùm Oſiander comprehenſam publicè in ſcholâ proponit, adſerens: „ nos ſolâ eſſentiali Dei juſtitiâ juſtos eſſe: eſſentiali ejus vitâ vivere & victuros eſſe: eſſentiali ipſius gloriâ glorificari: eſſentiali illius charitate ad diligendum Deum & proximum propter ipſum inflammari: & graviſſimè errare omnes, qui putent alia re, quàm ſolo uno & vivo Deo Patre, Filio, & Spiritu ſancto nos poſſe juſtificari, vivificari, glorificari: & glacie frigidiora docere, qui doceant, nos tantùm propter remiſſionem peccatorum reputari juſtos, & non etiam propter juſtitiam Chriſti, eſſentialem & divinam, per fidem in nobis habitantis. „

Cumque ſtatus controverſiæ eſſet, *de definitione, ſeu cauſa formali, quæ res ſit noſtra juſtitia coram Deo*, & hactenus in Lutheri & Philippi ſcriptis, *Iuſtitia hominis peccatoris coram Deo*, diverſo cauſarum reſpectu, & diſſimilibus verborum formis; re autem ipſa eodem redeuntibus definita eſſet: *Remiſſio peccatorum propter Chriſtum, ſeu imputatio juſtitiæ, ſeu non imputatio peccati*, ſeu *acceptatio perſonæ*, ſeu *reconciliatio per Chriſtum Mediatorem*, ſeu *obedientia, paſſio, & mors Chriſti*, ſeu *fides in Chriſtum*: *Oſiander* contrà pertinaciſſime adſeruit, juſtitiam noſtram coram Deo, proprie nihil horum eſſe, ſed *eſſentialem juſtitiam Dei, ſive divinæ in Chriſto naturæ, communem Patri, Filio & Spiritui ſancto*: quæ, cùm per verbum Chriſti corpori inſerimur, in nos influat, & in nobis habitet: qua ſola juſti vivamus, & ad diligendum Deum & proximum impellamur, ſicut ſcriptum ſit, *Jehova juſtitia noſtra*, & Rom. 3. *Iuſtitia Dei in omnes & ſuper omnes, qui credunt.*

In libro contra Melanchthonem: „ cùm quæritur, quid ſit noſtra juſtitia, reſpondendum eſt: Chriſtus per fidem in nobis habitans, eſt noſtra juſtitia, ſecundum ſuam divinitatem; & remiſſio peccatorum, quæ non eſt Chriſtus ipſe, ſed per Chriſtum impetrata eſt, non eſt juſtitia noſtra ſed præparatio & cauſa eſt, quod Deus ſuam juſtitiam, quæ eſt ipſe Deus, nobis exhibet. „ Hanc doctrinam de juſtificatione, Oſiander ſe ab initio repurgatæ Evangelii doctrinæ, conſtanter uno eodemque modo ſonuiſſe adfirmavit, & in comitiis Auguſtanis anni 1530. horta-

hortatorem Philippo, præſente Brentio & Urbano Regio, fuiſſe, ut articulus de juſtificatione, in hanc ſententiam, inſerto teſtimonio Jeremiæ, Jehova juſtitia noſtra, in confeſſione Auguſtanâ conciperetur. Poſtea etiam Smalcaldiæ, cùm Lutherus Joannis dictum: *Omnis Spiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carnem veniſſe, ex Deo eſt*: pro concione tractaſſet, ſe poſtridie eandem ſententiam, in præcipuorum Germaniæ Theologorum frequenti conventu, explicaſſe, quomodo Jeſus Chriſtus, ſeu λόγος Deus incarnatus, per verbum Evangelii fide acceptum & ſacramenta in noſtram quoque carnem veniat, & nos ſibi uniat: atque ita in nobis habitantis ipſius eſſentiali juſtitia & vita, nos juſtos cenſeri, & par ipſum vivificari, & glorificari. Quod non falsò jactitatum ab ipſo eſſe, ex Philippo Melanchthone Chytræus audivit, cùm adderet, Bucerum fortè tum ſibi aſtantem, cum audiviſſet; Oſiandrum proponere, ſe aphoriſmum Joannis, de quo heri non ſatis dictum eſſet, repetere, ac nervoſiùs explicare velle, impudentiam hominis ſummoperè miratum fuiſſe: ſed hæc tum, vel nondum ſatis intellecta, vel alioquin pacis cauſa diſſimulata ſunt, cùm Lutheri magnanimitatem veritus Oſiander, publicis ſcriptis communem doctrinam nondum oppugnaret. In Boruſſiam verò proficiſcens, Uratislaviæ apud D. Moibanum, amicum veterem, jactarat, *Leonem mortuum eſſe, vulpes à ſe floccipendi*, ſed has ipſas præcipuè metuendas ſibi fuiſſe, exitus oſtendit. Verùm animus elatus & ſui confidens, vehemens etiam ac iracundus, in ſumma, *Pelidæ ſtomachus cedere neſcii*, tum ex cæteris ipſius ſcriptis & actionibus tum verò ex epiſtolâ ad *Ioachimum Morlinum*, Theologiæ Doctorem data, elucet. Regium montem Morlinus, ab Erico juniore Duce Brunſuicenſi Gottinga ejectus, paulo ante Oſiandri diſputationem venerat, & cathedrali Eccleſiæ à Duce Boruſſiæ præfectus, rogabatur: ut diſſidia inter Oſiandrum & cæteros Theologos, quæ poſt diſputationem, ut fieri ſolet, velut ventorum procellis inflammatum & auctum incendium, multò graviùs & atrociùs exarſerant, ſedare & componere anniteretur. Videri enim Principi cæteros, odio & invidia magis, quàm juſtis & neceſſariis cauſis, adverſus Oſiandrum incitari. Morlinus, vir doctus & eloquens, nulli operæ & labori, in ſedando & extinguendo incendio parcit, & aliquot hebdomadis, medium ſe inter partes gerens, tandem accepta Principis commiſſione, cum Rectore Academiæ, Theologos omnes, *Oſiandrum*, *Venetum*, *Staphylum*, *D. Petrum* & *Funccium*, Idib. Februarii convocatos, ad Chriſtianam pacem & concordiam fraternam hortatur, & media pacis, de ſtatu controverſiæ, theſibus comprehenſa, proponit, quæ cùm omnes probarent: Morlinus eandem prorſus utriusque partis ſententiam eſſe judicabat, etiamſi Oſiander loquendi formis minùs propriis aut uſitatis uteretur. Id verò Staphylus pernegabat. Mandatum igitur Staphylo & cæteris Theologis, ut quæ in Oſiandri doctrina deſiderarent, ſcripto complecterentur. Hi antilogias, ſeu contrariam Lutheri & diſputationis Oſiandri doctrinam, *quinque antitheſibus* demonſtrant, ad quas reſpondens Oſiander, articulo quarto inquit, ſe conficta ab adverſariis contradictiones, inter Lutherum & ipſum, non videre. Etſi enim ira Dei & ſeveritas, puniens æternis cruciatibus omnes impios, ſuſtineri à nobis nequeat, tamen gratiam, bonitatem, miſericordiam, benignitatem & lenitatem, erga credentes, per verbum & Spiritum ipſius, in credentes, quos Chriſtus inhabitat, influere & implantari poſſe: ita ut ipſis ad juſtitiam imputentur, & ipſi de die in diem magis magisque his virtutibus Deo ſimiles reddantur: atque ita Dei juſtitia & probitas, etiam noſtra juſtitia & probitas exiſtat. Petit etiam à Theologis, ut reſpondeant: *An Chriſtus in utero matris verè & perfectè juſtus fuerit? ac ut ipſi ſuis verbis: quæ res ſit noſtra juſtitia coram Deo, diſertè indicent.* Theologi ſub ſpecie colloquii ſe multipliciter pro concione & libris editis deformari & damnari queruntur, & hæc gravamina tolli petunt: quibus ſublatis ad publicam diſputationem, vel colloquium ſe offerunt, & ad judicium Eccleſiæ provocant, cumque nihil impetrarent, tandem huic actioni renunciant.

Cùm autem Morlinus Oſiandrum ipſum audite enarrantem Pſal. 71. ſententiam: *Memorabor juſtitiæ tuæ ſolius*, à Principe juberetur, ac ſi quid verbo Dei minùs conſentaneum ſentiret, Oſiandrum per literas monere: audito ipſo, ſequentem epiſtolam de totius cauſæ ſtatu & controverſiæ momentis, ad Oſiandrum ſcripſit: quam etſi longiuſculam, tamen hoc loco inſerere operæ precium duximus. Sic igitur Morlinus: *Epiſt. Morlini ad Oſiandrum.*

Gratiam & pacem per Chriſtum.

„ Meminiſti haud dubiè, vir reverende, quam piè & amanter tecum contulerim ſtatim ab initio adventus mei, de juſtificatione hominis peccatoris, ubi ſine Sophiſtica, ſine ullis verborum portentis & præſtigiis, quid ſentiam, candidè & ſincerè explicavi. Totus enim eram tui amore accenſus, ſicut in hunc diem, magnum virum ſuſpicio, & cum admiratione in oculis fero. Scio enim quæ ingentia dona Dominus pro ſua bona voluntate in hoc tuum vaſculum contulerit. Interim cœpit agitari inter nos hoc negotium diligentius, juſſu & mandato illuſtriſſimi Principis. Eram ego totus in ea ſententia, tantum eſſe inanes λογομαχίας & verborum contentiones magis, quam rerum: donec ex magnis viris fide dignis audio, revocari in dubium confeſſionem Auguſtanam. Perculit hoc animum meum, & afficit ingenti dolore. Neque enim ex ſuſpicionibus, quæ ſunt cæcæ, neque ex vulgi rumoribus hauſeram hæc: ſed ex ſummi ordinis viris præſtantiſſimis audieram ipſe. Et tamen cum adhuc ſpes eſſet de concilianda pace: ſperabam omnia, donec tuum ſcriptum,

„ ſcriptum, ſeu reſponſum ad Theologorum „ ἀντιλογίας accepi. In eo videris propoſi- „ tione 4. Juſtitiam noſtram facere, coram „ Deo, novitatem ipſam, infuſam nobis bo- „ nitatem, lenitatem, manſuetudinem, miſe- „ ricordiam: ut ſicut Deus his virtutibus po- „ ſitivè juſtus eſt, ita eandem ſuam juſtitiam „ nobis inſerat, & infundat, atque ita juſti- „ tia noſtra ſit eadem, quæ eſt juſtitia Dei. „ Hæc propoſitio, ut ingenuè & candidè fa- „ tear veritatem, fecit mihi rem totam ſu- „ ſpectam magis. Sed tamen cum propter „ ſuſpiciones nihil omnino in Eccleſia ſit „ movendum, volui audire te ipſum. Ac- „ ceſſi igitur lectiones tuas hoc biduo, in „ quibus hoc primum ſum miratus: quod „ cum ferè per integras duas horas, de juſti- „ tia hominis Chriſtiani, qua peccator coram „ Deo juſtificatur, multa dixeris, nunquam „ tamen memineris Chriſti meriti: ſed illud „ tranſieris fortiter, & reliqueris tanquam „ otioſam & mutam perſonam in theatro. „ Vulnus cordis mei, mi clariſſime D. Oſian- „ der, tibi ingenuè & candidè aperio: ut poſ- „ ſis non mihi ſolum, verum multis aliis et- „ iam hæſitantibus, de te, pro tuo officio „ mederi. Tam non cupio te tantum virum „ perditum, quàm me ipſum, ſalva tamen per „ omnia veritate verbi.

„ Secundò, negas duplicem in Chriſto ju- „ ſtitiam, quod non ego ſolus, verum uni- „ verſa aſſerit ſcriptura. Certum eſt enim, „ Chriſtum à juſto Patre ab æterno, juſtum Fi- „ lium natum etiam ante incarnationem, & „ ſine incarnatione. Poſtea in forma ſervi, „ omnem vitam ejuſdem uſque ad mortem „ crucis, fuiſſe obedientiam Filii erga Pa- „ trem: ſic vocat Paulus Rom. 5. Philipp. 2. „ & Chriſtus ipſe Joann. 6. & 10. item Heb. „ 10. Pſalm. 40. Hanc obedientiam filii eſſe „ juſtitiam & legis conſummationem, nemo „ negare poteſtaut debet.

„ Tertiò, ne igitur de mea ſententia hæſi- „ tes, ſi fortè me non ante ſatis intellexiſti: ſta- „ tuo fortiter, fortiùs, fortiſſimè, & ſum ſuper „ omnia certus: juſtitiam hominis peccatoris, „ non eſſe illam juſtitiam, qua Pater, Filius, „ & Spiritus ſanctus, abſolutè, extra incarna- „ tionem, poſitivè, ſunt juſti, quia eſt hoc ſim- „ pliciter facere beneficium & meritum Chriſti „ in incarnatione merum nihil. Deinde non „ eſſe, novitatem, aut ullas qualitates divini- „ tùs infuſas, vel acquiſitas: ſed eſſe juſtitiam „ Filii incarnati, qui Deus & homo natus ex „ Maria virgine, mortuus propter peccata „ noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem „ noſtram, nobis credentibus in ſuâ perſona „ hoc meritum, cum omnibus ſuis virtutibus „ tribuens per imputationem, extra hanc me- „ diatricem, quæ ab incarnatione incipit, non „ tempore, ſed formâ, nullam aliam audie- „ mus. Quia ad hanc unam & ſolam re- „ mittit nos ſcriptura: cùm de juſtificatione peccatoris loquitur: *Geneſ.* 3. *Semen mu- lieris conteret caput ſerpentis.* Hic non re- „ mittit Deus Adamum ad juſtitiam eſſen- „ tialem Filii, in qua tum quoque erat ju- „ ſtus ab æterno: ſed ad ſemen mulieris, hoc „ eſt, ad Chriſtum incarnatum. „ Ga- lat. 4. Factum ex muliere, factum ſub lege: ut eos, qui ſub lege erant, redi- meret. Sic Geneſ. 22. In ſemine tuo be- nedicentur omnes nationes terræ. Joann. 8. Abraham vidit diem meum. Jerem. 23. & 33. Et hoc eſt, quod vocabunt eam, ſcili- cet virgulam ex David: Jehova juſtitia noſtra. Sic Eſaia. 53. Livore ipſius ſana- ti ſumus. 1. Petr. 1. Ipſius vibice ſanati fuiſtis. Rom. 3. Interveniente ipſius ſan- guine: cap. 4. Mortuus eſt propter pec- cata noſtra, & reſurrexit propter juſtifica- tionem noſtram. Rom. 5. Quemadmo- dum per inobedientiam unius hominis pec- catores conſtituti ſunt multi: ita per obe- dientiam unius juſti conſtituuntur multi: loquitur hic de juſtitia formali, qua juſti „ conſtituuntur: Ea non eſt eſſentialis ju- „ ſtitia Patris, nec obedientia noſtra; quâ „ incipimus legem aliquo modo præſtare, „ ſed obedientia Filii incarnati, in formâ „ ſervi, *Philipp.* 2. *ſic* 1. *Corinth.* 1. „ Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, *& pau- lo poſt*; ex eodem vos eſtis in Chriſto Jeſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, juſti- tia & ſanctificatio. Galat. 3. redemit nos à maledicto factus pro nobis maledictum. Coloſſ. 1. Pacificati per ſanguinem. Item, reconciliavit in corpore carnis &c. Hebr. 10. in qua voluntate ſanctificati fuimus per oblationem corporis. Item: una ob- latione conſummavit in ſempiternum ſan- ctificatos. Deſinam recitare alia quæ „ tibi ſunt notiora, quam ut opus ſit in „ memoriam revocare. Tantum hæc te- „ ſtimonia ideo adjeci: ut audias me, non „ otioſis ſpeculationibus & aliorum calu- „ mniis & detrectationibus, ſed gravi- „ bus & juſtis argumentis moveri. Ac „ peto, vir clariſſime, propter ſan- „ guinem CHRISTI, ut ad hæc mihi „ reſpondeas amicè & candidè. Ego ver- „ mis, pulvis & umbra, te tantum vi- „ rum admoneo, ſed ex animo candido „ & ſyncero. Spiritus Domini gubernet „ te totum, & rapiat ex tuis in ſua, ex „ humanis in divina. Noſtra ſunt caro, „ fœnum, & ſtipula: Dei omnia ſunt, „ verbum, veritas & vita, qui te cuſto- „ diat & gubernet: Amen. 18. Aprilis, „ anno 1551. „ Huic igitur epiſtolæ, ſe- quentibus Oſiander reſpondit: ex quibus, quantumvis brevibus, de ingenio il- lius vehementi judicium ſumi poteſt.

Clariſſi-

Clariſſimo & ornatiſſimo viro D. Joachimo Morlin, Theologiæ Doctori, Paſtori Eccleſiæ Kneiphovianæ, ſuo in miniſterio verbi Dei Collegæ.

Inflixiſti mihi hodie in concione tua non modò acerbum verùm etiam ſceleratum vulnus. Nemo enim aliter intellexit: accedunt literæ tuæ, neſcio an indoctiores, an furioſiores. Verùm ut intelligas quàm me terrueris, audi. Ego mihi vehementer gratulor, quod te inimicum habeam apertum potius, quàm amicum incertum. Agerem aliter tecum, ſed literæ tuæ adimunt mihi ſpem amicitiæ, concordiæ, & tuæ reſipiſcentiæ. Itaque reſpondebo tibi, non ut tu vis, neque quomodo tu vis, ſed quando, & ut mihi commodum videbitur, & oſtendam tibi, DEO adjuvante, coram totius Europæ Eccleſia, aliud eſſe doctum, aliud Doctorem Wittebergenſem, qui oblitus Filii DEI, juravit ſe non diſceſſurum à confeſſione Auguſtana, cum omnis homo ſit mendax, nec excipiatur Philippus. Hæc memori mente reponito. 19. April. 1551.

Hæc cum legiſſet Princeps, jubet nihilominus pergere Morlinum, & literis ad eum, modeſtè & ſine ulla iracundiæ ſignificatione ſcriptis, reſponſum urgere, ſed cum nihilo moderatiùs ille reſcriberet, & jam in concionibus, lectionibus, & ſcriptis editis, alii alios hæreſeos, aliorumque criminum arguerent. Princeps aliam reſtituendæ concordiæ viam ingreſſus, mandat, ne quis ante cognitionem cauſæ alterum condemnet, ſed ſinguli ſuæ opinionis, & ſententiæ ſummam & nominatim de hoc capite: *Quæ ſit noſtra Juſtitia coram DEO?* ſeorſim propriis verbis conceptam, principi offerant, & judicium de illis legitimum exſpectent.

Oſiander, *juſtitiam Dei eſſentialem, quæ eſt Deus Pater, Filius & Spiritus ſanctus noſtram quoq; juſtitiam eſſe* affirmat: *cum per verbum Dei in nos credentes influit, & in nobis habitat, & efficax eſt*, & prolixo libro, qui editus eſt, confeſſionem ſuam expouit. Staphylus contra aſſerit, *aliam eſſe juſtitiam, qua Deus juſtus eſt, aliam qua miſerum peccatorem induit, & juſtum reputat. Hanc, eſſe opus Dei in Chriſto Jeſu, illam creatorem ipſum*: Morlinus, *nihil aliud eſſe juſtitiam noſtram ſeu fidei, quàm acerbiſſimam mortem, innocentem ſanguinem, & reſurrectionem Servatoris noſtri, Jeſu Chriſti*, citatis teſtimoniis Rom. 5. Johan. 16. Eſa. 53. Epheſ. 1. Coloſſ. 1. Rom. 3. aſſeverat. Georgius Venetus, *juſtitiam Chriſti, quæ ſit obedientia Jeſu Chriſti veri Dei & hominis, in paſſione, in morte, qua iram Dei adverſus noſtra peccata, placavit, verè eſſe noſtram juſtitiam coram Deo, cum firma fide eam apprehendimus; & nobis applicamus.* Petrus Hegemon, *tranſitum Chriſti ad Patrem*, ex Joh. 16. Luc. 24.

Hæc ſcripta cùm exhibita eſſent, princeps, etſi diſſimilitudine offendebatur, tamen *Oſiandri confeſſionem de Mediatore Chriſto, & juſtificatione fidei*, prolixè explicatam, prælo ſubjici voluit, ut commodius exempla illius Theologis Regiomontanis, & aliis, ab eo diffidentibus, de illius doctrina judicium laturis, communicari poſſent. Morlinus igitur & cæteri Theologi ſe quoq; ſuas refutationes typis deſcriptas edituros eſſe, nec privatim ampliùs cum Oſiandro, ut volebat princeps, ſcripta commutaturos, oſtendunt.

Staphylus deficit. Interea *Fridericus Staphylus*, qui inter primos ſe Oſiandro oppoſuerat, cùm Wittembergenſes præceptores ſe languidiùs Oſiandro opponerent, & aliter, quàm exiſtimarat, rem geri videret: Vratislaviam ſeceſſit, ac prorſus ad Pontificios defecit. *Franciſcus* autem *Stancarus* Mantuanus Francofordiam ad Oderam migravit, aliudque bellum Theologicum movit. *Morlinus* in acie immotus conſtitit, & lingua calamoque bellum adverſus Oſiandrum geſſit. *Stancarus Francofordiam abit.*

Confeſſio Oſiandri. Confeſſio autem Oſiandri, qua doctrinæ ſuæ de juſtificatione explicationem prolixè & accuratè evolverat, ſtatim ubi typis deſcripta fuit, publicè omnibus veniit, & à Duce Boruſſiæ ad præcipuos ordines, principes, & civitates Auguſtanæ confeſſioni addictas *viginti quatuor*, miſſa, & Theologorum judicio ſubjecta eſt. *Theologorum judicio ſubjecta.* Hi omnes Oſiandri κενοφωνίας unanimiter improbarunt, ſolo *Brentio* & Wittembergenſibus exceptis, qui non judicum, ſed medicorum munus ſibi ſumentes, conciliare potiùs partes inter ſe diſſidentes, quàm alterutram damnare voluerunt.

Melanchthon. de ea ſententia. Moderatiſſima verò omnium & leniſſima fuit *Melanchthonis* reſponſio, erudiendis potiùs priorum mentibus, quàm adverſarii objectionibus & calumniis retundendis, occupata. Hujus auctoritate & nomine clariſſimo, cùm inprimis ſe premi Oſiander videret: refutationem illius Sophiſticæ plenam, inſertis de verbo ad verbum cenſuræ Melanchthonis verbis, edidit: exorſus à calumnioſâ depravatione promiſſionis, quâ in renunciationibus teſtimoniorum publicis Wittembergæ oſtendunt Canditati: *ſe amplecti incorruptam Evangelii doctrinam, & tueri ſymbola ac confeſſionem Auguſtanam, & ſi fortè controverſiæ incidant, deliberaturos cum ſenioribus in Eccleſia Wittembergenſi.* *Iuramentum Candidatorum Wittembergæ.* Hoc juramento tyrannidem & ſeditioſam conjurationem inſtitui calumniantur: ut omnes ex ſolius Melanchthonis, auctoris illius Confeſſionis præſcripto atque interpretatione pendere cogantur. Itaq; in controverſiâ, cum adverſariis ſuis, Philippo juratis, nullius ponderis Melanchthonis ſententiam eſſe. Deinde nullis illum ſcripturæ teſtimoniis doctrinam Oſiandricam refutare; ſed ambiguis verbis idem ferè, quod ipſe, dicere jactat: imò non audere ſententiam ſuam diſertis verbis aperire, quod ſciat, eam verbo Dei non poſſe probari. Prodiit tunc & Joachimi Morlini, & ὁμοψήφων Theologorum liber adverſus Oſiandrum, cujus *titulum* duntaxat, quaſi *ſeptem mendaciis ſcatentem*, Oſiander ſtatim refutavit. *Morlini liber contra Oſiandrum.*

Petita dijudicatio cauſæ. Hortatus eſt Morlinus cùm collegis principem, ut propter gloriam Dei & ſubditorum ſalu-

ſalutem, judicia Eccleſiarum, à ſe requiſita publicari ſinat, tandemque exequatur, & cognitas jam atque indicatas Oſiandri blaſphemias ulterius ſpargi non patiatur, ſibi etiam defenſionem contra Oſiandri invectivas concedat. Princeps Dantiſco demum, quò ad Sigiſmundum II. Poloniæ Regem profectus erat, reſpondit: *Ante judiciorum publicationem Oſiandrum etiam audiri oportere, an rectè eum omnes intellexerint, & an ſufficienter ſua probent, veriſq; fundamentis ſcripturæ Oſiandrica refutent. Videri, neminem ex illis ſibi conſtare, & certò conſtituere poſſe, quæ ſit noſtra juſtitia: non multitudinem, ſed verbum Dei ſpectandum, ſicut ſæpè antea veritatem, pleriſq; errantibus, unus aliquis Paphnut. Athan. Luth. conſervarint. Ideò non properandum eſſe. Melancht. judicium magis pro Oſiandri ſententiâ, quàm contra intelligi poſſe, tametſi non æquivocis illis & ambiguis ſcriptis, ſed ſacra ſcriptura ſola teneri velit. Eam cùm ſolam Oſiander allegat, & ſuam doctrinam inde confirmet, prohibere ſe ipſi conciones & prælum non debere: cùm nec ipſum Morlinum, modeſtè ſe defendentem, impedire, ſed utramq; partẽ audire conſtituerit.*

Principis reſponſio.

Antequam autem princeps Dantiſcum abiret, Oſiander excerpens ex ſingulis cæterorum Theologorum judiciis, quæ in ſpeciem poterat depravare, multis ſimul, quorum nomina primæ paginæ inſcripſerat, reſpondit uno libro, cui titulum Schmeckbier fecit.

Oſiandri reſponſio Schmeckbier.

Reverſus Dantiſco princeps, ſepoſitis omnibus cæterarum Eccleſiarum judiciis, ſolum Wittenbergenſe ſcriptum quod Oſiandrum minus, quàm cætera, prægravare videbatur, velut medium concordiæ propoſuit. Id cùm utraq; pars pro ſe interpretaretur, atrocius & pernicioſius incendium exarſit. Ibi cùm in acie novaculæ Oſiandri adverſarii eſſent conſtituti; quos tanquam turbatores Reip. inquietos, petulantes, ſeditioſos, à magiſtratu è medio tollendos jactitabant, præter omnem exſpectationem *Oſiander paroxyſmo epileptico* proſtratus, poſt paucos dies ex hac vitâ diſceſſit, priuſquam triſtiores tragœdias in Boruſſiâ, & aliis Auguſtanæ confeſſioni conjunctis Eccleſiis, excitaret. De obitu autem ejus cùm varia à variis ſparſa fuerint, adſcribemus narrationem de eo ex Funccii Chronologia, quæ ita habet:

In medio certamine moritur Oſiander.

Anno poſt natum Chriſtum 1552. d. 2. Oct. decumbere cepit reverendus, ac in omni doctrinarum genere excellentiſſimus vir Andreas Oſiander. Qui cùm multis Pſeudodoctorum atq; theologaſtrorum mendaciis atq; calumniis, multiſq; aliorum hominum inſidiis, longo jam tempore ob unicam Chriſti juſtitiam eſſet impetitus: nihil magis optavit, quàm ut Dominus miſeriarum ipſi faceret finem. Quandoquidem non tam innocentiam vitæ ejus, quam puritatem doctrinæ Evangelicæ, quam ipſe eſt profeſſus, omnibus ita eſſe propoſitam conſideret, ut ex ſcriptis à ſe editis ſine magno labore poſſent cognoſci. Deinde & adverſariis ſuis, qui ſcriptis ipſum impugnarunt, magna ex parte ſic reſponſum arbitrabatur, ut quivis verum ſcire volens, facilimè judicare poſſet, quantâ injuria, non dicam, quam impudentiſſimis mendaciis & calumniis bonum virum, contra ſuam ipſorum conſcientiam oneraverunt: quæ tamen propediem magis in lucem venient; cùm & ea quæ reſtant ejus ſcripta, cum deſcriptione totius vitæ ejus in publicum prodibunt. Decubuit ad decimum quartum diem, nihil moleſtè ferens ægritudinem. Spes omnibus erat, eum brevi nobis ſanum atq; incolumem reſtitutum iri, quamvis ipſe aliter ſentiret. Sed nihil neq; nobis, neq; uxori ſuæ, quæ ſenſit, aperiebat; donec manifeſtiſſima mortis ſigna adeſſent. Tunc convocatis ad ſe uxore, & liberis, aliiſq; pietatis atq; verioris Chriſti doctrinæ ſtudioſis viris, animam ſuam Domino noſtro Jeſu Chriſto commendavit, atq; ex hac vitâ deceſſit, die decimâ ſeptimâ Octobris, circa horam quartam, poſt meridiem. Vulgatâ ejus rei famâ per urbem, adverſarii ejus, ſpiritus ſui impulſu, qui eos regit, mendaciis & mortuum proſcindebant, neſcio quæ de ipſius corporis dilaceratione mentientes. Qua impulſus famâ illuſtriſſimus atq; pientiſſimus Pruſſiæ Princeps Dux Albertus ſenior, publico judicio corpus jam humandum diligenter inſpici, ejuſq; conditiones libris judicialibus inſcribi mandavit, præſertim ut mendaces adverſarii haberent ſuorum mendaciorum fructum, nempe pudorem, alii verò veritatis teſtimonium. Quâ pompâ funus ſit celebratum in vitam ejus referemus, his paucis hoc loco indicatis, quod ſepultus eſt ad XIX. Octobris, in magna hominum frequentiâ, præſente Illuſtriſſimo Principe ac Domino, Domino Alberto ſeniore, Marchione Brandeburgenſi, primoq; Pruſſiæ Duce: quem comitabatur totum Gynæcium cum Duciſſâ Pruſſiæ, Domina Anna Maria, atq; ducis filiâ Anna Sophia, &c. Corpus humandum ultra unam horam omnibus conſpiciendum adſtabat in Eccleſiâ parochiali, in qua & docuit, & ſepultus eſt. Quæ mortem ejus porrò conſequentur: dies docebit. Hactenus Joannes Funccius Comment. in ſuam chronologiam lib. X. ſub finem commentariorum.

Narratio obitus illius.

Mortuo itaque Oſiandro non ſtatim etiam dogma ejus mortuum & exſtinctum eſt. Nam *Funccius, Sciurus*, & alii δευτεραγωνισταὶ, id deinceps defenderunt, & princeps edito mandato, juxta Wirtembergenſem cenſuram doceri juſſit. Huic cùm pro concione *Morlinus* eſſet adverſatus, ac auditores, ne parerent, adhortatus, à principe dimiſſus fuit. Quo vix digreſſo, Illuſtriſſimi Principis *Joannis Friderici*, Saxoniæ Ducis, legati, ac in his Theologi *Juſtus Menius* & *Joannes Stolſius* advenerunt. Cupiebat enim optimus ille princeps pro amicitiâ & neceſſitudine fraternâ, quæ utriſque à teneris interceſſerat, amicum Boruſſiæ ducem, ab Oſiandro ſeductum, monſtratis per Theologos ſuos Oſiandri erroribus, in viam veritatis reducere. Cognitis igitur legatorum mandatis, Dux Boruſſiæ Theologos ſuos, *Joannem Funccium* & *Joannem Sciurum*, adhibitis aliis, Oſiandri ſententiæ addictis, confeſſionem fidei ſuæ ſcribere juſſit, quæ

Saxonicis Theologis proponeretur. De qua cum utrinq; ſcripta prolixa Theologi cōmutaſſent, & præſidente *Poppone* Comite Hennebergenſi, etiam collocuti eſſent, tandem *ultra trimeſtre* Regiomonte cōmorati, cùm de ſumma rei non conveniret, ſcriptis judicio Eccleſiæ ſubjectis, re infectâ, diſceſſerunt.

Anno deinde *quinquageſimo quarto*, Dux Boruſſiæ evocatis Tubingenſibus Theologis, à *Chriſtophoro* Duce, petenti miſſis, aliam de pace Eccleſiarum reſtituendâ actionem ſuſcipit: *novam confeſſionem* ſuo nomine ſcriptam, & exteris & ſuis è toto ducatu Regiomontem coactis, proponit. Subſcripſerunt utrinque, niſi quòd *Venetus* * *Hegemon*, & alii Paſtores petiverunt, ut inſuper Oſiandri dogma damnaretur, & ſententia Eccleſiarum executioni mandaretur. Hic juſſi formam executionis præſcribere, cùm deliberatio in aulâ protraheretur, abitum Theologis parantibus, princeps præter expectationem decretum promulgat, quo de juſtificatione ita doceri præcipit: *Juſtitiam miſeri peccatoris in DEI judicio, eſſe remiſſionem peccatorum, paſſione & morte Filii DEI partam, fideq; apprehenſam. Reconciliatos autem fide, renovari etiam oportere per inhabitantem in eis Deum Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, qui novam juſtitiam & vitam in eis inchoët, perficiendam in omni æternitate. Hanc doctrinam, ut majori cum fructu propagent, mandat ut ab omnibus inſectationibus perſonarum abſtineatur, & charitas Chriſtiana cum omnibus colatur. De forma executionis, auditurum ſe eccleſiarum judicia, judicat.* Sic paulatim Princeps reductus, poſteà anno *quinquageſimo quinto* mandatum id repetit; atque, exploratis eccleſiarum de executione ſententiis, ἀμνηςίαν & oblivionem omnium offenſionum ſancit, in qua ipſe Dux, etſi alii ut *pallium Oſiandriſmi*, eam traducerent conſtanter deinde acquievit. Poſt etiam, cùm duæ in ducatu Boruſſiæ epiſcopæ *Sambienſis* & *Pomezanenſis*, reſtitutæ; & reditibus auctæ eſſent: revocati ſunt & iiſdem præfecti, *Sambienſi* quidem *Joachimus Morlinus* ex Brunſuicenſi eccleſiâ revocatus, *Pomezanenſi* verò *Georgius Venetus*, nobili familia Prutenica natus, ex Pomeraniæ oppido *Colberga*, ubi è Boruſſia exul, Superintendentis munere erat functus.

Factum hoc anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſexto*, atque ita tandem bellum id Theologicum ſopitum eſt, ſublatis etiam quibusdam pacis turbatoribus, de quibus Chronica conſulenda.

Fuit Oſiander ſanè ingenio naturaque excellente, & doctrina * multiplice, facultate inſuper præclara in pronunciando, quæ cogitaſſet, inſtructus: tamen non caviſſe apparet, ne oppugnando alios, & ſuſpectam formam doctrinæ callidè introducendo, novas quaſi ſecures impingeret rei Eccleſiaſticæ. Certè ſuo exemplo id, quod Poëta ait, verum eſſe oſtendit:

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Optimum *Melanchthonem* atrocibus contumeliis & conviciis appetivit *: quæ tulit omnia placidiſſimus ſenex animo æquiſſimo: etiam tam inhumaniter acceptus poſtea honorificam ejus fecit mentionem. Narrat alicubi * de diæta ipſius & hæc: *Oſiander ita ſibi abrupit vitam. Solebat incumbere ſtudiis circa horam nonam noctis; & continuabat ea ad primam vel ſecundam usq;. Sæpe eum conveni, cùm eſſemus Auguſtæ in conventu. Manè ſurgebat, quando erat cibus appoſitus ad menſam, deſcendebat de ſcalis, & geſtabat caligas repoſitas in brachiis. Solebam dicere ad eum:* Domine Andrea, Ihr hättet die Suppen ſchier verſchlaffen: *reſpondebat:* Ich weiß die Zeit wohl zu treffen: *& hilariter prandebat ac bibebat: ut Melancholici ſunt voraces. Poſtea ibat deambulatum unam vel alteram horam: tertiâ vel quarta hora legebat vel ſcribebat aliquid; poſtea cœnabat, & circa horam noctis nonam iterum ad ſtudia redibat. Factus eſt tandem hydropicus, id tribuo illi conſuetudini. Quando venit in Pruſſiam, voluit etiam certare cum aulicis bibendo, ſicut poterat largiter bibere, erat enim robuſtus vir.* Hæc Melanchthon. Et cùm uſum auri etiam in medicinis eſſe, non ignorent eruditi: Oſiander hic auream catenam collo geſtaſſe ſcribitur *: ne lepra inficeretur.

* *Inter alia edidit lib. cum tit.* Aderlaſſen *Philippi.*
* *In enarrat. evangelior. part. 4. p. 206.*
Diæta Oſiand.
* *Georg. Fabr. in obſerv. de reb. metallicis.*

Animus autem in eo fuit admodum confidens, & mores nequaquam moderati ac ſuaves. Calvinus levitatem etiam ei exprobrat epiſtola quadam ad Melanchthonem, *qui quoties vinum ſuave & generoſum laudare voluit, has in ore habuit voces:* Ego ſum, qui ſum: *Item.* Hic eſt Filius Dei vivi *quæ manifeſta prodiderunt ludibria.* Præter illa portentoſa dogmata, etiam hoc invexit, quòd de pane Euchariſtico dicere ſolitum Melanchthon ſcribit: *Hic panis eſt Deus.* Quòd quàm ſit ſcripturæ & analogiæ fidei conſentaneum, & quæ paradoxa inde ſequantur, eruditi vident.

Levitas Oſiandro exprobrata.
Hic panis eſt Deus, an rectè dicatur.

Cardanus etiam hoc de ipſo narrat *. *Adoleſcens cùm eſſet, & quartana laboraret, ſub ipſius acceſſionis tempus viſus eſt ſibi in nemore eſſe, atq; à diverſi generis feris ac ſerpentibus appeti. Accedente autem patre ſuo, illicò menti priſtinæ eſt reſtitutus, agnovitq; domum, cubicula, & amicos adſtantes abſq; ullâ formidine. Recedente verò patre, denuò ſpecies illæ animo obverſatæ ſunt, & redierunt imagines omnes.* Perſeveravit hoc malum tantiſper, dum febris illa. Editus fuit aliquando liber diverſis in locis, de Magiſtratu politico, ſine nomine quidē auctoris, ſed quem arrogantia facile prodidit. Ejus exordium fuit hoc: *Quotquot hactenus ſcripſerunt de magiſtratu, omnes aut nihil intellexiſſe, aut turpiter aſſentatos eſſe principibus.*

* *De ſubtil. lib. de Mirabilib.*
Liber de magiſtratu.

Coronidis loco lubet adſcribere verba Melanchthonis, *de inhabitatione DEI in ſanctis*, ad ipſum Oſiandrum: *Evangelium*, inquit *, *ſanctificationem tribuit Spiritui ſancto, & ſæpiſſimè dicitur:* Fide accipi Spiritum ſanctum, *ut ad Galatas:* Ut accipiamus Spiritum per fidem. *Certum eſt tamen ſimul eſſe, Patrem, & Filium, Spiritum ſpirantes ſanctum in corda noſtra, ſicut Filius afflat Apoſtolos & halitu*

* *In conſiliis Theol. part. 2. p. 155.*

largitur Apoſtolis Spiritum ſanctum, Joh. 20. *Ita dicitur* Joh. 14. Veniemus ad eum: *Hæc certiſſima & veriſſima ſunt. Nec eodem modo intelligantur hæ propoſitiones:* Deus eſt ubique, & Deus habitat in ſanctis. *Nam hoc inhabitare ſic intelligitur, quod ibi Pater, & Filius ſpirent Spiritum S. in corda ſanctorum, & luce ac juſtitia nova ſanctificent eos. Ideo Auguſtin ſcripſit:* Fatendum eſt, Deum eſſe ubique per divinitatis præſentiam, ſed non ubique per inhabitationis gratiam.

Auguſtini dictum.

Chriſtus eſt ubiq; quomodo explicandum.

Hinc jam aliæ quæſtiones oriuntur. Tota antiquitas declarans hanc propoſitionem, Chriſtus eſt ubique, *ſic declarat,* Chriſtus eſt ubique perſonaliter. *Et veriſſimum eſt, Filium Dei, Deum & hominem habitare in ſanctis. Sed antiquitas hanc propoſitionem rejicit:* Chriſtus corporaliter eſt ubique. *Quia natura quælibet retinet ſua ἰδιώματα. Unde Auguſtinus & alii dicunt:* Chriſti corpus eſſe in certo loco. *Sic Auguſtinus enim inquit:* „Sic Chriſtus venturus eſt, angelica voce teſtante, quemadmodum viſus eſt ire in cœlum, id eſt, in eadem carnis forma, atque ſubſtantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abſtulit. Secundum hanc formam non eſt putandus ubique diffuſus. Cavendum eſt enim, ne ita divinitatem aſtruamus hominis Chriſti, ut veritatem corporis auferamus.

Lutherus à me interrogatus de loco ad Rom. 8. Si Chriſtus in vobis eſt: *dicebat ſe intelligere, ut antè ſcriptum eſt;* Si Spiritus Chriſti in vobis eſt. *Nec tamen Auguſtini dictum, & ſimilia* (corpus Chriſti eſt in certo loco) *pugnant cum his dictis,* Chriſtus eſt ad dexteram Patris, Chriſtus eſt ubique. *Quia illa arcana exaltatio in regno & ſacerdotio non eſt phyſica localitas: de qua phyſica localitate Auguſtinus loquitur, & benè dicunt veteres:* Chriſtus eſt ubique perſonaliter. *Sed declarationes ſententiariorum frigidiores ſunt. Cùm ſit una perſona Chriſtus, & ſit unum ὑφιστάμενον, liberrimè in ſanctis habitat, juxta illam arcanam exaltationem, quæ eſt ad dexteram Patris. De his tantis materiis oro, ut tuas cogitationes nobis impertias. Vellem à te declarari propoſitionem:* ſedet ad dexteram Patris.

Eſſentiali juſtitia Chriſti ſumus juſti, quomodo accipiendum.

Cum dicis, Eſſentiali juſtitia Chriſti ſumus juſti, *procedis in declaratione ad effectionem:* Eſſentiali Chriſti juſtitia efficitur in nobis novitas, *ut ſi dicas,* eſſentiali vita Chriſti vivificamur. *At noſtræ eccleſiæ non tantum de effectione loquuntur, ſed ubiq; vox divina clamitat,* ſanguine & morte filii Dei placatam eſſe iram Dei. *Et Paulus inquit:* Quem poſuit propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. *Quare propter hoc meritum dicimus, nos habere remiſſionem peccatorum, & reputari juſtos, & ſimul eſſentialem juſtitiam in nobis efficacem eſſe.*

De eadem inhabitatione Dei in ſanctis, Philippus hæc ſcripſit manu ſua in pagella.

Præſentia univerſalis cum creaturis, quæ eſt conſervatio ſubſtantiarum, non nominanda eſt inhabitatio. Sed inhabitatio intelligatur propriè de Eccleſia in hac vita, & poſt hanc vitam, ut Paulus loquitur Epheſ. 3. κατοικῆσαι τὸν χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. *Et fatendum eſt, Deum habitare in cordibus, non tantum ſic, quod ibi ſit efficax, & non adſit ſua ipſius eſſentia, ſed quòd adſit, & ſit efficax. Nec tamen fit unio perſonalis in nobis, ſed Deus ſeparabiliter adeſt nobis ut in domicilio ſeparabili. Velim & ordine exponi, quomodo perſonæ ſint in nobis. Duæ perſonæ miſſæ ſunt, Filius λόγος, & Spiritus ſanctus. Filius proferens verbum oſtendit Patrem in mente, ut ſcias hanc eſſe voluntatem æterni Patris, juxta dictum:* nemo novit Patrem, niſi Filius, & cui Filius volet revelare. *Cum hæc notitia intus adeſt λόγος Filius: & tunc Pater per Filium dat Spiritum ſanctum, qui immediatè efficit lætitiam, qua cor lætatur in Deo. Sic λόγος ad Adam loquitur immediate, & foris ſonat verbum vocale, intus accendit notitiam, & monſtrat Patrem, & per λόγον datur Spiritus ſanctus in cor Adæ, quo lætificatur, & reviviſcere ſe ſentit, & ſcit ſe ex morte liberatum eſſe, & confirmatur, ut ſequentis vitæ miſerias perferre poſſit.* Hoc exemplum eſt illuſtre.

Et hæc ſufficiant de Oſiandro. *Chytræus in Saxonia: Cruſius in annalibus: Thuanus in hiſtoria Auguſta: Conſilia Theologica Melanchthonis: Camerarius in vitâ Melanchth. Funccius in Chronologia.*

CASPARUS HEDIO.

Oppidum eſt Marchionatus Badenſis *Etlinga*, aliis *Poſidonopolis*, à Neptuno, cui *Phorcys* Trojanus ut volunt * delubrum in vertice montis adſiti condidit: quemque incolæ olim inter alios deaſtros coluerunt. Idolum ſanè Neptuni, lapideæ tabulæ inſculptum, ſuperiori ſeculo per eluvionem Rheni erutum conſtat: quod ſupra oppidi portam collocatum, cum epigrammate hujus *Hedionis*, publicè fuit viſum; poſtea de voluntate *Maximiliani* Imperatoris ablatum. Hoc oppidum præter *Franciſcum Irenicum* & alios protulit *Caſparum Hedionem* honeſtis natum parentibus, ac primum *Friburgi* Briſgoiæ, poſtea *Baſileæ* Rauracorum, literis humanioribus excultum. Et *Friburgi* quidem Philoſophiæ Magiſter: *Baſileæ* autem Theologiæ Doctor renunciatus eſt; idque ſub annum *viceſimum, ſeculi decimi quinti.*

Sub idem tempus, vixdum renatâ in Germaniâ evangelii luce, qua & ipſe jam erat colluſtratus: ſummo apud Moguntinos templo eſt præfectus. Sed cùm teneris ibi & delicatis quorundam auribus minus placeret, graveſque ſuſtineret à clero perſecutiones, *Argentoratum* abiit, anno viceſimo tertio, ubi cum *Wolffgango Fabricio Capitone*, & *Martino Bucero*, evangelii rem mirificè juvit, fruſtra frendentibus & ringentibus Pontificiis. Ita enim Nicolaus * Gerbelius: *Evangelio mirificè prodeſt Hedio. Nam ſinceritate vitæ, & gravitate docendi, reliquorum ſententias corroborat. Neq; hactenus atrocioribus*

ribus odiis res acta: ſive quòd acceſſerit Hedio, ſive quòd actam eſſe de rebus ſuis timeant, neſcio. Certè acerrimè ferunt; ſcorta, quæ adeò delicatè amant, tantâ invidiâ degravari, utpote cùm tantopere pro concionibus commendetur conjugii ſanctitudo, contrà nihil deteſtabilius eſſe omnis generis depravatiſſimâ libidinandi conſuetudine. Statim igitur eodem anno ad exitum vergente, ſenatus mandavit concionatoribus, ut Evangelium liberè & publicè docerent, & auditoribus Dei ac proximi amorem inſtillarent, omiſſis tamen ſcommatis, & quæ vel ſcandalo, vel commovendo populo eſſe poſſent. Eodem anno trigeſimo tertio uxorem duxit Hedio & publicè nuptias triceſimâ Maji celebravit, de quibus ita idem Nicolaus Gerbelius †: *Proxima die Lunæ Hedio publicè ante horam octavam nuptias ſuas celebravit, vidiſſes innumeras turbas per omnia compita ſtantes, cùm ingrederentur & egrederentur ad nuptias invitati.*

Quamvis autem non ſolùm Moguntiæ, ſed & Argentinæ, acerrimas à Papæ mancipiis ſuſtinuit perſecutiones, infracto tamen ipſe animo perſtitit, palàm Evangelii veritatem, contra miſſas, indulgentias & alias Monachorum cauponationes confeſſus. Idque non ſolum voce, ſed & ſcriptis fecit. Nam cum anno *viceſimo quarto*, Theologi Argentinenſis cauſas * ſuſceptæ à ſe mutationis, ex ſacris literis, libro edito, reddidiſſent: Hedio non ſolùm ei cum ſuis ſymmyſtis ſubſcripſit, ſed & Theſes aliquot *Conradi Tregeri* paradoxis oppoſuit, & doctrinam, immoto cœleſtium literarum fundamento nixam, fortiter defendit.

Anno *quadrageſimo tertio*, cùm Archiepiſcopus Colonienſis reformationem animo agitaret, præter Bucerum etiam Hedionem accerſivit, ut qui vir eſſet & ingenii valdè ſedati, & ad docendum populum inprimis idoneus. Sed cum Cæſar ſecundo flumine Bonnam veniſſet, non in nullo diſcrimine ambo fuerunt, maximè præſentibus Hiſpanis, & tandem, ſic urgente Cæſare, dimiſſi.

Nec verò tantum in templo ſacra Hedio docuit, aut in ſchola explicuit, ſed & quicquid otii ſubſecivis horis ſuffurari potuit, commentationibus piis, ac hiſtoriarum monumentis illuſtrandis impendit, quorum bona pars foras data, uti mox dicemus. Præclarè itaque de Eccleſia Chriſti meritus, Argentorati finem vivendi fecit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſecundo*, die *decimo ſeptimo* Octobris, non ſolùm præcipuus tunc Eccleſiæ illius Paſtor fidelis juxta ac diligens, ſed egregius etiam philiſtor & polyhiſtor.

Teſtamentum manu ejus ſcriptum, repertum eſt tale: GOTT hat mich ohn meine Sorg leben laſſen / biß uff dieſe Stunde / dazu mir ſeinen lieben Sohn Jeſum Chriſtum zum gewiſſen theuren Pfand deß ewigen Lebens geſchencket. Darumb fahre nun hin meine liebe Seele / du haſt einen treuen Heyland / der dich zu ſeinen Händen auffgenommen hat.

Succeſſit ei in profeſſione *Hieronymus* * *Zanchius* Italus: *Ludovicus* autem *Rabus* in curatione pauperum ſtudioſorum, quorum *quadraginta* ampliùs, piâ ſenatus munificentia in Wilhelmitarum Collegio Argentorati aluntur. Notum eſt epigramma in Hedionem *Nicolai Reuſneri*, quod exſtat ejusmodi:

Seu vis hiſtoricus, fidei ſeu Doctor haberi,
Magne Hedio, rectè nomen utrumq; geris:
Te fidei ſanctæ vocat Argentina fidelem
Myſten; & vocem laudat amatq; tuam.
Te legit Hiſtoricum Germania tota fidelem:
Quum legit hiſtoriâ laudat amatq; tuam.
Mortuus ut jis ergo, ſuperſtes vivis in orbe,
In doctis, hæres ætheris ipſe, libris.

Amicitiam, quæ *vitæ condimentum* eſt *unicum*, coluit ſincerè, cum ſinceris ejus ætatis doctoribus doctisve; inprimis cum collegis, & prætereos cum *Joh. Oecolampadio*, uti epiſtolæ teſtantur, & cum *Nicolao Gerbelio* JC. quod ipſe de ſe hiſce confirmat *: *Mira mihi eſt cum Hedione familiaritas, Hebraica & Græca ſtudia communia, ingeniorum rara quædam æqualitas. Deus faxit, ne malus aliquis diſcordiam interſerat. Scis enim nihil iniquiùs ferre Dæmonem, quàm ſinceras amicitias.*

Scripta Hedionis partim *Theologica* ſunt, partim *Philologica*.

Ex illorum numero ſunt, quæ aut ipſe ſcripſit, aut ab aliis ſcripta emendavit; ut

Sermo de decimis, Moguntiæ habitus:

Smaragdi Abbatis commentarii in evangelia & epiſtolas per totum annum, ex Patribus collecti, quos Hedio è M. S. reſtituit.

Hiſtorica ab eodem edita ſunt:

Hiſtorica ſynopſis, qua Sabellici inſtitutum proſequitur, ab anno 1504, quo Sabellicus pervenit, ad annum uſque 1538.

Chronicon Abbatis Urſpergenſis correctum:

Paralipomena illi addita rerum memorabilium, ab anno 1230. ad annum 1537.

Chronicon Germanicum.

Tranſtulit præterea in Germanicam linguam libros hiſtoricos & alios: ut

Euſebii, Egeſippi, Joſephi:

Chronicon Abbatis Urſpergenſis:

Cuſpiniani Cæſares:

Chryſoſtomi Homil. in Matthæum & Joannem.

Auguſtini quædam opuſcula:

Ambroſii libros officiorum:

Smaragdi Abbatis Poſtillam:

Demogorias Oecolampadii in Epiſtolam Joannis:

Ludovici Vivis de eleemoſynâ:

Philippi Cominæi hiſtorias:

Eraſmi Roterodami, de præparatione ad mortem:

Hermanni Bodii unionem diſſidentium:

Lutheri Commentarios in Pſalmos graduum, & ſi quæ alia.

Marginal notes:

* *De quo in Theologis extraneis.*

Beneficentia Senat. Argent.

Epigramma Reuſneri in Hedionem.

Amici Hedionis.

* *Epiſt. 21. ad Ioh. Schvveb.*

Scripta Theologica

Hiſtorica.

Translata in Germanicam.

Pantal. Candidi epigramma.

Ex his autem breviter ita repetitis apparet, fuiſſe virum bonum, ac memoriâ poſteritatis dignum, uti & *Candidi* illius verè candidi Chriſti ſervi, epigramma monet:

Argentina, tuus Hedio, pia dogmata templis,
Sincerâ docuit, relligione Dei.
Cumq; tibi pietas ſit, priſcaq; gloria cordi:
Non poteris tanti non meminiſſe viri.

Suggeſſerunt nobis hæc de Caſparo Hedione *Pantal. l. 3. Proſopogr. Chytræus in Saxonia: Cruſius in annalibus Suevicis: Sleidanus in Comment. Epiſtola ad Joh. Schvvebelium: Pantaleonis Candidi epitaphia.*

JOANNES ÆPINUS.

⊖ 1553. d. 13. Maji ætat. 54. Hamburga.

JOannem *Æpinum* nobile Germaniæ in litore Baltico emporium *Hamburga* edidit, ſub annum Chriſti *milleſimum, quadringenteſimum, nonageſimum nonum*, atque ab iis, quibus ætas prima imbui debet, ſic ſatis inſtructum, *Wittembergam* extruſit: ubi *Luthero* inprimis præceptore uſus, ad Theologiam omni animi conatu incubuit, linguarum atque humaniorum literarum ſtudio minimè neglecto. Hæc enim πάρεργον ὁδοῦ καὶ ἔργου ſunt, quodcunque doctrinæ genus capeſſas.

Wittembergam miſſus Æpinus.

Anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſecundo*, cùm J. *Bugenhagius* Wittembergâ evocatus, doctrinæ, rituum, & vocationis miniſtrorum Eccleſiæ Hamburgenſis formam deſcripſiſſet, & ſcholam in cœnobio S. *Joannis* conſtituiſſet: *Æpinus* Paſtor ad D. *Petri*, ac biennio pòſt, totius Eccleſiæ Hamburgenſis Superintendens, ut appellamus, pridie Pentecoſtes eſt conſtitutus.

Fit Paſtor Hamburg.

Deinde anno *trigeſimo* idem Æpinus, ut teſtimonium etiam ab exteris haberet, unà cum *Caſparo Crucigero*, & de quo modò diximus, *Bugenhagio*, primus ex Evangelicis ſanctæ Theologiæ Doctor ſalutatus eſt; panegyrin Academicam ipſo Electore illuſtrante.

Doctor renunciatur Wittembergæ.

Anno quarto poſt cùm *Henricus VIII.* Angliæ rex, Papatu abdicato, conjunctionem & auxilia ab urbibus maritimis, quæ Pontificis Romani tyrannidem abjecerant, interque eas ab Hamburgenſibus quoque petiiſſet, miſerunt iſti in Angliam cum Senatoribus, etiam *Æpinum*, ita rege petente.

Vide vitam I. Bugenhagii.

In Angliâ mittitur.

Domum reverſus eccleſiam ſuæ fidei concreditam docuit, & cum à fatali illa Germaniæ clade, *liber Cæſarianus* in publicum exiiſſet, quo nova doctrinæ atque rituum forma ſanciebatur: Æpinus & ſcriptum ipſum refutavit, & Lipſenſium atque Wittembergenſium diſſimulationem animique mollitiem apertè, συμμάχῳ Flacio Illyrico, notavit. Sed hoc diſſidium alibi attigimus.

Oppugnat Interim.

Ad cœleſtem triumphantis eccleſiæ conſuetudinem abit Æpinus, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo quinquageſimo tertio, decimo tertio* Maji; cùm militaſſet in terris annos quinquaginta quatuor, & eccleſiæ præfuiſſet annos circiter viginti. Fuit & hic vir ingenio, varia linguarum, artium & rerum Theologicarum ſcientia magnus, quamvis eruditio ejus, ipſo vivente, latuit ferè, & demum innotuit ſub interreligionis forma. Itaque cùm Melanchthon vidiſſet, quæ Æpinus contra illam formulam ſcripſerat, hujus pluris, quàm ſuas ſolutiones feciſſe perhibetur, autore Chemnitio in locis communibus. Idem *Melanchthon* amicum epigrammate ejuſmodi ornavit, ad effigiem Æpini appoſito:

Moritur.

Eruditio Æpini.

Epigramma Melanchthonis in Æpinum.

Hæc eſt Æpini Doctoris imago Joannis,
Qui docuit caſtè dogmata pura DEI.
Saxonicoq; pios cœtus in littore rexit,
Fulſit & exemplis integra vita bonis.
Urbis ubi Hamburgæ ſtant ardua mœnia claræ;
Maſſiliæ veteris quæ decus omne tenet.
Et ſuperat meliore bono: quod præbet honeſtum,
Et fidum hoſpitium, maximè Chriſte, tibi.
Inde etiam Æpinus, vigilans & pectore firmo
Errorum fucos depulit atq; dolos.
Ergò Deo grates tanto pro munere dico:
Utq; regat ſemper pectora noſtra peto.
Et faciat ſemper nos unum ut ſimus in ipſo,
Æterni gnatus quod petit ipſe Patris.

Plurimis in religionis negotio libris ſcriptis optimè de Republ. Chriſtiana meritus eſt, quorum è cenſu ſunt, *Commentarius in Pſalmum quendam Davidis*, in quo de juſtificatione, de vita Chriſtiani hominis, de votis & juramentis, de conſuetudine impiorum vitanda, de uſuris, de contractibus, de reditibus, de corruptelis in judicio agitur, aliique nonnulli loci diligenter explicantur. Præterea *libellus de ſacris concionibus formandis*, cum aliis ejuſdem argumenti: Liber *de juſtificatione hominis, de operibus legis, de fidei juſtitia, & origine; de fidei diſcrimine & virtute:* De *notis & ſignis juſtificationis fidei* & hominum juſtificatorum, de *imbecillitate & peccatis Sanctorum; de diſcrimine peccatorum:* De *præmiis fidei & bonorum operum:* cum confutationibus argumentorum, quæ ab adverſariis adduci poſſunt. Ejuſdem eſt *enarratio in Pſalmum ſexageſimum nonum*, in qua hæc continentur: *Deſcriptio Meſſiæ & regni ejus, quibus armis mundus Chriſtiano expugnandus & ſubjiciendus ſit: quomodò colligenda catholica Chriſti eccleſia, quod ejus regimen, & quæ ejus defenſio ac propagatio, quæ virtus & efficacia miniſterii:* Brevis explicatio articuli, *De deſcenſu CHRISTI ad inferna:* Item *cur afflictionibus Eccleſia DEI exerceatur: congreſſus eccleſiaſticos ſedulò cuſtodiendos & tuendos* eſſe: *Epitome hiſtoriæ de excidio Judaici regni: Prophetia de Judæorum* abjectione, & *Gentium* electione.

Scripta Æpini.

Pantal. l. 3. Proſop. Chytræus in Saxonia: Geſnerus.

GEOR-

1553. Octobr. t. 47. rapoſi- Mag- urgen- & Miſ- ſis. onicus rsbur- ſis. bertus us. cania.

GEORGIUS PRINCEPS ANHALTINUS.

CUm *Lotharius* Saxo, Imperator * ſapiens & magnanimus, exercitum in Italiam mitteret, ad inteſtinas ſeditiones opprimendas, & ad expellendos Sarracenos, præfecit exercitui *Albertum*, cognomento *Urſum*, natum in familiâ *Comitum de Ballenſtet atq; Aſcania*. *Aſcania* autem arx fuit dicta haud procul Halberſtadio ad ſylvam Hercyniam, ideò quòd petræ tota inciſa ſine materiæ adminiculo, quaſi ohn holtz / Saxonum idiomate. Illius Alberti Aſcanii tanta fuit ſapientia & virtus: ut in Italia partim conſiliis dandis, partim præliando, & domeſticos tumultus ſedarit, & Sarracenos repreſſerit.

milia rchio- m Bran burg. ſtincta.

Poſtea ſecutus *Lotharius*, in Italia expulſis Sarracenis, pacem legibus, judiciis, & præſidiis ſapienter munivit. Cum autem tunc, circa annum *milleſimum, centeſimum, quadrageſimum ſecundum* vetus familia *Marchionum Brandenburgenſium* Electorum extincta eſſet; *Lotharius* Imperator tantum tribuit virtuti *Alberti Aſcanii*: ut & Marchiam & pulcerrimum ἀξίωμα Electorum ei traderet. Nec aliud honorificentius judicium de *Alberto* ab Imperatore, cujus fuit excellens ſapientia, fieri potuit: quàm quod auxit ejus potentiam ditione tanta, & ornavit dignitate, qua non alia pulchrior eſt in genere humano.

gnitas ctoralis berto canio lata, a cum archia.

rnadus ſcanius. nricus elfus.

Huic *Alberto Aſcanio* filii fuerunt cùm alii tùm & *Bernardus*; qui duxit exercitum *Friderici Barbaroſſæ* in Italia. Cum autem *Henricus Guelfus* cognomento ſuperbus, Dux *Saxoniæ* & *Bavariæ* Imperatorem in Italiâ ſeditioſo conſilio deſeruiſſet, & Dux *Henricus* poſtea proſcriptus in Angliam fugiſſet, in tanto Germaniæ periculo, prudentiam, virtutem, & fidem tantam eſſe in *Bernardo Aſcanio* Fridericus judicavit; ut ei & ditionem *Saxonicam ad Albim*, & Electoris ἀξίωμα tradiderit. Ita attributæ ſunt duæ præcipuæ ditiones ad Albim, & quarum ſumma eſt dignitas & autoritas, Aſcaniæ & Anhaltinæ familiæ, quas quidem ampliùs *ducentis annis* magna cum gloria retinuit; ac poſteri *Alberti* & *Bernardi* magna virtute defenderunt illam Germaniæ oram adverſus *Henetos*, *Bohemos*, *Polonos* & *Tartaros*. Aliqui etiam in Syriam duxerunt *Friderici* ſecundi exercitus.

nhaltini rincipes quibus ti.

Certum eſt autem continuâ ſerie ab *Alberto Aſcanio*, & à *Bernardo* Duce Saxoniæ, Alberti filio, ortos eſſe principes Anhaltinos, qui veterem patriam DEI beneficio adhuc poſſident. Fuitque patrum memoriâ præcipue clarus natus in ea familia *Rudolphus Anhaltinus*; qui Imperatoris *Maximiliani* primi exercitus in Italiam duxit, & ſæpè feliciter cum Venetis & Julii Pontificis copiis dimicavit. Vetuſtam nobilitatem, & nomen vetuſtiſſimæ arcis & familiæ Aſcaniæ indicat. *Tuiſcones* enim ab Aſcane dictos, multorum ſcriptorum opinio eſt: qui vocabuli vicinitate moventur; ac delectatus Melanchthon eſt nomine *Aſcanis*, quia à religione exiſtimavit inditam eſſe appellationem illi nepoti Japhet. Nam *Eſch Cohen* ſignificat ſacerdotem ignis. Fuit igitur ille nepos Japhet cuſtos ſacri ignis, videlicet religionis & doctrinæ. Sed hæc vetera mittimus. Extat in hiſtoriis non ſolùm continua ſeries principum Anhaltinorum ſeu Aſcaniorum: ſed etiam rerum honeſtiſſimarum commemoratio, quas geſſerunt; quam hoc loco recitare nimis longum eſſet.

udolphus rinceps nhaltin.

uiſcones nde.

Aſcanis nomen unde.

Parentes Georgii Anhaltini

In hac nobiliſſima familia natus eſt hic Princeps *Georgius*, anno ſalutis humanæ *milleſimo quingenteſimo ſeptimo* die *decimo quarto* Auguſti, patre principe *Erneſto* & matre .... nata in familia Ducum Munſterbergenſium. Fuerunt autem in parentibus cùm aliæ virtutes, tùm verò ſtudium magnum cognoſcendæ doctrinæ de DEO, & vera invocatio DEI. Quare & filios ipſi domi ad agnitionem DEI & ad omnia honeſta officia adſuefecerunt; & doctores eis idoneos quæſiverunt. Erat tunc in Academiâ Lipſica *Georgius Heltus Forchemius*, cujus fuit in formandis ingeniis fides & felicitas eximia, & laudabatur integritas & gravitas in moribus. Hic enim initio erudivit *Joachimum Camerarium*, *Caſparum Crucigerum*, & alios: qui poſteà propter eruditionem in Eccleſia & in gubernatione utiliter vitæ communi ſervierunt. Huic *Georgio Forchemio* commendatus eſt adoleſcens Princeps *Georgius Anhaltinus*, apud quem cùm natura eſſet & doctrinæ avida, & capax, celeriter *Grammaticen*, *linguam Latinam*, *Dialecticen* & *Catecheſin* doctrinæ Chriſtianæ didicit, & ad exercitia invocationis ſtudioſè adſuefactus eſt.

Georg. Heltus Forchemius.

Præceptor deſignatur Georgii Anhaltini

Poſtea de conſilio graviſſimi ſenis, Epiſcopi Merſburgenſis, *Adolphi Principis Anhaltini*, juſſus eſt initia doctrinæ juris conſultorum diſcere, quo in genere tantam præſtitit aſſiduitatem, ut fontes rectè cognoſceret. Atque hîc adjuvabatur non ſolùm à doctoribus, ſed etiam naturæ generoſitate, quæ amabat veritatem, & erat fugitans cavillationum. Videbat, ut in arte, exordia, progreſſiones, & metas, & intelligebat veritatem lucem divinam eſſe, monſtratam generi humano: ut teneatur diſcrimen inter honeſta & turpia, inter bona & mala, & agnoſcatur Deus, & ſciatur qualis ſit, videlicet ſapiens, verax, bonus, juſtus, beneficus, caſtus, vindex ſcelerum. Dicebat DEUM velle nos ſibi adſentiri agnita veritate, præſtigias cavillationum & ſophiſmatum illudere Deo. Et ſæpè illud Salomonis repetebat: *Non decet Principem labium mendax*. Fontes igitur juris quærebat, ac præcipuè *Panormitanum* legebat.

Adolphus Princeps Anhaltin.

Diſcit jurisprudentiam Georg. Anhaltinus.

Veritati adſentiendum.

In hoc tyrocinio cum annos aliquot præparaſſet ingenium, & jam egreſſus eſſet annum *viceſimum ſecundum*, Cardinalis *Albertus*

Elector

Elector Moguntinus, & epiſcopus Magdeburgenſis, natus in familia Marchionum Brandenburgenſium, adjungit eum conſiliariis in aula, ubi jam non in umbrâ, ut in Academia, ſed in judiciis, & in deliberationibus gubernationis, uſum doctrinæ juris conſideravit. Et cum natura eſſet facundus, ſæpè juſſit ejus voce Cardinalis exponi cauſas, quæ erant in deliberatione aut judiciis proponendæ. Ita & induſtria augebatur & confirmabatur judicium. Jam autem certamina de doctrina Eccleſiæ mota erant, & *Tecelius*, qui ſcurrili impudentia venales indulgentias pontificias circumtulerat, & ejus ſatellites *Eccius* & alii, Lutherum aſſiduis ſcriptis & fulminibus Pontificiis cogebant, de fontibus doctrinæ Chriſtianæ multa dicere. Extabant etiam Lutheri explicationes, *de diſcrimine legis & evangelii, de vera pœnitentia, de gratia, de fide, de vera invocatione, de uſu Sacramentorum, de diſcrimine legum divinarum & humanarum, de diſcrimine miniſterii Evangelici, & politicæ poteſtatis.* Hæc ſcripta erant in manibus doctorum & indoctorum, ac ſtudia accendebantur, quia ſuperſtitioſi canones diu fuerant conſcientiarum carnificinæ: & Pontifices & Monachi regno ſuo immoderatè abuſi fuerant. Deſiderabatur etiam Theologia pura & perſpicua, quia labyrinthi Scotiſtarum, & ſimilium, erant inextricabiles. Multi igitur docti & pii adſentiebantur Luthero; & gratulabantur Eccleſiæ illuceſcentem veritatem, alii profani lætabantur laxatione vinculorum quorundam, ut fieri ſolet.

Adjungitur Conſiliariis Moguntini Elect. Georg. Anhalt.

Certamina religionis orta.

Legit ſcripta Luth. Anhaltinus.

Etſi autem legebat & Princeps *Georgius* hæc ſcripta, qui Deum rectè colere cupiebat, & multis piis ſententiis adſentiebatur, tamen, quia verebatur, ne ætatis infirmitate alicubi laberetur, non ſtatim de toto genere doctrinæ pronunciavit. Intereà verò ſimul ardentibus ac adſiduis votis à Deo petivit, flecti pectus ſuum ad veritatem, ac lachrymans ſæpè hæc verba repetivit: *Fac cum ſervo tuo ſecundum miſericordiam tuam, & juſtificationes tuas doce me*, & ſtudioſe legit ſcripta Prophetica & Apoſtolica, & his adjunxit hiſtoriam veteris Eccleſiæ, ſcripta *Auguſtini, Hieronymi & Petri Longobardi*, ac laboris hujus hortatorem & ſocium habebat *Georgium Forchemium*. Et quia fontes in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis cognoſcere cupiebat, addidit linguæ *Græcæ & Hebreæ* ſtudium, tantumq; in Hebræâ profecit, ut par eſſet in ea doctis interpretibus. Sæpè etiam de omnibus controverſiis cum eruditis & ſapientibus diſſerebat.

Preces Georgii Anhaltini.

Studium ejus cognoſcendi veritatem doctrinæ.

Linguas diſcit.

Tandem igitur diu cogitatis omnium ſententiis, cum judicaret eccleſiarum Evangelicarum confeſſionem, conſenſum eſſe veteris Eccleſiæ Catholicæ Dei, traditum in Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis, etſi odia & pericula proſpiciebat, tamen oſtendit palàm ſe amplecti reformatarum Eccleſiarum confeſſionem, & ab adverſariorum conſiliis & ſacrificiis diſceſſit, ſeque totum dedidit precationi & lectioni, & fratres, optimos Principes, cum quibus in tota vita ſic vixit, ut nulla res unquam eorum concordiam labefactaverit, in laboribus gubernationis ſedulò adjuvit. Ac primum communi conſilio cum fratribus inſtauravit Eccleſias in patria, præfecit idoneos paſtores, juſſit rectè doceri populum, abolevit ritus vitioſos, conſtituit ſcholas, attribuit ſtipendia. Ita facta eſt emendatio ſine diſſenſionibus, & ſine ullo tumultu. Et judiciis ac exemplis piorum Principum, multi ad agnitionem veritatis invitati ſunt, multi confirmati. Poſteà & in aliis partibus gubernationis fideliter & utiliter patriæ ſervivit. Deinde vocatus eſt ad eccleſias regendas in *Mersburgenſi Diœceſi* anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo quinto*, cujus ordinationis teſtimonium operæ pretium facturi videmur ſi adſcribamus. Id vero eſt tale nomine omnium in Eccleſiis vicinis Inſpectorum à Melanchthone conſcriptum.

Amplectitur doctrinam eccleſiarum Evangelicarum.

Gratias agimus Deo, æterno Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti, quòd immenſâ bonitate, & inſtituit inde usq; à conditione & reſtitutione generis humani, & ſervat omnibus ſeculis usq; ad reſurrectionem mortuorum, miniſterium Evangelii, & excitat ſubindè idoneos Doctores, ac mandata dedit Eccleſiæ ſuæ, ut vocet idoneos miniſtros, & promittit ſe per eorum vocem daturum remiſſionem peccatorum, Spiritum ſanctum, vitam, & juſtitiam æternam: & oramus eum, ut lucem Evangelii ſui non ſinat extingui, ſed nunc quoq; excitet puræ & ſalutaris doctrinæ Evangelii propugnatores & fideles cuſtodes, & colligat ſibi etiam nunc in his regionibus Eccleſiam, à qua in omni æternitate celebretur. Cùm autem ad hoc miniſterium Evangelii Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Princeps Dominus Georgius, Princeps in Anhalt, Comes Aſcaniæ, & Dominus in Bernburg &c. Præpoſitus Eccleſiæ Magdeburgenſis, ritè ac piè vocatus fuiſſet ad functionem muneris Eccleſiaſtici adjuvandum in Epiſcopatu Mersburgenſi, accerſiti ſunt veteri primarum Eccleſiarum more, viri docti & graves, qui vicinas Eccleſias gubernant, quorum nomina infrà adſcripta ſunt, ut in ipſa Eccleſia Mersburgenſi ad hanc vocationem adderetur publicum teſtimonium ordinationis. Nos igitur convocati, quia certè ſciebamus, hunc Illuſtriſſ. Principem Georgium rectè intelligere, & conſtanter amplecti puram Evangelii doctrinam, quam Eccleſiæ harum regionum una voce, & uno ſpiritu cum catholica Eccleſia Dei profitentur; & eximiam ejus eſſe virtutem & ſanctitatem: Teſtimonium noſtrum de eo, ritu Apoſtolico, impoſitione manuum, declaravimus. Cumq; Paulus Tito præceperit, ut Presbyteros ad docendas & gubernandas Eccleſias paſſim conſtitueret, ſciat hic ordinatus, voce Apoſtolicâ ſibi præcipi in hac functione; ut ſacerdotes ad docendas, & regendas Eccleſias ordinet, & eorum doctrinam & mores inſpiciat, & meminerit ſibi quoq; præcipi à Filio Dei: Et tu converſus confirma fratres tuos. *Et cùm Filius Dei ſedeat ad dexteram æterni Patris, ut ſit efficax per hoc miniſterium: precamur, ut in totâ gubernatione regat, & adjuvet hunc ordinatum, ſicut promiſit inquiens:* Si quis

diligit

diligit me, ſermones meos ſervabit, & Pater meus diliget eum, & veniemus ad eum & manſionem apud eum faciemus. *Et ut hac ſe conſolatione ſuſtentet ordinatus ipſe, hortamur. Etſi enim multa & magna ſunt in gubernatione pericula: nec ulla eſt ſapientia humana par tanto oneri, tamen ſciat, Deum verè adeſſe, & in Eccleſiâ habitare, ubi vox Evangelii ſonat, eamque defendi & ſervari à Deo. Hac fiducia ſuſcipiendi & perferendi ſunt tanti miniſterii labores. Datæ die tertia Auguſti, anno* 1545. *in oppido Mersburg.*

In iſta igitur epiſcope quoque rectè doceri populum curavit, & præfuit Eccleſiis univerſæ regionis Myſorum, fuitque hic ei vitæ curſus; donec ex hac mortali vita ad cœleſtis eccleſiæ ſocietatem vocatus eſt. Vixit caſtè in vita cœlibe, ſine ulla contaminatione; cubiculum ejus erat templum, Academia, & curia. Nam ibi hæc fiebant quotidiè, precatio, lectio, ſcriptio, & deliberationes de gubernatione. Ac ut *Eſdras*, utraque in re patriæ profuit, docuit & confirmavit multos concionibus & editis ſcriptis: & rexit conſilia gubernationis. Neminem ſciens unquam læſit: benefecit privatim & publicè multis: fuit ſuaſor pacis inter Principes; multorum diremit controverſias: abhorruit ab omnibus ſeditioſis, turbulentis, *Alcibiadæis* conſiliis: ab ambitione alieniſſimus fuit. Nunquam ita, vel odium, vel vindictæ cupiditas eum impulit; ut contra juſtitiam faceret; aut tranquillitatem communem turbaret. Injurias multas & magnas excelſo animo condonavit tranquillitati communi; dolores etiam alios ea animi moderatione tulit; ut ſatis intelligi poſſet, eum ſuſtentari invocatione Dei, & acquieſcere in Deo. Norat, ut vir doctus, diſcrimina conſolationum humanarum & divinarum; & ſæpè hæc dicta repetebat: *Subditus eſto Deo, & ora eum; prope eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalvabit.* Studia, dolores, aſſiduitas in gubernatione, precatio, abducebant eum ab omnibus voluptatibus corporis. Ac poſt conſolationes, quas ei cogitatio divinarum promiſſionum, & invocatio adferebant, dicebat: *ſe non habere aliam levationem mœſtitiæ, niſi colloquia optimorum fratrum, & aliorum honeſtorum ac doctiſſimorum virorum, ac delectabatur hoc verſu:*

ἡδὺς φίλυ λόγος ἐςὶ τοῖς λυπυμένοις.

De forenſibus controverſiis diſſerebat cum viris clariſſimis JCtis, ſapientia & virtute præſtantibus, *Hieronymo Schurfio*, & *Ludovico Fachio.* De corporis humani naturâ, de morborum cauſis, & remediis, cum peritiſſimis medicis, *Sebaſtiano Aurbachio, Auguſtino Schurfio*, & *Jacobo Milichio.* De doctrina Eccleſiæ cum *Luthero, Juſto Iona, & Ioanne Bugenhagio Pomerano:* ac multæ eorum diſputationes, plenæ eruditionis & pietatis, auditæ ſunt. Interrogavit aliquando Lutherum; *quomodo invocatio in Eccleſiâ diſcernenda ſit ab Ethnica invocatione, cum & Ethnici non furioſi cogitarint eſſe mentem architectatricem mundi?* Ibi Lutherus reſpondit: *ſemper in invocatione cogitandum eſſe, quid alloquamur, & ſejungendam eſſe noſtram invocationem ab Ethnica, ac præcipua eſſe duo diſcrimina*; alterum *de eſſentia Dei*, alterum *de voluntate*; ac de utroque diſcrimine, mente intuendas eſſe patefactiones divinas in Baptiſmo Filii & alias, ac promiſſiones divinitus traditas. Hanc ipſam ob cauſam prodiiſſe Deum ex arcana ſede; ut in his patefactionibus agnoſcatur, & à commenticiis numinibus procul ſejungatur. Ac *in cogitatione eſſentiæ* hunc Deum, qui Pater eſt æternus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & cum Filio & Spiritu Sancto omnia condidit, & promiſſionem reconciliationis tradidit, eamque ſanguine & reſurrectione Filii obſignavit, compellandum eſſe; ſicut inquit Chriſtus: *qui me videt, videt patrem. De voluntate* etiam cogitare oportere Mediatorem & promiſſiones. Huic veræ invocationi diſſimillima eſt Ethnica ſeu Turcica; quæ negat hunc verè Deum, conditorem rerum eſſe, qui eſt Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ignorat Mediatorem & promiſſiones: ſed dubitat, an & cur nos indignos Deus exaudiat. Taxabat & doctrinam Monachorũm, quæ jubet adferre dubitationem ad Deum, ſicut adferunt Ethnici. Jubebat ſæpe recitare, & ſemper in invocatione cogitare promiſſiones, quia earum cogitatione fides accendenda ſit, & damnabat Enthuſiaſtarum furores; qui abducunt homines à cogitatione ſcriptæ promiſſionis. Dicebat autem hanc doctrinam quotidiè in ardenti invocatione exercendam eſſe. Hic cum rurſus interrogaret Aſcanius *de diſcrimine perſonarum, cur Filius λόγος nominetur, tertia perſona Spiritus?* graviter ingemiſcens Lutherus deplorare calamitates Eccleſiæ cœpit, veteres controverſias repetivit, & execratus eſt diabolicos furores Samoſateni, Arii, & ſimilium, ex quibus orta eſt deinde blaſphemia Mahometica. Deinde & querelam addidit, de negligentiâ ſcriptorum recentium, in quorum diſputationibus verè hoc accidit: ut plura ſint πάρεργα quam ἔργα. Eſt, inquit, Filius integra imago æterni patris & ὑφιςαμένη. λόγος autem dicitur *non ſolum*, quia *Patris ſeſe intuentis cogitatione genitus eſt*; *ſed etiam quia per eum decretum, de toto ordine creationis, & reſtitutionis humani generis dictum eſt.* Hic eſt angelus magni conſilii, proferens admirandum & arcanum decretum, de humana ſalute, ex ſinu æterni Patris; ſonat vocem Evangelii ad Adamum & Evam: ſervat nunc quoque miniſterium Evangelii; dicit conſolationem in cordibus; monſtrat Patrem; reddit nobis vitam: & dat Spiritum Sanctum; qui in cordibus lætitiam, invocationem, & alios tales motus accendit: qualis eſt ipſe; unde & *Spiritus* appellatio eſt, quia tertia perſona ſic nobis patefacta eſt; quòd divinos motus in corde accendit.

Diſcrimen perſonarum in Deitate.

Cur Filius DEI λόγος dicatur.

Cur tertia perſona Spiritus dicatur.

Dictum Salomonis de Filio Dei.

In hanc commemorationem ingreſſus Lutherus multa dicta enarravit: τ ἀρχὴν ὅτι ϗ λαλῶ ὑμῖν. Et in Salomone de Sapientia; *Fui cum eo artifex, ludens in orbe terræ ſuæ, & delectationes meæ cum filiis hominum.* Quid dulcius eſt, inquit, hac ſententia? de Filio enim dicitur, in quo fulget idea opificii mundi, & qui ſe patefecit generi humano editâ voce: ludit mirandis operibus in creatione & in colligenda Eccleſiâ. Quale enim ſpectaculum eſt hominis formatio? qualia ſpectacula ſunt adſumtio naturæ humanæ? liberatio Nohæ in diluvio? populi in Ægypto? reſurrectionis mortuorum, & alia miranda facta? Jam hoc dulciſſimum eſt, quod ait: ſe hominum conſuetudine delectari. Nobiscum adeſt, colligit & ſervat eccleſiam voce Evangelii.

Talia erant argumenta familiarium ſermonum; quoties hi viri conveniebant, quorum erat Aſcanius tanquam ἀγωνοθέτης; nec erat κωφὸν πρόσωπον; ſed ſuum judicium eruditè de controverſiis & de enarrationibus addebat; miſcebat & pia vota; ac Deo gratias agebat cum pro aliis beneficiis, tùm etiam pro hoc: quod depulſis tenebris Papiſticis, quæ ſunt Ethnicarum ſimiles, reddidit nobis Evangelii lucem. *Jonæ*, viro erudito in doctrina Eccleſiæ & in jure, dixerat; videri ſibi ταυτολογίαν eſſe in latina interpretatione inconcinnam & obſcuram; in prima epiſtola Joannis, in capite tertio. *Peccatum eſt iniquitas.* Reſpondit Jonas interpretis negligentia eruditiſſimam definitionem obſcuratam eſſe. Ut enim privationes definiuntur collatione, ut cum dicimus; *tenebras eſſe privationem lucis:* ita Joannem rectiſſimè definire; *peccatum eſſe, quicquid eſt contrarium legi, ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία.* Norma eſt juſtitiæ, lex Dei; quæ eſt ſapientia in Deo æterna & immota, cujus radii transfuſi ſunt in rationales creaturas, & quæ in promulgatione Decalogi repetita eſt. Contraria huic normæ & ſapientiæ ſuæ Deus damnat, & peccata nominat, ac propterea ſontibus iraſcitur, & eos deſtruit. Ac apparet Joannem motum eſſe licentia eorum; qui ex gentibus ad eccleſiam converſi erant, quibus oſtendenda fuit norma: unde judicarent, quæ mala ſint à Deo damnata. Deducit igitur nos ad legem; quam rectè vult intelligi. Delectabatur & ſimilitudine, quam recitabat D. Pomeranus. *Ut annulus magno æſtimatur, & amatur propter gemmam, adamantem, aut ſmaragdum, non propter aurum: ſic dicitur, fide juſtificari homines propter gemmam Filium Dei.* Hanc autem gemmam fide amplectimur. Cum *Joachimo Camerario* diſſerebat de omnium ætatum hiſtoriis, de Imperiorum mutationibus & periodis, & earum cauſis, de motibus cœleſtibus, & de ſiderum effectione.

De loco Ioannis: Peccatum eſt iniquitas.

Lex Dei.

Pomerani dictum de fide juſtificante.

Colloquiũ cum Camerar.

Sophron liber Platoni charus.

Multa & de phraſi in libris Apoſtolicis ſciſcitabatur. Ac ut ajunt Platonem ſic amaſſe γνωμολογικὸν ſcriptum, cui titulus fuit *Sophron*; ut ſub culcitram collocarit; ut in lecto etiam ad manum eſſet: ſic Aſcanius amabat Salomonem & Syracidem; & ſæpè dicebat, *gnomas eſſe eximium ἐφόδιον in vita, & utiles commonefactiones in multis deliberationibus.* Quia verò Syracidæ lectio paſſim corrupta eſt; fuit hortator Camerario: ut ederet emendatam. Sæpè & de ſententiis obſcuris cùm eo diſputabat: ut, cùm in capite quadrageſimo primo dicitur, φύλαξον ἀπὸ σκορπισμοῦ λήψεως ϗ δόσεως, ænigmata inquit lego, & petebat enarrationem. Hic Camerarius ait; factum eſſe verbum ab adagio εἰς κόρακας; & jubere cavendam eſſe expulſionem ſeu delectionem dati & accepti; id eſt, juſtæ compenſationis in contractibus, & in referenda gratia: velle Deum hanc compenſationem non aboleri; quæ & ordo eſt ſapientiæ & juſtitiæ in Deo, & nervus humanæ conſociationis, & ſignificat Deo nos gratitudinem debere. Etſi alii alias interpretationes quærebant; tamen Aſcanius, amans juſtitiam & gratitudinem, hanc Camerarii anteferebat.

Poſtremus etiam actus vitæ Principis Georgii, pietatem ejus & Dei præſentiam oſtendit. Cùm toto ſemeſtri conflictaretur cum morbo moleſtiſſimo: tamen quotidiè piis precibus ſeſe, eccleſiam, optimum fratrem, & cæteros Principes Anhaltinos, Patriam & Germaniam Deo commendavit, deinde lectionem audivit ex Propheticis & Apoſtolicis libris; quantum potuit etiam conſilia gubernationis adhuc rexit. Teſtamentum piè condidit, in quo & confeſſionem ſuam repetivit, & eccleſiarum defenſionem fratri commendavit. Addidit etiam ſingulis paſtoribus eccleſiarum ſuæ ditionis ad annuos reditus frumenti medimnos duodenos. Tandem languefactam naturam ſuperante morbo menſis Octobris die decimo ſeptimo, anima ejus ex hac mortali vita ad cœleſtis eccleſiæ ſocietatem evocata eſt; cum quidem ſeſe vivens quotidiè Filio Dei commendaſſet; & aſſiduè commemoraſſet divinas promiſſiones: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium unigenitum dederit, ut omnis qui credit in eum, non pereat:* item, *Nemo rapiet oves meas ex manibus meis: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis; & ego reficiam vos.* Et tantum tunc animi in eo robur fuit; ut ſatis appareret: in eo lucere fidem ac fiduciam Filii Dei, divinitùs accenſam. Quotidiè enim cùm fratre & aliis de beneficiis Filii Dei, de ſpe vitæ æternæ, & miranda collectione Eccleſiæ ex genere humano, dulciſſimè collocutus eſt. Obiit ita piè Deſſaviæ anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio,* die *decimo ſeptimo* Octobris, cum incoaſſet annum ætatis *quadrageſimum ſeptimum.* Celebrarunt mortuum Principem & Eccleſiæ antiſtitem optimum, clariſſimi Germaniæ Poëtæ, de quibus & Melanchthon his Epigrammatis;

Prin-

Principis Aſcaniâ nati de ſtirpe Georgii,
Quem cernis, tumulus proximus oſſa tegit.
Huic fuit Erneſtus genitor; qui pacis amore
Promeruit patriæ totius eſſe pater.
Matris erat caſtæ Monſterbergenſis origo,
Sincera coluit quæ pietate Deum.
Aſcaniæ gentis virtus eſt clara triumphis,
Ordine quos numerant ſecula longa patrum:
Sed fuit huic fontes doctrinæ diſcere cura;
Quam nobis Gnatus tradidit ipſe Dei.
Hoc ad majorum decus addidit inclyta facta;
Præbuit & Patriæ commoda magna ſuæ.
Eſdras ceu quondam populo jus dixit, & idem
Interpres Solyma legis in urbe fuit.
Principis hic munus ſimul & Paſtoris obivit,
Ipſius & mentem rexit & ora Deus:
Juſtificaque fide capiens tua munera Chriſte,
Solius eſt cujus parta cruore ſalus,
Verâ luce Deum agnovit, precibusq; vocavit,
Numinibus victis mens inimica fuit,
Nec virtutum umbras habuit, ſed pectora rexit,
Ipſa Dei vivens adſimilata λόγος.
Urbibus in multis, flavus quas alluit Albis,
Et quas cœrulei præterit unda Salæ,
Agmina collegit Chriſtum celebrantia: ſpargens
Pura Evangelii ſemina voce ſuâ.
Fidus & ætati venienti teſtis ut eſſet
De Chriſto: patriæ publica ſcripta dedit.
Heic frater lacrymans Joachimus condidit oſſa,
Vivit in aſpectu mens, fruiturque Dei.
O Deus, Aſcaniam ſtirpem rege, numine ſerva,
Nulla venit nobis, te niſi dante, ſalus.

Aliud ejusdem Melanchthonis.

Aſcaniæ ſtirpis virtus eſt clara triumphis,
Ordine quos numerant ſecula longa patrum.
Cæſar in Adriaco quum geſſit littore bellum,
Et fregit Venetas Maximilianus opes,
Duxerat Aſcaniâ natus de ſtirpe Rodolphus,
Fixit & in Veneto multa trophæa ſolo.
Nunc ad majorum decora, hæc laus magna, Georgi,
Accedit, vere Principe digna viro:
Quod ſic doctrinam reliquis virtutibus addis,
Ut verum celebres pectore & ore Deum:
Et Chriſti illuſtres ingentia munera ſcriptis:
Juſtificâ ſupplex quæ capis ipſe fide,
Exemploq; Eſdræ populum dum jure gubernas,
Doctrinæ ſpargis ſemina pura ſimul.
Summe Deus, ſolus qui das felicia regna,
Aſcanios fratres, te precor, ipſe regas!

Fuit hic Princeps rariſſimum à multis ſeculis exemplum, & verè σκεῦος ut Apoſtolus nominat, miſericordiæ, & organum Deo placens, in quo præſentia Dei tùm in ipſius confeſſione & virtutibus, tùm verò in gubernatione conſpecta eſt: quam Deus evidenter adjuvit. Inter cæteras eccleſiaſticæ adminiſtrationis partes, ſingulis annis ſynodos paſtorum ſuæ diœceſeos binas, & in illis latinas orationes graves & utiles habuit à *Melanchthone* præſcriptas, quæ in ipſius Anhaltini & Melanchthonis operibus, omnium piorum lectione digniſſimæ, exſtant. Commendata autem ipſi eccleſiarum illarum cura & inſpectio fuit, ab *Auguſto* duce Saxoniæ, *Mauritii* fratre, cum adoleſcens octodecim annorum Mersburgenſem diœceſin poſt *Sigismundi Lindenaji* obitum adminiſtrandum ſuſcepiſſet anno *quadrageſimo quarto* ſupra *mille quingentos*: ita ut *Auguſtus* in politica, *Anhaltinus* in Eccleſiaſticâ gubernatione conjunctis operis præeſſent.

[margin: …di à … Anh. … e.]

Scripta ipſius Anhaltini quæ extant, & eruditionem ipſius & confeſſionem oſtendunt, cum communi eccleſiarum Evangelicarum confeſſione congruentem; quam pio & graviſſimo judicio amplexus, nunquam ab ea diſceſſit, & fanaticis dogmatibus pugnantibus cum ea confeſſione acerrimè adverſatus eſt. *[margin: Scripta Principis Anhaltini.]* Laudanda eſt & hæc ejus prudentia & diligentia: quod genere ſermonis proprio & perſpicuo uſus eſt, ne ambiguitas, ut ſæpè fit, gigneret diverſas opiniones & diſſidia. Erat autem conſtantiæ vitæ & morum talis: ut verè de eo dici poſſit, quod de integerrimo Imperatore *Marco Antonino* ſcripſit *Dion*: ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη, ἀγαθὸς δὲ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποίητον εἶχεν: *In omni vitâ ſui ſimilis, nec ullâ unquam in re mutatus fuit. Itaque verè fuit vir bonus, nec fictum aut ſimulatum quicquam habuit.* *[margin: M. Anton. elogium.]* Hæc ſumma eſſe bona tum in viris principibus, tum in privatis, ſani omnes intelligunt. Elenchus autem librorum eſt hic: *Oratio conſolatoria de dicto Chriſti*: Nemo rapiet oves meas ex manibus meis, in ſynodo diœceſeos ſuæ recitata: *concio* ἐπιθαλάμιος *Torgæ habita* in nuptiis Auguſti ducis Saxoniæ, & Annæ filiæ Regis Daniæ. *[margin: Scripta Principis Georgii.]* *Conciones quatuor de utraque ſpecie Sacramenti*: in quibus graviſſimis argumentis adverſariorum objecta diluuntur: *Conſolatio ad Wolfgangum fratrem* in morbo: *Conciones duæ de falſis prophetis*, & vero uſu doctrinæ Chriſtianæ, in quibus errores Mersburgenſis Epiſcopi *Sidonii* refellit. *Conciones ejusdem & ſcripta omnia*, complectentia ſummam veræ doctrinæ, quæ traditur in eccleſiis reformatis, è Germanico in Latinum converſa, & utilibus ſcriptis ante non editis aucta: *Tractatus de ritu Apoſtolico ordinationis uſitatæ in eccleſiis purioribus*, additus ad confeſſionem Auguſtanam. *Sententiæ ejusdem de controverſis articulis* editæ operâ Selnecceri. Hoc etiam fortè non omittendum, cùm verè ſit ex rarò contingentibus. Cùm anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo*, menſis Octob. d. XIV. *Auguſtus* Saxoniæ Elector, ſacra nuptialia pararet, cum *Annâ* filia *Chriſtiani* Regis Daniæ: ipſe hic Anhaltinus Princeps, & præpoſitus Magdeburgenſis, matrimonii vinculo Principes copulavit, atque concionem illam ἐπιθαλάμιος, cujus modò meminimus, habuit. *[margin: Princeps Principes conjuges copulat.]* Hoc nihil viſum eſt multis magnificentius, in totâ illâ pompâ nuptiali: & regina mater ſponſæ, filiæ ſuæ mirificè de eo fertur gratulata.

Ex præfatione Melanchthonis in V. tomum Lutheri, Chytræi Saxonâ, epigrammatis Melanchthonis.

AMBROSIUS MOIBANUS.

Θ. 1554. d. 16. Ian. ætat. 60. *Natalis Moibani.* *Pater calcearius.*

URatislaviæ *Ambroſius Moibanus* naſcitur ſub annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum quartum.* Patrem habuit calcearium, civem Uratislavienſem. Puer cùm eſſet ingenio hebetiori; nihilominus indefeſſo ſtudio atque improbo labore, eruditionem ſibi comparavit non proletariam: adeò ut etiam facultate extemporali fundendi carmen valeret.

Ingenii defectum ſtudio ſupplet. *Induſtria ejus & lucubrationes.* *Renunciatur magiſter.* *Et Theol. Doctor.*

Cracoviæ quidem, quo ſe uberioris ingenii cultus cauſa contulerat, lucubrationes quotidiè in multam noctem produxit: ita ut famulo lucernam obſervare juſſo, ipſe à libris non ſurrexerit, ſed ad eos obdormierit. Itaque cùm in omni diſciplinarum genere eſſet exercitatus; *Viennæ* Auſtriæ artium magiſter, *Wittembergæ* poſtea, ubi & Philoſophiæ Profeſſorem aliquantiſper egiſſe dicitur, S. Theologiæ Doctor eſt renunciatus, anno ſupra *milleſimum quingenteſimum viceſimo quinto:* id quod *Lutherus* epiſtola quadam ad *Joannem Heſſum* hiſce * innuit: *Vivit, & redit ad vos D. Moibanus, mi Heſſe, à nobis creatus gentilis cum gentibus, in obſequium fratrum & Evangelii.* Eodem anno, *Uratislaviæ* templum *Eliſabethanum*, operâ *Moibani*, qui *Heſſi* conſilio *Wittembergâ* ad miniſterium Uratislaviam avocatus erat, à fermento Pontificio repurgatum eſt, ſubiitque munus docendi *Moibanus* Senatus populique Uratislavienſis voluntate, licet ab epiſcopo nondum initiatus, anno ætatis ſuæ *trigeſimo primo.*

* *Tom. 2. epiſt. Luth. p. 296.* *Reformat. religion. Vratisl.*

Docet ibi Moibanus.

Iac. à Salza epiſc.

Cùm autem Epiſcopo Uratislavienſi *Jacobo à Salza* ſe ſiſteret, audiit ab eo hæc verba; *ito, & doceto Evangelium Domini noſtri JESU Chriſti, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti.* *Moibanus* itaque cum *Joanne Heſſo*, una mente operâque conjunctâ, primus ibi eccleſiæ doctrinam emendavit, abuſus ſuſtulit, idololatriam & ſuperſtitionem abrogavit, atque ordinem eccleſiaſticum utilem inſtituit. Hanc verò ad rem moderatione magna opus fuit, ne vel doctrinæ novitate animi populi offenderentur, vel rituum eccleſiaſticorum mutatione Pontificii exaſperentur vel regem *Ludovicum* juvenem in ſemetipſi concitarent. Quocirca ante omnia doctrinæ fundamenta ex verbo Dei ambo illi, *Moibanus* & *Heſſus*, jecerunt: Evangelii ac politicæ poteſtatis diſcrimen inculcarunt, & quæcunque ceremoniæ Eccleſiaſticæ, inviolatâ religione, ſervari poterant, eas retinuerunt.

Ejus ad Moibanũ verba. *Primi Evang. doctor. Vratisl. Heſſ. & Moib.* *Reformatio uti ſuſcepta.*

Moderatio Epiſcopi Vratisl.

Adjuvit emendationis opus Epiſcopi quoque moderatio, qui, tametſi ſacerdotum voculis ad vim faciendam ſolicitaretur, à violentia tamen abſtinuit; ne motus majores ſuſcitarentur. *Ferdinandi* etiam regis, qui *Ludovico* in prælio miſerè * interemto, ſucceſſit, mentem Deus ſic flexit: ut contra multorum incitationes, incoatam emendationem non ſolùm non impediret: ſed uſum ejus ad legitimam uſque dijudicationem permitteret. Demandata eſt etiam Moibano una cum *Joanne Morenbergio*, ſcholarum cura & inſpectio, quam cum fide & induſtria obivit, & ipſe in ſcholâ docuit.

Uxorem duxit anno *viceſimo quinto*, quo & *Heſſus*, ut dictum, proxima die Lunæ poſt Cantate, quæ tunc *dies decima quinta* Maji, & nuptias celebravit *Suidnicii* cum *Anna* virgine ex *Bonicorum* familia oriunda. Ex hac filium natu maximum *Joannem* medicum doctiſſimum, pictorem etiam peritum, reliquit: qui multos Galeni locos dextrè emendavit, & eruditè explicavit. Auguſtæ, cum magna rei literariæ jacturâ, mors immatura eum eripuit; ut * alib. dicemus.

Vixit Moibanus eo in officio annis *undetriginta*, cum fide, ac diligentiæ & induſtriæ famâ, obiitque diem ſuum *Uratislaviæ*, anno Chriſti, *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto*, die *decimo ſexto* Januarii, ætatis ſuæ anno *ſexageſimo*, ibidem in æde *Eliſabethana* honorificè ſepultus: cum effigie ſua ad parietem & inſignibus. Orationem de ipſo habuit *M. Ioann. Scultetus*, qui ei ſucceſſit. Fuit vir inſignis pietate, doctrinâ, & ingenii moderatione: charus *Luthero*, *Melanchthoni*, *Camerario*, & aliis ejus ætatis viris piis ac doctis. Conciones ejus Dialecticæ fuerunt & methodicæ, cùm *Heſſi* magis eſſent Rhetoricæ & oratoriæ. De his eſt *Carcheſii* epigramma tale:

Moibani cum Heſſo comparatio.

Naſcitur in lingua Graiis facundia: quidam
Dixerat; aſt itali corda diſerta gerunt.
Sic mihi judicium ſi fas eſt edere noſtrum:
Heſſum lingua juvat: cor Moibanus habet.

Cum aliquando in convivio (licet ipſe conviviis rariſſimè intereſſet) *Georgius Logus* Canonicus Uratislavienſis, genere nobilis, genus ſuum ab ipſo Achille deduceret: *Moibanus*, hominis abſurda arrogantia offenſus, cum alioqui mordere alios non ſoleret: *Eſt ſanè*, inquit, *ut dicis, Logorum familia vetuſta, nam & Terentio logi noti ſunt.*

Exſtant ab eo elucubrata hæc, liber Germanicus, *an communio infantum, quæ apud quoſdam ſervatur, probetur eccleſiæ:* adjunctus ei eſt libellus *Melanchthonis de officio Principis*, cui *Moibanus* hos præſcripſit verſiculos, ad pium lectorem:

Principis officium depingere nemo Philippi
Crede poteſt melius, quàm bene docta manus.
Principis eſt verum cultum defendere Chriſti,
Et ſervare ſcholas, atque alere ingenia.

Catechiſmi capita decem, primùm quibusdam *thematis*, deinde etiam *colloquiis* puerilibus illuſtrata ad *Ioannem F.* una cum oratiuncula

Latina

Latina puellæ cujusdam; de *nativitate Jeſu Chriſti* publicè dicta: cui præfationem Melanchthon præfixit. *Epiſtola gratulatoria ad Balthaſarum à Promnitz* Epiſcopum Uratisl. cum epiſtola *Melanchthonis* ad eundem. *Enarratio Germanica Pſalmi viceſimi noni* de voce Dei, cum præfatione * Lutheri anno *trigeſimo ſexto.* Inſerta eſt illi concioni hiſtoria ruinæ tecti turris Eliſabethanæ, & adjecta alia de horrenda tempeſtate Olſnenſi, anno *trigeſimo quinto.* Cæterùm ut hoc παρέργως adamus, faſtigium illud turris, altum cubitos *centum & novendecim*, corruit in vigilia *Matthiæ* Apoſtoli, hora ſecunda noctis citra damnum civium circumcirca habitantium, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo nono.* Depicta viſitur hiſtoria in illa æde cum hac ſubſcriptione:

Mirabilis in altis Dominus.

Collapſa eſt turris Syloë madefacta cruore,
Pyramide hac noſtra, nemo, cadente, perit.
Nam juſſu Domini exceptam, cui gloria ſoli,
Angelicæ molem depoſuere manus.

Scripta eſt etiam à *Moibano* explicatio mandati Chriſti Marci 16. *Ite in mundum univerſum:* cui itidem præfationem Lutherus præmiſit. Atque hæc de Moibano ex *Dreſſeri chron. Curæi annalibus: D. Sculteti decade* 1. *annal. eccleſiaſticorum, Mel. Laubani M. S. collect. Geſneri bibliotheca, aliis.*

JUSTUS JONAS.

NOrthuſæ*, imperiali *Cheruſcorum* oppido, *Juſtus Jonas* in lucem editus eſt, anno Chriſti, *milleſimo quadringenteſ. nonageſimo tertio,* die *quinto* Junii, triente horæ poſt quintam matutinam. Pater ei fuit vir honeſtus, conſul ejus oppidi, qui cùm peſte eſſet correptus, & cepe abſceſſui impoſitum * removiſſet; idque in ſcamno depoſuiſſet, ſupervenit hic Juſtus filiolus, admodum puer, & cepe totum avidè devoravit; citra tamen ullam contagionem. Ita ſervatus primis literarum elementis in patriæ ludo imbutus eſt, exinde ad ſcholam publicam miſſus juri civili ſe dedidit, in quo & progreſſus fecit non pœnitendos. Verùm conſilio poſtea mutato, ex conſulto humani juris, factus eſt ſacræ Theologiæ, quæ divini juris magiſtra, doctor clariſſimus.

Inciderunt autem ſtudia ejus Theologica in ipſa initia mutatæ religionis: fuitque Jonas hic non tantùm auditor & ſpectator; ſed etiam actor approbatorve eorum, quæ in religionis negocio tunc geſta. Sub annum Chriſti *milleſimum quingenteſimum viceſimum primum*, mortuo *Henningo Gœden* JCto celeberrimo, reique eccleſiaſticæ in collegio omnium ſanctorum *Wittembergæ* præpoſito, *Jonas*, in locum ejus eſt ſurrogatus, doctorque Theologiæ die decimo quarto Octobris ejuſdem anni renunciatus. Ubi, cùm variæ exorirentur quæſtiones, præſertim ſuper *miſſa privatâ*, & ejus abrogatione, ac Princeps Elector Saxoniæ, ne ea res motus excitaret majores, metueret, ipſe cum collegis ac delectis Electori rationem ejus rei reddidit, utque in ipſorum facto, quamvis tunc inſolenti & periculoſo, Princeps acquieſceret, effecit.

Intereſt conventib. Theologor. Interfuit etiam poſtea pleriſque omnibus, qui religionis cauſa inſtituti, conventibus, ſuoque loco, & veritatem tueri, & pacem ſtabilire, ſi qua poſſet, prudenter anniſus eſt. Nam cum ſacrarum literarum peritus, & juris etiam civilis non planè hoſpes eſſet, negocia eccleſiaſtica, quibus politica ſæpè immixta, dexterius aliis adminiſtravit. Itaque anno *undetrigeſimo*, cum *Luthero* & *Melanchthone* ad colloquium *Marpurgi* indictum venit, & anno ſequenti in celeberrimis illis comitiis Auguſtæ celebratis cum eodem Melanchthone adfuit, & negocium religionis adjuvit.

Cæterùm cùm non ſolùm Wittembergæ eccleſiæ paſtor; ſed in Academia ibidem profeſſor eſſet ordinatus, ſacras literas publicè docuit, ac magiſtratus ſcholaſticos, ut moris, geſſit. Itaque ipſo Decano ac promotore anno *trigeſimo tertio*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, die *decimo octavo Junii* Doctoratus Theologiæ honores contulit celeberrimis viris, & benè de eccleſia meritis, *Caſparo Crucigero* Academiæ tunc Rectori, *Joanni Bugenhagio* Pomerano, & *Ioanni Æpino* Eccleſiæ Hamburgenſis Paſtori. *Promovet Doctores Theol.* Fuit panegyris iſta verè auguſta, quam & ipſe Elector Saxoniæ *Joannes Fridericus,* præſentiâ ſua ornavit, & non ſine voluptate *Juſtum Jonam* * perorantem audivit. ** Oratio exſtat t. I. Declam. Melanchth.* Anno deinde *milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono*, cùm *Henricus* Dux Saxoniæ; *Henricus Dux Sax.* qui puriorem Evangelii doctrinam amplexus, & in fœdus Smalcaldicum receptus erat; gubernationem ditionum Georgii in Miſnia & Thuringiâ adiiſſet: ſtatim Eccleſias de Lutheri & collegarum ipſius conſilio emendavit. Ac initium quidem emendationis Lutherus ipſe, habita die Pentecoſtes Lipſiæ concione prima, fecit: viſitationem autem eccleſiarum, theologis, à *I. Friderico* Electore miſſis, *Georgio Spalatino, Juſto Ionæ, Nicolao Amsdorfio* commendavit: *Reformat eccleſias opera Ionæ.* qui doctrinæ normam eſſe librum verbi divini, & inde deductos Auguſtanæ confeſſionis articulos voluerunt. *Ritus qui relicti.* Ritus verò veteres omnes, qui ſine manifeſta impietate tolerari potuerunt, ac in his uſitatas eccleſiæ in miſſâ cantiones, Introitus, *Kyriæ, gloria in excelſis collectas,* lectiones epiſtolarum & Evangeliorum, Symbolum, præfationem, ſanctus, ſolo canone excepto; elevationem etiam & ceteros, veſtitum etiam ſacerdotum retinuerunt.

Albertus, Archiepiſ. Magdeb. Eodem anno *Albertus*, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, ſubditis, civitatibus, & nobilitati, publicum veræ Evangelii doctrinæ exercitium in Magdenburg. & Halberſtadienſi

diœceſi liberè permiſit, collegiis tamen canonicorum & cœnobiis in priſtino ſtatu relictis. Archiepiſcopo autem Moguntiam migrante, ſenatus in ſalinis Saxonicis, ubi aulæ ſedem hactenus habuerat: Juſtum Jonam Eccleſiarum urbis ſuæ inſpectioni præfecit. Wittembergâ itaque relictâ Halæ Saxonum Evangelii doctrinam adſeruit ac propagavit.

Evocatur Halam Saxonum Ionas.

Ibi dum agit, non ſolùm illi Eccleſiæ præfuit profuitque, ſed etiam in conſilium adhibitus ab aliis eſt, quibus vir publici commodi amantiſſimus nunquam defuit. Uſus eſt etiam Jonæ ibi hoſpitio Lutherus, & tum aliàs, tum poſtremo ſuo itinere, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſexto* ad eum divertit, & comitem Islebium uſque ſibi Jonam adſcivit non ſine periculo in flumine. Tandem Deo ad exitum vitæ Lutherum Islebii vocante, Lutherus in Jonæ veluti ſinu animam Deo commendatam reddidit. Poſtea aliquantiſper etiam in aula Ducum Saxoniæ commoratus eſt, atque in acerrimis tempeſtatibus comes conſtantiſſimus fuit filiorum, magni illius Principis, electoris *Ioannis Friderici*. Præfectus denique Eccleſiæ in oppido Eisfeldiæ, in Thuringiæ & Franconiæ finibus, Franciſcarum eccleſiarum in Principatu Coburgenſi inſpector conſtitutus: curriculum ibi vitæ ſuæ placidè abſolvit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quinto*, die *nono* Octobris, cùm annos haberet *ſexaginta tres*. Mortem ejus graviter tulerunt viri docti ac pii, de quibus *Philippus Melanchthon*, amicus ejus præcipuus, *Ioannes Stigelius*, *Camerarius*, *Adamus Sibertus*, qui tale ei monumentum poſuit:

Ejus hoſpitio uſus Lutherus. Ad Lutheri vitam. Adeſt Luthero morienti. Agit in aulâ Ducum Saxon. Præficitur eccleſiæ Eiſfeld. Ubi moritur.

Epitaphiũ à Sibero.

Sepulcri venerare marmor hujus,
Quo Ionas cubat ille Iuſtus: ingens
Muſarum decus: eruditioris
Sincerus pietatis & magiſter.
Hunc Northuſa dedit, docentis ora
Eſt miratus & approbavit ipſe
Lutherus: dolet ac gemit paterque
Albis, Sala paterque: flent ademtum
Omnes judicii elegantioris,
Et bonique viri, piique: cœlo
Ille, colloquio Dei, receptus,
Et Chriſti fruitur beatus ore.

Vir hic fuit ſummi ingenii, ſummæ induſtriæ, ſumma cum pietate vitæque innocentia: Lutheri, dum vixit, πρoαγωνιστὴς καὶ συνεργὸς fideliſſimus eique cariſſimus. In agone accidit eloquentiſſimo & piiſſimo viro, ut animo eſſet admodum puſillo, & ſolatii fere nullius capaci. Itaque famulus partim conſolando partim increpando eum erexit & animavit. Atque ita in luctâ iſta tandem vicit Spiritus ſancti auxilio.

Tom. 2. ep. Luther. p. 246. Ionas vir is eſt: quem oportuit multo pretio emtum & ſervatum in terra. Tentatio ejus in agone.

Amicos habuit viros ſuâ ætate claros pleroſque omnes: & extant ad ipſum aliquot *Eraſmi Roterodami* epiſtolæ, nomine *Iodoci Coci* & *Iodoci Ionæ*, inprimis autem intima ei cum Luthero interceſſit familiaritas. Itaque ut diximus, hoſpitio ejus uſus eſt Lutherus, quoties Halæ Saxonum tranſiret. Aliquando ergo, cum eo veniſſet, & hoſpitio à Jona exceptus eſſet: Lutherus ſub menſam ex eleganti vitro ei propinavit, addito hoc ex tempore diſticho:

Amici Ionæ.

Lut… diſt… ad…

Dat vitrum vitreo Ionæ vitrum ipſe Lutherus:
Ut vitro fragili ſimilem ſe noſcat uterque.

Edita à Juſto Jona ſunt hæc: *Defenſio pro conjugio ſacerdotali*, adverſus *Ioannem Fabrum*, ſcortationis patronum: *Oratio de ſtudiis Theologicis*: Annotationes *in acta Apoſtolorum*: De *miſſa privata* & *unctione ſacerdotum* Martini Lutheri libellus ab ipſo è Germanico in Latinum translatus: *Enarrationes* item *Lutheri in Ionam Prophetam* ab eodem translatæ. Sic Lutheri librum *de Iudæis* & eorum mendaciis Latinum fecit: *De morte Lutheri* etiam ſcripſit contra Wicelium.

Scr… Ion…

Curriculum denique vitæ ejus *Ioannes Stigelius* hiſce elegis circumſcriptè delineavit:

Ion… Sti… epi… ma…

Nomen erat Iuſto: cognomen nobile Ionæ:
Cura evangelium grata docere mihi.
Urbs Hieræ primùm muſas me fovit amantem,
Mox clarum eloquii viribus Albis amat.
Addictum celebri dum me videt ille Luthero,
Ingenio merui nomen habere meo.
Hinc juſta ad celebres egit me cauſa Salinas,
Doctorem excepit Francia læta ſenem.
Et docui, & vixi, monuit velut ante Lutherus:
Pectore ſalvificam faſſus & ore fidem.
Grata meos legit cineres Eſveldia: mortem
Ante homines obii: vivo ſed ante Deum.

Atque hæc de Juſto Jona collecta ex *Sleidani commentariis*: *Chytræi Saxonia*, *vita Melanchthonis à Camerario deſcripta*, *conſiliis Theologicis Melanchthonis*, *Reusneri iconibus*.

CONRADUS PELLICANUS.

O… d. … ipſ… ætat…

Piis & honeſtis parentibus *Rubeaci*, natus eſt *Conradus Pellicanus*, anno *Chriſti milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo octavo*, die Januarii *octavo*, aut circiter. Pater ei fuit *Conradus Kürſner*, oriundus ex oppido Sueviæ imperiali, ad Hercyniam aut nigram, ut vocant, ſylvam, Wyl dicto: mater *Eliſabetha Galla*, civis *Rubeacenſis*, municipii eccleſiæ & epiſcopatus Argentinenſis, in ſuperiori Mundato. Avus paternus etiam fuit dictus *Conradus Kürſner*, ab opificio & gente. Avus maternus *Ioannes Gallus*, plurium liberorum parens; qui ad unum omnes peſte exſtincti, præter filiam *Eliſabetham*, matrem Pellicani, & *Iodocum* Gallum ejusdem avunculum.

Co… Kü… pat… lic…

Io… lu… m…

Io… G… vi…

Iſtum *Iodocum* ſub annum *milleſimum, quadringenteſimum, quinquageſimum nonum*, natum, circa annum ætatis ſuæ *decimum tertium*, cum magnæ ſpei eſſet, *Minores*, in ſuo monaſterio *Rubeaci* cuſtodierunt peſtilenti à lue. Poſt diſcipulus *Wimphelingi* & *Ludovici Friſii*, ſub

Pr… re… G…

ſub iis *Seleſtadii* non parum profecit, poſtea miſſus eſt à Franciſcanis *Baſileam*: ut ſtudia ſua proſequeretur; ſequentibus annis *Haidelbergam* promotus per eosdem, & commendatus eſt honeſto & opulento viro *Regenſpurgero*, Franciſcanorum procuratori. Ibi ſic profecit ſtudio liberalium diſciplinarum deditus, ut una cum duobus filiis hoſpitis ſui æqualibus magiſterii laurea fuerit ornatus. Mox cooptatus in collegium Univerſitatis, præfectus eſt officio regendi *Burſam*, ut vocabant *novam*. Homo laborioſus, diligens, eloquentiæ dedit operam ſub *Rodolpho Agricola*, qui tunc Haidelbergæ agebat, ubi & mortuus apud Minoritas ſepultus viſitur. Promotus eſt iſte *Gallus* ſucceſſu temporis in *Theologiæ Baccalaureum* & *Licentiatum*: atque aliquoties Rector Univerſitatis creatus. Cauſa verò cognominis *Pellicani* mutati hæc fuit. Cùm eo tempore, quo matriculæ Academiæ Haidelbergenſis, à Doctore *Fallante* Rectore inſcribendus cognomen adjicere deberet familiæ *Kürſiner*, adfuit *Iodocus* ille *Gallus* avunculus, ac dixit, *tu non pellio es; neque pellionis filius; non igitur pellio cognominaberis, ſed potius Pellicanus*: atque ſic inſcriptum invenitur illic, anno *milleſimo, quadringenteſimo primo*, in Principio Maij. Hic Doctor *Pallas*, in exſequiis *D. Margarethæ* uxoris *Philippi* Palatini, orationem habuit funebrem, poſtea typis mandatam, cum carmine quodam ejusdem duciſſæ, matris multorum Ducum, compoſito à fratre Pellicani *Leonhardo*. Cujus tetraſtichon etiam extat inter *Wimphelingii* diſcipulos, in libello *de inſtituenda juventute*, aliquoties excuſo. Doctor *Pallas Spangel* obiit anno *milleſimo, quingenteſimo duodecimo*, die *decimo ſeptimo* Julii, ad Spiritus ſancti ſepultus, cum tali epitaphio Latino & Germanico:

Conſilio pollens, largus rerum, ore diſertus,
Doctor erat Pallas, hac tumulatus humo.

Du Pallas waſt geſchuckht und wert/
Treu/ fromm/ gerecht/ und hoch gelehrt/
Aigener Nutz dich nye hat genehrt/
Die Kirch und Hochſchul haſt gemehrt/
Dyn hab und gut all dran gekehrt/
Sie wahren beyd din wohll geehrt/
O Herr hilff daß er ſey gewert/
Und ihm miltiglichen wert beſchert/
Dyn Reich/ daß er hertzlich begert.

Leonhardus autem ille *Pellicanus*, natu minor, anno *milleſimo, quingenteſimo primo*, cum patre, & aliis fratribus, & ſororibus ejus, peſte exſtinctus eſt. Mater vidua vixit *viginti ſeptem* annis, cum unica filia, ſorore ejusdem *Eliſabetha*, quæ nupſit *Theobaldo Wolffharto*, qui conſul & quæſtor multis annis *Rubeaci* fuit, & ex ea duos filios ſuſtulit, *Conradum Lycoſthenem* ex ſcriptis notum, & *Theobaldum*.

Conradus autem *Pellicanus* anno *milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto* cepit ſcholam frequentare, ſub modeſto & fideli magiſtro *Stephano Klegero* Tigurino, qui primus ei præceptor obvenit, humaniter eum tractavit, & fecit ut amaret literas & ſtudia. Sed cum paucos poſt annos *Baſileam* vocaretur, ſucceſſit ei *Michael Klet* Suevus, Baccalaureus Tubingenſis, ex primis ibidem poſt inſtitutum Gymnaſium promotus, homo avarus, iracundus, moroſus: ſed in inſtituendis pueris valdè diligens. Sub eo dedit operam *Donato, Alexandro Gallo* & *Petro Hiſpano* in primo & quarto tractatu, & in *ſuppoſitionibus* & *appellationibus Marſilianis*, in quibus præ aliis quidem ſupparibus profecit; ſed magnis laboribus & terroribus. Cogebatur ſcribere omnia quæ audiebat, codices enim illi, nondum typis evulgati extabant. Eodem anno peſte decubuit aliquot ſeptimanis, quo & eclipſis ſolis fuit totalis: quam pauci quidam præſciverant ex Calendario *Joannis de monte Regio*, & quosdam præmonuerant, alii verò vehementer perturbati ſunt, exiſtimantes mundi finem adveniſſe, quia ſimile nihil antea viderant. Illo ipſo tempore milites ex Flandria reverſi, multa nova introduxerunt, nempè variegatas caligas, obtuſos calceos, qui antea acuti geſtabantur, à viris & mulieribus, ſimul quoque novum ſandaliorum genus obtuſum, quod vocabant Pantofflen/ quibus ſuos etiam parentes uti conſpexit, omiſſis paulatim calopodiis, Holtzſchuh dictis: quæ quidem novitates interim immenſum creverunt. Nemo antea viderat picturatas & teſſellatas veſtes, ſarctores tum artem ſarciendi hujusmodi diſcere fuerunt coacti.

Studia pueritiæ.

Peſte corripitur Pellicanus Eclipſis ſolis anno 1484. totalis.

Veſtitus novus in German. invectus.

Anno Domini *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo*, cum peſtis remiſiſſet, quæ Haidelbergæ graſſata ſtudioſos Burſæ novæ ad oppidum Heidesheim ejecerat, cum jam annos *tredecim* compleviſſet, vocatus à *Iodoco Gallo* avunculo, venit *Haidelbergam*, comitante ipſum patre. Ibi præter ordinarias lectiones, etiam audivit à Doctore *Ioanne Vigilio*, dicto wackher/ *Rhetoricam* ad *Herennium*, ab *Adamo Wernero* Themarenſi poëta, *Iuvenalem, Horatium, Statii Achilleidem*, & *Ovidium* de *nuce*, à Magiſtro *Ioanne Stocker*, Joannem *de Magiſtris in Ariſtotelis Logicam*, & Verſorem in *Petrum Hiſpanum* in Burſa cum aliis audivit, idque ad menſes ſedecim: quibus finitis, avunculus forſitan ob expenſas, quas tum non paucas ſuſtinebat, remiſit eum in patriam menſe Septembri, anno *milleſimo, quadringenteſimo nonageſimo ſecundo*. Spiram ibi tum tranſiens, aliquot diebus *Iacobi Wimphelingi* hoſpitio uſus fuit.

Venit Haidelb. Pellicanus.

Domum reverſus apud pauperes parentes vixit, & Ludimagiſtro dudum ſuo, in ſchola gratis auxilio fuit: ſæpenumero monaſterium ingreſſus commodatò libros accepit. Agens jam annum *decimum quintum* ſolicitatus eſt à fratribus, ut ordinem aſſumeret, quibus tandem anno *decimo ſexto* ætatis eſt aſſenſus, parentibus ignorantibus, vel diſſimulantibus, vel inſtitutum non audentibus improbare, ob ſuperſtitionem, quæ tum erat maxima, & quia non habebant, unde ipſum alerent.

Vita monaſticæ ſe mancipat.

Ineunte igitur anno *milleſimo, quadringenteſimo*

teſimo nonageſimo tertio, aſſumtus in ordinem *Minorum*, volens quidem, quia aliud vivendi genus non offerebatur, ob parentum paupe-riem; ipſo die converſionis Pauli, habitu eſt indutus cum magnâ fratrum lætitia, qui eum humaniter tractarunt, & religiosè inſtituerunt, pro more religionis ſuæ, in his quæ ceremonias & diſciplinam monaſticam attinebant. Hoc anno *Iodocus Gallus* Heidelbergâ *Rubeacum* venit, ægrè ferens *Pellicanum* monachum factum, cujus ſe ſciebat fuiſſe occaſionem, rogabat, ut ſi non valdè placeret hoc inſtitutum, exiret denuò, adhuc novitius, id recuſavit ille, eò quod erubeſceret famam exuti monachiſmi. *Velle ſe*, dicebat, *Deo ſervire in eo ſtatu, quem arbitraretur ipſi placere, in quo & ipſe ſperaret ſalvari.* Reſpondit avunculus; *permitto lubens pro me monachus ut ſis, ſed non ut pro me beatificeris in cœlis.* Poſtea rediens *Haidelbergam*, translatus *Steinacum* oppidum, parochus ibi fuit & delectus à conſiliis *Philippo* Palatino, & nobilibus ibidem.

Id ægre fert avunculus.

Circa finem anni probationis, correptus eſt peſte, quod cum *Gardianus* intellexiſſet, ſtatim ei ſanguinem minuendum curavit, ita præter omnium ſpem ex morbo recreatus, profeſſionem fecit in manus honeſtiſſimi patris *Caſparis Bruni* pro more ordinis. Anno *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo quarto* contigit ei ſtatim novus Præceptor, *Ioannes Alzingerus* Landshutenſis, qui ipſi & condiſcipulis prælegit textum *tertii ſententiarum P. Lombardi*, & *centilogium Bonaventuræ.* Eodem anno ordinatus eſt *Acoluthus Baſileæ* menſe Septembri, à ſuffraganeo ſeniore Tripolitano: poſt *Luciæ* angariam itidem *ſubdiaconus* ſalutatus ab eodem. Anno *nonageſimo quinto* ſupra *milleſimum quadringenteſimum* congregatio *Vlmæ* celebrata eſt, cui *Caſpar Walerus* provincialis vicarius præfuit. Is *Haidelbergæ* multis annis præco eximius fuit, ſingularis *Iodoci Galli* amicus, à quo rogatus eſt: ut *Pellicanum* ſuum ad Tübingenſem Academiam transferret, quæ celebris erat, id quod ille ſe prima occaſione facturum promiſit.

Ordines ſuſcipit Pellicanus

Proinde anno *milleſimo, quadringenteſimo nonageſimo ſexto* menſe Martio, *Tubingam* eum ſtudiorum cauſa miſit, Guardiano, & lectori viro doctiſſimo probiſſimoque *Paulo Scriptoris* commendavit, qui *Wilæ* Suevorum & ipſe natus fuit. Hic ſuo Marte didicerat artes liberales omnes, ut eas quoque prælegeret doctioribus de Univerſitate, quibus erat miraculo ob ingenium. Erat acutiſſimus *Scotiſta*, auditor olim *Stephani Bruliferi* Pariſienſis Doctoris. Habebat quotidiè auditores, non ſolùm ex ſecularibus magiſtris multos, inter quos ingenioſiſſimus erat *Thomas Vuitenbach* Helvetius Bielenſis, poſtea Doctor, & Evangelii præco, tunc *Suicerus* dictus, & *Paulus Wolffius* monachus *Schütteranus*, qui exuto cucullo, *Argentorati* Evangelium docuit; *Ioannes Mantel* Auguſtinianus, mox Doctor plurima paſſus, tandem Evangelicus prædicator in ditione Tigurina obiit *Elgovviæ* anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo.* Quin & totius monaſterii Auguſtiniani fratres docti, quotidie *Tubingæ* veniebant ad audiendum Scotum à *Paulo*, quibus præerat prior *Ioannes Stupitius*, poſteà Doctor, & Lutheri Mœcenas. Sed & Coſmographiam *Ptolomæi* prælegens, omnes ferè doctores & cæteros magiſtros, habuit auditores, & fratres doctos multos, cum quibus non parum *Pellicanus* profecit. Docuit quoque Monachos *Bebenhuſii* compoſitionem Aſtrolabii, Pellicano ſocio aſſumto, ut ipſe quoque præ aliis hac in parte profecerit. Poſteà tamen Magiſtros & Fratres omnes, uſum illius Aſtrolabii docuit. Anno *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo* prælegit quoque familiariter quatuor vel quinque libros *Euclidis.* Scripſit tùm quoque *explicationem Scoti* in primum ſententiarum, quæ poſteà impreſſa fuit: exempla ſcripſit Pellicanus ſua manu, ipſo dictante. Erat is vir dextro ingenio & liberali, & ſatis audaci ad veritatis confeſſionem, eximius prædicator non tamen ordinatus, quia Guardianus: verùm evocabatur crebrò à doctis ſacerdotibus, qui tunc erant in *Rütlingen*, ubi in magnis ſolennitatibus prædicabat, ſic quoque in oppido *Horvva*; ubi vehementer pro iſtis temporibus prædicans, quosdam articulos aſſeverabat, & ſcripturis firmiter probabat, veluti *de ſacramentis, indulgentiis, votis*, & aliis, qui poſteà dicti ſunt *Lutherani*, propter quod & fama perveniens ad Theologos Tübingenſes, tam inviſum eum reddidit Univerſitati, ut deliberarent de inquiſitore hæreticæ pravitatis accerſendo contra eum, unde & accuſatus apud provincialem, & fratribus ſubditis exoſus, tandem ab officio remotus eſt Lectoratus & Guardionatus. Dum hæc geruntur per annos ferè ſex, contigit, ut anno *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono*, *Paulus* ille evocaretur ad generalem Vicarium ordinis, *Franciſcum Sagarram*, Hiſpanum, virum doctum, in *Alſatiam.* Aſſumto igitur more ſuo comite *Pellicano*, qui erat laborum tolerans & in victu frugalis, menſe Auguſto perluſtratis aliquam multis monaſteriis, ad *Tabernas* deſcenderunt. Inde non invento ibi generali illo ordinis, *Baſileam* abierunt: ubi intellexerunt ipſum *Friburgum* Briſgoiæ contendiſſe ad Imperatorem *Maximilianum*, tractantem de pace firmanda cum Helvetiis, quibus bellum intulerat. Indixerat ille generalis *Oppenheimii* quorundam patrum conventum, inter quos *Paulus Scriptoris*, quoque evocatus erat. Igitur cum Gardiano Baſilienſi deſcendentes pervenerunt *Wyſſenburgum*, & in alia oppida. Comitum autem in itinere permutatione, quia multi erant, factum eſt; ut jungeretur ipſe comes cuidam patri *Paulo Pfedersheimero* inſigni prædicatori, qui ex Judæis converſus *Moguntiæ* dudum & Magiſt. in artibus promotus, Minorita poſtea factus, & celebris erat, vocatus & ipſe ad conventum Oppenheimenſem: illi in itinere ſignificavit, *flagraſſe ſe à puero deſiderio diſcendæ Hebraicæ linguæ,*

Tubingam mittitur Pellican.

Paulus Scriptoris.

Is ſuo Marte artes didicit.

lingua, idque hac occaſione: cum puer undecim annorum inter pueros audiſſet quendam Doctorem Theologum diſputantem cum Judæo de Chriſtiana fide, confuſum fuiſſe reſpondendo, non ſolum à Judæo: ſed & à Judæâ, vehementer obſtupuiſſe & doluiſſe, non ſine quodam conſcientiæ ſcandalo, quod fides Chriſtiana non ſolidioribus argumentis fulciretur; ſed talibus, quæ poſſent à Judæis contra doctos Theologos convelli. Minoritam factum, cum quotidie audiret & legeret ſacra in choro & menſa, conjungens interpretationem Lyranam, didiciſſe non tam clara eſſe myſteria ſcripturæ, nec omnibus tam certa: quin multi ſuper ea multa inferrent & varia: quando Lyranum audiſſet alicubi diſſentire à divo Hieronymo, probare alicubi expoſitionem R. Salomonis contra Auguſtinum & Paulum Burgenſem Neophytum improbare Lyranum. Hæc audientem & Prophetarum oracula nondum intelligentem & ſæpius allegatam Hebraicam veritatem, contra translationem vulgatam, alicubi quoque translationem Chaldaicam Onkeli vel Jonathæ, intelligentem noſtrati conſentire, vel ab ea diſcrepare, ſimul quoque legentem Pauli Burgenſis ſcrutinium contra Judæos, *& Petrum Nigrum plurima adducentem ex Hebræorum ſcriptis, in libro* quem ſtellam Meſſiæ inſcripſit: *hæc, inquam, omnia audita, viſa, lecta, puerum ſe & deinde adoleſcentem ad diſcenda Hebræa ſolicitaſſe, ſi qua occurriſſent vel membranæ, quibus codices compingebantur. Nec tamen ſibi usque in eum diem occurriſſe aliquam opportunitatem diſcendi Hebræa, ex quibus deſumenda tamen eſſet dubiorum in veteri Teſtamento intelligentia, ſicut ex Græcis in novo.* Tale eorum fuit colloquium, cùm iter facerent, inter Dürcken & Wormatiam. Ad quæ *Paulus* ille reſponderit: *jam nunc accedimus Moguntiam, ubi olim codices Hebraicos patri meo ſublatos, cum Chriſtianus fierem relictos, tibi transmittam, ſi volueris deſiderio tuo tam ſancto ſatisfacere; & huic ſtudio te conſecrare:* cui Pellicanus, *ſi mihi*, inquit, *libros illos ſacros tradideris, ſcio ego modum, quo meo Marte ut ſpero, eos legere & interpretari poſſim.* Cogitavit enim de libro, qui *ſtella Meſſiæ* inſcribitur, quem in Bibliotheca Rubeaquenſi viderat. Promiſit ergo vir bonus librum ubi Moguntiam perveniſſent traditurum.

[margin: iniū … s Iu- … i.]

Primum autem *Oppenheimium* ingreſſi, ubi coacti fuerunt præcipui provinciæ patres in tractu Rhenano & Sueviæ: conſilio habito Prælati inter ſe, *Moguntiam* deſcenderunt, inter quos Pellicani Gardianus & Præceptor *Paulus Scriptoris*, cum altero illo Paulo converſo Judæo. Cæteri fratres illorum comites, aliquot diebus ſubſtiterunt *Oppenheimii* & retrogreſſi bini ad loca propinqua, ne gravaretur conventus, ſe contulerunt. Sic ergo cum comite quodam ipſe *Haidelberga* rediit *Pfortzhemium*, ibi expectaturus ſuum præceptorem: qui ſubſecuturus erat expeditis rebus *Moguntiæ* cum Gardiano Pfortzenſi. Commendarat autem diligenter abeunti *Moguntiam* illi patri; ut commonefaceret Paulum Neophytum, de tranſmittendo libro Hebraico. Poſt aliquot dies venit *Paulus Scriptoris* afferens magnum codicem, quem geſtarat humeris *Moguntiâ Pforzhemium* uſque; ut ſtudiis ejus gratificaretur, quæ valdè probabat. Nam ipſe quoque jam ante rudimenta linguæ Græcæ didicerat à *Reuchlino*; tantoſque in illa progreſſus fecerat: ut epiſtolam Græcam mediocriter ſcriberet. Nihil in eum uſque diem Pellicano acciderat gratius; quàm ubi illum codicem ſatis grandem Hebraicum accepit. Fuit autem volumen membrana perſcriptum, elegantiſſimo charactere, cum *Moſſoreth* tantæ magnitudinis; ut pelli vitulinæ par eſſet: habuitque ternas columnas à facie una, non tantum duas; ut vulgò ſcribuntur libri. Inſcriptus autem *textus Jeſaiæ Prophetæ*, *Ezechielis* quoque, & *duodecim prophetarum minorum*; additus ab initio fuerat & *Jeremias*, more occidentalium codicum, ſed direptus à manu infideli. Ideo autem præmiſſus fuerat Germanorum more, Jeſaiæ Prophetæ, quod ſtylo facilior eſſet, quàm Jeſaias. Illum ergo codicem ſuis humeris etiam *Tubingam* uſque bonus ille vir bajulavit; ut eum in via expeditius ſequi *Pellicanus* poſſet. Reverſus *Tubingam* ſub initium Septembris, ſtatim adiit *Conradum Sumerhartum*, Academiæ Tubingenſis tunc Rectorem, principem Doctorum, ordinarium Theologorum, eumque rogavit: ut Petri Nigri ſtellam Meſſiæ commodatò daret; quod cum facilè ab illo impetraſſet, cepit conferre primum & ſecundum caput Jeſaiæ, quod præmiſit totius libri diſputationi. Ibi legens Hebraica verba Latinis literis expreſſa, *Hazon Jeſchaejahu ben Amotz*; cum haberent ſingulæ dictiones ſubſcriptam interpretationem Latinam, puta, *viſio Jeſaiæ, filii Amotz*: intellexit Hebraico codice applicato & collato, in dictione *Hazon* primam literam eſſe H. ſubjectum punctum eſſe *a*, ſequentem literam *Z*, vel *S*, tertiam *o*, ultimam *n*, & ſic deinceps. Accedebat etiam uſui & votis ejus in fine adjectus *modus legendi Hebræa, cum literis & punctis, earumque poteſtatibus.* Hoc ergo modo profecit in lectione Hebraica nonnihil: ſtatimque proceſſit ad intelligentiæ ſtudium hoc modo; aſſignavit in charta Hebraicorum nominum interpretationes, nempe *Hazon* ſignificare viſionem, *ben* filium, *haſa* vidit: deinde nominum & verborum characteres depinxit; ſimul aſſcribendo ſignificationem. Abſolutis duobus capitibus, aliqua cum interpretatione Hieronymi contulit: Poſtea idem fecit in aliis prophetis.

[margin: for- … m.]

[margin: *Liber Hebraus Pellicano Moguntiâ allatus.*]

[margin: *Paul. Scrip Græcè doctus.*]

[margin: *Conradus Somerhar.*]

[margin: *Pellicanus quomodo ſuo marte Hebræa didicerit.*]

Interea oblata ei eſt *tertia pars Pſalterii*, à

Dictionarium Hebraicum, conficit Pellic.

primo usque ad quinquageſimi primi fragmentum, ereptum Judæis. Ibi *dictionarium* conficere cœpit, conferendo ad Hebraicam veritatem interpretationem Hieronymi ad Sophronium. Ad *Aleph* ſcripſit *aſchre*, beatus, *Haiſch*, ad *he*, quam literam arbitratus tunc fuit ad thema pertinere, *Aſcher*, qui ad *Aleph*, & ſic deinceps per totum primum Pſalmum. Et quidem in nominibus & adverbiis facilis fuit opera; ſed valdè ei doluit: non inveniri in verbis, niſi raro, primam perſonam præſentis indicativi: ut

Labores Pellic. in clauſtro.

eſt apud Latinos thema, *amo*, *doceo*, *lego*, *audio*; tamen perrexit nocturno maximè tempore: interdiu enim erant ei audiendæ lectiones in *Scoto*, *Occam*, *Tartareto*; talia enim legebantur, & diſputationes ejuſmodi habebantur. Interim nihil remiſſum alicui fuit, niſi prælectori de choro frequentando, die noctuque per *ſeptem horas* diurnas aliquando, raro ſex. Erant & alia ipſis agenda; *legendum & ſerviendum ad menſam: ſcutellæ lavandæ*, binis ſemper, ut eos ordo tangebat, ut non niſi ſuffuratus aliquid temporis, ſuo privato ſtudio vacare poſſet. Quanto autem minus temporis ei ſuppetiit: tantò diligentius cavit, ne vel tantillum temporis ei fruſtra elaberetur. Et ſic ſatis feliciter quidem, ſed improbo labore profecit per hyemem illam, & partem æſtatis ſequentis, milleſimi quingenteſimi anni.

J. Capnio Pellicanū in Hebraicis juvat.

Tunc circa medium Julii *Capnio*, qui hactenus judicem egerat in Camera imperiali *Wormatienſi*, *Tubingam* venit; vocatus à duce Würtembergico. Exceptus eſt hoſpitio à Doctore *Sommerharto*, qui id Pellicano ſignificavit; ut ſi Capnionem cuperet alloqui, veniret ocyus. Et ſanè nullus ei optabilior tunc nuncius afferri potuiſſet: cùm aqua ipſi hæreret in verbis Hebræis, & quo modo ea adnotaret, eò uſque ignoraſſet. Proinde venit interrogavitque D. Reuchlinum, qui ſubridens dixit: *apud Hebræos thema verborum non eſſe primam perſonam, nec indicativi nec imperativi: ſed tertiam ſingularem præteriti perfecti*. Hac regula accepta, exultavit animo Pellicanus, ſciens hujuſmodi verbis plena eſſe Biblia. Siquidem in Pſalmi primi primo verſu occurrerant, *abiit*, *ſtetit*, *ſedit*, & alia. Hoc ergo unum oraculo Capnionis didicit: cætera omnia ex mutis magiſtris, & collatione interpretum, perpetuo labore eſt aſſecutus.

Vlmam abit. Joann. Beham. Hebraicè doctus.

Contigit eodem anno menſe Auguſto, ut aſcenderet cum Paulo præceptore *Vlmam*, ubi audierat eſſe ſacerdotem virum bonum. *Joannem Beham* cantorem, qui à Judæis Ulmenſibus antequam expellerentur, didicerat Hebræa, & multa habebat multo ære redemta, à paupere quodam Judæo elegantiſſimo ſcriptore, inter alia *fragmentum Grammaticæ de conjugationibus verborum, & literarum tranſmutationibus*, incerti autoris, & aliud quoddam. Utrumque curaverat ille multo ære transferendum in Germanicam linguam à Judæo, nihil prorſus de Hebraica Grammatica intelligente. Nec enim Pellicanus eo uſque invenerat inter omnes Judæos quenquam, nec in *Alſatia*, nec *Wormatiæ*, nec *Francofurdi*, nec *Ratisbonæ* vel alibi, qui vel unam ei Grammaticalem quæſtionem ſolvere potuiſſet. Optimus ergo ille vir rogatus, copiam ei fecit deſcribendi utramque Grammaticam, cum interpretatione Germanica. Is ergo plurimum ei profuit, & præceptoris locum apud eum meruit. Quin & poſtero tempore, videns ejus ſtudium indefeſſum, alia quoque permiſit deſcribenda. Eodem anno providentia DEI, Bibliopola Tubingenſis attulit *Biblia Hebraica* integra, minima forma impreſſa *Piſauri* in Italia, quæ nemo curabat. Pellicanus id audiens, rogavit virum, ſineret opus aliquot diebus inſpicere: conceſſit librarius, dicens *floreno cum dimidio* poſſe emi. Audito tam parvo poſſe comparari, exultavit Pellicanus: adiit ſuum Gardianum Paulum, orans pro ſe fide-juberet. Quod ubi feciſſet, Cræſi divitias ſe adeptum putavit, ſtatimque Spiram ad avunculum ſcripſit, orans ut *duorum florenorum munere* vel eleëmoſyna dignaretur, quibus pro libris comparandis pauper egeret. Statim miſit ea conditione, *ne ſe emacem ed alienam crumenam exhiberet*. Satis ergo tunc ditatus, poſtea nil unquam ab eo petivit. Reuchlinus verò iterum reverſus, cùm inaudiiſſet, eum perlegendis Bibliis *Dictionarium* concinnare, & ſemel annotatis poſtea non niſi capitis numerum adſcribere, ſi ex concordantia translationis intelligeret, certum eſſe vocabuli adnotati ſignificatum: retulit, ſe quoque idem opus moliri, & perfeciſſe ferè verba incipientia ab *Aleph*: hortatus Pellicanum, ut ſtrenuè pergeret, ſe quoque idem facturum: id factum medio Julii menſis. Ad finem Octobris tota Biblia hoc modo perlegit, colligens radices, & loca adſignans plurima, verbis rarioribus, & non prorſus communibus. Ad initium Novembris *Stutgardiam* deſcendens, attulit Capnioni ſpecimen laborum: ubi videns ille diligentiam, & admiratus operis tanti tam breve tempus, quo fuerat exantlatum, dixit, *ſe nondum abſolviſſe partem incipientium à Beth*. Videns autem Pellicanum ſingulis dictionibus adjeciſſe capitum numeros; rogabat ſibi commodaret librum, quo in ſuo ſublevari poſſet: ne cogeretur propter unicum vocabulum totum ſemper volume evolvere. Pellicanus libenter illi gratificatus eſt: contrà ille eidem commodato dedit exemplar manuſcriptum *Grammaticæ R. Moſe Kimhi*, quod ab eodem Judæo Germanicè translatum habebat, qui Ulmenſi ſacerdoti alia fragmenta tranſtulerat. Rogabat etiam Pellicanum: ut quæ jam ſcripſerat tumultuariè, de dictionibus ab *Aleph* incipientibus, tranſſcriberet, ut aliquando Typographis poſſet tradi.

Rediit itaque lætiſſimus Pellicans *Tubingam*, & intra menſem omnia deſcripſit.

Nemo

Nemo enim tum inveniebatur, qui cum Latinis & Hebraicis, Græca quoque ſcribere pariter poſſet. Eodem quoque anno *ſeſquimilleſimo primo* confecit *Hebraicam Grammaticam* ex tribus illis fragmentis, de quibus diximus in Germanicam linguam translatis, multo labore & meditatione: Dictionario ſuo adjecit ex Græco, Græcas Hebraicorum verborum interpretationes. Occaſionem ſcribendæ Grammaticæ ipſi præbuit *Martinus Obermüller*; quem *Gregorius Reſſius* autor *margaritæ Philoſophicæ* Carthuſianus Friburgenſis, vir doctiſſimus, Friburgo ad ipſum miſerat: ut eum Hebræa doceret, Grammaticam verò ſuam aliis non conceſſit, quòd ſentiret dubia multa: quorum nullam inveniebat apud alios tunc reſolutionem. Exſpectabat autem eam, quam Capnio Dictionario addendam promiſerat; quod tardius factum eſt, anno *quingenteſimo ſexto.* Sub idem tempus profectus erat cum Præceptore ſuo ad *Juſtingenſem villam*; ubi tunc parœcianum agebat *Joannes Juſtingen*, doctiſſimus Aſtronomus, qui in manibus tunc habebat opus egregium *Sphæræ ſignorum*, quod moliebatur elegantiſſimo artificio Epiſcopo Wormatienſi *Joanni Dalburgio*, aureis inſertis ſtellis & circulis faberrimè exaratis, ut erat homo ingenio, induſtria & manibus ſubtiliſſimus. Similem jam ante confecerat ſuffraganeo Epiſcopo Conſtantienſi *Danieli Tigurino*, qui Pellicanum ordinaverat, quæ fuit aſſervata Conſtantiæ, tanquam theſaurus in ipſorum bibliotheca. Sub idem tempus primo ejuſdem authoris *Ephemerides* prodierunt Ulmæ, quas tunc primum ibidem vidit.

ica ma- ellic. *r. i.* *lu- ſtro- .* *neri- ting.*

Anno *milleſimo quingenteſimo primo* celebratum fuit capitulum Minoritarum provinciale *Pforzemii*, ubi *Oliverus Maylardi* generalis, ordinavit eum, natum annos *viginti tres*, ſacerdotem. Provincialis verò ad conſolationem parentum adhuc ſuperſtitum, tranſtulit eum in monaſterium *Rubeacenſe*, ut ibi caneret primitias: ſimulque *Paulus Scriptoris* abſolutus à Gardinatu Tubingenſi, translatus eſt ad Baſilienſem conventum; *ut ſcriberet, non legeret vel prædicaret:* prætextus eſſe videbatur, ut amicis deſtitueretur, quos habebat in Suevia. Sic itaque in autumnali angaria ordinatus ſacerdos, à *Telamonio Epiſcopo Tripolitano* Suffraganeo Baſilienſi, miſſam primam cecinit in die Sanct. Franciſci, cui ſolennitati aderat Senatus & Pater cum fratre Leonardo adhuc viventibus & ſanis. Aderat etiam honoris ergò *Paulus Scriptoris*, qui concionatus ſub miſſa præſente Senatu, tractabatque quinque *mures Palæſtinorum aureos*, allegoria neſcio qua, ad ipſius ſtudia commendanda. Conſueverat enim aliàs quoque dicere, „ inſtare tempus mutandæ „ Theologiæ, & deſerendæ ſcholaſticæ di„ ſputationis. Reſumendo quoque pri„ ſcos ſanctos doctores omiſſis Pariſienſibus: „ item tempus appetere mutandarum legum „ plurimarum. „

nus lot ıtur. *de- r.* *m ıca- llic.* *de us Pa- rum* *it ionē nu Scr.*

Hic vir anno ſequenti, qui erat poſt quingenteſimum ſecundus, dum carcerem ab aliis ſubmonitus timeret, ob dogmata, quæ nunc Lutherana dicuntur, vocatus Tabernas *Argentoratum* pervenit, ubi præmonitus ne illuc pergeret, abiit *Viennam Pannoniæ*, in aliam provinciam tutiorem, deinde *Romam* profectus, triennio elapſo rediit, *Heilbrunnam* ſine pœna. Sed à generali vicario Galli, qui virum norat & diligebat, vocatus eſt: ut doceret Theologiam Toloſæ: ad quod ſe præparans, cum *Baſileam* veniſſet, vocatus à Baſilienſi Epiſcopo Chriſtophoro, rogatuſque eſt: ut antè abitum in Galliam, legatus ſuo nomine iret ad Abbatem *Schutteranum* pro Monachis honeſtioribus transferendis in monaſterium S. *Albini*, reformandum aliquantiſper. Cum in viâ morbo correptus eſſet; divertit ad *Keiſersbergenſem* conventum & ad Alenſpacenſes moniales, quarum quædam negocia quoque tractarat, cum Epiſcopo: ibidem neſcio quo morbo invaleſcente, diem obiit, ſepultus in ambitu monaſterii Keiſersbergenſis. Rumor tamen falſus per Sueviam à ſuis fautoribus diſſeminatus eſt: quaſi *Monachi eum*, verbum eſt Pellicani, *ſacrificaverint.*

Fugit carcerem.

Vocatur in Galliam.

Moritur.

Itaque Reuchlinus fraudatus eſt Pellicani auxilio, Sueviam eo petente: quo factum; ut opus rudimentorum tardius fuerit abſolutum. Anno *milleſimo quingenteſimo primo*, cepit peſtis graſſari Rubeaci & alibi, quæ, ut diximus patrem Pellicani unà cum liberis ſuſtulit, ipſo & unica ſorore ſuperſtite. Tunc ut mortis metum excuteret, conſcripſit *ſeptem Pſalmos pœnitentiales*, quos vocant, tribus columnis *Hebraicè, Græcè & Latinè*, verſibus ſibi reſpondentibus, additis aliis Pſalmis laudatoriis, & precationibus quibuſdam, quotidie dicendis ad Dominum, & ad patronos; qui erant, *Paulus, Agnes, Franciſcus*, & *Hieronymus*, divi.

Pater Pellicani moritur cum liberis.

Patroni Pellicani qui divi & divæ.

Anno *milleſimo quingenteſimo ſecundo* ordinatus eſt lector Theologiæ pro fratribus ſtudioſis, in conventu *Baſilienſi*, quò pervenit in fine Auguſti. Prælegit autem in Theologia ſcriptum quoddam *Guilermi Vorilong.* in ſententias recens impreſſum multo labore ob impeditiſſimum & affectatum ſtylum, curioſi magis, quam docti viri ſcholaſtici Scotiſtæ. In Philoſophia *Nicolaum de Orbellis.* His abſolutis, *Breviloquium Bonaventuræ* ferè biennio prælegit & *Margaritam Philoſophicam.* Item *tertium & quartum ſententiarum Scoti*, cum compoſitione & uſu *Aſtrolabii:* quale confici curavit manu cujuſdam fratris *Friderici Krafft* Nerobergenſis, ingenioſiſſimi artificis, qui poſt Aſtrolabium elevationum omnium, etiam opus motuum omnium planetarum confecit. Eodem anno cepit *Ioannes Amerbachius* ſenior imprimere omnia opera D. Auguſtini, ad quam

Fit Baſileæ lector Theologiæ.

Auguſtini opera excuſa ab Amerbachio.

R 2

quam editionem contulit operam ſuam *Auguſtinus Dodo* Canonicus ad D. Leonardum. Cœperat enim ſcribere argumenta in ſingulos D. *Auguſtini* libros: ſed cum peſte deceſſiſſet: Typographus opera *Franciſci Wyler* Baſilienſis Minoritæ uſus eſt; qui multos libros in capita diſtinxit, & ſingulis argumentis præmiſit. Hic cum ſequenti anno loco eſſet motus, *Pellicanus* rogatu fideliſſimi typographi, reſiduos *centum quinquaginta* libros abſolvit. Ex eo tempore ſummus ei amicus fuit vir ille; & cum eo *Joannes Frobenius*, qui fratribus Minoritis ob ipſius labores, plurima beneficia contulerunt; & ipſum Pellicanum nullo libro utili carere paſſi ſunt.

Auguſt. Dodo.

Pellicani opera in Auguſtini operib.

Charus Typographis, quos juvat.

Aliis quoque Typographis *toto ſexennio* pro virili fuit ſubſidio; maximè *Jacobo à Pforzen*, qui primus Baſileæ impreſſit *opera Chryſoſtomi* & *Stephanum Brulifer.*

Anno *milleſimo quingenteſimo quarto* circa Majum advenit *Raymundus Gallus Xantonenſis* patria, *Cardinalis* S. Mariæ novæ, legatus à latere *Alexandri* Papæ VI. Is voluit honoratiores reddere Minoritas de obſervantiâ dictos, qui doctos quidē haberent fratres, ſed nulla graduum prærogativa celebres; jamque in conventibus tractus Rhenani, aliquos titulo *doctoratus* ornaverat. Hic inſtigatus à *Jodoco Gallo* avunculo, ſæpius nominato, cum *Baſileam* veniſſet; Pellicanum examinavit aliquot horis per duos doctores Theologos; quos in comitatu ſuo habebat, *Joannem Ammanum* Argentinenſem prædicatorii ordinis & *Joann. Capet* Minoritam Gallum. Interim legatus incumbit translationi ſanctarum Virginum trium in *Eichſel*, & ſanctæ Chriſtianæ. Erat enim ut alter *Ambroſius*, in his rebus ſuperſtitioſior: & reliquiarum corraſor per totam Germaniam ex monaſteriis; ut particulas ad Gallias transferret, & hujusmodi rebus, & bullis indulgentiarum, Academiam Pariſienſem ornaret. Abitum parans Romam verſus, iterum Pellicanum vocavit legatus, convocataque doctorum ſuorum familiâ titulo eum doctoratus ornare voluit. Adfuit vir doctus & magnæ autoritatis ex familia Cardinalis, qui dixit: *Reverendiſſime Domine, ægrè fert Gardianus ipſum doctorem creari, conſentit in Baccalaureatum: inveniatur medium, ut Licentiatus creetur.* Cardinalis reſpondit: *placet illud, hac conditione, ut nunc fiat Licentiatus, ubi autem annum trigeſimum ætatis expleverit, ſine alia promotione Doctor ſit & habeatur.* Conſentiebant omnes. Pellicanus eâdem horâ juramentum præſtitit: & mox Bulla fuit expedita ſuper his. Verùm Pellicanus annis *quadraginta amplius* nunquam vel Licentiati vel Doctoris titulo eſt uſus. Abiturus poſtea Cardinalis *Raymundus* rogavit provinciæ Patres; ut *Pellicanum* ſibi familiarem permitterent loco Capetis ſecum Romam proficiſci cum ſocio. Quibus annuentibus ipſe deſiderio videndi Italiam & Romam, non invitè ſeſe illi adjunxit: jam annos *viginti ſex* natus. Pedibus ergo, de more illorum, iter facientes *Pellicanus* & *Jacobus Schenck* nobilis gener frater, per Zofingam *Lucernam* pervenerunt, ubi quatuordecim diebus manſerunt. Aderant legati, proceres Helvetiorum ex quinque pagis, qui navigio, Cardinalem uſque ad Brunn comitati ſunt, decimo octavo die Julii. Deinde in vicum *Suiz*, qui Kirchgaſſen vocatur ingreſſi; mox ad diem *Julii trigeſimum* convocati ſunt omnes ex tota valle, ad Cardinalis miſſam ſolennem. Inter miſſaram ſolennia, concionatus eſt Epiſcopus *Tripolitanus* ad populum confertiſſimum. Cardinalis inſtituit; ut *quotannis eodem die populus conveniens, omnibus futuris temporibus haberet remiſſionem peccatorum ſeptem annorum*; quæ poſt plenariam, dicta eſt fuiſſe maxima; quam pontifex dat & legatus à latere dare poteſt. Sequenti die navigio pervenerunt *Uranium*. In *Altorff* aliquot diebus commorati, Pellicanus & alter quidam, *Helvetiorum hiſtoriam*, è Germanico in Latinam linguam tranſtulerunt: ut à Cardinali intelligi poſſet. Ibidem ipſe Cardinalis multas epiſtolas Romam perferendas diverſi argumenti, pariter multis dictavit; ita erat ingenioſus ſenex jam tum major ſexagenerario. Triduo vel quatriduo poſt, Epiſcopus *Tripolitanus*, & alii Baſilienſes atque Helvetii, domum impetrata venia redierunt, cum jam aſcendendus eſſet *mons S. Gothardi.* Voluiſſet etiam Pellicanus cum ſuo fratre redire propter tarditatem itineris Cardinalis; ſed cum illo vallem ingreſſi pulcram inter horridiſſimos mentes ſub veſperam pervenerunt *Waſſenium:* ibi pernoctantes in media crepidine montium in horrendis montanis, mane altius aſcendendo pervenerunt in pulcerrimam planitiem; ubi cacumen montis è longinquo cernebatur & villæ erant aliquot, nempe Urſelen, & remotiùs adhuc in pede montis Gothardi, villa non parva, Hoſpital dicta: ibi pranſi aſcenderunt multo labore ad verticem montis publico itinere, utrinque montibus altioribus ſurgentibus, tandem venerunt ad Capellam & *hoſpitium S. Gothardi:* ubi aliquandiu in magnis & inconſuetis frigoribus conſiſtentes, monte deſcendere ceperunt per ſemitam pedites, equites verò per viam regiam. Verum Cardinalis lectica eſt deportatus ab ſedecim robuſtis Helvetiis, pro non parva mercede. Unde pervenientes ad villam *Orlienz* Mediolanenſis diœceſis, iterum ſcribendis epiſtolis fuerunt occupati, de pecunia legato tranſmittenda. Eo peracto deſcenderunt juxta vallem pulcram & præcipitem, uſque ad locum *Clöſterlin* dictum, ſequenti die Bellizonam pervenerunt. Poſtea iter facientes per planitiem, verſus lacum majorem, & lacus initia transfretarunt ad oppidum *Lucarnum* ornatum munitiſſima arce, invento illic monaſterio irreformato: ibi octiduum ſubſtiterunt.

Raymundus Cardinalis.

Pellicanus Licent. & Doctor creatur.

Sed titulis illis non uſus.

Pellicanus in comitatu Cardin. Rom. abit.

Inde

Inde ad monaſterium reformatum Sancti Bernhardi contenderunt: ubi cum febris Pellicanum corripuiſſet, & medici Cardinalis opera fruſtra uteretur: bona venia Cardinalis Germaniam repetiit, dixit enim ad Pellicanum: *volui deducere te mecum Romam, & tua operâ ſtudiisque oblectari, ſed quia video aërem tibi adverſum, malo ego ſcire te Baſileæ vivum, quàm cernere Romæ mortuum:* moxque illis aſſignato doctore Lucernano, redierunt magno & difficili labore ad Altorff. Hic conducta navi, coacti ſunt ipſorum quinque viri, natuâ uti fœminâ. Corripuit tum Pellicanum iterum febris, & ventus impetuoſus inſurrexit contrarius; ut compellerentur divertere in Siſicken villulam, mediam inter *Altorff* & *Brunn.*

Mox coacti aſcendere montem altiſſimum, reptando per prata manibus & pedibus, per magnum milliare: Pellicanus propter febrilem paroxyſmum poſt alios tardior aſcendebat. Delati autem ſunt ad planitiem jucundiſſimam, ubi villa pulcra, prata pinguiſſima, & fontes lympidiſſimi: nomen villæ eſt *Morſe*, antiquiſſimam habens parochiam. Ut autem multo labore aſcenderunt: ſic graviore incommodo tibiarum deſcendere altiſſimum montem fuêre coacti. Excedit altitudo illius villæ omnes montes Baſileam verſus: adeò ut viderint tunc montes Alſatiæ, adeoque eos qui ſunt prope Rapolſteinium. Igitur deſcendentes magnum milliare, pervenerunt ad villam Brunn, ubi pernoctarunt. Poſtero die *Lucernam* perlatus eſt, tandem Baſileam, febri diu multumque vexatus.

Baſileam reverſus, auditores ſuos in Theologia & liberalibus diſciplinis exercere perrexit. Illo tempore *Ludovicus Berus* Pariſiis adeptus Doctoratum in Theologia, in patriam ſuam Baſileam venit, & prima fundamenta linguæ Hebrææ ſatis feliciter aliquot ſeptimanis Pellicano Præceptore, didicit. Rogatus autem ab Epiſcopo Baſilienſi *Chriſtophoro ab Utenheim, ſummam* brevem ei deſcripſit *Catholicæ doctrinæ*, quæ populo ſibi commiſſo, ad ſalutem neceſſaria eſſet. In hoc opere alicubi ſecutus eſt non tàm ſuam conſcientiam, quàm, ſcholaſticos quoſdam doctores mendicantium ordinum, unde „ *non omnia ibi ſcripta, ſolidæ fuerunt veri-* „ *tatis, ſed ejus, quæ tunc veritas habebatur.* Quæ verò de *indulgentiis, purgatorio, confeſſione, euchariſtia, & Papiſtica poteſtate* ſcripta invenit: jam ceperat ſuſpecta habere, ex lectionibus antiquorum, maximè *Auguſtini* & *Originis*: in quibus talia dogmata non invenerat. Deprehenderat enim librum *de vera & falſa pœnitentia*, non eſſe *Auguſtini*, ſicut nec librum *de Sacramentis Ambroſii*, & *Hieronymo* quædam de talibus loquentia, falsò fuiſſe aſſcripta id quod poſtea Eraſ. quoque Roterod. confirmavit, & probavit luculentiùs. Et placuit quidem tunc labor ille Pellicani Epiſcopo, qui propediem ſynodum provincialem ſe coacturum promiſit: in qua liber ſua authoritate, parochis ſuis commendaretur, ut ſecundum illum docerent: ſed poſtea id non eſt factum. Cauſas ipſe retulit, quod Sacerdotes Auſtriaci dominii & Helvetii, impatientes diſciplinæ, nollent à ſe quoquo modo reformari, & Canonici Eccleſiæ ſuæ majoris, exemti eſſent à ſua authoritate, immediatè ſub Papa & ſuo decano, quibus non reformatis, primis ſcilicet, nihil de minori clero poſſet tentari per ſe, quamvis multa diſplicerent. Cum hoc opus Epiſcopo offerret Pellicanus, nova ei per horam & amplius retulit, de *quatuor prædicatoribus* monachis Bernenſibus; idque Latinè, & eleganter: qui anno *milleſimo quingenteſimo nono*, ultimo die Maji cremati ſunt. Hiſtoriam de geſtis ipſorum ſcripſerunt *Sebaſtianus Franck, Thomas Murner*, & multi alii. Ipſi quoque monachi prædicatores eam deſcribere ceperant, ſed non potuerunt abſolvere.

Sacerdotes impatientes reformationis.

Monachi Bernæ exuſti.

Poſtquam ſex annis Baſileæ ſtudioſis legerat *Pellicanus*, vocatus eſt Baſileâ *Rubeacum*, cum quibuſdam junioribus fratribus: alii quoque illuc ad ipſum miſſi ſunt aliunde, inter quos *Sebaſtianus Münſterus* Ingelheimienſis, octodecim tunc annorum adoleſcens, homo laborioſus & probus. Ceperat Pellicanus in operibus D. Hieronymi adjicere Hebraicis literis, quicquid ex ſacris Bibliis citat, rogatu Amerbachii, quem laborem abſolvit Rubeaci. Librariorum enim inſcitia omnia fuerunt corruptiſſima.

Vocatur Rubeacum Pellicanus. Sebaſtian. Münſter. diſcipulus ejus.

Ab anno itaque *milleſimo quingenteſimo octavo* usque ad *undecimum*, prælegit denuò ſuis auditoribus *Margaritam Philoſophicam* totam, *Nicolaum de Orbellis*, ſuper libros ſententiarum, & libros *Ariſtotelis*; communicavit cum Münſtero, quæcunque habebat, *Hebraica & Aſtronomica*, quibus multa adjecit ſua quoque diligentia: ut in iſtis diſciplinis doctiſſimus evaſerit. Urſit eum *Pellicanus* pro virili ad philoſophiam divinam & humanam, quam eſſet aliquando fratribus quoque aliis prælecturus, id quod contigit tandem, tam Baſileæ, quàm Tubingæ, ubi reliquum quod in aſtronomia deerat, *Joanne Juſtingenſi* præceptore, didicit.

Lectiones Pellicani Rubeaci.

Anno domini *milleſimo quingenteſimo ſeptimo*, dum adhuc lector Baſileæ eſſet, de voluntate patrum in Capitulo Provinciali *Rubeacenſi*, pro more concionem Latinam memoriter in honorem Patriæ de charitate habuit. An. *milleſimo quingenteſimo decimo* juſſus præparare ſe ad orationem Latinam coram doctis Academiæ Tubingenſis habendam, ubi erat celebrandum Capitulum Provinciale Minoritarum poſt paſcha. Argumentum fuit *de ſtudiis emendandis*; ſed metuens Poëtarum dentes: impetravit, ut jam mandatam memoriæ non recitaret. Fuit autem à multis illa oratio transſcripta. Anno *undecimo* ſupra mille quingentos celebrandum erat capitulum Provinciale *Baſileæ*; in quo *Sebaſtian. Münſterus* juſſus declamare Latinè, obtinuit à Pellicano ut conſcriberet illam, quam poſteà felici-

Oratio de ſtudiis emendandis.

feliciter habuit, ſumto themate ad Patres: *Quando miſi vos ſine ſacculo, pera, & calceamentis, nunquid defuit vobis aliquid? dicunt ei, nihil.*

Pellicanus Gardianus Pfortzenſis ordinatur.

In eodem capitulo vel conventu ordinatus eſt Gardianus Pfortzenſis, à fratribusque electus dum aliquod menſibus *Bartholomæo Wyer* provinciali ſocius Secretatius adjunctus fuiſſet. Poſtquam igitur non integris annis ſex *Rubeaci* prælegiſſet, comitatus ſocio & charo diſcipulo *Munſtero*, nondum ſacerdote, pervenit ad Pfortzemium Cal. Septembris, ubi concertatio inchoata fuerat inter plebanum & Medicantes, fratres prædicatores & minores. Itaque concordiæ conciliandæ cauſa miſſus eſt ab Epiſcopo Spirenſi *Philippo à Roſenberg D. Iodocus Gallus*, qui conciliavit partes & literis confirmavit in conventu Pfortzenſi, decimo quarto die Novembris. Idem Gallus Pellicanum Epiſcopo commendavit, à quo multis poſtea beneficiis eſt affectus. Initio hujus anni, obiit amicus Pellicani ſingularis, *Conradus Leontorius* Mülbrunnenſis Monachus in arcta valle propè Baſileam ſeptimo Januarii.

Diſſidium ibi inter plebanum & monachos. Ad id componendum Iod. Gallus miſſus.

Anno *milleſimo quingenteſimo duodecimo*, Octobris undecimo, *Spiram* deſcendens in cauſa conventus, *Bruxellæ* eum hoſpitio excepit *Wolfgangus Capito*, Baccalaureus Theologiæ, & concionator. Is eum ſeorſum abductum ſecretò interrogavit: *quid ſentiret de euchariſtiæ Sacramento, & de corpore Chriſti?* Reſpondit ingenue Pellicanus, *invitum ſe de doctorum opinionibus circa hoc verſari argumentum; offenſum à Ioanne Scoto in 4. ſent. ob tres opiniones recitatas. Ego, inquit, priori libentius quam tertiæ inhærerem, intelligens panem & vinum eſſe ſacræ rei, id eſt, crucifixi corporis & effuſi ſanguinis ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum, & eſſe nutrimentum animæ ſpirituale per fidem, & non æquivocè dici nomen ſacramenti de Euchariſtia, & aliis ſex Sacramentis, id quod Scotus concedit, ut puto invitus.* Audiens hæc Capito, reſpondit, *nihil aliud ſibi videri, vel ſe poſſe intelligere.* Ex quo intelligitur, quàmdiu de hoc Papiſtico articulo dubitare coactus ſit, contra conſcientiam, quam Papa tenebat captam, in eo & in aliis quoque huic ſimilibus articulis, ut erat *de confeſſione auriculari omnium peccatorum neceſſaria ad ſalutem*, quia in patribus ſanctis, *Auguſtino, Hieronymo, & Chryſoſtomo*, quos legerat omnes, nil tale invenerat, cum meritò haberentur catholicæ doctrinæ anteſignani, contra quos & *Berengarium*, illis conſentientem, Romani & Pariſienſes Theologi tantoperè militarunt.

Wolg. Capit. hoſpitio Pellic. excipit. Colloquiũ inter eos.

Papa conſcientias tenuit captivas.

Iisdem diebus deſcendit *Wormatiam*; & Judaicam Synagogam præceptoremque ſuum *Ioannem Vigilium* inviſit. In Principio Martii tranſlatus eſt M. *Wolphangus Bruxellâ Baſileam*: ut eſſet prædicator in cathedrali Eccleſia Baſilienſi. Pellicanus eo anno prælegit Pfortzhemii fratribus junioribus, ſcriptum breve ſuper ſententias *Nicolai de Nyſa*, utilius & brevius reliquis omnibus ſuper ſententias. Legit magnam partem *hiſtoriæ Hirſgavienſis Ioannis Trithemii*, olim abbatis Spanheimenſis, quem antea viderat; virum, ut ſcribit, eximiæ ſtaturæ, & valdè humanum.

Capnio Baſileam translatus

Nicolai de Nyſa ſuper ſententias.

Anno *milleſimo, quingenteſimo decimo tertio*, interfuit *Haidelbergæ* die S. Matthiæ, revocationi *Wigandi* prædicatorii doctoris, Apoſtolica authoritate coacti ad hoc, ad inſtantiam Minoritarum; qui eandem Romæ quoque anno præterito viceſimo ſecundo Octobris fecerat. Decimo quinto die Decemb. in angaria, fuit Spiræ cum ordinandis, cùm *Pſalterium Chaldaicum*, h. e. Indianum, Romæ impreſſum commodatò accepiſſet, noctu in domo avunculi, didicit legere illam linguam & ſic intelligere, ut duos primos Pſalmos antequam dormiret interpretatus ſit, de quo obſtupefacti avunculus & decanus Spirenſis, ipſum illo libro donarunt.

Reverſus autem *Pfortzemium* per Bruxellam, invitatus eſt à novo Epiſcopo Spirenſi, *Georgio* fratre Palatini, qui ipſum humaniſſimè tractavit.

Anno *milleſimo, quingenteſimo, decimo quarto* cauſa *Ioann. Reuchlini* & prædicatorum, tractata fuit Spiræ per commiſſarios Papæ. Octavo die Febr. obiit archiepiſcopus *Vriel Moguntinus*, in cujus locum ſucceſſit Martii nono die *Albertus Marchio Brandenburg.* Menſe Auguſto celebratum capitulum Minorum in conventu Haidelbergenſi: ubi electus eſt in provincialem *Caſparus Sangerus* Landshutenſis, doctus Theologus, is rogavit Pellicanum, ut omiſſo Gardianatu Pfortzenſi, ſuus eſſet Secretarius. Diſpoſitis itaque rebus ſuis, illum Ulmam ſecutus eſt. Ibi per otium Hebraica quædam deſcripſit, communicata à *Ioan. Beham*, nempè *vocabularium Hebraicum* abbreviatum, ex libro radicum *R. Davidis Kimhi*, & fragmentum Grammaticæ cujusdam elegantis, de artificioſa verborum conjugatione, & alium quoque libellum, *carmen diſciplinæ* pro moribus 130. verſuum, *R. Ioſeph. Eſopei*, provincialis Judæi, quem jam antè Capnio Latinum fecerat, *Pfortzæ* impreſſum, quem vocavit *Scutellam auream.* Reſcripſit etiam *parabolas quinquaginta* ſententiarum moralium, juxta quinquaginta diſcipulos. Alium quoque tractatum de *decem munerationibus.* De *animâ* quoque philoſophicum, omnia Hebræa. Perluſtratis multis monaſteriis, pervenerunt in Otterbüren monaſterium egregium S. Benedicti, in quo *Nicolaus Ellenbogen* Hebraicè doctus, vivebat. Tranſiverunt deinde Füſſen, id eſt, fauces Alpium, ubi Lycus erumpit; Deinde verſus Oenipontem progreſſi ac humaniter fuerunt excepti à Cæſaris *Maximiliani* theſaurario. Poſt monte Brennero, ut vocant, ſuperato pervenerunt Stetzingum & ſecundum flumen Iſaar *Brixinam.* Ibi familiaritate operaque doctoris *Sebaſtiani Stamleri* Auguſtani Canonici adeptus eſt *portam lucis R. Ioſephi Caſtilienſis*, interprete *Paulo Ritio*; quem tractatum ſatis prolixum deſcripſit: poſteà à Ritio eſt editus. Ibi quoque legendum accepit *Paulum de Heredia*

redia Hiſpanum, *de myſteriis Cabaliſticis*, librum egregium, dudum in Hiſpania impreſſum: ſed anteà & poſteà ipſi nunquam viſum. Perfectis negotiis redierunt per eandem viam Matram uſque: deinde venerunt *Suazium*, unde proxima via per Alpes juxta lacum S. Petri, & per *Stubam ſibi fornace*, qui locus eſt horribilis deſerti, ſic dictus, venerunt ad Tegrenſe Monaſterium Benedictinorum, hinc *Monacum* urbem elegantiſſimam. Quatuor ibi ferè hebdomadibus tranſactis prolixè ſunt excepti, à D. *Kunegunde* ſorore Maximiliani, vidua ſancta, matre Principum trium. Tandem publicis negotiis expeditis deſcenderunt *Ratisbonam*, ubi audierat Hebraicam Bibliothecam apud prædicatores haberi. Vidit ibi non ſolùm Hebraica Biblia, ſed & totum *Thalmud* in ſex partes diſtinctum, una cum *dictionario Thalmudico*, omnia manu ſcripta. Rogavit ut transſcribendum dictionarium darent, fide-jubente Gardiano Chalemenſi; ſed recuſarunt Monachi, quorum ne unus quidem callebat linguam Hebraicam. Poſt *Ingolſtadii*, aliquot diebus hærentibus, *Ioannes Eccius*, à multis annis Pellicano familiaris, *Dictionarium Hebraicum* quotidianæ loquutionis deſcribendum lubenter dedit. *Bambergæ* virum invenit Hebraicè ſtudioſum *Cæſarem* cognominatum, cui erat egregia quædam Grammatica, ex qua quædam excerpſit: inde ad novam civitatem juxta flumen *Eiſch* conceſſerunt, ibi tùm vivebat adhuc *Elias Levita* Judæus non dum Grammaticus, ideoque ipſi ignotus, qui tùm cum aliis Judæis poſt mortem Marchioniſſæ Brandenburgenſis ibi reſidentis, per filium ſucceſſorem *Caſimirum* vel *Georgium* expulſus, in Italiam venit, ubi Hebræam Grammaticam didicit primum, deinde ibidem quoque expulſus, *Romæ* eandem docuit Chriſtianos; donec exinde quoque expulſus eſt, non modico urbis & ſui damno. In illa viſitatione monaſteriorum deſcendit etiam *Francofordiam* à Judæis aliquid inquiſiturus, ſed omnes indoctos invenit, quamvis duos Rabinos conveniſſet.

In reditu venit ad Abbatem Spanheimenſem, ſucceſſorem *Ioannis Trithemii*, qui jam Wirtzburgam translatus erat ad Scotos abbas: ibi vidit Spanhemii Bibliothecam, literis antiquis, optimis, rariſſimisque in omni literatura, nobiliſſimè decoratam, ſed non datum eſt diu ibi hærere. Contenderunt inde *Baſileam*, ubi tunc imprimebatur *Eraſmi Novum Teſtamentum*, cum annotationibus, novum tunc & utiliſſimum opus. *Friburgi Briſgoiæ* juſſu Papæ & Imperatoris *Maximiliani* conventum minorum reformavit. Redeuntes per ſylvam Herciniam, *Tubingam* & *Pfullingen* Alpibusque ſuperatis *Vlmam* pervenerunt, ſicque primum curſum viſitationis abſolverunt.

In ſecunda viſitatione tranſeuntes monaſterium *Ebersbergenſe* à *Nicolao* Monacho Hebraicæ linguæ ſtudioſo accepit deſcribenda argumenta in libros duos perplexorum R. *Rambam* 75. & 38. capitum, cum dictionario explicante difficilia verba ejusdem libri. Secundo *Ratisbonam* deſcendens per avunculum ſuum, Epiſcopi Spirenſis *Georgii* Palatini commendationem adeptus eſt, ad fratrem ejus *Ioannem* Epiſcopum Ratisbonenſem; ut Dominicani Ratisbonenſes, *Thalmudici dictionarii* exemplar ei deſcribendum concederent, id quod nihilominus difficulter ab eis impetravit. *Noribergam* cum veniſſent, proſtabat *Pentateuchus* cum megillis Hebraicè, adjuncta Chaldaica translatione *Onkeli*, & Commentario R. *Salomonis*, eodem anno *milleſimo quingenteſimo decimo quinto*, impreſſis. Eum illi codicem emit *Charitas Abbatiſſa* ad S. Claram, ſoror Birckeimeri, qui ei fuit theſauri maximi loco. Ad illud enim tempus præter nuda parva Biblia Hebraica nihil habebat.

Pentateuchus cum Chaldaica translatione.

Anno *decimo ſexto* ſupra ſeſquimilleſimum ad Dominicam Jubilate celebratum fuit capitulum provinciale ad *S. Vldaricum*, in quo ipſe totius provinciæ nomine electus fuit ad capitulum generale, quod in urbe Rotomagenſi in Normandia celebrandum erat ad feſtum Pentecoſtes. Aſſumto fratre interprete Gallico, *Philippo Novovillenſi* intrarunt Gallias, per vallem Keiſersbergenſem, ſuperatisque montibus pervenerunt ad oppidum S. Adeodati. Sabbato ante dominicam poſt adſcenſionem Domini *Lutetiam* pervenerunt, ubi *Iacobum Stapulenſem*, cujus lucubrationes legerat, vidit & ſalutavit. Is de *Beato Rhenano* & *Amerbachio* diſcipulis ſuis quæſivit. Illo tempore Pariſiis ſub inſigni Baſilienſi invenête Novum Teſtamentum Eraſmi recens allatum. Poſtridie *Pantizaram* uſque iverunt. Deinde ad *Caſtrum Gallion* ad Sequanam, quod habebat ampliſſimum hortum trium leucarum in circuitu; quod conſtruxerat Cardinalis Rotomagenſis, legatus Apoſtolicus, ædificium inſigne usque ad expenſas *viginti quatuor tonnarum auri*; nondum tamen omnia in illo erant abſoluta.

Mittitur in Galliam Pellicanus.

Salutat Stapulenſem.

Caſtrum hortus Cardinalis Rot.

Rotomagi duodecim diebus capitulum celebraverunt numero fratres *ſeptingenti*, Hiſpanis etiam fratribus præſentibus, ex novis inſulis, ad quas vocabantur fratres, adituri eam provinciam S. crucis, & inventi ſunt volones quatuordecim fratres, qui cum aliis navibus impoſiti *Vlyſbonam* devecti ſunt, inde commodo tempore adituri inſulas. Eadem navi qua illi fratres venerant ad iſtum cœtum, Rex Portugaliæ tranſmiſerat *Eleemoſynam*, nempe aromata, quæ primitias eſſe dixit novæ cujusdam terræ inventæ, & per ſingulos conventus omnium provinciarum Ciſmontanarum voluit diſtribui, qui ſoli tunc convenerant, nempe *Hiſpani, Galli, Germani, Angli, Scoti, Dani.*

Capitulũ Rotomagi.

Eleemoſyna à Rege Portugal. monachis miſſa.

Soluto capitulo iterum abierunt in Lotharingiam ab oppido Nanſi divertentes per Auſtraſiam verſus Zaberniam per Salinas & Witterſtorfiam, ubi idolum S. *Anaſtaſii* viderunt,

Idolum Anaſtaſii.

derunt, horendo vultu, etiam dæmonibus qui illic execrationibus ejiciebantur.

Reverſus Baſileam, omnia opera D. *Hieronymi* impreſſa erant, uſque ad tomum octavum, vel ultimum. *Ioannes* ergò *Frobenius* cupiens *quadruplex Pſalterium* imprimere, opus in Germania non tentatum, exoravit *Caſparum Sazgerum* provincialem Pellicani, ut tres menſes pateretur ipſum *Baſileæ* commorari, quo correctius opus ederetur. Divina providentia in Italia Januæ per *Auguſtinum Iuſtinianum* Nebrienſem Epiſcopum eodem tempore *quintuplex Pſalterium* typis excuſum eſt. In Hiſpania integra *Biblia* in quatuor linguis *Compluti*, opera, ſtudio, & impenſis *Franciſci Ciſnerii Cardinalis Toletani*. Hinc oboriri cœpit diligentior utriusque Teſtamenti tractatio, ſic Domino ordinante progreſſum Eccleſiæ prodeuntibus paſſim in Theologia, maximè verò in Germania, optimis libris.

Biblia Complutenſia.

Generaliſſ. capitulum Romæ.

Finito opere ad calendas Septembris ſecutus eſt iterum provincialem per *Sueviam* inferiorem, quem Ulmæ convenit. Ibi denunciatur ex urbe Româ; ut ad ſequentem annum feſto Pentecoſtes conveniant ad generaliſſimum capitulum à *Leone* Papa celebrandum, non ſolum totius Chriſtianitatis, Minores reformari, ſed etiam conventuales (ſic enim nominantur, qui non ſunt de obſervantia) Id quidem factu difficile erat, ſed declinari non poterat. Indicta igitur eſt congregatio provincialis Pfortzemii; ut deliberaretur, quisnam eorum nomine mittendus eſſet Romam, delectusque eſt *Ioannes Machyſen* Gardianus Noribergenſis, qui olim provincialis fuerat, cui alii cum Pellicano adjuncti altera paſchæ iter Romam verſus ingreſſi ſunt.

Eò eum alüs Pellicanus.

IodociGall. obitus.

Interea Pellicano nunciatur *Iodocum Gallum* Spiræ hoc anno *milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo*, Martii *vigeſimo primo* podagra obiiſſe, & teſtamento Bibliothecam ſuam ad uſum Minorum *Rubeaci* legaſſe, donec filii ſororis Pellicani adoleſcerent, & illis uti poſſent: qui tamen peſte obierant. Româ reverſus curavit libros utiliores Rubeacum transferri. Hic vir de quo ſupra diximus, Poſtquam in *doctorem artium* promotus fuit *Haidelbergæ*, in contubernio novo prælegit *Logica Ariſtotelis* & *Phyſica*, magno cum fructu ſuorum diſcipulorum. Exigebat enim ſuas lectiones ab eis. In munere concionandi magnam diligentiam adhibuit. Nemo Magiſtrorum plures orationes Latinas habuit ad univerſitatem & clerum, quàm ipſe. Cùm parochiam nactus eſſet *Steinachii* ſupra Haidelbergam, & poſtea *Spiræ* in Cathedrali Eccleſia paſtor & prædicator, familiam alere cogeretur, ancillas honeſtas habuit. Tolerabilius judicabat extra domum concubinam habere; quia facilius ſe continere poſſet, quàm domi, quod impœnitentiæ ſignum eſſet. Aliàs vitæ inculpabilis, & Epiſcopis à conſiliis fuit. Quanquam autem ſuas opes legarat Eccleſiæ S. Germani, noluit tamen Epitaphium ſibi poni. Cavit enim teſtamento, ne aliter ſepeliretur, quàm ſimplex alius Chriſtianus, nolens, ut moris erat, veſte ſepeliri. Petivit tantum apud amicum quendam paulùm antè mortuum, ſibi ſepulcrum fodi, cum quo ſperaret, *reſurrecturum ſe ad judicium, non ut ſacerdotem & doctorem, ſed ut humilem Chriſtianum.* Hæc breviter de ejus avunculo, nunc ad iter Romanum.

Legat Bibliothec. Rubeac. Monachis. Pericope vitæ illius Galli.

Egreſſi *Campidona*, ſuperatis Alpibus diverterunt ad Monaſterium *Stams Ciſtercienſe*: ubi ſepultura eſt Ducum Auſtriæ & Tyrolis, pernoctaverunt etiam in caſtro *Cyrlen* pulcerrimo, non longè ab Oeniponte, ubi icones viderunt totius genealogiæ, cum ſocio interprete, *Ioanne Gengero*, qui tredecim annis Romæ egerat, cujus illi opera omninò indigebant: Itali enim fratres Latinè cum ipſis colloqui non poterant. *Brixina* ſolventes pervenerunt Bozen, *Tridentum*, inde paulum procedentes verſus *Roveritum Atheſin* transgreſſi, diverterunt *Salonam* civitatem, in qua eſt conventus minoritarum ordinis. Ibi offendit *Franciſcum Lechetum* doctiſſimum Scotiſtam, provincialem provinciæ Brixienſis: qui eos duxit ad generale ſuum ſtudium Scoticum, in inſula pulcerrima lacus prope Salonam, ubi fratres *quadraginta* commorabantur ſtudioſi Scoti, cujus ibi expoſitio & commentaria tunc imprimebantur, autore Lecheto ipſo, qui poſt aliquot annos factus eſt generalis totius ordinis Minorum, mortuus eſt tandem in Hungaria. Inde *Mantuam* venerunt atque ibi transmiſſo Pado *Mirandulam* oppidum celebre propter doctiſſimos comites *Ioannem Picum* & *Ioannem Franciſcum Picum* filium ejus fratris. Inde multa oppida transeuntes, *Bononiam* ingreſſi urbem ampliſſimam ad Minoritarum monaſterium novum, in colle humili extra mutos ſitum diverterunt. Ibi fratres provinciæ Bononienſis celebrabant capitulum, & numerabant pecunias, quas corraſerant præcedente quadrageſima ex indulgentiis, ut eas Romam Pontifici perferrent pro æde D. Petri extruenda. Poſtero die ſolo non habuerunt monaſterium, montem *Apenninum* aſcendentes & deſcendentes per oppidum *Florenzola*. Sequente die pervenerunt *Scarpariam*; ibi in eremo ſui ordinis monaſterium adiverunt, non via regia uſi, propter victum. Deerat enim omnibus toto itinere pecunia: ſed nec victus neceſſarius, quantumvis tenuis. *Florentiam* poſtea pervenientes tranſiverunt, quia novum obſervantium monaſterium ad Aſtrum urbis in ſubmiſſo colle erat, unde urbs pulcerrima conſpici poteſt. Biduo poſt *Senas* profecti ſunt, ubi extra urbem in monte ſitum elegantiſſimum monaſterium, ad cujus latera ampliſſimus hortus & ſylva erant juncta: Elegantiorem cathedralem Eccleſiam negat Pellicanus ſe vidiſſe, ex picturis & imaginibus in parietibus & pavimento, opere teſſelato, & omnium Paparum nominibus & imaginibus. Senis deflexerunt per Montana Thuſciæ, donec *Petilanum* perventum. Inde

per

per comitatum *Farneſienſem* venerunt ad lacum Fulſinum igne facto, ex inſula, quæ monaſterium fratrum erat, navigio deduxerunt fratres Germanos in Inſulam: ubi biduo manſerunt. Nave quoque ipſorum aliquot ad oſtia lacus deducti, viderunt *ſex milla anguillarum*, quæ machinis quibusdam captæ evadere non poterant: donati aliquot anguillis in Inſulam reverſi ſunt. Tandem *Viterbium* verſus iter fecerunt, per campum fœtidum, piceis balneis repletum, in monaſterium ad ortum urbis extra muros. Hinc poſtero die decedentes montana conſcenderunt: pertranſeuntes aliquot oppida, noctu pervenerunt in monaſterium ſui ordinis, iter diei diſtans *Roma*, ubi una illa nocte *trecenti hoſpites*, benè fuerunt accepti: Poſtridie, quæ erat quarta feria ante Pentecoſten, meridie ad hoſpitium diverterunt, ubi germanos obviam *Curtiſanos* habuerunt, repetentes patriam, qui ita pontifici *Leoni* oblocuti, ut animus horreret.

Exinde ceperunt videre turres & colles Romanos elegantiſſimo ſitu: non ſine pulcra majeſtate antiquæ Romanæ gloriæ. Pervenerunt ad *pontem Milvium*; ibi Tiberim tranſiverunt verſus portam Tiberinam, quæ *Mariæ* dicitur *de populo*: ubi pulcra eſt eccleſia ad ſiniſtram, cum eximio *Auguſtinianorum Cœnobio*, ibi indulgentias primas in eccleſia illa plenarias impetrarunt. Poſteà longo itinere per vacuam urbem verſus montem Capitolinum, ubi olim fuit templum *Jovis Feretrii*, nunc eccleſia magna *Ara Cœli* dicta, & Minoritarum monaſterium cernitur. Aſcendentes ad aram cœli per *centum & decem gradus* marmoreos, circumſpicere potuerunt, ex meditullio urbis circumquaque. Manſerunt ex toto terrarum orbe congregati numero circiter *mille fratrum*. Proceſſiones aliquot habitæ, una ad S. *Joannem Lateranum*, ubi oſtendebantur reliquiæ corporum ſanctorum *Petri & Pauli*, mira & ridicula pompa. Alia proceſſio in *ædem S. Petri*, & ad palatium Papæ, qui collectos videbat, in *Bell videre*, aſtantibus quibusdam Cardinalibus. Ipſe cruce facta manibus benedixit filiis ſuis, & plenaria indulgentia donavit obſequentiſſimos filios ſanctæ ſedis. Viciſſim fratres mille qui aſtabant in curia cantabant antiphonam: *Sacerdos & pontifex, & virtutum opifex, paſtor bone in populo, ora pro nobis Dominum.* Pontificis juſſu deducti in templum *S. Petri*: oſtenſa ipſis fuit *Veronica* illa toto orbe celebrata: idque multis ceremoniis, ab invitis Epiſcopis quibusdam, non ſperantibus pecuniam. Poſteà in proceſſione bini & bini ad *Aram cœli* redierunt usque in diem corporis Chriſti; quando iterum omnes cum toto clero & Monachatu multiplicium ordinum varii coloris & habitus: in qua proceſſione tranſiverunt per Hoſpitale *S. Spiritus*, abſente Papâ, & incluſo in mole *Adriani* ob metum; quia ceperat quosdam Cardinales magni nominis. Primum ibant *Minores*, deinde *Auguſtiniani & prædicatores*, cum reliquis, quos numerare non refert.

Tandem Epiſcopi plures, quos ſequebantur *Cardinales*, poſteà cuſtodes corporis Papæ, *Helvetii ducenti*, elegantiſſimi viri, eàdem formâ induti, pro facibus geſtantes halabardas, circumdantes Cardinalem, geſtantem corpus Chriſti in *monſtrantia*, ut vocant, parvula. Benedictione accepta, quique redierunt ad ſua. Pellicanus & ſocii in *quartam hebdomadam* ibi manſerunt. Primò quidem paſti eleemoſyna Papæ, qui obtulerat *ducentos ducatos* pro victu fratrum. Supervenientes autem Portugalenſes fratres, literas ſui regis attulerunt, quibus cavebatur: ut rebus agendis utiliter & religiosè inſtarent fratres, obtulitque *quinque millia ducatorum* pro fratrum victu, & amplius, neceſſitate poſtulante. Commendavit fratrum orationibus viciſſim animam defunctæ reginæ Portugaliæ, pro cujus ſalute exequias agere deberent, tota illa fratrum concio, & totus ordo in ſuis monaſteriis paſſim.

Satellites Papæ.

Eleemoſyna regis Portugaliæ pro monachis.

Nihil autem ibi actum eſt, niſi quod magiſterium ordinis generalatus officium & regimen translatum eſt à conventualibus minoritis, ad eos, qui dicti ſunt *de obſervantiâ*, invitis & recalcitrantibus illis, & de præſcriptione contendentibus, famamque diſſeminarunt per urbem, obſervantinos emiſſe à Papa hujusmodi prærogativam, *octo millibus ducatorum*, de quo verba ſunt Pellicani; *quid factum ſit neſcio. Hæc duo ſcio, quod ex totâ Germaniâ ne obulum quidem ab obſervantinis Papa acceperit: alterum, quod minoritæ illi de obſervantia, commiſſarii fuerunt in Italia paſſim, unde collegerunt tredecim millia ducatorum, quæ in capitulo repræſentârunt, ſatis tamen incircumſpectè & impurè juxta illorum regulam & ordinem. Quid autem minoritæ lucrati ſint impoſterum, per indulgentias prædicatas: in Archiepiſcopatu Moguntino & in Helvetiis quoque; docuit negotium Lutheranum & Zvvinglianum.*

Roma quid actum.

Tandem dimittendi, provincialis *Saxoniæ & Argentinæ* cum ſuis ſociis & comitibus viſitarunt, indulgentiarum loca, per *ſtationes ſeptem* Eccleſiarum principalium, ſummo quodam mane diluculo aram cæli exeuntes, primum ante portam adiverunt eccleſiam S. *Pauli* amplam & vetuſtam adjunctam egregio monaſterio Benedictinenſium. Ibi oſtenſa eis fuit ara, ſub qua aliquot annis commorata eſſet ſancta *Brigitta*, Regina Sueciæ, cum qua loquuta fuerat imago lignea crucifixi, ad dexteram altaris, non multum remota in altum, id quod non credidit aſſerenti Pellicanus. Proceſſerunt inde ad S. *Anaſtaſiam*, Eccleſiam Cœnobii *Ciſtertienſis ordinis*, juxta quam minor quædam Eccleſia *ad tres fontes* dicta, qui dicebantur erupiſſe, dum ter caput D. *Pauli* amputatum ſubſiliiſſet. Scribit *Pellicanus* conſideraſſe ſe ter, ſcaturiginem ejusdem eſſe aquæ, ex inæquali altitudine defluentis. Adfuerunt eadem hora iisdem fontibus duodecim prædicatorii veſtitus fratres *Mauri* ex *India*

Loca indulgentiarum Romæ.

Brigitta fabula.

Tres fontes orti, ubi Paulus capite plexus.

India, qui ejusdem Eccleſiæ indulgentias ambierunt. Poſtea pervenerunt ad *Capellam* ſatis amplam, quæ dicebatur *Annunciata*, ſine omnibus ornamentis, quibus etiam alia templa carebant, præter unicum crucifixi ſignum ligneum, ſic fabrefactum; ut faciem verteret ad latus dextrum. Deinde ad Eccleſiam ſancti *Sebaſtiani* amplam ſatis, in qua crypta aperta quidem ſuperius; ut deſcenderetur per gradus; & altare erat unum, in quo poterant miſſam celebrare duo verſis ad ſe vultibus, ſed aſpectum tabula quadam impediente. Ibi duo provincialiter miſſificarunt ad redimendas animas ſingulas de purgatorio; alii volentes miſſare, qui ſecum panem & vinum non attulerant, à Monachis Ciſtertienſibus ea impetrare non potuerunt: ideò & ipſi coacti ſeſe exuere ſacris denuo: & miſeras animas per miſſam ex purgatorio liberandas, per avaritiam Monachorum diutius excruciari oportuit.

Anima per monach. avaritiam non poſſunt liberari.

Inde regreſſi in urbem per viam *Appiam*, ubi in quodam bivio oſtenſum ſacellum, quod dicitur, *Domine quo vadis*, cum pictura *S. Petri* Româ fugientis, cui eo loci Chriſtus dicitur occurriſſe, qem Petrus interrogavit, *domine quo vadis?* Chriſtum contrà Petro reſpondiſſe: *Romam vado iterum crucifigi.* Id audiens Petrus, admonitus rediit Romam, & ibi eſt crucifixus. Poſtea ad *S. Joannis Lateranenſis* amplam & magnam eccleſiam pervenerunt, juxta quam ambitus fuit, in cujus latere appendix, eccleſia parva S. Joannis Baptiſtæ dicta: & *gradus circiter viginti*, qui dicebantur fuiſſe olim Hieroſolymis ante prætorium *Pilati*. Eos gradus vetulæ & peregrini juſſi ſunt genibus aſcendere, pro redemtione unius animæ de purgatorio. Deinde ad *S. crucis Eccleſiam*, circa quam monaſterium Carthuſianorum; ſed non ſic incluſorum, ut noſtrates ſunt. Poſt prandium indulgentias petierunt ad *D. Petrum*, & ad *Minervam*, ad *Mariam majorem*, & ad *D. Laurentium*; ubi etiam tumbæ erant ſub terra, prolixi & tenebroſi meatus; ut luminibus opus eſſet, non ſine periculo erroris, niſi præeuntes & gnaros locorum habuiſſent. Dicebantur fuiſſe *crypta martyrum*. Tandem ad aram cœli egreſſi ſunt. Voluiſſet ruinas antiquiſſimorum ædificiorum & thermarum videre Pellicanus: ſed non data eſt copia diſcurrendi, nec carebat latronum periculo.

Sacellum, Domine quo vadis.

Gradus ante prætorium Pilati nunc Romæ.

Crypta martyrum

Redit Roma Pellic.

Circa medium Junii, Româ dimiſſi, iter fecerunt verſus veterem urbem *Aretium*, quam non fuerunt ingreſſi, habentes extra mœnia monaſterium, ſtatimque cæperunt aſcendere montana Apennini montis, ad montem qui dicitur *Alverna* Minoritis, ubi *S. Franciſcus* dicitur ſtigmata Chriſti quinque vulnerum accepiſſe. Altiſſimus eſt mons, & per totam ferè Italiam conſpicuus, ſylva pulcerrima, proceriſque arboribus tectus, cum pulcris planiciebus tribus, in latere orientali, auſtrali & occidentali: in quibus tria fratrum templa non parva, & unum egregium monaſterium, in quo *quadraginta* tunc fratres, rigidè viventes, quo ad victum. Noſtrates nihil cibi biduo habuerunt, niſi *calidam aquam cum paucis piſis, fabas crudas de* agro allatas, *panem* verò & *vinum* commodè ſufficientia. A monte Alvernæ deſcendentes, per anfractus montium pervenerunt ad loca planiora verſus *Forolinum*. Deinde tranſiverunt *Romandiolam* ipſam; urbes multas ordine, ut eſt *Forolinum*, *Faventia*, *Forum Cornelii*: quæ *Imola* dicitur, *Bononia*, *Mutina*, *Regium*: inde deflexerunt iterum verſus *Mantuam*: inde *Veronam*, hinc verſus *Cluſam*; ut tandem redirent Rofertium, hinc per *Tridentum* ad Bozen: tandem ad domum ſuam in Brixinenſi Clariſſarum monaſterio. Ibi aliquot diebus idoneis cibis recreati: Pellicanus in febrim incidit, & magno labore Alpes ſuperavit venitque in *Suaz*. Provincialis cum ſociis eum ibi relinquentes donec melius haberet, navigio abierunt.

Alverna mons S. Franciſci ſtigmata.

Monacum æger pervenit: ubi capitulum provinciale ab menſe Auguſto fuit celebratum. Paulatim ex morbo recreatus, *rogavit provincialem; ne ſe Guardianum cum patribus capituli ordinaret, in aliquo loco: malle docere fratres, ut multis annis fecerat.* Patres eâ lege aſſentiebantur; ut officium *viſitatoris ſororum tertii ordinis* ſuſciperet, per terminos Sueviæ ſuperioris & inferioris, quæ eſt *Algoia* & Wirtembergēſis, domos ſcilicet circiter ſexaginta. Tali ipſum officio honorandum cenſentibus, quod aliis gratum erat; reſpondit, *ſe malle tres Gardianatus fratrum ſubire quam id oneris ſibi importabilis & periculoſiſſimi.* Patres id audientes, eum ordinarunt Gardianum in conventu *Rubeacenſi*, quo pervenit circa Cal. Septembris, anno *milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo.* Iſto tempore ſtatim ab initio anni *decimi octavi* circumferri ceperunt ſermones quidam *Lutheri* de *pœnitentia.* Pellicanus Baſileam petiturus caſu devenit *Mulhuſium* ad menſam commendatoris; ubi plebanus doctus, ordinis Teutonicorum, *articulos* erat nactus *centum* impreſſos. Hos cùm legendos Pellicano in menſa exhibuiſſet, & legiſſet: obſtupuit, quod illa palàm proferrentur. Dixit tamen, *ſe non eſſe certum de primis viginti ſex articulis, qui de purgatorio, de quo dubitaret an eſſet, quando in antiquis Patribus Auguſtino, & eum præcedentibus, & in ſacris literis nullum tale inveniretur purgatorium: de indulgentiarum autem materia, de confeſſionibus, de primatu Pontificis, quæ ſequerentur in reliquis ſeptuaginta articulis, prorſus nihil dubitare: ſed habere pro veriſſimis. Verum neceſſarium fore: ut Lutherus de hac re clare adhuc, & clarius diſſerat, id quod facturum ſperet, ſi vivat.* Id tunc dixit in menſa coram multis doctis. Itaque manſit in Gardianatu Rubeacenſi usque ad annum *decimum nonum* poſt Paſcha. Illis itidem diebus *Eraſmi lucubrationes* celebrari ceperant, prodeuntibus tunc *paraphraſibus* ejus in *epiſtolam Pauli ad Romanos*;

quarum

quarum exemplaria à Frobenio cum accepiſſet Pellicanus, prælegit junioribus fratribus: ut pariter Paulinam imbiberent Theologiam, & Latinam linguam puriorem diſcerent. Placuit adeò fratribus; ut in aliis quoque conventibus paſſim *Eraſmica* legerentur avidè. Eodem anno celebratum fuit ſecundum generale capitulum totius ordinis *Lugduni in Galliâ*; ubi ſucceſſor electus eſt generalis miniſter *Franciſcus* miniſter *Lecheti* Cardinali creato Chriſtophoro Foroliviensi, qui Romæ generalis electus de obſervantinis, ſtatim creatus à Papâ fuerat cum aliis triginta Cardinalibus, dum Romæ Pellicanus fuit; commiſſarius jam antè fuerat ille in indulgentiis generalis per aliquot Archiepiſcopatus in Italia, & collectas pecunias Papæ obtulerat.

Eodem anno *comitia* ſunt *Auguſtæ* celebrata; in quibus legatus apoſtolicus *Thomas Cardinalis* tituli S. *Sixti*, qui *Lutherum* ob articulos illos centum citaverat Auguſtam, cujus negotii acta extant publicè. Interea paſſim etiam *Baſileæ* impreſſa & lecta ſunt multa Lutheri opuſcula, quæ magno applauſu paſſim in Germania excipiebantur. *Eccius* tamen reclamavit, inſtituta *Lipſica* diſputatione ad annum ſequentem. *Lovanienſes*, *Pariſienſes & Romani* Lutherana omnia damnabant, & excommunicabant; pauci verò id curabant. Anno decimo nono poſt paſcha Pellicanus deſcendit ad capitulum generale *Oppenheimii* indictum: in quo ordinatus fuit *Gardianus* conventus *Baſilienſis*. Jam enim ibi à fratribus erat electus & in capitulo confirmatus, pro conſuetudine ordinis. Itaque ad feſtum Pentecoſtes pervenit Baſileam. Quo tempore multi libri Lutheri impreſſi ſunt Baſileæ, opera *Beati Rhenani*, primum quidem à *Joanne Frobenio*: ſed *Eraſ. Roterodamo* inſtante epiſtolis, poſtea nihil Lutheranum impreſſit. Id quod vehementer profuit *Adamo Petri*, qui libellos ferè omnes, qui Wittembergâ allati, Pellicano annotationes addente, magno ſuo commodo impreſſit, usque ad annum 25. Anno 20. impreſſa fuerunt omnia, quæ tunc extabant opuſcula *Mart. Luth.* in unum codicem ab *Adamo Petri*, Pellicano colligente & ordinante. Eodem anno celebratum fuit capitulum provinciale *Ambergæ*, propè ſylvam Bohemicam, quod accedere coactus tranſivit Conſtantia, ubi apud Minoritas muneribus & præſentia ſuâ honoravit ipſum *Joannes Fabri*, & *Urbanus Regius*, qui tunc erat in Spiritualibus vicarius Epiſcopi Conſtantienſis. Poſteà Ulmam profecti inde navi conductâ multi Gardiani cum ſociis deſcenderunt Danubio *Lavingam* usque: ubi hoſpitio exceptus eſt à *Caſparo Ammonio* Auguſtiniano, Hebraicè docto, olim Provinciali ordinis per Germaniam. Deinde venerunt Ingolſtadio Ratisbonam, ubi *Idolum* erectum *ſpecioſæ virginis Mariæ*, in loco, ubi fuerat Judæorum Synagoga, viderunt: qui anno præterito ejecti fuerant ex urbe. Fuit concurſus mirabilis omnis generis hominum ad illam imaginem, quam viderunt & unà adoraverunt, ut reliqui.

Poſtridie ingreſſi ſunt *Ambergam*, numero *centum & viginti* amplius. In illo capitulo iterum electus eſt in miniſtrum Provinciæ *Caſpar Sazgerus*, qui fuerat Gardianus Noribergenſis triennio. Rediit Pellicanus Baſileam. Poſt hoc verò capitulum cepit prædicator exponere *Evangelium ſecundum Matthæum*, quod & finivit infra annum cum dimidio, ſequutus vetuſtos Patres, idque cum fructu & approbatione frequentiſſimi auditorii etiam doctorum: verbum verò Evangelii erexit conſcientias: irritavit autem hypocritas, poſteà perrexit: hic multi commoti ſunt. *Explicat Evangel. Matth.*

Poſt coronationem *Caroli V. Aquisgrani* celebratam, ceperunt *comitia Wormatienſia*, ad quæ Lutherus quoque vocatus ſuæ doctrinæ rationem reddidit: attamen inſtigantibus Romanis, libri ipſius horrendo edicto à Cæſare damnati fuerunt: ſed non eſt id obſervatum, neque Wormatiæ, neque alibi: quin impreſſi, venditi & lecti ſunt, & ejus & aſſeclarum tantò ardentius. In fine anni ex comitiis Baſileam venit Pater *Franciſcus de Angelis*, Hiſpanus, provincialis Provinciæ, quam *Angelorum* vocabant, per totam Hiſpaniam diffuſam. Is Cæſaris legatus feſtinabat in Hiſpaniam, ad ſedandum quendam tumultum, & cum Pellicano integro biduo manens, multa eſt locutus de cauſa Lutherana, quæ magna ex patre arriſit viro bono, & docto; de ordinis quidem conſtitutionibus multa fuerunt collocuti; in quibusdam immutandis, quæ poſteà in conventu generali Carpenſi (ad quem Pellicanus quoque à tota Provincia in capitulo nuncius futurus electus quidem fuit; ſed adeſſe non potuit) omnia propoſuit: at non eodem tempore determinata; ſed in ſequenti tandem generali congregatione fuerant ordinata. Et erat is annus Domini *milleſimus quingenteſimus viceſimus primus*, in quo non fuit celebratum capitulum fratrum provinciale; ſed *comitia Norībergæ* indicta quorundam Principum; ubi decretum Cæſaris contra Lutheranos magna parte remiſſum fuit in imperio: ſed non in Principatu ducum Auſtriæ. Eodem anno *Marſilii Patavini* liber contra Papatum tempore *Ludovici* IV. ſcriptus, opera *Beati Rhenani*, qui in eum mutato ſuo nomine præfatus eſt, in lucem prodiit. Item hiſtoria *Henricorum Cæſarum* IV. & V. Anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo ſecundo* poſt Paſcha, celebratum eſt capitulum *Leonbergenſe* in Suevia: in quo cum comparuiſſet Pellicanus cum reliquis, primum locum habiturus inter omnes, ob honorem conventus, & loci Baſilienſis, accuſatus fuit à quibusdam publicè Lutheraniſmi: & jam ut excommunicatus, & indignus, qui adeſſet capitularibus actionibus, præſedit Sazgerus. Reſpondit inter alia Pellicanus:

Comitia Wormat.

Franciſ. de Angelis, Hiſpan.

Comitia Noribergæ.

Marſilii Patavini liber contra Papatum.

Hiſt. Henr. Cæſarum.

Accuſatur Lutheran. Pellic.

nihil ſibi conſtare de aliqua excommunicatione lata contra ſe, qui decretum Papæ nullum vidiſſet; ſed poſtquam audiſſet paſſim jactari, ceſſaſſe à promotione librorum Lutheri, præter quorundam, qui nondum eſſent damnati: ut erat opus Pſalmorum aliquot, quibus adjecit quosdam Hebraicos characteres, rogatus à Luthero per Epiſtolam. Atque ſic fuit decreto patrum admiſſus. Et cum communis eſſet conſultatio, de prohibendis fratribus omnibus à lectione librorum Lutheri; conſilio ejus & patris miniſtri provincialis decreto, ordinatum eſt: ut ſimplicioribus fratribus prohiberetur; ſed docti fratres & prædicatorum officium exercentes, diligenter legerent Lutherana; ut de iis judicare poſſent, & privatim atque publicè redarguere errores, contra ſcripturas canonicas, & veritatem. Sic illi capitulo ultimo interfuit, in via autem invenit in thermis *Cellenſibus*, propè Hirsgaugiam, lavantem infirmum *D. Joannem Reuchlinum*, cum quo aliquot horis de multis collocutus eum ultimò vidit. Sequenti enim Majo obiit, *Stutgardiæ* ſepultus vir doctiſſ. & juſto zelo ſuccenſus pro veritate aſſerendâ, & ſacrarum literarum ſtudio promovendo.

Libris Lutheri interdictum monachis junioribus.

Ruchlinū ultimò videt Pellic.

Reverſus Pellicanus Baſileam, Eraſmo narravit de obitu, & ſuo colloquio, occaſionemque præbuit dialogo illi de *apotheoſi Reuchlini*. Sicut & eidem, quod de *Franciſcano Conrado & Bernhardino* luſit, ſuâ facundiâ illuſtrans hiſtoriam veram quidem; ſed humiliorem, quam quæ legatur. Anno *viceſimo tertio* tempore quadrageſimali, provincialis *Sazgerus* Baſileam profectus, audivit à Doctoribus Univerſitatis Baſilienſis, & à Canonicis quibusdam Eccleſiæ majoris, querelas graves contra ipſum Pellicanum Gardianum, contra Vicegardianum *Joannem Kreis*, & contra prædicatorem *Joann. Luthart*, & alios, quòd Lutherani eſſent, & promotores librorum Lutheri; quibus permotus, decrevit cum ſuis conſiliariis iſtos tres loco movendos; tamen cum honore & citra contumeliam, ſubſtituendosque alios in eorum locum. Id cum innotuiſſet ſenatui Baſilienſi, communicato inter ſe conſilio, miſerunt ad provincialem duos Senatores ex primoribus, denunciantes eidem, ut accuſationem, contra illos tres latam indicaret, quam Senatus omninò ſcire & audire vellet. Negavit primum provincialis, nolens prodere accuſatores dominos & magiſtros: mox audivit ſententiam Senatus eſſe; ut tres è monaſterio mittat, ſtatim reliquos fratres omnes ejiciendos eſſe, qui tum numero erant ſupra *quadraginta*. Verùm provincialis exiſtimans Senatores hos Lutheranos, & alteri parti addictos eſſe, provocavit ad Senatum utrumque colligendum. Id illi conceſſum eſt ad Sabbathum imminens hebdomadæ Paſchali, eâ ratione; ut prædicator, & Pellicanus pariter comparerent in ſenatu, rationem daturi actionum ſuarum, & reſponſuri ad accuſationes proponendas provincialis.

Apotheoſis Capnionis.

Sazgeri tragœdia cum Pellic.

Senatus ſuam autoritatem interponit.

Comparuit cum ſuo ſocio *Joan. Wintzler* & confeſſore, Pellicani adverſariis, & longo ſermone expoſuit negotium totum, & cauſas, ob quas cogeretur amovere illos tres ad alios conventus, & ipſorum conventus melius providere. Accuſavit eos Lutheraniſmi, & quod hujuſmodi librorum editionem promoviſſent. Statim à prandio iterum vocati ſunt ad Senatores quosdam, audituri ſententiam Senatus; quæ fuit, *ut feſtinarent urbe egredi, re infectâ; quam molirentur. Quin ſi illos tres volentes nolentes urgerent egredi urbe; decretum eſſe, omnes reliquos Minoritas ex urbe ſtatim ejicere.* Sic provincialis abiit cum ſociis ſuis, & confeſſore monialium S. Claræ in *Gnadental Gregorio Heilman*, doctore, ubi conſilium ſuum cum doctoribus & canonicis habuerant. Sed & eodem decreto denunciatum eſt quatuor ordinariis lectoribus; duobus in Theologia magiſtris, M. *Mauritio Auguſtiniano*, & D. *Joanni Gebvvilero* Doctori in canonicis, *Joanni Mernach* & *Joanni Wonecker* Medico; qui ſtipendia habebant à Senatu, ne poſthàc exſpectarent ſtipendium pro lecturis; ſed ab illis ceſſarent. Porrò abeunte provinciali, non amplius redituro, *Pellicanus* dimiſſus; in officio cum ſociis ordinarius lector in Theologia ſtatim ordinatus eſt Doctor *Joannes Oecolampadius*, qui etiam antea Jeſaiam Germanicè, omnibus audire cupientibus, legerat. Sed ex illo tempore cœpit prælegere *epiſtolam ad Romanos*: & *Pellicanus* in locum *Auguſtiniani* Doctoris ſurrogatus eſt, lector Theologus, qui in amplo ſatis auditorio, prælegit *Geneſin* integro anno: deinde *viceſimo quarto* anno, prælegit *Proverbia Salomonis*, poſteà *Eccleſiaſten* uſque ad Februarii finem ferè, anni *viceſimi ſexti*. Cum eodem viceſimo ſexto anno celebraretur capitulum provinciale in conventu *Landshutenſi*, Senatus Baſileam miſit nuncium cum ſuis literis ad cœtum illum, & expoſuit quid actum eſſet; & quid fieri vellet de conventu fratrum, & Sororum S. Claræ in *Gnadental*; ſcripſit etiam Pellicanus, 3. Calend. Auguſti, non ad Provincialem *Sazgerum* (qui ei ante ſemper amicus, hoc verò tempore offenſus videbatur) ſed ad *Alexandrum Molitoris* tùm Gardianum Moguntinenſem, qui in illo capitulo Provincialis electus eſt, veterem amicum, de cauſa ſua, & ad illum ſe excuſavit rogans; ut aliis quoque ſuam epiſtolam oſtenderet, quia ſciebat ſe paſſim malè audire.

In illo Capitulo *Sazgerus*, ut ex amicis intellexit, ipſi *teſtimonium dedit integræ famæ & vitæ, hortatusque eſt fratres; ut à calumniis, quibus eum impetebant, ſibi temperarent.* In eodem ſubmotus eſt ab officio regendi fratres, & ei ſubrogatus eſt Romanus quidam, qui annis multis *Baſileæ* confeſſor primorum civium & matronarum fuerat, homo indoctus, nec integræ famæ: ille benignè ipſum

ipſum tractavit. Nam ſtipendium, quod lectori Theologico dabatur, conceſſit, ad victum & neceſſitatem fratrum conventus: verum occultè cives ipſi infeſtos reddidit; ut ipſum & *Luthardum* urbe expellerent: ſed ante finem anni, cum ſcorto deprehenſus, anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto*, ſucceſſorem habuit virum bonum & doctum, *Matthiam Meiſenbachium*. Is in mandatis accepit, ne Pellicano & prædicatori moleſtus eſſet, quod & fecit. Veniebat quotannis pro more principalis miniſter qui erat *Alexander Molitoris*: hic paternè Pellicanum, prædicatorem, & tertium eorum fratrem tractavit.

Perrexit prædicator Evangelium annuncians, Pellicanus in ſua lectura cum *Oecolampadio* alternis legentes in ſchola Theologica, quæ cœperant: tertius frater *Ioannes Kreis*, qui invitis parentibus monaſterium ingreſſus fuerat, ab illis revocatus, *Argentinæ* Magiſter ludi factus, domino fideliter inſervivit; Pellicano filius & frater chariſſimus.

Etſi verò Gardianus ei faveret, tamen fratres quidam ipſum odio habuerunt, maximè coquus & cellarius. Viri igitur boni, inprimis *Adamus Petri*, ultimo anno, quotidiè ferè ipſi cibum & potum miſerunt, timentes ne illi vitæ ipſius inſidiarentur.

Menſe Februario, plures quam *ſeptuaginta* opulenti & pii cives, ſuo & aliorum amicorum civium nomine rogarunt: ut *in ſua Eccleſia, quæ ampla eſſet & in urbis meditullio ſita, pro tot horarum cantionibus, & tot miſſis, per horam dimidiam quotidie ſermonem ex novo Teſtamento haberent*: aliquot eorum, libenter id ſe facturos promiſerunt, quod regulæ Franciſci conforme videatur, reliqui verò noluerunt, dicentes: *Lutheranum eſſe, diebus profanis prædicare*. Offenderunt igitur ſuos patronos; Pellicanus dixit pecunias, quæ pro laboribus ſuis ſibi darentur, ad ſuæ vitæ ſuſtentationem uſurpaturum.

Anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto*, ad capitulum provinciale *Crucenaci*, oppido Palatinatus, quod celebratum fuit circa Dominicam *Iubilate*, ad fratres ultimam epiſtolam miſit, in qua expoſuit, quid hactenus geſtum ſit in illorum conventu, & ſe excuſavit. Rediens Gardianus animo fuit erga ipſum benevolo, aliis dicens, *commiſſum ſibi à patribus, ut ſineret Pellicanum agere, quæ ageret*. Iſto anno, *Frobenio* rogante, confecit indicem in *Plinium*, & in opera D. *Hieronymi*: quia *Oecolampadii* index non amplius ad hanc editionem quadrabat, idque maximis laboribus.

Anno *viceſimo ſexto* die S. Stephani, *Zvvinglius* nomine Senatus Tigurini & deputatorum Pellicanum Tigurum vocavit, ut ſuccederet *Iacobo Ceporino*, qui Hebræa, in lectione Biblica recens inſtituta, prælegerat. Etſi verò triennium jam ſacra propoſuerat ſuis auditoribus; tamen ſe non ſatis idoneum exiſtimans illi oneri, neque Zvvinglii votis poſſe reſpondere, conſilio amicorum, & inprimis *Iacobi Meyeri* conſulis, qui Pellicanum plurimum amavit, uſus eſt: qui omnes ſuaſerunt, ne honeſtam hanc vocationem detrectaret, quia adhuc tardius proficeret Baſileæ reformationis inſtitutum, & ipſe inter fratres diſſentientes tutus non eſſet. Miſſione igitur à ſenatu impetrata, compoſitis ſuis rebus, viceſimo Februarii, comitatus *Petro Fleckio*, qui Monachus etiam fuerat, & *Heinrico Billingo*, iter ingreſſus eſt. *Eò abit.*

Tigurum ut venit *Zvvinglii* hoſpitio uſus eſt, donec domus ſua inſtrueretur. Magna verò lætitia fratrum, *Zvvinglii*, *Leonis*, *Myconii*, *Ammiani*, *Collini*, *Megandri* & aliorum exceptus eſt, qui poſtea amici ejus perpetuò fuerunt. *Amicè excipitur.* Priusquam libri ei afferrentur, in lectione Theologica, Leo Judæ Hebræa prælegebat, & interpretabatur. Is primus fuit, quem Hebræa legentem audivit. Calendis autem Martii non caſu contigit, ut prima lectio ei prælegenda occurreret capite *decimo quinto Exodi*. Eam in hanc exorſus eſt ſententiam: *Gratia Deo meo, qui me ereptum ex Ægypto & ab Ægyptiaca ac Papiſtica captivitate, fecit tranſire mare rubrum, ut nunc mihi cum ſanctis liceat canere canticum illud ſororis Moyſi, & dicere cum gaudio: Cantemus Domino, glorioſe enim honorificatus eſt.* *Prima lectio Pellic. Tigur.* Decimo ſeptimo Martii ſupervenerunt libri, & veſtes paratæ impenſis Frobenii duplices, ad neceſſitatem, pro diebus feſtis & profeſtis. Ibi depoſuit cucullum, & communibus illis veſtibus uſus eſt, *annos quadraginta octo* natus. *Cucullum deponit.* Oblati ipſi erant aliquot *coronati*, inter quos duplex, in quo *imago erat S. Franciſci*, cum inſcriptione, *miraculum amoris*, moneta Mirandulana, quæ ei vice ominis ſuſcepta, quod non abhorreret pius Franciſcus à ſe propter mutatum habitum: qui & ipſe jam aurum non ſperneret, quantumvis Deo charus & beatus. *Moneta Franciſci imagine inſignita.* Coactus fuit tunc valores monetarum diſcere, qui à *triginta tribus* annis nihil tale vel ſemel tetigerat, vel habuerat. *Ignarus pecuniæ valoris.*

Amici deinde ſuaſerunt, ut exemplo aliorum ſacerdotum, uxorem duceret, ne ſcandalo eſſet Eccleſiæ. Menſe igitur Auguſto duxit *Annam Friſiam, Ioannis Friſii*, Ludimagiſtri ſororem, egregiam fœminam. *Ducit uxorem.* Hoc ejus inſtitutum omnes probarunt, ſolus Zvvinglius miratus fuit, ſolicitus de ejus ætate, timebat, ne conjugium ei infelix obveniret. Ibi tùm ergo Dei gratia domeſtica cura exoneratus, majorem incumbendi literis quàm unquam occaſionem habuit. Statim etiam docti homines advenæ, contubernium ejus expetiverunt, adeò ut rarò ſine hoſpitibus eſſet. Multi enim perſecutionis tempore Tigurum amore Evangelii diſcendi, docendi, & ſervandi confugiebant. Anno *viceſimo ſeptimo* ſuſtulit filium ex ſuâ uxore, quem *Samuelem* vocari voluit, quia tunc hiſtoria Samuelis pueri, in ſcholis Theologicis prælegebatur, & mater *Anna* dicebatur, & ipſius quoque nomen ad Elcanæ alludebat. Uxor illa obiit anno *trigeſimo ſexto*, menſe Octobri. Hortatu autem amicorum, menſe Januario ſequentis anni alteram *Alteram eâ mortuâ.*

alteram duxit *Eliſabetham*, ex qua nullos liberos habuit.

Edit Biblia Hebraica. Eodem anno diſputatio Badenæ fuit habita: Pellicanus opera *Damiani Irmi* Baſilienſis mercatoris, ſecundam editionem Bibliorum Hebraicorum cum comment. Judæorum R. *Abraam Abenezra*, & R. *Salomonis* in Prophetas ſibi comparavit. Item *librum radicum* & *Michlol* Conſtantinopoli impreſſos. Anno *viceſimo octavo* in Januario celebrata *Diſputatio Bernenſis.* fuit diſputatio *Bernenſis* integro ferè menſe, cui cum aliis multis Pellicanus interfuit, & conciones, quæ ibi à peregrinis habitæ ſunt, in unum volumen collectas, in lucem dedit.

Anno *viceſimo nono* quinta Septembris *Prælegit Geneſin cum Ammiano.* abiit *Zvvinglius Marpurgum*, ut de cœna Domini cum Luthero colloqueretur. Abſente illo, *Ioannes Ammianus* & *Pellicanus* prælegerunt *Geneſin* uſque ad decimum ſextum caput. Cum audiſſet tum monaſterium Minoritarum Baſileæ evacuatum, veritus ne libri, quos laboribus ſuis diuturnis & magnis compararat à chalcographis diſtraherentur, acceptis literis à Senatu Tigurino ad Baſilienſem, illos obtinuit, & meliores ex illis Tigurum *Synodus in Frovvenfeld.* miſit. Eadem æſtate *Synodus* celebrata eſt in *Frovvenfeld* celebris, cui interfuit cum Zvvinglio. Finito autem curſu viginti quatuor librorum Biblicorum à Zvvinglio, aliud jam quod ageret non habebat, videns autem non ſufficere ſtudioſis Theologiæ, tractationem Grammaticam & brevem indicationem rerum; utile fore judicavit, ut ex ſingulis capitibus & verſibus, doctrina fidei & morum ad eccleſiæ ædificationem excerperetur, qua ſtudioſi ſacræ ſcripturæ poſtea commode poſſent uti. Rogarat doctos quoſdam, ut id facerent, viderat etiam à *Luthero* in Deuteronomio, à *Pomerano* in libris Samuelis, à *Melanchthone* in parabolis Salomonis, tale quid tentatum, doluit ergo eos non pergere, ut poterant. Quare cum otium ſuppeteret, ipſe id aggreſſus eſt: ut alios exemplo excitaret. Non quidem mens ei fuit, ut illi libri in publicum prodirent, niſi ab aliis fuiſſent antea expoliti. In *Exodo* primum periculum fecit Cal. Aprilis, breviter annotando, quæ in quolibet capite cum fructu doceri poſſent. Interea Grammaticæ Hebreæ præcepta diſcipulis ſuis tradidit. Cum autem menſe Auguſto *Pentateuchum* abſolviſſet; Prophetas priores explicandos ſibi deſumſit, quibus finitis libros *Paralipomenon*, *Eſdram*, *Nehemiam*, *Eſthera* expoſuit, ut geſta majorum tam ſanctorum, quam impiorum, non eſſent ſcandalo, ſed eruditioni. Uſus autem eſt in illa explicatione ſacrarum literarum veteribus & recentioribus, Latinis & Hebræis ſcriptoribus. De Prophetis poſterioribus interpretandis, non fuit ſolicitus, quod *Oecolampadius* omnes ferè expoſuiſſet, quibus nihil putabat ſe poſſe addere. Aliquid tamen in *Cantico canticorum*, quod Baſileæ publicè legerat, tentandum exiſtimavit. Videns autem difficilimum hunc libellum ſibi ſatis feliciter pro ſua conſcientia explicatum, cœpit neſcio quo ſpiritu impelli, ut quæ ab aliis pluribus libris explicata eſſent, brevius traderet, additis Judæorum Rabinis. Reliquos igitur libros veteris Teſtamenti interpretatus eſt. *Pſalterium*, quod dudum Baſileæ expoſuerat, furtim ipſi ſublatum fuerat, & Argentinæ impreſſum, id ſub incudem revocavit.

Dum hæc agerentur, quidam Typographo *Froſchovero* indicarunt, talia Pellicanum molitum, is rogavit, ut aliquem ex libris illis ſibi edendum concederet, & ut ſpecimen daret futuri operis. Pellicanus qui hujuſmodi nihil cogitaret, libellum Ruth emendatum ei tradidit, quem ad nundinas autumnales vænum exponeret. Innotuit hoc Zvvinglio, qui miratus eſt, & quia erat breviſſimum opuſculum, permiſit edendum. Sed judicio Domini volentis erudire, exercere & caſtigare Tigurinam Eccleſiam Zvvinglius Octobri menſe, una cum aliis præſtantibus viris cæſus eſt anno trigeſimo primo. Zvvinglio ſucceſſit in Theologica lectione *Theodorus Bibliander*, vir linguarum peritus, & in omni genere doctrinarum exercitatus, eloquens quoque atque pius. Pro ſecundo & principaliori officio Zvvinglii, datus eſt Dei gratia *Henricus Bullinger* vir pius, eruditus, fidelis, concionator incomparabilis. Undecima Januarii *Bibliander* curſum exorſus eſt ab *Ieſaia*, magna cum admiratione auditorum, quippe, vix annorum viginti trium fuit. Anno trigeſimo nono primum curſum confecit, hoc eſt, omnes libros Biblicos Veteris Teſtamenti abſolvit. Secundum curſum rurſus cepit non à Geneſi, ſed ſicut cœperat ab Jeſaia, quem 11. die Auguſti anno *trigeſimo nono* feliciter auſpicatus eſt. Poſtquam verò Pellicanus finierat commentarios qualescunque, cepit inſtare Typographus, ut eos correctos in lucem daret. Se enim à ſtudioſis & bibliopolis urgeri, ut eos prælo committeret. Pellicanus videns mediocria & ſimplicia ſcripta, mediocriter doctis placitura, & quòd illorum major ſit copia quàm eximiè doctorum, gratificari petentibus volens, *primum tomum* in lucem edidit: adhæc cogitabat ſe à triginta annis & amplius, in hunc finem, ut ſacras literas intelligeret, operam Hebraicæ linguæ dediſſe, & immenſos labores ſuſtinuiſſe. Suum igitur officium poſtulare, ut ſuas etiam cogitationes ſive meditationes in lucem proferat. Cumque ipſum urgeret, ut alterum quoque, qui hiſtorias continet, evulgaret, *ſecundum tomum* edendum curavit, poſteà *tertium* & *quartum*. Doctis autem quibusdam inſtantibus, ut in Eccleſiaſticos quoque libros, ut vocant, annotationes ſcriberet, illis etiam gratificatus eſt, pro virili ſua eos exponens. Cui operi ſucceſſit index totius ſacræ bibliothecæ, in illorum gratiam, qui in Pellicani commentariis querebantur omiſſas allegationes & concordantias, quod brevitatis cauſa fecerat. Tardius autem evulgatus eſt; quia ipſum urgere Typographus non deſtitit, ut in novum quoque Teſtamentum ſcribens, totum Biblicum opus abſolveret. A multis igitur dict , quæ melio-

meliora videbantur, in unum librum redegit. Apocalypſin non fuit animus explicare. Dedit igitur operam, ut *Sebaſtiani Meyeri* commentarii, qui valde placebant, in lucem editi, ſuis operibus conjungerentur. Interim dum hæc egit Pellicanus, cepit diligentius verſari in prælectionibus *Bibliandri*. Nam ex quo librum Joſuæ auſpicatus erat, excepit, quæ potuit, & poſteà domi diligentius deſcripſit, idem fecit in omnibus ferè libris Biblicis. Textum quoque receptæ translationis, multis in locis emendavit. Adhæc *tota Biblia* ſacra tranſtulit è *Chaldaico in Latinum*, *Moſen* ſcilicet, *Prophetas* priores & poſteriores, cum *Hagiographis* nempe *Onkelum* & *Ionathan*, cùm reliquis etiam in *Canticum*, *Eccleſiaſten*, *Lamenationes* & *utrumque Targum* ſuper libro *Heſter*, de quo ſibi Judæi mirè placent. Quin & *Targum Hieroſolymitanum* in quinque libros Moſis; præter hæc tranſtulit quædam Thalmudica opuſcula, librum *Maſſoreth*, quem Hebraicum edidit Elias grammaticus, varia item Hebræorum commentaria. Scripſit præterea Germanicam expoſitionem, in *Pentateuchum, Ioſua, Iudicum, Ruth, Samuel, Melachim*, denique in *Ieſaiam* & *Ieremiam* Prophetas, ad convincendum Judæos, quam ob cauſam tranſtulit etiam *Ludovici Vivis* diſputationem cum Judæis, elegantiſſimum librum in linguam Germanicam. Multos quoque libros *Ariſtotelis* & *Ciceronis* in Germanicam convertit, idque hanc ob cauſam, ut Philoſophia Ariſtotelis & Ciceronis, brevi ſpatio temporis, ab ingenioſis hominibus, ex populari quoque lingua diſci poſſet, ſicut olim in Græciâ factum eſt, & apud Romanos, qui illa, quæ in lingua Græca utiliter ſcripta eſſe animadverterunt, amore patriæ curarunt in ſuam linguam transferri. Nec enim putavit obſtare, quo minus Philoſophia tradi & intelligi noſtra lingua æquè poſſit, atque aliis: utile etiam duxit, neotericorum methodos Philoſophiæ, in Germanicam linguam transfundi. Adhæc utilius exiſtimavit Turcicam linguam diſcere, quam aliis in diſciplinis verſari: quando Turcæ nobis vicini eſſe incipiunt, ut tandem eos ad catholicam veritatem, verbis doctrinæ adducere poſſimus, & humaniores reddere. Poſt illos labores confecit indices in multos libros maximo labore, priusquam veram rationem eos conficiendi teneret. *Biblia Münſteri Tiguri* edita, contulit ad verbum cum Hebraica veritate. Biblia quoque *Leonis Iuda* & *Theodori Bibliandri* ſimiliter ad verbum contulit cum Hebræo, ne quid omitteretur. *Paraphraſes* quoque *Eraſmi* in totum novum Teſtamentum à *Leone Iuda* converſas in linguam Germanicam, diſtinxit, & *expoſitionem Germanicam Apocalypſis* in fine adjecit, ne manca eſſet explicatio. *Dictionarium Chaldaicum Santis Pagnini* Romæ impreſſum, Munſtero tradidit cum Thalmudico ſuo olim deſcripto, ut ex duobus illis unum conficeret, quod tandem fecit, & Baſileæ typis excudi curavit. Egit quoque per *Marcum Heylandum*, ut conficerentur *concordantia Hebraa*, addita translatione vulgata, opus magnæ utilitatis, utque daret Frobenio, ſed neglectum eſt opus, quia *Sebaſtianus Gryphius*, eum antevertit, evulgando *theſaurum Pagnini*. Theodorus etiam Bibliander abſolutiorem promiſit.

Excurrit Baſileam & Argentor.

Anno *trigeſimo ſexto* circa feſtum Joann. Baptiſtæ Zurzacum profectus, inde navigio *Baſileam*, poſtea *Argentoratum* deſcendens, honeſtiſſimè ibi eſt tractatus. Rediit per *Rubeacum* Baſileam, multo honore à chalcographis affectus, & fratribus, qui olim ei ſubjecti in monaſterio fuerant. Anno *trigeſimo octavo* Tigurum venit *Michaël Adam* neophytus ex Judæis, qui Pellicano conſulente cepit cum Leone Juda emendare Germanica Biblia, & per aliquot menſes hoſpitium gratis ei præbuit. Anno *quadrageſimo* æſtas erat calidiſſima, vinum crevit ubique optimum. Anno ſequenti menſe Januario *comitia Wormatiæ* habita fuerunt, acta illorum ſcripta ad Tigurinos miſit Grynæus. Acta quoque concilii Conſtantienſis per *Ioannem Stumpfium* eo anno ſunt conſcripta, Tigurique Germanicè evulgata. Eodem anno, *viceſimo primo* die Septembris jus civitatis Tigurinæ conſequutus eſt. Anno *quadrageſimo ſecundo* calendis Januarii *Bonifacius Amerbachius*, à juventute Pellicano dilectus, ipſi dono miſit omnia *opera Eraſmi Roterodami*, munus longè gratiſſimum.

Æſtas calidiſſima.

Comitia Wormat. 1541.

Acta concilii Conſtantienſ.

Fit civis Tigur. Pellican.

Eraſmi opera Pellic. donata

Ipſe opus Eraſmi Roterodami paraphraſticum, quod à *Leone Iuda* in linguam Germanicam converſum recens prodierat, dono miſit novo Epiſcopo Argentinenſi, domino ſuo & patriæ ſuæ, una cum epiſtola, qua petiit; ut non tantum grato animo acciperet munus Eraſmi, qui & ipſe Eraſmus diceretur, ſed & curaret legi per diœceſin ſuam, ab iis ſacerdotibus, qui non ſatis Latina intelligerent, & tamen populum verbo Dei paſcere deſiderarent, pro ſuo officio. Hoc donum Epiſcopo gratiſſimum fuit, utque ſuam erga Pellicanum benevolentiam declararet, argenteo poculo eum donavit, quod remiſit. *Aſtricti* enim *ſunt, quotquot Tiguri cives & inquilini, bis ſingulis annis ſolenni juramento, ne quis eorum ullum munus ab ullo Principe accipiat.* Quanquam non ignorarit, ingens diſcrimen eſſe, inter munera honoraria & illa corrumpentia, neque dubitarit de æquitate Senatus Tigurini; noluit tamen Principum muneribus inhiantibus occaſionem dare, contemnendi eam legem. Princeps, lectis literis Pellicani, laudavit Tigurinæ Reip. inſtitutum, & illius quoque obedientiam, & poculum illud ſorori Pellicani unicæ, Rubeaci dono dari curavit.

Tigurini juramento dona ſe non accepturos promittunt.

Anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo tertio*, Decemb. decimo die, *Theodorus Bibliander* præter rationem Tigurinæ ſcholæ, tempori ſervire cupiens, prælegere cœpit *Apocalypſin Ioannis*. Pellicanus autem inter varia monumenta quæ tunc legit, evolvit & *Waldenſium* ſanctiſſima *ſcripta* ad Regem Hungariæ, & hiſtoriam *Weſaliæ*, olim Moguntiæ conſcriptam à *Iacobo Wimpflingo* qui adfuit, cujus tamen nomen non eſt adſcriptum.

Waldenſium ſcripta.

Legit

Epiſt. Oecol. & Zvvinglii

Legit etiam *Epiſtolas Oecolampadii & Zvvinglii*, librum optimum & virorum illuſtriſſimorum & digniſſimorum æterna ſanctorum memoria: cum prologo veriſſimo, doctiſſimoque *Bibliandri*. Hoſpitem tunc temporis habuit nobilem, & doctum virum *Ioſephum Vngarum* Budenſem, cujus parentes Peſta ſe tranſtulerant *Caſſoviam*, priusquam Turca Budam caperet. Is quinque annis operam dederat bonis literis & Theologiæ *Wittembergæ*, voluitque ante reditum ſuum ad parentes, inviſere Eccleſias Germaniæ, & doctos audire. Venitque Spira, ubi Cæſar comitia celebrabat, *Argentinam*, ibi aliquot diebus cum fratribus colloquutus eſt, præcipuè autem cum *Bucero de cauſa ſacramentaria*, à quo impetravit ſententiam ſcriptam de cœnâ Domini. Audivit à Tigurinis quoque de ea re ſententiam & fidem; legit epiſtolas, & alia quædam Zvvinglii & Oecolampadii; ædificatusque abiit, præ aliis *Argentinenſem* & *Tigurinam* Eccleſiam commendans, in doctrina, moribus, & ceremoniis. *Bibliander*, *Gualterus*, junior *Zvvinglius* & *Froſchoverus* Conſtantiam eum deduxerunt: Pellicanus *Vitodurum* uſque.

Ioſeph. Budenſis Vngarus.

Inviſit ſuos Pellic.

Exeunte Julio Baſileam cum uxore deſcendit, hinc *Rubeacum*: ut ſalutaret ſororem. Ibi à patritiis in prætorio, & D. *Willelmo Böcklin*, præfecto Epiſcopi Argentinenſis, in arce peramanter & honorificè exceptus eſt. Incidit autem *Rubeaci*, in annoſam matronam *Barbaram Haslerin*, oriandam ex valle Gregoriana, familiarem ſorori; quæ veram religionem divinitus edocta, fidem ſimpliciter & ſanctè confeſſa eſt, & recitavit, quòd olim multa à magiſtratu ob illam paſſa, eamque animosè defendendo manus lictoris evaſiſſet. Redeuntem *Baſileam* invitavit *Senatus*, *Vniverſitas & Chalcographi*, & prandio honorarunt: Adſederunt *Adelbertus Meier*, & *Theodorus Brand*. Coſſ. *Marcus Heidelin*, magiſter civium, & *Blaſius Schollius* ſenior magiſter civium, cum multis conſulibus, ſimulq; *Myconius*, *Wolphgangus Amerbachius*, *Oſvvaldus*, *Cellarius*, *Sebaſtianus* doctoresque reliqui, & impreſſores; accurrentes alios locus non capiebat, finito convivio Coſſ. decreverunt, ut in Tigurinorum & Pellicani honorem ex ærario omnia expenderentur.

Baſileæ prolixè excipitur.

Abſoluta apocalypſi Joannis cepit *Theodorus Bibliander Geneſin* magna diligentia interpretari: ubi diligenter Pellicanus excepit omnia. Menſe Decemb. deſcripſit ſcripta *Ioan. à Laſco* Baronis Poloni, veteris amici, de ſacramentis, & Magiſtri *Regneri* Scholarchæ Gruningenſis in Friſia, optimorum & doctiſſimorum virorum monumenta, Trigurinorum omnia conformia, & conſonantia doctrinæ.

Ioann. Friſii peregrinatio literaria.

Adfert Hebræa, quæ vertit Pellicanus

Anno *quadrageſimo quinto*, menſe Aprili *Ioannes Friſius* cum Grebeliis nobilibus in Italiam protectus, *Bononia* & *Venetiis* totum *Thalmud* & *Majamonem*, atque alios multos libros attulit, quos *centum viginti florenis* emtos, omnes ferè Pellicanus convertit. Nihil attinet ſingulorum librorum titulos hoc loco recitare.

Anno *quadrageſimo octavo D. Ioanni Hoppero Anglo*, optimo viro, prælegit commentaria R. *Davidis Kimhi* in omnes Prophetas Minores. Principio Decembris anni *quadrageſimi noni* fuit cum Pellicano octo diebus R. *Stephanus*, qui videns, quæ hactenus tranſtulerat ex commentariis *Rabinorum* in ſacros libros: rogavit obnixè, ut in reliquis omnibus pergeret, idque non ad ſenſum tantum, ſed ad literam quoque pro Hebraiſmis diſcendis. Statim igitur cæteros quoque interpretes, qui partim Prophetas, partim omnes libros Biblicos interpretati ſunt, in Latinam linguam translatos, *Genevam*, illi transmiſit, ut inſigniora ex illis excerpens, in lucem emitteret.

Anno *quinquageſimo ſexto* tandem Pellicanus ſacrarum literarum in ſchola Tigurina Profeſſor Hebræus, per annos triginta non tam propter doctrinam excellentem, quam morum ſuavitatem & vitæ integritatem, omnibus charus & acceptus, poſtquam calculo & aliis morbis diu vexatus eſſet, ex hac vitâ, ipſo die reſurrectionis Domini noſtri *Ieſu Chriſti*, ab ipſo evocatus, & in cœmiterio majoris templi ſepultus eſt, anno ætatis ſuæ *ſeptuageſimo octavo*. Filius ipſius *Samuel*, pædagogus inferioris Collegii poſtea anno *ſexageſimo quarto* peſte obiit, relictis tribus filiis, quorum duo Miniſtri Eccleſiæ, & unica filia. Id locum verò ſenioris Pellicani ſucceſſit *Petrus Martyr Vermilibus*, Argentorato à Senatu Trigurino accerſitus.

Eſt in Pellicanum à *Pantaleone Candido*, Theologo Bipontino, epigramma ſcriptum ejusmodi:

Quâ ſuperum quondam cœleſti ex æthere linguâ
Affatus ſanctos eſt Pater ipſe patres:
Exactum callens hanc Pellicanus ad unguem,
Cumque Deo potuit, cum ſuperisque loqui.
Macte vir ingenio: te ſacri interprete libri,
Sunt facti illuſtres jam magis atq; magis.

Atque hæc de *Pellicano ex Chronico vitæ ipſius, ab ipſomet in uſum filii & nepotum ſuorum fusè conſcripto*: unde videmus quàm craſſæ fuerint tenebræ illæ, in quibus majores noſtri vixerunt: quam multa doctis viris fuerint dediſcenda, quæ maximis laboribus didicerant: quam inutilibus ſtudiis, temporum injuria fuerint occupati, quanto zelo, quàm improbis laboribus linguas, artes, & veram religionem in lucem revocarint, è diverſo, quam felices ſint noſtro ſeculo, quantumvis calamitoſo, omnes, qui in tam clarâ luce verſantur: qui doctiſſimis præceptoribus, in linguis, artibus, Philoſophia, Jurisprudentia, Medicina & inprimis Theologia abundant: qui tot bonos codices, parva pecunia ſibi comparare poſſunt. Scribit *Ludovicus Lavaterus*; ex ſene *Pellicano* non ſemel audiiſſe: quòd *nullum Græcum teſtamentum per Germaniam reperiri* potuerit (primum enim ex Italia allatum fuiſſe) *quantumvis quis magnam vim auri pro unico exemplari voluiſſet exponere. Nunc eam eſſe temporum felicitatem, ut quisq; ſcholaſticus exemplar habeat.* Vir fuit candidus, ſincerus, integer, à mendacio, ob oſtentatione omni alieniſſimus.

MARTINUS FRECHTUS.

MArtinum hunc *Frechtum* à Sueviâ prodiiſſe annales teſtantur; jactiſque literarum & linguarum primis rudimentis, ad publica acceſſiſſe Germaniæ noſtræ Gymnaſia, è quibus Haidelbergenſe, etiamnum celebre ac florens. Ibi cum Theologico ſtudio operam navaſſet egregiam, *Licentiatus* divinæ ſcientiæ, more Academiarum, eſt renunciatus. Mox in profeſſorum publicorum ordinem cooptatus, literas ſacras publicè docere cepit: idque circa annum Chriſti, ut ex epiſtola quadam Oecolampadii colligimus, *milleſimum quingenteſimum vigeſimum ſextum.* Collegam tunc Haidelbergæ inter alios habuit, virum piiſſimum & doctiſſimum, popularem ſuum *Simonem Grynæum*, de quo alibi.

Cùm autem *Frechtus* religioni & pietati ſine hypocryſi aut fuco eſſet deditiſſimus: magnaque facundia polleret: ſtatim fama de eo ad vicinos & finitimos eſt diſſeminata. Itaque Ulmenſis reſpub. ſtatim poſt Eccleſiæ ſuæ reformationem, quæ facta ſub annum *milleſimum quingenteſimum viceſimum octavum* auctore potiſſimum *Conrado Somio*, Frechtum ad ſe invitavit, & ea in urbe ut primarium Eccleſiaſten ageret, petivit. Adſenſus eſt Frechtus, eamque provinciam magna cum laude & fide diu procuravit, & omnibus gratiſſimus fuit. Cùm autem ſub id tempus, in cœnæ negocio, contentio quædam inter Evangelicos incidiſſet: Frechtus, cum Bucero & Muſculo, in Saxoniam ad Lutherum profectus, anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto*, ejus ſententiæ ferè ſubſcripſis, de quo alibi dictum.

Anno *quadrageſimo*, cùm colloquium in Vangionibus indictum eſſet, ab Ulmenſibus eò & Frechtus miſſus eſt: qui tunc temporis Ulmæ in magno illo templo populari linguâ; & Latinè in choro ejuſdem, ſolitus conciones habere: & ad Latinas quidem tum concionatores, tum docti cives, convenerunt: deinde ſcholaſtici * quoque, qui intelligere putabantur, fuerunt admiſſi.

Poſteà anno *quadrageſimo ſexto*, in colloquio Ratisbonæ habito, idem Frechtus fuit, & cum adverſariis pro ſua eruditione diſputavit. Cùm autem Cæſar paulo poſt bello Smalkaldico victor eſſet, & Auguſtæ Vindelicorum religionis cauſa comitia celebraſſet; Auguſta profectus, relicto ibi præſidio, reipublicæ & mutatæ cauſa religionis, cum reliquis copiis Ulmam petit. Eò ubi veniſſet, ſenatum abrogat, & novum inſtituit; & eccleſiæ miniſtros, in quibus hic Frechtus, eo quod *religionis decretum* repudiarent, cuſtodiæ mandari jubet. Senatus, per omnia Cæſari devotus, decretum recepit. Durante comitio, rogatu *Granvellani*, petierant à Frechto: ut Auguſtam profectus, negocium religionis adjutaret, & ad *Pflugium* aut *Sidonium*, aut *Iſſebium*, diverteret, ille, quod & ſuſpectam rem haberet, & quod è reliquis civitatibus nemo ſui ordinis ibi eſſet, recuſavit. Juſſus deinde quid de facto decreto, ſeu nova religionis formâ, quam *Interim* dixerunt, ſentiat & quouſque probet, ſcripto complectitur, atque errores & ſuperſtitiones eo in libro probatas, refutat. Ubi verò Cæſar Ulmam venit, novus magiſtratus Frechtum ac cæteros Eccleſiæ miniſtros evocat, & per homines delectos eorum ſententiam exquirit; reſpondent illi, ut antea, & quid in decreto probent, quid improbent, oſtendunt. Rogati, cùm *Auguſtani doctores illud receperint per jusjurandum, ac nihilo ſeciùs Evangelium doceant: cur non idem ipſi faciant? non ſibi conſtare dicunt, quid illi fecerint: neque ſuum eſſe alieni facti rationem reddere: ſe quidem initio, cùm ad Eccleſiæ miniſterium adhiberentur, fide ipſis datâ promiſiſſe, doctrinam Evangelii purè ac incorruptè annunciaturos; ſine traditionibus hominum: ſi nunc ſenatus eam rationem non probet, petere ut jusjurandum ſibi remittat.*

Exponit ſuam ſententiam de libro Interim.

Actio ſenatus Vlmenſis. cum miniſtris receptum.

Juſſi domum abire, poſt meridiem revocantur, ibi delecti quidam ſenatus, *captivos,* inquiunt, *hodie vos Cæſar ſiſtit, ad ejusque jam traducemini palatium: Deus vos ſpiritu ſuo gubernet.* Illi, quoniam ita ſit viſum Deo, non ſe recuſare dicunt ullum periculum, & ipſis invicem benè precantur. Sic egreſſi, ſtatim per apparitores ad prætorium deducuntur, fore putantes, ut ſiſterentur Cæſari. Poſt multam expectationem, confluente jam illuc multitudine, traducuntur in *Georgii Beſſereri* domum, viri conſularis, in qua *Granvellanus* & *Atrebatenſis* diverſabantur. Tandem intromiſſi, poſt multam diſceptationem, cum Granvellanus urgeret, uti Cæſaris edicto parerent; illi verò, quamobrem non poſſent, explicarent; acerbis fuerunt excepti conviciis, deinde, reliquis egredi juſſis, & paululum divertere, Frechtum humanioribus verbis pertentant, & cùm is in ſententiâ perſiſteret, reliquos etiam ſigillatim appellant; ex iis quatuor fuere conſtantes, duo deſciverunt. Granvellano & Atrebatenſi aderant *Haſius* & *Seldus*.

Ad Granvellanum ducuntur miniſtri Vlmenſes.

Duo deficiunt.

Mox impediti catenis, in carcerem publicum ducuntur, Hiſpanorum & Germanorum præſidio, quibus præerat *Joannes Comes Naſſovius*: cumque domum Frechti præterirent; frater *Georgius* fortè proſpicit feneſtra, & appellatus ab eo; ut uxorem ac familiam curaret, ſalutem ei ſociiſque precatur, ac ſimul bono animo eſſe jubet.

Cæteri in carcerem ducuntur.

Ob hanc vocem & ipſe ducitur in carcerem, fuit hoc Auguſti die *decimo ſexto*. Detenti per quatriduum in urbe, quintò die, cùm Cæſar illinc abiret, revincti catenis, uti diximus, & impoſiti currui, devehuntur *Kirchemum*, ſtipati circiter ducentis Hiſpanis. Ibi cùm dies octo fuiſſent, in poteſtate Germanorum ducis Alteſtegii, dati ſunt in cuſtodiam Hiſpanorum centurioni Madronio *. Factum hoc anno quadrageſimo octavo.

Etiam frater Frechti

Abducuntur cum cuſtodib. Hiſpanis.

** Vel Ledronio.*

Dimittuntur. Deinde anno ſequenti *undequinquageſimo* Martii die tertio, Frechtus & reliqui miniſtri, in religionis negocio conſtantes; poſtquam pro victu ſolviſſent, liberi ſine mulcta dimiſſi ſunt. Cùmque Ulmæ nova religionis formula recepta eſſet: Frechtus ſub regimine pii ducis Chriſtophori Tubingam vocatus eſt: ut ſacram ibi Theologiam doceret: & illuſtri ſtipendio ephorus eſſet. *Tubingam vocatur Frechtus.* Ea in Academia Pentateuchum Moſis, & Judæ epiſtolam, inter alios doctiſſimè eſt interpretatus. *Ubi docet.*

Et moritur Tandem veneranda canitie conſpicuus, die *decimo quarto* Septembris, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto*, Tubingæ obiit, & in S. Georgii templo honeſtè ſepultus eſt.

Scripta ejus. Scripſit præter alia Theologica in Witekindi Saxonis, rerum ab Henrico & Othone Imperatoribus geſtarum, libros tres. Plura in Bibliothecis. *J. Sleidanus: Cruſius in Suevicis annalibus: Thuanus in hiſtoria Auguſta.*

JOANNES FORSTERUS.

O. 1556. d. 8. Dec. ætat. 61.

Auguſta Vindelicorum deſcriptio. Urbs eſt Germaniæ *Auguſta*, ab Auguſto Cæſare; *Vindelicorum* autem à Vindæ & Lyci amnium confluente, nomen nacta: templorum & ædificiorum copiâ ac ſplendore ornatiſſima: mercibus importandis & exportandis oportuniſſima: opesque & honores tantos conſecuta: ut Germaniæ urbium hodie nulli cedat, plerasque ſuperet, Reip. conſtitutione, civium frequentiâ, ſcholâ, bibliothecâ, aliis. Hac in urbe natus eſt honeſtis parentibus *Joannes Forſterus* ſub annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum quintum.* A puero ad bonas literas adhibitus, expertus eſt Horatianum illud: ut multa tulerit, multa fecerit, ſudarit & alſerit.

Capnionē audit Ingolſtadii. E patria ſchola ad exteras ſeſe contulit; atque in Bavarica Academiâ *Joannis Capnionis* auditor fuit: qui cùm in ſenectâ illâ & ſupremo vitæ actu, cùm attigiſſet annum *ſeptuageſimum*, diu antè ſponte relictis aulis, non ut Laërtes ſe in agro abdidiſſet, ſed in Academiam, invitatus à Duce Bavarico, ſeceſſiſſet: maximopere delectabatur ſtudiis juniorum. Ut igitur quiſque maximè cupidus erat diſcendi: & plurima ſciſcitabatur; ita illi maxima comitate reſpondebat, & libros dabat utendos. *Cui eſt familiaris.* Fuit igitur tum Capnioni inter auditores familiariſſimus *Forſterus*, quia majus erat ejus ſtudium, quàm aliorum. Ac retinuit hunc erga Forſterum affectum optimus ſenex, etiam poſt ejus diſceſſum; cui argumento eſſe poteſt hæc ad Forſterum epiſtola:

Epiſtola Capnionis ad Forſterum. *Dn. Joanni Forſtero Auguſtano, Philoſophiæ Magiſtro S. P. D. Joann. Reuchlin.*

Quàm moleſta mihi res eſt, dilectiſſime vir, à tua & aliorum ſtudioſiſſimorum auditorum meorum præſentia recedere! Cum enim in tanta tàm Hebraicæ, quàm Græcæ linguæ diſcipulorum frequentia, aſſiduo indefeſſas mihi aures præbueris, tùm unus omnium in lingua Hebraica plurimum ſudaſti; ut dignus mihi viſus fueris, cui publici auditorii pulpitum conceſſerim. Quare perge incumbendo bonis & doctrinæ à me prælectæ: ſic enim in virum litteratiſſimum & linguarum ornatiſſimum interpretem, DEO aſpirante, cæteris commodo & utilitati, evades. Vale feliciter. Angelopoli dabantur III. Idus Aprilis, anno Domini M D XXI. Hactenus Capnio.

Lipſiam deinde progreſſus audivit *Petrum Moſellanum*: cujus oratio verè Xenophonteam referebat ſuavitatem. Adoleſcentiam egreſſus, docuit aliâs linguam Hebræam; aliâs eccleſiæ doctrinam in Academiis & templis. Fundamentis iſtis linguarum feliciſſimè ſuperſtruxit, Theologiæ ſeduIam navans operam, ad ſummum pervenit culmen. Nam & Doctoralia ipſi ſunt collata inſignia, & publica ſanctæ linguæ profeſſio Wittenbergæ, ubi conſederat, commendata.

Anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto*, placuit, ut quidam maximè propter Boruſſiacas rixas, Naopurgi in Thuringia convenirent. Eò acceſſit, cum *Philippo Melanchthone*, optimus vir & doctiſſimus Theologus *Forſterus*, magni illius *Camerarii* * judicio. Poſteà, cum *annos octo* in Academiâ Wittenbergenſi multum profuiſſet diſcentibus, interpretatione Prophetarum & linguæ Hebreæ propagatione; & Eccleſiis, in judiciis & in inſpectione: morbo diuturno eſt correptus. Eum auxit, ut eſt ςοργὴ paterna, filiæ obitus, quam ipſe poſtridie placidâ morte eſt ſubſecutus, cùm & ſeſe, & eccleſiam domeſticam ac publicam, ardentiſſimis votis Filio Dei commendaſſet; die nempe *octavo* Decemb. anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſexto*, æt. ſuæ 61. Elatus eſt funere frequenti, ſepultusque in Templo Parochiali Wittemberg. ad tumulum *Matthiæ à Schulenburg.* Virtutem viri, de ſcholis & eccleſiâ Chriſti benè meriti, Carminibus Epitaphiis tum alii, tum *Henricus Mollerus Heſſus* hoc elegiaco celebravit:

Hæc tegit exuvias Forſteri tumba Joannis:
Qui celebris ſacra doctor in arte fuit.
Ediderunt ipſum clari virtute parentes;
Quà Lycus Auguſtæ mœnia celſa rigat.
Quorum conſiliis Muſisq; Deoque dicatus,
Ad tantum ſummo crevit honore virum.
Sed diſciplinas quamvis raperetur ad omnes;
Cum puer inciperet Muſica caſtra ſequi:
Divino tamen ipſius mens numine tracta eſt,
Ut veri cuperet dogmata noſſe Dei.
Ergo Paleſtinæ decus & myſteria linguæ,
Ipſi, præ reliquis diſcere, cura fuit.
Huic & Bojorum vigil in ditione vacavit,
Inſtructus monitis Capnio docte tuis.
Mox etiam, ſtudiis aliquò progreſſus & annis,
Diſtribuit partas ipſe decenter opes.
Et fido monſtrans Ebræos indice fontes,
Ingenii laudem judiciique tulit:

Ut

Ut quoque teutonico vertens ſermone Lutherus
Biblia, Forſteri ſæpè ſit uſus ope.
Ipſum præterea cœleſtia verba docentem,
Viderunt multis templa ſcholæque locis.
Quattuor & totidem confecit Cynthius annos,
Dum docet Albinæ clara lycéa ſcholæ.
Explicuit nitida ſacros gravitate Prophetas;
Interpres linguæ gens Solymæa tuæ.
Et procul inſpiciens mores operasq; docentum,
Et ſpargi in populum dira venena cavens.
Sæpius externas legatus abivit ad oras;
Multa ferens operæ tædia, multa viæ.
Quid loquar, arbitrio quàm diſceptaverit æquo;
Si qua fuit ſacro lis dirimenda foro?
Non auræ ſtudio popularis bella movebat,
Purus & in niveo pectore candor erat.
Et caſti mores ſemper ſine labe fuerunt;
Caſtorum norat vota placere Deo.
Cum præſtans igitur Doctores vixerit inter,
Ingenii propter judiciique decus:
Officiisque bonis vitamque fidemque probârit,
Inſigni cedens à pietate nihil:
Tradideritq; ſuam linguaq; & mente ſalutem,
In Chriſti moriens agnitione, DEI:
Ergò favore Dei ſuperas evectus in arces,
Doctorum ſanctis aſſidet ipſe choris.
Quodq; piis ſemper votis, & mente cupivit,
Conſpectu fruitur lætitiaque DEI.

Eſt & hoc *Georgii Fabricii* * in hunc Forſterum Epigramma;

Sic loqueris, Forſtere, velut de ſemine natus
Iſacidum: ſancta eſt lingua paterna tibi.
Sic ſcripta exponis, meritum teſtantia Chriſti;
Ut manet libris calica vena tuis.
Ornetur tumulus ſertis: cedroque linantur,
Commendant docti quæ monumenta viri.

Fuit & hic Theologus utilis ſtudiis eccleſiæ; atque omnibus, propter candorem & pietatem cariſſimus. Cum enim rectè ſentiret de doctrinæ Chriſtianæ capitibus; & abhorreret ab omnibus ſeditioſis ac fanaticis opinionibus: verâ fide Deum invocavit, in agnitione & fiduciâ Filii Mediatoris, & animi pietatem omnibus honeſtis officiis declaravit. Vita ejus caſta & ſobria fuit. Pacem publicam & eccleſiarum Evangelicarum conjunctionem tueri ſummâ curâ ſemper ſtuduit. Privatas ærumnas placidè tulit, & in ultimo morbo leniit ſibi dolores eruditis atque piis amicorum colloquiis.

Cùm *D. Martinus Lutherus* Wittembergæ meditaretur interpretationem ſcripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ: adhibitus ſæpe eſt & ipſe Forſterus: & in tam utili opere ſæpè ejus judicium D. Lutherus cæteris prætulit; ut in ſententia dulciſſima, in Hoſea: *Non faciam furorem iræ meæ: Non prorſus delebo Ephraim: quia Deus ego ſum, non homo; in medio tui Sanctus: Nec tamen intrabo in civitatem.* Hîc cùm alia multa monebat, tùm verò hac phraſi: *Non intrabo in civitatem:* hoc propriè ſignificari dicebat: *Non ſervabo regnum politicum Ephraim, ſeu Samariæ:* Et hanc emphaſin eſſe in verbo *Intrandi*, ex aliis locis oſtendebat.

Scripſit *Dictionarium Hebraicum novum*, non ex Rabinorum commentis; ſed ex ipſis theſauris Bibliorum, & accurata eorundem locorum collatione depromtum, cum phraſibus ſcripturæ veteris & novi Teſtamenti diligenter annotatis. Ut autem in ipſis rebus, ſic etiam in ipſis vocibus non rarò cæcutiviſſe Grammaticos Hebræos contendit: qua in re ut non omnes habebat adſtipulatores; ſic tamen ad linguam ſacram accuratius cognoſcendam doctorum ingenia magnoperè exacuit. *Scripta Forſt.*

Pantal l. 3. Proſop. tom. 3. ſcriptorum Wittembergæ propoſitorum: Camerarius in vitâ Melanchthonis: Geſnerus in bibliothecâ.

HENRICUS STOLO.

O. 1557. d. 28. Sept. ætat. 68.

IN Palatinatu inferiori oppidum eſt *Dibachium*, Baccharaco adſitum, vino melioris notæ, quod vulgò *Fürſtenbergicum* vocant, notum. Hoc in oppido vivendi initium fecit *Henricus Stolo* anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono*, menſe Aprili. Parentes habuit mediocris fortunæ: homines alioqui vitæ & famæ integræ. Ab his admodum puer probis moribus artiumque principiis, maturè eſt imbutus. *Dibachiũ oppid. patria Stolonis.* *Parentes.*

Jactis puerilium literarum fundamentis, cùm mater, ut fit, indulgentior eſſet: *Monaſterium* Weſtphaliæ eſt miſſus ad amicum quendam. Ibi ita ad literarum incubuit ſtudia, ut æquales facilè anteiret. Morum etiam ſuavitate, & ſeniorum obſervantiâ, quæque illam ætatem inprimis decet, modeſtia, effecit, ut hoſpes eum filii inſtar diligeret. *Mittitur Monaſterium.*

Domum revocatus, quòd mater deſiderium filii difficiliùs ferret; non diu ſubſtitit; ſed cum aliquot commilitonibus *Oppenheimium* abiit, ubi cùm diutiùs ſuſtinere ſe, ob mendicantium ſcholaſticorum multitudinem, non poſſet: *Daventriam*, ubi & literæ magis florebant, & commodior vivendi ratio pauperibus oſtendebatur, profectus eſt. Hoc in loco, literarum amore inductus, aliquam multos annos, cum magnâ egeſtate conflictatus, exegit. Nam, quod ſæpe ſenex in hemicyclo ſedens ſolitus fuit referre, & frigore corpus vehementer læſit, & fame maximè debilitavit: adeò quidem, ut niſi pane mucido ſituque obducto latrantem ſtomachum placaſſet, ſæpe incœnato cubitum eundum fuiſſet. *Oppenheim: abit.* *Inde Daventriam.* *Egeſtas ibi ejus.*

Habuit ibidem commilitonem, quendam popularem, ſe doctiorem. Hic veritus Stolo, ne ille domum reverſus palmam ſibi præriperet; ſumma contentione id egit: ut ſi non ſuperior, par certè illi eſſet. Sæpe itaque de nocte, altero ſtertente, ipſe ad lunam ſubluſtrem, non ſine valetudinis jactura, libros legit, & penſa propoſita didicit. Hac contentione & *Heſiodæa eride*, facilè id conſecutus Stolo eſt: ut multis illum alterum paraſangis poſt ſe relinqueret. *Æmulatio*

Redit ad ſuos. Liberaliter igitur iis artibus, quæ in ſcholis trivialibus juventuti proponi ſolent, excultus, ad parentes rediit: quibus viſum, ut cepta cum laude abſolveret. *Erphordiam* itaque Thuringiæ caput, profectus; ita in literis verſatus eſt: ut brevi pòſt ſuprema Philoſophiæ laurea, annos natus *viginti*, fuerit ornatus. Cumque parentes ſumtibus diutiùs ſuppeditandis non eſſent: publicum docendi munus ſuſcepit. Itaque *artem Horatii poëticam*, & *Terentii comœdias* explicavit, *quadriennio* ea in re conſumto. Erphordiæ cùm *ſeptennium* egiſſet: Dibachii ſtipendium eccleſiaſticum vacare cepit. Id patris & amicorum, benè de ejus ſtudiis ſperantium opera adeptus, calçar ei fuit ad majorem diligentiam, non autem luxûs incitamentum. Obtulit ei tunc mercator quidam prædives, non parvâ cum dote filiam: ſed Stolo, gratiis actis, modeſtè abnuit, immaturitatem ætatis & ſtudiorum excuſans.

Erphord. petit.

Renunciatur ibi magiſter Phil. Anno 1509. Docet ibidem.

Stipendiū eccleſiaſticum adipiſcitur.

Matrimonium oblatū recuſat.

Cùm *quadriennium*, ut diximus, Erphordiæ qua publicè, qua privatim docuiſſet, & pecuniæ nonnihil comparſiſſet: nactus comites idoneos, partem magnam *Boëmiæ*, *Boruſſiæ*, & totius oræ maritimæ perluſtravit. Erant illorum, qui una iter faciebant, omninò tres. Hos cùm pecunia deficere cepiſſet: nec conditio uſpiam commoda offerretur; coacti ſunt domum cogitare. Hyeme ergo valde aſpera, cùm nix tres ferè pedes alta cecidiſſet: Erphordiam verſus iter inſtituunt. Tridui jam pedibus iter emenſi, (equos enim divendere neceſſe habuerant) Stolo in diverſorio diutius ſubſtitit: comitesque præire eſt paſſus. Sed quid fit? Ignarus locorum & viarum totum diem ita eſt vagatus! ut ſub noctem eò, unde manè exierat, fuerit reverſus. Poſtridie iterum ſe in viam dat: ſylvamque denſam ingreditur. Ibi ex improviſo duo urſi errabundo occurrunt. Hic verò quid faceret? Inclamare alios, temerarium erat: fugam arripere, prorſus ineptum. Salutis ibi planè incerto incidit, quod ſæpe audierat; ſed anili fabulæ ſimile duxerat: morticinum nullum ab ejusmodi belluâ tangi. Commendavit ergo ſe Deo, & in faciem procidens, anhelitum, quantum potuit, attraxit. Accedunt urſi, explorant: cadaverque exiſtimantes, abeunt. Hoc periculo liberatus totam noctem in ſylva oberravit, tandemque mane facto, algore, timore & via tantùm non confectus, ad ſuos pervenit: cumque iis ſalvus Erphordiam appulit.

Peregrinatur.

Viatico deſtituitur.

Aberrat à rectâ via.

In urſos incidit.

Vrſi cadavera non tangunt.

Evadit periculum.

Redit in patriam. *Octennium* ita cùm domo abfuiſſet: placuit prius ſalutatis parentibus, vel Lipſiam, vel aliam in vicinam Academiam concedere. Venit ergo ad ſuos, qui læti duo non viſum excipiunt; inprimis mater, ut eſt iſtius ſexus φιλοςοργία, ſimulac filium vidit; DEO & cœlitibus, ut tunc erat crebra ſanctorum invocatio, tanta pro felicitate gratias egit. Pater autem de ſtudiis percontatus, unà cum cognatis, à jure civili, cui antea ſe dederat, ad ſacra eum traducere conatus eſt: utque ſacerdotium ſuſciperet, perſuadere. Erant tunc in ſumma apud omnes ordines exiſtimatione ſacrificuli: & in cœlum expeditiorem ſibi aditum eſſe putabant parentes: ſi filiis, ut ſacrificuli fierent, perſuaſiſſent. Etſi autem Stolo primùm languidiùs adſentiretur: tandem tamen precibus victus, æquum eſſe duxit: ut qui aliquot annis eccleſiaſtico ſtipendio uſus eſſet, rurſus pro ſuo talento aliquid operæ in eccleſia poneret.

Relicto ergo juris ſtudio, ut & parentum voluntati pareret: ſibique aditum ad cœlum pareret: primam, uti vocant, miſſam, in pago quodam, non procul patriâ ſua, ut omnem pompam tunc receptam declinaret, celebravit: ſtudioque Theologiæ totum ſe dedidit: præſertim cùm *juris diſciplina* etiam diſplicere cepiſſet: plerisque eam deformantibus, *tanquam ad calumniam, ad vindictæ cupiditatem, ad turpem denique quæſtum comparatam:* quanquam haud verè.

Summa tunc apud omnes Pontificis Romani erat auctoritas: ſumma miſſæ, condonationis item peccatorum, quam illi indulgentias vocant, aliarumque ineptiarum admiratio. *Thomæ Aquinatis*, Magiſtri ſententiarum, & id genus alia ſcripta, etiamſi cum ſacris literis & Patrum decretis, non conſentirent, vulgò regnabant: *ſacram* imò *ſcripturam accipere vim omnem & auctoritatem à Pontifice Romano* docebatur. Contra hæc qui mutiret ſentiretve: aut eccleſiæ Romanæ elevaret poteſtatem: illum talem hæreticum eſſe flammis exurendum, clamabant omnes.

Tali tempeſtate Stolo ſacris initiatus ſacra peregit, nec ſolùm in miſſatico ſacrificio fuit occupatus: ſed & pro concione populum docuit. Et primò quidem in patria Evangelia, & capita Chriſtianæ Religionis enarravit, poſtea *Wormatiam* à clero vocatus, aliquot annis ibi paſtorem egit. Sub id tempus *Leo X.* Papa, miſſis per omnia regna diplomatis, omnium delictorum expiationem, ac ſalutem æternam interventu pecuniæ promiſit. Id negocii *Tecelio*, in Germania fuit commiſſum, cujus conciones immoderatas, ut notum, Lutherus oppugnavit. Cum igitur Lutheri libri etiam ad Stolonem veniſſent: factâ ſententiarum collatione, ubi diligenter omnia, præſertim caput de juſtificatione, expendit, veritati ceſſit. Populum itaque erudiens, Chriſti beneficia ei diligenter inculcavit, quæque opera Deo placerent, ex verbo DEI monſtravit. Ibi Pontificii, qui antea in vitia eorum acriter in vehentem, æquo audierant animo, vehementer irritati, cum apertè nihil auderent, ex inſidiis rem aggreſſi ſunt. Blandis enim verbis & pollicitationibus eum à nova, ut audiebat tunc, doctrinâ avocare conati ſunt, quibus ipſe: *cùm Deus*, inquit, *pro ſua miſericordiâ verbi ſui cognitione me illuſtrarit: non*

licet

licet mihi ab agnita veritate diſcedere, niſi ſempiternum exitum ſubire velim. Itaque ſi vobis adſentirem, quorum doctrina multis in locis graviſſimè à ſacra ſcriptura diſſidet, damnarem Ieſu Chriſti doctrinam, & verbis probarem, quod falſum eſſe ac impium ſcio: quo ſane nihil à me fieri poſſet flagitioſius. Nam hoc illud eſt, de quo Chriſtus tam diligenter nos monet, peccatum in Spiritum ſanctum: quod nullo unquam tempore condonatur. Quod vero antehac doctrinam veſtram, ut piam defendi, errrore communi accidit, cum & veram illam eſſe putarem, & neminem, qui me melius doceret, haberem. Nunc verò cùm Deus per Lutherum lucis ſuæ radiis me illuſtrarit, non poſſum non obtemperare. Quicquid enim hic facio, ſalutis meæ cauſa facio: ut poſt hanc ærumnoſam vitam ſempiternæ vitæ ac lætitiæ particeps fiam. Quare à vobis peto, ut religionem meam mihi permittatis liberam, ſin minus, locum mihi commodiorem quæram. Pollicitationes autem, quibus eum tentabant erant hæ: ut ſingulis feſtis diebus concionem in ſummo templo haberet, ut miſſæ, quando vellet, intereſſet: ut preces veſpertinas matutinasve pro lubitu viſitaret, pecuniæ inſuper addebant ſummam egregiam. His propoſitis, negavit idoneum ſe muneri illi, diſerteque abnuit.

Cùm ergo apud Wormatienſes Pontificios neque vellet, neque poſſet manere: Neapolim Palatinatus oppidum, meliora ſperans, ſe contulit. Verùm idem Neapoli, quod Wormatiæ eſt expertus. Itaque cùm nec illi Stolonis doctrinam vitamque ferre poſſent: ad patrem abiit, ibique aliquantiſper in otio vixit. Tandem à nobili viro *Fleckenſtenio*, Haidelbergæ tum curiæ præfecto, *Ludovico* electore Palatino rerum potiente, anno Chriſti, *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſexto*, accerſitus; multos ibidem annos cum laude exegit. Vigebat tunc in Palatinatu quoque Papatus, ſed cùm ingenium Stoloni mite ac placidum eſſet, ita ut ad humanitatem fictum diceres, multum eo in loco profuit. Erat cum Haidelbergenſibus ſpiritu lenitatis omnino adhuc agendum. Itaque ſumma induſtria curabat, ne quenquam offenderet & ne quid duriùs à ſe aut aſperiùs fieret vel diceretur. Interim tamen nihil intermittebat pro concione, quod ad impios abuſus tollendos, & populum in verâ doctrinâ inſtituendum faceret. Et quemadmodum de inſtauratoribus Hieroſolymorum ſcribitur, eos alterâ manu ædificaſſe, gladium altera tenuiſſe; ita & ipſe ſimul populum rectè docebat, atque hoſtes fortiter convincebat.

Quare cum ſpectata ejus eſſet pietas ac eruditio, ſumma Academiæ Haidelbergenſis ipſi ter eſt delata; & munus interpretandi Propheticaatq; Apoſtolica ſcripta in ſcholâ demandatum. Quo in officio qualem ſe præſtiterit, res eſt ipſa teſtata. *Wolfgangus* equidem *Calixtus*, Eccleſiæ Haidelbergenſis paſtor, Lutheriq; juxta & Stolonis auditor, non dubitavit affirmare: *Stolonem in docendo proximè accedere ad Lutherum.* Non luſit ambitioſè fingendis peregrinis interpretationibus, non offudit caliginem auditoribus ambiguo & improprio ſermone, ſed proprio ac perſpicuo ſermone genuinam ſententiam evolutam illuſtravit, & cuſtos fuit incorruptæ doctrinæ, in libris Propheticis & Apoſtolicis traditæ, procul ab omni φιλονεικίᾳ, κενοδοξίᾳ & πολυπραγμοσύνῃ. Teſtimonium harum virtutum ei perhibent auctores graviſſimi, de quibus ipſe *Melanchthon*, qui ita ad Lutherum ex conventu Wormatienſi *: *jam Palatini* (Principis) *concionatorem adverſarii audierant: qui & conſtantiæ & eruditionis laudem adeptus eſt. Scotus erat avidus ejus certaminis. Sed poſt primum congreſſum cum Palatini concionatore, poſtea hæ diſputationes omiſſæ ſunt.* Hæc ille.

Stolo in docendo qualis.

** Conſ. Theol. Melanchth. t. 1. p. 401. Vide & Cam. in vita Melancht. p. 200.*

Triginta ipſos annos ejuſmodi labores docendi ac regendi ſuſtinuit: doctrinæque Evangelicæ puritatem ſingulari animi conſtantiâ defendit, non ſine vitæ diſcrimine. Nam cùm anno *quadrageſimo octavo* in conventu Auguſtano, Principibus Proteſtantium liber ille emendationis Eccleſiaſticæ ad tempus in doctrinâ & ceremoniis obſervandus offerretur: Stolo apertè dixit; *eum ſe non probare, nec per conſcientiam probare poſſe: imò malle ſe cum aliis piis doctisque viris ſolum vertere; quàm tali libro ſubſcribere.* Ivit & tum & alias Principum Palatinorum juſſu ad multos religionis cauſa indictos conventus, ut ad *Haganoenſem*, ad *Ratisbonenſem*, ad *Wormatienſem*, * ſub Electoribus Palatinis *Ludovico, Friderico II.* ac tandem ſenio confectus, ſub *Othone Henrico* iterum *Wormatiam* miſſus, cum *Melanchthone, Brentio, Piſtorio*, aliis: quibuscum omnes ei fuere neceſſitudines.

Improbat Interim.

Intereſt conventibus.

** An. 1541.*

Tandem laboribus exhauſtus valetudine cepit uti infirmiore. Eo toto tempore nihil eſt ab eo auditum homine Chriſtiano alienum. Sed morbo in dies magis magisque invaleſcente, cum ſibi ex hac vitâ migrandum præſentiſceret, nec lingua officium ſat rectè faceret, nutu ac geſtibus ſuam erga Chriſtum fidem, ut potuit, declaravit. Paucis ante obitum horis, cùm aliquot amici, officii cauſa conveniſſent; manibus complicatis divinam miſericordiam, non ſine gemitu, eum viderunt implorantem. Aderat tum & *Ioannes Flinnerus* paſtor ibi primarius, qui cùm inter alia, conſolandi gratia, dictum illud ei recitaret: *Euge ſerve bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui:* ſublatis in cœlum oculis, inter vota placidè deceſſit, die *viceſimo octavo* Septembris, anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo*, cùm vixiſſet annos *ſexaginta octo*. Sepultus eſt cum Academiæ & reipubl. luctu in templo Spiritus ſancti, ubi cippo inciſum epitaphium legitur ejusmodi:

Morbus ejus fatalis.

Ioann. Flinner.

Obitus Stolonis.

Funus. Epitaphiũ.

REVERENDO VIRO Dn. HENRICO STOLONI à DIERBACH, ECCLESIÆ ATQUE SCHOLÆ HAIDELB. CONCIONATORI AC PROFESSORI ORDINARIO CONSTANTISS. ET DOCTISS. QUI VIXIT ANNOS LXVIII. MENSES VI. OBIIT VERO ANNO SALUTIS HUMANÆ MDLVII. MENSE SEPTEMBRI, DIE XXVIII. ANNA UXOR, JACOBUS, BERNHARDUS, ET CHRISTOPHORUS FILII SUPERSTITES, HOC MONUMENTUM POSUERUNT.

Diſtichon continens annum ætatis & obitus ejusdem:

BIs ſeX Vt LVſtrIs StoLo IaM ConIVnXerat annos
BIs qVatVor, LætVs CœLICa regna petIt.

Elogium. Fuit vir humanitate præditus ſingulari, ſuavitate in congreſſibus familiaribus gravi, in actionibus cunctis memor præcepti Paulini, quo monet, ut *Doctores typi ſint fidelium in converſatione, in dilectione, in ſpiritu, in fide, in caſtitate.* *Conjugiū.* Cælebs ad annum ferè quinquageſimum vixit, poſt maritus factus ex conjuge ſuſceptos liberos vera pietate, virtute, & optimarum artium ſtudiis erudivit. Ut igitur piè vitam finiit, memoriâ dignus bonorum. *Et tantum de Stolone ex M. S. parentatione, & monument. Haidelberg.*

IOANNES BVGENHAGIVS.

⊕ 1558. d. 20. Apr. æt. 73.

IN litore Germanico ad Oceanum Arctoum, inde uſque à flumine *Viſtula*, occaſum verſus ad oppidum *Sundium*, longa eſt regio, hodie *Pomerania* dicta. *Pomeraniæ deſcriptio.* Mediam ferè tranſit *Viadrus*, rebusque ad vitam neceſſariis abundat ita, ut aliis populis frumenta, pecudes, piſcesque divendat. Urbibus ornata eſt magnis & opulentis, in quibus multitudo hominum tranquilla, & commercia cum exteris luculenta conſervantur, ut & Eccleſiæ & literarum ſtudia. Inter alia oppida haud procul *Stetino* eſt *Julinum*: ubi *Viadrus* in lacum influit, qui in *Oceanum* effunditur, & portus eſt commodiſſimus. *Julinum patria Bugenhagii.* Hoc in oppido *Ioannes Bugenhagius* familia ſenatoria natus eſt, anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo quinto*, die *viceſimo quarto* Junii. Naturæ in eo robur, ſi quid his tribuendum, ſignificavit conjunctio *Saturni* & *Iovis* in Scorpio.

Educatio. In pueritia & domeſtica diſciplina & ſcholæ informatione ad Catecheſin adſuefactus eſt, cumque *Grammaticen* ac *Muſicen* didiciſſet, in *Academiam Gryphiſvvaldenſem* miſſus, *Mittitur in Acad. patriæ.* ibi & tyrocinium Latinæ linguæ melius habuit, & *Dialecticen* cum elementis *Phyſicæ* cognovit.

Erat in ipſo non ſolum ingenium doctrinæ capax, ſed etiam avidum, ac ſtimulos addebant ſcripta *Hegii, Rodolphi Agricolæ, Hermanni Buſchii*, quibus ſuperiorum temporum ſolœca corrigebantur, & juventus ad diligentiam rectius loquendi revocabatur. Græcæ inſuper linguæ initia tradebantur: eratque velut aurora doctrinarum. Cupidè ergò legit tum recentiores illos, tum veteres Latinæ linguæ auctores, ſeque tam in ſoluta, quàm ligata oratione exercuit.

Poſtea *vigeſimum* ætatis ingreſſus annum, *Treptæ* oppido docere juventutem cepit, ubi cum linguæ Latinæ exercitia urgeret melius, quàm aliis in ſcholis tum fiebat; fama frequentiam ſcholæ ipſius auxit. Legit etiam adſiduè ſacras literas, precesque adjunxit, quibus divinitus ſe regi ac doceri petivit. Accedebant *Eraſmi* lucubrationes, quæ monachorum taxant hiſtrionicam, & ſtatuarum adorationes, ethnicis ſimiles. Regulam igitur hanc tenuit: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies*, & intellexit, Deum nolle coli hiſtrionica externorum geſtuum, ſed virtutibus & operibus, quæ præcepit, ſicut inquit: *In præceptis meis ambulate.* Ut igitur alios etiam ad veram pietatem flecteret, enarravit in ſchola *Matthæum, epiſtolam ad Timoth.* utramque & *pſalmos*, adjuncta *catecheſi*, in qua *ſymboli* & *decem præceptorum* erat explicatio, ac verus Dei cultus monſtrabatur rejectis falſis. Hæc docendi ratio tam accidit grata illis temporibus, ut ad eum audiendum confluerent & cives, & ſacrificuli, & monachi, qui non erant ἄθεοι.

Quanquam autem ſcholæ tunc præerat nondum ſacris initiatus, autores tamen ei amici fuerunt, ut in templo concionaretur, eoque fine collegio presbyterorum fuit adjunctus. Placuerunt piis ejus conciones, & multum profuerunt, ac magis magisque fama doctrinæ ipſius diſſeminabatur. Habebat inter auditores multos adoleſcentes, equeſtri natos ordine, & expetebatur à nobilibus, præſertim eruditis, ejus conſuetudo, quibuscum jam *de Eccleſia, jam de literis, jam de patriæ rebus* fuit collocutus. Hi ergo hortati eum ſunt, *patriæ* colligeret *hiſtoriam*. Hanc ad rem cùm & ſumtus & Principis mandatum requireretur, aulici ad *Bogislaum* Principem deferunt: qui, audita eruditione & virtute viri, præſertim cùm & *Spalatinus, Chronicon* Ducum Saxoniæ colligere juſſus, per *Bogislai* filium *Barnimum* ſtudiorum cauſa tum Wittembergæ agentem, genealogiam & res geſtas Ducum Pomeraniæ peteret, benignè annuit, mandavitque, ut monumenta vetera in aula conquirerentur, ipſum autem *Bugenhagium* juſſit in collegiis & monaſteriis ſcrutari hiſtorias, inſpicere literas; ac ſumtibus inſtruxit. Hoc in labore cum *biennium* conſumſiſſet: *ſeriem Principum, bella, res geſtas, eccleſiarum conſtitutiones*, & alia, ordine prudenterque deſcripſit. Liber adhuc in aula dicitur adſervari, & tum à Principibus, tum à conſiliariis frequenter legi, inque eo non ſolum diligentia & fides ejus probata eſt iis qui legerunt, ſed etiam operis forma atque oratio.

Ceterùm purior Evangelii veritas ei hac occaſione illuxit. Anno *milleſimo, quingenteſimo*, & *viceſimo* exeunte, *Otho Slutovius*, patriciâ illius oppidi familia natus, Inſpector Eccle-

cleſiæ Treptovienſis, cùm *Bugenhagium* rectorem ſcholæ, & collegas illius convictores aleret; Librum *de captivitate Babylonica*, recens ab amico *Lipſia* miſſum, ad menſam attulit, ac *Bugenhagio*, cujus præ cæteris ingenium & judicium doctrinaque in lectionibus & concionibus probabatur, perlegendum tradidit. Hic mox paginis aliquot inter cœnandum perluſtratis, præcipitata ſententia: *multos à paſſo Chriſto Salvatore hæreticos Eccleſiam infeſtaſſe ac duriter exercuiſſe, ſed nullum ejus libri autore peſtilentiorem unquam exſtitiſſe*, pronunciat: commemorans, quæ adverſus recepta Eccleſiæ dogmata ab eo adſererentur. Poſt aliquot dies, libro attentius lecto ac relecto, ſingulisque accuratiùs penſitatis, reverſus ad collegii ſodales, & palinodiam canens: *Quid ego vobis*, inquit, *multa dicam? Univerſus mundus cæcutit, & in Cimmeriis tenebris verſatur, hic vir unus & ſolus verum videt*. Ac ſingulis libri illius capitibus diligenter diſputatis & defenſis, pleroſque in ſuam adduxit ſententiam: adeò ut collegæ paſtoris *Ioannes Kyrichius* & *Ioann. Lorichius* (qui ad extremam ſenectã Eccleſiæ illi deinceps ſervivit) cum diacono, qui vicini cœnobii Belbugenſis frater vel monachus erat, *Chriſtiano Kettelhut*, nec non Abbas ipſe *Ioannes Baldevvinus*, publicè Papatus præſtigias detegere, & à ſuperſtitionibus atque abuſibus traditionum humanarum, ad unicum Chriſti meritum auditores traducere magno zelo inſtituerent. Legit ergo attentius ſcripta *Lutheri Bugenhagius*, & vidit ibi perſpicuum diſcrimen *Legis & Evangelii*, vidit *juſtitiam fidei* meliùs exponi, quàm ab *Origene* vel à *Thomâ*: vidit congruere *Auguſtini* & *Lutheri* ſententias, ac enarrationem ejus probavit, hancque conſolationem populo copioſiùs declaravit, deliramentis monachorum liberiùs refutatis.

Sed artificio quorundam hypocritarum, Principis animus factus eſt ab eo alienior, & Epiſcopus Caminenſis *Eraſmus Manduuel*, cui in *Pomerania* orientali ſacrorum cura incumbebat, perſecutionem in multos *Treptoæ* ſacerdotes, cives, & ſcholaſticos, propter ſacrificulos in publico læſos, & ſtatuas de nocte ex æde *Spiritus ſancti* ablatas, movit, atque in vincula conjecit. Ibi aliis aliò diffugientibus, & ipſe de migratione ex patria deliberavit, idque eò impenſius, quòd Lutherum coràm audire, & conferre cum ipſo diſcuperet. Invitabatur etiam literis *Petri Suavenii*, eruditi excellenter viri: qui multum ei profuturam *Lutheri* conſuetudinem judicabat. Venit ergò *Wittembergam*, anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo primo*, ætatis ſuæ *trigeſimo ſexto*, paulò ante iter *Lutheri* ad comitia *Wormatiæ* indicta, cum quo contulit, & *Pſalterium* privatim legendo ſcholæ innotuit.

Interea abſente *Luthero* uxorem duxit primus *Bartholomæus Bernhardus Feldkirchius* paſtor *Kembergenſis*. Hic juſſus cauſas exponere, cur nec Pontificia lege, nec voto impediantur conjugia divinitus probata, occaſionem magnis diſputationibus præbuit: *an tantum Pontificia lege conjugium ſacerdotibus ademptum ſit, an accedat votum: an votum monachorum ſit majus vinculum?* *Lutherus* conſultus mox *propoſitiones de votis*, & librum qui exſtat, mittit: in quo, ut *Alexander Gordium* nodum, ita laqueos legum & impiorum votorum una machæra diſcidit. Erant convictores tunc *Melanchthonis Suavenius* & *Bugenhagius*, cumque ad *Melanchthonem* illæ propoſitiones ſuper cœnam allatæ eſſent, legit eas attentè *Bugenhagius*, ac cùm aliquamdiu tacitus magnitudinem rei conſideraſſet, tandem, *Hæc res*, inquit, *mutationem publici ſtatus adferet: doctrina, ante has propoſitiones tradita, non mutaſſet publicum ſtatum*. *Lutheri propoſitiones de votis.*

Motum eſt etiam à *Caroloſtadio* tunc certamen, *de legibus Moſis in forum recipiendis, & ſtatuis è templis exturbandis*. Hic cum aliis *Bugenhagius* ſe oppoſuit: *ſtatuarum everſiones ſeditioſas improbavit*, & *Chriſtinianorum politias non oportere transformari in Iudaicam*, eruditè oſtendit. Reverſo ex Pathmo *Luthero*, ſuffragiis & Academici & oppidani ſenatus ſuffectus eſt in locum *Simonis* * *Benckii*: ac Paſtor Eccleſiæ Wittembergenſis deſignatus: quam Deo juvante piè & feliciter, in magna temporum varietate annos *ſex & triginta* gubernavit. *Caroloſtadii certamen. Opponit ſe ei Bugenh. Fit Paſtor Eccleſiæ Wittemb.* *Vel Heinſii, de quo antea. *Manet in officio.*

Ab iſta ſua ſtatione diſceſſit nunquam vel propter luem vel bella, & cùm ad magnas opes, ac Epiſcopi ſplendorem in *Daniam* & *Pomeraniam*, & quidem ab optimo rege ac Principe vocaretur, nunquam voluit tenuem illum *Wittembergæ* ſtructum nidulum relinquere. Ac ſæpè dixit; ſe intelligere, „ quantum onus ſit quælibet Academia: „ ſed tamen ſe ab Academia non diſceſſurum, nec amare tyrannidem, ſed æquabilem Ariſtocratiam: præſertim in qua „ poſſit fieri collatio judiciorum cum bonis „ & doctis viris. „ Nec tamen interea defuit aliis gentibus. *Dictum ejus de Academiis*

Nam anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſecundo*, *Wittemberga* evocatus, formam doctrinæ & rituum, & vocationis miniſtrorum Eccleſiæ *Hamburgenſis* deſcripſit, *ſcholam* itidem in *cœnobio D. Ioannis* conſtituit, quæ hactenus floruit, & reip. ſalutaris fuit. Deinde anno *triceſimo* ſupra *milleſimum, quingenteſimum, Lubecam* urbem *Saxoniæ* emporio celebrem, accerſitus, ordinem concionum ac rituum in templis ſcripto complexus eſt, fuitque ſenatui auctor, communis ſcholæ in cœnobio *D. Catharinæ* aperiundæ: cujus primus rector *Hermannus Buſcoducenſis*, conrector *Eraſmus Sarcerius, Roſtochio* vocatus fuit. *Conſtituit Eccleſiam Hamburg. Item Lubecæ.*

Anno *triceſimo ſeptimo*, à *Chriſtiano Daniæ* rege, Duce Holſatiæ, evocatus eſt ad piam doctrinæ religionis, rituum Eccleſiaſticorum, & ſcholarum conſtitutionem, quo tempore *ordinationem Eccleſiaſticam* libello Latino complexus eſt, quem optant multi ut pluribus eſſet notus: ut qualem Eccleſiarum & totius adminiſtrationis Eccleſiaſticæ formam *Evocatur in Daniam Ordinationem Eccleſiaſticã conſcribit.*

Lutherus

Lutherus & collegæ ipſius probarint, plures cognoſcerent. Tunc etiam *Bugenhagius* preces & ritus ſacros adhibuit: cùm *Chriſtianus*, præſente *Alberto I.* Boruſſiæ Duce, cum conjuge *Dorothea*, Chriſtiani ſorore, *Hafniæ* metropoli rex coronaretur, die ſuo natali *duodecimo* Auguſti. Eodem anno die *decimo quarto* poſt Regis coronationem, in locum *ſeptem Epiſcoporum* regni *Daniæ*, *ſeptem Superintendentes*, qui Epiſcoporum deinceps officium obirent, & totius ordinationis Eccleſiaſticæ cuſtodes & executores eſſent, à *Bugenhagio* præſente Rege & Regni Senatu, Hafniæ in ſummo templo ordinati ſunt. Præſcripſit etiam tunc Academiæ Hafnienſi lectiones, & eccleſiarum, in utroque *Daniæ atque Norvvegiæ* Regno, miniſtros conſtituit, quorum fuerunt *viginti quatuor millia*.

Coronat Regem Daniæ.

Ordinat Superintendentes.

Anno *quadrageſimo ſecundo*, pulſo *Henrico* Brunſuicenſi, elector Saxoniæ, & fœderati Principes, eccleſias & cœnobia ejus Ducatus, per *Bugenhagium*, *Anton. Corvinum*, & *Martin. Gorlicium*, adjunctis quibusdam ex nobilitate, inſpici & emendari menſe Octobri curarunt: qua viſitatione abſoluta *ordinatio eccleſiarum* illius *Ducatus* eſt conſcripta. Sequenti anno, ſenatus *Hildeſiæ Bugenhagium*, cum *Corvino*, & *Henrico Winckelio*, qui in ditione *Henrici* Ducis Brunſuicenſis eccleſias inſpiciebant, in urbem accerſivit, à quibus *ordinatio eccleſiæ Hildeſienſis*, conſcripta, & in ſex templis paſtores & miniſtri collocati, quorum inſpectio *Iodoco Iſermanno*, qui *Gottingæ* & *Einbeccæ* anteà eccleſias rexerat, commendata: Canonicorum autem templum clauſum eſt.

Reformat ducat. Brunſuicenſem.

Ordinat eccleſiam Hildeſiæ.

Doctoris autem Theologi gradum vir modeſtus, hac occaſione * accepit. Cum juxta Academiæ *Wittembergicæ* conſuetudinem teſtimonium iſtud petendum eſſet *Caſparo Crucigero*, & *Hamburgenſis* Senatus ejusdem rei cauſa Wittembergam miſiſſet *Ioannem Æpinum*, voluit elector Saxoniæ *Ioann. Fridericus* qui ſub id tempus cum conjuge aderat, ut *Bugenhagius* adjungeretur: addiditque, ſe & diſputationem & renunciationem auditurum, ac ſumtu eos levaturum. *Bugenhagius* etſi ætatem excuſaret, tamen quia verecundius erat tali in re non diu refragari, obtemperaturum ſe dixit. Venit poſtridiè ad diſputationem Princeps cum præcipuis conſiliariis, & attentè audit *Lutheri, Crucigeri, Bugenhagii & Æpini* reſponſiones, de juſtitia, de eccleſia, „ de diſcrimine miniſterii evangelici & poteſtatis Politicæ. *Fuitque ei pergrata* Bugenhagii *oratio*: *qui dixit*, armatam eſſe poteſtatem Politicam auctoritate condendi leges, non pugnantes cum Decalogo, & de his traditum ſeveriſſimum præceptum: *Neceſſe eſt obedire propter conſcientiam*, ſed paſtoribus expreſsè prohiberi condere proprias leges, cùm dicatur: *Nemo vos arguat in cibo, in potu*: nec poſſe hanc libertatem ullius creaturæ auctoritate tolli. *Addita fuit & querela* citò in eccleſiam irrepſiſſe ſuperſtitiones, quæ finxerint, humana exercitia eſſe eximios cultus: „ quæ tunc quoque à ſenioribus taxatæ ſint. Ita enim *Athanaſium* reprehendiſſe ſuperſtitiones: *καλὸν ἡ ἄσκησις μετ᾽ ἀληθοῦς γνώσεως καὶ συμμετρείας.* Hæc cùm eſſent expoſita, Princeps ipſe graviſſimè dixit: *ſe Deo gratias agere, quòd hæc diſcrimina perſpicuè in eccleſiis illuſtrata extent, & Dei præſentia in utroque gradu à piis agnoſcatur ac celebretur.* Et hactenus de curſu *Bugenhagii* feliciore.

** An. 1533. d. 18. Iun. prom. Iuſto Iona.*

Renunciatur D. Theol.

Elect. Saxoniæ intereſt diſputationi.

Diſcrimen politicæ & eccleſiaſticæ poteſt.

Superſtitiones citò irrepſerunt in eccleſiam.

Secutæ ſunt poſtmodum multæ confuſiones & Principum & Theologorum bellis. In illis captivitas Principum: *Wittembergæ* obſidio, & cætera belli mala, ingentem dolorem optimo viro in ſenectâ attulerunt, ut Jeremiæ Prophetæ clades & mors optimi Regis Joſiæ. Nec tamen ita animum deſpondit, ut aut fugeret, aut aliquid mutaret, ſed erexit ſe aſſidua precatione, & ea conſolatione mæſtitiam lenivit, quod vidit, tantos inter fluctus cymbam Chriſti mirabiliter ſervari. Nihil etiam *Mauritius*, Elector ſurrogatus, quicquam in religione, quod alii metuebant, alii ſperabant, innovavit, ſed *Wittembergâ Lipſiam* evocatis *Melanchthoni*, ipſi *Bugenhagio*, & *Crucigero*, eccleſiam ad ſcholam commendavit, & liberaliter donatos dimiſit.

Deinde, moto diſſidio *Flacico*, fuit in dolore non tam ſua, quàm eccleſiæ cauſa. Ipſe enim, ut notum, nec in bello, nec poſtea, vel doctrinæ genus, vel ritus Eccleſiæ ullos mutavit, ac ſæpè tum dixit: *Date Deo, quæ Dei ſunt, & Cæſari, quæ Cæſaris.* Utrumque conſtanter præſtitit, fuit alieniſſimus à ſeditioſis conſiliis, & in retinenda doctrinæ veritate firmus. Itaque ut de *Severo* Imperatore ſcriptum eſt: *ἐπιμελὴς ἦν τῶν πρακτέων, ἀμελὴς τῶν περὶ αὐτοῦ λεγομένων*, hoc eſt, *intentus erat in ea, quæ agenda; populi autem de ſe fabellas nihil curabat*, ita & *Bugenhagius* propter ſycophantias ſparſas neceſſarios officii labores non omiſit. Eccleſiæ cauſa doluit accendi odia & diſcordias, quos tamen dolores leniebat ipſi precatio & bona ſpes; ſicut ſæpe dictum Pſalmi repetebat: *Commenda Domino viam tuam, & ſpera in eum; Ipſe faciet.*

Poſtremus etiam vitæ ejus actus fuit Dei beneficio placidus. Cùm ita languefactæ eſſent vires poſtremo anno, ut concionandi laborem ſuſtinere non poſſet, venit tamen quotidie in templum, & pia precatione eccleſiam & ſe Deo commendavit, ivit etiam ad neceſſarias deliberationes. Tandem menſe *Aprili* ſine magno cruciatu decumbens, quotidie precationes repetivit. Sæpè etiam ſuaviter cùm amicis de ſpe ſalutis æternæ, & de poſteritate collocutus eſt. Vigor mentis quidem adeò fuit integer: ut *octiduo* ante mortem *Tilemannum Heshuſium* Haidelbergâ redeuntem ſtatim agnoſceret, lætus ei reditum gratularetur, ac ſciſcitaretur, *num Haidelbergenſem in Academiam migraturus eſſet*: fauſtaque omnia precaretur. Die *viceſimo* Aprilis, anni *quinquageſimi octavi*, cùm

cùm ſe quotidie Filio DEI Domino noſtro Jeſu Chriſto ardenter commendaſſet; & ſæpè hoc dictum repetiiſſet: *Hæc eſt vita æterna; ut agnoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*, placidè ex hac vita deceſſit, cùm vixiſſet annos *ſeptuaginta tres*, exceptis duobus menſibus. Inter alios encomiaſtas *Melanchthon*, amicum deſideratiſſimum, hiſce elegiacis, ad imaginem ejus appoſitis, eſt proſecutus:

Conjugis ut ſenio confecti corpus aquatum
Ipsa ſuis humeris Halcyo grata gerit:
Sic benè promeritum doctorem eccleſia curet:
Et levet ætatis pondera dura ſeni.
Sic tua canities, Doctor Pomerane, fideſque
Sincera, eſt cunctis tam veneranda piis.
Qui procul externis ſparſiſti fidus in oris
Pura Evangelii ſemina voce tua.
Ac ceu Baptiſtes agnum monſtrare ſolebat,
Æterno-Chriſtum de genitore ſatum:
Tu quoque juſtifica docuiſti agnoſcere Chriſtum,
Æternique Patris ſumere dona, fide.
Fictiliumque alias formas tua lingua deorum
Evertit, Papa quas voluere coli.
Et, velut in ſcopulis celſos locat Halcyonidos
Hyberni circum quos fremit unda maris:
Sic medio in pelago felix jam Dania nidos
Exſtruxit Chriſto, te fabricante, pios.
Te DEUS hos inter texit juvitque labores;
Nunc vitâ functus vivis in arce poli.

Fuit doctor fidelis, juſtus, beneficus erga omnes: in objurgationibus ſeverus & intrepidus; acer in defenſione veræ doctrinæ: ardens fide & ſpe in precatione: caſtus & ſeverus hoſtis turpitudinum: ac verè Germaniæ Evangeliſta. Quemadmodum enim olim Evangeliſtæ dicebantur, qui ſubinde ad diverſas eccleſias mittebantur, aut vocabantur: ut Evangelium ibi docerent, ita & *Bugenhagius* frequenter, uti dictum, evocatus fuit, ad informandas & conſtituendas diverſis in locis Eccleſias. Cumque, de Apoſtoli ſententia, *magnus quæſtus ſit Pietas, cum animo ſua ſorte contento:* egregium utriusque virtutis exemplum ipſe reliquit. Nam pietatem erga DEUM luculentè, ut ex præcedentibus intelligi potuit, tum doctrina, tum vita ipſa expreſſit. In capite de juſtificatione hominis peccatoris coram DEO, uſus frequenter perhibetur ejusmodi ſimilitudine: *Sicut annulus, cujus palæ gemma precioſa eſt incluſa, amatur & magni fit, non propter maſſam auri, ex qua conſtat annulus; ſed propter gemmam: ita homines fide juſtificantur, propter Filium Dei, quem fides, tanquam annulus gemmam, comprehendit.* Et quemadmodum *Lutherus* de ſuis ſcriptis ſæpè affirmavit: *nihil ſe eorum præcipue probare, præter Catecheſin, ac de ſervo arbitrio librum:* ita & *Bugenhagius* epitomen illam religionis Chriſtianæ unicè in deliciis habuit, ſecum circumgeſtavit, & miniſterii candidatis graviſſimè commendavit.

Cumque Lutherus συνεργοῖς uſus; inque his *Bugenhagio*, translationem *Bibliorum* è fontibus *Hebraicis* & *Græcis* in Germanicam linguam abſolviſſet: *Bugenhagius* ſingulis annis eo die, quo abſolutum opus fuerat, amicos ſolenni convivio excipere; & quaſi natalem translationis Bibliorum, ſolitus fuit celebrare. *Feſtum* id *Translationis Bibliorum* vocarunt. Contentus denique ſuo loco & conditione, in qua primùm *Wittembergæ* fuit conſtitutus, ſemper vixit: cùm ad ampliſſimos honores, potentiam, & opes tantùm non pertraheretur. In officio omni ſumma cum fide, mirabili adſiduitate, & laborum tolerantia eſt verſatus. In concionibus fuit modeſtus ac placidus, tantaque cum devotione: ut quandoque quaſi ſui oblitus aliquot horas peroraret. Extremâ in ſenectâ aliquot ante obitum annis, tàm animi, quam corporis viribus ſenſim defecit, adeò ut ſimulacrum prioris viri, in rebus omnibus olim alacris, intuens *Melanchthon*, non leviter fuerit perturbatus, ac ſæpè, ne ſibi talis ſenectus contingeret, deprecatus, id quod ex voto ipſius accidit. De *Bugenhagio** refertur & hoc. Aliquoties ei uxor fuerat conqueſta: butyrum ſibi è vaſe, in quo liquatur, veneficio ſurripi. Itaque ipſe in contemtum Diaboli, in vas illud alvum dejecit, additis hiſce: *egregium verò te Angelum præſtas, qui amaſiæ tuæ veneficæ famularis! en tibi, hoc affer tuæ veneficæ!* Factum deinde, ut nihil fuerit ablatum.

Celebrat feſtum translationis Bibliorum.

Prolixus in concionibus.

Senecta ei gravis.

* *Sebaſt. Fronſchel conc. 2. de angelis.*

Pellit veneficium contemtu.

Scriptis Eccleſiæ etiam prodeſſe ſtuduit *Bugenhagius*, de quibus palmam obtinet explicatio *Pſalmorum:* quam *Lutherus* hisce commendavit*: *Benedictus DEUS & Pater Domini noſtri JESU Chriſti, qui nos hoc ſeculo rurſum benedixit omni benedictione ſpirituali cœleſtium rerum, & abundantia frumenti & vini electorum ſuorum nos ſatiat, miſſoque verbo ſuo liquefacit criſtallum, pruinam & nebulam, ante quorum frigus hactenus nemo potuit ſubſiſtere. Ex eorum numero eſt & hic Joannes Pomeranus Epiſcopus Eccleſiæ Wittembergenſis, voluntate Dei & Patris noſtri, per cujus miniſterium tibi, chariſſime lector, donatur hoc Pſalterium Spiritu Chriſti, qui eſt clavis David, reſignatum. Quod ut multis verbis ornem, non eſt operæ pretium, quod abunde ſatis tibi (ſcio) commendatum erit, non meo teſtimonio, ſed ſuo ipſius argumento, quo te coget (ſi legeris) teſtificari, Spiritum eſſe, qui loquitur myſteria hæc, à tot ſeculis abſcondita. Nam ut conferri poſſit tam priſcorum, quàm recentiorum commentariis, etſi odioſum eſt ſtatuere, audeo tamen dicere, à nomine (cujus extent libri) eſſe Pſalterium David explicatum, eſſeque hunc Pomeranum primum in orbe, qui Pſalterii interpres dici mereatur. Adeò cæteri ferè omnes tantum opinionem quisque ſuam eamque incertam in hunc pulcherrimum librum congeſſit. Hic verò judicium Spiritus certum te docebit* mirabilia.*

Scripta Bugenhagii.

* *Tom. 2. epiſt. Luth. p. 241.*

Iudicium Lutheri de Bugenhagii Pſalt.

* *Forte & addend.*

U Scripſit

Scripſit & *annotationes* in epiſtolas *Pauli* ad *Galatas*, *Epheſios*, *Philippenſes*, *Coloſſenſes*, utramque ad *Theſſalonicenſes*, utramque ad *Timotheum*, ad *Titum*, ad *Philemonem*, ad *Hebræos*, item confeſſionem publicam de ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, *epiſtolam* ad fideles in Anglia: *epiſtolam* contra novum errorem corporis & ſanguinis Chriſti: annotationes in *Samuelem* & *Jonam*: *hiſtoriam paſſi Chriſti & glorificati*, ex Evangeliſtis conciliatam cum annotationibus: in *Deuteronomium* annotationes, & ſi quæ alia.

* *Forte & addend.*

Et hæc de Pomerano ex oratione Petri Vincentii, quæ exſtat Tom. 3. Declam. Melanchthonis: Chytræi Saxonia: Pantal. lib. 3. Proſopographiæ: vita Melanchthonis à Camerario deſcripta.

JUSTUS MENIUS.

O. 1558. d. 11. Aug. ætat. 59.

Fulda oppidum.

Natalis Menii.

FUldæ oppido in Buchoniâ, regiunculâ ad *Haſſiæ*, *Franconiæ* & *Thuringiæ* fines, monaſterio ſeu ſchola jam olim celebri, natus eſt *Juſtus Menius*; circa annum Chriſti, *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum quartum*, vel ut Eberianæ ephemerides, *nonageſimum nonum*, die *decimo tertio* Decemb. minutis *triginta* ſeptem, poſt decimam à meridie. *Wittemberg.* primùm literis Philoſophicis & Theologicis excultus: poſtea multis annis fidelem & utilem operam navavit Eccleſiæ *Gothanæ* in Thuringiâ, commendatus illius oppidi Senatui à Melanchthone.

Diſcit Wittemb.

Docet Gotha.

Anno *quinquageſimo ſeptimo*, poſt nonnullas cum Flacianis coram principibus habitas diſputationes, ceſſit malevolentiæ & odio Flacianæ illius factionis; Lipſiamque profugus venit, ſedem quærens ætate jam ingraveſcente quietiorem. Acceptus eſt ibi benignè atque humaniter: & diutius anno integro ſacras conciones habuit, cum auditorum fructu & admiratione. Mortalitatem exuit Lipſiæ anno *quinquageſimo octavo*, die Auguſti *undecimo*, ætatis ſuæ *undeſexageſimo*. Varia & multiplex hujus viri fuit fortuna: exagitatus ipſe eſt miſerè turbulentis quorundam Demagogorum clamoribus. Rectè itaque ſejunxit ſe à rixis & contentionibus. *Honorificum* enim *viro eſt ſuperſedere à lite*, ut ſapiens ait. Ut autem malis inviſus; ita bonis jucundus gratusque fuit: quicunque illa ætate eruditionis & doctrinæ fama celebres fuere: cum iis univerſis, quorum princeps Melanchthon, noticia ipſi & conſuetudo interceſſit: & hi illum carum habuerunt ac magnifecerunt. Verum enim illud eſt Comici: *Sat habet favitorum ſemper qui rectè agit.*

Lipſiam concedit.

Moritur ibi.

Scripta.

Monumenta ingenii quæ poſteritati reliquit, hæc ſunt: *commentarius in Samuelem*: libellus Germanicus *de exorciſmo*, qui in Baptiſmo uſurpatur: tractatus *de vi repellenda*, ſeu de defenſione ſui neceſſariâ. Poſt obitum prodierunt & *conciones* ejus Lipſiæ habitæ. Inchoarat etiam, de *Melanchthonis* voluntate *verſionem Chronici* illius in vernaculam: ſed affectam illam filius *Euſebius*, Profeſſor aliquando Philoſophicus, Wittembergæ perfecit. *Tantum de Juſto Menio, ex vita Melanchth. à Camerario deſcripta: Matth. Dreſſeri chronico.*

ERHARDUS SNEPFIUS.

IMperii in Sueviâ, ad Neccarum flumen urbs eſt, *Heilbrunna*; ſic à fontium ſalubritate ac ſoli fertilitate appellata: ibi *Erhardus Snepfius* honeſtâ familiâ, anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto*, lucem hanc primùm adſpexit. Pater ei fuit vir conſularis; qui multum illi Reipubl. profuit: nec ſolum ipſe, ſed & filius, Erhardi frater, *Matthias*: itidem conſularis.

Mater Snepfii, matrona. ut apparet, pia, filium ſuum primogenitum, tanquam Hanna illa Samuelem, Deo & Theologiæ conſecravit. Quare ut primum per ætatem literarum capax fuit; in ludum literarium patriæ ſuæ puerum miſit: in quo, cùm eſſet φιλομαθὴς & ingenioſus avidè perceptis primis artium rudimentis, vere tunc temporis rudibus atque impolitis, Erphordianam in Academiam eſt ablegatus. Ibi offendit inter alios *Juſtum Jonam*, *Eobanum Heſſum*, & his juniorem, *Joachimum Camerarium*. Mediocri ergo, ut tempora ferebant, artium dicendi & linguarum cognitione comparatâ: *Erphordia Heidelbergam* profectus eſt, ubi brevi tantum in juriſprudentiæ ſtudio profecit: ut cum laude Doctoris ea in diſciplinâ honores petere, & petitos conſequi potuiſſet. Habuit ibidem συμφοιτητὴν *Ivonem Strigelium*, patrem Victorini illius, Theologi celebris, cui Snepfius poſtea filiam ſuam *Blandinam* elocavit.

Cæterum cùm mater crebris interpellationibus eum voti, quod de nato ipſo fecerat, admoneret, & à ſtudio juris ad Theologiam quaſi conviciis avocaret: victus illius cohortationibus, è ſchola juridica in Theologicam tranſiit, itaque ſe confirmavit: ut nullis ab ea impedimentis abduci ſe paſſus ſit.

Sexennium autem ipſum cum in laborioſis Papiſticarum opionum Labyrinthis ſummo cum ſudore exegiſſet! Luthero ceu Lucifero præeunte, veramque de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo, doctrinam è ſacris fontibus proferente, recta meritorum opinione: in ipſius quoque animo lux veræ doctrinæ eſt accenſa, tanto quidem cum incremento: ut in arenam & ipſe prodire non dubitarit: & docendi initium primum *Weinſpergæ*, mox apud nobilem à *Gemmingen* fecerit. Fuit enim eo loco tunc familia *Gemmingorum* inprimis ampla & potens: habuitque præcipuum decus *Theodoricum*: qui, quà fuit virtute Heroica, primus in illa Sueviæ parte

parte Evangelii doctrinam inter varias iras & minas imò & inſidias hoſtium amplexus, ad eam propagandam Snepfium, Weinſperga jam pulſum, accerſivit, & biennium benignè fovit.

Primus ergo omnium Snepfius in *Greichgoa* & oppido *Guttenberga*, ſub ditione & patrocinio prædicti à Gemmingen, idola Pontificiorum voce Evangelii taxare, & ſanæ doctrinæ ſemina ſpargere cœpit. Exacto ibi biennio *Wimpinam* vocatus ad officium docendi, abiit: collegas nactus in eodem munere, *M. Bernhardum Grüblerum* Gemmingæ: *M. Martinum Germanum* Feuerfeldæ, & *Joannem Gallum* Solisfeldiæ. Hi quatuor Evangelii Miniſtri circa *vigeſimum ſecundum & tertium* annum Domini, prima ſincerioris religionis eodem ferè tempore, illa in regione, fundamenta jecerunt. Exarſit paulo pòſt anno *milleſimo quingenteſimo viciſimo quinto*, funeſtum in Germania ruſticanæ ſeditionis incendium: quod cum horribiliter paſſim graſſaretur; & inauditæ immanitatis exemplum *Weinſperga* ruſticana rabies edidiſſet: *Wimpinam* quoque, ubi Snepfius agebat, appetivit. Cum autem inſani homines ingreſſu arcerentur; audita Snepfii facundia, eum ſibi ſolum placere, ut qui & cœlebs eſſet, oſtenderunt, ac concionatorem militiæ ſuæ dari petiverunt: idque iterum iterumque cum & Evangelii prætextu cauſam ſuam pingerent ſerio, poſtularunt: verùm fruſtra. Reclamantibus enim civibus & renitentibus, Snepfius quoque, ut honeſtius ſe excuſaret: & periculum tam à ſe, quàm civibus ſuis commodiùs amoliretur: initum jam à ſe matrimonium adſeveravit. Itaque ut hoc firmaret: cum convictu hactenus piſtoris cujusdam uſus eſſet; confeſtim ſibi conjugem elegit virginem bonam bono loco natam, *Margaretham Wurcelmanni*, conſularis ibidem viri, filiam; cujus frater Syndicus *Halæ Suevorum* fuit. In conjugio iſto vixit tranquillè, aliquot ſuſceptis liberis, inter quos *Theodoricus Snepfius* Theologus, quo de poſtea erit dicendi locus. Wimpinæ ergò cum biennium quoque Evangelicæ doctrinæ viam aperiendo transmiſiſſet: à *Philippo Comite Naſſovico Sarapontano*, ad flumen Haſſiæ Lanum, ſexto à Marpurgo milliari, evocatus, fidelem itidem in Evangelii doctrina propaganda operam navavit. Verùm magni viri virtus anguſtiori ditione contineri non diu potuit. Nam ſimul ac nominis ejus fama ad Haſſiæ Landgravium *Philippum* emanaſſet: in Academiam, Marpurgi recens tunc apertam, eum accerſivit: ut & ordinarium ſcholæ Profeſſorem & Eccleſiæ Paſtorem ageret. Hoc in loco cum luculenta & pietatis & doctrinæ dediſſet argumenta; tantam eſt adeptus auctoritatem: ut Princeps eum & amaret plurimum; & in colloquiis atque comitiis conſilio ipſius uteretur.

Celebrati ſub id tempus ſunt duo conventus: *Spiræ* primus, anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo nono*, alter *Auguſtæ* Vindelicorum anno ſequenti: ubi in frequentiſſimis Imperii comitiis confeſſio Proteſtantium *Carolo Auguſto* eſt exhibita. In utroque autem illuſtris fuit Landgravii virtus; quem Snepfii conſtantia plurimum animavit; ut qui cum *Joanne Brentio* fidum ſe Luthero παραστάτην præbuit, atque adverſariis maſculè reſtitit. Sed nec hoc loco, illuſtri ſatis & amplo, Snepfius majoribus rebus gerendis natus, fixam habere perpetuo ſedem potuit. Cùm enim *Ulricus* Würtembergicus Dux, avitum ducatum militari fortitudine recuperaſſet: eccleſias ſuæ ditionis à Pontificio cœno purgaturus, à Landgravio, cujus ope reſtitutus, & ſuaſu iſtud opus erat aggreſſus, petiit: ut Snepfii per eum, opera ſibi uti liceret; quem Marpurgi ſæpè docentem audiviſſet, & cujus excellentem doctrinam exploratam haberet. Marpurgo itaque, ubi *ſexennium* vixerat, Snepfius *Stutgardiam*, annuente Landgravio commigravit, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto*. Primum *Stutgardiæ* Paſtor Evangelium Chriſti docuit: atque eccleſias in illo ducatu reformavit, conventui etiam, quem Haganoæ Rex *Ferdinand.* religionis cauſa egit, interfuit: qui *Wormatiam* translatus ibidem, anno *quadrageſimo primo*, re infecta fuit diſruptus, & ad Ratisbonenſia comitia eodem anno rejectus, neque tum finem ſuum adeptus. Deinde *Paulo Conſtantino Phrygione* ad meliorem vitam vocato, anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio*, calendis Auguſti, ſucceſſor illi conſilio ſapienti delectus eſt Snepfius. *Stutgardia* itaque *Tubingam* familia translata, & Eccleſiæ illius Paſtor & Academiæ in Theologia Profeſſor usque ad mutatam Caroli V. Auguſti juſſu religionem, fuit. Ibidem, anno *quadrageſimo quarto* die nono Februarii, in æde Tubingenſis aulæ vicinâ, pro temporis illius more, ſolenniter Theologiæ Doctor renunciatus eſt. Etſi enim jam ante in Marpurg. Acad. Theol. quoque publicè docuerat: tamen gradu illo caruit, qui Tubingæ, ex ſtatutorum Academ. requiſitis, ipſi petendus fuit. Collatus eſt cum Snepfio ſummus item in Juriſprudentia honor, viro Conſultiſſimo *Nicolao* * *Varenbulero* JCto; qui ad ſenectam honeſtiſſimam pervenit.

Intereſt conventibus.

Vocatur ab Vlrico Wirtemb.

Commigrat Stutgardiam.

Conventus Haganoenſis.

Succedit Phrygioni.

Migrat Tubingam.

Doctor Theol. renunciatur.

* *v. vitas IC. Germ.*

Erant autem tempora illa comitiorum, conventuum, colloquiorum & conſiliorum plena. Itaque cùm Cæſar colloquium indixiſſet Ratisbonæ: Snepfius ibidem cùm *Brentio* & aliis Proteſtantium Theologis comparuit: atque *Buceri* παραστάτης, cum *Malvanda* diſputans, partes ſuas acriter defendit. Sed & hinc re infecta domum eſt reverſus.

Intereſt Ratisbon. conventui.

Exorto deinde bello Germanico, cùm Carolus victor novam religionis formam illam, quam *Interim* appellarunt, Duci quoque

Ob interim pellitur. que Wirtembergico obtruſiſſet: ac Snepfius approbare aut docere ex ejus præſcripto recuſaret: loco cedere & ſolum vertere coactus eſt; quod ei commune cum multis Eccleſiarum miniſtris fuit. Ultimam concionem Tubingæ habuit, anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo* die undecimo Novemb. poſtea præmiſſa familia diſceſſit, oves ſuæ fidei commiſſas invitus relinquens. Virum bonum, conſtantem paſtorem, veneranda canicie ſenem inſignem, ingens civium multitudo lacrymis votiſque eſt proſecuta. Exul *Venit in Saxoniam.* itaque in Saxoniam venit, hoſpitium quærens, ubi à *Iohanne Friderico* Electore, æterna memoria digno, clementer receptus, Theologiæ *Iena Profeſſor conſtituitur.* in Jenenſi Academia non ita tunc pridem conſtituta, docendæ eſt præfectus. Id munus cum dignitate & laude obivit *decennium*. Tandem, cum variis vitæ exantlatis laboribus, Evangelii doctrinam fideliter *triginta quatuor* annis, pluribus in oppidis, propagaſſet: *Moritur.* Calendis Novembribus anni *milleſimi quingenteſimi quinquageſimi octavi*, ætatis ſuæ *ſexageſimo tertio* tridui morbo fractus, ex his terris in cœleſtem Eccleſiam translatus eſt *Jenæ* Thuringorum, ibidemque honorificè ſepultus, funus indicente magnifico tunc rectore illuſtri juvene *Philippo*, Comite Naſſovico, filio illius Philippi: cujus olim in Haſſia Weilburgi Snepfius fuerat Eccleſiæ reformator & doctor.

Elogium Erh. Snepfii. Fuit vir pius, doctus, & variis donis, præcipuè facundia mirandâ præditus, adeò ut verba faciens, omnium in ſe oculos & animos converterit: auditores quaſi attonitos reddiderit, ac plerumque ſatis prolixas habens conciones, auditorium tamen ſine tædio detinuerit attentiſſimum.

Scripta. Reliquit & documenta ingenii ſui, inter quæ *Confeſſio de præcipuis fidei articulis*, anno quadrageſimo in conventu Smalcaldico prælecta, Melanchthonis judicio approbata, & cum ejus epiſtola, confeſſione præfationis loco præfixa, in publicum emiſſa: *Confeſſio* præterea *de Cœna Domini*, & multi alii commentarii, nec dum foras dati. *Sed hæc ſatis de Erhardo Snepfio, ex Saxon. Chytræi; Cruſii annalibus Suevicis: oratione in obitum Theodorici Snepfii filii, ab Erhardo Cellio habita.*

NICOLAUS GALLUS.

Flor. ſub, ann. 1558.

Patria. Nicolaus Gallus *Cotæ* in Saxoniâ ſub ipſum Evangelii, in Germaniâ inſtaurati initium, annum nempe *milleſimum quingenteſimum decimum ſextum* natus, cum ex ephebis exceſſiſſet, elementaque literarum prima percepiſſet; *Audit Luther. & Melancht.* *Wittembergæ* ad Lutheri præcipuè ac Melanchthonis, communium eâ ætate præceptorum, cathedram, Theologiam cum Philoſophiâ condidicit: ipſumque adeò *decennium*, Ariſtoteléo more, audiendis illis conſumſit.

Cùm autem artes omnes ideò diſcantur, ut exerceantur, ipſe eaſdem ad uſum transferre conatus eſt: ac ludo literario apud *Mansfeldenſes* præfectus, adoleſcentiam bonis literis ac moribus aliquantiſper informavit. Poſtea cum *Ratisbonenſis* Reſpub. Evangelii doctrinam amplexa eſſet; atque à Wittembergenſib. idoneos eccleſiæ miniſtros petiiſſet: Gallus hic, Lutheri conſilio inſtructus cum *Hieronymo Nopo*, ſub annum *quadrageſimum ſecundum* eò miſſus, populum in religionis Chriſtianæ capitibus erudivit, & eccleſiam ad aliarum eccleſiarum, ut illo tempore, modum conformavit.

Sed Cæſare in bello Smalcaldico victoria potito, cum paſſim nova illa & famoſa religionis Chimæra urbibus Imperii obtruderetur, ejectis qui recipere eam nollent, miniſtris; Gallus quoque *Ratisbona* pulſus, aut periculum declinans, *Wittembergam* profugit; ubi in Templo arci contiguo *Caſp. Crucigeri* Paſtoris vices aliquamdiu ſupplevit. Conjunxit tunc cum Gallo ſeſe ſtatim *Flacius* ille *Illyricus:* quorum uterque poſtea non parum negocii exhibuit placidiſſimi ingenii viro *Philippo Melanchthoni*; ut alibi a nobis declaratum. Ita & olim & etiamnum impletur illud: καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἰκιακοὶ αὐτοῦ.

Anno autem *quinquageſimo* cùm *Nicolaus Gloſſenus*, Theol. Licentiatus, *Magdeburgo* diſceſſiſſet: Gallum hunc ſucceſſorem habuit. Venit eodem & *Flacius*, qui turbulentiſſimo illius Reipubl. ſtatu factioſè declamitarunt, libellis etiam atque picturis divulgatis, in perſonas eorum; qui intempeſtivam utriuſque vehementiam improbarent, contumelioſis. Durarunt ibi periculoſo obſidionis tempore; ſed cum res ad triarios rediiſſet, alio digreſſi ſunt.

Reſtituta enim *Mauricii*, Saxoniæ Electoris opera religionis pace, quæ *Paſſavienſis* nominatur: Gallus *Ratisbonam* anno *quinquageſimo ſecundo* revocatus, non illius ſolum urbis, ſed totius viciniæ, *Auſtriæ* ac *Stiriæ* eccleſias emendatas, doctrina & conſiliis ſuis erudiit & gubernavit.

Scripſit & edidit *duas conciones contra uſuram* ex Pſalmo 15. *annotationes in epiſtolam Pauli ad Galatas: diſputationem de adiaphoris, & mutatione ſtatus eccleſiarum: Catechiſmum* homiliis Germanicè explicatum. *Chytræus in Saxonia chronico: Thuanus lib. 4. hiſtor. Sleidan. lib. 21. Camer. in vita Melancht. Geſner. in Bibliotheca.*

ERASMUS SARCERIUS.

Miſniæ eſt oppidum, fodinis metallicis celebre, quæ ibi apertæ circa annum Chriſti, *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum*, *Annaberga*: ſic à Diva tutelari S. Anna, appellatum, cùm antea loco illi nomen eſſet Schreckenberg: unde & moneta nobis familiaris eodem vernaculo nomine, Latinis *Angelicus*, ab imagine angeli impreſſa. Hoc in oppido

oppido recens tunc condito, primùm hujus cœli ſpiritum hauſit *Eraſmus* hic *Sarcerius*, ſub annum *milleſimum quingenteſimum primum*. Patrem habuit è re metallicâ, ut annales Miſnici docent, in lautâ & benè auctâ parte conſtitutum. Hic filium primum in patriæ ludo literario, poſtea & *Friburgi* humanioribus diſciplinis ac linguis inficiendum curavit.

Inde *Lipſiam* venit atque *Wittembergam*, Evangelicas illas Germaniæ Athenas: ibique ſacrarum literarum ſtudium amplexus; inter primos exſtitit: qui Evangelii doctrinam voce ſcriptisque propagarunt. *Lubecam* deinde evocatus, ludoque literario præfectus, non ſine fructu diſcentum, bonas literas & religionis Chriſtianæ fundamenta tradidit: cujus rei argumento ſunt *exercitia Dialectices ac Rhetorices*, ibidem conſcripta; quæ typis evulgata exſtant. Sed cum tutò ibi, propter religionem, vivere non poſſet; *Roſtochium* ſeceſſit, & in ſchola docuit. Exinde *Viennæ* Auſtriæ, & *Græciæ* in Stiriâ, ſcholas rexit atque erudivit. E Stiriâ *Lubecam* ſecundum profectus, ludo literario iterum præfuit. Poſtea ab illuſtri comite Naſſovio *Guilielmo* invitatus, in Naſſovienſi ditione ad Rhenum Eccleſias rexit, ad annum uſque *milleſimum quingenteſimum quadrageſimum octavum*. Interimiſticis enim temporibus invaleſcentibus, Guilielmus, Imperatore ſic mandante, diſcedere eum eſt paſſus.

In patriam itaque reverſus, *Lipſiæ*, ad D. *Thomam* aliquantiſper poſteà, & *Islebiæ*, in comitatu Mansfeldico Evangelium docuit: cumque anno *quinquageſimo ſeptimo*, Wormatiæ, colloquium in religionis cauſa, indictum eſſet: eodem Sarcerius cum *Erhardo Snepfio*, *Victorino Strigelio*, *Joanne Stoſſelio*, & *Joachimo Morlino*, juniorum Principum Saxoniæ legatis, venit. Hic cum præſes colloquii, *Julius Pflugius* petiiſſet: ut Auguſtanæ confeſſionis ſocii ſe à *Zvvinglianis*, *Oſiandriſtis*, *Adiaphoriſtis*, *Synergiſtis*, ſejungerent: Sarcerius cum collegis, prolatis mandatis, ſe ab illorum erroribus ſuam confeſſionem ſejungere profeſſus eſt. Verum *Melanchthon* ante cognitionem cauſæ *Zvvinglianos*, *Adiaphoriſtas & Synergiſtas*; *Brentius* itidem *Oſiandrum*, damnari minimè oportere contendit. Hac occaſione arreptâ procedere Pontificii in colloquio noluerunt. Itaque re infectâ domum eſt diſceſſum.

Anno *quinquageſimo nono* Sarcerius, Islebia *Magdeburgum* evocatus, ad eccleſiæ gubernationem ſuſcipiendam abiit. Verùm *quatuor* duntaxat ibi *concionibus* habitis, calculi doloribus confectus, ad triumphantis Eccleſiæ ſocietatem migravit, die *viceſimo octavo* Novembris, ætatis ſuæ anno *quinquageſimo nono*. Elatus eſt cum luctu civium concionem funebrem habente *Joanne Wigando*: quæ & typis exſcripta exſtat.

Hic quantus qualisve fuerit ex elogio duplici apparet, altero ſoluta, altero ligata oratione perhibito. Prius eſt ejusmodi: *Lucebat in hoc viro* (inquit non nemo doctorum) *commemorabilis gravitas & conſtantia, non minas, non exilia, non ullam ullius hominis potentiam aut vim pertimeſcebat. Penè dixerim, ſolem facilius de curſu dimoveri potuiſſe, quam Eraſmum à veritatis profeſſione. Vitam agebat caſtè & integrè, oderat luxum, tempeſtivè de convivio domum redibat; amabat ſimplicitatem, execrabatur ſophiſticam, & laborum erat tolerantiſſimus. Eccleſias viginti quatuor Comitatuum conſtituerat, & juxta reformatam religionem ordinaverat. Concionator erat diſertus, copioſus, & gravis, verè aculeos in animis auditorum relinquens.* Epigramma autem poſterius elogium in effigiem Sarcerii ita habet: *Elogium ejus.*

Epigramma in Sarceri effigiem.

Sunt, hæc ora, genæ, facies & pectus Eraſmi
Sarcerii: Hæc potuit pingere docta manus.
Verum nemo poteſt, quæ ſit conſtantia mentis,
Pingere: quin hoc non eſſet Appellis opus.
Impia qui nunquam deliramenta ſecutus,
Sincero fidei dogmate paſcit oves.
Quas non concinnas fraudesq́ minasq́ potentum
Suſtinuit: forti pectore dura ferens?
Neſtoris eloquio ſimiliis facundia lingua,
Illius tantâ cum gravitate fluit:
Ut meritò, ſibi quem ſtudiis quæſivit honorem,
Ingenio & celebris fama per aſtra volet:
Fortiter & tulerit quam tàm mala multa ferendo:
Exilii fuerit pœna timenda licet.

Ingenii ſui monimenta reliquit & multa & haud vulgaria, quæ in bibliothecis enumerantur.

David Chytræus in Chronico Saxoniæ: Sleidan. in commentar. l. 20. Chronicon Misniæ: alii.

PHILIPPUS MELANCHTHON.

Θ. 1560. d 19. April. ætat. 63. comp.

COmmuni bono *Philippus* Schwartzerd / Græcè *Melanchthon*, *Brettæ*, inferioris Palatinatus oppido, naſcitur, anno, menſe & die, quem epigraphe ædium avitarum hodie his indicat:

Natalis Melancht.

DEI PIETATE NATUS EST IN HAC DOMO DOCTISSIMUS DN. PHILIPPUS MELANCHTHON, D. XVI. FEBR. A. M. CCCC. XCVII.

Genethliacum ejus ſchema ex hiſce *P. Lotichii* carminibus exſtrui poteſt: quibus ita Melanchthonem * affatur: *Geneſis Mel.*

Cum Jove Mars primo fulſit tibi mitis in ortu,
Theſſalus hoſpitio fovit utrumque ſenex.
Inventosq́ lyræ fauſtos tibi præbuit ignes,
Humida qua liquidas urna refundit aquas.

* *Elegia in obitum Melanch. l. 4. eleg. 4. p. 114.*

Falciferumq́, ſenem, quamvis nil triſte minantem,
Molliit in quinta candida ſede Venus.
Cynthia per felix, in culmine, virginis aſtrum,
Oppoſitos fratris currere vidit equos.
Inde tot egregiæ culto ſub pectore dotes;
Dona tot, ignorat quæ rude vulgus, erant.

*Parentes. Georgius. Schwartzerd qui ☉. 1508. d. 29. Sept. * Quam amiſit An. 1529. d. 6 Iunii. Fuit Reuterina. Rhythmi illius. In Epigrammat. Philipp. I. Hung. Præcept. Melancht. Et Georg. Siml.*

Parentes habuit pios & honeſtos, inque re mediocri conſtitutos, patrem *Georgium* Schwartzerd / magiſtrum armorum, ſub principibus Palatinis *Philippo* & *Ruperto*: matrem verò *Barbaram* *, fœminam honeſtam, prudentem & gravem: cujus hi fuerunt rhythmi:

Wer mehr wil verzehren /
Denn ſein Pflug kan ereren /
Der wird zu letzt verderben /
Und vielleicht am Galgen ſterben: h. e.

Si quis de parvis vult plura abſumere rebus
Quærere quàm vigili ſedulitate poteſt:
Is mendicando victum petet, oſtia pulſans;
Aut feret huic triſtem crux laqueusq́, necem.

Grammaticam Latinam didicit à *Joanne Hungaro* Phorcenſi, viro docto & honeſto: Græcam à *Georgio Simlero*, qui poſtea jus civile cum laude profeſſus. De illo, ut putamus, accipienda ſunt, quæ alicubi ipſe * reliquit: „ Ego, inquit, habui præceptorem, „ qui fuit excellens Grammaticus, ille adegit me ad grammaticam, & ita adegit: ut „ conſtructiones facerem. Cogebat reddere „ regulas conſtructionis per verſus Mantuani „ viginti aut triginta. Nihil patiebatur me „ omittere: quoties errabam, dabat plagas „ mihi; & tamen eâ moderatione, quæ erat „ conveniens. Ita me fecit Grammaticum. „ Erat vir optimus: dilexit me ut filium, & „ ego eum ut patrem: & brevi convenie„ mus, ſpero, in vitâ æternâ. Ita amabatur „ à me: quamvis utebatur iſtâ ſeveritate: „ quanquam non erat ſeveritas, ſed caſtiga„ tio paterna, commonefaciens me de dili„ gentia. Cogebar veſperi quærere regulas, „ ut poſſem recitare. Videtis fuiſſe diſcipli„ nam ſtrictiorem, quam jam eſt. Poſtquam ergo utcunque Grammatica percepiſſet: puer adhuc miſſus eſt in Academiam primum *Haidelbergenſem* anno ſeculi *decimi quinti nono*, ætatis ſuæ *duodecimo*, inſcriptus, die *decimo tertio* Octobris. Ibi cum adoleſcentibus nihil publicè traderetur, præter illam garrulam Dialecticen, & Particulam Phyſices; & didiciſſet jam connectere verſiculos, aviditate quadam puerili cœpit legere Poëtas: cui lectioni, ut res poſtulat, adjunxit hiſtoriarum & fabularum cognitionem. Hæc conſuetudo paulatim ipſum ad auctores veteres deduxit. Sed nemo erat, qui rectam, orationis formam oſtenderet. Itaque cùm in *Politianum* & *Plinium* poſteriorem incidiſſet ſubtilibus argutisque ſententiolis delectatus quidem eſt, ſed & aridior factus, & ipſas illas argutiolas inanes abjiciendas ſibi poſtmodùm intellexit.

** Tom. 3. exp. Evan. p. 804. Melancht. quomodo Grammat. doctus.*

Mittitur in Acad. Haidelb.

Legit Poëtas.

Politianũ item & Plin. junior.

Quamvis autem necdum ephebus eſſet, tamen & erudivit filios Comitis *Leonſtenii*; & orationes aliis præſcripſit, & teſtimonium profectus, Baccalaurei titulum vocant, omnium calculo probante, eſt adeptus anno *milleſimo quingenteſimo undecimo*, ætatis ſuæ *decimo quarto*, Convictu uſus eſt Haidelbergæ *Pallantis Spangeli* Neoſtadiani Theol. Doctoris, viri boni & ſapientis, cujus Epitaphium geminum in chori ambitu ad S. Sancti hodieque viſitur, albi * annotatum. Familiares habuit ibidem *Wimphelingum*, *Petrum Sturmium* Argentoratenſem, *Guntherum*, rhetorem, & *Sorbillum* quendam poëtam. Triennio *Haidelbergæ* exacto, cùm & cœlum minus ei eſſet amicum, & repulſam à philoſophurum quibusdam in ſupremi gradus Philoſophici petitione, ob ætatis defectum, tuliſſet; *Tubingam* conceſſit, nomenque Rectori Doctori *Joanni Schemero* ex *Offterdingen* dedit, anno *duodecimo* ſupra *milleſimum quingenteſimum*, die decimo ſeptimo Septembris. Audiit ibi *Braſſicanum* & *Bebelium* Poëtas laureatos; *Joannem Stöflerum* Mathematicum per triennium; M. *Franciſcum Stadianum*. Ariſtotelis interpretem, tunc celebres. In Theologia *D. Lempum*, qui tum præcipuus habebatur, de quo hoc ſæpe retulit, ſolitum eum auditoribus depingere in tabula monſtrum illud, quod vocant, Tranſſubſtantiationis, & inſulſitatem hominis tum quoque ſe miratum. Biblia etiam puer, aut admodum adoleſcens, ſemper ſecum circumtulit, avideque legit in templo & alibi; adeò ut profanum quiddam ab eo legi exiſtimatum fuerit, quanquam falſo. Errores tamen ejus ſeculi cum aliis erravit; unde ipſe, *cohorreſco*, inquit *, *quando cogito, quomodo ipſe acceſſerim ad ſtatuas in Papatu.* Audivit tunc & Simlerum, quo antea uſus erat, jura profitentem, nec parum in eo ſtudio profecit, ut ſcripta teſtantur; quin & Tubingæ leges privatim docuit. Medicam quoque artem non neglexit, ſed & docentes eam audivit, & *Galeni* libros ita legit, ut ſententiam intellexerit, & pleraque memoriter recitare potuerit. Tantus fuit in ipſo ardor diſcendi, rudi illo ſeculo. Narrat * ipſe, ſe admodum adoleſcentem, cum *Oecolampadio* legiſſe *Heſiodum*: & cum in eo tum cæteros locos, de ortu & occaſu ſtellarum; tum verò verſiculos eos, quibus ait; *quadraginta diebus latere Plejades*, intelligere cuperet, neminem fuiſſe in magna frequentia, præter unum *Stöflerum*; qui juvare utrumque potuiſſet. Diu etiam ignoravit conſilium Ariſtotelis *, & accommodationem *Geometricæ proportionis ad juſtitiam diſtributivam*, donec vidit eandem à Platone illuſtrius aliquanto traditam *. Ex *Agricolæ* etiam Dialecticis, tunc primùm editis, atque ab *Oecolampadio*, quem magni fecit, ſibi donatis, fatetur, didiciſſe intelligere orationes Ciceronis ac Demoſthenis.

Iatque

Itaque artibus, linguis, & Philoſophia feliciter hauſtis, magiſter vel Doctor Philoſophiæ Tubingæ, anno *milleſimo, quingenteſimo decimo tertio*, ætatis ſuæ *decimo ſeptimo*, die converſionis Pauli, decano Philoſophico *M. Ioanne Kreſs*, renunciatus eſt. Manſit deinde ibi quadriennium, & docere cepit in Academia Tubingenſi *Virgilium* primùm & *Terentium*. Fuerunt autem exempla Terentianarum comœdiarum tunc, propter ſummam hominum imperitiam, inſtar orationis proſæ excuſa. Reſtituit ergò optimum auctorem, monſtrato carminis genere, & ea in ſchola quinque ejus comœdias enarravit. Poſtea oratoria ei lectio eſt demandata, in qua *Ciceronis* quædam juventuti propoſuit, deinde *Livii* etiam ſex libros abſolvit. Interea tamen & alios, ut diximus, docentes audivit, & Typographicis operis præfuit, & multùm cum *I. Capnione* fuit, ut alibi * dictum.

Interea in Saxonia à *Luthero* certamina de religione mota ſunt, cui συναγωνιςτής fidus in Evangelio promovendo Melanchthon Dei providentia, & *Friderici* Saxoniæ electoris vocatione, adjunctus eſt. Venit Melanchthon de Capnionis conſilio *Wittembergam*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, decimo octavo*, ætatis ſuæ *viceſimo ſecundo* die *viceſimo quinto* Auguſti, decennio poſt Lutheri in eandem ſcholam adventum.

Diſcedente eo Tubinga *Simlerus* ille Præceptor, *deplorandum eſſe toti civitati ejus abitum* dixit, & ſubjecit; *Quotquot ibi eſſent docti homines, non eſſe tam doctos, ut intelligerent, quanta eſſet doctrina ejus, qui inde evocatus diſcederet.* Nec falſus eſt ſuo judicio.

Quarto die poſtea quàm *Wittembergam* appulit, auſpicatus eſt lectiones ſuas ab oratione, ut moris, publicè dicta, de qua ſic Lutherus * ad Spalatinum: „ Habuit Philippus orationem quarto die poſtquam venerat, planè eruditiſſimam & terſiſſimam, tantâ gratiâ & admiratione omnium; ut jam non tibi id cogitandum ſit, quâ ratione eum nobis commendes. Abſtraximus citò opinionem & viſionem ſtaturæ * & perſonæ, & rem ipſam in eo gratulamur & miramur: „ Cepit hoc anno explicare publico de pulpito *Homerum*, & epiſtolam *Pauli ad Titum* Græcè, magnâ cum auditorum admiratione & frequentia, de qua idem Lutherus ad „ Spalatinum *: Philippum Græciſſimum, „ eruditiſſimum, humaniſſimum, habe commendatiſſimum. Auditorium habet refertum auditoribus: inprimis omnes Theologos ſummos, cum mediis & infimis, ſtudioſos facit Græcitatis. *Et alibi * ad Joann. „ Langum*: Eruditiſſimus, & Græcaniciſſimus Philippus Melanchthon apud nos Græca profitetur, puer & adoleſcentulus, ſi ætatem conſideres, cæterùm noſter aliquis, ſi varietatem, & omnium ferè librorum notitiam ſpectes, tantum valet non ſolum in utraq; linguâ; ſed utriusq; linguæ eruditione. „ Ebræas quoq; non incognitas habet literas.

Ut primùm ergò docere cepit, vidit præcepta artium & diſciplinarum vel falſa, vel obſcura, & inordinata inculcari. Derivavit itaque in ſe hunc laborem, ac omnium fermè doctrinarum ſyſtemata eruditè confecit; falſa recidit, obſcura illuſtravit; inordinata, dextrè collocavit, & quod caput, ad uſum quomodo omnia transferenda eſſent, primus, vel ſaltem unus non de multis primis eruditè monſtravit. Anno *decimo nono* evulgavit *Rhethoricam*, ſequenti *Dialecticam*, viceſimo quarto *Grammaticam*, aliis deinde annis alia, ſed nobis hic propoſitum inprimis quid in Theologia præſtiterit, quantumque Evangelii curſum cum Luthero promoverit, indicare.

Conſcribit ſyſtemata artium.

Et edit.

Labores Theologici Melanchť.

Anno itaque *decimo nono* adfuit Luthero Lipſiæ in diſputatione cum *Eccio*: ubi cum quædam interloqueretur, dixit ad eum Eccius: *Tace tu Philippe, ac tua ſtudia cura, ne me perturba*, & cum in ſchedula quiddam Luthero porrexiſſet, Eccius idem ad Lutherum, *amove*, inquit, *à te iſtum ſaccum diſtinctionem*: imò per convitium *Grammaticum* appellavit, *: *Auſus eſt*, inquit, *Grammaticus Wittembergenſis Philippus, Græcè & Latinè ſanè non indoctus, epiſtolam edere, me laceſſere, & pluribus nominibus cauſam non meam, ſed fidei obſcurare.* Oppoſuit ei *Melanchthon* aliam epiſtolam * qua ſe defendit. Et hoc primum fuit in controverſiis Theologicis ſpecimen.

An. 1519. intereſt. diſp Lipſ. Tom. 5. declam. Mel. p. 274.

** Tom. 1. op. Lat. Luth. p. 338*

**Exſtat. t. 1. op. Lat. p. 336.*

Anno ſequenti epiſtolâ ad Romanos, clavem illam ſcripturæ, atq; confeſſionem Evangelicarum Eccleſiarum explicavit. Commentarium eum Lutherus poſtea *, inſcio Melanchthone, Typographis tradidit divulgandum, ut infra dicemus, in præfatione autem idem Lutherus ita ad Melanchthonem: *Ego, quod impii Thomiſtæ ſuo Thomæ mendaciter arrogant, ſcilicet neminem ſcripſiſſe melius in Sanct. Paulum, tibi verè tribuo.* Eodem anno Melanchthon *adhortationem* * ſcripſit, *ad Chriſtianæ doctrinæ, per Paulum proditæ, ſtudium. Viceſimo primo* anno, cùm Theologi Pariſienſes Lutheri libros & doctrinam, evulgato publicè ſcripto, damnaſſent: Melanchthon oppoſuit aliud ſcriptum *: *adverſus furioſum*, (ita appellat ipſe) *Pariſienſium Theologaſtrorum decretum pro Luthero apologiam.* Prodiit eodem anno liber à Melanchthone ſcriptus titulo: *Didymi Faventini, quo reſpondit Thomæ Placentino, hoc eſt, Emſero.* Sub idem tempus actum eſt, de abrogatione miſſæ privatæ, in Eccleſia *Wittembergenſi* per delectos: de quibus & Melanchthon, qui & *reſponſionem* ſcripſit * *ad inſtructionem ex aula Saxonica*, & *propoſitiones de Miſſa*, ut tum loquebantur, *ac vero uſu Cœnæ Dominicæ.* Lucem viderunt item tunc primum *Loci communes Melanchthonis*: qui anno *viceſimo ſecundo* nomine *Hypotheſium Theologicarum* iterum prodierunt, ut & annotationes in epiſtolam ad Romanos, & utramque ad Corinthios. Conflixit etiam ea tempeſtate cum hominibus fanaticis, de quibus alibi *.

An. 1520. Explicat ep. Pauli ad Rom.

** An. 25.*

Mel. opt. Pauli Interpr.

** T. 1. decl. Philoſ.*

An. 1521. Scribit adverſ. Pariſ. Mel. pro Luthero.

** T. 2. op. Lat. Luth. Wittemb. pap. 202.*

Et t. 2. op. Mel. p. 82. Actio ſuper miſſa privata abrog. Sleid. l. 3.

** Conſ. Theol. An 1522. L. C.*

** In vit. Luth.*

Aggreſſus deinde *Geneſeos* librum, omnium Propheticorum ſcriptorum eruditiſſimum,

An. 1523.

ſimum, enarrationes in aliquot ſaltem ejus capita foras dedit, paucas, ut ipſe loquitur * & exiguas pagellas, cùm liber multò copioſiorem enarrationem flagitaret. Sub annum etiam *viceſimum tertium*, edidit *interpretationem monſtri Papaſelli* *, *Romæ tunc in Tyberi inventi*, *& Amen* à Luthero ei interpretationi ſubjectum. Anno poſtea *viceſimo quarto* ad ſuos inviſendos, comite inter alios *Ioach. Camerario*, abiit: inde domum reverſus, de voluntate juſſuve Heſſorum Principis *Philippi*, qui in reditu Melanchthonem, ipſe Haidelbergam ad ludos proficiſcens, forte offenderat, ſcripſit inter alia *epitomen* * *renovatæ eccleſiaſticæ doctrinæ*, aliud item, *quid inter mundi & Chriſti juſtitiam interſit*. Præfationem quoque addidit *in threnos Ieremiæ*, *in Pſalterium Pomerani*: vertitque Latinè *proverbia Salomonis*, adjuncta præfatione ad *Ioann. Fridericum* Saxoniæ Principem.

*Ep. Mel. t. 1. p. 357.
* Papaſellus monſt. in Tybri repert.
An. 1496.
An. 1524.
Camer. vita Mel. p. 101. 102. ſeq.
* T. 2. op. Mel. p. 1.

Bello à ſeditioſa per Germaniam plebe moto, *refutavit* * *articulos ruſticorum*: quibus illi excuſare ſuam rebellionem nitebantur. Ea de re ipſe * ita ad Joach. Camerarium: *Ego à Principe Palatino vocatus fui in patriam, ut ibi de ruſticorum articulis pronunciarem. Sed detulerat conditionem, ut ſcripto reſponderem, ſi mihi venire integrum non eſſet. Itaque miſi confutationem articulorum ruſticanorum, & conſilium adjeci, quod fortunet Chriſtus.* Eodem anno in autumno *Norimbergam* venit, accerſitus à Senatu urbis ad deliberationem de ludo literario apud ſe inſtituendo. Proximo anno eodem rediit iterùm evocatus ad deliberationem, cùm de Eccleſiarum, tum de novæ ſcholæ conſtitutione. Ita nunquam ullum defugit laborem, qui ad Eccleſiæ aut rei literariæ incrementum faceret.

An. 1525.
* Tom. 2. op. Luth. German. Wittemb. p. 97. & conſil. Ger. Phil.
* Ep. Cam. p. 18. & conſ. Th.
Evocatur Norinberg. Melancht.
An. 1526.

Anno *viceſimo ſeptimo*, poſt *milleſimum quingenteſimum*, præfectus eſt cum aliis primæ viſitationi eccleſiarum in ditionibus electoris Saxoniæ *Ioannis*. Fuit ea res plena laboris, plena obtrectationis & invidiæ, cùm multa inordinatè multa perperam, ne dicã impiè, fierent in rei Eccleſiaſticæ gubernatione. Complexus * Germanicè tunc eſt Melanchthon doctrinæ ſummam perſpicua brevitate, ut ſcirent docentes in eccleſiis regionum illarum, quid ſequendum eſſet; neve diverſa & diſſentanea traderentur. Nec facit ullius libri abs ſe editi toties mentionem Melanchthon: quàm hujus, quo ſe initiatum quaſi Theologicis ſtudiis innuit. Hinc in epiſtola quadam ad
„ Hardebergium: Cùm eſſet magna diſſi-
„ militudo opinionum ante annos ferè tri-
„ ginta; inſpectio eccleſiarum præbuit mihi
„ occaſionem edendi ſummam doctrinæ, ita
„ recitatam, ut multæ controverſiæ dijudi-
„ carentur, & monſtraretur forma orationis
„ propria in multis. Eam rem profuiſſe ad
„ conjunctionem qualemcunque Eccleſia-
„ rum exiſtimo.

An. 1527.
* In libello viſitationis Sax.
Ad eam ſe refert tanquam ad explicatam doctrinæ formam.

Annus *viceſimus octavus* conſultationes Melanchthoni attulit de rebus graviſſimis & periculoſiſſimis. Fama * enim ſparſa erat conſpirationis cujuſdam *Vratislaviæ* per legatos initæ, ad coërcendos eos: qui à Papatu deceſſiſſent. Itaque animi exaſperati, & exercitus à Saxone atque Landgravio Haſſiæ contractus. Verùm cùm Pontifici Principes & Epiſcopi ſinguli ſe purgarent, interceſſione Treviri ac Palatini Electorum, & ſapientia atque virtute Saxonis, incendium exſtinctum; Germania periculo; omnes metu liberati ſunt. Quod autem fuerit conſilium * Theologorum eo in apparatu bellico, explicat Melanchthon epiſtola ad Camerarium. Scripſit & tunc ad Eraſmum ſuper diſſidio inter ipſum ac Lutherum, optatque nunquam ortum, judicat utrinque peccatum, tandem his concludit: *Plus profutura erant eccleſiæ utriusque veſtrum ſtudia, ſi ad ſananda hæc diſſidia conferrentur. Et faciat Chriſtus, ut conſileſcat hæc inter vos contentio:* ὃς ἔδει ἀγωνοθέτας εἶναι, οὐ τῶν διχοστασιῶν, ἀλλὰ τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων: *h. e. quos oportebat eos eſſe, qui certamina inſtituerent non diſſidiorum, ſed honeſtiſſimorum ſtudiorum.*

An. 1528.
Belli incend. in Sax.
* Chytr. in Sax. l. 12.

Viceſimus nonus annus mirificè eum exercuit, propter actiones conventus Spirenſis: quò cùm Electore Saxoniæ, ſuo Principe erat profectus. Res enim variis modis erant exulceratæ, & malorum incrementa undique impendebant. Varia itaque coactus tum fuit conſiderare, & in futurum vereri. Eo tempore accidit id, quod notum, & à nobis alibi * relatum verboſè de *Grynæo*, memoria dignum. Vidit eodem tempore poſtremùm Melanchthon matrem ſuam, ad quam Spira excurrit. Ab ea cùm interrogatus eſſet, *quid ſibi in ejusmodi controverſiis credendum?* reſpondit, auditis illius precibus, quæ nihil ſuperſtitionis habebant, ut *pergeret hoc credere & orare, quod credidiſſet & oraſſet hactenus, nec pateretur ſe turbari conflictibus diſputationum.* Ex eodem conventu *epiſtolam ad Oecolampadium* ſcripſit *: cui oppoſuit Oecolampadius epiſtolam apologeticam; eamque Melanchthoni coram in conventu Marpurgenſi, de quo mox, reddidit; tandem etiam publicam fecit, cùm emiſiſſet *Melanchthon Patrum de cœna Domini ſententias*, à ſe collectas. Contra quas Oecolampadius edidit *dialogum*: quem Melanchthon affirmavit, *primùm ſibi cauſam attuliſſe, antiquitatis purioris de hac controverſia ſententiam accuratiùs inveſtigandi.*

Et conſtat Melanchthonem etiam antea ſolicitum ea de controverſia fuiſſe, quando ita
„ ad Camerarium *: De negotio εὐχαριστίας
„ non aliud adhuc ſuſceptum video; niſi ut
„ hac occaſione in intricatas, obſcuras &
„ profanas quæſtiones ac rixas, conjecti a-
„ nimi, à conſpectu doctrinæ neceſſariæ,
„ tanquam turbine quodam, auferantur.
„ Ego rem committo Chriſto, ut gloriæ ſuæ
„ pro ſua ſapientia conſulat. Et ſpero adhuc
„ conſtanter, eum ἀποκαλύψειν ἡμῖν καὶ περὶ
„ τούτου τοῦ πράγματος τὴν ἀλήθειαν patefa-
„ cturum eſſe etiam ita de re veritatem:
Nec ſpe fruſtratus eſt optimus Melanchthon.

Hoc etiam anno Melanchthon *Marpurgi* fuit, in colloquio Theologorum, quæque pacis erant, ſuo loco fideliter ſuaſit; de quo etiam ante *hac.

Qui ſecutus eſt annus verè eum virum oſtendit. Ibi enim in comitatu Electoris Saxonis cùm ipſe eſſet vel primus è noſtratibus, in ipſum etiam præcipuè omnia Theologicarum rerum negotia incubuerunt. De voluntate principum Proteſtantium informata eſt ſumma quædam doctrinæ: è qua poſt diligentem conſiderationem compoſitum eſt ſcriptum, comprehendens aliquot capitibus doctrinam illam univerſam, opera, cura, & immenſo labore Melanchthonis. Eo in ſcripto quæſtiones variæ, diſputationum contentionibus agitatæ, & ordine diſpoſitæ, & adſertione ſimplici apertaque ita illuſtratæ ac definitæ ſunt, ut ab eo tempore certa & explicata ratio doctrinæ cœleſtis, uno ſcripto expoſita, cœperit exſtare. Oblatum eſt id ſcriptum *Carolo* Imperatori *titulo Confeſſionis*: cùm Melanchthon maluiſſet, *non principum* & eis adjunctorum; ſed *docentium*, qui Theologi vocantur, nomine edi. Sed, ſubſcriptis principum nominibus actionem illam ſplendidiorem fore, judicatum eſt: aliis quoque de cauſis, viſum melius. Prolatum etiam & recitatum coram Imperatore fuit reſponſum quoddam: quo confeſſio illa refelleretur. Ejus exemplum cum haberi non poſſet, Melanchthon *Apologiam* ſcripſit, ex præcipuis capitibus & argumentis inter prælegendum exceptis, in qua copioſiùs quædam explicavit, & vehementiùs adverſarios urſit, ſicut & poſtea operam dedit, ut omnia eſſent dilucidiora ac planiora. Verè enim & præclarè dicitur, *multa dies monet, & poſteriores cogitationes ſunt prioribus meliores.* Nihil tamen in re ipſa & dogmatibus eſt immutatum.

Fuit eo in conventu valdè ſolicitus Melanchthon, ne vel conſcientiam vulneraret, vel exiſtimationem ſuam læderet, vel Reipub. Chriſtianæ incommodaret. Itaque non dubitavit quoſcunque, etiam adverſarios, accedere, & quid de rebus controverſis ſentirent, cognoſcere: quod ejus factum variis fuit obnoxium judiciis & calumniis, præſertim cum Epiſcopis ſuam * poteſtatem, modò & ipſi evangelio locum, reliquiſſet. Id quod Luthero non modò adſtipulatore, ſed auctore fecit. Nihilominus tamen hæ voculæ à non nemine auditæ fuerunt: *ſi ingente pecunia à Romanenſi factione Melanchthon conductus eſſet, ad ſtatum ipſorum defendendum, non potuiſſe meliore & ipſis utiliore ratione cauſam eorum agere.* Et *Eccii* vox iisdem in comitiis ad Melanchthonem fuit †: *Tua, Philippe,* ἐπιείκεια, *& Pontani* χρηστολογία *plurimum adjuverunt cauſam veſtram.* Sed hæc contemſit Melanchthon conſcientiæ ſuæ teſtimonio fretus. Adjuncti illi quidem fuerunt & alii, ſed non omnes ejuſdem judicii in re tanti momenti. Ferunt à Melanchthone rerum meritò ſatagente quendam interrogatum: *Putaretne particulam gratis retineri poſſe? cum fatemur; hominem fide ſola juſtificari, idq; gratis:* reſpondiſſe alterum illum, *quidni? addatur etiam fruſtra.* Itaque paſſim in epiſtolis ad Flacium & alios hoc repetiit: *Scripſi Auguſtanam confeſſionem tunc, cum haberem reprehenſores multos, adjutorem neminem.* Imò alibi, *ſi nunc mihi*, inquit, *adornanda eſſet confeſſio illa, accuratiùs omnia complecterer, quàm eo tempore licebat.* Poſt longam diſceptationem & tentatam aliquoties compoſitionem, diſceſſum eſt, ut potuit, non ut expetitum fuit.

Exitus comitior. Auguſt.

Poſtea aliquot annis, Pontifice de ſynodo pollicente, deliberationes Theologorum ſuſceptæ ſunt, & ſententia eorum exquiſita. Melanchthon ſane ſimulari à Pontificiis omnia, & hoc agi, ut conditionibus ferendis noſtrates à ſynodo deterrerentur, non vidit, non perſuaſum habuit. Simplici animo igitur non improbavit, indici ſynodum à Pontifice, & præſidem eundem in ea non recuſabat. Hoc tamen non admiſit, quod imprudenter poſtulabatur; *ut promitterent jam tum univerſi, ſynodi decretis ſe ſtare velle.* Dixit enim *in concilio & accuſationes, & defenſiones, & ſententias liberas eſſe oportere, & ineptum de eventu paciſci antè, quàm cognitio ſit ſuſcepta.* Hac in ſententia manſit, & de ſynodo res fuit facilis, quam *Cæſar cogere non poterat: Pontifex* autem *nolebat.* Tribus etiam tunc annis continuis cometæ ſunt conſpecti, de quorum conſideratione multa eruditè ad amicos Melanchthon.

Synodus à Pontif. promiſſa, ſed ſimulate.

Melancht. quid admiſerit & quid non.

Cometæ conſpecti

Anno *trigeſimo quarto* vocatus eſt à Landgravio Haſſiæ ad colloquium cum *Bucero* de quo ipſe ita ad Joachimum Camerarium: *Heri primùm, hoc eſt, die nono Januarii domum reverſus ſum ex Cattis, quò me & Bucerum vocarat ὁ μακεδὼν Philipp Landgravius, ut ego noſtrorum, ille ſuorum ſententias afferret,* περὶ τῆς διαλλαγῆς *in illa pervulgata cauſa. Meam ſententiam noli nunc requirere. Fui enim nuncius alienæ, etſi profectò non diſſimulabo, quid ſentiam, ubi audiero, quid reſpondeant noſtri. Ac de hac re tota aut coram, aut cum habebo certiores tabellarios. Ipſius principis Cattorum ſumma fuit erga me comitas. Familiariſſimè mecum de multis graviſſimis rebus locutus eſt. Quo in ſermone nihil animadverti, quod indignum eſſet aut bono viro, aut bono Principe.* Trigeſimo verò quinto anno expetitus etiam eſt ab Angliæ Rege *Henrico*: & Galliæ rex miſſis literis clementiſſimè eum ad ſe invitavit, quarum hoc eſt exemplum:

An. 1534. Vocat. à Landgr. Melancht. ad colloq. cum Buc.

Part. 1. conſil. Th. pag. 238.

An. 1535. Expetitur à Rege Angliæ & Galliæ.

Franciſcus Dei gratia Francorum Rex, dilecto noſtro Philippo Melanchthoni. S.

Literæ Regis Galliæ ad Melancht.

Singulare tuum ad ſedandas eas, quæ in doctrinam Eccleſiaſticam invectæ ſunt altercationes ſtudium intellexeram antea quidem ex Guilielmo Bellajo Langæo cubiculario atq; conſiliario noſtro, quo ego præcipuè ſum uſus ad eam rem adminiſtro & interprete. Nunc verò ex literis ad eum tuis, & ſermone

Guilielm. Bellaius Langæus.

redeuntis à te Barnabæ Vorei Voſſæ, intellexi eti-
Barnabas V reus Foſſa. *am, te hoc laboris perlubenti animo ſuſceptu-*
rum, uti ad nos primo quoq; tempore te conferas, deq; unione doctrinarum cum ſelectis aliquot noſtratibus Doctoribus hîc apud nos coram diſſeras, atq; rationes ineas; quò reſarciri poſſit pulcherrima illa Eccleſiaſticæ politiæ harmonia, qua una etiam quum ego mihi nihil usquam unquam majore cura, ſtudio, ſolicitudine animi amplexandum eſſe duxerim, committere nolui: quin hunc ſtatim Voreum Foſſam ad te dimitterem, cum his veluti publicæ fidei obſidibus literis, obteſtarer etiam, abduci te ullius perſuaſione ut ne ſinas ab hoc pio, ſanctoq; inſtituto. Venies omninò mihi gratiſſimus, ſeu privato tuo, ſeu publico veſtratium nomine adveneris, meq; re ipſa experieris & privatim Germaniæ veſtræ dignitatis, & publicæ in univerſum quietis ante omnia eſſe (atq; adhuc ſemper fui) ſtudioſiſſimum. Vale ex oppido Guyſe, die 28. menſis Junii, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo, triceſimo quinto.

Hac de vocatione & quid eam conſecutum ſit, ipſe Melanchthon indicat epiſtola*
** Conſil. Theolog. pag. 238.* quadam ad *Conradum Heresbachium: Rex Galliæ non obſcurè ſignificavit ſibi meum conſilium probari. Miſit Romam, meq; vocavit:*
Melanchth. non dimittitur ad Gallum. *ut de iisdem rebus me audiret, ſed Dux Saxoniæ noluit me dimittere. Nolunt privatum quenquam paciſci cum illo de Republ. Sic enim loquuntur:* δοκεῖ δὲ καινότης τῶν ἀπαιδεύτων τυραννὶς καθισταμένη οὐδὲν μέτριον, καὶ κοινωνικὸν, καὶ πολιτικὸν φρονούντων. *Cedamus igitur fatis. Nunc Anglus me vocat. Sed aliis de rebus,* ἐγὼ μᾶλλον θέλομαι εἶναι σύμμαχος τῶν σπουδαζόντων κοινὴν ὁμόνοιαν ποιεῖν τῆς ἐκκλησίας.

Ad ipſum etiam regem Galliæ literas dedit, quibus ejus ſtudium ac voluntatem ſanandæ eccleſiæ commendavit: oravitque ne id deponeret, ſimul veniam ſuæ emanſionis precatus.

An. 1536. Inviſit ſuos Melanchthon Anno *triceſimo ſexto*, ad ſuos Melanchthon excurrit, inviſendorum amicorum ac valetudinis cauſa, quod in ſuſpicionem vaniſſimam quidam rapuerunt.
De ſcalis labitur. De ſcalis etiam lapſus, os ſacrum dorſi graviter afflixit, & aliquot diebus cruciatus graviſſimos pertulit, poſtea tamen feliciter reſtitutus.
An. 1537. Conventus Smalcald. Anno ſubſecuto conventus Theologorum fuit indictus *Schmalcaldiæ* duabus de cauſis. Primum ut collatio fieret accurata de doctrina, & tollerentur diſſidia. Deinde ut deliberaretur, qui articuli ad extremum defendendi & anteponendi eſſent omnibus rebus humanis: qui verò concedendi Pontifici & eccleſiaſtico πολιτεύματι propter pacem, & ad communem eccleſiæ concordiam reſtituendam: ſi res ad moderationem aliquam deduceretur. Eo in conventu partes etiam præcipuæ fuerunt Melanchthonis, Lutherum gravi morbo impediente: quando juſſi ſunt Theologi conſcribere aliquid *de Pontificis Romani poteſtate, ſeu primatu, & jurisdictione Epiſcoporum.*

Anno *trigeſimo nono*, cùm Proteſtantes principes *Francofurti* ad Mœnum conveniſſent, juſſus eſt Melanchthon eodem proficiſcentem principem ſuum ſequi: ubi ob metum violentiæ ſcriptum *de legitima defenſione* compoſuit.

Anno *quadrageſimo* iterum interfuit colloquio *Schmalcaldiæ*: ubi cum *Lundenſis* rediens ex Hiſpania ſcripſiſſet, Carolum Imperatorem venturum in Germaniam, non ut bellum civile moveret, ſed ut de concordia eccleſiarum deliberaret: juſſi ſunt & Proteſtantes deliberare, quid defenſuri eſſent, quid largituri adverſariis. Cenſuerunt itaque reddendam Epiſcopis dominationem politicam, ſi Evangelium amplectantur, & vitia ex Eccleſia tollant: ſed in doctrina negarunt, poſſe abjici articulos eos; quos in confeſſione & Apologia eſſent profeſſi. Scripſit Melanchthon etiam tunc reſponſum nomine Electoris Saxoniæ *Joan. Friderici, Philippi* Haſſiæ Landgravii, & reliquorum cum his conjunctorum in negotio religionis, datum legatis *Caroli V.* comitibus *Theodorico de Manderſchidt, & Guilielmo de nova Aquila*: quod exſtat*, & prolixè agit *de bonis eccleſiaſticis & monaſteriorum reditibus*: deinde & *cauſas indicat* graviſſimas, *mutatæ religionis & rituum. Negari non poteſt*, inquit, *multa non toleranda vitia in Eccleſiam irrepſiſſe. De pœnitentia & remiſſione peccatorum fuit ſumma confuſio doctrinæ. Sacramentum in miſſa ad quos abuſus tranſlatum fuit? In cœlibatu quantum eſt turpitudinis? Doctrina de poteſtate clavium plena fuit vanitatis & ambitionis. Quantum fuit onus traditionum ſuperſtitioſarum? Quàm nullus delectus miniſtrorum Evangelii?* Editum eſt tunc & ſcriptum contra *Schvvenckfeldium, Sebaſtianum Francum*, & alios errones, qui ſemina *Donatiſtarum, Scopticorum*, & aliorum fanaticorum ſpargebant.

Cùm autem decretum eſſet: ut *Haganoæ* ad Rhenum convenirent Theologi Proteſtantium, miſſus eodem fuit Melanchthon, ſed *Vinariæ* in morbum ferè lethalem incidit. Ortus fuerat morbus ex morſu doloris cujusdam; & illum proſpexerat Melanchthon ante iter Haganoenſe, ſomnio quoque monitum ſe ſcribit: impendere ſibi lethalem morbum. Itaque & teſtamentum domi ſcripſit: quod apud *Crucigerum* depoſuit: & cùm per pontem, quo Albis ad Wittembergam ſtratus, egrederetur, dixit:

Viximus in ſynodis: & jam moriemur in illis.

Ex eo tamen Dei gratiâ, & ſedula medici *Georgii* * *Sturciadæ* cura, inprimis autem Lutheri & Crucigeri precibus, non tam convaluit, quàm revixit. De eo ipſe ita ad *Bucardum* † *Mythobium*: *Tuas Epiſtolas hac æſtate miſſas accepi, primam Schmalcaldiæ, alteram in Thuringia, cùm eſſem horribili morbo oppreſſus, qui tantùm ex animi dolore*

*dolore ortus erat, quem aliena * mihi cauſſa attulerat, de qua & tu quereris. Fuiſſem extinctus, niſi adventu Lutheri ex media morte revocatus eſſem. Nunc te oro, ut Deo cauſam commendes, & horteris eos, qui de eo negotio loquuntur: ut hos ſermones premant, nec judicent re non integrè cognita.*

Recuperata valetudine in *Vangionas* ad aliquoties dilatum colloquium abiit, quod tergiverſantibus adverſariis in annum *quadrageſimum primum* eſt extractum. Poſt longas variasque actiones & ſingulorum auditiones; tandem *Eccius* cum *Melanchthone* de *peccato originis* diſputavit, quæ diſputatio exſtat *. De eo conventu Melanchthon ita † ad *Juſtum Jonam*: *Meminiſti apud Ciceronem in libro de legibus hiſtoriam eſſe de Lucio Gellio, qui, cùm ei decreta eſſet Aſia provincia, in itinere Athenis convocavit omnium ſectarum Philoſophos, ac hortatus eſt eos ad componendas controverſias, ac diſſidia doctrinæ. Oſtendit quantum profutura ſit ſtudiis & moribus dogmatum conſenſio, ac pollicetur, ſe pacificatorem & arbitrum fore. Propemodum hic ita res agitur. Noſter Lucius Gellius ait, nihil opus eſſe prolixa diſputatione, poſſe rem ſubitò componi à ſtantibus, ſicut Judæi agnum ſtantes aſſumebant (hanc enim ſimilitudine uſus eſt) & habet horum conſiliorum ſocium Eccium; qui perſuadet, tantùm eſſe rixas verborum. Iſti autem nos planè ducunt fatuos eſſe, aut non ſatis attendunt, quantam rem agant, ſed fortaſſis vaticinantes, delere CHRISTUM cupiunt, ſicut Judæi mactarunt agnum.*

Abruptum eſt colloquium inter Eccium & Melanchthonem tertio die poſtquam inchoatum juſſu Cæſaris, & *Ratisbonam* rejectum. Dimiſſi ergo collocutores domum: ac poſtea *Ratisbonam* venire juſſi. In diſputatione illa accidit, quod ad memoriam modeſtiæ Melanchthonianæ facit, & à Luthero narratum eſt. Protulit Eccius argumentum quoddam ſubtile & argutum, de quo ſolvendo dum Melanchthon incipit cogitare, *cras*, inquit ad Eccium, *tibi reſpondebo*. Tum Eccius: *id verò non eſt laudi dandum, ſi ex tempore reſpondere nequeas*: cui Melanchthon: *mi Doctor, non quæro meam gloriam hoc in negotio, ſed veritatem, cras, volente Deo, me audies.*

Paulò itaque poſt Cæſar *Ratisbonam* venit: qui eodem & Proteſtantium Doctores evocavit, colloquii continuandi cauſa. Ad id & Melanchthon ire juſſus, cum in itinere ad fines territorii Palatini perveniſſet, eſſedum quo vehebatur, everſum eſt: & dextram ipſe ita graviter afflixit: ut non ſine cruciatu literas pingere potuerit, nec unquam integer ejus uſus ipſi reſtitutus ſit. Ratisbonam ubi venit de Cæſaris voluntate unus ipſe à parte Proteſtantium ad colloquium eſt delectus cum *Bucero* & *Joan. Piſtorio*, additis præſidibus ac teſtibus: à Pontificiorum partibus ſteterunt, *Julius Pflug*, *Joann. Eccius*, & *Gropperus*. Cùm hi conveniſſent die *viceſimo ſeptimo* Aprilis exhibitum eſt nomine Cæſaris ſcriptum: quod illi ceu normam ſequerentur, ea cum conditione, ut quæ non probarentur, liberè rejicerent. Initia quidem non habuerunt controverſias, ſed locus *de Juſtificatione hominis* neutri parti ſatisfecit; & ſecutæ diſputationes aliæ, de *Eccleſia*, de *Satisfactionibus*, de *poteſtate Eccleſiaſtica*, de *invocatione divorum*, de *miſſæ applicatione*, de *miſſa privata*, de *uſu integræ cœnæ*, & aliis: ac hi, qui Auguſtanam amplexi confeſſionem, non acerbam de eo tulerunt cenſuram: ſed nec *Eccio*, nec Epiſcopis, ut & *Guilielmo* Bavariæ Duci ſatisfecit. *Non ſatisfacit.* Exitus fuit hic, ut tandem negotium totum ad concilii dijudicationem fuerit rejectum, & pax à Cæſare certis conditionibus utrique parti mandata, ac ſpes deliberationum de emendatione Eccleſiæ oſtenſa. *Exitus colloq.* Eo in colloquio Melanchthon ad Cæſarem fuit delatus, cohortationibus Gallicis eum aſperiorem factum. Itaque nominatim eum Imperator apud Landgravium ad ſe vocatum accuſavit. *Ad Cæſarem delatus Mel.* Cauſa fuit, quod noluerat regnum confeſſionum, ut vocant, approbare. *Cauſa ejus.* Judicium autem ſuum de illo, quem diximus libro, Melanchthon verſibus ſequentibus expoſuit, argumento *ſomnii de Hyena* in comitiis Ratisbonenſibus: *Judicium Melancht. de libro Cæſar. Carmen de Hyena. Concil. Theolog. pag. 455.*

Me juſſere Duces fallacem pingere hyenam;
Et monſtri ſpeciem propoſuere mihi.
Tetra erat ex variis moles confuſa figuris;
Tectaque liventi ſanguinolenta cute.
Virginei vultus, ſed torva, micantia flammis,
Lumina, ſævitiæ triſtia ſigna dabant.
A collo gemini pendebant membra Draconis,
Scyllæi tandem pars erat ima pedes.
Horrebam aſpiciens, & toto corpore, ſanguis,
Ac penè extincto ſanguine vita fugit.
Ut pingam tamen illi urgent: non obſequor, ajo
Iratus, pingi non benè poſſe pedes.
Quò ruitis proceres? qui mentes occupat error?
Cur templo infertis talia monſtra DEI?
Excutior ſomno, gelidus cum pectore manat
Sudor, & è ſubito membra pavore ſtupent.
Nonnihil hac moneor fortaſſis imagine: ſed te
Chriſte rogo, ut placidus pectora noſtra regas.

X 2 Hoc

Axioma Melancht. de Sacramentis.

Hoc in colloquio Melanchthon Pontificiis objecit illud axioma: *Nihil habet rationem Sacramenti extra uſum divinitùs inſtitutum*, &, *Chriſtus adeſt non propter panem, ſed propter hominem.* Quod cùm ad Lutherum allatum eſſet, gaudio exultavit, & *macte Philippe*, exclamavit, *tu eripuiſti Pontificiis quod ego non auſus fuiſſem.*

Eccius refutatus eo.

Ea ſententia Eccius ita revictus fuit, ut nihil contra potuerit, & in furore ad Melanchthonem dixerit, *ſe diſputaturum cum ipſo ad ignem usq;.* Cumque præ indignatione largius in cœna bibiſſet, febrim nactus, nunquam poſtea ad collationem doctrinæ rediit. *Nicolaus* autem *Perenottus* de *Granvela* Cæſaris commiſſarius, audita idololatriæ mentione ex Philippo, ſummè commotus dixit:

Granvellani ad Melancht. verba.

Philippe, hactenus ferre potuimus, nos errorum ac abuſuum inſimulari: ſed idololatræ audire vel eſſe nolumus. Ac dominus meus Imperator potius amitteret omnia ſua regna, quàm pateretur ſe appellari idololatram. Paucis autem interjectis diebus, cùm collocutores, *Groppero* in Eccii locum ſuffecto, iterum conveniſſent; Granvellanus ad Melanchthonem: *Philippe*, inquit, *ego hiſce diebus de veſtra illa diſputatione diu multumque cogitavi, ac deprehendi, controverſiam eſſe arduam, & vel ſolam concilio dignam.* De regula autem illa ad amicum Philippus verè gloriatur: *Nemo in his regionibus hanc propoſitionem ſcripſit præter me; Nihil habere rationem Sacramenti, extra uſum inſtitutum.* Cùm Ratisbonâ (ut hoc etiam adjiciamus, cujus ipſe memor Melanchthon in conflictibus fuit) cùm igitur diſcederet Ratisbona Melanchthon; comitatus eſt eum cum aliis amicis *Jacobus Sturmius*, nobilitatis Germanicæ decus. Huic Melanchthon valedicens; *nos in hac vita*, inquit, *non iterum ſumus conventuri.* Tunc ille; *Imò*, reſpondit; *rurſus conveniemus ad te crucifigendum.* Quæ verba quam vim habeant, nemo non videt.

An. 1542. Nic. Amſdorf. deſignatus Epiſcop. Naumb.

Anno *quadrageſimo ſecundo*, cùm ab electore epiſcopus deſignatus *Amsdorfius* in ſedem Naumburgenſem, præſente ipſo Electore *Joan. Friderico*, *Joan. Erneſto* fratribus imponeretur; adeſſe ibidem Melanchthonem juſſit. Suſcepit iter illud, quamvis cum *Julio Pflugio* excluſo intercedebat ei uſus haud vulgaris: ut eccleſiaſticæ & ſcholaſticæ adminiſtrationis diligentius conſtituendæ, vel auctor, vel adjutor eſſet, de aliis rebus nihil ſolicitus.

An. 1543. Herman. Colonienſ. relig. emendat.

Sequenti anno *Hermannus* Archiepiſcopus *Colonienſis*, reformationem eccleſiarum in ſua diœceſi magno ſtudio ac zelo eſt molitus ex decreto Ratisbonenſi.

Eò evocatus Melanchth.

Impetravit ergo à *Joann. Friderico* Electore, ut negocii piiſſimi, ex voto conficiendi cauſa, Melanchthonem ad ſe proficiſci pateretur. Deduxit eum *Petrus Medmanus* mandato Archiepiſcopi, menſe Aprili: venitque ad Principem *Bonnam*, ubi ille tum commorabatur. Aderat jam & *Bucerus* Argentorato evocatus.

Reformatio Colon.

Itaque conjunctis operis conſcripſerunt *reformationem Colonienſem.* Sed eam eccleſiaſtici nullo modo ferre voluerunt, quin edito *antididagmate* in ejus præfatione, poſt magnam vim conviciorum in Lutheranos, affirmare non dubitaverunt: *malle ſe ſub imperio Turcico vivere, quàm ſub magiſtratu, talem reformationem probante ac defendente.* Editus eſt tunc à *Clero ſecundario* liber *contra Bucerum* nomine quidem, ſed revera contra omnes Proteſtantes. Is etiam plenus fuit conviciorum è trivio arreptorum, & ejusmodi ſpurciciarum, quas vix in lenone ferrent aures mediocrium hominum. Poëta ejus fuit Carmelita quidam, Bacchi & Veneris ſacerdos. Huic reſpondit Melanchthon ſcripto †: quod unum eſt ex ejus optimis, quodque ipſi auctori placuiſſe, multis ex locis colligi poteſt. Rediit ex *Ubiis* ad ſuos Melanchthon menſe Auguſto ejus anni, maximæque lætitiæ omnibus fuit ejus adventus: inprimis optimarum literarum ſtudioſis; qui obviam illi proceſſere, ſecuti præceptores pleroſque & magiſtros ſuos. Cæterum totum illud reformationis negotium ad nihilum recidit Carolo in Germania victore: ut alibi exponitur.

Annis duobus ſecutis domeſtica Melanchthonem exercuerunt, quando & filiam ſibi chariſſimam longè * abduci vidit, ſe invito, & obitus amicorum ac piorum in Galliis ſupplicia audivit, & recrudeſcente illo diſſidio ſacramentario, Lutheri animus à multis in bonum Melanchthonem fuit incitatus. Sed patientia & precibus ſibi dolorem leniit, & nubecula illa citò diſparuit, moderationem ſolitam Melanchthone uſurpante.

Anno *quadrageſimo quinto* ordinationi illuſtriſſimi principis *Georgii Anhaltini* ad miniſterium Evangelii, & inſpectionem eccleſiarum in epiſcopatu Mersburgenſi interfuit. Ipſe etiam tunc *teſtimonium ordinationis* nomine omnium in eccleſiis vicinis Superintendentium conſcripſit: quod alibi * recitamus. Cumque ſub id tempus *Fridericus* elector Palatinus, qui *Ludovico* ſucceſſerat, de eccleſiarum agitaret reformatione: compoſuit Melanchthon, cùm evocato venire integrum non eſſet, ſcriptum *de reformandis eccleſiis*; cujus ſynopſin aliquot regulis comprehendit, quas addimus.

Vera & ſalutaris gubernatio eccleſiæ Chriſti præcipuè in his ſex membris conſiſtit.

Primùm, *in vera & pura doctrina, quam Deus eccleſiæ ſuæ patefecit, tradidit, & doceri mandavit.*

Secundò, *in legitimo uſu Sacramentorum.*

Tertiò, *in conſervatione miniſterii Evangelici, & obedientiæ erga paſtores Eccleſiarum, ſicut Deus vult & poſtulat conſervari miniſterium Evangelii, & ſervat ipſe ſua potentia & præſentia.*

Quartò, *in conſervatione honeſtæ & piæ diſciplinæ retinendæ per judicia eccleſiaſtica, ſeu jurisdictionem eccleſiaſticam.*

Quintò, *in conſervandis ſtudiis neceſſariæ doctrinæ & ſcholis.*

Sextò:

Sextò, *ad hæc opus eſt defenſione corporali & facultatibus, ad perſonas, quæ ſunt in officiis neceſſariis, alendas* †.

A morte Lutheri exarſerunt bella tum Theologica tum civilia. Illorum coryphæus fuit *Flacius* quidam *Illyricus*, cujus vitam etjam hiſce propter hiſtoriam adjunximus. Civilis autem princeps cauſa fuit *contemtus*, ut dicebatur, *Cæſaris & læſæ majeſtatis crimen*, deinde *Princeps Pontificius oppugnatus: caſtellum* illius *dirutum*, *præſul Naumburgenſis non admiſſus*, & *Pontificiorum flabella*. Ibi tum ergo cum familia & amicis in Saxonia vagatus eſt Melanchthon. Dimiſſus eſt cœtus diſcentium anno *quadrageſimo ſexto menſe Novembri*. Subiit autem in illa tempeſtate Melanchton tectum oppidi Serveſtani, ditionis Anhaltinorum: quorum prolixam in ſe expertus eſt benignitatem: obtulit ei etiam munificè hoſpitii copiam *Norinbergæ*. Sed confecto in Miſnia bello redeundum ſibi Wittembergam ſtatuit, & ut eodem ſe reciperent alii, auctor ſuaſorque fuit. Exorſus eſt operas ſcholaſticas die *viceſimo quarto* Octobris anni *quadrageſimi ſeptimi* à prælectione epiſtolæ Pauli ad Coloſſenſes. Nequaquam autem hic prætereundum eſt ſomnium: quod Melanchthon ſomniavit. Hic enim cùm Serveſtâ, quo, ut dictum, cum familia & paucis ſcholaſticis ſe receperat, excurriſſet cum *Vito Winshemio* & M. *Marcello*, ad viſendos collegas, qui remanſerant, ac Wittembergam die nono Aprilis, qui erat vigilia Paſchæ veniſſet: ſomniavit ea nocte ſe legentem in ſcriptore Græco incidiſſe in hæc verba: Τιμόθεον ναυμαχοῦντα ἁλῶναι, & eis adſcriptam vidiſſe notam numeri XV. ac in ſomnis ſecum diſputaſſe, activè ne an paſſivè verbum ἁλῶναι exponi deberet, ſicut & die Paſcha in templo, indicans hoc ſomnium collegis, quærebat propriam verbi interpretationem, & quid ſomnium videretur ſignificare. Sed eventus ipſe interpretationem addidit. Nam XV. die poſt, hoc eſt, 24 die Aprilis commiſſa pugna in ripa Albis ad *Mulbergam*, Dux *Joannes Fridericus*, Elector captus eſt à Cæſaris Caroli V. equitibus, traductis per Albis alveum.

Eodem anno *Mauritio* jam Saxoniæ Electore, Lipſiam eſt evocatus, ut & de Academiarum inſtauratione, & ceremoniarum uſu deliberaretur. Fuit is *conventus primus* poſt Lutheri mortem: nec relinquendæ Academiæ Wittembergenſis conſilium Melanchthoni tunc perſuaderi potuit. Prodiit tunc famoſum illud *Interim* dum ſynodus cogeretur, propter quod *Mauritius* Elector octo egit anno quadrageſimo octavo conventus: quibus omnibus, primo excepto, Melanchthon interfuit: ſcripta etiam omnia, in illis conventibus exhibita ipſe compoſuit, uti & cenſuram de ſingulis illius libri capitibus. Acceſſit domeſtica calamitas ex obitu filiæ *Annæ*, quam tenerrimè dilexit. Tulit enim moderatiùs ejus obitum, quàm amici exiſtimarant. Nimirum *publica mala vicerunt morſus privatorum, ut morbi intenſi faciunt, ne ſentiamus remiſſiores*. Circumferebantur in illis turbulentis & miſeris temporibus picturæ, quibus Germanicæ nationi inſultabatur, & captivæ illius vincula atque catenæ oſtentabantur, quod non potuit non optimi cujusque animum pungere.

Deploravit juſtis querelis Melanchthon patriæ fatum, cujus ſermones nonnulli à Cæſarianis malitioſè expoſiti nonnihil periculi ipſi crearunt apud Cæſarem, ut qui unus maximè ejus actionibus in religionis negotio obſtaret. Itaq; voluit Imperator ut Melanchthon ſibi traderetur, ſed defenſus eſt pietate & conſtantia *Mauritii* Electoris. De hoc ſuo periculo ita ad *Camerarium* † ipſe: *Si mihi privatim meo periculo, & meo loco dicenda eſſet ſententia, etiamſi video mihi iraſci valdè* τὸν αὐτοκράτορα, *tamen ſimpliciter & Socratico more reſponderem, me non aſſentiri his ſophiſmatibus. Et non aſſentiar, nec tamen impediam, quo minus ſuo arbitrio potentes conſtituant Rempubl. ſi noſtræ adminiſtrationes non valebunt. Faciam, donec vivam, quod feci hactenus, dicam eadem, ubicunq; ero, & eandem Dei invocationem in mente circumferam ubique, & dicam uſitatâ modeſtiâ* ἄνευ ςάσεων.

In odium Caſ. adducitur Melanch. Defenditur à Mauritio.

† In epiſt. Melancht. ad Camer. pag. 592.

Anno *quadrageſimo nono* propter *Interim* tres conventus ſunt à Mauritio electore coacti: quibus omnibus interfuit Melanchthon. Occupatus fuit præterea in ſcribendis epiſtolis *de Adiaphoris* ad paſtores Eccleſiæ *Hamburgenſis*: ad *eccleſias in Marchia*: ad *Francofordianos*: in *comitatu Mansfeldico*, & alibi agentes. Reſpondit etiam publicè tunc primum *Flacio* epiſtola edita: cùm clamitaret ille; *& doctrinam mutari, & ceremonias antè abolitas inſtaurari, ac potiùs vaſtitatem fuiſſe faciendam in templis; & metu ſeditionum terrendos principes*.

An. 1549. Interim agitatum.

De adiaphoris vide conſ. Theol. t. 2. p. 105. ſeq. Reſpond. Facult.

Contra Melanchthon de *doctrina* negavit vel *mutatum in ea quicquam*, vel *ſe probante mutatum iri, in ceremoniis tolerandam aliquam ſervitutem, quæ tamen ſit ſine impietate*. Quantum autem malorum dederit ille liber Interim vel ex his lineis intelligi poteſt: *Pulſi ſunt*, inquit * Melanchthon, *Paſtores plures quadringentis in Sueviâ, & ad Rhenum. Tubingæ nunc, pulſis Paſtoribus & concionatoribus, unicus eſt ſacrificulus, qui ut libro Auguſtano ſatisfiat, oblationem reſtituit. Mirum eſt igitur, cur adhuc ætatem auream promittat Islebius, cùm manifeſtè videat vaſtari tam multas eccleſias, pios & doctos viros exulare cum totis familiis. Tantæ calamitates, cum alibi fiant, nos etiam duram ſervitutem, modò ſi ſit ſine impietate, tolerandam potiùs exiſtimamus, quàm diſcedendum ab eccleſiis.*

Mala ex libro Interim.

** Conſil. Theolog. pag. 87.*

Anno *quinquageſimo* publicatæ, Cæſare urgente, ſunt literæ, quibus ſynodus œcumenica à Julio 3. Pontifice indicebatur, & *Tridentum* denuo omnes, qui adeſſe deberent, & à Paulo 5. vocati prius fuiſſent, ſe conferre jubebantur. Præfinita autem fuit dies calend. Maji conventui & exordio actionum:

An. 1550. Synodus œcumenica indicta.

Sleidan. l. 22. p. 636.

 quibus

quibus Paulina illa ſynodus continuaretur. Cæſar inſuper ordines Imperii omnes accurate & vehementer hortatus eſt, ne officio ſuo hic deeſſent. Mandavit ergo *Mauritius* elector Saxoniæ Melanchthoni, ut ſcriptum componeret, quo capita doctrinæ cœleſtis continerentur, quodque ſynodo, ſi quos illuc mittere viſum, exhiberetur. Eo confecto libro, juſſu Principis Lipſiæ ad *octavum* Julii anno *quinquageſimo primo*, omnes Theologi illius ditionis convenerunt; coram quibus ſcriptum illud lectum, & approbatum eſt omnibus. Idem factum eſt per Wirtembergicum opera *Joh. Brentii*, & Saxonicum ſcriptum Wirtembergici, Wirtembergicum Saxones, utrumque Argentoratenſes, cum legiſſent, approbarunt. Diverſis autem ſcriptis id fieri placuit, ne Cæſar factæ cujusdam ſocietatis conciperet ſuſpicionem. Scriptum illud Melanchthonis evulgatum eſt titulo *repetitæ confeſſionis Auguſtanæ.*

Synopſis doctrinæ Chriſtianæ à Mel. conſcr. ſive repititio confeſſ. Auguſt.

An. 1551. conventus Lipſiæ.

Conſenſus conſtit.

An. 1552. Abit ad concil.

Anno *quinquageſimo ſecundo*, cùm ageretur de diplomate, quo fides daretur ituris ad concilium; Melanchthon cum literis Principis Mauritii in viam ſe dedit menſe Januario; cùm jam veniſſent Tridentum legati civitatum & Wirtembergici. De hac profectione † ipſe ita ad *Georgium* Principem Anhaltinum: *Heri literas ex aula accepi, in quibus jubet Illuſtriſſimus Dux Saxoniæ Elector, ut Georgius Major & ego proficiſcamur Norinbergam; ubi ſimus audituri mandata de itinere ad Synodum, quia Dux Wirtebergenſis & civitas Argentinenſis, jam miſerunt legatos. Cùm autem inſtructionis nulla ſit facta mentio, ego recta Dreſdam eo, inde ſcribam ad C. V. Utinam aula non contempſiſſet illud conſilium, quod multis probabatur, ut plurimarum eccleſiarum in vicinis principatibus & civitatibus conſtituto conſenſu, communis legatio miſſa eſſet. Sed Deo nos commendo.* Dictum fuerat ipſis ut *Auguſtæ* ſubſiſterent, donec vel à principe *Mauritio*, vel à legatis ab hoc ad ſynodum literas accepiſſent, quibus ſignificaretur, quid faciendum ipſis eſſet. Venerunt igitur *Norinbergam* ubi publicæ eis ædes adſignatæ, & omnia ſummæ benevolentiæ officia ſunt præſtita, quemadmodum idem Melanchthon * confirmat: *Cum Norinbergam veniſſemus die 22. Januarii, poſtridie accepi faſciculum literarum miſſum à D. Padorno ex urbe Tridento, quibus ſignificabatur adhuc expectari reſponſionem de fide publica. Scripſi ſtatim nos veniſſe Norimbergam, & petere ut ſignificet an & quando accedendum ſit ad Tridentum: ſignificavi & aulæ noſtræ iter noſtrum. Nondum autem vel ex Tridento vel ex aula reſponſum eſt. Ita dies jam decem Norinbergæ commoramur, incerti an & quando procedendum ſit. Studia & officia multorum hic erga nos eximia ſunt, & D. Sarcerius publice in magna frequentia concionatus eſt, & aliquoties prælegi. Ac Dei beneficio in hac urbe mediocris eſt tranquillitas, & docentium conſenſus.*

Trident. Melancht.

† Tom. 2. epiſt. Mel. pag. 246.

Venit Norinbergam

** Tom. 2. epiſt. p. 246*

Interea dum ibi commorantur, & mandata exſpectant, rumor ſpargitur de *Mauritii* expeditione adverſus Cæſarem propter Landgravium captivum, quem ipſe ex obligatione liberatum ivit. His auditis Melanchthon diutius otioſè deſidere ibi noluit, & civitate Norinbergenſi amanter ac publice vecturæ munere inſtructus, ad ſuos reverſus eſt, qua de re ita † ad eundem Anhaltinum: *Fuiſſet honeſtum mitti à multis eccleſiis communem legationem ad Synodum, ſicut initio & C. V. viſum eſt. Sed hæc noſtra conſilia poſtea ut ſcit C. V. ſpreta ſunt. Cum igitur nulli Principes, & nullæ civitates miſerint legatos, nec nobis mandata dederint ulli, præter Ducem Saxoniæ Electorem, abhorrui à profectione, & cum ne curru quidem progredi potuerimus, libenter regreſſus ſum, ac DEO juvante redii Witebergam, etſi multi ſuadebant, ut in patria manerem. Etſi ſcio multos Tridenti indoctos & malos homines eſſe; tamen profectus eſſem eo, ſi Germania tranquilla eſſet. Nunc vel mœſtitia me, ut redirem movit, vel quædam probabilis ratio, quod intempeſtivum eſſe judicavi, diſputatione in Synodo certare de autoritate τῶν ἀρχιερέων, ſi alibi armis labefactaretur.* Opinio fuit multorum, ſi Melanchthon Tridentum veniſſet, futurum fuiſſe: ut audita enarratione doctrinæ & cauſarum, è quibus diſſenſio orta eſſet; multorum animi conſideraſſent rectiùs & judicaſſent melius de religione noſtra.

Acceſſit tunc ad clades alias peſtilentiæ malum, propter quod Academia Wirtembergenſis *Torgam* eſt translata, ubi Melanchthon inter alia *Juſtini Martyris* librum prælegit, & libellum dictavit, *de unione perſonali*, nondum, quod ſciamus, editum. Refutavit etiam ſcripto Germanico *Oſiandri* dogma, quod ipſe *Gorgonem Balticam* appellat. Et dicere tunc ſolebat Melanchthon: *Se non eam peſtem pertimeſcere, ſed alias, quæ & infeſtæ eſſent Reipubl. & perniciem interitumque communem minari viderentur.*

Anno *quinquageſimo tertio* de *Stancari* controverſia Deſſaviæ ſcripſit: inſtituit quoque reſponſionem ad *Schvvenckfeldii* deliramenta, rogatus literis Senatus Auguſtani. Et ſcripti quidem contra Stancarum ipſe ita meminit ad * Camerarium: *reſponſionem de Stancari controverſia perſcripſi, quæ multò eſt & brevior & ſummiſſior, quàm poſtulat magnitudo cauſæ. Sed hominem iracundum & bilioſum non volui accendere.* Et epiſtola † quadam ad Mattheſium: *ante octiduum elector Marchio vocaverat D. Pomeranum & me, ad cognitionem controverſiæ Stancari, qui contendit, Chriſtum mediatorem eſſe, tantum ἀνθρωπίνῃ φύσει. Statim intelleximus, & filium electoris, epiſcopum Meidepurgenſem mortuum eſſe, & patrem ægrotare. Ita exiſtimo cognitionem impeditam. Nos quidem non profecti ſumus. Scripſi tamen meam aſſeverationem piam, quod Chriſtus ſit Mediator, ſicut & ſacerdos eſt, ſecundum utramq; naturam. Sic & Ambroſius locutus eſt, ut ex utraq; natura ſit Mediator. Argumenta collecta mittam alibi*

tem-

tempore. Nunc te oro, ut teſtimonia in lectione veterum obſerves de hac quæſtione. Hoc eodem anno, die *decimo ſeptimo* Maji, cepit dictare *Examen ordinandorum*: quod ſequenti anno editum. Scripſit & alia: de quibus * *Chronologia ſcriptorum Melanchthonis*. Nos hoc addimus, amiſiſſe tunc Philippum fidelem per annos ferè *triginta quatuor* miniſtrum *Joannem*: ad cujus funus ipſe Academicos cives invitavit *: virtutes & officia illius prædicavit, tumulum quoque carmine epitaphio ornavit:

Joannes patrii Nicri diſceſſit ab undis,
Huc accerſitus voce, Philippe, tua.
Quem comes exilii juvit precibusq; fideq;
Nam verè Gnato credidit ille DEI.
Ipſius hic Dominus ſepelivit corpus inane;
Vivit, conſpectu mens fruiturq; DEI.

Hic cum biduo ante obitum audiiſſet recitari ex carmine Gamerarii, quo Wittemberga diſcedens amicis valedixerat, diſtichon quo ſui fieret mentio:

Jane miniſterio magni ſpectate Philippi;
Care mihi, & valeas care miniſter hero!

erupit cum lacrymis in has voces: *ſatis ego tuli præmii pro omnibus officiis ex hoc diſticho: quo celebror inter ſummos viros, & à ſummis, quos habuit Germania.* Secutus eſt anno *quinquageſimo quarto*, conventus *Naumburgenſis* in Thuringia ad *Salæ* ripam, menſe Martio: in quo renovatum eſt à principibus fœdus hereditarium, quod eſt inter Saxonicam, Brandeburgicam & Haſſiacam familiam, jampridem à majoribus eorum inſtitutum. Eodem placuit venire & Theologos, inter quos *Melanchthon*, *Joh. Forſterus* Wittemberga, *Alexander Aleſius* ex Lipſenſi, *Adamus Craſtus*, ex Haſſiacis: Argentorato *Joh. Sleidanus*. De eo conventu ita * Melanchthon: *Ut Argonautæ in Syrtibus hæſerunt; ita ego in hac via hæreo, cum quidem & negotia mihi multos dolores attulerint. Cum veniſſemus ad aulam, tria capita propoſita ſunt, primum de inſpectione eccleſiarum, de qua dicebant formam, ut nominant, inſtructionis nobis indicandum eſſe. Alterum erat breve, de conſiſtoriis. Tertium, ut noſtrum judicium oſtenderemus de colonia addita Scholæ Miſnenſi. Poſtea cum flagitaremus exemplum inſtructionis; nemo quidquam compoſuerat. Jubent igitur, ut ego componam. Scripſi formam ſubito, quæ poſtridie lecta in conſeſſu, comprobata eſt. De conſiſtorio veſtro Paſtor quædam annotavit: de colonia nova nihil reſpondi. Paſtor quædam ſatis ingenuè dixit. Tertius dies conſumtus eſt in Diaconi Fribergenſis rixis, qui incurrit aſperius in ſenem Paſtorem* περὶ τῶν ἀδιαφόρων. *Scripſi etiam reſponſionem inſerendam litteris Principis ad Ducem Boruſſiæ, qui petit prohiberi editiones & conciones, in quibus mentio fit diſſenſionis Balticæ.* Eodem anno Melanchthon ſcriptum edidit, de *Serveto* apud Genevenſes ſupplicio affecto: cujus * meminit epiſtola quadam ad *Bullingerum* his verbis: *Legi quæ de Serveti blaſphemiis, reſpondiſtis, & pietatem ac judicia veſtra probo. Judico etiam ſenatum Genevenſem recte feciſſe, quod hominem pertinacem & non omiſſurum blaſphemias ſuſtulit. Ac miratus ſum eſſe, qui ſeveritatem illam improbent. Mitto de ea quæſtione breves pagellas: ſed tamen ſententiæ noſtræ teſtes.*

Bella Oſiandrica & Flaciana.

Exarſerunt deinde paſſim certamina *Oſiandrica* & *Flaciana* planè gladiatoria, ac illa quidem *Norinbergæ* tanta exſtiterunt, ut ferri in civitate pacata diutiùs non poſſent. Itaque à Melanchthone petitum eſt non jam conſilium, quòd ante dederat: ſed auxilium, quod perturbatæ eccleſiæ ferret. Impetrata ergo ab *Auguſto* Electore Saxoniæ venia eò profectus eſt, Comitibus *Alexandro Aleſio*, *Joachimo Camerario*, & tum forte hoſpite *Jacobo Rungio Pomerano*. Anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quinto*, ſedata eſt ea controverſia ibi, ut quieta illa deinde fuerit civitas, & Melanchthon complexus eſt ſcripto dogma, brevi illo quidem: ſed diſerto & illuſtri, ſine ullius repræhenſione aut inſectatione: ſed ſimplici veritatis oratione, qua aſſeruntur probata, & refutantur damnata.

Norinbergam evocatus Mel. An. 1555.

Sedat controverſiam Oſiander. Conſil. Theolog. p. 208.

Inde domum reverſum exceperunt *Flaciana* diſſidia & turbæ. Nam *Flacius* jam non ſolùm adud vulgus, ſed & apud principes Viros, gratiam collegerat. Itaque latæ Melanchthoni leges, quibus gratia reconciliari poſſe videbatur, & ipſe Flacius non dubitavit propius accedere, atque ad colloquium Melanchthonem evocare. De hac controverſia tum alibi, tum † epiſtola ad *Joh. Matthesium* conqueritur: *Mitto tibi concionem in his feriis amico ſcriptam. Has res magnas illuſtrare, quæ invocationem oſtendunt, utilius eſt, quàm cum echidna Illyrica certare, cujus venena vires honeſtos exiſtimo deteſtari. Non enim pugnat de ullo doctrinæ capite. Sed narrationes ſcribit, calumniarum & mendaciorum plenas, quibus utrumq; agit: ut me populo inviſum faciat, & accendat contra me illos ipſos, qui nunc ei præbent hoſpitium. Sed Deus* καρδιογνώστης *defendet me contra hunc calumniatorem.* Et ad ipſum *Flacium*, verba hæc ſunt Melanchthonis ſummæ & manſuetudinis & humanitatis * plena: *Ajax apud Homerum prælians cum Hectore, contentus eſt, cum cedit Hector, & fatetur, ipſum victorem eſſe. Vos finem nullum facitis criminandi. Quis hoc hoſtis facit? ut cedentes & arma abjicientes feriat? vincite, cedo, nihil pugno de ritibus illis, & maximè opto, ut dulcis ſit eccleſiarum concordia. Fateor etiam hac in re à me peccatum eſſe, & à Deo veniam peto, [illegible] non procul fugi illas inſidioſas deliberationes. Sed illa, quæ falſa mihi à te & Gallo objiciuntur refutabo.* Acta autem ipſa inter Flacium & ejus adſeclas, atque Melanchthonem, epiſtolas item ἀμοιβαίας, & articulos ab Illyrico *Coſvigam* allatos, cum Melanchthonis explicatione qui deſiderat, evolvat * conſilia Theologica Latina à Melanchthone ſcripta, & à *Chriſt.*

Flacius oppugnat Melancht.

† *Epſt. t.2. Conſil. Th. p.257.*

Querela Melancht.

Manſuetudo & humanitas Mel.

* *Conſil. Th. p.255.*

Acta inter Flacium & Melancht.

* *Conſil. Th. parte 2 p.265. ſeqq.*

Chriſt. Pezelio ad magnificum *Joachimum à Berge* Sileſiæ lumen, omniumque eruditorum Mæcenatem miſſa: ubi & epiſtola Melanchthonis ad hanc ipſum Bergerum, *Baſileæ* Helvetiorum tunc ſtudiorum cauſa agentem, lectu digna, & jucunda. Nos hiſtoriam vitæ perſequemur, ubi hoc indicaverimus, anno *quinquageſimo ſexto quæſtiones* undecim à *Maximiliano* tunc Rege Bohemiæ per *Richterum* JC. ad Melanchthonem miſſas de *objectionibus* quibusdam *Pontificiorum* ac *præcipuis capitibus* controverſis: ad quas eodem anno Melanchthon reſpondit, ut meminit * epiſtola quadam ad Camerarium: *Non poëticæ carnificinæ apud inferos, pares ſunt meæ carnificinæ, qua excrucior ſcribendis diſputationibus, legibus, præfationibus, epiſtolis. Nunc reſpondeo optimo juveni* τῷ ἔχοντι ὄνομα υἱοῦ θετοῦ τοῦ σκιπίωνος, *& volumen mitto. Heri in Pomeraniam controverſiæ Stetinenſis dijudicationem miſimus.* Et alibi epiſtola ad *Hardebergium: De hac totare, vel in Synodo, ſi procedet, vel alias tecum coràm loquar, quia nec literis iſta committere poſſum, & jam alio magno labore occupatus ſum in reſponſione adornanda de multis doctrinæ articulis, ad quendam potentem & bonum principem.* Iſtas reſponſiones *decennio* poſt auctoris obitum curavit *Nicolaus Selneccerus Lipſiæ* excudendas; ſed nulla facta mentione principis, ad quem miſſæ eſſent, ſaltem hoc titulo præfixo: Chriſtlicher und gründlicher Bericht / auff etliche gemeine Haupt-Fragen und Objectionen der Papiſten und anderer / von den fürnehmſten Stücken der ſtreitigen Artickel / geſtellet durch den Ehrwürdigen / hochgelahrten Herrn Philippum Melanchthonem.

An. 1556. Quæſtiones undecim à Maximil. propoſitæ Melanchth.

** In epiſt. Melancht. ad Camer. p. 702.*

Reſpond. Melancht.

Editæ illæ reſponſiones.

Anno illo, quo cum Flaciana præcipuè egit factione, qui fuit *quinquageſimus ſeptimus*, inchoatum eſt colloquium in urbe *Vangionum* de controverſiis eccleſiaſticis, præſide *Julio Pflugio* epiſcopo *Naumburgenſi*; cui additi aſſeſſores pars Pontificii, pars Evangelici: in quo Melanchthon poſtremo cum Pontificiis eſt congreſſus. Ibi initio eruditè diſputatum de *norma judicii in eccleſia* fuit, quam Pontificii ſtatuebant *perpetuum conſenſum*, ſeu *conſuetudinem*, Evangelici *Prophetica & Apoſtolica ſcripta & ſymbola*. Hæc cùm eſſent diſputata, petiverunt Pontificii condemnationem *Zvvinglianorum*, ut vocabant, *Oſiandri, Flacii*, aliorum. Quod cum Jenenſes feciſſent, diſceſſerunt, atq; ita optatum Pontificiis inter evangelicos diſſidium eſt enatum. Præſes itaque idem ad Regem *Ferdinandum* retulit, qui progredi in colloquio eos, qui remanſiſſent, voluit, & ſatis eſſe reſpondit, *ſi co[illegible]mnationes ordine adponantur ad articulos ſingulos.* In dilatione iſta actionum, Melanchthon *Heidelbergam* eſt accerſitus, ab *Othone Henrico* Electore Palatino: ut de Academiæ conſtitutione, eo præſente, deliberaretur. Ibi dum agit, nuncium accipit de obitu uxoris ſuæ, quem ei attulit una cum literis Academiæ Wittembergenſis *Joachimus Camerarius*, exoratus ab amicis, ut eò iret ſuaque præſentia luctum levaret. Aperuit autem ipſi domeſticum caſum in horto principis, ad quem nullam dedit vehementioris doloris ſignificationem, ſed nominatim mortuæ valedicens, hoc ſaltem addidit: *ſeſe eam brevi ſubſecuturum.*

An. 1557. Colloquiũ Wormat. poſtremum

Interrumpitur colloquium.

Heidelbergam evocatur Melanchthon.

Fuerat cum ipſo nupta anno *viceſimo*, nuptias conciliante potiſſimum *Luthero*, propter cauſam, quam epiſtola quadam innuit * ad Spalatinum: *de ſtipendio Philippi non ſcribo ad principem, ſi tu non ſatisfueris. Quæ antea in eam* (rem) *ſcripſi, feci ut homini nulla eſſet occaſio migrandi unquam à nobis. Deniq; ut uxore ducta diutiùs viveret, egi propter evangelii incrementum.* Et alibi ad J. Langum: *Philippo ducitur Catharina Crappin, quod me autorè agi clamant. Ego homini, ſi quæ ſunt optima, facio, nihil moratus univerſorum clamorem. Deus bene vortat!* Nuptiæ celebratæ eodem † anno, de quibus ita Lutherus: *Nuptiæ Philippi altera Catharinæ erunt, ita feſtinare cogit linguarum malarum periculum.* Interfuerunt cum aliis honeſtiſſimis & eruditiſſ. viris parentes Lutheri & ſorores.

Factus eſt ex ea pater duûm filiorum, ac totidem filiarum, quarum altera *Sabino*, altera *Peucero* elocata. Obiit autem illa anno *quinquageſimo ſeptimo* die *undecimo* Octobris, poſtquam cum marito pie & amanter vixiſſet annos *triginta ſeptem*, matrona ornatiſſima atque ipſiſſima Thabita, cui ejusmodi eſt epitaphium ſcriptum:

Proximus hic tumulus Catharinæ contegit oſſa,
Quæ Crappo quondam conſule nata fuit.
Conjugio caſto fuerat quæ nupta Philippo:
Ex ſcriptis cujus nomina nota manent.
Virtutes habuit donatas numine Chriſti,
Matronæ Paulus quas docet eſſe decus.
Hîc abſente viro ſepelivit filia corpus:
Vivit, conſpectu mens fruiturq; DEI.

Vixit deinde viduus ad finem usque vitæ Melanchthon, & ſolenne ſuûm obtinens, tum in ſchola juvêntutem erudiit, tum ſcripta utilia elaboravit: & anno quidem *quinquageſimo octavo Staphyli & Avii* Pontificiorum criminationibus reſpondit: *Chronicorum* itidem partem primam foras dedit, de quo labore ipſe ita ad *Abdiam Prætorium: Propter adoleſcentes repetivi in ſcholis ſeriem veterum Imperiorum, quam certe prodeſt illi ætati proponere. Utinam ad narrationes ipſas, perpoliendas plus & temporis & eloquentiæ mihi contigiſſet. Sed ſpero alios & feliciores & magis diſertos hoc exemplo excitatos, meliora ſcripturos eſſe.* Anno ſequenti inter alia ſcripſit Græcam epiſtolam ad *Joſephum* Patriarcham Conſtantinopolitanum, per *Demetrium* Diaconum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, qui venerat *Wittembergam*, & ibi per ſemeſtre commoratus fuerat, ut cognoſceret doctrinam illarum eccleſiarum, cujus explorandæ cauſa profectionem ſuſceperat. Ad illam epiſtolam addidit Philippus exemplum

Con-

Confeſſionis Auguſtanæ Græcum, nomine *Dolſcii* editum, ſed à Philippo compoſitum, de quo ita in quadam ad *Bordingum* epiſtola: *Mitto tibi interpretationem Græcam confeſſionis, ſine meo conſilio editam. Probo tamen phraſin, ac miſi Conſtantinopolin per virum doctum, qui ibi Diaconi officio fungitur, & tota æſtate noſter hoſpes fuit, ac narravit, multas adhuc eccleſias in Aſia & in Thracia & vicinis regionibus eſſe, ſed paulatim propter ſervitutis ærumnas diminui frequentiam.* Reſpondit eodem anno ad *decretum Abbatum Wirtenbergenſium*, cujus quæ ſumma fuerit, ipſe indicat, * epiſtola ad *Cracovium*: *Reſpondi*, inquit, *breviter, ne quid novi moliri videar, affirmo me prorſus retinere formam verborum ante multos annos editam in examine ordinandorum, quod in multis gentibus legitur. Papiſticos vero & Methonæos, & Abbatum Wirtebergicorum, & Weſtuali, Sarcerii, & ſimilium articulos in hac cauſa manifeſtè pugnare cum vetere puriore eccleſia, meq; offero ad declarationem, & de hac cauſa, & de aliis propter quas crudeliter laceror à multis hoſtilibus exercitibus. Jam enim & ſcurra Berlinenſis novum bellum movet, quod eccleſiam nomino cœtum viſibilem.* Scripſit & *judicium* de *controverſia cœnæ* ad inclytum principem *Fridericum III.* Palatinum electorem, quod poſtea evulgatum varieque eſt acceptum. Abſolvit & *reſponſionem ad articulos Bavaricæ inquiſitionis*: quam ſolitus fuit nominare *ſuum teſtamentum.*

Anno *ſexageſimo*, qui ipſi fatalis, ſcripſit orationem ultimam *de verbis Davidis: Adſpicis me in forma hominis, qui in excelſis es Jehova Deus*: non ſine præſagio mortis, ultimam etiam epiſtolam ſcripſit ad *Joannem Aurifabrum* Vratislavienſem, tunc in Boruſſia degentem. In illa epiſtola inter alia hæc ſunt verba: *Illuſtriſſimo Principi Boruſſiæ tanquam moriturus commendavi doctrinam tuam, & de conſenſu plurimarum eccleſiarum vero & pio ſcripſi. Hanc doctrinam tibi quoq; commendo.* Lectionem denique ultimam habuit die *duodecimo* Aprilis: in qua explicavit *Jeſaiæ* verba illa: *Quis credit ſermoni noſtro?* Exinde febri hemitritæa laborare cepit, qua vires corporis paulatim abſumtæ ſunt. Perſtitit ipſe tamen in laboribus officii ſui: adeò ut & ſcriptum compoſuerit, die Paſcha tunc proponendum, & die *decimo quarto* Aprilis ad lectionem publicam deſcendere voluerit, dehortante *Camerario*, qui inviſendi cauſa ad eum Lipſia excurrerat, quo cum inter alia de dicto Paulino contulit ex epiſtola ad Philippenſes: ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι; ac quæſivit ex eo de ſignificatione verbi iſtius. Viginti novem ante mortem horis teſtamentum, cum prius illud inter chartas non reperiretur, deſcribere cepit, quod non abſolvit. Initium ejus eſt ejusmodi: *Anno* 1560. *die Aprilis decimo octavo ſcripſi hoc teſtamentum in meo morbo breviter de iis reliquiis facultatum, quas mihi Deus dedit. Confeſſionem fidei, & gratiarum actionem ad Deum, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſcripſeram anteà bis, ſed chartæ ſunt interceptæ. Volo tamen confeſſionem meam eſſe reſponſiones de Bavaricis articulis contra Pontificios, Anabaptiſtas, Flacianos, & ſimiles.* Tandem die *decimo nono* Aprilis dodrante poſt *ſextam* veſpertinam elapſo, placidè exſpiravit, inter preces, & vota ſeria, cum vixiſſet annos *ſexaginta tres*, & dies totidem, docuiſſet Wittembergæ totis *quadraginta duobus* * annis. Exuviæ organi Dei die *viceſimo primo* Aprilis in templum, quod ad arcem Wittembergenſem eſt, delatæ, & prope Lutheri corpus, cui in vita παραστάτης, ſepultæ ſunt. Epitaphium è regione Lutheri laminæ æneæ inſcriptum eſt ejusmodi:

Placidè exſpirat.

** Cranium in ſummitate per aliquot horas fuit calidum.*

Funus ei factum.

Epitaph. poſitum.

Vitam, fortunasq; ſuas, ſtudiumq; laboris,
Quiq; operæ ſanctam conſiliiq; fidem
Impendit divina tuis, Eccleſia, rebus,
Teq; pius varia juvit & auxit ope:
Hac in parte ſibi poſt mortem ſtructa Melanchthon
Communi in luctu buſta Philippus habet.
Quæ templi foribus magni vicina Lutheri
E regione ſolum, quod tegit oſſa, videt.
Bretta hunc vitales natum produxit in oras,
Bretta Palatini limes amœnus agri.
Unde propinqua petens adiit bonitate ſuorum
Diverſo Aonidum templa ſacrata loco.
Ludus enim puerum accepit Phorcenidos urbis;
Eytelbergiaci mox ſchola gymnaſii.
Doctrina hinc fecit juvenem alma Tubinga magiſtrum,
Eximium laudis geſſit ubi ille decus.
Inde triumphator Monachorum Capnio juſſit
Albidos hunc ripam viſere Saxonici.
Tunc nova Dux Fridericus ubi collegia Muſis
Romani fundans enſifer Imperii,
Undiq; conductis præſtanti laude parabat
Artis & ingenii reddere clara viris,
Hic ſocio ipſo annis viginti octoq; Lutheri
Wittembergiacæ res fuit ampla ſcholæ.
Quam ſeptem bis adhuc provexit deinde gubernans,
Fluctivagam ut vaſtum per mare nauta ratem.
Heu tempeſtates quas hic perpeſſus, & ad quam
Sævos hæc ſcopulos acta carina fuit!
Quantum externi odii, quantum invidiæq; ſuorum,
Ingratorum hominum quæ maledicta tulit!
Ipſe tamen, quamvis reflantibus undiq; ventis,
Directum eſt, retinens vera, ſecutus iter.
Fortia nec clamor latrantis pectora turbæ
Nec vulgus ſtrepitu movit inane ſuo.
Summa petit livor, nemo hunc ſuperare niſi ipſe
Poſſet, ſi ſtudiis otia ſuppeterent.
Iſta ſub obliquo norunt quoq; ſole locati,
Quiq; ſub oppoſito forſitan axe jacent.
Scripta ſed illius memorabilia inter & acta
Plurima, quæ ſolidæ nomina laudis habent:
Unum opus eximium eſt, Fidei confeſſio ſanctæ,
Ante tuos, Cæſar Carole, lecta pedes.
Languida qua Chriſti jam dudū eccleſia nitens,
Rurſum oculos audet tollere læta ſuos.

Concurrant inimici omnes licet undique; hic unus
Confutare poteſt improba dicta liber.
Ac tua nunc terris floret bona fama, Philippe,
Vivit & æternum ſpiritus ante Deum.
Corpus at exanimum tumulo hoc requieſcit humatum,
Condecorant gratæ quem monumenta ſcholæ,
Ille quod expletis, ſenio curisque gravatum,
Sexaginta annis, exuit atq; tribus.
Sic, morbo ut paucis niſi debilitante diebus,
Muneris officium fecerit omne ſui.
Atque olim ætherias venies revocatus in auras
Integer, & mortis liber abinde metu.
Sancte vir, & ſalve pater optime. Te tua ſemper
Nos ſoboles merita relligione colet.
Doctrinæ nobis veræ tu doctor & autor:
Hæc, tua, clare, ætas munera laudis habet.
Salve iterum atque iterum. Tua nos immota manebit
Semper apud memores gloria, nomen, honos.

Acad. Witteb. Phil. Mel. parenti & præcept. optimè merito poſ. Joach. Cam. S. S. M. F.

Quemadmodum autem ipſe vivens ſæpe dixerat: *ſe mortuum laborem relicturum poetis, amicis autem* ἀγῶνα ἐπιτάφιον: ita & factum. Peculiari enim libro collecta prodierunt varia variorum epicedia & elogia: quæ qui volet, perluſtret: nos unum atque alterum decerpemus.

Aliorum in Melanchth. epicedia.

* J. Matheſ.

** Dubi-tam an Matheſii vel I. Majoris ſit.*

Flos jacet hic mellis nigra tellure Melanchthon:
Apes dolete ſedulæ:
Unde bonus ſpirabat odor, pia mella fluebant:
Piæ fleant eccleſiæ.
Lenta febris potuit parvum comburere florem:
Lugete parvi floſculi.
Nulla viri famam poterit delere vetuſtas:
Fuci leves faceſſite.
Semper aves flavo diſtendent nectare cellas;
Qua nunc ſtetit flos melleus.
Semper humus ſuaves illic diffundet odores;
Qua nunc jacet flos parvulus.
Sed cùm ſumma dies optato illuxerit ortu;
Flos hic virebit denuo:
Et reliquas inter benè olentes pulcrior herbas
Chriſti nitebit vertice.

J. Stigel.

Fons latet hoc tumulo: quid quaris amice viator?
Fons dogmatum piorum & eloquentiæ:
Si quis ab hoc rivum proprios deduxit in hortos,
Non aureas huic præferat pyramides,
Illius obſtructas doleat Germania venas:
Parem futura non habebunt ſecula.

Theodor. Beza:

Et tu igitur tandem tumuli ſub mole repoſtus,
Pie ô Philippe, nunc jaces.
Et quam invidiſti vivus tibi tute quietem,
Cunctis quietem dum paras,
Ipſa tibi cura & ſancti peperêre labores,
Carum ô bonis cunctis caput!
At tu funde roſas, funde iſti lilia tellus,
Ut lilia inter & roſas,
Quo nil candidius fuit & nil ſuavius unquam,
Recubet Melanchthon molliter.
Et gravis huic ut ſis, caveas juveniſve ſenexve,
Qui nemini vixit gravis.

Huic viro, omnia quæ ad ſummam laudem optari ab homine poſſunt, Dei beneficio obtigerunt. Puer infantiæ opinionem: pueritiæ adoleſcens, adoleſcentiæ vir ſuperavit admiratione omnium; quam ipſam vicit ſeneſcentis ætatis quaſi viriditas mirabiliter operoſa: nullo in munere exequendo languidat atque in occupationibus conſuetis perſeverans. Hinc inde ab initio Evangelii ſemper fidus Lutheri Achates fuit: ſuaque induſtria atque eruditione Wittembergicam Academiam præcipuè ſuſtinuit: nec paſſus eſt vel bellis civilibus, vel inteſtinis odiis ſeſe ab ea abſtrahi: binas, ternas, quaternas quotidiè ſcholas habuit easque frequentiſſimas, nullam autem horam vacuam à legendo, ſcribendo, diſſerendo, conſulendo &c. Hinc* Lutherus ita ad Spalatinum: *De Philippo noſtro, nec ipſe ſtatuo, quod ad Plinium pertinet: Paulum ad Romanos legit longè majore utilitate, quàm Plinii multi valeant, & tribus lectionibus publicis, unum caput gravari per diem, tu cogita quid ſit: ne hominem extinguamus.* Et * alibi quaſi ſtomachans: *Vellem te adhuc decies plus obrui, adeò me nihil tui miſeret, qui toties monitus, ne onerares te ipſum tot oneribus, & nihil audis, omnia bene monita contemnis. Erit cùm ſerò ſtultum tuum hunc zelum fruſtra damnabis, quo jam ardes ſolus omnia portare, quaſi ferrum aut ſaxum ſis.* Voluit idem Lutherus dum in eremo latuit, ut Melanchthon ad populum conciones haberet diebus feſtis, etiamſi unctus ac raſus non eſſet, & inſuper conjunx. *Verè*, inquit, *eſt Sacerdos, & agit de facto ſacerdotem.* Eruditionem autem ejus quanti fecerit ex * iſtis apparet: *Philippi poſitiones vidiſti aut nunc vides audaculas, ſed veriſſimas. Ita reſpondit; ut omnibus nobis eſſet id quod eſt, ſcilicet miraculum: ſi Chriſtus dignabitur, multos ille Martinos præſtabit, diabolo & ſcholaſticæ Theologiæ potentiſſimus hoſtis: novit illorum nugas ſimul & Chriſti petram, ideo potens poterit, Amen.* Et * alibi: *Redeo ad Philippum, quem tantum abeſt, ut ullus Eccius mihi reddere poſſit invidioſum, ut in omni mea profeſſione nihil ducam antiquius Philippi calculo, cujus unius judicium & autoritas mihi ſtant pro multis millibus ſordidorum Ecciorum. Neque me pudet, etſi magiſtrum artium, Philoſophiæ & Theologiæ, & omnibus penè Eccii titulis inſignem, ſi hujus mihi Grammatiſtæ diſſenſerit ingenium, meo ſenſu cedere.*

Quod

Quod & ſæpius feci, & quotidie facio, ob divinum donum, quod Deus in hoc fictile vaſculum (Eccio quidem contemptibile) larga benedictione infudit. Ad ipſum autem Melanchthonem ita alicubi: *Non probo tuam timiditatem, cum & majori tam ſpiritu, quàm eruditione polleas, quam ego &c.*

Nunquam affectavit titulos nunquam honores ambiit, aut opes: imò negligentiusculè alicubi viſus eſt rem domeſticam curare. De titulis ipſe * ita; *ille adoleſcens, quisquis eſt, ſi non habet certam conditionem, meo judicio rectius faciet, ſi non properabit ad gradum. Titulus aliquid habet oneris. Vides meum exemplum, nemo me perpellere potuit: ut illum, quamlibet honorificum titulum Doctoris, mihi decerni ſinerem. Nec ego gradus illos parvifacio, ſed ideò, quia judico eſſe magna onera & neceſſaria reipubl. verecundè petendos eſſe, & conferendos, ſentio.* Et ad Hubertum Languetum *. *Quærant alii regna & potentiam, nihil hæc ad me pertinent. &c.*

In publicis illis conventibus quantum præſtiterit, nemo niſi prudens rerumque peritus æſtimare poteſt, & ſunt in medio *confeſſio Auguſtæ* exhibita, ejusque *Apologia*; *acta Ratisbonenſia, Wormatienſia, Smalcaldica, confeſſio ad ſynodum Tridentinam*: quæ omnia ad univerſam eccleſiam & ad imperium Romanum pertinent: atque ingenium, ſapientiam, eruditionem ſingularem requirunt. Scripſit *Locos communes*: enarravit *ſymbolum Nicenum*; *epiſtolam ad Romanos* ferè *decies* totam, de qua ſolitus fuit dicere; *hæc epiſtola eſt confeſſio noſtrarum eccleſiarum*: artes fermè omnes methodicè comprehendit, & perſpicuis exemplis illuſtravit, ut taceamus *lectiones*, quas aliis tum Wittembergæ tum alibi, præſcripſit: *orationes, carmina, epiſtolas* infinitas. Affirmat * *Camerarius: viſas eſſe chartas cum humidis adhuc literis reliquas afferri iis, qui jam pronunciare compoſita ab eo priora cepiſſent.* Cauſam ſacramentariam ex profeſſo quidem non tractavit, tanquam Lutheri propriam, & ad ejus mentem, ſed tanquam communem Luthero cum Pontificiis: adverſus quos ſerio ſemper urſit, & in publica doctrina nihil prætermiſit, quod eſſet neceſſarium cognoſcendæ veritati. Interrogatus aliquando à *Mordiſio: cum ſententiam ſuam ea de controverſia non explicaret? Faciam hoc* reſpondit: *ſed dimittite me ex his terris.* Inſtante illo, *cur non facis nobiſcum? non*, inquit, *tibi ignotum eſt, quæ & quanta obſtent impedimenta. Sed dimittite me obſecro.*

Certum eſt autem Melanchthonem ſuam ſententiam de cœna à Luthero non celaſſe. Nam cum anno *quadrageſimo primo* ad colloquium Ratisbonenſe iturus, ſententiam ſuam teſtimoniis veterum Patrum tam Græcorum quam Latinorum munitam Luthero, ut ſolebat, exhibuiſſet: Lutherus gloſſas quasdam iis dictis, quæ adverſari ſuæ ſententiæ videbantur, adſcripſit. Tum Melanchthon, *D. Doctor*, inquit, *& ego ſcholia ejusmodi poſſem ipſe adjicere, ſed firma ſatis non ſunt.* Cui Lutherus: *tute facies, quod rectum erit.* De antiquitate autem teſtimoniorum illorum nihil aliud Lutherus dixit, quam hoc; *vix credibile, talem errorem tam diu in eccleſia hæſiſſe.* Cui ſubjecit Melanchthon: *ſi te hic longinquitas temporis movet, cur non & in aliis erroribus longè vetuſtioribus?* Ad *Camerarium* etiam ita de eadem re * Melanchthon: διελέχθην δὲ τῷ Λουθήρῳ πολλὰ περὶ συνάξεως, καὶ περὶ τῆς παραδόξου ὑπό τινων δογματιζομένης συμμίξεως τοῦ ἄρτου τε καὶ σώματος τοῦ χριστοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνος ἀπεκρίνατο ῥητῶς διισχυριζόμενος καὶ διαβεβαιῶν, ἅπερ σχεδὸν καὶ πρότερον: hoc eſt: *Diſputavi autem cum Luthero multa de ſynaxi, & illâ admirabili, quam aliqui aſſerunt, permiſtione panis & corporis Chriſti. Atque ille reſpondit planè, & conſtanter affirmans eadem fere, quæ prius.*

* In epiſt. p. 113.

Merces Melanchthoni relata.

Pro omnibus autem laboribus mercedem mundi retulit, reprehenſiones, accuſationes injurias, convicia. Ac ſingulari quaſi fato hoc ipſi impoſitum fuit, *male audire, & calumniis proſcindi.* Jam dictus fuit facere cum Pontificiis, adeoque *galerum Cardinalitium* ambire: jam Wittembergâ abiiſſe diſſidentem à Luthero, jam colludere cum aliis, jam frigus eſſe & glacies, & in hac palæſtrâ totâ ipſi vita conſumta eſt, unde ſæpe cum gemitu illud repetivit, *calumnia conturbat ſapientem, & frangit robur cordis ejus.* Ingratorum etiam cuculorum habuit ſatis, qui ipſius vitula ararunt atque etiamnum arant, ſed gratiam minime dignam retulerunt referuntve. Anno *quinquageſimo quinto* cùm inter ſtudioſos tumultu orto, poſt horam noctis decimam, ipſe cum famulo prodiiſſet hortaturus eos, ut tumultuari deſinerent, ac tranquilli domum redirent, quidam petulantior ſtricto in utrumque gladio impetum fecit, extrema quæque minatus. Eum Academia ad octennium relegavit. A *Flacianis* autem tot ac tantas plagas accepit, ut exilium in dies expectarit. Itaque ad *Hardebergium* ſuum ſæpe ita queſtus eſt: *Non frangor animo, propter crudeliſſimam vocem meorum hoſtium, qui dixerunt, ſe mihi non relicturos eſſe veſtigium pedis in Germania. Commendo autem me filio Dei. Si ſolus expellar, decrevi Palæſtinam adire, & in illis Hieronymi latebris, in invocatione filii Dei, & teſtimonia perſpicua de doctrina ſcribere, & in morte Deo animam commendare.* Et alibi: “*Avidè & tranquillo animo expecto exilia, ſicut & ad principes ſcripſi. Dixerunt adverſarii, ſe perfecturos eſſe, ut non ſim habiturus veſtigium, ubi pedem collocare poſſem in Germania. Utinam hoc citò perficiant, ut filius Dei ad Judam dicit. Erit mihi vel in cœlo veſtigium morienti, vel ſi vivam in hoc corpore, apud honeſtos & doctos viros, vel in Germania, vel alibi. Ac ſtultitiam inimicorum miror, qui ſe ſe dominos Germaniæ eſſe exiſtimant, & me his minis terreri.* Idem alibi: *Incitantur adverſum me Regum & Principum animi, cum quidem*

Ingrati Melancht. diſcipuli.

Gladio appetitur Melancht.

A Flacianis vexatus.

Exilium Melancht. exſpectat.

quidem nihil ediderim contra ipſorum ſententias. Imò publicè non dubitavit affirmare*: *Ego jam ſum hic, Dei beneficio, quadraginta annos, & nunquam potui dicere aut certus eſſe, me per unam ſeptimanam manſurum eſſe.* Et cùm alias in vivis livor paſcatur, poſt fata autem quieſcat, in ipſum etiam mortuum immanitas multorum ſua tela intendit. Notum eſt enim alicubi decretum factum: *auctoritatem ſcriptis Philippi eam, quam habuiſſent, adimendam eſſe*: ac talia δύσφημα multa ſunt, de quibus præſtat tacere.

* *Tom.* 1. *enarrat. evangel. pag.* 358.

Etiam mortuus laceratur.

Valetudo Melancht.

Valetudine uſus eſt tenui, & cholica interdum laboravit, de qua ita* Lutherus: *Quod cholica te diſcruciat, doleo, oroq; Chriſtum quantum poſſum, ut te ſanet & ſervet. Nam te ſuperſtitem mihi valde cupio in tantis perturbationibus eccleſiæ, ut ſint adverſus Sathanæ furores inæſtimabiles aliquot reliqui, qui ſe pro domo Iſrael muros opponant, in hoc die furoris Domini, viſitantis noſtram, ſicut dignum eſt, ingratitudinem.* Interdum etiam hypochondriacis doloribus eſt conflictatus, quos uſus herbæ chamæleontis mitigavit, cujus remedii efficacitatem ſæpe prædicavit. Cerebrum habuit firmiſſimum, quod niſi tale fuiſſet, tantos ille & tantarum occupationum labores per tot annos ſuſtinere minime potuiſſet, & in ultimis morbi ſui diebus ad filiam teſtatus eſt, *ſe Dei beneficio capitis imbecillitatem nec ſenſiſſe, nec ſentire ullam.* itaque non defuerunt, qui & tunc vitæ exſtinctionem metuerent duriorem, & ζβέσιν, ut Ariſtoteles appellat, non ſenilem μάρανσιν. In victu fuit paucis contentus, in omni vita verecundus, in veſtitu valetudinis rationem habuit, ac binis ſemper interulis uſus, ſagax futurorum atque ut Græci vocant εὐθυόνειρος, liberalis erga omnes, comis, & humanus ὁμιλητικὸς, unde ita ad Georgium Cracovium: *Etſi ad convivia propter imbecillitatem meam, non libenter accedo, tamen quia ſermonum communicatio grata eſt, quocunq; tempore ea frui poſſum, libenter ad te venio.* Pater εὔστοργος maximè in filiam Annam Sabino nuptam, de qua ita ad Camerarium*: *Etſi doleo longius à me filiam, cujus mihi virtus non rarò mœſtitiam lenit, abduci, tamen in tantis miſeriis publicis hæc privata mediocriter ferenda eſſe duco, & Deo eam commendo. Memini cum infantula mihi lacrimas à genis detergeret ſuo induſiolo, quo uno erat induta mane. Hic geſtus penetravit in animum meum, ut non putem fuiſſe ἄσημον.* Multa etiam graviter ac piè dixit, ut ad quendam* Italum: *Vos Itali vultis Deum habere in pane, quem non creditis eſſe in cœlis*, ad alium, qui à curis eum dehortabatur: *Si nihil*, inquit, *curarem, nihil orarem.* In quibusdam nuptiis gratias juſſus agere convivis, ibi ita: *Fuit Tubingæ ſacerdos, qui hiſce exordiebatur ſuam concionem: Vos me non libenter auditis, & ego non libenter concionor: non igitur vos tenebo. Magnifice Domine Rector, voſq; cæteri, ſponſus gratias agit, rogat boni conſulatis, & ad cœnam redeatis.* Dixit etiam, *nullum hominem tantum ſuſtinere malorum, quantum contumeliarum DEUS.* Voto hoc eſt uſus quaſi proverbiali, quicquid diceret vel ageret privatim & publicè in lectionibus: *Deus nobis adſit, & ſit nobis propitius*: Unſer HErr GOtt helff / und ſey uns gnädig: Tres *labores* affirmavit eſſe *difficilimos, regentis, docentis, parturientis.* Studioſos *tribus* potiſſimum conflictari *morbis, paupertate, ſcabie, pituita.*

* *Tom.* 2. *epiſt. pag.* 355. *b.*

Chamæleon herba.

Vita interior Melancht.

* *In epiſt. p.* 457.

Dicta Melancht.

* *An.* 1557. *in colloq. Worm.*

Mattheſ. 12. *conc. de Luth. p.* 139

Ad mortem maturè ſe paravit; & aliquot ante obitum annis à poëta, familiari ſuo petivit, cum Lipſiæ eſſet, ut ſibi mortuo epitaphium ſcriberet, breve quidem & ſimplex: atque exempli loco hoc diſtichon pronunciavit:

Iſte brevis tumulus miſeri tenet oſſa Philippi:
Qui qualis fuerit neſcio, talis erat.

Ibi alter: *unum tantum verbum in tuis verſibus mutare liceat, & habebo epitaphium ſepulcro tuo non indignum*: ut pro *talis* ſcribatur *magnus.* Ad Hardebergium autem ita ſcribit: *Hic annus climactericus in hoc æſtu valdè languefacit corporis mei vires, antea quoq; multis ærumnis debilitatas. Cedam autem libenter ex horum temporum Sophiſtica.*

Concludimus hanc narrationem de Melanchthone ipſiusmet Melanchthonis verbis ad Camerarium: *De precatione plena ſinceri amoris erga Deum & erga nos, miſſa per Franciſcum & tibi & amicis gratias ago. Et ſcio gemitus & vota tua & noſtra non eſſe irrita. Etſi autem ſæpe deſideravi, ut docti & boni de univerſa doctrina colloquerentur, & relinqueretur poſteritati vera, ſimplex, explicata, multorum eruditorum & piorum teſtimoniis expoſita ſententia in omnibus articulis, tamen id tempora impedierunt. Interea quantum potui curavi, ut res neceſſariæ mediocriter explicarentur. Non opes, non gloriam, non voluptates quæſivi, imò nec φιλονεικίᾳ motus ſum ulla. Hanc conſcientiam aufero quocunq; diſcedo.* Judicium autem magni Scaligeri de hoc viro præterire ſilentio nefas ducimus, quod ad omnem memoriam tale* reliquit: *Ne Melanchthon quidem abhorruit ab ea laude, quæ ex poëticis artibus comparatur. Tametſi nonnulli ejus populares inſanis quibuſdam præceptionibus è Chriſtiana republica poëtas exigendos exclamarunt: quorum barbariſſimam amentiam non verbis: neq; enim nugis aut clamoribus vinci queunt; ſed contrariis affectionibus doctiſſimus quiſq; damnavit. Illius igitur ingenium magnum, atq; ad omnia comparatum intelligemus ex iis poëmatiis, quibus ſolis lunæq; defectiones cecinit. Nam & tempora variè deſcribit eadem verſibus luculentis, & eodem nitore præſagia ſtatuit, cujus veſtigia ſequuti ſunt non ignobili ingenio Germani aliquot, Stigelius, Æmilius, Acontius, Volſius, Camerarius. Idem Philippus in Epigrammate jucundus, atq; feſtivus. Nam aliorum ingenia Germanorum rarò quicquam ſcribunt, quin jocorum aliquid agant, quò fit ut riſus è vulgo, non admiratio à ſapientibus ſequatur.*

tur. Quæ tamen verterunt Græca (iis enim gens illa dedita eſt inprimis) non invita Minerva faciunt. Scaligeri judicio addimus *Eraſmianum*; quod tale: *Philippus*, inquit*, *Melanchthon præter inſignem eruditionem & raram eloquentiam, habet gratiam quandam fatalem, quam genio ſuo debet potius, quàm ingenio, ut cùm ſit omnibus candidis gratiſſimus, ne apud hoſtes quidem habeat quenquam, cui ſit admodum exoſus.* Sed quid de P. B. cardinalis judicio ſentiendum, de quo talis exſtat narratio? Cum *Georg. Sabinus*, literarum gratia in Italiam profectus Cardinali illi Romæ literas à Melanchthone reddidiſſet: Cardinalis, qui Melanchthonem religionis quidem profeſſione diſparem, ob eruditionem tamen magni faciebat, & commendationem apud ſe valere vellet plurimum, Sabinum non ſolùm ad colloquium humaniter admiſit, ſed etiam ad menſam adhibuit. Inter epulas tum alia ſciſcitatus ille, tum hæc tria inprimis ſcire voluit, *quanto ſtipendio Melanchthon doceret, quàm frequenti auditorio*, & denique *quid de reſurrectione mortuorum ac vita æterna ſentiret?* Ad primum reſpondit Sabinus: *numerari Melanchthoni quotanis trecentos circiter florenos.* Tum Cardinalis, *ô ingratam*, inquit, *Germaniam; quæ tanti viri tot tantosq; labores non pluris æſtimet.* De auditorum numerò cùm reſpondiſſet Sabinus: *habere Melanchthonem ut plurimum mille quingentos auditores*: Cardinalis id *ſe non poſſe credere*, ait: *quòd nullam tota in Europa Academiam noſſet, una Pariſiorum excepta; in qua unum tot audirent.* Habuit autem Melanchthon ſæpè auditores *bis mille quingentos.* Ad tertiam quæſtionem reſpondit Sabinus, è ſcriptis Melanchthonianis notam eſſe ipſius de utroque religionis capite πληροφορίαν. Tum Cardinalis: *haberem virum prudentiorem, ſi hoc non crederet.*

De ſcriptis autem ejus nota ſunt aliorum judicia, quorum unum & alterum hic lubet ſubjungere. *Nicolaus Gerbelius* vir pius & doctus* ita de iis; *Mihi unus Philippus & ſolus ferè, poſt divinas literas, & acutè, & doctè, & breviſſimè omnia agere videtur.* Lutherus autem tum alias graviſſimè Melanchthoniana commendavit, tum hac * epiſtola, quæ non ita in vulgus nota, *Sublegeram*, inquit, *jam ante Philippi noſtri annotationes in tres epiſtolas Pauli. In qua re cùm liceret iraſci in furem Lutherum; hoc tamen ſe putabat egregiè in me vindicatum, quod libellus typographorum negligentia ſatis mendoſus exierat, ut & me propè puderet & pigeret furti tam malè locati. Ille interim me riſit, ſperans fore; ut furtis ejusmodi deinceps abſtinerem, meo periculo doctus. Ego autem riſu eo nihil motus, auxi meam temeritatem, & jam non furor, ſed per vim rapio, fruſtra renitente autore, annotationes ejus in Joannem Evangeliſtam. Quas tamen nolo verbis ornare, ſeſe commendabunt Lectori, ne rurſus naſus ejus & rugæ mihi ferendæ ſint. Non enim modeſtiæ ſtudio, ſui & ſuarum rerum contemptor eſt, ſed quod Chriſtiano affectu omnia noſtra nihil eſſe credat. Soli autem Chriſto omnia deberi tàm obſtinatè, ut mihi planè videatur ſaltem in hoc errare, quod Chriſtum ipſe fingat longiùs abeſſe cordi ſuo, quam ſit revera. Nec mihi aliter ſuadenti, amplius credit, adeo profecit, & me ſuperavit: Noviſſimi ſic fiunt primi, & primi noviſſimi. Denique teſtatur ſeſe harum annotationum non velle autorem agnoſci. Certè nimis nullus eſt Philippus in hac parte Eccleſiam juvando: Mallem & ego nullos eſſe uſpiam commentarios, ſolis & puris regnantibus ubique ſcripturis, viva voce tractatis. Sed quomodo Eccleſia carere poſſit Commentariis ſcripturas ſaltem indicantibus, non video, quales Philippi ſunt. Et quis non videt Epiſtolam ad Hebræos eſſe propè commentarium? Item Pauli ad Romanas & Galatas? Quis enim ſic tractaturus erat ſacras ſcripturas, niſi Paulus ſic tractandas eſſe monſtraſſet? At hoc monſtrare ego appello commentari. Hoc ſolum à Philippo petitur. Ipſe verò, alia ſibi de ſe ipſo ſomniat peti.* Hactenus Lutherus. Ipſe autem ſic de ſe Melanchthon: *Ego me includo in artium & methodi ſepta: ſed tamen prudentibus facilè ſatisfacio. Verùm ſi vos aliquid in meis ſcriptis deſideratis, magno me beneficio afficietis, ſi candidè me admonueritis.* Verboſius idem & ſe & ſcripta ſua epiſtola quadam retexit*, in qua & quid ſuorum probet, quidve improbet; ingenuè exponit. Fatetur ibidem; *nullum ferè ſuorum librorum, præſertim Philoſophicorum, eſſe integrum aut abſolutum*, & ab amicis in Italia ſe interrogatum; *cur tales nugas publicari ſineret?* Sed reſpondit, ſe commodum juventutis in ſcholis quærere, & quanquam ipſe multa in ſuis deſideret, ac deeſſe agnoſcat, ex ingenii ſui tarditate, injuriis fortunæ & aularum quoque debilitati, atque otii penuria tamen minus pœnitere laborum, ſi ſuperiorum annorum cogitet inſcitiam. De ſententiis illis Patrum περὶ δείπνου Κυριακοῦ, à ſe collectis, ſcribit; *quasdam earum eſſe ſuppoſititias: ac malle ſe, & hæc & ſimilia omiſſa eſſe.* Excitatus autem fuit *dialogo Oecolampadii*, ut, poſt editas illas ſententias, totam antiquitatem accuratiùs perveſtigarit, qua cognita, ſententiam mutavit, paucis poſt colloquium Marpurgenſe annis, ipſum autem Lutherum gravibus de cauſis nunquam oppugnavit, ſed horridiores ejus ſententias, ut alias, moderatus eſt.

** Epiſt. ad Ioh. Schvveb. 1520.*

Iudicium ipſius Mel. de ſe & ſuis ſcriptis.

** Exſtat ea t. 1. ep. Melancht. pag. 350.*

De dictis Patrum à ſe editis.

Et hæc de Melanchthone, ſi cui placet, addat aliam vitæ ejus deſcriptionem, quæ in Germanorum Philoſophorum vitis reperitur.

CONRADUS LYCOSTHENES.

☉ 1561. d. 25. Martii ætat. 43

RUbeacum, hodie ſuperioris Alſatiæ oppidum, patria fuit *Conradi Lycoſthenis*; nati ſub annum Domini *milleſimum, quingenteſimum, decimum octavum*, * Patre *Theobaldo* Wolffhart/ (quod cum Græco Lycoſt-

** V. in vita Pellic. Theobald. Wolfhart Lycoſthenis avunculus Pellican.*

Lyçoſthenis commutatum) conſule & quæſtore multis annis illius reipub. matre *Eliſabethâ*, ſorore *Conradi Pellicani*: de quo antea.

Puer, bonâ indole & rarâ induſtriâ, prima literarum rudimenta maturè imbibit, non ſine avunculi illius, ut veriſimile eſt, ductu. Itaque *ſeptendecim* annorum adoleſcentulus, Academiam Haidelbergenſem, optimarum artium ſtudiis florentem, acceſſit, ubi ad percipiendas linguas & doctrinas liberales, plurimum operæ, ſtudii, ac laboris contulit: atque ita in omni ſtudiorum genere verſatus fuit, ut anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo nono*, ætatis *viceſimo primo*, ſummum Philoſophorum ἀξίωμα cum laude reportarit.

Venit Heidelberg.

Philoſ. Doctor creatur.

Inde ad cœleſtium literarum monumenta, ſingulari ductus pietate, animum adjecit: & Theologorum ἀκροατήρια ſtudioſè frequentavit, domi quoque ſacris perdius & pernox operatus. Cum hoc Theologiæ ſtudio hiſtoriarum, occulto quodam naturæ inflammatus igniculo, cognitionem conjunxit; *temporum ſeries conferendo, regnorum periodos annotando, res geſtas moresque ſingularum gentium* obſervando. Propter quæ ſtudia tum optimo cuique gratus, tum *Henrico Stoloni*, eccleſiaſtæ tunc temporis Heidelbergenſi, de quo ante, fuit amiciſſimus, quo cum etiam anno *quadrageſimo primo*, Ratisbonam, ad conventum Theologorum profectus, multa tam in eccleſiaſticis, quàm in politicis ἀξιομνημόνευτα obſervavit. Quæ autem ibi agitata ſint in dirimendis religionis controverſiis, acta colloquii illius edita oſtendunt.

Theologiæ dat operã.

Et hiſtoriarum cognitioni.

Charus Stolon. Cum eo abit Ratisbonam.

Reverſus *Heidelbergam*, ſtudiorum curſum, uti ceperat, urſit, uſus patrocinio & amicitiâ popularis ſui *Lucæ* Schroteiſen / Profeſſoris tunc eâ in Academiâ, poſtea jurecõnſulti ac cancellarii Würtembergici. Exinde anno *quadrageſimo ſecundo* Baſileam cum *Henrico Pantaleone*, ſtudiorum ſocio, venit; ſtatimque inter Profeſſores artium locum nactus, *Grammatica & Dialectica* fide & dexteritate ſingulari tradidit. Hanc functionem cùm *triennium* obiiſſet; translatus eſt ad officium *Diaconi* ad D. *Leonhardi*: quo in munere ad vitæ usque exitum fideliter elaboravit, publicè docendo eccleſiam, privatim ſcripta in uſum poſteritatis elucubrando. *Hominis* enim *mens diſcendo alitur, & cogitando ſemper aliquid aut inquirit aut agit: videndique aut audiendi delectatione ducitur.*

Lucas Schroteiſen.

Baſileam abit cum Pantal.

Lycoſthen. ibi Profeſſor deſignatur.

Et Diaconus ad Leonh.

Verùm quemadmodum utrumque tum animo tum corpori noxium eſt, & *immodicus labor* & *otium ſegne*: ita & *Lycoſtheni* uſu venire neceſſe fuit. Dum enim

Nullum à labore ipſum reclinat otium,
Urget diem nox, & dies noctem:

ſubitâ paralyſi, anno *quinquageſimo quinto*, dextri lateris tactus, linguæ etiam officio ſublato, ratione ſalvâ, memoriam aliquot diebus amiſit. Priſtinæ tamen valetudini utcunque reſtitutus, *ſeptennium* pòſt integrâ vixit memoriâ: cùmque manus dextra officium non faceret, ſiniſtrâ uſus, aliquot libros abſolvit. Nam *librum prodigiorum à condito mundo, ad ſuam usq; ætatem*, annorum obſervatâ ſerie, deduxit: & *Theatri vitæ humanæ*, operis immenſi & laboris & ſtudii, *fundamenta* jecit: quod poſtea *Theodorus Zvingerus*, privignus ipſius, philoſophus ac medicus, eruditionis & lectionis variæ ad faſtigium usque perduxit.

Paralyſi corripitur. Amittit memoriam. Recuperat.

Tandem quod diu ipſi facere minata mors erat, fecit. Anno enim *ſexageſimo primo*, die *viceſimâ quintâ* Martii, apoplexia graviſſimâ correptus, intra unius horæ ſpatium, vitam cùm morte exſpectatiſſimâ commutavit, ætatis ſuæ anno *quadrageſimo tertio* nondum completo. Sepultus honeſtè eſt Baſileæ ad D. *Leonhardi*, tali cum epigraphe:

SISTE GRADUM VIATOR!
SI BONUS ES, MORERE VICTURUS:
SIN MALUS ES, VIVE MORITURUS.
HOCCE
CONRADUS EGO LYCOSTHENES
RUBEACENSIS, PHILOSOPHIÆ
PERENNIS COMPENDIUM ÆT.
LUMINUM DATORIS BENIG.
PER XLII. VALETUDINARIÆ ÆT.
ANNOS M. VII. D. VII. SEDULO
SERIOQUE COMMENTATUS,
IIX. KAL. APRIL. NON IMPROVISO APOPLEXIÆ TURBINE.
AD CERTAM IMMORTALIT.
ANNO EJUSDEM REPAR.
M. D. LXI.
PRÆTER VOTUM METUMQVE
ABREPTUS, SORTIS LIT.
MULTAM SALTEM, SI NON
MAGNAM, RELIQUI USURAM POSTERIS. QUI POTES
MELIORA, DEBES: ATQUE
UT PRÆSTES, IN REM
TUAM ABI.

Theologus hic atque philologus diligentiſſimus, deque communibus ſtudiis præclarè meritus, inter labores adſiduos mortis horam ſemper fuit commentatus, & quatuor ſumma erga ſe agnovit ac deprædicavit beneficia; quòd *Chriſtianus natus*: quòd *in literarum ſtudiis educatus*: quòd *ad Theologiæ profeſſionem vocatus*: quòd *opportunitate, Rempubl. ſcriptis ſuis juvandi, non fuiſſet deſtitutus.*

Monumentorum ingenii ipſius elenchus hic eſt: *commentaria in Plinium juniorem de* viris illuſtribus: *de Rubeacenſium republ.* ejus primordiis, incrementis, devaſtationibus: *Julii Obſequentis prodigiorum* liber reſtitutus & auctus: *de mulierum præclarè dictis & factis*: de *priſcis Romanorum legibus & plebisſcitis*: de *ſimilibus factis & eventis*: *calendarium hiſtoricum*, in quo multarum gentium menſes cum Romanorum menſibus conferuntur: *illuſtrium virorum apophthegmata*: *ſimilitudinum & parabolarum* loci communes:

nes, *virtutum & vitiorum exempla*, *annotationes in Juſtinum*, *Valer. Maximum*, & *Feneſtellam*, *compendium bibliothecæ Geſnerianæ*, & alia complura. Theatri vitæ humanæ, hoc eſt, exemplorum & hiſtoriarum materiem ſeu farraginem infinitam ferè incredibili labore quindecim amplius annis ipſe congeſſit: ſed morte ſubitâ oppreſſus, nec hanc, ut diximus, nec *Similium* editionem ad umbilicum deducere potuit. Aggreſſus deinde laborioſum opus eſt *Theodorus Zuingerus*: cui Lycoſthenes conditione vitricus, voluntate plus quàm pater, eaque forma, quæ hodie exſtat, digeſſit.

Pantal. l.3. Proſopograph. Zuingerus in præfatione Theatri: Baſilienſium monumenta, alii.

JACOBUS BEURLINUS.

DOrnſtadii, Hercyniæ ſylvæ oppido, natus eſt *Jacobus Beurlinus*, piis honeſtisq; parentibus, anno Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo*, *viceſimo*. Domi primis literis imbutus, cùm ingenio eſſet felici, nec à ſtudiis abhorreret, *Tubingam* venit: ubi tum linguis & artibus, tum ſacris inprimis literis tantâ diligentiâ incubuit, ut ſummo in Theologiâ gradu fuerit ornatus.

Deinde in Profeſſorum Theologicorum ordinem cooptatus, epiſtolas Paulinas, aliaque ſcripta Prophetica & Apoſtolica, magna perſpicuitate & gravitate erudítiſſimè eſt interpretatus. Poſtea à Duce Würtembergico, cum tribus Theologis, *Joanne Brentio*, *Jacobo Herbrando*, & *Valentino Vannio*, Abbate Maulbrunnenſi, Tridentum ad Patres Concilii inſtituti, anno ſalutis humanæ, *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quinquageſimo primo*, miſſus eſt. Inde reverſus in *Boruſſiam*, ad componendam controverſiam, in juſtificationis articulo exortam, juſſu & mandato principis abiit, & alias multas periculoſas profectiones, magna dexteritate ſuſcepit atque obivit. Nam diſputator fuit acutus, induſtrius, & multis egregiis virtutibus præditus. Præterea ſuaviſſimis moribus, modeſtia & humilitate tanta ut nemini ſe præferret, in aliisque longè indoctioribus dona DEI agnoſceret, ita ut cum quovis etiam puero facile loqueretur.

Tandem ob ſingularem eruditionem, prudentiam & dexteritatem in rebus agendis, ſumma & dignitate & authoritate donatus eſt, ac communi ſenatus ſuffragio, principis voluntate, Tubingenſis Academiæ præpoſitus & cancellarius factus electusque.

Poſtremo cum religionis nomine magnæ in Gallia turbæ excitarentur, & colloquio dirimendæ publico viderentur; ipſe juſſu Principis cum collegis quibusdam in Galliam abiit. Ibi dum Pariſiis Bibliothecam, optimis autoribus refertam, perluſtrat: morbo corripitur, quem primò ſacrum ignem, qui Eryſipelas Græcis, rati: poſtea eventu triſtiſſimo edocti peſtem fuiſſe cognoverunt, quæ Lutetiæ tunc & in illo Sorbonæ collegio graſſabatur; id quod noſtri ignorabant. Eo morbo non ſine luctu bonorum deceſſit, anno Domini M. D. LXI. die *viceſimo octavo* Octobris, ætatis ſuæ anno *quadrageſimo primo*. Ante obitum hos verſus, quibus animi ſui præſentiam indicavit, dixiſſe fertur: *Qua extinguitur.* *Voces ejus ultimæ.*

Ἐγγὺς ἐγὼ θανάτου. Φεύξειέ κεν ἄλλος, ἀτάρ μοι
οὔτι μέλει. Θανέειν ἔμαθον πάρος, οὐχὶ παρέργως.

Moriens itidem ſuos viduam & liberos ſecundum Deum principi ſuo commendavit: qui quâ fuit pietate & clementia paternam liberorum habuit rationem, liberaliter ad honeſta matrimonia dotando. Fuit ominis loco habitum, quod ipſis proficiſcentibus accidit. Egredientibus enim *Stutgardia*, equus cæteris generoſior, ſub curru exanimis concidit. *Omen.*

Ut autem Academia Tubingenſis ſuo Cancellario, in negotio publico defuncto, ſeſe gratam declararet: epitaphium ei in templo erigendum curavit ejusmodi. *Epitaphiũ Beurlini.*

CLARISSIMO VIRO JACOBO BEURLINO, DOCTORI THEOLOGO, ECCLESIÆ HUJUS PRÆPOSITO, ET INCLYTÆ UNIVERSITATIS CANCELLARIO, IN LEGATIONE LUTETIÆ PARISIENSI, V. CALEND. NOVEMBRIS, ANNO SALUTIS. M.D.LXI. ÆTATIS VERO SUÆ XLI. MORTUO, SENATUS ACADEMIÆ TUBINGENSIS OPTIME MERITO F. F.

Quisquis in hanc oculos defigis & ora figuram,
Sis memor, hoc firmum ſit, quod in orbe nihil.
Sic cecidit quondam Martinus Frechtius arte
Maximus, hic cujus molliter oſſa cubant.
Sic cadit heu fatis æternum vivere dignus,
Beurlinus, noſtræ nomen honorq; ſcholæ.
E patrio in primis huc qui ſe contulit annis,
Cui polis * *& nomen* ſpina * *dedêre ſolo.* * Dorn-ſtadt.
Ingenioq; potens, linguas induſtrius omnes,
Atq; artes hauſit, cum pietate ſacras:
Donec ad officium templiq; ſcholæq; vocatus,
Præfectusq; ſimul ſummo in honore fuit.
Quid grave judicium, & ſapientis fulmina linguæ,
Virtutesq; viri, donaq; mille canam?
Non tantum populo fuit obſervatus ab omni;
Wirtembergiaco ſed quoq; cura Duci.
Quo mandante abiit per mille pericla Tridentum;
Ut veram aſſereret, quo decet ore, fidem.
Inde Boruſſiacas ſeſe commovit in oras,
Componens litem, quæ fuit orta gravem.
Tandem etiam fatis, dolor heu! volventibus atris
Adſcitus, Galli ſub regione cadit.
Vir magnus magna celebriq; ſepultus in urbe,
Pariſiis celſæ ſtant ubi tecta ſcholæ.

Ne

Ne tamen omne viri nomen ſine honore periret:
Struxerunt patres hæc monumenta ſcholæ.
Spiritus in cœlis à carnis mole ſolutus
Virtutesq; DEI, juſtitiamq; canit.

Scripſit *enarrationem Epiſtolæ Canonicæ Joannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ: deinde librum *contra Petrum à Soto*: item *orationem de Myſterio incarnationis* Domini noſtri JESU Chriſti, & alia nonnulla.

Pantal. l.3. Proſopogr. Cruſius in annalibus Suevicis: Thuanus lib.28. hiſtor.

⊕ 1563. d 30. Aug. ætat. 66.

WOLFGANGUS MUSCULUS.

Duſa, oppidum.

DUſa Lotharingiæ eſt oppidum, non amplum illud quidem, attamen ſalinis, quas habet abundantes, eâ in regione percelebre. Hoc protulit *Wolfgangum Muſculum*, cum annus à Chriſto nato verteretur, *milleſimus, quadringenteſimus, nonageſimus ſeptimus*; dies autem *ſextus* Iduum * Septembr. qui & natalis fuit *Petro Martyri* anno inchoante ſeculum decimum quintum.

* h. e. octavus Septemb.

Antonius Muſculus.

Parentem habuit *Antonium Muſculum* doliarium, hominem pium & mediocris fortunæ: matrem *Angelam Sartoriam*, ex *Dumeno* pago Duſæ vicino honeſtis parentibus oriundam; feminam religioſam, caſtam, & perquàm prudentem. Hæc ex marito liberos ſuſcepit *quatuor*, inque iis filiam unam, ſed duo tantum filii fuerunt ſuperſtites, *Hammanus*, & hic *Wolfgangus*: qui & ipſe adhuc puer peſte correptus, Dei tamen beneficio reſtitutus fuit.

Hammanus Muſcul. frat.

Hammanum pater ſuo artificio inſtituit: *Wolffgangum* verò, quem videbat ingenioſiorem, & magis ad ſtudia natum, literis addiſcendis deſtinavit, quibus cum primum imbui cœpiſſet; ſtatim in illo ſingularis quædam indoles & induſtria, animique in ſtudia literarum fervor & cupiditas eluxit. Erat enim & mira ingenii promptitudine, & ſtudio diſcendi adeò ardenti; ut nullum in eo unquam legendi ſcribendive faſtidium appareret: neque calcaribus ille, ſed frenis indigebat, quippe qui à libris & ſchola vix unquam, niſi vi abſtrictus, diſcederet.

Wolfg. Muſculi indoles.

Cum verò jam grandiuſculus, majoribus ſtudiis aptus eſſet; pater illum à ſe ad alias ſcholas dimiſit, perexiguo tamen cum viatico, eò quòd vellet ipſum pro illorum temporum conſuetudine, oſtiatim cantando cibum quærere. Sic enim tum temporis ſolebant etiam qui ditiores erant, filios ſuos quaſi extrudere, hoc conſilio, ut ſimul & literas diligentiùs excolerent, & patientiam, temperantiam, humilitatemque cum literis addiſcerent, ne ſi lautius alerentur, otium & luxum magis, quàm ſtudia ſectarentur. Ad hunc itaque modum dimiſſus, peragratis aliquot *Alſatiæ* oppidis, tandem *Rappersvillam* venit. Ubi cùm ei vidua quædam hoſpitium præbuiſſet, ludum literarum frequentavit, magnamque ibi initio famem & inediam perpeſſus eſt, donec probitate & modeſtia ſua, familiæ nobilis & generoſi Comitis à *Rapersvvyl* innotuiſſet, à qua ſe poſtea multis affectum beneficiis, ſæpiùs prædicavit.

Mittitur ad ſcholas peregrinas.

Venit Rappersvillam

Poſt illinc diſcedens *Colmariam*, inde *Sleſtadium* venit, ibique operam literis dedit. Tenebatur autem jam tum in illa puerili ætate poëtices amore, inque poëtarum lectione aſſiduus erat. Et cum ejus ſtudii propoſitum eſſet, à præceptore certamen, ut recitandis memoriter carminibus pueri inter ſe contenderent, factum eſt, cum hoc exercitii genere impenſius delectaretur, ut diligentior eſſet in ediſcendis multis carminibus, & ſcribendorum quoque verſuum rationem facilius aſſequeretur.

Hoc fuit initium, & hic curſus ſtudiorum ejus, usque ad annum ætatis *decimum quintum*, quo primum monaſticum vitæ genus ingreſſus eſt: idque tali occaſione.

Inviſurus aliquando parentes, cùm iter haberet per Lixheimum pagum, *Weſtrichæ*, ſub dominio *Lützelſteinio*, in ditione Palatini Electoris; ad materteram ſuam *Sophiam*, illic habitantem, divertit. Erat autem ibi vicinum, ejusdem nominis cœnobium, ordinis S. Benedicti, opulentiſſimum, olim à Dominis de *Lutzelſtein* fundatum. Ad illud matertera ipſum, cùm veſpertinas ſuas monachi cantiones haberent, ſecum deduxit. Ubi cum ſe cantantibus adjunxiſſet, & Pſalmodias unâ decantaſſet, Præpoſito, (ita enim ſummi vocabantur in ea familia præſides) ejus ingenium, vocis, morumque ſuavitas, primo intuitu vehementer arriſit, ſtatimque cogitare cepit: quo illum pacto ad collegium allicere poſſet. Exeuntem itaque ſequitur, & in ipſo adhuc templo cum matertera colloquentem aſſequitur. Rogat ex muliere, *cujus ſit, & unde veniat adoleſcens?* illa ſororis eſſe filium reſpondet, & ex ſcholis reverſum, ad parentes *Duſam* proficiſci. Tum ille ex adoleſcente quærit, ecquid monaſticum hoc vitæ genus ſibi arrideat? quod ſi ei ſeſe addicere velit; non modò gratis ipſum in collegium ſe cooptaturum, quod antea contigiſſet nulli: verum etiam veſtes ei & lectum, aliaque neceſſaria exhibiturum, ſumtus quoque initiationis de ſuo additurum; ſumma, non alio, quàm filii loco habiturum.

Accepit mulier læta inſperatam promiſſionem, eamque ſe continuò unà cum puero ad ejus parentes relaturam, & quæ ipſorum hac in re voluntas ſit, brevi renunciaturam pollicetur. Poſtridiè igitur iter ingreſſi, *Duſam* ubi veniunt, parentibus rem omnem exponunt, qui his auditis exhilarati, ſibi & filio hanc fortunam divinitus, ut ipſi tum exiſtimabant, oblatam gratulabantur, & ſequentis diei ſummo mane ad iter ſe accingunt, in cœnobium veniunt, rem omnem cum Priore tranſigunt. Is ſicuti promiſerat, in familiam ipſum recipit; habitu collegii induit ſuisque poſtea impenſis ad Epiſcopi Metenſis oppidum ablegat; ut ſacris, pro more inauguretur: ac deinceps quoad vixit, filii loco habuit.

Ha

Hac occaſione monaſterium ingreſſus, in illo vixit uſque ad annum ætatis ſuæ *trigeſimum*, Chriſti autem *vigeſimum ſeptimum* ſupra *milleſimum quingenteſimum*. Nec tamen eo loco ocio & luxui, ut plerumque ſolet monachorum vulgus, indulſit: ſed omne ocium in literis conſumſit. Luxuriam verò & ebrietatem, inde ab ineunte ætate toto pectore averſatus eſt. Bibentibus igitur & colludentibus aliis, ipſe ſumto libro in ſylvulam vicinam ſeſe proripuit: tantiſper in illa vel ad legendum conſidens, vel ad meditandum deambulans, donec ipſum hora cœnæ domum revocaret. Quamvis enim in hoc ætatis flore alacri & hilari ingenio eſſet; ac liberalibus tam corporis, quam animi exercitiis apprimè delectaretur; illiberalia tamen certamina; qualia ſunt aleæ, poculorum, & his ſimilia, penitus refugiebat. Deſtituebatur autem bonorum librorum copia, eò quòd bibliothecam publicam collegium illud non haberet.

Accidit vero, ut aliquando ſub ipſo ædium tecto, confuſam diſſolutarum membranarum congeriem offenderet; ex qua aliquot *Ciceronis opuſcula* & *Ovidii* omnia *opera* collegit. Illis tum uſus eſt libris: inprimis *Ovidio* addictus, propter poëtices ſtudium, quo inde à pueritia flagrarat; quod in ipſo accendebatur; adeò ut & noctu verſus ſomniaret, & de quacunque re obvia carmen conderet. Unde brevi tantum ſibi ſcribendorum verſuum habitum comparavit, ut cum Ovidio dicere poſſet:

Sponte ſua carmen numeros veniebat ad aptos;
Quicquid conabar dicere, verſus erat.

Quodque minimè fuit vulgaris argumentum ingenii: cœperat tum *Metamorphoſeon* libros in *Compendium* contrahere, amputatis, quibus abundant, prolixioribus fabularum ambagibus; inque eo opere jam *quinque libros* abſolverat; verum antequam ad finem produxiſſet, *Claudius Cantiuncula*, cujus poſtea inſignis inter JCtos fuit authoritas, cum aliquando in cœnobio ipſum conveniſſet, ſcriptumque illud vehementer probaret, multis id ab illo precibus mutuatus abſtulit, nec unquam poſtea reſtituit. Cum poëſi muſica inſtrumenta non ineptè jungi exiſtimo, præſertim cum eorum peritia non minima eruditionis pars à veteribus ſit habita. Illis igitur eodem tempore operam dedit, idque publicis collegii impenſis. Cum enim ejus mira in ſingulis induſtria, maximè verò ad Muſicam pronum ingenium eſſet; Prior *Wernerus* ipſum in oppido *Nüvvüler* prope Tabernas, in illis organis, quorum in templis uſus eſſe ſolet, inſtitui voluit: cumque brevi illorum tractandorum peritiſſimus factus eſſet, nova organa in templo paravit, ipſoque poſtea organico uſus eſt. Ac fuit ejus in hac arte peritia, in extrema etiam ſenectute, quoties ſeſe à gravioribus ſtudiis recrearet, multis admirationi, & delectationi.

Cæterum cum ipſum maturior ætas ad graviora ſtudia vocaret; ad ſacram Theologiam animum appulit: quod fuit circa annum ætatis ſuæ *viceſimum*: cumque reliquos ſui collegii *συμμονώτας*, eruditione & facundia longè antecelleret: ſtatim illi publicè concionandi munus demandatum eſt: quod cum ſuſcepiſſet, ſæpius ſe à pio quodam illius collegii ſene admonitum eſſe dixit; *ſi bonus velit fieri concionator, det operam ut ſit bonus Biblicus*; (illa enim dictione ſenex utebatur) hoc monens; ut ſacra Biblia ſibi quam familiariſſima redderet. Qua ſenis admonitione ſe ad diligentiorem ſacrarum literarum lectionem, & meditationem vehementer impulſum eſſe confirmavit. Docuit autem primùm in Eccleſia *Lixheimenſi*; & aliis tribus ad cœnobii juriſdictionem pertinentibus, *Prauvviller, Fleiſsheim, Helgeringen*: poſtea verò quàm ejus in concionibus fervor & eloquentia vicinis innotuiſſet, ad varias Eccleſias docendi gratia vocatus eſt.

Ad Theol. tranſit.

Concinando ſe exercet.

Circa annum Chriſti, *milleſimum quingenteſimum decimum octavum*, prodibant, & paſſim divulgabantur D. Lutheri de religione libelli; quorum cùm illi per amicum facta eſſet copia: dici non poteſt, quanta cum aviditate perlegerit: quanta cum induſtria nocturna manu & diurna verſarit. Et legebat quidem non minore cum fructu, quàm ſtudio. Etenim puriorem doctrinam in illis magna cum animi promtitudine amplectebatur, nec minore cum zelo tuebatur. De hac in omnibus menſis cum ſociis diſputabat, eamque contra omnes omnium calumnias acriter defendebat, hæreſeos crimen, quod illi, ut fit, à nonnullis impingebatur, conſtantiſſimè ab ea rejiciens: *Licet enim*, adjebat, *fieri poſſit, ut in aliquibus erret Lutherus, ut humanum eſt errare, pro hæretico tamen continuò non habendum: Auguſtino dicente:* Errare poſſum, hæreticus eſſe nolo. Neque ſolum inter ſocios & cœnobii parietes hæc agitabat; verum etiam foris, in quibus docebat Eccleſiis, doctrinam quam veram eſſe cognorat, publicè omnibus & ubique prædicabat, erroresque pro ea, qua tum donatus erat, veritatis luce demonſtrabat, & confutabat. Unde brevi fama de illo apud omnes vicinos increbuit; ut vulgò non aliter, quàm *Lutheranus monachus* diceretur.

Legit libros Luth.

Defendit ejus doctrinam

Lutheranus monachus.

Neque etiam caruit hoc ejus in propaganda Dei veritate ſtudium ſuo ſucceſſu. Nam præter cæteros, qui ipſum docentem audiverunt, pleroſque ſui collegii ſocios Chriſto lucrifecit: qui poſtea, deſerto monachatu, Evangelium Chriſti conſtanter, usque ad vitæ ſuæ finem, profeſſi ſunt. Præterea etiam nonnullos viros nobiles: è quorum numero erat *Reinhardus à Rotenburg*, præfectus arcis Lützelſteiniæ, & tutor illius collegii, vir magnæ apud Palatinum authoritatis: is ſingulari ipſum amore proſequebatur, & magno ſtudio protegebat. Habebat enim hoſtes quoque & adverſarios acerrimos, eoſque non impotentes. Primum *domeſticos ſeniores* collegii monachos, qui quòd animis eſſent in ſuperſtitione obfirmationibus,

Reinhard. à Rotenburg, defenſor Muſculi.

Hoſtes Muſculi.

tioribus, quandiu vivebant, acerbiſſimè illi reſtiterunt, & plurimum mali intulerunt. Deinde verò etiam exteros, *Epiſcopum Metenſem, & Argentinenſem*, eorumque harpyjas: à quibus vel centies fuiſſet devoratus, niſi is, quem dixi, præfectus à Lützelſteinio ſua

Exemplum conſtantiæ Muſc.

ipſum protectione fuiſſet tutatus. Is (ut inter cætera & hoc obiter recenſeam) aliquando periculum facturus, qua eſſet in hac religionis cauſa animi conſtantiâ, cum ipſe quadam die in pagum Lixheimium habendæ concionis cauſa, more ſolito eſſet egreſſus, aliquot equitibus comitatus, ad templi fores accurrit, alio, ne agnoſceretur, habitu aſſumto, eumque è templo minitabundus evocat: quos ipſe, non alios quàm Epiſcopi Metenſis equites eſſe ratus: orat, ut ſibi prius concionem finire liceat, poſtea ſe, quocunque vellent, cum ipſis abiturum: quod cum conceſſiſſent, in docendo pergit, tanta cum animi præſentiâ; ut ne minimum quidem ſignum timoris ederet. Finita concione, cùm vitæ periculum ſibi imminere putaret, populum ad conſtantiam, fidem, pietatem, & preces pro ſe ad Dominum fundendas hortatus eſt: quibus habitis, cum omnes metu perculſi eſſent, ipſe animo fortiſſimo ſeſe illis ſiſtit, omnem fortunam pro Chriſti nomine experiri paratus. Tandem *Reinhardus* imperterritum ejus animum admirans, nec amplius diſſimulans, ſeſe illi aperuit, hominemque amplexus, ad ſimilem conſtantiam perpetuo retinendam hortatus eſt. Et hujus quidem protectione tutus erat à vi & impreſſione hoſtium, quàm longè patebat illius dominium: ubi verò extra ejus limites egrediebatur, nusquam non paratæ erant inſidiæ, quas ſæpenumero difficilimè effugit. Cum enim ſecurius ambularet, eò quod periculum ſuum vel non intelligeret, vel contemneret: perſæpè parum abfuit, quin in manus hoſtium incideret. Cujus exemplum eſſe id poteſt, quod contigit anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto*, quo propter ſeditionem ruſticam, omnia plena erant periculis & cædibus, paſſimque in omnes ſæviebatur, quicunque de Evangelii profeſſione ſuſpecti erant. Factum eſt autem, ut ipſe menſe Majo, cum alio quodam ſui collegii *Tabernas* veniret; ſtatim poſt editam eo loco ab *Antonio Guiſio* Lotharingo ingentem ruſticorum ſtragem: volebat autem, quod febri laboraret, Argent. proficiſci ad medicum. Cumque oppidum exirent, nobilis quidam, ei loco ab Epiſcopo Argentinenſi præfectus, in porta ſedens percontabatur, quo pergerent: cui ipſe, Argentinam ſe ad medicum, propter incommodam corporis valetudinem, proficiſci dicebat: *Ite*, reſpondit ille, *ſtatim ſciam, quò eatis.* Hac voce ipſi quidam nonnihil percellebantur, nec tamen aliquid periculi

Periculum Muſc.

ſubeſſe ſuſpicantes pergebant, donec ipſos jam aliquousque progreſſos, ruſticulus quidam trepidus & feſtinus aſſequutus, equites nonnullos ſubſequi, jamque non longe abeſſe diceret: cujus tanquam angeli voce admoniti, recordabantur quid ſibi voluiſſet, quæ nobilis in porta exeuntibus dixerat, ſibique periculum imminere facilè intelligebat. Quare in proximo ſtatim pago ad paſtoris domum ſeſe celeriter recipiunt, qui ipſos, poſtquam omnem ei rem expoſuiſſent, confeſtim per ſylvas ac ſaltus, à recto itinere deducebat. Sed ecce, vix dum diſceſſerant, cùm jam equites ad oſtium ejus domus adſunt, & de ipſis, quò abiviſſent, perquirunt: quibus cum reſponſum eſſet, diu jam illos, & longius abiviſſe: tum ipſi execrantes conviciantesque & hos ſibi è faucibus ereptos indigniſſimè ferentes, tandem receſſerunt. Sicque tum beneficio divino hoſtium manibus liberatus, poſtea cautior fuit.

Porrò cùm neque pericula minui, neque Evangelii profeſſionem eo loco liberam eſſe poſſe cerneret: de relinquendo monachatu, cujus ipſum jampridem vehementer pœnitebat, ſeque in alium locum, in quo major Evangelii libertas daretur conferendo, aſſiduè cogitare cœpit: neque id diſſimulanter, ſed communicato cum ſociis collegii conſilio: adeoque in hoc propoſito firmus fuit: ut ne certiſſima quidem maximorum honorum ſpe propoſita, ab eo ſe dimoveri pateretur. Poſtquam enim Præpoſitus *Wernerus* ſenio confectus è vivis diſceſſiſſet, & in conventu publico de alio in ejus locum ſubſtituendo deliberaretur; communibus ei ſuffragiis hic honor fuit delatus: quem tamen conſtanti animo à ſe in alium quendam, Briſacium nomine, rejecit. Intelligens nimirum hoc agere Satanam; ut à pio propoſito ipſum retraheret, & hoc quaſi vinculo injecto, huic vitæ generi magis obſtringeret, animumque propagandæ veritatis ſtudio ardentem, his quaſi honorum & deliciarum lenociniis emolliret. Obfirmato igitur in eo propoſito animo, priusquam diſcederet, virginem ejus loci honeſtam, & Briſacio novo Priori cognatam, *Margaretham Bart*, filiam Andreæ Bart, ſibi deſpondit. Diſcedenti Briſacius cœnam dedit, in qua valedixit reliquis ejus collegii ſociis, qui ſex tantum ſupererant: è quibus tres ipſum paulò pòſt ſunt ſequuti. Erant autem illi ex ſtipendio annuo reſidui quatuor tantum floreni, quibus Briſacius in cœna addidit alios quatuor. Hac inſtructus pecunia, iter circa medium noctis, (ut tutior per hoſtium agros eſſet tranſitus) ingreditur, *Nicolao Wagnero*, conſobrino ſuo comitatus.

Proficiſcebatur autem recta Argentoratum: quò pervenit ſub finem anni *milleſimi quingenteſimi viceſimi ſeptimi*, ætatis ſuæ *trigeſimi*, ibique nuptias celebravit *viceſimo ſeptimo* Decembris, quibus pro more Eccleſiæ benedixit M. *Theobaldus Nigri*, Eccleſiæ Argentinenſis apud ſeniorem Petrum miniſter: qui & primo eum hoſpitio ſuſcepit, & nuptiale convivium in ſuis ædibus inſtruxit.

Cæte

Cæterum cùm ex illa pecuniola diu ſe cum uxore alere non poſſet: neque præterea haberet unde viveret; cogitare cœpit de artificio aliquo manuario perdiſcendo. Neque enim Eccleſiaſticam aliquam functionem ſperare audebat, cum multis doctis ad illas aditum præcluſum videret. Uxore igitur apud *M. Theobaldum Nigri* ancillari juſſa, ipſe textoriam didicit, nactus ejus opificii magiſtrum; cùm quo de pretio pro bimeſtri inſtitutione certis conditionibus pactus, opus aggreditur. In illo verò inſtituto ſuo, alieno à priſtina vitæ conſuetudine, ſeſe hoc diſticho conſolabatur:

Eſt Deus in cœlo qui providus omnia curat,
Credentes nuſquam deſeruiſſe poteſt.

Erat autem ille in quem imprudens inciderat, textor, Anabaptiſta, ejusque ſectæ domi ſuæ alebat doctorem, miram ſanctimoniam ſimulantem, nihil tamen (ut ſolent) operis facientem, tantum ubi comedendum eſſet, accumbentem: cum illo quoniam ei convenire non poterat, quin perpetuò ejus & hypocriſin & deſidiam reprehenderet, illud Pauli objiciens: *Qui non vult operari, is nec edat:* offenſus tandem his concertationibus textor, odiſſe eum cœpit, eoque bimeſtri elapſo, cum jam pridem pactam pro mercede pecuniam recepiſſet, abire eum jubet, cum pactiones primitùs initæ aliud poſtularent: ipſe verò quamvis non invitus ab illo diſcederet, perfidiam tamen Anabaptiſticam accuſabat, & præter fidem datam ſe ab illo extrui conquerebatur. A textore igitur ita dimiſſus, quid in poſterum ſibi agendum deliberare cœpit. Laborabant autem tùm fortè Argentoratenſes in ampliandis inſtaurandisque ſuæ urbis foſſis & aggeribus. Eo in opere & ipſe, cum aliud non occurreret, quo egeſtatem ſuam ſublevaret, operam locare ſuam, animum induxit: jamque ejus rei ab ædili poteſtas ei facta, & merces promiſſa erat. Ibi cum poſtero die operi admovenda manus eſſet; ſub veſperam prius foſſam circuibat, cogitans ſecum, quem ſibi in opere laborem potiſſimum ſumere vellet, ſed ecce, Θεὸς, quod dicitur ἀπὸ μηχανῆς. Cùm enim ab illa deambulatione ad ædes *Theobaldi Nigri* reverſus eſſet, indicat ei uxor, in eâ domo, ut dixi, ancillans, adfuiſſe miniſtrum urbis publicum, qui juſſerit: ut in ſummo templo Conſulem & D. *Bucerum* conveniat. Hoc nuncio, cum ignorare quid ſibi vellet, turbatus; ſtatim, quo vocatus erat, ſe contulit. In templum ubi venit, à Bucero conſpectus accedere jubetur. Tum ei conſul mandat; ut in pagum *Dorlizheim* exeat, ibique diebus Dominicis Evangelium Chriſti prædicet, & populum, ad turbas pronum, ad tranquillitatem & obedientiam hortetur. Hanc ipſe vocationem planè divinam, lætus accipit, Deoque patri gratias agit; qui pro ſua bonitate clementer ipſum reſpexiſſet. Eſt autem pagus ille tribus ab urbe milliariis, vicinum habens oppidum *Moltzhemium* Epiſcopi Argentinenſis.

Ad illum igitur exibat ſingulis diebus Sabbatinis, & ſub veſperam ejus diei concionabatur; ſequente autem Dominica tres habebat conciones, & poſtera die Lunæ manè redibat ad urbem. Receperat autem ipſum in domum ſuam *Bucerus:* victumque ei dabat; ut reliquis diebus ejus operâ uteretur in deſcribendis, quæ prælo Typographico erant ſubmittenda. Adeò enim malè pingebat Bucerus; ut quæ ſcriberet, à Typographis, imò ab ipſomet ſæpè Bucero, difficillimè legerentur: Muſculus verò ea legebat expeditiſſimè, & pingebat elegantiſſimè. Deſcripſit itaque ei cùm alia plura, tùm verò potiſſimum explicationem *Zephaniæ* Prophetæ, quæ extat, in cujus fronte ejus leguntur carmina, & *Pſalterium* illud totum, quod ſub *Aretii Felini* nomine in lucem edidit.

Vivit cum Bucero.

Quem juvat deſcribendo.

Cum itaque aliquot jam menſibus ad illam Eccleſiam ex urbe eſſet egreſſus; tandem de conſilio miniſtrorum, cùm uxor ejus jam partui vicina eſſet, penitus ad eam emigravit: non multa tamen ſuppellectile onuſtus. Nihil enim habebat præter lectulum, quem ex cœnobio deportandum curaverat. Venientem excipiebant vicini perhumaniter, ac omnis generis vaſa utenſilia benignè offerebant: parum autem ſtraminis ſolo inſtratum illi pro lectica erat. Tantam lubens pro Chriſti Evangelio pauperiem paſſus eſt, cum inter Pontificios ampliſſimis potuiſſet & opibus & honoribus florere. Et quàm nullus ipſum lucri odor ad Evangelii profeſſionem impulerit, vel hoc ſolùm teſtatur; quod annum totum in illa Eccleſia docuit, cum ne teruncium quidem à quoquam ſtipendii loco acciperet, nec etiam peteret; ſed in ſumma paupertate patientiſſimè & tranquillè viveret. Quo minus autem illi ſtipendium ſolveretur; in cauſa erat Abbas Cœnobii *Hohenforſt*, qui cum omnes illius Eccleſiæ decimas, & cenſus annuos colligeret; miniſtro tamen Evangelii ſtipendium pendere recuſabat. tandem verò Argentinenſes ut ipſius penuriam ſublevarent, aliquam illi pecuniæ ſummam, è publ. ærario benignè numerarunt.

Migrat in pagum.

Docet ſine ſtipendio.

Sublevatur ab Argentorat.

Cum ergò ibi tantis in anguſtiis rei familiaris habitaret, ſcholam inſtituto perquam pio & utili, aperuit; ac vicinorum pueros in literis inſtituit: eâque operâ omnium ſibi animos adeò devinxit, ut patris loco ipſum omnes amarent ac venerarentur. Porrò juxta illum pagum cœnobium eſt ordinis *S. Joannis*: in quo, quia ad diœceſin Epiſcop. Argentorat. pertinet, anniverſaria celebrantur encœnia, in iisque monachus vel ſacrificulus aliquis Moltzheimienſis concionem habere ſolet. Illam itaque ut audiret, rogantibus vicinis, exivit. Tractabat tùm fortè pro concione Monachus verba Pauli ad Hebræos *ſine fide impoſſibile eſt placere DEO:* cumque multa de præſtantia fidei dixiſſet, tandem magna acerbitate in Lutheranos, nominatim verò Argentinenſes, tanquam deſertores fidei Catholicæ, invehebatur.

Aperit ſcholam.

Intereſt concioni monachi.

Z 2 Erat

Erat autem frequens concio, & inter cæteros frequentiores aderant cives & ſacrificuli Moltzheimenſes: qui quaſi re benè acta, ſuaviter in ſinum ridebant. Poſtquam autem finem dicendi feciſſet, de cathedra deſcendentem monachum *Muſculus* aggreditur, & *heus tu nequam*, inquit, *conſiſte, & nunc me viciſſim audi; oſtendam enim toti huic Eccleſiæ nequitiam tuam.* Conſcenſoque ſuggeſtu, eadem Pauli verba populo enarrans, genuinum illorum ſenſum de vera & ſalvifica in Chriſtum Jeſum fide explicabat; & Argent. nequaquam deſertores, ſed aſſertores veræ hujus fidei eſſe demonſtrabat. Tum verò populo undique confluente, ſacrificuli confuſi ſeſe paulatim alius poſt alium proripuerunt. Oeconomus verò cœnobii confeſtim accurrens, ſermonem illius expoſtulando interrupit, & à concione deſiſtere juſſit, ac quis ei in hoc loco concionandi poteſtatem feciſſet, interrogavit? Cui ipſe, *Quis tibi hanc*, inquit, *poteſtatem dedit, monachum mendaciſſimum in hunc locum conſtituendi, qui Senatum populumque Argentinenſem inique adeò & impudenter calumnietur? mihi verò ex officio & data fide incumbit: ut magiſtratum meum ab iniquis & falſis criminationibus illius purgem.* Hac reſponſione ſemel repulſus Oeconomus, cùm ipſe in ſermone pergeret: ſtatim redit, & non jam minis, ſed precibus inſtat ut ceſſet; omnino enim ad ſeditionem & tumultum rem ſpectare: ipſe verò quieto illum animo eſſe jubet, populumque, ne quid ſeditioſè agat, hortatur; ſicque conſtanter & magno animo ad finem usque orationem deducit. Hujus rei fama cùm illicò Argentoratum emanaſſet: magnam illi apud omnes bonos authoritatem & laudem peperit.

Refutat eam.

Egit in hoc pago annum integrum, cùm ipſum Argentinenſes revocarunt in urbem; ut in ſummo templo D. *Matthiæ Zellii* diaconus eſſet: quam ipſe functionem, cum ſe minimè ad eam idoneum putaret, dici non poteſt, quanta cum difficultate receperit: tandem verò coactus, biennio eam ſubivit: inque illa hoc potiſſimum memorabile geſſit, quod *Doſnam*, pagum Argentinenſium juxta oppidum *Nüvvyler*, emiſſus, cum in eo hactenus à populo miſſa Pontificia pertinaciter retenta fuiſſet, ipſe prima ſtatim concione effecit: ut populus ſua ſponte eam confeſtim abrogarit, & monachum, ſacra illa hactenus adminiſtrare ſolitum, è templo, una cum univerſa papiſtici cultus ſupellectile ejecerit. Ibi tamen ſex tantum ſeptimanis docuit: cum alio in ejus locum ſubſtituto, ipſe ad urbem revocatus eſt. Reliquo tempore quo Argentinæ diaconi officio functus eſt, lectiones ſacras *Wolffgangi Capitonis*, & *Martini Buceri* diligenter audivit: ibique primum, cum id ſtudia ſua requirere cerneret, Hebreæ linguæ operam dare cœpit. Cujus in ſtudio, ſummæ diligentiæ, vel hoc luculentum eſſe argumentum poteſt: quod *Lexicon Hebræum* ſua manu elegantiſſimè conſcripſit: tantamque brevi ejus linguæ cognitionem ſibi comparavit: ut non ſacra ſolùm Biblia; ſed & Rabinorum obſcuriſſimos Commentarios, & Chaldaicos etiam interpretes, perfectè intelligeret.

Fit Diaconus Argentorati.

Audit Theologos Argent. Hebrea lingua dat operam.

Cæterum elapſo biennio, *Auguſtani* in principio anni *milleſimi quingenteſimi trigeſimi primi* ab Argentinenſibus petunt, ut *Muſculum*, Eccleſiæ ſuæ aliquot annis concedant. Huic Auguſtanorum petitioni, quamvis haud gravatim annueret Senatus Argentinenſis; ipſe tamen pedibus & manibus reluctabatur: quod tanto oneri ſe minimè omnium parem eſſe judicaret, nec omnino eorum voluntati obtemperaſſet, quantumvis vehementer urgente Bucero, niſi ſuam ſenatus authoritatem interpoſuiſſet: qui hoc ab illo officium, pro ſuo in ipſum jure, vehementer poſtulabat. Mandato igitur paruit, & *Auguſtam* ſub initium anni *trigeſimi primi* venit; primamque ibi concionem habuit apud Minoritas *viceſimo ſecundo* Januarii hora ſeptima matutina, tractans locum Matthæi undecimo: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Deſignatum igitur ei primùm fuit templum S. Crucis: in quo docuit *ſeptem* illis *annis*, quibus adhuc fex Papiſtica, poſt revocatum poſtliminio Evangelium, in Eccleſia Auguſtana hæſit.

Erat autem illo tempore ejus Eccleſiæ afflictus & perturbatus ſtatus, non ſolùm propter Epiſcopi, Canonicorum, reliquorumque Pontificiæ religionis aſſeclarum, machinas & turbulenta conſilia, quibus Chriſti Evangelium illinc expellere nunquam non conabantur: verùm etiam ob Anabaptiſtarum furorem, qui, ut ſolent ubique in teneras Chriſti Eccleſias ſeſe inſtar ſerpentum inſinuare: ita in hanc quoque ſubingreſſi erant, in eaque & multos ſeducebant, & valdè impudenter & temere agebant. Neque enim jam occultè, ſed palàm docebant; & eò usque quorundam audacia progreſſa erat; ut in ipſum templum, eâ horâ quâ populus ad audiendum Dei verbum convenerat, ingreſſi, conſcenderent ſuggeſtum, ſuosque errores publicè profiterentur; quos conſul interveniens, cum res ad tumultum & ſeditionem, populo vehementer commoto, ſpectaret, comprehendi, & in carcerem conjici jubet. Nec deerant qui gladio tollendos eſſe clamarent, & magiſtratum ad ejusmodi vindictam hortarentur, his contradicebat *Muſculus* nec eo modo cum errantibus agendum, ſed omnia prius experiunda, & patienda potius, Chriſtianaque inſtitutione, quam gladio, vincendos eſſe docebat. Ingenuum enim hominis animum eſſe, qui duci magis quam cogi velit; eoque magiſtratum ad clementiam, & longanimitatem cohortabatur. Ipſe verò in carcere eos quotidiè inviſebat, & quamvis primo congreſſu pertinaciſſimè eum averſarentur, & peſſimis conviciis inceſſerent: *progeniem viperarum & Pſeudoprophetam vocantes, qui ſub veſtitu ovium lupum rapacem alat, & ipſorum ſanguini inſidietur*, aliaque his etiam atrociora in ipſum evomerent, omne-

omneque colloquium detractarent, nihil tamen his ipſe movebatur, neque à propoſito deſiſtebat, quin quotidie ipſos accederet, neque id vacuis manibus; ſed aliquid ſubinde edulii, quo confirmarentur (erant enim aliqui ex carceris fœtore parum firmi) ſecum ferebat, cavebatque ſummo ſtudio, ne religionis & doctrinæ ullam mentionem faceret, donec humanitate ejus & beneficiis victi, ipſum tandem ardentiſſime amare, ejus colloquium ultrò expetere cœpiſſent, tùm demum ſepoſito omni affectu pravo, ipſum patienter audiebant, ſuaque cum ipſo familiariter conferebant; & alium poſt alium errorem agnoſcebant, tandemque publicè pro roſtris anabaptiſmum ſuum abjurarunt: qui priùs quodvis potius crudeliſſimum ſupplicii genus ſubire, quàm ab erroribus diſcedere parati erant, è quorum numero unus poſteà eccleſiæ miniſter factus eſt. His verò ita convictis, tranquillior poſteà ab Anabaptiſtico furore eccleſia fuit.

Cum Pontificiis autem, qui tùm ſummum *D. Virginis* templum, cum aliis potioribus, pleraque etiam monaſteria adhuc obtinebant, acrius illi certamen, & ἄσπονδον bellum fuit. Licet enim hos omnes, quotquot ibi erant, eccleſiæ miniſtri unanimiter impugnarent ipſius tamen præ cæteris, vel hoſtium teſtimonio, potiſſima acrimonia erat, unde & adverſariorum cum primis objectus erat odio & inſultibus, donec tandem effecit ut Senatus populusque Auguſtanus, anno *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo quarto*, die Magdalenæ ſacro, Pontificiam concionem in univerſum abrogaret, unà cum miſſis & idolis, in iis locis, ubi Senatus vigere autoritas putata eſt, relictis octo tantùm templis Pontificiæ ſuperſtitioni, ſic tamen ut à concionibus abſtinerent: quæ & ipſa poſtea anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo*, die *decimo ſeptimo* Januarii decreto majoris Senatus, urbe expulſis ſacrificulis & monachis, ab omni ſunt idololatrico cultu purgata, & Evangelicæ doctrinæ conſecrata. Tum illi eodem anno parochia majoris templi quod D. Virgini nuncupatum eſt, demandata fuit, in qua primam concionum habuit *decimo quinto* Julii, poſtremam verò *trigeſimo primo* Julii, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo*, ut poſt dicetur.

Porrò in hac ſtatione illi non ſolùm honores; ſed & ſtudia privata & labores publici creverunt. Nàm ut de privatis ſtudiis primum dicamus, ad priorem doctrinam cognitio Græcæ linguæ acceſſit, cui eo tempore primum operam dedit, primus ejus rudimentis imbutus à viro doctiſſimo M. *Xyſto Betuleio*, ſcholæ Auguſtanæ primario præceptore. Quantum autem in illa profecerit, teſtantur opera ab illo in Latinam linguam è Græca converſa: quorum plurima publicè extant, utpote D. *Chryſoſtomi Commentarii* in epiſtolas Pauli ad *Romanos*, *Epheſios*, *Philipp. Coloſſ.* & *Theſſalonicenſes* ambas, quos tranſtulit anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto*. *Baſilii tomum ſecundum* integrum Latinè reddidit, anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo*; cum ſcholiis ejusdem in totum *Pſalterium*; *Cyrilli epiſtolas* triginta novem: *Homilias* novem, *Apologiam* ad *Theodoſium* Imperatorem, & Declarationem duodecimam Anathematiſmorum, quos poſuit concilium *Epheſinum*; epiſtolas etiam *Synodales* quadraginta duas, & dogmata *Neſtorii*: quæ *Cyrillus* impugnavit, quæ omnia Baſileæ impreſſa. Ex *Athanaſii* monumentis convertit *Synopſin* ſacræ ſcripturæ, Veteris & Novi inſtrumenti: *Quæſtiones* etiam Veteris Novi Teſtamenti numero 140. Libellum de *finibus*, & *Synopſin Theodori* Epiſcopi Tyri. Ex *Hiſtoriis Eccleſiaſticis* decem libros *Euſebii* de rebus Eccleſiaſticis, quinque libros ejusdem *de vita Conſtantini*: *Socratis* Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros ſeptem: *Sozomeni* libros novem, *Theodori* lectoris libros duos. *Evagri* monachi libros ſex. Et in hiſtoriis profanis, quinque libris *Polybii*, qui jam ante extabant, duodecim *epitomas* adjecit. Hæc ille omnia non ſine multis vigiliis è Græcis Latina fecit, ut vix alium eſſe putem, qui ante ipſum in Græcis autoribus interpretandis plus ſtudii operæque poſuiſſet, id quod eò majorem admirationem meretur, quòd & in hac tanta ætate (erat enim jam quadragenarius) & hac ſtatione laborum & curarum plena, Græcas literas primum addiſcere cœpit. Addam, quod eodem tempore *Arabicas etiam* literas, abſque ullo præceptore, qui vel literam illi demonſtraret, ſummo ingenio ac ſtudio indagavit ac perdidicit. *Diſcit Arabicas literas, ſuo marte.* Nactus enim à viro optimo *Bonifacio Lycoſthene*, ſymmiſta ſuo, quinque linguarum *Pſalterium*, quod non Pſalmos ſolum; ſed & ſingulos verſus ſibi mutuo habebat oppoſitos; in illo paſſim nomina propria, quæ in omnibus linguis eadem, ſibique ſimilia manent, perquiſivit, & ex illis integrum alphabetum collegit, eaque ratione Arabicas literas legere cœpit, & poſtea etiam intelligere; cùm aliis rebus adjutus, tum verò etiam cognitione affinium linguarum Hebraicæ & Chaldaicæ. *Pſalterium quinquelingue.*

Hæc tum ejus erant privata ſtudia, quibus publici labores longè graviores erant.

Docuit enim in illa eccleſia annis integris *octodecim*, ſumma cum diligentia & labore, id quod ex *commentariis* illius *in Matthæum*, *Joannem*, & *Pſalterium*, quos ex publicis in hos libros enarrationibus conſcripſit, ſatis apparet. *Publici labores Auguſtæ.* Spiritus erat in concionibus ardens, oratio acris & fervida; quæ auditorum animos inſtar gladii διςόμ8 penetrabat, movebatque vehementiſſimè, ſive conſolaretur infirmos, ſive reprehenderet ſceleratos ac pertinaces. *Conciones Muſculi.* Erat enim vitiorum impugnator planè παῤῥησιαςὴς καὶ ἀπροσωπολήπτης. Methodum obſervabat exactam, facilem, & verè διδακτικὴν: unde & ſumma cum laude, & admiratione omnium, majore verò cum fructu plurimorum docuit, & bonis omnibus in honore & pretio fuit.

Inter publica negotia recenſendæ etiam legationes ſunt, quas eccleſiæ & Reip. nomine, juſſu magiſtratus ſuſcepit. *Legationes Muſculi.* Quarum prima

Synodus Iſenacenſis. fuit *Iſenacum* oppidum Thuringiæ, anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto*, menſe Majo, quo indicta erat ſynodus, ad quam Lutherus, & alii Doctores eccleſiarum inferioris & ſuperioris Germaniæ venirent; ut de concordia in negotio cœnæ ineunda inter ſe tractarent. Ad hunc conventum, cum ſenatus Auguſtanus ad concordiam omninò propenderet, miſſus eſt ipſe & M. *Bonifacius Lycoſthenes*, qui profecti, Iſenacum venerunt decimo tertio Maji, cum pleriſque ſuperioris Germaniæ primi nominis Doctoribus. *Ad eam Muſculus miſſus.* Cum verò nec Lutherum, nec alium quenquam ex doctoribus ibi invenirent, & *decimo ſeptimo* Maji à Luthero per literas rogarentur, ut propius accederent; quod ſibi ob recentem ægritudinem longius iter tentandum non eſſet, ſolventes *Iſenaco Wittembergam* uſque perrexerunt. Porrò acta illius ſynodi & capita concordiæ initæ, cum publicè extent, nihil attinet referre. Quibus autem rationibus, cùm ipſe, tùm alii multi boni viri, impulſi ſint; ut, cum in hac cauſa craſſam quorundam ſententiam minimè amplecterentur, in hanc tamen concordiam conſentirent, deque ſua, qua hactenus docuerant, perſpicuitate nonnihil decederent, prudentes viri facilè intelligunt. Nimirum quod perſuaſum hoc illis eſſet, facturos ſe id ſummo eum eccleſiæ & Reip. bono. Sic enim ſolum gravem, & malè conſultam illam de hac cauſa controverſiam tolli, eccleſiis diu deſideratam pacem reſtitui, & Reſpub. etiam firmius conjungi & conſociari poſſe. Poſtquam verò, rerum eventu edocti, his quaſi fucis verborum pertinacioribus non ſatis fieri, ſimpliciores verò in errorem abduci, ſeque apud omnes bonos in ſuſpicionem mutatæ ſententiæ venire cernerent, ad priſtinam ſuam perſpicuitatem reverſi, & palàm quid ſentirent, profeſſi ſunt.

Poſt hunc conventum annis ſequentibus *quadrageſimo* & *quadrageſimo primo* habita ſunt comitia Principum, ac ſtatuum totius Imperii *Wormatiæ* & *Ratisbonæ*, in quibus Theologi Proteſtantium cum Pontificiis de religione conferrent. Ad hos & ipſe à Senatu Auguſtano miſſus eſt. Ac in poſteriore quidem Ratisbonenſi colloquio, Notarius cum aliis quibusdam delectus, & à Cæſare confirmatus, acta illius colloquii inter *Philippum Melanchthonem* & *Ioannem Eccium* habiti conſcripſit. *Notarius in colloq. Ratisb. Muſculus.* In his etiam comitiis cal. Junii conciones duas de *Miſſa Papiſtica* habuit, quæ poſteà *Wittembergæ* in lucem editæ ſunt, & *Auguſtæ* recuſæ, cum additione *de externis Miſſæ abuſibus*. *Ibidem concionatur.* Has poſteà anno *quadrageſimo quarto* edito libro impugnavit *Ioannes Cochlæus*, in defenſionem Papiſtici ſacerdotii, cui ipſe *Anticochlæum*, Latinè & Germanicè ſcriptum oppoſuit. *Ioann. Cochl. Anticochlæus.* Anno autem Chriſti *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto Donaverdenſes* Evangelicam doctrinam amplexi, petiverunt ab Auguſtanis: *Donaverdenſ. evangelium amplexi.* ut & aliquem ex ſuis Theologis ad ſe mitterent, qui Eccleſiam apud ipſos conſtitueret, & prima ſanæ doctrinæ fundamenta poneret. Id tum officii, communi Senatus & collegarum ſuffragio *Muſculo* demandatum fuit. Profectus itaque *Donaverdam*, primam ibi concionem Evangelicam habuit viceſimo octavo Decembris, & poſtea quadrante anni quotidie ibi docuit; reverſus Auguſtam viceſimo quinto Martii, anni *quadrageſimi quinti*. Scripſit tum in uſum ſcholæ Werdenſis *Catechiſmum Latinum*, qui publicè extat impreſſus *Auguſtæ* anno eodem *quadrageſimo quinto*.

Et hæc ſunt ferè, quæ in eccleſia *Auguſtana* geſſit, uſque ad annum Chriſti *quadrageſimum ſeptimum*: quo Imperator *Carolus*, poſt confectum infauſtum illud Smalcaldicum bellum, ad Cal. Septembris *Auguſtæ* conventum Principum ac Ordinum Imperii indixerat, eoque ipſe cum *Ferdinando*, fratre, Romanorum Rege, & pleriſque totius Imperii Electoribus, Principibus, Cardinalibus & Epiſcopis venerat. Poſt cujus ingreſſum in urbem, ademtum illi fuit Cal. Auguſti templum primarium D. *Virginis*, in quo hactenus Muſculus docuerat, & Cæſari redditum. Quo facto licet jam ſuo templo careret; à prædicandi tamen munere non deſtitit, ſed in eo ſtrenuè perrexit, toto illo tempore, quo Senatus populusque Auguſtanus profeſſionem Evangelii conſtanter retinuit; nec de ſua in docendo parrheſia quicquam remiſit: quod quanto ſuo cum periculo fecerit, agnoſcunt prudentes. Innotuerat ex concionibus Cæſari, Regi, Cardinalibus & Epiſcopis, nec non ſubordinati erant Corycæi, qui in ipſum animadvertebant & vel apud Cæſarem vel Regem accuſabant, tanquam maledicum, & qui plebem in clerum incitaret. Ex quibus facile primus fuit, *Michael Sidonius* Archiepiſcopus Moguntini Vicarius Epiſcopus, qui ipſius conciones frequenter non audiebat ſolum; ſed & calamo excipiebat, unde ſæpe ab amicis admonebatur: ut ſibi temperaret, ne in periculum incurreret. Senatus quoque Auguſtanus, cùm videret illum non in nullo periculo verſari, tres illi viros in cuſtodiam corporis decrevit, qui illum quoties habenda eſſet concio, ad ſuggeſtum uſque deducerent; ibique operirentur, & dimiſſa concione domum reducerent. Ad hæc tumultus ſæpè equites & ſtabularii Cardinalis Auguſtani, ante illius ædes commoverant; ignominioſè ipſum, & cum ludibrio è domo provocantes, & lapidibus feneſtrarum ſpecularia perfringentes. Omittimus etiam Hiſpanorum, monachorum, & ſacrificulorum inſidias, calumnias, & cachinnos: quæ omnia infracto animo tulit, & in finem uſque perferre decreverat, mortis quoque extremum periculum ſubire; modò Auguſtani bonam Evangelii cauſam non deſererent, hancque ſuam mentem Senatui Auguſtano palam ſignificarat.

Poſtquam verò anno ſequente Imperator *Carolus* decretum & librum de religione conſcriptum, *Interim* vulgò dictum, promulgaſſet, euinque ab omnibus totius Imperii Ordinibus & civitatibus ratum haberi vellet: Auguſtani verò, ſicut & alii, in eo non ſolum timide agerent; ſed urgente Imperatore, decretum

cretum illud, ut paci & tranquillitati ſuæ conſulerent, majoris Senatus conſulto reciperent: tum ipſe, ut qui librum minimè omnium approbaret, ſuamque de illo ſententiam exhibito ſcripto, ac publicè pro concionibus explicarat, eoque periculum ſuum facilè intelligeret, ea ipſe die, quæ *vigeſima ſexta* erat Junii, ex urbe ſub veſperam diſcedit, id quod Senatui antea facturum ſe prædixerat, ſi falſam illam doctrinam reciperent. Prius tamen quàm diſcederet, conſulem acceſſit, eique conſilium, & horam abitus ſui patefecit; ut ſi quid amplius ſenatus cum ipſo agere vellet, id commodè interea poſſit. Cum verò à nemine requireretur, ſumta cœna, uno ſolum cive comitatus ex urbe diſcedit, relicta ibi uxore & octo liberis. Sic itaque abivit Auguſta, cum annis ibi docuiſſet *octodecim*, toti civitati bonisque omnibus gravi ſui deſiderio relicto. Arbitror autem ex his conſpicuum eſſe, ipſum *non nutantibus*, ut *Sleidanus* ſcribit, *rebus*; ſed penitus prolapſis, cum nulla amplius ſpes retinendæ ſanæ doctrinæ ſupereſſet, migraſſe. Extra urbem conſtitututus, veſtes primum, ut minùs agnoſceretur, apud amicum quendam mutavit.

Poſtea conſcenſo curru, aliquot ea nocte milliaribus confectis, rectâ *Lindaviam* petiit, inde *Conſtantiam*, & poſtea *Tigurum* venit; ibique aliquot diebus apud D. *Henricum Bullingerum* commoratus; *Baſileam* illinc ad *Ioannem Hervagium* profectus eſt. Uxor verò cum liberis decimo ſeptimo Julii eum ſequuta eſt, incerta ubi ipſum terrarum inventura eſſet, niſi quod Baſileam, ut juſſa erat, ſequi ipſum conſtituerat. Ubi verò *Conſtantiam* venit, miſſis *Baſileam* per amicum literis, de ſuo ipſum adventu certiorem fecit: quo cognito, Conſtantiam & ipſe celeriter rediit trigeſima prima Julii, ibique uxorem cum liberis reperit. Cum eò veniſſet, ſequente Dominica, quæ quinta erat Auguſti, binas ad eccleſiam conciones habuit, matutinam & veſpertinam, tractans locum Joan. ſexto: *Ex eo tempore multi diſcipulorum ejus deſciverunt, eo relicto, nec amplius cum ipſo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Num & vos vultis abire? Reſpondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Tu verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognovimus, quod tu es Chriſtus, filius Dei vivi.* Ex his verbis primum docebat, quam graviter peccarint urbes, quæ in gratiam hominum à Chriſti Evangelio turpiter deſciverant. Deinde hortabatur Conſtantienſes, ne harum exemplum ſequantur: ſed Apoſtolorum veſtigiis inſiſtentes, Chriſto Filio Dei conſtanter adhæreant, qui ſolus verba vitæ æternæ habeat. Fuit hæc, ni fallor, poſtrema Evangelica concio, quæ quidem tranquillo Reipub. ſtatu Conſtantiæ habita eſt. Poſtera enim die, quæ erat ſexta Auguſti, ſummo mane, Hiſpani milites Duce *Alfonſo Vive*, urbem invaſerunt, & oppugnarunt, ex qua urbis calamitate, quantum ipſi ad priſtinos dolores acceſſerit, quis non intelligit?

In ipſa vero urbis oppugnatione, ſuadentibus amicis, inprimis verò *Ambroſio Blaurero*, ejus eccleſiæ miniſtro primario, in vicinam Helvetiam, ad quam ſolam in illo tumultu ex urbe patebat exitus, cum uxore & liberis ſeſe contulit, ea die Cellam Epiſcopi uſque, non ſine magna difficultate profectus.

Ubi cum triduum conquieviſſet, D. *Ioachimus Vadianus*, Conſul Sangallenſis, vir undequaque doctiſſimus, datis per *Valentinum Fortmullerum* eccleſiæ miniſtrum literis, Sangallum ipſum vocat, & hoſpitium ei, totius ſenatus nomine, perbenignè offert. *Vocatur S. Gallum.*

Eo igitur cum uxore & liberis delatus decimo Auguſti, acceptus à Sangallenſibus perhumaniter eſt, & binas ſequente Dominica, quæ duodecima erat Auguſti, conciones ibi habuit. Eadem ipſa verò die, uxor ejus partim moleſtiis peregrinationis, & laboribus debilitata, partim verò terroribus Conſtantienſis oppugnationis concuſſa, graviſſimè decumbere cœpit, adeò ut de ejus vita medici deſperarent. Seſquimenſem igitur Sangalli commoratus, cum illa utcunque Dei beneficio convaluiſſet, *Tigurum* familiam transtulit viceſimo ſeptimo Septembris: ibique cum ei atque familiæ Tigurini hoſpitium præbuiſſent, conſedit, & ſex menſibus, priusquam commoda ei vocatio aliqua offerretur, habitavit. Quanquam enim dum illic moraretur *Thomas Crammerus* Archiepiſcopus Cantuarienſis, in Angliam ipſum vocaret: tamen quod profectio hæc ei ob ſenium, & uxoris infirmam valetudinem, liberos quoque, quos habebat parvulos, non ſolum moleſta, ſed & periculoſa videretur futura, vocationem modeſtè recuſavit. *Quò venit* *Migrat Tigurum.* *In Angliã evocatur.* *Abnuit.*

Anno verò ſequente, cùm *Bernenſes* idoneo Theologo deſtituerentur, qui ſacras literas, in ipſorum ſchola profiteretur, vocatus tum à ſenatu ipſe ad illam profeſſionem fuit. Quæ vocatio cum ei eſſet gratiſſima, tum ob eccleſiæ & Reipub. præſtantiam, tum ob veterem amicum D. *Ioannem Hallerum*, ejus Eccleſiæ primi nominis miniſtrum, grato illam animo acceptavit, ac cum ſuis omnibus quinto Idus Aprilis *Bernam* ſeſe contulit, exceptus à ſenatu, eccleſiæ miniſtris, & ſcholæ profeſſoribus liberaliter ac perhumaniter. Profeſſionem verò ſuam ibi auſpicatus eſt viceſimo quinto Aprilis anni *milleſimi quingenteſimi quadrageſimi noni*. In hujus muneris functione verſatus eſt annis *quatuordecim*, magna cum laude, & fructu non ſcholæ ſolum, ſed & univerſæ Chriſti eccleſiæ. Etenim ut taceamus, quæ privatim pro officii ſui ratione egit, partim cum piis & orthodoxis hominibus per *Germaniam, Galliam, Angliam, Poloniam*, & alias regiones: partim etiam cum hæreticis, quorum aliquos ad palinodiam adegit, & ex iis cumprimis *Matth. Grybaldum*: vel ſola ſcripta, quæ in hac profeſſione edidit plurima, perpetuò teſtabuntur, quantum Eccleſiæ Dei profuerit. *Vocatur Bernam.* *Facit initium ibi docendi.* *Matth. Grybaldus*

Etenim

Lectiones Muſculi Bernæ.

Etenim exorſus prælectiones ſuas à *Pſalmo Davidis centeſimo quarto*, cùm priores Auguſtæ enarraſſet, tandem *commentarios* ampliſſimos *in totum Pſalterium* abſolvit & edidit, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo*. Poſt Pſalmos, explicationem *Geneſeos* aggreſſus eſt, eamque ad finem perduxit, & publicavit anno *quinquageſimo quarto*. Geneſi ſubjunxit *Eſaiæ Prophetæ* enarrationem, quam juſto volumine conſcriptam divulgavit anno *quinquageſimo ſeptimo*. Poſt hæc epiſtolas Pauli illuſtrare cœpit: ac primò quidem anno quinquageſimo quinto *commentarios* in epiſtolam ad *Romanos* in lucem edidit, quos quidem Auguſtæ conſcriptos ſibi hactenus ſervarat. Deinde verò anno *undeſexageſimo* in ambas ad *Corinthios* commentatus eſt, quarum enarrationem poſt Eſaiam ſuſceperat. Has ſubſequutæ ſunt epiſtolæ ad *Galatas* & *Epheſios*, juſtis commentariis illuſtratæ anno *ſexageſimo primo*. Et poſtremò lucubrationes in *epiſtolas ad Philipp. Coloſſ.* & *Theſſal.* ambas, partem etiam prioris ad *Timotheum*, cui immortuus eſt; quas poſt ejus obitum in lucem heredes miſerunt. Penè hic præterieramus, quod inprimis commemoraſſe oportebat, *Locorum communium* opus planè divinum, quod juxta alias ſuas, jam enarratas, lucubrationes *toto decennio* elaboravit, & tandem anno *ſexageſimo* edidit. Hæc tanta volumina propriis manibus, ſine ullius amanuenſis opera, ab ipſo conſcripta, quantis laboribus & vigiliis ipſi conſtiterint, quantamque hodie Eccleſiæ Dei utilitatem ferant; pii & eruditi judicabunt. Relinquimus nunc minora illa, quæ partim in gratiam amicorum, partim verò etiam ad publicam utilitatem edidit. Utpote anno *quadrageſimo nono* Dialogos *quatuor*, Proſcæri titulo inſcriptos, quibus hoc argumentum tractat: *An liceat Chriſtiano Evangelicam veritatem agnoſcenti, bona conſcientia Papiſticis, vel aliis quibuſcunque illicitis ſacris externa ſocietate communicare*. Item, *quatenus vis injuſtè illata homini Chriſtiano patienter ferenda ſit*; ſcriptum Germanicè. Refutationem etiam impuri Catechiſmi Auguſtani Catechiſtæ, itidem Germanicè ſcriptam, & Bernæ editam annò quinquageſimo primo: Et *Dialogos* quoſdam Germanicos, de *Concilio Tridentino*: Item explicationem *Decalogi* anno quinquageſimo tertio, quam tamen poſtea Locis ſuis communibus inſeruit. Hæc ſunt, quæ in hoc ſuo munere non ſine magno poſteritatis emolumento elaboravit: quæque eò majorem apud poſteros gratiam invenient, & utilitatem ferent, quod non ſolum methodo perſpicua & facili, ſed & ſumma ſunt modeſtia & ſobrietate ſcripta. Natura enim à contentionibus ſemper abhorruit, neque ſeſe digladiationibus immiſcuit, ubi verò in controverſis articulis ab aliis fortè diſſentit, ſine aliorum id injuria & contemtu facit. Unde & ſcripta illius à nullo unquam ipſo vivo ſunt impugnata, excepto uno Cochlæo, cujus ſupra mentionem fecimus.

Loci communes Muſculi.

Non eſt uſus amanuenſi.

Abhorret à certaminibus.

Continuit autem ſeſe intra ſcholaſticæ pro feſſionis limites; neque ſermones ad eccle ſiam, præter paucos aliquos, petentibus ami cis, habuit. Licet enim à Senatu, eccleſiaſti cum quoque docendi munus offerretur; re cuſavit id tamen cùm propter ſenium, cùn verò etiam peregrinum linguæ idioma. A negotiis verò alienis ſtudio abſtinuit; ut ſu ſolum vacaret officio, in quo adeò erat aſſi duus; ut vix ullam prælectionem ſine grav cauſa omitteret. Cæterùm quam grato erg Bernenſem Rempub. & Eccleſiam animo fue rit, quamque eam amarit, vel hoc ſolum ſat oſtendit; quòd vocationes omnes, quæ il hoc tempore contigerunt variæ & ſplendiſſi mæ, recuſavit & defugit. Etenim in *Anglian* vocatus eſt ter, præſertim poſt obitum *Mar tini Buceri*, magnis pollicitationibus: *Au guſtani* etiam, quos nunquam non amavit plu rimum, anno quinquageſimo ſecundo priſti næ libertati reſtituti, inter cæteros Eccleſi ſuæ miniſtros exules, ipſum cumprimis revo carunt. *Argentinenſes* item, quibus ſe nih non debere ſemper agnovit, & præter ho *Otho Henricus* & *Fridericus* Palatini, & *Land gravius* Cattorum Princeps, ad ſuas ipſun ſcholas & Eccleſias, opulentiſſimis promiſſi ſtipendiis, multoties evocarunt, quas tame vocationes omnes, quantumvis honorificas cùm aliis de cauſis, tum verò hâc potiſſimur renuit, quòd illi Reipub. quæ ipſum exuler benignè ſuſceperat, ac liberaliter hactenus fo verat, ad vitæ uſque finem, grato animo & con ſtanti opera inſervire decreverat.

Hæc de externa & publica ejus in ſchola, & eccleſia Chriſti converſatione: huic privat & domeſtica haud fuit diſſimilis. Pacem co luit cum omnibus eccleſiæ miniſtris, & ſchol profeſſores, collegas ſuos, amavit plurimum, & fratrum loco habuit, unde & ab ipſis reda matus, & patris loco habitus eſt. Erga uxo rem & familiam perbenignus & facilis fuit, a in domeſticis moleſtiis ferendis patientiſſi mus. Erga pauperes, præſertim peregrino & exules, beneficus & ferè φιλόξενος, uſura hoſtis acerrimus, amicorum cultor ſtudioſiſſi mus. Coluit autem amicitias & Principum virorum, & doctiſſimorum ſuperioris ſecul hominum quibus omnibus & ipſe in honor & pretio fuit. Victu uſus eſt ſimplici & tem perantiſſimo, unde & valitudine fuit integer rima & ſenectute perquàm tolerabili. Cor pore erecto, facie rubicunda, oculis acutiſſi mis, dentibus ad miraculum uſque firmis, ma nibus denique & pedibus officium ſuum a extremum uſque probè facientibus. Et quam vis ſiniſtro pede multis annis malè affecto ute retur; multum tamen & libenter anim gra tia deambulabat; quæ tamen ejus deambu lationes non otioſæ, ſed fructuoſiſſim erant, & ſacris meditationibus dedicatæ quæ receſſus & ſolitudinem amare plerum que ſolent.

Expoſitis præcipuis vitæ ejus actionibu reſtat ut mortis quoque hiſtoriam paucis ſub jungamus. Cœperat autem proximo an

obitu

obitum anno tenuiore eſſe valetudine, cùm ob affectam ætatem, & attenuatum infinitis curis & laboribus corpus, tum ab tuſſim vehementem & inveteratam, quæ illi multo tempore moleſtiſſima fuit. Unde & crebriores ſolito ejus erant eo anno ægrotationes, ex quibus licet DEI beneficio, & medicorum opera ſubinde confirmaretur; ipſe tamen mortem ſibi inſtare facilè præſentiebat: ſeque ad illam quotidiè parabat magis; animum ſepoſitis aliis curis ad tranquillitatem componens, inque ſolam mortis meditationem incumbens. Id quod ex his ejus patet verſiculis, quos paucis ante obitum menſibus conſcripſit:

Nil supereſt vitæ, frigus præcordia captat:
Sed tu Chriſte mihi vita perennis ades.
Quid trepidas anima? ad ſedes abitura quietis,
En tibi ductor adeſt Angelus ille tuus.
Linque domum hanc miſeram, nunc in ſua fata ruentem,
Quam tibi fida Dei dextera reſtituet.
Peccaſti? ſcio: ſed Chriſtus credentibus in ſe
Peccata expurgat ſanguine cuncta ſuo.
Horribilis mors eſt? fateor: ſed proxima vita eſt,
Ad quam te Chriſti gratia certa vocat.
Præſto eſt de Satana, peccato & morte triumphans.
Chriſtus: ad hunc igitur læta alacriſque migra.

Cæterùm *viceſima ſecunda* Auguſti, quæ dies erat Dominica, cùm manè nullam corporis infirmitatem ſenſiſſet, & audiendæ concionis gratia ad templum acceſſiſſet, in ipſo templo febris ipſum cum horrore invaſit. Domum igitur dimiſſa eccleſia reverſus, ac toto corpore horreſcens, ad menſam quidem ut pranderet conſedit: & parum de juſculo ſibi appoſito ſorbillavit; ſtatim tamen, quòd omnem cibum faſtidiret, & febrilis horror augeſceret, de menſa in lectulum, quem in Muſeo ſuo paratum habebat, abductus, nec unquam poſtea ex Muſæo egreſſus eſt. In lectum autem collocatus, & ſtragulis, ut calefieret, quàm optimè contectus, frigus tandem febrile, in ardentiſſimum æſtum deſiit; quo poſtea usque ad vitæ finem, quaſi continua & irremiſſa febri conflictatus eſt. Poſtera autem die cum medicum accerſiſſet, de illius conſilio ſanguinis miſſione uſus eſt. Et cum febri conjuncta eſſet λειεντερία, ac ingens ſtomachi imbecillitas, paratum illi à medico Epithema, & data potiuncula eſt, quam tamen continere non potuit. Augebantur verò ſupra modum catarrhi, & tuſſis illi permoleſta erat. Quare cum morbus invaleſceret; & ipſe ſibi vitæ finem imminere ſentiret; filios, quos habebat in agro eccleſiarum miniſtros, accerſiri ad ſe voluit; quibus conſpectis ac ſalutatis, poſtea non viſus eſt de uxore & liberis quicquam eſſe ſolicitus. Cùm verò à *Joanne Hallero* admoneretur, quoniam intelligeret: quid miſericors Deus cum ipſo agere inſtituiſſet; res ſuas, ſi quas vellet, in tempore diſponeret: reſpondit, *ſe omninò nihil habere quo angatur. Etenim quod doctrinam meam attinet*, inquit, *ſicut ſcripſi, ita ſenſi, ſentio & ſentiam uſque in finem: quod uxorem & familiam attinet: eam tibi & reliquis fratribus ſymmyſtis commendo, & oro, ut patres illi & protectores ſitis.* Ubi cùm Hallerus tam ſuo quam fratrum nomine, omnem ei operam & benevolentiam promiſiſſet, gratias egit, nec ullam poſtea ejus rei mentionem fecit. Defecerunt autem in illo poſt paucos dies omnes corporis vires; adeò ut ſuapte ſeſe virtute è lecto erigere non poſſet: ſed aliorum opera & miniſterio allevandus eſſet, hac de cauſa cum lectulus, in quo hactenus decubuerat, ex alterâ parte parieti eſſet contiguus; eoque ejuſmodi miniſteriis incommodus: paratus illi in Muſeo alius fuit, & ita collocatus; ut utrinque ad ipſum pateret acceſſus, in quo poſtea Spiritum DEO patri reddidit.

Fuit autem, ut in univerſa vita, ita etiam in gravi & lethali ſuo morbo patientiſſimus. Ac licet ad ejus ægrotationem iſtud inſuper malum acceſſiſſet, quod non ſolum filius Joann. Fridericus jam pridem decumberet; ſed & conjux, cujus miniſterio & cura ſi unquam hactenus, tum potiſſimum opus habebat, quæque ejus in hoc morbo maximum ſolamen fuerat, quinta poſt ipſum die, mœrore & vigiliis confecta, in graviſſimum morbum inciderat; ita ut etiam de vita ejus deſperaretur: his tamen ipſe adeò non eſt turbatus, vel ſaltem alicujus perturbationis ſignificationem dedit: ac ſi ad ipſum omninò non attineret. Viſitabatur autem ſingulis diebus ab amicis frequenter, & præ cæteris frequentiores illi die noctuque aderant, ſcholæ Profeſſores & Eccleſiæ Miniſtri omnes. Quicunque verò illi aderant, loquebatur parum, niſi interrogatus, eò quod ob defluxiones vehementes difficulter reſpiraret, & non niſi cum moleſtia loqueretur; idque voce adeò ſubmiſſa; ut vix poſſet ab adſtantibus intelligi. Quæ verò dicebat, plena erant ſenilis gravitatis, prudentiæ & pietatis: quale erat quod reſpondit *Hallero* ejus lectulo aſſidenti; cum is, miſeriæ humanæ ingemiſcens, diceret, *Ah quid ſumus?* ſtatim ſubjecit, *fumus*: alluſione ſcilicet vocum appoſitiſſima, animoque præſentiſſimo. *Colloquia ejus in morbo.*

Somnos capiebat perpaucos & breves, ac poſt quos magnæ plerunque ſequebantur infirmitates. Ita colluctatus inter ſpem & metum, donec diem ſeptimam, quæ à medicis habetur κρίσιμη, ſuperaſſet; poſt quam cum octavo meliuſculè haberet, tum quaſi ſuperato periculo, de ejus vita ſpem optimam amici conceperunt. Remiſerat enim nonnihil febrilis æſtus, neque jam ei defluxiones tantum negotii faceſſebant. Et cum paratum ei à filia prandiolum eſſet, tolli è lectulo & veſte ſua indui voluit, ſicque ſuper le-

ctum conſidens pranſus eſt ſuavius. Caput etiam linteis abſtergi, barbam lavari, & capillum, quod eſſet longior, præcidi voluit. Ad hunc verò modum ornatus, & in lectum repoſitus, ſuaviter quieſcere & obdormiſcere cœpit, primum tamen ſupinus & palpebris ſemiapertis, quæ ejus ſpecies triſtiſſima & morienti ſimilima erat, omniumque metum & ſolicitudinem renovabat & augebat. Poſtquam verò evigilaſſet, febris illum denuò graviſſimè corripuit, & noctem illam ſequentem præ cæteris gravem habuit. Neque enim ſomni in ea quicquam cœpit; & plus quam unquam antea æſtuavit. Noctem itaque illam multis ſuſpiriis, gemitibus, & ad Deum precibus tranſegit, magno deſiderio diem *a die 30. Auguſti.* exoptans: quâ illuceſcente, (erat autem *Auguſti* trigeſima) paulatim eum vires deficere, pulſus omnis evaneceſcere, extrema membra magis magisque frigeſcere, reſpiratio etiam fieri difficilior & concitatior, oculi & juguli ſubſidere, atque omnia in ſumma talia apparere, quæ mortem propinquam oſtenderent.

Vocatus itaque ad ipſum fuit *D. Joannes Textorius* Eccleſiæ Miniſter; qui ubi ad eum veniſſet, inter alias conſolationes ſymbolum Apoſtolicum recitavit: cui ipſe; *Fundamentum hoc*, inquit, *Chriſtianæ vitæ ſemper in corde tenui: Et quanquam graviora patiantur homines, ex illis tamen me eripuit Deus, & erepturus eſt usque in finem, in gratia Jeſu Chriſti.* His dictis, paulò pòſt elevata manu dixit ad aſtantes: *Dominus ſit vobiſcum*, mortem nimirum ſibi imminere ſentiens illisque poſtremum valedicens. Interea autem finita erat concio, poſtquàm reliqui miniſtri eccleſiæ & ſcholæ Profeſſores, cum vitæ ejus periculum intelligerent, ad ipſum confluunt. *Joann. Hallerus* autem hortabatur ipſum; ut in fide Jeſu Chriſti, quam hactenus per omnem vitam profeſſus eſſet, conſtanter perſiſteret, ſimulque ei verba Pauli ad Timoth. acclamabat? *Certamen bonum certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: quod ſupereſt, repoſita mihi eſt juſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die, qui eſt juſtus judex.* Ad hunc ipſe, interjecto aliquo temporis ſpacio dixit: *Abſolvamus*, non poteſt enim animus perturbatus in eâdem placiditate ſemper perſiſtere: interrogante Hallero; *an haberet aliquid quod ipſum perturbaret?* reſpondit, *nihil prorſus.* Et paulò pòſt: *Libenter*, inquit, *vellem aliquid differere, ſed non audior*, interrogantibus quid? reſpondit, *de gratia Chriſti.* Filio illacrymanti, & interroganti, *quomodo ſe haberet?* dixit: *Non debes dubitare de fide patris tui.* Hæc fuit ejus poſtrema vox. Hallero autem acclamante illud Chriſti: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, & interrogante an intelligeret, capite ſemel annuit. Cum igitur ſpes nulla vitæ ſupereſſet, nec vocem ipſe amplius ederet, qui circumſtabant lectum,

In genua procumbentes, DEUM Patrem
in Nomine JESU Chriſti obnixè preca
ſunt, mortiferos ei dolores & anguſtias b
nignè abbreviare; & felicem exitum acc
lerare vellet. Neque pias preces divina cl
mentia aſpernata eſt. Illius enim ita orant
bus, ipſe placidiſſimè, animoque ad extr
mum usque halitum præſentiſſimo, ac ſi
omni vehementiore corporis commotion
manibus ſuper pectus complicatis, paulati
deficiente ſpiritu, animam DEO Patri com
mendavit, paulò pòſt horam *decimam* an
meridiem, non ſine magna omnium, q
aderant, admiratione, qui ob corporis i
lius ſoliditatem, optimamque conſtituti
nem, duriorem vitæ exſtinctionem metu
rant. Mortuo clauſit oculos *Ioann. Hall*
rus. Corpus ad ſepulturam delatum eſt ſ
quenti die horâ ſecunda, & in publico co
miterio conditum, funere frequentiſſim
& maximo bonorum omnium luctu. Epit
phium inſculptum eſt parieti ſepulcro imm
nenti, cjusmodi:

MUSCULUS HIC SITUS EST, DO
CTRINA CLARUS ET INGENS:
NOMEN IN ORBE MANET, SPIR
TUS ASTRA TENET,

OBIIT IN DOMINO ANN
CHRISTI 1563. d.3. CA
SEPT. ÆTATIS SUÆ 6

Theodorus Beza ejusmodi Epigramma d
ipſo ſcriptum reliquit:

Magnum dicere Muſculum puſillum,
Quum ſit auribus inſolens Latinis:
Magnum hunc dicere Muſculum quòd au
ſim,
Quamvis pulvere conditum puſillo,
Si cauſam rogitas, viator, audi.
Haudquaquam fuit ille mus puſillus,
(Ipſum ſi lubeat vocare murem)
Illarum ex numero famelicarum,
Quæ felis rapidos verentur ungues:
Sed qui ipſos potiùs catos rapaces,
Quantumvis ſolitos potentiorum
Ipſis cum dominis domos vorare,
Vivus perculit, & ſuo paventes
Adhuc nomine territat ſepultus.
Immò quem tremuit quoque illa rupis
Tarpeia arcibus incubans leæna;
Orbis magnanimos vorans Monarchas.
Magnum & dicere Muſculum pigebit,
Quamvis pulvere conditum puſillo?

Ex narratione *de vita & obitu Wolfga*
Muſculi, ab Abrahamo F. conſcripta.

A

ANDREAS GERARDUS HYPERIUS.

ANdream *Gerardum Hyperium* protulit *Hyperis* Flandriæ oppidum, die Maji *decimo ſexto*, mox ab horâ ſextâ veſpertinâ, cùm annus Domini numeraretur, *milleſimus quingenteſimus undecimus.* Patrem habuit cognominem, clarum apud Hyperas Juriſconſultum: matrem *Catharinam Cœts*, ex nobiliſſ. patriciorum Gandavenſium familiâ. Hi puerum anno ætatis ſuæ *undecimo*, poſt elementa Grammatices mediocriter percepta, *Iacobo Papæ* illius temporis poëtæ non incelebri, erudiendum commendarunt: qui tum *Vaſtinis* ad flumen *Liſam* literas elegantiores non invitâ Pallade docebat.

Hac in ſcholâ præter Papam, *Joannem Sepanum* puer audivit, virum, ut tum habebatur, exactè doctum, Græcarumque & Hebraicarum literarum non imperitum. Deinde anno ætatis ſuæ, *decimo tertio*, *Inſulas* Flandrorum commigravit: ut cum literis bonis linguam etiam Gallicam addiſceret: ubi in ſcholis docentem *Joannem Lacteum* audivit; de cujus ore dulciſſima inſtar lactis perfluere dicebatur oratio. Anno ſequente *Tornacum* miſſus fuit: ubi ſchola ſperabatur aperienda trilinguis: cui *Nicolaus Buſcoducenſis* præfectus erat. Sed cum ſchola inſtituta aperiretur, mox in patriam eſt reverſus. Cupiebat omnino pater filium hunc, ut bonis literis, ita etiam optimis moribus imbui. Itaque cum eum *Lovanium* ablegare nollet; quòd juventutem ibi licentia nimia corrumpi judicaret: neque etiam Pariſios, ubi ipſe parens aliquot annos adoleſcens vixerat, mittere poſſet, quod continua inter *Carolum* V. Imperatorem & *Franciſcum* Galliæ regem, bella gererentur: domi ad tempus filium detinuit: ubi in deſcribendis actis, quæ vocant, cum ſcribis paternis occupabatur. Ac parùm omninò abfuit: quin bonarum literarum ſtudiis, in quibus jam mediocriter profecerat, tum valediceret: cum interim pater, quem habebat chariſſimum, *Junii* die *duodecimo*, anno *viceſimo quinto*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, è vita excedit: qui hoc cumprimis matri moriens mandarat diligentiſſimè; ut ubi primum bella illa ſopita eſſent, filium Andream ad perſequenda ſtudia *Lutetiam Pariſiorum* mitteret.

Factis itaque inter Cæſarem Carolum & Franciſcum regem induciis, Pariſios primum venit Hyperius, anno Domini *viceſimo octavo*, pridie Cal. Auguſti. Commendatus per literas fuerat *Antonio Helhucio Vaſtinenſi*, qui Senator parlamenti tum temporis erat, & *Ioanni de Campis Curteacenſi*, Theologiæ Licentiato: illi, ut tempore belli, ſi opus foret, ſumtus ſuppeditaret neceſſarios: huic, ut ſtudiorum adoleſcentis rationem haberet. In hujus igitur ædibus diu primum egit Hyperius, dum præcepta Dialectica in collegio *Calviaco* audiret. Altero deindè anno poſtquam Pariſios advenerat, familiaritatem cum *Joachimo Ringelbergio*, homine doctiſſimo, maximam contraxit, qui in collegio iſto Calviaco varia tum temporis breviter & doctè tradebat. Tertio autem anno, alios jam privatim inſtituere in Dialecticis atque Rhetoricis cœpit: cum interim Phyſicos ipſe audiret Ariſtotelis libros: ut pro more ſcholarum cum aliis commilitonibus Magiſterii gradum prenſaret. Exacto triennio, in patriam rediit: ut & amicos ſalutaret, & nunquid patrimonii ſupereſſet, intelligeret. Unde anno ſequente, qui *milleſimus* erat, *quingenteſimus triceſimus ſecundus*, cum patrimonium adhuc ſufficere ſibi ad ſtudia diutius perſequenda videret; iterum *Pariſios* ſe contulit, gravioribus jam ſtudiis operam daturus. Cœpit tum primum ad Theologiæ ſtudia animum appellere: cujus facultatis maximè celebria in ſchola Pariſienſi exercitia erant. Theologorum itaque ſcholas diligenter frequentavit: interdum etiam *in decretis* lectiones aliquas audivit: ex quibus magis tum Theologi dogmata ſua, quàm ex ſacris literis probare conſueverant. Medicorum præterea ſcholas animi cauſa ingrediebatur nonnunquam; quod Medicinæ ſtudio ſemper quaſi natura magnoperè delectaretur. Linguarum interea profeſſores diligenter audiebat, *Cleonardum* inprimis, *Joann. Sturmium, Latomum*: ac docebat privatim ipſe Gallos præcipuè atque Hiſpanos.

Sed cum maximo tum temporis teneretur luſtrandarum aliarum regionum ac provinciarum Galliæ, deſiderio: cum ut linguam Gallicam diſceret exactius, tum ut mores totius illius gentis cognoſceret diligentius: ſingulis annis, *Januario* maxime, *Februario* ac *Martio* menſibus, quibus ferè lectiones publicæ in ſcholis ſuſpendebantur, aut ſaltem remiſſius obibantur: ipſe adjunctis ſibi fidis comitibus, aliquot literarum ſtudioſis amicis, alias petebat provincias; celebresque inviſebat Academias. Atque ita intra triennium, illis, quos dixi, menſibus univerſam ferè *Galliam*, magnamque *Italiæ* partem, eam videlicet, quæ inter Alpes eſt & Bononiam, perluſtravit. Reverſus poſteà eſt in patriam, anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto*, ſed mox Lovanium perrexit, quo bibliothecam ſuam ex Gallia vehendam curarat. Peragravit tum temporis animi cauſa totam ferè inferiorem Germaniam, *Geldriam* videlicet, *Phryſiam*, *Trajectum*, *Holandiam*, *Selandiam*. Hinc anno Domini *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo*, ætatis ſuæ *viceſimo ſexto*, ad viſendam ſuperiorem Germaniam animum adjecit: ut celebriores in ea ſcholas, atque in his viros doctos videret. Vidit itaque eo anno *Coloniam*, *Marpurgum*, *Erfordiam*, *Lipſiam*, *Wittembergam*. Reverſus inde eodem anno in patriam, ſub finem menſis Auguſti, adductus eſt amicorum conſilio & precibus ut de ſuſcipiendo jam alicubi docendi munere cogita-

de quo in vita Philoſophorū. *Alios docet Hyperius.* *Redit in patriam.* *Inde Lutetiam.* *Theologiam aggreditur.* *Audit & medicos.* *Et Cleonardum. Sturmium Latomum.* *Peregrinatur in Gallia.* *Et Italia.* *Lovanium petit.* *Peragrat German. inferior. Item ſuperiorem.* *De officio ſuſcipiendo ſolicitatur.*

gitaret: ut abſumto jam in ſcholis atque peregrinationibus patrimonio, paulò quietius apud ſuos vivere poſſet. Ac amici quidem, ipſo minimè conſcio, *diploma* jam ab Romano pontifice impetrarant; quò ampli quotannis *reditus ex Abbatia* quadam Hyperio concedebantur. Id unum reſtabat: ut cancellarii Cæſariani *Joannis Charondileti*, Archiepiſcopi Panormitani, ea in re aſſenſus accederet. Sed divina ſine dubio providentia factum: ut non ſolum ab eo aſſenſus non impetraretur: ſed etiam ab eodem maximum oſtenderetur periculum. Accuſatus enim apud Panormitanum Hyperius à competitoribus fuerat: *quòd in Germania ſuperiore fuiſſet*: id quod tum non modò invidioſum doctrinæ purioris odio: verùm etiam periculo plenum habebatur. Cœpit itaque iterum, ne exhauſto jam patrimonio, amicis oneri eſſet, piorum quorundam ac doctorum virorum conſilio, ad peregrinationes animum convertere. Ac *Italiam* quidem tum adire cupiebat, quod Galliam atque Germaniam mediocriter jam ante perluſtraſſet: ſed cùm bellis inter Cæſarem & Gallum iterum tum fervarent omnia; ab Italia excluſus, in *Britanniam* navigavit: ubi facilius ab amicis ſuis certior fieri per literas poſſet, ſi qua melior ſpes in patria affulgeret. Ac ut in aliis nationibus: ita in Britannia quoque eos maximè viros cognoſcere ſtuduit; quorum nomina literis erant celebrata. Qua occaſione in *Carolum Mantioium, Guilielmi* filium, Baronem incidit: quem Eraſmus Roterodamus ampliſſimè in ſcriptis ſuis, ac ſæpè commendat. Is amicè cum Hyperio multis ac variis de rebus collocutus, cùm ingenium ejus perſpexiſſet, oblato liberali ſtipendio domum ſuam eum invitavit: ubi *annos quatuor* amplius ſuaviſſimè Hyperius cum Montioio vixit in otio literatorio. Anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo* menſe Julio, *Montioii* ſumtibus *Academiam Cantabrigenſem* inviſit. Obtruncatus eſt eo anno *Thomas Cromelius*, cum quòd Annæ Clivenſis ducendæ autor fuiſſet, tum quòd Pontificiis exitium moliri putaretur. Exſtus tunc item eſt, propter purioris religionis profeſſionem, *Robertus Barnus*, cum quibusdam aliis. Quin etiam nonnulli morte mulctati ſunt, qui non approbarant: ut Rex Angliæ ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ ſecundum Chriſtum caput diceretur. Promulgata præterea aliqua periculoſa adverſus peregrinos edicta. Quæ res Hyperium commovit; ut de repetenda Germania cogitaret. Priusquam igitur ex Anglia diſcederet, *Academiam* quoque *Oxonienſem* veterem inviſit, anni ſequentis menſe Februario. Inde *Londinum* venit menſe Majo: compoſitisque rebus ſuis, Montioio, valdè laboranti ut Hyperium apud ſe retineret, valedixit.

Itaque ejuſdam menſis die duodecimo Antuerpiam appulit: unde ſe in patriam conferens, aliquot dies apud amicos quieti

Reditus ex Abbatia ei adſignati. — *Sed impediti.* — *Accuſatus Hyperius.* — *Navigat in Britanniam.* — *Carol. Mantioius.* — *Apud eum vivit Hyperius.* — *Cantabrigiã venit.* — *Th. Crom. Sleid. l. 13. comm.* — *Robertus Barnus.* — *Edicta in peregrinos.* — *Londinum venit.* — *Inde Antuerpiam.*

dedit. Sed fama Reipublicæ ac ſcholæ *A*
gentoratenſis, maximeque nomen *Bucer*
Hyperium ad luſtrandam etiam illam ſu
rioris Germaniæ partem exciverunt. I
que *Argentoratum* profecturus, in ipſo i
nere *Marpurgum* venit, exſpectans d
ſarcinæ ac libraria, per mercatores *Fr*
cofurtum curarentur. Sciebat enim & r
noris ſe apud Cattos interea poſſe vive
quàm uſpiam ad Rheni ripas: & ſperab
facilè ſe impetraturum ad præſtantiſſin
doctiſſimosque viros; qui Argentorati
cebant, literas commendaticias: id
præſertim ab humaniſſimo viro *Gera*
Noviomago, qui & antè Hyperium no
rat, & ipſe aliquandiu Argentorati vixe
Hæc occaſio reditus Hyperii ad ſchol
Marpurgenſem fuit: ad quam die Junii
cimo quinto, anno *milleſimo quingenteſi*
quadrageſimo primo ætatis ſuæ exacto jam *t*
geſimo pervenit.

Gratiſſimus Hyperii adventus Novion
go accidit: cœpitque is diligenter cum H
perio agere: uti Marpurgi maneret, c
tamque & profeſſionis & liberalis ſtipen
ſpem fecit. Itaque cùm à comitiis Rat
bonenſibus *Joannes Ficinus*, Cattoru
Principis Cancellarius, vir propter inſign
virtutem æternâ memoriâ * dignus, rediiſſ
egit cum eo Noviomagus de Hyperio. A
bat Noviomagus, *ſe à conventu illo Hagan*
enſi, anno quadrageſimo: ad quem à Pri
cipe Haſſiæ miſſus fuerat ſemper laboraſſe a
verſa valetudine: neque poſſe eos ſubire
cendi labores, quos ante pertuliſſet. Itaq
petere, ut Hyperius in locum ſuum ſubſtitu
tur, qui, quando ipſe per valetudinem n
poſſet, prælegeret. Optimum Noviomagi co
ſilium non improbat Ficinus; verùm con
nuò ad ſe vocat Hyperium, hortaturque
Marpurgi maneat; & ſpecimen aliquod er
ditionis ſuæ præbeat. Fore enim, ut, ſi er
ditionis ſuæ ſpecimen præclarum edidiſſe
ſtipendium ei pro laboribus conſtituatur h
neſtum. His adductus rationibus Hyperi
remanſit. Moritur non ita multò poſt N
viomagus *decimo die* Januarii, anni ſeque
tis, cui mox profeſſorum autoritate ſu
ceſſit Hyperius: atque, quas ante N
viomagus explicare conſueverat Epiſt
las, D. Pauli, eas ipſe quoque enarra
cœpit.

Cumque ultra biennium cælebs in il
profitendi munere verſatus eſſet: animum
matrimonium adjecit: quod non putaret
commodè ſine uxore, maximè cum non i
firmâ valetudine eſſet, vitam tranſigere p
ſe. Duxit ergo anno *milleſimo quingenteſi*
quadrageſimo quarto, Februar. die *vigeſi*
ſeptimo, uxorem *Catharinam Orthiam*, *L*
dovici Orthii quondam Quæſtoris Marpu
genſis filiam: quam viduam *Joannes Hap*
lius, honeſtus civis, cum duobus liberis
liquerat. Ex hac uxore, quam chariſſima
ſemper habuit, filios ſex, filias quatuo
ſuſ

ſuſcepit: ex quibus duo filii, filiæ tres ſuperſtites manſerunt.

In docendi munere tanta fide, tanta diligentia, tantoque cum fervore promovendorum ſacrorum ſtudiorum, verſatus eſt, ipſos *viginti duos* annos: ut præter labores ſibi injunctos, etiam horas ſæpè ſucciſivas ſumſerit, quibus aliquid extra ordinem doceret. Exercitia diſputationum atque declamationum diligenter urſit, quibus ut ipſe aliquot annos ſolus ſemper magno cum labore præfuit, ita pòſt cum cæteri quoque collegæ ordine præſiderent, ipſe libenter interfuit. Concionandi verò in ſchola rationem magno cum labore, & moleſtia inſtituit. Præſcripſit ipſe locos, quos tractandos maximè putaret, emendavit conciones à ſtudioſis conſcriptas, priusquàm recitarentur, audivit etiam concionaturos, antequam in publicum prodirent, ut ſi quid vel in voce, vel in geſtibus deſideraretur, id quoque corrigeret. Collaudavit eos, qui rectè ſeſe in hiſce exercitiis geſſiſſent: contra objurgavit, extimulavitque ad diligentiam negligentiores atque ſocordes. His exercitiorum generibus, adjecit præter *examen Theologicum*, quod ſemel ferè intra biennium inſtituit, etiam *conſultationis Theologicæ* quandam rationem; ubi quæſtione aliqua propoſita vel de doctrina, vel de ritibus atque negotiis Eccleſiaſticis, ſingulos juſſit ordine ſententias ſuas integra oratione proponere: ut ita variis in utramque partem dictis ſententiis, ex multis quid verum eſſet, quid falſum, quid pro cauſa faceret, quid contra cauſam afferri poſſet, animadverteretur. Quos ille omnes labores ita ſponte ſuſcepit, ut nullo etiam præmio laborum propoſito, diligentiſſimè tamen eos perſequeretur. Omittimus hic ſtudia privata, de quibus verè affirmari poteſt: *nunquam* * *illum domi ſolum fuiſſe*, quin ſcriberet aliquid, vel legeret, vel meditaretur, uſque adeò: ut etiam enervare corporis vires & frangere nimiis ſtudiis atque laboribus, videretur. Acceſſit ad hæc omnia diligentiſſima *de reformandis Eccleſiis meditatio*: in qua dies noctesque eſt verſatus. Cupivit ad veteris eccleſiæ exemplum revocare Haſſiæ cives, cupivit ſublatis multis nugis, quæ adhuc ex Papatu tunc reliquæ; veterum in colenda religione ſimplicitatem reducere, adeoque collapſam maximo cum Eccleſiarum detrimento *diſciplinam Eccleſiaſticam* revocare.

Cum ita annos viginti duos & menſes aliquot, ea quâ diximus ratione in ſchola Marpurgenſi exegiſſet; ut non erat firmiſſima valetudine, ita cum aliquot antè hebdomadas continuis catarrhis ac tuſſi laboraſſet; ad *viceſimum tertium* Januarii gravius decumbere cœpit. Maximè de doloribus capitis, pectoris, ac laterum conqueſtus, ut ita nonnunquam membra æſtuarent omnia, ut horrore quodam febrili concuti viderentur. Ac illa quidem tota hebdomade, cum nondum adhuc de vita ipſius deſperaretur, multa quidem ille & cum aliis & cum *Wigando Orthio* præſertim, qui frequentior aderat, de *rebus ſcholæ*, de *ſtudiis Theologicis*, de *eccleſiis reformandis* eſt colloquutus. Inter alia dixit, collegis eſſe nonnullos, ſi convaluiſſet, maximè illos concionum inſtituendarum labores partiendos, quos quia ſolus ipſe ſuſtinuiſſet, amiſiſſe valetudinem ſibi videretur. Ad triceſimum verò Januarii, qui Dominicus erat, cum celebrata in ſacro cœtu cœna Dominica eſſet, petiit ad ſe quoque, pro more veteris Eccleſiæ panis ſacer & calix afferrentur, de quibus poſtquam cum familia ſua percepiſſet, gravius jam cum morbo eſt conflictatus. Atque ſequenti tum die cœpit uxori mandare diligenter, quid poſt mortem ſuam fieri vellet: atque liberis præcipere, quomodo ſe & erga Deum & matrem piè, & adverſus homines cæteros juſtè atque honeſtè gererent. Inter cætera, cum filiolus trimulus ad lectum aſtaret: *Diſce*, inquit, *mi fili mandata Domini, & ipſe enutriet te.* Poſt multa, cum iis qui officii cauſa eum inviſebant, eo ipſo die, ut & ſequente, de *fidei ſuæ confeſſione*, deque *ejus doctrinæ*, quam profeſſus eſſet, conſtantia diſſeruit. Ac ipſis quidem calendis Februarii, quibus & expiravit, tota ejus oratio in hoc fuit, ut iis, quos præſentes videbat, teſtatum faceret, in ea ſe doctrinæ ac fidei profeſſione, quam tot annis in ſchola propoſuiſſet, conſtantem ad extremum ſpiritum perſeverare. Sub veſperam ejus diei, cum iterum de conſtantia fidei ſuæ atque perſeverantia nonnulla dixiſſet, valedicere præſentibus cœpit, ac animam ipſam agere. Agnoſcebat tamen adhuc ſingulos, & interruptis verbis ac morientibus vocibus rogatus reſpondebat, donec poſt octavam noctis, cum media ferè nona eſſet, ſpiritum Deo reddidit: cum nondum ætatis annum *quingenteſimum tertium* expleviſſet. Elatus eſt ibidem funere frequenti; & tumulo juxta Geldenhaurii Noviomagi ſepulcrum illatus, addito tali epitaphio:

Vtitur cœna ſacra Hyper.

Diſponit domui ſuæ.

Voces ejus ultimæ.

Moritur.

ANNO DOMINI M. D. LXIV. KAL. FEBRUARII, PIE IN CHRISTO OBIIT CLARISSIMUS VIR D. ANDREAS HYPERIUS, THEOLOGIÆ DOCTOR AC PROFESSOR IN HAC SCHOLA CELEBERRIMUS.

Epitaphium ejus.

Annus emortualis Hyperii eſt hoc etcoſtichio expreſſus:

FLanDrIa qVeM genVIt, HaſsIa noſtra tegIt.

Exſtant in eum & virorum doctiſſimorum elogia epitaphia; è quibus *Theodori Bezæ* eſt ejuſmodi:

Elogium ejus à Bezæ.

Non Hyperis dedit hoc, Hyperi, tibi patria quondam,
Quòd ſuperis potius ducis cognomen ab oris;
Nec tibi ſors olim tribuit temeraria nomen
Andreæ: at ipſa ſuo ornavit te nomine virtus.
Hoc ſancti mores; teneris hoc omnis ab annis
Vita probat ſuperûm curæ cæloque ſacrata.

 Et quis

Et quis enim melius, quis nam te fortius uno
Tarpeiâ aggreſſus depellere rupe Tyrannum?
Certius an quisquam erranti per devia turbæ
Commonſtravit iter, ſuperas quod ducit ad arces?
Macte igitur virtute, Hyperi, quem nec fera totum
Mors domuit totum nec ſervant clauſtra ſepulcri:
Quin ſuperi meliore fovent jam parte receptum,
Altera dum tumulo quæ nunc pars clauſa quieſcit,
Exanimisque licet jam cœli ad limen anhelat,
Evigilet felix, & quod tu diceris, illud
Evadas, Hyperi, tum re, tum nomine totus.

Nigidii in eundem epigram. Petrus item *Nigidius* ſenior, in catalogo Profeſſorum Marpurgenſium, tali eum eſt epigrammate proſecutus:

Hyperium terræ flentes mandavimus omnes,
Ah dignum innumeros vivere poſſe dies!
Fortuna invidit, juſſitque abrumpere fila
Atropos: heu quantum ſuſtulit illa virum!
Hic potuit ſacros felix exponere libros,
Scripta prophetarum nota fuêre ſatis.
Legerat hic pariter veterum monumenta virorum:
Eloquio clarus, vir pius, atque gravis.
Doctrina præſtans, cunctis virtutibus auctus,
Notus & Eois Heſperiisque plagis.
Ecquis enim neſcit ſcripta illius, aurea ſcripta?
Artis & ingenii nobilioris opes?
Hunc legite, ignari ſacrorum, ſacra profeſſum:
Sincera mentes imbuet ille fide.

Requiſita doctoris quæ. Cum autem in doctore requiratur primum *eruditio* cum experientia ſingulari conjuncta: deinde *facultas docendi*, tum *fides ac diligentia*; denique *vitæ* atque *morum gravitas* & conſtantia: omnia hæc ut rara ita eximia in Hyperio fuerunt. *Eruditio Hyperii.* Principio enim magna in eo fuit *linguarum cognitio*, major *artium* liberalium & *Philoſophiæ*: *ſacrarum literarum & hiſtoriarum Eccleſiaſticarum* totiusque veteris eccleſiæ maxima. Teſtati ſunt hoc, qui docentem publicè, qui diſputantem ſumma cum laude, qui familiariter colloquentem cum amicis audierunt, & teſtes ſunt hodieque libri, quos in publicum edidit: qui inter doctiſſimorum hominum ſcripta à doctiſſimis numerantur atque leguntur, de quibus mox dicemus. *Facultas item docendi, & diſſerendi.* Sed docendi atque *diſſerendi facultas* non minor in eodem fuit. Non ille argumenta propoſita eludebat, ut multi in more habent, non clamoribus ac vociferationibus rem agebat, unde nihil utilitatis auditores caperent: ſed ita apertè ac graviter explicabat omnia; ut fructum indè maximum auditores attenti perceperint. *Vitat quæſtiones otioſas.* Atque in hac ſua tam docendi, quàm diſſerendi ratione, tanta ſemper fuit modeſtia, tantaque conſtantia, ut neque temerè quæſtiones otioſas moveret; neque ſemel ſuſceptam cum judicio docendi rationem immutaret. Qua de re eo ipſe die quo obiit ad *Wigandum Orthium & Conradum Matthæum*: *Ego*, inquit, *id ſemper operam dedi in ſchola: ut doctrinam utilem auditoribus proponerem, & vitarem otioſas quæſti*nes: *diligenter cavi, ne ullam darem contenti*num occaſionem, eandemque docendi formula*ſemper retinui, ac dum vixero, retinebo.* I diligentia ejus & aſſiduitate jam ante dictum quæ profectò tanta fuit, ut humanitùs loque do, vitæ ſibi ipſe ſpacium nimiis laborib abbreviarit. In vita & moribus verè f τετράγωνος. In victu atque veſtitu temp rans ſemper, in conviviis modeſtus; in co loquiis & converſationibus humanus & quus. Et quemadmodum immania illa conviviis hominum pocula, & ſcurriles colloquiis nugas ex animo fuit averſatus, moderatis conviviis, jucundisque amicoru confabulationibus libenter nonnunquam i terfuit. Ita neque ea quæ turpia eſſent, pr bavit, neque ea quæ concedi ad animi recre tionem poſſent, improbavit. Breviter, ſic ſe geſſit ubique & adverſus omnes, ut n modò doctis hominibus jucundi, ſed etia indoctis ſuaviſſimi ejus eſſent mores. Un quàm charus non ſolum ſcholæ, verùm etia toti civitati fuerit, multæ omnium or num profuſæ in funere ipſius lacrymæ ſu teſtatæ.

Monumenta igitur ac doctrinæ in uſum p ſteritatis ab ipſo elucubrata partim Philoſ phica ſunt partim Theologica. Philoſoph ca ſunt hæc: de *ratione ſtudii*; *Dialectica Rhetorica*, *Arithmetica* quædam; item *Ge metrica*, *Coſmographica*, *Optica*, *Aſtronomic Phyſica*: in *Ethica* Ariſtotelis ſcholia, de *ſt dioſorum vita & moribus*: & ſi quæ alia a fecta.

Theologica ſunt iſta duabus partibus in preſſa: de *ratione ſtudii Theologici* libellus qui unicus ſufficiat ad perficiendum in eo g nere doctorem, modò ejus conſiliis pareatu de *formandis concionibus*, libri duo: de *Theo logo* libri quatuor: de *quotidiana lectione & meditatione* ſacrarum literarum, libri duo de *Catecheſi*, de *publica in pauperes beneficen tia*, de *ſcholis Eccleſiaſticis*, de *conjugio mi niſtrorum* Eccleſiæ, de *probatione ſui* ipſius de *providentia Dei* & aliis. Exegemeta in epi ſtolas Paulinas omnes, quorum quædam po obitum à filio *Laurentio* ſunt foras dat Pleriſque autem omnibus ſupremam ma num imponere, per occupationes, no potuit.

Affecta reliquit *Methodum Theologiæ*, cu jus cum ipſe ſex libros inſtituiſſet, vix tre abſolvit: *feriarum ſcholaſticarum* libros du decim, de *ordinanda Eccleſia*, libros ſex quæ ſi & abſolvere & elimare potuiſſet, i genium ipſius divinum, eruditio ſingulari hiſtoriarum cognitio admiranda, & pru dentia rara, clariſſimè perſpicerentur. V runtamen vel ea quæ typis exſcripta exſtan ſatis virum indicant: adeò ut *ex ungu* quod ajunt, *leonem*. Deſumta hæc lin

ex oratione, quam de Hyperii vita & obitu Wigandus Orthius ſcriptam reliquit.

THC

THOMAS GRYNÆUS.

IN oppido Sueviæ *Veringa*, natus eſt *Thomas Grynæus* parentibus honeſtis, circa annum Chriſti, *milleſimum*, *quingenteſimum*, *duodecimum*. Puer ubi prima literarum rudimenta in patriâ percepit, à patruo *Simone Grynæo* Haidelbergam evocatus necdum ephebus; ejus ductu ad linguarum & artium ſtudia graviter incubuit, eruditionemque mediocrem ſibi comparavit.

Anno deinde *undetrigeſimo* eundem ſuum patruum, *Baſileam* accerſitum, ipſe comitatus, convictuque ejus domeſtico uſus, privatim diſcipulis quibusdam patrui prælegit, ſeque ipſum, ut fit, alios docendo docuit. Inde à Repub. *Bernenſi* juvenis admodum expetitus, Latinam Græcamque linguam aliis tradidit, alumnoſque illius urbis omni genere & literarum & virtutum perpolivit. Exactis autem eo in officio annis *undecim*, cùm variæ à Theologis moverentur quæſtiones, quibus & ipſe implicabatur, homo quietis amans, contentionumque pertæſus, *Baſileam* repetiit, ſtudiaque ſua in otio privato urſit.

Ibi ergò dum pauliſper ſubſtitit, inter profeſſores cooptatus, anno *quadrageſimo ſeptimo*, ſupra *ſeſquimilleſimum*, mox de more Academiæ artium liberalium Magiſter eſt ſalutatus. Interea, dum & publicè in ſcholâ docendo officium facit, & privatim lectioni ſacrorum librorum incumbit, atque in pagis vicinis quandoque conciones habet: Deo ſic rem gubernante *Carolus* Badenſis Marchio ſuæ ditionis eccleſias à Pontificiis erroribus expurgat, miſſaque profligatâ, Evangelii doctrinam amplectitur ac profitetur.

Cùm itaque ſub id tempus in ſuperiori Marchionatu, ipſaque præfecturâ *Rœtelenſi*, virum, probitatis atque eruditionis ſpectatæ, deſideraret: qui & verbum Dei eo in loco ipſe doceret, & aliorum miniſtrorum ἐργοδιώκτην ageret, *Grynæo* huic officium illud defert, paſtoremque ad arcem *Rœtelenſem*, unico milliari Baſileâ diſtantem deſignat. Eam vocationem ille ſecutus, ſacram hujuſmodi functionem eâ fidei gravitate, modeſtiâ, obivit, ut gratus charusque ſuo merito omnibus eſſet. Verùm octennio necdum elapſo, cùm *Baſileæ* & in omni vicino agro ſæviſſima peſtis eſſet exorta, eâdem & *Grynæus* correptus, atque d. IV. Non. Sextiles exſtinctus eſt. Corpus ejus terræ mandatum eſt *Rœtelæ*, in templo, ubi ipſe primus Evangelium docuerat, tali cum monumento addito:

D. O. M. S.

D. THOMAS GRYNÆUS, FIDE AC VITA THEOLOGUS, UT SUPERSTES VIVA VOCE ET EXEMPLO SUO AUDITORES, SIC IN CHRISTO QUIESCENS, SYMBOLIS OBEDIENTIÆ, FIDEI, ET PRUDENTIÆ, POSTEROS IN DOMINO ADMONITOS VOLENS, IN MONUMENTO HOC JUSTORUM RESURRECTIONEM PRÆSTOLATUR. OBIIT ANNO DEI IN CARNE PATEFACTI M. D. LXIV. POSTRID. CAL. SEXTILIS.

Libros, quod ſciamus, edidit quidem nullos, ſed liberos egregios, filios nempe quatuor, *Theophilum*, *Simonem*, *Ioannem Iacobum*, & *Tobiam*; omnes literis eximiè excultos, de quibus *Ioann.* * *Iacobus*, S. Theologiæ Doctor, patri in functione eccleſiaſticâ ſucceſſit, vir pietate, virtute & doctrinâ ſuſpiciendus. Itaque hic pater in liberis revixit, vivetque tum ſpiritu apud Deum, tum memoriâ nominis boni apud homines ſempiternâ. *Filii Thomæ Grynæi* ** De quo vide in vita ejus.*

Hoc pretium vitæ, vigilatorumque laborum.
Pant. l. 3. Proſopograph. Monumenta Baſilienſia.

MARTINUS BORRHAUS, *alias* CELLARIUS.

☉ 1564. d. 11. Octob. ætat. 65.

STutgardiæ *Martinus Borrhaus*, qui & *Cellarius* dictus, natus eſt anno *milleſimo*, *quadringenteſimo*, *nonageſimo nono*. Primis maturè imbutus literarum rudimentis, *Tubingæ* cum aliis, tum *Ioanni Reuchlino* operam aliquandiu dedit. *Patria. Natalis. Audit Reuchl.*

Habuit etiam uſum quendam cum *Melanchthone*: qui ibidem tunc agebat. Poſtea *Haidelbergæ* doctrinæ & linguarum neceſſariarum cognitionem ac copiam ita auxit, ut teſtimonium Philoſophicum, magiſterii gradum, fuerit conſecutus. *Melancht. amicus.*

Hoc ornatus *Wittembergam* venit, ubi à *Melanchthone* amicè acceptus & tractatus fuit. Cumque ingenio eſſet minimè hebete, ac ſtudii diligentia excultus, tradidit ei *Melancht.* diſcipulos inſtituendos in ſcholâ privatâ, quam habuit frequentem & fructuoſam. Ibi ergo cum & *Marcus Stubnerus* ageret, unus ex primis auctoribus fanaticæ *Anabaptiſtarum* ſectæ; *Cellarium* in ſuas partes adduxit; eumque amicum, ſocium, & adjutorem habuit, cùm patrocinio *Caroloſtadii*, & favore *Melanchthonis* niteretur. Cenſuerunt iſti demoliendum ſtatim, quicquid perperam in eccleſiam eſſet introductum. Inprimis autem ritus in Euchariſtiâ peragendâ, & collacatarum in templis imaginum ac ſimulacrorum amotionem urſerunt. Adhæſit ſectæ illi diu *Cellarius*: ſed cùm nec *Lutherum*, nec *Melanchthonem*, nec alios eruditos, applauſores inveniret, *Wittemberga* diſceſſit. *Wittembergam venit. Ibi alios docet.* *Anabaptiſtis adhæret.*

Inde ubi in *Boruſſiam* venit, anno *viceſimo quinto*, juſſu Principis in liberam datus cuſtodiam, multa de doctrinâ illa ſcripſit. Verùm cùm videret labaſcere partes, & ſpe ſe fruſtrari; mutavit ſententiam. Itaque ſub annum triceſimum ſextum, *Baſileam* venit, ubi cognita ejus doctrina, profeſſoribus Philoſophicis adſcriptus, *Rhetorica* ex Græcis Latiniſque auctoribus, cum applauſu auditorum, tradidit. *In Boruſſiam abit.* *Sententiã mutat.* *Baſileæ docet, Rhetorica.*

In Philoſophorum ordine ita aliquandiu verſatus, non ſine doctrinæ vitæque integritatis laude, divinas literas, quarum interea ſtudium nunquam depoſuerat, pro cathedrâ publicâ enarrare eſt juſſus, anno *quadrageſimo quarto*.

Hanc

Et Theol. Hanc nactus Spartam, Veteris Inſtrumenti libros θεοπνεύστους, ex ipſis fontibus, quæ optima Theologiæ docendæ ratio, aggreſſus eſt interpretari: enarravitque *Moſis Pentateuchum, Joſuæ, Judicum, & Regum libros*, cum aliquot *Prophetis*, *& Eccleſiaſtæ* atque *Jobi* libro. Utque publico ſcholæ teſtimonio, & aliorum præclaro de ſe judicio ornatus, majori cum auctoritate faceret, quod faciebat: anno *undequinquageſimo*, menſe Julio, ſumma Theologiæ inſignia, quæ Doctoralia vocant, paſſus eſt ſibi conferri.

Doctor Theol. renunciatur.

Tenuit illum vitæ curſum, donec ad vitam meliorem abiit: quod factum anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto*, die *undecima* Julii, ætatis ipſius anno *ſexageſimo quinto*: quo, cùm paulò antè commentaros in *Proverbia Salomonis* abſolviſſet; ac graviſſimâ lue Baſilienſi in urbe graſſante, *ſeptem* circiter hominum *millia* periiſſent; peſte ipſe quoque correptus, quarto à decubitu die exſpiravit.

Moritur.

Cruſ. l. 12. p. 3. c. 10. annal. Suev.

Sepultus Baſileæ eſt in circuitu templi cathedralis, ejuſmodi appoſito monumento:

Monum.

TRINO ET UNI S.
MARTINO BORRHAO STUTGARD.
S. THEOL. PROFESS. EXIMIO, ET
NUNQUAM INTERMORITURIS
IN OMNI LITERARUM GENERE
LUCUBR. CELEBERRIMO,
POST MULTA ET VITÆ ET ERUD.
PRÆCLARA EXEMPLA
MORTE PLACIDISSMA
HUMANIS EXEMTO,
ANNA SCHMIDIN UXOR TERTIA,
MARITO DESIDERATISS.
S. S. Q. R. MON. F. C.
MILITAVIT ANNIS LXV.
MISSIONEM OBTINUIT
EPIDEMIALEM
ANNO SALUTIS M D LXIIII.
AD V. ID. OCTOBR.

Ἐλπὶς καὶ πίστις μέγα χαίρετε, τὸν λιμέν' εὗρον.
Οὐρανίοισι θεοῖς μοῦνος ἔνεστιν ἔρως.

Paulus Cherlerus, qui præclarorum Baſileæ tunc exſtinctorum virorum, obitus Carminibus deflevit, hoc etiam *Borrhaum* Epicedio eſt proſecutus:

Epicedium.

Hic eſt Borrhaus Pario ſub marmore clauſus;
Pierides vati quod poſuêre ſuo.
Hoc ſatis eſſe tibi potuiſſet, candide lector,
Si tamen hora ſinit, cætera pauca legas.
Vir fuit iſte bonus, ſimiles cui Teutona tellus
Non multos noſtro tempore forſan habet.
Grata DEO fecit: fecit mortalibus apta:
Dum licuit nutu vivere, Chriſte, tuo.
Non etenim carpſit fluitantis mollia vitæ
Ocia, nec mundi gaudia mente tulit.
Non illum falſo pertraxit gloria fuco:
Impia non ſanctum cura repreſſit opus.
Sed potiùs ſacri meditatus myſtica verbi,
Egregiâ multos condidit arte libros.
Quos hodie docti paſſim mirantur in orbe:
O verè tanto pignora digna viro!

Homo fuit ſtaturæ puſillæ; corpore auten robuſto & obeſo. Quod ad literas, lingu *Hebraicæ, Syriacæ, Chaldaicæ* peritiſſimus in Theologicis apprimè verſatus: judici præclaro inſignis: verum in politicis inge nio ſimplici, ac minus exercitato. Itaqu ἀπολιτικώτερος negocia illa averſatus, totun ſeſe literis abdidit: atque legendo, commen tando, ſcribendo, olea etiam ſuccisivis hor interdum ex variis, ut vocant, ſpeciebus ex trahendo tempus conſumſit. In fatali illo re ligionis motu, cum literarum omnis uſus & auctoritas peritura videretur: ipſe victu causâ feneſtrario opificio ſeſe addixit. Se non multò poſt, cum ſua dignitas & exiſti matio literis reſtitueretur, ad intermiſſa re verſus eſt ſtudia, cumque amicis veteribu in gratiam rediit.

Scripta, quæ poſteritati elucubravit, *Philo ſophica* partim ſunt, partim *Theologica.* Philo ſophica hæc laudantur:

De *cenſura veri & falſi libri* tres: quibu Ariſtotelis Logica egregiè illuſtravit.

Annotationes cumprimis eruditæ *in Politi ca Ariſtotelis.* Extant ejuſdem στοιχεῖα *Ma thematica*, elegentiſſimis poſtea figuris Lute tiæ ab *Orontio* illuſtrata.

In Theologicis hæc edidit.

In *Salomonis Eccleſiaſten* commentarium cum præfatione ad Carolum V.

In *quinque libros Moſis: Joſuæ, Iudicum Ruth, Samuelis & Regum* commentataria. In *Jeſaiam* item, *Jobum & Apocalypſin* com mentarios.

Librum de *veteris & novi hominis orti & natura*: de *operibus DEI*: de *ortu, na tura, uſu atque diſcrimine Jubilæorum*, quo DEUS inſtituit: quidve inter hos & falſo interſit; de uſu, quem deſperabundi *Fran ciſci Spiræ* exemplum afferat, cum aliis hu jusmodi.

Pantal. lib. 3. Proſopograph. Zvvingeru in Theatro: Camerarius in vita Melanch thonis.

THEODORUS BIBLIANDER

Theodorum Bibliandrum Helvetia ill protulit, præſtantiſſimorum non armi ſolùm, ſed & literis virorum fecunda paren ſub annum *milleſimum quingenteſimum de cimum quartum.* Hic cùm ingenio eſſet omni um capaci, ad literas eſt adhibitus: in qui bus cùm ſe pulcrè darent initia, ad ſchola publicas acceſſit: & juxta linguarum ſtudium totum ſe S. Theologiæ mancipavit. In qua divina adſpirante gratia, tantos ipſe feci pro

progreſſus; ut illa ætate & loco eruditione, eloquentia & linguarum principum peritia, vix parem habuiſſe, judicatum ſit.

Tigurum itaque ubi venit: ſacrarum literarum profeſſio ipſi eſt demandata, quam quomodo obierit, res ipſa olim,& ſcripta etiamnum loquuntur. Id conſtat, etiam adultos, etiam doctores ipſos, ad eum audiendum ſtudioſè admodum confluxiſſe.

Tandem valde ſenex, & jam rude donatus, peſte populariter graſſante *Tiguri* extinguitur, anno *ſexageſimo quarto*, die *viceſimo ſexto* Novembris, ſuccedente in officio *Joann. Guilelmo Stuckio*.

Fuit vir ingenio ſummus, Theologiæ & multarum linguarum cognitione nobiliſſimus, humanus, & facundus: unus ex iis, qui *Biblia Tigurina* * magno cum labore ad umbilicum deduxerunt. *Pantaleon* ſcribit, ante obitum motas ab ipſo fuiſſe quæſtiones quasdam novas & inſolentes, unde auctoritati aliquid deceſſerit: ſed quales illæ fuerint quæſtiones, non addit. Ex nimiis ſtudiis ætate declivi, *ἀμβλυωπίαν*, contraxit. Accidit ergo ut aliquando, cum diluculo ſurrexiſſet, hypocauſtum ingreſſus, feli in menſa geſticulanti, ancillam ſuam eſſe ratus, fauſtum fuerit diem precatus: quem felis, ut potuit, reſalutavit.

Scripſit plurima, ut verè Bibliander, quorum Nomenclaturam Bibliothecæ ſuppeditant. *Pantal. l.3. Proſopographiæ, Thuanus in hiſtor. Zuingerus in Theatro.*

JOANNES MATHESIUS.

JOannes *Matheſius* Rochlicii, Miſniæ oppido, anno ſalutis *milleſimo quingenteſimo quarto*, die *viceſimo quarto* Junii; natus eſt; in familiâ plurium eruditorum ferace. In eâ enim prognati fuerunt *Lucas & Burcardus Matheſii*, fratres; quorum ille, ſeculo decimo quinto ineunte, Bononiæ in Italiâ Philoſophici magiſterii gradu ornatus eſt: hic verò ludum literarium ad D. *Sebaldum* Norinbergæ diu gubernavit, tandem vicarius Bambergæ factus. Latere heic patimur *Melchiorem Matheſium*, Joannis hujus cognatum, conſulem olim Rochlicienſium: quem & ipſum literis non mediocriter tinctum, & chronici quoque Rochlicienſis fuiſſe auctorem, filiosque duos *Thomam* & *Balthaſarem*, artibus edoctos reliquiſſe accepimus.

Ad literarum ſtudia à puero Matheſius adhibitus, elementa prima, qualiter tunc tradebantur, maturè percepit, Catecheſeos quoque capita & didicit ipſe, & aliis diſcenda recitando prævivit. In Mediis enim Papatus tenebris, remanſerunt tamen in ſcholis *capita* illa *religionis Chriſtianæ* illibata, *Decalogum* dico, *Symbolum Apoſtolicum*, *formulam precandi* ab ipſo ſalvatore præſcriptam, *Inſtitutionem Baptiſmi*, *poteſtatis clavium*, & *Cœnæ Dominicæ*: in templis altum de iis ſilentium. Ipſe Matheſius * alicubi fatetur, ſe, qui inter Pontificios ad andum usque ætatis *vigeſimum quintum* egerit, nullam unquam audiſſe mentionem fieri Decalogi, aut Symboli Apoſtolici, aut precationis Dominicæ aut denique Baptiſmi. Quadrageſimali tempore in ſcholis aliquid propoſitum fuiſſe *de confeſſione auriculari*, & *una*, quam appellant, Euchariſtiæ *ſpecie*: remiſſionis peccatorum per & propter Chriſti lytron, nil auditum. Deinde nullam ſe apud Pontificios vidiſſe vel audiſſe explicationem Catecheſeos; curioſum alias legendarum omnium, & *Brigittæ precum* perſcrutatorem, præſertim cum *Monachii* uteretur hoſpitio cujusdam, qui librariam habuerit copioſiſſimam.

** Conc. 6. de vita Luth. p. 59. De iis ſilentium in Templis.*

Cum autem DEUS educere eum vellet ex tenebris Papatus; factum eſt, ut anno Chriſti *viceſimo ſexto* incideret in Lutheri *librum de bonis operibus*: è cujus lectione prima hauſit Chriſtianiſmi veri initia. Vixit autem tunc *in Bavaria* apud *Sabinam Avernam*: cujus liberos in arce *Odelshauſenſi* inſtituit. *Wittembergam*, quam unicè eo uſque deſideraverat, venit anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo nono*, ætatis ſuæ *viceſimo quinto*, poſt Pentecoſten: primamque ex Luthero concionem audivit *de Baptiſmo*; deſumtam ex concione Petri Actor. 2. Uſus eſt itaque Præceptoribus inprimis *Luthero*, *Melanchthone*, *Joanne Bugenhagio*, *Juſto Jona*, *Matthæo Aurogallo*, *Vito Winshemio*, *Milichio*, *Crucigero* & aliis: convictu autem primum cujusdam popularis ſui *Wolfgangi Joannis*, ubi pro vitæ alimonia ſeptimanâ *quinque* ſolvit *argenteos*: poſtea ipſius Lutheri: cujus colloquia & ſermones ſuper menſam permultos obſervavit. Dedit autem bonis literis juxta Theologiam ejusmodi operam, ut magiſtri titulum & inſignia Academica ſit conſecutus.

Legit Lutheri libr.

Venit Witt

Præceptores ejus ibi.

Vtitur convictu Lutheri.

Wittembergâ evocatus primum munus ſcholaſticum, *in valle Joachimicâ*, cui fato quadam iſtius viri doctrina & virtus debebatur; poſtea paſtorale & eccleſiaſticum, in eadem valle ſuſcepit: atque utroque in officio eâ fide, induſtriâ, diligentiâ atque prudentiâ verſatus eſt: ut nominis ſui memoriam non ſolum apud cives ſuos, ſed omnes finitimos reliquerit ſempiternam. Pietatem præterea ejus & eruditionem cum eximiâ eloquentiâ conjunctam libri, quos poſteritati reliquit, etiamnum loquuntur.

Vocatus in vallem Ioachimicã.

Anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto* (alii ſexto) cum mane die *ſeptimo Octobris*, qui tunc Dominicus, concionem de filio viduæ Naimicæ à Chriſto reſuſcitato, habuiſſet; & in futura vita quemque piorum ſuæ matri atque amicis reſtitutum iri, ſeque mutuò ſingulos agnituros docuiſſet, tribus poſt concionem horis ἀποπεπληγμένος in JESU Chriſto obdormivit: reſuſcitationem mortuorum & vitæ æternæ gaudia,

Vltima ejus concio.

Obitus.

Obitus. de quibus trium ante horarum ſpatium ad auditores pro concione diſſeruerat, cum omnibus electis Dei filiis exſpectans. Sepultus eſt eadem in valle Joachimica, ubi annis *triginta* Filio Dei Eccleſiam collegerat; cum Epitaphio, quod ipſe dicitur ſibi vivens compoſuiſſe, tali: *Epitaphiũ.*

Securus recubo hic, mundi pertæſus iniqui:
Et didici & docui vulnera, Chriſte, tua.

Agon. In agone cum adſtantes ei quædã prælegerent ſolatii cauſa, ex iis quæ ipſe ſcripſerat; *non meam* (inquit ad eos) *explicationem legite, ſi tunc ita affectus fuiſſem, ut nunc, aliud ſcripſiſſem.* Et ut pii etiam interdum torrentibus Belial obruuntur, addidit; *omnia quæ dicitis aut legitis, cor non tangunt, non ſuſtentant,* will nit ins Hertze. Poſt tamen, Chriſto juvante, ſe collegit, pieque exſpiravit.

Scripta. Hic vir Theologus de paucis, Theologiam univerſam, & omnes vitæ *Oeconomicæ & Politicæ*, ac *Phyſicæ* metallorum doctrinæ partes, eloquentiſſimis in Germanicâ linguâ ſcriptis illuſtravit. Inter ſcripta ipſius eminent, *Sarepta* hoc eſt expoſitio omnium locorum ſcripturæ ſacræ; in quibus aliqua rei metallicæ mentio; acceſſit ei *Chronicon vallis Joachimicæ:* deinde *vita Chriſti*, hoc eſt, hiſtoria de vita, morte, reſurrectione, adſcenſu in cœlos, ſeſſione ad dexteram Dei Patris, extremo judicio, Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Vita* item *Lutheri* aliquot concionibus denarrata: *Explicationes Evangeliorum*, & præcipuorum capitum fidei noſtræ. Prodierunt & poſthuma ejus quædam; de quibus Bibliothecæ conſuluntur.

Hæc de Matheſio ex ipſiusmet ſcriptis: chronico Miſniæ Albini; chronico Saxoniæ Chytræi aliis.

O. 1566. d. 18. April. ætat. 70.

JOANNES DRACONITES.

ampl. Caroloſtadium oppidum. PAtriam habuit *Joannes Draconites Caroloſtadium*, Franconiæ oppidum, ſub Epiſcopatu Herbipolenſi. Puer, cùm indolem præ ſe ferret bonam, amicorum ſuaſu in ludum literarium miſſus eſt. Inibi feliciter primæ adoleſcentiæ jactis fundamentis, *Erphordiam* venit: ubi eam literis navavit operam; ut & Philoſophiæ fuerit Doctor, quem Magiſtrum vocamus, renunciatus, & in doctiſſimorum virorum pervenerit familiaritatem; de quibus nominare poſſumus *Juſtum Menium, Euricium Cordum, Eobanum Heſſum*, & *Joachimum Camerarium.* *Erphordiã venit.*

Eraſmum ſalutat. Sectatur Paul. Fagium. Porrò uberioris comparandæ doctrinæ cauſa, ad *Eraſmum Roterodamum* aliquando excurrit: & propter Hebreæ linguæ ſtudium *Paulum Fagium* ſectatus eſt: quo non ſolùm ſuperiori ſeculo, ſed & multis retrò annis, nemo vixit noſtratium, linguarum peritior? id quod, & in colloquiis familiaribus, & in diſputationibus cum Judæis, & in explicatione Targum, ſeu paraphraſeos librorum Moſis Chaldaicæ, liquidò demonſtravit.

Cardinalium itaque linguarum fundamentis perceptis, totum ſeſe ſacris dedidit; idque tanto cum ſucceſſu; ut cùm *Wittembergam* Academiã tunc celeberrimam, veniſſet inter initia inſtaurationis doctrinæ Evangelicæ, Theologiæ Doctor fuerit ſolenni ſcholarum more ſalutatus.

Inde *Marpurgum* excitus, complures ibi annos ſcripturam ſacram explicavit, Princip. Cattorum, ut & bonis omnibus, acceptus & gratus. Synodis etiam atque colloquiis, religionis cauſa inſtitutis, interfuit: ut & anno trigeſimo in Auguſtinis illis comitiis, tot jam Europa dudum decantatis.

Marpurgo *in Saxoniam* deductus, in præcipuis urbibus litoris Balthici & viciniæ Evangelii præconium fecit: ac *Roſtochianæ* inprimis ſcholæ docendo inſervivit. Inde *Albertus* Boruſſiæ Dux, evocatum ad ſe Draconiten, in *Sambienſi* ditione Eccleſiis Epiſcopum præfecit.

E Boruſſia *Wittembergam* regreſſus opus Biblicum quintuplex incepit: Origenis, veterum monumentis celebratam operam æmulatus, qui Biblia ἑξαπλᾶ, ut *Eraſmus* legit, edidit.

Nactus is erat patronum liberalem & divitem *Ambroſium* quendam, qui quò facilius labor ſuccederet, ſeptem ei adjunxit notarios, totidemque puellas ſcribendo exercitatas, ſibi per horas ſuccedentes. Hos amanuenſes omnes *Ambroſius* ille aluit: quemadmodum ipſe Origenes epiſtola ad amicum teſtatur, quam recitat *Suidas* & cujus meminit *Hieronymus* ad Marcellum, nec non *Euſebius* in hiſtoria* eccleſiaſtica. In hoc Draconites exemplum intuens longo tempore animo agitavit opus Bibliorum quintuplex: quod ut perficeret, poſthabito commodo proprio, divitias & ſplendorem Epiſcopatus *Sambienſis* reliquit, & in Wittenbergenſium ſcholam, poſt multorum annorum intervallum hac una de cauſa rediit. Eſt autem totum opus ſic ab ipſo diſtributum; primo dividit quodlibet caput in certos locos, poſt addit textum Biblicum. Ubi prima linea continet dictiones *Hebraicas*, ſecunda *Chaldaicas*, tertia *Græcas*, quarta *Latinas*, quinta *Germanicas*. Etſi enim *Complutenſis editio* ante annos complures ἑξαπλᾶ exhibuit Biblia, tamen exemplaria ejus non exſtant; & augeri utiliter additione interpretationis vernaculæ noſtræ poteſt. Cæterum in opus illud Biblicum *Archiepiſcopus Toletanus* tot aureorum impendit millia ut ſumtibus illis ſe exhauſiſſe, & æs alienum contraxiſſe dicatur; ut ut alias inter opulentiſſimos Europæ Archiepiſcopatus ille habeatur.

Jam ergò ut tota res ordine abſolveretur: Saxoniæ Elector *Auguſtus*, qua fuit munificentia, ſumtus neceſſarios decreverat, & de adminiſtris, qui autori adjungerentur, mandaverat; cùm DEUS & mors conatus optimi & doctiſſimi viri interceperunt. Nam hæc agitantem morbus occupavit, tandemque

deſti-

deſtillationes capitis, quos catarrhos vocant medici, ſuffocarunt. Factum id Wittenbergæ anno poſt exhibitum in carne Meſſiam *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto*, die 18. Aprilis, cum annum *ſeptuageſimum* eſſet tranſgreſſus, ſed corpore ita firmo: ut utiles Eccleſiæ & reip. labores perferre potuiſſet, ſi Deo ſic viſum. Sepultus eſt honorificè Wittembergæ: ubi in ingreſſu chori templi parochialis ſaxo inſculptum tale monumentum legitur:

Qui vatum in foliis Chriſtum & velamine Moſis
Quæſiit, Iſaciis fontibus ora lavans,
Luce, Draconites, clara jam conſpicit ipſum
Plenius, è vivo ſacraque fonte bibit.

Placidè in Chriſto obdormivit Joh. Draconites S. Th. D. die XVIII. Aprilis, anno 1566. egreſſus LXXII. ætatis annum.

Paulus etiam Meliſſus, Poëta clarus, defunctum tali celebravit Epigrammate:

Hos cineres, hæc buſta fides innoxia ſervat,
Dulcisque ſpes & Charitas,
Filiæ Jovis inclyti, ſorores.
Prima ſacras lauri frondes; at proxima palmæ
Sparſit virentes ramulos,
Minis ultima gemmulas olivæ.
Salve chare ſenex! tu nunc ceu ſtellula fulges,
Celſo micans in æthere:
Hoc tui precium laboris eſto.

Georgius item Fabricius, ſub lemmate: *ſtudii ſanctiſſimi*, tali Epitaphio ornavit:

Urna Draconiten tegit hæc doctumq; bonumq;,
Laudatumque pia ſedulitate ſenem.
Ille ſacros libros, Ebræa, Latina, Pelaſga,
Chaldæa, in vulgus ſcripta daturus erat:
Nondum finito quem linquit vita labore,
Quanta unus ſtudiis facta ruina ſenex!

Fuit hic Theologus & eruditionis copia & quatuor linguarum peritia inſtructiſſimus, *Hebrææ, Chaldææ, Græcæ & Latinæ*. Operis illius quintuplicis ſpecimina quædam edidit, quæ exſtant: præter libros alios utiles Eccleſiæ Chriſti tranſtulit aliquos ſacros V. T. libros ex Hebræo cum ſcholiis ſeorſim adjunctis. Edidit commentarios in Prophetas aliquot, & alia tum ſacra, tum Philologica: de quibus bibliothecæ, ſive indices librorum.

Petrus Nigidius vitæ ejus curriculum & elogium hiſce carminibus complexus eſt:

Hic draco, percelebris doctrinæ fama trilinguis,
Salvifici verbi buccina clara fuit.
Nutriit hunc juvenem præſtans Erphordia primum,
Leucoream cupidè tranſtulit inde ſcholam.
Amplexus magni ſolidiſſima ſcripta Lutheri,
Dotibus & captus, clare Philippe, tuis.
Sincerè docuit divini oracula verbi:
Doctrinæ rectæ conſona vita fuit.
Præſidiis vero linguarum adjutus hic idem,
Suſtinuit Pſalmos explicuiſſe ſacros.
In noſtro docuit bis ſenos impiger annos:
Poſt alium cœpit quærere ſponte locum.
Roſtochium vidit: mox poſt ea tempora factus
Regis montanæ portio juſta ſcholæ.
Hinc Wittembergam rediens ſua fata ſubivit:
Ætate in ſera floridus ipſe ſenex.

Ex Tomo VI. ſcriptorum Wittembergæ publicè propoſitorum: vita Eobani Heſſi.

WIGANDUS ORTHIUS.

Θ. 1566. d. 28. April. ætat. 39. *Wettera.*

INter Marpurgum & Francobergam exiguum interjacet oppidum, cui *Wettera* nomen, virorum in omni doctrinarum genere præſtantiſſimorum, feraciſſimum: quorum è numero & hic *Wigandus Orthius*, honeſtâ ibi familiâ natus, ſub annum Chriſti *milleſimum quingenteſimum trigeſimum ſeptimum*. Ingenio itaque felici & indole præclarâ cùm eſſet; artium ac linguarum, maximè Hebrææ, fundamenta feliciter Marpurgenſi in Academiâ jecit. Inde ad ſanctam Theologiam animum appulit: ſummosque in ſublimi illa ſcientiâ honoras ac titulos, quod ἀξίωμα doctorale vocant, facilè impetravit. *Marpurgi diſcit.*

Uſus eſt autem ea in ſcientiâ præceptore viro doctiſſimo *Andrea Hyperio*, cujus uxor Wigandum cognatione quadam attingebat. Itaque cùm ad ejus imitationem ſeſe totum componeret, iſque anno *ſexageſimo tertio* mortalitatem expleſſet; Orthius in ejus locum ſurrogatus, & S. Theologiæ profeſſor in Marpurgenſi Academia declaratus eſt. Nam omnes æquales ingenio & doctrina longè ſuperabat; & ſermonis puritate utebatur verè Latina; id quod vel ex funebri oratione, quam memoriæ Hyperii habuit, abundè ſatis patet. *Succedit Hyperio.*

Immatura morte rebus humanis eximitur, anno Chriſti, *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto*, die *viceſimo octavo* Aprilis, ætatis ſuæ *undetrigeſimo, Gosfeldiæ*, ubi & honorificè ſepultus. Extat in eum *Petri Nigidii* epigramma ſive elogium ejusmodi: *Moritur.*

Nigidii in eum Epigram.

Orthius occubuit, juvenis florentibus annis:
Frigore ceu ſævo lilia verna cadunt.
Aptus, qui linguas alios, qui ſacra doceret;
Qui noſtræ ornaret pulpita celſa ſcholæ.
Mens erecta fuit: zelus pius, atque voluntas
Qualibet augendæ conditione ſcholæ.
Hic Ephorus rectè communi præfuit æri:
Inſpectorque gregis fidus & acer erat.
Et niſi ceſſiſſet fatis juvenilibus annis,
Gymnaſii primus forte futurus erat.

Pantal. l. 3. Proſopogr. Petrus Nigid. in elencho Profeſſor. Marpurgenſium, alii.

JOANNES AGRICOLA.

Θ. 1566. d. 22. Sept. ætat. 47. *Patria Agricolæ Iſlebia.*

PAtriam nactus eſt *Joannes Agricola* eandem cum *Martino Luthero, Iſlebiam* nempe comitatus Mansfeldici oppidum: unde & cognomen ei adhæſit. Editus autem perhibetur ſub annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum ſecundum*, die

viceſimo Aprilis, horâ poſt meridiem quintâ: & à teneris ad ingenii culturam adhibitus. Jactis primis literarum fundamentis, *Wittembergam* venit, ad novellum tunc temporis Germaniæ Athenæum: ubi cum philoſophicis diſciplinis, quæ ibi florebant ut cùm maximè ſublime ſanctæ Theologiæ ſtudium felici quadam temperaturâ conjunxit.

Wittemb. Philoſoph. cum Theol. diſcit.

Ibi ergo dum eſt; non ſolum eruditis gratus ob virtutis & eruditionis opinionem fuit: ſed etiam jucundus principibus viris; quòd non in ultimâ felicitatis parte poëta duxit. Itaque cum anno *viceſimo ſexto* ſupra *milleſimum quingenteſimum* conventus Principum Spiræ cogeretur: venit eodem cum Saxoniæ Electore Agricola: ac ſuo loco cauſam Evangelii ſuſcepit. Idem anno *trigeſimo* in celeberrimis illis Auguſtæ Vindelicorum celebratis Imperii comitiis præſtitit: cumque proteſtantium Theologis, quorum facilè Principes *Melanchthon* & *Brentius*, confeſſioni etiamnum eo nomine celebratæ ſubſcripſit: à qua tamen poſtea, ut nemo non hominum ζῶον ἐυμετάβολον, in plerisque ſeſe disjunxit.

Venit Spiram.

Auguſtanæ confeſſioni ſubſcribit. Sed in multis ab ea abiit.

Anno enim *milleſimo quingenteſimo trigeſimo octavo* ſecta prodiit eorum, qui dicuntur *Antinomi*. Contendebant hi pœnitentiam ex Decalogo non eſſe docendam, & impugnabant illos, qui docebant, Evangelium prædicandum non eſſe, niſi primum quaſſatis atque fractis animis per legem. Ipſi verò ſtatuebant: quæcunque tandem eſſet hominis vita, & quantumvis impura: juſtificari tamen eum, modò crederet Evangelii promiſſionibus. Atque in his facilè primus erat iſte *Agricola*: qui à *Luthero* commonefactus privatim, & facta ſcripturæ collatione rectius inſtitutus, in ſententiam ejus acceſſit: idque publico deinde ſcripto teſtatus eſt errorem confeſſus. Verum quia nunquam ferè à vero abiit Flacci illud:

Secta Antinomorũ. Sleid. l. 12. p. 312.

Agricola à Luthero revocatur.

——————— *malè ſarta*
Gratia nequicquam coit & reſcinditur:

Hor. l. 1. Epiſt. 3.

ita & cum in ejus animo reſediſſent neſcio quæ ſimultatum reliquiæ, *Wittemberga* paulo poſt diſceſſit: & in Marchionatum Brandeburgicum conceſſit: ac *Berlini* à concionibus fuit. Poſtea cum anno *quadrageſimo octavo* bello Germanico finito, principes religionis cauſam Cæſari victori commiſiſſent: Cæſar Agricolam, Electori Brandeburgico à ſacris, qui ante *duodeviginti* annos pro Saxonica confeſſione cum Melanchthone & Brentio ſteterat; ſed tunc pontificiis ſeſe adjunxerat: *Julio Pflugio* Epiſcopo Numburgico, & *Michaeli Sidonio* ſuffraganeo Moguntino id negotii dat: ut doctrinæ ceremoniarum, atque emendationis Eccleſiaſticæ formulam conſcriberent; quod & ab illis factum. Dicta fuit illa forma *Interim*; cujus rationem alibi explicavimus; ab aliis *Inter-religio*, item *Decretum religionis*: à Germanis Religions-Ordnung vel *Declaration* der Religion.

Diſcedit Wittemb. Docet Berlini in Marchia.

Adjungit ſe Pontificiis.

Τὸ Interim librum cudit.

Ac perſuaſit tunc Agricola ſuo Principi *Joachimo* Electori Brandeburgico, qui con[ciliationi] unicè ſtudebat: librum eſſe modera[te] ſcriptum, atque ob id à proteſtantibus no[n] admodum repudiandum. Sed eventus & ve[ri]tas longè diverſum docuit. Tantum eni[m] abfuit; ut liber ille ſæpius etiam ad incude[m] revocatus, Evangelicis ſatisfecerit, ut ne ipſ[is] quoque Pontificiis, quorum tamen dogma[ta] ferè omnia approbabat, placuerit. Ut ut cecid[e]rit, auctores certè illius libri liberaliter à *Cæſar[e]* & *Ferdinando* fratre, donati ſunt. Atque Isl[e]bius quidem donum neſcio quod ab utr[o]que, ob navatam in libro eo operam, tulit. *Michael* verò * *Sidonius* Epiſcopatum Mer[ſe]burgenſem in Saxoniâ eſt conſecutus, cuj[us] poſſeſſionem certis conditionibus anno *quin[]quageſimo* ſibi traditam in *undecimum* uſq[ue] annum tenuit: qui fuit Chriſti *ſexageſim[us] primus*, ætatis ipſius *quinquageſimus quin[t]us*. *Julius Pflug* præcedente anno *quadrageſim[o] ſeptimo*, cum à Saxoniæ duce J. Frideric[o] ante ſexennium rejectus fuiſſet, auctorita[te] Caroli victoris in Epiſcopatum Naoburgi a[c] Salam fuerat reſtitutus; quam diœceſin a[d] exitum uſque vitæ poſtea gubernavit. Hi[nc] jocus illorum, qui dicebant: *chriſma ab e[is] & oleum Pontificium inter alia defendi*; [] *ipſi diſcederent unctiores*. Fertur autem dixi[ſſe] ſe hic Agricola: *ſi unctio reſtitueretur*, *do[num] etiam ſanationum reſtitutum iri: ſeque jam ex quo Auguſta reverſus ſit, quatuor ex mo[r]te in vitam revocaſſe.*

Exarſit deinde in Saxonia, & latè ſeſe di[f]fudit bellum Theologicum, de iis, quæ *Adi[a]phora* vocantur. Ad hujus igitur compo[]ſitionem *Islebius*, juſſu Principis ſui op[e]ram ſuam gnaviter contulit: ac colloqui[is] Theologorum ſuper eo argumento co[n]ctorum ſæpius interfuit. Verum quid eff[e]ctum illis congreſſibus fuerit; exitus decl[a]ravit. Nempe id quod Naſo alicubi:

Curando fieri quædam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.

Finem Agricola vivendi fecit Berlini an[no] *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto*, d[ie] *viceſimo ſecundo* Septembris, cum peri[o]dum illam primam à Moſe vitæ humanæ præſcriptam ſuperaſſet, *ſeptuaginta quatu[or]* annos natus. Scripſit *commentaria in Eva[n]gelium Lucæ*: collegit *adagia Germani[ca]* trecenta, & Germanicè explicavit: quæ it[e]rata editione quadringentis amplius aux[it]. Refutavit explicationem Pſalmi 19. à Th[o]ma Muncero vernaculè editam; & ſi q[ua] alia.

Tantum de Agricola ex commentar[iis] Sleidani: Chytræi Saxonia: Thuani hiſtori[a]: Eberi calendario.

JOA[]

IOANNES FUNCCIUS.

CUm ſæpiùs hujus Funccii, chronologi & Theologi ſit injecta mentio; ejusque ſcripta etiamnum à doctorum theatro approbentur, viſum eſt paucis quoque ejus curriculum delineare. Quod dum facimus, profectò ſine dolore non facimus, quando vel hic videbimus; tantum eſſe diaboli furorem, & naturæ noſtræ imbecillitatem ac pravitatem, ut præſtantiſſima etiam ingenia ſæpe ambitione & πολυπραγμοσύνῃ graviſſimè errent; & quaſi euripis perſuaſionum falſarum in naufragium & exitium triſtiſſimum abripiantur.

Joannem itaque *Funccium* natum perhibet cum aliis Bucholcerus, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, decimo octavo*, die vel *ſeptimo*, vel de aliorum calculo *viceſimo quinto Februarii*, *Werdæ* prope Norinbergam, vel ut Cruſius, in ſuburbio Norinbergenſi.

Diſciplinis humanioribus à puero deditus, non proletariam ſibi comparavit eruditionem. Poſtea ad ſacrarum etiam literarum ſtudium animum convertit: concionibusque habendis eſt præfectus. In Boruſſia quidem concionator aulicus factus, *Alberto* Principi fuit cum Oſiandro ſocero gratus & acceptus. Sed poſtea ex concionatore factus conſiliarius politicus, & munere ſibi mandato præpoſtera ambitione relicto ad civilia munia obeunda ſe contulit. Habuit autem Princeps in aula ſua quendam *Paulum Scalichium*, qui à Scaligeris Veronenſibus originem repetebat, & cùm eruditionis variæ ſpecimen, editis aliquot libris, æmulatione magni illius Joannis Pici, ut doctrina longè inferior, ſic moribus longè diſpar, dediſſet: paulatim ſe in gratiam Principis nimium creduli, vana doctrinæ & pietatis opinione, inſinuavit. Abutens igitur ingenio ſenis, ſuaſit ei ne Prutenis, utpote ab antiquo Germanis infenſis, nimium crederet, & ad cognatos Principes ſe conferret. Removit itaque Princeps ſuſpectos, & in eorum locum elegit Scalichio acceptos alios, inque his *Matthiam Horſtium*, ſcurrilitate ferè ſola gratum, *Steinbachium*, *Snellium*, & hunc *Funccium*. Sed Scalichius tempeſtatem præſagiens maturè ſe, quaſi ſponſam regiam è Gallia novo Principi impetraturus, ſubduxit.

Paulò poſt ſupervenit gener *Alberti* Boruſſici *Albertus* Princeps Megapolitanus, cujus conſilio ac ſuaſu teſtamentum Dux Boruſſiæ, quod fecerat, reſcidit: *Scalichium* Regis juſſu tota Boruſſia exegit, donationes ipſi factas abolevit. Poſtea inſt. tuta totius provinciæ nomine contra *Funccium, Horſtium Snellium & Steinbachium* accuſatione, ex vinculis cauſam dicere juſſi, cum Regiis delegatis traditi, & ſeorſim ſinguli detinerentur vincti, tandem tanquam publicæ pacis turbatores, & rerum novarum autores, ad mortem damnati ſunt. Steinbachio vitæ gratia facta: de Funccio in Regii montis foro ſupplicium ſumtum die *viceſimo octavo* Octobris, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſexto*, ætatis *quadrageſimo octavo*. *Capitis damnatus, cum complicibus.*

Crimini Funccio inter alia datum, quod ſeni Principi, ſtolidi juxta & pernicioſi conſilii auctor fuiſſet: ut quando neminem in Boruſſia fidum ſubditum haberet, ad gentiles ſuos in Germaniam ſe reciperet. *Crimen ei objectum.* Ante ſupplicium fertur hoc diſtichon pronunciaſſe:

Diſce meo exemplo mandato munere fungi:
Et fuge ceu peſtem τῆς πολυπραγμοσύνην.

Adeò magnum eſt, ἀπραγμόνως ζῆν, & audire, quod ſapiens ſcriptum reliquit: *Fili ne in multis occupentur actiones tuæ. Nam ſi multis incubueris: non eris innocens, & ſi perſequaris multa, minimè conſequeris, & ſi aufugeris, minimè effugies:* *Eccleſ. c. 11. v. 10.* Et quæ Apoſtoli admonitio eſt, *qua vocatione vocatus es, in ea ambula*, ac alibi, *ſitis quieti, & agite propria.* Et Poëta verè:

Crede mihi, benè qui latuit benè vixit: & intra
Fortunam debet quisque manere ſuam.

Idem fatum ſequenti anno 67. die *viceſima octava* Junii Hafniæ manſit *Juſtum Jonam* JC. magni & ſancti viri patrisque cognominis filium; cujus hi feruntur ultimi verſus: *Juſti Jonæ JC. fatum.*

Quid juvat innumeros ſcire atque evolvere caſus
Si facienda fugis, ſi fugienda facis?

Fuit autem hic Funccius, ut Oſiandri gener ita & pravarum ejus opinionum ſectator, & defenſor. Poſtea tamen per Megapolenſis Ducis miniſtros meliora edoctus anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſexto*, recantavit, & Principem locum in gratia Principis tenuit, qua dum homo imprudens abutitur, hero ſuo dedecus & ſibi perniciem conflavit. Alioqui vir doctus & opere Chronologico, quod tanquam exactiſſima ratione putatum, ab eruditis maximè probatur, de Repub. bene meritus. *Scripta Funccii.* Ferunt tamen ad illam Chronologiam Funccio magna fuiſſe ſuppeditata à ſocero Oſiandro ſubſidia, qui hiſtoricus fuit non contemnendus. Scripſit Funccius præterea, *vitam*, ut Bibliotheca Geſneri confirmat, *Viti Theodori*, Theologi celebris, Norinbergæ excuſam, quam videre nobis utinam contingat! *Commentaria* itidem *in Apocalypſin* Joannis, & quam promittit in ſuis ad Chronologiam commentariis, vitam ſoceri *Andreæ Oſiandri*: verum an lucem hæc omnia viderint, dubitamus. *Sed hæc ſatis de Funccio ex Thuani hiſt. Auguſta: Chytræi Saxonia, aliis.*

AMBROSIUS BLAURERUS.

ILla quæ nobis *Joannem Huſſum* ſuſtulit *Conſtantia*, eadem *Ambroſium Blaurerum* dedit, nobili natum familia, anno Chriſti *mille-* ☉ 1567. die .... ætat. 75.

Monaſticen profitetur Blaurerus. Relinquit cœnobium.

milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſecundo, die *quarto* Aprilis. Primùm zelo religionis, qui in optimo quoque ſummus eſt, ductus; monaſticen *Alberſpaci* eſt profeſſus. Deinde lectis Lutheri libris, cùm ingenio valeret, alium induit animum, & poſt multam ſimultatem, relicto ſodalitio, ad parentes ac propinquos revertit. Collegium autem illud eſt finibus agri Wirtembergici, quem quidem principatum *Ferdinandus Auſtriacus* tunc poſſidebat.

Albersbacum cœnobium.

Revocatur Blaurerus.

Abbas igitur iſtius monaſterii, per ejus regionis præfectum, interpellat ſenatum *Conſtantienſem*: ut *Blaurerum* ad ordinem ſuum redire cogant. *Blaurerus* contra edito ſcripto rem omnem actam commemorat: proponitque conditiones, quibus redire vellet, ſed tales; ut, eas repudiante Abbate, Conſtantiæ ille permaneret. Fuit hoc anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo tertio.*

Docet Conſtantiæ.

Docuit ergò Conſtantiæ Evangelium, fruſtra ringentibus Canonicis, quibus jam antea frenum à magiſtratu erat injectum, vetitâ ſcortatione, aliiſque parum honeſtis contuberniis. Poſtea anno *viceſimo octavo* ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, celebri conventui ac diſputationi Bernenſi, cum *Zuvinglio, Oecolampadio, Bucero, Capitone* & aliis compluribus interfuit, poſt cujus exitum, uti Bernæ alibique ita & Conſtantiæ, jubente magiſtratu, miſſæ, aræ, ſtatuæ, cum aliis idololatricis aut ſuperſtitioſis cultibus, abolitæ everſæque ſunt.

Intereſt diſputationi Bernenſi. Conſtantiæ miſſa abrogata.

Venit Auguſtam.

Anno *undequadrageſimo* Auguſtam Conſtantiâ venit, religionis conformandæ cauſa, auctore *Conrado Stierlino* plebejo eccleſiæ præpoſito. Conciones ibi in templo Mauriciano Blaurerus habuit vehementes, contra luxum mundi muliebris & veſtitus, & pro excommunicatione introducenda. Verum W*olfgangi Rechlingeri* conſulis tunc juſſu, præter exſpectationem diſceſſit. Senatus tamen, Blaureri monitu, præter fundationem antea à Langenmantelio factam, quatuor inſuper ſtudioſis pauperibus ſtipendia decrevit. Ejusdem Blaureri hortatu duo Auguſtæ gazophylacia, in ſtipem advenis & ſcholaſticis tenuioribus erogandam à Senatu ſunt conſtituta. Ita curæ ipſi & doctrina & vita Chriſtiana fuit.

Concionatur ibi.

Diſcedit.

Inde conſtantis & fidelis paſtoris munere in patria ſua functus eſt, ad ea uſque tempora, quibus decretum Caroli V. de *Interim* toties laudato, ab omnibus recipiendo fuit promulgatum, annum ſcilicet *quadrageſimum octavum.* Id enim, etſi Conſtantienſes diu deprecati à ſe fuiſſent, tamen ubi à Cæſare proſcripti, Hiſpanos, quorum antè crudelitatem ſenſerant, mucrones ſuos in illorum cervices exacuere viderent: ne *bis ad eundem*: nolentes volentes receperunt. Quod cum non poſſet non improbare *Blaurerus*; patriam reliquit, ac tum *Biennæ*, tum *Vituduri*, ac alibi eccleſiis ſua operâ ſubſervivit. Veram enim patriam ibi eſſe ratus eſt; ubi piè beneque vivere licet.

Interim Conſtantienſibus obtruſum. Abit Blaurerus.

Patria ubi.

Moritur Blaurerus.

Curſum ſuum in his terris abſolvit vitæ ſatur, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſeptimo*, ætatis ſuæ *ſeptuageſim quinto*: cum multis Eccleſiis opera ejus utili & charus ipſe moderatis doctiſque pluribus de quibus *Melanchthon* & *Calvinus*, ob pia & eruditam doctrinam fuiſſet. Inter al ζητήματα θεολογικὰ * movit aliquando Ca vino *quæſtionem, de relapſis in peccata*, qu rundam conſcientiæ confirmandæ cauſa, quia exempla in ſacris deſint. Cui Calvinus: *nullum quidem in ſcriptura ſingula hujus rei reperiri exemplum, & exempla va re ad confirmationem doctrinæ, tamen ſi ea ſint, non minus tutò in illâ acquieſcendum. Ia autem ſcripturam omnibus pœnitentiam age tibus ſpem veniæ impetrandæ offerre: ut Vete & Novi Inſtrumenti docent monumenta. It que nemini de gratia Dei deſperandum, mo ne ſibi quiſpiam indulgeat, aut veniæ ſpe pet lanter peccet.* Sed hæc fuſius alibi.

Edidit *epiſtolam exhortatoriam* ad Ecc ſiam Conſtantienſem: *Theſaurum ſpiritu lem, libellum conſolatorium*, qua ratione Ch ſtianus homo ſe paret ad mortem, & quas ærumnas ferendas; Concionem *Bernæ ha tam cum actis diſputationis* Bernenſis. Ex in eum tale Epigramma:

Blaurerum agnoſcit civem Conſtantia clara:
Qui Monachus primùm, qui ſacra dein docet:
Illius Ambroſium pia vox ſpirabat odorem.
Vox Chriſti miſeris ipſe ſalutis odor.

Sleidanus ſparſim in commentariis lib. 6. lib. Cruſius in annalibus Suevicis: Calvinus in e ſtolis, alii.

IOANNES SEBASTIA PFAUSER.

IOannem *Sebaſtianum Pfauſerum Conſtan* ad lacum *Bodamicum* edidit, circa annu Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, vic mum.* Hic cùm ingenio eſſet acri, ac poli eruditionis cupido, vitæque integritate d ctrinam ornaret: facile amorem ac ben volentiam apud viros pios & doctos eſt co ſecutus.

Maximiliano itaque Regi Boëmiæ, p Cæſari Auguſto, commendatus; à ſacris co cionibus eidem Principi, veritatem Evang licam amplexo, aliquantiſper fuit. Sed c & Principi ipſi, & paſtori Pfauſero, va objicerentur in aula impedimenta, atc Evangelii remoræ: dimiſſus inde, *Lav gam*, ſuperioris Palatinatus oppidum, ve ubi eccleſiæ eſt antiſtes deſignatus. Fact id ſub annum, *milleſimum, quingenteſimu ſexageſimum.*

Eo in loco cùm ad annum uſque *una ptuageſimum*, conſtanter & fideliter doc ſet, apoplectico paroxyſmo correptus, vitam abiit meliorem, die *ſexto* Junii, c vixiſſet annis *undequinquaginta.*

Theo

Theologus fuit præſentis magnitudinis animi & conſilii: eloquentia præterea ac dignitate magna præditus, & planè vir bonus, omnibusque rebus ornatus.

Nicolaus Reusnerus JC. defunctum hiſce Phaleucis laudavit loco epitaphii:

Ioannes cubat hic Sebaſtianus
Pfauſerus, placida ſepultus urna:
Quo vix ſanctior his, Deique vixit
In terris reverentior: piarum
Plenus pectore cogitationum,
Præco, Chriſte, tuus, tui profeſſor
Invictus meriti, ſacrique verbi.
Pro quo mille tulit volens labores,
Caſus mille, ſimul minas potentum
Forti pectore temſit, ac pericla,
Pro Chriſti decore & fide paratus
Pulcram, ſi ſit opus, necem paciſci.
Inculpata fuit, gravisque vita,
Virtus ardua, ſplendor eruditus,
Mores ingenui, fides probata,
Pectus mite: cor altum, & os diſertum,
Magno maximus hunc favore Cæſar
Complexus, ſibi præſidem ſacrorum
Legum, conſiliariumque fidum.
Nunc eccleſia præſulem Lavinga
Triſti funere mœret interemtum.

Pantaleon verò *Candidus*, antiſtes Eccleſiarum in Ducatu Bipontino, hoc eum epigrammate ornavit:

Cæſaris Auguſtas docuit Pfauſerus ad aures,
Præco celebrandi dogmata ſacra Dei?
Quanto major erat, quem tu, Pfauſere, docebas:
Sacra, aliis tanto tu quoque major eras,
Nunc, ubi Divini ſparſiſti ſemina verbi,
Cuſtodit cineres clara Lavinga tuos.

Ex elogiis doctorum virorum, & epitaphiis Pantal. Candidi.

VICTORINUS STRIGELIUS.

ANno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo quarto,* naſcitur *Strigelius* hîc *Kaufbiræ*, oppido Imperiali Sueviæ, non procul à radicibus Alpium, die *vigeſimo ſexto* Decembris, qui *Stephano* protomartyri in faſtis ſacer. Pater ei fuit *Ivo Strigelius* Memmingenſis: qui à collegio *Haidelbergenſi* titulo *Magiſterii* ornatus, in Academiâ *Ticinenſi Doctor* artis medicæ creatus, In Dominô mortuus eſt anno *milleſimo quingenteſimo, viceſimo ſeptimo*, ipſo die Apoſtolorum Petri & Pauli. Cæterùm de ſchemate ejus Genethliaco, *Melanchthon*, ubi id conſideraſſet, ita ex ſiderum poſitu ratiocinatus fuit; fore, ut artibus innumeris oppugnaretur, non aliter,

Quam lapis, æquoreis undique pulſus aquis.

Quam ſive conjecturam ſive prædictionem ſummi viri magno cum dolore deinceps expertus ipſe eſt.

Patrem nondum infantiæ annos egreſſus, ut modò attigimus, medicum generoſorum Dominorum de *Fronsberg*, immaturâ morte præreptum amiſit. Poſtea, cum literarum rudimenta in ſchola patria celeriter percepiſſet, & jam tùm in eo appareret ingenium capax diſciplinarum, & indoles eximia, de cognatorum quorundam voluntate *Friburgum Briſgoiæ* miſſus eſt, circa annum *trigeſimum octavum* ſupra *milleſimum quingenteſimum.* Eo in loco religio quidem vigebat pontificia, ſed aliarum tamen artium & linguarum ſtudia, *Eraſmi* inprimis *Roterodami* operâ, non infeliciter tunc erant inſtaurata. *Mittitur Friburgū.*

Audivit ibi inter alios Philoſophiæ Profeſſores *Ioannem Zinckium*, Philoſophum eâ ætate & medicum celeberrimum, enarrantem Ariſtotelis libros. Hic etſi quod ad religionem, ſuperſtitioſis pontificiorum opinionibus deditus, & à confeſſione eccleſiarum Evangelicarum alienus erat; tamen crebris has voces ſermonibus uſurpavit: „Se, ſi junior adhuc eſſet, propter quatuor potiſſimum κειμήλια migraturum eſſe in Academias, in quibus Lutherani, ut ipſe loquebatur, docerent. Primum propter ſtudium linguarum, quæ ab iſtis excolerentur diligentius; quàm à ſuis Catholicis. Deinde quod exercitia eloquentiæ non ſolùm oratoria, verum etiam poëtica, velut gemmæ inſignes in ſcholis illis eminerent. Præterea quod Lutherani hiſtoriarum cognitione præclarè inſtructi eſſent: easque prudenter & aptè ſcriptis ſuis intexerent. Denique propter methodum facilem & expeditam, qua omnes artes ſumma cum dexteritate noſtri ad uſum accommodarent.“ *Ioann. Zinck. Philoſ. & medicus.* *Iudicium ejus de Lutheranis.*

Ipſe certè Strigelius ingenuè fatetur, ſe, cùm ex iis locis, ubi antea in Papatu vixerat, primum in Academias Saxonicas veniſſet, & *Melanchthonem* ex puero aliquo parvo audiſſet quærentem: *quid eſt Deus? quid ſignificat λόγος apud Ioannem?* miratum à pueris audire, quæ in Papatu magnis doctoribus eſſent ignota. *Vict. Strig. part. 1. locor. p. 41.*

His de cauſis ſub annum *milleſimum, quingenteſimum, quadrageſimum ſecundum*, ad Academias inviſendas incitatus, anno ætatis ſuæ *decimo octavo*, *Wittembergam* venit. Ubi cum ſimul doctrina de Deo rebusque divinis purior traderetur; divino quodam inſtinctu inſtigatus fuit ad ardens ſtudium cognoſcendæ doctrinæ integræ eccleſiarum evangelicarum. Itaque & D. *Lutherum* enarrantem tunc poſtremam Geneſeos partem, & cæteros in Academia Wittembergenſi Theologiæ Profeſſores, inprimis verò *Melanchthonem* & diligentiſſimè audivit, quoties ille ſive in linguis atque artibus, ſive in Theologia doceret, & ad ipſius imitationem totum ſe compoſuit. *Abit Wittemb. Strigelius.* *Audit Luther.* *Et Melanchth.* *Quem imitatur.*

Anno *quadrageſimo quarto* Philoſophiæ Magiſter renunciatus eſt Wittembergæ, habuitque inter triginta quatuor candidatos locum ſextum, competitores autem præcipui fuere *Sebaſtianus Theodoricus* Winshemius, Profeſſor Mathematum, poſt medicinæ Doctor, *Iuſtus Ionas* junior: *Demetrius Palladius, Matthæus Blochinger, Michael Teuber*: omnes poſtea vel in arte medica, vel in jure docendo dicendoque celebres viri. *Magiſter renunciatur Philoſ.*

Cum

Inſtituit ſcholas privatas.

Cum itaque aliquot annos in curriculo doctrinarum exegiſſet, & plures, volente Deo, exacturus eſſet, autore & ſuaſore *Melanchthone* Wittembergæ ſcholas privatas inſtituit, in quibus magna ſua cum laude & auditorum fructu ad uſum tranſtulit ea, quæ ipſe tum audiendo præceptores optimos, tum ſcripta ipſorum legendo eâ in Academia percipiebat indies. Sub id tempus, antequam bello Wittembergenſis Academia diſſiparetur, privato ſtudio *Poſtillam* inchoavit, ſive ut ſeipſum ita exerceret, & locorum communium inſtar, quæ in variis Melanchthonis commentariis exſtare videbat, colligeret, atque ad explicandos textus Evangeliorum Dominicalium accommodaret: ſive ut quem curſum docendi tunc recens ingreſſus erat, cum hac etiam ratione juvaret & auditoribus ſuis prodeſſet.

Poſtillam inchoat.

Abit Magdeb. & Erphordiam.

Bello in Germania flagrante Wittembergam reliquit, ac primum *Magdeburgi*, poſt *Erphordiæ* aliquantiſper ſubſtitit, ubi quos in Academia Wittembergenſi paulò ante bellum juſſu Melanchthonis docere cœperat, adjunctos ſibi habuit.

Erphordiæ itidem aliquot orationes ſcripſit ac publicè dixit, quæ tomo ſecundo orationum Strigelianarum continentur. Ac fuit tunc Strigelius non plures, quàm *duos* aut *tres* ſupra *viginti* annos natus.

Venit Ienam.

Bello depugnato *Ienam* venit, anno *quadrageſimo octavo*; ibique doctrinam de Deo, & aliis rebus bonis ac neceſſariis tradidit, habuitque orationes aliquot, quæ exſtant. Sequenti *undequinquageſimo* uxorem duxit *Barbaram*, filiam viri præſtantiſſimi *Franciſci Burcardi*, qua cum vix biennio exacto, placidè è vita abiit, anno *quinquageſimo ſecundo*, die *decima tertia* Julii. Joannes Strigelius defunctæ his elegis parentavit:

Vbi docet. Et uxorem ducit. Orbatur conjuge.

Epitaphiũ ejus.

Quem Franciſce pater, quàm Victorine marite
Ereptum gemitu fletis uterque pari:
Barbara pacifico conformis reddita Chriſto,
Vicit, & è mundi venit ad aſtra malis.
Namque diu duri ſtimulis exercita morbi,
Suſtinuit fortis tale virago jugum.
Et mentem placidam verbo illuſtrata potenti
Confeſſa æternum eſt ore fideque Deum.
Ergò velut dulci compoſta ſopore quieſcit,
Æternum exſpectans non moritura decus.
Cede dolor, vitam, nunquam moriturus, habebit,
In Chriſto didicit qui dominante mori.

Tranſit ad ſecundas nuptias.

Alteram deinde conjugem ſibi adſcivit *Blandinam D. Erhardi Sneppii* filiam, anno *quinquageſimo tertio*, ſupra *ſeſquimilleſimum*, quacum ad vitæ uſque exitum vixit.

Iſenacenſis conventus In eo Strigel.

Secutus eſt anno *quinquageſimo ſexto* conventus *Iſenacenſis*, ſuper controverſia Majoris, *de neceſſitate bonorum operum*. In eo id negotii ipſi datum eſt adſentientibus Theologis, ut de ſeptem propoſitionibus, continentibus ſummam ejus controverſiæ, cum *Menio* amanter & placide, non ex ſcriptis humanis, ſed ex verbo Dei conferret. Finis colloquii iſtius hic fuit: ut *Menius* coram Principe *I. Friderico* Duce Saxoniæ, & toto conventu ſanctè promiſerit, ſe non diſceſſurum à ſententia illarum propoſitionum; quas cum verbo Dei convenire judicaret. Poſt formulam confeſſionis, quæ nihil aliud, quàm repetitio illius fuit colloquii; juſſu Principis conſcripſit: cui Theologi ad unum omnes lubentes ſubſcripſerunt.

Anno *quinquageſimo ſeptimo* litem *Strigelio* movit *Flacius*, de ſimilitudine primum illa, qua in epiſtola quadam uſus erat his pènè verbis: *Quemadmodum medici dextro oculo ad naturam, ſiniſtro ad artem reſpiciunt, ita nos in dijudicatione controverſiæ de cœnâ non tantum ſimus aucupes verborum, ſed multò magis referamus mentem ad totum doctrinæ Chriſtianæ ſyſtema, ſeu ad ἀναλογίαν* fidei. Hanc ſimilitudinem ſic ille calumniando pervertit, ut ſcripſerit: *Strigelium præcepiſſe, ne dextro oculo, ſed ſiniſtro verba cœnæ aſpiciant, & dextrè à Chriſto tradita ſiniſtrè accipiant.* Secuta itaque eodem anno eſt *diſputatio Vinarienſis* inter ipſum & *Flacium*, in qua duo fuerunt κειμένα: Primum, *utrum in regeneratione ſeu converſione hominis ad Deum, tantum mutentur qualitates ſine creatione nova ſubſtantiæ, an verò cum qualitatibus creetur nova ſubſtantia?* Ad hoc dixit *Strigelius* id, quod *Auguſtinus* * dicit: Arbitrium voluntatis tunc eſt verè liberum, cum vitiis & peccatis non ſervit, tale datum eſt à Deo, quod amiſſum proprio vitio, niſi à quo dari potuit, reddi non poteſt. Detrahitur autem malum non aliqua natura, quæ acceſſerat, vel ulla ejus parte ſublatâ; ſed eâ, quæ vitiata ac depravata fuerat, ſanatâ atque correctâ. Proſper ſanè & Tertullianus, & * omnes alii non mutari ſubſtantiam, priùs à Deo conditam, ſed mutari qualitates in mente, voluntate & corde, & reliquis viribus. Adverſarius verò contrariam adſeverationem defendit. Alterum κείμενον fuit, *de modo agendi*; vel, ut alii loquuntur, *de capacitate*, vel ut alii, *de aptitudine*. *Strigelius* retinuit formam loquendi, quam acceperat à præceptore *Melanchthone, alium eſſe agendi modum in homine, alium in elementis & mixtis, quæ agunt naturaliter.* Liberum tamen reliquit ſuum cuivis loquendi modum; modò id fiat, citra condemnationem alterius. Edita eſt illa diſputatio typis: ſed, quod *Strigelius* fuit * conqueſtus, non ea cum fide & candore, quo oportebat. De eadem mutilatione conqueritur in epiſtola quadam ad *Wolfgangum* *Kotteritz*, Principis Palatini conſiliarium quam adjicere hic emblematis loco placet.

*De meis rebus quid multa attinet ſcribere, cùm non ſolùm in veteri luto adhuc hæream, ſed etiam ad reliquas moleſtias accedat truncata & mutilata editio diſputationis inter me & * hominem barbarum agitatæ, & aliorum ſcriptorum: quibus fam-*
me-

mea atrociſſimè, apud eos, qui vitam & mores meos non penitus perſpexerunt, læditur ac deformatur. Nam inter reliquas criminationes ipſa morte acerbiores tribuitur mihi impia & extrema levitas, vanitas, inconſtantia, perfidia in negocio religionis, & pertinax odium veritatis. Ad hæc convicia, quorum molem vix una navis vehat, accedit fulmen injuſtæ condemnationis, quam Paulus vocat Anathema Maranatha. Etſi autem ſcio injuſtè hæc in me conferri, & his venenatis telis oppono clypeum, non Ajacis, ſed multo firmiorem, ſcilicet bonam conſcientiam, quæ coram DEO & hominibus teſtatur, me nunquam deleviſſe aut aſtutè corrupiſſe aliquam partem doctrinæ, quæ eſt eccleſiæ DEI propria, eamque ab aliis ſectis damnatis diſcernit: tamen non ſum adeo ferreus, ut non commovear indignitate calumniarum, quæ etiam ſapientum corda ſauciant, ut Salomon inquit: Calumnia conturbat ſapientem, & frangit robur cordis ejus. *Multis etiam meum ſilentium, quo has calumnias diſſimulare cogor, ſuſpectum eſt, perinde quaſi mihi honeſta oratio deſit ad has labes & maculas detergendas. Sed boni viri, quibus conditio mea, triſtis ſane & luctuoſa, notior eſt, non ignorant, quibus vinculis conſtrictus impediar, quo minus vel cauſam ipſam explicare, vel innocentiam meam à morſibus veneratiſſimis hominum vindicare poſſim. Quid igitur mihi reliquum eſt, niſi ut oculos ad Deum juſtiſſimum judicem & vindicem convertam & cum Davide exclamem:* Dominus ultionum, Dominus Deus ultionum appare: Exaltare qui judicas terram: redde retributionem ſuperbis, *& quæ in eodem Pſalmo ſequuntur. Non enim verbis tantum & ſcriptis contra tales hypocritas pugnandum eſt: ſed multo magis pia & aſſidua precatione, ut docet Reverendus pater Lutherus enarrans Pſalmum CL. Hæc gemens in ſinum Ex: Tua effundo, nec dubito, quin hanc meam querelam à juſtiſſima cauſa ortam & profectam, pro ſua erga me benevolentia, candide acceptura ſit. Jenæ. Dominica Cantate, anno Chriſti* 1562. Anno *quinquageſimo nono* nocte ſequenti diem *viceſimum ſeptimum* Martii, in captivitatem abductus eſt unà cum *Aquila*, paſtore Eccleſiæ Jenenſis, & *M. Andrea Hugelio* ſene. Hujus carceris ſtigmata poſtmodum ſemper circumtulit Strigelius. Cauſa autem fuit, quod non probarent quædam βλακώδη παράδοξα στωϊκά, ſeu quod libro, quem contra Wittembergenſes, Vinarienſes recens ediderant, aſſentiri recuſarent. Eo in carcere cum morbo correptus fuiſſet Strigelius: ægrotantem reduci quidem Princeps paſſus eſt ad conjugem: ſed ita ut tanquam captivus ibi eſſet. Deprecati pro ipſo fuerunt, illuſtriſſimi Principes Palatini, *Chriſtophorus* Dux Würtembergicus, *Philippus*, Haſſiæ Landgravius, ipſe denique *Maximilianus* Imperator: qui tandem ſua auctoritate hoc effecit: ut ex cuſtodia in ſuam domunculam translatus amicorum officiis recrearetur.

Annos *tres & aliquot ſeptimanas* incluſus fuit λάρνακι, ut ipſe loquitur. Poſtea liber factus anno *ſexageſimo ſecundo* menſe Majo, quatuor menſibus fecit operas ſcholaſticas: ſed cum metueret mercedem anguinam, non obſcurè oſtenſam: obtemperavit præcepto *Epicharmi*, quo Cicero ait contineri nervos atque artus ſapientiæ: & Jenâ diſceſſit ab iis, inter quos ſine periculo conſcientiæ, famæ & vitæ diutius verſari non poterat. Cauſas enim iſtas ſui diſceſſus verboſè exponit ipſe in epiſtola ad D. *Franciſcum*, *Crammium*, Electoris Saxoniæ Conſiliarium. Duæ autem fuerunt præcipuæ: *Una* quòd non bonâ fide cuſtodiri eſſent fines concordiæ utcunque ſartæ tectæ, opera Theologorum Jenenſium. *Altera* quod omnes fide digni ipſi monitores fuiſſent: ut diligentiam cautionis adhiberet in vitandis inſidiis, vel potiùs manifeſtâ vi; quæ in eum noctes & dies impenderet. Nec verò ſine cauſa timuit: cum & ſapiens moneat: *Inimico tuo ne credas in æternum, & te procul ab eo ſegrega:* & qui amat periculum, in eo peribit, & à Menandro verè dictum: *Reconciliationes ſunt lupinæ amicitiæ.*

Docet iterum Ienæ.

Diſcedit Iena.

Cauſa diſceſſus.

Reconciliationes quid.

Academia Jenenſis ubi conſilium Strigelii intellexit: datis ad eum literis amiciſſimè & valdè παθητικῶς ſcriptis, revocare eum & dimovere à propoſito emanendi, conata eſt: rogavitque per Deum, ut vel recordationi acceptæ injuriæ vel periculorum metui tantùm ne indulgeret: ut Academiam renaſcentem propterea dilabi ac peſſumdari patiatur. Iis *Strigelius* ita reſpondit: ut *primum* gratias egerit pro judicio graviſſimorum virorum de ſe tam honorifico: *deinde* quod ad reditum in Academiam, quam invitus reliquiſſet, ſcribit, ſe collectis omnibus incommodis, quæ propter ſuum diſceſſum evenire poſſe videantur, gravioribus tamen cauſis impelli: ut aliud hoſpitium quærat; in quo, Deo juvante, majore cum tranquillitate, & minore periculo mellificium Deo gratum exercere poſſit. Si qua igitur hæreat culpa in ſuo diſceſſu: jam non tam ſuæ voluntati, quam incommodis temporum & locorum, & inſidiis falſorum fratrum tribuendum. Paucis ut dicamus, ſumma propoſiti ipſius hæc fuit; *nolle ſe redire Jenam: ſed potiùs iturum quocunque Deus vocarit, etiamſi in ea loca migrandum eſſet:*

Revocatur ab Acad. Ienenſi.

Reſponſio Strigelii.

——— pigris ubi nulla campis
Arbor æſtivâ recreatur aura:
Quod latus mundi nebulæ, maluſque
Jupiter urget.

Hor. l. 1. od. 22.

Lipſiam ergo ſe contulit, ibique per hyemem anni *ſexageſimi ſecundi* & partem anni ſequentis hærens, quicquid fuit ocii contulit

Lipſiam ſecedit.

Hypomnemata ibi elaborat. Cur ita appellarit.

ad editionem τῶν ὑπομνημάτων in totum *Davidis Pſalterium.* Eo autem titulo illud ſcriptum inſignivit: ut arrogantiam adverſariorum ſuorum notaret: qui ſuas chartas monachatum olentes συντάγματα nominarent; cùm tamen nihil minus haberent; quam bonam σύνταξιν. Lipſiæ itaque dum vocationem aliam exſpectat, & quid ſibi porrò faciendum deliberat: anno *ſexageſimo tertio*, die *viceſimo quinto* Februarii, Pauli converſioni in faſtis ſacro, *Torgam* evocato literis *Auguſti* per *Vlricum Mordiſium* JCtum, optio datur manendi in alterutra Academia vel *Lipſenſi*, vel *Wittembergenſi*. Strigelius Lipſiam elegit. Etſi enim Academia Wittembergenſis eum amanter ad ſocietatem laborum invitarat: tamen conſiderata ratione valetudinis ſuæ, & eximia benevolentia ſenatus atque Academiæ Lipſicæ, maluit ibi ſubſiſtere, quam aliud hoſpitium quærere.

Conſtituitur Lipſ. Profeſſor.

Initium lectionum in ſchola Lipſenſi fecit anno *ſexageſimo tertio* calendis Martiis, nec ſolum *Theologica*, ſed etiam *Ethica* & *Dialectica* ſtudioſæ juventuti propoſuit: quia volebat Princeps Elector ipſum eum curſum urgere: quem eo uſque non ſine fructu tenuiſſe videretur. Itaque operas ſcholaſticas ſuo loco fecit in repetitione, *locorum Theologicorum* & *Philoſophiæ moralis*, idque non tantùm docendo, ſed etiam diſputando. Eodem anno edidit *Arithmeticam*; cujus elementa, ut & de figuris & motibus cœleſtibus ipſi tradiderat *Nicolaus Backmeiſterus Reinholdi* auditor; qui obiit Jenæ anno *quinquageſimo primo* ſupra *milleſimum quingenteſimum*, & edidit iſtum libellum non ad oſtentandam ſcientiolam doctrinæ numerorum; ſed ad declarandam pietatem præceptori optimè merito debitam.

Arithmeticam edit. Nicolaus Backmeiſter.

Cæterum cùm docendo officium feciſſet ad anni uſque *ſexageſimi ſexti* exitum: ſequenti anno, cùm ad locum uſque de *Cœna Domini* explicationem locorum Theologicorum deduxiſſet: menſe Februario rectoris Academiæ juſſu & * Theologi inſtinctu cujuſdam, lectionem habituro clauſum eſt auditorium in collegio *Petrino*, & continuatione lectionum interdictum. Varia ab hac excluſione fuerunt agitata inter ipſum Strigelium, & partem adverſam; ac delecti quidam ad colloquium ipſum invitarunt, in quo perſuadere ipſi conati ſunt, facetis fabricis: ut diſſimulatâ injuriâ, rediret in collegium ad operas ſcholaſticas: nec ullam deinceps *doctrinæ de cœna* mentionem faceret. Id enim ad pacem publicam, & ad ipſius Strigelii tranquillitatem tutiſſimum fore. Verum Strigelius reſpondit: *ſi ſibi tantum ut privato injuria illata eſſet, lubenter ſe illam, ut alias multas, publicæ tranquillitati condonaturum: ſed quia confeſſio ſua illo interdicto Rectoris vel labefactetur, vel ſaltem non parum deformetur; exſpectaturum ſe illuſtriſſimi Electoris ſententiam; cui ſe & cauſam ſuam ſubjeciſſet. Nolle ſe autem in ſcholam redire, niſi prius in integrum ſit reſtitutus, idq; impetratâ liberâ veritatis confeſſione: quam omnibus rebus humanis anteponat.*

** Pfeffingeri. Interdicitur ei lectio publ. Actio inde cum Strigelio.*

Poſteà cum videret, ſe deinceps auditoribus liberè inſervire non poſſe: & non ſatis benignum ab Electore reſponſum accepiſſet: ceſſit impotentiæ Theologorum: & ab electore quidem eâ de causâ dimiſſus: quòd *violaſſet promiſſa, ac certamina moviſſet no neceſſaria.* Strigelio contra affirmante ſe modeſtiam quidem promiſiſſe; ſed duabus adjectis conditionibus, *ſalva veritate, & ſalva conſcientia.* Lipſiâ itaque relicta die *viceſimo quinto* Februarii, *Ambergam*, in ſuperiorem Palatinatum die ſecundo Martii venit, certò perſuaſus Electorem Palatinum illius ætatis *Joſiam* patrocinium ſuæ perſonæ ſuſcepturum: ac fore ut in amicorum, ejuſdem confeſſionis ſociorum, benevolentia & colloquiis ſuaviter acquieſcat. Cauſas autem, propter quas ex Lipſenſi urbe diſceſſit, has alicubi adfert: Princeps cauſa fuit injuria, quâ non tam illum, quàm veritatem Rector & Theologi affeciſſent, claudendo auditorium, & interdicendo ipſi mentione veræ doctrinæ, quam profeſſus eſſet, quæque ipſa vita ei charior. Altera, quod in tota Academia nemo inventus fuit: qui oppreſſo & non digna ferenti, aliquid opis aut conſilii communicaſſet. Ultima, quod non benignum, ſed etiam minax reſponſum accepiſſet, non quidem ab ipſo Electore, ſed ab eo qui Principi à ſecretis, cujus ſumma hæc fuit: motas eſſe abſente Principe rixas diſputationũ nõ neceſſarias, contra admonitionem à conſiliariis propoſitam: & quidem cu periculo novarum diſtractionum. Ad hæc omnia acceſſerunt *minæ Theologorum, & fulmina anathematum* adverſus ipſum, in concionibus edita: quæ omninò negligere præſerti illo loco & tempore, parùm cordati videbatur. Et meminerat probè Strigelius, quid po magnificas & amplas promiſſiones aulæ Thuringia contigiſſet. Itaque accidit ei, quo Ovidius ait:

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat.
Terretur minimo pennæ ſtridore columba
Unguibus, accipiter, ſaucia facta tu
Non procul à ſtabulis audet diſcedere, quæ
Excuſſa eſt avidi dentibus agna lupi.

Ambergæ ergo paucis menſibus, quib *Theodoreti dialogos* convertit in ocio, commoratus; honorifica vocatione acceſſitus in Academiam *Haidelbergenſem*, ſtipen propoſito & à Principe & ab Academia neſto. Venit ergo *Haidelbergam* anno *ſexageſimo ſeptimo*, ibique *Ethices* profeſſio obiit, cum aliis officiis. Sed ſtatim, præmaturè expertus eſt illud, quod Ocea poëtarum & ſapientiæ reliquit:

Al

Aſpera mortales facit & fortuna ſeniles,
Inque malis ſubito, taciti[que] ſeneſcimus annis:
Inque ſenes curvos dura ſub ſorte malorum
Mortales abeunt: feſtinat clade ſenectus.

Nam cuſtodia illa Jenenſi valetudinem ſuam plurimum debilitatam eſſe: & ipſe conqueſtus fuit, & exitus tandem oſtendit. Sic enim ipſe quadam epiſtola: *Cum ante annos decem & corpore & animo vigerem: nunc tot calamitatibus tum victus tum fractus, vix ægra membra traho, & animi alacritatem ſeneſcere comperio. Quare me omni cura & cogitatione præparo ad iter, quod ducit ex hujus vitæ miſeriis ad æternam tranquillitatem.* Hæc ipſe tribus menſibus ante obitum. Poſtquam liberali cum voluptate & animi jucunda lætitia ad finem produxerat Haidelbergæ labores tres: quorum primus isque præcipuus & auctori gratiſſimus, divinum *ſacrorum Bibliorum opus ὑπομνήμασιν illuſtratum*: alter, *converſio & enarratio Ethicorum Nicomachicorum Ariſtotelis*; tertius *Chronicon à condito mundo ad natum usque Chriſtum*: manum quidem admovit duobus aliis laboribus, *enarrationi Politicorum* & *Oeconomicorum Ariſtotelis*: deinde *Corpori doctrinæ*; in quo explicaturus erat integram & veram doctrinam de controverſiis illorum temporum. Sed hæc & alia cum auctoris vita ſunt abrupta.

Anno enim *ſexageſimo nono*, die *viceſimo Iunii*, ad auditorium iturus prælegendi cauſa, doloribus circa φρένας ſubortis, coactus domum redire, in ſyncopen incidit. Ex ea recreatus, cùm præter difficultatem reſpirandi nihil ſentiret morbi, ſequenti die ad priſtinam docendi conſuetudinem rediit, habuitque poſtremam lectionem. Poſt de conſilio medici pharmacis uſus, manifeſtè ſenſit vires valde proſtratas. Itaque *ſperare ſe dixit: finem vitæ ſuæ adeſſe; ſeque placido exitu ex miſeriis & fraude mundi, ad æternam DEI & beatorum conſuetudinem evocatum iri. Sexto & viceſimo* die uſus phlebotomia, à prandio iterum animo deficere incepit; refectus & ad ſe reverſus, dixit: *ſe non procul à morte abeſſe*; atque mox anima Chriſto Servatori commendata, inter ſacras conſolationum ſententias, interque manus ſublevantium, ante *horam quartam* placidiſſimè exſpiravit: cùm vixiſſet annos *quadraginta quatuor, menſes ſex* præcisè, docuiſſet Eccleſias ſcriptis & viva voce, inter mirandos fortunæ caſus, annos amplius *viginti tres*. Ita conſecutus eſt, quod ſæpe in votis habuit, videlicet ne difficili & producto morbi genere ſpiritum edere cogeretur, ſubinde *militariter*, quod fortem Chriſti tribunum decuit, ſuâ linguâ inclamans: Ach HErR beſchere mir einen Reuteriſchen Todt. Funus ei factum eſt honorificum die ſequenti *viceſimo ſeptimo* Junii; humatumque corpus ejus in ſacello Academiæ ad divi Petri: ubi lapidi inciſum ſepulcrali tale monumentum legitur:

HIC QUIESCIT CORPUS CLARISS. ET DOCTISSIMI VIRI, DE ECCLESIA ET LITERIS PRÆCLARE MERITI D. VICTORINI STRIGELII KAUFBEIRENSIS, PIE DEFUNCTI D. 26. JUNII, ANNO CHRISTI M D LXIX.

Pſalm. 17. *Ego in juſtitia videbo faciem tuam, ſatiabor, cum evigilavero ad ſimilitudinem tuam.*

Obitum viri & Theologi præſtantiſſimi deflerunt Epitaphiis carminibus amici & viri docti *Matthæus Weſenbecius*, *Lambertus Pithopœus*, *Joannes Jacobus Boiſardus*, *Jacobus & Petrus Monavii*, & alii: quæ edita typis exſtant. Nobis hoc *Pauli Meliſſi* ſubjicere viſum eſt: *Meliſſi in eum Epigramma.*

Paulus Schedius Meliſſus in Victorinum Strigelium.

Hæc monumenta ſacrat tibi, Victorine, Meliſſus,
Mutuus alternæ cultor amicitiæ,
Cui tua mors tanto magis (eheu!) venit amara,
Cui tua mors tanto venit acerba magis:
Quanto nectareâ dulcedine fontis ab ore
Suavius, & fluxit dulcius eloquium.
Quale equidem cupidis ego puriter auribus olim,
(Lipſia novit, idem novit Iena) bibi.
Lotichii manes inter cineresque Micylli,
Ad vada Neccaricæ nunc tumulatus aquæ:
Cecropios & adhuc lingua ſtillante liquores
Illyricæ damnas facis amaritiem.

In eundem ſtando morte correptum.

Qui jacet hic, conſtans ut Victorinus in omni
Re fuit, & victor proprietate ſui,
Sic mihi victorem ſtantemque in agone ſupremo
Dejectum aut victum mors dare non potuit.

Fuit Strigelius hic Theologus ac Philoſophus excellens & facundus, ad docendam feliciter juventutem à natura ipſa ſculptus factusve: & præcipuus ex triumviris illis, qui Academiæ *Ienenſis* ad Salam fundamenta, auſpiciis juniorum Saxoniæ ducum, jecerunt: dignus Socratis laude, cujus meminit hiſce Xenophon: *μόνον δὲ φάσκειν αὐτὸν, ἀξίους εἶναι τιμῆς, τοὺς εἰδότας τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους*: hoc eſt, *ſolos eos dignos honore judicabat, qui ea quæ oportet ſciunt & rectè eadem oratione explicare poſſunt.* Senecæ enim conſilium ſecutus, *certis ingeniis ſibi immorandum rectè* judicavit: & *Melanchthonianæ* doctrinæ copia, ſermonis ſinceritate, proprietate, perſpicuitate, & facilitate delectatus: ſic eum imitari ſtuduit, ut tandem diligentia & exercitatione adſidua id obtineret: *Melanchthonem* ut feliciſſimè in docendo & ſcribendo repræſentaret. *A Flacio*

Elogium ejusmodi.

Socratis laus apud Xenophontem.

Felix imitator Melancht. Strigelius.

A Flacio accuſatur. cio *Illyrico*, & ejus manipularibus, objectum ei eſt *crimen hæreſeos*: quod graviſſimè tulit: nominatim accuſatus eſt, *quod non rectè ſentiret & doceret de ea parte doctrinæ*; *quæ appellatur: de libero arbitrio.* Ab aliis verò aliorum inſimulatus eſt errorum: ut vita ejus perpetua fuerit pugna & dimicatio. Itaque ut *Melanchthon* ante mortem dixit: *cupio ex hac vita migrare propter duas cauſas*: primum *ut fruar deſiderato conſpectu Filii DEI & cœleſtis eccleſiæ*: deinde *ut liberer ab immanibus & implacabilibus odiis Theologorum*: ita ipſe eaſdem cauſas ſæpè inter precandum uſurpare ſolitus fuit, cum videret ſe hoc fato natum: ut omnibus eorum telis, qui eſſent arguti cives ſine virtute, vita & fama ſua propoſita eſſet.

Scripta. Elucubravit in uſum piæ poſteritatis & ſcholaſticæ juventutis varia: quæ verè ſunt & erunt ingenii & judicii ejus monumenta; *Philologica.* quorum quædam *Philologica* ſunt, quædam *Theologica*. Illis adſcribimus *commentarios in varias Philoſophiæ partes, Dialecticam, Ethicam* & alias: *orationum & epiſtolarum* libros; *Arithmeticum libellum*, qui non modo uſitata præcepta continet; ſed etiam demonſtrationes præceptorum & alia: his verò *Theologica.* *in Locos communes* Theologicos commentarios: *Hypomnemata in utriusque Teſtamenti libros*: quæ paulo ante obitum abſolvit: & quo fine conſcripſerit, hiſce epiſtola quadam ad D. *Matthæum Weſembecium* affinem & intimum ſuum exponit: *Ego certe*, inquit, *editione talium pagellarum nec nominis mei vanam gloriolam quæro; nec aucupium pecuniæ exerceo, ſed cupio DEO declarare meam gratitudinem pro maximis beneficiis, & Eccleſiæ oſtendere meam confeſſionem, denique mediocribus ingeniis aliqua ex parte prodeſſe. Horum finium cum mihi optimè ſim conſcius, non metuo quorundam inſulſas aut venenatas reprehenſiones; ſed me & meos labores Filio Dei commendo. Scio meum vitæ curriculum & breve & exiguum eſſe. Quare in hac brevitate peregrinationis ea dicam, ſcribam & faciam, quæ migrationem in vitam æternam non impediunt.* Hactenus ipſe Strigelius, reliqua ejus opera in Bibliothecis videantur. *Tota autem hæc narratio contexta eſt ex ſchedis & ſcriptis ipſius Strigelii; ex Papiniano Matthæi Weſenbecii, & aliis.*

Ob. 1569. d. 10. Decemb.

PAULUS EBERUS.

Kittingæ pervetuſto *Franconiæ* oppido natus eſt *Paulus Eberus*, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo undecimo*, VI. * Idus Novembris. Parentes ei fuerunt probi ac honeſti: qui ita vixerunt re ſuâ familiari contenti, ut odia declinarent, & ſine invidiâ amicos pararent. Patri quidem nomen fuit *Joanni Ebero*; matri verò *Maragarethæ Pfleumiæ*: qui ambo honeſtis in Franconiâ familiis prognati.

**d.8.Nov. h.1.p.med. noct.*

Parentes.

Etſi autem puerilis ejus ætas in barbariem fœdam ac monachorum putidiſſimas nugas incidit: tamen ingenii ſui præſtantia & nobilitate, impedimenta, quæ temporum iniquitas objecit, facilè omnia ſuperavit. Nam tanta ingenii vi fuit præditus: ut quæ proponerentur à magiſtris minimo negocio comprehenderet univerſa, quæ comprehendiſſet, ea & probè meminiſſet, & interrogatus redderet promtiſſimè. Quâ de causâ, cùm domi ab ipſo ineuntis ætatis primordio honeſtè piequè eſſet à parentibus educatus, & prima illa puerilium exercitationum rudimenta mediocriter percepiſſet in aliam ſcholam eum ablegandum cenſuerunt.

Ipſe igitur pater, vir prudens & honeſtus: cùm paulum jam roboris acceſſiſſet ætati; *Onoltzbachium*, quod octo circiter milliariâ *Kittingâ* diſtat, opulentum hoc tempore, & aulâ Marchionis celebre oppidum filium abducit, anno, ſupra *milleſimum quingenteſimum tertio & vigeſimo.* Quo ipſo anno etiam matrem ſuam Margaretam, præmaturâ morte, amiſit, natus annos non amplius duodecim.

Onoltzbachii ergò in diſciplinam tradit[us] ejus ſcholæ magiſtris, & diligentiâ in diſcend[o] & morum honeſtate, eam jam tum de ſe conc[i]tavit exſpectationem; ut omnes, qui aliqui[d] de ingeniis poſſent judicare, virum præſta[n]tiſſimum futurum augurati ſint. Sed vix an[num] ibi exegerat: cum fortuna hanc ipſi fel[i]citatem invidere viſa eſt. Nam in morbu[m] incidit, & morbi occaſione tum corpor[is] decus ac ſtaturam, tum robur omne amiſi[t] in ipſo ineuntis adoleſcentiæ flore.

Erat Onoltzbachii quidam *Paulus Rothlerus*, civis honeſtus, & Eberi hoſpes. H[ic] conſiderato morbo pueri, patri per literas ſi[gni]ficat, filium adverſa laborantem valetud[i]ne domum ut recipiat. Hoc nuntio allato, j[u]bente ita patre, venit Onoltzbachium *Joann[es]* filiorum Eberi natu maximus, fratris domu[m] reducendi gratia. Qui etſi juſſus erat, rheda[m] conducere: tamen cum animadverteret n[on] adeò magnum eſſe in morbo periculum pedeſtri itinere unà cum fratre ſe committi[t] ſed fato infeliciſſimo. Progreſſi enim ad qu[a]tuor milliaria, incidunt in lanium, equo vehe[n]tem quatuor agnos; quem cum noſſet *Joann[es]* orat; ut fratri ſuo, qui ex laſſitudine progr[e]di amplius non poſſet, equum liceat conſce[n]dere. Aſſentitur lanius; puer lætus in equu[m] inſilit; itineris partem aliquam provehitu[r] lanius & frater ſubſequuntur. Sed neſcio q[uo] caſu equus tandem oneris impatiens, ſeſſore[m] excutit, & quia peronibus forte indutus e[rat] *Eberus*, qui non ita facile è ſtaticulis exped[iri] poſſent, per quartam ferè milliaris partem equo conſternato incitatiſſimeque curren[te] miſerè raptatur. Tandem delabente calc[eo] (nam dextri pedis duntaxat ſtapede implic[a]tus hærebat) ipſe quoque decidit. Frater [E]bero Comes datus iram Patris veritus, do[lo]rem omnem cenſet occultandam, & quia n[...]

niſi parvum vulnus in capite apparebat, de hoc ſi pater quæreret; hortatur fratrem, in diverſorio, ubi pernoctaſſent, ex lapſu ſe accepiſſe; ita Pater hoc figmento eluſus, nec de vulnere ſolicitus, nec medicinam ullam admodum curavit. Poſt aliquot verò dies intumeſcente collo, & cauſam nec dum aperiente puero, *Herbipolim* itum eſt ad medicos, qui licet variis tentatis remediis, nihil tamen, quod recuperandæ eſſet ſanitati, efficere potuerunt. Sic igitur præſtans ingenio & eruditione vir, in ipſa pueritia amiſſo omni corporis decore, curvus & gibboſus factus eſt, ætatis *tertio* & *decimo* anno.

Dum autem totum fermè annum domi ita deſidet *Eberus*, valetudinis curam agens, & afflicti ſui corpuſculi, accidit interea: ut *Norinbergam* pater ad nuptias invitaretur. Quo cum eſſet profecturus, quia acceperat, illuſtrem ludum literarium ibidem à *Joachimo Camerario*, viro & Græcis literis & Latinis eruditiſſimo, apertum, filium eodem ſecum abducendum ſtatuit. Etſi enim jam olim in eam deſcenderat ſententiam; velle ſe filium hunc Muſis & pietati dicatum, tamen illo adverſo caſu, qui eum ad alia vitæ genera ineptum quodammodo, & inutilem reddere videbatur, non parum fuit confirmatus. Erat is annus, quo Norinbergam venit Eberus à reparata hominum ſalute *milleſimus quingenteſimus viceſimus quintus*, qui & ruſticanæ plebis ſeditioſis tumultibus, & obitu ſapientiſſimi Principis Friderici III. Ducis Saxoniæ Electoris celebris & clarus.

In ſchola Norinbergenſi annos complures commoratus, cum ingenio eſſet acerrimo, & haberet præter *Joannem* * *Ketzmannum* præceptorem *Joachimum Camerarium*: qui omne ſtudium ſuum & ad bonarum rerum doctrinam, & ad rationem dicendi, quæ ſapientiæ exornatrix eſt, adhiberet, felices progreſſus in literis fecit. Artes enim quas vocant dicendi, quarum in formanda oratione, & aliorum ſcriptis judicandis, uſus eſt præcipuus, ita cupidè imbibit: ut è condiſcipulis pauciſſimos ei conferre; anteferre quidem liceret neminem. Linguam Latinam tam numeris ſolutam, quàm quæ certâ metrorum ratione includitur, uſu creberrimo per ſibi familiarem reddidit. *Græcæ* linguæ initia, præſert in ſub tali magiſtro, magnâ cum admiratione didicit: omnis denique liberalis doctrinæ, quæ quidem in eam ætatem cadit, & locum in ſcholis puerilibus habet, ea jecit fundamenta; ut de Præceptorum ſententia, & conſenſu ſenatus Norinbergenſis; Academiæ jam tunc maturum ingenium judicaretur.

Horum igitur conſilio uſus *Eberus*, à Senatu Reipubl. *Norinbergenſis*, & quadam præcipuâ ibidem familia neceſſariis ſtudiorum ſumtibus inſtructus, adiit *Wittembergenſem* Academiam anno ætatis *viceſimo primo*, qui erat à ſalutari nativitate Chriſti *milleſimus quingenteſimus triceſimus ſecundus*.

Wittembergæ *Eberus* quòd non niſi bonorum & virtutis amantium gauderet conſortio, eos brevi in ſtudiis progreſſus fecit: ita vitam & mores ſuos omnibus viris honeſtis probavit: ut non ſolùm propter eruditionem in admiratione eſſet; ſed propter virtutem etiam in amicitiam & familiaritatem domeſticam à præcipuis viris admitteretur. Unde & anno *trigeſimo ſexto* honorem in Philoſophiâ ſummum, gradum Magiſterii vulgò nominant, cum ſumma eruditionis laude eſt conſecutus: Decano *Jacobo Milichio*, artium liberalium tunc magiſtro. Altero autem anno poſt, in collegium Facultatis artium à Decano *Philippo Melanchthone* eſt adſcriptus; cui ita charus deinceps, ita perſpectus & probatus fuit: ut non dubitarit etiam arcana ſua, & ſecretiores literas ejus fidei committere. Cùm enim eleganter ſcriptitaret, & nitidos literarum characteres pingeret *Eberus*, in deſcribendis præcipuis ſuis materiis ejus uti opera *Melanchthon* conſuevit. Progreſſu verò temporis ita paulatim crevit hæc intima familiaritas: ut nihil ferè ſolitus ſit aggredi *Melanchthon*, nihil ſcribere, nihil commentari, de quo non priùs cum *Ebero* ſuo communicaſſet; adeò quidem, ut etiam vulgari joco, ſed huic verò honeſtiſſimo, *Philippi repertorium Eberus* diceretur.

Philoſ. teſtim. ornatur.

Collegio Phil. adſcribitur.

Charus Melancht.

Philippi repertorium.

Cùm itaque penitus perſpectam haberet *Melanchthon Eberi* eruditionem, prudentiam, comitatem, & in omni officio diligentiam ſingularem, multos adoleſcentes nobiles, aliosque honeſtiſſimis natos familiis, quos aliunde commendatos habebat; ipſi erudiendos concredidit. Ex quo factum, ut *Eberus* aliquot annos continuos domeſticam ſcholam habuerit: tantâ ſapientiâ, tantâ diſciplinæ ſeveritate, tanto ſtudiorum omnis ætatis incremento: ut eum non dico qui ſuperaret, verùm qui adæquaret hac in parte, non facilè tunc repertus ſit. Quas enim virtutes M. *Tullius* in ſummo imperatore ineſſe oportere judicat; ut rectè & laudabiliter commiſſo munere fungatur, *ſcientiam* nimirum, *virtutem*, *authoritatem*, *felicitatem*: illis quatuor omnibus Eberus;

Habet ſcholam domeſticã.

Virtutes imperatoris.

Ingentes animos anguſto in pectore verſans,

ſic exornatus erat ſuo loco, ut in ſingulis ferè quiddam præcipuum & ſingulare videretur obtinere. Nam ſcientiam & eruditæ doctrinæ copiam, cum felicitate & facilitate omnia docendi fuiſſe ipſi conſtat; in communicanda doctrina fuiſſe facilem & benignum, non invidum, qui diſciplinæ gravitate præceptoris authoritatem facile ſuſtineret: erudita denique diſcipulorum copia, in docendo feliciſſimum. Prodierunt enim magno numero è ſchola & diſciplina *Eberi*, multi clariſſimi præſtantiſſimique viri; qui poſtea per omnem ferè Germaniam ſparſi, partim in templis populum de pietate in DEUM & Chriſtiani hominis officiis docuerunt: partim ſalutaribus conſiliis &

Diſcipuli Eberi.

jure dicundo Reſpub. gubernarunt; partim in erudienda tenera ætate, non minus utilem operam communi hominum ſocietati præſtiterunt. Quod ipſum, opinor, multo *Ebero* honorificentius, & ad nominis perpetuitatem glorioſius eſt; quàm ſi vel bellator ſtrenuus multas cruentas ex hoſtibus victorias reportaſſet, vel mercator impiger lucrum undique conſectans ingentes ſuis opes & theſauros reliquiſſet.

Docendi ratio Eberi

In docendo autem *Eberus* eum curſum tenuit, qui plurimum ut proficerent ſuæ diſciplinæ concrediti adoleſcentes, quàm aptiſſimus eſſe videbatur. Pleraſque enim *Philoſophiæ partes* breviter & dilucide explanando percurrit, eoque non contentus, repetendo etiam, quod à pleriſque hoc tempore, propter laboris moleſtiam ferè negligi videmus, cum magno diſcentium incommodo, diligenter auditoribus inculcavit. Adjunxit etiam *diſputationum & declamationem exercitia*: ex quibus magnas utilitates ad juventutem ſcholaſticam redire intelligebat. Cumque multos haberet in auditoribus ſuis ætate jam grandes & mediocri doctrinâ præditos, horum precibus adductus cum ſanctæ Theologiæ ſtudio ſe totos dedere decreviſſent, ſucciſivis horis enarrandas ſuſcepit aliquot D. *Pauli epiſtolas*: Qua in re tam fidelem ipſi operam navavit *Melanchthon*, ut non ſolùm quæ in explicatione epiſtolarum tractanda eſſent, monuerit; ſed pleraque etiam, ſuapte manu præſcripſerit. Quod in multis quoque aliis doctrinæ partibus ab hoc laborum patientiſſimo viro factitatum accepimus. *Phyſicam* quoque doctrinam initio, ut eam privatis ſuis diſcipulis dictaret in gratiam *Eberi* congreſſit.

Pauli epiſtolas explicat. Iuvat eũ Melancht.

Cum itaque *Melanchthon Eberum* ſummo, propter ingenium, amore complecteretur, & ejus operam Academiæ inprimis utilem futuram proſpiceret, ut eum in Wirtembergenſi Academia retineret, in votis ſemper habuit. Quam ad rem quia conjugium aliquid habere videbatur momenti, non fuit ipſe gravatus, vir cumprimis officioſus, & ad omnium nutum paratus, ut Lipſiæ virginem honeſtam, cui *Helenæ* nomen, uxorem *Ebero* diſpiceret. Quam ipſam cum legitimo matrimonio ſibi conjunxiſſet *Eberus*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo primo*, amantiſſime ſimul & ſuaviſſimè cum ea vixit, in annum uſque *viceſimum octavum*, & Deo benedicente, ſecundum expertus eſt conjugium, ac numeroſam ſobolem ex ea procreavit.

Et matrimonium conciliat.

Quod felix ſecundum.

Triennio poſt in ſenatum profeſſorum, ſumma omnium cum gratulatione & lætitia, eſt cooptatus, anno ætatis *trigeſimo tertio*. Ac primum quidem eam obtinuit provinciam; ut *Grammaticam*, orationis congruæ architectatricem, & Latinæ linguæ ſcriptores, ſtudioſis adoleſcentibus interpretaretur. Gravi enim & ſapienti conſilio, à majoribus introducta conſuetudo eſt; ut in *Wittenbergenſi Academia*, unà cum ſuperioribus artibus & diſciplinis, etiam illa ſtudiorum quaſi incunabula & prima rudimenta publicè doceantur. Quamvis igitur hæc *Grammaticæ profeſſio* in ſpeciem vilis & abjecta videretur, nihil habens dignitatis aut ſplendoris, tamen eam in docendo diligentiam, in explicando fidelitatem præſtitit *Eberus*; ut & ſummam laudem omnium teſtimonio mereretur, & ad ſublimiorem dignitatis gradum, aditum ſibi paulatim patefaceret, & quaſi viam ſterneret.

Cooptatur in numerũ profeſſorum. Grammaticam publicè docet

Sed conſequutum eſt paulò poſt bellum illud acerbum & luctuoſum toti Germaniæ, quo in bello Saxoniæ Elector *Ioannes Fridericus*, dum exemplo Ezechiæ pia arma capit pro defenſione veræ religionis, exemplum factus eſt fortitudinis & conſtantiæ ſingulare, & oppidum *Wittemberga* poſt aliquot dierum obſidionem, in Cæſaris poteſtatem venit, anno *quadrageſimo ſeptimo*, quo ipſo tempore *Eberus*, cum D. *Caſparo Crucigero*, rectore univerſitatis, templique arcis concionatore, *Ioanne Bugenhagio*, Paſtore, & aliis quibuſdam in oppido manens: obſidionis pericula fortiter pertulit, liberationem magno erectoque animo exſpectavit.

Sedatis autem belli tumultibus; cum *Mauritio* Electore mediocris tranquillitas illi oppido reddita, & bello diſſipata Academia inſtaurata eſſet: cæterique profeſſores ad docendi labores rediiſſent: *Eberus* etiam nihil ſibi cunctandum ratus, ad urgendum curriculum ſuæ vocationis incubuit, tantâ quidem diligentia, ut, non contentus Grammaticæ & Latinæ linguæ profeſſione, omnes ferè totius Philoſophiæ partes ordine explicarit, atque ita per parva quædam incrementa, longo tempore, paulatim ſe ad majora evexerit.

Ut enim ipſam naturæ vocem, teſtimonium de Deo clariſſimum dicentem in aſpectum hominum, lucemque produceret, à Logicis artibus ad cœli contemplationem digreſſus, quibus motibus Deus, & quàm variis, cœleſtia corpora ornaverit, quas vices ſtellis affectioneſque tribuerit: quâ magnitudine, quo ſitu, quibus paſſionibus, officiiſque donaverit, quem finem denique in condendo, quas hominum commoditates reſpexerit, diligenter auditores ſuos edocuit. Naturalium item corporum principia oſtendit, cauſas generationum, corruptionum, aliorumque motuum aperuit, qualitatum pugnas, & mutationes inde ortas, & mirandam corporum noſtrorum fabricam, diſſimileſque animæ vires ingenioſè explanavit. *Ethicam* quoque doctrinam, quâ nihil ad vitam humanam tranquillè degendam, magis eſt neceſſarium, quæ mores hominum inſtituit ac format, omneſque vitæ actiones virtutis normâ dirigit, naturæ contemplationi tanquam coronidem ſubjunxit. Omnes enim animadvertunt, qui verum doctrinæ fructum intelligerent, hunc ſuis è ſtudiis fructum potiſſimum afferre cupere: ut & morum elegantiâ, ampliſſimo virtutis decore ornati, vitæ negotiiſque mortalium quàm certiſſimè queant conſulere.

Erat ſub illud tempus templo arcis præpoſitus D. *Ioannes Forſterus*, Theologus & He-br

breæ linguæ Profeſſor celeberrimus. Huic, cùm ex hac mortali vita ad cœleſtis Eccleſiæ conſuetudinem emigraſſet, ſucceſſor in æde arci contigua, datus eſt *Eberus*. Nam præterquam quòd artium & linguarum cognitione excelleret, & jam in cognoſcendis, rectéque intelligendis iis libris, quibus ſanctiſſima divinæ vocis oracula ſunt comprehenſa, annos jam plures deſudarat. Qua etiam de cauſa cùm ad gubernacula ejus officii acceſſiſſet, tantâ fide, induſtria, authoritate omnia ab ipſo adminiſtrata ſunt; ut Dei ipſius nutu atque conſilio & geſta & proviſa eſſe viderentur. Ac virtutis quidem & doctrinæ ipſius præclaræ, inſequens ſtatim annus documentum illuſtre dedit. Cùm enim auſpiciis *Ferdinandi* Imperatoris colloquium inſtitutum eſſet *Wormatiæ*, in quo diſſidentes in religione Theologi de controverſis doctrinæ Chriſtianæ capitibus conferrent, inter alios ipſe etiam dignus eſt habitus, qui à noſtrâ parte, unà cum *Melanchthone* Wormatiam ad colloquium mitteretur. Sed Pontificiis, confeſſionis Auguſtanæ ſocios urgentibus *: ut ſe à Zvvinglianis, Oſiandriſtis, Synergiſtis & aliis ſejungerent, colloquium paulò pòſt ut ſæpe alibi dictum, abruptum & plane diſſipatum eſt.

Interim venerandus ſenex *Ioann. Bugenhagius Pomeranus*, cujus conſilio, virtute, autoritate, eruditione, & pietate annos amplius *ſex & triginta* piè & feliciter Wittenbergenſis gubernata eccleſia erat, quocum *Eberus* toto vitæ tempore conjunctiſſimè vixerat, in piâ invocatione Filii Dei ex hac mortali vita diſceſſit. Cùm igitur ſucceſſor illi quæreretur, viſus tandem eſt *Eberus* dignus, cui tam amplum munus committeretur, qui docendi felicitate defunctum paſtorem repræſentare, virtute auditorum expectationem ſuſtinere, eruditione difficultates tanti officii, Deo adjuvante, ſuperare poſſe cenſebatur. Quamvis autem multas initio ſui excuſandi rationes prætenderet: tamen quod indignum videretur, & DEO vocanti ad verbi ſui miniſterium, & tot clariſſimorum virorum præclaro de ſe judicio, ac præſertim Melanchthoni unicè id flagitanti, pertinacius reluctari, tandem aſſenſus eſt. Acceſſerunt & ad ſenatus Academiæ conſenſum oppidani ſenatus ſuffragia, & graviſſima Principis Electoris autoritas; qui neminem Ebero in eo officio præferendum omnes exiſtimarunt. Anno igitur *quinquageſimo octavo* Paſtor Eccleſiæ Wittenbergenſis creatus & confirmatus, annos natus amplius *ſex & quadraginta*. Cui officio quantâ fide & diligentia annis ferè undecim præfuerit, quanta felicitate ſacra docuerit: quo animi ardore adverſariis ſe oppoſuerit, & ſanæ doctrinæ corruptelas refutarit, quàm inſigni denique exemplo ad pietatem, & honeſtæ vitæ officia facem auditoribus prætulerit, non eſt neceſſe pluribus exponere; cum rerum teſtimonia adſint.

Cùm ergò Numinis divini favor & eximiæ dotes in celſam dignitatis ſedem virum evexiſſent, honore eum majori quoque cohoneſtari par fuit: quod perfectum authoritate mandatoque illuſtriſſimi Princ pis *Auguſti*. Anno enim *nono & quinquageſimo*, menſibus ſaltem quatuor prius, quam diem ſupremum obiens *Melanchthon*, diſputationis ejus præſes, triſte ſui deſiderium illi Academiæ, & luctum bonis omnibus relinqueret: Decano *Georgio Majore*. Doctoris Theologi titulo eſt ornatus, competitoribus *Paulo Crellio* Islebienſi, *Eraſmo Læto* Cimbro, *Ioanne Coglero* Quedlinburgenſi.

Doct. Theol. renunciatur.

Poſtea anno *ſexageſimo quarto* Jenam à Profeſſoribus Academiæ evocatus eſt, ut habita de more ſcholarum diſputatione Theologiæ Doctorem renunciaret *Ioannem Stöſſelium*: quem longo tempore & Jenenſis Academia Profeſſorem, & Superintendentem Pirnenſis Eccleſia habuit.

Ienæ dein creat Doct. I. Stöſſelium.

Elapſo deinde quadriennio unà cum *Paulo Crellio* Onolsbachium abiit, evocatus à Principe *Georgio Friderico*, Marchione Brandenburgenſi, cujus pietas & in literatos munificentia etiamnum celebratur. Fuit ibidem illuſtris *Eberi* virtus & induſtria, in componendis controverſiis inter Onoldinum Superintendentem & miniſtros reliquos ortis, ſtudiumque adeò illi optimo & liberaliſſimo Principi probatum, ut & ipſi *Ebero* honorarium ampliſſimum, & uni de filiis ejus ſtipendium ad vitæ annos decreverit.

Onolzbachium evocatur.

Vbi componit controverſias. Remuneratur à Marchione.

Francicum iter mox *Altenburgenſe* colloquium excepit. Quod licet optimo conſilio ab illuſtriſſimis Principibus, *Auguſto* Electore, & *Ioanne Wilhelmo* patruelibus, Ducibus Saxoniæ inſtitutum fuiſſet: ut, ſicut in politicis jam factum eſſet, ita in Religione etiam, ſublatâ omni litium & mutuarum condemnationum materiâ, pax conſtitueretur, & vero ac ſtabili concordiæ vinculo utrinque animi devincirentur, glorioſiſſimo ad omnem poſteritatem exemplo: tamen collocutorum importunitate abruptum, piorum exſpectationi minimè reſpondit.

Altenburgenſe colloquium.

Ab eo colloquio domum reverſus in morbum incidit, contractum ex frigore inprimis, & mutatâ victus ac diætæ ratione, quo & paulò pòſt exſtinctus eſt. Senſit ipſe, ſimul ac domum veniſſet, vitæ ſibi finem imminere. Itaque ad *Balthaſarem Mencium*, quo familiariter utebatur, dixit, *ſe non alia ratione, quàm ipsâ morte profectionis illius incommoda correcturum eſſe*: quod & eventus comprobavit. Præmiſerat non multo antè conjugem ſuam Helenam, cùm catarrhis ipſe affligi cepit, qui quòd ad dorſum & ad os ſacrum incumberent, aperta ibi duo apoſtemata ſanie fluxerunt per menſes duos. Deinde obortum *eryſipelas* in utroque crure ſecuta eſt febris. Quamobrem morbo naturam ſuperante, tandem in ardentiſſimâ Filii Dei invocatione, & conſtanti confeſſione placidè exſpiravit, die 10. Decemb. anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo nono*, cùm vixiſſet annos *quinquaginta octo*, & dies *triginta duos*. Poſtridie in templo parochiali, ad dextrum aræ cornu, honorificè ſepul-

Ex itinere morbum contrahit.

Quo exſtinguitur.

Funus ejus

ſepultus eſt; concionem funebrem habente *Chriſtophoro Pezelio*, templi arcis tunc miniſtro, ſuper illud *Dan.* 12. & *Syr.* 38.

Elogium.

Fuit vir exiguæ quidem ſtaturæ, ſed ingenio & eruditione præſtans, cujus fideli opera Eccleſia & Academia Wittembergenſis magno ſuo cum fructu annos complures eſt uſa. Quæ enim in Eccleſiæ doctore potiſſimum requiruntur virtutes, eloquentia videlicet, ſacræ ſcripturæ peritia, & zelus, ſeu fervor ſpiritus: eæ in Ebero egregiæ fuerunt.

Facultas ejus dicendi.

Dicendi enim facultatem, qua cogitata mentis non modò verbis aperire; verùm etiam coloribus illuſtrare poſſet; cùm ſingulari naturæ beneficio, tum incredibili ſtudio & adſiduo uſu, eximiam ſibi comparaverat.

Peritia ſacrarum literarum.

In ſcripturâ verò ſacra tantum potuit, ut & Principes externi in dijudicandis controverſiis operâ & ſtudio illius ſint uſi, eoque nomine legatos ad eum miſerint.

Ardor ac zelus.

Neque defuit ei zelus & Theologo dignus ardor, ſeu fervor ſpiritus, quoties à flagitiis revocandi homines, & ad pietatis virtutisque ſtudium eſſent inflammandi.

Scripta.

Monumenta ingenii reliquit in omni diſciplinarum genere plurima: quorum pars publici juris facta, pars vel apud heredes, vel alibi latent. De iis, quæ lucem viderunt, eſt *hiſtoria populi Iudaici* à reditu Babylonici exilii ad ultimum uſque Hieroſolymæ excidium: *Calendarium hiſtoricum, expoſitio Evangeliorum Dominicalium*, *hymni ſacri* vernaculè editi, è quibus hymnus ille notiſſimus, pro placida ex hac vitâ emigratione: & alia.

I. Schoſſeri Epigramma in eû.

Exſtat in effigiem ejus *Ioannis Schoſſeri* Epigramma ejusmodi:

Hos quicunque vides infirmi corporis artus,
Quos tibi pictoris parva tabella refert:
Conſilium perpende Dei, qui ſplendida mundo
Viſa putat regno non ſatis apta ſuo.
Eligit infirmos per quos Eccleſia Nati
Docta, ſalutarem poſcit habere fidem.
Ille etiam praiens juvat inſtrumenta ſalutis,
Præſidioque levat membra puſilla ſuo.
Quare parva licet fuerint vox membraque Eberi:
Ipſe per hunc voluit notior eſſe λόγος.
Namque prius celebres docuit qui ſedulus artes:
Pòſt Chriſti ætherio ſemine pavit oves.
Quid tenues ſpectas artus? in corpore parvo
Sæpe etiam pietas, ingeniumque viget.

Ex oratione publicè de vita Eberi habita à Balthaſare Mencio collegii Philoſophici anno 1580. *Wittembergæ decano.*

Ob. 1570. d. 11. Sept. ætat. 71. m. 2. d. 3. miniſterii anno 50.

IOANNES BRENTIUS.

Wilæ oppidum.

WILÆ, Imperii in Sueviâ oppido, naſcitur *Ioannes Brentius*, anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo nono*;

Parentes Brentii.

patre *Martino Brentio*, oppidi illius annis *viginti quatuor* prætore, matre *Catharina Henichia*. Incidit ejus natalis in diem Joanni Baptiſtæ ſacrum: unde nomen illi i[...] ditum *Ioannes*; quod noſtrâ vernaculâ *Huld[...]* *cum* quaſi Huldreich exprimit.

Parentes & ad pietatem illorum temporu[...] à teneris, & ad literarum ſtudia *ſexto* ætat[...] anno adhibuerunt, puerque prima Gramm[...] tices elementa percepit. Cumque ad ſtud[...] eſſet natus, ſtatim in tenera etiamdum ætat[...] ingenium, quod nihil mediocre pollicebatu[...] in eo eluxit, facilè arripiens omnia, qua[...] magiſtro tradebantur. Quare anno ætat[...] *undecimo Haidelbergam* in ſcholam triviale[...] à parentibus eſt miſſus, ad capiendum maj[...] rem ingenii cultum. Poſtea *Vahingam* co[...] ceſſit, ubi ſcholam regebat *M. Ioann[...]* *Schmidlinus*, cujus fama tum longè lateq[...] ſpargebatur; ut artificis in hoc genere ſing[...] laris. Hinc Haidelberg. rediit *decimo tert[...]* ætatis anno, inque numerum ſtudioſorum e[...] adſcriptus. Florebant autem illic tunc opt[...] marum artium & literarum ſtudia, renata i[...] Germania, *Rodolphi Agricolæ*, *Ioannis Reu[...]* *chlini*, & *Eraſmi diligentiâ*: ubi anno ætat[...] *decimo quinto* Prima Philoſophiæ laurea, qu[...] à baccis nomen habet, eſt ornatus.

Uſus eſt præceptoribus in artibus *Theobal[...]* *do Billicano*, *Ioanne Knellero*, qui poſteà a[...] ſummos honores eſt evectus, conſiliarius Imperatoris Caroli V. factus, in Græca lingua *Ioanne Oecolamp.* viro linguarum periti[ſſimo] in Hebræa verò *Iudæo* quodam *Hiſpano Mat[...]* *thæo*, qui noſtris ſacris initiatus erat, & Docto[...] medicinæ poſtea renunciatus eſt, in Theologia, cui totum poſtea ſe dedidit, Doctore *Pe[...]* *tro Scheibenhard*, *D. Georgio Nigri*, & ali[...] quodam D. *Marco*.

Æquales & in ſtudiis commilites habui[...] *Philippum Melanchthonem*, *Martinum Bucerum*, *Erhardum Snepfium*, *Martinum Frechtum* Theologos, aliosque viros doctiſſimos qui omnes & ſinguli in artibus bonis, Philoſophia linguis, & Theologiâ excelluerunt. Hi[...] valdè familiariter poſtea in omni vita uſus eſt quemadmodum amicitia literarum & virtutis fundamentis nixa, neutiquam ſolet col[...] labi.

Ibi ergo in ſtudiis aliquot annos poſuit dili[...] gentia quidem ſummâ, ſtudio vigiliisque ma[...] ximis. Audierunt ex eo amici, de juventuti[...] ſuæ ſtudiis interrogato, ſolitum ferè dies & noctes in adoleſcentia & juventa ſtudend[...] continuare; plerumque ſtatim poſt noctis me[...] dium ſurgere, fratrem juniorem, arrepto pu[...] vinari unà hypocauſtum ingreſſum, illoq[...] capiti ſuppoſito conſopitum ſolitudinis l[...] vandæ cauſa ponè lucubranti aſſuiſſe. Co[...] traxit ex ejusmodi aſſidua conſuetudine ſi[...] malum ἀγρυπνίας, quod deinde per omne[...] vitam duravit: ut poſt noctem mediam, p[...] rum aut nihil dormire amplius potuerit. Un[...] poſtea temporis ſucceſſu, nocturnas illas h[...] ras, quas ducebat inſomnes, piis ſacrarum [...] terarum meditationibus tribuit, quas, po[...] quam ſurrexit, in chartas conjecit. In ſenectu[...] quoque ut vigiliarum moleſtias levaret, a[...] quadam candelabrum juxta lectulum extrue[...] du[...]

dum curavit: ut etiam in lecto ſedens, ſi quando ſurgere non liberet, legere & ſcribere ad lucernam, quæ erant neceſſaria, poſſet. Qua in re ſenex hic Ariſtotelis juvenis diſcendi pertinaciam æmulatus videatur; quæ tanta fuit, ut globum lucubrans in manu teneret ſuppoſita pelui: ne ſomno opprimeretur; aut fortè eo oppreſſus, decidentis ſono ut excitaretur.

Cum igitur ingenio eſſet felici, & omnium diſciplinarum capaci, & accederet diligentia illa, de qua diximus; præterea memoriam haberet fidam: ut eorum, quæ legerat, non facilè eum caperet oblivio: brevi temporis ſpacio in dicendi artibus, linguis tribus, Philoſophiâ Ariſtotelica tantos fecit progreſſus: ut non ſolum Magiſterii titulo ornatus ſit, anno ætatis *decimo octavo*: verum etiam adoleſcens ipſe *contubernii Rector* illic creatus non multo pòſt *Quodlibetariam*, ut vocarunt, propoſuerit ac defenderit *diſputationem*. Profeſſus eſt illic ſummulas *Petri Hiſpani*. Verſorem vulgò vocant, Dialecticam *Rodolphi Agricolæ*, *Suetonium*, *Græcam Grammaticam & Homerum*, idque triennio.

Erat ſub id tempus doctrina religionis *de fidei juſtificatione gratuita*, de *Chriſti Mediatoris unici beneficiis*, de *pœnitentia*, de *ſacramentis* de *vera Dei invocatione*, & aliis, ut notum, denſiſſimis tenebris involuta, horrendisque erroribus corrupta: erat recepta; & in ſcholas atque Eccleſias invecta multiplex idolomania: erant rixæ & diſputationes ſcholaſticorum Doctorum ſpinoſiſſimæ; quibus res bonas, utiles & Theologicas materias non explicaverunt, ſed labyrinthis diſputationum omnia involverunt. Mox autem, Dei beneficio, ſubſecuta ſunt feliciora & lætiora tempora, excitato divinitùs ad repurgandam doctrinam cœleſtem, *Martino Luthero*, cujus editis ſcriptis, lux nova exorta eſt in Germania, diſpulſis denſiſſimis tenebris, quæ obfuſæ erant ſanctæ ſcripturæ, & doctrinæ religionis. Ingens Dei beneficium lætus *Brentius* agnovit, & grata mente amplexus eſt, ſeque plurimum adjutum lectione ſcriptorum *Lutheri* eſt profeſſus. Eodem quo promotum *Brentium* diximus anno*, *Martinus Lutherus* diſputationem contra indulgentias Pontificias edidit, ſequenti verò ipſemet *Haidelbergam* venit: ibique VI. Cal. Maij diſputationem *de juſtificatione* propoſuit, negans *operibus propriis hominem coram Deo juſtitiam conſequi: nihil etiam ad hoc conferre liberum arbitrium*, *quod res ſit de ſolo titulo: ſed qui ſine operibus multum credat in Chriſtum: hunc eſſe coram Deo juſtum, & æternam conſequi ſalutem & vitam idque ſe*, quod tum videbatur, ut ipſe quoque appellabat *Paradoxon, ex ſacrâ ſcripturâ, & D. Auguſtino probaturum.* His motus *Brentius*, *Lutherum* acceſſit: & multa familiariter, licet juvenis tunc, cum ipſo contulit.

Editi ſunt poſtea Wittembergæ, & à *Luthero* & *Melanchthone*, qui eodem anno è Tubingana ſchola Wittembergam erat evocatus, alii libelli, *Commentarii Martini Lutheri in Epiſtolam ad Galatas*, *Hypotypoſeis* ſeu *loci communes Philippi* primi. Quibus à Brentio avidè lectis, & collatis cum ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, ita eſt confirmatus; ut ſtudioſis in contubernio *Realium*, *Matthæum* Evangeliſtam enarrare cœperit. Statim tantus eſt factus concurſus ex aliis quoque collegiis: ut, cum locus ille non caperet auditores, in auditorium facultatis Artium conceſſerit. Conflavit illi odium & invidiam frequens auditorum concurſus apud Theologos, & ut odio ſuo honeſtam prætexerent cauſam; *profanum eſſe* ajebant, *in tali loco & à perſona ſacris nondum initiata, Theologiam tractari*. Ideoque ut in ſuſcepto exercitio, ad quod divinitus erat excitatus, & movebatur, abſque impedimento poſſet pergere, ibidem in *collegium canonicorum* ad Spiritum ſanctum eſt adſcitus, & ſacris initiatus in patria primitias celebravit. Poſtea *Haidelbergam* reverſus, aliquoties vices alterius pro concione populari obivit, gratus auditoribus. Interea verò nihilominus ſacros & profanos autores ſuis enarravit, & inter cætera quoque Epiſtolam ad Hebræos.

Legit libros Evangelicorum.

Enarrat Evangeliũ ſecundum Matthæũ.

Inde ei odium Theol.

In collegiũ canonicorum cooptatur.

Vacabat tum *Halæ Suevorum* munus Eccleſiaſtæ; quo audito, *D. Iſenmannus*, patriæ optime conſultum & proſpectum cupiens; ſignificat cuidam ex ordine ſenatorio, penes quem poteſtas illa vocandi erat: ſi eruditum quendam Magiſtrum recipere vellent, ſe daturum operam: ut facile talis copiam habere poſſint. Hoc ipſum refert ille ad ſenatum; cui placet, occaſionem commodè oblatam, non eſſe negligendam. Mandatum itaque accipit *Iſenmannus* à magiſtratu: ut in patriam redeat, adducto ſecum futuro Eccleſiaſte: quod & factum. Rogatus itaque *Brentius*, ſpecimen pro publica concione edidit natalicijs Mariæ, anno *milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo* à Chriſti nativitate: ubi non ſolum expectationi ſatisfecit, ſed eandem etiam vicit. Placuerunt enim mores, placuit gravitas, geſtus, doctrina, ſermonis genus, vox, & quæ ad officium tale pertinent omnia, niſi quod ætatem in illo deſiderarent grandiorem. Natus enim tantum erat annos *viginti tres*. Nec tamen illa ſe impediri paſſi ſunt, operamque illius conduxerunt, annuo ſalario *octoginta florenorum*.

Halam Suevorum invitatur.

Salarium ejus ibi.

Etſi igitur juvenis erat, tamen gravitate, vitæ ſanctimoniâ, morum integritate, & in officio diligentia atque aſſiduitate, tantum Dei gratia effecit, ut nemini propter juventutem contemtui eſſet, ſed omnium non ſolum ora & oculos in ſe converteret, verum animos etiam ad verbum Dei inclinaret, quo priſtinis erroribus & vanitatum doctoribus poſthabitis, veritatem Evangelii amplecterentur. Phariſæi autem & ſcribæ, ipſimet paulo pòſt partim injuſſi, quod ſua ſacerrima in vacuo theatro, & auditoribus & ſpectatoribus deſtituti, facere erubeſcerent,

Docet cum fructu.

rent, in alia ſe contulere loca, partim verò converſi, partim etiam morte ſunt abrepti.

Magna autem in concionibus popularibus uſus eſt prudentiâ & modeſtia; initio cum haberet adverſarios vehementiſſimos; inter quos præcipui erant Guardianus Theologiæ Licentiatus, & Lector monaſterii ordinis Minorum: qui conſpirantes ſæviebant importunis clamoribus, & Sophiſtica errores ſuos defendentes. Quæ cum indeſinenter facerent fulminando, & virus ſuum evomendo Dominicis & feſtis diebus matutinis concionibus in magna populi frequentiâ: à prandio multò confluebant frequentius, ſperantes Eccleſiaſten ſuum eadem uſurum vehementiâ, in ſuorum dogmatum defenſione, & par pari relaturum. Verùm ille prudenter diſſimulabat ad tempus, & ſuo more docere pergebat, doctrinæ Chriſtianæ fundamenta jaciendo, meritumque Chriſti unici redemptoris fide apprehendendum, ſedulò & fideliter inculcando. Deinde ubi commoda ſe offerebat occaſio, breviſſimè & modeſtè perſpicuis ſacræ S. teſtimoniis adverſariorum dogmata & clamores refutans, hæc pugnare cum illis oſtendit. Itaque tandem plerique Papiſticam idolomaniam, dogmata, & ſuperſtitiones fuerunt deteſtati.

Adverſarii ejus.

Modeſtia & prudentia in docendo.

Interea ipſe quoque miſſam interdum celebrabat, ſed non pro defunctis offerebat: verùm tantum *Angelicam*, quam ſic vocant, legebat *miſſam*. Sequenti anno, qui erat *viceſimus tertius* ſupra *milleſimum quingenteſimum*, *Joannes Iſenmannus* à ſenatu in patriam quoque vocatur: ut defuncto Paſtori ſuccedat. Is autem ſacros ordines nondum ſuſceperat, ſed tantum minores, Subdiaconus factus. Hic non ſolum eadem cum Brentio docuit: ſed impias Papatus ceremonias abrogare incepit. Quare odium multorum conflavit, præſertim cum *Brentius* quoque miſſas celebraſſet. Hic *Brentius* publicè ſe excuſavit pro concione auditoribus, rationem ſui conſilii exponens in hanc ſententiam: *Optimi auditores, audio quoſdam veſtrum noſtris actionibus offendi: & quidem verum eſt, ego quoque aliquoties miſſam hic apud vos celebravi: ſed non per omnia ſacrificulorum more, impietate horrendâ, ſacrificii ſcilicet oblatione pro vivis & defunctis, omiſſa: idque propter vos à me factum eſt. Nam cùm primum huc à vobis eſſem vocatus, in profundum idololatriæ vos immerſos reperi, ideò aliquid erat faciendum, & ad vos in lacum deſcendi, ut vos educerem, & libertatem paulatim erudiendo, & nonnihil etiam, exemplo Apoſtoli, ad tempus cedendo & ſimulando. Jam verò rectius ex verbo Dei à me eſtis inſtituti, & horrendam miſſæ abominationem & cœnæ Dominicæ profanationem intelligitis. Ideò ea & fugienda eſt, & legitimè abroganda.*

Miſſam interdum celebrat.

Ioan. Iſenmann.

Idem cum Brentio docet.

Excuſat ſe Brentius miſſa celebrata.

Secuta ſunt poſtea turbulenta tempora mota ſeditione à ruſticana plebe, per t
ferè Germaniam: qui perperam & c
liter, ut olim Judæi de ſuo Meſſiâ, ſcr
ram ſacram, & Evangelii doctrinam d
rituali libertate, à peccatis per Chriſtum
ta, loquentem, pro carnali ſua ſtultitia
tius, quàm prudentiâ accipientes, lil
quodam evulgato per faces, & tubas
tionis, *Muncerum*, *Pfeifferum*, *Storck*
Hetzerum, & conſimilia monſtra, *duod*
articulos Magiſtratibus propoſuerunt; qu
ſibi carnalem hanc libertatem deberi ſcr
ræ teſtimoniis detortis probare conaba
Hic Brentius in ſummo verſatus peric
quod nonnulli, ſicut fieri conſuevit,
ſam malorum *Brentio*, qui uſitatum do
næ genus & ritus Eccleſiaſticos mutara
ſcriberent, illumque reum poſtularent.
enim ruſtici Hallenſium jurisdictioni ſu
cti, & ipſi inter ſe, & cum aliis vicinis
tra ſuum magiſtratum conſpiraverant,
lumque & obſidionem denunciarant.
multorum civium animi mutarunt: mag
tus & ipſe in magna fuit trepidatione; d
cili momento fieri potuiſſet: ut & ip
partes ruſticorum ſeditioſorum metu pe
ſi, conceſſiſſent. In quanto itaque peri
Brentius tunc fuerit, facilè quivis intel
Sed non tam de ſua, quàm de ſuorum ſa
ſolicitus, eorum animos fractos & pertu
tos, verbo Dei erexit confirmavitque, m
ſtratumque ſui officii admonuit: ut arm
peret, & fortiter rebellibus ſe oppone
Deum affuturum, & felicem daturum e
tum, ſicut etiam factum eſt. Civium e
ſexcenti, *quatuor millia* ruſticorum in fu
verterunt: poſtea tamen in gratiam ſunt
cepti, nec ſævitum in illos.

Seditioſum autem ſcriptum à Cancell
Electoris *Ludovici* Palatini Rheni, Hai
bergâ ad *Brentium* eſt tranſmiſſum: ut ju
cium ſuum de illo declararet: *num ru*
rectè ex ſcriptura ſacra ſententiam ſuam
barent. Reſpondit is, nequaquam illor
opinionem & propoſitum cum hac congr
re. Deinde & magiſtratum & ſubditos
officio commonefecit: atque è ſcripturæ f
damentis monſtrata falſitate, egregiè i
convicit: quemadmodum *Lutherus* mu
hoc ipſum editis libellis in ſummâ omni
Principum trepidatione egit, ſicut in l
argumenti genere utriusque ſcripta edita,
ſtantur. Hoc motu vix ſedato, mox d
dium aliud inter Evangelicos ortum eſt, n
idem omnibus de cœna Domini ſentie
bus. *Zuvinglius* enim *Tiguri* ſubſtantial
corporis Chriſti in cœna Domini præſent
negavit; quam *Brentius* cum *Luthero* & a
adſeruit. Duravit id certamen magno c
ſcandalo doctrinæ annis aliquot, ac neſc
an ulla res alia, magis cauſæ obfuerit, curſu
que doctrinæ cœleſtis impedierit; quàm od
ſum hoc à Satana excitatum bellum Sacram
tarium: quod omnes pii doluerunt plu
mum, & tollere atque componere ſtuduer

C

Quo conſilio iluſtriſſimus Haſſiæ Landgravius *Philippus*, conſentientibus aliis, *Marpurgum* convocavit utriusque partis Theologos, & inter hos etiam *Brentium*. Factum id, ut notum anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo nono*. Collocuti ſunt duo anteſignani ſoli, *Martinus Lutherus* & *Huldricus Zvvinglius*: Ibi cum ſuam ſententiam argumentis, & Phyſicis & Mathematicis, de loco, & poſitu corporis Chriſti in cœlo, ac quantitate corporis ſumtis, probare totis viribus conaretur Zwinglius: Lutherum magno ſpiritu admonuiſſe Zwinglium, multi audiverunt, ac dixiſſe: *Zvvingli, noli admiſcere huic negocio Mathematica; ſed relinquas & omittas in hujus cauſæ probatione: nec myſterium hoc per Phyſica aut Mathematica explices, ſicut Athanaſius inquit, quosdam carnem Chriſti* γεωμετρεῖν; ſed infecto negocio hac in re non abſque magno multorum dolore eccleſiæque jacturâ diſceſſum eſt.

Secuta ſunt comitia Auguſtana anno trigeſimo ubi noſtri in maximo videbantur eſſe periculo; cum Cæſar *Carolus V.* cui multis ſeculis parem non habuit imperium Romanum, coram adeſſet, jam primum à Pontifice digreſſus & inauguratus; ubi verbis conceptis juraſſet, perpetuum *ſe dignitatis Pontificiæ fore defenſorem*. Rumor tum ſparſus: *Cæſarem funditus novum hoc doctrinæ genus cum omnibus, qui id amplecterentur, deleturum, & exſtirpaturum.* In magno igitur metu fuere omnes Evangelici: ſed lætior fuit opinione & exſpectatione hoſtium, Deo omnia ita dirigente, exitus. Principes enim, ſinceram Evangelii doctrinam amplexi, cum civitatibus imperialibus, Theologos ſecum adduxerunt; inter quos primas tum tenuit *Melanchthon*, & poſt hunc *Brentius*: qui ut ad alia comitia omnia, colloquia, & conventus, in quibus de religione aliquid eſt actum, ita ad hæc quoque Auguſtana, à Principe *Georgio* Marchione Brandenburgenſi, cujus præcipuè tunc conſtantia eſt ſpectata & laudata; quod in faciem apertè Imperatori dixerit: *vitam ſe potius & ſanguinem fuſurum, paratumque collum præbere carnifici, quam doctrinam & veritatem agnitam abjicere*, eſt adductus. Interſuit & *Erhardus Snepfius*, & alii Theologi; quibus fuit injunctum; uti ſumma doctrnæ capita ſcripto comprehenderent, Imperatori exhibenda. Hîc tum celeberrima illa doctrinæ confeſſio, ab urbe, in qua & ſcripta, & *Carolo V.* Auguſto exhibita, nomen eſt ſortita: quemadmodum olim *Nicenum Symbolum*, ab urbe *Nicéa*, in qua *trecenti octodecim* Epiſcopi contra *Arium*, à *Conſtantino* Magno Imperatore convocati, breviter fidei ſuæ confeſſionem fuere complexi.

Hæc confeſſio magnâ diligentiâ & graviſſimis deliberationibus eſt conſcripta; non ſolùm Theologorum præſentium, ſed etiam *Lutheri*; qui quidem ab urbe abfuit in vicino oppido *Coburgi* de voluntate Saxonis; ſed omnium fuit, quæ hoc in negocio agebantur, conſcius. Hic certè cum in acie novaculæ omnia eſſe viderentur, virum ſe præſtitit, & verè animo fuit invicto; quod vel ex his, quibus quosdam ſuorum trepidantes confirmavit, verbis apparet: *Si*, inquit, *piam & juſtam cauſam defendimus, cur Dei promiſſis non confidimus? Præter vitam hanc miſellam Sathanas & mundus nobis eripere nihil poteſt. At vivit & in ſempiternum regnat Chriſtus; in cujus tutela conſiſtit veritas. Is nobis aderit: is etiam cauſam hanc, quæ non noſtra, ſed ipſius eſt, ad optatum perducet finem.*

Confeſſionem illam cùm *Eccius* & *Faber* juſſi eſſent refutare: palam teſtati ſunt, *ſacræ ſcripturæ teſtimoniis everti eam non poſſe*. Ne tamen ſi prorſus ſilerent, turpiter ſe darent: quædam arrodere tentarunt, *oppoſitis Patrum ſententiis*: ut in ſpeciem habere aliquid ex antiquitate viderentur; quod cum Evangelicorum pugnaret doctrinâ. Sed ea talia fuere; ut, ipſorummet *Epiſcoporum* judicio, lucem ferre non poſſent. Itaque, nullis precibus, ab Imperatore Proteſtantes exemplum illius confutationis impetrare potuerunt. Prælecta obiter eſt, nec unquam in lucem venit: verum principibus inſtantibus Cæſar tandem reſpondit: *ſe quidem exhibiturum ipſis exemplum, ſed eâ conditione; ne quid ejus divulgarent, aut excudendum curarent*: cum non ignoraret, tali conditione nunquam illos accepturos. *Confeſſio Evangel. refutata.* *Confutatio occultata.*

Durantibus iiſdem comitiis, utriusque partis Theologi à quodam magni nominis Epiſcopo invitati; ut familiariter de quibusdam religionis controverſiis conferrent: cum ad ſanctorum invocationem eſſet ventum; Cochlæus hoc eam argumento, ſcripturæ teſtimoniis deſtitutus, adſtruere eſt conatus: *quòd ſcilicet mater Eccleſia hac in parte eſſet audienda, cui hoc viſum fuiſſet*. Ibi tum *Brentius* ſubjecit; *quid ſi Pater diverſum præcipiat?* Hoc inexſpectatum reſponſum ille indignè tulit; cumque manifeſtâ aliquâ ratione refutare non poſſet; aliquoties non ſine aliorum moleſtiâ repetivit: *Pater, Pater, Pater.* *Colloquiũ familiare de ſanctorum invocatione.*

Etſi autem tum & à Cæſare & ordinibus Imperii reliquis, qui Romanum Pontificem pro Eccleſiæ capite agnoverunt, *Confeſſio* iſta ſit rejecta, & dogmata Pontificis adſerta, additis graviſſimis minis, *ſe fortunas omnes conjuncturos, ſanguinem etiam, vitam denique ipſam impenſuros*; *ut huic negocio finem imponant*; Evangelici tamen fortiter & conſtanter in ſemel agnita veritate, Dei freti auxilio, perſtiterunt, nec ullis minis ſe ab illa avelli ſunt paſſi, rem omnem Deo commendantes. *Minæ in Evangel. Pontificiorum.*

Idem cùm *Melanchthon Brentium* ad alium quendam Epiſcopum adduxiſſet, & dixiſſet: *Reverendiſſime Domine, hic habemus ſacerdotem Lutheranum cœlibem*; hic illum collaudare & ad perſeverantiam hortari. Cum verò ſe ad conjugium natum eſſe intelligeret de mutando vitæ genere, poſtquam è comitiis ad ſuos rediiſſet, cogitavit, & uxorem duxit, *Margaritam Graterinam*, honeſta illius *Ducit uxorem Brentius.*

Dd 2 loci

loci familia oriundam, viduam, pietate & pudicitia inſignem matronam; ex qua ſex ſuſcepit liberos: de quibus ſuperſtites relicti tres, *Sophia*, nupta D. *Eberhardo Bidenbachio*, Abbati Bebenhuſano: *Barbara*, quam duxit D. *Theodoricus Snepfius*, & Filius Patri cognominis Profeſſor in ſchola Tubingenſi.

Liberi ejus

Poſtea cùm *Ulricus* Princeps Wirtembergicus avitum recuperaſſet ducatum: animum adjecit ad repurgandas Eccleſias ab omnibus Pontificiis quiſquiliis, quibus ut aliæ ad jurisdictionem Pontificiam pertinentes, ſcatebant. Et cùm ſcholæ publicæ ſeminaria ſint Eccleſiæ & Reipublicæ & fontes ex quibus doctrina ſincera hauritur: ſuam quoque Academiam, qua fuit ſapientia, reformare in animum induxit. Quam ad rem cum viro pio, prudenti, gravi, erudito, ſpectatæ fidei, perito, & rerum multarum experientia edocto, opus eſſe intelligeret: *Brentium* ad hoc negocium verè arduum delegit, ejusque operam à ſenatu Hallenſi annuam legatis miſſis impetravit: atque Commiſſarium ſcholæ conſtituit, qui ipſius nomine & authoritate eam reformaret; & ordinaret. Hic cum ſcholæ Profeſſoribus, *Camerario*, *Fuchſio*, & aliis, utiliter plurimas, quibus etiamnum utitur, ordinationes, leges, ſtatuta, & quæ ad Reſp. literariæ gubernationem pertinent, ſapienter diſpoſuit.

Ulricus Würtemberg. reformat. Eccleſias. Et Acad. Tubing.

Operâ Brentii.

Ibi cum eſſent parum æqui literis, aut honorificè de *gradibus ſcholaſticis* ſentientes, prorſusque abrogandos dictitantes: graviſſimè ſe illis *Brentius* oppoſuit, veterem Eccleſiæ conſuetudinem, oſtendens & hiſtoriarum & Canonum monumentis confirmatum: ne ſine publico piorum & probatorum Doctorum teſtimonio, ulli ad docendum admittantur: & hoc modo, ordine diſci artes, humano generi & vitæ utiles: excitari etiam ad majorem diligentiam juventutis ingenia, propoſitis laborum præmiis. Hoc modo illis perſuaſit; ut de ſua cederent ſententia, & apud Principem obtinuit: ut in Tubingana ſchola *renunciationes graduum, qui aliud non ſunt, quàm publica eruditionis, pietatis, & virtutis teſtimonia*, remanſerint. Nec id ſolum egit, verùm cùm eſſet, φιλόπονος & φιλομαθὴς *Exodum*, *Pſalmum quinquageſimum*, & alia quædam, eodem anno enarravit in Tubingenſi ſchola: pro concione etjam populum docuit toto iſto tempore, quo ibi fuit. Interim nactus occaſionem in *Aſtronomia* multa didicit: ut rectè diſciplinas Mathematicas intelligeret. Elapſo deindè tempore, de quo convenerat, ad ſuos rediit. Inſtituta poſtea fuere annis XL. XLI. colloquia Theologorum de controverſis articulis *Haganoæ*, *Wormatiæ* & *Ratisbonæ*, quibus una cum aliis delectis interfuit. Quid effectum ſit in eis, *Acta* publicè edita teſtantur. Anno XLIII. cum Menſe Auguſto D. *Paulus Conſtantinus Phrygio* in Tubingana ſchola Theologiæ Profeſſor, & Eccleſiæ Paſtor, ex hac ærumnoſa vita emigraſſet, de

Gradus ſcholaſticos defendit Brentius.

Gradus ſcholaſtici quid.

Enarrat ſacra Tubingæ.

Et diſcit Mathem.

Intereſt colloquiis Theolog.

Phrygionis obitum.

ſucceſſore Dux *Ulricus* & ſcholæ procere[s] ſoliciti; poſt multas deliberationes, in han[c] iverunt ſententiam; decretâ legatione e[x] Aula & Academia, in qua tamen tum ple[rique] in religione diſſentiebant; revocandu[m] eſſe *Brentium*; cujus antea fuerant exper[ti] virtutem, eruditionem, ingenium & indu[s]triam. Ejus igitur operam expetiverunt & ut id bonâ gratia fieret, à ſenatu Hallen[ſi] precibus contenderunt. Verum negaru[nt] illi: ſe ejus poſſe opera carere; neque ill[um] gregem fidei ſuæ commiſſum, & vocatione[m] priſtinam deſerere, ſibi integrum eſſe reſpon[-] dit. Re igitur infecta, domum legati re[-] dierunt.

Exarſit poſtea in Germania bellum, fune[-] ſtum illud & ſemper communi patriæ acer[-] bum. Nam cum anno *quadrageſimo ſexto* au[-] thoritate Imperatoris & reliquorum ordinu[m] Imperii, menſe Januario repetitum eſſet col[-] loquium *Ratisbonæ*: ut ſi quoquo modo fier[i] poſſet, certamina religionis pacificè compo[-] nerentur; eique intereſſet *Brentius*: nuncia[-] tâ morte *Lutheri*, magnos ſibi ſpiritus ſumſe[-] runt Pontificii, rati illo mortuo, de religion[e] jam eſſe actum. Propoſitæ ſunt condition[es] de modo & formâ colloquii Evangelicis vald[e] iniquæ. Itaque abrupto colloquio, non am[-] plius placidis mediis, ſed bello dirimendu[m] religionis diſſidium adverſæ parti viſum. I[n] hoc inteſtino bello Imperator *Carolus* ſupe[-] rior evaſit abſque prælio, principibus di[-] ſcedentibus, & incruentam reportavit victo[-] riam. Civitates quoque Imperiales Cæſari ſ[e] dediderunt.

Ibi cùm *Halam Suevorum* veniſſet Impera[-] tor cum exercitu, ſub anni *quadrageſimi ſeptim[i]* initium: etſi *Brentius* ſperarat, impetraturu[m] ſe à capitaneo, ut ne militum præſidia domun[-] ſuam recipere cogeretur, tamen ut primum e[t] *Cæſar* venit, nonnulli ſatellitum rectâ in plateâ in quâ *Brent.* habitabat, irrumpunt, & ubi no[n] actutum aperitur, vi fores effringunt. Hæc dun[m] fiunt redit domum *Brentius*, reperitque mili[-] tes ædes non manibus, ſed pedibus ac bipen[-] nibus, quas *halabardas* vocamus pulſare. Ib[i] unus militum, cùm videret eum domus inco[-] lam eſſe, arreptâ bipenni pectori *Brentii* mu[-] cronem obvertit; ſeque illum, ni mox ape[-] riant, transfixurum verbis geſtuque minatur. Januâ itaque ſtatim apertâ, aliquam multi ir[-] rumpunt: quibus, ut habebat, eſculenta, & poculenta proponuntur. Interim *Brentius* li[-] teras & chartas in pluteos conjicit, ſeriſque oc[-] cludit. Sed cùm ferocire milites inciperent neceſſe habuit familiam ſubducere; quam ipſ[e] per poſticum è veſtigio eſt ſubſecutus.

Sequenti die venit *Halam* quidam Hiſpa[-] nienſium Epiſcopus, cum comitatu ſuo & aſi[-] nabus. Hic ejectis illis militibus domũ *Brenti[i]* occupat: in bibliothecam ejus in vadit, ſcruta[-] tur chartas omnes, & literas, effractis etiam pluteis, & ſingula excutit. In illis inventæ lite[-] ræ bellicis de rebus ad amicos; quæ ei periculũ crearunt maximum. Acceſſerunt & conciones

qua[s]

quas belli tempore habuerat: *defenſionem illam juſtam, non eſſe violationem fidei, alioqui non poſſe eos Dei auxilium invocare.* Hæc ad Cæſarem delata, & ut fieri ſolet, exaggerata, extremis ipſum expoſuerunt periculis. *Brentius* itaque primùm cum ſuis in Xenodochium divertit. Poſtea cum ſenatus eum defendere non poſſet, in altiſſimam turrim ſe abdidit, illicque aliquantiſper latitavit. Tandem urbe egreſſus die *Thomæ* Apoſtoli ſub veſperam, relicta uxore, cum ſex liberis, alienis indutus veſtibus, per medios Hiſpanos ſalvus evaſit, & ferè totam noctem, uno ſaltem comite, in agris oberravit.

Fuit itaque tunc non in nullo periculo, propter conciones à ſe habitas potiſſimum, & literas, ſed exitum tamen Deus ei dedit felicem. Nam paulo poſt Cæſare digreſſo, ipſe *Halam* rediit, & officium, ſicut antea fecit.

Sequente anno, *quadrageſimo octavo* Cæſar devictis partim Principibus, partim captis, religionis negotium componere pro arbitrio inſtituit, parato adhoc per quoſdam notos logodædalos libro, quem ordinibus Imperii omnibus propoſuit, ac vehementer urſit, ut ab omnibus reciperetur. Videbatur is liber, qui jam olim etiam in hunc finem & uſum ſub incudem erat vocatus, viam monſtrare ad pacem, tranquillitatem, & concordiam Germaniæ, & quædam nonnihil in illo puriora eſſe, quàm in Papatu docentur. Sed revera abnegatio ſinceræ religionis, & reditus erat ad Papiſmum, cujus errores plerique, Idolomania multiplex, adeoque ceremoniæ omnes illic continebantur, & ſtabiliebantur. Varia de hoc libro, quem *Interim* vocarunt, dicta, ſcripta, picta, adeoque decantata ſunt.

Ibi cum paſſim doctorum judicia à magiſtratibus requirerentur: *Brentio* quoque & Collegæ ipſius *Iſenmanno* eſt exhibitus, ut ſuam de illo exponerent ſententiam, quod etiam bonâ fide, apertè & candidè fecerunt. Damnarunt enim librum impietatis, cumque tota ſacra ſcripturâ & fidei analogia, & doctrinam & ceremonias in illo ſcripto pugnare oſtenderunt: Ideoque ſe nequaquam probare poſſe, neque unquam, quamdiu vivant, recepturos, ſed potius vitam profuſuros per Dei gratiam. Quod poſtquam Cæſar reſcivit, commiſſarium *Halam* miſit, cum mandatis, ut vel vivum, vel mortuum Brentium abduceret, quòd hunc inter primos eſſe judicaret præcipuum, qui ſua authoritate alios confirmare poſſet, ideoque plurimum referre arbitrabatur, ſi è medio eſſet ſublatus. Fuerunt autem tum non vulgares, ſed ſapientia pollentes, qui hæc omnia *inſcio Imperatore Carolo* fieri judicabant, per alium quendam: qui autoritate apud Cæſarem valebat plurimum, cujus & conſilio *Auguſta* concionatores ejecti, & *Vlma* captivi ſunt abducti.

Commiſſarius hic Cæſaris cùm *Halam* veniſſet, initio diſſimulare omnia, & *Brentium* ad ſe invitare, ac benignè tractare cœpit. Deinde clam abducere, jam in hoc paratis equis, tentavit. Sed cum hoc non ſuccederet, ſenatum civitatis convocat, eumque juramento adſtringit, ut nihil illorum ullo modo, quæ ipſis ſit propoſiturus, enuncient. Quo præſtito ab omnibus exponit, ſe in mandatis habere, ut Eccleſiaſten *Brentium* ſecum abducat, quod ſi ſua ſponte illum ſibi tradant, benè, & Imperatori rem ipſos gratam facturos, ſin minus, ſenſuros iratum, qui oppidum ſit oppreſſurus & alias horrendas minas addit. Accidit autem tum, Deo ita diſponente, ut unus ex ordine ſenatorio tardius, jam præſtito juramento, adveniret: cum legatus Cæſaris totus in hoc eſſet, ut perſuaderet ſenatui, non curavit ſeriùs advenientem, nec juramentum ab illo exegit. Miſſo jam ſenatu ille è veſtigio ſchedam ſcribit, hiſce verbis: *Fuge, fuge, Brenti, citò, citiùs, citiſſimè.* Quæ ſcheda cum illi eſſet oblata per *Iſenmannum*, amicum fidiſſimum, ſedenti in cœna, cum uxore & liberis ipſo Joannis Baptiſtæ die, ſtatim de menſâ ſurrexit, negotium quoddam ſimulans, quo peracto mox ſit reverſurus, & egreſſus eſt comitante ipſo *Iſenmanno*. Non procul à portâ obvium habuit illum commiſſarium, qui interrogavit, ecquorſum ſit abiturus? reſpondit Brentius, *eſſe in ſuburbio amicum ægrotum, qui ſuam expetat præſentiam. Benè eſt*, inquit ille, *cras, ut convenit inter nos, mecum eris in prandio*: ſubjecit Brentius, *Deo volente*: atque ita abiit, incertus quò ſe conferret. *Monitus fugit.*

Rurſum igitur fugâ ſuſceptâ latebræ, perinde ut *Athanaſio* olim, quærendæ fuerunt. Interdiu in ſylva quadam densâ latitavit, ſub crepuſculum veſpertinum prodiit ad ſuos, qui in pago quodam ignoti agebant, hoſpitium præbente viro nobili. Mane ſub auroram latebras ſuas repetivit, ne à quoquam conſpiceretur, idque ab ipſo ſeptimanis aliquot eſt factitatum. Quod itaque fugâ ſibi conſuluit in ſummo vitæ diſcrimine poſitus, nullam meretur reprehenſionem: ſed in eo Salvatoris noſtri ſecutus eſt mandatum, præſertim cùm non univerſalis eſſet perſecutio, ſed ipſe ſolus ad necem quæreretur, reliquis ſymmyſtis extra periculi aleam conſtitutis, quo in caſu Auguſtinus quoque fugiendum docet. *Latet in ſylva.*

Interea *Hallenſibus* operam ſuam denuò obtulit, ſi aut vellent, aut poſſent eâ uti, paratum ſe ad officium faciendum, nec deſerturum Eccleſiam fidei ſuæ commiſſam. Sin res cùm periculo conjuncta, nolle ſe, ut ſuâ causâ periclitentur. Reſcribunt illi, negantque integrum ſibi eum retinere; ſua venia ſibi ſuiſque alibi, quocunque poſſet modo proſpiceret.

Hoſpitium itaque illi oblatum eſt ab *Vlrico* Duce Wirtenberg. qui, ſicut Abdias, *Brentium* abſcondit, officiis omnibus juvit, occultarique ab intimo quopiam ſuorum, ſe inſcio, voluit, ut ſi quando quæreretur, verè *ignorare ſe*, confirmare poſſet. Et verò prudenter id factum. Cum enim ſub id tempus pius quidam in arce Wirtemberg. præfectus ageret: qui vicinos Paſtores ad ſe evocabat, ſuſpicio frequenter primum, mox, ut fit, ex ſuſpicione *Hoſpitium à Wirtembergico oblatum.*

rumor

rumor ſubortus eſt: *Brentium illic latitare*; quem miniſtri ſalutatum accedant. Id ubi cuidam, qui omnia Cæſaris agebat nomine, renunciatum eſſet, illico commiſſarium cum mandatis ad ducem miſit, qui è locis vicinis, militum manum, ſicut tunc paſſim præſidia Hiſpanorum in agro Wirtembergenſi erant, intempeſtâ nocte cogit, arcem circundat, ipſe rectâ ad Principem *Vlricum* contendit, & noctis concubio, Cæſaris juſſu, Principis colloquium poſcit. Princeps eo cognito, exponere mandata jubet. Ille ſignificat, inaudiſſe Cæſarem, quendam hoſtium ſuorum in arce Wirtembergicâ latitare, velle itaque, ut nullâ interpoſitâ mora arx aperiatur. Princeps eo cognito, ſuum à ſecretis, qui ſolus rei erat conſcius accerſit, interrogatque: *num illic Brentius eſſet, nec ne* negante eo; iterum quærit: *certone ſciat?* illo affirmante; permittit Princeps, ut Legatus arce apertâ quærat, ſi quem inveniat. Fuit autem tum temporis Brentius non in arce Wirtembergicâ, ſed *Wittlingenſi*, ubi commentatus eſt in *Pſalmum nonageſimum tertium*, & tunc quidem cùm ad necem quæreretur, ſecurus dormivit.

Iterum quæritur.

Baſileam abiit.

Poſtea in loca tutiora, *Baſileam* nempe, ſe contulit, Principe ſumtus ſuppeditante. Humaniſſimè autem & perbenignè ibi, cum familiâ, eſt habitus. Sed, ut calamitas nulla eſt ſola, cùm uxor *Margareta* ibi, longa tabe conſumta, diem ſuum obiiſſet, & alia cum liberis ineunda ratio eſſet, in extrema Ducatus Wirtembergici orâ, & ſylva Hercyniâ, in arcem, ſupra oppidum *Horrenbergum*, cum liberis eſt translatus. Ibi mutato nonnihil habitu præfectum ſe arci venditavit, & mutato nomine, Huldrich Engſter ſe appellavit: Hebræo æquivalens Germanicum excogitans, & cognomine vernaculo Græcum aptans ἐγκαυςής, deflexâ leniter voce, ut Germanicum ſonaret.

Mox alibi.

Mutat nomen.

Præfectum ſimulat.

Hoc in loco dum præfectum ſimulat, cùm conciones ſedulo frequentaret, modeſte Paſtorem aliquando ex vicinio pago *Guttachio* defuncto oppidi Paſtore eo translatum, aliâs bonum & pium virum, admonuit: *ne conciones ita protraheret*; ille nonnihil vel moleſtè ferens ſe à præfecto officii admoneri, vel ut joco luderet, reſpondit. *Vobis præfectis omnis mora in templo eſt moleſta, ſed non æquè in ſympoſiis:* ſubriſit Brentius grataque ipſi fuit Paſtoris παῤῥησία: & ſe præfectum haberi. Nec tamen per omnia benè potuit ſimulare præfectum. Nam nec more plerorumque iſtius farinæ hominum diras execrationes & blaſphemias nominis divini evomere, nec compotationibus ad æquales hauſtus indulgere, aut ſimilia facinora egregia patrare ſolebat, quod alii multi ſibi permittunt. Ideoque cives illius oppidi varia de hoc præfecto etiam cogitabant & loquebantur.

Sed non ita benè.

Accidit poſtea, ut hic ipſe Paſtor lethaliter decumberet; ibi *Brentius* illum ex officio, quaſi vicinitatis, & tanquam ſuum Paſtorum humanitatis cauſa inviſit, quod multas ex ipſo audiviſſet ſalutares conciones, eaſque repetivit, & ut jam ſe ipſum iis, quibus alios ſolitus ſit, conſolaretur, admonuit. Quibus Paſtor auditis erupit in hæc verba: *ô Domine, non es verus præfectus, quamvis ſtudioſè ſimules; quicunque tandem ſis.* Ibidem hic noſter præfectus cauſas Politicas nullas cognovit, ab ejusmodi oneribus immunis, & privilegio quodam Principis exemptus, tantum nomine præfectus, meditationibus piis & ſcriptionibus operam dedit. Illic enim commentarios in *Ieſaiam* Halæ cœptos, feliciter in ſolitudine abſolvit: illic etiam *Catechiſmi explicationem* ſcripſit, quâ errores Pontificios & interimiſticos pleroſque non ſolum detexit; ſed ex fundamentis ſacræ ſcripturæ refutavit, ſuam confeſſionem edidit, eccleſiamque tempore triſtiſſimo confirmavit.

Interea maximis ſtipendiis vocatus eſt à *Magdeburgenſibus:* à Rege Angliæ *Eduardo* ampliſſimis promiſſionibus; à Duce Boruſſiæ *Alberto* Brandenburgico ſeniore, Epiſcopatum offerente: ſed moveri ſe paſſus non eſt, quantumvis ſplendidis & ampliſſimis ſtipendiis & muneribus, ut propter pecuniam exteris potiùs, quàm patriæ operam ſuam addiceret. Nec quicquam lucri aut commodi ſui gratiâ, facere voluit; ſed munera etiam verè Regia reſpuit, atque vel hoc ſuo exemplo, egregiè *Politicorum Sycophantarum* quorundam calumniam refutatum ivit, qui perpetuò in ore habent: *Theologos avaros, lucripetas miniſtros eccleſiarum,* ipſimet inexplebiles & rapaciſſimè Harpyiæ.

Biennium itaque in exilio, variâ fortunâ jactatus, & incertis vagatus ſedibus, cùm nullius ſibi criminis conſcius eſſet, propiùs *Tubingam* acceſſit, & ad *Ioannem Molitorem*, paſtorem *Megerkingenſem*, in locum ab hominum commercio remotum, ſub autumnum anni *quinquageſimi* ſe contulit, quo Dux Wirtembergicus *Vlricus*, menſe Novembri, fatis conceſſit. Huic cùm filius *Chriſtophorus*, ſuccederet, ſtatim initio gubernationis de inſtauratione eccleſiarum ſuæ ditionis conſilium cœpit, & *Brentium*, ut communicatis cum ipſo ſententiis, rectè omnia fierent, ad ſe vocavit. Nec verò clam id habuit Princeps, ſed in arce ſuâ *Stutgardiæ* palàm eum fovit, & eccleſiis paſſim idoneos miniſtros præfecit: qui diſperſos *Interimiſtico* tempore greges colligerent. Ab hoc pio inſtituto etſi multi Principum atque Epiſcoporum eum dehortarentur, ne ſibi ſuiſque periculi quippiam repudiato *Interim*, ejectiſque ſacrificulis, crearet, tamen fortiter in propoſito perſtitit, nil curans minas, nil diras, nil præſidia tum *Auguſtæ*, tum in Wirtembergici Ducatus oppidis, & arcibus impoſita: ſed cùm in *receſſu*, ut vocant, *comitiorum* Imperialium præcedentis anni, perſcriptum eſſe: ut *ſi quid Imperii ordines haberent, quod ad pacem & concordiam facere judicaretur, concilio proponerent*, conſcribi *Confeſſionem à Brentio* voluit, *de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ & capitibus controverſis*, concilio offerendam. Fecit id *Brentius* ineunte anno *quinquageſimo primo:* quo idem

Prin-

Princeps, cùm omnium eſſet Miniſtrorum Confeſſio; &, uti ſolebat dicere, *viderent oculi*, quod non videt oculus, convocavit præcipuos ſuæ ditionis Theologos, quorum ſelecti fuere *decem:* ut conſilia inter ſe conferrent. Iſti igitur per aliquot dies Confeſſionem illam *ad analogiam fidei, & ad ſcripta Propheticа atque Apoſtolica*, examinarunt, ſuaque ſubſcriptione approbarunt.

Brentius ſub idem tempus ad ſecundas tranſiit nuptias, cum *Catharinâ Iſenmanna*; virgine lectiſſima, quæ deinde per omnem vitam ipſum, jam annis gravem obſervavit, ſeduloque fovit. Neque enim Pontificum curavit, de ſacerdotum vel conjugio vel digamia, decreta, cùm digamus non ſit, qui priori mortuâ, alteram, ut caſte vivat, ducit. Suſcepit hoc in conjugio liberos *duodecim*, & ſuperſtites ex iis reliquit decem.

Confeſſio autem illa, de qua paulò ante, Synodo *Tridentinæ* eſt exhibita, à legatis Ducis Wirtembergici, * *Theodorico à Pleningen & Ioanne Heclino* Jureconſulto; quos ſubſecutus eſt *Brentius*, anno *quinquageſimo ſecundo*, cum aliis tribus Theologis, ut publicè in concilio, aut Confeſſionem ſynodo oblatam defenderent, aut decreta jam facta contraria refutarent. Hæ enim duæ viæ à Wirtembergicis legatis, cùm de modo procedendi interrogati eſſent à Cæſareis oratoribus, fuerunt propoſitæ, quod illi ad Patres ſe relaturos promiſerunt. Verùm à Patribus illis nullum extorqueri potuit reſponſum: nec auditi ſunt Theologi Wirtembergici, imò ne vocati quidem unquam, neque hoc ab ipſis impetrari precibus ullis potuit. Itaque dilapſis metu Italis Epiſcopis & aliis, ipſi quoque venia petita & impetrata domum redierunt; nec id ſine periculo. Nec enim ignotum eſt, quid in *Conſtantienſi* concilio acciderit, & Patres de Pontifice Romano Theologis illis cavere noluerunt, qui concilio longè eſt ſuperior, docetque *hæreticis* quos ipſi vocant, *fidem ſervandam non eſſe.*

Falſum autem eſt, quod apoſtata quidam, edito libello Germanico *de abſurdis Lutheranorum*, ſcribere non dubitavit, ſe ex ore *Brentii & Valentini Vannii* qui & ipſe ad concilium miſſus, audiviſſe: *Wirtenbergicos nunquam, etiam à Patribus vocatos, comparere publico in conſeſſu voluiſſe: nec Brentium unquam voluiſſe congredi; donec elector Saxoniæ Mauritius vi armatâ Oenipontem perveniſſet, faucibus Alpium perruptis. Præterea Cardinalem Tridentinum multa ibidem in Brentium contuliſſe beneficia.* Certum eſt enim, & ex annalibus notum, arce *Erenberga* decimo octavo Maji captâ à *Mauritio*, poſtea illum demum veniſſe Oenipontem. Cardinalis autem Tridentinus, toto illo tempore, quo Tridenti Wirtembergici fuerunt, abfuit, ſed cùm in reditu Wirtembergicis fortè occurriſſet, celeribus equis Tridentum contendens; ubi Wirtembergicos eſſe inaudiiſſet, de Brentio percunctatus, humaniſſimis eum verbis compellavit, ampliùs verò nihil.

Sequenti hyeme è vitâ exceſſit Præpoſitus eccleſiæ Stutgardienſis, qui ab eo, quo *Vlricus* Dux ditionem ſuam recuperarat, abfuerat Elvvangæ. In ejus ergo locum ſuffectus eſt *Brentius*, commendatâ ſimul inſpectione Academiæ Tubingenſis. Hoc in officio ad vitæ uſque finem ſingulari vigilantiâ, prudentia & dexteritate, non ſine incremento ſcholæ, & eccleſiarum Ducatus Wirtembergici, eſt verſatus, concordiam inter miniſtros diligenter & officii ratione graviter conſervavit, ac pro concione tum alia, tum *Pentateuchum Moſis*, *Matthæum* item & *Marcum* evangeliſtas enarravit. *Præpoſitus Stutgard. Brentius.* Sub id tempus F. *Petrus à Soto* Hiſpanus *Dillingæ*, oppido vicino, confeſſionem nomine ſuæ Eccleſiæ Catholicæ edidit, ſcholiisque additis Tubingenſium confeſſionem, ſynodo exhibitam, deformare conatus eſt. *Petrus à Soto contra evangelicos ſcribit.* Huic *Brentius* è ſacra ſcriptura, & Patrum ſcriptis Apologiam oppoſuit, qua Proteſtantium doctrinam ita adſeruit, contra Pontificiorum dogmata, & concilii illius decreta ita deſtruxit, ut vel cæcus Pontificiam idololatriam, erroresque verbo Dei damnatos palpare poſſit, & quod tum, ſi admiſſi & auditi Wirtembergici fuiſſent, coram in faciem dixiſſent, id ſcriptis illis editis toti Imperio & eccleſiæ eſt propoſitum. *Refutat eum Brentius.*

Anno deinde *quinquageſimo ſeptimo*, de ordinum Imperii conſenſu, colloquium, idque poſtremum, *Wormatiæ Vangionum*, de controverſiis eccleſiaſticis, præſide *Iulio Pflugio* Epiſcopo Naoburgenſi, eſt inſtitutum. *Colloquiũ Wormat.* Ad id *Brentius* quoque à Principe ſuo *Chriſtophoro* eſt miſſus. *Ad id miſſus Brentius.* Sed cum *de judice controverſiarum in Eccleſiâ mota eſſet quæſtio*, & Evangelici *ſacram ſcripturam* normam judicii eſſe reſponderent, adverſarii verò *conſenſum perpetuum* judicem eſſe contenderent, abruptum eſt colloquium Pontificiorum culpâ. *Iudex controverſiar. eccleſiæ quis. Cur abruptum id colloq.* Nam quod alii obtenderunt, Evangelicorum diſſidiis id diſſolutum eſſe, frivolum eſt. Petiverunt quidem ſub initium colloquii Pontificii, ut condemnationes fierent ante congreſſum, ſed à noſtratibus reſponſum eſt, ſe in progreſſu colloquii in ſingulis articulis damnaturos eſſe non rectè ſentientes, & quidem initium ab ipſis facturos, deinde ad alios quoque perventuros.

Cùm autem *bellum Sacramentarium* illis temporibus recrudvuiſſet, *Brentius* non ſolùm eâ de controverſiâ confeſſionem edidit, ſed & adverſariorum *Zvvinglianorum* dogmata refutavit, fundamentis *Lutheri* ex ſcripturâ, ab *unione perſonali*, & *communione idiomatum*, non verbali, ſed reali; *à ſeſſione Chriſti hominis*, per unionem factâ, *ad dextram æterni Patris*, repetitis. *Confeſſio Brentii de cœna.*

Circa eadem tempora gliſcere cœperunt odia & ſimultates inter Principes Regni *Galliæ*, Rege propter ætatem nondum inaugurato. Diſſidiis itidem ſuper religione inter illos ortis, res ad motus ſpectare videbatur, ſicut eventus declaravit. Expetitum autem fuit tunc à *Cardinale Lotharingo*, & fratre *Guiſio*, quorum præcipua erat authoritas & potentia in Galliis, colloquium, cum Principe *Chriſtophoro*, Duce Wirtembergico.

Addu-

Colloq. Tabernis Alſaticis indictum.

Adduxit ergo *Tabernas Alſaticas*, conventui iſti dictas, Theologos quosdam, & in iis *Brentium*, ſed quo conſilio, incertum. Varia fuere poſtea à multis ſparſa, omnium rerum ignaris, & conjecturas ſaltem ſecutis, propterea, quòd ſtatim poſtquam proceres Galliæ à colloquio digreſſi eſſent, graſſari in adverſarios ſuos cœperunt. Hoc ſanè extra omnem eſt dubitationem, *nec Principem, nec Brentium crudelis conſilii alicujus fuiſſe auctorem, qui propter errores doctrinæ noluit cum Auguſtino in quenquam ſæviri*: id quod teſtatus eſt in præfatione libri, paulò pòſt editi, cui titulum fecit, *Recognitio*: quam hoc conſilio ſcripſit, ut ſe ſiniſtrâ illâ ſuſpicione liberaret.

Pſalmos enarrat.

Accreſcentibus deinde annis, & ætate in ſenium vergente, ne ocioſam prorſus & ignavam ageret ſenectam, ad alia jucundiora ſe contulit ſtudia, *Pſalmorum* dico *enarrationem*, & cum eorundem auctore cecinit: *Laudabo Dominum in vitâ meâ, Pſallam Deo meo, quamdiu fuero*: cujusmodi meditationibus ſenectutis levavit tædium ac moleſtiam. Cumque in *Wirtembergico Ducatu* aliquot eſſent *monaſteria*, monachorum olim latibula, de conſilio *Brentii* ea Dux *Chriſtophorus* convertit in ſcholas, in quibus juventus artibus dicendi, linguis & Theologiæ Principiis imbueretur, & ad ſtudia ſublimiora præpararetur, earumque curam atque inſpectionem *Brentio* demandavit. Singulis itaque annis bis ſingula obire monaſteria fuit ſolitus, atque profectus diſcentium explorare. Et ut accenderet teneros animos ad pietatis ſtudium & ſacrarum literarum amorem: Pſalmos in ſingulis enarravit.

Monaſteria in ſcholas converſa.

Earum cura Brentio concredita.

Hic ipſius labor cùm non poſſet non amicis probari, rogatus ab iisdem, *Pſalterium*, quantum per Principis & Eccleſiæ negocia licuit, explicandum, ac brevi & perſpicuo *commentario illuſtrandum* ſuſcepit, ſeque vitam cum Pſalterio finiturum dixit, uti & factum. Pervenit enim anno mortem ejus prægreſſo, ad *Pſalmum* uſque *centeſimum ſeptimum*, in cujus commentatione cum ſederet, ſcriberetque; ſubitò concidit, ſed tamen poſtea ſe iterum collegit, cœpitque meliuſculè habere.

Verùm ab eo tempore viribus exhauſtus, laboribus confectus, gravis ſenectâ, quæ ipſa morbus eſt, & ad quam, ut ipſe dicere ſolebat, tanquam ad aram omnia mala concurrunt, ſummum accepit dolorem ex immaturâ Principis ſui * *Chriſtophori* morte, cujus vitam ipſe ſuâ vitâ & fortunis, ſi fieri poſſet, ſe redemturum confirmavit. Tandem febrili ardore die *Auguſti decimâ ſeptimâ* correptus, indies pejus habuit: unde facilè intellexit, vitæ ſuæ finem haud longè abeſſe. Quod igitur Dominus Deus *Hiskiæ* Regi per *Ieſaiam* Prophetam præcepit; ut teſtamentum conderet, id ſibi dudum *Brentius* dictum exiſtimavit. Annis enim *quatuor* antè ſcripto eſt de ſuâ voluntate, idque ſua manu, teſtatus. Sed non more filiorum ſeculi hujus; qui de caducis potiſſimum agunt, verùm, ut pium & primarium Eccleſiæ doctorem decet, *de fide*

** ⊙ Chriſtoph. Dux Wittemb. anno 1568. d. 28. Dec. ætat. 54.*

Teſtamentũ condit.

ac religione ſuâ; in qua finire vitam hanc, ad Filii Dei tribunal accedere vellet, eſt co[...] teſtatus. *Hanc autem eſſe, quæ in ſanctâ P[...] phetica & Apoſtolica Canonica ſcriptura, [...] bus ſymbolis, Apoſtolico, Nicæno, & Athan[...] ſit contineatur. Agnoſcere ſe quoque & amp[...] cti concilia, & ſcriptores Eccleſiaſticos, q[...] tenus cum illis conſentiant. Sed tamen di[...] mulare non poſſe, in his contineri, quod c[...] illis pugnet. Præterea Auguſtanam confeſ[...] nem ſe per omnia probare, & hanc eſſe ſu[...] quoque. Sentire ſe cum Luthero. Et ſua ſc[...] pta teſtari, quæ ſua fuerit, & ſit fides, r[...] gio, & confeſſio, in qua etiam ex hac vit[...] Dei adjutus ſpiritu, conſtanter ſit migratur[...] Damnare autem ſe omnes hæreſes, & fana[...] cos, qui ab ea doctrinâ diſſentiant, inprim[...] Zvvinglianos, à quibus toto pectore abhorre[...] quòd Spiritu mendacii & homicidii agitentu[...] ideoque ſe omnes hortari, ut ſibi ab illis [...] veant, & collatis operis pro virili ſinguli [...] dent operam, ut arceantur.*

Teſtamentum hoc ſuum paucis antè mo[...] tem diebus, cum jam decumberet, à filio[...] præſentia miniſtrorum Eccleſiæ Stutgardia[...] omnium, quos ad hæc peculiariter convo[...] rat, prælegi & recitari, ejusque hos teſtes e[...] voluit. Poſtea privatam peccatorum ſuoru[...] Confeſſionem edidit, ac petita & impetra[...] abſolutione, *Euchariſtiæ* ſumtione fidem ſua[...] confirmavit, & viatico hoc inſtructus, ad i[...] ſe accinxit.

Multis quoque ſymmyſtas ad conſenſum[...] doctrina & concordia eſt cohortatus, add[...] hac prædictione, *ſi locum admonitioni eſſ[...] daturi, Deum laboribus ipſorum adfuturu[...]* Et hoc voluit ſui eſſe μνημόσυνον omnibus [...] lius Ducatus miniſtris: idque Pſalmo conf[...] mavit: *Ecce quàm bonum & quàm jucundu[...] habitare fratres in unum*: addiditque eum [...] vitam Deo prorogante, publicè enarraturu[...] ſin Deo aliter viſum, rogavit; alii ut ſuo [...] facerent loco.

Toto morbi tempore nullam non mo[...] vocem, ſed ne quidem ſignum impatientiæ [...] lum edidit, verum interrogatus *de valetudi[...] & morbo*; reſpondere ſolitus eſt, *ſe meli[...] rem*, ſempiternam ſcilicet *appetere & deſi[...] rare vitam.* Liberos natu minores, Fil[...] Doctori *Ioanni* commendavit, de cujus fi[...] non dubitet, ideoque de illis ſe amplius pr[...] ſus non eſſe ſolicitum.

Mors quoque ipſa, ut valde optata illi, [...] placida fuit, ſicut totius vitæ mores ſuaves [...] elegantes. Die enim ſolis, quæ fuit *deci[...] Septembris* circa pomeridianam *ſextam*, [...] valdè dulcem incidit ſomnum, qui duravit [...] que ad horam matutinam *tertiam* ſequentis [...] ei Lunæ, ubi acceſſit, ut putatur, ſpecies ap[...] plexiæ, quæ à medicis metuebatur ſemp[...] quam excepit profundus admodum ſopor, [...] duravit uſque ad *duodecimam* ferè. P[...] quam evigilaſſet, *Symbolum Apoſtolicum* à [...] niſtro eccleſiæ eſt recitatum, audiente & in[...] ligente ipſo.

Fi[...]

Finita recitatione interrogatur, *num in hac fidei confeſſione conſtanter ex hac vita eſſet emigraturus?* disertè reſpondit Ja/ ita. Poſtea vocem ampliùs edidit nullam; ſed abſque omni perturbatione, aut motu vehementiore, cœpit paulò pòſt animam agere, Deoque creatori, & ſalvatori unico Chriſto, cui fideliter per annos quinquaginta in vinea ipſius ſervierat, eique commendaverat, circa *primam* pomeridianam reddidit, completis *uno & ſeptuaginta annis*, menſibus *duobus*, diebus *ſeptendecim*, relicto ſuis ingenti ſui deſiderio.

Sepultus eſt Stutgardiæ in templo collegiato, medius inter duos comites, non procul à cathedra, è qua Evangelii doctrinam gregi ſuæ fidei commiſſo, annos circiter *octodecim* magna cum gravitate, authoritate, & utilitate propoſuit: funus efferentibus ſex Eccleſiarum miniſtris; & comitantibus vicinis Paſtoribus plurimis, aulicis omnibus, qui tum in oppido, Magiſtratu oppidano, & civium innumera multitudine, non abſque lacrymis, Paſtori ſuo poſtremum pietatis officium præſtantibus.

Appoſita ibidem tumulo elogia hæc leguntur, primum ſub imagine ipſius Brentii:

Voce, ſtylo, pietate, fide, candore probatus
Joannes tali Brentius ore fuit.

Deinde in Tabulâ:

„ Joannes Brentius natione Suevus, patria
„ Wilenſis, Theol. clariſſimus, Ducum Wir-
„ tembergenſium Conſiliarius, inter primos
„ repurgatæ Eccleſiæ inſtauratores fuit. Scri-
„ pturas Propheticas & Apoſtolicas in ſcho-
„ lis, ſacris concionibus, comitiis Imp.
„ Rom. & lucubrationibus ſuis illuſtravit ac
„ propugnavit: confeſſionis cauſa exilium
„ conſtanter tulit, conſiliis Eccleſiam & com-
„ munem patriam juvit, vitæ innocentia
„ profeſſionem ornavit. Et cùm in hoc ſuo
„ curriculo quinquaginta & amplius annos
„ magno Eccleſiæ commodo elaboraſſet, pla-
„ cidè in Chriſto obdormivit, & ſummo
„ piorum omnium luctu hic ſepultus eſt,
„ anno Dom. 1570. menſe Septemb. die 11.
„ cùm vixiſſet annos 71. menſes 2. dies 3.

Fuerunt in hoc viro virtutes egregiæ: illuſtris *Dei agnitio*, quâ ipſum ex verbo agnovit, ſicut in illo Pater cœleſtis ſe patefecit, edita promiſſione de filio Mediatore, cum Spiritu Sancto, quo illuſtratus ſicut eum agnovit, ita & publicè confeſſus eſt. Præditus fuit *dilectione Dei & Eccleſiæ*, pro qua toties de vita eſt periclitatus, quam profundere paratus fuit pro fratribus. Deum, quem verè timuit ex verâ fide, variis jactatus caſibus inſtar Davidis, invocavit: non ſemel, ſed multoties miris modis ſervatus eſt & liberatus. In gubernatione Eccleſiæ, vigilans, prudens, futura proſpiciens, præſentibus malis remedium facilè inveniens. In dijudicationibus dogmatum, nequaquam exemplo multorum præceps, ſed valdè circumſpectus. Nec facilè pronunciare ſolebat, ſed prius rem omnem & totum negocium per circumſtantias, & mentem illorum, de quibus ferenda erat ſententia, & pronunciandum, cognoſcere & inquirere ſummâ diligentiâ ſtudebat. In confeſſione conſtans, nec facilè rumoribus credens, in periculis magno & infracto animo, quo alios perturbatos erigebat conſolationibus à Dei præſentia ſumtis, & longâ temporis experientia, ubi rebus deſperatis propemodum, ſæpè ex improviſo Deus opem tuliſſet. In adverſis patiens, omnibus quibus cum vixit, gratus, ſummis, æqualibus, inferioribus; in congreſſibus familiaribus manſuetus, humanus, ſermo ejus ſale, non atro illo, ſed candido fuit conditus. Ac more vetuſtatis eruditæ, multa per Apologos graviter dixit, deque rebus arduis ſæpè admonuit.

Pietas in parentes. Pietatem in parentes ſingularem edidit, dum ἀντιπελάργια reddidit, non corporalia illa quidem, ſed ſpiritualia, panem dico qui de cœlo deſcendit, & dat vitam hominibus Filium Dei, quem illi, non tam audito ſuo filio, quàm voce verbi divini, quod ipſis enarrabat, firma fide apprehendentes, in vera Redemtoris unici Jeſu Chriſti agnitione, valere juſſis idolomania, erroribus & ſuperſtitionibus Papatus, ex miſerâ & ærumnoſâ vitâ in cœleſtem patriam migraverunt. Atque hac de cauſa non in loco conſueto, ac à Pontificiis conſecrato; ſed extra oppidum in agro, abſque ullis ſacrificulorum ceremoniis abjecti & ſepulti fuerunt.

Statura. Corporis ſtatura fuit egregia & procera; firma valetudine uſque ad grandævam ſenectam: latera habuit firma, unde & vox ſonora & gravis. Nunquam decubuit aliquo morbo, niſi eryſipelate: quod malum ipſi familiare fuit.

Scripta. Scripta ejus varia *Tomis octo* comprehenſa diverſis temporibus prodierunt, in quibus quæ contineantur elenchi librarii indicant. *Et hæc de J. Brentio ex oratione parentali habita à Jacobo Herbrando D. Theol. Sleidani Commentariis: Chytræi Saxonia: Cruſii annalibus Suevicis: Epiſtolâ Brentii de exilio ſuo.*

JOACHIMUS MORLINUS.

Ob. 1571. menſe Jan. ætat. 57.

JOachimum Morlinum ephemerides editum produnt, anno à Chriſti natali, *milleſimo quingenteſimo decimo quarto*, die *ſexto April.* dimidiâ hora poſt ſextam matutinam. Ad publica auditoria adoleſcẽs cum aptus videretur, fundamentis nempe jactis, *Athenas* illas Saxonum *ad Albim* venit: temporis ibi & operæ precium, in literarum quà ſacrarum, quà philoſophicarum ſtudio, fecit. Docuit deinde variis in locis. *Wittembergæ* primum, poſtea in patriâ *Lutheri*, in patria item *Joannis Bugenhagii* Pomerani, diaconi atque ſubminiſtri officio functus. Deinde idem fecit de conſilio ac voluntate Lutheri *Amſtadii & Gottingæ* pervetuſto Saxoniæ oppido ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum quadrageſimũ*, collega *Bartholomæo Wolfarto*: poſtea quoque *Sleuſingæ* comitatus Hennebergici oppido, præter alia, Principum ſede & ludo, celebri.

Wittemb. venit. *Docet ibidem.* *Item Islebii.* *Et Julini.* *Sleuſingæ.*

Vocatur in Boruſſiam.

Sopito bello Germanico in *Boruſſiam Regiomontium* vocatus, ubi Princeps *Albertus* haud ita pridem ſcholam publicam aperuerat: incidit in σύῤῥαξιν illam inſolentiſſimam, quam ſuper articulo graviſſimo *de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo*, movit inquies ingenium Andreæ Oſiandri, circa annum *quinquageſimum primum.* Eo in bello Theologico *Morlinus* ferè ſolus aciem ſuſtinuit, coarguendo, tùm concionibus tum ſcriptis, illius καινοφωνίαν. Cataſtrophe diſſidii hæc fuit: ut cum neutra pars remittere ac concedere aliquid de ſententia vellet; *Morlinus* exeunte anno *quinquageſimo ſecundo* fuerit dimiſſus; etſi plebs ad Principem pro eo ſupplex intercederet: Oſiandro, qui Principis ſenis animum occuparat, in ſolio remanente.

Oſiandri controverſia.
Eam impugnat Morlinus.
Dimittitur invita plebe.

Brunſuicenſi eccleſiæ præficitur.
Martinus Gerlicius.
Nicolaus Medlerus.

Ob inſanum itaque illud dogma *Morlinus* exul in Germaniam reverſus, *Brunſuicenſi* Eccleſiæ docendæ regendæque fuit præfectus, collega *Martino Chemnicio.* Et fuit ea in urbe primus Antiſtes olim *Martinus Gerlicius*, collega *Henrico Winckelio*: alter, cùm *Gerlicius* Jenam rediiſſet, *Nicolaus Medlerus*; cui tertius hic ſucceſſit *Mörlinus*: *Mörlinum* ſecutus eſt *Chemnicius*; & hunc *Polycarpus Lyſerus.* Brunſuigæ ergo dum Eccleſiaſten agit; variæ, ut *nullum ferè ſeculum feracius fuit Theologicarum rixarum, quàm ſuperius*, excitatæ fuerunt, ſuper variis capitibus religionis controverſiæ, utpote *de neceſſitate bonorum operum: de libertate voluntatis humanæ: de Adiaphoris*; *de particula ſola in enunciatione illa:* Fide juſtificamur, & de aliis. Harum cauſa plerisque conventibus actionibusque inſtitutis interfuit Morlinus.

Seculum decimum quintum ferax controverſiarum.

Revocatur in Boruſſiã. Fit Epiſcopus.

Anno autem *ſexageſimo ſexto* è Brunſuicenſi Eccleſia in Boruſſiam revocatur; ac *Sambienſis* Eccleſiæ à *Sigiſmundo Auguſto* Rege Poloniæ, & *Alberto* illo, ſeniore duce, in viam reducto, Epiſcopus creatur: quo in officio ad vitæ uſque exitum permanſit; atque tempus omne tum publicè docendo, tum domi commentando conſumſit. Anno *ſexageſimo ſeptimo*, Regiomontii *Synodus* cogitur: cui cum *Morlino Chemnitius*, Brunſuiga, & *Georgius Venetus* è Pomerania vocati, interfuerunt. In ea repetitio corporis doctrinæ inſtituta & approbata: quique ex imbecillitate Oſiandriſmum amplexi, verbis caſtigati; qui contra perſeverabant in errore, loco moti ſunt: inter quos M. *Nicolaus Jagenteufel.*

Regiomontana Synodus.
In ea quid actum.
Nicol. Iagenteufel.

Abſolvit tandem vitæ ſuæ in his terris curſum, ſub initium anni *milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi primi*, ætatis ſuæ anno *quinquageſimo ſeptimo*: cùm fruſtra reclamantibus medicis ſectionem in calculo veſicæ attentaſſet ſenex.

Obitus Morlin. Alii menſe Ian. alii 13. Iulii.

Fuit Lutheri ſectator, & acer doctrinæ ejus in toto miniſterio ſuo cuſtos: ingenio ſolerti & fervido: id quod vel ex his Melanchthonis verbis * colligas: *Cùm heri*, inquit, *alteram*

Luth. ſectator & propugnator.
* *Epiſtola*

Epiſtolam ſcripſiſſem, quam nuncius affert, p
ſtridiè venit huc M. Roſtochienſis Poſſelius v
doctus; qui mihi narravit certò Heshuſiu
redire ad Academiam Roſtochianam. Sed t
men gloriari, ſe ad diſputationem acceſſuru
eſſe Bremam. Cogitavi horum conſiliori
architectum eſſe Morlinum, & is habet ſoc
harum technarum artifices. Scribam Dav
Chytræo ne inſtituant diſputationem theatrica
quæ non parvos motus excitatura ſit, ſi proc
dat. Tibi etiam hortator ſum, ut ſi te in c
tamen vocabunt, poſtules tibi quoque conce
ut accerſas Petrum Martyrem, me, & al
quosdam amicos. Novi geneſin Morlini, &
pe ei prædixi, eum moturum, quæ ſedare n
poterit. In articulo de Cœna ſententia
Lutheri retinuit: *quod Chriſti corpus in, ſ*
aut cum pane ſit: ſicut ſæpe dixit: Du m
nicht ſagen/ Mum/ Mum: ſondern du m
ſagen was dieſes iſt/ das der Prieſter in
Hand hat. Adſeclas autem habuit & h
bet etiamnum multos: qui ſine tropo aut
gura urgent hanc propoſitionem: *Panis*
eſſentiale corpus Chriſti: aut ſubſtantia pan
eſt ſubſtantia corporis Chriſti: quæ qualia ſi
& quæ inde ſequantur ἄτοπα, vident ii, c
ſenſus habent exercitatos in ſcripturis.

Inter monumenta ingenii quæ reliqu
eminet *Pſalmorum Davidis enarratio*; ſi
ejusdem & hæc: *Catechiſmus Germanic*
Poſtilla & explicatio ſummaria Evangelioru
dominicalium. *Refutatio* mendacii Theolog
rum *Haidelbergenſium*, de Luthero: *De*
catione miniſtrorum, & quatenus magiſtra
fas ſit eos ab officio removere: *Defenſio*
verſus accuſationem novorum *Wittemberg*
ſium Theologorum, in libro cui titu
ϛηρέωμα; cum *deſcriptione viri beati* ex p
mo Pſalmo: *de peccato originis* contra Ma
chæorum deliria; *Epiſtolæ ad Oſiandrum*,
ejus reſponſiones. *Tantum de Morlino*,
Chronico Saxoniæ Chytræi; *item ex Chron*
Boruſſiæ, *aliis.*

CUNMANNUS FLINSCHBAC

CUnmannus Flinſchbachius natus eſt
bernis montanis, inferioris Alſatiæ,
Vogeſi radices, oppido, virorum doctor
ferace, ſub annum Chriſti *milleſimum qu*
genteſimum viceſimum ſeptimum, die *vic*
mo quarto Junii. Pater ei fuit *Jacobus*,
ſapiens, & ſanctus, nec illiteratus; a
Petrus, ludi Tabernæ montani primum
giſter, poſt in tabulario ibi à libellis, qui
gnatione genus Melanchthoniorum attigit

Hujus autem pueri, literis adhibiti, c
ingenium eſſe ejusmodi præceptores anim
verterent; in quo quaſi in agro felici om
bonæ artes facile eſſent plantandæ; cum
rentibus egerunt, ut literis ipſum omnino
ſtinarent. Itaque primis rudimentis in
tria poſitis, *Argentoratum*, quaſi ad frequen
rem doctrinarum mercatum eſt ableg

Ea in ſchola per omnes claſſium ordines progreſſus, non tàm pietatis & linguarum, primarumque artium fundamenta jecit: quam eadem publicis prælectionibus firmiſſimè munivit; ac à viro diſerto *Joanne Sturmio* linguam Latinam, Græcam à *Joanne Guinterio Andernaco*, Hebraicam à *Fagio* pleniùs percepit.

Cùm verò jam ut ad ætatem roboris, ita ad doctrinam cognitionis earum artium, quæ quaſi fores cæterarum artium, & diſciplinarum aperiunt, acceſſio facta eſſet: *Wittembergam* profectus eſt; ut & reliquas Philoſophiæ partes adjungeret, & quam in delitiis habebat Theologiam penitus cognoſceret. Eò cum veniſſet diuturnam quaſi ſitim diſcendo vix potuit explere. Nam quod unicè in votis antea habuerat, viros in omni diſciplinarum genere excellentes, quâ publicè, quâ privatim audivit cupidiſſimè: ſibi ipſe ſtudiorum leges atque ordinem præſcripſit, à Melanchthone autem affine totus pependit: & biennium in linguarum ſtudio, phyſices, mathematum, hiſtoriarum, omniſque antiquitatis memoriæ conſumſit. Confecto hucuſque ſtudiorum curriculo, Magiſterii ut vocant, titulo ornatus*, biennium itidem ferè, de Melanchthonis & cæterorum Præceptorum voluntate & adoleſcentum quorundam rogatu, privatim docuit, ac navatæ in ſtudiis operæ ſpecimen dedit: auſpicatus à Græcarum *Demoſthenis Olinthiacarum & Philippicarum* orationum explicatione. Deinde Mathemata expoſuit, & expeditam *faſtos componendi rationem*, omnemque *annorum ſeriem & hiſtoriarum memoriam* à mundi exortu revocavit. Poſtremo etiam *linguæ Hebraicæ rudimenta* ex Munſtero tradere, ac *Jonam Prophetam*, aliosque aliquot ex minoribus Hebraicos fuit interpretatus.

Sed hoc ipſius ſtudium atque operam peſtilentiæ vis interpellavit. Itaque Academia etiam diſſipata, Argentoratum revertit; ubi concionando aliquandiu ſe exercuit; conventus doctorum adiit: totumque divinarum rerum cognitioni ſeſe addixit. Invitiſſimus autem *Wittembergâ* diſceſſerat; cujus, quaſi *loti Homericæ* dulcedine, captus tenebatur. Itaque, cum peſtem illis de locis abiiſſe, & ſcholas redintegratas inaudiiſſet: totus in eo fuit; ut eodem rediret. Sed præter animi votum tunc accidit: ut, vocante Principe *Wolffgango*, Rheni Palatino, cujus munificentia aliquot jam annos in literis vixerat, *Bipontinæ* Eccleſiæ diaconatus, & reliquarum illius Ducatus Eccleſiarum gubernatio illi fuerit demandata. Ex Melanchthonis enim aliorumque judicio perſuaſum Principi jam erat; eſſe in eo homine & rectitudinem judicii, & conſtantiam in veris ſententiis, ac ſingularem eximiamque actionum moderationem, & vero parem iſti officio doctrinam.

Hac in provincia annos ferè *viginti* ita verſatus eſt; ut in publici muneris adminiſtratione nihil, nihil in fide, nihil in vita fuerit ab eo deſideratum. Eccleſiam ſuæ fidei commiſſam, & Eccleſiæ ſeminaria ſcholas ſtudioſè diligenterque curavit: conciones & doctas & ordine bono diſpoſitas habuit, tanta cum ſuavitate & efficacia: ut multæ earum quas juvenes ex eo audiverant, adultis etiam inſederint. Cum collegâ *Hilsbachio* ſeniore amicè vixit: eique nec ambitioſè ſe prætulit, nec ſuperbè aut importunè reſtitit: ſed ut parentem carum habuit ac obſervavit. Cæteros apud miniſtros, qui ad eam diœceſin pertinent, ob amorem, quo univerſos proſequebatur, ob præſidium, quod omnibus præſtabat, in ſummo & precio & honore & veneratione fuit. A civibus & reliqua multitudine omnem benevolentiam & caritatem in ſe tranſtulit, officio, fide, veritate, vitæ candore, iisque virtutibus; quæ pertinent ad manſuetudinem & moderationem; effecitque ut vix paſtoris ſui voci aut pedo viſæ ſint uſpiam oves tam libenter obtemperaſſe. Anno 64. menſe Octobr. peſte correptus lethaliter decubuit: ac non ſolùm corporis, ſed animi etjam graviſſimos ſenſit dolores. Omnes tamen tentationes Diaboli, Spiritus S. auxilio, clypeo verbi divini excepit, rejecit, fugavit. Nimirum fidelis eſt Deus, qui non patitur ſuos tentari ſupra vires. Nec verò conſtantia ipſius & fides, inque Eccleſia reformanda cura ac prudentia, anguſtis ſe patriæ terminis ac finibus continuerunt: ſed & foras extulerunt, & ad aliorum Principum aures promanarunt. Itaque ad externas etiam Eccleſias rectè conſtituendas fuit evocatus. Nam & *Mompelgartenſem* & *Hanovienſem* comitatus obivit, & utriusque Eccleſias ad decentem modum laudabilemque formam revocavit: grata maximè incolis & ſalutari luſtratione & emendatione.

Hilsbachius collega ejus.

Charus miniſtris.

Et civibus

Peſte correptus variè tentatur.

Reformat alias Eccleſias.

Præterea & ad maximi momenti controverſiarum diſceptationem, & dijudicationem arbiter ab *Argentinenſibus* fuit expetitus: & cum apud eos graviſſimæ religionis diſſenſiones inter Theologos exarſiſſent; eas cum quibusdam aliis doctis & idoneis viris reſtinxit. Nec ſilentio hic prætereunda eſt legatio ad *Treviros*, quam obiit demandatam ſibi à Principe *Wolfgango*, poſcente id urbis ſenatu cum civium ad ſaniorem religionem facta eſſet inclinatio. In ea quæ non criminationes devorandæ, quæ non pericula reformidanda, quæ non contentiones fuêre ſuſcipiendæ? Nam prætextu religionis ſeditionem in civitatem inducere, collegia diripere, ſacerdotum ſanguinem exſorbere velle, in maledictis fuit audiendum; inteſtinum bellum civium, jam jam ad arma ituro-rum, & ſubitâ cæde omnia completurorum, extimeſcendum: & nunc cum *Archiepiſcopo*, nunc cum ejus Conſiliariis, vel ſcripto, vel ſermone agendum; nunc cum *Latomo* in palatio, de fidei articulis in certamen diſputationemque deſcendendum; nunc cum aliis aliisque dimicandum. Quæ tamen eo omnia pertulit animo; ut qui ſibi omnia perpetienda per-

Componit controverſias Theol. Argentorat.

Ablegatur Treviros.

Ibi mendacia de eo

perferendaque, ſi modò Eccleſiæ prodeſſe, & opem afferre poſſet, haberet omninò perſuaſum.

Abit in tractum Moſellanũ. In hac paſtoritia cura & obeundi muneris ſolicitudine perpetuo verſatus eſt multis annis, & paulo antè, quam vitâ exceſſit, tractum *Moſellanum*, ad Bipontinum Principem pertinentem, ex quo querimoniæ nonnullæ perferebantur, ſibi adeundum, & in eo Eccleſias ordinandas componendasque cenſuit. *Morbo in itinere corripitur.* Salvus iter ingreſſus, cùm rebus ex animi voto & Eccleſiæ fructu perfectis domum properaret: ex inopinato graviter commoveri corpus ſenſit ex toxico, ut ſuſpicio fuit, à quodam paſtore clam Pontificio, propinato. Domi cum nihil, quod ad valetudinis recuperationem facere videbatur, prætermitteretur; quartoque pòſt die motus ventriculi nonnihil conquieſceret, ac ſpes ſomni, & ex eo levationis morbi eſſet; *Moritur.* ecce præter omnem expectationem, aſſidentium etiam opinionem, nullo edito nec doloris nec commotionis veſtigio, viri optimi & immortalitate digni vita morte intervertitur, non ſine luctu piorum, die *undecimo* Septembris, anno à Chriſti nativitate *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo*, ætatis verò ſuæ *quadrageſimo quarto*, miniſterii *viceſimo*. Elatus eſt honeſto funere Biponti ac in monaſterio virginum monumento tali honoratus: *Epitaphiũ.*

D. O. M. S.

CUNMANNO FLINSBACHIO TABERNÆMONTANO DIACONO ET SUPERINTENDENTI VIGILANTISSIMO, CUM EVANGELIUM PER ANNOS XIX. HIC POSTREMIS ETIAM PASTOREM AGENS, PURE DOCUISSET: ALIBI REFORMATIONI ECCLESIARUM INTERFUISSET: UTILIA SCRIPTA EDIDISSET: DIE XI. SEPTEMB. ANNO M D LXXI. ÆTATIS XLIV. PIE CUM LACRYMIS BONORUM DEFUNCTO, MEMORIÆ ERGO HEREDES POSUERUNT.

HODIE MIHI
CRAS TIBI.

Epigram. Fabricii in eum. *Henricus Fabricius* Medicus & Rector quondam Gymnaſii Hornbacenſis amicum demortuum hoc elogio etiam celebravit:

FLINSBACHIUS LOQUTUR.

Flinsbachius Chriſti præco, fidusq; ſacrorum
Antiſtes Gemini pontis in urbe fui.
Me commendavit gravitas, laudemque perennem
Judicii merui dexteritate mei.
Quos potui promtus juvi, ſolique putavi
Nunquam me natum, ceu pecus, eſſe mihi.
Quoddam præſidium lugens Eccleſia, quoddam
Amiſit Vogeſus, me moriente, decus.
Hic placuit, Domino quas cogito ſiſter[e]
Chriſto,
Inter oves obita morte cubare meas.

Fuit vir doctus, pius, & officii ſui ſatagens ea morum gratia, quæ omnibus ipſum commendaret, faceretque; ut qui ſuavitatis ipſius guſtum aliquem brevi converſatione percepiſſet; omnem cum ipſo ætatem exigere optarit: ea etiam oris & corporis i[n] eo fuit dignitas: ut primo adſpectu hominum animos ſibi conciliaret. Cum itaque, quod pulcrum eſt, ſit amabile, ut Theocritus ait: floruit & Flinsbachius familiaritatibus clariſſimorum virorum *Philippi*, *Chytræi*, *Eberi*, *Sturmii*, *Marbachii* & innumerabilium propè aliorum, quorum plerorumque demortuorum reliquæ ſunt literæ, conſuetudinis, familiaritatis, amicitiæ teſtes.

Reliquit, præter γνήσιον filium *Joannem Gallum* Medicum, monimenta à multis commendata: ut *Chronologiam*, primum Wittembergæ, deinde Argentorati editam; *Genealogiam Chriſti* & tabulis explicatam & juſto volumine comprehenſam: Baſileæ a[b] Oporino excuſam, & ſi quæ alia.

Ex narratione de vita ipſius M. S. & monumentis Pantaleonis Candidi.

LUDOVICUS RABUS.

*M*Emmingæ in Sueviâ vitam orditur *Ludovicus Rabus*, alias *Gyncer*, ann[o] Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto*. In patria primis literarum fundamentis jactis, *Tubingam* abiit: Theologiæ ſtudium cum elegantioribus Muſis ac Philoſophici[s] diſciplinis ita conjunxit: ut teſtimonium publicum ejus Academiæ fuerit adeptus.

Poſtea cùm *Argentoratum* acceſſiſſet: ſu[a]mque doctrinam ac virtutem aliis probaſſet mortuo *Zellio* anno *quadrageſimo quarto* ſuc[c]eſſor ei datus, & in ſummo Argentoratenſium templo concionator eſt conſtitutus. Su[b] id tempus Sphinx illa *Auguſtana*, toties decantata, prodiit. Eum in librum, utpote Pontificios errores ſtabilientem, cum aliis graviſſimè invectus eſt hic Rabus.

Anno deinde *quinquageſimo tertio* Tubi[n]gam profectus, Theologiæ inſignibus Docto[r]alibus eſt ornatus. Fuitque panegyris il[l]& actus admodum ſolennis: in quo triu[m] ut vocant, facultatum Doctores uno die re[-]nunciati ſunt: *Theologi* quidem, *Jacobus An[-]dreæ*, *Ludovicus Rabus*: *Jureconſulti*, *Chr[i]ſtophorus à Gich*, *Anaſtaſius Demler*, *Jacobu[s] Kunigsbach*, *Ulricus Wolfhardus* Memminger[-]ſis, *Petrus Feurerus*: *Medici*, *Joannes Koboli[-]Joſua Baſchar.*

Argentoratum reverſus officium ſuum ſtr[e]nuè urſit, tum publicè docendo, tum privati[m] commentando, de quibus laboribus poſte[a] Eodem anno quinquageſimo tertio *Caſpa[ri] Hedioni* in curatione ſtudioſorum ſucceſſi[t] quo[-]

quorum *Argentorati* in *Wilhelmitarum* collegio quadraginta amplius tunc alebantur.

Interea *Ulmenſis* Reſpub. Eccleſiam à novæ religionis forma repurgavit: & puram Evangelii doctrinam inſtauravit, eiusque rei felicius perficiendæ cauſâ *Rabum Argentorato* evocavit. Eò ubi commigraſſet, Paſtor eſt Eccleſiæ Ulmenſi præfectus: quo in munere ad exitum, niſi fallimur, vitæ ſuæ perſtitit.

Scripta reliquit hæc: *Hiſtoriam martyrum tomis* quinque comprehenſam: *Conciliationes locorum ſcripturæ* in ſpeciem pugnantium, & ſi quæ alia. Filium etiam reliquit, *Jacobum Rabum*; qui ab Evangelicorum religione ad Pontificiam, neſcio qua de cauſa, turpiter defecit; id quod & hodie loquuntur ſcripta ab eo ad patrem, ad Ulmenſes ſuos populares, & ad alios ſuper eo negocio. Reſponſum ipſi fuit ab aliquo rhythmis vernaculis edito ſcripto; cui titulus *Nycticorax*, in quo anonymus eum ex alluſione nominis & vitæ diſſolutæ narratione comparat rapaci & turpi corvo; ejusque defectionis ad Jeſuitas impietatisque in parentem occaſionem detegit. Adeo ſæpè illud *Homericum* * probatur:

Παῦροι γὰρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

Pantal. l. 3. Proſopographiæ: Cruſius in annalibus Suevicis: Geſnerus in Bibliotheca.

JOANNES PFEFFINGERUS.

IN *Bavariâ* natum *Joannem Pfeffingerum* tradunt, ſub annum *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum tertium*. A primâ adoleſcentiâ literis imbutus, & ſacris zelo quodam religionis addictus; poſtea repudiatis Pontificiorum ſuperſtitionibus, Evangelii veritatem eſt amplexus; quam & totius vitæ ſuæ curriculo conſtanter propugnavit.

E Bavariâ *Wittembergam* venit, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio*: ubi ad pedes *Lutheri* ac *Melanchthonis*, φωςήρων Germaniæ, ſacra, quod in votis unicè habuerat, coràm audivit: & audita alios quoque docuit. Poſtea cum anno *trigeſimo nono* duci Saxoniæ *Georgio* abſque liberis mortuo, frater *Henricus* ſucceſſiſſet: *Lipſiam* vocatus eſt; & abolitis ritibus Pontificiis præconii Evangelici lætum initium ibi fecit, & quaſi ſitim diuturnam civium incredibili gaudio explevit. Idque factum eſt ductu & auſpiciis Lutheri; qui eodem accerſitus Pontificium ſtatum in Evangelicum convertit; ſucceſſu & celeritate tanta, ut cum Paſchali tempore Pontificii fuiſſent Lipſenſes, Penteceſtes feſto Evangelium pleno ore profiterentur.

Manſit autem Pfeffingerus Lipſiæ hoc in docendi munere, ad vitæ usque exitum, inter varias turbas, bellicos motus, & religionis diſſidia: atque Eccleſiam Lipſenſem magna gravitate, cura, & moderatione rexit. Fatis conceſſit ipſe, vitæ ſatur, quippe qui periodum illam longiſſimam homini à Moſe præſcriptam attigit, annum octogeſimum, anno Chriſtiano *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio*, die *tertio* Januarii, Lipſiæ: ubi & honorificè tumulatus. Concio in funere ejus habita typis excuſa prodiit: ſed quam videre nobis nec dum contigit. Curriculum ergo ipſius bene longum in Eccleſiaſtico munere totos annos *quinquaginta quinque* comprehendit. Fuit ſtatura ejus probè compacta: vultus lætus, barba promiſſa, concio autem gravis & ſuavis: plenaque literatæ ſenectutis. Scripſit de *gradibus & vocatione miniſtrorum* in Eccleſia Dei; concluſiones ad diſputandum propoſitas; de *capite quinto Maccabæorum* concluſiones, cum *confeſſione* doctrinæ & fidei. Edidit quoque libellum Germanicum *de Adiaphoris*: Item alium *contra dolos & fraudes*, quibus divinam veritatem quidam labefactare conantur. Librum præterea *conſolationum* deſumtum ex verbo DEI. Extat ejusdem *methodica enarratio univerſæ hiſtoriæ JESU Chriſti*, additis formis precum, emendata ab auctore, paulò ante ſuum ex hac vita exitum: concio inſuper in funere *Juſti Menii*.

Moritur.

Statura ejus.

Scripta.

Gregorius Berſmannus hoc elogio, ad effigiem ejus appoſito, defunctum ornavit:

Epigramma in eum Berſman.

Qui Pfeffingeri ſimiles in imagine vultus
Aſpicis, hoſpes, & hæc perlege ſcripta memor.
Bavariæ dedit hunc tellus in luminis auras,
Quem vita functum Lipſia condit humo.
Dicere longa mora eſt; per quot diſcrimina rerum
Hunc exercuerit dæmonis ira trucis,
Finibus extorrem patriæ, preſſumque ſuorum
Invidiâ, atque odiis turba profana tuis.
Dum venale Papæ cœlum, miſſamque peroſus.
Mavult eſſe tui portio, Chriſte, gregis.
Cui ſe doctrinâ ſtudio, ſanctoque labore,
Atque operâ curâ conſiliique fide,
Addixit, moderansque ſcholas & templa gubernans.
Haud gravis imperii fulmine, pacis amans.
Teſtis erit juveni vita ſine labe peracta,
Leucoris, & ſecli fama Luthere, tui.
Et tu relligionis apex, divine Melanchthon,
Et tu, qui clarum de cruce nomen habes.
Poſtque hos conſilii conſors, ſociusque laborum,
Tu quoq; adhuc noſtræ ſpes, Joachime, Scholæ.
Orba ſui luget Paſtoris Lipſia fatum:
Amiſſumque gemit Miſ idos ora patrem.
Salve ſancte ſenex, decus ô venerabile morum!
Salve cœleſtum conſociate choris,
Matthæus Dreſſerus in ſexto millenario.

ABDIAS PRÆTORIUS.

Ɵ. 1573. d. 9. Ian. ætat. 49.

ABdias *Godeſchalcus Prætorius* anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto*, die *viceſimo octavo* Martii, *Soltvvellæ*, vete-

Soltvvella patria Prætorii.

Magdeburgi fundamenta jacit. veteris Marchiæ oppido natus, primùm in patriâ, poſtea *Magdeburgi* ad Academica ſtudia præparatus eſt, quæ tum *Francofurti* ad Viadrum, tum *Wittembergæ* ad Albim, diligentiâ ſibi propriâ continuavit.

A linguarum itaque cardinalium, ut vocant, & omnis liberalis doctrinæ copiâ eleganter in- *Regit ludū patriæ.* ſtructus, patriæ aliquandiu ludum gubernavit. Inde infelici illâ *de Adiaphoris* diſputatione *Dein Magdeburg.* ortâ, *Magdeburgum* anno *quinquageſimo tertio* vocatus, ſcholam ejus urbis reddidit cele- *Iudicium aliorum de ipſo.* berrimam. Ita enim uno ore omnes docti exiſtimabant & dictitabant, *doctiorem ejus ſcholæ gubernacula nunquam habuiſſe, & ne quidem habiturum.* Illi igitur acceptum ferendum, quicquid ſchola ea habuit habetve optimarum legum, Theologicarum diſputationum, Philippicarum lectionum. Inter alia autem Prætorius etiam hanc ibi invexit conſuetudinem; ut ſub horarum initia & intervalla, intermiſceretur ſymphoniacus cantus, *Cantum interponit lection.* quo & magiſtrorum & diſcipulorum vires nonnihil reficerentur.

Eo itaque in loco etſi ipſe unicè in votis habebat & honeſtè vivere, & Spartam ſuam exornare pro virili, tamen cum in diſputationibus ſcholaſticis, *Melanchthonem* ſecutus, dixiſ- *Evangeliū quid.* ſet: *Evangelium eſſe prædicationem pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum*, ſummam Theologorum incurrit invidiam, aliorumque odia & *Incurrit odium Theolog.* convitia. Quamobrem cum Antagoniſtarum impotens animus non ſolum doctrinam; ſed & perſonam nomenque ejus leviter deforma- ** Vtrumq; ſignificat ſervum DEI, Gottes Diener.* ret, pro *Godeſchalco* *, *Abdias*, Hebræo vocabulo ſynonymo, appellari voluit: tandemque *Francofurtum*, anno *quinquageſimo ſeptimo*, conceſſit.

Francof. ad Viad. concedit. Verùm nec *Francofurti* quidem diu quietam ſedem figere potuit; Antinomis certatim eum impetentibus & doctrinæ falſæ inſi- *Ab Antinomis impetitur.* mulantibus: quia aſſeruiſſet; *bona opera neceſſaria ad ſalutem acquirendam* eſſe. Quocirca ut & maledicis linguis & malevolis oculis *Evocatur in aulam Berlinenſ.* ſubtraheretur, ab Electore & Marchione Brandenburgico in aulam *Berlinenſem* evocatus, *Munus oratoris obit.* munus oratoris ſæpè & feliciter tum in legationibus, tum in conſiliis obivit. Specimen ejus hoc unicum eſto. Anno *ſexageſimo primo* menſe Februario Berlini coram ipſo Electore juſſus eſt conferre de doctrina cum legato quodam Pontificio. Ibi tùm, ubi breviter ſummam fidei orthodoxæ expoſuiſſet, tandemq; de bonis operibus addidiſſet, bona *Bona opera quæ.* „ opera ea eſſe, quæ fiant à juſtificatis, non à „ juſtificandis: *Jeſuita oppoſuit*, hominem fide „ in Chriſtum juſtificari, quod ad primam ju- „ ſtificationem; bonis autem operibus quod „ ad ſecundam. *Contra Prætorius*, plus *ergò* „ operibus tribuitis, quàm fidei & Chriſto? „ *Ibi Jeſuita*, vos ergo Lutherani rejicitis „ merita operum? *Reſponſum tulit:* Promiſ- „ ſio juſtificationis & vitæ æternæ tantum per- „ tinet ad fidem; promiſſio præmiorum per- „ tinet ad bona opera prælucente fide. *Sed* „ *hæc hactenus.*

Cùm verò & aulica vita ipſi, quietis & otii literarii cupido, minus arrideret: *Wittembergam* reverſus civiumque numero adſcriptus, vitam egit privatam, atque auditorium aperuit frequens, docendo artes liberales, linguaſque Eccleſiæ Dei & ſcholis utiles ac neceſſarias, diſputationes inſuper habendo de eruditis argumentis. Adſcitus etiam fuit ibi in *collegium Philoſophicum*, & Decani, ut vocant, munus anno *ſeptuageſimo primo* gerens, inter alios magiſterii gradu *Georgium Sohnium*, die *ſexto Septembris* ornavit.

Ita de juventute ſtudioſâ & re literaria benè meritus ad vitam meliorem abiit anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo tertio*, die *nono Ianuarii*, ætatis *undequinquageſimo.* Pridiè ante obitum vidit in ſomnio feretrum afferri, & cum interrogaſſet; ecquis eſſet? Reſponſum audire viſus eſt: *Chriſtum in ſepulcro condendum, quem brevi ſit ſecuturus.* A quo cum evigilaſſet, mortem haud procul abfore præſagiit; ſimulque hoc: *Qui Chriſtum ſequitur, benè graditur, nec ambulat in tenebris. Chriſte, eſto mihi miſero peccatori propitius, & trahe me poſt te.*

Scripta poſteritati *Philologica* & *ſacra* reliquit, de quibus ſunt, *libellus de Poëſi Græcorum*, cui acceſſit alius de generaliſſimis poëſeos conſiderationibus: *de phraſibus Hebræis* libellus aureus: de *diſcrimine ſententiarum Lutheri, Sacramentariorum, & Pontificiorum*, in materia de cœna Domini, & de ſententia ſanâ & orthodoxa: *Analyſes* paulò generaliores *locorum Theologicorum Melanchthonis*, propoſitionum formis accommodatæ: *Armeniorum de Trinitate* & Filio Dei Domino noſtro Jeſu Chriſto *confeſſio* cum notis. Coronidis loco addere placitum eſt regulas, *de bonis operibus*, quas adoleſcenti cuidam petenti præſcripſit.

Prima eſt: *Rectiſſimè dicitur, Bona opera ſunt neceſſaria; Nova obedientia eſt neceſſaria.*

Secunda: *Rectiſſimè dicitur, Bona opera ſunt neceſſaria, tanquam res à Deo mandata.*

Tertia: *Non rectè dicitur, Bona opera ſunt neceſſaria ad ſalutem.*

Quarta: *Non rectè dicitur, Bona opera ſunt neceſſaria ad ſalutem impetrandam.*

Quinta, *non propriè dicitur, Bona opera ſunt neceſſaria ad retinendam fidem & ſalutem.*

Sexta: *Rectiſſimè dicitur, Bona opera ſunt neceſſaria ad teſtificationem vel declarationem fidei, & ſalutis, ad declarandam fidem & ſalutem.*

Pantal. l. 3. Proſopogr. vitæ Theol. Wittembergenſium.

BENEDICTVS ARETIVS.

INclyta & potens Helvetiorum civitas *Berna*, *Benedictum Aretium* dedit, qui in patriæ ſcholis bonis literis excultus, ad exteras abiit nationes, tum ingenii expoliendi, tum judicii varia rerum experientiâ firmandi cauſa. Ibi tum cum ad Cattorum Academiam quà

quæ *Marpurgi* floret, appuliſſet, in ordinem Philoſophicorum Profeſſorum adſcriptus, Logicen, limam illam ingenii & normam veritatis, ſtudioſæ juventuti explicavit.

Poſtea ad ſuos reverſus, Theologiam publicè docere eſt juſſus. Hoc in munere ea fide & induſtriâ eſt verſatus, ut cum fructu alii ipſum audierint.

Cùm itaque annos complures Bernatum ſcholæ inſerviiſſet, de ſtatione hujus vitæ avocatus eſt, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo quarto*, die *viceſimo ſecundo* Aprilis, honeſta relicta nominis ſui memoria.

Curriculum ejus hoc epigrammate *Petrus Nigidius* delineavit:

Hic etiam Bernas Benedictus Aretius olim,
Inſigni Logices laude profeſſor erat.
Et potuit plures nobiſcum degere ſoles:
Sic gratus cunctis ceperat eſſe bonis.
Sed tamen hinc abiens quoque noſtra Lycea reliquit,
Ad patriæ dulces cùm remearet agros.
Utiliter docuit juvenes Dialectica noſtros,
Linguis excellens, artibus atque bonis.
Explicuit Bernæ divini oracula verbi;
Et tandem in patria ſuaviter occubuit.
Edidit ante obitum paulò Problemata ſacra,
Complexus libris optima quæque tribus.
Scripſit & in ſacros bona Commentaria libros;
Reddidit & methodi lucida quæque modo.

Inter ſcripta ejus eminent, quorum hic fit mentio, *Commentarii* in novum Teſtamentum: *Problemata* ſacra, ſive loci communes, *& examen Theologicum.* Reliqua in bibliothecis recenſentur. *Ex elogiis doctorum virorum, & P. Nigidii catalogo profeſſorum Marpurgenſium.*

GEORGIUS MAJOR.

NOrinberga urbs eſt Imperii, in Norico, celeberrima, ſplendida, ac populoſa, ſive à *Tiberii Neronis*, Turingorum Regi bellum illaturi caſtris, nomen initio adepta. Hac in urbe lucem adſpexit Georgius Major honeſtis editus parentibus, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſecundo*, die *viceſimo quinto* Aprilis, dimidiâ horâ poſt primam pomeridianam. Puer admodum elementis artium cognitis utcunque, adductus eſt in terras Saxonicas juſſu & ſumtibus illuſtriſſimi Principis *Friderici III.* Ducis Saxoniæ, Electoris, in cujus aulâ educatus eſt inter adoleſcentes ſymphoniacos. Civis factus eſt Academiæ Wittembergenſis anno, poſtquam primùm inſtituta fuit, nono; qui fuit Chriſti *milleſimus, quingenteſimus, undecimus.*

Ac reperit tunc *Major* terras Saxonicas florentiſſimas Principibus, nobilitate, Academiis, urbibus, una defuit lux veritatis Evangelicæ; quam in Eccleſiis & ſcholis illarum terrarum non ita multò poſt Deus immenſa bonitate accendit, miniſterio inprimis *Lutheri*, anno poſtquam Wittembergam venit Major ſexto. Eam deinde lucem paulatim auxerunt ii, quos Deus ei ſocios ac *συνεργοὺς* adjunxit; inter quos Princeps *Melanchthon*: qui ſcriptis methodicis confuſas initio, & obſcuras, & propter ſcholaſticorum labyrinthos, perplexas controverſias illorum temporum, ſumma dexteritate ac perſpicuitate explicuit atque illuſtravit.

Cum renaſcente autem luce Evangelii, ſimul efflоreſcebant ſtudia Philoſophiæ ſincerioris, *Melanchthone* artes illas repurgante & urgente. Occaſionem itaque Major ex voto nactus, primum ad diſciplinas Philoſophicas alacriter incubuit, ſummumque Philoſophici ordinis gradum conſecutus Wittembergæ eſt.

Poſtea Luthero ac Melanchthone præceptoribus uſus, ſumtibus Principis & Senatus Norici Theologiæ diligentem dedit operam. *Theol. dat operam.* Cum utroque enim, Luthero & Melanchthone, ut familiariter verſaretur, ut quoties vellet utrunque adiret, & quæ opus erant interrogaret: ut privatim inter ſe conferentes de præcipuis doctrinæ controverſæ capitibus, audiret, ut judicia cognoſceret eorum de rebus maximis; denique ut ab utroque diligeretur, ornaretur: Dei ſingulari beneficio fuit conſecutus, ut primum in Academia eis innotuit. *Familiaris Luth. & Melancht.*

Anno *milleſimo, quingenteſimo duodetriceſimo* duxit uxorem virginem nobilem *Margaretam à Mochavv*, & cùm *Caſpar Cruciger* è ſchola Magdeburgenſi eſſet revocatus, hic Georgius Major, anno *undetrigeſimo*; ſupra ſeſquimilleſimum, *Lutheri* conſilio ipſi ſuffectus eſt, ſecundus, poſt religionis reformationem, rector. *Ducit uxorem.* *Succedit Crucigero Magdeb. ſchola.* Ibi cum in Auguſtiniano cœnobio minus commodè doceretur; effecit Major autoritate & conſilio *Leonhardi Martii*, J. U. D. Syndici Magdeburgenſis Reip. Helvetii natione, *Nicolai* item *Amsdorfii* & *Georgii Copi* Medici, ac inprimis *Vldarici ab Embden* viri nobilis; ut in *Franciſcanorum* clauſtrum ſchola deduceretur. *Leonhard. Martius.* *Transfert ibi ſcholã in Franciſ. clauſtrum.* Id quod à Majore factum ſub Michaëlis anni *viceſimi noni*. fruſtra renitentibus & frementibus monachis. Ferunt *Ioannem Hilten Iſenacenſem*, virum pium, & ipſum Franciſcanum ſic ad Guardianum uti vocant, illius monaſterii Magdeburgici ſcripſiſſe: *clauſtrum Minorum Vinarienſe fiet armamentarium: Wittembergenſe granarium, Magdeburgenſe, ſchola juventutis*, Id quod hoc rectore completum in Magdeburgenſi. *I. Hilten de eo vaticinium, & aliis clauſtris.*

Rexit iſtum ludum Major fideliter annos *ſeptem*, & fortaſſis omnem ibi ætatem exigere ipſi volupe fuiſſet, niſi ſalarii exiguitas & rei familiaris anguſtiæ alio eum compuliſſent. *Laborat anguſtia rei familiaris.* Nam cum à ſenatu Magdeburgenſi acceſſionem aliquam petiiſſet: nec voti compos fieri potuiſſet, vocationem, quæ tum ei in manibus, ſecutus, & Superintendens *Islebienſis* eſt factus, anno Chriſti *trigeſimo ſexto Islebia* Wittembergam rediit, ibidem & profeſſor Academiæ, & eccleſiaſtes in templo arci contiguo deſignatus, *Fit Islebiæ paſtor.*

tus, atque anno *quadrageſimo quarto* menſe Decembri *Doctor Theologiæ*, ipſe tunc Academiæ rector, cum *Ioanne Faberio* Monacenſi renunciatus.

Doctor Theolog. creatur.

T.1. Intim. Wittemb. p.103. Colloq. Ratisb.

Anno *quadrageſimo ſexto*, cùm colloquium religionis cauſſa *Ratisbonæ* juſſu Cæſaris inſtitutum eſſet, venerunt eò ex Pontificiis *Petrus Malvenda Hiſpanus*, *Eberardus Billicus* Carmelita, *Ioannes Hoffmeiſterus* Auguſtinenſis, & *Ioannes Cochlæus*: ex Proteſtantium verò Theologis *Bucerus*, *Brentius*, *Major*, *Erhardus Snepſius*. Sed paulò pòſt abruptum eſt colloquium, cauſas indicant Acta edita. Moto deinde bello Saxonico, *Major* in exilio cum conjuge & *denis liberis*, non ſine præſenti diſcrimine palabundus erravit tantiſper, dum ſub exitum anni *quadrageſimi ſeptimi*, à Mauritio & Auguſto fratribus, Saxoniæ Ducibus, gubernationi Eccleſiæ *Mersburgenſis* præfectus, tandemque anno *quadrageſimo octavo* recollectâ & inſtauratâ *Wittembergæ* Academiâ, priſtinum in locum fuit reſtitutus.

Exulat.

Eccl. Mersburgenſi præficitur Reſtituitur Wittembergæ.

Anno *quinquageſimo primo*, oblatæ ei ſunt variæ, eæque luculentæ conditiones. Nam & à Rege Daniæ opera ejus fuit expetita, & à Principe Holſatiæ *Friderico* gubernatio eccleſiarum Sleſvicenſium delata, ab Electore verò Saxoniæ iter ad concilium Tridentinum decretum. Sed nihil horum factum, literis à Baltico litore ſerius miſſis, & conſilio etiam Electoris mutato, qui ad tempus regimen Eccleſiæ in comitatu *Mansfeldenſi* obire eum juſſit. Præfuit Eccleſiæ illi annum unum, & ſequenti *quinquageſimo ſecundo* Wittembergam reverſus, quod reliquum fuit vitæ in munere ſibi demandato exegit.

Variæ vocationes ejus.

Regit eccl. Mansfeld.

Sed cum nihil ſit, quod non malè interpretando poſſit depravari, incurrit & Major in graviſſimam invidiam & odium, quod aliquando, ut fuit Zelotes & ſanctimoniæ commendator ſummus, dixerat, *fieri non poſſe, ut qui non ſtudeant bonis operibus, ſalutem conſequantur æternam*, & *bonorum operum ſtudium eſſe neceſſarium ad ſalutem*. Adverſarii enim ejus, de quibus anteſignani fuerunt *Matthias Flacius* Illyricus, *Nicolaus Gallus* & *Nicolaus Amsdorfius*, propoſitionem hanc: *Bona opera neceſſaria ſunt ad ſalutem*, interpretati ſunt ita, quaſi ſtatueret Major, juxta Origenicam & Pontificiam ſynecdochen; *bona opera cum fide mereri remiſſionem peccatorum, & eſſe cauſam juſtificationis coram Deo*. Verum Major & Confeſſione publicè edita, & diſputationibus teſtatus eſt; nunquam ſe ita ſenſiſſe, nunquam „ ita docuiſſe; ſed totum juſtificationis no„ ſtræ negotium & ſalutis beneficium in ſo„ lidum acceptum retuliſſe, & referre miſeri„ cordiæ divinæ, atque unici Salvatoris noſtri „ Jeſu Chriſti merito, idque ſola fide accipi, „ quam bona opera, ut fructus certiſſimi, ſe„ quantur. *Quin imò disertè teſtatus eſt*: ſe „ propoſitione illa, quâ videret aliquos offen„ di, deinceps non uſurum. Sed, quæ eſt hominum credulitas, ac calumniæ efficacitas, effugere ſuſpicionem doctrinæ diverſæ nunquam potuit. Adeò verum eſt illud, *calumniare audacter, ſemper aliquid hæret*. Imò eò de[...] mentiæne dicam, an impietatis, quidam pro[...]greſſi ſunt, ut non dubitarint hæc axiomat[...] propugnare: *Bona opera non ſunt neceſſari[...] ad ſalutem: Bona opera officiunt ſaluti: Nov[...] obedientia non eſt neceſſaria*. Sed ſuper hoc ar[...]gumento ſcripta * ipſa paſſim edita videantu[...]

Controverſia ei mota de neceſſitate operum.

Adverſarii ejus.

Purgat ſe Major.

Sententia ejus.

Inſenectute expertus Major eſt illud, quo[...] in veteri verſu Græco dicitur:

Φόβου τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.

Nam ad συῤῥάξεις illas Theologorum acce[...]ſerunt variæ & graves calamitates domeſtica[...] Primum enim vidit funera *ſex filiorum*, inte[...] quos *Leonhardus* à rabioſâ cane vulneratus in[...]teriit, alii aliis morborum generibus exſtinc[...] ſunt. Poſtea nepotum etiam aliquot fune[...] extulit, tandem & filiæ, fœminæ præſtanti[...] In his tamen afflictionibus patientiam oſte[...]dit Chriſtianam, ſeque ſolatus eſt cogitation[...] communium ærumnarum, & exemplo fi[...] Dei, cujus imagini conformes nos fieri opo[...]tet; crebro repetitis vocibus ex Jobo: *D[...]minus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen D[...]mini benedictum. Si bona accepimus, ma[...] cur non ſuſtineamus?*

Tandem & ipſe Major poſt *triennii* ferè d[...]cubitum, ſenio & morbis confectus in co[...]leſtis vitæ conſuetudinem conceſſit *Witten[...]bergæ*, anno ſalutis *milleſimo, quingenteſim[...] ſeptuageſimo quarto*, die *viceſimo octavo* No[...]vembris, cum in exilio terreno exegiſſet ann[...] propemodum *ſeptuaginta tres*. Corpus ej[...] terræ mandatum honorificè eſt in templo a[...]ci contiguo, ad ſiniſtrum latus *Ioannis Schne[...]devvini* Jureconſulti clariſſimi. Obitum ej[...] eruditis carminibus varii lugentes celebrarun[...] è quibus tale eſt *Ioannis Lauterbachii* ep[...]gramma:

Livor nocere cui nequit, laus optima.
Major ab æterno Patre multis obrute donis,
Celſa quibus nomen tollis in aſtra tuum;
Magnus es ingenio, major virtutibus, imò
Maximus in verâ cognitione Dei.
Fidus, ad ingenuas pueris induſtrius artes,
Monſtraſti lætâ fronte Magiſter iter.
Egregium terris idem virtuti fuiſti
Exemplum, quo ſit vita regenda modo.
Quod ſummum eſt, Doctor ſcriptis & voce, ſ[...]lubris
Plantaſti dias relligionis opes.
Hinc monumenta tui relegens divina laboris,
Nemo non, ſalvus qui cupit eſſe probat:
Nocturna verſatque manu, verſatque diurnâ,
Proque tuo grates munere gratus agit.
Dum monumenta tui vivent divina laboris,
Perpetuò nomen vivet in orbe tuum.
Quod Livor memori nunquam miſer eximet a[...]
Perpetuo florens tempore nomen erit.

Prodeſſe Eccleſiæ Dei ſtuduit, non ſolum vi[...] voce in Concionibus, lectionibus, & ju[...]ciis, ſed etiam *commentariis in præcipu[...] Evangelicos & Apoſtolicos libros*, aliisq[...] lucubrationibus eruditis, quas cum Republ[...]ca literaria communicavit. Sunt autem *ope[...]* ejus *tribus tomis* diſtincta edita; quorum *prim[...]* continet enarrationem epiſtolarum S. Pau[...]

ſecund[...]

ſecundus homilias in epiſtolas dierum Dominicorum & feſtorum: *tertius* Homilias in Evangelia Dominicalia & dierum feſtorum. Præterea ſeparatim edita ſunt multa, quæ in bibliothecis recenſentur.

Hactenus de Majore Theol. ex ipſiusmet narratione, quæ exſtat tomo 7. ſcriptorum Wittembergæ publicè propoſitorum: Item ex vitis Theologorum Wittembergenſium, conſiliis Theologicis Melanchthonis, & aliis.

MATTHIAS FLACIVS ILLYRICVS.

NOn fuit hic Germanus ſatu ſed incolatu, nec uno nomine Germanis plus ſatis notus. Edidit eum *Illyrici* (hodie *Sclavonia* appellatur, Iſtriæ contermina) oppidum *Albona*; ſub annum Chriſti, *milleſimum, quingenteſimum & viceſimum*, die 3. *Martii*, familiâ, ut quidam, nobili; ut alii, plebejâ quidem veteri tamen & numeroſâ. Pater ei fuit *Andreas Flachius*, vir integer & honeſtus, mater *Jacoba*, ex nobili *Luciorum* familiâ oriunda.

Pater, qui & ipſe ad virilem usque ætatem bonis literis operam dederat, cùm indolem in puero à ſtudiis minimè abhorrentem deprehendiſſet, tenello ejus animo prima rudimenta inſtillavit. Poſtea patre è vivis exemto, filius à tutoribus, ut haud rarò fieri aſſolet, aliquantiſper neglectus, ea quæ didicerat, ferè dedidicit. Verùm ipſe ſuo judicio ad literas reverſus, in patriâ *Franciſco Aſcerio* Mediolanenſi, viro doctiſſimo, operam dedit.

Fundamentis eruditæ doctrinæ in patriâ jactis, *Venetias* miſſus eſt; ubi *J. Baptiſtam Egnatium*, juxta forum B. Marci literas humaniores celebri famâ profitentem, audivit. Annos deinde natus *ſeptendecim*, deſiderio pietatis ac Theologici ſtudii ardens, frequenter in templis pſalmodias publicas juvit, totumque ſe Theologiæ mancipare, in animum induxit. Sed cùm videret, in Italiâ Theologiam non facilè alibi tradi; quàm vel in monaſteriis frequentibus, vel magnarum urbium Academiis, monachiſmum profiteri ſubiit, cùm tantæ opes ei non eſſent, ut diutiùs inde in Academiis vivere poſſet.

Communicato ergo conſilio cum *Baldo Lupatino*, Franciſcanorum provinciali, ſuo propinquo materno, dimidiam monaſterio ejus bonorum partem obtulit eâ conditione, uti mox vel *Bononiam* vel *Patavium* in ejus ordinis aliquod cœnobium miſſus, ibi literis ac inprimis Theologiæ commodè vacaret. Probavit adoleſcentis conſilium *Baldus*: omnemque eâ in re operam ſuam promiſit. Interea explorato familiari conſuetudine Flacii animo atque ingenio, monachatum disſuadere cepit, atque, ſi adeò diſcendæ Theologiæ cupidus eſſet, auctor ei fuit, in Germaniam ſe conferret, & ibi viris ubique doctis operam daret.

Baldus autem iſte, ut & hoc ἐν παρόδῳ addamus, paulò poſt in ſuſpicionem hæreſeos venit, ac Venetiis *viginti* ipſos annos, ſitum ſqualoremque carceris, tandem in mari ſubmerſus ſupplicium fortiter pertulit. Uſitatum eſt ibi, non ita rigidè in hæreticos, quos vocant, inquirere, ſed in oblatos quovis ſupplicii genere ſævire. Sed ad Flacium redeamus.

Bald. Lu. pat. aquis ſubmerſus.

Hic ergò Baldi conſilium ſecutus, perlectis aliquot Evangelicorum ſcriptis, abdicato monachatus deſiderio, in Germaniam ante nunquam viſam, omni penè viatico deſtitutus venit, ac primùm *Baſileam*, anno *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo nono*, appulit, ubi hoſpitio à *Simone* illo *Grynæo* amicè exceptus, non ſolùm eo hoſpite, ſed etiam præceptore in pietatis veræ capitibus uſus eſt. *Baſileâ*, ſub exitum illius anni, *Tubingam*, ubi *Matthias Garbicius*, popularis ejus, diſciplinæ rigidus exactor, literas Græcas profitebatur, Flacius ſe contulit, uſusque eſt hoſpitio *Garbicii*, pro facultatibus ipſius, non illiberali, & expertus *Joachimi Camerarii*; qui eodem ante biennium venerat, & aliorum benevolentiam ac ſtudium.

Venit Baſileam Flacius.

Inde Tubingam.

Matthias Garbicius popularis Flacii.

Inde diſcedens anno *quadrageſimo primo*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, *Ratisbonaq;*, ubi tunc comitia celebrata, tranſiens, *Wittembergam* eſt profectus; *Lutherum* & *Melanchthonem* in Theologicis, *Winshemium* autem in Græcis aliquandiu audivit: vixitque è didactro diſcipulorum ſuorum, quos privatim illic in Græcis atque Hebraicis inſtituit, hoſpitem nactus *Fridericum Bachovium*, Wittembergenſis eccleſiæ miniſtrum. Hic tentationes, quibus *Flacius tunc* divexabatur, *de peccato*, de *ira Dei*, de *prædeſtinatione*, & aliis, primùm ad D. *Pomeranum*, deinde ad ipſum *Lutherum* detulit, quibus tandem poſt preces etiam publicè pro ipſo habitas, literarum ſacrarum auditis conſolationibus, fuit liberatus.

Wittembergæ audit docentes.

Et ipſe privatim docet.

Tentationes ejus.

* *Melanchthon* quoque humanitate ſingulari ipſum complexus, vel quod à Tubingenſibus venerat, vel quod præclarè de ingenio ejus ſperaret; omnibus eum rebus adjuvit, augens & ornans hominem, ſuis etiam facultatibus ſuſtentans. Id quod ab ipſo in promtu erat cunctis. Ac *Flacius* quidem, cum mediocri Græcæ linguæ cognitione eſſet inſtructus, in condiſcendam Hebraicam totus tunc incubuit: *Magiſtri* bonarum artium titulum ibidem conſecutus, dataque ei eſt uxor, ac publicæ doctrinæ munus, de *Joannis Friderici* Electoris voluntate, anno *quadrageſimo quarto*, adſignatum.

** Camer. in vita Melancht.*

Melanchthoni charus.

Conſil. Theol. Melancht. pag. 285.

Salutatur Magiſter.

Ducit uxorem.

Conſtituitur Profeſſor.

Orto autem in Germaniâ bello, & ſcholis Saxonicis diſſipatis, relictâ *Wittembergâ* *Brunſuigam* à *Medlero* invitatus abiit: ibidemque docendo famam nominis ſui latè diſſeminavit. Sub autumnum anni *quadrageſimi ſeptimi*, bellicis motibus ſedatis, *Wittembergam* ad munus priſtinum rediit: ubi paulò pòſt divulgato illo *Interimiſtico* libello, cùm * *Melanchthon* & alii, pacandæ ec-

Secedit Brunſuigam.

Redit Wittembergam.

** Conſil. Theol. Mel. p. 104.*

cleſiæ causâ, *de rebus mediis*, & quæ *adiaphora* vocantur, remittendum aliquid ſtatuerent: ipſe, cum ὁμοψήφοις Theologis, *Lubecenſibus*, *Lunæburgenſibus*, *Hamburgenſibus*, & qui *Magdeburgi* * docebant, ſeſe oppoſuit, ac per res illas medias Pontificiæ religioni viam aperiri contendit. Ritus enim ac ceremonias hujusmodi deſinere eſſe *adiaphora*, cùm iis opinio cultus ac neceſſitas, Chriſtianæ libertati contraria affinguntur.

** N. Amsdorf. Nic. Gallus.*

Adiophora quando non talia Conſil. Theolog. Melanchth. pag. 89.

Venit eodem tempore, relictâ ſtatione ſuâ, *Wittembergam Nicolaus Gallus*, fugiens periculum, quod imminebat iis, qui reclamarent Auguſtæ decretis. Cum hoc Flacius ſtatim ſe conjunxit, & diſcedentem ſic, ut nihil præ ſe ferret inimicitiarum aut ſimultatum, clandeſtino abitu *Magdeburgum* ſecutus eſt, nulla ſtipendii ſpe oſtenſa. Ea in urbe, toto tunc ab Imperio proſcriptâ, confidenter *Papatum*, *Adiaphora*, & quæcunque Auguſtanæ repugnare confeſſioni viderentur, oppugnavit. Prodiit quoque tunc, ne quid ad turbas ciendas deeſſet, *Oſiandri*, *de juſtificatione hominis coram DEO*, dogma: id Flacius inter primos refutavit, ac inſuper in *Schvvenckfeldii* deliria calamum ſtrinxit. Adornavit etiam tunc *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ* commentarios, *centuriarum Magdeburgenſium* nomine celebres, ſocios laboris nactus *Nicolaum Gallum*, *Joannem Wigandum*, & *Matthiam Judicem*, omnes eccleſiæ Magdeburgenſis miniſtros, adjutus etiam tum ab aliis, tum à *Caſparo Nidpruckio* Conſiliario Cæſario, & *Joann. Baptiſtâ Heincelio* Auguſtano.

Nic. Gall. Cum eo ſe conjungit Flacius.

Magdeburgum abiit.

Ubi in alios ſcribit.

Centuriæ eccleſiaſt.

Hæc ad Albim agente Flacio, ſcholam novam aperuerunt *Jenæ* Duces Saxoniæ. Ad eam igitur excolendam evocatus & *Flacius*, venit eò anno quinquageſimo ſeptimo. Sed *quinquennio* ibi vix exacto, cùm inter ipſum, & *Victorinum Strigelium*, ſuper libero, quod Theologi vocant arbitrio, contentiones ac diſſidia eſſent orta, ſolum denuo vertit, ac *Ratisbonam* ad Danubium conceſſit: ubi antiquum obtinuit evulgandis varii generis ac ſermonis ſcriptis, epiſtolis atque commentationibus.

Vocatur Jenam.

Contentio de libero arbitrio inter ipſum & V. Strigel.

Ratisbonam abit.

Anno *ſexageſimo ſeptimo*, cùm *Antverpiæ* liberum religionis exercitium, unâ cum Senatu Eccleſiaſtico, ſeu Deputatorum Conſiſtorio, civibus eſſet permiſſum: vocatus eſt eò cum *Cyriaco Spangenbergio*, *Vorſtio*, *Hammelmanno* & aliis Flacius, qui Eccleſias Auguſtanæ confeſſioni addictas mutuis operis eo in loco conſtituerunt. Sed cùm paulò pòſt omnia abolerentur, miniſtrique illi dimitterentur, *Argentoratum* commigravit, ubi aliquantiſper ſubſiſtens notum illud *gloſſæ Novi Teſtamenti opus* edidit. Inde *Francofurtum* ad Mœnum conceſſit, uſus præſtantium ibi virorum patrociniis, cùm cæteroquin, ortis inter fratres ipſius ſuper dogmate *de peccati originalis eſſentiâ* rixis, à plerisq; deſereretur, inſimulatus *hæreſeos Manichææ*, paucis ipſum defendentibus; ac Lutherum eadem fuiſſe in ſententiâ confirmantibus.

Antverpiam vocatur.

Argentorat. commigrat.

Inde Francof. ad Mœnum.

Controverſiam de peccato originali movet.

Fatis concedit ibidem anno Chriſti *mille-ſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo quinto*, d[ie] *undecimo Martii*, ætatis *quinquageſimo quin-to*, præſente *Adamo Lonicero* Reipubl. Fran[co]furtanæ poliatro. Sepultus eſt ibidem exe[quias] funebri concione decorante *Caſpar[o] Heldenio Cronbergenſi*: quæ typis evulgat[a]. Epicediis inſuper ac verſibus epitaphiis or[]natus eſt à *J. Fraxineo*, *Chriſtophoro Irenæ[o]* & *aliis*.

Fuit ingenium in hoc viro capax perind[e] & inquies. *Melanchthonem*, pacis ſtudioſum totâ vitâ exagitavit*: *Interimiſtas*, *Adiapho-riſtas*, *Sacramentarios*, quos ipſe vocavit *Schvvenckfeldium*, alios incurſavit: *formu-lam Concordiæ*, à *Jacobo Andreæ* editam, ſcri-ptis oppugnavit. *Melanchthoni* inter alia affinxit, quaſi affirmaſſet: ἀκυρολογίαν, au[t] ἀκειβολογίαν aut λεπτολογίαν eſſe hanc for-mam loquendi: *Solâ fide juſtificamur*: quo[d] ille, nunquam ſe dixiſſe, nunquam ſcripſiſſe nunquam cogitaſſe, teſtatus eſt: imò han[c] propoſitionem à ſe defenſam accuratiùs, & declaratam diligentiùs eſſe, quàm ab aliis. Conturbavit itaque calumnia bonum ſenem & fregit robur cordis ejus.

Quanquam verò cum aliis, tum inprimi[s] paradoxo illo, *de peccati ſubſtantiâ*, non exi-guas in eccleſiâ Chriſti turbas dedit, tamen ſuâ etiam laude defraudandus non eſt, o[b] egregia ſcripta, quibus aut *Anti-Chriſti* re-gnum oppugnatum, aut Theologiæ ſtudi[a] ſtudioſosve ivit adjutum.

Commendantur enim ex illis, primùm *clavis ſacræ ſcripturæ*, ſeu *de ſermone ſacra-rum literarum* opus, in duas tributum par-tes, quarum prima ſingularum vocum atque locutionum ſacræ Scripturæ uſus ac ratio Alphabetico ordine explicatur, alterâ, pluri-mæ regulæ generales proponuntur. Deinde *Centuriæ ecclaſiaſticæ hiſtoriæ*, integram ec-cleſiæ Chriſti ideam, quantum ad locum propagationem, perſecutionem, tranquilli-tatem, doctrinam hæreſes, ceremonias, gu-bernationem, ſchiſmata, ſynodos, perſonas miracula, martyria, religiones extra eccle-ſiam, & ſtatum Imperii politicum attinet ex vetuſtiſſimis optimisque hiſtoricis, Patri-bus, & aliis ſcriptoribus omnia congeſta Fla-cii potiſſimum conſilio, opera autem Wi-gandi & aliorum, Tertium locum facilè obti-net *Martyrologium* illud, quod hac occaſio-ne compilatum ferunt. Contexuit Abbas *Joannes Trithemius* Catalogum auctorum. Hunc cùm vidiſſet Flacius; temperare ſib[i] non potuit, quin diſſimulatâ perſona & ha-bitu, aliquot in Germaniâ monaſteriorum bibliothecas perluſtraret, quos commodè poſſet hiſtoricos etiam auferret: atque iſto adminiculo librum, qui *Catalogus teſtium veritatis* indigitatur, conſcriberet.

Deniq; etſi in *Flacio* perfecta linguæ Ger-manicæ cognitio nunquam fuit, ut diſertè loquendi ſcribendive uſum haberet, libelli tamen ipſius nomen præferentes prodierunt, quos ipſe quoque pro ſuis agnovit. De illo-rum

rum numero ſunt: *Liber* exponens cauſas, *cur ab Anti Chriſto diſcedere* Chriſtiani omnes debeant, de *Scriptura ſacra ejusq; efficacia*, contra Schvvenckfeldium: *Confeſſio*, ut vocat, *Chriſtiana de peccato originali*, contra Pelagianum ac Sophiſticum accidens: *reſponſio ad* ſcripta *Chriſtophori Laſii de peccato originis*, de *libero arbitrio*, de *converſione hominis* & *regeneratione*, aliaque permulta, de quibus bibliothecæ.

Hæc ſufficiant de Flacio deſumta ex hiſtoria Sleidani, Thuani, vita Melanchthonis a Camerario deſcripta, conſiliis Theologicis Melanchthonis, & bibliothecis.

HENRICUS BULLINGERUS.

BRemogarta oppidum eſt Helvetiæ, qua iter ex Italia fit per *Alpes Lepontias* & *Lucernam* in Germaniam primam & Belgium, ſecundis fluminibus *Urſa* & *Rheno*: olim Auſtriacorum principum, hodie octo veterum pagorum imperium agnoſcens. Hic natus eſt *Henricus Bullingerus*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo quarto*, die *decimo octavo* Julii, familia ante *ducentos annos* illic celebri, ac præcipuis honoribus functa.

Statim in ipſa infantia, ut à parentibus fuit obſervatum, bis de vita periclitatus, bis conſervatus eſt. Primùm peſte correptus, viſus eſt animam agere, ſed præter opinionem eorum, qui funus curaturi venerant, revixit. Deinde cùm parvulus fiſtulam inflans puerili more luderet, inter currendum lapſus, adeò illam graviter gutturi impegit, ut exanimis jacuerit, & quinque diebus cibum nullum admiſerit.

Pater literarum peritus, ſupra modum eas amavit, ac filiolum hunc nondum *quinquennem* in trivialem ejus oppidi ſcholam deduxit, ubi ſtatim indolem egregiam prodidit. Sed ea tempeſtate ſtudia ferè erant nulla, ubivis locorum. Itaque imparem ingenio ſuo præceptorem nactus, non fecit eos in ſtudiis, quos potuiſſet, progreſſus, etſi & æquales & ipſius magiſtri ſpem vicit.

Duodecimum ingreſſus *annum* à patre *Embricam* miſſus eſt, quod quidam exiſtimant eſſe *Aſciburgium* oppidum ducatus Clivenſis, juxta Rheni divortium. Præceptoribus ibi uſus eſt, *M. Caſparo Glogovienſi, Petro Cochemenſi Moſellano*, & *M. Joanne Ælio Monaſterienſi*. Tradiderunt hi Grammaticam & prima ſtudiorum rudimenta, ut tunc tempora, non infeliciter, quemadmodum ſæpe amicis commemoravit. Ibi audivit *Aldi Manutii inſtitutionum Grammaticarum* libros, *Ciceronis* & *Plinii* electas epiſtolas, itemque D. *Hieronymi*: *Virgiliana inſuper & Horatiana* quædam, quibus adjuncta *Baptiſtæ Mantuani poëmata.* Nam qui tum ſcholis præerant, amabant politiores literas, ſimul tamen pio ac prudenti conſilio ſcripta, quæ ad pietatem & mores formandos pertinebant, cum illis conjungenda exiſtimabant, è quibus ornatus orationis petitur. Ideoque præſtantisſimis veterum *Mantuanum* conjunxere, cujus tum magnum erat nomen, & ſingularis doctrinæ exiſtimatio. Exercebatur in ea ſchola juventus diligentiſſimè in *Grammaticorum* præceptis, tum *ſcribendo*, tum etiam Latinè *loquendo*, *diſciplina morum* ſevera conſtringebatur, *religionis* quoque tum receptæ, magna cura & ratio habebatur, non ut verbis diſceptarent, ſed ut vita & factis ſeſe pietatis ſtudioſis oſtenderent.

Baptiſt. Mantuani nomen olim.

Exercitia linguæ Latinæ.

Et diſciplina in ſchola.

Fuit Bullingeio hæc diſciplinæ ſeveritas non ingrata. Nam domi antea à parentibus ad pietatem adſuefactus, & natura bona, & virtutum ſtudioſa præditus, ſponte ea præſtabat, quæ alii metu plagarum inviti faciebant. Adeò verò ſeverioris diſciplinæ ſtudioſus fuit, ut tum quamvis puer adhuc, conſtitueriț ſe *Carthuſianorum* inſtituto adducere, quorum vitæ genus inter omnia monaſtica maximè auſterum creditum. Attamen nihil temerè ſibi faciendum exiſtimavit, præſertim inconſultis parentibus, idque ut faceret & parentum conſilia ſequeretur, aſſiduum hortatorem habebat fratrem, ipſo *octo annis* natu majorem, *Joannem*; qui tum in eadem ſchola literis operam dabat; & privatim ejus ſtudia informabat. Hic poſtea Presbyterii ordine, ut vocant, ſuſcepto, cum alibi in Helvetia, tum præcipuè apud *Uranios* aliquot annis eccleſiam pagi cujusdam rexit, & cum illis more gentis iſtius aliquoties in militiam abiit. Erat enim natura & ingenio hilari, animo magno atque paulò etiam audaciore, venationis & armorum quoque ſtudioſus. Itaque cum *Uraniis* prælio ad *Caranum* interfuit, & illis victis ſpoliatus omnibus rebus, inops & corpore vulneribus malè affecto domum rediit, atque ab eo tempore militiæ ſimul & Papiſtico ſacerdotio valedicens, literis ſe denuò addixit, & miniſterio eccleſiæ multis annis cum laude præfuit, ac tandem *Capellæ Tigurinorum*, anno *ſeptuageſimo* ſupra *milleſimum quingenteſimum* mortuus eſt.

Cum religionis cura.

Ea Bullingero grata

De Carthuſ. ordine amplectendo cogitat.

Ioann. Bullinger frater Henrici.

Ejus vitæ perioche.

Deſerit Pontific. & milit.

Docet Evangel.

Moritur, ætat. 86. An. 1570.

Porrò Bullingerus, de quo hic nobis ſermo, *Embricæ* vixit *triennium*; & tunc à patre veſtitum duntaxat & viaticum mediocre accepit, victum verò ſibi comparare coactus, oſtiatim canendo & mendicando, non quod patri opes deeſſent ad alendum filium, aut quod avaritia quadam ſumtibus parceret, ſed quod vellet eum reipſa experiri, quæ pauperum & mendicantium ſit miſeria, ut deinceps per omnem vitam cum ad egenos juvandos promtior, tum etiam in victu & veſtitu frugi & modeſtus eſſe conſueſceret &c.

Vivit pane mendicato Henric. Bulling.

Ex hac parca & ſevera cum patris tum Embricenſis ſcholæ diſciplina *Coloniam Agrippinam* venit, anno *milleſimo, quingenteſimo, decimo nono*, cujus Academiæ nomen tùm celeberrimum erat. Nomen ibi dedit ſocietati quæ *Burſa montis* vocatur, prælecti tùm magno ſtudio *Logici libri*, non illi quidem ſinceri, & ad uſum accommodati, ſed barbari & ſpinoſis atque inutilibus diſceptationibus referti,

Coloniam venit 1519

Burſa montis colleg. ibi.

Logica qualis tradita.

ferti, *Parva*, ut vocant, *Logicalia*, *Copulata*, *Burſæ montis*, *vetus & nova Logica*, & præterea *Ariſtotelea* quædam, ſed ipſa quoque Sophiſtarum & barbarei luto fœdata atque contaminata. Fuerunt hæc ſtudia ingrata *Bullingero*, qui candidus & natura à Sophiſtica rixoſiſque diſceptationibus, quibus tum ſcholæ perſonabant, erat alienus. Devoravit tamen iſthæc omnia patientia, ac *primàm*, ut vocant, *lauream* anno ætatis *decimo ſexto* eſt adeptus.

Bullinger. Baccalaureus creatus 1520.

Audit alios Præceptores.

Et lectiones.

Interea cùm vanitatem iſtiusmodi ſtudiorum animadvertiſſet, & in ſocios egregiæ indolis rectiusque inſtitutos incidiſſet, neglecta *Burſæ montis Logica*, totum ſe dedidit audiendis viris clariſſimis *Matthæo Phriſemio*, *Arnoldo Veſalienſi* & *Joanni Cæſario*. Hi auditoribus ſuis tunc exponebant *Virgilii Georgica* & *Æneida*, *Horatii odas*, *Ariſtotelis de ſyllogiſmo & anima*; *Eraſmi de utraq; copia*, *Rodolphi Agricolæ de inventione*, *Ciceronis orationes*, *Pauli epiſtolam ad Romanos*, *Iſagogen in literas Græcas*, *cum Plutarchi Gryllo*. Hos igitur adſiduè tunc audivit, ſeque ſcribendis *epiſtolis*, *orationibus*, *dialogis*, *fictis narrationibus* exercuit. Domi legit *Quintilianum*, *Gellium*, *Macrobium*, *Plinium*, *Solinum*, *Melam*, *Juſtinum*, & *Eraſmi* varia. Scripſit eodem * tempore *duos dialogos adverſus* † *Pipercornum Judæum pro Capnione*: quem monachi & Theologaſtri tunc oppugnabant, de quo alibi.

Exercitatio ejusdem. *Privatim quæ legerit* ** An. 1520.* *Scribit pro Capnione.* *† Vernaculè Pfeffercorn.*

Legit Lombardum.

Creſcebant ſub id tempus certamina Theologica. Itaque ne à vero aberraret: quærit è præceptoribus, quemnam potiſſimum ſibi cenſeant legendum. Remittitur ad *Lombardum*, cujus longo tempore præcipua fuerat auctoritas. Pater *Bullingerus*, evolvit diligenter Lombardum, adjungit & *Gratiani* decretum. Sed cùm videret veterum auctoritatem adduci, viſum eſt ipſos Patres legere & conſiderare. Habebant *Coloniæ* tum bibliothecam ſatis inſtructam monachi prædicatorii ordinis. Ad hanc aditum impetravit per *Georg. Dinerum* monachum popularem. Ibi in *Chryſoſtomi* incidit *homilias ſuper Matthæum*, legit, & *Auguſtini*, *Origenis*, *Ambroſii* quædam, inſuper *Lutheri de captivitate Babylonica*, de *libertate Chriſtiana*, de *bonis operibus*, domi etiam avidè perlegit, ſed expedire ſe è tricis errorum nec dum potuit. Vidit *Lutherum* propiùs ad veterum Theologiam, quàm ſcholaſticos accedere, obſervavit ſcholaſticos ſua Patrum teſtimoniis probare: Patres autem ipſos ſcripturarum niti auctoritate. Evolvit ergo ſcripturam, & præſertim *N. Teſtamentum*, cum *Hieronymi*, ac *veterum quorundam commentariis*, cepitque paulatim à Pontificia doctrina abhorrere, abjecitque propoſitum de *Carthuſianorum* vita amplectenda, mirabiliter delectatus libro *Melanchthonis*, qui *locorum communium* titulo prodiit.

Inde tranſit ad Patres. *Georg. Dinerus.* *Lutheri quædam evolvit.* *Sed hæret.* *Accedit ad fontes ipſos.*

Magiſter renunciatur 1522.

Magiſterii gradum anno ætatis *duodevigeſimo* adeptus, (quo tamen poſtea nunquam uſus) domum rediit, ac annum totum paternis in ædibus ſtudiis atq; exercitationibus privatis exegit. Sub initium anni *viceſimi tertii*, *Capellam*, agri Tigurini cœnobium à *Wolffgango Jonero*, abbate eſt evocatus, ludoque literario præfectus. Manebat illi integra religio, nec quicquam ei negotii erat cum monaſticis votis & aliis ritibus, *munus* ejus erat, *monachos atq; aliquot bonæ indolis adoleſcentes in literis ſacris ac profanis erudire*. Interpretatus eſt auditoribus ſuis *Eraſmi paracleſin*, *compendium* item *Theologiæ*: *Melanchthonis locos communes*, omnesq; ferè *Novi fœderis libros*; idque Germanicè, quod monachorum quidam exiguum Latinæ linguæ uſum habebant; deinde & propter familiam abbatis ac vicinos, quorum haud pauci lectionibus iſtis intererant. Pomeridiano tempore *quatuor horis quotidie* tradidit *præcepta Grammatica*, *Dialectica*, *Rhetorica*, quædam *Virgilii* & *Ciceronis* multa *Eraſmi*, cujus delectabatur ſcriptis. Conſumſit ibi *annos ſex* docendo partim partim diſcendo.

Anno enim *viceſimo ſeptimo Tigurum* miſſus ab Abbate, per *menſes quinq; Zvvinglium* concionantem & in ſchola profitentem audivit: & *Hebrææ linguæ* operam dare cœpit, præceptore *Pellicano*: *Græcæ* etiam cognitionem cujus fundamenta *Coloniæ* jecerat, auxit, ſub *Joan. Rhellicano*, *J. Jacobo Ammiano* & *Rodolpho Collino*, qui poſtea * diu in vegeta ſenectâ lectionem Græcam cum laude ſuſtinuit. Domi verò plurima Latinè & vernaculè ſcripſit quæ à *Simlero* † recenſentur, & pleraque in amicorum gratiam elucubravit, aut illis donavit, nullo reſervato ſibi exemplari. Commentaria tamen in novi fœderis libros poſtea Tiguri recognita & edita ſunt.

Capellæ pervenit in amicitiam tunc *Wolffgangi Joneri* abbatis, *Petri Simleri*, *Zvvinglii*, *Oecolampadii*, *Vadiani*, *Halleri*, *Leon. Judæ*, *Ambroſii Blareri*, aliorum, præſertim *Bernæ* in publica diſputatione.

Mutata eſt eodem tempore *Tiguri* forma religionis, prohibitæ ſuperſtitiones & ambarvalia, ſublatæ *tumbæ*, ut dicebant *martyrum*, in quarum quibusdam nulla oſſa inventa, in quibus autem inventa, ea terræ mandata ſunt reverenter, non in præterfluentem abjecta. Remanebant *miſſa* & *idola* in templis, cautè agendum exiſtimante magiſtratu. Sed *Zvvinglio* informante, & idola & miſſa ſine tumultu, magiſtratus auctoritate, ſunt eliminata. Contulit *Zvvinglius* ſuam ſententiam cum viris doctis pluribus, & inter hos cum *Bullingero*, qui bona ei fide ſuam expoſuit ſententiam, quam ex fratrum *Waldenſium & Auguſtini libris* didicerat, ac tum totus in eo erat ut Patrum judicium cognoſceret. Probavit *Zvvinglius* id, ſed monuit, ne cui id myſterium explicaret. Nondum enim tempus eſſe publicè id proponendi. *Tam mundus tunc erat opinione carnalis præſentiæ faſcinatus, ut nefas putaretur hac de re dubitare*: ac multorum conſcientiæ graviſſimè hoc dogmate * excruciatæ ſunt, quod id credere non poſſent & metuerent iram DEI, ſi dubitarent. Tandem *Zvvinglius* paulatim de his ſuos ex verbo Dei erudire cœpit, & *Bullingero* ac aliis idem faciendi auctor fuit.

Itaque

Itaque ut *Tiguri* in frequentia populoſa *Zvvinglius*, ita *Capellæ Bullingerus* paucis auditoribus doctrinam illam de ſacramento Eucharistiæ propoſuit, eamque ſcripto comprehenſam *Steinero & Stockero Tuginis* miſit. Secuta eſt ibi abrogatio Miſſæ, annoque ſequente, *viceſimo ſexto*, cœna Domini ritè juxta Chriſti inſtitutionem ab Abbate, monachis, totaq; eccleſia celebrata, ſublato etiam cantu illo monachorum, à pleriſque non intellecto. Monachi præterea ætatis integræ ſed ad miniſterium eccleſiæ inepti, opificia & mechanicas artes didicêre. Reformationem iſtius cœnobii duo impedierunt, *ruſticanus tumultus* & *conflagratio domus Carthuſianorum*, cui *Ittinga* nomen. Ruſticos quidem tumultuantes & cœnobio inhiantes, *Tigurini* ſenatus repreſſit auctoritas, ſuſpicionem autem incendii, quo Capellani gravabantur, tempus ſepelivit: *Bullingerus* autem tantum abeſt, ut animum deſponderit, ut etiam longiùs paulatim progreſſus, non jam in cœnobio tantum, ſed & extra illud in vicinia veritatem ſynodi juſſu annunciarit. Anno etiam *viceſimo octavo* cum *Zvvinglio Bernam*, ad ſolennem diſputationem, de qua antehac ſæpius, abiit.

Anno *viceſimo nono Bremogartum* vocatus eſt, ubi jam antea pater ipſius ceperat publicè damnare Papiſticos errores, ſed quidam potentiores è civibus id non ferentes, eum urbe ejecerunt. Tandem tamen effectum eſt, ut cives oppidi *Gervaſium Scholaſticum*, virum pium & doctum, deligerent paſtorem. Cùm verò *Bullingeri* nomen jam celebre apud Helvetios eſſet, multi civium ipſum quoque audire deſiderabant. Vocatus igitur ab illis, ut in patria ſemel atque iterum concionaretur, conſilio fratrum illuc abiit, & *decimo ſexto* Maji, quæ erat dies *Pentecoſtes*, patriæ ſuæ Chriſtum annunciare cœpit, tantumque effecit, ut juſſu magiſtratus poſtridiè aræ & idola è templis ſublata fuerint, & edicta promulgata de emendandis moribus contra *blaſphemos*, *adulteros*, *ebrios*. Petebat ſenatus oppidi, ut maneret & docere pergeret. Quibus ille reſpondit, ſe ſenatui Tigurinæ urbis, atque etiam Abbati cœnobii obſtrictum eſſe, ſine quorum voluntate & conſenſu nihil agere poſſit. Miſſus ergò legatus *Capellam*, qui inde *Petro Simlero* comitante *Tigurum* venit: negotium civium conſulibus & Tribunis propoſuit, qui *Bullingerum* juſſere in ſua patria permanere. Mox ergo unanimi civium conſenſu ſacris præfectus una cum collega *Gervaſio* triennium ferè in hac ſtatione permanſit; ut Dominicis diebus à meridiè ac tribus proximis diebus manè concionaretur, & præterea ſingulis diebus ea hora, quâ ante veſpertinæ preces decantabantur, Novi Teſtamenti lectionem, ad veritatem Græcam, tractaret. Accidit autem tunc Bullingero in patria idem ferè quòd Zvvinglio *Tiguri*. Cùm enim Evangelii negotium feliciter procederet, *Anabaptiſtæ*, quod ante Tiguri fecerant, eccleſiam naſcentem turbare cœperunt. Cum his igitur publicâ diſputatione congreſſus coram univerſa eccleſia, eorum conatus maxima ex parte infregit, & paulò poſt anno *trigeſimo primo quatuor libros* vernaculâ linguâ *contra Anabaptiſtas* edidit, ac præterea *librum de cenſibus & decimis*. De his enim tum præcipuè contendebant, quærentes evangelii titulo & nomine novas tabulas, & immunitatem ab omnibus publicis & privatis oneribus. Eoſdem libros *Leo Juda* in Latinam linguam vertit, & ex elencho *Zvvinglii* multa intertexuit, poſteà verò auctor totum opus ad incudem revocavit, anno *ſexageſimo*, cum multis in locis & præſertim in Germania inferiore Anabaptiſtarum numerus augeretur, ac ſex libros Germanicè adverſus Anabaptiſtas edidit, quibus Anabaptiſmi originem & progreſſum, & varias ſectas eorumque præcipua dogmata exponit atque * confutat.

Eoſdem refutat.

* *Scripſit & alia ut Chronic. Helvet. comm. in Dan.*

Interea graves in Helvetia motus orti: ac anno *viceſimo nono* miles à *Bernatibus Bremogartum* miſſus ſed turbæ tamen iſtæ ſine ſanguine tum ſopitæ fuerunt. Mox novæ belli cauſæ oblatæ, & tum alibi, tum *Bremogarti comitia Helvetiorum* habita, quo tempore Bullingeri concionibus ſæpè interfuerunt non tantum veræ religionis ſocii, ſed & Pontificiorum adſeclæ, ut cognoſcerent, quid & quomodo Evangelici docerent. Et in Bullingero quidem pacis ſtudium omnes probarunt, qui ſuaſit, *diſſidium non armis ac mutuis cædibus, ſed publica diſputatione, commiſſis inter ſe concionatoribus, dirimerent*: verùm aliter fata ferebant. Ventum enim ad arma, & vincentibus his, qui Romanam ſequuntur religionem, *Bullingerus*, cum patre, fratre, ac collega *Gervaſio*, patria excedere juſſus, ni præſentiſſimum vitæ adire diſcrimen vellet. Noctu igitur iter ingreſſus, evitatiſque DEI beneficio hoſtium inſidiis & manibus eorum, qui inſequebantur, *Tigurum* venit, anno *trigeſimo primo*, menſe Novembri, ac triduo pòſt in ſummo templo, petente id *Leone Juda* aliiſque ſymmyſtis, concionatus eſt, hoſpitio exceptus cum ſuis à *Wernero Steinero*, amico veteri, qui *Tugio Tigurum* religionis ergo migrarat.

An. 1529. Turba in Helvetia ob relig. Comitia Bremogarti. Pontificii audiunt Bullinger. Ejus Conſilium.

Patria expellitur 1531.

Tigurum venit.

Wernerus Steiner.

Deſiderabat tunc *Baſilienſis* eccleſia, poſt *Oecolampadii* obitum, paſtorem. Nuncio ergo miſſo evocatus eſt à ſenatu *Bullingerus*, quod idem *Bernates* fecerunt. Sed mandante ſenatu Tigurino, abnuit, ac *Tiguri* menſe Decembri à collegio eccleſiaſtico & ſenatu urbis renunciatus eſt paſtor loco *Zvvinglii*, idque de ipſius *Zvvinglii* judicio, qui in caſtra profecturus, Bullingerum, ſi quid humanitus ſibi accideret, ſucceſſorem nominarat.

Evocatur à diverſis.

Succedit Tiguri Zvvinglio.

Hoc ad munus tempore difficilimo vocatus, id operam dedit, ut afflictam graviterque concuſſam eccleſiam erigeret, confirmaretque. Inſultabant tunc multi Evangelicis: edebantur libelli contumelioſiſſimi, mendaciorum pleni: *Joann. Faber* inter alios propter falſam doctrinam Tigurinos eſſe victos gloriabatur. Reſpondit publico ſcripto

An. 1532.

Calumnia & ſarcaſmi in Tigurinos. Io. Faber.

Bullin-

Reſpondet Bullinger. *Defendit & Zvvinglium.*

Bullingerus, oſtenditq; *de religione judicium non ferendum ex felici aut ſequiori ſucceſſu.* Zvvinglium quoque *oratione de officio Prophetæ* edita, defendit, populum eſt ſolatus, calumnias modeſtè refutavit, multa diſſimulando & patienter ferendo vicit, multis adverſum ipſum ac miniſterium domi foriſq; machinantibus. In eo autem totus fuit, ut à Zvvinglio inchoata abſolverentur, & ſynodi quotannis binæ, concordiæ, conſenſusque & diſciplinæ cauſa, inſtituerentur. Et cùm videret eccleſiam pluribus miniſtris opus habere, quando latè patet ager Tigurinus, multum in eo laboravit, ut juſtus ſtudioſorum numerus publico ſtipendio, ad eccleſiæ miniſterium educaretur. Initio quidem, cùm maxima pars opum eccleſiæ in presbyteros adhuc ſuperſtites erogaretur, exiguus admodum eorum fuit numerus, ſed paulatim creſcentibus eccleſiæ opibus, Bullingero ſubinde urgente, auctus eſt adeò, ut & vicinis *Turgeis*, *Toggiis* aliisque urbs Tigurina miniſtros ſuppeditarit. *Bibliothecam* quoque publicam, eo usque ferè neglectam, per *Conradum Pellicanum* in ordinem redigendam curavit, eamque plurimum bibliothecâ *Zvvinglii* coëmta additaque auxit. Nactus præterea collegam *Theod. Bibliandrum*, totum ſeſe concionibus publicis dedidit; domique ſcribendo & commentando ſe exercuit.

Synodos conſtituit.

Curat ſtudioſos Theolog. alendos.

Bibliothecam item ordinandam.

Zvvinglii bibliotheca.

Collegam Bibliandrum accipit.

An. 1532. Concordia à Bucero tentata.

Anno *trigeſimo ſecundo Bucerus* concordiam inter *Lutherum* ejusque ſequaces, & *Tigurinos* tentavit, conatus perſuadere miniſtris illorum, diſſenſionem in verbis, neutiquam in reipſa verſari. Tigurini, ut pacis ſe cupidos, ita veritatis quoque oſtenderunt. Amiſit etiam tunc patrem *Bullingerus*, *ſexaginta quatuor* annos natum, qui moriturus filium ad conſtantiam in doctrina & fide eſt hortatus, quæ unica ſit & ſola ſalutis via.

An. 1533. Patrem amittit Bulling.

An. 1534. Confeſſionem fidei ſcribit.

Anno *trigeſimo quarto* Bullingerus, nomine miniſtrorum Tigurinorum, *confeſſionem fidei* conſcripſit, quæ *Conſtantiam* ad *Bucerum*, ubi & *Suevicarum* eccleſiarum miniſtri ſynodum habebant, miſſa, & *Buceri* & totius ſynodi judicio eſt approbata. Scripſit tum & *Orationem de Teſtamento ſeu fœdere DEI*, contra quosdam, qui omnia antiqui fœderis teſtimonia rejiciebant & aliam, qua *duas in Chriſto naturas* adſerit divinam & humanam, occaſionem præbente quodam *Claudio Allobrogo Serveti* emiſſario, à cujus veneno Helveticis etiam eccleſiis tum periculum. Anno *trigeſimo quinto Georgius* Wirtembergicus Comes eccleſias ſuæ ditionis in *Alſatia* reformaturus, *Tiguro* miniſtrum evocavit. Miſſus ergo *Eraſmus Fabritius* fuit, & Vivo Principe doctrina ritusque Tigurinis conformes manſerunt, ipſeque Princeps *Tiguri* commoratus *Bullingeri* conſilio in multis religionis controverſiis uſus eſt. Sed poſt obitum ejus tota ferè eccleſiæ forma eſt immutata.

An. 1535. Georg. Comes Wirtemb. reformat.

De Bullingeri Conſilio.

An. 1536. Concordia

Concordiæ deinde conciliandæ cauſa aliquot *Baſileæ* conventus habiti ſunt, quibus omnibus *Bullingerus* interfuit, plurimumq; in eo laboravit, ut firma inter *Lutherum* & *Helveticas eccleſias* concordia iniretur: adeò ut quidam eum in ſuſpicionem vocarint, quaſi *defectionem ad Lutherum moliretur.* Sed ipſe & verbis & factis ſe purgavit. Cùm enim ambigua quædam *Capito* & *Bucerus* uſurparent; *Bullingerus* & miniſtri alii ut ea reciperent, adduci nunquam potuerunt, quin *Bullingerus* monuit, *a flexiloquentia abſtinerent, qua concordia firma & ſtabilis fieri nunquam poſſit.* Et quid ſecutum ſit eventus docuit. Interim tamen Bullingerus concordiæ non defuit, neque à ſe diſſentientes damnavit, renovatoque certamine, quantum potuit ab omni verborum acerbitate ſibi temperavit.

Anno *trigeſimo octavo*, Bullingeri ſuaſu magiſtratus Tigurinus *novum ſtudioſorum collegium* inſtituit. Duo enim habet urbs illa pervetuſta collegia, ſummi templi unum, à *Clodovæo* III. *Francorum* Rege fundatum. Hoc attributum eſt miniſtris eccleſiæ, & his qui publicè in ſchola docent, qui unà cum *adminiſtratoribus decem* numero in locum totidem canonicorum ſucceſſerunt, reliqui reditus collegii in uſum ſcholarum expenduntur, & ſtudioſi adoleſcentes ſupra *quinquaginta* ſtipendium annuum, ut literis vacent, accipiunt. Alterum collegium à *Ludovico Germanico* Pii F. extructum, nobilibus virginibus olim dicatum fuit. Eò loci inſtitutum eſt *novum collegium*, in quo *quindecim adoleſcentes* unà cum Præceptore aluntur, atque illis victus, veſtitus, libri, omniaque neceſſaria liberaliter ſuppeditantur, idque Bullingerus ſuo conſilio aperuit, & quoad vixit, amavit, & diligentem ejus curam habuit.

Venere his annis aliquot *Angli* nobiles *Tigurum*, qui Bullingeri hoſpitio uſi ſunt, & de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ capitibus, deque eccleſiæ ritibus & ceremoniis ejus ſententiam diligenter perquirebant. Poſtquam enim *Henricus* VIII. Angliæ Rex jugum Papæ abjecit, *Anglorum* ſtudia ad amplectandam puram doctrinam, quæ dudum ipſis illuxerat, magis accenſa ſunt. Qui igitur Tigurum venerunt, inſtiterunt ad Bullingerum, ut aliquid regi ſuo ſcriberet, *de Scriptura & Epiſcopis*, de quibus multa in Anglia diſceptabantur, quo confirmari poſſit in inſtituto ſuæ reformandæ Eccleſiæ. Is igitur obſequens ſcripſit ad *Henricum* Regem libros duos, primum *de Scriptura ſanctæ autoritate, certitudine firmitate, & abſoluta perfectione*, ac his omnibus demonſtratis, exhortatur ipſum, ut, omnibus hominum decretis poſtpoſitis & neglectis, ſe totum verbo DEI tradat, & juxta Scripturas Canonicas omnia in regno ſuo inſtituat. Secundum verò *de Epiſcoporum*, qui verbi DEI miniſtri ſunt, *inſtitutione & functione* contra ſuperſtitionis tyrannidisque Romanæ antiſtites.

Sequente anno *trigeſimo nono* libros *de origine erroris* recognitos & auctos magna acceſſione

ceſſione, denuò publicavit, & præterea *Vigilii libros* una cum *Vadiani* ad ſe *epiſtola*, qua explicatur quæſtio, *an corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti propter conjunctionem cum verbo inſeparabilem, ſumat ſibi alienas à corpore conditiones.* *Caſparus* enim *Schvvenckfeldius* nobili familia natus apud Sileſios, amicus quondam Zvvinglio & Helveticis eccleſiis, de corpore Chriſti docebat: illud *poſt aſſumtionem in cœlos & ſeſſionem ad dextram Patris, ita deificatum & verbo exæquatum eſſe, ut non amplius ſit creatura.* Hanc ejus doctrinam multi per *Sueviam* Viri nobiles amplexi ſunt, eamque commendavit cum ſtudium gloriæ CHRISTI, quam ſe aſſerere & huic uni ſtudere cum ſuis gloriabatur; tùm auctoris ipſius mores & vitæ integritas, quam plerique prædicabant, & præſertim ſingularis humanitas. Neque enim à ſe disſentientes conviciis, ut multi tum, conſueverat proſcindere, ſed patienter ferre & amicè complecti. Cum verò multi hac ſuper controverſia Bullingerum conſulerent: noluit ille pro ſua modeſtia quicquam privato conſilio reſpondere, ſed & domi cum collegis de hac controverſia deliberavit, & *Vadianum*, quo familiariſſimè utebatur, conſuluit: Cujus reſponſio doctè & accuratè conſcripta, cùm Bullingero admodum placeret, eandem aliis communicavit, atque ut veteris eccleſiæ ſententia de eadem quæſtione ſimul cognoſci poſſit, *Vadianæ epiſtolæ*, conjunxit libros *Vigilii Martyris* olim contra *Eutychianum errorem*, conſcriptos, in quibus humanæ naturæ veritas & veri corporis proprietas in Chriſto ſervatore, etiam in gloria exiſtente, perſpicuis ac ſolidis ſcripturarum teſtimoniis aſſeritur.

Anno *quadrageſimo primo* peſtis Tiguri graſſata eſt: abſtulitque Bullingero filium è tribus natu minimum, & matrem *ſeptuagenariâ* majorem.

Anus *quadrageſimus ſecundus*, eripuit duos in Helveticis eccleſiis celebres miniſtros *Joann. Zvviccium* Conſtantienſ. in *Turgeæ* oppido, *Epiſcopi Cella* dicto: *Tiguri* verò *Leonem Judæ*, Zvinglii primum, poſtea Bullingeri collegam, utrumque multis annis ejus conjunctiſſimum. Hic Biblia, ut in ejus vita dictum, juxta Hebræam veritatem Latinè transferre cœperat, ſed opus affectum à collegis deinde eſt perfectum. Ejus typis excuſi exemplar, cum typographus eleganter compactum ad *Lutherum* miſiſſet, monuit eum epiſtola Lutherus: *Ne ſibi poſthac quicquam mitteret, à miniſtris Tigurinæ eccleſiæ profectum. Se enim nullum cum eis commercium habere, & libros eorum nec recipere, nec legere velle. Nam eccleſias Dei cum eis communicare non poſſe. Multos quidem labores eos ſuſtinere, ſed irritos & fruſtraneos, quandoquidem & ipſi jam damnati ſint, & alios quoq; miſeros homines ſecum ad inferos abducant. Se itaq; damnationis, & blaſphemæ doctrinæ eorum nolle conſortem eſſe, ſed, quoad vivat, & precibus eos, & libris oppugnare conſtituiſſe.*

Hic Bullingerus videns, quo animo Lutherus in Zvvinglium ejusque doctrinam eſſet, quidve deinceps ab eo exſpectandum, cum typographo egit, *opera Zvvinglii* conjunctim ederet, ut & præſentes & poſteri cognoſcerent, qualem doctrinam Helveticis ille eccleſiis tradidiſſet. Vernacula à Zvvinglio ſcripta, *Rodolphus Gualterus* Latinè vertit, addita apologia pro Zvvinglio & ſcriptis ejus. Bullingerus autem *commentariorum in Evangelium Joannis* libros *decem* edidit, eorumque exemplar ad *Melanchthonem* miſit, qui literis ad eum ſcriptis opus probavit ac laudavit. Reſpondit Bullingerus anno *quadrageſimo quarto Joanni* etiam *Cochleo*; qui librum contra Bullingerum *de ſcriptura canonica & eccleſiæ Catholicæ auctoritate ediderat.* Refutavit & alio libello ejusdem *Replicam*, addita expoſitione, de *ſancta Chriſti Catholica Eccleſia.* Edidit quoque *Commentarios* in Evangelium *Matthæi.*

Opera Zvinglii.

Et Bullingeri in Ioann. Commentarii.

An. 1544. Reſp. Ioh. Cochleo Bullinger.

Sub id tempus prodierunt in Saxonia *Lutheri annotationes in Geneſin*: quibus paſſim acerbè in Sacramentarios invehitur. Mox ſubmiſit, fruſtra obſiſtente Melanchthone, *brevem confeſſionem de Cœna Domini*, in qua *Zvvinglium*, *Oecolampadium*, eorumque diſcipulos *Tiguri* & alibi, apertè hæreticos, ſacramentorum hoſtes, æternumque damnatos dicit. De hoc libello ita Melanchthon ad Bullingerum. *Fortaſſis prius quàm hæ meæ literæ ad te perferantur, accipies atrociſſimum ſcriptum Lutheri, in quo bellum de Cœna Dominica inſtaurat. Nunquam majore impetu hanc cauſam egit. Deſino igitur ſperare eccleſiarum pacem. Tollent criſtas inimici noſtri, qui defendunt idola monachorum, ac rurſus Eccleſiæ noſtræ magis diſtrahentur, qua ex re ingentem capio dolorem. Nam privato periculo, quod nunc mihi impendet, etſi non eſt leve, tamen tantum non moveor, quantum Eccleſiarum noſtrarum & literatorum diſtractionibus.*

Luther. in Geneſin. Comment.

Et brevis Confeſſio.

Qua Tigurinos damnat.

Melanchthon. de eo epiſtola.

Videbatur tunc aliis, inter quos *Bucerus*, Luthero jam ſeni, & benè de Eccleſia merito, & fortè ab aliis inſtigato, parcendum, nihilque reſpondendum, alii contra reſcribendum, & quidem acriter, ſtatuebant: cùm nec publicè nec privatim læſus vivis defunctisq; inſultaret, cavendum ne veritas turpi ſilentio prodatur: non permittendum, ut unus plus reliquis omnibus poſſit: Lutherum ipſum, ſi viri doctique ſe opponant, diligentius rem expenſurum, alios etiam ita commotum iri, ne tyrannidem exerceant, utque cunctantes apertè ſententiam ſuam profiteantur. Bullingero itaque reſpondendi officium eſt demandatum, qui *Apologiam* edidit, adjuncto illo Lutheri ſcripto, ut omnia rectius inter ſe conferri ac dijudicari poſſent. Egit in eo ſcripto primum de *colloquio Marpurgenſi*, & *concordia inter Lutherum atq; Helvetios* conſtituta, deinde *ſummam fidei doctrinæq; Helveticarum eccleſiarum* expoſuit, poſtremò *crimen hæreſeos* & *alia convitia* refellit. Miſſa eſt ea Apologia multis principibus ac reb. publ. per Ger-

Luthero an reſpondendum deliberatur.

An. 1545. Reſpondit Luthero Bulling. Summa ejus ſcripti.

Germaniam, & lecta avidè tum ab adverſariis, qui de recrudeſcente diſſidio in ſinu gaudebant, tum ab Evangelicis, quorum multi diligentiùs rem totam penſitarunt, & rectiùs de ſacramentis ſenſerunt. Pleniùs deinde ut ſe explicaret Bullingerus, ſcripſit ac Londini edidit librum hoc titulo : *Abſoluta de Chriſti Domini & Catholicæ ejus eccleſiæ ſacramentis tractatio.*

An. 1546. * Vita Lutheri. Tigurini quorum accuſati.

Secuta eſt proximo anno mors * Lutheri & bellum Germanicum. Ibi tum à multis *Tigurini* accuſati ſunt: quòd *mortuo Luthero inſultarent, in Domino quieſcentem conviciis proſcinderent, & gloriarentur, præ dolore ipſum mortuum, quòd Apologiæ non poſſet reſpondere, nolle item eos ferre, qui confeſſioni, nomine Helveticarum eccleſiarum Baſileæ conſcriptæ, & Luthero oblatæ ſe adjungerent.* Monuit de his *Bullingerum* Illuſtriſſ. Heſſorum Princeps *Philippus.*

Eos purgat Bullinger ad Landgravium Haſſiæ.

Ille re cum fratribus comunicata, nomine omnium reſcribit, ac primò *gratias pro zelo pio, pro concordia eccleſiæ promovenda, & benevola admonitione actis, oſtendit ſibi plurimum dolere, quod turbulenti homines hujuſmodi criminationibus falſis Helveticos in odium Principis ac aliorum adducere conentur.* " *Nec enim eſſe moris Helvetici, ut* " *quenquam in concionibus aut lectionibus pu-* " *blicis ac Theologicis conviciis proſcindant;* " *nedum Lutherum, optime de eccleſia meritum. Et quamvis ipſe Lutherus, in certamine ſacramentario, contumelioſiſſime Tigurinos appellaſſet, nunquam tamen eos, niſi honorificam ejus feciſſe mentionem.*

Convicia in Tigurinos.

Conſtare autem ipſis, etiam tunc in Saxonia miniſtros complures non niſi cum contumelia Tigurinorum meminiſſe: Suermeros, Iconomachos, Sacramentarios, blaſphemos nominare, imò Marpurgi, in ipſius Principis Academia, Theobaldum Thammerum in publicis lectionibus ipſos multis onerare probris.

Theobald. Thammerus.

Petere igitur innocentiæ ipſorum rationẽ habeat, ſilentiumq; conviciatoribus indicat. Quod verò dicantur, expellere amplectentes Baſileenſem confeſſionem, in eo quoq; fieri eis injuriam. Neminem enim propterea a Tigurinis ejectum, nec quidem cauſam eſſe ullam, cùm inter ipſos ſit conſenſio ſuper eo dogmate, modò verba dextre intelligantur. Quod Tigurinis objiciatur, id ipſum fieri illis in locis, ubi Lutherani dominentur. Expendendum id relinquere ipſi Principi. Quod autem in aula Cæſaris ſacramentaria controverſia ipſi objecta ſit, id ſibi dolere. Sed auctores certaminis ipſos non eſſe, provocatos cauſam bonam deſerere, aut famam vivorum mortuorumve negligere non debuiſſe. Certum ipſis, perſeverare in ea fidei ſimplicitate, quam in confeſſione Baſileæ publico nomine ſcripta profeſſi. Sed plura à ſe exigi, ut nullam faciant mentionem ſpiritualis manducationis, tantum corporalem præſentiam confeſſi. Id per conſcientiam facere non poſſe, " *multo minus cum Luthero confiteri, panem* " *eſſe naturale corpus Domini, quod impii &* " *Judas corporaliter non minus ſumant quàm* " *Petrus & omnes Sancti.* Hæc enim Lutheri verba. Ad hæc, *Lutherum cum ſuis ſcripſiſſe, excepta transſubſtantiatione, de ſacramento per omnia conſentire cum Romana eccleſia, quod Tigurini neutiquam probare poſſint. Paratos tamen pacem ſervare, & concordiam tueri, modò ne petatur, ut ea dicant & concedant, quæ nec intelligere, nec alios docere poſſint. Poſtremo petere ne principes aut alii poſthac quibuslibet fidem habeant. Semper ſe ad doctrinæ ſuæ rationem reddendam paratos, ac pacis ſtudioſos fore.*

Non diſplicuit hæc reſponſio Landgravio, amico *Tigurinorum*, interque eos Bullingeri, ad quem etiam ex caſtris, moto bello, aliquoties ſcripſit. Petiit idem, ut *Helvetii* evangelici auxilia mitterent Proteſtantibus, quod illi gravibus de cauſis renuerunt, & docuerunt, ſatius eſſe quieſcere. Si enim evangelici ſuas copias mitterent, ſtatim Romanæ religionis pagos ſuas quoque Cæſari miſſuros, qui hactenus, quamvis petente Cæſare ac Papa, ſuo exemplo quieviſſent. Aliquot tamen millia Helvetiorum, abſque publica auctoritate urbibus Imperii militarunt. Miniſtri, quod muneris ipſorum erat, pro pace ac Germaniæ totius ſalute, preces ad Deum, convocato populo tunc aſſiduè conceperunt.

Victis deinde captiſque principibus, *Georg.* comes *Wirtembergicus Tigurum* conceſſit, ſæpe Bullingeri, ut nuper diximus, uſus conſilio. Venit eodem *Joann. Hopperus*, poſtea *Gloceſtrenſis* in Anglia epiſcopus & martyr, cum uxore, vixitque familiariſſime cum Bullingero, & in omnibus religionis capitibus, inprimis de ſacramentis, ſententiam Helvetiorum exquiſivit, & quid adverſariis reſpondendum didicit. Prodiit anno *quadrageſimo octavo*, monſtroſus partus, quem *Interim* nominarunt, edictum Cæſaris; quo nervi ſanæ doctrinæ incidebantur, de quo nolumus cramben ſexcenties coctam. Hoc ſaltem addimus, & *Calvinum* & *Bullingerum* cum multis refutatum id iviſſe, ſed typographos id ſcriptum, metu Cæſaris, evulgare noluiſſe. Quid autem peperit ille liber malorum, vel una *Conſtantia* ad lacum *Acronium* loquetur. Pulſi ſuis ſedibus miniſtri multi, *Tigurum* conceſſerunt, humaniterque à Bullingero ac fratribus excepti, aliiſque per Helvetiam evangelicis urbibus fuerunt commendati, etſi probè norant, ſibi eos aliquando infenſiſſimos fuiſſe, ſicut & poſtea eorum nonnulli domum reverſi, ac omnis humanitatis obliti acerbiſſimè *Tigurinos* oppugnarunt.

In illis Germaniæ motibus, quæſiverunt pagi *Catholici* dicti ab evangelicis: *num ſe concilio univerſali, libero, & Chriſtiano ſubjicere, ejuſq; decreta amplecti velint?* Ardua viſa quæſtio, impium quippe, nolle probare concilium univerſale, & decreta à Spiritu ſancto profecta, rurſum periculoſum, ſimpliciter adſentiri, cùm Pontificii iſtis titulis ornarent *concilium Tridentinum.* Conſulti igitur miniſtri eccleſiarum, & apud *Tigurinos* deliberatione habita Bullingerus ſcripto reſpondit, cujus hæc ſumma. *Primò* oſtendit qu-

æ ratio fuerit conciliorum in veteri & Apo-
lica Eccleſia, & quæ hodie Pontificiorum.
einde docet, quale concilium ſit, à Cæſare in
mitiis nuperis promiſſum *Tridenti* celebran-
im. Indictum id poſtulante Cæſare, à Papa
 conſilio cardinalium, inque eo Papæ no-
ine tres cardinales præſidere. Neminem jus
ffragii ac ſententiæ deciſivæ habere, præter
ratos Papæ prælatos. *Tertiò* admitti quidem
b fide publica eos, qui Papæ contradicunt,
d ad hoc tantum, ut audiantur. *Præterea* in
oncilii indictione ſcribi, id convocari ad ex-
rpandas hæreſes. Jam certum eſſe: doctri-
m Evangelicorum à Papa & ſuis nominari
ereſin, ipſosque hæreticos. Epiſcopos & re-
quos evocatos juramento obſtrictos eſſe ad
efendendam Romanam ſedem, & exſtirpan-
os adverſarios. *Quintò* ſententias ferendas
 concilio iſto, non ex ſcripturis tantum: ve-
m etiam ex Patribus, traditionibus, & ſecun-
um Eccleſiæ ſuæ interpretationem. *Sextò* E-
iſcoporum multos eſſe indoctos & turpis vi-
æ: quibus tamen ibi locus concedatur. Tale
rgo cùm ſit, quod jactetur concilium, non
oſſe Evangelicos ei ſuam ſubjicere doctri-
am. Neque hanc recuſationem iniquam eſſe;
ùm & *Paulus* Apoſtolus, & *Athanaſius* atque
Ambroſius Epiſcopi, ſe iniquis conciliis ſub-
cere recuſarint. Concilium æquum non re-
uſari, ſi quando, per Dei gratiam, ſperari
oſſit: in quo judex ſit Canonica ſcriptura:
 certò conſtet ubi, quomodo, à quibus, &
ur celebrandum: alioqui non eſſe tutum, ſub-
icere ſe concilio, de quo non conſtet, quale
uturum ſit. Inſtituiſſe Evangelicos ab initio
eligionis cauſa *colloquia* quædam & *diſputa-
iones* publicas: evulgaſſe etiam fidei ſuæ *Con-
eſſionem*, addita ſemper hac clauſula: *ſi quis
meliora edoceat, ſemper paratos fore: ut hu-
militer verbo Dei ſe ſubjiciant.* Quare ſi Chri-
tianum & liberum concilium, ſolùm ex ſcri-
pturis Canonicis judicet, & de controverſiis
eligionis pronunciet, paratos eſſe, illius au-
dire ſententiam. Placuit hoc concilium ma-
giſtratui: & in eandem ferè ſententiam ple-
ique aliarum urbium Theologi ſuo magiſtra-
ui reſponderunt. Etſi enim ſimplex pro-
miſſio, *probaturos ſententiam univerſalis, li-
beri, & Chriſtiani concilii in Spiritu ſancto
congregati*, per ſe non fuiſſet impia: tamen
quia aliter concilium Chriſtianum Pontificii,
aliter Evangelici intelligunt; ſatiùs judica-
runt ſententiam ſuam ab initio perſpicuè ex-
ponere, quàm poſtea, ubi ad rem ventum fu-
iſſet, de verborum interpretatione ac ſenſu
altercari.

Anno ſequente *quadrageſimo nono* facta eſt
conſenſio, *Calvini* & *Genevenſium* cum *Ti-
gurinis* in re ſacramentaria. Etenim multis
videbatur *Calvinus* diverſum quid à Tigurinæ
Eccleſiæ miniſtris de cœna Domini tradere;
ac *conſubſtantiationi* non nihil favere. Quare
ut ſe ab hac ſuſpicione liberaret, adjuncto
ſibi *Farello* Neocomenſium paſtore, *Tigu-
gurum* profectus cum miniſtris Tigurinæ Ec-
cleſiæ de cauſa cœnæ contulit. Conſenſio-
nis hujus formula à Calvino & Bullingero
conſcripta, ab reliquis Helvetiæ & Rhetiæ
Eccleſiis approbata, & poſteè in publicum
edita eſt: atque hoc vinculo non tantum Ec-
cleſiæ arctiùs inter ſe conjunctæ ſunt; ſed
multi quoque viri boni alibi in agnitione ve-
ritatis confirmati. Adverſarios autem con-
ſenſio hæc magis irritavit; ut acerbiùs ſcriptis
in Evangelicos inveherentur.

Mortuo in Gallia *Franciſco* Rege, ejus ſuc-
ceſſor *Henricus* cum Helvetiis agere cœpit de
renovando fœdere; & Tigurini non tantum
à Regiis legatis; ſed ab Helvetiis quoque hoc
nomine ſæpè appellabantur. *Fœdus Helvetiorum cum Rege.*

Hic cum Bullingeri magnam eſſe authori-
tatem omnes noſſent: qui ſuos à fœdere hoc
dehortabatur; multis rationibus illi perſua-
dere conati ſunt: id utile reipub. fore; ideò-
que aſſentiendum omninò eſſe. Sed ille con-
ſtanter in veteri ſententia perſiſtens, ſenatum
populumque Tigurinum ab hoc fœdere eſt
dehortatus; docens, *non eſſe jus aut fas ho-
mini; ut ſe mercede conduci patiatur ad fun-
dendum ſanguinem miſerorum, & plerunque
innocentum hominum à quibus nulla ipſe un-
quam injuria affectus ſit. Majorum, qui forti
manu libertatem Helveticam aſſeruerint, mo-
res imitandos eſſe: qui ab hujuſmodi vitæ ge-
nere alieniſſimi, domi ſuo ſibi labore victum
parantes, nulli Principi ſe addixerunt, neque
ſuam libertatem venalem habuère. Hujuſmo-
di fœderibus libertatem Helveticam, & exteris
Regibus atque principibus proſtitui multis ra-
tionibus adductis oſtendit, & quæ incommoda
hoc fœdus allaturum eſſet, commemoravit.* Fa-
cilè autem à Tigurinis obtinuit; ut iſthoc fœ-
dere abſtinerent. Memores enim cladium,
quas acceperant dum exteris regibus ſe ad-
dixerunt; & civilium quoque diſſenſionum,
quæ inde exortæ fuerant: & cum his con-
ferentes pacem & tranquillitatem, qua domi
fruebantur: omnes in repudiando fœdere, &
legibus veteribus atque conſuetudinibus ſer-
vandis conſenſerunt. *Ab eo Bullinger dehortatur.* *Helvetiorum majores.*

Anno *quinquageſimo* editæ ſunt *decades ſer-
monum* duæ *quarta & quinta*, *Eduardo* An-
gliæ Regi inſcriptæ: & quia tum libera E-
vangelii prædicatio Anglis conceſſa fuit; fre-
quentes literæ à Bullingero ad proceres ali-
quot Anglos, Epiſcopos atque Eccleſiarum
miniſtros conſcriptæ ſunt. Reſpondit etiam
miniſtris Eccleſiæ *Emdenſis*, quibus tum pro-
ponebatur reformatio quædam nova intro-
ducenda in Eccleſiam, non diſſimilis in qui-
buſdam *Interim Cæſario*. Monebat, cùm con-
ſtet *Papiſtas* & *Interimiſtas inſidiari ortho-
doxæ doctrinæ, ut eam infamem reddant; ideo-
que ceremonias abolitas obtrudere: ut gloriari
poſſint, eos ædificare, quæ antea deſtruxerint:
monuit, inquam, caverent: ne veteres Papiſti-
cos ritus recipiant cum Eccleſiæ ſcandalo &
diſſipatione. Requirere Deum puram ſimpli-
citatem, & ſimplicem puritatem: quam ipſe*
in *An. 1550. Decades Bullingeri.* *Reſpondet Emdenſibus.*

in verbo ſuo tradidit nobis perfectiſsimam. Ab hac non licere nobis deflectere, vel ad dextram, vel ſiniſtram. Perſeverandum igitur in iis, quæ ab Apoſtolis tradita: fugienda, quæ fugere præceperunt Apoſtoli. Decretum illud arridere multis: ſed nihil aliud eſſe, quàm Iſagogen ad Papiſmum. Clamitare adverſarios quidem: eos, qui hæc rejiciunt, cerebroſos & pacis publicæ perturbatores eſſe: ſed hoc immeritò Helvetiis impingi: qui ea ſapiant, quæ ſcripturarum ſint, & in his conſtanter perſeverent. Ab illis potiùs turbari pacem; qui conſcientias fidelium perturbent; & ſervituti Antichriſti rurſus ſubjiciant. Ornari multa titulo ἀδιαφόρων; quæ non poſſint defendi allis ſcripturis: imò quorum pleraque cum ſcripturis ex diametro pugnent. Proinde ſtandum in veritate; & ſanctificandum nomen Domini. Simul etiam ad quæſtiones transmiſſas ordine reſpondit.

Adiaphorum titulo multa ornata.

An. 1551. Helvetii ad concil. Trid. vocati à nuncio Pontificio. Ejusdem poſtulata.

Anno *quinquageſimo primo*, menſe Junio *Badenæ* in publico Helvetiorum conventu, nuncius Pontificius, allato, ut vocant, *brevi Apoſtolico*, petiit: ut Prælatos ſuæ ditionis *Tridentum* ad concilium mitterent, unà cum doctoribus ipſorum & concionatoribus. Hortatus etiam eſt; ut majorum ſuorum exemplum imitentur, in reverentia & obedientia ſedis Apoſtolicæ. Quæſivit denique, num Helvetii ſedem Romanam libertatemque Eccleſiæ ſint defenſuri, ac rebelles punituri? De his Bullingerus cum collegis, non ſolùm à ſuis, ſed etiam ab aliis, conſultus, *librum* conſcripſit; quo demonſtrat *concilium Tridentinum inſtitutum eſſe ad opprimendam veritatem:* qui Latinè quidem non eſt editus, ſed *Italicè*, in eam linguam translatus & auctus, *à Petro Paulo Vergerio*, cui auctor legendum dederat. Summa hæc fuit. *Negavit* Bullingerus, Helvetios Evangelicos Papæ obedientiam ullam debere: cujus jugum pridem abjecerint. Romanum imperium illos agnoſcere, à quo & privilegia multa habebant: neque tamen ad Imperii conventus venire, etiam à Cæſare vocatos; idque pravibus de cauſis: multò minus Romano Epiſcopo obtemperaturos in rebus animarum ſalutem ac fidem concernentibus; in quæ ipſi nihil ſit juris. Prælatos in agro Tigurino, qui mittantur, eſſe nullos, & ne quidem conſultum videri, ut Pontificii Prælati è publicis præfecturis, quarum imperium ad Tigurinos queque pertineat, mittantur: parci poſſe hac in re magnis ſumtibus. Finem concilii eſſe, ut Papiſtica religio ſervetur: id verò Prælatos alioqui facere. Concionatores aliter vocari, quàm Prælatos: cùm in brevi nulla illorum fiat mentio. Verùm cum non de perſona miniſtrorum; ſed de doctrinâ agatur, judicio Papæ & concilii ſubjiciendâ, quemadmodum Cæſar poſtularit: etiamſi aliqui mitterentur, nihil id uſui fore. Concilium nihilominus perrecturum, præſertim ſeptem jam ſeſſionibus habitis ac concluſis, quicquid illi propoſuerint aut diſputarint: nec poſſe vel miniſtros vel Eccleſias ipſas ſeſe ſubjicere concilio. Nec enim celebtari Apoſtolico more: Tigurinis eſſe iniquum, utpote in quo præſideant Papæ mancipia; quos Evangelici hactenus accuſarint. Tigurinos & alios inquè eſſe damnatos. Non recuſaturos concilium liberum, univerſale, Chriſtianum, veritatis inquirendæ cauſa indictum. Tridentinum non eſſe univerſale: cùm non omnia Chriſtianitatis membra admittantur, neque Anglia & plura regna in id conſentiant. Nec eſſe liberum & ſecurum; cùm univerſa poteſtas ſit penes ſolum Papam. Nec Chriſtianum, cùm in eo non de Chriſti, ſed Papæ honore agatur, & præter ſcripturam, ſecundum libros non canonicos & traditiones concludatur. Hæc ferè fuit ſumma.

Bullingeri ſcriptum de Concil. Trident. Italicum. Summa illius.

Interea *Genevenſi* in Eccleſia diſſidium ortum fuit de *electione divina, Hieronymo Bolſeco* medico publicè doctrinam *Calvini* oppugnante, & plebem, ne ſe ab eo ſeduci pateretur, hortante. Reſpondit ei Calvinus, erroremque teſtimoniis ſcripturæ, & D. *Auguſtini* compluribus revicit. Sed cùm ille in errore perſeveraret, & conſenſum aliorum miniſtrorum, ac nominatim *Bullingeri*, jactaret: viſum eſt ſenatui & fratribus Genevenſibus ſententiam eorum percontari. Reſpondit Bullingerus cum fratribus, & ita reſpondit: ut omnibus appareret: illum, qui docebat *electionem ex fide pendere; fidemque ipſam non minus ex proprii hominis motu, quàm ex cœleſti inſpiratione oriri*, malitiosè abuti *Tigurinorum* nominibus. Conſtat quidem *Bullingerum* multis fuiſſe ſuſpectum; quaſi non idem quod *Zvvinglius* de *æternâ DEI providentia & electione*, deque *humano arbitrio* ſentiret: ſed qui ſic judicarunt, injuriam ipſi fecerunt. Nam cum quidam in privatis congreſſibus & publicis etiam cætibus ita de his myſteriis diſputarent, ut dicerent: *hominem etiam invitum cogi ad peccandum, & Deum cauſam peccati adſererent:* oppoſuit ſe eis, ac monuit: ſobriè de tantis rebus loquendum: ne inde homines anſam arripiant ſcelerum ſuorum culpam aliò derivandi & blaſphemandi Deum. Itaque hoc ſtudebat; ut doceret ſuos agnoſcere *gratuitam Dei benevolentiam, qua nos abſque ullius dignitatis noſtræ reſpectu elegit: fidem ſemper prædicavit donum Dei eſſe idque gratuitum, per quam Chriſti efficiamur participes: viribus hominis non renati nihil eſſe attribuendum niſi corruptionem, culpam & pœnam.* Expoſuit autem in variis ſcriptorum ſuorum locis, quid de tantis myſteriis ſentiret; maximè in *Decadibus ſermonum*, in libro *adverſus Anabaptiſtas*, & in *compendio Chriſtianæ religionis*. Ac fuit revera ſummus conſenſus inter ipſum & *Calvinum* atque *Martyrem*; quod non tantum arctiſſimâ eorum amicitia confirmat; ſed conſenſio etiam cum Calvino & Genevenſi Eccleſia in re ſacramentaria teſtatur, ubi ab initio ſummi hujus negotii paucis, ſed dilucidè comprehenditur.

Ann

Anno *quinquageſimo ſecundo*, quo bello ota ferè arſit Germania; cum domi pax eſſet, ſed non ſine annonæ caritate: Bullingerus ſcripta non pauca elaboravit, ad *conſolandos afflictos* & ad *pœnitentiam excitandam* accommodata. Eo Germaniæ Principum bello *Landgravius Haſſiæ* è captivitate liberatus, uiſque redditus, literis ad Bullingerum datis etiit: *Thammerum*, ſi fieri poſſet, ab errore a viam revocet: miſitque cum ipſo Thammero virum nobilem, qui actioni intereſſet, *Fridericum à Thamm*. Bullingerus adhibitis liis fratribus multi cum Thammero egit, ſed ruſtras. Impugnabat autem *Thammerus* doctrinam de *fidei juſtificatione*, *ſcripturæ auctoritatem elevabat*; *ac ſcripturarum ſimplicem & Grammaticum ſenſum non pluris faciebat, uàm Ariſtotelem quem ſcripturis æquabat: duo ponebat principia ſuarum diſputationum, conſcientiam & creaturam.* Audierunt illum Tigurini placidè, & humaniter ad ejus argumenta reſponderunt; ille contra adeò immodeſtè & ridiculè ſe jactavit, & vociferatus eſt: at pleriſque videretur non ſatis mentis compos eſſe. Damnabat tunc ex æquo *Pontificiorum & Lutheranorum* doctrinam, & nullum idei dogma rectè ab illis tradi aſſerebat; poſtea tamen ad Papiſtas defecit. Sub idem tempus mortuo *Eduardo* ſexto Angliæ rege ſuc-ceſſit *Maria* ſoror ex Hiſpanica matre nata, quæ formam religionis ab *Eduardo* inſtitutam mutavit; & regnum Angliæ denuo Romano Pontifici ſubjecit; atque eos qui veram religionem profitebantur, acerrimè perſecuta eſt. Itaque multi viri nobiles, multi etiam doctrina clari in Germaniam, ac ſequenti anno *quinquageſimo quarto* compluſes in Helvetiam venerunt: *Tiguri* peculiare collegium inſtituerunt, plurimum eos adjuvante Bullingero; qui cum ante *Henrici VIII.* temporibus cum Anglis amicitiam contraxiſſet, eo tempore arctiùs illis conjunctus fuit, & de multis cum ipſis contulit. *Locarni* ad lacum *Verbanum* collecta fuit hoc tempore piorum ſtudio mediocris fidelium Eccleſia; ſed quoniam ejus loci imperium ad duodecim pagos Helvetiorum pertinet: ſeptem ex his, qui ſe Catholicos nominant, cæperunt agere de *pœna eorum, qui à Romana Eccleſia defeciſſent*, & illis *capitis ſupplicium* comminabantur. Cæteri ſe opponebant, & exiſtimabant, eos non habere jus animadvertendi in ipſo nomine religionis, propterea; quod in conventione pacis publicæ religionis libertas eſſet conceſſa. Illi contra exiſtimare, nihil ad hos pertinere. Agitata eſt hæc res compluribus Helvetiorum conventibus: tandem ſequeſtri ita controverſiam compoſuere: ut *quotquot nollent Romanam religionem amplecti; Locarno, ſalvis facultatibus, emigrarent.*

Huic ſententiæ ut ſubſcriberent *Tigurini* nunquam adduci potuerunt; attamen quia ſuffragiorum numero vincebant adverſarii, ſequenti anno in exilium ejecti ſunt ſupra *centum* homines religionis cauſa, quorum pleriqueTigurum, nonnulli *Baſileam*, aut ad *Rhetos* abiere. Laboravit multum ac diu Bullingerus cum cæteris miniſtris; ut Eccleſiam in finibus Italiæ conſtituerent, neque illis in hac re ſtudium magiſtratus defuit: ſed Pontificii omnem lapidem movere: ut hoc impedirent, atque ut creditur, non abſque inſtinctu pontificis, cui letale vulnus videbatur, ſi cogeretur libertatem religionis & Eccleſiam Evangelicam tolerare in ipſa Italia. Poſtquam verò Locarnenſium complures *Tigurum* veniſſent, nec Germanicæ linguæ uſum ullum haberent: ne verbo Dei deſtituerentur, peculiaris Eccleſia ipſis conceſſa fuit, & honeſto ſtipendio à magiſtratu oblato *Bernardinus Ochinus Senenſis Tigurum* vocatus eſt: ut Eccleſiam Italicam moderaretur. Receptus autem eſt in miniſtrorum ordinem eâ conditione: ut ſubſcriberet confeſſioni, & legibus atque ſtatutis Synodi pareret; quod ultrò & libenter fecit, & ſibi eccleſiam Tigurinã à multis annis præ aliis placuiſſe adſeveravit: præterea confeſſione fidei edita ſeſe ab Anabaptiſticis aliiſque perverſis opinionibus alienum eſſe eſt teſtatus. Quare cum talis tùm eſſet aut haberetur: Bullingero præ aliis charus fuit, quem etiam nato ſibi infante teſtem in baptiſmo adhibuit.

Locarnenſes exules. A. 1555.

Tiguri Eccleſia Italica.

Ei Bern. Ochinus præfectus.

Secuta ſunt deinde varia certamina, cum *Joachimo Weſtphalo*, cum *Heshuſio*, aliis. Agitatum * etiam fuit de *fœdere Helvetios inter ipſos renovando*, propter controverſias quaſdam. Ibi cùm pagi Pontificiæ religionis vellent, ut *ſacramentum diceretur non tantum per Deum, ſed & per ſanctos*: Evangelici id renuerunt. Erant autem quibuſdam in locis Politici: qui hac de re litem non eſſe movendam cenſerent: cùm & Judæo jusjurandum detur juxta ſuam fidem.

An. 1556. 57. 58.

Certamina. Bull. cum Weſtph. aliis.

** A. 1559.*

Sed Bullingerus cum ſymmyſtis docuit; *juramentum eſſe invocationem DEI: ac ſicut ipſe ſolus invocandus, ita per ipſum ſolius nomen jurandum: omnemque falſi cultus ſpeciem vitandam.*

Bulling. ſententia.

Deinde poſt obitum ſummi illius *Melanchthonis*, multi ceperunt malè feriati criſtas erigere, mortuo inſultare, liteſque in eccleſiam audaculè diſſeminare. In Polonia *Franciſcus Stancarus, Chriſtum tantum ſecundum humanam naturam mediatorem eſſe docuit*: atque ita diſſeruit de duabus naturis, ut non diſtinguere, verùm ſeparare pleriſque ſit viſus. Sparſerunt & alias hæreſes *Valentinus Gentilis & Georgius Blandrata*, vipera illa in ſinu Eccleſiæ fota. Itaque *Calvinus* & *Bullingerus*, aliique eccleſiarum Helveticorum miniſtri, libris editis, literiſque publicè & privatim ſcriptis, Eccleſias Polonicas juverunt, ac hæreſes refutarunt. In *Saxonia* verò *Flaciana* factio omnes à ſe diſſentientes publico judicio conata eſt damnare, & coryphæi ejus libellis editis, ac literis ad Principes quoſdam miſſis, diu multumque laborarunt:

An. 1560.

Franciſc. Stanc. doctrina.

Valentin. Gentil. Georg. Blandr.

Flaciani alios omnes damnant.

Poſtulant Synodum.

ut *Synodus publica* indiceretur: ſed in quam admitti nolebant eos, quos *Sacramentarios* vocant, & *Oſiandriſtas*, & *Schvvenckfeldianos*, & alios, jam antè à ſe damnatos. Hæc eorum publica & privata ſcripta, Germaniæ quidam Princeps ad *Bullingerum* miſit, judicium ejus ſuper his requirens. Reſpondit ille verboſè, & quod caput, oſtendit; „Helveticis Eccleſiis

Bulling. conſultus reſpondet.

„ fieri injuriam ſi à Synodo excludantur, tan-
„ quam dudum damnatæ, cum nunquam
„ cauſa legitimo judicio cognita ſit. In Ger-
„ mania nunquam hactenus de re Sacramen-
„ taria in publica & legitima aliqua Synodo a-
„ ctum eſſe, ſed tantum colloquia quædam
„ paucorum hominum inſtituta fuiſſe. Quod
„ verò objiciant judicium comitiorum Im-
„ perialium, id Tigurinis mirum videri, cum
„ ſciant ſuam ipſorum quoque doctrinam ſæ-
„ pè in comitiis eſſe damnatam. Quod ſi o-
„ mninò audiendi non ſunt, quos ſemel Lu-
„ therus damnavit, cur Princeps Heſſorum
„ colloquium hac de cauſa Marpurgi inſti-
„ tuit, ad quod etiam ipſe Lutherus venit?
„ Adhæc ut maximè fuiſſent damnati; non
„ tamen conſequi, eos eo loco nunc eſſe, ut
„ in conventibus Chriſtianis nihil amplius
„ cum illis agi poſſit. Novatianos fuiſſe da-
„ mnatos, & tamen poſtea eorum Epiſcopum
„ Agelium in concilium admiſſum: Arium
„ fuiſſe damnatum in Synodo Nicæna: & ta-
„ men nihilo minus cauſam Arianiſmi di-
„ ſceptatam eſſe Sardicæ, in quo conventu
„ cum Orientales adeſſe nollent niſi excluſo
„ Athanaſio & Paulo, quos anteà damnatos
„ dicebant, eorum petitionem ut injuſtam
„ Occidentales rejecerunt: Donatiſtas quo-
„ que olim damnatos fuiſſe; & tamen nihi-
„ lominus in judiciis & conventibus ter po-
„ ſtea auditos fuiſſe, multaque alia hujus

Agelius. Epiſcop.

generis illuſtria exempla commemorat. Ac oſtendit *Jenenſium Synodum parum differre à Papiſtico concilio*, ubi proteſtantium legati *Tridenti* neque ad diſputandum, neq; ad controverſias tractandas unquam ſunt admiſſi, nimirum quod viderentur antea in habitis conciliis ſæpè damnati. Item *eos Donatiſtarum more tantùm eos pro fratribus agnoſcere qui cum ipſis conſentiant, eccleſiamq; valde in anguſtum detrudere, & ad numerum hominum parvum contrahere.* Porrò quod dicant, ſe in illa ſua
„ Synodo ſolum velle agere de Synergiſmo,
„ Majoriſmo, & Adiaphoriſmo, ſe mirari
„ cur hos admittant, cum ſi illis credendum
„ ſit, & tres iſti errores dudum ſint damnati,
„ adeoque non minus quàm Zwinglianis-
„ mus juxta ipſorum hypotheſin, excluden-
„ di eſſent. Sed non obſcurum eſſe, inquit,
„ quid iſtos potiùs incitet ad hos errores di-
„ ſcutiendos, & à cauſæ Tigurinæ cognitio-
„ ne contra arceat: primum quod arbitren-
„ tur, ſe non poſſe tàm facile in Helvetio-
„ rum cauſa conſiſtere; ut in altera, aut bre-
„ vi tempore ipſam poſſe expedire. Deinde
„ quod animi ipſorum Melanchthoni parum
„ ſint propitii, quem ut vivum vexarunt; ita

Melancht. parum æqui Jenenſes.

mortuum non patiantur quieſcere in Do- „
mino; virum alioqui de illis ipſis, & de bo- „
nis ſtudiis optimè meritum: qui dum vixit „
laborioſiſſ. fideliſſimusque in dicendo fuit. „
Videri igitur bonos iſtos modeſtia & chari- „
tate Chriſtiana deſtitui, & nimia quadam „
ambitione laborare, qua cupiant ſibi aſſe- „
rere hanc gloriam, quòd cæteris deficien- „
tibus ſoli purum Lutheraniſmum retinue- „
rint. Majoriſmi nomen in Helveticis Ec- „
cleſiis ignotum eſſe: de libero arbitrio, & „
de adiaphoris non obſcurum eſſe quid illi „
ſentiant. Jenenſes verò, qui adiaphoriſmum „
oppugnant, multa Papiſtica in ſuis Eccleſiis „
retinere, veſtes Pontificias, lucernas, imagi- „
nes, privatam quandam confeſſionem & ab- „
ſolutionem parum à Papiſtica differentem. „
Negare ipſos ubiquitatem corporis à ſe do- „
ceri & affirmari (etenim ab hac ſententi[a]
tum alieniſſimi videri volebant, in quam ta-
men poſtea pleriſque eorum conceſſere: „
ſed Tigurinos mirari quomodo congruant „
ea in quibus ſe conſentire affirmant cum „
Lutheri & Brentii ſcriptis qui ubiquitatem „
diſertè defenderint: ut & plerique Saxonici „
Theologi. Magis itaque optare Tigurinos, „
quàm credere; illas ab Ubiquitatis doctri- „
na, & curioſis, quæ eam conſequuntur, di- „
ſputationibus, alienos eſſe. Videri præterea „
Jenenſes nimium tribuere ſuæ Synodo: „
dum ex illa pollicentur principibus, omnia „
fore tuta & integra. Conſtare ex hiſtoriis; „
nunquam fuiſſe eam ſynodorum vim; ut „
prorſus lites tollerent, ac pacem Eccleſiis „
ſolidam reſtituerent: cùm & ſui temporis „
exemplis motus Nazianzen. ſcripſerit: ſe „
hactenus non vidiſſe ullius Synodi utilem fi-
nem, aut in qua res malè ſe habentes no[n]
magis exacerbatæ, quam curatæ fuerint
Nec tamen ideo nullam ſynodorum eſſe „
utilitatem. Conducere enim, ſi legitimè ce- „
lebrentur ad cognoſcendas controverſias „
quæ multos latent; id quod inprimis optan- „
dum de cauſa ſacramentaria facili per ſe & „
aperta; ſed longa altercatione & ſpinoſis „
quæſtionibus apud multos involuta. Deni- „
que pacem ex ejuſmodi Synodo non ſpe-
randam, ſi judicium faciendum ſit ex pri-
oribus actis. Illos enim omnibus velle præ-
judicare: neque ſententias vel minimum
diſcrepantes ab ipſis audire. „ Subjunx[it]
deinde Bullingerus *brevem ſummam doctri[næ]
Helveticarum Eccleſiarum:* cùm perſuaſu[m]
eſſet pleriſque: Helvetios non ſolùm in
ſacramentaria; ſed in multis capitibus ab ali[is]
Evangelicis diſſidere.

Ex illa ſynopſi colligi à quovis poteſt, non r[e-]
jici prorſus *Auguſtanam confeſſionẽ:* nec tam[en]
omnia illius ſimpliciter approbari; neq; trib[ui]
illi eandem cum ſcripturis auctoritatẽ. Exe[m-]
pli loco adducit *decimũ articulum*, item qu[od]
*Miſſam retineri ſcribunt, & confeſſionem au[ri-]
cularem, & poteſtatem Epiſ. concedi.* Conclu[dit]
tandem: *nolle Helvet. excludi à cœtibus ſancto[rum]
pro Jenenſium libidine, aut vocari ab ipſis ta[n-]
qu[am]*

quam judicibus & actoribus, nec agnoſcere eos dominos, Pontifices, cenſores, dictatoresve. Eſſe ſe perinde miniſtros Chriſti, ac ſuis donis ornatos, ut illos. Si ſynodus indicenda ſit cum fructu, conſultandum prius de ea, non à paucis rixoſis, ſed omnium ordinum præſtantiſſimis, qui conſilia conferant, de loco, tempore, modo agendi, aliisque ſtatuant.

Anno *ſexageſimo primo* concilium *Tridentinum* à *Pio IV.* Papa inſtauratum eſt, ſed id Principes & ordines Imperii Proteſtantium recuſarunt, idem fecerunt *Angli* & urbes Helveticæ. Cepit & *Blandrata* apertiùs ſe prodere in Polonia, & maximè accuſare *Calvinum* ac *Bullingerum*, qui pacis conditiones cum Calvino quærere noluiſſet. Hac de cauſa *Nicolaus Radzivil Dux Olicæ & Palatinus Vilnenſis Martinum Secovitium* cum literis ad Bullingerum miſit, & de negocio *Blandratæ* ac pacificatione cum Calvino egit. Reſpondit Bullingerus. „ Blandratam cùm Tigurum veniſſet, ſemel tantum ſecum collocutum, quo tamen in colloquio facilè animadverterit, illum non ſincerè de Filio Dei ſentire, pacificationis verò nullam ab eo factam mentionem, tantum comminatum eſſe, ſe contra Calvinum ſcripturum; cui ipſe reſponderit, ſatis alioqui contentionum eſſe in eccleſia Chriſti, quas ſi ille pergat augere, Deum vindicem fore. Illum verò dira minantem & imprecantem, diſceſſiſſe. Si profiteatur Chriſtum Patri coæternum & conſubſtantialem, gaudere Tigurinos, & Deum orare, ut ipſum hac in fide confirmet, ſin pergat involutè loqui, cavendum Principi, ne ſub patrocinio pietatis ejus noceat puritati doctrinæ, id quod aliis accidiſſet Principibus ita deceptis. Conſenſum ſe approbare non poſſe cum iis, qui in fide inſinceri. Si Chriſtus Patri non coæqualis, non coæternus Dominus ſit: *non poſſe eſſe caput Eccleſiæ, non Servatorem, non Pontificem ſeculorum omnium, uno verbo, fidem noſtram inanem eſſe, ac nos vinci à Iudæis & Turcis. Cavendum ergo ab iis, qui Arianiſmum aliasque hæreſes ab Orco revocent, & ſubdolè diſſeminent.* Calvinus quoque *compendiolum hiſtoriæ Blandratæ*, cui hic notior erat, transmiſit miniſtris Eccleſiæ *Vilnenſis* & minoris Poloniæ. Sed *Blandrata* hypocriſi ſua jam ita irrepſerat: ut parum admonitiones profuerint. Poſtea & ibi & in Tranſſylvania docuit palam: *Chriſtum Servatorem eſſe merum hominem.*

Sub id tempus prodiit *Ioann. Brentii* liber, *de unione perſonali duarum naturarum in Chriſto, de adſcenſione in cœlos, & ſeſſione ad dexteram Patris*: è quibus nititur probare ſubſtantialem præſentiam corporis Chriſti in cœna, quando ea perſonalis unionis ratio, ut ubicunque eſt divinitas, ibi etiam ſit humanitas adſumta. Ediderat antè & Bullingerus tractationem verborum Domini, *in domo Patris mei manſiones multæ ſunt*, qua demonſtrat, ſpem & ſalutem fidelium certiſſimam eſſe, ac *cœlum, in quod adſcendit Chriſtus, & in quod ſuſcipiuntur electi, locum eſſe in eccleſiis certum.* Cùm autem *P. Martyr Brentio* reſpondiſſet *dialogo*, ſuppreſſo tamen Brentii nomine, antequam hic prodiret, editus eſt alter libellus à Brentio, in quo ſuam de Bullingeri ſcripto ſententiam profert, idque juſſu Principis, ut ait, & propter ſuam conſcientiam, ac offenſiones. Mirabantur multi, Brentium non provocatum à Bullingero, in certamen cum eo deſcendere ſuper eo dogmate, quod tunc plerique in Saxonia ipſa oppugnabant. Ibi Bullingerus, ne veritatis cauſam proderet, reſpondere habuit neceſſe. Sed Brentius alium librum oppoſuit, cui titulum *de majeſtate Chriſti* fecit, in quo Helvetios inſimulat negatæ majeſtatis Chriſti, negatæ omnipotentiæ Dei. Legit hunc librum Martyr, & indignè tulit, talem Theologum ita ſophiſticè ſuam agere cauſam, ac novum dogma pingere novo nomine. Sed morte præventus reſpondere non potuit. Eodem tempore, anno *ſexageſimo ſecundo*, cùm Helvetici miniſtri à concilio *Trident.* iterum, miſſa fide publica, vocati eſſent, & *Heſſorum* Princeps ter ea cauſa ad Bullingerum ſcripſiſſet, denuo tractatum de recuſatione iſtius concilii ſcripſit, qui tamen editus non eſt.

Martyr Brent. reſpondet. Brentius oppugnat Bulling.

An. 1562. Bullinger reſpondet. Brent. regerit.

An. 1562. Iterum ad Concilium vocati Helvetici.

Initio anni *ſexageſimi tertii* reſcripſit idem ad illum *Brentii* librum, *de Chriſti Majeſtate*: quod ſcriptum extat. *Bernardinus* etiam *Ochinus*, de quo ſupra, à Senatu Tigurino in exilium eo tempore miſſus eſt hac de cauſa. Ediderat eodem idem anno *dialogos triginta* Italica lingua, quos *Sebaſt. Caſtalio* Latinè convertit. In eorum uno *polygamiam* adſerere conatus eſt. Hoc ſcriptum cùm contra fidem datam ſine approbatione evulgaſſet, nomine Senatus à miniſtris monitus juſſusque eſt, alio ſcripto ſcandalo eccleſiæ mederi, maculamque eluere. Sed cùm nihil obtineretur, juſſus eſt urbe agroque Tigurino excedere. Petivit antequam diſcederet, à Bulligero commendatitias, ſed hic negavit ſe bona conſcientia id facere poſſe, etſi ob ſenectam ejus & liberos doleret. Inde *Baſileam* venit, nidum quærens, ſed nec ibi locus ei datus, Itaque in *Poloniam* abiit, quò ut venit, dicitur palàm *hypoſtaſin Spiritus* S. oppugnaſſe. Sed nec ibi commorari ei diutius licuit. Quare in *Moraviam*, ad Anabaptiſtarum conventicula, ſe recepit, ubi & obiit. Hic *Ochinus* cùm incidiſſet in via in *Cardinalem Lotharingum*, ſuamque ipſi calamitatem expoſuiſſet, quod cogeretur exulare *Dialogorum* cauſa, quos eo ſaltem animo ſcripſiſſe; ut *triginta veritates*, in vera religione à ſe obſervatas, creditu difficiles, à calumniis adſereret; ſimulque oblatis exemplis aliquot, rogaſſet ut legeret, ferunt Cardinalem reſpondiſſe, inſpecturum ſe quidem, ſed ubi non placuerint, mox combuſturum. Adjeciſſe Ochinum, *ſe in peregrinatione ſua obſervaſſe viginti quatuor errores in Eccleſiis Evangelicis, easque facilè revicturum.* Tum Cardinalem ſive joco ſive ſerio, reſpondiſſe: *nimium eſſe quatuor, ut maximè viginti non adderet.*

An. 1563. Brentio reſcribit.

Variè vagatur.

Colloquiũ Ochini cum Cardin. Loth.

Anno

An. 1564. Peſte correptus Bulling. Reſtituitur.

Anno *ſexageſimo quarto* peſtis atrox urbem *Tigurinam* invaſit, ipſumque Bullingerum corripuit tam graviter, ut omnes de vita ejus deſperarent. Ipſe quoque vocatis ad ſe eccleſiæ miniſtris valedixit, cum gravi admonitione. Poſtea Deo ſe commendans, in ſingulas horas exitum exſpectavit. Sed piorum precibus donatus Eccleſiæque ſuæ eſt reſtitutus: amiſſa tamen eo morbo uxore, & una filiarum, *Ludovici Lavateri* conjuge. Ante hunc morbum iterum reſpondit *Brentio*, qui contra Bulligerum librum ediderat cum titulo: *Recognitio Prophetica & Apoſtolica doctrina, de vera majeſtate Domini noſtri Ieſu Chriſti ad dextram Dei Patris ſui omnipotentis.* Eo in ſcripto iiſdem ferè, quibus antea, utitur argumentis, ad ubiquitatem adſerendam. In fine probare vult, *Zvvinglianos Lutheranorum ſententiam mala conſcientiâ oppugnare hoc argumento, quod illi cum his concordiam & pacem inire aliquoties ſtuduiſſent.* Huic oppoſuit Bulling. reſponſionem, quam inſcripſit:

Amittit uxorem & filiam. Brent. iterum in Bull. ſcribit.

Qui reſpondet.

„ Repetitio & dilucidior explicatio conſenſus veteris orthodoxæ catholicæque Chriſti Eccleſiæ, in doctrina Prophetica & Apoſtolica de inconfuſis proprietatibus naturarum Chriſti Domini, in una indiviſa perſona permanentibus: adeoque de veritate carnis Chriſti ad dexteram Dei Patris in cœlo ſedentis. In altera parte libelli argumenta, quibus carnis præſentiam ille probare nititur, confutat.

*An. 1565. Bulling. filias & amicos amittit. *Zvvinglii & Simler. conjuges Edit ſcripta. An. 1566.*

Sexageſimus quintus annus, peſte denuo graſſante, *duas * Bulling. filias* abſtulit. Acceſſit ad domeſtica vulnera mors *Geſneri, I. Friſii, & Sebaſt. Guldibeccii*, novus item morbus, incredibiles calculi cruciatus, quibus tunc primùm vexari cepit. Inter tot tamen curas & moleſtias docendo officium fecit, & *homilias in Danielem* abſolvit, ediditque. Publicata eſt etiam tunc *Helveticarum Eccleſiarum confeſſio*: cùm inquieti quidam non ceſſarent multa in vulgus ſpargere de diſſenſionibus illarum eccleſiarum, & criminari, quod de nullo ferè fidei dogmate puram rectamve teneant fidem. Scripſerat Bulling. ann. ſuperiori in cujusdam Principis gratiam confeſſionem, in qua præcipua dogmata comprehendebantur, & certa quædam doctrinæ forma proponebatur. Hanc cum fratrum quidam Principi ac viris doctis probari, audiiſſent, eam communicari ſecum petierunt, ad judicandam *Bernam & Genevam* miſerunt. Qui cùm & ipſi eam approbaſſent, actum eſt cum reliquis federatis Evangelicis, eoque nomine *Rudolph. Gualt. Scaphuſiam, Baſileam & Mulhuſium* eſt miſſus. Approbarunt itaque illam, ac ſubſcripſerunt omnes evangelicæ eccleſiæ per Helvetiam, una *Baſilea* excepta. Hujus enim eccleſiæ miniſtri reſponderunt, nuper denuò editam Baſil. Eccleſiæ Confeſſionem, cui omnes ſubſcripſerint. Quare non videri ſibi neceſſe, ut alteri iterum ſubſcribant. Rurſus ab illis fuit petitum ut bona ipſorum gratia liceret honorificam illius Confeſſionis facere mentionem; ac teſtari, quod reliquis urbibus probetur, & inter ſe conſentiant. Sed ne hoc quidem illis placuit. Itaque edita eſt ea Confeſſio cum ſubſcriptione eccleſiarum *Tigurinæ Bernenſis, Scaphuſianæ, Genevenſis Neocomeſis, Rhetiacis & ultra Alpes, S. Galli, Mulhuſianæ, & Bipennium.* Eidem in *Scotiam* perlatæ miniſtri eccleſiarum ſubſcripſerunt & conſenſum literis, à ſe ſubſcriptis & Academiæ ſigillo obſignatis, teſtati ſunt. *Hungari* quoque fratres, in præfatione ſuæ Confeſſionis, quam blaſphemiis ac furoribus *Blandratæ* & *Franciſci Davidis* oppoſuerunt, apertè teſtati ſunt, ſe probare per omnia confeſſionem, eccleſiarum Helveticarum & Genevenſis. Probarunt eandem & *Poloni, Gallica* verò & *Anglica* Confeſſio cum ea per omnia conſentiunt.

Confeſſio Bulling. à quibus approbata.

Baſileenſes renuunt.

Anno *ſexageſimo ſeptimo* evulgavit Bullingerus *Homilias in Ieſaiam* Prophetam, quem ceperat pro concione publica Dominicis diebus interpretari antè *quinquennium.* Inſcripſit eum librum *Philippo* ſeniori, *Heſſorum* Principi, qui eodem anno cum dolore piorum & jactura Eccleſiæ obiit. Convenerunt ſub idem tempus aliquot Germaniæ Principes; quibus, deliberatione de componendo certamine ſacramentario, habitâ, viſum eſt, Eccleſiis utile fore, & initium pacis, ſi utriusque partis Theologi nihil impoſterum hac de cauſa edant, cùm ea ſcriptis ſatis ſuperque diſceptata ſit, idemque *Wilhelmus Heſſorum* Princeps literis ad Bulling. datis petiiſſet. Impetratum hoc à *Tigurinis* facilè fuit, qui inviti hoc in certamen fuerunt pertracti. Sed recruduit non diu pòſt ſacrum bellum. Et in Gallia quidem Princeps *Condæus* ſuboſfaciens inſidias ſibi paratas, legatum ad Helvetios miſit *Ludovicum Seneſchalcum Valentiæ*, qui menſe Septembri *Tigurum* venit, *Bullingero* peculiariter à Principe commendatus. Verum interveniente mox Regis legato *Pomponio Bellivrao*, major pars legatum illum audire noluit. Itaque re infectâ clam Tiguro diſceſſit. Addidit Bullingerus tunc præfationem libro *Simleri de æterno Filio Dei & Spiritu ſancto*; qua confutat ſcriptum anonymi vellicantis *Tigurinorum* & *Haidelbergenſium* judicium Polonis miſſum. Auctor illius ferebatur Cardinalis *Oſius*; qui Arianis infeſtus, tamen *ferre non poterat, Polonos alibi, quàm apud Papam conſilium in cauſa religionis quærere.*

Anno *ſexageſimo nono*, bello in Gallia flagrante, magnus miniſtrorum & aliorum piorum numerus, aut *Tigurinorum* præſidia aut *Genevam*, paratum ſemper piis hoſpitium, aut in vicina *Bernatum* loca, ſe receperunt. Horum plerique cùm magna premerentur inopia, laboravit ſedulo Bullingerus non tantum domi, ſed & extra Helvetiam, ut publica collecta inopia ipſorum ſublevaretur. Amiſit eodem anno filium *Chriſtophorum Auranii* Principis caſtra ſecutum, ipſemet etiam graviter *iſchiade & calculo* laboravit, ac inter dolores *vitas Pontificum Romanorum* in compendium, quod diu animo agitarat, contraxit. Sequenti anno *confutationem ſcripſit bullæ Pon*

tificia

tificia, qua Regina Angliæ damnata, omneſque à fide ei data liberati fuerant per Papam. Liber iſte in Anglia editus, atque in Anglicam etiam linguam eſt translatus. Amiſit & tunc fratrem germanum *Ioannem*, Eccleſiæ miniſterio diu & fideliter functum.

Sub finem anni *Wilhelm. Bidenbach.* edidit *teſtamentum Brentii*, quo exhortatur omnes, ne Tigurinis locum in Eccleſia Chriſti ullum relinquant. Ineunte ergo anno *ſeptuageſimo primo Bullingerus* fratrum nomine reſpondit, ſuamque & ſuorum doctrinam adſeruit. Eodem anno cùm in Gallia præcipui eccleſiarum miniſtri Synodum *Rupellæ* agerent, nec *Tigurini* legatos ad eam mittere poſſent, literas ſaltem miſerunt, ad teſtandam conſenſionem mutuam in doctrina, & benevolentiam in univerſas Eccleſias Gallicas. Reſcripſerunt illi amicè, & quid potiſſimum egerint, expoſuerunt. Sed interea à quibusdam, quo conſilio incertum, ſparſum fuit: Helvetios à Synodo Rupellana eſſe damnatos, quòd illic palam damnentur, qui in negotio cœnæ voce ſubſtantiæ & ſubſtantialiter nolint uti. *Scripſerunt ea de re Helvetii ad* Bezam, *& Synodum* Nemauſi *proximè inſtitutam*. Beza *reſpondit*, nihil minus fuiſſe fratribus propoſitum, quàm eo canone ipſos damnare, qui eandem fidei Confeſſionem conſtanter tueantur. Sed Synodum hoc in capite Gallos quoſdam ſpectaſſe, qui per panem & vinum ſolam energiam, h. e. effectum pro re ipſa ſtatuendo imperitos turbarint. Quod ad vocem *ſubſtantiæ*; fratres, qui Synodo interfuiſſent, ſubſtantialem præſentiam una cum Helvetiis damnare: ſed quia hoc ipſis perpetuò fuiſſet objectum quaſi corporis & ſanguinis κοινωνίαν inficientur, retinuiſſe vocem ſubſtantiæ, non ubi de eo, quod eſt præſens, ſive eo loco ſitum, ubi nos ſumus & cœnam celebramus, ſed cùm quid nobis à Deo detur in cœna participandum, diſſeritur. Additam ante eſſe perſpicuam iſtius vocis, totiusque adeo ſpiritualis per fidem communicationis, explicationem, ut minimè metuendum ſit, ne vel μετουσίας vel tranſſubſtantiationis monſtrum per hanc rimulam in eccleſiam irrumpat. *Ad hæc* Bulling. Bezæ *reſcripſit*, nefas ſibi quodammodo videri, de tot tantorumque virorum animis vel tantillum ſiniſtri concipere, & facilè ſibi perſuaderi, propter alios ea interpoſita eſſe. Sed utut res habeat, videri tamen decretum verbis paulò inconſideratiùs conceptum: *Damnamus eos, qui non recipiunt ſubſtantiæ vocabulum.* Quis enim, *inquit*, ignorat, nos ex eorum numero eſſe, qui id neque recipiunt, neque recipere unquam voluerunt. Conſultiſſimum igitur videtur, ut cùm iterum Synodus coierit, hac de re fratres ita decreta ſua temperent, ut omnibus ubiq; manifeſtum fiat, neq; de nobis, neq; de noſtri ſimilibus ubicunq; locorum fuerint canonem locutum eſſe. Neque dubitare ſe, quin fratres id pro ſua pietate, & pacis ſtudio haud difficulter facturi ſint. Nihil enim proprium hic quæri, ſed hoc tantum agi, ne condemnatio pariat ſuſpiciones, diſſidia, & contentiones Eccleſiis pernicioſas. *Et ita poſtea factum.*

Eodem anno, cùm, propter inſolitam hyemis aſperitatem, infelix eſſet vini ac frumenti proventus, ac rerum omnium preciis auctis vulgus gravi fame premeretur, Bullingerus cùm reliquis Eccleſiæ miniſtris, ad Senatum retulit, ut preces publicæ inſtituerentur, & ratio iniretur, qua pauperum inopiæ ſuccurri poſſit, ignavis & otioſis mendicantibus excluſis. Ac tunc ſupplicationes per urbem & agrum, tertiis quibusdam feriis, inſtitutæ ſunt, & in eleemoſynæ ordine multum quoque laboratum. Durante autem diutius annonæ caritate, maximos ſumtus Senat. Tigur. fecit, in veſtiendis & alendis pauperibus non tantùm domeſticis, ſed exteris quoque gregatim eò confluentibus.

An. 1571. Annona in agro Tigur. caritas. Et remedia quæſita.

Sequenti anno 72. à fratribus Gallis Synodus *Nemauſum* fuit indicta, petitumque à Tigurinis, ut & ſuos eò legatos mitterent. Scripſit & *Admiralius*, ſe, cognitâ concordia Tigurinæ Eccleſiæ cum Gallica, ſummo perfuſum eſſe gaudio: monet, ut conſervent eandem, ac petit, ut in fedus, quod Rex icere in animo habeat, Tigurini conſentiant, quod eccleſiis omnibus ſit profuturum. Tigurini reſcripſerunt, ac gratiis actis pro benevola ſignificatione, promittunt, daturos ſe operam; ut piæ ipſius voluntati ſtudia & officia etiam ſua reſpondeant. Orant deinde, eccleſiarum patrocinium fideliter ſuſcipiat, & turbatores coërceat. Quod ad fedus, in Senatus populique poteſtate & arbitrio id eſſe, quos putent, facturos quod rei Chriſtianæ expediat. Ad Synodum etiam miſſæ literæ, quibus fraternè planè reſponſum, & cauſa triplex indicata, cur vocabulo *ſubſtantiæ* in confeſſione illâ ſint uſi. Actum eadem Synodo, de alia controverſia. Quidam enim *Franciæ* provinciæ viri docti, formam diſciplinæ hactenus receptæ oppugnabant, inter quos *P. Ramus*, eloquentiæ nomine celebris. Is cùm ſuperioribus annis, bellum fugiens, Tigurum veniſſet, de doctrina ſacra cum Tigurinis contulit, ac libros eis de Theologia à ſe ſcriptos legendos dedit. Qui non ſolum elegantes & diſerti; ſed etiam pii viſi fuerunt. Tum autem contendit non adverſus diſciplinam, ſed penes quos eſſet Eccleſiaſtica gubernatio. *Volebat* enim *non penes paucos, ſed penes univerſam eccleſiam, eſſe judicium doctrinæ, electionem & abjectionem miniſtrorum, excommunicationem, & abſolutionem.* Non interfuerunt Synodo, quamvis vocati: ſcripta tamen eorum à capite ad calcem palam recitata ſunt, & approbata diſciplina priùs uſitata in Gallicis Eccleſiis, novæ autem opiniones exploſæ. Injunctum etiam illarum partium Eccleſiis, ut omni ſtudio flectere illos, & ſi non ad ſententiam mutandam, ſaltem ad pacem fovendam manſuetè invitare conarentur.

An. 1572. Synodus Nemauſi indicta. Admiralii ad Tigur. litera. Et reſcribunt illi. Cauſa cur vocab. ſubſtantiæ uſi in Synodo Rupellana. P. Rami de ea ſententia. Deciſio ejus controverſiæ.

Sed

Nuptiæ Pariſ.

Sed nova & inaudita crudelitas, quæ Pariſiis exorta in nuptiis illis fatalibus, longè lateque Regnum Galliæ pervaſit, domeſticas & inteſtinas contentiones omnes ſuſtulit. Quam fuſius perſequi animus horret luctuque refugit.

Liber Bulling. de perſecutione.

Bullingerus tunc librum ſcripſit, *de perſecutione*, in quo graves Chriſtianæ Eccleſiæ perſecutiones enumerat, cauſas exponit, ad patientiam ac conſtantiam hortatur, & pœnas perſecutorum recenſet.

Stella nova in Caſſio. ſigno.

Viſa tunc *ſtella inſolens in Caſſiopeiæ ſigno*, tam ſplendida initio, ut cum Lucifero certare videretur. Varia variorum de ea exſtant judicia, multi exiſtimarunt; Deum ſignum dediſſe ad confirmandos ſuorum in tam atroci perſecutione animos.

An. 1573. Conſolatur & conſulit Bulling.

Sequenti anno plurimum occupatus fuit ſcribendis epiſtolis; quibus afflictos conſolabatur, aut petentibus conſilium reſpondebat, cujus generis non paucas in *Poloniam* miſit. Cùm enim ageretur de electione novi Regis, ſciſcitabantur viri Principes ejus gentis *de laniena illa, de ſtatu eccleſiarum per Galliam, de moribus, natura, & ſtudio Ducis Andium.*

Eraſm. Mich. Latus.

Excepit eodem anno Bullingerus reducem ex Italia *Eraſmum Michaelium Latum Cimbrum.*

An. 1574.

Anno 74. inter alia edidit *reſponſionem, ad ſeptem præcipua accuſationis capita*, quæ inquieti quidam Tigurinis objecerant, ubi breviter *controverſiam Euchariſticam ab origine* ad illa uſque tempora complexus eſt.

Hiſtoria contro-verſ. Euch.

An. 1574. Morbus Bullinger

Sub initium *Octob.* anni 74. incidit Bullingerus in graviſſimum morbum, ſive *dyſuria* is fuerit, ſive ardor urinæ, certò affirmari non poteſt, medicis ipſis non idem ſtatuentibus. Laborarat ſuperioribus annis lithiaſi, & infinitas arenas, calculorum quoque magnum numerum excreverat, ſed jam toto anno, & aliquot menſibus nullas arenas, neque calculos ſenſerat, urinam autem ſæpe, ſed parva quantitate, ingenti cum dolore & ardore aliquo reddebat. Hic morbus latera etiam vexabat, ac diu miſerè diſcruciavit, donec medio *Decembri* ita reſtitutus priſtinæ fuit valetudini, ut publicè docendo ſuum munus rurſus obiret.

Convaleſcit.

Iac. Andreæ defend. Brentius Cui reſpondetur.

Allatum eſt tunc ſcriptum *Iacobi Andreæ*, quo teſtamentum *Brentii* à *Bidenbachio* repentè mortuo, evulgatum defendit. Et communi nomine miniſtri Tigurini reſponderunt, Bullingerus autem ſeparatim, quæ in ipſum ſcripſerat, diluit ac confutavit.

An. 1575. Patitur recidivam Bulling.

Anno *ſeptuageſimo quinto, vigeſima quarta* Maji, idem morb. qui anno ſuperiore, Bullingerum invaſit. Exiſtimatum eſt, ex vocis, & laterum contentione, qua diebus Pentecoſtes ſe docendo exercuerat, morbum ortum, aut ſaltem auctum fuiſſe, ac quiete accedente minus diuturnum futurum. Dolor omnis in excernenda urina, cujus tamen variæ fuere viciſſitudines. Aliquando enim eadem hora, quater aut quinquies natura urinam impellebat, magno impetu; ut prorſus fervens & ignita videretur, & in excernendo totum corpus tremebat & concutiebatur, rurſus nonnunquam copioſiſſima urina fluebat, ſed ne ipſa quidem abſque cruciatu, verum tanta copia, ut potum, quo minimo utebatu[r] duplo nonnunquam ſuperaret. Impetus etiam illi naturæ pellentis, modò crebriores modò rariores, erant plerumque acerrimi, nonnunquam verò aliquantulum remiſſi. Durarunt hi cruciatus *quatuor integris menſibus* tentatis interea diverſis & variis remediorum generibus, quæ vel medici domeſtici præſcribebant, vel aliunde ab amicis mittebantur, ſed plerisque magis irritata quàm mitigata fui[t] atrociſſimi morbi vis. Ipſe interea omni ho[c] tempore verum fortitudinis & patientiæ exemplar in perferendis tantis doloribus præbuit. Nam, inter acerrimos dolores, nunquam illi verbum excidit, nec quisquam aliquem alium habitum corporis in eo animadvertit, au[t] aliquid quod eſſet indignationis aut impatientiæ indicium, ſed in ſummis doloribus, qu[o] intentiores illi erant, eò ardentiùs ille Deum deprecabatur: remittente verò dolore, qua[ſi] morbo jam omni liber, jucundè cum præſentibus ſermones ſerebat, non tantum cum domeſticis, verum etiam cum peregrinis, quorum multi videndi & ſalutandi cauſa ipſum accedebant. De ſe ipſo autem dicebat: ſi Deo viſum fuerit, mea opera ulterius in Eccleſiæ miniſterio uti, ipſe vires ſufficiet, & libens illi parebo, ſin me voluerit, quod opto, ex hac vitæ evocare, paratus ſum illius voluntati obſequi, ac nihil eſt quod mihi jucundius poſſit contingere, quàm ut ex hoc miſero & corruptiſſimo ſeculo ad Chriſtum ſervatorem meum mihi migrandum ſit. Socrates, apud Ciceronem in Tuſculanis, gaudet ſibi moriendum eſſe, propterea quod Homerum & Heſiodum & alios præſtantiſſimos viros ſe viſurum crederet. Quantò magis ego gaudeo, qui certus ſum, me viſurum eſſe Chriſtum Servatorem meum, æternum Dei Filium in aſſumta carne, & præterea tot ſanctiſſimos Patriarchas, qui ab origine mundi vixerunt, eximios illos Dei Prophetas, Apoſtolos item Servatoris noſtri, quibus pares mundus non habuit, & omnes ſanctos qui unquam fuerunt. Hos, *inquam*, cum me viſurum ſciam, & participem fore credam felicitatis eorum, quam habent in Deo ſervatore ſuo, quidni libens ex hac vita ad hanc piorum ſocietatem & perpetua gaudia diſcedam? Denique omnes ejus ſermones huc ſpectabant, ut apparere ipſum totum jam in illius futuræ vitæ cogitatione verſari; ſic tamen ut ſemper nihilominus ſeſe paratum oſtenderet, ad perferendam patienter crucem, ſi Deo videretur eum diutius in hac vita & laborioſo munere miniſterii Eccleſiaſtici retinere. Atque multa alia eju[s] generis quotidiè cum amicis colloquebatu[r]. Morbo autem nihil remittente, die 16. Augu[ſt.] omnes Eeclefiæ miniſtros & Profeſſores [in] ſuas ædes convocavit, qui ubi in muſæo ej[us] (illuc enim interdiu, ſi poſſet, ſe recipere ſo[]lebat) conveniſſent; prolixam ad eos oratio[]nem habuit, *primò omnium gratias omnibus di[]ligentiſſimè egit, quod ad ſe vocati ad hora[m] conſtitutam veniſſent, deinde dixit ſe conſtitui[ſſe]*

il[]

illis in tempore valedicere, dum integrum adhuc uſum rationis haberet, ac demum de ſe verba faciens, ſe inquit *agnoſcere magnam quidem vim morbi, quam tamen facile Dominus depellere poſſit, quod ſi integræ valetudini à Domino reſtituatur, nihilominus & utilem, & ut ſperet, non ingratam fore illis orationem ſuam.* Atque dum de his rebus initio orationis verba faceret, lacrymas continere non poterat, quas tamen excuſabat, ac teſtabatur, „ ſe non tam metu mortis, quàm
„ charitate quâ ſingulos complecteretur
„ ad lacrymandum commoveri, adducens
„ exemplum Pauli, qui cum in Mileto con-
„ vocaſſet miniſtros Eccleſiæ, multis lacry-
„ mis illis valedixerit. Non quod Paulo
„ ſe conferat, qui ſuæ tenuitatis probè ſibi
„ ſit conſcius, ſed ut ſummi Apoſtoli exem-
„ plo oſtendat, ſibi vitio non eſſe verten-
„ dum, quod abſque lacrymis illis valedice-
„ re non poſſet. „ Poſtea ad doctrinam accedens profeſſus eſt, *ſe mori velle in vera Apoſtolica & orthodoxa doctrina*, atque ut omnibus conſtet, quæ ſit illa, *ſymbolum Apoſtolicum recitavit*, & addidit, doctrinam ſuam contineri & breviter exponi *confeſſione*
„ Helveticarum Eccleſiarum, quam veram
„ eſſe ex animo agnoſcat, ſic ut ne verbum
„ quidem in ea mutatum velit. Brentio &
„ Smidelino adverſariis ſuis ſe inquiebat ex
„ animo ignoſcere, & quia eum ad tribu-
„ nal Dei vocent, ſe libenter coràm DEO
„ compariturum, certùmque eſſe de victo-
„ ria. Hortabatur deinde omnes, ut hanc
„ eandem doctrinam, quam hactenus una
„ ſecum profeſſi ſint, conſtanter in poſte-
„ rum etiam profiteantur, & Deum ar-
„ denter orent; ut ſuo ſpiritu eos regat, ac
„ in conſenſu ſanæ doctrinæ & mutua con-
„ cordia ipſos conſervet. Cùm verò ebrie-
„ tas Germanicæ nationis ſit vulgare vitium;
„ illud cavendum admodum eſſe dicebat.
„ Eos enim qui huic flagitio obnoxii, non
„ poſſe ædificare Eccleſiam & cum fructu
„ docere populum; propterea quod etiam
„ eorum benè dicta rideantur, & contem-
„ nantur. Monebat etiam ut nullum locum
„ dent calumniis, odio, invidiæ. Debere
„ enim hæc vitia longè turpiſſima, aliena eſſe
„ à miniſtro Eccleſiæ. Debere ipſos ſe mu-
„ tuo amare & mutuò auctoritatem atque
„ honorem tueri, & augere. Quando
„ miniſtri ſeverè vitia hominum taxant, ſem-
„ per exiſtere aliquos è vulgo, quid id ægrè
„ ferant, & de miniſtrorum ſeveritate con-
„ querantur. Turpe autem eſſe, ſi miniſtri
„ tales confirment, & fratribus ſuis, qui vi-
„ tia reprehenderint, invidiam conflent,
„ tantum ut ſibi conciliare poſſint improbo-
„ rum hominum gratiam. Poſtea jubet, ut
„ ſenatum, qui hactenus conſtanter veram
„ doctrinam defenderit, ament & colant,
„ & ſi opus ſit, de rebus ad Eccleſiæ utilita-
„ tem ſpectantibus, privatim erudiant. Et
„ quia multa vulgò temerè ſparguntur, etiam
de optimis & potentiſſimis quibuſque: „
cavendum illis eſſe, ne quidvis temerè „
credant & ſpargant: ſed res certas & explo- „
ratas modeſtè proponant. Poſtremò de- „
nuò de ſuo in omnes amore teſtatur, ſe ha- „
ctenus omnes fratrum & filiorum loco ha- „
buiſſe, ipſos ſincerè amaſſe, & ſeriò pro illis „
oraſſe Dominum: orare igitur ſe nunc, ut „
quicunque in miniſterio ſucceſſurus ſit; ſe „
aliis ne præferat: ſed eos amet & diligat, „
alii viciſſim ipſum obſervent & colant, non „
illi invideant, non odio habeant. „ Atque ita gratiarum actione addita & verſibus aliquot Prudentii recitatis orationem clauſit.

Valedicit magiſtratui per literas.

Cæterum ut miniſtris præſentibus viva voce, ita Magiſtratui literis ſua manuſcriptis valedixit: literas tamen illas obſignatas, poſt mortem demum ſuam, ad Conſulem deferri voluit. In his magiſtratum ad diligentiam „
in obeundo ſuo munere cohortatur; curam „
Eccleſiarum & ſcholarum illi commendat; „
pro beneficiis in ſe collatis gratias agit: & „
diligenter monet: qualem in ſuum locum „
miniſtrum deligere debeant; ac illis no- „
minatim Rodolphum Gualterum com- „
mendat; ut maximè idoneum ſucceſſo- „
rem & Eccleſiæ DEI utiliſſimum. „ Literæ hæ poſt obitum ipſius, *in conſeſſu ducentorum* magna univerſorum attentione lectæ ſunt; & communibus ſuffragiis is, quem nominaverat in ſuis literis, ſubſtitutus eſt. Ab illa autem cohortatione, quam ad Eccleſiarum miniſtros habuit, ſuperſtes adhuc fuit *dies triginta duos.* Extremis verò morbi diebus, deſtillationes capitis eum vexare cœperunt, morbus pleriſque literatorum infeſtus. Defluxionibus illis pectus paulatim repletum fuit, & difficilius deinde loqui poterat. Manſit tamen illi integer rationis uſus, & poſtrema die quæ fuit *decima ſeptima* Septembris, pauca verba fecit, niſi quod ſubmiſſa voce precatus eſt; modò *quinquageſimum primum*, aut *decimum ſextum*, aut *quadrageſimum ſecundum* Pſalmum, modò *orationem Dominicam*, modò alias preces: tandemque ſe quaſi ad ſomnum componens, ſub ipſum ſolis occaſum animam ſuam Deo reddidit, die *decimo ſeptimo* Septembris, anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto*, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo primo.*

Succeſſorem nominat.

Preces Bullingeri in agone.

Obdormit.

Mortuum luxerunt paſſim docti & pii viri: eumque carminibus ſuis ornarunt: de quibus hoc eſt *Theodori Bezæ*:

Beza in Bullinger. carmen.

Doctrina ſi interire, ſi Pietas mori,
Occidere ſi Candor poteſt:
Doctrina, Pietas, Candor, hoc tumulo jacent,
Henrice, tecum condita.
Mori, ſed abſit, illa poſſe dixerim;
Quæ vivere jubent mortuos.
Imò interire forſan illa ſi queant,
Subireque tumuli ſpecum:
Tu tu illa doctis, tu piis, tu candidis,
Et non mori certiſſimis,
Tenaci ab ipſa morte chartis adſeris,
Ipſo probante numine.

Fœdus beatum! mortuum illa te excitant,
Et tu mori illa non ſinis.
At hunc, amici, cur fleamus mortuum:
Qui vivit aliis, & ſibi?

Elogium ejus virtutes & mores.

Fuit hic Helveticorum Theologorum ſummus; & confeſſionis illorum poſt *Zvvinglium* atque *Oecolampadium*, propugnator acerrimus; ingenio miti, in docendo perſpicuus, & ſimplicitatis amans; oſor ſpinoſarum & inutilium quæſtionum: quibus multi ad ingenii oſtentationem delectantur: in ſermone humanus & comis ut erga domeſticos ita & erga peregrinos: quos ſalutandi, aut interrogandi cauſa advenientes libenter admiſit; promteque erudivit. Egregius inprimis in adminiſtratione Eccleſiæ: ſive eſſet concionandum, ſive expedienda publica Eccleſiarum negocia: cujusmodi multa, etiam ab exteris Eccleſiis, deliberanda proponebantur. In convictu frugalis & temperans: hilaris tamen & jucundus omnibus, quibus cum vivebat: ut qui ſemper adferret aliquid, quod delectare ſimul & juvare poſſet: verbo ut dicamus, *alter fuit P. Martyr Vermilius*: quo & cariorem alium vix habuit. Induſtria fuit tanta, ut ocioſus eſſe non poſſet. Aut enim commentabatur; aut ſcribendis literis occupabatur; aut conſilium petentibus reſpondebat.

** A. 1529. Conjugiũ & liberi.*

Conjugem * duxit Bremogarti *Annam Adliſchvvileram*, honeſto loco *Tiguri natam*. Ex ea ſuſcepit *filios ſex*, *filias quinque*: quarum unam *Huldarico Zvvinglio*, alteram *Ludovico Lavatero*, tertiam *Ioſiæ Simlero*, miniſtris Tigurinis elocavit. Quarta nupſit *Henrico Trubio*, honeſto civi; qui diu Senatus nomine publicam eleemoſynam, & poſtea Xenodochii reditus adminiſtravit. Minima natu patri ad obitum uſque fideliter inſerviit, ac rem domeſticam matre mortua adminiſtravit. Filii duo (unum enim mortuum ſurpa diximus ante patrem) miniſterio Eccleſiæ functi ſunt. Uxor obiit anno *ſexageſimo quarto*, incredibili dolore mariti: qui cum vixerat citra reconciliationem ullam annis *triginta quinque*. Poſtea viduus vixit ad obitum uſque annis ferè *undecim*.

Scripta.

Scriptorum ejus quædam antè attigimus: omnia autem ipſe auctor in *tomos decem* digeſſit: de quibus bibliothecæ.

Ex narratione Ioſiæ Simleri & I. Guil. Stuckii.

O. 1576. d. 2. Iulii. ætat. 46. curr. Capellæ cœnobium.

IOSIAS SIMLERVS.

IOſias Simlerus natus eſt *Capellis*, Helvetiæ Cœnobio, anno ſalutis noſtræ, *milleſimo quingenteſimo trigeſimo* die *ſexto* Novembris, horâ *tertiâ* pomeridianâ, *Diethelmo Roeſtio*, & *Henrico* Waldero, Tigurinæ Reipub. conſulibus. Puer ſtatim ob pericula, à parentibus in urbem Tigurinam, ad ſecundum inde lapidem fuit tranſportatus. Pater ei fuit *Petrus*, vir pietatis, doctrinæ, & prudentiæ ſpectatæ: qui deinde ex cœnobio illo Capellenſi ad Eccleſiaſticum munus tranſiit. Summa huic cum *Bullingero*, cœnobii tunc doctore ac magiſtro, à quo ad veram religionem converſus fuit, familiaritas amicitiaque interceſſit; quæ ab utroque mutuo amore atque officiis conſtanter poſtea ad vitæ finem uſque fuit culta. *Wolfgangus* autem *Ionerus* cœnobii illius abbas, ſumma laude dignus, ſtatim ab initio reformatæ religionis, concionandi ſuſcepto munere, Petro Simlero omnem ferè rei familiaris ad cœnobium illud pertinentis curam adminiſtrationemque commiſit. Poſt Capellanam verò illam cladem *Petrus Simlerus* cœnobium miſerè direptum & ſpoliatum, ſuo ſtudio, ac labore, reficiendum, & inprimis ſcholam diſſipatam inſtaurandam curavit. Ob quod factum egregium merito à Magiſtratu Tigurino laudem reportavit; ab eodemque, ut in propoſito perſeveraret, vehementer fuit rogatus. Tandem cum politicis viris cœnobii illius procuratio fuiſſet commiſſa, Simleri pater totum ſe concionandi muneri addixit, quo ſingulari cum fide diligentia atque laude, ad extremum uſque vitæ tempus cum fuiſſet functus, diem ſuum obiit, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo*, die nono Julii anno ætatis ſuæ *ſeptuageſimo primo*.

Petrus Simlerus pater.

Avus Simleri paternus fuit *Rodolphus*, vir gravis & prudens, qui *Rinovii* præcipuum munus geſſit, fato ſuo functus, anno ſalutis noſtræ *milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto*, ætatis ſuæ *octogeſimo quinto*, ſed nec patris, nec avi ætatem attingere, *Simlero* à Deo datum fuit.

Majores autem illius antiquitus ſedem & domicilium rerum fortunarumque ſuarum habuerunt *Rinovii*, quod communis *Helvetiorum* ditionis eſt oppidulum, cùm vetuſtate, ut in quo Romani olim ſua contra *Alemannos* caſtra habuiſſe creduntur, tum cœnobio antiquiſſimo *Benedictini ordinis*, in Rheni inſula, clarum & illuſtre; licet ædificiis hodie parum admodum cultum viſatur.

Mater hujus *Simleri* fuit *Verena Huſcra*, fœmina caſta, religioſa, erga pauperes & inopes liberalis & benefica; ex honeſta & antiqua *Huſcrerum* familia; qui *Vitoduri* Tigurinæ ditionis oppido vetuſtiſſimo, in quo etiam Verenæ matris Simleri frater *Joannes* conſulatu magna cum laude functus eſt. Hæc cum piè & concorditer cum marito ſuo *Joſiæ* patre, multos annos vixiſſet, omnia que illi conjugalis fidei officia præſtitiſſet, anno ſalutis *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto*, die *duodecimo* Martii, vitam cum morte, ſeu mortem potius cum vita commutavit.

His ergo parentibus omni virtutum genere ornatis procreatus, illis ſeſe quoad vixerunt ab ineunte ſua ætate, valdè obſequentem morigerumque præſtitit. Ipſi viciſſim, id quod piorum eſt parentum, nullis neque laboribus neque ſumtibus pepercerunt; quo hic ſuus filius bonis moribus literiſque excultus Chriſto & Eccleſiæ, quibus illum ſtatim à ortu ſuo conſecrarant, tandem aliquando inſer-

inſervire poſſet. Cujus pulcerrimi ſui voti egregiè compotes facti ſunt, ſuorumque laborum atque ſumtuum fructus, adhuc ſuperſtites cum incredibili animorum gaudio atque voluptate perceperunt. Erant autem ad liberalem hujusmodi filii ſui educationem tanto promtiores & alacriores; quò plura in illo adhuc puero bonæ indolis ingeniique ſigna elucebant. Intelligebant enim, ut agri neglecti & inculti, quo ſunt fertiliores, eò magis ſpinis & vepribus, & agreſtium plantarum aſperitate vaſtantur: ita animos, cum non coluntur liberali diſciplina, quò clarior eſt illorum indoles, eò pluribus & gravioribus vitiis infici ac imbui.

Ac ipſi quidem principium huic operi, hoc eſt, piæ & honeſtæ filii inſtitutioni manus admoverunt, apud quos *quatuordecim* annos puer vixit. Erat autem ipſis in ſancto illo propoſito, divinitus hæc oblata commoditas: quod tunc temporis *Capellana ſchola* à *Wolfgango Junero* ultimo abbate, primum inſtituta, adhuc florenti erat in ſtatu, ex quo veluti ex agro quodam optimo & fertili, eodemque benè & diligenter ſubacto, viri & doctrinæ magnitudine, & vitæ ſanctitate præſtantes propagati ſunt; quorum alii Reipub. alii Eccleſiæ, atque ſcholæ Tigurinæ egregiam operam navarunt. In illo itaque monaſterio, ut primùm lucem hauſerat, claram antiquiſſimorum monaſteriorum licuit imaginem intueri, quæ nihil olim aliud, niſi *religionis literarumque* ἀσκητήρια *ſive Gymnaſia* fuerunt, in quibus pueri ab ineunte ætate, & pietatis & artium præceptis imbuebantur, quibus inſtructi patriæ eccleſiæque aliquando præeſſent, ſimul atque prodeſſent.

Cum *decimum quartum* annum attigiſſet, parentes animdverſo illius ſingulari & ingenio & literarum amore, quo magnos brevi tempore in primis literarum rudimentis, quibus tenella ætas informari conſuevit, progreſſus fecerat; in animum induxerunt, illum à ſe dimittere, & aliis quoque inſtituendum tradere. Nec enim ſemper utile eſt: ut parentes liberos ſuos diutiùs in ſinu gremioque ſuo foveant, quippe cùm ſæpè uſu veniat; ut liberi matrum præſertim nimis molli & delicata indulgentia corrumpantur. Quamobrem filioli unici abſentiam atque deſiderium, nec non ſumtus, qui illis majores erant faciendi, ferre maluerunt; quàm ut quicquam, quod ad liberalem educationem faceret, negligeretur. Itaque anno Chriſti *quadrageſimo quarto*, menſe Martio *Tigurum* eum miſerunt; & *Bullingero*, qui illum è ſacro baptiſmo ſuſceperat, ceu ſummo & intimo ſuo amico, in diſciplinam tradiderunt. Hujus itaque domus, ſecunda *Simlero* pietatis & doctrinæ ſchola atque officina fuit. Et hoc ipſe *Simlerus* in præcipua felicitatis ſuæ parte poſuit: quòd *Bullingero* uſus eſſet primum ἀναδόχῳ, poſtea magiſtro, denique etiam ſocero, imo parente.

Vixit apud *Bullingerum* annos ferè *duos*, & ita vixit: ut & illi & ejus familiæ, ob ſingularem vitæ morumque probitatem, modeſtiam, diligentiam, egregiosque in literis progreſſus, charus inprimis & jucundus fuerit. Poſtea anno *quadrageſimo ſexto* die *decimo quinto* Martii *Tiguro Baſileam*, in celeberrimum Muſarum domicilium ſe ex parentum voluntate contulit: ibique linguis & diſciplinis politioribus, quibus ætas illa ad humanitatem informatur, non parum operæ atque ſtudii impendit. Erat autem id temporis Academia illa hominum literatorum abundans, de quorum numero fuerunt *Borrhaus*, *Amerbachius*, *Münſterus*, *Acronius*, *Curio*, *Caſtalio*, alii. Hanc quoque divinitus oblatam diſcendi commoditatem minimè neglexit; atque *Conradi Lycoſthenis* uſus hoſpitio & convictu, *Acronio* quidem Mathematico in Aſtronomicis, *Cælio Secundo Curioni* in eloquentia potiſſimùm operam dedit.

Baſileam ſe confert.

Doctores ibi tum inſignes.

Non diutius tamen uno ferè anno *Baſileæ* commoratus, inde *Argentoratum* profectus eſt. Florebant illic eo tempore *Sturmius*, *Martyr*, *Bucerus*, *Fagius*, *Herlinus*, *Sevenus*, *Daſypodius*, *Hedio*, *Niger*, *Conrad. Hubertus*, alii; inſignia illius Academiæ lumina. Horum quosdam audivit: ac *biennium* ferè ibi in artium atque diſciplinarum ſtudiis exegit, Theologicis tunc quidem parum adhuc addictus.

Inde Argentoratũ abit.

Triennio in peregrinatione literaria propè conſumto, tandem ex emporiis illis duobus artium & doctrinæ domum rediit, magno cum gaudio parentum ac Bullingeri. Fuit id anno *undequinquageſimo*, menſe Februario. Patriæ autem redditus, nequaquam, ut ſolenne multis, ocio, deliciis, ac voluptatibus ſeſe dedidit: ſed partim diſcendo, partim in urbe agroque Tigurino concionando, partim denique in ſcholâ docendo ſtrenuè ſe exercuit: atque ita vix dum *viginti annos* natus Eccleſiæ ſcholæque inſervire cœpit.

Redit ad ſuos.

Ubi diſcendo & docendo ſe exercet.

Inter hæc *Geſneri* etiam, infinitis occupationibus diſtenti; publicas docendi partes ſæpiſſimè obiit: & modò *Aſtronomica*, modò *Geometrica*, modò *Arithmetica* tradidit. *Geſnerus* itaque perſpecta Simleriani ingenii docilitate, plurimi ipſum fecit: & quibuscunque potuit ſtimulis ad artium & doctrinarum ſtudia ſemper incitavit. Mox autem *Novi Teſtamenti* publicè explicandi munus illi impoſitum fuit, quod à Matthæi explicatione, anno ſalutis *quinquageſimo ſecundo*, ſuæ ætatis *viceſimo ſecundo*, feliciter exorſus ſumma fide, diligentia, & magno non modo popularium; verùm etiam peregrinorum, *Anglorum* præſertim, eo tempore religionis ergo *Tiguri* exulantium, admiratione ſuſtinuit. Anno *quinquageſimo ſeptimo*, Martii *viceſimo octavo* die, Eccleſiæ ad D. *Petri* Diaconus electus Novi Teſtamenti profeſſionem retinuit, & in Eccleſiæ miniſterio, quod *quatuor* ferè annis obiit, ſuam fidem & diligentiam civibus

Geſneri loco docet.

Novi Teſt. interpres deſignatur.

Et diaconus ad D. Petri.

ita

ita approbavit: ut omnibus charus eſſet, omnique honore dignus haberetur.

Surrogatur Bibliandro.

Poſtea cùm *Bibliander* rude fuiſſet ob ſenectam donatus: Simlerus illius docendi vices aliquandiu ſupplevit, *Martyris* collega factus. Summo iſti Theologo ſummè gratus & acceptus fuit: adeò ut Simlerum ſæpè magno aliquando Eccleſiæ ornamento futurum prædixerit. Moriturus etiam vel hoc nomine plurimum ſe ſibi gratulari vehementerque gaudere, multis audientibus, affirmavit: quod illum, talem & tantum virum, ſibi ſucceſſorem fore ſperaret. Quæ quidem illius ſpes vana non fuit.

Martyris de Simlero judicium.

Cui ſuccedit.

Nam in ipſius defuncti locum concordibus Doctorum ſenatusque Tigurini ſuffragiis fuit ſuffectus die *decimo nono* Junii, anni *ſexageſimi tertii*. Collega autem, poſt Martyris obitum, uſus eſt *Joanne Wolffio*: qui ipſe etiam quantus vir fuerit, præclara illius literarum monumenta, quorum quædam extant, locupletiſſimè teſtantur. Hic primum ad *collegium virginum* paſtor, poſtea, petente & miniſterio & ſenatu, Bibliandri munus, *Ludovico Lavatero* id certis de cauſis recuſante, obiit, una cum ordinaria ſua functione. Tandem cum *Joann. Guilielmus Stuckius* in ſchola Tigurina Dialecticæ & Rhetoricæ Profeſſor, in Bibliandri locum, peſte anno *ſexageſimo quarto* defuncti, ſuccederet, *Wolfius* unanimi ſuperiorum conſenſu, *veteris inſtrumenti* Profeſſor eſt * deſignatus. Sed ad *Simlerum* redeat oratio.

Joann. Wolfius colleg. Simleri.

Ejus vita Compend.

* *Moritur hic Wolf. Theol. anno 1572. d. 17. Nov. ætat. 50.*

Simleri labores, ac lectiones.

Hic ergo Spartam egregiam nactus, non publicè tantum, verùm etiam privatim intraque domeſticos parietes, multos diſcendi cupidos, & in iis nobiles quosdam & generoſos viros, cum ſacras, tum profanas, quas liberales vulgò vocant literas, magno ſtudio docuit. Fuerunt autem frequentes hæ illius lectiones & publicæ & privatæ & ordinariæ & extraordinariæ, teſtes & judices ſingularis ipſius diligentiæ, induſtriæ, pietatis, doctrinæ, eloquentiæ, judicii atque memoriæ. Ac publicas quidem illas ſuas lectiones, ut in lucem, qua digniſſimæ videbantur, ederet, multi illi ſæpè docti vir auctores ſuaſoresque fuerunt: ſed ille, qua fuit modeſtia, aliorum ſcripta, ex quibus fructus aliquis ad doctrinæ ſtudioſos redire poſſet, quam ſua edere maluit.

Edere illas non vult.

Commentarium in Exodum.

Vix tamen adduci tandem potuit; ut in *Exodum commentaria* ſcriberet. Ad has porrò prælectiones non longa illi præmeditatione opus fuit.

Promtitudo ejus in docendo.

Memoriæ felicitas.

Quippe & ſubito & ex tempore de rebus graviſſimis, vel Latina vel Germanica lingua illi optimè dicere longè facilimum fuit. Memoria enim, *Ciceronis* judicio rerum & verborum theſauro, *Plinio* autem neceſſario vitæ bono, adeò fideli omnium, longo antè tempore lectorum vel auditorum, feliciſſimo cuſtode uſus eſt; ut de illis interrogatus, tàm promtè reſpondere ſit ſolitus, ac ſi eo ipſo die ea legendo audiendove percepiſſet. *Bibliothecam* quoque illam *Geſneri* totam memoria viſus eſt tenere; quippe cùm de cujusvis auctoris ſcriptive nomine interrogatus, promtiſſimè ad unumquodque reſponderit; ut amicorum plurimi ſæpenumero, non ſine admiratione, experti.

Atque hujusce quidem & memoriæ & judicii felicitate fretus, non ordinata accuratave; ſed vaga plerumque & tumultuaria quorumvis librorum ſcriptorumve lectione eſt uſus: ita ut præpoſtero ferè ordine, à poſtrema ſæpe libri parte lectionem orſus, modò hanc, modò illam paginam non tam perlegere; quàm quaſi per tranſennam inſpicere, nihilque annotare ſit ſolitus. Et tamen nihilominus totius libri ſumma, præcipua capita, extrema cum primis, & prima cum extremis egregiè contexendo, acutè vidit, potuitque aliis explicare.

Verum hæc legendi ratio temerè aliis imitanda non eſt: quin potius quem ſibi quisque auctorem propoſuerit, eum ordine evolvat.

Cæterùm non docendo ſaltem; ſed etiam ſcribendo, plurimum rei literariæ profuit. Nam cum podagræ morbus gravis & moleſtus, publicum ipſius docendi curſum ſæpiſſimè interpellaret, & intra privatos parietes carcerem quaſi compingeret: ocioſus domi lectulo affixus non jacuit. Nam cum haud raro podagræ compedibus ita jaceret adſtrictus; ut nullum, præter linguam, corporis membrum liberum eſſet: ipſe inter ipſos ictus morſusve doloris acerbiſſimi, memoriterè lecto amanuenſi ſuo dictavit; quæ mox typis edita, viris doctis admirationi fuerunt. Quantum itaque de corporis viribus morbus ille detraxit: tantum ad ingenii vim videri potuit adjeciſſe.

Sed quemadmodum *Geſnerum*, polyhiſtora illum, ſummum opus *de hiſtoria plantarum*, ad quod reliqua ejus ſcripta πάρεργα videantur abſolvere conantem, in medio curſu fatalis oppreſſit hora: ita & *Simlerum* inter conatus honeſtiſſimos, inter exſpectationem plurimorum excitatam ſuſpenſamque mors properata abripuit; ac de ſtatione ſua, ſummo Imperatore volente, decedere juſſit. Podagræ morbus fuit ei hæreditarius: quo pater juvenis etiam dum laboravit: ſed ætate ad ſenium vergente, eo fuit liberatus; ut vel hoc exemplo verum eſſe illud Plinii appareat: *podagram non eſſe morbum inſanabilem*. Verùm haud eadem filius, qua pater, gaviſus eſt felicitate: quin potiùs *podagræ calculique* ſævitia, cum ingraveſcente ætate ingraveſcens, corporis illius vires ſenſim attrivit atque enervavit. Tandem itaque vigiliis ac inſomnia, quam tum morborum dolores, tum adſiduæ meditationes & lucubrationes pepererunt, plurimæ in corpore ipſius ſunt accumulatæ cruditates: quas cum nullis exercitationibus, ob corporis gravitatem, morborumque immanitatem conficere poſſet

malo

malorum vi naturæ vis victa & proſtrata, mortem ei acceleravit. Et hunc talem exitum ſibimet ipſe, balneis & medicamentis fruſtra tentatis, prædixit; neque ullius metus vel minimum dedit ſignum: ſed corpus & animam ſuam Deo adſiduis precibus commendavit.

Die itaque *ſecundo* Julii, anni *ſeptuageſimi ſexti*, in Domino exſpiravit: ſomno conſopitus beatiſſimo. Eodem quo diſceſſit die, hora *quarta* pomeridiana, juſta illi ex patrio more, ſumma civium frequentia, nec ſine lacrymis facta ſunt: corpusque eodem tumulo reconditum: quo *quatuordecim* antè annis *Petri Martyris*: ut qui animis vixiſſent ſemper conjunctiſſimi, corporibus quoque conjungerentur. Sed quod de *Simlero* idem Martyr morti vicinus prædixerat: *non diu ſibi illum ſuperſtitem fore*: vaticinium fuit nimis verum. Laborum enim & morborum pertinacia fractus vivere deſiit, cùm per ætatem longè diutius vivere potuiſſet. Fuit enim *quadraginta quinque* ſaltem natus *annos*, quando ultimum vitæ diem clauſit.

Mortuum laudavit *Joann. Gulielmus Stuckius* oratione, quæ typis exſcripta exſtat. Carminibus etiam Epitaphiis immaturum optimi, & rei literariæ ſtudioſiſſimi viri obitum, docti paſſim defleverunt: è quibus hoc eſt *Theodori Bezæ*:

Simlere, mi Simlere, quo ſuperſtite
Tot mortui revixerant,
Quos ira nobis numinis, tam pauculis
Ademit annis plurimos.
Simlere, quem tremuit renatus Arrius,
Tremuit renatus Eutyches;
Vaſtator ille Poloniæ, hic Germaniæ,
Læſi flagella numinis.
Heu ſubita & immatura te mors auferens
Quam mul a tecum ſuſtulit!
Lamenta amicis quanta, quot juſtiſſimos
Secum dolores attulit?
Quos inter ecce Beza quondam haudultimus,
His irrigat te lacrymis:
Beza repetito vulnere iſto ſaucius,
Communis ad tumulum patris.

Fuit hic vir non ſolùm *Theologiæ*, ſed & aliarum artium, quæ Theologiæ ancillantur, apprimè peritus: inprimis *Mathematum*. Et quidem, quòd mireris, eas ipſas ſcientias, tot tantisque difficultatibus obſeptas: ut inde, *quod ſine præceptore percipi nequeant*, μαθήματα ſint dicta; ipſe ſuo tetè, ut ajunt, Marte didicit. Nam & in *Aſtronomicis* Baſileæ ab *Acronio*, & in *Geometricis* Argentorati ab *Herlino*, qui peritiſſ. quidem Mathematum; ſed in docendi munere, quod auditorium fortaſſis haberet minus frequens, non fuit adſiduus; & in *Arithmeticis* ibidem à Typographico quodam opifice, alias idiota, pauca admodum audiit. Itaque ut *Didymum Alexandrinum* ferunt, oculis captum, *Dialecticam & Geometriam* perfectè didiciſſe: & *Diodorum Stoicum Cicero* narrat, ſine oculis Geometriæ munus tueri facilè potuiſſe: ita Simlerus ſine externis oculis, magiſtris ac demonſtrationibus interno καὶ θείῳ τῆς ψυχῆς ὄμματι abſtruſas illas diſciplinas perluſtravit, & ita perluſtravit: ut cùm P. *Ramus* Tigurum veniſſet, eruditionem in eo non potuerit non ſummopere admirari. Nec lubet hoc loco diſputare; *an Theologo Mathemata conveniant*: unum *Auguſtinum*, ſi *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Pythagoram*, alios averſantur, oſores illi talium audiant. Sic ergo * ille: *numerorum*, ait, *imperitia multa facit non intelligi, translatè ac myſticè poſita in ſcripturis. Ac numerum & Muſicam plerisque in locis ac ſanctis ſcripturis poſita, honorabiliter invenimus.* Idem intelligetur de Geometria & Architectonica. Nemo igitur in Theologo vituperarit hujus ſcientiæ ſtudium, niſi *Ariſtippi & Epicuri* ſequaces: aut * *Bonifacii Epiſcopi Moguntini*: qui ludibrium etiamnum erudito orbi debet.

Diodor. Stoic.

Mathem. an Theol. tractanda.

* *Auguſt. l. 2 de doct. Chriſt. c. 16. & 38.*

* *De quo Aventin. in Bojor. ann.*

Natura præterea à Simlerus fuit facilis, lenis ac placidus: ut planè ἀόργητος καὶ ἄχολος, iræ bilisque expers videretur. Et ab hac naturæ lenitate ne ipſius quidem podagræ, quæ homines aliàs moroſos, difficiles, iracundosque reddit; nec calculi exquiſitiſſimi dolores dimoverunt. Fuit præterea valde liberalis: ac patrimonii, quod à parentibus mediocre acceperat, uſum cum amicis, propinquis, pauperibus & peregrinis largiter communicavit. Qui ſtudiorum gratia Tigurum venerunt peregrè; in domum victumque ſuum libenter admiſit: & quibus potuit officiis beneficiisve juvit. Conviviis multos ſæpè excepit: nec ipſe amicorum conviviis defuit: quæ ſermonum feſtiva urbanitate condivit: aliàs ſermonis parcus, à garrulitate alieniſſimus.

Virtutes & mores Simleri.

Lenitas.

Liberalitas.

Hoſpitalitas.

Amicorum popularium, quorum copia abundavit, congreſſu colloquiisque valde eſt delectatus; inprimis intima ei interceſſit cum *Ludovico Lavatero* affine à pueritia neceſſitudo: cujus fidei teſtamentum ſuum commiſit. Studiorum quoque hiſtoricorum magna illi cum *Ægidio Tſchudo* Helveticarum antiquitatum ſtudioſiſſ. fuit communio: quodque ille Germanicè, id Simlerus Latinè præſtitit.

Amici.

Lud. Lavater.

Ægidius Tſchudus.

Corpore fuit admodum procero, pingui, candido, & robuſto: ſed quod podagra paulatim debilitavit: facie ita liberali & amabili: ut in vultu, quaſi in ſpeculo, ſuaviſſimos ejus mores intueri liceret. In matrimonio vixit gemino, & honorato. Prior uxor fuit, *Eliſabetha Bullingeri* filia: quam anno *quinquageſimo primo* duxit: anno *ſexageſimo tertio* ſine prole præmiſit. Altera *Magdalena*, *Rodolph. Gualteri* filia, tribus filiis & una filia eum patrem fecit: quos omnes cum matre vidua ſuperſtites reliquit. In cultu victuq; neque ſumtuoſo nimis neque ſordido, ſed mundo & eleganti eſt delectatus. Rei familiari tantū tribuit; quantum non indiligens debet paterfamil as.

Proſopographia Simleri.

Conjugium ac liberi.

Frugalitas & cura rei domeſticæ.

Scri-

Scripta Theolog.

Scripta ipſius partim *Theologica*, partim *Mathematica*, partim *Hiſtorica* ſunt. Ex *Theologicis* ſunt libri tres *de æterno Dei Filio, adverſus novos Arianos, Tritheitas, & Samoſatenianos:* quibus adjuncti *duo libri* adverſus eosdem *de Spiritu ſancto*: *Adſertio orthodoxæ doctrinæ de duabus naturis Chriſti Servatoris noſtri*, oppoſita blaſphemiis & ſophiſmatibus. *Simonis Budnæi: Narratio veterum controverſiarum de una perſona, & duabus naturis Chriſti, una cum collatione controverſiarum noſtri temporis*, edita cum Latinis veterum ſcriptis de eadem controverſia, quæ ab ipſo recognita, & annotationibus illuſtrata, inque unum volumen conjuncta ſunt, item *Apologia*, (ejus enim ipſe auctor eſt) *miniſtrorum Tigurinæ eccleſiæ ad confutationem Iacobi Andreæ, pro defenſione Brentiani Teſtamenti*: præterea *orthodoxa & brevis expoſitio, de vera Ieſu Chriſti Domini & Servatoris noſtri ſecundum humanam naturam in terris præſentia*: *reſponſio ad duas diſputationes Andreæ Muſculi, Theologiæ Profeſſoris in Academia Francofordiana ad Viadrum, & Eccleſiarum Marchiæ ſuperintendentis generalis, de vera, reali & ſubſtantiali præſentia corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti in ſacramento altaris*: qua prioris quidem diſputationis propoſitiones ordine oppoſitis contrariis propoſitionibus confutantur, poſterioris verò præcipua tantùm capita examinantur, item *reſponſio de Chriſto mediatore, adverſus libellum Franciſci Stancari.* Ex Germanica etiam lingua in Latinam tranſtulit libros ſex *Bullingeri adverſus Anabaptiſtarum errores: Inſtitutionem eorum, qui de fide ab Inquiſitoribus examinantur*, quæ eſt *reſponſio ad articulos Bavaricos*, cujus Bullingerus auctor: *Bullingeri compendium Chriſtianæ religionis*, ejusdem *adhortationem ad eccleſiæ miniſtros omnes: ut concordiam mutuam colant, veramque reſipiſcentiam fideliter doceant*, ejusdem libellum de *perſecutionibus, quas eccleſia paſſa eſt, earum cauſis, & perſecutorum pœnis*: *Othonis* Werd*mülleri paſtoris Tigurini, paraphraſticam interpretationem orationis Dominicæ, ſymboli Apoſtolici*, & aliorum.

E Germanico in Latinum translata.

Mathematica Simleri.

In *Mathematicis* exſtant ejus *duo* libri *Aſtronomici: deſcriptio quinque columnarum Ioann. Blum architecti, cum ſymmetrica earum diſtributione* è Germanico in Latinum translata.

Hiſtorica Simleri.

Hiſtorica denique ejus ſunt, *deſcriptio vitæ Geſneri, Martyris, & Bullingeri*: *Bibliotheca Geſneri ſecundùm locupletata & caſtigata, notæ in Æthici coſmographiam*, antea nunquam editam, item *in Antonini Auguſti itinerarium*, quod collatione veterum M.S. plurimis locis emendavit. Fuit enim in corruptis librorum locis corrigendis, ſuæque integritati reſtituendis, mira εὐςοχίᾳ & ſolertia. Præcipuam autem hic laudem merentur ejus *duo libri de ſedere & repub. Helveticorum, deſcriptio Valeſiæ*, cui adjunctus commentarius *de Alpibus.* Reliqua fatum abſolvere non eſt paſſum. Et hic quæſtio moveatur, *cur Deus* ſæpè *impiis* & ſtolidis, quos meritò ἐτώσια ἄχθη ἀρούρης dixeris, *diuturniorem vitæ uſuram concedat, quam piis, & generi humano utilibus?* Ca[illegible]

Felix emendator librorum ac criticus Simlerus.

Cur impii & inutiles diutius vivant piis ac utilib.

ſa eſt *duplex*, *una mundi ingratitudo* er
Deum & pios ſapientesque homines.
tera Dei amor & benevolentia in illos, q
eos omnibus ereptos malis ad æterna ga
dia præpropera morte transferre dignatu
Tantum de Simlero ex narratione de illius v
& obitu à Ioanne Guilielmo Stuckio edita.

HARTMANNVS BEYERVS.

HArtmannus Beyerus, parentibus *Guil*
mo, & hujus uxore *Eliſabethâ* civib
Francofurdienſibus ad Mœnum, ſpectatis v
tute & pietate hominibus natus eſt, an
Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, decimo ſ*
to, in vigiliâ D. Hieronymi, ſive *viceſimo*
no Septembris: qui *Michaeli* archangelo
cer. Parentes illi à puero eum piè edu
runt, & primùm ſub *Iacobo Micyllo*; dei
ſub *Ioanne Moſero*, viris præſtantiſſimis, p
ceptoribus ſuis, militiam literariam m
tavit.

Ubi ex ephebis exceſſit, de conſilio ſ
rum, *Wittembergam* profectus, anno *mi*
ſimo, quingenteſimo, trigeſimo quarto, pa
poſt ibi magiſterii gradum cum laude ol
nuit. At quia tunc diutius in Academia f
rentiſſima cum præſtantiſſimis viris vivere
piebat, cœpit privatim jam hoc, jam illu
certis diſcipulis prælegere, & explicare.
tempore conſcripſit librum *Quæſtionum Sp*
ricarum, quem & prælo ſubjectum in luc
edidit. Ac fuit hic labor illius felix, mul
que gratus, ita ut per Academias aliquot G
maniæ ad annos complures, non alia præce
Sphærica, quam hæc ab ipſo conſcripta, p
poſita fuerint juventuti.

Ibidem *Wittembergæ* uxorem duxit *Ba*
ram anno *quadrageſimo ſecundo* menſe Ja
rio. Tandem poſt obitum parentum in
triam reverſus, certis conditionibus pro
ſitis ad miniſterium à magiſtratu fuit inv
tus. Redit itaque Wittembergam: & c
D. *Martino Luthero* de ſtatu patriæ ſuæ c
fert, deque ſua vocatione. Probat *Luth*
egregiam voluntatem magiſtratus, hort
vocatum, ut vocationem ſequatur. Siſt
ergò in patriâ ſuo loco anno *quadrage*
ſexto.

In miniſterium ingreſſus talem ſe ad ex
mum usque diem vitæ ſuæ geſſit; qualem
niſterii dignitas, & qualem ſe gerere p
quisque fidelium miniſtrorum optet.
ſtructus erat rerum Theologicarum, arti
diſciplinarum & linguarum ſcientia; qu
acceſſit vitæ morumque integritas & in
centia, ita ut adverſariorum nemo unq
vel auſus fuerit illum calumniis tentare.
militas animi illi fuit tanta; ut nunqua
aliis doctrinâ præſtantiorem, majorem off
auctoritate graviorem, rerumve uſu ſup
rem habuerit.

In conjugio ſuam crucem expertus eſt,
ciſſim ſua etiam ex eo percepit comm
P

Prima ejus uxor *Barbara* Wittembergenſis anno *quinquageſimo tertio*, altero die ab eo, quo ipſe cum dignitate & commodo ſuo in integrum reſtitutus fuerat (tempore enim Interimiſtico loco ſuo dejectus fuit) nihil bono nuncio recreata, diem ſuum obiit: fuit is nonus Aprilis, liberis ex eo conjugio nullis ſuperſtitibus. Alteram itaque duxit *Agatham* civem, qua & ipſa ſimul cum gemina prole morte ſublata, tertiam ſibi matrimonio conjunxit *Catharinam*, anno *ſexageſimo ſecundo* Aprilis die viceſima ſecunda, quæ parentem habuit *Sebaſtianum Ligarium* Moguntinum, olim ejusdem ordinis & monaſterii cum Luthero fratrem, poſtea verò reip. Francofordianæ Eccleſiaſten, cui mortuo Hartmannus fuit ſurrogatus. Ex hac procreavit liberos aliquot, inter quos *Ioannes Hartmanni* Medicinæ Doctor, patriæque ſuæ Francofordienſis Phyſicus ordinarius: qui paternas virtutes famamque egregiè adſeruit, publicatis plurimis literarum monumentis tùm ſuo Marte conſcriptis, tum aliorum ſuis notis doctiſſimis illuſtratis.

Fuit valetudine ſic ſatis firmâ, prærerquam ſub extremam ut fit ætatem, in qua in morbos graves incidit, donec poſtremo à Deo prorſus evocatus fuit, die undecimo Auguſti, anno Chriſti *ſeptuageſimo ſeptimo*, cum annos *triginta unum* in patriâ ſuâ ſacro miniſterio verbi functus fuiſſet.

Præter ſupra commemoratū libellum Sphæricum, ſcripſit *in omnes libros ſacros Bibliorum commentaria*, quæ apud hæredes preſſa. Vertit etiam *Catecheſin Ioannis Brentii* è Latina lingua in vernaculam, Brentio id ab ipſo requirente. Sub nomine *Andreæ Epitimi* quædam *de Miſſa* edidit contra *Sidonium* Epiſcopum, & nonnulla contra *Theobaldum Thammerum* ſcripſit. Præ reliquis verò ipſius lucubrationibus laudem meretur *Epitome Bibliorum*, Germanicè ab eo edita. *Ex narratione de vitâ & obitu Beyeri, à Petro Patiente relictâ.*

CONRADVS WOLFGANGVS PLACIVS.

HIc *Roppenvveileræ*, qui pagus eſt in Wittembergico Ducatu, Martbachenſis præfecturæ, circa annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, trigeſimum primum*, natus eſt parentibus honeſtis, cumque felix in puero ſeſe exereret ingenium, literatæ vitæ generi deſtinatus, primisque artium elementis in ſcholâ patriâ eſt imbutus. Poſtea *Tubingenſem* adiit academiam, in qua Principis ſui alumnis adſcriptus, tantos in Philoſophicis brevi fecit progreſſus, ut teſtimonium eruditionis publicum fuerit cum laude adeptus.

Ab eo ſacrarum amplexus literarum ſtudium, & ſolenne ſuum obtinens, ſupremum demum in Academia *Theologi* ἀξίωμα conſecutus, ibidem, cum eloquendi facultate polleret naturali, verbi divini aliquandiu præconem egit. Tubingâ *Biberacum* anno *ſexageſimo* accerſitus, accedente Principis Wirtembergici conſenſu, fidum Eccleſiæ ejus oppidi paſtorem egit, unum & unicum Dei atque hominum mediatorem Chriſtum docendo; afflictasque & poſtratas ſenſu iræ divinæ conſcientias verbo gratiæ erigendo.

Docet Tubing. Biberacum abit.

Et cum *Evangelium, crucis ſit doctrina*, ipſe quoque ſuum ἐπιβάλλον μέρος conſtanter exantlavit. Inter alia ad *Ferdinandum* Auguſtum delatus aliquando fuit ſuper *ſacrificio*, ut Pontificii vocant, *Miſſæ*. Sed Placius ex verbo Dei accuſationem omnem ita diluit, ut calculo uniformi judicum fuerit abſolutus. Donatus fuit itidem divinitus tum aliis ingenii bonis, tum memoriæ felicitate tantâ, ut auditorum ſuorum ad unum omnia nomina in promtu habuerit, perinde ut ille Imperator olim ſuorum militum.

Accuſatur ad Ferdin. Imperat.

Memoria ejus felicitas.

E vita hac diſcedit anno Chriſti milleſimo quingenteſimo..... die 2. Menſis..... ætatis ſuæ anno.......

In uſum poſteritatis literis mandavit hæc: *Inquiſitionem Catholicam*, hoc eſt, an in Papatu apud Angelos, Mariam virginem, divos cœlites, & per bona opera, gratiam Dei, juſtitiam, ſalutem, vitamque æternam inveniri poſſe, docendum ſit. Ejusdem *apologiam catholicam*, adverſus conciones D. *Gaſparis Franci*: cui acceſſit *dialogus Petri Caniſii* & *Gaſparis Franci* de Catholico per I, & catholico per Y: denique fratris *Naſi* convitia contra formulam concordiæ: Concionem *de tribus virtutibus Magiſtratui neceſſariis*: ut de timore Dei, de amore veritatis, & de odio avaritiæ, ex c. 18. Exodi: Explicationem cygneæ cantionis: *Nunc dimittis*: Tractatum *de ſpectris & lemuribus*: *Artem moriendi*, deque *certa vitæ & mortis horâ*, in qua reſpondetur ad varias quæſtiones. Scripſit etiam reſponſionem ad Pontificiorum objectionem: *Lutherani canunt*: Nun bitten wir den heiligen Geiſt um den rechten Glauben: derowegen haben ſie den Glauben nicht: hoc eſt: *Petimus fidei veræ donum à te Spiritus ſancte*: *ergo* non habent veram fidem. *Pantal. l.3. Proſopogr. Cruſius in annalibus, bibliothecæ.*

Scripta

Tres virtutes magiſtratui neceſſariæ.

Objectio Pontificiorū ex cant. Nun bittē wir den H. Geiſt.

PAVLVS CRELLIVS.

⊕. 1579. d. 24. Maij. ætat. 49.

COmmunem hic habuit patriam cum magno Luthero *Islebium*, ab æris fodinis dictam, ubi natus eſt anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo primo*, die *quinto* Februarii. Fundamentis, literarum & trium Principum linguarum, in patriæ ludo literario, mediocriter jactis, *Wittembergam* venit anno *duodequinquageſimo*, ætatis ſuæ *decimo ſeptimo*, ubi magiſtro uſus *Ioanne Marcello*, viro doctiſſ. *quadriennium* ipſum Philoſophiæ, Theologia non neglectâ, operam dedit eam, quæ publicum ei eruditæ doctrinæ teſtimonium promeruit.

Patria Crellii, Isleb. unde dicta.

Wittemb. venit.

I. Marcello Præceptore utitur.

Ornatur teſt. Acad.

Alterum

Theolog. ſe dedit. Præficitur templo arcis. Et prof. conſtit. Doct. Theol. renunciatur

Alterum *quadriennium* Theologiæ ſoli dedit, quo abſoluto vocatus eſt ad miniſterium Evangelii in templo arcis, ſimul demandata lectione publica *Ioannis Forſteri* Theologi. Itaque de voluntate *Auguſti* Saxoniæ electoris, ſic poſtulante Sparta ſua, inſignibus doctura Theologicæ ornari ſe paſſus eſt anno *undeſexageſimo*; ætatis ſuæ *duodetrigeſimo* die *ſeptimo* Decembris, competitoribus *Paulo Ebero, Cimbrio Eraſmo Læto Dano, Ioanne Coglero Quedelburgenſi*, promotore *Georgio Majore* Theologo. Officium autem illud ſatis arduum etſi ſuæ ſibi imbecillitatis conſcius, modeſtè recuſaret, tamen auctoribus & ſuaſoribus viris, quorum auctoritatem & conſilium ſequendum putaret, *Melanchthone, Ebero, Georg. Majore, Milichio, Winshemio*, aliis, obtemperavit tandem, & legibus facultatis Theologicæ ſe ſubjecit. Non admittunt autem ad gradum doctoris Theologi niſi eos, qui integro *ſexennio* audierint enarrationes ſcripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ, idque vel *Wittemberga*, vel in Academia evangelii doctrinam amplectente. *Crellius* autem tum probavit collegio Theologico, non *ſexennio*, ſed *decennio* ſe audiviſſe doctores Wittembergæ *Bugenhagium*, J. *Forſterum, Melanchthonem, Eberum, G. Majorem.*

Qui ad gradum Doct. Th. Wittemb. admitt. Crellius decennii Theologos audivit.

Lectiones ab eo habitæ.

Enarravit in Academia illa inter alia *epiſtolam ad Romanos*, idque methodicè & luculenter, nec imitatus eſt quorundam maledicentiam & pugnacitatem, qui intempeſtivis reprehenſionibus augent potius, quàm ſanant Eccleſiæ vulnera, ac ſunt, ut dicitur, *unguis in ulcere.* Nec tamen lentus in officio fuit, vel occultator; ſed expreſsè ſine conviciis teſtatus eſt, quid de controverſiis tunc motis ſentiret, ſeque præter Pontificios abhorrere oſtendit à duabus potiſſimum ſectis *Sacramentaria & Flaciana.* Dedit inſuper operam, ut συμφωνίαν collegii prudenter tueretur, & quibus poſſet officiis foveret.

A quibus abhorruerit.

Miſenam transfertur. Calv. reſiſtit. Remigrat Wittemb.

Poſtea *Calviniſtarum*, ut ajunt, machinationibus impetitus, *Miſenam* translatus eſt mandato electoris, ibique adſeſſor conſiſtorii ſuperioris deſignatus. Quo in officio Calviniſtis Lipſenſibus & Wittembergenſibus obſtitit ſemper, donec anno *ſeptuageſimo quarto* ab *Auguſto* electore cum *Caſparo Eberhardo* Wittembergam remigrare juſſus, Profeſſionem Theologicam & inſpectionem ſuſcepit. Sed Wittemberga iterum anno *ſeptuageſimo ſeptimo* Miſenam commigravit, ſic jubente *Auguſto*, reſervato tamen ſibi jure poſtliminii & profeſſionis publicæ.

Iterum Miſenam.

Præſagit mortem.

Ibi anno *ſeptuageſimo nono* in vigilia adſcenſionis, quaſi præſagiens mortem, ad ſuos dixit: *Craſtino die, ſic volente Deo, novam induam veſtem, veteri inter filios meos diſtributa*, id quod domeſtici de novis indumentis, ipſe vero de nova vita intellexit. Mane ad uxorem, caput monſtrans, *hic* inquit, *arcus ruinam minatur*: tum illa medicamenta contra apoplexiam afferre, quo morbo ante biennium laboraverat, & ex quo etiam tum difficulter loquebatur atque incedebat: adhibere

Apoplexia corripitur.

fomenta, & talia, quibus cerebri roborand... eſt, accerſere medicum atque chirurgum, ... incaſſum omnia. Itaque ſpiritum Deo re... dit die *viceſimo quarto* Maji, ætatis ſuæ ... *undequinquageſimo*, *Matthæus Dreſſeru...* exequias ituros invitavit, ejusque manibu... ratione parentavit. Monumento tale ep... phium eſt additum:

Hic ſitus eſt celebris doctrina & nomine Pa...
Crellius, ingenio magnus, & arte gravi...
Quem pietas, Muſæque dolent, his vivere t...
Amplius in longos non potuiſſe dies.
Cui laudem, & gratam meruit ſapientia fa...
Conſilii bonitas, judiciique nitor.
Nam ſtudiis florens tredecim Witeberg... annos
Tradentem audivit cœlica verba Dei.
Conſiliis ejus lætata eſt Miſnica tellus;
Iudicii aſſeſſor dum fuit ille ſacri.
Ergo ſuis veluti meritis clariſſimus unus:
Sic etiam multò dignus honore fuit.
Nunc tandem poſt luſtra novem, tribus in... annis
Adjectis, mortem non moriturus obit.
Ille ſolutus enim fragilis de carcere vitæ,
Ceſſit ad ætherei lucida tecta poli.
Hic Chriſti in gremio, moriens quem in... vocavit.
Quem docuit, vitam cœpit habere nova...
Hic totus fulget cœlo velut Heſperus alto
Lætus in aſpectu colloquioque Dei.
Præmia tanta ferunt, Chriſti qui dog... tradunt,
Tantus honos doctos, gloria tanta manet.

Objecit ſeſe hic Crellius, gener *Georgii M...ris*, Theol. D. variis certaminibus; *Lu...* inprimis doctrinam amplexus, quanqua... *Melanchthonis* viſus eſt ſtudioſus. Nullu... tem vitæ humanæ gradus ſuſtinet gravi... nus, quàm ordo, cui doctrinæ cœleſtis e... plicatio & dijudicatio commendata. It... ſumma hic vigilantia agendum, doctrina ... tradenda, ſcriptura ſobriè tractanda, offic... vita moribusque ornandum, & magnoru... rorum ſcripta ita evolvenda, ut quod bo... retineatur, errores autem revincantur. ... terum quæ de mortis * hujus *Crellii* ger... de ſpectro in ædibus ejus viſo, vulgata, ... loco relinquimus, rei ipſius ignari, nec ... cupimus cuiquam.

Scripta ipſius hæc recenſentur: *comm... factio de verbis ſymboli*, credo remiſſio... peccatorum, & *de dicto Pauli:* Gratia ſ... eſtis per fidem, non ex operibus, ſcripta ... pter corruptelas doctrinæ ſincerioris de ... ficatione, de *pœnitentia*, & *bonis operibus*; ... ſperſa examini Theologico, quod *Ienæ* ... *Tilemannus Heshuſius*: *Harmonia qu... Evangeliſtarum Germanica*, & ſi quæ ali...

Ex vitis Theologorum Wittembergenſi...

NICOLAVS RHODINGVS.

DREISÆ *Cattorum* prope *Zigenhainium* naſcitur hic *Rhodingus*, anno Chriſti *illeſimo, quingenteſimo, decimo nono*, illo empe tempore, quo & Evangelii doctrina, artium ac literarum recta ſtudia, in Ger-nania noſtra renaſcebantur. Puer ſtatim ma-iſtris ſcholæ erudiendus traditus, feliciter ima elementa percepit, uno infelix, quòd atrem vix *octennis* amiſit, novercâ ſurro-atâ.

E patrio ludo *Marpurgum* anno *triceſimo* t traductus, ubi in Pædagogeum receptus, b *Caſparo Rodolpho* ita in linguarum & ar-um Logicarum cognitione profecit, ut *ter-* anno poſt ad publica Academiæ auditoria admiſſus. In ſchola tunc Theologiæ ſtu-ium rexit *Franciſcus Lambertus Avenionen-* ; qui monachos, ſolenni in diſputatione ram ipſo principe, Philippo ſeniore, & nſiliariis, convicerat.

In publica ſchola primum tyrocinium vix nno uno exacto depoſuit: deinceps in Phi-ſophicis alacriter progreſſus, adeo ut anno tatis ſuæ *decimo octavo* in patriam revoca-s, ludo, in quo antea ipſe didicerat, eru-endo ſit præfectus. Sed cum ad altiora ad-iraret, ſequenti anno *trigeſimo octavo Mar-rgum* iterum venit, ſtudia urſit: teſtimo-ium eruditionis petiit, tulitque brabeuta *obano* illo *Heſſo*, poëta celeberrimo. Inter terarum autem humaniorum ſtudia ipſe iam Rhodingus poëſin coluit, & car-ina non inſuavi vena condidit, de quibus oſtea.

Ibi ergo cum doctrinam ac pietatem omni-us probaret, ſcholæ Latinæ civicæ *Marpur-*, quam à cœmiterio appellant, præfectus, dem, ad annum Chriſti *quadrageſimum pri-um* præfuit, ſimulque in Academia docen-s, ac differentes avidè audivit, de quibus cilè primas tulit, *Gerhardus Noviomagus*, ui paulò poſt *Hyperius* ſucceſſit.

In pulvere ſcholaſtico cum aliquandiu ſu-aſſet Rhodingus de viſendis exteris ſcholis ogitationem ſuſcepit, unde rerum cogni-one inſtructior, uſu prudentior, conſuetu-ine humanior rediret. Anno itaque Chriſti *uadrageſimo primo*, adjunctis ſibi comitibus ibus juvenibus politiſſimis *Lovanium* pro-ctus eſt: inde *Dolam* Burgundiæ, ibique æſidis hortatu in pædagogeo *Dialecticam*, *Græcam Cleonardi Grammaticen* docuit. d quod Pontificiæ ſubſcribere religioni nnes eo loco docentes cogerentur, non nplius duobus menſibus ibi manſit.

Dola itaq; relicta *Pariſiorum* Academiam, mite *Schimmel-pfenningo*, abiit: ibi ad an-m uſque Chriſti *quadrageſimum tertium* mmoratus. *Lutetia* in patriam reverſus, ctrina & pietate auctus & ornatus, à *Phi-po* ſeniore Landgravio *Joanni Buchio* ad-ctus, in erudiendis filiis principibus junio-us ita verſatus eſt, ut inprimis vera pietate, literis dein humanioribus eorum animos imbueret & expoliret. Hoc in officio cum aliquot annis præclaram navaſſet operam, anno *quadrageſimo ſeptimo* ducta uxore, & nuptiis anno ſequenti *Caſſellis* celebratis, *qua-drageſimo nono* anno cum uxore *Marpurgum* ad profeſſionem Rhetorices obeundam ſe contulit. Sub id tempus *liber Auguſtanus* etiam Haſſiæ civibus fuit obtruſus, & quidem ita, ut in ejus approbatione ſalus principis captivi contineri diceretur. Sed nec quiſ-quam librum approbavit, nec principi reje-ctio ejuſdem obfuit. [*Ducit uxorem. Migrat Marpurg.*]

Rhetorices profeſſione *quinquennium* & amplius eo functus, anno *quinquageſimo quarto* menſe Octobri *Melſungam*, inferioris Haſſiæ oppidum, ad miniſterium eccleſiaſti-cum obeundum profectus eſt, ubi *annum* duntaxat *unum* commoratus, *Marpurg.* re-diit. Mortuo enim *Joan. Rhodophanta*, eccle-ſiæ ibi paſtore, unus Rhodingus ei muneri par judicatus eſt, tum à principe ipſo, tum à vi-ris doctis. Auſpicatus eſt labores iſtos *Mar-purgi* anno *quinquageſimo quinto*, menſe O-ctobri, ætatis ſuæ *trigeſimo ſexto*, docente in ſchola Andrea *Hyperio*, cujus ſententiæ de prædeſtinationis doctrina, à *Zanchio* tradita, Rhoding. cum aliis ſubſcripſit. [*Eccleſiæ Melſunganæ præficitur. Ioan. Rodophanta. Marpurgi fit Paſtor.*]

Ibi cum & doctrinam & vitam omnibus egregiè probaret, ad conſultationes etiam de religione ſæpè domi foriſq; eſt adhibitus. Nam ut de cæteris taceamus, ad duos cele-bres conventus Proteſtantium, à Principe *Phi-lippo* ſeniore, cum *Hyperio* adductus eſt. Pri-mus fuit *Francofurti ad Mœnum* anno *quin-quageſimo ſeptimo*, in quo de materia & for-ma colloquii, mox tunc *Wormatiæ* cum Pon-tificiis habendi, de eccleſiarum conſenſione ſtabilienda, non in doctrina ſolum, ſed & in ritibus, deque diſciplina inſtauranda, delibe-ratum fuit. Alter celebrat⁹ eſt *Naumburgi* in Saxonia anno *ſexageſimo primo*: in quo *Au-guſtanæ* confeſſionis renovata eſt ſubſcriptio, & quibusdam, qui condemnationes in con-troverſiis religionis, quæ tum agitabantur, urgebant, obviam itum eſt. [*Intereſt conventibus. Francofurti 1557. Naumburgi 1561.*]

Præterea principes ſui, dum in paſtorali officio cum fide & diligentia verſatur, tum alia ipſi munera, tum *inſpectionem Theologica-rum diſputationum* demandarunt, ut & peri-culoſæ quæſtiones vitarentur, & altercationes immoderatæ ipſius authoritate interpoſita ſedarentur. Denique *Henrico Vietore* Theol. Doctore & Profeſſore in *Academia Marpur-genſi* vita functo, cum ſucceſſor quæreretur, unanimi Principum & Profeſſorum ſuffragio id munus Rhodingo eſt adſignatum, ut juxta publicum concionandi munus in templo, in ſchola quoque Theologiam profiteretur. Suſ-cepit eam functionem anno *ſeptuageſimo ſex-to*, & ad mortem uſque obivit. Atque hic quod ante ſæpè recuſarat, demum admiſit, ut Doctor Theologiæ crearetur, poſtulante ita Academiæ & collegii inſtituto. Geſſit eo in officio præterea ſummum magiſtratum, at-que duplicem illam perſonam cum laude ſuſtinuit. [*Inſpector diſputat. Theolog. Henricus Vietor Theolog. ⊖ 1576. d 7. Ian. Ei ſuccedit Rhoding. Paſtor, Profeſſor, Rector.*]

Cum autem miſerabilem eccleſiæ ſtatum illa tempeſtate intueretur, & infinitarum diſcordiarum ſemina ſpargi ſentiret, ſæpè optavit, ut antè è vita avocaretur, quam in perturbationem illam rerum incideret. Hujus ſui voti compos factus eſt anno *octogeſimo*, menſe *Septembri*. Cum enim *decimo nono* ejus menſis die à concione domum rediiſſet, nonnihil ægrotare cœpit, & morbo paulatim aucto decubuit. Ibi nulla triſtitiæ ſignificatione edita, patienter mortem expectavit, illud ſemper in ore habens: *Fiat voluntas Domini.* Tandem cum prænuncios mortis iterum ſentiret, in lectum alium adſcendere cupivit, quem ſuum & quietis lectum vocabat, & cui dudum hunc verſum inſcripſerat:

Ut ſomnus mortis, ſic lectus imago ſepulcri.

Moritur. In eum lectum cum ſe collegiſſet, præter expectationem præſentium, in agnitione & invocatione Servatoris noſtri leniter exſpiravit citra doloris ſignificationem, anno ut diximus *octogeſimo*, die *viceſimo tertio* Septembris, veſperi ſub *ſeptimam*, cum annos *unum* & *ſexaginta* vixiſſet.

Eruditio ejus. Fuit & hic Theologus pius, placidus, eruditus. Linguas Theologo neceſſarias ita calluit, ut Hebræam mediocriter guſtarit: Græcam familiariter norit: Latinam vernaculæ inſtar tenuerit. In ſacræ Scripturæ libris, veterum & recentiorum commentariis, hiſtoria eccleſiaſtica cum ſtudio dies noctesque verſatus eſt. In ſuggeſtum niſi præmediatus non aſcendit, inque eo nihil argutarum diſputationum, nihil ſpinoſarum quæſtionum movit, alienus ab omni certamine

Abhorret à certaminibus. ita quidem, ut pugnacem eſſe eum quidam maluiſſent. In tota vita nunquam adduci potuit, ut eorum, qui *Zvvingliani* & *Calviniani* nominis invidia premuntur, condemnationi ſubſcriberet, & diſertè teſtatus eſt, ſe

Uſitatas phraſes retinet. ab uſitatis phraſibus non receſſurum, locuturum cum *Auguſtino* & *Cyrillo*, nec occaſionem ullam turbis daturum, id quod & epiſtola quadam ad *Pantaleonem Candidum*, Bipontinum Superintendentem, anno ante mortem, & ad *Rodolphum Gualterum*, Tigurinæ Eccleſiæ antiſtitem, eo ipſo quo obiit menſe, confirmavit.

Mores & virtutes ejus. In victu fuit temperans, in convitiis modeſtus, in colloquiis humanus & facilis; ſæpè etiam ſine circumſpectione, in omni vita ſimplex, humilis, patiens, crucis, laborum, injuriarum. Sæpiſſimè uno die duas

Labores. habuit lectiones in ſchola, & conciones in templo. Honores tantum abeſt ut affectarit, ut oblatos non ſemel recuſarit.

Conjugiũ. In conjugio caſtitatem & fidem coluit, *quindecim* liberorum parens, quos ex una

Liberi. uxore quâcum *triginta duos* annos ſanctè vixit, ſuſceptos cum inſtitutione & commonefactione Domini educavit; ſuperſtites *tredecim* reliquit, filios *novem*, & *quatuor* filias. In catalogo eo, in quo liberorum natales conſignarat, cum ut procreandi, ita ſcribendi finem feciſſet, colophonis loco addidit, *Laus Deo pro ejus benedictione.*

Inter ea, quæ elucubravit in indicibus li- brorum recenſentur: *Exhortatio ad Germa- niam*, *& precationes* aliquot *carmine elegi-* conſcriptæ, *exhortatio ad Germaniam*, bellum à Papiſtis impiè concitatum armis ex- tinguant* anno quadrageſimo octavo. L- dantur & *Epithalamia* ejus, *epicedia*, *p- pemtica gratulatoria*, *monitoria*, & id ge- alia carmina.

Petrus Nigidius hujusmodi eum elo- ornavit:

Patria Treiſa fuit nato tibi, docte Rodinge
Aprico ſolis condita Treiſa loco.
Nutriit hæc eadem Cellum, fovet illa celeb-
A vigili ſtudio qui puto nomen habet.
Nutriit & nuper patriæ decus illa Magiſtr-
Kempion egregium conſpicuumq; virum-
Prætereo Ulſexos, claros virtutibus ambo-
Doctrina notos; & pietate graves.
Quin & ſubticeo Grentzbacchum; quem p-
olim
Dilexi juvenem, poſt juvenisq; ſenem.
Urgeo propoſitum: puerum voluere Roding-
Sectari Muſas gnarus uterq; parens.
Formatorem igitur nactus doctumq; Mag-
ſtrum,
In patria didicit grammata prima puer-
Inq; Academiam Marpurgum miſſus h-
idem,
Ingenii ſpecimen mox dedit egregii.
Res benè ſucceſſit: geminam cepiſſe corona-
Vidimus: & titulos promeruiſſe duos.
Utiliter primæ traduxit tempora vitæ,
Ingenuos pueros prima elementa docens
Poſt etiam inſertus Cattorum principis a-
Inſtituit natos, magne Philippe, tuos.
A quo Lanicolæ rurſus feliciter urbi
Redditus; illuſtri præfuit inde ſcholæ.
Rhetoricen docuit primùm; Dialectica dei-
Et pulcram laudem clarus utrinq; tuli-
Carminibus doctis etiam, quæ plurima ſcri-
Promeruit vatis nomen habere pii.
Tandem divinis ſtudiis ſe tradidit ultrò;
Annos complures nil niſi ſacra legens.
Mox Melſungiacam fama pertractus ad-
bem,
Fit primùm verbi buccina clara ſacri.
Biſſenis autem vix menſibus ecce peractis,
Ad noſtros rediit, ſede vacante, lares.
Sic voluit princeps generoſus, & ordo ſena-
Præfecti ſacris ſic voluêre patres.
Succeſſor factus Rhodophantæ quippe diſ-
Æquavit clari nomina tanta viri.
Præfuit hic populo viginti quinq; per ann-
Vir magnus zelo, ſedulitate, fide.
Dignus, qui plures vivendo duceret anno-
Atq; aleret Chriſti paſtor ovile pium.
Sed tres lanificæ ſecuerunt fila ſorores:
Quid ſumus? heu paleæ: pulvis & um-
ſumus!

Deſumta hæc ſunt *ex oratione fune-* *Marpurgi* à D. *Georgio Sohnio* Theol. D- Profeſſ. ibid. publico habita: item *ex c-* *logo Profeſſor. Academ. Mar- purg.*

JOANNES MARBACHIUS.

Lindavii ad lacum Bodamicum mundi hujus civis fit & eccleſiæ Chriſti, *Joannes Marbachius*, anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo primo*, die *viceſimo quarto* Aprilis. Rudimenta etiam literarum prima percepit ſub *Caſparo Heldelino*, ludi tunc patrii magiſtro. Poſtea anno *trigeſimo ſexto Argentoratum* augendæ doctrinæ cauſa miſſus eſt, ubi præceptore *Bedrotto* uſus, triennium ipſum in linguarum & artium humaniorum ſtudiis poſuit, temporisque & operæ pretium magnum fecit.

Exinde annum ætatis *duodevigeſimum* ingreſſus, *Wittembergam* ſeſe contulit, talemque ſe in omni literarum genere præbuit, ut ætatis anno *viceſimo* gradu magiſterii cum laude ſua fuerit ornatus. Conjunxit enim cum eruditionis doctrina, & quæ ei à natura inerat, facundia, ſtudium pietatis, quæ gratiam ſuo cultori & apud Deum & apud homines parit. Itaque admodum juvenis ad miniſterii ſacri opus acceſſit; *Jenamq;* evocatus, annum ibi unum duntaxat Diaconum egit. Mox *Wittembergam* ſuam rediit, & Theologiæ totum ſe devovit. Ibi itaque decretus ei eſt atque collatus gradus Doctoratus Theologiæ, anno Chriſti, *milleſimo, quingenteſimo quadrageſimo tertio*, die *viceſimo* Februarii, magno Luthero collegii tunc Theologiæ Decano.

Hoc ornatus teſtimonio *Jenæ* in Eccleſiaſtico munere *Paulo Fagio* ſucceſſor datus eſt. Ibi cum gnaviter officio fungeretur, fama de induſtria & virtute viri emanante, Argentoratum anno *quadrageſimo quinto* evocatus, & eccleſiæ ibidem ad D. Nicolai præfectus eſt. Hoc loco in munere docendi plurimum profecit, & Patrum Eccleſiaſticorum interpretationes ſuper articulis fidei, cum ſacra Scriptura ſtudioſè contulit.

Inde ſub exitum anni, *milleſimi quingenteſimi quinquageſimi primi*, ab Argentinenſi Senatu cum *Joanne Sleidano Tridentum* ad Synodum miſſus eſt, ut fidei ſuæ & religionis, quam Reſp. Argentoratenſis amplexa erat, rationem redderet. Ibi menſe Aprili cum *Joanne Brentio*, in ædibus Toletani comparuit, & uti publicè audiretur petiit. Verum fama de *Auguſta* à Mauritianis capta. Tridentum paulo pòſt allata, & ſynodum & actionem omnem diſturbavit.

Eodem quo Argentoratum rediit anno, à Deo è terris evocatus * in beatorum conſortium eſt *Caſpar Hedio*, præcipuus tunc Argentinenſis Eccleſiæ miniſter. In ejus locum omnium calculo ſurrogatus *Marbachius*, qui & docendo fidem probaret, & vivendo, quæ locuiſſet exprimeret. Sub idem tempus in ſchola quoque Argentoratenſi provincia ſacras literas de ſuperiori loco explicandi, *Marbachio* eſt demandata, quam quomodo geſſerit, teſtimonia tam hominum, quàm ſcriptorum loquuntur.

Anno *milleſimo quingenteſimo, quinquageſimo ſexto*, cùm *Fridericus* Elector Palatinus rebus humanis exemtus eſſet, nullis relictis liberis, ſucceſſit *Otho Henricus*. Is eccleſias ſuæ ditionis reformaturus, Argentorato *Marbachium*, viri probitate & integritate motus acceſſivit, & tum *Haidelbergæ*, tum in Palatinatu toto omnia ad Argentoratenſis eccleſiæ formam diſponere juſſit. Id quod cùm diligentia ſingulari præſtitiſſet, re confecta Argentoratum rediit. Initia itaque doctrinæ aliqua inter alios Palatinatus *Marbachio* etiam debet. Incruduit autem ea tempeſtate paſſim per Germaniam *diſſidium* illud *ſacramentarium*, quod omnes verè pii haud excitatum unquam, aut ſublatum ſtatim optarint, hodieque optant. In eo *Marbachius* quis ſuus eſſet ſenſus, libro edito declaravit, & ut in aliis, ita & in hoc argumento Luthero ſubſcripſit. *Evocatur ab Othone Henr. El. Palat.* *Diſſidium Sacramentarium.* *Luthero ſubſcribit Marb.*

Anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo*, cum conventus *Wormatiæ* religionis ergò haberetur, miſſus eò fuit & *Marbachius*, ubi quid actum ſit, ac qua arte colloquium abruptum, explicatum eſt alibi. Demum Collegii *Thomani* Decanus & Academiæ Ephorus perpetuus deſignatus eſt, quo loco varios labores & certamina * ſuſcepit & depugnavit. *Wormatiam mittitur.* *Decan. coll. Thom. & Acad. ephor. conſtitut.*

Tandem cum annis *triginta ſex* munere ſuo Argentorati functus eſſet, caducam & miſeram hanc vitam cum æterna commutat ibidem, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo primo*, die *decimo ſeptimo* Martii vitæ ſuæ anno *ſexageſimo*. Defunctum *Joannes Pappus* hoc epigrammate eſt proſecutus. ** In Ann. tipp. Sturmii & vita Zanchi.* *Ioh. Pappi epigr. in Marbach.*

Doctorem puræ fidei, magniq; Lutheri
Diſcipulum, inſignem relligione virum:
Argentina diu fuit admirata docentem,
Divino afflatum numine Marbachium.
Nunc dolet extinctum mœſta, abſentemq; requirit:
Sublatumq; videt charius eſſe bonum.
Impiger ille Dei verbum cum laude fideq;
Ædibus in ſacris tradidit, inq; ſcholis.
Illius officio ſimul hic Eccleſia Chriſti
Crevit, & intactæ relligionis amor.
Obſtitit his Domini qui clàm vineta revellunt,
Quiq; DEUM violant, & nova ſacra movent.
Paſtoresq; gregi ſacro multosq; bonosq;,
Inſtructos magna ſedulitate dedit.
Ergo, qui periit, vivit: quia nomen in orbe
Vivit, & in cœlis gaudia viva capit.

Fuit ſtaturæ mediocris, & quæ nonnihil ad macilentiam inclinaret, in colloquiis familiaribus humanus & officioſus. *Statura.*

Scripſit *de miraculis veris & falſis* dijudicandis ex verbo Dei, & *Confutationem Caniſiani miraculi*, quod M. Euſeng in libello de virgine Ottingana tantoperè prædicat Germanicè. Veram item ex verbo Dei *tractationem interioris & exterioris hominis* Germanicè. Concionem *de officio Epiſcopi*, & quis *Scripta.*

 ad

ad hoc munus debeat aſſumi, item *de Cœna Domini* duo volumina. *Tantum de Marbachio ex Sleidani hiſtoria, programmate & aliis.*

JOANNES GIGAS.

☉ 1581. d. 12. Iulii ætat. 67. Northuſa.

NOrthuſa, quod eſt Thuringiæ ad ſylvam Hercyniam oppidum non ignobile, *Joannem Gigantem*, felici ingenio poëtam, & ſacrorum elogiorum præconem facundum protulit, *Maximiliano* I. Auguſto rerum potiente, natum anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, decimo quarto*, die *viceſimo ſecundo* Februarii.

Diſcit Magd. & Wittemb. Docet in eccleſia & ſchola. A puero optimis literis, primùm in patriâ, deinde *Magdeburgi*, ac tandem *Wittembergæ* excultus, variis & ſcholaſticis & eccleſiaſticis in officiis, plurimum exhauſit laborum juxta & moleſtiarum; ſuamque induſtriam, ſtudium ac fidem luculentè probavit. Artes enim humaniores & linguas docuit in valle *Joachimica* & *Mariaburgi*, utraque metallis fœtâ, ac denique *Portæ ad Salam* in ludo illuſtri. In Sileſiam evocatur. Exinde in Sileſiam evocatus, Docet Freiſtadii. *Freiſtadii* ipſos *viginti ſeptem* annos è ſuggeſtu ſacra tradidit & explicuit, linguâ vernaculâ perſpicuus, atque ad captum auditorum ubique ſeſe demittens.

Inde Suidnicii. Poſtea ætate ad ſenium inclinante, *Suidnicium* venit, elegans Sileſiorum oppidum, ubi in templo populum Chriſtianum erudiendo, quod reliquum vitæ fuit, non ſine eccleſiæ fructu aut laude ſuâ, exegit.

Decedit ibi. Deceſſit ibidem, morte dudum præmeditata, *ſexaginta ſeptem* annis major, anno Meſſiæ exhibiti, *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo primo*, die *duodecimo* Julii, epitaphioque eſt honoratus ejusmodi: Epitaphiũ ejus.

Tumulus Joannis Gigantis Northuſani:

Hic jaceo mundi ſatur, aſt anima incolit aſtra:
Sanguis, Chriſte, tuus gloria ſpésq; mea eſt.

Conciones huic miniſtro non in labris, ſed in corde natæ fuerunt, ſcripſitque ſe fidei Doctrina ejus. ſuæ concreditos nihil docuiſſe præter *Moſen* & *Chriſtum*, ac *militiam Chriſtianam*, quam militarent freti ultimo Paſcha. Amici. Inter amicos præcipuos ipſe celebravit *Hieronymum Wellerum, Joannem Mattheſium* Theologos, *Georgium Æmylium, Joannem Stigelium, Georgium Fabricium* Poëtas & Philologos. Laborat Melancholia. Melancholia aliquando vexatus fuit graviſſimâ, pro cujus liberatione Deo per omnem vitam gratias egit, illo Patriarchæ uſus: *Minor ſum cunctis miſerationibus ac beneficiis tuis, Jehova.* Scripta Philologica. Scripſit *poëmata* non pauca; ut ſunt *Sylvarum libri* quatuor: *epigrammatum innocuorum* liber unus, ſcriptus in illuſtri ludo Portenſi; *elegia* de duabus eclipſibus lunæ anni trigeſimi octavi, *lugubre carmen* in obitum *I. Georgii* Saxoniæ Ducis filii, item *in mortem Eraſmi, Encomium Lipſiæ, methodum ſcribendi* carmina. Theologica. In Theologicis exierunt etiam ipſo vivo, (à morte enim quicquam ſuorum edi prohibuit) *conciones* variæ, ut de miniſtris verbi, & eorum auditoribus, de *precibus*, de *vita æternâ*, de *vero & falſo jejunio*, de *extremo judicio*, de *ſanctis vivis in his terris*, de *paſſione Domini*, de *Baptiſmo*, de *certitudine religionis Chriſtianæ*: adverſus *Schwenckfeldii* fanaticos errores: de *Regeneratione*. Eminent inter omnia ejus ſcripta *Poſtilla Germanica*, & *Catechiſmu[s]* homiliis explicatus, quibus multi eccleſiarum miniſtri adjuti fuerunt.

Emblematis quaſi loco placet heic adder[e] Georgii Fabricii epigramma, quo encomium illud Lipſiæ, carmine à Gigante ſcriptum or[]navit. Id eſt ejusmodi:

Lipſenſem egregiis ornavit laudibus urbem,
Ora Meduſæo lotus in amne Gigas.
Non turres tantum decus addunt urbibus altæ,
Et facta artifici ſplendida tecta manu:
Quantum facundi ſuaviſſima Muſa poëtæ,
Ductaq; Pierio carmina pulcra ſtilo.
Tecta ruunt, pereunt ipſæ cum turribus urbes
Sed vatum laudes nulla ruina premit.

Tantum de hoc *Gigante Chriſtiano* & *Theologo, ex ſcriptis ipſius, & bibliothecis.*

ZACHARIAS URSINUS.

ZAcharias Urſinus, Vratiſlaviæ, Sileſio[]rum metropoli, urbe Germaniæ facil[]pulcherrimâ, republ. benè conſtitutâ, nat[]eſt, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, tr[]geſimo quarto*, die *decimo octavo* Julii, d[]Sabbathi, ſub veſperam, familiâ honeſtiſ[]mâ, patre *Caſparo*, avo *Conrado* Beer: q[]*Neapoli Auſtriæ* civis in re ſat lautâ fuit.

Hic *Conradus*, Urſini avus, miſerat filiu[]*Caſparum* ad Academiam *Viennenſem* ſtudi[]rum causâ, ubi cum *Thoma Venatorio*, ſcr[]ptis eruditis & piis claro, degens, haud m[]diocres in literis progreſſus fecit, erudien[]dis etiam quibusdam nobilibus *Styriis* adh[]bitus, egregium ab iis pietatis & induſtri[] teſtimonium retulit.

Poſt *Vratiſlaviam*, anno Chriſti *viceſi[]octavo*, profectus, ibi patriciis aliquot, & his *Sigiſmundo Puchero*, primariæ auctorit[]tis viro, in inſtituendis filiis operam addixi[] cui ita fidem & integritatem probavit, eum & officiis publicis, & affinitate fuerit d[]gnatus. Nam munia quædam in Republ. i[] ſunt impoſita, inprimis *Diaconiæ*, ſive c[]randæ eleemoſynæ. Quod munus ut fuerun[] ita & ibi & in ampliſſimis regnis honori[]cum, hominem requirit fidelem, impigru[] prudentem, qui & pauperibus indigenis [] neceſſariis proſpiciat, & eccleſiaſtica bo[] ritè procuret. Præfuit ei officio *octenniu[]* ſummâ fide, cumque eruditione, ac judici[] dicendique facultate polleret, à primario p[]ſtore *Ambroſio Moibano* cathedra eccleſiaſ[]ca dignus eſt judicatus. Deſponſa quoque tunc eſt è patritiâ familiâ, *Pucherianæ* co[]ſanguineâ, *Anna Rotha*; è qua hic Zach[]rias primogenitus eſt natus.

Qui poſteaquam puer ad ſcholam patriam acceſſit, ſtatim indolem præclaram oſtendit: & ingenii felicitate commilitones ante vertit. Mox in iis literis, quibus ætas puerilis informari ſolet, eos fecit progreſſus, ut anno *decimo quinto* ætatis, elegantis carminis haud minus, quàm ſolutæ orationis ſcriptione, ſummis ſcholæ præſidibus, *Ambroſio Moibano*, & *Joanni Morenbergio* ſuam diligentiam probarit, & accedente commendatione ludimoderatoris *Andreæ Winckleri*, anno ſequenti ætatis ſuæ *decimo ſexto*, ad Academiam *Wittembergenſem*, uberioris doctrinæ capeſſendæ gratiâ miſſus fuerit, à Senatu, amicis, ac tribu mercatoriâ ſubſidio, ad illius temporis annonæ difficultatem tolerandam, adjutus.

Ingreſſus eſt *Wittembergam* anno *quinquageſimo ſecundo* calendis Maji, ac politiora humanitatis ſtudia amplexus, ſodalitia prava, otium ignavum, & ludos magis, quàm libros ſectantia, & ſibi quoque inſidiantia, fugit ceu peſtem, animum autem honeſtis ac ſeriis ſtudiis intendit, inſignes Academiæ doctores ac φωςῆρας, in quibus emicabat tanquam Heſperus *Melanchthon*, audivit ſedulo biennium & ampliùs. Poſtea ob luem ibi gliſcentem & contagii metum, primò *Torgam*, quò *Melanchthon* ſeceſſerat, deinde in patriam ſe recepit, honeſtiſſimo Melanchthonis teſtimonio ornatus, ibique hyemavit. Mox ſequentis anni vere Academiam Leucoream repetiit, adjunctus patritii *Quirini Sleheri*, magni viri, *Joan. Cratoni* & *Joach. Camerario* amiciſſimi filio, cujus ſtudia moresque graviter gubernavit, convictu *Viti Winshemii* uſus.

Wittembergæ commoratus eſt *quinquennium*, & eximiam linguarum, poëſeos, artium Philoſophiæ ac Theologiæ, ſcientiam, ſtudio indefeſſo, ſibi comparavit. Itaque & *Melanchthoni* familaris ac dilectus; æqualibus carus & jucundus, doctiſſimis quibusvis viris, qui tum ex illâ Academiâ in univerſam Europam magno numero effundebantur, notus acceptusque fuit, quibuscum amicitiam ſcholaſticam, tum aliis officiis, tum mutuis literarum commerciis aluit poſtea, & conſtanter auxit.

Anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo*, de conſilio Imperatoris *Ferdinandi*, & principum Electorum Imperii, inſtitutum fuit in urbe Vangionum colloquium, inter Pontificios & Proteſtantes, de modo componendi religionis controverſias, quo eventu, alibi etiam à nobis eſt indicatum. Ad id *Urſinus*, quoque, *Melanchthonem*, ejusque Comites *Eberum*, & *Peucerum* ſecutus, abiit, haud absque venia & viatico ſenatus Vratislavienſis, unà cum *Joanne Ferinario*, Profeſſore *Wittembergæ*, poſt etiam *Marpurgi*, & ſynodi iſtius clariſſimos Theologos audivit, vidit, quæ agerentur, perſpexit. Eâ opportunitate uſus vicinas ad Rhenum urbes, & Academias inviſit, *Argentinam*, *Baſileam*, *Helvetiam* perluſtravit, inde *Lauſannam*, & *Genevam* ſe contulit, ubi *Calvinum* ac collegas audivit, & ſibi conciliavit. A Calvino quidem & libellis à ſe tùm editis donatus eſt, quibus manu propria nomine præſcripto teſtatus eſt amorem in Urſinum.

Calvinum ſalutat.

Poſt adiit *Galliam*, ac per *Lugdunum* & *Aurelias* penetravit *Lutetiã Pariſiorum*. Hic paulo diutius hæſit linguæ *Gallicæ* & *Hebrææ* ex doctiſſimo *Mercero* rectius addiſcendæ gratiâ. Itaque ſæpe dixit: *Mercero ſe multum in Hebraicis debere.* In reditu *Tigurum* delatus, ita tum urbe; tùm eximiorum illorum, quibus abundabat doctorum virorum conſuetudine delectatus eſt, ut aliquantiſper ibi commorari viſum ſit lubitumve. Tandem ex Helvetia per Sueviam *Tubingam*, *Ulmam*, *Norinbergam*, & *Franconiam* in Saxoniam ad præceptorem *Melanchthonem*, à cujus latere noluit avelli, reverſus eſt. Ibi vix dum ſtudia recolere cœperat, cum ecce literis à Senatu. Vratislavienſi, añọ *quinquageſimo octavo* menſe *Sept.* vocatur ad ſcholæ patriæ, quam *Eliſabethanam* dicunt, gubernationem. Munus id honeſtiſſimum non detrectavit, ut qui patriæ natum ſe cogitaret, atque etiam cum laude & approbatione ſuſtinuit:

In Galliam abit.

Audit Mercerum

Tiguri ſubſiſtit.

Redit Wittemb.

Vocatur in Patriam.

Præeſt ſcholæ.

Ante annos animumq; gerens curasq; viriles:

ac geſſiſſet diutius, ſi per importunitatem quorundam commodè licuiſſet.

Commiſſa erat *Urſino*, præter artium & linguarum lectiones, etiam explicatio libri *examinis ordinandorum* ad miniſterium, à Melanchtone conſcripti. In qua cum perveniſſet ad locum de Cœna Domini propoſuit ejus exegeſin ſecundùm analogiam fidei, ſcripturæ, & antiquitatis orthodoxæ conſenſum, adeoque ſenſum ipſius autoris, Præceptoris Philippi γνήσιον, verum & germanum, quem ipſe γνήσιος diſcipulus optimè perſpectum habebat. Ibi ſtatim *Urſinus* Sacramentarius à Demagogis proclamatus, & adverſarios expertus eſt, quos prius amicos & fautores habuerat. Igitur ut fidei ſuæ rationem redderet iſto neceſſario tempore, & erroris Sacramentarii famam aut culpam amoliretur, totam doctrinam de Sacramentis, *Baptiſmo*, & *Cœna*, propoſitionibus certis, nervoſis, & accuratis complexus eſt, & quibus conveniebat, exhibuit, & communicavit, quæ Tom. I. oper. ejus inſertæ leguntur.

Audit Sacramentarius.

Theſes ejus de Sacramentis.

Hujus diſſidii fama perlata Wittembergam, *Melanchthoni* dolorem magnum attulit, qui conſultus etiam epiſtolam ad *Morenbergium* ſcripſit, quæ publicè exſtat. Hortatus eſt idem *Melanchthon Urſinum* ad conſtantiam in tuendâ verâ ſententiâ, vel ad reditum in Academiam, ut ſe melioribus temporib. ſervaret. Libet ejus ſententiam ex epiſtola *Joannis Ferinarii* ad *Urſinum* adſcribere: *Satis*, ait, *ſcio, te quærere, quid ad hæc Philippus? Ipſe verò te hortatur ad conſtantiam in tuendâ verâ ſententiâ, cum certamen planè jam motum ſit, tamen quantum omnino fieri poſſit cum moderatione, & patientia ſumma, idq; ſuo exemplo. Expoſueram ei quædam etiam antea, ſed nunc quidem totum negotium, ac cum piè admo-*

Hortatur eum Melanchthon

Ioan. Ferinarii ad Urſin.

admodum & reverenter ſcripſeris, cùm de cæteris omnibus tùm de re ipsâ, dedi ei legendam tuam epiſtolam, quam recens miſiſti, ad verbum. Quâ lectâ, non credis, quale ejus de te fuerit judicium, & ſtatim poſtulavit librum propoſitionum quem cum inſpexiſſet tantùm obiter, cœpit laudare & ordinem & tractationem fundamentalem libri, addens, ſe omnino totum velle legere. Nam de eruditione tua ſe quidem hactenus ſciviſſe, ſed de tantarum rerum cognitione quæ in te ſit, tàm illuſtre nihil comperiſſe. Vides igitur, in qua nunc parte hæreas apud ipſum amicitiæ. Et pòſt pauca, *Etiam tui mentionem faciebat, priusquam ego inciperem de te quidquam dicere. Si Zacharias,* inquit, *uſus fuerit ſuo poëtico ſpiritu, profectò ibit iſti clamori obviam.* Hæc ille.

Dimiſſionem petit. Urſinus, qui tum naturâ à rixis, tùm certo judicio à contentionibus eccleſiaſticis abhorreret, loco cedere maluit, ac à ſenatu miſſionem impetravit, honeſtiſſimo cum teſtimonio, eaque conditione: *ut, quandocunq; revocaretur, ad eccleſiæ, patriæq; uſum, ſe facilem exhiberet, ac ſiſteret.* Factum id die ſeptimâ poſt obitum Melanchthonis, *vigeſima ſexta* Aprilis, anni *ſexageſimi.* Cum ibi ab avunculo ſuo, *Alberto Roth*, venerandâ canitie ſene, interrogatus eſſet: *quònam animus eſſet abire?* reſpondit ei his verbis: *Haud invitus equidem exeo patriâ, quando veritatis confeſſionem admittere non vult, quam bonâ conſcientiâ non poſſum omittere. Sed ſi viveret adhuc optimus Præceptor Philippus, alio non concederem, niſi ad ipſum. Nunc eo mortuo, conferam me ad Tigurinos, quorum etſi non eſt hic exiſtimatio magna, tamen in eccleſiis aliis ita celebre nomen eſt, ut à noſtris concionatoribus obſcurari nequeat. Sunt enim illi pii, docti, magni viri, quibuscum agere, vitamq; tranſigere deinceps decrevi. De cæteris providebit DEUS.*

Excedit patria. Sic exceſſit patriâ, die *viceſimo quinto* Junii, dolentibus optimis quibusque, quos in orthodoxâ fide, vivâ voce & ſcriptis, atque inprimis eruditiſſimis illis Theſibus de Sacramentis, confirmarat: quibus, reditum ejus maturum optantibus & ſperantibus ſummum ſui deſiderium reliquit. Inter illos fuit *Joannes Crato, & Maternus Eccelius* intimi & familiariſſimi. *Maternus Eccelius.* Quorum hic in æde *Vratislaviæ* primariâ, concionibus præclaris doctrinam ſinceram modeſtè propoſuit, at à nonnullis delatus Calvinianiſmi nomine, non ita longè pòſt, eandem cum *Urſino*, exilii ſortem ſubiit, & *Benshemii* in Palatinatu inferiore eccleſiam poſtea fideliter docuit, ubi & vitam in terris clauſit. *I. Crato ad Vrſin.* Ille verò Urſino peregrè profecto, ſubſidia pollicitus, ita ad eum: *Ego bonis caducis, ad ærumnoſam hanc vitam neceſſariis, quorum uſum mihi Deus conceſſit, tibi non ſum defuturus, cùm tu ſempiternos theſauros mecum communices.* *Wittembergam venit.* Vratislaviâ *Urſinus Wittembergam* venit, ubi cum gaudio à Profeſſoribus exceptus, atque collega expetitus, ſubſiſtere noluit, animo ſecum præcipuè volvens, aut præſagiens, à morte *Philippi*, cui vivo ingrati cuculi βλακικοὶ non pepercerant, imò inſidias, pericula, exilium ſtruxerant; Academiæ mutationem imminere, quæ & ſecuta. Ad Helvetios ergo iter ſuſcepit, *Tigurumq;* appulit die *tertio* Octobris, anni *ſexageſimi*, quò eum *Martyris, Bullingeri, Simleri, Lavateri, Gualteri, Geſneri, Friſii*, virorum omni laude clariſſimorum, pietas, doctrina, humanitas, ac conſuetudo, cumq; illis ante biennium contracta amicitia, vel potiùs ipſe Deus retrahebat. Sed & ipſimet eum ad ſe literis amantiſſimè invitabant: ut ex his *Joannis Friſii* deprehendere licet: *Hoc tibi, Urſine, omninò perſuadeas, me tuâ causâ facturum omnia. Non te latet, quid tibi diſcedenti communicarim, ut ſi patriâ religionis cauſâ pulſus eſſes, tibi apud me ſcires, quoad DEUS vitam conceſſerit, eſſe proſpectum.*

Ad hunc igitur ſe contulit, jucundiſſimâ uſus conſuetudine magnorum illorum virorum, quibus Tigurum affluebat, ex qua & fructus cœpit uberrimos. Nec enim otioſam ibi vitam egit: ſed ad uſum eccleſiæ ſe comparavit, præſertim à *P. Martyris* ore pendens, cui plurimum acceptum retulit, ut à quo ſcientiam ſolidiorem Theologiæ hauſiſſet. *Geſnero* autem quàm charus fuerit, ex epiſtolis ejus ad *Cratonem* liquet.

Anno *ſexageſimo primo*, poſteaquam ſynodo Tigurinæ ſuam fidem, doctrinam, & pietatem abundè probaſſet, à ſummis illis viris & Theologis, ad talentum ſibi divinitus commiſſum cum fœnore multiplici elocandum eccleſiæ, eſt exſtimulatus. Advenerant commodùm eo tempore *Tigurum Haidelbergâ* miſſæ literæ à *Thomâ Eraſto*, quibus Academiam eam idoneo Theologo deſtitui ſignificabat. Expetiverat quidem elector *Otho Henricus* ante triennium *Petrum Martyrem*; ſuaſerat etiam *Calvinus*, ei vocationi pareret, verùm quòd Martyr ætate gravis juſtam excuſationem haberet: *Urſinus* autem ab ingenio acri & igneo, judicio exacto, doctrinâ variâ & exquiſitâ laudatus, & Heidelbergenſibus ipſiq; principi Electori eſſet commendatus, tanquam natus factusque ad docendum, & Germanus, & Germanicarum rerum, & eccleſiaſticarum controverſiarum probè gnarus, ac juvenis, & laborioſus: *Heidelbergam* vocatus *nono* Septembris eò appulit. Statim adhibitus eſt ad erudiendos adoleſcentes ſtudioſos in *collegio Sapientiæ*, quam Spartam ornavit egregiè omnes partes implens præceptoris & magiſtri fidelis. Pauló pòſt ei fuit additus *Conradus Marius* JC. poſt conſiliarius eccleſiaſticus. Conciones etiam aliquas habuit ad populum, à quibus tamen pòſt abſtinuit, quòd ea in parte ſibi minus ipſe ſatisfaceret.

Anno ſequenti *ſexageſimo ſecundo*, ætatis 28. perſpecta jam illius ingenii vi, & doctrinæ copiâ, ſummaque docendi facultate & dexteritate, præter id, quod in collegio Sapientiæ gerebat munus, ad publicam etiam profeſſionem *Locorum communium* eſt vocatus, ac ſecundum leges Academiæ, & facultatis

tatis Theologicæ, *Doctoris titulo*, non tam lubitu ſuo: quàm juſſu & imperio alieno decoratus, *viceſimo quinto* Auguſti. Poſtridie ſenatui Academiæ adſcriptus, mox intra unius hebdomadis ſpacium auſpicatus eſt publicas lectiones, habita *oratione de locis Communibus*, quæ poſt obitum ejus, ex reliquiis bibliothecæ, in lucem eſt producta. Profeſſoris officio functus eſt ad annum usque *ſexageſimum octavum*, quo ſucceſſit ei D. *Hieron, Zanchius.*

Collegas habuit *Petrum Boquinum, Immanuelem Tremellium*, hunc Veteris, illum Nov. Teſt. Profeſſores, pietate, doctrina, ſcriptis clariſſimos, eosque ſibi conjunctiſſimos, qui unâ manu, concordibus votis, Ziona & Hieroſolymam Palatinam exædificarunt. *Quinquennium* autem docuit *Locos Communes*, eâ perſpicuitate & ſoliditate, ut ſi pertexuiſſet, integrum ſacræ Theologiæ corpus haberemus, & tale, quale diu deſideratum à piis optari potuiſſet.

Præter ordinarios iſtos in Academia & Collegio Sapientiæ labores, fuit etiam adhibitus deliberationi de *Catecheſi Palatinâ.* Cum enim eccleſiarum & ſcholarum miniſtri diſſentaneos Catechiſmos, unus *Brentii*, alter *Lutheri*, quidam ſua commenta proponerent, optimus Elector, ut ad harmoniam, & uniformem hypotypoſin ſacræ doctrinæ cunctos revocaret, à Theologis pleniorem & planiorem Catecheſin ſcribi juſſit. Id ab *Urſino* quoque factum cum laude, ſicut ex operibus ejus quisque colliget.

Anno *ſexageſimo tertio* lues peſtilens aulam, curiam, Academiam, Collegium Sapientiæ diſſipavit, ac locis disjunxit, *Urſinus* autem domi remanſit, & *commentariolum de mortalitate, & conſolationibus Chriſtianis*, in uſum popularem, conſcripſit; qui è Teutonico in Latinum ſermonem eſt converſus.

Eodem anno *Matthias Flacius Illyricus, Heshuſius*, & alii quidam haud ita pridem editam Catecheſin *Heidelbergenſem* adorti ſunt chartis dentatis, & hinc inde nonnulla cavillati (totam enim impugnare non fuerunt auſi) potiſſimum *de Chriſti adſcenſione, præſentia, Sacramentis, cœna*; & pium opus inſtaurationis eccleſiarum in Palatinatu, calumniis & obtrectationibus paſſim in vulgus jactatis, haud parum remorati. Hic eorum conatibus occurrendum ratus, pius Princeps *Fridericus* Elector, uno quodam apologetico ſcripto lingua Germanica, veritatem & innocentiam vindicari, & in aſpectum etiam imperitorum, ac lucem, tenebras mendaciorum fulgore ſuo pellentem, proferri juſſit, eamq; curam *Urſino* commendavit, ut iniquas Catecheſeos cenſuras dilueret, ſinceram autem doctrinam tueretur. quod ipſe quàm fideliter aut feliciter præſtiterit, haud ignorant, qui legerunt illud ſcriptum.

Cùm autem non modò profanum vulgus tribunitiis clamoribus conviciatorum incitatum, ſed majorum etiam gentium Dii, à ſuis Theologis perſuaſi, Electori *Friderico* plurimum negotii faceſſerent, attamen nihil aliud exprobrarent magis, quàm quod in articulo de Cœna Domini novam, peregrinam, ab Auguſtana Confeſſione damnatam doctrinam inveheret; Electori viſum eſt, apertam hoc de capite confeſſionem publicari, quod effectum, *Exegeſi vera doctrinæ de Sacramentis, & Euchariſtiâ*, juſſu magiſtratus ab Urſino, nomine Collegii Theolog. ſic ſcripta, ut plurimorum oculos in Germaniâ aperuerit, animosque vel ad orthodoxam fidem, vel ad moderatiora conſilia, ſenſúsque & judicia meliora de Palatinâ confeſſione traduxerit.

Exegeſis vera doctrinæ de Sacram. & Cœna

Anno ſequenti 64. Urſinus etiam ad colloq. *Maulbrunnenſe* vocatus ab Electore, *Brentii & Smidlini* ubiquitatem ita revicit, ore primum, poſt etiam calamo, ut iisdem argumentis ab aliis etiam, tum Lutheri ſequacibus, tùm Pontificiis exploſa fuerit. Sed aliorum etiam adverſariorum invectivas in noſtros ſub id tempus accuratis libellis confutavit, qui in lucem ſunt prolati. Sub idem tempus etiam Electori *Friderico*, Pædagogea, vel ſcholas illuſtres, *Ambergæ, Heidelbergæ*, & *Neuhuſii Vangionum* inſtituenti, conſilio ſuo adfuit, formam docendi, modum diſcendi, & regendi præſcripſit, ac pro accurato ſuo judicio, quo valebat plurimum, in multis aliis magniſque rebus, quæ ex uſu Reip. forent, prudenter admonuit.

Colloq. Maulbrunnenſe.

Pædagogea in Palat. inſtituta.

Unde pio Electori carus adeò fuit, ut cum à *Bernhardo* per *Benedictum Aretium Heidelberg.* eo nomine miſſum, anno *ſeptuageſimo primo*, ad profeſſionem Theologiæ in *Academiâ Lauſannenſi*, vocaretur & miſſionem peteret, eam impetrare haud potuerit. Nam, quod clementiæ & propenſionis ſummæ teſtimonium, Elector ſua manu, id quod & alias facere ſolitus ſcriptis literis, ſeriò illum multis allatis cauſis ab ea profectione retraxit, & ἑκόντα ἀέκοντί γε θυμῷ detinuit, oblata ipſi benigniſſima ſua gratia, & data optione collegas unum aut alterum adſciſceret, ne laborib. corpus, etſi natura firmum ac robuſtum, exhauriret. Unus enim ipſe ſupra *triennium* omnes in eo Collegio curas inſtituendi & gubernandi tunc ſuſtinebat, collega autem ex voto nuſpiam apparebat. Itaq; diſcipulum *Jacob Kimedontium*, virum inſigni ingenio, doctrina, & virtute, ſocium ac συνεργάτην ſibi adſcivit, anno *ſeptuageſimo ſecundo*. Paulò poſt conjugium iniit, cum *Margaritâ Trautuinia*, honeſtâ matronâ, ex qua unicum ſuſcepit filium *Joannem*, eccleſiæ deinde miniſtrum, paternæque virtutis hæredem. Ipſe Urſinus autem nihilo remiſſior in officio fuit gubernandæ juventutis, aut ſegnior in adornandis utilibus monumentis.

Vocatur à Bernatib. Urſinus.

Iac. Kimedontius Collega Urſini.

Conjugium Urſini.

Anno *ſeptuageſimo quarto* de mandato Electoris *Friderici*, compoſuit *confeſſionem fidei, de DEO, de Perſona Chriſti, & Cœnâ Domini*, quæ oppoſita fuit veſanis cujusdam malè feriati calumniis, de *ſeminibus Arianæ hæreſeos Heidelbergæ ſparſis*, à quâ tamen quantum abhorruerit pius Elector, & Eccleſiæ Palatinæ, facta ſeria, pœna ſevera, & ſcripta orthodoxa teſtantur, & teſtabuntur.

Confeſſio fidei.

In

In aliis autem occupationibus, quibus ingenii & corporis vires, cum publico commodo, impendit *Urſinus*; totus in eo fuit, ut diſcipuli tum ſanæ *Philoſophiæ*, & præſertim *Logicæ* præceptis, tum orthodoxæ *Theologiæ* cognitione, quàm optimè imbuerentur, & ad ſcholarum atque eccleſiarum miniſteria διδακτικώτατοι redderentur. Et ſanè ex ipſius officina prodierunt innumeri ac celeberrimi domus Domini architecti, quorum illa ſtudio præclarè & in *Belgio*, & alibi eſt exædificata. Ac floruit illud Pietatis ἀσκητήριον usq; dum vivis exemto *Friderico* III. mutatio ſat nota incidit anno *ſeptuageſimo ſeptimo*. Tum enim, quotquot Lutheri dogmata omnia non amplecterentur, ſunt exautorati, atque in his etiam ſcholaſtici alii & alumni Collegii *Sapientiæ*, poſtridie Cal. Octobr. Octiduo poſt dimiſſus eſt & *Urſinus* cum collegâ *Kimedontio*. Verùm privatam ille vitam diu non egit, ad quam tamen inclinabat eâ ætate, ſenectutis ingruentis incommoda præſentiſcens. Nam illuſtriſſ. & fortiſſ. Dux *Joann. Caſimirus* illico eum ad ſe vocavit, ut qui ſciret, quanti eum pater Elector *Fridericus*, à quo & commendatus erat filio *Caſimiro*, feciſſet & quanto uſui ſibi ſcholæq; futurus eſſet. Adventarunt etiam mox ſenatus *Bernatum* literæ, quibus invitabant eum in urbem ſuam, ut *Aretio*, aut *Baſiliæ Marquardo*, Theologis ſuccederet. Inſtigabant inſuper *Muſculus*, *Gualterus*, *Lavaterus*, *Hortinus*, ancipitem etiam ac dubium aliis ex locis reddebant alii.

Diſcipuli Urſiniani. *Mutatio religionis Haidelbergæ.* *Dimittitur Urſinus.* *Vocatur à Ioann. Caſimir. Palat.* *Et à Bernatibus.*

Sed Duci *Caſimiro* certum erat, *Urſinum* à ſe non dimittere, cui ut operam ſuam addiceret, rationibus haud exigui momenti à *Chriſtophoro Ehemio* cancellario, *Wenceslao Zulegero, & Petro Beutrichio*, conſiliariis, perſuaſus fuit. Cumque optimus Princeps *conſtanter & ſincerè*, ſecundum *ſymbolum* ſuum, orthodoxam fidem propugnare, & ejus rei causâ *Neuſtadii* novam Academiam aperire deliberatum haberet, eam de *Urſini* quoque conſilio conſtituit. In ea præter alios aliarum diſciplinarum magiſtros, voluit, ut & duo Theologi ſcripturam ſacram docerent. Itaque vocati D. *Hieronymus Zanchius*, & D. *Zacharias Urſinus*, qui poſt Zanchium biduo migravit *Neapolim Caſimirianam*, die *tertio* Maji, anno *ſeptuageſimo octavo*. Ejusdem deinde menſis die *vigeſimo ſexto*, lectionem publicam, enarrationem *Jeſaiæ* cepit, quem Prophetam quàm enucleate quamque ἀκριβῶς expoſuerit: nullus, qui vel inſpexerit commentarium, ignorat.

Neuſtadii ſchola aperta. *In ea docet Urſinus*

Cùm autem ita libris & literis affixus, exercitia corporis & valetudinis curam negligeret, incidit in ægritudinem, è qua vix anno ſequenti ſe recollegit, & decimo octavo Sextilis ad docendi munus rediit.

Morbo affligitur.

Præter *Theologicas* autem, in ſtudioſorum uſum *Logicas* etiam ſcholas habuit. Hoc loco clariſſ. Viri *Joannis Sturmii* de *Urſini* lectionibus judicium placet adjicere, quod ad laudes viri non parum facit. Hic ergo, *Urſinum*, inquit, *aliquot ſcholis audivi. Abſq; arrogantiâ & oſtentatione, prudenter, definite, diſtincte omnia explicat, quæ auditorem faciant eruditum, & benè judicantem etiam paucis menſibus. Digni iſti duo*, (Zanchius & Urſinus) *ad quos ex longinquis regionibus multi conveniant.* Hæc Sturmius *Neuſtadii* Anno LXXXI.

Iudicium Sturmii de Urſini lectionibus.

Auditoribus ſuis tunc edixit: *ut ſi quid minus in lectionibus adſequerentur, aut aliàs ſcrupuli quippiam haberent, id in chartâ conſignarent, & ſibi ſub finem lectionis cujusque traderent, ſe tum domi cogitaturum de objectis, ac eorum ſolutione ſufficienti, eamq; ſub initium ſequentis lectionis allaturum, ut omnes ſimul eam audiant, & expendant, an ſibi ſatisfactum ſit.* Hoc pacto ſe labore reſponſionum extemporanearum, quæ non ſemper adeò poſſunt eſſe ſolidæ, ac omni ex parte perfectæ, liberatum, ſtudioſos autem benè præmeditatis ſolutionibus ἀπροείων rectius informatum iri. Quod diſputandi genus utilius eo, quod ubique ferè receptum, judicavit.

Præterea multos utiles tractatus, & libros intra biennium illud: inprimis *Admonitionem Neuſtadianam* anno *octogeſimo primo* nomine communi conſcripſit. Ac licet ob continuas vigilias, curas, meditationes, ſcriptiones, imbecilli valetudine, ἀτροφίᾳ, aliisque morbis gravibus obnoxius eſſet: tamen ab officio, & laboribus docendi abduci non potuit, ſed tanquam fortis Dux in acie, & ſtatione ſuâ perſtitit: usque dum vis major eum afflixit, & lecto affixit, è quo tamen epiſtolas, & ſcripta, præcipuè *conſiderationem commonefactionis Chytræi*, ſuo amanuenſi dictavit, nullam etiam tum animi quietem captans, ſed pro eccleſiæ commodo ſollicitus, plura quoque monumenta poſt ſe relinquere cogitabat, ut *refutationem Jeſuitarum*, præſertim eorum dogmatis, *de juſtificatione*, *Samoſatenianorum*, *Schwenckfeldianorum*, & *libri Georgii Caſſandri*, qui dum Papatum reformare ſimulat, ſtabilit & commendat æque, ac aperti hoſtes.

Sed aderat fatalis hora, quâ curſu ſuo completo, poſt agona præclarum decertatum, coronam illam amarantinam gloriæ à cœleſti Agonotheta accepit. Obdormivit enim in Domino, dulci quaſi ſomno ſopitus, adſtantibus familiaribus, die *ſexto* Martii, anno Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo*, *octogeſimo tertio*, ſub horam *ſextam* veſpertinam, ætatis ſuæ anno *undequinquageſimo* climacterico. Sepultum eſt corpus ejus *octavo* Martii *Neuſtadii*, in choro templi à *Ruperto* rufo Palatino, *Academiæ* Haidelbergenſis fundatore, magnifice conditi, ſic volentibus ſuperioribus. Ipſe enim ſine pompâ, ut vixerat, ita etiam communi publicoque cœmiterio humari cupierat. Ibidem ei monumentum, honoris ergo, in templi parte interiori, poſitum eſt à Scholarchis & Collegis hujusmodi:

CON-

CONDITUM HIC EST CORPUS ZACHARIÆ URSINI URATISLAVIENSIS, THEOLOGI SINCERI, PROPULSATORIS HÆRESIUM DE PERSONA ET COENA CHRISTI, VOCE ET STYLO ACERRIMI, PHILOSOPHI ACUTI, VIRI PRUDENTIS, MODERATORIS JUVENTUTIS SEVERI, EVOCATI EX HAC VITA ANNO DOMINI M. D. LXXXIII. ÆTATIS SUÆ XLIX. DIE VI. MARTII.

MEMORIÆ ET HONORI COLLEGÆ IN CHRISTO CARISSIMI ET OPTIME MERITI,

NEAPOLITANA NEMETUM SCHOLA GRATITUDINIS ERGO P. C.

Mortuum oratione funebri laudavit V. Cl. *Franciſcus Junius* in ſcholâ tunc Neapolitana apud Nemetes Theologiæ Profeſſor: & carminibus Epitaphiis dederunt viri in omni doctrinarum genere præſtantiſſimi: quæ operibus adjuncta leguntur: de quibus nos hoc Bezæ abſcribendum duximus:

D. Opt. Max. S.

Urſinum dederas unum, Deus optime, nobis,
Sufficeret nobis tua qui penè omnia ſolus,
Sive homines ille humana ratione doceret,
Artibus excultus cunctis: ſive entheus illum
Spiritus arcanos depromere pectore ſenſus
Juſſerat: & ſacri quatientem lampada verbi,
Diſcutere errorum nebulas: cuneosq; ruentum,
Divinis fretum telis, hinc inde luporum
Rumpere, tutantem Chriſti divinitùs agnos.
Ergo quid Urſino properatâ morte peremto,
Crediderim ſupereſſe gregi; qui ſicut in uno
Cuncta habuit quondam, ſic cuncta amiſit in uno?
Sic ego multa gemens & planctibus äëra complens,
Quum Deus excelſa miſeratus ab arce gementem,
Pone modum lacrymis, inquit, vobisque ſibique
Vivit, qui vitam impendit vobisque mihique.
Ergo, Urſine, abſit nobisque, tibique, Deoque
Ut te viventem, deinceps ceu lumine caſſum
Ploremus ſtulti, quem tot tantique labores
Æternùm æternæ conſecravere ſaluti.
Et quibus hoſce lupos tecum victricibus armis
Fregimus, in media nobis cùm morte relinquas,
Nempe etiam nobis verè poſt funera vivis,
Et vives, donec cœlorum regia tecum
Felici excipiat functos certamine cunctos.

De reliqua vita & virtutibus ejus plura non dicemus: ſed paucis rem totam complectemur. Non fuit Urſinus ex iis, quos ultimis temporibus Apoſtolus venturos * dixit: φιλαύτους, φιλαργύρους, ἀλαζόνας, ὑπερηφάνους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, φιληδόνους μᾶλλον ἢ φιλοθέους, quales haud pauci reperiuntur hac ætate quoque inter eos, qui ſe profitentur Theologos. Ab his abſuit longiſſimè. Nihil ſibi tribuit: *Theologiæ Studioſus*, quàm *Doctor* dici maluit. Rei privatæ minimè cupidus: à donis Principum abhorruit: ea quoque literis deprecatus; adeò non placuit illi, quod plerisque, carmen Homericum,

οὔ τοι ἀπόβλητ᾽ ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Si beneficiis ejusmodi uti voluiſſet, aut etiam abuti gratia Principum; opes acquiſiviſſet, ſed his haud inhiavit, ipſe ſupra ſortem prope liberalis.

Pietas, morum probitas, & gravitas ex omni vita relucebant. Τετράγωνος teres, atque rotundus erat; ſibi ſemper ſimilis & conſtans: φιλόπονος; temporis parcus, quod inſcriptio Muſæi innuit: *Inſcriptio Muſæi Urſiniani.*

Amice, quisquis huc venis,
Aut agito paucis, aut abi;
Aut me laborantem adjuva:

Fuit tamen ὀξύχολος; ut fit in ejusmodi ingeniis. *Quò* enim *quisque ſolertior & ingenioſior: hoc docet iracundius & laborioſius.* Fructus laborum ac inſtitutionis ejus omnibus ſunt noti ac manifeſti; ut nihil attineat amplius adferre: αὐτὸ γὰρ πρᾶγμα σαφῶς δείκνυσι.

Scripſit, ut ſupra attigimus, *commentarium de mortalitate & conſolationibus Chriſtianis*; *Admonitionem Neuſtadianam*: *epigrammata* item ad *Joannem Friſium* Tigurinum, hoſpitem ſuum. *Scripta.* Poſt obitum autem ejus opera ejus collecta & edita ſunt, partim à filio hærede unico, partim à gratis diſcipulis, *D. Davide Pareo*, *D. Quirino*: & ab hoc quidem poſtremò omnia, quæ haberi ſaltem potuerunt, collecta, *tribusque tomis diſtincta* evulgata ſunt, præterquam quæ ipſo vivo ſine nomine ſuo prodierunt. *Poſthuma ejus.* Nam quòd eſſet ab omni κενοδοξίας ſpecie alienus, & non perſonas cum perſonis; ſed cauſas cum cauſis, rationes cum rationibus contendendas exiſtimaret: nomen ſuum ſupprimi voluit; & necubi adſcriberetur, diligenter cavit: contrà quàm hodie factitant *famæ aucupes*, & quos tenet *inſatiabile ſcribendi cacoëthes.*

Coronidis loco placet ſubjicere *teſtimonium geminum*, cujus & ſuprà alterius facta mentio: quo optimus vir & Theologus *Urſinum* verè ornavit. Primum eſt ei datum anno 1552. cùm ob peſtis contagium Wittembergâ ſe in patriam reciperet: eſtque ejuſmodi: *Teſtimonium Urſino à Melancht. datum.*

S. D. Omnibus lecturis has literas.

Sua cuique virtus præcipua & vera commendatio eſt. Cùm igitur extent Latina & Græca carmina Zachariæ Urſini Uratiſlavienſis eruditè ſcripta: prudentes & docti viri, lectis illis, ſuo judicio proba- „ „ „ „ „

 bunt

bunt ingenium, ſtudia, & voluntatem ejus. Nam & genus verſuum ſplendidum eſt; & res ex fontibus doctrinarum ſumtæ ſunt; & ſonant ejus Muſæ veram de DEO doctrinam, & virtutum laudes. Propter has virtutes & vir clariſſimus Quirinus Slaher ſtudia ejus ſuâ liberalitate adjuvit. Oſtendit & Senatus inclytæ urbis Uratislaviæ, ſe de ipſius ingenio benè ſentire. Quanquam autem habet Zacharias hæc teſtimonia virtutis illuſtria: tamen & à me literas petivit; ut amicitiæ noſtræ ſignum in hac migratione ſecum auferret. Dedi igitur ei hoc & judicii & benevolentiæ teſtimonium. Spero Zachariam Urſinum, DEO juvante, uſui & ornamento fore Reipub. quia natura ejus eſt avida & capax optimarum artium. Didicit igitur linguam Latinam & Græcam, initia Philoſophiæ, & incorruptam doctrinam Eccleſiæ Dei. Et animi pietatem verâ invocatione DEI, & honeſta morum gubernatione exprimit. Ac ſpecimen ingenii, ſtudiorum & voluntatis edidit, ita ſcriptis carminibus: ut eruditis & propter verſuum elegantiam, & rerum gravitatem placeant. Eſtque virtus digna laude, quòd cùm vena ingenii ſingulare Dei donum ſit, ut hanc autori ſignificationem gratitudinis reddat, ſuo eum dono celebret. Etſi autem in his publicis periculis, & metu vaſtationum, quas Turcica arma minitantur; multorum voluntas erga literas ſit languidior: tamen ſciamus, voce divinâ utrumque prædictum eſſe, in hac ſenecta mundi & futuras eſſe majores generis humani confuſiones, quàm fuerunt antea; & tamen Filium Dei collecturum eſſe Eccleſiam æternâ etiam inter Imperiorum ruinas, & hoſpitia ei ſervaturum. Hac verâ conſolatione ſe quoque confirmet honeſtiſſima civitas Uratislavia; & petat, ac ſperet à Flio Dei proteſtationem adverſus barbariem Turcicam, nec deterreatur, quo minus Eccleſiam ornet, & bonis ingeniis opem ferat; ſicut diu jam facit. Magna fuit laus veteris Maſſiliæ, quod mores civium honeſte rexit, & fovit artes. Hæc officia ſunt civitatis neceſſaria. Sed accedere hoc debet, ut ſit urbs hoſpitium Eccleſiæ Dei. Quare Uratislavia & diſciplinam civium honeſtè regit & tuetur artes, & præbet hoſpitium Eccleſiæ, eamque omnibus officiis ornat. Ideò Senatui patriæ hunc Zachariam præcipuè commendo. Oro autem Filium Dei Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; ut gubernet Zachariam, & faciat eum σκεῦος ἐλέους, & organum ſalutare Eccleſiæ, & ſuæ animæ. Datæ Wittebergæ, anno 1552. die Jacobi Apoſtoli, filii Salomes.

Maſſilia.

Philippus Melanchthon
manu propria.

Alterum Teſtimonium ejusdem Melanchthonis Urſino datum anno 1557. in Conventu Wormatienſi, ſic habet:

S. D. Omnibus lecturis has literas.

Dulciſſime dictum eſt in Græco poëmate:

Ἐκ τῶν Μουσῶν ἀγαθὸν κλέος ἀνθρώποισι.

Cùm igitur hic Zacharias Urſinus natus in familiâ honeſtâ inclytæ urbis Uratislaviæ, à Deo facultate ſcribendi carmen ornatus ſit, & mores ejus ſint honeſti & placidi; dignus eſt & benevolentia bonorum virorum, & laude. Vixit in Academiâ noſtrâ circiter ſeptennium, & omnibus honeſtis viris apud nos propter eruditionem, venam, bonos mores, & veram invocationem Dei, carus eſt. Scit autem in veteri Heracliti verſu ſic deſcribi vitam eruditi viri:

Πολλὰ πλανηθῆναι διζήμενον, ἔμμεναι ἐσθλὸν

id eſt, peregrinari diſcendi causâ, & tamen retinere morum integritatem. Hoc conſilio peregrinationem hic Zacharias ſuſcepit; ut doctorum & bonorum virorum de doctrinis judicia audiat. Retinet autem morum integritatem, & quia pectus ejus luce divinâ regitur, & quia honeſtorum virorum familiaritatem expetit. Ut autem aditum ad viros eruditos & honeſtos habeat, hoc ei teſtimonium tribui: qui quidem ſtatim ſuo eum judicio complectentur, cùm eruditionem & modeſtiam conſideraverint. Oro autem eos; ut perficiant: ut ipſe etiam experiatur verum eſſe verſum ſupra recitatum; Muſas decus & honeſtorum hominum benevolentiam eorum cultoribus adferre. Datæ in urbe Vangionum, Cal. Octob. an. 1557.

Philippus Melanchthon
manu propria.

Tantum de Urſino, ex oratione Franciſci Junii & Quirini Reuteri Theologorum.

LUCAS POLLIO.

Uratislavia Sileſiorum in hanc lucem progreditur *Lucas Pollio*, anno à Chriſti natali *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto.* Elementa pietatis prima literarumque cum *Grammatices* utriusque rudimentis, in patrio Ludo, citò percepit. Erat enim ingenio admodum capaci, & puer ipſe ardebat amore doctrinæ adeò: ut nullum laborem, moleſtiam nullâ avocari ſe à ſtudiis humanitatis paſſus ſit.

Jactis itaque feliciter fundamentis, uberioris ingenii fructus percipiendi cauſa, *Francofurtum ad Viadrum* acceſſit: ubi publicis Profeſſoribus operam dedit: nec privatim ſibi defuit. Ea in ſchola cùm annos compluſculos po[ſ]uiſſet: munificentia ampliſſimi Senatus & liberalitate quorundam civium patriæ adjutus *Wittembergam* venit: & virum de Eccleſii[s] ac ſcholis Chriſtianis præclarè meritum *Phi[l]. Melancht.* avidiſſimè audivit. Exercuit ſe eo dem tempore in *Logicis*, in *Rhetoricis* & *Græc[a] lingua*, cujus præcipua quadam ſiti tenebatur, progymnaſmatis, adjunctis & *Phyſicis* & *Ethici[s]* diſciplinis. Wi[t-]

Wittemberga à ſenatu evocatus operam
.holæ *Eliſabethanæ* ſuam addixit: ſuoque
oco juventutem fideliter in rudimentis Ca-
echeſeos ac Grammatices inſtituit, mores-
que formavit. Nec caruit ipſius labor ſuc-
eſſu. Nam ubi cum pietatis ſtudio certat
diligentia: ibi non poſſunt non fructus exiſte-
e uberrimi; quemadmodum Deus ipſe apud*
'eſaiam Prophetam promiſit: *Electi mei non
aborabunt in vanum.*

Cum autem Deus ab utero matris eum e-
egiſſet; & organum ſalutare Eccleſiæ, & in
inea Domini operarium ſolertem deſtinaſ-
et; ipſeque *Pollio* naturæ, quibusdam arcanis
timulis ad cœleſtium literarum cognitionem
aperetur: ſimul ac ex Academiâ, ut diximus,
lomum appulit: concionibus ad populum
abendis ſeſe exercuit in æde *Hieronymiana:*
ibi etiamnum juvenes, in templo & choro
bi ſervientes, Theologiæ candidati ad mini-
terii ſacri uſum ſe præparare adſolent.

Meminerat enim *Melanchthonem* ſæpe id
tudioſis, à ſe diſcedentibus, ſuaſiſſe: ut jux-
a ſcholaſticas operas concionando ingenia
xcolerent, ad publicum miniſterium aditum
ibi apperirent. Exercitationes equidem iſtæ
ta feliciter *Pollioni* ceciderunt: ut etiam tunc
ob perſpicuitatem & ſermonis vernaculi ſim-
plicitatem, à multis amaretur atque obſer-
varetur.

Senatus *Vratislavienſis* ubi non obſcurè
intellexit, juvenem hunc donis à DEO or-
natum eſſe non vulgaribus, judiciique dex-
teritate, & eloquendi facultate; ut ad ma-
ora aptior fieret, ſumtu publico *Lipſiam*
ablegavit, Theologiæ & Hebrææ linguæ in-
primis cognoſcendæ cauſa. Egit eo loci ali-
quot annis, & tum doctrinæ profectus, tum
morum elegantiam ita probavit omnibus:
ut in notitiam & amicitiam interiorem Theo-
logorum plerorumque & ſummorum viro-
rum pervenerit.

Accidit ſub id tempus, ut in templo *Eliſa-
bethano* locus Diaconi vacaret. Eam fun-
ctionem ut ipſe ſuſciperet Senatus Mœcenas
ejus munificentiſſimus voluit. Paruit voca-
tioni *Pollio*, & cum concionando, cum aliis
miniſterii laboribus ita perfunctus eſt: ut
Paulino illi mandato, & exſpectationi Sena-
tus abunde ſatisfecerit. Conciones ſiquidem
habuit frequentiſſimo auditorio; cum doce-
ret *piè*, & non niſi *utilia, neceſſaria,* atque *ad
captum vulgi accommodata.* Itaque tanta flo-
ruit apud omnes gratia: ut quandocunque &
ubicunque peroraturus fuiſſet, auditores nun-
quam defuiſſent.

Vix dum *biennio* Diaconatus officio præ-
fuerat *Pollio*: cum *Adamus Curæus* Freiſta-
dianus, Paſtor Eccleſiæ *Vratislavienſis* imma-
tura morte ex maligna febri ſuperatus, ad æ-
ternam Dei & beatorum conſuetudinem emi-
gravit. Docuerat Evangelium Chriſti ea in
urbe *annis* amplius *quatuordecim*: vixerat an-
nos *triginta novem*, menſes *quatuor*, dies
quindecim. Hic cum de ſurrogando in ejus locum fideli Doctore deliberaret Senatus, *Pollio* unus omnium viſus eſt maximè idoneus & dignus eâ Spartâ, ut arduâ ita venerandâ. *Ei ſurrogatur Pollio.*

Suſcepit *Pollio* cum invocatione auxilii divini id officium, & Chriſti ἀρχιποιμένος auxilio Spiritusque ſancti gratia adſpirante, ad extremum uſque ἀγῶνα inter continuam corporis imbecillitatem, fideliter geſſit, ſine lite, ſine ſcandalo, aut offenſione alicujus, præter officium. Erat inſtructus ſubſidiis ad miniſterium neceſſariis: facundia & arte ad docendum, delectandum & permovendum apta: cognitione ſanctæ linguæ, aliarumque diſciplinarum copia tanta, ut pro ſuggeſto ſacro & re nata, ad uſum quemcunque artificiosè transferre noſſet: judicio acerrimo, ut occultiſſima quævis ſtatim perſpiceret & caperet.

Tantis his donis divinitus ornatus præcipua doctrinæ Chriſtianæ capita & quaſi medullam, ita concinnè, ita eleganter ac perſpicuè tractavit: ut ſingulis annis præcipua religionis noſtræ, argumenta percurrerit, & tam doctis quam indoctis, pueris ac ſenibus non ſolum gratus, ſed & utilis fuerit.

Non autem ſolum *Theoreticam*, ſed & *Practicam Theologiam* calluit: & ad uſum in vita communi, in exercitiis precum, atque afflictionum omnia quæ docebat, aptiſſimè tranſtulit, eoque tum ſummis tùm infimi ordinis, domeſticis & extraneis, gratus fuit atque acceptus. *Legem* divinam vehementer acuit; & in vitia ſui temporis vulgaria tantâ cum acrimonia invectus eſt: ut aculeos in animis omnium, non planè ἀπηλγηκότων reliquerit; ſæpè etiam, ut fit, dum nemini parcit, offenſionem quidem incurrerit: quam tamen ex mandato Dei & exemplo *Prophetarum* atque *Apoſtolorum* non curavit. *Evangelii* itidem dulciſſima prædicatione animos proſternatos, & ſenſu iræ divinæ perculſos erexit, & ad ſpem gratiæ divinæ ac ſalutis æternæ traduxit: adeoque nullam concionem habuit: ejusmodi malagmatum expertem. Gregem Domini juxta mandatum Apoſtoli fideliter monuit de cavendis lupis, de fugiendis Pſeudoprophetis & ſpiritibus ſeductoribus: ut in explicatione *Actorum Apoſtolorum*, Epiſtolæ *ad Romanos*, quæ clavis eſt ſcripturæ totius: ac denique examinis *Theologici Melanchthonis* apparuit. Cum autem ex *Pſalmo Moſaico* didiſſet illud; *Doce nos numerare dies noſtros: ut induamus animum ſapientem*; mortis memor fuit ſemper, & in omnibus ferè concionibus ultimæ horæ commonefecit auditores; ut metu judicii extremi, & certò venturæ mortis à peccatis deterreret ferocio-res, & ad obitum beatum præpararet. Ut enim ipſe præter ſalutem æternam nihil quæſivit in hac vita: ita id omnibus concionibus egit: ut auditores ſuos ad pœnitentiam vocaret, nec quenquam eorum condemnari videret.

Practica Theologia.

Legem acuit.

Offenſiones non curat.

Evangelio erigit.

Pſal. 90.

Votum Pollionis.

Sæpe itaque cum *Auguſtino* idem publicè optavit; *ut quemadmodum in templo terreno eſſent coacti: ita & in cœleſti illo templo æternum unà viverent.* De materiis, quas pro concione explicare animus erat, libenter cum aliis contulit, aliorumque judicia exquiſivit. Confeſſionem ſuam de omnibus fidei capitibus accommodavit, ut propheta monet, *ad legem & teſtimonium*, ad normam dico Bibliorum, ſymbolorum Oecumenicorum, ac confeſſionis quam *Auguſtanam* vocant. Docuit veritatem in pace: omiſſis quæſtionibus illis intricatis: de quibus Apoſtolus poſteriori ad *Timotheum* ſecundo. Breviter id in optatis habuit, id unicè ſemper egit: ut veritatem Evangelicam, ſicut à *Luthero*, ejusque συνεργῷ *Philippo*, à quisquiliis ſuperſtitionum expurgatam, ad poſteros propagaret & ſartam tectamque conſervaret. Temporis rationem habuit accuratam: cum noſſet, *habenti datum iri*; quotidiè *Bibliorum* codicem attentè legit; ut *Antverpiæ* variis linguis editus eſt: *Patres* item Græcos & Latinos ſua quemque lingua, una cum *hiſtoria Eccleſiaſtica* & *Politica* evolvit: quæ pertinax diligentia & ſecundo loco concionandi vehementia, & vocis contentio, valetudinem ejus non parum læſiſſe putatur.

Ieſ. 8.

Diligentia ejus.

Vita privata.
** 1. Tim. 3. Tit. 2. Ezech. 22.*

Privata in vita vidiſſes virtutem illarum exempla expreſſiſſima: quæ divus * *Paulus* in Eccleſiæ doctore requirit: *Temperantiam* in victu, *affabilitatem* mixtam gravitate, inprimis *precandi* ardens *ſtudium*: ut vere ſicut apud prophetam dicitur: *murus contra rupturam fuerit.* Cœnæ Dominicæ uſu ſæpius fidem ſuam confirmavit: deploravit quod rariùs conciones frequentare per valetudinem poſſet, quas tamen ratione officii ipſe habere deberet. Sermones ſale non conditos oderat, nec ferre poterat: ſuam familiam & liberos educavit *in doctrina & monitis Domini.* Summa: omnes ſuas curas, omne ſtudium & laborem, ad gloriam nominis divini retulit: id quod & *Symbolo* innuit ex Pſalmo deſumto: *Benignitates Jehovæ in ſeculum canam.* Et quanquam ἀναμάρτητος non fuit, uti nec Prophetarum, nec Apoſtolorum ullus: tamen infirmitates, & nævos ſuos agnovit, deploravit, & ut Chriſtianum decet, illo Salomonis ſe erexit: *ſepties in die cadit juſtus:* & ex Eccleſiaſte: *non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum, ac non peccet.* Sæpe etiam hæc talia ex eo audita ſunt: *ſum paratus & cupio emigrare de hac vita, in qua non ſolùm omnia plena ſunt miſeriarum, & calamitatum: ſed, quod deplorandum, omnia referta ſunt peccatis: cupio* inquam, *in eam vitam emigrare, in qua nullum erit peccatum, nulla miſeria, aut deſtructio.*

Epheſ. 6, 4.

Pſal. 89.
Symbolum Pollionis.

Prov. 24.
Eccl. 7. 20.

Morbus & valetudo.
Hebr. 12. 6.

Cum ergo aliquot annis infirmiore valetudine uſus fuiſſet, doloribus diuturnis calculi exhauſtus: in DEI patris voluntate acquievit: & crucem ſuam patienter bajulavit. Noverat enim ex ſcripturis Domini: *quem diligit Dominus, ſolet caſtigare: & ſtagellat* [cut off] *quemcunque filium agnoſcit.*

Sæpe in morbo Paulinum illud uſurpavit *cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*: & cum me- dicorum conſilium ſecutus, medicament- uſus eſſet, dixit: *quod facio, ideò oportet fa- ciam: ne videar* ἰδιογνώμων, *aut media con- temnere, ac Deum tentare*: ſubjecit & illud A- poſtoli: *In dies ſingulos morior.* Conſola- tionis loco plurima ſacræ ſcripturæ dicta re- citavit, & recitanda ſibi ab aliis curavit; quibus hæc; *quis eſſet mihi in cœlis præ te Jehova, & præter te nullo delector in terra deficiente carne mea, & animo meo, rupes ani- mi mei & portio mea Deus in ſeculum.* Ite- hoc; *Severè caſtigavit me Jehova, ſed mor- non tradidit me*; & ex Jeſaia; *Jehova tibi er luci perpetuæ, & completi erunt dies luctus tu* & ex Pauli ad Romanos; *Abraham minin debilis fide, non conſideravit ſuum ipſius co- pus jam emortuum: ad promiſſionem Dei n addubitavit infidelitate; ſed corroboravit fide, tributa gloria Deo, ac plenè perſuaſu habens, eum quod promiſerat, poſſe etiam fa- cere:* Item, *ſtatuo, minimè eſſe paria, q præſenti tempore perpetimur, gloriæ in nob retegendæ:* Item, *Fidelis eſt DEUS, qui n ſinet vos tentari, ſupra id quod poteſtis: ſ una cum tentatione præſtabit etiam exitum; poſſitis eum ſufferre.* Ex *Auguſtino* etiam *Chryſoſtomo*, *Gerſone*, & aliis, quædam παθητικὰ & παρακλητικὰ uſurpavit; uti ſacræ cœnæ uſu fidem ſuam quatuordeci ultimis diebus, quibus lecto fatali fuit a fixus, confirmavit, recitatâ confeſſione pœnitentiæ ſignis præclaris editis; poſt com munionem gratias egit Deo creatori, reden tori, & ſanctificatori ſuo: Magiſtratui, c vibus non ſolum divitibus, ſed etiam pau peribus, qui Deum pro ſe deprecati e ſent.

Collegas cohortatus eſt ad concordian fidem, conſtantiam & patientiam; *manet* inquit, *in charitate, & animorum conju ctione; habete ſalem apud vos; pacem invice ſectamini, ut his octodecim annis Dei grat factum; tum Deus benedicet vobis, & ader quicquid, tandem ſequatur. Si vos temp ſtas aliqua deprehendet; prudenter agite, orate: nec ex navicula exſilite, annuncia Chriſtum crucifixum. Si cum Maria & J anne ſub cruce Chriſti ſteteritis: certò, ut D nielem à leonibus liberavit, ita & vos pro get, adſeret, & ad gloriam evehet.* Tande ultima Julii, anni *octogeſimi tertii* dereper animo defecit; ubi & ipſe identidem *Jeſu Chriſtum* ſalvatorem ſuum invocavit, & lios duos in genua procumbentes oration Dominicam recitare juſſit; cui natu grandi ſubjecit hoc Bernhardi:

Quocunque loco fuero;
Jeſum meum deſiderò.
Quàm lætus cum invenero,
Quàm felix cum tenuero.

Ite

Item hoc.

Qui jacuiſti mortuus,
In petra rex innocuus,
Regas me quæſo miſerum;
Pro quo dediſti pretium:
Ac per tuam clementiam
Deducas nos ad gloriam.

Item:

Ne quæſo, more judicis,
Quid egerim, quid dixerim,
Quid cogitarim, pondera:
Peccata ſed mea omnia
Tuo cruore deleas.

Ab his prælecti ſunt ipſi Pſalmi, *ſextus, viceſimus tertius, centeſimus decimus octavus, ex quinquageſimo primo & nonageſimo primo quædam: aliquoties caput decimum ſeptimum Joannis: octavum ad Romanos, concio ipſius ſexta de vita æterna*; dicta alia, ut *Geneſ.* 32. *Non dimittam te*; ex Pſ. 35. *Dic animæ meæ, ſalus tua ego*; item Jer. 17. *Sana me Domine, & ſanabor.* Item:

Veſpera jam venit nobiſcum Chriſte maneto,
Extingui lucem nec patiare tuam.

Ultimum tuum verbum in cruce, ſit ultimum verbum meum in hac luce: fac ut ſim in requie, propter tua vulnera quinque. Quatuor voluit ſibi agonizanti inculcari. 1. *Conſolationes de remiſſione peccatorum.* 2. *Conſolationes de DEI præſentia in afflictionibus & morte ipſa.* 3. *De finali conſervatione, quod Deus electos ſuos contra peccatum, mortem, Sathanam & infernum ad vitam æternam conſervare velit.* 4. *Verba illa Chriſti*; Et ibunt in vitam æternam: *ſic*, inquiebat, *ad eum, cui hoc mandarat, ſic officio veri paſtoris fungeris.* Ad dicta recitata ſæpè dicebat; *hoc cor conſolatur, hoc cor exhilarat.* Semel etiam, *utinam loqui poſſem, audiretis profectò Spiritum Sanctum in me habitare.* Janua aperta dicebat: *O Domine aperi mihi januam miſericordiæ tuæ!* Et paulò pòſt erectus alacri voce: *Jam ingredior in vitam æternam.* Ita inter vota & preces animam Deo ſuo reddidit poſt *octavam* veſpertinam, die, ut dictum, *ultimo* Julii, anno ætatis ſuæ currente, *quadrageſimo ſeptimo*; ſepultus honorificè eodem in templo, in quo Chriſtum docuerat. Edidit librum tum pium tum eruditum, in quo *ſeptem concionibus* vernaculâ habitis, *de vita æterna* agit: quem non ſolum ſuæ confeſſionis homines omnium ordinum in deliciis habuerunt atque habent; ſed etiam adverſariorum nonnulli, minus moroſi, probaverunt. Iſtæ conciones poſt auctoris obitum, in Latinum translatæ ſunt à D. *Abrahamo Metzrad*, equite Hollato, anno ætatis ipſius *ſeptuageſimo quinto*, Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quarto. Prodierunt etiam ejus nomine *decem quadrageſimales conciones de judicio extremo*; *duæ conciones de Inferno.* Plura fortè indices librorum. *Deſumta hæc ſunt ex concione funebri habita à Franciſco Virlingo, diacono ad D. Mariæ Magdalenæ.*

ABRAHAMUS BUCHOLTZER.

Ö. 1584. d. 4. Iunii. ætat. 55. curr.

Bucholcerorum familia.

BUcholcerorum nomen clarum jam olim fuit & nobile; cùm in amœniſſimis ſoli Miſnici ſpaciis avita incolerent prædia; & non opum duntaxat amplitudine; ſed honorum quoque dignitate florerent. Verum quod multis illuſtribus accidit familiis; idem Bucholcerorum poſteris uſuvenit: ut quorum lautior olim & affluentior res fuerat, eorum ſingulari Dei conſilio contraherentur poſtmodùm comprimerenturque facultates. Itaque cùm annus à beatæ partu Virginis *milleſimus trecenteſimus octogeſimus* numeraretur; in civium Brandeburgenſium numerum *Joannes Bucholcerus* primus venit, & hujus ex *Joanne* filio nepos *Vincentius*, circa annum *milleſimum quadringenteſimum, quinquageſimum primum*, Dahmæ, quod oppidum ſex milliaribus Wittembergâ Saxoniæ diſtat ſedem rerum & fortunarum ſuarum collocavit. Quæ res tantum abeſt, ut Bucholceris fuerit dedecori; ut ab eo demum tempore & virtus eorum & pietas, in quibus ſolis vera nobilitatis vis reſidet, Germaniæ innotuerit; cum quod ampli nomen generis opulentia tueri non poſſent, illud literarum & ingenii gloria illuſtrare fuerunt anniſi. Etenim qui à *Vincentio* Bucholcerianæ ſtirpis propagati ſunt ſurculi, *Georgius, Chriſtophorus, Andreas*; in hoc ſibi uno elaborandum eſſe duxerunt, ut non adumbratam virtutis ac ſapientiæ divinæ pariter & humanæ imaginem, ſed eminentem in effigiem conſequerentur. Neque verò non reſpondit honeſtiſſimis conatibus feliciſſimus eventus.

Ioann. Bucholcer.

Vincentius Bucholcer.

Georgius enim *Bucholcerus* Theologorum ſui in Miſnia ſeculi doctiſſimus, diſertiſſimus, prudentiſſimus denique fuit habitus. Hinc illi ſummi in diſciplina ſacra honores decreti: hinc divinæ voluntatis publicus ad populum Lipſicum deſignatus interpres: hinc eidem Monachorum Marpurgenſium à viris principibus demandata fuit reformatio: cujus usque adeò raſi fratres fuere impatientes: ut virum juxta & Theologum optimum veneno ſuſtulerint. *Chriſtophori* autem ingenium majus fuit, quàm quod patriæ contineretur limitibus. Conſedit in Œnipontis oppido, ubi perſpecta optimis quibusque virtus ejus ad ſumma Reipubl. gubernacula hominem, quamlibet externum, ſubvexit. Quæ tanta cum prudentiæ laude moderatus eſt; ut non ita multò poſt à *Friderico* III. & hoc defuncto, à Maximiliano I. Impp. Romanis ad ſecretiora conſilia deſcribenda fuerit adſcitus; & utriusque Imperatoris nomine ſplendidas aliquot legationes obierit.

Georgius Bucholcerus.

Veneno à monachis tollitur.

Chriſtoph. Bucholcerus.

Charus Imperatoribus.

Hic vetuſta nobiliſſimæ familiæ inſignia renovavit, eademque *canis Venatici* adſcriptione, beneficio Imperatoris anno *milleſimo quadringenteſimo octogeſimo octavo*, auxit; quæ

Inſignia Bucholcerorum.

quæ etiam poſteris ipſius ſequenti ſeculo Divus Ferdinandus Roman. Imp. duplici diplomate Cæſareo clementiſſimè confirmavit.

Andreas Bucholcer. Similis in *Andrea* emicuit induſtria, qui peragratis præcipuis orbis Europæ provinciis, ſeptem linguarum cognitione excultus domum rediit, & rempatriæ publicam multos annos laudabiliter adminiſtravit. Filium hic habuit *Georgium* eccleſiæ B. Nicolai *in urbe* * *Arctoa* præpoſitum, cujus nomen etiam hodiè eruditis notum eſt ex epiſtolis publicatis, quas ad ipſum ſcripſit magnus ille Melanchthon.

* *Berlini.*

Parentes Bucholcer. Hoc patre anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo nono*, menſe Septembri, *die vigeſima octava*, veſperi intra *horam quintam & ſextam*, Schönavii propè Dahmam ex honeſta fœmina *Anna Ioreſiâ*, matre, ortus & procreatus fuit *Abrahamus*, quo de nunc agimus, *Bucholcerus*. Quemadmodum ergo *Demoſthenis & Platonis* eorumque hominum, quorum ingenia imitaretur, ſtatuas in villis M. Tullius habuit, ita Bucholcerus vivas pietatis & doctrinæ, quas intueretur, imagines patrem avumque domi ſuæ habuit, quorum induſtria inſtitutus, una cum lacte nutricis, puræ vitæ amorisque literarum naturalem ſuccum imbibit.

Paulus ab Eiẞen/ *præceptor Bucholc.* Florebat tum temporis in gymnaſio *Coloníenſi* ad Suevum fluvium *Paulus ab* Eiẞen: cui cum in diſciplinam traditus fuiſſet, diligenter & aſſiduè diſcendo tantum æqualibus ſuis præſtitit, ut in ſui admirationem & vitæ & ingenii parentes converteret. Nam quæ res commendant diſcentem maximè, attentio in doctore audiendo, meditatio in eo quod prælectum eſt ediſcendo, ſolicitudo in expoliti autoris exemplo imitando; contentio in omni genere ſcriptionis & dictionis exercendo, eæ in Bucholcero puero eximiæ fuerunt.

Mittitur ad Acad. Quocirca pueritiæ ſtudiis jam informato doctores in Academiis quæſiti, *Francofurdianâ* ad Viadrum primum, deinde *Wittembergenſi*, liberalibus ſtudiis & profeſſoribus in omni artium genere clariſſimis tum affluente. Plutarchus autor eſt: Demarathum Corinthium Philippi Macedonis amicum dicere ſolitum: Μεγάλης ἡδονῆς ἀπολελεῖφθαι τοὺς μὴ θεασαμένους ἕλληνας Ἀλέξανδρον ἐν τῷ Δαρείου θρόνῳ καθήμενον: *maxima voluptate fraudatos Græcos, qui Alexandrum in Darii ſolio ſedentem non conſpexerant.* At verò Bucholcerus infelices eos pronunciabat, qui ante inſtauratam veritatis Evangelicæ doctrinam & nati eſſent & denati, felices autem, qui ſuperius illud, quod *decimum quintum* à Chriſto incarnato numerabatur, ſeculum attigiſſent; rurſumque inter hos ſe inprimis beatum cenſebat, ὅτι τοῖς μελάγχθονος χρόνοις ἀπήντησιν ἡ γένεσις αὐτοῦ, quod Melanchthonis ætate natus eſſet, cujus in viri verius, quàm in Platonis labris, non ficta illæ Charites; ſed gratiæ divinæ ſtupenda χαρίσματα reſediſſent. Hunc igitur ex omnibus ſibi delegit præceptorem, inque ejus uſum & familiaritatem omni arte irrepſit, & ex pectore illius ſincerum lac doctrinæ cœleſtis, acri diſcendi cupidine ſuxit,

Bucholcerus cur ſe felicem prædicarit.
Melanchthonis laus
Eum imitatur Bucholcer.

quod multis aliis poſtea ipſe inſtillavit. In a[…]
guſta illa Saxonum ſchola commilites hab[…]
inter alios *Thomam Hubnerum*, poſt conſil[…]
rium Brandenburgicum, *Ioannem Sager[…]*
Lubecenſium medicum: *Simonem Vnvv[…]*
dium, qui viderunt quàm induſtrius in qu[…]
rendo, quam attentus in audiendo, quàm i[…]
piger & celer in excipiendis Melanchtho[…]
vocibus eſſet; quarum, tametſi non lenta […]
celeriuſcula oratione uteretur Melanchtho[…]
nullam tamen ei excidere paſſus fuit; qu[…]
non protinus arreptam in ſuum myrothecı[…]
referret. Et ſanè ſi quod res eſt, dicendu[…]
quæ Melanchthonis in textus quos vocar[…]
Dominicales, *hypomnemata*, ab *Ebero* primù[…]
deinde ab aliis in lucem emiſſa ſunt publica[…]
eorum non minimam partem Bucholceri […]
duſtriæ debemus.

Incidit autem flos ætatis & ſtudiorum e[…]
in acerbiſſima illa tempora; quibus in ip[…]
pacificæ Eccleſiæ ſinu quidam hypocritæ a[…]
bitionis œſtro perciti claſſicum caneba[…]
litemque ſincerioribus doctoribus *de* […]
diaphoris, *de neceſſitate bonorum operu[…]*
de juſtitia eſſentiali, *de communicati[…]*
idiomatum Phyſica, aliisque fidei Ch[…]
ſtianæ capitibus movebant. Hic cum n[…]
tantum libros editos avidè perlegeret *Buch[…]*
cerus: verum ex Melanchthone quoque […]
tra privatos parietes ſciſcitari percontari[…]
ſubtiliter ſoleret; de præcipuis certamin[…]
ſingulorum momentis, accendi ſibi lume[…]
Melanchthone ſingulare ſenſit ad omnes i[…]
rum controverſiarum fontes rectè perſpic[…]
que pervidendos, & ad errores quoslibet d[…]
teritate quadam admirabili dijudicandos. N[…]
que verò, qui multorum mos eſt, quæ à m[…]
giſtro Melanchthone didicerat, ſibi vendi[…]
vit, ſed cum quid de eo proferret, hoc ſe […]
neficio divini Melanchthonis conſecutum […]
affirmabat.

Inter alia autem poſteritatis memoria […]
gniſſimum judicabat reſponſum illud, qu[…]
anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſ[…]*
tertio, menſe Februario à *Melanchthone* […]
lerat, poſtquam ex eo juſſu Electoris March[…]
nis *Ioachimi II.* magnanimi & pii Princi[…]
quæſiviſſet: *quidnam ſibi vellent vocab[…]*
concreti & abſtracti, quæ in omnium con[…]
Franciſcum Stancarum diſceptantium ore […]
Elector Ioachimus animadverteret, & nunq[…]
doctrina de Filio Dei non explicari, & à St[…]
cari; aliorumque erroribus vindicari poſ[…]
Melanchthon, ajebat Bucholcerus, audita […]
ine quæſtione Electoris; cum ſciret, Elec[…]
rem amare brevitatem & perſpicuitatem, ſ[…]
tium ſibi ad meditandum ſumſit, meque p[…]
ſtero die in examine ordinandi cujusdam […]
miniſterium ſacrum adeſſe juſſit. Aſſum eg[…]
ſedebant ſuo loco Philippus cum Paſtore, D[…]
conis, & Doctoribus Theologiæ; è regio[…]
ſuum tenebat locum ordinandus, conſeſſ[…]
hunc ſtudioſorum cingebat corona; qu[…]
proximè accedere quisquam poſſet. Ibi t[…]
Philippus propoſitis variis quæſtionibus […]
lege, de *Evangelio*, de *juſtificatione*, de *fide* […]

b[…]

onis operibus, de *eccleſia*, de *uſu ſacramento-rum*: profert poſtremo loco & ζήτημα illud Electoris Brandenburgici: *Quis eſſet uſus vocabulorum in doctrina Concreti & Abſtracti de communicatione idiomatum?* Quam quæſtionem cum diſſolvere ordinandus non poſſet; Philippus, more ſolito, proximos è ſtudioſorum corona compellat. Quærit ex uno, tacet, quærit ex altero & tertio; tantundem reſpondent. Relicta circumſtantium corona ad aſſeſſores ſe convertit Philippus. Erant excitati auditorum animi, qui quo plures ignorarent, quos interrogarat, tantò avidiùs exſpectabant certam doctioris alicujus ſententiam. Sed tacentibus his quoque ſenioribus & Theologiæ ipſius Doctoribus, ardent omnium animi cupiditate audiendi ipſius Philippi ſententiam. Omnibus ergò tacentibus, Philippus ipſe his verbis ad quæſtionem Electoris reſpondet:

In doctrina de perſona Chriſti duo ſunt conſideranda:

Unio naturarum in unam perſonam, &
Diſtinctio duarum naturarum.

Unio exprimitur prædicatione in concreto:
Diſtinctio exprimitur prædicatione in abſtracto.

Concretum igitur neceſſe eſt retineri propter unionem:
Abſtractum verò propter diſtinctionem naturarum.

Auditis his Philippi vocibus tam brevibus, tam rotundis, tam perſpicuis, referebat porrò Bucholcerus, ingentem omnium applauſum fuiſſe conſecutum: nec temperare ſibi præ admiratione & lætitia potuiſſe ætate jam provectâ & ſenili corpore *Pomeranum*, & paſtorem & deſtinatum examinum præſidem, quin repentè ſurgeret, ad ordinandum accederet, porrecta manu humerum ejus leniter pulſaret, atque his verbis idiomate Pomeranico cohortaretur: Datt merckh wol/ ick wils ock vergecken/ick bin ſo alt worden/und heve datt ſo korte min levelung nit gehört. Hoc eſt: *Age ſis memor hujus ſermonis, inſculpam etiam ipſe has voces animo meo. Ego ad hanc provectus ſum ætatem, & hanc doctrinam tanta verborum brevitate & perſpicuitate nunquam audivi.* Ipſum etiam Electorem Marchionem, ingenio acerrimo, & judicio graviſſimo Principem, cum Philippi reſponſum referentem audiviſſet patrem ſuum *Georgium* præpoſitum, in has magna cum admiratione p oruπiſſe voces: Man muß doch Philippum laſſen einen Mann ſeyn / Es hätte es doch kein ander ſo kurtz faſſen können. Hoc eſt: *Relinquenda omnino eſt palma ingenii, pietatis & eruditionis Philippo. Nullus Doctorum tanta brevitate quæſtionem hanc tanti ponderis & momenti explicare potuiſſet.*

Sed ut ad inſtitutum, non in una Theologiâ ſolùm *Bucholcerus* adoleſcens elaboravit, ſed ex omnibus diſciplinis libavit, quodcunque ſpecie neceſſitatis aliquem movere poſſet. In literarum quin etiam *Græcarum* & *Hebraicarum* conſectanda cognitione operam collocavit tantam, quantam collocare neceſſe eſt eum, qui hominis nomen eruditi & verbis ſibi vendicare & re vult ipſa tueri. Deindè cum annum ageret ætatis *vigeſimum ſextum*, confecto jam ſtudiorum curſu, *Wittembergâ* profectus in Sileſiam contendit, animo viſendi amicos, & regionem, amore literarum literatorumque nobilem luſtrandi cupido, nihil minus cogitans, quàm Sileſiam & virtutum ſuarum exercendarum theatrum, & defuncti cadaveris ſepulcrum futuram. Salutat *Gorlitii Georgium Vehmannum*, ocellum urbis, alios alibi, peragratis primariis urbibus *Freiſtadii* ad *Ioachimum Curaum* clariſſimum illum & Medicum & Philoſophum, divertit: cui roganti, velletne *Grunbergam* quoque oppidum Freiſtadio vicinum, videre? animum ſibi eſſe reſpondit, non ſingula Sileſiæ oppidula, ſed celebriores tantum urbes obire. Vix ab hoc ſermone ſemeſtre abierat, cum ſenatores Grunbergici de ſchola patria inſtauranda conſultantes, ad nominationem viri cujusdam docti *Bucholcerum* Principem ludi novi moderatorem è Saxonia deligunt, huncque illi honorem liberali conditione per *Lucam Cunonem* Eccleſiæ Paſtorem deferunt. Audierat enim revera & veritate Bucholcerum liberalium artium eſſe magiſtrum, non illum quidem publicis Academiæ ornamentis inſignitum, ſed privato Melanchthonis judicio confirmatum. Perlectis ſenatus literis rem Bucholcerus cum Melanchthone communicat, conſilio ſe juvet petit, ſtaturum ſe judicio ipſius promittit. Fuit Melanchthon, ſi quisquam alius, umbræ ſcholaſticæ amantiſſimus, atque idcirco de ſeſe jam ſenex ſcripſit: *utinam ego, etſi tantum humilis fuiſſem pædagogus, tamen in tali Pædagogia ætatis imbecillioris manſiſſem, de qua dicit Filius Dei:* Non eſt voluntas patris, ut pereat unus de parvulis iſtis. *Quantum ſolatium eſt pio pædagogo, aſſidentibus caſtis angelis, ſedere in cœtu incontaminato juniorum, qui Deo placent, & docere tenera ingenia, ut rectè agnoſcant & invocent Deum, & deinde organa fiant utilia Eccleſiæ, & ſuis animabus?* Author igitur & tum fuit Bucholcero ſuo, munus delatum ſuſciperet; ſuſceptum fide & diligentia expleret; idque inprimis operam daret, ut adoleſcentes ad ſeſe in Academiam mitteret omnibus Grammaticæ præſidiis inſtructos. Obſecutus Præceptoris conſilio Bucholcerus, operam ſuam ſenatui Grünbergico condicit, quæ res dici non poteſt, quantæ ipſius æqualibus admirationi fuerit. Mirabantur enim hominem ingenio magno doctrina eleganti, judicio gravi & acri, qui in Academiæ oculis tot annos glorioſè vixerat, ad excolendos puerorum animos, & quidem in obſcuro loco, ſeſe demittere. Stetit nihilominus in eo, quod judicatum fuerat, Bucholcerus, omnium dehortationum ab amicis ſibi ſuggeſtarum nervos unico Prophetæ Regii dicto paululum deflexo, elidens: *Pſallam DEO MEO ubicunque fuero.*

In Sileſiam abit.

Vocatur Grünbergam.

Conſulit Melancht.

Scholaſticæ vitæ dignitas.

Addicit operam ſuam Scholæ.

Grunbergam igitur, anno Chriſti, *quinquageſimo ſexto, viceſimo tertio* Januarii, ingreſſus eſt, cumque eo omnes bonæ literæ: quo in loco tantò majore vixit gloria, quantò oppidum, ante illa tempora ignobile, fama eruditionis & inſtitutionis ſuæ felicis clarius reddidit. Etenim vix ſignum ſuſtulerat, cum magnus ad ſcholam concurſus factus eſt, nonnullique ex vicina etiam Academia Marchionum Brandenburgenſium, celebritate *Bucholceri* illecti, in ſcholam ejus trivialem ſeceſſerunt. Eſt autem, ut παρέργως id addamus, Grunberga oppidum in Sileſiæ inferioris & Marchiæ confinio, qua ſeptemtriones fulgent, in valle ſitum longè amœniſſima, quam puriſſimæ ſcaturigines rivulique limpidiſſimi, ut montes ipſos cultiſſima vineta commendant; unde & nomen invenit GRUNBERGÆ. Sed utcunque virerent colles, utcunque florerent valles, aridi, non viridis appellationem montis meruerat olim, quando ſuperſtitionibus Monachorum refertæ valles æquè, ac montes fuêre; omneſque veri cultus & pietatis erga Deum venæ in hominum pectoribus exaruere. Tum verò profligatis, ex ſchola quidem barbaris, ex eccleſia autem idololatria, meritò à *Bucholcero* THALLORIS nuncupata fuit, cum florere ſchola, florere Eccleſia cæpit, & ipſemet herbeſcentem pietatis viriditatem, è teneris puerorum mentibus, velut plantulis, doctrinæ ſuæ inſtitutis, elicuit. Neque verò cives duntaxat Grünbergici uberrimo ingeniorum, diligentia Bucholceri quaſi excultorum ac ſatorum proventu ſunt gaviſi, ſed Melanchthonis etiam tam præclarum fuit de Bucholceriana juventutis informatione judicium; ut *ſubſidiis Academicis probè inſtructos cenſeret, qui è ludo Thalloreo ad ſe venirent.*

Docet Grunberga, cum laude.

Grunbergæ deſcriptio.

Thalloris dicta.

Judicium Melancht. de inſtitutione Buch.

Hinc Bucholcero, circa annum *quinquageſimum nonum* diſcipulos nonnullos ſibi coràm examinandos ſiſtenti, reſpondiſſe accepimus: *Non eſſe cur examinaret adoleſcentes Grünbergicos. Hoc ſe perſuaſum ſibi habere, rudes & impolitos eſſe non poſſe; qui à politiſſimi judicii homine Abrahamo Bucholcero eſſent informati.*

Cæterum cum ex Moſaicis mundi originibus didiciſſet, hominem ſocietati & conjunctioni vitæ natum eſſe, ac præpotentis Dei ſapientiam legitimis nuptiis unum uni alligaſſe, ad matrimonium animum adjecit anno *quinquageſimo ſeptimo*, quo eodem *Anna, Laurentii Calmanni*, honorati apud Grunbergenſes civis & reipubl. Notarii filia ipſi eſt deſponſa, nuptiis in *viceſimum ſextum* Julii anni *quinquageſimi noni*, propter teneram ſponſæ ætatem, dilatis. Conjugium & felix & concors & fœcundum fuit, de quo dicere poſſis, dominatum in eo fuiſſe amorem, non illum terreſtrem, cœcum, abjectum & in viliſſimarum rerum, formæ pecuniæque admiratione occupatum; ſed cœleſtem, oculatum, virtutis rerumque verè pulcerrimarum & cœleſtibus ſimilium cognatarumque affectatorem, quemadmodum *Pauſanias* * an[...] res iſtos eruditè diſtinguit.

Contrahit matrimonium Bucholcer.

Atque ut *Amphytria Euripidæus* dixit [...] *parvorum nepotum curam non aſpernari*, [...] *illos ſecum* φιλόςοργον, *manu ductare, ſe[...] hoc officium viro bono dignum judicare:* [...] benigniſſimum Bucholcerus partem erga [...] beros ſe præbebat; nihilque prius habe[...] aut antiquius, quàm ut tenelli ipſorum ani[...] veræ pietatis ſucco imbuerentur.

Innotuerat jam fama eruditionis ejus Si[...] ſiæ univerſæ, & doctorum plerorumque co[...] ſenſu ſingularis gloria civitati iſti conceſſa [...] debatur; quæ *Bucholcerum* auditura eſſet [...] ligionem ſacram profitentem. Itaque cer[...] tim de eo accerſendo Magiſtratus laboraru[...] Paſtoratus illi honorem detulit *Sprottavia* a[...] no *ſexageſimo tertio*, detulit *Fraunſtadi[...]* anno *ſexageſimo octavo*, detulit *Lubena* an[...] *ſeptuageſimo primo*, obtinuit tamen doctor[...] hunc *Sprottavia* & ad annum uſque *ſeptua[...] ſimum tertium* detinuit, quo Illuſtriſſimæ Pr[...] cipis *Catharinæ*, Henrici Ducis Brunſuice[...] ſis olim conjugis, tum vero viduæ volunt[...] paruit, & in *aulam Croſnenſem* migravit, pa[...] tim, quòd familiæ Brandenburgicæ multis n[...] minibus eſſet devinctus atque obſtrictus, pa[...] tim, quòd tenui, aut potius nulla eſſet valet[...] dine in oppido Sprottano. Anno inſeque[...] ti religioſiſſima Principe piè & placidè defu[...] cta *Eleutheropolin* eum pertraxit nobilis [...] generoſa fœmina *Euphemia*, fortiſſimi, & [...] ſtoricorum hujus ſeculi ſcriptis celebrati H[...] rois, Equitis aurati *Fabiani Belloquertii* co[...] jux: cujus ille urbis Eccleſiam, frequen[...] civium venerabilem, ita complexus eſt, ut [...] tùm quidem ab eâ avelli ſe paſſus fuerit, cu[...] honorifico oblato ſtipendio ab Illuſtriſſim[...] & laudatiſſimo Principe *Anhaldino Ioach[...] mo Erneſto* anno *ſeptuagiſimo octavo* appet[...] retur.

Cauſa autem cur Bucholcerum ſummi p[...] riter & infimi ambierint, & tot civitates d[...] ctorem ſibi expetiverint, non fuit nulla, n[...] fuit una. Nam principio ſingularis ei iner[...] in docendo ſuavitas & ſuavis dexteritas, qu[...] novam ei ſubinde acceſſionem, ad nomin[...] gloriam attulerunt. Verbo ut dicamus, que[...] ille verum & germanum Evangelii nunciu[...] *doctrinæ puritate, eloquentiâ naturali, vitæ p[...] ſtremo integritate* definivit, ejus pulcerrimu[...] omnium *Bucholcerus* fuit exemplum. D[...] teſtabatur cum *Melanchthone communicati[...] nem Idiomatum Phyſicam, præſentiam Chri[...] in cœnâ ſacra*, ut eam poſt adſcenſionem [...] cœlos uſque ad hoc tempus Eccleſia orthodo[...] xa celebrat, & cœna ipſius Chriſti cum diſc[...] pulis prima, eandem eſſe docebat: *prædeſtin[...] tionis doctrinam* à ſanioribus Eccleſiarum d[...] ctoribus noſtra memoria dilucidè explanata[...] Paulinam eſſe disertè fatebatur. Inprim[...] verò locum *de hominis coràm Deo juſtificati[...] ne*, nucleum illum religionis noſtræ, incu[...] care auditoribus ſuis ſingulis concionibus ſ[...] lebat: quem à beatæ memoriæ viro, *Ma[...] tino Luthero*, anno *quadrageſimo quinto*, [...] didici[...]

didiciſſe gloriabatur. Et quid multa? ſunt in medio ſcripta ejus *Chronologica*, quæ non ſeriem ſolummodò temporum, ſed genuinam ejus de primariis fidei capitibus confeſſionem quoque continent.

Jam facundiæ Bucholcerianæ vix parem reperias! Ciceronis dicitur tanta vis fuiſſe eloquentiæ, ut pro Ligario dicens, arma de imperatoris quantumvis irati manu excuſſerit, & miſero ſupplici veniam impetrarit. Quod cum legimus, tantum non obſtupeſcimus, & profectò deprecationis Ligarianæ effectus iſte fuit ſingularis. At Bucholcerus in roſtra ſua, & mediæ concionis ſuggeſtum nunquam aſcendit, quin de cordibus hominum ipſis, quos ferè vellet, affectus excuteret. Templum ingrediebatur quis ſenſu iræ divinæ perterritus: Deum immortalem, quanta fidei voluptate perfuſus domum redibat! Calamitatum angore & tentationum fluctibus quaſſabatur alius; non doloris tantum allevationem, ſed propoſitum etiam ſibi ingenerari ſentiebat, mala quæque forti conſtantique animo perferendi. Erat omni vitiorum cœno contaminatus aliquis, flexanima orationis hujus Suada, niſi planè deſperatus eſſet, corrigebatur. Vivida nimirum in Bucholcero omnia fuerunt, vivida vox, vividi oculi, vividæ manus, geſtus omnes vividi. Adeò ſeſe in illo divini ſpiritus virtutes conſeruere. Hinc auditorium ejus ita commotum oratione Bucholceri conſtat: ut, licet non niſi finita hora altera peroraret, nullum tamen audiendi tædium, vel è media cuiquam plebe obrepſerit. His tot tantisque à Deo donis cum ornatus eſſet, illud laudabile imprimis erat, quod quam vitæ aliis commendabat integritatem, eam ſuo vellet exemplo confirmatam. Ad pietatem, ad temperantiam, ad juſtitiam hortator erat ſuis, is videlicet, qui ex pietate, temperantiâ, juſtitia totus compoſitus eſſe videbatur. Ab avaritia ad liberalitatem avocabat alios, ipſe nimirum liberaliſſimus, & ab omni avaritiæ ſpecie alieniſſimus.

Philippus Melanchthon interrogatus aliquando ab optimo Principe *Mauritio* Saxoniæ Electore, *numquid ipſi ſumtuum & rerum neceſſariarum deeſſet?* penuriam omnem diſſimulavit, juſſus deinde ut, quod vellet, peteret, reſpondit: *habere ſe ſuum ſtipendium, quo ſit contentus, neque ſe ullum* ἐπίταγμα *expetere:* juſſus iterum, *quando*, inquit, *omninò aliquid petere cogor ab illuſtri celſitudine veſtra, miſſionem peto.* Quo audito, Mauritius illum obſecrare, ut in ſtatione maneret, tum autem cum admiratione & ſtupore quodam dicere: *neque vidiſſe, neq; audiviſſe, neque habuiſſe, vel habere ſe jam nunc illius ſimilem, qui non tantum petere nihil audeat, nec velit, verum etiam qui ferre non poſſit, ut detur ſibi aliquid, & qui præter oblatam Electoralem munificentiam nihil aliud, niſi miſſionem petat.* Inſigne profectò hoc ὀλιγαρκείας exemplum fuit in Præceptore *Melanchthone*, quod diſcipulus *Bucholcerus* feliciſſimè ſtuduit æmulari. Nam illuſtriſſima Princeps *Catharina Brandenburgica* prædicare ſolita fuit, hunc unum in aula ſua cæterorum familiarium diſſimilimum eſſe; quod illi aſſiduè & importunè flagitarent, hic contra ne teruntii quidem munus abs ſe unquam petiiſſet, &, quæ eſſet ejus avaritia, ultrò etiam oblata munera non acciperet. Nimirum *gratiam munerum, quàm munera, & Theologiæ fructum, quàm fortunæ maluit.*

Humilitatem quidem certè veram, non illam ſub demiſſis oculorum palpebris, aut depexa aut obſoleta deliteſcentem lacerna; ſed in ipſo corde reſidentem, quî potuit monſtrare luculentius, quam quod expugnari ſe tot amicorum precibus paſſus non eſt, ut ſplendidus aliquod, & ſe dignius vitæ genus, ſcholaſtico ſuo (uti vocabat) regno præferret, quod item, cum aliorum candidas de ſuis omnibus cenſuras libentiſſimè admitteret, eas tamen amavit, atque exoſculatus eſt maximè, quas videret adfectui ac amori quàm minimum largitas: ἀλαζονείαν verò καὶ βαυκοπανουργίαν tribunitiorum quorundam doctorum, ſcripta ac dicta ſua omnia, tanquam prætoria, adorari jubentium, imitatus nunquam: ſed ex animo ſemper fuit deteſtatus. Quanti etiam illud eſt, quòd, ſi quando in literis amicorum nonnihil de ſuis, tametſi veriſſimis laudibus, ſparſum cerneret, non modo ſine inſigni modeſtia id non legebat: ſed *terreri ſe etiam laudationibus illis tanquam fulminibus, dicebat, qui nihil in ſe magni videret, ne corpus quidem.* Nimirum *ut quisquis eſt laude digniſſimus, ita minimè libenter ſuas audire ſolet laudes.*

Candorem autem viri eximium & penè ſingularem, parum candidè agam, ſi tacitus prætercam. Huic enim virtuti per ſe pulcherrimæ grande precium raritas addidit noſtro quidem ævo. Quæ tamen *Bucholcero* tam individua adhæſit comes: ut nihil unquam dixerit, ſcripſerit, niſi dictitante animi affectu: nihil ab aliis dictum, ſcriptum, factum in ſiniſtram rapuerit partem, ſed *dextrè omnia ſit interpretatus.* Itaque ex ſuo ingenio alios æſtimanti, proindeque cum omnibus apertè agenti, non raro εὐήθεια illa fraudi fuit, ut deprecari hanc culpam & candoris pœnas dare fuerit coactus. De controverſiis præſertim Theologicis, quoniam libertatem ex nobili *Philonis* ſententia amicitiæ præferendam ratus, liberè & apertè cum amicis conferebat, in ejusmodi ſæpe incidebat amicos, qui arrepta ex aliquibus voculis calumniandi materia, hæreſeos inſimulare & traducere optimum virum non erubeſcerent, fruſtra obteſtante ipſo, dextrè data dextrè acciperent, & Chriſti exemplo ad auditores provocante, quorum vox de ſua confeſſione ad ejusdem Chriſti tribunal teſtimonium verax eſſe dictura.

& Bucholcerus.

Humilitas.

Amat cenſuras amicorum.

Candor Bucholceri.

Affabilitas ejus & ſales.

Tincti præterea erant ſermones ejus leporibus eruditis, quos ille, ſi quis alius, prudenter & feliciter norat adhibere. Diſcedebat anno *quinquageſimo quarto* in aulam Brandenburgicam ad erudiendum Principem *Ioachimum Fridericum* Electorem *Thomas Hubnerus*, & jam poſtremum valedicturus erat Abrahamo ſuo, cui ille: *Quandoquidem ex ſcholaſtico aulicus futurus es, præcepto mihi inſtruendus es ad omnem vitam utili.* Hubnerus audire geſtit: Ille, *fidem diabolorum tibi commendo*, inquit. Id ubi mirum viſum homini, ſubjiciens Bucholcerus, *noſti*, ait, *diabolos credere & contremiſcere. Hoc igitur tibi monitum ſemper in promtu ſitum eſto; promiſſionibus aulicis credere quidem, ſed cautè, ſed timidè.* De illo πανδοχείας Apoſtolo dicere ſolebat: *Ille circulus eſt, cujus centrum in ditione Wirtembergica circumferentia in tota Germaniâ, imò ubique.* Si quando etiam audire cogeretur; quam fœdè beati *Melanchthonis* ſui nomen laceraretur, ſubjiciebat: *Quidam ſunt anathema ſecundum dici, quidam ſecundum eſſe; Philippus eſt anathema ſecundum dici, illi ſecundum eſſe; malim ego tamen cum Philippo anathema ſecundum dici, quam cum illo ſecundum eſſe.* Amico cuidam, quorum neſcio qua de re expoſtularat, charitatem illi objicienti, quæ ſecundum Apoſtolum omnia ſufferat, reſpondit; *etiam charitatem nonnunquam juſtè iraſci & juſtiſſimè de proximo conqueri.* Ita etiam joci *Bucholceri*, quod de Socrate dictum, utiles fuerunt amicis.

Fides diabolorum aulico commendata.

Timiditas Bucholcero objecta.

Cæterùm timiditas quædam *Bucholcero* à quibuſdam objecta eſt; quòd, cùm eximiis à Deo dotibus eſſet decoratus, in certamen tamen cum rabioſis illius ſeculi Theologis noluit deſcendere. Nos verò ut *Bucholcerum* ab omnibus nævis non planè liberamus (nec enim ἀναμάρτητος fuit) ita aliquas ipſum cauſas habuiſſe videmus, cur à Theologorum bellis ſacris refugerit. Equidem ex perpetuâ vitæ ſubductione & comparatione, amorem in *Bucholcero* pacis, cupiditatem rixandi nullam prorſus comperimus. Quod ipſe juvenis ſæpè ad amicos; *Deſii*, ajebat, *diſputare, cœpi ſupputare, quoniam illud diſſipationem, hoc collectionem ſignificat.* Acceſſerunt & alia, vidit de religionis Chriſtianæ negotiis controverſias Eccleſiis orthodoxis moveri ab iis; quos nulla unquam amoris Dei ſcintilla calefecerat: vidit ex diuturnis Theologorum rixis, utilitatis nihil, detrimenti plurimum in Eccleſias redundaſſe.

Pacis ſtudioſus

Rixa Theologorum.

Bucholceri cura in docendo.

Quapropter omnis ejus cura in hoc erat, ut auditores, fidei ſuæ commiſſos, doceret *benè vivere & beatè mori.* Et annotatum in adverſariis amici ejus repererunt, permultos in extremo conſtitutos agone gratias ipſi hoc nomine egiſſe, quòd *ipſius ductu, ſervatorem ſuum Ieſum agnoviſſent; cujus in cognitione pulcrum vivere, mori verò longè pulcerrimum ducerent.* Atque haud ſcio, an non hoc ipſum longè Bucholcero coram Deo glorioſius ſit futurum, quam ſi aliquot contentioſorum libellorum myriadas poſteritatis memoriæ conſecraſſet.

Neque tamen ſine negotio tranſegit, ſi q
illi à publicis occupationibus, aut à valetu
affecta fuit otium. Aut enim *patrum eccl*
ſticorum ſcripta, aut *hiſtoricorum profano*
monumenta legendo percurrit. Quibus i
thoribus tam feliciter verſatus fuit, ut non
nus ſcitè, quàm verè publicis quidam li
aſſeveraverit, *univerſam antiquitatē in Bu*
ceri pectuſculo latuiſſe reconditam. Cumq; ſ
inter ſtudiorū labores lectionis curſu ad
læorum ſupputationem deferretur, & verò
curſum *Sabbathi & partitionis terræ*, ſecun
rationis *Funccianæ* filum deprehendiſſet,
que item tempore *undecennalem* interr
ſub *Vzja* Rege Judâ, ab eodem *Funccio*,
tra ſcripturæ fidem, omiſſum animadvert
cœpit de *chronologia* diligentiùs contexe
cogitare, ſaxumque hoc Chronologicum
pertinaci volvit ſtudio, ut priùs non qui
ret, quàm effectum, quod voluit, daret. H
nobis illi libri nati ſunt: *Iſagoge Chronolog*
index Chronologicus, Catalogus Coſſ. Rom
rum, Chronologia magna, qua licet vix d
diam partem confecta, omnium erudito
oculos & admirationem in ſe convertit,

Inter hos ergo labores dum verſatur,
octogeſimo tertio, cum gravi rurſum morbo
flictatus eſt; ejuſdemque anni menſis *Feb*
rii die *duodecimo*, conjugem, omnibus vi
tum ornamentis inſignem; *novem libero*
matrem, amiſit. Firmior igitur factus, f
liæ ſuæ proſpecturus, uxorem duxit alte
ex qua nullam ſuſcepit prolem, jamque
tionem ſecundæ Chronologiæ partis med
batur. Sed quæ eſt rerum humanarum i
bilitas, inter ipſas illas curas longiore vit
gnum ingenium, anno *octogeſimo quarto*
tinctum eſt, die *decimo quarto*, menſe *oct*
die *ſeptimo*; *Freiſtadii* Sileſiorum. Q
annum à Lutheri natali *centeſimum* fatale
bi futurum ipſe prædixerat, anno ſeptuag
mo ſeptimo.

Quanquam autem celebre eſt veterum
pientum dictum: *Philoſophiam eſſe med*
tionem mortis, tamen & ſterilis & injucund
meditatio mortis Philoſophica. Nihil e
in morte invenit præter formidabilem, i
naturæ deſtructionem. *Bucholcerus* autem
dium, ajebat *inveni inter eſſe & non eſſe*, n
fieri: *Fio, quòd non ſum, & cum non ero*,
ero. Sic philoſophari inter miſerias, inte
gruentis mortis terrores; ſic dictorum ſcri
ræ ſententiam experientiâ magiſtrâ diſcere
tum veritatem praxi ſua aliorumque exem
cognoſcere & confirmare, hanc demum
loſophiam & ſapientiam dicebat ſalutat
& plenam ſolidæ voluptatis. Unde ne
nethliacorum minas, pericula ex aſtris de
ciantium, magnopere morabatur. Com
nem agnoſcebat piorum omnium geneſi
bi *in horoſcopo eſt Iehova pater æternus*; *in*
dio cœli Meſſias Ieſus Chriſtus, *in ſexta*
ritus ſanctus; *in ſecunda*; *angeli eorum*
λειτεργία: *in tertia, Diabolus, peccatum, e*
Dei; in quarta, Moſes cum ſuo decalogo, in q

Prophetæ & Apoſtoli cum ſuo Symbolo ; *in ſeptima ſacramenta* , *in octava pœnitentia* , *fides* , *ſpes*, *dilectio*, *in nona* , *pater noſter*, *precatio*, *crux*, *patientia*, *in undecima*, *mors* , *in duodecima lætiſſima reſurrectio à mortuis*, & *beatitudo vitæ æternæ*: ubi Deus erit omnia in omnibus, & *Saturnus* non ſupra nos , ſed infra nos conſpicietur, luens pœnas ſuæ in nos ſævitiæ & malitiæ. Hæc cogitantem non admodum poſſe, ajebat, infauſto poſitu, vel Saturni, vel Satanæ, moveri.

Sæpè etiam ad amicos, ingraveſcente jam ætate, ſcribens affirmabat ; *ſe quidem ſemper ante id, hæc, quemcunque in angulum vocanti DEO, cum patre Abrahamo reſpondiſſe*: Ecce adſum, Domine mi : ſed tum demum libentiſſimè ſic reſponſurum, ſi vocet tandem ex his angulis in beata immortalitatis ſpatia, nihil ſe æque expetere jam dudum ; atque amabiliſſimam piæ placidæque mortis horulam, mirari autem, tam diu illam differri ; ſuumque imbelle corpuſculum , tanquam malum vaſculum, non citius frangi. Itaque quos ſepulcro ſuo incidi voluit verſus, eos maturè contexuit. In quo illud memorabile eſt, quòd qui anteactorum eventuũ harmonias magna inquiſiverat induſtria, idem epitaphii ſui & diei ſepulturæ congruentiam, quaſi divinitùs edoctus attigerit. Sepulcri ſui columnam ex ovis perditæ inquiſitione deſiderabat : Votum ratum Deus eſſe voluit. Eſt enim terræ illo ipſo die demandatus ; quo parabola Evangelica *de ove perdita*, Eccleſiæ publicè explicabatur, verſiculi autem ipſi hi ſunt:

Hic pie Chriſte, tuo recubat quæſita cruore,
Inque tuo gremio parvula dormit ovis.
Reddidit hæc animam balanti voce fidelem ;
Huic paſtor dicas , intret ovile meum.

Verè etiam Bucholceri κύκνειον ᾆσμα fuit ea, quam poſtremam habuit, concio, quando æger jam, & deportatus à bajulis in templum, illo, qui alter à Dominica Pentecoſtes feſtus celebratur, die ; tanto verborum ſplendore, tamque ſuavi devoti animi affectione, de animæ fidelis, & beato hominis Chriſtiani ex hac vita diſceſſu diſſeruit, ut omnium eruditorum in urbe Freiſtadiana conſenſu, ſic tum ſit judicatum ; *cæteros concionatores à Bucholcero ſemper omnes, illo autem die etiam ipſum à ſeſe ſuperatum.* Interpretabatur præclarum illud Servatoris noſtri de ſalutis humanæ cauſis pronuntiatum ; quod Johannes in Evangelicæ ſuæ hiſtoriæ caput tertium retulit. Cumque multa de Dei erga nos amore accuratè, multa de Filii Dei perpeſſionibus eruditè, de fide denique appoſitè multa dixiſſet , ac tandem orationis curſu ad fidei finem, qui verbis iſtis, *Non pereat, ſed habeat vitam æternam* , continetur, perveniſſet, & ſeſe & auditores ſuos certiſſima illa vitæ æternæ promiſſione, mirificè oblectavit , identidem iſta verba repetens: *Non pereat* , *ſed habeat vitam æternam.*

Poſtea ſemper decubuit donec placidè exſpiravit ; cum paulò antè amicis & collegis audientibus confeſſionem ediddiſſet , & hiſce clauſiſſet :

Scis Chriſte à verbis tuis nunquam diſceſſi:
Ad craſſas opiniones nunquam acceſſi.

Quemadmodum autem eum propter elegantiam ingenii ſuſpexerunt eruditi , propter judicium in rebus ſacris exquiſitum honorarunt Principes, ita ob virtutem amarunt omnes boni. *Amici.* Inprimis amicitia illi dulcis & fida interceſſit , non cum Sileſiæ ſolum decoribus , *Ioachimo à Berge* , trium Imperatorum conſiliario, *Georgio à Dyhrn* , Quæſtore per utramque Sileſiam Cæſareo. *Andrea Dudithio*, *Ioanne Cratone*, utroque *Rhedingero*, patre & filio , *Sigefrido Rybiſchio*, *Iacobo Monavio* , *Martino Schillingo*, *Alberto Urſino*, *Daniele Engelharto* , *Ioanne Hermanno* , *Laurentio Scholtzio* : *Barthol. Sculteto* Mathematico, *Sebaſtiano Hoffmanno* , *Ioachimo Maiſtero* , *Laurentio Ludovico*, *Martino Mylio* & aliis : verum etiam cum aliarum regionum claris doctrinâ & authoritate viris , *Lamberto Diſtelmeiero* Cancellario Brandenburgico , *Bartholdo à Mandeſlo* Electoris itidem Brandenburgici Conſiliario intimo, *Theodoro Zuvingero*, *Michaele Beutero*, *Wolfgango Amlingo* & aliis , familiariſſimè tamen à primo adoleſcentiæ flore tribus potiſſimum uſus fuit, *Gaſpare Hoffmanno* Archiatro Brandenburgico, *Ioachimo Curæo* , *Thoma Hubnero* : ac cum Hoffmanno quidem non amoris tantum ſinceritatem, ſed nativitatis, ſed mortis ipſius annum & menſem, imò ferè diem habuit communem.

Edidit tum ipſe, tum poſt obitum ejus hæredes, *Chronologicam Iſagogen*: *Chronologiam* deductam ab initio mundi ad exilium uſque Iſraelitarum in Babylone : *Indicem Chronologicum*, quem *Godofredus* filius, & poſt eum D. *Abrahamus Scultetus* Theolog. auxit, *catalogum conſulum Romanorum*, opuſcula item alia , quæ exſtant in officinâ Comeliniana. *Scripta.* Prodierunt ejuſdem *epiſtolæ chronologicæ* ad D. *Davidem Paræum & Eliam Reuſnerum* , *admonitio* inſuper *ad chronologiæ ſtudioſos* de enodatione duarum quæſtionum chronologicarum : *annum nativitatis & tempus miniſterii Chriſti concernentium* , ab *Elia Reuſnero* propoſitarum. Præter chronologicas iſtas meditationes reliquit & alia lectu ſuaviſſima, *de conſolatione decumbentium* ; de *ideâ boni paſtoris* : *de concionibus funebribus* ; & ſi quæ talia , in ſcriniis hæredum & amicorum latitantia.

Hactenus curriculum Bucholceri delineatum ex narratione hiſtorica Nicolai Eccii, & ſcriptis aliis.

FRIDERICUS WIDEBRAMUS.

☉. 1585. d. 2. Maji ætat. 53.

ORtum *Friderico Widebramo* dedit *Peſnecium*, Voitlandiæ oppidum, anno Chriſtianæ epochæ, *milleſimo, quingenteſimo, triceſimo ſecundo*, menſis *Iulii* die *quarto*. Parentibus natus eſt honeſtiſſ. patre *Bonifacio Widebramo*; & matre *Anna Stappia*, quæ filia fuit conſulis ejus oppidi, *Friderici Stappii*. Ac patrem quidem admodum puer ad cœleſtem vitam & conſuetudinem præmiſit, pòſt ab avo materno educatus, quod ingenio eſſet εὐφυεῖ, ad ſtudia literarum adhibitus fuit; primùm in patriâ, mox *Neoburgi*, & demum *Iſenaci*: qua in urbe tum temporis egregii formandæ juventutis artifices, *Medlerus* & *Roſinus*, florebant. His duobus cum indoles & ingenium probaretur, & ipſe ſibi non deeſſet, felix fuit pueritiæ illius inſtitutio, & *diſciplina ſeverior*, quæ *firmat ingenia, & apta reddit magnis conatibus*; ut ait Seneca.

Parentes Widebrami.

Anno ætatis ſuæ *decimo ſeptimo*, Chriſti Jeſu *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono Ienam* Thuringorum, tanquam ad mercatum bonarum literarum, miſſus, optimos eruditæ doctrinæ & pietatis doctores, & morum gubernatores, adoleſcens ſortitus eſt. In horum numero erant, *Erhardus Snepfius*, S. Th. D. cujus in dicendo δεινότητα & ubertatem, illi qui vivum in laudatiſſima Tubingenſi Acad. docentem audierunt, olim non ſatis celebrare poterant. *Victorinus Strigelius*, Melanchthon. γνήσιος diſcipulus: *Ioan. Strigelius*, *Poëta*, & vir optimus, cujus inſtitutione & exemplo excitatus Widebramus, naturalem illum impetum ad Poëticen, ardentiorem & firmiorem in ſeſe fieri ſentiens, carmen initio componere, tandem etiam magna ubertate ſuavitateque fundere cœpit.

Ienam mittitur.

Biennio poſt, Jena, in quo oppido eo tempore nondum erat Academia privilegiis inſtructa, *Wittemberg.* profectus eſt, ut *Melanchthonem* audiret. Etſi hoc autem illi cum multis commune fuit, felix tamen præ aliis idem fuit, ſingulari benevolentia & amore tanti viri, & quòd doctrinam religionis, quæ ab eodem piè tradebatur, rectè didicit. Ut enim *Ariſtoteli* perhonorificum fuit, quod annos *viginti Platonem* docentem audivit, eique familiaris fuit: *Theophraſto* verò *Lesbio* & *Menedemo Rhodio*, quod Ariſtotelis γνήσιοι fuiſſent auditores, & ἐπιτήδειοι (?): ita profecto & Widebramo magnæ laudi eſt, quod Melanchthoni mores, ingenium, harmoniam Muſicam & Poëticam, ac inprimis veram erga Deum pietatem ita probavit, ut ei chariſſimus & acceptiſſimus eſſet.

Wittemb. abit.

Ariſt. viginti annis Platonem audit.

Magiſterii Philoſophici teſtimonium (quo magni illi viri, *Melanchthon*, *Camer Gryn.* alii contenti fuerunt) in eadem Academia, virtute & doctrina ſua conſecutus * eſt, cùm hoc ſtudio ipſi eſſet, quod Anacharſi, qui ad Crœſum Lydiorum Regem ſcribens, olim teſtatus eſt, *ſe ideò Athenis in contubernio eruditorum, quàm Sardibus in aula vivere malle,*

** An. 1555. ætat. 22.*

ut aliquando doctior, & melior in patriam
dire poſſet. Sequente anno, ductâ Iſenaci
re Eliſabetha, conſulis *Ioan. Noëdemi*
pietatis, pudicitiæ, & induſtriæ œconom
laude conſpicua virgine, maritus factus
ſacro & publico munere, in quo Dei ec
lio, & aliorum utilitati, pro eo talento, q
acceperat, ſervire poſſet, cogitare, atque
timam vocationem expetere & expectare
pit. Itaque cùm *Melanchthon* ſenatui
veſtano hortator eſſet, *Widebramus* ab ho
gubernationem ſcholæ vocatus, de puer
ſtudiis optimè meritus eſt, quum, ut ai
bius, ipſe præceptor nec haberet vitia, ne
iam ferret. Sed cùm optimus quiſque pr
ptor, ut idem Fabius, frequentia gaudeat
acto biennio, bonâ cum omnium pace, *Iſ*
cum migrans, ſibi delegatum Rectoris in
oppidi ſcholâ munus ſuſcepit; eoque fi
ter aliquot annos functus eſt. Etſi autem
peritis rerum æſtimatoribus humile iſtud
genus videtur, & in pulvere ſcholaſtico ve
ri, inq; eo florem ætatis conſumere moleſt
aut indignum homine ingenioſo, quia ta
præceptoris opera ad hoc prodeſt plurimu
ut pueris honeſta faciat jucunda; quemadm
dum *Plutarchus* alicubi monet, ac verè *Ci*
dixit: *nullum munus melius majusve Reip.*
ferre poſſumus quam ſi doceamus & erudia
juventutem, iis præſertim moribus & temp
bus, quibus illa prolapſa eſt, ut omnium op
refrenanda atque coërcenda ſit, quantum
ſpub. Chriſtiana ludimagiſtris doctis, ad
cendum aptis, laborum tolerantibus, diſci
næ amantibus, debeat, certè obſcurum non

Ut autem virtus & doctrina in obſcuro
ſe nequeunt, *& mediocres honores tempus*
get, immodicos abolet, ut *Theopompus Pylyſ*
ſcripſit, ſic Widebramus ſuper pauca fide
ſuper multa conſtituendus, diutius latere
potuit. Vocatus enim literis publicis *Ien*
in efflorescentem Academiam, linguæ Lat
profeſſ. egit, ex Virgilio & Cæſare, ac Diale
cen expoſuit. Cum autem ibi quidam ἑτερ
διδασκαλοῦντες, parum æqui eſſent Melancht
nis doctrinæ & conſiliorum æſtimatores, at
adeò iis omnibus, qui hæc probantes, delec
bantur memoria virtutum, doctrinæ & me
torum in rempub. Chriſtianam tanti viri,
feſti eſſent, factum & ut humaniſſimis lite
Peuceri, doctiſſimi ac optimi quidam vi
Wittembergam accerſerentur, ac eò quod
ſeſe conferrent. In horum numero fuit *M*
thæus Weſenbecius, & hic *Widebramus*; qu
lud Ciceronis probans: *Nihil bono viro*
quieto magis convenit, quàm abeſſe à civili
controverſiis, cedendum ſibi τῇ θυμομαχίᾳ
odiis quorundam hominum cenſuit, ſicut
pè boni viri vehementibus ingeniis ce
runt, ne majores motus in Eccleſia
repub. excitarentur. Venit eò anno *ſexa*
ſimo nono.

Factum eſt deinde, anno *ſeptuageſimo*,
unanimi conſenſu, Eccleſiæ, Senatus
Academiæ Wittembergenſis, cura Paſt
ris ejus Eccleſiæ, poſt obitum *Pauli Ebe*

Wi

Widebramo, ſeriò tantam provinciam detre- ctanti, demandata ſit. Tanti muneris fun- ctionem, quum diu multumque citra ἀκκισμὸν, uſcipere recuſaſſet, amplexus tandem fuit, cum hac proteſtatione, ut cæteri Theologi, i quando res ita poſtularet, conſilio & auxilio ibi præſtò eſſent.

Non multò pòſt de voluntate Electoris Sa- roniæ *Auguſti*, unà cum aliis quibuſdam do- ctiſſimis viris, Theologiæ Doctoris gradu & eſtimonio eſt ornatus. In horum numero uerunt viri bonorum amore ob virtutem & ὀρθοδοξίαν digniſſimi, *Henricus Mollerus*, quem doctiſſimum: *Caſpar Cruciger*, quem liſertiſſimum, *Widebramum*, quem pientiſſi- num, pronunciaſſe accepimus *Peucerum*: *Nicolaus* itidem *Selneccerus* Norinbergenſis, *Ioannes Bugenhagius* Wittembergenſis ju- nior.

Audierunt Widebramum ingenuè magni quidam viri falſum eſſe, ſe, cum ad miniſte- ium eccleſiæ accederet, alienum à ſententia, quam de Euchariſtia quædam Evangelicæ Ec- leſiæ profitentur, hoc tantum habuiſſe, ut udicaret, odio non habendos nec hoſtilibus nathematiſmis & virulentis ſcriptis inſectan- os, qui aliter ſentirent. Sed cùm incidiſſet n quoſdam doctos & exercitatos homines, qui iis argumentis orthodoxam de ſacramen- is doctrinam defenderunt, quibus non niſi eſponſionibus ab ipſomet Luthero in pole- nicis ſcriptis traditis, ſatisfieri poſſe opinatus uerat, ubi vidiſſet, nullum argumentum ita olidè ab eodem confutari, paginas interdum roniis, ſarcaſmis, & aliis vocibus reſpergi, la- rymis ſe præ dolore paginas illas madefeciſſe, ixit.

Anno *ſeptuageſimo ſecundo Dreſdam* cum ollegis vocatus eſt, ubi conſenſu Theologo- um, qui tum erant in ditione Electoris Saxo- iæ *Formula conſenſus* deliberata & edita fuit. equente anno Thuringiacarum Eccleſiarum nſpectioni, unà cum aliis quibusdam Theo- ogis, interfuit.

Interea dum hæc fiunt, Dominus Jeſus re- oexit optimum virum, & eodem tempore eritatis circa rem Euchariſticam fulgore men- em ejus magis magiſque illuſtravit, & eun- em veritatis comitem crucem geſtare juſſit. Nam ſequenti anno, qui fuit *ſeptuageſimus uartus*, ob diu multumque denegatam ſub- criptionem Torgenſium articulorum, de *con- roverſiâ Euchariſticâ*, ipſe una cum collegis *hriſtophoro Pezelio* Plauenſi Variſco, in tem- lo arcis concionatore, *Caſparo Crucigero* heol. Profeſſore, *Henrico Mollero* Hambur- enſi, ſanctæ linguæ doctore, M. *Wolfgango rellio* Miſnenſi, Logices Profeſſore, *Caſpare eucero* Med. D. & Academiæ Inſpectore, ertis expreſſiſque conditionibus, quarum te- es ſe fore Lipſenſes quidam Theologi rece- erant, eisdem ſubſcripſit antè menſtruo car- ere multatus. Sed conditiones illæ poſtea eglectæ, nec editæ fuerunt.

Poſtea *Naumburgum* eſt relegatus, ubi iennium commoratus Pſalterii ἔμμετρον ver- ſionem, quam Chriſto Domino in carcere voverat, abſolvit. De exercitiis privatis, eo in oppido frequentatis, amicis recitavit hos verſus:

Hic ſtudiis miſcere preces lacrymasque ſolebam:
Triſtis in exilio cùm Widebramus eram.
Solus eram, nec eram tamen illo tempore ſolus:
Quando ſuo mecum numine Chriſtus erat.

His deinde alios quatuor adjecit, adeoque epitaphium ſibi ipſe ſcripſit:

Liber ab exilii dimiſſus carcere tandem,
Rurſus in exilium triſte profectus eo.
Patria terra vale, cœleſtis patria ſalve,
Quælibet eſt forti patria terra: vale.

Exacto triennio exulare juſſus, id quod illi & cum aliis bonis commune, & patrimonii cauſa difficile ac ſingulari damno fuit, cùm loca quædam adiiſſet, hoſpitium tandem ho- neſtum & functionem ſanctam obtinuit in valle *Decianâ*, benignè eum vocante, & tan- quam Eliam exulem ſuſcipiente, illuſtri Heroe *Ioanne Comite Naſſovienſi*, cujus ea fuit animi tum magnitudo tum pietas, ut Chriſti ſervos ac teſtes, nequaquam in cujusquam alterius gratiam ſibi judicaret aſpernandos. *Exulare jubetur.* *Suſcipitur à Ioan. Naſſovio.*

Ut autem vir bonus κοινὸν ἀγαθὸν, com- mune bonum eſt, nec quicquam aliud majori ſtudio habet, quàm ut multis proſit, ita Wi- debramus non tantum Eccleſiæ, cui tum præ- eſſe cæperat, piè tum docendo tum vivendo, ſed etiam viciniæ, cùm Eccleſiarum inſpectio- ne ipſius fidei & curæ demandata fideliter de- fungeretur, plurimùm profuit.

Anno *ſeptuageſimo nono*, Senatus Bremen- ſis rogatu, & veniâ illuſtris Comitis ac Domi- ni ſui, *Bremam*, unà cum D. *Chriſtophoro Pe- zelio*, eſt profectus, ob diſſidia quædam, in- ter verbi Dei miniſtros tum ibidem gliſcentia; quæ, Deo ipſorum conſiliis benedicente, u- triusque diligenti moderatione, ſtudio veri, & gravitate ſimplici, ſunt ſopita. *Bremam proficiſcitur.*

Quadriennio pòſt, collega *Caſpare Olevia- no*, Eccleſias in eâ ditione Solmenſi, quæ ſub jecta inclyto Comiti *Conrado à Solms, Braun- fels, & Domino in Müntzenberg*, reduxit ad ſinceritatem puritatemque doctrinæ Apoſto- licæ, & ceremoniarum primitivæ Eccleſiæ. *Reformat eccleſias in comitatu Solmenſi.*

Vocatus tandem ab illuſtriſſimo Principe *Ioanne Caſimiro*, Comite Palatino ad Rhe- num, Haidelbergam, anno *octogeſimo quar- to*, ut deliberationibus de Eccleſiis & ſcho- lis rectè regendis, unà cum aliis quibusdam Senatoribus Eccleſiaſticis, & intereſſet & præ- eſſet, accidit illi id, quod eſt in vetere pro- verbio, *Mala ſenium accelerant:* & *Vocatur Haidelbergam.*

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.

Quippe repente homines curisque malisque ſe- neſcunt.

Docendi enim laboribus, curis de eccle- ſiâ, incommodis exilii, injuriis adverſariorum fractus & confectus, denique hecticâ febre,

 ad

ad quam & alia ſymptomata acceſſerunt, correptus; piè placideque *ſecundo* Maji manè intra quintam & ſextam deceſſit, verè iis annumerandus, de quibus dictum eſt: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, quoniam requieſcunt à laboribus ſuis.* Funus poſtridie ei factum & hoc programmate indictum:

Ubi moritur.

Funus ejus

Rector Academiæ Haidelbergenſis, EBERHARDUS, Comes Solmenſis, & Dominus in Müntzenberg & Sonnenwalde/ omnibus omnium ordinum Doctoribus, Candidatis, & toti ſtudioſæ juventuti S. P. D.

HERI mane febre hecticâ conſumtus, piè & placidè obiit, vir reverendus, & omnium bonorum memoria & amore digniſſimus, D. Fridericus Widebramus, *S. Theologiæ excellentiſſimus & orthodoxus Doctor. Qui cùm per omnem vitam ſuam piè, juſtè, & temperanter vixerit; & in vitæ ſuæ cataſtrophe, fidem erga Dominum Ieſum Chriſtum, charitatem erga totam Eccleſiam, conſtantiam in veritatis profeſſione, patientiam, & alias virtutes ſic omnibus qui eum inviſere ſolebant, probaverit, ut nemo non cum fructu ſanctum ſenem & intueretur, & alloqueretur; digniſſimus enimverò eſt, cujus exequias ſua præſentia exornent omnium Profeſſionum homines. Hortor itaque Academiæ hujus Doctores & Profeſſores, literatam Nobilitatem, ſtudioſam Iuventutem; ut frequenter paulò ante ſecundam horam pomeridianam accedant ædes, in quibus eximius hic DEI ſervus poſtremos vitæ ſuæ dies ſanctè & cum deſiderio migrandi ad Chriſtum, cui vixit & mortuus eſt, clauſit. Benè valete. Perſcriptum 3. Maji.* 1585.

Epigraphe tumuli.

Sepultus eſt ad D. Petri in choro, additâ epigraphe ejuſmodi:

D. O. S.

Fridrici hæc tegit urna Widebrami
Doctoris pia membra; quem Nariſcis
Peſnicum genuit, Salæ Albidoſque
Lycea excoluêre, & audiêre;
Id magnum Lyricâ magiſtrum in arte,
Cunctis Oenotriæ æmulum Poëtis;
Hoc ſacræ quoque præſulem cathedræ
Inſignem pietate. Sed profeſſum
Conſtanter meliora, trux Erinnys,
Diſcordes quatiens faces ubique,
Incluſit Neopyrgicis cataſtis.
Excepit Decium exulem trienni
Fractum carcere: quinque vix & annis,
Cum luſtris tribus ac novem peractis,
Haidelberga benigniore fato
Gratis occuluit ſolutum arenis.
Sic manes Pietas polo beatos,
Indiditque perenne nomen ævo.
At tu, quiſquis ades, memor, fugaces
Anni quàm volitent; viceſque noſtri
Quàm circum inſtabiles rotentur ævi:
Sic vivas pius, & mori memento.
Ac dum vivifico tubæ fragore
Surgant excita, dic: cubent benignè hic
Fridrici pia membra Widebrami.
Eliſabetha Widebr. *uxor marito c…*
pii deſiderii ergo P. C.
Anno Domini M. D. LXXXV. die 2. …
ji, reverendus & clariſſ. vir D. Fri…
cus Widebramus, *S. Th. D. Eitelberg…*
obiit, nat. annos LIII. M. II. D. I…

Toto illo tempore, quo decubuit, ſub… ſit ſe potenti manu DEI, ac de vitâ ætern… ſuâ ad Chriſtum migratione, cum J. *Ia…* *Grynæo*, & aliis optimis viris libentiſſim… collocutus. Cùm ei recitaſſet *Grynæus* hi… riam de *Babyla* martyre Antiocheno: … cum grandævâ conjuge & aliquot filiis du… ad ſupplicium, ubi ſpectator fuiſſet necis f… rum, cervicem feriendam præbens, dixit *: *vertere anima mea in requiem tuam, quia …* *va benefecit tibi; liberaſti animam meam à …* *te, pedem à lapſu, oculos meos à lacrymis, …* *bulabo in luce viventium:* ibi Widebra… valde delectatus, recitavit verba Pauli: … *pio migrare hinc, & eſſe cum Chriſto:* teſta… que eſt, ſe deſiderio clari conſpectus D… & liberationis à toto peccato, veheme… affici. Rogavit præterea & illum Grynæ… & alios præſtantes viros, ut teſtes eſſent … ſermonis, quo profeſſus eſſet: *ſe jam in …* *poſtremo vitæ ſuæ, cum ſenſu gaudii ſpiri…* *lis, doctrinam illius Eccleſiæ de Euchariſtia …* *de ſpirituali communione corporis & ſangu…* *Chriſti, ad cujus cognitionem ſerò vocatus …* *à Domino, probare; ejus cognitionem ſibi …* *tulari, & in ea acquieſcendo ad Chriſtum …* *minum migrare.* Alio quodam die Gry… dixit: *Tu verò teſtis mihi eſto, quòd ſanctè …* *fide Chriſti Ieſu ſim mortuus.* Gratias etiam … nomine agi voluit pro beneficiis Princip… Caſimiro, ejus conjugi, ac hujus parenti D… Saxoniæ, D. Auguſto Principi Electori. … unum valde eſt queſtus: quòd cùm eo animo Haidelbergam veniſſet, ut regni Chriſti negotiis promovendis reliquum vitæ tempus optimè collocaret, adverſâ valetudine præpeditus, minus præſtitiſſet, quàm voluiſſet. *Reſponſum contra illi eſt,* magnum quiddam eſſe Eccleſiæ cauſa puras ad Deum attollere manus, concipere pias preces & δοξολογίαν, publico privatoque nomine Deo gratias agere, pro ſpirituali & corporali benedictione: ac eo nomine, & ipſum & alios pios, plurimum prodeſſe Eccleſiæ, etiam quando per valetudinem munia cætera obi… re non poſſunt.

Reliquit ingenii monumenta non co… mnenda, venuſta & pia *Poëmata*, quæ p… pter elegantiam magnis illis viris *Melancht…* *ni & Camerario* probata fuerunt, quorum p… tem primam heredes ac generi anno 1601. e… derunt, reliqua adhuc premuntur, pietati… eruditæ elegantiæ ſtudioſis, non injucunda … inutilia, ſi ederentur, futura.

Hæc de Widebramo *ex oratione parental…* *Barthol. Pitiſco habita, præſcribente I. Iac…* *Grynæo, item ex monumentis Haidelberg…* *ſibus.*

SIMO…

SIMON SULCERUS.

Bernæ Helvetiorum honeſtis parentibus natus eſt *Simon Sulcerus*, anno Chriſti, *illeſimo, quingenteſimo octavo.* In patrio lu- o Præceptore *Rubello* uſus, prima literarum ndamenta feliciter jecit: ſuosque æquales genio ac diligentiâ facilè ſuperavit.

Bernâ poſtmodum ſeſe *Lucernam* contulit, i ſub *Oſvvaldo Myconio*, qui celebrem ibi holam aperuerat, plurimùm in linguarum tiumque cognitione profecit. Inde *Baſi- am* venit, atque in Mathematicis *Henricum oricum Glareanum*, popularem ſuum, domeicum habuit præceptorem.

Comparatâ itaque linguarum & artium huaniorum ſupellectile haud contemnendâ; imum ad Theologiæ ſtudium appulit, in io *Baſileæ Oecolampadium & Paulum Phry- ionem*, *Argentorati* verò *Bucerum*, *Capito- em*, ac *Hedionem*, egregios nactus eſt magiros. Eruditionem autem ipſius cum vitæ tegritas eximia commendaret, teſtimonio *aſileæ* publico ornatus, ac Philoſophiæ Maſter, anno Chriſti *trigeſimo primo*, ætatis ſuæ *iceſimo tertio*, renunciatus fuit, eidemque poſt cademiæ inſtaurationem *collegii Oeconomia* adminiſtratio commendata: quo ipſo temore, ductâ in matrimonium Baſileæ, ex hoeſtâ *Merianorum* familiâ, uxore, patremfailias agere cœpit.

Paulò pòſt *Bernenſis Reſpubl.* vitæ ejus raone intellecta, eum ad ſe vocavit, atque boas artes ſuâ in urbe profiteri juſſit. *Bernam* aque regreſſus, ad tempus linguarum & arium bonarum præcepta tradidit, atque mulorum diſcipulorum concurſu omnibus bonis notеſcere cœpit. Verùm cum ipſe ad maora natus eſſet, & ſummo deſiderio ſacrarum iterarum teneretur; aliquot annis pòſt *Baſi- am* rediit, atque *Münſterum* in Hebraicis, *ryn æum* verò in Theologicis audivit. Aleantur tunc *Baſileæ* publicis ſumtibus in moaſterio Prædicatorum, Magiſtratus juſſu, adoeſcentes quidam delecti tanquam Eccleſiæ & cholarum ſeminarium. Eorum inſtitutio & ura cùm *Sulcero* commiſſa eſſet, functionem am magna animi moderatione ſuſcepit, & nterea Theologico ſtudio ea dexteritate inbuit; ut jam tum præclaram omnibus de ſe ſpem præberet.

Ortum erat paulò ante id tempus ſacraentarium diſſidium in Eccleſiis reformatis. Quod cum non ſine ingenti piorum omnium olore, latius latiusque ſerperet: *Sulcerus* ſub nnum nativitatis Domini *trigeſimum octa- um* ad Saxonicas Eccleſias profectus, cum pſo *Luthero* eâ de re amicè contulit. E Saoniâ domum reverſus, *Bernam* eſt in patriam d miniſterium Eccleſiarum vocatus, paſtoraque præfectus muneri, anno ætatis ſuæ *tri- ſimo.* Quam vocationem *Sulcerus* ſinceoris religionis amore ſecutus, ſingulari affiitate, & naturali facundia per *annos decem* ſubivit, ita ut & Eccleſiam atque ſcholam ibi ornaret, & cunctis bonis eſſet gratiſſimus. Nam in potenti eâ Reipubl. nihil intra aut extra urbem intermiſit, quod ad Eccleſiarum incrementum, & Chriſti gloriam propagandam facere videretur.

Bernæ autem lite illa Euchariſtica quoque exorta, *Sulcerus* quietis cupidus, locum mutavit, atque Baſileam ſtudiorum alumnam, anno Chriſti *quadrageſimo octavo* ſupra *ſeſquimilleſimum*, rediit. Ibi cùm aliquantiſper ſine docendi munere vixiſſet, ſacrisque lectionibus frequens intereſſet, poſtea collegii *Auguſtiniani* Oeconomia ipſi eſt commendata. Sequenti deinde anno cùm *Wolfgangus Wiſſenburgius*, ob perpetuas humorum deſtillationes & vocis raucedinem, miniſterio Eccleſiaſtico minus vacare poſſet: *Sulcerus* in ejus locum ſuffectus & ad D. Petri docendi munus obire juſſus fuit. Anno deinde *quinquageſimo ſecundo*, poſt *Münſteri* obitum Hebraicæ linguæ profeſſio eidem eſt commiſſa. Quo in utroque officio cùm induſtriam diligentiamque probaret omnibus, eodem anno ſtatim poſt *Oſvvaldi Myconii*, paſtoris Baſileenſis mortem, unanimis ſuperiorum votis ejus in locum ipſe ſurrogatus atque ſummi templi paſtor fuit conſtitutus.

Redit Baſil.

Succedit Wiſſenburgio.

Deinde & Munſtero.

Et Myconio

Et quaſi id non ſatis eſſet oneris, triennio pòſt *publica* quoque *profeſſio* explicandorum *Veteris Teſtamenti* librorum, huic eidem Sulcero eſt delata. Iſtis in officiis omnibus, id ſibi curæ datum propriè exiſtimavit; quod Apoſtolus ab omnibus myſteriorum divinorum Oeconomis requirit, fidus ut reperiretur: περιϊςάμενος ἐν σπουδῇ. Eo fine privatas quoque inſtituit συζητήσεις, lectiones, atque concionum μελέτας παρασκευαςικὰς; in gratiam diſcentum; & in ſingulis illis ſacris progymnaſmatis, quid cuique deeſſet, quidve ipſe deſideraret, amicè & candidè monuit, atque ita ſanctæ Theologiæ candidatos ad munia Eccleſiaſtica eleganter præparavit.

Commendatur eidem profeſſio Theolog.

Induſtria ejus.

Progymnaſmata ſacra.

Deinde cum anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo, Carolus* Badenſis Marchio ſuæ ditionis eccleſias reformare ſtatuiſſet, *Sulcerum* cum D. *Iacobo Andreæ*, & D. *Iacobo Herbrando*, Wirtembergicis Theologis, in ſuperiori Marchionatu ei negotio præfecit, atque ad Auguſtanæ Confeſſionis formulam omnia diſponere juſſit. Solitus poſtea etiam fuit *Sulcerus* vicinos in Marchionatu miniſtros accedere, quemque ſui officii admonere; & ut ritè omnia peragerentur operam dare, idque tantâ animi manſuetudine & affabilitate; ut à plurimis *Præceptor*, ab aliis *pater* appellatus habitusque fuerit.

Adeſt reformationi in Badenſi Marchionatu.

Anno *ſexageſimo tertio* promerente id pietate, eruditâ doctrinâ, atque virtute ſua, totius Academiæ autoritate & voluntate *Theologiæ Doctor* fuit renunciatus. Eruditio enim ejus atque animi virtutes omnibus fuere perſpectæ. Trium linguarum, Græcæ, Latinæ & Hebraicæ præclaram notitiam ſibi comparavit: artes dicendi feliciter percepit; Mathematica

Doctor Theolog. ſalutatur.

Eruditio ejus.

matica ſtudia excoluit; atque etiam Philoſophorum & Medicorum ſtudio non vulgarem operam impendit. Quod ad Theologiam attinet, ſacram ſcripturam cum antiquorum Patrum lectione ſibi familiarem reddidit, atque de omnibus dogmatis inſigne judicium acquiſivit. Itaque & publicè pro ſuggeſtu, & in ſcholis è cathedrâ veteris & novi inſtrumenti libros apertè, diſtinctim, propriè & ſumma cum gravitate explicuit: idque non ſine auditorum magno emolumento.

Cum ita bonum certamen certaſſet atque curſum ſuum conſummaſſet, ad beatam piorum in cœlis triumphantium conſuetudinem abiit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo quinto*, die *viceſimo ſecundo* Junii, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo ſeptimo*. Sepultus eſt Baſileæ in templo cathedrali cum epitaphio monumento ejuſmodi:

Obitus.

Epitaphiū.

C. S.
SIMON SULCERUS
THEOLOGUS
ÆDIS HUJUSCE ANN. XXXIII.
VERUS VIGILANSQUE
ANTISTES,
UTRAQUE MANU VINEAM DOMINI
SUI EXCOLUIT,
SCHOLAM THEOLOGICAM EREXIT
ATQUE REXIT:
FIDA DOCENDI ADSIDUITATE
SUSPICIENDUS,
VITÆ SANCTIMONIA ET
PROBIS MORIBUS
IMITANDUS.
VIXIT ANNOS LXXVII.
⊕ AN. SAL. CIϽ IϽ XXCV.
XXII. JUNII.

Scripta.

De ſcriptis ejus hæc recenſentur, primum *Acta Synodi Bernenſis* è Germanico in Latinum juvenis tranſtulit, atque aliquot *præfationes* bonis authoribus conjunxit & edidit. Collegit etiam ex utriusque linguæ ſacris & profanis authoribus *locorum communium theſaurum*, quem tanto ſtudio ac artificio in certas diſpoſuit arculas; ut de quacunque re ſit dicendum, ampliſſimam in promtu habeas materiam.

Hæc de Sulcero ex lib. 3. Proſopograph. Pantaleonis, monumentis Baſileenſibus, & elenchis librorum.

⊕. 1586. d. 15. Iulii.

LUDOVICUS LAVATERUS.

Tigurum, patria Lavat.

PAtria *Ludovico Lavatero* obvenit *Tigurum*, urbs Helvetiorum clariſſima. Literarum primis rudimentis expolitus, tantum in publicis ſcholis labore & ingenio eruditæ doctrinæ adjecit: ut utilem aliis operam potuerit navare.

Docet ibi. Edit ſcripta ſua & aliena.

Quamobrem in patria & ſcholæ & Eccleſiæ miniſter, voce ſcriptiſque fideliter utramque erudivit ac illuſtravit. Protulit tunc in lucem non ſuas ſolùm, ſed & aliorum lucubrationes, præſertim *Henrici Bullingeri*, ſoceri ſui.

Mortalem vitam deſiit vivere anno Chri *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo ſexto*, d *decimo quinto* Julii.

Inter ſcripta ipſius laudatur *hiſtoria de or & progreſſu* controverſiæ Sacramentariæ; & *tr ctatus de ſpectris, lemuribus, fragoribus, vari que præſagitionibus*, quæ plerumque obitu hominum & magnas clades præcedunt. H liber *Latinè, Germanicè, Belgicè, Gallicè & It licè* ſæpius perhibetur recuſus. Cætera ej monumenta in elenchis librorum habentu *Ex elogiis doctorum virorum.*

MARTINUS CHEMNITIUS.

MArtinus Chemnitius natus eſt *Britzæ*, v teris Marchiæ oppido, ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, viceſimu ſecundum*, parentibus quidem honeſtis, ſ tenuibus; utpote cujus pater lanificio victu quæritarit. Adoleſcens itaque cum var difficultatibus, ſtudiorumque impedimenti ob rei familiaris anguſtiam conflictatus, ta demque pertinaci induſtriâ, & labore impr bo, qui omnia vincit, eluctatus eſt.

Primis literarum rudimentis in patriâ ſch lâ cognitis, *Magdeburgum* venit, ubi firmi ra artium & linguarum fundamenta jecit. E inde Philoſophiæ ſtudia *Francofordiæ ad O ram*, ſub agnato ſuo *Georgio Sabino*, ampl xus; *Wittembergæ* eadem, unâ cum Math maticis præcipue ſub *Melanchthone* aliiſq Profeſſoribus urſit abſolvitve.

Inde *Sabinum Regiomontium* Boruſſiæ cutus, ſcholæ oppidanæ ibidem præfectus, gradu Magiſterii in prima ejus Academiæ pr motione ornatus eſt. Poſtea Bibliothe Principis inſtructiſſimæ præpoſitus, honeſt in aula locum habuit, anno *milleſimo quinge teſimo quinquageſimo ſecundo*. Theologiæ ſ dio totum ſe dedidit: Duci Boruſſiæ ob ſ dium Matheſeos atque Aſtrologiæ ſanioris, ſingularem quandam in eo ſtudiorum gen dexteritatem, & εὐστοχίαν, præcipuè chari eoque nomine etiam a Marchione Brand burgico *Ioanne* in honore habitus. Gra etiam charusque fuit pleriſque, qui tum pr cipui in aula, omneſque Chemnitio, ob m deſtiam & ſimplicitatem, ad amicitiam ſu honeſtum & liberum aditum patere vol runt.

E Boruſſia & ex aula, in qua triennium rè quidvis potius, quàm aulicus conſumſe cum ſub annnum, *quinquageſimum quint* pertexendorum ſtudiorum cauſa ad Aca mias redire vellet: honeſtè & liberalit Principe ſuo *Alberto* literis donariiſque natus ac dimiſſus fuit. Denuo ergo *Witt bergam* reverſus, ac Melanchthonis convi uſus, publica ipſi ab eo *locorum commun* prælectio eſt mandata; ſub cujus primo *Brunſuigam* à Senatu evocatus commigra

[ſ]ui Eccleſiæ *triginta* ipſos annos primo coad- [j]utor, deinde Superintendens, quo tempore [g]radu Doctoris Roſtochii decoratus eſt, præ- [f]uit; ſummaque tum fide, tum laude & con- [c]ionibus & lectionibus publicis inſervivit.

Expetita interea opera ejus eſt à Rege *Da-* [n]*iæ Friderico*; ab Electoribus, *Palatino Ludo-* [v]*ico, Saxone Auguſto*, & *Brandenburgico Jo-* [a]*nne Georgio*: à Principibus, *Joanne Mar-* [c]*hione* Brandeburgico, *Alberto* Boruſſiaco, & [J]*ulio* Brunſuicenſi; ab ordinibus Evangelicis [A]*uſtriæ*, aliisq; celebribus Rebuspub. Conſiliis [p]ræterea ipſius in negociis Eccleſiaſticis uſi [ſ]unt Elector Brandeburgicus *Joannes Geor-* [g]*ius*: Duces Brunſuicenſes & Luneburgenſes, [J]*ulius* & *Gulhelmus*.

Poſtquam ergo labores pro aſſerenda con- [t]ra adverſarios orthodoxa veritate infinitos [e]xantlaſſet, Philoſophus juxta & Theologus, [n]eque veritatis bonarumque artium ſtudio, [n]eque laude officii facile cuiquam ſecundus: [t]andem laborum mole fractus, viribusque [c]orporis exhauſtis, anno Chriſti *octuageſimo* [ſ]*exto*, *octavo* Aprilis, ſuæ ætatis anno *ſexage-* [ſi]*mo tertio* completo, miniſterii ſui *trigeſimo* [te]*rtio*, in conſtanti ejus doctrinæ, quam vivus [v]oce & ſcriptis tutatus fuerat, confeſſione, [o]mnis carnis viam ingreſſus, animam ſuam [C]hriſto commendavit, inque eo piè & placidè [B]*runſuigæ* obdormivit: ingenii, eruditionis, [j]udicii, & moderationis laude, apud ipſos et- [ia]m adverſarios ſibi parta, nominisque me- [m]oria ex editis monumentis in Chriſtiano or- [b]e immortali relictâ.

Inter labores ejus primas facilè obtinet il- [l]e, quem dogmatibus, decretis, & canonibus, [C]oncilii Tridentini examinandis & refutandis [i]mpendit, utilem ſane omnibus veritatem [a]mantibus. Ipſe etiam inter primos exſtitit, [q]ui *naturam, artes & doctrinam Jeſuitarum* [G]ermanis, quantum illis temporis patuit dete- [g]ere cepit. Ita enim ad Electorem * Brande- [b]urgicum: *Intereſt Principum Germaniæ re-* [c]*te noſſe: qualis ſi nova illa ſecta, quam Ro-* [m]*anus Pontifex præcipuè inperniciem eccleſia-* [r]*um Germaniæ creavit: & quid ab ea exſpe-* [ct]*andum ſit illis, qui eam in ſinu fovent. Oc-* [c]*upati hactenus fuerunt collocandis & proferen-* [d]*is ſuis nidis: & ne ipſe ſuo ſe indicio ſorex,* [p]*riusquam nidum rectè compoſuiſſet, proderet,* [ſc]*riptione magna ex parte abſtinuerunt: vel cer-* [t]*è ſi quid ſcripſerunt; ita involverunt ambiguis* [g]*eneralitatibus, ut quid ſecta hæc præ cæteris* [p]*roprii haberet, non facilè poſſet deprehendi.* [A]*t hodie aperta ſunt omnia; nihil enim eſt,* [q]*uod Sophiſtæ illi ſummâ impudentia, ut Thai-* [ſ]*is Babylonicæ, cui perfricta frons, cultores, de-* [fe]*ndere non auſint.*

Georgius Calaminus hoc ipſum elogio or- [n]avit:

> [M]*agnum terra virum, magni poſt fata Lu-*
> *theri,*
> *Si quem felici Teutonis orbe tulit:*
> [C]*erte Chemnitius fuit is: monumenta librorum,*
> *Hercule vel dignus quod labor ille probat:*
> *Impia tum Latiæ decreta examinat Hydræ:*
> *Fœta Tridentino quæ parit illa ſolo.*
> *Enthea ſyderei tutans & jura ſenatus,*
> *Pugnando Chriſti pro grege victor ovat.*

Et tantum de Chemnitio, ex ipſiusmet ſcri-ptis, aliorumque elogiis.

PRIMUS TRUBER.

Ob. 1586. d. 29. Junii ætat. 87.

ROſterlicii pago *Carniolæ*, ſub ditione *Ba-ronum ab Auerſperg*, tribus milliaribus *Labaco*, metropoli illius provinciæ, natus eſt *Primus Truberus*, parentibus piis ac bonis, anno Chriſti, *milleſimo quingenteſimo octavo*, quo *Maximilianus I.* Venetis bellum movit.

Roſterlicium patria Truber.

Puer admodum à parentibus *Salisburgum* miſſus literarum condiſcendarum cauſa, ubi rudimenta percepit, *Viennam* Auſtriæ able-gatus, pane ibi publicè mendicato vixit: uti tunc & illic & alibi moris.

Salisburgi elementa prima diſcit. Inde Viennæ.

Deinde ubi Epiſcopo *Triſtano* annotuit, cui *Petro Bonomo* nomen; ſymphoniacis ejus eſt adjunctus; charusque præſuli fuit. Ejus commendatione, anno *milleſimo quingenteſi-mo viceſimo ſeptimo*, *Laceæ* in tractu *Raſcha-cano*, parochus eſt ordinatus, & anno *milleſi-mo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo* cano-nicus deſignatus ad *Martini Fiſternatis*.

Pet. Bonomus. Fit parochus. Et canonicus.

Accidit autem, ut ſub id tempus muliercu-læ quædam malæ famæ, in *Carniolâ* & *Styria* inferiori, jactitarent apparitiones, neſcio quas, *Mariæ, S. Rochi, Sebaſtiani, Trium regum* & aliorum divorum; qui peterent hic in hoc, ille in alio loco, monte, valle, ſylva, vel cam-po, fanum ſibi dedicari ſacrarique: ni id fiat, immiſſuros illicò pecudibus & hominibus di-ram peſtilentiam, agris & vineis calamitatem. Quæ ubi ad imperitum dimanavere vulgus; concurrerunt undiquaque, quaſi œſtro per-citi, & adductos *boves, vitulos, oves, linum, lanam, ceram, gallinas, & pecuniam*, ut facul-tates cujusque erant, obtulerunt divis illis, un-de magnis ſumtibus delubra extructa: quæ a-cres defenſores, tum monachos & ſacrificos omnes, tum Epiſcopum inprimis Labacen-ſem cui plurimum ea res emolumenti adfere-bat, invenerunt.

Mulierculæ apparitionum jactatrices. Templa divis exſtructa.

Ejusmodi idololatricos cultus cum ferre *Truberus* non poſſet, nec deberet; cum ſym-myſtis quibusdam eos publicè taxavit, monuit-que plebem; *in Chriſto ſolo & uno Redemtore quærerent ſalutem; pœnitentiam agerent; vitam emendarent; de cætero non tantillum ſolliciti.* Et, quod mireris, hæc talia Epiſcopus Triſta-nus *Bonomus*, & *Chriſtophorus Rauber*, & *Fran-ciſcus Cazianerus* Epiſcopi Labacenſes, tu-lerunt veritatem agnoſcentes.

Truberus idololatr. taxat. Quod ferunt quidam Epiſc. Labacenſes.

Verum cum quidam *Urbanus Textor*, præ-ſulis Labacenſis dignitatem eſſet nactus, prin-cipio ſtatim ægerrimè tulit diſputationes illas, *de fide ſola juſtificante*. Itaque confecto bello Germanico, anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo*, in aula *Ferdinandi* tantum effecit: ut *Truberus*, cum duobus ſynergis *Paulo VViero* & *Georgio Dragolicio*,

Urban. Textor non item. Accuſat Trub.

custodiæ mandandi eſſent. Et quidem duo poſteriores capti inque carcerem compacti ſunt: *Truberus* autem omnibus ſuis beneficiis exutus, & plus quàm *quadringentorum florenorum* libris ſpoliatus eſt ab illo Urbano Epiſcopo: qui deinde *Donavverdæ* caſu improviſo collum fregit. Cum ergo ſpem ſibi *Truberus* omnem adipiſcendi alicujus officii præciſam animadverteret; conſilio cum piis fratribus communicato in *Germaniam* ſuperiorem conceſſit. Multum quidem ordines, *Carniolani* proceres, nobiles & cives ſolicitè egerunt, unà cum Auſtriacis: ut confeſſio Auguſtana & Truberi præſentia concederetur: atque obtinuerunt tantum: ut, frendentibus Epiſcopis ac monachis concederetur ei quidem in Carniolâ habitandi, ſed non concionandi poteſtas.

Deponit & ſpoliat Bibliotheca Trub. Miſerè perit. Concedit in Germ. Trub. Habitat in Carniola.

Anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo*, nova orta eſt perſecutio, quæ Carniolanâ provinciâ eum ejecit.

Ejicitur inde.

Primum itaque *Norinbergam* venit, inde promotione *Urbani Regii* ad miniſterium *Rotenburgi* ad *Tubarum* vocatur; ibi uxorem primum duxit, fideliterque Eccleſiæ ſervivit.

Docet Rotenb. ad Tubarum.

Anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo*, Campenſi Eccleſiæ præficitur, & *octennium* Evangelio docendo ibi occupatur.

Et Campis.

Anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo*, à ſuis Carniolanis revocatur. Itaque reſignato Campenſi officio ad ſuos remigrare ſtatuit; ſed impedimenta talia inciderunt; ut vocatio irrita fuerit.

Revocatur à Carniolanis. Impeditur reditus.

Proindè per literas à proceribus certior factus, diutiusque in Germania ſubſiſtere juſſus, ab illuſtriſſimo Principe Chriſtophoro Wirtembergico, Paſtor *Auracenſis* eſt conſtitutus, ubi annum ſervivit Chriſti Eccleſiæ.

Auraci docet.

Cum autem antehac inveniſſet artem lingua Wandalicâ ſcribendi, antea nunquam viſam, nec in literis nec libris uſurpatam: ſubſidio Principis *Chriſtophori* Wirtenbergici; & conjunctis operis aliorum duorum; officinam Typographicam inſtituit Wandalicam; quam ad rem plurimum contulit liberalitas generoſi Domini *Joannis Vngnadii*; qui unice id egit: ut Eccleſiæ Carniolanæ ædificarentur hoc modo.

Invenit artem Wandalicæ ſcribendi. Inſtituit officinam Typogr. Wand. J. Vngnadii liberalitas.

Iterum poſtea *Labacum* vocatus, permiſſu Principis Chriſtophori anno *ſexageſimo ſecundo*, eò abivit: ſed ſtatim à Sophiſtis ſuis hoſtibus calumniis impetitus, in aula *Ferdinandi* Auguſti; ad tribunal Epiſcopi Labacenſis citatus, intrepidam ſuæ fidei confeſſionem cum fructu edidit. Neque enim antea conſtabat aliis diverſæ religionis certò; quidnam doceret *Truberus* & Evangelici alii. Hac confeſſione edita in officio eſt relictus, laborantibus pro eo proceribus Carniolanis.

Labacum redit. Accuſatur ad Caſarem. Edit fidei ſuæ confeſſionem.

Spargebantur tum variæ à variis calumniæ de doctrinâ *Truberi* & collegarum: quaſi perperam doceret *de Sacramentis*, quaſi *baptizarent infantes in fluminibus præterfluentibus*; quaſi *à Pontificiis baptizatos rebaptizarent*, quaſi *magiſtratum omnem tollerent*, & ejusmodi ſexcenta. His motus Wandalice ver[...] & evulgat eccleſiarum Saxonicarum cerem[...] nias & examen *Philippi*, ſine titulo tamen [...] præfatione. Id quod malevoli eò acceperu[...] ac ſi in contemtum Archiducis Caroli verger[...] Iterum ergo, quantumvis deprecantibus [...] laborantibus pro ipſo vehementer ordinib[...] Carniolanis, exire patria juſſus eſt.

Calumniis gravatur.

Reverſus *Tubingam*, primùm Eccleſiæ *La[...] ſenæ* præficitur: exinde quamvis Suinfurt[...] invitaretur, cum ſemeſtri ibi fuiſſet: tamen [...] Typographicis operis adeſſe poſſet Tubing[...] non procul ab eâ *Derendingam* translatus [...] Anno *ſexageſimo ſeptimo* cum ordines den[...] de Trubero revocando agerent in aulâ Arc[...] ducis, ipſe ab amicis rogatus, ut à Turcis [...] ptivis in eâ provinciâ *Alcorani* exemplar co[...] quireret, ejusque verſionem impetraret. V[...] nit igitur in Carniolam, & à Turcis exquiſi[...] fidei ipſorum in Alcorano comprehenſæ, [...] emplum; examinatis duobus Turcis alte[...] Waſcha quodam, altero ſacerdote; redit [...] Germaniam, animadvertens ſe non grat[...] Pontificiis in Carniola eſſe hoſpitem.

Vixit *Derendingæ* in annum usque *vi[...] mum*, ſuoque officio, quantum per valetu[...] nem licuit, diligenter præfuit, concionan[...] Sacramenta adminiſtrando, ægrotos viſen[...] omnibus benefaciendo. Nam inprimis [...] pauperes liberalis pro facultatum modulo f[...] etiam in indignos. Et ſi divitiis corrad[...] dis ſtuduiſſet, hereditatem ſuis ampliorem [...] linquere potuiſſet. Nam, præter ſtipendi[...] ordinarium, quotannis à Carniolanis hab[...] annuos *ducentos thaleros* pro laboribus fide[...] bus. Unde ei merces ampla ſperanda, qu[...] non tenax, non avarus, non prodigus fuit: [...] in domeſticos præcipuè fidei largus.

Deus ei vitam prorogavit ad annum usq[...] *ſeptuageſimum octavum* inter tot caſus & ca[...] mitates, & ſenectam crudam viridemque l[...] gitus eſt; ita ut ſatis officio ad extremum uſ[...] ferè diem facere poſſet. Nam pridie, qu[...] lecto affigeretur, ægro vicino ſolandi cauſa [...] fuit. Deinde *viceſimo primo Junii* morbo [...] pentino oppreſſus eſt, uſus prius cœnâ D[...] mini in præſentia plurium, à D. *Dieter[...] Snepfio* conſolationes è ſacris cum ſingul[...] devotione audivit: interrogatus, clara v[...] confirmavit, ſe ita credere. Suos autem [...] ditores ad conſtantiam eſt cohortatus. Fili[...] ſuæ die *viceſimo ſexto Junii* preces præi[...] Eodem die periodos ultimas in *Poſtilla Lu[...] ri* Oeconomica abſolvit, Wandalicè int[...] pretando.

Cùm quidam paſtor die *viceſima ſepti[...]* Junii officii cauſa ad eum acceſſiſſet, & in ag[...] ne jam conſtitutum crederet, ac præſentes [...] precationem hortaretur: Truberus clarâ [...] ce; *textum, textum*, inquit, volo: Te[...] Text her: das iſt/ man ſoll ihm nichts [...] lauter Sprüche auß Gottes Wort vorſ[...] chen. Inprimis audire expetivit *Pſalm[...] viceſimum tertium*. Die *vigeſima octavâ* J[...] cùm nominum, quæ apud ſe alii fecerant, [...]

mi[...]

miniſſet: omnia illa debitoribus remiſit: poſtea invaleſcente morbo inter preces placidè exſpiravit, *die viceſima nona* Junii, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto*, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo octavo*. Honeſtè ante portam templi *Deredingenſis* humatus, concionem habente *Jacobo Andrea*, Academiæ Tubingenſis tunc cancellario. *Martinus Cruſius*, cui cum Trubero amicitia interceſſit, hoc defuncto Epitaphium ſcripſit:

Vir tumulo hoc ſanctus de Sclava eſt gente ſepultus,
Primus: qui Chriſti nomine multa tulit.
Tranſtulit in patriam divina volumina linguam:
Sparſit in Eoas dogmata ſancta plagas.
Pulcrè certavit: curſum ratione peregit:
Nunc ipſum in cœlo pulcra corona manet.

Hic, ut ſupra diximius, primus cepit Sclavonicam linguam Latinis literis ſcribere, & in eam traduxit hæc:

1. *Catechiſmum.*
2. *Novum Teſtamentum.*
3. *Locos communes Theolog.*
4. *Auguſtanam confeſſionem.*
5. *Eccleſiaſticam ordinationem.*
6. *Examen Melanchthonis.*
7. *Poſtillam Lutheri.*
8. *Pſalterium Germanicè explicuit.*

Atque his ſuis laboribus effecit *Truberus*: ut Evangelii doctrina non ſolùm in ducatu Carniolæ; ſed & Carinthiæ ac finitimarum regionum, imò in ipsâ Turciâ fuerit propagata.

Inter alios patronum, ut diximus, habuit egregium, æternaque memoria dignum, generoſum Baronem *Joannem Ungnadium à Sonneneck*: qui multa pia noſtratium ſcripta in *Sclavonicam* vel *Croaticam* linguam transferenda curavit: & ad Turcicas gentes, ut Chriſtianiſmo imbuerentur, transportanda: opera uſus hujus *Truberi*, Carniolani, *Stephani* conſulis *Hiſtriani*, & *Antonii Dalmatæ*, in Tubinganâ *Georgii Gruppenbachii* Typographia. Hic, cùm ſub rege *Ferdinando Styriæ* & *Carinthiæ* præfuiſſet: contulit ſe in ſcholam Wittembergenſem, & ad vicinas Eccleſias: ut in doctrinâ ſincerâ magis confirmaretur. Deinde ab Illuſtriſſimo Principe *Chriſtophoro* Würtembergico receptus, *Uraci* diu habitavit, poſt *Tubingam* commigravit. Obiit anno Chriſti 1565. in Boëmiæ arce ſororii *Joachimi Schlickii VVintricia*, admodum ſenex: inde *Tubingam* transvectus, ut juſſerat, magnificè in S. Georgii eſt ſepultus. *Jacob Andr. in concione funebri: Cruſius in annalib. Sueviæ, Part. 3. lib. 12. cap. 11.*

THEODORICUS SNEPFIUS.

Celebris eſt regio Germaniæ Suevicæ, ad *Neccarum* flumen, *Greichgœa*: quam à gente, ſeu novis colonis Græcis, qui olim eâ in Germaniæ parte, bellorum occaſione, conſederint, quaſi Γραικῶν γαῖαν nominatam, eruditorum quidam divinant. Peperit hæc regio viros aliquot eruditione ac virtute præſtantes: in quibus eminent *Melanchthon, uterque Chytræus, Hieronymus Gerhardus* Wirtembergicus Procancellarius, alii.

Eſt autem eâ in regione oppidum *VVimpina*: juxta quod *Cocherus* amnis, è ſalinis Suevicis, & *Jaxta* è finibus Franconiæ delabentes, Neccato miſcentur: cui antea, à quodam Cornelio conditore, *Cornelia* nomen; poſtea ab Hunnorum crudelitate, quam tum in viros, tum in fœminas inprimis, præcidendo earum mammillas, novo exemplo exercuerunt, *VVimpina*, quaſi Weibpein/ fuit appellata. Hoc in oppido calendis Novembribus, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto*, natus eſt *Theodoricus Snepfius*, patre *Erhardo*, Theologo clariſſimo, matre verò *Margarita*, conſulari ibidem familiâ oriundâ. *Wimpina oppidum.* *Natalis Snepfii.*

Puer domi Paternæ educatus eſt liberaliter, primum *Marpurgi*, quo pater evocatus erat, magiſtro uſus *Chiliano Lingelſinio*, cognato ſuo; tum etiam patre ipſo, quantum per occupationes fieri poterat. *Marpurgo* cum patre *Stutgardiam* venit: ubi commendatus eſt inſtitutioni *Alexandri Marcoleonis*, juventutis informatoris tunc eo in loco celebris. Ibi in commilitio habuit tum alios, tum *Jacobum Andream*, de quo poſtea, *Joann. VVellingium*, *Ferdinandi* regis poſtea Cancellarium, virum ad ſumma & opum & honorum faſtigia ſublatum, *Anaſtaſium Demlerum* JCtum clariſſ. & *Bidenbachios* Joannis filios quatuor, adoleſcentes tunc, ingenii dotibus excellentes, poſtea viros ad ſummos honorum gradus, tum in politiâ tum in Eccleſiâ evectos. Hiſce cum condiſcipulis ac convictoribus ſuis, & ſub domeſticâ patris, & publicâ Marcoleonis diſciplinâ, tantos brevi tempore fecit progreſſus: ut, patre officii ratione abſente, aut religionis cauſa peregrè profecto, ipſe patris, in examinandis docendisque condiſcipulis, haud ineptè partes obiret. Erant autem præter Bidenbachios in convictu Snepfiano tunc & alii, inter quos *Joann. Bengel* ac *Raimundus Voglerus*, viri deinde inſignes. Hos omnes pater *Snepfii* in convictum receperat, filii excitandi cauſa. Verè enim elegiographus ſuaviſſimus: *Educatio.* *Commilitones.* *I. Welling.* *I. Bengel.* *Raimund. Vogler.*

Tum benè fortis equus reſerato carcere currit:
Cùm, quos prætereat, quosque ſequatur, habet.

Ut autem certas in equorum pullis notas obſervant mangones: & ſua habent generoſi canes indicia: ita in hominis indole prodendâ natura ſeſe maturè oſtentat: & Snepfius hic, qualis aliquando futurus eſſet, vix dum deguſtatis literis, manifeſtis præ ſe tulit argumentis. Locum enim aliquem conſcendens in ædibus editiorem, ex eo, tanquam cathedra, nunc condiſcipulos ſuos, alacritate magnâ, & quadam gravitate, more ſcholaſtici profeſſoris docebat: nunc domeſticos ex eodem tanquam ſuggeſtu, concionatoris inſtar ſermone non

inepto ſic informabat, ſic concionem inſtituebat, quaſi ad eam & ætate major & inſtructior eruditione habendam aſcendiſſet. Itaque æquales etiam tùm præceptoris ſui titulo eum ſalutare fuerunt ſoliti: & verè multorum ipſe fuit præceptor, ut eventus & ſequens narratio loquetur. Erat tùm ei inter alios, *Jacobus Andreæ* commilito, excitatiſſimi adoleſcens ingenii: qui duo quadam arcana ratione, tantam ea ætate & vita conſecuti dicuntur auctoritatem, ut tanquam præceptores, à reliquis condiſcipulis, certatim conſulerentur, & interrogarentur: quibus ipſi ſingulis ita ſatisfecerint: ut neſcire ſe dixerint reliqui; utrum ex præceptoribus ordinariis, an ex his ſuis commilitonibus plus addidiciſſent.

Jacobus Andreæ, Snepfii æqualis.

Pater ergò hanc in filio φιλομαθίαν videns, cum ſumma φιλοπονίᾳ conjunctam, πολυμαθίαν ejus aliquando ſecuturam, ſpe minimè fallaci concepit: utque currenti, quod ajunt, calcar adderet, ex triviali eum ſchola ad publica Academiæ *Tubingenſis* ſpacia miſit: ubi anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo nono*, ætatis ſuæ *decimo quarto*, die quinto Novembris in civium Academicorum numerum à Doctore *Balthaſaro Käfelino* Rectore fuit relatus. Anno ſequente cùm ob æſtum intenſiſſimum ſiccitatesque, tùm vini longè præſtantiſſimi proventum memorabili, cum diro Tubingæ incendio domus ſeptuaginta duæ, vel ut *Cruſius* 69. conflagraſſent, ac Snepfius ea in urbis parte Muſæum haberet: jacturam haud levem rerum, & ſupellectilis fecit librariæ. Hic eam Philoſophiæ principiis hauriendis navavit operam: ut anno *quadrageſimo primo* decimo ſeptimo Calend. Julii, Decano Philoſophico M. *Michaele Vajo*, unà cum *Jacobo Tachtlero*, primæ laureæ conſecutus ſit honorem.

Tubingam mittitur, Snepfius. Incendium Tubingæ.

Cùm autem ſequenti ſtatim hyeme peſtis *Tubingæ* oborta eſſet tam gravis: ut Academiæ Senatus neceſſe habuerit de transferendâ ſcholâ conſilium ſuſcipere: aliis Facultatibus, ut vocant, alio ſecedentibus; parens *Snepfii* filium ad ſe *Stutgardiam* revocatum ita eſſe voluit; ut privatâ eum inſtitutione erudiret: eidemque cum aliis in ædibus Doctoris *Cnoderi* Phyſica *Velcurionis* traderet. Hæc tranſlatio etſi filio parum in ſtudiis fuit damnoſa: tamen quò ſerius Magiſterii honores adipiſceretur, neglecto ſic completionis, quam vocant, & publicas audiendi lectiones ſtatuto, effecit.

Peſtis diſſipat ſcholâ Tubing.

Snepfius Stutgard. revocatur.

Anno elapſo, cùm peſtilentia remiſiſſet: & omnes Academiæ ordinis veteres ſuos nidos repetiviſſent: Snepfius quoque verno tempore anni *quadrageſimi tertii Tubingam* reverſus, *Dominico VVeingoldo* Academiæ Syndico cohabitavit, menſa uſus *Ioannis Benigni*, oratoriæ Profeſſoris tum celebris: ſeque ad Philoſophiæ ſtudium, gradumque Magiſterii prenſandum toto animo convertit.

Redit Tubing.

Anno ergo *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto*, cùm pater menſe Februario ſummos in Theologiâ honores conſecutus eſſet, filius patris inſiſtens veſtigiis, præceptoribus *Scheckio* in Phyſicis, *Voglero* in Ethici[s], *Benigno* in Rhetoricis; Decano Philoſophic[o] *Conrado Schotto* Tagersheimenſi, ſummos [in] Philoſophiâ honores impetravit. Candida[ti] tunc fuerunt ſeptendecim, interque eos *Iac[o]bus Tachtlerus, Georgius Liblerus, David Ch[y]træus*, viri ſuo quiſque loco magni.

Poſtea, ſicut generoſæ mentes quieſce[re] nunquam poſſunt, totum ad Theologiæ ſe ſt[u]dium retulit; animo quieto non futurus tan[tiſ]ſper, dum ad ſummum & ipſe ſacrâ in ſcient[ia] culmen conſcendiſſet. Sub id tempus *Mag[i]ſter* domus & gubernator Ducalis ſtipen[dii] *Tubingæ* eſt delectus. Occupabat id tum pa[r]tem Contubernii alteram, quam *Modernoru[m]* vocabant; quæ poſtea in domum Auguſtini[a]nam tranſlata. Hanc functionem Snepfius m[a]gna cum diligentia ſubivit, laborum ſociis *H[ie]ronymo Gerhardo*, Doctore poſtea jurium [&] Procancellario Wirtembergico, *Marti[no] Frechto*, S. Theologiæ Licentiato, & *Ioan[ne] Hildebrando* linguarum Profeſſore. Neque t[a]men mores hic tantum & diſciplinam rexi[t], ſed etiam alumnorum ejus loci juvit ſtudi[a], linguamque Græcam ipſis & opus Home[ri] divinum eſt interpretatus: ut interim max[i]mos in Theologia faceret progreſſus.

Poſteà cum anno *quadrageſimo octavo* pat[er] Snepfii *Erhardus* ob *Interim* illud repudiatu[m] *Tubinga* diſcederet: filius licet parentum ab[ſcen]tu varioque rerum ſtatu vehementer turbatu[s], Tubingæ tamen remanſit, inque officio r[e]gendi ſtipendii ducalis perſeveravit. Cumqu[e] paulò poſt tempeſtas Reipubl. nonnihil ſu[b]ſediſſet, ac tranquillior rerum facies oſtend[e]retur: de matrimonio ineundo cogitare co[e]pit. Erant *Ioanni Brentio*, tunc exuli, fili[æ] quinque: & ex iis duæ Barbara & Sophia ja[m] ante in Gynæceum ducis *Chriſtophori* recept[æ], reliquæ ſublatâ è vivis matre, cognatis & am[i]cis commendatæ. Cùm ergò anno quinqu[a]geſimo primo ob peſtilentiam Stuccardi[æ] graſſantem; Dux *Chriſtophorus* Tubinga[m] aulam tranſtuliſſet: Snepfius alterius, in G[y]næceo Wirtenbergico verſantis, puellæ Bren[]tii filiæ, honeſtiſſimo eſt amore incenſu[s]: quod ſibi in memoriam revocaret, quam oli[m] *Halæ* Suevorum & *Brentius* & pater *Snepfi[i]* viri in omnibus ferè tunc temporis comiti[is] & conventibus conjuncti paraſtatæ fratern[a] benevolentia, de liberis ſuis olim matrimon[io con]jugandis, per jocum dixiſſent. Ad patrem e[r]gò, cognita prius virginis per proxenetas v[o]luntate, *Sindelfingæ* in territorio ducis W[ir]tembergici tunc agentem, profectus, uxore[m] eam ſibi dari petit: petitam impetrat, imp[e]tratam celebratis Eningenſi in arce ſecun[do] Martii ſine pompa ulla nuptiis, domum du[c]ſocero Brentio poſtero ſtatim die periculoſ[um] iter ad concilium Tridentinum ingreſſo: quo in vita Brentii fuſius & oportunius.

Sequenti anno *quinquageſimo tertio*, c[um] ſub variis præceptoribus *Snepfio* patre, *Bren[tio]* ſocero, *Frechto, Keufelio*, & *Buerlino* Theo[...]

æ Theoreticæ operam dediſſet; ut quæ didiſſet, ad uſum transferret, *Derendingenſis* eccleſiæ parochus delectus viceſimo nono eptembr. qui *Michaëli* Archangelo ſacer, primam habuit concionem; eique loco, verbum divinum plantando, ſic præfuit; ut, vicinitatis opportunitate lectiones quoque Tubingæ ſcholaſticas audiret, & brevi ſummos ad honores in Theologia aſpiraret. Itaque ubi in Theologia decennium jam palæſtra & diſcendo, & diſputando, & pro ſuggeſtu docendo exegiſſet: anno *quinquageſimo quarto*, die 4. Maji, præſide *Iacobo Beuerlino*, de peccato originis publicè præclareque diſputaſſet: eodem anno Theologiæ Doctor eſt renunciatus, conſorte honorum eorundem *Ruberto Durio* Superintendente poſtea Marchionatus Badenſis.

Hoc tempore memor veteris illius tum Stutgardiæ ceptæ, tum Tubingæ ſemper fideliter continuatæ, ac perpetuæ tanquam Pyladææ conſuetudinis, quæ ipſi cum *Eberhardo Bidenbachio* intercedebat: arctiore neceſſitudinis vinculo ſibi eundem obligandum duxit. Itaque apud ſocerum ſuum effecit; ut alteram filiam *Sophiam*, quam adhuc Brentius ſolam habebat virginem, *Eberhardo Bidenbachio*, juveni pietatis, modeſtiæ & eruditionis famâ ſplendidiſſimo, uxorem elocarit: atque ſic novo neceſſitudinis & affinitatis vinculo amicum veterem arctius ſibi obſtrinxerit.

Sed Snepfii doctoralem dignitatem ac lucculentum pietatis & eruditionis teſtimonium, major etiam officii dignitas excepit. Anno enim mox conſequenti, *Nürtingenſis* Eccleſiæ paſtor & vicinarum Decanus (ſpecialem vocant) conſtitutus, è pago Derendingano, cum familiâ profectus eò, primam ibi, die purificationis, habuit concionem: idque munus vigilantiâ ſummâ deinceps adminiſtravit. Neque tamen hoc loco ſtudiorum & vitæ degendæ perpetua ſedes à Deo erat fixa; quamvis ob amœnitatem, præterfluentem Neccarum, ſoli fertilitatem, & inprimis incolarum humanitatem eo delectaretur. Nam, exacto nondum toto biennio, à ſenatu Tubingenſis ſcholæ ad ſacras publicè docendas literas eſt vocatus: ut quo in loco ſuam ipſe doctrinam accepiſſet, eodem aliis quoque ſimili felicitate eandem impertiret, idque hac occaſione.

Cùm ſub finem anni *quinquageſimi ſexti*, *Martinus Frechtus* Doct. Theol. & Profeſſ. in Tubingenſi ſcholâ diem ſuum obiiſſet: & *Balthaſ. Keufelius*, qui ſolus aliquandiu docuerat, rude donatus eſſet: quin etiam Eccleſiæ Tubing. paſtor, D. *Iſemannus*, *Anhuſium*, quod cœnobium eſt in ducatu Wirtenbergico, abiiſſet præſul deſignatus: Snepfius Profeſſor nominatus calendis Febr. anni *quinquageſimi ſeptimi*, Tubingam Nurtingâ venit: ac decimo ejuſdem menſis die, de conſuetudine Academ. publicam habuit orationem. Poſtridie in Hebraicis, quæ futuro Theologo cumprimis neceſſaria, profitendi auſpicatus eſt munus: & quarto ab hoc die *Prophetam* auguſtiſſimum *Danielem* exorſus: quo eodem, ſacramento dicto ſenatorio, in conſilium Univerſ. ſcholaſt. eſt receptus.

Erat ſub idem tempus inſtitutum *VVormatiæ* Colloquium: ad quod cùm de Wittembergicis præſtantiſſimi quique Theologorum, à ſuo Duce mitterentur; adjunctus illis fuit & hic *Snepfius*. Venit eodem cum Saxonicis pater Snepfii *Erhardus*: ubi poſtremum ſeſe mutuò ſalutarunt. Nam ſoluto colloquio, reverſus *Jenam* ſequenti anno *quinquageſimo octavo*, pater vitam piè concluſit, ut ſupra diximus. Filius autem in dies ut doctrinâ & rerum uſu; ita honore crevit; ut diceres patris gloriam, ſi non ſuperaturum, certè æquaturum. Cùm enim nullo certo inter ſe ordine concionandi partes Theologi Tubingenſes tunc obirent: Dux *Chriſtophorus*, quæ fuit ejus in propagandâ per ſuam ditionem Evangelii doctrinâ inſomnis cura, de Tubingenſi Eccleſiâ & ſcholâ, quæ reliquarum ſeminaria atque fontes, unde verbi divini aquæ in omnem ſuam ditionem emanarent, eſſe volebat, ſolidè conſtituendis ſeriò cepit cogitare. Et ut maturaret conſilium, fecit immatura mors *Iacobi Beurlini*, recens Eccleſiæ Præpoſiti, & Academiæ Cancellarii delecti.

Ad Colloquium Wormat. miſſus.

Quare ſequenti anno *ſexageſimo ſecundo*, per *Ioannem Brentium*, qui fortè tunc Bebenhuſii negocii cauſa agebat, loco Eberhardi Bidembachii præſidis Bebenhuſiani, *Iacobum Andreæ*, præpoſitum & Cancellarium: *Theodoricum Snepfium*, paſtorem & generalem Superintendentem: & *Iacobum Heerbrandum*, Decanum clementer ordinavit: & conjunctim verbi miniſterium obire juſſit.

Eccleſiæ & ſcholæ Tubing. inſtauratio. Snepfius fit Paſtor & Superint. generalis.

Itaque tres iſti eo, ut dictum, modo & Eccleſiæ à Principe præfecti, & à ſenatu ſcholæ Theologiæ publicè docendæ deſtinati: aſſiduo ſtudio non Tubingæ tantum, ſed & alibi locorum immenſos auctus dederunt. Nam hic, de quo nunc nobis ſermo, *Snepfius* graviſſimos ſacræ ſcripturæ libros, pro concione, facundè nervoſeque explicavit, præter *Dominicalia Evangelia*, *Epiſtolas*, & quas *Feſtorum* temporiſque ratio, qua læta, qua triſtis, ſuggeſſit dicendi materias: *Ioannem* Evangeliſtam: *Acta* Apoſtolorum, & *Pſalterium* omnis doctrinæ cœleſtis, conſolationum, gratiarum actionum, præcationum, & vaticiniorum Oceanum. Et hoc in officio toto *quinque luſtrorum decurſu* fidum ſe & conſtantem paſtorem declaravit. Cumque anno *ſexageſimo ſexto* & rurſus *ſeptuageſimo primo* peſtis Tubingenſem civitatem affligeret: juſtiſque de cauſis, Academia tota Eslingam, Imperii urbem traducta fuiſſet: ac ſchola Snepfii operam vehementer deſideraret: triſtiſſimus autem tum in oppido rerum eſſet ſtatus, & commiſeratione digna ſolitudo: ipſe Eccleſiaſtici muneris rationes, alterius multum antecellere videns, ut ſe fidum paſtorem exhiberet, magno & infracto animo, ſolus ex univerſitate ſcholaſtica, reliquis in tutiora ſe loca recipientibus, perſeveravit, & concionando conſolandoque oves ſuas intrepidè, ſalubriterque curavit.

Snepfii labores.

Officium generalis inſpect.

Cum autem præter hoc munus generalis eſſet eccleſiarum Inſpector: ac proinde *bis quotannis* certis temporibus quid querelarum defectusve in ſingulis Eccleſiis comperiſſet, quid omittendum; quid addendum, quidve emendandum cenſeret, in Eccleſiaſtica Stutgardiæ Synodo referre cogeretur, ne aliquot abſentia dierum officio ſuo deeſſet, apud Præſulem Bebenhuſianum, affinem ſuum, ut id muneris adimpleret Stutgardiæ, utriusque peſtis tempore obtinuit. Matrimoniales inſuper controverſiæ, cùm ad Inſpectoris cognitionem pertinerent, antequam Eccleſiaſt. Ducali Conſiſtorio, ſiquidem is dirimere non poſſet, traderentur, erat *Snepfius* in hoc officio tanquam oraculum, ad quod omnes Decani, Speciales, Paſtores, certatim ex omnibus locis confluebant conſultum: ſi quid gravioris caſus, ad legitimã gubernationem corrigendam acci-diſſet. Scholæ quoque oppidanæ, quæ eccleſiæ Reiq; pub. ſeminariũ eſt ſumè neceſſarium, curam ex officio ſuſcepit ſtudioſè, Rectoremque tunc ejus M. *Euſebium Stetterum*, cum collegis ſibi habuit commendatiſſimum & ut in vitæ genere laborioſo, atque ad vulgus contemto, gnaviter pergerent omnes, propoſitis rationibus graviſſ. animavit.

Matrimoniales controverſiæ ad Snepfiũ delatæ.

Scholam oppidanam curat

Ut autem ipſe ad officii laudes, ac rationes ſummè elaboravit, ita ſui ſimiles quàm plurimos eſſe cupivit. Unde, quos Theologicum in Tubingenſi ſchola collegium, propter doctrinam & vitam honeſtè pieque transactam, aliaque pia & neceſſaria requiſita, dignos judicarat, qui gregem Dominicum quibuscunque in locis, Evangelio ac verbo divino paſcerent, eos ipſe, ut plurimum, finita concione, eccleſiaſtica, Wirtenbergenſ. Ducatus conſtitutione, habita denuo prius ad populum conciuncula, fuſisque ad Deum precibus ita ſacroſancto inauguravit miniſterio, ita officii ſui admonuit, ita metum & trepidationem ex eo neglecto de graviſſimis exſpectandis pœnis incuſſit, ac tandem poſt manuum impoſitionem benedictionem & confirmationem addidit, ut non inaugurandus modò, verùm etiam circumſtantes ſuarum partium non ſine horrore commonefierent.

Ordinat miniſtros Eccleſiæ.

Scholaſticum Schnepfii munus.

Et hac ratione alteram ſui muneris partem Eccleſiaſticam obivit, in alterâ tamen & ſcholaſtica nullo modo fuit alius. Nam cùm ab initio ſtatim profeſſionis ſuæ oracula *Veteris Inſtrumenti* Prophetarum explicare juſſus eſſet: tanto ſucceſſu laborem difficilimum ſubivit, ut & ad auditores fructus plurimum & ad ipſum laudis haud minimum redundarit. Nam linguarum Principum *Latinæ, Græcæ, & Hebreæ* apprimè fuit peritus, & Philoſophiæ cognitionem, ut & dicendi facultatem ſibi præceptoribus, *Camerario, Scheckio, Benigno*, egregiam comparavit. His uſus adminiculis ad exquiſitam facilemque methodum omnia ſic revocavit, ſic applicavit, ut non legere aut profiteri, ſed pingere, & in ſpeculo tanquam oculis contemplanda proponere videretur. Prudentiam verò dexteritatemque in tractandis omnibus adhibuit ſummam, ut neceſſaria tantum & utilia auditoribus traderet, miſſis inanibus ſcholaſticorum cavillationib & rixis. Quamobrem *Biblia* ſibi fecerat *qu tuor linguarum*, Germanicæ, Latinæ, Græ Hebraicæ, familiaria. Legerat & patres ligentiſſimè: *Baſilium, Nazianz. Chryſoſ mum, Auguſtinum, Bernardum*, alios, inp mis autem Lutherum. His omnibus adju xerat non Eccleſiaſticos tantùm; ſed alios iam Hiſtoricos & Politicos libros. Fideli idem & candidè præceptionum Theologi rum uſum, tum in ſacris ſcriptis rectè per piendis, tum in materiis, ad dicendum ab ip imitandi cauſa, facilitate artificii ac ſolertiâ ſ gulari propoſitis, demonſtravit. Et q vel memoriæ quælibet inter docendum diendumve mandare, vel eadem excipere d trè integreque ſcribendo, difficile eſt, ſcho ſuas, quas *prælectiones* vocant, ſicut & *conc nes* delineatas, & à ſe domi cogitatas, non lùm ſuis auditoribus; ſed quibusvis aliis ſcribendas, promtiſſimè ſolitus eſt comm nicare: uſque adeò, ut in ædibus ſuis illæ h ſpites plerumque viderentur. Quod que admodum in Præceptore luculentum eſt delitatis argumentum, ſic improbitas eſt lo gè maxima, & ingrati prorſus diſcipuli ſ num, talia ad deſcribendum humaniſſimè t dita, & accepta; auctori & domino ſuo n reſtituere, aut ad quæſtum faciendum retin re, id quod *Snepfio* non ab uno accidit.

Cæterùm diſcipulos reliquit ferè innum ros, quibus non *Wirtembergicus* tantùm *T catus*; ſed aliorum quoque regnorum, pr vinciarum, & civitatum Eccleſiæ ſcholæq uſæ, quos nominatim hic recenſere non neceſſe. Fuit autem diſcipulis ejus ad felice adipiſcendam imitationem cumprimis uti quòd ſtudioſis & Theologiæ candidatis, e rum doctrinarum ac præceptionum, quas ſcholis quotidie explicabat, tanquam exe pla quædam ad imitandum *exercitia* pro co cione *ex ordinariis textibus ac libris*, propor re fuit ſolitus. Unde factum, ut, quema modum alii & Academici & oppidani civ conciones ejus diligentiſſimè frequentaban ac ſummâ cum attentione audiebant, ita ſac initiati deditique myſteriis unam hujus Eccl ſiaſtæ ac Profeſſoris concionem negligere, n fas duxerint, glorioſum contra, & ſuo tempo fructuoſum arbitrati, diligentiâ quoad ejus fi ri poſſet maximâ, etiam hyeme, etiam frigo manus & atramentum conſtringente, calam feſtino excipere, & tum hujus, tum aliorum ej παρεγγατῶν, non modò ſcholas, verum e iam homilias quamplurimas, manu deſcript habere. Has illi conquirere, has adſervar has κειμηλίων inſtar cuſtodire. Itaque *Snepfi* id ſuis laboribus eſt conſecutus, non modò in agro Wirtembergico, ſed aliis etiam lon ginquis in locis celebraretur laudibus, & quo cunque ſcripta ejus, eodem & fama illuſtr perveniret.

Vixerunt tunc *Tubingæ* præter Germano variarum regionum, *Itali, Galli, Boëmi, V gari*: qui omnes ſumma cum voluptate hun

& i

n ſchola & in templo docentem audive-
t, non tantùm orationis in eo ſuavitatem;
& multiplicis eruditionis theſauros, varie-
e rerum, tanquam aromate vario, conditos,
grantiſſimisque omnibus ex diſciplinis flo-
lis, conſperſos admirati. Et cùm quidam,
n Theologiæ, ſed legum civilium ſtudioſus,
quando cur Snepfium audiret? eſſet inter-
gatus: *Rhetoricam*, inquit, *audio*, *Prophe-*
um exemplis illuſtrari.

Verum enim vero non ſolùm Eccleſiæ Tu-
ganæ paſtorem generalem Superintenden-
n, Academiæque Profeſſorem egit *Snepfius*:
aliis quoque publicis iisque graviſſimis,
ctus eſt muneribus. Nam & *ſenator* fuit
ademiæ per ipſos triginta annos prudentiſ-
ius, & facultatis *Theologicæ Decanus* mul-
ies, & *Academici ærarii præfectus* aliquo-
s, quem ſummum ibi Deputatum vocant,
ancellarii partes, abſente *Iacobo Andreæ*
igionis reformandæ, aliquoties ſuſtinuit;
Rectoratum, quæ dignitas in ſcholis habe-
maxima, non ſine laude ſcholæque fructu
iit ſæpiùs.

Hic ergò cùm concionando, profitendo,
ibendo, commentandoque, Spartam, quam
ctus erat, pro virili ſuâ exornaret, fieri non
tuit; ut nominis ſui fama iis, quibus Sue-
clauditur finibus contineretur, ſed deſide-
m ſui apud exteros & longinquos etiam ex-
avit. Nam *Boruſſiæ* Dux & literis clemen-
imè ſcriptis, & vivâ legati nobiliſſimi *Seba-*
ani Parthenii voce, Regiomontium eum e-
cavit, primariumque Academiæ Profeſſo-
m, nec non totius provinciæ Superinten-
nten expetivit. Præterea illuſtriſſ. Dux *Sa-*
niæ Erneſtus, defuncto clariſſimo Theolo-
Iuſto Iona, literis ultrò hunc evocavit, ac
nto viro ſucceſſorem *Eisfeldiæ* eſſe voluit.
unſuicenſium quoque Reſpub. operam ejus
Eccleſiæ miniſterio, & generali In-
ectione obeundâ, ſummè deſideravit.
eſideravit eandem Reſpubl. *Halenſis* in
evia, deſideravit etiam *Hailbronnenſis*
natus: ſed fruſtra & incaſſum om-
es. Nam his omnibus, amplis ſanè condi-
onibus, *Tubingam* ipſe, cui omnia, tanquam
teri patriæ, deberet, anteponendam cenſuit,
alteri quidem illorum Principum reſpon-
t, *à ſuo Duce, cujus tot ac tanta exſtarent in*
merita, ſine crimine ἀχαριςίας diſcedere, &
i charam Tubingam deſerere ſe non poſſe.
oc tamen non ita intellectum volumus;
uaſi uni ſemper adhæſerit loco, nec ullas
orſus peregrè res expediverit, ut collegæ
uo reliqui D. Andreæ, & Heerbrandus.

Etſi enim Eccleſiæ Tubingenſis erat paſtor,
uem abeſſe aut abire longiùs à grege ſuo non
onveniebat: tamen quod Princeps & in re-
us arduis judicium ejus, & doctrinæ copiam
olitæ cognitam haberet, peregrè ſæpiùs eum
uoque ablegavit, resque ei momenti maxi-
ni commiſit. Vixdum Profeſſorem in Tu-
ingenſi ſcholâ conſtitutum, anno *quinqua-*
eſimo ſeptimo ad colloquium Wormatienſe
eiſſum fuiſſe ſuprâ diximus. Nota deinde eſt *Erfordiana* legatio, quàm Tubingenſium Theologorum anteſignano D. *Iacobo Andreæ*, & politicis aliis, anno *ſexageſimo primo* ſubivit. Non longè poſt anno *ſexageſimo quarto*, ad colloquium *Maulbrunnenſe*, cum aliis Wirtembergicis Theologis, fuit miſſus. Demandata ipſi fuit & *Fuldam* legatio, quam cum conſultiſſimo viro, *Chiliano Bertſchio*, veteri Wirtemberg. conſiliario, confecit. Notiſſima inſuper eſt *Marpurgenſis legatio*, quippe quæ & literis mandata. Cùm enim omnes ibi Theolog. D. diem ſuum obiiſſent, à Duce Wirtembergico, petente Senatu Marpurg. Academico, eò fuit ablegatus, ut inſignia Doctoratus clariſſimo illi ac reverendo ſeni *Lonicero*, conferret. Abiit, venit, contulitque illi gradum in Theologia ſummum, qui, *Eberhardo Snepfio* patre, Marpurgi degente, ipſum hunc Snepfium tunc adhuc puerum, manibus ſæpe ſuis geſtarat. Hæc autem omnia uti expedierit, nihil attinet dicere, cùm in eo omnia fuerint eximia.

Chilianus Bertſch.

Ad excellentiam autem illam non parum ei attulit adjumenti: quòd toto ferè vitæ ſuæ tempore, Dei beneficio, conſtanti integraque fuit uſus valetudine, parumque expertus morborum, præter quàm quod fluxionibus & eryſipelate ſeneſcens aliquoties eſt tentatus. Unde licet eum jam vitæ terminum attigiſſet, quem magna hominum pars nunc quidem non adſequitur, eâ tamen fuit alacritate, eoque vigore, qui facilè longiorem ei vitam promitteret. Sed tamen cùm & ferrum vetuſtate uſuve conſumatur, & agri fertiles nunquam intermiſsâ fœcunditate exhauriantur, corpus quoque hominis, immodicis, vitiari laboribus neceſſe eſt, & animorum impetus adſiduâ exercitatione frangi.

Valetudo Snepfii.

Poſtquam ergò curſum ſuum confeciſſet, fidem ſervaſſet, jamque coronæ amarantinæ accipiendæ tempus adventaret, ſenis quoque Snepfii mens haud obſcurè ἀναλύσεως ſuæ tempus præſenſit. Duo potiſſimum ſenes, adeoque omnes morituros curare diligenter convenit: *alterum* ut *de ſua fide* in rebus divinis, *alterum* ut *de voluntate* in rebus humanis à morte ſuâ poſteris liquidò conſtet. Utrique ſenex Snepfius ita piè prudenterque proſpexit, ut maturas admodum, quod Chriſtianos decet, de morte cogitationes ſuſcepiſſe videretur. Confeſſionem enim ſuam, exemplo patris, quid de ſingulis fidei ſentiret capitibus, ſcripto comprehendit. Quæ res à magnis aliquoties viris neglecta, multarum ſæpe controverſiarum in Eccleſiâ cauſa fuit. Deinde & cæteris de rebus ac bonis externis poſt obitum ſuum à ſuis rectè adminiſtrandis, *teſtamento* facto, ſic diſpoſuerat, ut in re nulla controverſiam oboriri poſſe crederet. Non ita multis ante mortem diebus cuidam amicorum haud vulgari de dentibus quibusdam, ſibi delapſis, atque voce ſic nonnihil exaſperatâ, conquerens: *Deus*, inquit, *certè brevi veniet, & hanc ruinoſam domunculam totam deſtruet.* Aliquoties in explicatione pſalmorum, ad quos, omnium ordine Prophetarum monu-

Duo ſenibus curanda ante obitum.

Confeſſio Snepfii.

Teſtamentum ejus.

Fit edentulus.

mentis

mentis his abſolutis, tanquam ad cygneam cantionem tranſierat, *ibi ſe vitæ ſuæ ſibi terminum poſuiſſe*, pronunciavit, inprimis verò cum ad finem etiam pſalmos perduxiſſet, & monumenta *Iobi* auditoribus ſuis petentibus, quibus lubenter, etiam in magnis gratificari ſolebat, interpretaretur, idem haud vana divinatione repetivit. Unde etſi alias in id ſedulò ſemper elaborabat, ne prælectionibus immoraretur, in Jobo tamen conſueto more celerius, & quaſi magnis itineribus progrediebatur. Ac ut temporis, rerum precioſiſſimi, poſſet aliquid redimere, citiusque portum tangere: *Paraphraſin in Iobum* perſpicuam filiorum natu maximo, juveni erudito, feriatis à ſtudiis diebus, auditoribus dictandam commendabat. Acceſſit huc & illud præſenſionis cujusdam divinæ ſignum, nequaquam ſilentio premendum. Caniculares illi qui vocantur dies, in omnibus Academiis ferè Profeſſores à ſuo docendi munere liberant. Profeſſor verò ſenex Snepfius antè ſuperioris æſtatis illas caniculares ferias ultrò ſtudium ſuum, toto illo feriarum tempore, in Jobo procedendi promtiſſimum auditoribus aliquoties obtulit.

Paraphraſis Snepfii in Iobum.

Qui tamen laudatiſſimus ejus conatus finem haud eſt aſſecutus. Finire enim Snepfium, quod cæperat, divinæ providentiæ non placuit, ſed ad mediũ tantum venire, & attigiſſe ſe medium, verè mediũ & optimum effusè ipſe eſt lætatus. Cum enim in medio Jobi locum illum *de reſurrectione, ſtatuque mortuorum*, conſolatione plenum, dulciſſimumque omnibus morientibus explicaret, viſus eſt, ſingulari quodam affectu, & divino rapi ſpiritu. Præſenſit nempè divinus ejus animus, brevi pòſt ſecutura reſolutione, corpus in magnæ matris gremium repoſitum, ad glorioſiſſimam illam Jobi in extremo die reſurrectionem præparatum iri. Quare ultimam, *ſeptimo* ante obitum die, prælectionem tanta habuit alacritate, tantâ geſtuum, tantâ vocis contentione, quantâ nunquam uſus antea fuiſſe ab ejus auditoribus fuit judicatum.

Ultima lectio Snepfii.

Ac ſanè ſicut *Baſilium* ſcribunt, in Eccleſiâ miniſterio vacantem, ſuam ex ergaſtulo carnis emigrationem inchoaſſe, ita planè & Snepfius in illa domo, in qua frequentiſſimè verſatus erat, ſuæ hoc ex mundo emigrationis fecit initium. Cum enim die Dominico veſperi concionem habuiſſet ultimam, ac populo ſuo, præcipuè ſervis & ancillis, mnemoſynon, ut digreſſuri facere conſueverunt, reliquiſſet, & officii rationem diligenter inculcaſſet, ac proximo die *Mercurii* poſtremum fuiſſet profeſſus, cumque die ſequente Jovis concionibus & publicis precibus deſtinato, finitis rebus divinis, in adyto templi, ſui muneris cauſâ eſſet, ecce repentinus quidam horror, tanquam ſævus aliquis hoſtis ingruens improvisò ſenis optimi corpus invaſit, omnia membra pervaſit, & febris ardentis, ac lethalis ea poſuit fundamenta, quæ nullis poſteà pharmacis, nullis antidotis, ſubverti potuerunt.

Baſilii obitus.

Ultimus morbus Snepfii.

Hoc illo factum eſt die, quo ante a[…]
viginti octo Ienæ Thuringorum pater ejus
diè mortuus honorificè fuerat ſepultus.
cet verò tum ejus vires non ſubitò fuerint
ſtratæ, languor tamen cum inſolitâ qua
triſtitiâ fuit in eo non obſcuris ſignis anin
verſus. Cum etiam eodem die Senatus S
læ hoſpites duos, quorum alter Eccleſi
cus *Marpurgi* ſuperintendens, alter arci
dem Capitaneus, ad Academiam Tubi
nam luſtrandam profectos *Stutgardia*,
Dominum ſuum Ludovicum Haſſiæ L
gravium ad nuptias Wirtembergicas
ſecuti; cœna exciperet, ipſe quidem con
ruit, ſed nequaquam ſolitum in ea vul
exhibuit. Etſi enim aliâs naturali quad
ut in omnibus rebus alacritate, ſic in co
viis hilaritate decentiſſimè ſemper fuit,
viſſimis moribus, jocis, & colloquiis a
ptus, tamen illâ totâ tacitus cœna ſedit,
niſi triſtitiam vultu præ ſe ferens; uſque ad
ut finitam eam gaudere ſe diceret, & di
dendo reliquos omnes præverteret. At
ſic tùm quidem eâ in domo fuit ultimum
qua omnibus Academicæ ſuæ profeſſi
partibus glorioſè ſemper fuerat functus.

Ex eo ſic laborare cœpit, ut decumbe
& quidem lethaliter, ubi mox conjunx de
letudine mariti valde ſolicita, medicum
num vocavit, qui cum accuratius morbu
quem domeſtici Eryſipelas rati, quas util
antea ſæpius, nunc fruſtra medicinas adhi
bant, conſideraret, remediis tractaret, vi
retque, dubio ægroti valetudinem loco c
ſtitutam, affluentibus è capite humoribus
magnum aliquid ad mortem portendentib
ne in tanti viri de Eccleſia optimè meren
valetudine recuperanda, deſiderari quicq
à quoquam poſſet, alium quendam medic
adjungi ſibi petivit. Sed & tertius artis
dicæ ſcientiſſimus, omnium conſenſu fuit
hibitus. Hi omnes pro Conſilii ſui re
iſtis magnitudine, & felici multorum an
rum uſu; res ſuas, ad curandum hunc m
bum omnes contulerunt, uſurpatis, qua
hoc genere valent plurimum, pharmacis
quiſitiſſimis. Denique tamen & in hoc æg
to demonſtratum fuit, arcanum Dei in re
humanis digerendis conſilium, immotum
æternum ſtare, adverſus mortem, omni
mortalibus ex æquo communem, nullum
terris ullibi remedium inveniri. Quare
ſolum & unicum illum omnium medicor
Principem, Servatorem noſtrum Chriſt
confugiendum, in cujus certiſſima meriti
lutatis panacea, omnibus mortalibus paten
expeditiſſima, & in momento ſalutem o
rantia antidota, non precio, ſed fide & inv
catione conſtanti impetranda ſunt parata.

Hæc ad remedia ſicut ipſe omnes omni
in periculis, maximè in agone conſtitutos,
to muneris ſui tempore multis ſæpe cum
crymis ſuaviſſimè invitarat, ita finem vi
ſuæ quoque appropinquare ſentiens, doct
nam illam exemplo ſuo præclarè illuſtrav
Die namque morbi quarto, qui Dominic
era

erat, fidem confirmaturus, ſanctiſſimum Chriſti corpus & ſanguinem, pro peccatis mundi in cruce oblatum fuſumque, plenus fide ac conſolatione, cum devotione piâ ſumſit è manibus M. *Chriſtophori Sthelini* collegæ: qui præter alios toto morbi tempore ſedulam ei operam præſtitit. Hoc in actu præſentibus clariss quibusdam viris, generis, affinibus, & domeſticis aliis, confeſſionem ſuam animo præſenti verbisque apertis edidit: & ne quid ſcrupuli alicui relinqueretur, aliquoties, *nunquid dextrè eſſet intellectus?* rogavit. *Sin minus plenè*, inquit, *omnia recenſui: confeſſio mea manu ſcripta ſupplebit. Inprimis verò teſtor, me à Calviniſtarum dogmate nunquam non abhorruiſſe: quod autem publicis id ſcriptis minus ſum teſtatus, factum ideo: quod in hoc genere certaminis ſcholam Tubingenſem milites novi habere, multò me exercitatiores: quibus eo negocio relicto, ad docendi ego provinciam magis incubui.*

Poſtridie advenit præſul Bebenhuſianus, affinis ipſius & frater, officii cauſa atque ſolatii: cujus præſentiâ vehementer recreatus, eidem & *Brentio* affini ſuo & teſtamenti & familiæ ſuæ curam ſuprema voce cum affectu commendavit: in quo illis operam ſuam promittentibus, acquievit. Cumque de fidei conſtantia interrogatus eſſet: *quid*, inquit, *de illo ſoliciti eſtis homine, qui ad moriendum verâ fide promtiſſimus eſt, longeque paratiſſimus?* Hæc vox cùm lacrymis à ſuis excepta: *nolite*, inquit, *chariſſimi flere: ſed bono eſtote animo: brevi, Deo volente, nos in æternâ vitâ iterum videbimus.* Integra etiam mente aliquoties quæſivit: *nunquid in morbo dixiſſet feciſſetve, quod offendere quenquam poſſit? ſe enim mori ſtatuiſſe ita: ſicut ſuos auditores monuiſſet priè, intrepidè, patienter: ut doctrinæ mors ſit conſentanea: ut videretur ætatis fabulam peregiſſe; nec tanquam inexercitatus hiſtrio in extremo actu corruiſſe.*

Mandavit etiam ſerò, *ne cum pompâ ſplendidiore funus efferretur: humum ſe eſſe, & in humum rediturum.* Iſtud etiam relatu non indignum. Paulò ante morbum *Diſputationem de ſanctâ Triade* conſcripſerat, jamque prælo commiſerat, filiorum natu maximo, ſe præſide defendendam. Hac in diſputatione pridie obitus multum fuit occupatus: integriſque, ut antea unquam, ſenſibus, dicta ſcripturæ allegavit, ad argumenta adverſariorum reſpondit, & eleganter Latineque diſſeruit.

Tandem die critico, qui erat *nonus* Novembris, inter *ſextam & ſeptimam* pomeridianam, animam Deo reddidit, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto*: cùm vixiſſet annos *ſexaginta unum*, dies *ſeptem*. Elatus eſt funere frequentiſſimo omnium ordinum *Tubingæ*: ſepultusque juxta conjugem in templo; ubi ipſe ante viginti quatuor annis amplius docuerat. Concionem funebrem habuit *D. Iacobus Andreæ*, ex cap. 3. Jeſaiæ v. 1. ſeq. mortuum autem laudavit *Erhardus Cellius*, anno ſequenti 13. Jan. in aula nova, oratione pathetica & copioſâ *per tres horas* recitatâ.

Fuit hic Theologus de Germanis minimè poſtremus, doctus, diſertus: in concionibus fervidus: âcer in reprehendendo, ſuavis in conſolando, gravis in verbis vitaque, liberalis in pauperes & egenos, humanus erga omnes, cujus domus aſylum quaſi fuit afflictorum ac miſerorum. Accidit aliquando, ut quidam ſtudioſus pauperculus in ædibus *Erhardi Cellii* decumberet. Id ubi Snepfius inaudivit, promtè acceſſit; verbis factisque ægrotum erexit, miſſisque reficientibus recreavit: funus cum ſuis deduxit: ſumtusque exſolvit omnes. Ægrotantes ita ſæpius eſt auditus conſolari; ita miſerias hujus mundi depingere, ita vitæ cœleſtis beatitatem deprædicare: ut & ægrotantes & ponè adſtantes cupiditate ardentiſſima illicò emigrandi fuerint accenſi. In officio adeò fuit adſiduus, ut ad *centena & decem horarum millia*, docendo, commentando, diſputando, aliiſque ſui officii negotiis conſumſiſſe viſus ſit. Ex laboribus itaque continuis, cum eſſet corpuſculo non ita magno, ſed benè compacto; valetudo aliâs ſatis firma, inſomnia laboravit moleſtiſſima; & ætate ingraveſcente, oculi ejus, ut fit, nonnihil caligare cœperunt: dentes inſuper deciderunt: quos homini Philoſophus locutionis gratia datos aſſerit: quibus vocis aliâs ſatis ſonoræ æquabilitas aliquantulum fuit impedita. *Virtutes Snepfii.* *Diligentia.* *Valetudo ultimis annis.*

Conciones, ſoceri ſui *Brentii* exemplum ſecutus, breviores plerumque habuit; ſed doctas, ſed nervoſas, & quæ faſtidium nullum auditorio afferrent. Pueritiam & imperitam plebeculam, mira lenitate in primis Chriſtianæ religionis capitibus ſtato tempore erudivit: uti & acceſſuros ad cœnam Domini, de more illis in Eccleſiis uſitato. In conjugio vixit gemino: primum cum *Barbara Ioannis Brentii* filia, *viginti* ipſos annos: quæ obiit anno *ſeptuageſimo ſecundo*, die *viceſimo primo** Maji, relictis viduo marito liberis *duodecim*, novem femellis, tribus maſculis. Deinde ad ſecundas tranſiit nuptias cum vidua *Abrahami Spengleri* JCti, & Conſiliarii Wirtembergici *Juliana* anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio*, quæ marito ſupervixit. Reliquit ipſe & generos honoratos & affines, & filias filioſque, & nepotes neptesque, qui omnes patri ſocero, avoque magnæ fuerunt, dum ipſe fuit, lætitiæ. *Conciones.* *Conjugia.* **Cruſ. 20. hora 11. noct. ex partu.*

De ſcriptis ſuis non multa edidit, ſed hortatibus tandem amicorum victus, foras dedit ſuos *in Jeſaiam* Prophetam *commentarios*, mole parvos, eruditione magnos. Extant ejusdem *orationes aliquot* in Academia Tubingenſi habitæ; ut *in natalem Salvatoris* noſtri, in obitum *Eberhardi* Wirtembergenſis & aliæ. Sunt & *diſputationes* ejus *Theologicæ* de variis & arduis argumentis: Denique *in Pſalmos enarrationes*, & alia, quæ in Bibliothecis videnda. *Hæc de Theod. Snepfio ex parentali oratione, à Cellio habita, Cruſii item annalibus.* *Scripta.*

O. 1586. d. 25. Nov. ætat. 67. vel 74.

RODOLPHUS GUALTERUS.

Patria. Natalis.

RODOLPHUM *Gualterum* illa nunquam ſatis laudata Helvetiorum metropolis *Tigurum* protulit, natum loco honeſto, ſub annum Chriſti *milleſimum quingenteſimum decimum nonum*, vel ut non nemo, *duodecimum*.

Studia.

Hic, cùm ad literas humaniores & linguarum ſtudium animum adjeciſſet; quæ fuit ingenii ipſius felicitas, in Poëtarum juxta & oratorum cenſu haud poſtremus fuit. Divinarum quoque literarum ſtudium amplexus, tantus habitus Theologus eſt: ut dignus judicatus ſit; cui Eccleſiæ erudiendæ ac regendæ cura concrederetur.

Præficitur Eccleſiæ patriæ.

Labores ejus.

Paſtor itaque & antiſtes Eccleſiæ patriæ declaratus, munere iſto ſancto annis amplius *quadraginta*, fide, diligentia, atque induſtria ſingulari eſt functus. Nec enim ſolùm publicè pro ſuggeſto ſacra docuit; ſed & privatim ſcripta in omni doctrinarum genere ferè innumera elucubravit. Homiliis enim ſcripta & Veteris & Novi Teſtamenti plurima illuſtravit: ac præcipuos in Theologia locos explicavit.

Obitus.

Vitæ curriculum in terris abſolvit anno *octogeſimo ſexto*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, die *viceſimo quinto* Novembr. cùm vixiſſet annos *ſexaginta ſeptem*, vel, ut quorundam habet calculus, *ſeptuaginta quatuor*.

Rodolphus Gualter. filius. Ejus officium. Mors.

Filium habuit cognominem, ipſiſſimam patris imaginem, Eccleſiæ itidem Tigurinæ miniſtrum. Sed cùm vix docere ac ſcribere incepiſſet, immatura morte, ante patris obitum, anno ætatis ſuæ *viceſimo quinto*, Chriſti autem *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo*, die *nono* Februarii, terris eſt ereptus. Qui quantum ſui deſiderium apud omnium ordinum homines reliquerit, univerſa civitas ſumma frequentia funus ejus proſequendo teſtata eſt. Scripta ſunt in ejus memoriam epicedia à viris doctiſſimis, & à *Bonaventura Vulcanio Brugenſi* hoc Epi-

Epitaphiū.

taphium:

Γαλθῆρος γενετῆρι ὁμώνυμος ἐνθάδε κεῖται,
  Πατρίδι ἱμερόεις, πατρίδ᾽ ἑῷ στέφος.

Gualterus tumulo jacet ſub iſto,
Natus unicus optimi parentis,
Et decus patriæ & corona patris.
Quem quamvis patria & pater Rodolphus
Ereptum patriæ dolent & Orbi:
At gaudet patria & pater, ſolutum
Curis, & miſeræ labore vitæ,
In vitæ & patriæ ſolum perennis,
Et dulces ſuperûm choros receptum.
Nam qui Chriſtum amat unicè colitque,
Huic eſt vita mori: morique vita:
Et ſolvi volupe eſt, Deoque nocti.

Scripta utriusque Gualteri in bibliothecis nominatim recenſentur. *Ex elogiis doctorum virorum.*

JOANNES HOLMANNUS SECUNDUS.

HOc Academiæ *Leidenſis* in Belgio orn-
mentum, omniſque virtutis expreſſiſ-
mum exemplar, *Stadena*, Germaniæ celebr
emporium, protulit, anno *milleſimo quin-*
genteſimo viceſimo tertio, claris ob officia,
religionis pericula parentibus, antiqua proſ-
piâ *Bremâ* oriundis. Patrem habuit *Joanne*
Holmannum primum, in urbe Stadenâ, r
formatæ, Lutheri operâ potiſſimùm, religio-
nis primum etiam antiſtitem, verbique divi
miniſtrum, ferveſcente ibi adhuc ſuperſtiti-
ne Pontificiâ. Itaque haud ſemel ab inſidi-
toribus in vitæ diſcrimen adductus eſt.

Puer admodum hic *Joannes Holmann*
Secundus à parentibus *Roſtochium* miſſus
prima ſtudiorum fundamenta feliciter ibi j
cit. Inde majoris uberiorisque ſtudioru
progreſſus cauſa *VVittembergam* ad *Luther*
Melanchthonis, ac *Lotichii*, contuberniu
eſt ablegatus. Quibus domeſtica familiar
tate, vitæ integritate, ac eruditionis copia it
ſe probavit: ut inſtar filii à *Melanchthone* d
ligeretur: adeò ut ipſe *Melanchthon* nem
nem ad Saxoniæ Ducis filios inſtituendos
moderandos *Holmanno* aptiorem cenſuerit
ejusque commendatione hoc officio ſumm
cum laude functus fuerit.

Sed mox in patriam revocatus, ſacro mi-
niſterio initiatur: primumque in pagis *Sta-*
denæ vicinis, deinde ipſa in patria ſua ſumm
cum honore hoc munere fungitur. Ibi uxo-
rem duxit *Annam*, anno ætatis *viceſimo ter-*
tio: ex qua liberos ſuſcepit *quinque*: quorum
natu major *Joannes Holmannus tertius*, cum
ad ætatem adultam perveniſſet, egregiamque
ſtudiis operam navaſſet, ſimul cum patre *Sta-*
denæ verbi divini miniſterio functus eſt; du-
ctaque uxore tres liberos procreavit.

Sed *nullam felicitatem in his rebus cadu-*
cis perpetuam Deus homini eſſe voluit; fortu-
namque nobis vitream largitus eſt; quæ tunc
cum maximè ſplendet frangitur. Nam re-
pentè fatalis aries Holomannianam familiam
concutit: moritur uxor, moriuntur liberi
omnes, & tres ex filio nepotes. Ita *Holman-*
nus Secundus, modò pater & avus, & jam
pronepotes exſpectans, omni poſteritate eſt
orbatus.

Sub id tempus cum ejus eruditio ac celebritas ad Academiæ *Leidenſis* curatorum & urbis conſulum aures perveniſſet; honeſtiſſimis conditionibus, virum ætate gravem, Theologiæ ſcientiâ magnum, Hebraicarum ac Græcarum literarum peritia clarum, ad ordinariam in Academia ſua Theologiæ profeſſionem ſuſtinendam evocarunt. *Leidam* igitur anno *octogeſimo primo* commigravit. Poſt menſes quindecim ex patria accerſit *Becken ab Edenbuttels* virginem patrinam (quam olim infantem ſæpè in ulnis geſtaverat) ac Leidæ in uxorem ducit. Cum qua deinde ſuaviter vitam

tran-

tranſegit; ſed ſine ullo prolis proventu, uſque ad annum *octogeſimum ſextum*. Tunc lethali febre oborta moritur ſecundo die feſti natalitii Salvatoris noſtri, mane hora ſeptima, in amplexibus *Joannis Heurnii*, adſtante *Jano Douſa, Lipſio, Beima*, cum uxoribus, amicis clariſſimis. Nam nec Douſa, nec Heurnius magis familiarem amicum nunquam quenquam habuere.

Exequias ejus funebri oratione egregia decoravit *Corneſius Grotius*, Juris Profeſſor Ordinarius. Ingenti autem amicorum cum luctu, & non mediocri Academiæ damno *Holmannus* mortalitatem explevit. Nam præter ſummam Theologiæ peritiam, adeò exactam literarum Hebraicarum habuit cognitionem: ut omnibus Europæ ingeniis eo in ſtudio aciem perſtringeret. Præterea in niveo ejus pectore cum religione & ſincera fide eruditio ac comitas certabant: adeò ut virtutem in ipſo extollere, eſſet injuriam eruditioni inferre: eruditionem laudare nihil aliud eſſet, quàm virtutem elevare.

Ipſe certè Princeps *Mauritius Naſſovius*, tum in Acad. Leid. ſtudiis vacans; ipſi etiam curatores & conſules reverebantur; amabant collegæ; venerabantur & loco parentis colebant, ſtudioſi. Ad publicas enim lectiones domo exiens, indeque rediens magna ſtudioſorum caterva deducebatur, qui honor nulli Profeſſorum ab ipſis Academiæ incunabulis, in hunc diem uſque, niſi *Holmanno & Lipſio* tantum contigit. Scripta quidem nulla edidit, ſed plurima reliquit, quæ cum inſtructiſſima ipſius Bibliotheca publicè adſervantur. Nam moriens Academiæ totam Bibliothecam legavit, primum fundamentum & exordium Bibliothecæ Leidenſis.

Janus Douſa, vir nobiliſſimus, hac elegia funebri virum benemeritum eſt proſecutus: quam Lugduni ad D. Petri poſuit:

Hoc tumulo Holmanni cineres Libitina ſacravit,
Siſte hoſpes, fuerit, dum quis & unde, ſcias.
Prognato ingenuis Stadena parentibus auras
Lucis, & expenſa huic prima alimenta tulit.
Mox Rhodus, & Cimbræ puero plauſiſtis Athenæ,
Qua Codona frequens littora plangit olor.
Hic percepto animi cultu, morum indole, vitam,
Ingenium, ingenuis artibus excoluit.
Nec ſatis hoc: celebrem Miſni quoque Principis Aulam
Et VVittembergam noſcere cura fuit.
Sæpe hic Lotichii pendere canentis ab ore?
Sæpe tua meruit voce, Philippe, frui;
Sacrorum inprimis ritus perdiſcere cordi?
Et ſtudium veræ religionis habens:
Majores natu venerari, æqualibus uti
Comiter, à faſtu liber & invidia.
Et mirum, tantis virtutum inſignibus auctum
Saxonici ſtudium promeruiſſe ducis:
Et dignum ante alios habitum, ſua pignora cura
Cujus, & arbitrio crederet, & fidei?
Martia quo placidas molliret corda per artes,
Æmula Phyllirida Suada magiſterio.
Si magnis placuiſſe haud parva eſt gloria, noſter
Cur non hac etiam laude Secundus ovet?
Sed durum pugnare Deo, patriæque vocanti:
Sic laribus tandem redditus ille ſuis.
Spargere divini properavit ſemina verbi,
Vix dum etiam quinas natus Olympiadas.
Erudiundi alios Sophia eſt & principiũ & fons,
Hæc paritur non ætate ſed ingenio.
Qua cura à teneris Holmanno inceſſerat annis;
Civibus ut poſſet utilis eſſe ſuis:
Hæc eadem usq; per undecimæ trieteridos orbem,
Ad canos etiam concomitata ſenem:
Duratura rogo porro tenus, & bene, ſi non
Hæc quoque manaſſet nominis aura tui.
Scilicet hinc Batavo Bremam mutare Lyceo,
Et Lugdunenſem juſſus adire Sain:
Hoſpita ubi terra oſſa dares, & ſcilicet una
Deerat adhuc ſpatiis ultima meta tuis.
Haud aliena tamen: certe domo abituque petita,
Hic iit in thalamos Caja ſecunda tuos:
Quæ legeret ſupremo animam morientis ab ore,
Lumina quæ charis conderet articulis.
Hic priva ac Douſæ laribus confinia tecta:
Carior hocque etiam nomine Leida tibi.
Parva loquor; tanti certè inquam Lipſius ille,
Qui tibi pro multis millibus unus erat:
Diſcipulorum auris, tanti, conſueta frequenti
Cingere ſuggeſtus obſidione tuos,
Solemnique ſenem juvenum deducere pompa,
Abdita dum magni fers documenta Dei.
Indicio fuerit librorum extructa ſupellex,
Verſatos manibus quos juvat eſſe tuis.
Hanc Academiæ voluiſti cedere in uſum,
Prodeſſe orbi etiam poſt tua fata ſtudens.
Nec pietas obſcura tua hæc, ſed in acta, relata
Publica nunc quo ſtat Bibliotheca loco:
Ingenii hic quoque multa tui monumenta leguntur,
Signata archetypis illa voluminibus.
Liqueris hac animi quo robore, quamque ſalutis
Spe ſolida innixus prætereunda mihi:
Vxorem & quoties ſolatus dixeris: O quàm
Diſſolvi, & tecum me, Deus, eſſe juvat.
Ut propria hæc ejus fuerit laus; mi ſatis illud
Dicere, non aliter ſit mihi poſſe mori.
Sic tua mors, ſic vita odii expers omnis, & unde
Jure ſibi exemplum noſtra Lycæa petant.
Nunc veram tibi det requiẽ Deus, & bona multa
Eveniant cineri, care Secunde, tuo.

DEO MAX. ET MEMORIÆ JOANNIS HOLMANNI SECUNDI, THEOLOGI ET PROFESSORIS VITA DOCTRINAQUE LAUDATI, BEKE AB EDENBUTTELS UXOR HEU MOESTA, POSUIT. VIXIT ANN. LXIII. OBIIT. AN. CIƆ IƆ LXXVI. VII. CAL. JANUAR.

Ex Academia Lugdunenſi.

CASPAR OLEVIANUS.

Ob. 1587. d. 15. Mart. ætat. 51.

CAſparum *Olevianum* antiquiſſima Trevirorum urbs protulit, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto*, die *decimo* Auguſti, qui in faſtis S. *Laurentio* adſcri-

Pater Oleviani.

bitur. Natus autem eſt Patre *Gerhardo* piſtore ibidem, & ſui officii tribuno, ac baptiſmatis ſacramento Eccleſiæ initiatus in S. Laurentii æde.

Educatur apud avum.

Puer apud avum *Antonium Sinzig*, laniorum ibidem tribunum, educatus: ab eodem in ludum literarium miſſus eſt; primùm ad S. *Laurentii*, deinde ad S. *Simeonis*, & in templi cathedralis; denique ad S. *Germani*. Huic ludo tunc temporis præfuit pius quidam ſenex: de quo commemorare *Olevianus* ſolitus hoc fuit: eum tempore Quadrageſimali, quo hiſtoria paſſionis ac mortis Domini Noſtri JESU Chriſti ſolenni more explicabatur, vaticinia veteris Inſtrumenti contuliſſe cum hiſtoria Novi, atque docuiſſe; quomodo omnia illa prædicta in veteri, ſunt completa in Novo. Iſtud etiam addidiſſe inprimis monebat: *filios DEI & electos in V. T. in typis illis ſacrificiorum prægustum habuiſſe unicę illius ſacrificii à Chriſto vero Meſſia, in cruce oblati.* Et hæc prima in tenero ejus pectore fuit ſcintilla agnitionis ſacrificii Chriſti: quod deinde temporis progreſſu, DEI beneficio, pleniùs intellexit.

Mittitur Lutetiam.

Adoleſcentulus *tredecim annorum Lutetiam Pariſiorum* à parentibus miſſus eſt: ut juri civili operam daret; ut & dedit partim Pariſiis, partim in aliis regni illius, legum ſtudio celeberrimis, Academiis, *Aurelienſi*, inquam, & *Biturigum*: in qua utraque ſcholâ, ad Eccleſiam ſeſe orthodoxam, quæ clam cœtus ſuos cogebat, adjunxit. *Biturigibus* etiam tandem in ordinem Jureconſultorum ſolenni Academiarum ritu anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo*, eſt adſcriptus: id quod ex *Franciſci Duareni* atque collegarum ejus, teſtimonio videre eſt.

Dat operam juri.

Renunciatur Doctor juris.

Teſtimonium ejus.

„ Dei optimi maximi nomine invocato, „ Franciſcus Duarenus, juris civilis Doctor, „ & Decanus in clariſſimâ Biturigum academia, omnibus harum literarum lectoribus „ ſalutem. Cum ſpectatiſſimus & conſultiſſimus vir Caſparus Olevianus diœceſis „ Trevirenſis, ſtrenuam, diligentem, diuturnamque Juri civili operam dederit: & „ ſuam nobis inſignem eruditionem, innocentiam, caſtitatem, ſobrietatem, modeſtiam, prudentiam, aliaſque animi dotes „ multis graviſſimiſque argumentis approbarit: Nos hominis virtutem & eruditionem, „ ut æquum eſt, amplexi, cui nullus ſatis dignus honos à nobis tribui poteſt, Doctoriis „ inſignibus eum ornandum eſſe decrevimus; eumque juris civilis Doctorem in „ eâdem Univerſitate & Juris Civilis facultate creavimus. Ad cujus rei executionem „ ſecundum leges & ſtatuta Univerſitatis noſtræ duximus procedendum: nec quicquam „ eorum prætermiſimus, quæ ad ſolennem „ ritum & uſitatum neceſſariumque in ſchola morem pertinent. Horum omnium ut „ major certiorque ſit fides: has literas ab „ ejuſdem Univerſitatis ſcriba ſignari, duplicique ſigillo, nempe ſigillo majore Univerſitatis, & altero quod noſtræ facultatis proprium eſt, obſignari juſſimus. Acta geſtaque hæc omnia Biturig. fuerunt, præſentibus Dn. Joanne Rabirio, Andrea Leveſcatio, Hugone Donello & Nicolao Bouguyerio Juris doctoribus, in eâdem Univerſitate actu regentibus: M. Huberto Molinæo, Joanne Vincentio ſcholaſticis in eâdem Univerſitate Biturigum ſtudentibus, & aliis quàmplurimis teſtibus. Die ſexta Junii, anno ſalutis 1557.

Cæterum ſub idem tempus in urbe *Bit*[urigum] ſtudiorum cauſa agebat adoleſce[ns] Princeps*, *Friderici* Palatini ad Rhenum, q[ui] poſtea ad Electoralem pervenit dignitate[m] ejus nominis tertii, filius: cui à ſtudiis e[rat] *Nicolaus Judex*: Oleviano intimâ familia[ri]tate junctus. Cum hoc ergo, quodam die comitatu Principis adoleſcentis, animi cau[ſa] à prandio ad præterfluentem *Ligerim* egreſſ[i] offenderunt ibi quoſdam è nobilitate Ge[r]manica ſtudioſos, navigio fluvium traject[u]ros. Iſti Principem adoleſcentem cum eph[o]ro conſpicati, hortantur eos ſimul ut tra[ji]ciant. *Olevianus* autem animadvertens, ſt[u]dioſos illos nobiles pluſculum appotos, pr[æ]ceptori Principis trajectum diſſuadet, pericu[li] ut fieri ſolet tali in loco, vitandi cauſâ. S[ed] præceptor poſthabitâ Oleviani fideli admon[i]tione, precibus adſiduis ſtudioſorum victu[s] navim cum Principe adoleſcente, ſuæ diſ[ci]plinæ alumno, ingreditur. A ripa itaque ſo[l]ventes ebrii illi adoleſcentes navigium tem[e]ritate juvenili motitant, tandemque prorſus [e]vertunt: omneſque miſerè in aquis ſuffoca[n]tur. Præceptor ille adoleſcentis Principis n[a]tandi peritus ac ſobrius, arreptum adoleſce[n]tem ſecum ad ripam educere conatus eſt: cu[i] impetui ſuſtinendo non eſſet, & ipſe & Pri[n]ceps perierunt. *Olivianus* triſtiſſimi caſ[us] ſpectator ad ripam adſtans continere ſe n[on] potuit: quin in aquas ſe injiceret, auxiliu[m] ſicubi poſſet, periclitantibus laturus. Veru[m] ipſe quoque limoſo in gurgite mento ten[us] hærens, jam de ſalute ſuâ actum putabat. [In] tantis ergo anguſtiis conſtitutus, ſeriis Deu[m] invocat precibus, ſimulque votum facit: [ſi] iſto periculo liberatum, civibus ſuis Evang[e]lii doctrinam, ſi vocetur, annunciaturu[m]. Ibi, ſic DEO rem omnem gubernante, c[u]juſdam nobilis à pedibus accurrit: qui *Ol*[e]*vianum* ex aquis capite prominentem, heru[m] ſuum ratus, extrahit; inque ripam ſalvum [de]ducit. Ex hoc ergo præſentiſſimo vitæ diſcr[i]mine cum divinitus ſe liberatum videret: cu[m] ſtudio juris ſacras conjunxit literas, & earu[m] commentarios, inprimis D. *Joannis Calvi*[ni] diligenter evolvit: nihilominus tamen legu[m] ſcientiam ſibi tantam comparavit: ut, quem[ad]modum diximus, Doctoris in eo doctri[næ] genere titulum fuerit conſecutus.

Ad ſuos deinde *Treviros* reverſus, rogat[us] eſt, ut cauſæ cujuſdam patrocinium ſuſcip[e]ret. Eo in negocio ubi animadvertit, *jus* [&] *æquum variè torqueri*: commotus vafrit[ie]

hom[

hominum & abuſu artis, voto ſe exſoluturus ad Theologiæ ſtudium animum appulit, omiſſo, quod practicæ juris condiſcendæ cauſa Spiram inſtituerat, itinere. Rectâ ergo *Genevam* profectus, totum ſeſe Theologiæ dedidit, exinde *Tigurum* divertens. *Petri Martyris* & *Bullingeri* audiendi gratiâ, eò venit, ac *Martyris* convictu uſus concionibus habendis coram *Bullingero* & aliis miniſtris ſe exercuit. In reditu *Genevam* verſus *Lauſannæ* navim conſcendit, quâ & *Farellus* vehebatur. Cum hoc in colloquium ubi venit, quæſivit ex eo *Farellus*, *nunquam ne in patriâ ſua publicè docuiſſet?* Oleviano fatente, *nunquam id ſe factum*; *Farellus* ſummopere hortatus eum eſt, quamprimum id faceret, quod ei *Olevianus* facturum ſe ſtipulatus eſt.

Genevæ dum ſacrarum literarum ſtudio operam navavit; Eccleſia, quæ *Metis* colligitur, à presbyterio Genevenſi idoneum miniſtrum verbi petivit. Ibi tum *Olevianus* & *Petrus Colonius* nominati ſunt, ſed *Olevianus* ſeſe excuſavit, tum quod patriæ, cui ſe inprimis obſtrictum agnoſceret, Evangelium, Deo volente, annunciare in animum induxiſſet, tum quòd illud idem jam *Farello* ſanctè promiſiſſet. Acquievit in hac excuſatione Calvinus, eumque ut quod inſtituiſſet, perficeret, cohortatus eſt.

Anno itaque *quinquageſimo nono* Treviros iterum reverſus, à Senatu illius reipub. ut & à conſanguineis & amicis, unà cum fratre *Friderico Oleviano*, artis medicæ doctore perhumaniter acceptus ſtatimque à conſulibus ac Senatu rogatus eſt, ut Treviris patriæ ſuæ docendo inſerviret, operamque ſuam addiceret, ſimulque ſalarium ei *centum Rhenanorum* decreverunt, ut in *Burſa* (ſcholæ id nomen, multis tunc annis deſertæ & incultæ) *Dialecticam Melanchthonis*, & alias artes traderet.

In explicatione itaque Logicorum præceptorum, multis exemplis Theologicis illuſtratorum, occaſionem nactus eſt in iiſdem ſanam Evangelii doctrinam exponendi. Quod ubi Canonici inaudiſſent, primum munere docendi ei interdixerunt, tandem ſcholam totam occluſerunt. Juſſus proinde à conſulibus & Senatu in *Noſodochio S. Iacobi*, quod civitatis eſt docere, primam concionem die S. *Laurentii* habuit. Idem cum poſtea aliquoties feciſſet, adverſarii ſacrificulum quendam ſubornarunt, qui aliquando ſub tempus concionis veſte lineâ, quam ſub pallio occultè intulerat, ſuggeſtum concionaturus conſcendit, antequam *Olevianus* adveniret. Sacrificulo igitur conſpecto, populus frequens exclamare cepit; *ſuggeſtu ocyus deſcenderet, ſe enim ipſum non audituros.* Olevianus contra hortari populum, audirent illum perorantem ſacerdotem, ſe nihilominus concione illius finitâ, aliam habiturum. Verum cum à commoto populo id impetrare non poſſet, & ſacrificulus inter ſacrum ibi & ſaxum ſtans trepidaret, elabendique citra periculum viam quæreret, *Olevianus* eum conſolatus, nil quicquam ſibi timendum à populo monuit, populumque ab omni vi dehortatus, manu prehenſum ſacrificulum è templo ſalvum eduxit, ac poſteà locum altiorem concionis habendæ cauſa petivit. Ante autem, quàm illam inchoaret; quæſivit ex auditorio; *utrum vellet ut concione iſta ſaltem vice ob metum periculi ſuper ſederet; an verò quemadmodum antea, audire cupiant, ſeque in officio ſemel demandato progredi.* Ibi omnes elatis manibus claraque voce reſponderunt, *imò hoc, imò hoc, & per Deum te oramus, ut pergas concionari.*

Ab hoc facto uterque conſul & quidam ſenatorii ordinis, atque cives, ex mandato Epiſcopi Electoris, in curia aſſervati ſunt, qui precibus impetrarunt; ut *Olevianus* ſe adjungeret, doctrinæ & ſolatii cauſa, Itaque in curia captivi detenti omnes ſunt *decem* amplius *ſeptimanas*.

Trevirenſes quidam cuſtodiæ dati.

Quibus adjunctus Olevian.

Interea ſemel judicio ſeſe juſſi ſtiterunt; ubi cum audita accuſatione, quæ capita continuit non pauca, quatuordecim dierum dilationem petiiſſent, ipſisque *biduum* tantummodò indultum eſſet, clam per nuncios *Fridericum* Palatinum Electorem, *Wolfgangum* Bipontinum, & *Argentoratenſis* Reipub. *Senatum* de periculo ſuo certiores fecerunt, & uti ſubvenirent, tempeſtivè rogarunt. Hi ergò, cum celeribus equis legatis miſſis, judicialem proceſſum inchoatum inhibuerunt, tandemque ut captivi omnes libertati reſtituti dimitterentur, obtinuerunt.

Iudicio ſiſtuntur.

Petunt auxiliũ ab evangel.

Inhibetur proceſſus judicialis.

Eo igitur tempore Electoris Palatini legatus, *Valentinus* comes *Erpacenſis*, Burggravius *Alzeanus Olevianum*, tunc adhuc in cuſtodiâ agentem, nomine juſſuve ſui Principis in Palatinatum invitavit, ſecumque Haidelbergam ſtatim abduxit. Factum id anno *ſexageſimo* ſupra *ſeſquimilleſimum*. Eò ut venit, Elector Præceptoris in collegio, quod Sapientiæ vocant, munus ipſi demandavit, quod anno uno ac dimidio circiter obivit.

Olevianus Haidelbergam abducitur.

Docet in collegio Sapientiæ.

Sub id tempus, *Olevianus* matrimonium cum piâ quadam viduâ *Philippinâ* Metenſi contraxit, & *Doctoris Theologi* titulo ornatus eſt, Profeſſorque Theologiæ in Academia conſtitutus. Paulò poſt flagitantibus id Electoris Conſiliariis, ad Miniſterium ſacrum primum in æde *Petrinâ*, poſteà ad *Spiritus ſancti*, obeundum legitimè eſt vocatus. Hac in functione permanſit ad obitum uſque Electoris *Friderici III.* qui anno ſupra *ſeſquimilleſimum*, *ſeptuageſimo ſexto*, die *viceſimo ſexto* Octobris piè in Domino exſpiravit.

Vxorem ducit.

Doctor Theolog. renunciatur.

Profeſſ. & paſtor deſignatur.

Frid. 3. El. Palat. obitus.

Mox paucis interjectis diebus *Berleburgum* à *Ludovico* Comite *Witgenſtenio* vocatus eſt, ubi filios generoſos in Chriſtianæ pietatis fundamentis, & linguis aliiſque artibus elegantioribus erudivit; ſimulque concionatoris munus ſuſtinuit. Exinde anno *octogeſimo quarto* à *Ioanne Naſſovio* ſeniore *Herbornam* evocato, miniſterii ſacri functio eſt demandata, quam *triennium* obiit; ſimulque in ſchola docuit, ibidem ab eodem Comite, ſuaſu & Conſilio *Oleviani* aperta.

Vocatur à Witgenſtenio comite.

Venit Herbornam.

Morbus ejus fatalis.

Anno *octogeſimo ſeptimo*, die *viceſimo quinto* Februarii morbus eum lecto affixit; in diesque magis ac magis vires ejus ita exhauſit: ut morbo naturam ſuperante placidè ad Dominum ſuum emigrarit. Uſus quidem eſt medicamentis quibusdam, ſed fruſtra, ac cenſuit medicus hydropis ſpeciem eſſe.

Epiſtola ad filium.

Cùm itaque finem ſibi vitæ inſtare ſentiret, die *undecimo Martii* teſtamentum fecit, ac reliquo toto tempore ſe ad pium beatumque ex hac vita abitum paravit. Abſoluto teſtamento die *duodecimo* Martii, è lecto epiſtolam ad filium *Paulum*, tunc in diœceſis Spirenſis vico quodam invaletudine detentum dictavit; quam, fidei ipſius & paternæ ϛοργῆς teſtem, ſubjicere placitum eſt. Ita ergo *Olevianus* pater:

„ Chariſſime fili Paule: Dico cum Patriar-
,, cha Jacob, *Expecto ſalutare tuum Domine.*
„ Eo enim loco ſunt res meæ; ut dicam cum
„ Apoſtolo, *cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto*:
„ cui etiam te totum ut in ſacro baptiſmate,
„ ita etiam nunc in migratione mea ad Domi-
„ num, unà cum ſuaviſſima matre, fratre &
„ ſorore commendo & trado, & verbo gra-
„ tiæ ipſius. Fuiſſet quidem mihi gratus tui
„ conſpectus, ſed nolui te conjicere in peri-
„ culum, hoc frigore, & crure nondum ſatis
„ conſolidato. Diſpoſui autem de rebus o-
„ mnibus, ut pium parentem decet, & gene-
„ roſus noſter Dominus, Comes Joannes,
„ munificentiam erga vos cum libertate ve-
„ ſtra conjunctam diplomate ſuo confirma-
„ vit. Ego in ſingulas horas migrationem
„ ad Dominum expecto. Ne præcipitanter
„ te des in viam, videbimus nos mutuò in
„ vita æterna, ſecundum fœdus Dei gratui-
„ tum. Commendo tibi piiſſimam matrem,
„ quam ſcio te diligere, fratrem Ludovicum
„ tenerum ſuſcipe, ut mea viſcera, & pro pru-
„ dentiâ tibi à Deo conceſſâ ſuaviter rege.
„ Ne appetito res altas, ſed eſto contentus
„ mediocribus, & ſtudiorum labores eò diri-
„ ge; ut proſint multis. Benedictio Do-
„ mini ſit in egreſſu & ingreſſu tuo, amen, &
„ in υἱοθεσίᾳ gratuita acquieſcat ſpiritus tuus,
„ exſpectans mecum hæreditatem cæleſtem
„ per & propter Dei Filium, Amen. Datæ
„ Herbornæ, die 12. Martii intra quartam &
„ quintam, dictatæ ex lecto. Anno 1587.

Tuus pater Caſpar Olevianus Trevir, verbi Dei miniſter, manu propria ſubſcripſi.

Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. Act. 7.

Voces ejus in morbo.

Morbo durante inviſerunt eum comites, *Ludovicus* Witgenſtenius, *Ioannes ſenior Naſſovius*, ad quos æger dixit, *in hoc morbo meo rectè didici, quid ſit peccatum, & quanta Dei majeſtas*: und daß es gar nicht gelte/ das wir Menſchen GOtt zu einem Geſellen haben wollen. Quæ verba dixit contra figmentum liberi arbitrii, & virium ejus, quas nonnulli ei adſcribunt. Cum etiam filii Comitis *Ioannis*, generoſi adoleſcentes, *Ioannes & Georgius* o ficii cauſa ad eum acceſſiſſent, hortatus eos e *primum* ad fraternam concordiam, *deinde* perficiendum provehendumque Gymnaſii in ſtituti negotium, *tertio* ad liberalitatem atqu miſericordiam erga egenos, *denique* ad ob dientiam parenti præſtandam. Quæ omn & ipſi ſe facturos promiſerunt. Illis digre ſis accidit ei quippiam rarum, quòd *Ioanni P ſcatori* ſequenti die ac ſtudioſo cuidam *Ab Conders* ab *Helpen* aperuit, nec à nobis re cendum. *Heri*, inquit, *poſt diſceſſum duu Comitum juniorum, ineffabili gaudio quatu horis amplius perfuſus ſum; adeò ut mirat fuerim, cur & uxor & parens mea identidem me quærerent, ecquid meliuſculè haberem?* *reverà meliùs habere nunquam potuiſſem. V debar autem mihi verſari in prato elegantiſſim in quo cum obambularē, rore perfundebar cœle non guttatim, ſed magna copiâ, atque patin quaſi plenis, unde lætitiam tum corpore tum nimo cœpi longè maximam.* Ad hæc cum P ſcator: *Paſtor ille bonus Ieſus Chriſtus duxit in paſcua ſua, imò*, inquit æger, *duxit ad n fontem aquarum viventium.* Poſtremò rec tatis ex Pſalmo *quadrageſimo ſecundo*, Jeſai *nono*, Matthæi *undecimo*, atque ex aliis plur bus ſcripturæ ſacræ locis, ſententiis ſolat plenis, ſæpè repetivit hæc verba: *Ego veli meum iter ad Dominum non diu differri: C pio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto meo*, commen davit etiam curam pauperum ſenatui per dia conum *Iacobum Altſtedium*, & quid de ſcri ptis ſuis poſt mortem ſuam fieri vellet ordina vit, collegis & præſentibus amicis manu por rectâ valedixit, ac felicia omnia precatus e Cumque jam ferè in agone eſſet, & *Altſte dius* diaconus ei acclamaret, *mi frater, pro cul omni dubio certus es de ſalute tua in Chriſt Ieſu, quemadmodum alios docuiſti*, tum Ole vianus ſubmiſſa voce, *certiſſimus*, inquit, & cum dicto cor ſuum commonſtrans, ſpiritum Deo reddidit, *die decimo quinto* Martii, intra horam *nonam & decimam* matutinam, anno Chriſti *octogeſimo ſeptimo*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, ætatis ſuæ *quinquageſimo pri mo*. Tertio die poſt Chriſtiano ritu exluvia ejus terræ mandatæ ſunt in templo parochial *Herbornæ* Naſſoviorum, in quo tres poſtre mos vitæ ſuæ annos docendo exegerat.

Relicta ſunt ab eo Eccleſiæ Chriſtianæ commodo hæc: *Concio de Abrahami fide & obedientia:* Concio *de Cœna Domini, Admonitio de re Euchariſtica*: Tabula *de Miniſterio verbi Dei & Sacramentis: Expoſitio Symboli Apoſtolici*, ſive Articulorum fidei, in qua ſumma gratuiti fœderis æterni inter Deum & fideles breviter & perſpicuè tractatur: *Epitome Inſtitutionis Religionis Chriſtianæ Ioannis Calvini*, in uſum præcipuè ſcholæ Herbornenſis, quam poſtea D. *Piſcator* imitatus Olevianum, ad Aphoriſmos artificioſè revocavit. Uterque opuſculum ſuum D. *Bezæ* dedicavit. *Notæ in epiſtolam ad Galatas, Notæ in Evangelia*, quæ diebus dominicis

ac

: feſtis populo Chriſtiano in pleriſque Ger-aniæ Eccleſiis proponi ſolent: *Dialectices* bri II. cujus præcepta Theologicis exemplis otiſſimum illuſtravit: *Theodori Bezæ* in epi-olas Pauli *ad Romanos, Galatas, Philippenſes,* *Coloſſenſes*: Notæ ex *Caſparis Oleviani* con-ionibus excerptæ ac editæ.

Ex narratione de vita & obitu Oleviani, nſcripta à Ioann. Piſcatore: item ex elenchis brorum.

IOANNES WIGANDVS.

Oannes *Wigandus* natus eſt *Mansfeldiæ*, in radicibus Harcyniæ montis ſitæ, anno hriſti *milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo ter-*: qui annus celebris eſt martyrio *Ioannis* & *enrici* profeſſionis Auguſtinianæ, duorum onachorum, *Bruxellis* exuſtorum, obitu item *driani* Pontificis & *Vlrici Hutteni*, ac con-rſione urbis Argentoratenſis ad Evangelii ctrinam, & origine ſectæ Anabaptiſticæ.

Parentes ei fuerunt *Ioannes Wigandus Heſ-*, & mater *Catharina*, ambo honeſtæ famæ, facultatum mediocrium. Ac parentem idem ferunt pietatis ac literarum ſupra vul-s fuiſſe amantem, qui filium adhuc tenel-m, necdum ſeptennem, in ſcholam ejus op-di trivialem, ut vocamus, deduxit, ut prima erarum rudimenta diſceret. Idem pater pè, ad pueri lectum dicitur Deum expreſ-verbis precatus, ut Dominus Deus Filio *nni* ſuam gratiam largiretur, quo & ipſe nominis memor, propagationem ſinceræ ctrinæ, quæ tum in illis locis fatali conver-ne per Lutherum divinitus refloreſcere in-pat, adjuvaret. Cum miniſtris verbi & olæ collegis ſemper amicitiam pater ille igandi coluit, & quaſi philtro quodam li-arum temulentus, literatos homines ſingu-i benevolentia eſt complexus, concionato-s & ſcholæ miniſtros annuatim aliquoties i cauſa ad convivia domum ſuam amicè in-avit, qui majorem in modum viri ſingulari tate, & incredibili humanitate & moribus litis fuere delectati.

Tali patre natus cum non modò ipſo vul-parentem repræſentaret, ſed inſita ſemina tutis paternæ, animo præ ſe ferret, initio ſta-oſtendit egregiam quandam ingenii per-is præſtantiam, & præclaram indolem, na-tum ad diſcendas literas humaniores, tum colendam pietatem. Maturè itaque literis cendis adhibitus eſt, & quidem M. *Bartho-æus Wolffhartus*, unus tum è ſcholaſticis ndioribus, qui poſtea *Neuburgi* ad Danu-m, & tandem *Hildeſiæ*, celebris in Saxo-inferiore urbis, longo tempore Superin-dentem egit, primum in ludum *Mansfel-*eum duxit. Ac Principia doctrinæ cœle-mediocriter, & liberalium artium initia citer, in ea ipſa ſchola, eoque loco *Wigan-*percepit; ubi & Martinus Lutherus antea, ua pueritia, eadem didicerat.

Præceptorem habuit in gymnaſio Mansfel-denſi *Dionyſium Agrium Auſtriacum*, ſpecta-tæ tum probitatis, tum eruditionis virum, co-gnitione Hebraicæ, Græcæ & Latinæ linguæ excellentem, & inſignem ſemper habitum in omnibus fere Germaniæ ſcholis, juventutis erudiendæ magiſtrum. Is puerum, in quo præclara indoles apparebat, ſicut & cæteri ſcholæ collegæ, amare ceperunt, præſertim cum inprimis Catecheſin, quæ ſummam veræ religionis breviter comprehenſam, unde & *breviarium doctrinæ cœleſtis*, à *Cypriano* dicta, continet, & præterea Muſicen citò addiſceret, & pura, contenta, ſonora, ac ſuaviſſima voce reliquos æquales ſuperaret. Verbo ut com-plectamur omnia, tanta fuit in in Wigando vis memoriæ, tanta in retinendo felicitas, tanta-que in percipiendo & cognoſcendo ingenii acrimonia; ut parentes & præceptores ſum-mæ eruditionis ſummæque pietatis non du-biam ſpem de eo conciperent, & non dubita-rent; *Wigandum* aliquando, Deo volente, eum futurum, qui poſſit τὰ θεῷ κεχαρισμένα εἰπεῖν ἢ ἀνθρώποις ἐπωφελῆ. *Dionyſius Agrius Auſtriaci præceptor Wigand.*

Primis artium dicendi fundamentis, & pie-tatis Chriſtianæ capitibus haud infeliciter, in patria ſchola jactis, cum ipſum decennium ſub ferula *Dionyſii Agri* Præceptoris fidelis tranſegiſſet, ingenium diligentiamque ſuam condiſcipulis & præceptoribus probaſſet, omnes qui docilitatem & ſimul acris animi & mentis ſagacis præclariſſima ſigna cernebant, & vim ingenii animadvertebant, uno ore judi-carunt, eum dignum qui in ſcholam ſublimio-rem (κατ᾽ ἐξοχὴν Academiam appellant) ad præſtantiores doctores ablegaretur.

Quare cura parentis ac propinquorum in Academiam *Wittembergenſem*, tum temporis in tota Europa præ cæteris florentiſſimam, undecim milliaribus Germanicis à natali ſolo diſtantem, quaſi ad mercatum doctrinæ ube-riorem miſſus eſt. Eâ in ſcholâ annis fermè *tribus* vixit; quo tempore, cum magna vis in-genii & ſummus ardor diſcendi in eo eſſet, to-tum ſeſe Philoſophicis ſtudiis addixit, & no-ctes atque dies in liberalium artium medita-tione, & linguarum cognitione tranſmiſit. Habuit iſthic in omni genere diſciplinarum Profeſſores & præceptores eximios ac fideles, quos audivit. Docebant enim tunc in illa Academia celeberrimi & præſtantiſſimi Theo-logi, *Martinus Lutherus*, quem legentem pu-blicè, diſputantem de graviſſimis controver-ſiis religionis, & concionantem dulciſſimè cum magno fructu audivit: Erat illic *Philip-pus Melanchthon*, Theologus & Philoſophus ætatis ſuæ poſt *Lutherum*, facile Princeps, & omnium ferè in Germania eruditorum com-munis præceptor, quem ſibi quoque attentiſ-ſimè audiendum *Wigandus* putavit. Iniit etiam & coluit amicitiam & religionis & literarum no-mine, cum D. *Caſparo Crucigero* ſeniore, audi-vit & *D. Iuſtum Ionam* Theologum, & *D. Vi-tum Winshemium* Græcarum literarum publi-cum tunc illic Profeſſorem. Hujus doctri-nam

Wittembergam mittitur.

Doctores tunc ibi.

nam, memoriam, humanitatem, pietatem, cæteraſque virtutes, admirabilem denique in erudienda juventute dexteritatem, & in præceptis tradendis, ac Græcis autoribus enucleandis, eruditam, nervoſam, perſpicuam & methodicam facilitatem & brevitatem, nunquam ſatis potuit deprædicare. Privato inſuper præceptore uſus eſt viro erudito & pio M. *Ioanne Marcello*, qui ad formanda judicia adoleſcentum ſingulari dexteritate excelluit. Reliquarum etiam linguarum & artium, jurisprudentiæ & medicinæ Profeſſorum lectiones ſedulò, pro ratione temporis & ſtudiorum ſuorum frequentavit: ut nullarum rerum cognitionem non attingeret, & undique quandam ſcientiæ quaſi profeſſionem occuparet, & non tam laudem venaretur, quàm uſum ſibi fructumque cognitionis, exemplo Apoſtoli Pauli acquireret.

Ioann. Marcellus.

Sub initium anni *quadrageſimi primi*, conſilio præceptorum, parentum & amicorum, *Norinbergam* ex Academia *VVittembergenſi* evocatus, ludo literario ibi ad S. *Laurentium* eſt præfectus, ubi erudiendis pueris operam ſtrenuam navans, ac præter voluntatem *totum triennium* in pulverulenta & moleſtiſſima quidem illa, ſed Deo longè gratiſſima, functione fuit detentus. Habuit ibi collegam virum doctum & diſertum *Petrum Vincentium Sileſium*, omnium ſtudiorum ſocium, quo cum ſæpiſſimè carminibus ſcribendis certavit. *Norinbergæ* conciones ex ſacra cathedra habentes audivit *Andream Oſiandrum*, *Vitum Theodorum*, & *Thomam Venatorium*; qui aliis verbi divini præconibus, eruditione multiplici, & eximiis eloquentiæ donis longè antecellebant.

Norinbergæ præeſt ludo.

Petrus Vincentius

Invitus verò, uti dictum, *Wigandus Norinbergæ* manſit, cum ardore literarum addiſcendarum accenſus, unicè cuperet in ſcholam Wittembergenſem ſuperſtite adhuc *Luthero*, reverti. Quare à Domini nativitate anno *quadrageſimo quarto*, cupidiſſimè *Wittembergam* ad inchoatum ſtudiorum curſum feliciter decurrendum, rediit.

Redit Wittembergam.

Anno *quadrageſimo quinto*, pro illius temporis & ſcholæ conſuetudine, competitoribus aliis in Academia *Wittembergenſi*, titulum & gradum *Magiſterii* conſecutus eſt, cum nondum *vigeſimum ſecundum* ætatis annum complevisset. Induxerat autem *Wigandus* in animum, deinceps annos compluſculos de conſilio *Lutheri*, & *Melanchthonis Wittemb.* in ſacræ Theologiæ ſtudio, cui ſe totum conſecrarat, ponere. Cognoverat enim ex voto quodam pio deſtinatum ſe ad ſacras literas diſcendas, ad quas etiam divino quodam inſtinctu ipſemet ferebatur. Itaque puer etiam pietatis flagrans amore, æquales ſicubi exorbitarent, reprehendere non dubitavit, & ut ad frugem ſe reciperent cohortari. Sed exortæ ſunt ſæviſſimæ tempeſtatum bellicarum procellæ, perturbata Germania bello illo famoſo, quod Smalcaldicum appellant obducta quadam ſpecie rebellionis, contra Saxoniæ Electorem *Ioann. Fridericum* & Landgravium *Haſſiæ*: ſed revera purioris doctrinæ delendæ cauſa, inſtinctu Romani Pontificis. Ita curſus *VVigandi* non parum eſt retardatus. Anno eodem vertente, cum *Luthero* mortuo, cuj etiam funus *VVittembergæ VVigandus* ſecut eſt; bellici apparatus adverſus Electorem S xoniæ exorti, & præſidium militum in arce & oppidum Wittembergenſe impoſitum, ſt dioſique diſcedere ex Academia coacti eſſe conſenſu unanimi totius Eccleſiæ *Mansf denſis Wigandus* in patriam circa *Michae* vocatur; ut illic loco decrepiti ſenis & opti paſtoris *Martini Seligmani Hailsbronnenſ* conciones ſacras haberet.

Magiſter ibi renunciatur.

Theologiæ ſe dedit.

Neceſſitate igitur illorum temporum extr ma coactus miniſterium docendi verbum D publicè ſubiit; atque à ſuperintendente *Ma feldenſium* Eccleſiarum, *Ioanne Spangenber* in ipſa Mansfeldenſi æde ſacra, publicâ & S lenni actione, impoſitione manuum, & o tione ad Deum ordinatus eſt, ac fuit hæc o dinatio in eo quidem loco Evangelicâ doct na illic inſtaurata, & ab Antichriſti Rom tenebris repurgata, prima.

Eâ in functione, fidem, diligentiam & i duſtriam Eccleſiæ Wigandus probavit. N conciones, pro munere ipſi divinitus conc ſo, methodo exacta, oratione pura ad po lum habuit, & res neceſſarias, & utiles, bre ter recteque propoſuit, ſemper ædificatio & pacis, quantum per Dei gratiam, ſalvâ r gione & conſcientia fieri poſſet, rationem curam agens. Et quia ei optimè cognit erat, ſcholas eſſe Theologiæ pediſſequas, ſeminaria Reip. non tantum publicè eſt c cionatus, ſed etiam operam dedit, ut ſch florerent ac promoverentur. Cum igitur m diocre otium eſſet nactus, rogatus à viris nis *Dialectices* præcepta & *initia doctrinæ P ſices*, juventuti ſtudioſæ in ſcholâ Mansfeldi explicavit.

Excitatus quoque à Superintendente *Io ne Spangenbergio*, refutationem *Catech Moguntinæ*, cujus *Michael Sidonius*, po *Mersburgenſis* Epiſcopus, autor ferebatur, ſcepit, quæ quidem refutatio Latinè & G manicè *Magdeburgi* typis publicis edita ſtat. Scripſit ibidem librum de *neutrali & mediis*, aliquoties recuſum. Item, *Tra tum contra dogma*, quod *D. Georgius M* ex Interreligionis *Auguſtanæ* libro ab inf reſuſcitavit, *bona opera ad ſalutem eſſe nece ria: Impoſſibile eſſe hominem ſine bonis op bus ſalvari: Nullum hominem unquam ſine nis operibus eſſe ſalvatum: Hominem eſſe fide juſtum, ſed non ſola fide ſalvum.* Hic W *gandi* liber D. *Ioannis Æpini* Theologi pto graviſſimo, de *juſtificatione hominis pec toris coram Deo*, adjunctus, & publicè ed eſt in lucem.

Habuit ibi Wigandus collegam *Michae Cælium*, olim præceptorem *Appiani*, excell tiſſimi Mathematici. Subſcripſit hic *Ca Smalcaldicis* articulis, & opuſcula Germa aliquot doctrinæ plena, in publicum em Delectabatur item Wigandus mirificè he rum cognitione, cujus quidem ſtudium *lerius Cordus*, celebris Medicus, *Wittemb* inter ſtudioſos excitaverat, præſertim cum m

montibus, oppido *Mansfeldiæ* vicinis, non paucæ præſtantes & ſalubres herbæ naſcerentur, ac gaudebat ſocietate & conſuetudine D. *Georgii Æmilii* popularis ſui, poëtæ & Theologi, qui ſæpius *Stolbergâ*, ubi Eccleſiæ ἐπισκοπὴ ipſi demandata erat, & parentum & amicorum gratia *Mansfeldiam* excurrebat. Is verò cum & ipſe quoque pulcerrimas illas creaturas Dei, in quibus evidentiſſima & oculatiſſima omnipotentiæ, ſapientiæ & bonitatis divinæ veſtigia elucent, amaret: magis etiam *VVigandum* incitavit, & culturam porti ipſius non parum adjuvit, & herbis ſylveſtribus, medicis, & floſculis odoriferis exornavit.

Sub id tempus etiam Synodo *Eislebianæ*, contra *Interimiſticas & Adiaphoriſticas* actiones celebratæ, *VVigandus* interfuit, & fornicationibus cum Thaide Babylonica ex mandato Dei contradixit. Circa idem tempus, monſtroſus partus & toti Germaniæ peſtilens in lucem infelici ſidere prodiit, quem *Interim* ſeu interreligionem Auguſtanam nominarunt, cum edicto Cæſareo: quo promulgata eſt certa quædam religionis formula, interim ſervanda, donec univerſali concilio coacto, religionis controverſiæ cognoſcantur & tollantur.

Eum librum quidam Theologi judicarunt admittendum eſſe: ac aliquam ſervitutem in rebus externis & adiaphoris ferendam. Sed quia non tantum tum temporis, de *lintea veſte ſeu de rebus externis* actum eſt: alia pars Theologorum Germaniæ, inter quos præcipui fuerunt, *Illyricus, Aquila, Æpinus, Gallus, Brentius, Medlerus, Morlinus, VVeſtphalus, Judex*, & alii quidam ſeſe colluſoribus cum Pontificiis fortiter oppoſuerunt. Videbant enim nervos quodammodo ſanæ doctrinæ ſuccidi, ſi dogmatum explicatio talis, qualis in libro Interim tradebatur, approbaretur. Hiſce adjunxit ſe *VVigandus*, cum aliis Mansfeldenſium eccleſiarum doctoribus, qui in *Synodo Eislebiana* contra *Intermiſtas & Adiaphoriſtas* tum pugnarunt, & poſtea etiam privatim & publicè, ore & ſcriptis errores in libro Intermiſtico comprehenſos, juxta normam verbi divini refutarunt & damnarunt.

Septennio elapſo cum *Nicolaus Gallus*, Magdeburgenſis Eccleſiæ Superintendens *Ratisbonam*, unde tempore Interimiſtico ejectus fuerat, ex pacto revocaretur, nec poſſet retractare id, quod illic diſcedens ſanctè receperat: Senatus Magdeburgenſis conſentientibus miniſtris verbi & Eccleſiâ totâ, *VVigandum* in Superintendentem, locumque *Galli* evocarunt. Refragantibus autem Comitibus Mansfeldenſibus & Eccleſiâ oppidi Mansfeldiæ, qui *VVigandum* retinendum judicabant: Princeps *VVolffgangus Anhaltinus*, qui inter primos corde & calamo Auguſtanæ confeſſioni ſubſcripſit, optimeque de regno Jeſu Chriſti meritus eſt, aliique magni nominis viri apud Comites Mansfeldicos inſtiterunt: tandemque effecerunt: ut poteſtas *VVigando* fieret, *Magdeburgum* commigrandi: id quod circa Michaelis factum, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio*, cum, poſt ſolutam obſidionem, adhuc militum præſidium in urbe commoraretur.

Hic verò in controverſias graviſſimas incidit, ac laboribus maximis tantùm non oppreſſus fuit. Nam quotidiè, ut novitius Theologus, cum eſſet φιλόπονος καὶ φιλομαθὴς homo multæ induſtriæ & laboris, ſeſe exercuit legendo, meditando, ſcribendo, concionando, & potiſſimùm diſputando; cumque eſſet juvenis vegeto corpore, ſeſe ita per Dei gratiam in functione geſſit, & operam talem navavit: ut verbi miniſtris, diligentiam & acumen ingenii illius probantibus & admirantibus charus; Eccleſiæ verò ibidem ſalutaris eſſet: contra *Canonicos*, eo tempore Papatum inſtaurare molientes, ac non ſine ſcandalo viventes, intrepidum ſeſe reprehenſorem præſtitit: nec minis, & calumniarum atque convitiorum morſibus, à pio & ſancto propoſito abſterreri ſeſe fuit paſſus. Hac *VVigandi* παῤῥησίᾳ effectum eſt; ut ſubinde plures *Canonici* ad veritatem Evangelii converterentur; ac poſtea juxta Auguſtanam confeſſionem; ſuos ritus & conciones ſacras inſtituerent ac moderarentur. *Adiaphoriſtarum* conatus, inclinantium ſeſe ad Papatum, ſcriptis itidem arguit: & alios libellos Eccleſiæ utiles evulgavit. Inprimis verò *Eccleſiaſticam hiſtoriam* omni ſtudio & labore juvit. Nam domi ſuæ operas illas maxime rexit, & ſcripſit ipſe cum *Matthæo Judice* & aliis, id quod alibi copioſius expoſitum. Fuerunt quidem aliquot Zoili inter Pontificios, laborem illum arrodentes: ſed unicum *Joannis Sturmii* teſtimonium omnes malè feriatorum hominum calumnias, & ſiniſtra judicia facile refutare poteſt. Sic autem Sturmius ſuâ manu in primam centuriam, rogatus hoc nomine à Secretario Reipub. Magdeburgenſis *Henrico Merckelio*, ſcripſit: *Magdeburgenſium labor in conficienda hiſtoria Eccleſiaſtica & neceſſarius fuit, & noſtrâ ætate utiliſſimus. Quatuor in ea ego virtutes eſſe ſentio: veritatem, diligentiam, ordinem, perſpicuitatem: quas cum hiſtoricus aſſequutus eſt: nihil video quid illi deeſſe poſſit, ſi accedat ſermonis Latini puritas, & conveniens hiſtoriæ oratio.* Cum Sturmio omnes piè eruditi ac verè timentes Deum hiſtoriam illam Eccleſiaſticam probarunt & hodie probant: quia vident, ideam quaſi Eccleſiæ Chriſti, juxta centurias in ea contineri, quo ad propagationem, perſecutionem, tranquillitatem, doctrinam, hæreſes, ceremonias, gubernationem, ſchiſmata, Synodos, perſonas, miracula, martyria, religionem extra Eccleſiam; & ſtatum imperii politicum.

Adiaphoriſtas oppugnat.

Eccleſiaſtica hiſtoria Magdeburgenſiũ.

Sturmii de ea judiciũ.

Virtutes hiſtoriæ.

Cum ergo *VVigandus Magdeburgi* Superintendentem ageret; cum legatis Eccleſiarum Saxonicarum, & Megapolenſis Ducis *Joannis Alberti*, publicæ concordiæ & tranquillitatis cauſa *VVittembergam* ad *Melanchthonem* miſſus eſt: & *Illyrico* certas ob cauſas in vicino oppido Principis Wolffgangi Anhaltini *Coſovicii*, quod *VVittembergâ* diſtat duobus miliaribus, tum ſubſiſtente; actioni *Coſvicianæ*,

Wittemb. mittitur.

nomine Eccleſiæ Magdeburgenſis, interfuit. Gratus autem & charus inprimis fuit ordini equeſtri in diœceſi Magdeburgenſi, ob probitatem, doctrinam eruditam, fidem, candorem, animum paratum ad ſuſcipiendos ferendosque labores eccleſiaſticos: ſtudium item & diligentiam maximam, quærendi cognoſcendique veritatem, & induſtriam explicandi ſingularem, ac zelum ardentem in propugnanda veritate cœleſti, contra omnis generis præſtigiatores & hæreticos. Præcipui verò ejus *Mœcenates* & patroni fuerunt *Andreas Meiendorffius*, & *Joachimus Albenslebinus*, viri nobilitate generis, virtute, doctrinâ & ſapientiâ clari, religioſæque pietatis & fidelium Chriſti miniſtrorum ſemper amantiſſimi: in quorum gratiam Wigandus *confeſſionem de controverſis noſtri ſeculi articulis, Erphordiæ* anno *octuageſimo ſecundo* editam conſcripſit. Inter concionatores autem & literatos Magdeburgi *Matthæum Judicem* habebat non tantum collegam, ſed ex omnibus amicum præcipuum atque intimum, quicum ſua conſilia communicare, & cujus rationes in negociis audire atque æſtimare ſolebat.

Gradus ordini equeſtri.

Magdeburgi *ſeptennio* penè inter varias afflictiones & moleſtias, quas juvante Deo ſuſtinuit exacto, ab illuſtriſſimis Principibus *Joanne Friderico* Secundo, *Joanne VVilhelmo* & *Joanne Friderico* Tertio, Ducibus Saxoniæ, filiis Electoris Saxoniæ *Joannis Friderici* Primi, nullam non curam ſuſcipientibus, qua Academia Jenenſis recens fundata, ſolennique ritu introducta auctior ornatiorque fieret: *VVigandus* in novam Academiam vocatur; ut ibi ſacram Theologiam cum cæteris collegis profiteatur. Paruit vocationi *VVigandus* propter cauſas graves: & anno Domini *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo* poſt paſcha eò, cum Eccleſia ſua domeſtica commigrat. Ea in functione, quia methodicè ſacras literas fideliter tradebat, gratus & utilis fuit piæ juventuti, quæ eum aſſiduè cum delectatione audivit. Sed cùm poſt diſputationem *Vinarienſem* inter *Illyricum* & *Victorinum Strigelium*, cui *VVigandus* interfuit, & celeri calamo excepit, ſicut poſtea ex Wigandi exemplari eſt impreſſa, *Stoſſelius* ſeſe non vocatus, in Eccleſiam Jenenſem inſinuaſſet; atque ad Adiaphoriſtas, uti vocabant, quos prius privatim & publicè impugnarat, ſeſe inclinaſſet; ac *Strigelium*, quem antea aliquoties condemnarat, tanquam Pelagianum, iterum, ut Catholicum evehere conaretur: effectum eſt; ut *Illyricus, VVigandus, & Judex*, functionibus ſuis exuerentur, Stoſſelio ſolo in illo theatro cum ſuis ad tempus dominante. Et quanquam aulicis quibusdam & nonnullis etiam Academicis retinendus *VVigandus* ob methodum, quam in explicando ſequebatur, juventuti ſtudioſæ fructuoſam, videretur: tamen ipſe eo rerum ſtatu ſolum vertere, quàm aliquid contra conſcientiam approbare maluit.

Vocatur Ienam.

Diſputatio Vinarienſis.

Dimittitur Iena.

Relictâ igitur *Jenâ*, aliquod menſes *Magdeburgi*, cum familiâ eſt commoratus, ubi Superintendens *Tilemannus Heshuſius* & Eccleſia ad S. *Vlricum*, iterum eum recipere cupiebat, præſertim ibidem adhuc vacante parochia ex qua ante diſceſſerat. Sed JCtus *Franciſcus Pfeil*, Syndicus, & *Sigefridus Saccus* Ludimoderator, cum ſua cohorte manibus pedibusque, quod dici ſolet, reniſi ſunt, atque impedierunt: quo minus *VVigandus* reciperetur. Tulit hoc ipſe æquo animo: utpote qui ut tunc res erant, operam ſuam Eccleſiæ illi addicere in animo non haberet. Interea verò Duces Megapolenſes *Joannes Albertus*, & *Vlricus Joanne Fredero*, *VViſmarienſis* Eccleſiæ Superintendente, cum uxore & tribus liberis non ſine toxici ſuſpicione extincto, *VVigandum* literis ad ſe accerſiverunt, atque Superintendentis in Eccleſia *VViſmarienſi* munus eidem demandarunt: Factum id anno Domini *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo*, circa *Michaëlis*. *VViſmariæ* concionem probatoriam, ut vulgò loquuntur, in æde *Mariæ* dicata, habuit; atque deinde unanimi miniſterii ſuffragatione, & ſenatus populique Wiſmarienſis conſenſu, Eccleſiæ illius & vicinarum inſpectio & cura, laborque rei ſcholaſticæ, more Superintendentum ei eſt demandata. Et in loco reliquias quaſdam *Zvvinglianorum* & *Anabaptiſtarum*, quæ in urbe *VViſmarienſi* radices egerant, miniſterio verbi, autoritate, mandato & opera ducum Megapolenſium extirpavit & expurgavit.

Magdeb. ſubſiſtit.

Itaque ibi concionando, diſputando, ſacras literas explicando, & conſiſtorium celebrando, Eccleſiam & ſcholam ornavit celebrioremque reddidit. Nam ſcholam juxta præſcripta legum, conſentiente & approbante ſenatu, penes quem unum jus ſcholæ eſt, inſtituit: quæ parvæ Academiæ titulo fuit inſignita. In Eccleſia autem utiliſſimum Catechiſmi examen, & recitationem ejusdem in templo publicam introduxit: ita ut & pueri & puellæ ſexennes ſeptennesve capita pietatis Chriſtianæ, cum explicatione Lutheri Catecheticâ calluerint, promteque recitarint. Cumque idem *VVigandus* concordiæ inter miniſtros conſtituendæ & conſervandæ eſſet ſtudioſiſſimus: in eum uſum articulos quoſdam piæ conjunctionis, conſentiente & approbante miniſterio, compoſuit, quos ſinguli concionatores ſuæ manus ſubſcriptione, antequam ad miniſterium admittantur, acceptarent.

Ad hæc ducatum Principum *Megapolenſium*, ac civitatem *VViſmariam* ſcriptione utilium librorum illuſtravit. Nam *VViſmariæ* autores *centuriarum eccleſiaſticarum, ſeptimam, octavam, nonam, decimam, undecimam, duodecimam, & decimam tertiam centurias* contexuerunt & ediderunt. Conſcripſit etiam & edidit *VViſmariæ commentarios in duodecim Prophetas* minores. Ibidem *VVigandus* & *Judex* collegerunt & ediderunt *corpus doctrinæ Veteris Teſtamenti*, Reipubl. & Eccleſiæ VViſmarienſi cum aliis maritimis civitatibus nuncupatum.

Anno Domini *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio* in Academia *Roſtochiana* inſignia ſanctæ Theologiæ, propter certas cauſas, ſibi conferri eſt paſſus. Vixit tunc conjunctiſſi-

ctiſſimè cum viris & Theologis claris, *David*e *Chytræo*, *Matthæo Iudice*, *Simone Pauli*, *Georgio Richio*, *Andrea Martini*, *Henrico Strevio*, *Caſparo Leunculo*, *Valentino Schachtio*, *Conrado Beckero*, *Simone Muſæo*, *Andrea Schoppio*, aliis, & in controverſiis, quæ incidebant, dijudicandis, inque viſitandis Eccleſiis, operam cum aliis piè eruditis mutuam tradidit. Fuit & Principibus Megapolenſibus propter eruditionem, cònſtantiam, & ingenuitatem in dicenda veritate gratus. Qua de re narratiunculam ex ore ipſius amici talem udierunt. Accidit aliquando ut poſt transactionem amicam inter Duces Megapolenſes ratres *Ioannem Albertum & Vlricum* ad *Roſtochium* Wigandus juſſus coram Principe *Ioanne Alberto*, concionem legalem pro ratione oci, temporis & perſonarum haberet, in qua e magiſtratus politici officio quædam monuit, & peccata magnatum graviter & nervosè um magna ſpiritus & vocis contentione, cira ullam προσωποληψίαν taxavit. Concione nitâ quidam aulicus palpator Principi autor uaſorque eſt; ſeſquipedalibus verbis eum bteſtatus, *ne doctorculum illum Wigandum, ui concionem invectivam in politicum magiratum, ſine ullâ fronte habuiſſet, impunè dimitt, quin potius ei imperet, ut ne inpoſterum, pro acra cortina, in magiſtratum debacchetur: nî odium & indignationem Principis certiſſiam graviſſimamque velit incurrere.* Hic rinceps reprehenſionis eccleſiaſticæ, velut aler *Theodoſius* patiens, homini illi modicæ conſcientiæ reſpondit: *ſibi Wigandi concionem, quâ loco & juſſu Dei, Domini Dominantium, & omnes Magiſtratus politicos reprehendiſſet, irum in modum probatam fuiſſe, & ſe nunc lus amare Wigandum quàm antea, ob candoem & παῤῥησίαν: qui ut Germanus Saxo, quæ magiſtratu ſuo deſideraret, non clam more aorum indulgentium Theologorum; ſed coram in os, pro ratione officii à Deo ſibi commiſſi dire auderet.* Deinde ut Paraſitaſter iſte re pſa cognoſceret, Principem Wigando benè & ementer cupere, mandat eidem, ut ſtatim noinePrincipis *Wigando* pro concione piâ gras agat, eundemque ad Principis menſam ſeum adducat. Jureconſultus (nam eâ fuit ientiâ præditus) premens alto tum corde dorem Ducis mandatum exequitur, & *Wigandum* humaniſſimis verbis venenato è corde ofectis, ad prandium Principis invitatum, ducit. Hac ex narratiunculâ videre eſt; quo honore, quave auctoritate, apud Megaponſes Principes, fuerit *Wigandus*: quod derat & iſtud, quòd eundem Wigandum iim Duces, ad munus Superintendentis, deortuo *Corvino*, in Eccleſiâ Wismarienſi ſubndum, literis honorificè ſcriptis, anno *octuaſimo tertio*, invitarunt.

Cum ita Wigandus, Wismariæ annuam etn hebdomadam, hoc eſt, *ſeptennium* inteum compleviſſet: à *Ioanne Wilhelmo*, Duce xoniæ, conſtantiſſimi confeſſoris, *Ioann. iderici* Electoris filio, iterum *Ienam*, fato odam ſuo, ad ſcholæ Theologicæ inſtaurationem, vocatur. Hic cum diu Megapolenſes Duces abnuiſſent: tandem literis & legationibus frequentibus evicti in hoc conſenſerunt, ut unum ſaltem annum *Ienæ* Wigandus abeſſet: eoque elapſo *Wismariam* ad priſtinam Spartam rediret.

Abiit ergò *Ienam* anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo octavo* menſe Septembri, non ſine dolore auditorum, & deſiderii igniculis in civium animis relictis. Nam quàm invitè Wigandum dimiſerint, tum alia, tum lacrymæ illæ gemitusque docuerunt, quos *Wigando* Eccleſiæ pro ſuggeſtu valedicente, & ad ſtudium pietatis cum promiſſione reditus ſui cohortante, ſingultatim emiſerunt. Iidem contra ubi audiiſſent, illuſtriſſimum Principem *Vlricum* & ſenatum urbis Wismarienſis miſſo eâ de causâ in Boruſſiam tabellario, *Wigandum* repetere & revocare; ſummo gaudio exilierunt: ubi verò cognoverunt, eundem non poſſe à Boruſſicis Eccleſiis avelli, ſummum in dolorem fuerunt conjecti. Quam ægrè inſuper Wismarienſis Eccleſiæ miniſtri Wigandum dimiſerint, quanto etiam cum amore complexi ſint, quamque ipſe difficulter Jenæ ſeſe detineri paſſus ſit, ex teſtimonio miniſterii Wiſmarienſis, & ex Wigandi literis ultro citroque miſſis patet.

Vinariam igitur dudum expectatus cum veniſſet, *Wigandus* ſtatim alterâ die jubetur unà cum aliis Theologis & politicis, ad *colloquium Theolog. Altenburgi* in Miſnia, ditione *Ioann. Wilhelmi* Ducis Saxoniæ, cum *Auguſti* Elect. Saxonici Theologis habendum, proficiſci. Ibi verò eam præſtitit operam, quam in actis, quæ publicè exſtant, videre eſt. Nam Latina ſcripta omnia ipſe compoſuit, ex quibus Germanica exemplaria translata ſunt, de reliquorum fratrum collatione, quam libenter ipſe audivit. *Ienam* deinde *Altenburgo*, Deo comite reverſus, ſuperintendentis Eccleſiæ *Ienenſis*, & Profeſſ. Theolog. in Acad. munus obire juſſus eſt. Poſtea cum Superintendente Wismarienſi *Barthol. Roſino*, quem *Wigandus* ob pietatem, eruditionem & candorem magni faciebat, *Thuringicas* Eccleſias & ſcholas, de mandato & Conſilio Ducis Saxoniæ *Ioann. Wilhelm.* viſitavit, emendavit, & à fermento *Adiaphoriſtarum, Synergiſtarum, Majoriſtarum, & clandeſtinorum Calviniſtarum* repurgavit. Eccleſiam autem *Ienenſ.* cum collega ſuo *Timoth. Kirchnero* Theologo, ſanctis & nervoſis concionibus piè & fideliter inſtituit: In ſchola propter methodum & graviſſimarum rerum explicationem perſpicuam, ac diſputationes eruditas, quas ſæpiſſimè habuit, charus fuit ſtudioſæ juventuti & utilis.

Colloquiũ Altenburgicum.

Fit Superintendent. Ienæ.

Viſitat & purgat Eccleſias.

Timoth. Kirchner.

Anno poſt natum Chriſtum *milleſimo ſeptuageſimo* cum Duce *Ioanne Wilhelmo*, apud quem ſemper fuit in ſummâ gratia & exiſtimatione, quod plurima beneficia & munera, Principe clementiſſimo & pientiſſimo digna, ſæpius teſtata ſunt, ad comitia *Spirenſia* abiit. Ubi *Spirâ* domum rediit, ingenti cum gratulatione exceptus

Abit cum ſuo Principe ad comitia.

ptus ab Academia, ab Eccleſiæ miniſtris, denique à bonis omnibus; iterum docendi munere ſuſcepto, plurimos libros ſacros in Academia & Eccleſia interpretatus eſt. Quantâ autem doctrinâ, fide & accuratâ diligentiâ hoc præſtiterit, publica ejus monumenta teſtantur.

Sed *quinque* ibi annis propemodum exactis, mortuo Duce Saxon. *Ioanne Wilhelmo*, cùm *Auguſtus* Elect. repudiatis teſtamentariis, cum Elect. *Palatino* & *Brandenburgico* curam liberorum ſibi vendicaret, per *Laurent. Lindemannum* Wigando is mandat, ut à functione Eccleſiaſticâ & ſcholaſticâ abſtineat, & intra *quatriduum* ex territorio Saxoniæ diſcedat, ſin contra, minas ſpirat. Diſcedit ergo cum familia anno *ſeptuageſimo tertio* Brunſuigam Ducis Brunſuicenſis conſenſu, qui eum clementiâ ſingulari proſequebatur, & concionantem *Wolferbyti* non ſine remunerationibus audivit.

Dimittitur

Abit Brunſuigam.

Eodem anno ſub feſtum *Michaëlis*, Deo ſic regente & diſponente, *Wigandus* de conſilio Theologorum, & ſtatuum Boruſſiæ, in Academiam *Regiomontanam* binis literis ab ipſo Principe *Alberto Friderico* ſubſcriptis, ad ſacram Theologiam tradendam eſt evocatus; cui quidem vocationi, utpote divinæ & ordinariæ, obtemperans, cum familiâ ſe in *Boruſſiam* paulò poſt deportavit comite *Conrado Slüſſelburgio* Saxone.

Vocatur in Boruſſiã.

Biennium ubi Regiomonti vixit, & operam, fidem, modeſtiam in lectionibus, diſputationibus & concionibus interdum habendis piis probâvit: tandem communibus ſuffragiis conſiliariorum omniumque ſtatuum, *Boruſſiæ* Epiſcopus *Pomezanienſis* eligitur, confirmatur & proclamatur. Itaque poſt feſtum ſanctis Angelis dicatum anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo, quinto*, in oppidum *Libemolam*, ubi eſt epiſcopalis ſedes cum domeſticis proficiſcitur. In hoc epiſcopatu ea præſtitit Dei gratia, quæ fidelem & evangelicum Epiſcopum decent: concionatus eſt, legit quædam privatim, edidit dogmatica, & polemica non pauca, viſitavit Eccleſias in conſiſtorio epiſcopali, controverſias Eccleſiaſticas & matrimoniales diremit, miniſtros examinavit & ordinavit, ac *duodecim* ferè annos eam functionem obivit.

Fit epiſcopus Pomezanienſis.

Adverſa deinde conflictari valetudine cepit menſe Septembri anno ſuperabundantis gratiæ *octuageſimo ſeptimo*, cùm jam ante aliquot annis valetudine tenui & infirmâ, cum ex decrepita ferè ætate, tum ex curis & ſolicitudinibus variis, & præſertim ex doloribus, quos afflictus Eccleſiæ & Reipub. in vicino Regno Poloniæ ſtatus, ob duorum Regum *Sigismundi Sueci* & *Maximil. Auſtriaci* electionem, ei peperit. Itaque vires paulatim & in dies attenuatæ & conſumtæ fuerunt. Acceſſit etiam dolor ex obitu præſtantis Theologi *Ioannis Wedmanni*, concionatoris aulæ Ducis Boruſſiæ, quem *Wigandus*, ut conſtantem & ſingularem amicum, laborumque omnium ſocium & curarum participem in Boruſſia, ob inge-

Morbo corripitur.

Ioann. Wedman.

nium peracre, ſtudium ſingulare, doctri[...]
eximiam, ſummam & divinam memor[...]
ſemper coluit & veneratus eſt. Hinc ig[...]
cum ſenſim viribus tam animi, quàm cor[...]
ris deficeret, & non tam morbi gravita[...]
quàm diuturnæ debilitatis languore, velu[...]
vaneſceret, cogitabat aſſiduè, ſe eſſe homin[...]
morti obnoxium, & in tempore ſeſe ad b[...]
beateque in Domino moriendum præpara[...]
Nam multos annos ante obitum *epitaph*[...]
diſtichon ſibi ipſe conſcripſit ejusmodi:
In Chriſto vixi, morior viveque Wigandus[...]
Do ſordes morti: cætera, Chriſte, tibi.

Tandem igitur correptus morbo acerbi[...]
mo & acutiſſimo, quem Hippocrates & [...]
lenus *δυσεντερίαν* appellant, in verâ fiduciâ, [...]
confeſſione & invocatione Filii Dei, certa[...]
ſpe vitæ æternæ, tanquam obdormiſcens[...]
hac ærumnosâ vitâ in æternam & ſemper b[...]
tam patriam, ex voto ſuo diſceſſit, anno *m*[...]
leſimo, quingenteſimo, octuageſimo ſeptimo, [...]
viceſima primâ menſis *Octobris*, poſt meridi[...]
horâ *ſecundâ auditâ*, cum *quatuordecim* [...]
lecto affixus fuiſſet, & hoc in mundo, an[...]
64. completo climacterico magno, exegiſ[...]
miniſterio autem verbi divini, cum fide & [...]
ſiduitate *annis quadraginta & uno*, functus [...]
ſet, ac in Boruſſia annos 12. Epiſcopatui a[...]
pliſſimo præfuiſſet. Toto morbi tempore [...]
Domino Deo ſuo acquievit, cui ſe diſſolvi [...]
piens totum commendavit. Dicta ſcriptu[...]
quibus ſe contra tentationes ſuſtentavit, p[...]
cipua hæc fuerunt, Joann. 3. *Sic Deus dil*[...]
mundum, ut filium ſuum unigenitum daret[...]
omnis qui credit in eum non pereat: ſed &c. it[...]
Matth. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis*[...]
onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et 1. Joan[...]
Sanguis Ieſu Chriſti Filii Dei emundat nos[...]
omni peccato.

Vir fuit ingenio doctrinaque præſtans [...]
jus vita ſobria & honeſta aliis eſſet exemp[...]
Erga quosvis ferè comis fuit & facilis, ne[...]
ni non aditus patebat, cuivis placidè gravit[...]
que reſpondebat. Erat enim ſumma hu[...]
nitas in hoc Theologo cum gravitate conj[...]
cta. Munificus quoque & liberalis in egen[...]
Cum in Epiſcopatu ſuo frumentum aut pe[...]
niam pauperes petebant, curabat ipſis per [...]
conomum dandum tantum, quantum nec[...]
ſitas exigebat. Etſi enim parſimoniam & [...]
mabat & tuebatur, tamen erga pauperes be[...]
gnitatem ſuam nunquam clauſit. Homi[...]
pios & bonos amavit, inprimis verò ſemp[...]
ſinceram & conſtantem amicitiam cum *M*[...]
thæo Iudice, Davide Chytræo, Roſino, Matth[...]
Marco Dabercuſio, & aliis fideliter colu[...]
Matutino & veſpertino tempore preces [...]
Deum, in genua procumbens, fundebat, [...]
ditis aliquot inſignioribus ſacrarum literar[...]
teſtimoniis. Cum Eccleſia domeſtica ſing[...]
diebus feſtis, repetitiones concionum & e[...]
mina Catechetica inſtituebat. Quot[...]
nis minimum ſexies cum familia ſacrâ [...]
naxi, prius abſolutione ab eccleſiaſte peti[...]
utebatur. Lectioni S. ſcripturæ ſedulo oper[...]
dedit, fontesque in controverſiis inquiſivi[...]

Mansfeldiæ ſimulac in numerum miniſtrorum verbi Divini cooptatus eſſet, animum ad conjugium appulit, & amicorum ac parentis inprimis conſilio, ſibi *Rebeccam*, civis Mansfeldienſis metallici filiam honeſto loco natam, deſpondit. Ex ea, utriusque ſexus liberos ſuſcepit *quinque, filios quatuor & unicam filiam*: qui omnes ante parentes fatis conceſſerunt. Secuta eſt mater *Magdeburgi*, incredibili cum deſiderio mariti, cum annos *novem* in matrimonio caſtiſſimo, cum eo conjunctiſſime vixiſſet. Poſtea alteram uxorem duxit in patriâ, *Evam* ex *Lutheri* veteri & præcipuâ familia, in urbe Mansfeldenſi. Hæc fuit religioſiſſima, viri ſui amans, exiliorum ejus comes, in re domeſticâ adminiſtrandâ prudens & induſtria, liberalis & benefica erga cognatos, domeſticos & egenos. Præterea in omni vitâ gravis, pia, modeſta, ſobria, caſta, quæ nullis deliciarum blanditiis capiebatur, & voluptatum omnium illecebras fugiebat.

Amiſit ac præmiſit hanc *Libemolæ* in Boruſſiâ, caſuque domeſtico graviter afflictus eſt, ut qui totos *viginti annos*, absque ullâ gravi offenſione cum eâ vixiſſet, quæque fida, cuſtos & columen familiæ fuiſſet, & viri curas ac labores, quos maximos in Epiſcopatu illo ſuſtinuit, morum ſuavitate & piis colloquiis, levare ſolita eſſet. Reliquit hæc ei *duos liberos* ſuperſtites, filiam *Annam*. *Magdeburgi* natam, quam *Henrico Scrotero*, primario in urbe Dantiſcana, civi, honeſtiſſima familia ibidem nato, elocavit, & filium *Ioannem* Libemolæ natum. Tertiam denique conjugem duxit in Boruſſiâ anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo, decimo nono* Octobris die, honeſtam viduam, quadragenariam, filiam viri nobilis *Martini à Saugnin*, nuptam antea equiti Prutenico, *Ioanni à Bettelsdorff*. Erat hæc trium linguarum, *Prutenicæ*, *Polonicæ*, *Germanicæ* perita, & rei familiaris ſatagens, & fida comes laborum, vergente eo jam ad ſenium. Atque hæc de vita ejus domeſtica.

Monumenta autem ingenii reliquit varia Germanicè & Latinè edita: de quibus nos *Latina* nominabimus, in claſſes certas diſtributa. Sunt ergo

LIBRI DOGMATICI.

Syntagma, ſeu corpus doctrinæ veri & omnipotentis Dei, *ex veteri Teſtamento* tantum, methodicâ ratione, per *Ioannem Wigandum*, & *Matthæum Iudicem*, *Wiſmariæ* collectum.

Syntagma, ſeu corpus doctrinæ Chriſti, *ex novo Teſtamento* tantum, methodicâ ratione congeſtum, *per Ioannem Wigandum & Matthæum Iudicem*.

Methodus doctrinæ Chriſtianæ, ſicut in Eccleſiâ Magdeburgenſi traditur, Germanicè excuſa.

De norma judicandi dogmata vera & falſa, excuſa Magdeburg.

Corpuſculum doctrinæ ſanctæ.

Catechiſticæ explicationes & methodi, recitatæ Jenæ, in explicatione Catechiſmi D. Lutheri.

Poſtilla, ſeu explicatio Evangeliorum.

De *Deo methodus*, cui refutatio novorum Arianorum adjecta.

De *communicatione idiomatum* utilis & pius libellus.

Collatio & repetitio doctrinæ de communicatione idiomatum.

Γνῶθι σεαυτὸν, hoc eſt, *de homine integro, corrupto, renato, glorificato*.

De *imagine Dei in hominibus & de larva Satanæ*.

De *libero arbitrio hominis integro, corrupto* in rebus externis, mortuo in rebus ſpiritualibus, & renato.

De legibus divinis.

De *peccato originis*, repetitio doctrinæ ſanæ ex verbo Dei, ex corpore doctrinæ Thuringico, & ex ſcriptis D. Lutheri.

De *juſtificatione miſeri peccatoris coram Deo*.

De *confeſſione in doctrina divina & neceſſariis* factis.

De *arguendis falſis dogmatibus & doctoribus*, aliisque peccatis & peccatoribus juxta verbum Dei.

De *clave ligante in Eccleſiâ Chriſti*, *de ſuſpenſione à Sacramentis ad tempus*, *de reconciliatione offenſæ Eccleſiæ*, explicatio ſuccincta & ſolida ex verbo Dei.

De *conjugio* doctrina.

De *perſecutione piorum*: *exiliis piorum*, *exiliis facinoroſorum*, *martyriis piorum*; *pſeudomartyriis*, *fuga miniſtrorum* verbi, conſtantia, apoſtaſia, patientia.

De *neutralibus* & mediis admonitio.

De *bonis & malis Germaniæ* admonitio.

De *heroibus* doctrina.

LIBRI EXEGETICI.

In *priora tria capita Geneſeos* explicationes.

In *Matthæum* Evangeliſtam commentarius.

In *Pſalmos graduum* 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134.

In *Pſalmos* 146. 147.

In *Pſalmos* 90. 91.

In *Pſalmos pœnitentiales*, nempe ſex. 32. 38. 51. 102. 130. 143.

Item *in Pſalmum* 84.

Tractatus *de pœnitentia ſeu converſione* peccatoris ad Deum.

In *Eſaiam Prophetam* annotationes.

In *Danielem Prophetam*, explicatio brevis.

In *Prophetas minores* explicationes ſuccinctæ, ordinem verum, textus ſententiam, & doctrinas præcipuas ſtrictiſſime indicantes.

In *Ioannem* Evangeliſtam explicationes.

In *Epiſtolam Pauli ad Romanos* annotationes.

In *Epiſtolam Pauli ad Galatas* annotationes.

In *Epiſtolam Pauli ad Epheſios* annotationes.

In *utramque Epiſtolam Pauli* ad Timotheum.

In *Epiſtolam ad Coloſſenſes* annotationes.

Hiſtoria patefactionis divinæ. Exod. 33. cap.

LIBRI POLEMICI.

Deplumata & pudenda argumenta ex ſyno-do avium nuper VVittembergæ per maledicum poëtam Joannem Majorem Ecebolum edita, ſimpliciter excerptâ, ex quibus toti mundo notum ſit, quod nullis juſtis cauſis, ſed tantum figmentis & calumnis ſuam innocentiam in actionibus Interimiſticis & Adiaphoriſticis defendant, & ſuos reprehenſores damnent, ſimulque claſſicum, ad redintegranda certamina, canant.

Ex Sidonii catechiſmo majore, ſeu inſtitutione de pietate, decretis Conſilii provincialis Moguntini adjuncta, *commonefactiones annotata* quæ oſtendunt qualem reformationem jam Epiſcopi Pontificii moliantur.

Reſponſio ad confeſſionem D. Majoris, de juſtificatione & bonis operibus.

Argumenta de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem, ex ipſis autoribus & defenſoribus hujus dogmatis, pio ſtudio collecta & perſpicuè refutata.

De *aliquot diſciplinæ eccleſiaſticæ capitibus*, & defenſio eorundem ex verbo Dei, cum diſſolutione objectorum.

Reſponſio ad ſcurriles & blaſphemas fœtidi Rambochi rhithmos Wittebergæ impreſſos.

Argumenta Sacramentariorum collecta & refutata.

Contra *libellum confeſſionis ſeu revocationis Georgii Majoris*, de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem, Apologia.

De *Adiaphoriſticis corruptelis* in magno libro Actorum interimiſticorum, ſub fictitio titulo Profeſſorum Wittebergenſium edito, repetitis, admonitiones.

Collatio *de D. Pauli Eberi impia opinione*, quod quidam impii, in uſu cœnæ Dominicæ, non accipiant verum corpus Chriſti.

De *Victorini Strigelii Apoſtata declaratione*, ſeu potius errorum occulatione.

Sophiſticorum quorundam argumentorum Stephani Agricolæ, de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem confutatio.

Errores *D. Georgii Majoris* ex libris ipſius, bonâ fide annotati.

Analyſis & refutatio ſuper quæſtione de libero arbitrio à D. Paulo Crellio divulgata.

Contra *novos Arianos* exortos in Polonia.

Synopſis Antichriſti Romani.

Colloquium Altenburgicum Latinum.

Cenſura de iniqua Antilutheranorum Wittebergenſium excluſione, contra M. Conradum Schlüſſelburgium uſurpata.

Quæſtio & reſponſio de lege: An renatis ſit norma bonorum operum?

Catechiſmi Ieſuitarum ſeu Caniſii refutatio.

Collatio de tribus argumentis Antinomicis.

De *Amniſtia*.

Cauſæ cur in cœnâ Domini, τὸ ῥητὸν *ſit retinendum*, contra præſtigias Calviniſtarum.

De *turbatoribus omnium maximis* in mundo, liber.

De *monſtris novis & fœcundis* in doctrina de peccato commonefactio, contra novos Manichæos edita.

Septem ſpectrorum Manichæorum recentiu[m] diſcuſſio. Methodus de cœnâ Domini. & arg[u]mentorum, quæ veræ præſentiæ corporis [et] ſanguinis Chriſti in cœna Dominica opp[o]nuntur, enumeratio atque ſolutio.

Antitheſis doctrinæ veræ & Papiſticæ.

Rationes cur hac propoſitio: Peccatum o[ri]ginis eſt corrupta natura, in controverſia, c[um] Manichæis recentioribus, nequeat conſiſte[re].

Quæſtio & reſponſio de dicto Ioannis, Pecc[a]tum eſt ἀνομία, contra Manichæos.

Analyſis exegeſeos Sacramentariæ ſparſæ [in] ſede Lutheri, à Peucero Medico, Pezelio [et] Crucigero Apoſtatis.

Graviſſima cauſa, cur forma & norma Co[n]ſiſtorii edita à Principibus Saxoniæ in plurib[us] partibus approbari non poſſit.

Argumenta Sacramentariorum refutata [per] *Lutherum*, ex ſcriptis Lutheri ad uſum Ecc[le]ſiæ Chriſti, bonâ fide collecta. Item *Co[llo]quium Marpurgenſe* tali modo hactenus n[on] impreſſum.

De *Servetianiſmo* ſeu de Antitrinitariis.

De *ſubſtantia & viribus depravati homi[nis]* contra Manichæos.

Nebulæ Arianæ ſparſæ in Boruſſia per que[n]dam Raphaëlem Ritterum luce veritatis di[vi]næ diſcuſſæ.

Contra *Neminiſtas* & *Neminiſtica* ſcript[a].

Contra *corruptelas Adiaphoriſticas* proli[xo] ſcripto repetitas atque ornatas, Apologia e[di]ta cum Matthæo Judice.

De *abſtracto Theologico methodus*, colla[tio] de nova controverſiâ, Synodus Prutenica [de] hac re, cauſæ cur locutiones iſtæ: *huma[na] Chriſti natura eſt in abſtracto, omnipotens*, [vi]*vifica, adoranda*, ſint ſcandaloſæ, & pe[r] falſæ.

Quæ & quam ſacroſancta jura *Ioannes St[o]ſelius violaverit*, accuſando *Illyricum & Wi[]gandum* coram politico magiſtratu, ob pri[va]tam & Chriſtianam ipſorum erga ſe mo[ni]tionem.

De *fraudibus quorundã* Sacramentariorū

De *Oſiandriſmo*, integra explicatio.

De *Manichæiſmo*, integra hiſtoria,

De *Anabaptiſmo* integra hiſtoria,

De *Sacramentariiſmo*.

De *Stancariſmo*, integra explicatio.

De *Majoriſmo* integra hiſtoria.

De *Synergiſmo* integra hiſtoria.

De *Adiaphoriſmo* integra hiſtoria.

De *Schvvenckfeldiſmo* integra explicat[io].

De *Generatione Filii Dei*, an cogitando [ge]neretur, liber.

De *Gloria mundana Filiorum Dei & car[nis] Chriſti*, tractatus.

De *Ubiquitate ſeu omnipræſentia Dei in [ge]nere*, in ſpecie, in ſuâ Eccleſiâ.

Tractatus *de deſcenſu Chriſti ad inferos*.

De *Primatu & Vicariatu Papæ Roman[i]* liber.

De *Caſtitate & cœlibatu*, liber.

LIBRI HISTORICI.

Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, *centuriæ tredeci[m]* quas unà cum aliis ſynergis, *Matthia Fla[cio]*

Illyri[co]

rico, *Matthæo Iudice*, *Baſilio Fabro*, *Andrea* *vino*, & *Thoma Holthutero*, collegit.

Centuria. 14.

Centuria. 15.

Centuria. 16. in aliquot tomos diſtincta.

Narratio de hiſtoria Eccleſiaſtica, contra ittebergenſium quorundam calumnias.

Supplicatorii libelli de Synodo.

Hiſtoria de Auguſtanâ Confeſſione.

De illuſtribus viris Eccleſiæ Dei, liber.

Præfatio in Auguſtanam confeſſionem, ex an-iſſimo & fide digniſſimo exemplari re-m.

Hiſtoria *de Alce vera.*

Hiſtoria *de ſuccino.*

Hiſtoria *de ſale.*

Catalogus *herbarum in Pruſſiâ* naſcen-i.

ORATIONES WIGANDI.

Oratio *de verbo Dei.*

Oratio *contra ſynergiam.*

Oratio *de fine hominis.*

Oratio *de Philoſophia & Theologia.*

Cauſæ *cur Catechiſmus Lutheri in ſcholis ſit tenendus*, & ſuppoſititii fugiendi.

Oratio *de doctrinâ & præcipuis certaminibus* neri.

Oratio *de arca Noa.*

Oratio *de cauſis*, cur ab Eccleſia Pontificia eſſum ſit.

Oratio *de dicto. 2. Paralip.* 18. Aſpexiſti n forma hominis.

Quæſtio & reſponſio *de juſtitiâ.*

Oratio continens *ſummam doctrinæ Chriſtianæ*, in diſceſſu ex Academia Regiomonta-ad Pomezanienſem Epiſcopum.

Oratio *ante promulgationem ſtatutorum re-ndorum*, de dicto Salomonis: *Vt auris au-*

Quæſtio & reſponſio *de dicto Pauli, Coloſſ.* Videte, ne quis vos deprædetur per Phi-ophiam.

Oratio ad D. *Severinum Göbelium*, de ami-nſimulatione.

Oratio *de neceſſitate & utilitate corporis do-inæ Chriſtianæ.*

opoſitiones Publicæ ad Diſputan-dum à Wigando propoſitæ.

De *bonis operibus* propoſitiones contra ſdam præſtigias in Gymnaſio Wiſmarien-iſputatæ.

Theſes *de Pœnitentia*, ibidem diſputatæ.

De *verbo Dei*, Jenæ.

De *Deo*, Jenæ.

De *homine* Jenæ.

De *creatione* Jenæ.

De *Angelis bonis & malis*, Jenæ.

De *peccato*, Jenæ.

De *legibus divinis & de Evangelio*, Jenæ.

De *bonis operibus*, Jenæ.

De *peccato originis*, contra Manichæos, ſo-nis diſputatio, habita in Academia Jenenſi, pondente *Conrado Schlüſſelburgio* Saxone, æ.

De *Sacramentis in genere*, Jenæ.

De *Baptiſmo*, Jenæ.

De *Eccleſiâ*, in Academia Regiomontana.

De *Cœna Domini*, contra Calviniſtas ſolennis diſputatio habita in Academiâ Regiomontana Pruſſiæ, reſpondente *Conrado Schlüſſelburgio* Saxone.

De *Jeſu Chriſto, Deo & Homine.*

Propoſitiones *de Cœnâ ſacrâ*, contra Papiſtas & Sacramentarios, numero 202.

De *Propoſitione*: Bona opera retinent ſalutem, libellus, nuncupatus D. *Ioachimo VVeſtphalo*, Superintendenti Hamburgenſi.

Tantum de VVigando; ex narratione Conradi Schlüſſelburgii, & bibliothecis.

TILEMANNUS HESHUSIUS.

O. 1588. d. 25. Sept. ætat. 62.

HUjus vitæ periodus inchoata eſt *Veſaliæ* ad Rhenum, ſub annum Chriſti, *milleſimum, quingenteſimum, viceſimum ſextum.* Adoleſcens cùm ingenio eſſet omnium capaci, literis ſe humanioribus totum dicavit, inprimiſque in divinarum rerum cognitione elaboravit. *Haidelbergæ* itaque, vir non magnæ ætatis, & Profeſſor *Academiæ*, & *Paſtor* Eccleſiæ deſignatus; ſacras literas publicè pro cathedrâ ſcholæ, & pro ſuggeſto in æde *Spiritus ſancti*, explicavit.

Docet Haidelbergæ in templo & ſchola.

Ibi inter ipſum & *Guilielmum Clebitium*, certamen infelix *ſuper Cœnâ Dominicâ* ortum eſt. Princeps itaque piiſſimus *Fridericus* tertius Elector Palatinus ad *Melanchthonem* civem ſuum rem omnem perſcribit: ſimulque conſilium ejus exquirit. Melanchthon anno *quinquageſimo nono* ſcripto, quod publicè poſt mortem auctoris, contraque voluntatem ejus editum, exſtat *, Conſilium ſuum & Confesſionem diſertè exponit. *Heshuſius* itaque cùm *Lutheri* de cœnâ ſacrâ ſententiam mordicùs retineret ac propugnaret, à Principe Electore, ut finis eſſet conviciorum & inſectationum in ſua urbe, dimiſſus offenſuſque vehementer judicio *Melanchthonis* de ſe, acerbè reſpondit, ac ne mortuo quidem & benè meritò præceptori pepercit.

Diſſidium inter ipſum & Clebitium.

In eo Melanch. conſilium.

* *In conſil. Th part. 2. p.* 378.

Dimittitur Heshuſius.

Edidit & alia ſub id tempus ἐλέγχια, in *Ienenſi* Academia: unde in *Boruſſiam* invitatus Regiomontium venit: ibique ſacra docuit: donec anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto* ingens inter ipſum & *Wigandum* diſſidium fuit exortum, propter *Abſtracti* uſum. *Heshuſius* itaque & cum eo miniſtri, qui Heshuſium damnare nolebant, cedere coactus anno *ſeptuageſimo ſeptimo*, *Lubecam* cum familiâ appulit, undè ſtatim *Helmſtadium* eſt evocatus.

Venit in Boruſſiam.

Diſſidium inter ipſum & Wigandum. Dimittitur.

Helmſtad. vocatur.

Anno *octogeſimo tertio*, die *decimo quarto*, & *decimo ſexto* Januarii, habitum eſt colloquium *Quedlinburgi* in Saxonia, ſuper *Vbiquitatis*, ut vocant, *dogmate*: quod alii Majeſtatis Chriſti ſpecioſo nomine palliant: habitum eſt inquam, inter Theologos Electoris Saxoniæ, & Brunſuicenſes. In eo præcipuæ partes demandatæ à Theologis

Colloquium Quedlinburgenſe.

Brun-

Heshuſ. negat Vbiquitatem generalem

Brunſuicenſibus *Heshuſio* fuerunt, qui διαῤῥήδην negavit *dogma illud generalis Vbiquitatis* (nam plura ejus genera excogitarunt) *in ſacræ ſcripturæ canone haberi, neque inde poſſe demonſtrari.*

Acta illius colloquii edita ſunt, & palàm quid ſtatuerit, docent. Sed ut emblema quaſi aliquod interponamus, argumenta illorum, Ubiquitatis dogma propugnantium, juvat afferre, quæ hæc fuerunt. Primum ad Epheſ. 1. *dedit eum caput ſuper omnia Eccleſiæ, quæ eſt corpus, & plenitudo ejus: qui omnia implet in omnibus.* 2. ad Epheſ. 4. *adſcendit ſuper omnes cœlos, ut omnia impleret.* 3. ex Pſal. 8. *conſtitues eum ſuper omnia opera manuum tuarum, omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* 4. *ab unione perſonali.* 5. *à dextera Dei.*

Argumenta pro Vbiquitate.

Obitus Heshuſ.

Vitam in his terris finiit Heshuſius in Academia *Iulia*, anno Chriſti, *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo, octavo*, die *viceſimo quinto* Septembris, ætatis ſuæ *anno ſeptuageſimo ſecundo*. Succeſſit ei *Daniel Hofmannus Theol. D.*

Daniel Hofm.

Scripta edidit non pauca variis de argumentis: quorum tituli in librorum indicibus recenſentur.

Ex lib. examinis Heshuſii à Boquino, ex chronico Boruſſiæ Caſpari Hennebergeri: Lavateri hiſtoria Sacramentaria, aliis.

IOANNES PARSIMONIUS.

O. 1588. d. 24. Decemb. ætat. 62.

AVguſtæ Rheticorum primum hujus cœli ſpiritum hauſit *Ioannes* Karg / *Parſimonius* dictus, anno ſalutis reparatæ *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo quinto*, poſtridie Epiphaniæ. Pater ipſi fuit cognominis, qui *octogenarius* apud filium, Abbatem, ut dicetur, tunc Hirſaugienſem, deceſſit anno Chriſti *ſeptuageſimo ſeptimo*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum*; poſtquam filius hic utrique parentum ἀντιθρεπτήρια piè reddidiſſet. Puer præceptore uſus doctiſſimo viro, & felici juventutis informatore *Sixto Betuleio*, prima literarum humaniorum rudimenta, cùm φιλομαθὴς ipſe eſſet, ſtatim arripuit.

Sixtus Betuleius præceptor Parſimonij

Tubingā mittitur

Inde Wittembergā.

E patriæ deinde ludo *Tubingam* Academiā celebrem miſſus, tanto cum conatu ad eruditam doctrinam adoleſcens adſpiravit, ut anno *quadrageſimo* primam in Philoſophiâ lauream, paulò poſt alteram ſit conſecutus. Exinde *Wittembergam* profectus *Lutherum* & *Melanchthonem* inter alios ſtudioſè audivit; Theologiæ mancipatus.

Fit diaconus Auguſtæ. Exulat Baſil.

Domum reverſus poſt obitum Lutheri anno *quadrageſimo ſexto*, *Auguſtæ* diaconi munus in ſe recepit: ſed Intermiſticâ illâ Formulâ, quam reſpuebat, expulſus, *Baſileæ* aliquantiſper exulavit. Sed anno *quinquageſimo* ſpe melioris fortunæ ad ſuos reverſus, uxore ductâ, ludum literarium, de conſulis Auguſtani conſenſu, aperuit. Verum nec ibi diu ei hærere datum, cum ſcholam ex præſcripto illius Interimiſtici libri gubernare nollet: quem ipſe librum impiis conſtare dicebat dogmatibus, verboque Dei planè contrariis.

Aperit ludum Auguſtæ. Reſpuit τὸ Interim.

Ejectus eſt ergò iterum cum uxore gravid[a]
quæ in pago *Lipa*, urbi Auguſtanæ vicin[a]
prolem maſculam enixa eſt, quàm, cum ali[ter]
fieri non poſſet, decimâ *ſeptimanâ* pòſt *Tub[in]*
gæ, matre adſtante, baptiſmi Sacramento E[c]
cleſiæ inſerendam curavit. Eodem in op[pi]
do diaconi officium ipſi de voluntate *Ch[ri]*
ſtophori Ducis Wirtembergici, anno *quinqu[a]*
geſimo ſecundo eſt demandatum, quo ferè *qu[a]*
driennium, collega *Ioanne Iſemanno*,
functus.

Anno *quinquageſimo ſexto*, *Blaubyra[m]*
translatus eſt: ubi & uxorem primam par[tus]
difficultate amiſit, & aliam Auguſtanam i[n]
dem virginem *Saram*, elapſo luctus vidui te[m]
pore, duxit. Anno deinde *quinquageſ[imo]*
octavo, paſtor Eccleſiæ *Canſtadianæ*, ac m[ox]
ſequenti concionator aulicus *Studgardiæ*
declaratus.

Abbate autem *Hirſaugienſi* eodem an[no]
rebus humanis exemto, Abbatiæ illius dig[ni]
tas, *Parſimonio* eſt delata, in qua vitæ r[eli]
quum exegit, munere ſuo cum fide & dilig[en]
tiâ functus. Nam non ſolùm pro ſugge[ſtu]
ſacra docuit, ſed & in ſchola *octodecim* ado[le]
ſcentes ibi erudivit, divinis eos rebus, arti[bus]
atque linguis imbuendo, inſuper Hebr[æ]
quoque linguæ & Logiſticæ rudimenta pri[va]
tim tradendo.

Tandem curſu ſuo feliciter in terris abſ[olu]
to ad Dominum migravit, anno Chriſti *m[ille]*
ſimo, quingenteſimo, octogeſimo octavo, die [vi]
ceſimo quarto Decembris, ſub primam po[me]
ridianam.

Vixit annos *ſexaginta duos*, *Hirſaugiæ* [do]
cuit *viginti octo* annis. Poſtridiè funus
factum honorificum in templo Hirſaugie[nſi]
ubi inter parentes & aliquot liberos ſuos
ſepultus.

Præter ea, quæ aliâs ſcripſit collegitve;
ſcripſit omnes picturas templi *Hirſaugie[nſis]*.
Ex autem ſunt omnes *hiſtoriæ veteris & n[ovi]*
Teſtamenti: aſſignatis etiam ferè ſingulor[um]
capitum ſummis, *imagines item Regum*
Monarcharum, à Nimrodo ad Carolum uſ[que]
V. Sic & *icones Patriarcharum, Iudicum,*
gumque populi Dei. In periſtylio aute[m]
omnes *allegoriæ Veteris Teſtamenti*, preti[oſis]
vitris inſcriptæ, cum interpretationibus. H[as]
figuras *Albertus* quoque Marchio Brand[en]
burgenſis, cum multa eſſent obliterata,
delineandas curavit, ob ſimile huic templ[um]
Regiomonte conſtruendum. *Ex Cruſii an[na]*
libus Suevicis.

GEORGIUS SOHNIUS.

FRidberga urbs eſt Imperii in Wetera[via]
haud incelebris: cui adſitum *Roſbac[h]*
oppidum. In hoc primum hujus cœli ſp[iri]
tum hauſit *Georgius Sohnius*, loco natus
neſto, cùm poſt milleſimum, quingent[eſi]
mum, annus Chriſti nati hominis curr[eret]
quinquageſimus primus, ultimâ die Dec[em]
bris, circa *tertiam* pomeridianam.

Par

Parentes ei fuerunt *Jeremias Sohn* , & *argaretha Reichelshemia* , quorum exiſti-atio & familiæ dignitas iſthic loci haud ob-ura. Pater enim vir gravis, & humaniori-s literis non leviter tinctus, pietatique de-tus, ac Reipubl. amantiſſimus, præcipuum endam *Philippi* ſenioris, ac poſtea *Ludo-ci*, Langravii, præfectum Rosbaci egit: uæſtorem & vulgo *Cellarium* vocabant. ater verò *Margaretha* , inter Matronas, n ſecus atque margarita enituit, pietatis è & honeſtatis ſtudioſiſſima, literarumque literatorum hominum amantiſſima.

Curiæ civitatis DEI in ſacro baptiſmate latus & conſecratus civis, ſimulatque vix repundiis proſiliiſſet, pietati, ac liberali-s diſciplinis & moribus à parentibus addi-s, elementa tum Catechetica, tum Gram-atica primis ſtatim annis addiſcere cœpit. Mox deinde in ſcholam *Friedbergenſem* , ſſus fuit, ubi tam diu permanſit, tam avi-bonas literas hauſit, tantosque brevi tem-re in iis progreſſus fecit, ut æqualibus nctis honeſtiſſima eruditionis ſuæ præmia æriperet.

Anno Chriſti *ſexageſimo ſeptimo*, ob in-oata ſtudia continuanda & amplificanda, gymnaſio Fridbergenſi, ad *Academiam arpurgenſem* ſe contulit, cum annum æta-*decimum quintum* paulò antè complevis-Ibi exiguo temporis ſpatio & aſſiduo li-arum deſiderio tantum profecit, ut vix dum ſto illo anno, publicum primæ in philo-hia laureæ ornamentum, promotore opti-ſene *Petro Nigidio*, phyſices profeſſore, tavo Aprilis anni *ſexageſimi octavi* , fuerit eptus. Itaque jam tùm in adoleſcentiæ illo dore apparebat, quos fructus allaturus eſſet ipubl. cum ad maturam ætatem perve-ſſet.

Sed cum incredibili aliorum locorum & motiorum regionum viſendarum cupidi-te teneretur, nec quidquam ſibi reliquum cere cogitaret, cujus præſidio ſuum in bo-s literis ac moribus propoſitum commodè ovehi ac maturari poſſet, *Wittembergam* ſe anſportavit, anno Domini *ſexageſimo nono*. tque hic dici vix poteſt, quantopere dies octesque ſtudiis partim *Philoſophicis*, par-m *Juridicis*, partim denique *Theologicis* in-buerit, in iisque evolvendis deſudarit. aque in præceptorum ſuorum aliorumque octiſſimorum virorum animos cupidiſſimè fluxit, omniumque oculos cum admiratio-haud vulgari magis magisque in ſe con-ertit.

Et in philoſophicis quidem diſciplinis quibus tamen Jurisprudentiæ ſtudium ſe-ulò tùm conjungebat) adeoque in tota li-eralium artium cyclopædiâ, tantum operæ, boris & induſtriæ illo triennio ponebat: ut ommuni totius ſenatus ac Facultatis Philo-ophicæ collegii ſuffragio, facilimè conſen-ente & approbante inclytâ Academiâ Wit-mbergenſi, ſumma philoſophicæ laureæ ſignia & ornamenta publica & ſolenni in-auguratione, anno *ſeptuageſimo primo*, ætatis ſuæ *viceſimo* conſequeretur, ac magiſter li-beralium artium publicè tunc & honorificè renunciaretur. *Magiſter Philoſoph. renunciatur.*

Sed cum philoſophicis diſciplinis, Juris-prudentiæ ſtudium indefeſſo labore & ope-ra conjungere, & juxta illum JCtorum in Germania Coryphæum *Matthæum VVeſimbecium* inprimis, & alios anteceſſores, fre-quentiſſimè audire, omnibus modis ſe eo in ſtudiorum genere exercere, adeoque ad ſum-mam diligentiam nil reliquum facere ſole-bat, quin & præcipuos *Italiæ Galliæq;* JCtos paulò poſt adire & audire in animo habebat. Itaque dubium jam non erat, quin aliquan-to pòſt tempore ad altiſſimum in juris ſtudio faſtigium, & ad ſummum honoris ac digni-tatis gradum eſſet aſcenſurus. Sed ecce mira-bilem Dei omnipotentis, qui ſuam unicuique ſtationem ac vocationem aſſignat, providen-tiam; qua ab optimè cœpto iſtius ſtadii cur-riculo, præter omnem omnium exſpectatio-nem, cœlitus planè retractus ac revocatus fuit. Quod cujusmodi ſit, ex ipſius *Sohnii* epiſtolâ ad parentem *VVittemberga*, anno Domini *ſeptuageſimo*, menſe Auguſto ſcripta, cujus exemplum in ipſius bibliotheca reper-tum, cognoſcamus. Sic igitur ipſe: *Quid tàm ſubitam voluntatis commutationem attu-lerit, his literis, ſi potero, paucis explicabo, ut mei facti causâ rationeq; cognita unà & id me-cum probes, & Dei gratiam erga nos atq; beni-gnitatem prædices. Cum enim vigeſimo primo die Julii ad Teuberi JC. lectionem Juridicam veniſſem; contigit ſemihorâ nondum elapsâ; ut in graviſſimas inter ſcribendum inciderem co-gitationes. Veniebat enim tunc in mentem præ-ſtantia, majeſtas, & excellentia ſacroſanctæ Theol. quæ ſic me repentè delectare, tantosq; ſui amores in animo meo excitare cœpit, ut nihil antiquius omninò ducerem, quàm illi me to-tum, relicto jure civili (quod tamen anteà ſummoperè colueram) quam primum dedere. Atq; hæc cogitatio ſubitò magis magisq; tam altè inſidebat animo, tamq; vehementer urge-bat, ut nec auſcultare amplius legenti, nec etiam perſcribere, quæ cœperam, poſſem. Itaque quid facerem, planè neſciebam. Hæc matutino tem-pore deliberatio erat, & quanquam à meridie, ac duobus poſteris diebus, cum literis ſcriben-dis aliisque rebus intentus eſſem, ea delibera-tio deferbuit; fortè quia tum nihil in jure le-gebam, tamen ſequentibus diebus, quotiescunq; ad Juris lectionem redirem, titulumque alium, ut ſolebam, perlegere cuperem, ſtatim rurſus prior omnis cogitatio in mentem veniebat, ac multò quidem acrius, quam ante, urgebat. Et in his quidem cogitationibus conſcientia tanto-perè animum ſtimulabat, ut non ſolum à lectio-ne legum, ſed etiam intuitu abhorrerem. Cogi-tabam varia, tentabam omnia, metuebam multa; Deum fletu & gemitu orabam, ut pri-ſtinam ad Juris ſtudium alacritatem redderet ſin minus, quocunq; lubitum eſſet, me vocaret, Sed quoties ad juris lectionem revertebar, cor quaſi tumultuari, oculi à literis abhorrere,*

Epiſtola Sohnii ad patrem.

Cur juris ſtudium deſeruerit.

nec mens amplius, nec voluntas iſto ſtudio delectari. Itaq; communicato cum duobus piis, meique amantiſſimis, amicis, conſilio: qui ſingulariter ipſi quoq; me divinitùs ad Theologiam vocatum eſſe, dixerunt: Deo gratias egi, & Theologiæ ſtudio me totum dedere cœpi. Hæc & alia plura ipſe Sohnius, in illis ad patrem literis.

Redit Marpurgum. Theol. ſtudium perſequitur.

Ornatus ergo Magiſterii gradu, ſtatim anno 71. *Wittembergam* reliquit, & anno ſequenti in Academiam *Marpurgenſem* rediit. Ibi non ſolùm cœptum Theologiæ ſtudium eſt perſecutus, *Juſtum Vultejum* Hebraica & Pſalmos Davidis, *Henricum Vietorem* alia Bibliorum Volumina explicantem audiendo, ſeque in diſputationibus Theologicis crebro exercendo, ſed ſtudioſè quoque *Philoſophicá, Dialecticam, Rhetoricam, Phyſicam, Ethicam*, tractavit.

Docet domi Philoſoph.

Præeſt nobilib. adoleſcent.

Anno enim 72. & aliquot ſequentibus, privatim magno cum ſtudioſorum, qua indigenarum, qua exterorum, fructu concurſuque, pleraſque illas diſciplinas aliquoties non ſolùm prælegendo, ſed etiam diſputando & declamando, abſolvit. Quin & peculiarem trium nobilium adoleſcentum inſtitutionem, anno *ſeptuageſimo tertio*, ac ſequentibus ſuſcepit, quibus ſingulari cum gravitate ac fide, nec ſine ipſorum profectu humaniter præfuit.

In Profeſſorum numerum cooptatur.

Ejuſmodi vitæ ſtudiorumque ratione cùm ſpem indubitatam afferret, fore, ut cum honore & gloriâ rem literariam & eccleſiaſticam ſuſtineat defendatque: anno 74. ob eruditam illam doctrinam, virtutem, & diligentiæ induſtriam, quam aliquot annis ſcholæ Marpurgenſi probarat, in collegium ac ſenatum *Profeſſorum Academicorum* cooptatus, & Theologicam obire profeſſionem, rectore *Henrico Vietore*, unanimi procerum ſcholæ conſenſu, juſſus fuit, cùm annum ætatis ageret *vigeſimum tertium*.

Matrimonium contrahit.

Sub idem tempus, cùm ſolitudinem rebus ſuis minimè cōmodam eſſe cenſeret, uxoris ducendæ conſilium cœpit. Anno itaque *ſeptuageſimo quinto*, die 25. April. ætatis *viceſimo quarto*, matrimonium iniit cum virgine lectiſſimâ *Chriſtinâ Conradi Matthæi*, Profeſſoris ac Syndici Academiæ Marpurgenſis, & ſupremæ Haſſorum Principum curiæ Adſeſſoris, Filiâ. Cùm hac per omnem vitam tranquillè & piè egit, & benedictionem divinam, piis promiſſam, abundè ſenſit. Suſcepit ex eâ *filios quinque, filias duas*: quos omnes, excepto uno filio, cum matre ſuperſtites reliquit.

Synodus Marpurgi.

Profeſſor Hebræus deſignatur

Eodem quo maritus factus anno, & generalis præcipuorum Haſſiæ *Theologorum Synodus Marpurgi* coacta, Illuſtriſſ. Principum *Guilielmi* & *Ludovici* nomine, ſuffragante Academiâ, Hebreæ ipſi linguæ profeſſio eſt demandata, ſic tamen ut non Grammaticam ſolùm Hebream doceret ſed Grammaticæ Theologiam quoque, id eſt verbis res adjungeret. Ibi ut anno ſuperiori cum in collegium Theologicum legeretur, de *ſan-*
ctâ Theologiâ, ita tunc de *lingua Hebrea*
ganter peroravit; idque *Francobergæ* in t
plo, quò *Academia Marpurgenſis* pro
peſtem ſeceſſerat.

Sub initium anni *ſeptuageſimi octavi*, ſ
ma *Doctoris Theologici* inſignia, confer
Nicolao Rhodingo, Theologiæ profeſſore
concionatore, accepit, non quod tam
riolam expeteret, ſed ut ad res agendas
auctoritatis, & roboris adverſus ſchiſm
cos & Sophiſtas haberet, præſertim cum
no ſuperiore in certamen Ubiquitarium
tractus eſſet. Eodem anno, quando g
cum morbo conflictabatur, piam fidei
confeſſionem, & adhortationem ad lib
conſcripſit. Scholas etiam & collegia di
tationum & declamationum Theologica
privata, per aliquot annos habuit, ac j
nes divinarum literarum ſtudioſos ſum
cum fructu diligenter exercuit.

Itaque non ſolùm *Academiæ Marpur*
operam navavit utilem, nec Eccleſiis ſo
Haſſiæ profuit, ſed etiam vicinorum in
teravia comitum, qui in reformandis ec
ſiis & conſtituendis ſcholis ejus conſilio
eumque honore ſemper ſummo ſunt pr
cuti.

Apud illuſtriſſimos verò Haſſiæ Pri
pes, *Guilielmum* inprimis, tantum effeci
pro veritate & ſynceritate religionis &
ctrinæ ſanæ de *Eucharistia*, de *naturis*
perſona Chriſti, adeò candidè & animoſ
boravit, ut ille tantum non ſolus libri
cordiæ iſtius *Bergenſis* ſubſcriptionem in H
ſia impedierit.

In Academiâ verò Marpurgenſi ita c
ſtanter, ita ingenuè & apertè religionem
thodoxam in articulis controverſis defen
ut non modo in privatis colloquiis & c
greſſibus, ſed etiam in ſenatu, quin & in
blicis diſputationibus & prælectionibus c
tra ubiquitaria & alia inepta quorun
dogmata, quotiescunque opus eſſet, pu
cè dictaret, peroraret, diſputaret, adeo
ut tandem (cùm aliud non poſſet) in exi
potius iret, quàm ut tacendo opprimi v
tatem ſineret.

Ita cum locupletiſſimum document
dediſſet abſolutæ rerum plurimarum ſcien
animi moderati ac ſapientis, & tam fu
proſpicientis, quàm præteritarum geſtar
que rerum notitia & memoria plurim
pollentis, exigua temporis intercapedine
ximam laudem & gloriam longè lateque
conſecutus, nec tantum ad vicinorum co
tum, ſed ad Illuſtriſſimi quoque Princip
fortiſſimique Ducis & Herois, *Joannis C*
miri, aures ea fama pervenit.

Unde factum, cùm ob ſinceram de p
dictis myſteriis profeſſionem per Senato
nonnullos, fidei alienæ dominatores, ma
magisque premeretur, ut anno 84. eod
tempore ſimul, & ab illuſtri comite *Joa*
Naſſovio, Herbornam, & ab Illuſtriſſi
Principe, *Joanne Caſimiro*, Haidelberga
lib

eraliſſimè ac benigniſſimè invitaretur. Et anquam multæ & graves erant cauſæ, cur rique conſultius fore exiſtimarent,ut *Hernam* potius commigraret, ſcholam iſthic itaribus conſiliis ac bonis legibus funda-, ac poſtmodum Rectorem illius perpeim ageret, & labores aliis præſcriberet, àm ipſe multùm laboraret, præſertim quia us patriæ bonisque ibi ſitis longè vicinior, nos major, labor minor, ſtipendium libeiſſimum offerretur: tamen ſe Academiæ tius jam conſtitutæ, quàm conſtituendæ, laboribus potius, quam honoribus natum , piè ac humiliter reſpondit, & Heidelrgenſem ſcholam elegit.

Anno igitur *octogeſimo quarto* die Junii 15. riam & Academiam Marpurgenſem, unà n familia, reliquit, & in voluntarium quaſi lium, veritatis ac religionis cauſâ abiit, *idelbergam* venit, annum ætatis *trigeſim tertium* ingreſſus, cum jam multiplici ùm cognitione eſſet inſtructior, ætate vior, conſiliis promtior, experientiâ prutior, conſuetudine humanior.

Itaque primariam Sapientiæ collegii tum nè collapſi, inſpectionem, & inſtauration primum, deinde profeſſionem Theoloam, utramque Illuſtriſſ. Principe ſibi nmittente, acceptavit, & cum laude adniſtravit. Die *decimo octavo* Jul. oration in auditorio Theologico publicè hat, cauſamq; diſceſſus ex Acad. Marpurg. ter ac breviter inibi expoſuit, die *viceſimo io* prælegendi initium fecit. Neque verò uratiſſimis ſolùm prælectionibus, ſed exſitiſſimis quoq; theſibus ac diſputationib. ademiam Haidelbergenſem illuſtravit, & entutis ſtudia tum in privato Sapientiæ legio, tum in publico ſcholæ gymnaſio ulò promovit, prudenterque ac dextrè quoties *Decani Theologi* munus geſſit & n anno *octogeſimo ſeptimo* Illuſtriſſimus nceps *Fridericus*, Electoralis dignitatis hæ, magnificentiſſimus illius Scholæ *Rector*, et electus; ipſe *Pro-Rector* adjunctus, pacè & feliciter munus vel onus graviſſimum, ei auxilio, geſſit, licet graviſſima & intricaſima negotia propter tumultum, Diaboli tinctu tunc excitatum, præceſſiſſent, ac ne n quidem omninò conquieviſſent. Patienenim multa tolerare maluit, quàm impanter quicquam turbare. Et tamen ſumma is erat in negociis, quæcunque demum iniſſent, adminiſtrandis, animi conſtantia, n pari tolerantia & æquitate conjuncta & nperata, ſumma authoritas, humilitas, graas, humanitas, & pacis atque concordiæ piditas, ſumma candidi pectoris ingenui, & vitæ morumque integritas.

Anno 88. Calendis Julii in numerum Conariorum & Senatorum Eccleſiaſticorum, feſſione manente, cooptatus eſt. Itaque n duplex curia, duplices illi attulit curas, tamen in illâ duplice duplicis Senatus ta atque curia, magna fuit ejus ſapientia, judicii & acuminis excellentia atque prudentia, ſi quid deliberandum, decidendum aut determinandum offerretur, cùm ille nihil niſi conſiderate, & penſitatis rationum momentis, pronunciaret.

In ſenatu itidem Academico talem ſe præbuit, ut in conſiliis ſententiisque dicendis, callidè nec ſimularet quicquam, nec diſſimularet, ſed liberè etiam ab amiciſſimis diſſentiret, ſi quando eorum conſilia reipub. literariæ minus commoda exiſtimaret, aliorum contrà ſententiam, etiamſi ſuæ adverſam, ſi ſcholæ aut eccleſiæ utiliorem vidiſſet, ingenuè probaret, adeoque ad unius reipub. ſalutem conſilia & actiones omnes referret.

In docendi munere quæ requirantur. Cumque in docendi munere hæc potiſſimum requiri videantur, *primùm*, eruditio ac ſcientia rerum earum, in quibus gerendis aliquis verſatur, multâ cum lectione & experientia, ſed inprimis cum pietate conjuncta, *deinde* elegans docendi facultas & felicitas, *tum* fides, & diligentia, laborumque tolerantia, vitæ *deniq.* ac morum gravitas, atque conſtantia, cuncta & ſingula hæc in *Sohnio* fuerunt egregia. *Eruditio Sohnii.* Principio enim linguarum in eo cognitio fuit magna, major artium liberalium ac Philoſophiæ, ſacrarum autem literarum atque hiſtoriarum longè maxima, eaque ſingulari pietate exornata. *Facultas docendi.* Deinde felicitate eâ docuit & diſſeruit, ut de fructu auditoribus conſtiterit. Non ille clamoribus aut vociferationibus rem agere, non contentionum anſam præbere, non temerè quæſtiones otioſas aut ſpinoſas movere, ſemel ſuſceptam cum judicio rationem nunquam immutare, & verbo ut dicam, ad diſcentium in pietate exædificationem & profectum referre omnia. *Diligentia item & induſtria.* Patientia præterea & laborum tolerantia fuit tanta, ut ipſo laborioſius nihil, aut patientiùs ferè fingi potuerit. Teſtati ſunt hoc labores ejus, in *Sapientiæ* collegio, in *Academiâ*, in *Eccleſiâ*, in *Senatu*, in *curiâ*, lectitando, diſputando, perorando, conſultando, libellos egregios publicando, exantlati, ut præſagiiſſe ei mens videatur vitæ brevitatem, quam, cùm ſe omnibus juvandis natum eſſe meminiſſet, laborum multitudine & ſedulitate compenſatum ire voluerit. *Vitæ integritas.* In vita denique & moribus talis fuit, ut doctrina vitæ egregiè reſponderet: quando omnia ad pietatem promovendam, ad veritatem, charitatem Chriſtianam, concordiam & humanitatem ſtudiosè retulit.

Inter tot autem labores, curas & ſtudia, id unicè tamen ſedulò meditatus eſt, quomodo non ſolùm fide & ſpe, ſed re quoque & facto, imò corpore ipſo, poſt exhauſtos labores in hoc mundo, poſt ærumnas & curas, in illâ omnibus numeris beatiſſima vita & cœleſti civitate aliquando verſari poſſet. Nec ita longum ei fuit tempus exſpectandum. *Morbus ſupremus.* Anno enim *octogeſimo nono*, die *decimo ſeptimo* Aprilis, catarrhis, quibus cùm ante annum quoque ſub idem ferè tempus graviter fuerat

rat conflictatus, & doloribus dextri hypochondrii, cum gravedine quadam capitis, & calore intenſiore, male habere, & à publicis lectionibus ſenſim conquieſcere cœpit. Neque tamen prius lecto affixus eſt, quàm cùm 21. April. defluxiones omninò exundarent, quæ virum optimum, & Chriſtum Servatorem conſtanter invocantem, ipſo die Georgii *, manè circa *ſecundam*, ſub diluculum, inter pias ſeriasque ad Deum preces extinxerunt, cùm pridie, & ea ipsâ nocte, quâ obiit, cum miniſtris eccleſiæ, ad ſe vocatis, piiſſimos ac conſtantiſſimos de fide ſua, & felici ad alteram vitam migratione ſermones contuliſſet. Et horâ quidem *duodecimâ* ejus noctis, cùm paulò poſt ſpiritum Deo redderet; offenderunt eum adhuc amici & eccleſiæ miniſter in lectulo ſedentem, integro planè rationis uſu valentem, ſeque ipſum piiſſimè conſolantem, & hæc inprimis verba ſolatii pleniſſima, quanquam ſubmiſſius aliquoties ingeminantem, *Chriſte, tu es Redemtor meus, ſcio enim, quod me redemeris, ſcio:* item: *pendeo, pendeo totus à Dei providentia ac miſericordiâ.* Et cum plura ab Eccleſiæ miniſtro è ſanctis Bibliis proferrentur, ad ſingula ſubjecit, *Amen, Amen*: cumque, ut ſe & animam ſuam DEO commendaret, moneretur, *commendo, commendo, ex intimo cordis affectu*, ait. Nec verò ſe ſolùm ſed uxorem quoque aſtantem, & ejulantem, piè conſolatus, atque ita non multò pòſt, ipſum viæ vitæque cœleſtis iter læto, parato, & præſenti animo, eſt ingreſſus, & quamvis morbo non leviter premebatur, tamen mira patientiâ, & parato ſemper animo, nec ullo modo turbato rationis & mentis judicio, morbi & mortis dolores pertulit, ut nullum ullius doloris, aut impatientiæ ſignum ediderit, ſed omninò quaſi ad ſomnum ſe componens placidiſſimè obdormiendo deceſſerit, cum jam ætatis annum 38. ingreſſus eſſet, matrem ſuam, quam ante menſem viſitarat & præmiſerat, è veſtigio ſubſecutus. Antequam morbo corriperetur, è nundinis *Francofurtenſibus* acceperat confutationem virulentam *Joannis Aquipontani*, contra ſuas, quas *de Anti-Chriſto Romano* conſcripſerat *theſes*, emiſſam. Ac licet illam vix dum accepiſſet, tamen jam tum meditatus erat *apologiam* ſuæ diſputationis adverſus *Aquipontanum*, Anti-Chriſti mancipium, quam lineamentis multis & eximiis adumbratam perficere non potuit. De nulla re terrena toto morbi invaleſcentis tempore ſolicitus fuit, quàm ut liberi, ac præſertim filii, in *Palatinatu* manere, & in eâ, quæ ibidem ſingulari DEI gratiâ floret, religione, ac pietate, informari & confirmari poſſent.

A. 23. Apr. Quo exſtinguitur.

Voces ejus in morbo.

Io. Aquipontani ſcriptum contra Sohnium.

Funus.

Funus ei factum eſt frequens, ſenatu Academiæ, collegis, civibusque tum Academiæ tum oppidanis id proſequentibus ad D. *Petri*: ubi corpus ejus in ſpem reſurrectionis beatæ in choro eſt humatum, ejusmodi cum epigraphe & epitaphio:

Epitaphium Georgii Sohn, Theol. D. ac Profeſſoris in Academia Heidelbergenſi, & in Electorali Palatinatu Conſiliarii Eccleſiaſtici.

Georgius cubat ſepulcro hoc Sohnius,
Vir doctus, integer, modeſtus, & pius,
Conſtansque veritatis aſſertor, ſcholis
In inclytis, Marpurgianâ & altera
Noſtra hac, Deo Muſisq; grata, liberû
Senûm pater, tum naſcituri poſthumi.
Quanto dolore conjugis mœſtiſſimæ
Lapis ſit iſte poſtus, ipſa noverit,
Partum ante quæ parem maritum amiſe
In copiâ tenellulæ prolis pari.

Obiit An. 1589. *menſe Aprili die* 23. *A ætatis* 38. *Hic requieſcit reverend. & cla Theologus Georgius Sohn D. & in duabus clytis ſcholis, Marpurgenſi primum & po Haidelbergenſi, Theologiæ Profeſſor.*

TANQVAM MIGRATURU HABITA.

Luxerunt ejus obitum præmaturum eruditi paſſim, celebravit oratione fun *Joannes Calvinus*, J. C. epicediis deni honorarunt Poëtæ virique præſtantiſſimi quibus eſt *Pauli Meliſſi* Comit. Palatin Poëtæ Germani celebris ode ad Calvin illum ejusmodi:

Ut derepente heu Sonius è vivis
Abreptus eſt! ut præpropere virum
Leti potitum frigorisq;
Vidimus, exanimes & ipſi,
CALVINE, & orbam conjugis uxor
Et cara lecti pignora liberos
Parente caſſos! Jam vigere
Cœperat is, celeberrimusq;
Cluere multo; cum cerebri emanans
Humentis antris plurimus ab gulam
Catarrhus offocat, viamq;
Diluvians animæ impeditam
Fluenter intercludit: ut ex monte
Si quando præceps fluctibus imbricis
Torrentis undæ vis ſativas
Obruit admutilatq; vitas,
Stirpesq; reddit luminis exſortes,
Impune graſſans quæq; per obvia.
Flet ipſa Chloris, flent Napææ;
Flent Dryades, Dryadumq; cuſtos
Silvanus. An non relligio plorans
Luget peræquè? non Pietas gemit
Dequeſta mortem funerati
Tam ſubito? Mihi cerne quæſo
TOSSANUM, ut angore adficitur mag
Ut permoleſtè fert obitum ſui
Collegæ collega! piusq;
JUNIUS haud mediocrem in ægro
Conſauciatus corde ſibi ſtare
Sentit dolorem. Me quoque verberant
Clades repentinæ: nec ipſe
Non lacrymas cohibere neſcis,
CALVINE, fati nomine perculſus.
At nemo in hoc pol natus homo eſt, ut h
Neceſſe denaſci ſit. Illi.
Tardiùs, huic citiùs venit mors.

O

O ter beatos, hac ubi pultarit
Avara limen, qui ſibi conſciam
Recti ad ſupernos ritè migrant
Mentem animos, habitatum Olympo!

Libros edidit *Sohnius* non quidem multos, ed politiſſimos illos & lectiſſimos, ut ſunt *De verbo Dei & ejus tractatione* libri duo, in uibus de verbo Dei non ſcripto, de ſcripturæ verſionibus, de interpretatione ejusdem cholaſticâ & eccleſiaſticâ, de methodo Theologiæ, & diſputationibus Theologicis agitur, ui addita in fine methodica delineatio univerſæ Theologiæ. *Poſthuma* autem ejus hæc nt: Operum *Georgii Sohnii D. Tomus primus, ſecundus, & tertius*: *Theſes de plerisque cis Theologicis*, in Academiis Haidelbergenſi Marpurgenſi, ad diſputandum propoſitæ: usdem *centuria Epiſtolarum Theolog. Tractatus* item *de interpretatione ſcholaſtica*, ſeu *formandis concionibus ad populum*: *Antonii hori dialogus de ratione tractandarum quæonum popularium*, & ſi quæ alia.

Congeſta hæc ſunt ex oratione parentali, àm J. Calvinus J. V. D. & Profeſſor tunc xit: è monumentis Haidelbergenſibus & bliothecis.

DAVID VOITUS.

Onneburgi, Thuringiæ oppido, natus eſt *David Voitus*, patre *Joanne*, viro pio Theologo præſtanti. Vixerat hic olim *naria* in monaſterio Franciſcanorum, & ex ctione librorum *Lutheri* didicerat Chriım, ac odiſſe cœperat monaſticen. Hanc am fidem cùm publicè tam in lectionibus, àm concionibus profiteretur, omnes in ſum diaboli cœperunt inſanire ac debacari. Itaque omnes cucullati *Joannem Voim Lutherana hæreſi infectum clamitare*, *à lloquio & conſortio fratrum arcere*: *digitis onſtrare, diabolo tradere*, *& tanquam κάαγμα diris omnibus devovere*. Inter prandendum & cœnandum ipſe humi repere, icas colligere, pedes monachorum oſculai, flagellis ſe cædere ac lancinare fuit coatus. Nec tamen gravius quicquam in eum atuere, aut clauſtro ejicere fuerunt auſi, etu Ducum Saxoniæ, qui eum pro ſuggeſtu erorantem clementer audiebant, & contra im monachorum defendebant. Et quanuam à munere docendi eum ſuſpenderent: men juſſu principum ipſis Calend. Januai anno *viceſimo tertio*, concionem habuit, qua articulum, *de juſtificatione hominis eccatoris coram Deo* tractavit, & diſertè dit: *hominem non operibus, ſed ſola fide, apehendente & applicante ſibi Chriſti meritum ſtificari*. Qua concione crabrones ita irritat, ut de diſceſſu cogitare neceſſe habuerit. elicto ergo monaſterio, fuit annos aliquot concionibus *Joanni* Electori Saxoniæ tan cum laude & admiratione, ut ipſemet rinceps ſuâ manu in palimpſeſtis exceperit onciones, quarum exempla in librariâ illius *Voiti* reperta dicuntur. Poſtea docuit idem Pater Davidis Evangelium annis *quadraginta* quinque *Ronneburgi*, Paſtoris & Inſpectoris officio functus. Sed nos ad *Davidem* filium revertamur. *Docet Ronneb.*

Hic paterna urgens veſtigia, ad veram pietatis & eruditionis laudem, omnibus ingenii nervis intentis adſpiravit, & adoleſcens *Wittembergæ* viros de eccleſia & ſtudiis præclariſſimè meritos, *Lutherum*, *Melanchthonem*, & horum παραςάτας audivit, adultior autem in Jenenſi Academia *Snepſium ac Strigelium*. Horum voce & ſcriptis ita pectus ſuum inſtruxit, ut Wittembergæ magiſter renunciatus, *Jenæ* literas aliquandiu Græcas publicè docuerit, & ob celebritatem doctrinæ ac pietatis, ab eccleſiis atque Academiis diverſis opera ejus fuerit expetita. *Dav. Voit. Wittemb.* *Et Ienæ agit. Ibid. docet.*

Ab *Alberto* autem Boruſſiæ Principe, honorificè ad aulam & Academiam *Regiomontanam* invitatus, eò venit, ſed ante quàm abiret, auctoritatis gratia majoris, teſtimonium doctrinæ publicum *Wittembergæ* petivit. Quod ei collatum anno *ſexageſimo*, menſe Martio, cùm pro licentia * diſputanti præfuiſſet *Melanchthon*, qui paulò pòſt in cœleſtem fuit Academiam evocatus. Cæterum quamdiu *Voitus* in *Boruſſiâ* fuit, fuit autem annis *quindecim*, toto eo tempore ſingularem erga ſe principis gratiam eſt expertus. *In Boruſſ. vocatur.* *Doctor Theologiæ renunciatur.* * *Theſ. de jud. eccleſ. exſtant. T. 4. oper. Mel. p. 620*

Eo mortuo, *Dantiſcum* conceſſit, ubi per anni ferè ſpatium docuit, donec literis ternis Principum Electorum, inprimis *Auguſti* Saxonis, Jenenſem in Academiam fuit revocatus, cujus curam tunc tutorio nomine ille ſuſtinebat. *Jenæ* itaque *quidecim* itidem annis eccleſiæ ac ſcholæ, primario in loco docendo, operam navavit. *Dantiſci docet. Revocatur Ienam.*

Jenâ anno *octogeſimo ſeptimo*, de voluntate *Chriſtiani* I. Elect. Saxoniæ, rediit in Academiam *Wittembergenſem*, quam ut matrem & nutriculam fidam unicè amabat, ubi & verbi prædicatio, & ſacramentorum adminiſtratio, in templo parochiali, à * *Georgio Mylio*, templi arcis præpoſito, & Academiæ cancellario ipſi demandata. Hanc provinciam ad finem usque vitæ cum fide & induſtria obivit. *Inde Wittemb.* * *Mylio autem dimiſſo collega fuit D. Henr. May 1588.*

Diſceſſum è vita ſuum multò antè præſagiit, quem & votis ardentibus expetivit. Anno *octogeſimo nono* cum aliis *Hertzbergam* fuit miſſus, ad componenda diſſidia, ibi ob Superintendentem Calviniſmi ſuſpectum, & invitis conſule ac civibus, eccleſiæ impoſitum à *Nic. Crellio* cancellario, exorta. Eo ex itinere afflictâ valetudine domum rediit, quam nactus exiſtimabatur ruptâ, vehementiore vehiculi concuſſione, venulâ. Sanguinem enim copioſum è naribus, & concretos cruoris grumos vomitu ejecit. Decubuit triduo aut quatriduo, in DEO acquieſcens, ſæpe repetito *Simeonis* cantico, & illo Apoſtoli: *cupio diſſolvi, & eſſe cum CHRISTO*. Proſpexit etiam animo mutationes illas, non multò pòſt in Academiis ac Provinciis Electoris Saxonici ſubſe- *Præſagit mortem.* *In itinere morbum nactus.*

 cutas,

cutas, & fraudes Cryptocalvinianorum, ut appellabat, modò convaleſceret, coram Electori ſe indicaturum dixit. *Moritur.* Diſceſſit autem placidè in complexu *Balthaſaris Mentii* Profeſſoris Wittemberg. die *viceſimo ſexto* Novembris, paulo ante quartam matutinam, anno ætatis ſuæ *ſexageſimo* ferme completo. *Funus.* Cives Academiæ & oppidi ſupremum ei honorem exhibuerunt, die viceſimo octavo Novembris, hora prima pomeridiana, deductione funeris frequenti ac honorifica. Eſt autem humatus in templo parochiali ante aram, medius inter *Eberum* & *Eberhardum*. *Epigramma in eum Mentii.* Defunctum hoc epigrammate proſecutus eſt *Balthaſar Mentius*:

Conditur hac urnâ Voitus, qui maximus arte,
Maximus ingenio, maximus eloquio.
In ſcriptis dictisq́; ſacro qua Flamine ſparſit,
Exhibet ingenii dona videnda ſui.
Teſtis Najadum tutor, qui ſuccina gignit
Bregela, Pieriis conſpiciendus aquis.
Succina fœtores pellunt ſuccenſa: ſed ille
Arte ſua pepulit nubila ab arte ſacra.
Teſtabuntur idem tua, Sala, ſedilia Muſis
Sacrata, & vero templa dicata Deo.
Leucoreæ tandem myſtes præponitur aræ,
Enſiferi accitus principis imperio.
Pulpita Lutherum quæ ſuſtinuere docentem,
Agnoſcunt ſimiles, hoc reſonante, modos.
Non illum ſedes quondam tua docte Melanchthon,
Arguit à Domino degenerare ſuo.
Talis erat: quo vis nunc perge, Viator, & opta:
Producant pariles ſecla futura viros.

Ratio ejus docendi. In docendo uſus eſt dexteritate ac gravitate, valdeque urſit τὸ ῥητὸν ſcripturæ: & conſenſum oſtendit mutuum oraculorum Propheticorum atque Apoſtolicorum, deſumta explicatione è ſcriptis præceptorum *Lutheri* & *Melanchthonis*, quæ tanquam præclarum depoſitum ac theſaurum conjuncta retinebat. *Alienus à contentionibus.* Alienus erat à contentionum & criminationum ſtudio, & tranquillitatem eccleſiæ ſæpè etiam cum ſuo periculo defendit. In quotidiana converſatione pius, humanus, integer, ac morum ſuavitate ſingulari, aliis ut bono eſſet exemplo.

Ex vitis Theologorum Wittembergenſium, vita item Myconii, & ſcriptis Wittembergæ propoſitis.

☉ 1590. d. 7. Ian. ætat. 61.

JACOBUS ANDREÆ.

Waiblingæ, ducatus Wirtembergici oppido, *Jacobus Andreæ* in lucem editur, An. Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, duodetrigeſimo*, die *viceſimo quinto* Martii, horâ matutinâ *ſecunda*, minut. 30. parentibus piis honeſtisque, *Iacob. Endris pater.* patre *Jacobo Endris*, ex *Micolau*, in ditione Epiſcopi *Eyſtettenſis* oriundo, cujus pater *Ingolſtadii* ſepultus eſt. Exercuit autem ille artem fabrilem, unde huic *Jacobo Smidlini* *Cur Smidlin dictus.* nomen adhæſit, & Schmidlin ab æqualibus in pueritiâ fuit dictus. Verùm ipſe, cùm nomen ſuum *Tubingæ* ad Rectorem, generoſum tunc baronem *Arbogaſtum* ab *He*vven, profiteretur, *Jacobum Andreæ* ſe nominavit, & ſic in catalogum ſtudioſorum quem matriculam vocant, relatum eſt eju nomen. Mater ipſius *Anna* Weißköpffin nata *Gundelfingæ*, ſuperioris Palatinatus oppido, in ditione Illuſtriſſimi Principis tun *Philippi Ludovici*, Palatini Rheni, Ducique Bavariæ, inde ferè in infantia *Waiblin*gam, ad cognatam quandam, tranſlata eſ Hic ubi adolevit, nuptum eſt elocata hu marito, parenti hujus *Jacobi*: ex qua fili ſuſcepit tres, *Jacobum*, *Georgium* & *Phili*pum; filiam unam.

Anno *milleſimo*, *quingenteſimo*, *trigeſim* *quarto*, cùm Dux Wirtembergicus *Udalr*cus, Ducatum ſuum recuperaſſet; & abrogato Pontificatu, religionis mutatio fac eſſet, parentes eum ad literarum ſtudia a hibuerunt, inque ludum miſerunt. Sed cù tenuioris eſſent rei, nec ſumtus ad ſtud neceſſarios diu ſuppeditare poſſent, *trienn* exacto, opificio ipſum mechanico addice in animum induxerunt. Et jam cum *fab* quopiam *lignario* pacti parentes erant, cu mutato propoſito ſuaſu conſulis *Sebaſtia* *Maderi*, *Stutgardiam* filium ad *Erhardu* *Snepfium*, generalem tunc eccleſiarum Wi tembergici Ducatus Superintendentem, p ter adducit, ſubſidium filio ad ſtudia ex fiſ eccleſiaſtico impetraturus.

Snepfius dum puerum, *decennem* tunc, ex aminat, deprehendit ingenium quidem eſſe egregium, ſed nonnihil à Ludimagiſt in ſchola patria neglectum. Cum paren itaque hoc iniit conſilium, ut *Waiblingenſ* ex ſuo ærario eccleſiaſtico partem quandam reliquum pater, contribuant, puerumque ſcholam *Stutgardianam* mittant.

Præerat ludo illi tunc *Alexander Marc*leon, vir in literis humanioribus egregiè d ctus, & ad formanda juventutis ſtudia natu Sub hoc Magiſtro, *biennii* decurſu, Andre regulas *Grammaticas* utriusque linguæ, un cum præceptis *Dialecticis* ac *Rhetoricis* Ph lippi Melanchthonis, mediocriter addidic Cùm enim ingenio eſſet felici divinitus o natus, facilè ea, quæ tradebantur, arripieba Inde factum; ut in illuſtre, quod *Tubing* eſt, ſtipendium, anno *milleſimo*, *quingenteſ* *mo*, *quadrageſimo primo*, receptus, ſtati *biennio* pòſt, cum aliis commilitonibus, pr mam lauream, cui à bacca nomen, conſec tus ſit, *Hirſaugiæ*, in monaſterio, quò pro feſſores artium & Philoſophiæ, propter p ſtem Tubingæ tunc ſævientem, conceſſeran

Poſtea, anno *quadrageſimo quinto*, cù curriculum Philoſophicum abſolviſſet, Tu bingæ gradu Magiſterii, cum ſeptendeci competitoribus, inter quos ipſe locum ſecu dum obtinuit, Decano *Joanne Benigno*, orn tus eſt. Interea autem cum Philoſophic Theologiæ etiam ac Hebreæ linguæ ſtud conjunxit, inprimisq; *Erhardi Snepfii* lectio nes juxta & conciones ſtudioſe audivit

anno

notavit, ad earum imitationem ſe totum
mpoſuit, & popularibus ſe concionibus
ercuit.

Anno itaque *quadrageſimo ſexto*, ætatis
æ *decimo octavo*, *Stutgardiam*, Wittember-
ici Ducatus metropolin, ad Diaconatum il-
us eccleſiæ, edito priùs ſpecimine, alterâ
ſti Paſchalis die in ſummo templo, concio-
e frequenti pomeridianâ, vocatus receptus-
ue eſt. Quod officium ipſe ita obiit, ut fama
ominis ejus etiam ad ipſum Ducem Wit-
mbergicum *Udalricum* emanarit, qui & in
ce audire eum voluit, & concione finitâ ad
os dixit: *undecunq; hic pullus progrediatur,*
tum ego quidem habeo, à Snepſio excluſum,
rmatumve.

Eodem Anno *Tubingæ* uxorem duxit *An-*
m, honeſti civis *Joannis Entringenſis*, hone-
am filiam, piam, & οἰκουρὸν, ex qua liberos
ſcepit *octodecim*, filios novem, totidem-
e filias; de quibus ſuperſtites novem re-
ti.

Exarſit eodm anno luctuoſum Germaniæ
llum, quod principibus Proteſtantibus
nperator *Carolus V.* movit, inque eo victor,
ucatum Wirtembergicum occupavit, & in
am redegit poteſtatem. Fuit miſera tunc
us provinciæ facies, ipſe tamen *Jacobus* ni-
ominus cum conjuge *Stutgardiæ* ſubſtitit,
ficiumque ſuum quà concionando, quà ſa-
a adminiſtrando, fecit inter medios etiam
ſpanos. Qui, quod divinæ tamen bonitati
protectioni adſcribendum, nec vim ipſi
tulerunt ullam, nec in officio impediverunt
iicquam, adeò quidem, ut cùm à curſore
ucis *Udalrici* fecialis Imperatoris rogatus
et, uti pro infante recens ſibi nato in ba-
iſmo ſponderet, promtè annuerit, eumque
hoc Andrea baptiſatum ex ſacro fonte ſu-
perit. Quo peracto, munuſculum ipſi ob-
lit, hiſce adjectis verbis: *Ego Domino DEO*
eo ago gratias, quod & viderim, & audie-
m te, in fide S. Eccleſiæ Catholicæ (audierat
aim fecialis ſymboli Apoſtolici inter bapti-
ni actum recitationem) *baptiſaſſe, & ut pri-*
um ad Cæſarem venero, bonâ id et fide refe-
im. Certè apud nos Cæſareanos perſuaſiſſi-
um eſt, vos & fidem & religionem omnem
bjeciſſe, nulla apud vos eſſe Sacramenta, nul-
m ſanctorum venerationem. Qua de re cu-
rem tecum colloqui, ideoq; peto, ut ad pran-
um venias, in prætorio à ſenatu paratum.
enit Andreas bonaque cum gratia eſt à fe-
ali illo dimiſſus; cùm priùs monuiſſet eum,
ſi quos haberet ſcholaſticorum Doctorum
ros, *Thomam, Scotum, Holcot, Bricot, Me-*
ret, & ſimiles, remotis ſuis Lutheranis,
bſtitueret, hoc modo ipſum à vi omni Hi-
anorum tutum & immunem fore. Sed in-
a paucos dies pax eſt facta, inter *Carolum*
ſarem, & *Udalricum* Ducem: qui mox
l ſuos rediit, DEI beneficio & Cæſaris
atiâ.

Manſit ergo *Andreas* in officio, donec an-
o *quadrageſimo octavo*, ab Imperatore for-
a *Interreligionis*, quæ *Interim* dicta, in qua
Pontificiorum errores craſſi aſtutè pallia-
bantur, publicata eſſet. Hanc qui probare
recuſabant eccleſiarum miniſtri, ab officio
paſſim, metu Cæſaris, removebantur, quos
inter & *Jacobus Andreæ*, qui *Tubingam* com-
migrare juſſus, ſumtus ſubminiſtrante Duce
Udalrico.

Tempeſtas Interimiſtica.

Tubingam pellit Andr.

Triſtia ſanè illa, & perturbata fuerunt tem-
pora, cùm plurimis in locis pulſis eccleſia-
rum miniſtris, ſubſtituti fuerunt alii, qui pu-
ram doctrinam populo quidem traderent, ſed
ſine Pontificiorum errorum refutatione, &
ſacrificulis & monachis reſtitutis. Verùm pro-
pitius Deus paulò pòſt afflictos illos reſpe-
xit, conſtitutis hinc inde *Catechiſtis*: inter
quos & hic *Andreas*, ad Diaconatum Tu-
bingenſis eccleſiæ promotus, anno *undequin-*
quageſimo, in quo deinde ſtrenuè laboravit.

Ibi agit Diaconum

Anno *milleſimo, quingenteſimo, quinqua-*
ſimo, Novembris die *ſextâ*, Dux *Udalricus*,
inter quintam & ſextam matutinam ex hac
vitâ emigravit, cui filius *Chriſtophorus*, prin-
ceps perpetua memoriâ illuſtris, ſucceſſit.
Hic eadem, quâ parens, *Andream* clemen-
tiâ complexus eſt, fovitque, utque de peten-
do Doctoris titulo cogitationem ſuſciperet,
voluit. Eam itaque ſe ad rem, factis præſti-
tisque iis, quæ legibus requiruntur, præpa-
ravit: ac poſt diſputationem publicam, *Pro-*
phetas minores omnes, lectione curſoriâ eſt
interpretatus. Poſtea anno *quinquageſimo*
tertio, die *decimo nono* Aprilis, ætatis ſuæ *vi-*
geſimo quinto, ſolenni in panegyri Doctor
Theologiæ eſt renunciatus, parte ſumtuum
à Duce Chriſtophoro liberaliter numerata,
cùm antea eccleſiæ *Göppingenſis* Paſtor, vici-
natumque *Superintendens ſpecialis* eſſet con-
ſtitutus, poſtea verò etiam generalis, cum
aliis tribus.

Obitus Vlrici Ducis Wirtemb. Cui ſuccedit Chriſtophorus.

Doctoratum prenſat Andr.

Quam conſequitur.

Göppingæ Paſtor conſt.

Sub id tempus à *Ludovico* Comite *Oetin-*
genſi eſt evocatus, ut eccleſias ſui Comitatus
à Pontificiis ſordibus repurgaret, id quod &
ab aliis principibus, *Othone Henrico*, Palati-
no Rheni, & *Georgio Friderico* Marchione
Brandenburgico, factitatum. Ubi memora-
bile eſt, quod Dux *Chriſtophorus*, D. *Jacobo*
peculiari ſchedâ in mandatis dedit, ut *ſi Co-*
mes Ludovicus hoc ageret, quo prætextu reli-
gionis, bona eccleſiaſtica, monaſteriorum in-
primis, ad ſe rapere, inq; ſuum convertere
uſum poſſet, ipſe D. Andreas nulli amplius
intereſſet deliberationi, ſed ſtatim domum ſe
reciperet. Hæc ſcheda comiti per cancella-
rium ejus eſt reddita, additâ graviſſimâ com-
monefactione, ne manus ſuas eccleſiaſtico-
rum bonorum profanatione pollueret.

Evocatur à Comite Oeting.

Mandatum Ducis Chriſtoph. de bonis eccleſiaſt.

Anno deinde *quinquageſimo ſexto*, inſtituta
eſt eccleſiarum comitatus *Helffenſtainenſis*
reformatio: ad quam etiam D. *Andreas* ab
Udalrico Comite ab *Helffenſtain*, eſt voca-
tus. Ibi plurimæ objectæ ſunt remoræ, cùm
collegium Canonicorum, templo occupato,
intromittere comitem cum D. *Jacobo* prorſus
nollet, quin & vi magnâ ſe opponeret. Ve-
rum *Udalricus*, de fundamentis religionis
è ſcri-

Vocatur à Comite Helffenſtainio.

è Scripturâ ſacrâ rectè edoctus, perrupit fortiter; & reformatione perfectâ, in locum ſacrificulorum Evangelicos ſubſtituit miniſtros. Quanquam autem comes ille poſt aliquot annos, minis perterritus, Evangelicam religionem deſeruit, tamen ejus defectionis culpa nulla D. Andreæ adſcribi poteſt, quippe qui comitem ad conſtantiam graviſſimè eſt adhortatus, refutatis argumentis, quæ comes opponebat. Circa hæc tempora, cum fama percepiſſet, Judæum quendam in vicino oppidulo *Weiſſenſtein*, pedibus ob furta ſuſpenſum iri, quia hoc genus ſupplicii ante non viderat, comitante eum cive *Göppingenſi*, eò proficiſcitur. Cumque audiret Judæum, jam in patibulo pedibus affixum, pendentem inter canes duos, corpus Judæi mordicus lacerantes, recitantem Hebraicè verſus ex pſalmis, quibus ille miſer divinam implorabat opem, acceſſit propius, eique expoſuit religionis Chriſtianæ caput, *Chriſtum Jeſum Meſſiam, verum Jehovam, eumq́; ut in hunc crederet, hortatus eſt.* Quid multis? & canes ipſo loquente, ceſſarunt membra Judæi arrodere, & Judæus religionem Chriſtianam amplexus, hoc unum petiit, ut de patibulo, mox iterum, ſed de collo ſuſpendendus, liberetur, & baptiſetur, idque obtinuit.

Judæus pedibus ſuſpenſus.

Quem convertit Andr.

Eodem anno Illuſtriſſimus Princeps, *Carolus*, Marchio Badenſis eccleſiarum in ditionibus ſuæ juriſdictioni ſubjectis, emendationem diu ante agitatam ſuſcepit. Ad eam perficiendam ex *Thuringia* Theologos evocavit duos, ex *Palatinatu* Electorali unum & *Tubinga* D. *Andreæ*, & abjecta religione pontificia, ſinceram, cujus ſumma in confeſſione Auguſtana ejusque apologia comprehenſa eſt, ſcripturæque ſacræ conſentientem recepit, & ut ceremoniæ in eccleſiis Marchionatus, vicinarum eccleſiarum ordinationibus, quantum quidem poterat, conformes eſſent, voluit. Quibus hoc modo ſcripto comprehenſis, viſitatio & reformatio eccleſiarum in *Marchionatu inferiori*, quæ Marchioni *Carolo* cedebant, per Theologos iſtos, adjunctis etiam politicis conſiliariis, maturo conſilio ſuſcepta eſt, & qui ſacerdotes ad docendum evangelium idonei reperti ſunt in examine, retenti. Quibus hoc modo peractis, prædictus Marchio *Carolus*, miſſo legato & conſiliario *Joanne Sechelio*, Juris Doctore, cum literis fiduciariis (quas vocant) *Herbrandi* explorat voluntatem, & operam requirit, quam duce *Chriſtophoro* impetrat ad annum.

Reformatio marchionatus Badenſis.

Quam adjuvat Andr.

Herbrandus eò vocatus.

Poſteà revocatus D. *Andreæ* menſe Octobri eodem rediit, & cum Marchione *Carolo* & *Herbrando* ad eccleſias, ditionum ſuperiorum, quæ in *Brugoia* ſitæ reformandas, unà aſcendit. Diſtribuit autem Illuſtriſſimus Princeps operas inter duos Theologos, per ditiones iſtas. Quod opus feliciter ceſſit, ad gloriam Dei, ut optatum, illuſtrandam, & multarum animarum ſalutem promovendam.

Reformat eccleſ. Brugoiæ.

Hoc eodem anno à Senatu Civitatis Imperialis *Rottenburgum* ad Tubarim, D. Andreas vocatus eſt, propterea quod paſtores in agro ipſorum diſſimilibus uterentur ceremoniis, & metus eſſet, ne inde etiam certamina de dogmatibus orirentur. Itaque conſilio Andreæ repetunt confeſſionem verbo Dei conſentientem, & certos ritus præſcribunt, quibus omnes unanimiter paſtores, tam in urbe, quàm in agro poſthac uterentur. Ita conſenſu facto pax illis eccleſiis eſt data.

Rottenburg ad Tubarim evocatur.

Anno *quinquageſimo ſeptimo*, menſe Januario, cum Duce *Chriſtophoro*, concionatoris aulici partes obiturus, ad comitia *Ratisbonæ* celebranda profectus eſt, in quibus inter cætera de colloquio, inter Pontificios Theologos, & Auguſtanæ confeſſionis, *Wormatiæ* habendo, deliberatum. Ad id, judicio Cæſaris *Ferdinandi*, & ordinum Imperii, collocutores certi ſunt delecti, quibus ex parte Evangelicorum notarii adjuncti *Paulus Eberus* & hic *Jacobus Andreæ*.

Eodem anno D. *Andreas* libellum de *Cœna Domini* edidit, addita præfatione *Brentii* commendationem brevem continente. In eo viam monſtrat ad concordiam in controverſia odioſa & toti Eccleſiæ damnoſa. Fuitque hic primus ipſius liber quem edidit.

Anno eodem, menſe Junio, cum Duce ſuo *Chriſtophoro*, *Francofurtum* ad Mœnum deſcendit, ubi conventus erat principum quorundam, à Cæſare deputatorum, ad ſopiendam controverſiam, quæ annos complures inter *Philippum Haſſiæ* Landgravium, & *Wilhelmum*, comitem Naſſovicum, ob comitatum *Catzenelbogen* duraverat, ſicut & tranſactum inter illos eſt & lis diremta. Erant autem eodem ex variis locis vocati Theologi noſtrates, qui communicato conſilio, *de modo & forma colloquii Wormatienſis*, quod tunc inſtabat, deliberarent, eoque fine & D. *Andreas* erat adductus.

Concionem ibidem habuit *Jacobus Andreæ*, præſentibus Principibus, feſto *Joannis Baptiſtæ*, in ſummo templo, ad D. *Bartholomæum*, quod Pontificii tunc tenebant, ut et iamnum. Ibi quiddam accidit, ſilentio non involvendum. Cum enim certâ de cauſâ principibus noſtris viſum eſſet, concionem Evangelicam publicè eo die feſto audire, res etiam inſolens mox evulgata eſt per urbem. Confluxerunt itaq; omnium ordinum homines plurimi. Ibi, poſt ſignum de more campanâ datum, ſuggeſtum adſcendit Doctor quidam Pontificius. Quo viſo, populus magnâ voce canere cœpit hymnum de Spiritu Sancto, qui incipit: Nun bitten wir den Heiligen Geiſt. Quo finito, legit ille hiſtoriam Evangelicam conſuetam, de Baptiſtæ nativitate, quam attentè illi audiverunt. Cùm autem interpretari eam exordiretur, interrupit eum concio alio hymno Germanico: Nun freuet euch lieben Chriſten gemein / und laſt uns frölich ſingen. Ibi tum concionator ille, quaſi attonitus, aliquandiu ſubſtitit, cumque illi finem canendi facturi nullum viderentur, de ſuggeſtu deſcendit, & rectà ad Ducem *Juliacenſem* qui primus & adhuc ſolus ex principibus aderat, contendit: coramq; eo ſolenniter proteſtatu

teſtatur, *vi ſe de ſuo loco & officio dejectum*, addita petitione, *ut hujus rei teſtis ſibi eſſe velit in extremo judicio.* Cui princeps, *mi Domine, ſic convenit inter Principes, quod hodie ex ſuis Theologis concionem audire velint, ideoq; ſi tuo fuiſſem loco, eorum voluntati me non oppoſuiſſem. Quod autem à me petis, ut tibi in noviſſimo die teſtis eſſe velim, id perdifficile mihi eſt. Aut enim fortaſſis ego & tu ibi non conveniemus, aut alter alterum non agnoſcet.* Quo accepto reſponſo, ſacrificulus commotus, recedens itaque accenſus, cle-pſammidium, quod manu tenebat, in terram uxta altare, cum blaſphemiâ abjecit. Hoc *Jacobus Heerbrandus* Theologus ſuis ſe vidiſſe oculis, & ſuis auribus, propiùs adſtantem, audiviſſe, eſt teſtatus.

Porrò ad colloquium, cujus modò facta nentio, quod attinet, convenerunt *Wormatiæ* Theologi, utriusque partis, menſe Auguſto, ubi hoc à Pontificiis actum eſt, nihil t agerent. Motâ enim quæſtione, *de judice ontroverſiarum*, inter partes, cùm noſtri *verum Dei ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum omprehenſum, pro vero & indubitato judice gnoſcendum, contenderent:* Pontificii contrà, cripto prolixo propoſito teſtati ſunt: *ſe nequaquam unquam in hunc unum judicem conſentire poſſe. Scripturam enim ſacram, literam ſſe mutam, mortuam, ambiguam, adeoque on eſſe vocem judicis, ſed materiam litis, ex ua certa controverſiarum dijudicatio depromi non poſſit. Quapropter ſi in hoc propoſito Auguſtanæ confeſſionis Theologis perſeverare ertum ſit, ſe in inſtituto colloquio progredi non oſſe, ſiquidem contrà negantem principia non t diſputandum.* Hac itaque de cauſa colloquium iſtud abruptum ab illis eſt, nullâ habitâ ratione reſcripti Cæſaris *Ferdinandi*, uo progredi eos in inſtituto colloquio hortabatur, quod idem Præſes *Julius Pflug*, Epiſcopus Naumburgenſis ſatagebat, ſed omnia ruſtra.

Anno *quinquageſimo octavo*, *Staphylus* infelix apoſtata, ut prætextum ſuæ defectioni liquem quæreret, libellum adverſus religionem, quam Evangelici profitentur, edidit, ui titulum fecit: *Epitome trimembris Theologiæ Lutheranæ.* In eo non modò plurimaum ſectarum opiniones collegit, easq; ſimul mnes *Luthero*, tanquam primario aſcribit uthori, ſed etiam ex ipſius, aliorumque doctorum ſcriptis, quam plurimas antilogias, t hodiè *Jeſuitæ*, confinxit & compilavit. lic *Andreas* authoritate Ducis *Chriſtophori*, ominis impudentiam & vanitatem refutavit, uæ ſcripta contraria poſteà ſunt multiplicata, utrinque ternis adverſariis editis.

Anno *quinquageſimo nono*, quia conventus Imperii indictus erat *Auguſtæ*, cùm alias b cauſas, tum etiam, ut *acta colloquii Wormatienſis*, quod ferè prius abruptum quàm choatum fuerat, ciſtæ vel arcæ incluſa, nec ulganda antea, quàm ordines Imperii ad omitia convenirent, publicarentur, ut conventum erat, & religione jurisjurandi collocutores devincti. Ibi tùm etiam eò miſſus eſt D. *Andreas* cum aliis politicis, ut publicationi actorum intereſſet. Verùm iis publicatis, gravis accuſatio in eodem conſeſſu; adverſus *Jacobum Andreæ*, ipſo præſente & audiente, recitata fuit, quod *Francofurti eccleſiaſten ordinarium ejus loci, in æde D. Bartholomæi, violenter ab officio ſuo depuliſſet, quo nomine in publicas leges pacis conſtitutæ peccaverit, quod durantibus comitiis in ſummo templo Auguſtæ, Pontificio doctori concionanti publicè contradixiſſet, eumq; mendacii in doctrina arguiſſet, quod tumultus cauſam præbere ſategiſſet.* Sed illud uti factum ſit, referre operæ pretium eſt. Concionem habente Auguſtæ quodam Pontificio, *Jacobus Andreæ* proximè ſibi à latere aſtanti clàm dixit, *mentitur*, quod cùm à tergo illi aſtans ſacrificulus exaudiviſſet, clara voce, ut & à concionatore, & aliis exaudiri potuerit, D. Andreæ dixit, *cur non publicè concionatori dicis, mentiris?* Ne ergo tumultus fieret in populo, diſceſſit noſter, comitante ipſum amico. Fretus itaque bonitate cauſæ, ſe purgavit & ſatisfecit, partim ſua innocentia, partim verò adverſariorum calumniis demonſtratis. Interea autem duas, durantibus comitiis, conciones habuit, *de juſtificatione* unam, de *cœna Domini* alteram, præſentibus omnibus noſtræ confeſſionis principibus. Quæ ambæ ante comitiorum finem *Tubingæ* ſunt typis excuſæ & exemplaria *Auguſtæ* plurima diſtracta. Id etiam hoc loco non prætereundum. Iisdem in comitiis à R. *Ferdinando* exequias factas *Carolo V.* & utrique Reginæ *Mariæ*, Ungaricæ & Anglicæ. Ibi cum nomine Principis ſui legatus Electoris Palatini adſtitiſſet miſſæ, nollet tamen figere oſculum patinæ ſacræ, oblatæ à *Cardinale Auguſtano*, qui miſſam celebrarat: *Cardinal.* iratus magna voce, *Si non vis*, inquit, *benedictionem*, *habeas tibi maledictionem in æternum.*

Accuſatur ibi à Pontificiis.

Excuſat ſe.

Et conciones ibi habet.

Exequiæ à Ferdin. factæ ibid.

Legat. Palatin. adſtat miſſæ.

Eum execratur Cardin.

Poſt reditum interrogatus *Andreas* à nobili viro ſeptuagenario, *Joanne à Liebenſtein*, qui *Goppingæ* domicilium habebat, Pontificiæ tum adhuc deditus religioni; ſed qui frequenter conciones ipſius *Andreæ* audiebat, neque à conſuetudine ejus abhorrebat, ab hoc igitur interrogatus, *ecquid tandem in colloquio Wormatienſi, tam celebri, de religione eſſet actum?* Reſpondit D. *Andreas* id, quod ſupra de cauſa diſſipati & interrupti colloquii commemoratum eſt. Ibi tum nobilis commotus ingenuè profeſſus eſt; *ſe nullam aliam ἀυτόπιςον agnoſcere doctrinam, quam quæ ſacris ſit literis comprehenſa, eandem ſe quoq; velle ſuis proponi ſubditis, ſed non niſi ab ipſo Andreâ.* Hic facilè aſſenſit, ſingulisque diebus Dominicis ac feſtis, à prandio, ubi prius *Goppingæ* manè ſuos docuiſſet; egreſſus in pagi templo concionatus eſt, poſt in oppidum regreſſus veſpertinam habuit concionem adeoque ternas, idque longo tempore gratis, quod nobilis nollet alium conſcendere ſuggeſtum tantiſper, dum ſub-

Ioan. à Liebenſtein.

Ejus colloq. cum Andrea.

Convertitur.

Ter in die concionatur Andr.

diti benè in religionis doctrinâ inſtituti confirmatique eſſent.

M. Barthol. Hagen.

Sub idem tempus quidam * Paſtor, in agro Wirtembergico, Calvini ſententiam fuit amplexus. Id ubi Dux *Chriſtophorus* inaudivit, confeſſionem de Cœna Domini ſcriptam ab eo exegit, quam præcipuis ſui ducatus Theologis examinandam miſit, cumq; eorum intelligeret conſenſum, ſynodum indixit menſe Decembri, anni *quinquageſimi noni* ad quam miniſtri omnes *Stutgardiam* convocati. Sitit ſe eodem in conventu ille, qui ſententia mutata, in officio eſt relictus; poſtquam confeſſioni à D. *Andreæ*, juſſu principis cum ſynodi conſenſu ſcriptæ, ſubſcripſiſſet.

Synodus Stutgard.

Excurrit etiam D. *Andreas* aliquoties & hoc & ſequentibus annis ad comitem *Oettingenſem*, vocatus ad inſpectionem eccleſiarum ipſius. Ita & anno *ſexageſimo*, à Duce *Wolffgango* Palatino Rheni, ad inſtaurationem eccleſiæ *Lavinganæ*, à ſectariis perturbatæ, evocatus, & à Duce *Chriſtophoro* miſſus eſt; ubi anni ferè quadrantem hæſit, frequentibus concionibus doctrinæ cœleſtis fundamenta jecit, ſeductosque in viam cum lenitate & manſuetudine revocavit.

Viſitat eccleſias And.

Anno *ſexageſimo primo*, auctoritate ducis *Chriſtophori*, April. die *decimo quinto*, miſſi ſunt *Jacob. Beurlinus*, *Theodor. Snepfius*, & *Jacob. Andreas*, Theologiæ Doctores, adjunctis Politicis, *Erphordiam*, ad conventum Theologicum, *Friderici* Electoris Palatini, *Auguſti* Electoris Saxoniæ, & *Philippi* Haſſiæ Landgravii, propter Electorem *Fridericum*, qui diverſam videbatur à confeſſione Auguſtanâ, in articulo de Cœnâ doctrinam fovere, ſed re infectâ eſt diſceſſum. Menſe deinde Junio à *Wolffgango* Palatino, ſecundò vocatus, eccleſias ſuperioris Palatinatus illius ditionis, inſpexit, & rectè ne an ſecus adminiſtrarentur ac procederent omnia, cognovit.

Mittitur Erphordiam.

Vocatur in Palatinat. ſuperiorem.

Exeunte Septembri ejuſdem anni, ad Ducem *Chriſtophorum* venit legatus regis Navarræ, cum literis, quibus petebat, Theologum ſibi mitti, cujus operâ & conſilio in *Synodo Poſſiacenâ* uteretur. Eò enim negotium religionis deductum, ut de controverſis capitibus præſente rege, *Carolo IX.* regina matre, rege Navarræ, principe *Condæo*, & reliquis regni ordinibus *Poſſiaci*, inter Pontificios & *Hugenottos*, quos vocant, colloquium modeſtum inſtituatur. Negotio itaq; cum conſiliariis communicato, viſum eſt mittere *Jacobum Beurlinum*, recens creatum Academiæ Tubing. cancellarium, & eccleſiæ præpoſitum, *Jac. Andreæ*, & *Balthaſ. Bidenbachium*, concionatorem aulæ Wirtembergicæ, quib. adjunctus nobilis *Melchior à Salhauſen*, Gallicæ linguæ peritus, & alii miniſtri. Simul ergo iter ingreſſi *tertio* Octobris, ejusdem *decimo nono Lutetiam* pervenerunt. Ibi cùm aliquandiu regis exſpectarent mandatum, *Sorbona* viſâ, collegium regis Navarræ ingrediuntur, ubi *Beurlinus* inſpicienda bibliotheca, optimis auctoribus inſtructa occupatus, morbo corripitur, quem ipſe eryſipelas ratus, ſed

Synodus Poſſiacena.

Ad eam & Andreas miſſus.

Iac. Beurlinus Lutetiæ peſte moritur.

eventu teſte peſtis fuit, quæ in collegio tum ſæviebat, quod noſtratibus ignotum. Exſtinctus * eſt ea die *viceſimo octavo* Octobris Lutetiæ, ſepultus in cœmiterio ſanctæ Crucis. Antequam autem noſtri *Lutetiam* perveniſſent, ſolutum jam erat colloquium Poſſiacenum, *Bezæ* quadam oratione: quam in eo conventu coram rege & aliis, de Cœna Domini habuerat, in hæc verba erumpens: *quantum diſtat ſupremum cœlum ab infima terra, tantum Corpus Chriſti diſtat à pane & vino Euchariſtiæ.* Quibus auditis Pontificii ſurrexerunt * *Bezam* ampliùs audire nolentes. At poſtquam ſilentium regis mandato impetratum eſſet, abſolvere orationem ſuam Beza fuit permiſſum. Propoſuerat iſto in conventu cardinalis Lotharingus, ut noſtris fuit relatum, conditionem pacis & concordiæ, inter utramque partem religionis in regno Galliæ confirmandæ, confeſſionem *Auguſtanam Carolo V.* anno trigeſimo exhibitam. Hanc ſubſcriptione ſuâ approbarent *Beza* & ſocii religionis, perpetuam quoad religionem in regno Galliæ pacem futuram. Quam conditionem cum recuſarent, nulla ampliùs de religione deliberatio ſuſcepta eſt, conventusque ſolutus. Doluit autem Navarreno vehementer, prius abruptum colloquium, quàm Wirtembergici adveniſſent. Miſerunt tamen *Iac. Andreæ* & *Bidenbachius* ad Navarrenum petentem, ſcriptum quoddam, de *vera & genuina ſententia Auguſtanæ confeſſionis, in articulo de Cœna Domini*, ſed reſponſum acceperunt nullum. Verùm vocati ad reginam, clementer ſunt dimiſſi, cumq; nihil ampliùs haberent quod agerent, *viceſimo quarto* Novembris iter patriam verſus ſuſceperunt, in quam *decimo* Decembris incolumes redierunt.

Sequente anno *ſexageſimo ſecundo* Guiſii duces, & inprimis cardinalis Lotharingus *Carolus*, colloquium cum Duce *Chriſtophoro*, ad componendos motus in Galliâ religionis cauſa exortos, petunt. Id *Tabernis Alſaticis*, quæ ſedes eſt Epiſcopi Argentinenſis, ad decimum quintum Februarii indictum; adduxitque ſecum Princeps *Joan. Brentium*, *Jacob. Andreæ*, & *Bidembach.* Ibi tantùm eſt effectum, ut *Guiſii ſtipulatâ manu Principi Wirtembergico fidem dederint, ſe in Hugenottos poſthac non ſævituros*, quo promiſſo tantiſper ſteterunt, donec ab eo fuerunt digreſſi. Nam ſimulac *Vaſſiacum*, ad Campaniæ fines oppidum, dux ſenior Guiſius venit, horribilem lanienam in promiſcuam plebem, templo inclusam, in quo concionis audiendæ cauſa convenerant, exemplo crudeli exercuit, quâ de re alibi.

Cùm ergo, ut dictum, *Beurlino* mortuo cancellarii locus in ſcholâ Tübingenſi alium deſideraret, Princeps *Chriſtophorus*, communicato cum Rectore & Senatu Academico conſilio, *Jacob. Andreæ* cancellarium ac præpoſitum deſignavit. Antequam autem *Tubingam* commigraret, miſſus eſt cum *Chriſtophoro Bindero*, petente id *I. Friderico* Duce Saxoniæ, menſe Aprili in *Thuringiam*; ad ſopie-

piendum diſſidium, inter Theologos Jenſes, *Matthiam Flacium* Illyricum, & *Victorinum Strigelium*, *de liberi arbitrii viri*-*s*, ortum, quibus hic nimium tribuere vis in converſione hominis peccatoris coram EO, uſus vocabulo *Capacitatis* quod ille inùs rectè accipiebat. Propoſita itaque ab ndreâ formula, quâ tota controverſia fuit plicata, & à *Victorino* manus ſubſcriptione probata.

Reverſus menſe Julio, familiam ſuam *bingam* tranſtulit, & ex eo officium tam in holâ, quàm in templo cum zelo obivit, ſæpe am alias ad eccleſias evocatus abivit. Initio tim ſequentis anni *ſexageſimi tertii*, menſe bruario, *Argentoratum* eſt miſſus, ubi *Hieymus Zanchius*, theologus, pacem & conrdiam ſcholæ & eccleſiæ, novis quibusdam gmatibus ferebatur perturbaſſe, inter quæ hoc fuit, *quod renati & credentes, non poſſint rum excidere gratia Dei, & fidem, per peccacontra conſcientiam admiſſa, amittere*. Cum à D. *Andrea* & *Simone Sultzero* Baſilienſis cleſiæ Paſtore, & ejusdem ſcholæ Profeſſo-Theologo, quos magiſtratus Argentinenevocaverat, actum eſt, & poſtea formula nfeſſionis conſcripta, atq; à *Zanchio* petin ut ſubſcriberet. Hic cum cunctaretur imum, à *Joanne Sturmio*, Rectore Acadeæ Argentinenſis, perſuaſus, & à *Sultzero* ductus, & rogatus, ut ſubſcriptione ſua n confirmaret, tandem his verbis ei ſubipſit, *hanc confeſſionem, ut piam eſſe corde tio, ita manu ſubſcribo*.

Fuit in illa vicinia, *Tubinga*, circiter duo lliaria, vir generis nobilitate, virtute, piee præſtans, *Joannes ab Auvin* Wachenrff/ qui à medico *D. Gablero*, quo valdè faliariter utebatur, de noſtræ religionis prinpiis catecheticis, edoctus eſt. Ibi *Gablerus*, tequam à noſtra religione defecit, author i fuit, cum alio quoque juris conſulto, *Joan-Biettigheimero*, ut D. Andream ad ſe vocat, à quo plenius cum ſua eccleſia, inſtrueetur, quemque ſcirent, non difficilem ſe præturum. Occaſione itaque hac ſibi oblata, *ndreas* re cum ſuo Principe *Chriſtophoro*, ommunicata, operam illi præſtitit, hoc mo-, ut diebus Sabbathi aſcenderet, & poſtea ebus Dominicis publicè pro concione iſtic cum interim non deeſſent, qui Tubingæ vis ipſius ſubirent) Catechiſmum traderet & plicaret, quod annum circiter aut amplius æſtitit. Octavo Novembris, anni *ſexageſii quarti*, incipiens, primam habuit concioem, atque ita eccleſiam iſtam plantavit, paucim abrogata idolomania Pontificia. Conones illæ poſtea typis ſunt excuſæ, & quams variè tentaretur nobilis, tamen conſtanr in agnita veritate perſeveravit ad finem. umque ἄτεκνος ipſe eſſet, fratrem Pontifiæ religioni addictum, hæredem & ſucceſſoem inſtituit, hac conditione diſertè addita *ne ligionem à ſe inſtitutam, mutaret, neve ulm nunquam officium, in templo, ſacrificulum ontificium facere permitteret*, ſub pœna privationis omnium acceptorum à fratre bonorum. Quod & religioſè iſte ſervavit.

Anno *ſexageſimo quinto Haganoam*, Imperialem civitatem, ad inſtituendam eccleſiam vocatus menſe Novembri, triceſimo ejusdem menſis die, qui Apoſtolo D. *Andreæ* ſacer eſt, primam habuit concionem. Manſit menſem ibidem, & demum Januarii, ſequentis anni die octava receſſit. Plurimas autem de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus, conciones habuit, quas poſtmodum impreſſas evulgari curavit. Dedit autem eccleſiæ à ſe recens plantatæ, Paſtorem *Philippum Heerbrandum*, Theologiæ Doctorem, fratrem *Jacobi*, cujus curriculum brevius fuit. Cum enim ibi *decennium* integrum fideliter ſuo munere functus eſſet, in ſtatione ſua, piè & placide in Domino obdormivit.

Vocatur Haganoã.

Philippus Heerbrandus, Paſtor Haganoæ.

Anno *ſexageſimo ſeptimo* cum Academia Tubingenſis *Eslingæ* propter peſtem ſerpentem, commoraretur, & Eslingenſes Paſtore carerent, à magiſtratu illius loci compellatus, per integrum annum, vice & loco Paſtoris, frequentes ibidem inſtituit conciones, quibus errores varios, & præcipuos, *Pontificianorum*, *Zvvinglianorum*, *Anabaptiſtarum*, & *Schvvenckfeldianorum*, refutavit, quod horum opinionibus cives nonnulli eſſent infecti, quas & ipſas, rogatus in lucem dedit. Poſtea anno *ſexageſimo octavo* mortuo *Henrico*, Duce Brunſuicenſi, filius, hæres, & ſucceſſor unicus, *Julius*, cum jam patre ſuperſtite religionem Evangelicam amplexus eſſet, eandem, defuncto parente, ſubditis quoque ſuis, quorum ſibi curam demandatam divinitus ſciebat, proponere, & de mutatione Pontificiæ religionis cogitavit. Cumque jam per omnem famã Germaniam, de *Jacobo Andrea* percrebuiſſet, eum ſibi à cognato ſuo, duce *Chriſtophoro*, ad ſuas reformandas eccleſias, mitti petivit, & facile, quæ erat Ducis *Chriſtophori* in propaganda Evangelii doctrina, pietas, ſtudium, & zelus, impetravit. Egreſſus itaque Auguſti *viceſimo nono*, *Wolfenbitum* die *decimo tertio* Septembris appulit, ubi cum *Martino Chemnitio* Theologo celebri, de ſumma negotii, aliisque adjunctis viris, pietate & ſapientia præſtantibus, *Julio* quoque ipſo Duce præſente, de conſtituendis eccleſiis graviſſimè eſt deliberatum. Comprehenſa ergo eſt literis *ordinatio eccleſiaſtica*, & miniſterium verbi ſecundum ſacram ſcripturam conſtitutum. Cumque idoneorum eccleſiæ miniſtrorum ibi copia non eſſet, ex Stipendio illuſtri quidam *Tubinga* fuerunt miſſi.

Docet Eslingæ Andr.

Julius Dux Brunſuicenſis reformat eccleſias.

Idq; opera Andreæ.

Martinus Chemnitius.

Acceperat *D. Andreas* diſceſſurus, in mandatis ab Illuſtriſſimo Principe *Chriſtophoro*, ut ea oblata occaſione, declarationem conſenſus miniſtorum eccleſiis Saxonicis, cum aliis eccleſiis quæreret & impetraret. Verum cùm ſub id tempus de obitu ſui Principis * certior eſſet factus, rejecto hoc concordiæ negotio in tempus commodius, conſtitutis eccleſiis Brunſuicenſibus, domum properavit,

Quærit conſenſum eccleſiar. Saxon.

* *Dux Chriſtoph. Wirtemb. 1568. d. .. Decembr. ætat. 54.*

vit, *Tubingamq;* duodecimo Februarii anno unde ſeptuageſimo eſt reverſus.

Haidelbergæ colloquium de Cœna.

Deinde die tertio Aprilis *Haidelbergam*, ad privatum *colloquium de Cœna Domini* cum Electore *Friderico*, profectus, duodecimo ejusdem domum revenit. Paulò pòſt, menſe Junio, ad Ducem *Julium* Brunſuicenſem rediit, accepto viatico à vidua Principis *Chriſtophori*, eo fine, ut ad Saxonicas & maritimas civitates itinere ſuſcepto, voluntates miniſtrorum de conſenſu in doctrinâ exploraret. Adiit tunc ad loca quam plurima, urbes, regiones, in *Daniam* usque, qua peregrinatione annum illum clauſit.

Iterum abit ad Ducem Brunſuicenſem.

Et in Daniam usq;

Item Miſniâ.

Anno ſequenti *ſeptuageſimo*, menſibus Januario & Februario per *Saxoniam*, *Miſniam* ingreſſus acceſſit, *Dreſdam*, *Vinariam*, *Wolfenb tum*, *Berlinum*, ad Electores & Principes *Auguſtum*, *Julium*, *Joannem Marchionem* Brandeburgicum. Poſtea menſe Martio, cum Duce Brunſuicenſi *Julio*, *Pragam*, Boemiæ metropolin, eſt profectus. Ibi Imperator *Maximilianus* II. cognito ipſius adventu die *decimo ſexto & ſeptimo* Martii eum ad ſe vocavit, ſemotisque aliis privatim cum ipſo de *Concordia* negotio, in quo pluri num ipſum laborare cognorat, contulit, procurante id procancellario D. *Zaſio* juniore. Probavit Imperator prudentiſſimus in eo concordiæ conciliandæ propoſitum, hortatusque eſt, ſtrenuè in eodem pergeret, neve ullis clamoribus calumniisve à bono inſtituto ſe dimoveri pateretur, mercedemque laboris à Deo ſibi repoſitam exſpectaret. His dictis clementiſſimè eum à ſe dimiſit.

Venit Pragam.

Ubi Maxim. Auguſtus cum ipſo colloquitur.

Pragâ *decimo octavo* ejusdem menſis, cum *Julio* Duce Brunſuicenſi digreſſus, ubi ad *Auguſtum* Saxoniæ electorem venit, coram eo viceſimo ſecundo Martii concionatus eſt. Deinde die *duodecimo* Aprilis *Synodus Wolfenbuti* habita eſt, cui & D. Andreas interfuit. Poſtea die Maji ſeptimo profectus eſt ad conventum *Serveſtanum*, & die ſecundo Julii concionem *Bernburgi* habuit, coram Principe Anhaltino. Idem fecit die *decimo* Novembris *Brunſuigæ*, ubi tum *formula* quædam *concordiæ eccleſiaſticæ in Saxoniâ*, *cum Suevicis eccleſiis* propoſita eſt, cui multi eccleſiarum Saxonicarum miniſtri ſubſcripſerunt, allaborante in id per ſeſquiannum D. *Jacobo Andreæ*, qui poſtea die *duodecimo* Decembris, exeunte anno ſeptuageſimo, *Tubingam* rediit.

Synodus Wolfenbuti.

Conventus Serveſtanus.

Conciones habet diverſis in locis.

Formula concordiæ.

Anno *ſeptuageſimo primo*, cùm comite *Chriſtophoro Bindero*, *Mompelgardum* ad inſpectionem eccleſiarum eſſet profectus, in reditu, die decimo Auguſti, *Argentinæ* cum *Matthia Flacio Illyrico* colloquium inſtituit, in quo paradoxum ejus, & Manichææ hæreſi affine dogma, *peccatum eſſe ſubſtantiam*, refutavit. Circa finem anni *ſeptuageſimi ſecundi*, denuo *Mompelgardum* abiit, propter quædam negotia eccleſiaſtica.

Viſitat eccleſ. Mompelgard. Colloq. cum Flacio.

Anno *ſeptuageſimo tertio*, die *ſeptimo* Julii, *Memmingam*, oppidum Imperiale, miſſus eſt, cùm quidam illius eccleſiæ miniſter, *Euſebius Cleberus*, dogma, quod Zvvingl num vocant, invehere conaretur. Hic à *Andrea* in ſenatu monitus, cùm deſiſt nollet, ab officio eſt remotus.

Anno *ſeptuageſimo quinto*, defuncto paſt re Hagonoenſi, *Philippo Heerbrando*, ecc ſia & magiſtratus illius loci alium petivit n niſtrum ex Stipendio principis, & impet vit, *Georgium* nempe *Volmarum*, quem *A dreas*, menſe Martio, eccleſiæ illi ſtitit co mendavitque. Reverſus *Haganoâ*, abiit *lenum*, quoddam oppidum Imperii, ibi eliminatis Pontificiis, Evangelii doctrin menſe uno ipſe tradidit, & qui trader poſtea eccleſiæ conſtituit miniſtros.

Inde domum reverſus, iter *Lindaviu* oppidum Imperii amœnum, ad lacum Ac nium, ſuſcepit, ibique cum *Tobia Rupio*, cleſiæ miniſtro, errore Flaciano imbuto, co tulit. Et ſicut antea iſtius dogmatis auctor *Argentinæ*, ita tunc quoque diſcipulum e *Lindavii*, præſente Senatu, civiumque pulosâ frequentiâ, refutavit.

Circa initium anni *ſeptuageſimi ſexti*, à *P lippo Ludovico* comite Palatino Rheni vo tus, propter cauſas quasdam eccleſiaſtic conſentiente duce ſuo, eò eſt profectus. cum *Neoburgi* commoraretur, *Ratisbone* magiſtratus miſſo legato rogat, ad ſe quo ut excurrat componendæ controverſiæ ca quæ erat eccleſiæ miniſtris cum ſenatu *ſu excommunicatione*. Venit ergò eò *dec quinto* Januarii, & illic ad quartum us Martii ſubſtitit, donec negotium expedire

Interea dum abeſt Elector Saxoniæ *Au ſtus*, datis ad *Ludovicum* ducem Wirtemb gicum literis, operam *D. Andreæ* expetit, q Theologos Wirtembergenſes dogma *Zv glii* in ſcholam introduxiſſe, & juventutis n is inſtillare deprehendiſſet. Iter ergò ingr ſus *Torgam* die Aprilis nono pervenit.

Poſtea conventus Theologorum *Torgæ* bitus eſt, inſtituta deliberatione, de toto ligionis negotio, & *formula* quadam *conc diæ*, maximè autem de diſſidiis & controv ſiis, quæ hinc inde exortæ erant, juxta n mam & præſcriptum verbi divini comp nendis & tollendis.

Ad hunc conventum ab eodem Electo vocati ſunt & alii Theologi, *Andreas Muſ lus*, & *Chriſtophorus Cornerus*, Brandeburg Electoris Theologi, *Martinus Chemniti David Chytræus* Profeſſor ſcholæ Roſtoc enſis, & *Nicolaus Selneccerus*. Hic comm nicatis operis librum quendam conſcrip runt, qui poſtea *Bergæ* eſt recognitus. Miſ eſt autem *D. Andreas* ab Electore Saxoni *Auguſto*, hâc eadem de cauſa, ad Illuſtriſſim Principes, *Julium* Ducem Brunſuicenſe *Ludovicum* Landgravium Haſſiæ, & *Geo gium* Marchionem Brandenburgicum. Hi ad ſuos *Tubingam* rediit, uxorem & libero propter diuturniorem abſentiam ſecum add cturus *Lipſiam*, quod Elector diutius ope ejus, in conſtitutione ſcholarum & eccleſi rum, ſimul etiam opere concordiæ conficie

do

,uſurus eſſet, & copiam a duce Wirtem-
rgico, miſſo legato, *D. Jodoco Didamero*,
ndgravii Conſiliario, fieri petierat.

Arduum hoc fuit opus, & magnis conſtitit
oribus, adeoq; ferè impoſſibile videba-
: cum Pontificii identidem diſſidia no-
orum objicerent, ſine fine clamantes, *non
os aut tres reperiri inter Auguſtanæ confeſ-
is Eccleſiæ miniſtros, qui in omnibus de do-
inâ conſentiant.* Hic ergo opera & ſtudio
lefeſſo, *D. Andreæ* effectum eſt, ut magno
mero *aliquot millia* ſubſcripſerint iſti for-
læ concordiæ, atque ita vanitas & falſitas
erſariorum, re ipſa, facto & opere, refu-
 ſit. Maximo autem *Andreæ* conſtitit la-
re, multis & longis itineribus opus erat,
Principes, Electores & alios, ad magiſtra-
 oppidanos, ad conventus varios, & col-
uia, quæ hac de cauſa ſunt inſtituta & agi-
, *quinquennio* ferè continuo, quo ſtrenuè
oravit. Interea dum paſſim conſenſus Ec-
ſiarum, & ſubſcriptiones atque judicia
ra ſingulis relinquuntur, & colliguntur:
linationes Eccleſiaſticæ conſcribuntur,
pectiones & conſtitutiones Academiarum,
ſenſis, Wittembergenſis, Jenenſis, cujus cu-
etiam Electori Auguſto, curatorio nomi-
tunc incumbebat, tot diœceſium in Ele-
ratu Saxoniæ & Miſnenſi, *quadraginta*
 ſuperintendentiarum, ſuſcipiuntur, tot
torum ſubſcriptiones locis tam diverſis,
 omnibus & ſingulis reddenda fuit ratio,
 aliqua de parte formulæ dubitabant,
nquiruntur, quos hic labores non exantla-
? Ingens ſane animi corporiſque robur,
ientia admiranda, quâ has potuit devo-
e tantas moleſtias, tot duros catenatos-
e ſubire & ferre labores, *peregrinationum,
oquiorum, diſputationum.* Multa enim
lliarium millia confecit ſolus ferè, unico
uncto famulo. Ubi hoc admiratione di-
um, quod in omnibus illis itineribus nemo
 factus fuerit obviam, qui ipſum inter-
llaverit, ne dum moleſtiam aliquam crea-
rit.

Tandem anno *octogeſimo* prodit liber mul-
rum deſiderio expectatus, magnaque Wir-
mbergicorum gratulatione à tribus *Electo-
us* Imperii, *Principibus viginti uno, comi-
us viginti duobus, Baronibus quatuor, ci-
atibus Imperialibus triginta quinq;, mini-
is Eccleſiæ octies mille ſubſcriptus* & appro-
tus, præcipuè authoritate, judicio, & ſpi-
u heroico *Auguſti* Electoris Saxoniæ, la-
re autem & opera *J. cobi ndreæ*, collatis
nen & communicatis antea ſententiis,
n prædictis Theologis præſtantiſſimis, &
erimis omnium Eccleſiarum, Doctorum,
miniſtrorum judiciis & notationibus.

Quemadmodum ergo ſalutaris viſa eſt
 Andreæ opera, toto hoc in negotio, ita
ata accidit inprimis Electori *Auguſto*.
uippe cum multis aliis argumentis ſuam &
gà præſentem, & ergà diſcedentem decla-
vit clementiam, tum dono non contem-
ndo, *Bibliorum Antverpienſium* opere
Complutenſi, quod eleganter compactum
D. Andreæ donavit. Nec id ſolùm, ſed in-
ſcriptione quoque in fronte Bibliorum ad-
ditâ, actiones *Andreæ* approbavit, com-
mendavitque, hiſce verbis: *Auguſt. Elect. Sax. Biblia Complut. donat. Andreæ.*

D. O. M.
GRATIA
D.
AUGUSTUS, DUX SAXONIÆ,
S. ROM. IMPERII ARCHIMAR-
SCHALCUS ET ELECTOR, LAND-
GRAVIUS THURINGIÆ, MAR-
CHIO MISNIÆ, ET BURGGRAVIUS
MAGDEBURG.
HÆC.
SACROSANCTA BIBLIA, SUMMO
VIRO, PIETATE, DOCTRINA ET
VIRTUTE ORNATISSIMO, D. JA-
COBO ANDREÆ, S. THEOLOGIÆ
DOCTORI CELEBERRIMO, DO-
CTRINÆ COELESTIS, AB ULTIMI
HELIÆ, D. D. LUTHERI MORTE,
IN HIS REGIONIBUS, AB HOMI-
NIBUS LEVISSIMIS CORRUPTÆ,
INSTAURATORI INTEGERRIMO,
DE ECCLESIA CHRISTI OPTIME
MERITO, OB GRATI ANIMI ME-
MORIAM SEMPITERNAM
DONO DEDIT, ANNO S.
M. D. LXXIX.
ET MANU PROPRIA SUBJUN-
XIT ET SUBSCRIPSIT SEQVEN-
TIA: *Inſcriptio.*

Tandem bona cauſa triumphat. "
Auguſtus Dux Saxoniæ Elector. "

Poſtea omnibus peractis, eccleſiiſque &
ſcholis conſtitutis, bona cum gratia ab Ele-
ctore, ad finem decurrente anno *octogeſimo*,
menſis Decembris *viceſimo primo*, clemen-
ter eſt dimiſſus, cùm annos ferè *quinque* in
Concordiæ libro ſtrenuè laboraſſet. Sed à
multis etiam peſſimè eo nomine audivit, di-
ctantibus, *eum Chriſtum & Belial, lucem &
tenebras, bona & mala, in unum Chaos con-
fudiſſe, aut ſaltem confundere voluiſſe.* *Non omnibus probatur labor Andreæ.*

Poſt reditum è Saxoniâ, anno *octogeſimo
primo*, bis à generoſo & Illuſtri Comite in
Hohenlohe Wolffgango, evocatus eſt, certo-
rum quorundam negotiorum cauſa. *Evocatur à Comite Hohenloico.*

Anno *octogeſimo tertio*, acerba eum exer-
cuit calamitas domeſtica, mortuâ uxore, *Amittit uxorem.*
quâcum annos *triginta ſeptem* conjunctiſſi-
mè vixerat. Hanc ſuam orbitatem diu mul-
tumque deploravit, nec ſine vulnere do-
mum viduatam ingredi potuit, ut ſæpè ami-
cis eſt conqueſtus. Exacto anno cum dimi-
dio ad ſecundas tranſiit nuptias, cum piâ & *Ducit ſecundam.*
honeſtâ vidua *Regina Prentzingerinâ*, quæ
maritum priorem ob religionem in exilium,
deſertâ ſponte patria, ſecuta *Ratisbonam* mi-
graverat. Hujus quoque virtutes, matrona
pia dignas, ſæpe commendavit.

Orthodoxus conſenſus.

Hoc tempore cùm adverſarii *orthodoxum* ſuum *conſenſum* edidiſſent, nec prolixum librum quiſquam refutandum ſuſciperet, refutatio illius D. *Andreæ* publicâ auctoritate eſt mandata. Rem itaque aggreſſus anno *octogeſimo tertio & quarto*, opus ingens & arduum conſcripſit, *de cauſa* nempe *univerſa*, de *Perſona Chriſti*, de *unione perſonali*, de *communicatione idiomatum, veraq; corporis & ſanguinis Chriſti, non ſolum in ſacrâ cœnâ, ſed in toto terrarum orbe præſentia.* Cæterum *Ubiquitas corporis Chriſti*, quam D. *Andreas* docuit, *non eſt corporalis*, ut ipſi loquuntur, *vel localis præſentia, quæ videri vel palpari poſſit, ut ſtramen in ſacco, ſed eſt præſentia totius Chriſti, non tantum divinitate, verum etiam adſumtâ humanitate, ita ut totus, Deus & homo indiviſus, ubiq; in cœlo & in terra omnibus creaturis, viſibilibus & inviſibilibus, cœleſtibus & terreſtribus, cœleſti tamen, ſpirituali, ſupernaturali humanaque ratione imperveſtigabili modo, adſit verè præſens, omniaq; ſecundum naturam humanam, videat, faciat, audiat, ſciat, & præſens, non abſens, ut Rex Hiſpaniarum Indiam, adminiſtret & regat.* Hanc dixit ſcripſitque, ſe primum è *ſacra ſcriptura*, deinde ex *Patrum orthodoxorum* veterum, atque *Lutheri*, quem *ultimum Eliam* vocant, & multorum aliorum libris hauſiſſe ac comprobaſſe. *Proinde*, inquit, *viderint illi, qui de totius Chriſti in Cœna præſentia vera & reali nobiſcum ſentire videri volunt, quomodo, cùm diverſis locis mille amplius, uno & eodem tempore Cœna Domini celebretur, Chriſtum omnibus illis ſimul præſentem ſtatuere, ſicq; in Cœna retinere, negatâ ipſius omnipræſentia in omnibus locis vel ubique, poſſint. Et cur eam negent, cauſam non habent, ſicut rectè Petrus Martyr, dixit*: Si Chriſti corpus duobus vel tribus locis ſimul præſens eſſe probetur, ſe *de Ubiquitate* verbum amplius facturum eſſe nullum. Sed redeat oratio, unde digreſſa eſt.

Eum refutat Andreas.

Ubiquitas Iac. Andreæ quid.

NB. " "

Fundamenta ejus.

Petri Martyris verba de Ubiquitate.

Colloquiũ Mompelg.

Anno itaque *octogeſimo ſexto*, menſe Martio, *Mompelgarti*, conſenſu *Friderici* Principis Wirtembergici, inſtitutum eſt *colloquium inter Theodorum Bezam*, eccleſiæ Genevenſis doctorem, & *Jacob. Andreæ*, Theol. D. & Academiæ Tubingenſis cancellarium. Ea in diſputatione collocuti ſunt *de Cœna Domini, de Perſona Chriſti, de Prædeſtinatione, de Baptiſmo, & temporum Pontificiorum reformatione, atq; Adiaphoris.* Sed cùm typis excuſa ſit, & quid uterque præſtiterit ex Actis pateat, nihil nobis hîc addere viſum. Illud verum eſt magni Hiſtorici * noſtræ ætatis pronunciatum, *colloquia, quæ ut Theologicis controverſiis finis imponatur, inſtituuntur, majorum excitandarum ſæpe initium exiſtunt.* Docuit non hujus tantum, ſed & aliorum colloquiorum eventus, ut paulò pòſt videbimus.

** Thuan. lib. 35. hiſt.*

Effectus colloquiorum Theologicorum.

Nordlingam vocatur, Andr.

Anno *octogeſimo ſeptimo*, *Nordlingam*, oppidum Imperii in *Rhetia*, à ſenatu evocatus eſt, menſe Aprili, ad negotium eccleſiaſticum componendum. Quo confecto, in reditu, non procul *Tubinga* in pago *Gechinga* in Al-
pibus, febri correptus eſt *viceſimo nono*
lis, qua cum ad *undecimum* usque Maji ei
flictandum fuit, excipiente eam *cordis p*
tatione & cholica. Hoc in morbo ad ſe v
vit Rectorem & Senatum Academiæ Tu
genſis, quibus coràm fidei ſuæ confeſſio
edidit, hac potiſſimum de cauſa, ut ſe
tuo teſtimonium perhiberent de fide ſu
conſtantia, propter adverſarios, quorum
ret ſe voculis obnoxium. Adflicta eſt his
lis valetudo ejus ſatis duriter, ad quartum
que Junii diem, quo primùm colligere
cepit. Inde ad balneas *Zellenſes*, confir
dæ valetudinis, ſe contulit. E quibus
diens *Ratisbonam* à magiſtratu, ad con
nendam *quæſtionem* miniſtrorum illius
cleſiæ, *de uſuris*, vocatus eſt menſe Oct
Subſtitit ibi ad *vigeſimum ſextum*, Jan
anni *octogeſimi octavi*, & inde rectâ *Ono*
chium contendit, ab Illuſtriſſ. Principe,
derico Marchione Brandeburgico, voca
quòd aulicum haberet concionatorem
de erroribus nonnullis erat ſuſpectus,
callidè tamen diſſimulabat in concion
Detexit eos D. *Andreas* ex chartis qui
dam ab ipſo ſcriptis, quibus non bona
collectis, ex *Andreæ* & aliorum libris,
moniis probare conatus erat, illos ſe
convenire. Convictus cùm pertinacite
ſententia permaneret, ne plures inficeren
ab officio eſt remotus.

Edito deinde *colloquio Mompelgartenſ*
quo ſupra, cui interfuerant & *Bernatum T*
logi, Bezæ adjuncti: *Samuel Huberus*,
libro, cùm abſurda *Bezæ* dogmata in t
bus ejus reperiſſet: 1. *Chriſtum non pro o*
bus eſſe mortuum. 2. *Promiſſiones Evan*
particulares eſſe, non univerſalis. 3. *Abſ*
DEI decreto, abſq; ulla antegrediente ca
pleroſq; homines, una & ſola Dei volunt
cauſa rerum omnium, reprobari. 4. *In B*
ſmo nullam ſalutis certitudinem eſſe qua
dam, contra hæc diſputare cepit. Vocati
que ſunt à Bernatibus, *Beza*, *Jacobus Gryn*
Guilielmus Stuckius Tigurinus, & *Joa*
Jetzlerus, Schafhuſianus, Theologi, qui
ipſo diſputationem inſtituerunt. Cumq
ad Magiſtratum de diſputatione referre
ſignificaverunt, nihil horum à *Beza* & *M*
culo, in colloquio fuiſſe propoſitum. Sed
berum libro Tubingæ edito, & men
evulgato à D. *Andrea*, dolo malo afficta
merè crediſſe. Quæ res cum non ſolu
injuriam D. *Andreæ*, ſed etiam Prin
Friderici, Comitis Wittembergici & M
pelgartenſis, ſpectare judicaretur, qui
iſtius colloquii ſua præfatione & teſtimo
confirmaverat, jam non ſcripto, ſed v
coram refutandam iſtam calumniam & i
riam atrociſſimam, viſum eſt. Decreta ita
legatio, qua *Andreas* adjunctis politi
à Principibus duobus Wirtembergicis
illa conquererentur apud Senatum Bern
ſem. Hi die Septembris quarto *Bernam* ve
re, atque à conſule & magiſtratu audir
petierunt, ut exponerent ea, quæ à

ncipibus in mandatis accepiſſent, quod atum illis non eſt.

Sexta enim Septembris, pro more Reipub. *minorem Senatum*, qui conſtat ex præci- s capitibus, intromiſſi, prolixa oratione *Andreas* de injuria iſta graviter conqueri- , principique *Friderico*, & ſibi honorem m reſtitui petit à Theologis Helveticis. undò docet, articulos iſtos quatuor ab bero reprehenſos, in theſibus à Beza con- ptis, manuque reliquorum Theologorum natis, & approbatis, contineri, eorumq; rographa ſe in medium proponere para- . Præterea multa quoque alia à *Calvini-* proſeminari dogmata, non minus abſur- atque illa. Poſt multa, quæ tùm publicè n privatim utrinque ſunt dicta, D. *An- as*, ſignificavit, ad ſedandos motus & ad ſervandam famam Reipubl. Bernenſis, am ſibi videri expeditiorem viam ac ra- nem, quàm ſi utrinque Helvetici & Wir- bergici Theologi conveniant, atque au- rapha, cum excuſo conferantur libro, fa- tùm appariturum, qua fide vel perfidia eologi iſti cauſam propoſuerint.

Placuit hoc conſilium conſuli & ſenatui. que die ſeptimo Septembris profertur ſen- tia, omnibus probari conſilium, quod D. *obus* ſubjecerat, ſeque ſcripturos hac de d Illuſtriſſimos Principes, ut illi quoque nſentiant, ſimiliter & ad Helveticas Res- pl. ut illæ quoque conventui celebrando, nſilium & auxilium præſtent. Nec quic- am intermiſerunt Bernates, quod ad pro- vendum conventum faceret.

Hic cum animadverterent Theologi Hel- ici, Bernenſem Senatum D. *Andreæ* ſer- one plurimum permotum, omnibus qui- s potuerunt modis obſtiterunt, diſſuaſe- nt, præcaverunt, ne conventus iſte inſti- eretur, ſicut *Abrahamus Muſculus* ad *Gry- um* vigeſimo ſexto Septembris, quid lega- Wirtembergici *Bernæ* impetraverint, ſcri- it: *Quod ſummo honore affecti diſceſſerint, licet non quidem ex animo perfecta, non ta- en infecta, cum plurimes à Schmidlino faſ i- tos fuiſſe, hactenus deprehenderimus. Exſpe- atur veſtri Magiſtratus reſponſum, cui non bito quin tu quoq; author & ſuaſor ſis futu- s, detrectandi tam infructuoſi & periculoſi nventus.* Hactenus illius verba. Incidit & felix bellum Bernenſium cum Duce Sabau- æ, quo conſilia iſta de conventu Theolo- m etiam ſunt impedita. Commodè tamen peroportunè factum eſt, ut in ſenatu vi- rum ſapientia, virtute, & pietate præſtan- m, D. *Andreas* confeſſionem ſuæ doctrinæ controverſis articulis, inter Wirtember- cos & Helveticos Theologos, proponeret copioſa oratione explicaret.

Poſtrema actio publica, & *colloquium* fuit *adenæ*, anni *octogeſimi noni*, menſe Novem- ri. Cum enim, ut ſupra dictum, ante annos *iginta tres* Eccleſias, Marchionatus Baden- , quæ ad Illuſtriſſimum Principem *Carolum* Marchionem pertinebant, abrogato Papatu juxta doctrinam Evangelii, & formulam con- feſſionis Auguſtanæ, quam ipſe amplectaba- tur, D. *Andreas* & alii reformaſſent: *Joannes Piſtorius Niddanus*, Medic. Doctor patre pio, & docto Theologo, Superintendente olim Haſſiæ natus, poſtquam in aula ipſius medici- nam feciſſet, eoq; mortuo, Piſtorius ad Calvi- niſtarum inclinaret ſectam, qui ad Papiſtas de- inde totus defecit, ejus conatibus ſeſe Wir- tembergici oppoſuerunt. Conventū eſt itaq; Badenam, & colloquium inter D. *Andream* & *Piſtorium* abrupit, ut Acta typis edita narrant. *Ioan Piſtorius Niddanus.*

Poſt reditum, quia *diſputatio de eccleſia* vix inchoata, mox, ut dictum, abrupta erat, cogitationem ſuſcepit *Andreas*, quonam mo- do argumentum iſtud copioſè & perſpicuè explicaret. Itaque deſcriptionem ejus ador- nat, propoſitis à *Jeſuitâ* & *Lutherano* Theo- logo, utriusque partis argumentis, coram præſide veritatis cognoſcendæ ſtudioſo, non ſecus ac ſi præſentes colloquerentur. Idque tanta fecit ipſe contentione ac ſtudio, ut opta- rit, ſi fieri poſſet, *non ſolum manibus, ſed etiam pedibus ſcribere poſſe, nec aliter ſe affectum eſſe dixit, ac ſi quis ſibi inſtaret, & ad feſtinandum urgeret.* Singulis diebus complura ſcripſit fo- lia, quæ veſperi D. *Heerbrando*, tanquam pen- ſum ſuum, legenda quotidie miſit. Abſolvit ſcriptum duabus ſeptimanis, eaque die, qua in morbum incidit, ultimam impoſuit manum. *Diſputatio de eccleſia ab Andr. conſcripta.*

Præſenſit ipſe maturè, vitæ exitum haud longè ſibi abeſſe, & eo ipſo anno, quo viven- di finem fecit, aliquoties dixit, *ſe non fore diu ſuperſtitem, hujus vitæ ſe pertæſum, cupere emigrare, & eſſe cum Chriſto, quod multo ſit melius* anno etiam obitum antegreſſo, ali- quoties, *ubi templi*, inquit, *renovatio orna- menta organi, tubæ, & horologium in turre templi fuerint abſoluta, poſtea moriar.* Et *Bade- næ* cum eſſet, præſente filio ſuo *Joanne* ad Doctorem *Heerbrandum* dixit: *Tu mihi parentabis, & ſucceſſor meus eris.* Quibus omnibus eventus reſpondit. *Præſagit mortem.*

Cum ergò Deo viſum eſſet, eum ex erga- ſtulo corporis liberare, *decimo octavo* De- cembris in morbum incidit, cujus initium fuit catarrhus vehemens cum tuſſi. Venit eadem die ſub horam duodecimam, cum aliis, quibus inſpectio demandata, ad audiendas Oecono- mi contubernii rationes, quas D. *Andreas* exactè reddi voluit, ut tenuioris fortunæ ſtudioſis conſuleretur. Redegit itaque ad mediocritatem, ut potuit, & tolerabilem vi- ctus rationem inſtituit. Ibi nulla valetudinis ratione habita manſit, collegis etiam dehor- tantibus, ad noctem usque, donec rationes eſſent abſolutæ. Domum reverſus pejus habe- re cœpit, ac circa *nonam* noctis *Heerbrandum* ad ſe acerſit. Qui cùm nullâ interpoſitâ morâ veniſſet, *cauſa*, inquit, *cur te vocarim, hæc eſt. Neſcio quid me hac valetudine fu- turum ſit, nec ignoro, varia adverſarios de me poſt obitum ſponſuros. Vocavi ergo, ut coràm de fide doctrinaq; meâ teſtarer, tuq; defuncto teſtimonium perhiberes.* Fuit confeſſio eadem, quam coràm aliis, ut mox dicetur, teſtibus edidit. Accedentibus deinde medicis, qui de

Morbus ejus fatalis.

Vocat ad ſe Iacob. Heerbrandum.

de remediis inter ſe contulerunt, & paſtore eccleſiæ Tubingenſis D. *Sigvvardo*, *Heerbrandus*, ſic volente ægroto, ſub *undecimam* noctis domum rediit.

Ægrotavit autem dolore lateris dextri, circa coſtas ſpurias inferiores, & graviſſimas, quoties tuſſiret, punctiones ſenſit, pleuritidem à parte læſa nominant. Sed non tantùm membrana ſuccingens coſtas, exterior & interior, verùm etiam muſculi interni vicini affecti fuerunt. Itaque maximam copiam pituitoſæ, lentæ ac viſcidæ materiæ, toto morbi tempore rejecit, Quæ res, cùm ἀναφόρησις, ut plerunque alias, non accederet, ſpem medicis recuperandæ valetudinis fecit. Sed cùm, viribus in dies langueſcentibus, viſcidam illam, & glutinis inſtar tenacem materiam, variis adhibitis mediis, rejicere ampliùs non poſſet, natura victa morbo ceſſit, cùm decubuiſſet dies *unum & viginti*, & conſtantiam ac patientiam inter cruciatus, & punctiones acutas, homini Chriſtiano convenientem, præſtitiſſet.

Confeſſionem edit. Cùm igitur vitæ finem appropinquare, ex defectu virium, ſentiret, die feſto *Epiphaniorum*, pridie ſui obitus, à concione matutina, vocavit ad ſe Academiæ Tubingenſis *Rectorem*, *Decanos* tres aliquot *paſtores*, quos hiſce eſt affatus: *Meminiſtis, magnifice D. Rector, clariſſ. viri fratres, quam coram vobis, ante triennium ferè, cùm etiam graviter ægrotarem, confeſſionem fidei & doctrinæ meæ ediderim, voſq; & alios tum præſentes rogârim, ut ejus obituſq; mei teſtes mihi eſſetis, ſiquidem adverſarii mei ſpargere poſſent, neſcio quo horribili mortis genere me exſtinctum, cum non eccleſiæ ipſorum membrum fuerim, ſed etiam graviſſimè impugnarim. Ad illam confeſſionem etiamnum me refero. Et ſentio ac judico eam doctrinam, quam in ſcholâ & eccleſia, voce ac ſcriptis editis defendi, veram & divinitus eſſe traditam, quam etiam coram tribunali Chriſti, infracto animo, ex verbo ipſius defendam. In cujus rei fidem & confirmationem, jam in conſpectu veſtrum omnium, ſacroſanctam Domini cœnam percipiam. Commendo Rectori magnifico, & ſenatui ampliſſimo, fideliſſimam meam uxorem & liberos morigeros, ut ubi illis veſtrâ opus fuerit operâ, veſtro conſilio & auxilio adſitis. Et quia etiam homo ſum, & humanis infirmitatibus obnoxius, unde fieri potuit, ut vel univerſum ſenatum Academicum, vel unum alterumve ex iſto ordine, vel etiam alios verbis aut factis offenderim, peto mihi ignoſci. Maxime autem mihi curæ fuit ſincera religio, boni mores & diſciplina, quam etiam porro curabitis ſeveriſſimè. Permagnum enim eſt, ſi juvenis, qui huc ſtudiorum cauſa mittitur, diſciplinæ neglectu corrumpatur. Ultimo, Te D. Varnbulerum, compatrem meum, rogatum volo, ut ſi non convaluero ex hoc morbo, meo nomine Illuſtriſſimo Principi meo valedicas, ejuſq; celſitudinem rogare me ut ſignifices, ſicut hactenus, ita porrò etiam uxoris meæ fideliſſimæ, & liberorum morigerorum, clemens & propitius Dominus eſſe velit.*

Poſtea publicam peccatorum ſuorum p
ſtori recitavit confeſſionem, & abſolution
petiit, accepitque. Quibus peractis Cœnâ D
mini, paſtore adminiſtrante, eſt uſus. Poſt
Deo Patri cœleſti ex animo gratias egit,
donato nobis Filio, pro verbi divini patefactio
pro verâ fide datâ, & ſimilibus benefic
Quibus peractis, Rector Univerſitatis de
& ſenatus voluntate teſtatus, ſimiliter &
Varnbulerus, fideliter ſe, quæ petiiſſet,
principem relaturum, promiſit, cumque ſ
guli manu datâ ultimum illi valedixiſſen
non abſque lacrymis diſceſſum eſt.

Sequentem noctem, partim in ſellâ ſed
do, partim in lecto jacendo, dormitabun
conſumſit. Adfuerunt autem filii per vic
donec matutinum appeteret tempus, & vi
paulatim deficerent. Ibi tum circa quint
Paſtor & medici vocati, qui in ſellâ ſedente
invenerunt dormiturientem. Hic *Möglin*
Medico, de valetudine, & *quomodo haber*
ſciſcitanti? vernaculè reſpondit, von GL
ungeſchieden: hoc eſt, *à DEO nil ſeparat*
Cumque ſexta audiretur, quæſivit, *quota e*
hora? cui cùm ſextam eſſe reſpondiſſer
mox, inquit, *hora mea appropinquabit.* M
diâ ſeptimâ ipſemet de ſellâ ſurrexit, &
conclavi ſemel iterumque obambula
Tum medici duo, ut qui putarent horam
talem non tam propinquam, abierunt, ad
tâ ſignificatione, hora *duodecimâ* ſe redit
ros, interea verò in officinâ medicamen
quædam paraturos. Circa *ſeptimam* denuo
lectum ſe contulit, & ad paſtorem adſident
in ſcamno dixit: mein lieber Pfarherr/es m
geſchieden ſeyn/da wird nichts anders au
mi Paſtor, neceſſe eſt disjungamur, aliter nu
fieri non poteſt. Cui Paſtor: *Artem, mi D*
mine, alios per quadraginta quatuor annos
cuiſti, piè nempe *moriendi, jam tempus ad*
quo ipſe eam exerceas. Reſpondit æger: *n*
ceſſe eſt alium quempiam nobis adjungamu
qui ſit nobiſcum. Chriſtum, reſpondit Paſt
habemus, qui pugnat nobiſcum & pro nobis,
victoriam reportemus. Ad quod ille, *ad R*
manos ſcriptum eſt: In his omnibus ſuperam
propter eum, qui dilexit nos. In quam ſente
tiam plura ex ſacris literis dicta ſunt, conſol
tionis plena, ad quæ ille ſemper appoſitè r
ſpondit, ſemperque de fidei in Chriſtu
conſtantiâ teſtatus, *Domino ſe vivere, D*
mino ſe moriturum.

Intervenit tum nobilis & pia matrona
dua, *Agnes Megetzerin* vicina, quam ubi
dit, pileum nocturnum de capite detraxit, m
nuque porrectâ, cum pro iſto, tum pro al
beneficiis morbi tempore præſtitis, grat
egit, additâ precatione, ut Deus omnium b
norum retributor, ea & in hac & in futu
vitâ compenſaret. Cumque ſignificaſſet,
mel ſe adhuc cum *D. Oſiandro* cupere coll
qui, ex templo miſſus eſt cum equo *Bebenh*
ſium, qui accerſeret. Sed ante, quàm illi a
venirent, exſpiravit. Interea à Paſtore int
rogatus, *num in doctrina, quam annis 44. e*
cleſiæ propoſuiſſet, perſeveraturus eſſet? reſpo

mibus qui aderant, audientibus: *Ita, in hac*
feſſione moriar, verba etiam hæc præeuntem
ſtorem ſecutus eſt: *In manus tuas, Domine,*
mmendo ſpiritum meum.

Tandem cùm vires omnes concidere vide-
ntur, filius *Joannes* paſtor, parenti adſiſtens,
ntentiam Apoſtoli: *Bonum certamen certa-*
, curſum conſummavi, videm ſervavi, de cæ-
o repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, in aurem
clamavit, quærens, *num ſibi quoque hanc ju-*
tiæ coronam repoſitam crederet? ibi apertis
ulis eum intuitus annuit; & alte attracto
ritu reſpondit: *Ita,* quæ poſtrema ejus vox
it. Poſtea nihil prolocutus, ſed intra ſe pre-
tus eſt, & ſic in precibus atque εὐφημίᾳ,
rmienti ſimilis animam Deo reddit, die
timo Januarii, inter *octavum & nonam* ma-
inam, anno Chriſti, *milleſimo quingenteſimo*
nageſimo, cùm vixiſſet annos *unum & ſexa-*
nta, menſes *novem*, dies *tredecim* horas *ſex*,
miniſterio exegiſſet annos ferè *quadraginta*
atuor, *in cancellariatu* Academiæ Tubin-
nſis *viginti octo*.

Funus elatum eſt humeris paſtorum vicino-
m octo; ad templum Eccleſiæ collegiatæ,
i ſepultus eſt *nono* Januarii, magnâ frequen-
omnium ordinum, & in quo primùm
conus, poſtea *Præpoſitus* docuerat annos
ginta quatuor. Concionem in funere ha-
it *Lucas Oſiander*, aulæ Wirtembergicæ à
ris, quæ typis excripta extat; ut & epice-
. Poſt obitum à *ſacrificulis* in viciniâ de ſug-
tu publicè fuit ſparſum: *D. Andreæ antè*
m vitæ ſuæ univerſam ſuam doctrinam,
am voce ſcriptisve eſſet profeſſus, revocaſſe,
erroris damnaſſe. Fuit & epiſtola diſſe-
nata; qua omni aſſeveratione confirmare
n dubitaverunt neſcio cujus ſpiritus homi-
s: *eum ante obitum anxiè à ſuis petiiſſe; Je-*
itam actutum advocarent; qui ſacra ſibi ad-
iniſtret. Quod cùm detrectarent illi: in de-
erationem incidiſſe; inque eâ vitam finiiſſe.
d talibus ſeſe oblectent illi: quibus fabulæ
mendacia meræ ſunt cupediæ.

Ad ipſum quod attinet D. Andream, fuit is
docendo populo popularis, ut diſtinctè &
rſpicuè poſſet etiam obſcura alias propone-
, ut facilè intelligerentur. In exhortando ad
tæ emendationem, increpando, & invehen-
in vita & mores depravatos, vehemens, ex-
llens vocem ſuam ſicut tubam. In refutan-
adverſarios ſanæ doctrinæ, potens; in con-
lando & perturbatos erigendo mitis: in
endis & movendis affectibus natura & arte
ſtructus; &, ſi quando opus erat, mera ſona-
t tonitrua, *tantaque animi & vocis conten-*
ne, vehementia & affectu pro concione loque-
tur; ut etiam media bruma toto ſudaret cor-
re, interulamque madefaceret omnem. Quod
factum eſt penultima concione, quam do-
inica ſecunda Adventus, ut vocant, habuit,
a finita, poſteà nihilominus in maximo fri-
re, unà cum aliis Eccleſiæ miniſtris, Cœnam
omini, alumnis, qui magno numero aderant,
miniſtravit: quam poſtea non minimam
morbi cauſam fuiſſe eſt arbitratus, cum ceſſante motu & actione, frigidiſſimo tempore, & omnibus gelu concreſcentibus, calor iſte omnis, & ſudor in interula, in frigiditatem, poris apertis, fuit converſus.

Docendi in ſchola ratio. In ſchola, quando per graviora negotia publica, præſertim peregrinationes frequentes, & crebra itinera, quæ in diverſa illum rapuerunt loca, non impediebatur, fideliter docuit: maximè autem *practicam Theologiam*, cum magnum rerum Theologicarum plurimarum, uſum haberet & experientiam, ſtudioſis Theologiæ propoſuit, quibus ad miniſterium Eccleſiaſticum acceſſuros præparavit. *Diſputationes* Tubingenſi in ſchola propoſuit plurimas, quibus materias difficilimas & obſcuriſſimas explicavit de *perſona Chriſti*, de *perſonali unione duarum naturarum*, de *communicatione Idiomatum*, de *prædeſtinatione*, de *peccato originali*, & omnibus propemodum controverſiis Eccleſiaſticis horum temporum, contra omnes errores, quorum argumenta refutavit, monſtratis fontibus, & quidem tanto ſtudio; ut plerunque dies continuaret integros, aut etjam plures: adeò ut à nonnullis etiam ſuperflua ea dicta fuerit diligentia. *Diſputationes.*

Labores varii. In officio denique toto nullis unquam pepercit laboribus: nullis moleſtiis ſuccubuit, aut oneribus fractus fuit. Scriptis & epiſtolis, non ſolum familiaribus, ſed & ſeriis diverſisque ad diverſos varii argumenti, ad omnis ordinis homines, dum de variis interrogatus, reſpondit; & conſilia dedit quotidiè, cum dies nulla tranſiret, qua non aliquot magna celeritate & felicitate exaraverit. Nulla dies præteriit, qua non plures ad eum confluerent, petentes conſilium ab eo, dum omnibus gratificari ſtuderet. Principibus viris fuit gratus & charus, cum in colloquiis eſſet jucundus & ſuavis, in religionis, quam profitebatur, zelo fervens, & qui ſummopere doleret, ſicubi audiviſſet, alibi alios defeciſſe.

Regit familiam. Familiam quam habuit copioſam ita inſtituit rexitque: ut quamvis ſæpè peregrè abeſſet, plurimum tamen etiam abſens præſens fuerit ſuis admonitionibus à peccatis. Homo tamen ipse etiam fuit, nec ἀναμάρτητος: ut multæ & magnæ ſunt infirmitates humanæ; quas & in ſe agnovit, & remitti ſibi à Deo ac hominibus, ſi quos offendiſſet, petiit.

Scripta ejus. Scripta edidit plurima, ut fuit πολυγραφώτατος, adeo ut quidam vir doctus & dives Tubingam poſt obitum ejus ſcripſerit: *ſe de monumentis ejus habere in ſua libraria ultra centum & quinquaginta variorum argumentorum opera:* ſed de his conſulendæ ſunt avido librorum Bibliothecæ. *Ex Jacobi Heerbrandi oratione parentali.*

MATTHÆUS VOGELIUS.

ob. 1591. d. 3. Dec. ætat. 72. Patria.

NOrinbergæ hanc vitam incoat *Matthæus Vogelius*, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo decimo nono*, die *ſeptimo* menſis

Septemb. piis parentibus natus. Qui cognito; filium felici ingenio, nec à ſtudiis abhorrente præditum, ad liberalium artium atque pietatis cultum à puero eum adhibuerunt. Cumque in patriæ ſchola *Sebaldina* fundamenta eruditioni ſuperſtruendæ feliciter jeciſſet, à parentibus anno *trigeſimo quarto* poſt *milleſimum, quingenteſimum, Tubingam* primum; deinde & *VVittembergam, Lutheri & Melanchthonis* inprimis audiendorum cauſa, fuit miſſus.

Tubingã mittitur. An. 1534. Inde Wittemberg.

Sed cum parens ejus *Leonhardus*, vir pius quidem & bonus; ſed non admodum dives, ferendis ſumtibus in filio educando non eſſet, revocatus eſt ab eo, & à ſenatu Norico ſcholaſticam functionem obire juſſus.

Vitus Theodor. eum promovet. Ope Andr. im Hoff.

Verùm *Vitus Theodoricus*, Eccleſiæ *Sebaldinæ* ea in urbe paſtor, perſpecta ingenii ipſius juvenis præſtantia, tantum perfecit, ut *Andreas* im Hoff ſenior, vir ornatiſſimus, Mœcenatis perſonam nam in fovendo Vogelio ſibi ſumeret, & ſubſidium quinquennale ad Theologica ſtudia continuanda benignè ſubminiſtraret.

Redit Wittemb. An. 1541. Ornatur teſtim. ſcholaſt.

Hoc beneficio, Viti commendatione, impetrato, *Wittembergam* rediit, inque pietate ac literis ita profecit, ut lauream Philoſophicam utramque fuerit conſecutus. Poſtea ingenii ſui alia edens ſpecimina, profectus ſuos magnis viris *Luthero, Melanchthoni, Bugenhagio*, publico in examine ita probavit: ut dignum judicarint, cui Eccleſiaſtica functio committeretur.

Deſignatur eccleſiæ miniſter. An. 1545. Transfertur Norim. An. 1548.

Vacante itaque ſub id tempus parochia in oppido *Lauffen*, prope Norinbergam, ad illam à ſenatu Norico Wittemberga, anno *quadrageſimo quinto* eſt evocatus, ubi triennio præconium Evangelii fecit. Ab hac parochia in urbem ipſam *Norinbergam*, eſt translatus, in qua ad D. *Jacobi* magnalia Dei populo Chriſtiano publicè enarravit. Neque hic tantum concionando, ſed & confitendo, atque duriſſima quæque, propter nomen Chriſti, patiendo, verum ſe Eccleſiæ paſtorem ac Dei miniſtrum declaravit. Nam patriâ ſuâ, quod formam illam religionis novam, à *Carolo* V. obtruſam, amplecti nollet, pulſus anno *quadrageſimo nono*, & in exilio, tum conjuge, tum parentibus cariſſimis, per mortem eſt privatus.

Ejicitur è patria. An. 1549.

Poſtea cùm, Domino Deo noſtro ſic dirigente, in Boruſſiam veniſſet: *Welaviæ* oppido officio paſtoris *quadriennium* ipſum functus eſt, ubi & uxorem alteram duxit, quæ tredecim eum liberorum patrem fecit. Inde *Regiomontem* vocatus: *duodecim* annis docendo in templo, & publicè in Academia ſacra tradendo, nec non ſcholaſticos magiſtratus gerendo, utilem & Eccleſiæ & ſcholæ operam præſtitit, peſtis etiam tempora aliquoties expertus. Tandem è Boruſſia, propter diſſidia *, & perturbatum Eccleſiarum ejus regionis ſtatum, cum uxore & octo liberis in Wirtembergenſem Ducatum ſecedere coactus, à *Chriſtophoro* Duce, & nutricio Eccleſiarum ac ſcholarum ſummo, clementiſſimè eſt receptus.

In Boruſſia docet. An. 1550. Regimont. vocatur.

**Oſiandrica. Cedit è Boruſſ. An. 1566. In ducatũ Wirtemb.*

Nam & hoſpitium ei præbuit cum ſuis libera le, &, cùm non ſtatim de functione commod eo in Ducatu proſpici ipſi poſſet, *Kirchem* commoranti, per integrum ſemeſtre, pro al monia ſubſidium hebdomadatim curavit ben gnè ſubminiſtrandum. Declaravit & porr idem Princeps, erga eundem *Vogelium*, an mum prolixum & beneficum. Cum eni Eccleſiæ *Horbergenſi*, de voluntate illius, pr fectus *Vogelius* eſſet; ad ſalarium priſtinum augmentum *quinquagenorum florenorum* ac jecit. Quadriennio ferè exacto, *Göppinga* translatus, & paucis annis pôſt, Inſpector ſi ſuperintendens vicinarum ibi Eccleſiarum deſignatus.

Tandem ætate ad ſenium declinante, cù jam *ſexageſimum* annum exceſſiſſet, cleme illa Principis *Ludovici* Ducis Wirtembergi gratia, gravioribus eum Eccleſiæ regendæ c ris & negotiis ſublevavit, atque Abbatiæ m nere cœnobio *Alberſpacenſi* dignata eſt. I per *undecim* annos *octoque* menſes in liter ria σκιατροφίᾳ Eccleſiam & ſcholam fidelit plantavit, atque præter alios labores vari gravesque *Theſaurum* illum *Theologicum Ge manicum & Latinum*, in quo *quadragin amplius annis* laboraverat, ad umbilicum d duxit.

Verum, ut *ſenectus*, ex veteri proverbio *nunquam ſola venit*; ita & in Vogelio accidi qui cùm ex obitu ſecundæ uxoris, qua cu *triginta octo* annos ſine offenſa vixerat, luctu hauſiſſet longè maximum, auxerunt eum, nullum malum eſt ſolum, varia morboru genera. Itaque etſi tertia jam ducta conjug adjutorium ſibi adſciverat, tamen cùm ja *octavum climactericum* ageret, viribus paul tim decreſcentibus fatalem ſibi imminere ho ram ſenſit. Ut itaque, pro beneficiis acce ptis, aliquam grati animi ſignificationem, ant ſuum ex hac vita diſceſſum, ederet: *Theſau rum Latinum* Principi ſuo Ludovico obtul ejusque gratiæ & favori ſuos, jam jam orpha nos futuros, paterna piaque ſolicitudine com mendavit, quin & filio, natu minimo, tun amanuenſi ſuo, aliquoties mandavit, ut po ſuum obitum in epitomen theſauros, Germa nicos redigeret, atque evulgaret. Hoc mo do cùm domui ſuæ diſpoſuiſſet; mortem quam præſagierat, placidè obiit, decurrent ad finem anno *nonageſimo primo*, die *tertio* De cembris, hora pomeridiana *duodecima*: cùn vixiſſet, inter varias ærumnas, annos *ſeptuagin ta duos*, & *menſes* ferè *tres*.

Fuit hic diſcipulus Lutheri per quinquen nium, & quam ab eo didicerat doctrinam, conſtanter per omnem vitam propagavit. Uſus autem inprimis eſt patrono & præceptore *Vito Theodorico*, Lutheri olim domeſtico & convictore, qui non ſolùm Lutheri publicas; ſed etiam domeſticas conciones lectionesque calamo excepit, & in lucem edidit. Præterea tenuioris fortunæ ſcholaſticos patrocinio conſilioque, quantum potuit juvit: de quorum numero & hic Vogelius qui quicquid in literis profecit, acceptum

Vit

Vito retulit. Autor idem Vitus ei, ad miniſterium verbi vocato fuit, ut omne tempus à ſacris laboribus vacuum in templo, legendis domi Bibliis impenderet, atque ex ſingulis capitibus inſigniora dicta enotaret, primum neglecto ordine, poſt ad certos locos illuſtriora ſaltem teſtimonia redigeret, atque ita *locos Theologicos ſolius ſcripturæ ſacræ verbis* conſtantes, adornaret, omiſſis & Patrum, & Philoſophorum aliorumque dictis, & gnomis. Nec enim patrum dicta ullam habent auctoritatem, niſi à ſcriptura, & Philoſophorum etiam argutiſſima atque acutiſſima in agone ſpiritus hominem deſerunt. Ex eo ergò labore natus eſt ipſi *Theſaurus Biblicus* tum *Germanicus* tum *Latinus*; quem de ſententia *Ioannis Brentii*, aliorumque Theologorum in eo Ducatu, ſcholaque Tubingana, certos in locos diſtribuit. Crevit autem *Germanicus Theſaurus* in *ſeptem tomos*, quos in Latino in unicum contraxit, ſtuduitque eo labore Theologiæ candidatis, & miniſtris Eccleſiæ, junioribus præſertim, ſubſervire. *Hæc de Vogelio ex ipſius Theſauri præfationibus.*

NICOLAUS SELNECCERUS.

NIcolaus Selneccerus ortus perhibetur in oppido *Hersbruck*, ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, triceſimum ſecundum*, die *ſexto* Decembris, hora noctis prima.

Elementis literarum imbutus, & ad ſcholas publicas præparatus, *Wittembergam* venit, ubi non ſolùm docentes, in quibus præcipuus *Melanchthon*, ſedulò audivit, ſed ipſe etiam alios docuit domeſticâ in ſcholâ, aut etiam publica.

Wittembergâ Lipſiam evocato, provincia & in templo, & in ſcholâ ſacra explicandi fuit demandata, quam inter certamina varia ita obivit, ut ſtrenuum ſe præſtiterit propugnatorem ejus, quam à *Luthero* traditam dicebat, doctrinæ. Interfuit & colloquiis Theologicis, reformationibus item & viſitationibus ut anno ſeptuageſimo in Ducatu *Brunſuicenſi*, à *Iulio* Principe accerſitus, ubi quadriennium ferè abfuit.

Docuit etiam aliquantiſper, ut ipſe ſcribit, in aula *Auguſti* Elect. Saxoniæ de cujus etiam voluntate adjunctus eſt ſolenni renunciationi tituli & gradus in Theologicæ profeſſionis facultate, cùm *Caſp. Cruciger. Henr. Mollerus, Frid. Widebramus, Chriſtoph. Pezelius, & I. Bugenhagius*, Wittemb. eo honore eſſent ornandi.

Decedit *Selneccerus* Lipſiæ, die *viceſimo quarto* Maji, anno *nonageſimo ſecundo*, ferè ſexagenarius. *Symbolum* curriculi ſui uſurpavit dictum illud Pſalmi: *In manibus tuis ſortes meæ*: quod huic diſticho incluſit:

Sum tuus, inque tuis manibus mea tempora vitæ:
Nemo nocere mihi, te prohibente poteſt.

Scripta. Adverſar.

Librorum edidit permultum, quorum tituli in elenchis reperiuntur. Acres ei interceſſerunt inimicitiæ cum Pontifi ciis, cum Flacianis, cum Calvinianis, inprimis cum *Theodoro Beza* ſuper illo Actorum tertio: ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι, quod *Beza* ita Latinè fuerat interpretatus, *quem oportet cœlo capi.* Hanc interpretationem *Selneccerus* & alii falſam eſſe, impiam eſſe affirmarunt. Ubiquitatem qualem ſtatuerit, ipſe indicat ad Bezam.

Controverſia de loco Act. 3. 21.

Ubiquitas Selnecceri.

UBIQUITAS.

CHRISTUS DEUS ET HOMO, SEDENS AD DEXTERAM PATRIS, POTEST SUO CORPORE ESSE UBICUNQUE VULT ESSE, ET UBI SE VELLE ESSE DIXIT ET PROMISIT.

Tantum de Selneccero ex ipſius quibusdam ſcriptis, elogiis doctorum virorum, aliis.

CHRISTOPHORUS CORNERUS.

⊖ 1594. d. 17. April. ætat. 76.

ORiundus hic fuit *Fagis*, Franconiæ orientalis oppido, quod excepit natum anno à Meſſia exhibito, *milleſimo, quingenteſimo, decimo octavo*. Ad *Conradum Wimpinam*, cognatum ſuum, venit anno ætatis ſuæ decimo tertio, literisque tum ſacris tum profanis egregiè litavit.

Conrad. Wimpina cognat. Corneri.

Anno *quadrageſimo*, *Francofurti* ad *Viadrum* publica auctoritate docere cepit, Theologiæ *Doctor*, Academiæ *Profeſſor*, & Eccleſiarum totius Marchiæ *Superintendens* generalis deſignatus. Hoc docendi munus ipſos *quinquaginta quatuor* annos, cum dexteritate & emolumento diſcentum obivit, nec id ſine variis laboribus & pugnis, quemadmodum tota hominis vita in terris, nihil eſt aliud, niſi labor & militia perpetua.

Theologiæ D. & Superintend. Marchiæ.

De ſtatione ſua à ſummo militantis Eccleſiæ Imperatore diſcedere jubetur, anno *nonageſimo quarto*, die *decima ſeptima* Aprilis, ætatis ſuæ anno *ſeptuageſimo ſexto*. Succeſſit ei in officio illo arduo *Chriſtophorus Pelargus Suidnicenſis Sileſius*, Theologus celebris ac variè exercitatus.

Obitus Corneri.

Chriſtoph. Pelargus.

Fuit Cornerus modeſtus & ſolidè doctus Theologus, non in ſacris ſolum, ſed & in Philoſophicis. Argumento ſunt ſcripta ejus Theologica & Philoſophica: ut *Pſalterium Davidis, cantica item ſacra, hymni eccleſiaſtici, Symbola Oecumenica*, ſcholis illuſtrata, addita œconomia artificii Rhetorici: *Commentarii in epiſtolam ad Romanos & Galatas.* Inter Philoſophica ejus præcipuam laudem meretur, doctorum judicio, erudita *enarratio capitis* illius *in prioribus Analyticis* περὶ εὐπορίας προτάσεων: collegit idem diverſorum auctorum *in omnes orationes Ciceronis commentarios, & ecphraſin* edidit *epiſtolæ* I. *Ciceronis ad* Q. Fratrem. *Et tantum de Cornero indipiſci potuimus in continuatione Sleidani, chronologia Bucholceri, & elenchis librorum.*

Eruditio Corneri. Et ſcripta.

Ob. 1595. d 18. April. ætat. 61.

CONRADUS LAUTENBACHIUS.

IN Thuringis *Mutiſſariæ* loco & genere humili, honeſto tamen, natus eſt *Conradus Lautenbachius*, anno ſalutis humanæ *millesimo quingenteſimo trigeſimo quarto*, & eximiis animi radiis ſtatim à teneris unguiculis emicuit. Primis itaque pietatis ac literarum elementis *Iſenaci*, ſub *Bartholomæo Roſino*, pòſt *Northuſæ* ſub *Baſilio Fabro* Sorano, imbutus; ſtudiis velificaturus ſeverioribus; relictâ, patriâ, perluſtratis *Erfordio*, *Francofurto*, *Moguntiâ*, *Haidelbergâ*, *Argentoratum* tandem, celebre literarum emporium, anno *quinquageſimo tertio*, menſe Martio, devenit.

Barthol. Roſinus. Baſil. Faber. Præceptores Lautenbachii. Venit Argentoratū.

Ibi cum pauciſſimis annis gradatim claſſes ſuperaſſet omnes, ad *Acroaſes* publicas, anno *quinquageſimo ſexto*, admiſſus eſt. Quo tempore φιλομαθὴς univerſam *Encyclopædiam* tam feliciter percurrit: ut incrementa ſimul faceret in Theologiâ, cui quaſi natus videbatur, quàm uberrima. Ex Philoſophis præcipuè *Joanne Sturmio* & *Valentino Erythræo*; ex Theologis, *Ludovico Rabo*, *Joanne Marbachio* & *Hieronymo Zanchio* fuit uſus. Quorum attentâ auditione ad philoſophiæ ſimul & Theologiæ culmen progreſſus fecit tam ſerios: ut pares non ſolum multis poſt ſe paraſangis relinqueret; ſed & ſuperiores vinceret, vel ſaltem profectu adæquaret.

Præceptores ibi ejus

Charus autem & familiaris cumprimis D. *Marbachio* fuit; ita ut eo in omnibus moderatore uteretur: ejusque conſilio vitam inſtitueret. Ab illo ergo ipſe adhuc juvenis ſenilibus præfectus officiis, Eccleſiam Mundelsheimenſem, agri Argentoratenſis, docendam ſortius eſt: cui ea cura, fide & induſtria præfuit, ut omninò altioribus videretur digniſſimus. Cluente autem *Interim* illo famoſo anno ſalutis *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo*, menſe Novembri, in urbem retractus Diaconus ad Prædicatores primum, pòſt in templo cathedrali conſtitutus eſt: ubi ſuavitate & docendi gravitate admirationem populi in ſe convertit.

Charus Marbachio. Præficitur Eccleſiæ. Docet Argentorati.

Cœperat tum temporis reformari comitatus à *Philippo* ſeniore comite Hanovienſi. Is igitur audita fidelitate & integritate *Lautenbachii*, petiit à ſenatu Argentoratenſi illum Paſtorem & Antiſtitem concedi ſibi in oppidum *Neüvveiler*, anno *ſexageſimo ſecundo*. Ei Eccleſiæ magno cum zelo ubi præfuiſſet *biennium*; accidit, ut vocatione alia ordinaria *Hunævillam* Alſatiæ ſuperioris oppidum ditiſſimum & fertiliſſimum, ditioni Wirtembergicæ ſubditum, exciretur. Eò etiam, maximè ſuaſu *Marbachii*, conceſſit.

Vocatur à comite Hanovienſi. Inde Hunavillam.

Hoc in loco Halcyonia ipſi fuerunt: & à negociis otium largiſſimum. Quo fretus vir ad miraculum φιλόπονος, oſorque ignaviæ acerrimus: ut tempori, ſibi & poſteris prodeſſet, ſubciſivis horis *Joſephum* & *catalogum teſtium veritatis* in Germanicum con[...] vertit, & hunc præterea illuſtravit feliciſſ[...] mè: ita ut paulò poſt à viris magnis, nobi[...] præcipuè JCto *Ludovico Grempio* continuan[...] di *Sleidani* negotium illi commendaretu[...] Hoc ut in ſe receperat, ita telam, jam aliqu[...] uſque deductam texuerat; cùm illuſtriſſimu[...] Princeps Palatinatus *Ludovicus* Elector, [...] certâ famâ comperta, ad Eccleſias ſuas *Ha*[...] *delbergam* ipſum invitat, anno *milleſimo qui*[...] *genteſimo octogeſimo*: & ad operis continu[...] tionem manum & apparatum illi omnem cl[...] mentiſſimè addicit. Erat autem λέγειν, quo[...] ajunt καὶ πράττειν. Vivo enim Elector[...] non ut Principe ſuo, ſed ut patre: non [...] Mœcenate, ſed (æquitas verbo ſit) ut ami[...] uſus eſt. Cujus etiam ſuppetiis & ope au[...] liaria, hiſtoria ad umbilicum, calcemque [...] ducta eſt, ſucceſſu planè proſpero. Sed q[...] minus in publicum id opus prodierit: factu[...] eſt partim immaturo obitu ipſius Electoris [...] ſummi Mœcenatis, partim adverſarioru[...] quorundam molitionibus.

Haidelbergæ vix menſes conſederat p[...] ſculos, cum ab Electore *Ludovico* celeber[...] mæ illic ad S. Spiritus Palatinatus Bibliothe[...] ordinandæ, & confuſæ ad certos loculos [...] pluteos dirigendæ mandatum accepit. Qu[...] officii tamen ſui ratione habita quàm d[...] gentiſſima, *biennio* confecit, cum tanta lau[...] ut judiciumne ejus an labores admirare[...] Princeps potius, incertum eſſet.

Hujus obitum cum ſequeretur ſtatus [...] nis & religionis quoque mutatio: Lauten[...] chius cùm à ſua ſententia diſcedere noll[...] dimiſſus eſt menſe Julio, anno *milleſimo qu*[...] *genteſimo octogeſimo quarto*. Convaſatis [...] que ſuis, *Argentoratum* civis & munic[...] ſe denuò contulit, ſenex jam & immenſis [...] boribus propè fractus, non ſerviturus a[...] plius, ſed ſumturus rudem, & Hiſtoriæ [...] additurus limam.

Sed menſibus circiter duobus *Argentor*[...] ſuis vacans, & tale nihil cogitans, de novo [...] catur à magiſtratu *Francofurtano*. Cui [...] cationi paulò poſt novis literis confirma[...] cum non parere piaculare putaret: pereg[...] nationem hanc poſtremam ſuſcepit, & ad [...] *Catharinam* ſe conduci paſſus eſt ineunte an[...] *octogeſimo quinto*.

Ibi cum munere ſibi demandato *decenni*[...] fideliter functus eſſet, vitæ tandem atque [...] rum hujus ſeculi ſatur, *decimo octavo* Apri[...] anno *nonageſimo quinto* mortalitatem ex[...] & luctu publico, ſolennitate inſueta deduc[...] ac ſepultus, gemitus & vota bonorum om[...] um poſt ſe reliquit certiſſima. Peregri[...] tus eſt in hoc mundo annos *ſexaginta uni*[...] ac ſi quisquam alius, ipſe comprimis μεγ[...] τοῦ θεοῦ παίγνιον.

Quæ virtutis erant puer omnia tulit, [...] omnia fecit. In proſperis μέσος; in adv[...] ἐπίφοβος atque infractus. Hunc om[...] vitæ ſuæ ſcopum præfixit, *nocere nemini*, [...]

deſſe omnibus. Laborum ita tolerans, & ſatagens, ut ſi quæ dies ei ſine linea effluxiſſet pridiè, pœnitudine exediſſet ſe poſtridiè. In librariâ ipſius, hujus veritatis reperta fides eſt. Nam voluminum tantam molem ſcripſit ſua manu, quantam manus non deſcripſiſſent quatuor, circuitu tàm volubili. Fama & foris & domi celeberrimus, quanquam (ut ferè ſolent ſordeſcere domeſtica) foris magis. Quin & ægrotus nonnunquam pereuntis inaniter temporis jacturam ita æquo animo ferre non potuit; quin identidem & ingemiſceret; & damnum deploraret: φιλάνθρωπ☉, φιλόφιλ☉, φιλόξεν☉ erga omnes, maximè hos, quos commendaret ordinis æqualitas, & vitæ cumprimis puritas. Contra vitiis delibutos & fucatos, mirum quàm cenſor rigidus, juſtus; quod arbitraretur ſacræ profeſſionis homines, ante alios, nævis & maculis notoriis carere debere. Carminis cultiſſimi tam felix autor; ut ſi huic ſtudio ſe totum dare voluiſſet, illuſtres quosque poëtas æquare facilè potuerit.

In matrimonio annos *triginta ſeptem* ex una conjuge pater factus liberorum undecim, plerunque filiorum, quorum quosque literis condiſcendis aptos ita ſtudioſè impenſis ſuis inſtituendos curavit, ut omnem pecuniæ jacturam rectè informationi illorum longè poſthabuerit. Ex quibus omnibus unicus relictus ſuperſtes *Ioſephus*, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor.

Et tantum de Conrado Lautenbachio, qui ſymbolum hoc in ore perpetuo habebat: Durabilis miſericordiæ patriæ lex Jeſus.

IACOBVS HEERBRANDVS.

ANtiquum literisque clarum eſt genus *Heerbrandorum*, vel *Ioannis Trithemii* abbatis Spanheimenſis, non malæ notæ hiſtorici, teſtimonio; qui hæc alicubi: *Michael Heerbrand de Düren, ordinis ſanctæ Mariæ ſemper virginis, de monte Carmeli, fuit. Erat autem vir doctiſſimus atque ſingulari eloquentiâ præditus, adeò ut non ſolùm in viciniâ; ſed etiam ad remotiora loca, & cathedrales eccleſias evocatus, admiratione maximâ concionaretur. Poſtea factus eſt prior conventus Creutzenachenſis in Diœceſi Moguntinâ, præterea ſacræ Theologiæ lector, quæ officia magnâ diligentiâ optimè peregit. Itaque apud Ioannem comitem Spanheimenſem ultimum, erat in magnâ authoritate, ita ut ob familiarem cùm eo converſationem multa bona ſuo conventui impetrarit. Scripſit is collationes Synodales, atque ſermones de tempore, & ſanctis cum aliis. Floruit annum circa milleſimum quadringenteſimum duodecimum.* Hactenus ille. Eſt autem *Dura* præcipuum agri Juliacenſis oppidum, Colonienſi provinciæ vicinum, olim imperii; fortuna Domini ſui quondam infelici, & ipſum infelix. Ex hoc oppido majores *Heerbrandi* migrarunt, & *Gengæ* in Noricis ſedem domiciliumque fixerunt. Eo enim in oppido vixit avus hujus *Petrus*, in eodem & Pater *Andreas* civium numero eſt adſcriptus. Fuit iſte vir ingenio præſtans, qui & ipſe literas, & *Latinam* linguam didicerat. *Arithmeticam* exactiſſimè, ut & *Muſicam* utramque, vocalem & inſtrumentalem calluit, cui plus æquo temporis ſe tribuiſſe ſæpius eſt conqueſtus, adeò ut animum ſuum illis à ſtudiis alienatum cum dolore poſtea magno, ſed nimis ſerò ſit confeſſus. Intellexit tum demum ſtudioſis adoleſcentibus eſſe debere *Muſicam* animorum, poſt labores, ingenuam refectionem; πάρεργον, non autem ἔργον, ἥδυσμα, non ἔδεσμα.

Andreas Heerbrand

Muſica ſtudiorum oblectamentum.

Deſeruit itaque hæc ſtudia, cum quidem tantum in eis profeciſſet; ut ſacros ordines conſequi potuiſſet, eam artem amplexus, quam & Doctor ille gentium, Divus Paulus tenuit & exercuit.

Sub id tempus *Lutherus* Papatum ex ſacris literis cœpit impugnare, cujus ſcripta *Andreas Heerbrandus*, quemadmodum & ſacra Biblia lingua utraque tam diligenter legit ut pleraque memoriter teneret, atque ex iiſdem cum ſacrificulis diſputare poſſet. Ob pietatis ergò ſtudium vitæque integritatem facilè uxorem nactus eſt familiæ illius loci præcipuæ *Barbaram Martini*, quam duxit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo*. Eo in matrimonio natus eſt *Iacobus* hic, anno *vigeſimo primo*, die Auguſti *duodecimo*, intra horam *ſextam* & *ſeptimam* matutinam. Hic annus tùm in Eccleſia tum repub. memorabilis eſt. Etſi enim tunc Eccleſia magnis & formidabilibus agitata fuit turbinibus, nihil tamen in eam vel inferorum portæ valuerunt. Clarus inſuper eſt *Caroli* de Mediolanenſibus victoria, clarus *Ferdinandi*, Caroli V. Fratris, & *Ludovici* Regis Ungariæ nuptiis, quorum alter alteri ſororem ſuam nuptum dedit, utinam idem annus amiſſione *Albæ Græcæ* non fuiſſet funeſtus.

Andr. Heerbrandus ſtudia deſerit.

Natalis Iacobi Heerbrandi.

Eluxerunt ſtatim in puero *tria* præcipua, ingenium & *indoles*, quam Græci εὐφυΐαν dicunt, deinde φιλομαθία ſeu diſcendi cupiditas: denique φιλοπονία, adſiduitas in diſcendo. Quas eximias dotes cùm in filio animadverterent parentes, ingenuis eum diſciplinis maturè conſecrarunt in patrio ludo, anno ætatis *ſeptimo*. Acceſſit & domeſtica diſciplina, qua parentes ipſum à teneris ad virtutem, & quæ virtutum omnium caput eſt, ad pietatem adſuefecerunt, eumque ex ſingulis concionibus aliquid obſervare, domique interrogatum reddere, voluerunt. *Duodecim* itaque *annorum* erat puer, cùm his ſtudiis deditus, delectari iis impensè cœpit, legitque tum *Biblia Lugduni* anno *milleſimo, quingenteſimo, decimo nono*, impreſſa, à patre ipſi emta, quibus deinceps etiam per omnem vitam fuit uſus. Ac ne quicquam filio, in ſtudiorum curriculum ingreſſo, impedimenti injiceretur; *Muſicam*, qua delectabatur, pater nec docere eum ipſe, nec ab alio doceri voluit, metuens, ne idem quod ſibi, filio, præſertim

Indoles Heerbrandi.

Mittitur in ludum ſeptennis.

Pietatis ſtudium.

Legit Biblia.

peregrè verſanti, eveniret. *Grammaticæ* rudimentis qualibuſcunque in patriâ imbutus, *Vlmam* deductus eſt à patre, ad informatorem benè doctum & diligentem eo tempore, quo è vita *Eraſmus Roterodamus*, jam ſeptuagenarius, exceſſit. Hoc mortuo ſequenti mox anno, *Colloquiorum* liber magno cum applauſu eruditorum in ſcholas eſt introductus, & avidiſſimè lectus, quod ab ingenii præſtantiſſimi ſummæque viro eloquentiæ conſcriptus; argumentis ex media rerum natura deſumtis, hominumque vita, & mirabili quadam dexteritate, ſuaviſſimoque dicendi genere morum ac pietatis præcepta traderet. Quod verò ſimul *Pontificiorum* errores, atque vitia alicubi demonſtraret, in reformatione Eccleſiæ à *Paulo Pontifice* ſuſcepta, publicè fuit prohibitus, quaſi in eo permulta eſſent; quæ teneris & imperitis animis impietatem inculcare, atque lubricam ætatem depravare poſſent. Nihilominus multo quàm antè cupidius, ut poſt interdicta fieri ſolet, lectus eſt, etiam Ulmæ ab *Heerbrando*, qui huic libro tum incubuit diligenter, & inde plurimum fructus & rerum & Latinitatis percepit. Vigebant ſtudia tum linguarum & artium *Vlmæ*, pro ratione illorum temporum mediocriter. Quare jactis utriusque linguæ fundamentis, *ſeſquiannum* ibi manſit. Anno deinde à Chriſto nato *trigeſimo octavo*, ætatis verò *decimo ſeptimo*, pater ejus celebritate ſcholæ Wittembergenſis permotus, & ſimul ut illa duo lumina *Martinum Lutherum* & *Philippum Melanchthonem* videret audiretque, eò filium ablegat: *Melanchthoni* etiam per amicos & fautores commendatum, cui ipſemet poſtea diligentia ſua, ſtudioque ſingulari amplius ſe commendavit. Fuit autem annus ille, quo Wittembergam venit, multis magnis rebus illuſtris. Daniæ enim regnum Evangelium recepit: Cæſar & Galliæ rex amicè congreſſi, Pariſiis Biblia Anglicè excuſa: Argentinenſis ſchola inſtituta: Joachimus Elector Brandenburgicus Auguſtanam confeſſionem amplexus, ſecta Antinomorum detecta, mare in Regno Neapolitano milliaribus octo Italicis ſiccatum, quo loco ignis cum cinere erumpens multa loca miſerè devaſtavit.

Vlmam deducitur.

Colloquia Eraſmi in ſcholis prælecta.

A Pontificiorum lectio interdicta.

Wittembergam ablegatur Heerbrand

Itaque hac in Academia *Heerbrandus* præcepta omnium artium & diſciplinarum hauſit, ſummo ſtudio & vigilantiâ uſus ſemper, tamque temporis parcus, nullam ut horulam tranſmitteret otioſam, quod ad eruditionis comparandam copiam, adjumentum longè eſt maximum. Sodalitia & comeſſationes, ingeniorum etiam optimorum, memoriæ, diſciplinæ, morum elegantium, adeoque ſtudiorum juventutis certiſſimas, & nocentiſſimas peſtes, cane pejus & angue declinavit, adeò, nomen ut inde *Suevicæ noctuæ* à quibusdam convictoribus deportarit, quibus pocula magis & chartulæ luſoriæ, aut alea curæ, quàm ſtudia. Sed ipſe quicquid hoc eſt cavilli ad tempus ferre maluit, quàm illorum helluonum jejunitatem & famem eruditionis experiri, aut ubertate & copia doctrinæ per id tempus ſibi comparatæ, carere. Deambulationes quoque, licet & animis aſſiduo ſtudendi labore defatigatis, recreandis, & corporibus relevandis plurimùm proſint, adeò tamen, quod & ipſæ plurimas otii & negligendorum ſtudiorum præbeant occaſiones, vitavit, ut integrum quinquennium ab illis ſe abſtinuerit, & portis pedem, animi gratiâ non extulerit. *Lutheri* autem & *Melanchthonis* lectiones omnes ſtudioſiſſimè audivit, quorum hic quotidiè binas horas publicè docendo conſumſit, & quidem ſingulis diverſas materias diebus, *Dialecticam*, *Rhetoricam*, *Orationes Ciceronis*, *Ethicam*, *Matheſin*, *Græcum* aliquem *authorem*, *lectiones Theologicas binas*. Hæc ita ſingulis hebdomadibus inexhauſto labore continuavit, &, quod peculiare vir is habuit excellentiſſimus, omnium artium præcepta, verum ad uſum tranſtulit; eumque mirè facili arte monſtravit; adeò ut vel hoc nomine immortales illi, ab omni ſtudioſa poſteritate, gratiæ debeantur & perpetua hujus ingentis beneficii memoria. Cum ſtudiis Philoſophicis *Theologiam* conjunxit, & lectiones omnium Theologiæ Profeſſorum indefatigabili ſedulitate audivit. Ipſum *Lutherum*, enarrantem *Geneſin*: *Ioannem Bugenhagium* Pomeranum, Paſtorem Eccleſiæ Wittembergenſis, *Deuteronomium*: *Crucigerum* ſeniorem, *Ioannem Evangeliſtam*. His omnibus *Georgium Majorem* privatim ſacra docentem, & priora capita *Geneſeos* explicantem adjunxit. Neque tamen hîc diligentiæ, deſiderique ſui metam poſuit, ſed ut lectionum, ita concionum erat avidiſſimus publicarum. Omnes proinde ſummorum iſtorum virorum conciones aſſiduè audivit, excepit, repetivit, ruminavit, & ad uſum ſuum partim animo memoriaque tenaci, partim ſcriptis reſervavit.

Noctua Suevica dictus.

Ut autem honorificum & publicum vitæ ſuæ, doctrinæque teſtimonium haberet, ad magiſterii gradum aſpiravit, eumque anno *quadrageſimo* conſecutus eſt; cum quidem ante biennium impetrare potuiſſet. Integrum verò *quinquennium* vitam Wittembergæ homine ſtudioſiſſimo dignam & propriam egit, ad quam ipſi *tribus annis* parentes ſumtus liberaliter ſubminiſtrarunt, duobus ſequentibus, cum ſalutariter apud animum ſuum illud vulgatum, *docendo nos diſcere*, perpenderet; & hac ratione honeſto labore, & induſtria victum jam ipſum ſibi quærere poſſet, impenſis parentes omnibus, ne aliquando de ſtudiorum ſumtibus (ut fieri ſæpè conſuevit, præſertim apud imperitum vulgus, invidos, & iniquos ſtudiorum liberalium æſtimatores) contentio inter fratres oriretur, ſublevavit, & aliorum inſtitutione, ad quam idoneus jam erat, & expetebatur etiam, ſe ſuſtentavit, dum aliquot horas de ſtudiorum ſuorum cumulo, quotidiè, tum verò præcipue cum à publicis prælectionibus vacabat, ſuccidit, & magna laude diſcipulis ſuis Philoſophiæ ſtudioſis privatim impertitus eſt.

Cumque ſub idem tempus è Theologiæ ſcholis prodire jam, ac theoriam ad praxin tra-

traducere ſe poſſe conſideret, ut ad Eccleſiæ miniſterium ſe præpararet, & actionem in oratione periclitaretur, aliquoties vicinis in pagis concionando ſe exercuit, & egregia Theologicæ cognitionis edidit ſpecimina. Hac ejus aptitudine Melanchthon motus, Eccleſiaſticam ipſi conditionem obtulit, quam tamen, quod ſtudiorum Theologicorum telam abſolvere animus eſſet, modeſtè recuſavit.

Circa id tempus Archiepiſcopus Colonienſis *Hermannus*, Princeps Elector, Eccleſias ſuas à Pontificiis erroribus reformaturus, *Argentinâ* Bucero, ex *Haſſiâ* Piſtorio, è *Saxonia* Melanchthone vocatis, id muneris commiſit. Et quanquam Clerus, Decanus, *Gropperus*, & canonici vehementiſſimè ſe illi opponerent, non tamen his ceſſit Archipræſul: ſed conſtans & intrepidus perſeveravit, donec poſt *triennium* Victor *Carolus* in bello Proteſtantium eum ab officio, Pontificis Romani hortatu, removit. Illa oblata *Melanchthonis* vocati occaſione, honorifica duo teſtimonia publica ab Academia Wittembergenſi accepit, unum à *Collegii Philoſophici Decano*, alterum à *Rectore*, cujus auctor fuit *Melanchthon*, & elapſo jam *quinquennio*, cum ſine jactura ſtudiorum id fieri putaret, parentes & cognatos ſuos inviſere voluit, domumque reverſus eſt, haud equidem animo deſerendi *Wittembergam*, ut qui ibi ſupellectilem & librariam & veſtiariam reliquiſſet, ſed certo cum propoſito redeundi ad amica Muſarum conſortia Academica. Verum Deus, cujus providentia omnia reguntur, hunc etiam *Heerbrandi* in patriam reditum aliter gubernavit.

Etenim cum ſui profectus ſpecimen à patriæ paſtore juſſus eſſet edere, die Pentecoſtes, rara hominum frequentia concionem habuit talem, quæ ab omnibus auditoribus fuit approbata & commendata. Quo facto parentes mirum in modum exhilarati, procul à ſe rurſus eum abire, *Wittembergamque* redire noluerunt, animos illorum dirigente Jehova, qui jam ante ſapientiſſima ſua providentia Tubingenſi Academiæ Ducatuique Wirtembergico virum in Evangelii doctrinâ conſervanda, & amplificanda, ceu ſingulare organum & ornamentum, præter cætera, deſtinaverat. Itaque parentum auctoritati & voluntati obtemperans, *Stutgardiam* urbem patriæ vicinam, ſe contulit, & operam ſuam Eccleſiis Wirtembergici Ducatus obtulit, anno *quadrageſimo quarto*, menſe Auguſto, cum natus ipſe eſſet annos *viginti duos*.

Erat tum magna Doctorum Theologorum eo in Ducatu penuria, & recipiendorum in miniſterium præerat examini, *Erhardus Snepfius*, Eccleſiaſtes Stutgardianus, generalis Ducatus Superintendens, magna tum apud Principem *Vlricum*, gratia ac authoritate. Hic propoſitis *Heerbrando* duabus tantum quæſtionibus; cum ad illas aptè prompteque reſpondiſſet, ſtatim in hæc prorupit verba: *Dominus te mihi obtulit.* Et verè id vatidicoque ſpiritu.

Deſtituta tum Eccleſiæ *Göppingenſis* parochia miniſtro erat, conditio ſatis honorifica, cui adjuncta aliarum vicinarum Eccleſiarum inſpectio. Huic ipſum confeſtim præficere volebat *Snepfius*. Verum *Heerbrandus*, cognito in urbe Tubingenſi vacare Diaconatum, hunc illi, licet dignitate & utilitate prævaleret, prætulit, ac M. *Ambroſio Kern*, qui tum etiam Wittemberga venerat, reliquit, ipſe verò Tubingenſem accepit provinciam, prætendens amorem ſtudiorum; quæ Wittembergæ feliciter inchoata, *Tubingæ* ad finem perducere tandem decreviſſet, uti & factum. *Tubingæ fit diaconus.* Hac ſiquidem conditione præclarè in *ſextum* uſque *annum* functus eſt, & propoſitum ſuum, cum publicè lectionibus audiendis, tum privato ſtudio & aſſidua lectione feliciter urſit, & optatum nactus eſt finem. Itaque anno *quadrageſimo quarto*, die *quinto* Septembris præſide illo *Snepfio* ad propoſitiones *de Eccleſia* publicè reſpondit. *Vrget ſtudia Theol.* Ac ne præter officium publicum ullis impediretur obſtaculis, in quartum annum celebs vixit, menſa precio tolerabili, in Stipendio Principis conductâ. Præter hujus ſacri labores officii *Mathemata* privatim interpretatus eſt. Crebras quoque tum in arce Tubingenſi conciones coram Principe *Vlrico* habuit, qui eum, juvenem licet Theologum, amavit, & ſimul ac primùm in arce fuiſſet concionatus, conſiliariis commendavit; *magnum aliquando Theologum prædicens futurum.* *Gratus Principi Vlrico.*

Inciderunt poſthæc triſtia & calamitoſa tempora anno *quadrageſimo ſexto*, mortuo *Luthero*: ſicut magnorum virorum & juſtorum mors plerumque ominoſa eſt. Paulo ante vitæ finem *Lutherus* ad amicos, *orate*, inquit, *Deum, ut Evangelii doctrinam vobis conſervet. Pontifex enim & conſilium Tridentinum dira moliuntur.* Hoc præſagium, quale fuerit, eventus docuit. Poſt famam, maximos fieri à *Cæſare, Ferdinando, & Pontifice* bellicos apparatus: contra Germaniam ipſam bellum exarſit, quod, ut nimis notum, Imperator *Carolus* Electori Saxoniæ *Joanni Friderico*, & *Philippo* Haſſiæ Landgravio, eorumque confœderatis urbibus Imperialibus, movit. In eo ſingulari Dei conſilio & permiſſu, ſuperior evaſit Imperator, captis illis & ſubactis. Quæ autem tum fuerit in *Germania* rerum facies, quanta conturbatio & trepidatio, cordatus quoque per ſe æſtimare poteſt.

Anno ſequenti *quadrageſimo ſeptimo*, cùm paululum bellici motus remiſiſſent, reconciliato Cæſare, uxorem duxit illo ætatis tempore; quod omnium doctorum calculis ineundo conjugio plures ob cauſas optimum ſtatuitur. *Ducit Vxorem Heerbrand* Nuptias celebravit Menſe Februario, cum virgine *Margarita*, filia *Conradi Stamleri*, conſulis Tubingani, & in conſiſtorio Wirtembergici Ducis ſupremo adſeſſoris. Conjugium hoc ſecundum & jucundum fuit, in quo ſuſceperunt liberos unde-

cim,

cim, *octo* filias, *tres* filius, è quibus pleriſque honeſtiſſimè elocatis, & avus & proavus eſt factus.

Victor autem imperator Carolus V. non ſolùm pro ſuo politiam arbitrio conſtituit, & mutavit, quæ voluit, omnibus propter potentiam & auctoritatem formidabilis, verum etiam doctrinam & religionem ſinceram Pontificis inſtinctu mutare ſummè conatus eſt. Anno ergo *quadrageſimo octavo* librum illum, qui dicebatur *Interim*, ob cauſam ſæpe indicatam, ab artificibus quibusdam Pon-

Interimiſtica Formula.

tificiis compoſitum, in comitiis Auguſtanis propoſuit, in quo Evangelicis concedere nonnihil videbatur, ſed revera totum Papatum, quoad doctrinæ corruptelas & idololatricas ceremonias, quas omnes iſte confirmabat, coloribus pictus introducebat.

Obtruſa autem eſt ea forma per vim Principibus & Imperii civitatibus in *Suevia*, & alibi, invitis, ut qui à Pontifice Romano ſeceſſerant: nec Imperatori ſe poterant opponere, qui cum exercitu præſens

Obtruſa multis.

comitia celebravit armata. Quamobrem iſta mutatione, vetus jamdudum abrogata rurſus invaluit idololatria, dimiſſis ab officio, & anno *quadrageſimo octavo* circa finem, ejectis

Miniſtri in Suevia ejecti. Inter quos & Heerbr.

omnibus Eccleſiæ miniſtris in *Suevia*, qui formam iſtam & impietatem recipere recuſabant. Dimiſſus igitur eſt, & tum *Heerbrandus* ipſo die Divi *Martini*, officio diaconi functus *Tubingæ* ultra quinquennium, quòd impiam iſtam religionis formulam nollet amplecti.

Oſvvald. Schreckenfus Hebr. doctus.

Venit autem ſub id tempus *Tubingam* *Oſvvaldus Schreckenfuchſius*, vir præter cætera Hebrææ linguæ peritiſſimus. Hujus ergo operam, cum *Iacobo Andreæ*, Theodorico Snepfio, & *Iacobo Dachtlero* conduxit, ut

Eum audit cum aliis Heerbrand

privatim linguam Hebræam docerentur. Ei ſtudio totum ſe *Heerbrandus* per illum annum conſecravit: donec circa finem anni quinquageſimi, mortuo *Vlrico* Duce ſucceſſit filius Princeps *Chriſtophorus*; qui primam Religionis ſuſcepit curam, & cum aliis Theologis

Reſtituitur.

atque miniſtris *Heerbrandum* revocatum, paſtorem Eccleſiæ *Herrenbergenſi*, & vicinis

Excurrit ad eum Brentius.

Ephorum præfecit. Sæpè tunc ad eum excurrit ſalutandi cauſa J. *Brentius*, familiaritate ejus mirificè delectatus, adeò ut aliquando in hæc eruperit verba: *Quoties te video, toties gaudeo.* Quærenti *Heerbrando* cauſam, reſpondit: *Nam & tu Eccleſiam docendo juvabis, longè lateque ſinceram doctrinam ſparges & propagabis, eris Eccleſiæ præſidio & ornamento.*

Doctor Theolog. ſalutatur.

Anno eodem *quinquageſimo* paucis pòſt menſibus pridie D. Georgii *Heerbrandus* Doctor Theologiæ *Tubingæ* creatus eſt; competitore & conſorte honorum *Iacobo Beurlino*, de quo ſupra à nobis dictum, ſpectatore in Academicâ illa panegyri parente ſuo *Andrea.*

Concilium Trident.

Anno ſequenti *Tridenti concilium* illud, quod diu moliti fuerant Pontificii, habebatur, & omnibus quicunque de Religione aliquid proponere vellent, apertum & liberum offerrebat aditum abitumque. Miſſi igitur eo cum Politicis Theologi Evangelici, è quorum numero & *Heerbrandus.* Verum quid inibi actum effectumve ſit, alibi & à nobis expoſitum eſt, & omnibus hiſtoriarum non plane hoſpitibus, minimè ignotum.

Poſt reditum *Heerbrandus*, utpote intelligens facilè, quibus ad talia certamina telis opus eſſet habiturus, deinceps ipſos annos quatuor cum dimidio *Patrum* aſſiduæ lectioni tribuit. Ut enim miles in aciem & pugnam proditurus, multò antè domi ſe neceſſariis & ſibi convenientibus armis inſtruit, ſic & *Heerbrandus* ex *Patribus teſtimonia*, de omnibus Theologiæ doctrinæ partibus excerpta, *in locos communes congeſſit*, ut iis, ſicubi res ita ferret, contra Pontificios uteretur. Et ſic res habet, *duo* ſunt *armorum genera* validiſſima *in Theologicis* certaminibus, primum *cæleſtium literarum monumenta* θεόπνευστα & αὐτόπιστα: dein de *orthodoxæ antiquitatis teſtimonia* ἀξιόπιστα. Excerpta illa locorum communium Theologiæ Patrum, publici juris facere ſæpe ei animus fuit, ſed quo minùs, quod voluit fecerit, obſtiterunt catenati officii labores.

Anno namque *quinquageſimo ſexto*, lectione Patrum jam abſoluta, una cum *Iacobo Andreæ*, & *Simone Sultzero* vocatus eſt honorificentiſſimè à *Carolo* Marchione Badenſi ac Hochburgenſi, ad reformationem Eccleſiarum & ditionum ipſius, atque Superintendentem illarum generalem, cujus operam illi Dux Chriſtophorus ad unum annum conceſſit. Ita *Heerbrandus Pfortzemium*, ubi tunc Badenſium aula Marchionum erat, cum familia profectus ſummo præſtitit dexteritatis & ſucceſſus elogio, mirificè ſibi gratulatus, quod errores Papales detegendi & refutandi peropportuna ſibi hoc modo præbita eſſet occaſio. Quamobrem non modo voce gravi validaque veritatem Evangelii adſeruit, verùm etiam ordinationem Eccleſiaſticam, Auguſtanæ Confeſſioni conformem, conſcripſit, quæ Theologorum *Iacobi Andreæ* Theologi Wirtembergici, *Maximiliani Morlini* ſuperintendentis Coburgici, & *Simonis Sultzeri* Baſilienſis approbatione confirmata, anno eodem, nomine *Caroli* Marchonis Badenſis in publicum exivit. Anni ſequentis initio, Januarii die octavo *Albertus* Marchio Brandeburgicus, heros fortiſſimus, Marchionis *Caſimiri* & *Suſannæ* Bavaricæ filius, cum ab hoſtibus ſuis victus & tandem in exilium pulſus fuiſſet, Pfortzemii, apud affinem ſuum Marchionem *Carolum*, anno ætatis ſuæ trigeſimo quinto, mortuus & ſepultus ibidem in templo S. *Michaëlis.* Adfuit huic *Heerbrandus*: qui diſceſſum ejus ex hac vita pium, & cætera omnia ſcripto edito declaravit.

Ut autem labor laborem, ſic etiam honor honorem trudebat, atque *Heerbrandum* jam inſequebatur. Vix enim duos menſes cum Pfortzemii fuiſſet, & ſalvifici verbi prædicationem inſtituiſſet, à Rectore & ſenatu ſcholæ *Tubingenſis* ad Profeſſionem Theologicam eſt vocatus. Quare volente Duce *Chriſtophoro*, ſtudium ſcholæ ſuum addixit, hac addita diſerte

tamen

tamen conditione, ut, cùm operam ſuam Marchioni ad annum condixiſſet, ne opus recens inchoatum imperfectum relinqueretur, ſibi totum illud promiſſum tempus iſthic integrum eſſet permanere. Quod volentes Rector & Senatus conceſſerunt. Accidit interea ut cum Marchione *Heerbrandus* ad conventum Principum & Theologorum *Francofurtum* deſcenderet, ibi Elector Palatinus Dux *Otho Henricus*, qui tùm una aderat, in pacificatione & tranſactione Landgravii & Comitis *Wilhelmi Naſſovii*, fama tum & auditione ipſa de Heerbrandi præſtantia certus, ipſius operam, ut in *Haidelbergenſi* ſchola Theologiam publicè doceret, clementer, honeſtiſſimo oblato ſtipendio, expetivit. Sed cùm id ſeſe ſtratione poſſet nulla, gratias ipſius celſitudini, pro honorifico de ſe judicio egit. Hac illuſtri vocatione Marchio *Carolus* magis jam incitatus, ipſum etiam apud ſe detinere, multis & magnis oblatis conditionibus diſcupivit. Ne verò quæſtus illic cauſa remanere videretur, cùm nullam haberet à *Chriſtophoro*, duce optimo diſcedendi, & fidem Tubinganæ ſcholæ datam fallendi, rationem, elapſo anno *Tubingam*, cum familia ſalva ſalvus rediit, omnibus deſideratus & exſpectatus, ac paulo poſt, invocato Dei nomine, profeſſionem ſuam Academicam feliciter eſt exorſus.

Fuit autem *Heerbrandi* lectio ordinaria Pentatevchus Moiſis, quem in ſuæ profeſſionis annorum *quadraginta* curriculo *quater* abſolvit. Eundem quoq; pro concione, cùm profeſſioni ſcholaſticæ eccleſiaſticum quoq; munus ſuſtineret conjunctum, diebus *Jovis* publicè enarravit. Tanta autem fide, & aſſiduitate docendi fecit officium in ſcholâ, ut horas ullas ſe neglexiſſe, meminiſſe non potuerit, nec unquam ad docendum niſi probè præmeditatus acceſſit, rationemque docendi methodicam ſolicitè ſemper obſervavit eam, quam à præceptoribus, Melanchthone præcipuè, didicerat.

Neque verò publicè tantum docebat & concionabatur, ſed domi quoque, quoniam inexhauſti erat ſtudii, fructuosè laborabat. Anno enim *quinquageſimo octavo*, contra *Petrum à Soto* librum ſcripſit ſatis magnum, de *eccleſia, patribus & conciliis*, poſteà typis excuſum unà cum aliis, contra eundem Petrum, à collegis ipſius ſcriptis, *Jacobo Beurlino*, *Theodorico Snepſio* & *Joanne Brentio*, quorum ſinguli partem illius libri refutaverunt. Deinde anno *quinquageſimo nono*, biennio poſtquam Tubingam venerat, primum ab Academico ſenatu *Rector* Univerſitatis eſt declaratus. Quem magiſtratum in Academiis ſummum & honorificentiſſimum, ſed & difficilimum, laboribusque & moleſtiis pleniſſimum, deinde *octavum*, exemplo ferè inuſitato ſumma prudentiæ, dexteritatis & judicii laude geſſit, ac niſi Cancellarius Academiæ fuiſſet creatus, haud dubiè ſæpius intereà fuiſſet idem ei Rectoratus gerendus. Anno *ſexageſimo primo* ſub finem ferè, collegii eccleſiaſtici ſive templi Tubingenſis *Decanus* & *Eccleſiaſtes* eſt conſtitutus. Præterea Superintendentem egit & Illuſtriſſimi Principis *Stipendii ducentorum* ferè ſemper *alumnorum*, ex quo tot reverendi & clariſſimi viri in eccleſiam prodierunt, & *Martiniani* illius laudati, & Reipubl. univerſæ fructuoſi, quando inibi *Theologi*, *Juriſperiti*, *Medici* aluntur. *Contubernii* inſuper generalis fuit per annos plurimos inſpector. Quemadmodum Oeconomiæ Univerſitatis etiam per annos amplius *viginti Deputatus*, utiliſſimam Univerſitatis civibus omnibus navans operam.

Decanus Tubing. conſtitut. Ephorus Illuſtriſſ. Stipendii. Et Martiniani. Contuber. nii itidem.

Nec domi tantum ſuis fuit notus acceptusve *Heerbrandus*, ſed fama ejus etiam forâs emanavit & ſparſa fuit. Quare quemadmodum ante ab Electore *Palatino*, ſic anno *ſexageſimo ſecundo* à Saxoniæ Ducibus *Jenam*, ad docenda illic ſacra, clementer & honorificè fuit evocatus. Illuſtris ſanè admodum hæc & legitima fuit vocatio, in qua præter familiæ ſuſtentationem, in annuum *ſalarium mille* ei offerebantur *floreni*. Sed cùm Tubingenſibus natus divinitusque datus videretur, prudenti conſilio Principis *Chriſtophori*, Profeſſor & Eccleſiaſtes celeberrimus, quamvis ſollicitè expeteretur, dimiſſus non eſt: quin ipſimet *Heerbrando* cauſa nulla viſa eſt, cur patriam, parentes, ſocerum, amicos relinquens, ſe prolemque numeroſam alio transportaret. Cùm itaque ſui copiam tribus principibus denegaſſet, *Tubingæ* ſede fixa animum ad rem familiarem honeſtè augendam appulit, donata ipſi à liberaliſſimo Duce *Chriſtophoro* areâ, in eâ domum egregiè ædificavit, fundos, prata, vineas, opima prædia, à ſocero accepit, quorum tamen omnium curatio, per conjugem potiſſimum, fœminam ſolertiſſimam & rei familiaris ſtudioſiſſimam ac peritiſſimam, fuit adminiſtrata. Ipſe ſiquidem ſtudiis ita fuit affixus, ut omne tempus perire duceret, quod iis non eſſet impenſum. Cujus rei argumentum ſunt libri & ſcripta ab ipſo elaborata, de quibus poſtea dicemus.

Foris etiam celebris. Jenam evocatur. Stipendio mille florenorum. Auget rem familiarem.

Anno Chriſti *nonageſimo* ipſi jam ſeni *ſeptuagenario*, tantus acceſſit ad priores dignitates cumulus, quantus in Wirtembergico Ducatu, & in Eccleſia illius, atque Academia ferè poteſt maximus. Declaratus enim eſt Illuſtriſſimi Ducis *Conſiliarius*, Eccleſiæ *Præpoſitus*, Academiæ *Cancellarius*, *novi Collegii Inſpector*, id quod futurum *D. Jacobus Andreas* præſagiſſe dicitur. Iſtis officiis amplis ſanè & arduis toto, quod ſuperfuit, vitæ curriculo, mira & rara cum diligentia & induſtria functus eſt, ac poſtremis præſertim annis labores ejus auxerunt *obitus* tum *liberorum*, tum *conjugis*, qui vulnera ei inflixerunt acerbiſſima. Vixerat cum illa uxore annos *quinquaginta* & ſemeſtre, ac verè baculum ſenectutis ſuæ habuerat. Hac itaque anno *nonageſimo ſeptimo*, die *nona* Novembris, amiſſa, ipſe viduus ſequenti anno magis magisque, quaſi avulſa à corpore ſuo parte principali, cœpit langueſcere, vires corporis & ingenii amittere, inceſſu ita labo-

Declar. conſil præpoſitus, cancellar. noviq; colleg. Inſpect. Amittit uxorem. Inde luctus & virium defectus.

laborare, vix ut duci, nedum incedere poſſet. Ratus itaque quod res erat, prodromos fatalis diei adeſſe: maturè collegit ſarcinas, ſeque ad iter cœleſte paravit.

Docendi finem facit

Anno enim *nonageſimo octavo*, docendi ſuam in ſchola provinciam à feſto Paſcha finivit, in capite *viceſimo quinto* Geneſis dulciſſime conſtitit, ultimùm die *viceſimo octavo* Maji docuit, poſtquam incredibili emolumento, ac laude in Academia docuiſſet annos ſupra quadraginta unum. Curiam tamen & ſenatum Academicum ad dies usque caniculares ejuſdem anni acceſſit. Poſtea, cum pedes officio planè deeſſent, nec à nepote, quo inſtar ſcipionis uſus erat, duci amplius poſſet, ne in publica commoda peccaret, anno ſuo emortuali per literas ad Illuſtriſſimum Principem & ampliſſimum Senatum munus ſuum reſignavit, utque de ſucceſſore deliberationem ſuſciperent, petivit.

Reſignat officium.

Quæ ipſius petitio approbata, & pro Academiæ Tubingenſis more, inque emeritos prædicandâ liberalitate, annuum ei ad vitæ dies reliquos, beneficium eſt decretum. Ita ergo omnibus curis officii ac laboribus liberatus rudeque meritò donatus, nihil aliud meditatus eſt, quam ἀνάλυσιν ex hac vita beatam.

Rude donatur.

Parat ſe ad mortem.

Eo fine & paucis ante obitum diebus ſacram ſynaxin à miniſtro eccleſiæ, quam præmiſſa peccatorum deprecatione, fideique confeſſione diſertâ, præſentibus aliis tum domeſticis tum collegis, reverenter accepit. Reliquis, qui ad vitæ ei ſuperfuerunt finem diebus, animo planè fuit ſedato, nullius rei anxio, quicquid cibi potusve præbebatur, acquievit, & à menſa ſomno ſe dedit; qui tandem in lethargum aliquot dierum fuit mutatus.

Lethargo corripitur.

Inter dolors acutos podagræ, qui ſenem infeſtarunt, ſemper fuit patiens, ſæpè Apoſtoli illud repetivit: *Pietas ad omnia eſt utilis, habens promiſſionem hujus & futuræ vitæ*, cumque aliquando apud ipſum fieret mentio *Turcarum* & crudelitatis *Hiſpanorum*, tum ille, *peſſimi ſunt homines*, ait, *Hiſpani, & merito nobis inviſi ac metuendi, ſunt omnes noſtri hoſtes in Papatu. Oremus ergò indeſinenter: Da pacem Domine in diebus noſtris, quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi tu DEUS noſter.* Et plura in hanc ſententiam, ſed ſubmiſſa voce, ut exaudiri omnia ab adſtantibus non potuerint. Tandem cum piis ab adſtantibus precibus DEO fuiſſet commendatus, quaſi lampas oleo deficiente, ſine omni cruciatu, eſt extinctus, animaque ejus in ſinum Abrahæ deportata, anno Chriſti *decimo ſexto* ſeculari, die *vigeſima ſecunda* Maji, horâ ante meridiem *undecima*, ætatis ſuæ *undeoctogeſimo*, exceptis *undecim* ſeptimanis, diebus *quinque*, horis *quatuor*.

Placidè exſpirat.

Elogium ejus.

Fuit Theologus in ſuo officio diligens & adſiduus, adeò ut ne nox quidem hominum quieti & laborum intermiſſioni data, à cura officii avocare eum potuerit. Nam in adve[rſarios] ſcriptis iturus, calamos, atramentum [&] papyrum ad ſpondam appoſuit, primo pe[r]acto ſomno evigilans, cum aliquot horis f[or]rè ſemper rurſus obdormire non poſſet, i[n]terim de hoc vel illo adverſariorum argu[]mento refellendo, nocte quieta cogitavit, co[]gitata è veſtigio in tenebris, ſine lumine paucis, qualitercunque, ſic tamen ut le[gi] poſſent, annotavit. Mane filio meditata pro[]poſuit, de reſponſione examinavit, ac d[e]mum ſententiam ſuam aperuit.

Præterea quanquam DEUS ipſum in h[oc] mundo ſummis & honoribus auxiſſet, & op[i]bus, cor tamen appoſuit minimè, nec ſ[u]perbivit in illis, nec elato unquam fuit an[i]mo, ſed humilitati ſtuduit, in timore vix[it] Domini, gratias ei ſemper egit, benignit[a]tis ſuæ fontem foras quoque derivans, pau[]peribus, exulibus, miſeris benefecit. Studio[]ſis quibuſcunque gratificari potuit, ope[ra] ſua nunquam defuit, quacunque ratione ju[]vit, promovit; viris doctis dignos ſibi jud[i]catos commendavit. Exteras quoque natio[]nes quantumcunque potuit juvit, conſola[]tionibus, conſiliis ſacris, in graviſſimis reli[]gionis negotiis & controverſiis, ita ut tan[]quam ad oraculum Chriſtianum Principes, Comites, Barones, equeſtris ordinis & no[]biles, in *Auſtria*, *Styria*, *Carinthia*, *Carnio[]la*, *Hungaria*; adeoque ex ipſis finibus Tu[r]cicis, ad ipſum literis miſſis confugerint, & ejus opem atque auxilium implorarint, qui[]bus complures fideles & doctos miniſtro[s] miſit; quorum ſtudio & opera eccleſiæ i[n] iſtis regionibus plantatæ ſunt.

In re familiari non fuit, quales multi do[]ctorum & Philoſophorum eſſe ſolent, qu[i] depoſita omni rei domeſticæ cura, ſtudii[s] addicti ſuis, iis tanquam ſpuma ſaxis, ad[]hærentes, negligentiores opum eſſe ſolent. Ipſe verò etſi conjugem haberet rei familia[]ris ſcientiſſimam, cui hujus rei onus præci[]puè impoſitum, tamen ſe multorum fie[ri] patrem liberorum videns, œconomiam & ipſe decenter & honeſtè curavit, & cum à ſocero prædia nactus eſſet, illudque lucrum è terra naſcentibus proveniens, pium, honeſtum, Deo gratum, & ipſius benedictione plenum eſſe non ignoraret, ſuis laboribus etiam hæc egregia locupletaſſet acceſſione, exemplo Patriarcharum, Magnatum, regum etiam, hortorum, vinearum, & rerum conſimilium plantatione, inſitione, curatione, tanquam Cato Ciceronianus ille, plurimum eſt delectatus, ſi quid officiis, publicis & privatis etiam ſtudiis ſuccidere potuit temporis, huc tanquam animi relaxandi gratia, utiliter fructuoſeque contulit, adeò, ut è locis longè remotis *Styria*, *Carinthia*, *Carniola*, generoſos ſibi ſurculos & ſemina nec ſine ſumtu adferenda curaret, quæ facilè à Magnatibus illis eſt conſecutus.

Interim non his poſthabuit liberos, ſed primam iis tribuit curam, piè honeſteque educavit, gravi & ſevera diſciplina ad vir-

tutes,

virtutes, ad pietatem, ad ſtudia, maxime Theologicum aſſuefecit, nullis ſumtibus pepercit, & Dei beneficio largiter unde daret, habuit, ex ſtipendio plurimorum annorum liberali, & proventibus prædiorum ſatis amplis, & omnibus ſumtibus domeſticis majoribus. Frugalitas ejus etiam ex eo apparet, quod Bibliis unis per omnem vitam uſus fuit, *Lugdunicis*, ut ſupra attigimus perantiquis. Ea annotationibus ad marginem adſcriptis, ita opplevit, detrivitque legendo, ut ſpacii nihil reliquum, quædam etiam legi vix potuerint. Theſauri iſta loco, nec immerito, habuit, precioque *centum florenorum* æſtimavit.

Valetudine fuit firma & conſtanti, nec ullo unquam tentatus morbo, præterquam ſub ultimam vitæ lineam. Tunc enim morbo valde acuto correptus fuit, qui manus pedesque invaſit, & uſum maxime neceſſarium ei ademit. Quanquam autem hoc mali genus homines præſertim ſenes, plerunque facit moroſos ac quiritabundos, *Heerbrandus* tamen, perinde ut in valetudine proſpera, eodem perſtitit vultu, eodem erga Deum animo, quem laudandum in omnibus etiam tunc æger dixit, & quod dixit fecit.

Et, ſi quid ad Theologi commendationem hoc facit, gratus acceptusque fuit non uni *Electorum*, principum, ac dynaſtarum; in Auſtria præſertim ac finitimis regionibus, qui haud raro magnificis ipſum proſecuti ſunt donis. Illuſtriſſ. etiam Rheni Palatinus *Neoburgicus* inſignibus *Heerbrandum* ornavit, & *virum facem ardentem dextra gerentem*, arma familiæ ejus gentilicia eſſe voluit.

Scripſit & edidit varia, de quibus eminet *Compendium Theologiæ* Latinum, quod deinde rogatu *Joannis Zygomalæ* & *Jeremiæ* Conſtantinopolitani Patriarchæ, à *Martino Cruſio* Græcè converſum, Conſtantinopolin & Alexandriam in Ægyptum uſque pervenit. Multa inſuper ſcripſit contra *Gregorium de Valentia*, Hiſpanum Jeſuitam & alios, quorum ſcriptorum nomenclaturam, qui vult, in Bibliothecis videat. *Concordiæ* etiam *librum*, de voluntate ſui principis in Latinum tranſtulit ſermonem. Parentavit idem beato *Melanchthoni*, oratione ſæpius recuſa, quam ut ipſe *intra quatriduum* conſcripſit, ita facto ipſo obſervari optamus. Idem officium præſtitit *Joanni Brentio* ſeniori, *Jacobo Andreæ* ſuo anteceſſori, *Ludovico* pio *Duci* Wirtembergico, ut latere patiamur *diſputationes* ipſius, *Orationes* & *Conciones* plurimas, de præcipuis feſtis, de meſſe, de vindemia, de anno Jubilæo, de virtutibus ac vitiis variis.

Ex oratione funebri dicta ab Erhardo Cellio Tubingenſi Profeſſore & Bibliothecis.

DAVID CHYTRÆUS.

PAter *Davidis Chytræi*, vernaculè Kochhafe/ fuit Matthæus natus *Brackenhemii*, Ducatus Wirtembergici oppido, qui cum *Tubingæ* per quinquennium literis operam dediſſet, exortâ tum Evangelii luce, miniſterio *Lutheri* accenſa, in *Salinas Suevicas*, ad *Joannem Brentium* ſeſe contulit, ut vivâ ejus voce magis magisque & erudiretur, & confirmaretur, in agnitâ doctrinæ cœleſtis veritate. *Vivit apud Brentium.* Ab hoc deinde *Ingelfingam* miſſus, annis amplius *quinq*, eccleſiam ibi tantâ fide, diligentiâ, & zelo docuit, ut præfectus illius loci fidem ejus vitæque innocentiam, quâ profeſſionem ſuam ornabat, magnopere commendarit. *Ingelfingæ docet.* Sed, ut ſunt humana omnia dubia & inſtabilia, idem poſtea eum acerrime perſecutus fuit. Nam cum initio anni *milleſimi quingenteſimi trigeſimi* fama de *Caroli* Cæſaris in Germaniam adventu paſſim percrebeſceret, qui *Lutheranos* ad unum omnes interfecturus eſſet, ille miſſam Pontificiam, aliquot jam annis abolitam, rurſus in uſum revocavit. *Miſſa ibi reſtituta.* Id *Chytræus*, ut rem mali exempli pio zelo reprehendit, tantumque abfuit, ut timore officii amittendi à reprehenſione deſiſteret, ut acrius etiam in ejusmodi inconſtantiam, documentis ſacræ ſcripturæ demonſtratis, inveheretur. *Quod taxat Chytr. pater.* Ita cum aliquando coram publicè id faceret, præfectus impotenti planè animo è ſede ſua proſiliit ſtrictoque gladio ſuggeſtum, terrendi cauſa, percuſſit, præſente & ſpectante id ipſum paſtoris conjuge tum gravida, quæ mariti periculo adeò perterrita & conſternata fuit, ut nec lacrymas, nec vocem ullam per horas aliquot emiſerit, multique ex tanta matris perturbatione malè embryoni ominati ſint. *In concione interpellatur.* *Matre Davidis præſente.* Sed DEUS hominum plaſtes ſapientiſſimus periculum omne clementer avertit. Novit enim ſuos etiam in præſentiſſimo diſcrimine conſervare.

Itaque cum hæ turbæ ex violentia præfecti incidiſſent, nec tutò ſuum facere poſſet officium pater, in *Graichgojæ* oppido *Menzingâ*, quod medio itinere inter *Hailbronnam* & *Spiram* ſitum, apud nobiles *Eraſmum* & *Petrum* fratres *a Menzingen* hoſpitium benignum, & ſecurè docendi locum invenit, & in illo oppido *triginta* ipſos *annos* puram Evangelii doctrinam docendo, ad finem vitæ usque permanſit. *Migrat Menzingam pater.* Atque hoc de patre. Matrem habuit *Barbaram* Neibergenſem honeſtiſſimam matronam, quibus parentibus natus eſt anno Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo trigeſimo*, die *viceſimo ſexto* Februarii, in oppido Sueviæ *Ingelfinga*, duobus infra Salinas milliaribus. *Natalis Davidis Chytræi.*

Pater ergò cum præclaram filii indolem videret, in prima ſtatim ætate ſe exerentem, ut de Alexandro ſcribunt hiſtoriæ, etiam in puero τὸ μεγαλόψυχον καὶ τὸ φιλότιμον apparuiſſe, elementa veræ pietatis & literarum ludendo eum balbutientem docuit, iisque cum alia, tum *declinationum paradigmata* adjunxit, quæ ita cupidè & celeriter puer velut ἐνθουσιασμῷ ad ſtudia raptus, percepit, ut pater in illo ſupra modum delectaretur, & ſpe ſuâ, votisque ardentibus ad DEUM quotidiè fuſis ad eccleſiæ DEI miniſterium *Diſcit à patre elementa literarum.*

vocaret. Intellexit enim vir honeſtiſſimus, primum ſtudium parentum, in liberorum educationem atque exercitationes conferendum eſſe, ut in παιδεία ᾗ νυθεσία κυρίῳ adoleſcant. Solet quidem natura bona interdum per ſe bene & laudabiliter agere; verum multa etiam inter bonos fructus vitia ſæpe profert, niſi recta accedat inſtitutio, perinde atque bonus ager, ſi non probè & accuratè colatur. Nondum *ſeptimum* ætatis annum complentem in vicinam ſcholam

Mittitur Gemmingam. Wolffg. Buſio commendatus.

Gemmingenſem miſit, & Paſtori *Wolffgango Buſio* privatim erudiendum & fovendum tradidit, cujus fideli inſtitutione & cura, in Grammaticis feliciter progreſſus eſt, ut & *Franciſcum Irenicum*, tribus filiis ſuis & aliis, breves *Ciceronis* Epiſtolas & *Saluſtium* explicantem, ibidem cum fructu audiret.

Tubingam transfertur.

Hieron. Gerard.

Hac ex ſchola, *biennio* elapſo, *Tubingam* planè adhuc puer, translatus eſt, ubi privatum ſtudiorum ſuorum gubernatorem *Hieronymum Gerardum* habuit, cujus parente *Wendelino*, viro optimo, pater *Matthæus* familiariter utebatur, deinde *Joannem Mendlinum & Michaelem Vajum*. Decoratus jam

Puer audit lect. publicas.

Præceptores ibi.

Et commilit.

puer titulo Baccalaurei ibidem *Joachimum Camerarium*, in Latinâ & Græcâ lingua ſedulo audivit, in Arithmetica & Euclide *Joannem Schvvebelium*, in Philoſophia naturali *Jacob. Scheckinum*, in Theologia *Erhardum Snepfium*, commilitones autem habuit *Georg. Liblerum*, *Jacob. Andreæ*, *Theodor. Snepfium* & complures alios, cum quibus in oratione Latinâ & Græca formanda, & cum *Liblero* in phyſicis præcipuè exercebatur. Cum autem

Renunciatur Magiſter anno 15. ætat.

ſexennium iſtic vixiſſet, urgentibus præceptoribus & conſentiente patre, adoleſcens annorum *quindecim*, ſummum in philoſophiâ gradum, pro more in Academiis recepto, conſequutus fuit, publicum & illuſtre raræ virtutis & diligentiæ in ejus ætatis hominibus, teſtimonium.

Petrus à Menzingen Patron.

Witt. venit.

Poſtea ſumtus ſtudiorum liberaliter præbente, viro nobiliſſimo & equite aurato *Petro* à *Menzingen*, eodem anno *Wittembergam* ſe contulit, quæ totius Germaniæ ſchola tum florentiſſima & optima, veræ de DEO doctrinæ & philoſophiæ univerſæ erat, ſicut olim Athenæ ἑλλάδος παίδευσις, ut Thucydides nominat, literis *Georgii* Schwartzerdt/ prætoris Brettani, ad *Philippum Melanchthonem* fratrem, & *Ioannis Brentii* ad

Vivit cum Melancht.

Lutherum, inſtructus. Quarum literarum beneficio in domeſticam *Philippi* conſuetudinem & commune muſæum receptus eſt, ut non ſolum ex publicis illius prælectionibus, ſed ex quotidianis quoque ſermonibus plurimum poſſet proficere. Hujus felicitatis ſuæ, tanquam ſummi vitæ commodi perpetuò memor, dum vixit, nunquam ſatis paterna in ſe præceptoris merita deprædicare potuit, ſicut etiam in ſcriptis editis omnem ingenii ſui cultum, quo aliorum ſtudiis profuit, Philippo ſecundum DEUM acceptum refert. Recitandum hic venit, quod *Henricus Buſ.oducenſis*, *Chriſtiano* Terti[o] *Daniæ* regi à ſacris, αὐτόπτης narravit. Cu[m] *Chytræus* adoleſcens tunc ad *Melanchthone[m]* in muſæum admiſſus, literas ei commend[a]titias reddidiſſet, cognovit ex iis, eſſe illu[m] magiſtrum promotum. Itaque cum admir[a]tione eum intuitus, *esne tu*, inquit, *Mag[i]ſter artium?* Cui Chytræus modeſtè reſpon[]det, *equidem eo honore Præceptores mei Tu[]bingæ me, juvenem fateor, affecere.* Audi[ta] inſuper ætate pergit Melanchthon quæren[s] *numquid in Græcis profeciſſet? Chytræo* ann[u]ente, jubet eum ex Thucydide aliquid lege[re] & interpretari. Quod utrumque cum *Ch[y]træus* dextrè præſtitiſſet, Melanchthon no[n] ſine affectu, *Tu*, inquit, *meritò es Magiſte[r] ac mihi quidem poſthac filii loco eris. Luth[e]rum decem* poſtrema *Geneſeos* capita in ſcho[la] enarrantem, & pro concione docentem, u[l]tra annum audivit. *Plutarchus* refert in vi[ta] Marii, *Platonem* jam jam moriturum geniu[m] & fortunam ſuam laudaſſe, primum, quo[d] *homo*, deinde quod *Græcus*, non barbaru[s] aut bruta beſtia natus eſſet, denique quod [in] ætatem *Socratis*, nativitas ſua incidiſſet multò rectius Chytræus beatum & felice[m] ſe dicere potuit, quod homo natus eſſet quod *Chriſtianus*, & quod clariſſima eccle[]ſiæ lumina, *Lutherum* & *Melanchthone[m]* coram vidiſſet, compellaſſet, & de rebu[s] longè gravioribus audiviſſet.

Nam *Melanchthoni*, ut diximus, fuit do[]meſticus, ejusque non ſolùm publicâ, ſed [] privata eſt uſus inſtitutione, receptus ab [e]o in commune muſæum, ubi quotidianos eju[s] ſermones de ſtudiis, de Republ de Eccleſia & de aliis judicium audivit, & excepit. [] quamvis tunc *Chytræus* modico viatico con[]tentus, aliis ſervire neceſſe habuit, tame[n] ſervitium illud magnam ei animi vitæque ele[]gantioris libertatem attulit. Adeò autem tun[c] *Melanchthoni* addictus fuit, ut primus in au[]ditorium eo docente veneriт, ultimus exier[it] & porrò deambulantem quoque aſſectatu[s] fuerit, nihilque grave aut moleſtum duxerit modò in oculis illius viri verſaretur, & a[d] ejus exemplum vitam moresque compone[]ret. Contra autem *Melanchthon* filii ipſum loco amavit, & cum ſuaviori vocabulo no[n] poſſet, *ſuum Davidem* appellavit.

Mortem Lutheri, die Concordiæ & Con[]ſtantiæ anno *quadrageſimo ſexto* obeuntis bellum Germanicum ſtatim ſecutum eſt [] Carolo V. Imperatore motum. Quo cum Academia *Wittembergenſis* menſe Novembr[i] diſſiparetur, *Haidelbergam* venit ad *Jacobum Micyllum*, *Henricum Stolonem*, & *Gervaſium Marſtallerum*, à quo prima Hebreæ linguæ elementa didicit, deinde *Tubingam* reviſit ubi maximam æſtatis partem conſedit, & *Erhardum Snepfium* & *Philippum Imſerum*, *Joannis Stofleri* diſcipulum, *Theorias Planetarum*, & rationem calculandi motus, & eclipſes ex tabulis reſolutis docentem, præcipuè audivit.

Reſti-

Reſtituta verò in integrum Wittemb. Academia ſingulari benignitate novi Electoris Saxoniæ *Mauritii*, qui Melanchthonem revocarat, anno vix elapſo, *Wittembergam* reverſus eſt, ibique curſum ſtudiorum inchoatum ſedulò urſit, metuens novam fortaſſe ſcholæ imminere turbationem, propter callida nimis & calida conſilia de Sphinge Auguſtana, in Eccleſiis Dei à Pontificio fermento repurgatis, usque ad concilium generale recipienda, & alia, quæ non minus periculi portendere videbantur. Sed Deo clementer Academiam protegente, tantâ diſcendi cupiditate & ardore cognoſcendi veritatem & ſapientiam flagravit, ut circa annum *quadrageſimum octavum* alios docere muſæo, ſibi in novo collegio, à Philippo tradito, in quo ipſe anteà ſtudiis erat incumbere ſolitus, inceperit non modò dicendi artes, verum etiam *Theologiæ* & *Aſtronomiæ* initia, quibus rationem & modum componendi calendaria omnia adjungebat. Ex quo labore *triplicem*, ut ipſe fatebatur, *utilitatem* cœpit, *primum* hæc exercitatio diligentiam ejus acuit, ut perfectè & plenè cognoſceret ea, quæ aliis propoſiturus erat, *deinde* innotuit eâ ratione, multis ſtudioſis adoleſcentibus, & aliis viris bonis, etiam in diſſitis locis, qui honeſtè de eo ſentire cœperunt, *poſtremò* peculium ſibi mediocre paravit, laborem hunc grata auditorum liberalitate compenſante, quo *Italiam* adire, ipſamque urbem *Romam* videre & alia loca perluſtrare potuit. Anno enim Chriſti, *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo*, cum ad civilis prudentiæ artem veræque eruditionis rationem plurimum prodeſſe ſciret, multas vidiſſe urbes, & præſtantium hominum conſuetudine uſum eſſe, in Italiam, adſumto comite fideli M. *Andrea Martino* Roſtochienſi, profectus, coràm oculis illa loca contemplatus eſt, in quibus tot res præclare geſtas acceperat fuiſſe, quas *Livius* & alii deſcripſerunt. Fidus Achates Chytræi *Andreas Martinus* quorundam Baronum in Boëmia pœdagogus fuerat, & *Wittembergam* tunc redierat, poſtea *Roſtochii* Profeſſor, Theologiæ & Paſtor in templo Mariano factus, magnâ cum laude ſuo muneri ſatisfecit & perpetuam cum *Chytræo* amicitiam habuit, ejusque ſæpe honeſtam mentionem gratitudinis ergò fecit.

Florebant tunc in *Roſtochiana Academia*, ingenio, eruditione, & virtute præſtantes viri, *D. Jacobus Bordingus* medicinæ Doctor, & M. *Arnoldus Burenius*. Ex *Burenii* quidem ſchola velùt ex equo Duratheo multi clariſſimi viri, Doctores, Principum conſiliarii & alii nobiliſſimi homines prodierunt, *Jacobus* autem *Bordingus* cum propriæ virtutis & ſapientiæ laude celebris, tùm quod filium ſibi ὁμώνυμον verè κοινὸν ἀγαθὸν Roſtochianæ Academiæ & provinciæ Megapolitanæ reliquit, *Cancellarium* illum Principis *Udalrici*, Ducis Megapolitani, magni conſilii, integerrimi animi, & acerrimi judicii virum. Hi viri duo collegæ pro ſuo in Rempubl. literariam ſtudio & amore id tunc agebant, magnaque cura efficiebant, ut Roſtochiana ſchola conquiſitis eruditiſſimis viris quam pulcerrimè conſtitueretur. Itaq; *Burenius* eâ potiſſimum de cauſa *Wittembergam* anno illo *quinquageſimo* profectus, cum *Melanchthone* egit, ut ejus conſilio adjutus virum aliquem eruditum juſſu *Henrici* Principis in Roſtochianam Academiam adduceret. Sic factum eſt, ut cum Doctor Theologiæ *Joannes Aurifaber* ad docendi munus idoneus nominaretur, ſtatim à Melanchthone *Davidis Chytræi* mentio præclara & commendatio facta ſit. Itaq; cum *Joanne Aurifabro*, quem patris loco coluit, *Roſtochium* venit, ubi accedente commendatione *Burenii*, qui coràm indolem animi Chytræi, & vim ingenii cognorat, ipſi etiam docendi munus eâdem in ſchola fuit commiſſum. Ibi cum anno *quinquageſimo primo*, die *decimo quarto* Aprilis ſolenni more initium lectionum felici auſpicio feciſſet, præmiſſa oratione, adeò auditoribus ea probata fuit, ut ſenes quidam ad collegas dixerint: *Hæc principia nobis ſpem faciunt melioris ſcholæ*. Et egit hoc Chytræus ſolicitè, ut diligenti exercitatione exemploque ſuo, quam plurimos ad veram eruditionem perduceret. Publico enim natus fuit bono, & quidem jam tum ſtudio vigilanti, tum lectione cunctorum *Græcorum* juxta & *Latinorum*, viam ſibi eam præmunivit, quâ progreſſu ætatis, & eruditionis ſummæ laudem apud omnes conſecutus eſt, & ſui ingenii monumenta præclara poſteritati conſecravit.

Occaſio, qua Chytræus Roſtochium venit.

Docet ibi Chytr.

Altero anno, poſtquam venerat in *Roſtochianam* Academiam, Principi *Henrico* Duci Megapolitano, mandato Ducis *Joannis Alberti*, *Suerini* oratione *Latina* parentavit. Eodem anno cum doctrina illius, virtus, diligentia, & ſingularis in docendo dexteritas, paſſim in vicinis locis innoteſceret, *Chriſtianus* III. Daniæ Rex, verè Chriſtianus, cui à viris excellentibus, quos ipſe coràm in Dania viderat, commendatus erat, & Reſpubl. *Auguſtana*, quæ jam veræ religionis libertatem, à *Carolo* Cæſare recuperaverat, literis ſuis eum expetiverunt, & initio ſequentis, Scholarchæ *Argentinenſis* Gymnaſii per *Joannem Marbachium* ipſum rogarunt; ut loco D. Hedionis qui eodem anno *quinquageſimo ſecundo*, *decimo ſeptimo* Octobr. è vivis exceſſerat, in ſchola illa Theologiam doceret. Anno *quinquageſimo quarto*, Elector Palatinus *Fridericus* Secundus, *Philippi* filius, profeſſionem Theologicam in Academia Haidelbergenſi ipſi obtulit, qui Wittembergæ in reditu ipſius ex Sileſia, quo D. *Aurifabrum* comitatus erat, rogatu Cancellarii Palatini D. *Hartmanni*, eâ de re cum illo egit, deinde etiam per literas peculiariter ad eum miſſas, quibus epiſtolæ parentis *Matthæi* & Mœcenatis à *Mentzingen* adjunctæ erant, feriò hortantes ut vocationi obtemperaret, quod etiam feciſſet, ſi absque indignatione Principis ſui *Joannis Alberti* diſcedere potuiſſet, qui non ſolùm

Expetitus à variis.

Electori Palatino, ſed etiam Mœcenati & parenti ejus cauſas per literas expoſuit, ob quas dimittere illum non poſſet, ſeque illi apud exteros & peregrinos viventi patris loco, futurum pollicitus eſt. Sequentis anni menſe Februario luculentam *de conjugio* orationem, in nuptiis Ducis *Joannis Alberti Wiſmariæ* celebratis, in corona multorum Principum recitavit.

Peregrinatur. Biennio pòſt, ter in *Friſiam*, *Brabantiam*, *Flandriam* & alias *Belgici* provincias ſuſcepit; in quo cum parentem ſenem inviſeret *Colonia* adverſo Rheno in patriam navigans, & apud eundem aliquot dies conſideret, Elector Palatinus *Otto Henricus* per nobilem; qui in ſtudiis ipſum aluerat, & poſtea *Wormatiæ*, per legatos ſuos & *Melanchthonem*, tùm ibi præſentem, tandem etiam per literas *Francofurtum* miſſas, ad docendi munus in Academiâ *Haidelbergenſi* eum vocavit; *Marbachius* quoque *Wormatiæ* de priori vocatione Argentinenſi recipienda illum coràm ſolicitavit. Anno ſequenti denuò apud eum inſtiterunt Rex Daniæ, *Chriſtianus* III. & Academiâ *Hafnienſis*, ut D. *Joannis Maccabæi* locum ſuppleret, duplò ferè majori ſtipendio ipſi oblato, quàm quòd Roſtochii accipiebat. Elector *Palatinus* ſimiliter & *Marbachius*, cui reſpondit, *Principem ſuum Joannem Albertum adeò clementer & placidè ſecum egiſſe, ut Roſtochii maneret, cum præterita hyeme, de Palatini vocatione toties iterata, apud eum mentionem feciſſet, ut ſe puduerit, ab optimo Principe ita amanter rogari, & porrò non poſſit ab eodem dimiſſionem petere.* Elapſo ſexennio rogavit eum nobilitas *Magdeburgenſis*; ut ad deliberationem, de Eccleſiis, & cœnobiis ejus Archiepiſcopæ rectè reformandis veniret; ubi cùm ipſe coràm adeſſe non poſſet, ſcripto ſuum ea de re judicium tranſmiſit.

Cùm ergo & docendo, & diſputando, aliis exercitationibus perutilem Academiæ *Roſtochianæ* operam navaret, ſeque totum *Theologiæ* ſtudiis manciparet, viſum eſt ducibus Megalburgicis *Joanni Alberto* & *Ulrico* fratribus; ſumtu ac beneficio ipſorum Theologiæ Doctorem Chytræum renunciandum. Evocatus itaque *Gryphiſvvaldiâ D. Jacobus Rungius* anno *ſexageſimo primo*, *Chytræo*, *Simoni Pauli*, & *Joanni Kittelio*, ſolenni ritu ἀξίωμα Docturæ Theologicæ contulit. Quo eodem actu & *Joanne Bocero* & *Bartholomæo Clingio* Licentiatorum juris honor eſt tributus.

Doctor. Theol. renunciatur.

Diffundente ſeſe ità eruditione ac virtute Chytræi, anno *ſexageſimo quinto*, à Senatu *Stralſundenſi* officium *Superintendentis* ei eſt oblatum, à rege itidem *Sueciæ Erico* XIV. ſub id tempus honorificè eſt vocatus. Sed cuique loco ſua eſt ſors ac genius, fuitque animus *Chytræo Roſtochii*, dum fata Deusque ſinerent, ſubſiſtendi permanendique. Sequenti anno ducem ſuum *Ulricum* ad comitia *Auguſtana*, in quibus inter alia de religionis controverſiis deliberabatur, comitatus eſt. Ibi iterùm à multis fuit expetitus inprimis ab *Argentoratenſium* legatis, quibu[s] etiam ipſe ſpem aliquam fecit, modò cùm bonâ principum ſuorum gratiâ fieri poſſet. Verùm illi tantùm abfuit ut dimiſerint, u[t] etiam arctiùs ſibi devinciendi cauſa *acceſſionem ſtipendii* promiſerint, quam *Chytræu[s]* non accepit. Neque enim lucri ac quæſtu cauſa veniam ſe migrandi ad *Argentoraten[ſes]* petere affirmabat, ſed ut è perturbat[a] Reipubl. *Roſtochienſis* ſtatu ereptus reliquum vitæ in patriâ, aut ejus vicinia exigeret.

Vocatur Stralſundum. Item in Sueciam.

Ad comitia Auguſtan. abit cum ſuo principe.

Biennio pòſt cùm ſapiens Imperator *Maximilianus* II. Dynaſtis & nobilibus Archiducatus *Auſtriæ*, Evangelii doctrinam & ritus cum Auguſtana confeſſione congruentes, in eccleſiis, quarum ipſi patroni erant, indulſiſſet, judicaretque duos viros, pietate judicio & eruditione graves è *Saxoniâ* adhibendos, ipſemet Cæſar *Joachimum Camerarium*, & *Davidem Chytræum* nominavit, & utrumque literis in *Auſtriam* evocavit. Venit *Chytræus* eò ineunte anno *ſexageſimo nono* menſesque aliquot in gravibus de religione deliberationibus, ſtudium ac fidem ſuam non proceribus ſolum, ſed & ipſi Imperatori ita probavit, ut variis de rebus aliquoties cum eo fuerit collocutus, & literis ad Principes Megapolitanos teſtatus ſit, probar[i] ſibi, quæ in Auſtria tunc divinâ adjutus gratia egiſſet. Quam verò doctrinæ & adminiſtrationis Eccleſiaſticæ formam tradiderit, libello edito poteſt cognoſci. In itinere iſt[o] Auſtriaco cùm per otium liceret, menſ[e] Majo, *Vienna in Ungariam* excurrit, & *Poſ[ſ]onium*, aliâs *Presburgum*, *Jaurinum* vulgò *Rabam*, *Comaram*, & alia loca munita perluſtravit.

Anno *ſeptuageſimo primo*, Duces Megapolitani J. *Albertus*, & *Ulricus* fratres, ſupremam ipſi inſpectionem Eccleſiaſticam, & jus convocandi cæteros ejus ducatus *Superintendentes* commendarunt, aut commendare potius voluerunt. Ipſe enim, ut antea, cùm eccleſiæ *Roſtochianæ* Epiſcopatus ab Alberto duce offerretur, gratiis actis pro judicio principum de ſe honorifico, modeſtè deprecatus eſt, nihilominus tamen ſe id acturum ſuo loco promittens, ut in eccleſiis regionum illarum puritas doctrinæ, pax & concordia inter docentes publica, conſervetur, juxta illud apud *Philoſtratum*, ἐμοὶ τὸ πλεῖστον τῶν πόνων, χρῆμα δ' ἡ τιμὰς ἄλλος ἐχέτω. Ejusdem anni æſtate, aliquot ſeptimanas *Berlini* fuit; ubi fortaſſe capituli illius reformationem juvit. Elector quoque *Brandeburgenſis* tunc ad profeſſionem Theologicam in Academia Francofurdiana eum accerſivit. Duobus annis poſt à proceribus Ducatus *Stiriæ*, ad conſtituendas, juxta normam Auguſtanæ confeſſionis eccleſias, & novam illuſtrem ſcholam aperiendam, invitatus eſt, per virum nobilem *Bernardum Lercher*. Cum quo iter ingreſſus ineunte anno *ſeptuageſimo quarto* in *Stiriam* venit, ubi per ſemeſtre penè conſultationibus, de eccleſiis, contra varias Pontificiorum

ctorum moliciones reformandis, continue adfuit, easque feliciter gubernavit. Eodem tempore, quo *Stiriaci* eum vocarunt, *Auſtriæ* Proceres literis etiam petiverunt; ut in *Auſtriam* rediret, quibus tum quidem ſe excuſavit. Sed poſtea *Stiriacis* negotiis expeditis, denuò vocatus, ſeptimanam in oppido, *Stein* ad Danubium, cum delectis Auſtriacorum, de rebus Eccleſiaſticis conſultando conſumſit. Ex hoc itinere domum reverſus, aliquoties eodem & ſequenti anno ab *Auguſto* Saxoniæ Electore, & Academia Wittembergenſi ad publicam in ea ſcholâ functionem accerſitus eſt. Literas quoque *Regiomonte* accepit, quibus voluntas illius explorabatur, quid facturus eſſet, ſi *Boruſſiæ* Princeps locum docendi in Academia Regiomontana offerret.

Anno ſequenti *Rittershuſium* evocatus, *Julio*, Duci Brunſuicenſi, Academiam *Juliam* condituro, in deliberatione de Academiæ legibus, Profeſſoribus, officiis docentium, & diſcentium ratione, inſtituta, fideliter operam dedit, & formam Academiæ integram, & lectionum in ſingulis artibus ordinem ac modum, qui deinde magna ex parte, in *ſtudiorum regulas* translatus eſt, deſcripſit. Quem laborem Dux *Julius* tanti fecit, ut ad ſuos redeuntem *Chytræum* Duci Megapolitano diligentiſſimè commendarit, & ab eodem petierit, ut ſibi biennium, vel annum ſaltem virum concederet, cùm præſentiam ejus novæ Academiæ plurimùm profuturam videret. Domum vix ex agro Brunſuicenſi reverſus initio Maji, literis *Auguſti* Saxoniæ Electoris ad deliberationem *de concordia, inter eccleſias reformatas reſtituendâ*, expetitus eſt. Huic itaque obtemperans *vigeſimo quinto* Maji *Torgam* appulit, ubi ſicut & ſequentibus annis *Magdeburgi*, *Tangermundæ*, & *Juterboci*, conſiliis Theologorum interfuit.

Anno *ſeptuageſimo ſeptimo*, cùm in patriam ſuam profectus eſſet, pluſculosque dies *Wormatiæ* ac *Francofurti* ſubſiſteret, delegati Electoris Palatini *Ludovici* de profeſſione in Academiâ *Haidelbergenſi* ſuſcipienda cum eo egerunt. Quibus natalis ſoli dulcedine ductus operam ſuam addixit, ſi Roſtochio diſcedendi veniam impetrare poſſet. Sed coactus eſt, ſicut in omnibus aliis, ita & in hac conditione repudiandâ, principi ſuo ægre ipſum Electori per ſemeſtre permittenti, obtemperare.

Itaq; Roſtochianâ in Academiâ ſubſiſtens *doctrinam cœleſtem*, *philoſophiam* & *hiſtorias*, ſingulari dexteritate, fide & aſſiduitate docuit, & *Latinos* ac *Græcos* autores, *Herodotum* inprimis & *Thucydidem* interpretatus eſt. Certum *diſcendi ordinem* & *rectam ac compendiariam viam ad* ſalutarem *eruditionem*, & ſingularum artium nucleos, in libro, cui titulus, *Regulæ ſtudiorum*, adoleſcentibus monſtravit. Verè etiam libellus aureolus eſt, qui *virtutum deſcriptiones & vitæ regulas*, ampliſſima methodo tradit. Inter alios liber *de morte & vitâ æternâ* luculentus eſt, doctrinæ & veræ conſolationis pleniſſimus. Taceo *Chronologiam*, *Rhetoricen*, & alia. Sed graviores lucubrationes ſunt, quibus *Pentateuchum Moyſis*, Prophetarum omnium principis, quem Oceanum Theologiæ, veteres appellant, *hiſtoriam Joſuæ*, *Judicum*, *Ruth*, *Prophetas* aliquot *minores* & *Syracidæ* ſapientiam illuſtravit. *Novi Teſtamenti libros omnes* publicè in ſcholâ prælegit, hoc modo; ut *primum* locos doctrinæ excerperet præcipuos, *deinde* verba & phraſes obſcuriores illuſtraret, *deniq;* uſum doctrinæ cœleſtis in exercitiis veræ pietatis, & quotidianæ invocationis aperiret. Quales annotationes illæ fuerint ex luculenta enarratione Evangeliſtæ *Matthæi* & *Apocalypſeos Joannis*, & ereptis ex incendio domus collegii, ubi tum muſæum habebat, *reliquiis ſcholiorum in Joannem Evangeliſtam*, & *Acta Apoſtolorum*, æſtimari poteſt. *Onomaſticon* etiam *Theologicum* edidit, quod in omnes ſacræ ſcripturæ libros, & in totam Eccleſiæ hiſtoriam eruditiſſimi indicis loco eſſe poteſt. Fratri ſuo *Nathani* adoleſcenti, cujus ſtudia tum gubernabat, non modò autor & hortator fuit, ut ſtyli materiam *Faſtos* deligeret, ſed & manu propria quaſi œconomiam & formam ſuſcipiendi hujus exercitii præſcripſit, ſicut ipſe in ſua ad lectorem præfatione pluribus fatetur. Alteri cuidam *ſeriem actorum & deliberationum de religione*, in comitiis anno *milleſimo quingenteſimo trigeſimo*, cum confeſſio primum *Carolo V.* Imperat. exhiberetur, ex diverſis ſcriptis *Lutheri*, *Philippi* & aliorum, qui deliberationibus iſtis interfuerunt, coagmentatam, propoſuit, unde *Hiſtoria Auguſtanæ confeſſionis* originem ſuam traxit. Sed ſcriptis ab eo editis nunc plurimæ gentes tanquam divini ingenii fructibus ſalutaribus perfruuntur, ut qualia ſint, non difficulter poſſit cognoſci.

Nov. Teſt. uti explicarit.

Appropinquante ſenectâ quæ ipſa morbus eſt, perpetuis ferè & continentibus doloribus capitis, renum & arthritidis eſt conflictatus, ut ſæpiſſimè decumberet, & non ſolum pedes, ſed manus quoque officio ægrè fungerentur. Nec tamen in iſto otio, non ſemper optato, planè deſes aut otioſus fuit. In lecto decumbens, ſi quæ intervalla morbi concedebant, *Pſalmi triceſimi ſecundi* explicationem, olim inchoatam, finivit, libros pleroſque à ſe editos recognovit. *Epiſtolam S. Pauli ad Romanos* integram, familiaribus quibusdam domi ſuæ convenientibus, interpretatus eſt, & alia nonnulla. Totam verò *hiſtoriam Saxoniæ* & vicini orbis Arctoi, poſtremis vitæ annis recenſuit, unde levationem ægritudinum & animi recreationem potiſſimum petivit. Qui labor pertexendæ hiſtoriæ Arctoarum gentium etſi alienus quibusdam viſus fuit, & propterea non nihil moleſtiarum & offenſionis ipſi peperit, nullum tamen dubium eſt, quin Deo probetur, & inſignes vitæ humanæ utilitates afferat. Dies Dominicos & feſtos lectione Evangelicarum

Morbi Chytræi.

In quibus ipſe non otioſus.

Enarrationes evangelicæ Melanchth. commendatæ.

carum enarrationum *Philippi* ut plurimùm tranſegit, easque multum amicis commendare ſolitus eſt, quando totius Chriſtianæ fidei & vitæ ſummam, & omnis divinæ ac humanæ ſapientiæ rivulos limpidiſſimos, in his contineri affirmabat.

In morbis ſuis diuturnioribus & gravioribus rariſſimè pharmacis uſus eſt, cum natura ab iis abhorreret. Et quamvis ipſe medicis bonis & medicinæ ſuum locum, & honorem debitum tribuebat; tamen afflictam corporis ſui valetudinem, juxta Celſi regulam, ſolâ ferè *patientia*, *quiete & abſtinentia* curare ſolebat. Hoc namque edere & bibere, quod poſſis, nutrit corpora, voluptate afficit, & ſana conſervat, teſte *Chryſoſtomo*, & *Platonicum* illud *de multis cauſidicis & medicis* in Republ. ſæpè jocans repetebat, *injuſtarum cupiditatum & intemperantiæ civium indices eſſe, quos mori Reipubl. utilius eſſet, ſi diæta morbos arcere & depellere non poſſent, quàm medicorum ope reſtitui.* Imaginem Chriſti in cruce pendentis, parieti in muſæo affixam, quotidie mentis & corporis oculis adſpexit, cui grandiuſculis literis ſententias conſolationum Evangelii illuſtriores, & precatiunculas, ad *ſeptem dicta in cruce* accommodatas adſcripſerat. Confeſſionem quoque fidei & precationem prolixiorem ad eum uſum ſibi multò ante delineaverat, quam ſymboli Apoſtolici recitationi ſubinde adjunxit, aut prælegi ſibi juſſit.

Morbus fatalis.

Anno *ſeculari*, menſe Junio, graviter è catarrhis laborare cœpit. Vocato igitur ad ſe *Joachimo Weſtphalo*, peccata ſua cum pſalte Davide ſeriò confeſſus, fidei ſuæ confeſſionem poſtremam edidit, & annunciata peccatorum remiſſione propter Chriſtum, corpus & ſanguinem Chriſti, ſalutis æternæ pignora ac ſigilla, accepit, ſimulque actu ſacro finito ad præſentes dixit: Nun ſind wir / Gott lob / wohl verwahret / *Jam Dei gratia benè præmuniti ac ſalvi ſumus.* Tandem ſacrâ cœnâ jam peractâ, & gratiarum actione & benedictione, quæ poſt S. cœnæ adminiſtrationem uſitato Eccleſiæ more, Chriſto Salvatori noſtro pro ſummo communicati corporis & ſanguinis beneficio fieri ſolet, recitata, læto animo & ore ipſe juſſit filium ſuum *Davidem* clarâ voce pronunciare Pſalmos, videlicet, 145. *Exaltabo te DEUS meus, & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.* Et Pſalm 121. *Levavi oculos meos in montes, unde venit auxilium mihi, auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum & terram.* Quo finito tandem dixit, *& hic fidelis cuſtos Iſrael pro me vigilabit, & cuſtodiet introitum & exitum meum, & ſic tutus ambulabo.* Poſthæc dulciſſimas de *ſeptem Chriſti in cruce dictis*, meditationes ſuas à filio prælegendas, & aliquoties repetendas curavit, ut ſe iis non tantum conſolari, ſed & impetum mortis, quam jam propius accedere ſentiebat, eò animoſius ac felicius ſuſtinere & ſuperare poſſet, quo veterator ille Sathanas cor ſancti hominis tentare & perturbare in agone mortis ſolet audacius.

Vtitur ſacra Cœna.

Pſalmos jubet filium recitare.

Poſt meridiem, cum vox catarrho inter-clusa, ope medicorum nonnihil levaretur, clarius etiam, quæ intentio animi ad Deum directa, quæ conſtantia, quæ πληροφορία & efficacia divini verbi in ſe eſſet, verbis nutuque demonſtravit, & multa veræ invocationis, pietatis, & fidei ſigna edidit, tum ge-mendo, tum oculos in cœlum attollendo, tum ad pronunciata divinæ conſolation[is] verba *Amen* reſpondendo. Et poſtremò cu[m] circa horam nonam veſpertinam *Joachim[us] Weſtphalus* ipſi ex ſeptem Chriſti dictis, u[l]timæ valedictionis loco repeteret, illud eff[i]caſſimum Chriſti, *conſummatum eſt*, quo[d] pro omnium hominum ſalute in ara cruc[is] pronunciavit, & ultimum omnis præmedita-tionis complementum, *Pater, in manus tu[as] commendo ſpiritum meum*, ſæpius inculcare[t], eumque hortaretur, ut nunc cum S. Jobo firmiſſimâ in Chriſtum fide, diceret, *ſcio quod Redemtor meus vivit*: & cum D. Paulo *Mihi vita Chriſtus eſt, & mors mihi lucrum, cupio itaque diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον*; & ſic Deo Patri in manu[s] ſuas corpus & animam commendaret. H[æ] voces latenti ſuâ energiâ, operante Sp[i]ritu ſancto, ſic in cor *Chytræi* penetrarun[t], ut quaſi reviviſcere videretur, nempe cuj[us] pectus aſſiduis hiſce meditationibus occup[a]tum fuit. Itaque ore compoſito, manu pr[o]latâ, nutuque evidenti, *hæc in corde ſuo cu[n]cta repoſita*, coram omnibus adſtantibus co[n]firmavit, *ſe hæc firmiter credere, cupidè exp[e]tere, & adjuvante divinâ gratiâ omnem ha[nc] pugnam placidè depugnaturum.* Circa ho-ram deinde *duodecimam* noctis, in fine di[ei], qui *Elogio* * ſacer, vivendi finem fecit, præ-ſentibus domeſticis, aliisque amicis, ann[o] Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo*, ætatis ſua[e] *ſeptuageſimo*, quem & Moſes vitæ human[æ] communem terminum jam olim præfixit.

Luxerunt ejus obitum tum alii optimi [&] doctiſſimi viri paſſim, tum *Janus Gruter[us]* Philologus hoc ſeculo nulli ſecundus eju[s]-modi epigrammate:

Manibus Davidis Chytræi.

Quod te dia ſuo Sophie miſceret Olympo,
Indigeteſque pium ſiſteret ante deos:
Quòd delenificæ Suada potiore loquela,
Omne hominum raperes in tua jura g[e]nus,
Quòd tibi tota ævi duplicis monumenta pa[te]rent,
Sive ea geſta toga; ſive ea geſta ſago:
Quòd cumulareris cunctis une artibus olim
Quæ magno poterant vel populo eſſe ſatis:
Clarabare orbis triplici une Chytræe theatr[o]
Ibat & in plauſus concio trina tuos.
Iſta tamen laudum, me judice, parva tu[o]rum
Portio: terque magis cur colereris erat,
Quòd nullo livoris iniquo felle tumeres:
Neſcireſque datam contemerare fidem.

Qui

Quòd, cilio elato nulli faſtoſus, amicos
Ipſe tibi faceres quoslibet eſſe pares.
Quòd nihilum tegeres penetrali cordis in imo:
Quam vultu faceres alloquioque fidem.
Hæc ſanè unica erant, queis ſuſpicerere Grutero:
Iamque adeò haud hominem, rererat eſſe Deum.
Sin hominem, tum certè hominem, cui perſimilem ætas
Nulla aliquando tulit, nulla aliquando feret.
Ah! homo quòd fueris, jam funere prodis, at illud
Mox etiam prodet poſthuma quæque dies,
Nempe fuiſſe, Chytræe hominem, cui perſimilem ætas
Nulla aliquando tulit, nulla aliquando feret

Et verè fuit vir χρηςὸς, qui non ad privata comoda & gloriam; ſed ad publicam ſalutem, & aliorum utilitatem conſilia, ſtudia & labores ſuos retulit. A Principibus Megapolitanis impetravit: ut Academiæ Roſtochianæ, aliàs egenæ ac inopi, *tria millia & quingentos aureos*, ex certis fundis & ſalinis *Lunæburgenſibus*, adſignarint. In ſtudiis præterea κοινωνικὸς, privatim nulli ſua officia, operam, conſilium, commendationes denegavit, ſed à multis *mundi gratiam* reportavit: ſicut *Themiſtocles* alicubi quæritur, *ſe platanum civibus ſuis fuiſſe, ad quam orta tempeſtate, ut protegerentur, confugerent, ſed reſtituta ſerenitate abeuntes, vellicarent.* Humanitatem, comitatem, ἐπιείκειαν, ſummè coluit, multa eaq; non levia, patienter toleravit, alios etiam ad diſſimulandas publicæ concordiæ & tranquillitatis cauſa injurias hortatus eſt, memor dicti Platonis: οὔτε χρυσὸς οὔτε δάμας οὕτως ἀστράπτει, ὥσπερ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ... συμφρονούντων. Et quia veræ humanitatis ...vis eſt, ut quosvis bonos ſine diſcrimine al...ciat, non ſolùm familiares & ſtudioſi literarum juvenes quotidie, verùm etiam Regum & Principum legati, Roſtochio tranſeuntes, *Chytræum* inviſerunt, aliquot etiam adoleſcentes Principes ipſi, eorumque matres interdum ſalutarunt. Honoratam itaque, licet morbis obnoxiam, vitam, ad extremum usque ſpiritum ...xit, hocque unum per omnem vitam egit; ...*n ut aliorum contemtu & oppreſſione, ſed pro...iâ virtute emergeret ac benè audiret.* Calum...s, & mendacia, ſurda aure neglexit, ſæpe in ...e habens, *qui neſcit ferre calumnias, obtrectationes, convitia injurias, ille vivere neſcit.* Et *Philippus* Macedonum Rex dixit, *ſe his, qui ...rep. Athenienſi primores eſſent, magnam ha...re gratiam, quod ſuis convitiis efficerent, ut ...e tum oratione, tum moribus evaderet melior, ...m conor*, inquit, *illos dictis pariter ac factis ...ndacii arguere*: ita & Chytræus, cùm ...ris ſæpe modis traduceretur, hac ar...uſus eſt, & innocentiâ morum ſic adverſa...s retudit, ut poſtea mendacii eos puduerit.

Crebro itaque hæc vota repetiit: utinam ambitio & avaritia ex animis hominum radicitus tolleretur! utinam publicæ tranquillitatis cauſa magni viri remitterent invicem ſimultates! utinam Reges ac potentes rerum Domini majorem Eccleſiæ ac ſcholarum curam ſuſciperent! certè pulcrum & „ ſtabilem Apoſtolicæ & orthodoxæ religio- „ nis conſenſum, & florentem reip. Chriſtia- „ næ ſtatum haberemus. „

Conſilia ejus & deliberationes. De rebus arduis non temerè judicium tulit, ſed prudenter omnia perpenſoque egit conſilio. *Turpis* enim *eſt vox, tam in togatâ, quam in militari vitâ: Non putaram.* Itaque in publicis conſiliis & deliberationibus Theologicis hoc ei ſolenne fuit, *ut propoſitum è „ fide hiſtoriarum priùs, ſuisque circumſtan- „ tiis, fundamentis & rationibus diligenter per- „ penderet, & aliorum, maximè collegarum, „ ſententiam audiret & exquireret.* „ Hoc ipſo pleroſque in ſuam ſententiam, præclare demonſtratam, facilè adduxit, & auctoritatem ſibi, tum apud deliberantes ſecum, tum apud eos, qui conſilia requirebant, conciliavit.

Vita ejusdem interior. Vita ejus interior ſpeculum fuit adſiduitatis, ſtudiorum, diligentiæ in officio, pietatis, modeſtiæ, ſobrietatis, caſtitatis, beneficientiæ, veracitatis, & aliarum virtutum. *Ingenium.* Ingenio fuit *melancholico*, & penè *Socratico*: diſcendi cupidiſſimus, propoſita celerrimè arripiens, & quem etiam *ſenem non puduit, à cujuscunque opificii Magiſtris dubia & ignota doceri.* *Diſcendi cupidus.* Cum fatali lecto decumberet, inaudiretque ab adſidentibus ſubmiſsè aliqua de re diſputati; erecto, ut poterat, capite, rogavit eos: *clariùs loquerentur. Iucundiorem ſibi diſceſſum fore; ſi moribundus etiam aliquid didiciſſet.* In ſuſceptis laboribus conſtans ac ſedulus, quæque ſemel aggreſſus erat, iis inhærebat tantiſper, dum ad finem perduceret. Seipſum & ſua ſolitus eſt extenuare, aliena extollere: ſumma, „ *ajebat*, mea ſapientia eſt, quod ſcio, me nihil „ ſapere, nec quicquam fiducia ſapientiæ pro- „ priæ ſuſcipio: ſed à Deo rerum gerendarum „ conſilia & rationes peto, & me intra voca- „ tionis metas contineo. Summa meæ pieta- „ tis eſt, quòd impietatem meam utcunque „ agnoſco & deploro, & libenter pius eſſe ve- „ lim. Gloria & ſplendor nominis noſtri „ Chriſtus, qui factus eſt nobis ſapientia à „ Deo, juſtitia, ſanctificatio & redemtio, apud „ quem vivemus in omni æternitate. Amplum „ nomen & claritatem popularem in his terris „ plærique neſcimus, antequam pœnitere cœ- „ pit, contemnere. Uſibus denique edocti, „ cum ſævum prælustri fulmen ab arce ferit, „ ſerò nobis & Chriſto vivere optamus. „

De ignominia Seneca. De ignominia & infamia, in quis malevolorum aut potentum judiciis bonos premente, graviſſimè *Senecam* pronunciaſſe dicebat: Neminem pluris æſtimare virtutem, quam „ qui boni viri famam perdidit, ne conſcien- „ tiam perderet. *Idem* contumeliis, quæ vulgò „ tales habentur, nimio otio ingenia noſtra in- „ firma & muliebria, & inopia veræ injuriæ „ laſcivientia, commoveri, *ait*. Venit tan- „ dem mors φαρμακευτικὴ κάθαρσις omnium „ malorum, quæ omnes pares facit; & victo „ victorique finem æque maturum affert. „ Tales erant crebri ipſius ſermones, de ſtudio εὐφημίας ſeu bonæ famæ & gloriæ, quæ non tam in vulgi applauſu & acclamatione po-

pulari; quàm in æterna DEI & Eccleſiæ cœleſtis conſuetudine, & in propriæ conſcientiæ, aliorumque bonorum & rectè judicantium judicio, & cenſura conſiſtit. *Omnia enim facilè contemnere* ajebat eum, *qui ſe moriturum eſſe ſeriò cogitaret.*

Nævi ejus. Habuit tamen, utpote homo, ſua non minus, quam alii, errata. *Iracundior* fuit natura, nimis ad ambitionem uſque laborioſus; multa diſſimulare novit, *cunctator* in dicendis ſententiis fuit. Sed hæc quæ in confinio virtutum ſunt vitia, ſic ratione recta moderatus eſt, ut virtutis vim ubique redolerent. Ira dolorem animi arguit. Itaque ſi corrigendi animo quis aliis iraſcatur, in magiſtratu, in præceptore, in patrefamilias, ira vitium non eſt, quia non ex affectu agunt, ſed ut ratio & cauſa honeſtatis præſcribit, & qui non iraſcitur, neque videtur ſentire, neque dolore adfici, neque eſſe idoneus ad ulciſcendum. Ergo iraſci ſæpè *Chytræum* neceſſe fuit. Deinde cum illud *Plinii* verum eſſe agnoſcamus; *quicquid non eſt peractum, pro non inchoato eſt*, ſi poſteritatis rationem habeas: utique rectè nulli labori pepercit vir prudens, qui abſoluta, quæ poſteritas legeret, voluit eſſe omnia. Diſſimulatione, ubi ita opus fuit, ad multitudinem uſus eſt, ſed coram intelligentibus omnia apertè dixit & enunciavit, veritati plus quàm opinioni cujusvis tribuens. Cunctator fuit, qui magni judicii homo fuit, quippe nil niſi rectam rationem ſpectabat, fontem originemque virtutum. Et ſanè leviter judicare res magnas, imperiti eſt, & præcipitanter, injuſti. Sed qui infamiam levitatis & imperitiæ timet, modeſtus ſeu ἐπιεικὴς eſt. Deinde magnanimi motus tardus eſt, vox gravis & locutio ſtabilis.

Conjugium Conjuges habuit duas, prima fuit *Margareta Smedeſia, Laurentii* Senatoris Roſtochiani filia; quam duxit anno *quinquageſimo tertio*, nuptias conciliante ipſo Duce *Joanne Alberto.* Amiſit eam anno *ſeptuageſimo primo*, cum *octodecim* annis cùm ea jucundè vixiſſet, liberosque utriusque ſexus
Liberi.
Generi. ſuſcepiſſet, & generos è duabus filiabus ſibi adſciviſſet egregios viros, *Joannem Frederum, & Joannem Georgium Gödelmannum* JC. Altera uxor *Margareta Pegelia* filia *Conradi*, Mathematum aliquando Roſtochii Profeſſoris. Cum hac ubi *viginti novem* annos exegiſſet, ſuperſtitem eam cum duobus filiis *Vlrico* & *Davide* Chytræis, reliquit.

Scripta. Scripta edere maluit διδακτικὰ, quam πολεμικὰ aut ἐριστικά: unde à non nemine labes ei adſperſa fuit, occultæ ſocietatis cum adverſariis. Sed ejusmodi voculas ipſe neglexit, & ſæpe dixit: ſatis ſcriptum eſt de

De controverſiis Theolog. ſat ſcriptum. „ controverſiis, modò, qui nova deſiderant, libros editos perlegerent. Ignavi „ ſunt homines noſtri, & rerum novarum „ nimis cupidi. Veterum ſcripta negligunt, „ recentium expetunt, cùm tamen illi unâ brevi ſententiâ plus tradiderint & expreſſerint, quàm hi noſtri multis pagellis. Quo fit, ut eadem facilitate, qua illi libri ſcripti ſunt, rejiciantur. Deinde verum eſt illud P. Mimi, & calamitas fundi Græciæ teſtatum facit: „ Nimirum altercand[o] veritas amittitur. Cæterùm quæ edidit pa[r]tim ſunt *Theologica*, partim *Philologica* & *Hiſtorica*: quæ heic recenſere omnia, n[i]mis longum foret, qui cupit, in Biblioth[e]cis inquirat. Hoc addimus, poſt obitu[m] optimi viri foras datas eſſe *orationes & epiſt[o]las* ejus; in quibus haud pauca ἀξιόλογ[α] *Hæc de D. Chytræo excerpta ſunt ex oratio[ne] parentali à Joanne Goldſtein Paſtore Roſ[to]chienſi dicta, & ex narratione de vitâ & [o]bitu ejusdem conſcripta à Chriſtophoro Sturc[io].*

IOANNES CONRADVS VL[MERVS].

DEdit *Joannem Conradum Vlmerum* S[ca]*phuſia* Helvetiorum, anno Chriſti *m[illeſi]ſimo, quingenteſimo, decimo nono*, die *Ma[rtii]* ultimo. Parentes ei fuerunt *Joann. Vlri[cus] ab Vlm*, vir ſenatorii ordinis, & *Margar[eta] Thannerina* Büttenhartenſis, honeſtæ fami[liæ] matrona.

Incidit pueritia ejus in Reformationem [Ec]cleſiarum Helveticarum, quam Scaphuſiæ q[ui]dem *Sebaſtianus Wagnerus*, cognomen[to] *Hofmeiſterus* orſus eſt, concionibus in ſup[er]ſtitiones & idololatricos Pontificiorum cu[ltus] publicè habitis. Audivit puer admod[um] hunc ipſum Ulmerus, coactum paulò p[oſt] Scaphuſia cedere, unde Baſileam, deinde Z[o]phingam venit, ubi ad finem uſque vitæ Ev[an]gelium docuit.

Prima literarum fundamenta jecit *Vlme[rus]* in ſchola patria, ſub Magiſtro *Feero*, [...] tum moderatore, & ſeriùs quidem, qu[am] oportebat, ad ſcholam fuit miſſus, propt[er]ea quòd parentes domi operâ ejus uter[en]tur, tum in aliis, tum in vineis colen[dis]. E patria ad exteros ablegatus primum *B[aſi]leam* appulit: ubi hoſpitio & gratuito c[on]victu aliquantiſper uſus eſt *Simonis Gryn[æi]* cui operam ſuam addixerat in liberis in[for]mandis, ac domeſticis negotiis exped[ien]dis. Audivit ibidem *Eraſmum Roter[oda]mum*, ipſum *Grynæum* tum publicè [tum] privatim: *Oecolampadium* item, *Mycon[ium]* & *Amerbachium*, quibus omnibus gratus [et] charusque.

Baſilea *Argentoratum* ſeſe contulit, [an]no *trigeſimo octavo* ſupra *milleſimum* q[uin]*genteſimum*, ſtipendio Senatus Scaphu[ſiani] impetrato, *triginta* in ſingulos annos *f[lo]renorum.* Ea in Academia auditor fuit [Bu]*ceri, Calvini, Capitonis, Hedionis*, [...] *lii* in Theologicis: *Joannis Sturmii*, [...] *Daſypodii, Herlini, Bedrotti, Sapidi[i]* aliorum, in humanioribus diſciplinis [...] que ad annum uſque *quadrageſimum* [...] *mum.*

Hoc enim anno ſecundo Rheno deſcendens *Francofurtum* venit, atque inde *Erphordiam*, tandemque *Wittembergam*. Hic convictu uſus eſt *Caſpari Bruſchii* poëtæ, contubernio *Timothei Schureri*; inſtitutione denique Theologorum ac Philoſophorum ſummorum, *Lutheri, Melanchthonis, Pomerani, Crucigeri, Iuſti Ionæ, Iacobi Milichii, Rumelii.* Amicos expertus eſt populares multos, inter quos facilè primus *Hieronymus Schurfius* jureconſultus Sangallenſis: de quo Melanchthon dicere ſolitus: *per hunc jus & civile & canonicum, licet in univerſum amitteretur, reparari poſſe.*

Cum autem ſuppellectilem doctrinæ mediocrem acquiſiſſet *Vlmerus*; & privatas lectiones habuit, aliorum erudiendorum cauſa, & teſtimonio Academiæ publico dignus eſt judicatus. Magiſter enim Philoſophiæ renunciatus eſt anno *quadrageſimo ſecundo*, competitoribus inter alios *Ioanne Stigelio* Gothano, *I. Henrico Meiero*, Bernenſi, *Ioanne Cratone* Uratiſlavienſi, viris poſtea celeberrimis.

E Philoſophorum ſpatiis ad Theologos, quibus & antea ſemper operam fideliter dederat, conceſſit, pauloque pòſt ſacro miniſterio initiatus fuit hac occaſione. *Philippus* Comes *Rienecenſis* Reformationem in Eccleſiis ſui territorii aggreſſurus, à Wittembergenſibus Theologis petivit idoneum aliquem; cui id laboris committeretur. Idoneus itaque viſus eſt *Luthero* & *Melanchthoni* hic *Vlmerus*, ætate quidem juvenis, ſed pietate, virtute, & doctrina inſignis. Hunc ergo cum literis commendatitiis ad Comitem ablegant, exeunte anno *quadrageſimo tertio*. Reformationem exorſurus concionem primam habuit ipſis Epiphaniis anni *quadrageſimi quarti*, nec longè poſt ritus, & alia ſuperſtitioſa Papatus inſignia, paulatim ſunt ſublata, animis hominum primum rectè in doctrina informatis. Duas ſingulis ſeptimanis, præter preces matutinas, aliis frequentari ſolitas, habuit conciones, ut & diebus Dominicis ſolennes. Ad ſacram Synaxin, niſi examinatum in Catecheticâ doctrinâ, admiſit neminem, laborum & periculorum, ut in mutationibus uſu venire ſolet, ſubterfugit nihil, ſuaque conſtantia ac pietatis zelo ex inimicis multos ſibi reddidit amiciſſimos.

Secutum eſt paucis annis pòſt bellum illud funeſtum Germaniæ, & *tempeſtas Interimiſtica*; quæ multos graviter perculit, ut id præter alios Magdeburgenſes experti. Ibi cùm non in nullo & Comes *Philippus* & hic *Vlmerus* Paſtor ejus, verſarentur diſcrimine, fortiter tamen uterque perſtitit: ille in Religione orthodoxâ, & civibus ſuis defendendis; hic in verbo Dei publicè docendo, Comite ſuo & aliis auditoribus animandis. Et feliciter reſpondit eventus. Nam etſi Comes erat in numero proſcriptorum, ut qui copioſas etiam ſuas contra Imperatorem auſus educere, & multi imperii ordines illi ſcripto nolentes volentes aſſentirentur; multi Theologi loco moverentur: animum tamen ille non abjecit; adeò, ut & receptum profugis atque aſylum præbuerit. Ex eorum numero fuit *Erhardus Snepfius* Theologus: quem *Vlmerus* in Franconiam à *Matthæo Caroloſtadio* deductum, domi ſuæ ipſos tres menſes clam habuit aluitque, donec per iſtum Comitem *Rienecenſem* Saxonicis Principibus fuit commendatus. *Erh. Snepf. profugus apud Vlmerum.*

Perſeveravit iſte Comes conſtanter in Confeſſione veritatis Evangelicæ ad vitæ usque exitum, qui ei contigit anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, undeſexageſimo*, menſe Septembri. *Obitus Comitis Reinecii.*

Cumque ipſe familiæ illius poſtremus, ſine herede maſculo deceſſiſſet, & maxima comitatus pars Archiepiſcopo Moguntino cederet, videbatur ſumma rerum metuenda mutatio. Verum res felicius cecidit, quàm ſperarant, *Moguntino* liberum Religionis exercitium permittente, & mandante, *ut verbum Dei purè, ſincerè, & verè miniſtri docerent* (verba fuerunt Archiepiſcopi) *omiſſis non neceſſariis contentionibus. Id ſi facerent; uſuros illos ſuo patrocinio non minus, ac ſub Comite demortuo uſi eſſent.* Et hæc * *Lobræ* quidem. *Qui ultimus ejus familiæ.* *Moguntinus permittit religionis exercit.* ** Vbi Vlmerus docuit.*

Poſtea anno *ſexageſimo ſexto* ſenatus Scaphuſiani decreto in patriam vocatus eſt, ad verbi obeundum miniſterium. Etſi autem loco tunc erat ſatis commodo, in Eccleſia florenti, apud amicos & fautores haud malæ fidei; ſtipendio frueretur honeſto, tamen *vicit amor patriæ*, & vocationem acceptavit. Eodem ergo anno in viam ſe dat cum uxore gravida, & *quinis* liberis, non ſine auditorum ſuorum mœrore: ac *Scaphuſium* appulit menſe Majo; ubi Eccleſiæ per magiſtratum ad D. *Ioannis* præfectus, Decanatus etiam munus geſſit. *Vocatur in patriam* *Venit eò.*

Ab eo tempore annis ferè *triginta novum* etiam *Inſtrumentum* ferme totum percurrit. Ætate ingraveſcente & *Pentateuchum* aggreſſus. *Geneſeos* librum magnâ cum auditorum voluptate explicando ad finem perduxit. *Catecheſin* præterea diligenter urſit, & ut *quæſtiones Catecheticæ* in monaſterii templo publicè recitarentur à ſcholaſticis, ordinavit, de conſenſu etiam ſymmyſtarum decretum fecit: *ut ſingulis Dominicis diebus concione meridiana Catecheſis doceretur.* *Eccleſiæ proficitur.* *Catecheſin urget.*

Cum ita officii ſui ſatagens progrederetur, & ſingulis ſeptimanis ter ad populum peroraret: calendis Auguſti anni *nonageſimi ſexti* paralyticum quiddam, in ipſa concione, ei accidit: quod & linguam & vocem impedivit. Senatus itaque conſiderans & vires fidelis miniſtri exhauſtas, & curriculum jam ad metam decurrens, rude eum donavit, integro relicto ſalario, quo quadriennium deinceps, hoc eſt ad exitum uſq; vitæ, eſt uſus. Paulatim enim deficientibus viribus, præſagiit ipſi animus, ac prævidit, propè ſuam adeſſe emigrationem, ad eamq; piis votis maturè ſe præparavit. *Paralyſi corripitur.* *Rude donatur.*

 Tan-

Tandem anno *ſexcenteſimo* ſupra milleſimum, rediit illa paralyſis, omnemque linguæ & vocis uſum ei intercepit: adeò, ut cretâ ſi quid vellet, notare neceſſe haberet. Cibi ergo nihil admiſit, nec admittere potuit, cumque uxor aut liberi ingerere ipſi aliquid conarentur vix guttulam potuit deglutire, & tuſſi vehementiſſima fuit concuſſus. Inde in tabulam ſcripſit: *vos me tandem ſuffocabitis, quando vera fames ſitisque advenerit, tum comedam atque bibam*; verùm ipſe procul dubio cibum potumque cœleſtem intellexit. Confeſſionis autem ſuæ ac conſolationis cauſa, ſelectiſſima ſcripturæ dicta filium in ſcheda juſſit deſcribere, & deſcripta ad parietem affigere; quæ adventantibus ipſe monſtrabat, & capitis nutu, hanc ſuam eſſe confeſſionem, hæc ſua ſolatia, indicabat. Dicta fuerunt petita ex 2. Corinth. 5. v. 6. Philipp. 1. verſ. 21. 23. Actor. 7. verſ. 59. Phil. 3. verſ. 20. Hebr. 13. verſ. 14. 2. Timoth. 4. verſ. 7. 8. Pſalm. 71. verſ. 5.

Iterum paralyſi tangitur.

Obit.

In horum meditatione placide obdormivit die *ſeptimo* Auguſti, dimidia ſeptima matutina: cùm vixiſſet annos *octoginta unum*, menſes *quatuor*, dies *ſeptem*. Sequenti die hora duodecima, Chriſtiano ritu, fuit ſepultus, maxima non ſolum civium, ſed & miniſtrorum è pagis frequentia.

Virtutes ejus & docendi ratio.

Fuit & hic ſuo loco benè de Eccleſia meritus Theologus; in concionando Methodum Paulinum obſervare ſolitus, ut referret ad *doctrinam*, ad *redargutionem*, ad *inſtitutionem*, & *correctionem*, diſcendi cupidus, etiam in declivi ſenecta.

Scripta.

Edidit tractatum de *horologiis ſcioterics*, quotquot in plano alicubi deſcribi poſſunt.

Evangelia Dominicalia tribus linguis.

Enchiridii paſtoralis ſummam.

Convertit in Germanicum librum anonymum, *de auctoritate ſacra ſcriptura*: Item *ſpeculum Ieſuiticum*, Cypriani *de immortalitate*: *Bullam Papa* cum refutatione Bullingeri ad defenſionem Reginæ Angliæ, & *Germanicis rhythmis comœdiam Mariæ Magdalenæ* reddidit: & ex *Sapido comœdiam de Lazaro* redivivo, quæ Scaphuſii acta publicè, anno 1596. Item *Symbola Germanica*. E Græco in Latinum tranſtulit *Polymorphum Theodoreti*, collegit *Symbola Patrum* & *conciliorum Oecumenicorum*, tum Latinè tum Germanicè, quæ hodiernæ controverſiæ eucharisticæ de ubiquitate, & συνουσίᾳ maximè adverſantur.

Exſtat ipſius & *ſcriptum conſolatorium*: quo ex agnitione iræ DEI & peccatorum afflictæ conſternatæque mentes efficaciſſimis, è verbo DEI petitis, conſolationibus eriguntur, & *homiliæ de Sacramento Cœnæ* Latine publicatæ.

Item *Geodeſia*, & *ſcriptum Rapſacenum*, & *Erotemata Dialectica*.

Nondum tunc edita

Inter manuſcripta reliquit librum; cui titulum fecit: *Chorus orthodoxus teſtium fidei catholicæ, de incarnatione verbi & ſacra Domini cœna*, in quo juxta annorum ſeriem iñ[...] de à Joanne Apoſtolo, ad noſtra uſque tem[...] pora omnium ferè orthodoxorum tam Gra[...] corum, quàm Latinorum Patrum ejus argu[...] menti ſententiæ adducuntur.

Ex narratione M. S. de vita & obitu hu[...] jus Ulmeri, contexta à filio ipſius Ioann[...] Paſtore tum Eccleſiæ Wagenhuſianæ in He[...] vetiis.

DANIEL TOSSANUS.

PAtrem habuit *Daniel Toſſanus Petru[...] Toſſanum*; ex epiſtolis *Eraſmi*, *Calvin[...]* & *Bezæ* notum. *Eraſmus* enim, cui int[...] alios carus ac familiaris fuit, ipſum juvene[...] Baſileâ in Galliam proficiſcentem, hiſce *Gu[...] lielmo Budæo*, eruditorum totius Galliæ [...] mini, * commendat: Hic Petrus Toſſanus juvenis eſt honeſto loco natus, indole felici, & ingenio perquam liberali, ſummæque ſpei. Ardet amore Græcanicarum literarum, Baſileæ ſolus profitetur Glareanus, ſed egeſtas obſtat, quò minus poſſit vel animo ſuo, vel hujuſmodi auditoribus ſatisfacere. Scio tibi juvenis ingenium oppidò placiturum, &, ſi novi tuam humanitatem, vel nullo rogante facturus es, quod dignum eſt tanto literarum antiſtite. ;; Eadem ferè de ſe ipſo ſc[...] bit in alia epiſtola ad *Michaëlem Budam* E[...] ſcopum Lingonenſem.

Hic *Toſſanus* ut minimum annis *ſex & [...] ginta* Paſtor Eccleſiæ ſupremusque antiſ[...] *Mombelgarti* fuit, tempore *Ulrici* Du[...] Wirtembergici, à *Bucero*, *Thoma Blaur[...]* & *Simone Grynæo*, eò miſſus & ordinatus, o[...] quidem *Canonicus Metenſis*, dum adoleſce[...] eſſet, & patruum haberet primicerium M[...] tenſem, cui nomen *Nicolao Toſſano*, qui [...] ſum *Coloniæ*, *Lutetiæ* & *Romæ* in ſtudiis [...] verat. Poſteà verò mortuo patruo, & ha[...] ſto guſtu puræ religionis, ex conſuetudi[...] cum *Iacobo Fabro Stapulenſi* & *Eraſmo*, q[...] bus familiariter utebatur, in aulam *Margar[...] tæ* Reginæ *Navarrenæ*, aviæ Fr. Regis, q[...] & ipſa Evangelicæ veritati addicta erat, rec[...] ptus, ei ab eleemoſynis & conſiliis fuit, [...] etiam ſe ab eo commendari in epiſtola qu[...] dam ad ipſum * ſcripta petit Eraſmus: *Il[...] ſtriſſima*, inquit, *Regina quæſo ut me faci[...] commendatum, cujus piam prudentiam, [...] prudentem pietatem animo exoſculor.* In[...] velut ἀναχωρῆσαι *Baſileam* rediit, don[...] *Mombelgardum* mitteretur. Inprimis a[...] tem cum *Simone Grynæo*, Theologo pr[...] claro & Philoſopho doctiſſimo, arctiſſi[...] ei conjunctio fuit, qualem poſtea filio *D[...] nieli Toſſano* cum eximio noſtri ævi Theol[...] go, *D. Iacobo Grynæo*, fuiſſe accepimu[...] qui etiam ſe *Petrum Toſſanum* jam ſene[...] ceu *Polycarpum* quendam *Mombelgardi*, c[...] Eccleſias illius provinciæ ſupremi Magiſt[...] tus juſſu inviſeret, complexum fuiſſe alic[...] teſtatur.

Vi[...]

Vixit *Petrus Toſſanus* annis *ſeptuaginta quatuor*, (quam ætatem filius non attigit) obiit anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio*; poſtrid. non. Octob. cùm magnum ex gemina duorum filiorum cæde mœrorem concepiſſet: quorum alter *Mombelgarti* nefariè à vicino ſuo, alter *Lutetiæ* in funeſtâ illa laniena anni *ſeptuageſimi ſecundi* cum hoſpite ſuo *D. Tevarto*, Procuratore & Eccleſiæ Pariſienſis Seniore, plurimiſque aliis fidelibus paulo antè obtruncatus fuerat. Pater *Petri Toſſani*, *Danielis* avus, *Joannes Toſſanus* honoratus vir; in vico S. *Laurentii*, in finibus *Lotharingiæ* propè *Marvillam* oppidum & *Jametum*. Ei à proceritate corporis cognomen *Magni* fuit. Conjugem habuit nobiliſſimam fœminam præfecti *Marvillani*, Domini de *Cheury* & *Soufflet*. Sed bellis diuturnis Regum Galliæ & vicinorum Principum tota illa Regio, nec non & familia iſta attrita fuit: niſi quod ſupereſt in vico illo S. *Laurentii* honoratus & locuples vir, illius loci prætor *Laurentius*, ex *Petri Toſſani* ſorore prognatus. Matrem habuit *Daniel Toſſanus*, *Joannam Trinckottam*, honeſti civis *Mombelgartenſis* filiam: quæ & ipſa obiit anno *ſeptuageſimo quinto* die *tertio* Auguſti.

Natus ergo fuit *Daniel Toſſanus Mombelgarti*, ſub ditione illuſtriſſimorum Ducum Wirtembergicorum, anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo*, die *decimo quinto* Julii; poſteaque anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto*, adoleſcens *Baſileam* ad uberiorem ingenii cultum & humaniores diſciplinas perdiſcendas miſſus fuit: quâ in urbe *biennium* vixit, annum unum apud *Franciſcanum Jeckelmannum*, urbis ſenatorem, alterum apud *Iſaacum Kellerum* Medicinæ Doct. & Profeſſorem. Eodem tempore in Academia illa primo honore Academico decoratus fuit. Anno verò *quinquageſimo ſeptimo* menſe Octobri: quo tempore Colloquium Wormatienſe habebatur, *Tubingam*, juſſu patris venit; ubi ſingulari humanitate & benevolentia ab optimo Principe *Chriſtophoro* exceptus fuit; qui eum in gratiam patris, tot annis de Eccleſiâ *Mombelgartenſi* bene meriti, ultrà *biennium* in ſtudiis aluit. Quocirca ſicut ille, dum vixit, inſignem hanc optimi & clementiſſimi Principis erga ſe liberalitatem, aliaſque virtutes heroicas grato ſemper animo prædicavit: ita poſteritas, quæ fructum aliquem ex *Toſſani* laboribus editiſque lucubrationibus percipiet, non invita nutricium tam illuſtrem & benignum, ac plurimorum exulum, quos ſævus Antichriſti furor ſedibus ſuis exegerat, patronum munificum, piâ & gratâ memoriâ venerabitur.

Etſi verò *Daniel Toſſanus* Illuſtriſſimæ Domui Wirtembergicæ nulla ſtipulatione, propter illud beneficium, erat obligatus: tamen proculdubio operam ſuam illi libentius, quam aliis, gratitudinis jure, addixiſſet: ſi per improba adverſariorum odia licuiſſet, qui modis omnibus, atque adeò putidis calumniis, benignum Wirtembergicorum Ducum & Conſiliariorum animum ab ipſo alienare moliti ſunt, cæciſque abrepti affectibus, in neſcio quod *ubiquitatis*, purioribus illis temporibus inauditæ, *barathrum* ſeſe præcipitarunt. Cùm in Academia *Tubingenſi* ageret, Profeſſores & Theologi erant viri docti & moderati, pacis & concordiæ amantes; qui *Melanchthonem* pro fido Doctore & charo Præceptore habebant; nec damnandi libidine adverſus omne genus piorum virorum graſſabantur. Aberat tunc *Jacobus Andreæ*: *Oſiandri* & *Marbachii*, inſolens dogma nondum eruperat. Quin imò *Brentius* alius erat, ac poſtea fuit; ut patet ex ejus commentariis in Johannem, & ex præfatione, quam illo tempore tractatui cuidam de cœna edito, præfixit; in qua hæc ſcribit: *Tollenda merito omnis criminandi & maledicendi amarulentia, & judicium Filio Dei Domino noſtro Jeſu Chriſto, ipſiſque poſteris noſtris, qui certaminis non auctores, ſed ſpectatores, æquius, ſepoſitis affectibus, judicaturi ſunt, permittendum. Noſtri adverſarii etiamnum vivunt & quotidie audaciores fiunt: noctes & dies hoc agunt & meditantur: ut exortum Evangelii lumen extinguant, antiquaſque tenebras revocent. Interea nos, qui initio unanimes per Dei gratiam Evangelium annunciavimus, converſis armis in mutua vulnera ruimus gratumque hoſtibus ſpectaculum exhibemus; qui plus præſidii atque fiduciæ in concertationibus noſtris, quam inani cauſæ ſuæ fundamento, totaque arte & potentia ſua collocant.*

Theologi quales tum Tubingæ.

Hæc Brentius: quorum ſi ipſe poſtea & ſucceſſores atque diſcipuli memores fuiſſent; minus eſſet hodie turbarum & rixarum; minus haberent Pontificii & Jeſuitæ, quod gauderent & triumpharent.

Præcipuum verò ſtudium, cui ſe D. *Toſſanus* Tubingenſi in Academia dedidit, humaniorum literarum & Philoſophiæ fuit, in quibus adeò feliciter brevi tempore profecit; ut titulum inde *Magiſterii* reportarit. *Biennium* commoratus *Tubingæ*, annum unum apud *Joannem Iſenmannum* urbis Paſtorem; alterum in collegio Principis, *Mombelgardum* à patre revocatus fuit, ubi ſpatio ferè *ſemeſtri* Germanicâ & Gallicâ linguâ concionando ſe exercuit: donec *Lutetiam* Gallicæ linguæ excolendæ, & ſtudiorum continuandorum gratia ablegaretur: quod factum anno *milleſimo quingenteſimo unde ſexageſimo*, menſe Junio. Sequenti anno menſe Martio, *Lutetiâ Aureliam* venit: ubi primum linguam Hebræam, per quam aditus futuro Theologo & eccleſiaſtæ ad veram & certam divinorum oraculorum cognitionem patefit, publicè profitendo docuit.

Studia Toſſani Tubingæ.

Revocatur à Patre.

Lutetiam mittitur.

Inde Aureliam.

Ibi Hebræa docet.

Mox ab Eccleſia *Diaconi munus* ipſi impoſitum: nec multo poſt, anno videlicet *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo*, menſe Februario, ſacro miniſterio in eadem Eccleſia, ſumma omnium voluntate & gratulatione, inauguratus fuit. Annum ætatis tunc

Initiatur miniſt. ſacro.

agebat *vigeſimum primum*: quæ tam cita ad tantum munus maturitas, neſcio an magis præſtantis ipſius ingenium cum indefeſſo ſtudio conjunctum, an diligentem patris & præceptorum inſtitutionem commendet. Utque à parentibus, infans, Deo & Eccleſiæ dicatus, à puero & velut cum lacte materno pietatis & doctrinæ ſemina imbiberat: ita antequam naſceretur, à Deo ut eſſet σκεῦος ἐκλογῆς, ordinatus, maturè ad graviſſimam ſanctiſſimamque gregis ſui paſcendi functionem in amœniſſima & celeberrima urbe adhibitus fuit. Erat enim tunc Eccleſia Aurelianenſis omnium totius Galliæ florentiſſima & ampliſſima; in qua *ſeptem millia* capitum numerata fuerunt: cui unà præerant viri doctiſſimi & integerrimi, *Antonius Chanorrietus Merangæus*, *Robertus Maconius Fontanus*, *Hugo Suræus*, *Nicolaus Follionus Vallenſis*.

Eccleſia Aurelianenſis florens.

Eius antiſtites.

Etſi verò Patriæ & Principi ſuo, ut dictum eſt, quàm exteris inſervire maluiſſet: *duæ* tamen potiſſimum *rationes* ipſum ad Eccleſiæ Aurelianenſis miniſterium capeſſendum impulerunt: quarum *una* fuit ſumma *neceſſitas*, quâ Eccleſiæ in Gallia publicum religionis exercitium adeptæ, premebantur: ſumma, inquam, fidorum operariorum penuria, & ſumma primariorum quorundam ac pio quodam zelo ferventium virorum obteſtatio. Quo factum, ut ad miniſterium illud non tam communibus Eccleſiæ ſuffragiis eligeretur; quàm publica omnium acclamatione & vehementi deſiderio raperetur. *Altera* ſuſcepti illius miniſterii cauſa fuit, quòd ex diligenti utriusque partis ſcriptorum collatione, verum & genuinum verborum Chriſti ſenſum, veramque de Sacramentis doctrinam edoctus, & de ea in conſcientiâ ſua convictus, ad cœtum eorum, qui eam ſequerentur & profiterentur, ſe aggregare maluit; quàm ad eos, qui hominum commenta divinæ veritati anteponerent: præſertim cum animos adverſariorum exacerbari, odia gliſcere, & portentoſum ubiquitatis dogma ſerpere paulatim & vires acquirere cerneret: unde facilè conjecturam facere potuit: ut maximè in patriam rediret, ſibi orthodoxam doctrinam amplexo, apud eos, qui eam toto pectore averſabantur, locum non fore. Id quod poſteà etiam eſt expertus, ut dicemus.

Cauſa cur Aureliæ ſubſtiterit Toſſ.

Porrò in numerum Eccleſiæ Aurelianenſis miniſtrorum cooptatus, animum tandem ad honeſtum matrimonium adjecit, nuptiasque Aureliæ cum lectiſſima virgine *Maria Coveta* Pariſienſi celebravit, anno *ſexageſimo quinto*, die *decimo nono* Martii. Nata illa fuerat patre honoratiſſimo, & doctiſſimo viro *Philiberto Coveto*, curiæ Pariſienſis celebri advocato & reginæ matris *Catharinæ Medicea*, ante turbas & bella civilia, conſiliario: matre autem *Maria Gohorry*: quæ cum vidua eſſet, & veritatem Evangelicam rejectis ſuperſtitionibus Pontificiis agno-

Ducit uxorem.

Philibertus Covetus.

viſſet, *Lutetiâ Aureliam* cum filiabus propter liberius religionis exercitium, conceſſerat.

In ejus laude præcipuè ponendum arbitramur, non modò quod à tenerâ ætate re familiaris adminiſtrandæ, omniumque partium, quæ ſexum illum decent, adeò gnar & perita fuerit; ut mater curas ſuas omne & negotia domeſtica in eam rejiceret: ſe & inprimis, quod ardenti ſacrarum litterarum amore incenſa, & magis de cultu De & animæ ſuæ ſalute, quàm de ullâ aliâ r ſollicita, cum domi aſſiduæ verbi divini lectioni & meditationi, precibusque ac cantionibus ſacris vacaret, tum publicè in templo cantiones ſingulari cum affectu & attentione audiret, quibus tantoperè delectabatur; ut calamo maximam earum partem exciperet. Quibus exercitiis hoc conſecut eſt: ut præcipuas & elegantiores totius ſacræ ſcripturæ ſententias, & univerſum penè pſalterium, Gallicis rhythmis, à *Clement Maroto*, & *Theodoro Beza* concinnatum memoria comprehenderit. Illa autem exercitia, quibus animus ab omni rerum humanarum vanitate abſtractus, in Deo ejusque cultu ſeſe oblectat, & quaſi cœleſtem vitam degit, temporibus illis periculoſiſſimis, quibus unumquemque ad martyrium mortemque pro veritatis confeſſione obeundam, paratum eſſe oportebat, maximè neceſſari erant.

Nihil addemus hîc de cœteris virtutibus quæ ex pietate velut è fonte emanant, de humilitate animi, facilitate morum, pudicitia affabilitate, de charitate in proximum, liberalitate in egenos, aliisque præclaris dotibus quibus plurimum ornata fuit, atque omnium etiam exterorum & hoſtium favorem ſibi conciliavit.

Verum ut paucis labores & pericula, qu Toſſanus in Miniſterio ſuo in Gallia ſuſtinuit, recenſeamus: initium faciemus à primo ejus Miniſterii anno, qui ut diximus *ſexageſimus ſecundus* fuit à *milleſimo quingenteſimo*. Eo anno primum *civile bellum* inter Reformatos & Pontificios in Gallia exortum. *Aurelia* autem, in qua frequens erat Eccleſia, & magnus Reformatorum numerus, Principi *Condæo* ultrò portas aperuit eumque magno cum applauſu excepit. Hinc factum, ut illa velut ſedes & arx belli eſſet omnesque viri primarii religionem reformatam amplexi eò confluerent. Quæ res aux Pontificiorum odium in illam urbem & Eccleſiam: adeò ut tandem poſt atrociſſimum prælium, quod eodem anno, menſe Octobri, ad oppidum *Druydum* commiſſum e in quo *Condæus* ab hoſtibus, *Conneſtablus* Reformatis captus fuit; omnem vim & impetum in illam converterent. Dux namque ipſorum *Guiſius*; anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo tertio*, menſe Februario, urbem obſidione cinxit; quam fortiter defendebat *Andelotius*, Amiralii frater, licet a

ver

verſa valetudine conflictaretur. Toto obſidionis tempore *Toſſanus* in urbe manſit, neque ſtationem, in qua à ſummo imperatore, DEO collocatus erat, periculi magnitudine victus deſeruit. Quantis interea curis agitatus, quâ ſollicitudine pro ſua & Eccleſiæ ſalute affectus fuerit, quos labores hortando, monendo, & conſolando cùm cives tum milites exantlaverit, cum tantus tamque ferox exercitus urbi immineret, facile eſt cuivis exiſtimare. Jamque actum de urbe erat, quæ humanis præſidiis non diutius defendi poſſe videbatur, niſi inopinatâ *Guiſii* ducis nece, quem ſpe capiendæ urbis turgidum & miſerandam piorum cædem ſpirantem, dextra divina *Poltroti* cujusdam, qui ſe pro patriæ incolumitate devoverat, audaciâ uſa, ante ipſa mœnia ſtravit & letho dedit, miraculosè liberata atque ex ipſis hoſtium faucibus erepta fuiſſet. Atque ita primum civile bellum pace, quæ anno *ſexageſimo tertio*, die *decimo tertio* Martii eam ad urbem inita eſt, terminatum fuit.

Sed pax illa nec tuta ſatis, nec diuturna fuit: cum editum à Rege promulgatum turpiter à Pontificiis violaretur, nulloque vindice ab illis in fideles ſceleratè & proditoriè ſæviretur. Ac licet proceres Eccleſiarum ſatis longo tempore nefandas ſuorum cædes, contra pacis articulos, patienter tuliſſent, omniaque judicio & quærelis ad Regem & ipſius Senatum delatis, quàm vi & armis experiri mallent: tamen cùm clandeſtina inter Regem & Ducem *Albanum* conſilia agitata intelligerent, & *ſex* Helvetiorum *millia* nullo hoſte, nullâque ſatis probabili cauſa, in intimam Galliam duci animadverterent; non amplius cunctandum rati, quod hæc omnia manifeſtè in ſuam ſuorumque perniciem tenderent, arma ad ſui defenſionem denuò expetiverunt, militemque conſcripſerunt. Sic alterum civile bellum exarſit, anno *milleſimo quingenteſimo*, *ſexageſimo ſeptimo* menſe Julio.

Ante illud bellum, nempè anno *ſexageſimo ſexto*, cum mediocris in Gallia pax eſſet, *Toſſanus* veniâ ab Eccleſiâ impetrata parentum & amicorum ſuorum inviſendorum gratiâ profectus erat. Sed paulò pòſt reverſus, Eccleſiæ ſuæ in altera illa tempeſtate, quæ priore longè gravior fuit, ut bonus & fidelis paſtor adfuit. Maximo tunc in diſcrimine verſabatur Eccleſia Aurelianenſis: quippe pontificii, qui magno numero in urbe erant, ſuperioris belli memoriâ irritati, & præfecti regii, qui in urbe cum aliquot præſidiariis militibus, auctoritate freti, in omnium fidelium, quotquot in urbe erant, necem conſpirarant. Jamque totus ille grex, qui puritatem Evangelii profitebatur, mactationi deſtinatus, & luporum avidiſſimorum rabiei expoſitus, omnibus penè momentis fatalem horam exſpectabat: cùm ecce *Novæus*, inſignis Reformatorum ſtrategus, exiguis cum copiis in urbem invehitur; & Pontificios partim expellit, partim exarmat. Quo facinore Eccleſiam præſenti periculo liberavit; & urbem ſecundo in *Condæi* Principis & Reformatorum poteſtatem redegit. Cùm autem magni exercitus ab utraque parte collecti eſſent, & pugna memorabilis ad S. *Dionyſium* commiſſa, in qua *Conneſtablius* aliique primarii duces tam Pontificii, quàm Evangelici lethaliter vulnerati fuerunt, multis ultro citroque datis & acceptis damnis, pax aliqua interceſſit: quæ convenit ad *Carnutum* oppidum, quod magnis viribus oppugnabat *Condæus*, cui *Caſimirus* Princeps Palatinus cum aliquot turmis equitum auxilio venerat. Coiit illa pax anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo* menſe Martio. Eadem tamen illicò à Pontificiis perfidè rupta, non remedium malis; ſed incrementum attulit.

Novæus.

Liberatur periculo.

Prælium ad S. Dionyſ.

Pax iterum inita.

Iterum rupta.

Magna tunc pontificiorum militum præſidia in urbem *Aureliam* introducta fuerunt, quod illa juxta pacis articulos, regi ab Evangelicis eſſet reſtituta. Illi milites, præcipuè verò qui ex civibus pontificiis ſponte nomen militiæ dederant, implacabile odium in Reformatos gerentes, ſuperbè & inſolenter omnia agere; & palam minari; ſe propediem Reformatos omnes, præcipuè verò miniſtros, ferro trucidaturos. Augebat *Toſſano* metum & ſollicitudinem, non modò præſentiſſimum periculum; ſed & uxor & gemina proles, quam tunc habebat: ignarus cum ad concionem prodiret, vivusne domum eſſet reverſurus. Nam quotiescunque fidelium cœtus conveniebat, partim lapidibus partim bombardarum ictibus ab adverſariis petebatur: quorum furor aliquando eò usque proceſſit; ut horreum, quo Reformati vice templi utebantur, igni injecto concremarent. Quotidiè autem nunc hos, nunc illos ex Eccleſiæ membris in teremtos, audiebatur: & *Toſſanus* in illo hoſtium furore bis terve ædes mutare coactus eſt. Sed & propius ipſum attigit periculum.

Minæ Pontificiorum.

Periculum Toſſani.

Et Evangelic.

Horreum ipſorum templum exuſtum.

Nam die quodam, qui *Barnabæ* ſacer, milites ipſum comprehenſum urbe ejicere volebant; ut eum poſteà pro libitu tractarent, & latronum more vitâ ſpoliarent: niſi uxor, etiam gravida, omni contentione elaboraſſet; ut manibus illorum eriperetur, atque à præfecto regio poteſtatem in urbe manendi impetraſſet. Verum menſe Septembri; cùm *tertium civile bellum* in Gallia excitatum eſſet; Pontificii qui *Aureliam* firmo præſidio tenebant, laxatis inſaniæ frenis, loca omnia, quibus Reformati ad cultum divinum utebantur, flammis conſumſerunt, & ultra *octoginta* fideles, qui in iis erant, nefariè ſuſtulerunt. Nihilominus miniſtri omnes, ſingulari Dei providentiâ, ſalvi ex illo furore evaſerunt.

A militibus comprehenditur Toſſ.

Liberatur.

Tertium civile bellum in Gallia.

Cædes Evangel.

Verum

In inſidias incidit Toſſ.

Verum *Toſſanus*, cum noctu, fidelium quorundam ope, una cum collegis urbe eſſet miſſus, in ſilva quadam in inſidias incidit; & captus in arcem non procul ab urbe perductus eſt. Uxor, quæ in urbe remanſerat, accepto hoc nuncio, conſternata, nihil intentatum reliquit: quoad maritus cum ſociis, gravi precio redemtus in tuto collocaretur.

Precio redimitur.

Venit Argimontem.

Argimontem itaque venit, quod oppidum eſt mediocre, itinere diei Aureliâ diſtans, cui regia & ſplendida arx in colliculo adjacet, ſedes eo tempore illuſtriſſimæ *Renatæ*, *Ludovici* XII. Regis Galliarum filiæ, & *Ferrariæ* ducis viduæ; quæ inſigni ſtudio erga Reformatam religionem affecta, multis fidelibus durante perſecutione tutum in ſua arce & oppido perfugium præbuit.

Renata Ferrar. ducis vidua.

Uxor Toſſ. intercepta. Liberatur.

Uxor habitu ancillæ, ne agnoſceretur, maritum ſecuta intercipitur; & præfecto Aurelianenſi traditur: qui tamen propriæ conjugis & filiarum, quæ muliebri commiſeratione pro ipſa intercellerant, precibus expugnatus, ea.. cum honore relaxavit, & inſtitutum iter perſequi juſſit. Sic tandem *Argimontem* ad maritum per media hoſtium agmina, & ubique excubantes ſicarios incolumis pervenit. Quo in loco filiam enixa eſt, quam domina illa vidua Ferrarienſis è fonte baptiſmatis ſuſceptam, ſuo nomine inſignire voluit.

Pervenit ad maritum.

Condæi mors.

Sub illud tempus, menſe nimirum Martio anni *ſexageſimi noni*, triſtis nuncius de morte *Condæi* allatus eſt, qui ad fluvium *Charentem* in Sanctonum oris, fortiſſimè dimicans, amiſſo equo & deſertus à ſuis, captus erat: ſed mox contra fidem datam ſceleratè à tergo globo tormentario ictus occubuit. Non latuit Regem fideles quosdam, qui fugâ ſalutem quæſiverant, *Argimonte* delteſcere; & calàm à vidua illa Ferrarienſi, amita ſua magna foveri. Idcirco omnes ad cædem depoſcens, amitæ ſuæ ſeverè mandavit, ut profugos omnes oppido ejiceret: quod ni faceret, ſe militem ad eos inveſtigandos & trucidandos eſſe miſſurum.

Evangelici Argimonte exturbantur.

Sancerrã petit Toſſ. cum ſuis.

Huic mandato cum omninò parere neceſſe eſſet, *Toſſanus* cum uxore & tribus liberis *Sancerram*, quod erat proximum aſylum, petivit. Ibant unà, ex eodem oppido egreſſæ, *ducentæ* aut *trecentæ* rhedæ, infantibus vagientibus onuſtæ: & quamvis multæ hoſtium catervæ per vias diſpoſitæ huic prædæ inhiarent: ita ut vix ulla elabendi ſpes ſupereſſet, cum etiam fluvius *Ligeris* eſſet trajiciendus: tamen divinitus accidit, ut nobiles aliquot ex Reformatis, expediti in equis & probè armati, palantem hunc puerulorum & mulierculartũ gregem obvium haberent, eumque *Sancerram* usque comitati, repulſis aliquoties hoſtibus, qui eos adoriebantur, immunem ab omni injuriâ præſtarent.

Annum plus minus commoratus *Sancerræ Toſſanus*, dum interea Gallia tota bello arderet, tandem pace inter utramque partem conſtitutâ, *Mombelgartum* ad parentes; u[t] eorum conſpectu nonnihil ſe recrearet, pro[]fectus eſt: eoque uxorem cum uno & alter[o] ex liberis evocavit. Et quia pax illa multi[s] incerta atque inſtabilis videbatur, nequ[e] Eccleſia Aurelianenſis tam citò ſe poſſet re[]colligere: annum integrum in patria hæſit ibique patrem annis gravem, concionand[o] ſublevavit. Quo pietatis officio dum magn[a] & urbani magiſtratus & conſiliariorum Prin[]cipis conſenſu defungitur, Theologi quidam *Stutgardiani*, ἀλλοτριοεπίσκοποι, aut qua[]non ſatis malorum in Gallia paſſus fuiſſet litem ipſi moverunt, & ad ampliſſimos præ[]fectos & ad ſenatores Stutgardianos detule[]runt; quòd neſcio quam *hæreſin*, *velut pe[r] contagionem in Gallicis Eccleſiis hauſiſſet & i[n] patriam deportaſſet: Calviniſmum nempe &* *Zvvingliamiſmum*, cujus apertè ipſum inſi[]mulabant. Hoc igitur volebant; ut *Stut[]gardiam* veniret, & ex conſuetudine & col[]loquiis ipſorum errores deponeret, & cum in vita tum in doctrina eorum exemplum a[d] amuſſim ſequeretur: quod ſi faceret, tun[c] demum ipſi copiam publici miniſterii in pa[]tria futuram. Ad quas criminationes, ſcri[]pto Apologetico ad ſenatum Stutgardianun[m] miſſo, graviter & modeſtè reſpondit, in qu[o] inter alia hæc ſcribit: *Ego, ſi meis emolu[]mentis omnia metirer, neque ea vellem præ[]ponderari honeſtate, vel ſi nulla fide Eccleſi[æ] datâ, nullave lege obſtrictus eſſem, geſtirem Stutgardiam advolare, cum ut veteribus ami[]cis & præceptoribus propiùs fruerer, tum u[t] illuſtriſſimos Principes tantæ ſpei & tam cle[]mentes aſpicere, & coràm colere liceret: at[]que etiam fortaſſe, ut in his locis, ab armo[]rum ſtrepitu remotis, tutò reliquum vitæ tem[]pus tranſigerem. Sed & Eccleſiæ Aurelianæ fidem dedi, me brevi ad ipſam reverſurum, ut ſi illam naſcentem & florentem juvi, ei in hoc ſqualore & tam gravi caſu non deſim. Amicis prætereà quibusdam multum debeo, qui magnâ pecuniâ nec absque nominibus vitam meam è funeſtis militum manibus redemerunt. His niſi me ad præſcriptum tempus ſiſtam, quomodo vel perfidiam vel prævaricationis notam effugiam? Verum eſt & illud non minus grave, quod me ab iſto itinere Stutgardiano deterret. Nam, ut ingenuè loquar, eam in Gallicis Eccleſiis fidem, pietatem, religionem cognovi: ita ſemper ab iſtis controverſiis, digladiationibus & amarulentis ſcriptis abſtinuerunt, imò aliud per hoc decennium, atramentum non profuderunt, quàm ſanguinem ſuum, quo Evangelii doctrinam obſignarunt; ut valde mirer, cur Domini Theologi Stutgardiani ipſis ita ſint infenſi; ut vel hoc nomine, quod ibi per aliquot annos Evangelium docui, graviſſimè ſuſpectum me habeant: aut cur ſchiſmaticos & impios errores illis & mihi impingant, cum in omnibus præcipuis fidei & religionis capitibus, cum tot clariſſimis Germaniæ & aliarum*

rum nationum Eccleſiis, Propheticam & Apoſtolicam doctrinam amplectamur, quæ in confeſſione Auguſtana & alibi ab ejus auctore explicata eſt: ſolumque hoc à Dominis Theologis deprecatus ſim; ut veniam darent, ſi ſubtiliores quaſdam quæſtiones, quæ nec ex Auguſtana Confeſſione, nec ex ejuſdem Apologia depromtæ ſunt, in Eccleſias noſtras nondum inveheremus, donec de re tota ſancto aliquo œcumenico concilio, vel aliâ bonâ ratione conſtitui poſſit.* Sic tunc illis, quà potuit, ſatisfecit.

Anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo* Eccleſia Aurelianenſis pacis beneficio poſt tam crudelem perſecutionem nonnihil reſpirans, atque indies numero animiſque creſcens, *Toſſanum Mombelgarto* revocavit. Non tamen in ipſa urbe miniſterium exercere licebat, ſed in arce quadam ſecundo ab urbe lapide, cujus Dominus erat nobiliſſimus & pietatis zelo ardentiſſimus vir *Hieronymus Groslotius.* Eò diebus Dominicis ingens ex urbe multitudo ad audiendas conciones confluebat: quamvis id non abſque periculo fieret; quoniam Pontificii convitiis & maledictis redeuntes excipiebant; & quibus poterant modis laceſſebant, non obſcurè jactantes, ſe domum illam, omneſque quos in ea reperturi eſſent, ferro & igni deleturos. Nihilominus fideles pericula omnia conſtantiâ ſuperabant: & *Toſſanus*, qui apud nobilem illum virum diverſabatur, ſtrenuè in officio pergebat, licet tunc temporis incommodâ valetudine uteretur. Sed non diu hæc halcyonia durarunt.

Nam anno *ſeptuageſimo ſecundo* menſe Auguſto ferales fuerunt nuptiæ Regis *Navarræi* cum *Margaretha Caroli IX.* Regis Galliarum ſorore: in quibus, ut notum, heros ille *Caſpar Colignius* Galliæ Archithalaſſus, & plurimi nobiles, & primarii viri, Conſiliarii, Doctores, Advocati, Profeſſores, ut de promiſcuâ plebe nihil dicam, omnibus naturæ, humanitatis, hoſpitii, honeſtatis, fideique legibus perfractis, fœdè cæſi & jugulati fuerunt. Quâ plus quàm Scythicâ barbarie æternum dedecus nomini Regio, cujus verbum, quid dico verbum? imò jusjurandum non minus, quàm fides ipſa ſacrum eſſe debuit, inuſtum fuit: & pontificii Pſeudo-catholici clarum ſatis documentum ſtatuerunt, ſe ab eo, qui mendax & homicida eſt ab initio, ejuſque vicario viſibili & manifeſto, Pontifice Romano regi ac duci; nec Reformatis, niſi ſcelere, perfidiâ & perjurio ſuperiores eſſe poſſe. Eadem calamitas *Hieronymum Groslotium* Aurelianenſis Eccleſiæ patronum, qui unà cum aliis nobilibus edicto & promiſſis Regis plus nimio fidens, tetris illis & infauſtis nuptiis intererat, oppreſſit. Cujus immanitatis famâ *Aureliam* perlatâ, Pontificii lætitiâ exultare, epinicium canere, & ferrum in omnes Evangelicos, qui in urbe, & vicinia erant, acuere. *Toſſanus* eâ tempeſtate in arce illa prope *Aureliam*, de qua diximus, cum familia commorabatur: cumque etiam ad Dominam arcis, *Hieronym. Groslotii* uxorem eſſet allatum de laniena *Lutetiæ* patrata, *Chancæus* quidem nobilis pontificius, qui tum fortè novi aliquid percontaturus eò diverterat, metuens, ne quod aliud malum ſubeſſet, & Reformati ipſi, qui maximo numero *Lutetiæ* erant, neque tam facilè opprimi poſſe videbantur, impetum in Pontificios feciſſent, cœptum iter omiſit, & aſſumtâ ſecum Dominâ illâ unà cum *Toſſano*, uxore & liberis domum ſuam, quæ non procul *Argimonte* aberat, regreſſus eſt. Sic *Toſſanus* pontificii hominis operâ & humanitate conſervatus, ſanguinarias tunc Pontificiorum manus admirabili Dei providentia effugit. Nam Aurelianenſes ſequenti die arcem illam, ex qua *Toſſanus* cum ſuis pridiè ſub veſperam egreſſus erat, infeſtis animis petiverunt; portas perfregerunt; obvia quæque diripuerunt; ancillas aliquot, quæ ibi remanſerant, trucidarunt: mirum in modum indignati, ſe eos, quos maximè quærebant, non invenire. In illa direptione tota ſupellex & Bibliotheca *Toſſani* periit.

Toſſanus à nobili Pontificio ſervatur. *Arx Groslotii diripitur.* *Et libraria Toſſ.*

Cum autem domus illa, in quam evaſerat, non ſatis tuta videretur, quod in ſylva aſſet, & dominum haberet pontificium; in aliam quandam ſibi notam, quæ non longè aberat, tranſmigravit: in qua per dies aliquot ſubſtitit: donec iterum ab illuſtriſſimâ & piiſſima Domina *Ferrarienſi*, de qua ſupra, in *Argimontanam* arcem cum uxore gravida fuit receptus. Ibi in turricula quadam menſem unum & alterum delituit, in quâ clanculum ab optima illa Domina cibo & potu ſubmiſſo alebatur: dum interea Pontificia rabie per totam Galliam debacchante, ſanguis fidelium largè ubique effunderetur. Illis temporibus *Paulus* filius in illa arce & turricula eſt natus, anno *ſeptuageſimo ſecundo*, die *viceſimo ſeptimo* Septembris.

In arcem Argimonti recipitur. In turricula clam alitur cum ſuis. In qua Paulus Toſſ. natus.

Ubi verò Pontificius furor nonnihil deſævit: *Toſſanus* & uxor cum liberis diverſis itineribus ex Gallia, in qua omnia erant conclamata, in Germaniam, velut in portum tutum & tranquillum, non ſine magnis difficultatibus appulit.

In Germaniam effugit.

Nec multò poſt *Haidelbergam* à ſereniſſimo Electore *Friderico* III. pio, vocatus, cum familia venit, & Electori à ſacris concionibus eſſe cœpit. Tanta fuit illius optimi & nunquam ſatis laudati Principis erga afflictum *Toſſanum* benignitas & clementia: tanta clariſſimorum virorum, quibus cùm aula tum Academia abundabat, humanitas: ut penè omnem præteritorum temporum & ærumnarum ei memoriam diſcuſſerit.

Haidelb. vocatur. *Electori eſt à ſacris.*

Et ſanè Palatina domus cùm cæterarum virtutum laudibus inclyta, tum beneficentiæ & manſuetudinis, quâ ad DEI immortalis naturam homines proximè accedunt, nomine commendatiſſima ſemper fuit.

Laus domus Palatinæ.

Toto illo tempore, quo *Toſſanus* aulici concionatoris munere functus eſt, & nutricio tam benigno frui potuit, fidem ſuam, diligentiam, candorem & alia id genus, quæ in fido paſtore requiruntur, ita Electori illi pio probavit: ut cum charum & intimum haberet, ac nonnunquam gravioribus religionis negotiis & deliberationibus adhiberet. Quocirca etiam ipſum anno *ſeptuageſimo quinto Ambergam*, unà cum ampliſſimis legatis ſpectatæque fidei conſiliariis, ad Eccleſiarum quandam viſitationem inſtituendam, & diſſidia de religione componenda miſit: quâ in legatione ſanctè integreque eſt verſatus.

Charus Elect. Toſſ.

Ambergã mittitur.

Verùm mundi ingratitudo & protervia tanto Principe, quo meliorem & religioſiorem vix aliquot retrò ſecula noverunt, digna non fuit: qui præproperè Eccleſiæ & *Toſſano* aliiſque multis fidelibus ſubtractus anno *ſeptuageſimo ſexto*, die *viceſima ſexta* Octobris de vita deceſſit, *quadriennio* pòſt quàm *Toſſanus* in Palatinatum veniſſet. Ab ejus obitu tota rerum facies in Eccleſiis & ſcholis fuit immutata. Quippe illicò quidam è vicinis locis irruerunt: qui favore mitiſſimi Principis *Ludovici* filii abuſi, vineam Domini miſerè vaſtarunt. Horum opera & importunis clamoribus cum alii miniſtri, Doctores & Profeſſores ab officio remoti: tùm *Toſſanus*, cui aliquantò antè concionibus Catecheticis, quas diebus Dominicis à meridie in templo *S. Spiritus* habere ſolebat, interdictum erat, dimiſſus fuit.

Obitus Frider. III. Elect.

Dimittitur Toſſ.

At Princeps *Caſimirus*, cui melius quam fratri, Ubiquitariorum impoſturæ cognitæ erant, quique patris ſui confeſſionem, quam teſtamento ſuo inſeruerat, tutandam ſuſceperat, tabulis & ornamentis præcipuis ex illa Academiæ Haidelbergenſis ruina *Neoſtadii* collectis, eò quoque *Toſſanum* vocavit, eumque Eccleſiarum ditionis ſuæ gubernaculis præfecit. Itaque ablato Friderico III. pio Electore, Deus Eccleſiis ſuis *Joannem Caſimirum*, paternæ pietatis æmulum, patronum & nutricium reddidit: qui non minori favori *Toſſanum*, quam Elector pater complexus fuit, eoque fideliſſimo monitore & conſultore uſus eſt. Præter ordinariam verò miniſterii functionem generalemque inſpectionem, quæ *Toſſano* commiſſa, illuſtris ſcholæ Neoſtadianæ à Principe Caſimiro erectæ, inſtaurationem & amplificationem multum juvit: in qua & ipſe poſt obitum magni Theologi *Zachariæ Vrſini* aliquandiu docuit, & ſacrum codicem interpretatus eſt. Eccleſiam præterea S. *Lambertanam* è peregrinis exulibus collectam, dum ordinario Paſtore careret, curavit, & ſacris concionibus Gallicâ linguâ aliquandiu erudivit. Adde, quod mandatu Principis Theologis præſtantiſſimis *Zanchio, Vrſino* & *Junio* adiunctus, operam ſuam ad graviſſima ſcripta, quæ illo tempore prodierunt, elaboranda communicavit. Nec tacendum videtur, quod *Neo-*

Neoſtadiũ vocatur.

Præficitur Eccleſiis.

Docet & in ſchola. Eccleſiam S.Lambert docet.

ſtadii Conſilia Eccleſiaſtica Conſiſtorii rexit
& anno *ſeptuageſimo octavo*, menſe April
auſpiciis Principis *Caſimiri* Synodo *Neoſta*
dianæ magna cum laude præfuit, in qua præ
cipuè actum fuit de eccleſiarum conformi
tate in doctrina & ritibus, de juvandis &
promovendis exulibus Palatinatus. Tan
tum autem Princeps *Caſimirus* ipſius Conſi
liis tribuit: ut eum crebro ad ſe accerſie
rit, nec quicquam ferè ardui quod ad Ec
cleſiarum emolumentum ſpectaret, ipſo in
conſulto aggreſſus fuerit. Quid? quod ex
terni Principes & legati ampliſſimi, cu
forte *Neoſtadium* ad Principem Caſimiru
veniſſent, nominis ipſius celebritate mot
eum videre & compellare voluerunt: qu
bus pietatis, officii, doctrinæ, & facundiæ ſu
vitatibus ita ſatisfecit; ut poſteà non raro lite
ras ad ipſum, amoris & benevolentiæ teſte
darent.

Sub illud tempus quo Toſſanus Neoſta
dii verſabatur, bellum Colonienſe incidit
in quo Principis *Caſimiri* erga *Gebhardu*
Archiepiſcopum & Electorem fides, er
patriam & religionem amor ſingularis
luxit. Cum verò tota Romani Antichri
vis in utrumque inſurgeret, nec ſocii pr
miſſa auxilia præſtarent, maximis difficult
tibus conflictati *Gebhardus* & *Caſimirus*,
tam honeſta & pia cauſa non parum à *Toſſa*
animati, & divini verbi ſolatio confirma
fuerunt.

Interea dum *Caſimirus* bello illi ad *Col*
niam implicatus hoſti negocium faceſſit,
fortiter adverſis obluctatur: frater *Ludov*
cus Elector è vita exceſſiſſe nunciatur. Qu
propter *Caſimirus* ſingulari Dei provide
tiâ & bellicis illis tumultibus & periculis
nepotis ex fratre tunc pupilli tutelam & El
ctoralis Palatinatus adminiſtrationem voc
tus fuit. Cum *Haidelbergam* veniſſet, è v
ſtigio *Toſſanum Neoſtadio* advocavit: ut ipſi
ope & conſilio Eccleſiarum Reformati
nem inſtitueret: dici non poteſt, quàm t
tro atque inimico vultu advenientem exc
perint adverſarii; quanto in ipſum odio fu
rint incenſi, quam petulanter nonnulli ex
ſcipulis eorum adverſus illum ſe geſſeri
Ille tamen hæc omnia patienter ferre; a
verſariorum immodeſtiam & furibundas
ctiones mirari; & recti verique ſibi conſci
alacriter officium facere: memor procul d
bio illius Senecæ: *Vir bonus, quod honeſtè*
facturum putaverit, faciet, etiamſi periculoſ
erit: ab honeſto nulla re deterrebitur, ad turp
nulla ſpe invitabitur.

Adverſarii autem initio etiam poſt adve
tum Principis *Caſimiri*, omnia civitatis te
pla occupabant, qui, velut furiis agita
maledictis in noſtros & doctrinam noſtra
ita invehebantur; ut ſuis etiam intoleral
les viderentur. Cum autem cives quid
Miniſtri & Conſiliarii Principis, non e
guo numero à Principe *Caſimiro* templ
petiviſſent; in quo purior doctrina
pu

puro Dei verbo hauſta, ſicut olim tempore *Friderici III.* factum erat, traderetur: petitioni æquiſſimæ annuendum ratus *Caſimirus*, de templo ad D. *Petrum* aut ad *Franciſcanos* illis concedendo cogitavit. Verùm *Toſſanus* Principem ad primarium urbis templum, quod eſt Spiritus S. illis concedendum permovit: quoniam intelligebat, ut id fieret, multum & ad Principis exiſtimationem, & religionis ſincerioris propagationem intereſſe.

Et quia adverſarii in omnibus ſuis concionibus magno clamore deblaterabant, *doctrinam noſtram Neſtorianiſmo, & neſcio quibus aliis antiquis hæreſibus, affinem eſſe: idque ſe ad oculum ex Beza & Danæi ſcriptis demonſtrare poſſe: Caſimirus* ſeptem præcipuos ex illis, partim miniſtros, partim Doctores Theologiæ, unaque quatuor ex miniſtris orthodoxis, & inter hos *Toſſanum*, coram ſe & conſiliariis ſuis in Cancellaria comparere juſſit: illos, ut quas hæreſes quæque doctrinarum portenta noſtri traderent, oſtenderent; nos, ut doctrinam orthodoxam à calumniis vindicarent. Sed adverſariis placidam & familiarem cum noſtris collationem, qualis à Principe petebatur, detrectantibus, interim verò in ſuggeſtu, ſympoſiis, & alibi paſſim horribilium convitiorum plauſtra in noſtros quotidiè evomentibus, & mandatum Principis de pace & concordia inter utramque partem ſervanda, omnique modeſtia in concionibus adhibenda tumidè reſpuentibus, factum eſt; ut, cùm pace frui nollent, & in officio manere, ſuâ culpâ & importunitate Principem ad miſſionem ipſis dandam compulerint. Priusquam verò dimitterentur, *Toſſanus* juſſu Principis aliquoties cum illis congreſſus, doctrinæ veritatem fortiter aſſeruit, & inanes eorum contra mandatum Principis exceptiones refutavit: *Oſiandro* & aliis inſtitutam Reformationem forinſecus allatrantibus, os obſtruxit: denique totius illius Reformationis, quâ etiamnum DEI beneficio gaudet Palatinatus ἐργοδιώκτης fuit. Neque id diſſimularunt adverſarii, qui in eum potiſſimum, tanquam omnium, quæ ipſis præter voluntatem evenerant, auctorem primarium ſua tela torſerunt, eumque ſi potuiſſent, libenter ad Getas aut ad Indos relegaſſent.

Eodem tempore publica in *Academia Haidelbergenſi diſputatio* de præcipuis capitibus controverſis mandatu Principis inſtituta fuit; ut ex argumentorum contentione & conflictione veritas magis ac magis illuceſceret, nec queri poſſent adverſarii, ſe, ut olim noſtri, indicta cauſa fuiſſe condemnatos & ejectos. Etſi verò pleraque argumenta ab adverſa parte allata, frivola, inepta & puerilia erant, adeo ut vix ullum mererentur reſponſum: tamen diſputatio in undecimam diem continuata, & modeſte, leniter & ſolidè à *Joanne Jacobo Grynæo* diſputationis illius præſide ad objecta reſponſum fuit. Diſputationi illi bis ipſe interfuit Princeps, primo videlicet & poſtremo actui; cui *Toſſanus* à latere aſſedit, & quæ dicebantur, interpretatus eſt. Exitus diſputationis hic fuit; *Principem velle & mandare, ut, quoniam tota illa diſputatione Eccleſiarum noſtrarum doctrina nullius hæreſeos convinci, nullius erroris coargui potuiſſet: adverſa pars in poſterum ab omnibus invectivis, contumeliis & maledictis ſibi temperaret: & paci atque concordiæ ſtuderet: juventus autem ſtudioſa argumenta utriusque partis diligenter, & ſine affectu ponderaret, veritatem indagaret, nec judicia ſua de noſtra doctrina præcipitaret.* Verum nihil moderati à pleriſque adverſariorum impetrari potuit; donec velut œſtro Ubiquitario perciti in varias oras dilapſi ſunt.

Caſimirus intereſt diſputat.

Exitus illius diſputat.

Hinc aliæ *Toſſanum* curæ, de ſucceſſoribus in Eccleſia, in Academia, in collegio Sapientiæ & Pœdagogio adſciſcendis, de ephoris illuſtriſſimo Principi *Friderico* præficiendis, de miniſtris per totum Palatinatum in loca vacua ſubmittendis, de alumnis Principis examinandis & ab errore revocandis, fatigarunt. Quibus omnibus & ex officii ratione, quia ſenatus Eccleſiaſtici membrum erat, & ſpeciali Principis mandato eximia fide & ſtudio intentus fuit.

Curæ & labores Toſſ.

Anno *octogeſimo ſexto*, *J. Jacob Grynæo*, Theologiæ Profeſſore primario, *Baſileam* à ſuis revocato, *Toſſanus*, licet invitus & reluctans, in ipſius locum ſuffectus fuit. Utque Academiæ legibus ſatisfaceret, eodem anno menſe Decembri, Doctoris Theologi ἀξίωμα ſuſcepit, promotore *Franciſco Junio*, Decano *Georgio Sohnio*: cum jam *decem* ipſos *menſes* publicè docuiſſet. Sic illi duplicati labores fuêre, licet jam antè curarum & laborum ſatis ſuſtineret: quos, ut Principis voluntati & temporum neceſſitati obſecundaret, animo indefeſſo pertulit.

Succedit J. Jacob Grynæo.

Doct. Th. renunciatur.

Non diu erat, quòd Academicum munus cum Eccleſiaſtico conjunxiſſet, cùm ad eum mœrorem, quem ex publicis malis, atque adeò ex infauſto illo & perículoſiſſimo tumultu inter cives & ſtudioſos *Haidelbergæ* excitato capiebat, domeſticus isque graviſſimus, luctus acceſſit. Nam anno *octogeſimo ſeptimo*, die *viceſimo octavo* Martij, hora *undecima* ante meridiem, conjunx ipſius fideliſſima & chariſſima obiit, eodem menſe, quo ante annos *viginti duos* nuptias cum illa celebraverat: cùm paulò ante, die nimirum *decimo nono* Martii (qui dies fuerat nuptiarum) ſingulari cum gaudio, & gratiis DEO actis ærumnarum & periculorum, quæ ab eo tempore unà paſſi eſſent, & admirandæ Dei tutelæ, liberationis & benedictionis, quàm contra experti eſſent, recordati fuiſſent.

Amittit uxorem.

Hæc die *viceſimo ſecundo* Martii gravi laſſitudine preſſa in febrim continuam inciderat: cùm autem dolores accreſcerent, & extremum vitæ tempus adeſſe animadverteret, *viceſimo ſeptimo* poſt veſperam liberis

valedixit, eosque officii admonuit, ac ſe totam ad mortem componere cœpit. Tota deinde nocte pias ſententias protulit ex Pſalmo *trigeſimo octavo, quadrageſimo primo*, aliis; interque alia dixit: *cum tot martyres tantos ſæpè cruciatus pro veritatis confeſſione pertulerint, cur nos mortem naturalem non æquo animo feramus?* Paulo namque ante morbum *hiſtoriam martyrum* & *theatrum mundi*, Launæo auctore, avidè legerat, & multus ipſi de morte ſermo fuerat: imo cum adhuc in Galliis eſſet, ad martyrium, ſi Dei voluntas eſſet, patienter ſubeundum, pio & conſtanti animo, ſe præparaverat. Ejus tumulum hoc Epicedio ornarunt:

Epicedium ejus.

Si virtus diræ poſſet ferat ſpicula mortis
Effugere, & mœſtas funeris exequias:
Muſica ſi dulcis, morum ſi mira venuſtas,
Et pietas caſtæ juncta pudicitiæ:
Non hoc jam, mater, tumulo contecta jaceres,
Conjuge deſerto pignoribusque tuis.
Sed qui in te vitæ morumque exemplar habebant,
Exemplar ſanctæ nunc quoque mortis habent.

Luctum hunc acerbiſſimum, nonnihil minuerunt ſubſecutæ filiarum natu majorum nuptiæ, quas honeſtiſſimis doctiſſimisque viris elocavit: nec non conjugium novum, quod ipſo anno *octogeſimo octavo*, die nono Novembris cum honeſta matrona, vidua pii viri D. *Pintæi de Capella*, qui olim Illuſtriſſimo Principi *Condæo* à ſacris concionibus fuerat, contraxit. Sed ut ſunt in his terris gaudii & triſtitiæ viciſſitudines, non leve rurſus animo ipſius vulnus ex fortiſſimi Principis & beniguiſſimi Domini ſui, Ducis *Caſimiri*, immaturâ morte inflictum eſt: cum præſertim non multò antè magnanimus heros, re & nomine *Chriſtianus*, Saxoniæ Dux & Imperii Septemvir, magno Eccleſiarum detrimento rebus humanis eſſet exemtus.

Tranſit ad ſecundas nuptias.

Caſimiri Palatini obitus. Item Chriſtiani I. El. Sax.

Principe ergo *Caſimiro*, qui vitam Deo, Patriæ & Eccleſiæ impenderat, in cœleſtem requiem gloriamque translato, Princeps Elector *Fridericus* IV. annis completis, legitimè ad Septemviratus faſtigium evectus, nihil prius habuit: quàm ut eccleſiarum & ſcholarum curam ſibi relictam non minori ſtudio ac liberalitate, quam olim avus, pater & patruus, ſuſtineret.

Frider. IV. Pal. Elect.

Anno *nonageſimo quarto* exeunte, vigiliâ Thomæ Apoſtoli, *Toſſanus* communibus omnium ſuffragiis Rector Academiæ *Haidelbergenſis* in annum ſequentem deſignatum eſt. Ac licet jam antè multis gravibusque laboribus obrutus eſſet: ut jura merito ab eo onere ſe poſſet excuſare: tamen ne ſolus privilegio aliquo gaudere & labores Academicos defugere velle videretur, Academici ſenatus judicio & voluntati acquievit. In illo autem magiſtratu nihil prætermiſit, quod ad Academiæ commodum & ornamentum & ſtudioſorum emolumentum pertinere exiſtimaret. Quippe in ipſo initio sereniſſimo Electori in Augusto conſilio præſentibus quatuor *Decanis*, libellum ſupplicem de gravaminibus Academiæ, præmiſſa oratione pathetica obtulit. Legum præterea & diſciplinæ diligentem habuit rationem: *diſputationum* & *declamationum* exercitia revocavit: *Bibliothecam*, *ædificia*, *reditus*, *ſtipendia*, & alia, quæ ad Academiam pertinent, vehementer ſibi commmendata habuit, & defectus, qui forte irrepſerant, ſuſtulit. Anno revoluto, magiſtratu illo juxta leges ſe abdicavit, commemoratis divinis illius anni beneficiis, præcipuè conſervatione omnium profeſſorum & averſione motuum, qui propter vigilem à ſtudioſo quodam, menſ[e] Auguſto, interfectum impendere videbantu[r]. Gratiis etiam Senatui actis de honore ſibi præ[ſtito], & conſiliis quibus eum juv[iſ]ſent, ex[cuſavit] ſe, quod plura, ut voluiſſet, non præ[ſtitiſſet]. Sic dignitatem illam & inſignia ſuc[ceſſori] reſignavit: quo facto ſinguli ſenato[res] pro fide & diligentia prolixè ipſi gratia[s] egerunt.

Rector Acad. creatur. Toſſ.

Secuta eſt anno *milleſimo quingenteſim[o] nonageſimo ſexto*, & *ſequenti*, gravis peſt[i]lentiæ lues, quæ *Haidelbergenſem* Academia[m] diſſipavit: & aulam cum univerſo Princip[is] conſilio fugavit, duosque eximios viros, [D.] *Kimedoncium*, Theologiæ, & D. *Opſopæum* Medicinæ Profeſſores, ſuſtulit. Talis qu[o]que, ante annos quatuordecim, anno vide[li]cet *octogeſimo ſecundo*, graſſata fuerat. *Toſſan[us]* autem *Haidelbergæ* reſtitit; & non ſolu[m] Eccleſiam ſuam diviniſſimis concionibus, [ſed] etiam reliquias auditorum in Academia *pœ[ni]tentialium pſalmorum* explicatione ſolatus e[ſt]. Atque illi & familiæ tunc temporis divina m[a]nus pepercit, ut ſeculum, quod ad finem pr[o]perabat, exigeret. Cum autem ætatem ing[ra]veſcere & vires corporis debilitari animadv[er]teret, accedente interdum ſpaſmo & vertigin[e], cui obnoxius erat, non ſemel de quietiori v[ita] & deponenda profeſſione cogitavit. Atq[ue] illud ipſum jam ante ſemel tentaverat: [ſed] Principe & Academia retinente, in utriusq[ue] gratiam munus tunc illud obire perrex[it]. Verum anno *milleſimo ſexcenteſimo primo* j[am] vergente, cum paulò ante filias & generos t[u]*Ambergæ* inviſiſſet, & nuptiis *Pauli* filii The[o]logi D. *Francothalii*, *decimo* Novembris ce[le]bratis adfuiſſet, iisque ſingulari cum hilarit[ate] benedixiſſet, quaſi fati ſui præſcius, finem p[ro]feſſioni imponere planè conſtituerat. Qu[am] ob cauſam & à ſummo Electoris conſilio, à Senatu Academico, gravibus adductis rat[io]nibus, vacationem flagitaverat. Oratio, [qua] ad Senatum Academicum poſtrid. *Thoma[e]* eum finem uſus eſt, hoc, ni fallor, exor[dio] conſtabat:

Quod dudum me facere jubebant gra[vi]viſſimæ multæ rationes, & multa etiam ἀποσϰλόνησ, quæ hoc potiſſimum anno quo ſexageſimum ætatis annum comple[vi], mihi evenêre: id in hanc diem reji[...]

cere volui quâ & novi Magiſtratus Academici ineuntur, & novus init annus, quem inclitæ huic Academiæ fauſtiſſimum ex animo precor. Anni ſunt plus minus triginta octo meæ militiæ Eccleſiaſticæ, quam in celebri Galliæ civitate & Academia Aureliana ingreſſus ſum: anni ferè triginta mei miniſterii in hoc Palatinatu Electorali: anni verò ſeptendecim, quibus ex illuſtriſſimorum noſtrorum Principum & Senatus hujus ampliſſimi voluntate profeſſionis Theologicæ munus ſuſtineo; quàm benè aut feliciter, aliorum eſto judicium: fidem quidem & diligentiam in docendo & aliis, quæ mihi impoſita fuerunt, ac ſummum φιλαδελφίας ſtudium deſiderari in me nunquam ſum paſſus. Sed magnam meam tenuitatem, & quàm parum ab illa eruditione quæ ad talem functionem requiritur inſtructus eſſem, agnoſcens, non ſemel cupivi & optavi alteri hanc lampada tradere, ſi bonâ veſtrâ & Principum cum venia id fieri potuiſſet. Nunc res ipſa loquitur quàm ſim ad talem provinciam inpoſterum ineptus. Deficit me jam viſus, ut vix ullos amplius auctores in folio evolvere poſſim, & quæ manu ſcripta ſunt, ſatis ægrè. Invadit me ſubinde jam ſpaſmus, jam vertigo; ut nonnunquam ſine ope famuli ex domo prorepere non poſſim. In Senatu plerunque me obruit ſomnus: jacent interim omnia mea privata: jacent & ſcripta nonnulla, quæ à me nonnunquam expetuntur, quæque relegere aut recognoſcere hactenus non licuit, dum me totum profeſſioni & rebus Academicis trado. Imprudens eſt dux militiæ, qui non canit receptui, donec ipſum & exercitum tenebræ opprimant; imprudens nauta, qui navem non exonerat, donec naufragium faciat. Levitæ, poſtquam viginti quinque annis tabernaculo inſervierant, liberi fiebant. Jureconſulti ſonticos excuſant, de ſe ſiſtendo publicis judiciis. Quapropter illud mihi de veſtra pietate & humanitate ſpondeo: ut non ſolum reſignationem hujus functionis benevolè admittatis: verùm potius miremini, me ad hanc usque diem hunc locum occupaſſe, qui alii viro debebatur.

Reliqua orationis capita hæc ſummatim rant: primùm *agebat Senatui ampliſſimo ratias pro omnibus beneficiis, quibus ab omniius & ſingulis toto illo tempore, quo ipſum collegam habuiſſent, affectus eſſet: promiſitque ſe, uam diu ſibi Dominus vitam concederet, beevolentiæ, humanitatis, amoris, honorisque ibi exhibiti memorem futurum.* Tùm addilit, *ſe eam doctrinam publicè in templis interretando & in Academia profitendo docuiſſe, uam ſciret eſſe veritatem cœleſtem, in cujus onfeſſione, quocunque tempore Domino placeet, vitam claudere paratus eſſet: omnesque ollegas graviter obteſtatus, ut, ſi qua pro reum humanarum inſtabilitate mutatio impenderet, aut brevi ſecutura eſſet conſtantiam præſtarent, nec ab agnita veritate vel ſpe lautioris fortunæ, vel majoris dignitatis cupiditate, vel impatientia & odio eorum, à quibus premi & contemni viderentur reſilirent. Tandem ſenatores omnes obnixè rogavit, ut hujus ſuæ confeſſionis atque conſtantiæ in verâ & incorrupta doctrina, ſi quid fortè humani repentè ſibi accideret, contra obtrectatores teſtes eſſe vellent.*

Senatus Academicus vehementer hac oratione perculſus, omnibus modis ipſum ab hac ſententia dimovere conatus eſt amicè rogans; ne hoc perturbato rerum ſtatu Academiam, quæ auctoritate & conſilio ipſius nunc maximè indigeret, deſerere; ſed potius quod vitæ ſupereſſet, Eccleſiæ & ſcholæ impertiri vellet: gravamina, quæ in medium attuliſſet, quæque agnoſceret ſenatus, levari facilè poſſe: liberum illi fore ad ſenatum accedere & diſputare, cum vellet: locum etiam viciniorem & commodiorem repertum iri, in quo, quoties per valetudinem liceret, doceret. Hæc tanta Academici ſenatus benevolentia & humanitas ipſum planè in ſtuporem dedit: quanquam ſtabat ſententia; ne quid legibus derogaretur, levamina illa detrectare, & deinceps totum ſe ſcriptioni atque operum ſuorum recognitioni dare. Sed Deus ipſe, cui jam inſerviendo ſatisfecerat, non modò hanc reſignationem ipſi ratam fecit, ſed & ampliorem quietem largitus eſt, ipſo in cœleſtem Academiam & beatum angelorum, & filiorum Dei contubernium allecto. *Retinetur à Senatu.*

Refert *Cicero* in ſuo Lælio, *Scipionem* perpaucis ante mortem diebus, quaſi præſagiret, *de immortalitate animorum diſſeruiſſe.* *Toſſanum* verò novimus perpaucis ante mortem diebus, non quaſi præſagiret, ſed ut qui certò præſciret, ſibi brevi moriendum, de morte piè & eleganter commentatum: quæ quidem *commentatio* * *Germanicâ & Gallica lingua* extat, & in multorum eſt manibus. Illud quoque memoria & admiratione dignum videtur, non ſolùm quod die Dominica eodem temporis momento, cum ſub horam tertiam à meridie Eccleſia publico ſigno ad concionem vocaretur, ipſe, qui diu Eccleſiæ in his terris fideliſſimè præfuerat, ad cœleſtem ſanctorum angelorum & electorum concionem evocatus fuit: ſed etiam, quod cum in concionibus ordinariis *librum Jobi* piis præceptis & conſolationibus ſuaviſſimum explicaret, & crebrò ſe & pios auditores Jobo ſocietate conjungeret, explicationem ad ipſum extremum caput *trigeſimum primum* perduxit: ubi ad eum modum, quo in orationibus & diſceptationibus forenſibus hæc clauſula adhiberi ſolet; *dixi*, vel *dicta eſt cauſa*, hæc verba habentur: *Hic finita ſunt verba Jobi:* ſic ut eodem loco & Jobus ſermonem, & ſocius atque interpres expoſitionem finiret.

Scipio de immortalitate animorum Meditatur & mortem Toſſ.

* *Titulus illi eſt: Vade mecum.*

Morbus ejus fatalis.

Etſi autem ſtatim in ipſo emortualis anni initio *Toſſanum* invaletudine quadam & catarrho epidemio correptum obſervabatur, nemo tamen ipſum morti adeò vicinum ſuſpicatus eſt, cum *quarta & quinta* Januarii in publico auditorio docuiſſet, & *ſexta*, quæ dies ſolennium precum erat, concionem in templo habuiſſet. Quæ etiam cauſa fuit, cur nuntio de ipſius morbo ſerius ad filium D. *Paulum* Francothalium perlato, morienti adeſſe non potuerit. Plurimi tamen omnium ordinum viri & amici ægrotandi & morienti adfuerunt, qui, cum eum ſolari vellent, ipſi ab eo conſolationem acceperunt. Nam & ipſe ſermones pios, ſanctos, & certam in Deo fiduciam arguentes inferebat, & ad quodvis ſcripturæ dictum, quod ab aliis proponebatur, brevem & convenientem paraphraſin ſubjiciebat. Conſolabatur ſanè conſolantes adſpectus ille fortis & invicti athletæ, & ad omnes Sathanæ impetus πανόπλου ϗ παγκρατιαστοῦ.

Conſolatoria ſententia.

Fuit autem ſententiis iis, quæ ſequuntur, paulò ante mortem cum primis delectatus & crebrò uſus, ex poſteriori ad Corinthios quinto: φιλοτιμούμεθα εἴτε ἐνδημοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες εὐάρεστοι τῷ Θεῷ εἶναι, & illo Chriſti ad Smyrnenſem angelum ſive Epiſcopum, Apocalypſeos ſecundo: Γίνου πιστὸς ἄχρι τοῦ θανάτου, ϗ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς: ſimiliterque illo *Pauli* poſteriori ad Timotheum quarto: τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, & illo ad Hebr. capite decimo tertio: Οὐκ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν. Item ex pſalmo ſeptuageſimo primo Deus, docuiſti me à pueritia mea, & huc uſque annunciavi mirabilia tua, itaque etiam uſque ad ſenectutem & canitiem, Deus, ne deſeras me. Non abjicias me tempore ſenectutis, cum deficiet virtus mea ne deſeras me. *Et ex Pſalmo trigeſimo primo*: Redemiſti me Jehova Deus verax, in manu tua ſunt tempora mea: Jehova, ne pudefiam, nam invocavi te. Quàm multa bonitas, quam ſepoſuiſti timentibus te, & quam exhibuiſti confidentibus in te coram filiis hominum? *Ex pſalmo octogeſimo ſexto*: Serva vitam meam, nam tuus beneficiarius ſum: Serva ſervum tuum, tu Deus mi, ſperantem in te. *Ex pſalmo centeſimo decimo nono*: Sit, quæſo, clementia tua ad conſolandum me, ſecundum ſermonem tuum ad ſervum tuum. Veniant mihi miſerationes tuæ ut vivam: quia doctrina tua oblectatio mea. Ut maximè præ ſquallore & mœrore fierem ut uter torrefactus fumo, edictorum tuorum non obliviſcar. *Ex Pſalmo centeſimo trigeſimo*: Si iniquitates obſerves, Domine Deus, quis ſubſiſtet? Sed apud te eſt propitiatio, ut timearis. Anima mea intenta eſt ad Dominum præ cuſtodibus matutinis. *Item ex Cypriano de mortalitat.* Mori timet, qui ad Chriſtum, qui in patriam venire recuſat qui non nititur merito mortis Chriſti. *Et ex eod.* Amplectamur diem, qui aſſignat ſingulos domicilio ſuo, & laqueis ſecularibus exutos reſtituit paradiſo. *Et*: Auro te licet & margaritis gemmisque condecores, ſine Chriſti decore deformis es, *ex eodem*. *Tum ex Hieronymo*: Qui quotidie recordatur ſe moriturum, contemnit præſentia, & ad futura feſtinat. *Rurſus ex eodem*: Nos ad patriam feſtinantes, mortiferos Sirenum cantus ſurdâ aure tranſire debemus. Habebat & aliquando in ore illud Ovidii XV. Metam.

Noſtra quoque ipſorum ſemper requieque ſin[e]
ulla
Corpora vertuntur, nec quod fuimusve ſu[imusve]
musve
Cras erimus.

Verum ut tandem finem huic narration[i] imponamus, concludemus piâ illâ & ſanct[a] declaratione, quam propriâ manu teſtamen[to] ſuo præſcripſit, quamque ut omnibus in[no]teſceret, digniſſimam judicamus. Ea ta[lis] eſt:

Primum hac mea propria manu teſtor, me in eâ fide & doctrina, quam Evangelicæ Reformatæ Eccleſiæ profitentur, & quam Aureliæ in Gallia & alibi ab anno ſexageſimo ſecundo uſque ad finem anni ſeptuageſimi ſecundi publicè in concionibus & privatim docui, & poſtea Haidelbergæ & Neoſtadii ab initio anni ſeptuageſimi tertii uſque ad hunc diem tum in Eccleſia tum in ſchola profeſſus ſum, & pro talento mihi concredito explicavi, & vivere & mori velle, agnoſcens eſſe doctrinam Spiritus S. & conformem orthodoxo conſenſui Eccleſiarum verè reformatarum, ut maximè alii commodius, alii fortaſſe non ita commodè ſe explicent & in ipſis ritibus & adiaphoris aliquid ſit diſcriminis. Teſtor etiam, me toto pectore abhorrere à ſchiſmaticis & à criticis atque arrogantibus ingeniis eorum, qui ſuas cogitationes publico conſenſui Eccleſiarum anteponunt, aut minùs candidè piorum fratrum & bene *meritorum virorum dicta interpretantur, nihil tam metuens, quàm ne domeſtica diſſidia corrumpant nobis & pacem & veritatem, quâ fruimur, & nihil tam deplorans, quàm quod inter noſtros non per omnia is candor & ea communicatio conſiliorum reperitur, qua meritò eſſe debebat.*

Obteſtor etiam vos liberos & generos chariſſimos, ne illius veritatis Evangelicæ unquam vos pudeat, vel propter ſcandala, quæ domi in ipſa Eccleſia conſpiciuntur, vel propter perſecutiones, quæ foris excitantur. Poteſt enim laborare, ſed non vinci veritas. Et non ſemel expertus ſum, Dominum Deum mirabiliter adeſſe iis, qui coram ipſo ambulant, & in ſua vocatione ſedulò & integrè verſantur, licet ad tempus odiis aut ſimultatibus aut calumniis agitentur. Precor autem vobis liberis, & generis meis, nec non eorum poſteris omnem à Patre cœleſti, qui incredibili fa-

V

„ vore me ſemper eſt proſequutus, & organon aliquod ſuæ gloriæ in Gallia & Germania eſſe voluit, benedictionem, perſeverantiam in fide & incolumitatem, paratus quotidiè ad nutum noſtri Imperatoris Jeſu Chriſti ex hac ſtatione, tanquam ex militia laborioſa migrare in cœleſtem patriam, & eſſe cum Chriſto. Det mihi Deus ille Pater miſericordiarum claudere diem meum in pace & conſtanti invocatione nominis ipſius, præſidio paracleti Spiritus S. Amen.

„ Commendo etiam ardentibus votis clementiſſimæ tutelæ Illuſtriſſimum noſtrum Elect. Fridericum IV. Dominum noſtrum clementiſſimum, de Eccleſia quotidiè bene merentem, item illuſtriſſimam & piiſſimam ejus conjugem, illuſtriſſimamque prolem. Servet Deus hanc tam illuſtrem familiam ab omni malo, & ab omnibus corruptelis & inſidiis Diaboli.

„ Verſatur mihi etiam ob oculos ſemper, & in meis votis ac ſoliloquiis commendatiſſima eſt hæc Eccleſia Haidelbergenſis & nec non inclyta ſchola, quibus vellem me operam meliorem navare potuiſſe in honoratiſſimis functionibus, quibus Deus me infirmum organum dignatus eſt.

„ Pro concluſione Dominum Deum, coram cujus tribunali ſumus ſiſtendi, teſtor, me in meo Miniſterio Eccleſiaſtico & Academico pro meo exiguo talento, eâ, quâ potui fide, ſine ulla perſonarum acceptione verſatum, nec ex odio aut affectu privato aliquid egiſſe, ſed vitia, hypocriſin, ambitionem, ingratitudinem erga Deum, luxum cum in magnis tum in parvis, ex Dei verbo reprehendiſſe: quod viderem, præſtare iraſci & increpare miniſtros, quàm iram Dei omnipotentis nobis accerſi: ut eam hoc tempore noſtris cervicibus multis modis incumbere videmus. Dominum Deum interim ad extremum usque ſpiritum ſum precaturus, ut ſua flagella à Palatinatu avertat, ſereniſſimæ aulæ & ampliſſimis conſiliariis, inclytæ ſcholæ, reverendo miniſterio & toti Eccleſiæ benedicat: orans, ut ſi quem offenderim, aut alicubi minus rectè me geſſerim, mihi condonet, & id infirmitati humanæ imputet.

Pie tandem exſpiravit, anno *ſexcenteſimo* [ſe]*cundo*, die *decima* Januarii, quæ tum Dominica, intra *ſecundam & tertiam* pomeridianam, anno ætatis ſuæ *ſexageſimo primo*. [E]latus eſt funere honorifico die decimo tertio Januarii, humatusque ad D. *Petri* in ſacello Academiæ, cum Epitaphio ejusmodi:

[D]ANIELI TOSSANO PETRI FILIO [M]OMBELGARDENSI, S. THEOLO[G]IÆ DOCTORI, ET FIDELI CHRI[S]TI SERVO, VERITATISQUE COE[L]ESTIS EXPLICATORI ET PROFES[S]ORI INDUSTRIO, ACRIQUE EJUS[D]EM PROPUGNATORI, TUM AU[R]ELIÆ IN GALLIIS, TUM IN PALATINATU GERMANIÆ AD RHENUM, PARTIM NEOSTADII, PARTIM HAIDELBERGÆ PER ANNOS FERME QUADRAGINTA: VIRO PIETATE, STUDIO ORTHODOXÆ RELIGIONIS, ELOQUENTIA, JUDICII DEXTERITATE, VITÆ INTEGRITATE, HUMANITATE, BENIGNITATE ERGA OMNES, INPRIMIS ERGA FIDEI CONSORTES PRÆCELLENTI, PIE ET SANCTE IN VERA DEI INVOCATIONE, ET CHRISTIANA FIDEI CONFESSIONE, POST FRUCTUOSE EXANTLATOS HONESTISSIMÆ FUNCTIONIS LABORES, MORTUO IIII. IDUS JANUARII, ANNO CHRISTI M. DC. II. CUM VIXISSET ANNOS SEXAGINTA, MENSES QUINQUE DIES XXVI. FILII ET GENERI SUPERSTITES HOC MONUMENTUM PONENDUM CURAVERUNT.

Epigrammma Epitaphium. *Epigramma à Sim. Stenio.*

Hic athleta jacet, non qualis in Elide quondam
Notus, vel Nemeâ notus in Arcadicâ:
Sed qualem genuit nobis celeberrima Tarſus,
Eloquio clarum, ſervitioque DEI.
Qui ſimul in terris pulcros abſolvit agonas,
Pro vera expertus prælia multa fide:
Victor ovans cœli penetravit ad intima regna;
Tempore capturus ſerta repoſta ſuo.

ALIUD.

Ἐνθάδε Τοσσανὸς κεῖται, κεῖται δὲ σὺν αὐτῷ.
Ἐν τάφῳ Εὐσέβιη, τρεῖς τάφον Εὐεπίη.

Toſſanus jacet hic, tumulum Facundia propter
Accubat, in tumulo ſe occuluit Pietas.

Fulſerunt in hoc Doctore virtutes non vulgares. *Virtutes ejus & dona.* Præter ſtudium enim pietatis, quod in eo eximium fuit, morum conſpecta ſingularis ſanctitas, egregia vitæ integritas, mira judicii dexteritas, ingenium præſtans, memoria, qualis multis non contigit, ſermonis facundia tanta, ut in concionando pares paucos habuerit. Quicquid animo & mente conceperat, expeditè ſine ullâ hæſitatione proferre potuit, atque ita quidem, ut pulcerrimo ordine periodorum ſeries connecteretur. Comitas ejus non ſolùm Germanis, ſed & exteris nota. Non ad eum acceſſit ullus, cujuscunque gentis, conditionis, ordinis, ætatis eſſet, quem non omni genere humanitatis, quod verbis & vultu exprimi poſſet, exceperit. Familiam etſi numeroſam aluit, tamen nemo in eo liberalitatem deſideravit: imò ultrò operam, conſilium, facultates ſuas quamplurimis impertivit. Honores nunquam affectavit, & titulum Doctoris ne ambiiſſet quidem, niſi ut hoc faceret, & Academiæ legibus, & conſentiente conſiliariorum judicio propemodum coactus fuiſſet. De conſtantiâ ejus, in veritatis cœleſtis cognitione, res ipſa loquitur. Conjunctionem Eccleſiarum per totam Europam ſtudioſiſſimè fovit; amicitiam colendo cum præcipuis Eccleſiarum doctoribus,

bus, in Germaniâ, Galliâ, Britannia, Polonia, Boëmia, Belgio, & alibi.

Scripta. Scripta ejus diverſis temporibus diverſa prodierunt, poſtea in tomos diſtributa. Poſthuma etiam à filio D. *Paulo* quædam edita; ſed plura adſervantur. *Et hæc de Joſſano, ex narratione de vitâ & obitu ipſius à D. Paulo S. Theolog D. conſcripta, & ex oratione funebri à* Doctor. *Simone Stenio habitâ.*

ÆGIDIUS HUNNIUS.

Θ. 1603. d. 4. April. ætat. 53.

W*Inendæ* in agro Wirtembergico, lucem hanc adſpexit *Ægidius Hunnius*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo*, die *viceſimo primo*. Decemb. memoriæ D. *Thomæ* Apoſtoli ſacro, parentibus natus illiteratis quidem, ſed quæ ſumma eſt ortus noſtri claritas, Chriſtianis, piis, ac honeſtis. Qualis autem quantusque vir eſſet aliquando futurus, haud obſcurè etiam antè, quàm naſceretur, ſignificatum videtur fuiſſe.

Natalis Parentes

Præſagiū de eo matris gravida. Aliquoties enim matri, uterum adhuc geſtanti, viſio, non verè dormienti, oblata fuit ejuſmodi. Videbatur ſibi illa ſedere in templo ſuo loco, & manu dextrâ quippiam humo attollere, ſimile culmo, cumque id teneret inter anteriores digitos, cepit ita creſcere, mater vero ſub mole ſic angi, ſic laborare, ſic afflictari; ac ſi penitus ſuccubitura eſſet, cumque jam jam videretur actum, & planè ſe putaret interituram ſub onere, repentè vidit in templi columnam verſum, & ſe onere eo liberatam. De quo tamen quiſque quid velit.

Cæterum parentes *Hunnij* licet eſſent homines plebeji analphabeti, viſione tamen hac, quam in primis mater animo ſervabat & volvebat, moniti; literis ipſum, ut primum per ætatem potuit, in ſcholâ patria erudiendum curarunt. Inde è patria *Adelbergenſis*, ac paulò poſt ad *Maulbrunnenſis* cœnobii ſcholam miſſus, paucorum annorum intervallo ea fundamenta, quâ ingenii fuit felicitate, poſuit; ut poſtmodum *Tubingæ* ſine periculo, quicquid vellet, humanæ ac divinæ ſapientiæ ſuperſtrueret.

Mittitur. Maulbrunnam. Et Tubing.

Quemadmodum verò circa ipſius nativitatem illuſtri planè indicio & documento ſeſe oſtendit Dei providentia, ita eadem puerum jam factum non minore curâ complexa eſt, tenerum illius pectus ſic regens, ſic adverſus hujus mundi corruptelas, & illecebras obfirmans; ut, licet corruptiſſimos inter adoleſcentes viveret, nullis tamen rationibus, quantumlibet ad ſeductionem exquiſitè compoſitis, irretiri laqueis impietatis, &, ab honeſtatis ac pietatis tramite, ad ſcelera atque flagitia mundi hujus potuerit perpelli, ſed Dei ſpiritu adverſus omnis generis offendicula, confirmatus, vitæ ſuæ mo-

Incidit in prava ſodalitia.

dum, in medio lubricæ adoleſcentiæ juv
tutisque curſu facilè teneret, imo Diab
tela, quibus jam tum μυελοτεχνίτης iſte
neris humani hoſtis, *Hunnio* tunc adoleſc
tulo eſt inſidiatus, mirabiliter repreſſit. C
de re, ſi placet, audiamus ipſum Hunni
alicubi diſſerentem: Incidi, *inquit*, in utroque monaſterio in adoleſcentes corruptiſſimos, per quos diabolus mihi vehementer inſidiatus eſt, ut ſuis retibus me
totum implicaret. Accidit autem aliquan
do Adelbergæ, cùm nos ſcholaſtici un
conſideremus, & de variis rebus colloqueremur, ut unus quiſpiam diceret de
peccato in Spiritum ſanctum, eſſe id irre
miſſibile: cujus venia nunquam impetra
ri poſſit. Hic ſermo ſpiculum lethiferu
mihi infixit, ut horribilis, & quiden
ſubita tentatio, animum meum fortiſſ
mè percelleret. Quia enim latebat m
definitio hujus peccati, ſuggerebat Satâ
nas: *quod ſi tu tale peccatum admiſiſſes*
Et omninò cogitabat Diabolus me eâ ter
tatione abſorbere. Hoc ipſum tum co
ram condiſcipulis planè diſſimulaban
Ibam cubitum ſupra omnem modum tr
ſtis, noctu in lecto orabam, flebam
implorabam Dei miſericordiam, petebar
ut me ſolidâ & idoneâ conſolatione erig
ret. Vix tandem iis gemitibus & fletib
indormiebam. Mane ſurgo ad prec
conſuetas, adhuc valdè triſtis. Poſt
cùm horâ ſextâ matutinâ lectio frequen
tanda eſſet; occupo locum meum, & i
venio in ipſo veſtibulo loci mei ſuper me
ſam, Margaritam Theologicam Joann
Spangenbergii, & quidem librum ape
tum, ad cujus primum conſpectum, o
fert ſe mihi quæſtio de peccato in Spi
tum ſanctum, & ſubjuncta reſponſio
Auguſtino, qui peccatum in Spiritum ſ
ctum finali impœnitentia, definit.
lectio ejus loci me efficaciſſimè conſo
batur. Et ego quidem ne tantillum du
to, quin divina providentia factum
ut liber ille jaceret apertus, & quidem
meo loco, quem ego in lectione ſoleb
occupare. „ Hactenus Hunnius.
certè hinc miranda Dei providentia, &
pletio illius promiſſionis Apoſtolicæ:
lis eſt Deus, qui non permittit vos tentari
vires; ſed *unà cum tentatione largitur*
ſalutarem ut ſufferre poſſitis.

Cæterum qui ſemel opus bonum in
nio adoleſcentulo operari cœpit, illud
progreſſu, magis magisque confirm
tandemque perfecit. Nam, ut cùm
nio ex monaſteriis & ſcholis, uti vo
trivialibus, ad Tubingenſem Acade
progrediamur, certè vel hîc DEI prov
tia pleno quaſi jubare ſeſe conſpicie
præbet. Poſtquam enim eò promo
rat, mox admirandæ ἀγχινοίας καὶ εὐ
documenta edidit: ut artes atque
tias humaniores non tàm ab aliis acc

ım ex ſe ipſo parere, & proferre videre-
: dum per luſum & jocum quaſi arripe-
potuit facilimè, & retinere firmiſſimè,
æ alii multo tempore, multoque ſudore;
tandem percipiunt, & ægerrimè memi-
runt. Philoſophiæ diſciplinas, non, ut
diè juventus, magnâ cum ſtudiorum ja-
urâ facere ſolet, vel in obſcuris quorum-
profitentium angulis, vel ex imperfectis,
turbidùm fluentibus compendiorum la-
is, ſed à publicis præceptoribus, & ex
is limpidiſſimis fontibus, hoc eſt, ex
riis & antiquiſſimæ notæ magiſtris hau-
, & quidem uſque adeò ſolidè addidi-
, ut ætatis anno *decimo ſeptimo* Magiſter
ium magnâ cum ἐπισημασίᾳ in Academia
bingenſi fuerit renunciatus.

Hoc gradu inſignitus ad ſtudium Theo-
icum animum appulit, & quod Rex &
pheta *David* ſumma in beatitudine re-
nit, *in lege Domini voluptatem unicè col-*
tam habuit. Unde bibliis ſuis Latinis,
diurnâ nocturnaque manu tum verſa-
, γνώμην illam propheticam, tanquam
tidianum ὁρμητήριον literis majuſculis in
tiſpicio adſcribere voluit: *Gaudens gau-*
in Domino, & exultabit anima mea in
meo: quia induit me veſtimentis ſalu-
& indumento juſtitiæ circumdedit me, quaſi
ſum decoratum coronâ, & quaſi ſponſam
tam monilibus ſuis.

ncidit *Hunnius* in eos Theologos Do-
es; quibus clariores Academia *Tubin-*
ſis vix unquam habuit, vix habitura eſt:
bum dico *Andream, Iacobum Heerbran-*
, Theodoricum Snepfium, Ioannem Bren-
, Brentii filium. Pari itaque ſtudio,
ex caſtris Philoſophicis ad ſcholas Theo-
cas tranſiiſſet, uſus, *annos octo totos,*
es in facultate Theologica Doctores au-
; concionibus ſacris diligentiſſimè in-
it, diſputationes Theologicas nullas
exit; in quibus etiam innumera ſpeci-
diligentiæ, profectus, & ingenii acu-
s edidit. In collegio etiam *Tubingen-*
bi Princeps Wirtembergicus quam plu-
s beneficiarios, veluti ſeminarium Ec-
æ alit, de Conſilio Præceptorum, ſtudia
ores adoleſcentum rexit, ſuoque exem-
ad virtutem præivit.

oſtea cum Princeps Wirtembergicus *Lu-*
cus animadverteret, *Hunnium* propè in
adoleſcentiâ vitæ ſuæ modum tenere, &
vitæ innocentiâ eximiam eruditionem
unxiſſe; noluit eum quemadmodum a-
, ex urbe ad Miniſterium Eccleſiaſticum
re: ſed *Tubingæ* ſacris concionibus
ecit, & quidem eo conſilio, ut cum
citationibus Theologicis conjungeret le-
nes præceptorum & ad ſolidam rerum
ontroverſiarum Theologicarum notitiam
eniret. Quod Principis conſilium in
nio ſanè feliciſſimum.

actum enim, cum vix *biennium* deman-
m ſibi provinciam magno cum fructu
ſſet: ut Wilhelmus & *Ludovicus* Haſſiæ
Landgravii, à Duce Wirtembergico *Ludovico,* ſibi ex Academiâ Tubingenſi Theologum doctum & induſtrium indulgeri peterent, & nominatim quidem eximium illum *Iacobum Heerbrandum*; qui Profeſſori Marpurgenſi piè defuncto, ſuccederet, & ſacra in celebri illâ Academiâ profiteretur. Ibi negotio hoc à Theologis Tubingenſibus probè deliberato; *Hunnius* dignus viſus, cui functio iſta demandari poſſet. At ipſe, qua erat modeſtia & humilitate, in oblatam vocationem conſentire haud voluit; quod exiſtimaret, tanto oneri ſe imparem, & ſanctè confirmaret, malle ſe adhuc proficere, quàm docere. Et niſi autoritate præceptorum fuiſſet permotus, eam provinciam omninò neglexiſſet. Eſt autem ſilentio hic minimè prætereundum præclarum illud elogium, quo *Heerbrandus Hunnium*, Marpurgum abeuntem, proſequi & exornare voluit. Nam cum ille ob cauſas ſonticas vocationi oblatæ parere non poſſet: verum *Hunnium* ætate adhuc quidem juvenem, ſed doctrinâ & ingenio ſeniorem ſubſtituiſſet, imitari ſe affirmabat exemplum *Ioannis Reuchlini*, quem Eraſmus *Phœnicem trilinguem* vocitabat. Is enim cum à primo fundatore Academiæ Wittembergenſis, *Friderico* ſapiente, Electore Saxoniæ, ex *Tubingenſi* Academia evocaretur; ut nominis ſui claritate ſcholam Wittembergenſem tum adoleſcentem & obſcuram, auctiorem magis & illuſtriorem redderet: juſtis verò de cauſis adventum recuſaret; *Philippum Melanchthonem,* veluti ſuccedaneum emiſit, cum tali elogio; *Hunc juvenem ſe ſenem longè ſuperaturum eſſe.* Id quod Heerbrandus ad ſe, & *Hunnium* tunc temporis derivare non dubitavit.

Marpurgenſis Profeſſor deſignatur

Elogium Hunnii ab Heerbrando.

Ergo anno *ſeptuageſimo ſexto*, *Marpurgi* Profeſſ. Theologiæ declaratus, egregia pietatis & eruditionis dona, tum concionando, tum profitendo, non modò Profeſſoribus collegis, ſed ipſi etiam Landgravio *Ludovico* ita approbavit: ut eum cum ampliſſima commendatione ad Ducem Wirtembergicum remitteret, ac peteret, ut in ea Academica ſummo grado doctrinæ Theologicæ, quem *Doctoratum* vocant, ornaretur; in quâ tantam eruditionis vim antea ſibi comparaſſet.

Proinde cum diſputando, ſacra curſim legendo, Profeſſoribus omnibus, & in accuratiore examine Theologis potiſſimum ſatisfeciſſet, Doctor Theologus XVII. Calend. Auguſti eodem anno unâ cum *Polycarpo Leyſero*, cui cum *Hunnio* per omnem vitam ſumma interceſſit amicitia & animorum conjunctio, ſolenniter eſt renunciatus: cùm paucis antè menſibus, virginem *Eleonoram Felderinam* in matrimonium duxiſſet. Quas autem & quàm ſerias, quamque frequentes velitationes in Haſſiâ tam *Caſſellis*, quàm *Marpurgi*, jam cum clancularii, jam cum apertis hoſtibus, quos *Sacramentarios Lutherani* vocant, ſubire coactus fuerit: quæ & quam gravia certamina, ob ſanctiſſimum Religionis

Doctor Theolog. renunciatur.

Ducit Vxorem

Certamina ejus in Haſſia.

Xx Chriſtia-

Chriſtianæ articulum, *de perſonâ Chriſti ejusque ad dextram Dei ſedentis adoranda majeſtate* ſuſtinuerit, id Deo, rerum omnium inſpectori ac judici notum eſt, neque fugit id multos pios & cordatos homines.

Oppugnat Sacramentarios.

Ac primo quidem profeſſionis *ſexennio*, præter privatas illas, ſed admodum ſerias cum gente Sacramentariâ inſtitutas velitationes, præter ordinarias etiam lectionum & concionum operas; materias inſuper è mediis Theologiæ penetralibus deſumtas, easque benè multas, diſputationum publicarum loco propoſuit, eo fine, ut in hujuſmodi familiaribus *συζητήσεσι*, collatis utrinque ſententiis, veritas magis magisque erueretur, & Theologiæ ſtudioſi ex Spiritus ſancti panoplia idoneis inſtruerentur armis; quibus aliquando, ſi res poſtulet, uti poſſent contra hæreticos.

Scriptis in publicum prodit.

In publicum poſtea ſcriptis ſuis progreſſus ſub annum *octogeſimum quartum*, *Danæum* inprimis, *Urſinum*, *Pezelium*, *Grabium*, & alios oppugnavit, editis libellis *de perſonâ Chriſti, ejusque ad dexteram Dei ſedentis divinâ majeſtate*: de *altarium abrogatione*. Poſtea & *Flacianorum* cohorti bellum ſacrum indixit, edito libello de *ſubſtantiâ peccati originis*. Edidit ſequentibus annis & alia ſcripta *διδακτικὰ*, tum *πολεμικὰ*, tum *ἐξηγητικὰ* de quibus poſtea.

Flacianis bellum ſacrum indicit.

In Saxoniâ evocatur.

Cum itaque *Hunnii* ingenium & eruditio Germaniam longè lateque eſſet pervagata, mortuo *Chriſtiano* I. Saxoniæ Electore, & electoratus adminiſtratione legitimâ ad *Fridericum Wilhelmum* Saxoniæ Ducem, devolutâ ab eodem ad Reformationem electoratus evocatus eſt, annuenteque Haſſiæ Landgravio *Ludovico*, & indulgente Duce Wirtembergico, *VVittembergam* venit anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo ſecundo*, atque mox *Profeſſor* Theologiæ primarius, templi arcis *præpoſitus*, nec non *Conſiſtorii* Eccleſiaſtici *Adſeſſor* fuit declaratus.

Ubi Profeſſ. præpoſitus & conſiſtorii adſeſſor declaratur.

Reformatio in Sax.

Inſtituebatur autem tum temporis, mandato Proëlectoris, conſenſu etiam Eccleſiæ & Provincialium, acris omninò exploratio Religionis ſubditorum, eorum cumprimis, quorum falſam atque hæreticam eſſe fidem, ſuſpicio haud levis erat. Hanc ad rem, cum emolumento Eccleſiæ perficiendam, idoneus etiam judicatus fuit *Hunnius*: utpote de cujus tum animi gravitate, tum judicii dexteritate, de zelo pietatis, de ſcientiâ rerum Theologicarum eximiâ, de facultate *ἑρμηνευτικῇ* conſtaret. Anno mox ſubſequente *nonageſimo tertio*, indicta fuêre Comitia *Ratisbonæ* celebranda; ad quæ Electoratus Saxonici Adminiſtrator abiturus, *Hunnium* ſibi tanquam fidum *παραστάτην* adjunctum voluit. Ibi quid ſit actum, etiam Religionis cauſa, nemini non eſt notum.

Abit ad comitia cum proelectore Saxon.

Eodem anno *Fridericus IV. Lignicenſium* & *Brigenſium* in Sileſia Dux, *Hunnii* potiſſimum operâ ac ſtudio uſus, Eccleſiarum Lignicenſium per Sileſiam Reformationem ſuſcepit atque perfecit; ejecto inde *Leonhardo Krentzhemio*, Lignicenſium tunc Superintendente, cui *Calvinismi* crimen impingebatur.

Anno *nonageſimo quarto* à Principe *Sophi[â] Chriſtiani* I. Electoris Saxoniæ, vidua vocatu[s] *Polycarpus Lyſerus*, in locum *Martini Mir[i]* *Dresdam* fuit. Vacavit ergò ex iſtius diſce[s]ſu *Wittembergæ* munus Superintendentis, [a]d quidem annum integrum, cujus interim ope[-] ræ *Hunnio*, ratione ſucceſſionis in collegi[o] Facultatis, incubuerunt: donec tandem ann[o] *nonageſimo quinto* vocante Senatu Academ[i]co & oppidano, eamque vocationem rata[m] habente proëlectore, accedente ſimul cl[e]menti conceſſione Principis *Friderici*, Duc[is] Wittembergici, Paſtor & Superintendens E[c]cleſiæ *VVittembergenſis* conſtitutus fuit.

Anno eodem in nervum demum erupit i[n]felix incendium, quod præcedente anno g[li]ſcebat adhuc, *de univerſali prædeſtinatione*, [ſi]ve *electione*, proprie ſic dicta, *ad ſalute[m] tàm incredulorum, quàm credentium inque de perſeverantium*: flammam contentio[nis] & incendii fodiente *Samuele Hubero*! Fo[r]tem itaque ſe & fidum purioris doctrinæ h[y]peraſpiſten, adverſus inanes *Huberi* *φλ[υαρ]ίας* eo tempore præſtitit *Hunnius*, dum p[ar]tim monendo, partim ſcribendo, errant[em] *Huberum* in viam revocare ſtuduit: quod i[pſa] res loquitur, & monumenta hac de contr[o]verſia benè multa edita, cumprimis verò le tractatus *Hunnii* de *providentiâ & p[ræ]deſtinatione Filiorum Dei*, ſatis luculen[ter] teſtatur. Diſſidio autem illo *Huberi* motione ſopito, prodiit anno *nonageſi[mo] ſeptimo* epiſtola, qua variorum erroru[m] de *cœnâ Domini*, *de Baptiſmo*, de *lib[ero] arbitrio*, de *perſonâ Chriſti*, de *æternâ p[ræ]deſtinatione*, fuit inſimulatus. Hanc [i]gitur *Hunnius* eodem anno refutavit: & eos qui in *Anhaltinis* Eccleſiis altaria, i[ma]gines, organa muſicâ, hoſtias, & alias ce[re]monias abrogarant.

Anno ſequenti duobus libris D. *P[...]* reſpondit: qui Calvini patrocinium ſu[ſce]perat: oppoſuit quoque refutationem [li]bro cuidam, ſub Marchionis Badenſis [Er]neſti *Friderici* nomine evulgato, & tra[cta]tum de *indulgentiis* jubilæo Romani Po[nti]ficis adverſus *Bellarmini ſcriptum*: quo n[un]ces iſtas Papales orbi Chriſtiano mirificè c[om]mendarat.

Excepit ventilationem iſtam *Collequ[ium] inter Theologos Lutheranos & Pontificios* [Ra]*tisbonæ*, Conſilio illuſtriſſimorum Princ[ipum] *Philippi Ludovici* Comitis Palatini & *M[axi]miliani* Bavari, anno *ſexcenteſimo ſec[undo]* inſtitutum. In eo quid utrinque actum & [...]

& quomodo Hunnius ſuas partes defenderit adverſus *Gretſerum*, *Tannerum*, alios, libri ſuper eâ re publicè editi ſatis ſuperque teſtantur.

Tandem poſt labores & certamina varia cùm viſum eſſet Deo eum evocare, ægrotare cœpit, die *decima quinta* Martii, anno *ſexcenteſimo tertio*, & principio quidem familiares calculi dolores, atque ſæviores ipſum invaſerunt; ſed mox his ſucceſſerunt cum ſupremè ad guttur deorſum ruentes catarrhi: tum infernè ſurſum per ſtomachum lenti viſcidique humoris indeſinentes eructationes, à quibus non ſolum jam ante exaſperata columella, ſed & palatum & faucium regio univerſa, veluti incruſtata eſt, ut aditus jam medicamentis pariter & alimentis prohibe retur, medicis nequicquam ſatagentibus. Supervenerunt nauſeabundæ proritationes, non vomitu ſed ſcreatu eoque difficili finientes; quas ἐν κακοῖς habet *Hippocrates*: cum non obſcuris ſignis convulſionis ventriculi, & mox eam ab exhauſto inſecuturi, & inflammationem tandem attracturi, in interitum ſingultus inſanabilis & ſalutis deſperatæ, quod eventus comprobavit. Paulò etiam poſt febris oborta vires, jam antè calculi tormentis fractas, & multorum dierum inedia exhauſtas, penitus exolvit, & mortem adduxit.

Cæterum priusquam è vita diſcederet, finem verò vitæ inſtare perſentiſceret, die *quarto* Aprilis, *tertiâ* matutinâ, tres collegas ſuos, & Archidiaconum ad ſe vocari curavit, inque eorum & medicorum præſentia, articulata, licet ſubmiſſiore voce, diſertè teſtatus eſt, *ſe confeſſionis ſuæ & doctrinæ, ad tribunal Ieſu Chriſti intrepidè rationem redditurum*: inque confeſſionis hujus ſuæ fideique confirmationem ſacroſanctæ euchariſtiæ viatico, hoc eſt, ipſo corpore & ſanguine Chriſti ſervatoris ſui inſtrui, paſci, potarique voluit.

Quâ ſacrâ actione magnâ cum devotione inter preces & lachrymas ritè peracta, quieti ſe nonnihil commiſſurus, initio quidem collegis, deinde verò etiam conjugi & liberis, dexteram ſeparatim ſingulis porrexit, & ſic extremum vale dixit. Et quanquam ob defluxiones rari ejus erant ſermones, tamen ad ſcripturarum ſolatia ipſi recitata ſemper capite annuit, manibus quoque elevatis, DEO ſe commendavit, donec eodem die *quarto* Aprilis poſt *octavam* veſpertinam, ſpiritum Deo reddidit, cum vixiſſet annos *quinquaginta tres*.

Fuit hic unus de præcipuis Theologis, qui Lutherani ſalutari volunt; doctus egregiè, diſputator argutus, comis, & humanus, qui nulla ex re majorem percepit voluptatem, quàm ex promotione aliorum commodorum: & ex laboribus Academicis tum ſe fructum percipere exiſtimabat, non ſi *Lyſandri agrum* egregiè conſitum hoſpitibus oſtenderet, ſed ſi ſtudioſos Theologiæ, tanquam plantulas ſua manu ſatas, in templis, in ſcholis, in Principum & rerumpubl. cancellis, in curiis, oppidis & pagis, fructus proferentes, monſtrare & percenſere poſſet. Diligentia fuit tanta; ut non modò diem ſolidum, ſed & poſt cœnam, magnam noctis partem, ſcriptionibus & meditationibus impenderit, cùm ſummo mane ad easdem rediret. Hinc ipſe quidem nominis ſibi famam; ſed corpori imbecillitatem peperit eam, quæ tandem intempeſtivam attulit mortem. *Diligentia*

In gubernatione domeſtica fuit, ſecundum Apoſtoli monitum, unius uxoris maritus, liberos habuit ſubditos cum omni reverentia, domui ſuæ præfuit ἐπιεικὴς, ἄμαχος, ἀφιλάργυρος. Inde divinæ benedictionis veſtigia, tum in re familiari, tum in eo potiſſimùm deprehendit: quod juxta promiſſionem Pſalmi: *vidit filios ac filias, ſicut plantationes olivarum, in circuitu menſæ ſuæ*: nec neceſſe habuit experiri illud Demoſthenis: τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἰ μάχιμοι εἶεν, φαῦλοι υἱοὶ ἀποβαίνουσι. *Vita domeſtica & liberi.* *Demoſth. dictum de liberis bonorum.*

Scripta edidit plurima, quorum tituli in elenchis librorum laudantur. Nobis hæc ſufficiunt, deſumta *ex oratione parentali, à Leonharto Huttero*, D. *Th. dicta*. *Scripta.*

CYRIACUS SPANGENBERGIUS.

☉ 1604. d. 10. Febr. ætat. 76.

ANno Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo*, *viceſimo octavo*, die *decimo ſeptimo* Junii, qui tunc Dominica Trinitatis, *Northuſiæ*, patre *Ioanne Spangenbergio* *, viro eruditè docto, bonique nominis Theologo, natus eſt *Cyriacus Spangenbergius*. Qui cùm in ſchola patriâ literarum artiumque fundamenta jeciſſet, & tum Præceptoribus tum parentibus ſpem ſui feciſſet præclaram: uberioris ingenii cultus capiendi cauſâ, miſſus eſt *Wittembergam*, ubi tunc ſchola per Germaniam famâ & celebritate, cùm *Martini Lutheri*, tùm *Philippi Melanchthonis*, cæteras ſuperabat. ** De quo ſupra.* *Mittitur Wittemb.*

Hîc igitur *Spangenbergius* eam ſtudiis liberalibus operam navavit, ut inter Philoſophiæ candidatos complures, locum primum fuerit conſecutus. Renunciatus ergò ſolenni Academiarum ritu artium optimarum Magiſter, uni deinceps Theologiæ totum ſe dedidit, ac *quadriennio* toto auditor illius, quem modo diximus, Lutheri fuit. Eo verò defuncto, cùm ad docendas literas in ſcholâ, mox ad doctrinæ cœleſtis capita in templis explicanda vocatus Iſlebiam, perque triennium, recta docendo, ac falſa refellendo, munere ſuo propè perfunctus esſet, de voluntate generoſorum Comitum, *Mansfeldiam* conceſſit, Eccleſiæ ibidem tum arcis tum oppidi Decanus & Parochus. Vixit autem inibi magnoque fuit in precio annis *viginti duobus*. *Audit Lutherum.* *Vocatur Islebiam.* *Migrat Mansfeldiam.*

Reſiſtit edicto Cæſaris de religione.

Porrò cum poſt profligatos fœderis Smalkaldici Principes, & captum *Joannem Fridericum* Electorem Saxoniæ, atque promulgatum illud, quod etiamnum *Interim* appellant, edictum *Caroli* V. inſtitutamque paulò ante religionis mutationem; nihil hic à *Lutheri* Confeſſionis *Auguſtanæ* ſenſu remittendum, neque pontificiis quicquam cedendum putaret; eorum, qui *Interimiſtæ*, & *Adiaphoriſtæ*, & *Majoriſtæ*, & *Synergiſtæ*, nec non *ſemipelagiani* appellabantur, concitavit in ſe odia; atque à *Friderico Staphylo*, cæterisque Pontificiorum doctoribus, *rigidus Confeſſioniſta*, ſive *Illyricanus*; à Wittembergenſibus *Flacianus*, vocabatur. Et *Matthiam* ſanè *Flacium Illyricum*, ætate illâ & *Interim* iſtud, & eos, qui *Wittembergæ* idem atque *Lipſiæ* acceptare, rurſumque Pontificis Romani jugum cervicibus Lutheranorum imponere viderentur, publicè reprehendentem eoque nomine malè paſſim audientem, opera conſilioque cum nonnullis per Saxoniam inferiorem Theologis aliis, *Spangenbergius* plurimum confirmabat: & quamvis nominatis antagoniſtis inviſus, & ob notatas eorum opiniones exoſus eſſet: à generoſis tamen Dominis ſuis liberaliter, invitis illis, & clementer defenſus eſt. Cæterum, cum inter eosdem generoſos obortis diſſidiis in Comitis *Volradi*, cæterorumque inclyti olim bellatoris *Alberti* filiorum ac nepotum, nec non *Petri Erneſti*, fide permaneret; & quosdam præterea fratrum ſuorum *Islebiæ*, in *Matthiam Flacium*, corruptæ hominum naturæ vitium ſecius docentem diſputantemque, acerbius invectus, publicè culparet; in exilium profligatus, herum ſuum, *Comitem* * *Volradum*, rei militaris ſcientia, fideique confeſſione præſtantem, & ipſum exulem, fideliter ſecutus eſt, eidemque *Argentorati* * decedenti adfuit, & funeris exequias, ut ex *Joannis Sturmii* tum in publicum edito programmate conſtat, piè cohoneſtavit.

Sentit cum Flacio.

Defenditur à Mansfeld. comitibus.

Expellitur.

* De quo Chyt. in Saxonia. Volr. Comes Mansfeldiæ.

* An. 1578. d. 20. Julii.

Docet in Buchonia.

Hinc *Schlitſeam* Buchoniæ ad docendam Eccleſiam, vocatus eſt: verum defunctis paulò poſt nobilibus, & præcipuæ per Haſſiam exiſtimationis viris *Wilhelmo* à *Schlacht*, & *Joannne* à *Gortz*, denuò in exilium actus, ſub principali Landgravii *Guilhelmi* patrocinio tantiſper *Fachæ* duravit, dum à Mansfeldenſi Comite *Erneſto*, *Joann. Alberti* nepote, *Argentoratum* accerſitus, eò tota ſe cum Bibliotheca, præclara quidem illa, contulit. Ejusdem igitur hic Domini ſui clementi liberalitate, tum in literarum ſacrarum, tum in hiſtoriarum ſtudia omni cogitatione incubuit: donec tandem rebus exemtus eſt humanis anno *milleſimo ſexcenteſimo quarto*, die *decimo* Februarii, *Argentorati*: cum vixiſſet annos *ſeptuaginta ſex*.

Iterum exulat.

Argentoratū abit.

Ubi diem ſuum abit.

Scripta ejus.

Lucubrationes ejus exſtant complures, inter quas eminent editæ *in Biblia ſacra tabulæ*: & *Epiſtolarum Pauli Apoſtoli interpretationes*, & *enarrationes* tum *Catechiſmi*, tum *Pſalmorum* Lutheri. Rerum item *Germanicarum*, *Saxonicarum* præcipuè & *Mansfeldenſium annales* ſive *Chronica*, haud vulgaria: & celebres de *nobilitate Commentarii*. Scripta præterea divulgavit non pauca alia, præcipuè de *peccato originali*.

Quamvis autem per *Matthiam Flacium* Illyricum, per *Sarcerium*, per *Irenæum*, *Joachimum Magdeburgium*, *Wolfium*, *Heldelinum*, *Treverum*, cæterosque litis ejusdem conſortes, nihil in Eccleſiam novi invehi, ſed *germanam* potius *Auguſtanæ Confeſſionis* & *Lutheri*, *ſui olim præceptoris*, *ſententiam defendi*, contenderit; non ita tamen ſuorum multis id perſuaſit: *Bellarmino* quidem & pontificiis Theologis aliis, hac in parte adſtipulantibus, etiamnum in Lutheranorum pertinaciorum ſeriem ipſum referentibus. Ejecit ejusdem Mansfeldiâ hiſtoriam præter alios *Schererus*, non parvæ apud pontificios autoritatis ſcriptor recenſuit contra *Oſiandrum*. Reliqua ejus ſcripta in elenchis librorum recenſentur. *Tantum de Cyriaco Spangenbergio.*

ZACHARIAS SCHILTERUS.

Zacharias *Schilterus* patre *Materno*, cive urbis Lipſicæ honeſto, & matre *Catharina*, *Nicolai Teuberi* filia, fœmina piâ probaque, natus eſt anno *milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo primo*, pridie Adſcenſionis. Hic cùm perveniſſet ad ætatem literis percipiendis idoneam: parentes & amici animadvertentes in eo ingenium felix, tradiderunt cum bonis & doctis viris formandum: nec id ſine fructu.

E ludo triviali progreſſus, publicè docentes Lipſiæ, ac inprimis magnum illum *Camerarium*, juxta alios eximios, quibus tum Academia florebat, audivit: tantumque adſiduitate ſua profecit: ut quemadmodum ſtatuta illius ſcholæ poſtulant, per gradus ad faſtigium ipſum in artium palæſtra conſcenderit, magiſter anno *ſexageſimo ſecundo* renunciatus.

Hoc brabeo incitatus ad altiora contendit, totumque ſe ſanctæ Theologiæ ſtudio dedidit. In hoc etiam gradatim ita eſt progreſſus: ut anno *ſeptuageſimo tertio* Doctoris titulo cum applauſu faventium fuerit ornatus: poſtquam jam ante quinquennium Hebraicæ linguæ profeſſio ipſi fuiſſet à collegio Theologico commendata.

Antequam verò illo honorum titulo potiretur, Licentiatus adhuc Theologiæ, matrimonium anno ſeptuageſimo contraxit cum *Eliſabetha*, filia *Joann. Cantzleri*, civis & ſenatoris Lipſici. Cum ea ſuaviter annos *triginta quatuor* exegit, pater factus *decem* liberorum: è quibus filii *tres*, & filiæ *ſeptem*, quarum tres viris præſtantiſſimis, vivo adhuc patre, fuerunt elocatæ.

In ordinem Profeſſorum Theologicorum all-

lle*ct*us poſtea opera vicaria loco *Nicolai Sel-*
necceri locorum communium Melanchtho-
nis declarationem, mandato Electoris Saxo-
niæ *Auguſti*, ſuſcepit, & cum fide ac dexteri-
tate ſuſtinuit.

Eodem, quo doctoris inſignia meruit an-
no, alia ἀξιώματα quoque illi acceſſerunt.
Nam non modò Rector Academiæ Lipſien-
ſis (quam dignitatem quartùm legitimis ſuf-
fragiis adeptus eſt) ſed etiam canonicus ca-
thedralis Eccleſiæ Miſnenſis eſt creatus, unà
cum aſſignatione profeſſionis Theologicæ.
Et quia clandeſtinæ eorum, qui *Calviniſtæ*
vocantur, machinationes illis in terris tandem
detectæ atque exturbatæ, requirebant virum
fidelem, atque circumſpectum, cujus dili-
gentia illorum technæ, antequam viciſſim ſu-
um civibus afflarent virus, averterentur: or-
dinatione Electoris *Auguſti*, *Schilterus* Vice-
cancellarius, & ceu *Ephorus* Lipſienſis Aca-
demiæ, anno *octogeſimo* fuit conſtitutus:
quod munus ea fide & dexteritate geſſit;
ut probata ejus in rebus adminiſtrandis in-
duſtria dignus habitus ſit; qui in collegium
Aſſeſſorum Electoralis conſiſtorii mandato il-
luſtriſſimo cooptaretur.

Adhibitus quoque poſtea eſt Synodis ge-
neralibus diverſis temporibus, nempe anno
ſeptuageſimo nono, anno *ſexcenteſimo*, & *ſex-*
centeſimo quarto in Saxonia celebratis. Hæc
munera ita ſubiit; ut non tam ea ipſi, quàm
ille ipſis ornamento eſſets. Sic etiam in De-
cantaus Theologici adminiſtratione aliquo-
ties ſuam fidem, & ſingularem induſtriam,
commendatione dignam, collegio pro-
bavit.

Tot curis & laboribus, totis *triginta ſex*
annis exantlatis, ac relictis poſt ſe præclaris,
perpetuo victuris ingenii, operæ atque
induſtriæ ſuæ monumentis, tandem cœpit
paulatim viribus deficere; ac præſertim eo,
quo obiit *milleſimo ſexcend. quarto* anno; qui
ſi fuit climactericus nonus, ſenſibilia vigo-
ris naturæ decrementa expertus ac ſæpius faſ-
ſus eſt. Unde factum, ut *viceſimo nono* Junii,
ipſo die *Petro* & *Paulo* Apoſtolis in faſtis ſa-
cro, cùm poſt auditam concionem in templo
S. *Nicolai*, ſalvus atque incolumis domum
rediiſſet, circa *undecimam* diei hemiplexia
fuerit correptus, qua paulatim vires adhuc
reliquæ & ſenſuum vigor abſumtus eſt: do-
nec die *quarto* Julii violentia morbi naturam
ſuperante, circa eandem horam miſericordi
Deo, à quo illum acceperat, ſpiritum ſuum,
poſt editam confeſſionem, & aliquoties in-
culcatam ardentiſſimam miſericordiæ di-
vinæ, atque auxilii implorationem, reddidit,
quando in extremo die ſub adventum
Chriſti Domini & ſalvatoris noſtri, corpori
domicilio ſuo reſtituendum ad ἄσυλον, per-
petuam, ac dulciſſimam in æterna gloria &
felicitate συνοικήμνην & conjunctionem,
quam cum omnibus piè in Domino defun-
ctis, firma ac læta ſpe exſpectat. Superſtites
reliquit filios duos & filias ſex.

Fuit Φιλήσυχος, ἀμπελοφύτωρ καὶ ἀμπελουργὸς in illa Eccleſiâ fidelis; qui omni ſtudio *Elogium ejus.*
contendit, ut poſt ſe relinqueret ſucceſſo-
res ſimiliter affectos erga Chriſtum & cœtum
ipſi dicatum. Ipſa Peitho ſeſſitavit in labiis
ejus; & S. Sanctus ſingulari facundia, dex-
teritate judicii eximia, amore erga bonum
publicum incredibili donavit ipſum; ut vix
quiſquam fuerit, qui rem communem ad de-
cus & utilitatem ſcholæ pertinentem, pari
ſtudio ac fide curaverit. Quæ enim pende-
bant negocia publica, ita urſit, ut non deſtite-
rit crebro inſtando ante, quàm juſta ratione
confecta eſſent.

Animum hunc ſuum & ſcriptis teſtatus *Scripta.*
eſt, de quibus ſunt: *Deſignatio doctrinæ de*
Chriſtiana libertate, traditionibus, & ceremo-
niis in Eccleſia: Oratio *de monumentorum*
Prophetæ Jeſaiæ præſtantia: Oratio *contra*
Albertum Ungarum, de conſenſu Theologiæ
Lutheri & Philoſophiæ *Epicuri*: *declaratio &*
defenſio dogmatis, comprehenſi in libro concor-
diæ de adſumtâ Chriſti naturâ, in obeundis
muneribus regni & ſacerdotii Chriſti propriis
non ἀποτελέσματος duntaxat, ſed ἐνεργείας
quoque divinæ ſocia: *Brevis exegeſis concio-*
num Prophetæ Haggæi

Hæc de Schiltero perhibent concio & Pro-
gramma funebre: item elenchi librorum.

DAVID RUNGIUS.

Θ. 1604. d. 7. Julii. ætat. 40.

DAvidem *Rungium* excepit oppidum Po-
meraniæ *Gryphisvvaldia*, Academiâ, *Academia Gryphisvvald.*
anno *milleſimo quadringenteſimo quinquage-*
ſimo ſexto die *decimo ſeptimo* Octobris, à
Principe *Uratislao* nono inſtitutâ, celebre.
Natus ipſe eſt ibi anno *milleſimo quingenteſimo*
ſexageſimo quarto, die *viceſimo octavo* Novem-
bris. Parentem habuit *Jacobum Rungium* *Jacob. Rungius pater.*
Theologiæ Doctorem, & in Academiâ illâ
Profeſſorem: *Pomeraniæ* occidentalis Su-
perintendentem, ut vocant, generalem: vi-
rum pietate, virtute, doctrinâ, & auctori-
tate domi foriſque celebrem: matrem *Catha-*
rinam Gerſoniam, fœminam præſtantem.

Mira ſtatim eluxit ex puero etiamdum in- *Indoles Rungii.*
genii naturæque indoles, quam cum parens
animadverteret, mox eum, ut reliquos filios,
ad omnem pietatem virtutemque aſſuefacere
ſedulò allaboravit. Cumque ætas adhuc te-
nera eſſet, domeſtico ſuoque ipſius exemplo *Educatio domeſtica. Exempla.*
illum excitare ſtuduit, ratus non facilè ad
pietatem & virtutem, reduci poſſe eos, qui
pueri pravis exemplis domeſticis, quorum
vis maxima eſt, ſeducti, à vero tramite aber-
rarunt: nec facilè ſanari poſſe animos eorum,
quorum pueritia malâ educatione corrupta,
callum nequitiæ obduxit: non minus,
quàm *in corporibus noſtris, primæ coctionis*
vitia, neque in ſecunda neque in tertia cor-
riguntur.

Stetinum mittitur.

Revocatur in Acad. patriã.

Roſtochiũ mittitur.

Inde Tubing. ſtipendio donatur.

Poſtquam ergo pietatis, artiumque dicendi fundamenta, partim in ædibus paternis, partim in ſchola patria jecit, uberioris ingenii cultus causâ, *Stetinum* fuit miſſus; ubi in illuſtri pœdagogio *triennium* totum ita in curriculo ſtudiorum decurrit: ut inde ad Academiam patriam revocandus à parente judicaretur. In qua cum itidem *triennium* ſtudiis impendiſſet, *Roſtochium* miſſus, *annum unum* ibi eſt commoratus. Hinc *Tubingam* ablegatus, virtute & induſtria ſua meruit, ut à Duce *VVirtembergico* ſtipendio munifico donaretur: quo *biennium* cum ſemeſtri ita fuit uſus, ut nec Principem beneficii, nec *Rungium* officii pœniteret. Hujus munificentiæ, uti erat beneficiorum quorumvis tenaciſſimè memor, perpetuam memoriam retinuit, eamque ſæpius grato animo deprædicavit.

Theolog. ſtudium amplectitur.

Non *Tubingæ* autem tantummodo, ſed & in reliquis, quas acceſſit Academiis, ita vixit; ut pietatis, virtutis, diligentiæ, modeſtiæque exemplum eſſet, ſuorumque præceptorum favorem ſibi abunde conciliaret. Ex ſtudiis, Theologicum, cui potiſſimum ſe dicarat, non tantum patris & unius fratris exemplo ductus, ſed etiam occulta ὁρμῇ à Spiritu Sancto, qui organo hoc in Eccleſia uti volebat, impulſus, elegit: idque non tractavit ſegniter, aut negligenter, non etiam ἀμεθόδως, aut perverſè. Sed cum id ſublime planeque divinum eſſe intelligeret: ea prius adminicula ſibi comparanda ratus eſt; quibus ad ſublimitatem illam, Deo juvante, adſpirare poſſet.

Linguas diſcit. Earum peritia in Rungio.

Itaque ante omnia linguas ſtudioſè didicit, *Latinam, Græcam, & Hebræam*: in quibus tantum profecit; ut abſeque interprete libros *veteris & novi* Teſtamenti legere potuerit, & intelligere; imo ſi qua ἐμφατικώτερα dicta, ex proprietate linguæ erant petenda, ſolertiſſimè eruere & enucleare.

Diſcit & artes liberal. Philoſophia utilis. Theologo.

Præter linguarum ſtudium, non pœnitendam etiam operam impendit artibus, liberali ingenio dignis. Vidit enim Dominam hanc, famula fideli & induſtria opus habere: quantumque adminiculi adferret ſobrius ſobriæ Philoſophiæ uſus, ad multorum locorum ſacræ ſcripturæ genuinam interpretationem; periculoſum denique eſſe, cum hoſtibus hac armatura indutis, nudum congredi & inermem. Itaque in hac etiam artium ingenuarum palæſtra, ſtrenuè ſibi decertandum & deſudandum exiſtimavit. Neque verò vulgares in iis fecit progreſſus: ſed ejusmodi, qui artificem peritiſſimum arguere poſſent. Feciſſes periculum in *Logicis*; feciſſes in *Mathematicis*, feciſſes in *Metaphyſicis*, in *Ethicis*, in *Poëſi*, in *Hiſtoricis*, in *Muſicis*, & aliis omnibus: ſolertem inveniſſes.

In cœleſtis autem doctrinæ ſtudio non fuit αὐτοδίδακτος; aut domi latitans, opinionibus ſuis, quas aliquando ad officium adhibitus propinare aliis poſſet, ſeſe paſcebat, ut quosdam αὐθάδεις factitare experimur: ſed diligenter auſcultabat publicè docentes, quorum etiam familiaritati induſtria & modeſtia facilè eum inſinuabat: audita publicè doc repetebat: repetita memoriæ mandabat: ſuo loco & tempore ad uſum transferebat. Codicem præterea ſacrum legendo & relegendo faciebat ſibi familiariſſimum: ut jam de utili bus ſcriptis antiquioribus & recentioribus nihil dicamus. Utque eò magis ſeſe ad certamen cum apertis hoſtibus veritatis ineundum prępararet; ſæpiſſimè in diſputationum publicarum & privatarum velitatione ſeſe exercuit.

Hac indefeſſa & omnibus imitanda induſtria id eſt conſecutus; ut non tantum eru ditionis Theologicæ præclaræ opinionem i animis multorum excitarit: ſed etiam præ cuntibus examinis, lectionis, diſputationis aliisque ſolitis, quæ egregiè ſuſtinuit omnia tentaminibus, SS. Theologiæ Doctor i *VVittembergica* Academia, cum laude & ſu & Academiæ, publicè fuerit renunciatus anno *milleſimo quingenteſimo nonageſi quarto*. Mox anno ſequenti *VVittemberga* ad Theologicam profeſſionem vocatus, ea dem, Deo auſpice, acceptavit; atque ita De & Eccleſiæ in officio vocationis legitimæ, pr viribus inſervire eſt annixus.

Hanc vocationem tanti fecit; ut ſicut ea DEO trahente fuerat ſecutus; ita quoque i eâdem perſiſtere voluerit ſemper. Nam lic ſæpius vocatus ſit aliò, nunc *VVolgaſtum* a munus præpoſituræ: nunc *Roſtochium* in e cellentiſſimi Theologi *Davidis Chytræi* locu nunc ad officium, quod parens olim admini ſtrarat, *Gryphiswaldiam*: tamen Electo Saxoniæ manere jubente, à vocatione, qua olim ſecutus fuerat, diſcedere nefas ſibi duxi maluitque in legitimæ vocationis officio pe durare, quam aliò, tametſi haud dubiè ſple didiore ſorte frui potuiſſet, ſe conferre. hoc in officio qua fide, quave induſtria, verſ tus ſit: Academia & Eccleſia Wittemberge ſis novit.

Lectiones ea diligentia, fide & judicio h buit: ut maximum inde fructum ad ſe redu daſſe, auditores diligentes prædicarint. N enim aliena immiſcebat; ſed propria tract bat, non obſcuris ænigmatibus res involveba ſed perſpicuè omnia proponebat: non ocio ad oſtentationem verborum molem cumul bat; ſed neceſſaria breviter & nervoſè conti nabat. Non auditorem dubium relinqueba ſed controverſiam propoſitam eruditè & ſol dè decidebat. Teſtes præter alios plures ſun *Geneſis, Exodus*, & aliquousque perduct *Leviticus*: utinam totus pentateuchus. diſputando præterea ſingulare ejus fuit ac men: dexteritas & perſpicuitas, quod præt privatos parietes & publica pulpita teſtari p tuerunt.

Conciones, quarum curæ pars non mi ma ad ipſum quoque pertinebat, ſumi δεινότητι & gravitate, cum facilitate atq jucunditate conjuncta habuit; iisque ſemp ſemina pietatis, doctrinæ, agnitionis pec torum, fidei, & charitatis Chriſtianæ reliqu

ut efficaciæ Spiritus Sanct. ἀναίσθητον domum ſe ex templo rediiſſe dicere potuerit nemo; niſi qui ſegnius auſcultarit. Ad deliberationes Academicas adhibiti ſingularem εὐςοχίαν admirati ſunt collegæ, ac pro prudente conſilio ipſi vel tacitè vel palàm gratias egerunt.

Cum itaque vir eſſet ſpectatæ doctrinæ ac prudentiæ: anno *milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto*, *theſaurus Saxonici electoratus*, cœtus electorum juvenum, qui munifica electoris liberalitate in Academia Wittembergenſi aluntur & informantur, ipſius curæ eſt traditus: quam provinciam *octennium* ſumma cum fide geſſit.

Anno deinde *milleſimo ſexcenteſimo primo*, cum colloquium *Ratisbonæ* ab illuſtriſſimis Principibus *Philippo Ludovico* & *Maximiliano*, cum pontificiis eſſet inſtitutum: etiam hæc provincia à Saxoniæ Electore unà cum *Hunnio* huic *Rungio* fuit demandata. Quo in colloquio, quid uterque præſtiterit: & acta illius, & alia ſcripta de eo edita loquuntur.

Rurſum cum anno *ſexcenteſimo tertio Ægidius Hunnius*, Eccleſiæ Wittembergenſis antiſtes, & Academiæ decus, ex hac vita emigraſſet: Saxoniæ Elector, *Chriſtianus ſecundus*, fratrem *Auguſtum* in Academia Wittembergenſi verſantem, *Rungii* curæ, inſpectioni, & quo ad pietatem, informationi accuratè commendavit. Hac quoque in provincia ſingulari cum fide eſt verſatus: Deoque opt. max. ſalutem ſuorum ſeriò, præſertim poſtremis vitæ diebus commendavit. Præterea ſemel *Rectoratum*, *Pro-Rectoratum* ſecundum dexterrimè adminiſtravit: atque utrobique & gravia & intricata negotia ita expediit, ut vel hinc prudentia Rungiana ſat teſtimoniorum reportarit.

Tandem cum ex itinere Pomeranico, quod & ſocrus, & fratrum, & ſororum, & aliorum amicorum viſendorum, & quæ cum illis intercesſerant negociorum expediendorum cauſa, menſe Majo anni *ſexcenteſimi quarti*, rogatus ſuſceperat *VVittembergam* contenderet: *Berlini* febris malignæ initia vehementiora ſenſit, indeque properantiore rhedâ *VVittembergam* cum febri eſt advectus; ad quam ſubinde invaleſcentem, alia ſymptomata, ut fieri ſolet, acceſſere, eaque graviſſima, præſertim fluor alui, vigiliæ continentes, ſuſurrus capitis, ſyncope: quæ corporis vires magis magisque afflixere. Quo violentius autem corporis vires poſternebantur, eò fortius & fides & patientia & ſpiritus alacritas invaluere. Teſtes ejus multi fuere αὐτόπται, qui decumbenti officii cauſa adfuerunt: teſtis etiam fuit uſus ſacræ cœnæ; teſtes denique preces ardentes, quas durante morbo ipſe propria manu præſcripſit, & ſubinde devotè repetivit. Juvat autem adſcribere formulas illarum precum: quarum prior hæc fuit:

Omnipotens, æterne, vive Deus, pater Domini & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, unà cum filio & Spiritu tuo Sancto: ſapiens, ſancte, & potens Deus, gratias ago tibi humillimas, quod me infinitis cumulatum donis animæ, corporis & fortunæ, ad hunc terminum ætatis meæ, clementer perduxiſti. Minor ſum, Domine Deus, omnibus miſerationibus tuis, & veritate, quam impleviſti. Et quia nunc magna corporis ægritudine, te volente, labor (quid enim fiat ſine voluntate & nutu tuo?) ideo de per viſcera miſericordiæ tuæ adoro, ſi adhuc ſum utilis ſcholæ & Eccleſiæ Chriſtianæ, reſtitue mihi amiſſas vires animi & corporis, qui potes ſuſcitare mortuos. Tu Jeſu Chriſte, da, ut ſis cor meum unicum, & ſolatium in hora mortis, vel ſana me verbo tuo, ſicut dicitur: Non herba, non malagma, ſed verbum Domini ſanavit eos. *Tu Spiritus Sancte Deus, in æſtu refrigerium, in fletu ſolatium, da, ut horam mortis meæ læto exſpectem & ſuperem animo. O miſericordiſſime Deus, projice peccata mea in profundum maris: ne eorum in æternum ulla ſit memoria, meque indutum fide & Chriſto, conſolare, ſuſtenta, erige contra infirmitates carnis, & tentationes Diaboli. Hoc, te ſupplex oro, da mihi Deus, fretus verbo tuo,* Pſ. 27. Mein Hertz hält dir für dein Wort: Ihr ſolt mein Antlitz ſuchen. *Si debemus hoc facere, tu cura, ne fruſtra fiat.* Pſalm. 50. Invoca me in die tribulationis & anguſtiæ Domini: *Ecce hæc eſt dies tribulationis & anguſtiæ Domini:* filii venerunt ad partum, & non vires pariendi. *Eripiam te: Exurge: Deus usquequò? revertere & eripe animam meam: Et glorificabis me: Non mortui laudabunt te Domine, neque qui deſcendunt in foveam: ſed ego vota mea reddam, coram tota eccleſia, & docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur. Amen, Amen Jeſu Chriſte, in quo ſunt omnia Amen: fac & hoc Amen. Bonus & miſericors eſt Dominus.* Hæc eſt una.

Altera ſic habet: *O Domine Jeſu Chriſte, fili DEI vivi, ego æger & infirmus ad medicam manum tuam confugio. Tu Domine potes me ſanare, tu Domine non abjicies me in ira, ne langueſcat fides mea de divino auxilio, adeſto citò propitius & miſerere. Remitte mihi omnia peccata juvenilis & virilis ætatis, propter quæ ſanguinem tuum effudiſti. Accende mentem meam lumine tui Spiritus, & vivifica conſolatione. Et ſi, Domine, bonum eſt in oculis tuis, conſerva me adhuc aliquandiu inter vivos: Miſerere uxoris & filiolæ.* Alia.

Spe itaque erectus, poſt ſuperatas DEI gratia tentationes, uti anteà factitarat, ita tum quoque multis variisque cum aliorum piorum, tum inprimis *Lutheri* cantionibus, ſingulari Spiritus divini gratia animatus, ſuam fidem, patientiam, & alacritatem ſubinde excitavit; adeoque in cantando fuit deinceps mul-

Inter canendum moritur. multus: ut voce & ſpiritu tandem inter canendum defecerit, & ad muſicam cœleſtem, quam hic moriturus inchoaverat, in omnem æternitatem cum beatis angelis & hominibus continuandam, ex hoc mundo evocatus placidè exſpirarit: die *ſeptimo* Julii ſub *undecimam* noctis anno *milleſimo ſexcenteſimo quarto*, ætatis ſuæ *quadrageſimo*, currente. Viduam reliquit *Eliſabetham*, filiam *Balthaſaris Rauui*, Theol. D. & in Gryphiswaldiana Academia olim Profeſſoris, cum unâ filiola orphanâ præmiſſis duobus filiolis.

Scripta quæ edidit in Bibliothecis laudantur: nobis hæc ſufficiunt, deſumta *ex oratione parentali, habitâ ab Eraſmo Smidio Profeſſore VVittembergenſi.*

O. 1605. d. 7. Febr. ætat. 46.

SALOMON GESNERUS.

Boleslaviæ haud ignobili Sileſiæ oppido natus eſt *Salomon Geſnerus*, anno ſalutis reparatæ, *milleſimo quingenteſimo undeſexageſimo*, *octavo* Novembris die; patre *Paulo*, verbi divini in Boëmiæ ac Moraviæ finibus miniſtro: matre verò *Annâ*, è præcipuâ & honorata ibidem *Cunradorum* familiâ. *Paulus Geſnerus pater.*

Quem amittit filius Salomon. Patrem amiſit *ſexennis*, cum matre ſuperſtite relictus in re tenui ac paupere: quippe cui vix ad victum neceſſaria ſuppeterent; nedum ut ad ſtudia capeſſenda, id quod pater & unicè in votis habuerat, & moriens in mandatis uxori dederat, ſumtus idoneos haberet. Veruntamen nec Deus, nec boni viri, honeſtis ejus conatibus defuerunt. Itaque *Troppaviæ* prima pietatis & literarum fundamenta jecit, loci illius *Commendatore*, ut vocant, & Diacono neceſſaria liberaliter ſubminiſtrantibus. *Troppaviæ diſcit.*

Matthias Hilvvigius. Paulò pòſt in patriam reverſus, præceptorem nactus eſt, virum eruditum & induſtrium, *Matthiam Hilvvigium*, cujus non ſolum informatione inſtitueretur; ſed & liberalitate juvaretur. Accidit tum fato quodam, ut horrenda planè annonæ caritas, non *Sileſiam* modò; ſed univerſam penè *Germaniam* affligeret: tum multis aliis oneroſa, tum *Geſnero* potiſſimum; adeò quidem; ut jam de ſtudiis ipſius planè actum videretur. Nam mater, quod filio ſuppeditaret, habebat nihil: fame ipſa partim contabeſcens, partim mœrore. Sed ne ſic quidem ſpem omnem abjecit *Geſnerus*: quin extremum illud paupertatis telum arripere, & mendicando panem oſtiatim quærere maluit; quam ſtudiis nuntium remittere. *Annona caritas in Sileſia.* *Qua Geſn. preſſus.*

Pane furfuraceo ſe ſuſtentat. Creſcente autem annonæ penuria, res eò tandem devenit: ut panem non modò ex avena, hordeo, glandibus piſtum; ſed merè furfuraceum latranti ſtomacho objicere neceſſum haberet: ſed & hunc benedictio divina ſalubrem effecit; nec ſalubrem modò ſed & ſuavem, ut verè omninò *Socrates: Optimum cibi condimentum* dixerit eſſe *famem*; *potionis ſitim*: & *Antiphanes*; *Famem omnia dulcia reddere, præter ſe ipſam.*

Cæterùm quod *Venuſinus* ille Poëta de ipſe prodidit:

Et laris & fundi paupertas impulit audax
Ut verſus facerem:

idem *Geſnero* etiam accidit. Nam duru hoc paupertatis onus, ſtimulus ipſi ac incit mentum fuit ſummo annitendi ſtudio; ut literis & pietate indies proficeret. Sic aute aliâs comparatum eſſe videmus, quod *Sene* habet, *plurimis ad eruditionem viam præcl dunt divitiæ, uſque adeò; ut ſi animo vaca velis, vel pauperem, vel pauperi ſimilem eſſe oporteat.* Quo tamen erronibus illis m nimè patrocinari volumus: qui ventri & oc dediti, hinc inde vagantur.

Sed ut ad *Geſnerum*, exacto ille ſub paupe tatis duriſſimo jugo, integro fermè triennio *Uratiſlaviam*, metropolin illam Sileſiæ, co ceſſit, animo quidem ac ſpe ſtudia proſequen di: ſed parum abfuit quin egeſtate coactus & frequenti dominorum mutatione variè j ctatus, fabro aurario ſuam operam addixeri niſi ipſum orphanorum pater Deus, illi ipſius aurifabri operâ, qui ei liberos ſuos er diendos committere, quam artem trader ſatius ducebat, ab officina ad ſcholam liter riam revocaſſet. Ergo *Uratiſlaviæ* lingu rum *Latinæ*, *Græcæ*, *Hebrææ* rudimenta add dicit: diſſerendi dicendique artes cognovi doctrinæ ſphæricæ initia percepit; in utraq oratione, ſoluta & ligata, ſe diligenter exe cuit: ita ut præceptoribus charus & accept eſſet. Donaverat ipſum tum temporis hoſp dimidio *Vallenſi*, quem in *novum teſtamentu* Græcis typis impreſſum, impendit: eoq tanquam peculiari theſauro, quovis auro argento pretioſiore, ita quotidiè uſus fuit: periculum faceret, num ſine adhibitâ ve ſione Latinâ Græcum textum intellige poſſet.

Moris tum erat, ut *Uratiſlaviæ* tenui ris fortunæ ſcholaſtici carminibus ſalutare patritios & mercatores; eorundemque gr tiam ac liberalitatem vel hoc pacto ambiren Hic *Geſnerus* è poſtremis eſſe noluit, ſe carminum ſcriptione, ad quæ naturæ quapia propenſione ferebatur, aliquid nummoru collegit; unde auctores ſtudiis ſuis apto *Ciceronem* cumprimis & Poëtas utriusque li guæ ſibi comparavit. Poſtea anno Chri *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto*, vi ticulo corrogato; & conſarcinatis libelli quos neque comparare multos, neque po tare plures poterat, *Uratiſlaviâ* per Boëmia *Argentoratum* ſe contulit: ubi cum viſitato ribus ejus ſcholæ profectus ſuos approbaſſe ſtatim auditor primæ claſſis factus: nec mu tò pòſt à ſenatu in collegium *VVihelmitanu* alumnus receptus fuit, uſus eo beneficio p integrum *quinquennium*.

Studia tractavit tum *Philoſophica*, tu *Theologica*. Præceptores Philoſophos habui *Joannem Ludovicum Havenreuterum*, Med cum & Philoſophum è paucis: *Theophilu* *Golin*

olium ethicum, *Melchiorem Junium* orato-
iæ Profeſſorem, *Henningum Oldendorpium*,
Iebrææ, Chaldaicæ ac Syriacæ linguarum
Profeſſorem, *Davidem Wolckenſteinium* &
Cunradum Daſypodium, Mathematicos mi-
nimè ignobiles. Præceptores verò Theolo-
gos, Doct. *Johannem Marbachium*, Doct.
oannem Pappum, Doct. *Eraſmum Marba-
hium, Nicolaum Florum* & *Joannem Fabrum*.
Cum lectionibus Theologicis conjunxit exer-
itium concionandi, in collegio quidem,
uoties ordo poſceret: in pagis autem quo-
es D. *Pappus* permitteret; permittebat au-
em ſingulis ferme ſeptimanis.

Elapſo *quinquennio* nactus eſt diſcipulum,
obilem *Livonum*, cujus ſumtibus annum
dhuc *Argentorati* ſubſtitit, creatus tum
hiloſophiæ magiſter, anno ætatis *viceſimo
uarto*: Chriſti autem ſupra *ſeſquimilleſimum
ctogeſimo tertio*. Hoc ipſo anno diſceden-
i a ſenatu venia impetrata, liberos generoſo-
um quorundam in Polonia pluſculis menſi-
us inſtituit: unde ſe, cupiditate ad doctos
omines in Academiam aliquam redeundi,
ature expediens, impetrata dimiſſione
Vratiſlaviam rediit, *Argentoratum* repeti-
urus. Diem unum & alterum *Vratiſlaviæ*
um moratur, venit in notitiam *Andreæ Du-
ithii*, trium Impp. conſiliarii: apud quem &
ndream filium natu maximum, honeſto ſti-
endio aliquandiu inſtituit, & *commenta-
um* in libros *Ciceronis de Fato* concin-
avit.

Anno *octogeſimo quinto Vratiſlaviæ Boleſ-
aviam* vocatus, *Matthiæ Hilvvigio* ſcholæ
ius Rectori ſucceſſit; primò in functione
holaſticâ: deinde & anno ſequente, in
onjugio.

Quadriennio integro in pulvere ſcholaſti-
o exacto, anno *octogeſimo nono* ad Gymnaſii
etinenſis regimen vocatus paruit: paſtore
m Eccleſiæ collegiatæ ad D. *Mariam Con-
ado Bergio*: Diacono verò *Joachimo Stygio*,
roque Calvinianæ ſectæ, ſed timidiuſculè
dicto. Hac in ſtatione quid Geſnero eve-
rit, ex publicis *Hiſtoriæ Pomeranicæ* monu-
entis notius eſt, quàm ut prolixâ comme-
oratione indigeat.

Ibi ergò, cum ſatis acerbas habuiſſet *συ-
ζεις* in religionis negocio cum diacono
achimo Stygio; qui aliquando in ſacra ſy-
xi, ſiniſtrâ iſtiusmodi verbis hoſtiam ei in-
ſſit: *Deus ſit judex inter me & te*: animad-
rtiſſet præterea; ſe illis ipſis uti patronis
on admodum propitiis; penes quos rerum
mma erat: anno *nonageſimo ſecundo Stra-
undium* legitimè accerſitus: ut paſtoris ibi
nio propè confecti adjutorem; & in ſchola
rofeſſorem ageret: vocationem ambabus, ut
unt, amplexus eſt. Quanquam autem Cal-
nianorum, ut ſuſpicio erat, artificio, ſupel-
x ejus libraria & domeſtica Stetini per to-
n hyemem fuit detenta: Reſpubl. tamen
ralſundenſis defectum omnem liberaliter
pplevit, nec quicquam ei etiam hac in parte
deeſſe paſſa eſt. Accidit ergò ejus adverſa-
riis id, quod Comicus dixit:

Invidere alii bene eſſe, tibi malè eſſe, miſeria eſt:
Qui invident, egent; illi, quibus invidetur,
rem habent.

Cæterum vix *ſeptem* menſes *Stralſundii* ſubſti-
terat: cum ad Academiam *VVittembergenſem*, *Wittemb. evocatur.*
tanquam ad meſſem ampliorem, Dominus
evocatum voluit: cui vocanti eò libentius an-
nuit; quod haud obſcurè ſenſit, neque aë-
rem neque diætam Pomeranicam valetudini
ſuæ convenire. *VVittembergam* autem con-
ceſſurus *Stetinum* rediit: ubi juſſu illuſtriſſi-
mi Principis *Ioannis Friderici* diſſidium inter
ipſum & *Ioachimum Stygium* ſuper quibus-
dam religionis capitibus antehac motum, fuit
cognitum: ipſeque *Geſnerus* cum teſtimonio
honorifico, & doctrinæ & vitæ integræ, di-
miſſus.

Stetino venit *VVittembergam* anno *nonage-* *Venit Wit-
ſimo tertio*, die *decimo ſexto* Maji, Magiſterii *temberg.*
tum gradu ſaltem inſignitus, quem paulo
poſt cum axiomate ſuperiore permutavit, *D. Theol.*
Doctor *Theologiæ* ſolenniter renunciatus, die *renuncia-*
decimo Auguſti, ejusdem anni: promotore *tur.*
Polycarpo Lyſero. Hac ergo in ſtatione Pro- *Profeſſ.*
feſſoris Theologi munus obiit: & aliquandiu *Theol. &*
Electoralium ſtipendiariorum inſpectorem, *Inſpector*
& ab anno *nonageſimo quinto*, ſupremum in *Stipendia-*
templo arcis concionatorem egit. *Recturam*, *riorum*
ut vocant, bis geſſit: *Decanatus* Theologici *Elect.*
munus adminiſtravit toties, quoties ordo
ipſum tangebat: *Aſſeſſoris* partes in conſi- *Et Paſtor*
ſtorio eccleſiaſtico poſtremo vitæ novennio *Templi*
ſuſtinuit: præter concionandi operas publi- *arcu.*
cè prælegit Pſalterium, octo minores Pro- *Officia*
phetas, *Danielem*, *Hiſtoriam* paſſionis: *Ie-* *alia.*
ſaiæ partem, privatim diſputando excuſſit *Lectionis.*
Formulam Concordiæ, *Geneſin*, *Danielem*, *par-
tes duas* examinis Concilii Tridentini.

Porrò in hâc ipsâ provinciâ non defuerunt *Certami-*
ipſi hoſtes. Vix enim labores aggreſſus erat, *na.*
cum infelix ille *Samuel Huberus*, tum reliquis *Cum Hu-*
Theologis collegis, *Polycarpo Lyſero* & *Æ- bero.*
gidio Hunnio, tum etiam *Geſnero* funeſtum
planè bellum moveret, *de promiſcua*, *inde-
terminata*, ſive, ut ille loquebatur, *univerſali
omnium hominum prædeſtinatione*, eaque pro-
priiſſimè ſic dicta.

Quod ſanè incendium, quo minus mox in
primis favillis ſopitum exſtinctumve fuerit:
non per Geſnerum, nec per reliquos Theo-
logos ſtetit: ſed in causâ *Huberi* intempe-
ries & *ἰσχυρογνωμοσύνη* potius fuit: quæ o-
mnibus mediis ac remediis ſalutaribus locum
prorſus nullum reliquit. Verùm nec in hac
controverſiâ certaminum finis. Etenim in
Luſatiâ quidam * Ludirector fuit: qui ſcho- ** Mart.*
las ſuas his, ut alii appellarunt, emblematis *Mylius.*
exornavit: *Rect. Gorl. Themata Gorlicii propoſita.*

I.

*Fractio panis ſignificat fractionem, hoc eſt,
Crucifixionem Corporis Chriſti.*

II.

Diſtinguendum eſt inter circumſtantias ſacræ Cœnæ: quarum aliæ pertinent ad ſubſtantiam hujus ritus; quòd panis eſt adhibendus: quod frangendus; facienda publica precatio, diſtributio, ſumptio.

III.

Hanc propoſitionem: Verbum caro factum eſt, *invertunt heterodoxi, & ex ſubjecto faciunt prædicatum, & ex prædicato ſubjectum: pro,* verbum caro factum eſt, *dicunt*: caro eſt facta verbum, ſeu λόγος. *Hinc eſt illa exæquatio naturarum, & realis communicatio idiomatum.*

IV.

In verbis inſtitutionis τῦτο *quid denotat? Id quod obtulit Dominus. Quid Dominus obtulit? Id, quod prius ipſe acceperat. Quid ipſe acceperat? Panem. Ergo panem indicat particula* τῦτο. *Nihil ergo aliud, quam panem, demonſtrat particula.* Hoc, *nec aliud ſonant verba Chriſti:* Hoc eſt corpus meum: *quàm,* Hic panis eſt corpus meum.

V.

Quæ eſt vera interpretatio horum verborum: Panis eſt Corpus Chriſti? *Reſpondeo: Tres ſunt interpretationes. Prima eſt Papiſtarum, qui fingunt transſubſtantiationem. Altera ſcholaſticorum, qui fingunt Conſubſtantiationem.* Tertia *eſt orthodoxorum, qui dicunt, illa verba ſacramentaliter exponenda eſſe: ut neque ſubſtantialis aliqua mutatio panis fiat: neque occultatio, aut coëxiſtentia ſubſtantialis corporis, ſub pane, ſeu ad locum ſtatuatur: ſed ut per fidem panis euchariſticus intelligatur eſſe ſacramentum, ſeu teſtimonium, pignus atque ſigillum, medium ac inſtrumentum, divinitus ordinatum: cujus uſu legitimo obſignetur, id eſt, non nudè ſignificetur: ſed applicetur & confirmetur nobis, vera communio corporis & ſanguinis Chriſti, & omnia beneficia Chriſti Evangelio promiſſa.*

** Mart. Moller. Paſt. Gorl.*

Huc acceſſit cujusdam Eccleſiaſtæ * *Gorlicenſis praxis Evangelica*, typis evulgata, & præcipuis per Sileſiam familiis inſcripta. Utrumque ergo ſcriptum cùm *Geſnero* videretur *Calviniſmum* alicubi redolere: viſum eſt ipſi, populares ſuos, ſcriptâ *Admonitione*, ire dehortatum, quod ejus factum ab aliis aliter acceptum fuit.

Certamẽ cum Calvinian.

Variis morbis affligitur.

Vixit itaque inter varias & occupationes & digladiationes, ad annum uſque Chriſti *milleſimum ſexcenteſimum quintum.* Eo enim anno die *nono* Januarii, circa tertiam matutinam, cum jam ultra annum hypochondriacis affectionibus, ventriculi imbecillitate, ac tuſſi vehementi afflictus fuiſſet, venula ei in pulmonibus rupta unà ſanguis copioſus erupit. Ille tamen nihilominus eo manè concionem voluit habere. Cæterum ſanguinis ejectione ſubinde infeſtante, viribus uſque adeò exhauſtus fuit, ut de vitâ in dubium venerit. Poſtero itaque die duos collegas, qui tùm in loco, & Archidiaconum ad ſe vocavit: iisque præſentibus, voce articulatâ, judicio integro, manibus complicatis, confeſſionem fidei ſatis luculentam edidit: diſerte teſtatus; *ſe toto pectore abhorrere à dogmate*, quod dicitur, Calvinianorum, Jeſuitarum, Huberi, aliorumque quorumvis, tùm recentiorum hæreticorum. „ Certus enim ſum, ajebat, eam doctrinam, quæ DEI beneficio in ſcholis & Eccleſiis, inclyti hujus Electoratus Saxonici jam publicè ſonat, quamque voce ac calamo; pro donorum divinitus mihi conceſſorum modulo, propugnavi, eſſe veram ac ſanam illam doctrinam, quæ ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum eſt comprehenſa; inque libris Eccleſiarum noſtrarum Symbolicis, nempe Auguſtanâ Confeſſione, primâ illâ mihimeque variata, Articulis Smalcaldicis, utroque Catechiſmo Lutheri, Formula denique concordiæ, adverſus quosvis fanaticos ſpiritus, altius eſt repetita & explicata; profiteor etiam me in hac ipsâ doctrina; ad extremum usque vitæ halitum, per Dei gratiam, conſtanter perſeveraturum, & ad tribunal Jeſu Chriſti Salvatoris mei, intrepido infractoque animo, de hac mea doctrinâ rationes redditurum. „ Collegas deinde ad conſtantiam eandem cohortatus, & ſanctæ euchariſtiæ ſumtione, præmiſſa confeſſione, acceptaque abſolutione confirmatus, hilari vultu: *Jam*, inquit, *tranquillo* ego ero animo, & Deum patienter exſpectabo, fiat voluntatis ipſius, quæ ſola bona & ſancta eſt, perinde jam mihi fuerit, ſive diutius ſuperſtes maneam, ſive moriar; vita mihi Chriſtus eſt, mors lucrum; ſi vixero, Domino vivam, ſin mortuus fuero, Domino moriar, ſive enim vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. „ Poſtea etſi ſanguinis rejectio deſineret, medicique ſpem haud dubiam reſtituendæ valetudinis oſtenderent, tamen ſuccedente febrili calore, ſubſecuta eſt tanta totius corporis laſſitudo, & anguſtia pectoris, ut exſpiraturus jam jam videretur. His in anguſtiis ipſe conſtitutus magno ſemper ſpiritu illud cygnéum ingeminavit: *Nunc dimittis Domine ſervum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum*: & illud Davidis: *ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam: Reſpice me & miſerere mei, quia unicus & pauper ſum ego, anguſtia cordis mei magna eſt, erue me de tribulationibus meis.* Et cum conſolationes ipſi adverſus Diaboli inſultus in animum revocarentur: *Nihil*, inquit, mihi prorſus rei eſt cum Diabolo, neque quicquam ille mihi moleſtiæ, toto iſto morbi mei tempore, faceſſit: ſed eſto, veniat, adoriatur me, viresque ſuas in me miſero peccatore experiatur: Ego proptereà non deſpondebo animum. Scio enim, me non ipſi, ſed Deo meo peccaſſe.

Quare

„ Quare Iſraelitas in deſerto ſecutus, ego „ monſtrabo ipſi non quidem ſerpentem æ- „ neum: ſed filium Dei de cruce penden- „ tem, & dicam: Huic ego, non tibi pec- „ cavi: Huic totum me credo. Credo e- „ nim quod ipſe, ut pro totius mundi, ſic „ pro meis quoque peccatis, ſufficientiſſi- „ mum λύτρον DEO patri exolverit. Quare „ apage ſis Diabole, & tela tua in hoc ſe- „ men mulieris converte: hunc ſi viceris, me „ quoque viceris. Septima deinde *Februarii*, horâ mediâ quartâ veſpertinâ, in confeſſione veritatis, interque preces & cantiones religioſas atque ardentes ſpiritum cœlo, corpus terræ reddidit: ita placidè ut nemo adſtantium mori ipſum animadverterit. Nam verſus quoſdam & quidem ἐμφατικωτέρως cantionis illius *Eberianæ* vere cygneæ, clarâ ipſe voce ſimul accinebat: ſed vix cantus finitus, & præcatiuncula recitata: oculi ipſius caligare: & pectus bis ſaltem ſpiritum ægrius trahere: quem usque adeò tranquillè emiſit: ut dormienti, quàm mortuo multò ſimilior videretur.

Vixit annos *quadraginta quinque*, menſes *tres*, cujus ſpacium dimidium fermè, in ſcholaſtico partim, partim Eccleſiaſtico munere conſumſit. Elatus eſt funere honorifico, & ſepulcro Epitaphium additum hujusmodi:

PIETATI ET MEMORIÆ
REV. ET CL. VIRI,
SALOMONIS GESNERI
BOLESLAVIA SILESII,
SS. THEOL. D. ET PROFESS.
IN SCHOLA QUIDEM ANNOS XII.
LEGENDO AC DISPUTANDO:
IN TEMPLO HOC ANNOS X. CONCIONANDO: UTRINQUE FIDE ET INDUSTRIA OPT. MAX. QUI INGENIO, DOCTRINA, JUDICIO, ELOQUENTIA, ZELO RELIGIONIS, ET VITÆ INTEGRITATE; PAR
SUMMIS ÆVI SUI THEOLOGIS:
MONUMENTIS DE DOCTRINA CHRISTIANA EDITIS NOMINI SUO FAMAM, PIETATE DOMUM ÆTERNAM SIBI VIVUS CURAVIT,
HÆREDD. HOC QUOD EST E
SAXO P. C. DEFUNCTO.
VII. EID. FEBR. ÆTAT. SUÆ. XLVI.
CHRISTI CIↃ IↃ CV.

Statura fuit mediocri, colore ſubpallido, viribus haud ita firmis, cultu corporis neque delicato, neque ſordido; ſed qui doctorem Eccleſiæ deceret: victu temperato: cibi parciſſimi, perpetuam ventriculi imbecillitatem cauſatus: ſomni poſtremis potiſſimum annis penè nullius: ingenio ſagaci, memoriæ tenaciſſimæ, ut, quæ in vaſto illo S. Patrum mari diſperſa jacent, anguſtis memoriæ ſuæ cellulis incluſa firmiſſimè retineret: adulationis & ſimulationis, ut hoſtis acer; ita veritatis & ſimplicitatis amans.

Scripta ejus Latina. Edita ab ipſo ſunt hæc: *orthodoxa de perſona & officio Chriſti* doctrina ex ſolido DEI verbo exſtructa: *Meditatio* generalis *Pſalterii*: in qua de dignitate, uſu, argumento, & connexione Pſalmorum diſſeritur; *Paſſio Jeſu Chriſti* concionibus explicata; *Libri quatuor* de *Conſiliis*: quorum unus generalem tractationem; alter hiſtoricam narrationem omnium conciliorum; poſteriores duo refutationem duorum librorum *Bellarmini* de Conciliis continent; *Explicatio dicti Paulini* 2. Timoth. 3. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata; *contra Bellarminum*; *Diſputationes* ſeptendecim pro libro concordiæ; item *diſputationis* in integram *Geneſin*: Hoſeas *Propheta duplici verſione Latinâ*: una *Hieronymi*: ex Hebræo; altera *Benedicti Ariæ Montani* è Chaldaica paraphraſi *Jonathan* redditus, & commentario *Hieronymi* illuſtratus. Sunt ipſius etiam *Germanica* haud ita multa; ut *admonitio ad ordines Sileſiæ* de cavendo Calvinianiſmo; *conciones* item tempore peſtis, & *Turcicæ*: cum aliis, de quibus Bibliothecæ. *Germanica.*

Hæc de Geſnero ex oratione parentali dicta à Leonharto Huttero Th. D. & P. P. item ex Catal. librorum.

VVOLFGANGUS AMLINUS.

Ob. 1606. d. 18. Maji. ætat. 65.

PAtria *VVolfgango Amlingo* obvenit *Münerſtadium*, Franciæ orientalis in ditione Epiſcopi Würceburgenſis oppidum; tunc verò temporis etiam *Hennebergorum* dominio ſubjectum. Ibi natus eſt anno à Chriſti hominis nativitate currente *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo*, die mercurii, qui Dominicam, *Reminiſcere* à majoribus dictam, ſequitur. Parens ei fuit *Michaël*, vir conſularis ac ſenatorii ordinis eo loco: qui adoleſcens literarum quoque amore captus, *VVittembergam* ſe contulit: ibique Primam Philoſophiæ lauream eſt adeptus. Poſt cùm faſtidium ipſum ſtudiorum, neſcio qua de cauſa, cepiſſet; animum ad lanificium applicavit; quam artem etiam reliquo vitæ ſuæ curſu exercuit; eâque rei familiari commodè ſatis proſpexit. Mater fuit *Maria* ex antiqua & honeſta *Geſneriorum* proſapia Franciæ orientalis oriunda.

Münerſtadium. *Michaël Amlingius.* *Mater Aml.*

His parentibus *Amlingius* procreatus, natu minor quatuor ſororibus; major verò quinque fratribus, puer ad ludum miſſus eſt oppidanum, ubi primum tales præceptores nactus eſt, qui liberalia ingenia ad ſtudia non tam adducerent, quam à ſtudiis abducerent. Incidit enim in *Orbilios*, quorum inſtituere fuit cædere, & flagris plagisque ſævire. *Præceptores.*

Luce verò Evangelii illis quoque terris illuceſcente, ſchola etiam civica in dies incrementum ſumſit: adeò ut ex ea multi poſtea docti viri prodierint, qui organa ſalutaria & pii συνεργοὶ utiliter Dei Eccleſiis & ſcholis inſervierunt. Sed poſtquam anno *octogeſimo ſeptimo* tenebræ Papatus rurſum invaluerunt, Jeſuitis ibi etiam nidulantibus, hi Evangelii fructus fruſtra exſpectantur.

Naumburgum abit. Anno *quinquageſimo octavo Naumburgum* ſe ſtudiorum gratia contulit: inde ad *Academiam Jenenſem*, anno *ſexageſimo*, eſt profectus: *Et Ienam.* ubi, perluſtrata prius Academia *Tubingenſi* & *Wittembergenſi*, ſexto pòſt anno ſummos in philoſophiâ honores eſt conſecutus. Hoc in itinere commendatione *Joannis Roſæ*, *Ioann. Roſa.* quem ipſe, ut & *Victorinum Strigelium* tanquam Præceptorem ſuum & alterum parentem obſervavit, in notitiam venit *Eberi* & *Peuceri*, amborum virtute & eruditione clariſſimorum virorum. In amicis Præcipuos habuit *Georgium Horn*, Theologum & concionatorem eximium *Hammelburgi* in Franconia; *Georg. Horn.* *Joannem Brendelium Deſſæ* Inſpectorem; *I. Brendel.* tum denique *Balthaſarem Kiſvveterum* Illuſtris Gymnaſii *Serveſtani* Rectorem. *Balthaſ. Kiſvv.*

Anno eodem *ſexageſimo ſexto Amlingus*, cùm ad gubernacula ſcholæ, quæ eſt *Serveſtæ*, ad D. Bartholomæi ædem, vocatus eſſet, *Serveſtam* venit. *Serveſtæ ſcholæ præeſt.* Quo tempore lues epidemica illic graſſari incipiens, & ſcholam illam diſſipavit: & *Amlingo* acerbam calamitatem attulit. Quare functionem ſuam deſerens Principis *Bernhardi*, cujus erga literatos amor fuit illuſtris, permiſſu, in patriam rediit. *Redit in patriam.* Scilicet ut in aliis negotiis, ipſo ſæpe faſſo *Amlingo*, evenire ipſi conſueverat; ut *principio uteretur gravi & difficili*: ita hîc idem accidit. Vix enim elapſo ſemeſtri *Serveſtam* eſt reverſus; *Inde Serveſtam.* & ſcholæ, quâ erat doctrina, ita præfuit: ut Eccleſia & Reſpub. magnum inde commodum perceperit.

Matrimonium contrahit. Anno *ſexageſimo octavo* matrimonio ſibi junxit in patria ſuâ piam & honeſtam virginem *Dorotheam Krebſin*: quæ tanta in maritum fide fuit, ut ſtatim nuptiis peractis cum eo in Saxoniam, relicta patria, proficiſceretur; ſpretiſque magnificis ædibus, in exigua caſa ibidem habitaret. Hæc uxor ejus ſequente anno *ſexageſimo nono*, partu in hanc lucem edidit patri cognominem filium: qui poſtea juris utriusque Doctor, Profeſſorem & Inſpectorem illuſtris Gymnaſii Serveſtani egit. *Wolfg. Amling. F.*

Eodem ſtatim anno graviſſimis de cauſis munere ſuo ſcholaſtico ſe abdicare, & in patriam abire neceſſe habuit. Quo loci non tam curam geſſit rei familiaris, quàm ſalutis patriæ & Eccleſiæ: quæ à Pontificiis infeſtabatur. Qua de cauſa, ne ſincerâ verbi divini prædicatione patria privaretur; difficilia & periculoſa itinera cum *Spiram*, tum alio ſuſcepit.

Elapſo biennio, anno nimirum *ſeptuage-ſimo primo*, ex eadem uxore filiolam ſuſcepi[t] *Dorotheam*: verùm ipſa mater difficultat[e] partus vitam finiit: quam filia non multò po[ſt] eſt ſubſecuta.

Anno *ſeptuageſimo ſecundo*, ad ſecunda[s] tranſiit nuptias, cum honeſta virgine *Barbar[a] Neundorfiana*, *Caſparis Neundorfii*, præfe[cti] *Hennebergici & Stolbergici*, viri pii & integri, filiâ quæ in hoc potiſſimùm erga ma[ritum] fidem conjugalem demonſtravit; quò[d] poſthabita clara familia, & commoditatibu[s] habitationis ac rei familiaris adminiſtranda[e] cum marito in ditionem Anhaltinam longu[m] & difficile iter ſuſcepit.

Anno enim Chriſti *ſeptuageſimo Coſvvigu[m]* ad munus paſtoris invitatus, vocationi parui[t] neque agros benè cultos, neque alia priva[ta] commoda à propoſito ſuo ſe dimovere e[ſt] paſſus. Mox eodem anno à *Serveſtanoru[m]* miniſterio ad munus paſtoris eſt expetitu[s] quo cùm *quinquennium* ſacra pro ſuggeſtu e[x]plicando fideliter functus eſſet: anno *ſeptu[a]geſimo octavo*, *Abrahamo Ulrico* ex hac vi[ta] evocato, ipſe ab illuſtriſſimo Principe *Joach[i]mo Erneſto*, Superintendens, ſive Inſpect[or] Eccleſiarum eſt conſtitutus.

Hoc in officio ita verſatus eſt; ut ædific[a]tionis Eccleſiæ princeps illi cura fuerit. Na[m] quæ ad Eccleſiæ ædificationem & emolume[n]tum maximè faciunt; *ſana doctrina* purio[r] & incorruptæ fidei, *ſacramentorum legitim[us] uſus*; *ſcholarum conſtitutio*, *cura pauperu[m]* & denique *Eccleſiaſtica diſciplina*: in his [o]mnibus cogitationes ſuas omnes operamq[ue] locavit. Etſi enim ante ipſum quoque De[us] præclaros viros excitaverit; D. *Theodor[um] Fabricium* & *Abrahamum Ulricum*, qui [in] Eccleſiâ operam ſuam navarunt; tamen mul[tæ] ſtipulæ fuerunt relictæ; quibus etſi *Amling[us]* quoque initio adhæſit; tamen ſingulari [Dei] gratiâ ſe deinde extricavit, luce veritatis, p[ro] quâ gratiâ ſuſpiriis intimis Deo gratias eg[it] à Deo illuſtratus. *Decalogum* primus ipſe [in]tegritati ſuæ reſtituit, & præceptum ſecund[um] de Idolis, authoritate ſacræ ſcripturæ & m[a]giſtratus rurſum inſeruit. Quod ad *doct[ri]nam* Evangelii *de perſona & officio Servat[oris] noſtri Jeſu Chriſti*, ea ab iſto tempore, q[uo] Deus miniſterio *Lutheri* Papatum è Saxo[nia] exturbavit, ibi ſecundum ſcripta *Prophetar[um] & Apoſtolorum* ſemper pura & integra p[ro]poſita & conſervata fuit.

Et poſtquam multæ Eccleſiæ in Germa[nia] novam doctrinam *ubiquitatis & omnipræ[ſen]tiæ carnis Chriſti* amplexæ ſunt; Deus [An]*haldinum* principatum ab eo dogmate def[en]dit, *Amlingi* operâ præcipuè in hoc nego[tio] uſus, qui docendo & ſcribendo, veritat[em] contra commentum adſeruit, & in Symb[olo] Apoſtolico fundatam fidem de perſona [J.] Chriſti in Anhaltinatus Eccleſiis puram [&] integram conſervavit. Præterea *Sacram[en]torum* ſacrorum, fœderis ſignorum ac ſigi[llo]rum, verum *uſum* monſtravit, & introdu[xit]

Quæ enim ex fermento Papiſtico reliqua erant; *exorciſmus* in *Baptiſmo*, & in ſacra *Euchariſtia* ritus ſuperſtitioſi: ab his omnibus inquinamentis Eccleſiam illam repurgavit. Homines, etiam externis duntaxat ceremoniis, & orali manducationi carnis Chriſti, ex mera ignorantia, adhæreſcentes, ita ex verbo Dei informavit: ut nunc intelligant, *miniſtros præbere externa gratiæ ſigna: Chriſtum verò ipſum in recto uſu ſacramentorum præſentem baptizare igne & ſpiritu; animas fidelium, pœnitentiam agentes verò & eſſentiali corpore & ſanguine ſuo ad vitam æternam paſcere & potare.* Inſuper ſingulari concionandi dono inſtructus, non tantùm ſumma myſteria, quantum neceſſitas requirere videbatur, abſque ulla oſtentatione vel ambitione omiſſis inutilibus diſputationibus, claris ſcripturæ verbis prudenter & nervosè in medium ita proferre potuit; ut verba quaſi numerata habere videretur & ad ſtateram examinare. Quod ſi publicum ipſi certamen fuit cum hoſtibus religionis, tantùm abfuit; ut veritati aliquid derogarit, ut potius verbum Dei conſtanter & intrepidè defenderit. Teſtis hujus eſſe poteſt *Colloq. Hertzbergenſe*, quod anno 1578. D. *Jacobo Andreæ*, & aliis Theologis concordiæ librum tùm fabricantibus, & Eccleſiis quoque Anhaltinis obtrudere conantibus, ab ipſo eſt habitum.

Cum verò tertio loco *ſcholæ*, tanquam *ſeminaria atque novelletũ Eccleſiæ & Reipubl. Chriſtianæ* ſummè neceſſariæ ſint; ſcholiſque neglectis Eccleſiæ ipſæ corruant, hanc etiam curam ſibi ſumſit, & cum cæteris, quos Deus in hoc excitarat, ad ſummum magiſtratum, Illuſtr. Principem *Ioach. Erneſtum* literarum ac literatorum cauſam fideliter egit; & *Gymnaſium Serveſtanum* ſolicitè conſervavit; quod verè eſt ſingulare κειμήλιον illius regionis.

Pauperes quod attinet, horum quoque egeſtas ipſi Eccleſiæ Epiſcopo non immeritò cordi fuit. Nam ſub ejus inſpectione *ordo currendariorum*, ut vocant, inſtitutus ita, ut currendarii, hoc eſt pauperes ſcholaſtici ſuo ordine ſingulis ſeptimanis ter domatim eleemoſynas colligant ſacris hymnis decantatis; quæ eleemoſynæ inter eos poſtea diſtribuuntur, ab honeſtis & piis viris. Quod ſanè inſtitutum fructu ſuo neutiquam eo in oppido caret.

Nam eo pacto pauperculi ſcholaſtici ad ludum frequentandum adiguntur, & fuci atque errones à probis diſtinguuntur. Deinde ad preces ita etiam adſueſiunt, redduntque ſibi familiares hymnos ac cantiones pias, quibus aliquando vel ad ſtivam, vel ad ſellam in officinis ſuis, vel ad alios conſolandos uti poſſunt. Denique illi plateas canendo obeuntibus, haud rarò, ut credibile eſt, pii animi excitantur, conſcientiæque territæ eriguntur. Ipſius præterea *Amlingi* conſilio & exemplo pauperes ſcholaſticos, præſertim civium liberos veſtire meliùs cœptum eſt, ut & *gazophylacium* deſtinatum, unde egentibus patribusfamilias & exulibus, opera charitatis exhibeantur. Quin & mortuorum, qui verè egeni, curam geſſit. Cum enim antè, defunctorum corpora hinc inde paſſim in cœmiteriis, quin & ponè muros ac mœnia defoderentur, undè haud rarò, venenoſi, ut fit, halitus extiterunt, & morbi epidemici ſunt orti: *Amlingi* cura totiusque miniſterii monitu, rogatuve effectum eſt, ut magiſtratus ſenatusque conſenſu, ſymbolis etiam civium collatis, cœmiteria ante oppidum locis arenoſis deſignata & muris cincta ſint. Et voluit ipſe *Amlingius*, dum viveret, in cœmiterio illo, apud auditores ſuos, non in templo ſepeliri, idque ſeriò petivit, & in concione inaugurali ad D. *Nicolai* cœmiterium, quæ in lucem emiſſa, teſtatus eſt.

Eleemoſynæ Serveſtæ conſtitutæ.

Cura defunctorũ.

Ultimo tandem loco, quod ad miniſtrum & Epiſcopum fidelem pertinet: propter quoſdam maleferiatos diu multumque ſe maceravit, idque unicè egit: uti diſciplinâ eccleſiaſtica introducta ſcandala, quæ in Evangelii luce & orthodoxæ religionis exercitio irrepunt, ſeriò evitarentur, & ad poſteros orthodoxa religio propagaretur.

Diſciplina eccleſiaſtica.

Inter tantas & officii curas, & privatos labores, vires corporis paulatim ſunt exhauſtæ: & ipſe annum fermè totum de ea virium imbecillitate eſt conqueſtus. Nihilominus tamen ſedulò vocationi ſuæ navavit operam; dùm præter occupationes & negotia inſpectioni incumbentia, ſingulis ſeptimanis *ternas conciones* in templo, *ternas lectiones* publicas in Gymnaſio, & interdum etiam *diſputationes* habuit. Itaque & paulò ante obitum, die ultima Martii, *de ſacramentis in Genere* diſputavit, & ſic operas ſuas in Gymnaſio, cum alioquin in ordinaria ſua profeſſione, *in explicatione Epiſtolæ Pauli ad Romanos* ſubſtitiſſet, utiliter finiit. Interim cum cibo veſci non poſſet, idque alii deplorarent; dicere conſuevit: *Non ſolo pane vivit homo, ſed ex quovis verbo prodeunte per os Dei.* Monitus ut valetudinis rationem haberet, collegas vices ejus concionando ſuppleturos, renuit, & ἀϑεμιτικῶς, *donec huic* (inquit, grabatum oſtendens) *Deus me affixerit.* Dominicâ Palmarum ardentiſſimam Salvatoris noſtri precationem * explicavit: quia concione ſe officium quoque ſuum finiturum dixit. Poſtea tamen temporis habita ratione, & de *Cœna Domini* concionari in animum induxit. *Si enim*, inquit, *Salvator meus tanto deſiderio cum diſcipulis ſuis deſideravit Paſcha celebrare: quidni & ego idem deſiderem cum meo cœtu?* Æger itaque ſuggeſtum adſcendit, ſed alacriter & concionem & preces abſolvit. A concione ipſe etiam cum familia ad ſacram Domini cœnam acceſſit, atque ita functioni ſuæ finem impoſuit.

Labores Amlingi.

* *Quæ eſt apud Ioan. cap. 17.*

Concio ejus ultima.

Denique morbo invaleſcente, Chriſto ſe commendans, omne tempus ſacris meditationibus tranſmiſit, inprimiſque epiſtolam ad

Romanos totam, expoſuit, ſententiis integris Latine & Græcè adductis. *Epigrammata* etiam quædam de nocte meditatus eſt in fatali ſuo lecto, quæ mane, ut quiſque ſeſe obtulit, recitavit, aut ad calamum dictavit. Sententia eorum eadem ferè fuit, quæ D. Martini Epiſcopi precationis: *Domine, ſi populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem; ſin aliter tibi viſum, fiat quod eſt bonum in oculis tuis.* Alluſit & ad Symbolum ſuum: *Sile Deo, & ora eum,* ejusmodi verſiculis.

Martini Epiſcopi precatio. Symbolum Amlingi.

In prece ſis conſtans, morbi faſtidia vince:
Ceu patri, curæ eſt vita ſalusque Deo.
In ſpe ſis fortis, ſtimulis nec vincere mortis:
Vita mihi Chriſtus, mors mihi dulce lucrum.

Cùm paſtor templi oppidani idemque concionator aulicus, verſus hos Chriſtiani Poëtæ, ad caput *quadrageſimum nonum Ieſaiæ*, recitaret:

Sis infracto animo: nunquid materve paterve
Infantis poſſunt non meminiſſe ſui?
Si tamen uſque parens adeo offerretur iniqua:
Immemor ipſe tui non tamen eſſe queo.
En ſculpſi in manibus teque & tua cuncta, nec eſſe
De te, deque tuis deſino ſollicitus:

Reſpondit ægrotus: *Deo ſit laus, cogitationes & gemitus noſtri egregiè conveniunt! Ita enim hac nocte cum Deo meo collocutus ſum*, & clarâ voce recitavit hoc carmen:

Si ſervire gregi vis me ampliùs, optime Chriſte,
Pro quo ſolviſti grande Patri pretium,
Da quæſo famulo in præcordia languida vires:
*Sin minus; ô ſedes transfer * in ætherias.*

***Hic manus elevabat. Precatio alia.**

Dominicâ Cantate, quæ fuit *decima octava* Maij, & ipſi quidem ultima in his terris, precationem hanc inter ſoliloquia antelucana meditatus eſt:

Quis putet! hac etiam ſuperavi tædia noctis,
Dans animam toties, Chriſte, tuis manibus:
Si mihi pauca libet ſuperaddere ſtamina vitæ,
Amiſſa inſtaures viſcera viſceribus.
Sic pergam ſervire gregi, quem ſanguine lotum,
Flore tui verbi paſcis, & ore regis.
Sin properem mavis hinc ad tua regna beata;
Sum præſto, fiat, porrige, Chriſte, manum:
In tua namque animam commendo brachia ſoli
Vivo tibi, ac morior; ſpes mea, vita, ſalus.

Voces ejus ultimæ.

Ad filium deinde ſibi cognominem JC. dixit: *hodierna die Filius Dei me liberabit, & ad ſe evocabit:* quæ verba aliquoties repetiit: Collegas, officii cauſa ad ſe venientes, hortatus eſt ex illo Zachariæ: *tantum veritatem & pacem diligite.* Adductis etiam ad lectulum nepotulis exemplo Jacobi benedixit; iisdem uſus verbis: *Angelus, qui eripuit me ab omni malo, benedicat pueris iſtis animâ & corpore, ſalvosque faciat.* Valedixit & filio atque conjugi ejus, aliisque præſentibus. Tandem ad filium, *jam*, inquit, *ſum in agone, veni Ieſu, veni!* petiitque ut humi deponeretur, quod ſimul ac factum, placidè exſpiravit, die ut dictum 18. Maij, anno Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo, ſexto,* ætatis ſuæ *ſexageſimo quinto,* cùm ſcholæ ad D. *Bartholomæum trienniu[m]* Serveſtæ, Eccleſiæ autem *triginta tres* an[nos] inſerviiſſet. Elatus eſt frequenti funere 21. Maij, ſepultúſque, uti vivus mandarat, cœmiterio extra urbem, concionem funeb[rem] habente *Caſpare Vlrico*, aulico concionat[ore]. Mortuum amici virique docti celebrarunt [E]cediis & Epitaphiis carminibus, quæ exſta[nt] ac monumento laudarunt ejuſmodi:

Obitus.

CHR. SER. SAC.

Lector quiſquis es cand. benev.
Adverte ſis paululum & diſce:

WOLFGANGUS AMLINGUS M[U]NERSTAD. FRANC. OPPID[O]
ORIUND.
POSTQUAM VARIAS PATRIA[E]
PURIOREM VERIT.
CONFESS. MISERE AFFLICTA MU[]
TIS A PUERO
ANNIS EXPERTUS ESSET ANG[U]STIAS, AD HANC TANDEM
DIU MON. CONFUGIENS
URBEM:
PRIMUM QUIDEM SCHOLÆ AD
BARTH. RECT. DILIG. DIGNISS[]
DEIN ECCL. HUJUS VERUS AC F[]
EPISC. MOX ETIAM VICINAR[]
ANTIST. VIGIL. INSUPER TH.
ILL. GYM. PROF. P. DESIGN[]
FIDEI AC SEDULITAT. SUÆ
SPECIMINA RELIQUIT MINIM.
TERITURA: QUEM
PIETAS SINCERA, EXCELLE[]
DOCTR. HUMIL. INSIGNIS, IN [] CENDO DEXTERIT. ADMIRA[]
ATQUE IN TOLERAND. PRO CO[]
MISSI GREGIS INCREMENTO []
BORIBUS INVICTA MAGNAN[I]
MITAS;
CELEBERR. QUIBUSQ. VERBI D[]
PRÆCON. HAUD INFERIOREM
DOMESTICIS PARITER ATQ. []
TERIS CARISSIMUM;
NEC INFIMIS SOLUM, SED ET SU[]
MIS SINGUL. ECCL. NOST. ORNA[]
IPS. NUNCUPANTIB. FECERUN[T]
FRACTA TANDEM, SEU MATU[]
SCENTIS ÆTATIS MOLE; SEU []
RARUM LABORUMQUE VI; CO[R]
PUSCULI OECONOMIA; HUMAN[IS]
QUE ADEO PRÆSIDIIS NEQU[]
QUAM ADHIBITIS; ANIMO CER[]
MELIORIS VITÆ FIDUCIA ERE[]
CTO; TOTUS IN EUM;
QUI VITA NOSTRA EST ET L[O]
GIT. DIER. NOSTR. CONVERSU[]
MORTALIT. HUJUSCE VINCU[]
SOLUT. AD COELESTE BRA[]
BEUTERIUM;
TALENTI FELICIT. LOCATI PRÆ[]
RECEPTURUS AMPLISS. LÆT. CO[]
MIGRAT. A. S. clↃ IↃ C. VI. M. MAI[]
XIIX. B. A. LXIV. M. II. D. XVI.

Age lector, ſi quod te voleb. didiciſti
Benè habe, & quo tua te res vocat
A B I.

Fuit & hic Theologus gravis, doctus ac
ius, benè de Eccleſiis non in *Anhaltinatu*
ltem, verùm & alibi meritus, licet gratiam
etulerit à multis haud ſuis factis dignam. Ac
rimùm quidem valde graviter tulit calum-
ias & convitia heterodoxorum, verùm po-
ea Dei juſſu, ſuoque & magiſtratus judicio
atientiæ ſcuto ac bonæ conſcientiæ oppoſi-
, omnia neglexit. Sæpe, cùm audiiſſet
unc vel illum ſuum adverſarium mortuum,
l lethaliter decumbere: *Ego verò optem*,
quit, *vivat potiùs atque ſervetur.* Frequen-
r ſolitus quoque eſt repetere precationem
am Eccleſiaſtici capite ultimo, eaque ſe con-
latus eſt, ut & promiſſione Chriſti *, *bea-
quos perſequuntur homines juſtitiæ cauſa,
oniam ipſorum eſt regnum cœlorum*: exemplo
nique ipſius Salvatoris, Stephani, & alio-
m veritatis confeſſorum, quamvis ad ſan-
inem uſque ipſe non certarit. Magiſtra-
m coluit, ita tamen, ut officio, ſicubi
us, non deeſſet. Inde cùm vitio ſibi à
n nemine verti audiſſet, quaſi modum ex-
cederet, ſæpe dixit: idem mihi licet de me
dicere, quod Eraſmus de monachis con-
querentibus, quaſi nimis rigidè ageret, di-
xit, accuſant me, quòd nimium fecerim,
verum conſcientia mea me accuſat, quòd
minùs fecerim, quodquè lentior fuerim.
us etiam eſt ſæpe dicto Apoſtoli *, *ſive in-
imus, Deo inſanimus, ſive ſana mente ſu-
, vobis ſumus.* In œconomiâ ita verſa-
eſt, ut nec cura domeſtica muneri ſuo es-
impedimento; nec quæ juſtè acquiſierat,
a aut incuriâ perderet. Itaque etſi in
riâ haud levem bonorum fecit jacturam,
& fratres ejus duo *Matthæus* & *Ioannes
lingi*, qui Religionis cauſa etiam ſolum
tere coacti, fortunis malignè divenditis,
en etiam in ipſo completum eſt illud
lmi *: *Timentibus Dominum non erit pe-
ia.*
Scriptis quoque non ſine valetudinis jactu-
laboratis, poſteritati prodeſſe conatus eſt,
quibus edita, *victoria de triumphata com-
icatione idiomatum reali*, contra *Ioannem
tthæum* Smalcaldenſem, *explicatio item ar-
li de incarnatione Ieſu Chriſti*; *Proceſſus
icii extremi* ex Apoc. 20. *Chriſtiana repe-
doctrina de Cœnâ Domini* ex verbis Apo-
i 1. Cor. 10. & 11. *Explicatio γνωρισμάτων
lorum DEI* ex Apoc. 7. *Chriſtiana com-
efactio* ex dicto Paulino, *quæ ſupra ſunt
rite, ubi Chriſtus eſt*, & ſi quæ alia, de qui-
elenchi librorum. *Deſumta hæc ſunt ex
tione funebri habita à Caſparo Vlrico, &
umentis additis.*

IOANNES KVCHLINVS.

Atria *Ioanni Kuchlino* fuit *Wettera*, op-
pidulum Haſſiæ, ob feracitatem ingenio-
haud ignobile. Parentes habuit utrum-
Wetteranum, familiæ honeſtæ, & inter
s illius oppidi non exiguæ, quibus licet
domi res non eſſet ita lauta, utpote qui & co-
piâ liberorum *tredecim* gravarentur, & me-
chanicam tractantes, labore & operis quoti-
dianis ſibi ſuisque conſulerent, tamen pieta-
tis zelo ducti hunc natu è decem filiis mini-
mum ſtudiis addixerunt. Patrem *Herman-
num* cùm admodum adoleſcens amiſiſſet, ſub J.
Pinciero, cujus curæ & tutelæ commendatus à *I. Pincie-*
matre viduâ fuit, præclaram pietatis & do- *rus.*
ctrinæ ſementem fecit, & ſpem meſſis exci-
tavit ampliſſimam. Poſtquam in ſchola Wet-
teranâ, cujus inſpector tùm *Andreas Hype-
rius*, Pincieri affinis, pòſt Profeſſor *Mapur-
gi*, Rector autem *Iuſtus Vultejus* JCti illius
pater, in Græcis pariter ac Latinis literis felici-
ter profeciſſet, promovendus ad altiora atque
Academica ſtudia, impedimenta habuit, quæ
præclariſſimos quosque præſtantium ingenio-
rum conatus evertere poſſent, *rem domi an-* *Impedi-*
guſtam, & innatum pudorem. Sed fecit, quod *menta*
ſolenne eſt facere, qui in oppidulis nati: ex- *Kuchlino*
tera loca inviſit, præſidium, quod domi non *objecta.*
ſuppetebat, foris quæſivit. Abiit primò *Peregri-*
Francofurtum, inde *Moguntiam*, ubi locus a- *natur.*
pud Jeſuitas ei fuiſſet, ſi idololatriam eorum *Moguntiā*
amplecti voluiſſet. Inde venit *Argentora-* *venit.*
tum ad *Sturmium*, cui gratus quidem & acce- *Inde Ar-*
ptus; ſed ob copiam eorum, qui publica be- *gentor.*
neficia captabant, dimiſſus *Tubingam* cum li- *Brentio*
teris ad *Brentium* fuit. Hic cùm ſentiret à *commen-*
Pinciero edoctum, à *Sturmio* commendatum, *datur.*
à Jeſuitis repulſum, audiretque ſupra ætatem
de fide alacriter reſpondentem, ſuſpicatus,
quod res erat, remiſit cum literis ad *Stur-* *Remitti-*
mium. *tur ad*

Ibi cùm videret ſe undique excludi, *Hai-* *Sturmium*
delbergam petiit, ubi ad *Ehemium* ductus, & *Haidel-*
ab eo ad *Vrſinum*; qui animadvertens adole- *bergam*
ſcentis ingenium, mores liberales, inſignem *ſecedit.*
indolem, variis indiciis emicantem, & in Græ-
cis Latinisque literis promtitudinem: *Tu ve-* *Vrſino*
rò, inquit, *mi fili, noſter eſto, ego tibi pater ero.* *commen-*
Et verè fuit. Singulari enim præ cæteris di- *datus.*
ſcipulis affectu, ob inſignem pietatem, mode-
ſtiam atque indefeſſam in ſtudiis induſtriam
ſemper eum eſt amplexus. Docebant tunc in
ea ſchola *Boquinus*, *Zanchius*, *Tremellius*, *Xy-
lander*, *Strigelius*, *Leonclavius*, præerat colle-
gio *Vrſinus*, templo *Caſpar Olevianus.* Sub
idem tempus novam hæreſin, aut potius Aria-
nam renovatam procudebant, *Sylvanus*, *Neu-
ſer*, aliique; ſed *Zanchii* & *Vrſini* inprimis o-
perâ effectum eſt, ut error ſerpens ſtatim op-
primeretur * **An.1570. & ſeq.*

Cùm *ſexennium* totum ſub Urſini diſcipli-
na transmiſiſſet, evocatus eſt ad ſcholam *Neu-* *Neuhuſiū*
huſianam, ubi Pithopæus rector, collegæ *Crel-* *vocatur.*
lius, & *Sylburgius*, qui ei patria & conſanguini-
tate junctus.

Inde à ſchola ad Eccleſiam *Tackenhemium* à *Miniſterio*
ſenatu Eccleſiaſtico accerſitus, miniſterium *ſacro ini-*
adiit, ibique *Friderico* Electore, anno *ſeptua-* *tiatur.*
geſimo ſexto, ſupra ſesquimilleſimum mortuo,
cum ſucceſſor *Ludovicus* ſcholas juxta & Ec-
cleſias innovaret, ejectus cum multis aliis Ec-
cleſiarum Paſtoribus illa tempeſtate, in patriam *Expellitur.*
ad

ad Landgravium *Haſſiæ* ſe contulit. Ubi per odium *Eumolpidarum* aulicorum cum excluderetur, inſtinctu uxoris, quæ Belgica erat, in *Belgium* abiit, *Embdamque* venit, anno *ſeptuageſimo ſeptimo*. Docuit ibi in ſchola ſæpè, interdum etiam in templo, adhibitus ibidem ad concipienda capita diſputationis, contra *Anabaptiſtarum* errores inſtituendæ.

In Belgium abit. Docet Embdæ.

Ita cum operam aliquandiu tam in ſchola, quam in Eccleſia Embdanâ navaſſet, eodem tempore & ab *Amſtelrodamenſibus* & à *Groningenſibus* evocatus fuit. Ille cum propter Germanici idiomatis vicinitatem *Groningenſes* præferendos judicaret, à clariſſimo viro *Menſone Altingio*, graviſſimis rationibus permotus fuit, ut operam ſuam *Amſtelrodamenſi* Eccleſiæ addiceret, ſiquidem illa virum ſingularis eruditionis, zeli, & prudentiæ deſiderabat, qui naſcentis fundamenta ſecundum verbum Dei ſolidè collocaret; quâ in re tam fidelem atque utilem navavit operam, ut Eccleſiæ illius pater jure appellari queat. Totis autem *octodecim* annis ei præfuit, tanto cum fructu, & piorum omnium amore, ut deſiderium ejus apud eam intermori nunquam poſſit, adeò ſingularis fuit in eo dicendi majeſtas, & ſuſpicienda morum gravitas, cum affabili humanitate temperata. Sed pluribus eum Eccleſiis Deus prodeſſe voluit.

Vocatur à diverſis. Menſo Altingius. Amſtelrodami docet.

Itaque cum anno *nonageſimo primo* illuſtres Hollandiæ ordines collegium Theologicum in Academia *Leydenſi* erigere ſtatuiſſent, & quærendus eſſet vir doctrina, prudentia, & gravitate conſpicuus; qui huic erectioni atque ipſi poſtea collegio præeſſet, itum fuit ad *Kuchlinum*. Et venit quidem, ſed diu tunc non præfuit. Nam qua fuit modeſtia & quo erga Amſtelrodamenſes affectu, ægrè ab Eccleſia ſua avelli potuit, & multò ægrius Eccleſia eum ad hoc munus à ſe dimiſit. Itaque qua debuit & potuit reverentia ſe excuſavit, ac locum ejus ſupplevit *Ieremias Baſtingius*, quem paulò poſt Dominus Deus ad ſanctorum in cœlo conſortium evocavit. Iterum ergò ad Kuchlinum itum anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo quinto*.

Lugduni vocatur. Amſtelrodam. redire cupit. Ier. Baſtingius. Iterum Lugd. vocatur.

Cum ergò voluntati ordinum parendum cenſeret, munus prius oblatum in ſe recepit, idque annos *undecim* laudabiliter ſuſtinuit, ita ut nihil omninò neque quoad ſingularem & ſolidam eruditionem, neque quoad morum gravitatem, neque quoad moderatam in regenda juventute ſeveritatem, prudentiam, & ſingularem dexteritatem, ab ullo quopiam in ipſo ſit deſideratum.

Sed verum eſt illud: σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. Ita enim & *Kuchlinus* cum valetudine eſſet ſatis, ut videbatur, firma, hora *ſexta* matutina, inter diſputandum, cum tractaret *locum de gradibus obedientiæ*, quam in hac vita fideles Deo præſtant, cepit illi lingua ſolvi, vultus & oculi labaſcere. Animadverſum id ab auditoribus, qui ſtatim finem diſputationi imponentes, gra-

Corripitur paralyſi.

tias Deo de more egerunt, & ſuam & D
ctoris ſui vicem miſerti. Accurrit illico g
ner *Petrus Bertius*, & deprenſo morbi ge
re in vicinum auditorio conclave deporta
dum curat. Ex eo ad mortem dici non p
teſt, quam fuerit animo comparato. Ini
auditæ ſæpè ſunt hæ voces: *Obedientia*
ſtra in hac vita inchoatur: ſucceſſivè fit n
tus: legem Dei voto hic perficimus, non o
re. A Paſtoribus *Feſto*, *Barrheo*, *Egb*
quoties preces conciperentur, ſemper i
attenta & arrecta ad illas mente, addidit
gnaculum orationis, *Amen.* Tandem p
ridiè calend. Julii, anno *milleſimo ſexcent*
mo ſexto in cœleſtem patriam emigravit,
nè ſexagenarius. Defuncto ſucceſſit *Pe*
Bertius in regendo collegio Theologico,
ner ipſius.

Küchlinus autem docendo potiſſimum
tentus, ſcripſit *Diſputationes Theologic*
ad Catecheſeos Eccleſiarum Belgicarum ex
cationem.

Tantum de Küchlino ex oratione funebri,
bita à Luca Trelcatio, Theologiæ in Acade
Lugdunenſi Profeſſore.

GEORGIUS MYLIUS.

PRotulit *Georgium Mylium Auguſta* V
delicorum, anno ſalutis *milleſimo, q*
genteſimo, quadrageſimo octavo. Patrem
huit *Wolfgangum*, civem ibidem & fab
lignarium, avum autem *Ioannem Gerin*
molitorem, cui ex opificio, more gentis,
men hæſit, virum militarem, qui Impera
Carolo V. ſtipendia meruit.

Jactis in patriâ bonarum artium & lin
rum fundamentis, ad publicas ſcholas a
ſexageſimo ſexto, conceſſit, ac primùm
dem *Argentinam*, inde *Tubingam*, hinc *M*
purgum, in quibus ſingulis ita vixit, ut j
nis ſenibus, tyro veteranis, tanquam ex
plum continentiæ, frugalitatis, & quod ca
ſinceræ pietatis proponeretur.

Itaque ſtatim Præceptores in certam ſ
profectus egregii erexit. Et cùm iis
ciis virtutis & diligentiæ in ipsâ adoleſce
ſe omnibus commendaſſet, mox *prin*
lauream eſt conſecutus. Deinde ad *mag*
ru quoque honorem adſpirare cepit, q
conſentientibus præceptorum ſuffragiis
adeptus.

E ſcholis *Philoſophicis* ad *Theologicas*
greſſus, lectiones Profeſſorum omnium
drienniun ampliùs diligenter audivit, di
tando ſe exercuit, concionibus interfuit;
loſophica ſimul non planè neglexit.
ergo duabus inprimis in Academiis *Tubin*
ſi & *Marpurgenſi* præclara * eruditæ do
næ ac famæ fundamenta poſuiſſet,
milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo
cundo, in patriam *Marpurgo* revoc
eſt, & ſacris initiatus, inter mini
Eccleſiæ locum inibi tenuit extrem

Hac in ſtatione cùm annos ferè *octo*, non ſine uditorum fructu, tranſegiſſet, de conſenſu & voluntate ſuæ eccleſiæ, *Tubingam* rediit, ubi cum diſputando, ſacra curſim legendo, profeſſoribus & in accuratiore examine ſatisfeciſſet, Doctor Theologus decimo Calend. Decembris, anno ſalutis *ſeptuageſimo nono* ſolenniter renunciatus eſt, brabeutâ *Jacobo Heerbrando*, Decano verò & Vice-Cancellario *Theodorico Snepfio*.

Impetrato gradu *Auguſtam* reverſus, ſtatim concordibus votis ac ſuffragiis Eccleſiæ, idque ratum habente ſenatu Auguſtano, *Paſtor* ad D. *Annæ*, atque octo poſt menſes *Superintendens* etiam miniſterii generalis, & *Rector* uti vocant ſimul *collegii Evangelici* declaratur.

Hoc in munere ipſius accidit, ſub exitum comitiorum, Auguſtæ anno *octogeſimo ſecundo* celebratorum, ut *Gregorius* XIII. Pontifex Romanus, novi Calendarii, quod *Gregorianum* vocant, exemplum, ad *Rudolphum* II. mperatorem mitteret, eo fine, ut in Germanico etiam Imperio illud promulgaret, icuti cæteri orbis Chriſtiani Reges & Principes in *Italia*, *Hiſpania*, *Gallia*, *Belgio* & *Polonia* ſe facturos receperant. Et Imperator uidem Calendarium illud Principibus & ordinibus Imperii obſervandum commendarit, ſed plerique principes & ordines Imperii, qui *Auguſtanam confeſſionem* profitebantur, illud recipere conſtanter recuſabant, non uòd Cæſari morem gerere non cuperent, ed quod Pontifex Romanus, edita Bulla, ti vocant, Calendarium illud omnibus hriſtianis, ſub pœna excommunicationis, ecipiendum autoritate Apoſtoli â mandaſſet, Evangelici autem Romani Pontificis auhoritatem & dominium non agnoſcerent. æterum cum Pontifex Calendarii receptioem vehementius urgeret, & Imperator idem Sileſiam, Boemiam, Luſatiam, Moraviam, cæteras Auſtriæ utriusque ditiones hæreitarias introduxiſſet, Senatus Auguſtanus, ujus pars major Pontificii, Cæſari gratifiari cupiens, calendarium Pontificium recet. Qui verò in urbe ex civibus Auguſtaam confeſſionem amplectebantur, quorum nè multò major pars, idem averſabantur. nterea ſenatus ſuo quodam conſilio, urbem onſcripto milite * præſidiario munivit. uo facto in ſummis periculis urbs Auguſta erſari videbatur. Cum enim cives pleriqne pinarentur, magiſtratum diſſidium illud de lendario vi armisque diremturum, milites erò ipſi, quæ eſt ejuſmodi hominum inntinentia, prædæ atque rapinis vehement inhiare viderentur, cives partim bona a peregrè avehere, partim conductis in ſuas omos præſidiariis ſua tutari, vectibus pors atque oſtia ædium communire, armis & ombardico apparatu ſe inſtruere cœperunt, ntum hoſtilis, quam ex Jeſuitarum conſis non omninò fruſtrà metuebant, irruionis propulſandæ gratia.

Iſtius ergò invidiam univerſam in *Mylium* præcipuè devolvebant Pontificii, ita ut in aula non tantum vicina Bavarica, ſed & Imperatoria, *fax & autor turbatæ Reipubl. Auguſtanæ* proclamaretur, & Romæ, ut fama erat, imago ejus publico affixa, ſummis proſciſſa fuerit contumeliis. Quin & *Jeſuitæ* interim nihil non per fas nefasque tentarunt, quò ſub prætextu *Calendarii Gregoriani*, doctrinæ Evangelicæ * jugulum peteretur, & univerſa urbs priſtino ſervitutis Pontificiæ jugo implicaretur; quanquam, quâ ſunt fronte, ſtrenuè id negarint pernegarintque. Re ergò probè deliberata; *Mylius* cæterique ſymmyſtæ non vi, non minis, non armis, ſed conſilio & precibus cauſam egerunt ſuam; tum domi apud magiſtratum ordinarium, tum foris apud Imperatorem & quidem in Camera Spirenſi Imperiali, donec tandem legitimâ viâ atque ratione mandatum impetraverunt, Imperatoriâ authoritare munitum, quo veteris calendarii uſus, poſthabito novo, exemplo cæterarum confeſſioni Auguſtanæ adjunctarum eccleſiarum, ipſis fuit conceſſus.

Ieſuitarum molimina.

* *Vide ipſam orat. parentalem.*

Mandatum Cameræ de Calendar. novo.

Cum autem ſenatus in judicio Imperialis Cameræ opponeret, ſe nihil contra datam religioni pacem moliri, ſed politicis tantum cauſis moveri, ut videlicet commercia uſitata cum vicinorum Principum & Epiſcoporum, qui illud recepiſſent, ſubditis, commodius exerceri, & in urbe omnis generis confuſiones in judiciis, nundinis, macellis, opificum tabernis, ex diſſimilitudine calendarii orientes, vitari queant, aliud decretum in Camera, quo prius illud abrogatum, ineunte Majo obtinuerunt. Quod cum *Auguſtæ* promulgatum eſſet, miniſtri evangelici, quorum *Mylius* præſes, ſive Superintendens erat, ſcripto ſenatui explicant, *ſe in omnibus politicis negotiis decreto parituros eſſe, ſed in templis ac feſtorum celebratione, & evangelicæ religionis ſuæ exercitiis, ſe nullam obedientiæ Romano Pontifici præſtandæ ſignificationem præbere poſſe*. Ideoque viceſimo quarto Maji, pro concione, feſtum aſcenſionis Chriſti, proxima die *viceſimo octavo* Maji, celebrandum, auditoribus ſuis * denunciavit, quod uno menſe antè pontificii jam peregerant. Hanc denunciationem ægerrimè ferens ſenatus, poſtridie, die nimirum *viceſimo quinto* Maji, qui *Urbano* * ſacer eſt, *Mylio* officium ac ſtipendium, circa meridiem, renunciat, eumque extra urbem educi * mandat. In quo, dum moram præfectus vigilum nectit, cives, re cognitâ, primò inermes, poſtea armati concurrunt, & paſtorem ſuum jam currui impoſitum, propè urbis portam, ereptum eunt.

Senatus Auguſtanus adverſatur.

Decretum contrarium.

Miniſtri ſe declarant.

Inter quos Mylius.

* *Chytr. Sax. lib. 22*

Ab offic. removetur

* *Myl. comm. in ep. ad Rom p. 218.*

* *Acta tumultus Auguſt.*

Sic ergo è manibus hoſtium liberatus, illâ quidem adhuc veſperâ conjugi & liberis reſtituitur, ſed ita, ut vix paucorum horarum uſurâ, in mutuos amplexus conceſſa, poſtridie non ſine vitæ diſcrimine, mutato habitu, patriæ valedicere & in viam fugamve ſe dare fuerit coactus. Hic diu multumque hæſitans, quonam ſe verteret, & ubi tutò pedem figere poſſet, tandem ſuaſu amicorum

Expellitur.

Vlmam concedit.

Vlmam, Suevię metropolin, conceſſit, ubi & à ſenatu,& à civibus, non ut amicus, ſed ut filius ac frater fuit ſuſceptus. Vix dum autem *Vlmæ* pedem fixerat; cùm nuncium de morte conjugis Barbaræ Grundlerianæ, tum gravidæ, uti & ipſius ſobolis accepit, quo vulnus ei inflictum fuit graviſſimum.

Cæterum dum *Vlmæ* ſubſtitit *Mylius*, nihil prius nihilque antiquius habuit, quam ut tum ab ipſo miniſterio eccleſiaſtico, tum à præfectis eccleſiæ, teſtimonia & vitæ & laborum impetraret. Et ſanè impetravit quàm maximè honorifica, quicquid contra impudens cujuſdam os effutiverit. Affectus eſt ab Ulmenſibus toto, quo ipſorum hoſpitio uſus eſt, tempore, beneficiis tantis, ut dignè ea prædicare nunquam potuerit. *Duorum* autem potiſſimum *beneficiorum* ſe ſubinde recordari, ingenuè eſt confeſſus, quorum *alterum à ſenatu* in ſe profectum ſit, qui patria profligatum patriâ donaverit alterâ. Neque enim alio, quàm patriæ loco, ipſi eſſe poterat habitatio, quæ exuli & hoſtium inſidiis ac perſecutione undiquaque appetito, tum tuta, tum honeſta, tempore benè longo, Ulmæ fuit conceſſa. *Alterum*, à viris illis, non ortu magis, quàm virtute, prudentia, & meritis in remp. nobiliſſimis, *Daniele Schadio*, ſeniore urbis tum prætore, & *Joanne Rodolpho Ehingero* reip. advocato, ipſi exhibitum. Uterque enim præ aliis *Mylio* ab omnibus tum derelicto, non patronum magis, quàm patrem longè paratiſſimè ſe præbuit.

Beneficia ab Vlmenſibus in ipſum collata.

Daniel. Schadius.

I. Rodolph. Ehinger

Tranſit ad ſecunda vota.

Durante autem Pathmo Ulmenſi, ad ſecundas tranſiit nuptias, cum virgine *Veronica*, ex familiâ Weiſſiana, patricia Auguſtæ valdè celebri; vel hoc pacto variarum ærumnarum ac malorum levamine quodam recreatus. Quanquam Deus & multis ſignis aliis, paterni ſui favoris argumenta tum quoque dedit. Nam è patria ejecto, & ex ſtatione eccleſiaſticâ Auguſtanâ profligato, Deus non de uno, ſed pluribus, iiſque longè clariſſimis Provinciis, paternè proſpexit, ita ut tum à viris principibus, tum à rebuspub. nobiliſſimis fuerit expetitus. Suum enim volebant eſſe *Mylium Argentinenſes*, ſuum *Brunſuicenſes*, vivente adhuc *Martino Chemnitio*, ſuum denique volebat eſſe *Auguſtus* Elector Saxoniæ, qui voti etiam ſui præ cæteris compos, Wittembergenſi ipſum Academiæ *profeſſorem*, *cancellarium* & *præpoſitum* templi arcis conſtituit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo quinto*, menſe Junio.

Varia & inſignes ei oblatæ conditiones.

Wittemb. declaratur Profeſſor, Cancellarius, Paſtor.

Verùm uti *omnium rerum viciſſitudo*, & *magni brevis eſt fortuna favoris*, ita neque *Mylius* ſingulari illa electoris clementia, neque eccleſia voce ejus diu frui potuit. Nondum enim annus unus abierat, cùm in vivis eſſe deſiit *Auguſtus*, dux & ſeptemvir Saxoniæ. Huic cùm ſucceſſiſſet *Chriſtianus* I. & liber *concordiæ*, tanquam *ſeminarium diſcordiæ*, publicè proſcriberetur, *Lutheri* juxta & prototypi confeſſionis Auguſtanæ auctoritas elevaretur, ac corporis doctrinæ *Philippici* prætextu immutatio religionis introducere- tur, *Mylius*, *Polycarpo Leiſero Brunſuigam* di- miſſo, diutius commorari ibi non potuit Nam cùm ad normam *corporis doctrinæ Phi- lippici* in publicâ cujuſdam Theologi ordina tione, adſtringere inaugurandum detrecta ret, ſtatim *cancellariatus* munere atque di gnitate exutus, & de ſtipendio annuo *ſex centis florenis* privatus eſt, poſt à Ducibus Sa xoniæ *Vinarienſibus* & *Coburgenſibus* expetito mox diſcedendi poteſtas conceſſa.

Liber Concord. ſeminarium diſcordiæ.

Sic ergo relictâ *Wittembergâ Jenam* m gravit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſim octogeſimo nono*, die *duodecimo* Febr. deſid rio ſui tum apud cives, tum quoſdam Aca demicos relicto. *Jenæ* autem primum int Theologos locum, & poſtremo etiam bien nio *Paſtoris* atque *Superintendentis* mun occupavit, quod tantâ fide, induſtriâ, & a thoritate adminiſtravit, ut nominis ſui f mam & exiſtimationem longè lateque exte deret. Hinc exteræ civitates atque reſpub *Rigenſis*, *Regiomontana*, *Brunſuicenſis*, hi comitum haud pauci, *Solmenſis* cumprimis *Schvvartzburgicus*, hinc ipſi quoque Pri cipes Saxon. *Coburgenſes*, certatim quaſi op ram ipſius expetiverunt. Cumque anno *n nageſimo primo*, die *vigeſimo quinto* Septer bris, præmatura morte abreptus eſſet, opt mus Princeps *Chriſtianus* I. Elector Saxoni & Electoratus Saxonici adminiſtratione ſubiret *Fridericus Wilhelmus*, Dux Saxoniæ deque ſummâ rerum conſtituenda, cum c dinibus provincialibus conſilia agitarent *Mylius* dignus fuit judicatus, qui unà cu aliis arduo illi & difficili *reformationis* op adhiberetur. Cui Provinciæ etiam vaca *Mylius*, menſibus quinque integris, in c ligenda inſtaurandaque eccleſia *Wittemb genſi*, octonis verò aliis in viſitatione *Miſ ca* inſumtis fidem, ſtudium, induſtriam, a mique alacritatem omnibus probavit in E ctoratu Saxonico. Quæ etiam cauſa fuit, cum infelix *Hubertus* novi diſſidii flammas Academiâ Wittembergicâ ſuperioribus nis excitaſſet, ad illas reſtinguendas, *M* potiſſimum opera viſa fuerit commodiſſi Quin cum celebris illius *Hunnii* obitu lo primus in Collegio Theologico: Paſtoris rò in eccleſia *Wittembergenſi* vacaret, *Ch ſtianus* II. Elector Saxoniæ *Mylium* ex *Jen Academiâ*, poſtliminio quaſi *VVittemb gam* revocatum, & eccleſiæ iſtius Epiſ pum ſive Superintendentem Hunnii l conſtitutum voluit. Cui vocationi loc etiam ipſe, debita animi ſubjectione, re quens, rediit *VVittembergam*, anno *ſexc teſimo tertio*, menſe Octobri, cum mag *Jenenſium* mœrore, quin & ipſius Acader luctu.

Hanc Spartam ad finem usque vitæ c laude geſſit: donec anno *ſexcenteſimo ter* menſe Majo, & quidem ipſo *Adſcenſionis ſto*, ultimam concionem (quam & ante nos *viginti tres Auguſtæ* ultimam indixer *VVittembergæ* habuiſſet, & altero die p

o

ordinariam in ſchola lectionem continuaſ-
ſet, aliquot diecularum ferias ab auditorio
petiit. Sibi enim ita re urgente aliquò ex-
currendum, à reditu ad operas etiam ſuas
rediturum. Sed verè dictum eſt à principe
Poëta:

Neſcia mens hominum fati ſortisq; futuræ:

Nam *Mylius* quidem nusquam excurrit,
ſed calculo renum domi attentus, lecto eſt
affixus; cui acceſſit febris maligna, quæ om-
nem medicorum induſtriam reſpuens, intra
paucos dies effecit, ut vita excederet, eo ipſo
die *viceſimo* nempe *octavo* Maji, quo conjux
ejusdem prior, violento ſui mariti raptu ex-
territa fuerat extincta. Toto morbi tempo-
re nec doloris acerbitas, nec mortis metus,
de gradu dejicere potuit. Mortem enim ipſam
usque adeò non exhorruit, ut non modo il-
lud *Auguſtini* aliquoties ingeminaret: *Illius*
eſt nolle mori, qui nolit ire ad Chriſtum: ſed
& mortem propiùs adventantem læto quaſi
vultu exceperit, vel certe majore eam deſi-
derio expetiverit, quàm mors ipſa eum pe-
tere videbatur.

Cujus rei illuſtrem ſignificationem edidit,
quòd feriâ tertia *Pentecoſtes*, finita concione
ſolenniore, convocatis *uxore, liberis, amicis,*
collegis Theologis, & miniſtris eccleſiæ, ortho-
doxam fidei confeſſionem magno ſpiritu edi-
dit, peccatorum veniam à DEO humilimè
petiit, pro beneficiis planè ſingularibus in
ſe collatis, gratias divinæ bonitati egit de-
votiſſimas, Sacramentum Corporis & San-
guinis Chriſti Servatoris magnâ cum venera-
tione ſuſcepit; pacis & concordiæ ſtudium
collegis, ipſum verò afflictæ *Eccleſiæ* & *Aca-*
demiæ ſtatum, DEO piis precibus commen-
davit, & tandem ſingulis ac univerſis extre-
mum valedixit, ac biduo poſt placidè in Do-
mino obdormivit, die ut dictum, *vigeſimo*
octavo Maji anno ſexcenteſimo ſeptimo æta-
tis ſuæ *undeſexageſimo*.

Edita ab ipſo ſunt hæc, *explicatio epiſtolæ*
Pauli ad Romanos: De re ſacramentaria li-
bri quatuor *Martini Lutheri* per analyſin
propoſiti; *Synopſis analytica* libri D. *Martini*
Lutheri, contra cœleſtes Prophetas: Mega-
landri *Lutheri* liber ſecundus in cauſa ſacra-
mentaria, qui inſcriptus eſt quòd *verba Chri-*
ſti, Hoc eſt corpus meum, *adhuc inconcuſſa*
maneant. Τετράβιβλος ἀντιλεγπνοτοφιςικὴ
Martini Lutheri, continens librorum.
ſecundi qui ἀντισρεφτικὸς inſcribitur.
cui titulus eſt περὶ τῆ ῥητοῦ in verbis cœ-
næ. 3. majoris. 4. minoris Homologetici
analyſin: Volumen *diſputationum theologica-*
rum: Prodromus diſputationum ex epiſtola
Pauli ad Roman. *Aphoriſmi Paulini* in ca-
put ſecundum ad Romanos: *Deus reddet uni-*
cuiq; ſecundum opera ſua, & Factores legis
juſtificabuntur, ἐξέτασις συζητητικὴ: *Doctri-*
na ſancta de *juſtificatione* ex ipſo Pauli tra-
ctatu ad Romanos 3. & 4. cap. excepta.
Spongia abſterſoria pro confeſſione Auguſta-
na: *Explicatio Auguſtanæ* confeſſionis: *Ex-*
plicatio epiſtolæ prioris Pauli ad Corinthios.
Scripſit & *germanicè* varia, ut tractatum *de* *Germanica.*
regno Papæ, & ejus incrementis: Formam con-
feſſionis, juxta quam eccleſiæ in *Ruſſia* docen-
tur, item *quo loco habenda* ſit Formula con-
cordiæ, *conciones funebres*; de *Turca: Deli-*
neationem comediæ Calviniſticæ in Miſnia,
epiſtolam ad evangelicos in *Livonia, Polo-*
nia, Pruſſia, Lithvania, Churlandia, & ſi
quæ alia.

Atq; hæc de Mylio ex oratione parentali dicta
à Leonharto Huttero Theol. D. & Prof. Wit-
tembergæ: Chytræi Saxon. & elench. librorum.

JOANN. GUILIELMUS STUCKIUS.

☉ 1607. d. 3 Sept. ætat. 65.

PLacuit DEO, ut lucis hujus uſura frui pri-
mùm inciperet, *Joan. Guilielm. Stuckius*,
anno Servatoris noſtri *milleſimo, quingenteſi-* *Natalis Stuckii.*
mo quadrageſimo ſecundo, die *viceſimo primo*
Maji, qui tum dies Solis. Et idem quidem
annus * emortualis fuit *Leoni Judæ*, dies ve- * *An.* 1542 *d.* 19. *Iunii*
rò † natalis *Alberto Durero*, Ehidiæ ſuperio- † *An.* 1471
ris ſeculi, emortualis * verò *Beato Rhenano*, * *An.* 1547
illi antiquitatis indagatori diligentiſſimo.

Locus, in quo natus, eſt pervetuſtum & *Patria.*
nobile *Töſſenſe* cœnobium, juriſdictionis Ti-
gurinæ, uno alterove lapide *Vitoduro* diſtans,
cujus adminiſtrationem, Tigurinæ urbis no-
mine, tunc pater ejus obibat *Rodolphus Stu-* *Rodolph. Stuckius, pater.*
ckius, ut & Capellani. Quibus muneribus
quòd probè integreque eſſet perfunctus, le-
gatus etiam præfecturæ *Lauſ.nſis*, ad Rheni
cataractas, tandem eſt creatus, in qua diem
ſuum obiit.

Fuit autem is ex ea *Stuckiorum* familia, *Familia Stuckiorum.*
qui regis *Alberti* Auſtrii temporibus, *quina*
ante ſecula, inter regii *Seconienſis* monaſterii
armigeros, liberæque conditionis feudatarios
viros, vetuſtiſſimo inſtrumento manuſcripto
in annalibus Helveticis numerantur, ut qui
laudatiſſ. *Glaronenſium* reipub. *patricii & la-*
barophori, multis retrò annis, ob belli pa-
cisque virtutem fuiſſent. Verùm tyrannide &
avaritiâ dicti regis moti, unâ cum aliis fami-
liis honeſtis *Tigurum* commigrarunt: ubi ci-
vitate donati, à temporibus primi conſulis
Tigurini *Rodolphi Bruni*, cum ob alia egre- *Rodolph. Brunus Conſul Tigur. I.*
giè merita, quæ rebus dubiis, afflictæ patriæ
non ſemel præſtiterunt, tum inprimis ob
præſentem fortitudinem *Joannis Stuckii*, in *Io. Stuckii fortitudo.*
claro illo ad *Titi-Villam* prælio, in quo vexil-
li *Tigurini* majoris cura ei commiſſa, tan-
quam inprimis perſpectæ in patriam fidei ci-
vis, ſumma totius urbis *Tigurinæ* laude &
commodo, in maximâ ſemper exiſtimatione
dignitateque fuerunt.

Mater ei fuit *Martha de Fulach*, matrona *Mater Stuckii.*
non tam generis nobilitate, & avorum no-
mine, quàm pietate & cæteris virtutibus Chri-
ſtianis ornata, cujus pater *Joann. Guilielmus* *Ioan. Guilielm. de Fulach.*
de Fulach litibus adductus, quas vicini qui-
dam nobiles inſolenter ei intenderant, arcem
dominiumque *Lauſenſ.* tradidit primus in
fidem & clientelam ſenatus populiq; *Tigurini.*

Moxſautem, infans adhuc *Stuckius*, cum egregia in ipſo eluceret indoles, quæ tanquam in herbis ſignificabat, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges induſtriæ eſſent futuræ, de parentum conſilio ſtudiis literarum eſt dicatus. Etenim non ignorarunt optimi parentes: ἓν πρῶτον καὶ μέσον, καὶ τελευταῖον κεφάλαιον εἶναι ἀναγωγὴν σπουδαίαν, καὶ παιδείαν νόμιμον, καὶ ταῦτα φορά, καὶ συνεργὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ εὐδαιμονίαν, ut ſapienter *Plutarch.* In his igitur ordiendis & pertexendis prima in Auguſta *Baſileenſium* urbe, quo

Infans Io. Guilielm. Stuck. ad materteram trans latus.

ſemeſtre vix natus ad materteram ſuam, *Urſulam de Fulach*, antè fuerat tranſlatus, jecit fundamenta, breviterque in iis ita profecit, ut condiſcipulos ſuos non tam ingenio, quàm doctrinâ facilè ſuperarit. Sed quod caput eſt ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ἐποιεῖ θεόν, à DEO immortali agendi cœpit primordia. Ut enim veræ pietatis ex puro DEI verbo depromta cognitione, ſtatim ab uberibus nutricis depulſus, ſimul atque fari cœpit, ante omnia imbueretur, uterque parens ſedulò curavit, atque hic quidem primus fuit peregrinationis ejus literariæ locus.

Venit in Capellanum cœnobium ad Patrem.

Baſileâ digreſſus una cum matertera ſua, annos circiter *octo natus*; in *Capellanum* venit *cœnobium*, cujus adminiſtrationem parens id temporis gerebat, magiſtratus *Tigurini* nomine. Salutatis illic parentibus, Tigurum eſt profectus, ubi in fidem tutelamque *Ludovico Lavatero*, Paſtori Eccleſiæ Tigurinæ traditus, cujus pater quondam *Stuckium* ex ſacri baptiſmi lavacro ſuſceperat; *Baſileæ* comparata literarum rudimenta, ad annum ætatis *decimum quintum* continuavit, cùm *Lavaterus* ei ad ſuſcipiendam & ingrediendam rationem ſtudiorum princeps extitiſſet.

Tiguri Ludov. Lavatero commendatur.

Mittitur Lauſannam.

Decimum quintum egreſſus annum, in *Lauſannenſem Academiam*, literis literatisque hominibus tunc florentem, à parentibus eſt miſſus, ubi præter Latinam & Græcam linguam Gallicam quoque addidicit, præceptoribus, inter alios, uſus *Joanne Randono*, & *Franciſco Beraldo*, qui morum ſtudiorumque ejus fideles & aſſidui γεωργοὶ ſeu cultores educatoresque fuerunt. Socios ſtudiorum illic habuit aliquot nobiles & ſummæ induſtriæ adoleſcentes, qui magna poſtea rei publ. & eccleſiæ lumina evaſerunt, inter quos poſtremi haud fuerunt *Joannes Meyſius* & *Petrus Junius*, Scotus, Sereniſſimi magnæ Britanniæ Regis *Jacobi I.* olim Præceptor, mortuo *Buchanano* ſuffectus, poſt eidem ab intimis conſiliis. *Lauſannæ*, ubi biennium commoratus, domum revocatus, in nobile *Argentinenſium* conceſſit gymnaſium. Hic etſi in ſtudiorum ſtadio decurrendo ſtrenuus & acer per ſe eſſet, tamen in eo egregiè adjutus fuit à viris æternâ memoriâ dignis, *Joanne Sturmio*, id temporis Gymnaſii Rectore, & *Franciſco Hotomanno* Juris-Conſulto, Theologo, & Oratore perfecto, qui in Latinis literis *Stuckium*, quem ob indolem ac ſpem præclaram mirificè uterq; amabat, perpoliverunt.

Præceptores ibi ejus, Ioan. Randonus. Fr. Beraldus.

Condiſcipuli.

Argentoratum concedit.

Io. Sturmius. Franc. Hotomannus.

Argentorato non tam de parentum ſuorum conſilio, quàm eccleſiæ & ſcholæ *Tigurin* præſidum, *Bullingeri*, *Gualtheri*, *Simleri*, *Lavateri*, *Wolfii*, *Geſneri*, *Friſii* ſenioris, *Col lini*, *Pellicani*, & *Lehmanni*, in nobiliſſi mam Galliæ provinciam eſt miſſus, in qua præter alias ejus regni Academias florentiſſi mas, vidit & frequentavit *Lutetiam Pariſio rum*, linguarum *Latinæ*, *Græcæ*, *Hebraicæ*, to tiusque ἐγκυκλοπαιδείας optimis fideliſſimi que Præceptoribus uſus *Sancto-Germani Carpentario*, *Forcadello*, *Turnebo*, *Lambin Aurato*, *Peregrino*, *Mercero*, *Salignaco*, *Gen brardo*, *Quinquarboreo*, *Querculo*, aliis, vi eruditiſſimis, qui ad unum omnes ſingul humanitate benevolentiaque *Stuckium* ſu proſecuti. Ipſe verò per eos incredibiles cit progreſſus in omni literatura, ut parti monumenta ejus præclara teſtantur, parti ipſe ingenuè ſæpe faſſus eſt, illud *Plinii cundi* haud dubiè memoriâ recolens: *be gnum eſt, ut arbitror, & plenum ingenui p doris fateri, per quos profeceris.* Hic ve ſtudiorum ſuorum hunc etiam vel maximu fructum percepit, quod ei tunc ad notiti & amicitiam illuſtris & generoſi viri *D. P lippi Mornæi*, Pleſſiaci Domini, aditus patefactus, quæ primùm inter eos tunc c pta amicitia ad extremum firma conſtanſc permanſit. Et hæc prima ejus fuit in Ga peregrinatio ante belli civilis initium.

E Gallia ad ſuos revocatus, ab iiſdem celebrem *Tubingenſem* Academiam mi eſt, ubi præter *Cruſium*, *Lieblerum*, *Hi rum*, *Heilandum*, & alios id temporis phi ſophiæ, diſciplinarumque liberalium doc res eximios, magni illius *Scheckii* præce inſtitutisque uſus eſt, qui in profundiſſi *Logicis* ſcientiis eum abſolvit, peregrinat nis verò & ſtudiorum comitem atq; ſoci illic habuit Jo. *Jacobum Grynæum*, magn illud eccleſiæ Baſileenſis lumen.

Relictâ *Tubinga* denuo in *Galliam* eſt p fectus, viſis & ſalutatis ἐν παρόδῳ civita eccleſiæ & ſcholæ *Genevenſis* proceribus, q ea civitas plurimorum tunc piorum doct morumque virorum, ut hodieque hoſpiti atque aſylum fuiſſet. In hoc autem Ga regno ejusque metropoli *Lutetiâ* dum me in curſu ſtudiorum verſatur, decantatus Poſſiacenus conventus eſt indictus, a *ſexageſimo primo*, ut de religione illic co quia agitarentur, & ratio, ſi fieri poſſit derationis atque pacis iniretur. Regina ter *Catharina* literas quoque tum ſcribe curavit ad ſenatum *Tigurinum*, quibus eundem conventum mitti petiit *Martyr* in ſchola Tigurina id temporis divina literarum profeſſorem, & ejus ſeculi Th logorum facilè principem. Huic igitur c ventui, magna gravique de cauſa celebr do, utriusque ordinis ſenatus, politic eccleſiaſticus, non tantum *Martyrem* j intereſſe, ſed ei adjunxit comitem & inter tem *Stuckium*, quum primum *Martyr* L tiam eſſet venturus; quo munere probè fi

ter

terque eſt perfunctus, adeò ut illo tempore Martyr filii inſtar illum dilexerit, amaverit, promoverit, hic verò *Martyrem* non præceptoris tantum, ſed patris etiam loco conſtanter coluerit. In eo colloquio inprimis diſputatum fuit *de ſacra Domini cœnâ*, à *Beza*, *Cardinale Lotharingo*, *Eſpenſæo* Monacho Sorbonico, & *Martyre*, cujus ſententiam ſanè cedro dignam, totidem verbis, quot eam *Martyr* collocutoribus, ſcripto comprehenſam, tradidit, ſi hîc inſeruerimus, haud ἀπροσδιονύσως feciſſe videamur. Ea igitur ſic habet;

Reverendi Antiſtites, ac doctiſſimi viri, cùm videretur irritus propemodum conſenſus de Corporis Chriſti præſentia in uſu cœnæ, vobis heri ſum profeſſus, quæ mea de illo dogmate fides ac ſententia eſſet, quam ut heri verbis expreſſi, ſic in præſentia de ſcripto recitare ſtatui, quo certiorem ac magis perſpicuam illam vobis faciam. Sentio itaq; Corpus Chriſti reale atq; ſubſtantiale tantum in cœlis eſſe, fideles tamen communicando verum ejus corpus, & verum ſanguinem, quæ pro nobis tradita ſunt in crucem, ſpiritualiter & per fidem percipere. Quare in pane ac vino cœnæ transſubſtantiationem & conſubſtantiationem minimè probo. Deinde affirmo, noſtræ conjunctioni cum corpore & ſanguine Chriſti locorum diſtantiam non obſtare, quoniam cœna Domini res eſt cœleſtis, & licet ore corporis accipiamus in terris panem & vinum, ſacramenta corporis & ſanguinis Domini, fide tamen & ope Spiritus ſancti animi noſtri ad cœlum evecti, præſenti corpore & ſanguine Chriſti fruuntur. Et ideo aſſero, non opus eſſe ſtatuere corpus Chriſti verè, ſubſtantialiter & corporaliter adeſſe vel nobis, vel ſymbolis, præſentia locali. Res adhuc ſignificatas ajo non aliter conjungi ſymbolis externis, quàm ſacramentaliter, quod ab eis non profanè ac leviter, ſed ex inſtituto Domini efficaciter ſignificentur. Hæc eſt ſumma fidei meæ, quam in hoc dogmate ſequor, & idcirco allatas formulas conſenſus ea ratione admitto, quâ referuntur vel accommodari poſſunt ad ſenſum jam explicatum, contra quem ſi quis illas vel rapiat, vel interpretetur, ab eo me profiteor diſſidere, cumq; in hiſce formulis fiat mentio ſubſtantiæ corporis Chriſti, per illud nomen ſeu vocabulum nil aliud intelligo, quam verum Chriſti corpus, non enim fides noſtra in rem fictam aut phantaſma dirigitur, ſed in corpus humanum verum & naturale, quod Verbum Dei ex beata virgine aſſumpſit, & in crucem pro nobis dedit. Unde non eſt, quod ex ea voce credamur exiſtimare, præſentiam ejus realem alibi, quàm in cœlis eſſe. Ego Petrus Martyr Vermilius Florentinus hic manu mea ſcripſi, & ore proprio ſum proteſtatus coram reverendis Dominis collocutoribus.

Hæc ſumma fuit fidei Martyris, quam in hoc dogmate ſecutus eſt, ob quam teſtimonium retulit ab *Eſpenſæo* quòd Theologorum illius ætatis tam perſpicuè tamque diſtinctè de cœnâ Domini tractaſſet nemo.

Cæterùm *Stuckius* Martyrem in Germaniam non comitatus eſt, ſed cum magiſtratus ſui veniâ in Gallia permanſit, magni cujusdam reguli Gallicani filios in fidem diſciplinamque ſuam nactus: quibus inſtituendis, erudiendis & regendis tanta præfuit dexteritate, moderatione & prudentiâ, ut maximum inde nomen gloriamque apud Gallos, nec Academiarum tantum præſides atque doctores, ſed etiam aulæ regiæ proceres, ſit conſecutus; qui proinde *Stuckium*, licet peregrinum, certatim ſuum vendicare libenter voluiſſent, ſiquidem id cum magiſtratus ipſius licentiâ fieri potuiſſet. Et hæc altera ejus literaria peregrinatio ſtatioque fuit in Galliis, poſt videlicet belli civilis initium. *Præficitur Gallis inſtituendis Stuckius.*

Inde autem tanquam ex impetuoſiſſimo mari ad dulce patriæ ſolum, ceu in portum ſe recepit, ubi tamen diu haud ſubſtitit, ſed ſalutatis parentibus, inque mentem ſibi revocato celebri illo Strabonis apophthegmate: ἐν μεγάλῳ τίθεται πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα καὶ νοῦν γνῶναι; in *Italiam* ſe conferens, Venetæ reipub. academiam *Patavinam* inviſit, in ipſaque & metropoli Venetia annum eſt commoratus, paulò ampliùs, ubi eruditiſſimi viri *Panzeroli*, & celebratiſſimi Rabbini *Menachemi*, uſus operâ, cum lingua *Latina*, *Græca*, *Hebraica*, *Gallica*, & *Italica*, cæteriſque ſcientiis laudatiſſimis, quas omnes jam perceperat, principes cæteras & planè divinas linguas *Chaldaicam* & *Syriacam* conjunxit, eas omnibus ſuis numeris & partibus perficiens & explens, ſummi atque perfecti illius oratoris *Tullii* exemplum & conſilium ſecutus, qui non una Latina vernacula contentus, cum ea Græcam conjunxit, idemque filio ſuo *Marco*, Athenis Cratippum audienti, faciendum cenſuit. *Redit ad ſuos.* *Abit Patavium.* *Ibi linguas diſcit.*

In iis autem cum linguis, artibus & ſcientiis, tum rerum multarum optimarum & utiliſſimarum cognitione & experientiâ profectum admirabilem luculentiſſimè comprobavit, cum anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo*, ad patriam redux, è diuturnâ & laudabili ſuâ peregrinatione literaria *Baſilienſi*, *Lauſannenſi*, *Tubingenſi*, *Gallica* & *Italica*, magno ſuorum applauſu, exſpectationi ſui plenè cumulateque ſatisfecit, illud veterum Græcorum manifeſtè in ſe exprimens, καλὴν ἀγωγὴν καλὴν ἐμποιεῖν ἐξαγωγήν; *præclaram educationem præclarum ſortiri exitum.* Etenim operam ſuam ſtatim ſcholæ deferens (ut qui probè meminerat, τοῦτ᾽ εἶναι τὸ ζῆν, οὐχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον, ut loquitur *Menander*, *non ſoli ſibi ſe natum eſſe, ſed patriæ, ſed parentibus, ſed amicis*) *Joanni Jacobo Ammiano*, viro doctiſſimo & de ſchola Tigurina, cujus rector moderatorque plures annos fidiſſimus fuerat, optimè merito ſeni, adhuc vivo; ſed ob decrepitæ ætatis incommoda, rude donato, communibus ſuffragiis ſucceſſit, vicarius in artium logicarum profeſſione ad *viceſimum ſextum* diem Septembris ejus anni *ſexageſimi octavi*. Quam profeſſionem obiit *biennium* & ampliùs, magno cum auditorum ſuorum fructu & emolumento, cum paulò poſt electionem, nempe ad *viceſimum tertium* diem Novembris ejusdem *Redit in patriam.* *Ioan. Iac. Ammianus.* *Ei ſuccedit Stuckius.*

Zz 3 anni,

anni, autoribus & ſuaſoribus parentibus ſuis, matrimonio ſibi junxiſſet nobilem virginem *Eliſabetham Rönſteinam*, nuptiis celebratis in arce *Laufenſi*, cujus adminiſtrationem pater ejus *Rodolphus Stuckius*, tum temporis gerebat. Fuit illa *Jacobi Rönſtii*, ſenatorii ordinis viri, ſtemmate & antiquâ propriaque virtute nobilis, filia: neptis verò *Diethelmi Rönſtii*, Tigurinæ Reipublicæ conſulis, pia & verè nobilis matrona. Matrimonium ipſum & mutuo conjugum amore fuit felix, liberis utriusque ſexus fœcundum, & ad quietiorem Muſisque dicatam vitæ rationem perquàm accommodatum, ſed non perinde diuturnum. Nam *novennio* vix exacto, in ipſo ætatis flore, anno ſalutis *milleſimo*, *quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo*, menſe Auguſto, ipſa rebus humanis exemta, luctum deſideriumque ſui reliquit immortale.

Uxorem duxit. *Conjugiū ejus.*

Ipſe autem *Stuckius* in cœleſtem patriam antè tranſlato eximio ſcholæ Tigurinæ Theologo *Theodoro Bibliandro*, in profeſſione Theologica veteris Teſtamenti ei ſucceſſit, menſe Februario, collega factus *Joſiæ Simleri* Theologi Mathematici & Hiſtorici clariſſimi. In hoc autem docendi munere ad vitæ uſque finem ita verſatus eſt, ut erat ingenio ſummo, memoria tenaciſſima, judicio accurato & ſingulari planè facundia, ut auditoribus ſuis, quos frequentes habuit, abunde ſatisfecerit, explicatis, ſucceſſivè, *Prophetis duodecim minoribus omnibus* & aliis Teſtamenti veteris libris, interque alios diviniſſimis *Salomonis Proverbiis*, in quibus terminus ei hæſit laborum ſcholaſticorum, quos in docendo ſuſtinuit. Hos autem ſive Prophetas, ſive alios ſacræ ſcripturæ libros explicavit, non κατὰ πόδας tantum, quod ajunt, ſed methodo & ſenſu Prophetico diligenter obſervato & declaro. Itaque contextum è codice *Hebræo Chaldæove* explanatè primum legit, perlecti deinde ſenſum & intelligentiam dedit per ipſam ſcripturam, è germano poſtmodum ſenſu locos doctrinæ non paucos & utiles collegit, doctrinas denique ritè collectas (quo dono inſigniter præditus fuit) applicuit ad vitam & mores auditorum, ſermone aperto & eleganti: cujus quidem doctrinæ, quam non tam docendo, quàm ſcribendo promulgavit, fama impulſi complures è diſtantioribus quoque locis *Tigurum* ſe ejus audiendi cauſa contulerunt.

Succedit Bibliandro. *Ioſias Simlerus collega.* *Lectiones Stuckii.* *Methodus ejus in explicandis libris ſacris.* *Fama ejuſdem.*

Obivit in eo munere & alia, de quibus hoc ſilentio præterire hic non poſſumus. Anno *ſeptuageſimo octavo* menſe Aprili, cum aliquot menſibus antè mota eſſet controverſia *Bernæ*, à *Samuele Hubero*, contra paſtores eccleſiæ Bernenſis, eodemque tempore alia controverſia excitata eſſet *Lauſannæ* à *Claudio Alberico Triuncuriano*, philoſophiæ illic profeſſore, ſenatus Bernenſis ex eccleſiis ſuis tam Helveticis, quàm Romandicis, quas vocant, bonum numerum paſtorum *Bernam* convenire juſſit, tunc eidem vocari placuit & ex eccleſiis conjunctis Theologos. Inter hos igitur *Stuckius* fuit primus, qui Tiguro; alter *Joann. Jacobus Grynæus*, qui Baſilea: tertius *Joannes Jetzlerus*, qui Scaphuſia; cæteri *Beza*, *Fagius*, *Rotanus*, qui Genevâ eò venerunt. Exitus illius ſynodi hic fuit, ut *Alberius* cum ſuis, receptæ doctrinæ, & in confeſſione tam Gallicana, quàm Helvetica comprehenſæ, *de noſtra ad tribunal Dei juſtificatione per fidem tanquam inſtrumentum, quo Chriſtus, juſtitia noſtra apprehendatur*, profeſſus ſit ſe penitus aſſentiri; cum anteà & ſcripto & verbo docuiſſet, *juſtitiam noſtram apud Deum, eſſe qualitatem quandam patibilem, in nobis inhærentem. Huberus* autem convictus, & nihilominus perſeverans in diverſis erroribus, *de Prædeſtinatione, & electione æterna Dei*, itemque *de Cœna Domini*; clam ſe ſubduxit ex urbe & tota ditione Bernenſi, & pervagatus *Tubingam*, *Wittembergam*, *Jenam*, *Hamburgum*, & alias Germaniæ urbes, à quibus ob portentoſa dogmata rejectus, donec tandem ad Balticum mare, in extremis Germaniæ finibus, *Dantiſci* nidum invenit.

Labores. *Controverſia Huberi. Alia Claudii Alberii.*

Sed ut redeamus ad *Stuckium*, is in politicis quoque ſcholæ negotiis tractandis fidem prudentiam, & dexteritatem ſingularem adhibuit. Etenim ſcholæ rector bis deſignatus, quæ ad ejus honorem, dignitatem & utilitatem, morumque probitatem facerent in commune ſemper optimâ fide, conſuluit fautor, patronus, promotorque omnium eorum, quos ad ſtudia literarum idoneos, aliquandoque eccleſiæ ac reipubl. utiles miniſtros fore judicabat; ut & contra quos idoneos, & potiùs oneri, quàm honori eccleſiæ ac reipubl. futuros putavit, pro virili removendos curavit. Præterea in aliis quoque publicis privatisque negotiis, cuicunque vel rogatus, vel admonitus, in rebus vel inſtituendis, vel componendis, conſilio & re ipſa minimè defuit, libenterque gratificatus eſt.

Verum uti πᾶσιν ἡμῖν κατθανεῖν ὀφείλεται homoque vitæ commodatus, non donatus eſt, ſic & *Stuckio* accidit. Nam *ſexageſimum quintum* ætatis annum vix egreſſus, menſe Auguſto, anni *ſexcenteſimi ſeptimi*, aquis Badenſibus Helvetiorum ita eſt uſus, ut tunc quidem cum uteretur viribus nonnihil reſtitutum ſe conſideret, vix autem domum *Badenâ* reverſus, veteri & graviſſimâ cholica fuerit correptus, ex qua tamen non multos dies lecto prorſus affixus decubuit. Tandem magno cum totius Tigurinæ urbis gemitu, vitam cum morte, aut potius mortem cum vita (noſtra enim vita quæ dicitur, mors eſt, ut ver Tullius) commutavit, die Jovis, *tertio* Septembris, inter *octavam & nonam* veſpertinam: cum adſtantium conſolationis plenas voces (quippe mens ad extremum uſq; beatæ migrationis halitum optimè ſemper conſtitit) cupido animo excipiens, complicatis manibus gratias Deo primùm egiſſet de creationis redemtionis, & ſanctificationis in ſe collatæ bene

beneficio, tum ſervatoris ſui exemplo, animam ei perquàm placidè reddidiſſet, poſtquam hoc in corpore peregrinata eſſet annis *ſexaginta quinq;*, menſibus *tribus*, diebus *quatuordecim*. Proximè verò ſecuto die ſabbathi, quæ *quinta* fuit Septembris, horâ quartâ pomeridianâ funeri illius juſta ſoluta ſunt. Elatus eſt humeris quatuor ſacræ Theologiæ canditatorum, exſequias euntibus conſulibus illius reipubl. magnificis, ſenatoribus, paſtoribus, profeſſoribus, civiumque multitudine frequentiſſima. Sepultus eſt non in extero, quod *Tiguri* eſt, πολυανδρίῳ communi templi *Felicis* & *Regulæ*, ſed in contiguo ei periſtylio, conjuncto cadavere ipſius cum beatis oſſibus *Bullingeri*, *Martyris*, *Geſneri*, *Simleri*, *Wolphii* Medici, quibuscum in vita maxima illi conjunctio neceſſitudoque interceſſit. Celebrarunt hujus Theologi & Philologi præſtantiſſimi obitum paſſim viri docti magnique epicediis atque epitaphiis carminibus, quæ orationi *Caſparis VVaſſeri*, qua vitæ illius curſum terminumque circumſcriptè depinxit, adjuncta. Si autem, ἐπίσημος εὐσέβεια, illuſtris pietas, καλὸν ἐπιτάφιον, ampliſſimi ſepulcri monumentum eſt, næ *Stuckius* hic reliquit ampliſſimum. Nam ut pietatem timoremque Dei publicè in ſuggeſtis profeſſus eſt, ita domi ſuæ & in civili converſatione כאמר כעשר *ut dixit, ſic fecit*, quod breviter, ſed nervosè dicunt Hebræi: non tantum aureum illud Rabbini veteris, *Doctrina ſine opere, non eſt doctrina; cadit enim ſuper corda, ut imber ſuper ſaxa:* ſed etiam hoc Chryſoſtomi perpetuò memoriâ tenens: Οὐδὲν ψυχρότερον ἐν λόγοις φιλοσοφοῦντος μόνον. Τοῦτο γὰρ οὐ διδασκάλου, ἀλλ' ὑποκριτοῦ: *Nihil frigidius eſt doctore, verbis ſolummodo philoſophante, hoc enim non doloris, ſed hiſtrionis eſt*, & hoc Senecæ apophthegma: *Nullos pejus mereri de omnibus mortalibus judico, quàm qui aliter vivunt, quàm vivendum præcipiunt.*

Et ipſe igitur pietatem virtutum omnium fundamentum, per ſe coluit, & liberis ac domeſticis ſuis eam verbo exemploque aſſiduè inculcavit, hæreditatem præterea optimam, & omni patrimonio præſtantiorem liberis ſuis relicturus, erudiendos curavit in optimis disciplinis, linguis, moribusque *quaternos filios* ſuos, juvenes florentiſſimos, ex ſecundis ipſius nuptiis genitos. Mortuâ enim primâ ejus conjuge, duxit alteram, *Mariam Stockeram*, è patritia *Stockerorum* certam familiâ apud Scaphuſianos, quæ multis annis magno ei ſubſidio fuit. Verùm quum hanc etiam perſecuta eſſet mors, quæ *nec parcit imbellis juventæ poplitibus timidoq; tergo*, tertiam ſibi junxit, nempe *Catharinam Burgavveram*, filiam Cl. *Benedicti Burgavveri*, polyatri Scaphuſiani, cujus pater hoc nomine bonis omnibus eſt commendatus, quod in reformandis eccleſiis *San. Gallenſi*, *Lindavianâ*, & *Scaphuſianâ*, operam præclaram quondam navavit. Et quum huic quoq; mors importuna injeciſſet manus citò citius (vix enim ultra annum familiæ ejus firmamentum extitit. οἰκονόμος τ' ἀγαθὴ, καὶ ἐπισταμένη ἐργάζεσθαι, ut loquitur Phocylides,) rebus domeſticis, & ſenilis ætatis *incommodis*, quæ *multa ſenem circumveniunt*, urgentibus, *quartam* duxit, *Mariam Magdalenam* ab *Offtringen*, nobiliſſimo genere natam, & piiſſimam matronam, quam viduam tandem magno ipſius cum dolore & mœrore reliquit.

Quarta uxor.

Porrò ut pietate, ita moribus adeò fuit laudatus, ut nihil prius, nihil antiquius habuerit, quàm quomodo collapſa diſciplina, publicè & privatim, in eccleſia, in republ. & ſchola erigi reſtituique poſſet, quò doctrinæ ſinceræ, & ab erroribus repurgatæ morum quoque & vitæ reformatio reſponderet.

Diſciplinæ cuſtos Stuck.

Fuit affabilis, comis, humanus, nullus in eo faſtus, nullus luxus, oſtentatio nulla, ut qui hanc virtutum ingratam comitem eſſe, neutiquam neſcivit; frequenterque in ore & animo habuit ſcitum illud Rab. * Levitæ מאדמאר הוי שפל רוח שתקות אנוש דמה *Maximè humili ſpiritu eſto; exſpectatio enim hominis ſunt vermes.*

Virtutes ejusdem & mores.

* *Libr. 3. capit. Patrum Aph. 3.*

Humilitas.

In victu vel conviviis adeò fuit ſobrius; ut uno aut altero cibo contentus, jucundo potius & utili colloquio convivas exhilararet & recrearet, ut quem non latuit in conviviali ſuo opere ſæpius à ſe inculcatum eſſe, bonum commodumque convivam eſſe; qui ſit αὐτάρκης, ὀλιγόσιτος, νήφων, μετριώτατος; ut loquitur *Pollux*, hoc eſt, *tenui atq; frugali victu potuq; contentus*, qui ſit non ἄπληστος, non πάροινος, non ἔξοινος, non μεθύων, non κραιπαλῶν, non *inſatiabilis, non vinoſus, ebrioſus, crapulæ deditus*, ut loquitur princeps Apoſtolorum.

Conviva commodus quis.

Et ſanè ejusmodi frugalem convivam *Stuckium* fuiſſe norunt non tantum quos in ædibus convivio adhibuit; ſed alii etiam qui ipſum invitabant, domeſtici & exteri. Non tam enim ab *Helvetiis* & *Germanis*, quàm *Gallis*, *Italis*, *Polonis*, *Anglis*, *Scotis*, *Belgis*, aliisque, quibus ubique gentium & locorum, ob eximias dotes notus erat, viſitabatur & invitabatur, quos etiam in hoſpitiis ſuâ præſentiâ & miſſo vino honorabat.

Amici Stuckii.

Summè enim hoſpitalis fuit, adeoque liberalis & beneficus, ut nemini, rogatus mutuum, denegarit; pauperibus, orphanis, viduis, exulibus, præſertim ob Chriſti nomen, non tantum denariatim, ſed cumulatim eleemoſynas diſpendens & impertiens, haud dubiè in illud Apoſtoli reſpiciens, qui epiſcopum φιλόξενον eſſe debere nominatim jubet: & in illud Senecæ dictum, *generoſi animi & magnifici eſſe, juvare & prodeſſe; quando DEO eſt ſimilis vir dapſilis atque benignus*, ut *Palingenius*.

Hoſpitalitas & liberalitas.

Ob hæc & alia dona, quæ ille δωτὴρ ἐάων prolixè in eum contulerat, *Regibus*, *Electoribus*, *Principibus*, *Marchionibus*, *Comitibus*, *Baronibus*, *Equitibus*, *Nobilibus*, literatisque viris ordinum omnium, paſſim notus charusque fuit; quibus Tigurum, eccleſia, reſpubl. ſchola, cives, amici, incolæ, accolæ, advenæ omnes fruebantur.

Charus ſummis & imis.

Reliquit ingenii & doctrinæ ſuæ monumenta

Scripta Theologica. menta multa & egregia, partim *Theologica*, partim *Philologica*. *Theologica* ſunt hæc, *de ſacrificiis* tàm Chriſtianorum quàm gentium tractatus, de *ſacramentis*, & inprimis *de ſacra Domini cœna* meditationes, de *Angelis* erudita commentatio.

Philologica. Alterius generis ſunt *ſcholia* ejus in *Arriani*, hiſtorici & Philoſophi graviſſimi, *Ponti Euxini* & maris *Erythræi* periplum magno ſtudio & incredibili labore conſtructa, deinde auguſtum & præclarum opus, de *antiquitatibus convivialibus*, in quo *Hebræorum*, *Chaldæorum*, *Græcorum*, *Romanorum*, aliarumque nationum, antiqua conviviorum genera, mores, conſuetudines, ritus, ceremoniasve, mirâ induſtriâ non tantum explicavit, ſed etiam cum iis, quæ cum apud Chriſtianos, tum apud alias gentes, à Chriſtiano nomine alienas, in uſu ſunt, diligenter contulit. Sui maximam eo ſcripto admirationem excitavit in animis antiquitatum peritorum *Scaligeri*, *Lipſii*, *Mercurialis*, *Zvvingeri*, *Paſchalii*, *Freheri*, *Gruteri*, *Rittershuſii*, *Caſauboni*, *Remi*, & aliorum. *Rodolphus Simlerus*

Monumentum. Vir Cl. defunctum hoc honoravit monumento.

D. O. M. S.
NOBILISS. VIRI
JANI GUILIELMI STUCKII THEOLOGI PHILOLOGI ET POLYHISTORIS PRÆSTANTISS.
DISERTISS. LECTISS.
PATRIS ÆTERNUM COLENDI
B. M.
RODOLPHUS SIMLERUS E DEFUNCTI MONUMENTIS SUO
ET HEREDUM
NOMINE
P. P.

Ille ego qui veterum convivia pando Sophorum,
Et quo ſint priſcis ſacra agitata modo:
Myſtica qui ſacræ depromo fercula cœnæ,
Et quo fas diis ve cier ore cibis:
Qui Carolum è tenebris magno conamine Magnum
Educo, & reduci ſceptra beata precor.
Qui periplum Euxini Ponti, & Mæotidis oras
Permeo mente ſagax, Angelicosq; choros:
Nunc depontanus convivia anhelo Deorum,
Angelico exanimem me comitante choro,
Ut quorum cecinit fatum mea Muſa ſuperſtes,
Jungier his poſſit, poſt pia fata, viris.

Ex oratione parentali habita à D. Caſparo Waſero Tigurino.

HENRICUS MAJUS.

☉ 1607. d. 28. Sept. ætat. 62. *Sangerhuſium oppidum.* *Natalis Henr. Maji Gie. 5. Vert.*

SAngerhuſii, ditionis Saxonicæ ad Hercyniam ſylvam oppido, cupri fodinis noto, *Henricus Majus* exilium terrenum orſus eſt, anno Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quadrageſimo quinto*, die *viceſimo tertio* Novembris, patre natus cognomine, qui *Franckenhuſio* eò commigrarat. Eſt autem graviſſime ab oratore Latino dictum, *qui non rectè inſtituunt atq; erudiunt liberos, non ſolum liberis, ſed etiam reip. facere injuriam.* Ejuſmodi ergo culpæ ne affines haberentur ejus parentes, homines Germana virtute ac fide, filium pietatis ac literarum elementis, quibus ætas puerilis in Chriſtianis ludis impartiri debet, maturè erudiendum curarunt.

Poſtea grandiuſculum paterno è nido extruſerunt, ac *Lipſiam*, emporio non ſolum peregrinarum mercium, ſed etiam honeſtiſſimarum ac liberaliſſimarum artium celebrem urbem, miſerunt, ubi inter alios, duobu[s] Germaniæ noſtræ luminibus *Victorino Stri[gelio]* & *Joachimo Camerario* operam dedit Melanchthoniæ doctrinæ ubique ſectato[r] pertinaciſſimus.

Cùm itaque Latinæ ac Græcæ linguæ co[g]nitionem, totiusque ſanioris Philoſophi[æ] ſupellectilem non contemnendam, impr[o]bo labore, ſibi comparaſſet, patriæ & civi[bus] ut prodeſſet ſuis, ludo ejus oppidi eru[]diendo operam ſuam addixit, ſub annu[m] *ſexageſimum quintum*. Exinde, cùm trien[]nium fidem ſuam ſenatui & reipubl. Sange[r]huſianæ probaſſet, Wittembergam excu[rre]rit, & publicum virtutis eruditionisque te[]ſtimonium à collegio Philoſophico facile impetravit, Decano *Sebaſtiano Theodori[co]* *Winshemio*. Etſi enim conſcientia ſua cuiq[ue] ſufficit, propter alios tamen, ad nominis [] mæque exiſtimationem conſervandam orna[n]damque, ejusmodi teſtimonia momenti n[on] parum habent.

E patria *Northuſam* venit, ludoque lit[e]rario & ibi præfuit, ſed ut vita hic eſt milit[ia] non ſine calumniis obtrectatorum, & ver[] pellium amicorum, cùm deceptus ab iis e[ſ]ſet, à quibus minimè oportebat. Eſt aute[m] *nullum atrocius vulnus, quàm defectio amic[i]* *nec peſtilentius malum, quàm calumnia* [] *obtrectatio*, gratæ multis hodierna die Si[] nes, uti & Græcus gnomologus verè:

Οὐ χαλεπὸν ψέξαι τὸν πλησίον.

Ad ſacrum igitur miniſterium Evangelii a[ni]mum appulit, inque Theologorum doct[o]rum numerum adſcriptus, *Weringerodæ* [] Comitibus Stolbergenſibus aulæ à ſacris co[n]cionibus aliquot annos fuit. Cumque [] id tempus Formulæ, quam vocant, conco[r]diæ, ſubſcriptio paſſim locorum ibi urge[re]tur, *Majus* hic in templo aulico *Vinariæ* [Ja]*cobo Andreæ* in faciem reſtitit, & coram ip[ſo] Principe *Friderico Wilhelmo*, totaque a[ula] ſubſcriptionem ϛερρῶς recuſavit.

Poſtea, rebus in Saxoniæ electoratu ad m[u]tationem vergentibus, à *Chriſtiano* I. Elect[o]re commendata ei fuit in Academia Witte[m]bergenſi, varios antè paroxyſmos expert[us], primùm *Locorum Theologicorum Melanc[h]thonis*, deindè cùm D. *Georgius Mylius*, [] *nam* abiiſſet, librorum *Veteris Inſtrumen[ti]* & juxta *Evangeliorum diebus Dominicis* [] *feſtis* enarratio, prout eam, propter pe[re]grin[]

grinos, linguæ noſtratis hoſpites, Melanchthon introduxerat. Explicavit itaque in ſchola locos Theologicos aliquot, & in Veteri Teſtamento Danielis Prophetiam, præter diſputationes, conciones, aliasque operas ſcholaſticas, inter quas & examen ordinandorum, collegis *Urbano Pierio*, Paſtore, Superintendente generali, ac Profeſſore, *Andrea Iodoco* Novi Federis, *Petro Calamino* locorum communium interprete, ut alios hic prætereamus. Rectoratus item & prorectoratus munere eadem in Academia functus eſt noſter Majus, idque inter turbulentas συῤῥάξεις atque diſceptationes, de *formula concordiæ*, de *exorciſmo*, de aliis *Papatus reliquiis*. Multum inprimis tunc dedit turbarum quæſtio ſuper *exorciſmo*, aliis mordicus eum retinentibus, aliis contrà ultra Garamantas & Indos exterminandum dictitantibus. Viſum eſt autem quibusdam, non tam in actionibus, quàm in modo agendi tunc eſſe peccatum.

Verùm, ut ſunt κύκλῳ τὰ ἀνθρώπινα, *hriſtiano* præmatura morte vivis exemto, ova facta eſt rerum converſio, in qua cum ais idem hic Majus dimiſſus, miſerè cùm familia oberravit. Tandem ubi nullum ſibi pud ſuos locum eſſe vidit, in Palatinatum lectoralem cum uxore & liberis ſeceſſit. Hic i primum paſtoris munus in pago, poſtea Inectoris *Bilckhemenſis* eſt demandatum. Ine in ſenatum Eccleſiaſticum, qui eſt *Hailbergæ*, cooptatus, Eccleſiis & ſcholis conituendis, viſitandis, regendiſque tempus mne impendit, inque eo fidem atque inıſtriam conſtanter ad vitæ uſque exitum provit.

Ad eum vocatur anno Chriſti *milleſimo xcenteſimo*, *ſeptimo*, die *viceſimo octavo* ptemb. cùm vivendo annos *ſexaginta duos* rè compleſſet. Sepultus eſt in cœmiterio trino extra templum, accubantque patri avo filii duo, filia una, nepotes duo, gloſum Chriſti reditum in ſalutem, & καιροὺς ἀναψύξεως καὶ ἀποκαταστάσεως πάντων, cùm onibus electis exſpectantes. In morbo ſuemo cùm gener jam animam agenti dicta ripturæ ſacræ conſolatoria recitaret, luctue perturbato memoria plura non ſuggeret, moribundus hic Majus, *tace*, inquit, *ce, omnia cordi meo infixa teneo:* Schweigt/ weigt/ Ich habs alles im Hertzen.

Et hoc eſt D. *Henrici Maji* curriculum æ, ſeu ut veriùs dicam, miſera his in terris regrinatio, adeò ut cum Patriarcha dicere tuerit: *pauci & mali fuerunt dies annorum æ meæ, nec attigerunt dies annorum vitæ paım meorum, in diebus peregrinationum ſuam.* Elaborarunt omnes ejus curæ, vigi, & cogitationes ad Eccleſiarum & ſchoum ſalutem, viduarum & tenuiorum comodum, reique literariæ ac gloriæ divinæ inmentum, ſed mercedem alicubi retulit n, quam mundus optimè cuique merito perſolvere ſolet. In quodam Saxoniæ oppido, ubi tum hypodidaſcalum agebat, accidit: ut civis cujusdam filius, in ludo à congerronibus ſubſelliis alliſus, brachium fregerit. Hic nebulo metuens patris iram, domum cum ejulatu recurrit, & ad patrem opificem, *ecce pater*, inquit, *ut me hypodidaſcalus noſter tractarit!* Mox homo malè credulus exitium inſonti magiſtro minitatus, ad angiportus egreſſum, quà præceptori mane cum lychno, brumæ tempore, in ludum erat eundum, cum ſecuri exſpectat, caput illius diminuturus. Sed bono genio tum noſter illac deflexit; ictumque evaſit inſani patris, qui filii mendacio cognito, propoſitum ſuum faſſus atque deprecatus fuit. Plurimum deinde faceſſit ei negotii Wittembergica illa tragœdia, de qua paulo antè. Cùm ſiſteretur ibi viſitatoribus, inter quos & Theologi, reprehenſum in eo fuit: *quòd* propoſitiones ,, ſacramentales annumeraret figuratis, & ,, non potiùs inuſitatis: *quòd* Chriſti cor- ,, pus fidei ore percipi ſtatueret, non cor- ,, poris: *quòd* Ubiquitatem rejiceret. *Et* ,, *cùm interrogatus eſſet*, ecquid impii in ,, Cœna ſacra perciperent? nihil, *inquit*, ,, ad me impii & hypocritæ, ſ ibus Chri- ,, ſtus cœnam non inſtituit, *item rogatus*, ,, annon præclara hæc ſit conſolatio, ſi fu- ,, ri jam ſuſpendendo ſuggeratur, confide ,, ô bone, Chriſtus enim ſecundum car- ,, nem ita propè adeſt tibi, ut etiam in ,, fune habeas; melius, *ſubjecit hic noſter*, ,, in corde. ,, Fuit vir officii ſui ſatagens, laborum patiens, diſciplinæ obſervans; mathematum *, Melanchthonis imitatione, ſtudioſus.

In vita periculum incurrit mendacio pueri.

Viſitatores Theologi. quid reprehenderint in eo.

**In direct. ſui ſchematis hac ſcripſit, anno 62. m. 0. 6. dieb. venit ♃ ad * ſuum. Hic quieſcemus.*

Exſtant ejus Theologicæ *propoſitiones* Wittembergæ diſputatæ: *de uno Evangelio*, *de uno ſalvandi modo per fidem in Chriſtum: de Eccleſia, & ſignis eam monſtrantibus, & an ſit viſibilis.* Excuſſit & *articulos Bavaricæ* inquiſitionis. Commentaria denique in Danielem, & alia manuſcripta reliquit, quæ penes heredes.

PANTALEON CANDIDUS.

Θ. 1608. d. 3. Febr. ætat. 68.

Pantaleon Candidus, alias Weiß/ natione fuit *Auſtriacus*, honeſtis parentibus editus * anno Chriſti, *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quadrageſimo*, die *ſeptimo* Octobris. Annum hoc diſticho chronologico ipſe expreſſit:

** Ips appellat.*

PantaLeon genItVS CLaras eſt LVCIs In oras
CanDIDVs, Vt ferVens SoLIbVS æſtVs erat.

Patrem habuit Wolfgangum, qui ad ſummam pervenit ſenectam, quippe qui annum attigit *nonageſimum quintum*.

Wolfgang Weiß Pater.

Ejus Epitaph.

Mortuus eſt anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, Petzenkirchii,* ac tali Epitaphio à filio *Pantaleone* celebratus:

Bis Turcæ inſultus, rerum mala multa ſuarum,
Prolis & expertus funera multa ſuæ:
Sed Domino ſemper rebus confiſus in arctis,
Suſtinuit forti triſtia quæque animo.
Quando novem decies vitam produxit in annos,
Wolfgangus jacet hoc Candidus in tumulo.

Pantaleonis φιλομάθεια. An. 1550. Præceptor Pantal. Quem captivum. Vien. comitat. An. 1553. Elabitur cum eod. Conſtantia Cupicii.

Pueritiam apud parentes exegit non abhorrens à literis, quarum ſtudio cum teneretur, famulitio functus eſt apud alios. *Decimum* ætatis *annum* egreſſus, ad Paſtorem Evangelicum *Weiſſenkirchii Andream Cupicium Carniolanum* pervenit. Hic cum *Viennam Auſtriæ* captivus abduceretur, Pantaleonem famuli loco habuit ſecum, qui in carcere ſervitia ei neceſſaria præſtitit decem ferè menſibus. Elapſus tamen cum hero eſt, atque in *metallicas Pannoniæ fodinas* ſeſe cum eodem ſubduxit. Scribit *Candidus Cupicium* illum à *Caniſio* Jeſuita celebri ſæpe ad defectionem fuiſſe ſolicitatum, ſed fruſtra, quæ res proculdubio & ipſi puero calcar fuit ad conſtantiam. Hæc ita Candidus:

Sæpe fatigabat Ieſuita Caniſius illum;
Auſoni vellet ſcita probare Papæ:
Noluit; & tandem cum carcere ſe expediiſſet,
Fugimus in montes Vngara terra tuos.
Illic argenti glebæ effodiuntur & auri,
Viſitat & teneras turba tenella ſcholas.
Turca ferox illis ſemper fera bella minatur,
Seu lux, ſeu tacitæ tempora noctis eant.

An. 1555. Abbas Seiſenſteinenſ. fovet Candidum Cum eodē Amberg. venit.

Poſtea beneficio abbatis *Seiſelſteinenſis,* cui *Vito Nubero* nomen, aliquantiſper uſus, curſum ſtudiorum urſit. Sed cum ille uxore ducta, non in nullo verſaretur diſcrimine, fugere coactus, *Pantaleonem* ſecum ex Auſtria *Ambergam*, ſuperioris Palatinatus caput abduxit, ubi per annum G. Agricolam audivit. Præerat Electoris Palatini nomine eo in loco tunc illuſtriſſimus Princeps *Wolfgangus* Comes Palatinus Rheni, Dux Bipontinus. Is cùm Ambergâ in ſuum abiret Ducatum, occaſione ea uſus *Pantaleon Meiſenhemium* venit, & paulo pòſt, anno *quinquageſimo ſeptimo Bipontum*, ubi nobiliſſimo viro, *Vlrico Sintzingero* Cancellario *Bipontino* commendatus, filium ejus privatim erudivit.

Meiſenhemium in ducat. Bip. venit. Inde Bipontum. An. 1557.

An. 1558. Wittembergam mittitur Candidus. Vbi ſeptenniū exigit. Quos audierit Doctores.

Cùm autem ætas maturior uberiorem ingenii cultum expeteret, *Sitzingeri* illius interceſſione à Principe *Wolfgango* ſtipendium impetravit Academicum, quo inſtructus *VVittembergam*, vivente adhuc Melanchthone, cujus deſiderio dudum flagrarat, fauſtis avibus venit. Ea in ſchola *ſeptennium* conſumſit, amanuenſis celeberrimi viri *Huberti Langueti*, audivitque diligenter *Melanchthonem*, dum vixit, *Eberum, Georgium Majorem,*

& alios præclare doctrinæ viros. Itaque cū
progreſſus in ſtudiis feciſſet non vulgares, d
gnus judicatus eſt, cui Academiarum mo
teſtimonium eruditæ doctrinæ impertir
tur. Anno ergo *ſexageſimo quarto*, men
Februario, competitoribus *quinquaginta du*
bus *, quod ea in ſchola antea factum er
nunquam, Decano collegii Philoſophici *Ba*
tholomæo Schönborn, magiſter Philoſophiæ ſ
lenniter eſt renunciatus. Primus illorum fu
Chriſtophorus Pezelius Theologus poſt clari
ſimus: *Pantaleon* autem *ſextus* inter eos. Ch
rus ibi fuit doctoribus ob modeſtiam vitæq
integritatem, unde ei & candidi nomen
Melanchthone inditum, cùm antea famil
cognomine Weiß uteretur.

Inde à Principe *Wolfgango,* ſuo Mæcenat
revocatus, ſcholæque literariæ *Bipontinæ*
præfectus, anno *ſexageſimo quinto*, & me
eodem anno, ſacro Miniſterio inauguratu
Paſtorem egit primò *Hintzvillæ* in Lichtenbe
gicâ præfecturâ, deinde diaconum *Meiſenh*
mii & *Biponti*. Anno denique *ſeptuageſi*
primo, Paſtor & generalis Inſpector Eccl
ſiarum in *Bipontinatu* declaratus, atque *Cu*
manno Flinsbachio ſurrogatus eſt.

Hoc in officio ad vitæ uſque exitum qu
quantumve præſtiterit tum docendo in ter
plo, tum commentando ac ſcribendo, res ip
hodieque loquitur. Ipſe enim cum paucis h
unicè egit, ut ſincera Evangelii doctrina i
in Ducatu propagaretur, fermentumque om
Pontificiorum expurgaretur, annitente ac pr
vehente ſanctum opus laudatiſſimæ memo
Principe *Ioanne* Duce Bipontino. Hic ut p
mùm gubernationem illius Ducatus adiit, cù
de nonnullis controverſis capitibus adhuc h
ſitaret, vocati fuêre, aliorum * potiſſimùm ſu
ſu, aliquot Doctores, *Suevicæ* illius *Helenæ*
matores, quibus *Candidus*, utpote Melanc
thonis diſcipulus, illicò ſuſpectus fuit, quam
vis ipſemet fateatur, ſe primò *doctrinam de pe*
ſonâ Chriſti, & ſacramentis, non ita orthodo
intellexiſſe:

Quam poſt collatis compluribus argument
Pluribus & lectis cepit condiſcere libris,
Flaminis auxiliò, & læto inſpiramine ſanc

Eò etiam harmoſtæ illi rem deduxerunt,
libro *Concordiæ,* uti vocant, ac *cenſuræ* alicui *V*
quitariæ ſubſcripſerit, atque fatetur * Cand
dus, ſe aliquid humani paſſum. Verùm cum
culos mentis & illi, & Principi * veritatis ſt
dioſiſſimo indagatori, ac poſtea conſtantiſſim
propugnatori, Deus aperuiſſet, ſubſcripti
nem illam *Candidus* revocavit, & licet *Marb*
chius multis in diverſam conaretur pertrahe
opinionem, negavit tamen ſe poſſe capere
lorum myſteria, ac orthodoxam ſententiam c
ram Duce & conſiliariis non ſemel diſertè e
poſuit & declaravit: quin etiam cùm Prince
Ioannes ad ſubſcriptionem *Formulæ* urgeretu
Candidus unicè diſſuaſit. Tandem ut finis eſ
litium, voluit Princeps abſtinerent miniſtri ſ
ditionis *à novis loquendi formis,* & ut *propoſit*
nibus in concreto, ut appellant, in argumento
perſonaChriſti uterētur, quòd cum ſe facturu

Can

Candidus lubens affirmaret, alii qui morem gerere vel nollent vel non poſſent, dimiſſi ſunt. Et ne quid reliqui Princeps faceret, ſub initium anni *octogeſimi quinti* colloquium *Biponti* inſtituit, in quo *Candidus* ſententiam ſuam verbis Philippicis expoſuit, quæ Principi & ſanioribus probata, non autem heterodoxis.

Anno *octogeſimo octavo* prodiit explicatio Catechiſmi Bipontini, auſpiciis illius piiſſimi Principis, nec ſine *Candidi* conſilio. Præfixit illi libro Princeps præfationem, quam ſex horarum ſpacio ſua manu exaravit.

Interea etiam *Candidus* noſter cum Principe ſuo aliquoties peregrè eſt profectus, jam in Ducatum *Clivenſem*, jam in *Haſſiam*, *Caſſellas*, jam aliò, quibus in itineribus hoc Principi fuit ſolenne, ut diebus iis, qui concionibus habendis deſtinati, viam nunquam ngrederetur, niſi audita concione prius, precibusque habitis. Sub idem tempus *Gebhardus Truchſeſſius* Archiepiſcopus Colonienſis liberum ſuæ ditionis hominibus Religionis exercitium permiſit, & *Agneten I. Georgii Comitis Mansfeldenſis* filiam, uxorem duxit, benedicente novis conjugibus *Bonnæ* die *quarto* Februarii hoc *Candido*, ui & aliquot conciones habuit privatim um *Coloniæ* tum *Bonnæ*, ut ipſe hiſce inuit:

*Interea * noſter Bonnæ Dux ſponte moratur,*
Illic privatim, magnaque Coloniæ in urbe,
Intemerata DEI ſum dogmata voce profeſſus:
Atque Electorem vinclo tum ritè jugali
Conjuge cum cara, ſolenni more ſacravi.

Et alibi:

Concio tunc à me Bonnæ atque Coloniâ in almâ
Intra ædes habita eſt plurima, nulla palàm.
Vxorem Agneten præſul dum ducit, ego illis
Solemni tædas conſecro more ſacras.

Reliqua deinde vita ipſi peracta eſt hominum more, inter labores officii & curas, inter certamina ſpiritus & carnis, inter funera njugum, liberorum & amicorum. Ætatandem ad ſenium vergente maturè morn meditatus eſt: multasque & conciones, orationes præparatorias ad mortem, ſcrit, frequenter de *morte corporali*, de *ani immortalitate*, de *mortuorum reſurreone*, & *gloria filiorum Dei in æterna vi* cum amicis collocutus. Sæpè enim it, *maturè mihi iſta præmeditanda, quam in agonis anguſtia multa alia mihi erunt nda.* Itaque ante aliquot annos carmen npoſuit, quod concionibus ſuis funebris præfixit hoc titulo: *conſolatio Pantaleo Candidi morituri, quando Deo viſum fue*- Carmen ipſum eſt tale:

Non Ieſus nihil eſt, non ſunt nihil illius alma
Quæ verba in terris lingua locuta fuit.
Non populus nihil eſt, ad quem migravit Abraham:
Non vatum nihil eſt qui viguitque chorus.
Non Petrus nihil eſt, non eſt nihil incola Tharſi:
Illorum aut ſancta pagina ſcripta manu.
Non cœlum nihil eſt, non eſt nihil Angelicus grex:
In cœlo aut pacta eſt quæ tibi, latro, domus.
Ergo ego, qui Ieſu, qui Ieſu fido miniſtris,
Inter eos moriens, non, ſcio, nullus ero.

Cum itaque ex ultimis viſitationibus ac Synodis, *Caſſellæ & Meiſenhemii* in autumno, anni *ſexcenteſimi ſeptimi* celebratis, domum rediiſſet: *Tabernas* etiam Montanas excurriſſet antè, ſenſit vires paulatim deficere, ſuamque ἀνάλυσιν appropinquare. Collectis itaque ſententiis conſolatoriis ex ſacra ſcriptura, quæ in agone ſibi recitandæ ac prælegendæ eſſent, libellum juſtum confecit, quem deinde ſurreptum, ægrè admodum tulit. Acquievit autem ſemper in paterna Dei voluntate, & cum aliis dictis Biblicis, tum his carminibus ſeſe erexit.

Supremus morbus Candidi. Colligit ſententias conſolatorias. Componit & carmina.

I.

In me Chriſte pium ſtatuas, læto omine, ſignum,
Solus ut auxilii cauſa probere mei.
Tu mihi quem dederas curſum pie Chriſte, peregi:
In cœlo patriam, qui bene tranſit, habet.

II.

Iram portabo Domini, merui quia, ſed dum
Occulor in tenebris, lux mihi Chriſtus erit.

III.

Cur Lacheſis properæ celeres ego deprecor annos,
Vt doleam vitæ limen adeſſe meæ?
Nunc ego quod video, vidi quoque nuper, & olim,
Vt videam toties, tædet obeſtque mihi,
Nugarum ſatis eſt, levium ſatis illecebrarum:
Cœleſtes veniant nunc mihi deliciæ.

His adjunxit formas precandi Melanchthonis, & ſæpè illud repetiit: *Domine Ieſu, fac ut ultimum tuum verbum in cruce, ſit meum quoque ultimum in hac luce*, donec die *tertio* Februarii, anno *milleſimo, ſexcenteſimo octavo*, placidè animam Redemtori ſuo reddidit, cum à Domino in terris peregrinatus eſſet annos *ſexaginta octo*, & in præconio Evangelii inſerviſſet diverſis Eccleſiis annos *quadraginta tres*. Sepultus eſt honorificè Biponti, & Epitaphiis * multorum celebratus. Vivus ipſe pridie obitus ejuſmodi ſibi ſcripſit:

Obitus Candidi.

Poſt annos ſexaginta propè & octo, ſubivit
Mens mea læta polum, corpus inane ſolum.

In conjugio vixit *terno*, primum cum *Margareta Sturcia ſexennium* ſine prole: deinde cum *Sibylla Kneupelia*, è qua *ſex* ſuſcepit liberos: de quibus unum filium *Samuelem*, nunc Paſtorem & Profeſſorem Hornbacenſem, & unam filiam, quondam

** Quæ edita ab Elia Thalvvencelio IC. genero, rectore Gymn. Hornb. Epitaphiũ Cand. à ſemet ſcript. Samuel Candidus F. Theolog.*

Eliæ Thalvvencelio JC. nuptam, ſuperſtites reliquit. Tertium denique matrimonium contraxit cum *Anna* celeberr. Geometræ *Tilemanni Stellæ* vidua, qua cum *quatuordecim* annos ſine lite jucundè exegit.

Scripta Cand.

Reliquit poſteritati ingenii quoque ſui argumenta hæc: De *præparatione & conſolatione Chriſti fidelium ad mortem orationes funebres: Ex libris Regum, Chronicorum, & Iobi* orationes funebres, *Auſtriacorum* lib. 6. de *Gothicis per Hiſpaniam Regibus, ex Teutonica gente oriundis*: *Tabulas chronologicas*, continentes ſeriem hiſtoriarum à condito mundo, ad annum *nonageſimum ſeptimum* ſeculi *decimi quinti*; quas deinde produxit ad annum *ſexcenteſimum ſecundum*, *epitaphia antiqua & recentia*, tum eorum, qui in ſacris celebrantur, tum aliorum Regum, Principum, atque Doctorum virorum. Sunt ejusdem *varia carmina*, ut *Loci Theologici*, *proverbia Salomonis*, *fabulæ antiquæ & recentes*, carmine reddita, *elegiæ precationum* ex Evangeliis Dominicis, *Epigrammata ſacra*. Exſtat ejus nomine *Belgicarum rerum epitome*, ab anno *ſeptingenteſimo*, *ad deditionem uſque Oſtendæ*, eſt ejusdem *Boemias*, de Ducibus & Regibus Boemiæ. Transtulit in vernaculam *Pauli Iovii hiſtoriam Moſcoviæ*, uti & Germanicam * *de Cœna Domini* inſtitutionem.

** Fortè eſt id ſcript. quod D. Toſſan. ſub nomine Nathanaëlis edidit. 1586. Meminit & alterius de unione perſon.*

Ex concione funebri, *à Michaele Philippo Beuthero Theolog. Doct. & hujus ſucceſſore habita, item ex monumentis ac ſcriptis Candidi.*

☉ 1608. d. 9. Iulii. ætat. 78.

LVCAS BACMEISTERVS.

Parentes.

NAtus eſt hic *Lucas Bacmeiſterus Lunaburgæ*, urbe Saxoniæ, multis nominibus celebri, parentibus *Ioanne* & *Annâ Lublingiâ*, anno ſuperioris ſeculi, *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo*, die *decimo octavo* Octobris, qui, quòd *Lucæ* Evangeliſtæ ſacer vulgò habetur, infanti nomen, pro conſuetudine illorum temporum, dedit.

Educatio.

Ut primùm per ætatem viſus eſt, in elementis literarum cognoſcendis dignoſcendisque non inanem poſiturus operam, deductus eſt ad ſenem quendam, in viciniâ habitantem, qui informandis parvulis ludum privatim aperuerat. In eo, brevi non modò lectionis expeditæ facultatem exercitatione aſſidua conſecutus eſt, verum etiam pietatis elementa, ex capitibus Catecheticis, dictis ſcripturæ ſelectis, & Pſalmis brevioribus, unà cum rerum maximè in quotidiano uſu obviarum & puerilem captum non excedentium nomenclatura Latina, imbibit. Quam ingenii alacritatem & in diſcendo ardorem ubi ſenex, qui ludo præerat, animadvertit, ut eidem fomenta ſubjiceret, *Bacmeiſterum* nondum ſexennem ſæpiuſculè editiorem locum conſcendere, & condiſcipulis ſententias ſacras & Pſalmos voce ſua præeundo inſtillare juſſit. Eam provinciolam parvul[us] cum dexterrimè obiret, à magiſtro ſuo ſæ[pe] *Concionator & Doctor* ſalutatus fuit, quod pr[æ]ſagium, quantumvis per jocum à ſenecio[ne] illo prolatum, eventus ſuo tempore ſerium verum eſſe voluit.

Septimum ætatis annum ingreſſus è priv[ato] in publicam ſcholam D. *Ioannis*, templo L[u]næburgæ vicinam, à patre translatus eſt, & *L[u]cæ Loſſio*, celebri & felici pueritiæ informato[ri] commendatus. Scholæ gubernationi eo tem[]pore præerat, vir ingenio, eruditione, fide, dexteritate in docendo, & gravitate in diſc[i]plinâ tuenda præſtans, *Hermannus Tulichi[us]* ex Academia *Wittembergenſi*, in quâ mag[] cum laude ſuâ & diſcentium utilitate veter[es] *Poetas Latinos, Ciceronis* aliquot *orationes*, *Rudolphi Agricolæ libros* de inventione Dial[e]ctica, publicus illius ſcholæ Profeſſor enarr[a]verat, ad Rectoratum ludi literarii apud *Lun[e]burgenſes* evocatus. Hic quantoperè placu[e]rit magno illi Luthero, patet ex eo; quòd i[] librum *de captivitate Babylonica*, gratum D[] & utilem piis, in teſtimonium amicitiæ i[n]ſcripſit.

Hoc igitur gubernatore & inſpectore ſt[u]diorum puerilium, eorundemque informat[o]re indefeſſo *Luca Loſſio* uſus, in quibus Pr[æ]ceptorum rudimentis tenera ætas, ad piet[a]tem, Latinæ linguæ notitiam, & ad morum [e]legantiam informari ſolet, iis publico in lo[co] diligenter excultus fuit, & ut domi iisdem, q[uæ] in ſcholâ didicerat, repetitione aſſidua aliisq[ue] eodem facientibus exercitiis confirmandis altius animo infigendis nihil deeſſet, pædag[o]gos, quos præ cæteris commendari parent[es] audiebant à ludimagiſtro fideli & perito, ta[m]quam eorum cenſore optimo, adjungebat [fi]lio: neque ab hoc inſtituto aut ſumtuum m[a]gnitudine, aut aliis rationibus ſe paſſi ſunt a[b]duci. Etſi enim pater, cum jam decimum qua[r]tum exceſſerat annum Bacmeiſterus, aliorum ut opinio fuit, inſtinctu, de filio à literis ad a[u]rifabrum, artificii diſcendi cauſa, transferen[di] conſilia agitare cœperat; tamen matris, m[a]tronæ religioſæ ac prudentis, voluntati m[o]rem geſſit, & quod *Loſſius* eidem dederat, co[n]ſilium amplexus & ſecutus eſt. Acceſſeru[nt] ad id aliorum etiam civium literatorum mon[i]tus, qui, quod adoleſcentis in literis progre[ſ]ſum ſubinde explorabant, ſi quando patrem ut fit, comitatus ad congreſſus familiares a[c]ceſſerat, eumque minimè pœnitendum depr[e]hendebant, authores parenti erant, filii à fe[li]citer ſuſcepto ſtudiorum curſu non avoca[n]di. Ita novit, quò quemque deſtinavit Dom[i]nus, miro & inſperato modo perducere, fr[u]ſtrà obſiſtentibus, qui contrarium moliu[n]tur. Perſtitit igitur in eo, quod facere c[œ]perat pater & adoleſcens, quod aviæ parent[i]busque gratum animadvertebat, ſtudia liter[a]rum in ſchola patria, ad annum ætatis *decimu[m] ſeptimum*, gnaviter perſecutus.

Poſteà cum peſtis ſæva admodum graſſa[ri] cœpiſſet *Lunaburgi*, & in vicinis maritim[is] urbibus, anno *quadrageſimo ſeptimo*, publ[]

ublici ſcholaſticorum conventus, vitandi ontagii cauſa, haberi non poſſent; *Bacmei-ſterus* domi aliquantulum deliteſcens apud arentes, à populari quodam ſuo, qui *Ham-burgi* privatim, honeſti cujusdam civis liberos erudiebat, ad ſimilem provinciam ibi obeun-dam vocatus, eodem commigravit, & qui ha-ctenus ex præceptoribus pendendo diſcipulus antum fuerat, magiſterii perſonam induere, & docendo diſcere, diſcendoque proficere ncepit. Hoc in munere tum per hyemem erſatus fuit; cumque ludus literarius illius rbis publicus, propter luis reliquias, non-um pateret: & tamen auditorii Theologici ectiones celebrarentur, quas tum habebat *oannes Æpinus*: Theologum hunc eximium, leſtitutus ſuo profectui aptioribus eo tempo-e, diligenter audivit enarrantem *Pſalmos* Davidis; & accuratè diſſerentem de graviſſi-mis religionis controverſiis, quarum expli-andarum occaſionem ſententiæ hymnorum Davidis ſuggerebant.

Inconſideratæ verò feſtinationis, ad ſtudio-um apicem Theologiam, quicquid fortè in lo progymnaſmate Hamburgenſi fuit, illud ubſequenti anno *quadrageſimo octavo*, quo rca Paſcha domum revocatus, & inde ad *Wittembergenſem* Academiam ablegatus fuit, ſe correxit. Cum enim gradatim ad ſupre-mam ſcientiarum omnium ſibi aſcendendum, præceptoribus ſuis intelligeret, &, quem atura ipſa dictitat & præſcribit, *ordinem à cilioribus ad magis ardua non invertendum* robè animadverteret: primum utriusque lin-uæ ſcriptorum interpretibus; quique eo-um intelligendi, judicandi, imitandique ar-s, *Logicam* & *Rhetoricam*, plenius & ſoli-us docent, quàm in trivialibus ludis fieri oteſt, operam dedit: inprimis *Vito* W*inshe-mio*, Græcæ linguæ Profeſſori apprimè docto, cundo & faceto, quem pleraſque omnes *Eu-ripidis* tragœdias enarrantem audivit. Ad orum ſtudiorum amorem & induſtriæ con-antiam, excitabatur exemplis ſummorum rorum: cum illius, in quo vivebat, tum jusque ſeculi à barbarie liberioris: ad quæ cedebant præceptorum commonefactiones neceſſitate & utilitate iſtius operæ, in bo-s autoribus utriusque linguæ ſedulo & re-è collocatæ: quibus & tum non rarò ca-edræ docentium perſonabant, & quas o-n ab iisdem non fuiſſe excluſas, oſtendit æter alia inſignis *Baſilii Magni oratio*: qua, i fructus ex Ethnicorum Poetarum, orato-m & hiſtoricorum lectione ſperandus ſit, monſtrat.

His igitur rationibus excitatus & confir-atus, humanioribus literis totique artium cyclopædiæ ſedulo incumbebat: cujus cur-m & labores publicos Philoſophici, imò to-s Academici chori Dux & Præſes *Melanch-on*, hiſtorica & theologica alternatim do-is, moderabatur. Huic adjuncti erant in-cæteros *Paulus Eberus* Phyſices, *Eraſmus Reinholdus*, ſuperiorum matheſeos partium, *Sebaſtianus VVinshemius* inferiorum Profeſ-ſor, aliique aliarum artium: de quorum ſin-gulorum diſciplinis, ordine quemque eorum audiendo tantum diſcebat; quantum ad ſa-cram Theologiam, cui ſe totum daturus erat, neceſſarium eſſe à rectè monentibus didicerat: nec Hebrææ linguæ fundamenta, quorum re-ctè jaciendorum rationem tradebat *Matth. Flacius Illyricus*, negligebat.

In hoc ſtudio liberalium artium & lingua-rum, dum ſe pro virili exercet, initia ſimul ſo-lidioris Theologiæ addidicit: cujus curriculum quoniam *tria* præcipuè regunt & promovent, teſte *Luthero*: *oratio, meditatio & tentatio*; ne priores duæ torpeſcerent, tertia divinitus im-miſſa effecit. Vixdum enim alter annus pro-ceſſerat, cum peſtis, quæ antea patriam ado-leſcentis *Bacmeiſteri* afflixerat, vires reſum-ſit, eique aviam, patrem, aliosque cogna-tos abſtulit: cujus calamitatis nuncio novus in ſchola crucis tyro ita conturbatus fuit; ut parum abfuerit, quin de Academia & ſtudiis deſerendis decreviſſet; niſi, qui matrem ipſi ſuperſtitem benignè reliquerat, ejusdem ſola-tio animum labaſcentem benignè erexiſſet & ſtabiliviſſet. Hæc enim ſumtum omnem, qui ad continuanda ſtudia requireretur, ſe ſuppeditaturam promittens, effecit; ut con-ſilium abjiceret; &, quæ ſtudia rectè cœ-perat, indefeſſo labore perſequeretur.

Tria Theol. docent.

Deſerere ſtudia co-gitat.

Mater re-tinet.

Manſit itaque Wittembergæ ad annum uſque *quinquageſimum ſecundum*, & qui-dem continuè, excepto eo tempore, quo à matre domum accerſitus venit, anno *quin-quageſimo*, cum ei lites intenderentur de hæ-reditate aviæ, ipſaque ad ſecunda vota, cum quodam monetario eſſet tranſitura. Hoc pietatis officio, quod matri denegare non poterat, expedito, priſtinum ſtudiorum lo-cum repetiit, in eoque ad id, quod indicatum, tempus perduravit: quin etiam ne tum quidem avelli ſe ab eo paſſus fuiſſet; niſi peſtis, quæ Torgam docentes & diſcentes migrare ade-git, & vitrici animus ad ſuppeditandos ſum-tus aliquanto difficilior, ab amatâ Muſarum ſede ipſum expuliſſent.

Redit igitur denuò in patriam; ubi per hyemem hærens functionem aliquam ſchola-ſticam expectavit: id quod vitricum unicè ex-petere animadvertebat. Ejus adipiſcendæ ratio cum nusquam appareret menſibus hy-bernis: excurrit ſub tempus vernum anno *quinquageſimo tertio Hildeſiam*, ad veterem commilitonem & amicum ſingularem *Joann. Udemium*, ſcholæ ea in civitate Rectorem, à quo nulla ſpes ipſi injecta; qua tamen per ci-vis cujusdam in eadem repub. filium competi-torem dejectus, ad ſuos re infecta, eſt reverſus: nec tamen etiam tunc animum deſpondit; ſed quod ea viâ non ſucceſſerat, id alia alibi fuit aggreſſus.

Redit in patriam.

Excurrit Hildeſiam.

Scripſit enim ad amicos & familiares, quos variis in locis habebat, & inter eos ad popu-

 larem

Henricus Burmeiſter.

larem ſuum *Henricum Burmeiſterum*, Eccleſiæ *Flensburgenſis* in *Holſatia* diaconum: quem de omni rerum ſuarum ſtatu certiorem fecit. Hic, quia ſubinde in aulam *Chriſtiani* III. Regis Daniæ & Norwegiæ, quam tum in eam civitatem tranſtulerat, ad habendas conciones vocabatur, iisque habitis cum *Caſparo Mulen* Othonienſi, qui filio Regis, Duci *Magno* informando præerat, nonnunquam prandebat; & cum non multò poſt, quam de ſtatu & deſiderio amici veteris *Bacmeiſteri* cognoviſſet, in menſa audiviſſet, conſilia in aulâ agitata eſſe, de collega & ſocio laborum magiſtri, qui præfectus erat ſtudiis & moribus filii regis, eique adjunctorum nobilium puerorum, adſciſcendo: propterea quod ſeptennis jam, Dux *Joannes*, itidem Regis filius, unà cum Comite *Oldenburgenſi Ioanne*, qui præceptoris fidelis inſtitutioni committendus erat, plurium quàm unius informatoris operam requireret: ibi *Burmeiſterus* injecta *Bacmeiſteri* conditionis & voluntatis mentione apud præceptorem Regium; cui jam ab eo tempore, quo idem in ſcholâ Lunæburgenſi vixerat, notus & familiaris erat, nullo negotio impetravit: ut regi eum commendaret, ſibique collegam expeteret. Quod ejus de *Bacmeiſtero* vocando indicium ita clementer accepit Rex: ut eum è veſtigio cum literis ablegato tabellario ad ſe in aulam vocandum mandaverit.

Vocatur ad informandum filium Regis Daniæ.

Vitrici igitur matriſque, & amicorum, inter quos *Lucas Coſſius*, voluntati obſecundans, vocationi paret; venitque paulò ante ferias Pentecoſtes quo vocatus erat, & hypodidaſcali munus, cui deſtinatus erat, ex mandato regio ſuſcepit. Id qua fide & vitæ integritate obierit: patris regia munificentia, poſt *triennalis* ſpacii labores & moleſtias exantlatas declaravit; tam abituro, quam Wittebergæ commoranti ſæpiuſculè declarata, transmiſſis ad tolerandos ſtudiorum ſumtus nummis; inprimis honorifica à vidua regina ad concionatoris aulici munus revocatio, de qua poſtea.

Dimittitur ex aula.

Wittemb. redit.

A Theologia ad juris ſtudium tranſit.

Dimiſſus ex ſtatione aulicâ patriam cognatosque inviſit (matrem enim primò ſuæ in Holſatiam migrationis anno amiſerat) quibus ſalutandi cum paucula hebdomadas dediſſet: Wittembergam rediit, eodem quidem erga ſtudia, quo fuerat, amore; ſed non erga eadem illa vetera. Tantum effecerat conſuetudo & familiaritas cum aulicis, & præcipuè cum uno eorum, qui Regi à ſecretis: ut commendatæ à parentibus & præceptoribus, adamatæ hactenus & cultæ Theologiæ amor exſpiraſſet: niſi qui ejus diſcendæ deſiderium inſpiraverat adoleſcenti: idem in juvene conſervaſſet, reſuſcitaſſetve. Ibi enim jam erat, idque quibus poterat viribus agebat: ut relicto ſacrarum literarum ſtudio, juri civili cognoſcendo ſe daret. Itaque privatim explicantem *Iuſtinianas* inſtitutiones audiebat *Caſparum Alteneich.* Colonienſem, publicè
Schneidevvinum, Cracovium, & *Ɛonſt[...]*
Sed ab hac, per juvenilem temeritatem, re[...]
itineris deflexione, ſubitò ut revocaretur, [...]
cit Deus, immiſſa ipſi promiſſionis, qua[...]
parentibus & aviæ fecerat, cogitatione ſeri[...]
qua ita commotus fuit: ut perpetuum val[...]
dixerit; quam aggreſſus erat, jurisprudentia[...]
priſtiniſque ſacrarum literarum ſtudiis ſe to[...]
tum conſtanter addixerit; & præter *Melanch-*
thonem, cujus docentis ab ore etiam ante al[...]
quot annos pependerat, operam dare ceper[...]
Cl. Theologis *Ioanni Bugenhagio*, Jeremian[...]
Georgio Majori epiſtolam ad Epheſios, [...]
Ioanni Forſtero pſalterium explicanti: idq[...]
non ſemel aut iterum neque ex intervallo r[...]
riùs: ſed aſſiduè & conſtanter. Siquide[...]
perſuaſiſſimum ſibi habebat, idque in om[...]
vitâ retinebat, & aliis inculcabat: ut ut ex[...]
mio quis ingenii acumine eſſet à naturâ d[...]
natus, inſigni judicii dexteritate præditu[...]
copiosâ librorum ſupellectile inſtructus, l[...]
borum ad legendum meditandumque nece[...]
ſariorum tolerantiſſimus: præſtare tame[...]
modis omnibus, ut divinitus inſtitutum d[...]
centium & diſcentium ordinem quisque ſ[...]
loco ſervaret: nec ab eo temerè deflectere[...]
cum non fruſtra *Timotheo* ſuo Apoſtolus [...]
ſacris ſtudiis inculcet; *ſciens à quo didicer[...]*
Hanc audiendi induſtriam & diſcendi mod[...]
ſtiam quanto Jehovæ ejus autori gratiore[...]
ſuoque ordini magis decoram ſciebat; tan[...]
impenſius ipſe colebat & diſcentibus com-
mendabat.

Eadem de cauſa honeſtum ſuorum præc[...]
ptorum de ſe judicium & publicum Acad[...]
miæ teſtimonium, quo & aliis innoteſce[...]
poſſet, qualem ſe in ſtudiis & moribus geſſi[...]
ſet, non negligendum judicavit: ſed id ipſu[...]
de more ſcholarum ſibi impertiendum pe[...]
vit anno *quinquageſimo octavo*, unà cum *tr[...]*
ginta quinque competitoribus: quorum ip[...]
primus ſuffragiis cenſorum declaratus eſt; [...]
impetratum non ad ambitionem, ſed ad ſua[...]
aliorumque utilitatem convertit. Ornat[...]
enim eo privatas cœpit habere ἀκροάσεις; [...]
quibus præter alia *Livianæ* hiſtoriæ parte[...]
illuſtravit. In ſtudiis etiam Theologicis e[...]
rumque fructu cum aliis communicando, [...]
quotidiè proficeret, crebrius habendis co[...]
cionibus ſe exercuit. Quod ejus ſtudiu[...]
mirificè juverunt *Georgius Major*: cujus co[...]
victu & conſuetudine domeſticâ utebatur[...]
& hujus gener, in templo arcis tunc diaconu[...]
Paulus Crellius, quos fideliter monentes au[...]
diebat ſuggeſtum conſcenſurus; & eorun[...]
dem ex eo reverſus judicia ſciſcitabatur. H[...]
rum itaque monitis & exemplis, ad quæ [...]
ſuasque conciones conformare ſtudebat, i[...]
primis numine Jehovæ, ſine quo nihil eſt [...]
homine, eruditus, & in dicendo ad populu[...]
exercitatior factus, ita placere cepit Witten-
bergenſibus Profeſſoribus; ut de ipſo ad ſu[...]
levandos miniſterii labores, adjungendo co[...]
ſilia inierint: quæ, quod functionis illi[...]
partes antehac nemini aſſignatæ fuerant, le[...]
ti[...]

us procedebant. Itaque *Melanchthon* cum
viro *Joachimo Camerario*, qui tum quod
pè ſolebat, amicum ſuum intimum *Wittem-
rgæ* inviſebat, egit; ut quem amabat, *Bac-
eiſtero*, ſi poſſet, alibi honeſtam functionem
ſpiceret. Ibi vir optimus, qua erat hu-
anitate, & benè merendi de omnibus
nis ſtudio, ſpem injicit de loco conciona-
ris in ludo illuſtri, qui eſt *Portæ* propè
eoburgum.

Hæc dum illi inter ſe agunt, & quibus ra-
nibus, quod inſtituerant, ad exitum opta-
n perducerent, porrò laborant: nuncius in
lam Electoris *Auguſti* à Regina ablegatus,
nit: qui piiſſimum Regem Chriſtianum III.
bus mortalibus exemtum refert, quod fa-
um Cal. Januarii anno *quinquageſimo nono*,
literis collegæ veteris M. *Caſpari Mulenii*,
cmeiſterum certiorem facit; reginam vi-
am, quæ non multò poſt in ſua dotalitia
ncedere cogitabat, de conſilio *Cornelii
nsforti* & M. *Pauli Noviomagi*, requirere
ius operam, in munere concionatoris au-
. Impellebant quidem juvenem præclara
is defuncti merita: quæ animo hærebant,
lementiſſima, qua uſus erat, vocantis he-
næ gratia: contra retrahebant loci, qui
erebatur, ſublimitas, & formidoloſæ auli-
um conditionum viciſſitudines. Ambigenti
dubitationem omnem eximunt, quos in
ſilium adhibuerat, *Melanchthon*, *Eberus*,
Major: qui omnes vocationem oblatam
negligendam dicebant. Perſuaſus ita-
horum monitis per revertentem nuncium
adventus ſpem certam facit: promiſſam-
præſtat; ut primum ritu ordinationis
ato per Eccleſiæ Wittembergenſis Paſto-
D. *Palum Eberum*, munus docendi
commendatum fuit: id quod media fere
dragesima, ut vocant, factum eſt, im-
entibus ei manus una cum paſtore, illis
tionis ſuſcipiendæ autoribus & ibidem
i miniſtris.

ublicâ illâ ceremoniâ verbi miniſter de-
tus, ad ſuos in patriam profectus eſt;
quibus pauculos dies commoratus *Col-
am*, ubi ſedem aulæ regina vidua fixerat,
. Eum in locum ubi ſalvus advenit, pri-
ique edendi ſpeciminis cauſa, ut moris,
ionem habuit, è veſtigio opera ejus ho-
ſalario conducitur; ipſeque de omni
conditionis futuræ ſtatu plenius edoce-
Hanc novi concionatoris immiſſionem
enti anno *ſexageſimo* nova excepit felici-
Volente enim ita divina providentia,
nte idem negotium Heroina Regina vi-
, deſponſata ipſi eſt virgo lectiſſima,
na D. Iacobi Bordingi, Medici Regii &
eſſoris Hafnienſis filia primogenita, ger-
a D. *Iacobi Bordingi*, quondam megapo-
i cancellarii, primariæ Anſeaticarum ci-
um *Lubecæ* conſulis ſoror: cum qua nu-
ſumtibus Dominæ ſuæ die quarto Augu-
lebravit.

Verum hanc ejus felicitatem humanarum rerum viciſſitudo & inconſtantia non diu ſivit eſſe ſolidam & illabatam. Vix dum enim menſis abierat, cum ei eripitur ſocer deſideratiſſimus, vir ob religionis veræ conſtantem profeſſionem, quæ eum à patria *Antwerpia* perpetuò extorrem fecerat, propter inſignem humanarum & divinarum rerum ſcientiam, &, quæ individua comes eſſe conſuevit, vitæ ſanctimoniam & virtutem minimè fucatam memoriâ ſempiternâ dignus. *Socerum Bordingii amittit.* Reverſo *Coldingam* & muneris ſui partes fideliter adminiſtanti de παῤῥησίᾳ, qua Chriſto legationis ſuæ autore fretus pro concione utebatur, & quorundam mores & vitam carpebat, vafris quidam machinationibus diminutum ituri, conſilia agitare apud reginam ceperunt de accidendo ejus ſalario. *Offendit aulicos libertate ſua.* Cumque iſtis artibus nihil efficerent; novas technas excogitarunt, nec jam de obſtruendâ ipſius παῤῥησίᾳ, ſed de ipſomet quoquo gentium amovendo & prorſus eliminando laborarunt. De quibus cum aliquid ad familiarem quendam *Bacmeiſteri* emanaſſet: qui de ſucceſſore conſilium rogatus fuerat: quod erat fidelis amici, rem omnem ut reſciſceret *Bacmeiſterus*, curavit: ſibique in tempore conſuleret. Effecit ergò ſocrus *Bacmeiſteri* per amicos: ut gener in *Andreæ Martini*, paſtoris ad D. Virginem & Profeſſoris Theologiæ Roſtochii locum ſubrogaretur: qui ejus conatus, aſpirante divinâ gratiâ, felicem ſortiti fuerunt ſucceſſum. Senatus enim Roſtochienſis teſtimonio virorum rectè intelligentium & dextre judicantium; inter quos *David Chytræus* & *Caſpar Paſelicus* Conſiliarius Regius, quæ debebatur fidem habens, literis vocavit *Bacmeiſterum* anno *ſexageſimo primo* menſe Novembri ineunte. *Vocatur Roſtochiū.*

Quas cum accepiſſet partim paternam DEI erga ſe ſuosque curam exoſculatus, partim conditionis veteris dimittendæ, novæque accipiendæ cauſas in timore Domini expendens, & cum fidelibus amicis ſeriò examinandas communicans, cum quid aliud ageret non reperiſſet, ſalutem ſuam, ceptorumque conſiliorum ſucceſſum Deo commendans, ſubſequentis anni initio in viam ſe dat, & die *decimo ſeptimo* Januarii ſalvus ſuo cum comitatu appulit: nec multò poſt, approbatis ejus in docendo donis, quæ ex unica quam de Pſal. CXXX. habuerat, concione auditorio toti innotuerant, Paſtor Eccleſiæ *Marianæ* & Profeſſor *Theologiæ* declaratur. *Paſtor ibi & Profeſſ. declaratur* Hiſce peractis in Daniam ad Reginam viduam redit, quid Deo duce, ſuadentibus amicis factum ſit, narrat: dimitti ſe ſubmiſſè petit, quod etiam impetrat, quamvis non ſine difficultate. Regina enim favebat concionatori ſuo aulico magis, quàm quidam ex ejus aulicis, eumque ſi retinere potuiſſet, à ſe non dimiſiſſet, fruſtra indignantibus, quibus odio erat ejus in docendo corripiendoque libertas. Cujus rei fidem fecerunt, quo abeuntem ornavit, honorificum teſtimonium, &, quæ cle-

clementiæ regiæ Symbola veteri miniſtro cum literis ſubinde miſit, donaria.

Liber dimiſſus à ſervitio aulico *Roſtochium* commigrat die *decimo octavo* Martii, ſuique muneris labores ipſo *Annunciationis Mariæ*, ut vocant, feſto publicâ concione exorditur: & reliquas gemini ſui muneris partes pro viribus aggreditur. Statim autem ſub ingreſſum muneris ſui, quia partim ipſe videbat, partim à collegis fidelibus edocebatur, quo malo civitas tum laboraret, cum nec ſubditi parerent, & quam ejus inobedientiæ cauſam palam dictitabant, magiſtratus malè adminiſtratæ Reipub. incuſaretur: ibi, ut bonus civitatis hujus tanquam corporis politici, unà cum ſymmyſtis medicus, præcipuis ejus membris luxatis per enormem ab ea, quæ in verbo divino rectè vivendi regula præſcribitur, deflexionem, commodè in ſuum locum reſtituendis graviter incubuit. Quam ad rem uſus eſt, præter ſacras lieras, quarum explicandarum & ad præſentes, qui incidebant, uſus accommodandarum dexteritate inſigni valebat, partim *prudentia* quadam *civili*, cujus initia quodam naturæ bono habebat, eaque in aula accuratâ rerum, quæ tractabantur quotidiè, obſervatione auxerat, partim *moderatâ & leni*, qua utebatur in dicendo, *ratione*, quo ad ejus fructum non deſperabat. Neque tamen ſeveriori illâ deſtituebatur, quoties malitiæ & improbitatis ſuorum auditorum pertinacia ita exigebat. Cæterum quod utroque illo inſtituto Saturninam illam animorum turbulentorum pertinaciam non emollire, nedum expurgare poterat; angebatur quidem animo & vehementer dolebat: ut qui ſalutem publicam urbis, & privatam ſingulorum ſeriò expetebat: ſed tamen ſolabatur ſe muneris rectè adminiſtrati conſcientia, & exemplo Prophetarum & Apoſtolorum, quibus eadem in mundo ſors contigit: ipſiusque ſalvatoris noſtri *Jeſu Chriſti*, cujus nota eſt de auditoribus ſuis querela, quos neque cantu ad ſaltandum, neque lamentis ad plangendum adducere potuit. Interim de ſtudio ſuo nihil remittebat, ſed & tempeſtivè & intempeſtivè, ut monet Apoſtolus, inſtabat, omnes diligenter erudiens, & ad virtutum ſtudia incitans, illos à pravis dogmatibus revocans, & à flagitiorum ſordibus reducens: alios ſolatio relevans, aliis conſilio ſuccurrens, alios etiam auxilio recreans.

Academiæ Roſtoch. ſtatus.

Jam in Academia, cujus ſtatus ante ejus adventum, & aliquandiu poſt, non minus quàm Reipubl. civilis, erat conturbatus ex confuſione, quâ laborabat, imò oppreſſa erat, vindicanda, vindicataque conſervanda, ſe geſſit plane ſui ſimilem: & in mandato munere fidelem, atque contra quasvis difficultates magnanimum & conſtantem. Ut primum enim ipſi à collegio Theologico certa lectionum materies, *Epiſtola ad Romanos* fuit aſſignata: ipſe è veſtigio operi manum admovit, &, quam ſcripturæ ſacræ clavem, ut à magni judicii viris paſſim appellatur, tracta ejus multiplicem uſum ſuis auditoribus mo ſtrare juſſus erat, ſedulò prælectionibus blicis illuſtrare conatus. Ea abſoluta vole tibus ita collegis, *Epiſtolæ ad Hebræos*, utri que *ad Timotheum, Titum, Philemonem*: it *Jacobi, Petri & Judæ* explicationes ſubjun cumque ad praxin Theologicam, quæ concionibus docendo, redarguendo, adm nendo, corrigendo, conſolandoque pera tur, & ad quam plerique ſacrarum literar ſtudioſi ſe parant, ſummopere neceſſari putaret, tradere Theologiæ initiatis eleg tem & *artificioſam docendi ad populum ra nem*, accepta ex epiſtolis ad *Timotheum* caſione, peculiarem *de modo concionandi co mentarium* confecit, & cum ſuis auditori prælegendo communicavit. Simili ratio eruditam *typorum veteris Teſtamenti*, q rum multa in Epiſtola ad Hebræos ment *enarrationem* aggreſſus eſt; quod utrum ſcriptum poſtea de conſilio amicorum blicavit.

Hanc novi *Teſtamenti librorum* interpr tionem publicam excepit difficiliorum q rundam *veteris Teſtamenti* ſcriptorum ex ſitio. Cum enim numerus Theologoru poſt obitum *Henrici Strevii*, acceſſione *lentini Schachtii* redintegratus eſſet, & p phetarum enarratio, quam *Chytræus* e ordinem, interpretando aliquot de min bus δωδεκαπροφητῶν libris ſuſceperat, culiarem lectorem deſideraret; provin ipſi demandata eſt. In qua obeunda ſ nendaque ita ſe præbuit; ut fidelitatis laud ab intelligentibus reportarit.

Quod enim à plerisque optimæ notæ terpretibus in tractatione ſacrarum literar obſervari videmus, primo ſingulorum borum & phraſium, quibus divinitus trac ſunt Prophetica & Apoſtolica ſcripta, & q bus converſa leguntur, ſive veterum, ſive centium translationibus accuratam expo tionem, collationem, & dijudicationem ſcipere ſolebat: cui poſtea artificioſam & culentam enarrationem addebat: deni *explicatorum uſum* in doctrina, redargut ne, inſtitutione & correctione fideliter m ſtrabat. Abſolvit autem hoc poſteriori borum Academicorum curſu omnia *Prop tarum majorum & minorum ſcripta*, excep uno *Daniele*: *Pſalmos pœnitentiales*, qui v gò ita dicuntur, cum aliquot aliis: quin eti quorundam explicationem, de conſilio & luntate collegii theologici, iteravit: ut in *Je* vaticiniis omnibus & epiſtola ad Roman factum.

Atque hæc in ſchola ad juventutem dioſam: in templo ad populum præ Chriſtianæ doctrinæ capita, uſitatas *Ev geliorum pericopas*, *paſſionis Dominicæ ſtoriam*, hebdomadariis concionibus *tot Pſalterium, Ieſaiam, Geneſin & Exodum* ex cavit. Cæterum præter illos docendi lab

r

ſs, quos in Eccleſia & Schola perpetuò heb-
omadibus penè ſingulis ſubibat, *diſputandi*
rovinciam cum in ordinario illo anniverſarii
irculi curſu, tum extra ordinem, idque par-
im domi, partim in collegiis Academicis,
ubire non detrectabat. Amabat enim &
olebat ſuo etiam loco erudita & placida de
nateriis utilibus & neceſſariis peritorum tum
ei, de qua conferendum erat, tum artis &
nodi, quo id fieri fas eſt, colloquia: quæ
utem ſecus inſtituebantur, tanquam cer-
s legitimi in diſcendo ordinis corruptelas,
ecundas multorum malorum genitrices,
inevitabiles bonorum quæ ex ſtudiis rectè
ſceptis ſperantur, peſtes, ſeriò improba-
at & deteſtabatur conventicula. Hiſce la-
oribus docendi & informandi commiſſos
æ fidei adjungebat non minorem *diſcipli-*
æ eccleſiaſticæ & *Academicæ* inſtaurandæ,
ſtauratæque contra machinationes ſive
ertas ſive clandeſtinas conſervandæ, cu-
m.

Erga Academiam, qua[illegible] primum ex
ania veniens, miſerrimè [illegible]m offendit,
ordinem & dignitatem reſtituenda, reſti-
taque conſervanda idem erat animus, idem-
e ſtudium. Cum enim probè intellige-
, regiarum *ſcholarum florem & dignita-*
n ibi perire, ubi ipſæ ſuo jure & privilegiis
n fruuntur; omni cura cum collegis, qui
ante ejus adventum idem agere cœperant,
hoc incubuit: ut quibus ornamentis &
eſidiis autoritate publica, *Pontificum* &
peratoris à prima ejus fundatione, deco-
um & munitum fuit Lycæum, iisdem ad
i gloriam, provinciæ & vicinarum regio-
n decus & commodum, floreret. Quo-
ca non deſtitit tam laudabile & neceſſa-
m inſtitutum ſedulo cum paraſtatis indu-
is & fidelibus urgere; donec magiſtratui
ademico, ejusque ſenatui, ſua dignitas &
eſtas, imò toti reipubl. literariæ, ſuorum
ilegiorum uſus reſtitueretur. Reſtitutis
m ut rectè uterentur, quibus ea deſtina-
ant, docentes & diſcentes, proximus ipſi
or fuit; utrisque & monitis & exemplo
ut calcar adderet, perpetuò ſtuduit:
em nomine *octies Rectoratus* moleſtias
iter exantlavit, & perpetuò fidelis con-
ii munere tum in conventibus & deli-
tionibus conſilii, tum extra has, probè
tus eſt.

Cum autem non minima ſtudioſorum
deſtituta plerunque ſit neceſſariis ad ſa-
tiam, virtutem & eloquentiam addiſcen-
ſumtibus: & ad horum conatus præcla-
contra fortunæ, ut loquimur, aſperita-
juvandos, tum publicè illuſtriſſ. Princi-
munificentia *communis menſa* adorna-
um privatim quorundam opulentiorum
m benignitas iisdem ſubveniat: utro-
modo, ut ſua ad virtutem tendentibus
inicula ſuppeterent, pro virili annixus
Nam & menſæ pauperum publicæ ra-
bus, unà cum altero quodam collega,

ultra annos decem præfuit; & quos, ſive ex
incolarum, ſive aliorum liberos mittentium
numero, pædagogos ſuis adjungere velle in-
tellexit; iis idoneos dum diſpexit, etiam ho-
rum commodis conſuluit. Verùm cum non
minoris ſtudii & laboris ſit, ſecunda fortuna
rectè frui, quam adverſam æquo animo tole-
rare; ne quis omnium reipubl. literariæ ci-
vium ſortis melioris blandimentis in victu,
veſtitu, converſatione quotidiana, aliisque
abuteretur; *Bacmeiſterus*, & cum clavum gu-
bernationis Academicæ tenebat, & cum te-
nenti aſſidebat, vigili oculo obſervando,
voce libera monendo, & contrà nitentes ſe-
verè coërcendo allaborabat. *Cuſtos diſciplinæ.*

Talem ergò vitæ curſum cum inſtituiſſet,
graviterque urgeret: honores ipſi non exi-
gui obtigerunt. Nam annos nondum *tri-*
ginta unum nato, Paſtoris in Eccleſia *Roſto-*
chiana prima & *Profeſſoris Theologiæ* in Aca-
demia, functiones binæ ſunt demandatæ:
quas felix laborum utrobique ſucceſſus, amor
auditorum, fama apud exteros excepit, quæ
eum ita commendavit aliis ut ſequenti ſta-
tim anno, quo *Roſtochium* venit, conſilio &
hortatu collegii Theologici in Academia
VVittembergenſi ab ampliſſimo *Bremenſis* rei-
publ. ſenatu ad munus docendi in Eccleſia ſit
vocatus. Anno proximè ſecuto honorifica
acceſſit vocatio in aulam *Friderici* II. Dano-
rum Regis, ad concionatoris, & in Acade-
mia *Hafnienſi* ſacrarum literarum Profeſſo-
ris munus: eaque non tantum ab ipſo heroë
literis oblata: ſed amicorum in aula & Aca-
demia degentium hortationibus preſſa, &
aliquoties etiam altero, qui ſequebatur, anno
repetita: ex qua commodorum ad ipſum &
liberos devolvendorum ſpes oſtendebatur lo-
cupletiſſima. Nec *quadriennium* ipſum in-
tervenit, quando pluribus quàm quatuor è
locis ejusdem opera in publicis functioni-
bus, iisque dignitate ampliſſimis & emolu-
mentorum fructu minimè ſpernendis, fuit
requiſita. Primò enim *Lubecenſium* Reſpub.
anno LXVIII. operam dare cepit: qua ra-
tione *Bacmeiſterum* ad Superintendentis mu-
nus in ſuis Eccleſiis obeundum impetraret.
Nec multò poſt miſſo hujus negotii apud ſe-
natum *Roſtochienſis* civitatis expediendi gra-
tia, viro gravi & prudenti, ſenatore ſuæ
Reipubl. digniſſimo, *Lunæberga Bacmeiſteri*
patria ad ejusdem generis officium civem
ſuum expetivit. Succeſſit anno ſubſequen-
te LXIX. ſimilis deſiderii ab illuſtriſſimo
Principe & duce Holſatiæ *Joanne* ſeniore,
Chriſtiani III. Daniæ Regis fratre, literis
clementiſſimis teſtata declaratio; qua ad par-
tes aulici concionatoris & eccleſiarum Inſpe-
ctoris depoſcebatur, idque cum primo cona-
tu non ſucceſſiſſet, etiam altero anno dux
urgere perrexit. Vix dum domum redierat
tabellarius ille prior; cum *Regiomonte* miſſus
adeſt cum literis legatus, nomine ampliſſimi,
ex veteri oppido ſenatus; qui Bacmeiſterum
ad defuncti paſtoris, *M. Chriſtophori Langii*,

Officia eidem demandata.

Et delata 1. à Bremenſibus.

2. Daniæ Rege.

3. à Lubecenſibus.

4. à Lunæburgenſib.

5. à duce Holſatiæ.

6. à Regiomontanis.

locum ſuſcipiendum , incitante & urgente hoc negocium *D. Joachimo Marlino* Epiſcopo Sambienſi, abduceret.

7. à duce Brunſuicenſi.

Poſt omnes intra anni ſpacium , illuſtriſſimus Princeps *Wilhelmus* Brunſuicenſium & Lunæburgenſium Dux, ſui deſiderii indices literas miſit ; quibus ad generalem totius ſui ducatus eccleſiarum & ſcholarum inſpectionem gubernationemque allicere conabatur, & quod priori non ſucceſſerat, id ſecundâ vice per virum præſtantiſſimum & de ſacris Theologiæ ſtudiis præclare meritum *Martinum Chemnitium*, urgebat: cui velut ſuccenturiatus ex eâdem Brunſwicenſium Eccleſia M. *Gregorius Stammich.* accedebat. Afferebant illi vocationis , quam divinitus offerri dicebant, amplectendæ neceſſitatem: doctrinæ, quæ in Academiâ & Eccleſiâ ſonat, alibi propagandæ & contra errores defendendæ, fructum: nec diſſimulabant, quæ timenda forent ex neglecta vocatione tum in iis locis incommoda, tum in animo vocati paſtoris cruciatus, extollebant dignis laudibus Principis in pietate ardorem, depromebant ſua , ut amicorum, deſideria & benevolam voluntatem. Hic verò qui in ſolâ vocationis divinæ certitudine totius negocii deciſionem poſitam cenſebat ; tum denique ex Deo priſtinæ ſuæ ſtationis mutationem eſſe ſtatuebat: ſi ille magiſtratus oppidani auditorumque animos ad concedendum aliis ſui paſtoris uſum inflecteret : & quos prudentes & fidos , bonique conſilii ſpiritu inſtructos, habebat amicos, ab eâ ſententiâ in contrariam non euntes animadverteret.

Horum verò nihil quia omnibus rationibus diligenter ponderatis deprehenderet : divinitus ſe retineri firmiter ſtatuit: ut qui eandem dimittendorum , quæ eſt admittendorum verbi miniſtrorum rationem tenendam : & proinde quemadmodum neminem invitæ & juſtis de cauſis repugnanti Eccleſiæ obtrudendum : ita nec quemquam ab eâdem retinere honeſtis conditionibus volenti , avellendum optimè ſciebat. Reliqua magnatum gratiæ, dignitatum , commodorum , jucunditatum allectamenta : quibus mundana arrident, lubens relinquebat , ſibi unum ſpectandum ratus, qua ratione, quem locum ipſi Dominus aſſignaverat , in eo fidelis & frugi ſervus deprehenderetur. Qua cogitatione repulit omnia illa incommodorum terriculamenta : quibus eum in aliam mentem viri illi præſtantes, quorum meminimus, permovere non malo ſtudio nitebantur.

Atque hæ omnes tam honorificæ tam opimæ conditiones, intra unius anni ſpacium oblatæ ſunt: ac *Lubecenſium* quidem reſpubl. propoſitum ſuum & per miniſterii literas & per magnificum conſulem *Iſermannum Vechtelden*, Bacmeiſteri familiarem urgere non deſtitit, &, cum poſt *quadriennium*, partim componendæ cujuſdam controverſiæ gratia, quæ mota erat miniſtris verbi à quodam eo-
rum collega *Ioanne Beato*, & quibuſdam a
liis ex auditorum numero , *de adminiſtra*
tione eucharistiæ, partim alius ſalutaris ne
gotii cauſa , *de certâ concordiæ formulâ*
quam Suevicæ Eccleſiæ Saxonicis offereba
ineunda , Theologorum quorundam conſ
lium & opera requireretur ; *Bacmeiſteru*
Roſtochio , ut alios aliunde vocandos cur
runt. Nec vicinis tantum *Bacmeiſterus*, ve
rùm etiam remotioribus fama nominis
notus fuit: id quod abunde evincit illuſtriu
Auſtriæ ordinum vocatio. Cum enim ann
LXXIX. Comites, Barones & Nobiles iſti
loci requirerent , qui eccleſiarum & ſcho
rum ſuarum , quibus religionis ſinceræ exe
citium publicum ab Imperatore *Maximili*
no II. clementiſſimè conceſſum erat , viſita
darum curam & labores ſuſciperet ; conſe
ſum firmum in doctrinâ, concordiam ſta
lem inter docentes , ordinem legitimum
ceremoniis conſtitueret: ad eam provincia
ſubeundam *Bacmeiſterum* miſſo legato , vi
apprimè n[illegible] *Wolffgango Chriſtophor*
Memmingen[illegible]arunt.

Hic verò impetrata ab illuſtriſſimo Prin
pe *Vlrico* Megapolitano , & ab Acaden
& urbis ſenatu abducendi ſecum ad temp
aliquod *Bacmeiſteri* poteſtate , ſub initi
ſequentis anni LXXX. iter ingreſſus , c
id, cujus cauſa evocatus fuerat, expediviſſ
invitis ordinibus *Roſtochium* reverſus ad ſ
eſt. Fuerunt & aliorum Principum atque
vitatum judicia de *Bacmeiſtero* honeſtiſſi
literis etiam favoris ac benevolentiæ ple
ſimis declarata : quæ in præſentia omittim
Bacmeiſterus autem perſpecta ſuorum i
civium voluntate ac ſtudio totius reip
Roſtochianæ : lubens in veteri ſede ſub
tit : & à qua ornatus ipſe erat republ. e
contra ope & conſilio ſuo amplificare & c
ſervare, quaqua potuit, allaboravit.

Poſtquam ergo bonum certamen cer
ſet , vitæque ſuæ curriculum in fide de
riſſet , ſoluturus tandem Dominus & pe
ctiſſima libertate donaturus ſervum , im
ſiturusque ei coronam juſtitiæ , quam re
ſuit omnibus revelationem ipſius dilige
bus; conjecit ipſum in ſcorbutum alias
huic conjunctas infirmitates , cum qui
aliquandiu in vera fide & patientia luctat
tandem liberavit , & ad ſe tranſtulit a
milleſimo ſexcenteſimo octavo , die *nono* J
ætatis *ſeptuageſimo octavo* : cum toto d
bitus ſupremi tempore mens ipſi integra
extremum uſque halitum conſtitiſſet ,
Eccleſiæ ac Reipubl. Roſtochienſis cu
depoſuiſſet. Elatus eſt frequenti funere
dem in urbe : ubi Academiæ & Eccl
quadraginta ſex annis præfuerat. Defu
memoriam ac merita celebrarunt Epitap
Carminibus viri clariſſimi & doctiſſi
quæ typis protuſa exſtant. Unum *Eill*
di Lubini Theol. D. & generi Bacmei
lubet adjiceret:

Si quem de cunctis bene præclareque merendi
Infractum ſtudium maturo fregit ab ævo;
Ardui & officii labor, & cura ardua & ingens:
Te venerande ſenex, ſenior meritiſſime fregit;
O deſiderium, & noſtri ſpes magna Lycæi,
Et latè fragrans flos, Bacmeiſtere, Roſeti.
Ad cujus tumultum paſſis laniata capillis
Strata jacet pietas: rerum & prudentia victrix.
Functa ſua Sophiæ, tam fidum deflet alumnum.
Inprimis Varni hæc adcurva fluenta Rhodantho,
Et templa atque ſcholæ, tam fidi clade patroni,
Atque Patris, gemitus imo de pectore ducunt.
Clade Patris, quæ quanta ſiet qualisque, futura
Forte brevi & ventura dies atque hora loquetur.
Interea ſecurus agas ſine parte pericli
Æterni placidique tenens tutiſſima portus:
Dum nos congeries obnubit turbida rerum,
Et cymbam in pelago hanc ſors non ſatis æqua fatigat;
Et pulſatque rotatque & parte incurſat ab omni
Fluctibus & ſcopulis, non unus turbo procellæ.
Dum quoque nos tandem portum teneamus eundem,
Et mox in patrio tibi conjungamur Olympo.

De ſcriptis ejus ſunt hæc: lib. *de modo concionandi*: *Explicatio hiſtoria paſſionis, mortis, & reſurrectionis Chriſti*: *Theſes de Sacramentis* cum notis *Zachariæ Urſini*: & ſi quæ nobis nondum cognita.

Ex oratione parentali dicta à Paulo Tarnovio Th. D. & Profeſſore Roſtoch.

POLYCARPUS LYSERUS.

Natione *Polycarpus Lyſerus* fuit Suevus, editus in agro Wirtembergico, *Winen*- oppido, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo*, die *decimo octavo* Martii, horâ *quintâ* pomeridianâ. Patrem habuit *Caſparum Lyſerum*, Paſtorem & Superintendentem Winendenſem: quem Polycarpus vix ... nus amiſit.

Mater exacto viduitatis tempore, ſibi liberisque rectiùs conſultura, ad ſecunda vota tranſiit: & *Lucæ Oſiandro* Theologo nupſit, Eccleſiaſtæ primum aulico *Wirtembergico*, poſt *Stutgardiano*, tandem *Eslingenſi*. Hic ... vitrici, ſed patris affectu, privignum ... m proſecutus, pietatis & literarum fundamentis puerum ſtatim erudivit. Scholas eras quas triviales vocant, ingreſſus, primum ... *byra* in cœnobio reformato, duobus ... iaribus ab Imperiali, *Ulma*, deinde *Stutgardiæ*, prima ſtudiorum fundamenta feliciſſimè poſuit: ita ut anno ætatis *decimo quarto*, Græcis & Latinis literis excultus, inque artibus Logicis magnâ cum curâ exercitatus, ad Tubingenſium Academiam, de conſilio patris & præceptorum ſe conferret: dignusque judicaretur, qui in numerum alumnorum Principis Wirtenbergici cooptatus, publicis ſumptibus aleretur.

Auream hanc diſcendi occaſionem nactus *Polycarpus*, rectè eâ utendum ſibi eſſe cenſuit: ac proinde alumnum ſive ſtipendiarium ſe eſſe aſſiduè cogitans, non otio, non comeſſationibus, non voluptatibus, non luxui in veſtitu; ſed pietati, continentiæ, honeſtati, diligentiæque incumbendum ſibi eſſe, rectiſſimè ſtatuit. Itaque cum iis indiciis virtutis & diligentiæ in ipſa adoleſcentia, ſe omnibus commendaret, mox primam lauream ſtudiorum eſt conſecutus. *Laurea prima ornatur.* Deinde ex hâc metâ legitimo curriculo tanquam ex carceribus ad Magiſterii in bonis artibus honorem contendere & aſpirare cœpit; *Mox ſecunda.* quem & ſuis feliciſſimis conatibus & conſentientibus ſuorum præceptorum ſuffragiis ita adeptus eſt; ut inter competiores *triginta duos*, natu majores omnes, ipſe natu minimus *octodecim* annorum juvenis, primum locum fuerit ſortitus.

Pari diligentiâ, curâ & ſtudio, cum ex caſtris Philoſophicis ad ſcholas Theologicas tranſiiſſet, uſus eſt. *Conjungit Philoſoph. cum Theol.* Nam per annos *tres* cum *dimidio* continuo, ſemper lectionem Theologicam cum Philoſophicis ſtudiis conjunxit; omnes in Theologica facultate Doctores audivit; concionibus ſacris diligentiſſimè interfuit: nec non reſpondendo & opponendo in publicis diſputationibus talem ſe probavit: ut non modò Profeſſoribus ſatisfecerit ſtudio diligentiaque ſuâ: ſed dignus etiam viſus, cui Eccleſiæ miniſterium commendaretur. Itaque publicè die *octavo* Martii, anno *ſeptuageſimo tertio*, cum invocatione nominis divini & conſueta manuum impoſitione, coram univerſa Eccleſiâ miniſterio initiatus eſt. *Miniſterio initiatur.*

In collegio etiam illo Tubingenſi præclaro, ubi illuſtriſſimus Princeps quam plurimos beneficiarios, veluti ſeminarium Eccleſiæ alit, de conſilio præceptorum non modo ſtudia, ſed mores etiam adoleſcentum rexit: *Regit ſtudia & mores in ſtipend. illuſt.* ita ut non modò ipſe quotidiè ad egregios profectus elaboraret; verùm etiam aliis ad ingrediendas veras vitæ & ſtudiorum rationes eſſet ἐργοδιώκτης. Poſtea anno ætatis *viceſimo primo* uni certi functioni eccleſiaſticæ in oppido Gellersdorff / ſub ditione tunc illuſtris & magnifici Domini *Michaëlis Ludovici*, Baronis à *Buchaim*, Dapiferi hæreditarii *Auſtriæ* inferioris, ac Conſiliarii Auguſti, eſt præfectus: *Præficitur eccl. ſiæ Mich. Ludov. B à Buchaim.* unde fama de ipſius præclaris in docendo donis mox univerſam *Auſtriam*, vicinasque regiones, omnium ſermone percrebuit; *Fama Lyſeri.* ut non modo *Viennam Auſtriæ* multoties ad habendas conciones: *Viennam & Grecii evocatur.* ſed & à proceribus *Styriæ*, ad paſtoratum *Grezenſem* illuſtrem ſanè provinciam, ſolenniter fuerit evocatus. Verùm cum neque patronus, neque eccleſia ipſa *Gellersdorffenſis*, in dimiſſionem *Polycarpi* conſentire, tantique Doctoris jacturam facere vellet: *Manet Gellersdorfii.* neque ipſe oblatam, quantumvis ſplendidam atque opimam provinciam, invitâ Eccleſiâ capeſſere voluit.

Tubingam excurrit. Doct. Th. renunciatur.

Fato autem quodam ſingulari & occulto Dei nutu ac arbitrio accidit; ut tum ſic jubentibus præceptoribus, Tubingam excurreret, ibique ſummum in Theologia gradum unà cum *Hannio*, ſibi legitimè conferri non tam peteret, quam ultrò à Tubingenſis Academiæ Theologis oblatum, magno cum applauſu reliquorum ordinum impetraret; anno ætatis *viceſimo quarto*: qui erat Chriſti *milleſimus quingenteſimus ſeptuageſimus ſextus*.

Vocatur Wittemb.

Sub id tempus in Saxoniâ locis ſuis moti & *VVittembergâ* ejecti fuerunt *Caſpar Cruciger* junior, *Henricus Mollerus* Hamburgenſis, *Fridericus Widebramus*, & *Chriſtophorus Pezelius*. Ibi cum de paſtore, Wittembergenſi Eccleſiæ in locum *Caſpari Eberhardi* demortui præficiendo, deliberaretur: *Lyſerus* conſtanti omnium ordinum conſenſu literis Electoris *Auguſti* ſolennibus fuit evocatus, menſe Novembri, anno *ſeptuageſimo nono*.

Vbi Paſtor, Superintendens, Profeſſor, & Conſiſtorii Adſeſſor deſignatur.

Videbat Lyſerus equidem muneris oblati dignitatem, cum onere multiplici conjunctam, eamque deprecabatur: ſed accedente ad Electoris Saxonis voluntatem Principis etiam Wirtenbergici *Ludovici* permiſſu, officium reſignavit in *Auſtria*, novum acceptavit. Venit *VVittembergam* menſe Februario, anno *ſeptuageſimo ſeptimo*, ætatis ſuæ *viceſimo quinto*, & de mandato Auguſti Electoris Eccleſiæ illius Paſtor, ac reliquarum Superintendens, à *Jacobo Andrea* publicè inauguratus eſt; mox eodem anno in ordinem Profeſſorum Theologicorum ſolenniter cooptatus, atque Conſiſtorii Eccleſiaſtici Adſeſſor declaratus.

Vxorem ducit.

Hic curis laboribusque ita flagitantibus, cum Apellis Germanici *Lucæ Cranachii*, conſulis Wittembergenſis filiâ, virgine egregia, nuptias celebravit, anno *milleſimo quingenteſimo octuageſimo* ætatis ſuæ *viceſimo octavo*. Ex hac liberos ſuſcepit *tredecim*; nepotes vidit *tres*, & neptem *unam*.

Librum concordiæ promovet.

Inciderunt autem initia miniſterii ipſius Wittembergenſis in id tempus; quo impenſis curaque *Auguſti* Electoris *Liber concordiæ* fuit conſcriptus, & calculo plurimorum approbatus. Hoc ergo in opere promovendo ipſe, unà cum aliis, *VVittembergæ*, *Torgæ*, *Lipſiæ*, *Miſenæ*, *Hertzbergæ*, & alibi; partes minimè poſtremas ſuſtinuit: & ſubſcriptiones expoſcere neceſſe habuit ab illis: qui publicis docendi muneribus, vel in Eccleſiis vel Scholis, tum erant præfecti.

Conventus Quedlinburg.

Ei intereſt Lyſerus.

Anno *octogeſimo tertio*, menſe Januario, conventus *Quedlinburgi* Theologorum inſtitutus eſt, de *Apologiâ libri concordiæ*. Huic Lyſerus quoque de voluntate Electoris Auguſti interfuit.

Synodus Dresdæ.

Subſecuto anno *octogeſimo quarto*, menſe Majo, Dresdæ inſtituta eſt Synodus; in qua deliberatio de concordiâ aliquâ inter *Lutheranos* & *Calvinianos*, ut vocant, ſic petente Rege *Navarræo*, agitata: quod negocium *Magdeburgi* poſtmodum reſumtum. Iſtis in congreſſibus & Lyſerus adfuit: ac conſilia quæ putabat Eccleſiæ ſaluti futura, dedit.

Eodem fermè tempore, cum Theologi *Anhaltini* ſubſcriptionem recuſarent; gemina fuit indicta Synodus: una *Lipſiæ* anno *octogeſimo quinto*: ubi refutatio Anhaltinorum ſub nomine *Timothei Kirchneri* poſt edita eſt: altera *Hertzbergæ*: in quarum utraque itidem *Lyſerus* non poſtremas tulit, opponente ſe potiſſimum *Wolffgango Amling* Theologo Serveſtano, in diſputatione d *Perſona Chriſti*, & *communicatione idioma tum*: quæ præcipuè ventilata. Anno eodem *octogeſimo ſexto*, die *undecimo* Februarii, in vivis eſſe deſiit *Auguſtus* Dux & Septemvir Saxonicus, rerumque potitus eſt filius, *Chriſtianus*, Elector Saxoniæ.

Ibi cum aliud agens *Lyſerus*, condition optimæ occaſionem apud *Brunſuicenſes* ſib obtingere, datis ad aulam literis, oſtendiſ ſet: reſponſum planè ἀπροσδόκητον tulit; *u frueretur, quam ſibi oblatam putaret, felici tate; Eccleſiæ VVittembergenſi de alio Paſtor proſpectum iri*. Hoc reſponſo ordines con ſternati non literis modò, ſed & legatis a aulam Electoralem miſſis, cauſas plane ſont cas, expoſuerunt; ob quas de retinend *Lyſero* ſint ſoliciti: verum irrito planè co natu.

Sic ergò *Polycarpus* dimiſſus, ipſo br malis ſolſtitii tempore, inſtructusque præcl ris teſtimoniis, ab Academia, à Conſiſt rio Eccleſiaſtico, à Facultate Theologica ſenatu denique oppidano, *Brunſuigam* co ceſſit, ac initio quidem coadjutoris, po modum verò *Superintendentis* munere, functus eſt. Hac autem quoque in ſtatio ut morſus tum *Calvinianorum*, ut appella tur, tum *fratrum* quoque *falſorum* effuge non potuit: ita acriter certamina omnia pugnavit, atque animos hominum ſibi vinxit.

Sexennio igitur circiter poſt, cum morti *Chriſtiano* I. ſumma rerum ad *Frideric Wilhelmum* Ducem, tutorio nomine ac re, perveniſſet: *Lyſerum VVittembergam* vocavit. Vix autem annum *unum VVitte bergæ* commoratus, mortuo *Martino Mi Lyſerus* in aulam Electoralem eſt evocat quo anno Chriſti *nonageſimo quarto*, ſu *ſeſquimilleſimum* conceſſit. *Dresdæ* ergò c concionatoris aulici partes primas ſuſce ſet: ſtatim cuivis gratus fuit, ingeniorum dici perſpicaci: cumprimis autem ipſis P cipibus, *Proelectori*, deinde *Electori* ip *viduæ* item electorali ac *conjugi* ſereniſſi Interea autem ipſe, quod ſui erat muneris que officii ſedulo curabat, & in erudien informandisque junioribus Principibus E ctoralibus utriusque ſexus, ſingulari den

dentiâ, fide ac induſtria verſabatur: id quod præter viva rerum documenta, abundè ſatis teſtantur *Inſtitutiones Catecheticæ* in utraque linguâ *Germanicâ* & *Latinâ* iterum iterumque editæ, juriſque publici factæ. Eadem in functione varia certamina cum variis ſubiit, non modo cum iis, quos à *Calvino* agnominant *Lutherani*; ſed & cum aliis. Nam cum *Samuele Hubero Bernate* Helvetio, qui ex patria progreſſus, Wittembergam venerat, ibique dogma abſurdiſſimum de *univerſali omnium electione*, etiam *reproborum redemtione ſparſerat*: cum iſto, inquam, totis annis *ſeptendecim* pugnavit. Deinde cum Jeſuita Ingolſtadienſi *Iacobo Gretſero*, ob publicatam hiſtoriam *Haſenmüllerianam* publicum ei intercesſit certamen: in quo poſt unam atque alteram velitationem illud Poëtæ uſurpandum ſibi ſtatuit:

Cede repugnanti: cedendo victor abibis.

Fuit ei etiam certamen cum *Gleſelio*, patre *Andreâ*, Capuzino quodam Pragenſi, & aliis, ut de privatis velitatiunculis, quas cum quibusdam *falſis fratribus* ſuſtinuit, nihil dicamus; nihil etiam de concionibus, meditationibus, Eccleſiarum & Scholarum viſitationibus, pecuniæ eleemoſynariæ adminiſtratione, pro viduis & pupillis miniſtrorum per electoratum Saxonicum à D. *Auguſto* Electore legatæ.

Hæc dum agit, en tibi lenta quædam, & omnem medicorum induſtriam fallens febricula, vires ejus ita paulatim depaſcitur: ut ad poſtremum, inevitabilem ei attulerit ex hac vita migrandi neceſſitatem. Senſerat ipſe mali hujus ſemina jam ante *ſeptennium*, & quidem tanto impetu omnes vires corporis occupantia; ut jam tum ſibi diuturniorem vitæ hujus uſuram vix polliceri poſſet. Sed Deus, qui mortuos ſuſcitat, & laſſis vires ſufficit, ex mortis faucibus eum tunc extraxit, novaſque ipſi vires conceſſit. Sic autem ipſe priſtinis viribus reſtitutus, nihil prius aut antiquius habuit; quam ut demandato muneri, quo par erat, ſtudio atque fide iterum vacare poſſet. Nihil proinde intermiſit eorum, quæ ſui eſſe officii arbitrabatur, magno quidem cum Eccleſiæ commodo, ſed cum majore virium detrimento. Sic enim perpetuis curis, vigiliis, laboribus, itineribus, vivum vigore paulatim magis magiſque abſumto, tum reſpirationis difficultatem, tum reliquorum membrorum externorum laſſitudinem ac infirmitatem, indies augeri animadvertit.

Acceſſerunt varia alia & gravia ſymptomata; quorum paroxyſmos aliquot vehementiores, tum alibi, tum paulò ante obitum *Torgæ* ſenſit, in ipſis comitiis provincialibus cum pro roſtris ſacris ſtans, deque rebus graviſſimis verba faciens, citiùs concioni coloponem imponere neceſſum haberet, quàm præfixam telam pertexuiſſet. Inde *Dresdam* reverſus, medicorum quidem conſilia minimè neglexit: ſed viribus indies decreſcentibus, tempus inſtare animadvertit, quo corporis hujus ergaſtulo, & laborum omnium jugo ſolutus, ad Deum migraret. Proinde domui ſuæ rectè diſpoſuit, & teſtamento cavit: quâ ratione bona & facultates ad hæredes pervenire debeant. Ubi & pauperum rationem habuit, *centenis* aliquot *florenis*, in iſtorum uſum deſtinatis. Et cum ſingulari quodam amoris affectu Wittembergam & tenuioris cumprimis fortunæ ſtudioſos, quales plerunque eſſe ſolent, ſtudiis Theologis qui ſe manciparunt, proſequeretur; teſtamento etiam cavit; ut quotannis in die *Polycarpi* & *Eliſabethæ*, certa quædam pecuniæ ſumma impenderetur, in lautiorem victum eorum, qui communi menſa uterentur. Sic reliqua privata, ſingula ac univerſa atque adeò accuratè diſpoſuit; ut nullam litis aut contentionis materiam, hæredibus poſt ſe relinqueret.

Teſtamentum condit.

Legatum pro pauperibus.

His omnibus ita ritè diſpoſitis, uxorem, liberos, aliosque propinquos & amicos ad ſe vocavit; & pleriſque plorantibus, ipſe ſolus imperterritus, exitum vitæ jam ſibi inſtare, ſignificat. Collegis verò Theologis aſtantibus ſanctè teſtatus eſt: ſe morte ſua obſignaturum eam doctrinam; quam voce & calamo contra quosvis, tum veteres, tum recentiores hæreticos, publicè propugnaſſet: neque vel latum unguem ab hac doctrina receſſurum: quin læto animo migraturum jam ad Chriſtum Servatorem ſuum; cui paratus ſit rationes reddere de doctrinâ, hactenus à ſe aſſertâ.

Valedicit ſuis.

Fidei Confeſſio.

Tandem *viceſimâ ſecunda* Februarii, cum ſeſe ad quietem quaſi compoſuiſſet, in Domino quietè obdormivit, vix ipſis adſtantibus id animadvertentibus, anno Chriſti *milleſimo ſexcenteſimo decimo*, ætatis ſuæ *quinquageſimo octavo*, nondum completo.

Obdormit, dum ſomnum optat.

Edidit Theologica varia: ex quibus ſunt libri tres *harmoniæ Evangelicæ*: *paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti* ſecundum quatuor Evangeliſtas paraphraſi expoſita, & in certos actus tributa: *Commentarius in Geneſin*: *Chriſtianiſmus*, *Papiſmus*, & *Calviniſmus* ejusdem, id eſt, triplex explicatio Catecheſeos Lutheri; prima oſtendit quibus in capitibus *Lutheranis* cum *Calviniſtis*, altera, in quibus *Evangelicis* cum *Papiſtis* conveniat, tertia, quomodo Chriſtianus doctrinam Catecheticam ad uſum transferre in exercitiis pœnitentiæ debeat: conſilium *de exorciſmo*: & ſi quæ alia, de quibus Bibliothecæ. Tantum de *Polycarpo Lyſero ex oratione funebri à Leonharto Huttero D. Theol. & Profeſſore VVittemberg. dicta*: item *ex elenchis librariis*.

Scripta.

Θ. 1610. d. 13. Iul. ætat. 61. curr.

IOANNES PAPPVS

HIc natus eſt anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo nono,* die *decimo ſexto* Januarii, *Lindavii* ad lacum Acronium, patre viro nobili *Hieronymo Pappo,* conſule Lindavienſi prudentiſſimo, viro atmatâ togataque militiâ claro, & de Religione ac reipub. Chriſtiana benè merito, & matre itidem nobili fœmina, *Barbara Funckia, Balthaſaris Funckii,* conſulis Memmingenſis filia.

Hieronym. Pappus.

Martinus Bremius.

Poſtquam in ſchola patria, à *Martino Bremio Iſnenſi,* viro doctiſſimo, rudimenta trium linguarū Principum, Latinæ, Græcæ & Hebraicæ ſic ſatis percepiſſet, atque fundamenta Dialectices juxta & Rhetorices jeciſſet, menſe Martio anni *milleſimi quingenteſimi, ſexageſimi, ſecundi* à parentibus, augendæ eruditionis ergò, ad *Argentinenſem* Academiam primum miſſus eſt; ubi ad claſſem primam promotus, eam in diſcendo induſtriam & diligentiam adhibuit, ut anno proximè ſequente, ad publicas auſcultationes, à clariſſimis tum temporis Acad. ephoris admiſſus ſit.

Argentoratum miſſus Pappus.

Exinde Tubingam.

Hinc anno *ſexageſimo quarto Tubingam* profectus, ibidem menſe Septembri ejusdem anni, ætatis *decimo quinto,* primum in Philoſophia gradum adeptus eſt. Inde anno *ſexageſimo ſexto* ad aulam vocatus, generoſorum duorum Comitum *Falcoſteinenſium, Wolfgangi & Friderici Melchioris,* privatam inſtitutionem ſuſcepit. Cum verò parens ipſius ardentiſſimo purioris doctrinæ zelo flagraret, & Religionis ſinceræ acerrimus vindex ac propugnator eſſet, utpote qui non ſolum *VVittembergæ,* reverendi Patris, *Martini Lutheri,* auditor diligens fuerat, ſed imperterritum ſe quoque teſtem e dem præbuerat, cum anno *decimo octavo* à *Leone* decimo Pontifice, revocationem theſium de indulgentiis propoſitarum urgente, & diris anathematum comminationibus confeſſorem Dei gravante, ad generale illeatque liberum & legitimum concilium appellaret; voluit hic parens, ut vitæ aulicæ filius valediceret, & ad Academiam rurſus ſe conferret, ſtudiumque ſanctæ Theologiæ, Tubingæ priùs inchoatum continuaret, ſicque appellationem Lutheri, cujus teſtis ille fuerat, quantum poſſet, proſequeretur.

Præficitur comitibus Falcoſteniis.

Ex aula avocatur.

Redit Argentoratum.

Anno itaque *ſexageſimo ſeptimo,* menſe Auguſto *Argentoratum* reverſus, totum ſe ſtudio Theologico addixit, in quo moderatorem, & præceptorem habuit *Ioannem Marbachium,* Acad. Argentinenſis tum Profeſſorem, & Eccleſiæ Antiſtitem. In eodem ſtudio tantos, divina gratia, progreſſus fecit, ut biennio poſt *Reichovillam* miſſus ſit, ubi eâ fidelitate miniſterium ſuum obiit, ut ejus loci Superattendenti, *Nicol. Cancerino* charus acceptusque fuerit.

Eccleſiæ præficitur.

Revocato inde anno *milleſimo quingen[teſimo] ſeptuageſimo,* ætatis *viceſimo primo,* [in] Argentinenſem Academiam, lectio primu[m] *Hebraica* demandata eſt, mox propter ſing[u]lares ingenii dotes, & *Theologica profeſſio* [in] ſchola, & docendi munus in Eccleſia co[m]miſſum. Ad eos igitur dignitatis gradus ev[e]ctus, quo majori authoritate officiis ſibi co[m]miſſis præeſſet, anno *ſeptuageſimo prim[o]* clariſſimis Academiæ *Baſilienſis* Profeſſo[ri]bus, tum temporis, Magiſterii gradu con[de]coratus eſt.

Poſt honeſtiſſimo Facultatis Argento[ra]tenſis ſcholæ Theologicæ teſtimonio inſtr[u]ctus, *Tubingam* iterum petiit, cumque ibid[em] eruditionis ſuæ aliquot ſpecimina edidiſſ[et] *viceſimo tertio* Novemb. anni *ſeptuageſimi t[er]tii* S. Theologiæ Doctor, ſumma cum lau[de] & applauſu renunciatus eſt.

Ad Argentinenſes reverſus, Spartam, qu[am] nactus fuerat, ornavit, & utrique offici[o] tam Academico, quàm Eccleſiaſtico, quâ p[o]tuit fide, dexteritate & induſtriâ præfuit. M[a]trimonio ſibi dehinc junxit, virginem *M[a]riam Magdalenam,* ex vetuſtiſſimâ *Linſiori[a]* à *Derndorc* familia, oriundam, quæ cu[m] prudentiâ, obſervantiâ, humanitate, & m[o]rum amabilitate eidem conhabitavit. Ex [qua] ſuſcepit filium unicum avitæ laudis æmulu[m] *Ioannem Pappum.* In Academiâ eâ non [ſo]lum præcipuos S. ſcripturæ libros explicu[it] & commentationibus illuſtravit, ſed ad te[m]pus *Hiſtorica* quoque profeſſus eſt, anno *octu[a]geſimo ſeptimo* ad hanc ſubeundam provi[n]ciam vocatus. Chriſtianæ Religionis n[o]ſtræ capita ferè omnia diſputando defendi[t] eorumque veritatem contra adverſarios ta[m] *Pontificios* quàm *Calvinianos* publicè aſſeru[it]. *Viſitaturam* collegiorum & Academiæ ſeme[l] *Decanatum* verò *quinquies* geſſit, & *Rector[is]* Magnifici officio *bis* functus eſt. Ubi er[ga] collegas humanum, erga officium facient[es] ſtudioſos benevolum, erga negligentes, gr[a]vem & ſeverum ſe præbuit.

In Eccleſia Argentinenſi anno *ſeptuage[ſi]mo octavo* Paſtor ſummi templi eſt factus, c[um] tamen officio ob multas ac varias, tam Ac[a]demicas, quàm Eccleſiaſticas occupatione[s] abdicare ſeſe, anno *nonageſimo tertio,* co[a]ctus eſt. Conventui Eccleſiaſtico, per *an[]nos viginti novem* præfuit, anno *octuageſim[o] primo* ad hoc officium cooptatus. In eo a[u]tem tanta prudentia verſatus eſt, ut Eccleſia[]rum miniſtri, inſpectioni illius commiſſ[i] conſilia & actiones ipſius ſuſpexerint & adm[i]rati ſint, Deoque pro eximiis in ipſum coll[a]tis donis, gratias egerint.

Exteris quoque ob nominis celebritate[m] innotuit. Nam anno *nonageſimo Ementi[n]gam* ad habendum cum Pontificiis coll[o]quium, & anno *nonageſimo primo Auguſtam* unâ cum *Nicolao Selneccero* ad componen[]da inteſtina, quæ ibidem exorta erant diſſ[i]dia, vocatus eſt. Diſcipulos plurimos ha[]buit, quorum plerique magna cum laude

no

n ſolum Eccleſiis in Argentinenſi urbe &
o præſunt, ſed in aliis quoque Germa-
locis Miniſterio funguntur, & cum fru-
u, quæ ab illo acceperunt, Eccleſiæ com-
unicant.

Cum autem annos *quadraginta duos*, Ec-
eſiæ & ſcholæ, pro virili ſua inſerviiſſet, pla-
it omnipotenti Deo, enervato laboribus
rpore, curis atque moleſtiis variis exagita-
m, liberare, & ad ſe ex hac ærumnoſa vita
acido mortis genere, abſque manifeſto a-
ioris doloris ſenſu, ſomnum referentis,
patriam cœleſtem vocare. Quod factum
e *decimo tertio* Julii, anno, quem ipſe hoc
ſu, ſibi in inſcriptionibus familiari, ex-
ſſit:

D fIneM ſI qVIs ſe parat, ILLe ſapIt

ripta tam *didactica*, quàm *polemica* aliquot
lidit. Reſtant plura, partim inchoata,
aturitatem tamen nondum adepta, partim
rò abſoluta, digna quæ & ipſa lucem ad-
iciant.

De controverſia, quæ ei cum *I. Sturmio*
terceſſit, exſtant libri, ad quos lectorem
pidum remittimus. *Nobis hæc in præſentia*
fficiunt, deſumta ex ſcripto publicè propoſito,
ex concione in funere ejus habitâ.

AMANDUS POLANUS.

A*Mandum Polanum* voluit Deus lucis hu-
jus uſuram accipere *Oppaviæ* Sileſiorum,
rentibus honeſtiſſimis, *Henrico Polano* à
lansdorff, Syndico illius reipub. & *Mar-
â Cominiâ*: anno Meſſiæ exhibiti, *milleſimo,
ingenteſimo*, *ſexageſimo primo*, die *decimo
cto*, Decembris.

Puer liberalium elementa artium in patrio
lo didicit. Inde anno *milleſimo*, *quin-
nteſimo*, *ſeptuageſimo ſeptimo*, quo & fide-
atis juramento ſe Sileſia *Rodolpho* Impera-
ri obſtrinxit, cùm idem *Vratislavienſes* præ-
rent, eò venit, inque ſcholam *Eliſabe-
anam* eſt adſcriptus, in qua *ſexennium*
ſum poſuit. Ibi ſtatim, ut fit, indoles
us & ingenii felicitas ſeſe exeruit, & pro-
ta fuit præceptoribus, *juventutis infor-
atoribus ibi celeberrimis, *Petro Vincentio,
icolao Steinbergero*, & *Caſparo Britmanno.*
ondiſcipulatus neceſſitate junctos ſibi ha-
it *Bartholomæum Pitiſcum*, Electori po-
eà Palatino à ſacris: *Ioann. Schachmannum*
alios.

Vratislaviâ Tubingam uberioris doctrinæ
uſa abiit, ibique occaſionem nactus ſtudiis
ommodam, plurimum *Theodorici Snepfii*
oderatione in docendo & dexteritate dele-
tatus eſt, quam & deinceps ſæpè commen-
avit. Cum autem in publica quadam di-
utatione à præſide D. *Iacobo Andreæ* invi-
tus eſſet: ut *de electione* conferret, ipſe con-
anter illud * *Apoſtoli* pronunciatum adſe-
it: *Nondum natis pueris, cum nihil fe-
ciſſent boni vel mali, ut propoſitum DEI, quod eſt ſecundum ipſius electionem, id eſt, non ex operibus, ſed ex vocante, firmum maneret.* Quin & privatim ſuper eodem argumento interrogatus, indicavit, cur in diſputatione, quæ tum *Lamberto Danæo* cum eodem D. *Andrea* intercedebat, ſubſcriberet, & veritatem à *Danæi* partibus ſtare dixit. Itaque ſuo iſto reſponſo quosdam commovit, ut penitiùs rem totam conſiderarent, quorundam verò, ut fit, animos à ſe alienavit.

Baſileam ſe confert.

De conſilio igitur celeberrimi medici *Iacobi Scheckii Baſileam* ſe contulit, ab eodem Scheckio, D. J. *Iacobo Gryneo* commendatus. Factum id anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo tertio.* Civibus Academiæ illius adſcriptus eſt à Rectore tunc *Chriſtiano Vrſtiſio*, totumque animum ad Theologiæ ſtudium applicavit. Exinde variis in regionibus *Genevæ, Baſileæ, Haidelbergæ, in Moravia*, & alibi, tum aliis Baronibus erudiendis operam ſuam addixit, tum inprimis generoſo cuidam *Zerotinio.*

Præficitur Baroni Zerotinio.

Anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo*, menſe Novemb. de voluntate illuſtris & generoſi D. D. *Caroli* ſenioris, L. Baronis *Zerotiniani*, ipſi necogitanti quidem tale quicquam à D. Grynæo perſuaſo, Theolog. Doctoris honor collatus eſt, promotore D. *Ioanne Brandmüllero* Paſtore ad S. *Theodorum* minoris Baſileæ. Id quod non citra ſingulare DEI conſilium factum ducimus. Elapſis enim annis ſex, eidem promotori ſuo in explicatione *Veteris Teſtamenti* ſucceſſorem eum deſtinarat.

D. Theol. renunciatur.

Nam cum anno *nonageſimo ſexto*, *Malachiæ* Prophetæ explicatione publica *Genevæ* abſoluta *Baſileam* rediiſſet, ordinaria vocatione invitatus profeſſionem librorum Veteris Inſtrumenti in ſe ſuſcepit: quam & obiit fideliter, annis *quatuordecim*, ad vitæ uſque exitum. Quo intervallo publicis prælectionibus illuſtravit *Danielem* & *Ezechielem* Prophetas, bonam item *Pſalmorum* partem: præter lectiones extraordinarias, quas diebus Jovis & Sabbati habuit, ut nihil de diſputationibus & aliis exercitationibus publicis dicamus. Fuit itaque *Polanus* ornamentum Academiæ Baſilienſis, eique decus magnum & ingenio & ſcriptis ſuis adjunxit.

Profeſſor item.

Tandem anno *milleſimo ſexcenteſimo decimo*, die *decima octava* Julii intra duodecimam & primam noctis placidè exſpiravit, cum totius morbi, febrilis nempè ardoris, tempore voluntatem ſuam divinæ voluntati aggregaſſet, ſcripturæ ſacræ dictis firma fide ſe erexiſſet, animamque Chriſto Servatori unico, identidem commendaſſet. Illatus eſt honorificè ſepulcro proximo ſuæ *Mariæ Grynææ* uxoris primæ, cui accubant ſorores tres, *Suſanna*, *Salome*, & *Irene*, in periſtylio templi cathedralis Baſileæ. Ut autem

Moritur.

ante

ante annos aliquot *Ioannes Oecolampadius*, ita & *Polanus* anno *undequinquageſimo* & vitam & functionis curriculum cum laude finiit. Monumentum ei à ſocero D. J. *Jac. Grynæo* ſcriptum eſt hujuſmodi:

Monumentum.

CHRISTO SERVAT. SACRUM.
AMANDUS POLANUS A POLANSDORF, THEOLOGUS BASILEENS. LITERATISS.
QUI DEXTRE DOCENDO, ACCURATE SCRIBENDO, LUCULENTER OSTENDIT
EGREGIA INGENII BONA, JUDICII DONA, HUMANÆ VITÆ PERTÆSUS
MORTALE CORPUS HIC DEPOS. XVII. JULI ANN.
CIↃ DC. X. ÆTAT. XLIX.
AT ANIMA COELUM ADIIT.
QUO ET
MARIÆ GRYNEÆ PRI. UX. ANIMULA
QUINQUENNIO ANTE EVOLAVERAT:
NON MULTO POST
LAVINIA CANONIA BONONIENS.
SOCRUS LECTISSIMA:
UT ET SALOME WASSERHUN. ALTERA
CONJUX FIDELISSIMA:
IN COELESTEM COLONIAM TRANSLATÆ
UNA CUM PRIUS DEFUNCTO
BEATÆ ÆTERNITATIS DONA EXPECTANT.

Καλῶς θανὼν ἐν Χριστῷ παλιμφύει.

Virtutes ejus & dotes. Illuſtres in hoc fuerunt vera pietas & ſolida eruditio. Valuit enim ingenio juxtà & judicio, ſcientia linguarum Principum, & Eccleſiaſticæ antiquitatis. In officio fuit adſiduus, ſtudia adoleſcentum, etiam generoſorum & illuſtrium ſua diligentia excitavit. *Officia.* Summum in Academia Baſilienſi magiſtratum ſemel iterumque geſſit, idque cum ſua laude & ſcholæ emolumento. Amicitiam coluit cum aliis & Theologis inſignibus *Amici.* *Theodoro Beza, Daniele Toſſano, Georg. Sohnio, Guilielmo Stuckio, Pareo, Pitiſco* & aliis.

Conjugium. In conjugio vixit gemino. Primum cum *Maria I. Iacobi Grynæi* filia, quæ in partu unà cum infante extincta eſt. Deinde cum *Salome Waſſerhunia*, quæ mortua eſt anno eodem, quo maritus, menſis Novembris die *decimo quinto*.

Scripta. In uſum denique Eccleſiæ Dei elucubravit multa, inter quæ ipſe foras dedit, *Co-mentarium in Danielem* contra *Bellarminu-* *Analyſin Hoſeæ* Prophetæ, cum *orationi-* *Hiſtoricis & Dialecticis* de anno *Iubilæo*: *morte Chriſti*, pro quibus eam ſubierit: *quatuor Monarchiis* apud Danielem: *An-ſin* Prophetæ *Malachiæ* aliquot prælectio- bus Genevæ propoſitam, *partitiones The-gicas* juxta naturalis methodi leges duo libris conformatas, quorum 1. *de fide* 2. *bonis operibus*. Sunt ejuſdem *Polani* eti *Theſes Bellarmino* potiſſimum *oppoſitæ*, *en-rationes* item aliquot *vaticiniorum* de *Ch-nativitate, paſſione & morte, reſurrecti- & adſcenſu in cœlos*. In diſciplinis hu- nioribus quomodo verſatus fuerit, do *Logica* ejus juxta naturalis methodi leges mata, quæ exemplorum copia ſuam præ ram laudem meretur.

Tantum de Polano ex concione funebri, enarratione I. Iac. Grynæi ſoceri.

ADRIANUS PAULI.

NAtus eſt *Adrianus Pauli*, celebri Bo- ſiæ urbe *Dantiſci*, anno Domini *mi-mo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo, viceſimo nono* Junii, Petri & Pauli mem- ſacro, ex piis honeſtisque parentibus, p *Adriano*, matre *Eliſabetha*. Quemadr dum autem latere indoles illuſtris nunq poteſt, ita ipſe, qualis vir progreſſu æt futurus eſſet, non obſcurè puer etiam t indicavit. Cùm enim, poſt prœmatu parentum ſuorum obitum, à tutoribus & gnatis ad mercaturam, in granariis illius bis condiſcendam, eſſet adhibitus, ipſe a ctionem & relectionem eorum libelloru quos ex ſcholâ ſecum attulerat, identiden currens, & dolium Muſarum potius, qu Mercurii verſans, non ſibi modò merca ræ tædium lectitando fallebat, ſed & a tribules ſubinde ad ſe in granarium allicie iisque ex loco altiori nunc prælegebat, n prælecta explicabat, ita ut veluti conciona ris vice apud eos fungeretur. Quod c ſæpius eum factitare tutores & cognati in diſſent, conſultius tandem eſſe judicarun id vitæ genus excolendum ei relinquerent, quod ipſe naturâ ſuâ ferretur. Itaque granario in literarium ludum iterum miſſ & deinceps in Gymnaſio patrio annis co pluſculis inſtitutione & operâ viri & po eximii *M. Henrici Molleri Heſſi* uſus, Præceptore diligenter percepit initia doc næ Chriſtianæ, & artium dicendi linguaru que rudimenta. Cum enim valeret in nio, diſcendique cupiditate flagraret, quæ accedebat ſtudii aſſiduitas, facilè comparavit ea doctrinæ fundamenta, ad ſolidam eruditionem ei aditum a rirent.

Dantiſco in Academiam *VVittemberg-ſem*, tunc temporis florentiſſimam ver

ai

nno Chriſti *milleſimo quingenteſimo, ſeptua-*
eſimo, Rectore viro nobili & clariſſimo D.
oachimo à Beuſt, J.U.D. ac Profeſſore, ibi-
ue pædagogum agens apud conſulem & Bi-
liopolam civitatis celeberrimum *Samuelem*
elfiſch, ad rerum cognitionem converſus,
utilem operam in omnibus Philoſophiæ par-
ibus poſuit, animum ſuum excolens cogni-
ione rerum optimarum & in vita neceſſaria-
um. Doctrinæ enim *de natura rerum, de*
iſtoria mundi, & de *vitæ communis officiis*,
djunxit ſimul linguarum ſtudium, *Latinæ*,
Græcæ ac Hebrææ: quod harum notitiam cùm
d cæteras artes percipiendas, tum ad lectio-
em hiſtoriarum & ad doctrinam Filii DEI
ectè diſcendam neceſſariam eſſe intellige-
et. Simul autem ſtudia ſua ac vitam de-
oravit piis & probatis moribus, ita ut o-
mnibus quibuscum verſaretur, ſatis decla-
aret, ſe & intelligere atque amare virtu-
m ac modeſtiam, & ſtudioſum eſſe conſo-
ationis ac tranquillitatis.

Quæ etſi præclara ingenii ornamenta e-
nt, tamen longè majus decus fuit, quod
ſet vivum membrum Eccleſiæ Chriſti, &
ctè intelligeret ſalutarem de Deo doctri-
m, fundatam & revelatam in ſcriptis Pro-
etarum & Apoſtolorum, cujus ſtudio &
ofeſſioni ſeſe totum deinceps addixit, ſe-
ndo aſſiduè ad pedes *Gamalielum* ſuorum:
ucigeri, Molleri, Pezelii, Widebrami,
ibus Præceptoribus ipſi magno Dei mu-
re, uti datum fuit. Quamobrem cum
ademia judicaret, ipſum propter pieta-
n, eruditionem ac modeſtiam dignum,
honorifico titulo, pro more Academia-
n ornaretur, petenti de communi colle-
Philoſophici ſententia, decretus eſt gra-
Magiſterii Philoſophici, facta ſolenni
unciatione in conſeſſu Academiæ die *vice-*
ſexto Auguſti, anni *ſeptuageſimi quarti*,
cano *Andrea Schatone* Torgenſi.

Magiſterii itaque gradu inſignitus *VVit-*
berga diſceſſit paulò poſt *Thorunium* in
uſſiam, ubi authoritate & decreto ſena-
Conrectoratus officio in ſcholâ præfectus
Hac in functione talem ſe geſſit, ut
atus Dantiſcanus, eruditione & dexteri-
illius in docendo, nec non vitæ & mo-
integritate cognitâ, dignum judicarit,
m ad patriæ ſcholæ gubernationem adhi-
t. Vocatus igitur a patriæ Patribus per
as ſolennes, cum nihil tale cogitaret, ne-
n peteret aut ambiret: *Dantiſcum* redit,
ſeptuageſimus octavo, ibique oblato &
andato ibi munere *Rectoratus in Scho-*
Petro Paulino, cum evidenti ſtudioſæ ju-
utis emolumento, præclare defunctus eſt.
Cum autem pulcerrima illa ingenii talen-
quæ Deus benignè in eum contulerat,
es magis magisque ſeſe exererent, ita ut
ſolum in ſchola Spartam, quam nactus
ornaret; ſed etiam in templis concio-
i exercitium felici ſucceſſu obiret, factum
ut poſt biennii decurſum illius ſenatus

decreto à Rectoratu ſcholæ ad Miniſterium
verbi divini fuerit promotus. Et initio qui-
dem in locum pii & reverendi viri M. *Petri*
Weidneri, Diaconi in templo *Petro Paulino*
ſurrogatus, & M. *Petro Holſtio* primo Eccle- *Petrus Holſt. primus Dant. Evang. Paſtor.*
ſiæ iſtius, poſt fugatas tenebras Pontificias
Paſtori, quàm optimè merito, collega ad-
junctus fuit, in qua ſtatione annos *duodecim*
manſit.

Poſtea verò M. *Holſtio* è vivis excedente e-
jusdem Eccleſiæ *Paſtor* per Senatusconſultum *Paſtor Eccleſiæ deſignatur Pauli.*
declaratus fuit, cui officio annos *novendecim*
præfuit, ita ut totum ejus in Miniſterio curri-
culum annos *unum & triginta* complectatur.
In utroq; autẽ, nempè tum *Diaconi* tum *Paſto-*
ris, officio, ut Dei miniſtrum ſe approbavit, gre-
gem Domini non αἰσχροκερδῶς, ſed προθύμως
paſcens. Cumque ab initio Reformationis poſt
Papatum factæ, Eccleſia Dantiſcana hoc fatum
experiretur, ut diſſidiorum plurimum habe-
ret, ipſe aſſiduè in ore habebat illud Zachariæ: *Zach. 5.*
Veritatem & pacem diligite, atque ad hanc ve-
luti geminam Cynoſuram, omnes miniſterii
ſui actiones referebat. Itaque omiſſis parergis, *Doctrina ejus.*
ad caritatem ex puro corde, & conſcientiam
bonam, ac fidem non fictam, auditores ſuos,
oratione non in labiis nata, ſed ex ipſo corde
ſcaturiente, & aliquid latentis energiæ haben-
te aſſiduè hortabatur, ac propterea, ut domi
ſuæ apud liberos, precationes & recitationes
Pſalmorum Davidis urgebat, ita etiam expli-
catione illorum publicâ inprimis delectabatur.

Quod autem voce alios docebat, id vita et- *Vita ipſius.*
iam ipſa exprimebat, *exemplar fidelium* exi- *1. Tim. 4.*
ſtens *in ſermone, in converſatione, in caritate,*
in ſpiritu, in fide, in caſtitate, in longanimitate,
in patientia, & in aliis virtutibus Chriſtianis.

Hujus ſuæ pietatis non fucatæ fructus etiam *Fructus pietatis.*
uberrimos tandem percepit, ex quibus duos
tantum hoc loco commemorare libet, εὐτεκνίαν
ſcilicet & εὐθανασίαν. In primo enim matrimo- *Ευτεκνία.*
nio ex *Eliſabetha Fiſcheriana*, matronâ hone-
ſtâ, quâ cum *viginti ſex* annos ſine lite exegit,
factus eſt pater *octo liberûm*, quos omnes quo-
que ſibi ſuperſtites reliquit. Atque è filiarum
elocatione nactus eſt generos viros præſtan-
tes *Ioannem Martinium*, ſcholæ Marianæ apud *I. Martinius.*
Dantiſcanos rectorem, nec non *Tobiam Rhue-* *Tobias Rhuel.*
lium Eccleſiæ propè Dantiſcum Paſtorem, ex
generis etiam vidit nepotes neptesque. Verè
itaque de illo dici potuit: ὁ γαμβροῦ μὲν ἐπιτυ-
χών, εὗρεν υἱόν, ὁ δὲ ἀποτυχὼν, ἀπώλεσε καὶ θυ-
γατέρα. Cumq; *filius ſapiens exhilaret patrem*, *Laërt.*
certe & hunc Paul perfuſum gaudio fuiſſe cre-
dibile eſt: ubi cognovit, filium natu maximum *Adr. Pauli F.*
patri cognominem primùm Haidelbergæ u-
traque Philoſophiæ laureâ decoratum, dein-
de *Monſpelii* in Galliâ Medicinæ Doctorem
ſolenni Academiarum ritu, renunciatum: alte-
rum autem filium *Georgium* itidem Haidelber- *Georg. Pauli.*
gæ primò diſcentis, poſtea & docentis Mathe-
mata publicè perſonam ſuſtinuiſſe. Qui poſtea
Baſileæ ſummis in Theologia honoribus à ve-
nerando ſene *I. Iacobo Grynæo* ornatus, atque
in patriam revocatus, ſacris & in ſchola & in
templo docendis præfectus eſt.

Εὐθανασία. Sed ut à liberis ad patrem revertamur, ſupereſt extremus vitæ ipſius actus, ſilentio minimè prætereundus, ob multas pias & Cygenas voces, quas in morbo edidit. Cum enim morbum, qui erat maraſmus ſenilis paulatim, ſed tamen abſque dolore, invaleſcere ſentiret, ipſe modis omnibus ad beatam migrationem magis magisque ſe præparavit, frequenter in ore habens *verſiculos illos* *, quos & ſanus cum filiis ſuis libenter precari ſolebat:

* Hieronym. Vida.

Da Pater extremæ eum vitæ advenerit hora,
Te præſente mori, nil me terrentibus umbris;
Inque tuos animam amplexus effundere ovantem.
Hoc unum mihi, plura aliis optantibus adde.

Ubi igitur animadvertit vitæ periodum appropinquare, primo convocatis liberis ſuis, ſingulos ad pietatem inprimis & pacem colendam adhortatus, omnibus deinde benedictionem divinam paternè precatus eſt, cum hac pia & inſigni coronide: *Benedicat vobis Dominus & cuſtodiat vos, oſtendat Dominus faciem ſuam vobis, & miſereatur veſtri, convertat Dominus vultum ſuum ad vos, & det vobis pacem.* Poſtea prælegi ſibi juſſit tum alios ſcripturæ textus, tum inprimis Apoſtoli verba: *Ego jam libor, & tempus meæ migrationis inſtat, certamen illud præclarum decertavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: Quod reliquum eſt, repoſita eſt mihi juſtitiæ corona.* (2. Tim. 4.) Ipſe ſibi quoque de curſu feliciter ad metam ferè perducto, ſpiritualis læticiæ plenus, gratulatus eſt, & gratiis Deo devotè actis, quod Miniſterio ipſius in Eccleſia militante, per multos annos clementer uti voluiſſet, inque palæſtra hac ſpiritu ſuo ſe ſuſtentaſſet & confirmaſſet, ſe jam jam tendere dixit, *ex Eccleſia hac militante ad Eccleſiam triumphantem*: ut eandem juſtitiæ coronam recipiat, & conſociatus angelicis choris æternum Deo *Alleluja* canat. Tandem converſus ad M. *Copium*, ſuum & in ſcholis olim commilitonem, & in Eccleſia per multos annos collegam, inter alia petiit ab eo:
„ ut in concione funebri, poſthabitâ pro-
„ lixa laborum ſuorum, quos in vinea Do-
„ mini ſuſtinuiſſet, commemoratione, tria
1. „ potiſſimum publicè proferret, *primum, ut*
„ ſenatui gratias ageret, pro variis in ſe &
„ ſuos collocatis beneficiis, cui proinde quia
„ nihil præter votum referre aut relinquere
„ poſſet, ex animo precabatur felicem & ſa-
„ lutarem gubernationem, ut ſub ejus re-
„ gimine & patrocinio Reſpub. tranquil-
„ lam & quietam vitam degeret, cum om-
2. „ ni pietate & honeſtate. *Deinde* ut gra-
„ tias ſimiliter ageret ſymmyſtis & ſynergis
„ ſuis pro mutuæ amicitiæ & fraternæ cha-
„ ritatis officiis, illisque precaretur ſpiritum
„ veritatis & pacis, ac ne labor illorum in
3. „ Domino inanis eſſet. *Denique* ut ſuo
„ nomine valediceret quoque auditoribus
ſuis, iisque ſignificaret, ſe tum ex verbo Dei, tum ex interno Spiritus ſancti teſtimonio, de veritate doctrinæ à ſe per tot annos publicè propoſitæ, certò perſuaſum, cum illa ipſa doctrina ad tribunal Chriſti læto & intrepido animo jam compariturum, eundemque Principem Paſtorum jam inter extremos ſpiritus devotè orare; ut de fidelibus Paſtoribus gregi ſuo proſpiciat, ab omni malo eum cuſtodiat, & ad paſcua vitæ æternæ tandem adducat. „

His ita diſpoſitis in precibus & votis ad
tremum uſque vitæ ſpiritum, conſtanter p
ſeveravit; tandemque manibus complica
precationem B. Joannis: *Veni Domine Ie*
veni citò, ratione, & ſenſibus omnibus
tegris, iteratò oravit, ac oculos claude
placidè, ſine ullo doloris vel corporis ve
nimi ſenſu, ſine ulla membrorum diſtor
ne, verè ἐν εὐφημίᾳ, animam exhalavit,
no peregrinationis ſuæ in terris *ſexage*
tertio, die menſis Martii *trigeſimo*, à Ch
verò natali currente anno *undecimo ſupr*
culum decimum ſextum. Elatus eſt fu
frequentiſſimo & memoriam nominis ho
ſtè reliquit ſempiternam.

Vir docendo potiùs, quàm ſcribendo
cupatus, libros publicè edidit nullos,
gè abiens ab iis, quos tenet ſcribendi
tiabile cacoëthes; quique ſuam potius
riam, quam Eccleſiæ quærunt pacem.
tè ut multi medici Regem ſuſtulerunt:
multi libri φιλονίκων veritatem obſcuraru

Hæc de Adriano Pauli ex narratione
rum ipſius, verè patriſſantium.

STEPHANUS GERLACHIU

INitium terreni exilii fecit *Stephanus G*
chius, anno Salvatoris exhibiti, *mille*
quingenteſimo, quadrageſimo ſexto, poſt
feſti Nativitatis, qui Protomartyri ſacer
dé & nomen huic in Baptiſmo inditum.
tus autem eſt in pago *Knitlingenſi*, qui p
rius inter pagos Monaſterii *Maulbrunn*
Parentes fuerunt ei honeſti & pii, cives
loci, qui filiolum ſibi natum, eodem f
quod editus fuit die, ſacro Baptiſmate E
ſiæ inſeri voluerunt, & à puero Catecheſi
ſtianâ & literarum elementis imbuendu
rarunt in patriâ, & poſtmodum in vicinâ M
mühlenſi ſchola; *Mel. Heroldo* Præcep
poſt ibidem Paſtore.

Anno *quinquageſimo octavo*, ipſe jam
decennis, à parentibus in *Stutgardian*
miſſus Gymnaſium, & diſciplinæ *Io*
Wackeri commendatus. Sub hujus
tutione tantos fecit progreſſus *Gerlachiu*
vix dum biennio exacto dignus habitus f
qui in nobilem *Maulbrunnenſem* ſch
transferretur. Commendatus autem tu
Ioanni Brentio, Studgardianæ Eccleſiæ p

ſito, ſuo conſanguineo. Nam *Brentii* mater, & *Gerlachii* avus maternus fuere conſobrini. *Brentius* igitur adoleſcentis ſtudia gnaviter urſit, omnisque ejus vitæ rationem habuit accuratam.

Florebat id temporis *Maulbrunnenſe Monaſterium* duabus potiſſimum rebus, *Abbatis*, qui ei præerat, *zelo*, & *Magiſtrorum* præcipua quadam *eruditione* ac diligentia. De præceptorum autem numero facilè Princeps fuit *Valentinus Vannius*, olim ſuperſtitionibus Pontificiis imbutus, pòſt Evangelicæ veritatis luce illuſtratus. Hic quantò acerbiore odio idololatricum cultum fuit deteſtatus, libroque *de Miſſa* edito, inſectatus, tantò majore diligentia zeloque puram putam verbi divini veritatem, fidei ſuæ concreditis adoleſcentibus inſtillavit. Qua de re *Gerlachium*, jam in ſenectute, non rarò, & maximâ ſemper cum animi gratitudine, narrantem amici audiverunt. Ex eorundem numero fuit & M. *Conradus Weiſſius*, de quo dubitaris, pietatene an eruditione, admirandaque docendi dexteritate, & inimitabili induſtriâ præſtiterit.

E *Maulbrunnenſi* ſcholâ in illuſtre Theologicum collegium, quod *Tubingenſi* in *Academia* floret, *Gerlachius*, anno ſalutis *ſexageſimo tertio*, Novembris die *vigeſimo tertio*, tranſlatus eſt, ubi ſub diſciplinâ: *Iacobi Heerbrandi, Ioannis Brentii*, Theologorum, *Samuelis Heilandi*, Magiſtri domus, ſtudiorum curſum inſigni cum diligentia, & ſingulari obſequii exemplo feliciter urſit, indiesque majores, non ſine gratulatione præceptorem, profectus fecit. Itaque unico elapſo triente anni, ſtatim ſub *Heilandi* decanatu, promotore *Georgio Hizlero*, una cum aliis *ſexaginta ſex* juvenibus, primæ laureæ honorem cum laude eſt adeptus.

Poſtea cum Philoſophica ſtudioſe & indefeſſe perſecutus ſpacia eſſet, præceptorum magis juſſu, quam voluntate ſua, aut φιλοτιμίᾳ alteram adſpiravit lauream, quam Magiſterii gradum vocant. Renunciatus eſt Philoſophiæ Doctor *Eslingæ*, quo ſchola Tubing. peſtis cauſa ſeceſſerat, anno Chriſti M. D. LXVII. Cæterum præceptoribus in Philoſophicis uſus *Iacobo Scheckio*, in explicatione Organi, *Ioanne Scheubelio*, in aſtronomicis, *Georgio Lieblero*, in Phyſicis, *Samuele Heilando* in Ethicis, *Martino Cruſio* in Græcis. Horum colonorum opera & laboribus, incrementum largiente Domino, eos ingenii cultus fructusque conſecutus eſt *Gerlachius*; quibus non tantum in mox inchoato Theologiæ ſtudio curſuque, verum in omni deinceps vita, functionumque muneribus fructuosè & feliciter uti frui omni tempore potuit. Nam, *fundamento probè fideliterque poſito, firmum & ratum eſt, quicquid ſuperſtruxeris, & inſtrumentis accuratè paratis, quævis operæ rectius atque felicius inchoantur & perficiuntur.*

Quam autem diligentiam & maturitatem *Gerlachius* in ſtudiis Philoſophicis præſtitit oſtenditque, eandem etiam aut majorem in Theologicis quoque probavit, ſacras ſcripturas, quæ precibus præmiſſis, prora hic & puppis ſunt, diurna nocturna verſavit: præceptores quos tunc habuit, *Iacobum Andreæ, Iacobum Heerbrandum, Theodoricum Snepfium, Ioannem Brentium*, diligenter & aſſiduè publicè docentes audivit, audita ſedulo ruminavit, diſputationum & concionum elaboratione crebrò ſe exercuit, adeoque eorum omnium, quibus ſecundum gratiam benignitatemque Dei excellens rerum Theologicarum cognitio atque notitia comparari poteſt, nihil quicquam unquam prætermiſit. His quaſi calcar acceſſit, quod aliquot annis poſt repetens, ut loquuntur, in illuſtri ſtipendio factus, in inſpectorum menſa clariſſimorum virorum colloquiis frui illi quotidiè licuit, in quo ſtadio Theologico decurrendo, συνδρόμους atque commilitones habuit *Ægidium Hunnium, Polycarpum Lyſerum, Philippum & Iacobum Heilbronneros*, fratres germanos, omnes ſuis laudibus dignos notosque. In Theologicis itaque ad celereritatem nihil reliquum fecit, ſed ab anno ſexageſimo ſeptimo in iis, ad annum ſeptuageſimum tertium uſque ſtrenuè perrexit. Hac pertinaci & divinitus plurimum provecta diligentia, laudatam omnino, raram, & profundam omnis Theologicæ ſcientiæ notitiam ſibi comparavit. Quamobrem ex ea Theologici Præceptores, plurimum inde Eccleſiæ commodis adjunctum iri præſagio vero prædixerunt.

Theolog. ſtudium urget.

Fit repetens in Stipendio.

Commilitones ejus in Theologic.

Nam paulo poſt in publicum, & quidem in *Thraciam* uſque è *Sueviâ* prodiit, hac occaſione. Annus à nato Salvatore currebat *milleſimus, quingenteſimus, ſeptuageſimus tertius*, quo Romanorum Imper. Divus *Maximilianus II.* Generoſum *Davidem* Ungnad / liberum Baronem in Sonneneck, in aulam Turcicam, quam ad *portam Ottomannicam* vocant, oratorem mittere decrevit. Hic cum ſine concionatore aulico, quæ fuit Herois pietas, ſibi ad gentes Mahometicas minimè abeundum ſtatueret, ex Academiâ Tubingenſi idoneum ad tale officium, iſtis in locis obeundum, petivit. Deliberatione habita, dignus eo munere viſus eſt *Gerlachius*, jam & ætate, & judicio & eruditione Theologica ſat maturus. Eodem itaque anno menſe Aprili, poſtquam ſolenni ritu Eccleſiaſtico miniſterio initiatus Tubingæ fuiſſet, *Viennam* Auſtriæ venit, & menſe *Iunio* cum oratore illo & legato Cæſario, ac reliquo comitatu nobilium juxta & ignobilium *ſexaginta Conſtantinopolitano* itineri ſeſe, Deo Duce, commiſit: idque partim navibus *Danubio*, partim curribus fecere, non ſine valetudinis, ut fit, mutatione. Nam præter alios tunc & Gerlachius in oppido *Sophiæ*, capitis dolore & diſcraſia totius corporis correptus, *Adrianopolin* eſt trans-

In Thraciam qua occaſione profectus. *David* Ungnad *orator Cæſarius.*

Cum eo abit Gerlachius.

In itinere ægrotat.

Reſtituitur.

tranſlatus, ubi à Judæo quodam, ſecundum Deum, valetudini priſtinæ, ſucco inprimis è malogranatis, reſtitutus fuit. Unde μνημόσυνον ut ſibi eſſet, *tria mala Punica vel granata ſigilli loco* ſibi poſtea elegit. Tandem menſe *Auguſto Conſtantinopolin*, Turcicorum jam Imperatorum ſedem, appulerunt, ubi orator quæ ſui, *Gerlachius* itidem, quæ ſui erant muneris, curarunt, neque nobis omnia, quæ ibi geſta, referre animus eſt, præter unam atque alteram memoria dignam narrationem.

Signum Gerlachii.

Conſtantinopolin venit.

Invitati fuerunt *duo* Imp. Romani *oratores*, alter Pontificius, alter Evangelicus, ad prandium, in palatio Imperatoris Turcici, præſentibus quos vocant Baſſis, ſummæ autoritatis in aula Turcica viris. Ibi ergò quidam è Baſſis, pungendi forte Pontificii cauſa, *ego verò*, inquit, *Lutheranos apud vos*, (converſa oratione ad Baronem ab **Ungnad**) *multò rectiùs de rebus divinis ſentire arbitror, quàm Pontificios. Nam illi unicum tantum Deum colunt, hi verò multos, id quod Chriſtus, Propheta illorum, minimè ipſis præcepit.*

Turcæ judicium de Lutheranis & Pontificiis.

Eadem in aula Turcica, cùm duo Imperatoris Romani oratores *Sultano Selymo* munera oblaturi, unà cum Comitibus ſuis, inter quos & *Gerlachius*, palatium Imperatoris inter multa Turcarum millia, mirandumque eorum ſilentium, ingrederentur, è media turba illa quidam Germanicis verbis, **welches Glaubens biſtu:** hoc eſt, *cujus fidei es Religionisve?* quæ prima eſt quæſtio Catecheſeos Wirtemb. proclamat. Mirari ibi omnes & obſtupeſcere, ſed poſteris diebus inquiſitione inſtitutâ compertum eſt, eum, qui ſic ſub ingreſſum noſtratium exclamaſſet, fuiſſe quendam *Ioannem Ferberum*, Piſtorem & olim civem *Backnangenſem Wirtembergicum*, qui locus non tribus amplius milliaribus *Stutgardiâ* diſtat. Is ad impietatem Mahometicam defecerat, ut & alii, vel intolerabilis ſervitutis levandæ cauſa, vel opum honorumque gratiâ adipiſcendorum facere ſolent, & voculis illis Germanorum Religionem, in primo limine aulæ Turcicæ voluit irridere. Venit tamen apoſtata ille poſtea aliquoties ad *Gerlachium*, & cum eo familiariter de multis variisque rebus eſt collocutus.

Ioann. Ferber. Wirtemb. Apoſtata.

Vidit ibidem *Gerlachius* & contulit cum *Adamo Neuſſero*, Paſtore olim *Haidelbergenſi*, qui turpiter primum ad *Arianiſmum*, & inde ad *Mahumetiſmum* defecit. Interrogatus quomodo eo errorum deveniſſet? reſpondiſſe fertur, *niſi Calvinianus factus eſſem, eò non deveniſſem.* Sed quàm verè hoc, noſtrum nunc non eſt diſceptare. *Exiverunt*, inquit Apoſtolus, *de nobis, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum.*

Adamus Neuſer: de quo Gerlach. in libro adverſus Ioann. Buſæum.

Periit ille *Neuſerus* apoſtata miſerrimè Conſtantinopoli, *duodecimo* Octobris, anni *ſeptuageſimi ſexti*, cùm aliquot diebus dyſenteriâ laboraſſet, & à familiaribus, qui aderant, inter quos & ille Suevus, hoc ſolatio erectus eſſet: **Bruder ſey friſch auff/ wir wollen einen guten Suff miteinander thun:** *Bono animo ſis, frater, potabimus tecum, poculisque nos largè invitabimus.* Cæterùm abnegationis

Interitus ejus.

Forma abnegationis.

forma hæc eſt. Deficiens à Religione priori
ſublato uno dexteræ digito, præeunte *Za*
ſchio hæc pronunciare jubetur: *Confiteor eg*
unum ſolum Deum eſſe, & Mahometen ejus ſe
vum. Confiteor idem, me ex falſa religione pe
veniſſe ad veram, & abnego fidem meam pri
rem, cum omnibus adhærentibus articulis.
ſic ſuſcepta circumciſione, novum accipit p
leum, ſignum Muſelmanni. Accidit & h
Conſtantinopoli *Gerlachio* ibi commorant
Iudæus quidam cum *Græco* rixans Chriſtu
blaſphemarat, quaſi illegitimè natum. Re
Cadi delatâ, condemnatur Judæus ad plag
octoginta. Sed cùm levior pœna Chriſtia
videretur, ipſi Sultano ſupplicant. Sultanus
Muphti, hoc eſt Alcorani interpretem rem
tit. Hic ſupplicium tale proponit: *Iudæus*
terræ ad pectus usque infoſſus lapidetur combu
turve, aut perpetuò mancipatus carceri, prin
quadraginta diebus ſingulis octogenis ceda
verberibus, & hanc ille blaſphemus ſubiit. S
nos ad Gerlachium.

Vixit is *Conſtantinopoli quinquennium*,
quod excurrit, dum à ſacris oratori Cæſa
fuit, & Græcarum Eccleſiarum de præcip
fidei capitibus ſententiam exquiſivit cogn
vitque. Hoc enim nomine, non tantum c
Patriarcha Conſtantinopolitano, aliisque p
cipuarum Eccleſiarum Græcarum *Metrop*
tis, multoties eſt collocutus, verum eti
Wirtembergicis Theologis ſuaſor auctor
fuit, ut præter *Auguſtanam Confeſſionem*
compendium Iacobi Heerbrandi, à *Mart*
Cruſio, Græco idiomate converſos, & il
tranſmiſſos libros, plures quoque, de gravi
mis fidei articulis ſcriptas epiſtolas, cum
triarcha Conſtantinopolitano *Ieremia* c
mutarent. Quæ ſcripta, ut ſperamus, in
cleſiis Græcis ſine fructu lecta non fueru
nec poſthac legentur. Præclara itaque la
dignus eſt hic *Gerlachius*, qui *Conſtantin*
Romani Imperatoris oratoris aulam, di
ſis diverſarum nationum hominibus conſ
tem, verbi cœleſtis puritate fideliter inſtit
in verâ fide contra *Turcarum*, *Iudæorun*
Pontificiorum ſuperſtitiones & blaſphem
ſedulò diligenterque confirmavit, cum *Gr*
Italis, & *Turcis* de præcipuis Religionum
culis, animæ ſalutem concernentibus,
graviterque diſſeruit, proceres denique Ec
ſiæ Græciæ primarios, utpote *Patriarch*
Conſtantinopolitanum Jeremiam, & *Ale*
drinum Sylveſtrem; *Metropolitas* etiam, *T*
ſalonicenſem Joaſaphum, *Nicenum* Cyrill
Berrhoeas Metrophanem, *Philadelphias*
brielem, *Melenices* Methodium *Ioannem*
gomalam, & *Theodoſium* filium, illum o
rem, hunc Protonotarium, ſicut & *Matth*
Calogerum, & Didaſcalum Patriarchatus
non *Armeniorum* Epiſcopum, id temp
Conſtantinopoli agentem, aliosque plur
eximiâ ſuâ pietate, rarâ eruditione, amabi
manitate, & humilitate ſingulari, in ſui a
rem & favorem pertraxit, quâ de re editæ
ſtolæ, quibus abunde illum ad amicos c
tati, publicè reſtantur.

(

Conſtantinopoli itaque, ubi, ut diximus, annos amplius quinque exegit, reverſus Tubingam eſt, anno *ſeptuageſimo octavo.* Ibi mox, de voluntate Principis *Ludovici*, ad docendam tum Eccleſiam tum Academiam, eſt adhibitus. Quibus muneribus ut majori cum auctoritate defungi poſſet: uno & eodem tempore & ad matrimonium contrahendum, & ad teſtimonium Theologicæ doctrinæ ſummum petendum, animum adiecit. Anno igitur *ſeptuageſimo nono*, die Novembris *viceſimo tertio*, competitore *Georgyo Mylio*, Doct. Theologus renunciatus Tubingæ, poſtridie nuptias cum *Brigitha* virgine, filia *Joannis Schwartzii* archiatri Stutgardiani ſolenni ritu celebravit.

Provinciæ autem, quas Tubingæ ſuſtinuit ad vitæ usque exitum, hæ fuerunt. Primum *locorum Theologicorum*, juxta deſcriptionem ac methodum *Jacobi Heerbrandi*, extraordinariam ſuſcepit *explicationem.* Qua nondum abſoluta anno *octogeſimo ſeptimo*, cum *Theodoricus Snepſius* diem hujus ævi clauſiſſet, ordinarius *Propheticorum ſcriptorum Profeſſor*, *Eccleſiæ* inſuper *Tubingenſis Decanus*, & *collega Academici Senatus* allectus eſt. Inde anno *nonageſimo* epiſtolarum Paulinarum explicatio ei eſt commiſſa: quarum poſteriores decem, cum ea, quæ *ad Hebræos* ſcripta, explicavit. Eodem illo tempore illuſtris quoque *collegii Theologici*, quod Tubingæ eſt, inſpectio & cura, muneriſque Superintendentis ipſi fuit commendatum. His officiis ad vitæ uſque pauſam, quantum per valetudinis infirmitatem, poſtremis præſertim annis, potuit; integrè & induſtriè eſt defunctus; multis interea etiam extraordinariis laboribus, Eccleſiæ & Scholæ nomine, occupatus.

Supereſt poſtremus ejus vitæ, in his terris actus. Cum enim mortali conditione omnes nati ſimus; nec ipſe illam potuit devitare aut declinare. Erat quidem cætera bene habitus, & firmo membrorum muſculorumque robore; cerebri tamen temperiem naturâ infirmiorem, ad frigiditatem & humiditatem magis declinantem, jam inde ab infantiâ, ſentire cœpit. Puero autem cum febris æſtu cerebrum aliquantò eſſet exſiccatum: Grammatica præcepta (quod ſæpius ex ipſo auditum) feliciter didicit, nec unquam promtiorem ſibi memoriam fuiſſe, crebrò affirmavit. Secutis verò temporibus, memoriæ debilitate perpetuò ſolitus eſt conqueri. Quam imbecillitatem iter Conſtantinopolitanum, & febris, qua in eo ..., ut ſupra dictum, propè exuſtus, & ... iquus cerebri vigor multum exhauſtus fuit, plurimum adauxit.

Conſtat enim ipſum, ut *Meſſalam Corvinum* oratorem, vel *Georgium Trapezuntium* Philologum, tum omnium aliarum rerum, tum ſui ipſius, propè oblitum fuiſſe. Nec mirum: nam ætate graviore, cum magno omnium ingenii virium conatu, in theologicarum rerum graviſſimis quæſtionibus, contra pervicaciſſimos divinæ veritatis hoſtes, orthodoxiam aſſerendo, cerebrum validè exerceret; & cæteris animi occupationibus reliquum calorem ejus omnem propè attereret: factum eſt, ut *ſexagenario* major, cruda licet, vegetâ tamen corpus ſenectâ uteretur, nec quicquam ventriculus, hepar cæteraque vitæ & nutricatus humani organa à naturâ alienum paterentur; niſi, quòd renes calculos in veſicam, tolerabili tamen excretionis dolore, nonnunquam demitterent. Sed cerebri functiones indies in pejus titubantes, indies gravius quid *Gerlachio* ſunt minatæ.

Quem metum ſuperiorum annorum intercurrens vertigo, & tremulus membrorum, digitorumque quorundam interveniens motus, brevique diſcuſſus ſtupor confirmavit. *Laborat vertigine & tremore.* Contra iſta mala, variis quidem medicationum generibus, thermis item, pugnatum; ſed dilata tantum illa ſunt, non protelata, minimè debellata. Etenim ingraveſcente ætate, vires iſthæc omnia ſubinde majores ſumſerunt: Principum ſenſuum & motus crurum infirmitas, ſupra modum adaucta, & negato corpori omni exercitio, ad lectulum id, & ſellam, maximam partem defixum fuit.

Summa hæc ſenilis valetudinis impedimenta, major tandem ſenſitivæ & motivæ operationum debilitas excepit, atque complurium ſymptomatum concurſu, multitudine & impetu, natura triumphari; venter ſub finem intumeſcere, ex capite violenter ruentes in ſpiritalia aliaque vitæ organa humores, cuncta, turbare; premere, ſolvere, hinc nulla ciborum appetentia, concoctio nulla, extrema omnia.

Sic ruptis tandem corporis, quibus firmioribus nexum erat, vinculis; felix Theologi anima, relicto ruinoſo hoſpitio, & vitæ melioris invento principio, in gaudia Domini æterna inter multas preces & ſuſpiria adſtantium, congratulationes etiam & vota profecta *; cùm vixiſſet in his terris, annos *ſexaginta quinque*, dies *triginta ſeptem.*

* *A.* 1612, *d.* 30. *Jan. Obitus Gerlachii.*

Scripta ab ipſo edita ſunt, primum *adverſus Lambertum Danæum* ſuper condemnatione errorum Cœnæ Domini; & de Majeſtate Chriſti hominis: deinde *Diſputationes* aliquot *contra Jeſuitas & Calvinianos: epitome item hiſtoriæ eccleſiaſticæ*, & alia plura, præter ea quæ apud heredes latent.

Hactenus de Gerlachio ex oratione parentali habita à Matthiâ Hafenreffero Theol. D. & Profeſſore.

QUIRINUS REUTERUS.

Ob. 1613. d. 22. Mart. ætat. 25. curr. Moſbacum

PAtria *Quirini Reuteri* fuit *Moſbachum*, Palatinatus inferioris haud procul à ripâ Nicri, oppidum, non tam eleganti cultrorum fabricatione, quàm ingeniis nobile. Natus ibi eſt anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo*, die *viceſimo ſeptimo* Septembris. Patrem habuit virum honeſtiſſimum *Ioannem Reuterum Ballebergenſem:* matrem vero *Barbaram Ciſneriam*; *Nicolai Ciſneri*, JCti celeberrimi, conſobrinam. Ἀνάδοχος ejus ex Baptiſmo fuit *Quirinus Ackermannus*, oppidi illius advocatus.

Parentes.

Wendel. Heſſ. Præceptor Reuteri. Haidelb. miſſus Quirinus.

Primis literarum elementis eruditus fuit in patriæ ludo. Cum autem à Præceptore *Wendelino Heſſero*, tum ſcholæ Rectore docilitas in eo deprehenderetur, quanta in nullo altero, vix *decimum* ætatis annum ingreſſus, *Haidelbergam* miſſus eſt, & commendatus Rectori Pædagogii illuſtris *Oliverio*, & Conrectori *Joſuæ Lago*, ac propter ingenii præſtantiam ſtatim anno *ſeptuageſimo* in numerum alumnorum receptus eſt. In tertia Claſſe Præceptorem habuit *Joannem Heuſerum*, poſtea J. U. Licentiatum & Procuratorem Spiræ factum. In ſecunda *Eliam Schilderum*, & poſt hunc *Vitum Gravium*. In prima ſucceſſorem *Joſuæ Lagi*, *Joannem Jugnitium & Chriſtoph. Schillingium*, natione Sileſios & viros doctiſſimos.

Joann. Heuſerus.

In collegiũ Sapientiæ recipitur.

Anno *ſeptuageſimo tertio* in Collegium Sapientiæ, judicio Præceptorum, progreſſionem ejus commendantium, promotus eſt, unà cum ſeptem aliis, inter quos ipſe tertius fuit. Magna autem felicitate, tum Præceptorem nactus eſt in collegio illo ſummum Theologum, Doctores Theologiæ clariſſimos, *Petrum Boquinum*, *Immanuelem Tremellium*, *Hieronymum Zanchium*, Academiæ tum Profeſſores: quorum omnium inſtitutione cum multum profeciſſet, eam de ſe opinionem commovit; ut etiam aliis docendis idoneus haberetur. Et ſpecimen diligentiæ atque progreſſus ejus eſt oratio anno *ſeptuageſimo ſexto* menſe Aprili habita.

Præceptores ibi ejus.

Anno ſequente, mortuo jam Electore *Friderico* III. publicè reſpondendo defendit Theſes, ex Epiſtola *Pauli ad Galatas* ſumtas, præſide *Boquino*, quæ diſputatio ultima fuit Theologorum tum Academiæ Profeſſorum. Nam non multò poſt *Joannes Reckius* & *Mylius* miniſtri Eccleſiæ dimiſſi, & Gallicæ conciones prohibitæ: eodemque tempore omnes ferè Eccleſiarum miniſtri in oppidis, & pagis cum ludimagiſtris, qui Lutheranam doctrinam amplecti nollent, cedere juſſi: ut etiam Rector pœdagogii *Joan. Piſcator*, & reliqui collegæ, quibus ſurrogati alii. Eandem fortunam experti Nicrinæ ſcholæ diſcipuli & Pœdagogii illuſtris alumni, ut paulò poſt ſtudioſi, qui in Sapientiæ æd liberalitate Electoris ſuſtentabantur, in qu rum numero etiam Quirinus. Qui majore conſcientiæ & veritatis cœleſtis rationem h bendam ducens, quàm lautæ culinæ, dogmatum cum verbo DEI pugnantium ap probationis, maluit in domo *Dionyſiana* quod hodie *Collegium Caſimirianum*, tenu ter victitare, quam alibi delicatis cibis veſ Stipendium autem in domo illa impetrara deprecante pro illo *Ciſnero*; cui literis *V ſini* diligentiſſimè commendatus fuerat. S finem anni illius, *quinto* Decembris The logi *Boquinus*, *Zanchius*, *Tremellius* à pr feſſionibus abſtinere juſſi.

Religionis mutatio in Palatinatu.

Anno *ſeptuageſimo octavo*, cum innotu ſet, illuſtrem ludum apertum *Neoſtadii* Illuſtriſſimo Principe *Caſimiro*, Quirinus teris D. *Toſſani*, è domo *Dionyſianâ* evo tus, eò profectus eſt: antequam tamen abi ſtipendium illud Dionyſianum Magnifi Rectori *Joann. Jacobo Grynæo* reſignavit, dita gratiarum actione, & ſequente an menſe Aprili *Neoſtadii* declamavit *de reſ rectione Chriſti*, & diſputavit Philoſophicè *anima decimo quintò* Auguſti.

Sub id tempus *Neoſtadii* eum conve *Carolus Oslevius*, qui indicavit, ſe ment nem ejus feciſſe apud D. *Andream Du thium* Baronem Ungaricum, cum *Steph Bathorio*, qui poſtea Poloniæ Rex, edu tum; quod ſi jam animus eſſet in Sileſi excurrere, ſe facilè curaturum, ut in ill magni viri ædibus honeſtiſſimè ſuſtente Promiſſionem *Quirinus* libens accepit. noque octogeſimo, cum *Urſinus* literas oſtendiſſet, quibus expeteret operam *Q rini* in inſtituendo filio natu maximo *Du thius*, in viam ſe dare ſtatuit, impetrata D. *Toſſanum* à Principe *Caſimiro* diſcede facultate: hac tamen conditione additâ; quocunque tempore à Palatinatu revocare ſe ſiſteret. Abiturus igitur D. Cancella *Ehemio*, *Zanchio*, *Toſſano*, *Urſino* ſalut dixit; qui ultimus ita eum affatus; *idem dico, quod mihi Philippus Melanchthon Vi temberga diſcedenti: In his terris iterum non videbis. Quare hortor te, ut in Th logiæ ſtudium ſeriò & alacriter incumbas, omni conatu enitare: ut mihi aliquando cedas.* Utrique quaſi præſagitioni even reſpondit.

Uratislaviam ergò venit, DEO duce, *decimo tertio* Aprilis, anni ſupra laudati, magnum illum *Dudithium*, cujus rog paulò poſt *refutationem* ſcripſit *Epiſtola colai Redingeri*, *de ſignificationibus come rum:* item Epiſtolarum *Petri Monavii*, eadem materia. Filium autem natu m mum *Andream* à *Quirino* in Latinis, Græ Philoſophicis, Theologicis erudiri voluit; mandato *Quirinus* magna cum fide ſatisf provinciam illam per *triennium* impigrè eundo.

A

Anno ſecuto *Uratiſlaviæ* adhuc commoranti nonnulli patricii autores fuere : ut ad medicinæ ſtudium applicaret animum ; ſed obſequutus non eſt , unicè mutationem ſtudii diſſuadente *Dudithio* ; qui ejuſdem anni menſe Decembri librum *Fauſti Socini* Catabaptiſticum *Quirino* obtulit , & ut refutaret petiit : qua in re Dudithio à *Quirino* mos geſtus.

Anno ſequente conſiliariis *Caſimiri* placuit , ut revocaretur ex Sileſia Quirinus : quæ res injuncta D. *Toſſano*, cujus Epiſtolam brevem , quaſi emblema, inſerere lubet : *S. Meminiſti procul dubio, Quirine ornatiſſime, quibus conditionibus partim ad ſatisfaciendum petitioni Magnifici & Nobiliſſ. viri D. Dudithii, partim ad majorem rerum uſum tibi comparandum, à nobis ſis dimiſſus. Cum autem præſcriptum tempus elapſum ſit, & tum ſtudiorum tuorum ratio, tum noſtræ de te cogitationes poſtulent : ut ad nos revertaris : petimus à te , & id me tibi ſignificare voluerunt ampliſſimi D. conſiliarii, ut poſtquam Clariſſ. & Magnifico viro , qui te omni humanitate complexus eſt , reverenter ut debes, valedixeris, & pro acceptis beneficiis gratias egeris, te rurſus nobis ſiſtas : ne vel patriæ …eſis vel eorum ſtudiorum , quibus conſecratus fuiſti, curſum diutius abrumpas. Vale, … Quirine , & ſalve. Neuſtadii Palat. … April. anno.* 82. Sed iſtis addatur & ſchedula incluſa manu ipſius *Urſini* ſcripta ad *Jacobum Monavium*.

S. Omnino volunt Conſiliarii, ut Quirinus redeat quamprimum huc. τὰς αἰτίας οὐκ …ιςολικὰς οἶδα κἀγώ. *Mitto ei literas vocationis à D. Toſſano ſcriptas mandato conſiliariorum. Ad ipſum ego nihil addere debui. …s autem cum Epiſtolam trades , dices vel ſignificabis ei ; ut adveniens in ædes meas divertat, quæ jam ſunt propè templum, contigua ædibus Dn. Copii. Hic habebit paratum hoſpitium, donec inveniat melius.* 11. *April.* 82. *…n.* Hæc Urſinus.

Ægrè dimiſit *Quirinum Dudithius* , ut ex … intelligi poteſt , quæ ipſe ſua manu in li…llum , amicorum memoriæ conſecratum …ſcripſit ; quæ quia ſingularem *Dudithii* …ga *Quirinum* affectionem declarant , lubet …citare ; ut ita altero quaſi emblemate no…am narrationem ſpectatiorem reddamus. …autem Dudithius : *Quirino Reutero Moſ…cenſi tanquam filio ſuo charo Andreas Du…thius. S. P. D.*

Quid dicam? ſi tempora utriusque no…um, vel tua potius tempora ita tuliſſent; ut …a ſemper vivere potuiſſemus , equidem vi…m longè jucundiorem ducerem. Quid enim? … pietatis & bonarum literarum ſtudiis , ut …c biennio fecimus , reliquum tempus omne …nſigendo , eo cum liberis meis , atque adeo …milia tota , in tua doctrina , pietate , mode…a , humanitate , benevolentia conquieviſſemus : ſed te aliò tua fata vocant. Nobis quidem magnum tui deſiderium relinquis , quod omnibus officiis lenire , mutuumque amorem conſervare mihi certum deliberatumque eſt. Par ut pari referas , multis abs te verbis contenderem , niſi tua mihi virtus & conſtantia plenè perſpecta eſſet. Nunc quoniam abeundum tibi eſt , quo te Deus vocat , i pede fauſto , noſtri memor : ac creberrimis dolentem abitu tuo animum meum literis recrea , ſi me verè amas , ut certè amas. Vale & feliciter vive , atque inter vivendum benè mori diſce , quæ ars eſt artium omnium difficilima , ſimulque præſtantiſſima. Uratislaviæ ex ædibus noſtris 13. *Iunii ann. M D LXXXII.* Subjunctum Nazianzeni dictum : φίλε πιςοῦ οὐκ ἔςιν ἀντάλλαγμα τῶν ὄντων οὐδὲν : *Nihil eſt in rebus humanis , quod cum ſido amico permutari poſſit.* Idem *Dudithius Quirinum* iter ingredientem luculento viatico inſtruxit, *quinquaginta* , ut vocamus , thaleris. Non autem *Dudithio* tantum *Quirinus* charus fuit ; ſed multis etiam aliis præſtantiſſimis viris *Cratoni* , archiatro Imperatorio, *Redigeris*, *Martino Schillingio*, & aliis.

Viaticū Quirin. à Dudithio.

Neoſtadium ergò ſub finem Martii anni ſequentis reverſus eſt ; quo in oppido ſe ali quandiu continuit : ita tamen ut in claſſe interdum , ne planè otioſus videretur legeret , quod certæ vocationis nondum mentio facta eſſet. Undecimo Septembris *Neoſtadii* pro Toſſano primam concionem habuit , & poſt mortem *Ludovici* Electoris , cum *Caſimirus* cives Haidelbergenſes juratos in fidem & tutelam recepiſſet , Toſſanumque ad ſe vocaſſet ; tertium locum inter miniſtros Eccleſiæ *Neoſtadianæ*, qui ei Toſſano autore, offerebatur , recuſavit : interim inter alios privatos labores *Catecheſis Palatinæ cenſuram* vertit & *Urſini ad hanc reſponſionem* Catechiſmo Latino inſertam : qui Haidelbergæ impreſſus.

Redit Neoſtadium.

Anno *octogeſimo quarto* diſputatione ſolenni Haidelbergæ habita, cum iis, qui Lutherani audire volunt , præſente *Caſimiro* Principe , *Reuterus* opponendo ſe egregiè exercuit , ac paulò poſt, menſe Aprili Præceptor ſecundæ claſſi in illuſtri Pædagogio eſt datus. Sub finem ejuſdem anni *Benshemium* miſſus eſt : ut ſuccederet M. *Ulrico Marbachio*, quem Senatus Eccleſiaſticus removerat, propter importunas orthodoxorum inſectationes, quos quaſi flagello conviciorum verberarat.

Diſputatio Haidelb. ſolennis. Præceptor Pædagog. Quir. Inde Benshem. transfertur.

Anno ſequenti *octogeſimo quarto* Eccleſiaſticus Senatus cogitavit eum transferre *Moſbacum* in patriam : à quo conſilio abhorruit ; quod ſciret, *Prophetam* , ut dici ſolet, *in patriâ ſuâ parum gratum eſſe.* Literis etiam *Caſimiri Haidelbergam* revocatus , apud Senatum Eccleſiaſticum ſe excuſavit ; expoſitis difficultatibus , quibus ſe implicatum iri videbat.

Eodem

Conjugium Quirini.

Eodem anno nuptias celebravit die *viceſimo quarto* Auguſti cum virgine *Maria Anaſtaſia*, filia *Ioannis Anaſtaſii*; & *Ioannæ Pithopœa*, *Ioannis Iugnitii* privigna; ex qua duodenos liberos, numero horum in conjugio par parenti, ſuſcep t; de quibus ternos moriens reliquit. Matrem *Ioannem* viduam *Iugnitius* duxerat mortuo marito *Anaſtaſio*; qui ob orthodoxæ rel gionis confeſſionem & profeſſionem in Belgio carcerem & exilium perpeſſus, tandem in Palatinatu nidulum invenerat, Eccleſiæ Baccharacenſis Inſpector factus.

Neuhuſii Paſtor conſtit.

Anno deinde *octuageſimo ſeptimo* menſe Junio *Benshemio*, *Neuhuſium* migrare juſſus eſt; quo in loco *Caſimirus* Palatinatus Electoralis Adminiſtrator, ludum illuſtrem ſub *Ludovico* Electore collapſum, inſtaurarat: Eccleſiæ illius loci ſenatus Eccleſiaſticus Paſtorem eſſe voluit. Hæſit ibi usque ad annum *octogeſimum nonum*: cujus anni menſe Novembri locus ſecundus in collegio *Sapientiæ* ei aſſignatus eſt; quo commigravit anno *nonageſimo* menſe Februario. Biennio poſt optimarum artium Magiſter Decano Philoſophicæ Facultatis *Ioanne Chriſtmanno*, Promotore *Simone Stenio*, publicè renunciatus eſt.

Præceptor colleg. Sapient. Magiſter renunciatur.

Præficitur Eccleſ. Spiræ.

Anno *nonageſimo tertio* Ægidiana Eccleſia, quæ Spiræ eſt, poſt *Ammonii* mortem, operâ *Quirini* uti voluit; quam ille petenti, conſentiente Senatu Eccleſiæ denegandam non cenſuit; cum lubens ad miniſterium rediret. Huic cum præfuiſſet ſumma fide & diligentia ultra *quinquennium*, accidit non fortuitò, ſed DEI diſpenſantis omnia, velut Baſilius loquitur, τὰ μικρά τε καὶ μείζω περὶ ἡμᾶς οἰκονομοῦντος, voluntate; ut *David Pareus* poſt obitum D. *Kimedoncii* ab Academia, judicium ejus approbante illuſtriſſimo Electore, ad profeſſionem Theologiæ vocaretur; cum eſſet tum in collegio Sapientiæ primarius Præceptor. Ejus ſucceſſorem ſtatim Senatus Eccleſiaſt. *Quirinum* eſſe voluit, ut γνήσιον *Urſini* Diſcipulum: cui & ſedulitas Præceptoris cariſſimi in docendo, & in ſubeundis laboribus alacritas aliquot annis perſpecta fuerat, & præclarè cognitum diſciplinæ conſervandæ ſtudium. Acta autem hæc ſub finem anni *nonageſimi octavi*.

Revocatur Haidelb.

Præficitur colleg. Sapientiæ.

Doct. Th. renunciatur.

Anno deinde *ſexageſimo primo* Theologiæ titulo ornatus fuit; & ſequente cum ſuâ provinciâ ſatis operoſa, & moleſtiæ ac difficultatis plena, ipſe neque induſtriæ expers, neque in ullo munere exequendo languidus; poſt Doct. *Toſſani* obitum, volente ſic Electore Friderico I V. & operam ejus efflagitante Academico Senatu, conjunxit eam profeſſionem, quæ publicam veteris Teſtamenti interpretationem complectitur. Ubi utrobique ſtudiorum & laborum onus eo animi robore ſuſtinuit, ut cenſoribus etiam quamvis curioſis ſatisfaceret.

Et Profeſſ.

In hoc igitur curriculo per novem annos defatigatus, tandem anno *ſexcenteſimo ſep*[...] *mo* Rector Academiæ, quod legibus ejus [...] antiquæ conſuetudini neque refragari v[...] let, neque fas eſſe putaret, creatus eſt: de [...] dignitate idem uſurpari poſſet, quod *Ant*[...] *nus* Rex quondam in Aſia potentiſſimus di[...] Cum enim audiret, ſe à vetulâ quadam, o[...] ejus & ſplendorem admirante beatum pra[...] cari; *mea matercula*, inquit, *ſi noſſes qu*[...] *tis malis hic panniculus* (oſtendebat aut[...] diadema regium) *refertus eſſet*, *ne in ſterq*[...] *linio quidem jacentem tolleres*. Sic ſi pa[...] licet componere magnis, ſceptrum illud ſch[...] laſticum plus ſolicitudinis habet, quàm p[...] chritudinis, plus curæ, quam auri, plus im[...] dimenti, quàm argenti. Ex laboribus t[...] dem variis, ut dictum, in locis continuatis p[...] filii *Quirini* adoleſcentis ingenioſi obit[...] mœrore confectus, anno & non multò a[...] filiæ in matrimonium elocationē, quæ nup[...] rat *Ioann. Reinarto* doctiſſimo optimar[...] artium magiſtro, & patris collegæ; pa[...] tim ſenſit ad tenuitatem corporis ſe red[...] quæ indies augeſcens tandem in tabifi[...] catarrhos devoluta eſt. Non ignarus ig[...] ille, ſe mortalem eſſe natum, & mei[...] *Dudithianæ* admonitionis, *Benè diſce m*[...] in infirmitate quotidiana ad migrationem [...] his terris in Chriſti manſionem matur[...] præparavit, rebus domeſticis placidè co[...] poſitis, & filio unico *Davidi* miniſtro [...] cleſiæ Heppenheimenſis deſponsâ virgi[...] *Philonis* paſtoris olim Ilfelshemenſis f[...] Cum amicis inviſentibus ipſum piè collo[...] tus eſt, uxoremque & familiam ſuam a[...] beros ab immoderato luctu abſtinere juſ[...] quod ille à Chriſtianis alienus eſſet, ſubi[...] iterans & inculcans illud, quod in pr[...] quæſtione Catechetica continetur: *Nos* [...] *Chriſtum redemtos*, *liberatos*, *ita conſer*[...] *ri*: *ut ſine voluntate patris noſtri cœleſti*[...] *pilus quidem de capite noſtro poſſit cad*[...] *imo vero etiam omnia*, *omnia*, *omnia*, inq[...] *nullo excepto*, *ſaluti noſtræ ſervire oport*[...] Horâ mortis inſtante, placidiſſimè exp[...] vit, vix iis ſentientibus, qui lecto ad[...] bant, tantum hæc verba exiliter prolata [...] dientibus: Ich bin ein Kind des Lebe[...] Τέκνον ἐγὼ ζωῆς εἰμί. Quam vocem *Si*[...] *Stenius* Græco Latinoque Epigram[...] complexus eſt, ſimilem ſibi vitæ exit[...] precatus:

Τέρμα βίοιο λαχὼν μογερῶ ὁσίως μετὰ μόχ[...]
Οὓς ἐξαντλήσασκ' ὠφιλίμως πόλεσιν, [...]
Ἔντ' οἴκῳ σοφίης, ἱεροῖς τ' ἔνι, ἔντε λυκ[...]
Οὐκ ἀλέγων θανάτου τοῦθ' ὁ Κυρῖνος ἐ[...]
Τέκνον ἐμὲ ζωῆς οἶδ' ὄντ' αἰωνίου, οὐκ[...]
Θνήσκω, ἀλλὰ βιοῦν ἄρξομ' ἐν οὐρανίο[...]

Hoc eſt:

Sortitus vitæ finem, *finemque laborum* [...]
Quos exantlarat non ſine laude ſua, [...]

Et fructu multorum, in templis, inque Lycée,
Inque domo Sophies, iſta Quirinus ait:
Mortis ſecurus: vitæ ſum filius: ergò
Non morior, reliqua eſt altera vita mihi.

Elatus eſt funere honorifico corpusque in ſacello Academiæ, quod eſt in D. Petri, conditum, cum monumento ejusmodi.

A DEO TER OPT. MAX.
QUIRINUS REUTERUS MOSB TH.
DOCT. INCLYTÆ HAIDELB. ACAD.
PROF. ILL. COLLEG. SAP.
EPHORUS,
ANNO M DC XIII. XI. CAL. APR.
MATUT. SEPT. EX LABORIOSA
HAC ÆRUMN. SCHOLA
IN
COELEST. BEATOR. ACAD. MI-
GRARE JUSSUS,
CORPORIS SUI DEPOSITUM IN
HOC SUPREMÆ SCHOLÆ SEMINA-
RIO CONDITUM HABET
NATUS AN. LIV. MENS. V. D. XII.
IPSO AUTUMNALI ÆQUINOCTIO
EJUSDEM ANNI MARITUM DESI-
DERATISS. SEQUUTA CONJUGE
MOESTISSIMA MARIA ANASTASIA,
DUODENUM LIBERORUM MATRE
EX EODEM CONJUGIO, EX
QUIBUS
OANN. QUIRINUS SPEI PRÆCLA-
Æ ADOLESCENS, XVI. ANNOS
NATUS, ANNO M DC XI. XI. CAL.
UG. NON SINE MAXIMO PAREN-
TUM DESIDERIO EXTINCTUS,
PROXIME HIC AC-
CUBAT.

d mores & vitam ejus interiorem quod at-
net, eluxit in ipſo pietas, modeſtia, huma-
tas, frugalitas, ſtudium & diligentia quæ-
ndæ & cognoſcendæ veritatis. In collo-
iis ſæpè querelam movit *de negligentia ju-*
ntutis in diſcendis & excolendis humanitatis
diis; quorum interitum à poſteritate non
e lacrymis deploratum iri exiſtimabat.
am ut ſuperiore ſeculo cum opera *Bembi,*
doleti, & Victorii in Italia, *Eraſmi, Philippi,*
merarii, Sturmii in Germaniâ; *Budæi, Sil-*
, Turnebi, Lambini in Galliâ, politior do-
ina uſurpari cœpiſſet: ſtatim etiam Theo-
gia ſpinoſis & intricatis quæſtionibus planè
ſcurata, *Latinæ, Græcæ,* & *Hebraicæ* lin-
æ cognitione illuſtrata fuit, & nugatoria
btilitate ſublatâ, ad ſacrarum literarum le-
onem, quarum loco antea ſomnia mona-
orum, & fabulæ legendarum appellata-
n, templa repleverant, juventus tradu-
cta: ſic verebatur, ne neglectis optimarum artium & linguarum ſtudiis, poſteritas ad antiquam barbariem & ſuperſtitionem, nullo animadvertente, ſenſim delaberetur. Initia autem hujus mali ſatis conſpicua eſſe ajebat, cum multi etiam magnâ autoritate præditi de his ſtudiis ita ſentiant & loquantur: ut hæc nihil aliud eſſe dicant, quàm *verborum inanem ſtrepitum & loquacitatem quandam:* nonnulli qui magis propitii eſſe videntur, fateantur quidem, *copiam & facultatem de omnibus dicendi luculentè & præclarè ornateque, nequaquam ſplendore & dignitate aliqua carere, ſed utilitatem habere nullam, ut qui in his induſtriam ſuam occupare, & tempus conſumere velit, is pretium operæ ſuæ facturus non eſſe videatur.* *Contemtus humaniorum literarum.*

Scripta ab eo in lucem emiſſa hæc ſunt: *cenſura Catecheſeos Haidelbergenſis*, cum D. *Urſini* reſponſionibus latinitate ab ipſo donata: *Diatribe de ubiquitate* cum eadem Catecheſi: oratio *encomiaſtica in obitum* fortiſſimi herois *J. Caſimiri: reſponſum*, ad M. *Joannis Magiri*, præpoſiti Stutgardiani, pro D. *Marco* zum Lamb ſcriptum: *Hieronymi Zanchii* in Epiſtolas Paulinas ad *Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes* Commentarii reſtituti, & ſupplemento ab ipſo aucti: *Aphoriſmi Theologici* ab anno *ſexcenteſimo ſecundo*, aliquoties editi. Præterea edidit: *Scripta Quir.*

Notas in orationem Cic. *pro Roſcio Am.* ſub ficto nomine Joannis Cyrenii Paraſchii.

Heresbachii de re ruſtica libros recognitos.

Andreæ Dudithii quædam ſcripta, ut Orationes Trident. Apol. ad Maximil. Imp.

Nicolai Ciſneri varia opuſcula.

D. *Zachariæ Urſini* Opera tribus Tomis comprehenſa.

Quantum inſuper in *Zanchianis* edendis laborarit, teſtes erunt ipſi hæredes, & præfationes variæ ipſis operibus præfixæ.

Poſt obitum prodiit *commentarius in Obadiam* Prophetam, unà cum illuſtriorum quorundam de *Meſſiæ perſona & officio vaticiniorum* explicatione. Reliqua ſunt adhuc edenda, *commentarii in Exodum* Moſis luculentiſſimi; *in Joëlem* & *Amos* Prophetas: *Exegema Catecheticum* pro uſibus miniſtrorum verbi DEI planum & perſpicuum: *Libellus compendiarius definitionum & diviſionum Theologicarum*, ſecundum methodum Catecheſeos Palatinæ: *Tractatus inſignis de Eccleſia* contra Papiſtas: *Iſagoge candidatorum miniſterii* ad facultatem concionandi, ut & legendi commentaria Biblica. *Nondum edita.*

Hæc de Quir. Reutero ex oratione funebri dicta à Simone Stenio; ex concione item funebri & aliis.

OTHO à GRUNRAD.

Θ. 1613. d. 14. April. ætat. 68. curr.

OTho à Grunrad editus in hanc lucem eſt, cum poſt *milleſimum quingenteſimum*, annus Chriſti nati hominis curreret *quadra-*

geſimus

gesimus quintus, decimo die Septembris; in familiâ nobiliſſimâ & antiquiſſimâ *Grünradiorum*: quorum laudes & res geſtæ alibi recenſendæ. Patria illi urbs Miſniæ *Delitſchum* fuit: ubi in ludo literario prima fundamenta jecit humaniorum artium; ſeque in pietatis officiis diligenter exercuit. Ab his pueritiæ ſtudiis jam informato; doctores in Academiis quæſiti: *Lipſenſi* primùm, deinde *VVittembergenſi*: utraque liberalibus ſtudiis & Profeſſoribus in omni artium genere tum affluente. His in Academiis adoleſcens ingenio nobilis degens, ita tempora ſtudiorum diſpunxit: ut Philoſophiæ dans operam ſimul in Theologiâ feliciſſimè progrederetur. Cum enim in ejus pectore quaſi natum & natura inſitum eſſet *pietatis ſemen*, & ſtudium rectè DEUM cognoſcendi: omnes ingenii ſui vires & nervos in divinam illam ſcientiam, quam Græci θεολογικὴν appellant, intendit. Amplexus nimirum facultatem eam, quæ Principem locum inter omnes omnium confeſſione tenet, & quam multi, deſerto juris ſtudio, tanquam ſanctiorem ſecuti ſunt.

Familia Grünradiorum.

Dat operam Phil. & Theol.

Eo in ſtudio annos ipſos *tredecim* ſummâ cum induſtriâ diligentiaque & maximo fructu verſatus, non tantum de præcipuis orthodoxæ religionis momentis ſolidam cognitionem percepit: verùm etiam de controverſiis religionis accuratum judicium potuit afferre. Quo tempore non in minima felicitatis ſuæ parte ipſemet illud poſuit; quod Wittembergenſis ejus profectio in *Peuceri*, viri eruditionis laude præſtantiſſimi, ætatem incidiſſet: in quo quicquid ſolidæ eruditionis & profundæ cognitionis ac ſapientiæ unquam fuit, omne reſedit. Cum hoc tam inſignis eruditionis viro cum nobilis adoleſcens quotidiè verſaretur familiariſſimè: non potuit non ipſe doctiſſimus evadere: vel Menandro teſte:

Caſp. Peuceri.

Cum eo Grünrad.

Σοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσει σοφός.

Sed cum alia in hoc *Grünradio*, tum vel hoc præcipuam quandam laudem meretur: quod nobilis cum eſſet ad Theologiæ ſtudium animum ipſe appulit. Nam multi eodem loco nati hodierno die, ad aulicas ſe delicias natos ducunt: & equos canesque ad venationem alunt: ſacrarum verò literarum ſtudium etiam dehoneſtare ſuum ordinem ſtatuunt. Quanto rectius *Grünradius*: qui veram DEI agnitionem ſummam arbitratus ſapientiam, nobilitatis ornamentum maximum duxit, ſecutus in eo exemplum illuſtriſſimi Principis *Georgii* * *Anhaltini*, illuſtris * *Joannis à Laſco*, nobiliſſimi *Antonii Sadaëlis* ac *Theodori Bezæ*: quorum ſcripta & monumenta hodie adhuc teſtes nobis ſunt; quales & quanti fuerint Theologi.

Theologiæ ſtudium an nobili ſuſcipiendum.

** De quo, ſupra.*
** De tribus his in decadib. exteror. Theol.*

Non caruit autem fructu præclarum hoc *Grunradii* propoſitum. Primum cum jam ſtudia illius, induſtria, fides, candor animi, omnibus & maximè *Peucero* in oculis eſſent; hic cum illuſtri & generoſo Comiti *Joanni* *Naſſovio*, ut fidelem in aula ejus operam n varet, literis diligentiſſimè commendav Exinde cùm Comiti illi fidem ſuam & dilige tiam in demandato munere probaſſet: *una cum* ipſum generoſis Comitibus adoleſcent bus (in quibus *Mauritius* ille Hiſpanici Reg fulmen, & Comites à *Berga*) præfecit: cura illorum ipſi demandavit, illosque ſub ej inſpectione in Academia *Haidelbergenſi* voluit.

Vixit itaque Haidelbergæ *Friderico* I rerum potiente: quo mortuo revocatus *Naſſoviæ* Comitem non ſine fauſto omine ſingulari Naſſovici Comitatus auſpicio redi Erat tum temporis fortiſſimus heros Naſſo cus in *Geldria* Militiæ Gubernator, grave ſtinens ac difficile onus. Aberat autem n ſine maximo deſiderio ſuorum civium, qu ne orbos relinqueret, eorum moderandoru & regendorum poteſtatem quaſi quaſdam h benas, cum aliis tum nobili *Grünradio* tra dit. Ab ipſo itaque, velut patre patria ſibi omnes cives conſilium expetebant, ſu rum rerum incerti: quos ipſe ſibi ſua ope incertis certos, compotesque conſilii dimit bat: ut ne temere aliquid tractarent. N que tamen Reipubl. commoda atque utili tes ſolùm procuravit, rebus afflictis & p ditis civium ſuccurrendo, & injuria preſſ eripiendo: ſed quod caput erat, Eccleſiæ u litate & emolumento omnia menſus eſt. E tum iſtis locis religio orrthodoxa adhuc pro in cunis; & primulum inſtituta fuerat Refo matio. Opus erat ergo prudentibus viri qui populum ignarum ac plebem ad quoſ caſus mobilem; regerent & quaſi manu d cerent.

Adhibitus itaque eſt *Grünradius*, vir a toritate gravis, conſiliis pollens, animi leni te mitis; qui à Comite *Cunrado* ad Refo mandas ditionis *Solmenſis* Eccleſias, ſocio boris *Caſparo Oleviano* Theologo gravi, a cerſitus, Rempubl. ſapienter conſtituend & religionem orthodoxam introducendo, u lem ac ſalutarem illis regionibus operam n vavit. Atque his rebus præclare geſtis, cù fama illius ad exteras quoque nationes manaſſet: à multis iisque principibus vi adamatus & ad præclara munera obeun expetitus fuit. Ex multis unum nominam illuſtriſſimum heroem ac Principem *Caſim rum*, tutorem & adminiſtratorem tum te poris Electoralis Palatinatus: à quo reger adoleſcentis Principis *Friderici* IV. cura demandata. Hunc ille, ſocio ampliſſin viro *Georgio Michaele Lingelshemio*, ſumn curiæ aſſeſſore, in optimarum artium ſtud & diſciplinis, in lectione bonorum autorun in divinis denique & ſacris ita inſtituit, inf mavit, perpolivit: ut vel hoc homine ipſi memoriam nulla unquam oblivio deletura nec ulla ætas laudes ejus tacitura.

Inprimis autem Principem ac dominam c terarum virtutum omnium conſtituit pie te

teris: hanc ut in pectore adoleſcentis Principis reconderet; viva voce in præcipuis Chriſtianæ religionis capitibus, quod Græci κατηχίζειν appellant, Principem ipſe inſtituit: & ad captum accommodata inſtitutione quæſt. quam ſimpliciſſimè & nuditer formatas ita propoſuit: ut reſponſio ex interrogatis quaſi fluere videretur. Neque verò in his parvis ſolum proponendis bibliis officii ſui ſategit: ſed ipſius ſacræ *ſcripturæ textum* plenè planeque magno labore Principi explicuit: hiſtorias ſacras ad vivum, reſecando enarravit: egregiè dicta & ad locum, ut vocant, communem pertinentia doctè inculcavit; & quæ ad fidei incrementum, ad vitæ integritatem ſpectarent, ſanctiſſimè pertractavit. In precibus præterea cum matutinis tùm veſpertinis ardenter magnaque animi devotione ea, quæ mens erat meditata, & animus flagrantiſſimè optaverat, ipſe verbis conceptis & ore præivit.

Hoc in officio cum *octennii* labores ab anno *octogeſimo quarto*; ad obitum uſque inclyti heroïs *Caſimiri* exantlaſſet, *Fridericus* IV. per ætatem conſtitutione Carolinâ præfinitam, ſceptra imperii capeſſens, ut pro fideli inſtitutione grati animi monumentum aliquod erga *Grünradium* extaret, & ampliſſimas dignitates ſummosque eum honores vexit.

Nam cum ipſe jam Princeps didiciſſet pluſculis annis, neminem magis ad Eccleſias ſcholaſque natum *Grunradio* quaſi factum, ſenatui eum eccleſiaſtico præfecit. Quo in munere obeundo eum ſe præſtitit: ut prudentia, gravitas, & fervens religionis defendendæ defenſæque propagandæ ſtudium ejus in ipſo conſpicerentur.

Erat tum magna plebis in religione barbaries; cæcitaſque obſtinata; cui ut ſuccurreret malo, ordinavit ut capita pietatis & religionis Chriſtianæ à ſenibus juxta & pueris quâvis Dominica recitentur: quod inſtitutum ut in ſe pium: ita fructu ſuo minimè caruit. Acceſſit ad hanc curam, pro [illegible]ibus Chriſti ſuſceptam boni Epiſcopi [illegible]unus.

Primum anno ſupra *milleſimum quingenteſimum nonageſimo quarto*, ſolenni totius [illegible]erioris Palatinatus viſitationi ſuſceptæ non [illegible]erfuit ſolum; ſed & præfuit. Deinde eâ [illegible]tatione feliciter obitâ, ad aſſuetos ac or[illegible]narios labores reverſus, etiamſi munere [illegible]geretur laborioſiſſimo, Principi tamen *[illegible]derico* IV. nec tum defuit: ſed manè ac [veſ]peri privatim ſacra explicavit.

Anno deinde ſupra *milleſimum quingenteſimum nonageſimo quinto*, illuſtri & gene[roſ]o Comiti *Hanoviæ*, in Reformandis Ec[cleſ]iis operâ ejus & conſiliis uti volenti, lu[bentiſ]ſimè paruit. Profectus eſt Hano[viam] cum reverendo & integerrimo viro *[Me]lchiore Angero Sileſio*, curiæ ſacræ aſſeſ[ſor]e: atque ibi gloriæ DEI ſerviens, id cu[jus] gratia venerat, ſummâ prudentiâ feliciſſimè effecit. Mox pedem inde referens, anno ſequente nonageſimo ſexto, unà cum Electore *Friderico* VI. in Palatinatum ſuperiorem eſt profectus: & biennii ſpacio Eccleſias & Scholas Bavaricas ſapientiſſimis prudentiſſimiſque conſiliis inſtruxit. *Abit in ſuperiorem Palatin.*

Reverſus anno *nonageſimo octavo*, rebus Eccleſiæ jam conſtitutis, omnem curam atque operam in eo locavit, ut ſcholas quoque conſtitueret; conſtitutas firmaret, firmatas amplificaret; collapſas inſtauraret. Quo de negotio hodieque loquuntur tres Electoralis Palatinatus inferioris Scholæ præcipuæ, *Haidelbergenſis*, *Neoſtadiana & Neuhuſiana*. *Scholas conſtituit.*

Eodem anno, ducatu *Simmerenſi* ad Electoratum revoluto, Reformationi ejuſdem & interfuit & præfuit. Poſtea anno *ſexcenteſimo ſexto*, cum *Abrahamo Sculteto* iterum in ſuperiorem abiit Palatinatum & *Ambergæ* pædagogium illuſtre, ad illorum quæ in inferiori Palatinatu celebrantur, Gymnaſiorum formam reduxit. *Reformat in Simmerenſi ducatu.* *Amberg. Gymnaſiū ordinat.*

Anno deinde *milleſimo ſexcenteſimo nono*, ſecundùm evocatus, cum *Abrahamo Sculteto* in comitatum Hanovicum venit, & Eccleſiæ res conſtituit, atque ad Palatinarum Eccleſiarum formam revocavit. *Iterum in comitatum Hanovicum abit.*

Tandem multis & maximis laboribus fractus anno *ſexcenteſimo duodecimo*, ultrò officio ſe abdicavit, & à publicis laboribus conquievit. Id temporis aſſiduus fuit in mortis hora contemplanda: cum amicis multa de beatâ & æternâ vitâ diſſerens, non obſcurè oſtendit: ſe jam initia æternæ beatitatis in pectore ſuo præſentiſcere. Nihil enim tàm anxiè deſideravit, quam uti brevi pòſt ex hac ærumnoſa & miſeriarum plena valle, in æternam beatitatem commigraret. Nec longum ei tempus fuit exſpectandum. Lectulo enim per aliquot dies affixus anno *ſexcenteſimo decimo tertio*, menſis Aprilis die *decimo quarto*, veſperi intra *octavam & nonam*, placidiſſimè animam expirans in Chriſto obdormivit. Vixit annos *octo & ſexaginta*, exceptis quinque menſibus: annos *viginti* ſenatui Eccleſiaſtico præfuit: *novem* verò & *triginta* Deo & Eccleſiæ & amicis inſervivit. Elatus eſt funere honorifico, & in D. Petri choro ſepultus, tali cum monumento: *Abdicat ſe officio.* *Exſpirat.* *Monumentum.*

OTTO A GRYNRADE
EQUES MISNICUS.

NASCITUR DELITSCHII 1545. 10. SEPT. DISCIT PIETATEM ET LITERAS WITTENBERGÆ ANNO 14. GUBERNAT STUDIA ET MORES MAURITII PRINCIPIS AURAICI. ANNO 1575. ET 76. JUVAT REFORMATIONEM ECCLESIARUM NASSOV. SOLMENS. WITGENSTEIN. ANNIS SEQUENTIBUS.

FRIDERICUM IV. ELECT. PALATIN. VERA PIETATE ET OMNIBUS LAUDATI PRINCIPIS VIRTUTIBUS OCTEN. INSTRUIT. PRÆSES SENATUS ECCLES. RENUNCIATUS, VIGINTI IPSOS ANNOS ET PRECIB. ET CURIS ET LABORIB. PRO ECCLES. ET SCHOLIS PALATINIS IMPENDIT. PRINCIPIBUS PALAT. AUCTOR CONDENDI ET SCHOLAS, QUIBUS PUELLÆ PIE INFORMARENTUR: ET HORREUM, QUO IN ANNONÆ DIFFICULTATE NECESSITATI PUBLICÆ SUBVENITUR. INSTITUTIONEM CATECHETICAM SENIORUM ÆQUE AC JUNIORUM PRIMUS ECCLES. PALAT. COMMENDAT. VITAM CÆLIB. SANCTE AC LABORIOSE ACTAM. PLACIDA MORTE FINIIT.

Anno 1613. 14. April. cum vixiſſet annos 67. M. 7. D. 4.

UNUM EST NECESSARIUM.

I. Gruteri Epigramma. *Janus Gruterus* vir cl. mortuum elogio honoravit, & Epigrammate ejusmodi:

** In dalic. poët. Belg. p. 2.*

*In * ſepulcrum Othonis Grynradii:*
Qui ſepulcrum aves videre vile, cujus aſtricas
Nominis ſublimitate verberat fama faces:
Hic adesdum; ubi repoſtus eſt Otho Grynradius.

Symbolum Grünradii. ** Luc. 10. v. 42.* Pro ſcito & ſymbolo, ac teſſerâ quaſi Chriſtianæ ſuæ militiæ, delegit illud * Chriſti ad Martham verbum: ἑνός ἐςι χρεία, *Unum eſt neceſſarium*: ad quod actiones & cogitationes ſuas direxit: idemque ut alii facerent, auctor & dux fuit. Eſt autem illud Unuum ardens deſiderium cognoſcendi DEUM, & cognoſcendi viam: qua ad ſalutem pervenitur.

Fontem deinde benignitatis ſuæ clauſit nemini: adeò ut domus ejus perfugium toti civitati ac Palatinatui eſſet: libellos ſupplicum humaniter accepit: querimonias placidè audivit: ope & opera, quà quà potuit, egenos juvit: adeoque quæ *Caſimiri* Principis munificentia in ipſum collata erant beneficia, ea largiſſimè ad publicos uſus impulit. Cumque aliquando maxima premeret Palatinatum annonæ charitas, incendentibus eam Dardanariis: *Grünradii* conſilio granaria ordinata, fructusque agrorum, ad neceſſitatis caſum, adſervati. *Granaria conſtituit.*

In veſtitu denique fuit ſimplex: in victu frugalis; in cœlibatu caſtus. Veſtium ornatum ſimplicem & ad vetuſtatè quam proximè accedentem ita adamavit; ut ſplendidiorem ornatum, qui modum excederet, ſummopere fuerit deteſtatus. Multò illi precioſior veſtis viſa; *conſcientiæ integritas, inculpa vita, fides ſancta, caſtæ preces.*

Librorum, quod ſciamus, ipſe quidem ed dit nihil: ſed ut ab aliis ederentur author p motorque exſtitit: inter quæ Theologica p raque omnia & ſcholaſtica.

Ultimum ſcriptum, quod ipſius cura pr diit, & quo abſoluto, ſe eò ſuavius mo turum ſæpius affirmavit, fuit *Catecheſis ſch laſtica Germanica*, cum analyſi & ſcholiis pe ſpicuis: quæ etiamnum in Palatinatu uſita *Ex oratione parentali.*

BARTHOLOMÆUS PITISCU

Anno à Chriſto nato, *milleſimo quinge teſimo ſexageſimo primo*, die *viceſi quarto* Auguſti, qui *Bartholomæo* ſacer, nat eſt *Bartholomæus Pitiſcus* in pago *Schlaun Grünbergæ* inferioris Sileſiæ oppido, adlate li, loco humili, atque innocentiſſimis ag culturæ reditibus ferè contento: ut vel h exemplo firmetur illud * Senecæ: *ex caſâ tam virum magnum prodire poſſe.*

Parentes ipſi fuere honeſti; ſed fortu longè tenuioris: quàm ut iis adjutus fil videri poſſit; qui eò usque pervenerit. V rùm ſapientior eſt æterni Patris provident quàm ut viis nobis patentibus conſtringat Nec ipſius parentes, quod pietas piis dicta ſolet, media, quibus in filio, ad optima qu que præparando, uti poſſent, negligeba Docebat tum eo in loco Evangelium Chr *Andreas Carcheſius*; vir eâ pietate & eru endi alios cupiditate: ut ruſticorum eti filios inſtituere non dedignaretur, potiori co Chriſti gloriâ habitâ, quem moleſtiar evitatione. Huic primùm *Pitiſcus* fuit co miſſus: à quo & pietatis Chriſtianæ ſumma & literarum primordia ita feliciter accepit: ſingularem ingenii promtitudinem magiſ ſuo facilè proderet.

Animadverſa ergo ea pueri ſolertia, optimus agendum ſibi cogitavit idem, qu in recens plantatâ arbore, ad oſtenſam f gum futurarum ſpem, facere hortulani lent. Eam nempe non ipſi tantum in ſtriè colunt, ſed & ad fructuoſas ejusm operas eos invitant maximè, quibus col darum arborum rationes ſciunt eſſe explo tas. Quapropter nobilem, qui agro illi præerat, pueri nomine convenit, eoque de lerti induſtria inſigniter commendato, c nixè flagitavit: ut in vicinam aliquam ſch lam ſuo cum ſumtu ablegaret, nec opti ſpei plantulam humana aliqua negligent floreſcere pateretur. Nec pia hæc prude que commonefactio, atque interceſſio ceſſu optato caruit. Nobilis illius enim mus flexus eſt ita: ut promtè parendum dicaret Politicorum monito, quod magiſ tui dictitat: ut, *ſi quod ruri ſit ingenium ſellens, & quod magnam futura virtutis ſ*

p

præbeat, in collegia & Gymnaſia urbana transferat, ibique accuratius formari jubeat.

Quantum igitur in ipſo quidem fuit: felicioris ingenii puero non defuit: ſed in ſcholam *Grünbergenſem* eum ſtatim miſit: quam celebriorem inſignes aliquot moderatores fecere: quorum in numero fuit Theologus ille & chronologus *Abrahamus Bucholzerus*, & ſecuti eum poſtmodum *Petrus Titus, Jacobus Ebertus*, & *Paulus Bernavus*.

In eam muſarum officinam ut devenit Pitiſcus; prædicatam modò antè in ſe ad ſtudia optima promitudinem, novis continuò characteriſmis confirmavit; & quos primo acceſſu reperiit æquales, brevi temporis intervallo ſuperavit omnes. Ut verò annum *decimum octavum* attigit, inde *Vratislaviam* præceptorum fautorumque monitu abiit, ceptam illam ſtudiorum telam promtiſſimo animo continuaturus: operam ſimul ſuam ad ſublevandam rem domi anguſtam, inſtitutioni puerili navaturus. Adſcitus ibi locorum fuit in familiam *Sigfridi Ribiſchii*, qui filio *Gottfrido*, ante aliquot luſtra in defenſione *Vara...ini* celebre nomen conſecuto, eum ab inſtitutione eſſe cupivit. Erat *Ribiſchio* illi inſignis librorum apparatus, Hiſtoricorum, Poeticorum, Theologicorum. In ſacrum illud conclave ſæpius ſe abdebat, & quod apes in ...atis floridioribus facere laborioſè ſolent, ...em ipſe non ignaviter agebat.

Vivebat eodem tempore *Vratislaviæ A...ndus Polanus*, qui nemini ob eruditionem ...eologicam hodiè ignotus: ſtudiiſque hu...nioribus itidem tum advigilabat. Eum ...iuſculè *Pitiſcus* ad ſe accerſebat, ad do...res iſtos mutos deducebat, induſtriæque ... in legendo & conferendo ſocium com...em habebat. Optima verò hæc tractan...um feliciter ſtudiorum ratio, quippe cum ...junctis operis & frequentatis inde collo...is, & facilius multa ſcitu digniſſima ap...hendantur, & tenacius apprehenſu diffici...a imprimantur. Et imbibit ita uterque ...ci ſatis documento piæ eruditionis ſuccum, ... ipſis etiam tenaciſſimum ſincerioris ami...e gluten fuit: ut eam in ſcholis olim in...atam ad obitum uſque ſanctè conti...rint.

Innotuit autem tum etiam inſignibus ali...t viris *Andreæ Dudithio, Joanni Cratoni*, ...o & *Jacobo Monaviis, Martino Schillin... Engelhardo*, aliiſque qui Uratislaviæ age...; & ad ſacra de rebus divinis colloquia ...enire ſæpius ſolebant: cum quidem non multo pòſt ex Palatinatu illuc etiam ve...nt *Quirinus*, *Chriſtmannus*, & *Cala...us*, quorum deinde virtus & eruditio ...enter in Academiâ Palatinâ enituit.

...d viſitanda erat Pitiſco, in ſtudiis hu...oribus ſic ſatis progreſſo, Academia: ...xcitatiſſimi juvenis animus magis appe... quicquam: quam ad fundamenta rectè præſtructa, quicquid eruditionis ſolidæ poſſet, ſuperſtruere. Verum ſuprema tum dies Mæcenatem illum nobilem abſtulerat; ut cujus ſubſidio urbanam illam ſcholam ingreſſus erat, ejuſdem munificentia in Academiam conferre ſe non potuerit. Non defuit autem hic paternum divinæ providentiæ remedium, quod paratum perpetuo iis eſſe ſolet, quos ordinationis divinæ majeſtas ad inſignia quædam munia prædeſtinavit. Conjux enim viri domi foriſque nobiliſſimi *Ioachimi à Berge*, prudentiſſimi illius trium imperatorum conſiliarii, religioniſque orthodoxæ in Sileſia promotoris munificentiſſimi, alebat tunc aliquot in Academiis adoleſcentes, qui rerum divinarum meditationi animum applicarent. Eorum in numerum *Pitiſcum* etiam admiſit: & neceſſariis ipſum ad ſtudia Academica ſumtibus inſtruxit.

Conjux Ioachimi à Berge.

Priuſquam verò patriam *Pitiſcus* relinqueret, non imprudente conſilio clariſſimos quoſdam in Sileſia Theologos conveniendos ſibi putabat, eo quidem animo: ut conſilia rectius inſtituendi ſacroſanctæ Theologiæ ſtudii à peritioribus artificibus audiret. Addidicerat enim; eſſe ſtudioſè eorum commonefactiones attendendas, qui experti jam norint, ut in ſtudiis rectiſſimè ſit procedendum, nec negligenda illorum conſilia, qui pro ea, quam annis & vario rerum uſu ſibi pararunt, prudentia expeditiores ſint, ad oſtendenda pro diverſo adoleſcentum ſcopo media. Freiſtadii tum *Abrahamus Bucholcerus* verbi divini miniſterio fungebatur, Lignicii *Leonhardus Crenzhemius*. Utriuſque colloquia & conſilia illa ambibat, & talia etiam nanciſcebatur: ut ſtudioſè ea in adverſariis poſtea conſignarit. Duo *Bucholcerus* monuerat; quæ in ſtudio Theologico ſint attendenda.

Conſulit Theologos Pitiſcus de ſtudio Theol. inſtituendo.

Bucholceri monita.

Primum adjumentorum nomine inſigniri poteſt, ut quod linguas *Græcam*, *Latinam*, *Hebræam* itemque *Logicam* cum cæteris dicendi artibus diſcendas eſſe voluerat Theologiam dextrè cognituro. *Alterum* ea concernit, quæ res ipſas vicinius complectuntur. Inprimis hic de *textu Biblico* diligenter evolvendo monuit: adhiberique poſſe in veteri quidem Teſtamento *Vatabli*, in *Novo Bezæ* Latinam: in utroque Germanicam *Lutheri* verſionem: cæterum Chriſtianæ doctrinæ ſummam ex methodicis quibuſdam libellis ad ſacræ ſcripturæ lectionem eſſe afferendam: in his verò ipſis *Melanchthonis locos communes* præſtare, cum alii quidem ſint nonnulli eruditè à clariſſimis quibuſdam Theologis ſcripti; ſed lectorem illi requirant judicioſiorem. Commonefactionis hujus rationem ſubjunxerat aliam, eſſe ad ſacrorum Bibliorum lectionem afferendum *caput regulatum*, *judicium confirmatum*: optimum autem judiciorum formatorem *Melanchthonem*. Poſthæc innuerat eſſe Theologo futuro cognoſcendam *Hiſtoriam eccleſiaſticam*, *Euſebiique monumenta* perlegenda, commentarios etiam

ad ſacrorum librorum lectionem negligendos non eſſe, certos tamen quoſdam ex univerſo illorum numero ad ſingulos libros eſſe ſeligendos, quorum aliquos judicioſiſſimus homo etiam deſignarat ita, ut quid in uno quoque ſtudioſè animadverti debeat, ſimul indicarit. Regulam præterea hanc tradiderat, *recentium ſcripta legenda quidem, at magno cum delectu, adverſariorum verò libros eò potiſſimum fine eſſe evolvendos, ut controverſiæ rectiùs cognoſcantur, & argumenta ab illis adduci ſolita accuratiùs refutentur.* Cæterum inculcaverat illud ſtudioſiſſimè eſſe *ſæpius de lectis atque cognitis conferendum, illud enim eſſe, quod multis magnis viris deſit*: atque hoc quidem contentiſſimè inculcaverat, ut *hoc, hoc*, eſſe inclamitarit, *quod multis deſit, ſummè verò omnibus ſit neceſſarium.* Poſtea de patrum lectione ſigillatim illud addiderat, *eſſe eos eo legendos ordine, quo vixiſſent*, & alia in hanc ſententiam plura. Jam quæ ad praxin pertinent, hæc ſuggeſſerat. Hortatus præcipuè fuerat, ut *maturè ſe dicendo futurus concionator exerceat, & juventus diſcendo atque exercendo, ætas autem provectior docendo atque concionando impendatur.* Maximè verò *exemplum aliquod vivum* eſſe *proponendum*, cenſuerat, cum hac in re nihil αὐτοδιδαξίᾳ ſit unquam periculoſius. Suaſerat etiam *concionum Germanicarum lectionem*: quæ etſi propter rerum tractationem neceſſaria non uſque adeò ſit, utiliſſima tamen ſit ad pleniorem idiomatis Germanici cognitionem, quandoquidem & illud ſit artis, *Germanico ſermone expeditè uti poſſe*, & reperiantur non pauci, quibus rerum cognitio minimè, verborum tamen promtitudo deſit. Atque è multis *Matheſium*, qui eo in genere legi poſſit utiliſſimè, judicaverat ſeligendum.

Adverſariorum libri legendi.

Patres ut legendi.

In praxi Theolog. quid obſervandum.

I. Matheſius legendus.

Tandem ad *duo* in ſuæ functionis officio concionatori reſpiciendum perpetuo eſſe aſſeruerat, ut nempe *in applicando potens ſit, idemque in commovendo.* Duo enim hæc eſſe, quæ concioni ſi deſint, exangue quaſi corpus relinquant, & ipſam vitalem animam complecti in ſe videantur. Hæc ſunt quæ prudentiſſimè *Pitiſco* abiturienti ſuggeſſerat *Bucholcerus.* Ab iis non ita multum recedunt, quæ à *Crenzhemio* audierat. Id enim agere ſe fuerat profeſſus, ut ordinariè quidem legat Biblia primo *Hebraica*, inde *Germanica*, poſt *Græca*, tandem vulgatæ verſionis *Latina*, cum ejus ferè in omnibus diſputationibus ſit uſus. Atque ibi perutile eſſe dixerat, conferri inter ſe verſiones, annotarique diſcrepantias, utilius autem illud, ut *in locos communes ſacroſanctæ ſcripturæ dicta digerantur, eaque ipſa, quæ patrum lectio ſubminiſtret.* Alias de controverſiis nonnullis egerat, quales ſunt de *Chriſti perſona*, ejusque *adoratione, quantum ad naturam humanam attinet*, de *electione*, itemque *de juſtificatione*, in quibus judicii ſui ſummam expoſuerat paucis.

Duo concionatori obſervanda.

Crentzhemii monita.

Loci communes ex dictis ſcripturæ.

Atque ita quidem utrinque Pitiſco obtigit, quod in votis habuerat unicè: ut jam in Aca-
demiam avolare cogitaret. Erant verò t
ſub annum *octogeſimum tertium* tres tantum
univerſa Germania ſcholæ, quæ orthodoxi
Religionis profitebantur, *Neapoli* Caſimi
na, *Serveſtæ* Anhaltina, & Saxonum *B*
mæ. In proximam ergo *Serveſtanam* ſe
contulit, invitatus Theologi *Wolfga*
Amlingi celebritate, quem per annum t
audiit.

Reformato interea Palatinatu circa ann
octogeſimum quartum, Principis Caſimiri
ſpiciis: *Pitiſcus* Serveſta relicta in Palat
tum ſe contulit, atque tum ſolerti ſua in
ſtria animum ad *Ioannis Iacobi Grynæi* im
tionem convertit ita, ut filii loco habere
dignaretur. Nec infrequenter tum co
gium Theologicum adiit, ipſum, pero
tem, diſputantem, opponentem, reſpond
tem audiit, probavitque ita ſuos ipſe et
in Philoſophica cognitione progreſſus Aca
miæ *Haidelbergenſis* Antiſtitibus, ut &
Caſimirianæ ædis regentem deſignare, &
Davide Pareo Magiſterii gradu decorare
cuerit. Quin placuit ipſe ſummis tan
hominibus ita: ut communi eorum ſuaſi
illuſtriſſimi Principis *Friderici IV.* inſtitu
nem adhibitus poſtea fuerit, cum viris d
latinatu optimè meritis nobili *Othone à G*
rad, itemque *Georgio Michaële Linge*
mio. Hoc in officio, arduo ac difficili,
tiſcus rationem eam optimam eſſe duxit
nempe humanæ ſolertiæ tantum hand
quam concrederet, quantum ad increm
ſalutaria exigitur, ſed ad veram, vivam,
mamque omnis felicitatis ſcaturiginem
converteret.

Omnis enim donatio bona perfectum
bonum è ſupernis à patre luminum profic
tur, non cœlitus ea dona ac bona feliciùs
petrare ratio ulla poteſt, quàm ſupplex d
nominis invocatio, & adſidua ſacrarum
rum meditatio. Ac dum ipſe præmiſſis
per devotiſſimis precibus, indefeſſo p
ſtudio allaboraret, ut vitalis ille ſuccu
ſacris Iſraelis fontibus promanans ſun
Principi infunderetur, veritatem eloqui
lius divini, quod maximum precibus &
tis valorem adſcribit, ſingulariter eſt ex
tus. Optato enim incremento ad plant
nem rigationemque accedente tantum
Principem inſtitutione eâ præſtitum eſt
poſtmodum ſelectiorum ſacræ ſcripturæ
nitorum & expeditè meminiſſe & in gra
mis negotiis ſapienter uti potuerit.

Hac ergo in functione cum eum dexte
commendaret, concionatoris aulici ſecur
munus ad finitos tutelæ annos Princeps
mirus ipſi demandavit, ut quem pupillus
ſuus privatum habuiſſet, eundem publ
Doctorem ſortiretur. Antequam a
munus oblatum aggrederetur, patriam,
tisque decrepitæ parentes ultimo inviſit
norificeque à ſummis quibusque in *Sileſ*
ris fuit exceptus, quorum in numero nc
lum conſules ſenatusque *Grunbergenſis*
verum etiam nobiliſſimi magnificique

Nicolaus à Burckhaus, Georgius à Dyhr, Sebaſtianus à Schvvartz, Iacobus Monavius, & quem ille fautorem & Mæcenatem munificentiſſimum experiebatur, *Ioachimus à Berge*, cujus etiam eruditiſſimorum ſermonum, quos ſingulariter cum ipſo inſtituerat, non potuit non ſæpè magna cum voluptate meminiſſe. Et quales illi fuerint, adverſaria ejus fuerunt teſtata. Egerat nobiliſſimus vir non de laudatiſſimo ſuo propoſito ſolum, quo ſtipendiis per Sileſiæ civitates à ſe conſtitutis, proſpicere per hæredem ipſe, executores, examinatoresque vellet; *ut in Reformatione à ſe ſuſcepta progreſſus eſſet, quid de præſenti Religionis ſtatu judicari poſſet*, ſed varia etiam ἀξιομνημόνευτα recenſuerat, quæ in peregrinationibus Imperatoribus *Ferdinando, Maximiliano*, cum illuſtriſſimis Principibus *Friderico III. Philippo Wilhelmoque* Landgraviis aliisque ſummis hominibus, itemque quæ in honorificentiſſimis legationibus obſervarat. Inprimis etiam de doctiſſimis quibusque viris, quæ memorabilia ipſe maximè noverat, adduxerat. Inter quæ illud præterire fas non [e]ſt, quod *Fridericus III.* ſciſcitatus ab ipſo [f]uerat aliquando; *Vrſinum ne noſſet, quanti [e]t illum faceret?* cumque *eum ſe noſſe & magni facere* reſpondiſſet Bergerus, ipſe Prin[ci]ps prudentiſſimus ſubjunxerit: *Tanto verò [vi]ro patria haudquaquam digna fuit; dicas [po]pularibus tuis, ut multos tales ad me expel[la]nt.* Ægrè tandem nobiliſſimus, eruditiſ[ſim]uſque vir *Pitiſcum* dimiſit & exoptavit ſe[cu]m eum retinere, ut patriæ bono conceſſa [d]initus talenta impenderet. Sed res aliter [i]n ferebant, revertendum erat in Palatina[tu]m, demandatum à Principe munus ſubeun[du]m, quod & ea fidelitate & felicitate *trien[ni]um* pòſt obiit, ut Electori fuerit viſum, [Concionatoris] aulici munus ipſi dehinc committen[du]m. In cujus quidem officii demandatio[ne] (quod æternitati omninò ſacrandum) [l]e Princeps in ſynedrio Eccleſiaſtico, cum [j]uſſit, ut *animo imperterrito officii ſui ra[ti]ones exequeretur, ac libere ſe moneret, ſic[u]bi ſacræ literæ monendum dictitarent.* [Circi]tum id ſub annum *nonageſimum quartum*, [pos]t quem biennio elapſo, in Palatinatum [supe]riorem cum Principe eſt profectus, & [eru]ditis atque perſpicuis concionibus divino[rum] dogmatum veritatem, non ſine gre[gis] Chriſtiani augmento & incremento, [...]vit.

[E]laboravit tum librum, *pro Eccleſiarum [Pal]atinarum Reformatione*, de quo hoc fuit [sapi]entiſſimi Theologi judicium, *à nemine [om]nius controverſiam de imaginibus tam ner[vo]ſe, tamque dilucidè pertractatam eſſe, quàm [Pit]iſco*, qui quidem, qua fuit modeſtia, ſi[ne n]omine ſuo librum illum edidit. Colle[git e]odem tempore *conſtantes Lutheri de ſer[vo ar]bitrio ſententias*, quas juſſu ſuperiorum [...]avit.

[Po]ſt reditum è ſuperiori Palatinatu, anti[stitiu]m obtinuit, officiumque tum docendo [tum c]ommentando gnaviter fecit. Inter alia meditatus eſt tunc aureolum libellum, quem *Confeſſionem fidei* nuncupavit; in quo brevibus *aphoriſmis* ſummam doctrinæ orthodoxæ complexus eſt, ſingulosque teſtimoniis ſcripturæ invictis ita munivit: ut labor iſte fructu ſuo non caruerit. Operam etiam utilem Eccleſiæ impendit in ſcriptis illis conficiendis, quibus Germanicarum Eccleſiarum, quæ à Papatu ſeceſſerunt, uno quæſita, & controverſa Religionis capita planius ſunt declarata, quæ tamen ſcripta quomodo excepta ſint, palàm eſt.

Confeſſionem fidei edit.

Audiverunt autem ipſum Principes non ſolùm domi agentes: ſed etiam peregrè abeuntes adeſſe ſibi eum voluerunt. Itaque cum *Friderico IV.* Electore Palatino in Saxoniam eſt profectus, eoque mortuo cum Electoratus Adminiſtratore illuſtriſſimo Principe *Ioanne* tum aliò, tum ad celeberrimum Principum *Francofurti* conventum abiit, in quo de Imperii Romani capite eligendo actum.

Gratus Principibus Peregrè eum iis abit.

Hoc in officio cum ita inter aſſiduas curas & labores verſaretur, morbum ex obſtructione ſcirrhosâ hepatis menſe April., anno *ſexcenteſimo tertio*, nactus eſt, quo accedente continua febri, paulatim exhauſtus, editis miris patientiæ documentis, inter preces aſſiduas die *decimo ſeptimo* Julii, mane inter horam *ſextam & ſeptimam*, anno ætatis ſuæ *quinquageſimo ſecundo* nondum completo, piè in Chriſto obdormivit. Elatus eſt die *viceſimo nono* ejusdem menſis funere honorifico, & ad D. Petri ſepultus. In obitum ejus Epiced a à viris piis & bonis ſcripta ſunt: de quibus hoc eſt *Simonis Stenii*:

Morbus ejus fatalis.

Quo extinguitur.

Epitaphiū ejus à Sten.

Εὐσέβιη Παύλου, ἠδ' Εὐκλείδαο μάθησις,
Εἰν ἑνὶ Πιτίσκου τῷδε τάφῳ ἐκρύβη.

Hoc eſt:

Ut Pauli pietas, ſic Euclidea matheſis,
Hoc uno Pitiſci occulitur tumulo.

Fuit hic Theologus doctrinæ profundæ, ingenii acris & perſpicacis, ipſemet vitæ ſuæ cenſor, ne in aliorum incurreret voculas, in docendo & ſcribendo methodi ſummè obſervans: adeò, ut abſque ordine nihil dici, nihil diſci poſſe rectè ſtatueret. Et quæ concionatori apprimè eſt neceſſaria, tanta uſus eſt ſemper perſpicuitate, tamque dextra ad auditorum uſum omnia applicandi felicitate, ut illa quidem laudem ipſe ſummam apud omnes invenerit, in hac verò pares habuerit perpaucos.

Doctrina & Virtutes

Perſpicuitas in docendo & applicando.

Illud vero mirandum, quod homo Theologus, in Mathematum ſtudiis, nullo, niſi ſe Magiſtro, eo uſque progreſſus eſt, ut editis ſcriptis, diſciplinæ illius gloriam magnis Matheſeos Profeſſoribus præripuerit. Qua de re cum amicus ei aliquando gratulatus eſſet, nihil aliud reſpondit, quàm hoc: gaudete, „ quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo. „ *Juvat huc adſcribere, quod nobilis ille* Tycho „ de Brahe *ad* Conradum Aſlachum *de noſtro* „ *Pitiſco*: Doctiſsimi, *inquit*, illius Bartholo- „ mæi

Excellit in Mathematicis.

Tychonis de Brahe judicium de eo.

„ mæi Pitiſci de triangulis acutum & com-
„ pendioſum libellum lubens accepi: rogo-
„ que ut illi ex me gratias agas. Optarem,
„ plures ejusmodi concionatores reperiri,
„ qui Geometrica gnaviter callerent: forte
„ plus eſſet in iis circumſpecti & ſolidi judi-
„ cii, rixarum inanium & logomachiarum &c.
„ minus. Si is mihi aliquando ſcripſerit,
„ & de iis ſtudiis mecum contulerit, inve-
„ niet reſponſorem non invitum. Hæc il-
le. Ac ne quis hæc talia ab ipſo tractata exi-
ſtimet, cum officii neglectione, ipſe ſe * ali-
cubi ſic excuſat: *Alii ſchacchia ludunt & talis, ego regulâ & circino, ſi quando ludere datur. Ex eo genere luſus hæc Trigonometria mea.*

**Præfatione in trigonometricum primum.*

Scripta vernacula

Scripta ab ipſo edita vernaculè ſunt, *pro Reformatione Eccleſiarum Anhaltinatus*: *de ortu fidei* ex Martino Luthero: item *Irenicum*: & conſecuta Wirtembergica.

1. Außführlicher Bericht.
2. Anhang.
3. Antwort/der HeidelbergiſchenTheologen.
4. Endliche Uberweiſung.
5. Beſchluß der Uberweiſung.

Latinè edidit: *Antiroſarium*, contra Jeſuitam quendam Moguntinum: *Synopſin Theologiæ* Methodicæ: *Trigonometriam* parvam, item magnam: *Theſaurum* Mathematicum. Nomen optimi viri ejuſmodi anagrammmate aliquando expreſſimus:

Anagramma nominis ejus.

BARTOLOMÆUS PITISCUS

μετεγραμματιζόμενος

MORS JESU SUBITO PLACAT.

Dum peccatorum circumcirca agmina gliſcunt:
Dum tonat offenſi cælitùs ira Dei:
Dum pice torrentis Stygis obſervatur imago,
Et latus omne timor circat, & omne tremor:
Quid faciat tantis mens obvallata procellis?
Totque malis ubinam territa quærat opem?
Ad Chriſti ſolùm tollat ſacra vulnera vultum:
A Chriſtoque animæ pharmaca ſola petat.
*Mors etenim Ieſu *, noſtræ unica cauſa ſalutis,*
*Et cœlum ſubitò placat *, & atra fugat*
Terrorum: redeunt ſuaves in corda reſultus,
Lætitiâ ætheriâ mens animique micat.

**Act.4.12.*
**Rom.3.15.*

Tantum de Pitiſco *ex oratione parentali, programmate funebri, elenchis librorum.*

CONRADUS GRASERUS.

Θ. 1613. d. 30. Decemb. ætat. 56. curr.

CОnradum *Graſerum* Franciæ orientalis oppidum Königsberg protulit, anno æræ Chriſtianæ *milleſimo, quingenteſimo ſeptimo*, die *ſexto* Maji. Pater ei fuit *Adam* mater *Eliſabetha*; è familiâ *Mollerorum*: de oriundus fuit & inſignis ille Mathemati rum diſciplinarum inſtaurator *Ioannes de gio monte*: qui, familiæ nomine omiſſo, triam nobilitavit. Interceſſerunt autem natali illius Joannis *Regiomontani*, ad na lem hujus Graſeri uſque, anni circiter ab obitu autem *centum triginta ſex*, ad o tum Graſeri.

Primùm in patriâ ſcholâ operam literis dit, & inter cæteros Præceptores habuit *P lum Schedium Meliſſum*, Poëtam poſtea leberrimum. Fuit deinceps etiam aliò trivialem ſcholam miſſus. Tandem anno tatis ſuæ *decimo quinto*, qui fuit à nato Ch ſto *milleſimus*, *quingenteſimus*, *ſeptuageſi ſecundus*, Lipſenſem in Academiam ſe c tulit, in qua difficultate victûs compulſ Advocato cuidam operam ſuam, in deſ bendis actis & materiis litium Juridicaru addixit. Cum verò aliquando illius Ad cati quidam clientes in abſentiâ patroni a manuenſi *Graſero* conſilium, in ſua ca difficili, & longo tempore in judicio p dente, exquiſiviſſent, & exitum cauſæ ſ qualiſcumque ille futurus, anxio animo optaſſent: *Graſerus* tale iis conſilium ſup ditavit; quod litibus illis finem citò im fuit. Id ubi reſciviſſet Advocatus ille, mum reverſus, cœpit *Graſero* iſtam a ſinceritatem & candorem exprobrare: S inquit, *ita agere, ô bone! cauſas perrex non multum proficies, neque aureos monte craberis.* Graſerus perculſus hoc nobiliſſ artis ad avaritiam & φιλαργυρίαν abuſu Advocato bonâ gratiâ diſceſſit, & ſtudi *riſprudentiæ*, in quo jam non contemnen progreſſus fecerat, ſepoſito, *Theologiæ* d ceps incumbere cœpit. Cum verò ſine guarum eruditarum, *Hebraicæ* inprimis, d de & *Græca* cognitione ſe Theologiæ m ria non poſſe perſcrutari videret, has ti inſtrumentarias addiſcere conatus fuit.

Profectus deinde *Lipſia* in Acaden Marchiam, *Francofurtum* ad Oderam inter alios Theologos *Chriſtophero Cor* familiariter uſus fuit. Verſabatur tum poris *Sabbatharius* quidam in eadem A mia *Matthias Helvius*, Hebrææ linguæ peritus. Hujus opera uſus non modò i Academia, ſed poſtea etiam *Thorunii*, i ficio Eccleſiaſtico jam conſtitutus, tantu eâ linguâ profecit, ut cum peritiſſimis dem certare poſſet. Quo ſanè facto e gium ab omnibus φιλεβραίοις laudem *Graſerus*. Nam & ſancta ea eſt lingua, & vis Theologiæ ſtudioſo neceſſaria. Etſi monumenta *Apoſtolorum* & *Evangeliſta Græca* ſunt, tamen phraſis eſt Hebraica. que rectè dixerunt veteres: *Hebræos bibe fontibus*: *Græcos ex rivulis*: *Latinos e cunis*.

Poſtquam deinde *Thorunii* in novo op ex obitu *Ioachimi Gerſtencorni*, officium cleſiaſticum vacaret, itemque alius loc

eri oppido fidelem Miniſtrum verbi & Sa-
mentorum deſideraret: Thorunienſis Rei-
b. Senatus ad Rectorem & Profeſſores
ademiæ Marchiæ, ex qua, utpote Borus-
, inprimis verò Thoruniæ maximè vicina,
cleſiæ ſcholarumve Miniſtri plerumque vo-
ri ſolebant, literas dedit, quibus ad Eccle-
ſuæ redintegrationem viros pios, doctos,
moderatos expetivit. Ibi duo Thoru-
um miſſi fuerunt; *Schutzius* & *Graſerus*,
orum alter ſine exploratione recipi voluit,
er *Graſerus* nimirum, ſuam concionem ju-
io Magiſtratus & Eccleſiæ ſubjecit, at-
ita fretus divino auxilio officium ſu-
pit.

Miniſterio ergò Evangelii initiatus in A-
lemiâ Marchicâ, abivit Thorunium, ubi
in officio ita verſatus fuit, ut exemplar
um veri Theologi eſſet. Cumque in vi-
tione ægrorum, & ad emigrationem ex
vita beatam præparatione deprehendiſſet,
troverſias illas Theologicas, quæ ſcien-
n quidem inflantem pariunt, conſcientias
ò fluctuantes non ſedant, quæque hodie
gna animorum contentione agitantur, &
gnos tumulus in Rebuſpub. excitant, nul-
prorſus uſum habere, quin imò con-
ntias ſimpliciorum, non aliter ac olim
Papatu humana figmenta intricare, cœ-
ab eis toto animo abhorrere, & in pu-
is concionibus tantum ea proponere,
ad fidem ſalvificam in Chriſtum acceden-
, & ad pietatem veram juxta verbum
exercendam, veramque conſolationem
ita & morte præſtandam faciebant. Et
Papatus ſub ementita larva *Eccleſiæ*, ſub-
aſtutè excogitato *Principatus*, *Primatus*,
vicariatus figmento, quibusdam dictis
vim ex ſacris literis detortis ſimpliciorum
nos effaſcinat, & ex fidelibus nonnullis
orem incutit, dum interdum non ſine
li ſucceſſu, quietas Reſpub. turbat & e-
it; ut piis ſibique ex verbo Dei certam
amque conſolationem afferret: *Prophe-*
Danielis & Apocalypſin Ioannis Evange-
& Apoſtoli enucleandas ſibi propoſuit,
nde triplex ſcriptum in publicum diverſis
poribus emiſit: de quo poſtea.

Non ſolùm autem publicè in templo offi-
n fidelis diſpenſatoris myſteriorum Dei
vit, ſed etiam in *Gymnaſio Thorunii*, re-
s tunc, auſpiciis *Henrici Strobandi* Scho-
hæ, & ejus collegarum, à Senatu illius
pub. aperto erectove. In eo enim *lin-*
m ſacram, & *hiſtorias* profeſſus, multos
liſſimè, quantum per valetudinem po-
, erudivit. Reipubl. etiam operam exi-
m, nunquam tamen niſi requiſitus,
ſtitit, tum præſertim, cùm Regni pro-
es, afflicto Reipubl. tempore, patriâ la-
ante de recuperandâ, & impoſterum ſta-
endâ pace conſultarent. Quin ſæpè in
us dubiis conſultus, ſalutaria monita,
ejus fuit prudentia, & animi judicii-
acumen, ſuggeſſit, felici plane ſucceſſu
ventu.

Verùm ut in aliis, ita & in ipſo completum illud vatis fuit: *Virgil.*

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit: ſubeunt morbi triſtisque ſenectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Morbo enim arthritico obnoxius diu fuit, quem ille quidem cenſebat huic ultimæ mundi ſenectæ fatalem, cùm temperantiâ ſuâ illum neque præcavere, neque ab eo liberari poſſet. Sic enim iſte morbus eum impedivit, ut officio citra animi moleſtiam fungi ſuo integrum ei non eſſet. De die verò in diem incrementum ſumſit, donec tandem omnem & pedum & manuum uſum ademit. Interea nihilominus liberaliſſimè à Senatu ſuſtentatus fuit: uti ipſius officia & diligens ſtudium, hoc jam antè promeruerant. Quotiescunque autem cibus, graviter jam corpuſculo à podagricis fluxionibus contracto, & quaſi diſſoluto, illi capiendus erat, è lectulo fatali in ſellam collocatus ad menſam deferebatur. Incedere enim ipſe, aut ſe loco movere non poterat. Cùm paulò ante obitum pedes imos intumuiſſe ſibi videret, & ex interiori quodam amico quæreret, *an non hoc eſſet hydropis principium?* isque reſponderet, *ſibi prorſus ita videri*: ibi *Graſerus* lætabundus in hæc verba prorupit: *Euge, DEO ſit laus & gloria! quòd jam mea inſtet liberatio & horula gratiſſima.* Adeò pertæſus miſeræ vitæ ſuæ, & dolorum podagricorum fuit; cupivitque cùm Apoſtolo tandem *diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, Domino & Servatore ſuo.* Hujus ſui voti tandem compos factus, penultimo die anni *milleſimi, ſexcenteſimi, decimi tertii*, ſtylo Juliano, ex hac lacrymarum valle & miſeriarum Oceano, in cœleſtem patriam emigravit, & placidè abiit.

Arthriticus laborat. *Fit podagricus.* *Alacritas ad mortem* *Moritur.*

In vivis adhuc dum eſſet, teſtamento caverat, ne corpus ſuum exanime, magnâ cum pompâ funebri, aut cum aliquo ſplendore, ſed ſimpliciter, honeſtè tamen, & non in aliqua *Baſilica*, loco videlicet olim ab Idolis & Idololatris profanato, ſed in communi cœmiterio extra urbem ſepeliretur, quod minimè in templis convenire exiſtimaret mortuorum cadavera collocari, in quibus vivos homines ad cultum Deo præſtandum, convenire tantùm decet. Præterea ſuperſtitione non caruit unquam illa in Baſilicis ſepeliendi conſuetudo. Itaque ſepultus eſt in cœmiterio extra urbem ad ædem D. *Georgii* publicè, quod nuper ad imitationem aliorum in Germania cœmiteriorum extructum. Cui Epitaphium lapideum, deauratis literis exornatum, ſpectabilis vir *Ioannes Zimmerman*, Senator Reipub. Thorunienſis, cum aliis amicis, memoriæ viri, præclarè de Eccleſiâ, ſcholâ, Republ. Chriſtianâ meriti, erexit. Epitaphium eſt ejusmodi:

In templis an mortui ſepeliendi. *Epitaphium Graſeri I. Zimmerman.*

CONRADUS GRASER
REGIOMONT. FRANCUS.
HIC JACET:
MILES JESU CHRISTI STRENUUS;
ET IN EJUS
ADVERSARIUM
SPIRITU, ORE, ET CALAMO VIGILANTISS. IS CURSU MILITIÆ SUÆ FELICITER ABSOLUTO; GRAVIBUSQUE QUI IN HOMINEM CHRISTIANUM CADERE POSSUNT, EXANTLATIS LABORIBUS, TANDEM IN HOC CAMPO PLACIDE OCCUBUIT, BRABEUM QUOD JUDEX ILLE GENERALIS, IN EXTREMO JUDICIO, SUIS DISTRIBUET, EXSPECTANS:
CUJUS MEMORIA SIT IN BENEDICTIONE, SORSQUE ILLIUS INTER FILIOS DEI NUMERETUR,
TANTUM DIC, VIATOR, ET ABI.
MILITARE DESIIT III. CALEND. JANUARII ANNO M. DC. XIII. AD VII. VESPERTINAM, CUM VIXISSET ANNOS LVI. MENSES VII. D. XIV.
MONUMENTUM HOC EI P. P A. A.

Virtutes ejus. Verè fuit, ut monumentum perhibet, *Chriſti miles ſtrenuus* in hoſtes Evangelii, mitis autem Paſtor ſuæ curæ commiſſarum ovium, humanus, ἀϐρεκὴς, & officii ſui ſatagens, id quod paucula hæc exempla declarant. Fuit pater quidam de *Societate*, uti vocant, *Jeſu*, is, ut erat impudens, & perfrictæ frontis homo, ad *Graſerum* venit, collaturus *Diſputatio de textu Biblior. Hebræo, an depravatus.* cum ipſo de *Bibliorum textu Hebraico*, quem depravatum eſſe nec authenticum poſſe haberi, contendebat. *Graſerus* libenter collationem illam amplexus, voluit audire, quidnam pompoſus pater in medium eſſet prolaturus; petentique Biblicum textum, porrexit Biblia Hebraica non punctata, ut vocant. Pater ille codicem ita accepit, & in evolutando occupatus fuit, ut ſumma imis commutaret, inverſamque ſcripturam Hebraicam, quia fortè ejus aut rudis, aut leviter ſaltem peritus fuit à recta dignoſcere non poſſet. Spectator iſtius arrogantis impudentiæ fuit quidam diſcipulus *Graſeri*, qui adhuc in vivis, is riſum tenere non potuit, ſicut & *Graſerus* vix ſuppreſſit. Nobilis, quocum pater ille venerat, hoc animadverſo; patrem monuit, ut abiret. Videbat quippe eum ludibrio ob arrogantem imperitiam Hebraicæ linguæ haberi. Ita appetitus eſt etiam ab iis, qui inferiores ipſo eruditione erant, expoſitus variis impotentum hominum injuriis. Nam cum lineamenta faciei ipſius fefelliſſent aliquando nobilem *Colaphum accepit.* quendam Polonum, benè potum, obvio Graſero, dum Judæum putat, colaphum impegit, quem Graſerus quieto animo nec ullius vindictæ cupido accepit, tulitque.

Narravit præterea ſæpè, canonicum q… piam Herbipolenſem in Franconia ade… dacter & protervè ſuam ſuorumque fe… tem jactaſſe; ut dixerit: *Si Luther… huc triginta circiter annos emanſiſſet, n… rituales Domini eò rem deduxiſſemus, … ſtici quidem coacti fuiſſent ſtramine & fœ… ſci, & ſpiritualibus non niſi capones i… afferre, nobiles autem & proceres coacti… ſent ocreas nobis ſpiritualibus purgare & … na ungere.* De nimiis Theologoru… vitiis hoc ſentiebat; *eas bona ratione n… ſe acquiri, nec bona conſcientia poſſideri…* que dixit tum temporis cum ei quidan… raſſet, non neminem Theologorum i… mania *triginta* circiter *millia florenorn…* liquiſſe.

Scripta poſteritati elucubravit profi… ut ſunt: *Hiſtoria Antichriſti illius m…* quam ampliſſimo & propriis virtutibu… minus, quam generis nobilitate conſ… viro *Henrico Strobando* ſeniori Reipub. … runienſis proconſuli & Burggravio R… nuncupavit. Hic *Strobandus* Graſero a… dia Theologica accuratius excolenda … fuerat, dum cunctanti inſtitit, ſuaq… hortatione acres ſtimulos addidit. De… doctrinæ quæ eo in ſcripto explicatur, … quando in ſchola publicè tradebatur, n… lum attentus auditor, ſed argutus etiam… ſor fuerat, deque locis aliquot non in… ter ipſum monuerat. Præterea ex ſuo … literario ad hæc ipſa feliciùs perficienda… nia ipſa liberaliter ſuppeditavit, quæ a… tiorem judicii informationem moment… quid habitura intelligebat. Deinde … & *plagam regiam* ſeu *explicationem A… lypſeos*, in qua etiam tranſactam hiſto… proponit, & adhuc magis horrenda, … Papatu Eccleſiæ Chriſti eventura ſunt, … prædicit. Quod ſcriptum *Caſparus W… rus* Profeſſor ſanctarum linguarum in ſ… Tigurina conſcio & volente autore *I…* Magnæ Britanniæ, Franciæ, Hyberni… Regi, dedicavit. Quia verò Graſerus … ſcripto Papatus hiſtoriam fundament… propoſuit, adeò, ut nemo non videat, … fatalis fuerit defectio Eccleſiæ à veritate… leſti ad Antichriſti figmenta, & tyrannid… doluit hoc Jeſuitis, proinde inventus fu… lumbis & enervatus quidam Sophiſta … ſphema nigrorum Monachorum Societ… qui ſplendido titulo refutationem *plagæ r…* pollicitus, meras calumnias & nugaces b… rum virorum inſectationes congeſſit. … verò duo ſcripta reviſa fuere & aucta ab … autore, & ſuo tempore lucem ſunt vi… ut & alia. Exſtat præterea ſcriptum, cu… tulus *Conradi Graſeri ultima verba*; in … oſtendit Jeſum Chriſtum Filium Dei & M… virginis eſſe verum illum promiſſum Meſſ… qui jam venit, & officium ſuum pro mundi … moriendo abſolvit. Hoc inſcripſit tribus … mariis regalis Boruſſiæ civitatibus *Thorunio, … bingæ* & *Gedano*. Edita eſt & *oratio de lingua … cta addiſcendâ*, quam ſub initium lectionun…

Gym…

-mnaſio Thoruninenſi habuit. Scripſit & -s tractatus, qui adhuc in pluteis Biblio- -cæ ejus, quæ hæreditario jure ad filium -i cognominem, Rectorem Gymnaſii -runienſis pervenit, continentur: *Liber* -irum *generationis Edom*, Hebraicè & La- -: Item de *Principiis cæcitatis Judaicæ* -tatus, & liber *fundamentorum Rabbi Io-* -*Bar Albonis*, quem ex Hebræo latinitati -avit. Scripſit & refutationem *Ioannis* -*ri* Jeſuitæ de Eccleſia & verbo Dei, quæ -ia nondum prælo ſunt ſubmiſſa, pote- -autem ſuo tempore ſubmitti. Contulit -n ſuper quibusdam verſionis Biblicæ lo- -um D. *Ioanne Piſcatore*, qui libenter in -*ſtri* ſententiam admonitus ab eo inci- -t.

-*antum de Graſero ex narratione M. S.* -*ita & obitu ejus, ab amicis transmiſſa.*

ANDREAS BAVDISIVS.

-*Ndream Baudiſium Vratislavia*, Sileſio- -rum caput, edidit honeſtiſſimâ in fami- -atum patre cognomine, cive urbis il- -matre *Annâ Neugebauerâ* matrona pi- -a, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſi-* -*quinquageſimo ſeptimo*, die *tertio* Junii. -tes iſti, cùm ſcirent *fundamentum* -*nis felicitatis eſſe rectam liberorum inſti-* -*tem*, tenello filioli ſui animo pietatem -tutem cum ipſo materno lacte inſtilla- -& ut primùm per ætatem potuit, in lu- -literarium miſerunt, ubi indoles ejus -ſeſe prodidit.

-nta enim diligentia ad ſtudia literarum -uit, Magiſtris viris illis celeberrimis & -ûtis feliciſſimis informatoribus, *An-* -*Wincklero* & *Petro Vincentio*: ut anno -*mo, quingenteſimo quinto*, de conſilio -ptorum illorum, ad Academiam *VVit-* -*rgenſem* à patre miſſus fuerit, ubi non -, ut teſtimonium ab eo, qui tum Re- -fungebatur officio, *Ioachimo à Beuſt*, -D. perhibitum docet, diſciplinis Phi- -hicis operam cum fructu navavit, ſed -nis ad Theologiam animum totum ap- -it. In quo ſtudio ut felicius progredi -, convictu *Ioannis Avenarii* Theolog. -im, ſimul ac eò venit, uſus eſt. Et quam- -ro ſtatim, quo in ſcholam publicam ve- -anno, parentem amiſerit, tamen inchoa- -tudiorum telam ipſe minimè abrupit. -s enim perinde ut & alia, qui ſemel verè -ceperit, odiſſe deinde nunquam aut re- -e poteſt.

-*ittemberga* ergò cum in ſtudiis trans- -t tempus ad annum uſque *milleſimum* -*nteſimum ſeptuageſimum octavum*, in- -cedens præcipuas Germaniæ Acade- -erluſtravit: inque aliquibus earum a- -annos, augendæ doctrinæ gratia, -it. *Humiles enim animæ domi reſi-* -*divinior cœlum imitatur, motuque gau-* -In literaria ergò iſthac peregrinatione ad clariſſimorum tunc temporis Theologorum, quo fine primario ipſi iter inſtitutum; notitiam amicitiamque ſe penetravit, fuitque omnibus, qui virtutem & doctrinam ejus norant, gratiſſimus, & jam ab hoc in convictum, jam ab alio ad reſpondentis locum, in diſputationibus Theologicis fuit invitatus, à non nemine *ſuus Sileſius* appellatus, adeoque, ut ex amicis nonnulli retulêre, ultro ei duabus in Academiis Doctoratus Theologici honos fuit oblatus, quem tamen ſuo conſilio, modeſtè ipſe recuſavit. Nimirum ita eſt ut optimus poëta * canit:

Ipſa quidem Virtus precium ſibi, ſolaque latè
Fortunæ ſecura nitet; nec faſcibus ullis
Erigitur, plauſuve petit clareſcere vulgi,
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animoſa ſuis, immotaque cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.
Attamen invitam blandè veſtigat, & ultrò
Ambit honor, docuit toties à rupe profectus
Lictor, & in mediis conſul quæſitus aratris.

* *Claud. in conſolat. Manli.*

Jactis ergo feliciter ſtudii Theologici fundamentis, in *novennali* Academica *peregrinatione*, in patriam, anno *octogeſimo tertio* rediit. Quo ſimul ac venit, ſingulari DEI providentia factum eſt, ut in Ducatu Lignicenſi conditio ei Eccleſiaſtica *Nicolſtadti*, à Magiſtratu legitimo fuerit oblata, quam vocationem tanquam divinam agnovit. Cum igitur eo ipſo anno illud adiiſſet officium à D. *Leonhardo Krentzhemio*, inſigni Theologo & Chronologo, Ducatus *Lignicenſis* tum Inſpectore, ſolenni manuum impoſitione inauguratus eſt, cum cujus filia etiam ſimul *Catharina*, virgine lectiſſima, eodem tempore nuptias celebravit, quam ſibi ſuperſtitem viduam, ut dicemus, reliquit. Factum id anno *milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto* ipſis Calendis Maji. Eodem ſtatim anno tribus menſibus poſt à ſenatu *Lignicenſi* Diaconatus ei officium ad D. *Petri & Pauli* oblatum eſt, cui ipſum *novennium* præfuit, oves Chriſti fideliter paſcendo, & pedo verbi divini ſalutariter regendo.

Redit ad ſuos.

Initiatur miniſterio Eccleſiæ.

Leonhard. Krentzh.

Ducit Vxorem.

Lignicii fit diaconus.

Anno deinde *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo quarto* à ſenatu *Trautenavienſi* invitatus fuit, ad Paſtoris officium ibidem ſubeundum. Sed cum paulo poſt & ferè ſub idem tempus ab illuſtriſſimo Principe *Petro Wockio Reſenbergio*, poſtremo ejus familiæ, *Cromavium*, oppidum Bohemiæ evocatus eſſet, ut ibidem Eccleſiam Auguſtanæ Confeſſionis, in medio Papatu inſtauraret, & Evangelii lucem eò transferret, habita deliberatione, vocationem priorem abnuit, & Cromavienſem, quæ in caſtris ad *Presburgum* data erat, ſecutus eſt. Itaque nihil remorante itineris longitudine, admirabilem Dei agnoſcens & amplectens providentiam, eò cum familia commigravit. Divinæ ſunt etiamnum vocationes ducendæ, quæ legitimo vocante magiſtratu, ſine αἰσχροκερδίᾳ, aut φιλοτιμίᾳ ſtimulante, aliisque de cauſis, ſuſcipiuntur.

Vocatus Trautenaviam.

Et Cromavii à Principe Roſenbergico, Petro Wockio.

Eò commigrat.

Vocationes divinæ.

Docet in templo & ſchola.

Cromavii ergo, DEO labores ejus fortunante, & in templo Evangelico auditorium habuit frequentiſſimum, & in ludo egregie inſtituto diſcentium multitudinē copioſam; quorum neutrum ibi unquam fuerat ante conſpectum: id quod ipſe *Baudiſius* inter præcipua, quæ Deus ſuo miniſterio effeciſſet, grato animo agnovit, & memoria ſermoneque frequenti prædicavit. Expertus eſt ibi non modò ſingularem ipſius Principis erga ſe favorem; ſed etiam præcipuum quendam auditorum amorem, qui ſanè ut olim *Galatæ* erga *Paulum*: ita & ipſi erga *Baudiſium* fuerunt affecti: ut, ſi opus fuiſſet, oculos etiam ipſius cauſa eruturi, ipſique daturi fuiſſent.

Vocatur à Ioach. Frid Princip. Sileſiæ.

Sed quid fit? dum ita magno cum ſucceſſu Evangelii præconem agit: anno *milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono*, à reverendiſſ. juxta & illuſtriſſimo Principe *Joachimo Friderico*, *Duce Lignicenſi & Brigenſi*, *Magdeburgenſis Archiepiſcopatus Præpoſito*, literis honorificè ſcriptis revocatus; tandemque à Principe *Roſenbergico* impetratus eſt.

Fit Lignicii Paſtor & Inſpector.

In Sileſiam igitur reverſus *Inſpector generalis* ab ipſo quidem Principe ducatus Lignicenſis Eccleſiarum: à ſenatu verò oppidano Paſtor ad D. *Petri & Pauli* conſtitutus eſt. Et ſanè hanc etiam vocationem, ut inopinam ita divinam eſſe, ipſe *Baudiſius* ratus, exemplo D. *Jacobi Patriarchæ* ſeſe conſolatus eſt: quem etiam in regionem à patria procul diſſitam, in *Meſopotamiam* nempe, ire Deus juſſit; tandem verò in patriam, *terram Canaanam*, reduxit: ſimul etiam Deum ſerio invocavit: ut in munere tam arduo Spiritus ſui ſancti gratia ſibi adeſſet; ut doctrina ſalutari erudire ſuos auditores, & diſciplina Eccleſiaſtica ita regere poſſet in terris: quo aliquando cum iiſdem in cœlis æternum viveret.

Et Wolavienſis ducatus.

Eodem anno à Principe *Joachimo Friderico* miniſterio totius ducatus *Lignicenſis*: & poſtea anno *milleſimo ſexcenteſimo decimo quarto*, menſe Martio, juſſu illuſtriſſimi Principis *Georgii Rudolphi*, *Ducis Lignicenſis ac Brigenſis*, etiam *Wolavienſis ducatus* miniſtris Inſpector datus eſt, publicè oratione à præfectis & conſiliariis dicta.

Fides ejus & induſtria.

Hoc in munere ita verſatus eſt: ut & fidem ſuam Deo ac magiſtratui abundè probarit: induſtriam, ſtudium, ac diligentiam à ſe deſiderari paſſus ſit nusquam. Et quid quantumve Deus per hoc organum in ſacro miniſterio effecerit; res ipſa hodieque loquitur. Nam ut alia latere nunc patiamur, initiavit ipſe ſacro miniſterio, dum *Lignicii* egit, *ducentos viginti duos*; (inter quos & filius ejus,) candidatos ſacri miniſterii: quorum multi in vicina regna ac finitimas provincias, *Luſatiam* dico, *Moraviam*, *Poloniam*, *Boemiam* & *Ungariam* usque evocati emiſſique fuere. Ita nempe etiamnum Chriſtus, ſedens ad dexteras patris, conſtituit ſuos *Evangeliſtas, Paſtores & Doctores*, ad ædificationem corporis ſui myſtici, quod eſt Eccleſia.

Cum ita Baudiſius certamen bonum c
taſſet, curſumque ſuum abſolviſſet,
ſexcenteſimo decimo quarto exeunte ant
Januarias febri corripitur, ad quam &
ritis acceſſit. Nulla tamen hujus habi
tione, cum ſperaret brevi, ut antehac, d
ſurum malum, concionem ordinariam ha
eâ cum virium declinatione; ut non ta
venti, quàm morienti fuerit ſimilis in ſ
ſtu conſpectus. Cum itaque facilè, ſ
habitans, colligere poſſet: morbum ſ
mum, imò horam adeſſe: maturè ſeſe
bus, tum publicis aliorum, tum pr
ſuis ad beatum ex hâc vitâ exitum pa
Sequenti die cum morbus ingraveſceret
ſertim de nocte, preces ipſi præivit co
animadvertens ἀγῶνα jam inſtare ulti
Precibus finitis, *jam ſatis eſt*, inquit,
que dicto ſe quaſi ad ſomnum comp
placidèque exſpirat, cæteris vix quic
animadvertentibus adſtantibus: cum vi
annos *quinquaginta ſeptem*, *unam & tr*
hebdomadas, in miniſterio autem *tr*
duos annos cum Eccleſiæ incremento tra
ſiſſet. Elatus eſt honorifico funere, co
catis omnibus ducatus utriusque *Lign*
& Wolavienſis miniſtris, ſepultusqu
templo, ubi conciones ſæpè efficaciſſima
buerat, die *duodecimo* menſis Januarii, a
ad tumulum Epitaphio tali:

REVERENDA DIGNITA
CLAR. ET AMPLISS. VI
ANDREÆ BAUDISIO U
TISLAVIENSI: THEOLO
GRAVISS. ECCLESIAR IN
CAT. LIGNICENS. ET V
LAVIENS. ULTRA XV. ANN
SUPERINTENDENTI E
CONSIST. ILLUSTR. ADSE
RI PRIMARIO, VERITATIS
PACIS ECCLESAST. ADSE
TORI FELICISSMO:

QUI POSTQUA

NICOLSTAD. PRIMUM, PC
LIGNICII, INDE CROML
ET RURSUM DENIQUE
GNIC. ECCLESIÆ MINIS
RIO ET GUBERNATIONE
ANNUM USQUE XXXII.
DELITER LAUDABILITERQ
FUISSET PERFUNCTUS,
NORUM LABORUMQUE
TUR, JUCUNDA NOMI
SUI MEMORIA PUBLICE
VATIMQUE RELICTA,
C

CUM FIDE AD CHRISTUM MIGRAVIT, ANNO EJUSD. MDCXV D. III. M. JAN. CUM VIXISSET ANNOS LVII. M. VII.

CATHARINA KRENTZHEMIA MARITO, ET ROSINA, LEONHARTUS, ANDREAS, DANIEL, GOTFRIDUS, DOROTHEA, LIBERI SUPERSTITES, PARENTI AMANTISS. DESIDERATISS. Q. EXTREM. PERSOLVENTES DEBIT. M. H. M. M. P. P.

Fuit Theologus eruditione, integritate vitæ, humanitate, & fide præſtans: qui pacem Eccleſiaſticam ſalutariter pro virili aſſeruit: quemque amore ac honore pii quique & boni viventem proſecuti ſunt: defunctum affectu deſiderioque proſequuntur: nec immeritò. Fuit enim Paſtor Eccleſiæ legitimè vocatus; doctrinæ ſuæ certus: διδακτικός; qui tenuit ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων, in fide & charitate: officii ſui ſategit, ut fidelis œconomus myſteriorum Dei. In ſupremâ ſenectâ cum reſipſi non cum uno eſſet morbo, & à collegis atque amicis, uti rationem valetudinis haberet, moneretur: *faciam*, inquit, *officium*, *um potero*; *etiamſi mortem mihi concionando accelerem*. Hoc eſt: *Imperatorem oportet antem mori*. Ita & evenit: quatriduo enim ante emortualem diem concionem habuit funebrem.

Privata ejus vita plena fuit exemplorum pietatis, ſobrietatis, concordiæ, modeſtiæ, patientiæ, in morbis variis ac ſæpè diuturnis. In conjugio vixit fecundo & tranquillo unum & triginta annos, relictis ſuperſtitibus filiis *quatuor*, filiabus *binis*, cum matre vidua.

Ex concione funebri, habita à Simone Gruno, & ex carminibus epicediis.

PHILIPPUS HEILBRUNNERUS.

Ditus eſt hanc in lucem *Philippus Heilbrunnerus*, *Lauffæ* ducatus Würtembergici oppido, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto*, die ultimo Julii. Patrem habuit *Hieronymum*, natum anno *viceſimo ſecundo*, tunc illius oppidi paſtorem: cui poſtea *Entzuailingam* translato, *ſpecialis*, ut vocant, munus fuit demandatum. Obiit is ibidem anno *ſexageſimo quarto* ſupra *milleſimum quingenteſimum*. Avus paternus noſtro huic cognominis, præfuit Eccleſiæ *Auracenſi*: tandemque, emeritus Chriſti miles, rude donatus eſt.

Parens igitur, cùm animadverteret in filiolo nondum infantiam egreſſo ingenium ad ſtudia aptum: maturè literarum primis imbuendum elementis curavit, primum in patria ſchola Præceptore *Bartholomæo Hetlero*, deinde *Vahingæ* ſub *Simone Schladerero*. Poſtea ne quid remoræ puero objiceretur, *Stutgardiam* illum ablegavit: ubi Præceptore uſus *Joanne Wackero*, eos in literis fecit progreſſus: ut jam tum quaſi in flore futuræ doctrinæ ac virtutis fruges apparerent. *Educatio.* *Mittitur Stutgard.*

Quamobrem in Principis Wirtenbergici *Chriſtophori* alumnorum numerum adſcriptus, primùm *Murharti* ſub magiſtro *Joanne Röslero* vixit: exinde *Bebenhuſium* translatus ejus monaſterii tunc abbatem D. *Eberhardum Bidenbachium* Præceptorem habuit, præter *Joannem Reſmannum*, & *Wolfgangum Reinelium*. Bebenhuſio *Tubingam* venit anno *ſexageſimo ſecundo*, menſe Februario: ubi in Philoſophicis audivit *Georgium Liblerum*, *Samuelem Heilandum*, *Joannem Mündlinum*, *Georgium Hizlerum* & *Martin. Cruſium*: in Theologicis *Jacob. Andream*, *Jacob. Heerbrandum*, *Theodoricum Snepfium* & *Ioannem Brentium*. His omnibus & ſingulis Præceptoribus ſuis eam in diſcendo probavit diligentiam, vitæque ac morum elegantiam, ut omnes ſuo ipſum favore dignum judicarent. Itaque anno *ſexageſimo ſexto* publico ipſum Academiarum more, teſtimonio, quod Philoſophiæ magiſterium vocant, Tubingenſes ornarunt: ornatoque *Repetentis* munus demandarunt. *Adſcribitur alumnis Wirtenbergici. Eberh. Bidenb.* *Venit Tubing.* *Creatur magiſter.* *Repetens conſtituitur.*

Hiſce ergo jactis eruditæ doctrinæ, ac Principum linguarum fundamentis, animum ad ſtudium S. Theologiæ, ad quam natura ferebatur, penitus applicavit, totumque iſti ſtudiorum generi ſeſe mancipavit. Et verò id rectiſſimo atque ſaluberrimo conſilio fecit; ut cuilibet certum vitæ ac ſtudiorum genus maturè eligendum, & conſtanter eſt perſequendum. *Theologiæ ſe addicit.*

Cum itaque non ſolum in auditoriis; ſed & in concionibus aſſiduus atque frequens eſſet; primamque concionem publicè *Eslingæ*, quo Academia peſtis cauſa ſeceſſerat, habuiſſet: poſt examen acre ordinatus eſt diaconus *Bitikhemii*, unde anno vix exacto *Luſtnaviam* haud procul *Tubinga*, translatus paſtorque eſt conſtitutus. Eo loco cum eſſet, atque Theologiæ & Theologicorum doctorum deſiderio flagraret; ſolitus eſt è vicino pago *Tubingam* itare; lectionum & diſputationum Theologicarum cauſa; nec ſe vel viæ incommoditate, vel aëris inclementia ac tempeſtate ulla, à propoſito retardari paſſus eſt: adeò quidem, ut ipſimet Profeſſores & inter eos Snepfius eum fuerint dehortati; quibus ille reſpondit: *ſe uſurum occaſione, quam fortè non ſemper eſſet habiturus.* Et verè id, non ſolum ex monitis ſapientum, ſed clariſſimis exemplis Pholoſophorum veterum, inprimis illius Euclidis, de quo res nota. *Primam concionem habet.* *Audit Theologos è pago excurrens.*

Luſtnavia *Bernhuſium* anno *ſeptuageſimo primo* translatus diœceſeos *Stutgardianæ*: ubi ad gubernacula Eccleſiaſtica adhibitus, Paſtorem egit gnavum ac fidelem. Anno verò *ſeptuageſimo quarto* permiſſu *Ludovici* Ducis Wirtembergici *Lavingam* commigravit: ubi ei à *Philippo Ludovico*, Comite Palatino Rheni, publica Theologiæ in Lavingano Gymnaſio, profeſſio eſt demandata. Hic quæ antè & à doctoribus ſuis hauſerat, & privatâ diligentiâ ac induſtriâ comportarat, fideliter aliis impertivit; & Spartam, quam nactus erat, pro virili exornavit, tum ſacra explicando, tum exercitationibus & diſputationibus Theologicis frequentandis: adeò ut multos præſtantes viros reliquerit ſuæ quondam diſciplinæ alumnos. Quâ ex re ipſe *Heilbrunnerus* eximiam cepit voluptatem: non ſecus ac hortulani arbores aut plantas ſua manu ſatas feliciterque fructum ferentes conſpicati.

Lavingam migrat.

Profeſſor ibi deſignatur.

Cum autem omnes officii ſui partes explere cuperet; non tantum auditores voce vivâ in cathedra erudivit, & ſacris diſputationibus exercuit: rudimentaque linguæ Hebrææ perſpicuè tradidit: ſed etiam contra adverſarios *Pontificios* & *Calvinianos* multa ſcripſit: quorum quædam in lucem edita, quædam in pluteis librariæ ipſius deliteſcunt. Conſultus inſuper de controverſis capitibus aliisque negociis, reſponſa non pauca dedit: & cum non Profeſſor ſolum, ſed & Scholarcha eſſet; eam in curam incubuit: ut diſcentes non literis modò fideliter erudirentur; ſed & diſciplinæ freno in officio acriter retinerentur. Duabus enim iſtis ſalus Gymnaſiorum nititur: *inſtitutione & diſciplinâ.*

Labores ejus eo in officio.

Salus ſcholarum in duobus conſiſtit.

Cæterum cum hoc ordinario in ſchola docendi officio conjunctum fuit extraordinarium quaſi docendi munus in Eccleſia: nec ipſe tantum conciones in primaria Lavingani oppidi æde habuit; ſed etiam eas conciones, quas publici auditores diebus feſtis in collegio de more frequentant, elimavit. Præterea totus in hoc fuit; ut *Bibliotheca*, cui præfuit, aptè digereretur, indicibus ejuſdem confectis; quod tandem non ſine labore & operâ profecit.

Bibliothecam digerit.

Ita cum Profeſſorem *Lavingæ* aliquot annis egiſſet; viſum eſt, majoris authoritatis cauſa, Academicum petere doctrinæ ac virtutis teſtimonium. Anno igitur *ſeptuageſimo ſeptimo Tubingæ*, habitâ prius accuratâ ſtudiorum morumque inquiſitione, publicâque diſputatione, ſolenniter ei unà cum fratre *Jacobo Heilbrunnero*, abbate cœnobii *Anhauſenſis*, & *Joanne Weſenbeccio*, Paſtore *Ulmenſi*, ſummum Doctoris Theologi *ἀξίωμα* ſolenniter ac publicè, promotore *Jacobo Heerbrando* eſt collatum.

Theol. D. renunciatur.

Lavingam reverſus antiquum in ſtudiorum adſiduitate, officiique cura obtinuit; gratuſque tum aliis, tum Principi ſuo *Philippo Ludovico* fuit: qui ſæpius ejus conſilio in religionis negociis uſus. Nam anno *octoge-ſimo Bipontem* ipſum miſit, cum *Tobia Zoz* JC. ut *Formulæ Concordiæ* ſubſcriptionem urgeret. Anno *octogeſimo quinto* idem Pri ceps *Duſſeldorpium* in *Belgium* ad *Guiliel* ducis Juliacenſis, ejus familiæ ultimi, nupt eum adduxit, ut à concionibus aulicis ſibi ſet. Quotannis etiam Synodis & conſul tionibus Theologicis, quæ *Neoburgi* celeb ri ſolent, juſſu ſui Principis interfuit, etia antequam Superintendentis munere funge tur; ut nihil dicamus de anniverſariis di ceſeos illius viſitationibus Eccleſiarum. An *ſexcenteſimo primo* Colloquium *Ratisbo* inter Theologos *Lutheranos* & *Pontificios* ſtitutum eſt. Ad id *Heilbrunnerus* quoc venit; & cum antagoniſta *Conrado Wette* Jeſuiticæ ſectæ monacho, coram quatu Principibus, & nonnullis eorum conſiliar cominus pugnavit: ſtrenuumque ſe *Luthera* doctrinæ defenſorem præſtitit; ut acta e colloquii edita docent.

Gratus Principi ſuo.

Poſtea anno ſequenti mortuo M. *Abr hamo Mannio*, Paſtore Lavingano, & Ecc ſiarum ejus Provinciæ Inſpectore ac Schol cha, *Heilbrunnerus* ejus in locum ſurro tus, auditores & pro ſcholaſtica cathedra, pro ſacro ſuggeſto ita ex ſalutaribus Iſra fontibus, quod cognomen ejus moneb potavit: ut à lacunis commentorum hu norum, & *ciſternis aquâ carentibus*, ſem ſedulò abduxerit. Hocque in officio ard & multiplici ad extremum usque vitæ diem perſeveravit.

Cum autem metam ferè attigiſſet illa quam vitæ humanæ in oda * ſacra *Moſes* p ſcribit: facilè colligere potuit, & ſuam ἀ λυσιν haud procul abeſſe. Itaque quaſi p ſagiens brevi ſibi de ſtatione muneris ſui a undum; indici, quem anno *ſexcenteſimo cimo ſexto* ineunte, confecit, hæc dicta ſ pturæ præfixit: *Diſpone domui tuæ: quia rieris tu, & non vives: Non moriar, ſed vam & narrabo opera Domini: ſive vivim ſive morimur, Domini ſumus.* Nihil tan ipſe ab officii cura remiſit, & tum ipſo ſcha, tum feria ſecunda, concionem in tem habuit: ubi inter alia precatiunculam ill diſcipulorum Emauntem euntium explica ac deinde *ſexto* Aprilis vicinam Eccleſi *Mörslingenſem* ratione ſui muneris, v tavit.

Tandem die *ſeptimo* Aprilis Gregori cum collegii Lavingani progreſſiones ſol nes & anniverſariæ haberentur, podagra lita correptus, decumbere cepit; ad diem que *decimum ſeptimum* ejus menſis, qui *M ſericordia Domini* indigitatur. Eo die m cùm haud ita malè habere videretur, fam ad audiendam concionem ire juſſa, ſuor brachiis nixus in cœnaculo dum obambul repentè viribus deficere cepit. Quare in ctulum reclinatus, quaſi ad ſomnum ſe co poſuit; quo & ſenſibus paulatim hebeſcen bus, placidè obdormivit, cùm annum fer expleſſet *ſeptuageſimum*. Honorificè ibid

ſep

ſepultus eſt die *viceſimo* Aprilis in cœmiterio communi, ad uxorem & liberos præmiſſos, ut teſtamento caverat, funebri tamen concione in primario ejus urbis templo prius habita. Exſtant & carmina lugubria in obitum ejus à viris claris & doctis ſcripta.

Fuit Theologus noſtrâ memoriâ inſignis: in docendo fidelis & aſſiduus, in concionando & diſputando ſedatus & modeſtè ſeverus, n vitæ converſatione ſincerus, pacificus ac moderatus, æqui & juſti tenax: frugalis atque hoſpitalis; in verè egenos prolixè beneficus, ergà collegas, ſenatum, miniſtros ac ives humanus, gravis in congreſſibus ac conis, de conſervandâ Evangelii doctrina dies noctesque ſolicitus. In matrimonio vixit emino: primo cum *Agnete Henrici Weikersreuteri* Theol. D. & præſulis Hirſaugienſis filia, annis *tredecim*, è qua filios ſuſcepit uatuor: quorum tres reliquit ſuperſtites, einde cum *Barbara Zebeliana* Lavingana nnis *triginta quinque*, quæ ei decem peperit beros.

Libros autem ab ipſo foras datos Bibliothecæ recenſent; de quibus ſunt *Ieſaiæ, Ieremiæ, Ezechielis & Danielis* vaticinia, in locos ommunes Theologicos digeſta, & quæſtiobus methodi illuſtrata: Item *duodecim minorum prophetarum* vaticinia, ſimili ratione uſtrata: *Synopſis variorum hujus temporis rorum* circa doctrinam de *ſacra cœna & de ccato*. Plura in elenchis librorum, ut & ud... in ſcriniis heredum.

Ioan Seizenius Paſtor Gündelfingenſis in conne funebri: Georg. Cleminius IC. ac Lavinni Gymnaſii Rector in oratione parentali, & chi librorum.

VRBANVS PIERIVS.

ORtum ſuum *Urbanus Pierius* traxit ex *Sucto* oppido ad viadri ripam, in territo- tunc *Martini* Comitis *Hohenſteinii*, & linis D. Joannis, ſeu Teutonicorum equin per *Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam, Vandaliam* magiſtri. Eo in loco parentibus us eſt humili ſorte ac conditione conten- ſub annum Chriſti *milleſimum quingennum quadrageſimum ſextum* die... men- ...

Sed ut *non domo dominus; verum domino us honeſtatur*: ita & ipſe ſplendorem non tria accepit: ſed patriæ attulit. Cum e- indolem pueri, literis abditi, probaſſet nes *Hohenſteinius*; uberioris ingenii culapiendi gratia *Francofurtum* ad Oderam Viadrum, adoleſcentem à primis litem rudimentis mediocriter inſtructum t, dato in annos aliquot ſtipendio lili.

In Academiâ itaque Marchicâ probitatis e ſolertiæ laudem ingenio, calamo, & iis adeptus, favorem ſibi bonorum atque gratiam collegit. *Virtuti* enim *omnes etiam inimici favent*; & *in adoleſcentia præcipuam quandam laudem egregia indoles meretur*. Ad juris autem ſtudium principio animum adjecit ductâ uxore filia cauſidici divitis & opulenti: ſed ab obitu ſoceri illius totum ſe ſtudio Philoſophico dedit: ita tamen ut Theologiam rerumque divinarum ſcientiam minimè negligeret. Hic cum multus in exercitio qua publicè quà privatim diſputandi eſſet, locum inter Philoſophos nactus, Decanus vice repetita fuit. *Iuris ſtudium amplectitur. Inde Philoſoph. & Theol. Docet publice Francofurti.*

Deinde ubi profectus ſuos in Theologiâ collegio illius Academiæ Theologico approbaſſet: Theologiæ Doctor ab *Andrea Muſculo* renunciatus, facultatis illius pars quoque & Profeſſor declaratus eſt. Exinde *Brandeburgum*, urbem Havelo fluvio dividuam, evocatus, primarium ibidem Eccleſiæ Paſtorem egit. Poſtea Cuſtrinum accitus, aliquantiſper ibi Eccleſiæ concionando præfuit profuitve. *Doct. & Profeſſor Theol. declaratur. Brandeb. Eccleſiæ præeſt. Et Cuſtrini*

Accidit autem poſtea ut Chriſtianus I. Saxoniæ Elector, concionibus ejus in Marchiâ aliquando intereſſet: nec ſine affectu eaſdem audiret. *Dreſdam* ergò ab ipſo & ſenatu oppidano evocatus; eò venit, Superintendens ſimul civitatis, & *aulæ concionator* deſignatus. *Wittembergam* inde miſſus ac vocatus, conſilio, ut volunt, inprimis *Nicolai Crellii*, Electoris Saxoniæ Cancellarii, primùm vicepaſtor, deinde anno *nonageſimo* ſupra *milleſimum quingenteſimum* Academiæ Profeſſor, Eccleſiæ Paſtor, & Superintendens ab *Henrico Majo* Theol. Doct. publicè in templo eſt declaratus. Ubi quæ docuerit tum de ſacro ſuggeſto, tùm de ſcholaſtica cathedra; quæve motæ controverſiæ fuerint ſuper *Exorciſmo*, ut vocant, in Baptiſmo: pleni de eo ſunt libri, plena ſuperiorum annorum hiſtoria. Illud ſaltem addimus: Pierium, ut primum Wittembergæ docere cepit, & quædam aliter, quàm in libro concordiæ præſcribitur, * explicaret: in ſummum incurriſſe odium non ſolùm apud plebeculam imperitam, ſed etiam apud vulgus ſtudioſorum. Itaque & libellis famoſis ferè quotidiè fuit proſciſſus; & ædes furioſè oppugnatæ: & vita ipſa in præſentiſſimum diſcrimen adducta, cujus culpâ, notum vel lippis. *Dreſdam evocatur. Nicol. Crellius. Wittemb. docet. Henr. Majus.* * *Inprimis propter Exorciſmi omiſſum. Incurrit in odium Pierius.*

Rebus humanis Chriſtiano I. Electore Saxoniæ exemto, anno *nonageſimo primo*, die *viceſimo quinto* Septembris, cum *Fridericus Wilhelmus*, Dux Saxoniæ, & Adminiſtrator electoratus, viſitationem Academiarum *VVittembergenſis* & *Lipſienſis*, ut & eccleſiarum in Saxonia & Miſniâ, ſuper articulis *de Perſona Chriſti*, de *Baptiſmo*, de *cœna Domini*, de *Prædeſtinatione*, inſtituiſſet, ac prior religionis ſtatus immutatus eſſet; *Pierius* cum aliis Theologis in publico *VVittembergæ* concilio hæreſeos Calvinianæ damnatus, & à duobus oppidi conſulibus in carcerem arcis du-ctus, *Viſitatio in Saxonia & Miſnia. In carcerem compingitur.*

ctus, ultraque anni decurſum in eo attentus fuit.

Liberatur. Inde tandem anno *nonageſimo ſecundo*, interceſſione potiſſimum Angliæ Reginæ, *Eliſabethæ*, cui aliquando & carmine triumphali de claſſe Hiſpanica victâ conſcripto, innotuerat, liberatus: *Serveſtæ* Anhaldinorum aliquantiſper commoratus, poſtea à Palatino Electore *Ambergam* ſuperioris Palatinatus caput, translatus eſt: ubi cum *Henrico Salmutho* Theol. Licent. Principem locum obtinuit. *Ambergâ vocatur.* *Henric. Salmuth.*

Bremam invitatur. E Palatinatu deinde *Bremam*, celebrem Saxoniæ urbem, vocatus, eò commigravit: fideliquе operâ doctrinam Chriſti docuit, collegâ & laborum ſocio *Chriſtophoro Pezelio*, viro de ſcriptis ſuis ſatis noto. Tandem ad meliorem vitam abit ipſe vitæ ſatur, anno *milleſimo ſexcenteſimo decimo ſexto*, die *duodecimo* Maji, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo*. *Chriſtoph. Pezelius.* *Moritur Pierius.*

Hujus viri actiones in illo Reformationis negocio excuſari fortaſſe omnes non poſſunt: quando ἁμαρτάνει καὶ σοφοῦ σοφώτερος: tamen laudanda in eo eſt conſtantia in veritatis orthodoxæ ſemel agnitæ confeſſione: in qua, periculis maximis propoſitis, perſtitit. De cœna autem Domini, quid ſenſerit ac docuerit; hæc ejus confeſſio ad Electorem Saxoniæ loquitur. *Confeſſio ejus de cœna.*

„ In ſacra cœna Domini noſtri JESU „ Chriſti duplex eſt cibus & potus. Viſibilia „ enim Sacramenta panis & vinum ſunt cor„ poralis cibus & potus: cœleſtia autem bo„ na, quæ nobis pane & vino offeruntur & „ exhibentur, ſunt verum corpus, pro no„ bis in mortem traditum, & verſus ſanguis „ Jeſu Chriſti, pro nobis effuſus. Sicut „ itaque duplex cibus & potus in euchari„ ſtia nobis offertur: ita & duplici modo „ illorum participes ſimus. Juxta hominem „ externum percipimus externa viſibilia ſi„ gna panem & vinum, ad ſacrum uſum, ut„ pote Sacramenta, ordinata: ſed ſecundum „ internum hominem percipimus ſimul ope„ ratione Spiritus Sancti, verâ fide ipſum „ Chriſtum, verum ejus corpus ac ſangui„ nem: ſicut corpus ſuum pro nobis tra„ didit & ſanguinem ſuum pro nobis fudit: „ atque hoc corpore ejus & ſanguine verè „ percipimus etiam totum ejus meritum & „ omnium ejus beneficiorum participes ſi„ mus. Alius itaque cibus eſt qui ventrem „ intrat: alius qui mentem animamque; & „ qui fide percipitur nobiſque acquiritur. „ Hac enim de re Suevici Theologi in ſuo „ ſyngrammate rectè ſcripſerunt:

Ventrem, quod terimus; mentem, quod credimus, intrat. *Et ipſe D. Lutherus in majori Catecheſi Chriſti corpus, animæ cibum nominat: qui novum hominem nutriat & confortet: Chriſtiana præterea Eccleſia hymno Paſchali canit:*

Chriſtus wil die Koſte ſeyn.
Und ſpeiſen die Seel allein/
Der Glaub wil keines andern Leben.

Hoc eſt:

Chriſtus hic vult cibus eſſe, & animam p[…] ſcere ſolam. Fides alius nil ſatagit. „ Qu[…] propter ad cœnam Domini non afferendæ ſunt craſſæ illæ & Capernaiticæ cogitationes: ac ſi ibi corpus ejus edere & ſanguinem bibere poſſimus, ut cibus potusque communis editur & bibitur: cum caro noſtra Chriſti carnem & ſanguinem nec percipere nec ſibi applicare poſſit: ſed percipiendum eſt Chriſti corpus & ſanguis adeoque totum ipſius meritum, utpote cœleſtia & ſpiritualia dona, ſpirituali modo: cùm verum Chriſti corpus & ſanguis verbo ipſius ad id ordinata ſint; ut animas fide paſcant ad vitam æternam, ut Lutherus loquitur. Et in catecheſi majori idem: „ cum tan[…] theſaurus in verbo nobis offeratur, appreh[…] di aliter, quàm corde animove non pote[…] manu certè capi ejuſmodi dona & theſa[…] non queunt. Jejunare & precari externa[…] nè ſit præparatio: ut corpus ſe modeſtè, geſtu decenti erga Chriſti corpus & ſanguin[…] gerat: ſed quod in eo datur, id corpus p[…] cipere non poteſt. Item quod in pane […] ditur, id corpus accipere nequit; fides au[…] cordis id facit, tantum theſaurum agnoſc[…] & deſiderans. *Eandem planè in ſententi[…] ſyngramma Suevicum loquitur*; ſicut fi[…] verbum DEI, quod aures percipiunt, […] cundum fidei naturam accipit & intelligit: ſubſtantiale Chriſti & reale corpus, quod pane ſacræ cœnæ accipitur, hominis co[…] animo ac fide non alia ratione aut modo, q[…] ratione & modo fidei, quæ ſpiritualis eſt, cipitur, etſi Chriſti corpus in ſe corpore[…] & carneum eſt. *Quare, ut concludam, ho[…] nendum eſt: benedictum panem & poculum […] corporis; corpus autem & ſanguinem Ch[…] ore animæ & vera fide accipi, & qui non diſcernit corpus Domini, is ſibi edit & b[…] judicium.* Hactenus Pierii confeſſio. M[…] præterea ipſi fuit lis ſuper hoc quod ſcri[…] rat enunciationem hanc: *Deus eſt homo* […] guratam eſſe, unde etiam Arianiſmi non […] mo inſimulare eum auſus eſt. Sed ipſe & […] carcere ad Electoratus Saxoniæ Adminiſ[…] torem, & alias ita reſpondit: *Chriſtum […] in perſona verum eſſe Deum ac hominem: quod propoſitiones iſtas attinet*: Deus eſt […] mo: & *converſim*, Homo eſt Deus: […] *plici modo eas impropriaſ, figuratas aut tr[…] cas dici poſſe.* Primo *quatenus habitud[…] affectio prædicati ad ſubjectum conſidere[…] Aliud enim eſſe; rationem & modum pr[…] cationis, aliud, Chriſtum in perſona ſua c[…] derare. Perſona*, inquit, *Chriſti in ſe c[…] derata*: Deus eſt homo propriè: *& h[…] eſt eadem perſona, quæ & Deus: ſed ſi mo[…] prædicandi alterum de altero conſideres: […] eſt figurata vel tropica, vel ut aliis dici[…] inuſitata enunciatio.* Deinde affirmat […] ejuſmodi propoſitiones etiam tropicas & […] proprias dici, quatenus propriis opponu[…] Sed de his ſatis.

Sc[…]

Scripta ab ipſo edita ſunt: *oratio περὶ τῆς* [*ἀ*]*νθρωπογνώσεως Chriſtianæ: Brevis repetitio* [*d*]*octrinæ* de *perſonæ & officio Chriſti*, in tres [d]iſputationes diſtributa: *Typus doctrinæ or*[*t*]*hodoxæ* de Perſona & officio Chriſti: *examen* [*c*]*oncionis in funere Nicolai Crellii*, capite plexi, [q]uondam Cancellarii Saxoniæ, à *Nicolao* [*B*]*lumio* habitæ: *confeſſio publica: Abſolutio* [*&*] *precatio*, ut ea Cuſtrini poſt concionem [d]ici ſolita: *Negatio ſeu refutatio vi extorta*, [q]uod verum non ſit, quod Magnus Chri[ſt]ophorus ſub titulo: *Refutatio D. Urbani* [*P*]*ierii* typis evulgavit: *Formula* item *precum*; [&] ſi quæ alia, nobis ignota.

Hactenus de Pierio ex comment. Mar[*c*]*hicæ hiſtoriæ Nicolai Leuthingeri, & ſcri*[*p*]*tis Pierii.*

ANDREAS OSIANDER. junior.

ANdraas *Oſiander* junior, natus eſt *Pla*[*u*]*byræ* vel *Blaubeuræ*, agri Würtembergici [o]ppido, aëre, aquis, & ſitu, peramœno, [a]nno Chriſti *milleſimo quingenteſimo ſexage*[*ſi*]*mo ſecundo*, die *viceſimo ſeptimo* Martii. [Pa]ter ei fuit *Lucas*, Theologus celeberrimus [ta]m è ſcriptis, quæ edidit non pauca, tum è [co]lloquio *Maulbrunnenſi*, in quo notarii [m]unus geſſit, jamdudum notus: aulæ Wür[te]mbergicæ, poſtea *Eslingenſum* Paſtor: [q]i obiit anno *ſexcenteſimo quarto*, die *deci*[*mo*] *ſeptimo* Septembris. Sed nos de filio [agi]mus.

Hic ergò modò *quinquennis*, pietatis & [lit]erarum ſtudiis, in triviali Scholâ, Præce[pt]oribus *Wackero* & *Kaufmanno*, initiatus [est]. Quemadmodum enim pater admodum [pre]cus temporis fuit diſpenſator: ut qui nul[lu]m diem ſine linea abire pateretur: ita & fi[liu]m ſegneſcere domi noluit: ſed ſtatim at[qu]e à lacte materno amotus eſſet, pietate & [vir]tute imbuendum curavit.

Tam facili autem promtoque ingenio fuit [pu]er, ut anno ætatis *decimo quarto* ſtipen[dia]riorum *Würtembergicorum* numero aſſcri[ptu]s; pauculos poſt menſes *primæ laureæ* [ho]nores promeruerit: citius eos conſecutu[rus], niſi docendi illâ methodo, in regula[ru]m infinitate & quæſtiunculis; in humanio[ru]m artium aditu, melior ferè ætatis ejus[mo]di pars, cum rectiſſimorum ingeniorum [ja]cura; ne ad adyta & interiorem illarum [not]iciam penetrent, inemendabili errore diſti[ne]ntur.

[B]iennio poſt alterâ lauro ornatus, & anno [...] inde, cujus eſſet pullus hic ſacer Theo[lo]gus, *Moringæ*, pago ſupra *Stutgardiam* [(]Agris indigitant) primum auditus, *Re*[*pet*]*itioni*, ut vocant, *Aſtronomicæ* præfe[ctu]s fuit.

His ita ætatis partibus, in Philoſophiâ [di]ſcendâ & Theologiæ myſteriis perno-ſcendis, ſumma animi contentione & præclaro ſuperiorum teſtimonio gnaviter & graviter decurſis, ad munus, cui ſe totum devoverat Eccleſiaſticum; magna, ut res ipſa probat, præviâ mentis devotione acceſſit; Diaconus Eccleſiæ *Uracenſis*, anno ſupra *milleſimum quingenteſimum octuageſimo quarto*, die *ſecundo* Maji, præpoſitus. *Præficitur Vrati Eccleſiæ.*

Sub id tempus, ut caſtitate etiam exemplum eſſet fidelium, & unius uxoris maritus; ſanctos illos & primos Eccleſiæ antiſtites imitatus; ſociam ſibi vitæ, virginem, *Barbaram*, graviſſimi viri, *Samuelis Haslandi*, Profeſſoris olim Ethici, filiam anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto*, die *decimo ſexto* Decemb. natam, & *Martino Cruſio* miniſtrante è ſacro baptiſmate levatam, ſpecimen prius ſui eximium *diſputatione de peccato originis* habitâ, publicè cum dediſſet, adlegit. *Matrimonium contrahit.*

Cum hoc concorditer in matrimonio annos *triginta tres* vixit; atque eo felicius vixit: quod fructus conjugii minimè fuere exſortes; quæ res feliciſſimas alioquin nuptias turbat, ſed utriusque ſexus, *octodecim liberorum* pater factus: è quibus ſuperſtites reliquit *novem*, cæteris præmiſſis. *Liberi.*

Sed ad majora natus, & curriculo quaſi pergens pater *Oſiander*: *biennium* ubi Diaconatui, paſtorali fide & vigilantiâ, *Uraci* ſubſerviiſſet: Paſtor *Gigligenſi* Eccleſiæ præfectus, nec ibi ultra biennium eſt moratus. Nam juſſus eſt officio illo abdicato, à concionibus & conſiliis illuſtriſſ. Principi Würtenbergico, *Ludovico*, eſſe; atque anno poſt *nonageſimo ſecundo*, quo ducalis collegii novi Tubingæ auſpicium factum, honores ab Academia illâ Doctorales accipere. *Fit concionator & Conſiliar. aulæ Wirtemberg. Et Doct. Theol.*

Abbas verò cœnobii *Adelbergenſis*, anno *nonageſimo octavo*, volente Principe *Friderico*, conſtitutus; primo ſimul ordinum Provincialium loco & generali proximarum Eccleſiarum Superintendens dignus judicatus; anno *ſexcenteſimo quinto* ſupra *milleſimum*, Martii die *decimo nono*, Eccleſiæ *Tubinganæ præpoſitus* & Academiæ Cancellarius: præſente binis inaugurationis actibus ipſo Illuſtriſſimo Principe Würtembergico *Friderico* magna electionis ſolennitate renuntiatus fuit. Magnus certè & ipſe in omni iſthoc officiorum genere fuit: quibus ipſum potius ſplendorem dare, quam decus ab iis accipere, cordati judicarunt. *Abbas Adelberg. cœnobii. Et Superintendens. Ac præpoſitus Tubing. nec non cancellar.*

Quæ cauſa fuit, ut à *Lipſienſibus*, *Roſtochienſibus* & *Jenenſibus* Academiis, Theologus ſit expetitus: & dignus viſus, qui Clariſſ. *Hunnio* defuncto Wittembergæ ſurrogaretur. *A variis expetitus.*

Arduum iſtud *Præpoſiti* & *Cancellarii* munus ubi annis *duodecim* cum laude obiiſſet; tuſſi tabifica laborare cœpit & catarrhis perpetuis; qui tandem quod ante octimeſtre minati fuerant, effecerunt. Nam quanquam ipſe ſupra vires, labores officii non inter- *Morbus ejus fatalis.*

mitteret: ut qui etiam Theologum ſtantem mori oportere exiſtimaret, tandem tamen viribus prorſus collabaſcentibus intermittere coactus, ſerius medicinæ opem admittens, vitali ſucco planè exhauſto & depaſto: placidè exſpiravit inter preces, & ſuorum lacrymas die *viceſimo primo* Aprilis, anno *ſexceteſimo decimo ſeptimo*, cum vixiſſet annos *quinquaginta quinque*, dies *viginti quinque*. Elatus eſt funere honorifico, & Chriſtiano ritu in æde *Georgiana* ſepultus, concionem funebrem habente *Matthia Hafenreffero*; Theologo D. & Profeſſore.

Exſpirat.

Virtutes ejus.

Fuit & hic Theologus vigilans, prudens, conſtans, in concionibus nervoſus ac diſertus: in conſolando placidus, in erigendis lapſis, & viſitandis ægris, facilis: robuſtus, elencticus; perſpicuus, exegeticus: utrobique artificioſus orthotomicus, verbo ut dicamus:

Ἀμφότερον συνετὸς κοσμήτωρ, ἠδ' ἀγορητής.

Domui ſuæ ita præfuit, ut ſui exemplum aliis eſſent virtutum pulcerrimarum. Reliquit viduam novemque liberos ſuperſtites; & fortunarum ſatis. Nec enim ſapiens à ſe ſpernit vitæ iſta adminicula: quin recipit domum ſecurus, ſi animo exeſſe jubeat. *Sæpè ſub paupertate tantum latent ambitio, ſuperbia, crudelitas, luxuria; eruptura mala, ſi divitiis excitarentur.*

Divitiæ an ſapientem deceant.

Scripta Oſiandri.

Scripta ab eo edita ſunt hæc: *Biblia* cum emendationibus & explicationibus ſuperiorum verſionum, & obſervationibus ex Theolog. *Andreæ, Heerbrandi, Chemnicii, Chytræi, Hunnii, Selnecceri, Welleri, Althameri* & Formulæ Concordiæ lucubrationibus: *aſſertiones Theologicæ* de conciliis: Item reſponſa ad *analyſin* de Eccleſia *Gregorii de Valentia*. Scripſit & contra *Waldenſem Calviniſtam* anonymum; *precationes ſacras, informationem* ad cœnam ſacram accedentium: & alia id genus Theologica meletemata.

Geſta.

Geſta verò ipſius loquuntur: actio *Waldenburgica*, in qua D. *Jac. Andreæ* additus fuit: Item colloquia *Badenſe* & *Ratisbonenſe*: acta *Hallenſia, Mompelgardica*, & alia.

Tantum de hoc Oſiandro ex concione & Programmate funebri gemino.

Θ. 1617. d. 23. Maji. ætat. 25.

BARTHOLOMÆUS COPPENIUS.

Wolfgang. Coppen. pater.

NAtus eſt *Bartholomæus Coppenius Roſtochii*, urbe ad litus maris Baltici, Academiâ haud incelebri, Anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto*, ipſo die Epiphaniorum, vel trium, ut vulgò numerant, regum. Pater ei fuit *Wolfgangus* civis Roſtochienſis, vir honeſtus, ac præfectus alicubi Principis Megapolenſis. Hic, ut erat literarum amans, filium à teneris in ſcholâ doctrinis iis, quibus ætas pueril[...] pertiri debet, erudiendum curavit. [...] tiorem factum *Davidi Chytræo*, cujus [...] ta tunc per univerſam Germaniam eru[...] nis fama ferebatur, commendavit; do[...] diligentiaque viri permotus. Parente [...] pòſt rebus humanis exemto, ne adole[...] apud matrem viduam, ocio torpeſceret [...] quod comicus turpe putat, quæ did[...] dediſceret; avunculus, *Caroli* Ducis, [...] ſtea Regis Sueciæ Cancellarius, *Ro[...]* eum abduxit, & in Palatinatum cum [...] cipe ſuo iter facturus, in comitatu ſu[...] buit.

Hic *Haidelbergam* ubi venit: D. *N[...]* *Dobbino*, *Neoſtadii* tunc agenti, de m[...] eum commendat: cujus ope ac fav[...] Electoralium alumnorum numerum [...] ptus, ſtudia aliquándiu intermiſſa, ree[...] & cùm ingenio valeret, è ſuprema ſchol[...] ſe paulo pòſt *Haidelbergam*, in Colle[...] *Sapientiæ*, ut vocant, tranſlatus, tant[...] gentiâ, tantoque fervore, ad literas incu[...] ut aliquot menſibus pedem collegio ill[...] extulerit, non ſine valetudinis detrim[...] Nam in gravem incidit κεφαλαλγίαν, q[...] men ſolertia medici & venæ ſectione, br[...] tervallo curata fuit.

Præceptores igitur collegii illus, di[...] tiam, induſtriam, aſſiduitatem *Coppenii* [...] ingenio, quod rarum, conjunctam pe[...] entes, apud ſenatum Eccleſiaſticum [...] runt; ut illuſtriſſimo Principi *Joanni C[...] ro*, tunc temporis Electoralis Palatinat[...] tori & adminiſtratori commendaretur [...] eum honeſto ſtipendio inſtructum, in e[...] Academias mitteret.

Primò ergo anno *milleſimo quingen[...] nonageſimo primo*, *Baſileam* adiit, inde [...] *vam:* ubi *Theodorum Bezam* docentem, [...] cionantem, diſputantem audivit; publicè [...] que diſputando ſeſe exercuit.

In Palatinatum à Mæcenatibus revo[...] *VVittembergam*, vivente adhuc Ele[...] Saxoniæ *Chriſtiano*, miſſus fuit; ubi tan[...] ligentia & aſſiduitate lectiones audivit; [...] diaque ita urſit; ut mirari poſſis, quom[...] tam brevi temporis ſpatio, tot tantaqu[...] lumina, etiam domi, privatimque calam[...] ararit. Nam ne dicam de ſphæricis & [...] metricis principiis, quæ jam antè cognit[...] ceptaque habebat, totam doctrinam *[...] dorum mobilium*, & magnam partem *[...] dis* explicari audivit; cum interea Theo[...] cis & Medicis quoque Profeſſoribus op[...] daret; è quibus inprimis ſæpè celebravi[...] dicum *Scatonem*; quem, *Fernelio*, [...] anteferre, conferre tamen non dubitare[...]

Anno *milleſimo quingenteſimo nonag[...] ſexto*, de ſuorum voluntate menſe Juni[...] iter ſe accinxit, & licet adverſæ impe[...] ſæque tempeſtates ingruerent, ipſe ta[...] animum obfirmavit, ac non ſine m[...] ſtia & vexatione corporis in Palatina[...] reverſus eſt. Eò ut rediit, tertiu[...]

collegio Sapientiæ Præceptor, Haidelbergæ primum conſtituitur: quo reliquorum labores & onera ex parte ſublevaret. Huic officio non minore fidelitate; quam dexteritate præfuit. Quod cum Senatus Academicus animadvertiſſet, *Hebrææ* linguæ profeſſionem, tunc vacantem, ei conceſſit.

Paulò pòſt rectore Neuhuſianæ ſcholæ, certis de cauſis *Neoſtadium* concedente, ipſe ſucceſſit; & ſcholæ illius gubernationem ſuſcepit: atque ibidem matrimonium contraxit. Verum enimverò, ut in rebus humanis nihil eſt omni ex parte beatum, gravi mox um morbo conflictatus eſt, quem tamen naturæ adhuc vegetæ robur ſuperavit: acidulæ vero Schwalbacenſes penitus expulerunt. Neuhuſii dum commoratur *Hebræam* linguam magis excoluit, & Rabinum Wormatienſem mercede conduxit; quo cum in *Talmudicorum* librorum lectione exerceret, ſi quando Wormatiam commearet.

Interea dum ibi glebæ quaſi affixus, juventem ſibi commiſſam feliciter inſtituit; *Locorum communium Theologicorum* Profeſſio Haidelbergæ, ſucceſſorem deſiderat. Matura igitur deliberatione ab Academia inſtituta, Electore *Friderico* IV. illud permittente; *Coppenius* vocatus eſt, anno *milleſimo centeſimo*, circa Paſcha; eodemque anno *ceſimo ſexto* Julii, Theologo clariſſimo D. *Davide Pareo*, Promotore, ſupremos in Theologiâ honores eſt conſecutus. Hoc munere, ipſos *tredecim* annos, tantâ cum e & induſtriæ laude eſt verſatus: ut fama minis ejus excitatus Senatus *Bremenſis*, n anno *milleſimo ſexcenteſimo nono*, de ola inſtauranda cogitaret, & ſic quidem auranda inſtituendave, ut diſcentes non nore cum fructu ſtudiorum ibi, quam in ademiis tempus collocare poſſent: ſcri- honorificè literis *Coppenium* ad regimen us Gymnaſii invitarit. Expetendum enim n talem judicavit: qui & antea in ſcholis ernandis verſatus eſſet: & ad novelletum modi Phœbicum excolendum, non ſo- doctrinam multiplicem; ſed & nominis britatem poſſet afferre. *Coppenius*, qui l memoria teneret: *deliberandum diu*, *ſtatuendum ſemel*; ætatis ac valetudinis ratione ſubductâ, ſenatui illi honorificè is actis, & alio, quem idoneum ei provin- udicaret, nominato, munus id à ſe eſt de- atus.

nfeſtabatur autem poſtremis vitæ annis, uentibus catarrhis, capitis dolore, & in- nia: quæ mala lucubrationes & continuæ itationes augebant. Nullum enim tem- inutiliter conſumebat, vel vacuum effluebatur, niſi quod curationi corporis, eliquis valetudini neceſſariis decidebat. manè *hora quarta* meditari ingreſſus, *decima* adhuc libris affixus deprehenſus nonnunquam de nocte ſurgens, tempus id legendo fallebat. Probatos priſcos authores maximi faciebat: *Hebræos*, *Græcos*, *Latinos*, optimos eligebat: præſtantiſſimas *Manutii*, *Roberti Henrici*, *Pauli Stephanorum*, & *Plantini*, librorum editiones ſectabatur ſtudioſè, & ſi fortè in eas incidiſſet, magno precio redimere non dubitabat. Ex Rabinis plurimum utebatur *Davide Kimchi*, qui eleganter in *Pſalmos* commentatus eſt; quem & ſæpe pro lectione laudabat. *Elia Levita* Grammatico accuratiſſimo doctiſſimoque omnium, qui unquam de Hebræa lingua ſcripſerunt, vehementer delectabatur: Ex Talmudicis ſcriptis libenter legebat פרקי אבות hoc eſt, *capitula patrum*: qui eſt ſextus liber, quartæ partis Talmud, in quinque capita diviſus; atque ſententias continet egregias; ita ut optimus liber omnium Talmudicorum merito cenſeatur. In Theologia, quæ tradere ſolitus erat, quantum fieri poterat, Græcorum & Latinorum patrum verbis exprimere ſtudebat. Ea de cauſa *Oecumenium* in Epiſtolas *Catholicas*, in Latinum ſermonem convertit, ac typis exſcribendum curavit. Habuit in animo integrum *Theophylactum* & *Oecumenium* edere: ſed cum tam Typographos, quam pleroſque Theologiæ ſtudioſos, ab ejusmodi libris abhorrere animadverteret, incepto deſtitit.

Auctores quos probarit.

David Kimchi Rabin.

Elias Levita.

Oecumenii quædam vertit.

Quod ad Philoſophiam attinet, *Platoni*, *Ariſtoteli*, *Theophraſto* Græco, & recentioribus *Scaligero*, *Zabarellæ*, *Fernelio*, *Scheckio*, plurimum temporis tribuebat; & ab iis Philoſophum accuratè informari poſſe, ſtatuebat: interea tamen à *Themiſtii*, *Philoponi*, *Simplicii*, *Ammonii* ſcriptis non abſtinebat; ſed eos ſubinde conſulere, ſententiamque ipſorum exquirere conſueverat.

In Philoſophicis quos magni fecerit.

Tres illas nobiliores linguas, viro docto præſertim Theologo maximè neceſſarias arbitrabatur; nec eum, qui haſce neſciret, ſatis exculrum doctrina putabat. Hiſce adminiculis eruditionem ſibi comparavit non proletariam; judicium accuratum; memoriam tenacem; facultatem ſenſa animi proferendi elegantem.

Linguarum cognitio Theol. neceſſaria.

Quicquid ſubſecivi temporis à Theologicis occupationibus & lectionibus relinquebatur; id omne profanis authoribus tribuebat, plane ita perſuaſus; tantum abeſſe, ut iſtis ſtudium Theologicum impediatur; potius ut provehatur. Qua in ſententia & veteres illos in primitiva Eccleſia fuiſſe conſtat. Nam doctores Eccleſiæ velut ex conſuetudine quadam minimè prohibita, ab ineunte adoleſcentia, ad extremam usque ſenectutem, in gentilium diſciplinis ſe exercuiſſe certum eſt; idque partim diſerti ſermonis, & mentis exercendæ cauſa: partim, ut eos ipſos ſcriptores doctrinæ, in qua tradenda errore lapſi ſunt, penitus convincerent. Ea de cauſa hos ſibi authores evolvendos exiſtimabat, & alios ut idem inſtitutum tenerent, ſubinde hortabatur.

Autores profani ſacra ſtudia non impediunt.

Philoſophica domi docet.

Quin eò usque ſeſe demittebat: ut optimæ ſpei adoleſcentibus, quo ſtudiorum ſuorum fundamenta commodius jacere poſſent, *Terentii* comœdias, *Ciceronis Topica ad Trebatium*, *Topica Ariſtotelis* privatim explicare non dedignaretur. Verè itaque de *Coppenio*, quod olim de Catone dixeris: *ipſum nunquam minus otioſum fuiſſe, quam cum eſſet otioſus*, & in otio ſemper aliquid agere conſueſſe, quo ſe vel alios exerceret.

Legit ICtũ ſcripta.

Nec tamen hic ingenium, ſcientiæ avidum, ſubſtitit. Nam horis aliis, quas modò ſuffurari potuit, *Iurisconſultorum* libros evolvit; quod, ut ajebat, eorum quoque literarum monumentis, plurimum in Theologia uti poſſet: aliis *medicorum ſcripta* non tantum cognoſcendi; ſed etiam ſanitatis cauſa perlegit: aliis aliud, quo animum paſceret, ſuſcepit.

Et medicorum.

Continuis itaque laboribus ac vigiliis vires corporis ſatis proſtratas & afflictas, penitus exhauſit: ut ſufferendis amplius illis non fuerint.

Cum ergo *vigeſimo tertio* Maij anni *ſexcenteſimi decimi ſeptimi*, vel nullos dolores ſenſiſſet, vel diſſimulaſſet: quod interdum faciebat, ne domeſticos affligeret, lectionem etiam publicè habuiſſet; ante cœnam, exercitii cauſa ambulaſſet; dimidia octava menſæ aſſidens, primo gravedinem ſenſit, & caliginem oculis offundi: mox in deliquium animi incidit, loquendi facultatem amiſit, ac licet à medicis è veſtigio quædam, ut catarrhum ſiſterent, adhibita fuerint: tamen violentia fluxus natura oppreſſa ſuccubuit; & vim morbi ſuſtinere non potuit. Circa *undecimam* igitur noctis horam, ſpiritum Chriſto, qui dederat, placidè reddidit: cum *ſeptendecim* annis publicè Haidelbergæ docuiſſet; ac bis Rectoris officium cum laude ſuſtinuiſſet.

Exſpirat.

Corpus ejus ad D. Petri in Academiæ cryptâ, Chriſtiano ritu terræ mandatum, diem illum ὑποκαταστάσεως πάντων, cum omnibus electis exſpectat.

Funus.

Parentavit demortui manibus oratione vera & gravi *Balthaſar Baumbachius* linguæ ſanctæ & Græcæ Profeſſor: Epitaphiis verò carminibus proſecuti ſunt amici viri docti ac celebres: de quibus *Jani Gruteri* eſt ejusmodi:

Epitaphiũ à I. Grutero.

Sic profecto eſt: ſemper altis invidet virtutibus
Nigra Parca, ſemper altis invidet ſcientiis
Nigra Parca, ſemper altis invidet conatibus
Nigra Parca; hinc ante luſtra vix novem Koppenie,
In locum is communem, & , heu, nos nocte linquis in merâ,
Dignus omni æternitate: nulla vel ſi æternitas
Sole ſub noſtro moratur, dignus annos Neſtoris
Vincere, atque anus Sibyllæ præterire pulverem,
Abſque morbo, imo abſque curis, abſque canitudine.
Sic tamen jaces juventæ vix peracto termino;
Si poteſt jacere totus, parte qui optima ſui
Vivit atque floret inter ſiderum feſtos ch[...]
Unde venerat: nil oſſa præter & pellem alg[...]
Terra poſſidere novit: ſpiritus parvi laru[...]
Grandis hoſpes, evolavit ad quietem candi[...]
Vinculisque erroris ſoluta tædioſi carcer[...]
In ſinu DEI triumphat æviterno gaudio[...]
Vita vera illic profecto, vera vita illic [...]
Ergo nigra Parca ſummis invide cona[...]
Ergo nigra Parca ſummis invide ſcienti[...]
Ergo nigra Parca ſummis invide virtuti[...]
Nil tamen raptu lucraris tam immodeſto, [...] ut refreti
Æquoris per mille Syrtes, mille per vora[...]
In vadum, in portum ſalutis transfer[...] ocyus.

De mortis genere repentino varium ſol[...] vulgi judicium: ſed non eorum qui in [...]ſti ſchola ſunt educati: qui credunt Deu[...] gulorum hominum curam gerere; qui [...] capillum capitis non poſſe cadere, citra [...]tatem patris cœleſtis: qui perſuaſi ſunt, [...] credentibus cedere in bonum. Nec im[...]tus à morte opprimitur, qui ſacris m[...]tionibus aſſiduè deditus, in explication[...]pturæ quotidiè verſatus, ad immortal[...] toto vitæ curriculo adſpiravit. Cuivis di[...] *vigilate, neſcitis enim, qua hora Dominu[s]* *venturus ſit.* Et verè ſententioſus eth[...] *Quàm ſerum eſt, tunc vivere incipere [...] deſinendum eſt! Vivere tota vita diſcendu[...] & quod magis miraberis, tota vita diſce[...] eſt mori.*

Editæ ſunt ab ipſo, ut modò attig[...] *Oecumenii exegeſes in ſeptem illas, quæ [...]licæ dicuntur, Epiſtolas:* cum *interpre[...]* Latinâ *Joann. Hentenii, & annotatione [...]dicis collectione Coppenii*, ad S. P. Q. Roſ[...]enſem. Poſt obitum ejus etiam fora[...] ſunt *notæ eruditæ in Pſalmorum ſacrori[...]brum*; & latent plura in ſcriniis apu[...]redes.

Hæcque de Coppenio *ex oratione [...] D. Balthaſaro Baumbachio Profeſſore H[...]bergenſi.*

JOANN. JACOBUS GRYNÆUS.

PLacuit Domino Jehovæ, qui vita eſt [...] & longitudo dierum noſtrorum *J[...] bum Grynæum* in hanc mundi ſcenam p[...]tere, *Bernæ*, Helvetiorum urbe poten[...] ac florentiſſima, ipſis Calendis Octobris [...] Chriſti *milleſimo quingenteſimo & quadr[...]mo*, inter *ſextam & ſeptimam* veſpert[...] quo eodem anno in Galliâ *Guilielmus B[...]* in Germaniâ *Eobanus Heſſus*, viri in ſu[...]que genere doctrinæ ſummi occiderunt[...] mirum ut ſtellæ aliæ deprimuntur, a[...] adverſâ parte emergunt: ita benignâ D[...]luntate, cujus deliciæ ſunt cum filiis hom[...] præclarorum virorum obitus ortu alioru[...]ciuntur.

Majores ipſius agricolæ fuerunt *Veringæ* in comitatu Zollerenſi ex quibus *Iacobus* Grÿner proavus ex *Anna* uxore ſua tres ſuſtulit liberos, *Iacobum*, *Ioannem* hujus noſtri avum, & *Simonem*, qui primus literarum ornamentis Grynæam familiam illuſtravit. Pater huic fuit *Thomas*, mater verò *Adelheida Stuberina*, homines pii & honeſti. Ac pater quidem ejus exit ſtudia juventutis, quæ munificentia inclyti ſenatus in cœnobio quondam *Franciſcanorum Bernæ* educabatur, annis *tredecim*. Postea *Baſileam* ad literarum humaniorum profeſſionem vocatus, eò migravit anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo* * *ſeptimo*: ut non ſine providentia divina prima hujus Grynæi pueritia in illud doctiſſ. viris abundans *Athenæum* delata videatur. Vixerunt autem parentes ejus in conjugio *Baſileæ, Bernæ* & *Rönla* ab anno *trigeſimo tertio* ad annum uſque *ſexageſimum quartum*. Eo enim, menſe Auguſto, peſte graſſante, pater ejus Eccleſiæ Paſtor, ad Dominum migravit. Mater autem *Adelheida viginti* circiter *ſex* annis pòſt eum ſubſecuta, anno nempe *nonageſimo*, die *deceſimo primo* Decembr.

Frequentare ludum literarium *Baſileæ* cœpit cùm fratre *Simone*, ipſe nondum * ſexennis, Rectore *Thoma Platero*, *Felicis* illius medici verè felicis patre. Florebant tunc in Eccleſia & Academia Baſileenſi præter alios *Oſwaldus Myconius* Lucernas, Paſtor in ſummo templo: *Martinus Borhaus*, *Sebaſtianus Munſterus*, ille veteris Teſtamenti, linguæ Hebrææ Profeſſor: *Wolfgangus Wiſſenburgius* novi Inſtrumenti interpres, *Bonifacius Amerbachius*, J. C. urbis oraculum. Bello illo Germanico Baſilea tunc fuit aſylum *Chriſtophoro Wirtembergico Duci*, & conjugi ejus, quæ ibidem filiam enixa eſt, poſtea *Wilielmo* Haſſiæ Landgravio nuptam: patruo item illius *Georgio* Comiti Wirtembergico, à Cæſare proſcripto: Baroni cuidam *Heidecio*, item *Schertelio* & aliis. Venerunt eodem non pauci è *Suevia* Theologi ſuis nidulis ejecti, inter quos & *Ioannes Brentius Ha*... Suevorum cedere coactus. Divertit is ad ædem *Simonis Grynæi*, & tum quidem ad *Calvinum* ac *Bullingerum*, tanquam fratres in Chriſto colendos, literas dedit: poſtea longè ... s. Sed hæc ὡς ἐν παρέργῳ.

Anno *quinquageſimo primo*, pro more Academiarum, examinatus Grynæus, prima ſuorum profectuum depoſuit rudimenta, & è ludo literario in *Pædagogium Academicum* ductus eſt, atque artium ſtudioſis adſcriptus Rectore *Bonifacio Amerbachio*, unà cum fratre *Simone*, patruele *Samuele*, poſtea jureconſulto, & *Felice Platero*, deinde medico. Sub tempus lue peſtilenti populariter graſſante correptus, *duodecimum* agens ætatis annum, ſed à qua Dei beneficio convaluit, ſtudiorumque curſum gnaviter urſit. Audivit tem in illo Pædagogeo, quod hodie in *Gymnaſium* translatum, *Thomam Grynæum* patrem, Græca & Latina: *Huldericum Coccium* Dialecticen, *Ioannem Niſæum Auguſtanum* Poëtica & Rhetorica tradentes.

In ſecunda deinde Pædagogii claſſe anno *quinquageſimo quarto*, *quinto* & *ſexto* audiit *Sebaſtianum Caſtalionem*, Græca: *Cælium Secundum Curionem* orationes Ciceronis, *Ioannem Acronium Friſium*, Logicen & Mathematica, *Ioannem Niſæum* Partitiones Ciceronis, & Ariſtotelis Rhetoricorum ad Theodecten libros proponentes. *An.* 1554 55 56.

Sub annum *quinquageſimum ſextum* pater ejus Rœtelam ad inſpectionem Eccleſiarum, & Paſtoris munus fuit evocatus, ipſe tamen cum fratre *Simone* Baſileæ ſubſtitit, atque Philoſophiæ ſtudium cum Theologiæ conjunxit. Docuerunt tunc præclarè, & audivit ipſe anno *quinquageſimo ſeptimo* & *octavo* in claſſe tertia *Ioannem Hoſpinianum*, qui organum Ariſtotelis; *Huldericum Hugvvaldum*, qui Ethicen Ariſtotelis, *I. Acronium*, qui diſciplinas mathematicas; *Marcum Hopperum*, qui Phyſicen explicavit. Ex Theologis *Borrhaus* tunc Jeſaiam eruditè expoſuit, & *Simon Sulcerus*, qui ab Helveticis Eccleſiis declinare viſus in capite de ſacra cœna. Ejusmodi igitur Doctoris cum admirator eſſet Grynæus; in errorum devia eſt abreptus, atque *decennium* totum, ut ipſemet loquitur in ſua ἐξομολογήσει, & ſeductus fuit, & alios ſeduxit, donec tandem in viam veritatis, gratia divina eum reduxit. *Th. Gryn. Rœtelam evocatur. An.* 1556. *Manente filio Baſil. Vbi audit Philoſoph. An.* 1557. & 58. *Et Theolog. Simon. Sulcer. Vnde Gryn. error de S. Cœna.*

Anno *quinquageſimo nono*, cùm aliquandiu vicariam operam in præfectura *Rœtelana* concionando præſtitiſſet, ſuffectus eſt *Rœtelæ* in locum fratris ſui *Theophili*, cui Eccleſiæ *Hauvvingenſis* Miniſterium erat demandatum, cum pater ante *triennium* ad ejus Eccleſiæ paſtoratum eſſe vocatus. Die ergo *Bartholomæi* manus imponente *Sulcero* illo Superintendente ſuperiorum Eccleſiarum Marchicarum, inauguratus, & diaconus eſt creatus. *Tyrocinium miniſterii Gryn. An.* 1559. *Theophil. Gryn. fr. Inauguratur l. tac. Gryn. miniſterio. Tubingam abiit. An.* 1563.

Hoc officio functus eſt ad annum uſque *ſexageſimum tertium*, quo de patris & amicorum conſilio *Tubingam*, uberioris eruditionis cauſa abiit, quanquam ipſe *VVittembergam* maluiſſet, cum quidem antea à *Carolo Badenſi Marchione*, qui concionantem in arce *Rœtelana* cum delectatione audierat, oblatum eſſet *annuum centum florenorum ſtipendium*, ſed quo ipſe, certis de cauſis, uſus non eſt. Venit *Tubingam* ſupremo Januario, inſtructus literis commendatitiis tum Parentis tum *Sulceri* ad *Iacobum Andream* & *Heerbrandum*, adſcriptus ſtudioſis à Rectore tum *Iacobo Scheckio*, qui multis pòſt annis meliores ipſi in Theologia curas gratulatus, cum eo amicitiam coluit. Ut primum ad *Heerbrandum* venit, percunctatus eſt de *Sulcero*, ecquid *viveret ageretve*? cui ubi Grynæus reſpondit, *admodum eſſe occupatum*, ille εἰρωνεύων ſubjecit: ja er hat gern viel zu ſchaffen: *imo lubens multis occupatur*, id ideo dixit, quia Sulcerus inſpectionem Eccleſiarum ſuperiorum Marhionatus obtinuerat, illo præterito. *Heerbrandi de Sulcero.*

 Incidit

I. Guilielm. Stuckius condiſcip. Grynæi. Doctores quos audivit Tub.

Incidit autem Tubingæ bono fato in J. *Guilielmum Stuckium Tigurinum* adoleſcentem antea ſibi notum, ſtudiorum ſocium & amicum per omnem vitam fideliſſimum. Cum hoc audivit ex Theologis *Iac. Andream, Heerbrandum, Snepſium,* & J. *Brentium* F. ex Philoſophicis *Samuelem Hailandum* in Ethicis, *Georgium Liblerum* in Phyſicis, *Martinum Cruſium* tunc in Sophocle: *Samuelem Siderocratem* in Theoricis planetarum. Erat imbutus tunc Grynæus utcunque doctrina Melanchthoniana, ſed dogma *Lutheri* de Euchariſtia ſerio profitebatur, nec improbabat *Ubiquitatem*, etſi hoc improbabat, benè meritos viros ſæpè hoſtiliter perſtringi, qui ſecus ſentirent, aut ſenſiſſent.

An.1564.

Defendit theſ. Iac. Andr. de Ubiquit. & eu. chariſtia. Cogitur à Scheckio ἐπέχειν.

Anno *ſexageſimo quarto*, cum Tubingæ commorari ipſi integrum non eſſet è conſilio amicorum, adhibitus eſt à *Iacobo Andreæ* ad theſium quarundam defenſionem *de ubiquitate & euchariſtia,* ut forte juvenem in ſuæ cauſæ patrocinium pertraheret. Habita eſt diſputatio per ſeſquidiem, in quo *Grynæus* maximè à *Scheckio* fuit repreſſus, eoque adactus, ut neceſſe habuerit de illis opinionibus ἐπέχειν. Poſtea in nundinis Paſchalibus Francofurto rediens *Haidelbergæ* in cenſores theſium illarum *Iacobi Andreæ* eruditos incidit; *Urſinum, Eraſtum* & *Xylandrum*, qui ſtrenuè eum exercuerunt.

Ab illa diſputatione, cum mediocriter Theologis Tubinganis ſatisfeciſſet, curſoriis prælectionibus, ut vocant, *Danielem* Prophetam enarravit, & ultima Octobris ejusdem anni, cum *Conrado Wolfg. Placio*, *Philippo*, *Heerbrando*, & *Luca Oſiandro* Doctor Theologiæ eſt renunciatus à *Iacobo Heerbrando*. Sæpè poſtea ad amicos dixit: *ſe fato Metelli Doctorem deſignatum.* Paulò ante gradum illum, fratrem amiſerat, & alios cognatos, peſte longè lateque graſſante.

Doctor Theol. renunciatur An. 1564.

An. 1565. Rœtelam revocatur I. Albert. ab Annvveil. Succedit parenti. Ejus labores.

Itaque ſub initium anni *ſexageſimi quinti* menſe Januario *Rœtelam* revocatus, atque autoritate *Caroli Marchionis Badenſis*, conſilio præſidis J. *Alberti ab Anvveil*, voce *Simonis Sulceri*, parenti in officio paſtorali eſt ſuffectus. Ibi dum egit, præter ordinarios labores privatis lectionibus diaconis, publicis autem diſputationibus aliàs alibi in templis provincialibus habitis, prodeſſe ſtuduit & ἀναζωπυρεῖν donum in ſe Dei, Synodos item binas quotannis celebravit; Deo laboribus ipſius largiter benedicente, & Halcyonia Eccleſiis in Marchionatu benignè faciente.

An. 1569. Ducit Uxorem

Anno *ſexageſimo nono* animum ad uxorem ducendam adjecit, & de conſilio fratris *Simonis, Laviniæ* de *Canonicis, Bononienſis* civis *Catalani*, & *Lucretiæ Florentinæ* filiæ, quam *Eraſtus* medicus per *octennium* aluerat, fidem dedit conjugalem, nuptiis celebratis *Haidelbergæ*. Cum hac annos *quadraginta* vixit placidè, ſuſcepitque ex ea liberos *ſeptem*, inter quos filius unicus.

Interea autem dum *Formula concordiæ* cuditur, ac variis obtruditur, ipſe Biblia in-
primis diligenter evolvit, deinde veter
& neotericorum ſcripta contulit, & al
rum judicia per literas atque coram c
gnovit.

Paulatim igitur lux ei veritatis affulgere c
pit, donec è Labyrintho illo emerſit, in q
ab anno ætatis *decimo nono*, ad *viceſimum oc*
vum, uſque hæſerat. Ibi ergo cùm ab a
modeſtè ſe diſſentire non diſſimularet, r
ambabus illud *ubiquitatis dogma* amplecti v
let, in multorum incurrit odium atque offe
ſionem. Interea rogatu *Henrici Petri E*
ſcopiique Typographorum, recognovit
ad prælum emendatiora adornavit opera *E*
ſebii, *Origenis*, *Irenæi*, *Adagiorum Eraſ*
alia.

Anno *ſeptuageſimo quinto* Baſileam, cap
ſendæ veteris Teſtamenti Profeſſionis er
Magiſtratu inclyti illius urbis vocante, & C
rolo Marchione adſentiente, cum familia, c
juge nempe & filialibus tribus, diſceſſit, c
decennium Rœtelæ officio paſtorali eſſet f
ctus. Dimiſſus autem à Principe ſuo ea l
fuit, ut & ipſe *Marchicarum Eccleſiarum*
ſpector eſſet, & frater *Theophilus* in M
ſterio *Rœtelæ* ſuccederet. Adſignavit
Princeps honorarium *viginti florenorum*
nuorum.

Baſileæ ergo initium lectionum fecit m
ſis Octobris die *viceſimo quarto*, de *diffi*
tate ſuſcepti muneris præfatus: *quam par*
tum librorum Moſis, qui explicandi obv
rant, majeſtas, tum anteceſſorum, qui idem
dium decurriſſent, præſtantia ſingularis. E
ravit autem *Geneſin* non totam, cùm in a
torum gratiam ad *Pſalmos* & *Prophetas* aliq
minores deflexit. Gratis etiam habuit *le*
nes hiſtoricas, de quo tamen nunquam
queſtus, memor illius *Clementis*: ὀλιγοδ
απουδαῖ@. Expertus eſt etiam variorum
culas, quod de *cœna Domini* ſecus doce
quàm volebant, qui in Lutheri verba j
rant. Sed ita Deo placuit ejus fidem exp
rare, qui & publicis & privatis laboribus
ut & œconomiæ, largè benedixit, deditqu
vulnus inter *Tigurinam* & *Baſileenſem* Ec
ſiam ſenſim coiret & ſanaretur. Coluit
amicitiam maximè cum affine *Eraſto*, *Ba*
Amerbachio, *Felice Platero*, *Theodoro Zvi*
ro, *Chriſtiano Urſtiſio*, & in convictu ſuo
buit è longinquis etiam Regionibus illuc
ſos, generoſos *Barones, nobiles, Patricios,*
ctores, *ac literatiſſimos juvenes*, de quo
ſtea. Edidit & ſcripta quædam illo *no*
nio, de quibus etiam infra ſub finem na
tiunculæ.

Anno *octogeſimo tertio*, *duodecimo* Oc
bris *Haidelbergæ* obiit *Ludovicus* Elector
latinus, cui ſucceſſit tutoris & Adminiſtra
ris nomine J. *Caſimirus* frater, Princeps
riſſimus. Is initio ſtatim animum ad Ec
ſiam & Academiam Electoratus Palatini a
cit, conſilio uſus tum aliorum conſiliarior
tum D. *Danielis Toſſani* Theologi. Hic
vatim per literas *Grynæum* præmonuit, ip
Grynæum Baſileæ: *Argentorato* autem *Ioan*

S

urmium evocatum iri, id quod ſequenti
nno factum. Eo enim à Principe vocatus,
ſentiente ſenatu *Haidelbergam* venit menſe
Martio, ac ferè *biennium* ibi *ſacras literas* at-
ue *hiſtorica* docuit; Eccleſiæ & Academiæ,
t & ſcholæ conſuluit, ac ſtudium fidemque
am Principi Caſimiro egregiè probavit. In-
rimis autem memoranda hic venit, omiſſis
iis multis, quæ cum heterodoxis fratribus
buit colloquiis, *diſputatio* illa anno *octogeſi-*
o quarto menſe *Aprili* præſide hoc *Grynæo*
dicta, quam & ipſe Princeps ſua præſentia
uſtravit, & ad exitum deduxit optatum.
Ea in συζητήσει novendiali potiſſimùm diſce-
atum de *Euchariſtiæ* negocio fuit, magnâ
m lenitate noſtratium, ſed parvâ, ne dicam,
llâ cum modeſtiâ adverſariorum, & audita
nt paradoxa permulta, de quibus hæc ſal-
n guſtui quaſi dabimus. Dixerunt illi:
lis Dei appellatio denotat ſolum λόγον, *Pa-*
s veteris Inſtrumenti nec promiſſionem nec
ndatum habuerunt, de Chriſti carne man-
candâ, agnus Paſchalis & Manna ex albo
ramentorum ſunt expungenda, enunciatio
c: *circumciſio eſt fœdus*, *non extat apud*
oſen, Infideles manducant & quidem ore cor-
is Chriſti corpus, denique cum ſyllogiſticè
i eſſent agere, quidam hæc in verba erupit,
orſum Syllogiſmis opus eſt, aut rationibus?
quis non exclamet?

capita, Anticyris vix expurganda
duabus!

Exitus tandem à congreſſione nonâ ejus
tationis hic fuit, ut & Theologi & diſci-
in collegiis, qui veritati locum dare nol-
, inimicique pacis & tubæ inteſtinarum
ordiarum eſſent, ſæpiùs ſint auditi, pla-
moniti, tandem benignè demiſſi. Ex
n Electoralis Palatinatûs templis & ſcholis
hodoxa de *Chriſti perſona & Sacramentis*
rina huc uſque ſonuit, pro quo DEI
eficio gratiæ agendæ ſunt immortales.

Anno deinde *octogeſimo quinto*, mortuo
ero, ipſe abſens incredibili piorum cum
derio, antiſtes Eccleſiæ Baſileenſis deſi-
ur, cùm *Haidelbergæ biennium* integrum
dum exegiſſet. Quæ vocatio initium fuit
lucis, quæ *Grynæum* è tenebris eduxit.
ior itaque de vocatione illa factus, *Ba-*
m venit ſub initium anni *octogeſimi ſexti*,
applauſu totius Eccleſiæ exceptus. Ibi
tis concionibus duabus, quæ etiam olim
rſariis probatæ, *Haidelbergam* rediit,
cipi, Eccleſiæ, & Academiæ valedixit,
que familia *Baſileam* menſe Martio remi-
t. Dimiſſus *Haidelbergæ* eſt bona cum
cipis gratia, qui & de vehiculo ipſi pro-
t, & diſcedentem μνημοσύνῳ aureo ſuæ
inis donavit.

Hoc in officio ad beatum uſque è vita exi-
perſtitit, omni cura, cogitatione, at-
nduſtria, ad Eccleſiæ *Baſileenſis*, ad ſtu-
cholarum, ad Academiæ denique emo-
ntum & incrementum collata. Tri-
enim laborum genus ei fuit impoſitum,
Eccleſiaſticum, *Academicum*, & *ſcholaſti-*
cum. In *Eccleſia antiſtitis quarti* à Refor-
matione, & fidi *Paſtoris* munere functus eſt,
dum doctrina ſana animos pavit, afflictos
moleſtiis conſolando levavit, ægrotis è cœleſti
pharmacopoléo remedia ſubminiſtravit, &
quæ impedire curſum Evangelii poſſent, ſe-
dulò removit. Et hoc fine Eccleſias ſuæ diœ-
ceſeos ſolenni viſitatione obivit; inprimis an-
no *nonageſimo quarto*, adminiſtro *Ioanne Tri-*
phio Paſtore Baſileæ in æde D. *Leonhar-*
di, concordiam inter fratres aluit: utque
ſua Miniſterio conſtaret auctoritas; operam
dedit.

Eccleſiaſticum.

Viſitat Eccleſias Ioann. Triphius.

In *ſcholaſtico* officio, ſcholæ, ut vocant,
triviali *Baſileæ* cum aliis doctiſſimis viris *Bo-*
nifacio Amerbachio, *Samuele Grynæo*, *Theo-*
doro Zvingero, *Felice Platero*, & *Chriſtiano*
Vrſtiſio ita rationem habuit, ut & de idoneis
Præceptoribus ei proſpexerit, & ſtudia di-
ſcentum explorarit, & pauperiorum ſchola-
ſticorum inopiæ ſuccurrerit, verbo ut dica-
mus, id effecit, brevi ut tempore ſchola ea
in magnam juventutis frequentiam excreve-
rit. Hoc etiam ipſi moris erat, ut quotannis
binas in ſummi templi choro feſtivitates ce-
lebraret, quibus brabéa diſtribuit diligentio-
ribus, & ob profectus in ſuperiorem claſſem
promotis, deinde orationem de *ſcholarum*
præſtantia, de *officio docentum diſcentumque*,
deque aliis argumentis jucundis habuit, &
quidem, ob circumfuſam illiteratæ plebis co-
ronam, lingua vernacula.

Scholaſticum Gryn. officium.

Examina ſcholaſtica inſtituit.

In *Academia* tandem muneribus amplis-
ſimis & laboribus maximis eſt perfunctus;
iiſque tum *ſtatis*, ut profeſſione Theologica
& hiſtorica, tum *periodicis*, rectoratu & de-
canatu. Novi Teſtamenti profeſſionem cum
Antiſtitis munere ſuſcepit, inque eo ad vitæ
uſque finem cum auditorum fructu verſatus
eſt. Huic profeſſioni *hiſtoriarum* adjunxit
explicationem idque ſine ullius ſalarii nume-
ratione. Præter iſtos labores legationes quo-
que ſubiit Eccleſiaſticas aliquoties, tum an-
tequam *Baſileam* veniret in *Marchionatu*
Badenſi, tum poſt ſuum ad *Baſileenſes* abi-
tum.

Academicum officiũ, & labores

Legationes ejusd.

Anno *octogeſimo octavo Mulhuſium in Se-*
quanis bis fuit miſſus, ut & Miniſterio con-
ſtituto cives rebelles ad pacem invitaret, &
Synodo intereſſet. Eodem anno *Bernam*
ivit ad colloquium, de controverſiis Reli-
gionis inſtituendum, quas *Samuel* ille *Hube-*
rus & *Claudius Alberius*, *Lauſannæ* Philoſo-
phiæ Profeſſor, excitarant, de cujus conven-
tus exitu alibi. Invitatus etiam *Haidelber-*
gam ſecundùm abiit, ſalutandorum Principis
& fratrum cauſa.

Tandem decurſo vitæ in terris honeſtè, piè,
& juſtè, curriculo, vires paulatim decreſcere
ceperunt in corpuſculo laboribus, curis, vi-
giliisque exhauſto, inprimis autem videndi
ſenſus, naturâ in eo hebetior præſertim al-
tero oculo, tandem ferè totus defecit anno
72. ex cephalalgia. Compenſavit autem hunc
defectum ingenii & memoriæ felicitate. Ac-
ceſſit

Laborat viſus difficultate.

ceſſit luctus ex obitu amiciſſimorum hominum, quibus ipſe contra votum ſuperſtes. Præmiſit parentes, fratres, ſorores, liberos omnes, una filia excepta, generum *Amandum Polanum*, Veteris Teſtamenti Profeſſorem, uxorem denique longè cariſſimam & deſideratiſſimam, peſtilenti lue, anno *ſexcenteſimo decimo*, Menſe Septembri, ſublatam. Hos ſubſequi, cum unicè in votis haberet, anno ſeculi *decimi ſexti decimo quinto* cholica gravisſima laborare cepit, quâ tamen Dei beneficio depulſa, ad munus ſuum in templo & ſchola alacris rediit. Sed rediit quoque idem morbus anno *decimo ſeptimo*: cumque abiiſſe iterum viſus, ultimam ipſe concionem & lectionem habuit menſe *Iunio:* ſed recidivam paſſus immenſos cholicos & nephriticos cruciatus per intervalla ſuſtinuit, incredibili cum patientia; adeo ut in ſumma dolorum ſævitia exclamaret:

Funera ſuorum effert.

Cholica laborat.

Recidivâ patitur.

Patientia ejus in morbis.

Vt nunc triſte mori eſt, ſic dulce reſurgere quondam,
Chriſtus ut in vita, ſic quoque morte lucrum eſt.
In terris labor eſt, requies ſed ſuavis in urna,
In ſummo venient gaudia ſumma die.

Poſtea cùm & à cholica & calculo liberatus eſſet, lenta eum febris invaſit, quæ ipſum propemodum ſine ſenſu confecit. Interea ipſe totus in precibus, imò ſpiritu quaſi jam in cœlis æternæ vitæ guſtum præcipiebat, nihilque in votis erat aliud, quam *diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*, cui & voce & geſtu ſeriò ſe commendavit. Voti compos factus eſt die *trigeſima* Auguſti intra *ſextam & ſeptimam* matutinam, qua brachiis decuſſatim complicatis, quo modo ſe alias ad ſomnum componebat, corporis carcere ſolutus, animam Redemtori ſuo reddidit. Corpus, per annos *ſeptuaginta ſeptem* animæ illius habitaculum, calendis Septembribus, humeris aliquot Paſtorum Eccleſiæ Baſileenſis elatum, ac Chriſtiano ritu, in ſummi templi Xyſto, honorificè eſt terræ mandatum, proſequentibus funus conſulibus, ſenatoribus, Paſtoribus, atque Profeſſoribus, nec non populoſa civium tam urbicorum, quàm Academicorum ſerie; concionem habente *Wolfgango Meiero* S. Theolog. D. quæ typis excuſa prodiit. Memoriæ ejus & honori tum multa à doctisſimis viris *Epitaphia* ſcripta ſunt carmina, tum *Monumentum* à ſuis ejusmodi locatum:

Febri conficitur.

Exſpirat ex voto.

Funus ei honorif. factum.

Monumentum.

D. O. M. S.

JOANNES JACOBUS GRYNÆUS
THEOLOG. CELEBERR.
BASILIENSIS ECCLESIÆ QUARTUS
ANTISTES, ET ACADEM. PROFESSOR,
POSTQUAM IN QUINQUAG.
OCTAV. AN.
ROETELÆ IN MARCHION. BADENSI, ET HAIDELBERGÆ IN PALATINATU, POTISS. VERO BASILEÆ RAURACOR.
SIMPLICITATE CORDIS,
SINCERITATE DOCTRINÆ,
VITÆQUE INTEGRITATE,
CONSCIENTIAM DEO PROBASSE[T]
CURIS, LABORIBUS, SENIO, D[O]LORIB. COLICIS CONFECTU[S]
TANDEM LENTA FEBRE EXSTINCTUS,
MORTALITATI AUREAM IMPOSUIT CORONIDEM;
ET IN HOC TEMPLI XYST[O]
ÆTERNÆ BEATITATIS CORONAM PRÆSTOLATUR:
TERT. CALEND. SEPTEMB[R.]
ANN. XVII. DECIMI SEXTI
CHRISTO NATO SECULI,
ÆTAT. CLIMACTER. UNDECIMO.

HOC MONUM. PRO MUNERE E[X]TREMO GENER, FILIA, NEPOT. CUM LACRUM. POSUER.

Ἀγαθοὶ ϰ̀ σοφοὶ κατὰ δαίμονα ἄνδρες.

Edita ſunt à variis Epicedia in obitum e[ius] collata, cum parentali oratione, nos *Iani G[ru]teri* addimus:

Te licet, Grynæe, cœlum jam gravem a[nnis]
excipit:
Perque bis ſeptena luſtra lux ovaſti publica
Lux ſalubris, lux ſüavis, lux ferax,
byſſina:
Haud ſecus deſideraris ſic tamen paſſim à ch
Summa quem doctrina clarum, ſumma q
virtus facit:
Atque ſi raptus fuiſſes ſub juventæ exordio.
Id meret mens fraudis expers; id meret pe
probri
Labe nulla adinquinatum, felle nullo livid
Corque ſimplex, osque verum: denique exp
ſiſſimum
Seculi exemplar vetuſti, nomen Aurum
dedit.
O Grynæe, nulla non mors eſt viro im
turior;
Quem mori nunquam decebat; præſidere q
ſolo
Omne oportebat per ævum: ſicut æternum è
Aſtra ſpargunt cuncta lumen, cumque L
Lucifer.
Terra ſed profectò tanto digna non erat bo
Ergo te cœlum recepit, unde originem
feras;
Inque gratitudinem illinc exprobras vi
tium.
Nam licet ſimus te honore proſecuti plurim
Nam licet ſimus te amore proſecuti plurim
Non tamen ſat aſſecuti, quid fores, ſu
Merum
Quippe eras aurum, atque optimi Marg
ponderis:
Cùm viderére eſſe nobis, fulvidum at, ſple
vitrum.

A

;ita agona in terris ſuum abſolvit Theo-
is hic, non unus de multis, cujus pietas
in omni vita, tum in extremo ejus illu-
exſtitit. Ibi quotieſcunque officii cauſa
res eum inviſerunt, petivit ſemper, ut an-
olloquium recitarent *articulos Chriſtianæ*
, *& formulam precandi*, quam Salvator
is ipſe dictavit. Gratias præterea DEO
ò egit pro omnibus beneficiis, tum verò
paterna illa caſtigatione morbi ſupremi.
D. *Mejerum* teſtatus eſt, & ipſum hæc
ri ad alios voluit: *ſe in fide ac doctrina,*
m aliis tradidiſſet, conſtanter manſiſſe &
ſe, Deum oraſſe ex animo, ut de alio pa-
veritatisq́; amante paſtore proſpiciat eccleſiæ
leenſi, magiſtratui & civibus benedicat,
gis vale & gratias pro officiis dicat, mor-
denique non ſimulatè, ſed verè expetiiſſe,
ous hæc ſubjecit: *ô præclarum illum*
, cum ad illud animorum concilium cœ-
que proficiſcar, & cùm ex hac turba, &
vione diſcedam! Si enim, dicebat, eth-
s ita ſenſit, cur nos Chriſtiani eodem a-
non ſimus?

ietatem deinde in ſuos probavit ſum-
, quando matrem viduam, piam matro-
, nunquam ſine munere ἀντιστρεπτικῶς
it, & fratri *Tobiæ* non ſolùm nuptiarum
nſas, ſed per *novennium* certam vini,
enti & pecuniæ vim liberali animo do-
. *Temperans* fuit in omni vita, in victu,
ltu corporis, *humanus* erga quemvis &
ilis, *officioſus* in omnes cujuscunque or-
, *concordiæ ſtudioſus*, & amicitiæ viro-
bonorum & doctorum, id quod *chilia-*
liquot *epiſtolarum*, à magni nominis vi-
l ipſum ſcriptarum, loquuntur. Ante
ortum ſurrexit, diem totum precando,
endo, legendo, ægros viſitando eon-
ns, nec meridianum ſomnum cœpit un-
, niſi cùm à medicis paucis ante obi-
annis id ei eſſet conſultum. Fama no-
s tanta, ut & principes aliique nobilita-
luſtris ac patritiæ viri & juvenes ſenem
randum obſervarint, & è regionibus
inquis audiendi ipſius cauſa iter ſuſce-
r, è quorum numero *Georgius Gelnicius*
ſus, juvenis egregius, qui iter ad *Gry-*
jam jam ingreſſurus, morbo correptus,
bunda manu hoc hexaſtichon ad *Jo. Fa-*
m Dantiſcani Gymnaſii Rectorem
vit:

viſurus eram, clara Haidelberga,
Grynæe,
Te quoque viſurus, noluit Omnipotens,
dibus æthereis, ait, eſt Academia vera
Verus ubi doctor, me genitore, ſatus.
idelberga vale, valeas quoque clare
Grynæe,
Ludus hic eſt melior, doctor hic eſt me-
lior.

onvictu ejus uſi ſunt & libenter & ju-
è permulti, ut ipſe ultra *trecentos*, qui
n memoriæ tum fuerunt, adnotarit.
autem eos non ſolum corporis, ſed

etiam animi alimoniâ, colloquiis omni am- *Colloquia*
broſia & nectare ſuavioribus, atque apoph- *cum eis.*
thegmatis & acroamatis, memoria perpetua
dignis. Nam ſententioſè ac breviter dictis *Dicta acu-*
maximè ſemper eſt gaviſus. Interrogatus *ta & ro-*
aliquando à conſule, cur *Piſtorii* ad ſe literis, *tunda.*
quas ſalvo aliquoties ſigno remittebat, nihil
omninò reſponderet? *Inhoneſtum eſt*, ex
Chryſoſtomo inquit, *honeſtam matronam*
litigare cum meretrice. Studioſos adoleſcen-
tes uti, Liviani inſtar ſenis, ad doctrinæ glo-
riam conſurgentes lætus adſpiciebat, ita ad
menſam diſputaturientes ad *Polanum* reji-
ciebat, *plures* addens *eſſe, qui adorent ſolem*
orientem, quam occidentem. De Eraſmi labo- *Eraſmus*
ribus cùm aliquando judicium ferret, *Ponti-* *Pontifici*
fici Romano, dicebat, *Eraſmum plus nocuiſſe* *nocuit.*
jocando, quàm Lutherum ſtomachando. Cùm
brumæ acerbioris tempore, *Arragoſio* Me-
dico jam *octogenario*, in platea occurriſſet;
isque, *Ecquid quæſo tecum, Grynæe, modò*
meditabaris? Cogitabam, ait, *parum ſuper-* *Ornamen-*
eſſe olei in mea lampade, quod facilè queat *ta Acade-*
hoc exſtingui frigore. Academiarum orna- *miarum*
menta quinq; ſæpe recitabat, εὐταξίαν, *lucem* *quinque.*
doctrinæ, diſciplinam, concordiam docentium
& diſcentium, humanitatem & beneficentiam
magiſtratuum. E Platina hæc *Æneæ Sylvii* *Æneæ Syl-*
apophthegmata laudabat: *omnem ſectam, hu-* *vii apoph-*
mana autoritate firmatam, ratione carere; *thegmata.*
ſanctas eſſe leges, quæ vaganti licentiæ frenum
imponant, ut in mare omnia flumina, ſic in
magnas aulas omnia vitia fluere, Regem, qui
nulli fidat, inutilem eſſe, nec meliorem, qui
omnibus corpora à malis medicis animum
à malis ſacerdotibus occidi, vagum monachum
eſſe Diaboli mancipium.

Literis amicorum, præſertim hiſtoricis, *Literis hi-*
plurimùm eſt delectatus. Itaque cum ali- *ſtoricis de-*
quando ejus generis à *Chytræo* accepiſſet, *lectat*
valdè iis fuit exhilaratus, ſtatimque ei reſcri- *Grynæus.*
pſit, & inter alia hæc, *ſi non amplius in his*
terris te viſurus ſum, ibi tamen convenie-
mus, ubi Luthero cum Zvvinglio optimè jam
convenit.

In contumeliis ferendis *Thraſibuli* eſt
ἀμνηστίαν imitatus, ac injurias non niſi *Chri-* *Patiens*
ſtiano ſilentio ſolitus ulciſci. Quoties recor- *contume-*
dabatur primi ſuæ profeſſionis novennii, *liarum.*
quo Baſilea nec vitia ſua poterat nec reme-
dia pati, recordabatur autem ſæpius, *publici*
ſeſe odii victimam extitiſſe dicebat. Accidit,
cùm, theſibus publicè ad diſputandum pro-
poſitis, magiſtrum quendam alumnum Aca-
demiæ, reſpondentem delegiſſet, ut pridiè
diſputationis, ſub multam veſperam alum-
nus ille ad *Sulcerum* accerſeretur. Paret hic,
præſtò eſt: poſtero mane ſibi in oppidum
tertio ab urbe lapide excurrendum audit.
Oſtendens illico, ſibi reſpondendi partes
demandatas, quas deſerere nefas ſit, denuo
audit, profectionem antè maturandam,
quàm negotium pluribus innoteſcat. Anne,
ille iterum, ut vel præſidem præmonere
non liceat? Ita quidem, ait ille, nî de ſtipen-

dio periclitari velis. Percuſſus adoleſcens hoc fulmine, mane ſe in viam dat, præſes reſpondentem in ſubſelliis auditorii expectare ratus, cum *Fabricio*, claro pòſt Theologiæ doctore, ad diſputationem item properante, auditorium ingreditur. Sed abierat jam reſpondens: conſidetur diu. Tandem olfaciens invidorum ſtratagema præſes, quod eſt difficilimum, ubique irâ ſuperior: *quando*, inquit placidè, *à reſpondente meo deſertus ſum, rogo amicum Fabricium; ut ſuſcepta haud gravatè hac provincia ad gloriam Dei, nunc ſuggeſtum conſcendat.* Quid multis? Obtemperante illo, cum doctiſſima fuit diſputatio, tum nullum in præſide immutati animi ſignum animadverſum.

Scripta. Scripta, quibus poſteritati prodeſſe ſtuduit, maximam partem ſunt *didactica*, *exegetica*, vel *hiſtorica*, pauca *polemica*, ut ſunt.

Epitomes Bibliorum pars prima, complectens V. T. tum librorum, tum capitum argumenta.

Σκιαγραφία *Theologiæ* ſecundum tres methodi formes.

Character Chriſtianorum.

Enarratio aliquot *Pſalmorum & Prophetarum*, ut *Haggai*, *Jonæ*, *Habacuc*, *Malachiæ*, *Obadiæ*, *Danielis* quinque priorum capitum.

Explanatio Evangelii ſecundum Matthæum decem priorum capitum: item dicti; *Pater major me eſt.*

Exegeſis epiſtolæ ad Romanos, ad Coloſſ… *ad Hebræos, primæ & ſecundæ* Joannis.

Theologicorum theorematum & prob… *tum* partes tres.

Demonſtrationes Evangeliſtarum: J… eſſe Chriſtum, & credentes vitam haber… nomen ejus.

Theſes ac diſputationes Theologicæ, in… demia Baſileenſi habitæ. *Commonefa… officio piorum hominum*, *qui neceſſe… verſari ad Catadupa anathematiſmorum… verſus doctrinam de Euchariſtia.*

Irenæi opera illuſtrata.

Hiſtoria Eccleſiaſtica ex fide Græ… codicum.

Chronologia hiſtoriæ Evangelicæ.

Apologia, qua reſpondetur ad *Ja… dreæ* criminationes in ſcripto, cui ti… *Diſputationis de Cœna Domini confutati…*

Prodierunt & *Epiſtolæ I. Jacobi G…* plenæ graviſſimarum rerum lectuque… ſimæ. Et plura illius necdum edita,… nique ſperant inpoſterum proditura.

Tantum de Grynæo, Theologo… *ex concione funebri à D. Wolfgango A… habita: ex narratione edita de vita atq… tu ipſius, collecta per ejus nepotes J. Ja… Hieronym. à Brunt cumprimis verò… tione Jeremiæ Sohnii, vivo Gry… ſcripta, & ex amicorum M.S. … aliis.*

FINIS VITARUM THEOLOGICAR.

INI…

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM, QUÆ HOC IN VOLUMINE REPERIUNTUR,

Ubi a. primam b. alteram paginæ ſectionem notat.

Adias Prætorius regit ludum Soltvellenſem & Magdeburgenſem 222. a. cantum lectionibus interponit. ibid. ab Antinomis impetitur ibid. vocatur in aulam Berlinenſem ib. diſputat cum Jeſuita quodam ibid. docet Wittembergæ 222. b. ſomnium ejus ante obitum. ibid. regulæ ejus loquendi de bonis operibus ibid.

...ahamus Bucholcerus felicem ſe & cur prædicarit 262. a. controverſias dijudicaret diſcit 262. b. intereſt Wittembergæ examini cujusdam ordinandi. ibid. vocatur Grünbergam 263. b. ſcholæ operam ſuam addicit 263. b. migrat in aulam Croſnenſem 264. b. inde Freiſtadium ib. ejus doctrina, facundia & aliæ virtutes 264. ſeqq. timiditas ei objecta 266. a. Genethliacos non curat 266. b. verſus Epitaphios componit 267. a. ejus concio ultima ibid. monita ejus de ſtudio Theolog. 397. a.

...aham Metzradt 261. a.

...demiæ Gryphisvvaldenſis initium 349. b.

...demiarum ornamenta quæ 417. a.

...demiæ Roſtochienſis ſtatus 376. a.

...demiæ Wittembergenſis auctores 8. b.

...nius Neuſerus apoſtata 388. ejus interitus ibid.

...phora quando talia non ſint 226. a.

...lphus Princeps Anhaltinus 119. b.

...ratio ſacramenti an licita 79. a.

...anus Papa reformationem Uratislaviæ impedire conatur 89. a. cui ſenatus reſpondet ibid.

...ianus Pauli mercaturæ addicitur 334. b. redit ad ſtudia ibid. Wittembergæ Magiſter renunciatur 385. a. ludo Thorunii præficitur ibid. Dantiſci ſcholæ & templo præeſt ibid. ejus doctrina ibid. ...ενία 385. b.

...erariorum libri legendi 398. a.

...idius Hunnius 344. a. de eo præſagium ibid. incidit in prava ſodalitia ibid. Tubingæ dat operam Theologiæ 344. a. regit ibi collegium ibid. deſignatur Profeſſor Marpurgenſis 345. b. elogium ejus ab Heerbrando ibid. oppugnat Sacramentarios 346. a. Flacianis itidem bellum indicit. ibid. Wittembergam venit ibid. reformat in Saxonia 346. b. & in Ducatu Lignicenſi ibid. varia ſubit certamina ibid. in morbo confeſſionem edit 347. a. Ejus virtutes & dotes 347. a. b.

Ægidius Tſchudus 254. b.

Æneæ Sylvii apophthegmata 418. a.

Ænigma de Franciſcanis 5. b.

Albertus Brandeburgicus Dux Boruſſiæ ab Oſiandro diſcit veritatem Evangelii 110. a. jubet Theologos ſuos ſententiam de juſtificatione hominis coram Deo ex ponere 113. a. confeſſio ejus nova, cui ſubſcribunt Theologi 115. a. in viam reductus ἀμνηςίαν ſancit ibid. decretum ejus, quomodo de juſtificatione docendum ſit ibid.

Albertus Moguntinus Luthero reſpondet 53. b.

Albertus Urſus Comes de Ballenſtet atque Aſcania 119. a. exercitui contra Saracenos præficitur ib. creatur Marchio Brandeburg. & elector ibid. 246.

Alberti Brandeburgici obitus 320. b.

Alberbacum cœnobium 198. a.

Albona oppidum 227. a.

Alcoranus Germanicè editus 73. a.

Ambitio multos perdit 197 a. & b.

Amandus Polanus Uratislavia Tubingam venit 383. a. ejus de Electione ſententia b. Baſileam tranſit ibid. Baroni Zerotinio præficitur ibid. Profeſſor Baſileæ conſtituitur ibid. virtutes ejus 384. a. conjugium ibid.

Ambroſius Blaurerus vitam monaſticam deſerit 198. a. docet Conſtantiæ & Auguſtæ ibid. inde diſcedit b. In eum Epigramma ibid.

Ambroſius Moibanus collega Heſſi 90. a. ejus in ſtudiis induſtria 124. a. reformat Eccleſiam Uratislaviæ ibid. ſcholarum eſt

eſt inſpector ibid. ejus cum Heſſo comparatio ibid. jocus ejusdem ibid. carmen ibid.
Amicitia literaria firma 208. b.
Andreas Baudiſius peregrinatur 403. b. miniſterio ſacro ſe addicit b. docet Lignicii 403. b. migrat Cromavium Boëmiæ ib. revocatur Lignicium, ubi Paſtor & Inſpector deſignatur 404. a.
Andreas Bodenſtein Carloſtadius alphabeti literis notatus 38. a. Romæ Theologiam diſcit ibid. Wittembergæ canonicus ib. Lutherum Doctorem renunciat. ibid. diſputat cum Eccio 53. a. ejus theſes contra Papatum 38. b. mutat ritus quosdam ibid. ducit uxorem 39. a. offendit Lutherum ib. paciſcitur cum eo de pugna 39. b. expellitur Thuringia ib. ejus doctrina de cœna ib. reditum impetrat 40. a. Baſileam migrat, ubi moritur ib. fabula de ejus obitu 40. b.
Andreas Cnophius ubi primus emendarit doctrinam & ritus 8. a. ejus odæ ſacræ b.
Andreas Gerhardus Hyperius 44. a. 187. ejus ſtudia in Acad. ib. peregrinatur 187. 188. ſuccedit Noviomago b. inſtituit concionandi exerſitium 189. a. examen Theolog. ib. epigrammata in eum b. 190. a. ejus virtutes, dotes, & ſcripta ib.
Andreas Oſiander docet Norinbergæ 109. b. in Colloquio Marpurgi concionatur 110. a. venit in Boruſſiam ib. docet in Acad. Regiomontana ib. dogma ejus de juſtitia hominis coram Deo b. confeſſionem ſuam edit 113. b. de ea Melanchthonis judicium ib. in medio certamine moritur 114. a. ejus adſeclæ b. elogium à Camerario 237. oppugnat Melanchthonem 115. a. diæta ejus & ſtudiorum ratio 115. b. auream geſtat catenam & cur. ib. levitas ei exprobrata ib. liber ejus de magiſtratu ibid. morbus mirabilis 115. b.
Andreas Oſiander junior docet Uraci 409. b. concionator & conſiliarius aulæ Wirtemberg. ib.
Abbas Adelbergenſis ib. tandem præpoſitus, Superintendens, & Cancellarius Tubing. ib. geſta ejus 410. a.
Andreas Proles Prior Auguſtinianorum 3. a. prædicit reformationem religionis ib. cur ipſe eam non aggreſſus 3. a. Provincialis Auguſtinianorum ib. vocatus ad Synodum contradicit de indicendo feſto ib. excommunicatur & inſidiis petitur b. Romam vocatus monetur, inque reditu moritur 5. b.
Angli hoſpites Tiguri 238. b.
Anglicus ſudor 25. b.
Anguillarum inſolens multitudo 117. a.
Anabaptiſtæ Auguſtæ 34. b. 180. b. inde pelluntur 35. a. 181. a. contra eos ſcribit Urbanus Regius 37. a.
Antverpiæ nidulantur 93. a. eorum articuli 93. b. contra eos Luther. &

Zvvingl. 65. Conſilium de iis M
180. b. turbant Eccleſiam Tigur
Bremogarti
Annaberga oppidum antea Schreck
dictum
Anhaltini Principes unde orit
Anhuſium cœnobium in ducatu Wirte
gico
Animæ per monachorum avaritiam non
ſunt liberari
Annonæ caritas in Sileſia
Antinomi 171. b. eorum doctrina ib.
thero refutata.
Antigoni dictum de diademate
Antonini Imperatoris elogium
Antonius Firnius paſtor Argentorati
primus miniſtrorum ibi uxorem
Antonius Muſa ad Lutherum quid q
Apoſtata quis
Apoſtatam ſe eſſe negat Lutherus
Ara cœli templum Romæ
Ariſtoteles viginti annis Platonem a
Artium & linguarum ſtudia inſtrume
reformationis
Aſcania arx unde dicta
Aſcanis etymon
Ater an albus *proverb.*
Avaritia ſacrificulorum
Auguſtæ Vindelicorum deſcriptio
Auguſtinus an monachus fuerit
eum legit Lutherus 49. a. ex eo
lampadius ſententiam de ſacramen
ſcit 27. a. opera ejus Baſileæ
131. b. ejus de libero arbitrio ſen
Auctores profani ſacra ſtudia non
diunt

B.

Babylæ martyris vox
Bacchanaliorum celebratio repr
Baldus Lupatinus dehortatur Flacium
nachatu 227. a. aquis ſubmerſus
Balthaſar Hubnerus Princeps Cataba
rum
Baptiſtæ Mantuani nomen olim
Bartholomæus Coppenius alumnus Elec
lat. 410. b. peregrinatio ejus litera
Profeſſor Hebr. linguæ Haidelbe
Præceptor Sapientiæ 411. a. Neuh
Gymnaſio præficitur ib. fit Theol
feſſ. Haidelbergæ ib. invitatur à
menſibus ib. auctores quos pr
411. b. Philoſophiam domi docet
legit ſcripta JCtorum & Medicoru
repente exſpirat
Bartholomæus Bernhardus Feldkirch p
miniſtrorum in Germania uxorem
39. a. facti ſui rationem jubetur
dere

arthołomæus Pitiſcus è pago oriundus 396.b. inſtituit Gotfrid. Ribiſchium ib. alumnus Bergerianus 397. b. conſulit Theologos de ſtudio Theologico rectè inſtituendo ib. Serveſtam, & in Palatinat. abit 398. b. adhibetur inſtitutioni Palatini Principis ib. diaconi aulici munus ſuſcipit ib. fit aulicus concionator 399. a. peregrè cum ſuo Principe abit ib. ejus in ſacris & Matheſi eruditio 399. b. Tychonis Brahe judicium de ipſo ib.
aſileenſis Eccleſiæ reformatio 25. b.
aſilii obitus 280. a.
ellum Helveticum 16. b. de eo Zvvinglii Epiſtola ib. ejus cauſa 17. a.
ellum Germanicum & ejus cauſæ 165. in eo ſtatus Germaniæ 303. a.
ellum civile primum in Gallia 334. b. alterum 335. a. tertium 335. b.
ellum Colonienſe 338. b.
eneficentia Argentoratenſis ſenatus 117. b.
enedictus Aretius docet Marpurgi 223. a. poſtea Bernæ ib. P. Nigidii in eum carmen ib.
enno Epiſcopus Miſnenſis inter divos relatus 61. b.
ernhardi dictum de remiſſione peccatorum 49. a.
ernhardus Aſcaniusa Princeps Elector Saxoniæ 119. a.
ernhardus Ochinus Italicæ Eccleſiæ Tiguri præfectus 235. b. polygamiam defendit 235. b. variè vagatur ib. Colloquium ejus cum Cardinale Lotharingo ib.
erthołdus Hallerus Theol. baccalaureus & Bernæ Canonicus 28. a. ſentit cum Zvvinglio ib. intereſt diſputationi Badenſi ib. & Bernenſi 28. b.
thaven Wittembergæ 60. b.
blia loco Auguſtini prælecta 4. b. Hebraica Ex Italia in Germaniam illata 130. b. Luthero primum viſa 25. b. ab eo translata vernaculè prodeunt 70. b. Tigurina 37. a. reſpuit Lutherus 231. a. difficultas transferendi ea 77. a. modus transferendi ib. translatio reprehenſa 77. b. Complutenſia 136. a. 194. b. Jacobo Andreæ donata ab Aug. Sax. Elect. 309. Origenis 194. b.
bliothecæ Leidenſis initium 283. a.
na opera ad ſalutem an neceſſaria 33. a. quæ ſint 99. 224. a.
emi Lutherum hortantur 52. b. & ipſe Boëmos 59. a.
emogarta oppidum 217. a.
gittæ fabula 137. b.
inſuicenſis Eccleſiæ antiſtites 218. a.
cholcerorum familia & inſignia 261. b.

C.

CAlendarium novum Gregorii Pontificis 361. a. rejectum & cur ib.
lumnæ vis 201. a.
non Miſſæ 31. b. 60. b.
pellæ cœnobium 242. a.
pitulum Rotomagenſe, & eleemoſyna à Rege Portugaliæ 135. b.
Carolus Mantiojus 188. a.
Carolus Miltitius Germanus cubicularius Pontificis 51. b. 52. b. ſcripta ejus ib. ejus de Luthero verba ib. ridiculè explorat muliercularum ſententiam ib. Tecelium objurgat 52. b. evocat Lutherum Confluentiam 53. b.
Caroli V. judicium de Lutheri vehementia 78. b.
Caſpar Bornerus Italiam Romamque luſtrat 91. a. Lipſiæ docet ib. Academ. tuetur ib. P. Moſellanum Lipſiam pertrahit ib. peſte exſtinguitur ib.
Caſpar Cruciger 93. a. ejus ſchema natalicium ib. Lipſia Wittembergam venit 93. b. Magdeburgi regit ſcholam 94. a. revocatur Wittembergam ib. juvat Lutherum in Bibliorum verſione ib. notarius in Colloquio Wormatienſi 94. b. excipit Lutheri conciones ib. enarrat Symbolum Nicenum ib. excolit Mathemata 59. a. optices peritus ib. lucubrationibus morbum contrahit 95. b. precatio ejus ib. epigramma Lotichii in eum 96. a.
Caſpar Glaſer ephorus Principis Bipontini 30. b.
Caſpar Hedio ſummo Templo Moguntiæ præfectus 116. b. abit Argentoratum ib. perſecutionem patitur 117. a. vocatur Coloniam ib. ejus teſtamentum ib. Epigrammata in eum 117. b.
Caſpar Olevianus Doctor Juris renunciatus, ejusque teſtimonium 284. a. periclitatur in flumine b. Theol. cum Jurisprud. conjungit ib. Farelli monitu docet Treviris 285. a. impeditur à Canonicis ib. cuſtodiæ cum aliis datur 285. b. Haidelbergam abducitur ib. eſt cum Witgenſtenii filiis ib. inde venit Herbornam ib. voces ejus in morbo & viſio 286.
Caſpar Satzger provincialis Minor 134. b. ejus ſecretarius Pellicanus ib. miniſter provinc. 139. b. tragœdia cum Pellicano 140. a. ejus teſtimon. Pellicano perhib. 140. b.
Caſpar Schvvenckfeld 64. a. ejus doctrina refutata 231. a. reſpondet ei Lutherus 73. a. contra eundem Melanchthon 162. b.
Caſpar Urſinus 252. b.
Caſpar Waler Haidelb. concionator 128. a.
Catabaptiſtarum ortus & geſta cum iis Tiguri 14. a.
Catecheſis major & minor Lutheri 65. b.
Catecheſis Palatina qua occaſione ſcripta 255. a. impugnatur ib. defenditur ib.
Centum gravamina Germanicæ nationis 60. a.
Ceremoniæ 79. b.
Chriſti deitas cur adſerenda 237. a.
Chriſtus eſt ubique, quomodo explicandum 116. a.
Chriſtus ſemen Abrahæ 61. a.
Chriſtianæ ſcholæ perpetuæ concilia 72. a.
Chriſtiani an Lutherani dicendi 61. a.
Chriſtiernus Daniæ Rex exul. 61. a.

Chriſtophorus Dux Wirtembergicus Interim repudiat 2214. b. moritur 216. a. ejus de bonis Eccleſiaſticis voluntas 303. b.
Chriſtophorus Bucholcer 261. a.
Chriſtophorus Cornerus ſuperintendens Marchiæ Brandenburg. 315. b. cognatus Wimpinæ ibid.
Chriſtophorus Pelargus ei ſuccedit ibid.
Chriſtophorus Pezelius 408. a.
Chriſtophorus ab Utenheim Epiſcopus Baſileenſis 10. ei ſummam Catholicæ doctrinæ ſcribit Pellicanus 133. a.
Chronologia Funccii notata 266. b.
Cryptæ Martyrum Romæ 138. a.
Claudii Alberii controverſia 366. a.
Collegia Tiguri 230. b.
Colloquium Altenburgenſe 207. b. 291. b. Badenſe 311. Bipontinum 371. a. Capitonis cum Pellicano 134. a. Cochlæi cum Brentio de invocatione ſanctorum 211. b. Haidelbergenſe 303. a. Hertzbergenſe 357. a. Joann. Keſtneri cum Luthero 55. b. Lutheri cum Carolſtadio 39. a. cum Italo 52. a. Margaritæ Belgii præſidis cum monachis de Luth. 53. a. Marpurgenſe 14. b. 25. b. 65. b. nomina Theologorum in eo 14. b. capita receſſus ejus colloquii 15. Maulbrunnenſe 255. b. Mompelgartenſe 310. a. Mordiſii cum Melanchthone 168. a. Quedlinburgenſe 295. b. Ratisbonenſe 104. b. 346. b. Wormatienſe 351. a. 147. a. 163. a. 168. a. 207. a. 305. a.
Colloquiorum effectus 310. ſq.
Commentarius Lutheri in Geneſin 73. b.
Cometæ tribus continuè annis conſpecti 161. b. de eorum ſignificatione 390. b.
Comitia Auguſtana 36. b. 66. b. 139. b. 211. a. de iis judicium Lutheri 79. b. Norinbergenſia 59. b. 139. b. decretum in iis interpretatur Lutherus 60. a. offendit Cæſarem ib. Wormatienſia 139. b.
Concionator perfectus quis 25. a. ei quæ cavenda 80. a. ad populum optimus ibid.
Concilium in Germania celebrandum 60. a. pro unitate ceremoniarum an cogendum 61. b. Mantuæ indictum, transfertur 70. b. de conciliis liber Lutheri 72. a. à Pontifice promiſſum 161. b. Tridentinum & quale fuerit 166. a. 233. a. legitimum quod 232. b.
Concilium recuſare non ſemper iniquum 233. a.
Concordia inter Lutherum & civitates 31. a. inter Lutherum & Bucerum 70. b. 103. b. ejus capita ibid.
Condæus captus 334. b. globo trajectus 336. a.
Confeſſio Auguſtæ à Proteſtantibus exhibita 67. b. 161. a. à quibus ſubſcripta 67. b. judicia de ea ib. 161. refutata à Pontificiis 68. in varias linguas tranſlata ib. refutatio illa à quibus ſubſcripta 79. b. Græce edita & Conſtantinopolin miſſa 169. a. Auguſtana cur dicta 211. a. quatenus probanda 236.
Conjugium Urbano Regio objectum ab Eccio 36. a.
Conradus Graſerus cognatus Regiomontani 400. b. addicit operam advocato ib. Theologiæ ſe dedit ib. Thorunii Eccleſiæ p[...] ficitur 401. a. abhorret à diſputationi[...] ib. docet & in ſchola ib. arthritide la[...] rat b. alacritas ejus ad mortem 401. b[...] ſputat cum Jeſuita quodam 402. a. c[...] phum accipit ib. de divitiis Theologo[...] ejus ſententia 40[...]
Conradus Lautenbachius Argentorati d[...] 316. a. vocatur à Comite Hanovienſ[...] inde Hunævillam ib. Haidelbergæ Bi[...] thecæ præficitur 316. b. Argentoratum [...] cedit ib. virtutes ejus & conjugium 31[...]
Conradus Lycoſthenes hiſtoricus & Theol[...] 273. b. docet Baſileæ 174. a. ſiniſtra [...] træ loco utitur b. pro quatuor bene[...] Deo gratias egit 17[...]
Conradus Pellicanus cur ſic dictus 128. b. [...] dia ejus pueritiæ 127. a. peſte bis corre[...] 127. b. monaſticæ ſe mancipat, & ord[...] ſuſcipit 128. a. Hebrææ linguæ amar[...] cur b. diſcit Hebræa ſuo Marte 129. b[...] bores ejus in clauſtro 130. a. juvat [...] Reuchlino ib. emit Biblia Hebræa 13[...] primam Miſſam canit Sacerdos ordin[...] 131. a. Baſileæ fit lector Theolog. 1[...] Licentiatus & Doct. Theol. creatur 13[...] abit cum Raymundo Cardinale ib. tr[...] fert ei hiſtoriam Helveticam 132. b. [...] dam habet ſuſpecta in doctrina 133. a. [...] beaci docet b. Guardianus Pfortzenſis [...] dinatur 134. a. diſcit Chaldaica ſuo Mar[...] mittitur in Galliam & Romam 135. b 13[...] Lutheri libros legit & judicium ejus d[...] 138. b. accuſatur Lutheraniſmi, & de[...] nitur 139. b. ſq. Tigurum vocatus prim[...] ibi habet lectionem 141. b. cucullum ex[...] uxorem ducit ib. Biblia Hebr. edit & [...] ria vertit 142. ſq. Baſileæ prolixè acce[...] 144. a. fit civis Tigurinus 143. b. ei ſu[...] dit Martyr. 14[...]
Conrad. Wolffgang. Placius docet Tub[...] 247. b. abit Biberacum ib. accuſatu[...] pud Ferdinandum ib. memoriæ ejus [...] citas
Conradus Sommerhardt 6. a. 129. b. ejus [...] ditio 6. a. reformationem optat 6. ſcr[...] ejus
Conſenſus inter Calvinum & Tigurinos 2[...]
Conſilium diſcendi Theolog. à Luth. da[...] 46. b. & ab aliis 39[...]
Conſtantia Evangelium recipit, ejusque [...] des 1[...]
Contemtus literarum humaniorum 39[...]
Controverſia inter Blaurerum & Sneepfium [...] de grad. bus ſcholaſticis & cur ii retine[...] 41. b. inter Leonem Judam & Eraſm[...] 45. inter Lutherum & Caroloſtadium [...] 62. a. inter Lutherum & Tecelium 5[...] Capnionis diſceptata 134. a. de Adiaph[...] 165. b. Stancari 166. b. Oſiandrica & [...] ciana 167. b. Strigelii 307. de neceſſi[...] bonorum operum 224. a. de libero a[...] trio 200. b. 226. a. de peccato ib. Hi[...] nymi Zanchii 30[...]
Controverſia Sacramentaria quando mo[...] 24. b. 210. b. qualis ea ſit 236. b. cur [...]
Mela[...]

Melanchthon non tractarit 371. a. de ea judicium Melanchth. 169. a.
Cœnæ Dominicæ verba ut accipienda 15. b. ſq. 61. a. de cœna Lutheri ſententia 804. a. 408. b. de vero intellectu verborum cœnæ liber OEcolampadii 25. a. de eo judicium Eraſmi 27. b. de cœna ſententiæ Patrum à Melanchthone editæ 160. b. Oſiandri verba: *Hic panis eſt Deus* 115. b.
Conventus Francofurtenſis 162. b.
Haganoenſis 72. a. 162. b.
Iſenacenſis 200. a.
Naumburgicus 146. b. 167. a.
Quedlinburgicus 380. a.
Servaſtanus 308. a.
Smalcaldicus 70. b. 104. a. 162. a. in eo Lutherus morbo correptus 71. a.
Torgenſis 308. b.
Conviva commodus quis 367. b.
Cunmannus Flinsbach Wittembbergæ diſcit docetque 219. a. regit Eccleſias in Biponrinatu ibid. charus miniſtris & civibus 219. b. tentatur in morbo 229. b. reformat Eccleſias ibid. ablegatur ad Treviros 219. b.
Currendarii Serveſtæ 357. a.
Cyriacus Lindemannus 86. b.
Cyriacus Spangenberg. docet Islebiæ & Mansfeldiæ 347. b. reſiſtit edicto Cæſaris 348. a. rigidus confeſſioniſta ib. ſentit cum Flacio 348. a. expellitur Mansfeldia ibid. docet in Buchonia ibid. exul Argentoratum abit ibid. defendit ſuum dogma 348. b.

D.

DAniel Schadius 362
Daniel Toſſanus fovetur à Duce Wirtembergico 333. a. Lutetiam mittitur b. docet Aureliæ ibid. obſidetur Aurelia 334. b. periculum Toſſani 335. a. in inſidias incidit precioque redimitur b. Sancerram cum ſuis petit 336. a. Mombelgartum abit, & Stutgardiam vocatur; quod abnuit 336. b. revocatur Aureliam 337. a. à Pontificio quodam ſervatur 337. b. libraria ejus diripitur ib. clam in turri cum ſuis alitur ibid. è Gallia diſcedit ib. Haidelbergam vocatus eſt Electori à ſacris 337. b. Ambergam mittitur 338. a. dimiſſus Neoſtadii docet ib. inde Haidelbergam revocatur ib. diſputat cum Ubiquitariis 339. a. ſuccedit I. Jacobo Grynæo b. amittit uxorem ibid. petit vacationem 340. b. retinetur 341. a. exſpirat 343.
David Chythræus puer admodum lectiones publicas audit 324. patrono Petro à Menzingen utitur ib. primum ejus cum Melanchthone colloquium 324. b. cum eo vivit, auditque Lutherum ib. Haidelbergam & Tubingam venit ib. redit Wittembergam 325. a. in Italiam proficiſcitur ib. Roſtochium venit, unde à variis vocatur 325. b. ſeq. à Cæſare in Auſtriam accerſitur 326. b. excurrit in Ungariam ib. Academiam Juliam conſtituit 327. a. Torgæ conventui, ut & alibi, intereſt 327. morbus ejus fatalis 328. a. Votum ejus & virtutes 329. nævi itidem 330. a. polemica non edidit, & cur? ibid.
David Kimchi 411. b.
David Rungius ſtipendio donatus à Wirtembergico 350. a. Profeſſor Wittemberg. deſignatur. 350. b. ejus lectiones & diſputationes quales ibid. præficitur alumnis Elect. Saxon. & Duci Saxon. Auguſto 351. a. forma ejus precandi 351. inter canendum moritur 352. a.
David Voitus Jenæ docet, & poſt Dantiſci 301. b. evocatur Jenam atque inde Wittembergam ibid. in itinere morbum nactus ib. ratio ejus docendi 302. a. alienus à contentionibus ibid.
Deus eſt homo; an ſit figurata enunciatio. 408. b.
Deus quomodo in ſanctis habitet 115. b. ſq.
Definitio peccati apud Joannem explicata 122. a.
De defenſione legitima 72. a.
Defenſio Reformationis Anhaltinorum 399. a.
Dictionarium Hebræum à Pellicano confectum 130. a. idem à Capinione factum b.
Didymus Alexandrinus cæcus 245.
Dies conculcatarum indulgentiarum 50. a.
Diodorus Stoicus cæcus 245. b.
Dionyſius Agrius 287. b.
Diſcrimen perſonarum in deitate 121. b.
Diſcrimen politicæ & Eccleſiaſticæ poteſtatis 152. a.
Diſputatio cum Anabaptiſtis Tiguri 14. a. Badenſis in Helvetia 25. a. Bernenſis 25. b. 28. a. 142. a. alia 310. b. Haidelbergenſis 339. a. alia 391. b. 415. a. Lipſica 35. a. 25. b. Vinarienſis inter Strigelium & Flacium 200. b. 290. a. Uratiſlavienſis 90. a.
Divitiæ an ſapientem deceant 410. a.
Dogmata olim uſitata 148. b.
Domeſtica inſtitutio 347. b.
Dona Dei varia 82. b.
Dudithii de Quirino judicium 391. a.
Duo armorum genera in Theolog. 320. b.
Drama de decem virginibus ex ſacra hiſtoria 2. a.
Dramatum exhibitio quatenus probanda 7. b.

E.

EBerhardus Widenſeius 32. b.
Ebrietas cavenda 241. a.
Eclipſis ſolis totalis horrenda 127. b.
Eccleſia vera quæ 7. a. ubi fuerit ante duo aut plura ſecula 1. a.
Elias Levita 135. a. 411. b.
Enarrationes Evangeliorum Melanchthon. 328. a.
Epicedium in obitum
Bacmeiſteri 379. a.
Barbaræ uxoris Strigelii 200. a.
Beuerlini 175. b.
Borneri 91. b.
Buceri

Georgius Spalatinus eſt à literis & ſacris E'ect. Saxon. 46. b. ad eum ſcribit Pontifex ib. intereſt Comitiis Wormatiæ & Auguſtæ 47. a. cogitat deſerere officium ib. moritur mœrore animi 47.b.
Gerhardus Geldenhaurius 43. b. eſt à ſacris Epiſcop. Ultrajectino ibid. Auguſtanæ, ſcholæ præficitur ib. Marpurgi docet & moritur 43. b. ſq.
Gervaſius Scholaſticus 229. a.
Gobelinus Perſona legendas quaſdam in dubium vocat 1. b.
Gorgo Baltica 166. b.
Goslarienſis Eccleſia conſtituta 32.b.
Gotfrid. Ribiſch. 397. a.
Gradus qui ante prætorium Pilati, nunc ſunt Romæ 138. a.
Graichgoa Regio Germaniæ 275. a.
Gregorius Bintzlius 32. a.
Gregorius Reſſius vir doctus 131. a.
Grünbergæ oppidi deſcriptio 264. a.
Gubernatio Eccleſiæ in quibus conſiſtat 164. b.
Guilielmus Clebitius 295. b.
Guiſius interficitur 335. a.

H.

Hans Wurſt / Lutherus reſpondet 52. b.
Hartmannus Bayer docet Francofurti Evangelium 246. b. loco movetur 247. a. filium Joannem relinquit ibid.
Hebrææ linguæ præſtantia 400. b.
Heerbrandorum familia 317. a.
Herman. Tulichius 372. b.
Helvetii ad concilium Tridentinum vocati 490. iterum 234. a.
Helveticarum Eccleſiarum doctrinæ ſumma 236. b.
Henric. VIII. Anglorum *Rex* ſcribit in Lutherum 59. b. facit divortium cum uxore 87. a. conſtituit ſe caput Eccleſiæ in Anglia ibid. Annam Clivenſem ductam repudiat ibid. decreta de religione promulgat ibid.
Henricus Bullingerus bis de vita in infantiâ periclitatur 217. a. vivit pane mendicato b. Coloniæ baccalaureus creatus 228. a. legit Lombardum, Patres, Lutheri quædam ib. accedit ipſos fontes ibid. Capellis ludo præficitur 228. b. Tiguri Zvvinglium audit ib. docet Bremogarti 229. a. patria pellitur b. Tiguri Zvvinglio ſuccedit ib. defendit Tigurinos poſt cladem 230. a. non damnat à ſe diſſentientes b. reſpondet Luthero 231. b. purgat Tigurinos ad Hallum 232. reſpondet Embdenſibus 233. b. ſuſpectus de quibusdam 234. b. conſenſus cum Calvino & Martyre, ib. à Brentio oppugnatur 237. b. Confesſionem ſcribit à multis probatam 236. a. morbo corripitur 248. a. in eo oratio ejus de ſe ad miniſtros 240. b. valedicit magiſtratui 241. b. ſucceſſorem nominat ib. conjugium ejus 242. a.

Henricus Lupulus
Henricus Majus audit Camerarium & St 365. b. præeſt ludo Sangerhuſii ibid nit Northuſium ibid. concionator cus Comitum Stolbergenſium ibid. cuſat ſubſcriptionem formulæ co diæ ibid. vocatur Wittembergam 3 labores ibi ejus & certamina ibid. d ſus abit in Palatinat. ibid. Haidelb Senatu Eccleſiaſtico adjungitur ib. dacio pueri in vitæ periculum inci viſitatores Saxonici quid in eo deſi rint
Henricus Saxoniæ Dux præter votum ſu Georgio 87. b. ejusdem memorab. re ſum
Henricus Stolo egeſtate laborat 147. b. phordiæ docet 148. a. periculum lis ibid. relicto ſtudio juris fit ſacrif miſſificat & concionator Wormatia Lutheri doctrinam amplectitur ibid. Neoſtadium; & in patriam, und delbergam vocatur 149. a. ibi do ſchola & templo ibid. improbat rim 149. b. intereſt conventibus R nis cauſa
Henricus Strobandus 402. b. ejus me Graſerum
Hermannus Archiepiſcopus *Colonienſis* formationem Eccleſiarum tentat 219. a. evocat Melanchthon. & Bu
Hermannus Ludovicus Friderici III. Ele lat. Filius cum ephoro in Ligeri perit
Hieronymi Bolſeci de electione divin troverſia
Hieronymus Groslotius 337. ejus ruta
Hiſtoria Eccleſiaſtica à Wigando & ali ſcripta 289. b. de eâ Sturmii judic
Hiſtoriæ virtutes
Horreum templum Evangelicorum
Hortus cardinalis Rotomagenſ. 135.
Hyena ſomnium Melanchthonis
Hugo Latimerus cum aliis martyrio
Huldericus Zvvinglius. vide Zvvingl.
Huſſi Epiſtolæ

I.

Jacobus Andreæ cur Smidlin dictus ab opificio ad ſcholam traduc Tubingæ in Stipendium recipitur i conus Stutgardiæ 303. a. ob Inte grat Tubingam b. docet Göppin convertit Judæum ſuſpenſum 304. denſem reformat. adjuvat ibid. co Rotenburg. Eccleſiam ibid. Not colloquio Wormat. b. Franco Mœnum concionatur 304. b. imp Pontific. fruſtra ib. Auguſtam mit ſatur, ſeque defendit 305. a. Erp mittitur 306. a. inde ad Synodum cenam

cancellarius & præpoſit. Tubingæ deſignatur 306. b. vocatur Hagonoam 307. b. varia & longa itinera ſuſcipit concordiæ cauſa 307. ſq. Pragæ cum Maximil. Cæſare colloquitur 308. a. item cum Flacio ibid. evocatur Neoburg. Ratisbonam, & in Saxoniam b. Concordiæ opus conſuit 135. b. iterum evocatur à variis ibid. 309. b. falſi accuſatus purgat ſe Bernenſibus 310. b. ſq. præſagit mortem 311. b. confeſſionem edit 312. a. ſermones ejus in morbo b. ratio ejus docendi & ſcripta 313.
cobus Beuerlin, docet Tubingæ 175. a. Tridentum mittitur ib. abit in Galliam, ubi peſte exſtinguitur b. omen in ejus abitu ibid.
cob Faber Stapulenſis audit Capiton. Argentor. 42. b.
obus Heerbrandus noctua Suevica dictus 318. a. exercet ſe docendo b. ad ſuos reverſus Eccleſiæ operam addicit 319. a. Tubingæ Diaconus b. dimittitur ob Interim & reſtituitur 320. a. Brentii cum eo familiaritas ibid. Pfortzemium migrat b. redit Tubingam 321. a. Francofurtum cum Marchione abit 676. Pentateuchum explicat ib. Jenam ſtipendio mille flor. vocatur 677. auget rem familiarem 321. b. præpoſitus, cancellarius, conſiliarius, & inſpector declaratur ibid. rude donatur 22. a. lethargo correptus moritur ibid. hortos colit ibid. Bibliis unis uſus 323. a. dona ei miſſa ib. ejus inſignia ib.
bus Hogoſtratus Lutheri adverſ. 51. a.
bus Kimedoncius 255. b.
. à *Salza* Epiſcopus Uratislavienſis 124. a. us verba ad Moibanum ibid. moderatio ibid.
. Wimphelingus, vide Wimpheling.
m Anaſtaſii 135. b. Mariæ ſpecioſæ Rabonæ 139. a. Neptuni Eslingæ 116. b.
ſes negant Ubiquitatem 237. b. nimium buunt Synodo ib. adiaphoriſm. oppunt ib.
rum natura depicta 273. a. eorundem limina 361. b.
Dei quid Oſiandro 110. a.
nes an prohibitæ in N. T. 62. a.
cur piis diutius vivant 246.
entiarum nundinatio 42. a. 148 b. occionem præbet reformationi 50. a. opnat Lutherus b. elogium & definitio a. non datæ gratis b. pecunia ex iis aſa 136. b.
s vernaculè baptizantur 24. b. ſine tific. ceremon. 43. a.
Pontificiorum turbas dat in Germa- 100. a.
ſcriptores donis affecti 105. b. 196. b. obatur à Bucero & à Pontificiis ipſis b. 106. a. judicium Brentio de eo mala ex eo orta 165. b. refutatum lvino & Bullingero 232. b. obtru- Argentoratenſibus & Conſtantien- 99. b. 198. a. ab Auguſtanis recePtum 145. b. octo conventus in Saxonia ejus cauſa 165. de eo diverſæ ſententiæ 289. a.
Intrare Hebræis quid 147. a.
In vita æterna an alter alterum agniturus ſit 74. b.
Invocatio ſanctorum cur fugienda 77. a. Lutheri de ea ſententia 78. b. de ea colloquium Brentii & Cochlæi 211. b. item cum Eccio 68. b.
Invocatio Chriſtianorum & Ethnicorum quomodo diſcernenda 121. a.
Joachimus II. Elect. Brandeburg. 262. b.
Joachimus à Berge 399. a. colloq. ejus cum Piſtico ibid.
Ioachimus Morlinus à Brunſuicenſibus in Boruſſiam venit 111. a. 218. a. docet variis in locis 217. a. 111. a. Lutheri ſectator 218. Oſiandri cauſam cognoſcit 111. a. ſententia ejus de juſtificatione 113. a. ſcribit contra Oſiandrum b. 218. a. dimittitur ab Alberto Boruſſiæ Duce 114 b. 218. a. Brunſuicenſi Eccleſiæ præficitur 218. a. revocatus in Boruſſiam fit Epiſcopus Sambienſis 113. b. 218. a. ejus de cœna ſententia 218. b. moritur ex calculi ſectione 218. a.
Joannes Elector Saxoniæ 66. b.
Joann. Fridericus Elect. Saxon. intereſt diſputationi Wittemb. 152. a.
Joann. Caſimirus Palat. defendit Colonienſem Archiep. 338. b. adeſt diſputationi 339. b. moritur 340. b.
Joann. Baro ab Ungnad 274. a. curat multa in Slavonicam linguam transferenda 275. a. præeſt Stiriæ & Carinthiæ ib. migrat Tubingam ib.
Joannes Miniſter Melanchthonis 167. a.
Joann. Aurifaber 90. b. ejus monumentum ib.
Ioann. Æpinus Paſtor Hamburgenſis 118. a. inter primos Evangelicos Theol. D. ibid. in Angliam mittitur ib. oppugnat Interimiſt. formulam ib. in eum Melanchthonis Epigramma 118. b.
Joann. Boccatius 1. a.
Ioannes Brentius Haidelbergæ baccalaureus renunciatur 208. b. ibi ejus præceptores & commilitones ibid. diligentiâ nimia inſomniam contrahit ib. Evangelii doctrinam amplectitur 209. a. fit canonicus Haidelbergæ b. docet Halæ Suevorum non ſine fructu & adverſariis ib. Miſſam interdum celebrat, deque eo ſe excuſat 210. a. reformat in Ducatu Wirtemb. 212. a. ſeq. in bello Germanico ejus periculum 212. b. inſidiæ ei ſtructæ 213. monitus fugit latetque in ſylva 213. b. hoſpitium ei à Wirtembergico oblatum ib. Baſileam & alió abit 214. a. mutato nomine præfectum arcis agit ib. vocatur à diverſis oblatis munerib. ib. conſcribit confeſſionem 214. b. ad concilium Trident. miſſus 215. a. præpoſitus Stutgardiæ 215. b. Confeſſio ejus de cœna ib. ſcholas in monaſteriis conſtituit. 216. a. Pſalmos enarrat ib. Teſtamentum condit de fide & Religione ſuâ ibid. patientia ejus in morbo 216. pietas in parentes 217. b.

Joannes Briſmannus 97. b.
Joannes Bugenhagen Pomer. docet Treptæ in ludo 150. b. explicat & ſacra ib. adjungitur collegio presbyterorum ibid. patriæ hiſtoriam colligit ibid. occaſio qua veritatem Evangelii agnovit ibid. Wittemb. docet 151. a. reſiſtit Caroloſt. b. Daniæ Regem coronat, & Eccleſias conſtituit varias 152. a. Epigramma Melancht. de eo b. celebrat feſtum translationis Bibliorum 153. b. prolixus in concionibus ib. veneficium contemtu pellit ib.
Joann. Bullinger. 217. b. vitæ ejus perioche ibid.
Joannes Capnio moritur 140. b. ejus apotheoſis & controverſia ib. defenditur & à Bullingero ibid.
Joann. Cochlæus 182. a. refutatus à Bullingero 231. b.
Joann. Diazius à fratre occiſus 105. b.
Joann. Draconites ſectatur Paulum Fagium 194. a. docet Roſtochii, & in Boruſſia Epiſcop. Sambienſis b. redit Wittemb. & opus Biblicum orditur, cui immoritur 194. b. ſq. Epigramma in eum P. Nigidii 195. a.
Joann. Eccius 33. a. 135. a. 139. a. ejus jactantia 28. b. diſputat cum Caroloſtadio 38. a. & cum Luthero ibid. 53. a. argumenta ejus pro Pontifice 53. a. bullam contra Lutherum impetrat. 54. a. intereſt colloquio Ratisbonenſi 104. b. ſcribit in Melancht. 159. a. ejus ad eundem verba in Comitiis Auguſtanis 161. a. diſputat cum eo Wormatiæ 173. a.
Joann. Rudolphus Ehinger 362. a.
Joann Ferber Wirtemberg. apoſtata 188. a.
Joannes Forſterus Ingolſtadii Capnionem audit 146. a. eidem eſt familiaris ib. Lipſiæ Moſellanum audit b. docet in templo & ſchola ibid. mittitur ad conventum Naoburg. ib. juvat Lutherum in Bibliis transferendis 147. a. Georg. Fabricii in eum Epigramma ibid.
Joannes Funccius eſt à concionibus Duci Boruſſiæ, & ſimul à conſiliis politicis 192. a. accuſatur & capitis damnatur 197. crimen ei objectum. b.
Joannes Frederus 290. b.
Joann. Geilerus 13. b. docet Friburgi 4. a. Argentorati detinetur ibid. Proſopographia ejus & liberalitas 5. a. acceptus Imperat Maximil. ibid. reprehendit prælatos & Monach. 5. b.
Joann. Guilielm. de Fulach 363. b.
Joannes Gigas Northuſanus in Sileſiam vocatur 252. a. melancholia laborat ib. in ejus elog. Lipſ. Fabricius b.
Joann. Gropperus 164. b. Bucerum commendat ib. eidem reſiſtit 105. a.
Joann. Iacob. Grynæus 412. b. ejus majores 413. a. error de cœna unde 413. a. inauguratur ſacro miniſterio ibid. abit Tubingam ibid.
I. Guiliel. Stuckius ejus condiſcipulus 414. a. defendit Jac. Andreæ Theſes de Ubiquitate ibid. cogitur ἐπέχειν à Scheckio ib[...] ſuccedit patri, & veritatem agnitam fa[...]tur 414. b. diſcedit Baſileam ibid. ibi c[...]cet cum ſucceſſu 414. b. alit convic[...]res ib. 417. a. Haidelbergam evocatus [...]ſputat cum adverſariis 415. a. Baſileam [...]vocatur ib. ibi officium ejus triplex 4[...] viſitat Eccleſias, & examina ſcholaſt. in[...]tuit b. ejus legationes ib. viſus hebetu[...]ne laborat ibid. patientia in morbo & p[...] teſtatio 416. a. pietas in ſuos 417. a. c[...]britas ejus & dicta ib. literis hiſtoricis [...]lectatur ib. contumeliarum patiens 41[...]
Joann. Heerbrand. 30[...]
Ioann. Heſſus Uratislaviæ Eccleſiæ Magd[...]nanæ præficitur 89. a. ejus elogium b. [...]ſputat cum Pontificiis 90. a. moritur [...]
Ioann Hilten. 2. a. prædicit Reformation[...] Religionis b. ejusdem alia vaticinia [...] opinio de fine mundi [...]
Ioann. Holmannus 282. b. ejus funera do[...]ſtica ibid. Lugdunum commigrat ib. [...]ctoritas & gratia ejus 28[...]
Ioannes Iſemannus 209. a. docet Halæ & B[...]tium adducit ib. idem cum eo ſentit 2[...]
Ioann. Islebius Agricola acceptus Princip[...] 196. a. auctor ſectæ Antinomorum i[...] Luthero reducitur in viam ib. docet [...]lini, & Interim cudit ibid. ejus jact[...] 196. b. conatur componere contro[...] Adiaph. [...]
Joann. Juſtingus aſtronomus 131. a. ejus E[...]merides [...]
Joann. Keſtner præpoſitus Vinar. [...]
Joann. Ketzman 2[...]
Ioannes Küchlinus impeditur in ſtudiis 3[...] ab Urſino ſuſcipitur ib. miniſter fit E[...]ſiæ ibid. expulſus docet Embdæ 360. [...] de Amſtelrodami ib. Lugdunum vo[...] moritur [...]
Ioannes Marbachius Jenæ diaconum agit [...]linæ ſuccedit Fagio ibid. Argentor[...] vocatur ib. mittitur Tridentum ib. [...]gatur Hedioni ibid. evocatur ab O[...] Henrico Elect. Palat. b. mittitur W[...]tiam ibid. Decaaus Thomani colleg[...] Epigramma in eum I. Pappi [...]
Ioannes Matheſius utitur menſa Lutheri [...] docet in valle Joachimica ib. ejus ob[...]agon 194. ejusdem familia [...]
Ioannes Oecolampadius 21. a. mercatu[...]ſtinatur ibid. abit Bononiam, di[...] Græcas & Hebræas literas 121. b. [...] *Paſchali* 22. b. fugit multorum c[...]tia ibid. venit Baſil. ibid. Thec[...] Doct. ibid. 42. a. Auguſtam abit [...] ingreditur monaſterium 23. a. [...] cum Eccio 25. a. Baſileæ reformat[...] jus morbus ſupremus 26. a. ora[...] morbo ibid. rumor de ejus obitu [...] ab Auguſtino doctrinam de ſacra[...] didicit [...]
Ioannes Pappus Tubingam miſſus 382. a. [...]ficitur Comitibus Falcoſtenſis ibid. Argentoratum ibid. ubi Profeſſor [...]ſtor. b. officia itidem alia [...]

annes *Parſimonius* diaconus Auguſtæ 296. a. ibidem ludum aperit ib. pulſus Tubingæ docet 296. b. fit aulicus concionator & dein Abbas Hirſaugienſis ib.
oann. *Sebaſtian. Pfauſer* eſt à ſacris Maximiliano regi poſt Cæſari 198. b. dimiſſus Lavinganæ Eccleſiæ præficitur b. in eum Candidi epigramma 199. a.
annes *Pfeffinger* Lipſiæ docet 221. ejus ſtatura & ſcripta b. Bers. in effig. ejus carmen ib.
annes Piſtorius Niddanus 311. b.
ann. Pincier 359. a.
ann. Poliander 97. b.
ann. Reineccius 48. a.
annes *Schvvebel* 29. a. initiatur ſacris ib. ejus ſacerdotii teſtimonium b. deſerit monachatum 29. b. venit ad Franciſc. à Sickingen ib. inde ad principem Bipontinum 30. a. ubi reformat ib. ejus amici & adverſarii 30. b. obitus 31. a. non vult dici Luth. b.
annes *Spangenberg.* conjungit Philoſoph. cum Theolog. 97. a. docet Northuſæ, & in comitatu Mansfeld. ib. & ſeq. elog. ejus à Mel. 98. b.
annes *Staupicius* 8. b. D. Theol. & vicarius Auguſtinian ib. 128. b. de eo Lutheri oratio 9. a. adeſt Luthero Auguſtæ ibid. ſuffraganeus Salisburg. ib. lapſum memoriæ feſtivè excuſat 9. b.
nnis Stuckii fortitudo 363. b.
nn. *Guilielm. Stuckius* ad materteram translatus 364. a. inde Lavatero commendatus ib. Lauſannam & Argentoratum miſſus ib. exinde Lutetiam b. Tubingæ Scheckium audit ib. cum P. Martyre abit ad conventum Poſſiacenum ib. præficitur Gallis erudiendis 365. a. abit Patavium ib. reverſus ſuccedit Ammiano ib. dein Bibliandro 366. a. methodus ejus ſacra explicandi ib. cholica laborat b. funus ejus & conjugium ib. & ſeq.
nnes Sturmius 364. b.
nnes *Tecelius* 50. a. ejus de Indulgentiis hyperbolæ ib. objurgatus à Miltitio 52. b. conſolatur eum Luth. 53. b. moritur ib. promiſſiones ejusdem 84. a. honos ei habitus ibid.
nn. Trith. 135. a. ejus Biblioth. ib.
nn. *Conr. Ulmerus* vivit cum Simone Gryn. 330. b. Wittemb. domeſticam ſcholã aperit 331. a. reform. in comitatu Reinecenſ. ib. Scaphuſ. Eccleſiæ præficitur 331. b. catecheſin urget ib. rude donatur. ib. ratio ejus docendi 332. a.
n. Weſſelus 44. a.
n. Wedman 292. a.
n. *VVigandus* Norinbergæ ludo præeſt 288. a. poſtea eccleſiæ Mansfeldenſi b. oppugnat Georg. Majorem, Adiaphoriſtas, Interimiſtas 288. b. ſeqq. hortos excolit 289. a. Magdeburgum vocatur ib. Eccleſiaſticam hiſtoriam colligit 289. b. vocatur Jenam 290. a. inde dimiſſus fit Wiſmariæ Superintendens b. revocatur Jenam ad idem officium 291. diſcedere jubetur 292. a. Epiſcopus Pomezanienſis declaratur ib. Epitaphium ſibi componit ibid.
Joann. Wolfius collega Simleri 244. a. ejus vitæ curriculum ib.
Joann. Voitus 85. a. 301. a. Vinariæ Monachus veritatem Evangelii palam fatetur ib. pœna ipſi à cucullatis irrogata ib. relinquit monaſticen ib. eſt à ſacris Saxoni ib. docet Ronneburgi b.
Joann. Zinck Profeſſor Friburgi 199. b. ejus de ſcholis Lutheranis judicium. ib.
Jodocus Gallus Pellicani avunculus 262 b. Seleſtadii præceptore uſus Wimphelingo ib. Haidelbergæ regit Burſam novam 127. a. Theolog Baccalaur. & Licentiatus ib. vitæ ejus curriculum 136. a. non vult ſepeliri veſtitus b. improbat Pellicani monachatum 127. b. componit diſſidium inter monachos & plebanum Pforzem. 134. a.
Joſephus Budenſis Ungarus 144. a.
Joſias Simlerus apud Bullingerum educatur 243. a. Geſneri loco docet b. Novi Teſt. interpres ſuccedit Bibliandro 244. a. poſt & Martyri ib. lectiones ſuas edi non vult ib. promtitudo ejus in docendo, & memoriæ felicitas ib. tumultuariè legit auctores b. podagrâ laborat 244. b. mortem ſibi prædicit 244. a. præſagium Martyris de eo 244. a. 245. a. Bezæ in eum Epigr. ib. in Mathem. ferè αὐτοδίδακτος ib. ejus virtutes, mores & ſcripta b.
Islebia unde dicta 247. b.
Italorum mos diſputandi 38. a.
Judex controverſ. eccleſ. quis 215. a. 305. a.
Judæi Grammatices ignari 150. b.
Judæa confundit Th. D. Chriſt. 129. a.
Julius dialog. Eraſmo adſcriptus 46. a.
Julius Dux Brunſuic. reformat 307. b.
Julius Plug. Epiſcopus Naumburg. 32. b. 196. b.
Julinum Pomeraniæ oppid. 150. a.
Juramentum candidatorum Wittemb. 113. b. per ſanctos an dicendum 235. b.
Juriſprudentiæ abuſus 308
Juſtitia hominis coram Deo quæ 79. a. Oſiandro quid 110. b.
Juſtus Jonas puer à peſte ſervatur 125. a. diſcit primum jura, dein Theol. ib. ſuccedit *Henningo Göden* JC. 125. promovet primos Evang. D. Th. b. Halæ Sax. docet 126. a. Luth. ejus hoſpit. uſus ib. agit in aulâ Saxonicâ ib. præficitur Eccleſiæ Eisflediæ ib. Stigelii in eum Epigramma ib.
Juſti Jonæ JC. ſupplicium 197. b.
Juſtus Menius Gothæ docet 154. a. poſtea Lipſiæ ibid.
Ivo Strigelius 154. b. Medicinæ Doct. & Fronsbergiorum medicus 199. a.

L.

LAbores duri tres 172. b.
Laurentius Campegius Cardinalis, Papæ legatus 61. a.

Legatum Palatini adſtantem Miſſæ excreatur Aug. ſt. Cardin. 305. b.
Legenda de Jo. Chryſoſt. 71. b
Leo Judæ non fuit Judæis parentibus natus 44. b. docet in Helvetiorum Eremo ib. dein Tiguri, ubi & moritur 45. a. Vetus Teſtamentum cepit vertere ibid.
Leonhardus Eccius JC. 34. a
Leonhard. Kaiſer ob religionem crematus, 65. a. de ejus martyrio Lutherus ibid.
Leonhard. Krentzhem. ejicitur 346. b. monita ejus de ſtudio Theol. 398. a
Leonhard. Pellicanus 127. a. ejus obitus ib.
Lex DEI 122. a
Lichtenfels. oppidum 83. a
Liber Concordiæ editur 309 a. à quibus ſubſcriptus ibid. non omnibus probatur b. ſeminarium diſcordiæ 362. a
Libri adverſariorum proſunt 43. b
libri Lutheri exulti 54. b
Linguarum cognitio Theologo neceſſaria 411. b
Locarni eccleſia 235. a
Loci communes ex dictis ſcripturæ 398. a. Muſculi loci commun. 154. a
Logica olim qualis tradita 228 a
Lucas Bacmeiſter diſcipulus Loſſii 372. b. Hamburgi Æpinum audit 373. a. Wittembergam abit ibid. deſerturus ſtudia à matre retinetur b. inſtituit filium Daniæ Regis 374. a. Jurisprud. ſtudium amplectitur ibid. redit ad Theolog. b. fit concionator aulicus 375. a. offendit aulicos libertate ſua b. Roſtochii Paſtor & Profeſſor ib. ejus methodus docendi 376. b Academiam inſtaurat 377. a curat ſcholaſticos tenuiores ibid à diverſis vocatur 377. b. abit in Auſtriam cum legato 378 b
Lucas Loſſius 372. b
Lucas Oſiander 409. a
Lucas Pollio docet in ſcholâ Vratislaviæ 259. a Lipſiam mittitur ib. Diaconus ad D. Eliſabethæ Vratisl. ibid. Adamo Curæo ſurrogatur 259. b legem acuit nil curans offenſiones ibid. votum & ſymbolum ejus 260. a. morbus & preces in eo 160. admonitio ad collegas ibid. conciones ejus de vitâ æternâ 261. b
Ludovicus Elect. Palat. fidem vult ſervari Luthero 56 a. 57. b
Ludovicus Palat. Bipontin. 39. a. ejus matrimonium ibid. conſulit Sturmium b. moritur ibid.
Ludovicus comes Oetingenſis reformat 303. b
Ludovicus Lavaterus 245. b. docet Tiguri ibid.
Ludovicus Rabus ſuccedit Zellio Argentorati 220. b. poſtea Hedioni ibid. vocatur Ulmam 221. a. relinquit filium apoſtatam ibid.
Lutherus naſcitur 48. a. mendicato pane vivit ibid. Erfordiæ Magiſter renunciatur 43. b. aggreditur Juris ſtudium ib. morbo corripitur ibid. induit cucullum 49. a Wittebergam venit 9. a. 49. b. Romam mittitur ibid. Doctor Theol. renuncia-tur 9. a. 49. b. Chriſtum, Prophetas & A-poſtolos patefacit 56. a. impugnat indul-gentias 50. ſq. Haidelbergæ diſputat 51. 209. a. Auguſtam venit 51. b. habet i-animo diſcedere 52. a. 54. a. 78. prov-cat ad Concilium 52. a. Lipſiæ cum Ecci-diſputat 52. b. ſq. Scribit ad Papam, Cæ-ſarem & Moguntinum 53. a. exurit ju-Canonicum 55. a. Wormatiæ ſe cora-Cæſare ſiſtit 56. a actio cum Trevirer-57. a. proſcribitur à Cæſare & excomm-nicatur à Papa 57. b. intercipitur in via-ejus Pathmus & quid ibi egerit ib. & ſe-redit Wittebergam 58. b. ejus animi r-bur 58. b. De eo Urbani Regii judiciu-17. a. Caroloſtadium reprehendit 59. a. i-venitur in Epiſcopos ib. pugnat cum An-baptiſtis 59. b. reſpondet Regi Angliæ i-confertur cum Mahometo 61. a. uxore-ducit, id variè acceptum 62. b. gravi-animo & corpore ægrotat 64. b. ſq. c-loquitur cum Zvvinglio 65 b. 211. a. C-burgi ſubſiſtit comit. Auguſt. temp-66. b. ſcribit ad Epiſcop. & Clerum ib-Melanchthonem hortatur 66. b. & ſq. a-monet ſuos Germanos 68. b. labores-preces ejus Coburgi ib. de Juſtificatio-ejus pronuntiatum 69. a. crimina ſibi i-tentata diluit 69. b. ſeq. diſputat c-Diabolo 70. a. graviſſimè ægrotat 7-ordinat Epiſcopum 72. b. judicium e-de ceremoniis & excommunicatione 7-Mersburgum ſecedit ib. abſolvit Gene-74. a. Islebium ægrotans venit b. ulti-ejus colloquia 74. b. precatio in ago-75. a. Wittembergæ ſepelitur ib. e-παῤῥησία 76. a. martyrium optat b. e-quens in vernacula 77. b. vehemen-ejus reprehenſa 78 a. inſidiæ ei ſtru-ibid. tentationes à diabolo b. Cada-ejus appetitum. ib. an ſententiam de C-na mutarit 30. a. ejus rhythmi, rec-tiones b. labores 81. a. liberalitas & i-cundia 81. prædicit quædam 81. b. va-tudo & ſtatura ib. conjugium ibid. ju-cium ipſius de ſuis ſcriptis, & aliorum 8-non vult ut de ſuo nomine Chriſtiani-pellentur b. de libris ſuis quos prob-ib. 153. a. Inſignia ejus 82.

M.

MAgna confeſſio Lutheri 65. b. ei-ſpondent alii i-
Mandatum Cam. ad Auguſt. de cal. 36-
Marſilii Patavini contra Papatum 13-
Marſiliæ laus 36-
Maternus Eccelius Paſt. Vratisl. 2-
Materni Epiſcopi precatio 35-
Martinus Borrhaus docet Wittembe-191. b. Anabaptiſtis adhæret ibid. in I-ruſſiam abit. ibid. mutat ſententiam-docet Baſileæ 192. a. mores ejus ib. fe-ſtrariam diſcit 19-

[M]artinus Bucerus Seleſtadii Dominicanis ſe adjungit 102. a. ex ſcriptis Eraſmi & Lutheri Evangelii veritatem haurit b. Haidelbergæ docet, unde in Belgium abit cum Elect. 102. b. inſidias evadit ibid. tranſit ad Franciſcum à Sickingen ibid. pellitur à Spirenſi vicario ib. Argentorati reformat 103. a. Ulmæ itidem ibid. concordiam cum Luthero init b. ejus capita ibid. Baſileenſibus non probata 104. a. retractat quædam ibid. ambiguis loquendi formis uſus ib. dicterium in eum b. intereſt colloquio Ratisbonæ 104. b. evocatur ab Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo 105. a. conſcribit formam emendationis ibid. diſputat cum Malvenda b. rejicit Interim ibid. in Angliam venit 106. a. ubi moritur 106. b. hæreſeos damnatur 107. a. cadaver ejus comburitur b. reſtituitur ibid. ratio ejus docendi 108. a. Contareni de eo judicium ibid. malè literas pinxit 179. a

[Ma]rtinus Chemnitius Sabinum in Boruſſiam ſequitur 272. b. Regiomont ſcholæ & bibliothecæ principis præficitur ib. migrat Brunſuigam 272. 307. b. refutat decreta concilii Tridentini 273. a. epigramma Georg. Calamini in eum ibid.

[Ma]rtinus Frechtus docet Haidelbergæ collega Simone Gryneo 145. a. vocatur Ulmam, ubi & Latinè & vernaculè concionatur ib. ſententia ejus de Cœna ibid. & de libro Interim b. in carcerem compingitur ut & frater ejus 145. b. dimiſſus Tubingam vocatur 146. a. ibi docet & moritur. ibid.

[Mar]tinus Lutherus. vide *Lutherus.*

[Mar]tini Mellerſtadii de Luthero judicium, 49. b.

[Mar]tinus Mollerus Eccleſiaſtes Görlicenſis 154. a

[Ma]riliæ Laus 258. a

[Th]emata an Theologo tractanda 245. b

[Ma]th. Chytræus vivit apud Brentium 323. b. docet Ingelfingæ ibid. in concione interpellatur ibid. migrat Menzingam ibid.

[Mat]thæus Gribaldus 183. b

[Mat]thæus Judex 289. a

[Ma]tthæus Vogelius à Vito Theodoro promotus 314. a. eccleſiæ miniſter deſignatur ibid. Norinbergam transfertur ibid. [el]ectus docet in Boruſſia ib. inde cedit, in Ducatu Wirtembergico præficitur eccleſiis 314. Abbas Alberſpacenſis declaratur b. Theſaurum Theologicum [ed]it ibid. Lutheri ſectator ibid.

[Mat]thias Flacius à monachatu abſtrahitur, [?]. a. venit Baſileam, Tubingam, & [W]ittembergam, ubi graves ſenſit tentationes b. docet Wittembergæ & Brunſ[vi]gæ ibid. de adiaphoris movet certa[m]en cum aliis 226. a. Magdeburgi cum [alii]s ib. Centur. hiſt. eccleſiæ contexit b. [ite]m de libero arbitrio Strigelio movet & de peccato originali ib. ingenium [eju]s quale 226. b.

Martyrologium ab eo quomodo collectum ibid.

Matthias Garbicius 227. b

Matthias Zellius docet Argentorati 92. a. accuſatur apud Epiſc. Argent. & reſpondet ibid. ejus collegæ ib. moritur 92. b. divitias in miniſtro improbat ib.

Meinardus primus Livoniæ Epiſcopus 6. a

Melanchthonis gaudium ex valetudine Lutheri 71. s. ejus morbus 72. b. 163. a. luctus ex Luth. obitu 76. a. ejus geneſis 157. b. Grammaticam quomodo doctus 158. a. adoleſcentulus docet b. Tubinga Wittembergam abit 159. a. Simleri de eo præſagium & Lutheri judicium ibid. intereſt diſputationi Lipſicæ b. & viſitationi Saxonicæ 160. a. conſilium matri datum ab eo in certaminibus religionis b. ſcribit confeſſionem Proteſtantium nomine 161. a. vocatur à Rege Angliæ & Galliæ b. labitur de ſcalis 162. a. è curru 163. a. defertur ad Cæſarem b Eccium refutat una regula 164. a. ſomnium ejus flagrante bello German. 165. a. ad Tridentinum concilium mittitur 166. a. id iter impeditur b. à Flacio oppugnatur 167. b. & ab Oſiandro 115. a. amittit uxorem 168. b. teſtamentum condit 169. nimia ejus diligentia 170. b. contemnit opes 171. a. merces ei relata b. valutudo ejus ibid. dicta 172. b. judicium Scal. de eo ibid. item Eraſmi 173 a. Bembi ibid de ſcriptis ejusdem b ejus laus 170 & ſeq.

Melchior Angerus Theologus 399. a

Melchior Iſinderus melancholia laborat 110. a

Mendacium Ital. de Lutheri obitu 73 b. de obitu itidem Jacobi Andreæ 313. a. de parentibus Lutheri & vita 78. a. de Brentio 215. a. de evangelicis omnibus 303. a

Menſo Alting. 360. a

Michael Heerbrand. 317. a

Michael Sidonius 182. b. donatur epiſcopatu Mersburg. 196. b

Minæ Pontificiorum in Evangel. 211. b. 335. b

Miniſtri cur odio expoſiti 241. a

Miſſæ ut Romæ celebratæ 49. b. privatæ Wittembergæ abrogatæ 57. b. formula à Luthero edita 60 b. nomen Miſſæ 62

Miſſæ Germanicæ formula 64

Monachatus olim quanti factus 83. a

Monachi Bernæ exuſti 153. b
Itali Latinè neſciunt 136. b
Antiphona eorum Romæ ante Papam 137. a. hypocriſis 23. b

Moniales deſerunt clauſtra 60. b

Monaſteria in ſcholas verſa 3. a

Moneta Franciſci imagine ſignata 141. b

Mors repentina & quid de ea ſentiendum 407. b.

Mores doctrinæ reſpondeant 50. a

Moſes cum Homero collatus 79 a

Muſicæ uſus 12. a. 317. b

Mutatio religionis prædicta 2. b. 3. a. 5. b. 6. a. 9 a. 44. a. 131. a. cauſæ mutatæ religionis 162. b.

N.

NAtalis cujusvis eſt initium calamitatum 5. a.
Neoſtadii Palatinat. ſchola aperta 256.
Nicolaus Amsdorff 32. a. Wittembergæ agit ibid. defendit abrogationem miſſæ b. Magdeburgum evocatur ib. Epiſcopus Naumburg. ordinatur ib. 164. a. deponitur 33. a. oppugnat Wittemb. & Lipſ. ib.
Nicolaus Backmeiſter 202. a.
Nicolaus Crellius cancell. Sax. 407. b.
Nicolaus Gallus ludo Mansfeldico præfect. 156. b. docet Ratisbonæ ib. inde VVittemb. profugit ib. conjungit ſe cum Flacio ib. Magdeburgi docet, reditque Ratisbonam ibid. 226. a. 259. a.
Nicolaus Jageteufel 218. a.
Nicolaus Radzivil 237. a.
Nicolaus Rhodingus patriæ ſcholam regit 249. a. docet Marpurgi ib. Dolæ itidem Burgund. ib. Haſſiæ juniores Principp. erudit. ib. Marpurgum vocatur b. ſuccedit Henrico Victori 249. b. abhorret à certaminibus & novis phraſibus 250. a. P. Nigidii in eum carmen b.
Nicolaus Rus baccalaureus Theologiæ 6. b. reprehendit ſuperſtitiones ib. in Livoniam ſecedit ib. libri ejus exuſti. ibid.
Nicolaus Selneccerus Paſtor & Profeſſor Lipſiæ 315. a. Electori Auguſto à ſacris ib. controverſia ei cum Beza ib. alii adverſarii ib. ejus Ubiquitas b.
Nomina Hebræa oppidorum & pagorum ad VVittembergam 85. b.
Notha Patrum ſcripta 133. a.

O.

OBſervanda concionatori quæ 398. a.
objectio Pontificiorum, qua probare volunt, Lutheranos non habere fidem veram 247. b. officium Inſpectoris generalis in Ducatu VVürtembergico 278. a.
Omnia contemnit, qui ſe moriturum cogitat 330. a.
Opera Gerſonis 5. b.
Ordinatio miniſtrorum reducta 62. a.
Origenis Biblia cujus ope ſcripta 194. b.
Oratio Pellicani de ſtudiis emendandis 133. b.
Osvvaldus Myconius Eraſmi & Glareani ſtudioſus 108. a. ludo Baſileæ præeſt b. Tiguri item & Lucernæ, unde pellitur ib. fit Diaconus Baſileæ ib. ſuccedit Oecolampadio ib. facit cum Luthero in negocio Euchariſtiæ ibid. non vult ornari gradu abitque officio ib. Glareani in eum carmen 109. a.
Otho à Grünrade Philoſoph. & Theologiæ dat operam 394. a. commendatus Naſſovio præficitur comitibus b. præeſt comitatui Naſſovico ib. ephorus Friderici IV. Palat. ib. cui Catecheſin & Biblia explicat, preceſque præit 395. a. præſes Senatus Ec-
cleſiaſtici ib. recitationem capitum noſ[…] religionis inſtituit ib. reformat in Hano[…] co comitatu ib. ſcholas conſtituit ib. […] Ducatu Simmerenſi reformat 395. b. A[…] bergenſe Gymnaſium ordinat ib. abdi[…] ſe officio ib. Symbolum ejus 396. a. […] naria conſtitui ſuadet i[…]

P.

PAllas Spangel. Theol. Haidelb. 12[…] ejus obitus & Epitaphium i[…]
Pantaleon Weiß Candidus dictus 36[…] fovetur ab Abbate, quo cum Amberg[…] venit 370. a. inde Bipontum ib. VVitte[…] Melanchth. audit ib. ſcholæ & Eccl[…] Bipont. præficitur b. reformationem […] ſolvit ib. ſubſcribit form. Concord[…] cum Principe ſuo abit 371. a. mature ad […] tem ſe parat ib. Epitaph. ſibi componi[…]
Papa Antichriſtus 32. b. 54. b. an caput […] cleſiæ jure divino 53. a. Deus in terris […] ſimulat reformationem 71. b. in lapid[…] ſili expreſſus 80. a. conſcientias tenui[…] ptivas 134. a. ejus ſatellites Romæ 1[…]
Papaſellus monſtrum in Tiberi reper[…] 16[…]
Papatus errores capitales tres 32. b. ve[…] eſt Romani Epiſcopi 54. b. à Dia[…] inſtitutus 74. a. in eo capita Catech[…] manſerunt 193. a. multi in Papatu Papa[…] improbarunt
Pariſienſis laniena 240. a. 3[…]
Patria ubi 1[…]
Patres ut legendi 3[…]
Patrum & Philoſophorum ſcripta qua[…] valeant 3[…]
Paulus Crellius templo arcis Wittemb. […] citur 248. a. decennium Theol. audiv[…] Calviniſtis reſiſtit mortem ib. pra[…] mortem
Paulus Eberus adoleſcens ex lapſu miſe[…] fectus 204. Wittemb. collegio Philo[…] adſcribitur 205. b. Melanchthonis […] torium ib. ratio ejus docendi 2[…] Grammaticam publicè proponit ib. […] cedit Forſtero b. deinde Bugenhagio 2[…] Onoltzbachii componit controverſia[…] ex itinere morbum trahit ib. Schoſſ[…] eum Epigramma 2[…]
Paulus Fagius Iſnæ ludum regit 99. a. […] Argentorati ib. Iſnam, ubi docet in ter[…] & Typographiã inſtituit ib. Conſtan[…] Argentorat. docet 99. b. inde Haidel[…] in Angliam abiturus valedicit 100. a. […] transferre incipit ib. cadaver ejus eff[…] crematur ib. reſtituitur cum Bucero 1[…]
Paulus de Heredia de Caballiſticis m[…] riis
Paulus Conſt. Phrygio Baſileæ docet 46. a. […] bingam vocatur, ubi moritur ib. 2[…]
Paulus Scalichius Boruſſiæ Duci à Co[…] ſubducit ſe & proſcribitur 1[…]
Paulus Scriptor ſuo Marte literas d[…] 128. a. docet ipſos doctores Tubing[…]

ob veritatem Evang. exoſus ante Lutherum 128. b. concionem habet *de murib. Palæſt.* in miſſa prima Pellicani 131. a. prædicit reformationem ib. fugit carcerem,& in Galliam iturus exſtinguitur 131. b.
..ulusPfedersheimer Judæus converſus 128. b.
..ulus Speratus in Gallia & Italia verſatus 97. a. è carcere liberatus in Boruſſiam venit ib. Epiſcopus Pomezan. creatur ib. Odæ ejus ſacræ b.
..catum eſt ſubſtantia in Sp. Sanctum quid 226. b.
..tateuchus Hebr. cum Chaldaica verſione 135. b. Germanicè prodit 60. a.
..ſiones apud Helvetios reprehenſæ 12. b.
..rus Bertius 360. b.
..ri Bufleri liberalitas in literas & Fagium 99. b.
..ri Malvendæ ratio diſputandi 105. b.
..ri Martyris de Cœna ſententia 361. a.
..ri Rami controverſia 239. b.
..rus Schadus Moſellan. alias 91. a.
..rus Schottus 4. a.
..rus Simler inſtaurat cœnobium Capellan. 242. a.
..rus à Soto 215. b. 321. a.
..ri Toſſani elogium 332. b. canonicus Me..enſis ib. docet Evangel. Mombelgarti ib. ..erſatur cum Joh. Fabro Stapulenſi ib. & ..aula Navarræa ib. amicus Sim. Grynæi ib. ..moritur 333. a.
..rus Paulus Verger. 70. a.
..us Vincentius 288. a.
..lippus Elect. Palat. 22. a. de ejus laudibus Wimpheling. 11. ei Oecolampadius charus 2. a. fovet Jodocum Gallum 127. b.
..ippus Haſſiæ Landgravius 25. a. inſtituit Marpurgi colloquium b. in Helvetiis quid ..udarit 28. a. evocat Melanchthonem 114. a. ..uxilia ab Helvetiis petit 132. b.
..lippus Barnimus Pomeran. Dux nuptias celebrat 70. b. votum ibi Lutheri ib.
..ippus Comes Rhinecceius Reformat. 331. a. ..moritur ejus familiæ ultimus b.
..ippus Heerbrand. 307. b. 309. a.
..ippus Heilbrunner alumnus Ducis Wür..embergici 405. b. Tubingæ repetens ib. ..avingæ Profeſſor 406. a. Bibliothecam ..igerit ib. intereſt Synodis & Ratisb. Col..oq. 406. b. Inſpector Eccleſiarum ib.
..ippus Melanchthon vide *Melanchthon*
..ippus Morneus 364. b.
..loſophia meditatio mortis 266. b. utilis ..heologo 350. a.
..a cum primis literis inſtillanda 217. a.
..ndamentum omnium virtutum 367. a.
..um omnium geneſis communis 266. b.
..phis dictum de artibus 95. a. pro quibus ..atias egerit 324. b.
..carpus Lyſer. regit Tubingæ Stipend. il..ſtre 379. b. vocatur Wittemberg. 280. a. ..oncordiæ librum promovet ib. dimitti..r Wittemberga b. Brunſuigæ docet ib. ..vocatus Wittembergam fit aulicus con..onator 380. b. certamina ejus ib. legatum ..uperibus relinquit 381. b.
Pœna in deficientes à Papatu 235. a.
Pœnitentia vera quæ 9. b.
Pontificii idololatræ eſſe nolunt 164. a.
Porta lucis liber 143. b.
Prædeſtinatio & de ea quomodo diſputandum 9. b.
Præpoſitus in cœnobiis quis 176. b.
Preces hirudo curarum 67. b.
Primus concionator Evangelicus Argentorati 92. a. 102. b. Bernæ 29. a. Biponti 31. b. in Boruſſia 97. a. Dantiſci 385. b. in Graichgoa 155. a. Haganoæ 43. a. in Mansfeldico comitatu 98. b. Rigæ 8. a. Scaphuſiæ 330. b. Vinariæ 85. a. Uratislaviæ 124. a. Wittembergæ 7. a.
Primi martyres in Germania 60. b.
Prima Eccleſiarum viſitatio 65. a.
Primus miniſter uxorem ducens 39. a.
Prima pax in religione 69. b.
Primus Truber parochus & canonicus 273. b. taxat idololatriam & ſuperſtit. ib. libris ſpoliatur 274. a. docet Rotenburgi & Auraci ib. invenit artem Wandalicè ſcribendi ib. Wandalica edit ib. honorarium ejus ſtipend. à Carniolanis 274. b. ante obitum nomina remittit debitoribus 275. a.
Proceſſio habita Romæ 137. a.
Prophetæ Luthero qui 62. a.
Proteſtantium nomen ubi & quomodo natum 65. b.
Pſalmi Germanici in templa introducti 79. a.
Pſalterium vernaculè editum 61. Chaldaicum 134. b. & Luth. de eo judic. 153. b. Quinquelingue 181. b. in Pſalt. Hypomnemata Strig. 202. a.
Purgatorium an ſit 138. b.

Q.

Quatuor in agone inculcanda 261. a.
Quæſtiones undecim à Maximiliano tunc rege Melanchth. propoſitæ 164. a.
Quæſtio de Exorciſmo 369. a.
Quodlibetaria diſputatio 209. a.
Qui ad gradum D. Theol. Wittembergæ admittantur 248. b.
Quirinus Reuter alumnus Elect. Palat. 390. a. abit in Sileſiam b. Urſini ad eum verba ib. erudit Dudithii filium ib. revocatur in Palatinatum 391. a. Eccleſiæ docendæ præficitur 392. a. Sapientiæ collegii Præceptor ib. Profeſſor Haideibergæ & Ephorus collegii Sapientiæ ib. verba ejus in agone 92. b. querela de literarum ſtudiis 393. a.

R.

Raymundus Cardinalis Legatus Papæ in Germaniam 132. a. Pellicanum ornat gradu gemino ib. corradit reliquias ſanctorum ib. miſſam celebrat ſolennem & indulgentias elargitur. 132. b.
Reinhardus à Rotenburg defendit Muſculum 177. b.
Reconciliationes intutæ 201. b.
Relapſi in peccata quomodo conſolandi 198. b

Religio

Religio mutata Baſileæ 25. b. Capellis Helvetiorum 229. a. Donavverdæ 182. a. in Palatinatu 390. a. Tiguri 13. b. 228. b.
Renata Ferrariæ Ducis vidua 336. a.
Requiſita doctoris quæ 190. a.
Rigæ fundator 8. a.
Rinovium oppidum 242. b.
Ritus cœnæ ob Oecolampadio inſtitutus 27. b à Zvvinglio 20. b. in reformatione Miſniæ relicti 125. b.
Robertus Barnus Angliæ Martyr 72. a. 188. a.
Rodolphus Brunus 363. b.
Rodolphus Collinus 225. b.
Rodolphus Gualterus docet Tiguri 182. a. ejus labores & filius cognominis ib.
Rodolph. Simler. 242. b.
Rodolph. Stuckius 363. b.

S.

Sacramentarii belli initium 39. a. 73. a.
Sacramentariorum ſex ſectæ 64. a.
Sacramenta ſunt ſymbola gratiæ 19. a. 31. b. de iis & verbo & miniſtris Luther. 79. de iisdem axioma Melanchthonis 164. a.
Sacræ Scripturæ auctoritas 30. b. 79. a. 148. b. ejus intelligendæ regulæ 2. b.
Sacrificulorum exiſtimatio 148. b.
Salomonis & Siracid. gnomæ 122. b.
Salomon Geſner annonæ caritate preſſus 352. a. pane furfuraceo ſe ſuſtentat ib. agit pædagogum 352. b. Argentorat. abit ib. adſcribitur ibi alumnis ſenatus ib. erudit Dudithii filium 353. a. præficitur ludo Boleslavienſi ib. & Gymnaſio Stetinenſi ib. contentio ejus cum J. Stygio ib. Wittemb. docet 353. b. certamen cum Hubero & Calvinianis ib. & ſeq. confeſſio ejus 354. b. conſolatio adverſus tentationes diaboli ib. proſopographia 355. a.
Samuel Huber movet certamen de electione 346. b. 353. b. 362. b. 381. a. controverſia ejus Bernæ 366. a. ejus errores b.
Sancti quomodo colendi 31. b. ſanctorum invocatio quid ſolatii afferat 2. a. de ea Lutheri ſententia 78. b. de eadem diſputatum Auguſtæ ab Eccio & Melanchthone 68. a. ibi Eccio contrad. Cochlæo b.
Schemhamphoras Judæorum 73. a.
Scipio de immortalitate animorum 341. b.
Scripta à Würtemberg. ad Græcos miſſa 388. b.
Schola Argentorati aperta 104. b.
Scholaſticæ vitæ dignitas 263. b. 268. b.
Scholarum ſalus in quibus conſiſtat 406. a.
Sebaſtianus Caſtalio 237. b.
Sebaſtianus Comes à Schlick 59. b.
Sebaſtianus Münſter Pellicani diſcip. orationem habet 133. b.
Seditio ruſticorum in Germania 38. b. 86. a. 155. a. auctores ejus 210. b. Luther. & Principes hortatur 62. a. Myconius in Saxonia ſedit. 86. a.
Snepfius à ſeditioſis concionator expetitur 155. Melanchthon eorum articulos refutat 160. a. Brentii de eodem ſcripto judicium 210. b.
Sententiæ conſolatoriæ 34[...]
Sepulcrum Domini Wittembergæ 8[...]
Severus Imperator negligit calumnias 15[...]
Simon Heinſius 7. a. Eccleſiaſtes Wittemb[...]gæ ib. moritur 7[...]
Simon Lemnius auctor famoſor. carm. 7[...]
Simon Sulcer. œconom. collegii Baſi[...] 271. a. vocatur Bernam ubi docet ib. [...]dit Baſileam & ephor. alumnis præ[...]tur ib. poſt Baſileæ ſuccedit Wiſſenbu[...] & Münſtero 271. b. Myconio item ib. [...]format in Badenſi Marchion.
Socratis laus 20[...]
Socrates cur ad mortem alacris 24[...]
Sophron liber Platoni charus 12[...]
Staupiciorum familia [...]
Stella Meſſiæ liber 129. a. auctor Petrus [...]ger b.
Stella nova in ſigno Caſſiopææ 24[...]
Stephan. Gerlach. Brentio conſanguineo c[...]mendatus 387. a. Tubingæ in colleg. re[...] ib. fit repetens in ſtipendio 387. b. ab[...] Thraciam cum Davide Ungnad. Bar[...] ib. in itinere è gravi morbo liberatu[...] ejus inde ſignum 388. a. Conſtantinop. [...]nit ib. inquirit in Græcorum religio[...] 388. b. charus Græcis ib. Tubingam [...]verſus præficitur Eccleſiæ & Acade[...] 389. a. cerebri & memoriæ ejus infirm[...] ib. laborat vertigine & tremore 38[...]
Studia artium & linguarum inſtrumenta [...]formationis 1. a. de iis egregia Lut[...] ſententia 7[...]
Subſtantiæ vocabulum quid in controv[...] Cœnæ ſignificet 23[...]
Superſtitiones citò in Eccleſiam irrepſe[...]
Sylveſter Prierias contra Lutherum ſc[...]
Sylveſter de Schauenburg patrocinium [...]thero offert 5[...]
Sylveſter Tegetemejer [...]
Symqolum Nicenum 2[...]
Symphorianus Miniſter Eccleſiæ Argent[...]tenſis 92. a. ejus vita ante liberior [...]
Syngramma Suevicum 40[...]
Synodus Bernenſis 366. b. Dreſdæ 38[...] Islebiana 289. a. Iſenacenſis 182. a. [...]purgi 289. a. Nemauſii 239. b. Neoſta[...]na 338. b. Poſſiacena 306. a. 364. b. ibidem 306. b. ad eam Martyr miſſus 36[...] Regiomontana 218. a. Rupellana 23[...] Wolffenbyti 308. a. de Synodis Na[...]zeni dictum 236. b. quomodo indic[...] 23[...]

T.

Tabulæ Alphonſinæ diſcrepant à P[...]maicis [...]
Targum quid 10[...]
Templum Senenſe 144. b. pulcerrimum [...]
Tenebræ in Papatu 2[...]
Tentationes quomodo ſuperandæ [...]
Terentius olim quomodo excuſus 1[...]
Tertia perſona Deitatis cur Spiritus dicta [...]

ſtamentum Vetus verſum 45.a. Eraſmi Novum 135.a. N. Teſt. vernaculè editum à Luther 59.a. ejus lectio interdicta à Pontific. ib. Nov. Teſt. Græci exemplar nullum olim in Germania 144.b.
eſtamentum Brentii editum 239.a. ei Bullinger. reſpondet ib.
eſtimoniorum Academic. utilitas 368.b.
heatrum vitæ humanæ à quo incoatum & perfectum 174.b.
halmud Judaicum 135.a.
heobald. baro Geroltzeggius 12.b.
heobald. Thammerus 232.a. mittitur ad Bullingerum 235.a. ejus errores ib. deficit ad Pontificios ib.
eodorus Bibliander ſuccedit Zvvinglio 142.b. ejus lectiones Pellicanus excipit 143.a. laborat viſu 193.a. Theodori Bezæ abſurda 310.b. ab Hubero refutata ib.
eodoricus Schnepfius condiſcipulum habet Jacobum Andreæ 275. Tubingæ incendio libros amittit 267. a. magiſter domus & ducalis ſtipendii gubernatorb. miniſterio initiatur 277.a. Profeſſor Tubingæ deſignatus ib. ad colloquium Wormat. miſſus 277.b. fit Paſtor & Superintend. generalis ib. ejus labores in Templo & Schola 278. vocatur à variis 279.a. legationes, valetudo, confeſſio b. fit edentulus ib. paraphraſis ejus in Jobum 280.a. prohibet pompam funebrem 281.a. moderatio ejus 383.a.
eologi functio gravis 248.b.
eologi ex JCtis facti 21.b.
eologi veri qui 9.a.
eologi Colonienſes & Lovanienſes Lutheri doctrinam damnant 53.b.
eologia practica 259.b.
eologiæ ſtudium quomodo ſuſcipiendum 397.b.
eologia nobili an diſcenda 394.a.
emiſtocles fuit ſuis platanus 329.a.
ſes Anabaptiſtarum 63.b. Caroloſtadii contra Papatum 38.b. J. Heſſi 90.a. Lutheri contra indulgentias 50.a. Martini Mylii à Geſnero oppugnatæ 353.b. & ſeq. Tecelii pro indulgentiis 354.a. Urſini de Sacramentis 253.b.
omas Cajetanus Cardinalis, ejusque cum Luthero actio 51.b.
omas Cromelius 188.a.
mas Grynæus à patruo Simone educatus 91.a. docet Bernæ ib. 412.b. & Baſileæ 13.a. reformat in Marchionatu Badenſi 91.a. Rœtelæ obit ib. filii ejus b.
mæ Münceri liber 61.b.
omas Platerus 413.a.
tri religio mutata 13.b. 228.b. ſeq. collegium ab Anglis exulibus inſtitutum 235.a. ollegia duo vetuſta 230.b. Eccleſia Italica 35.b. exules Galli
rinorum conſuetudo 36. juramento promittunt dona non accepturos 297. à Lutero damnati 485. ab aliis conviciis proiſſi 238.b.
Tilemannus Heshuſius docet Haidelbergæ 295.b. diſſidium inter ipſum & Clebitium ib. dimiſſus in Boruſſiam venit ib. diſſidium inter ipſum & Wigandum ib. vocatur Helmſtadium ib. negat ubiquitatem generalem 296.a.
Timotheus Kirchnerus 291.b.
Titulorum & graduum Academicorum uſus 12.a. 43. de iis Melanchthon 171.a. defendit eos Brentius 212.a.
Treptoa oppidum Pomeraniæ, & ejus etymon 8.a.
Tres fontes Romæ orti, ubi Paulus capite plexus 137.b.
Tridentinum Concilium quale 233.a. 320.a. nec univerſale, nec liberum, nec Chriſtianum 234.b. diſturbatur 251.a.
Triſtitia animi multos tollit 47.b.
Tuiſcones unde dicti 119.a.
Tumultus Auguſtanus 361.b.
Turbæ in Hevletia ob religionem 229.b.
Turæ jugum à Germanis optatum 105.a. 164.b de bello contra Turcas Luther. 65.b.
Turcicam linguam diſcere utile 243.a.
Turcæ cujusdam judicium de Lutheranis & Pontificiis 388.a. blaſphemiæ pœna apud Turcas b.
Turris faſtigium Uratiſlaviæ collapſum 125.a.
Τῦτο Caroloſtadii unde, & quomodo probatum 39.b. 62.a.

V.

Vaticinium Hilteni de monaſteriis 3.a. 223.b. Lutheri de Sacramentariis 73.b.
Ubiquitas adſerta 237.a. argumenta pro Ubiquitate 296.a. quid Jacobo Andreæ 310.a. ipſius fundamenta ib. Selnecceri 315.b. P. Martyris de Ubiquitate verba 310.a.
Ubiquitariorum voces 339.a.
Venatio imago inſidiarum diaboli 58.a.
Veſtitus novus in Germaniam invectus 127.b.
Veſtitus ornatiſſimus quis 396.b.
Veronica Romæ in templo D. Petri 137.a.
Victor. Strigel. Friburgi dat literis operam 199.b. Wittemb. Luth. & Melanchth. audit ib. Poſtillam inchoat & privatas ſcholas habet 200.a. docet Jenæ ib. ibi uxore orbatur ib. certamen cum Flacio ob ſimilitudinem, qua ipſe uſus 200.b. in carcerem ducitur 201.a. in eo ægrotat tandemque liberatur ib. diſcedit Jena 201.b. fruſtra revocatur ib. Lipſiæ Profeſſ. deſignatur 203.a. interdicitur ei lectione publ. ib. Lipſia diſcedit & cur 203.b.
Vocatur Haidelbergam, ubi moritur ib. & ſeq.
Varia ei objecta 204.a.
Vigilii martyris libri 231.a.
Virtutes Imperatoris 205.b. magiſtratui neceſſariæ 247.b.
Viſitatio Saxonic. Eccleſiar 65.a. 407.b. in ea Colloq. Luth. cum ruſtico 80.b.
Vis educationis 243.a.
Vito durum oppid. 242.b.

Vitus

Vitus Theod. docet Norinb. 96.b. elogium ejus à Melanchth. 97. a. æmulatio inter Vitum Theod. & Oſiandrum ib.
Ulricus Dux Würtemb. 46.a. reformat. op. Brentii 212. a. moritur 303.b.
Ulricus Langemantel Auguſtanus 43.b.
Vocabulorum *Abſtracti & Concreti* uſus in doctrina de Chriſti Perſona 262. b.
Urbani Pierii Mæcenas Comes Hohenſteinius 407. a. Francof. ad Oderam juris ſtud. amplect. 407.b. docet ib. præeſt Eccleſiæ Brandeb. ib. Wittem. vocatur ib. in carcerem compingitur ib. liberatus Ambergam venit 408. a. inde Bremam ib. confeſſio ejus de cœna ib.
Urbanus Regius 33.a. vivit cum Zaſio b. Ingolſtadii ephorus nobilium ibid. dat nomen militiæ 34. a. creatur poëta & orator ib. docet Auguſtæ 34. b. confert cum Zvvinglio de peccato orig. ib. colloquitur cum Anabapt. femina ib. pellitur Auguſta 35. a. redit eò ib. diſputat cum Pontificiis 37. a.
Urſi morticina non tangunt 148. a.

W.

WAldenſium ſcripta 243. b.
Wigandus Orthius 189. a. Marpurgi Hyperio ſuccedit 195. b.
Wimphelingi ſtudia 10. a. docet Haidelb. b. actio cum monachis ib. precatio ejus 11. b. in Geiler Epigramma 5. a.
Wimpina unde dicta 275. b.
Wittembergæ etymon & latitudo 85. b. 95. a.
Wolffgangus Princeps Palat. Bipontin. 30. b.
Wolfgang. Amlingus ſcholæ Serveſtanæ præeſt 356. a. docet Eccleſiam Coswigii & & dein Serveſtæ b. ubi Eccleſiarum Inſpector ib. decalogum integrum reſtituit 750. oppugnat Ubiquitarios, exorciſmum, & oralem manducationem 356. b. & ſeq. curat ſcholam, pauperes, eleemoſynas, defunctos, diſciplinam, eccleſiam ib. ejus labores, & Symbolum 357. b. & ſeq. precatio in morbo 358. a.
Wolfgang. Fabric. Capito 41. b. diſcit medicinam, cujus & doctor renunciatur ib. docet Th. Freib. ib. audit ibi Zaſium 42. a. concionatur Bruchſellæ ib. amicitiam cum Oecolampadio init ib. docet Baſileæ ib. 134. a. Moguntiam venit 42. a. hortatur Lutherum ib. & ſeq. ordini equeſtri adſcribitur ib. docet Argentorati ib. Haganoæ docet 43. a.
Wolfgang. Muſculus monaſterium ingr[...] tur ſacriſque initiatur 176. b. vita ejus [...] naſtica 177. a. defendit Lutheri doctri[...] 177. b. ejus conſtantia 176. a. pericu[...] ejusdem ib. clauſtrum relinquit 17[...] uxore ducta diſcit textoriam 179. a. [...] operam ſuam in fodiendis aggeribus [...] vivit cum Bucero ejus amanuenſis 17[...] docet ſine ſtipendio ib. Argent. fit di[...] nus 180. a. inde Auguſtam vocatur b. [...] bicam linguam ſuo Marte diſcit 18[...] notarius in colloquia Ratisb. 182. a. d[...] dit Auguſta 183. a. vocatus in Angliam [...] nuit b. docet Bernæ 183. b. ſermones [...] in fatali morbo 185. &[...]
Wolfgang. Jonner 24[...]
Wolfgang. Severi de Luth. rhythmi & ve[...] 8[...]
Wolfg. Weis, & Epitaph. ejus [...]

Z.

ZAcharias Schilter. docet Hebraica Li[...] 348. b. locos communes explicat 34[...] fit canonicus Miſnenſis, Ephorus Academ. Lipſ. & Adſeſſor conſiſtorii ibid. elogium ejus 349[...]
Zacharias Urſinus Wittemberg. miſſus 2[...] Melanchth. charus ib. quem Wormat[...] ſequitur ibid. peregrinas Tiguri ſub[...] 235. b. Mercerum audit ib. præeſt ſch[...] patriæ ib. Sacramentarius dicitur ib. [...] mittitur 254. a. Tiguri Martyrem aud[...] Haidelbergam vocatur 254. b. ibi Lo[...] communes explicat ib. dimiſſus Neuſt[...] docet 256. a. Sturmii de eo judicium [...] è lecto dictat libros & Epiſtolas 25[...] inſcriptio Muſæi ejus 257. b. teſtimoni[...] à Melanchth. i[...]
Zvvinglius 11. b. Baſileam & Bernam mi[...] 12. a. Viennam Auſtr. abit ib. Baſi[...] docet ibid. Valer. Maximum legit 1[...] Tigurum vocatur 13. a. inſidiæ ei ſtru[...] 16. a. convicia in eum jactata b. exit in [...] lum 17. a. in quo cadit ib. cadaver [...] exuſtum ibid. cor illæſum reper[...] ibid. calumnia atri ſpiritus 19. b. [...] conciones Zvvinglii quales 20. b. ejus [...] diorum ratio 21. a. judicium de Car[...] ſtadio 39. b. confert ſuam ſententiam [...] aliis 18. b. & cum Bullingero 228. b. [...] bliotheca ejus 230. a. opera edita 23[...]

FINIS.

DECADES DUÆ, CONTINENTES

VITAS

THEOLOGORUM

EXTERORUM PRINCIPUM,

QUI

CCLESIAM CHRISTI

SUPERIORI SECULO

PROPAGARUNT

ET

PROPUGNARUNT:

COACTÆ

A

LCHIORE ADAMO, SILESIO.

Additi ſunt Indices perſonarum & rerum.

Editio Tertia, prioribus longè caſtigatior.

Illuſtribus ac Magnificis
DOMINIS,

OMINO JOANNI,
AC
D. ANDREÆ FIRLEIS

Germanis, Baronib. de Dambrovvizà:
inis in Koczko, Woyza, Kozin, Holuby, Oſmieho-
wicze &c. Heredibus in Orla, Poczaiow,

Dominis ſummâ mihi obſervantiâ perpetuo colendis.

S. P. D.

MELHIOR ADAMUS.

CElebrarunt anno ſuperiore, Illuſtres & Magnifici Domini, Eccleſiæ à Pontificiis erroribus in Germaniâ depurgatæ, Jubilæum, de cauſis tum indicatis. Illis in panegyribus ſacris cùm neceſſariò mentio eſſet facienda anteſignanorum & primipilorum, qui regnum Papæ gladio verbi, Spiritu Domini claſ-

ſicum canente, oppugnare atque attentare aggreſſi: in me
operæ temporiſque pretium facturum: qui Vitas, rerumque
di ſanctos athletas, in regno Chriſti, piè fortiterque geſtarum
ſtorico ſtylo complecteretur. Plurimum enim lucis, cuivis n
ni adfert, perſpicua omnium περιςάσεων, conſiliorum atque e
claratio. Etſi autem egomet me unum omnium minim
agnoſco, cum inprimis hodierna tempeſtate arduum ſit, res
ras mittere: qui ejuſmodi hiſtoricum corpus vel modicum a
poſſit: pio tamen ſtudio & amore, virorum præclarè de Ecc
rum, periclitari viriculas meas volui: atque affectus mei, erg
nes ſervorum martyrumque Chriſti, guſtum aliquem præbe
Vitas partim ab aliis conſcriptas, partim ante nuſpiam viſas
conſcribere cepi, inque Decadas ordinis cauſa includere, T
principum, qui extra Germaniam nati (noſtrates enim doctor
cos peculiare propediem celebrabit ſcriptum, DEO adſpirant
viris mecum mutuas tradentibus operas) apud Italos, Gallos, Br
garos, Polonos, Danos, alioſque Europæ populos, veritatem
in lucem protulerunt, & Eccleſiam Chriſti propugnarunt.
bonis & piis ut verboſè approbem, cauſa, puto nulla eſt: inir
malevolis, ne animus quidem. Debetur hoc quicquid ſit opel
ſummi beneficii DEI Jehovæ: qui affecta hac mundi ætate,
cuſſis, clariſſimam verbi ſui lucem exoriri clementer voluit. De
do loco, tot tantiſque meritis ſanctorum Chriſti ſervorum: qu
ra omnis, per omnem vitam, in unici Salvatoris noſtri gloria il
luteque hominum provehenda, verſata eſt, & mors veritati agn
nium, non ſolum fatali de lecto, ſed quandoque ardenti è rogo,
pliciorum generibus, ad omnem memoriam dedit ill
certiſſimumque. Debetur denique hoc & piæ poſteritati, ſi qua e
pla hiſce in Vitis præclara, non ſolum ad intuendum, verum et
tandum, proponuntur. Illi ætati certè & hæ Vitæ dicent: *hoc
fugito, hoc veritati affine eſt, hoc mendacio & errori.*

Cum veſtri autem illuſtris nominis præſcriptione,
magnifici Domini, prodire in publicum hoc quicquid eſt ſcri
volui: tum ut, & meo loco, veſtræ pietatis ac virtutis clariſſimæ innumeris
ctarium adjicerem: tum ut animi grati memoriſque beneficiorum argumentu
rem. Nam, quam veræ religionis virtutiſque laudem, Veſtræ Generoſ. à vir
ſolum in Heidelbergenſi, Baſilienſive, ſed & aliis celeberrimis Academiis, ant
plures tulerunt: eandem etiamnum, ut crebræ ad nos è Polonia florentiſſim
rum, amore ſcientiarum, quemadmodum Imperator loquitur, exulum, voces
cere conſtanterque DEI beneficio, tuentur, & quod omnes ſperamus vovemu
tur. Quæ vero à Veſtra Generoſ. prolixè in me & gratiosè profecta ſunt, ea
ceptorum ſyllabo perpetuo manebunt: deque gratia habenda, cum referendæ n
nunquam eſſe poſſim, ſemper monebunt. Veſtro itaque favore clementi comp
Theologorum graviſſimorum *Decada* geminam: & affectum ſaltem probate. C
in magnis rebus laudandum: etiam cum vires non reſpondent. Ita vivite, ita val
animæ, clara Poloniæ lumina, quàm diutiſſimè, quàm feliciſſimè. Heidelbergæ
Calend. Sextileis, anno duodeviceſimo ſeculi decimi ſexti, à Meſſia exhibito.

INDEX
EOLOGORUM EXTERORUM,
UORUM HEIC VITÆ DESCRIBUNTUR, SECUNDUM ANNORUM EMORTUALIUM SERIEM.

	Anno Chr.	*Pag.*
omas Crammerus	Anglus 1556.	1. a.
nnes Laſcus	Polonus 1560.	10. b.
guſtinus Marloratus	Lotharingus 1562.	12. b.
us Martyr	Italus 1562.	13. a.
nes Calvinus	Gallus 1564.	32. a.
elmus Farellus	Delphinas 1565.	57. a.
us Paulus Vergerius	Italus 1565.	59. a.
us Viretus	Sabaudus 1571.	61. a.
hanus Szegedinus	Ungarus 1572.	62. a.
nes Cnoxus	Scotus 1572.	68. b.
anuel Tremellius	Italus 1580.	71. b.
us Boquinus	Gallus 1582.	72. a.
onymus Zanchius	Italus 1590.	74. b.
nius Sadeel	Gallus 1591.	77. a.
elmus Whitak erus	Anglus 1595.	82. a.
bertus Danæus	Gallus 1596.	89. a.
ertus Rollocus	Scotus 1598.	90. a.
laus Hemmingus	Danus 1600.	95. b.
ciſcus Junius	Gallus 1602.	96. b.
dorus Beza	Gallus 1605.	101. b.

ENCHUS SECUNDUM ALPHABETUM NOMINA RECENSENS.

nius Sadeel.
onius Marloratus
s Junius.
us Farellus.
s Whitakerus.
nus Zanchius.
l Tremellius.
Calvinus.
Cnoxus.
Laſcus.

Lambertus Danæus.
Nicolaus Hemmingus.
Petrus Boquinus.
Petrus Martyr.
Petrus Paulus Vergerius.
Petrus Viretus.
Robertus Rollocus.
Stephanus Szegedinus.
Theodorus Beza.
Thomas Crammerus.

JULII GUILIELMI ZINCKGREF
EPIGRAMMA IN VITAS THEOLOGO-
RUM EXTRANEORUM,

MELCH. ADAMI.

SIc Evangelium ſe terras fudit in omnes:
Ceu fulgur mundi templa repente ferit
Hoc extrà aſt ſtringit mortalia lumina tantum
Illud inoccidua pectora luce beat.
Hæ ſanctæ teſtes animæ: hæ Hyperionis inſta
Ante Deum illuſtres, ante hominesque m

VITAE
THEOLOGORUM
QUI SUPERIORI SECULO ECCLESIAM CHRISTI
propagarunt & propugnarunt.

OMAS CRAMMERVS.

HOMAS CRAMMERUS in Angliæ provincia *Notingamienſi* natus perhibetur, ann. Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo nono*, die
o Julii: patremque habuiſſe cogno-
n ex generoſa proſapia; matrem illu-
Agnetam Hatfeldam, pari & ortam
& virtute florentem. Puer cum pri-
per ætatem literis erudiri potuit, ma-
iſus eſt publico oppidi *Aslottonia* li-
ſeu adminiſtro: ſed non elegantiſſi-
actus informationem, cum in minu-
s *Grammatices* rudimentis aliquandiu
s, jamque ſatis præparatus videretur:
cens, annum agens *decimum quartum*
rigiam, grandioribus imbibendis di-
is, à matre miſſus fuit.
derunt ipſius ſtudia in illa tempora:
fœda barbaries, ejectis neglectisque
ris doctrinæ auctoribus, omnes occu-
cholas: artium liberalium nomina dun-
numerus nota erant; res penitus amiſ-
ialectica in nugas Sophiſticas degene-
: *Philoſophia* argutiis & quæſtionum
nthis, nunquam finiendis, miſerè di-
tur: *linguarum* ac politiorum litera-
us vigebat ferè nullus: *Theologia* de-
pſa eo prolapſa erat: ut articulis & di-
nculis onerata, quæſtui magis pauco-
quàm ædificationi multorum ſerviret.
uſmodi ergo tempora cum incidiſſet
rammeri indoles: coactus fuit bonam
entiæ partem, meliori dignam inſtitu-
ævo, *Scoticis* tricis, ſimilisque notæ
nculis impendere, ad vigeſimum uſ-
atis ſuæ annum. Tandem, poſt longas
æ tenebras, ceperunt, ſub id tempus
decimi quinti à Chriſto nato, linguæ
iores literæ paulatim effulgere & efflo-
: ceperunt *Fabri* & *Eraſmi* libri in deliciis haberi, cum eleganti elegantiorum auctorum copia. Quorum cum Crammerus incredibili flagraret deſiderio: ad eos non aliter, quam ad cotem, quotidie priſcam detergebat ſcabritiem, donec exorto tandem *Martino Luthero*, plenior ac felicior divinæ cognitionis dies, mentes hominum ad uberiorem veritatis lucem expergefecit: Quo tempore ingreſſus jam annum ferme *trigeſimum*, cæteris poſthabitis aliis ſtudiis, animum ad cauſas religionis in utramque partem diſcutiendas unice appulit. Cum autem de rebus hujusmodi commode judicari non poſſe videret: niſi perſpectis, conſultisque fontibus antequam ſententiæ alicui accedas: totum *triennium* ſacræ ſcripturæ monumentis perlegendis impendit. His igitur non minus prudenter, quam feliciter jactis fundamentis, ubi jam ſat collectum præſidii, ad judicii maturitatem videbatur; tanquam avidus avarusque rerum bonarum negociator, cepit tandem evolvendis omne genus autoribus animum adjicere: nulli tamen interim addictus parti, vel ætati: ſed velut ſcepticus quidam, rerum omnium contemplator, vel Pythagoricus auditor omnes omnium opiniones tacito ſecum judicio trutinabat. Veteres ita legebat ſcriptores: ut tamen recentiores non faſtidiret. Interim in percurrendis, conferendiſque ſcriptorum judiciis, tardus quidem lector: ſed vehemens erat obſervator. Sine calamo nunquam ad ſcriptoris cujusquam librum acceſſit: ita tamen ut memoriam interim haud minus, quam calamum exerceret. Quicquid de re quaque uſquam controverſum, quæ cujuſque autoris ſententia, quæ ſententiarum diverſitas eſſet; breviter calamo exceptum, in *locos communes*, quos in hoc paratos habebat, tanquam in ordines digerebat. Aut ſi prolixior eſſet enotatio, locum ſaltem in autore, numerum libri ſignabat; ut aliqua rei nota, ceu veſtigium reſtaret ad memoriam.

Politiores literas amplectitur.

Lux Evangelii nova.

Controverſias religionis ſtudet cognoſcere.

Legit diligenter Biblia.

Et alios auctores.

Ratio ejus legendi.

Loci communes.

Hanc ſtudii rationem magna diligentia urſit tantiſper dum ad annum progreſſus *trigeſimum quintum*; titulum eum conſecutus eſt; qui in Theologorum ſchola ſummus.

Doctor Theologiæ renunciatur.

Sub id tempus agitabatur *de nuptiis regis Henrici 8. controverſia cum Catharina, Ferdinandi Hiſpani filia.* Hæc cum prius *Arthuro* nupſiſſet fratri: hinc lis per Theologorum Scholas nota eſt, & Academias: *legitimum ne inire matrimonium poſſet cum altero fratre quæ prius nupſiſſet alteri, eſſetq; ab eo cognita.*

Controverſia de nuptiis Henrici 8. Angliæ regis.

Cum igitur ab Epiſcopo Lincolnienſi *Longlando*, cæteriſque eccleſiæ procerib. aliquot, regi perſuaſum eſſet; non legitimum eſſe tale connubium ſed verbo Dei diſſentaneum: placuit tandem aliquot hominum doctiſſimorum ex utraque Academia Cantabrigienſi, & Oxonienſi ad quæſtionem ejus rei pertactandam adhibere, iiſque deciſionem cauſæ committere. In hoc duodecimviratu erat & Crammerus; ſed quia id temporis peregrè aberat ab Academia: ſuffectus eſt ei alter, qui abſentis ſuppleret vicem. Poſt longam ultro citroque diſceptationem, tandem in hanc itum eſt ſententiam à duodecim; *ut conjugium, licet ſua natura illegitimum non negarent, poſſe tamen, diſpenſante Romano Pontifice, legitimum fieri, faterentur.*

Arbitri duodecim conſtituti. In quis & Crammerus. Deciſio ejus controverſiæ.

Haud multo poſt reverſus in Academiam Doctor Crammerus, ſuam rogatus ſuper ea re ſententiam: ſic argumentis contendit, ſic cauſam munivit, cum Doctoribus diſputans; ut quinque ex his facile in ſuas pertraxerit partes. Unde mox per totam *Cantabrigiam* in circulis, in colloquiis, in ſympoſiis, in ſcholis ſimul & privatis ædibus, publica jam materia frequenſque quæſtio omnium ore percrebuit: *Num Papa facultatem haberet legem divinam relaxandi: ut fratri liceat fratris uxorem ſibi adſciſcere.* Deventum denique eſt eo: ut à pluribus in diverſam partem, hoc eſt, contra Pontificis auctoritatem ſit judicatum.

Quam impugnat Crammerus.

An Papa legem divinam poſſit laxare.

Id ubi *Stephanus Gardinerus*, qui tum regi erat à ſecretis, poſt *Wintonienſis* deſignatus epiſcopus, intellexiſſet: regem illico ejus rei certiorem fecit: quemadmodum *Crammerus* quinque ex Doctoribus arbitris in diverſam transdediſſet ſententiam; itemq; alios ejus Academiæ complures. Quod cum rex audiſſet; Crammerum accerſit: multiſque cum ipſo ſuper ea re diſquirit. Tandem pluribus ab eo edoctus rex, domum cum his mandatis remittit: *fuſius iſtis apud ſe tractatis per ocium ſingula diligenter ſcripto conſignet: atq; ad ſe quamprimum transmittat.*

Stephanus Gardinerus.

Ad regem accerſitus Crammerus.

Hoc expedito, rex Crammerum ad ſe reverſum recta in *Galliam* ablegat cumque eo comitem de *Villugia* legatum, primarium doctorem *Leum* Eboracenſem deſignatum Archiepiſcopum, *Stokisleum* Epiſcopum Londinenſem: juris præterea Doctores & conſultos tres, *Trigonellum, Karnium, & Benetum:* qui Lutetiæ aliiſque in Academiis, ſuper eo negotio cum Theologis contulerunt. Ea in legatione ita ſe geſſit Crammerus; ut

In Galliâ ablegatus.

literis ad regem de ſingulari prudentia,
vitate, & eruditione commendatus obt
rit tandem: ſolus ut ad Cæſarem profic
retur regis nomine, controverſiæ iſtius
dicandæ cauſa. Erat tum Cæſar in expe
ne Viennenſi contra Turcam: quo tem
Crammerus, facto per Germaniam iti
non paucos in ſuam pertraxit opinio
non ſolum extra aulam, ſed etiam i
Auguſta, inter quos *Cornelius Agripp*
de matrimonii hujus negotio ita fertur
reſpondiſſe: *veriorem eſſe quidem c*
ipſius: ſed palam id profiteri, metu P
Cæſaris, non audere. Cæſar autem à
ejusmodi cognitione abhorrens, totam
ſtionem ad Pontificiam curiam rejecit.
circa domum revocatus Crammerus
multò poſt *Romam* eadem de re lega
Pontificem proficiſcitur. Hic nihilo ſ
rem egit, diu multumque cum illis col
tus: donec tandem primarii Pontificis
logi, in Pontificia Academia *Rotoma*
argumentis adacti faſſi ſunt: *Hoc quide*
trimonii genus divino adverſari præ
ita tamen ut nihil obſtaret, quin, diſp
te Romano Pontifice, haberi pro legitim
ſit. Contra, non poſſe, Crammerus c
dit acriter. Interea dum hæc aguntu
concedit Archiepiſcopus Cantuarienſi
lemus Waramus: inque ejus locum hi
mas Crammerus ſurrogatur.

Haud multo poſt, ut anſa anſam tra
quæſtionem hanc de nuptiis, alia e
quæſtio *de Pontificis jure*: ut jam in p
totius regni conventu (*Parlamentum*
vocabulo dicunt) *de primatu Roman*
ſiæ dubitari cœptum ſit. Atque hic d
novo Archiepiſcopo vetus illa exce
colligendique ratio plurimum profu
cumbente enim in ipſius potiſſimum
ros univerſa negotii mole, ſolus omn
nium Pontificiorum objectiones excep
tudit, profligavit: ac quid de Roman
tifice, omnique ejus auctoritate, ſtatu
ſit, ex ipſis fundamentis explicavit:
natum Pontificis nullo ſcripturæ funda
niti: ſed affectata & ambitioſa homi
rannide invectum eſſe, maximam in
potentiam Cæſari, regibus, cæteriſq; D
deferri: cui epiſcopos, presbyteros, p
ces & cardinales, perinde ut alios
neceſſe ſit. Proinde nihil eſſe, cur Ro
cæteris auctoritate præſit epiſcopis: ſu
magiſtratus agnoſcere, ac in ordine
oportere. Inter ſuos concedi ei au
tem: ſed tam inſolentem atque imm
tam ſedis Romanæ amplificationem,
modo ferendam. Rectiſſimè igitur
ſibi, fore; ſi, regis ordinumque un
conſenſu, ambitioſus epiſcopi illius
natus ex Anglia profligatus, intra
Italiam, tanquam inter ripas, coërc
His ita in Parlamento actis & decretis
quanto poſt rex cum regina jure Eccleſi
ad *Archiepiſcopum Cantuarienſem* &
ph

num Gardinerum Wintonienſem, qui ces hujus matrimonii fuere conſtituti, tur Dunſtabliæ; auditurus divinæ legis de re ſententiam. Nec recuſavit rex di- æ ſe cognitioni ſiſtere, paratus ad omnia tima. Regina autem eorum judicia de- ſtans, ad Pontificem cauſam omnem re- e maluit: verum exploſa Pontificis è re- auctoritate, cum decreto publico ſanci- cautumque eſſet: *ne quis extra regni ad Romanum Pontificem de quacunq; rovocaret:* judices nihil cunctati, ex o Dei illegitimam matrimonii copulam unciant, ac nexum diſſolvunt. *Winto- ſis* autem, etſi in ordinum comitiis pa- conceptisque verbis Pontificiam domi- inem abjuraſſet: ſub pectore tamen vul- tectum gerebat ſpirabatque erga Roma- Pontificem favorem. Contra verò Ar- piſcopus, id quod res erat intelligens, im eſſe *eccleſiæ reformandæ ſpem, vigen- tificis poteſtate*; exturbata nunc illa ionem arripit: & eccleſias ad ſanio- Chriſti diſciplinam, ac primitivæ eccle- rchetypum paulatim revocat: ſimul- um ejecto Pontificis primatu, errores es, & corruptelas illius intra ſuæ ditio- meria evertit. Nec eo contentus, por- ud regem partim ſua, partim aliorum latione impetrat: ut certis ad hoc de- epiſcopis doctisque viris daretur nego- : ut, collatis inter ſe ſententiis, librum *itionis eccleſiaſticæ*, ab omni ſuperſti- Papiſtica purum, componerent. Fuere numero *Stokislens* epiſcopus Londi- , *Gardinerus*, Wintonienſis: *Samp-* Cheſtrenſis: *Repſius*, Norwicenſis: *kus* Plienſis: *Latimerus* Wigornien- *axtonus*, Salisbur. *Barlius* St. Davidis. erea autem Wintonienſis ille, pro ſuo manenſem ſtudio, cum trib. quatuorve uſdem farinæ epiſcopis; dat operam ac ſubtiliter: ut jura omnia ac cano- teris idololatriæ & ſuperſtitionis, quan- oſſit, rata retineat. Victus tamen ve- Patrum, vetuſtioris eccleſiæ, vetuſtiſ- rbi cœleſtis auctoritate, cedit tandem, ue ſubſcribit: quem ab auctoribus, *palem* nuncupabant.

eo libro apparet: nondum ſatis inſtru- n doctrina ſacramentorum fuiſſe Can- nſem; cum in eo *realis Chriſti præ- ſtatuatur: additum præterea *de ſtatuis is*: quanquam poſterior hic articulus iſcoporum fuit, ſed regis manu ad- s poſtea, non ſine impulſu (ut fuit o) Wintonienſis.

ita conſtitutis, cœptum eſt deinceps *aſteriis abolendis* agitari. Regis huc at animus: ut *univerſus cœnobiorum in fiſcum* inferretur: contra Archi- po aliiſque eccleſiaſticis viſum eſt: *è re atque officio fore Chriſtiano*; *ſi id ex bonis monaſteriorum*, quod a immenſum erat; *in neceſſarios ege- norum ac ſcholarum uſus* converteretur.

Hac re nonnihil regis voluntas adverſus Archiepiſcopum ejusque doctrinæ ſocios immutata, inſtigante maxime *Gardinero*: qui omnes captabat occaſiones Evangelii retardandi; *ſex * illos articulos*, ſummam religionis Pontificiæ continentes, promulgavit: plenoque Parlamenti conſenſu firmavit. Sex iſti articuli quantam ſtragem innocentiſſimorum martyrum per annos octo dederint, aliis e monumentis hiſtoriarum & martyrologiorum cognoſci poteſt. Quanquam rex poſtea, remittente ira, perpendens, quod res erat, Cantuarienſem cum ſuis, quicquid hic moviſſent, non protervia animi, ſed ſimplici conſcientia factitaſſe: mitius agere, & quorundam aſperitatem articulorum lenire, nonnihil in animo fertur habuiſſe; plura etiam fortaſſe facturus, ſi ſupervixiſſet. Sed iſtas inſtaurandæ religionis partes voluit divina providentia * filio relinquere *Eduardo*: qui poſt patris * funus imperii faſces capeſſens etiamdum puer, inſtinctu inprimis avunculi ſui *Eduardi* comitis *Herfordenſis*, Angliæ protectoris, & Crammeri Archiepiſcopi, adhibito ordinum conſenſu, ſex illos articulos primum antiquavit: deinde & *ſecundæ reformationis* librum *alterum*, mox item *tertium* (ut majora in dies religio ſumit incrementa) priore perfectiorem, ſub nominis ſui auctoritate evulgavit.

Decreta de religione ab Henrico 8. facta

**Quos habet Sleidanus lib. 12. Comment. ſub Anno 1539.*

**Eduardo*

** Anno 1547. 3. Jan. ætat. 56. Ω Henricus rex Angliæ.*

Eduard. Herfordenſis Angliæ protector.

Decreta religionis antiquantur.

Liber reformationis alter & tertius.

Verum ut *nihil eſt in rebus humanis perpetuum, nec diu felix*, promerentibus ſic peccatis noſtris, poſt *ſextum* regni ſui annum, in morbum incidens ſummæ ſpei princeps cum fatalem horam adeſſe ſentiret, nec diutius ſupereſſe vis venenati morbi pateretur; regni hæreditariam ſucceſſionem, rejecta *Maria* ſorore in Pontificias partes inſaniente, in *Joannam Suffolciam Henrici* regis ex ſorore neptem, ſuaſu Senatus legato reliquit. Huic Eduardi teſtamento cum regni proceres & ordines judicesque ad unum omnes ſubſcripſiſſent: accerſitum Crammerum Archiepiſcopum idem ut faceret rogarunt. Hic vero legitimæ ſucceſſionis jus violari neutiquam æquum exiſtimans; nec juramentum prius in Mariæ ſucceſſionem datum negligendum; primo acriter recuſavit. Sed in familiare colloquium regis decumbentis admiſſus, cum ille urgeret, & religionis periculum ob oculos poneret, poſt longam cum proceribus & legumperitis diſceptationem, publico Senatus conſulto ægre ſubſcripſit.

Joanna Suffolcia Angliæ regina ex teſtamēto.

Diſceptatio ſuper ea ſucceſſione. Thuan. lib. 13. hiſtor.

* Exſtincto poſtea Eduardo rege, adoleſcente *ſeptendecim* fermè annorum, non ſine regni totius ingenti luctu, Senatus continuo per præconem *Joannam* illam, invitam licet, reginam renunciat. Ea res univerſæ ferè plebi valde fuit ingrata, non tam quod Mariæ illi faveret; quam quod filius ducis *Northumbriæ*, cui Joanna nupſerat, rex futurus videbatur. Gliſcebat eodem tempore capitalis inter patricios & plebejos diſcordia, ob injurias

*Ω * Anno 1553. d. 6. Julij: natus Anno 1537. die 12. Octob. γαστροτμητος.*

Joan. Suffolcia regina declaratur.

Inde ſeditio.

a 2 quaſdam

quaſdam agrarias, & immoderatas expilationes. Tum inter cæteros dux Northumbriorum minimè omnium gratus vel ob recentem ruſticorum Northfolcenſium ſtragem, vel ob occultam regis veneno ſublati ſuſpicionem. Auxit vulgi odium, ducis Somerſeti, clariſſimi regis avunculi memoria: quem Northumbrici ambitio bis carceri, tandem etiam neci dederat; cum eſſet regni Protector.

Maria regina.

Maria interim in tam tumultuoſo rerum ſtatu, dum Northumbricus comparata tumultaria armatorum manu, ad eam opprimendam properat, facta ad populum provocatione, brevi tempore juſtas militaris plebeculæ copias contrahit. Quod ſimulatque ſenſerunt, ex patricia nobilitate nonnulli, deficere & ipſi ceperunt. Itaque augeſcentib. in horam magis magisque Mariæ rebus; Northumbricus, ubi ſtudia & animos vulgi videt, ſuis diffiſus rebus, Cantabrigiæ dum ſe in tuto continet, facili momento à Marianis eſt oppreſſus: & captus Londinum reductus, inque arcem miſſus.

Northumbri dux capitur.

Maria ſtabilita regni poſſeſſione firmatisque rebus, paulo poſt Londinum & ipſa ſubſecuta, principio *Joannam* tenera adhuc ætate, ſed ſenili raraque doctrina ac probitate adoleſcentulam, atque hac in re inſontem, poſtquam nulla ratione à fidei ſuæ conſtantia flectere quivit, una cum marito, capite plectit.

Joan. Suffolcia capite mulctatur.

Nec longa interjecta mora, utriusque parentes Northumbricum & Suffolcium Duces, ad idem ſupplicium pœnasque rapit. Reliquis verò nobilibus, qui reginæ illi nomen dederant, pecunia tantum mulctatis, omnibus ignovit; præter unum Cantuarienſem: qui etſi per amicos ſollicite peteret veniam; adeò tamen nullam impetravit; ut nec aſpectu ſemel Regina eum fuerit dignata. Quippe *necdum cauſæ irarum, ſævique dolores, exciderant animo: manet alta mente repoſtum judicium Myſtæ, ſpretæque injuria matris.* Acceſſit inſuper, præter divortium illud, mutatus religionis ſtatus: quæ omnia Archiepiſcopo maximè autori imputabantur.

Vetus Mariæ odium in Crammerum.

Interea dum hæc fiunt, evulgatur multorum ore jactatus rumor; Archiepiſcopum reginæ pollicitum, captandi favoris gratia, miſſam ſe, ex veteri inſtituto, funebrem, in fratris defuncti exequiis decantaturum. Nec defuerunt, qui Miſſam jam etiam *Cantuariæ* ab eo celebratam, vulgò diſſeminarent. Qua in re non abfuit papiſtarum ſine dubio quorundam, ac præcipuè (ut fertur) Doctoris *Thordoni* artificium, quo vel Archiepiſcopo majorem apud populum invidiam conflarent: vel ut nominis illius obtentu, ad miſſæ authoritatem conciliandam abuterentur.

Fama de Crammero ſiniſtra.

Huic rumori, mature occurrendum ratus Crammerus, publico ſcripto, quod typis exſcriptum eſt, in hunc ſe purgat modum; *ut Satanæ antiqui hoſtis conſutas fraudes & techna ſe non ignorare diceret; qui ut ipſe à principio mendax ſit, & mendacii pater: ita & miniſtros excitet ſuos; qui iiſdem artibus Chriſtum veramque ej[…] ligionem nunquam non impetere per[…] atque id hoc ipſo maximè tempore. […] enim nuper Henricus 8. cepiſſet no[…] Latinæ miſſæ errores emendare, poſt[…] cedens Eduardus filius ea prorſus ſub[…] Cœnam vere Dominicam in legitimo u[…] ponere: contra ſtatim adverſarii cep[…] fremere, tumultuari ac inſanire; nih[…] rentes minus, quam ſe à Latina miſſa […] quæſtuoſa avelli. Idq; ut facilius perſ[…] exſtitiſſe quoſdam qui ſui nominis pra[…] abutantur; quaſi ipſemet miſſam Cant[…] jam revocaſſet: idemq; porro in æde […] na facere; reginæ ſit pollicitus. Quo[…] attineat; ſe tam delicato, aut irritabi[…] genio non eſſe: ut calumnias malevo[…] quibus jamdudum callum obduxit, fer[…] ſtomacho nequeat, modo intra priv[…] conſiſtant injuriam. Jam verò cum n[…] ma ſua, ſed divinæ gloriæ illæ officiant: […] animo nequaquam ferendas eſſe. Quo[…] monere ac rogare ſe omnes; ne iſtiu[…] rumuſculis fidem habeant: quaſi ipſe d[…] ſa reficienda cogitarit unquam. Auct[…] hujus rei Cantuarienſi in eccleſia mona[…] fuiſſe levem, futilem, ac paraſitum. […] ad reginam abunde teſtari poſſe; nun[…] apud eam ſe verbulum hac de re feciſſe […] ſi conceſſura illa ſit; non dubitaturum […] bri illius, Eduardo rege Parlamenti ſ[…] giis approbati, patrocinium publicum […] tra quoſvis per univerſam Angliam a[…] ſarios ſuſcipere: eumq; tum exempli[…] cleſiæ veteris, tum ſacrarum literaru[…] ritate tueri. Cum è diverſo miſſa adeo[…] lam habeat vel Chriſti, vel Apoſtolicæ […] ſiæ approbationem: ut ex diametro repu[…] & præterea non dicendas blaſphemias […] plectatur. Et quando multi ſint; qu[…] inſcitia, ſive malitia occæcati doctrin[…] Petri Martyris detrahant; recipere ſe[…] nomine audacter, ſi liberam in diſpu[…] nem per reginam venire liceat, ipſos […] cum quatuor vel quinque aliis, quos ex […] numero ſibi eſſent adſciturì, univerſa[…] ligionis cauſam, ſub Eduardo propa[…] facile cunctis mortalibus approbaturo[…] do res ipſa divini verbi judicio & au[…] tate decernatur: nihil etiam aliud a[…] verſariis poſtulaturos; quam ut totu[…] ſputationis negotium literis conſignatu[…] acta referatur: orbique publicè evage[…] quo vel ſic omnis tergiverſandi retract[…] que facultas adimatur. Quæ conditio[…] ſi ut æquæ ſint, ita à regina admittantu[…] effecturum ſe citra omnem dubitatio[…] ut, quæ religionis reiq. Eccleſiaſticæ f[…] ſub Eduardo principe conſtitutio, à ſe[…] divinæ & Apoſtolicæ veritatis quam n[…] mum recedere videatur.*

Idem ſe purgat.

Hæc Crammerus tunc in lucem d[…] magno quidem animo; ſed parum, u[…] detur reginæ mentem, veteresque odii […] ſas perpendens: implacabili enim an[…]

ſ odio flagrans, ob maternum repudium,
il aliud jam diu in votis habebat; quam
mmeri necem. *Nec deeſt, principibus*
ſertim, unquam nocendi cauſa; quoties
apud graſſari cujuſquam libet.
/enit hæc Crammeri epiſtola in procerum
ſilii manus: qui cum ex accerſito intel-
ſſent; ſcripti ejus auctorem eſſe; in car-
em eum * abduci jubent: mox etiam *ma-*
tis reum condemnant. Regina autem,
honeſte non poſſet, cæteris qui in eadem
a fuiſſent, abſolutis, huic quoque non
lonare; qui poſtremus omnium inuitus-
ſubſcripſiſſet: miſſa hac actione, cepit
ſeos eum poſtulare. Hoc Crammero
e accidit gratum: quando jam cauſam
ſuam, ſed Chriſti, non reginæ, ſed Ec-
e agi intelligeret.
oc in ſtatu cum Crammeri res eſſent:
n reginæ ex ſuorum conſilio: ut *Oxo-*
abduceretur, cum ejus Academiæ do-
bus & theologis diſputaturus. Interea
nienſibus clam denuntiatur: ſe accin-
quantumque poſſint ad congreſſum pa-
Erat quidem jam à regina & Epiſcopis
uſum; quid de Crammeri capite ſta-
placeret: ſed ut ſub legitima actione
litas tegi poſſet, diſputatio iſta fuit de-
Venit ergo Oxonium Crammerus:
atio ſolennis ad diem certum indicitur:
æ rei *Weſtonus*, prætorius judex, præ-
: Crammero, eadem in cauſa & peri-
luo Epiſcopi, *Nicolaus Ridlæus* Lon-
is & *Hugo Latimerus* Wigornienſis,
guntur. Tres iſti ad cauſam cum Theo-
iſceptandam ſimul, ſed antea ſemper
ibus disjuncti, die *decimo ſexto* Apri-
nno *milleſimo, quingenteſimo, quin-*
ſimo quarto, in ſchola Theologica pro
uri adeſſe jubentur. Initium factum
chiepiſcopo *Crammero*; cui biduum
utum; *ut uno die objectionibus reſpon-*
altero quæ vellet, objiceret: idem
s reliquis indultum. Sed hic longum
ommemorare, quanta animorum acer-
quibus partium ſtudiis, quo ſtrepitu,
cachinnis, conviciis, exploſionibus
judiciis res geſta ſit: ut non diſputatio,
ſpitatio, non diſputantium, ſed Bac-
um tumultus ac turba adeſſe videretur.
ecem aut duodecim ſimul, quaſi ag-
cto in Crammerum invadebant, de
impudentiæ certantes, *Weſtono* ago-
ê ſublimi Theologicæ majeſtatis ſo-
ybantum turbas deſpiciente; & inter-
iam, ne κωφὸν πρόσωπον eſſet, tela
ta projiciente. Accuſatis autem loqui
præſcripto Theologorum non licebat;
id præfari, aut liberius pro ſe dicere
ant: mox è ſublimi ille cathedra, *ad*
ſcendere jubebat: ſi argumenta ac-
proſequi volebant, quod ſæpe ne-
confeſtim audiebant: *conciſis Domi-*
ciſis argumentis. Hoc eſt ſententias
onferre: hoc errantes placide in viam

reducere: hoc alienis malis appoſitè medi-
cinam adhibere. Exitus itaque diſputationis *Exitus il-*
fuit hic: ut cum tria capita ſeu tres conclu- *lius diſpu-*
ſiones ad diſcutiendum eſſent propoſitæ; vix *tationis.*
unum ſatis cum Cantuarienſi examinarint
Theologi; nihilominus tamen quaſi de om-
nibus convictum condemnarint, & in carce-
rem iterum cum haſtatorum ac ſpiculatorum
manu reducendum curarint. Habetis ita vi-
ctum, habetis & vinctum, habetis denique
condemnatum Crammerum.

In ſqualore itaque carcerum dum *bien-* *Ad defe-*
nium ferè miſere excruciatur: à regina & epi- *ctionem ſo-*
ſcopis ſubornantur; qui quod argumentis *licitatur*
& diſputando non poterant, blandiciis ac pro- *Crammerus.*
miſſis tentarent; eumque ad defectionem *Henricus*
ſolicitarent. Videbant enim non mediocre *Sidallus,*
ſe vulnus accepturos; ſi in ſententia perſti- *& Joann.*
tiſſet: contra plurimum è re ſua fore, ſi *de villa*
unus hic anteſignanus palinodiam ceciniſſet. *Garcina.*
Confluunt itaque ad eum frequentes Theo-
logi, inter quos primi *Henricus Sidallus*
Anglus, & frater Johannes Hiſpanus de villa
Garcina: qui omnibus adhibitis machinis
animum ejus expugnare * annisi ſunt: *nunc* *Idem fe-*
reginæ & procerum gratiam nunc vitæ & *cit Regi-*
dignitatis obtinendæ ſpem ſuggerentes; *nunc* *naldus Po-*
negotium factumq; ipſum elevantes; *nunc* *lus Cardi-*
genus mortis atrociſſimum & probroſiſſimum *nalis.*
exaggerantes. Aut in flammis vitam finien-
dam, quod omni ætati & conditioni acer-
bum: aut ſubſcriptione brevi conſervandam,
quod factum facile & ipſi maxime ſalutare.
Reſtitit his & ſimilibus Sirenum blanditiis
aliquantiſper maſcula præſulis conſtantia:
ſed cum finem illi facerent nullum, ſive im-
portunitate eorum fatigatus, ſive timiditate *Lapſus*
ſua victus, tandem manus dedit, ſpe vitæ, *Crammeri.*
ut videtur, & temporum feliciorum, longe
autem præter conſcientiam; uti res ſatis in-
dicavit. Sed ita arcanis DEI conſiliis viſum;
ne vel ſummæ in hoc viro virtutes ſine omni
nævo nimiæ aliis admirationi eſſent; vel ut
Theologorum illuſtrius hoc facto patefierent
mendacia; vel etiam ad minuendam noſtra-
rum virium fiduciam, & oſtendendam DEI
in erigendis lapſis benignitatem: Erat au-
tem palinodiæ, cui ſubſcripſit, hæc à Theo- *Formula*
logis præſcripta formula: *ejus pali-*
nodia.

Ego Thomas Crammerus anathematiſo
omnem Lutheri & Zuvinglii hæreſin, &
quodcunq; dogma ſanæ doctrinæ contrarium;
confiteor vero & credo firmiſſimè unam ſan-
ctam & catholicam Eccleſiam, extra quam
ſalus non eſt, atq; ejuſdem in terris ſupre-
mum agnoſco caput Epiſcopum Romanum,
quem fateor ſummum eſſe pontificem, & *Pontifex*
Papam, & Chriſti Vicarium, cui omnes te- *Romanus.*
nentur ſubeſſe fideles. Jam quod ad Sacra-
menta attinet, credo & colo in ſacramento
Euchariſtiæ verum Chriſti corpus & ſan- *Euchari-*
guinem; ſub ſpeciebus panis & vini, veriſ- *ſtia.*
ſime, citra ullum tropum & figuram conten-
ta, converſis & tranſubſtantiatis pane in
corpus & vino in ſanguinem Redemptoris

divina potentia. Atq; in ſex aliis Sacramentis (ſicut in hoc) id credo & teneo, quod univerſa tenet ac ſentit Eccleſia Romana. Credo inſuper purgatorium locum, ubi ad tempus cruciantur defunctorum animæ, pro quibus ſanctè & ſalubriter orat Eccleſia: ſicut & ſanctos colit, ad illosq; preces effundit. Demum in omnibus me profiteor non aliud ſentire, quam Eccleſia Catholica & Romana tenet: ac me pœnitet, quod aliud unquam tenuerim ac ſenſerim. Deum autem ſupplex oro, ut pietate ſua mihi condonare dignetur, quæ in illum & ejus Eccleſiam commiſi: fideles ſimul rogo & obſecro: ut pro me preces effundant. Eos autem qui meo aut exemplo, aut doctrina ſeducti ſunt, per ſanguinem Jeſu Chriſti obteſtor, ut ad Eccleſiæ redeant unitatem: idemq; dicamus omnes, ut non ſint in nobis ſchiſmata. Poſtremo ſicut me ſubjicio Catholicæ Chriſti Eccleſiæ: ejuſdem ſupremo capiti: ita me ſubmitto Philippo & Mariæ Angliæ regibus: atq; eorum legibus & decretis: & teſtor Deum Opt. Max. hæc in nullius gratiam, nullius metu à me confeſſa: ſed ex animo & libentiſſimè, ut mea & aliorum ſimul conſcientiis conſulam & proſpiciam.

Purgatorium. *Sanctorum cultus.*

Per me Thomam Crammerum.

Teſtes hujus ſubſcriptionis { *Frater* Johannes Hiſpanus de villa Garcina. Heinr. Sidallus Anglus. }

Hac ſubſcriptione expreſſa Theologi nihil morati, ſtatim typis excuſam evulgant: adduntur ad majorem fidem, cum ſolenni ſubſcriptione Thomæ Crammeri nomen, ſimul & recantationis teſtes. Interim Crammerus in certa erat vitæ ſuæ à Theologis promiſſæ expectatione. At illi facti jam voti compotes, cætera fatis curanda permiſerunt; ut fidos decet Theologos. Regina jam tempus nacta veterem ulciſcendi dolorem, recantationem perlibenter quidem accipit: Cæterum de mortis perſequenda ſententia adeo nihil remittit; ut periculo etiam non abeſſent, qui auſi pro eo interpellare. Hic vero Crammeri res in miſero ſane ſtatu fluctuabant; cui neque apud conſcientiam, quam violaſſet: neque apud adverſarios quos placaſſet, quicquam erat tutum; ut jam nec honeſte mori, nec vivere inhoneſtè liceret. Itaque dum captat compendium in duplex ſe diſpendium conjicit, ut neque apud bonos tacitam ignominiam, nec apud malos apertam vitare perfidiam poſſet. Interea dum hæc, ut diximus in carcere geruntur inter Theologos, Regina occulta cum ſuis de tollendo Crammero conſilia agitat: cui nondum ſævum hoc Reginæ odium innotuerat, & qui nihil minus, quam mortem tunc expectabat. Quid multis? paulo ante eum diem, quem regina neci illius deſtinarat; accerſito ad ſe D. *Colo* clan-

Typis palinodia evulgatur. *Odium reginæ in Crammerum.* *Conſilia de tollendo Crammero* *Colus Theologus.*

culum mandat: ut concionem funebr
diem menſis Martii viceſimum prim
Crammero exurendo paret: ſimulq
voluntate ſua quid ea in concione fier
ceret, accurate & ordine edoctum dir
Advocantur mox & D. *Vilianus* de T
& D. *Shandoius*, Barones: D. T. *Brig*
& *Johannes Bronnus*, equites aurati,
dynaſtæ: & Oxonii die dicto cum ſu
turmis adeſſe jubentur. Colus accepti
gina mandatis, pridie ſupplicii ad Cra
rum in carcerem ingreditur, explor
num in fide Catholica perſiſteret. Cu
Crammerus ſe in fide Catholica in die
firmatiorem fieri reſpondiſſet; diſced
bonariam concionem, vere carbone di
parat, mentione nulla necis interim
facta.

Fatali Crammeri die iterum redit,
numquid pecuniæ haberet? cui cum
hil ſibi eſſe reſpondiſſet: quindecim c
nati, in quoscunque vellet diſtribu
numerati ſunt. Poſt ad fidei conſta
eum hortatus, abit; ea quæ ad conc
pertinerent, curaturus. Necdum a
rant, qui exſpectabantur, Barones &
pæ; cum adrepit frater ille Hiſpanus
dulam cum articulis adferens; quos
merus in publica ad populum palinodi
taret: flagitat præterea, ſua manu de
ac nomine ſignet. Quod ubi factum,
flagitat fraterculus μεγαλόσχημος; ut
exemplum deſcribat: quod ſua conſig
manu ipſe haberet. Factum hoc q
Subolfecit rem Crammerus; nec di
landi tempus jam eſſe ratus; *preca*
cum adhortatione ad populum habe
in ſinu occultat.

Interea juſticiarii & ordines illi,
quot ex reginæ ſenatu Oxonium ve
multitudo populi, tali in caſu ut fieri
confluit: ſuſpenſis animis eventum
ctant: pars Pontificiam ſuperſtitione
firmatum à Crammero iri, ſperantes
quidvis potius, quam hoc de tali viro
tremo vitæ actu ſibi pollicentes. U
religionis ſtudia diverſa; ita & vota.
ta exſpectatione & turba tandem è
Crammerus prodit: præit Major u
appellant; ſequuntur ordine Senator
hos Crammerus duobus cinctus frat
qui inter eundum obmurmurandis
Pſalmorum verſibus ſibi reſpondeba
men templi ubi tactum, illi cantic
meonis exorſi ad locum deſtinatum
cunt & deferunt.

E regione ſuggeſti ſcena erat paris
dinis Crammero martyri futuro erect
tum *Colus* ad concionem ſe accingit
exſpectat. Enimvero miſerum ſpectac
Qui nuper Archiepiſcopus, Angliæ p
regis fuerat conſiliarius: tunc pannoſ
mipexa toga, pileo quadrato ac detrit
didatus, omnium contemptui ac injur
poſitus, non tam calamitatis ſuæ, qua
conſ

ſtantis vitæ videbatur quemvis admone-
pſe tamen nunquam magis admirandum
ectabilem, quam eo ipſo die ſe præbuit.
n enim demum vera ſe exerit humilitas,
era patientia, ardens ad Deum clamor,
ſundus in ſpiritu gemitus: cum abſoluto
curriculo, omnium ejusmodi crepun-
um mundanorum ſpes eſt præciſa. Hoc
habitu ubi in ſcena aliquandiu conſtitiſ-
ad columnam proximam converſus,
genibus, ſublatisque ad cœlum mani-
ſemel iterumque eſt precatus. Interea
s conſcenſo ſuggeſto concionem exor-
: cujus argumentum à *Tobia & Zacha-*
tat deſumtum. Hos cum initio ob con-
em in vero DEI cultu perſeverentiam
ſſet: mox in tres deductam partes, ſo-
ſcholarum more, concionem totam
buit: primum *de miſericordia DEI*:
do, *de illius juſtitiæ manifeſtatione*,
m *de ſecretis principum non retegendis*
tus. Inde ab exordio progreſſus, ſumta
occaſione orationis in Crammerum de-
endæ, multo verborum calore cum eo
tulat: *quod imbutus aliquando ſana*
holica doctrinæ ſenſu, in heterodoxam
cioſiq; erroris diſciplinam dilapſus ſit:
non ſolum ſcriptis, omniq; conatu
gnaſſet: ſed & cæteros, ut idem face-
multa largitione, velut propoſitis er-
ræmiis pelliceret, pellectosque modis
us foveret. Summa autem hæc tripar-
clamationis; ut diceret; *divinam mi-*
rdiam ſic cum juſtitia temperari; ut
neque pro delinquentium meritis ex-
mnino Dominus; neque nullas tamen
rroget aliquando, etiam reſipiſcenti.
ſicut in Davide cui optione è tribus
œnarum generibus, quod potiſſimum
deligendi: atque is peſtilentiam ele-
riduanam, dimidium temporis con-
è illi Dominum, univerſum tamen
miſiſſe. Idem & in ipſo nunc fieri
er, cui etſi jam reſipiſcenti ab errori-
nia atq; reconciliatio, juxta canones
merito debebatur, eſſe tamen cauſas,
gina atque Senatus mortis ſupplicium
ſentia ei adhibendum cenſent: qua-
onnullas ipſe, nimium ne miretur,
diturus. Primum, „quod maje-
reus, Regis patris ſui, atque matris
mam ſolviſſet conjunctionem, præ-
ntificis Rom. quum metropolites eſ-
utoritatem. Deinde quod hæreticus
: quo autore, ac unico fonte, quic-
hæreticorum dogmatum, & ſchiſma-
m opinionum tot jam annos invalu-
er Angliam, dimanaſſet. Quarum
n occultus modo fautor, ſed & acer-
eſſet propugnator, uſque ad extre-
vitæ ſuæ tempus ſcriptis & argumen-
blice privatimque eas diſſeminans,
ne ingenti Eccleſiæ Catholicæ ruina
ria. Porrò ſic æquum videri juxta
is legem, ut quemadmodum Thomæ
„Moro regni cancellario pro Eccleſia mori-
„enti, Nothumbriorum dux moriens re-
„ſpondiſſet nuper: item ſit rurſus aliquis,
„qui Fishero Roffenſi quoque reſpondeat.
„Quoniamque Ridlæus, Hoperus, Ferra-
„rius, paria facere ei viro non potuerint,
„congruum videri; ut Crammerus, his ad
„explendam hanc talionis partem, adjunga-
„tur: Ad hæc alias quoque, tum juſtas, tum
„graves Reginæ atque Senatui eſſe cauſas,
„quas in Vulgus eo tempore efferri neuti-
„quam dicebat convenire. Poſt hæc con- *Ad auditores oratio Coli.*
verſus ad auditores, hujus omnes admoneri
exemplo præcipiebat. „Nullam in rebus
„humanis celſitudinem eſſe tantam, quæ
„polliceri ſibi in terris poſſit ſecuritatem. Di-
„vinam vindictam æque univerſim patere,
„parcereque nemini. Caverent igitur ſibi,
„ac ſuis diſcant parere principibus. Reginæ
„majeſtatem ſi tanto non parceret viro, hoc
„minus, in eo cauſæ genere parſuram cæte-
„ris. Nihil eſſe quod vel in opibus aut gene-
„ris quantalibet potentia, quisquam erroris
„ſibi conſtituat patrocinium. Ante oculos
„modo habere, unde omnes edoceantur,
„cujus porro calamitate ſuam quisque fortu-
„nam metiatur: quippe qui ex eo ſplendoris
„faſtigio, quo nihil fuiſſet ſecundum regem
„in regno florentius, in tantum ſquallorem,
„quantum omnes viderent, corruiſſet: ex
„primario plebejus, ex Archiepiſcopo &
„Metropolite captivus, ex gratioſo damna-
„tus: adeò infrà omnes abjectus infimos, ut
„neque ſpem meliori, nec locum pejori fere
„fortunæ relinquat. Poſtremo ad Cram- *Ad Crammerum item.*
merum iterum, reverſus monere ac rogare
plurimum; „ut quod neceſſario ferendum
„ſit, æquo fortique ferat animo. Etſi in hac
„vita, veniæ ſit ſpes præcluſa: non defutu-
„ram tamen apud Deum reſipiſcentiæ mer-
„cedem. Proponeret ante oculos latronis
„ſeram, ſed fœlicem pœnitentiam: cui adeò
„nihil nocuiſſet, prioris vitæ apud Chriſtum
„labes; ut eodem die comes ſit illi adſcitus
„in paradiſum. Neque verò id ſpectaret
„ſolum, quam carni grave quod pateretur,
„ſed mentem ad Deum referret magis, qui
„neminem ſupra vires tentari ſuſtineret.
„Quod quum ita ſit, nihil eſſe, quod de di-
„vina ope addubitet: quin trium Hebræo-
„rum, Laurentii, Andreæque exemplo, vel
„flammæ ardores ei mitiores ſit redditurus,
„aut vires certe perferendi additurus. Hoc
„unum certiſſimum modo eſſe: Deum ſuis
„nunquam cultoribus defuturum & invo-
„cantibus. His ita peroratis finiturus tandem
orationem, quum jam *horas* pene *duas* ſuos
detinuiſſet, ultimo loco; *agit Deo obnixe* *Gratiarum actio ad Deum.*
gratias, quod eum virum, poſt tot tantos
labores & conflictus nequicquam hactenus
in eo convertendo inſumptos nunc demum in
ſupremo vitæ exitu, ad Eccleſiæ ſuæ caulas
revocari, reſanarique voluerit: quem tum,
quum honoribus circumflueret, vita indi-
gnum: nunc quum vivere non liceat, in-

dignum

dignum morte eſſe dicebat. Cæterùm, *ne nihil ſecum auferret ſolatii, acturum ſe quidem ſedulo, adeoq; polliceri ſacerdotum omnium, quotquot adeſſent, nomine, exequiis, miſſis, ac inferiis per omnes Oxoniæ Eccleſias, à buſto in animæ ejus ſubſidium parentatum iri.*

Crammeri tunc lacrymæ & affectus.

Interea Crammerus quanto mærore perculſus per totam ſederit concionem, quantaque affectus animi eſſet perturbatione: ipſe ſolus longe rectius, quam cujusquam narratio indicaverit. Oculi certe & manus nunc in cœlum porrectæ, nunc in terram depreſſæ, luctus ac mœſticiæ imaginem flebilem præbuerunt. Pluries quam vicies per intervalla lacrymis ubertim profuſis os ſenile mirandum in modum diſtillabat, maximè autem tum, cum precationem populo recitaret. Incredibile dictu quanta commiſeratio omnium occuparit animos, vultum tam lugubrem, tantasque lachrymas in venerandæ dignitatis ſene intuentium. Finita tandem concione Colus multitudinem quæ jam diſceſſum parabat, ad preces revocat, quibus peractis, *fratres* (inquit) *ne quis veſtrum de ſeria viri hujus converſione & pœnitentia ambigat, ipſum modo coram hic loquentem audietis. Itaq; precor D. Crammere, ut, quod facturum te jam dudum pollicitus es, jam re præſtes, veramq; fidei tuæ, ac indubitatam rationem publicè explices, quo omnem de te ſuſpicionem eximas mortalibus, teque vere Catholicum cuncti eſſe intelligant.*

Crammeri ad populũ oratio.

Faciam, inquit Archiepiſcopus, *& libenter*, cumque dicto ad plebem hæc præfatur: *Rogo vos, Chariſſimi in Domino commilitones & fratres: ut Deum pro me deprecemini, ut mihi peccata condonet: quæ ſupra humanum modum immenſa multaque exiſtunt: ſed inter omnia unum me potiſſimum hoc tempore anxium habet & ſollicitum de quo procedente oratione fuſius audietis.* Moxque è ſinu precationem depromit; quam coram populo hanc ferè in ſententiam recitat.

Precatio ejusdem ad Deum.

,, O ſumme & immenſe cœli Pater, ô
,, Fili Patris, redemptor orbis, ô Sancte Spi-
,, ritus, perſonæ tres, unus Deus, misereat
,, te, precor, mei perditi ac nefarii peccato-
,, ris. In cœlum terramque plus quam fando
,, exprimi poſſit, offendi. Quo me vertam
,, igitur? unde præſidium petam? In cœlum
,, oculos attollere pudet: in terra nuſquam
,, ſuppetit auxilii copia. Deſperabo igitur?
,, Abſit. Tu clemens natura Deus cujus ne-
,, minem averſatur miſericordia, qui abs te
,, peccati remedium, & ſolatium miſeriæ ac
,, ærumnarium petit. Ad te proinde me totum
,, confero: Tibi me dedo, cui ſcelerum meo-
,, rum & peccatorum magnitudinem, ſup-
,, plex confiteor. Tu pro inexhauſta & ineſ-
,, fabili bonitate tua miſerere mei. Magnum
,, hoc myſterium verbum carnem factum,
,, pro paucis, aut levibus noxis editum orbi
,, non fuit. Tu cœleſtis pater, filium tuum
,, Dominum Jeſum Chriſtum morte
,, ceras haud pro exiguis, ſed pro omn
,, adeoque maximis totius orbis fla
,, quandocunque ad te peccatores toto
,, vertuntur animo, ſicut ego nunc D
,, Deus, omni voluntate me tibi trado
,, que tu Domine, pro immenſitate tu
,, miſeros pietatis, miſerere mei. Nihi
,, rum reſpectu meritorum abs te flagi
,, propter nominis tui gloriam, ut illuſ
,, & propter filium tuum Jeſum Ch
,, unice tibi dilectum, ut illi adſcribat
,, nobis, quicquid abs te proficiſcitur.
,, itaque, ſicut ab eo edocti ſumus, ver
,, tui te compellamus: Pater noſter, q
cœlis, &c. Qua demum abſoluta or
quam non ſine multis lachrymis, u
populo cum eo comprecante effuder
ctus iterum in pedes, hac uſus eſt pa

,, Sic comparatum eſt cunctis fer
,, talibus, ut morituri ſub ultimum vi
,, tum, hortationem apud ſuos aliquan
,, quere aveant, quæ tum memoriam ſ
,, auditores diuturniorem, tum ipſi
,, inſigniorem aliquem fructum paria
,, ri enim ſolet, ut plus fere momenti
,, in ſupremo diſceſſu verba, in animis
,, rum habeant, quam in reliqua vita
,, libet multæ conciones. Itaq; obnix
,, precor Optimum Maximum eam n
,, tempore gratiam largiatur, ut quæ c
,, rus nunc apud vos dicturus ſum, tu
,, næ gloriæ majeſtatem, tum veſtran
,, ſalutem provehant atq; amplificen
,, cipio dolendum illud ac deplor
,, uſque adeo pleroſque hodie mortal
,, hujus mundi ſtudio abripi: ut divi
,, ris, regnique cœleſtis, nulla inter
,, perexigua habeatur ratio. Primu
,, atque ante omnia vos hortor obte
,, fratres, ne patiamini vobis à blandi
,, hujus veneficiis imponi; aut cura
,, ſordidarum, ab his, quæ divina,
,, futura ſunt, inveſtigandis abduci:
,, ad Deum futuramque vitam omne
,, contentionem, actionesque vitæ r
,, nec unquam menti veſtræ excidat
,, eſt apud Joannem: Dilectionen
mundi cum Deo pugnare, magnas
ercere cum eo inimicitias. Hæc pri
,, vos ſit præceptio. Altera eſt, ut ſe
,, Deum regi atque reginæ vos m
,, præbeatis, idque lubenter atque ex
,, omni excluſa obmurmuratione.
,, adeo metu ipſorum aliquo; ſed l
,, tius: cujus illi autoritatem repr
,, in terris. Ipſis qui reſiſtit; Deo re
,, à quo omnis proficiſcitur poteſtas.
,, hæc erit, ut vos fraterna mutuaq
,, tate, ſicut par eſt, complectamini
,, enim dictu; quibus odiis, quanta
,, morum acerbitate Chriſtiani hodie
,, ſtianis diſſideant, ac mutuo ſe vex
,, inde ac ſi fratres inter ſe non eſſent
,, pitales hoſtes in mutuam intenti pe

mus igitur pro ſua quisq; virili operam: unctis, quæ licet, mortalibus benefacia- ; incommodemus nemini: perinde ut nanis fratribus ſororibusque benefactum mus. Sit enim id ſemel perſuaſum uni- ſis: quisquis odit alterum, aut damnum litur: is Deo charus eſſe non poteſt: utut eſſe videatur. *Poſtremo, qui juxta hunc ndum diteſcunt, opibusq; affluunt: etiam etiam ſibi proponant ob oculos has Chriſti Apoſtolorum in Evangelio præceptiones. nim Dominus difficile eſſe teſtatur: ut di- in regnum cœlorum ingrediatur. Dura lem opulentis ſententia: ſed ab eo tamen cta, qui mentiri neſcit.* Joannes item:* fratrem: inquit, egeſtate viderit laboran- , obſtructisque miſericordiæ viſceribus, ſuccurrit, cum poſſit: quo pacto eſt Dei itas in eo? *Similiter & D.* Jacobus locu- s & avaros his compellans:* agite, inquit es plorate, ululantes ſuper miſeriis ve- quæ advenient vobis: Divitiæ veſtræ pu- ctæ ſunt: veſtimenta veſtra tineis obno- facta ſunt. Aurum & argentum veſtrum ine vitiatum eſt: & ærugo eorum in teſti- ium vobis erit: & exedet carnes veſtras, ignis. Theſaurum congeſſiſtis in extre- diebus. *Hæc diligenter ſecum perpendant ntque in animo opulenti omnes: quique s in hoc mundo pollent. Etenim ſi un- n tempus fuit exercendæ erga egenos be- entiæ: nunc res id maximè poſtulat: cum ſit ubiq; pauperum multitudo; tum an- rerumq; omnium ſumma caritas. Nam ngo jam tempore fuerim in carcere in- : audivi tamen, nec me præterit: quanta anguſtia, rerumq; caritate laboretur. quando nunc eo deventum: ut hac mihi abeundum ſit: verſorque in eo jam arti- ex quo omnis mihi pendet & ſuperioris turæ vitæ ratio: ut vel cum Chriſto Ser- e perenni fruar ſalute; vel cum dæmo- æternis dedar ſuppliciis: adeoq; nunc ns ante oculos conſtituatur, vel cœlum, enue, quod verum profitear, vel inferni us hiatus, ſi quid fingam ſecus; quam fides poſtulat: libere aperteq; apud vos fidei meæ rationem, ut res habet ipſa, iam, nec metu, nec præmio quicquam ulaturus. Eo ſiquidem res rediit: ut re, aut tergiverſari nihil nunc atti- ntcunque habeant; quæ antehac à me cta aut ſcripta fuerunt. Principio, in Deum, Patrem omnipotentem facto- cœli & terræ: breviter, omnes fidei Ca- articulos, omnia dicta, ſententiasq; à o Servatore, ab Apoſtolis & Prophetis, Veteri, tum in N. Teſtamento expreſ- rmo animi aſſenſu recipio. Venio nunc quod ſupra cætera omnia, quæ hactenus admiſi delicta, me torquet, ac peni- affligit. Illud verò eſt; quod ſcripto m nuper à quibusdam oblato, nomen mque addidi, præter veritatem ac con- iam meam. Putabam, hac ratione ea- iſcrimen me evaſurum: quo diutius in hac miſera vita tempus protraherem. Nunc autem teſtor apud omnes, libere & ex animo, eaque fidei; qua apud Chriſtum judicandus ſum, firmitate: revocari à me atque antiquari ſcripta hujusmodi omnia, quibus poſt degradationem meam manum dedi: quæ omnia irrita, non ſcripta, nec jam mea haberi volo. Porro infelicem dexteram hanc, quæ contra conſcientiam miniſtra flagitii fuit, primum ante cæteros corporis artus igni devoveo. Itaque cum primum ad pyram ventum fuerit; prima pœnam luet; quæ primam culpam admiſit. Ad Papam vero quod pertinet; ut uno verbo dicam: eum ego pro inimico Chriſti, ipſoque adeo Antichriſto habeo: cujus omnem doctrinam, putidosque errores repudio atque deteſtor. De Euchariſtia idem ſentio tueorque, quod in mea olim contra VVintonienſem defenſione expreſſum eſt: cujus libri adſertionem tam firmam judico: ut omnes omnium Papiſtarum conatus nunquam ſint deſtructuri.*

Devovet flammis primis dexteram.

De Papa Romano.

Hic ſtantes attoniti omnes: mirari, inter ſe ſtupere: alius alium adſpectare: quorum ille tam egregiè fefelliſſet exſpectationem: quidam palinodiæ illum monere; & perfidiam ei intentare: inprimis Theologos hic erat videre inſigni ſpe fruſtratos. Nunquam crudelitas illuſtrius aut opportunius deluſa abiit. Nec enim dubium fuit: quin illi ex Crammeri palinodia, ſi in ea perſtitiſſet, *egregiam laudem & ſpolia ampla reportaturos* ſe ſperarint. Sed jam iſtiusmodi auditis attoniti, fremere, furere, graviterque iraſci: eoque gravius; quod dolorem ſuum ulciſci non licebat: nec minari amplius illi, aut nocere poterant. Unum enim hoc homini datum; ut non niſi ſemel moriatur. Id cum Crammero eo die neceſſe eſſet: occidi bis non potuit. Cum itaque nihil poſſent aliud; tamen ne nihil dicerent; *perfidiæ crimen ac diſſimulationis* ei objiciunt: ad quam criminationem ipſe: *Mei Domini,* inquit, *ne ita accipite de me: qui per omnem vitam fui fraudis oſor: ſimplicitatis amans cultorve: nec quicquam antehac diſſimulavi.* Et hæc non ſine lachrymis: cumque plura de Papatu & Euchariſtia dicere pararet: exclamant illi, inprimisque Colus, & hæreticum è medio ocyus tollendum, vociferantur.

Conſecuta confeſſionem.

Sacrificuli ſpe ſua falſi.

De ſcena itaque deturbatus ad ignem ducitur, fraterculis ſtipatus; ipſum exagitantibus, pulſantibus, minitantibus. Iſtis nihil reſpondit, ſermone omni ad populum converſo; niſi quod *Sidallum* illum per viam obſtrepentem fuit hortatus: *domum ad ſtudia ſua ſe reciperet, librisq; attentius incumberet: fore, ſi Deum ſedulo invocaret, ut plura legendo, uberiorem imbiberet veritatis cognitionem.* Alter autem Hiſpanus tantum non inſaniebat, identidem hoc ingeminans: *non feciſti.*

Ad ignem ducitur Crammerus.

Cum ad locum ſupplicii ventum eſſet: ubi ante ſancti Dei Epiſcopi & martyres *Hugo Latimerus* octogenarius, & *Nicolaus Ridlaus*, propter fidei confeſſionem exuſti erant; * ipſe in genua provolutus oravit: nec longius moratus ad mortem, veſtibus exuendis ſe parat. Ad interulam usque nudatus, quæ ad talos imos defluebat; mortem exſpectabat. Pedes ei nudi; caput nudum: barba ſenilis & promiſſa; facies gravis: quæ omnium & amicorum

** Factum id Anno 1555 d. 16. Octobr.*

amicorum & inimicorum perculit oculos. Interea tum quibuſdam ſenibus porrecta dextra valedicit; & ad defectionem à cucullatis, ſed irrito labore, ſolicitatur; catena ferrea circundatur; ad palum adſtringitur, circumjecta undique materia. Hic ubi primum inflammari ignis cepit: dextram vinculis ipſius rogatu exemtam, flammis admovit protenſam: & ita immotam tenuit: (niſi quod ſemel faciem abſterſit) ut manum prius ambuſtam; quam corpus tactum ſpectatores cernerent. Corpus autem ipſum tanta conſtantia flamas excepit: ut eodem ſemper loco conſiſtens, nihil pene magis, quam palus, cui erat alligatum, moveretur, oculis ſubinde in cœlum erectis. Hoc modo cum ſæpius *indignam dextram*, dum vox ſuppetebat, appellaſſet: ac Stephani protomartyris verbis ſæpius uſus eſſet, flammarum tandem vi ſuffocatus placide exſpiravit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſexto*, die *viceſima prima* Martii, ætatis ſuæ *ſexageſimo circiter octavo*. Subiit martyrium ſpectatoribus pleriſque lachrymas non tenentibus: tametſi non dubitarent, eum ex hac ærumnoſa vita cœleſtem in patriam & ævum ſempiterum migrare. In agone cum ſæpius repeteret illud S. Stephani: *Domine Jeſu ſuſcipe ſpiritum meum:* monachus Hiſpanus antea nominatus, quod fortaſſis rara ſit ejuſmodi apud illam gentem animi magnitudo; ad D. Vilianum, de quo etiam ante; accurrit, exclamans; *Crammerum in ſumma deſperatione mortuū*; ratus deſperationis fuiſſe voces. Sed Vilianus, qui ſuorum fortitudinem non ignorabat; ſubridens tantum, tacitoque ſilentio fraterculi inſcientiam coarguit. Exuvias Crammeri tulit *Polus Cardinalis* factus Archiepiſcopus, cum antea miſſificaſſet. Biennio autem poſt & *Maria* illa, & *Polus* Cardinalis parvo intervallo fatis conceſſerunt.

Rogo imponitur Crammerus.

Exurit dextram.

Variæ opiniones de obitu ejus.

Polus ſuccedit Crammero in Archiepiſcopatu.

Exemplum enimvero vir hic eſt præclarum; dignuſque cujus memoria ad omnem poſteritatem conſervetur. Egit autem Archiepiſcopatu exutus, in teterrimis carceribus in tenebris, ſqualore & egeſtate, *duos annos cum dimidio*, gladium vel ignem exſpectans. Ingenio fuit miti: pectore candido; nullius injuriæ memor: ut in Wintonienſi, qui ſub Eduardo rebellionem Pontificiam excitarat, & in ipſa illa, quæ vitam ei ademit, oſtendit. Pietatis ſtudium in eo fuit perpetuum: & judicium ſuapte natura feliciſſimum. Fuit præterea totus in hoc: ut ſtudia literarum & pietatis per omne regnum excitaret. Qua de cauſa crebris literis *Martinum Bucerum*, *Paulum Fagium*, *Joannem à Laſco*, *Petrum Martyrem*, *Bernardinum Ochinum*, *Petrum Alexandrum*, aliosque doctrina & virtute præſtantes viros, evocavit, omnem amorem atque fidem ipſis pollicitus. Quæque vir humaniſſimus, à Gratiis & Muſis fictus, promiſit: ea omnia cumulatiſſimè præſtitit: dum non ſolum tecto eos excepit: opibus ſuis juvit: commendatione promovit: ſed etiam adverſus hoſtium inſultus atque injurias, acriter

Diuturnitas carcerum Crammeri.

Ingenium ejus & virtutes.

Pietas.

Amor literarum.

defendit. Officii ſui ità ſategit, ut ſe[...] rerum profanarum cura, veri Epiſcopi[...] nus in verbi diſpenſatione obierit; & in[...] nibus religionis capitibus, illa imò & [...] tempeſtate, controverſiis fuerit exercit[...] mus. Nullus fuit ex Patribus, *Petro Ma[...]* oculato teſte, quem non diligentiſſimè [...] verit: nulli veterum aut recentiorum [...] præſertim ſuper negotio Euchariſtico; i[...] bus non ſua manu loca præcipua notata: [...] concilia, canones, decreta Pontificum [...] ipſi non & lecta & æſtimata.

Præter eam officii curam commenta[...] varia. Nam *Bibliorum translatione[...] glicas*, pluribus locis emendavit; & [...] tiones addidit. Conſcripſit Anglico ſerm[...]

Catechiſmum doctrinæ Chriſtianæ:
Ordinationes Eccleſiæ reformatæ:
De miniſtris ordinandis lib. 1.
De Euchariſtia cum Luthero lib. 1.
Defenſionem Catholicæ doctrinæ lib. 5.
Jura Eccleſiaſtica tempore Eduardi.
Contra Gardineri concionem. Doctrinam [...] Dominicæ.
Contra transſubſtantiationis errorem l. 1.
Quomodo Chriſtus adſit in Cœna lib. 1.
De eſu Cœnæ Dominicæ lib. 1.
De oblatione Chriſti lib. 1.
Homiliarum Chriſtianarum lib. 1.
Ad Richardi Smithi calumnias lib. 1.
Confutationes veritatum non ſcriptarum [...]
Locorum Communium ex doctoribus lib.[...]
De non ducenda fratria lib. 2.
Contra primatum Papæ lib. 1.
Adverſus Papæ purgatorium lib. 2.
De juſtificatione lib. 2.
Precum piarum lib. 1.
Epiſtolarum ad viros eruditos lib. 1.
Ex carcere etiam ſcripſit librum *contra [...] ficium miſſæ: contra adorationem pan[...]*
Ad Mariam reginam lib. 1.

Joann. Foxus in commentariis rerum in E[...] geſtarum: Balæus centuria 8. *Thuanus i[...] ria Auguſta: Sleidanus in commentari[...]*

JOANNES LASCUS.

I*Oannes Laſcus*, vel *à Laſco*, illuſtr[...] Polonos natus familia, frater fuit *[...] nymi Laſci*, viri excellentis ingenii, [...] ſaris Ferdinandi ad Turcarum tyrann[...] gati, vel ex *Sleidani* * *commentariis* [...] Hic autem *Joannes Laſcus* à puero, [...] in illa gente, & nobiliſſimis quibuſq[...] miliis etiamnum hodie non rarum [...] que laudandum) ad humaniorum lite[...] ſtudia adhibitus, cum exterarum regi[...] morumque cognoſcendorum cauſa [...] Helvetiorum iter in Galliam habere[...] *Huldericum Zwinglium*, Eccleſiæ [...] miniſtrum ad ſacrarum literarum lect[...] inductus fuit.

Veram itaque & in ſacris fundatam [...] amplexus religionem abiit ex patria, [...] propagandæ cauſa, ſciente & permi[...] rege. Tantus in eo fuit Chriſti ejuſqu[...] gis amor: tantùm Papæ & ſuperſt[...] odium; tantum rerum fluxarum faſti[...] Maluit vir pius, ut Moſes, vexari cum [...] lo DEI: quam apud ſuos gratia & aucto[...] florere. De hoc ejus abitu ità hiſtoricus [...]

s: *Anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo,*
adrageſimo, Joannes à Laſco, Præpoſitus
neſnenſis & Lencziciensis, nominatus jam
Ungaria Epiſcopus Veſprimenſis, in Belgiū,
deq; in Angliam profectus uxorem duxit.
In Friſiam igitur profectus, ſub finem anni
lleſimi, quingenteſimi, quadrageſimi ſe-
ndi, Embdam eſt vocatus: ut Eccleſiæ
ius loci curam ageret, qua verbi divini pa-
lo paſcendo, qua pedo diſciplinæ ſacræ
gendo. Sequenti anno ab *Anna Olden-*
rgica, vidua Comitis orientalis Friſiæ, ad-
pitus ad Eccleſiarum reformationem, etiam
in loco cura & opera ſua profuit. Anno
adrageſimo quarto ab *Alberto* Pruſſiæ du-
in Pruſſiam invitatus eſt: ſed cum Principi
nfeſſionem de Cœna Domini miſiſſet: res
n ſucceſſit.

Itaque cum in Friſia totum fere decen-
m exegiſſet: anno *milleſimo quingente-*
o, undequinquageſimo propter Caroli V.
nas & Interimiſticam tempeſtatem dimiſ-
, hortatu Thomæ Crammeri Archiepi-
pi Cantuarienſis à rege *Eduardo* in An-
m fuit vocatus: ubi Eccleſiam peregri-
um, regis beneficio *Londini* collectam &
itutam, rexit, ac legibus pulcherrimis in-
xit: quibus etiamnum gaudet.

Paulo verò poſt anno *milleſimo quingente-*
, quinquageſimo tertio Eduardo VI. ſum-
ſpei principe qui omnibus piis & doctis,
nis, Germanis, Gallis, Scotis, Italis,
panis, hoſpitium dederat & patrocinium,
s humanis * exemto; mutata ſub Mariæ
æ imperio religione, Laſcus, impetrata
ina venia, cum duabus regiis navibus,
onæ ſuæ Eccleſiæ parte in Daniam, regis
anitate fretus, contendit: ut in aſperri-
hyemis frigoribus iſthic reſpiraret. Sed
arum amice, ob diverſam de Cœna Do-
ſententiam, eſt exceptus, ne hybernan-
uidem conceſſa mora. Maritimæ quoque
niæ urbes peregrinam Eccleſiam indigne
lerunt. Nam tametſi ſuæ doctrinæ ratio-
publicè & privatim reddere parati eſ-
: tamen paſſim rejecti ſunt. Id verò
tam culpa magiſtratus: quam concio-
rum inſtinctu factum vulgo creditum eſt.
andem poſt longos errores & varia peri-
, apud illuſtrem principem & heroinam
am Oldenburgicam, Friſiæ Orientalis
tem, diſſipatæ illæ Eccleſiæ ſedes inve-
t: & ab Embdanis omnibus humani-
fficiis excepti fuerunt. Laſcus deinde
a Friſia anno *quinquageſimo quinto* ſub
n Aprilis *Francofurtum* ad Mœnum,
rii urbem conceſſit, ibique Eccleſiæ
rinorum, maximè Belgarum, erigendæ
atem à Senatu impetravit: cui *Petrus*
enus præfuit. Francofurto deinde anno
uageſimo ſexto epiſtolam ſcripſit ad
iundum Poloniæ regem, ejus ſenatum
ſque regni ordines, in qua doctrinæ
eriique fidem ac nominis ſui exiſtima-
n contra *Weſtphali, Timanni* & *Pome-*
qui eum erronem nominarat, calum-
nias vindicat. Oſtendit item doctrinam ad-
verſariorum cum mente totius ſcripturæ,
cum analogia fidei & catholicæ Eccleſiæ con-
ſenſu pugnare: neque citra Domini contu-
meliam retineri poſſe. Queritur *præjudicio* *Querela Laſci.*
ſolum damnari doctrinam veram de Eucha-
riſtia, nullam cauſæ legitimam cognitionem
fieri: ſed more Papiſtarum agi: qui & ipſi
non ſcripturis atq; rationibus: ſed vi tantum
& imperio rem gerant. Hereticos accuſent,
qui non omnia ab ipſis profecta ambabus ul-
nis amplectantur.

Eodem anno *quinquageſimo ſexto* Wir-
tenbergicus Princeps permiſit: ut Laſcus
cum Brentio de Cœna Domini ſermonem *Colloquitur cum Brentio.*
conferret. Eo de colloquio poſtea ſcriptum
fuit ſparſum: ſed in quo Laſcus affirmavit
multa haberi; quæ neque ipſe dixerit, neque
audiverit unquam: & multa non haberi, quæ
ſe & dixiſſe & audiviſſe certo ſciret. Cæte-
rum cum Eccleſiam illam peregrinorum,
Francofurti coactam, multi & in templis, &
in ſcriptis, & in conviviis ac circulis traduce-
rent: quaſi in doctrina de præſentia Chriſti
in Cœna ab Auguſtana confeſſione diſſenti-
ret: & tamen fuco quodam ſuam cum illa
conſenſionem obtenderet: Laſcus initio anni
milleſimi, quingenteſimi, quinquageſimi ſep-
timi, edidit Apologiam in Eccleſiis peregri- *Edit Apologiam Ecclеſ. peregrinarum.*
nis Francofurti: qua teſtatum fecit: *doctri-*
nam eorum de Chriſti Domini in Cœna ſua
præſentia non pugnare cum Auguſtana con-
feſſione: ut adverſarii eos accuſabant. Dein-
de quamvis id faceret: *non* ideò tamen *dam-*
nandos: ſi poſſint ſuam ab illa confesſione
diſſenſionem verbo DEI approbare. Uſus
autem eſt eo in ſcripto hoc ordine. Primum
exponit, quo nomine potiſſimum ab Augu-
ſtana confeſſione, de Chriſti in Cœna ſacra
præſentia diſſentire dicantur. Deinde recitat
illius Confeſſionis verba in eo ipſo argumen-
to. Poſtea ipſorum confeſſionem ea de re
ſubjungit: ut ità appareat: utrum Augu-
ſtanæ confeſſioni ea in parte adſentiantur, an
verò repugnent. Poſtremo profert, quæ ad-
verſus hanc ipſorum, quam profiterentur
cum Auguſtana confeſſione conſenſionem,
adducebantur; cum brevi objectionum il-
latum refutatione. Qui verò ità in Eccleſias
illas debacchati ſunt, inter quos non ultimus
fuit *Joachimus Weſtphalus*; non tam pere- *VVeſtphali ſcriptum & intemperies.*
grinis illis profugis, quàm ipſi ſenatui urbis
Francofurtanæ, invidiam apud Imperii ordi-
nes conflare viſi ſunt: quaſi violato Imperii
fœdere, hoſtes illius in ſinum ſuum recepiſſet.
Weſtphalus ſanè eo intemperantiæ progreſ-
ſus eſt, ut in libro, contra Laſcum, Reipub.
Francofurtenſis ſenatui dedicato, quo horta-
tur eum vehementer; ne Zwinglianos fo-
veat; ſcribere non dubitarit: *eos, qui pro ad-*
ſerenda veritate & gloria DEI ſuum ſan-
guinem effuderunt, in Anglia, Belgio,
Gallia & alibi, eſſe Martyres Diaboli: ac
Chriſti carnem & ſanguinem contumelia af-
feciſſe. Sed nos ad Laſcum redeamus.

Redit in Poloniam Laſcus. Hic tandem in patriam, unde *viginti* amplius annos abfuerat, literis minimum quadragenis invitatus rediit: ibique meſſem multam, operarios paucos invenit. Fuit * adventus ejus Epiſcopis & clero in Polonia ingratus: qui proinde omnes conatus omniaque ſtudia per ſuos ſtipendiarios congeſſerunt; ut eum perderent, aut ſaltem regno pellerent. Ita enim perſuaſum ſibi habuerunt: *Ibi exoſus Pontificiis* Laſcum, ſi maneret, eorum carnificem fore: Regem itaque in Comitiis Warſovienſibus rogarunt, ne Laſcum hæreticum ad colloquium admitteret. Quibus rex reſpondit: *fuiſſe illum quidem hæreticum ab Epiſcopis pronunciatum: ſed non item à regni Senatu: & Laſcum paratum probare; ſe non hæreticum, ſed Catholicum eſſe.* Cum itaque ſpe ſua illi cecidiſſent: aliam viam aggrediuntur: atque mendaciis & calumniis hominem gravant ac deformant: ut qui tuba ſit belli civilis futurus, & peſtis patriæ. Ibi in regis, ut fit, animo aliquid reſedit ſuſpicionis: quod tamen omne exemit quidam Procerum ſecularium: regemque Laſco æquiorem reddidit.

** Vide Epiſtol. Calvin. 234.*

Moritur Laſcus. Sed cum brevi tempore ſuos docuiſſet, è terreno exilio in cœleſtem patriam eſt vocatus anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo, ſexageſimo*, Idibus Januarii. Fuit vir vere nobilis genere, virtute, & pietate, & propter ingenii dexteritatem regi quoque Poloniæ charus: qui in arduis negotiis ejus opera non ſemel uſus. Tigurinæ Eccleſiæ doctrinam de Sacramentis conſtanter retinuit: & varia tentavit: ut diſſidium Euchariſticum componeretur ac tolleretur.

Scripta ejus. Scripta à Laſco edita habentur hæc: *De Cœna Domini liber*, in quo & fons ipſe & ratio totius ſacramentariæ noſtri temporis controverſiæ paucis exponitur.

Epiſtola continens ſummam controverſiæ de Cœna Domini breviter explicatam.

Confeſſio de noſtra cum Chriſto Domino communione, & corporis item ſui in Cœna exhibitione, ad miniſtros Eccleſiarum Friſiæ orientalis.

Epiſtola ad Bremenſis Eccleſiæ miniſtros.

Contra Mennonem Catabaptiſtarum Principem.

De recta Eccleſiarum inſtituendarum ratione Epiſtolæ III.

Epiſtola ad regem Poloniæ Sigismundum, ejus ſenatum & omnes regni ordines, in qua doctrinæ Miniſterii fidem, ac nominis ſui exiſtimationem contra adverſariorum calumnias vindicat.

Purgatio Miniſtrorum in Eccleſiis peregrinis Francofurti, qua demonſtrat ipſorum Doctrinam de Chriſti Domini in Cœna ſua præſentia non pugnare cum Auguſtana confeſſione; ut adverſarii eos accuſabant.

Reſponſio ad virulentam calumniiſque ac mendaciis conſarcinatam, *Joachimi Weſtphali Epiſtolam*: qua purgationem Eccleſiarum peregrinarum Francofurti convellere conatur.

Forma ac ratio totius Eccleſiaſtici m[...] ſterii Eduardi VI. in peregrinorum ma[...] Germanorum Eccleſia.

Ludovic. Lavat. in hiſtoria de ortu & [...] greſſu controverſiæ Sacramentariæ: [...] in comment. Thuanus, alii.

AUGUSTINUS MARLORATU[...]

HIC in *Lotharingia* circa annum C[...] *milleſimum, quingenteſimum, ſe[...]* natus, puer vix dum octennis, agnato[...] bonis ipſius inhiantium aſtu, in *Auguſt[...] norum mendicantium* clauſtrum detr[...] ſingulari DEI providentia inde erutus, [...] in Eccleſiam verè Chriſtianam, cui [...] mento olim magno futurus, traduct[...] Cum linguarum & purioris Theologi[...] diis deditus eſſet: rectè noluit ſua erudi[...] & labore pigris illis ventribus diutius [...] modare ac ſubſervire.

Itaque poſtquam *Biturigibus*, *Pi[...] & Andegavis* Evangelium, quantum [...] dem cucullato licebat, annunciaſſet: [...] *ſannam*, Bernenſis Reip. Academiam v[...] ubi quietem ſtudiis ſuis opportunam, [...] exercendi facultatem nactus, Eccleſiæ d[...] *Viviacenſis*, haud procul extremo lac[...] *mano*, paſtor eſt deſignatus. Inde *Rot[...] gum* excitus, Eccleſiam illam popul[...] mam, tunc primum poſt multa ſecula [...] ſcentem, tam ſanctè tamque prudente[...] diit: ut ſua ipſum probitas tutum ab o[...] bus, quantumvis ſævientibus adverſ[...] præſtiterit.

Anno ſexageſimo primo, cum colloq[...] *Poſſiacenum* menſe Septembri inſtitutu[...] ſet, inter Cardinalem Lotharingum & [...] *dorum Bezam*: ipſe eidem interfuit, [...] à partibus orthodoxorum intrepide [...] Sequenti anno, exorto in Gallia civili b[...] & ipſa urbe Rotomagenſi, poſt duriſſi[...] obſidionem, expugnata, cum aliis qu[...] principibus civitatis viris *Marloratus* [...] captus, productus, & inſtinctu inprimi[...] ferunt, *Monmorantii Coneſtabilis* [...] *Franciſci* ducis *Guiſii*, quamvis ex ipſi[...] verſariis non pauci ſalvum cuperent, la[...] ſuffocatus eſt. Factum id anno Chriſti m[...] ſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſecu[...] die trigeſimo Octobris cum annos [...] quinquaginta vixiſſet.

Concinnavit ex doctiſſimis noſtræ a[...] ſcriptoribus *Commentarios in* plures [...] *ſcripturæ libros*, additis ubique aucto[...] nominibus, & ſua ſententia ſæpe interpo[...] qui exſtant. Sunt autem hi; *Novi T[...] menti Catholica expoſitio Eccleſiaſtica*, [...] Bibliotheca expoſitionum Novi Teſtam[...] Deinde *Geneſis cum catholica expoſit[...] Eccleſiaſtica: Pſalmi* item *Davidis & [...] tica*, ex diverſis Bibliorum locis, cum ſ[...] expoſitione: *Jeſaiæ* denique *Prophetia*, [...] catholica expoſitione Eccleſiaſtica.

Relic[...]

Reliquerat etiam *Prophetica & Apoſto-*
doctrinæ, h. e. totius divinæ ac Canonicæ
pturæ *Theſaurum*, *in Locos communes*
um; *dogmatum & phraſim*, *ordine al-*
bethico digeſtum, ſed imperfectum: qui
de abſolutus prodiit opera *Guilelmi Feu-*
ari, Rotomagenſis, Profeſſoris Theologi
cademia Lugdun. Batavorum. *Th. Beza*
onibus: Thuanus: Geſnerus.

TRUS MARTYR VERMILIUS.

trus Martyr natus eſt *Florentiæ*, urbe
on modo Hetruriæ; ſed totius Italiæ
florentiſſima, & quæ diutiſſime anti-
i ſuam libertatem retinuit ac defendit.
is tum agebatur à parta ſalute *milleſimus*
enteſimus: Caroli V. Imperatoris nati-
celebris: dies autem *ſextus Iduum Sep-*
ris: quo veteres memoriæ tradiderunt
tam Virginem natam; & urbem Hie-
mam à Tito Veſpaſiani filio captam
everſam: ſicuti Chriſtus Servator qua-
ta annis ante prædixerat
entes habuit *Stephanum Vermilium*,
iam Fumantinam; utrumque vetu-
neſtæque familiæ; & quorum majores
e in urbe magiſtratus geſſerunt. Ab
ro nomen impoſitum eſt *Petri Mar-*
x voto quodam, quod de more &
tudine illorum temporum fecerant
Martyri Mediolanenſi, qui quondam,
nt, ob defenſionem veræ fidei ab
s illius temporis occiſus eſt: cujus et-
ium haud longè à paternis ædibus ab-
um vero parentes ipſius unicum hunc
nt filium, reliquis, quos plures ſuſce-
omnibus, excepto ipſo & ſorore *Ge-*
elicitate, in pueritia mortuis: Opes
pſis eſſent ſatis honeſtæ & amplæ: fi-
quem optime erudiri cupiebant fide-
præceptoribus commendarunt, &
a ipſimet domi ſuæ ſingulari diligen-
m erudierunt. Mater autem inprimis
linguæ perita, in eadem filium ſuum à
ſtituit, & teneris adhuc annis optimi
linguæ auctoris *Pub. Terentii comœ-*
interpretata eſt. Neque vero hæc
s diſciplina contemnenda eſt: quan-
em, apud veteres autores & principes
guæ, ſummi oratores *Gracchi*, *La-*
lii, *Julii*, *Curiones* linguæ Latinæ
n & pronunciandi ſvavitatem à ma-
ceptam, ab hac muliebri & domeſti-
lina in forum attulerunt. Et patrum
riſſimæ fœminæ *Jana Suffolcia* An-
lympia Morata Itala, ut de viven-
eamus, ſuo exemplo docuerunt,
liebre ſtudium in eloquentia poſſit
ſi eo animum appellat. Ab hac do-
iſciplina deductus eſt ad *Marcellum*
m, virum doctum & celebrem,
Dioſcoride & Commentariis illu-
Is eo tempore Reip. Florentinæ ab
operam præſtabat: quod munus antea Aretini, Poggiique fuerat, & præterea nobilem juventutem Latinas literas de pulpito magna cum laude docebat. In primo ſtudiorum curſu ſocios & amicos habuit nobiles & patricios adoleſcentes, *Franciſcum Mediceam*, *Alexandrum Caponium*, *Franciſcum & Raphaelem Riccios*, *Angelum* quoque & *Pandulphum Stuphas*, & *Petrum Victorium*, cujus ſingularis & excellens eruditio omnibus nota eſt ob vetuſtos autores Græcos & Latinos, aut commentariis illuſtratos, aut alioquin ſuæ integritati reſtitutos. In hoc autem primo ſtudiorum curſu, cum vix dum à metis progreſſus eſſet, initio ſtatim egregia quædam & præclara indoles apparuit; quæ parentibus & præceptoribus ſummæ eruditionis & ſummæ virtutis non dubiam ſpem afferebat. Erat enim in eo primum magna in percipiendo & cognoſcendo ingenii celeritas; in retinendo tanta vis memoriæ; ut quidvis comprehendere & cuſtodire poſſet. Studium deinde diſcendi adeò ardens: ut nulla unquam moleſtia, nullum audiendi, nullum legendi faſtidium in eo appareret. Pudor præterea, qui illam ætatem maxime ornat, mirificus in eo ſemper fuit. Itaque & ſenes inſtar parentum reverebatur, & æquales ſuos, quamvis pleroſque ingenio excelleret, ita tamen amabat, ità modeſtia ſua ſibi devinciebat: ut nulla inter eos penitus oriretur æmulatio: quin eos quos puerilis conſuetudo & familiaritas ſibi conjunxit, quamdiu in patria & in Italia vixit, amiciſſimos ſemper habuit.

Indoles Martyris.

Et ſtudiū. Modeſtia item.

Cum verò in ætate lubrica, à voluptatum illecebris, quas urbs opulenta & abundans ſuppeditat, non modo in præſens ſibi temperare ſtatuiſſet: verum eadem impoſterum cavere: omnibus deliciis ſpretis, ſeſe vitæ monaſticæ, quæ tum ſola ſancta habebatur, addicere decrevit. Et cum ea tempeſtate per Italiam maximè celebris eſſet familia Canonicorum Regularium D. Auguſtini; quod cæteris Monachis ſeveriore diſciplina uterentur, & diligentius etiam ſtudia literarum excolerent: ſtatuit ſe huic familiæ adjungere. Itaque anno ætatis *decimo ſexto* in Collegium *Feſulanum*, quod in antiquæ Feſularum urbis ruinis exſtructum, unum à Florentia lapidem diſtat, cooptatus eſt, magno conſenſu & gratulatione ſociorum ejus collegii: quibus præclara ingenii ejus indoles nota erat. Fratris conſilium ſoror quoque Felicitas imitata, ſocia facta eſt earum virginum, quæ Monaſterium D. Petri Martyris incolunt.

Monaſticæ vitæ ſe mancipat.

Auguſtiniani Monachi.

Collegium Feſulanū.

Idem facit ſoror Martyris.

Fuit hoc utriusque factum patri ingratum & moleſtum, vel quod voluiſſet familiam Vermiliam, in qua præter ipſos nemo alius ſuperſtes erat, à filio uxore ducta propagari, vel quod vulgi ſuperſtitionem, & Monachorum fictam ſanctimoniam vir gravis improbaret. Etenim Florentiæ jam olim *Dantes* & *Petrarcha* multos abuſus in Eccleſia reprehenderunt, & ante paucos annos idem factum ab *Hieronymo Savonarola*, cujus

Parens factum improbat.

conciones haud dubie Vermilius ſenior audierat. Certe non omnino illi probatam eſſe vitam monaſticam, ex eo colligimus; quod teſtamento ſuo id, quod in numerato argento habuit, uxori legavit, quam ſecundam poſt Fumantinæ obitum duxerat: reliqua vero bonorum Xenodochio cedere voluit in uſum pauperum, hac conditione: ut *filio*, quoad viveret, ſolverentur *aurei quinquaginta* quotannis; quos à ſigno ſcutatos nominamus. Cumque liberi ejus in cœnobiis vitam agerent; maluit tamen ſua bona pauperum uſui cedere: quam ab ignavis Monachis conſumi: qui ſcilicet preces quasdam non intellectas pro eo demurmurarent. Quæcunque tamen ejus hac in re fuerit ſententia; vicit voluntatem patris ardens in filio divini, ut putabatur, obſequii ſtudium.

Teſtamentum patris Martyris.

Credimus equidem multos eſſe; qui hoc ejus conſilium ineundæ vitæ monaſticæ reprehendendum eſſe exiſtiment, atque hi non tantum nos, verum etiam hunc ipſum, qui id ſecutus eſt, ſibi conſententiem habebunt. Neque enim cuiquam hoc factum vehementius diſplicuit quam ipſi; qui ut primum errorem ſuum agnovit, eundem etiam emendavit. Quanquam ſi temporum conditionem ſpectemus, judicium quidem reprehendi poteſt: Voluntas verò laudem meretur. Nam in illa Monachorum vita ſuperſtitioſa & inerti: fuerunt tamen olim multa quæ animum pietatis & literarum ſtudioſum ad ea allicerent. Magna primum nomina ſanctiſſimorum virorum, qui Monachi fuiſſe dicerentur; *Baſilii, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Epiphanis, Hieronymi, Auguſtini* & aliorum; quorum vitam imitari, & veſtigiis ingredi quis non cuperet? Deinde nomen religionis, & apud omnes pervulgata ſanctitatis opinio: falſa quidem fatemur, ſed quis hoc tum vidiſſet in tantis tenebris? quis etiamſi vidiſſet, auſus fuiſſet, omnibus diſſentientibus, mendacii arguere, præſertim adoleſcens, cui ætati alioqui imbecillitas conſilii propria eſt? Adde huc ea, quæ vel maxime Martyrem ad hoc genus vitæ pertraxerunt, ocium non ignavum; ſed dicatum ſtudiis, optimorumque librorum magnam copiam. Nam cum pleraque collegia ejus familiæ inſignes Bibliothecas habent, tum vel maximè Feſulanum. Hoc enim Medicei veteres, qui maximo ſumptu optimos libros non modo ex Italia; verum etiam ex Græcia, Aſia & Ægypto collegerunt, extruxerant, & celebri Bibliotheca ornarunt. Qua librorum copia cum quodammodo ad monaſticam vitam illectus ſit Martyr, accedente præterea opinione divini cultus, condonemus judicii errorem aliis temporibus; voluntatem vero laudemus: quod ſcilicet religioſe, quod ſancte, quod in bonarum literarum ſtudiis ſtatim à pueritia ætatem ſuam tranſigere voluit.

Cur monaſticam amplexus Martyr. Monachi magni nominis.

Mediceorum bibliotheca.

Vixit eo in collegio triennium ſic: ut ſocii collegii ejus modeſtiam probarent: morum facilitatem & concordiæ ſtudium amarent;

Martyris vita & ſtudia in monaſterio.

ingenium vero laudarent & mirarentur. [...]ercuit ſe illo tempore non modo in *ar*[...] *dicendi* præceptis, quæ junioribus ſoc[...] ea familia diligenter tradebantur: veru[...] iam *in ſacrarum literarum lectione*. L[...] bilis namque mos fuit ejus familiæ: ut [...] leſcentes, qui memoria valerent, aff[...] rent, quo quam plurima ex ſacris liter[...] moriæ mandarent. Itaque alii integras [...] Epiſtolas, alii librum Proverbiorum [...] monis, nonnulli hiſtoriam Tobiæ, a[...] quem alium ex libris ſacris memoriter [...] tabant.

Sub hac diſciplina cum triennium e[...] ſet Martyr: ità & ingenium & dilige[...] ſuam approbavit ſociis ejus collegii: u[...] nes dignum judicarent; qui ad præſtan[...] doctores mitteretur. Quare *Patavium* [...] ſus eſt; ut in celeberrima ejus urbis *A*[...] mia ampliorem ingenii cultum caperet[...] autem ea in urbe ejuſdem familiæ *Cœn*[...] *S. Johannis de Verdara*: in quo annis [...] octo vixit, cum *Alberto* Abbate, h[...] non indocto, & qui aliorum ſtudia li[...] juvaret. Illo igitur tempore totum ſe[...] loſophicis ſtudiis addixit: & dies noc[...] in omnium artium meditatione verſa[...] Itaque ſæpe referre auditus eſt: ſeſe, [...] quid in Philoſophia, & illis literis, qu[...] maniores nominat, ſciret, quod ipſe q[...] parum eſſe dixit, alii verò magnum ſ[...] judicarunt; id ſe magna ex parte acce[...] referre Patavinis ſtudiis. Abundabat [...] tum otio, quod omne in literis conſu[...] habebatque quos audiret Philoſopho[...] gnes. Docebant enim tum in illa Aca[...] celeberrimi Philoſophi *Branda*, *G*[...] *Confalionerius*. Erat præterea in ipſo [...] nium excellens & ſingularis diligentia. [...] quotidie ſeſe exercebat, legendo, medi[...] ſcribendo, & potiſſimum diſputando [...] in re ejus diligentiam & acumen il[...] quos modo nominavimus doctiſſimi [...] ſophi ſummopere approbarunt: ut in [...] cis congreſſibus ſæpe numero Branda [...] tinum ſuum (ſic enim Martyrem no[...] bat) ad diſputandum provocaret. Tr[...] tur tum temporis in Academiis omnib[...] loſophia Ariſtotelea: hanc non tantum [...] ſola floreret, eſt amplexus: ſed uti [...] commentariis teſtatur, quos in m[...] Ariſtotelis Philoſophiam conſcribe[...] quando cœperat, Ariſtoteleam Philoſo[...] maximè amavit & coluit, ob method[...] quod minus errorum haberet, quam r[...] Philoſophorum ſectæ. Quia verò Ari[...] libri Latini quidem habebantur: ſed [...] ita tranſlati: ut non ubique ſatis con[...] Ariſtotelis ſenſum mentemque exprim[...] (quamvis enim doctiſſimi viri in Ar[...] transferendo laborarint: pauci tamen [...] teleam brevitatem & limatiſſimum o[...] genus imitari & exprimere per omnia [...] runt) quia ergo Latini libri non ubiqu[...] liter & perſpicuè Ariſtotelis ſententia[...]

prim[...]

mebant: ſtatuit Græcam linguam addiſce- ut Ariſtotelem aliquando ſua lingua lo- entem audiret: qua in re multum ſtudii ræque poſuit. Carebat enim præceptori- idoneis: qui perſpicuè ac diligenter ra- em & uſum ejus linguæ docerent. Itaque rato ſtudio & aſſiduitate magna difficulta- omnes illi ſuperandæ fuerunt. Auditum x ejus familiaribus; eum ſæpe integras noctes in Bibliotheca, quæ in illo cœ- io locupletiſſima fuit, vigilaſſe cum *Be- cto Cuſano:* qui illi omnium ſtudiorum us fuit: ita ut alter alteri mutatis vicibus cum aliquem autorem interpretaretur. autem diligentia tantum profecit: ut non o Græcos oratores & Philoſophos: ſed as quoque omnes; quorum tamen aliud ndi genus eſt, abſque ullo interprete ex- intelligeret. Quod ad Theologica: tres vii Theologos audivit, Eremitanum n, & duos Dominicani ordinis: verum laſticam illam Theologiam ſilentio præ- ius, cum poſtea aliud & exactius genus ologiæ ſecutus ſit.

um ad annum ætatis *vigeſimum ſextum* eniſſet: viſum eſt ſociis collegii, publicè onandi munus illi demandare; quo ſtu- a; quæ intra Scholam & in cœtu colle- ctenus delituerant, in lucem tandem & plicum Eccleſiæ uſum proferret, & or- erviret: ſibi verò authoritatem ac no- compararet. Nam in Italia, non uti Germanos, presbyteri concionantur, nus hoc univerſum ad Monachos rele- eſt: è quorum numero *Dominicanæ* æ ſocii ſingulis dominicis concionari : unde etiam *Prædicatorum* nomen runt: qui verò ex aliis ſunt familiis, unque tantum *in Adventu* & *Qua- ima* (ut ipſorum nominibus utamur) nantur ad populum. Quo autem ra- unt conciones; eo major & frequen- concurſus populi, præſertim in ma- populoſis urbibus. Deliguntur itaque nibus familiis Monachorum ad hoc , qui maximè doctrina & eloquentia ur excellere. Qui ſi approbarint ſe po- magna eſt eorum gloria, & celebre ſortiuntur. Ad hæc Canonicorum guſtini familia peculiaribus privilegiis nis Pontificibus ornata eſt, ut omnes milia, qui aliquando publicum con- li munus executi ſunt, fruantur ho- , titulis, dignitatibus, & privilegiis, ntur illis, quos Academiæ ſolenni octores renunciarunt. His autem ti- ios alii jam ſeneſcentes vix merentur; anno, ut diximus, ætatis ſuæ viceſi- ornatus eſt: & ita ornatus; ut non omen haberet, ſicuti multi; ſed do- magnam & amplam, ſtudio indefa- comparatam; & munus ac laborem cum ipſo nomine doctoris conjunxit. it autem primum docere *Brixiæ* in D. Afræ, & deinde in celeberrimis Italiæ & Galliæ Ciſalpinæ urbibus: *Romæ, Bononiæ, Firmi, Piſis, Venetiis, Mantuæ, Bergomi, Monferrati.* Quodcunque verò à concionandi munere otium ſuffurari potuit: id omne in ſacrarum literarum & Philoſophiæ ſtudiis poſuit: ac non tantum publicè conciones habuit: ſed in collegiis quoque ſuæ familiæ Philoſophiam & ſacras literas interpretatus eſt, *Patavii, Ravennæ, Bononiæ, Vercellis:* qua in urbe, ut ea quæ in Græcis literis didicerat, docendo confirmaret, *Homerum* interpretatus eſt, petente hoc ab eo obnixè *Benedicto Cuſano* Vercellenſi, quem ſupra diximus omnium ejus ſtudiorum ſocium fuiſſe.

Docet Philoſophica quoque & ſacra in collegiis.

Eodem tempore frequenti exercitio concionandi excitatus, qui pro Scholarum conſuetudine hactenus ſe potiſſimum in Scholaſticis Theologis, *Thoma* præſertim & *Arimìnenſi* exercuerat, & interea quoque patrum ſcripta cognoverat, diligentius quam antehac ipſos fontes Theologiæ, ſacras literas utriusque Teſtamenti perſcrutari cœpit. Quia verò experiebatur ad id ſibi neceſſariam eſſe Hebrææ linguæ cognitionem, & ad hanc animum adjecit, ac Bononiæ, in qua urbe vicarius erat Prioris (ita enim collegiorum præſides ab ipſis nominantur) illi operam dedit, nactus præceptorem *Iſaacum* quendam Hebræum medicum. Quanto autem labore plerunque lingua ab Hebræis addiſcatur, norunt qui hujusmodi præceptoribus uſi ſunt. Nam pleriſque eorum in tradendo fides: methodus verò deeſt omnibus. Itaque cum ordine recto progredi non poſſint, & ſuæ linguæ cognitionem noſtris hominibus invideant: non niſi magno labore & ſumptu (quicquid enim boni tradunt, ſpe mercedis tradunt) lingua ſacra ab illis addiſcitur. Attamen omnes has moleſtias Martyr ſingulari patientia & indefatigabili ſtudio ſuperavit: tantus in eo ardor erat cognoſcendi ſacras literas. Quem cum conſideramus, non poſſumus ſatis admirari progreſſum & ordinem, quo viſum eſt cœleſti patri ipſum ad agnitionem cœleſtis veritatis perducere. Primum enim ab ineunte ætate voluntatem ejus excitavit: ut pro viribus conaretur Deo placere & ſervire, quamvis interea paſſus ſit eum aberrare in ratione divini cultus. Deinde ità animum ejus informavit: ut innocentiæ vitæ & juſtitiæ ſtuderet, qua etſi Deum promereri non potuit; coram tamen hominibus ſe irreprehenſibilem præſtitit. Poſtremo ipſum incredibili amore ſacrarum literarum inflammavit & accendit: quarum dum literam aliquandiu ſectatur, tandem patefaciente Spiritu DEI, abdita & ſpiritualia myſteria ſalutariter cognovit.

Hebræam diſcit linguam, Theologiæ cauſa.

Priores qui monachi.

A Judæis lingua ſacra difficulter diſcitur.

Probabant principes familiæ ipſius in concionando & docendo diligentiam: eratque jam nomen ejus celebre in maximis Italiæ urbibus. Quare ſtatuerunt eum, prout ipſius excellentes virtutes merebantur, ad ampliorem dignitatem provehere. Itaque communi

Fit Abbas Spoletanus Martyr.

conſenſu fecerunt *Abbatem Spoletanum.* Quod munus adminiſtrandum cum ſuſcepiſſet, ita præclare ſe geſſit: ut cuncti mirarentur, hominem hactenus duntaxat in literis verſatum, tanta pollere in omnibus rebus adminiſtrandis prudentia & dexteritate. Nam ut alia taceamus, duabus in rebus: quas nulli ante eum Abbates conficere poterant, ſingularis ejus enituit virtus. Fuere Spoleti duo collegia virginum & tertium in quo ipſe agebat Canonicorum Auguſtinianæ illius regularis, ut nominant, familiæ. Horum omnium diſciplina ſuperiorum Abbatum negligentia ſic collapſa erat: ut ob eorum luxum & turpitudinem vitæ, univerſa familia hujus inſtituti magno odio apud omnes eſſet. Id cum Martyr videret pro authoritate & officio ſuo, docendo, monendo, hortando, & ſeverius etiam caſtigando, ita omnes in ordinem redegit: ut non tantum ſibi maximam laudem, verum etiam univerſæ familiæ ſummam gratiam conciliarit. Atque hoc quidem ordinis & inſtituti ejus proprium & quaſi debitum officium fuit. Illud autem alterum, quod jam commemorandum longe præſtantius, & univerſæ Reipub. collatum eſt. Spoletana reſp. ſicut & multæ aliæ in Italia, certas in factiones erat diviſa, inter quas perpetuæ erant contentiones, quæ ſæpe ad pugnas & cædes uſque progrediebantur. Et quamvis hoc ſæpe conati eſſent ſuperiores Abbates: nunquam tamen partes componere & civitatem in concordiam redigere potuerunt. Id cum non ignoraret Martyr: ſecum autem cogitaret, nihil magis officio ſuo convenire, quam diſſidentes in concordiam revocare, & mutua charitate, quam toties Chriſtus commendavit, inter ſe conjungere: exiſtimavit vitam potius ſibi ponendam eſſe, quam ut ulterius aſpiceret civitatem ita miſere proprio diſſidio perire. Itaque non ante deſtitit omnes publice & privatim ad concordiam hortari; officia Chriſtiani hominis docere, patriæ calamitatem, & privata ſingulorum pericula ante oculos ponere; quam id, quod contendebat, efficeret. Tantum enim valuit ejus authoritas, prudentia, eloquentia: ut deinceps omni illo tempore, quo in ea urbe vixit, non modo cædes & pugnæ nullæ committerentur: verum etiam nulla veſtigia factionum apparerent. Tantum unius viri excellens virtus & induſtria potuit. Habent in hoc viro Abbates & epiſcopi omnes exemplum, quod ſi imitarentur: poſſemus forte aliquam ab illis Eccleſiæ emendationem ſperare. Nunc verò quando neque manifeſtiſſimos abuſus corrigunt: perpetuo autem cædes & bella ſpirant: quid quæſo boni nobis de illis polliceri poſſumus?

Id officium egregie adminiſtrat.

Præficitur collegio Neapolitano.

Fuit Martyr Spoleti *triennium*, ac tum, in publico conventu patrum totius familiæ, præfectus eſt *collegio Neapolitano S. Petri ad aram*, quod ſacerdotium ob loci amœnitatem, & amplos proventus magnæ dignitatis eſt. In hac urbe gratia divinæ illumina-
tionis illuſtrius & clarius illi affulgere c
Nam cum hactenus in Scholaſtica Theo
in Patribus etiam multum diuque ve
eſſet: & tandem ad ipſos fontes ſe t
contuliſſet: magis magisque quotidi
Spiritu illuſtratus, errores & abuſus in l
ſia cœpit agnoſcere. Itaque quod mul
ligioni eſt, animum adjicere cœpit ad
pienda noſtrorum quoque hominum ſc
atque nactus *Buceri commentarios i*
angeliſtas & *annotationes in Pſalmos*
ille ſub *Aretii Filini* nomine ediderat
genter; *Zvvinglii* quoque librum *de*
& falſa religione, & alterum ejusdem *d*
videntia Dei, nonnulla etiam *Eraſmi*
& ſe horum omnium lectione multum
feciſſe ſæpe ingenue confeſſus eſt. I
quotidie pene cum amicis, qui puræ r
nis ſtudioſi erant, aliquid ex ſacris literi
mentabatur: ſic ut hujusmodi coll
multum utrinque in vera religione æ
rentur. Inter hos vero, quibuscum d
gione conferebat præcipui fuere *Ben*
Cuſanus, cujus ſupra quoque ment
fecimus, *M. Antonius Flaminius* &
nes Valdeſius Hiſpanus.

Fuit hic poſtremus nobili genere n
Hiſpania, & dignitate equeſtri ornatu
rolo Cæſare: qui poſteaquam à Deo v
ligionis agnitione donatus eſt; vitam
in Italia, & præcipue Neapoli egit, qu
doctrina & ſanctiſſimo vitæ exemplo,
plurimos, præſertim nobiles, Chriſto
fecit, ac fuit eo tempore non ſpernen
cleſia piorum hominum in urbe Neapo
Nam in illo cœtu multi viri erant nob
docti; multæ etiam excellenti virtute
næ: inter quas ut alias illuſtres & ve
roinas omittamus, ſilentio tamen pr
non debemus nobiliſſimam heroinam
bellam Manricham. quæ poſtea Chri
mine à patria exulavit. In hoc cætu p
fuit ibidem Chriſti nomine exul *Gale*
Caracciolus Marchio Vici, & alii
viri poſt exules, quos omnes nominar
neceſſe eſt.

Quamvis autem hujus Eccleſiæ prin
debeatur Valdeſio: nihilominus tamen
tyris quoque virtus commemoranda e
poſteaquam à Domino ampliori luce
veritatis donatus fuit, & ſe cœtui pior
junxit: eam, quam veram doctrina
norat, ſtatim aliis quoque annunciavi
enim epiſtolam D. Pauli ad Corinthio
rem publicè interpretari cœpit, idque n
cum fructu. Namque illum non tantu
collegii ſocii audierunt: verum etiam
Epiſcopi, & multi nobiles. Nam ut n
ea urbs ſemper nobilium & clarorum
rum domicilium fuit. Verum poſtea
verba Pauli quæ tertio ejus Epiſtolæ
habentur: *Unius cujuſque opus qua*
igne probabit. Si cujus opus manſerit
ſuperſtruxit mercedem accipiet: ſi
opus exuſtum fuerit, damnum facie

ſervabitur; ſed ſic tamen tanquam
ignem. Hæc inquam verba, cum con-
eceptam opinionem interpretatus eſſet:
tos ſibi adverſarios & hoſtes concitavit.
o enim perſuaſum eſt, his verbis à Paulo
i & confirmari ignem illum Purgatori-
quo vix aliud fructuoſius habent Papi-
m ſacrificuli. Martyr vero etſi nondum
e oppugnabat illud purgatorium, quaſi
rem à Monachis exſtructum: oſtendit
n, idque ex antiquis patribus, Paulum
neutiquam de igne Purgatorio agere;
doquidem ignem talem conſtituit,
pariter boni & mali ædificatores expe-
ur: ſed eum hoc potius dicere, eos qui
ecte ædificarint, poſſe quidem ſervari,
uaſi per ignem. Ut enim is qui evadit
cendia vix nudus exilit: ita hi doctrina
onfutata & damnata, agnoſcunt ſe lu-
peram, atque ita judicio Dei retecto
n peccato, pœnitentiæ dolorem, & ma-
triſtitiam ſentiunt.

nam hanc & orthodoxam hujus loci in-
etationem quædam Papæ ſimul & ven-
ropria mancipia non poterant ferre.
ant enim ſi hoc fundamentum Purga-
pſorum officinæ convelleretur: etiamſi
emo deinde impelleret: tamen ipſam
rmitate ſponte collapſuram. Norant
ea caſum Purgatorii neceſſario conſe-
teritum parentalium ſacrorum, & in-
tiarum: ex quibus quæſtum hactenus
nt uberrimum. Quare cum ſtatuerent
on eſſe ferenda: Martyrem: quem
rerum autorem fore metuebant, ac-
nt: atque tandem effecerunt: ut illi
e interdiceretur. Sed Martyr huic
cto obtemperare noluit, ut iniquo &
: & cauſæ bonitate fretus, Romam
tificem provocavit, & illic amicorum
dverſarios ſuperavit. Habuit enim
urbe amicos potentes & gratioſos,
lem Gonzagam Cardinalem Mantua-
aſparem Contarenum, *Reginaldum*
, *Petrum Bembum*, *Fridericum Fre-*
, omnes & doctos & apud Pontificem
os: & qui tum viderentur aliquam re-
tionem Eccleſiæ deſiderare. Horum
& opibus ſubnixus facile obtinuit: ut
ctum illud adverſariorum tolleretur,
oncederetur priſtina docendi libertas:
men non diu frui potuit. Nondum
ntegrum triennium Neapoli egerat,
gravem & lethalem morbum incidit,
m perpetuo ſtudiorum ſocio, & inte-
o amico *Benedicto Cuſano*, quo hic
obiit: Martyr vero ſingulari DEI
io, & diligenti optimorum medico-
ra difficulter evaſit. Quamobrem
valetudini conſulerent principes fami-
m viderent ipſum non poſſe ferre ae-
eapolitanum; in publico conventu
runt ipſum *generalem viſitatorem*
rdinis. In hoc munere ita ſe geſſit;
ut boni ejus integritatem, & conſtantiam
& gravitatem plurimum laudarent: reliqui
eum metuerent, & quamvis eum odiſſent:
id tamen diſſimularent.

Ordinis declaratur.

Erant tum multi, qui in ordine tyranni-
dem quandam exercebant, &, cum luxu &
impuritate vitæ maximam univerſæ familiæ
invidiam conciliarent, nullis rationibus &
admonitionibus hactenus ad ſanitatem revo-
cari potuerant. Hos in ordinem redigen-
dos eſſe Martyr exiſtimans, re cum Mantua-
no Cardinale qui totius familiæ protector
erat: communicata, ejus auxilio nonnullos
ſuis dignitatibus privavit: & generalem Re-
ctorem totius familiæ cum aliquot ſociis in
Diomedea inſula ad perpetuos carceres dam-
navit. Ut autem hac diſciplinæ ſeveritate
gratiam univerſo ordini & ſibi ipſi magnam
gloriam comparavit: ita eodem facto mul-
torum odia & inimicitias ſibi conciliavit.
Itaque Mantuæ celebrato conventu proce-
rum familiæ *Prior S. Fridiani Lucæ* deſi-
gnatus eſt. Quæ quidem etſi ampla eſt dig-
nitas ea in familia (nam epiſcopalia jura in
mediam urbis partem obtinet Prior S. Fri-
diani) pauci tamen honoris cauſa Martyrem
huc promoverunt: plerique vero quod eum
odiſſent, vel illi inviderent: & exiſtimarent
eum ob patriam omnibus inviſum fore.
Lucenſes enim magnum & inveteratum
quoddam in Florentinos odium habent:
propterea quod eos libertati ſuæ inſidiari
exiſtimant. Verum Martyr ita excellenti
ſua eruditione & virtute Lucenſium animos
ſibi devinxit: ut contra adverſariorum &
invidorum ſpem & opinionem ipſe, homo
Florentinus, civibus non minus gratus at-
que charus fuerit: quam ſi Lucenſis civis
fuiſſet: ita ut poſtea legatione ad proceres
familiæ miſſa enixe petierint, ne Martyr
ſibi auferretur.

Monachos coercet.

Prior Lucenſis deſignatur.

Inter Lucenſes & Florentinos odium.

Cum itaque Lucæ ageret Martyr, & in
collegio ſuo haberet plures viros doctos,
multos etiam optimæ indolis adoleſcen-
tes: talem diſciplinam inſtituit, qua bo-
nos mores, religionem & literarum ſtudia,
quam maxime poſſet, promoveret. Nam
primum hoc curavit; ut in tribus linguis
adoleſcentes erudirentur quam diligentiſſi-
me: & Latinam quidem docebat *Paulus*
Lacifius Veronenſis: Græcam *Celſus*, ex
illuſtri comitum *Martinengenſium* familia:
Hebræam *Immanuel Tremellius*. Ipſe vero
Martyr, quo juniores ſimul & Græcam
linguam & religionem addiſcerent, quo-
tidie Epiſtolas Pauli illis interpretabatur,
& rurſus ab iis lectionem exigebat. Pu-
blicè vero ante cœnam Pſalmum aliquem
Davidicum explicare ſolebat. Conflue-
bant itaque ad eum audiendum è tota
civitate viri complures nobiles & docti
patricii Lucenſes. Quare ut in univerſa
Republica veram religionem plantaret,
ſingulis

Diſciplina Martyris in collegio Lucenſi.

Paulus Lacifius.

Maximilianus Celſus Martinengus.

Immanuel Tremellius.

Docet Lucæ cum fructu.

ſingulis diebus Dominicis ad populum concionatus eſt, & in Quadrageſima quidem atque in Adventu uſitato more Evangelia jam olim iſtis temporibus adſcripta expoſuit: reliquis autem anni partibus Pauli epiſtolas. Quantum vero ita docendo profecerit, facile hinc colligi poteſt: quod poſt ejus ex Italia diſceſſum, intra unius anni ſpatium *decem & octo* ſocii collegium deſeruerunt; & relicto Papatu profecti ſunt ad Eccleſias, in quibus publice pura Evangelii doctrina traditur: inter quos fuere vir nobiliſſimus *Celſus Martinengus*, qui Genevæ Eccleſiæ Italicæ magna cum laude præfuit: *Hieronymus Zanchius*, qui ſacras literas primo in Argentinenſi, poſt etiam Heidelbergenſi Schola docuit: *Immanuel* item *Tremellius* celeberrimus Hebrææ linguæ interpres. Teſtatur idem magnus numerus patriciorum Lucenſium; qui pro Chriſti nomine ſponte exilium ſubierunt, Martyris conciones fructu non caruiſſe.

Hieronymus Zanchius.

Dum ita Martyr Lucæ ageret, convenere in ea urbe *Carolus* Cæſar *Paulus III.* Pont. venit etiam illuc è Germanica legatione rediens *Caſpar Contarenus* Cardinalis: qui pro veteri amicitia ad Martyrem divertit, una cum *Thoma Badia* Mutinenſi Magiſtro S. Palatii & legationis ſocio. Fuere illis diebus quotidiana Martyris & Contareni de religione colloquia: uti inter amicos homines doctos & religionis ſtudioſos. Redierat tum primum Contarenus ex Germania; audierat noſtrorum hominum confeſſionem fidei; rationes & argumenta eorum cognoverat, & ut plerique judicant, non omnino male de noſtris hominibus exiſtimabat. Credendum quoque eſt Martyrem multa ex illo de noſtris hominibus & doctoribus audiviſſe: quæ eum in ſententia confirmarent: & viciſſim quoque in multis Contarenum juviſſe; ut oculos aperire ac veritatem clarius agnoſcere inciperet. Exiſtimabant nonnulli ob adventum Pontificis Martyrem non in nullo periculo futurum: quod homines invidi & malitioſi, qui ſemper veræ virtutis hoſtes ſunt, apud ſuſpicioſum ſenem facile aliquam calumniam confingere poſſent; unde illi periculum crearetur. Quia vero propria authoritate & eruditione firmus erat, & præterea pollebat populi gratia & amicorum præſidiis; tum quidem nihil contra eum moverunt; ſed re in aliud tempus dilata, ipſum ex inſidiis adoriri ſtatuerunt. Quare ut patientiam Lucenſis populi primum explorarent, quendam Eremitanum Auguſtinianæ familiæ à confeſſionibus, juſſu Romani Pontificis in carcerem conjiciunt, & in eum de religione violata accuſationem inſtituunt. Quam rem indigne ferentes nobiles aliquot Lucenſes, qui hominis pietatem & innocentiam noverant, ipſum effractis carceribus, ex urbe eductum fuga ſibi conſulere juſſerunt. In qua cum forte lapſu crus fre-

Contareni cum Martyre colloquium.

Inſidiæ Martyri ſtructæ.

giſſet, denuo captus & Romam abdu
eſt.
Poſteaquam igitur prima hæc quaſi
preſſio illis ex voto ſucceſſit, ſtatuerun
inceps Martyrem aggredi. Itaque omr
in locis inſidias illi ponunt: Romæ cla
eum accuſationem inſtituunt; in ſin
collegiis ejus familiæ veteres ejus inin
excitant: tempus adeſſe oſtendentes,
ſuam licentiam, quam illi libertaten
pellabant, recuperare, & de Martyre
nas ſumere poſſint: hortantur ne occa
deſint. Brevi itaque horum ſtudio & c
Genuam coeunt, non pro more, prin
tantum familiæ, verum illi maximè,
Martyrem odiſſent, aut illi inviderent;
licentiam vitæ ſibi reſtitui cuperent,
rum religio in ſuperſtitioſis ceremo
Sanctimonia in hypocriſi poſita erat.
catur ab his Martyr: ut ſe Genuæ p
quoque tempore ſiſtat: verum cum in
inimicorum non ignoraret, quas odi
cæcati celare non poterant: & præterea
ci veteres eum monerent, ſibi cav
multos eſſe, qui vitæ ejus inſidias ſtrue
re ſecum diligenter deliberata ſtatuit
ventum hunc omnino evitare, ac ſ
conferre, ubi ab adverſariorum vi &
diis tutus eſſe poſſit. Itaque primum
Bibliothecæ partem aliquam (hæc
erant ipſius κειμήλια) *Chriſtophoro B*
patricio Lucenſi, homini pio, veræ rel
nis ſtudioſo committit: qui eam poſt
Germaniam ad illum pervehendam cu
reliquam partem legavit collegio. D
rebus collegii ordine quantum poterat
poſitis, & cura ejus vicario ſuo comm
clam è collegio & urbe diſceſſit cum t
tantum comitibus, *Paulo Laciſio*
nenſi, qui poſtea Argentinæ factus G
rum literarum profeſſor, in ea urbe mo
obiit, *Theodoſio*, *Trebellio* & *Julio T*
tiano, quem Martyri conſtanter &
ter ad obitum uſque adhæſiſſe notum
Luca diſcedens, cum ſtatuiſſet pa
primum adire, *Piſas* venit: & in ea
cum aliquot nobilibus Cœnam Do
Chriſtiano ritu celebravit. Nactus il
dos homines, literas de diſceſſu ſuo
ſcripſit ad *Reginaldum Polum*, & a
ad ſuos Lucenſes; quæ poſt menſem
ceſſu ſuo illis redderentur. In his
dit, qui & quam graves errores & a
ſint in omni Pontificiorum religione
ſeparatam etiam in vita monaſtica,
bus communicare ſalva conſcientia ul
non poſſit. Expoſuit etiam alias ſu
ceſſus cauſas, odia ſcilicet & inſidia
micorum ſuorum: commemoravit
in illis erudiendis & moderandis
& religionem, & ſibi dolere teſtatu
quod non potuerit eos clarius &
tius in vera fide inſtituere: annulum
iam quem inſigne dignitatis geſtar
litus erat, illis remiſit: quo decl

hil bonorum collegii in privatos uſus
iſſe convertere. Et certe quod ejus inno-
æ judicium eſt; exiguum peculium
n in Germaniam attulit, quod paucis
s, quibus jam exilium meditabatur, ex
rio patrimonio collegerat.
oſtquam vero ſicuti deſtinaverat in pa-
n pervenit, reperit ibi virum optimum
octiſſimum *Bernardinum Ochinum*,
Romam evocatus pergebat: ſed poſtea-
n ab amicis de periculo admonitus cum
yre ſua conſilia contulit, ambo tandem
muni conſilio ſtatuerunt deſerta Italia,
icto patrio ſolo Germaniam petere. Et
quidem Bernardinus inde diſcedens ſe
am primum & poſtea Auguſtam Rhe-
n contulit. Biduo poſt Martyr ipſum
us eſt, & *Bononiam* primum, deinde
ariam, mox *Veronam* profectus, ubi-
umaniter exceptus ab amicis veteribus,
m per Alpes Rheticas in *Helvetiam*
enit. In hoc itinere cum *Tigurum* ve-
, humaniter exceptus à *Bullingero*,
ano, *Gualtero*, & cæteris Eccleſiæ at-
ſcholæ Tigurinæ miniſtris: ſuam illis
m obtulit, ſi ea uti placeret. Verum
nullus locus in ſchola eo tempore vaca-
oſtenderunt ſe quod maximè vellent,
empore ejus opera uti non poſſe: atta-
voluntatis ejus ſe grato animo memo-
re. Retulit aliquando cum hujus pro-
nis mentio facta fuiſſet; ſe, cum pri-
Tigurum veniſſet, multum & tum
eps ſemper eam urbem amaſſe, ac op-
ut eſſet certum & firmum exilii ſui
ium: cujus voti poſt compos factus
quamvis prius divinæ providentiæ vi-
uerit, eum tanquam legatum JESU
i ad varias urbes & gentes mittere: ut
n Deo ita procurante Tigurum redi-
& in ea urbe non longe ab Italiæ fini-
poſt longas & difficiles peregrinationes,
ieſceret.
guro igitur tum diſcedens *Baſileam* ve-
bi cum menſe uno fuiſſet: *Argentinam*
um *Paulo Lacifio* vocatus eſt, id pro-
e viro optimo & doctiſſimo *Martino*
o: atque ipſi quidem ſacrarum litera-
Lacifio autem Græcæ linguæ Profeſ-
mandata eſt. Suſcepto ergo docendi
e illis *quinque annis*, quibus Argen-
nte diſceſſum in Angliam docuit, plu-
libros ſacros interpretatus eſt. Nam
m *Jeremiæ* Prophetæ *Lamentationem*,
duodecim Prophetarum, qui Mino-
minantur, libros enarravit. Poſtea
tio Bibliorum volumen incipiens,
, *Exodum*, & bonam *partem Levi*
plicavit. Quanta autem eruditione,
diligentia hoc fecerit: teſtantur ipſius
libros commentarii. Præterea quan-
m tum in docendo excelluerit: vel
olligi poteſt: quod cum haberet col-
Martinum Bucerum ſummum Theo-
, qui, ut à viro quodam docto vere

de illo ſcriptum eſt, præter reconditam eruditionem copioſamque multarum rerum ſcientiam, præter ingenii perſpicuitatem, multam lectionem, aliaſque egregias ac varias virtutes hanc ſibi propriam laudem habuit: quod vix alius ea memoria exactiore diligentia in ſcripturæ interpretatione verſatus eſt, hunc, inquam, talem ac tantum virum, cum in docendo collegam haberet: nunquam tamen eo inferior eſſe viſus eſt. Nam primum quod propter trium linguarum exactam peritiam, feliciſſimè præſtare poterat, *ipſa verba* ſacrarum literarum *ſenſumque genuinum* diligenter explicabat: deinde *inveſtigabat* & retegebat *rationes & argumenta*, quæ ſub verbis alioquin ſimplicibus & contractis deliteſcunt: & *ſimplicius dicta aliis locis confirmabat, obſcura cum apertis conferebat*: oſtendebat quænam adverſari viderentur verbis propoſitis, & rationem ea conciliandi demonſtrabat: *quid* item *patres ſenſiſſent* ſingulari felicitate memoriæ ordine exponebat, & acri judicio quod pondus & robur ſingulorum interpretationes haberent, examinabat: controverſias vero incidentes ita dextre & dilucide explicabat; ut nemo alius.

Ratio docendi P. Martyris

In univerſa autem tractatione *duo* præterea afferebat, quæ cum maxime in docendo neceſſaria ſint, *methodus* exacta, dein *oratio pura & dilucida*: ſic in his excellebat, ut Bucerum non modo æquare, verum etiam omnium judicio ſuperare videretur. Nam ille methodi alioqui obſervantiſſimus: nonnunquam tamen multarum rerum ſcientia alio abductus, longius ab ordine inſtituto divertebat: aut infinitis occupationibus diſtractus, partitionis propoſitæ non ſemper memor erat. Ad hæc fuit illi (ſicuti agnovit & ſæpe faſſus eſt) peculiaris obſcuritas orationis: ut non niſi ab attento auditore intelligi poſſet.

Duo in docendo neceſſaria: Methodus & ſermo perſpicuus.

Martyr autem omnia, quæ tractanda erant, cum apte in certas partes dividebat: tum neque ullius earum in quantumvis prolixa tractatione obliviſcebatur, neque novam aliquam in media tractatione inſerebat; neque ordinem, quem initio propoſuerat invertebat: ſed eum quem ſemel propoſuiſſet partium numerum & ordinem, conſtanter ad finem uſque perſequebatur. In dicendo verbis utebatur puris, propriis, Latinis: compoſitione præterea tali, quæ neque contractione orationis aut verborum ambiguitate obſcuritatem pareret, vel rurſus orationis longitudine ſententiam ſuſpenderet, & intellectum ac memoriam auditoris turbaret. Itaque non modo rerum ipſarum pondere, verum orationis quoque ſvavitate & elegantia auditores demulcebat; & ſumma præterea gravitate in ipſis lectionibus nunc ad piam vitam cohortabatur; nunc ad pœnitentiam graviori increpatione commovebat; ut omnibus his rebus, quaſi conditæ ejus lectiones ſummam eruditionem & eloquentiam cum ſingulari pietate conjunctam oſtendentes, magnam illi gloriam omnium judicio compararent.

Utriuſque artifex Martyr.

 Nunquam

In diſputando felix idem.

Nunquam tamen doctior erat & magis admirandus, quam in publicis diſputationibus. Sive enim moderandi eſſent concertantes alii: tam ſe æquum judicem præbebat, ac rationibus tantum quæ ad perſuadendum valerent, movebatur: ut nemo unquam ſuſpicaretur partibus eum ſtudere: non adverſariorum argumenta ſolida deprimebat: non connivebat ad amicorum errores & falſas rationes: ſi extra fines diſputationis evagari vellent, eos manſuete ad rem propoſitam revocabat: ſi vero res ad rixas vergeret, ſua authoritate eas ſopiebat. Ita autem finiebat eos congreſſus: ut & ſemper primum maxime neceſſaria repeteret: & tum demum de integra cauſa pronuntiaret, quo & veritas victrix foret, & inde non exigua ad auditores redundaret utilitas. Quod ſi ipſi diſſerendum eſſet, tam in proponendo, quam in reſpondendo ita ſe ſemper gerebat: ut nulla eſſet ſuſpicio cupiditatis vel rixandi, vel reportandæ victoriæ de proſtrato adverſario: ſed animo ab affectibus libero, quid verum eſſet docebat potius, quam ut cum ullo de verbis rixaretur. Itaque poſtea ſæpe cum acerrimis Pontificiæ religionis propugnatoribus congreſſus: neque ipſorum convitiis ad iram unquam impulſus, neque noſtrorum hominum laudibus & acclamationibus gloriola tali elatior factus eſt; ſed eandem modeſtiam & animi æquabilitatem perpetuo tenuit.

Qua vero perſpicuitate dicendi in publicis prælectionib. uſus: eam multo ſtudioſius in diſſerendo fuit conſectatus. Judicabat enim orationis obſcuritatem & ambiguitatem verborum plurimarum contentionum cauſam eſſe. Atque hujus rei apertum teſtimonium ſcripta illius præbent. Nam cum multa de *juſtificatione hominis*, de *prædeſtinatione* divina non pauca, plurima vero ſcripſerit *de Cœna Domini*, in cujus explicatione complures viri docti affectata quadam obſcuritate utuntur, nihil niſi proprium, ſimplex, dilucidum in ejus ſcriptis legitur. Quin etiam cum *Bucerus*, quem coluit & admiratus eſt, ſæpe illum hortaretur: ut in cauſa Cœnæ Dominicæ obſcuris quibusdam & ambiguis dicendi formulis uteretur, quibus ipſe ideo utebatur, quod vir bonus ſibi perſuaſiſſet, poſſe hac ratione tolli gravem, quæ eſt de hac cauſa controverſiam, & ita Eccleſiæ pacem diu deſideratam reſtitui: paruit tandem ille & iisdem cum eo loquendi formis uſus eſt: ſed mox periculo hujus rei animadverſo, ſententiam mutavit. Vidit enim hac ratione non poſſe illis ſatisfieri, qui craſſam & carnalem præſentiam corporis Chriſti in Cœna ſtatuunt, niſi etiam craſſæ eorum locutiones cum plena craſſaque interpretatione recipiantur: rurſus etiam expertus eſt, fratres infirmiores hac orationis ambiguitate, partim graviter offendi, partim ita & implicari & perturbari; ut vix norint, quid ſibi in hac cauſa ſentiendum eſſet. Quare Bucero ſuas locutiones concedens, ipſe eandem, quam in aliis rebus, in hoc quoque dogmate perſpicuitatem [...] tus eſt, manſitque nihilominus inter eo[...] ma conſtansque amicitia.

Sermone perſpicuo uſus.

Bucerus obſcurioribus formulis in negotio S. Cœnæ uſus & cur.

Nam neque Martyris ſententiam, Bu[...] improbabat; neque Buceri ſenſum, q[...] tum vis ambiguis locutionibus uteretur, [...] tyr ignorabat. Itaque etſi diverſa eoru[...] hac eſſet docendi ratio: fuit tamen ſum[...] eorum conſenſus in omni doctrina religi[...] & perpetua amicitia vitæque conjun[...] quam ſi explicare vellemus, & omnia e[...] officia quibus mutuum amorem declara[...] commemorare: verba nos citius, qua[...] ipſæ deficerent. His ergo omiſſis ad p[...] tam & ad domeſticam illius vitam ena[...] dam nos convertamus.

Argentinæ primum domum & fami[...] habere cepit. Vixit autem primum ab[...] uxore in eiſdem ædibus cum amicis, qui [...] ex Italia ſecuti, ſtipendio modico aut p[...] exiguo contentus; quod tamen illi p[...] auctum fuit. Cum enim patriam & [...] ampliſſimas ſummosque honores Chriſt[...] mine reliquiſſet: exiſtimabat ſibi non co[...] nire ulli moleſtum eſſe de augendo ſtipen[...] præſertim cum vita ita eſſet frugali; ut [...] quod haberet, non modo ſibi ſufficeret [...] aliquid etiam ſupereſſet ad amicos juvan[...] Cum vero vitam cœlibem gravibus de c[...] improbaret: amicorum conſilio ſibi deſ[...] dit honeſtam & nobilem virginem *Cath[...] nam Dampmartinam*, quæ cum Metis [...] ret & veram religionem amaret, à piis [...] Argentinam evocata, & Martyri poſte[...] ſponſata fuit. Obiit poſtea in Anglia ab[...] ulla prole, cum annos *octo* cum marito v[...] ſet. Huic cuncti eam laudem tribuerunt[...] præſtantiſſimæ matronæ debetur. Fuit [...] imprimis Deum timens: mariti amans; [...] domeſtica adminiſtranda prudens & i[...] ſtria: munifica erga egenos: & quæ non [...] do ſuis facultatibus, verum etiam conſil[...] omni ope eos juvaret: præterea in omn[...] pia, modeſta, ſobria. Ferunt plebejos h[...] nes Oxonii, illam non tantum ut benef[...] ac matrem quodammodo egenorum am[...] verum etiam quaſi ſacro numine præd[...] admiratos eſſe, propterea quod in mor[...] præſertim in partu uxores eorum illius c[...] lio & auxilio certam plerunque ſalutem [...] ſequerentur. Hujus defunctæ corpus [...] Cardinalis effodi & in ſterquilinium [...] juſſit: & cum aliud, ut jure agere vider[...] accuſare non poſſet, hanc cauſam præte[...] quod juxta corpus *S. Frideſuidæ* huma[...] ſet, & hæretici uxor fuiſſet. Etenim C[...] nalis hic, qui aliquando præcipuus Ma[...] amicus fuerat, poſt ejus diſceſſum ex It[...] non modo ab ipſius amicitia diſceſſerat; [...] rum etiam ſtudium veræ religionis, quo[...] tempus ſimulaverat, penitus abjecit, & [...] rimus noſtrorum hominum hoſtis & perſ[...] tor factus eſt. Itaque cum Martyrem, c[...] optabat, & majore cum voluptate aſp[...] ſet, flammis abſumere non poſſet: in n[...] ti[...]

m cadaver uxoris ejus ſæviit. Poſteaquam
Anglia ſub regina *Eliſabetha* priſtinam
ngelii lucem recepit: ad iſtam infamiæ
m eluendam corpus juſſu Epiſcoporum
s è fimo & ſtercore erutum, & frequenti
lo in honorificentiſſimo templi loco ſo-
iter ſepultum eſt. Et ne quid ſimile in-
rum Pontificii tentare poſſent: oſſa ejus
Fridesſuidæ (quam olim religioſe colue-
) oſſibus permixta ſunt. Quamobrem
l ſanctæ fœminæ corpus turpiter & con-
lioſe abjectum eſt: illuſtre eſt monu-
um Romanæ tyrannidis, quæ neque vi-
que mortuis parcit: quod verò hono-
ntiſſimè veteri ſepulchro reſtitutum:
orum erga ſuum præceptorem, cujus ea
uxor, pietatem & gratitudinem te-

eterum hoc loco paucis exponendum
: qua occaſione in Angliam Martyr
tus ſit: quidve in ea rerum egerit.
io *Henrico* Rege Angliæ, *Eduardus*
lius de conſilio tutorum & maxime
di Ducis Somerſetenſis avunculi ſui,
ma Crammeri Archiepiſcopi Cantua-
& totius Angliæ primatis, pontificiam
nem abolere, & Eccleſias juxta ver-
ei reformare ſtatuit. Et quia ex Aca-
miniſtri Eccleſiarum prodeunt: eas
rimis diligenter reformandas duxit:
inde ex his purus ſuccus ſanæ doctrinæ
ulas regni partes derivaretur. Quia
trus Martyr doctorum virorum judi-
ſingularem eruditionem & incredibi-
ltarum rerum peritiam, unus om-
l hoc munus maximè idoneus vide-
ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, de
e regis, vocatus eſt. Itaque ſub exi-
vembris anni *quadrageſimi ſeptimi*,
i ſenatus, Argentina ubi jam quin-
m docuerat in Angliam diſceſſit,
te eum *Bernardino Ochino*, qui &
que ab eodem Archiepiſcopo voca-
t. Ibi cùm aliquandiu eos Archiepi-
ecum detinuiſſet, & omnibus huma-
ficiis proſecutus eſſet: Martyr juſſu
acris literis interpretandis *Oxonii*
s eſt. In ea Academia primum enar-
iſtolam D. Pauli ad Corinthios prio-
quod in ea tractentur varia & mul-
apita, quæ ad eorum temporum
rſias facerent: ſic ut hujus Epiſtolæ
, ſi commode dextreque adhibita
nibus vitiis, quibus Eccleſiæ ſince-
upta eſt, mederi poſſit: & omnes
que ſuperſtitiones Papiſticas con-

cii, quorum adhuc Oxonii magnus
erus initio quidem utcunque pati-
bant Martyrem docentem: & qui-
n lectiones ejus frequentabant: &
ditionem admirari præ ſe ferebant:
ac præcipue collegiorum præſides
ant à lectionibus: nihil tamen mo-
erius. Verum poſteaquam damna-
tis jam ante ipſorum votis; deinceps occaſio-
ne verborum Apoſtoli de Cœna Domini
tractare incœpit: exiſtimarunt ſibi non ulte-
rius eſſe quieſcendum. Etenim cum majores
ipſorum obſcurata primum, deinde depra-
vata doctrina hujus dogmatis, in Eccleſiam
hac janua erroris patefacta omnem ſuperſti-
tionem & idololatriam invexerint: non po-
terant ferre Martyrem, qui mirifico ſtudio
veritatem Euchariſtiæ ab eorum erroribus &
corruptelis vindicabat. Ut verò non modo
invidiam, ſed grave etiam periculum illi
crearent: apud vulgus primum uſitatis cri-
minationibus eum traduxerunt: quod *ma-* *Capita accuſationis Martyris.*
jorum doctrinam impugnaret: *cæremonias*
optime conſtitutas convelleret: ſacroſan-
ctum *Altaris ſacramentum* profanaret, &
tantum non pedibus conculcaret.

Deinde omnibus rebus compoſitis, ipſo
ignorante, omnibus templis ſchedas Anglico
ſermone conſcriptas affigunt, poſtridie pu-
blicè *diſputandum eſſe contra præſentiam* *Diſputationem indicunt inſidioſe Pontificii.*
Chriſti in S. Cœna. Die ergo ſequenti hi au-
ditorium occupant: operas idoneis locis diſ-
ponunt: easque ad clamores & tumultum,
& ad pugnam præterea, ſi uſus poſtulet, pa-
ratas eſſe jubent: concurrunt præterea audi-
endi cauſa, non tantum ſtudioſi ex omnibus
collegiis: verum etiam pars non exigua con-
citati populi: partim, ut eventum rei ſpecta-
rent, partim etiam, ut alterutri parti adeſſent,
ſi forte tumultus aliquis exoriretur. Mar-
tyr interea horum omnium ignarus ſeſe do-
mi parabat: ut hora conſtituta ſolito mo-
re lectionem haberet: tum interea amici
permoti inſolita concurſione populi, do-
mum ad eum veniunt, ac illi omnem rem
exponunt, hortanturque: ut ſe domi conti-
neat: neque aliquod periculum ſibi conci-
liet, quandoquidem adverſarii ita parati ſint:
ut potius videantur armis, quam argumentis
certaturi. Reſpondet ille, ſe non poſſe of-
ficio ſuo deeſſe: & munus à rege demanda-
tum ſibi negligere: ſe nullius tumultus au-
torem unquam fuiſſe, cujus rei ipſimet opti-
mi teſtes: nunc quoque ſe nolle adverſariis
tumultuandi occaſionem dare: ſed more ſo-
lito legere velle: eſſe haud dubie multos in
eo cœtu: qui lectiones conſuetas expetant,
quos non poſſit negligere. Pergebat jam ad
auditorium comitantibus illum amicorum
fideliſſimis, cum illis in via obvius fit puer
Smythæi, qui in hac tragœdia primas partes *Smythæus ad diſputationem provocat.*
agebat: ac literas ei porrigit: quibus ipſum
herus ſuus ad diſputandum provocabat. Ibi
tum amici rurſus monere, rogare, hortari,
ut domum redeat: commemorare pericula,
quæ ipſum maneant. Perſtat tamen ille in
ſententia: pergit in auditorium: ac provo-
cantes adverſarios modeſta oratione compe-
ſcens quantum poterat, reſpondet, ſe diſpu-
tationem non recuſare: ſed nunc non diſpu-
tandi: verum legendi cauſa veniſſe: atque
ita illis concedentibus lectionem more ſolito
habet magna cum omnium admiratione.

Martyris mira conſtantia.

Quippe qui ante ſingularem doctrinam & eloquentiam admirati: tunc quoque incredibilem conſtantiam in ipſo & fortitudinem ſuſpexerunt. In tanto enim murmure populi & fremitu adverſariorum ita lectionem abſolvit: ut nulla mutatio vultus & coloris in eo appareret: non hæſitatio aliqua vocis: non linguæ titubatio; non denique tremor membrorum aut pallor aliquam ſuſpicionem timoris præberet. Finita lectione acrius inſtant adverſarii; & eum magnis clamoribus ad diſputandum provocant, neque modeſtiſſimam ejus excuſationem accipiunt: quod ſe diceret diſputaturum eſſe: ſed alio tempore, nunc ſe non eſſe paratum, cum propoſitiones diſputandas ita ſtudioſe occultarint, neque more ſolito publice propoſuerint: ut eas ad eum uſque diem ignoret.

Ajebant enim, eum qui nuper cauſam Cœnæ Dominicæ multis lectionibus tractaſſet: non poſſe imparatum eſſe, quæcunque tandem in hac materia quæſtiones proponerentur. Tum ille, cum eum urgere perſeverarent, denuo reſpondit: ſe primum nolle inconſulto rege tantam rem aggredi, præſertim cum res ad ſeditionem ſpectare videatur. Deinde ad legitimam diſputationem requiri: ut proponantur certæ quæſtiones: conſtituantur judices & moderatores: quorum judicio atque arbitrio tota res gubernetur: denique requiri notarios, qui utriusque patris argumenta & orationes bona fide juſtaque diligentia conſcribant. Horum nihil cum paratum tunc & conſtitutum ſit: ſe nec velle nec poſſe diſputare: præſertim cum non ſatis temporis ſuperſit, die jam in meridiem vergente, ad tantam rem excutiendam. Poſteaquam vero his rationibus, quamvis æquiſſimis, adverſariis non ſatis fiebat: & jam res ad pugnam & conflictum ſpectare videretur, authoritatem ſuam interponit Univerſitatis Oxonienſis Vicecancellarius, (liceat enim uſitata nomina retinere) & his conditionibus pugnam dirimit: ut uterque Martyr & Smythæus cum aliquot ſociis in ipſius ædibus conveniant, propoſitiones diſputandas, tempus, ordinem, & modum diſputandi communi conſilio conſtituant. Jubet deinde apparitores ſuos, Bedellos nominant, turbam ſummovere: & ipſe ad ſuggeſtum accedens Martyrem manu illi porrecta è turbe populi abducit, & domum uſque comitatur: ac pro ſua authoritate tumultuantes compeſcit. Martyr liberatus ex hoc præſenti periculo, ne ideo quod cauſæ diffideret diſputationem renuiſſe videretur, hora conſtituta ad domum Vicecancellarii venit, comitantibus ipſum cum aliis amicis, tum præſertim *Sidallo* & *Curtopo*, qui illo tempore eximii veritatis defenſores erant: poſtea tamen Marianis temporibus eandem conſtantiam non retinuerunt. Facit idem adverſarius: & ſecum adducit *Colum Oglethropum*, & tres alios Theologiæ doctores. Diu inter eos de diſputatione conſtituenda diſce-

Procancellarius pugnam dirimit.

Diſputationem init cum Pontificiis Martyr.

ptatum eſt. Martyr enim æquum eſſe
ipſos in confutando eum ſervare ord
quem ipſe tenuiſſet in docendo, idq
dem obtinuit. Abhorrebat præterea
bus peregrinis, barbaris & ambiguis
tamen in ſcholis receptæ ſunt. Itaqu
bus tantum uſus eſt *carnaliter* & *corpo*
quoniam ſcriptura in cœna deſcriber
tum carnis & corporis, non rei & ſub
meminit: attamen ne ambiguitate
ludere ipſum exiſtimarent, ſe illas a
dixit, atqui ſi dictum eſſet realiter & ſ
tialiter. Fuerunt etiam aliis de rebu
ſiones aliquæ inter ipſos: attamen c
mum de univerſa ratione diſputand
ipſos conveniſſet; omnia quæ tum
tuta fuerunt, partium conſenſu ad re
ſiliarios relata ſunt: ut illi de tota co
ſia cognoſcerent. Ab his diſputatio
conſtitutus eſt 4. Nonas Maji, ad que
affuturi ſint legati Regii, qui diſp
præſint. Verum Smythæus conſciu
multus excitati: non expectata di
tuta, fuga ſe ſubducit: & in Scot
mum, deinde Lovanium in Brabantia
Poſteaquam vero præſcripta dies adf
nerunt Oxonium Regii legati R. I
ricus Epiſcopus Lincolinenſis; D. *R*
Coxus Univerſitatis Oxonienſis Canc
D. *Simon Haydes* Decanus Oxonie
Richardus Moriſinus Armiger, D.
phorus Nenynſonus: *IC.* doctor.
ſentibus diſputavit Martyr *per qua*
cum tribus Pontificiæ religionis Th
Treshamo & *Cheadreo* Doctoribus
gano artium Magiſtro. Quanta au
ditione hos confutarit: non neceſſe
memorare: quandoquidem acta h
putationis in omnium manibus v
Nam Martyr, quia adverſarii mult
conficta de hac diſputatione in vul
gebant, eorum improbitate & præte
corum precibus, qui hoc aſſiduè fla
coactus, diſputationem in publicum
Quod qua fide & diligentia fecerit:
teſtimonium Regiorum legatorum
ipſis additum.

Non multo tempore poſt hanc di
nem ruſtici per Denoniam & in O
agro tumultum excitarunt: in q
multi nominatim Martyri necem
tur: cum non modo docere, ſed
quidem verſari in urbe poſſet: an
præſidio incolumis Londinum dedu
non abſque ſingulari regis gaudio:
lum Richemondam venientem ex a
ſpiciens læto animo ſalutavit: eju
columitati gratulatus fuit. Uxorem
& familiam quoniam domi tuto
poterant, amici occuluerunt: donec
multitudo ſeditioſæ plebis urbe ex
Nam à proceribus regni conſcriptis
exercitibus, ſeditio brevi compreſſa
cipuis ejus autoribus capitali ſuppli
ctis. Ac tum Martyr rurſus Oxon

legendi & diſputandi labores rediit:
empore cum Pontificii ſe diſputando
n victos noſſent, & armis palam con-
non auderent: noctu ſæpe tumultus
s ante ædes Martyris commoverunt,
dibus nunc oſtium oppugnarunt, nunc
arum ſpecularia perfregerunt. Quam-
rex, ut ejus ſecuritati & quieti conſu-
fecit eum *Canonicum Collegii Eccleſiæ*
, & in illud collegium migrare juſſit,
tis illi ſplendidis ædibus una cum
ſſimo horto. Fuit hoc in collegio *De-*
ac hujus officii ratione & diſputatio-
ræfuit: & præterea Doctores Theo-
ublico Academiarum more promo-
ſe quoque cum ante Pontificiis privi-
octoris gradum haberet: denuo Oxo-
nniter Doctor Theologiæ renuntia-

uit Martyr Oxonii amicos, ut breviter
omnes eos, qui puram ac veram do-
amabant; & ob eruditionem alicu-
inis erant in illa Academia. Præterea
di Epiſcopi, *Hugo Latimerus*, *Ni-*
Ridlaus, *Joannes Ponetus*, *Joannes*
. Ex aula etiam generoſi ac magni-
Antonius Cocus, *Joannes Checus*,
lus Moriſinus, atque alii complures,
minare non eſt neceſſe, Martyrem
um dilexerunt; verum etiam ama-
ter omnes tamen *Thomas Cramme-*
tuarienſis Archiepiſcopus & Angliæ
ſingulari amore Martyrem comple-
Qui cum ipſe doctiſſimus eſſet;
tamen tantum tribuit: ut in rebus
ie graviſſimis ejus conſilio uteretur.
uotieſcunque vacationem à publicis
laboribus Martyr haberet, eum ad
it: & ſua de rebus graviſſimis con-
illò contulit. Ac poſteaquam à rege
ſcribendi leges Eccleſiaſticas, pri-
XII. deinde XVI. viris commiſſa fuit,
ut Martyr in horum numero unus
dem etiam cum munus hoc univer-
Cantuarienſi à rege fuiſſet commiſ-
ous tantum ad id adſumtis *Gualtero*
& *Rolando Taijlero*, I. C. tertium
e Martyrem. Horum opera adjutus
Eccleſiæ Anglicanæ præſcripſit, quæ
etiam nunc laudem habent apud
ios & doctos. Fruebatur jam uni-
glia pace & tranquillitate, & felix
one & legibus optime inſtitutis. In
totius regni felicitate Martyr non
on etiam felix & beatus videri, qui
ptimorum virorum ſanctiſſimo-
piſcoporum amicitia: verum om-
bito Mariana tempeſtate mutata &
Pura enim religio è templis ejecta:
cleſiæ politia deleta: legeſque il-
gatæ: optimi quique in carceres
In tanta rerum omnium mutatione
docendi munere interdictum: &
um præterea: ne injuſſu magiſtra-
n moveat, neve quid inde rerum
ſuarum aſportet: gravi indicto periculo, ſi
id faceret. Paruit ille edicto; verum cum
moram interponi videret, de ſuo ſtatu ad
regni conſiliarios perſcribit: petit ſi quid
admiſerit: accuſatorem ſibi ſiſti & cauſam
cognoſci. Qui cum nihil in eum ſtatuere
poſſent, diſcedendi poteſtatem illi fecerunt.
Quamobrem recta *Londinum* profectus eſt, *Londinum abit.*
& ibi Cantuarienſem inveniens eum pluri-
mum ſuo adventu recreavit. Venerat hic
tum temporis Londinum; ut quæ adverſarii
de ipſo falſo in vulgus ſparſerant, refelleret.
Nam quia ſumma ejus apud omnes erat au-
thoritas: per concionatores ſuos Pontificii
apud plebem invulgarant: Cantuariæ ipſius
mandato Miſſam reſtitutam eſſe: ipſum quo- *Crammerus traductus calumniis.*
que pollicitum eſſe Reginæ ſe Miſſam dictu-
rum in funere Regis: ſimul etiam de futura
diſputatione quædam jactarant. Hoc ubi
reſcivit ille, edito ſcripto ſeſe purgavit: te-
ſtatus ſe paratum eſſe religionis formam ab
Eduardo rege inſtitutam publica diſputatione *Ad diſputationem ſe offert.*
defendere. *Si*, inquit, *Nobis libertatem*
det Regina, *confido*, *cum Petro Martyre*,
atq; aliis quatuor aut quinque: quos mihi
delegero, *favente DEO*, *nos omnibus ap-*
probaturos, *non ſolum preces communes*
Eccleſiaſticas, *& adminiſtrationem ſacram*
cum cæteris ritibus & ceremoniis: verum
doctrinam quoq; univerſam, *ac religionis*
ordinem conſtitutum à ſupremo noſtro do-
mino rege Eduardo VI. puriora hæc eſſe, *&*
verbo DEI magis conſentanea, *quam quic-*
quid mille retro annis in Anglia uſurpatum
norimus: tantum ut judicentur omnia per
verbum DEI. Proteſtationem hanc & con-
ſilium cum Martyri expoſuiſſet: probavit *Eodem animo eſt & Martyr.*
ille, & oſtendit ſe paratum eſſe ad diſputatio-
nem, neque ullum periculum religionis no-
mine velle declinare. Verum dum in hac
diſputationis exſpectatione ſunt; Cantuari-
enſis & Eboracenſis, Archiepiſcopi, Londi-
nenſis præterea & Wigornienſis Epiſcopi in *Epiſcopi in carcerem conjecti.*
carcerem abducuntur. His enim rationibus
adverſarii cum illis diſputare ſtatuerant.

Verſabatur tum & Martyr in magno peri-
culo, cum ob eandem religionem: tum et-
iam ob familiaritatem & amicitiam horum
virorum. Neque hoc ipſe ignorabat: verum
fretus ſua innocentia: & quod in leges regni
nihil commiſiſſet: non diſcedendum puta-
vit, niſi miſſione impetrata. Quare cauſam *Martyr dimisſionem petit.*
denuo proponit Conſiliariis regni, ac ſe non
privata voluntate veniſſe in Angliam demon-
ſtrat: ſed vocatum à Sereniſſimo rege Eduar-
do: & miſſum ab ampliſſimo magiſtratu
Reipub. Argentinenſis; ac utriuſque diplo-
mata proferebat. Cum verò nunc ſua opera
uſui eſſe non poſſit, ſe dimitti poſtulabat. *Etiam impetrat.*
Quod poſtquam obtinuit: vix tamen cre-
debant amici, etiam acceptis à regina literis,
eum tuto poſſe diſcedere. Dicebant enim
ejus adverſarii, tantum Pontificiæ religionis
hoſtem non eſſe è manibus dimittendum: ſed
vel ex ipſa navi in carcerem, & ad ſuppli-
cium

cium retrahendum. Monebatur quoque; ut ſibi caveret ab inſidiis, quæ ſi Oceanum trajiceret, illi in *Flandria* & *Brabantia* paratæ eſſent. Verum DEI beneficio cuncta hæc pericula & certiſſimas inſidias admiranda ratione evaſit.

Inſidiis petitur.

Evadit beneficio naucleri.

Cum enim peregrinorum alii in Friſiam, nonnulli vero in *Daniam* deſcenderent: nactus eſt ipſe gubernatorem navis, hominem pium & metuentem DEI, qui eum in Anglico litore clam domi ſuæ detinuit totis *quatuordecim diebus*, ac jam omnes tam amici, quam inimici eum cum cæteris peregrinis abnavigaſſe credebant: cum ipſe demum ex Anglia ſolvit, & gubernatore ſuo *Antverpiam* noctu ſua cauſa appellente, ab eo ad amicos eſt deductus: & ab aliis ante lucem currui impoſitus, per regiones ſibi infeſtiſſimas incolumis *Argentinam* pervenit, omnesque adverſariorum inſidias, DEI inprimis beneficio, deinde ſua celeritate, evitavit.

Antwerpiam appellit.

Inde Argentinam.

Cum gaudio amicorum.

Excepere eum Argentinæ veteres amici viri optimi atque doctiſſimi *Sturmius*, *Sleidanus*, *Zanchius*, *Herlinus*, *Daſypodius*, *Sapidus*, *Hubertus* & reliqui, magna lætitia. Quo enim in majori periculo ipſum verſari noverant, eo ſalus ipſius & inopinatus adventus majus gaudium illis adferebat. Senatus quoque cum ejus virtutem & doctrinam optime noſſet: juſſit quamprimum illi reddi priſtinum locum, quem ante diſceſſum in Angliam habuerat.

Priſtino loco reſtituitur.

Interea vero nonnulli, qui illi male vellent, de eo ſiniſtros rumores ſparſerunt: quod *in doctrina de Cœna Domini à ſententia Auguſtana confeſſionis diſceſſiſſet: ideoq; timendum: ne aliquas in Eccleſia turbas excitaret.* Admonitus ergo hujus rei ab amicis, Senatui ſcripto oblato ſeſe purgat & docet: *Confeſſionem Auguſtanam & alias, quæ ab ea non diſcrepent, ſi recte atq; commode intelligantur, ſe libenter amplecti, profiteri; ac ſi opus fuerit velle pro viribus tueri:* Promittit deinde *per ſe nullas lites aut contentiones excitatum iri: imo ſi locus aliquis pertractandus ſit in ſcripturis, aut quæpiam alia neceſſitas requiſiverit: ut circa hujusmodi quæſtionem ſuam ſententiam explicet: id ſe facturum cum omni modeſtia & citra cujusquam amaram inſectationem. Quæ vero ſua ſit ſententia, ex libellis à ſe jam editis facile poſſe cognoſci: quibus hoc ſcripto ſeu promiſſo nil detractum ſeu immutatum velit, quod per ſcripturas divinas edoctus aliter eſſe cognoverit.*

Purgat ſe ad Senat. Argent.

Concordia inter Lutherum & Bucerum.

Et quia præter Auguſtanam confeſſionem à quibusdam proferebatur *concordia inita inter D. Bucerum & D. Lutherum* eorumque ſymmiſtas: reſpondit *ſe huic non ſubſcripſiſſe: quod per verbum DEI & conſcientiam largiri nequeat: deſtitutos vera fide percipiendo ſacramenta, corpus Chriſti ſumere.* Addebat autem, non debere hoc illis mirum videri, quod aſſentiri nollet: cum ipſemet D. Bucerus in Argentinenſi

ſchola ſecus docuerit; dum Acta Apo
rum explicaret: idemque cum eſſet in A
(quod ex quibusdam ejus articulis c
poſſit) longe aliter ſcripſerit, & quid
cte. Nam cum fides unicum ſit inſtr
tum, quo à nobis Chriſtus ipſe, cor
ſanguis ejus percipiuntur: ea ſubm
corporis nil niſi ſacramentum corp
ſanguinis percipere, panem inquam &
inſtituto Domini conſecrata. Quem
dum etiam ætatis adultæ homo, ſi abſq
ad baptiſmum acceſſerit, nihil dicitur
ſacramentum, hoc eſt aquam & E
preces habere; ſi quidem nullus, q
credit gratiam regenerationis adipiſcit
etiam citra fidem neminem ad comr
nem corporis & ſanguinis Chriſti adit
bere. Ut enim dicit Auguſtinus: *man
& bibere, nihil aliud eſt, quam cr*
Poſtremo addebat, ſe vereri, ne con
huic ad ſe allatæ ſubſcribendo videatur
ſias *Tigurinam*, *Bernatem*, *Baſilie
Genevenſem*, *Lauſanenſem*, & *Anglic*
omnesque per Italiam & Galliam di
fratres damnare: quod ſane per verbu
& charitatem erga eos ſibi non liceret
inde ut Saxonicas Eccleſias, omnesq
conſentientes, veneretur & ſuſpiciat:
alias, quas commemoraverit, ſe amp
Domino ac vehementer diligere. Non
hanc quæſtionem tanti eſſe: ut inter
communionem & charitatem ſolvere c
Hoc ejus ſeu ſcripto, ſeu promiſſo,]
Argentinenſis, qui Martyrem mirific
bat, contentus fuit, rejectis aliorum c
lariis accuſationibus.

Reſtitutus itaque priſtino muneri
cum librum interpretatus eſt. Et qu
idoneo Philoſophiæ profeſſore ſchol
tuebatur: decretum fuit, ut duo Th
ſicut ſacras literas, ita quoque Ariſtote
loſophiam alternis ſeptimanis docere
que Martyr, laborem hunc non def
Ariſtotelis libros *de moribus ad N
chum* interpretari cepit: & in eorum
catione in tertium usq; librum progre
Collega vero ejus, D. *Hieronymus Za*
Martyri amiciſſimus & illum ex Ita
diximus, ſecutus, libros *Ariſtotelis*
tura ſibi interpretandos deſumpſit.
adverſarii illius & malevoli, de quibu
etſi palam ſeſe illi non opponerent: q
tamen clam, & quaſi per cuniculos
oppugnare non ceſſabant. Nam & per
& in lectionibus atque concionibus ſi
ita aperte perſtringebant: ut juſtæ
tioni nihil niſi Martyris nomen deeſſet
& è ſtudioſis quidam publice in ſcho
tionem de Euchariſtia habuit; in ho
poſitam; ut Martyrem & doctrinam
ex profeſſo damnaret.

Quare cum aniamdverteret adve
quotidie apertius bellum contra ſe ger
ſe nominatim libellis perſtringere: de c
ſecum deliberare cepit. Et vere ſubit

s occaſio opportuniſſima illi oblata eſt.
n cum apud Tigurinos mortuus eo tem-
e eſſet vir optimus & ſanctiſſimus *Conra-*
Pellicanus: Tigurinæ Reipubl. Senatus,
oluntate miniſtrorum Eccleſiæ, illi Pe-
h Martyrem ſubſtituit, & ea de re cum ad
m, tum etiam ad Senatum Argentinen-
literas dedit: quibus ipſum Tigurum
i poſtulabat. Fuit hæc vocatio Martyri
iſſima. Quamvis enim Argentinenſem
ıpubl. amaret, & ei ſe multa debere ag-
eret: quia tamen controverſiam ſacra-
tariam quotidie majori animorum acer-
e agitari videbat: gaudebat ſibi occaſio-
datam, qua ſe poſſet turbis expedire.
ıe cum à Senatu Argentinenſi de ſua vo-
ate rogatus eſſet, nihil diſſimulans, oſten-
iſſionem ſibi fore gratiſſimam: ac pro-
eſtatus de ſuo in Rempub. animo, quo-
is cum ipſis manere poſſet, ideo fieri in-
, quod videret ſe iſto tempore non poſſe
ipſos habere eam, quam cupiat docen-
iſputandi, & ſcribendi libertatem. Ut
n hanc appetat ſe primum ſua vocatione
i, & minis etiam atque comminatio-
percelli. Deinde ſe vereri judicia gra-
orum virorum, qui ſua ſcripta legerint,
ocentem audiverint: ſi veritatem alias
ad capitis periculum defenſam, nunc
licibus & variis modis clam & palam
natam, ſuo ſilentio non tantum deſe-
d quaſi prodere videatur. Ab his enim
m aliqui ob hanc eandem cauſam vel
is cremari voluerunt, vel adhuc ſuper-
nagna cum utilitate Eccleſiis Chriſti
t, ſe non poſſe niſi graviter coargui: ut
l à ſententia vera defecerit, quod in-
ntiæ crimen in homine Chriſtiano mi-
ferendum ſit, vel qui tacitus velit præ-
, quæ ad ſalutem conducere & neceſſa-
non ignoret. Cum itaque Deus velit;
m doctrinam univerſam & fide am-
ur & profiteamur: ſe hanc conditio-
n qua nunc verſetur non poſſe ſalva
ntia retinere, niſi ſibi quæ ſcripto pe-
concedantur. Neque hoc iniquum
ut tantum ſibi liceat, quantum alii ſui
s cum in concionibus tum in ſcholis li-
ſibi velint. Proinde cum munus ſuum
rio libertatem in docendo poſtulet:
tamen ipſi certis de cauſis, quas non
t graviſſimas eſſe, hoc tempore con-
nolint, aut non poſſint: rogare ſe,
ipſorum venia ſibi eo, quo vocetur,
ere liceat. Oſtendit præterea nullam
nciliationis per colloquium aut aliam
bi affulgere: ſi quid tamen inſtituatur,
n ſi alibi agat, non defuturum ſuo of-
Senatus qui Martyrem amabat, & eum
onditionibus retinere voluiſſet; cum
ipſum in hac ſententia perſiſtere, ſibi
on integrum eſſe illo tempore, quam
docendi, diſputandi & ſcribendi li-
m illi concedere: invito animo eum

Diſcedit Argentorato Tigurum.

Diſceſſit itaque Argentina tertio Idus Julii anno partæ ſalutis M. D. LVI. magno cum dolore & gemitu bonorum omnium, quibus gratus, charus & reverendus erat, cum ob eximias virtutes, ſummum ingenium & doctrinam ſingularem, tum etiam ob morum facilitatem, ſummamque concordiam, quam cum omnibus bonis & doctis, perpetuo coluit. Tigurum cum veniſſet, una cum Cl. viro *Joanne Juello* Anglo, qui poſtea Sariſburienſis Epiſcopus: magna cum gratulatione, exceptus eſt à Senatu, à ſchola, ab Eccleſiæ miniſtris, denique à bonis omnibus. Cum autem ad *Bullingerum*, veterem ſuum amicum, divertiſſet, donec familia, hoc eſt, Julius cum uxore ſua & filiolo ipſum ſequeretur: ita uterque alterum ab eo tempore complexus eſt: ut quamvis antea ſumma inter eos fuiſſet conjunctio: ea tamen ex iſta familiaritate acceſſione magna aucta ſit, & ita confirmata, ut eam ad obitum uſque abſque ulla vel minima alicujus offenſionis ſuſpicione conſervarint. Sunt autem hæ amicitiæ firmiſſimæ, quas virtutum & ſtudiorum ſimilitudo conjungit: quæ cum ſumma fuerit inter ambos, ac talis: ut uterque alterum non modo amaret, verum etiam obſervaret, non mirum eſt arctiſſimam quoque eorum conjunctionem fuiſſe. Amavit item concionatores & collegas cæteros ſincere, atque fratrum quaſi loco habuit: contra juniores filiorum loco ſemper complexus fuit. Et qui hæc minus forte perſpexerunt, quanta in eo fuerit ſvavitas in conciliandis ſibi hominum animis, vel hinc conjiciant: quod eum non tantum collegæ in ſchola & Eccleſiarum miniſtri, ac cæteri, qui ipſum quotidie docentem audierunt; ſed etiam in ſenatu & in plebe optimus quisque cum neque docentem audire, neque loquentem intelligere poſſent, ſic tamen eum coluerunt, ut vix alium è præcipuis in Republ. viris: id quod teſtata eſt omnium ordinum frequentia, in illius funere. Declaravit etiam ſuam in eum voluntatem Tigurinus ſenatus, quando eum unanimi conſenſu honoris ergo civitate donavit. Quamvis enim lege lata cautum eſſet, ob immenſum civium numerum, ne quisquam eo anno & proximo in civitatem reciperetur: eam tamen in tanto viro ſervare noluerunt; quod recte exiſtimarent, non legi, ſed potius urbi Tigurinæ fieri injuriam, ſi talis vir cum ipſis quaſi peregrinus & hoſpes maneret, & non inter cives cenſeretur.

Comes ejus Joannes Juellus.

Divertit ad Bullingerum.

Quo cum vetuſtas amicitia Martyri.

Cum collegis item conjunctio.

Gratus præterea charusque omnibus.

Tiguri civitate donatur.

Erat eo tempore Martyr, quo Tigurum venit, adhuc viduus: ſed tandem ab amicis perſuaſus, cum ipſe ſingulari liberorum deſiderio teneretur, eoque magis, quod ipſe ſolus ex florente quondam Vermiliorum familia ſuperſtes eſſet, uxorem alteram ducere ſtatuit, ſexto anno poſt primæ uxoris

mortem. Erat in Eccleſia Italica, Genuæ virgo Brixienſis honeſto genere nata, *Catharina Merenda*, quæ illuc religionis nomine conceſſerat. Hanc Martyr optimorum virorum & totius Eccleſiæ teſtimonio commendatam, uxorem ſibi conjunxit. Suſcepit ex ea *Eliperium* filiolum, & altero partu filiam *Gerodoram*: qui tamen ambo in prima infantia mortui ſunt: eandem ipſe moriens * gravidam reliquit.

* *Peperit filiolam poſthumā Mariam.*

Amat Rempubl. Tigurinam

Quantum autem amarit, & quanti fecerit Tigurinam Remp. & Eccleſiam, ex eo colligi poteſt; quod cum ſciret ſe uxorem relinquere gravidam: teſtamento cavit, ut partus poſthumus, ſi modo vitalis ſit, nunquam alibi quàm apud Tigurinos educetur. Eandem ejus voluntatem & amorem ex eo quoque eſt conjicere: Altero poſtquam ad Tigurinos venerat anno, Genevæ mortem obiit vir clariſſimus *Maximilianus Celſus*, *Martinenghi* Comes, qui Italicæ Eccleſiæ, ea in urbe præfuerat. Fuerunt autem in illa Eccleſia multi & præclari viri, qui deſerta Italia Genevam, tanquam in aſylum & tutiſſimum portum piorum hominum ſeſe contulerant, atque inter hos multi Lucenſes, viri primarii ex ea Repub. quorum plerique Martyris olim in Italia diſcipuli ipſo doctore ad agnitionem Chriſti pervenerant. Quamobrem cum alius in Celſi demortui locum ſubſtituendus eſſet, ſumma omnium voluntate & conſenſu, ardentiſſimisque ſtudiis Martyr electus fuit: ac ſeniores Eccleſiæ datis ad ipſum hac de re literis, eum non tantum rogarunt; verum etiam obteſtati ſunt: ut vocationem ratam haberet. Idem egerunt Angli veteres illius amici: ex quibus multi præclari viri tum Genevæ exulabant religionis nomine: idem quoque modeſte ab eo petiit *Ioannes Calvinus*, non Genevenſis tantum, ſed univerſæ Eccleſiæ ornamentum. Dicebant eſſe in ea urbe & Eccleſia optimam Italiæ partem, plurimos item ipſius diſcipulos, qui ejus adventum expectent, plures etiam in ejus adventu ad viam ſe parare. Commemorabant electionis pulcerrimam formam, pulcerrimas χειροτονίας, toties à Spiritu Sancto approbatas, diſpoſitiſſimas item ſuffragiorum diſtributiones, in quibus omnia ſummo ordine optimoque conſilio facta ſint. His addebant tantum eſſe tamque ardens totius Eccleſiæ deſiderium: ut hunc ducem, paſtorem, præceptorem adipiſcatur: ut niſi votis potiatur, dolore eam debilitari quodammodo neceſſe ſit. At Martyr etſi paratiſſimus erat ſuæ gentis hominibus inſervire, nihil tamen ſuo arbitrio ſtatuendum eſſe exiſtimavit: ſed rem integram ad ſenatum Tigurinum & Eccleſiæ miniſtros retulit: & quia illi vocationem ratam non habebant, quod viderent, ſe quidem Martyrem eo tempore abſque ſingulari detrimento ſcholæ & Eccleſiæ non poſſe dimittere: fratres autem Genevæ in Eccleſia Italica habere multos & bonos & doctos viros, quos rectè in locum Maximiliani ſubſtituere poſſint: ipſe quoque eorun[…] luntati & judicio ſuam voluntatem lib[…] accommodavit. Quin etiam cum poſt[…] nis aliquot interpoſitis veteres amici o[…] ampliſſimis conditionibus ipſum in An[…] revocarent, & adderent, Reginam, […] de ejus voluntate certa fiat, paratam eſſe […] legato ipſum in Angliam revocare. […] ibi, ut antè, Eccleſiæ & Reipub. Tig[…] moderatorum judicio acquievit. Argu[…] tum hoc in Martyre eſt ſingularis in Eccl[…] Tigurinam amoris; reverentiæ erga […] ſtratum: conſtantiæ in ſuſcepto mu[…] animi denique ab ambitione & avariti[…] ni: qui cum alibi docere poſſet concur[…] minum majore, ampliori gloria, ſtip[…] luculentiore: his rebus non magis mot[…] quam ſi nihil omnino ad ſe attinerent.

Genevam invitatur.

Rurſus vero quam promtus fuerit […] ſerviendum aliis Eccleſiis, quàm nulla […] cula metuerit; ſatis declarat profectio i[…] liam, quam anno ante obitum juſſu & v[…] tate Magiſtratus ſui ſuſcepit, hac occa[…] Cum ad XIII. Cal. Auguſti Epiſcopi Ec[…] Gallicanæ à Rege Poſſiacum convenir[…] fuiſſent, & comitia quoque principum […] liæ in idem tempus indicta: Orthodo[…] Gallia ſpes facta eſt, poſſe aliquod de reli[…] colloquium inſtitui, è quo magna ad E[…] ſiam utilitas redundaret. Quamobre[…] Eccleſiis delecti ſunt certi homines, […] conventu omnium ordinum libertatem […] gionis promoverent, & doctores qu[…] plurimi deſignati: qui cum adverſari[…] putare & conferre poſſent. Et quia Ma[…] ſingularis & excellens eruditio, & inco[…] rabilis diſputandi facultas illis nota e[…] hunc unum ex omnibus peregrinis no[…] tim evocandum putarunt. Quamobr[…] Chriſtianis Eccleſiis & ab illis princi[…] qui earum tutelam ſuſceperant, Tig[…] miſſus eſt vir nobilis *Claudius Bradell[…]* una cum illo venit *Theodorus Beza*, cu[…] omnibus his actionibus primæ partes fue[…] Quærebant hi quænam ſenatus, quæ Min[…] rum Eccleſiæ, quæ ipſius Martyris vol[…] eſſet, ſi aliquod colloquium inſtituere[…] ad id ipſe nominatim à rege evocaretu[…] cum cognoviſſent neminem pro ſua […] tam ſancto inſtituto defuturum; hic qu[…] Genevam, alter verò recta in Galliam […] Non ita multis interpoſitis ſeptimanis, […] ad colloquium evocatus, per celeres […] illuc profectus eſt, & Bradella Tigurum […] ſecum afferens literas à Regina matre, […] Navarreno & Condæo, atque Adm[…] Principibus, quibus à ſenatu Martyren[…] mitti poſtulabant; & ſimul mittebant […] las publicæ ſecuritatis, ſeu ſalvi condu[…] ut viderent, nihil periculi ſubeſſe. C[…] cum res videretur non negligenda, ſe[…] vocationi aſſenſit, & Martyrem ſe it[…] accingere juſſit.

Rec[…]

Redibat forte eodem tempore in aulam
clariſſimus *Matthæus Cognetius*, regis
iæ apud Helvetios legatus, qui Martyrem
um comitatum recepit; & ſalvum *Lu-*
am Pariſiorum deduxit. Inde ad aulam
ectus à fratribus humaniſſime exceptus
& ſalutatis Rege Navarræ & Principibus
dæo atque Admiralio, ad Reginam Gal-
ocatus eſt. Quam poſtquam ſolenni re-
ntia ſalutaſſet, & de ſuo adventu verba
let: hortatus deinde eſt eam ad promo-
lam puram religionem. „Docebat enim
reformatione Eccleſiæ ipſam non ſolum
gno Galliæ conſulturam eſſe; ſed toti Eu-
pæ; quod omnes in regnum Galliæ ocu-
conjeciſſent. Imminere quidem & of-
re ſe gravia pericula: ſed non timendum
e; quod ſemper Deus affuerit Principibus
c rei ſtudentibus. Aſam, Joſaphatum,
echiam & Joſiam juviſſe, qui correxe-
t populum; cum idololatria prorſus
ruptus eſſet. Conſtantium cum haberet
legas, imo ſuperiores Diocletianum &
ximianum, auſum eſſe Chriſtum am-
cti. Conſtantinum in graviſſimis peri-
s pacem dediſſe Eccleſiæ, qui collegam
itus erat Licinium, Chriſtianis inimi-
n. Quod ſi Deus iſtos juvit, eum non
ſui diſſimilem, verum eundem, qui
s fuerit. Addebat Reges potiſſimum in
DEO ſervire oportere: ut eorum opera
illius, non pro hominum voluntate,
tur. Nunc vero id unum maxime ſtu-
dum; ut religio & ſacer cultus ad prima
a revocetur, & ſuperſtitiones inductæ
oveantur. Deum quidem potuiſſe abs-
principum opera id facere & aliquando
le: verum ordinaria via ita principes
eviſſe illuſtrare. Quare illos decere non
viſci ſe poſitos non minus prioris, quam
erioris tabulæ cuſtodes, ideoque non
e eis curam divini cultus prætermittere.
iebat præterea eos „non eſſe audien-
qui affirmant ad principes hoc non at-
e; cum in Deuteronomio longe aliter
atur, & Paulus velit Magiſtratum eſſe
motorem bonorum operum, inter quæ
nus cultus primum locum tenet. Re-
e veritatis ſtudioſam eſſe teſtabatur; at-
eo etiam ipſum acceſſiviſſe; ut conſi-
laret ineundæ concordiæ: ita ut abs-
lverſariorum offenſione pax habeatur,
enim tot eſſe diſcordias & ſeditiones in
o cauſa religionis: ut admodum turbe-
Ad id Martyr libere reſpondit; etſi ni-
ni ſibi de adverſariorum voluntate poſ-
mittere: ſe tamen non negare benigne
niter cum illis agendum eſſe, modo ni-
veritate imminuatur aut decidatur.
nirum autem eſſe diſcordias aliquas
quandoquidem Chriſtus talia eventura
erit in Evangelii prædicatione, profeſ-
ſit ſe veniſſe: ut gladium, non pacem
eret, ac ignem accendiſſe, neque aliud
niſi ut ardeat. Neque poſſe religionem
puram ac veram inſtaurari ac retineri citra crucem. Ideo illam jubebat forti animo eſſe ac ſincere iſtam provinciam aggredi, & Deum juxta ſua promiſſa non defuturum, qui leniat mala & patientiam largiatur. Præterea aliquoties interrogatus à Regina, quodnam conſilium haberet de rerum compoſitione? reſpondit ſibi non aliud occurrere; niſi ut libere ſineret Evangelicos ad ſacros cætus convenire, dando eis templa, in quibus haberentur ſacræ conciones. Nam ſi hoc efficeret, veritatem ſeſe ultro patefacturam, nec opus fore colloquiis aut diſputationibus. Poſtremo cum rogaretur, quid de Auguſtana confeſſione judicaret, reſpondit: ſibi videri, nobis debere ſufficere verbum DEI, quod ibi omnia luculenter contineantur, quæ ad ſalutem faciant. Neque enim ſi ea confeſſio recipiatur conciliationem ſecuturam cum Romanenſibus, cum illam, ut hæreticam, proſcripſerint. In eandem ſententiam Regi Navarreno & aliis magnis in aula viris reſpondit, qui eisdem de rebus ipſius ſententiam quærebant.

P. Martyris conſiliũ de componendis diſſidiis religionis.

Ejusdem de Auguſtana confeſſione ſententia.

Secuta deinde eſt actio publica, ad quam Cardinales & Epiſcopi Martyrem non admittendum eſſe cenſebant: Regina tamen venire voluit. Habuit in hac actione orationem *Cardinalis Lotharingus*, quam etiam poſtea in publicum edidit; in hac multa de ſua Eccleſia dixit, ut quæ haberet ſucceſſionem continuatam, manuum impoſitionem, & coleret Chriſtum ſine idololatria. Negavit, DEI Eccleſiam tantummodo ex electis conſtare: quod alioqui eſſet futura inviſibilis, & homines de illa ſemper fore incertos. Præterea ſubjecit, concilia errare non poſſe, neque doctrina, neque moribus; ſed multa immutare, pro temporum varietate. Et Eccleſiam ipſam affirmavit ante ſcripturas eſſe, atque illarum interpretationem ab Eccleſia petendam. Divertit poſthac ad *rem ſacramentariam*, & de tranſubſtantiatione atque Miſſa nihil dixit, affirmavit autem *corpus Chriſti præſens adeſſe*, & ut loquebatur, ſuperſubſtantialiter. Cumque peroraſſet, convertit ſe ad Reginam matrem & Regem, eosque genibus flexis oravit: ut in ea fide permanerent, in qua nati & baptizati eſſent; atque ſimul obtulit cum ſuis Epiſcopis omnia officia, obſequia & obedientiam. Interpoſitis deinde aliquot diebus *Beza* pro ſua ſingulari eruditione Cardinalis Lotharingi orationem publice graviter confutavit: Cardinalis vero ſe illi oppoſuit atque petiit; ut noſtri aut confeſſioni Auguſtanæ ſubſcriberent, aut brevem propoſitionem de Cœna Domini à ſe allatam recipiant. Niſi enim hac in re convenirent, ſe nolle ulterius agere & colloqui: Quærebat enim ſtudioſe cauſas abrumpendi colloquii.

Actio publica Poſſiacena.

Oratio Cardinalis Lotharingi.

An Eccleſia vera tantum ex electis.

Concilia an errare poſſint.

Eccleſia ante ſcripturam.

Corpus Chriſti præſens quomodo.

Beza eam orationem refutat.

Siluit in hac actione Martyr, quod omnia Gallice agerentur: verum cum denuo conveniſſent, admonitus à fratribus, permiſſu

Idem & Martyr.

quoque Reginæ, etiam ipſe Italica lingua multis contra Lotharingum egit. Qui tamen congreſſum detrectare videbatur: & cauſabatur Martyrem Italice locutum eſſe, quaſi non intellexiſſet, dicebatque ſe malle agere cum homine ſuæ linguæ: attamen ad quædam ab eo allata conatus eſt reſpondere: Quin & quidam Hiſpanus Magiſter ordinis Jeſuitarum, Italicè orationem contra noſtros habuit; cui paucis Beza reſpondit. Martyr vero rurſus de cœna adverſus Cardinalem diſſerere cœpit: ſed quia nox imminebat, & præterea actio turbulenta erat: ita ut ne ipſe quidem Cardinalis clamoribus abſtineret: eo die nihil ulterius actum eſt.

Collocutores delecti.

Poſteaquam vero adverſarii fruſtra reluctantibus noſtris obtinuerunt: ut colloquium inciperetur ab articulo de Cœna Domini; electi ſunt ab utraque parte *quinque collocutores*, adverſariorum quidem *Valentinus* & *Sapenſis* Epiſcopi, *Botillerus*, *Saligniacus*, & *Dèpenſius* doctores: ex noſtris autem *Beza*, *Marloratus*, *Spina*, *Dominus de Sola* & *Petrus Martyr*. Egerunt hi ſoli abſque ullis judicibus, adhibitis tantum duobus notariis: ac primum diligenter petebant, ut aliqua formula proponeretur, qua de præſentia corporis Chriſti Euchariſtia inter partes poſſet conveniri: cumque multa ultro citroque fuiſſent allata: Martyr quoque interrogatus, breve chirographum ſuæ ſententiæ propoſuit; quæ tamen Epiſcopis non ſatisfecit: quod nimis jejunam eſſe dicerent: noſtrarum vero partium collocutores Martyri adhæſerunt. Diſceptatum deinde eſt inter eos de hac quæſtione per aliquot dies, & tandem nova formula conſcripta eſt, in qua poſſet utraque pars convenire *de præſentia corporis Chriſti in Cœna*, atque huic utriusque partis collocutores aſſenſerunt & ſubſcripſerunt.

Diſputatur de præſentia corporis Chriſti in Cœna.

Martyr vero, cùm videret ibi quædam eſſe ambigua, teſtatus primum ſe non recedere à ſenſu prioris chirographi; quod illis tradidiſſet: ipſe una cum Beza & reliquis noſtrarum partium collocutoribus, poſteriori formulæ brevem declarationem adjecit; ut remota ambiguitate adverſarii viderent, quis noſtrorum ſenſus eſſet. Cardinales verò & Epiſcopi poſteaquam illis relatum eſt, collocutores de hoc articulo conveniſſe: improbarunt ea quæ à ſuis collocutoribus geſta erant, imò ipſos hæreſeos inſimularunt. Itaque eorum opera colloquium ad aliquot dies ſuſpenſum eſt. Ita enim cum ſua voluntate, tum etiam inſtigatione legati Pontificii decreverant colloquium abrumpere. Interea verò Epiſcopi canones aliquot conſcripſerunt, & tandem decimo nono Octobris Cardinales Guiſiaci, & complures quoque Epiſcopi ex aula diſceſſerunt: è noſtris etiam collocutoribus, cum nulla aut exigua ſpes eſſet colloquii inſtaurandi, plerique ad ſuas Eccleſias redierunt.

Inter ipſos Pontificios diſſenſio.

Abrumpitur colloquium.

Edictum religionis cauſa.

Edebantur interea decreta quibus noſtri juſſi ſunt templa reddere; illis tamen libera facultas prædicandi conceſ-
ſa eſt, & loca aſſignata in quibus co[...]
rent, certo tamen numero præſcript[...]
ma deinde utrique parti ablata ſun[...]
edictum ne quis alteri religionis n[...]
convitietur.

Quamobrem cum Martyr videret,
nihil amplius agere poſſe: præſerti[...]
Gallicæ linguæ exiguum uſum habere[...]
ſionem petere ſtatuit, eoque nomine
denſem Principem acceſſit, & ab ipſo
ad Reginam ductus eſt, apud quam
faciens, primum inquit *nos oportere*
reddere, quæ ſunt DEI, & princi[...]
quæ ſunt eorum. His de cauſis ſe
niſſe: ut quoad Deum, religionem[...]
veret: deinde ut obſequeretur Regi
Majeſtati: quod tamen eo libentius f[...]
quod inſignita ſit præclariſſimis virtu[...]
de quibus omnes honorificè loquantur
terea quod regnum ſit præſtantiſſimu[...]
ſibi ac illis ſit communis patria: & m[...]
omnium: ut magiſtratui Tigurino pa[...]
qui optimè animatus ſit adverſus Re[...]
Reginam. Id autem non eſſe contemne[...]
cùm ſit inter Helvetios non parvæ au[...]
tatis & potentiæ. Deinde adjicieba[...]
negotio colloquii nihil intermiſiſſe qu[...]
taret ad rem facere: egiſſe placide[...]
ſerit. Quod autem res non ſit ulteri[...]
ducta, per ſe non ſtetiſſe, non tamen
turum fructum ſuo tempore, quamv[...]
non habeatur. Nunc autem quando
agatur, ſe petere miſſionem, quod ſit[...]
jam autem inſtet hyems, quo tempo[...]
ſit futurum incommodum ob pluvias,
& dies contractiores. Præterea quod[...]
ſet ſe delatum ejus Majeſtati, quaſi[...]
nerit peregrinus, nec aliud ſpectarit,
ut ſeditiones in regno excitaret: qu[...]
malis gauderet, rogabat, ne facilè ta[...]
ſe crederet: eo quod ſit homo ab iis fl[...]
prorſus alienus. Fuiſſe enim ſe Arge[...]
deinde in Anglia, ac rurſus Argenti[...]
deniq; in Helvetia, inde illam poſſe in[...]
ſi fides ſibi non habeatur, ſe ſemper[...]
viſſe pacem & concordiam quantu[...]
verbum DEI fieri poſſet. Oſtendeba[...]
terea *nihil fuiſſe quod eum ad hoc f*[...]
dum poſſet invitare. Nam quod ad reg[...]
ſe illi à majoribus ſuis vehementer
addictum: quoad Reginam multo m[...]
cum ſit ex ſua patria; & tanquam l[...]
& ſplendor ejus, unde ſe erga illam ſ[...]
affectum: ut vitam pro ejus dignita[...]
ſalute libenter poſiturus ſit, ſi res id ex[...]
Et inter cætera quæ deſideret inter p[...]
eſſe: ut ſalva ſit cum filiis ejus & r[...]
Galliæ. Id cùm ita ſit, petebat: ut ſ[...]
in mala; ſed in bona gratia dimitt[...]
Ad hæc Regina benigne & clementer il[...]
ſpondit, gratias illi egit, quod veniſſet
miſſionem tutam ac ſecuram promiſit[...]
que intra biduum. Rogabat præterea
rurſus opera ejus peteretur ob hanc ea[...]
cauſam, ne detrectaret ſubire iter de[...]

uidem non ignorare magnum eſſe labo-: ſed reputare illum & utilem & neceſ-um. Quoad aliorum criminationes, ſe em multa audire inquit variis de rebus: eſervare ſemper ſibi judicium: ac teſta-r ſe omnino bene de ipſo exiſtimare. tyr ad hæc illi, ut par erat gratias agens, l quoque pro afflictis Eccleſiis rogabat, ſans quod contra regis voluntatem tem-ccupaſſent. Nam cum audiviſſent re-velle ea reſtitui illi paruiſſe: addebat ſi quid interdum committatur à rudi-c infirmioribus: id doctrinæ non im-dum eſſe.

ſtquam à Regina dimiſſus fuiſſet, Regi-oque Navarræ, atque Rex humaniſſime aledixerunt: idem fecerunt Condæus eps, atque Admiralius. Præterea re-nater & omnes jam nominati principes ad ſenatum Tigurinum datis, illi quod rem ad colloquium miſiſſet, prout pe-tab eo, gratias egerunt, & ſimul Mar-meritis laudibus ornarunt. Adjunxe-uoque Condæus & Admiralius Mar-ſcedenti duos ex ſuis familiis nobiles & es homines, qui eum incolumem Ti-reduxerunt. Additæ ſunt & literæ pum & doctorum; quibus ampliſſimas religionis, doctrinæ, fidei, & induſtriæ n congeſſerunt.

c hactenus expoſitum, quibus in locis lo & diſputando Eccleſiæ DEI inſer-nunc quibus ſcriptis eidem profuerit um venit. Primum itaque poſtea-taliam deſeruit, edidit patria lingua *onem Symboli Apoſtolici*; ut omni-ei ſuæ rationem redderet. Deinde Angliam veniſſet, & in explicatione ndecimi prioris Epiſtolæ ad Corin-ulta diſſeruiſſet *de Cœna Domini*, ſub finem capitis quæſtionem hanc ſſo tractavit. Atque primum refuta-conjunctionem qua panis & vinum icuntur tranſubſtantiari in corpus & em Chriſti, quæ videtur ſumma co-le rebus Sacramenti. Deinde excuſſit ſententiam, quæ ſtatuit panem & quoad ſuas integras & veras naturas mento retineri, & ita retineri; ut nctum (ut loquuntur) naturaliter, iter, & realiter verum corpus Chri-uinem habeant. Tertio loco eorum m expendit, qui dicunt: iſta mini-ſe conjungi alia ratione, quam ſa-li, id eſt, per ſignificationem & re-tionem. Poſtremo indicavit quo-opinionibus pertinentibus ad ſe-& tertiam ſententiam eliciatur quod eatur ad pietatem facere in hoc ſa-li negotio. Tractationem hanc diſputatione, quam eum publice ntroverſia habuiſſe ſupra oſtendi-Anglia primum in lucem edidit. ue tempore *commentarium in prio-li Epiſtolam ad Corinthios* Tiguri excudi voluit; opus ob multarum abſtruſa-rum & difficilium quæſtionum perſpicuam explicationem lectu digniſſimum. Poſt-quam vero ex Anglia Argentoratum rediit, & poſtea Tigurum vocatus eſt: nactus ibi non tantum aliquid otii, ſed etiam adeptus eam, quam expetebat, ſcribendi libertatem, multa quæ ante vel conſcripſerat, vel inchoa-verat, recognovit, abſolvit & in publicum edidit. Ac primum *Commentarium in Epi-ſtolam D. Pauli ad Romanos*, quam an-tea Oxonii publicè interpretatus fuerat, de quo libro hoc tantum dicemus: eum ma-gna eruditione & diligentia hoc conſecutum eſſe; ut omnes fateantur poſt tot doctiſſimos interpretes veteres & recentiores, qui in hanc Epiſtolam ſcripſerunt, nihilominus librum hunc cum magno & peculiari fructu legi poſ-ſe. Eodem tempore ab ipſo edita eſt *defenſio doctrinæ veteris & Apoſtolicæ de ſacroſan-ctæ Euchariſtiæ ſacramento adverſus Ste-phani Gardineri librum*. Nam ille ante an-nos complures librum virulentum & peſtife-rum de Euchariſtia ſub nomine *M. Antonii Conſtantii* ediderat; in quo meris ſophiſma-tis & contortiſſimis fallaciis conatus eſt labe-factare veram & orthodoxam doctrinam, quam à Chriſto & Apoſtolis atque antiquiſ-ſimis Eccleſiæ patribus acceptam hodie or-thodoxi ſequimur & profitemur. Atque ad hunc librum conſcribendum complurimi Papiſtarum ſuas operas contulerunt, & Gar-dinero omnia ſua argumenta tradiderunt; ut ille ex acervo deligeret quicquid vellet: de-que hoc libro triumphabant, & gloriaban-tur, neminem eſſe qui cum hoc ſuo Goliatho auderet congredi. Quibus rebus commo-tus doctiſſimus juxta ac ſanctiſſimus vir *D. Thomas Crammerus* Archiepiſcopus Can-tuarienſis, qui antea ſæpe cum Vintonienſi congreſſus cum victoria & ſumma cum laude diſceſſerat, hanc provinciam in ſe ſuſcepit. Verum cum in carcere arctiſſima cuſtodia obſerveretur, & non modo librorum copia: ſed ne charta quidem illi ad ſcribendum ſup-peteret; & poſtremo morte ſæviſſima, quam in veræ fidei confeſſione conſtanter tulit, ſub-latus eſſet, opus quod jam habebat præ ma-nibus, coactus eſt inchoatum relinquere. Quamobrem multi ex Anglis pii & veræ re-ligionis amantes viri, Martyrem ſæpe coram & per literas hortati ſunt; ut illi in hac pro-vincia ſuccederet, neque pateretur contagio-ne venenati libri ſimpliciorum animos infici, & Pontificios adeo impudenter & arroganter noſtris inſultare. Itaque amicorum precibus & rei ipſius æquitate incitatus, opus hoc ag-greſſus eſt, & ſuperatis variis ac multiplicibus impedimentis Tiguri abſolvit, & Typogra-phis excudendum commiſit. Defendit autem primum in hoc libro rationes noſtrorum ho-minum undecunque à Gardinero collectas & confutatas. Deinde etiam regulas, quas ipſe in Tractatione de Euchariſtia ediderat, con-tra ejusdem calumnias tuetur. Tertio eas

Stephani Gardineri liber.

reſponſiones propugnat, quibus adverſariorum argumenta in hac diſputatione dilui ſolent. Poſtremo aſſerit juſtas, veraſque interpretationes certorum locorum, quos ex patribus Gardinerus cum ſuis pro ſe attulit. In univerſo autem opere quicquid de tota Euchariſtiæ cauſa cum in ſacris literis, tum in antiquorum patrum conciliorumque monumentis proditum eſt, tam copioſe & diligenter complexus eſt, & ſingulatim accuratè & ſubtiliter excuſſit; ut hoc opus etiam non mediocriter doctis admirationi ſit.

Richardi Smythæi liber, de Cœlibatu ſacerd. & votis monaſticis.

Secuta deinde eſt hanc contra Gardinerum defenſionem alia *Defenſio contra Richardi Smythæi Angli*, olim Theologiæ profeſſoris Oxonienſis *libros duos de cœlibatu Sacerdotum & votis monaſticis.* Nam cum Martyr Oxonii priorem Epiſtolam ad Corinthios interpretaretur, & in ſeptimo capite, ubi Apoſtolus de virginitate atque matrimonio permulta ſcribit, de votis quoque copioſe diſputaſſet, Smythæus, cui ipſe juſſu regis ad profitendas ſacras literas ſurrogatus fuerat, aderat aſſiduè, & ea quæ à Martyre dicebantur, non tantum attentè audiebat: ſed etiam diligenter literis conſignabat, ac deinde Lovanium profectus, duos ineptos, attamen venenatos libellos, de cœlibatu Sacerdotum & votis monaſticis contra Martyrem edidit. Huic in commentariis Epiſtolæ ad Corinthios Martyr non potuit reſpondere. Nam urgentibus amicis & flagitantibus ejus libri editionem, differre non licebat: attamen reſponſionem hanc in ſeptimi capitis fine pollicitus eſt, ac brevi poſt otium nactus illi reſpondit; ſed certis de cauſis gravibus & magni momenti, demum poſt aliquot annos, cum Tiguri eſſet, hanc reſponſionem in publicum edidit. Refutat autem non tantum Smythæi rationes, ſed omnia fere quæ in hac cauſa dici poſſunt, diligenter & accuratè excuſſit, quod teſtari poterunt omnes, qui hunc librum non obiter evolverint.

Argētinæ ex Anglia reverſus, quid explicarit Martyr.

Præterea Argentinæ poſtquam eò ex Anglia reverſus fuiſſet, *Judicum librum* interpretatus eſt, & commentarium in eundem apud Tigurinos ut notum, edidit, in quibus quæſtiones Theologicas non ubique obvias quam plurimas explicavit, ut librum vere aureum, quem tamen multi propter difficultatem & obſcuritatem ſingularem refugiebant, allato interpretationis lumine, plurimum illuſtravit. Poſtremum cum *Johannes Brentius* libellum edidiſſet *de perſonali unione duarum naturarum in Chriſto*, in quo ille ad adſerendam carnalem & corporalem atque realem præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti *in ſacra Cœna*, novam & portentoſam doctrinam *de ubiquitate Corporis Chriſti* defendendam ſuſcepit. Martyr rogatus ab amicis *dialogo* edito libellum ejus confutavit. Et quia agnoſcebat Brentium aliis ſcriptis non omninò malè de Eccleſia meritum eſſe, nomen ejus apponere, & eum nominatim infamare & traducere noluit; præ-

Brentii liber.

ſertim cum hoc nihil ad cauſam faceret argumenta ejus ne imperitis fucum face copioſe diluit; deinde id quod caput erat, *Chriſti humanitatem non eſſe* firmiſſimis ſacræ ſcripturæ & vetuſtiſſ rum Patrum teſtimoniis comprobavit. citatus hoc ſcripto *Brentius*, edito libr hementi & aculeato, Martyrem ſim *Bullingerum* uno impetu proſternere tus eſt. Quem librum cum vidiſſet Ma homo alioqui naturæ placidiſſimæ, non tamen indignabatur, Brentium cauſam bonam fide etiam adeò non bona agere non dubitet, & ſe & noſtros omnes accu quod impugnent gloriam & Majeſt Chriſti; negent DEI omnipotentiam; tamen omnibus notum ſit, ita ut ne Bre quidem ignorare poſſit, his contraria n docere. Dolebat illi plurimum hom alioqui magnum, & qui Eccleſiæ poſſ utilis, tam pertinaciter tueri dogma, dum, portentoſum, & plane novum, nullis evidentibus ſcripturarum teſtimo nulla Patrum ac veteris Eccleſiæ autho nitatur, & quod neque Papiſtæ, qui confinxerunt ad tuendam carnalem cra que præſentiam corporis Chriſti in ſacra, unquam auſi fuerunt approbare. uti referebat, cum in Galliam, quando loquium habebatur, Brentiani quidam allati fuiſſent, præcipui Pontificiorum logorum aperte dixere, hoc Brentii d novum & inauditum & plane hæreticum Quamobrem ſeſe jam accinxerat: ut c nationibus Brentianis, quæ multæ & g erant, atque argumentis ejus non ita diligenter & accurate reſponderet: v inopinata morbi vi ereptus, quod ſta efficere non potuit. Sed *Bullingerus* T næ Eccleſiæ paſtor, cum illo reſpon laborem partitus, ſuo ſtudio & labor præſtanti præterea doctrina utriuſque rem fortiter ſuſtinuit, præſertim cum menta Martyris, quæ ille plurima in logo protulerat, ſtent adhuc firma, impreſſione Brentiana non labefactari dum proſterni potuerint. Illud dole eſt, non potuiſſe Martyrem abſolve & præſtantiora opera, quæ magnam u tem univerſæ Eccleſiæ poterant afferre enim ab annis aliquot interpretatus era *Samuelis libros*, & tunc *Regum primi* abſoluto in ſecundo verſabatur. Pr inchoata & imperfecta reliquit, *Com taria in Geneſin, Exodum, Leviticu Prophetas minores, in Jeremiæ lame nes*: ut nihil dicamus de graviſſimis marum rerum diſputationibus, de *co tariis in Ariſtotelem* & aliis.

Antequam enim hæc non dico re ſcere poſſet, verum etiam pene ant mandare poſſet quid de his vellet fieri, & inopinati morbi vi oppreſſus & E ereptus eſt. Nam cum Novembris quinta die ægrotare cœpiſſet, duo

ej

ıſdem ex hac vita migravit. Fuerat jam e valetudine tenui & infirma, cum ob aſ- ram jam ætatem, tum quod curæ & ſolici- ines variæ, & præſertim magni dolores, s ex afflicto ſtatu Eccleſiæ Gallicæ acci- bat, vires ejus ſenſim conſumerent. Quare eum invaſiſſet morbus Epidemicus, m multi Tigurinorum experti tum ſunt, le naturam ante exhauſtam ſuperavit. Ti- ini tamen quia hactenus morbus hic ne- i lethalis fuerat, de Martyre quoque pri- diebus nihil metuerunt. Spem etiam eo- ipſe confirmavit. Nam tertio & quarto poſtquam eum morbus invaſerat, rur- d ſua ſtudia rediit, & ſtatuit poſtera die ejus vices eſſent publice docere: quam- *oſias Simlerus* repugnaret, eumque mo- t, ut valetudini parceret; ſe enim ejus lecturum, neque dubitare auditores ha- atione valetudinis illius hoc facile paſ- : ille tamen contra ſeſe ſatis firmum mavit, & niſi quid aliud accideret, po- e docere velle reſpondit. Verum ea ipſa febris rediit, eumque gravius, quam nvalit, catarrhi quoque interea aucti, tuſſis illi permoleſta fuit. Itaque quam- nici juberent eum bene ſperare de vale- ne, medici etiam aliquam ſpem face- ipſe tamen mortem inſtare præſagiit, de cauſa teſtamentum pridie, ante- obiret, condidit, & vocato vicino ſuo natiſſimo *D. Bernardo Sprunglio* quæ- quem uxori gravidæ tutorem dederat, um id in ejus præſentia recitare voluit, petiit: ut operam daret, quod Sena- d ſua authoritate confirmaret. Nocte s quæ eum diem conſecuta eſt, ſatis uievit, & morbus aliquantulum remi- s videbatur; ſed revera vis naturæ à ſuperata illi non amplius fuit relucta- erea vero quotidie amici eum inviſe- cum quibus ille antequam difficultas i impediret, non minus jucunde va- ebus collocutus eſt, quam ſi nullo orbo infeſtaretur. Nam & de morbi ura ex medicorum arte, in qua non nter verſatus fuerat, cum ipſis medi- i amicitiæ & officii cauſa, quotidie nviſebant, diſſeruit. Et quia pleriſ- tibus non inſvaviter dormierat, be- n hoc Dei amicis prædicavit: & ex um præceptis commemoravit ſom- m, & efficaciam in toto corpore uaſi irrigando. Sæpe etiam de tuſſi quæ totum corpus, maxime tamen pectus læderet, ac aliquoties teſtatus uoad corpus quidem male habere, utem quoad animum. Atque tum vel fidei ſuæ rationem exponere, nemorare, quibusdam conſolatio- mum ſuum erigeret, plane in hac re rat. Pridie verò antequam more- m illi noctu adeſſent amici aliquot, s Bullingerus præcipue; jacuit ali- ſecum meditabundus, tum ad eos

converſus, voce ſatis clara teſtatus eſt: *ſe vitam & ſalutem in uno Chriſto agnoſcere, qui ſolus à Patre ſervator humano generi datus ſit:* atque hanc ſuam ſententiam rationibus & verbis ſcripturarum explicavit, addens poſtremo: *Hæc eſt fides mea: in hac ego moriar, eos autem, qui ſecus docent, & homines alio avocant, Deus perdet.* Atque his dictis manum ſeparatim ſingulis porrigens: *Valete*, inquit, *fratres & amici chariſsimi.* Alio item die cum Bullingerus inter alia conſolationis cauſa è Paulo dixiſſet; *noſtram politiam in cœlo eſſe, agnoſco*, inquit, ille, *ſed non in cœlo Brentii, quod nuſquam eſt.* Et huic quidem ſe libenter & ex animo ignoſcere dixit: optaſſe tamen ſi ita DEO viſum fuiſſet illi reſpondere, cum infirmiorum cauſa, tum ut falſiſſimas contra ſe calumnias refutaret. Et ut ſummatim dicamus, cum toto morbi tempore erant ejus ſermones reliquæ vitæ anteactæ ſimiles, pleni nempe religione, fide, pietate, humanitate, tum maxime quo magis properabat diſſolvi & conjungi cum Chriſto, eo magis divinum quid, opus & energia ſcilicet Sancti Spiritus, in eo relucebat. Verum tamen eo die, quo obiit, ob vehementiam defluxionum magnam ſentiebat difficultatem reſpirandi, & cum moleſtia loquebatur, quamvis voce uteretur ſubmiſſa, vix ut poſſet intelligi. Itaque ea die non ita multa locutus eſt. Erat tum hora forte diei decima, cum ab eo diſceſſerant medici, redituri poſt meridiem, cum ille ſe è lecto tolli, & more ſolito indui juſſit, ac aliquantulum pranſus, ſedens quievit: ſic tamen ut in aliquem amicorum aſtantium caput reclinaret, quod non poſſet commode ob vim morbi erigere: deinde ut erat veſtitus in lectum reponi & quieſcere voluit. Acceſſerunt interea eum medici, aderant illi & frequentes amici, cum alii tum paſtor & ſeniores Eccleſiæ Italicæ, cum quibus pauca locutus, rurſus è lecto ſe tolli & in eundem reponi petiit. Diſceſſerant jam ab eo plerique ex amicis; ut commodius quieſceret, medici quoque abierant, quorum aliqui nova quædam remedia, quæ illi adhiberent, parabant: cum ille ita ſedens veſtitus, uti quotidie ſolebat, tenui voce DEO Spiritum ſuum commendans animam agere cepit. Aderat adhuc illi *Conradus Geſnerus*, & præter uxorem duo adoleſcentes illi familiares, à quibus ſtatim *Bullingerus* & reliqui amici, qui vicinores erant, vocati ſunt, his præſentibus extremum Spiritum exhalavit, tanta quidem tranquillitate, ut non animam agere, ſed obdormiſcere videretur, & ut non mortuum ſed viventem adhuc eum aſſidere, ac cernere amici præſentes arbitrarentur. Oculos morienti compreſſit *Bullingerus*, eumque ſepulcrali veſte induit, & amicus homini amiciſſimo, ultimum hoc pietatis officium, cum magno & incredibili dolore præſtitit. Atque hic quidem exitus vitæ fuit viri omnium optimi & ſapientiſſimi atque juſtiſſimi

Confeſſionem edit.

Moritur placide.

juſtiſſimi: quod de Socrate ſuo Plato ſcriptum reliquit. Elatus eſt funere frequenti omnium ordinum: & carminibus epitaphiis à viris doctis paſſim celebratus: è quibus hoc eſt *Theodori Bezæ* epigramma:

Beza epigramma in Martyrem.

Tuſcia te pepulit, Germania & Anglia fovit,
Martyr: quem extinctum nunc tegit Helvetia.
Dicere quæ ſi vera volent, re & nomine dicent,
Hic fidus Chriſti (credite) Martyr erat.
Utque iſta taceant, ſatis hoc tua ſcripta loquuntur:
Plus ſatis hoc Italis exprobrat exilium.

Scripta Martyris. Laborum ſuorum poſt ſe teſtes libros reliquit plurimos: quorum quoſdam ſuprà attigimus: omnes vero nominatim Bibliothecæ recenſent: quas, ſi lubet, Lector adeat: nos *proſopopœiam* librorum vitæ iſtius Martyris coronidis loco adjicimus:

Proſopopœia librorum Martyris.

Si præſens animi latentis Index
Eſt oratio, ſicut eruditus
Rerum nos docuit magiſter uſus:
Si morum documenta ſunt libelli:
Noſtro nil melius probatiusve,
Dum vixit, potuit parente fingi,
Nil diſertius, eruditiusve.
Nobis nam genitis parente tanto
(Verum dicere ſiquidem licebit)
Nil ſincerius eſt, probatiuſq;:
Nil politius elegantiuſq;,
Nil illuſtrius explicatiuſq;.
I nunc livor edax, tuumq; rode
Et cor, & digitos, & omne quicquid
Infelix rabies vorare ſuadet.
Mirum, ni tibi plaudis, & triumphas,
Invictus quia miles iſte Chriſti
Nunc victus jacet, & jacet ſepultus.
Imponis tibi turpiter, ſceleſte:
Saltem reddidit id, quod ante fato
Se debere ſciebat, & ſepulcro:
Et hoc ſponte quidem volenſque fecit,
Jam vitæ ſatur, & ſatur laborum.
Sed qua parte ſui perire neſcit,
Immortale modò perrennat ævum,
Lætis cœlicolûm beatus oris.
Nec nos interea, decus parentis,
Nec famam celebrare deſinemus:
Dum connexa poli ſuos tenebunt
Curſus, in ſtatione dum manebunt
Sol & Luna, dieſque noxque: donec
Alto flumina ſe Mari recondent:
Toto nos etiam legemur orbe.

Joſias Simlerus in oratione de vitâ & obitu Petri Martyris.

JOANNES CALVINUS.

Ω 1564. d. 27. Maji ætat. 55. curr.

Noviodunum patria Calvini. Gerardus Calvinus.

NAtus eſt *Joannes Calvinus Novioduni, Veromanduorum*, aut certè proximorum Veromanduis finium oppido celebri, anno à Domini nativitate, *milleſimo, quingenteſimo, nono; ſexto* Id. Julii; patre *Gerardo Calvino*, matre *Joanna Franca*: utroque honeſtæ famæ, & mediocribus facultatibus parente. Erat is *Gerardus* non pauci judicii & conſilii homo: ideoque nobilibus ejus regionis pleriſque charus. Quæ cauſa fuit; ut inter *Mommorios*, quæ familia illic no[…] tate præcipuâ fuit inſignis; liberaliter […] modum, paterno tamen ſumptu, Calv[…] filius à primâ pueritiâ fuerit educatus.

Eos deinde *Lutetiam* ſtudiorum grat[…] cutus, præceptorem habuit in Gym[…] Marchiano *Maturinum Corderium*; […] ctatæ tum probitatis tum eruditionis vi[…] & inſignem ſemper habitum in omnibu[…] Galliæ Scholis juventutis erudiendæ […] ſtrum: Genevæ demum, eo ipſo anno […] *Calvinus VI.* Nonas Septembris mortu[…] cum annum agens *octuageſimum quin*[…] eo docendi munere in Gymnaſio Gene[…] fungeretur.

Translatus deinde in *Gymnaſium* ab *A*[…] *monte* cognominatum, *Hiſpanum* h[…] Doctorem non indoctum: à quo ex[…] ipſius ingenio quod ei jam tum erat a[…] mum, ita profecit; ut cæteris ſodalib[…] Grammatices curriculo relictis, ad dia[…] ces & aliarum, quas vocant, artium ſtu[…] promoveretur. Deſtinarat autem eum […] ab initio ſtudiis, ad quæ ultrò illum incl[…] ex illo colligebat, quod in illa etiam […] ætate mirum in modum religioſus eſſe[…] ſeverus omnium in ſuis ſodalibus viti[…] cenſor: quod ex nonnullis etiam Cath[…] idoneis teſtibus, multis poſt annis, c[…] jam ejus nomine, audivit Beza. Itaque […] rebus ſacris deſtinato, pater beneficiu[…] epiſcopo Novidunenſi impetravit in E[…] Cathedrali, quam appellant; ac de[…] etiam Parochiæ curationem in pago u[…] cino qui *Pons Epiſcopi* dicitur, ex q[…] tus ipſe *Gerardus Calvinus* pater in […] ipſam poſtea tranſierat: quo loco c[…] *Joannem* ipſum *Calvinum*, antequam […] lia excederet, nullis alioqui Pontificiis […] nibus initiatum, aliquot ad populum […] ciones habuiſſe. Sed hoc conſilium in[…] pit utriusque mutatus animus. Patri […] dem, quod Juriſprudentiam certius i[…] ad opes & honores videret: filii vero, […] cognato quodam ſuo *Petro Roberto Ol*[…] *no*, (cui Gallicæ Eccleſiæ converſa […] bræo Biblia Neocomi impreſſa debe[…] vera religione admonitus, legendis ſ[…] bris ſe tradere, à ſuperſtitionibus vero […] rere, ac proinde ſeſe ab illis ſacris ſej[…] cœpiſſet.

Profectus ergo juris civilis audiend[…] Aureliam, ubi tunc Juriſconſultoru[…] lorum facile princeps *Petrus Stella* do[…] mirum quantopere brevi tempore pro[…] adeo quidem, ut, quum ſæpiſſime […] ipſorum Doctorum vices, Doctor […] quam auditor haberetur: eique diſc[…] Doctoratus inſignia, absque ullo […] ſummo docentium omnium conſenſu […] optime de Academia merito offerrent[…] terea tamen ille ſacrarum literarum ſt[…] ſimul diligenter excolere; in quo tant[…] iam promoverat, ut quicunque in e[…] aliquo purioris Religionis cognoſcen[…]

ngebantur, ad eum etiam percuntan- ventitarent, ejusque tum eruditionem rdorem magnopere admirarentur.

ſtati ſunt autem nonnulli, tum ei fami- & contubernales, conſueviſſe illum d tempus poſtquam frugaliter admo- cœnaſſet, ad mediam uſque noctem rare, mane vero experrectum, quæ t, in lecto aliquandiu meditari, vel- e concoquere, nec facilè in ea medita- paſſum interpellari, quibus continua- iliis ille quidem ſolidam eruditionem, cellentem memoriam eſt conſecutus: am viciſſim, ut veriſimile eſt, ventri- mbecillitatem contraxit, quæ varios orbos, & tandem etiam intempeſtivam m attulit.

t Academiæ tum Bituricenſis magna itas, quod eo evocatus ex Italia juris- tus ætatis ſuæ facile Princeps, *Andreas* *us* veniſſet, quem ſibi quoque Calvi- diendum putavit. Itaque cum eo mi- , amicitiam iniit: & religionis & li- n nomine cum *Melchiore Volmaro* no Rotuillenſi, Græcarum literarum ò tum illic profeſſore: quem & Beza a pueritia ad pubertatem uſque præce- n unicum habuit: cujus doctrinam, m, cæteraſque virtutes, admirabilem e in erudienda juventute dexteritatem am ſatis potuit deprædicare. Hoc au- adjutore Calvinus Græcas literas di- cujus beneficii memoriam omnibus eſtatam eſſe voluit, conſecratis ipſius *Commentariis*, quos in alteram ad hios Epiſtolam edidit. In his igitur verſantem, ita tamen ut ſacras literas tereret, adeoque nonnullas interim nes in agro Biturigum, in oppidulo *inerias* vocant, præſente & probante Domino, haberet: repentina mors unciata in patriam revocavit. Inde poſt Lutetia tranſiens cum annum vigeſimum quartum, egregium il- *mmentarium* ſcripſit *in Seneca libel- Clementia*: quo ſcriptore graviſſi- ipſius Calvini moribus plane conve- valde delectatum eum fuiſſe conſtat. cis menſibus innotuit omnibus purio- ionis ſtudioſis, inter quos frequenter non ſine inſigni pietatis teſtimonio morantem eum amici audierunt, *um Forgeum*, celebrem mercato- ſtea pro Chriſti nomine crematum, iam nomen edito contra Libertinos ebravit. Ab eo tempore ſeſe Cal- bjectis reliquis ſtudiis, DEO conſe- ſumma piorum omnium, qui tum occultos cætus habebant, voluntate, ox defuit, in quo ſeſe ſtrenue exer-

um Academiæ Pariſienſis rector, ita t, deſignatus *Nicolaus Copus*, Gui- lielmi Copi Baſilienſis Regii medici filius; cui cum de more habenda eſſet Calend. Novembris Oratio, quo die à Pontificiis *Panagia* celebrantur, ſuggeſſit eam Calvinus; in qua purius & apertius, quam antea conſueviſſent, de Religione diſſerebatur. Hoc vero Sorbona ferre non potuit, nec probavit Senatus, quem Parlamentum appellant: à quo citatus Rector ſeſe quidem in viam cum ſuis apparitoribus dedit; ſed ab amicis in itinere admonitus, ut ſibi ab adverſariis caveret, domum reverſus, ex ipſo poſtea regno excedens, Baſileam ſe contulit. Itum eſt etiam in Gymnaſium, quod *Fortretum* vocant, ubi tum Calvinus ſibi domicilium delegerat: quo forte domi non reperto, deprehenſis inter ſchedas multis amicorum literis, nil propius factum: quàm ut plurimi in maximum vitæ diſcrimen incurrerent. Ita tum erant acres illi admodum adverſus Eccleſiam judices, & in his quidem præcipue *Johannes* quidam *Morinus*, cujus adhuc nomen ab inſigni ſævitia celebratur.

Copus, Acad. Pariſ. rector.

Ob religionem Baſileam excedit.

Calvini periculum Lutetiæ.

Sed hanc tempeſtatem Dominus Reginæ Navarrenſis unicæ Regis Franciſci ſororis, admirabili ingenio præditæ mulieris, & piis tunc admodum faventis interceſſione diſſipavit, miſſo in aulam, ibique perhonorificè ab ea accepto & audito Calvino. Inde ille Lutetia relicta in agrum *Santonicum* demigrans, amico cuidam operam dedit: Cujus rogatu breves quaſdam *admonitiones Chriſtianas* ſcripſit, quas Parochis nonnullis inter ſacra recitandas tradebat: ut paulatim populi ad veritatis indagandæ ſtudium allicerentur.

Ad Navarræam miſſus.

In agrum Santonicũ migrat.

Eodem tempore *Neracum*, Aquitaniæ urbem venit, *Jacobum* illum *Fabrum Stapulenſem* ſenem ſalutaturus; quem eadem illa Navarrena Regina à Sorboniſtis Matæologis ob Mathematices & alia Philoſophiæ recta ſtudia Pariſienſi Academiæ non ſine diutino acerrimoque certamina reſtituta, & Scholaſticam Theologiam exagitatam, in vitæ diſcrimen adductum liberat, & in illa ſuæ ditionis urbe collocarat. Excepit autem juvenem bonus ſenex, & libenter vidit, futurum augurans inſigne cœleſtis in Gallia inſtaurandi regni inſtrumentum.

Neracum abit.

Jacob. Fabrum ſalutat.

Rediit aliquanto poſt Lutetiam Calvinus, eò quaſi DEI ipſius manu evocatus. Venit enim illuc impius ille *Servetus*, jam tum ſuum adverſus ſacram Triadem virus diſpergens: quem ſeſe nihil magis appetere, quam ejus colloquium ſimulantem, condicto loco & tempore Calvinus, idque non citra magnum vitæ periculum, quod tum latere propter accenſam adverſariorum rabiem cogeretur: diutius quidem; ſed fruſtra exſpectavit: illo ne Calvini quidem conſpectum ferente.

Redit Lutetiam.

Quo & Servetus.

e Fuit

Gerardus Ruffus. *Coraldus, Lutetiæ in carcerem conjecti.*

Fuit autem is annus *trigeſimus quartus* ſupra ſeſquimilleſimum horrendâ in multos pios ſævitiâ inſignis, *Gerardo Ruffo*, Sorbonico Magiſtro; ſed pietatis ſtudia tunc magnopere adjuvante, itemque *Coraldo* Auguſtiniani ordinis (qui unum & alterum annum favore Navarrenæ adjuti, negotium Chriſti in urbe plurimum promoverant) non modò ex pulpito deturbatis, ſed etiam in carcerem conjectis: & eò uſque inflammata faſcinati *Franciſci* regis irâ, ob ſchedas quaſdam adverſus Miſſam per urbem ſparſas, ipſiuſque regii cubiculi foribus affixas: ut publica decreta ſupplicatione, cui unâ cum liberis ſuis tribus nudo capite, ardentem facem, quaſi expiationis causâ geſtans, interfuit: quatuor locis urbis celebrioribus octonos Martyres vivos uſtulari juberet: atque adeò ſolenni jurejurando teſtaretur: ſe ne liberis quidem ſuis parſurum; ſi fortè teterrimis illis, ut vocabat, hæreſibus eſſent infecti.

Franciſci regis Gall. zelus.

Pſychopannychia liber Calvini.

Ejuſmodi rerum ſtatum intuens Calvinus, paulò poſt, quàm Aureliæ inſignem illum librum edidiſſet, quem *Pſychopannychiam* inſcripſit: adverſus illorum errorem, qui dormire ſejunctas à corporibus animas, errore à vetuſtiſſimis uſque ſeculis repetito, docebant: ſecedere ex Galliâ ſtatuit: eoque conſilio unâ cum illo, quicum eum apud Sanctonas aliquamdiu vixiſſe diximus; iter *Baſileam* verſus per Lotharingiam ingreſſus, non procul urbe *Metenſi* in maximam incidit difficultatem, alterius ex ſervis perfidiâ, pecuniâ utrique ſurreptâ, qui altero ex equis validiore ſtrato, tam repente ſe in fugam dedit: ut deprehendi nullo pacto potuerit: herisque ipſis ab omni viatico relictis imparatiſſimis: adeò ut, ab altero demum ſervulo decem mutuò ſumtis coronatis, vix *Argentinam*, indeque *Baſileam* pervenerint.

Calvinus in Germaniam ſecedit.

Baſileam venit.

Ibi præcipuos habuit amicos ſummos illos homines, *Simonem Grynæum* & *Wolffgangum Capitonem*, ſeque Hebraicis literis dedit. Et quamvis latere omnibus modis ſtuderet: id quod ex epiſtolâ quadam *Buceri* ad eum, altero poſt anno datâ liquet: tamen edere coactus eſt *Chriſtianæ Religionis inſtitutionem*, *quam* vocavit, operis longè maximi rudimentum. Cum enim illam Franciſci regis carnificinam ægrè ferrent Germani principes, qui Evangelio nomen dederant, & quorum ille tum amicitiam ambiebat: hoc unum ille ζῶφον φάρμακον autore *Guilielmo Bellajo Langæo*, repererant: ut ſeſe, non niſi in Anabaptiſtas pro verbo divino ſuum tantum ſpiritum jactantes, & omnium magiſtratuum contemtores animadvertiſſe diceret. Quod dedecus veræ religioni injuſtum non ferens Calvinus, ejus edendi libri occaſionem arripuit, noſtro quidem judicio incomparabilis: additâ excellenti ad Regem ipſum præfatione: quam ſi fortè legiſſet ille, aut nos vehementer fallimur, aut magnum eſſet illi meretrici Babylonicæ jam tum vulnus illatum.

Ubi Hebræis ſeſe dedit.

Rudimenta Inſtitutionum religionis edit.

Erat enim ille Rex non quales cu[m]
conſecuti poſtea: ſed acerrimus reru[m]
mator, judicii ad dignoſcendum veru[m]
parvi, eruditorum fautor, neque p
noſtratibus alienus. Sed illum hoc a
nedum legere neque populi Gallici,
ipſius regis peccata paſſa ſunt: qui
DEI jam tum propinqua imminebat.
hoc libro ſuaque velut præſtita patri
Calvinum viſendæ Ferrarienſis Ducis
vici XII. Francorum regis filiæ, cuj
pietas celebrabatur, ſimulque Italiæ
procul ſalutandæ deſiderium inceſſit.
igitur vidit, ſimulque quantum id ill
cere præſens rerum ſtatus ſinebat, i
pietatis ſtudio confirmavit: ut eum
vivum ſemper unicè dilexerit, ac po
que ſuperſtes gratæ in defunctum m
ſpecimen ediderit luculentum.

Cæterum ex Italiâ, *in cujus fines*
greſſum eſſe dicere ſolebat; *ut inde*
in Galliam regreſſus, rebus ſuis omni
compoſitis, abductoque, quem unic
perſtitem habebat, *Antonio Calvino*
Baſileam vel Argentinam reverti c
tem, inrercluſis aliis finibus, per Al
gum fines iter inſtitutum perſequi bell
gerunt. Ita factum; ut *Genevam* v
nihil ipſe quidem de illa urbe cogitans
ut mox apparuit, divinitus eò per
Erat enim in illâ urbe paulò ante mira
introductum Chriſti Evangelium, d
ſummorum virorum operâ; *Guilieln*
relli Delphinatis, non, ut quidam com
ſunt, ex cœnobio; ſed ex ſchola *Jaco*
bri Stapulenſis prodeuntis; & *Petri*
Orbenſis, ex agro Bernenſis ac Fribu
ditionis: quorum poſtea laboribus
ſiſſime Dominus benedixit. Eos igitur
ut inter bonos fieri ſolet, Calvinus tra
inviſiſſet: tum *Farellus*, ut erat pla
ſpiritu quodam Heroico afflatus, multi
verbis fruſtra obteſtatus: ut ſecum pot
nevæ laboraret, quam longius excur
nec ei facile Calvinus aſſentiretur;
tibi, inquit, *ſtudia tua prætexenti den*
omnipotentis DEI nomine, *futurum*
niſi in opus iſtud Domini nobiſcum in
bas, *tibi non tam Chriſtum*, *quam te*
quærenti Dominus maledicat. Hac te
denuntiatione territus Calvinus ſeſe Pr
terii & Magiſtratus voluntati permiſit:
rum ſuffragiis, accedente plebis conſ
delectus non concionator tantum (hoc
primum recuſarat) ſed etiam ſacrarum
rarum Doctor, quod unum admittebat
deſignatus, anno *milleſimo*, *quingente*
trigeſimo ſexto, Menſe Auguſto. A
idem hic annus initio inter duas civ
Bernam & *Genevam* arctiori fœdere
Lauſannæ ad Chriſtum acceſſione, h
adverſus Pontificios libera diſputatio
cui *Calvinus* quoque interfuit, celeb
eſt.

T

ınc edita eſt à *Calvino Chriſtianæ do-*
 quædam veluti *formula*, vix dum
genti è Papatus ſordibus Genevenſi Ec-
accommodata. Addidit etiam *Cate-*
um, non illum in quæſtiones & reſpon-
 diſtributum, quem nunc habemus:
lium multo breviorem, præcipua reli-
 capita complexum.
geſſus deinde cum *Farello* & *Coraldo*,
que ex collegis timiditate turbas fugi-
s, nonnullis etiam, quæ maxima Cal-
licitudo fuit, clam opus Domini im-
ntibus, Eccleſiam componere, à civi-
imum omnium contendit; ut coactus
us univerſus, *ejurato palam Papatu,*
riſtianam Religionem ac diſciplınam
 capitibus comprehenſam juraret.
 etſi non pauci recuſarent; ut in urbe
n ex Sabaudi Ducis retibus, & Anti-
 jugo liberata, & multis adhuc factio-
ſtuante: dedit tamen Dominus *vige-*
ulii anno *milleſimo quingenteſimo tri-*
ſeptimo, ut palam præeunte publico
, à Senatu populoque Genevenſi in
anæ religionis ac diſciplinæ ſimul ca-
aretur.
vero exacerbatus Satan & fruſtrà, quod
ernos hoſtes infinitis modis tentarat,
ſeſe pietatis obtentu ratus, primum
m *Anabaptiſtas*, deinde *Petrum Ca*
 quo mox dicemus, oppoſuit; qui
tud Domini, ſive quod illud quale
 jam erat, ei magnopere ingratum
ive quod ea; quæ poſtea conſecuta
oſpiceret; non interturbarent modo;
etiam deſtruerent prorſus atque ſub-
nt. Sed anteverterat Satanam Domi-
od ipſe rei eventus docuit. *Anabap-*
im *Calvinus* & collegæ publica libe-
iſputatione convocatos, ea gravitate
Domini verbo confutarunt, *decimo*
Martii, anno *milleſimo*, *quingenteſi-*
igeſimo ſeptimo; ut, quod raræ cu-
 fuit felicitatis, eo tempore vix unus
r ea in Eccleſia apparuerit.
r Eccleſiæ turbator, *Petrus Caroli*
, majores & diuturniores turbas de-
uarum duntaxat ſummam recenſebi-
uod tota hujus certaminis hiſtoria ex-
ex quadam *Calvini* ad *Grynæum* epi-
lligi poſſit. Iſtum graviter impuden-
hiſtam mater Sorbona, quæ pepere-
ſtea tanquam hæreticum, non ita de
ritum, ejecit. Venit igitur ille pri-
uidem *Genevam*, inde *Lauſannam*,
Neocomum: Satanæ ſpiritu, uſque
ique comite: ut quocunque veniſſet,
 turpitudinis impreſſa veſtigia relin-
Ubi ſe vidit à Genevenſibus argui:
rſarios tranſibat: ab illis rurſum ad
ti illius artes aperte deſcriptæ extant
quadam Farelli ad Calvinum epiſto-
andem igitur aperte cepit optimum
ue, & quidem inprimis *Farellum*,
um, *Viretum*, quaſi de ſacra Triade

minus recte ſentientes, criminari. Habita eſt ea de re Synodus *Bernæ* valde frequens, in qua damnatus calumniæ P. Caroli paulatim poſtea defecit, tandemque *Medıomatrices* ſubornatus venit: ut opus Domini quod fœliciter illic Farellus incoarat, impediret. Inde ſcripta epiſtola pios aperte laceſſivit: ut apoſtaliæ ſuæ plena ſpe facta, beneficium aliquod canis famelicus ob tineret. Romam autem nihilominus remiſſus: ut coram ipſi Beſtiæ ſatisfaceret, ibique cum ludibrio exceptus, premente inopia & Gallica ſcabie, vix in Xenodochium receptus, ſtipendium tandem peccati, mortem videlicet à filio peccati retulit. Et hic quidem fuit illius infœlicis exitus.

cum Farello & Vireto criminatur.
Venit Mediomatrices P. Caroli.
Fit apoſtata.
Miſere moritur.

Interea Calvinus anno videlicet *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo ſeptimo*, quod multos in Gallia videret veritatem quidem intus probe cognoſcentes: ſibi tamen indulgentes, quaſi Chriſtum animo colere ſatis eſſet, etiamſi Papiſticis ſacris intereſſent, duas elegantiſſimas epiſtolas edidit: Unam *de fugienda idololatria Nicolao Chemino*, quo amico & hoſpite uſus Aureliæ plurimum fuerat, officiali poſtea Cenomanenſi deſignato: alteram *de Papiſticis Sacerdotiis Gerardo* illi *Ruffo*, cujus ante meminimus, quique abbatia quadam ac deinceps Epiſcopatu poſt editum illum Pariſienſem tumultum donatus, non modo ſatis poſtea rectum curſum non tenuit: Verum etiam Heram ſuam *Navarrenam* Reginam paulatim peſſum dedit. Cæterum hæc illum agentem graviſſimæ domeſticæ ſeditiones exceperunt. Admiſſum fuerat in urbe ſicut ante diximus, Evangelium, & Papatus ejuratus. Sed extruſa ſimul à pleriſque non fuerant indigna multa flagitia, quæ in eà urbe Canonicis & impuro illi Clero tot annos addictâ, diu viguerant: & veteres inter quaſdam primarias familias inimicitiæ bello Sabaudico ſuſceptæ, adhuc exercebantur. Quibus leni primum admonitione, deinde graviori adverſus refractarios increpatione tollendis, quum nihil proficeretur, & eouſque malum proceſſiſſet: ut civitas privatorum quorundam factione in diverſas partes ſcinderetur, & non pauci ſeſe in ordinem juratum redigi nullo modo paterentur; eò tandem deveniendum fuit, ut magno heroicoque Spiritu præditi *Farellus* & *Calvinus* cum Coraldo Collega (quem cùm ut antea diximus, ſtrenuè Lutetiæ pro veritate depugnaſſet, Calvinus Baſileam, indeque Genevam poſtquam illic ipſe conſtitiſſet, perduxerat) apertè teſtarentur *ſeſe Cœnam Domini, tam inter ſe diſcordibus, & ab omni Eccleſiaſticâ diſciplinâ, alienis civibus ritè celebrare non poſſe.*

Epiſtola Calvini de fugienda idololatria.
Nicolaus Cheminus.
Item de Papiſticis ſacerdotiis
Seditiones Genevæ.
Farelli, Calvini & Coraldi proteſtatio.

Accedebat & aliud malum, quod videlicet in quibuſdam ritibus Eccleſia *Genevenſis à Bernenſibus* diſcreparet. Utebantur enim Genevenſes *pane communi*; & *baptiſteria* illa, quæ vocant, tanquam ad Baptiſmi miniſterium minus neceſſaria: itemque *dies feſtos*,

Rituum diſcrepantia inter Genevenſes & Bernates.

 excepto

excepto die *Dominico*, ſuſtulerant. Quibus de rebus cùm ſynodus *Lauſannæ* à Bernenſibus coacta, ſic decidiſſet: ut *azymum panem*, illa reſtitui Genevæ poſtularet: collegium autem miniſtrorum Genevenſium ſe prius audiri æquum duceret: eamque ob cauſam altera *Tigurum* ſynodus eſſet indicta: his oblatis occaſionibus, qui tum fuerant creati ſyndici (annuus hic eſt ſummusque in repub. Genevenſi magiſtratus) factionum ac diſcordiarum duces, populum convocant: eoque rem perducunt; fruſtra ſeſe Calvino, cum ejusdem ſententiæ Collegis, ad reddendum omnium rationem offerente; ut majore parte meliorem ſuperante, *tres* iſti fidi *DEI ſervi intra biduum excedere urbe juberentur: quod cœnam Domini celebrare recuſaſſent.* Hoc decretum cùm eſſet Calvino renuntiatum: *certè*, inquit, *ſi hominibus ſerviviſſem, mala mihi merces perſolveretur: ſed benè eſt; quod ei inſervivi; qui nunquam non ſervis ſuis rependit, quod ſemel promiſit.* Et quis iſta non exiſtimaſſet certam perniciem eccleſiæ Genevenſi allatura? Eventus tamen contra oſtendit: divinâ providentiâ id factum: partim ut alibi opera fidelis ſervi ſui uſus, variis eum experimentis ad res majores inſtrueret: partim ut ſeditioſis illis ſuo ipſorum impetu ſubverſis, eccleſiam Genevenſem à multis ſordibus purgaret. Uſque adeò ſeſe Dominus in cunctis ſuis operibus, ac præſertim in eccleſiæ ſuæ gubernatione, admirandum præbet. Sed hæc omnia poſtea res ipſa patefecit.

Ea de re ſynodus Lauſannæ.

Tiguri alia.

Munus Syndici Genevæ.

Miniſtri Genevâ excedere jubentur.

Tum verò magno cum bonorum omnium dolore, tres illi edicto parentes, cùm *Tigurum* primùm veniſſent: ibique coactâ Helveticarum eccleſiarum aliquot ſynodo, atque ex ſynodi decreto per Bernenſium interceſſionem tentatis, ſed fruſtra Genevenſium animis: Calvinus quidem *Baſileam* inde ſeſe, ac mox *Argentinam* contulit. Illic igitur ex illius urbis Senatus voluntate, à ſummis illis viris, quibus tanquam lucidis gemmis illa tùm eccleſia fulgebat, *Bucero*, *Capitone*, *Hedione*, *Nigro*, & aliis eorum collegis, ad Theologicam profeſſionem, propoſito honeſto ſtipendio, evocatus; non modò Theologiam illic docuit, magno cum doctorum omnium applauſu: ſed etiam ex Senatus conſenſu, *Gallicam Eccleſiam*, conſtitutâ etiam eccleſiaſticâ diſciplinâ, plantavit. Sic exſpectatione ſuâ fruſtratus Satan, pro Genevenſi eccleſiâ Calvinum alibi exceptum, & aliam mox alibi natam Eccleſiam conſpexit: nihilo interea ſegnius laborans, ut ædificium Genevenſe prorſus concuſſum penitus everteret. Itaque mox reperit malè feriatos nonnullos, qui ut pietatis, neſcio cujus, obtentu, iniquiſſimum illud decretum tegerent: *panem communem, quo antea in cœnâ utebantur, in azymum cenſerent converti oportere:* ſcilicet ut novis diſſidiis anſam præberent. Neque hoc conſilium Satanam fefelliſſet: niſi Calvinus non-

Calvinus Tigurum abit, cum collegis.

Inde Baſileam & Argentoratum.

Ubi Calvinus docet.

Et Eccleſiam Gallicam plantat.

Panis communis in azymum verſus Genevæ.

nullos, iſtâ mutatione uſque adeò o[...]
ut etiam à Cœna ſibi abſtinendum pu[...]
ſeriò monuiſſet, ne ob iſtud ἀδιάφορ[...]
moverent. Sic obtinuit panis azymi u[...]
quo etiam poſtea reſtitutus Calvin[...]
quam contendendum putavit, min[...]
men diſſimulans, quid alioqui ma[...]
probaturus.

At ecce longè mox aliud periculoſ[...]
lum, anno *milleſimo, quinquageſimo*[...]
ſimo nono exortum, ſimulque Calv[...]
gentiâ exſtinctum. Erat tum epiſcop[...]
pentoratenſis, *Jacobus Sadoletus*, [...]
eloquentiâ homo; ſed qua inprimis [...]
primendam veritatis lucem abuteretu[...]
aliam ob cauſam in Cardinalium nu[...]
adſcitus; quàm ut vir alioqui vitæ [...]
gitioſæ, quos poſſet colores falſæ r[...]
induceret. Is obſervata ejus tempor[...]
ſione, deſtitutum tantis paſtoribus [...]
facilè ſe intercepturum arbitratus, v[...]
quoque prætexens (eſt enim *Carpent*[...]
ſis civitas Dlephinatui, & hic rurſus[...]
diæ contiguus) literas deſideratiſſim[...]
vocat, Senatui, Conſilio, populoqu[...]
vatium inſcriptas: in quibus nihil [...]
prætermiſit: quæ ad eos in Romar[...]
meretricis gremium revocandos perti[...]
Illis nemo tum erat Genevæ qui reſp[...]
opponeret: adeò ut niſi peregrino [...]
ſcriptæ fuiſſent; magnum civitati i[...]
rum ſtatu damnum daturæ fuiſſe videa[...]

At illas Calvinus Argentinæ cum [...]
omnium injuriarum oblitus, ſic ſtatim [...]
& eloquenter reſpondit: ut ille mox [...]
iſtud negocium, tanquam deſperatum [...]
ſerit. Sed neque tamdiu expectavit [...]
nus: ut legitimum illum Paſtoris a[...]
teſtaretur, quem adverſus Genevenſ[...]
tum apud ſuos graviſſime pro commu[...]
tatis cauſa laborantes retinebat: cujus [...]
affectus luculentum teſtimonium e[...]
inſignes Epiſtolæ, quas ad illos ann[...]
quo ejectus fuit, ac proxime confec[...]
gentinæ dedit: quibus nimirum ho[...]
agit: ut & ad reſipiſcentiam coram [...]
& ad tolerantiam adverſus improbos[...]
pacem cum ſuis paſtoribus fovendam [...]
DEI invocationem inprimis exhortet[...]
que ita illos comparat ad optatam il[...]
cem ex ſuis illis funeſtiſſimis tenebris, [...]
expectandam, uti etiam eventus [...]
comprobavit. Tum quoque *Inſtitu*[...]
Chriſtianam multo auctiorem, *com*[...]
rios in Epiſtolam ad Romanos, S[...]
Grynæo, amiciſſimo ſuo dicatos, au[...]
denique *Libellum* edidit *de Cœna Do*[...]
in Gallorum ſuorum uſum, quem [...]
Latinum fecit Galaſius: quod argum[...]
ita dextre ſimul ac erudite videtur expl[...]
ut ea tot infœliciſſimarum controver[...]
deciſio in qua doctiſſimus ac optimus [...]
que merito acquievit, illi potiſſimum [...]
cundum Deum, accepta feratur. Nec [...]
fuit ejus fœlicitas in multis in viam revoc[...]

Anabap[...]

aptiſtis , inter quos duo præcipui fue-
unus *Paulus Volſius* , cui jam olim *E-*
s ſuum illud *Enchiridium militis Chri-*
dicaverat: quo paſtore poſtea uſa eſt
tinenſis Eccleſia: alter *Johannes* qui-
Storder Leodienſis , cujus poſtea peſte
ti viduam *Idelletam* nomine , gravem
tamque fœminam , Calvinus ex Buceri
o uxorem duxit.

c tum Calvini ſtudia fuerunt Argenti-
annum uſque *milleſimum quingenteſi-*
quadrageſimum primum , quo fuerunt
re Wormatiam primum , deinde *Ra-*
am comitia componendis Religionis
is convocata. Iis quod ita Theologo-
Argentinenſium collegio placuiſſet,
nus adfuit, minimè quod conſtat Eccle-
ſuæ præſertim Galliæ inutilis , & Do-
Philippo Melanchtoni , & *Caſpari*
ero beatæ memoriæ imprimis gratus:
t eum ſæpe *Theologum* cognominarit,
o privatum de cœna cum eo collo-
habuerit, ejusque cognitam ſenten-
ſerte comprobarit. Jam autem ad-
illud tempus, quo conſtituerat Do-
Genevenſis Eccleſiæ miſereri. Itaque
Syndicorum unus, quorum opera fa-
erat decretum ; ut fidi paſtores ejice-
ita ſeſe in Reipubl. adminiſtratione
ut ſeditionis reus , dum per feneſtram
re ſe conatur, præceps ruens, ut erat
corporis mole , ita ſeſe attriuerit; ut
ucos dies ex illo caſu ſit extinctus.
homicidio perpetrato, capite multa-
Reliqui duo male etiam adminiſtra-
uadam legatione Reipubl. accuſati
erterunt, ſuntque abſentes damnati.
ti ſpumæ ſordibus ejectis , civitas
m ſuum & *Calvinum* cœpit requirere.
de Farello recuperando à *Neocomen-*
imum ſpei affulgeret: enixe demum
num intenta , Argentinam legati,
etiam Tigurinorum interceſſione,
r; qui ab Argentinenſibus Calvi-
etant. Argentinenſes præbent ſe
: Calvinus ipſe, quamvis quæ im-
m quorundam culpa ſuſtinuerat,
Genevenſes animum nihil immu-
tamen à turbis abhorrens, & quod
m videret miniſterio ſuo in Argen-
ccleſia benedicere, plane ſe reditu-
are: *Bucerus* quoque & cæteri,
ſe illum dimiſſuros teſtari. Perſtan-
en Genevenſibus, cenſuit tandem
illorum precibus eſſe ad tempus
dum : quod tamen à Calvino, non
oſita gravi divini judicii denuncia-
propoſito Jonæ exemplo, fuit im-
. Sed quoniam in id tempus hæc
t: quo Calvino Ratisbonam ad co-
enim fuerat decretum) cum Buce-
ſcendum erat: dilata fuit ejus diſ-
tantiſper à *Bernenſibus* impetra-
venſes; ut *Petrus Viretus* Lauſanna
iret. Quo libentius in urbem re-

diit Calvinus : eum videlicet habiturus collegam , cujus opera & conſilio in inſtauranda Eccleſia plurimum adjuvari poſſet.

rea Genevæ docet dum Calvinus redeat.

Sic aliquot menſes præteriere ; quibus tandem elapſis , Calvinus *decimo tertio* Septembris, anno Domini *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo primo* , Genevam regreſſus eſt, ſumma cum univerſi populi, ac Senatus inprimis, ſingulare DEI erga ſe beneficium ſerio tum agnoſcentis, gratulatione: ut Argentinenſes urgere nunquam deſtiterit, ut, quod de certo illo temporis ſpacio cautum fuerat, expungeretur. Conceſſerunt id quoque tandem Argentinenſes ; ea tamen conditione ; ut *jus civitatis honorarium, quod in Calvinum contulerant*, ſalvum eſſet ; & *præbendæ*, quam vocant, *annuos reditus* retineret. Quorum illud probavit Calvinus : iſtud vero ut acciperet, nunquam ab eo extorqueri potuit : ut qui nihil minus, quam opes curaret.

Reſtitutus autem Eccleſiæ ſuæ flagitanti Calvinus , hanc in illius inſtauratione rationem tenuit: ut quod eam urbem videret omnino his frenis indigere, teſtaretur inprimis: *ſe non poſſe miniſterio ſuo rite fungi , niſi una cum doctrina Chriſtiana Presbyterium quoq; legitimum cum εὐταξίᾳ Eccleſiaſtica reciperetur.* Tum igitur (qua de re mox plenius dicemus) & *Presbyterorum* deligendorum, & totius illius ordinis *leges* perlatæ ſunt , verbo DEI conſentaneæ , & civibus ipſis gratæ : quas poſtea miris modis Satan abrogare fruſtra eſt conatus.

Inſtaurat ibi Eccleſiam.

Leges presbyterorum latæ.

Scripſit quoque *Catechiſmum* Gallicè & Latinè, ab illo priore minimè diſcrepantem; ſed multò auctiorem, & in quæſtiones ac reſponſiones diſtributum ; quem meritò nobis liceat admirandum quoddam opus vocare, tantopere plurimis , etiam exteris populis probatum, ut non modò vernaculis plurimis linguis , utpote *Germanicâ* , *Anglicâ*, *Scoticâ*, *Belgicâ*, *Hiſpanicâ*, ſed etiam *Hebraicè* ab *Immanuele Tremmelio* Judæo Chriſtiano , & *Græcè ab Henrico Stephano* legatur elegantiſſimè converſus. Qui deinceps fuerint ordinarii ejus labores ; ex re ipſa dijudicari poteſt. Alternis *hebdomadibus* totis concionabatur ; *triduo* verò docebat : ſingulis *diebus Jovis* Presbyterii cognitionem regebat: *diebus Veneris* in communi collatione Scripturæ , quam Congregationem ipſi vocant, juſtam penè lectionem habebat ; varios ſacros libros doctiſſimis Commentariis illuſtrabat: modò religionis hoſtibus reſpondebat : modò neceſſariis de rebus undiquaque ſcribebat. Quæ quisquis attentè legerit : mirabitur, tot tantisque laboribus unicum homunculum ſufficere potuiſſe.

Catechiſmus Calvini auctior.

Multis linguis editus.

Labores ordinarii Genuæ Calvini.

Utebatur autem plurimum *Farello* & *Vireto* : quibus tamen ipſe multò plus conferebat. Sed eorum amicitia & conjunctione non minus improbis invisa, quam piis omnibus jucunda mirabiliter delectabatur. Et

Farello & Vireto amicis utitur.

ſanè jucundiſſimum erat ſpectaculum, tres iſtos tantos in Eccleſia DEI viros usque adeò in opere divino conſentientes, eosque diverſis donis florentes cernere & audire. Excellebat quadam animi magnitudine *Farellus*, cujus vel audire absque tremore tonitrua, vel ardentiſſimas preces percipere nemo poſſet, quin in ipſum penè cœlum ſubveheretur. *Viretus* facundiæ ſuavitate ſic excellebat; ut auditores ab ipſius ore neceſſariò penderent. *Calvinus* quot ſonabat verba, tot graviſſimis ſententiis auditoris mentem explebat: ut ſæpè Bezæ in mentem venerit, perfectum quodammodo videri poſſe paſtorem, qui ex tribus illis eſſet conflatus.

Farelli virtus docendi. *Vireti.* *Calvini.*

Ut ad Calvinum redeam; non his modò curis, ſed domeſticis aliisque externis multis exercebatur. Sic enim Dominus benedicebat ejus miniſterio; ut ex omnibus orbis Chriſtiani partibus, partim ejus conſilium in cauſa religionis efflagitarent; partim ad eum audiendum concurrerent; adeò ut *Italicam, Anglicam, Hiſpanicam denique Eccleſiam* Genevenſes viderint, neque tot capiendis hoſpitibus ſufficere poſſe una civitas viſa. Domi vero etſi à bonis colebatur, ab improbis metuebatur, & optimè res erant conſtitutæ; non deerant tamen, qui ſtrenuè illum exercerent. Quæ certamina ſigillatim explicabimus, ut habeant poſteri ſingulare fortitudinis exemplum, quod pro viribus imitentur. Igitur ut ad hiſtoriam redeamus, ſimulatque in urbem rediit, memor illius ſententiæ: *Quærendum eſſe primum regnum Dei, ut cætera adjiciantur*, nihil habuit antiquius, quàm ut Eccleſiaſticæ leges, verbo DEI conſentaneæ, ſenatus conſenſu perſcriberentur: à quibus poſtea diſcedere neque Miniſtris ipſis, neque civibus liceret. Id verò adeò ante probatum, nonnullis ſenſim ex vulgo atque ex primariis civibus, qui Papam quidem exuerant, Chriſtum verò nomine tenus induerant, odioſum fuit. Nonnulli quoque ex iis Miniſtris, qui bonis illis ejectis in urbe manſerant (quorum tamen præcipui poſtea, flagitiorum rei, turpiter ſtationem deſeruerant) etſi teſtimonio conſcientiæ convicti repugnare non audebant: clanculum tamen obſiſtebant, ſeque in ordinem cogi non facilè patiebantur. Neque verò deerat, quod huic ſuæ improbitati prætexerent, aliarum videlicet Eccleſiarum exemplum, in quibus nullus eſſet excommunicationi locus. Non deerant denique qui Papiſticam tyrannidem ſic revocari clamitarent. Sed has difficultates vicit Calvini conſtantia, cum inſigni moderatione conjuncta: qui quum ex ſacris literis non doctrinæ modò, verum etiam adminiſtrationis Eccleſiaſticæ petendam eſſe rationem demonſtraſſet, & doctiſſimorum ejus ſeculi hominum, veluti *Oecolampadii, Zvvinglii, Zuichii, Philippi, Buceri; Capitonis, Myconii* ſententiam ex ipſorum ſcriptis oſtendiſſet, nec propterea damnari Eccleſias ipſas tanquam non Chriſtianas, quæ

Calvini celebritas. *Variæ Eccleſiæ Genevæ.* *Certamina Calvini.* *Matth. 6 v. 33.* *Difficultas in Eccleſiaſticæ politiæ legibus ferendis.*

eo uſque nondum promoviſſent, vel
ſtores, qui ſuos greges eo fræno non
exiſtimarent; denique demonſtraſſe
tum inter Papiſticam tyrannidem &
Domini intereſſet, obtinuit facilè; u
ſiaſticæ politiæ leges, quibus etiamn
tur Genevenſis Eccleſia, ſummo
conſcriptæ, perlectæ, populique
probatæ, viceſimo Novembris recip
Hæc etſi faciliter erant cœpta; tan
non ſine difficultate re ipſa uſurp
conſideraret Calvinus; totus in eo
& *Viretum*, quem ad tempus dunt
quod conceſſerant Bernenſes, & *F*
quem Neocomenſes ejectum exc
Collegas perpetuò haberet: ſed ho
tentavit, *Vireto* mox *Lauſannam*
Farello verò *Neocomi* permanente,
tutæ iſtius Eccleſiæ laudem penè ſol
tarit.

Anno ſequente quadrageſimo
Calvinum non pauca exercuerunt.
quæ domi urgebant præteream,
tum foris etiam inflammatus hoſtiu
gelii furor, multos ex Gallia, & Ital
cinam & celebris jam nominis urbe
dens: quibus conſolandis omniſq
genere reficiendis, mirum quanto ſt
jam tum impenderit; ut eos omitta
in ipſis leonum faucibus verſantes,
que miſſis literis ſolabatur. Acceſſit
duplex aliud *malum, annonæ* videl
ritatis & *peſtis* plerumque illius
Erat autem hæc jam tum Genevæ c
do; ut peſte laborantes ſuum extr
Noſocomium haberent: ubi quum
conſtantis & ſeduli opera requireret
risque contagionis periculum detrect
tres ſeſe obtulerunt, *Calvinus* videl
baſtianus Caſtellio (de quo poſtea
cturi ſumus) & *Petrus* quidam *Bla*
inter quos ſortitione facta, cum C
cui ſors obtigerat, mutata nihilomi
tentia, ſubire hoc onus impudenter
ret; Calvinum invitum Senatus,
adeo *Blanchetus* hoc onus in ſe re
amplius ſortiri prohibuerunt.

Tum quoque alia gravia incideru
& *Petrum Toſſanum Monsbelgarden*
ſtorem exercebat controverſia de co
mini, & *Baſileæ* quoque non dee
Eccleſiaſticæ diſciplinæ vix jacta fun
ta, fruſtra in contrarium laborante M
ſubruerent: qui duo conſilia cum
contulerunt. Apud Mediomatrice
ſive Metenſes, etſi Farellus eo evoca
citer laborabat: opus tamen Domini
aperta vi, partim, per Apoſtatam P.
cujus antea meminimus, valde imped
Quibus in rebus quantum ſcribendo
nendo, hortando, modis omnibus
laborarit Calvinus, partim ex ejus
teris intelligi poteſt, partim vero q
fuere ſuperſtites, ſunt teſtificati. Sed
cior quam unquam antea *Sorbona*, P

in Parlamento Pariſienſi principis, in-
æ infelicisque memoriæ hominis favore,
fuit facinus, quod mirum videri poſſet
copos, aut ipſum ſaltem Pontificem pati
iſſe ; niſi jam pridem Eccleſiarum opi-
nter ſe, ut inter prædones fieri ſolet,
rtiendis occupati, ſuo præcipuo mune-
quod in adminiſtratione verbi poſitum
, ultro bonis iſtis, quos vocant, docto-
ceſſiſſent : ea tamen conditione, ut
iam canes Dominis illis ſubſerviant, ex
um menſis oſſa tandem millies abliguri-
rrodunt. Auſa fuerat igitur *Sorbona*,
neque divino, neque humano jure
fidei Chriſtianæ articulos præſcribere,
odi quidem ut tum ſua falſitate, tum
ræcipue ineptiis ; quæ ſunt illi ſodalitati
iares, omnem ſibi ipſius autoritatem
homines non prorſus amentes merito
are potuerint: quibus tamen alii metu,
r imperitiam ultro ſubſcripſerant. Ita-
alvinus iis reſpondit, ita ut & errores
rationibus pereruditè refutaret; & eo-
m ſtultitiam non penitus inſulſis ſuavi-
ridendam propinaret.

eſt annus ille exactus, quem * alius ni-
itior excepit, iisdem malis *charitate*
et & *peſte* infeſtantibus: & pergente
n Calvino, domi quidem ſuos confir-
foris vero Eccleſiarum hoſtes fortiter
ere, editis præſertim *libris* quatuor *de*
rbitrii controverſia, quos *Philippo*
chthoni dicavit, adverſus *Albertum*
n Campenſem, ſophiſtam illius æta-
principem : à quo etiam fuerat pro
niſta delectus, ex quo videlicet re-
inſigni victoria galerum mox à Pon-
nſequeretur. At ille hoc ſuo labore
is, id unum aſſecutus eſt quod me-
veritatis hoſtes, nempe ut & doctis
hominibus fœteret, & ab ipſo Sata-
eretur. Eos autem libros quanti fa-
ſtatus eſt Philippus ſuis literis, quos
etiam edendas putavit Beza: ut ha-
teritas certum luculentumque teſti-
, quod adverſus utriusque calum-
opponat. Sed & ex ejusdem Calvini
dem anno Eccleſiæ Monsbelgardenſi
quid ſit iis reſpondendum quivis
t, qui de nimia ipſius ſeveritate in
lis Eccleſiaſticæ politiæ legibus que-

tus eſt annus *ſupra ſesquimilleſi-*
adrageſimus quartus ; in quo Cal-
Neocomenſium in Eccleſiaſticis
inſtituto ſuam ſententiam aperuit.
ro *Sebaſtianus* ille *Caſtelli*, cujus
itatem notavimus, ut erat quadam
οσύνης ſpecie ineptiſſime ambitio-
ane ex eorum genere, quos Græci
ovας appellant, indignatus ; quod
ias in Gallica Novi Teſtamenti ver-
lvino non probaſſet; eo usque effer-
exotica quædam docere non con-
palam etiam *Canticum Salomonis*
tanquam impuram & obſcœnam cantionem
ex canone expungi juberet, & repugnantes
Miniſtros atrociſſimis conviciis proſcinderet.

Canticorũ à Caſtellione expunctum.

Id illi vero ſibi non ferendum merito rati,
hominem ad Senatum vocant, ubi pridie
Cal. Junii patientiſſime auditus, cognitaque
cauſa, calumniæ damnatus, ex urbe excedere
juſſus eſt. Inde *Baſileam* cum veniſſet, tan-
dem ibi admiſſus, qualem ſe præſtiterit, ali-
bi indicatur.

Caſtellio Geneva pellitur.

Cæterum anno ſuperiore cum *Carolus V.*
adverſus Gallum totis viribus movens Ger-
manis ſic caviſſet: ut tantiſper dum Conci-
lium univerſale cogeretur, quod ſeſe curatu-
rum promittebat, neutri partium præjudicio
facto, inter quas de Religione diſceptabatur,
utrinque pari inter ſe jure uterentur : pluri-
mum ea re commotus Pontifex Romanus
Paulus III. graviſſimam in ipſum Cæſarem
expoſtulationem edidit ; quod *Catholicis*
hæreticos ſcilicet exæquaſſet ; & *in alienam*
meſſem injeciſſe falcem videretur. Reſpon-
dit Cæſar quod æquum cenſuit : Calvinus
autem quod in iis literis graviter læſa erat
Evangelii veritas piorumque innocentia :
Pontificis audaciam repreſſit.

Pontificis Pauli III. expoſtulatio cum Carolo V. Auguſto.

Calvinus Evangelii veritatem tuetur.

Fuerunt tum Spiræ coacta imperii comi-
tia : qua accepta occaſione Calvinus *libel-*
lum edidit *de neceſſitate reformandæ Eccle-*
ſiæ : quo haud ſatis ſcio an aut nervoſius,
aut gravius ejus argumenti ſcriptum ſeculo
iſto editum fuerit. Eodem anno Calvinus
tum *Anabaptiſtas*, tum *Libertinos* (in qui-
bus veteres omnes, quantumvis portentoſæ,
renovatæ ſunt hæreſes) duobus libellis ita re-
futavit ; ut neminem iis attente lectis arbitre-
mur extitiſſe, qui vel ab iſtis, niſi ſciens &
prudens, decipi potuerit, vel ſi antea de-
ceptus erat, non ultrò in rectam viam re-
dierit ; offenſa tamen iſto libro *in Libertinos*
edito *Navarrena*, quòd ab illius horrendæ
ſectæ Anteſignanis duobus *Quintino* & *Poc-*
queto, quos nominatim Calvinus arguerat,
(rem penè incredibilem) eousque fuiſſet
faſcinata ; ut cum alioquin illorum myſte-
rium non teneret, pro bonis viris illos habe-
ret ; ac proinde ſeſe quodammodo per eo-
rum latus confoſſam arbitraretur. Quod
cùm intellexiſſet Calvinus, ſic illi mira qua-
dam moderatione reſpondit ; ut & dignita-
tis, & collatorum ab hac Regina in Eccle-
ſiam Chriſti beneficiorum memor, ingenuè
tamen & cordatè, ut fortem DEI ſervum
oportuit, nimiam illius in admittendis iſtius-
modi hominibus imprudentiam reprehen-
derit, & miniſterii ſui authoritate aſſeruerit:
effecerit denique, ut horrendæ Libertinorum
ſectæ homines, qui in Galliam uſque ſeſe
effundere cœperant, poſtea ſeſe intra *Hol-*
landiæ & proximarum regionum fines con-
tinuerint.

De neceſſitate reformandæ Eccleſiæ lib. Calvini.

In Anabaptiſtas & Libertinos liber.

Offendit reginam Navarrenam eo libro.

Cui reſpondet Calvinus.

Libertini ubi nidulàrint.

Tot autem illius anni laboribus defun-
ctum, nova rurſum certamina * ſequentis
anni, eaque longè graviſſima, exceperunt.
Nam quaſi peſtis divinitus immiſſa exhau-
riendæ

* 1545.

riendæ civitati totique viciniæ non ſufficeret, uſque adeò apud pauperculos nonnullos *avaritia* tum valuit; quorum opera ditiores in curandis ægrotis ac repurgandis ædibus uterentur: ut & horrenda conjuratione peſtifero unguine domorum poſtes ac limina, atque quævis obvia, inficerent: unde mox dira peſtis ſequebatur, & horrendo jurejurando ſolenniter concepto inter ſe Satanæ ſe manciparent, ſi ſceleris conſcios ullis tormentis adacti prodidiſſent. Non pauci tamen partim in urbe, partim in vicinis regionibus deprehenſi, juſtiſque ſuppliciis ſunt affecti. Sed incredibile dictu eſt quantam Genevæ, & ipſi inprimis Calvino, invidiam Satan hoc artificio conflarit; quaſi ſcilicet ibi planè ille regnaret; ubi quàm maximè oppugnabatur.

Domorum infectio Genevæ ex unguento venenato.

Fuit hic idem annus infamis illa pluſquam immani carnificina, quam *Aquenſe Parlamentum* in fratres *Waldenſes Merindolæ*, & *Cabrieris*, totoque ille tractu, non in unum aut alterum quempiam; ſed in populos ipſos, nullo nec ætatis, nec ſexus diſcrimine incenſis etiam vicis, exercuit. Hæc autem mala Calvinum, refugientes Genevam pauculos ſolantem ac reficientem eò vehementius premebant; quòd eos antea literis ſummiſſiſque paſtoribus purè in Evangelio inſtituendos curarat, ſuaque apud Germaniæ Principes & Helveticas civitates interceſſione periclitantes aurea ſervarat. Gliſcebat tum quoque rurſum infelix illa *de Cœna Domini decertatio*, *Oſiandro* homine ſuperbo monſtroſique ingenii ſopitam flammam fodiente: quod incendium quominus ſopiretur per Calvinum certè non ſtetit; cujus ea de re ad *Philippum* unam & alteram Epiſtolam edendam Beza curavit. Sed utriuſque ſanis conſiliis nullum locum tribuit ejus hominis intemperies; quem uterque *Periclem* vocat. Interea peſtis in urbe deſæviens multos bonos tollebat. Calvinus autem ex ſuggeſtu in nonnullorum flagitia ac præſertim *adverſus ſcortationes* quæ ne tum quidem deſinere poterant, pro viribus detonabat, bonis quidem adſentientibus, ſed paucis quibusdam δημαγωγοῖς bonorum conatus infringentibus, donec ipſi ſeſe ultrò, ſicuti ſuo loco dicetur, præcipites dederunt. Accedebat denique ad hæc mala, quòd tum quoque non deeſſent parum illæ quidem tempeſtivæ *de jure civitatis diſceptationes*: nec pati poſſent aliunde fideles paſtores Eccleſiaſtica bona Pontificiis erepta non ſic, ut oportuit, pleriſque locis adminiſtrari. Multi tunc clamores: multæ querelæ, multi denique ſcribendo ac loquendo labores, ſed fruſtra plerumque ſuſcepti: apertè quidem profitente Calvino, ſe quidem tot ſacrilegiis minime favere, quæ divinitus tandem ſciret ſeveriſſimè vindicanda; ſed in eo tamen juſtum DEI judicium agnoſcere, quod bona tam malè prius à ſacrificis acquiſita, non ſineret Dominus Eccleſiarum ærariis inferri.

Carnificina in Waldenſes.

De Cœna Domini controverſia renovata.

Oſiander Pericles dictus.

Contra ſcortationes detonat Calvinus.

Diſceptationes de jure civitatis.

Alia præterea duplex ſolicitudo Calvinum
eodem hoc anno ſimul domi & foris ex
Redierat tum Genevam patriam ſuam
rator quidam quamvis adhuc juvenis,
quam aliquandiu Eremitam in Galliis
laſſet. Eum pietatis ſpeciem initio præ
rentem Calvinus (homo ſi quiſquam a
deprehendendis aliorum ingeniis ſaga
lertiſque judicii) cum mox agnoviſſe
monere primùm mox liberius etiam,
ambitiosè nimium in congregationis c
ſe efferentem increpare cœpit. Hoc il
ferens, reperit facilè ex illis, in quoru
lera invehi ſolitus erat Calvinus; quor
vore & ſtudio adjuvaretur: adeò ut cùm
ageretur de paſtore in mortui locum
gando, palam ille cum ſuis ſacrum M
rium ambiret. Quid multis? interpo
authoritate jubet ſenatus iſtius ration
beri. Obſtitit cum ſuis collegis Calvi
quantopere hic ambitus verbo DEI re
ret, oſtendit: obtinuitque bona cur
tus venia; ut ſcriptis Eccleſiaſticis
ſtaretur. Erant tunc quoque in Galli
nulli; qui perſecutionum metu initi
eò usque poſtea ſibi placere cœperant
negarent peccare, qui in veram reli
intenti, corpore duntaxat Pontifici
intereſſent. Hunc igitur pernicioſi
errorem jam olim à patribus damn
Calvinus, cujus illi ſeveritatem nimi
cauſabantur, & ſcripto luculento re
& adjunctis doctiſſimorum Theolo
Philippi Melanchthonis, Buceri, Petr
tyris, & Eccleſiæ Tigurinæ ſententiis
ercuit: ut ab eo tempore piis omni
tuerit *Nicodemitarum* nomen. Ita e
vocabantur qui errori ſuo ſanctiſſimi
lius exemplum prætexerent.

Annum *quadrageſimum ſextum*
hilo mitior excepit. Præter quam eni
adverſus frequentes nuntios de Cæ
verſus Religionem molitionibus, &
ficis fraudes, à quo ſummiſſos ince
ferebant, confirmandus erat civium a
deplorandus erat in eo præcipue civit
tus; quod tantum abeſſet, ut impro
petulantia tot ferulis domari ſe pater
contra magis efferretur: adeoque
erumperet. Erant enim ducem nacti
mum quidem, ſed audacem & amb
inprimis (quem idcirco Calvinus *Com*
ſaris nomine in ſuis Epiſtolis deſignat
denum Perrinum nomine, hoc eti
pridem conſecutum: ut *generalis*
neus populi ſuffragiis crearetur. Is
quod res erat, ſtare ſe ſuique ſimiles
tibus legibus, ac præſertim Calvino
adverſus eorum laſciviam detonant
poſſe: tandem quid una cum ſuis m
tur, apertè hoc anno prodere cœpit
cum animadverſum ſimul ac repreſſu
ſet ſenatorum authoritate; tacuit ip
dem: ſed ita ut mox apertius ſeſe p
improbitas. Ecce enim paulo poſt
ſenatu quidam in hominum cætu ſa

i, Calvinum ut falſa docentem corri-
duobus ex paſtorum collegio (ut ex-
tum) clanculum impulſus, ebrioſo
ie, nec minus quàm cæteri ſeverita-
gum metuente. Et hunc quidem la-
Calvinus nihil eſt moratus. Vocatur
ille in jus, cognitaque cauſa ex S. C.
æ damnatur, conjunctique duo illi
aſtores exauctorantur, ipſaque adeo
lia interdicuntur: tantum abeſt, ut
ım improbitas quicquam valuerit.
od autem incendium hoc anno repreſ-
ierat, eo qui proxime ſecutus eſt,
quadrageſimo ſeptimo ſupra *ſeſqui-
num* prorſus erupit; nec aliud tem-
ſeculo magis calamitoſum incidit:
niæ Eccleſiis eo redactis, ut una cum
ibus & urbibus partim ſeſe ultro de-
us, partim vi captis, uno momento
n videretur, quicquid tot annis tan-
laboribus extructum fuerat; iique
n beati à pleriſque haberentur, quos
multibus tempeſtiva mors eripuiſſet.
blicis tot Eccleſiarum calamitatibus
pere pium illud pectus cruciatum ex-
imus, non aliter etiam in media pace,
leſias quantumvis remotas affectum,
omnes illas humeris impoſitas geſta-
uid verò? Cum ſummos illos viros,
niciſſimos habuit, *Philippum* dico,
m, *Martyrem* videret ita periclitan-
morti quàm vitæ propiores eſſent,
cum doloribus conflictatum putabi-
ortiſſimo tamen animo Calvinum
ates iſtas ſuperaſſe, tum ipſius ſcripta
r, tum etiam res ipſa comprobavit;
mi multo acrius ab impiis vexatus,
en ex illo gradu ipſis ne tantillum qui-
ſerit.

e ut ad domeſtica certamina redea-
ım in eo totus eſſet; ut *Evangelium*,
nuntiabat, oſtenderet *non in ſpecu-
quadam*, *ſed in ipſa Chriſtiana vita*
eſſe: hoſtes eos neceſſario expertus
i omni pietati ac honeſtati, ipſi de-
atriæ bellum indixerant. Eorum, ut
imus, facile princeps erat *Perrinus*
ıum ea tum eſſet & illius & ſuorum
; ut & ab ipſis extrema quævis ten-
nſtaret, & improbi apertè inſtarent;
m omnium cognitio à Presbyterio ad
transferretur. Presbyterium ex ad-
gere ſancitas de Eccleſiaſtica diſcipli-
verbo DEI conſentaneas; ipſiusque
atus opem implorare; ne quid de-
acciperet Eccleſia: judicavit ſenatus
Eccleſiaſticas leges oportere, illud-
ſa confirmavit. Ac tandem cum ille
cia ſeſe in extremum diſcrimen con-
exitus totius rei is tum quidem fuit:
motus abrogatoque Capitanei no-
ivatus viveret. Hæc autem omnia,
n magiſtratu agebantur; dici tamen
ſt, quantopere Calvinum exercue-
uidem eo uſque ſemel in ipſa curia
coactis Diacoſiis deventum eſt; ut penè ex-
ertis jam enſibus, parum abfuerit, quin
mutuis cædibus curiam ipſam cruentarent:
quam ſeditionem Calvinus, cum collegis
ſuperveniens, oppoſito inprimis ſuo ipſius
capite inhibuit, quanquam ſceleratorum fa-
ctio in illum præcipue ferretur: ipſo nihilo-
minus eorum ſcelera pergente acerrimè de-
teſtari, eosque graviſſime, pro ut mereban-
tur, increpare. Neque verò vana fuit judi-
ciorum DEI denuntiatio. Siquidem per id
tempus quidam famoſum libellum ſcripſiſſe,
& ſacro pulpito adfixiſſe deprehenſus; in quo
tum alia multa nefaria in ſacrum miniſte-
rium; tum etiam illud ſcriptum erat; *Cal-
vinum eſſe in Rhodanum præcipitandum*;
cauſa dicta infinitarum aliarum blaſphemia-
rum præter expectationem convictus, *capitis
ſupplicio affectus* eſt. Quin etiam poſt ejus
interitum inventus eſt libellus ipſius manu
adverſus Moſen, *ipſumque adeò Chriſtum*
profeſſo ſcriptus; quo impietatis ſcelere
dubium non erat, quin alios etiam aliquot
infeciſſet.

Seditioni inhibet Calvinus.

Famoſus libellus in miniſteriū Genevæ.

Auctor capite luit.

Scripſit autem hoc ipſo anno in mediis
illis certaminibus Calvinus *Antidotum ad-
verſus Tridentini conciliabuli ſeſſiones ſep-
tem*: itemque Rotomagenſem Eccleſiam
miſſis literis adverſus Franciſcani cujusdam
fraudes renovatorum à *Libertinis Carpocra-
tis* errorum numerum ibi ſpargentem, con-
firmavit.

Antidotū adverſus Tridentini concilii ſeſſiones.

Anno ſequente id eſt, *quadrageſimo octavo*
ſupra *ſeſquimilleſimum*, erupit ejusdem il-
lius factionis malum iis, (quod pene incredi-
bile eſt) maximè abutente Satana, qui tamen
præcipue mederi malis iſtis ſtudere debebant,
Farello nempe & *Vireto*. Qui ineunte ſtatim
anno, cum *Genevam* veniſſent, & oratio-
nem in ſenatu graviſſimam de componendis
diſſidiis habuiſſent; Calvino quidem nihil
aliud, quàm emendationem morum poſtu-
lante, *Perrino* verò cum ſuis nihil non ſimu-
lante; ut priſtinum locum reciperet: tunc
quidem viſa ſunt omnia compoſita; ſed bo-
nis viris impoſitum potiùs fuiſſe, res ipſa
mox comprobavit. Perrino ſiquidem reſti-
tuto, eò uſque ſeſe extulit ſceleratorum im-
probitas; ut thoracibus etiam quibusdam in
crucis modum diſſectis, quibus ſeſe mutuò
agnoſcerent, palàm uterentur, & alii ſuis
canibus Calvini nomen imponerent, *alii
Calvinum in Cainum* transformarent; non
pauci denique illius odio abſtinere ſe à cœna
Domini teſtarentur. Quæ omnia cùm for-
titer ille, & collegæ ipſius reprehenderent,
vocatis in ſenatum, vicit quidem facilè bo-
norum innocentia; tandemque XVIII. De-
cembris ſolenni jurejurando ſancita rurſum
eſt ἀμνηςίαν. Sed hæc omnia per ſimulatio-
nem facta fuiſſe; nec aliud tum quæſiviſſe
Perrinum; quàm ut Syndicatum adeptus,
aditum ſibi & ſuis ad omnia perdenda ma-
gis ac magis patefaceret, eventus compro-
bavit.

Farellus & Viretus Genevam veniunt.

Perrinus reſtituitur.

Canibus Calvini nomen impoſitum.

Interea Calvinus ſacra tractat. Calvinus iſtis concertationibus non modò non ceſſit: verùm etiam quaſi in otio *ſex Epiſtolas Pauli* doctiſſimis *commentariis* illuſtravit; & *Interim* illud quod vocant; peſſundandis Germanicis Eccleſiis editum, graviſſimo ſcripto refutavit; veramque inſtaurandæ Eccleſiæ rationem oſtendit: *Aſtrologiæ* denique, quam *Judiciariam* vocant, cui pluſculum tribuere non pauci videbantur, fallitatem atque vanitatem elegantiſſimo libello patefecit. Tum quoque à *Brentio*, Baſileæ exulante, literis ſalutatus amiciſſime, illum conſolatus eſt, in qua conjunctione utinam perſtare Brentius inſtitiſſet! *Bucerum* in Anglia exulantem tunc quoque ingenuè monuit: ut magis *perſpicuè de Cœna Domini ſcriberet ac loqueretur*; & amiciſſimè ſolatus eſt. Simulque *Sommerſetum* Ducem, Angliæ protectorem, indigniſſima poſtea morte affectum, accuratè ſcriptis literis eorum admonuit: quæ ſi tum eſſent in illo regno animadverſa; multas fortaſſe tempeſtates Eccleſiæ Anglicanæ devitaſſent.

Interim refutat. — *Aſtrologiã item judiciariam.* — *Brentium exulem conſolatur.* — *Bucerum monet.* — *Et Sommerſetum ducem.*

Creſcebat in iſtis certaminibus mirabiliter Eccleſia Genevenſis, quod ut mirum in modum Satanam & malos angebat; ita Calvini excipiendis pro Chriſti nomine exulibus intenti ſtudium vehementer acuebat: cui ſolicitudini ſic favit anno conſequente Dominus: ut etſi non extincta prorſus, attamen ad tempus ſopita furioſorum improbitas videretur. Et ſanè induciis egebat ille, præſertim caſu domeſtico graviter afflictus: amiſſa videlicet uxore, lectiſſima fœmina; quem tamen caſum ita conſtanter tulit: ut hac etiam in re ſingulare fortitudinis exemplum toti Eccleſiæ præbuerit.

Amittit uxorem.

Contentio de Adiaphoris. Eodem anno exorta in Saxonicis Eccleſiis contentione *de rebus Adiaphoris*, quum à Calvino quoque conſilium peteretur; ſententiam hac de re ſuam libere expoſuit: *Philippo* etiam officii admonito: quem nonnulli, ut in eo molliorem accuſabant; immeritò id quidem, ut accuratius poſt ea Calvinus cognovit. Tum enim erat ignotum, quo animo malus ille genius & tota *Flaccianorum* cohors, impelleretur, quæ tot poſtea turbas dedit, & nunc quoque opus Domini labefactat, non aliter ſanè, nec minus impudenter ac furioſè, quàm ſi ab ipſo Romano Pontifice magnis ſtipendiis eſſet conducta.

Melanchthon monitus. — *Flacciana cohors.*

Cæterum hoc Eccleſiis Germanicis inflictum vulnus contrario beneficio Dominus apud Helvetios compenſavit; *Farello* ſimul ac Calvino Tigurum profectis: ut cum viſus eſſet quibusdam Calvinus *Conſubſtantiationi* nonnihil favere, de communi in ea re omnium Helveticarum Eccleſiarum conſenſu omnibus liqueret. Neque verò difficile factu fuit, ut inter bonos & veritatis amantes conveniret. Scripta eſt igitur ſum-

Calvinus conſubſtantiationi viſus favere.

ma omnium *Helveticarum & Rheti*[…]
Eccleſiarum approbatione *conſenſio* […]
præſertim D. *Bullingerum* cum Calvi[…]
gurinamque Eccleſiam eum Geneve[…]
ctiſſimo vinculo magis ac magis coll[…]
in qua etiam adhuc perſtant. Sic ann[…]
felix exactus eſt, ſi cum cæteris conf[…]
quæ & *Bezæ* primæ ad Eccleſiaſtic[…]
ctiones vocationis vocante ipſum I[…]
nenſi Eccleſia, impellente Calvino[…]
tium fuit.

Scripſit quoque per id tempus bin[…]
ditiſſimas Epiſtolas *Lælio Socino S*[…]
Tiguri diu verſato; ac tandem etian[…]
tuo. Es iis vero quod fuerit illius *ing*[…]
nempe plane *Academicum*, facile[…]
dignoſcet, res autem ipſa ſerò ac […]
poſt ejus obitum patefecit: quum E[…]
peragrans, ac doctiſſimum quemq[…]
in iis inprimis *Philippum*, *Calvinum*[…]
chimum denique *Camerarium* fe[…]
Siquidem illum poſtea Bellianæ, de […]
loco, farraginis maxima ex parte au[…]
fuiſſe, & *Serveti*, *Caſtellionis*, *Och*[…]
nique furoribus faviſſe compertum […]
tante etiam illius in illuſtre primum[…]
Johannis commentario: in quo fac[…]
nium, qui unquam illum locum lo[…]
viniſſimum corruperunt, hæreticor[…]
pietatem ſuperavit. Qui hunc […]
annus *quinquageſimus ſupra ſeſqu*[…]
mum ſatis quod ad Eccleſiam attinet[…]
quillus fuit. Eoque decretum eſt; […]
niſtri non tantum in concionibus, q[…]
negligebant, alii non magno cum[…]
audiebant, ſed etiam ſigillatim per[…]
& familias certo anni tempore, adhib[…]
jusque regionis urbis Decurione, it[…]
Presbytero plebem inſtituerent, & a[…]
quoque fidei rationem ſummatim e[…]
rent. Qua ex re vix credibile eſt, […]
ſit fructus conſequutus. Alterum dec[…]
ut in proximum diem referretur N[…]
D. celebratio, nec ulli alii feſti die[…]
præter ſeptimum quemque, quem […]
nicum vocamus, factum pluri mos o[…]
adeò quidem ut non deeſſent, qui di[…]
Dominicos à Calvino ſublatos confin[…]
ut eum in invidiam vocarent: quum[…]
non modò non poſtulante, ſed etiam[…]
rante Miniſtrorum collegio actum e[…]
apud populum, decretumque fuiſſe[…]
ret; cujus tamen cauſa litem non e[…]
vendam Calvinus exiſtimavit. Off[…]
lum autem inde à nonnullis acceptu[…]
vino præbuit *libelli de ſcandalis* ſc[…]
occaſionem: *Laurentio Normendi*[…]
gerrimo veterique amico inſcripti. […]

Hujus autem biennii tranquillitat[…]
ſidia ſequentis *quinquageſimi* primi, […]
ſupra *ſeſquimillesimum* facile con[…]
runt. Nam præterquam quod toti E[…]
ac Calvino nominatim luctuoſus fu[…]

morte, quem virum ſummè dilexerat,
que *Joachimi Vadiani*, conſulis San-
nis, viri ſingulari tum pietate tum eru-
ne præditi interitu; efferbuit factioſo-
improbitas eò ardentius, quo diutius
delituerat: adeò ut palam negarent
adventantibus exulibus jus Civitatis
nunicandum; neque eo contenti, Cal-
n ipſum ex concione trans Rhodanum
redeuntem per ludibrium pulſarint, &
undum ejus Collegam nocte fortè pon-
hodani tranſeuntem, exempta furtim
a pene in ſubjectum fluvium præcipi-
: Denique in ipſo D. *Gervaſii* templo
tum non parvum eo prætextu excita-
uod Miniſter infanti ad Baptiſmum ob-
idere *Balthaſaris nomen* quoniam id
leges ſcriptæ ob certam cauſam prohi-
t, recuſaret. Neque tum adverſus hæc
uicquam erat quod Calvinus oppone-
ræter fortem invictamque patien-

& aliud novum malum Genevenſem
iam per id tempus invaſit. Dedit au-
ccaſionem *Hieronymus* quidam *Bol-*
x *Carmelitarum* ſocietate Lutetiæ
hus, qui cum aliquot ante annos cu-
uidem abjecta, ſed Monachiſmo re-
rofugiſſet, idem etiam decepta Fer-
Duciſſa ab ea pulſus, ac tandem tri-
edicus factus Genevam venit: ubi
nter eruditos medicos nullo loco eſ-
ſeſe Theologum eſſe oſtenderet, fal-
bſurdum quiddam de prædeſtinatio-
aliquos, ac tandem etiam in congre-
s cœtu blateravit. Eum Calvinus
moderata reprehenſione contentus
rat; deinde ad ſe vocatum docere
fuerat conatus. At ille ſive ambi-
onaſtica percitus, ſive ab illis factio-
pridem quærentibus per quem Cal-
laceſſerent, incitatus, palam auſus
o congregationis cœtu decimo ſexto
s; cum ille Joannis locus explicare-
ui ex DEO eſt, verba DEI audit,
non auditis, ex DEO non eſtis,
arbitrium & operum præviſionem
næ prædeſtinationis decretum cauſis
s etiam ordine ſuperius evertendum,
etiam in veram doctrinam contume-
que mere ſeditioſo proferre: idque
iſtimatur audacius quod fortè Cal-
o loco non ſedentem, abeſſe crede-
berat quidem ille initio. Sed eo ſer-
ingreſſo ſuperveniens, pone alios
s ſeſe continuerat.

Monachi oratione, Calvinus re-
parens, quamvis plane nihil antea
itatus, tum certè ſi unquam alias,
ſſet, oſtendit. Siquidem illum tot
ini teſtimoniis, tot *Auguſtini* præ-
cis, tot denique tamque gravibus
tis confutavit, perculit, obruit;
s præter ipſummet perfrictæ frontis,
monachum, ipſius vehementer puderet. Ad-
erat in ipſo audientium cœtu Aſſeſſorum
Prætoris unus, quorum in urbe jus prehen-
ſionis eſt. Is Illum dimiſſo cœtu, tanquam
ſeditioſum in cuſtodiam tradit. Quid plura?
Cauſa multis diſputationibus agitata, Senatus
Helveticarum etiam Eccleſiarum ſententiam
percontatus, illum tum ut ſeditioſum, tum
ut merè Pelagianum viceſimo ſecundo De-
cembris publicè damnatum urbe expulit; *Urbe expellitur Bolſecus.*
fuſtuariam pœnam minatus, ſi vel in urbe
vel in urbis territorio eſſet deprehenſus. Ipſe
poſteà in vicinum oppidum demigrans, mul-
tas magnasque turbas dedit, donec *Bernenſi*
quoque ditione bis expulſus, miniſterium in
Gallicis Eccleſiis ambiens, quas tum pacificas
fore putabat, Lutetiam primum indeque
Aureliam veniret, pœnitentiam miris artibus
ſimulans ultroque cum Genevenſi Eccleſia
reconciliationem petens. Quod cum reipſa
præſtiturus videretur, ubi contra quam
ſperavit Eccleſias affligi animadvertit; re- *Deficit ad Pontificios*
petita medicina, ad hoſtes Evangelii mani-
feſta defectione uxore quoque Canonicis
Auguſtodunenſibus proſtituta, tranſivit,
unde quibus potuit maledictis proſcidit. At
Genevæ interea collegium Miniſtrorum in
publico cœtu veram *de prædeſtinatione* do- *Doctrina de prædeſtinatione explicata.*
ctrinam aſſeruit, publicoque ſcripto dein-
ceps à Calvino comprehenſam comprobavit:
hoc unum iſtis diſſidiis conſequuto Satana;
ut caput hoc Chriſtianæ Religionis antea ob-
ſcuriſſimum, dilucidum perſpicuumque
cunctis non contentioſis evaſerit.

Anno verò deinceps ſecuto magis appa- 1552.
ruit quantam flammam accendiſſet impurus
ille, licet communi tot Eccleſiarum judicio
damnatus. Etenim tum ipſa quæſtionis
nondum antea ſatis à pleriſque veteribus
explicatæ, nec eodem ſemper exitu agitatæ
difficultas, curioſa præſertim ingenia ad
hoc ipſum diſquirendum accendebat, tum
factioſi præclaram ſibi oblatam occaſionem
ad omnia Calvino ejecto ſubvertenda pu-
tabant. Itaque dici non poteſt, quæ non in *Novæ contentiones ſuper eo dogmate.*
urbe tantum, verum etiam ultro citroque,
veluti ſi claſſicum ipſe Satan ceciniſſet,
contentiones ſint conſequutæ. Etſi enim
pulchrè inter præcipuarum Eccleſiarum pa-
ſtores conveniebat; non deerant tamen qui
in vicinis Bernenſis ditionis Eccleſiis Cal- *Lis Calvino intentata: quaſi Deum au-ctorem peccati ſtatuerit.*
vino litem intenderent; quaſi *Deum face-*
ret peccati authorem, parum certè memo-
res hoc ipſum peſtilentiſſimum dogma fu-
iſſe à Calvino jam pridem ex profeſſo ad-
verſus Libertinos refutatum.

Baſileæ verò *Caſtellio* bonus ille & ſim- *Caſtellio Pelagianiſmum tuetur.*
plex homo, etſi clanculum ferè agebat om-
nia; tamen non obſcurè *Pelagianiſmum* tue-
batur. Quin etiam his de rebus ita ſcribere
cœperat *Philippus*; ut quamvis antea Calvini
adverſus Pighium libro diſertè ſubſcripſiſſet;

Cui viſus accedere Melancht.

tamen *Genevenſes*, *Stoicum Fatum invehentes* notare quibusdam videretur. Pontificios omitto, easdem calumnias millies refutatas nunc quoque repetentes. Pungebant iſta graviſſimè, ſicuti par erat, illius animum; & eo quidem acerbiùs, quod ea fuit interdum per id tempus erroris efficacia: ut publica etiam auctoritate alicubi obſtructum os veritati videretur.

Eremita cum Calvino diſputaturus prodit.

Neque hæc fuit paucorum annorum controverſia: ſed hoc anno inprimis bonus ille Eremita, quem ſupra diximus, cum Calvino diſputaturus, prodiit, qui aliquot antè annis quum Miniſterium ambiret, repulſam paſſus, Juriſconſultus, & factioſorum patronus evaſerat. Cauſa coram ſenatu agitata eſt magna utrinque contentione: illo quidem impudentiâ & malorum favore depugnante; Calvino verò ſola veritatis auctoritate doctrinam ſuam tuente. Vicit ergo veritas & Calvini ſcripta ipſorum etiam, quod mirum eſt, adverſariorum ſuffragiis, ut pia & orthodoxa rurſum comprobata. Sed nec iſtius adverſarii aliquot poſt annis morientis, reticenda eſt reſipiſcentia; cujus etiam teſtem Calvinum tanto ſtudio adhibuit, ut non aliter ſibi pacem conſcientiæ conſtare diceret; quàm ſi Calvinum ſibi conciliatum moribundus agnoſceret, quem antea tam indignè à ſe impetitum fateretur. Cui etiam Calvinus tum non modò non defuit; ſed benigniſſimè conſolatum erexit, & ad extremum uſque confirmavit.

Reſipiſcit ille.

Factioſorũ nova turba Genevæ.

Annus autem alter à ſuperiore, nempe *quinquageſimus tertius* ſupra *ſeſquimilleſimum*, ad exitum feſtinante factioſorum malitia tam fuit turbulentus, ut non Eccleſia modò, verùm etiam Reſpubl. extremum diſcrimen adierit. Siquidem eo uſque illi progreſſi ſunt, clamoribus, & minis, numero denique oppreſſa bonorum libertate; ut vetera de conſtituendis Senatoribus *edicta* (quo tamen argumento boni etiam ſibi tantò melius deinde conſuluerunt, ita illis etiam favente Domino) *refixerint*; nonnullos *ſenatu moverint*; *peregrinis* exulibus à quibus ſe metuere dicebant, *arma* omnia, exceptis ſi quando urbe egrederentur enſibus, *ademerint*; adeo ut nihil aliud ſupereſſe videretur, quàm ut quum omnia in poteſtate haberent, quæ toties agitaverant, facile exequerentur.

Michael Servetus, blaſphemus hæreticus.

Occaſionem autem turbarum alteram quoque Satan tunc objecit. Vetus enim ille ſacræ Triadis, id eſt omnis veræ Deitatis hoſtis, adeoque monſtroſum ex omnibus quantumvis rancidis & portentoſis hæreſibus conflatum, *Michael Servetus*, poſtquam aliquot annis huc & illuc medicinam faciens oberraſſet, tectusque *Michaelis Villanovani* nomine, illas blaſphemias ſparſiſſet, edito tandem *Viennæ Allobrogum* ſpiſſo volumine (cujus excuſor fuit *Arnolletus* quidam Lugdunenſis Typographus, Corrector autem, ut in illis officinis vocant, *Guilielmus* quidam

Guerotius factioſis Genevenſibus pri
ditus, ſed paucis ante menſibus, ut
tionis & aliorum flagitiorum pœnas
Geneva Lugdunum profectus: Eo
edito blaſphemiarum pleno volum
vetus, eoque nomine in carcerem
conjectus, ac inde mox, neſcio qui
bus, elapſus, *Genevam* fato quodam
aliò procul tranſiturus, niſi DEI pro
factum eſſet: ut mox agnitus, Calv
ille jam pridem benè notus erat, N
tum admonente, carceri fuiſſet ma
Quæ certamina tum, quantisque
ſuſcepta fuerint, ex edito libro pe
niſſimè poteſt. Fuit autem horum
ille exitus; ut tandem perditus ille
iam factioſorum unus tum Prætoris
in aurem inſuſurraſſe quiddam cre
quo malum perdito homini animu
maret) à vana illa ſua confidentia p
impietatis & infinitarum blasphemia
omnium etiam Helveticarum Ecc
ſententia damnatus, *viceſimo ſeptim*
bris, nullo edito pœnitentiæ ſigno
vivus cremaretur. Sed & *Farellu*
anno eo usque vi morbi fractus,
vino; qui *Neocomum* ad eum viſen
nerat, pro mortuo relinqueretur,
ſtea præter ſpem omnem reſtitutus
ſiam mox recreavit. Ita plane inte
metum, terminante tamen dolorem
annum hunc eatenus exegit. Ecce e
hæc in Serveti cauſa aguntur, quida
ctioſis *Bertelerius* nomine, homo
penitus impudentiæ, cui ob mult
Presbyterium menſa Domini inte
in Senatum venit, poſtulatque ex au
Senatûs abſolvi: quod ſi factum eſſe
gi non poterat, quin mox ſolutis Eccl
diſciplinæ vinculis, omnia ſtatim di
Itaque obſtat ſedulo fortiterque Pr
nomine Calvinus, oſtenditque Mag
ſacrarum legum vindicem non deſtr
eſſe oportere: nihil denique eorum
mittit, quæ tanti momenti contenti
bat. Vincebant tamen eorum falſi cl
qui Presbyterium, ajebant ſibi in qu
Magiſtratus imperium arrogare ade
Diacoſiorum conſilio ſtatueretur;
excommunicationis judicium ad
cognitionem pertinere, ut quos vel
ſolveret. In quam ſententiam à ſe
rum tum ad eam rem attento obrep
ſolutorias literas ſigillo Reipubl. co
tas *Bertelerius* obtinuit. Ac ſpera
Perrinus cum ſuis, alterum ſequ
nempe, ut vel Calvinum niſi manda
tus pareret, per tumultum opprime
ſi pareret, nullo poſtea negotio Pr
auctoritatem omnem, id eſt nequi
rum frænum abrumperet. At C
quamvis biduo duntaxat ante Cœna
mini, menſe Septembri de more ce
dam, de hoc facto commonefactus
concionandum elata voce ac manu, m

nyſteriis in eorum contemptores lo-
; *at ego*, inquit, *Chryſoſtomum ſe-*
occidi me potius patiar, *quam hæc*
, *DEI contemtoribus judicatis ſan-*
nini porrigat. Hæc vox (mirum di-
ıtum potuit apud illos, quantumvis
, ut Perrinus ſtatim clanculum Ber-
nandaret; ne ad menſam accederet,
myſteria, non ſine tremore quodam,
ımen ipſum in conſpectu adeſſet, mi-
io celebrata. A prandio verò Calvi-
m illum inſignem Actorum Apoſto-
forte tractans; *in quo Paulus Ec-*
pheſinæ valedicit, *teſtatus ſe eum*
qui adverſus Magiſtratum pugnare
it doceret, cœtumque multis verbis
ıus; ut in ea, quam audiviſſet do-
erſeveraret, taudem veluti poſtre-
nc concionem Genevæ habiturus;
doquidem, inquit, *ita ſe res habent*,
ibi quoq;, *Fratres apud vos hæc*
verba uſurpare; *Commendo vos*
ſermoni gratiæ ipſius: quæ voces
ratos illos mirificè perculeruut, tum
iam tantò magis ſeriò officii admo-
Poſtridie Calvinus cum Collegis
terio à Senatu tum etiam à Diacoſiis
er poſtulavit; ut apud populum
direntur, quum de lege à populo
ganda ageretur. Quamobrem in
tentiam animis non mediocriter
itis, itum eſt; ut ſuſpenſo illo Dia-
decreto ſtatueretur; petendum eſſe
civitatibus Helveticis judicium,
a præjudicium ullum fieri receptis
portere. Sic diſcuſſa potius, quàm
hæc tempeſtas, quam illi præter
nem à Calvini capite averſam, in
put è re natâ convertere tentarunt.
nim menſe Martio morbo illo tam
flictatus, ſimulatque per valetudi-
rat Genevam properans, peracerbè
pro concione, partim cauſa ipſa,
ate & vetere ſua quadam apud illos
e fretus, increparat. Ipſi vero fa-
njuriam querentes, diem illi *Neo-*
verſo dixerunt; impetratis à Senatu
nenſes literis; ut Farellum ad diem
n adeſſe paterentur. Venit igitur
nec à periculo aberat, clamitanti-
is, *dignum eſſe qui in Rhodanum*
r: quum ab uno ex civibus cor-
ne admonito primum Perrino; vi-
n atque etiam, ne quid detrimenti
veluti civium parens *Farellus* ac-
ım adjuncto ſibi altero etiam inte-
e & ſocio, commonefactis cæteris
affectos noverat, ſeſe in curia Fa-
nte, ibique concurrente magna
, attoniti ac de ſeipſis jam ſoliciti
s, audito Farello, culpam ipſi ſunt
Ita penè totus hic annus adverſus
, tum pro doctrinâ, tum pro diſci-
ertando conſumptus fuit: proſpe-
ıbique exitu, ſi vulnus excipias,

quod non Anglia modo, ſed Chriſtianæ omnes Eccleſiæ *Eduardi* religioſiſſimi Regis intempeſtiva morte acceperunt. Et tamen eo ipſo Calvinus ſcribendo etiam intentus, egregios illos *in Johannem Commentarios* emiſit. Liceat hic nobis & utinam immeritò teſtari de Serveto, quod de gemino monſtro *Paulo Samoſateno* videlicet, & *Ario Alexandrino*, veteres illi patres experientiâ ipſâ edocti ſcripſerunt; ab iis nimirum primum orta incendia, quibus omnes orbis Chriſtianæ Eccleſiæ poſteà penè deflagrarunt. Sumptum enim optimo jure Genevæ de Serveto ſupplicium, non ut de ſectario quodam; ſed tanquam de monſtro ex merâ impietate horrendisque blaſphemiis conflato, quibus *totos annos triginta* tum voce tum ſcripto cœlum ac terram infecerat, nec nunc quidem dici poteſt quantopere Satanæ rabiem exacerbarit, exorta flamma, quæ *Poloniam* primum, inde *Tranſſylvaniam* & *Ungariam* corripuit: & utinam non longius pervaſerit. Quod & ipſe Satanico planè Spiritu prædixiſſe meritò videri poteſt; quum hanc ex Apocalypſi ſententiam ea, qua cætera conſveverat conſcientia, deſcriptam, illi ſuo libro præſcriberet: *Factum eſt in cœlo prælium magnum*, *Michael & Angeli ejus pugnantes cum dracone.* Verè id quidem, ſi Cum non pro κατὰ ſed pro ζὺν accipias. Vix igitur deſierant calere infelicis illius cineres: quum *de pœnis hæreticorum quæri* cœpit: quibusdam coërcendos quidem, ſed ultimo ſupplicio affici jure non poſſe opinantibus; aliis quaſi de hæreſi ſatis ex DEI verbo liquere non poſſet, & de Religionis capitibus omnibus in utramque partem ſentire Academicorum more liceat, exiſtimantibus; unius DEI eſſe judicio relinquendos. Illam opinionem boni etiam nonnulli tuebantur, veriti nimirum ne ſi aliter ſentirent, tyrannorum in pios ſævitiam accendere viderentur. Iſtius autem autores quorum principes erant *Sebaſtianus Caſtellio*, & *Lælius Socinus*, ſuam ipſorum cauſam agentes: iſte quidem occultius, ille verò apertius, ut qui ſua quadam in ſacrorum Bibliorum perverſionem præfatione palam verbi divini ſatis perſpicuam authoritatem convellere ſtuduiſſet ſuisque in *priorem ad Corinthios Epiſtolam adnotationibus*; ut à verbo ſcripto tanquam imperfecto nos abduceret, diſertè ſcripſiſſet, *Paulum quandam Theologiam eâ*, *quam ſcriptis tradidiſſet reconditiorem*, *perfectos neſcio quos ſuos diſcipulos docuiſſe.* Itaque quum anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto* ineunte Calvinus ſubſcribentibus Collegis omnibus copioſam *Servetanæ doctrinæ refutationem* edidiſſet, adjectis etiam rationibus *cur & quatenus à Magiſtratu quoque*, *legitimâ præeunte cognitione*, *puniri hæreticos oporteret*: oppoſuerunt iſti farraginem partim ex ſcriptis priorum Doctorum depravatis, partim ex fanaticorum quorundam ignoti alioquin nominis ſchedis conſarcinatam,

Servetus juſtè punitus.

Quæſtio de hæreticorum pœnis.

Variæ de eâ ſententiæ.

Caſtellionis opinio.

Calvinus refutat doctrinam Serveti.

tam, *Martini* cujusdam *Bellii* nomine (is ipſe fuit Caſtellio, quamvis id poſtea ejurarit) præfationi inſcripto & ementito Civitatis nomine, in qua editam fuiſſe hanc farraginem mentiebantur. Huic autem non tantum illo errore, ſed multis etiam blaſphemiis ſcatenti libello poſtea Beza reſpondit: ut ea moleſtia Calvinum longè melioribus curis, ſcribendis nimirum eruditiſſimis in Geneſim Commentariis intentum, & aliis ibidem de quibus dicemus, Eccleſiæ ſuæ depellendis periculis occupatum, liberaret. Pergebant enim rebus novandis intenti factioſi: & quamvis rurſum ſecunda Febr. coram Senatu ſolenni promiſſo ſancita eſſet ἀμνηστία; tamen ſeipſis quotidie deteriores evadebant: utrinque valde occupato Calvino, dum & illos pro ſuo more increpando ad meliorem frugem revocare; & bonos adverſus illorum improbitatem confirmare ſtuderet. Nam eo uſque proceſſerunt improbi; ut *verbum DEI in obſcœnas cantiones transformarent*; *& obvios veſpere peregrinos pulſarent, ac interdum etiam ſpoliarent.* Privattm verò ac propriè Bolſeci; Caſtellionis & aliorum quorundam de veritate ſcilicet valdè ſolicitorum hominum opera utebantur, Controverſiæ de prædeſtinatione renovandæ: adeò ut famoſum libellum convitiorum plenum eumque anonymon ſparſiſſe non contenti, quo fidum illum DEI ſervum miris modis lacerabant, miſerit *Caſtellio* Latinum alterum Lutetiæ clam excudendum: cui poſtea Beza etiam reſpondit: ſicut & ipſe Calvinus quaſdam ejuſdem argumenti ineptias certis capitibus comprehenſas refutavit. Incumbebat etiam ei tum temporis ex Anglia profugorum cura, quorum alii *Veſalia*, alii *Emdæ*, alii denique *Francofurti* conſederant, omnes à Calvino conſilium ſubinde flagitantes; nec parum etiam angebatur quorundam in Gallicæ Argentinenſis Eccleſiæ ab ipſo olim plantatæ paſtorum audacia, aliorum occulto favore adjuta. Denique quantoperè hoc anno pro variis Eccleſiis laborarit, teſtis eſt inſignis literarum copia; quibus & Magnates multos ad amplectendum Evangelium excitavit, & fratres plurimos alios non procul ab extremis periculis, alios in vinculis poſitis; maximo cum fructu confirmavit. Diximus ante de doctrinæ Sacramentorum inter omnes Helveticas & Rheticas Eccleſias conſenſu edito, maximam doctorum & bonorum omnium gratulatione. Diſplicuit hæc concordia ſpiritui erroris: cujus jam pridem ea eſt, quam cernimus efficacia. Itaque facilè reperit, qui ſopitum ignem foderet, *Joachimum* nimirum quendam *Weſtphalum*, cui claſſicum canenti, ſuccinuit poſtea *Heshuſius* verbi divini tunc Miniſter, poſt etiam Epiſcopus, de quibus mox dicendum nobis erit. Ac tunc quidem Calvinus conſenſionis illius explicationem edidit, quæ quo magis rabiem iſtorum exacuit, eò magis omnibus veritatis amantibus profuit.

Nova audacia Genevenſium quorundam.

Profugi ex Angliâ.

Joachimus VVeſtphalus diſſidium Euchariſticū renovat, cum Heshuſio.

Annus * vero proximè conſecutu
co DEI beneficio Reipubl. ac Eccl
nevenſi optatam quietem à domeſtic
minibus attulit: factioſis autem ſuâ
opera perditis, horrenda conjurati
opportunè per ebrioſorum quorun
conſciorum numero petulantem a
detecta, & aliis quidem capitis
affectis, aliis verò ſolum vertentib
etſi aliquandiu poſtea civitatem v
turpiter tamen omnes poſtea inte
ſingulare ſeri quidem, ſed juſti divi
exemplum præbuerunt. Sic liberat
his peſtibus Reſpubl. quum altero
neficio paulò antè allato quatuor H
rum civitatum reſponſo (quarum ſe
diximus ad annum ſuperiorem viſun
fuiſſe *ſuper Eccleſiaſtica Genevenſi*
nâ percontari) vetera omnia Ecc
politiæ edicta, contra factioſorum
tionem, communibus civium ſuff
gata perlataque fuiſſent. Non defi
in quo tum quoque Calvinus ſtrenu
retur. Nam foris quidem, tum de
Eccleſiis voluntate Regis conſtituen
de furioſa illa tempeſtate commutat
gliâ rebus excitata, quæ tres illos i
rabilis pietatis Epiſcopos & Marty
nem Hopperum, *Nicolaum Ridl*
Hugonem Latimerum, inter tot a
innumerabiles, ac tandem etiam
illum *Crammerum Cantuarienſem*
epiſcopum in cœlum uſque expulit,
landis denique fratribus in Galliâ vin
præſertim quinque fortiſſimis Ma
hoc ipſo anno *Cameraci* crudeliſſi
matis, plurimum laboravit. Do
Serveti cineres pullulare cœperunt
blaſphemiis favere deprehenſus *A*
Gribaldus, non incelebris Juriſco
cum Genevam fortè veniſſet (erat e
giarum dominus qui pagus eſt in Ge
ciniâ) deductus ad Calvinum à qu
Italis, apud qnos ille Patavii docuer
ſantem Calvino dextram illi porrig
prius de primario Chriſtianæ fidei
id eſt de ſacrâ Triade & Deitate Chr
eos conveniret, nullum poſtea loc
adminitionibus vel argumentis reliq
que quod ei jam tum prædixerat C
grave nimirum DEI judicium pert
ſius impietati imminere re ipſa poſte
tus eſt. *Tubinga* primum profugus,
rat Vergerii favore introductus: *Ber*
captus, ſimulatque abnegatione lib
ingenium poſtea rediens, Gentilis
mox dicemus, fautor & hoſpes,
nientem demum peſte correptus,
ſibi ſupplicium prævenit.

Aliud denique Calvinum hujus a
dum gaudium gaudere prohibuit, pa
videlicet vicinorum paſtorum fact
ſponte alioqui currentes, Bolſeco
inſtigante, ut ſibi nomen aliquod
viri reprehenſione quærerent, homin

ultis jam notis aſperſi, non aliter in
ebacchabantur, quàm ſi *Deum idcir-*
rret malorum auctorem, quod ab æter-
EI providentiâ & ordinatione nihil
eret. His calumniis, de quibus antea
l diximus, etſi nihil illa movebatur,
n tamen illorum maledicentia coactus,
avit à Senatu; ut unà cum legatis *Ber-*
rofectus, veritatis cauſam coram Ber-
is ipſis ageret. Acta igitur illic cauſa
Sebaſtianus quidam infamia & exilio
us; *Bolſecus* excedere finibus tum
n juſſus: neque tamen tum quicquam
e ipſa definire viſum eſt, ita Domino
e ſuæ conſulente. Viſus enim fuiſſet
us, auctoritate vel gratia obtinuiſſe,
trò poſtea contigit. Nam & illæ om-
umniæ, non ita multo poſt in fumos
t, & *Andreas Zebedæus* accuſator
us, Calvino jam mortuo, cum &
n eſſet moriturus, *Neviduni*, oppido
milliaribus Geneva diſtante, accitis
is civibus: ultrò agnitâ, quam op-
t, veritate, & acta illa ſua deteſtans
omnes ſuas ſpectante ſe concremari
judicio certe meliore, quàm ſi hæc
mille ſenatus conſultis imperata.
o deinceps altero Calvinum impru-
tertiana in concione invaſit, ac tan-
itum ex ſuggeſto coëgit deſcendere,
nde falſis ſecutis rumoribus, iiſque
leo Pontificiis gratis; ut de Calvini
lenni ſupplicatione Novioduni Cal-
ia, Canonici ſuis idolis gratias ege-
d vicerunt bonorum preces: tantum-
it, ut Calvinus ex eo morbo inter-
contra veluti novis auctus viribus,
iter præter morem *Francofurtum*
delicet ingrederetur, quo fuerat pa-
ccleſiæ Gallicæ, quæ jam tum illic
idiis evocatus. Hinc demum ille re-
icet afflicta nonnihil valetudine,
nen de quotidianis laboribus remiſit,
no conſequente *in omnes Pſalmos*
tariis longè doctiſſimis, quibus
nem verè pretioſam adjunxit. An-
em iſtum alioqui ob tumultus à Mi-
is factioſis nonnullis excitatos valdè
tum, & tritici charitate infamem,
it partim tuendæ adverſus *Joachi-*
eſtphalum veritati: cumque Weſt-
ſtremum reſpondiſſet, nec ille ta-
tiendi finem faceret; has partes Beza
epit, eo per DEI gratiam cujus mi-
nitere eum potuit, eventu. Tunc
um ab illo, tum etiam à Beza refu-
Caſtellionis adverſus æternam DEI
ationem calumniæ, quas ille ſup-
mine ſpargendas curarat.
er autem Calvinum inprimis excru-
viſſima præſertim *Lutetiæ* orta pio-
ecutio, intercæpto illorum cœtu in
obæo, quo ad celebrandam cœnam
convenerant. Ex eorum numero
er noctis tenebras elapſis, capti ſunt

circiter octoginta; multiſque cum opprobriis ac convitiis primâ luce in carceres pertracti, quamvis aliquot etiam primæ nobilitatis mulieres, in iis cernerentur. Accendebant Regis iram non modò qui illum circumſtabant, verum etiam ipſa temporum occaſio. Hæc enim tum inciderunt, cum inſignis illa clades ad *Sanquintium* fuit accepta, & nocte convenerant pii, quod illis interdiu nullo modo licebat. Itaque vetuſtæ illæ & rancidæ calumniæ in Chriſtianos olim excogitatæ, tunc quoque auctore quodam *Demochare* Sorbonico Doctore repoſitæ ſunt: quaſi videlicet omnium malorum cauſa unis verè Chriſtianis eſſet tribuenda: Subornati etiam; qui λυχνομοιχείαν confirmarent, quibus creduli plerique aſſentiebantur. Producti ſunt igitur ad flammas ad ſeptem, ter repetito exemplo: in quorum primo accenſita eſt nobilis quædam mulier, cujus demum, ut & ſex aliorum atque in his noviſſimorum duorum adoleſcentum conſtantia planè fuit admirabilis. Verum partim detecta quidem, ſed minimè tamen coërcita Sorbonicorum calumnia, matre nempe captivas ſecum filias, quæ conſtupratæ dicebantur, ad inſpectionem judicibus offerente, & optimo quodam doctiſſimoque viro paſtorem aliquot antè menſibus ibi agente, egregio libello cuncta illa mendacia facilè revincente, partim intervenientium Germanorum Principium legatione, quàm ſummâ celeritate Calvinus procuravit, tempeſtas illa nonnihil conquievit.

Pii Lutetiæ cremati.

Annus hunc conſecutus Reip. Genevenſi felix illuxit perpetua inter *Bernenſes & Genevenſes* inita confœderatione, contra exſulum illorum exſpectationem. Sed hanc felicitatem multa quoque adverſa aliunde comitata ſunt, præter etiam exulum irritos ultimos conatus, de quibus plura dicere non lubet. Nam foris quidem recrudeſcebat in Gallia perſecutio, domi vero ex Serveti cineribus auctore quodam *Valentino Gentili Coſentino* teterrima Tritheitarum hæreſis pullulabat. Itaque ut illis malis occurreretur, miſſi ſunt ad Germaniæ Principes cum Calvini literis, qui tot Eccleſiarum calamitatibus expoſitis, interceſſionem eorum poſtularent, dum aſſiduis literis interea laborantes Calvinus confirmabat. Cum Gentili verò quid actum ſit, quis denique fuerit iſtius monſtri exitus, paucis commemorabimus. Fuit tota hæc hiſtoria partim ab ipſo Calvino ex actis publicis, partim à *Benedicto Aretio*, Bernenſi Theologo paſtore fideliter deſcripta, adjectaque blaſphemiarum ipſius refutatio, quæ quidem omnia aliaque eodem congeſta, quæ ad illud argumentum pertinent, edita ſunt Genevæ anno Domini *ſexageſimo ſeptimo* ſupra *ſeſquimilleſimum*. Ergo infelix iſte ſagaci quidem, ſed vafro ſophiſticoque ingenio præditus, aliquanto poſt ſumptum de Serveto ſupplicium, nactus illius librum itemque Calvini refutationem,

1558. Confœderatio perpetua Bernenſium & Genevenſium.

Valentinus Gentilis.

nem, facilè animadvertit, neque illius ſpectra, neque ideas, quibus *Samoſateni* hæreſin ille coloraverat, neque invectam à *Sabellio* perſonarum cum eſſentia confuſionem, Deitatem denique Chriſti qualem impurus Arius fictitiam eſſe docuit, cum verbo DEI conciliari poſſe. Et quum rurſus quæ in ſcripturis de una DEI eſſentiâ & tribus inter ſe re ipſa diſtinctis hypoſtaſibus traduntur, intelligentiæ noſtræ minimè quadrare videret; fecit quod ejusmodi ingenia conſueverunt, id eſt, non ſeſe DEI ſapientiæ ſubmiſit, ſed id demum verum eſſe ſibi perſvaſit, quod cum humanâ ratione conſentiret. Itaque *monarchia ad unicam patris perſonam translata, quem ſolum illum & unicum* αὐτόθεον *eſſe voluit*; *Eſſentiationem*, *id eſt*, *eſſentiæ propagationem treſque numero ut perſonas*, *ſic etiam eſſentias*, id eſt, *tres numero Deos*, *tres æternos*, *omnipotentes*, *immenſos apertè profiteri cœpit:* eoque non modo ſacrum DEI verbum, ſed ipſius etiam Synodi Nycenæ, (repudiato tamen Athanaſii ſymbolo) & vetuſtiorum ſcriptorum, videlicet *Ignatii*, *Tertulliani*, *Irenæi*, & *Lactantii* auctoritatem inaudita quadam impudentia detorquere. Alios enim omnes orthodoxos ſcriptores Nycenam ſynodum ſequutos, non tantum repudiabat; ſed etiam ut impios ſugillabat. Hanc autem blaſphemiam aliæ quoque de hypoſtaticâ unione ſequebantur.

Gentilis dogma quale.

Hæc clanculum initio inter paucos quaſi diſputationis cauſa agitata, (quorum præcipui fuerunt *Joan. Paulus Alciatus* Mediolanenſis miles & *Georgius Blandrata Salucienſis* profeſſione medicus, tandemque Italico presbyterio nunciata, cauſam cogendo extra ordinem cætui præbuerunt; ubi coram electis ſenatoribus, omnibusque Miniſtris ac presbyteris patienter auditis, ac ex DEI verbo per Calvinum refutatis, quæcunque illi proferre voluerunt; ita res eſt compoſita, ut ſcriptæ orthodoxæ fidei omnes Itali ſtatim ſubſcriberent, ſex duntaxat exceptis: qui tamen & ipſi poſtea ſeorſim vocati, manu quidem, at corde non item, ut poſtea apparuit, ſubſcripſerunt. Rediens igitur ad ingenium Gentilis, eandemque blaſphemiam, rurſum ſpargere deprehenſus capitur, captus nihil diſſimulat, auditus quandiu & quantum voluit. Tandem veluti victus, (nec enim aliud habebat; quàm pertinaciam quod Calvino regereret) reſipiſcentiam incredibilem ſimulat, cujus etiam exemplum propria ipſius manu ſcriptum exſtat. Quid plura? abnegatione per compita civitatis facta, dimittitur præſtito jurejurando ſeſe portas non exceſſurum: mox tamen violata fide ad *Matthæum Gribaldum* in *Sabaudiam* fugit. Sequuti igitur ſunt aliquanto poſt *Alciatus* & *Blandrata*, Transſylvaniæ & vicinarum reregionum vaſtatores futuri. Gentilis autem jam tum imminente illi DEI judicio apud Gribaldum manens (nam uterque illos alios & imperitos & indoctos homines contem-

I. Paulus Alciatus. Georgius Blandrata.

Gentilis errorem abjicit, ſed non verè.

Fugit ad Gribaldū.

nebat) ibique libellum adverſus *Ath*
& *Calvinum* cudens, indeque *Lu*
tranſiens, ubi excudendum illum (i
Gaienſi præfecto iſtorum ſcelerum
inſcio, præfatione) curavit; deinde I
neſcio quomodo à Pontificiis captus
ſeſe in Calvinum ſcribere dixiſſet, ta
benè de Eccleſia Catholica meritus
tur. Inde in *Moraviam ad Blandr*
Alciatum alioſque nihilo meliores d
ubi cum ſatis inrer eos convenire non
quod à Tritheiſmo ad Samoſatenum
tranſiviſſent, veluti trahente illum
nam ipſius Chriſti manu in Sabau
ſuum Gribaldum redit. At illam
altera jam peſtis ſuſtulerat. Ereptu
terris jam erat Calvinus. Tum ille
nitus amens, ſive quod mortuo Calv
minem ſupereſſe confideret à quo
retur, recta ad *Gaienſem* ipſum Pra
ipſi merito infeſtum venit: à quo m
tus, & *Bernam* juſto DEI judicio
riori illa fluctuatione ad dicendum
miſſus, tum perjuriorum tum imp
manifeſtiæ convictus, fruſtra tentat
bus, quibus in rectam viam revo
capite multatus, dignas tandem tot ſ
pœnas perſolvit. Hic igitur poſtea
cauſæ exitus. Et tamen ne poſtea
defuerunt egregii ſcilicet Chriſtianiſ
tores, tum ex Catholicis, tum ex b
Ubiquitariis, qui Calvinum aude
quam earum blaſphemiarum auctor
etiam ut qui Atheiſmo ſive Mahu
aditum aperuerit, calumniari: quib
altum ſtertentibus, eas ipſas blaſphe
mus Calvinus ac penè unus tanto la
arguit. Lutetiæ vero Cardinalis,
nutu Rex cuncta adminiſtrabat,
hæreſeos cognitionem à judicibus
& laicis quos vocant, ad Triumvi
dinales traducere conatus, repugna
nitus potius, quàm humanitus Pariſi
lamento, utpote quod ſuam ipſi
Chriſti cauſam ageret; totum illud
conſilium omiſit.

Sed extremus iſte annus initium G
bus majoris luctus attulit, correpto
Calvino menſe Octobri, quem *mor*
perti tandem ſunt, nimium verè di
dicos *ſenibus lethalem* eſſe. Etſi eni
bus ille Calvino octimeſtris tantu
ſic tamen corpuſculum illud macile
laboribus ac viribus attritum conf
nunquam poſtea penitus convaluerit
rim ille quantumvis monentibus m
obteſtantibus amicis: ut ſeſe tand
quando reſpiceret, abſtinere quiden
ſario à concionibus & prælectionibu
rea verò literis undiquaque dictandis,
ſcribendis dies ac noctes impender
aliud habere frequentius in ore: *qu*
acerbam eſſe vitam, ut ipſe ajebat,
cum fratres interim valentes præ ill
videri poſſent. Cujus rei teſtes ſunt *Ch*

itutionis ultimâ editio tum Latina cum
lica, & commentarii in Jeſaiam ab eo non
emendati (quales illos Galaſius in ore
egentis exceptos ediderat) quam novi
ſus emiſſi.

nſignis fuit annus conſequens quinquage-
s nonus duorum potentiſſimorum Re-
pace arctiſſimâque contractâ affinitate,
emus idem fortaſſis Genevenſi civitati fu-
s, niſi Pontificiotum conſilia, qui Regis
rici ſimplicitate abutebantur, divinitus
nt impedita. Conſtat enim Henricum
iſſimis poſitis edictis, ideoque in carce-
conjectis aliquot Senatoribus (qui tan-
dum concilium univerſale cogeretur,
s in cauſa Religionis agendum cenſe-
) hoc unum inprimis ſibi propoſitum
iſſe; ut reſtituta ſuo Duci Sabaudiâ, Ge-
m funditus everteret: Genevæ contra
ante inprimis Calvino quantumvis va-
inario, atque tum graviſſimè afflictas
ſias cunctoſque fratres confirmante,
tiam precibus aſſiduis opem à Domino
ante. Ecce autem in medio illo eminus
& cominus vigente terrore; Rex ipſe in
elebrandarum nuptiarum apparatu qui-
cem firmabat, ludicro haſtarum con-
letale vulnus accipit: atque illud etiam
m unius hominis manu, cui regiorum
orum tunc præfecto, Senatores illos
rehendendos paulo ante Rex ipſe man-
quam cædem poſtea Cardinalis Lotha-
viceſimo primo Decembris doctiſſimi
onſulti, ac integerrimi Senatoris, ſan-
i denique Chriſti Martyris Annæ Bur-
rte iniquiſſimâ videri voluit expiaſſe.
a autem ſingulari Dei beneficio in eam
entiam illis quod vix credibile ſit, tem-
s erecta fuit, tanquam Domino ex
imis tenebris limpidiſſimam lucem
atque iterum excitante; ut quo anno
nento fere in ipſius exitium tam poten-
cipes conjurarent, magnificis ædibus
ſii à fundamento hortatore Calvino
tis, ſcholam octo puerorum præcepto-
publicis Hebraicæ & Græcæ Linguæ,
oſophiæ, Theologiæ denique profeſſo-
rnatam DEO optimo Maximo ſolenni
norato & frequenti cætu, in primario
perlectis tum primum atque expreſ-
ad utiliſſimæ ac ſanctiſſimæ inſtitu-
ſum & confirmationem perpetuam
ent, ſolenni quodammodo ritu con-

o proximo gravatus eſt invidia Calvi-
onnullis, quaſi quoſdam adverſus
cum II. paterni regni hæredem con-
eos videlicet, à quorum caſu Ambo-
nultus nomen auditum eſt: cum Cal-
e quicquid hoc fuit, nunquam intel-
deoque palam ore, & ſcriptis ad ami-
is improbarit. Eodem anno Stanca-
lam Mantuanus (fatali videlicet Po-
lia) aſſerere cæpit, Chriſtum non eſſe
niſi ſecundum carnem Mediatorem, Aria-
niſmi inſimulans; quotcunque illum dice-
rent, quatenus etiam DEUS eſt, Mediatorem
eſſe, quaſi filium facerent Patre minorem.
Hanc calumniam & totum hoc dogma, quum
alii ut Philippus & Martyr ſolidè refutarunt,
tum etiam Calvinus, rogantibus Polonis, per-
breviter quidem, ſed nervosè admodum co-
arguit, ſimulque proſpiciens quod mox eve-
nit, futurum videlicet: ut Stancari refutandi
ſtudio nonnulli imperitiores (ni ſibi caverent)
in errorem Tritheitarum inciderent, diſerte
præmonuit; ut à Blandrata & aliis eum ſecutis
ſibi caventes, ſic aſſererent Chriſtum eſſe ſecū-
dum utramq; naturam medtatorem: ut inte-
rea Deitatem non multiplicarent: ſed fruſtra
id factum, quod ad eos attinet quibus pereun-
dum erat. Tum quoque Waldenſes Boëmi
quos vocant, duobus fratribus ad Calvinum
miſſis, quædam ab eo ſunt de Religione per-
contati: quibus ille ſicut par erat benignè ſa-
tisfecit, eos etiam cohortatus: ut cum reli-
quis Eceleſiis ſeſe prorſus conjungerent. Eo-
dem tempore cùm non pauci pii Galli poſt
Mariæ Reginæ mortem ſingulari sereniſſimæ
reginæ Eliſabethæ pietate & humanitate freti,
in Angliam refugerent, peterentque reveren-
di viri Edmundi Grindalli Epiſcopi Londi-
nenſis aſſenſu; ut Geneva mitteretur, qui ec-
cleſiam Gallicam illic conſtitueret: miſſus eſt
eò Galaſius.

Ejus dogma refutatum.

Calvini admonitio ſuper ea re.

Boëmi Waldenſes à Calvino quærunt.

Edmundus Grindallus.

Cæterùm extremo anno M. D. LX. Fran-
ciſci ſecundi regis obitu planè repentino, &
quidem eo ipſo momento, quo jam ita erant
deſperata omnia: ut iis DEUS unus mederi
poſſet, vix inierat regnum Carolus IX. adhuc
puer, cùm Genevam per Caduceatorem alla-
tæ ſunt ejus nomine ſcriptæ literæ, quibus
miſſos inde querebatur; qui regnum Galliæ
turbarent, petebatque ut mox revocarentur;
alioqui ſe juſtiſſimas ulciſcendæ injuriæ cau-
ſas non prætermiſſurum. Vocatus à Senatu
Calvinus ſuo collegarumque nomine reſpon-
dit; ſe petentibus Gallicis Eccleſiis, ſpectatæ
fidei & integræ vitæ hominibus, quos eam ad
rem idoneos fore ſperabant; auctores horta-
toreſque fuiſſe, ne patriæ opem ſuorum in
cauſa tam ſancta, Eccleſiæ videlicet purè in-
ſtituendæ flagitanti deeſſent, hoc illos præſti-
tiſſe; non ut regnum turbarent, ſed ut Evan-
gelium pacis docerent: quod ſi præterea quid
feciſſe arguerentur, ſeſe paratos eſſe coram
ipſo Rege accuſatoribus reſpondere. Neque
longius iſta proceſſerunt. Eodem anno Cal-
vinus & Beza Tilemanni Heshuſii libro re-
ſponderunt. Calvinus deinde Valentini
Gentilis blaſphemias Lugduni tum adverſus
Athanaſii ſymbolum excuſas refutavit. Edi-
dit quoque ſuas in Danielem prælectiones
Gallicis Eccleſiis inſcriptas, ac in illis qui-
dem prophetæ interpretem, in ipſa verò in-
ſcriptione Prophetam egit, imminentes
tempeſtates prædicens, quo tempore coacto
Poſſiaci Epiſcoporum conventu & regi

Carolus Galliæ rex queritur de Genevenſibus.

Reſpondet ei Calvinus.

Heshuſio item reſpondet.

in ampliſſimo regni conſeſſu à Beza exhibita probataque Gallicarum Eccleſiarum confeſſione, plerique ſibi Papatus profligationem quaſi inſtantem pollicebantur. Tunc quo-

Franciſcus Balduinus Ecebolus. que inter cæteros *Franciſcus Balduinus, Ecebolus* poſtea propter religionem *ter* minimum aut etiam *quater mutatam cognominatus*, à Cardinali ſubornatus, & *Navarreno* malis artibus conciliatus, libellum, ſive à ſe, ſive potius à *Caſſandro* quodam editum, qui ſeſe pium & moderatum virum nuncupabat, in aulâ venditabat, Interimiſtico illo Cæſaris V. edicto eo & jam deteriorem, quod moderatæ cujusdam inſtaurationis ſpecie, omnes Papatus corruptelas tueretur. Hujus rei à Beza commonefactus Calvinus, refutationem libelli edidit, cui mox alia ſunt adjuncta; quæ Balduini ingenium & inſtitutum quibusvis patefacerent. Hoc verò concoquere non potuit rabula, neque magis alterum Bezæ reſponſum: nec ab eo tempore Calvinum & Bezam meretriciis convitiis impetere deſtitit, donec DEO hominibusque alterutrius Religionis quos toties fefellerat, inviſus, Lutetiæ litem neſcio quam proſequens, ſive livore tabeſcens, quod alium ſibi prælatum videret, qui Henricum III. in Poloniæ regnum proficiſcentem comitaretur, vivere ſimul ac maledicere deſiit.

An. 1562. Anno *ſexageſimo ſecundo* non modò pace, ſed etiam libertate Gallicis Eccleſiis ſolenni regio edicto certis conditionibus conceſsâ, mox autem Navarreno Pontificiis artibus ſubornata, cùm Guiſius edita illa immani *Vaſſiacena ſtrage* claſſicum cecinilſet, & bellum illud civile his auſpiciis cœpiſſet, quo poſtea multos annos Gallia deflagravit: quot quantæque curæ Calvinum confecerint, dici non poteſt, ſic etiam ingraveſcentibus ejus morbis, ut jam tum illum divinare liceret ad meliorem vitam citato gradu progredi. Nec tamen conſolari & hortari unumquemque, imò ne concionari quidem, & Theologiam in ſcholâ profiteri deſtitit: emiſitque eo anno pulcerrimam *fidei confeſſionem ad Status Imperii Francofurti tunc congregatos nomine Principis Condenſis* & piorum omnium, quod præter belli ipſis injuſtiſſimè illati injuriam indigniſſimè etiam apud Germanos, tunc falſorum dogmatum nomine traductos auditum eſſet. Neque hic pigebit quicquam animadverſione non indignum commemorare. Jacebat ex podagrâ Calvinus in lecto decimo nono Decembris: qui dies erat Sabbathi, & Boreas jam totum biduum flabat quàm vehementiſſimè. Tum Calvinus multis audientibus: *Equidem*, inquit, *neſcio quid hoc rei ſit, videbar mihi hac nocte audire tympana bellica quàm fortiſſimè perſonantia, nec poteram mihi perſuadere, quin ita ſe res haberet. Precemur obſecro, nam omnino magni aliquid geritur.* Atqui hoc ipſo die accidit ille apud Druydas acerrimus conflictus: de quo aliquot poſt diebus Genevæ fuit renunciatum.

Vaſſiacena ſtrages.

Confeſſionem fidei ſcribit Calvinus nomine Condenſis.

Calvini ſomnium.

An. 1563. Anno conſequente *ſexageſimo tertio* ſic acer-

bati ſunt ejus morbi iique multiplices; ne ſit incredibile in corpuſculo tam i lo, tot laboribus exhauſto, tot deniqu bis attrito, tam fortem ac generoſum a contineri diutius potuiſſe. Siquidem quidem adduci potuit; ut ſibi parcere ſi quando (quod nunquam niſi penit tus fecit) publico ſuo munere abſtine mi interea vel conſulentibus reſpond amanuenſes dictando indefeſſus ipſ bat, atque ejus rei fidem faciunt, t illæ maximè feriæ *ad Polonos admo* adverſus blaſphemos illos ſacræ Tri ſtes: tum etiam quod fratribus ex Lugdunenſi ad ſe miſſis, abunde tu tum ſcriptis reſpondit: quod *comment quatuor Moſis libros* Latinos edidit Gallicos ex Latinis ipſosmet fecit; q nique *commentarium in librum Joſ* fuit ultimus ipſius labor, jam tum in quem tandem etiam moribundus ab

Annus autem *ſexageſimus quart ſeſquimilleſimum* ipſi quidem perpe citatis, piis autem longè maximi juſti doloris initium fuit. Siquidem ſexto rii Aſthmate vocem ejus præpedie mam habuit concionem, & ab eo te eo excepto; quòd aliquoties ad cong nis cœtum deportatus (quod illi ulti tii noviſſimum accidit) paucula ver omni docendi munere abſtinuit. Ipſ bi incredibilibus animi corporisque bus contracti, varii multiplicesque f uti ſua quadam ad Medicos Monſpe epiſtolâ edita eos ipſe percenſet. Præt enim quod corpore fuit natura im macilento, & ad tabem ultrò inclinan miens penè vigilabat, magnam anni concionando, docendo, dictando co bat. Per *decem* minimùm *annos* pra ſtinuit; ut nullum omninò cibum e tam cœnæ horam ſumeret: ut eum m Phthiſin effugere tamdiu potuiſſe. tem ei hemicranea familiaris, cui ſola medebatur, adeò ut nonnunquam t ginta ſex horas cibo abſtineret. Sed & ex vocis contentione, partim quòd ſe animadverſum eſt, ex immodico alo primum in hæmorrhoidas, easque ulceroſas, deinde quinque ante morte in ſanguinis exſcreationem aliquoties Quartana verò ipſum deſerente, ſucce in dextro crure podagra, colici ſubind rentes dolores, calculus denique, que qui nunquam niſi aliquot ante morten ſibus ſenſerat. Medici quæcunque r poterant, adhibebant, nec quisquam num fuit, qui medicorum præcepta tius obſervaret: cæteroquin quod ad labores attinet, valetudinis neglig mus; adeò ut illum ne acerrimi hemicraneæ dolores à concionand quam prohibuerint. Tot autem oppreſſum, nemo ne voculam q audivit emittentem; forti, nedum

ſtiano viro indignam. Tantum oculos
ælum attollens, *uſque quo*, inquiebat,
ine! hoc enim etiam valens tanquam
bolum in ore habebat, agens de fratrum
nitatibus, quibus noctes ac dies magis
n quam ſuis ullis malis afficiebatur. Ad
entibus & obteſtantibus fratribus, ut ſal-
ægrotus ab omni dictandi aut ſaltem ſcri-
i labore abſtineret, *quid ergo*, inquie-
vultis me otioſum à Domino deprehen-
Die Martii decimo, quum ut ſæpe con-
rant ad eum una perveniſſent fratres,
ehenderunt illum veſtitum & ſuæ men-
ad quam ſcribere aut meditari ſolebat
entem, ubi conſpectis iſtis, poſtquam
iandiu fronte in alteram manum, ut
itans conſveverat, inclinatâ conticuiſſet,
em voce ſubinde interrupta, ſed blando
nitende vultu, *At ego*, inquit, *vobis*
iſſimi fratres, magnas gratias ago, de
a pro me ſolicitudine, & ſpero me intra
decim dies (is autem morum cenſuris
ore deſtinatus erat) *veſtro cœtui poſtre-*
interfuturum. Tum enim opinor Do-
m patefacturum, quid de me ſtatuerit,
e, ut me ad ſe recipiat. Interfuit igi-
enſuris ut ante conſveverat, ejuſdem
s XXII. iisque pacificè peractis, *ſentire*
ixit, *nonnihil dilationis ſibi à Domino*
ſum: acceptoque in manus novo Te-
nto Gallico, quædam in ſubjectis an-
onibus legit ipſemet, & de iis fratres
uit, quòd eas quoque emendandas
iſſet.

ridie pejus habuit, quaſi pridiano la-
tigatus XXVII. verò ad Curiæ fores de-
pedibus in Senatoriam uſque aulam
bus duobus innixus aſcendit, ibique
ectore Scholæ Senatui oblato, aperto
gratias egit pro acceptis ante beneficiis,
inatim quod in hoc ſuo ultimo mor-
tam ſui rationem Senatus habuiſſet.
entio, inquit, *me poſtremum in hunc*
veniſſe. Quæ vix deficiente voce effa-
eſtus ac lacrymantibus vale dixit. Se-
die Aprilis, qui dies erat Paſchæ,
is proſtratis viribus, tamen ſellulâ in
m delatus, toti concioni interfuit,
Domini ex Bezæ manu accepit, eo-
tu hymnum cum aliis, quanquam
voce, cecinit; ut non obſcura læ-
na in moribundi vultu elucerent XXV.
Teſtamentũ totidem verbis condidit.

HANNIS CALVINI Teſtamentum.

ine Domini, Amen. Anno M. D.
die Aprilis XXV. *Ego Petrus Che-*
civis & Notarius Genevenſis teſtor
or me evocatum fuiſſe à Spectato
nne Calvino Miniſtro verbi DEI in
ſia Genevenſi & ejuſdem civitatis
cive, qui tum corpore quidem
d mente integra dixit: ſibi eſſe in
ſtamentum ſuum conficere, & ex-
oluntatis judicium exponere: à

„ meque petiit, ut illud exciperem, & uti lin-
„ guâ nuncuparet, ac dictaret, ita conſcri-
„ berem: quod confeſtim me feciſſe profi-
„ teor, atque ad verbum, ut nuncupare &
„ dictare voluit, conſcripſiſſe, neque quic-
„ quam ad illius verba adjeciſſe, vel de iis
„ detraxiſſe, ſed hanc ab illo dictatam for-
„ mulam ſequutum eſſe.

„ In nomine Domini, Amen. Ego Jo-
„ hannes Calvinus Miniſter verbi Dei in Ec-
„ cleſia Genevenſi, variis morbis oppreſſus
„ & afflictus, ut facilè animum inducam,
„ Dominum Deum ſtatuiſſe me propediem
„ ex hoc mundo educere, conſtitui facere
„ meum teſtamentum, meamque ultimam
„ voluntatem literis mandare, ea forma quæ
„ ſubſequitur; Primum omnium gratias ago
„ DEO, quod miſertus mei (quem crearet &
„ in hoc mundo collocaret) non ſolum me è
„ profundis idololatriæ tenebris in quas de-
„ merſus eram, eripuit, ut me in Evangelii
„ ſui lucè adduceret, & doctrinæ ſalutis par-
„ ticipem faceret, cujus eram indigniſſimus:
„ neque ſolum eadem miſericordia & beni-
„ gnitate multa mea vitia & peccata benigne
„ & clementer toleravit, pro quibus tamen
„ merebar ab illo rejici & exterminari: Ve-
„ rùm etiam tanta erga me clementia & man-
„ ſuetudine eſt uſus, ut opera mea dignatus
„ ſit uti in prædicendâ & promulgandâ veri-
„ tate ſui Evangelii: teſtorque ac profiteor
„ mihi eſſe in animo quod reliquum eſt vitæ
„ in eadem fide & religione tranſigere, quam
„ mihi per Evangelium ſuum tradidit: ne-
„ que aliud præſidium aut perfugium ſalutis
„ habere, quam gratuitam ipſius adoptio-
„ nem: qua una ſalus mea nititur: ac toto
„ pectore amplector miſericordiam, qua
„ propter Jeſum Chriſtum erga me eſt uſus:
„ compenſans mea crimina cũ merito mortis
„ & paſſionis ipſius, ut hac ratione pro cri-
„ minibus & delictis meis omnibus ſatisfiat,
„ eorumque memoria deleatur. Teſtor et-
„ iam ac profiteor me ſuppliciter ab eo pete-
„ re; ut ita me ablutum & mundatum velit
„ ſanguine ſummi illius Redemptoris, effuſo
„ pro humani generis peccatis, ut mihi liceat
„ apud tribunal ipſius conſiſtere ſub ipſius
„ Redemptoris imagine. Item profiteor
„ me ſedulo pro modo gratiæ & benignitatis
„ qua Deus erga me uſus eſt, operam dediſſe,
„ ut cum in concionibus, tum etiam in ſcri-
„ ptis & commentariis purè & caſtè verbum
„ ipſius Scripturam interpretarer. Teſtor et-
„ iam ac profiteor me in contentionibus &
„ diſputationibus omnibus, quæ mihi cum
„ hoſtibus Evangelii habendæ fuerunt, nul-
„ lis malis artibus & ſophiſticis uſum eſſe,
„ ſed candidè ac ſincerè in veritate propu-
„ gnanda verſatum eſſe.

„ Verum, heu mihi, ſtudium illud meum &
„ zelus (ſi hoc nomine dignus eſt) adeo remiſ-
„ ſus & languidus fuit, ut innumera mihi ad
„ munus meum præclare fungendum defuiſ-
„ ſe fatear, ac niſi immenſa Dei benignitas ad-
„ fuiſſet, totum illud ſtudium meum inane at-
„ que eva-

evanidum futurum fuiſſe: quin etiam agnoſco niſi mihi eadem benignitas adfuiſſet, animi bona quæ mihi DEUS largitus eſt, magis ac magis me culpæ atque ignaviæ reum apud ejus tribunal factura fuiſſe: quas ob res teſtor ac profiteor nullum me aliud præſidium ſalutis ſperare, niſi hoc unum, quum DEUS Pater miſericordiæ ſit, ut ſeſe mihi, qui me miſerum peccatorem agnoſco, patrem oſtendat. Quod reliquum eſt, volo poſt meum ex hac vita diſceſſum, corpus meum terræ mandari eo ritu ac modo, qui in hac Eccleſia & civitate uſitatus eſt: dum beatæ reſurrectionis dies adveniat. Quantum ad tenue patrimonium, quod mihi DEUS largitus eſt, de quo in hoc teſtamento diſponere ſtatui, Hæres meus eſto Antonius Calvinus, frater meus chariſſimus: ſed honoris cauſa duntaxat, præcipitoque ac ſibi habeto pateram argentam quæ mihi à Varannio dono data eſt: qua eum contentum eſſe cupio, nam quæcunque in hæreditate mea reliqua ſunt peto ab eo, ejusque fidei committo, ut ea ſuis liberis, cum morietur reſtituat. Ab eodem fratre & hærede meo lego Scholæ puerili decem aureos ſcutatos: tantundem pauperibus peregrinis: tantundem pariter Joannæ Caroli Coſtani & affinis meæ filiæ. Samueli verò & Joanni ejusdem fratris mei filiis reſtitui volo ab hærede meo, cum morietur quadragenos aureos ſcutatos: Annæ verò & Suſannæ & Dorotheæ, ejusdem filiabus aureos ſcutatos tricenos: Davidi ipſorum fratri ad notam levitatis & petulantiæ juvenilis, ſcutatos aureos quinque & viginti.

Hæc ſumma eſt totius patrimonii & bonorum, quæ mihi DEUS largitus eſt, quantum quidem exiſtimare poſſum: pretium ſtatuens & bibliothecæ, & mobilium & univerſi inſtrumenti domeſtici, rerumque ac facultatum mearum omnium, quod ſi quid forte amplius reperiatur, volo id pro rata illis omnibus fratris mei filiis ac filiabus diſtribui, neque Davidem illum excludo: ſi pro DEI benignitate ad bonam frugem redierit.

Sed ſi quid erit quod ſupra ſcriptam ſummam excurret, credo non magnum in eo negotium futurum: præſertim ubi alieno æri ſatisfactum erit, cujus rei negotium diligenter mandavi eidem fratri meo, cujus fidei & benevolentiæ confido: qua de cauſa illum eſſe volo ac ſtatuo hujus mei teſtamenti executorem: unaque cum ipſo ſpectatum virum *Laurentium Normendium*: poteſtatem illis permittens conficiendi bonorum meorum inventarium, ſine accuratiore forenſi diligentia ac ſolemmnitate: permitto etiam ipſis vendere mea mobilia, ut ex pecunia redacta, ſupra ſcriptam meam voluntatem exequantur; quam expoſui & dictavi hoc

XXV. Aprilis die, Anno M.D.LX
hannes Calvinus. Poſteaquam
pradictus notarius ſuperius teſtar
ſcripſi, continuo idem Calvinu
ſubſcriptione ſua & Chirograp
confirmavit.

Poſtero die qui fuit XXVI. Apr
dem anni, idem ſpectatus vir Calv
ad ſe vocari juſſit, unaque mecum
dorum Bezam, Raymundum Cal
Michaelem Copum, Ludovicu
cum, Nicolaum Caladonium, J
Bordeſium Miniſtros & concionat
bi Domini in hac Eccleſia Ge
itemq; ſpectatum virum Henricu
gerum profeſſorem artium, civ
venſes, & coram iis omnibus pro
teſtatus eſt; ſeſe mihi teſtament
ſuum ea forma qua ſupra conſcrip
dictaſſe: Simulque me juſſit il
audientibus, & ea de cauſa advoc
tare, quod me clara voce & a
feciſſe profiteor. Et poſt illam r
nem teſtatus eſt ac profeſſus eam
ultimam voluntatem quam ratam
piat, in cujus rei teſtimonium & c
tionem petiit ab illis omnibus, u
teſtamento manu ſua ſubſcriberen
continuè ab illis factum eſt anno
ſupraſcriptis. Genevæ in vico v
cto Canonicorum: & in ejusdem
ris domicilio. Id cujus rei fidem
monium, ſupra dictũ teſtamentun
& manu mea ſubſcripſi, & uſitat
ſupremi Magiſtratus noſtri obſign

Petrus Che

Hoc condito teſtamento, miſit
tuor Syndicis cunctisque Senatoribu
carent: cupere ſe antequam è vivis
ret, adhuc ſemel eos omnes in Cu
pellare, quo poſtridie ſe deportand
raret: reſponderunt Senatores ſe p
eum venturos, rogaruntque ut ſuæ v
nis rationem haberet. Poſtridie cum
omnes è Curia veniſſent, mutuo dat
taque ſalute, poſtquam veniam p
quod ad ipſum uſque veniſſent, qu
potius ad eos accedendum eſſet, & p
jam pridem hoc cum ipſis colloqu
petiviſſe, quod tamen eouſque di
dum paulò certius exitum ſuum præ
Ego verò, inquit, *honorandi Dom*
gentes vobis gratias ago, quod me pl
ejusmodi promeritum tantis affeciſ
ribus, meaſq; plurimas infirmitates
tienter ſæpe toleraſtis, quod maxim
per apud me fuit veſtræ in me ſingu
nevolentiæ argumentum. Et quam
munere meo defungenti varia ſubeu
tamina variiq; ſuſtinendi fuerint
quod ſic oporteat optimum etiam q
exerceri, ſcio tamen & agnoſco ni
rum veſtrâ culpâ accidiſſe. Precor a
vehe

ementer, ut ſi quæcunque oportuit, non
ſtiti, voluntatis meæ potius, quam facul-
s habeatis rationem. Illud enim verè
um teſtari, fuiſſe me Reipubl. veſtræ ex
mo ſtudioſum, & ut officio meo plene non
defunctus, publicis quidem certe com-
dis pro virili ſtuduiſſe. Quod ni agno-
em Dominum viciſſim opera interdum
non mea inutiliter voluiſſe, diſſimula-
is crimen non effugerem. Sed hoc à vobis
m atq; etiam peto, ut excuſationem apud
inveniam, quod tam exigua ſint quæ-
q; publicè & privatim præſtiti, præ iis
a me fieri oportuit: ultrò certè agnoſco
vobis hoc quoque nomine plurimum de-
, quod vehementiam illam meam in-
um moderatam æquo animo tuliſtis: quæ
ata meo confido à DEO quoq; ipſo con-
ta. Cæterum quod ad doctrinam at-
, quam ex me audiſtis, teſtor me non
rè neque incerto, ſed pure ac ſincerè
um DEI mihi concreditum docuiſſe,
iram alioqui tam ſcirem huic capiti
iamjam imminere, quam certus ſum
in docendo labores ei non diſplicuiſſe,
coram DEO & vobis eò libentius teſti-
quòd minimè dubitem Satanam prout
evit, improbos, leves, vertiginoſos de-
homines corrumpendæ quam ex me
iſtis, ſynceræ doctrinæ excitaturum.
e delapſus ad immenſa illa beneficia
s à Domino affecti fuerant. *Ego, Ego,*
, „ optimus ſum teſtis, quot quantis-
periculis optimi maximi DEI manus
xemerit. Videtis porro quo loco ſitis.
igitur ſecundæ res veſtræ fuerint, ſive
rſæ illud, quæſo, vobis ob oculos
er obverſetur, illum unum eſſe qui
a & civitates ſtabiliat, eoque nomine
mortalibus velit. Memineritis ma-
n illum Davidem teſtari ſe tum pro-
m eſſe, quum alta in pace frueretur;
uam certè reſurrecturum, niſi Do-
s bonitate ſingulari ſua manum ei
xiſſet. Quid igitur tantillis homun-
fiet, quum ille tam potens & fortis
erit? Nempe vobis magna animi de-
one opus eſt: ut magna cum DEI re-
ntia ſolicitè incedatis, illiusque unius
dio nitamini, certi nimirum ita fu-
n: ut quod tam ſæpe re ipſa ſenſiſtis,
illius ope perſtetis, etiamſi velut ex
filo ſuſpenſa veſtra ſalus & incolumi-
erit. Itaque ſi proſpera vobis evene-
cavete quæſo, ne profanorum inſtar
mini, ſed DEO potius cum animi
ſione gratias agite. Sin adverſa vobis
erint, adeoque vos undique mortes
nſteterint; ſperate tamen in eo, qui
os etiam excitat. Imo tunc maxime
tè ſic à Deo expergefieri, ut in eum
reſpicere magis ac magis diſcatis.
ſi firmam hanc Rempub. conſervari
s, videte etiam atque etiam, ne ſo-
ſtud ſanctum, in quo vos ille collo-
„ cavit, ſordibus conſpurcetur. Hic enim
„ unus eſt ſummus DEUS, Rex Regum, &
„ Dominorum omnium Dominus, eos à
„ quibus honorabitur, honoribus aucturus,
„ & ſui viciſſim contemptores abjecturus.
„ Hunc igitur ex ipſius præceptis colite, &
„ hac de re magis ac magis cogitate. Semper
„ enim ab eo plurimum abſumus, quod à
„ nobis perfici decuit. Novi ego ſingulo-
„ rum ingenia & mores, & ſcio vos exhorta-
„ tione egere. Nemo eſt ex iis etiam qui ex-
„ cellunt, cui multa non deſint. Hîc unus-
„ quisque ſe ipſum circumſpiciat, & quæ ſibi
„ deeſſe intelligit, à Domino requirat. Vide-
„ mus quot vitia in plerisque orbis terra-
„ rum Conciliis regnent. Alii frigent, pu-
„ blicoque neglecto rebus ſuis curandis in-
„ cumbunt, alii privatis affectibus indulgent,
„ alii præclaris DEI donis non utuntur, ut
„ par erat, alii ſeſe oſtentant, & confidentia
„ quadam, quicquid cenſuerint à reliquis
„ probari poſtulant. Senes commonefacio,
„ ne junioribus invideant, quos à Domino
„ compererint aliquibus donis eſſe exorna-
„ tos. Juniores moneo, ut procul ab omni
„ elatione, ſeſe modeſtos præbeant. Alius
„ alium ne interturbato. Vitate ſimultates,
„ & omnes illas animi acerbitates, quæ mul-
„ tos in gerenda Republ. à recto inſtituto
„ averterunt. Hæc autem vitabitis, ſi ſinguli
„ quidem intra ſuum modulum ſeſe conti-
„ nuerint, omnes verò bona fide commiſſam
„ ſibi Reipub. partem adminiſtrent. In cau-
„ ſarum verò civilium judiciis, ne quis ſit,
„ obſecro, favori vel inimicitiis locus, nemo
„ obliquis artibus jus pervertito, nemo ſuis
„ commendationibus quominus leges va-
„ leant, obſiſtito: nemo ab æquo & bono
„ diſcedito. Si quem affectus ſiniſter titilla-
„ verit, conſtanter ei reſiſtito, & in eum re-
„ ſpicito à quo fuit in eo ſolio collocatus, &
„ ab eodem Sanctum Spiritum poſtulato.
„ Quod ſupereſt iterum precor, ut meas mi-
„ hi infirmitates condonetis, quas ego coram
„ DEO & Angelis, adeoque coram vobis
„ Venerandi Domini, profiteor & agnoſco.
Hæc ubi dixiſſet, Deum optimum maximum precatus; ut eos ſuis donis magis ac magis cumulatos, ſancto ſuo Spiritu ad totius Reip. ſalutem gubernaret, præbita ſingulis dextra, mœſtos omnes illos, nec aliter ab eo quam à communi parente cum lacrymis diſcedentes dimiſit.

Die viceſimo octavo Aprilis quum omnes, ipſius rogatu, Genevenſis ditionis Miniſtri conveniſſent: *At vos*, inquit, *fratres*,
„ poſt obitum meum perſtate in hoc opere,
„ nec animi frangimini: Dominus enim
„ hanc Rempub. & Eccleſiam adverſus ho-
„ ſtium minas ſervabit. Abſint à vobis diſſi-
„ dia, mutuaque charitate vos complectimi-
„ ni. Cogitate etiam atque etiam quid huic
„ Eccleſiæ debeatis, in qua vos Dominus
„ collocavit: neque vos quicquam hinc ab-
„ ducat. Sin minus, facile quidem fuerit

Ad miniſtros & collegas oratio & exhortatio.

 nonnullis

„ nonnullis ejus pertæſis quaſi per cuniculos „ evadere: ſed experienturi illi Dominum „ non decipi poſſe. Quum primum in hanc „ urbem venirem, annuntiabatur quidem „ Evangelium, ſed perturbatiſſimæ res erant; „ quaſi nihil aliud eſſet Chriſtianiſmus, quam „ ſtatuarum everſio: nec pauci erant ſcele- „ rati, à quibus indigniſſima multa ſum per- „ peſſus. Sed Dominus ille DEUS noſter „ me, me, inquam, natura (dico quod res „ eſt) minime audentem ita confirmavit; ut „ nullis illorum conatibus ceſſerim. Argen- „ tina poſtea huc redii, vocationem hanc „ invito animo ſequutus, quod infructuoſa „ mihi fore videretur. Ignorabam enim „ quid ſtatuiſſet Dominus, & res erat pluri- „ marum maximarumque difficultatum „ plena. Sed pergens in hoc opere, ſenſi „ tandem re ipſa Dominum labori meo be- „ nedixiſſe. Perſtate igitur & vos in hac vo- „ catione: inſtitutum ordinem retinete: „ Date ſimul operam ut populus in obſequio „ doctrinæ contineatur. Sunt enim non- „ nulli improbi & contumaces. Res, ut „ videtis, non malè ſunt conſtitutæ: quo „ magis coram DEO nocentes eritis, ſi ve- „ ſtra ignavia labefactentur. Teſtor verò me, „ vobiſcum fratres, vera ſynceraque chari- „ tate conjunctiſſimum vixiſſe, & nunc à „ vobis diſcedere, quod ſi quando me in hoc „ morbo moroſiorem eſtis experti; veniam „ à vobis peto, & ingentes vobis gratias ago, „ quod ægrotante me, onus mihi impoſitum *ſuſtinueritis.* Hoc loquutus dextram ſingulis porrexit: qui mœſtiſſimis animis, ac minimè ſiccis oculis, ab eo tum diſceſſerunt.

Epiſtola ad Farellum.

Undecimo Maji quum ex *Farelli* literis cognoviſſet (Viretus enim longius aberat,) ſtatuiſſe illum jam ſeptuagenarium & valetudinarium ſenem, iter ad ſe ingredi, ſic Latinè reſcripſit: *Vale mi optime & integerrime frater, & quando te DEUS ſuperſtitem manere vult in mundo, vive memor noſtræ conjunctionis, quæ ut Eccleſiæ DEI fuit utilis, ita nos ejus fructus in cœlo manet. Nolo te fatiges mea cauſa. Ægre ſpiritum traho, & aſſiduè expecto, dum me anhelitus deficiat. Satis eſt, quod Chriſto vivo & morior, qui ſuis lucrum eſt in vita, & morte. Iterum vale cum fratribus, Genevæ* 11. *Maji. M. D. LXIV.* Venit tamen Genevam bonus ille ſenex, & quum unà inter ſe locuti eſſent, poſtridie Neocomum rediit. Reliquos ad obitum uſque dies in perpetuis penè precibus conſumſit, voce quidem propter aſthma ſuſpirioſa, ſed oculis quales ad extremum uſque clare micantes habuit in cœlum ſublatis, & ita compoſito vultu; ut ſeſe precantis ardor totum proderet, ſæpe Davidis

Pſalm. 18. illud ingeminans in doloribus; *Tacui Do-*
Jeſ. 39. *mine, quia feciſti*, & interdum illud Iſaiæ, *Gemebam ſicut columba.* Auditus quoque eſt quum diceret, *Tu me conteris, Domine, ſed abundè mihi ſufficit, quod tua hæc ſit manus.* Patere diem & noctem ipſius fores

oportuiſſet; ſi admiſſi fuiſſent quot
officii cauſa illum adire cupiebant
cum, voce, ut diximus, præpedita
pellare ſe non poſſe videret; petierat
quisque potius pro ipſo precaretur, c
eo inviſendo laboraret. Sæpe quoqu
cujus conſpectum alioqui nunquam i
dum, ei fuiſſe conſtat, ſignificavit:
ligionem eſſe, vel tantillum occu
ejus remorari, adeo fuit ille temporis
quod Eccleſiæ impendi ſciret, & in
etiam æquo religioſus; ne amicos
tillum gravaret. Ita igitur ſe ipſum
cos conſolans, vixit uſque XIX. Ma
die cenſuram inter Miniſtros exercere
cibum capere amicitiæ teſtandæ ca
ſveverunt, biduo poſt videlicet Pe
& Cœna Domini ſecuturis. Eo d
quum illis conceſſiſſet, ut apud ipſu
communis inſtrueretur; & è lectulo
ctis utcunque viribus, in proximum
eſſet delatus, *poſtremum*, inquit
accedo fratres, nunquam poſthac
ſam accubiturus: quod ipſis triſtiſſim
initium fuit. Concepit tamen pr
paululum cibi ſumſit, ſermone qua
cuit inter cœnandum ad hilaritatem
ſito. Inde cœna nondum planè exact
in contiguum cubiculum reportari
ſet, renidenti plane vultu cœtum
lans; *paries hic*, inquit, *interje*
impediet, quominus corpore abſen
tamen cœtui ſpiritu interſim. Conti
prædixerat, Siquidem ab eo die
ſemper jacuit, corpuſculo (ſi vu
rum admodum immutatum exci
emacito; ut ſolus illi ſpiritus ſuper

Die quo deceſſit, nempe *viceſim*
Maji, viſus eſt fortiùs & minore di
loqui. Sed hic erat extremus naturæ
Nam veſperi circiter octavam repe
ſentis mortis certa ſigna apparuerun
cum Bezæ paulo ante ab ipſo digreſſ
dam alii ex fratribus eſſet à domeſtic
catum, protinus accurrens, illum re
que adeo tranquille mortuum, null
dum vel manuum concuſſu, ut ne
viorem ſpiritum antea duxerit, neq
& judicio, imò ne voce quidem pen
extremum uſque halitum fuerit d
& dormienti quam mortuo multò
videretur. Sic igitur eo die cum o
ſole ſplendida etiam hæc lux erepta
quente nocte ac poſtero die in urbe
gens fuit comploratio. Requireb
univerſa civitas ſapientiſſimum civ
cleſia deplorabat fidi ſui paſtoris de
ſchola ereptum ſibi talem doctorem
omnes denique ut communi ſecundum
parente conſolatore orbati lament
Optabant multi cives eum ſpecta
tuum; quod ab eo ne mortuo quide
poſſent. Quidam etiam peregrin
dendi & audiendi ipſius cauſa proc
rant, inter quos etiam adſuit Clariſ

næ Angliæ in Gallia legatus, auide ad-
um intueri ſaltem defunctum petebant.
nitio quidem admittebantur. Sed quod
nimia eſſet curioſitas, ut calumniis ad-
iorum occurreretur, placuit amicis
ſtridie mane, qui dies erat Dominicus
de more involutum corpus ligneo lo-
ncluderetur. Pomeridiana verò ſecun-
uentibus funus Patritiis, una cum Pa-
us, profeſſoribusque ſcholæ omnibus,
e pene civitate non ſine uberibus la-
s proſequente, elatus eſt, communi-
œmiterio quod *planum palatium* vo-
nulla penitus extraordinaria pompa,
que addito cippo (ſic enim mandarat)
tus; cui propterea his verſiculis paren-
eza:

æ ruentis terror ille maximus,
m mortuum lugent boni, horreſcunt mali,
à quo potuit virtutem diſcere virtus,
deo exiguo ignotoque in ceſpite clauſus
inus lateat, rogas?
inum aſſidue comitata modeſtia vivum,
Hoc tumulo manibus condidit ipſa ſuis.
beatum ceſpitem tanto hoſpite!
invidere cuncta poſſint marmora!

nnos *quinquaginta quatuor*, menſes
, dies decem & ſeptem, cujus ſpatii
m in ſancto Evangelii miniſterio con-

a fuit mediocri, colore ſubpallido,
ante, oculis ad mortem uſq; limpidis,
ingenii ſagacitatem teſtarentur: cultu
s neq; culto neq; ſordido; ſed qui ſin-
modeſtiam deceret: victu ſic tempe-
à ſordibus & omni luxu longiſſimè
cibi parciſſimi; ut qui multos annos
uotidiè cibum ſumſerit, ventriculi
litatem cauſatus: ſomni penè nullius,
æ incredibilis; ut quos ſemel aſpe-
ultis poſt annis ſtatim agnoſceret; &
tandum ſæpè aliquot horas intertur-
atim ad dictata nullo commonefa-
diret, & eorum quæ ipſum noſſe
ſui cauſa intereſſet, quantumvis
ibus & infinitis negociis oppreſſus,
oblivilceretur: judicii quibuscun-
bus conſuleretur, tam puri & exacti;
aticinari ſæpè ſit viſus; nec aberrarit
lium ipſius eſſet ſequutus. Facun-
mtor & verborum parcus, ſed mi-
ptus ſcriptor, & quo nullus ad hunc
ologus (abſit verbo invidia) puri-
ius, judicioſius denique ſcripſit;
en tam multa ſcripſerit, quàm ne-
oſtra vel patrum memoria. Erat
conſequutus vigiliis juventutis, &
judicii acrimonia, dictandi exerci-
nfirmata, ut neque illi deeſſet un-
od appoſitè & graviter diceret, ne-
tò aliter ſcriberet, quàm loquere-
octrina, quam initiò tradidit, ad ex-
conſtans, nihil prorſus immutavit,
cis noſtra memoria Theologis con-

Quod ad ipſius mores attinet quamvis illum natura ad gravitatem finxiſſet: nemo tamen illo in communi convictu fuit ſuavior: in ferendis hominum vitiis, quæ infirmitatis erant, mirè fuit prudens: ut neque importuna objurgatione pudefaceret aut perterrefaceret imbecillos fratres, neque vitia connivendo vel adulando foveret. Adulationis autem & ſimulationis, improbitatis deniq; præſertim ſi de Religione agebatur, tam fuit hoſtis acer & vehemens, quam veritatis, ſimplicitatis, & candoris amans. Fuit omninò naturæ ipſius temperamento ὀξύχολος, quod vitium etiam auxerat laborioſiſſimum illud vitæ genus. Iræ tamen ſic eum docuerat ſpiritus Domini moderari, ut ne verbum quidem ſit ex eo auditum, quod viro bono indignum eſſet, nedum ut longius progrederetur: nec temerè niſi tum commoveretur, cum de Religionis cauſa agebatur, aut adverſus præfractos homines ipſi negotium erat. *Mores.* *Pronior ad iram.*

Tot tantasque virtutes domi & foris, tam multos adverſarios habuiſſe nemo mirabitur, qui vel eorum inter profanas gentes hominum hiſtoriam legerit; qui præ aliis aliquam virtutis ſpeciem adamarint; tantum abeſt, ut mirum cuiquam videri debeat, fortiſſimum tum ſanæ doctrinæ defenſorem, tum puræ vitæ ſectatorem domi & foris tam acriter oppugnatum fuiſſe. Sed hoc potius admiratione dignum eſt, unicum hominem tanquam Herculem quendam Chriſtianum, tot domandis monſtris ſufficere potuiſſe, nempe fortiſſima illa clava, id eſt, Dei verbo utentem. Itaque quot ei adverſarios Satan excitavit (nullos enim in tam multis hoſtes alios habuit, quam qui pietati & honeſtati bellum indixiſſent) tot ſervo ſuo Dominus victoriarum trophæa defixit. Hæreticum iſti faciunt Calvinum: quaſi verò non ſit hoc etiam nomine damnatus Chriſtus ipſe; & quidem ab ipſis ſacerdotibus: *expulſus eſt Genua*, adde & ab eadem revocatus. Et quid Apoſtolis, quid Athanaſio, quid Chryſoſtomo contigit? Exprobrant illi multa nonnulli alii, ſed ejuſmodi? *Ambitioſus fuit* ſcilicet, imò etiam *novum Papatum ambivit*, qui hoc vitæ genus, hanc Rempub. hanc denique Eccleſiam, quam vere poſſis paupertatis officinam appellare, rebus omnibus antepoſuit. *Accumulandis* ſcilicet *opibus ſtuduit*; cujus bona omnia, care etiam divendita ipſius Bibliotheca, vix *trecentos aureos* æquarant, ut non minus ſcite quàm vere calumniam iſtam longe impudentiſſimam refellens, hæc verba *uſurparit: *Me non eſſe pecunioſum ſi quibuſdam vivus non perſuadeo, mors tamen oſtendet.* Teſtari certò potuit ſenatus, cùm perexigua eſſent ejus ſtipendia, tantum abfuiſſe, ut in iis non acquieverit: ut ampliora etiam oblata pertinaciter recuſarit. Exprobrant ei alii, quod illius frater *Antonius Calvinus* priorem uxorem ſuam ob adulterium, cognita cauſa repudiarit. Quid ergo dicerent illi, ſi adulteram foviſſet? Quod ſi in eum *Divitiæ Calvini.* * *Præfatione in commentar. in Pſalmos.*

eum redundat hoc impudicæ mulieris dedecus, quid fiet *Iacobi*, *Davidis*, ipſius filii Dei familiæ, in qua ipſemet Diabolum ex ſuis unum diſertè notavit? Deliciis ſcilicet illum & luxui indulſiſſe, tot ipſius laborum teſtes demonſtrant. Quid quod nonnullos etiam dicere & ſcribere non pudet, *regnaſſe illum Genevæ tum in Eccleſia, tum in Repub. atq; adeò pro tribunali ſediſſe*? Alii etiam *illum neſcio quem vivum pro mortuo cadavere excitando univerſo etiam teſte populo ſuppoſuiſſe* fabulantur; quod non minus putidum mendacium quam ſi Romæ Papa fuiſſe diceretur, auſus eſt Rapſoſus quidam Sorbonicus *Claudius Spenſa* maledicentiſſimo quodam libro inculcare. Quid enim iſtos pudeat? Sed ita neque apud eos qui tantum hunc virum norunt, neque apud poſteros ſani judicii homines, qui mores hominis ex ipſius ſcriptis æſtimabunt, refutatione indigent.

Mendacia de Calvino.

Cùm autem nemo piorum reperiatur, cui pergratum non ſit, certò intelligere, quoſnam libros *Joannes Calvinus* in lucem emiſerit, quæque ab eo relicta fuerint ſcripta, & eo concionante excepta; ne quis etiam hac in parte poſthac fallatur, ſicuti ſatis notum eſt in ſcriptis magnorum virorum ut plurimum accidiſſe; ut ſub eorum nomine multa falſa obrepſerint & adulterina, commodiſſimum duximus huc attexere nominatim *Catalogum* tum *ſcriptorum* & Librorum Calvini qui Latinè & Gallicè jam in publicum prodierunt: tum etiam eorum qui nondum editi ſunt. Qui jam igitur *in vetus Teſtamentum* extant *commentarii* Latini primum tum etiam Gallici facti ſunt. *In Geneſim.*

Catalogus librorum Calvini additus.

In quatuor libros Moſis in formam Harmoniæ digeſti:
In librum Ioſuæ.
In omnes Pſalmos.
In Iſaiam.
Prælectiones item Latinæ, tum & Gallicæ.
In Jeremiam.
In viginti prima capita Ezechielis.
In Danielem.
In minores Prophetas.
In novum Teſtamentum commentarii tum Latini, tum Gallici.
In tres Evangeliſtas in formam Harmoniæ digeſti.
In Joannem.
In Acta Apoſtolorum.
In omnes Pauli Epiſtolas.
In Epiſtolam ad Hebræos.
In Canonicas Petri, Joannis, Jacobi, & Judæ.

Conciones. Conciones quæ extant, exceptæ dum ipſe concionaretur.
In Deuteronomium.
In Decem legis Præcepta ſeparatim prius excuſa.
In librum Jobi.
In Pſalmum 119.
In Canticum Ezechiæ ex Eſaia 38.
In poſteriora octo capita in Danielem, ſed Rupellæ tantum editæ.

In quatuor priora capita & quod ...
Harmoniæ trium Evangeliſtaru...
In decimum & undecimum caput pr...
Corinth.
In Epiſtolam ad Galatas.
In epiſtolam ad Epheſios.
In epiſtolas ad Timotheum & Titum...
Item *conciones* aliquot *de Chriſti na*... *paſſione, morte, reſurrectione, aſ*...
Conciones quatuor noſtris temporib...
Concio, in cætu quem congregati... *cant, habita de Providentia* ... *Dei Electione.*
Item *concio* in congregatione *ad c*... *cum Epiſtolæ ad Galatas*, cum ... cula vel exegeſi particulæ Cate... extremum articulum Dominicæ ...
Conciones aliæ quæ nondum extan... Teſtamentum.
In Geneſim.
In duos Samuelis libros.
In prioris Regum 18. *capita* circite...
In complures Pſalmos.
In librum Joſuæ ſummæ quædam ... cætu publico exceptæ, cum p... ſtringeret, quod erat fuſius à ... congregationem habente tractat...
In Jſaiam.
In Ieremiam.
In Ezechielem.
In ſeptem ex duodecim minoribus ...
In novum Teſtamentum
Conciones aliquot in Harmoni... *Evangeliſtarum.*
In acta Apoſtolorum.
In duas ad Corinthios Epiſtolas.
In duas ad Theſſal. Epiſtolas.
In aliquot capita Epiſtolæ ad Heb...
Prælectiones in Pſalmos à 37. ad fi... nondum editæ.
Libri autem quos ſeorſim aliis te... ſcripſit ſunt hi:
Commentarius in Senecam de ...
Inſtitutio Chiriſtianæ Religionis ... *Gallicè*-
Pſychopannychia Latinè & Gall... ſequentia opera.
Epiſtolæ duæ, una fugiendis de Pon... *illicitis ſacris*, altera *de Chri*... *minis officio.*
Reſponſio ad Epiſtolam Sadoleti C...
De Cœna Domini libellus à Galaſ... factus.
Expinikion Chriſto cantatum.
Catechiſmus Eccleſiæ Genevenſis, ... mula ſacramentorum adminiſt... & publicis precibus.
Adverſus Pighium Campenſem l... *trii aſſertorem.*
Scholia in admonitionem paternan...
Antidotum adverſus articulos ... *Theologiæ Sorbonicæ.*
De neceſſitate reformandæ Eccleſi...
Inſtructio adverſus errores An... *rum, Libertinorum, &c.*

nitio appoſitiſſima de perquirendis Re-
iarum quas vocant, *fruſtulis*, ex fide
tificiorum.
andis ſuperſtitionibus Judicium pio-
virorum.
itio adverſus Pſeudo-Nicodemitas.
tum adverſus Acta Tridentinæ Synodi.
hriſtianæ pacificationis & Eccleſiæ re-
anda ratio.
itio adverſus Aſtrologiam, quam
ciariam vocant.
io mutua in re Sacramentaria.
n conſenſionis defenſio.
ndalis.
næ Dei prædeſtinatione & providentia
o orthodoxæ fidei ſacræ Trinitatis
rſus prodigioſos errores Mich. Ser-
Hiſpani.
itiones ad Weſtphalum tres.
us Heshuſium, & Stancari errorem.
us Valentinum Gentilem.
ulonis cujusdam calumnias reſponſio.
ejuſdem argumenti.
ſpellem Mediatorem.
dmonitio ad fratres Polonos.
quæ fidem hujus ad Polonos admo-
em confirmat.
duini convitia reſponſio.
licè tantùm extant opuſcula ſunt hæc:
latio ad Venerabilem presbyterum
elem Saconæum Præcentorem Lugd.
andum quendam reſponſio.
quâ ſilentium imponatur Nebuloni
m: Ant. Cathalano.
trea ſuperfuerunt duæ fidei confeſſio-
n etiam plurimæ literæ, conſilia, ad-
nes, reſponſa tum Latinè, tum Gallicè
hominum genera ſcripta, quorum
tandem etiam quantam potuerunt
amici ediderunt: *Theodorus Beza.*

LELMVS FARELLVS.

elmus Farellus, in Delphinatu fa-
lia nobili, ſub *annum milleſimum*,
gentesimum, octogeſimum nonum,
ſcendis artibus *Lutetiæ* hortatu *Ja-*
ri Stapulenſis, in *collegio*, quod
is vocant, ſeſe exercuit: publice-
primos Galliæ Evangelicam do-
ſt profeſſus.
autem adverſus *Meldenſes* perſe-
in vicinam *Helvetiam* profugus
, religionis propagandæ cauſa: ubi
n cum doctiſſimis Helveticarum
um, tunc inſtaurari ceptarum, pa-
nivit; de quorum numero *Vdal-*
vinglius, *Joannes Oecolampadius*,
us Hallerus. Anno milleſimo,
eſimo, viceſimo quarto *Baſileam*
ad diſputationem publicam Theo-
s urbis ſe obtulit. Sed cum ipſius
ræ, ut dictitabant, doctrinæ affines
Academiæ Theologi, & inprimis
us Berus præpoſitus D. Petri, id ei
nt. Hoc ubi Senatus inaudivit: Fa-
tam diſputandi poteſtatem dedit.

Themata igitur in collegio publicè affixit: quorum hæc ſumma: *Diſputandi poteſtatem impetrat. Ejus themata.*

1. *Chriſtus perfectam nobis vivendi regulam præſcripſit.*
2. *Chriſti mandata ſunt obſervanda: in quibus iis, qui continentiæ donum non habent, matrimonium præcipitur.*
3. *Alienum eſt Evangelii luce & Judaicum; diſcrimen veſtitus, ciborum & aliarum ceremoniarum obſervare.*
4. *Periculoſæ ſunt preces multorum verborum, contra Chriſti mandatum.*
5. *Officium ſacerdotũ proprium eſt, annunciare Dei verbum: idq; omnib. præferendũ.*
6. *Chriſti mandata non ſunt in conſilia convertenda, nec contra.*
7. *Qui fratrem non ſincere docet Evangelium, eum pudet Chriſti.*
8. *Qui fide juſtificari ſe non credit, ſed operibus & propriis viribus; is ſe Deum facit.*
9. *Soli DEO ſacrificia offerenda, quæ Spiritus dictat.*
10. *Qui benè valent, nec toti verbo addicti ſunt, manu laborent.*
11. *Chriſtiana Judaica illa & hypocritica jejunia, & inprimis idola fugienda ſunt.*
12. *Ceremoniæ Judaiſmum ſapientes omittendæ ſunt.*
13. *Id unicum curandum, ut Chriſtus nobis illuceſcat: cujus unius nutu, non aſtrorum aut elementorum vi: omnia gubernantur.*

Hæc themata ubi fuerunt divulgata: Epiſcopi vicarius, rector item & regentes Academiæ, ſub excommunicationis pœna, ſuis auſcultatione & oppoſitione interdicunt. Contrà Senatus derogari eo mandato ſuæ auctoritati ratus, Theologis, parochis, & Academiæ civibus præcipit; ut interſint: ſecus facturis uſu molendinorum, furnorum, & mercatus interdicit. Habita eſt ergo diſputatio, anno quem diximus, die *decimo quinto* Februarii, in magna & clericorum & politicorum frequentia. Sed paulò pòſt vicarius ille Epiſcopi, & Academiæ rector, vi & factione Pontificia, Baſilea eum exegerunt. *Tenebræ* enim *lucem non apprehendunt: nec major eſt ſervus Domino ſuo.* *Baſilea expellitur.*

Baſilea igitur exactus in *monte Bellicardi* Evangelium Chriſti aliquandiu docuit: pòſt & in aliis Gallici idiomatis peritis viciniſque locis, tanta animi contentione tantoque ardore, ut divinitus illum ad munus ejuſmodi excitatum res demonſtraret: quanquam alicubi moderationem in eo quidam deſiderarint, ut dicemus. *Docet in monte Bellicardi: & alibi.*

Circa annum *viceſimum ſeptimum* iterum annunciandi verbi locum invenit, in quodam oppido, cui *Ælin* nomen: ubi ut fortiter & prudenter ageret, Oecolampadius * ſubmonuit. ** In Epiſt. lib. 4.*

Inde anno viceſimo octavo *Aquileiæ Bernenſium*, Chriſtum annunciavit: & Antichriſtum intrepide oppugnavit: * diſputationi quoque Bernenſi anno eodem cum aliis interfuit: quam mira ſubſecuta eſt rerum Eccleſiaſticarum immutatio.

** Circa An. 1528. Sleid. l. 6. Genevæ Eccleſia reformata per Farellum & Viretum. Calvinum ibidem detinet Farellus. Calvinus in Epiſtolis.*

Farelli præterea ac *Petri Vireti* miniſterio Eccleſia *Genevæ* Allobrogum primùm plantata eſt, conſtanterque propagata: unius etiam Farelli hortatu & obteſtatione graviſſima effectum, ut eadem in urbe *Calvinus* ſacras operas aggreſſus ſit, concionando in templo, & cœleſtium literarum libros in ſchola interpretando. Nec enim *auſus fuit Calvinus ad Farelli tonitrua plus quàm Periclea, jugum vocationis, quod ſibi à Domino imponi videbat, detrectare.* Sed merces relata eſt Farello ea, quam mundus ſolet optime meritis referre.

Gratia Farello qualis relata.

Anno enim *quinquageſimo tertio* Genevenſes, qui ſe totos *Farello* debebant, tanto in eum furore, quod liberiùs pro ſuggeſto mores populi reprehendiſſet, exarſerunt: ut capitale ei judicium intentare non ſint veriti: & talia poſt modum in eum deſignarint atque patrarint, quæ Calvinus ſanguine ſuo deleta cupivit.

Farellus Metim venit.

Anno *quadrageſimo primo*, ut Buceri ad Calvinum habet epiſtola, *Metim* venit: ac primam concionem in cœmiterio Dominicanorum habuit. Qui cùm aliud non poſſent campani æris impulſu impedire concionem conati ſunt. Ibi tum *Farellus* contra ad ravim uſque vocem intendit: nec vinci ſe à

Docet ibi obſtrepentibus monachis.

ſtrepitu ullo paſſus eſt. Poſtridie tria circiter hominum millia confluxerunt, Evangelium audituri: ſed à Farello ii qui Evangelio favebant, petierunt, tantiſper quieſceret, donec res eo deduceretur, ut ſine metu alicujus motus concio haberi poſſet. In conſilium ergo vocatus *Farellus* interrogatusque: quo jubente & petente concionatus eſſet? reſpondit, *jubente Chriſto*; *petentibus autem ejus membris*: ſimulque de ſuo munere graviter, deque Evangelii prædicatione piè diſſeruit:

Farelli coram ſenatu Metenſi oratio.

ac magiſtratum ſui officii commonefecit. Dum autem Senatus quid eo faciendum deliberat, interea Evangelici alium quendam, ſtatura & habitu Farello non abſimilem, equo impoſitum educunt. Interim verus Farellus Meti latet: donec principum & civitatum Germaniæ federatarum interceſſione liberum impetretur Metenſibus religionis exercitium. Verum Pontificii Metenſium, legatos Germanos nec hoſpitio exceperunt, nec

Sleid. l. 14. comment.

in urbem admiſerunt. Tandem auditis reſponſum datum eſt nullum: quod Senatus, ut dicebant per peſtem tunc cogi non poſſet. Inde ad Cæſarem res delata: cujus juſſu interdictum à Senatu civibus fuit, ne cujusquam intereſſent concioni, qui non Epiſcopi & tredecim virorum mandatu doceret.

Neocomi ſedem figit

Digreſſus itaque inde *Farellus Novocomenſi* totum ſe Eccleſiæ addixit: in qua diligentia & zelo ſingulari officium fidi paſtoris, ad extremam uſque ſenectam obivit, ſincerus tum aliorum ſymmyſtarum, tum inprimis

Inviſit Calvinum ultimo.

Joannis Calvini, dum vixit, amicus. Itaque cùm anno ſexageſimo quarto *Calvinus* graviſſime decumberet, impetrare à ſe non potuit ſenex, jam ſeptuagenarius & valetudinarius, quò minus Neocomo Genevam excurreret, atque ſupremum vale fratri integerrimo coram diceret. Hunc chariſſimun[...] ſubſecutus ipſe eſt anno ſequenti, *ſex[...]* *quinto*, die *decimo tertio* Septembr[...] annum vitæ ageret *ſeptuageſimum ſ[...]* & Calvino ſuo ſupervixiſſet annum [...] menſes tres, dies quatuordecim.

Et hic eſt ille *Farellus*, qui nullis [...] tatibus fractus, nullis minis, convici[...] beribus denique inflictis territus, *A[...]* *gardenſes*, *Aquileienſes*, *Lauſanen[...]* *neverſes*, *Novocomenſes* Chriſto lu[...] Fuit enim in hoc viro præter pietaten[...] ctrinam, vitæ innocentiam, exim[...] modeſtiam, ſingularis quædam ani[...] ſentia, ingenium acre, ſermo veh[...] plenus, ut tonare potiùs, quàm dice[...] retur: ardor denique in precando ta[...] audientes in cœlum uſque quaſi ſub[...] *Eraſmus* in Epiſtolis *Phallicum* n[...] ſcribitque ſæpe ad *Oecolampadio* & [...] *no*, etiam per literas, vehementiam e[...] reprehenſam. Id quod ita eſſe Epi[...] ſtantur. Ita enim * *Oecolampadius* [...]
„ Qui hic tibi & Evangelio favent; [...]
„ ardore zeli inter initia attentes, tim[...]
„ quo ſatis monui antè, quam abir[...]
„ non item. Neque enim excidiſſ[...]
„ crediderim; quomodo inter nos co[...]
„ nempe ut quantò propenſior es a[...]
„ tiam, tantò magis te ad lenitate[...]
„ ceas, leoninamque magnanimita[...]
„ lumbina modeſtia frangas. Duci, [...]
„ hi, volunt homines. Unum ſp[...]
„ quomodo lucrifaciamus animas [...]
„ & quomodo ipſi doceri vellemus, [...]
„ adhuc teneremur in tenebris & ca[...]
„ Antichriſti. Vide ut Chriſtum e[...]
„ exprimas, exemplo inquam doce[...]
* alibi apertius: „ rogavi ex N. ſu[...]
„ ſuetudine tua: quâ nihil magis Chri[...]
„ nedum Apoſtolum decet. Is cùm [...]
„ tuliſſet ſedulitatem infatigabilem [...]
„ remque inextinguibilem, & ſati[...]
„ ſucceſſum: ſubdidit, quod in ſacri[...]
„ brès effundas convitiorum. Non [...]
„ quid illi mereantur, & quibus colo[...]
„ pingi debeant: pace tamen tuâ [...]
„ amicus & frater fratri: non videri[...]
„ nia officii tui reminiſci. Evangeliza[...]
„ maledictum miſſus es. Condono, [...]
„ do zelū: modò ne deſideretur man[...]
„ Da operam, mi frater, ut ſpiritu[...]
„ exhilares etiam hoc nuncio: quòd [...]
„ pore ſuo vinum & oleum infunda[...]
„ Evangeliſtam, non tyrannicum l[...]
„ rem præſtes. Sed acerbitas iſthæc [...]
initium in eo fuit, quam poſtea, ut [...] & ætas mitificavit.

Concionibus autem magis, quàm [...] nibus addictus, paucula admodum [...] ut *themata* quædam Baſileæ *Latine* [...] *manicè edita*: & *diſputationem Ber[...]* *tam Latinè* anno milleſimo, quinge[...] viceſimo octavo. *Et hæc de Farello*, [...] *iconibus*: *Oecolampadius & Calvin[...]* *ſtolis*: *Wirſtaſii Chronicon Baſil. Sle[...]*

PE[...]

TRUS PAULUS VERGERIUS.

Uo fuere cognomines: prior * *Juſtino-*
poli in Hiſtria natus, *Chryſoloræ*, By-
ni Philoſophi, Venetiis Græcas literas
ntis, quondam auditor, vir quoque
is clarus, Junior autem hic, vir fuit
ie non ſolum in Theologia Pontificia,
Juriſprudentia eruditus: cujus titulos
nos conſecutus, anno *milleſimo, quin-*
ſimo, trigeſimo, quo celeberrima illa
tæ comitia indicta, legatus in Germa-
Clemente VII. Pontifice cum plena
ate miſſus eſt: ſed inprimis ei in man-
unc pontifex dedit: omnem moveret
m; ut ne nationale Germaniæ conci-
eret: utque *Ferdinandus* rex, ad quem
ue Vergerius miſſus, omnem impedi-
s generis actionem.
ſane difficilimo illo tempore, quo &
rei Romanæ haud parum metuebat
x, ex voto & ſententia Pontificis om-
egit. Nam quacunque potuit ratione,
anis incommodavit: primipilares ve-
tificios, *Fabrum, Eccium, Cochlæum,*
m, ut ſtrenue rem agerent, muneri-
avit: *Eccium* inſuper Ratisbonæ ca-
n, ut legatus Pontificius creavit: quo
e, ceſſare jus eligendi ſolet.
de *Paulus* tertius Pontifex anno *mil-*
ningenteſimo, trigeſimo quarto, re-
us, Vergerium è Germania revocat
atu regionis ex eo cognoſcit: & cum
libus deliberat, quomodo ſit impe-
n nationis concilium tantiſper dum
conſiliis ad arma Cæſar aliique reges
ur. Placuit tandem in Germaniam
ittendum *Vergerium*, qui generale
cant, concilium promitteret; idque
eram ne quid aſtute vel captioſe fieri
r, quod Clementi nimirum accide-
ue profectus ad omnes Principes
futurum concilium, ac ibi de con-
is agendum eſſe diceret: inprimis au-
nderet, quam vellent actionis eſſe
Proteſtantes: ut ea perſpecta, mo-
deinde præſcriberet atque leges:
ninime venturos eſſe ſciret. Man-
tiam, ut Principum animos in An-
em accenderet, cujus ditionem om-
prædam dare cogitabat occupanti:
ræterea, num qua ratione poſſent
atque *Melanchthon*, ab inſtituto
. Delecti quoque fuerunt Cardina-
t & Epiſcopi, numero ad novem: qui
um aliquam *emendationis Eccleſiæ-*
criberent: ut & poſtmodum factum.
itaque anno *trigeſimo quinto* in
um reverſus ad *Ferdinandum* re-
Vergerii operam Pontifici com-
, Landgravio Haſſiæ, nuper ad re-
ecto, mandata illa de concilio ex-
oſtea ſicut juſſus erat, ad reliquos
rincipes profectus negocium ſuum
gæ deinde, Bohemiæ urbe primaria
æ Electorem mandata eadem retu-
& ſcripto, ſic volonte Saxone, com-

prehendit. Eadem in legatione & *Lutherum* convenit: quodque in mandatis erat datum, diligenter executus eſt.

Principes Imperii. Sleidanus l. 9. comment. Lutherum convenit.

Poſtea cùm ſub finem anni *trigeſimi quinti* principes & ordines Proteſtantium Vergerio per literas reſpondiſſent: ipſe anno ſequenti, cùm Cæſar *Neapolim* veniret, à Pontifice fuit revocatus. Ubi magna celeritate Romam reverſus legationem renunciat: *Proteſtantes concilium poſtulare, liberum & Chriſtianum & quidem intra fines Imperii, loco opportuno; quod Cæſar ſit ipſis pollicitus: de Luthero cæteriſq; nullam eſſe ſpem, niſi opprimantur: Ad illud de rege Britanniæ proteſtantes minimè aſſentiri, cæteros verò principes admodum frigere: Georgium autem Saxoniæ ducem affirmare, maximum eſſe periculum à Lutheranis; quod ſanè non alia ratione depelli poſſit aut evitari, quam ſi bellum Cæſar illis atque Pontifex quam primùm faciant.* Ea re cognita, *Vergerium* Pontifex, ut *Neapolim* celeriter ad Cæſarem tranſcurrat, & hæc illi commemoret, præſertim illud de capiendis armis in Lutheranos, dimittit. Cùm deinde Romam Cæſar veniſſet, quod fuit Aprili menſe, anno trigeſimo ſexto indictionem concilii multum urgebat, ejuſque rei diploma ſecum aſportare cupiebat: Pontifex autem non quidem recuſare, ſed aliquam urbem Italiæ deligere, & conditiones velle ſe præſcribere dicebat, Eccleſiæ Romanæ neceſſarias. Tum Cæſar, modò peragere illud vellet, non ſe reliqua morari. Nam Germaniæ potiſſimam partem, ut in eo ipſum ſequantur, adducturum. Sic ergò novem ex eo numero deligit Pontifex, qui diploma deſcribant. Hi erant *Campegius, Ceſius, Simoneta, Ginucius, Contarenus, Polus*, Cardinales; Archiepiſcopus *Brunduſinus*, Epiſcopus *Regienſis*, *Vergerius*, tunc primum factus Epiſcopus *Modruſienſis*, ac non multò poſt *Juſtinopolitanus*. Hi ſimul omnes primum pontifice præſente, poſtea ſeparatim * *formulam indictionis* conſcribunt: quæ & evulgata eſt.

Sleidanus lib. 10. Revocatus in Italiam Pontifici reſponſum indicat. Neapolim ad Cæſarē amandatur. Carolus V. Imperator Romam venit. Urget concilium. Scriptores diplomatis concilii. Inter eos & Vergerius Epiſcopus.

* *Exſtat apud Sleidanum lib. 10.*

Anno *trigeſimo ſeptimo*, ſupra ſeſquimilleſimum, cùm Pontifex alium in Germaniam legatum mitteret *Aquenſem*: *Vergerius*, ut cui ſeriò res Pontificis agebatur, abiturum, Germaniæ ſtatum, & quomodo quiſque prenſandus atque appellandus eſſet, mandatu Pontificis, edocuit. Sed & præceptor & diſcipulus apud Germaniæ principes operam luſerunt.

Aquenſis loco Vergerii legatus in Germaniam Sleidan. l. 11.

Poſtea anno *quadrageſimo primo* hunc *Vergerium* in Germaniam Pontifex miſit ad conventum Wormatienſem: verbo quidem tanquam Galliæ regis cauſa; ſed revera ut Pontificis rebus eo rectius inſervire poſſet: ſiquidem alieno nomine ibi verſaretur. Fuit igitur tunc in conventu Wormatienſi; ubi compoſuit & typis deſcriptam diſtribuit *orationem, De unitate & pace Eccleſiæ*: in qua potiſſimum id egit: ut doceret, non eſſe de nationis concilio cogitandum. Nam ille conventus ſpeciem aliquam hujuſmodi

Inſtruitur à Vergerio. Fruſtra. Vergerius denuo in Germaniam miſſus. Sleidanus lib. 11. Oratio Vergerii de unitate Eccleſiæ.

rei præ ſe ferebat; & viam præmunire videbatur. Pontifex autem nihil minus ferre poterat: ejusque ſenſum probe callebat Vergerius. Per hunc igitur, & id genus alios illius adminiſtros, impedita res fuit, & diſſoluta tandem. *Ducendo* enim *tempus, & nectendo moram; diverticula ſibi Pontificii & effugia quærebant.*

Vergerius Pontifici utilis, regibus & principibus gratus

Itaque longo tempore utilis *Vergerii* opera Pontificibus Romanis fuit: floruitque ipſe gratia apud principes & reges. *Ferdinando* equidem regi præcipue charus fuit: dum in Pannoniis ageret.

Sleidanus lib. 21.

Itaque cum ei filia nata eſſet *Catharina: Vergerius* una cum *Georgio* Marchione Brandeburgico, & *Joanne* Archiepiſcopo Lundenſi, in baptiſmo pro ea fidejuſſit. Verùm à Pontificatu Romano tandem defecit; mirabili hac occaſione.

Occaſio deficiendi à Pontificiis Vergerio quæ fuerit. Sleidanus lib. 21.

Cum enim ab illo, de quo diximus, colloquio Wormatienſi Romam revocatus veniſſet: Pontifex novos creaturus Cardinales, ipſum quoque *Vergerium* inter alios deſignavit. Sed cùm eſſent, qui clanculum inſuſurrarent, illum multa jam conſuetudine Germanorum eſſe factum Lutheranum: conſilium mutavit. Hoc ubi Vergerius ex Cardinali *Ginucio*, cui Pontifex id dixerat, audiſſet: valde fuit attonitus: & ut ſeſe purgaret,

Scribit librum adverſus apoſtatas Germanos. Veritatem agnoſcit: quam cum fratre communicat.

in patriam ſecedit, atque librum orditur, cui titulum dedit, *Adverſus apoſtatas Germaniæ.* Dum autem confutandi cauſa, libros adverſariorum diligenter excutit, & attente conſiderat argumenta; captum ſeſe victumque ſentit: & abjecta ſpe cardinalatus, ad fratrem ſuum germanum, *Joannem Baptiſtam,* Polæ civitatis Epiſcopum abit: & re tota commemorata, conſilium exquirit. Frater initio territus, conditionem hominis deplorat: ſed quum illius precibus inductus ad ſcripturæ perveſtigationem ſeſe applicaſſet,

Quem itidem convertit.

inprimis autem illud *doctrinæ caput: quod eſt de juſtificatione,* diligenter expendiſſet: facta ſententiarum collatione cedit; & falſam eſſe pontificiam doctrinam judicat. Itaque mutuo ſibi gratulantes, quod proprium eſt Epiſcoporum munus, populum erudire cœperunt per Iſtriam, & Chriſti beneficium humano generi collatum diligenter inculcant; atque cujusmodi opera DEUS à nobis requirat, oſtendunt: ut ad purum cultum homines revocarent. Sed exorti ſunt adverſarii multi, monachi præſertim, hi qui dicuntur obſer-

Inquiſitores in Vergerium excitati. Invectiva Vergeriana.

vantes; qui rem ad inquiſitores deferebant; in quibus facile primus erat *Annibal Griſonius*, & huic adjunctus *Hieronymus Mutius*, qui & *Vergerianam* ſcripſit *invectivam* poſtea: nec id modò, ſed evulgato quoque libello, Germaniam, odio religionis, maledicentiſſimè traducit. *Griſonius*, ubi Polam ac Juſtinopolim veniſſet, in civium ædes irruit; & ſi quos haberent libros prohibitos, inveſtigabat: deinde, cum pro concione multa dixiſſet, pontificium fulmen emiſit in eos, qui de Lutheraniſmo ſuſpectos non accuſarent, iis tamen, qui redirent ad ſanitatem, & ultrò veniam ab ipſo peterent, levio-

rem pœnam promittebat: qui verò non
te patefacto crimine, poſt ab aliis acc
tur, in eos igni ſeſe vindicaturum affir
& ſingulas domus ingreſſus, territabat
Itaque reperti ſunt nonnulli, qui ſe
rent ipſi, ac pleni formidinis nihil d
rent: ex iis qui lautiores erant, pr
humiliores autem publicè coacti ſu
rem ſuum teſtificari: *qui novum Teſ
tum, linguâ populari ſcriptum, ab ſe
eſſe fatebantur, eos graviſſimis ver
impoſterum abſtinerent, deterrebat:*
promiſcua multitudo, timore perçu
mis, deferebant quosque certatim
neque propinquitatis neque neceſſ
aut beneficiorum habita ratione: *non
filius, non uxor marito, non cliens
parcebat.* Delationes autem erant ple
de rebus frivolis; ut quisque forte ali
ſuperſtitionem in aliquo reprehender
ce rebus addebantur conciones, Verge
matis adverſariæ: certoque die, cum
primaria populus admodum frequen
nopoli conveniſſet, Griſonius, qui t
ſulto miſſificabat, ſplendide exornat
alia, ut aculeum defigeret; *hoc,
tempore, & hisce aliquot annis m
premunt calamitates: quæ nunc olea
ſegetes, modò vineas, modò pecudes,
facultates graviter affligunt: his ve
cauſam præbet Epiſcopus veſter & h
rum turba reliqua: nec eſt quod lev
ullam ſperetis, niſi coerceantur: pr
autem eſt, ut impetu facto lapiden*
Hac illorum violentia coactus *Ve
Mantuam* divertit ad Cardinalem *Go
Herculem*, cui notus erat familiarite
autem & Romæ quidam, & Pontifici
netos legatus, * Joannes *Caſus*, Go
per literas & internuncios urgerent,
hominem foveret ampliùs: ille *Tri*
ubi tum agebatur concilium, purg
cauſa proficiſcitur. Pontifex ubi reſc
captivum fieri maluiſſet; tamen, ne
ſpicio naſceretur, in Germania pr
quaſi minus eſſet liberum concilium
legatis reſcribit, ne locum ei tribuan
ſeſſu: verùm aliò diſcedere jubea
hunc modum eliminatus, *Venetias*
ille, *Caſus* legatus, eum, uti Roma
ret, modis omnibus hortatur: ille ve
periculum ſuum intelligeret, recuſa
poſt aliquot dies nomine pontificis ei
ne *Juſtinopolim* revertatur. Itaque P
ſeſe confert: ubi cum aliis ſpectator
ſerabilis exempli deſperantis Franciſc
Eo permotus, cùm iram DEI, qua m
perculſus fuit, propter abnegatam ve
coram ipſe vidiſſet, magisque confirm
pit, & tunc plane conſtituit, relicta
poſthabitisque rebus omnibus, in v
rium exilium abire potius: & eo pr
ubi Chriſtum libere profiteri poſſet.
paucos deinde poſt menſes fecit; &
Bergomati profectus, ad vicinos *Rhe*

. Et cùm ibi atque etiam in *valle Telina*,
roximè ſpectat Italiam, annis aliquot
ſſet Evangelium, à Wirtembergico
pe *Chriſtophoro* Tubingam fuit accer-
Antequam ex Italia decederet, jam
ortuus ejus frater Epiſcopus Polæ, ſu-
que fuit veneno eſſe ſublatum.
terum Spieram eo in ſtatu multi vide-
ut *Matthæus Gribaldus IC. Sigiſmun-*
elous, Polonus, *Henricus Scotus*, &
ergerius: qui rem omnem, cujus fue-
ύπωλαι, in literas retulerunt.
is conceſſit *Vergerius Tubingæ*, anno
mo, quingenteſimo ſexageſimo quinto,
arto Octobris; ſeptimo ejuſdem men-
Georgiano ibidem ſepultus; funebrem
nem habente D. *Jacobo Andrea* ex
priori ad Timotheum: quomodo
s fuerit perſecutor Eccleſiæ, deinde ad
um converſus, tum & Apoſtolus fa-
Quomodo autem Papam, & Papæ re-
, nec non Synagogam totam illius ag-
ſit: ſcripta ejus luculenter indicant:
Bibliothecis nominatim recenſentur.
nmentariis Sleidani ſparſim: & Cruſii
libus Suevicis.

PETRUS VIRETUS.

us Viretus Orbæ, ditionis Bernenſis
pidulo, Burgundis proximo * natus,
nis & artibus *Lutetiæ* operam dedit:
er alios *Farellum* noſſe cepit: quem
in conſtituendis per tractum illum Ec-
præclare juvit. Ac primò quidem
nenſi in Eccleſia multos annos do-
ſcribens, maxima cum laude con-

ea anno *quadrageſimo primo*, ſupra
num, quingenteſimum, *Calvino* ad
uium *Wormatienſe*, quod deinde *Ra-*
m rejectum, abeunte, *Viretus* evo-
impetratus à Lauſannenſibus ad tem-
Genevenſis Eccleſiæ curam ſuſcepit:
nter moleſtias & tædia varia dextrè
t. Reverſus Calvinus omnem qui-
ovit lapidem: ut ne Vireto ſpoliare-
o ſublato, eccleſiam ſalvam retinere
negebat: ſed Viretus apud ſuos *Lau-*
ſes agere maluit, iisque pro talenti ſibi
iti ratione inſervire.
em tamen *Lauſanâ* eum preces
um Eccleſiarum *Lugdunum* accive-
i inter duras belli civilis tempeſtates,
ſima mox conſecutæ peſtis contagia,
n cum collegis ſapienter gubernavit:
ontificiis, & Jeſuitarum potiſſimum
procurante, anno *ſexageſimo tertio*,
edictum fuit propoſitum: *ne cui,*
igena, & in regno nato, fas eſſet re-
Proteſtantium miniſterium exercere.
plerique exteri à miniſterio remoti
ique iis hic Viretus. Qui relictâ,
enus præfuerat, Lugdunenſi Eccleſiâ,
nem & *Joannæ* reginæ Navarrorum
rogatu, *Benearnum* venit; ubi aliquandiu *Ortefii* docuit. Emigravit in ſaltibus Pyrenæis, ex hac vitâ in alteram illam meliorem, cum magno bonorum luctu, *ſexagenarius*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo primo.*

Venit Orteſium Navarræ.

Ubi moritur.

Fuit corpuſculo per ſe imbecillo: quod naturæ vitium vehementer auxerunt, partim venenum ipſi à Genevenſis cujusdam Canonici ſervo propinatum; partim vulnera, in agro Paterniacenſi à ſacrificulo, ipſum per inſidias invadente, inflicta uſque adeò gravia, ut jacentem pro mortuo reliquerit. Liberatus autem tot mortibus. Eccleſiæ DEI multis annis, ut diximus, utiliter præfuit: homo eruditione præſtans, moribus ſvaviſſimis præditus, oris præcipuè facundiâ excellens: ut homines etiam religioni minus addictos; faciles tamen auditores habuerit: cùm omnes ab ejus ore ita penderent: ut ipſo perorante orationem viſi ſint ſemper longiorem deſiderare. Lugduni certè ad frequentiſſimam civitatem, ſub dio concionem inſtituens, multa hominum millia ad fidem in Chriſtum, mundi unicum σωτῆρα, convertit: & homines non audiendi animo prætereuntes divinâ ſuâ eloquentiâ ſtitit, atque auditores conſtantes fecit. Itaque tres illos uno eodemque tempore in Galliâ viventes divinorum myſteriorum præcones, *Calvinum*, inquam, *Farellum*, & *Viretum*, vulgo ita celebrarunt: ut eruditionis laudem *Calvino*; vehementiæ *Farello*; facundiæ *Vireto* tribuerint. Qua de re hoc exſtat *Theodori Bezæ*, Epigramma:

Valetudo ejus & vita appetita ex inſidiis.

Virtutes ejus & eloquentia.

Trium Galliæ doctorum comparatio.

De iis Bezæ Epigramma.

Gallica mirata eſt Calvinum Eccleſia nuper;
Quo nemo docuit doctius.
Eſt quoque te nuper mirata, Farelle, tonantem;
Quo nemo tonuit fortiùs.
Et miratur adhuc fundentem mella Viretum;
Quo nemo fatur dulciùs.
Scilicet aut tribus his ſervabere teſtibus olim;
Aut interibis Gallia.

Edidit Theologus hic Gallicê eloquentiſſimus, in Eccleſiæ uſum hæc præcipuè:

Commentarios in Acta Apoſtolorum:

De origine nova & veteris idololatriæ l. 5. quibus oſtenditur, qua in re veteres ſuperſtitiones à novis differant: & quæ ſit earum convenientia: quæ imagines aut reliquiæ veræ aut falſæ ſint: item quis verus Mediator.

De origine, continuatione, uſu, autoritate atq; præſtantiâ miniſterii verbi DEI, & ſacramentorum; & de controverſiis eâ de re in Chriſtiano orbe excitatis; ac de earum componendarum ratione libr. XVIII.

De vero verbi DEI, ſacramentorum, & eccleſiæ miniſterio lib. II.

De adulterinis ſacramentis libr. I.

De adulterato Baptiſmi ſacramento, & de ſanctorum oleorum uſu & conſecrationibus lib. I.

De adulteratâ Cœnâ Domini, & tremendis Miſſæ myſteriis libr. VI.

De theatrica Miſſæ ſaltatione Cento, ex veteribus poëtis Latinis conſarcinatus.

De uſu ſalutationis Angelicæ, & de origine capellarum, earumque abuſu, tractatus.

Epiſtola miſſa ad fideles agentes inter Papiſtas: qua docet, quomodo ſibi caveant ab eorum ſuperſtitionibus & de idololatriâ.

Demonſtratio facta fidelibus agentibus inter Papiſtas præcipuè aulicis & in dignitate conſtitutis: Quomodo offendant Deum, neque ſe temere conjiciant in periculum vitæ & perſecutionum.

De officio hominis, & neceſſitate inquirendi de voluntate DEI ex ejus verbo; ſimulque *quid ſperandum ſit de Concilio univerſali*, qnod exſpectandum putant.

Phyſica Papalis Dialogi v. quorum hæ inſcriptiones 1. Medicina ſeu *Mercurius.* 2. Balneæ ſive *Charon.* 3. *Aqua Benedicta.* 4. *Ignis ſacer.* 5. Alchymia ſive *Pluto.*

Chriſtianorum diſputationum Dialogi VI. quorum tituli. 1. Alchymia purgatorii. 2. Officia pro mortuis. 3. Anniverſaria. 4. Adoleſcentia Miſſæ. 5. Infernus. 6. Requieſcant in pace, ſive de purgatorio.

Inſtructio Chriſtiana & ſumma doctrinæ ſacrarum literarum: in qua præcipua capita veræ religionis familiariter tractantur per Dialogos.

Dialogi de confuſione mundi.

Acta verorum & falſorum ſucceſſorum Jeſu Chriſti in Eccleſia Papali: item conformitas & differentia ſacræ Cœnæ & Miſſæ.

De communicatione fidelium.

Expoſitio familiaris orationis Dominicæ.

De naturâ & varietate votorum atque legum divinarum.

Diſputationes Chriſtianæ de ſtatu defunctorum.

Beza in Iconibus: Geſnerus in Bibliotheca: Thuanus, alii.

● 1572. *d. 2. Maji* 67.

STEPHANUS SZEGEDINUS.

Patria Szegedini. Szegedinū oppidum Pannoniæ. STephanus cognomine *Kis*, ex genere Cumanorum, quod vel agnomen indicat, *Szegedini* fuit natus, inferioris Pannoniæ emporio, ſale Transſylvanico celebri, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo quinto.* *Educatio Szegedini. Et ſtudia.* Annos pueritiæ in patria primum apud parentes transegit: inde *Lippaini*, demum *Gyulæ*, vel ſi mavis, *Juliæ*, bonis literis profectu omnibus admirando operam dedit.

Adoleſcens docet Inde factum; ut æqualium doctiſſimus haberetur, ſcholas etiam propriâ ferula gubernandas, parentibus antè fato amiſſis, ſusceperit: propterque eximiam in tradendis diſciplinis dexteritatem gratiam ſibi & auctoritatem, apud quosvis hominum ordines compararit. Poſtea cum fama nominis *Lutheri* ac *Melanchthonis* in Pannoniâ quoque nonnihil percrebuiſſet: *Wittembergam*, augendæ eruditionis cauſa, adire, unicè in votis habuit. Verùm quia nec tanta peregrinandi ipſi erat exercitatio; nec prævia habebat ultra *Cracoviam* adſcendentium exem- *Cracoviā adit.*

pla; nec ii ſumptus, quibus ſe rect[...] Germanico committere poſſet, ſupp[...] *Cracoviam* tantùm ſe contulit; ne[...] id antè, quam celebriores etiam [...] ſcholas vel obiter luſtraſſet. Cæter[...] temporis ubique fere apud Ungaros [...] *matica* docebatur: quemadmodum [...] viæ *Muſica*, inter alia diſciplinarum [...] nil uſitatius erat.

Hac itaque ratione factum; ut br[...] vincia enarrandorum auctorum Sz[...] Cracoviæ credita, non minus celeb[...] eum reddiderit: quam tandem pl[...] Muſices in patria inſtitutio; cujus h[...] ria, ibi verò copia. Græcorum aute[...] & Hebraicorum ne mentio quidem. [...] id circa annum Domini, *milleſimum* [...] *genteſimum, quadrageſimum:* quo t[...] ἐν ἀκμῇ propemodum omnia Witte[...] fuerunt: inprimis Græcis Hebraicisq[...] ris ſupra fidem etiam ibi florentibus.

Ut primum autem *Stephanus* [...] *Galsſetſius* ex Ungariâ Wittemberga[...] gedino Cracoviæ adhuc commoran[...] mus * petivit: anno quadrageſimo[...] ipſe etiam Szegedinus plus animi ad [...] nandum ſumpſit, collectâque denuo p[...] illud ipſum ſtudiorum emporium, d[...] deratum, ſalutavit: ibique Dialectic[...] locos communes ex ore *Melanchtho*[...] que ſacras commentationes prælege[...] *thero*, ſedulò excepit. Triennio eâ [...] demiâ exacto, domum reverſus, [...] applauſu à juventute Ungaricâ ubi[...] exceptus.

Deinde *Thaſnyadini* à civitate con[...] non ſolum artium optimarum ſtudioſ[...] mâ cum auctoritate erudivit: ſed ad [...] quoque de veritate Evangelii inaudi[...] cionando declamavit. Hoc ubi theſa[...] * regis cognovit: per capitaneum *Ca*[...] *Peroſitium* eum eſt adortus: qui non [...] colaphis pium virum malè mulctavi[...] quotiescunque vel verbo reſponderet [...] dit: tandemque rebus omnibus e[...] Thaſnyadino exterminavit.

Narravit aliquoties eam cladem ip[...] co ſuo *Matthæo Scarica* Pannonio, q[...] alias parciſſimus vel ſui vel ſuarum c[...] tatum, ac ſtigmatum Chriſti præd[...] dixitque ſæpius cum gemitu, ultra *d*[...] tunc ſibi libros fuiſſe ereptos: & ſe ba[...] immanitate à præfecto illo calceis [...] protritum; adeoque vexatum, ſola [...] ſpirandi facultas miſero ſuperfuerit.

Thaſnyadino ita expulſus, dum ex[...] ſtar palatur; vocatus eſt *Gyulam* ann[...] *leſimo, quingenteſimo, quadrageſimo q*[...] ubi demandata ei celebris ſcholæ prov[...] Ibi tum videbatur poteratque jam ſe[...] uti rebus; niſi ante factæ rerum omni[...] cturæ memoriam refricuiſſet triſtis nu[...] de obitu *Lutheri*, ſummi ſui: qui Isle[...] Germania diem ſuum clauſit menſe Fe[...] rio, anno quadrageſimo ſexto, ſupra [...]

ſi[...]

n quingenteſimum, mirabili DEI pro-
tiâ ab omni hoſtium fraude & violentiâ
rtem uſque placidam conſervatus.
no illo elapſo, ſuaſu *Matthæi* cujuſdam
ichaëlis Literati, hominum Szege-
am antea familiarium, & nonnullis in
inationibus etiam comitum, tradu-
t ad eccleſiam *Cegledienſem*: & publi-
rio conductus non ſolùm in templo
cœpit: ſed in ſcholis quoque, pace &
Ludirectoris, locos communes Me-
honis enarrare, & claſſes quaſdam
iciorum errorum ex decretis Pontifi-
Gratiani concinnare. Prodierunt eâ
cinâ multi juvenes docti: inter quos
eximius *Albertus Bakonius*, paſtor
 epiſcopus in eadem Cegledienſi Ec-
, cum & antea magiſtri munere alibi
s eſſet. Hic Bakonius in colloquiis fa-
bus ſæpe retulit: *majorem ſe quidem
Szegedino eſſe: nihilominus tamen
parentem eum ſemper coluiſſe, lon-
ampliorem illi vitæ uſuram, quam
cari.* Libentiſſimè itidem profeſſus
*mnem ſuam eruditionem diſciplinâ
iana excultam perpolitamque.* Man-
edinus annos duos cum ſemeſtri in illâ
a adhuc ἄγαμος: donec ibidem anno
geſimo octavo primam uxorem *Vr-*
duxit. Cegledienſibus poſtea relictis
chonium fortè tranſiit, protinus legati
ici Domini *Petri Petrovitii* comitis
cti Temeſuarienſis, audita ejus vaca-
d regendas Scholæ ejus loci habenas
bnixè eum invitarunt: quæ quidem
celeberrima tunc in toto illo tractu.
am igitur conditionem acceptans,
m juventutem in ludo docuit; ſed &
iter eſt concionatus, collega *Chriſto-
ippenſi.* Sed comite illo è vivis ſub-
cceſſit præfecturæ diverſi omnino in-
non niſi militiam ſpirans *Stephanus
us*, qui cum ſupra innatam animi fe-
etiam acerrimus Pontificiæ factionis
ator videri vellet: paulò poſt cum
e aliis orthodoxis & *Gregorio*, Paſtore
etſienſi, exturbavit inde etiam Sze-
. Illius autem minis, tanquam Dio-
neceſſitati, eò facilius collecta Te-
Eccleſiola ceſſit: quòd jam tum ru-
ebuerat, Turcam, juratum Ungariæ
, arci illi impendere, aliquot jam
caſtellis circumjacentibus non ſine
ſtrage captis & dirutis.
n ergò exul inter ſuos, recepit ſe
nbage, *Lippâ* tranſiens, *Thurinum*,
ad ripas Berechionis oppidum: ubi
cum honore exceptus & conductus
quinquageſimo primo ad Scholam
regendam, ſed ita, ut interdum et-
ciones haberet: cum admirando
nnium amore, & deſiderio populi
bum DEI ſincero, labore & authori-
tini Santæ Calmantſemenſis accen-
ini functione illa per ſeſquiannum

obita, viduus *Bekeneſium*, legitimè vocatus, conceſſit, anno *quinquageſimo tertio*: ubi propter conciones omnibus in eum intentis, in Schola quoque ſtudioſis crebras lectiones more ſuo propoſuit. *Bekeneſium conceſſit.* Hîc Szegedino, antequam arx ipſa cum Lonſontio & duce belli Camponio Italo interiret, peccata peccatis accumulantes milites vagabundi, juſſu ducum ſuorum vim profugo rabie inſolenti intentarunt. *Ibi ad necem quæritur.* Quo percepto, plebejus quidam homo talibus ex improviſo Szegedinum fuit affatus: *Quamdiu hic inter parietes Scholæ moram nectes? Cur ceſſas? quin fugâ tibi quàm citiſſimè conſulis? Jam enim in procinctu ſunt milites Camponiani: ut te hiſce interceptum locis trucident. Si quid ergò habes reculæ, mihi quàm ocyſſimè concredito; tibi fidem ſanctiſſimè ſervaturo.* Interea tumultu exoriente, ut revera dicebatur, illapſus protinus Szegedinus in ſuam cameram ex feneſtra, quæ in hortulum patebat, hominem, quibus poterat precibus, obteſtatur: ut pecunia refertum ſacculum, quem porrigebat, ſumma cura adſervaret. *Capitur Szegedinus.* Actutum irruentes milites univerſa cum libris diripiunt; vinctumque ipſum Camponio tradunt, ſolo lectulo in ſtraminibus relicto.

At quàm miranda & hîc DEI protectione ſalutem recuperarit: dignum relatu, dignum auditu eſt. Erat inter milites, mercede ſanguinaria ſuis ducibus addictos, quidam Szegedino tanquam præceptori benevolens & benefaciens; ejus opera Szegedinus captivitate pariter & morte ſe expedivit, furtim Chryſio fluvio trajecto. Exinde remittente rabie, militibusque dilapſis, trepidè ad ſua reverſus aliam, relictam in ſtraminibus lecti pecuniam, à mulierculis recepit, quæ in eam, ſuo more ſuppellectilem ſcrutando, inciderant. Verum homo ille, cui ex feneſtra ſacculus nummoſior commiſſus erat, poſtea apparuit nunquam. Tandem ſubſecuta eſt obſidio illa Tempeſiana, anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo tertio.

Bekeneſi talibus fortunæ telis impetitus, ubi ſemeſtre ferè exegiſſet; à Tholnenſibus qui ejus famam jam abundè cognitam habebant, ſecretò ad regimen ſcholæ invitatur. *Tholnam vocatur.* Itaque à plurimis illorum comitatus, ipſe unico ſaltem de ſuis domeſtico ſtipatus famulo, Tholnam deducitur, ſub finem anni quinquageſimi tertii. In ſchola maximè hîc laboravit. Michaëlis tamen Starini, qui ſacris præſidebat, precibus adductus: primum quidem diebus Feſtis ſolennioribus: tandem etiam Dominicis quibusque concionatus eſt.

Poſt ſemeſtri ferè elapſo, Szegedinus aliam ſibi adſcivit tori conſortem Eliſabetham fœminam & forma & norma totius vitæ, meritò omnibus laudabilem. *Tranſit ad ſecundum conjugium.* Uxor ea fuerat Joannis Beremenii, qui ante Starinum in eadem Eccleſia Tholonenſi paſtorem agens in epidemica Ungariæ peſte anno ſuperiori fuerat defunctus, relictis poſt ſe hac Eliſabetha

uxore,

uxore, Catharina filia, quæ Thomæ Bellenio nupſit, & Martinello tunc lactente.

Poſt peractas cum omnium gratulatione nuptias, Starino, qui Epiſcopum ſui Baronatus agebat, Dranum verſus profecto, Laſcovienſes, paſtore carentes, precariò obtinuere: ut Szegedinum ad eos transmitteret, ſuoque tempore paſtorem ordinaret.

Vocatur à Laſcovienſibus.

Traductus itaque Laſcovium, ſuſcepit ſuo more & juventutis ſcholaſticæ, & ſimul populi inſtitutionem ſumma cum authoritate: conjunctiſſimè cum Starino conſilia & operas, tam per literas, quàm oblata præſentia communicando. Cæterum non minus populi, quam exhortatione Starini publicæ manuum impoſitioni ſeſe demum vir doctiſſimus ſubmiſit, anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quarto.

Ordinatur paſtor.

Et tum demum *Szegedinus* clariſſimum illud doctrinæ laborisque ſui nomen, quo Magiſter nuncupabatur, amiſit: Doctor inde & generalis totius Baronatus Superintendens & virtute propria & ſuffragio omnium declaratus, anno ætatis ſuæ unde quinquageſimo. Sed incredibilis hominis induſtria, ſummumque promovendæ juventutis ſtudium illa etiam ætate ſubſiſtere in occupationibus graviſſimis non potuit. Legit enim non in ſcholis tantum; ſed & domi privatim, Eccleſiaſticis hominibus rudioribus ad ſe undiquaque confluentibus, ne morbo quidem id interrumpente, ſi modò ipſa vox è grabato proferri & percipi ab auditoribus poſſet.

Hac ratione Laſcovii quatuor ipſos annos præclarè transmiſit, ſuſceptis ibidem tribus liberis, *Anna*, *Sara* & *Iſaaco*. Interea non tacendum eſt, eum ſæpius à Generoſo magnificoque domino, *Marco Horuat*, arcis munitiſſimæ præfecto, *Szegetinum* fuiſſe acceritum, nunc inſtituendarum concionum, nunc verò decidendarum abſtruſiſſimarum cauſarum ergò.

Evocatus à Szegedinum.

Anno quinquageſimo octavo Szegedinus ægrè à ſuis Laſcovienſibus dimiſſus Calmantſemum dextro ne an ſiniſtro omine, dubium, traducitur, voto & authoritate cum primis præfectorum arcium finitimarum, Baboltſæ Wolffgangi Perneſcii: Szegetini autem, *Marci* illius *Horuat*; cujus ſupra omnes alios munificentia & familiaritate Szegedinus ſemper uſus eſt.

Calmantſemum migrat 1558.

VVolfgang. Perneſcius & Marcus Hervat, Mæcen. ejus.

Sub initium anno ſexageſimi primi, caſus, omnium miſerrimus & diutiſſimus, providentia divina ſic diſponente, Szegedino ſubeundus fuit; is talem habuit paraſceven. Concionabatur occaſione nomenclationis in feſto circumciſionis de etymis nominum propriorum; inter quæ fortè mentionem injecit quoque *Vrſulæ* ex fœmininis: id vernacula Ungarorum lingua ſonare dixit idem: quod animal uncans fœmellæ, *neoſten medue*.

Triſtis Szegedini caſus.

Urſula fax fœminea cladis.

Hoc ejus nominis fœmina furioſa, Conjux Alberti Furiæ, moleſtiſſimè ferens, domi marito quàm acerbiſſimè conqueritur, dictitans, ſui nominis dedecore ſe confuſam è

templo domum rediiſſe: ac non niſi
meliæ cauſa eam tractationem publicè
gedino inſtitutam; dignamque rem a
verſione. Interea temporis Præſes Qu
eccleſienſis Mamhut Begus, haud ita
provinciam ingreſſus; ubi à civibus Ca
ſemenſibus ſalutatus; ac muneribus
fuit, monuit eosdem: ut Wayvoda
paſuarienſem, ſuum centurionem, ſ
cialem, *Cyafer* Turcis dictum, adire
quatuor aut quinque ulnas panni prec
illi exhibentes, ſervitia debita ultrò de
Id cum à Calmantſemenſibus negl
vel ſaltem dilatum eſſet: irritatus W
paucis diebus pòſt ſub ipſum concion
pus ita Calmantſemum advolat: ut
improviſo, grandioribus è templo
pueri & virgines in ſacrarium fuerint
diti. Tum vero armata manu adyta
templi milites Turcici perveſtigantes
ſatellites inveſtigare dicentes, juvent
dem pepercere: majores verò quos
cum *Szegedino*, & Ludirectore *E*
equis curribusque impoſitos violente
ſuarinum abduxerunt. Vaynoda ex
de ſtratagemate ad Begum Quinqu
ſienſem ſcribit, indicatque, non opp
ſed ſatellites Calmantſemi milites c
hendiſſe. Factum inde; ut, quamvis
è clade ſuperſtites, protinus collectis
ribus ad Vayvodam feſtinarent; ab
que ſuæ tarditatis veniam precantes
ctorum & maximè Szegedini libera
peterent: ejusmodi tamen reſponſo
voda deluſi ſint: *ſeſe votis illorum*
ſapientum, reſpondere non poſſe: q
perſcripſerit ad Begum ſe quosdam
tes una cum Sacerdotibus cepiſſe:
tium eſſe, confeſtim ad Begum ipſ
ac omnia ab ejus clementia exſpect
ubi illi fecerunt, res primùm proſper
omnes captivi incolumes à tyranno
juſſi ſunt. Sed deinde moti pluribus
malis Calmantſemenſes id unicè e
ut perverſum illum Voyvodam ſtati
amolirentur: & tentarunt quidem id
accuſatione apud Begum: ſed cui ill
ſim amplioribus donariis corrupto fac
ſuaſit, ſe neque malum unquam ne
populatorem plateæ Calmantſemæ
quemadmodum à civibus apertè ac
Qua de cauſa Begus, *volo*, inquit, *c*
quibusdam circumſpectioribus civiu
cerdotem quoq́ veſtrum, tanquam
cum, ad diſcernendam hanc litem ja
mihi præſto eſſe. Quod Begi mandat
à Calmantſemenſibus Wolffgango Pe
præfecto Baboltſienſi ſignificatum
Conſiderate, inquit, *quomodo verbis*
ſione Turcicæ fidem habeatis: per me
licebit eò proficiſci, modo regreſſus
Ubi ventum eſt in conſpectum Tyran
ctus de authoritate hominis protinu
alia minitabundè ſic Szegedinum a
Cur tu Sacerdos temerariè & caninè

diſcurrere in arces quasque finitimas,
uidem Ungarorum? Nonne ego quid
n agas tu, jam-diu edoctus ſum? fa-
porro, ne ejus rei ignarus & ipſe ſis.
Begi verba meras minas & furias ſpiran-
c Szegedinus excepit: *Nobis hinc aqua*
gne circumventis, eò concedendum eſt,
olentes cogimur. Quibus magis irrita-
ror Turcicus: jubet protinus in ſuum
em, quo etiam nollet, Szegedinum
. Rebus illico mutatis inſtant Cal-
menſes muneribus, galeis & loricis
à Perneſcio ſumptis, quibus animum
i flectere; & libertatem paſtori impe-
onantur. Verum is ratione magis do-
, quam humanitate impulſus, rem
, procraſtinare, varia comminiſci:
n id addere: ſeſe non priùs Szegedi-
imiſſurum, quàm Albertus Furia re-
r. Is autem tunc ut inſignis pecuarius
e erat: unde dilatione magis magisque
a, rem omnem Calmantſemenſes ad
ium deferunt; à quo facilè impetrant:
mandatis feſtinanter Furiam ipſum
jubeat. Quo facto, jubetur quoque
primam liberandi Paſtoris curam
gum pro virili ſubeat. Ubi igitur
ibdolus & plus, quàm decet, uxorius,
eecleſias venit: à Wayvoda Begi
naturæ immanis & vaferrimo, car-
dio Szegedinus ſolvitur. Cumque
libertati reſtitutus videretur: Furia
ia furioſis verbis & clandeſtinis ſu-
eruizio ſuggerit; *Ineptum eſſe tam*
prædam temerè dimitti: cui in
ſit vel florenos mille lytrum nu-
Quæ verba à Wayvoda in aures
penetrarunt porrò ac ſi jam promiſſi
lle floreni à deſperato miniſtro. Id-
vâ interpoſitâ morâ *Begus* peccata
io magis magisque exprobrat: pro-
multorumque militum perditorem
: ad majoremque carceris ſqualo-
immitiſſimo ac ſuperbiſſimo able-
que circa *Laurentii* interceptus ad
uſque indigniſſimis cuſtodiæ miſe-
io inſigne pietatis & conſtantiæ ex-
gitatus eſt, *anno milleſimo quin-*
ſexageſimo primo. Malorum au-
ibi perpeſſus eſt, hoc ſingulare fuit:
tius, quam ſperaſſent Turcæ, pe-
æ cogerentur: dixit ad Peruicium
Sacerdotem nimis prolixè, quaſi
tractari; ideoque de lytro ſolvendo
ſe ſolicitum. Irritatus iſtiusmodi
Peruicius Szegedinum conſtringit:
quæ dixerat, identidem exprobrat,
ne Scythicâ, quantis poteſt viribus,
deò: ut ſanguis largiter è corpore
t: Nec deſtitiſſet immaniſſimus
niſi vicinorum accurrentium vi &
erritus fuiſſet.

e parvo dierum interjecto intervallo
cum ſuis, aſſumto & Szegedino, ubi Tholnam venit: affuerunt protinus & Tholnenſes liberali munere pro Szegedino intercedentes: Quibus reſpondit Begus, ſe non prius Szegedinum dimiſſurum: quàm filia Prætoris ſeu Cauſidici Tholnenſis, quæ captiva apud Ungaros eſſe credebatur, libertati reſtitueretur. Sed & id effecerunt Calmantſemenſes: ut virgo una cæteris inter captivas venuſtior, ſequeſtre Perneſcio, trecentis florenis redimeretur, rectaque Quinqueeccleſias delata & balneis mundata, Turcico more, ſpecioſè amiciretur.

Tholnenſes pro Szegedino deprecantur.

Poſtea audito Begi ingreſſu *Solnakinum* ad Tybiſcum, eò cum puellâ feſtinantes, illam Tyranno ſtiterunt. Verùm & hoc fruſtra. Non multò poſt, anno milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſecundo, ubi jam lacrymoſa Szegedini captivitas latius rumore pervagata eſſet: advenit Debrecino *Petrus Melius* Paſtor ejus Eccleſiæ unà cum *Georgio Cegledio* Varadienſi antiſtite, adſcito etiam Frequernekienſi *Baſilio*: ut nomine reguli Tranſſylvani, qui & antea *Franciſcum Nemetum* præfectum Tockaienſem idem legationis munus obire voluerat, phialâ pulcherrimâ oblatâ pro Szegedini libertate intercederent. Verùm tantum abfuit; ut in libertatem adſerere Szegedinum potuerint: ut ipſimet legati paulò poſt vix corporibus aufugerint. Tantum eſt Turcarum in Chriſtianos odium: tam fluxa barbarorum in pactis fides: tanta & ſanguinis noſtri & auri ſitis. Sed nos inſtitutum perſequamur.

Petrus Melius Georgius Cegledius.

Fruſtra pro Szegedino interceditur.

Dum ergo in carcere illo detineretur Szegedinus: multi ultro citroque illac iter facientium, ad ipſum inviſerunt; & ſubſidii ergo aliquid pecuniolæ ſuppeditarunt: id tamen fere omne cuſtos carceris vel extorſit, vel intervertit. Hic enim in mandatis habuit: ut ne Hyperaſpiſten Evangelii tanquam in popinâ ſaginaret: aut cuticulam, ſi diis placet, lautè curare pateretur. Sed & in Szegedino veritas Paulini illius probata fuit: *Deum diligentibus omnia cedunt in bonum.* Cum enim ponderoſis craſſisque eſſet vinctus compedibus: faciliùs Barbarus interdum, ad oppidanorum obteſtationes, illi poteſtatem fecit, accedendi Chriſtianos: à quibus avide expetebatur. Fuit zelus ejusmodi inprimis in *Petro Corio*: qui, adſcito ſibi altero, Szegedinum precariò impetratum, ſuis in ædibus concionari voluit: verum ſanctè ſemper promiſſione hac interpoſitâ; ut eadem die in arcem viciſſim carceri mancipandus reduceretur. Favebant, DEO corda flectente, etiam aulici ipſi Szegedino, fortisque ejus indignæ, in teterrimo ſqualore & pedore contabeſcentis miſerti, oppidanis & maximè Petro Corio hortatores fuerunt: ut ex vicinis locis civibus ſat multis in conſortium vadimonii adſcitis, illum ad ſe reciperent, tandemque vincula relaxarent. Corius rem arduam eſſe videns, ſe ſolum id efficere

Captivus Szegedinus concionatur.

poſſe negavit: catenas tamen Szegedini libenter tam diu laturum reſpondit; dum in oppido manere permitteretur; quod ipſum animoſe coram Bego dixiſſe conſtat.

Porrò Melius ille, de quo antè, Corium hunc monuerat: ut poſtoratorum, ſed non exoratorum illorum diſceſſum, omne Begi conſilium diligenti curâ exploraret: ipſisque fido aliquo nuncio ſubindicaret.

Alcoranus in Ungaricam linguam transferendus à P. Melio.

Fecit id Corius: & quod certò didicerat, monuit: caveret ſibi Melius: nec ad Barbarum poſthac accederet: quippe qui in animo haberet, *Alcoranum* in Ungaricum idioma vertendum curæ ipſius demandare: ut qui noſſet Melium, mirè omnium curioſum, elementa alphabethi Turcicis figuris antè ſibi deſcribenda curaſſe.

Advenit interea venerandus ſenex *Albertus Baconius:* quem noſſe Begus Cegledini, domi ſuæ, ceperat.

Huic itaque imperavit: ut nullâ interjectâ morâ, apud ſe viſa *mundi Chronica*, precio redimenda afferret. Fecit imperata ſtatim vir pius, animadvertens inſtinctu id Turcæ cujusdam, natione Itali, fieri; quo cum tyrannus aliquando librum illum conſpexerat.

Abſtulit autem pro tribus florenis illud hiſtoricum grande admodum volumen. Idem præterea Barbarus frequenter ſolebat fortem Chriſti martyrem vel ipſe, vel per aulicos ſuos, ad fidei abnegationem ſollicitare, idque ſcurrilibus & ſarcaſticis verbis.

Conſtantia Szegedini in fide Chriſtiana.

Verum Szegedinus ad ea intrepidè ſemper: *talia*, inquit, *dicteriorum terriculamenta, & deliciarum illectamenta puſionum equidem ſunt, aut amentium; non ejus, qui ætate ipſa contrarium ſapere didicerit: dibaphiſque polymitis egregiè jamdudum ornatus ſit.* Digna enimverò vox tanta viro, & martyrum primitivæ Eccleſiæ ſimilis.

Captivus ipſe alios captivos ſolatur & juvat.

Hoc loco nec iſtud omittendum: quod cum diu extra fœditates carceris, uberioris forte quæſtus gratia, in cella quadam ampla cum pluribus aliis captivis adſervaretur: ipſius præſentiâ concatenati ferè omnes non ſecus ac numine quodam fuerunt recreati: piiſſimis ejus cohortationibus atque conſolationibus è ſcripturâ petitis in ſpem Chriſtianis dignam erecti: ad conſtantiam in fide mirificè animati: ſpiritualique interne paſtu refocillari: quin & in ſumma, qua laborabant victus penuaria eſculentis in gratiam Szegedini hinc inde ſubminiſtratis, tanquam in paternis ædibus ſaturati.

In carcere commentatur.

Cæterùm hìc quoque Szegedinus, quantum licebat, commentatus eſt, tum rogatu vicinorum paſtorum; tum ut monumenta olim poſteris relinqueret profutura: quorum in numero ſunt, *Loci ejus communes*, de quibus paulò pòſt.

Cives autem ejus, qui nihil reliqui
bant ad liberandum magnorum circum
habitantium virorum interceſſione fi
Chriſti vinctum, à tyranno aliquot
dignè deluſi, dolere potius, quam ſ
quicquam de liberatione ejus poteran
hæc quidem intra annum & ſemeſtre

Interea autem domeſticorum null
civium Calmantſemenſium; quam
Szegedini conſilio, acceſſit ad eum
fama ſaltem quotidiani luctus ac detr
promiſcuè fuit captata. Amiſit quoq
terea ex privignis optimæ indolis p
tumulatum Calmantſemi; ex propr
tem pignoribus *Saram*, *Dorotheam* &
nam parvo intervallo è vivis audiit ſu
Ita luctus luctu fuit adauctus. Sed
tione è carcere dimiſſus ſit, libertat
recuperarit Szegedinus, jam videam

Fuit nobili Baraniorum genere f
cui *Helena* nomen, quæ priori ma
functo *Franciſco Agrario* nupſerat
Franciſcus commodioris incolatus erg
lam primum, inde precibus uxoris
Kevinum commigravit. In ipſo
itinere Solnakinum cum veniſſent
runt ambo in ædibus hoſpitis Magy
zon Turcæ indigniſſimam antiſtitis
randi ſortem, capillos promiſſos, t
impexam, ſqualoresque carceris tet
non ignari, quàm cari nominis Doc
eſſet; pro quo proximè Gyulæ quoc
blicæ preces fuiſſent indictæ. Tande
Agrarius Kevinum ſeſe cum univ
milia recepiſſet: *Martinus Doroci*
Kevenienſis Stolnakinum caſu venie
tis agit coram oppidanis, aitque de
dino prorſus deſperandum eſſe; ni
Franciſci interceſſione libertati priſt
ſtituatur: quando vix mortalium u
ceptior illo familiariorque ex Ch
gentili præfecto eſſet. Quia verò
ſcus faſtuoſiori (qui ferè opulentioru
ſtorum mos eſt) videbatur ingenio,
ut id laboris nomine viri Eccleſiaſti
peret; accidit divina providentia,
junx ipſius infantem Ladiſlaum enixa
boque lethali ſubitò correpta, teſt
quàm amanter inter cætera id legar
rito: ut quaqua poſſet ratione Paſto
ſerrimi libertatem proveheret cu
Agrarius audita tam anxia uxoris
tione, quam impenſiſſimè diligebat
ſpiciens etiam infantulum ſeſe volut
lacrymabundus juravit ſeſe omni ani
tentione ſalutis Szegedini rationem
rum: illumque in Cathedra ſuæ
collocaturum. Re iſta ab aliis cogn
ſtigare omnes, ſuamque ſinguli op
ore & animo deferre: donec data d
occaſione, licet difficulter, cum
conventum: ut Agrárii ſolius fide

nis *mille & ducentis* Szegedinus liber
unciaretur; ea ſcilicet ratione; ut pro
pecuniæ ſumma affabrè confectæ caſ-
, loricæ thoracesque ænei Barbaro ex
nania definito tempore ab Agrario cura-
r.

onditionem Agrarius accepit: & ſatis-
e Tyranno quàmprimum in animum
it.

fuit tùm fortè in ipſa proclamatione
atis prudens & ſpectatus civis ex Debre-
m Eccleſia *Franciſcus Duſcas*: qui aſ-
tum Szegedinum illicò ad colligendam
niam pro libertate recuperata ad cives
urru vexit. Ibi ultra ducentorum flo-
um lytro collecto, perlatus eſt Szegedi-
finitimas quoque Civitates, à quibus
muneribus donatus, tandem Kevinum
Franciſcoque Agrario florenos circiter
entos ſolvit. Inde Calmantſemum ad
ontendit: cujus adventum cum Cal-
emenſes inaudiſſent: apparatus factus
ennitati nuptiarum Belleini cum Ca-
a Szegedini privigna. Celebratæ ſunt
in præſentia paſtoris dudum deſidera-
ſummo omnium gaudio: & à con-
onaria atque xenia prolixè data. Po-
pularium precibus *Kevinum* cum fa-
t perductus: ejusque loci incola paulò
ſcha anno milleſimo, quingenteſimo,
imo tertio factus.

o ſequenti cùm Budam iter ſuſcepiſſet
curribus; interque Haroſium & Ci-
n ad littus Danubii veheretur: equi
uo Szegedinus vehebatur, currus, vel
ſtu commoti, citato curſu in Danu-
ſilierunt: Sed tunc quoque provi-
DEI ex præſentiſſimo mortis diſcri-
ut ereptus. Nam cum ad viginti
e paſſus in flumen equi progreſſi eſ-
ndem retrò & currum & Szegedinum
n, de quo ferè conclamatum vide-
atando ad littus ſubduxerunt. Ni-
hoc eſt, quod DEUS pollicetur apud
etam: *Cum tranſibis per aquas, tibi*
& per flumina, ne inundent te:
bulas per ignem; non ureris; &
non incendit te. Nata eſt eodem an-
dino filiola Dorothea, nominis hu-
da: & ipſe memorabili in illa Ec-
ennitate tres viros doctrina & vir-
tantes χηροθεσίᾳ ſacris initavit, *Lu-*
brus, Joannem Clypeatoris, utrum-
lmenſem; & *Petrum Dombrinum.*
nno *ſexageſimo quinto*, ſupra *mil-*
& quingenteſimum, *Peſtinum* venit
s quidam *Seraphinus Panthanus*
omo multarum linguarum & regio-
primis Græcæ & Hebraicæ linguæ
Hic Thraſonicè ſatis, cucullatorum
ngredi ſe cum coryphæo Luthera-
Szegedino intellige, velle: & con-
tino cum ſacco librorum Kevinum
ſe deportavit. Szegedinus re cognita, tantum abfuit: ut certamen detrectarit, ut & ſpectatores ex utraque parte ad colloquium invitarit. Quid verò multis? progreſſu diſputationis usque adeò tunc Seraphinus errore ſuo, cui defendendo non erat, fuit confuſus; ut Italis & Thracibus, qui ab eo ſtare videbantur, furtim è templo dilapſis ſolus monachus fuerit relictus ad ſaccum librorum: (quem cum antea ſatis ſuperbè humeris aſſeclarum ſuorum, triumphum videlicet ante victoriam canens, curaverat importandum; ipſe poſtea ſuis humeris exportare fuit coactus.

Regebat ea tempeſtate ſcholam Kevinenſem ſumma cum laude & frequentia *Johannes Cibinius*, Dialectices & Græcarum literarum peritus. Ad quem Matthæus Scaricæus finita functione annua, conſilio Szegedini Peſtino deſcendens & convictor ejus factus in paritito contubernio, creberrimis Szegedini officiis vacavit, maximè in perſcribendis *Locorum communium* tabellis: ut legibiliores illæ ipſius manu eſſent. Anno eodem ubi Wayvoda ille Peruizius Solnakino Kevinum fortè veniſſet: delatus eſt ad Szegedinum rumor, illum de ſuo, ut loqui ſolebat, ſacerdote quæſiſſe. Quocirca Szegedinus Scaricæo aſſumpto illum ivit ſalutatum. Datis mutuo dextris menſæ eſt accubitum: Tum Peruizius, ſtimulante conſcientia ad Szegedinum: *Ignoſcito*, inquit, *tu ea mihi omnia: quæ ſoli maximè novimus.* Ad hæc Szegedinus placide annuit. Ubi verò à ſocru hoſpitis, ad quem diverterat Peruizius, ſeverius ac audacius correptus eſſet: quod tantam carnificinam adverſus præconem DEI exercuiſſet: cœpit Peruizius eò magis veniam precari, addens; ſe noctibus aliquot diris exagitatum ſpectris: qui in hominem & ætate & vitæ ſanctimoniâ venerandum facinus tam indignum deſignaſſet. Odit enim DEUS omnem crudelitatem: & Neronibus Furiæ ſunt ſuæ conſtitutæ, ſuæ flammæ & faces: quibus dies noctesque agitantur.

Scaricæus juvat Szegedinum.

Peruicius carnifex Szegedini furiis agitatus.

Sub initium anni *ſexageſimi ſexti* compoſuit Detſini Szegedinus acerrimas illas diuturnasque lites inter Stephanum Ezechium & Eliam Vereſmartinum utriusque Baroniæ epiſcopos: quæ ſane modicis exortæ initiis, niſi maturè conſopitæ fuiſſent, in immenſum Eccleſiarum incendium erupiſſent. Eodem anno Szigetum & Gyula extrema & nunquam ſarciendâ clade perditæ ſunt: Kevini item aliquot ædificia incendio conflagrarunt: nec id ſine clade Szegedini abiiſſet, ni ſecundum DEUM *Matthæi Scaricæi* cura & opera ejus ſupellex & ſcrinia in teſtudines *Georgii Keſſii* civis ibidem fuiſſent aſportata. Eodem præterea anno die viceſima ſecunda Julii in periculum vitæ iterum incidit Szegedinus, idque hac occaſione. A cœna æſtuans

Componit diſſidia Szegedinus.

Szigetum perditur, & Gyula.

Incendiũ Kevini.

E quo ſupellex librariaque Szegedini ſervata.

Szegedinus Scaricæum unà cum Cibinio ad lavandum invitat. Cibinus ut qui naturâ invalidior & timidior, recuſat fluvio ſeſe committere. Scaricæus itaque aſſumptis duobus aliis ſtudioſis, deſcendit illicò in præterfluentem Danubium.

Periculũ Szegedini in Danubio.

At poſtquam Szegedinum umbilicotenus pertuliſſet, paulumque inde in altum nataturus abſceſſiſſet: mox oculis ſublatis Szegedino non apparente obſtupuit, cum neſciret, quò tam properè, nemine appellato, ex flumine exceſſiſſet Szegedinus. Tum circumſpectanti apparuêre capilli ex profundo gurgite paulum prominentes.

Agnoſcit canos; propius celeri natatu accedit: mox extremos manus digitos conſpicit. Prorſus ergò exanimis Scaricæus in profundum ſe dimittit, atque miſerum corpus comprehenſum in auras ſubvectum ad littus ſtatuit.

Szegedinus ſemimortuus & ἄφωνος prorſus in molendinum proximum infertur, & in lecto collocatur. Media poſt nocte, cum loquendi facultas ipſi reſtituta eſſet, & Scaricæum accubantem animadvertiſſet; quæſivit ex eo; quis ſe ex profundo gurgite, & quibus modis eruiſſet? Tum ille rem omnem expoſuit; & præterea, ut aſſis tantum & ſalſis victitaret, & nullo, vel exiguo, potu uteretur, ſuaſit: donec quod imbibitum erat aquæ, abiiſſet.

Morbus Szegedini ſupremus.

Anno *milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo ſecundo*, vigeſimo quinto Aprilis in lentum incidit morbum Szegedinus, unde cibum faſtidire, ſomnum interruptum habere cepit: pituitâ inſuper infeſtari: Capitis gravedinem queri; ſibique ipſe adeò diſplicere: ut nec ſedendo, nec ſtando, nec decumbendo morbi dolores mitigare poſſet. Lac tamen avidius ſorbebat: ſediliaque ſibi nunc in horto, nunc in atrio, nunc ad focum poni jubebat. Totum morbi malum inſomniæ maximè ipſe adſcribebat: qua ſi allevari poſſet, priſtino vigori ſe reſtitutum iri putabat. Accerſitus interea Chirurgus Peſtienſis homo non malus, & in medicando non infelix. Is ubi venit potionem amaram Szegedino exhauriendam propinavit. Quo facto Scaricæo & Urſulæ conjugi (cæteri enim jam diſceſſerant) hæc noviſſima verba vita mox exceſſurus leniter prolocutus eſt: *Facite hinc omnes abſint ſtrepitus; quin feneſtræ quoq; contrahantur:* Sicque exigua mora interjecta, præſentibus profundo ipſum oppreſſum ſomno exiſtimantibus placidè expiravit *Kovini* Ungariæ, die ſecundo Maji, cùm vixiſſet annos ſexaginta ſeptem. Cadaver ut ibi moris amictum tertio die Maji honorifice, nec ſine lachrymis omnis ſexus & ordinis hominum, terræ eſt mandatum: tumuloque hoc Epitaphium additum:

Moritur Szegedinus.

Epitaphiũ ejus.

Eloquio rarus, mira gravitate verendus:
Ingenio felix & pietate ſacer:
Heu jacet eximius parvo ſub ceſpite Doctor!
Hic Stephanus requiem qui Szegedinus habet.
Hunc juvenem vidit ſchola bis peregrina diſertũ,
Dogma, Luthere, tuum, teque, Philippe, ſequi.

Poſt varios caſus, & multa pericula vita
Dum petit, aut dotes ſpargit ubiqu
Senſit ad extremum plebs ſacra Kevina d
Admirans ſenio multa notare gravi.
Unde quidem Chriſti cultor non fictus h
Hunc ſua non ægrè per monumenta

Fuit certè hic *Theologus*, & ſi ſpectes, verè martyr Chriſti, *gravis ſtans: orthodoxæ veritatis*, in illis mo, Mahometiſmo, aliisque, ut de ciis nihil dicamus, ſectis, infectis regi *propugnator* acerrimus: vitæ integrit de præſtans: ordinis in diſcendo & d ita amans, ut qui maximè: id quod nes ejus, & inprimis, quæ in publicu gata ſunt, ſacra Hypomnemata, lu teſtantur: quæque, ut ille de alio.

Caneſcent ſeclis innumerabili

In conjugio vixit terno inter var mitates & Iliada malorum. Prima fuit *Urſula*: ſecunda *Eliſabetha*: qu miſit anno milleſimo, quingenteſim tuageſimo, menſe Auguſto: cui ve taphios ipſe maritus ſcripſit ejuſmodi

Hic poſuit charæ Szegedinus conjugis
Eliſabetha fuit nomine reque ſimu
Pontificis ſummi ſociam referebat Aar
Eliſabam dico; moribus; ingenio.
Hæc erat obtutu fulgens ceu ſtella mo
Nunc, qui promiſit, muneret hancce

Tertiam paulò ante obitum duxit *Urſulam*: quam ſuperſtitem reliqui fuit plurium liberorum: ſed quibus vitus ſupervixit.

Ingenii ejus monumenta literis ma in Eccleſiæ Dei uſum foràs data hæc ſ *ſertio de Trinitate* contra quorund ramenta, in quibusdam Ungariæ exorta: *Speculum Romanorum Pon* in quo decreta cum verbo DEI pug vitæ curſus, prodigia horrenda depi Inter reliqua autem ejus ſcripta e *Loci communes Theologiæ ſinceræ d & homine, cum confesſione de Tr* perpetuis tabulis & ſcholaſticorum d illuſtrati: & *Tabula analytica de fi ſtianâ.* Ex vitâ Szegedini auctore M Scaricæo Pannonio.

JOANNES CNOXU

JOannem Cnoxum Scotia protulit, patriæ ſuæ lumen: qui in mediis quam Cimmeriis tenebris, verbi di cernam ſuis popularibus prætulit. Ma olim ſectatus fuit Sanctandreæ mini ſcurum *Joannem Majorem Scotum*, nis & ſubtilitatis nomine clarum: cuj ta ad ingenii gloriam oſtentandam pa ſtant monumenta. Huic magiſtro ſi ctus cùm eſſet; magna auctoritate *giam* illam *Philoſophicam* docuit: ad dem, ut & Magiſtro ſuo in quibusd cior, ſi qua felicitas in ſubtilitate ej eſſe poteſt, videretur.

Poſte

ſteaquam verò *Auguſtini* & *Hieronymi*
ta ſtudioſè evolvere cepit: aliam in iis
logiam deprehendit, ſolidam nempe
plicem. Subtilitate itaque abjecta ſim-
atem amplexus eſt: quam & ipſe Salva-
& ſancti Apoſtoli nobis commendant:
que Scoticas illas argutias doctrinæ Le-
que Evangelii inimicas: & Sophiſticen
garrulam homini Chriſtiano indignam.
ine itaque omni diſcuſſa, Chriſtum ju-
ſolem, & lucem in tenebris lucentem
it, adoravitque: edita Edinburgi fidei
ſſione clara: quam Patres infulati &
chi ferre non potuerunt, ſtatimque ex-
m omni conatu iverunt. Appetitus
à multis, inſtinctu Davidis Betoni Ar-
Cardinalis Scotiæ primatis, Cnoxus;
etiam mortique jam deſtinatus; ſin-
DEI providentia liberatus *Vervicum*
æ urbem finitimam Scotiæ conceſſit:
ritatem Evangelii magno cum fructu
lio propugnavit: paſſimque famam
is ſui diſſeminavit.
erabat illis temporibus Angliæ *Eduar-*
qui Cnoxum obſervabat; ac qua erat
, favore ſingulari eum proſequebatur.
cùm Epiſcopatus de regis voluntate
eſſet oblatus: indignabundus Cnoxus
um honorem recuſavit: ſed etiam ora-
ravi titulos illos improbavit, quaſi
ntichriſtiani quiddam redolentes.
a autem, poſt immaturum obitum
i, anno *milleſimo quingenteſimo quin-*
mo tertio, Mariana tempeſtate: cum
odoxorum ad exquiſitiſſima ſuppli-
rentur; alii verò aliò profugerent:
tutam ſibi ſtationem *Francofurtum*
um, portum autem *Genevam*, com-
lud afflictorum aſylon elegit. Ea in
s cives docendo ac conſolando, mu-
i Epiſcopi functus eſt; *Calvinoque*
iliariſſimè.
o deinde *milleſimo, quingenteſimo,*
geſimo nono in Scotiam reverſus,
ile dictu quanto cum ſpiritu, quan-
ucceſſu Evangelii doctrinam propa-
regno illo. Et quamvis tum motus
pſum regnum turbarent: tum Satanas
a in Eccleſia moliretur: tamen Cno-
acto invictoque animo perſtitit: &
mum uſque ſpiritum, Chriſtum Sal-
unicum, quâ voce, quâ ſcriptis do-
veritatem Evangelii propugnavit.
i Chriſto & Apoſtolis odium mundi,
& exilium ferendum fuit: ita & Cno-
mmum & unicum impietatis hoſtem
improborum *Edinburgo Andreapo-*
em expulit. Quò ut primum venit:
li Satanas excitavit hoſtes: præſertim
llis, qui contra regiam majeſtatem
rant, oppoſuiſſet: quorum cory-
it *Hamiltonius* quidam, tunc egre-
ionis ſimulator, poſt apoſtata impu-
ccidit ſub id tempus, anno videlicet
milleſimo, quingenteſimo, ſeptuage-
ſimo ſecundo, ad finem decurrente menſe Auguſto, in Gallia id, quale accidiſſe alias vix ulla annalium ac hiſtoriarum monumenta produnt: & quod in vulgus etiam notum hodie: ſtrages inquam illa Pariſienſis: ubi initium factum à *Colonio Amiralio*, poſtea in omnes puram religionem amplexos, nullo habito ætatis, nullo ſexus, nullo ordinis, diſcrimine, ita eſt ſævitum: ut vere *plus ſanguinis, quàm vini* in Thyeſtæis nuptiis illis fuerit effuſum.

Lanieua Pariſienſis.

Attulit clades iſta, ut omnibus omnium regionum piis, ita Cnoxo huic, dolorem acerbiſſimum, cumulumque ad priores curas, longè maximum. Sed cum ſerenior adſpiraret pacis in Scotia conſtituendæ aura, reverſis, qui *Edinburgo* pulſi, piis: Cnoxus etiam eo literis Senatoriis revocatus eſt. Reverſus itaque *Edinburgum*, comitantibus eum multis piis fratribus, ſtatim ſuo fungi cepit officio, ſermonemque unum & alterum publicè ad populum habuit: ſed, quod vox imbecillior facta, auditorio numeroſo non uſque quaque ſatisfecit. Eo cognito, ipſe Senatum Eccleſiaſticum rogavit; locum ut ſuis lateribus commodiorem deſignaret. Quod ubi factum, homilias aliquod *de paſſione Chriſti* ad populum habuit; initio à capite 26. Matthæi facto: qua in doctrina vitam finire ſæpe multumque optavit. Cùm autem ſolus tantæ hominum frequentiæ, præſertim debilitato jam corpore, non ſufficeret: permiſſum eſt Edinburgenſibus eligere, quem maxime ducerent idoneum, mandatumque Senatus Eccleſiaſtici auctoritate; ut is, quem *Cnoxus* obeundo ejusmodi muneri aptiſſimum judicaret, vocaretur. Communi tandem conſenſu evocatus eſt è collegio *Aberdonenſi Jacobus Luſonius*, literis & Senatorum urbis & ipſius Cnoxi: ſed prætextu ſaltem viſendi Cnoxi. Et ſanè hic præſagiiſſe ac præſenſiſſe jam tum haud procul vitæ ſuæ finem atque beatam ἀνάλυσιν abeſſe videri poteſt: cùm inter alia ſub calcem Epiſtolæ hæc addidit: *Accelera frater: alioqui ſerò venies.* Luſonius itaque ubi Edinburgum appulit: poſt aliquot publicè habitas conciones, ad d. 5. Idib. Novemb. anno *ſeptuageſimo ſecundo*, à Cnoxo Paſtor illius Eccleſiæ declaratur. Eo in conventu Cnoxus è ſacro ſuggeſto & DEI erga ſe miſericordiam multis prædicavit, & ſuum in docendo Evangelio ſtudium fidemque teſtatus eſt: & Eccleſiæ Ediuburgenſi de Luſonio ſuum in locum ſurrogato effuſe gratulatus: cui quoque magno Zelo gratiæ divinæ & Spiritus Sancti incrementum eſt precatus: quæ preces irritæ non fuerunt. His peractis poſtquam populo benedixiſſet animo ſolito hilariori, corpore verò ægro, & baculo innitente domum, ferè toto cætu comitatus concedit, unde poſtea vivus non eſt egreſſus. Quarto enim Idus Novembr. gravi tuſſi corripitur, & propter invaleſcens phlegma ex continuo defluxu ſpiritum magis ægre trahere cœpit. Ibi amicis ſvaden-

Revocatur Edinburgum Cnoxus.

Ibi hiſtoriam Paſſionis Chriſti explicat

Jacobus Luſonius collega ei datus.

Quem Cnoxus repræſentat.

Inde morbo fatali corruptus.

ſuadentibus ut medici accerſerentur: illis
quidem annuit: affirmans *ſe media ordinaria
nolle aut contemnere, aut negligere; ſed ta-
men ſcire Dominum militiæ ſuæ finem im-
poſiturum.* Poſtridie ejus diei ſervis ſingulis
ſua ſtipendia perſolvi præcipit, quos graviſſi-
mè exhortatus eſt; ut in timore Domini am-
bularent eamque vitam degerent, quæ Chri-
ſtianos in ea familia educatos deceret. Eo-
dem die ordinariam legendi rationem; quam
ſequi conſveverat (ſingulis autem diebus,
tum *novi Teſtamenti capita*, *Pſalmos* inpri-
mis, *hiſtorias* item *rerum Eccleſiaſticarum*,
ipſemet legebat) morbus invaleſcens inter-
mittere coëgit. Præcepit interea uxori *Mar-
garetæ Stevvardæ* mulieri piæ, & de illo plu-
rimum ſolicitæ, & *Richardo Ballentino* ſervo
propter religionem & pietatem ipſi charo:
ut ſingulis diebus 17. *c. Joannis*, caput unum
aut alterum *Epiſtolæ ad Epheſios*, *Jeſaiæ* c. 53.
clara voce legerent: id quod diligenter ab ipſis
& ſtudioſè præſtitum. *Pſalmos* inſuper ipſe-
met delegit: quos vellet, quorum medita-
tione & in vita & in morte multum ſeſe re-
creavit. Poſtridie idus Novembris, ſub ho-
ram ſeptimam è lecto ſurgit, rogatusque cur,
cùm tam æger eſſet, non potius quieſceret:
reſpondit, *ſe totâ iſta nocte in meditatione
reſurrectionis JESU CHRISTI DOMINI
noſtri occupatum fuiſſe, jamque paratum
ſuggeſtum conſcendere: ut quam intus ex ea
cepiſſet conſolationem, aliis communicaret.*
Sic in opus Domini ad extremum usque ha-
litum incumbens quanquam per vitium de-
fectum, ut qui vix duum adminiculo erige-
retur, efficere quod cupiebat, non potuit.
Paucis deinde interjectis diebus, miniſtros,
presbyteros, & diaconos Eccleſiæ ad ſe accer-
ſit: eosque coactos his affatur: *Appropinquat*,
„ & jam pro foribus eſt dies ille quem ſæpè
„ multumque ſitire ſolebam: quo magnis la-
„ boribus, & pene infinitis ærumnis defun-
„ ctus, diſſolvar & ero cum Chriſto. Atqui
„ jam teſtis eſt mihi DEUS meus, cui ſervivi
„ in ſpiritu in Evangelio Filii ipſius, me nihil
„ docuiſſe præter veram & ſolidam doctri-
„ nam Evangelii DEI, adeoque in hoc unice
„ fuiſſe intentum; ut ignaros rerum divina-
„ rum inſtituerem: fideles confirmarem; infir-
„ mas, trepidas, & fluctuantes ſenſu peccato-
„ rum conſcientias hominum per promiſſio-
„ nes gratiæ erigerem; ſuperbos & adeò æter-
„ no rebelles ſeveris judiciorum DEI minis
„ debellarem. Et quamvis de mea nimia ſe-
„ veritate multos ſæpè multumque conque-
„ ſtos, & etiam adhuc conqueri intelligam:
„ novit tamen DEUS ab odio hominum eo-
„ rum, contra quos ſevera DEI judicia into-
„ nare ſolebam, animum meum ſemper va-
„ cuum fuiſſe. Interea verò diffiteri non poſ-
„ ſum: quin peccata eorum quibus indulge-
„ bant, ſummo odio perſequutus fuerim:
„ cùm tamen unicum hunc ſcopum mihi ob
„ oculos poſuerim, ut, ſi fieri poſſet, Domi-
„ no lucrifacerem. Quod autem ſine ullarum

Ratio ſtudiorum ejus quotidiana.

Parat ſe ad mortem.

Quæ ex ſacris prælegi juſſerit.

Oratio ejus ad ſymmyſtas & presbyteros.

„ perſonarum reſpectu, quicquid D
„ in os meum poſuit adeo intrepidè
„ ſum: effecit reverendus quidam
„ DEI mei: qui me vocavit, & ex gr
„ diſpenſatorem myſteriorum divino
„ ſe voluit: cui ſciebam cum coram
„ nali ejus ſiſtar, de obitâ legatione
„ mihi impoſuit, me rationem eſſe r
„ rum. Et proinde profiteor coram I
„ ſanctis Angelis ejus, me nunquam
„ cratum verbum cauponatum fuiſſe
„ quam hominibus placere ſtuduiſſe
„ quam privatis meis, aut aliorum a
„ nibus indulſiſſe: ſed bonâ fide ta
„ mihi concreditum in Eccleſiæ, cui
„ labam ædificationem diſtribuiſſe;
„ re quantumvis obloquantur impii,
„ næ conſcientiæ teſtimonium oblect
„ interea, mihi chariſſimi fratres, in
„ illa veritate Evangelii filii DEI pe
„ attendite diligenter gregi, cui vos p
„ Dominus: quemque ſanguine Filii
„ geniti redemit. Tuque, Luſoni, ce
„ num certamen, & perage opus D(
„ hilariter & cum fiducia. Benedicat
„ Dominus & vobis, & toti Eccleſi
„ burgenæ: adverſus quam, quamdi
„ terit in verbo veritatis (cujus eſſe m
„ ſtrum voluit DEUS) quod ex me
„ portæ inferorum non prævalebunt.
„ ab iis, quales multos hic eſſe ſciti
„ non ſolum regiam auctoritatem a
„ runt: ſed etiam ab agnita veritate
„ profeſſi ſunt, defecerunt. Quibus
„ huc denuncio, niſi pœnitentia du
„ & in viam unde aberrarunt redeant
„ rum, ut & animâ & corpore male
„ reant. Cæterum cum ægrè anhelitu
„ ham: hic dicendi finem faciam: At
ſymmiſtas dimiſit: poſtquam ſeorſim
nendo quodam Grangeo dixiſſet: cu
prædixerat ſupplicium, tandem obtig
ceſſerunt deinde officii cauſa & alii, pr
nobilitatis viri: inter quos & comes
nius, poſtea prorex & alii: fœmina
ſublimi loco natæ: Quot omnes ad pi
hortatus, non ſine ſolatio paſſus eſt diſ
Poſtea morte magis magisque app
quante, loculum parari ligneum jub
quo corpus demortui conderetur: &
tidem has in ore habuit voces: *DO
JESU, dulciſſime JESU in manu
commendo ſpiritum meum: propitiu
mine intuere tuam Eccleſiam quan
miſti: da rurſus pacem huic afflictæ
blicæ. Suſcita fideles Paſtores, qui E
tuæ curam gerant: da nobis Domi
tum ex documentis iræ tuæ, tum ſen
ſericordiæ peccatum deteſtemur; tibi
ex animo ſerviamus.* In mediis vero
tationibus ex abrupto ſæpè ſic aſtante
qui ſolebat: *ô ſervite Domino in ti
& mors non erit formidabilis: imò
mors illis, quibus eſt efficax mors un
Filii DEI.* Interrogatus à *Roberto Can*
fa

ari ſuo: *num magnum cruciatum ſen-* Reſpondit, *ſibi non videri nec ſen-* *idem cruciatum*, *qui ſit finis multa-* *iſeriarum*, *& perennis gaudii prin-* . Tamque poſtquam diligenter ſcri- locos, de quibus ſuprà diximus, legi t; ipſemet orationem Dominicam, bolum Apoſtolorum recitat, & pias tiones, de ſingulis petitionibus, & ticulis ſumma cum conſolatione eo- qui adfuerunt, adjicit. Poſtea expan- cœlum manibus. *Domine*, inquit, *in* *tuas commendo ſpiritum meum: tu* *omine cruciatus meos, non obſtrepo* *nò Domine, ſi tibi viſum ſit, non re-* *d multos annos hos dolores, & ærum-* *ibi juſto judicio tuo impoſitas, per-* *Tu tantum perge illuceſcere menti* *r JESUM CHRISTUM.* Ea tota ſolito paulo moleſtior fuit. Jubet XV. caput prioris Epiſtolæ ad Corin- gi & relegi. Quod ubi factum: *O* *ulcem*, *inquit*, *& ſalutarem conſo-* *n Dominus mihi ex hoc capite ſup-* Cum verò alter oculus jam defeciſ- ingua ægrè officium faceret: *legite*, *locos quos delegi*, *præſertim deci-* *ptimum caput Joannis ſiquidem illic* *m jeci.* Ab ea lectione aliquandiu ſed eo toto ferè tempore crebros , planctus, ſuſpiria edidit; ut non adſtantes intelligere poſſent, eum vi tentatione confligere. Aderat *onſtonus*, vir bonus & pius, *Rober-* *bellus* Chriſtianæ religionis amans, oxi uxor, & alii, qui omnes jam- lutionem animæ à corpore expecta- andem quaſi experrectum interro- *i valeret? quævè cauſa tantorum* *um fuiſſet?* quibus Cnoxus: *multa* , inquit, *hactenus in vita fragili* *a*, *multosque Satanæ inſultus ſu-* *t jam fortisſime me adortus eſt leo* *ns, omnesque vires, ut me devora-* *erderet, ſimul effudit. Sæpe prius* *a peccata ob oculos poſuit; ſæpe ad* *ionem ſollicitavit: ſæpe mundi ille-* *retire ſtuduit: at fractus gladio* *quod eſt verbum DEI, nihil effi-* *it. Jam verò me aliâ adortus eſt* *llidus enim ſerpens perſuadere ſtu-* *e propter fideliter obitam legatio-* *Miniſterio: vel ipſum cœlum &* *immortalitatem mereri. At bene-* *EUS qui mihi eos ſcripturæ locos* *quibus jugularem, & ignitum hoc* *extinguerem, inter quos erat ille:* bes quod non accepiſti? & Gratia id quod ſum: &, Non ego, ſed EI in me; *atque ita victus decedit.* *itaque ago DEO meo per JESUM* *, qui me victoria potiri voluit.* *certò mihi perſuaſi ultra non fu-* *ut ille me adoriatur, ſed brevi,* *ullo magno corporis cruciatu, tum* *ſine ullo animi angore, me hanc vitam mor-* *talem ac miſeram, cum immortali & beatâ* *vita per Jeſum Chriſtum commutaturum.* Leguntur interea veſpertinæ preces: inter- rogatus nunquid eas audiret, reſpondit, *uti-* *nam vos iis auribus audiviſſetis*, *& mente* *percepiſſetis*, *quibus ego audivi & percepi.* *DOMINE JESU ſuſcipe ſpiritum meum.* Ibi cum jam apparerent certa præſentis mor- tis indicia, rogant aſtantes; ut ſignum ali- quod edat; ſe claudere vitam in ea æterni DEI veritate, quam docuiſſet, & conſtanti fiducia beatæ immortalitatis per JESUM CHRISTUM, quam toties ſitiiſſet; manum, quaſi novas vires jamjam moriturus conci- piens, cœlum verſus erigit, duobusque emiſſis ſuſpiriis hora undecima noctis vice- ſimo quarto Novembris anno *milleſimo*, *quingenteſimo, ſeptuageſimo ſecundo*, è mor- tali corpore placide emigravit.

Placide moritur.

Fuit vir non minoris eruditionis, quam virtutis, & elogiorum DEI præco conſtans atque fortis per omnem vitam. Specimen ejus illuſtre depoſuit tum alias, tum anno *milleſimo*, *quingenteſimo quinquageſimo* in terra Dunelmenſi: quando coactus coram Epiſcopo *Tonſtallo*, & ejus doctoribus ſuper Miſſa Pontificia opinionem ſuam exponere: pro concione illius idololatrias & horrendas blaſphemias tam ſolidis argumentis demon- ſtravit: ut adverſarii quod verè oppone- rent, non haberent.

Virtutes ejus & eruditio.

Reliquit libellos quoſdam, Anglico ſer- mone ſcriptos:

Libri ejuſdem.

Ad Londinenſes & alios.
Ad Evangelii profeſſores.
Qualiter ſit orandum.
In Pſalmum, ad matrem.
Contra Miſſam Papiſticam.
Doctrinale Miſſaticum.
De fide Euchariſtiæ.
Ad Eccleſias afflictas.
Ad Scotiæ reginam Mariam.
Conſilium in his anguſtiis.
Buccina afflatum primum.
Appellationem à ſententiâ cleri.
Ad populares Scotiæ.
In Geneſin conciones: quas habuit potiſ- ſimum Francofurti ad Mœnum, & Genevæ in Anglorum tunc exulantium Eccleſiis. Sunt & alia ejus quædam: quorum nomina *Balæus* laudat.

IMMANUEL TREMELLIUS.

☉ 1580. *d. 9. Octob.*

IMmanuel Tremellius in Italia *Ferrariæ* patre Judæo natus, linguæ Hebrææ peri- tiſſimus. Qui cum Lucam, itidem Italiæ urbem, cum Petro *Martyre Vermilio*, & aliis, in occulto Proteſtantium doctrinæ ad- dictis, conceſſiſſet: Hebræam ibi linguam aliquamdiu docuit.

Patria & parentes.

Docet Hebræa.

Poſtremò Italia omninò relicta, cum ipſo *Vermilio* & ſociis in Germaniam venit: ac primò *Argentorati* domicilium fixit. Exinde in

Venit in Germaniam.

Inde in Angliam. Redit in German.

in Britanniam, potiente rerum *Eduardo IV.* Anglorum rege, tranſmiſit, quo mortuo Germaniam repetiit: & in ſchola *Hornbacenſi* ſub *Wolffgango* Duce *Bipontino*, aliquandiu docuit, *Hornbaco Heidelbergam*, ad linguæ ſanctæ profeſſionem ſub *Friderico III.* Com. Palat. Elect. evocatus, Syriacam ibi Novi Teſtamenti interpretationem Latinitate donavit; & poſtea novam veteris fœderis ad Hebraicæ veritatis fontes examinatam tranſlationem molitus eſt, ſocio tanti laboris adſcito *Franciſco Junio* Biturige. Qui poſt Tremellii obitum eandem editionem in opere alieno plus juſto ingenioſus recenſuit, & additis multis auctiorem potius quàm meliorem judicio quorundam reddidit.

Docet Hornbaci, dein Heidelbergæ. Vertit Biblia.

Abit Diviodurum Mediomatricum. Inde Sedanum.

Relicta poſtremo *Heidelberga Diviodurum* Mediomatricum, (ubi olim ex Italia veniens, uxorem duxerat) conceſſit: undè *Sedanum*, Bullionii Principum ſedem, evocatus; ut in nova Academia linguam Hebræam profiteretur, ſeptuagenario proximus, ac de lingua ſancta benè meritus, deceſſit anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo.* Magna itaque gratia, quod olim de *Epicharmo* ſcriptum, huic viro debetur: qui eam calluit & propagavit linguam: quam, ut * Auguſtinus alicubi, *Patriarcharum & Prophetarum non ſolum in ſermonibus ſuis: verum etiam in literis ſacris cuſtodivit autoritas: qua ſapientia omnis tam divina, quam humana continetur.*

** Lib. 16. de civit. Dei c. 11. Encomiũ linguæ Hebrææ.*

Scripta Tremellii.

Scripſit *Grammaticam Chaldæam & Syram*: edidit *Novum Teſtamentum Græcè & Syriacè*, cum gemina tranſlatione Latina, in cujus operis calce adjecta eſt *Grammatica Chaldæa & Syra*: item in *Hoſeam Prophetam* interpretationem & enarrationem, una cum aliarum, tam veterum, quàm recentium examine & judicio: unde earum errores non modò facilè poſſint animadverti, ſed fontes ipſi, ex quibus fluxerint, certò inveniri, & penitus inſpici à quovis queant. Idem, ut modo attigimus, cum *Franciſco Junio Biblia* ſacra Veteris Teſtamenti ex Hebræo tranſtulit brevibusque ſcholiis illuſtravit. Edidit etiam *Martini Buceri* prælectiones in Epiſtolam ad Epheſios.

---

† 1582.

PETRUS BOQUINUS.

Vitam monaſticam amplexus. Quam deſerit.

Gallia Aquitanica *Petrum* quoque *Boquinum* protulit: qui adoleſcens literarum ſtudia ſectatus; poſteaque monaſticen amplexus, *Prioris*, ut illi loquuntur, munus apud *Bituriges*, juvenis etiam tum obivit: & à ſodalitio toto fuit cultus amatusque. Sed cum ei ſpes affulgeret conſequendi omnia; quæ alii eo in vitæ genere ambire ſolent: luce Evangelii ipſum illuſtrante, *Lutheri, Buceri, Oecolampadii, Petri Martyris*, aliorumque exemplum imitatus, ſciens ac prudens illo ſe officio abdicavit: & juxta mandatum divinum, ex idololatriæ latibulo aufugit; relicto ſui deſiderio apud multos,

non omninò malos: quorum nonnul
exemplo provocati, idem auſi ſunt f
Inde *Wittembergam* venit hac occ
Cùm apud Bituriges ſuſtineret, quoc
diximus munus, ſimulque publicè d
à Pomerano quodam viro pio & doct
lam principis Pomerianæ fuit invitatu
diſcipulo quodam *Andrea Maugeri*
lianenſi. Huic poſtea dux Pomeran
ſuos commiſit inſtituendos: obiitq
ſuum in ædibus Melanchthonis. Sed
quinum veniamus. Maugerio diſcip
cuit ſe mari committere: Boquinus
niæ viſendæ, ac celebres in ea viros,
bus præcipui *Lutherus*, & *Philippu*
rum quædam ſcripta jam tum legera
tandi deſiderio ductus, literis ab ill
rano, qui utrique familiariter notu
ſtre iter eſt ingreſſus. Venit ergo *B*
ibique ob peſtem paſſim graſſantem
tempore ſubſtitit; docentibus in ſch
conio, Caroloſtadio, & *Sebaſtiano M*
quos audivit, inter alios tum pe
ipſo natali CHRISTI *Caroloſtadius*
funus cum Academicis & Boquinus
ſecutus. De figmento illo viri gra
atri canis (quem illuſtrandæ narrati
tia nonnulli addunt) ne verbulum
tunc ſcribit auditum.
Proximo vere anni *quadrageſimi*
Lipſiam appulit; ubi hebdomades t
moratus eſt Pomeranum illum ex
Cepit autem tum cibum cum aliquo
magiſtris: qui cum audiſſent Baſilea
nire: ceperunt ſub Cœna non min
ritè quàm intempeſtivè *de Cœnâ Do*
ſerere: multaque odiosè de Helvetio
ctrina & moribus effutire. Ibi Boqu
ſos, quos in errore verſari videbat
quidem, ſed placidè monuit, & ex
Oecolampadii, quos non ita pridem
non eam eſſe, quam ipſi opinabantur
na Domini illorum ſententiam aliqu
mentis oſtendit. Itaque illi mirati r
habere, acquieverunt. Paulo poſt,
tembergam venit, hoſpitio exceptu
Ambroſio Reitero, vixitque fami
dum ibi egit, cum *Joanne Hanzeli*
ſtano patritio, clari poſtea nomin
Cum *Luthero* & *Melanchthone*, r
quas acceperat ad eos, literis; paucis
cum Melanchthone verò deinceps
quentius & familiariùs.
Sub id tempus *Bucerus* à Melan
per literas petiit, Argentoratum;
Scotum, qui in *Calvini*, à Genev
paulò antè repetiti, locum ſuccedere
ſi ille abeſſet, alium quempiam n
Hic Melanchthon, Aleſio jam in I
profecto, *Boquinum* hortari cepit, u
profectione in Pomeraniam: cujus &
victûs ratio ipſi in Gallia nato & e
parum conveniret; Argentoratenſe
ditionem acceptaret. Fecit id *Boqui*
ſub calendas Septembris, ceſſantibus

hola ob vindemiam doctoribus, *Epi-*
ſ, quam *ad Galatas* Paulus ſcriptam
it, interpretari cepit: & ad finem uſ-
eduxit. Habuit auditores ibi ejusmodi:
oſtea utilem Eccleſiæ Chriſti operam
int: inter quos & *Benedictus Aretius.*
iit paulo poſt Argentoratum *Petrus*
r: Bucerus verò cum Melanchthone
tus fuit ab Archiepiſcopo Colonienſi
cleſiarum reformationem. Illo ergo ab-
cum res & Eccleſiaſticæ & ſcholaſticæ
curarentur: Boquinus à fratre, Theo-
doctore, & non prorſus ab Evangelii
na tunc abhorrente, rogatus, reditum
iam molitus eſt; bibliothecæ potiſſi-
amore ac deſiderio retractus. Tranſiit
inere primum *Baſileâ*, deinde *Genevâ*.
alvinum è ſuggeſtu deſcendentem ſalu-
qui, ut videbatur ab aliis per literas
n, *Boquinum* ab inſtituto reditu cona-
revocare: & fortè longius progreſſus
iſſet Boquinus: ſi per itineris comites
t cũ Calvino, quod urgebat, prandere.
n ergò ad Bituriges ſuos veniſſet; ad
illum divertit: cum quo & habitavit
, donec in Germaniam rediit: nun-
autem repetiit monachatum: ut ab
io ei fuit objectum. Perſvaſus autem
cùm ſpes Eccleſiarum in Galliâ quo-
rmandarum nonnulla effulgeret, ce-
ublice tradere *Hebraicæ linguæ ele-*
& non ita multo poſt *utriusque Te-*
i interpretationem eſt aggreſſus: id-
è gratuito. Sub id tempus *Franciſco*
rtuo, regina Navarræ, nuptiarum fi-
auſa non procul à Biturigibus iter fe-
am cùm Boquinus ſalutaſſet, libel-
ſua manu ſcriptum, *de neceſſitate*
acrarum literarum, ipſius filiæ al-
ſpirituali ſponſo Jeſu Chriſto, ob-
illa auctorem in ſuam recepit tute-
que ſtipendium ex ærario publico ei
i juſſit: quod nec ante nec poſt eum
orum conceſſum fuit nemini. Ejus-
m mandato, aſſentiente Archiepi-
unus concionandi in ſummo urbis
ſis templo eidem fuit commiſſum.
ctæ illi ſucceſſit *Henrici* regis ſoror:
is generisque, ita doctrinæ ac pieta-
iſſimilis. Ei Boquinus cum libellum,
homine perfecto inſcripſerat, obtu-
eficium illud per *Michaelem Ho-*
tunc ſuum, poſtea Galliæ cancel-
nfirmavit. Uſus ergo Boquinus eo
eſt tantiſper: dum laborem Eccle-
on inutilem eſſe animadvertit. Sed
ruſtrà meliorem expectari Eccleſiæ
em; hoſtes etiam magis magisque
nſidias moliri: ſponte ſe eo munere
Acerba tunc ſuſtinuit monacho-
ſtium veritatis odia: & creata ei
ricula præſentiſſima: adeò ut ipſi
ſi ſenatu primum, deinde ad Ar-
i Biturigum tribunal, non ſine
mine, cauſa fuerit dicenda. Sed
on Boquini: verum ſuam ipſius

Chriſtus per viros pios bonosque adſeruit: & ſervum ſuum, cujus opera porrò uſurus erat, ex faucibus hoſtium eripuit.

Inter ſacrum itaque & ſaxum cùm ſtaret: de fuga in *Angliam* adornanda cogitavit: ſed nunciata *Eduardi* regis mors, conſilium hoc mutare ipſum impulit. Ardebat autem eo tempore Germania inteſtino bello: quod fecit ut rus ſecedere cogitarit. Sed ſvaſu amici cujusdam, motus etiam proprio ſuo conſilio, ad Eccleſiam, quam in Germania reliquerat, rediit: & rectâ Biturigibus *Argentoratum* venit, cum duobus honeſto loco natis adoleſcentibus. Accidit autem cum vix menſis præteriiſſet unus; ut Eccleſia Gallica, quæ publica Argentorati tunc erat, miniſtro deſtitueretur. Petitum itaque à Boquino eſt: ut partes docendi in ea Eccleſia, cujus pars erat, ſuſciperet. Quod etſi primò conſtanter variis adductis rationibus, recuſaret: tandem tamen amicorum hortatu, inter quos & *Joannes Sturmius*, ea conditione id officium ſuſcepit: ut de alio miniſtro accerſendo quamprimum cogitaretur. Obivit igitur menſibus quatuor iſtud munus magna cum moleſtia, & difficultate, ob quorundam improbitatem ac perfidiam: donec *Petrus Alexander* à Senatu, conſenſu Eccleſiæ, ordinarius miniſter fuit ſuffectus.

Reviſit ſuos Argentinenſes.

Docet ibi Eccleſiam Gallicam.

Argentorato *Heidelbergam* ſub annum *milleſimum, quingenteſimum, quinquageſimum ſeptimum*, venit; vocatus ab *Othone Henrico* electore, reformationem Eccleſiarum aggrediente: ibique ſacrarum literarum explicationem, profeſſor publicus deſignatus ſuſcepit, variaque ut fit in mutationum initiis, certamina ſuſtinuit, atque moleſtias devoravit: quemadmodum ipſe in libello *de cauſis diuturnitatis controverſiæ de Cœna Domini*, recenſet. Inter alia, quibus inter fuit colloquia, eſt & Maulbrunnenſe: quod controverſiæ potiſſimum Euchariſticæ & de Ubiquitate, ut vocant, componendæ cauſa, anno *ſexageſimo quarto*, ſeculi decimi quinti, inter Theologos *Friderici III.* Electoris Palatini, & *Chriſtophori* ducis Würtenbergici Maulbrunnæ fuit inſtitutum. Ad id enim & Boquinus cum *Michaele Dillero, Caſparo Oleviano, Petro Dathene & Zacharia Urſino*, de voluntate Electoris profectus; ſuas partes, ut Acta publicata oſtendunt, defendit. Sed quid tum eo colloquio, tum aliis, effectum fuerit: eventus hodie docet. Tantum enim abeſt, ut controverſiæ iſta ratione componantur, ut ſæpè φιλονεικίᾳ & φιλαρχίᾳ quadam dominante, majores inde exoriantur.

Vocatur Heidelbergam.

Intereſt colloquio Maulbrunnenſi.

Egit autem & docuit Heidelbergenſi in Academia, Boquinus annos circiter *viginti*, ſub *Othone & Friderico* tertio Palatinis Electoribus. Poſtea vivis exempto pio Principe *Friderico III.* Electore, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto*, ipſe etiam cum aliis Theologis ac Profeſſoribus, Heterodoxorum quorundam dogma improbantibus, loco ceſſit. Exinde *Lauſannam*

Abit Heidelberga.

Lauſannæ miniſtrum agit.

vocatus ſacro publicè docendi munere functus eſt, donec ipſe vita defunctus; quod ei ſingulari planè & cito mortis genere contigit.

Ejus ibidem mors. Cùm enim ſacra die quadam, anno *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo ſecundo*, mane & à prandio κατηχητικῶς concionatus eſſet: veſperi alterius concioni interfuiſſet: cœnam hilariter ſumſiſſet: eaque finita deambulatiuncula ſe recreaſſet: domum reverſus, dum familiarem quendam ægrotantem conſolatur, ſubitò deficere viribus cepit. Nec plura effatus, quam: *Domine, ſuſcipe ſpiritum meum:* & ad ſervum accurentem, *Ora:* placide exſpiravit. Hoc verè eſt, mortem non videre: cum venit, *Memento pius exitus, & victoria læta.* Fuit hic Boquinus unus de primis, qui in Palatinatu, Eccleſiæ, qua explicando, qua defendendo orthodoxæ fidei capita, operam præclaram navarunt.

Sententia Boquini de S. Cœna. In libello illo, de controverſiæ ſacramentariæ diuturnitate, ſcribit, ſententiam de Cœna Dominica primum ſe ex lectione Brentianæ Exegeſis in Joannem didiciſſe: quod ipſum & *Marbachio* Argentorati, & ipſimet *Brentio*, audiente *Jacobo Andrea*, Maulbrunnæ eſt coram confeſſus: eandemque putavit eſſe, omnium, qui ita appellari volunt, Lutheranorum. Sed cùm aliter eos ſtatuere intellexiſſet: veritate cogente, ſententiam mutavit, non de myſterio ipſo, aut de verbis Chriſti; ſed de Lutheranis: quos aliter ſentire deprehendit, quàm ipſe crediderat. Nunquam enim in animum inducere poterat ſuum:

Sententia aliorum de eadem. talem illos ſtatuere corporis Chriſti præſentiam in pane: per quam fiat, ut à dignis juxta & indignis ſumatur edaturque, idque ore corporis. Prorſus etiam ipſi fuit inauditum: Chriſtum ad carnis ſuæ vivificæ participationem non flagitare fidem: cum eam nominatim in Baptiſmo requirat: & Apoſtolus omnibus ad Cœnam acceſſuris ſui imperet probationem: qua in voce comprehendi fidem, ſicut & pœnitentiam, nemo ſanus dubitet.

De Auguſtana confeſſione quid ſenſerit Boquinus. Cæteroquin de *Auguſtana Confeſſione*, ut nominatur, palàm eſt profeſſus ſe eam amplecti: modò ſine corruptelis intelligatur.

Scripta ejus. Scripta in Eccleſiæ piæque poſteritatis uſum à Boquino hæc ſunt relicta: *Defenſio ad calumnias doctoris cujusdam Avii* in Evangelii profeſſores.

Examen libri, quem D. Tilemannus Heshuſius inſcripſit: de præſentia Corporis Chriſti in Cœna Domini.

Theſes de Cœna Domini.

Exegeſis divinæ communicationis.

Adſertio veteris ac veri Chriſtianiſmi adverſus novum & fictum Jeſuitiſmum, ſeu ſocietatem JESU.

Brevis notatio præcipuarum cauſarum diuturnitatis controverſiæ de Cœna DOMINI.

Canones, quibus defenditur διάνοια in verbis Chriſti: Hoc eſt corpus meum: *& controverſia de Cœna Domini atque ſimi-*

lium dijudicanda certisſima ratio [...] *ſtratur.*

Adſertio ritus frangendi, & in ma[...] *mendi panis Euchariſtici.*

Ex libro Boquini de cauſis diuturnæ [...] verſiæ de Cœna DOMINI; & C[...] Bucholceri.

HIERONYMUS ZANCH[...]

A*Lzanum* Italiæ in *valle Seria*[...] dum *Zanchii* hujus fuit patr[...] claro genere natus eſt ſub annum Ch[...] *leſimum, quingenteſimum, decim*[...] *tum*, die Februarii ſecundo: cum in[...] caneretur: *Lumen ad revelationem g*[...] poſt quem ſtatim annum lux ipſa [...] lucem Evangelii denuo è tenebris elu[...] per totum porro terrarum orbem ſpl[...] re juſſit. Parens ipſi fuit *Franciſcus*, [...] ut vocant, Licentiatus, & poſtea ad[...] ſarum. Cùm enim is annos vigint[...] natus, operam jurisprudentiæ dare[...] morte patris hujus avi, ſtudia abrump[...] mum reverti, uxorem ducere, &[...] curam, cum ſorores ei haud pauc[...] ſuſcipere eſt coactus. Hic relicta * u[...] familia tota Alzanum, ad quartum [...] ſtans lapidem, ſe contulerat: quod r[...] conſultius fore judicaret. Eo itaque [...] do præter hunc *Hieronymum* ſuſc[...] quot etiam alios liberos, ex *Barbar*[...] *Marci Antonii Mutii*, quem *M*[...] vocarunt, viri honorati & nobilis. [...] rens ibi ex peſte anno Chriſti *milleſim*[...] *genteſimo, viceſimo octavo*, cum Z[...] ageret annum circiter *duodecimum* [...] domi paternæ, ſed in ſchola, ubi [...] humanioribus erudiebatur. Annum [...] ſus *decimum quintum*, orbatusque j[...] que parente, cum vidiſſet in ſodalit[...] *nicorum*, quos *Regulares* vocant [...] agere non ſolum avunculum ſuum [...] *nium Mutium*; verum etiam [...] ſuos *Baſilium*, *Chryſoſtomum*, [...] *ſium Zanchios*, germanos fratres: [...] perſvaſus eo in ſodalitio doctos mu[...] veniri; & artibus moribusque bo[...] leſcentes inſtitui, accedente inprimi[...] *Baſilii*, qui *Bergomi* tunc agebat: [...] homo eruditæ doctrinæ avidiſſimus [...] miliam illorum cooptari. Vixit eo [...] gio annis ferè *undeviginti*, profeſſi[...] *nonicus Laterenſis Regularis*: ſtu[...] *Ariſtotelis*, linguarum, ac ſcholaſtic[...] logiæ ſectator: à prima adoleſcentia [...] riſſimus, annis fermè *ſedecim* illuſt[...] tis *Celſi Martinengi*. Qui ante Za[...] cum *Mediolani* ſtructas ſibi inſidia[...] ſet, propter Evangelium, Italia va[...] ſa, conceſſiit ad *Rhetos*; ac non [...] poſt *Genevam*: ubi primus paſtor [...] cleſiæ Italicæ aliquot annis egit: [...] que in DOMINO beate obd[...]

. Calvino curam gregis in agone com-
iſſet, ſub annum Chriſti *milleſimum*,
ntesimum, quinquageſimum octavum.
Zanchium noſtrum redeundum eſt.

c itaque commilitone *Martinengo*,
etrum Martyrem, *Lucæ* Hetturiæ op-
piſtolam ad *Romanos* publicè interpre-
, & *Pſalmos* privatim explicantem
anonicis, audiret: cepit animum ad
n ſacrarum literarum adjicere: deinde
d longe meliorem, ipſis Scholaſticis
tque doctoribus, *Patrum*, & inpri-
guſtini, ac demum ſuperioris etiam
doctiſſimorum quorumque interpre-
ctionem. Et annis quidem aliquot
elium Chriſti quam potuit, puriſſimè
ciavit: ſed cum *Martyr* Italia exceſ-
ſectutò piis ejus diſcipulis ibi vivere,
minus libere docere, integrum eſſet:
ginti illorum intra unius anni decur-
præceptorem ſuum ſubſecuti ſunt:
er & hic Zanchius.

ptivitate ergò Babylonica, ut ipſe
let, cum in liberas regni Chriſti Ec-
contuliſſet, anno Chriſti *milleſimo*,
eſimo & quinquageſimo: ut libera
conſcientia Chriſto ſervire in terra
ſſet: primum ad *Rhetos* devenit:
es octo & amplius ſubſtitit. Deinde
em acceſſit Eccleſiam: ubi cum
rciter novem exegiſſet, opera *Petri*
in Angliam fuit evocatus; ut ſa-
eras profiteretur. Sed in ipſo itinere
atenſes eum detinuerunt. Cùm
o *quinquageſimo tertio*, in demor-
is Hedionis locum Theologus, qui
ſacras literas doceret, eſſet ſuffici-
ampliſſimo illius Reipublicæ ma-
ſcholarchis decretum eſt; Italum
, Martyri non abſimilem, vocan-
n ergo primùm eſt à *Cœlio ſecundo*
cui ea cura ab Argentoratenſibus
, ad comitem illum *Martinen-*
cum hic Eccleſiam Genevæ plan-
ituere nollet ad iſtum *Zanchium*:
de Argentoratum ipſi etiam Scho-
iſſis benevolentiæ plenis literis,
Venit itaque *Argentoratum*, ubi
unc florebat Eccleſia, anno *quin-*
tertio: vixitque, & docuit ibi *un-*
è *annis* ſacras literas, & extra or-
n aliquando *Ariſtotelem*: ſed non
inibus, mortuo illo totius Reipu-
mento ac ſcholæ parente *Jacobo*
veteribusque patribus paulatim
us. Poſtea enim poſtulatum à
t: ut, ſi in ſchola ea docere vel-
ſtanæ confeſſioni ſubſcriberet:
um hac exceptione: *modò ortho-*
igatur. Tribus etiam capitibus
omini, cujus potiſſimum cauſa
petebatur, ſententiam ſuam ex-
Verum Chriſti corpus, pro nobis
& verum ejus ſanguinem, in pec-
catorum noſtrorum remiſſionem effuſum, in Cœna verè manducari & bibi. 2. *Verum id non ore & dentibus corporis: ſed vera fide.* 3. *Ideoque à ſolis fidelibus*; qua in explicatione Scholarchæ, ut & nobilis *Petrus Sturmius* & *Jacobus Meierus*, piiſſimi ſenes, acquieverunt. Ità cùm biennium *Zanchii* ac doctrinæ ejus periculum feciſſent: & rationem, quam ſervabat tum in docendo, tum in diſputando, probaſſent: in *Thomanum conſilium* cooptatus fuit: ibique ab initio anni *quinquageſimi quinti*, ad finem uſque ferè anni *ſexageſimi tertii* Canonicus vixit, gratus bonis, litium fugitans, concordiæ amans. Deinde motæ ſunt ab illius Reipublicæ Theologis & Profeſſoribus controverſiæ variæ, & accuſationes contra ipſum inſtitutæ, ſuper articulo *de Cœna Domini*: de *Chriſti corporis Ubiquitate*: de *imaginibus in templis & ſacellis*: de *ultimo Antichriſto, & fine ſeculi*, de *prædeſtinatione*: de *ipſa ſanctorum in fide perſeverantia.* Exorto igitur diſſidio, cui non minimam præbuit occaſionem *Heshuſii de Cœna Domini libellus*, Argentorati ſub nomine Magdeburgi recuſus; id unum actum fuit, ut vel ſponte diſcederet; vel à Scholarchis dimitteretur. Etſi igitur multa utrinque tentata fuerunt remedia; primùm in conſilio Thomano; deinde cauſa ad Tredecim-viros delata, ipſeque Zanchius ad amicum colloquium cum adverſariis ſe obtulit; ad Eccleſias etiam alias per Germaniam & Academias profectus illarum judicia exquiſivit: & teſtimonia ſcripta attulit; quæ & edita ſunt: tamen res componi non potuit, donec Senatus Argentoratenſis aliunde, partim Theologos, partim legum & rerum peritos viros, *Tubinga*, *Biponte*, *Baſilea*, * accerſivit. Hi ut arbitri utramque partem audiverunt: tandemque articulos quoſdam conſcripſerunt: quibus ut ſubſcriberent omnes petitum. Hic quanquam Zanchius cunctaretur, & prætenderet propter duas potiſſimum cauſas, nempe piorum offenſionem, & errantium in errore confirmationem, ſubſcribere non poſſe: perſvaſus tamen concordiæ cauſa, cum ſine præjudicio doctrinæ ſuæ id factum iri intelligeret, his verbis, ut ſibi caveret, ſubſcripſit: *Hanc doctrinæ formulam, ut piam agnoſco; ita etiam recipio*; & ſubſcripſit quidem aliorum calliditatem ſua ſimplicitate menſus. Sed ne ſic quidem *bene coiit gratia*: cum ſtatim poſt adverſarii de victoria jactitare; triumphare, & laureatas in Saxoniam, atque alias regiones literas miſſitare. Commodùm ergo accidit, ut cùm nova tentaretur compoſitio, ab Eccleſia *Clavennenſi*, quæ in foribus eſt Italiæ ſub ditione Rhetorum, nuncius veniret: qui Zanchio ſignificavit; eum ab Eccleſia illa paſtorem electum, ac demortuo Auguſtino *Mainardo* ſuffectum. Itaque, cum ſpes pacis perexigua oſtenderetur; Zanchius cum Senatus adſenſu, reſignato Scholarchis Canonicatu, Argentorato diſcedit, ſub

Cooptatur in Thomanum collegium.

Super variis articulis controverſiæ motæ Zanchio ab aliis.

Reconciliatio variè tentata

**An. Chriſti 1563. menſe Februario.*

Per arbitros concordia facta.

Novis articulis ſubſcribit.

Clavennã vocatur.

Argentorato diſcedit.

ſub finem Novembris, anni *ſexageſimi tertii*, cum fido non tam famulo, quàm amico & fratre, *Friderico Sylburgio*, juvene apprime docto. Fuerat quidem, pendente adhuc lite illa, *Tigurum* in locum *Petri Martyris*, vocatus Zanchius: ſed ne veritatem & bonam cauſam prodere videretur; *Joanne Sturmio* auctore, manere ipſi ad exitum uſque cauſæ viſum eſt. Expetivit etiam Zanchium *Genevenſis* Italica Eccleſia, item *Lugdunenſis*: patuit etiam locus apud *Heidelbergenſes* & *Marpurgenſes*; invitatus denique fuit & *Lauſannam* ad profeſſionem. Sed deſerere ſtationem ſuam tunc non potuit, etiam per magiſtratum.

Comite Sylburgio.

A diverſis vocatus Zanchius.

Clavennam cùm perveniſſet; non ità multò poſt quàm concionari cepiſſet, quod factum initio Januarii anni *ſexageſimi quarti*: gravis peſtilentia oppidum invaſit: adeò quidem, ut intra menſes ſeptem, mille & ducentos circiter homines ſuſtulerit. Fecit tamen Zanchius cum collega officium; quamdiù & locus fuit, ubi convenirent; & qui audirent, non defuerunt. Poſt dilapſis civibus pleriſque, in ſublimem montem, haud procul oppido, cum familia ad tempus ſeceſſit: ibique lectione, meditatione, & precibus, menſes tres cum dimidio traduxit. Poſtea ubi lues deſæviiſſet; in ordinaria functione perrexit: egitque in Eccleſia illa annis ferme quatuor; fructuoſe quidem, ſed non abſque cruce.

Clavennã venit.

Clavenna & ex Rhetia ab incomparabili illo principe *Friderico III.* Electore Palatino in inclytam *Heidelbergenſem* Academiam accerſitus, perhumaniterque exceptus, anno *ſexageſimo octavo*, menſe Februario, *Zachariæ Urſino* in profeſſione locorum communium ſucceſſit: ubi orationem habuit *de conſervando in Eccleſia puro puto verbo Dei.* Eodem anno, ſic ferentibus Academiæ legibus ipſi inſignia Doctoratus, ut vocant, Theologici, præſente ipſo Electore *Friderico III.* ejusque filio *Caſimiro*, *Petrus Boquinus* contulit. Injunxit autem illi, poſtquam ex Rhetia in Palatinatum veniſſet, princeps ille doctrinæ Propheticæ & Apoſtolicæ propagandæ ſtudioſiſſimus: ut veram de DEO, tribus in Deitate perſonis doctrinam ſcripto explicaret & confirmaret: atque adverſariorum, qui tum maximè in Polonia & Tranſylvania Deitatem Chriſti ac Spiritus Sancti oppugnabant, ſententiam refutaret, & argumenta refelleret. Conſcripſit itaque tum in ocio literario *Volumina* non minus eruditionis, quàm pietatis plena, *de DEI natura*, *& de tribus ELOHIM*, æterno *Patre*, *Filio*, *& Spiritu Sancto*, *uno eodemque JEHOVA.* In his tota orthodoxa de magno illo myſterio doctrina ita explicatur & confirmatur: ut non ſine cauſa omnem abſterſiſſe pudorem illi videri poſſint: qui plenis buccis & libris ad populum Chriſtianum deblaterant: *Calviniſmum* (ita enim ſalutant doctrinam orthodoxam) *eſſe aditum ad*

Heidelbergam accerſitur.

Ubi Locos communes Theologiæ tradit.

Juſſus ſcribit contra Arianos, Pnevmatemachos & hujusmodi.

Calumnia eſt: Calvi-

Arianiſmum & Atheiſmum. Affir[...]
Lalium Socinum & alios illius Serve[...]
reſeos complices ſæpe diverſis tenta[...]
nibus, eodem errore & ſimul exiti[...]
involvere. Sed cum vidiſſent no[...]
alieniſſimum ab ea blaſphemia: v[...]
iam veræ ſententiæ haud frigidum [...]
rem: amicitiæ renunciatum utrin[...]
pro quo facto immortales Domin[...]
JESU Chriſto egit gratias. Docuit[...]
bergæ ſacras literas annos *decem:* do[...]
tuo *Friderico III.* Electore, *Ne*[...]
venit, illuſtriſſimi & fortiſſimi Prin[...]
annis Caſimiri, Comitis Palatini [...]
ſchola recens inſtituta annos *ſeptem*[...]
excurrit, ſacra docendo conſumſit[...]
quam ſtatim poſt obitum *Frideri*[...]
Academiam *Lugdunenſem*, in Bat[...]
ita pridem apertam, invitatus fuit, [...]
tuageſimo octavo: ſicut ſub annum[...]
ſimum Antverpienſes vocarunt. [...]
ſchola Neapolitana Nemetum ope[...]
rere non poſſet. Princeps manere [...]
luit: cui & ſuam Zanchius volunt[...]
gregavit.

Ludovico Electore Palatino mo[...]
ſchola Neoſtadio Heidelbergam [...]
Zanchius, propter jam ingraveſcen[...]
tem, à *Caſimiro* principe munifice[...]
Electoralis Palatinatus tunc Admin[...]
rude eſt donatus. Itaque cum Neoſt[...]
delbergam, ſalutandorum amicor[...]
veniſſet, ad Chriſtum ibidem mig[...]
à natali illius, *milleſimo*, *quingent*[...]
nonageſimo, ætatis ſuæ *ſeptuageſim*[...]
die *decimo nono* Novembris hora [...]
tutina, ad D. Petri in ſacello Acad[...]
mulatus, cum monumento parieti [...]
ejusmodi: HIERONYMI HI[...]
CONDITA OSSA ZANCHII [...]
EXULANTIS CHRISTI AMO[...]
TRIA. QUI THEOLOGUS QU[...]
FUERIT ET PHILOSOPHU[...]
TESTANTUR HOC, LIBR[...]
AB EO PLURIMI:
TESTANTUR HOC, QUOS[...]
DOCUIT IN SCHOLIS:
QUI QUE AUDIERE EUM [...]
TEM ECCLESIAS.
NUNC ERGO QUAMVIS HI[...]
GRARIT SPIRITU:
CLARO TAMEN NOBIS R[...]
SIT NOMINE.

Deceſſit A. M.D.XC. die 19. *N*[...]

Vir hic fuit in antiquorum *Patru*[...]
loſophorum ſcriptis verſatiſſimus: [...]
ſingularis: pacis Eccleſiarum ſtudi[...]
in ſenecta, quæ nunquam ſola ven[...]
Iſaaci obnoxius. *Joanni Sturmio*[...]
troverſia Ubiquitaria ſtrenue adſtit[...]
que eo, ut & cum aliis magnis viris[...]
tiam in omni vita ſancte coluit.

Quemadmodum autem docend[...]
ſcribendo multa, in re præſertim T[...]
ca, optime de Eccleſia Chriſtiana[...]

Edidit enim: *Miſcellanea Theologica*, ...ibus de variis agitur controverſiis, tum ...ugustanæ confeſſionis explicatione: *De* ...*s ELOHIM*, æterno Patre, Filio, & ...u Sancto, uno eodemque JEHOVA ... XIII. in duas partes diſtinctos: qua-...priori orthodoxa doctrina de hoc my-... explicatur; poſteriore ſophiſmata ad-...riorum refutantur.

...*turâ DEI*, ſeu divinis attributis.

...*eribus DEI* intra ſpatium ſex dierum ...atis.

...*carnatione Filii DEI* libros II. in qui-... dogma de omnipræſentia, ſeu reali ...mmunicatione divinarum proprieta-...n in humana natura accurate excutitur.

...*cra Scriptura* tractatum integrum: in ... controverſiæ hujus argumenti expli-...tur.

...*entarios in Oſeam* Prophetam: in *E-...olas Pauli ad Epheſios, Philippenſes, ...ſſenſes, Theſſalonicenſes.*

...*ndium præcipuorum capitum doctri-... Chriſtianæ.*

...*igione Chriſtiana fidem.*

...*ſionem ad cujusdam Ariani libellum*; ... *titulus:* Antitheſis doctrinæ Chriſti ...ntichriſti de uno vero DEO.

...*ſionem ad partem prodromi Wilhelmi ...deri de viſionibus*, quibus poſt ad-...ſionem Stephano & Paulo corpore ...apparuit Chriſtus.

...*rituali inter Chriſtum & Eccleſiam ...ulosque* fideles, *connubio.*

...*omena in Phyſicen* impreſſa cum Ari-...lis libris Græcis φυσικῆς ἀκροάσεως.

...bitum ejus ab Heredibus foras datæ ... & *epiſtolæ* ejus atque *orationes.*

... *hæc ſunt ex epiſtolis ipſius Zanchii, ...que ejus ſcriptis: item Sturmii An-...pis, ac Bibliothecis.*

...NTONIUS SADEEL.

...*tonius Sadeel* natus eſt *Chabotis* do-...no maternâ, & *Matiſconenſis* agri ca-... quod in confinio Galliæ & Sabaudiæ ...atque itinere tridui *Genevâ* diſtat: & ...ranciſco illo magno Galliis imperi-...

...t ei fuit *Guido Sadeel:* cujus encomia ...us loci. Is quadrimo vix Sadeele vitâ ... Mater Cl. *Chabota* C. F. quæ cum ...n haberet par eximium: natu majo-...ellicæ rei; minorem hunc literariæ ...vit. Itaque in externa arma frater; ...*tetiam* ſtudiorum cauſa miſſus. Cla-...genus; illuſtrique & antiquâ Chan-...n gente ortum: de qua Gallicis in hi-...mentio crebra. Et ob *Chandæanam* ...m de eorum ordine ipſe, qui *Baro-...*minantur.

...catorem habuit *Matthiam Grania-...*â quo ſemina divinæ religionis prima ... *Tholoſam* inde venit: & cum me-liore Juris ſtudioſorum parte agens, veri notitiam paulatim adeptus eſt eoque ex tempore cœpit Pontificiis inquinamentis abſtinere. Tum *Genevam* contulit ſeſe; ubi animum magis magisque inſtruxit veris bonis: & *Calvini* benevolentiam facilè quæſiit, facile Bezæ. *Et Genevam.*

Hinc ad ſuos revocatus propter obitum patrui *Chandæi*, cum ſuper hereditate ampla nonnihil litis moveretur, *Lutetiam* eſt miſſus hac cauſa. *Lutetiæ*

Hic pii cœtus cœpti haberi, *Johannis Riparii* Andegavenſis, myſtæ & mox martyris magni ductu; eumque in numerum Sadeel, quod quidem percupierat, allectus eſt, atque indoles in eo magna jam tum, & incredibilis ſacrarum literarum amor effulſit. Aucta poſtea Eccleſia Pariſienſis, paſtorem è Genevenſibus deſideravit. Eò *Collongius* pietate & ſapientiâ vir inſignis, Genevenſium miſſu venit. Is poſtquam ſtudioſam juventutem convocaſſet, ad amplectenda Theologica ſtudia gravi oratione cohortatus eſt, & pleriſque perſvaſit. Fuitque ea res feliciſſimi deinde proventus toto Galliarum regno veluti ſemen. Dedit & fidem tunc ipſe Sadeel. Cumque ingenia adoleſcentum domeſticis exercitationibus firmari formarique placuiſſet: ei quidem datum hoc muneris omnium primo. Quippe Sadeel ea juventa nulla levitatis, nulla tyrocinii ſigna præferebat: & venerationem addebat ipſa ætas. Ac jam primo illo tum congreſſu excellentis animi & ad maxima quæque ituri dedit indicium. *Joann Riparii auditor.* *Collongius Pariſios miſſus ad Theologiæ ſtudium hortatur.* *Quod Sadeel amplectitur.*

Quare haud multò poſt, neque multum viginti annos egreſſus, doctrina tamen ac virtute veteranus, in paſtorum ipſorum ordinem, magna Eccleſiæ totius approbatione, cooptatus eſt. Et quanquam natalibus tantis orto, variæ opum ac dignitatum ſpes deeſſe non poſſent: hunc autem vitæ curſum ingreſſuro, pericula, labores, exilia, & mortium denique ingens Lerna, ſævis potiſſimùm illis temporibus portenderetur: non tamen ea impedivere, quo minùs ſeſe totum Eccleſiaſtico muneri devoveret. Isque alter Eccleſiæ Pariſienſis paſtor proprius fuit. *Cooptatur in ordinẽ paſtorum juvenis.*

Sequentem annum clades illa Pariſienſis nobilitavit, quæ in via *Jacobæâ* parata eſt. Cum enim ſacræ concionis & εὐχαριστίας cauſſa magna hominum multitudo per noctem conveniſſet: prodita domus: & *centum quinquaginta* amplius in carceres abrepti ſunt: Paſtores mira DEI providentia diſcrimine tanto elapſi. Hic monachi multa ad populum ſycophantari: neque affuiſſe noſtros alio fine: quam ut lautè & genialiter epulati mox promiſcuè, luminibus extinctis, ſcortarentur: aliaque plebi concitandæ impudentiſſimè effutire. Carolum Lotharingum Cardinalem conſtat talia pleraque inſuſurraſſe etiam Regi. Et quanquam his calumniis ſedula judicum inquiſitione convictis: tamen huic malo etiam ita mederi viſum, uti ſeſe per epiſtolam apud regem pii purga- *Pariſienſis in via Jacobæa clades.* *Calumniæ in orthodoxos.*

Purgant ſe Evangelici, opera Sadeelis.

purgarent: & jure ſecum agi, non ex vanis vulgi ſermonibus, precarentur. Viſum item conventus defenſionem libello complecti, quo tumultuantis etiam plebis animi flecterentur. Id quoque Sadeeli datum munus. Hinc igitur *de veteri piorum conditione graviter ex priſca hiſtoria* diſſeruit: *conveniſſe plerunque illos noctu & clam, cum publicos cœtus ſævi mores & infenſa tempora non tolerarent. Neque aut minas populares aut edicta impia principum obſtitiſſe grandioribus animis Chriſtianorum. Iiſdem probris iiſdemque calumniis petita tum Eccleſiæ cunabula apud gentes. Fieri hæc cuncta veteri more, & exemplo. At miſeram & atrocem diviniſque pœnis obnoxiam crudelitatem fore, ſi quis falſis criminationibus prave accenſus vexata Religionis flagitio manus animumque fœdaret. Provide agendum conſultandumque in re tantâ.* Primum Sadeelis ſcriptum id fuit: quod neque magno quodam fructu caruit.

Periculū Sadeelis.

Sequentis anni initio *Sadeel* graviſſimo periculo vitæ correptus & ſtatim exemtus eſt. Venit multa nocte in ædes Sadeelis apparitorum magna manus, Pariſienſem quendam inibi agentem petens in vincula. Hi magnam ſcrutari partem domus: mox eadem licentia in cubiculum Sadeelis irrumpere: ſchediſque & libellis deprehenſis hæreticos clamitare, quiritari, poſtremò rapere Sadeelem in cuſtodiam. Poſtera die cùm Eccleſiæ moderatores ea cauſa conveniſſent, Sadeeli repente quæſita eſt liberatio. Idque cœleſti conſilio mirè factum, Regius procurator, poſt id tempus ad piorum partes transgreſſus, agnovit. Quæſitor criminum quoque *Bertramus* hoc ipſum deinde confeſſus, miratusque. Res quemadmodum acciderit, exequemur paucis. Propter varias judicum occupationes, & procuratore ad convivium nuptiale evocato, etſi ſuſpiciones non deeſſent, leviter ea die Sadeel auditus eſt. Erat tum Lutetiæ *Antonius Burbonius* rex Navarrorum; cui in Sadeelem proprius amor, ſolito ſacris in concionibus audire dicentem. Is Sadeelis caſu cognito, ſibi à judicibus reddi eum, miſſis propriè gravibus viris, poſtulavit; è numero ſuorum eſſe teſtando. Cunctari eos aut recuſare relatum eſt. Poſthabitis epulis Rex (inclinabat enim dies, & cibi jam inſtructi) tendit in carcerem; tradique ſibi Sadeelem coram flagitat. Ac profeſſus *vim facere juri publico, ſibi non moris: ſed neque eſſe rem novi exempli, reſtitui volentibus principibus homines ſuos, ſi in vincula compacti eſſent. Neque iſtum cœdis aut latrocinii, aut injuriæ cujusquam eſſe delatum.* His dictis, ſequi captivum ſeſe jubet, abducitque. Tenebatur carcere eodem miniſtrare Sadeeli ſolitus adoleſcens ſpei ſummæ, ſacrisque literis doctus apprimè: cui *Johanni Morello* nomen fuit. Is non admonito Rege omiſſus, ac cum primoribus Sorboniſtarum ſæpè congreſſus, poſt diuturnam duramque cuſtodiam morte tandem affectus eſt. De eo

Antonius Burbonius rex Sadeelem liberat

Joannes Morellus Sadeelis miniſter, poſtea martyr.

in hiſtoriis Martyrum plenior ſermo. Sa
poſtridie quam ſervatus eſt, laudes grates
DEO publicè egit coram Rege: & *cen
mum viceſimum quartum pſalmum* exp
vit. Tum abeſſe *Lutetiâ* ſubinde illum
tius viſum: Et quoties ſic expediit, ope
finitimis Eccleſiis proſperam dedit. E
Aureliani egit pluſculos menſes, &
magno civium & ſtudioſorum profectu
riqua valetudinis propriæ labe noctes di
do continuavit. Rediit deinde Lutetian
numero Eccleſiarum augeſcente paſ
presbyterique regionum eam in urbem
vocavit: *Religioniſque profeſſio* omn
aſſenſu *conſcripta*; quam in manus v
Regis cum neceſſitas ſubmovendarum
lumniarum planè depoſceret, præfatu
deel per Epiſtolam, quæ publicè extat et
num: eaque Regi ab *Caſparo Collignio*
gni Admirallio exhibita. Prima illa E
ſiarum Gallicarum ſynodus fuit: & pe
ipſos habita dies; cùm de earum exitio
tabatur: atque ei ſynodo præfuit noſt
Henrici fine mox * ſecuto, feſtinan
varreni Regis adventum è Republica E
ſiæque pariter exiſtimatum; utpote ad q
adulto nec dum Rege, præfectura totius
gni, ex moribus Gallicanis, pertineret.
Eam curam Sadeeli commendavere
myſtæ: tum quia acceptus ipſi Regi,
propter experientiam ejus, & conſiliu
his talibus. Firmatus aliquantum ab e
varrenus publicis ſermonibus privati
& Lutetiam haut multò poſt pervenit
Guiſiis Reginaque trahentibus ad ſe reg
rerum, magna piorum, qui Lutetiæ tu
perti, clades orta, & ad pœnam vincu
omnium ordinum homines rapti. N
men hæc Sadeelem ab inſtituto dimov
Quin erigere parum firmos, ſolari alios
cere mos aſſiduus: donec periculis
immenſum, *Macardo*, qui non item
in vulgum credidit Eccleſia curam ſui
conſilio paruit Sadeel, ſeque & induſ
ſuam tranſtulit in alias Regni partes
haut minori diligentiâ & labore propaga
eo fides Chriſti.
Sequenti anno cùm Lutetiæ Pariſi
paulò remiſſius ageretur, non potuit S
ſuo in eam Eccleſiam amori temperare
eò reverteretur. Et cum per id tempus a
niſtrationem regni pravè ſumptam Pri
Regiæ ſtirpis ferre non poſſent; ino
rentque diſſidia inter utrosque & met
teriorum; Sadeel quæ ex hiſtoriis Gall
ſuper ejus Regni moribus atque inſtitu
dicerat, eleganti libello complexus eſ
annes Tilletius curiæ Pariſienſis ſcriba p
rius adverſus Sadeelem ſcribere, & nef
cauſam tueri palam auſus. At emerſit
feſtim Sadeelis erudita præſcriptio; qu
lignitati hominis & falſiloquentiæ fine
cit. Hæc in ſpeciem minutiora promp
& negotiis pluribus parem Sadeelis ani
prodebant.

Sub idem tempus cum ordines cogeren-
Sadeel de Eccleſiarum ſententia ad *Ca-*
m Collignium profectus eſt: & hortatu
ioque virum ſui amantem confirmavit.
s mox turbantibus, & eventum conci-
odoxis proſperum non ferentibus, ad-
in bonos multa ſæva, donec * *Franci-*
ioris repentino exitu ſubventum eſt.
m exempti vinculis noſtri & *conventui*
ceno dictus dies. Verùm Sadeel tot
tot laboribus, & quartanâ inſuper fe-
tritus, ex Eccleſiæ & medicorum deſi-
ad populares ſuos migrat. Nec ſeſe ta-
ocium dat; ſed tum ipſis, tum etiam
nenſibus, qui ad *Matiſconenſium* ſiti
alutatem operam impertit. Tunc quo-
odiit *contra novos turbones* ſcriptum
qui ſanctioris doctrinæ parum gnari,
è & αὐτόκλητοι è Pſeudocleri cœnobiis
ebant, perque varias regni plagas vagi
hominum animos diſtrahebant. Coër-
em ab Sadeele *Villiganno*: qui ſtabi-
apud Barbaros Religioni in Ameri-
oram antè miſſus cùm impiè & fero-
ibi multa patraſſet: mox in Galliam
anium conſiliorum mole reverſus,
um, *Bezam*, aliosque Semones ejus
eſſere non dubitavit: & ex eo deinde
ἀποϛασίαν prolapſus eſt. Atque il-
ſcio quid reſponſionis oblocutum,
& facundâ oratione Sadeel excepit,
ique ſilentio & pudore multavit.
de cùm bello aperto Guiſii principes-
i conjurationis *Condæum Aureliam*
iſſent, eo accitus etiam Sadeel Synodi
t. Igitur *Palano* ſuo, agri *Belloia-*
rce, profectus, *Aureliam* conceſſit,
que præſedit. Ibi cum primis eorum
diſcuſſa confutataque: qui diſcipli-
riter doctrinamque democratico, vel
Ochlocratico more quodam ex populi
is regi adminiſtrarique volebant.
anni *Sadeelem* graviſſimo dolore per-
itus chari fratris. Is Chriſtianæ nobi-
rande exemplar, & egregiis artibus
tum conſpicuus in *Druydum* pugnâ
it. Neque tamen aut hæreditas ampla
aut ſævities Regiorum placitorum
m avocavére, quin Eccleſiæ Pariſien-
ultarum circumjacentium curâ fun-

ò cum aliis in provinciis recrudeſcere
uod memoravimus ſuper Eccleſiaſticâ
æ diſſidium intelligeret: cenſuit de re
i ampliter eſſe differendum. Atque
ynodus rurſum, cui & præfuit: tantâ
e uſus dicendi & docendi; ut ſchiſ-
jus princeps, vir alioqui eruditionis
ernendæ, in orthodoxorum partes
tulerit, ac mutatum ſententiam edito
profeſſus ſit.
dem ingruentibus ſubinde novis tur-
leſiæ Pariſienſis tutò adminiſtrandæ
pta: & piorum hortatui conſilioque
adeel, publicè notum ſeſe nimis ex-

pertus. Neqne exhinc repeti Eccleſiam unicè amatam, unicè amantem, res ſivére. Igitur ad provincias patriæ ſuæ confines, *Lugdunenſes Burgundasque* peroptatus acceſſit: ſicque vixit domi ſuæ; ut his etiam authoritate, conſilio, & frequentibus ὁμιλίαις valdè conferret. Solitus & Synodos iis locis moderari: earumque nomine ad *Rupellanam*, *Nemauſenſem*, & *Montalbanenſem* Synodus venit, muniaque Eccleſiaſtica propriis negotiis ſibi potiora reapſe etiam tunc teſtatus eſt: Sed hinc quoque piorum exilia, & Gallicæ carnificinæ, & bellorum Eccleſiam disjicientium neceſſitates Sadeelem expulêre. Tum plerique nobilium ei infenſi: quorum mores refugiebat: *malam nobilitatem illam putans, quæ ſeſe per ſuperbiam fœdaque alia apud Deum reddit ignobilem.* Et cùm inſidiis appeteretur, ſæpè non incertis: ſuo ſe caſtello continere haut rarò eſt coactus.

Lutetia iterum diſcedit.
Variis intereſt Synodus.
Exoſus nobilitati.
Inſidiis appetitur.

Tandem *Lauſannam*, celebre Bernarum oppidum unius modò diei itinere Geneva disjunctum, conceſſit, eaque in ſchola eccleſiaſtæ partes implevit. Hinc *Genevam* quoque tandem; ubi ordinario paſtoris munere per annos plures functus. Nec facilè dictu, quanto eccleſiæ illi uſui interim quantoque fuerit ornamento. Remittentibus aliquantum Gallicis turbis, etſi haud diu duratura iſtæc Alcedonia pro ſua prudentia ſuſpicaretur, & ſuorum odia ſciret; tamen priſtinos ad labores ſeſe referre, & patriis Eccleſiis inſtaurandis operam dare auſus, nec non *Lugdunenſibus & Burgundis*. Et quanquam obſtantibus minis impiorum, jactis jam tum ſecutæ conjurationis fundamentis; labor tamen ei non vanus.

Lauſannâ concedit.
Inde Genevam.
Docet Lugdunenſes & Burgundos.

Paucis poſt annis Sadeel Henrici IV. cui nomen tum Navarreno, literis compluribus accitus, anxius licet, & aulicæ vitæ fugitans: *Genevenſium* tamen ſymmyſtarum conſilium ſecutus, quò Eccleſiæ res vocabant, iter ſuſcepit. Igitur *toto triennio* perque primos ac crudos conjuratorum furores Principi magno affuit, amanti pariter & colenti. Quippe non tantùm publicè docentem audire Princeps ſolitus: ſed & in arcaniore quoque ſeceſſu conſilia ejus de ſumma Reipubl. ſciſcitari. Neque in adulationem, aut arrogantiam Sadeel lapſus; ſed commiſſa libertate modeſtiaque deſtrictum Principem tot ærumnis, non deſiit ſaluberrimis ſanctiſſimisque præceptis ſolidare. Simul fructuoſa aulæ opera ejus & Eccleſiis *Aquitanis*; quarum in regionibus ſæpenumerò cum Rege verſabatur.

Ad Henricum Navarrenum abit.

Prodiit per eos dies profitendæ ἀποϛασίας formula quædam, monachorum *Burdegalenſium* arte conſcripta: qui trepidos luctuque & temporum immanitate nutantes impio jurejurando adigebant, multorumque conſtantiam dolis expugnabant. Hoc periculo monitus Sadeel monaſticam inſolentiam gravi reſponſione compeſcit: lapſos increpat: cæteris ſolatia idonea ſubminiſtrat. Incidit

Forma ἀποϛασίας refutata à Sadeele.

& Curtra-

Curtracianapugna. & Curtraciana pugna in id temporis: quam ſilentio exoleſcere æternitas ſinet nunquam. Affuit Sadeel, ſubque prima exercitus fronte aſtans vota ſanctiſſima nuncupavit: ſecutaque alacritate omnium incredibili, partaque mox victoria laudes gratesque DEO pronunciavit more ſolenni. Sed cum diutius agere illum inter arma declinans in dies valetudo non pateretur: ab Rege quidem illubente mœſtoque miſſionem impetravit: ac per medios hoſtium agros, multaque vitæ diſcrimina, reviſit urbem Genevenſem, ubi uxor liberique dudum erant. *Redit Genevam.*

Mittitur in Germaniam. At non multò poſt in Germaniam cum Regis quoque mandatis profectus eſt. Neque Academiæ tantùm omnes, Eccleſiæque: ſed ipſi etiam Proceres Imperii novis propriisque honoribus excepere: inprimis quidem Sadeel (*aſimiro Palatino* & *Landgravio Haſſiæ* ſempiternæ memoriæ principibus ſummè dilectus. Et ex filiis ejus *Daniel*, patre tanto digna ſoboles, *Heidelbergæ* cum cætera Electoris nobilitate educatus eſt, inſtitutusque.

An. 1589. *Genevam reverſus facit officium.* Hac legatione defunctus ad ſuos rediit, quo * anno civitas Genevenſis armis Allobrogicis & Hiſpanicis peti cœpit. Et quanquam propter privatas publicasque calamitates æger animi: tamen in portu iſto, haud quidem ſat tranquillo, reliquum vitæ tempus exegit.

Nec verò tantùm ſacro docendi munere functus eſt: ſed Senatu quoque ſuper publicis negotiis conſulenti reſpondit, &, ſi durius quid ingrueret, totius populi animos confirmavit. Quin euntes in prælium copias ſæpiſſime comitatus, viſuque pariter & auditu venerabilis, paucioribus contra hoſtium multa millia congreſſuris, piam atque efficacem fortitudinem ſubmiſit: & victoriis impetrandis, & gratiis publicè mox agendis, &, quoties expediret, ſolandis omnium mulcendisque pectoribus communicationem prodens divinitatis. Stylo denique, conſilio, & publicis laboribus rem Genevenſium communem juvare non deſtitit: donec exitu præmaturo Reipublicæ illum orbique Chriſtiano ſubduxit ira cœleſtis.

Morbo corripitur. Quippe inter hæc, pleuritidis quidem, ut vulgi fuit opinio, veriùs autem περιπνευμονίας dolore concuti occœpit. Et quanquam medicis nihil periculi formidantibus, capitalem ſibi hunc morbum fore ominatus eſt. Igitur plenior DEO cœloque jam proximus oblivisci viſus humana, ac ceu confecto Fidei ſtadio virtutisque Domini ad oſcula contendere & complexus. Graveſcente interim valetudine vota pro ſalute ejus quotidie ſumpta templis, & ſi quando ſpei aliquid vulgaretur, hilarior civitatis facies, viſa clarè. Aſſidebant lectulo ferè ſymmyſtæ, *Beza* imprimis ac modò preces & lachrymas cœlo ferebant, modò Chriſtum ἆθλα certiſſima agonothetæ ſuo parantem oſtendebant. Pias utique voces eorum, & intimo Sadeel hauſit affectu, & evidenti πληροφορίᾳ verbisque

ſanctiſſimis ſemper excepit: libero
uxorem tum ſolatus, tum veram ad
tudinem hortatus eſt.

Tandem lapſæ vires purumque &
tùm pectus placidiſſimè ac velut p
rem ad ſuperna transmiſſum eſt, ann
redempti *milleſimo*, *quingenteſimo*,
ſimo primo, die *viceſima tertia* Fe
exilii ſui terreni *quinquageſimo ſept*
ubi innotuit, vaſtum ſilentium ur
ſenatus, ſchola, civitas, plebs ſing
quam in domeſtico luctu mœrêre:
ad templa populus veſperi de mor
niſſet, injectâ caſus tanti mentione la
& publici queſtus eruperunt. Nequ
poſitum ad oſtentationem quicquam
altior animis dolor, cui longo poſt
vix modus aut finis: poſtquam da
gnitudinem magis magisque intell
Corpus manibus Theologiæ candi
octo elatum eſt. Cæterum funus ſi
pa, ſine exquiſitis honoribus per l
memoriam virtutum meritorumque
lebre fuit. Secundus omnis ſexus
ætas, victi in lachrymas: liberi inſ
luctu, feſſa uxor, miſerationem a
Denique Sadeelis obitum ſua inte
civitas duxit, & publicis feralium a
calamitatibus adnumeravit. Clade
Reipublicæ toti Chriſtianæ, quam
gua, minimè dicto opus quam &
illorum temporum & penuria vir
lium gravavit nimis. Nec ſine cauſ
Eccleſiæ Gallicæ tantum intempera
leravere.

Vitæ *ſeptem* & *quinquaginta*,
ſtici muneris *triginta ſex* annos ex
eximiam laudem illam, uſque ſervav
familiarum divitum hæres, & neg
runque domeſticis laceſſitus: tamen
mentis talibus nunquam ceſſit. At
proficiſci peregrè illum ſuffragia ſy
rum, & Eccleſiarum res poſtularunt
laborem, nulla pericula recuſavit.

Corpore fuit gracili & procero
candido, comâ ſubrufa, cœſiis ocu
clarâ, vultu ad gravitatem comit
pariter facto. Valetudine parum fi
ni diligens cura afforet, non tantos
res, lucubrationesque duraturâ. G
cendi lene & ſimplex, ſine illeceb
fuco: nec tamen ſine facundia, ſine
rerum utilitas ac doctrinæ cum eloqu
dore certaret, nec brevitas obſcu
nec prolixitas tædium faceret. Mod
pronunciatio, modici geſtus decent
ad manſuetudinem informati naturâ.
verborum amaritudo, aberat ira:
apud populum ſvavis iſthæc pru
moderatio, quàm aſperior multorum
valebat. Neque tamen animi unq
fuit παρρησία, aut orationis rigor ali
quando expedire videbatur: & cu
culo populi circumſtantis ſemper
Repertæ ἐν τοῖς κειμηλίοις ſupplic

nulæ multæ, quibus cœleſtis illa & di-
a anima DEUM quotidie ut præſentem
batur. Eruditio in ſcriptis excellens &
is: Innocenter partæ opes, & uſu ha-
permodeſto.

t hoc ipſum quam mirum eſt, quòd in
generis prærogativa, magnis validiſque
inquitatibus divinorum humanorum-
notitia, publico amore, publico cultu,
are tamen piam mentem φιλοτιμία nun-
n viſa. Cætera vilia illi: tantum cla-
o Chriſti in pretio: tantum ſanctiſſimo
ere iſto dignitatum gloriabatur. Quam
liberale illi, & ſordibus vacuum pectus,
ſienſis, *Aureliana*, *Lugdunenſis*, & re-
Eccleſiæ teſtatæ: quarum in rem ma-
ſumtus de ſuo ferè fecit, gratuitum do-
munus etiam obiens. Denique in mo-
nulla labes, & integerrimis vitæ ex-
is contumaciſſimos quoſque ad metum
erationem numinis flexit. Nec lepore
& facetiis abhorrebat: ſed quibus
probusque ſenſus ſemper & citra ullius
ionem.

icis uſus eſt, Genevæ quidem, *Bezâ*
uè, *Hotomanno Gulartio*, *Violetano*,
ldo, *Jacomoto*, *Fayo*, *Meſſore*, & è
nonnullis: alibi autem, *Spina*, *Gry-*
ſſano, *Stuckio*, *Fontano*, *Bovio*, *Le-*
& qui alii ferè lumina Eccleſiarum.
his ſummè *Leſtræo* tum ut affini, tum
die eadem & ab iiſdem in paſtorum
n ambo adlecti.

Sadeelis quoque gloriæ addendum
umeroſa proles illi, parentis utrius-
majorum nobilitatem ore referens
isque.

lucatio patri curæ inprimis: qua et-
ulla virum pietatis & doctrinæ haut
s *Caſparum Laurentium* domi ſuæ
ſemper. Superſtites filii quinque:
s duo rei militaris gloriam amplexi
bella, cæteri optima cum parente &
is tribus indolis laudatiſſimæ virgini-
civitate Genevenſi relicti: concor-
tuæ omnes & conſpicuæ charitatis
& admirabili quidem exemplo.

it Sadeel etiam ſtudia antiquitatis,
ando pluſculum otii nactus ad Phi-
um, tum & Juris authorum ſcripta
tamen ut cuncta ad honeſtioris vi-
ornatumque Spartæ ſuæ referret.
a cum amicis communicavit, κοι-
dictitans τῶς φιλολόγως· eamque
viam magno ſibi cum fructu fre-
m teſtabatur, ac juventuti com-
t inprimis.

per tot vitæ incommoda, fugas,
apinas, proſcriptiones, deſtitutum
m ope librorum ambigat nemo:
o in ſcriptore ingenii vigorem, ac
m & propriam divini numinis vim
convincit. Tum quanta politi-
Eccleſiaſticarum rerum experien-
tia, quantoque uſu præſtaret; exercitatiſſi-
mum vitæ iter & per continuos temporum
motus adminiſtrata ingentium negotiorum
moles arguit.

Novæ & arrogantis ſectæ, quam *Jeſuita-* *Ariſtotelem ſequitur.*
rum appellant, novas & exitiabiles tricas
cùm videret; *Ariſtotelicæ diſciplinæ* præce-
pta avidè arripuit: Sicque artem egregiam
penetravit atque ex umbris & Scholis in
uſum praximque revocavit; ut eorum ho-
minum laqueos omnes acutè & ſubtiliter
excuſſerit, diſſolveritque. Quare quod præ-
cipua & obſcuriora Religionis capita, tam
induſtriè, tam utiliter Sadeel enucleavit:
quòd tanta arte diſſeruit: quòd cœleſtis do-
ctrinæ nitidum jubar ab affectata ſeculi nocte
vindicavit: id verò talium Sophiſtarum pro-
cacitati & impudentiæ poſteritas ferat ac-
ceptum.

Delectabatur & carminibus aliquando *Poetices ſtudioſus.*
pangendis Latinis Gallicisque; non, ut ple-
rique poëtarum noſtri ævi, ad luxum & li-
centiam; ſed quo animum magis ad divina
accenderet. Pia in his vota tantum, hym-
nique & ad ſolidam conſtantiam incitamen-
ta & inanium docti contemptus. Atque
ejus ingenii hac quoque in parte felicitatem
talia quædam in lucem miſſa teſtantur.

Denique *Sadeel verè Sadeel*, ſatus velut
ipſius DEI manu ager excultuſque: ut &
radiis tepidus mox veri Solis, & divini Spi-
ritus aura purgatus, & cœleſti rore irriguus,
& robore, virtutis denſo ſeptus, multiplices
continuoſque proventus in quo, ut illa de
Phæacum horto uſurpemus priſci vatis,

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνη γηράσκει· μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Exſtant publico data epicedia, quibus *Epicedia in obitum Sadeelis.*
obitum egregii capitis defleverunt viri ſum-
mi *Beza*, *Jacobus Lectius*, *Johannes Jaco-*
motus, *Iſaacus Caſaubonus*, alii: de qui-
bus hoc Epigramma à *Jacomoto* ſcriptum
addere placet:

Herba quid hic nulla eſt? hoc flores ceſpite
nulli?
Sola quid hæc viridi gramine buſta ca-
rent?
Hic tamen, aut fallor, Sadeelis cerno ſe-
pulcrum;
Illius hoc tumulo molliter oſſa cubant.
Heu heu Pierides plenis modo candida dex-
tris
Lilia ferte ſimul: veſter alumnus erat.
Ferte roſas Charites: ramos fer Pallas olivæ:
Ocyus huc lauros fer quoq; Phœbe tuas.
Quid? vellent Charites, Muſæ & cum Pal-
lade Phœbus
Omnibus hæc aliis buſta virere magis:
Sed ſtudium hoc vetat unda piis quæ pluri-
ma creſcit
Fletibus atq; ſupra grandior uſq; natat.
Nam non ſola ſuo conjux viduata marito,
Sola neque hic ſoboles lacrymat orba pa-
tre:

Nec cineres tantos triſti qua conditur urna
Planctibus aſſiduis ſola Geneva rigat:
Hic quoq; mœſta ſuos miſcet Germania fletus:
Hic miſcet lachrymas Gallia tota ſuas.
Hic ſimul Oceano diviſa Britannia plorat?
Plorat & hic pietas veraque Relligio.

Libri Sadeelis. Monumenta autem ingenii ipſius Sadeelis in publicum edita quatuor tomis diſtincta habentur: quorum nomenclaturam Bibliothecæ exhibent. *Atque hæc de Sadeele ex oratione* Cl. V. *Jacobi Lectii* IC. *ad Archiepiſcopum Cantuarienſem Johannem Whithghiſtum.*

☉ 1595. *d.* 4. *Dec. ætatis* 47.

GVILIELMVS WHITAKERVS.

Ager *Lancaſtrenſis* ſitus in occiduis Angliæ partibus ortus *Guilielmi Whitakeri* omnes meritò partes ſibi vendicat. *A. 1548. circit. Patria VVhitakeri.* * Natus eſt enim utroque parente Lancaſtrenſi, in prædio perantiquo, & accolis notiſſimo, nomine *Holme*, infra parochiam de *Brundley* loco montoſo: qualis, propter aeris tenuiſſimi frequentem agitationem, optimis ingeniis ferendis longè aptiſſimus habetur: ut Tullio placet.

Parentes. Parentes autem, quibus ſecundum Deum lucis hujus uſuram debuit, honeſtis ambo familiis fuerunt oriundi. Pater quidem jure hæreditario jure crevit poſſeſſionem avitam Whitakerorum, quam aliquot ſeculis in ea familia manſiſſe accepimus. Mater ſanguine clarior fuit, duabus illuſtribus familiis equeſtris ordinis arctiſſimè conjuncta, *Touunleorum* de *Touunloy* & *Novvellorum* de *Read*, horum germana ſoror fuit, illorum tantum ex parte matris, quam hæres Touunleorum in matrimonium duxit.

Primæ pueritiæ tyrocinia. Sed tutela parentum maximam partem pueritiæ egit, primis Grammaticæ elementis operam navans in ſchola *Burnleienſi*; quam *Hartgravus* quidam, cui poſtea ſæpè benignè fecit, tunc temporis aperuiſſe fertur.

Alexander Novvellus, avunculus VVhitakeri. Sed ut primum *decimum tertium* annum attigit: *Alexander Novvellus* Decanus Paulinus, vir omni ſinceræ pietatis & perfectæ eruditionis laude cumulatiſſimus, avunculus ejus; ſeu quòd ſuperſtitionis pravæ odore imbui quotidie viderat: ſeu quod perſpexerat eximiam in puero indolem, ſive quod flagrabat ſtudio exercendæ charitatis optimeque de ſuis omnibus promerendi, nepotem *Ab eo Londinum VVhitakerus vocatur.* *Whitakerum* tenerum adhuc & ſuperſtitioſulum ad ſe *Londinum* accerſivit; ut olim Abraham cognatum ſuum Lotum è medio idololatrarum eripuiſſe legitur, & ſecum *Gen.* 12. 5. abduxiſſe in terram promiſſam, veramque religionem docuiſſe.

Et educatur. Aluit enim in ædibus ſuis; eumque Gymnaſiarchæ ſcholæ *Paulinæ* in diſciplinam tradidit: apud quem tantum profecit pue-

rilibus diſciplinis: ut dignus videretu
ad Academiam mitteret.

Natum itaque *octodecim* annos C
giam miſit: ubi in ampliſſimo coll
ctæ & individuæ Trinitatis ſub tute
ſtri *Weſt* egit: adeoque feliciter
operam artibus; ut primo in diſci
numerum, poſtea in album ſocior
cooptatus. Jam tum in luce quac
tus, cœpit eminere inter æquales
vulgare ſpecimen eximiæ indolis a
næ oſtendere. Quæcunque enim,
ſcholaſtica certamina ſubibat, ſive
intra collegii parietes, ſive publicis
& luce Academiæ, ſemper egregia
& maxima doctrinæ encomia ſecu
tavit.

Itaque cum ſumma omnium
tione & calculis utrumque gradu
baccalaureatus, tum magiſterii eſt
Ad quos ut aſcendit morum &
commendatione: ita etiam ſuſcept
doctrinæ & modeſtiæ ornavit pl
Non enim, quod multi ſolent Ac
impetratis gradibus, quaſi re bene
confecto planè itinere, ſegniter de
tus diffluens otio, & voluptatibu
ſtrenuus curſor calce conſpecta ocy
ut metam prehendat: ita acriùs &
optima quæque ſtudia ipſe fuit inſ

Atque ut grati animi & laboris
ctum aliquem ederet, avunculi ſ
ſimum doctiſſimumque *Catechiſm*
nè editum, in Græcam linguam pu
ganter convertit, primitiis jure op
ctiſſimo *Novvello* conſecratis.

Nec ſanè defuit hac in parte Ec
glicanæ, in cujus uſum honorem
nitate donaſſe fertur *librum*, quem
verſant in cœtibus Eccleſiaſticis,
rationem publicarum precum &
turgiæ formam præſcriptam cont
hoc facto non fucatum ſpecime
quantum poſtea decus & orname
turus eſſet toti Reipublicæ Anglic

Quin etiam auſus eſt, idque ma
laude & omnium prædicatione,
mam illam *diſputationem* Juelli *con*
tificium *Hardingum*, acerrimo ju
ptam, variaque & multiplici lectio
tam, in qua *viginti ſeptem* quæ
ſcripturis & omnium Conciliorum
trum monimentis, quæ ſexcentis
nato annis antiquiora ſunt, diſc
in Latinum ſermonem transferre;
dem præſtitit in rem totius Chriſt
cleſiæ, plura in poſterum & luc
teſtimonia daturus, tùm ſanæ d
tum verò multiplicis ſcientiæ & in
boris ad propugnandam veritaten
licæ & orthodoxæ fidei.

His vix dum abſolutis, honor h
garis, etſi omninò præter ſpem,

voluntatem , illi à graviſſimis Aca-
Senatoribus fuit delatus.

m enim quæreretur vir aptus juventuti
micæ defendendæ, præceptisque ſalu-
informandæ : cui onus omne Philo-
arum diſputationum publicè incum-
viſum eſt Senatui, inſtantibus comi-
Vhitakerum adhuc juvenem & in ſpa-
iloſophorum ambulantem , Patrem
e numeroſæ prolis ; non modò eam
ret debitis encomiis præceptisque in-
t ad feliciorem deinceps in ſtudiis
ſum, denique hortationibus incitaret,
ret ad induſtriam & diligentiam : ſed
quæſtiones philoſophicas erudite tra-
easque defenderet ac tueretur acutè
graves quosdam philoſophos, ſubti-
ter ac diſertos. Quem quidem pro-
n , eo difficiliorem multò , quòd &
pta & ſubitò illi impoſita eſſet : ità
, prudenter & philoſophicè geſſit ; ut
m eruditæ doctrinæ & eloquentiæ ad-
nem apud omnes concitarit.

ta tandem *Platonis* Academia & *A-*
s Lycæo, in quo potiſſimum maxi-
fructu diu deambularat, contulit ſe
entem lectionem ſacroſanctæ ſcriptu-
ſoli, ut verè Chriſtianum decet, om-
horitatem divinam in tradenda fide
endis religionis controverſiis, ſemper
. Neotericos etiam Theologos,
n verò fideles & ſinceros verbi divi-
pretes , diligentiſſimè evolvit.

e erat incredibilis induſtriæ, ſudoris,
ie patientiſſimus, intra paucos annos
enè patres ſaniores , tam Græcos,
tinos perluſtravit. Quos omnes ita
iſſe dicebatur : ut fama percrebue-
, ſi quid temporis, vel intervenien-
icorum , vel relaxationis cauſa de-
eſſet, lectioni Theologorum deſti-
multam noctem vigilaſſe ſolitum,
gri diei penſum abſolviſſet.

quidem vigiliis auxit ſcientiam; vi-
corporis imminuit ; unde veriſi-
valetudinem per reliquum vitæ in-
præcipuè manaſſe. Hoc ut ſtatua-
im adducimur regionis & incola-
ra , ubi natus & enutritus fuit ad
propemodum pueritiæ periodum;
ptima craſi & ὐεξίᾳ corporis , in
feſta indicia optimæ ad diuturnam
mamque ſanitatem, temperaturæ,
e cernebantur ; maximè verò tem-
electa ac moderata diæta, qua ab
doleſcentia perpetuo utebatur. Vi-
modicè aut omninò non attigit:
ò dilutum aqua. Cibis ſe nun-
urgitavit , ne in ampliſſimis qui-
lis ; ſed parcè ſemper & modicè
Atque ad relaxationem animi tu-
e ſanitatem corporis honeſtis , &
Theologo non indignis exerci-

tationibus ſe refecit oblectavitque: nunc in apertis campis & libero aere ſagittas emittendo , quòd nec indecorè nec imperitè fecit : nunc fervente æſtu , ad ripam gelidam ſubtili hamo piſces decipiendo , & calamo ſalientes ducendo.

Hyeme verò & pluvio cœlo, quando ſine periculo valetudinis nec ſagittam perſequendi, nec piſces ineſcandi facultas erat ; ingenioſo Schacorum ludo, ſe plurimum recreavit. In quibus omnibus adeò hilariter & jucundè luſit, absque omni ardore , & vel leviſſima rixandi libidine ; ut nihil præter honeſtam animi oblectationem, viriumque refocillationem, quæſiſſe videres: *nunquam ſoluta harmonia , & concentu bonorum operum , dum relaxare animum voluit* , * ut monet Ambroſius.

* *Lib.* 1. *Offic.c.*20.

Cæterum ut dictum , novus indies cumulus hiſce , quos exantlavit , laboribus ad doctrinam acceſſit; id quod prudentiſſimus Collegii præfectus, Regius tunc Theologiæ profeſſor Doctor *Whitgifft* poſt metropolitanus totius Angliæ , facilè animadvertit ; ac proinde in delitiis vel maximè habuit. Nec tantum dum præfuit Collegio, in intimis duxit, & Epiſcopus *Vigorniæ* creatus , caterva florentiſſimorum ac nobilium juvenum cohoneſtavit ; ſed ad extremum uſque halitum filii loco habuit: ut palam ac liberè profeſſus eſt ; quum primum inopina *Whitakeri* mors paſſim increbuit.

Joannes VVhitghiftus Archiepiſcopus Cantuarienſis, VVhitakeri ſummus.

Sed ut redeat unde deflexit oratio : Lectioni optimorum Theologorum perſperſæ erant , ſicuti officii ratio poſtulabat , *tractationes locorum communium* , in ſacello Collegii Trinitatis ; Populares ruri *Conciones*, domeſtica *Catecheſis* diligens ſanè, pia & planè Theologica in eodem collegio ; & ibidem *pro gradu Baccalaureatus in Theologiâ* tres de more *prælectiones* inſignes : in quibus omnibus dubium , utrum pium ſe magis Chriſtianum, an doctum Theologum præſtiterit.

Exercitationes Theologicæ VVhitakeri

Certè in Philoſophorum & Rhetorum ſcholis alterum egit *Baſilium* : in Catechumenorum autem turba *Origenis* naſcentis ſcientiam & conſcientiam luculenter oſtendit. Sed ſeries narrationis flagitat : ut ad majora deveniamus. Hæc enim etſi magna ſunt , & digna; quæ omnibus innoteſcant: tamen ſi ad reliqua contendantur ; quæ deinceps effecit & edidit : non niſi ſpecimina quædam & documenta futuræ induſtriæ videbuntur.

Eruditio VVhitakeri

Adventantibus igitur maximis comitiis, quæ à ſolſtitio æſtivo Cantabrigiæ celebrantur in templo beatæ Mariæ , anno reparatæ ſalutis *milleſimo* , *quingenteſimo*, *ſeptuageſimo octavo*, primum *concionem ad Clerum* habuit , veram pietatem

 redolen-

redolentem, & abundè refertam multiplici ſcientia & eruditione.

Deinde tractavit publicè in ſcholis *duas quæſtiones Theologicas* admodum copioſè & ſplendidè, & de iiſdem reſpondit ſubtiliter & appoſitè, uti nervoſum Theologum, & ſubtilem diſputatorem decuit.

Baccalaureatus in Theologia gradum impetrat.

Quibus perfunctus muneribus, gradum baccalaureatus, quem petiit, impetravit cum applauſu; & abundè cumulateque omnibus ſatisfecit.

At non ſatis fecit tamen, Nam ſi ſatis fuiſſet factum: acquieviſſent, & Whitakerum memorem ubique officii, nuſquam inanis gloriolæ aucupem bona cum venia dimiſiſſent.

Diſputat cum Theologis ſummis.

Verum revocarunt denuò in palæſtram Theologicam, & grave illud ac honorificum certamen luctandi cum lectiſſimis viris, ac ſummis Theologis, Præfectis collegiorum & aliis Theologiæ doctoribus (quod niſi exercitatiſſimo & exploratiſſimo athletæ concedi non ſolet) ei maximis comitiis commiſerunt.

Quid multa? deſcenditur in certamen, theſes explicantur, oppugnantur vehementius à veteranis militibus: Spartam tamen, quam erat nactus, Whitakerus tuetur fortiter, ornat ſplendidè, ipſæque theſes, quas defendendas ſuſcepit, illius præſidio ſartæ tectæ manent, &c.

Hac defunctus victoriâ quievit ad tempus intra domeſticos parietes; ſed ita ut nunquam minus eſſet otioſus, quam cum ocioſus, & nunquam minus ſolus, quam cùm ſolus. In otio enim de negotio cogitavit; & dum quies dabatur à publicis negotiis, ſe ad ferendos labores in publicis muneribus, & certamina de fide ſubeunda inſtruxit, quaſi præſagiens id, quod evenit.

Eligitur Profeſſor regius ſacræ Theologiæ.

Accidit enim ſic volente DEO, cui humana omnia ſubjiciuntur, ut Doctore *Chadertone*, Regio ſacræ Theologiæ profeſſore, evecto ad Epiſcopalem dignitatem, cedente & præfectura Reginalis Collegii, & munere profeſſoris, Whitakerus annis immaturior, ſed grandior ſcientia, & judicio, à graviſſimis ſeptemviris in ejus locum ſubrogaretur; meritone ſuo, an Electorum gratia prenſationeve ſuorum non potuit eſſe illi dubium, qui vel ipſas prælectiones audivit, ex quibus de utroque candidatorum judicium erat ſumendum, vel ipſam Whitakeri modeſtiam, & in petendo verecundiam ac pudorem novit.

Non ſine invidia.

Certum tamen eſt alios indignabundos infremuiſſe, ſeni ſpectato prælatum juvenem: alios ſubveritos, ut tanto oneri & odio ferendo eſſet. Haud aliter olim fluctuaſſe animo Senatum populumque Romanum, auctor eſt * Livius: poſtquam omnibus veteranis ducibus detrectantibus imperium, *Scipionem* adhuc juvenem, annum agentem *viceſimum ſextum*, creaſſent ſummum ſolumque ducem, adverſus *Aſdrubalam*, ob

* *Lib. 6. Decad. 3.*

recentem victoriam in Hiſpania trium
tem. Verum perſpecta illius probit
prudentia: quæ ut in ætate inconſtar
imia fuere, inprimis verò pietate & ac
tate in deorum cultu, ſumſere animos
que optima concepta; bonis avibus a
lum proficiſci juſſerunt. Ita prorſus,
immaturam Whitakeri ætatem, de fu
ne tanti muneris, in honorem Acad
& uſum ſtudioſorum, paulò vehem
fuerunt ſoliciti; cogitantes ſeriò, & n
ria repetentes, quæ ſcripſerat, diſp
legerat; præſertim verò intuentes
ſtiam, pietatem, & venerabilem ill
nectutem morum, & canam pruder
animum receperunt, & anxia ſolic
depoſita, omnia ſibi ſpoponderunt
& feliciter eventura. Nec enimverò
ctatione ſua de ingenio præclaro falſi
Poſtquam enim ad legendum ſe ac
in eo deſideratum nihil eſt: quod in
Theologo, & profeſſore exercitatiſſi
quiritur. Lectio multiplex, judiciun
ſermo facilis & purus, doctrina ſan
ſolida, omnia hæc quæ ſanè maxim
in primis Whitakeri prælectionibus
tis enituerunt. Hac fama exciti plurin
las Theologicas repetierunt; atter
diligenter; avidè exceperunt dictata
Ac primum quidem auſpicatus e
thedra profeſſoris interpretari *tria pr*
pita Evangelii ſecundum Lucam.
abſolutis *epiſtolam ad Galatas* felici
currit. Dein aggreſſus eſt explicare
Epiſtolam Pauli ad Timotheum, è
rimas doctrinas ſolidè formavit,
Theologiæ ſcitu perquàm neceſſaria
ſtremo loco in ſuis prælectionibus ill
celebre illud *carmen epithalamium*
Salomon, oraculo DEI ſapientiſſim
nium judicatus, cecinit, Spiritu
ſuggerente, vulgo dictum *Canticum*
corum. Atque ita ſcripturarum int
tione depoſita, anno ſalutis *milleſim*
genteſimo, octogeſimo quinto, Febru
decimo ſeptimo, *ad* tractandas *contr*
religionis, quæ ſunt inter orthodox
piſtas, ſe contulit.
Sed de his adhuc dicendi locus non
pedienda ſunt alia, quæ ſalva fide p
non poſſunt. Cum enim Whitaker
occupatus publica profeſſione; ir
Angliam, vel irrupit potius juvenil
dam & glorioſus Jeſuita *Edmundu*
pianus, Anglus, qui *decem* plumbe
nibus (non enim hæreſi unquam mag
ſceleri deerit ratio) tanquam tormen
licis, omnia orthodoxæ religionis
menta uno ictu proſtraturum ſe fu
fuit minatus. Quem juveniliter exult
præclariſſimo libello edito, anno
octogeſimo primo, ita fregit & con
Whitakerus, ut omnes ſanæ menti
viderent; ementitum Theologum, in
Thraſonem rationes in ampullas,

s minas in meras nugas & fumum leviſ-
n evanuiſſe. Sed nihil eſt in Theologia
bſurdum : quin ab aliquo Pontificio-
efendatur. Itaque nihil mirum ſi pro-
Campiano, ſubitò emerſit, tanquam è
Sophiſtarum, *Duræus* quidam, pro-
e presbyter Jeſuita, natione *Scotus*,
o *Romanenſis :* qui, tanquam Atlas
uenti provinciæ Campianicæ hume-
ppoſuit : & disjectas illius rationes ex-
rurſus è luto; & fucatis coloribus
ri priſtino, ſi diis placet, reſtituit.
erum novus hic miles & integer in lo-
mortui proſiliens, aliam pugnandi ra-
delegit. Nam quod Campianus ſplen-
adam oſtentatione, ac minaci vultu
conatus eſt : Duræus iſte diris latrati-
cundia canina, virulentis convitiis ſe
um ſperavit. Verum benedictus ſit
, qui linguam & calamum ſervi ſui
eri bellum Eccleſiaſticum docuit. Is
uliebriter rixando, & convitiando
er, facilè ſemper primas Jeſuitæ con-
cauſam omnium ita diligenter eſt per-
, ita controverſias ſingulas disquiſivit
cavit : nulla ut diſputatione, veritas
lefenſionis, clarius unquam orbi in-
. Itaque quod * *Theodoretus* de *Ire-*
optimè quadrabit in Whitakerum :
ῶν ἐκκλησιῶν ἑσπερίων : qui lumine
ionis, ita veritatem religionis Or-
: patefecit, & aperuit omnibus Ec-
ccidentalibus : ut jam luce meridia-
r habeatur.

ſſit *Nicolaus Sanderus Anglopapiſta*
, cum quo, (dum Duræus ille ma-
noribus ex ultima Gallia adventare
r, ut olim Trojanos progreſſos fa-
* *Homerus* in prælium contra Græ-
γῇ τ᾽ ἐνοπῇ) manus conſeruit Whi-
de perſona Antichriſti. Is enim *octo*
ibilis Monarchiæ, *quadraginta* non
olum probabiles, ſed ſolidiſſimas
o *demonſtrationes* contexuit; qui-
quam oraculis arietinis, *Papam Ro-*
non eſſe ipſum Antichriſtum aper-
inci putavit. Has univerſas & ſin-
igenti ac ſolida reſponſione ſolvit
erus, plurimis earum verè & eruditè
retortis. Adeò nimirum *ſunt Pon-*
n demonſtrationes in controverſiis
mera ſophiſmata & captiunculæ.
ræterea huic libello loco auctarii
am propoſitam & ſtrenuiſſimè de-
Cantabrigiæ maximis Comitiis in
B. Mariæ; quo tempore * ſuſcepit
Doctoratus in Theologia.

d *Sanderi* rationes reſponſio, alium
lverſarium. *Rainoldus* enim Theo-
nenſis, qui ſimul à fide ſua in prin-
gliæ & DEUM ipſum defecit, mo-
tum qua authoritate, præ ſe ferens
lius reſponſionis refutationem : ut
us ludio in primo actu corruens,
præfationem attigit; ſubdolè &
malitioſè Anglos Theologos quàm potuit acerrimè inter ſe committens; quo eorum diſſidiis univerſa religio in odium & invidiam adducatur. Sed ejus aſtutias veteratoriasque calumnias, ac mendacia VVhitakerus & planè ſenſit & retexit pleniſſimè, ægrè tandem eum dignatus reſponſione eadem qua ſcripſerat *Rainoldus*, lingua; quod ipſum deploratæ ſpei, & librum minimi momenti eſſe putaret. Hæc omnia ſunt, quæ edidit, antequam aggreſſus eſt magnum illum Pontificiorum *πανκεφαλιαστὴν Bellarminum.* Contra quem quæ ediderit, quæque diſputarit, nominatim recenſebimus; ſi prius *de nuptiis*, quas VVitakerus contraxit; & præfectura illuſtriſſimi Collegii ſancti Joannis Evangeliſtæ *Cantabrigiæ*, quam adeptus eſt, pauca expediverimus.

Nuptiæ VVhitakeri

Moroſus ille ſenex *Stapletonus*, qui in tàm longa vita nec vera docere, nec benè loqui, nec caſtè de aliis ſentire didicit, libro edito anno ſalutis *nonageſimo ſecundo*, nuptias VVhitakero ut probrum objecit, oblitus planè verborum * Domini: *Omnes hoc dictum non capiunt :* & Apoſtoli verbi: *annon habemus poteſtatem ſororem uxorem circumducendi ?* & ejusdem ad Timotheum de officio Epiſcopi præcipientis, δεῖ ἐπίσκοπον εἶναι μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα. At ſi in ſcripturis hoſpes ſit & peregrinus, quod inde vident firmamenta defenſionum ſuarum peti non poſſe; meminiſſe tamen oportet, quid authore *Paphnutio* confeſſore, & cœlibe, vetus illud & celeberrimum Oecumenicum concilium Nicænum, de nuptiis ſacerdotum olim decreverit; nec è memoria delere, quid ſanctiſſimus pater * *Auguſtinus* diſertiſſimè docuerit: *Melior profectò eſt*, inquit, *conjugatus fidelisſimus & obedientisſimus DEO, quam continens minoris fidei, minorisque obedientiæ.* Non fuit, Stapletone, aut Stapletoni adſeclæ, VVhitakerus, non fuit, ejusdem ſententiæ, cujus veſter pater *Hoffæus Jeſuita*, Romæ adſiſtens & conſiliarius Pontificis : qui pronunciaſſe dicitur : *minùs peccare ſacerdotem adulterando : quàm conjugem ducendo.* Nec *Whitakerus* unquam habuit ſuos catamitos, aut pæderaſtes unquam habitus eſt : quales ſunt, & habentur innumeri veſtrum & ſacerdotes, & Jeſuitæ, & Carnales : imò ne ſanctiſſimi dii veſtri, ipſi illi Papæ, ab hujus ſpurcitiei ſuſpicione & crimine immunes ſunt fueruntque. Temperanter vixit VVhitakerus, & caſtitatem coluit : non eam, quam vos opinionis errore fingitis : & impudice obtruditis votariis veſtris votifragis : ſed quam Deus inſtituit in Paradiſo : quam Chriſtus præſentia ſua Canæ Galileæ cohoneſtavit : quam Apoſtolus *Chriſtianum remedium uſtionis* vocavit : quam denique omnes ſani Theologi miniſtris verbi, perinde ac Laicis, licere confitentur. Primo autem uxorem honeſta & pia familia oriundam duxit : cujus parentes, fervente ſæva perſecutione verè Chriſtianorum,

Quas reprehendit Thomas Stapletonus.

* *Matth.* 19. v. 11.
2. *Corinth.* 9. v. 5.
1. *Timoth.* 3. v. 2.
Salom. lib. 1. c. 22.
* *De civitate DEI* l. 16. c. 36.
Haſenmüllerus de auctor. Jeſuitarū c. 6. ſect. 2. pag. 165.
Hoffæi ſententia de conjugio ſacerdotū.
Geneſis 2. v. 24.
Joannis 2.
1. *Corinth.* 7. v. 2-9.
Conjugiū VVhitakeri I.

norum, ſub regno Mariæ, ſatellitibus illius immitis DEI, qui totus madens ſanguine innocentium ſedet in civitate Septicolli, authoribus & adminiſtris, magnam viam pecuniæ quotannis miſerunt, ad pios exules ſuſtentandos. Horum parentum ipſa germana filia erat, modeſta, pudica, fidelis, plena bonorum operum, præcipuè verò Eleemoſynarum in pauperes, quos pro re ſua, vel plus eo, alacriter aluit & ſuſtentavit. Qua defuncta poſt biennium aliam uxorem duxit, ſobriam caſtamque matronam, pietatis & prudentiæ laudibus præſtantem; quam moriens reliquerat viduam doctiſſimus vir *Dudleius Fenner*, *Cantianus*, generoſa familia natus, verbi miniſter haud ignobilis. Ex his *octo* ſuſcepit *liberos*, quos in vera religione, & honeſta diſciplina perpetuò enutrivit. Hæ fuere nuptiæ VVhitakeri, quas bonus ille ſacerdos Stapletonus probri loco objecit.

Secundum conjugium

Dudleus Fenner Cantianus

Liberi VVhitakeri.

Præfectura collegii D. Joannis Evangeliſtæ.

De præfectura collegii, multis non eſt opus. Nam tum ipſius collegii dignitas & amplitudo, quæ ſemper habita eſt ubique maxima, à primis ejus jactis fundamentis: tùm honoratiſſimorum virorum admirabilis & per multos annos ſpectatiſſima ſapientia, qui hunc ei honorem deferri curarunt, ſummum honorem & amplitudinem præfecturæ abundè declarant. Cujus primo in aditu, quidam ſocii acriter ei reſtiterunt; alii ſtudentes evehendis ſuis familiaribus, alii longius deliberandi ſpatium poſtulantes; ſed non ita multò poſt, manſvetudine ſua, æquitate ac bonitate morum exulceratos animos ſedavit, & in ſui amorem atque admirationem facilè omnes æquos rapuit. Gubernandi autem ratio mitis & æqua fuit, apta tùm VVhitakeri ingenio placido, tum libera ingenuorum ſocietate digniſſima. Quàm autem alienus fuerit ab omni avaritiæ ſuſpicione vel minima, in quam incidunt ſæpè boni alioqui Collegiorum præfecti, non ſolum una omnium vox ſub ejus auſpiciis degentium, ſed etiam tenues & exigui illi reditus, quibus ſe ſuosque honeſtè aluit, ſumtu cenſum non ſuperante, ſatis ſuperque teſtata ſunt. Habuit enim omnes curas & cogitationes ſuas, vel in hoc uno defixas penitus, ut rem collegii publicam, omni honeſta ratione & ornaret & amplificaret plurimum: interim verò in rem ſuam nihil intulit, præter memoriam abſtinentiæ ſempiternam. Et quidem digna eſt ſumma laude & admiratione, ſpectata ſatis & per omnem vitam explorata ipſius integritas, tàm in petendis beneficiis, adeundisque honoribus, quam in eisdem conferendis. Nullam unquam in Academia, vel in Eccleſia dignitatem precio mercari conatus eſt; nullam verborum blanditiis, aut importunis amicorum flagitationibus emendicare.

VVhitakeri integritas & abſtinentia.

In delectu ſociorum collegii integer.

In eligendis autem diſcipulis, & ſociis collegii (quos cooptandi penes Magiſtrum ſumma eſt poteſtas) quam integre ac inculpatè ſe geſſerit; quamque omnem corruptelam

& ambitum excludi voluerit: plurin
μνείοις demonſtrari poſſet. Singu
conſectabimur, ne infiniti ſimus, nec
laria nimis perſequi placet, ne VVh
laudes quærentes ex rectè factis, ali
infamiæ labecula adſpergamus. Hoc
ſatis erit, ut nominibus parcatur, ve
dixiſſe: *ſolenne fuiſſe VVhitakero in o*
electionibus, tam ſociorum quàm
lorum, ſi quem deprehenderat cert
ciis vel tentaſſe pecuniæ voto potiri
virtute & doctrinâ effici debebat, i
utcunque alias digniſſimum honore
plum ambitus & munerum corrupt
nifeſtiſſimum ſtatuere, ut alii ejus
territi deinceps diſcerent modeſtiu
neſtius petere. Tenuit in tota adı
tione illud * *Ambroſii* firmiter:
utilitas iſta, in quâ plus honeſtati
tur, quàm utilitati adjungitur.

Nunc ad *Bellarminum* veniend
invictiſſimum ſcilicet illum Pap
athletam: de quo multis annis Ponti
topere crepare, & inſolentiſſimè glo
liti. Huic igitur dominanti in ſcho
troverſiarum, & magnas ſtrages B
rum, ut putabatur edenti, VVhitake
& aperto campo occurrit, de tota
verſiarum poſſeſſione certamen inſti
excepit: contorſit ſua; Orthodoxo
dit: proſtravit Jeſuitam. Ac prim
dem feliciter auſpicatus eſt *Controv*
ſcripturis, quas *ſex quæſtionibus* m
propoſitas & pertractatas accuratiſſim
anno ſalutis *milleſimo, quingenteſim*
geſimo octavo. Ordine deinde pro
controverſiam *de Eccleſia* ingreſſus
abſolvit *ſeptem quæſtionibus* pertra
Similiter eam, quæ eſt *de Conciliis*
ſtionibus ſex: *De Romano Pontifi*
ſtionibus octo; *De miniſtris & Pr*
Eccleſiæ, quæſtionibus quinque: *D*
mortuis quæſtionibus ſex: *De Eccl*
umphante quæſtionibus ſeptem. *D*
mentis in genere, quæſtionibus oc
Baptiſmo quæſtionibus ſex: *De Euc*
quæſtionibus quinque. Sed has non
per otium relegere & typis mandare
ſas; id quod auditoribus fuit in v
maximè; quorum cùm ſumma adm
& acclamatione ſingulas tractarat.

Cæterum ſtudio reſpondendi Bel
in omnibus controverſiis religionis
ctus, optimum cenſuit has elucubra
putationes apud ſe reponere, ratus
poſtea non evenit) aptius fore tem
per otium evulgandi. Sed DEO
tali, *cujus conſilia ſunt abyſſus inſ*
lis, aliter viſum eſt. Ejus enim juſſu
tus eſt è ſtatione ad triumphandum
cum Chriſto, dum Chriſti cauſam
propugnat in terris, contra ſatellite
chriſti. In omnibus autem contr
pertractandis maxima aſſiduitate & dil
uſus eſt; ſingulis hebdomadibus per

erminos, uti regiis ſtatutis cautum eſt;
vè legent: niſi graviori aliquo negotio
ditus; quod rariſſimè contigit, quod-
mni prudentia ſemper cavit. Egit au-
m adverſariis ſuis ingenuè, liberaliter,
ortem militem decuit: haud ægrè un-
largitus, quæ erant concedenda: nuſ-
ſaiſe elevans, aut callidè diſſimulans
ſima eorum argumenta: ſed collectis
er & recitatis aciem eorum ſcientiſſimè
t, ſolvens nodum ipſum dextrè ac pe-
quo vis omnis totius rationis delituit.
ue egit pacatè, modeſtè, ac leniter,
ertis convitiis, ſine dicteriis, ſine bile,
nni fuco & verborum lenociniis: ut
is divinæ ſtudioſiſſimum indagatorem,
cretorum & Canonum quorundam,
mque partium aſtutum & pugnacem
em, facilè agnoſceres.
ilominus tamen lenis ille profeſſor
ienſis, cenſor ſatis ſuperſtitioſus Tho-
tapletonus, Bellarmino tacente, qui
tiſſimum bellarat Whitakerus, ob
utridæ doctrinæ *in lib.9.principiorum*
alium concluſum, ſcienter & ſedatè
takero retectum & lancinatum calci-
niſerè, totaque plauſtra puerilium ac
rium convitiorum, ſine judicio &
, in eum convexit. Et ut impru-
ſuam & arrogantem præfidentiam in
on bona, univerſo orbi teſtatam re-
et & conſignaret, ſucciſivis videlicet
propè dormitans totam Whitakeri
ionem inſtitutam de tertia quæſtione
controverſiæ de ſcripturis, copioſo
lumine & ſua λογοδιαῤῥοίᾳ laceravit
lſit. Cui iracundo & maledico ſeni,
s ſibi aliquantulum ſapuiſſe videretur
erus præter morem paulò aſperius
t, medicos imitatus, qui, ut ex So-
* *Plutarchus*, Πικρὰν πικροῖς κλύ-
ρμάκοις χολήν. Atque hæc de li-
prælectionibus vel editis in lucem,
hedra dictatis. Relictæ ſunt autem
ures luce cedroque dignæ aliæ lucu-
, quales ſunt quædam *conciones ad*
in principio anni cujuſque maxima
ia totius Academiæ *Cantabrigienſis*
celebratæ: *Breves*, ſed judicioſæ,
ationes quæſtionum Theologicarum
s publicis, quando ſolennes diſputa-
lterius cujuſque ſeptimanæ feria
x more fiebant, Pro impetrandis
: *Determinationes* etiam *aliæ ple-*
& majori induſtria elaboratæ cele-
Comitiis æſtivalibus propoſitæ;
libellus contra Th. Stapletonum de
peccato, plenè deſcriptus & para-
elum; in fallax illud ſpeculum fa-
tapletono; quod opuſculum po-
ſolvit, antequam ex hac vita emi-

ram idem operam navavit Acade-
tabrigienſi, nec non univerſæ Ec-
glicæ, quarum inprimis paci &

unitati in veritate ſtudebat, ad componendas lites de pauculis religionis capitibus natas, proxima hebdomada ante quam è vivis exceſſit. Nam Londinum profectus cum Decano Elienſi, Doctore *Tyndall* eruditiſſimo Theologo, Reginalis Collegii præfecto, nervosè & feliciter egerunt de capitibus in controverſiam vocatis, coram D.D. *Joanne Archiepiſcopo Cantuarienſi*, *Richardo Epiſcopo Londinenſi*, *Richardo Epiſcopo Bangorienſi* deſignato, aliiſque doctiſſimis Theologis, quorum omnes & ſinguli conſenſerunt inter ſe, & mirificè concordarunt.

nendis litibus & controverſiis.

Londinum proficiſcitur

D. Tyndall, Theologus.

Iter iſtud moleſtum ſanè media hyeme, præſertim verò nimiæ vigiliæ, dum ſeriò nimis de re inſtituta cogitabat, morbi cauſæ fuiſſe creduntur: quo laboravit de via, quoque implicitus *Cantabrigiam* eſt reverſus.

Morbum ex eo itinere contrahit.

Vis morbi quanta eſſet, exitus magis funeſtus, quam verba ipſius, aut ipſa morbi συμπτώματα prodiderunt. A reditu intra cubiculum ſe continuit, accerſito familiari & amico, in cujus ædibus uxor ſua vicina partui commorabatur. Die proximo qui erat Dominicus, pejus ſe habuit, unde ſolito graviorem morbum intellexit, Medici accerſuntur, inſpiciunt, colloquuntur, conferunt conſilia, ſtatuunt denique miſſionem ſanguinis eſſe perneceſſariam, ſed neſcio quo caſu, quove conſilio, remedium iſtud tam facilè, tam opportunum duobus diebus proximè inſequentibus neglectum fuit. Cum verò die Mercurii omnia ad mittendum ſanguinem parata eſſent, ſolus ille non fuit aptus, totus ſudore manans continuò. Sequenti nocte ſvaviter, ut ſibi videbatur, quievit. Rogatus enim, ut primùm expergefactus eſſet; ut ſe habuiſſet illa nocte, reſpondit: *Oh, beata nox! gratiorem & jucundiorem ſomnum non cœpi, à quo me morbus corripuit.* Veram ſenſit amicus, manu frontè gelido ſudore diffluenti appoſita, certa nimis, indicia mortis adventantis, cujus etiam illum admonuit. Tum ille lætus hæc verba uſurpavit; *Gratus eſt adventus authore DEO, mortis vel vitæ: Mors mihi in lucro deputanda eſt,* Et paulatim reſpirans addit; *Vitam non expetò, niſi ad promovendum honorem DEI & Eccleſiæ inſerviendum.* Nec multò poſt, videlicet ſub horam octavam matutinam diei Jovis, qui erat *quartus Decembris*, animam leniter agens, efflavit Spiritum, & ſvaviter in Domino obdormivit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo quinto*, ætatis ſuæ *quadrageſimi ſeptimo*; poſtquam munere regii profeſſoris annos circiter *ſedecim* functus fuiſſet: & Collegium S. Joannis Evangeliſtæ rexiſſet annis ferè *novem*.

Mors Whitakeri

Sexto ab obitu die, ſolenni illius Academiæ more, funus factum eſt ei frequentiſſimum; & quale vix antea eò loco viſum: concionem funebrem habente Procancellario *Goad*, præpoſito regali, non ſine affectu & lachrymis præſentium. A meridie ejuſdem diei oratione funebri juſta Whitakero encomia

Funus eidem factum frequens.

encomia perſolvit in æde B. *Mariæ* orator Cantabrigienſis eloquenter & prudenter. Præterea in honorem ejusdem ſcripta fuere *Epicedia* egregia à multis, virtutum illius admiratoribus, *Epitaphium* denique in ſacello Collegii S. Joannis juxta ſepulchrum ejus aureis literis in pariete inciſum ejusmodi:

Epitaphiū

HIC SITUS EST DOCTOR WHITAKERUS, REGIUS OLIM
SCRIPTURÆ INTERPRES: QUEM ORNABAT GRATIA LINGUÆ
JUDICIIQUE ACIES, ET LUCIDUS ORDO: MEMORQUE
PECTUS, ET INVICTUS LABOR, ET SANCTISSIMA VITA.
UNA SED ENITUIT VIRTUS RARISSIMA TANTAS
INGENII INTER OPES, SUBMISSIO CANDIDA MENTIS:
HUJUS GYMNASII SUPER ANNOS OCTO MAGISTER
PROVIDUS, ET RECTI DEFENSOR, ET ULTOR INIQUI.

Patientia ejus in morbo.

Toto illo morbi ſpatio æſtuante (ut credebatur) febri, placidè & mitiſſimè ſe geſſit, morbi authorem DEUM lubentiſſimè agnovit: ſeque ipſum humilimè ſubjecit, nihil unquam vehementius conqueſtus vel de vi morbi, vel DEI prementis manu, quam quod patientiæ exemplar *Job, ex certa fiducia divinæ in Christo miſericordiæ edidit, hæc verba; *Domine DEUS, etiamſi occideris me, tamen certus ſum me his oculis te viſurum: Spero enim in te.* Vultu quidem & habitu externo, nec non tota vitæ ratione pietatem & ſanctimoniam præ ſe ferebat: ſed domi apud ſuos & ἐν κρυπτῷ (ut *loquitur Servator) ubi, ſi qua intus lateat hypocriſis, ſe prodit, maximo ſtudio & ſinceriſſimè ſemper exercuit. Injuriarum ſi quis alius patientiſſimus: quas devoravit multas, nullas intulit; adeò quidem facilis in malè de ſe meritos, cùm pacis, tùm pietatis amore: ut malefacta penè remunerata eſſe aliis viderentur.

*Jobi 13. v. 15.

Pietas VVhitakeri

*Matth. 6. v. 6.

Liberalitas ejusdem.

Hoc perfectionis Chriſtianæ autumat *Ambroſius*. In pauperes & egenos pro re ſua valdè benignus & liberalis: non ad pompam tamen & ſpeciem, quò ab aliis nominari; ſed clam & tempeſtivè, ut indigentibus opitulari poſſet. Nec hoc quidem ſine delectu. In omni enim genere hominum, modeſtos, pios, induſtrios pauperes (ἀγνῷ enim ἅμιος ἀγνὸς, ut loquitur *Nazianzenus*) quantum potuit maximè & opera & pecunia juvit: præſertim verò ſtudioſos bonarum artium, quorum indolem ſimul ac induſtriam noverat. Hos enim frequenter, omni arbitro remoto, affecit muneribus, & palàm evexit ad honores; quantum per ſtatuta collegii fas erat. Ita quod alii *Corinthiis vaſis, veſtibus Tyriis, & Sybariticis epulis* inſumunt; ſolebat Whitakerus in pios & pauperes hilare

Sed cum delectu.

erogare, & impendere ad uſus vitæ
rios: *Hieronymi* conſilium, ut vi
cutus, *Laudent te eſurientium viſ*
ructantium opulenta convivia. (
tum præterea eſt, ſumma ſemper æ
moderatione uſum in ferenda de
vita factisve ſententia. Et quamvi
geſta, facilè ac ſponte ſua quemqu
daret: attamen ægrè eſt adductus
alienus in ullo genere provinciam ſu
adminiſtraſſet, ulla in eum cenſura
madvertere. Quod ſi quando fece
morem habuit: *Errata ex imprude*
levitate aliqua, leni quadā capitis a
cum gemitu taxare: *peccata gravior*
ciora, ſcelera aut flagitia ſummo dolo
tatis zelo deplorare ſolebat. Ita *vit*
magis ordinare didicerat, quàm alie
pere, ut ſuadet Hieronymus. De
regebat, ſic ferè ſtatuit. In *errantes*
verti voluit levius & mitius; ſed pr
& perditos acerrimis ſuppliciis coerc
enim *putavit lenitati & manſuetu*
dendum eſſe; ut majeſtas pietatis
tatis nuſquam violaretur. In cong
tem vitæ, & amicorum conſortiis n
manior, nemo apertior, nemo ju
Fidus in conſiliis & taciturnus; in c
facilis & comis, in re ſeria prudens a
in liberali joco urbanus & facetus,
ad benefaciendum amicis in omni
& conſilio & conſolando, & re ſua
ſimus ſemper & paratiſſimus. Pieta
parentes ſingulari, quos ſumma ob
coluit, & ob rem familiarem malè
ſtratam collapſos in paupertatem ju
facultatibus maximè; etiamſi in ne
ligionis obfirmato planè animo, & p
præfractosque nimis, ac firmiter ad
avitis moribus, & ματαιότητι πατρο
pia tamen reverentia eſt proſecutus,
gerens in omnibus, quæ pietati in
& veræ religioni non adverſaban
omnes tum ſcientiæ tum pietatis exim
tutes, & gratias divinas, *Moſaica* pla
ſuetudo animi & incredibilis quædam
litas ornavit plurimum. Quamvis en
ditus erat acerrimo ingenio; memo
ciſſima; multiplici lectione; ſum
quentia, quanta unquam in Theol
piam fuit, denique doctiſſimo poli
que judicio, adeò ut totius Academi
oraculum meritò haberetur, imò
miraculum; quando nullam propr
peculiarem ſententiam amplexus eſt
ſanam doctrinam in Eccleſiā DEI rec
ut ferè omnes magni nominis Theo
lent, *in vetere via novam ſemita*
rentes, ut loquitur Hieronymus; tam
tanta ſcientia, & præclariſſimarum
ſplendore & copia, nemo inflatum u
aut tumidum, nemo ſpirantem grand
indoctiſſimos homunciones faſtidiosè
cientem animadvertit: ſed humilimè
& ſubmiſſiſſimè omnium ſe habuit, u

ſtatus & recens depulſus à matris ube-
, omni elatione animi, & ſuperba arro-
a adeò uſque repulſis, ut unum è plebe
orum, non unicum Doctorem, & lite-
um coronam ac gloriam diceres. Hujus
ariſſimæ virtutis, cui ferè non convenit
lem ſede morari cum ſumma in ullo ge-
cientia, (ἡ γὰρ γνῶσις φυσιοῖ, ut teſtatur
ſtolus) non modò obſcuriora quædam
nenta quotidiè, ſed ſæpè etiam illuſtria
onia palàm edidit, trium licet lingua-
ognitione, & ἐγκυκλοπαιδείᾳ egregiè
ctus. Tanta itaque uno in hoc homine
ienta digna ſunt: quæ non caducis li-
carentur: ſed ſtylo ferreo æneis tabulis
pantur; atque in memoriam poſterita-
tantur ſempiternam. *Et hæc de Whi-*
ex oratione Abdiæ Aſchetonis Lan-
ſis, S. Theologiæ Baccalaurei, & col-
D. Joannis Evangeliſtæ Cantabrigiæ

MBERTUS DANÆUS.

bertum Danæum Aurelia, Galliæ no-
s urbs edidit; acrem ingenio, diſcen-
lum, & laboris omnis tolerantem.
udio pertinaci facilè totius ſibi ἐγκυ-
ιας cognitionem comparavit; & re-
m aliarum: quibus deinde ſtudia
quæ, mutato conſilio, tranſiit, mi-
ſtravit.
is ad jus civile animum appulit: an-
uatuor operam viro laudatiſſimo ac
Anna Burgiæ dedit Aureliæ, qui po-
riſienſem curiam adſcitus, ob reli-
hodoxæ conſtantem * defenſionem
ionem anno *milleſimo, quingente-*
nquageſimo nono, die viceſima pri-
nbris primùm ſtrangulatus, deinde
pie animam Chriſto reddidit.
emplo pietatis veræ incentivo ex-
nus ſtudiorum mutavit: & anno
xageſimo Genevam profectus, ibi-
n ſe ſacris literis dedens, ſumma in-
ectione auctorum infinita, memo-
la facilè id conſecutus eſt: ut Theo-
lius ſeculi præſtantiſſimis accenſe-
que in ordinem miniſtrorum & do-
nevenſium adſcriptus, operam &
ccleſiæ fructuoſam navavit. *Eru-*
animus ſemper aliquid ex ſe pro-
tum alios doceat delectetve, tum
udibus illuſtret. Sic & Danæus
quid eſt commentatus; quo ſe vel
n pium, vel Philologum elegan-
torum theatro approbaret. In Pa-
lectione, & ſcholaſticorum Do-
eologia ita fertur verſatus; ut pa-
, ſuperiorem verò neminem ſua
ſſe ſit exiſtimatum.
evocatum Academia *Lugdunen-*
is excepit charumque habuit: ac
ditionem, ingenii alacritatem,
memoriam feliciſſimam in adducendis reci-
tandiſque Patrum, doctorum ſcholaſtico-
rum, canoniſtarum, profanorum auctorum
ſententiis, eſt admirata. Lugduni cum an-
num conſumſiſſet, *Gandavum*, Flandriæ *Inde Gandavum.*
metropolin, anno Chriſti *milleſimo, quin-*
genteſimo, octogeſimo ſecundo, commigravit,
anniſque non adeò multis docuit: Quando
enim urbem illam mole ſua & inteſtina diſ-
cordia laborantem animadvertit: tempeſta-
tum imminentium procellis ſe ſubduxit: at-
que in regnum Navarrenum evocatus, Aca- *Docet Orthesii in regno Navarræ.*
demiam *Ortheſianam*, Hiſpaniæ vicinam,
docendo ſcribendoque illuſtravit.

Poſt exantlatos cum Eccleſiarum & ſchola-
rum incremento labores, & libros fecundi-
tate ingenii mirabili numeroſe editos, finem *Ubi & moritur.*
vivendi in his terris fecit *Ortheſii*, ſub ini-
tium anni *milleſimi, quingenteſimi, nona-*
geſimi ſexti, cùm ipſe annos circiter *ſexa-*
ginta ſex eſſet natus.

Scripta, ut diximus, reliquit haud pauca, *Scripta ejus didactica.*
de quibus hæc ſunt *Didactica: Elenchus hæ-*
reticorum: ubi facili & ſingulari methodo
explicatur, qua ratione hæreticorum para-
logiſmi deprehendi & ſolvi poſſint.

Ethices Chriſtianæ libri tres: ubi actio-
num humanarum principia; explicatio De-
calogi, ejuſque cum ſcriptis ſcholaſticorum
jure naturali, civili Romanorum, & Cano-
nico collatio.

De amicitia Chriſtiana.

De ludo aleæ tractatus.

Phyſices Chriſtianæ partes duæ 1. de rerum creatarum origine & uſu. 2. de earundem natura.

De veneficis, olim *ſortilegis*, nunc ſortiariis dictis Dialogus.

Exegetica ejus hæc ſunt. *Exegetica.*

Methodus ſacræ ſcripturæ: ubi praxis in epiſtolam Pauli ad Philemonem.

Commentarius in priorem ad Timotheum epiſtolam.

Explicatio orationis Dominicæ.

Paratitla in Auguſtini tomos duos ſextum & ſeptimum: ubi de variis hæreſibus.

Ejuſdem Auguſtini liber de hæreſibus emendatus & illuſtratus.

Commentarius in Evangelium Matthæi & Marci.

Loci communes. I. De DEO. II. De Angelis. III. De Homine. IV. De Eccleſia. V. De Donis erga Eccleſiam.

Harmonia ſive tabulæ in Salomonis proverbia & Eccleſiaſten. *Polemica.*

Polemica denique permulta ſcripſit, ut adverſus *Genebrardum* Pariſienſem doctorem, adverſus *Jacobum Andream, Lucam Oſiandrum: Stephanum Gerlachium, Nicolaum Selneccerum, Robertum Bellarminum*, ſuper articulis etiamnum controverſis de Cœna Dominica, de Majeſtate Chriſti hominis, de Eccleſiis peregrinis non

m damnandis,

damnandis, de Antichriſto & ſimilibus argumentis: quæ in Bibliothecis nominatim recenſentur.

Edidit etiam *Geographiæ Poëticæ libr.* 3. ex optimis ac vetuſtiſſimis quibusque Latinis poëtis.

Aphoriſmos Politicos, ex hiſtoricis tam Græcis quàm Latinis.

Politices Chriſtianæ libr. 7.

Vetuſtiſſimarum *primi mundi Antiquitatum* libr. 4. cum ex ſacris tum aliis autoribus. *Academia Lugdunenſis*.

ROBERTUS ROLLOCUS.

© 1598. d. 8. Febr. ætatis 43.

ROBERTUS *Rollocus* anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quinto* naſcitur, in inclyta *Levingſtoniorum* familia, parentibus celebribus ſatis & decoris. Ipſe inter binos, quos habuit fratres, ætatis mediæ fuit. Pater *David Rollocus*; quod aliquam literarum ſvavitatem & ipſe hauſiſſet: filios omnium artium liberalium cultura imbuendos curavit. In primis ei curæ fuit hic *Robertus*: quòd haud obſcura egregiæ in eo indolis præſagia apparerent. *Sterlinum* igitur eum miſit; tradiditque *Thomæ Buchanano* Sterlinenſi Ludimagiſtro: ſub quo tam illuſtre ingenii ſpecimen in ipſa juventa edidit, tantamque morum oſtendit modeſtiam: ut abſque rigidiori diſciplina ſatis officio faceret. Magiſtri itaque ſui Buchanani affectum, mellita illa indolis ſvavitate ita in ſe convertit: ut adſiduis incrementis auctus ad vitæ uſque finem nunquam deſierit.

David Rollocus pater.

Sterlinum miſſus Rollocus. Ibi Thomas Buchananus ejus præceptor.

Sterlini ubi in ſtudiis humanioribus ſic ſatis maturuiſſet; *Andreapolin* commigravit, ad ſtudia ſublimiora Philoſophica nimirum capeſſenda. Ingreſſus autem Academiam cognomento *Salvatorianam*, in ea *quadriennii curriculum Philoſophicum* emenſus eſt: ubi quæ prius in eo ſcintillarant virtutes, in dies magis magisque ſplenduerunt. Ad tantum autem illorum ſtudiorum faſtigium conſcendit: ut ex condiſcipulis pauci eum ſint aſſecuti, anteierit nemo.

Andreapolin commigrat.

Completo hoc curriculo, ob eximia quæ in eo eminebant dona, in Profeſſorum Philoſophorum numerum cooptatus eſt. Qua functione egregia cum laude *quadriennium* perfunctus, tanta eam induſtria ornavit, & pietate illuſtravit: ut ex collegis nemo eum æquarit. Anno *milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio* Senatus Edinburgenus de erigenda Edinburgi Academia cogitare cœpit: idque conſilio viri integerrimi *Jacobi Luſonii* paſtoris Edinburgenſis. Conſilii autem ratio hæc fuit: quod Scotiæ regni metropolis ea eſſet; animadverteretque Senatus non ſine civium, cùm moleſtia, tùm impendio fieri, ut liberos *Andreapolin* aut ad alias regni partes erudiendos ablegent: nec ignora-

In numerum Profeſſorum Philoſoph. allectus.

** De quo in vita Cnoxi.*

ret complures tenuioris ſortis ſic angu[...] familiaris conſtrictos; ut ſumptus alibi, [...] Edinburgi educandis liberis tolerare [...] rent, ac proinde coactos ſæpe numero [...] mia ingenia ſervilibus mancipare a[...] Ubi ergo decretum, erigendam eſſe [...] miam, proxime venit in deliberati[...] quisnam ejus præfecturam ſubiret, cu[...] ſpiciis exordium, incrementa, faſtigi[...] peret. Placuit tandem unum alte[...] *Andreapolin* mittere, qui diligenti in[...] ſciſcitarentur: quisnam huic operi a[...] idoneus eſſet. Concordi tunc univerſ[...] demiæ ſuffragio neminem tam ad [...] ciam illam inſtructum ac *Robertum R*[...] didicere, quod & ad Senatum retu[...] Senatus ubi hoc reſciſſet, humaniter [...] cum invitat; tantum opus, cùm ad[...] ſiæ, tum Reipublicæ inſigne emolum[...] ut auſpicetur: ſe nulla in re ei defu[...] quibuscunque poſſet officiis otnaturu[...] que ita tandem ejus conſenſum & ad[...] impetrat.

Anno ergo eodem Edinburgum [...] Rollocus, humaniterque (ut par era[...] natu excipitur. Ineunte hyeme pro[...] adoritur, claſſemque ipſe inchoat. [...] autem fama erectæ Edinburgi Aca[...] turmatim ex omnibus regni anguli[...] *burgum* confluunt, qui ſtudia Philo[...] ambiebant, in unam claſſem coa[...] Ex iis autem pleroſque laxiori tri[...] ſcholarum diſciplina effrenes, in lim[...] tim rigida ſeveritate mirè compeſc[...] veritatem tamen inſita quadam ſibi [...] tia prudenter temperavit. Doctrin[...] tem, qua eos imbuit, & ad diſciplina[...] coercuit, religionis condimento ſic [...] ut guttatim tenellis juvenum animi[...] tem inſtillaret. In hoc enim inprimi[...] nervos intendit: ut diſcipulos ſuos ſa[...] niæ charactere inſigniret: nec conat[...] pium ſucceſſus eſt fruſtratus. Tantu[...] dem hortationibus, & prælectionibu[...] quibus alia ſtudia diſtinxerat, profe[...] efferatos juvenum animos cicurarit[...] ſancti obſequii gyrum redegerit.

Ubi *quadriennio* ad curriculi Philo[...] exitum claſſem hanc perduxiſſet, [...] gulos ad examinis amuſſim exactos, [...] quam *Magiſtralem* vocant, donav[...] ſum deinde ſenatui quatuor Phil[...] profeſſores, eruditione, morum pr[...] ac prudentia inſigniores, *Rolloco* ſuffi[...] claſſibus philoſophicis præficere; qu[...] perio ac nutu ipſius Academiam adm[...] rent. Ex iis autem quos nuperrim[...] redimierat, quatuor qui facto exam[...] quis antecelluerunt, fuerũt electi. Hi [...] cum doctrinæ, tum diſciplinæ Roll[...] ſtentes, demandatam ſibi provinciam [...] fide ac induſtria obierunt: Rolloco int[...] tius Academiæ curam ſuſtinente. Hu[...] officii erat, ſingulas claſſes perluſtra[...]

um ſedulitatem progreſſuſque in ſtu-
obſervare: ſi quæ turbida incidiſſent
nti celeritate componere; univerſos
gulos in officio continere. Quotidie
omnibus in auditorium convocatis,
animi ardore preces ipſe celebrabat.
n ex quaque hebdomada diem delige-
quo diſcipulis ſuis omnibus coeuntibus
aliquem ſcripturæ ſolebat interpreta-
de doctrinas, hortationes, commina-
ſalutares eruit, non ſermonis fuco ob-
; verùm ſententiarum pondere ac gra-
efficaces ad juvenum animos erudien-
ad ſanctimoniam inflammandos. Non
defuerit ei comtus, ac cultus ſermo;
od in rebus ſacris affectatum dicendi
aſpernaretur. Illi enim *cura major*
, *quàm orationis phaleratæ.*
uſmodi prælectionum uſu, arctiùs
ullo aſperioris diſciplinæ genere ado-
es rexit flexitque, fructumque & Do-
diſcipuli perceperunt non contem-
n. Abſoluta quavis lectione, ſcru-
nde cœpit ex cenſoribus, quos deli-
ervandis deſtinarat, quænam ea heb-
perperam facta: citatos delinquen-
dexteritate increpuit: iram divinam
culis poſuit: dedecoriſque metu at-
eddidit; ut ad pœnitentiam, vitam-
nelius emendandam, mille verbera
um valuiſſent. Quibus enim nec
verba aut verbera dolorem incutere,
as excutere poterant: cœleſtem iram
o, blandis promiſſis mulcendo, ſic
uſſit, proſtravitque: ut ſuſpiria, ſin-
fletus uberrimos expreſſerit. Id au-
o inſigne & ſingulare fuit: quòd,
niſſiones Evangelicas annunciaret:
e minitaretur, ita ſe etiam nequiſ-
io, adverſus quem vehementiſſimè
lſſet, inſinuavit: ut ejus in ſe amo-
arit, neque tam metu, quam amo-
ontaneum obſequium traduxerit.
is autem adoleſcentum ob pro-
Philoſophia laureatorum examen
ituebat: ex quo ditiorem ſegetem
Reſpublicaque meſſuit: quàm
inum memoria illa regio tulit.
le Rollocus cùm à ſtudiis Philoſo-
Theologica ſe contuliſſet, adole-
ertim Philoſophia imbutos, ad mu-
ale adſpirantes, ac diuturna no-
diligentia, indefeſſo labore ſacris
Quantum autem hic moleſtiarum,
curarum, quantumve induſtriæ
: vix credibile, niſi experto, vi-
iem enim totum, exceptis prandii
ntervallis, poſuit conſumſitque,
imi capitum Religionis contem-
aut in abditorum ſcripturæ loco-
ione, aut denique in controver-
ontificiis dirimendis. Iſta talia
ublimia & excelſa; mira tamen
iam ad quorumvis captum ex-
Hanc autem ſuam operam, con-
ationibus crebris: quibus adole-
ſcentes ad ſanctimoniam, fidemque in mu-
nere Paſtorali incitabat. Flagitavit inprimis *Monita*
monuitque *ne crudos ſe ipſi ac immaturos* *ejus ad*
ad munus illud protruderent: ne juvenilem *Theologiæ*
ardorem, choleramve, aut innatam, aut *candida-*
aliunde conflatam, aut deniq; ex imitatione *tos.*
inepta deſumtam, quantumvis pietatis velo
tectam, in Eccleſiam inveherent. Foven-
dum quidem in Eccleſia Zelum genuinum,
eſſeque eum ignem cœlitus deſcendentem,
quem ali in templo Domini operæ pretium ſit:
explodendum tamen Zelum adulterinum,
qui ignis ſit peregrinus. Obnixè præterea
ſerioque ſvaſit: *ne res privatas prætextu*
religionis gererent & tegerent, neque fa-
mam ſinceritatis alios ſuggillando aut ta-
xando, propagarent. Hortatus denique;
nihil opinionis, omnia conſcientiæ gratia,
factitarent. Hanc ejus indefeſſam ſeduli-
tatem tantis fructibus beavit Dominus Deus;
ut innumeros ad Reipublicæ emolumentum,
ad munus Paſtorale decennii ſpacio præpara-
rit: in quibus ſanctimoniæ ac eruditionis
Rollocianæ lineamenta illuſtria elucebant.

Ad hos labores ſumma patientia & indu- *Conciones*
ſtria exantlatos accedebat & hic: quòd ſin- *Rolloci.*
gulis diebus Dominicis publicè in templo
concionabatur: idque tanta ſpiritus demon-
ſtratione, tanto ſententiarum pondere, tan-
ta rerum verborumque gravitate: ut apud
omnes pietatis laude floruerit: & in audito-
rum mentibus aculeos reliquerit. Neque
apud vulgus imperitum modò: ſed & apud
eruditos homines concionando ſic efficax
fuit: ut quam plures in limine Orci titu-
bantes, ad vitam illam DEI, lucemque cœ-
leſtem eruerit ac evocarit, divino numine
ejus miniſterium ſecundante.

Complures inſuper commentarios in *Commen-*
Scripturas ſacras, tractatus etiam nonnullos *tationes*
de Religionis capitibus miro artificio conte- *ejusdem.*
xuit: quorum aliqui typis excuſi, non modò
in Scotia; ſed & in exteris regionibus incre-
dibili nominis ipſius ornamento Eccleſiæque
inſigni emolumento leguntur & uſurpantur.
Pervenit fortè in manus *Theodori Bezæ Rol-* *Bezæ de*
loci commentarius in Epiſtolam ad Romanos *iis judi-*
ac Epheſios: qui tanto gaudio Bezam per- *cium.*
fudit: ut in literis ad familiarem quendam
hiſce in ejus laudes eruperit: *Hoc ipſo,* in-
quit, *tempore mihi contigit theſaurum nan-*
ciſci, qui neſcio quo ſiniſtro fato, quamvis
hic in omnium aliorum conſpectu verſare-
tur, me tamen adhuc ſubterfugerat. The-
ſaurum enim cur non appellem, & quidem
pretioſiſſimum, illos honorandi ſumme fra-
tris, D. Rolloci, cum in Epiſtolam ad Roma-
nos, tum in Epiſtolam ad Epheſios utramq;
inter Apoſtolicas omnes celebratiſſimam,
commentarios. Sic enim ego quidem de iis
apud me ſtatuo (quod abſque ulla ſpecie adu-
lationis dictum velim) nihil adhuc legiſſe
me in hoc interpretationis genere brevius
ſimul, cum elegantius, tum judicioſius,
ſcriptum, ut ipſe me iis inſpectis continere
m 2 *nequiverim,*

nequiverim, nec etiam, opinor, debuerim, quin & DEO, de hoc utiliſſimo procul dubio quam plurimis, futuro labore gratias magnas agerem: & tantum hoc vobis bonum, vel toti potius Eccleſiæ, gratularer; DEVM precatus, ut hunc hominem novis ſubinde donis auctum feliciter conſervet, hoc præſertim tempore, in quo propter tantam operariorum in excolenda DEI noſtri vinea raritatem, & paucisſimis ex veteranis illis exercitatisſimis ſuperſtites triumphare jam ſibi de oppreſſa veritate Satan cum ſuis videtur. Hæc Beza.

Ita Rollocus doctrina, virtute ac pietate omnium ordinum hominibus innotuit: ſuique amore, humanitate & candore animos omnium inflammavit. Quamvis enim ipſe præclaris dotibus Paſtores reliquos anteiret: ſeſe tamen ſuo judicio infra omnes demiſit. Et animo quidem fixum id condebat, *latere*; ut liberiùs ſtudiis operari poſſet: & ſemet abdere; ne curis publicis implicaretur. Præter votum tamen ad publica negotia pleraque invitus fuit evocatus: quæ quidem ille egregia ſanctaque prudentia expedivit. Præcipiti plebis Zelo turbata, maturo eius conſilio in ordinem redierunt: rara Zeli ſocia prudentia, nec aſſiduus prudentiæ comes Zelus; utriusque tamen inſignem temperiem Rolloco indiderat is: qui munera tacito diſpertit arbitrio: quam ſenſit cum Eccleſia tum Reſpublica Scoticana cum inſigni ſuo emolumento ſibi ſalutarem.

Humanitas Rolloci.

Noviſſimo vitæ biennio ſic curis publicis involvebatur: ut tenuior valetudo ſatis in dies labaſceret. Aſſiduis enim calculi cruciatibus vexabatur: & ſtomachi infirmitate languesce bat: de cura tamen Eccleſiæ nihil remittebat. Itaque cum inconſulto armatæ plebis concurſu; regis ac ſenatorum ira exarſiſſet: & in periculum ſummam res Eccleſiæ ac Reipublicæ deveniſſet: Rollocus eas turbas, in quibus componendis complures operam & oleum perdiderant, prudentia, pietate, atque humilitate ſua tempeſtivè ſedavit: & regis in Edinburgenſes exacerbatum animum leniit. Secuta eſt iſtas turbas *Synodus Taodunenſis*: quam viſum regi ſua præſentia ornare. Ei Præſes omnium ſuffragiis Rollocus deſignatus: ubi mitigata ſunt: quæ in Synnodo Parthi, non multò antè celebrata, ſeveriùs in ſpeciem decreta videbantur. Cumque iſthic rex flagitaret: ut Synodus eligeret nonnullos: qui excubias pro Eccleſia agerent: ne quid detrimenti ea caperet: confeſtim in eam itum eſt ſententiam: pietate ac prudentia eminentiores deligendos: quibus provincia ejusmodi demandaretur. Factum id & ex iis non poſtremus Rollocus deſignatus. Eſt autem id munus certo temporis ſpacio circumſcriptum & decretum, ut qui eo defuncti munere eſſent; rationem proximæ Synodo reddant.

Valetudo ejus ſequior.

Sedat tumultum Edinburgi

Synodus Taodunenſis. Ei præeſt Rollocus.

Eccleſiarum ephori, inter quos Rollocus.

Hyeme anni *nonageſimi octavi* gravius ſolito laborare cepit: ac proinde ſe domi

Morbus Rolloci ſupremus.

continuit. Sed cùm *Guilielmus Sc*
ejus intimis unus conſuleret, in domun
tranſiret, & aerem ſereniorem ac libe
hauriret; ut recuperaret valetudinem
filium ejus eſt ſecutus. Ac principio
vigor priſtinus redire videbatur: veru
feſtim reciprocans morbi vis lecto e
xit. Itaque prudentia ſolita domeſtic
ſuit: uxoremque, *poſt decennii ſteril*
uterum ferentem amicorum curæ ſer
mendavit. Ingreſſis ad ſe *Patricio*
dio & Davide Lyndeſio, de amore
cipem, qui ſemper ejus animo me
inſediſſet, teſtatus eſt, in eoque mo
ſe profeſſus; rogavit interim ſuo
Regem adeant, horrenturque Religi
bitam, quam inoffenſo curſu eo uſ
ſiſſet, gradu non vacillante ad ultim
ſpiritum calcaret: neque ſpe amp
regni, aut nefariorum tacitis techn
ſe divelli patiatur. De Eccleſiæ Pa
qua par eſſet reverentia, ſentiret
retur. *Illud* (inquit) *Chriſti mini*
quantumvis humile ac abjectum
judicio, illuſtri gloria tandem
Ingreſſi deinde ſunt Paſtores Edinb
quibus aſſidentibus ſic ipſe; *Æg*
mole laſſus; vita hujus pauſam a
anhelans ſpiro, ac ſpero. Non ſic
„ didici ac docui, quin in eo æru
„ harum levamentum ſentiam. A
„ cura, fratres, altiſſimè ſemper an
„ inſedit: quanta ego eam fide ac
„ adminiſtrarim, teſtis DEUS:
„ probè conſcius ſum; quantum
„ Eccleſiam & Rempublicam em
„ redundarit, eos noſtis. Rur
„ mox vitæ meæ filum, trajicie
„ mihi in patriam diu multumque
„ ne quæſo me ablato nimis ama
„ tem ſuam defleat Academia: vo
„ quam, non novercæ, verùm ge
„ rentis vices obite, eam ſinu veſt
„ fovete. Paſtorale munus mihi
„ quod quamobrem ſuſceperim,
„ præterit. In eo egregium quid
„ me affirmare non audeo; volui
„ audebo. Memoriæ veſtræ non ex
„ nodo Taodunenſi delectum me
„ quibusdam, qui pro Eccleſiâ ex
„ in excubando, cum DEI gloriar
„ cleſiæ incolumitatem, tumultu
„ miſerè quaſſatam ſemper ob o
„ buerim: nullius admiſſi flagitii
„ tia diſcruciari me profiteor. In
„ Edenburgenſium numero ge
„ duobus præſertim illis qui ſtudio
„ cinium ſub meâ diſciplinâ feceru
„ nus illud evehendis, cum in iis
„ neri congrua, Deumque eorum
„ propitium, perſpexerim, tant
„ ut illius facti me pœniteat, ut i
„ que horam ſummo potius perf
„ dio. Suſurravit quidam nup
„ aurem meam, diſſeminatum

rqueri me animo ob inique geſtam pro-
iciam. Sed DEUM, arcanorum om-
im arbitrum ac teſtem, ad cujus tribunal
ox ego ſiſtendus, appello: me in omni
gotio, pro divinitus indulta mihi pietate
prudentia, ad ſcopum legitimum colli-
ſſe: nihilque eſſe quod me cruciet aut
gat. Non eo quidem inficias, cum Ec-
ſiam & Rempublicam nexu adamanti-
, eoque fraterno colligarit prudens
ndi opifex: in hoc incubuiſſe me: ut
tua emolumenta promoverem: ne
ipublicæ gladius in Eccleſiæ perniciem
ngeretur, aut Eccleſia in principem,
Rempubl. acerbè inveheretur, bel-
nque non neceſſarium excitaretur. Ne-
tamen ita me pacis amor faſcinavit,
genuinam ab adulterina non ſecreve-
: nec affectus in Principem eo me ab-
uit, ut in ejus gratiam vel labeculam
m conſcientiæ fuerim inducturus. Ve-
meorum factorum candor etiam me
ncto luceſcet. Cæterùm, Fratres, un-
ni concordia ad opus Domini coale-
e. Quid magis incongruum quam pa-
præcones, litigio ac diſcordiæ carnifi-
dilacerari, hac tempeſtate, qua in in-
s hoſtes ſunt, non lite ſpargendæ vires,
m pace refovendæ ſunt, petendum ac
iendum, hoſtium latus, non mutua
la. Principi veſtro debitum obſequium
tate: rara temporum felicitas vobis
git: Principem nacti eſtis, qui cum
Religionem hauſit: & religionis do-
nam diſciplina munivit, munitamque
præſidio texit: atque Eccleſiæ patro-
m ſic in ſe ſuſcepit; ut quamdiu eum
non deſeret, illud non deſerturum ſe
mentis innumeris palam fecerit.
d itaque blandè obtinere poteſtis: ne
bè extorquere fruſtra adnitamini. Se-
avendum, ne ex hoc felicitatis faſti-
eſſum ſe det Eccleſia. Potuerat Pau-
Oneſimum fugitivum apud ſe retinere:
it tamen, ne Philemoni beneficium
eceſſitate eſſe videretur. Ejus veſtigiis
endum nobis in tanti ponderis nego-
ſentio. DEUS pater JESU Chriſti,
omni benedictione ſpirituali locuple-
fortique robore muniat, ad minſte-
iſtud ſtrenuè obeundum.

uente nocte, properare mors videba-
uam ille odoratus ſermonem exorſus
humano in cerebro natum, verum
s à DEI Spiritu profectum: qui cun-
ntibus ſtuporem injecit.

rant medici; qui medicamentis vim
lenire tentabant. Ad DEUM itaque
ermone: *Tu*, inquit, *DEUS mede-
nihi*: dein preces Zelo intentiſſimo
, orans primo ut DEUS ſibi ſuiſque
is propter unicum Chriſti ſacrificium
pitius: prædicans omnia quantumvis
iem magna, propter crucis Chriſti

eminentiam, pro ſtercoribus ſe ducere: pre-
catus deinde ut vitæ ſuæ exitum fauſtum ac
felicem largiretur: ut miſericordiæ alis oper-
tus in Chriſti ſinu obdormiret, frueretur que
DEI vultu, quem crebro anhelitu intueri
ſitiit.

Ego te, inquit, *ſubobſcurè in verbi ſpe-
culo vidi: largire mihi diu multumque
optati vultus tui ſempiternam fruitionem.*
De reſurrectione & vita æterna verba ita fe-
cit: ac ſi terra relicta in cœlos translatus fuiſ-
ſet. Singulis qui aſtabant dextra prehenſis,
ut olim Patriarcha, ſumma verborum ſan-
ctimonia ac gravitate benedixit, benedictio-
nem hortationibus pro cujusque indole ac
munere prudenter clauſit. Ea nocte præter
ſpem paulum requievit.

Die qui eum inſecutus, urbani Magiſtra- *Oratio ad*
tus, complures etiam ex ordine Senatorio *magiſtra-*
eum inviſerunt: quos juxta lectum adſtan- *tum urba-*
tes ſic affatur: *Quantum præſagiis ullis aſ-* *num.*
„ ſequi valeo, egrediendum mihi vitæ hujus
„ limen, tranſeundumque in Patriam: ne-
„ que hoc mihi acerbum, noviſſimum enim
„ hujus vitæ diem crebrò concupivi. Aca-
„ demia ſemper anxium me maximè habuit;
„ eam ego jam deſerturus, ſi celarem vos, *Henricus*
„ quem meus calculus ſufficiendum mihi, *Charteri-*
„ Academiæque præficiendum cenſuit, in- *ſius ſucceſ-*
„ curiæ maculam non exuerem. Quid atti- *ſor ab ipſo*
„ net exteras regiones pervagari, peregri- *Rollocv*
„ num adſciſcere, qui huic provinciæ præſit, *nominatus.*
„ quem doctrina diſciplinaque hujus Aca-
„ demiæ lateat? Domi virum locupletatum
„ donis ac ad hoc munus inſtructum habe-
„ tis, Henricum Charteriſium, qui erudi-
„ tionem me præceptore uberrimè hauſit,
„ Profeſſoriſque Philoſophici munus decen-
„ nio egregia cum laude obivit. Hunc vos
„ in Academiæ puppi ſiſtite, ejusque clavo
„ apponite. DEUM illi propitium, ejus-
„ que labores fortunantem conſpicietis.
„ Vos ex officio Academiæ Mœcenates ac
„ altores eſtis, altior quæſo ejus ſolicitudo
„ animos veſtros ſubeat. De domeſticis *Uxorem*
„ quid dicam? uxorem deſero uterum fe- *gravidam*
„ rentem, unum à vobis ſummopere con- *magiſtra-*
„ tendo, ſentiat illa amorem quo ſemper me *tui com-*
„ amplexi eſtis, extincto me, non exaruiſſe. *mendat.*
„ Nunquam mihi dies aut nox ægritudinis
„ expers, illa me tot morborum ærumnis
„ quaſſatum, ſvaviter ſemper fovit ac refo-
„ cillavit: ingenuè profiteor ex omnibus
„ ſtipendiis meis non coacervaſſe me obolos
„ duos: nunquam enim mihi cordi aut curæ
„ mundana hæc. Quorſum multa verba
„ perderem? ne quæſo affectus veſter in me,
„ claudicet in eam. Ad hæc Magiſtratus
atque Senatores, ſolenni promiſſo fidem
dant, facturos ſe omnia ex animi ſententia.
Profeſſores deinde Philoſophicos, ut perſeve-
rent in officio, debitumque ſucceſſori ſuo
obſequium præſtent, hortatur.

Preces ejus ardentiſſ.

His peractis: *DEO meo*, inquit, *ſit gratia, memoria, viſus, auditus, reliquique ſenſus mei tam vegeti quam unquam, aſt ab hoc mundo alienatum cor meum, & quorſum, Domine JESU, corde meo non frueris, cui ſoli in illud jus, in hoc per omnem vitam incubui, ut illud tibi dicarem ac conſecrarem, illud quæſo aſſume, ut tecum commoretur.* Hæc ubi loquutus, occupat eum lenis quidam ſomnus, ex quo experrectus ſummo anhelitu flagrat diſſolvi ac eſſe cum Domino: *Veni*, inquit, *Domine JESU, miſeræ hujus vitæ filum abrumpe; matura Domine ne tarda. JESUS me redemit non ut caducam hanc, verum æternam vitam indulgeret. Veni JESU, largire vitam, propter quam redemiſti me.* Ibi cum aſtantes ſortem ſuam eo mortuo miſerarentur: tum ipſe: *omnes hujus vitæ gradus*, inquit, *emenſus ſum, ad noviſſimum perveni, cur retrogrederer? hunc gradum, Domine JESU, tuo comitatu feliciter emetiar. Deduc me in eam gloriam, quam per ſpeculum tantum vidi: utinam apud te diverſarer.* Qui aſtabant, ſignificabant diem poſterum Sabbathum eſſe, unde hujus ſermonis occaſionem captat: *Tuum Sabbathum, Domine, æternum meum Sabbathum inchoet, auſpicia ſumat æternum Sabbathum meum, à Sabbatho tuo.* In mediam ferè noctem modicam nactus eſt quietem, quam confeſtim morbi vis interpellavit, ſupremamque horam adeſſe ratus,

Valterum Balcanquellum accerſit.

Valterum Balcanquellum rogavit ad ſe veniret: quo ingreſſo, hunc orditur ſermonem: „Quod diutiſſimè munus Paſtorale Edinburgi obieris, quodque „non recens noſtra amicitia, accerſendum te „curavi; ut reverentiam, quâ ſemper à cu„nis Chriſti miniſterium reveritus ſum, te„ſtatam facerem. Ego quidem pro modulo „doni, preces in ſinum DEI fudi, tu pro „me quæſo precum ſacra peragito, ego corde „& affectu ſequar, interim ne protrahi vi„tam hanc flagita. Provolutis omnibus qui aderant in genua, preces dicit Balcanquellus: Interque reliqua flagitat, vellet DEUS tanti viri diuturniorem uſuram indulgere, cum Eccleſiæ ac Reipublicæ ſalus tantopere eam poſcant. Sic orantem interpellat, *Satietas*, inquit, *mihi hujus vitæ, unicè in votis meis habeo vitam cœleſtem cum DEO in Chriſto reconditam.*

Verbi prædicati efficacia.

Finitis precibus in verbi prædicati illuſtre encomium reſolvitur: *Verbum*, inquit, *vita, mors, nec ulla ulli abſque verbo ſalus: non eſt, credite mihi flocci negotium verbum prædicare. Perinde non eſt ac Platonis, Ariſtotelisve textum interpretari, aut orationem pigmentis ac lenocinio ſermonis oblitam contexere: in ſanctimonia, humilitate, efficaci ſpiritus demonſtratione ſitum eſt verbi præconium. Quanti illud ſemper fecerim, teſtis DEUS.* Dein ad preces revertitur, *veni*, inquit, *Domine JESU, horum oculorum nervos rumpe, alios, mihi largire:*

cupio diſſolvi ac tecum eſſe, matura
Domine JESU, nec ultra differ: e
puſilla vita, ut ingrediatur melior vi
inſere Domine JESU huic corpori
tuam, arripe tibi animam iſtam.
bathi auroram uſque altum illi ſile
quod tandem hoc ſermone abrupi
„Domine, ne morare: diei noctiſq
„dio laſſus ſum, veni Domine JESU
„te veniam, O dulce, fauſtum ac fe
„hujus divortium, veni Domine
„mea, emancipato animam hanc, u
„rito ſuo fruatur, cor meum iſtud
„re, ut ad te caput ſuum transvole
gerit unus, huc uſque cor tuum i
poſſedit, integrum etiam aſſumet.
Partiri, inquit, *cor iſtud poſtulo*,
hæc naturalis eruatur, & Chriſti
fundatur. Tum ex aſtantibus quida
anxietas ulla turbet: jam accelera
nus tuus. Gratum, inquit, *mihi iſt*
cium, utinam die craſtina exequ
duceretis. alter, *Beata ani*
Domino vi[illegible] *uàm tua.* Ille v
me nihil eſt, quod non ducam pro
bus, ut Chriſtum lucrifaciam, Chri
ca ſolatii materia, omnis juſtitia m
nus menſtruus. Interrogatus nunq
ſtoris ullius colloquium flagitaret, re
non creaturum ſe iis moleſtiam,
concionandum ſe accingerent. *Sin*
quit, *me pſittaci inſtar cum Dom*
balbutire. Certior factus inchoata
cionem, *Da mihi*, inquit, *Domin*
dere, quæ in præſentia audiunt ali
bathi meridie ſic eum affatur quida
omnem vitam tuam indefeſſa opera,
que laboribus DEI gloriam promovi
mihi unica gloriandi ſeges miſerico
Chriſto JESU, alia omnia damn
Deinde ſopor quidam mollis eum i
qui in veſperam uſque occupat: quo
ingreſſus ad eum ordinis Senatorii Præ
Edinburgi eo anno præfectura obv
eum ſic alloquitur: „Academiam
„xibus Magiſtratuum, quibus tu D
„præs, ſeriò commendavi; tu etia
„dem patrocinii tui gremio amplecte
„periatur quæſo te parentem ac M
„tem: cum pro dignitate qua in Re
„clares, ac illuſtri munere, quo orna
„cleſiæ opem ferre poſſis: ne quæ
„ſubtrahe, in ejus præſidium artus a
„tuas intende, nec interim ſalus tua
„eſt in Chriſto memoriæ excidat: m
„hæc omnia fluxa ſunt, moxque flac
„DEUS te, tuam conjugem, univerſ
„miliam benedictionis ſuæ theſauro
let. Eadem illa nocte hæc verba exci
obſervatum: „Tranquilla mihi m
„corpore ægro, mortis, peccati, & S
„metu non angor, nullum illis in me
„rium; ſic tamen morbi pondere pr
„ut longè præter ſpem in hanc horam
„ſim. Ille quaſi in mortario piſtillo æ

me tundit, ut ad regnum ſuum for-
ie hebdomadæ ſecundo, *mirum*, in-
ideri poteſt, cum tam acerbè morbo
r, quod in tantum protracta vita
verum per patientiam DOMINI
lacitum præſtolabor, connivebo,
e mecum pro libito, non diſſeram
). Quid eſt homo qui cum DEO
dere audeat: imò, ſi in Orcum de-
et, parendum, non reſponſandum.
n fac mihi Domine propter Chri-
ESUM: non erubeſco profiteri nun-
provectum me ad tam ſublime noti-
I faſtigium, quam hoc morbo attigi.
m horrendum in manus Domini in-
ſed repoſita mihi miſericordia in
). Quid contriſtaris anima mea?
e dejicis in me? obveniet tibi mox
us & congreſſus amœniſſimus. Ejus-
veſpera, *Experior*, inquit, *ſexti*
eritatem, ac aliqua ejus verba re-
Gratiam mihi fac JEHOVA, quia
preſſus ſum: cura me JEHOVA,
turbata ſunt oſſa mea. Chriſtus
jugum meum, & ego ejus gratia
quar. Cùm morbi acerbitate tor-
n animadverterent aſtantes; lachry-
anctus, ac ſingultus civerunt, ad
; *Ne meam vicem, ait peccata ve-*
te, cum nemo à peccato immunis
etus materia ſubtracta. Quod ad
mnium complementum ac conſum-
mox videbo. Ab hoc tempore
alimentum reſpuit: *Non*, inquit,
bibam, quoad in regnum cœlorum
Funeris curam *Guilielmo Litillo*
no Scoto, amicis integerrimis (quo-
citiam conſtantem ſæpè laudavit)
dat. *Cur non*, inquit, *mihi hujus*
ura, illud ſiquidem glorificandum
mandum tandem glorioſo Chriſti
& manus intuens, iſtæ etiam ma-
ri fulgebunt gloria. Ejus diei ve-
cognatis unus ad eum ingreſſus, ſer-
pio bilem ei movit, cum ab eo pe-
invectus in cœlos mediatorem pro
ſque amicis ageret: quo audito, ita
corpus imbecillum ac ferè exanime
Ego, inquit, *munus illud abnuo,*
unicus Mediator. Non multo poſt
n frater natu major. *Tu*, inquit,
noſtrum increpa, mone aliam in-
ationem, alioqui nulla ei ſalus,
ruina. Deinceps illi ſermo con-
verba tamen fortia ac efficacia, gau-
eſte ſpirantia ac redolentia, ſub vi-
placidus quidam ſomnus irrepſit:
aliquandiu eum occupaſſet placidè
ac Redemptori ſuo animam reddi-
Chriſti *milleſimo quingenteſimo, no-*
octavo, die *octavo* Februarii, ætatis
quadrageſimo tertio. Funus majori,
quam Edinburgi celebritate, quam-
la tempeſtate eſt deductum: tur-
l id tam ſublimis, quàm plebejæ
minibus confluentibus.

In Eccleſiæ uſum edidit *commentarios in* *Scripta.*
aliquot Pſalmos ſelectos: *in Danielem: in S. Johannem*, cum ejus harmonia in paſſionem & victoriam Dominicam: in *epiſtolam Pauli ad Epheſios: ad Theſſalonicenſes: & ad Coloſſenſes.* Scripſit & *analyſin in Epiſtolam Pauli ad Romanos: tractatum item de vocatione efficaci*, & ſi quæ præterea.

NICOLAUS HEMMINGIUS.

☉ 1600. d. 23 Maji ætatis 87.

ANno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo decimo tertio*, die octavo feſtum Pentecoſtes præcedente, in *Lolandia* Daniæ pago *Emboldſ Nicolaus Hemmingius* naſcitur, parentibus quidem obſcuris, ſed honeſtis, patre *Hemmingio Nicolai*, matre *Catharinâ*. Puer ubi patrem amiſit, à patruo *Joanne*, fabro quodam ferrario, educatus eſt. Hic orphanum Muſis conſecraturus, primùm ſcholæ *Nyſtadianæ* diſcipulis eum adſcribendum curavit: ubi integrum *decennium* abſolvit. Inde in ſcholam *Naſchovienſem* miſſus, *triennium* ibi exegit: hinc *Nykopingæ* Falſtriæ, ubi totidem annos vixit. Poſt in Selandiam, ad ſcholam *Neſtuedienſem* amandatus, itidem *triennium* ferè peregit.

Patria & parentes.

A patruo educatur.

Tandem *Roëſchildienſem* veram eruditionis officinam ſalutavit: ubi cum inaudiiſſet; virum inſigni eruditione, & Græcæ linguæ, cujus rariſſimus tum temporis in Septentrionalibus illis oris uſus, peritia præſtantem *M. Benedictum* ſcholæ *Lundenſi* præeſſe, illuc profectus, *triennium* eo præceptore uſus eſt. Qui hominis ingenium præclarum, induſtriam, adſiduitatem ac modeſtiam intelligens, magnis illum beneficiis ornavit.

Roſchildiam venit.

Abſoluto, hiſce in ſcholis, uti vocant, trivio, ardens deſiderio Academiam *Wittembergenſem*, ubi tunc incomparabilis ille *Philippus Melanchthon* docebat, videndi: eò tenui ſanè ſumtu exiguoque ſtipendio inſtructus venit. Sed ad egeſtatem domeſticam aliud gravius acceſſit malum. Nam in itinere juvenis pauperculus à prædonibus ita fuit ſpoliatus: ut nudus propemodum Wittembergam ſalutarit. Cùm autem admodum humanos & ſibi faventes populares ibi reperiret; inprimis verò bonorum omnium amantiſſimum *Melanchthonem*: integrum ibi *quinquennium* manſit, operam ſuam ditioribus inter ſtudioſos locando, ſcribendo, privatim docendo victum & amictum quæritans.

Wittembergam petit.

In itinere ſpoliatus.

Vitam laborioſè tolerat.

Redit cum Melanchthonis commendatione.

Domum reverſurus honorifico teſtimonio literisque Philippi commendatitiis ob excellentem ingenii & eruditionis dexteritatem eſt ornatus. Reverſus aliquando nobili Dano *Olao Nicolai* in filiabus inſtituendis *Malmogiæ* operam locavit. Hinc divinâ providentiâ Hafniam paſtor in æde Spiritus Sancti ordinatur; cui quidem officio diligentiſſimè præfuit omnis otii occaſionem fideliſſimè præſcindens. Illi enim Eccleſiaſtico muneri præfectus, ſtudioſos ad ſe accurrentes

Olaus Nicolai.

Declaratur paſtor Haffniæ.

privatim

Erudit adoleſcentes. privatim inſtituit & erudivit: multisque vigiliis tandem impetravit, ut in numerum Profeſſorum linguam Hebræam docturus *Fit Profeſſor Academiæ Hafnienſis.* fuerit cooptatus. Hinc linguæ *Hebraicæ* ac *Dialecticæ* tradendæ magno cum auditorum fructu & utilitate vacavit. Ibi tum aureum illum *de methodo libellum* prælo publicatum Regi *Chriſtierno III.* obtulit; amplisque à Rege muneribus fuit donatus.

Anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo* in præſentiâ ſereniſſimi Regis *Chriſtierni III.* & illius filii principis *Friderici*, *Auguſti* ducis Saxoniæ, *Wilhelmi* Ducis Brunſvicenſis & Luneburgenſis, ſummo Doctoris Theologiæ titulo eſt *Doctor Theologiæ creatur.* ornatus. Inde profeſſioni Theologicæ quanto ſtudio, quantâ aſſiduitate, laboribus, vigiliis, integros *viginti ſex* annos præfuerit, teſtantur tot inſignes ab ipſo editi libri & commentaria ſpiritum ipſius, imò divini in ipſo Spiritus afflatum, redolenria.

Anno *milleſimo, quingenteſimo ſeptuageſimo nono*, *Fridericus II.* rex Daniæ, graviſſimis cauſis motus, virum laboribus & vigiliis fractum exhauſtumve, cum annum ætatis attigiſſet ferè duodeſeptuageſimum, *Rude donatur.* *Roëſchildiam* miſſum liberalibus ſumptibus & annuis reditibus, adeoque canonicatu donavit: quo ibi in pace & quiete, quod reſtabat vitæ, piè abſolveret. Interea tamen haud otioſus, maxima utiliaque ingenii monumenta edidit, partim publico prælo data, partim etiam apud bonos quosdam viros etiamnum hærentia.

Conjugalis ejus vita. In vitâ conjugali dum vixit plurimas expertus eſt calamitates & difficultates domeſticas. Primam enim *conjugem* facto divortio repudiavit: cum *alterâ* diu beneque vixit; *Tertiam* viginti propemodum annos ſedulam vitæ ſociam reliquit ſuperſtitem; quam divina gratia in conjugio tranquillo, dilexit ac coluit, quippe quæ ſeni marito verè ſcipio & fulcrum fuit.

Senecta ejus. Tandem bonus vir & ſenex decrepitus, cum multis vigiliis viſu jam aliquot annos privatus eſſet, plurimisque morbis vexatus; nil magis ipſe, uti ille Simeon in votis habuit: quam ἀνάλυσιν beatam.

Cygnæa ejusdem cantio. Decumbens poſtremò ſacroſanctâ Dominicœnâ confirmatus, Evangelii lectionibus ſe oblectavit: & Pſalmum *centeſimum tertium* in aſtantium præſentia morti proximus, tanto fervore verborum propemodum expoſuit, ut Spiritus Sancti tantam vim, tantum vigorem, tantam efficaciam in *Moritur Hemmingius.* tam exangui & propemodum demortuo corpuſculo omnes ſummè fuerint admirati. Horâ denique matutinâ ſeptimâ, diei Veneris, qui fuit *viceſimus tertius* Maji anni *milleſimi ſexcenteſimi* Filio DEI per arctiſſimum Spiritus Sancti vinculum unitus, ac per eundem, qui mortis victor & triumphator, ſuum ſpiritum æterno DEO reddidit. Corpus in Cathedrali templo Roëſchildienſi honorificè eſt ſepultum, cum monumento ejusmodi:

DOCTORIS NICOLAI HEM
CANONICI ROESCHILDIENSIS
RES HIC QUIESCUNT : QU
MUM FELICI ET LABORIOSA
RA IN ACADEMIA HAFNIEN
TIUM ET LINGUARUM S
MULTORUM UTILITATE P
GAVIT : THEOLOGIÆ PROFE
ADHIBITUS EAM LUCEM SC
PROPHETICIS ET APOSTOLIC
THODI BREVITATE ET CL
TE ATTULIT ; UT NON S
NOSTRIS, SED CUNCTIS E
DOCTIS ADMIRATIONI F
FATALIBUS THEOLOGORUM
TROVERSIIS PRÆTER EXSP
TIONEM INVOLUTUS, INN
TEM SERVAVIT NUMINIS BE
TAS : OB DIUTURNOS IN S
LABORES GRATO FELICIQUE
DONATUS SENEX, SATUR
MORTALIUM CURAS CONT
DEO SERVATORI SPIRITUM
FIDE COMMENDANS MOR
ANNO 1600. DIE 23. MAJI :
ET HÆREDES BENE MERIT
SUERE, &c.

Scripta ejus varia exegetica, did
polemica, in bibliothecis referunte

FRANCISCUS JUNI

FRanciſcum *Junium* Gallia nobis
milia nobili. Avus ipſi fuit *G*
dominus *Boſſardineriæ* ad Uxello
vulgò Iſſodunum: qui *Ludovico XI*
liæ regi in bello Navarreno ſtrenuam
operam: pro quibus officiis nobilitat
in familiam illam collatus. Pater ei fu
nyſius: qui adoleſcens in celeberrimi
Academiis *Biturigibus*, *Pictavii*,
legum ſtudio operam dedit. Hic *L*
ut vocant, gradum adeptus, uxore
Jacobam Hugaldam, honeſta famil
nem: ex qua *novenos* ſuſtulit libero
quatuor & filias *quinque:* inter quo
celebri illa *Biturigum* urbe primùm
lucem venit ipſis Kalendis Maji, ſub
ſeptimam veſpertinam, anno Chriſt
ſimo, quingenteſimo, quadrageſimo
ægra matre æger partus: de cujus vit
horæ ſpatium ſpes nulla eſſe videbatu

Itaque ſtatim ac tumultuariè de b
infantis actum: * ἀναδόχοι vocati
eadem veſpera in æde S. Medardi, ut
baptizatus.

Puerulum deinde vari plurimum
runt: qui eum tertia vice ita infeſtar
perdiu nec aures, nec oculi officium f
omniumque rerum faſtidium attuleri
ceſſit præpoſtera ancillularum miſeri
Durantibus enim adhuc exanthema
cœlum liberius ipſum exportarunt:

ut repreſſis aëre frigefaciente varis,
s gravis in ſiniſtrum pedem incubue-
uo malignum ulcus enatum mediâ ti-
od ſemeſtri vix curatum: & poſtmo-
o vitæ curriculo, ſi quod eum malum
id in eundem plerumque pedem ex-

enta literarum cœpit diſcere, ut pri-
ceſſit *quinquennium*, blandiſſimè
patre, quoties vacabat: ut infirmi-
uleret pueri admodum valetudinarii.
cœpit ſcribere, & naturæ ſuæ incli-
prodere. Fuit autem in puero feſtiva
jucunditas, qua patrem à ſeriis ab-
, ſæpè recreavit: fuit incredibis ho-
petentia: animus ad iram præceps:
pro ætate ſat grave; quod interdum
rens mater, per ludum objecit: *So-
pſum alterum eſſe velle:* fuit vora-
ia: quòd famulitium perſvaderet,
ſto corporis infirmitatem curatum
r denique ſummus, qui eum ad ſe-
ætatem ſic preſſit: ut ruſticus ma-
nia, quam urbanus potuerit haberi.
n inſolenti pudore factum; ut nec
rem unquam hilariùs compellarit:
us uxori res etiam vulgares enuntia-
miliæ domi vix ſine pudore aliquid

toribus uſus eſt cùm in ludo litera-
unibus, tum domi privatis; donec
is *duodecimo* publicis cœpit lectio-
ram dare, & deinde jus civile ag-
uit ejus diligentiam & acuit pater;
loleſcentis operâ in reis audiendis,
ùs perſcribendis, formandis ſen-
pitalibus, conſiliis cognoſcendis,
ionibus, nequid emanaret, deſcri-
s eſt. In quibus omnibus fidem &
m probavit ſingularem; & à viris
nciliavit ſibi favorem. *Duo* autem
iorum curſu objecta fuere *impedi-*
æceptorum quorundam *acerbitas,*
orum in Galliâ conſequendorum.
procerum, amicorum patris, jam
iam ſermonis diſcendi cauſa ire
n in *Rhetiam*, jam *Conſtantino-*
onorario Legati regii comitatu
n *Cameram*, ut vocant, *auratam*
equentare.
aulicæ vitæ ſplendore ad literarum
cavit ipſum & pudor ille naturalis
ma patris monita. Contra in
raxit animum ejus præceptorum
n duricies & carnificina: quando
s corpus flagris *ſepties octiesve*
onſciſſum, baculis contuſum, &
ythico more, diſtractum fuit. Co-
ribit, ſæpè confiteri factum, cujus
em quidem venerat, & mendacii
, Orbilio verè dicente: *non pro-*
, *quòd feciſſet*, *ſed quòd menti-*
ſæpè figuræ ſyllogiſmorum in
Trapezuntii fuerunt tyrannicæ
tentiæ argumenta. Si B. erat, in-
menſa plus ſatis bibiſſe, aut in

ſchola * batuiſſe: ſi C. clamores excitaſſe: ſi D. dixiſſe hoc vel illud. Superavit tamen Junius omnem plagoſi magiſtri intemperiem amore literarum, & conſtanter ad matrem & ſororem diſſimulavit.

* *hoc eſt pugnaſſe cum alio.*

Biennium poſtea ferè cùm in ſtudio juris conſumpſiſſet, docentibus in Academia *Franciſco Duareno, Hugone Donello* & aliis: *Lugdunum* adoleſcens miſſus eſt cum nova Legatione regis Conſtantinopolin profecturus. Sed cùm ſeriùs eò veniſſet: juſſus eſt ſubſiſtere, dum alia ſe offerret commoditas. Ibi in ocio atque librorum copia, varia legit, & multiplici rerum cognitione animum ſaturare anniſus eſt. Verùm *Bartholomæus Anulus,* qui Gymnaſio urbis tum præerat, monuit, ne id faceret. Nec enim *juvari, ſed perturbari & obrui ingenia deſultoriâ iſtiuſmodi legendi ratione. Certum ſtudiorum ſcopum ante oculos ponendum; in quem unicè collinees: cùm omnibus ſimul ſtudiis nec vita, nec mens humana queat ſufficere.* Hoc ipſe documentum reipſa comperit in omni vita perutile. Ad duos autem alios ſcopulos offendit tum adoleſcentia Junii: quorum altero valdè exercitatus, altero penè fuit oppreſſus. Primùm enim puellæ & fœminæ (ut eſt illius urbis magna licentia) corrumpere ætatem ejus aggreſſæ ſunt: dieſque ac noctes eum appetiverunt, neſcium quid ſibi vellent, & domi gravitati adſvetum, nihil tale cogitantem. Atque hæ tentationes ita eum exercuerunt: ut cogitarit, clanculum ſe ſubducere, & ad ſuos reverti. Retraxit tamen patris auctoritas; quem illorum judicio magis, quàm ætati ſuæ crediturum putabat. Reſtitit ergò per DEI gratiam, & peſtem illam evaſit: ſed alteri malo ſuccubuit planè, donec ejus miſertus fuit cœleſtis Pater. Illud malum fuit ἀθεότης· in cujus approbationem perductus fuit aliena audacia, & imprudentia ſua. Cùm enim legeret Tullii de legibus libros: venit ad ipſum homo quidam, & illa Epicuri verba: *nihil curare Deum nec ſui, nec alieni:* multis confirmavit. Hoc venenum ita fuit in ipſo corroboratum, auctoritate hominis & argutiis dictorum: ut animus ejus in malo iſto hærens occalluerit. Ex immani autem iſto perditionis barathro mirificè ipſum eripuit DEUS; poſtquam amplius annum perditiſſimis in deliciis jacuiſſet.

Audit I.C. Lugduni mittitur abiturus Conſtantinopolin.

Barthol. Anulus.

Regula ſtudiorum inſtituendorum.

A mulierculis ad libidines invitatur Junius.

Junius ἄθεος factus.

Primum enim in tumultu publico *Lugduni* orto ex præſentiſſimo vitæ diſcrimine liberatus, non potuit non divinam agnoſcere providentiam. Deinde à patre, qui reſciverat filium tali ἀθεότητος veneno imbutum ab iis, à quibus nunquam ſperarat, domum revocatus, ac piè, eruditè, leniterque doctus, & ad lectionem N. T. invitatus, peſtilentiſſimam illam ſententiam abjecit. Sed præſtat audire ipſum de ſe confitentem: *Novum Teſtamentum*, inquit, *divinitus oblatũ aperio aliud agenti exhibet ſe mihi adſpectu primo auguſtiſſimum illud caput:* Joannis Evangeliſtæ & Apoſtoli in principio erat Verbũ,

Liberatur ab impia ſententia.

Lego partem capitis, & ita commoveor legens: ut repente divinitatem argumenti, & ſcripti majeſtatem auctoritatemque ſenſerim longo intervallo omnibus eloquentiæ humanæ fluminibus praeuntem. Horrebat corpus: ſtupebat animus: & totum illum diem ſic afficiebar: ut qui eſſem, ipſe mihi incertus viderer eſſe. Recordatus es mei, Domine DEUS mi, pro immenſa miſericordia tua: ovemque perditam in gregem tuum recepiſti. Hæc Junius.

Ab eo itaque tempore frigidè alia omnia, fervidè autem, quæ ad pietatem faciunt, cepit tractare. Sed pater lætus quidem de regreſſu filii ad pietatem, res tamen adhuc humanas ſpirabat. Itaque cum ei per amicos filius indicaſſet; eſſe ſibi animum, linguarum & aliorum adjumentorum ſtudia aggredi antè, quàm totum ulli graviori ſeſe dedat: de voluntate patris *Genevam* profectus eſt, anno eo, quo in Gallia ea audivit parari; quæ in triſtiſſimam regni cladem mox eruperunt. Abiit autem viatico tantum ſufficienti inſtructus; quòd pater juſtam pecuniæ ſummam ſubmiſſurum ſe promiſiſſet: ſed bellicis motibus, cum itinera eſſent obſeſſa, nihil potuit transmitti. Quamobrem cùm de hoſpitio ſibi proſpexiſſet, in pecuniæ inopia quatuor duntaxat libros coëmit: *Biblia ſacra*: *Inſtitutiones Calvini*: *Confeſſionem Bezæ*; & *Grammaticam Hebræam Cevallerii*: quibus ſolis annum amplius uſus eſt diligentiſſimè. Interea tamen adductus eſt, ut quem puderet quicquam denegare, præſertim amicis: ut comitem ſe quibusdam contubernalibus, *Helvetici* tractatus viſendi cauſa excurſuris, adjungeret: cùm jam ferè exhauſtus eſſet. Conſumtæ in illa peregrinatione fuerunt ſeptimanæ tres: & ſalutarunt *Bernæ Muſculum ac Hallerum*: *Tiguri Martyrem, Bullingerum & Gualterum*: *Neocomi Farellum*; aliosque alibi. Reverſus *Genevam*, cùm in ſeptimum aut octavum uſque menſem è patria nihil mitteretur pecuniæ; nec quo erat pudore, appellare alios auderet: ſtrenuè egere cepit, adeò quidem, ut victus amictusque acquirendi cauſa ſtatutum ipſi fuerit, alternos dies in egerenda terra ad foſſam urbis & in ſtudiis operam conſumere, *Cleanthis* exemplo. Sed fortè agnitus à quodam populari, cujus mater olim vidua cum numeroſa prole juxta paternam *Junii* domum habitarat, & beneficiis à matre *Junii* de quotidiano cibo affecta erat; facere illud non habuit neceſſe. Juvenis enim ille ultrò pecuniam & hoſpitium obtulit, beneficiorum memor: deque cætero opem & operâ omnem prolixè eſt pollicitus.

Genevam proficiſcitur.

Quatuor libris contentus ſtudia proſequitur.

Excurrit in Helvetiam.

Laborat ſumtuum penuria.

A ſartore quodam ſuſtentatur.

Vixit cum eo hoſpite, non ſine incommoditate ſtudiorum, *menſes* ferè *ſeptem*: donec pace in Galliâ conſtitutâ, & pecuniâ à patre allata, ſumtus refudit. Dum cum illo egit, ne gravis hoſpiti tam benevolo eſſet: menſibus quatuor *Junius* jejunium ſibi indixit: horamque prandii in ambulatione, meditatione ac precibus inſumſit: veſperi in cœnâ

duo ut plurimum ova ſorbere & medi
vini cyathum exhauriri ſolitus. Ver
diuturnâ hac inediâ tabem nactus eſt i
vem: ut omnes vires exhauſtum cor
fecerint. Amicis itaque diætæ ejusmo
tationem ſvadentibus obſecutus, Dei
cio valetudinem priſtinam lentè recup

Interea autem dum *Genevæ* agit
metuens ne ſacris prorſus ſe addicat,
teras jubet diſſoluto ære, quod conti
quamprimùm domum revertatur.
enim habere filium ille quidem volel
in eccleſiaſtico munere pietatem alios
paſſus nunquam fuiſſet. Hic in bivio
Junius conſtitutus, per *Claudium Pre*
patri antè familiarem, *Uxellodunun*
gelii docendi cauſa evocatum, eman
diuturniorem excuſat: eamque ſtu
perutilem, teſte vel ipſo Prevotio
oſtendit. Verùm antequam iſte fines
gum attigit: pater *Junii* cruentâ m
ciderat, Uxelloduni à ſicariis in l
immaniter trucidatus.

Triſtiſſimo hoc accepto nuncio
ingratæ patriæ ferè renunciavit: ac d
viduâ ſolicitus, literis eam, ne de ſe
ret, rogavit: proviſurum ſeſe, DEI
ſuis ſtudiis proprio labore. Juventu
docendæ operam ſuam addixit: & a
dovicum Enocum, *Genevæ* verbi mi
Latinè Græcè Hebraicæ diebus ferè
docens, in ſtudio literarum ſacrarum
guarum diligentiâ quam potuit ma
exercuit; atque pervigiliis aſſiduis
καχεξίαν, animo ζυντονίαν quanda
bores conſcivit.

Accidit ſub id tempus, ut Geneven
læ Gymnaſiarchus de vitâ decedere
ſurrogaretur miniſter Noſocomii G
ſis. Hic à *Junio* per hoſpitem illum
petitum eſt: ut ad tempus in miniſt
ſocomii ſuccedetet: Sed Junius gr
judicio de ſe honeſto actis, ſtudio
ſum necdum abſolutum excuſavit.
quam & alia eaque verior cauſa
quòd cogitabat: ſi ſemel eo in loco
ſe addiceret, haud facilè deinde pe
turum. Præterea, cùm valetudinem
tuò ferè afflictam cœlo Genevenſi, e
imputaret: migrare inde rebus quan
confectis ſtatuit. Commodum ita
dit: ut tunc è Belgio nuncius mini
Eccleſiam Gallicam, quæ *Antverpi*
batur, peteret. Conſilio ergo ſuo c
Geneva Junius diſcedens, in tràſcurſ
Peregrino Grangæo, *Metenſem* Ecc
lutavit ordinem illius perſpexit: *M*
etiam concionem unam alteramv
Antverpiam tandem venit eo *temp
claſſis, ſponſam ad *Alexandrum F*
principem Parmenſem, è *Luſitan*
ctura, ſolveret: omniumque anim
bantiâ Flandriaque erecti ad ſpe
optimam: ſed eventu valde diſpa
lò enim poſt appulit illa claſſis cu

omata Hiſpani regis de *Inquiſitione in*
ἀπαραιτήτος ſtabiliendâ attulit, cum
Inquiſitorum numero. Hoc jugum
poneretur : primùm pauci ex nobili-
uxellis convenerunt, conſilium de re
pturi. Vocatur eodem Junius: venit:
ventu perexiguo viginti vix capitum
nem habet: preces concipit: conſilia
ribus contra tyrannidem barbaricam
is audit: Antverpiam redit. Jacta hæc
ndamenta contra *Inquiſitionem*, anno
milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo
, Bruxellis in ædibus Columbricis;
uo fratres *Cokii*, nobiles viri, incole-
qui propterea biennio pòſt capite
i, ædes ipſæ ſolo æquatæ, & area ſale
ſa, cum diris execrationibus. Sed ad
revertamur. Præfuit hic *Antverpiæ*
um muneri eccleſiaſtico; ſed etiam
tionum: quarum in numero fuerunt
monita Politica: quæ *Bruxellas* trans-
curabant in curiam & ſummum con-
lam ſubjici. Eorum auctorem cùm
, & quidem natione Gallum eſſe, co-
fuiſſet: ſæpè à magiſtratu quæſitus,
icto appellatus eſt. Mandatum ali-
Antverpiæ ante curiam, ipſomet
diente: ut, quisquis auctorem ejus-
ripti, quod Junii manu erat, noſſet,
tui indicaret: *pro indicio autem flo-*
centi aut quadringenti fuerunt pro-
. Tandem ſubmiſſius eſt Bruxellenſis
pictor, qui, religionis ſtudio bellê
, diligentiſſimè omnia exquiſivit:
n etiam Junii ad *Margaretam Par-*
, Belgio tunc præfectam, detulit:
Marchionem Antverpianum miſſa
ndato, Junium hunc comprehen-
Marchio, veniâ conſulis, ilico do-
qua Junius hoſpitabatur, perquirit.
us paulò antè, eccleſiam Bredanam
abierat: & hoſpes ejus monitus,
illius omnem aſportarat. Ita *novit*
mirabiliter ſuos ex periculis eripe-
furori hoſtium ſubducere.

men hîc ſubſtiterunt Evangelii ho-
lios atque alios conſuerunt in caput
s. *Inſulis* enim, *Flandriæ* oppido
imulata fuit diſputatio inſtituenda;
Junius evocatus. Qui cùm vix op-
in eo diverſorium, ingreſſus eſſet:
pribus advolat: *lictores in propin-*
unciat: ocyus poſtico elabi, atq;
ſulere jubet. Ita huc illuc fuit du-
vim injuſtam declinaret. Et quan-
ſilio Moderationis, ut dicebatur,
cleſiæ in *Belgio* ad miraculum pro-
t: aliique miniſtri ſecurè Domino
nt: tamen *Junio* infidâ omnia,
peregrinitas obfuit.

tempus *Iconoclaſtæ* per Belgium
præter orthodoxorum ſententiam
lorum omnia ſuſtulerunt. *Junio*,
Gandavi, valde improbatæ turbæ
ejusmodi fuerunt: ut cui *violenta & ἀτάκτα placuerunt nunquam.* Vix *Antverpiam* redierat, cum à Gandavenſibus fratribus fuit repetitus: ubi iterum, uti & *Bruxellis*, partim gentis & functionis odio, partim falſis de ipſo ſuſpicionibus atque criminationibus diſſeminatis, pericula ſumma paſſim ei intentata & quaſi ex condicto in ipſum omnia irruerunt. Sed fidelis Dominus, cuſtos Iſraelis, iterum ſervum ſuum mirabiliter omnibus inſidiis telisque inſidiæ ſubduxit, & *Antverpiam* incolumem reduxit.

Gandavi & Bruxellis agit non ſine periculo.

Eò ubi venit; excluſum ſe ab Eccleſiæ illius miniſterio comperit: quòd ob ſeditionis metum *Eccleſiæ Antverpianæ miniſtros plures duobus habere non liceret*, & eos quidem *indigenas*, aut aliqua civitate in Belgio donatos: & qui principi ſtipulanti fidem dediſſent.

Dimittitur Antverpia.

Inde ergò, de fratrum Antverpianorum ſententia, in agrum *Limburgenſem* devenit, relicta apud illos ſupellectile libraria & veſtiaria; quam deinde totam amiſit. Verùm etiam hoc in loco varii ipſum fluctus exceperunt: & mors non ſemel fuit parata, atque aliæ alibi inſidiæ ſtructæ. Defendit tamen eum, ut antea, potens ille DEUS, cui ſerviebat: & adjectum verbo hoc etiam quaſi ſignaculum. Erat in vicinia illa, anus numeroſæ prolis mater: quæ cum graviſſima conflictabatur deſperatione: nempe *& ſe & liberos æternum eſſe damnatos:* ac hæſerat miſera ea in tentatione annis *tredecim* amplius. Sacrificuli ſæpiùs exorciſmis: vicini vinculis & plagis remedium tentarant; ſed omnia fruſtrà. Vincula rupit: in ſylvas ſe abdidit: conſpectum hominum fugit: ut omnibus à dæmone agitari, perſvaſum eſſet. Hæc ad Junium adducta, ſemotis teſtibus, cauſam morbi aperit, à vicinis ſibi decantatam: quòd *novenis liberis curandis occupata cultui divino, hoc eſt, Miſſæ minus interfuiſſet.* Hic Junius fœminam paucis inſtituit: *rectè ex DEI mandato orphanos curaſſe: Miſſam cultum DEI minimè eſſe.* Quibus auditis illa acquievit: & mirantibus cunctis animo tranquillato abiit.

In agrum Limburgicum venit.

Anus deſperabunda.

Cauſa deſperationis

Eam Junius erigit

Curſum autem Evangelii apud Limburgenſes *duo* potiſſimum remorata ſunt impedimenta, *Anabaptiſtæ & Pontificii.* Et *Anabaptiſtæ* quidem, cùm aliquoties eos acceſſiſſet, amiceque cum eis contuliſſet, minui numero, auctoritate, & gratia ſtatim ceperunt. *Pontificii* verò primum in abſentem audacter vociferati ſunt, poſt etiam ſpecioſè aggreſſi: quanquam vociferationibus ſuis magis excitarunt, quàm minuerunt, auditorium Junii. Mendaciorum autem hoc unum fuit: quòd de ipſo ſparſerant: *fiſſos eſſe ei pedes*, quaſi monſtro hominis. Vanæ oſtentationis fuit: quod Franciſcanus quidam ad diſputationem ſe venturum promiſit: cumque in viam ſe dediſſet: pedem retulit,

Evangelii curſus impeditus ab Anabaptiſtis Et Pontificiis.

Mendacia de Junio ſparſa.

cujuſdam rei ſe oblitum dicens: alii duo, alter item Franciſcanus, alter Jeſuita, cùm *Limburgum* diſputaturi veniſſent, de loco diu cauſati, tandem in ſuas ſtationes reverſi, nunciarunt ſuis: *Junium victum ab ipſis erupiſſe, ut periculum capitis, cui ſe ſubjeciſſet, effugeret.*

Limburgo abit.

Cum autem ab inſidiis ad vim apertam ventum eſſet: jamque copiæ equeſtres Limburgenſi populo, Junii cauſâ, imminerent: magiſtratu ſuadente, circa undecimam noctis, in maximo imbre, urbe exivit, in Germaniam quoquo luberet conceſſurus. *Heidelbergam* itaque venit: ubi à *Friderico* tertio electore Palatino clementer exceptus, *Schænavienſem* Eccleſiam, ad primum Heidelbergâ lapidem, in montanis ſylvæ Othonicæ collectam ſalutavit.

Heidelbergam venit.

Schænaviæ eccleſia Gallica.

Quam docet.

Poſtea, ubi matrem & ſuos in Gallia inviſit; *Heidelbergam* reverſus, apud Schænavienſes hoc petentes, ſacro miniſterio functus eſt.

Ad principem Auraſiorum mittitur.

Sed cùm anno ſequenti peſtis illam eccleſiam graviter affligeret: invitum Elector Palatinus in caſtra *Auraſiorum* principis, qui funeſtam in Belgium expeditionem ſuſceperat, miſit. Et quanquam Junius ob innumera incommoda in Germaniam ſe proripere conſtituiſſet: tamen abitum molientem princeps ille detinuit: ut è concionibus ſibi eſſet. Perinvitus Junius ſubſtitit: donec in Germaniam iterum appulit: quò ſimulac venit, *Schænaviam*, ut Eccleſiæ diſcordiis laboranti ſuccurreret, contendit. Etſi autem tunc aliquoties ab Electore ad Auraſiorum principem reverti eſt juſſus: & ipſe ſemper excuſatione uteretur: tamen locus excuſationi datus non eſt; donec à cane in dextro pede ad pontem Heidelbergenſem graviter læſus, veniam à bello reviſendo imperavit.

Heidelbergam migrat.

Ab eo tempore, DEO ſic gubernante, præter opinionem Palatinatui inſerviit; ad annum uſque *milleſimum, quingenteſimum, nonageſimum ſecundum*. Primum Schænavienſem Eccleſiam docuit, ad annum uſque *ſeptuageſimum tertium*: quo ex auctoritate *Friderici* Electoris Heidelbergam migravit; cum *Immanuele Tremellio* verſurus Teſtamentum vetus.

Inde Neoſtadium.

Anno *ſeptuageſimo octavo Neoſtadium*, ubi ſchola auſpiciis I. Caſimiri recens aperta erat, excepit: ibique, & in *Lambertano* docuit menſes circiter quatuordecim.

Inde *Otterburgum* mandato principis ablegatus, ad novam coloniam eo in loco ſtatuendam, Eccleſiæ Otterburgicæ inſervivit annum ſeſquialterum. Poſtea *Neoſtadium* ad profeſſionem revocatus, in ſchola docuit: donec *I. Caſimirus*, tum tutor & adminiſtrator Electoralis Palatinatus, eum *Heidelbergam* evocavit: ut operam ſuam Academiæ locaret.

Revocatur Heidelbergam.

Galliam inviſit.

Eâ in ſtatione permanſit, dum reviſendæ Galliæ per ducis *Bullonii* adventum neceſſitas ei fuit allata. Invitiſſimus abductus eſt Junius ob obitum uxoris, liberorum [...] valetudinem ſuam, & muneris pub[...] glectum. Ivit tamen: regem ſalutav[...] que mandato reverſus, principe Elec[...] quieſcente, Academiæ Heidelberge[...] dixit ac Palatinatu, alterâ ſuâ patriâ[...]

Profecturus autem ad *regem Gall*[...] facere per *Belgium* ſtatuit: tum qu[...] berorum ita poſtularet: tum quia [...] dior via videretur, aut ad regem eu[...] de voluntate ejus cognoſcendi. P[...] ſem itaque, cùm Heidelbergâ abiiſſ[...] *dunum Batavorum* cum familiâ v[...] à magiſtratu, Academiâ, & amicis [...] acceptus, rogatur: ut ibi pedem fig[...] ramque ſuam Academiæ addicat. [...] dit Junius, quod res erat: *mandat*[...] *Germaniâ diſceſſiſſe, transeundi in*[...] *animo gratias de honore, quem* [...] *rint ante, & etiam tum haberent*[...] *ex legato regis, ſi quid in mandat*[...] *hujusce rei, diſcendum.* Cum legat[...] illo Lugdunenſes regerunt de poſt[...] ſuâ: effeceruntque: ut Lugdunenſ[...] demiâ Junius ſubſiſteret.

In hac cum *decennium* profeſſor[...] rii munus ſuſtinuiſſet: & quà docen[...] ſcribendo eam illuſtraſſet: peſte per[...] Hollandiam graſſante, poſt conjug[...] tronam honeſtiſſimam: & ipſe a[...] DEO animam piè reddidit: ann[...] *milleſimo, ſexcenteſimo ſecundo*, a[...] *quinquageſimo ſeptimo*, die *deci*[...] Octobris: ibidem honorificè ſep[...] tum oratione funebri, tum epiced[...] chrymis, à viris ejus Academiæ ſu[...] leberrimisque honoratus.

Juvat heic quædam ſaltem, ex o[...] D. *Franciſco Gomaro* habitâ, qua[...] matum loco, enotare: quæ & pie[...] fidem Theologi præſtantiſſimi ſpira[...] enim *Gomarus* ille Junium colleg[...] finem decumbentem ſalutaſſet, [...] conſolatus eſſet; reſpondit: *ſe in* [...] *quieſcere: DEUM, quod eſſet* [...] *clementer perfecturum ad gloria*[...] Inſomniam autem, morbi dolores[...] que metum, partim verbi divini [...] partim pio precum ardore lenivit. [...] cùm idem Gomarus moneret: *ut* [...] *quod inſtructiſſimum haberet, co*[...] *num penu depromeret, ſibique ap*[...] *quæ ad alios uſurpaſſet: meminiſſet* [...] *habere propitium in cœlis patrem* [...] *ſtum Servatorem: cœlum patriam* [...] *ditatem: arrhabonem in corde* [...] *Sanctum: mortem ad cœlum & vi*[...] *mortalem eſſe viam: hac fide, h*[...] *ſuſtentaret:* Ibi vir conſtantiſſimè re[...] *Eorum, quæ alios docuiſſet, probe* [...] *morem & obſervantem: in DEI* [...] *omninò acquieſcere: DEUM qu*[...] *ſalutaria, perfecturum.* Rogatus, r[...] vellet de liberis, aut aliis rebus n[...] excepit: *ſe de rebus caducis eo tem*[...]

gitare: unum tantum hoc monere:
mnia ſtudia ad bonum publicum di-
videre laboraturam graviter facul-
Theologicam: officium faceret dili-
c fideliter: &, ſi in conſilium ab
us ordinibus aut Curatoribus adhi-
, aut eos compellandi eſſet occaſio:
c ſanctè judicium exponeret, ac ro-
t, ad utilitatem & honorem Acade-
cultati Theologicæ Academiæq́ pro-
r: reliqua divinæ providentiæ com-
. Ita ne quidem in vitæ termino vir
licæ amantiſſimus, Academiæ cu-
ecit.

njugio vixit *quaterno:* in quo variè
que exercuit ipſum DEUS, caſtigans,
mavit ipſe, indignam de ſexu femi-
opinionem ejus, ut qui primò à fe-
propter quarundam canum ſcelera,
iſſet: atque functionis ſtudio con-
pervicaciter refugiſſet. *Primam*
injuria obſtetricis è vita ſuſtulit:
corruptus illius in obſtetricatu uterus
ut annis ſeptem amplius ſanguinis
o afflicta fuerit atque exhauſta, cum
ili ipſius cruciatu, & mariti etiam la-
ecundam febris ardens die quinto,
n abſumſit: *tertiam* hydrops: *quar-*
is.

jus hæc ſunt: *Vetus Teſtamentum*
D. Immanuele Tremellio ex Hebrai-
nslatum.
poſtolorum & Epiſtola Pauli ad Co-
os ex Arabico translata.
ἐλημα ad Veteris Teſtamenti inter-
ionem: & orationes de. V. T.
cia in tria capita Geneſeos: ubi &
tatio argumentorum à *Symmacho*
propoſitorum.
n Parallelorum libri tres, h. e. com-
o locorum ſcripturæ ſacræ, qui ex
i Teſtamento in Novo adducuntur.
s, annexis tractatibus de uſuris,
nento & connubiis.
leſia liber ſingularis.
methodica in Apocalypſin.
elem commentarius: item in Jonam.
doctrina Catholicæ de Trinitate.
Catholicæ doctrinæ de naturâ &
.
vatione politiæ Moſis: quid in po-
DEI ex ea obſervari, quid non ob-
i oporteat.
um de pace Eccleſiæ Catholicæ inter
tianos, quamvis diverſos ſententiis,
da.
xpurgatorius.
hematiſmum Gregorii XIII. adver-
ebhardum Colonienſem epiſcopum.
lverſiones in Bellarminum: & ad
: de translatione Imperii Romani à
s ad Francos: & alia.
utem *Theologica* Junii prodierunt

Genevæ poſt obitum ejus anno 1608. duobus Tomis diſtincta in fol.

Philologica etiam reliquit: de quibus ſunt: *Philologica.*
Grammatica linguæ Hebrææ.
Oratio de linguæ Hebrææ antiquitate & præſtantia Neapoli habita.
Oratio *de vita & obitu Zachariæ Urſini.*
Orationes quatuor *ad lectionem Veteris Teſtamenti.*
Liber cui titulus *Academia.*
Lexicon Hebraicum.
Joannis Curopalati hiſtor. cum notis Græcè & Latinè.
Prætexta pulla in obitum principis Anhaldini.
Libitina *in obitum Joannis Caſimiri* Comitis Palatini.
Manilius cum caſtigationibus & notis.
M. T. *Ciceronis Epiſtolæ ad Atticum & Q. Fratrem*, cum emendationibus & notis.
Ipſe Franciſcus Junius in deſcriptione vitæ ſuæ, edita à Paulo Merula V. C.

THEODORUS BEZA.

⊙1605. d. 13. Octob. *ætatis* 87.

PLacuit DEO Opt. Max. ut lucis mundanæ uſura frui primum inciperet *Theodorus Beza vigeſima quarta* die menſis Junii, anno Domini *milleſimo, quingenteſimo, decimo nono Vezeliis*, vetuſto Heduorum oppido; *Petro à Beza*, illius oppidi præfecto; & *Maria Burdoletia*, parente utroque nobili. *Vezeliæ patria Bezæ. Petrus à Beza. Maria Burdeletia.*

Vix à nutricis uberibus ablactatum *Nicolaus Beza* patruus, in ſenatu Pariſienſi conſiliarius, *Lutetiam* ad ſe deferri voluit & curavit. Ibi tenerrimè apud eundem educatus, literarum figuras noſſe didicit. *Educatur apud Patruum Nicolaum.*

Poſtea cùm annum ætatis ageret *quintum*, ejuſdem patrui ſtudio *Melchioris Wolmarii* Germani Rotwilenſis, qui tum Aureliæ, ut & poſtea Biturigæ, literas Græcas docebat, fidei curæque eſt commiſſus. Ita autem ſub illius diſciplina profecit per *ſeptennium*; ut nullus nobilis auctor vel Græcus vel Latinus exſtiterit, quem non deguſtarit: nulla ex diſciplinis liberalioribus, ne juriſprudentia quidem excepta, quam, Wolmario præeunte, non attigerit. Sed, quod potiſſimum eſt, ab eodem veræ pietatis Chriſtianæ ex puro verbi Dei fonte deprompta cognitione eſt imbutus. *Traditur Mel. Volmario erudiendus. Sub quo ſeptenniũ agit: mireque proficit.*

Poſtquam autem *Wolmario*, Gallia relicta, Germaniæ ſuæ lares repetere tandem viſum eſſet; *Beza Aureliam* venit, ex ſuorum conſilio Juri civili ſedulò daturus operam. Docebatur ibi tum & barbarè & ἀμεθόδως illa ſcientia: unde contigit; ut ille, ab ejuſmodi abhorrens ſtudio, politioris literaturæ, & utriusque linguæ auctoribus legendis tempus impenderit. Poëtas (quos naturæ quodam impulſu amabat) non legit tantùm, ſed imitari ſtuduit: unde ab eo intra annum *viceſimum* ſcripta ſunt ferè om- *Venit Aureliam. Poëticen amat.*

nia poemata illa, quæ præceptori illi ſuo inſcripſit. In quibus non mores; ſed ſtylum *Catulli & Naſonis*, ad imitandum ſibi proponens, epigrammata quædam licentioſius, quàm poſtea voluiſſet, ſcripta effudit. Illa enim ipſemet paulò pòſt omnium primus damnavit ac deteſtatus eſt. Ac ſanè vivunt contrario librorum omnium genio. Nam quùm adverſariorum ſcriptis bellum incidere adverſarii ſoleant, eaque abolere omni conatu ſtudeant: miſeris epigrammatis illis prorogat lucem pervicax & inextinguibilis concepti adverſus ipſorum parentem odii flamma: quæque Beza æternum abolita & extincta optavit, illi ex pulvere excitant; & repetitis, hoc etiam tempore, editionibus crebris, malignè eadem in conſpectum hominum proferunt ac reponunt. Quid verò κακοηθείᾳ illa ſua conſequuntur? Nihil aliud ſanè, quam quòd ſe Dei, bonorumque omnium dignos odio: Bezam autem omni illorum benevolentia, amore & tolerantia digniſſimum oſtendunt; qui quidem juvenilis Muſæ, ad DEUM celebrandum in meliùs converſione & ſeria commutatione, Angelos in cœlo exhilaravit.

Epigrammata licentioſius fundit.

Quæ damnat ipſe: adverſarii autem evulgant.

Luc. 15. v. 10.

Anno Domini *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo nono*: undecimo Calend. Auguſti, ad *Licentiæ*, quam vocant gradum promotus eſt, cùm annum ingreſſus eſſet *viceſimum*. Paulò poſt *Lutetiam* venit: ubi à cognatis, affinibus & amicis exceptus eſt cum maximo plauſu & ſingulari benevolentiæ erga illum teſtificatione: quos tamen omnes alter patruus, (nam prior ille jam mortuus erat) *Abbas Frigidimontanus* ſtudio & amore in illum propenſo, facilè ſuperabat. Hic enim illum in Abbatia illa, cujus *reditus annuus ad coronatos quinquies mille* æſtimabatur, ſucceſſorem deſignavit: præter duo beneficia (quæ annuos coronatos ſeptingentos æquabant) quibus Beza, licet talium rerum inſcius & ignarus, oneratus fuerat. Illi etiam, aliquot alia opima ſacerdotia, frater ipſius natu maximus, jam tum deploratæ valetudinis homo, deſtinabat. Juventute autem florens, otio, pecunia rebusque aliis omnibus potius quàm bono conſilio abundans: ſenſit à Satana ſibi circumjici infinitas tendiculas. Quanquam enim vitia odiſſet, in quibus vel improbitatis, vel impietatis peſtiferas labes vel minimum agnoſcebat: bonas tamen horas in rebus ludicris collocabat. Nam & voluptatum illecebris & ambitioſula gloriæ dulcedine, quam ex Epigrammatum ſuorum editione erat adeptus, (judice etiam *M. Antonio Flaminio Italo*, poëta doctiſſimo) honorumque ampliſſimorum ſpe irretitus, aliquandiu detinebatur. Sed quum in ipſius mente hæreret ſenſus Religionis veræ, quam adoleſcens imbiberat; obluctati gnaviter, omniaque illa obſtacula ſuperare, DEO equidem illum movente & regente, apud ſe conſtituit, votumque Papiſticis erroribus repudiandis emiſit.

Licentiatus juris renuntiatur Beza.

Lutetiam venit.

Abbas Frigidimontanus patruus Bezæ.

Inſcius ſacris beneficiis oneratur.

Malè collocat bonas horas.

Gloriæ cupidus.

Votum Bezæ.

Ac primum, ne à juvenilibus illis c
riis ſuperaretur, uxorem ſibi deſpondit
clàm, conſcio uno & altero ex piis a
Laurentio videlicet *Normandio*, & *J*
Criſpino, utroque Juriſconſulto, & c
mo viro. Id ita faciebat, partim ne c
offenderet, partim quod à ſcelerata
cunia, quam ex ſacerdotiis illis percip
non ſatis poſſet adhuc abſterreri. Sp
bus tamen addita eſt expreſſa promiſſi
ut illam primo quoque tempore, pe
impedimentis omnibus, ad Eccleſiam
abduceret, & palam cum ea matrim
confirmaret: itemque ut interea te
nullo ex ſacris illis Papiſticis ordinib
tiaretur. Utrumque poſteà ſanctè p
Gloriolam illam, & propoſitos ho
DEO vires ſubminiſtrante, laudata q
animi pertinacia & magnitudine
adeòque ut plerique ex amicis mira
reprehendentes, per jocum, *Philoſ*
novum illum appellitarent. Nec tam
luto illo adhuc erumpere poterat; cu
tiùs à Satana perſonato novi laquei q
ei pararentur. Nam patruus ille Abba
nia quæ habebat, ei ultro deferebat
fratris morte reditibus multò longè
factus erat. Quanquam autem conſ
ſtimulis urgeretur, quod Religionis
cujus cognitione illuminatus erat, pu
teſtimonium non ederet: licet etiam
juge de promiſſo appellaretur: nonc
men poterat ex tam perplexis amb
& oppoſitis obſtaculis ſeſe extricare.
verò, dum ita anxius animi in dubi
tur, illum à devio itinere, in rectum
cat Dominus. Morbum enim gravi
veluti ſui judicii nuntium & appa
mittit: adeò ut pene de vita deſ
Tum ille potentem numinis dextra
madvertens, eique tam diuturnas m
ſtiganti, diutius reluctari nefas eſſe re
poſt varios animi & corporis cruci
ipſum ac tarditatem ſuam deteſtatu
lachrymis veniam petivit: votumq
de vero DEI cultu palàm amplecte
novavit: totum denique ſe illi conſ
Sicque factum eſt ut morbus ille vera
tis illi principium attulerit. Et auditus
de ea re loqueretur apud amicos, di
in illo agone identidem illud ex *
velut in ſinum Domini effudiſſe: *I*
carcere animam meam, ut celebrem
tuum. Simulatque igitur lectum rel
licuit, abruptis omnibus vinculis, ſa
compoſitis, patriam, parentes, amic
deſerit, ut Chriſtum ſequeretur: ſ
voluntarium exilium, cum ſua conj
cipit *Genevam*, anno *milleſimo*, q
teſimo, quadrageſimo octavo, nono I
Novembris. Ibi primum palàm in E
ſolenni inter Chriſtianos ritu, matrim
celebravit & ſedem fixit.

In eam urbem paulò ante conceſſer
que ſuas comportarat *Joannes* ille *Cri*

m magna erat Bezæ conſuetudo. Am-
em de novò vitæ genere ſuſcipiendo
liberant: & de ſocietate ad typogra-
ı artem faciendam ineunda cogita-
ad quam ut feliciter ſe accingerent,
ue ſumma doctrina & ſingularis indu-
m ſternebat. Fuerat enim Criſpinus
n celeberrimi illius Juriſconſulti *Ca-*
olinæi amanuenſis: poſt in foro Pari-
uſarum patronus. Edidit idem ſui in-
ocumenta multa, excudendis præcla-
rum Græcorum & Latinorum monu-
, & novis componendis: in quibus
Martyrum hiſtoria, ſummo ſtudio
dibili labore ac fide conſtructa, meritò
ibus celebratur; & palmam obtinet.
æ alium curſum DEI providentia de-
. Nam priusquam aliquid certi inter
ituiſſent; Bezæ viſum eſt Tubingam
excurrere; ubi *Wollmarius* degebat,
ſimi Ducis Wirtenbergici Conſilia-
ix ab illa peregrinatione reverſus, &
e expectans ad Græcas literas profi-
Lauſannenſi Academia vocatus eſt:
ſenatus Bernenſis, judicium Lau-
um amplexatus, Bezam in numerum
admiſiſſet, ille ratus à DEO ſe vocari
orificum illud munus obeundum;
am ſe contulit. Atque hæc Beza
dudum de ſe publicè teſtificatus eſt,
ex parte, in Epiſtola qua adverſum
rium præceptorem ſuum ſe non in-
diſcipulum voluit oſtendere, *Chri-*
Religionis confesſione eidem nuncu-
iſſa. Quæ deinceps ſequuntur, ali-
t collecta.

Lauſannæ tunc temporis doctrina &
iri inſignes, *Petrus Viretus* Eccleſiæ
Johannes Ribbitus Theologiæ pro-
ohannes Raimundus Merlinus He-
guæ, *Quintinus Claudus* Philoſo-
anciſcus Hottomannus Eloquentiæ,
s Tagantius Mathematicæ, *Clau-*
votius, *Franciſcus Beraldus*, *Jo-*
Randonus, *Mathurinus Corderius*,
orum literarum Doctores. Illis om-
charus erat Beza, ut hic in illis, in
ivere viderentur.

rimum in Academiam illam adven-
ſe contra varias animi perturbatio-
ultus & agitationes, quibus homi-
primisque piorum, vita nunquam
ræmuniret ac vallaret, *hiſtoriam*
ſedulò & frequenter apud ſe medi-
utque eam penitus animo infigeret
comœdiam, ſumpto ex eadem ar-
ſcripſit Gallicis rhythimis, & po-
brahami ſacrificantis nomine, ex-
Quod poëma ita jucundè exceptum
re & loco, & poſtea ita gratum om-
allicè intelligentibus fuit: ut quo-
o commiſſum ſit, vix dici poſſit.
no *nonageſimo octavo*, Clariſſimus
Joannes Jacomotus Latio dedit: &
erè tempore Amſterodami doctiſſi-

mus D. *Jacobus Bruno* idem præſtitit. Quoties autem à docendi munere vacabat, Lauſannà ad Domiuum Calvinum Genevam advolabat; à quo etiam continuò accendebatur; ut dotes, quas à DEO acceperat, ad DEI gloriam & Eccleſiæ ædificationem, magno animo conferret. Itaque illius hortatu verè aureum, vel potius divinum illud *opus Pſalmorum*, à Maroto inchoatum, Gallicis numeris ut perficeret adductus eſt: quod tandem anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo prima* cum authoritate & privilegio, ut vocant, Regio, multis Galliæ locis eſt typis mandatum.

Opus Pſalmorum edit.

Confluxerunt Lauſannam ex Gallia Chriſti ſitientes quamplurimi ordinum omnium viri & fœminæ. Hanc occaſionem putavit Beza oblatam ſibi à numine, ut cum ſuo docendi, tum illorum ſacra diſcendi deſiderio ſatisfaceret. Itaque extra ordinem, docendi Græco penſo abſoluto, publicè & vernaculè *Epiſtolam ad Romanos* explicabat: cui poſtea addidit *utramque D. Petri*, non, quod ajunt, κατὰ πόδας, tantum: ſed methodo & ſenſu Apoſtolico diligenter obſervato & declarato. Fuit illa veluti parturitio fœtus illius laudatiſſimi, quem tandem edidit, *librorum omnium novi Fœderis fidelisſima interpretatione Latinâ*, notisque in eosdem eruditiſſimis, in lucem oculosque hominum emiſſis. Illas tamen aliquoties emendatas ab ipſo mirabitur nemo, qui operis difficultatem cum dignitate conjunctam, ut decet, perpenderit.

Docet Lauſannæ etiam ſacra.

Interea peſtilentia Lauſannæ ſævire: quæ & Bezam corripuit: ſed Chriſto ἀλεξικάκῳ faciente, Eccleſiæ organum ad res magnas ſelectum mox eripuit. Quare à ſepulcri limine redux ille, rem carmine Gallico ſignavit, ut ſe non immemorem tanti beneficii apud DEUM & ipſius Eccleſiam, laudabili exemplo palam apud omnes, faceret. Oden enim ſvaviſſimam & elegantiſſimam, atque omnibus Gallicæ linguæ Eccleſiis decantatiſſimam ſcripſit, quæ eſſet εὐχαριστίας publicum monumentum. Id quoque *Stephanus Jodellus Modilinus*, non poſtremus inter poëtas Pleiadis Gallicæ, tetraſticho Gallico notavit, hoc modo ab *Antonio Fayo* Latinè reddito,

Peſte corripitur.

Et liberatus carmine agit gratias.

Stephanus Jodellus Modilinus.

Davidicæ citharæ Gallis dum carmina mutat,
Peſtiferæ eſt tactus cuſpide, Beza, luis.
Curnam? lethalem peſtem tunc Beza premebat:
Vult oppreſſorem ſæva necare ſuum.

Lauſannenſis illius profeſſionis tempore, ſcripſit *librum de hæreticis à magiſtratu puniendis*, argumento ſuppeditato à *Fauſto Lælio Socino* Senenſi, & * S. C. qui non auſi nomina ſua profiteri, & tam infauſtis fœtibus præponere, ſub fictitiorum nominum *Belii* & *Monfortii* umbra, tanquam angues peſtiferæ, ſe occultabant. Illi gravem contra Calvinum & Genevenſem Magiſtratum querimoniam excitabant; & velut terras omnes & maria commovebant propter * *Servetum* Hiſpanum, ignis ſupplicio meritiſſimo neci

Liber de hæreticis à magiſtratu puniendis.

* *Sebaſt. Caſtell.*

* *De Serveto vide in vita Calvini.*

neci datum anno *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quinquageſimo tertio*. Ille enim & verbis & ſcriptis infandis Arianorum, Sabellianorum, Samoſatenianorum & Manichæorum portentoſas blaſphemias contra Chriſti perſonam & ſacroſanctum adorandæ Trinitatis myſterium evomuerat; & per varias orbis regiones ſparſerat. Revocabant etiam illi Academicam, neſcio quam, in Religione & cultu divino ἐποχὴν: ut unicuique quod vellet, ſentire, credere & profiteri liberum eſſet. Scriptum utriusque Beza tum refutavit, tempore, in ſpeciem, importuno: ſed re ipſa opportuniſſimo, ad cohibendos levium hominum in Religione fluctuantium vagos & incertos æſtus.

Chriſtianiſmi explicatio.

Scripſit deinde brevem *Chriſtianiſmi explicationem*, ex doctrina de æterna DEI prædeſtinatione.

Reſpondet VVeſtphalo.

Reſpondit etiam *Joachimo Weſtphalo*, veram de Cœna Domini ſententiam tutatus. De eodem argumento duos eruditos *dialogos* edidit: Priori κρεοφαγία nomen eſt, alteri ὄνος συλλογιζόμενος

Item contra Heshuſium.

contra *Tilemanum Heshuſium*. In his quidem poſtea, quædam liberiore calamo, quam rei, qua de agebatur, majeſtati conveniebat, ſcripta mutavit:

In quibus ſcriptis ſenior quædam corrigit.

ut & in nonnullis aliis ſcriptis: è quibus jocos aliquot (ut erat ingenio lepido & faceto, dum ætate adhuc vigente eſſet) poſtquam maturior factus eſt, & δευτέρας φροντίδας in conſilium adhibuiſſet, eraſit.

Opponit ſe Caſtellioni.

Demum *Sebaſtiani Caſtellionis* dogma *de æterna Electione* ſubvertere conantis, calumniis ſeſe oppoſuit.

Perſecutio Pariſienſis Anno 1557.

Contigit Lutetiæ anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo*, Septembris *die quarto*; ut cœtus piorum, qui ad *quadringentos* noctu convenerant, ad puri verbi divini auditionem, & ſacroſanctæ Cœnæ Dominicæ perceptionem, deprehenderetur à Sorbonicis; eorumque excubitoribus & exploratoribus. Ex illis, ſeptem traditi ſunt flammis: *Taurinus Gravellus*, patronus cauſarum Lutetiæ, *Nicolaus Clinetus* humaniorum literarum profeſſor; nobilis fœmina *Philippa Graveronia*, *Nicolaus Cineus*, medicus, *Petrus Gabartius*, pragmaticus, *Franciſcus Rebezius*, & *Fridericus Damuillus*, Philoſophiæ Studioſi. Reliqui in carcere, & vinculis arctiſſimis detinebantur. Nullum porrò remedium ſe offerebat aliud commodius, ad eripiendos, vel ſaltem ſublevandos fratres in tanto diſcrimine poſitos; quàm ſi legatione ad id inſtituta illuſtriſſimi Germaniæ Principes aliquot, ex iis qui Proteſtantes vocantur, precibus & efflagitationibus enixè ſollicitarentur: ut ſua apud *Henricum* illius nominis ſecundum, Regem, interceſſione, efficerent: ne durius quidquam in illos decerneretur. Ad id anno *quinquageſimo octavo* miſſi ſunt Neocomo *Farellus*, Lauſanna *Beza*, Geneva *Iohannes*,

Ejus cauſa legatus in Germaniam cum Beza.

Magni illius Gulielmi *Budæi* filius; qui ad illuſtriſſimos Principes, Palatinum Electorem, Haſſiæ Landgravium, & Ducem Wirtembergicum, ſe contulerunt, effeceruntque:

ut potentiſſimi illi, & maxime pii prin
ſuis legatis & literis ad Regem miſſis, c
piorum illorum hominum ſedulò con
darent. Sed exiguus fuit totius operæ &
illius fructus, propter infeſtiſſimum
veram pietatem plerorumque Auli
animum & implacabile odium.

Fuit nihilominus illa profectio Be
tiſſima eo, inter cætera; quòd videndi
ram compellandi à pietate & eru
commendatiſſimi viri, *Philippi Me*
thonis occaſionem facultatemque pe
Tum enim Francofurtum venerat *Me*
thon, quà Bezæ iter erat: & eſt alter
conſpectu atque alloquio vehementer
tus, in gravi luctu, quem uterque p
bat ex afflicto Eccleſiarum ſtatu. Ph
enim verbis declarabat illam, quam
præſagiens ſentiebat, Eccleſiarum
nicarum diſtractionem, ex quorund
κοξηλία jam tum pullulaſcentem; &
quaſi ſerpigine quadam longè lateq
ſam. Beza autem Evangelicam ſem
herbeſcentem quidem in Gallia eo t
videbat: ſed ne perſecutionum imn
opprimeretur prius quàm lacteſcere
ret, & aprorum velut pedibus procul
dicitus evelleretur; in vehementem
adducebatur.

Inciderunt poſtea tempora, qua
ad migrandum Lauſanna, ubi *decem*
integros hæſerat, Græca docendi
defungens, induxerunt: quod fec
bona ſenatus Bernenſis venia: qui
ita dimiſit: ut ſuam erga illum ben
tiam nunquam omiſerit. Ac ſanè
fuit egregia potentiſſimorum Dom
Bernenſium adverſum Bezam volun
& Bezæ erga ipſos ſumma obſervanti
bat etiam Lauſannenſem civitatem
habebat Primarios & optimos quos
ſtudioſiſſimos; & licet corporibus
ctos, animis tamen conjunctiſſimos
pterea aliquoties quando opportuni
bat; & cùm à curis gravioribus
relevare cupiebat, hoſpitium antiqu
viſere ſolitus erat. Lauſannenſes eti
ad ipſos adventu mirificè exhilara
adeò ut aliquando ei venienti ma
quentia obviam ad portas urbis pr
fuerit. Id quod factum anno *mi*
ſexcenteſimo, *primo*, menſe Majo:
timum vale accipere & reddere mu
& licuit Bezæ & Lauſannenſibus.

Digreſſus Lauſanna ad D. *Ioann*
vinum venit, anno *quinquageſimo*
pra *ſeſquimilleſimum* à cujus latere
cedebat: magnosque cum illo pr
faciebat in iis; quæ tam ad doctrinam
ad diſciplinam Eccleſiaſticam perti
Nec tamen interea à ſchola penitus c
bat. Nam ut juventutis ſtudiis pr
publicè interpretatus eſt aliquot *De*
nis orationes, & nonnullos *Ariſto*
bros.

ulò poſt deſignatus ſucceſſor in Eccleſia-
miniſterio, *Claudio Pontano Blæſenſi*,
ptimo, & in Eccleſia Genevenſi paſtori
ſimo, qui tum vitam caducam cum
commutarat: ſimulque collega ad-
s eſt D. Calvino ad Theologiam docen-
Eſt & deinceps factus ſcholæ Rector
s, anni illius menſe Junio, & die quinta,
omine feliciſſimo leges ſcholæ Gene-
primum recitarentur, in frequentiſſi-
minum doctiſſimorum & graviſſimo-
corona. Habuit tum elegantiſſimam
nem de re literaria, ad ſtudioſorum
nda ingenia, & ad Senatum Geneven-
onfirmandum in præſtantiſſimo & lau-
mo à ſe inſtituto opere. Nam cum eo
re Genevenſis civitas innumerabilibus
ltatum domi & foris fluctibus tantum
bſorberetur, magno illo & nunquam
udato Calvino hortante, tantum animi
: ut de ſchola excitanda, gymnaſioque
o extruendo (quo ornamento urbs ad
llam caruerat, ſolo Calvino paucis
ibus prælegente) ſeriò cogitaret. Ita-
ædificio ampliſſimo, ornatiſſimo &
adiſſimo ædificato, honeſtis ſtipendiis
itis, profeſſoribus eruditionis eximiæ
umero comparatis, ſchola Genevenſis
rexit: adeò ut brevi tempore, ex illa,
quam ex equo Trojano; armati ferro
int milites, ſed tanquam ex Siloës
ntibus venis perennibus, viva multi-
octrinæ & ſanctiſſimæ pietatis fluenta
ſque Europæ plagas copioſè profluxe-
etiamnum (quæ DEI eſt benignitas)
nt ac effundantur.
ſerat vernaculo ſermone paulò poſt
Gallia migrationem, *fidei Chriſtianæ*
nem, quam vocant; partim ut patri
em nonnullorum calumnia ab ipſo
n hæretico abalienarant, ſatisfaceret:
ut ſi poſſet, illum in extrema ſene-
riſto lucrifaceret: illam tum publicè
tinè loquentem & *Wolmario* illi ſuo
atam. Fuitque opuſculum illud S. S.
giæ candidatis uſui magno. Continet
pitomen dogmatum piæ religionis
reviter & perſpicuè traditam. Paulo
procerum quorundam Regni Galliæ
literis evocatus eſt; ut *Antonium* Re-
varræ, qui tum in Aquitania Neraci
, inviſeret; eumque eo de rebus
nis communicaret: ſed potiſſimum
animo, ſi DEUS aſpirare dignaretur,
igionis guſtum aliquem inſtillaret.
m erat, ſi princeps Regii ſanguinis
us (ad quem propter Regis *Franciſci*
eſcentiam, jure ſpectabat regni ad-
tio, uſurpata ab aliis aliter, quam
) de pietate vera aliquid intelligeret:
e dignitatis ac officii ſui memor, à
antia quadam, quæ eum quaſi priva-
eluti latentem, domi detinebat, ex-
ret, fore: ut mitius ageretur cum
ninibus, qui tota pene Gallia imma-

niſſimè vivi comburebantur, propter ejuratos pontificios errores, & Evangelicæ doctrinæ profeſſionem. Nec caruit res eventu. Nam poſtquam anno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo*, Decembris die *quinto* Rex Aureliæ diem ſuum clauſiſſet ultimum, Sereniſſimus Navarrenus adjuncto illuſtriſſimo *Condæo* principe fratre ſuo, *Colignii* Amiralio & Andelotio, aliiſque regni optimatibus effecit; ut à diris illis uſtrinis, quæ vivente *Franciſco*, crudeliter in omnes omnium ordinum homines pervaſerant, quæque *Annam Burgium* Pariſienſis curiæ Conſiliarium, cum multis aliis non obſcuræ notæ hominibus, abſtulerant, temperaretur.

Carolo Rege, hujus nominis nono, ſceptrum obtinente, variè utrinque de Religione agitata ſunt conſilia; Pontificii ſuam ita retineri volebant; ut Evangelicam extermінari vellent. Ex adverſo, Evangelici Pontificiam ſcriptis, concionibus, & ſtudiis omnibus oppugnabant: &, ad promovendam ſuam, velis & remis omnibus contendebant. Ne verò tam varia partium ſtudia turbas in publicum darent; multa edicta Regia facta ſunt; per quæ; ut ab omni violentia & armis abſtinerent omnes ſanctionibus ſeveriſſimis imperatum: tandemque ſolenni reſcripto indictum eſt tempus, & deſignatus locus, ubi ab utraque diſſentientium parte electi nonnulli committerentur, ad rationem, ſi fieri poſſet, moderationis & pacis, vitandorumque tumultuum ineundam. Non tantum ex plebe, ſed etiam ex primaria nobilitate multi in Evangelicam doctrinam propendebant, eamque propagari inprimis volebant. *Conſilia de religione in Gallia.*

In iis rex *Navarræ* erat: qui & legatis & literis ad Senatum Genevenſem miſſis, petiit, ut bona ſenatus venia, Bezæ intereſſe liceret conventui tam magna gravique de cauſa celebrando. Idem petebat etiam per literas Sereniſſ. Navarreni frater illuſtriſſ. *Condæus*. *Rex Navarræ propendet in religionem orthodoxã.*

Beza ab illis impetratus & dimiſſus, profectus Geneva Lutetiam venit Auguſti die viceſimo. Eodem conſilio Regina mater ſcripſerat literas ad Tigurinorum Senatum: quibus quidem ad eundem conventum expoſcebatur *Petrus Martyr* Vermilius, Florentinus, in Academia Tigurina Theologiæ profeſſor. Quacunque autem mente, ſive conſilio, id illa faceret, illius petitioni annuerunt Tigurini, & Martyr Lutetiam ſe contulit. *Ab eo evocatus Beza.*

Ex omnibus Galliæ provinciis Antiſtites Pontificii convenerant: licet eos, qui jam pridem hæreſeos eſſent damnati, non audiendos dictitarent, cumque illis conferre recuſarent. Venerunt etiam ex diverſis Galliæ locis Eccleſiarum miniſtri, *Nicolaus Gallaſius*, *Augustinus Marloratus*, *Johannes Raimundus Merlinus*, *Franciſcus Sampaulius*, *Franciſcus Morellus*, *Joannes Malotius*, *Joannes Spinæus*, *Claudius Boſſierus*, *Nicolaus Folius*, *Matthæus Virellus*: quibus ſe adjunxerunt paulò poſt *Joannes Tornæus*, & N. *Barbaſtus*. Nam publico *Colloquiũ in Gallia.*

Regis edicto illis cautum erat, de fide publica, ut venire, morari, abire, quando viſum, liberum illis omnibus & ſingulis eſſet.

Bezæ partes dicendi datæ.

Venerunt in Sangermannum viceſimo tertio Auguſti. Inter illos verò cum quæreretur, cuinam ex omnibus dicendi partes eſſent demandandæ, ſuffragiis ſingulorum electus eſt Beza: qui in tam auguſto Conſeſſu de re tanti momenti verba faceret. Nec ſanè immeritò illi eſt tanta provincia onusque impoſitum. Erant enim in illo ſumma omnia, quæ audientiam dicenti conciliare ſolent: ſed, quod caput, ſolida rerum ſacrarum cognitione erat inſtructiſſimus, & Zelo ardoreque veri cultus divini inſtaurandi & propagandi flagrantiſſimus.

Admittitur ad principes.

Sub noctem in cubiculum Regis Navarreni introductus eſt: ubi erant Regina, Navarrenus ipſe, princeps *Condæus*, Cardinales *Borbonius* & *Lotharingus*, cum aliis multis ex optimatibus. Beza paucis adventus ſui cauſas, quanquam, ipſis non incognitas, recenſuit. Regina autem gratulabunda reſpondit: *optare ſe; ut paci publicæ inprimis conſuleretur.*

Lotharingi ad eum ſermo.

Durius tamen eſt à Lotharingo exceptus. Nam ad pacis & concordiæ vias inveniendas Bezam adhortatus, *Quemadmodum*, inquit, *abſens turbis gravibus occaſionem præbuiſti: ita præſens ad illas pacandas conſilia tua omnia conferas, optandum eſt nobis omnibus.*

Bezæ reſponſio.

Ad quæ Beza; *ſe nimis tenui vel potius humili conditione eſſe: ut tam amplo tamq; potenti regno commovendo par eſſe poſſit. Semper natura & voluntate ſe fuiſſe à turbis alieniſſimum: ſua autem ſtudia & officia, vel potius pietatem erga DEUM, Regem & patriam, nunquam defutura.* Interrogavit Regina Bezam an Gallice aliquid in lucem emiſiſſet: *Nihil*, inquit, *præter Pſalmos & ſcriptum breve, oppoſitum confeſſioni Ducis Sommerſethi.* Arrepta inde occaſione, Lotharingus ſubjecit, ſe in libello quodm, qui dicebatur à Beza compoſitus, legiſſe: *eodem modo nunc quærendum in Cœna Chriſtum: quo erat antequam ex Virgine beata naſceretur:* Item, *Chriſtum eſſe in Cœna, ſicut in Cœno.* Excipiens Beza, *poſteriorem hanc vocem eſſe*
,, blaſphemam dixit: nec ab ullo unquam
,, ſeriò pronunciatam vel ſcriptam, qui
,, Chriſtianus dici vellet: priorem illam,
,, dextrè intellectam, veram eſſe. Cum
,, enim ſemper Eccleſia fuerit congregata per
,, unicum Mediatorem Chriſtum θεάνθρωπον; clarum, fidelium communionem
,, cum Chriſto non eſſe reſtringendam ad illud tempus, quo verbum factum eſt caro.
,, Nam vim illius & efficaciam ſemper fuiſſe
,, oculis fidei præſentem. * Vidiſſe enim
,, Abrahamum diem Domini, & lætatum
,, eſſe: &; patres eundem cibum ſpiritualem
,, comediſſe, eundemque potum bibiſſe,
,, nempe Chriſtum. Aſſenſus Cardinalis,
,, addidit appoſitè illud ex * Apocalypſi:
,, Agnum mactatum fuiſſe à mundi creatione. Hinc factum eſt, ut Beza excurrerit in

** Joann. 8. v. 16. 1. Corinth. 10. v. 3.*

** Apocal. 5. v. 12.*

,, ſermonem; de Veteris & Novi Teſtā
,, diſcrimine. Unde tandem enata e
,, quæſtio; de vero ſenſu verborum
,, Dominicæ: HOC EST CORPUS
,, UM. Diſſentire vos à nobis, & aliu
,, docere certiſſimum eſt, inquit Card
,, Imò, dixit Beza, magnoperè dol
,, omnibus, ita rem eſſe: ſed tamen
,, bilius eſſe puto libere fateri ſenten
,, noſtrarum diſſentientium diverſi
,, quàm ſi quis, in tanta diſcordia conc
,, ementiri, & velo quodam inani ol
,, velit ac conetur. Ego, inquit ille
,, Cœna doceo: panem eſſe corpus D
,, Sic, ait Beza, Chriſtus ipſe locu
,, Verum hoc eſt τὸ κρινόμενο- quæ
,, quomodo panis appelletur Corpus
,, neque enim omnia quæ ſunt, eoden
,, ſunt. Tum ſermo de locutionibus
,, mentalibus injectus eſt, non mag
,, reluctante Lotharingo: Velitatio
,, illa producta eſt paulò altius: Beza
,, modum ſermonem continuante:
,, *tuor*, inquit, capita poteſt contra
,, controverſia de Cœna Domini I. D
,, II. De re ſignificata. III. De conju
,, ſignorum cum re. IV. De partici
,, ſignorum & rei. In primo capite
,, mus, quatenus nulla alia ſigna con
,, quàm quædam ſine ſubſtantiis acc
,, At nos panis & vini ſubſtantias ret
,, Hic Cardinalis, Bezæ ſermone inte
,, dixit: ſe poſſe, ſi velit, transſul
,, tionem tueri: quanquam illam
,, logis excogitari minimè neceſſe fu
,, que Eccleſias ea propter eſſe ſci
,, cenſebat. De ſecundo capite, ait B
,, ſentimus, ut per panem, corpus p
,, crucifixum: & per vinum verum p
,, ſanguinem effuſum repræſentari di
,, atque adeo CHRISTUM ipſum
,, tum θεάνθρωπον fide in cœlis
,, dum: nobis tamen tam verè
,, tum, quàm verè ſigna viſibilia
,, ſumuntur. Non enim ſolum
,, paſſionis & mortis ipſius nobis co
,, ſed Chriſtus verus vere offertur.
,, inquit Cardinalis, jucundum eſt
,, dire & ſcire. Nam vos aliena eſſ
,, nione exiſtimabam. Tum Beza
,, tium caput quod attinet, dicimus
,, tari ſignorum ſubſtantiam natural
,, panis & vinum deſinant eſſe id qu
,, vi quadam & obmurmuratione
,, rum, accedente illius, qui ea
,, mente: vi tamen & efficacia divi
,, & vinum ſunt ſacramenta ſignifica
,, rum corpus & verum ſanguinem
,, voluntatem ſuam in verbo ſuo te
,, tis. Quando igitur Cœna ritè
,, tur, adſunt corpus & ſanguis Chri
,, noſtræ præſentia: non quod ſint SI
,, CUM pane & vino, aut alio loco
,, in cœlo, quò aſcendit, & ubi,
,, homo, continetur, donec veniat jud

nortuos. His accinens Cardinalis; ne-
it ſibi Transſubſtantiationis dogma
bari, & Chriſtum in cœlo quærendum
rmavit: ſe tamen intellexiſſe Germa-
um quorundam non eſſe unam ean-
que eâ de re opinionem. Verum eſt,
unxit Beza, in Germania quosdam
, qui à nobis hac in parte diverſum
iunt. Nihilominus communibus vo-
animis conjunctis, tam nos, quam
Transſubſtantiationem veſtram repu-
nus & oppugnamus. Ad hæc Cardi-
s: An verè & ſubſtantialiter vos parti-
s fieri corporis & ſanguinis Chriſti ag-
itis? Hoc verò eſt, inquit Beza, illud
t, quod ex propoſitis quatuor, mihi
arandum reſtat. Affirmamus ſanè
viſibilia manibus tangi, ore edi &
: rem Sacramenti, id eſt, corpus &
uinem Chriſti, omnibus verè offerri,
ipi per fidem tam verè quam ſi natu-
r cum Chriſto conjungeremur. Tum
alis, ſibi hac in parte à Beza maximè
um apud Reginam teſtatus; ſperare
optatum colloquii eventum, ſi res
& recta ratione tractarentur.
iſſo cœtu Cardinalis Bezam peraman-
us, *Gaudeo* inquit, *quod te loquentem*
im, teque ad mutuam collationem
EUM immortalem invito. Spero
rationibus utrinque benè perpenſis
tis: fore, ut via ad concordiam
brevi tempore inveniatur. Beza
li prolixè egit: obteſtatus, ut & ipſe
ncto publicæ concordiæ procuran-
cio ac ſtudio perſeverare vellet: ſe
icquid à DEO donorum accepiſſet,
em ex animo collaturum, nec quic-
ſe deſiderari paſſurum. Atque hæc
mi illius congreſſus veluti quædam
nta.
uartum Septembris convenitur in
na Poſſiaceni monaſterii aula. Ad-
, Regina Mater, Dux Aurelianus
ter, Margaretha Regis ſoror, Rex.
ue Navarræ, princeps Condæus ac
ptimates & conſiliarii magno nume-
ontificiis Antiſtitibus erant Cardi-
rchiepiſcopi, Epiſcopi, circiter
inta, ſtipati magna Sorboniſtarum
iſtarum corona. Adſtabant Eccle-
formatarum paſtores illi, qui ſunt
inati. Poſtquam autem Rex paucis
orſum conventus ſuo juſſu eſſet in-
poſuiſſet, idque D. Michael Hoſpi-
aximus Franciæ Cancellarius fuſius
t, Beza omnium nomine orationem
mone vernaculo, non minore ani-
tia, quàm modeſtia pronunciatam,
llo cœtu cum attentione & admira-
ulari auditam. Complectebatur
ris Religionis ſummam, quam Gal-
ſiæ reformatæ profitentur: perſonis
mpori & loco accommodatam.
n autem extat illa in hiſtoria rerum
m anni *ſexageſimi primi* ſupra *ſeſ-*
quimilleſimum; illius recenſione nobis, bre-
vitati ſtudentibus, ſuperſedendum exſtima-
mus. Non eſt tamen illud ſilentio prætereun-
dum, quod cum inter loquendum Beza dixit; *Corpus Chriſti locorum diſtantia tantum ab-* *eſſe à pane & vino, quantum cœlum altiſſi-* *mum abeſt à terra:* Antiſtites Pontificios val- dè commotos excitaſſe murmur magnum: illo verò demum cohibito, Bezam peroraſſe.

Bezæ vox aliorſum accepta.

Tum *Turnonius*, qui collegii Decanus erat, indignabundus contra Miniſtros, (quos Ev- angelicos novos appellabat) quædam conje- cit, Regemque adhortatus eſt, ne ſe ab illis perſvaſione ulla pateretur à priſca Religione abduci: aſſenſionem ſuam ſuſtineret, tan- tisper dum Antiſtitum reſponſionem ad ea, quæ audiverat, intellexiſſet: tum enim ap- pariturum quid inter veritatem & menda- cium intereſſet. At Beza tum confeſſionem, communi Eccleſiarum omnium reformata- rum conſenſu & nomine compoſitam jam antea anno quinquageſimo quinto, Regi de- miſſiſſimè obtulit.

Turnonii oratio contraria.

Cum autem in primo illo congreſſu ex- acerbatos Antiſtitum animos Evangelici mi- niſtri viderent placuit illis, ut Beza privato no- mine ad Reginam literas daret; quibus clarius & copioſius declararetur, quod benè explicari non potuerat die præcedente. Illis literis do- cebat, *non excludi à Cœna Chriſtum: qui in hoc Sacramento faciat fideles participes ſub- ſtantiæ veri ſui corporis & ſanguinis, ut cum ipſo coaleſcant in vitam æternam. Sed ve- rum illud corpus, quod in Cœlum aſcendit, cum pane non conjungi, quia corporali præ- ſentia quadraginta dies cum diſcipulis ver- ſatus eſt: quibus expletis, amplius non fuit in terrâ. Nam quatenus eſt homo, eſt in cœlo, quatenus DEUS, ubiq.* Idque ex Au- guſtino in Epiſtola ad Dardanum, & ex Vigi- lio contra Eutycheten probabat.

Defendit ſe Beza.

Ad decimum ſextum Septembris inſtaura- ri cepit colloquium, præſentibus & audienti- bus Rege, Regina Navarræ, principe Con- dæo aliisque optimatibus. Sermonem habuit benè longum Cardinalis Lotharingiæ, quo Pontificiam Religionem tuebatur, in eaque nihil movendum ſuadebat. Poſtquam autem finē dicendi feciſſet, continuò à Rege ſuppli- citer petiit Beza, ut ex tempore reſpondendi poteſtas ſibi concederetur. Verebantur enim Evangelici, ne poſt hanc diem conveniendi facultas ſibi denegaretur. Fama enim incre- beſcebat, eo die præterito, nihil negotii cum Evangelicis habituros Pontificios, ſed ex- communicationum ſuarum fulminibus ad- verſus illos eſſe uſuros Antiſtites. Adde quod, quum de quorundam in Germania Theolo- gorum ſententia Beza parum opportunè lo- cutus videretur non nullis ſuorum collega- rum, in prima illa habita cum Cardinali Lo- tharingo coitione, ſuſpicio animos quorun- dam perculit, fore, ut inde eludendæ col- lationis occaſionem arriperent Antiſtites, ridiculo eventu commiſſis in pugnam

Lotharingi Cardinalis oratio.

inter ſe Gallicis Eccleſiis cum Germanicis illis. Sed nihil eo tempore impetratum eſt, re in alium diem dilata & remotis quamplurimis procraſtinata. Tandem tamen, poſt libellum ſupplicem Regi ab Evangelicis oblatum, effectum eſt, ut colloquium illud Antiſtitum cum miniſtris continuaretur: non quidem publico, ut antea, loco, ſed privato.

Privata collatio inſtituta.

Itaque die viceſimo quarto Septembris interrupta inſtauratur collatio, Regina matre, Rege, Reginaque Navarræ, Antiſtitibus & miniſtris, paucisque aliis adſiſtentibus.

Lotharingus initio teſtatus eſt, conventum hunc celebrari, ut ſi Evangelicis animus eſſet reſpondendi ad ea, quæ actione ſua priore protulerat, id illis facere liberum eſſet. Ibi tum Beza, *de Eccleſia & de Cœna Domini* (quæ duo capita potiſſimum à Lotharingo agitata fuerant) longo, nec tamen injucundo, ſed valdè perſpicua ſermone diſſeruit. Bezam poſtea excepit *Eſpenſæus* Sorbonicus, ad id à Cardinale invitatus; qui *de vocatione paſtorum* tam ordinaria, quam extraordinaria primum verba fecit: deinde *de Traditionibus & de ſancta Cœna* diſputavit.

Eſpenſæus Sorbonicus reſpondet Bezæ.

Eſpenſæum excepturus erat Beza: ſed Sanctæſius Sorbonicus Monachus ſurgens, &, ea quæ ab Eſpenſæo fuerant propoſita, repetens, ac moroſè inculcans, obſtitit. Egit ille potiſſimum *de Traditionibus*, quas ſcriptura ſacra certiores affirmabat; producto in eam rem Tertulliani loco. Beza, hominis moleſti & importuni orationem parum idoneam ad concordiam pacemque Eccleſiarum & Reipublicæ conſtituendam, demonſtrans, Reginam oravit; ut in poſterum daretur opera, ne ſtrepitu tam importuno locus daretur, aut perturbatio adeò indecora, ut hæc erat, excitaretur.

Bezæ reſponſio de vocatione miniſtrorũ.

Hoc facto primum ad ea, quæ *de vocatione* dicta erant ab Eſpenſæo, reſpondit: *Notas vocationis primarias eſſe, non manuum impoſitionem; ſed doctrinæ & morum diſquiſitionem, & deinceps electionem. Impoſitionem manuum ab Eccleſiâ Romanâ, ità, ut nunc eſt, deformata, non fuiſſe petendam miniſtris. Prophetas extra ordinem contra ordinarios ſacerdotes olim excitatos fuiſſe: non mirum hodie extra ordinem miſſos etiam DEI ſervos, quum ordinarii in ſuo officio ſterterent: Miraculis non eſſe perpetuò confirmatam vocationem, ut exempla Iſaiæ, Aggæi, Zachariæ, & aliorum docent. Evangelium novum ab ipſis non adferri; ſed antiquum illud, ab Apoſtolis perſcriptum multisque miraculis confirmatum, aliquot ſeculis obſcuratum, velut è tenebris in lucem revocari.*

Miraculis an ſemper opus.

De traditionibus.

„Traditiones adæquari ſcripturæ, nefas „eſſe: Non aptè Tertullianum allegari. Res „enim illi fuit cum hæreticis, ex verbo DEI „convictis, & tamen ad errores ſuos tuendos „obſtinatè teſtimonia quædam transformata „ingerentibus; quibus meritò Tertullianus „Eccleſiæ Traditiones opponebat, quas ma„joris momenti eſſe oſtendebat, quam eſſent „nova illa hominum errantium comı „Se autem aut Evangelicos omnes illiu „ris non eſſe convictos ex verbo DEI „Traditionibus quæ Apoſtolicæ non „dandum eſſe locum. Quod enim Ter „nus dicebat: hæreticos contra ſcrip „ſine ſcriptura credere, illud argum „eſſe, per ſcripturas errores eſſe conv „dos. Gravirer enim eos carpebat Ter „nus qui non omnia ad ſalutem ne „fuiſſe ab Apoſtolis mandata literis „bant. Denique de doctrina Apoſtoli „poſſe aliunde, quam ex ipſorum Ap „rum ſcriptis dijudicari: & Tradition „tificiorum hodiernas non eſſe Apoſt „quum illarum poſſint oſtendi adin „nes & adinventores. Quum auter tæſius repetitis clamoribus & magna c tione, de vocabulis *Ingeniti, Conſubſ lis, Trinitatis, deq; Virginis Mariæ tua Virginitate, ac de pædobaptiſmo* obtruderet; Lotharingus, veritus ne l id nauſeam moveret, finem illi quæſti poſuit: nova in medium prolata *de S* quæ niſi decideretur, teſtabatur ſuo ſ que nomine, ſe ne verbum cum M commutaturum. Petiit igitur à M *paratine eſſent in Auguſtanam Confe ſubſcribere*. Beza ex adverſo petiit, *dem amplecti ipſis in animo eſſet.* C les diſſimulata ad hoc quæſitum reſpc produxit quorundam Germanicoru ſtrorum de illo capite ſententiam, q ex Germania miſſam dicebat: eiqu niſtri ſuum calculum adderent, veh urgebat. *Fiebat* id omninò *aſtutè ut ſi id facere apertè recuſarent M inter illos & Germanos rixæ orirent facerent, Cardinalis, quaſi victor niſtris triumpharet.* Hos ſcopulos v Beza, reſpondit; *ſe ſuosque Colleg niſſe, ut Eccleſiarum ſuarum conf tuerentur: in mandatis aliud nihil ex ſua confesſionis ordine diſputatio ſtituendam, quò major fructus coll convenientius tractari poſſent.* (*expoſcere, ut primò de facilioribus Quumque Sacramenta à Doctrina deant, eſſe primum de Doctrinâ d dum.* Verum quum Cardinalis po nem illam ſuam ita urgeret; ut ab modo dimoveri poſſet: vererentur niſtri Evangelici, ne ſi difficiliores ſ rent, aut reſpondere diutius detre abrumpendi colloquii occaſio cap Cardinale, conjecta in ipſos culpa: viſum eſt petere ſcripti illius legendi que eo deliberandi, tempus ac pot Erat autem formula Capitis de Cœna exſcripta ex confeſſione Auguſtana; C dinalis ajebat. Prolatæ ſunt etiam n Saxonicorum miniſtrorum de hac re tiæ, ſcriptæ ad annum *milleſimum q teſimum, nonageſimum nonum.* I diſceſſum eſt.

ıa erat ſcriptum illud cum literis
ſcalonem quendam Cardinalis emiſſa-
à *Franciſco Balduino* miſſum: cujus
ıtebantur Pontificii ad evocandos Ger-
os illos Miniſtros, eo quo dictum eſt
Vulgatus eſt etiam eo tempore libellus
io pii hominis, inter Religionis con-
ſias. Illius autor videri modò volebat,
ıolebat *Balduinus* ipſe: qui compo-
diſſidiis opportunè excogitatum φάρ-
illud dictitabat. Neutris tamen pla-
ffirmantibus utriſque nullius Religio-
ıines eſſe, qui eſſent Neutrius. Bal-
tamen ſcriptis publicis poſteà inſecta-
Calvinum & *Bezam:* illi etiam ad
bra reſponderunt. Ille contra Verſi-
: hic contra Ecebolum Balduinum
o opuſculo.
ſima ſexta Septembris ad colloquium
: actumque eſt iterum à Beza *de vo-*
paſtorum Eccleſiæ, deinde *de Cœna*
. Lotharingus autem ægre ferens
ı à Beza contra vitioſam Eccleſiaſti-
ocationem dicta; exclamavit regiam
tem violari. At nihil à ſe dictum;
ſet dignum reprehenſione Beza hoc
ndit; quod Electionum jus ab Ec-
ʒis ad ſe traduxiſſent reges eo ſolo no-
quod vocatione ſua illi jam diu abuſi
Sed omiſſo illo ſermone Lotharingus
nis Auguſtanæ mentionem repoſuit,
à Miniſtris: *cur illi ſubſcribere*
nt? Reſponſum eſt, *ſi etiam ipſi*
ii illam admittere vellent, non in-
am brevi tempore pacis rationem
ſe. Diceret ergò Cardinalis, an
ıi omnium ſuorum nomine hoc ex-
Ille verò vulgatum illud poëtæ oc-
Sum nullius addictus jurare in
agiſtri.
enim, inquit, *quid hic aut ille di-*
l quid veritas ferat, attendendum
enim, regeſſit Beza, *ſi confeſſioni*
pulari renuitis, iniquum eſt poſtu-
bis, ut illam uſquequaque approbe-
Tum renovatus eſt ſermo *de Cœna*
, Eſpenſæo Calvini dictum recitan-
ſumere ſubſtantiam corporis Chriſti.
um eſt, *ſubſtantiæ nomine non cor-*
craſſumve eſum ſignificari: ſed
em & verum ab imaginario &
ico diſcerni. In quam rem *Petrus*
s Florentinus Italica lingua (quia
ıeſciebat) multa protulit. Sed di-
Lotharingus aliquoties interturbavit
ı ſe cum linguæ peregrinæ homini-
ıtare nolle. Retulit eo die ab Eſpen-
ımonium *Petrus Martyr*; *quod*
rum noſtræ ætatis tam perſpicuè,
ſtinctè de Cœna Domini tractaſſet
quàm ille.
ant ſe miniſtri ad reſpondendum E-
: ſed Hiſpanus quidam Jeſuitarum,
ıtur, Generalis, ſurgens ad horam
amavit Italicè: *fraudulentos, ſimias,*
& vulpeculas vocitans Miniſtros Evange-
licos: negans illos eſſe audiendos, ſed ad
Concilium Tridentinnm amandandos. Ille
poſtea in ſermonem de Cœna prorumpens;
Chriſtum adeſſe dixit, eo modo quo Rex qui
parta à ſe victoria vellet memoriam cele-
brari, ludis annuis inſtitutis, quibus ipſe
præeſſet. Et immani quadam impudentia
Reginam contra Miniſtros accendere cona-
tus, ad riſum quoſdam, quoſdam ad indi-
gnationem commovit. Beza autem: *ut ſua*
ſibi convitia ſervaret, hominem admonuit;
„Reginam conſilio Monachi, non egere,
„illamque ea quæ ex uſu regni eſſent, ſanâ
„& prudenti ratione adminiſtraturam: illum
„de Cœnâ Domini loquutum eſſe, quaſi de
„hiſtrionica ſcena, in qua Chriſtus primas
„partes ſuſtineret. Eoque omiſſo, ad Eſpen-
ſæum converſus, dixit; *Quemadmodum*
legitur illud, Hoc eſt corpus meum; *ita*
legitur, Hic eſt calix Novi Teſtamenti:
Idem calix eſt Novum Teſtamentum in meo
ſanguine; „quod quidem ſine figura intel-
„ligi non poteſt: quoniam Sacramenta non
„eſſent Sacramenta, ſi non haberent ſimili-
„tudinem cum iis rebus, quarum ſunt Sacra-
„menta, ut docet Auguſtinus in epiſtolâ ad
„Bonifaciam. At, inquit Eſpenſæus; ſi
„figura noſtris Sacramentis adeſſet, noſtra
„Sacramenta non multum differrent à Sacra-
„mentis veterum: eſſentque figurarum figu-
„ræ: quòd eſſet abſurdum. Beza autem
nihil hic abſurdi eſſe demonſtravit, quum
Apoſtolus compararit circumciſionem cum
noſtro Baptiſmo. Adde illa quæ idem Apo-
ſtolus de *Mannâ* & de *Maris tranſitu* ſcribit:
„& aliud eſſe figuram, aliud Sacramentum:
„Hodie nullum eſſe Figuris locum: ſignis
„tamen viſibilibus opus eſſe; quibus nomina
„rerum per illa ſignificatarum tribuuntur.
„Sacramenta à DEO inſtituta veritatem rei,
„quam adumbrant, ſemper habere adjun-
„ctam: illius veritatis patres fuiſſe participes,
„licet longiore quàm nos intervallo. Eſpen-
ſæo quaſi ſuccenturiatus Sorbonicus alius
adfuit, petens, *ecquid in illa enuntia-*
tione, Hoc eſt corpus meum, *pronomen hoc* *To Hoc quid deno-*
ſignificaret? Panem, inquit Beza, *indicat*; *tet in iſtâ*
& corpus Chriſti ſignificat. Sorbonicus *propoſit.*
contra vociferabatur, „Grammaticæ regu- *Hoc eſt*
„las non pati, ut ad panem referretur, ſed *corpus*
„eſſe individuum vagum. Ex adverſo Beza, *meum.*
„naturæ ſigni ſacramentalis id eſſe contra-
„rium: quod quidem non aboletur, quando
„cum re ſignificatâ conjungitur: Eſtque no-
„vum ac inſolens, & inauditum toti eruditæ
„Antiquitati Individuum illud vagum. Ita,
Sorbonicorum illorum clamoribus, extractus
eſt dies. Tumque ex illis quidam, ſublato
digito, minitabundus Bezæ, dixit, *O ſi te*
intra Sorbonæ noſtræ mœnia ſemel compre-
henſum teneremus. Tumque, tandem cœtus
dimiſſus eſt: in quo, non adhibitis notariis,
geſta erant omnia perturbatè & nullo ordine.
Pontificii antea *formulam quandam de Cœna*

Domini conſcripſerant, exhibendam Miniſtris. Sed quum animadverterent nonnulli hac via nihil promotum iri, viſum eſt alia progredi: nimirum ut *Joannes Monlucius*, *Valentinus Epiſcopus* (qui in partes Evangelicorum propendebat) & *Eſpenſæus* (qui inter Pontificios & Evangelicos anceps & neutrarum partium jampridem habebatur) privatim agerent cum Beza & Galaſio.

Convenerunt ergò illi 27. Septembris in Sangermano in privata domo. Illi ſe Reginæ juſſu adeſſe, ut ſi fieri poſſet; de Cœna Domini formula quædam conciperetur, in quam ambæ partes conſentirent. Hi autem teſtati ſunt, nihil hic ſe facturos, quod fraudi eſſet fratrum ſuorum ſententiæ. Communi verò conſilio formula eſt conſcripta in hæc verba.

Formula de Cœna Domini conſcripta.

„Credimus in uſu Cœnæ Dominicæ verè „& reipſa ac ſubſtantialiter, id eſt, in ipſa „ſubſtantiâ verum corpus & ſanguinem „Chriſti ſpirituali & ineffabili modo eſſe, „exhiberi, ſumi, à fidelibus communican„tibus.

Quod quidem relatum cum eſſet ad reliquos Miniſtros, viſum eſt ipſis nihil in illa doctrina diſſentaneum eſſe: ſed myſterium tam abſtruſum non ſatis apertè declarari; liberumque fieri unicuique; ut in illud ſcriptum conſentiret, vel aliud conderet pro arbitrio ſuo. Quare cum viceſimo nono Septembris *Monlucius Vallius* Epiſcopus Sagienſis, *Eſpenſæus*, *Salignacus*, & *Botilerius* à Pontificiis: *Martyr*, *Beza*, *Galaſius*, *Marloratus*, *Spinæus* ab Evangelicis convenisſent: interrogati ſunt miniſtri, an poſſent commodè præſentiam corporalem Chriſti in Cœna admittere. Ad quod Martyr ſcripto edito, *Reſpondeo*, inquit, *pro parte meâ*, „corpus Chriſti non eſſe verè & ſubſtantiali„ter alibi, quam in cœlo: non tamen inficior, „Chriſti corpus verum, & ſanguinem illius „verum, quæ pro ſalute humanâ tradita „ſunt in cruce, ſpiritualiter percipi à cre„dentibus in S. Cœna. Illi aſſenſi ſunt qua„tuor reliqui.

Collocutores deſignati in privato colloquio.

An corporalis præſentia in Cœna admittenda.

Poſtea verò Eſpenſæus Martyris dictum detorſit, quaſi inter ipſos miniſtros non eſſet unanimis conſenſio. Poſtridie iidem eodem loci convenere: & omni diſputatione, altercationeque omiſſa, productus eſt à Salignaco in medium codex manuſcriptus Cyrilli Hieroſolymitani, in quo diſerte ſcribebatur; *panem Euchariſticum poſt Sancti Spiritus invocationem non eſſe amplius panem communem*; *ſed corpus Chriſti*. Martyr autem protinus oſtendit, illius autoris, quisquis is fuerit, verbis, Transſubſtantiationem pariter ac Conſubſtantiationem everti: illam, quia non diceret autor, panem non amplius eſſe communem panem. Hanc, quia non dixiſſet, panem hunc communem cum corpore Chriſti fieri ſacramentum; oppoſuiſſe

Cyrilli locus.

autem pani communi panem, qui v[...] corpus Chriſti, quoniam eſt illius [...] ſignum. Nec tamen ſequi, corpus i[...] ſens eſſe, ubi ſit Sacramentum. Nih[...] rius tentatum eſt eo tempore: ſed de f[...] conficienda laboratum eſt, quæ ſi fieri [...] utrique parti placeret, in hunc modu[...]

„Quatenus fides facit præſentes r[...] „miſſas, vereque recipit corpus & [...] „nem Domini noſtri JESU CHRIS[...] „virtutem Spiritus Sancti: eatenus [...] „præſentiam corporis & ſanguinis i[...] „S. Cœna, in qua offert, dat, exhibe[...] „verè ſubſtantiam corporis & ſangui[...] „operante Spiritu Sancto: recipimu[...] „manducamus ſpiritualiter & fid[...] „ipſum corpus pro nobis mortuum, u[...] „os ex oſſibus & caro de carne ipſius: [...] „vivificemur, & quicquid ad ſalut[...] „ceſſarium eſt, percipiamus. E[...] non probabatur id; quoniam non ſ[...] DEI potentiæ dicebat attribuendum [...] bur illud efficiendi; ut ea quæ abſun[...] ſentia ſint. Verum nihil eſſe hac in re [...] oſtenſum eſt à Beza: quoniam fides e[...] oculus animæ videntis, & apprehend[...] quod DEUS offert. Quare die ſequ[...] formula in hæc verba exarata eſt:

Confitemur JESUM Chriſtum i[...] „nobis offerre, dare, & verè exhibe[...] „ſtantiam ſui corporis & ſanguinis, o[...] „Spiritu Sancto: nosque recipere [...] „ſpiritualiter & per fidem, veru[...] „corpus quod pro nobis mortuum [...] „ſimus oſſa de oſſibus ejus, & caro d[...] „ejus: ut eo vivificemur, & ea qu[...] „lutem noſtram neceſſaria ſunt, p[...] „mus. Et quoniam fides innix[...] „DEI res perceptas facit præſentes; [...] „lam verum & naturale corpus & ſan[...] „JESU Chriſti per virtutem Spiritus [...] „comedi & bibi fatemur, eoque r[...] „præſentiam corporis & ſanguinis C[...] „S. Cœnâ agnoſcimus.

Convenerat utrinque, ut ſcripti h[...] vocula quidem in vulgus emanaret, [...] quam Antiſtitibus, qui Poſſiaci ha[...] privatis ſuis rebus intenti, legendi illi[...] ſtas facta eſſet: ſed longè aliter accidit [...] uno eodemque ferè momento, aliqu[...] exempla per Regiam ſparſa ſunt, & [...] omnium plauſu à multis excepta, qu[...] in primario illo capite inter omnes c[...] ret. Ac ſanè Regina Bezam ad ſe [...] juſſit (aderatque tum forte in illius c[...] *Monlucius*) ſibique magnopere grat[...] quod actum erat, palàm teſtificata eſt [...] veniente Cardinali Lotharingo gratul[...] ſcriptum oſtendit. Eo lecto, Cardin[...] *nunquam aliter credidiſſe*, clarè p[...] eſt: neque id improbatum iri Poſſ[...] Antiſtitibus ſperare ſe dixit. Verum [...] opinione ſua excidit.

quarto Octobris die illis oblatum,
fuit damnatum & repudiatum: &
ab illis exprobratum eſt; quod in
ſenſiſſet: Lotharingo autem, quod
n oppoſuiſſet: ſtatimque ab ipſis alia
compoſita eſt: cui ſi Beza, & qui
rant, ſubſcribere detrectarent, nefas
illis amplius agere: illoſque tan-
rtinaces in errore, ab Eccleſia ſepa-
enisque ex Regiis edictis afficiendos
iabant.

uit exitus colloquii Poſſiaceni, tota
uropa decantatiſſimi; à quo tamen
per aliquot menſes fructus non pro-
orrò in illo ſigillatim deſcribendo
i viſum eſt: ut qui hæc lecturi ſint,
t, non tantum quid geſtum ſit, ſed
omodo: norintque ii qui in ſimilem
liquando ſunt deſcenſuri; quam
r in publicis hujusmodi diſſertatio-
incedendum. Itaque ſinguli ſe ad
ceperunt: & *Martyr* quidem Ti-
verſus eſt incolumis. Bezæ Gene-
tere propoſitum erat: ſed Reginæ
ctoritas. *Quum* enim, dixit illa
loquens, *ſis Gallus gente, Gallia*
uam deſiderat, ad vias omnes tur-
ercludendas. Etſi ille animo præ-
ctionum, quæ paulò poſt erupe-
mina: eumque vehementiſſimus
am Genevenſem amor ſingulis ferè
interpellaret: ut aula & Gallia
ſuo gregi, à quo etiam avidiſſimè
atur, ſe redderet: illi tamen ibi
re neceſſe fuit. Heidelbergam re-
ichael Dillerus, & *Petrus Boqui-*
ogi ab Illuſtriſſimo Electore Pa-
ſſi. Abierunt & Wirtembergici,
Andreas, & *Balthaſar Bidemba-*
alduini molitionibus à Raſcalone
luctum ſecum referentes gravem,
bitum * *Jacobi Beurlini* collegæ
peſte extinctum Lutetiæ relinque-
dies nihilominus augebatur admo-
ngelicorum numerus, & in omni-
Gallici provinciis conciones pu-
ri cœptæ ſunt: nonnullis etiam in
la Pontificia occupata quæ, tamen
, Rege ut id fieret imperante, &
uos ad obtemperandum hortanti-
tuta ſunt: nihil tale ſperantibus
ibus iis, qui rerum novandarum
inde captabant.

terea frequentes conciones habe-
in Sereniſſ. Navarrenæ, modò in
i *Condæi* ædibus, modò etiam in
Lutetianis. Nam eo tempore fa-
dictum illud, quod, quia Januarii
. die promulgatum eſt, JANUA-
vocatum: quo quidem permitte-
ngelicis, ſuæ Religionis reformatæ
cus in ſuburbiis. Sed diu pacatè
frui non licuit. Ei enim vi aperta
re conſtituerunt *Coneſtablius*, *Gui-*
ſius, & Sant Andræus Romanenſis profeſſio-
nis propugnatores acerrimi & primarii; con-
juratione inter ipſos facta de reformata Reli-
gione extinguenda, ſuaque viribus omnibus
promovenda. Priusquam autem ſeriò ad id
aggrederentur, in partes ſuas Regem Navarræ
pertrahere conati ſunt, multis ad illius ani-
mum expugnandum adhibitis machinis.
Nullus tamen efficacior aries fuit, perſvaſio-
nibus & exemplo *Balduini*, qui religionem
pro re indifferente habere videbatur: &, nulli
certæ adhærens, quod pridiè laudabat; po-
ſtridie damnabat. Beza autem (quo Rex
ille eo tempore plurimum utebatur) ad illum
nutantem confirmandum, & in Religione
pura retinendum, nihil omittebat. Sed nihil
aliud reſponſi ab eo tulit: quàm *quod pelago*
ſe non ita commiſſurus eſſet, quin, quando
liberet, pedem referre poſſet. Itaque ab
Evangelicis receſſit, nec amplius ad illum
Beza acceſſit.

Conjuratio in Evangelicos.

Balduinus Ecebolus.

Navarræus deficit.

Menſe Martio eſt etiam aliquid tentatum
inter utriusque religionis Doctores. Juſſit
enim Regina, ut in Sangermanum conveni-
rent: de *imaginibus* inter ſe collaturi. Sor-
bonici erant *Mallarius* Sorbonæ Decanus,
Salignacus, *Botilerius*, *Demochares*, *Vigor*,
Fornerius, *Generalis* Jeſuitarum, *Juſtinia-*
nus Franciſcanus, adhibito viro eruditiſſimo,
Petro Picherello. Miniſtri fuere, *Beza*,
Marloratus, *Peruſellus*, *Barbaſtus.* Ad-
erant collationi Regina ipſa, Rex & Regina
Navarræ, Cardinalis Ferrarienſis, Borbonius,
Tornonius, Caſtilionæus. Primo die Beza
ad duas horas contra imagines diſſeruit. Se-
quentibus diebus, reliquorum ſinguli conti-
nua oratione uſi ſunt pariter, nulla alterca-
tione aut reprehenſione adhibita. Riſum
præbuere toti cœtui *Demochares*, & Hiſpa-
nus ille Jeſuitarum Generalis. Hic enim
omnia ad ſalutem neceſſaria non contineri
in verbo DEI ſcripto, duabus de cauſis di-
cebat. *Primum quod in nimiam molem*
liber excreviſſet: deinde quod alioqui nulla
fuiſſet quidquam poſtea mutandi libertas.

Colloquium de imaginibus.

Collocutores Pontificii. Evangelici.

Beza de imaginib. perorat.

Omnia ad ſalutem neceſſaria in ſacris literis an habeantur.

Ille autem probaturus imagines fuiſſe, in
templis Chriſtianorum, ætate *Dionyſii*,
quem Pauli Apoſtoli diſcipulum fuiſſe me-
morant; produxit in medium vitreas fene-
ſtras: quæ erant Lutetiæ in templis Sancti
Stephani, quod Græcorum appellatur, &
Sancti Benedicti. In illis enim ejebat depi-
ctas cerni nonnullas imagines. Quod ridicu-
lum argumentum jocosè, utpote reſponſione
ſeria indignum, eluſit Beza, *fragiliſſimum*
& debiliſſimum dictitans, ac tantum colo-
ratum ac vitreum. Uno conſenſu Miniſtri
imagines omnes à templis Chriſtianorum
eliminandas probabant: Sorbonici in duas
partes ſciſſi erant: *Monlucius*, *Eſpenſæus*
Botilerius, *Salignacus*, *Picherellus*, *Ima-*
gines Trinitatis, Patris & Spiritus Sancti
damnabant: reliquas etiam à templis amo-
vendas, excepta ſola crucis figura: ſed
cultum

Imagines in uſu fuerunt.

Diverſæ Pontificiorum ſententiæ de imaginib.

cultum omnem omnibus eſſe negandum. Reliqui, abuſus quosdam in imaginum cultu emendandos, dicebant: cæteroquin laudabilem & retinendum imaginum uſum. Ità nihil hic effectum eſt: ut neque antea. Quoniam autem Jeſuitarum Generalis ille, nihil aliud occinebat, quàm *Concilium Tridentinum:* ut vanis illius clamoribus via præcluderetur; viſum eſt Miniſtris declarari brevi ſcripto, *quibus conditionibus Concilium hoc tempore celebrandum eſſet.*

Quibus conditionibus Concilium celebrandum.

Perſecutio & belli civilis faces in Gallia.

Sed tum belli ſacri civiles faces ardere palam cœperunt, cæde crudeli in *Vaſſiacenos, Jonvillæ* Guiſiorum arcis vicinos, edita: qua, præter ſauciatos quamplurimos, *quadraginta quinq;* ex Evangelicis, qui inermes ad verbum DEI audiendum convenerant, ſunt occiſi, de quo immani facinore qui conquereretur apud Regem, Monticellas miſſus eſt *Beza* cum Francurio. Erant qui factum excuſarent: & tanti mali culpam in Vaſſiacenos rejicerent: quaſi ab illis injuria orta eſſet. Beza autem objectum crimen refellit: addito quod *non inferre, ſed pati ictus Eccleſiæ Chriſtianæ proprium* eſſet. *Illam tamen eſſe quavis incude duriorem, & robuſtiorem, quæ malleis omnibus eſſet futura ſuperior.* Erat tum temporis cum Rege Ferrarienſis Cardinalis, qui *Sammedardanum* tumultum Evangelicis objecit. Verum illi ex templo obturatum eſt os à Beza. Oſtendit enim ab Evangelicis tumultus cauſam non eſſe datam: ſed à ſacrificulis Sammadardanis. Ac ſanè ita res erat. Nam viceſima ſexta Decembris anni *milleſimi quingenteſimi ſexageſimi primi* concionem habente *Marotio*, infinitus propè numerus ad audiendum convenerat, non longè ab æde Sammedardi in Sammarcello ſuburbio Lutetiano. Myſtæ illius ædis, veſperarum ſuarum obtentu, campanas omnes quanta poterant vi & contentione pulſabant, ut dicentem interturbarent, & audiendi commoditatem toti cœtui eriperent. Amicè monentur & rogantur: ut ab incepto deſiſtant: ſed monitorem conto ferreo confoſſum necant. Tam inſperatæ cædis fama commovit reliquos ut relicta concione in templum illud convolarent: Idque tanto impetu fecerunt; ut niſi Bezæ & aliorum quorundam Miniſtrorum præſentia & autoritas illos repreſſiſſet, ingens ea die ſtrages edita fuiſſet. Dejectæ & confractæ ſunt ædis illius imagines omnes: ex ſacrificis ſeptendecim vulnerati, interfectus nullus. A præfecto vigilum, qui mandato Regio ad cohibendos omnes motus aderat, in carcerem aliquot conjecti, qui turbæ auctores fuerant: ſed paulò poſt omnes impunè ſunt dimiſſi.

Beza conqueſtum miſſus.

Tumultus Sammedardanus objectus.

Origo ejus.

Exulceratis deinde partium animis, & ad arma plusquam civilia ùtrinque concurrentibus, Illuſtriſſimus Princeps *Condæus* petiit à Beza; ut apud ſe maneret tempore tam neceſſario. Etſi autem procellis civilium tempeſtatum ſeſe videbat immergi, durumque

Manet cum Condæo Beza tempore belli civilis primi.

eſſet illi ab Eccleſia Genevenſi, ſibi
ma, diutius abeſſe: principi tamen
pio, illuſtriſſ. ac ſtrenuiſſimo annuit
eo perſtitit: eique adſtitit conſilio (q
per vocationem licuit) totius belli illi
tempore. Nec tantum publicis con
profuit: ſed documentis, admoniti
cohortationibus Chriſtianis privati
ac reliquam nobilitatem Gallicam
partibus illius principis ſtabat, pl
adjuvit.

Aurelia urbs erat in tanto rerum
ne, non tantum Principis Condæi per
ſed eorum omnium aſylum; qui
Pontificiorum armis ad exitium peri
appetebantur. Eo itaque convenera
reliquos, ex Eccleſiis Gallicis Miniſt
à quibus ſynodus habita eſt, *diſcip*
cleſiaſticæ ſanciendæ & confirmanc
Turbido enim illo rerum ſtatu nonn
ta, nullo ordine Eccleſiaſtico ſerva
vebant: quos retineri in officio c
Synodo illi interfuit Beza, non tan
fuit.

Graſſari peſtilentia paulo poſt t
cepit, quæ multos mortales abſum
quos fuit ex paſtoribus Aurelienſibu
dus Badius, Bezæ ab adoleſcentia
mus. A prædicando verbo tamen p
in viſendis privatim ægrotis Beza no

Poſt menſes aliquot commiſſum
lium illud celebre in campis *Drui*
cui Beza ipſe interfuit: non, quema
vates quidem vaniloquus futiliter &
vel potius impudenter ſcribere volu
ſtum flammeum & ſulphureum Ev
prædicans & annuntians: ſed ver
precibus ardentiſſimis pro vero Cl
angelio depugnaturus; quibus armi
aliorum pectora corroborare & cor
merabiles propè difficultates arma
batur. Cumque in eo prælio captu
bus fuiſſet illuſtriſſimus *Condæus*:
teris eſt admodum confirmatus. E
quus exercitus, ejuſdem oratione,
niſque monitis, ne tanto caſu perc
mos deſponderet, ad benè ſpera
invicto robore perſeverandum, for
matus & accenſus. Paulò poſt *A*
(in quem eo tempore exercitus & to
moles recumbebat) Aurelia profect
de cauſis, cum Germanicis equitibu
maniam venit, indeque tandem
rediit, eique comes Beza eunti &
adfuit.

Pax tamen paulò poſt facta eſt,
bem Aurelianenſem publicè indic
Martii die decimo quarto Anni
quingenteſimi, ſexageſimi tertii
Beza impetrata ab Condæo abeun
ipſius principis & Gallicæ nobilit
voluntate, ex Gallia deceſſit: ub
circiter *duos & viginti*, magna

oris jactatione, crebriſque ac graviſſi-
periculis ac laboribus fuerat exagitatus.
nevam reverſus ad ordinarium docendi
as in Eccleſia & in ſchola ſe accinxit: ita
ernis hebdomadibus labores partirentur
z D. Calvinus, in eoque munere con-
ſſimè perſeverarunt, uſque ad Calvini
n, qui contigit anno *ſexageſimo quarto*
viceſimo ſeptimo. Rebus humanis ex-
Calvino idem onus ſuſtinuit, adjuncto
ollega *Nicolao Colladonio*, primum:
Lamberto Danæo: poſtremo *Anto-
yo.* Prima poſt reditum concione ad
um habita, incredibili dolore luctuque
s auditorum omnium replevit: cum
bilem Galliæ ſtatum, quem oculis ipſe
rat, audientium auribus ingereret; &
e quaſi depictum repræſentaret; eo
t fratres tot tamque gravia pro vera pie-
rpeſſos precibus & charitati piorum
endaret. Hæc verò conſvetudo antea
n uſitata, ita invaluit; ut afflictarum
arum memoria, in Eccleſiæ Geneven-
ibus publicis ſemper ardentius, quàm
n ſit retenta, & etiamnum retinea-

ditus Eccleſiæ, Muſæo & ſibi, paulò
ponſionem adornavit adverſus *Seba-
Caſtellionem*: qui *contra* ipſius *In-
tionem Latinam Novi Teſtamenti*
ſtrinxerat. Edidit etiam reſponſio-
convitia *Franciſci Balduini*, quem,
oli Sophiſtæ à * Socrate notati, ve-
currere, Beza publicè dicebat. Nam
um & Aulicorum mores uterque ſe-
Religionem Ephemeram habere ex-
tur: ab his ad illos, ab illis ad hos
ens, & levius abiens. Eo labore
us *Brentii & Jacobi Andreæ* dogma
m *de omnipræſentia carnis Chriſti*,
vit. Scripſit deinde libellum *quæ-
& reſponſionum Chriſtianarum*,
n ſimul & perſpicuum. Redinte-
llo ſacro in Gallia anno 1567. an-
Eccleſiarum reformatarum ſalute &
itate, quantum officii & muneris ra-
batur, omnia movebat ſcribendo,
o, hortando, domi foriſve: ut con-
ret, quos aliter re non poterat.
tiam bellorum æſtu recrudeſcente,
illeſimo *quingenteſimo ſexageſimo*
multi ex variis Galliæ tractibus Ge-
nquam ex ſalo in portum ſe recipie-
n quorum numero fuit *Nicolaus*
Vezeliorum præfectus, Bezæ ex pa-
m frater. Hic poſtquam in ædibus
aliquandiu vixiſſet, peſte, quæ
evam infeſtabat, correptus, obiit.

poſt eodem morbi genere tentata
Bezæ conjux; ſed liberata ab illo
convaluit. Hæc fuit occaſio Bezæ
ſuos reviſendi, partim ut fratris de-
beris proſpiceret, partim ut non-
nullas patrimonii ſui reliquias diſperſas colli-
geret: quod & fecit, quantum locus, tem-
pus & res permiſerunt. Erat etiam illi in
animo ex ſororibus ſuis unam, quæ Monia- *Sororem*
lis in clauſtro multos annos transmiſerat, *monialem*
jam grandæva, ad ſe Genevam pertrahere: *conatur li-*
ſed quum illa ex profundo ſuperſtitionum *berare;*
luto refugeret egredi, & fratrem, vel po- *fruſtra.*
tius DEUM per fratrem vocantem, ſequi
nollet, ibidem ſubſtitit. Ille autem rever-
ſus domeſticam rem conturbatam oſtendit.

Nam poſt fratris obitum, & uxoris mor-
bum: peſte quoque correpta eſt *Genovefa* *Genovefa*
Denoſa unice chara conjugi Bezæ. Erat *Denoſa.*
enim fratris ipſius filia, tenerrimè à cunis
apud Bezam educata, & tandem clariſſimo
viro, ſacrarumque atque Hebraicarum lite-
rarum ſcientiſſimo, *Cornelio Bertramo* nu-
pta. Morbumque illum gravia incommoda
& privata & publica conſecuta ſunt. Nihilo-
minus ad ſcribendum ſe contulit, ſcripſitque
*libellos de polygamia & de divortiis & Re-
pudiis* contra *Bernardum Ochinum* Senen-
ſem, qui Dialogos multiplici errorum lue
refertos, anteà Italicè ediderat; quos quidam
malè feriatus in Latinum ſermonem verte-
rat: In illorum duobus antiqua illa væſania
de polygamia renovabatur. Beza eandem
refutavit. Scripſit & contra *Matthæum Flac-
cium Illyricum*.

Tandem anno *milleſimo quingenteſimo
ſeptuageſimo primo* pace in Gallia tertium
compoſita, evocatus eſt *Rupellam*, com- *Evocatur*
muni Eccleſiarum Gallicarum rogatu, Re- *Rupellam.*
ginæ Navarræ, Amiralii & Magnatum alio-
rum voto; ut intereſſet communi totius
Galliæ reformatarum Eccleſiarum Synodo: *Synodum*
quod impetratum eſt à ſenatu Genevenſi, & *ibi mode-*
à paſtorum cœtu. Venit eò, menſe Martio: *ratur.*
ſuffragiiſque Gallicorum Paſtorum, ut fieri
ſolet, electus eſt; qui moderaretur actioni.
Ibi repetita eſt & confirmata *Eccleſiarum
Gallicarum fidei confeſſio*, quæ ipſius Sere-
niſſ. Reginæ Navarræ, principis filii, qui
poſt fuit *Henricus IV.* Franciæ & Navarræ
Rex illuſtriſſimus Principis Condæi, volun-
tate approbata & chirographis appoſitis cor-
roborata, decreto facto de duobus exempla-
ribus inviolatè ſervandis: altero in Archi-
vis Rupellanorum, altero Genevæ.

Anno ſequenti *ſeptuageſimo ſecundo* ce-
lebrata eſt pariter ſynodus, *Nemauſi*; quo *Synodus*
evocatus eſt Beza, miſſo in eam rem à Ne- *Nemau-*
mauſenſibus uno ex ſuis conſulibus ad ſena- *ſenſis.*
tum Genevenſem. Iterum ibi actum eſt,
de diſciplina Eccleſiaſtica, cujus formam
quandam novam & inſolitam quidam *Jo-
annes Pariſienſis*, non animo tantum,
ſed etiam ſcripto deſignabat: eique viri
quidam docti, rerum novarum pruritu
plus æquo laborantes, adhærebant, &

& magna verborum argumentorumque acie opinionem illius munitam defendebant.

Variis reſpondet, & ſcribendo occupatus.

Illorum tamen conatui ſeſe oppoſuit Beza, doctiſſimè & diſertiſſimè rem totam ediſſerens. Ejus ſententiam tota ſynodus unanimi conſenſu approbavit, receptamque antea diſciplinam, nova illa opinione rejecta, retinuit ac confirmavit. Interea *Sanctaſio* Monacho, *Selneccero*, *Torgenſibus*, *Jacobo*, *Andreæ* & *Iohanni Pappo* reſpondit: pſalmos vario Latinorum carminum genere elegantiſſimè & ſvaviſſimè expreſſos orbi Chriſtiano dedit. Poſt *Bartholomæanam* cædem anni ſeptuageſimi ſecundi profugi ex Gallia Genevam commune piorum aſylum, ſe receperunt multi: quos inter ad quinquaginta Eccleſiarum diſſipatarum paſtores ſuere, facultatibus omnibus nudati & rerum omnium egeni. De illorum inopia ſublevanda laboratum eſt inter paſtores Genevenſes: tandemque Bezæ opera & literis ad pios & honoratos *in Germaniâ*, *Angliâ*, & ipſa etiam *Galliâ*, viros miſſus pecunia collecta eſt, adeò ut fratribus illis per annos circiter tres, quibus Genevæ hæſerunt, honeſtè & liberaliter proſpectum ſit. Ex eadem cæde miraculoſè ſervatus erat *Henricus Burbonius* Magni *Ludovici Condæi* Principis filius, qui tandem anno *ſeptuageſimo quarto*, in Germaniam, velut in littus tempeſtatum vi extruſus *Argentinæ* aliquamdiu ſubſtitit. Ille Bezam ad ſe eò vocavit, eumque ad illuſtriſſimum Electoratus Adminiſtratorem *Joannem Caſimirum* miſit. Poſtea idem Princeps in Galliam iturus Geneva tranſivit; & dierum aliquot mora interpoſita, cum Beza de luctuoſo ſtatu totius Galliæ multa Chriſtiano Principe digna contulit. Paulò ante Caroli IX. Regis obitum, venit ad Bezam quidam, qui ſe à Rege miſſum diceret, eam unam ob cauſam; ut à Beza conſilium peteret de graviſſimo, quod rex in animo habebat, negotio. Ille autem, rem apud ſe perpendens, & dubius, quonam ſpectarent tanti Regis poſtulata, excuſavit conditionem, quâ quidem prohibebatur; ne tanto Principi tenuis homunculus ſuo conſilio adeſſe poſſit. Paucis autem menſibus poſt accidit, ut Rex Carolus naturæ concederet.

Genevam profugi petunt.

Eleemoſyna collecta.

Henricus Burbonius

Beza Argentoratũ evocatus, legatus ad I. Caſim. Pal.

Pergebat nihilominus indefeſſo pede in munere aſſiduo docendi cum in Eccleſia, tum in ſchola, nec à ſcribendo quieſcebat. Reviſit quartum Teſtamenti Novi interpretationem ſuam cum annotationibus. Scripſit contra Pappum *de unione hypoſtatica*: contra Holderi convitia: contra *Iacobi Andreæ* calumnias, compoſuit *Harmoniam legis divinæ ex libris Moſis*. Scripſit quoque *de Eccleſiæ Catholicæ notis & authoritate*. Item contra *Jodoci Harchii* Montenſis dogmata de Cœna. Collegit & epiſtolarum ſuarum ſyntagma.

Cura Bezæ pro ec-

Gallicarum Eccleſiarum miſerabilis ſtatus eum mirificè angebat; nec minus Eccleſiæ ac Reipublicæ Genevenſis cura perpetua
mum illius urebat. Tunc enim peſte &
viſſimis aliis incommodis premabatur:
non niſi miraculosè ſtetiſſe & ſtare per
tos annos res ipſa clamat. Beza autem
tempore præſentavit elegantiſſimo e
mate urbis depictæ; quam tenui filo a
pendiculum dependentem ſuſtineret t
que robuſtiſſima & exporrectiſſima
DEI manus. Sed in ancipiti illa cogit
cum clariſſimis ſuis collegis ſe ſola
Illi viciſſim omnibus charitatis officiis
bant cum ipſo. Nec dubium eſt, qu
cundum DEUM ſancta & fraterna,
ſemper inter ipſos viguit, concordia,
Eccleſiæ illius columen firmiſſimum:
modò contra externos inſultus Satana
etiam contra domeſticarum difficul
undas invicta perſtiterit; & etiamnum
DEI eſt incredibilis erga Genevenſem
lum bonitas.

Paulò poſt contigit: ut à nonnulli
baptiſtici dogmatis ſemina obſcur
Genevæ. Auctores erant opifices qu
Belga quidam cum aliis quatuor:
audiendos delecti ſunt *Theodorus Be*
hannes Pinaldus, *Carolus Perrotus*,
tonius Fayus. Poſtquam autem meli
cti & inſtituti fuere, agnita & excuſa
quam etiam deprecati ſunt, incogitan
ſtiterunt ab errore, ſimul ſepulto & n
incepsque laudabiliter & Chriſtianè v
quatuor ex illis: quintus urbe ceſſit
que eo factum ſit, exin non eſt auditu

Anno *octogeſimo ſexto Mompelg*
conceſſerant ex Gallia Nobiles & p
viri aliquot in exilium voluntarium
novatæ ſævienti conjuratorum adver
gionem reformatam hoſtium tyrannid
rent. In ea urbe quum varii ſermone
rentur de *Svevicarum* Eccleſiarum &
carum ſententia diſcrepante in capit
cœna Domini & de carnis Chriſti o
ſentia: placuit illuſtriſſimo Principi
derico, comiti Mompelgardenſi, coll
inſtitui inter Wirtembergicos & He
Theologos, cum quibus ut Beza adeſſ
ximè expetebant illi Galli nobiles. It
teris illuſtriſſimi Principis ad ſenatu
nenſem evocati ſunt Theologi, & à
ſibus paſtoribus ejuſdem ſenatus vo
miſſi, *Abrahamus Muſculus*, paſt
nenſis Eccleſiæ, & *Petrus Hubneru*
carum literarum Doctor Bernæ. Si
literis ad ſenatum Genevenſem eade
ſcriptis Beza evocatus eſt. Etſi aute
lè erat cuivis perſpicere, nihil ex ej
collatione fructus expectandum,
neutra pars à ſua ſententia dimoveri
& alteram in ſuam pertrahere non po
hilominus principi illuſtriſſimo &
bus illis petentibus id denegari non
Quare ſenatus authoritate, ex con
cc

ſu paſtorum electi ſunt *Theodorus Be-*
Antonius Fayus, qui Geneva profe-
Lauſanna transeuntes, *Claudio Al-*
hiloſophiæ profeſſore ſecum aſſum-
Iompelgardum venerunt. A Wir-
genſium partibus adfuerunt *Iacobus*
s Tubingenſis Academiæ Cancella-
eologus & Eccleſiaſtes, *Lucas Oſian-*
n nonnullis aliis, quos illuſtriſſimus
'irtembergicus Ludovicus miſerat.
eſt præcipuè inter *Bezam & Iacobum*
m. Syllogiſticè agi volebat & expe-
za, omneſque id poſcebant. Sed
Andreas perpetua & declamatoria
ebatur.

e illius veſtigiis inſiſtere Beza coactus
de non tam facilis, expedita aut per-
it tota illa dierum aliquot diſſerta-
trinque tamen placidè diſceſſum eſt,
aut amarulentia: ſed nullo fructu,
ſemper in talibus palæſtris publicis
re ſolet. Nunquam enim deſunt
ones, qui non quid, ſed quantum
ponderare conſueverunt. Conve-
r partes, ut nihil ederetur in pu-
rum, quæ in colloquio gereren-
dicerentur: ne porta aperiretur
is: quas ſepeliri potius oporteret,
bile utrique parti eſſet: id enim
t antea poſt colloquium Marba-
abitum inter Palatinos Theologos
mbergicos. Sed quum eodem ferè
Mompelgardo abirent Wirtember-
umque literæ volitarent emiſſæ per
& longinquiſſimas Germaniæ oras
qui deinde in Gynæceis & Aulis
m Principum, *Iacobi Andreæ de*
mphum ebuccinabant: quumque
n Wirtembergici *colloquium illud*
Annotationibus, ut vocant, *mar-*
evulgaſſent: neceſſitas Bezam ad-
lloquii illius ſummam ſcripto edi-
henſam publicaret. Quod qui-
, ad ſingula verba ſe non aſtrin-
liberiore oratione clarè & lucu-
ebus ipſis diſceptans.

ctogeſimo octavo, menſe Aprili, è
ſit *Claudia Denoſſa* Bezæ conjux,
onjunctiſſimè & honeſtiſſimè vi-
s quadraginta. Accidit illi caſus
mus. Erat enim fœmina multum
edula, frugi, & viri ſui inprimis
Hoc tamen moram Bezæ non in-
minus inſtitutam profectionem
uot interpoſitis, ſuſciperet. Nam
uot menſibus antea mota eſſet
a Bernæ à Samuele Hubero con-
Eccleſiæ Bernenſis, eodemque
lia controverſia excitata eſſet,
à Claudio Alberio illo, qui Mom-
Colloquio interfuerat: ſenatus
ex Eccleſiis ſuis ſuis, tam Helve-
, quas *Romandicas* vocant, bo-
rum paſtorum Bernam convenire

juſſit. Eodem quoque vocari placuit ex Eccleſiis conjunctis Theologos, inter quos fuit *Iohannes Gulielmus Stuckius* profeſſor Theologiæ Tiguri: fuit & *Iohannes Iacobus Grynæus* Theologiæ Doctor, qui cùm *Henrico Iuſto*, Baſilea eò venit: *Iohannes Ietzlerus Schaffuſia: Theodorus Beza* cum *Antonio Fayo*, & *Iohanne Rotano* Geneva. In ſynodo illa *Alberius* cum ſuis, receptæ doctrinæ, & in confeſſione tam Gallicana quam Helvetica comprehenſæ, *De noſtra, ad tribunal DEI, juſtificatione per fidem*, tanquam inſtrumentum, quo Chriſtus juſtitia noſtra apprehenderetur, profeſſus eſt ſe penitus aſſentiri: quum antea & ſcripto & verbo docuiſſet, *juſtitiam noſtram apud Deum eſſe quandam qualitatem patibilem in nobis inhærentem.*

Ad quem cum aliis Beza.

Controverſia de juſtificatione compoſita.

Ejus *apodictica de ea re orationes ſex* Synodi totius voce & ſententia damnatæ & ſuppreſſæ ſunt, una cum ipſius *Organo Logico*, in quo dogma illud, cum aliis aliquot erroneis, erat aſperſum: illorumque librorum lectione interdictum eſt in ſcholis D.D. Bernenſium.

Scripta Claudii Alberii damnata.

Huberus autem damnatus & nihilominus in diverſis erroribus, *de prædeſtinatione & Electione æterna DEI*, itemque *de Cœna Domini*, clam ſe ſubduxit ex urbe, & tota ditione Bernenſi. Aliquanto poſt tempore, quum ſolitudo domeſtica, & ſenilis ætatis incommoda, Bezam urgerent, de conſilio amicorum conjugem duxit alteram, honeſtam matronam, *Catharinam Planiam*, Aſtenſem, *Franciſci Taruffi* Januenſis viduam, quæ ei uſque ad ultimum ſpiritum magno ſubſidio fuit.

Samuel Huberi error.

Fugit Huberus.

Ducit alterum conjugem Beza.

Scripſit eo tempore *Quæſtionum Chriſtianarum* partem illam quæ eſt *de Sacramentis*. Scripſit & paulò poſt *contra Hoffmannum*. Edidit etiam *conciones Gallicas de paſſione Chriſti*: itemque in *canticum canticorum*: quod & Lyrico verſu expreſſit, & *Genebrardo*, inde novarum calumniarum anſam captanti reſpondit. Recognovit poſtea *ſuam Novi Teſtamenti interpretationem.*

Anno *octogeſimo nono* Gallia tota conjuratorum armis turbata, Reſpublica *Genevenſis* in eandem belli aleam pertracta eſt, jure fœderis, quo cum regno Franciæ dudum eſt arctiſſime devincta. Quumque ea occaſione *preces publicæ extra ordinem bis ſingulis hebdomatibus* conciperentur; Beza habendarum precum illarum onus in ſe libentiſſimè ſuſcepit. Ita factum eſt, de paſtorum Genevenſium ſententia; ut à concionibus quotidianis quieſceret: exceptis ſolennibus quas Dominicis diebus ab octava ad nonam apud populum habebat.

Bellum Gallicanũ, quo & Geneva implicata.

Illo ipſo tempore venit Nobiliſſimus vir *Franciſcus Lanoæus*, cujus conſvetudine plurimum recreabatur. Erant enim in illo

Franciſcus Lanoæus.

inſigni equite heroicæ virtutes: imprimiſque ea, quæ eſt reliquarum omnium fundamentum, Pietas admirabilis. Utebatur etiam Nobiliſſimo Doctiſſimoque Theologo *Antonio Chandæo* dum viveret, *Michael Roſeto*, & *Jacobo Lectio* ſenatoribns Genevenſibus, (cujus poſterioris poëſi valdè delectabatur) *Antonio Mariſio*, *Pompejo Deodato*, & *Johanne Fabro* à Lacu: ut ut nihil nominatim dicatur de omnibus & ſingulis Eccleſiæ paſtoribus, & ſcholæ profeſſoribus.

Antonius Chandæus Michael Roſetus, Jacobus Lectius & alii amici Bezæ.

Conqueritur de eluco Beza.

Annis aliquot poſt cœpit conqueri de Eluco, quæ eſt vertiginis ſpecies, qua leviter primùm tentatus eſt, capite quidem tremulo; ſed tamen greſſu adhuc non invalido. Contigit autem cum celebranda eſſet Cœna Dominica die *Pentecoſtes*, anni *nonageſimi ſeptimi*, ut concionem habiturus ſtatim atque confeſſionem ſolennem, à qua concionum ducuntur initia, recitaſſet, ab incœpto deſiſtere & è ſuggeſtu deſcendere fuerit ei neceſſe. Locum ejus ex tempore ſupplevit *Antonius Fayus*. Idem contigit hebdomade ſequente, concionemque inceptam perfecit *David Claudus*. Ab eo tempore raro publicè in Eccleſia verba fecit; niſi cum forte animo ejus adlubeſceret preces illas publicas habere.

Conciones cogitur intermittere.

Docet tamen in ſchola. Finem docendi facit.

Nolebat tamen omnino langueſcere otio ſenili: ſed in ſcholaſtico docendi labore aſſiduè pergebat: attamen propter hebetiorem audiendi ſenſum, ſtudioſorum diſputationibus & conſiſtorio, ut loquuntur, abſtinuit. Tandem ſilentium ſibi indixit ſub autumnum anni *nonageſimi octavi*. Cumque nobiles aliquot *Germani*, *Bohemi* & *Poloni* illum docentem audire geſtirent, idque ut faceret, obnixè flagitarent: ut illis, quantum vires ferrent, gratificaretur, aggreſſus eſt die *Januarii quarto* anno *milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono*, *Epiſtolæ ad Romanos Analyſin* brevem. Poſtquam verò id bis tentaſſet, ultrà progredi non potuit.

Aggreditur tamen epiſtol. ad Romanos rogatus.

Sed non abſolvit.

Hicque terminus hæſit laborum ſcholaſticorum: quos in docendo Beza ſuſtinuit. Nam in Eccleſia conciones habuit uſque ad annum *milleſimum ſexcenteſimum* menſe Januario. Etenim menſis illius die decimo tertio publicè docere omninò ceſſavit *anno ætatis ſuæ octuageſimo primo*, explicata, in poſtrema illa concione, tertia Dominicæ precationis petitione; *Fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, ſic & in torra:* Tumque potius deficere, quàm deſinere viſus eſt. Frequens enim illi erat in ore dictum Veſpaſiani: *Imperatorem ſtantem mori decet.* Erant nihilominus in illo ſenſus externi vegeti, excepto illo aurium: judicium firmum: memoria non omninò fluxa. Quare intererat etiam frequens paſtorum collegio. Cumque illius partes eſſent cœtui præeſſe, eo die, quo octiduo ante Cœnæ celebrationem mos eſt paſtoribus Genevenſibus fraternis admonitionibus (cenſuras vocant) ad offi-

Ultima ejus concio.

cium ſeſe mutuò cohortari, aurium ca
hebetudinem, deprecatus eſt illius diei
nem. Sed converſis ad fratres oculis,
„non caſu oblatam hanc occaſionem,
„etiam vix unquam redituram putaba
„autem ptopter luctuoſum Eccleſiæ
„meritò per annos complures interm
„iſſent ſancta & verè Chriſtiana Pl
„inter ipſos ſimili die obire ſolita:
„tamen fore ſibi ſolatio, ſi antequ
„DEUM migraret, fratres ſimul om
„mel domi ſuæ videret, ſanctamqu
„nium conjunctionem, DEO & bon
„nibus notam, hac veluti communi
„teſſerâ liceret obſignare: eoſdem
„nam illo die omnes invitavit.

Abnuerunt primò omnes, propter
illa hebdomade indictum erat Jejuni
blicum, & conviviis omnibus inter
Id poſtquam eſt ei ſignificatum, reſp
ab ampliſſimo ſenatu petiturum:
ipſius venia lege illa in eum diem ſol
cum non aliò ſpectaret, quam ut mu
ipſum & collegas omnes & ſingulos
lentia, declararetur, ac toti Eccleſia
quam ſatis nota, adhuc amplius inno
priuſquam terris abiret: neque co
hoc appellatum, ſed cœnulam fr
non tam cibis corpora, quam charit
tes refecturam. Aſſenſi ſunt tandem
& cum bona magiſtratus venia eo d
runt poſtremum omnes paſtores &
res Genevenſes apud Bezam, nullis
φίας Chriſtianæ teſtimoniis omiſſ
autem ſenſim augeretur ingraveſcer
infirmitas: optabant tamen permul
illius menſa uti: in qua pii & erudi
nes ſemper miſcebantur. Inter ali
hoſpitem Generoſum D. *Georgi*
mundum Prackſchicky à Zaſtr
Burchlovii, *Seravitii*, &c. illius ſt
erat, *Ioannes Paludius*, vir bonu
& poëtices amans. Accidit autem u
poematis ageretur, & Generoſus D.
lus peteret à Beza, ſibi donari illa
quæ cum ipſe, tum Paludius vita d
carent: id cum impetraſſent, Be
dente, curavit ille in unum collig
Elegias, *Epitaphia*, *Epigrammata*
Emblemata, *Catonem Cenſorium*
elegantiſſimis typographii Stepha
mis excuderentur effecit anno no
ſeptimo.

Eodem anno Jeſuitæ, quibus e
neſcientibus affirmare & negare
vanum ſparſere rumorem, cui tan
tam ferè Europam patuit aditus;
morte, *deq; ipſius ante mortem a*
cios defectione. Mendacium ill
dentiſſimum paſtores Genevenſes r
editis nomine ſuo publicis duobu
altero Latinè, (cui *Beza redivivi*
fecerunt) altero Gallicè. Beza qu
epiſtola ad *Gulielmum Stuckium* T

, vanitatem illam redarguit. Ea vero um amicis loquens, dicebat, *Jeſuitarum idemque votum eſſe cum ſuo; ſed eodem fine & modo.* Jeſuitas non n optare, ſed malè: ſe vero mortem ctare, tanquam ingreſſum à morte ad æternam, per Chriſti meritum par- & acquiſitam. Et quoniam de obitu , inquiebat ille, falſa divulgarunt: nimus de illorum ortu vera quædam co luſu proferre: continuoque epima hoc effudit:

Æ ILLIUS SESQUIMONA- Secta, IGNATIO MARANO, anctum JESU nomen, abdicato riſtianorum cognomento, ementita, vera γένεσις.

us homo, Jeſusq; DEUS ſunt unus
& idem,
ſuum agnoſcit quem ſacra turba
caput,
men ex JESU, ſed Chriſti ex nomi-
ne ductum
orum Cœtus nobile nomen habet.
EUS eſt etenim & ſolus Servator
JESUS,
oli nomen vendicet ipſe ſibi:
Chriſtus homo eſt, tot eo cognomine
fratres
atur, toto ſunt quot in orbe pii.
itur, Lector, quanam ratione re-
center
it ex JESU nomen adepta cohors.
les furias ex imo juſſerat Orco
undum acciri vindicis ira DEI.
rebo emittens, procul ab JESU ite,
ſceleſta,
rat inclamans terq; quaterq; Sathan:
ater illarum accurrens Ignatius ille,
cui admixto nomen ab igne dedit,
omen, ait, procul ab JESU ite pro-
pago
a patre, ab JESU vos procul ite mea.
U ITE, de hinc hominum volitate
per ora,
factum ut nomen duxerit illa cohors.
falſorum inter tanta agmina fra-
trum,
rocul ab JESU non iit ulla cohors.

EMENTEM PUTEANUM, à Pſeudo JESU cognominata, gurguſtio Dolenſi, patrem.

tibi qui, Puteane, dicitur
bnegatâ veritate perfidus.
mulo jam ſuo putris jacens,
, & valet, ultimum jam ſeptima
i decadis annum metiens;
emper olim qui fuit, manens.
o tu fœtidus mendacio,
s ex Clemente dementiſſimus,
l ipſis jam tuis ſodalibus,
iſtis, jam nihil, quos nil pudet,

Hinc ipſe verò Beza ut evolaverit,
Mille unius mox prodeuntibus loco,
Quam veſtra vana fuerit expectatio,
Exoſa vobis vos docebit veritas.

Poſtea Sabaudia Gallicis armis, exiguo admodum temporis ſpacio, occupata fuit: adeò ut de expeditione illa regia Cæſarianum illud aliquo modo immutatum diceretur: *Veni, Vidi, cepi.* Reſtabat *Sancatharinæum* Caſtellum, Geneva diſtans horarum duarum itinere. Eò venit Rex ipſe Galliarum & Navarræ menſe Decembri, anno *nonageſimo nono.* Illius ſalutandi occaſionem avidè Beza amplexatus, *Elucetum*, quo Rex diverterat, profectus eſt, frigido admodum cœlo: eſtque humaniſſimè ab eminentiſſimo illo Monarcha exceptus. Cumque ab illo interrogaretur, *numquid ab ſe vellet? Nihil*, inquit, *opto aliud, quam ut M. T. DEO O. M. commendem: ut M. T. quæ nata, & ſingulari cœli munere data eſt pacandæ Galliæ, populos omnes ſuos optatâ & perpetua pace beare queat.* Petiit tamen à Rege; ut Eccleſiæ Reformatæ Lugdunenſis, quæ adhuc beneficio edicti regii non poterat frui, M. ipſius meminiſſe dignaretur. Hoc autem ut poſtularet Lugdunenſes Evangelici efflagitarant, Rex petitioni annuit; & re ipſa voti ſui compotem fecit Eccleſiam illam.

Beza ad regem Galliæ excurrit.

Colloquium ejus cum rege.

Beza, domum reverſus, votivam gratulationem ad Inclytum Franciæ & Navarræ Regem *Henricum IV.* ſcripſit. Illa fuit cygnæa Muſæ ſenilis & deſinentis modulatio. Nam poſt carmen illud nullos Beza verſus fecit. Regi autem Maximo & potentiſſimo benè precari ultimo illo conatu ſuo ſic voluit:

Ultimum Bezæ carmen ad illum regem.

Nolentem qui te pertraxit nuper ad arma,
Armis quod cedit ſanior ille tuis,
Numinis hoc natura animis infeſta ſuperbis
Et cauſa bonitas juſſerit ipſa tua.
At quod ſic tractas victricia leniter arma,
Abs te ut, ſi liceat, malit & ipſe regi:
Hoc nativa tuæ extorſit clementia mentis,
Æternum illa tibi quæ paritura decus.
Macte, Henricè, iſtâ Rex Regis imagine
ſummi,
Tam dilectè bonis: quam metuende malis.

Ἀγρυπνία, ſenectuti familiare pariter ac grave ſymptoma, illum ſæpè malè habebat. Moleſtiam tamen illam fallebat ſanctis meditationibus; quas interdum verſibus includebat. Inter illas annumerari poteſt *poëmation* illud, cui *Catonis Cenſorii Chriſtiani* nomen fecit, editum antea à Generoſo Zaſtriſello cum reliquis poematis. Loquens autem de illa indomita vigilandi neceſſitate cum amicis, illud ex Pſal. 16. ſolebat allegare, *Tota nocte erudiunt me renes mei, ut ſemper ponam JEHOVAM coram, in cujus vultu eſt ſanitas vitæ.* Itemque illud ex Pſalm. 63. *ſicut adipe & pinguedine ſaturatur anima mea: & labiis jubilationum*

Laborat inſomnia.

laudabit te os meum, quum recordor tui in cubilibus meis, & in vigiliis meis meditor de te. Innumerabiles ex caſtris regiis in urbem Genevenſem veniebant; pars, ut ſibi neceſſarios commeatus emerent: pars ut urbem celebritate & fama cum maximis contendentem: pars ut Bezam coram cernere, & alloqui poſſent. Ille verò omnes, qualiscunque ordinis eſſent, humaniſſimè affatus, verbisque piam mentem ætatémque ſuam decentibus exceptos dimittebat. Nam de gratia DEI, de ejusdem in peccantibus tolerandis μακροθυμίᾳ loquebatur. Illa autem ſic à nonnullis accipiebantur, ut DEUM collaudantes, & ſermones Bezæ demirantes, abirent. Imperiti autem nonnulli, præſertim in pontificia caligine hærentes, ſibi perſvadebant, Bezam, ejurati Papiſmi pœnitentia tactum, eodem reverti velle. Verùm erant illa nihil aliud, quam in hominum incogitantium, & Bezæ mentem non percipientium, animis figmenta volitantia. Anno *milleſimo, ſexcenteſimo ſecundo*, menſe Julio illuſtriſſimus & potentiſſimus Haſſiæ princeps Landgravius *Mauritius* Geneva iter in Franciam faciens, ibi conſtitit dies aliquot. Bezam inviſit, cum eo collocutus, ſuæ benignitatis erga ipſum μνημόσυνον reliquit: ignotus tamen Bezæ, ut & toti urbi fuit. Quæ cum id reſciviſſet: mirum, quantum Beza ipſe, atque adeò totus ſenatus doluerit, quod tanti principis celſitudini congruum honorem exhibere non licuerit.

Admittit ad ſe lubenter advenas.

Ejus cum ipſis ſermones.

Mauritius Haſſiæ Landgravius Geneva tranſit.

Teſtamentum conditum confirmat Beza.

Paulatim ſenio ſe gravari, & magis magisque debilitari videns, maturè Teſtamentum condiderat, anno *nonageſimo quinto* Octobris decimo octavo. Illud ipſum poſtea confirmavit, ut ſoluto ab omnibus curis terrenis animo, diem beatæ migrationis, ad quam anhelabat, veluti poſt ærumnoſiſſimam navigationem portum appetitum placidè ac tranquillè expectaret. Oblectabat ſeſe interea gravibus & piis colloquiis ac ſermonibus: inter quos ſæpè uſurpabat illud ex D. Paulo, *Opus manuum DEI ſumus ad ſanctificationem,* & illud ex Auguſtino, *Diu vixi, diu peccavi: ſit nomen Domini benedictum.* Item illud votum à ſe verſiculo unico expreſſum; *Tege quod fuit; quod erit, rege.* Item *Domine, quod cepiſti, perfice, ne in portu naufragium accidat.* Item illud ex Bernhardo: *Sequemur Domine te, per te, ad te: te, quia veritas: per te, quia via: ad te, quia vita:* & pleraſque alias ſimiles pietatis plenas voces. Nec verò unquam ita debilitatus eſt corpore, ut lecto affixus prorſus decubuerit: ſed ſingulis diebus ordinato veſtitu amictus & togatus ſedebat in hemicyclo mediocriter humili, vel innixus ſcipioni ambulabat. Surditas efficiebat, ut à paucioribus inviſeretur, quam optaſſent multi, licet officio ſuo in illo viſitando nemo deeſſe vellet. *Enterocele* ante aliquot annos laborare ceperat, quæ tandem

Voces quibus ſe in gravi ſenio ſolatus.

Cumulantur in eo morbi.

aucta, & *tumore hypochondriorum*
aſthmate accedēte; corpori gravedine
lit: ſed tamen ſine ullo dolore, atq; et
inſigni corporis: vultus, & pulſus mu
Mens ſemper optimè conſtitit: adeo
ſimè etiam ad ea quæ rogabatur *de re*
dò Eccleſiaſticis modò Politicis, qu
percepiſſet, reſponderet. Idem
apud amicos, quos humaniſſimè acc
admittebat, & recedentes dimittebat
ſexcenteſimo quinto, menſe Junio
& Generoſi DD. *Joannes & Andrea*
cum D. *Salomone Neugebauero* no
ruſſo venerunt Genevam: ut Bezam
rent: illorumque conſpectu mirifice
oblectatus. Poſtquam autem qua
Polonicarum Eccleſiarum ſtatus inte
cum ipſos coram tum per literas ill
rum parentum adhortatus eſt, & ora
hæreditariā laudem Firleiæ genti, qu
pietatis domicilium fuit & eſt, ſemp
ſervarent. Eæque fuerunt ultimæ
Beza ſcriptæ, teſtes curæ & ſolicitudi
in effœto corpore, amore Chriſti, illi
longinquas Eccleſias proſequebatur.

Æſtate affecta, facilè erat videre
eſſe illum procul à vitæ meta: lic
nonnulli judicarent. Ut igitur paſto
qui Genevenſes palam facerent toti
officium ſuum erga illum non deeſſ
ſtitutum eſt inter ipſos: ut nullus d
teriret, quin ſaltem duo ex illis ad
conferrent: idemque aliquoties fac
à toto collegio, cum alias, tum p
Calend. Octobris. Illo die Ecclipſis
lis, ejusque valetudo aliquantum in
in deterius deprehenſa eſt: adeo u
actum domeſtici putarent. Adfuer
omnes, & piis colloquutionibus p
aliquot habitis, precibusque ardent
Johanne Binaldo conceptis, grati
commendatus eſt. Quo die poſtremu
tonius Fayus ad illum cum D. *Per*
ceſſit, (erat is ſabbathi duodecimus
bris) Injecta eſt ab illo de miſericordi
per Chriſtum immenſitate mentio.
Fayus inter cætera protulit illud ex
centeſimo trigeſimo, *ſi iniquitates o*
veris, Domine, Domine, quis ſuſt
Quod cum non benè auribus perc
ut iterum ea quæ pronuntiata erant
rentur, petiit. Tum voce clariore
eadem verba paulo fuſius expoſuit,
cto Ambroſii apud Poſidium in vita
ſtini apopthegmate: *Non eſt quod*
xiſſe pudeat, bonum enim Dominum
mus. D. Perrotus autem carnalium
num illaudabile vitæ deſiderium nota
eodem Poſidio illud proferebat; *Pat*
tis, mori non vultis; quid faciam
Fayus deinde illud commemorans ex
pio capitis quinti Epiſtolæ ad Ro
Juſtificati ex fide pacem habemus apud
per Dominum noſtrum Jeſum Chriſt

que locutus eſt; *temporis*, ut vo-
pectoris: deque veræ fidei in Chri-
ſtantia ejusque effectis copioſius diſ-
quantum locus & tempus ferebant
in Chriſti electos juſtificantis, ſan-
, & tandem glorificantis, prædica-
lit. Ille verò verba illa animo ala-
ido excipiens, manibus complica-
s DEO primum egit: deinde utri-
è dextras porrexit; votis ſanctiſſi-
oſecutus. Paulò poſt adfuit *Johan-
otus*, qui verbis ſanctiſſimis eum
onſolatus eſt, poſtridie, qui erat
s dies decimus tertius Octobris ſub
matutinam cubitu ſurrexit, & de
itus, precibusque domeſticis ha-
iot paſſus confecit, cibique ac vini
m ſumſit: quo facto lectum repe-
s petiit, *an omnia in urbe pacata*
nque reſponſum eſſet, pacata om-
nda conſedit: dumque repentè de-
s eſt, advocatur properè D. Perro-
ces conciperet: qui ſubitò advo-
recatus eſt, placidiſſimè morienti.
ne ullo dolore, & ſine ullo ſingul-
omento deficientibus ſimul ſenſi-
us, animam DEO reddidit: poſt-
rpore peregrinata eſſet *annis* 86.
ibus, diebus novendecim: in ſa-
iniſterii functione transmiſſis *an-
ginta ſex*. Sepultus eſt Genevæ
κοινῷ illo communi; ſicuti
at: ſed in ſuperioris templi per-
Clauſtrum vocant. Id quod fa-
Magiſtratu propter graviſſimas ra-
icas, quas nihil eſt neceſſe com-
elatus manibus honeſtiſſimorum
giæ Candidatorum. Exequias
ſunt Syndici cum toto Senatu, Pa-
feſſores omnes, cum longiſſima
um & Nobilium Germanorum &
, aliorumque ordinum omnium
urbis, die Lunæ decimo tertio
ra duodecima. Monumentum
um amici tale poſuerunt:

D. M.
EVERENDI VIRI
, VIRTUTE, ET DOCTRI-
NATISSIMI DOCT: THEO-
I BEZÆ VEZELII,
THEOLOGI
NTISSIMI ET CLARISSIMI
ESIASTÆ GENEVENSIS
DISSIMI ET FIDELISSIMI:
POETÆ
SISSIMI ET SVAVISSIMI:
CINE PAUCA SUNT?
NON CAPIAT UNICUM
MARMOR)
NTONIUS FAYUS
LEGARUM, ET RELIQUO-
AMICORUM NOMINE

P. M.
VIXIT ANNOS IVXC. MENSES III.
DIES XIX.
IN COELUM MIGRAVIT ANNO
CIƆ IƆ CV. XIII. OCTOBRIS.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur,
Apocal. XIV.

Exſtant & epicedia *Hebraica*, *Græca*, *Latina*, quæ clariſſimi aliquot viri, & Bezæ dum viveret chariſſimi; ſicut & illis ipſe Beza vivus chariſſimus, & mortuus honoratiſſimus, ſcripſerunt in ipſius obitum: de quibus hoc eſt R. Cl. *Jacobi Lectii*. *Epicedia in ejus obitu.*

Vezelii genuère, piæ tenuère Gebennæ,
Aſtra tenent: vixi non mihi, ſed populis.

ALIUD.

Si qua fides famæ, proles mihi defuit omnis:
At varia & vera prole beatus ego.
Me populi, & Myſtæ, & Reges dixere parentem,
Multa virûm genui millia, Chriſte, tibi.
Quin populi, & Myſtæ, Reges naſcuntur & ex me
Chriſte tibi, & toto dum legar orbe frequens.

Fuit Beza ſtatura corporis quadrata, forma conſpicuus; valetudine firma; adeò ut *quid eſſet capite dolere ſe neſcire* ſæpe diceret: ingenio ſummo, judicio accurato, memoria tenaciſſima, facundia ſingulari, affabilitate & comitate nulli ſecundus: adeò ut, propter commemoratas dotes, adjuncta illis vitæ longævitate (quæ tamen omnia erant inferiora ſumma doctrina & pietate) quidam vocarent *Bezam, ætatis ſuæ Phœnicem*. *Proſopographia Bezæ.* *Beza ſuæ ætatis Phœnix.*

Hic verò quid tandem oggannient Collegia balatronum maledicorum momorum? Calvinus ajebant ſuperioribus annis, multis gravibus diuturnisque morbis & doloribus eſt cruciatus: Ergo, DEUS illi infenſus erat: Quid nunc? Bezam nullus neque morbus, neque dolor vexavit: Ergo &c. Hic ſanè hæreat illis aqua neceſſe eſt; niſi fortè, more ſuo, lucem in tenebras vertentes, dicant idem eſſe DEI favorem & furorem. Clament verò illi, quantum volent: bene & ſanctè inſtituta pietas longè aliter & ſentit & loquitur. Neque enim intuetur in hæc externa; ut de DEI amore & odio pronunciet: ſed agnoſcit Spiritum DEI eſſe illum, qui reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quod filii DEI ſumus. Hoc ſpiritu actus Beza, vitæ ſtadium laudabiliter decurrit, optate clauſit, ſtudens prodeſſe multis, obeſſe nulli. Beatus quòd ſcripſerit legenda; & fecerit ſcribenda: Beatior, quòd ad veram pietatem multos erudierit. Beatiſſimus, qui in Domino mortuus, requieſcit à laboribus ſuis, & cum Chriſto ævum æternum victurus, agit. *Refutatio calumniarum.*

Nec

Nec tamen eſſe dubitandum, quin, ut viventi obtrectare maledictis innumerabilibus non deſtiterunt, ita mortuo, tanquam leoni canes, oblatrent. Etſi autem beati ſunt ſervi Chriſti; quando audiunt convitia propter nomen Domini ſui, & per bonam atque malam famam eos iter ſuum conficere oportet, atque ut illud obiter ex * *Baſilio* mutuemur, σιωπῇ τὸ ὄνειδον πνιγεῖν δεῖ· quoniam (ut præclarè ſcribit quidam) *melius reſponderi non poteſt calumniatorum protervorum maledicentiæ, quam nihil reſpondendo*: tamen bonorum exiſtimationi conſulendum eſt: nec permittendum: ut impunè in illorum exiſtimationem mali graſſentur.

*Epiſt. 72.

Bezomaſtiges.

Qui illum dente pluſquam Theonino petierunt, fuere Pontificii dogmatis propugnatores ferè omnes: ſed palmam συκοφαντίας cæteris præripuerunt *Stapletonus*, *Fevardentius*, *Balduinus*, *Sanctesius*, *Genebrardus*. Hunc tamen tandem, felleum ſuum amarorem aliquo modo temperaſſe, intelleximus. Nam quum Bezam ex profeſſo adortus eſſet, ſumpta occaſione ex *Cantico Canticorum* verſibus lyricis ab ipſo exarato; tanta fuit Bezæ & Paſtorum Genevenſium in retinenda Genebrardi intemperie moderatio, ut (quemadmodum à viris fide digniſſimis audivimus) dixerit, *ſe nihil in poſterum contra illos dicturum, aut facturum.* Reliqui autem, non alumni, ſed nati τῆς διαβολῆς, Amphisbænarum, utrimque virus ſpirantium, moro, linguas & calamos ita acuerunt; ut, quò maledicentiæ ulterius progrederentur, non haberent.

Sed quoniam ardor quidam & zelus ſine ſcientia ſanam illis mentem ademit, omittendi ſimul ſunt. Alii ſunt, quos ne nominandos quidem boni cenſent, propter infantiam malignam & conviciandi rabiem. Quid enim excucullato illo *Hieronymo Carmelita* dici poteſt rabioſius? Quid *Scoto* illo *Sorbonico* ridiculum putidumque magis? Ille agyrta, quem ſe Theologum & Medicum vocare non puduit, ut cerebro & pedibus leviſſimus; ita lingua & manu audaciſſimus, dixit & ſcripſit ea quæ manicus furor ſuggeſſit, ſuis etiam applauſoribus ridicula & non credita.

Hic autem Sorbonæ, veluti *Romanæ quondam Curiæ alter Glaucia*, adeo ſe ineptum præbuit, ut non ad iram, ſed ad commiſerationem provocet omnes, qui ex Theologomedici officina deſumpta ab ipſo λυγρὰ φάρμακα æſtimarit. Alii etiam duo ſunt, qui ſalutifera militia Chriſti deſerta, (cui aliquandiu nomine tenus inſcripti fuerunt) mendaciorum plauſtra congeſſerunt, ut apud ſui ſimiles gratiam, quam tamen aſſequuti non ſunt, venarentur. At omnibus illis, & reliquis eorum ſimilibus, opponimus illud ex Pſalmo 109. *Maledicebant: Tu*

autem, Domine benedices. Tali
quàm ſeptemplici clypeo ſolebat
gere, contra aſpidum hujusmodi ſi

Repetunt ab ipſa adoleſcentia
qui ille jam diu purgavit quicqu
vitii fuit. Quòd ſi ubi eſt confeſ
remiſſio: ὦ πονηρῶν διαλογισμῶν
ſate tandem ea objicere quæ jam
ſunt, non tantum confeſſo: ſed et
παραδειγματίζοντι· Sic enim Beza
quid eſſet Παραδειγματίζειν, ap
chum, inquit, *Archilochus Poet*
parum honeſtis verſiculis ſcriptis
μαπσα· *quod & mihi juveni,*
in Eccleſiam DEI adſcito, eve
tamen maculam ſpero me tum d
factis eluiſſe.

Objiciunt *Dominatum*, *ſive*
quendam. At de ea re ad amicum
ſcribens Beza illis os occluſit: *Si,*
privatim ſuſtinenda fuerint, pl
plicarem: tum ſane mirareri
quenquam, qui mihi Pontifica
quem vocant, invideat. Iracun
placabilis animi inſimulant. A
ra & à pietate erat ita informatu
ſvetius hominis ingenium vix vi
Nam & ipſius collegæ ſæpè diceba
ſine felle vivere. Merlinum, aju
optimum & doctiſſimum, *ferre*
Contrà, quandiu Merlinus vixit
cauſatus eſt: neque etiam alii no
Geneva diſcedentes, ſuam ἀτα
dem agnoſcere ſunt coacti: non
adverſus ipſos æmulationem. Q
mabunt omnes, qui, quale fue
ſupercilium, intellexerint.

Ramum non inſcripſit ſuo ὀνό
Equidem ſi Ramus viveret, de e
quam conquereretur: non igna
eſſe debere unius cujusque ſcri
mum, ſicut ipſemet de libertate
mel gloriari ſolebat. *Dicteriis p*
compoſuit, Harangnam ad Cardi
tharingum, *De furoribus Gallic*
Catharina Medicea, & ſimilis no
Atqui tam verum eſt libros illos f
politos à Beza, quàm verum eſt
ignorantur & temerè deblaterant
ralii miniſtro ſcriptum fuiſſe li
nomen eſt, Matagonis de Ma
quàm verum eſt (quod illos γύμ
aſſeverare non pudet) *Genevam e*
ſceleratorum omnium: quum c
giſtratus nullus ſeveriùs aut juſtiùs
puniat: *quam verum eſt, Genev*
mos eſſe lupanaria adulteriis ple
toti Europæ notiſſimum ſit, nuſ
ctiùs & puriùs coli & ſervari conju
Genevæ, ubi capite plectuntur
„ quàm verum eſt in Pontificio re
„ Confeſſionis auricularis ſcortatio
„ quàm verum eſt Farellum Genev

ulſum : Senatum Genevenſem ab
ontumelia affectum : à Calvino vi-
minem mortui loco ſuppoſitum ; ut
um ementiretur excitati ab ſe mor-
àm verum , à Dæmoniaco pugnis
n Calvinum, toto Genevenſi populo
: quàm deniq; vera ſunt hæc &
ſimilia ex abyſſi puteo hauſta, quæ
e ſorbenda propinare ſoliti ſunt ho-
doris nihil, oris plusquam ferrei
habentes, viris bonis & ſanæ mentis
ſa & exploſa. Benè autem monet
ϕΦ&· *Quid calumniis facilè*
aut improbis, aut puerilibus eſt
Talia verò ſunt iſta, ut ea com-
ſſe, ſit refutaſſe. Nam quid in Ca-
alium criminum diutius moven-
ſcribendo, quàm legendo, nau-
ius commoveatur? Notum, & diu-
nprobatum eſt experientia, in An-
Armamentario non eſſe tantum cu-
reas, aut romphæas acuminatas;
centium hominum vitam & corpo-
ant: ſed etiam eſſe pixides convitio-
nis plusquam vipereis regurgitan-
famam & nomen illorum, ſi fieri
ficiant. Quid tandem fiet? Expe-
omnes, & Beza ipſe expectat judi-
ernis: qui, ut iterum illud ex Ba-
tamus, οἶδ]ε πᾶσαν κακίαν ἐν πλ[
quique tandem malignorum ora
maxillasque leviculorum confrin-
inguas evellet. *Juſtus* autem *erit*
iridis in domo DEI. Te autem
ptime, ut nos à calumniis maledi-
ua benignitatis umbrâ tegas, fa-
ſtra contra infames malorum la-
ertor eſſe velis, precamur : gra-
mus tuæ Majeſtati, quod tenebri-
temporibus dignatus es excitare
à tua hominum excellentiſſimorum
doctrinæ puritate, & vitæ ſancti-
lgentium : quos inter Bezam com-
tibus nobis, tantò in laudes tuas
nimus noſter exilit, quantò copio-
is laboribus ad nos fructus redit.
à nobis, poſteriſque omnibus no-
eximium beneficium auferas, ſed
m uſque mundi terminum adau-
ropagare velis, ad gloriæ verita-
illuſtrationem, mendacii & erro-
um profligationem, Satanæque,
miſſariorum omnium, ſempiter-
niniam & perniciem, per Jeſum
Filium tuum, Chriſtianæ Catho-
eſiæ & peculiariter Genevenſis,
imum ſolem perpetuum ardentiſ-
mur, Amen.

entum eſt tanquam vitæ anteactæ
, ut vulgo dicitur. Quare capita
x Teſtamento Bezæ condito anno
ducere non fuerit abſurdum: ut
lius à vita diſſonum nihil habuiſſe
piis nonnullis hac in parte quo-
ſatisfiat.

1. Gratias agit DEO immortali per Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM, quòd anno ætatis ſuæ 16. veræ Chriſtianæ Religionis cognitione ac luce donatus ſit: cujus tamen fructus non ediderit tam opportunè, quam decuiſſet, abreptus ſcilicet per devia quædam, à quibus tandem DEUS illum in rectum iter reduxit: inque Genevenſem portum adduxit: ubi ſub magno illo D. *Joanne Calvino* plenius Chriſtum didicit.

2. Quod *Lauſannæ* peſte correptus, graviſſimisque appetitus calumniis, ab utraque lue, per DEI miſericordiam liberatus ſit.

3. Quod *Genevam* reverſus, ad Paſtoris munus vocatus ſit: quum tamen agnoſceret ſe indignum, qui inter oves nomen ſuum profiteretur.

4. Quod paulò poſt adjunctus ſit Collega præſtantiſſimo Doct. Calvino ad docendam Theologiam.

5. Quod vocatus in Galliam, & belli primi civilis tempeſtatibus jactatus ad menſes viginti duos à ſexcentis periculis ſit ſervatus.

6. Agit gratias Ampliſſimo Senatui Genevenſi, de ſingulari, qua ſemper erga ipſum uſus eſt, benevolentiâ: quam re ipſa, beneficentiâ ordinariâ & extraordinariâ, prolixiſſimè demonſtravit. Eique fauſta omnia à DEO precatur.

7. Agit gratias fratribus ſuis conjunctiſſimis, Paſtoribus Eccleſiæ Genevenſis, pro ſummo ſtudio & honore, quo ſemper illum proſequuti ſunt. Hortatur ad mutuam concordiam: monetque, ut neque in doctrina neque in diſciplina quicquam mutari aut novari ſinant: ſed conſtanter retineant ea, quæ ſancto & ſano judicio è nunquam ſatis laudato D. *Calvino*, ex S. DEI verbo deprompta, ſunt inſtituta.

8. Animam & corpus ſuum commendat DEO Patri, Filio, & Spiritui Sancto: à quo peccatorum omnium ſuorum veniam precatur: vera & viva fide perfectam Chriſti obedientiam amplexatus, ut illius unius merito ad Tribunal DEI comparens ſalutem æternam aſſequatur.

9. Ærario pauperum legat aureos centum, Ptochotrophio communi quinquaginta: Gymnaſio totidem. Duobus ſororis ſuæ filiis aureos quadraginta. Ante enim in gratiam ſuorum teſtatus erat de bonis patriis. Liberos autem nullos unquam habuit.

10. Eorum, quæ Genevæ habebant, hæredem ex Aſſe inſtituit *Catharinam Planiam* conjugem ſuam: quâ ſenectutem ipſius ſuſtentante, & gloriam ex officiis aſſiduis erga ipſum, annorum ſeptendecim ſpatio, quærente, vivebat.

11. Teſtamenti executores facit, nobiles viros, *Joannem Fabrum à Lacu*, & *Pompejum Deodatum* vicinos & ſummos amicos.

Scripta Bezæ.

Monumenta ingenii ſui reliquit plurima, tum *ſacra*, tum *philologica*: quorum elenchus eſt hic:

Confeſſio Chriſtianæ Fidei, & ejusdem collatio cum Papiſticis hæreſibus.

Altera *brevis fidei Confeſſio*, & ejusdem cum ſuperiore argumenti.

De hæreticis a civili Magiſtratu puniendis, adverſus *Martini Bellii* Farraginem, & novorum Academicorum ſectam.

Brevis explicatio totius Chriſtianiſmi.

Summa doctrinæ de re Sacramentaria.

De Cœna Domini, plana & perſpicua Tractatio, in qua Joachimi Weſtphali calumniæ refelluntur.

Κρεωφαγία, *ſive Cyclopi*, *Dialogus de vera communicatione corporis & ſanguinis Domini*, adverſus Tilemanni Heshuſii commenta.

Abſterſio calumniarum, *quibus aſperſa eſt Eccleſia Genevenſis* à Tilmanno Heshuſio.

Ad Sebaſtiani Caſtellionis calumnias, quibus unicum ſalutis noſtræ fundamentum, id eſt, æternam DEI prædeſtinationem, evertere nititur, reſponſio.

Reſponſio ad defenſiones & reprehenſiones Sebaſtiani Caſtellionis, quibus ſuam Novi Teſtamenti interpretationem defendere adverſus Bezam, & ejus verſionem viciſſim reprehendere conatus eſt.

Ad Joannis Brentii argumenta, & *Jacobi Andreæ Theſes*: quibus carnis Chriſti omnipræſentiam nituntur confirmare, id eſt, adverſus renovatos Neſtorii & Eutychetis errores, Reſponſum.

Ad alteram Brentiani libri partem. De aſcenſu JESU CHRISTI.

Ad tertiam libri Brentiani partem, quæ eſt de ſeſſione Chriſti ad dextram DEI.

Ad quartam libri Brentiani partem, de adoratione & invocatione Chriſti.

Ad ultimam partem Brentiani libri, cui titulus eſt, appendix publicorum teſtimoniorum, quibus oſtenditur Cinglianos mala conſcientia piam de Cœna Domini ſententiam oppugnare.

De hypoſtatica duarum in Chriſto naturarum unione, adverſus Jacobi Andreæ aſſertionem.

De unitate eſſentiæ Divinæ, & *tribus in ea ſubſiſtentibus perſonis*, adverſus Arianos ὁμοιϛσίϛς.

Theſes, ſive Axiomata, de Trinitate perſonarum, & eſſentiæ Unitate, ex Theodori Bezæ prælectionibus.

Quæſtionum & Reſponſionum Chriſtianarum libellus, in quo præcipua Chriſtianæ Religionis capita κατ' ἐπιτομὴν proponuntur.

Theodori Bezæ *Catechiſmus compendiarius.*

De Polygamia.

De Repudiis & divortiis.

De pace Chriſtianarum Eccleſia[…] *ſtituendâ*, *conſilium* ad ſacram C[…] Majeſtatem, & Romani Imperii ſt[…] guſtæ congregatos.

Defenſio Sacramentalis conj[…] *corporis & ſanguinis Chriſti cu*[…] *ſymbolis*, adverſus Matthiæ Flacc[…] falſiſſimas demonſtrationes, & eju[…] pologiam.

Reſponſio ad Franciſci Balduini […] *Apoſtatæ convicia.*

Ad Nicolaum Selneccerum R[…] prima.

Ad eundem, Reſponſio altera.

Ad ejusdem κοκκυσμὸς, Apolog[…]

Ad Franciſcum Claudium de […] Apologia prima.

Ad ejusdem reſponſionem, alt[…] logia.

Ad Franciſcum Claudium de […] reſponſio tertia.

Apologia ad Acta conventus q[…] *Theologorum*, Torgæ habiti.

Diſceptatio placida & Chriſtian[…] *Joanne Pappo*, de hypoſtatica du[…] Chriſto naturarum unione & ejus[…]

Pro corporis Chriſti veritate, […] *Ubiquitatis commentum.* & Gulie[…] deri convicia reſponſio.

Ad putidas quasdam Jacobi An[…] lumnias reſponſio.

De veris & viſibilibus Eccleſiæ […] *cæ notis* Tractatio.

De Cœna Domini, adverſus Jod[…] chii Montenſis dogmata, reſponſio.

Epiſtolarum Theologicarum, lib[…]

Adverſus Sacramentariorum err[…] *vera Chriſti præſentia in Cœna Do*[…] miliæ duæ.

Quæſtionum & reſponſionum, pa[…] quæ eſt de Sacramentis.

Joannis Calvini vita accurate d[…]

Theodori Presbyteri Rhætenſis li[…] hypoſtatica unione, Græcè editus &[…] factus: cui adjuncta eſt collatio H[…]

De Prædeſtinationis doctrina & v[…] Tractatio abſolutiſſima.

Loca aliquot præcipua ex D. Lut[…] *bello de ſervo arbitrio*, *adverſus D*[…] *Eraſmi excerpta*: ut ex iis quis ſit, […] que fuerit noſter cum eo in hoc de[…] ſtinatione DEI dogmate, conſenſus[…] liquidò perſpicere poſſint.

Ad acta colloquii Mompelgarden[…]

Paraphraſis in Eccleſiaſten.

Paraphraſis in librum Jobi.

Lex DEI moralis, *ceremonialis*[…] *litica* in harmoniam concinnata.

Reſponſio ad quæſtionem & reſpon[…] Danielis Hoffmanni.

Conſpicillum ad eundem Hoffmann[…]

Theſes Theologicæ diſputatæ ſub T[…] ro Beza & Antonio Fayo.

Apologia de Juſtificatione.

Tr[…]

ſatus de Excommunicatione, & *de* *ino presbyterio.*
raƈtationem de Miniſtrorum Evan-*dibus* A. Saraviæ.
ontroverſiis in Cœna Domini Diſſer-
lia in Canticum Canticorum.
lia in Paſſionem & Reſurrectionem
Teſtamenti Latina interpretatio, *oribus* annotationibus.
cum minoribus annotationibus, & *obſervatione.*

POEMATA.

Pſalmi 100. numeris Gallicis.

Cantica omnia SS. Bibliorum, numeris Gallicis.

Pſalmorum liber vario genere carminum Latinorum expreſſus.

Canticum Canticorum, lyricis verſibus.

Sylva. Epigrammata. Elegiæ. Icones. Epitaphia. Emblemata. Cato Cenſorius Chriſtianus.

Antonius Fayus in ὑπομνήματι *de vita & obitu Theodori Bezæ.*

ELENCHUS,

...um & Rerum memorabilium, quarum his in Decadibus mentio.

A.

...us in Eccleſia reprehenſi 13 b.
...demia Edenburgi erecta 90 b.
... Bakonius 63 a. 66 a.
...s in Hungaricam linguam ...rendus 66 a.
...r Novellus 82 a.
...nus tumultus 49 a.
... Perinus 40 b
...ſmus Genevæ ſparſus 114 b.
...rgius 49 a.
...ti ſubſtantiam ſumamus in ... 109 a.
... Alciatus 33 a.
...m adverſus Concilium Tri-...um 41 b.
... Sadeel Theologiæ ſe dedit 77 b.
... liberatur ab Anton. Burbonio 78 a.
...tur ad varios 78 b. ſq.
... Synodis 79 a.
...auſannam & Genevam 79 b. & ſeq.
...egem Navarrenum ib.
...enevam 80 a.
...r in Germaniam ib.
...r 80 b.
...nus, & ſtatura ib. precum ſtudium ... amici, ſtudia, liberi ibid. epice-...n 81 b.
...erabunda à Junio erecta 99 b.
... Eccleſiarum peregrinarum 11 b.
...a philoſophia 14 b.
...s verſio non reſpondet fon-... ib.
...vis 40 a.
...us Marloratus 12 b.
...aſterium detruſus ibid.
...t colloquio Poſſiaceno ibid.
...ulatur ibid.
...iani monachi 13 b.
... privilegium 15 a.
Auguſtana Confeſſio 27 b. 74 a. 108 b.
Auguſtini dictum de Cœna 24 b.
Aurelia aſylum Evangelicorum 112 b.

B.

Barbaries ſeculi decimi quarti 1 a.
Bartholomæus Anulus 97 b.
Bellum ſacrum in Gallia 113 a. 115 b.
Benedictus Cuſanus 15 a. 32 a.
Bernardinus Ochinus 19 a.
Bernenſis conventus 115 a.
Beza redivivus 116 b.
Bezomaſtiges 120 a.
Branda philoſophus 14 b.

C.

Calvini nomen canibus impoſitum 41 b.
Calumnia: Calviniſmum eſſe aditum ad Arianiſmum 76
alia calumnia 77 b.
Canticum Canticorum 39
Caroloſtadii obitus 72 b.
Caſpar Contarenus 18 a.
Caſpar Laurentius 81 a.
Catharina Dampmartina Petri Martyris uxor 20 b.
ejus cadavor in ſterquilinium abjectum ibid.
iterum humatur 21 a.
Catechiſmus Calvini 37 b.
Cæſar urget concilium 59 b.
Claudius Pontanus 105 a.
Claudius Prævotius 98 b.
Colloquium Joannis Laſci cum Brentio 11 b.
Contareni cum Martyre 18 a.
Poſſiacenum 26 b. 79 a. 109 a.
Maulbrunnenſe 73 b.
Mompelgardenſe 114 b.
de imaginibus 111 b.
Colloquiorum Theologicorum effectus 73 b.

Concordia inter Lutherum & Bucerum 24 a.
Conjugium ſacerdotum 85 b.
Conjuratio in evangelicos 111 b.
Confeſſio Martyris 31 b.
Confeſſio Calvini 50 a.
Concilia an poſſint errare 27 b.
quibus conditionibus celebr. 112 a.
Conradus Badius 112 b.
Conradus Pellicanus 25 a.
Conſenſus inter eccleſias Helveticas, Rheticas, & Genevenſes 42 b.
Conſilia de religione in Gallia 105 b.
Conſilium moderationis 99 a.
Conſilium Petri Martyris de componendis diſſidiis 27 b.
Controverſia de Cœna renovata 40 a.
de libero arbitrio 39 a.
de ubiquitate 30 b.
de adiaphoris 42 a.
de juſtificatione 115 b.
de nuptiis Henrici 8. Angliæ regis 2 a.
Controverſia Stancari 49.
Crammeri ratio legendi 1 b
ejuſdem confeſſio & pœnitentia 9 a.
concio funebris ei habita 7 a.
Crudelitas DEO exoſa 67 b.
Cura rerum terrenarum 8 b.
Cyrilli locus 106.

D.

Decreta de religione in Anglia 3 b.
antiquantur ibid.
de feſtis diebus Genevæ 42 b.
Dilectio proximi 8 b.
Dignitas miniſterii 92 b.
Diſputatio legitima quæ 21 b.
Oxonii inſtituta 5 a.
Martyris nomine indicta 21 b.
Diſciplina eccleſiaſtica 46 b. 112 b.
Divitiis recte utendum 9 a.
Domniones qui 115 a.
Dominicani cur Prædicatores dicti 15 a.

E.

Ecebolus Sophiſta 113 a.
Eccleſiarum ephori 92 a.
Eccleſia orthodoxa Neapoli 16 b.
an tantum ex electis 27 b.
ante ſcripturam ibid.
varia apud Genevenſes 38 a.
Edmundus Campianus Jeſuitas 84 b.
Eduardus Rex Angliæ 3 b.
moritur ib. 11 a.
Eduardus Herfurdenſis comes Angliæ protector 3 b.
Edictum religionis cauſa 28 a.
in Gallia de miniſtris Proteſtantium 61 a.
Januarianum 111 a.
Emblema de Geneva 114 b.
Encomium linguæ Hebrææ 72 a.
Epigrammata Bezæ 102 a.
Epiſtola Calvini ad Farellum 54 a.
Evangelii curſus ab Anabaptiſtis impeditus 99 b.
Evangelium non conſiſtit in ſpeculatione, ſed in vita 41 a.

Evangelicorum Apologia
Evangelici creſcunt in Gallia
Examen domatim Genevæ inſtitutu[m]

F.

Famoſus libellus in miniſtros Ge[nevenſes]
Familia Whitakerorum
Flaciana cohors
Florentina
Firleiorum adventus Genevam
Formula de Cœna
emendationis Eccleſiaſticæ à Po[nti]ciis ſcripta
palinodiæ Crammeri
Franciſcus Junius
ejus δυσωπία
audit ICtos
ad libidines invitatur
fit ἄθεος
liberatur ab impia opinione
Genevam abit
& in Helvetiam
ex inedia tabem contrahit
abit Antwerpiam
inſidiis petitur
dimittitur Antwerpia
venit Heidelbergam
Galliam inviſit
Lugduni docet
moritur
Franciſcus Albaſpinenſis
Franciſcus Balduinus
Franciſcus Behaldus Chantillius
Franciſcus Spiera
Franciſcus Lanoæus
Friedericus Sylburgius 7
Frideſuida diva

G.

Galeacius Caracciolus
Gallica Eccleſia Argentorati
Georgius Sigiſmundus Zaſtriſeel
Georgius Blandrata
Georgius Cegledius
Gerardus Calvinus
Ruffus 3
Geneva aſylum profugorum
Græcæ linguæ ſtudium
Guido Sadeel
Guilelmus Farellus
diſputat Baſileæ
reformat Eccleſiam Genevæ
Neocomi ſedem figit
elogium ejus
vehementia
obitus
Guilelmus Junius
Guilelmus Whitacerus Londinum vocatur
Cantabrigiam mittitur
Philoſophiæ & Theologiæ dat operam
ejus diæta & relaxatio
eruditio
fit Profeſſor regius

cer

amina cum Pontificiis 84 b.
jugium reprehenſum defen-
umque 85 b.
egii D. Joanni præfectus 86 a.
ra Bellarminum diſputat 86 b.
ra Stapletonum 87 a.
itur 87 b.
epitaphium 88 a.
rtutes 87 b. & ſeq.

H.

bræa lingua à Judæis difficulter
diſcitur 15 b.
i à magiſtratu puniendi 103 b.
us Charterius 93 b.
us IV. Galliæ Rex 117 b.
us Sidallus 25 b.
ymus Bolſecus 43 b.
us 10 b.
hius 18 a.
ntoratum venit 75 a.
roverſiæ ei motæ 75 b.
ennam abit ibid.
Heidelbergam 76 a.
t contra Atianos ibid.
tur 76 b.
pitaphium elogium, ſcripta ibid.
atimerus 5 a.
us 9 b.

I.

s Andreas 115 a.
nius 69 b. 90 a.
adoleti epiſtola 36 b.
ſtæ in Belgio 99 a.
m ortus 81 b. 116 b.
in templis an habendæ 111 b.
el Tremellius 17 b. 71 b.
quid in Cœna percipiant 24 b.
Hiſpanica in Belgium in-
ta 99 a.
eranos 60 a.
uffolcia Angliæ regina capite
ur 4 a.
s Weſtphalus 11 b. 46 a.
Brentius de unione duarum
urarum in Chriſto 30 a.
us juris ſtudium cum Theo-
co conjungit 32 b.
r Geneva 36 a.
Argentorati 36 a.
ducit 37 a.
tur Genevam ibid.
ejus 37 b.
s 43 a.
ota 43 b.
furtum abit 47 a.
nnium 50 a.
um 51 a.
ntum 51. mors 54 b.
um 55 a. mores 55 b.
xus Scoti ſectator 68 b.
lium profitetur 69 a.
atum recuſat ibid.

in Germaniam & Cenevam fugit ibid.
redit ad ſuos ibid.
Edinburgo pellitur ibid.
revocatur 69 b.
preces in morbo 70.
moritur 71 b.
Joan. Criſpinus 102 b.
Hancelius 72 b.
Juellus 25 b. 82 b.
Morellus 78 a.
Paulus Alciatus 48 a.
Riparius 77 b. Storder 37 a.
Tulletius 78 b. Valdeſius 16 b.
Whitghifftus 83 b.
Joannis Laſci pietas 10 b.
querela 11 b.
Iſabella Manricha 16 b.

L.

Lambertus Danæus audit Annam
Burgium 89 a.
ad Theologiam tranſit ibid.
moritur 89 b.
Lælius Socinus 42 b. 76 a.
Leges eccleſiaſticæ Genevæ 86 b.
Liber inſtitutionis eccleſiaſticæ 3 a.
Libertini refutati 39 b.
Libri ſacri memoriæ mandati 14 b.
Locus ex priori ad Corinth. explicatus 16 b.
Lucæ urbe Italia eccleſia vera 18 a.
Lutheri obitus 62 b.

M.

Marcellus Vergilius 13 a.
Marcus Horvat. 64 a.
Maria Angliæ regina 4 a.
ejus odium in Crammerum ib. & 6 a.
Maria Fumantina erudita fœmina 13 a.
Martini Buceri elogium 19 a.
comparatio cum Martyre 19 b.
obſcuris phraſibus in negocio
cœnæ cur uſus 20 a.
amicitia cum Martyre 20 b.
monetur à Calvino 62 a.
Martyrium Crammeri 9 b.
Maturinus Corderius 32 b.
Matthæus Gribaldus 46 b.
Matthæus Scaricæus 67 b.
Mauritius Haſſiæ Landgravius 118 a.
Maximilianus Celſus Martinen-
gus 17 b. 26 a. 74 b.
Mediceorum Bibliotheca 14 a.
Melchior Volmarius 33 a. 101 b.
Mendacia de Calvino 56 a.
Junio 99 b. & ſeq.
Michael Servetus 44 a.
Miniſtri Geneva pulſi 36 a.
vocatio eorum 58 a. 108 a.
Miraculis quando opus ibid.
Miſſa 46.
Monachi in ordinem redacti 17 b.
eorum vita magni habita 14 a.

N.

NAvarrenus deficit 111 b.
Nicodemitam agere an liceat? 40 b.
Nicolaus Beza 111 a.
Hemingius 95 b.
Hafniæ paſtor ibid.
rude donatur 96 a.
ejus conjugium ibid.
ſenecta ibid.
cygnæa cantio ibid.
mors ibid.
epitaphium 96 b.
Nicolaus Sanderus 85 a.
Ridlæus 7 a.
Northumbriæ dux 4 a.
Novum Teſtamentum prohibitum 60 b.

O.

OBedientia regi præſtanda 8 b.
Odium inter Lucenſes & Florent. 17 b.
Oratio Calvini ad magiſtratum Genev. 52 b.
ad collegas 53 b. ſq.
Cnoxi ad Collegas 70 a.
Martyris ad reginam Galliæ 27 a.
Rolloci 92 b. & ſeq.
Vergerii 59 b.
Oſiander Pericles 40 a.

P.

PAuli III. Pontif. expoſtulatio cum Carolo V. 39 b.
Panis azymus in Cœna 36 a.
Papa XVI. prohibet concilium nationale 59 a
Papa Romanus an Antichriſtus? 85 a.
an legem divinam poſſit laxare! 2 a.
Paulus Laciſius 17 b. 19 a.
Perſecutio in Anglia & Gallia 46 b.
Pariſienſis 104 a.
Petrus Boquinus monaſticen deſerit 72 a.
Argentorati docet 72 b.
redit ad ſuos 73 a.
& Argentoratum 73 b.
Heidelbergam vocatur ibid.
moritur 47 a.
ejus ſententia de Cœna ibid.
Petrus Caroli 35 a.
Melius 65 b.
Robertus 52 b.
Stella ibid.
Vermilius cur Martyr dictus? 13 a.
indoles & diligentia ejus 13 b.
Patavium miſſus 14 b.
Græcam linguam ſuo Marte diſcit 15 a.
doctor ſalutatur ibid.
fit abbas Spoletanus 16 a.
Neapoli Collegio præficitur ibid.
inſidiis petitur 18 a.
diſcedit ex Italia 18 b.
docet Argentorati 19 a.
ratio ejus docendi 19 b.
felix in diſputando 20 a.
in Angliam abit 21 a.
redit Argentoratum 24 a.
Tigurum diſcedit 25 a.
intereſt colloquio Poſſiaceno 26 b.
morbus ejus
mors
Petrus Paulus Vergerius legatus Pont[ificis]
Lutherum convenit
deficit à Pontificiis
docet apud Rhetos & Tubingæ
moritur
Petrus Toſſanus
Victorius
Viretus
Valſius
Piſis Cœna ritu Chriſtiano celebrat[a]
Poſſiacenus conventus
Præceptoris ſævitia
Prælium in campis Druidenſibus
Profugi ex Anglia
Presbyterium
Proſopographia Bezæ
Calvini
Proſopopæia librorum Martyris
Pſalmi à Beza editi
Principum ira
Priores qui monachis
Purgatorium

Q.

QUartana febris lethalis
Quæſtio de hæreticorum pæ[na]
de ſenſu verborum Cœnæ
de primatu Papæ
de monaſteriis abolendis

R.

RAinoldus Remenſis
Reginaldus Polus
ſuccedit Cramero
Regula ſtudiorum
Religio orthodoxa periclitatur
Richardi Smythæi liber de celibatu
votis monaſticis
Rituum diſcrepantia inter Geneven[ſes]
& Bernates
ea de re Synodus
Robertus Rollocus
docet Edinburgi
ejus diſciplina
ratio docendi
examina
monita ad Theologiæ candidatos
conciones
commentationes à Beza commen[datæ]
Valetudo 92 a. obitus

S.

SAmuelis Huberi error
Schenaviana eccleſia Gallica
Sebaſtianus Caſtellio
Scipio juvenis Imperator
Schola Genevæ inſtituta
Smythæus Martyris adverſarius
Sorbona articulos fidei præſcribit
Spoleti collegia reformata
Stephanus Gardinerus
ejus liber
Jodellus

gedinus 62 a.
t Cracoviæ 62 b.
t Lutherum & Melanchthonem ibid.
t Thaſnyadini, Gyulæ, alibi ibid.
ecem quæritur 63 b.
r ordinatur 64 a.
ejus caſus 64 b.
ficina 65 a.
vus concionatur 65 b.
antia ejus 66 a.
rcere alios juvat & commentatur ib.
n ejus 67 a.
ulum in Danubio 67 a. ſeq.
tatio cum monacho ibid.
68 a. ſeq.
phium ibid.
im, conjugium, ſcripta 68 b.
us Vermilius 13 a.
prima Gallicarum eccleſiarum 78 b.
uſenſis 113 b.
unenſis 87
controverſiæ de Cœna 106 b.

T.

nata à Farello Baſileæ propoſita 57 b.
odorus Beza 101
es amans ibid.
iatus Juris 102 a.
cupidus ibid.
xorem 102 b.
phus novus ibid.
exilium ibid.
Lauſannæ 103 a.
agicocomœdia ibid.
beratur 103 b.
t ſe heterodoxis 104 a.
in Germaniam ibid.
Genevam 104 b.
ur ad Navarrenum 105 a.
colloquio in Gallia 106. a.
tui item Poſſiaceno 107 b.
io 112 b.
enevam 133 a.

legatus it ad Caſimirum Palat. 114 a.
finem docendi facit 116 a.
rumor de eo 116 b.
ſalutat regem Galliæ 117 b.
morbis variis laborat ibid.
ultimæ ejus voces & literæ 118
mors, & ſcripta 119 ſeq.
Teſtamenti Bezæ ſumma 121 a.
Thomas Buchananus 90 a.
Crammerus Archiepiſcopus Cantuarienſis 2 b.
eccleſias in Anglia reformat 3 a.
fama de eo mendax 4 a.
in carcerem rapitur & damnatur 5 a.
ad defectionem ſolicitatur 5 b.
revocat 5 b.
educitur ad rogum 6 b.
cauſa necis ejus 7 a.
oratio ad populum & preces 8 a.
confeſſio ultima 9 a.
exurit dextram 10 a.
ingenium & virtutes ibid.
Thomas Stapletonus 87 a.
Traditiones 108 a.
Transſubſtantiatio 107 a.
trium doctorum Galliæ comparatio 36 a.
tumultus Samedardanus 112 a.
Turcarum perfidia 65 b.

V.

Valentinus Gentilis 47 b.
ejus dogma 48 a.
capite plectitur 48 b.
Vaſſiacena ſtrages 50 a.

VV.

Waldenſes Boemi 49 ſi.
Walterus Balcanquellus 49 a.
Wolffgangus Perneſcius 64 a.
Wormatienſia & Ratisbonenſia comitia 37 a.

Z.

Zwinglius Laſcum ad ſacra invitat 10 b.

FINIS.

VITÆ
ERMANORUM
RECONSULTORUM
ET
POLITICORUM:
QUI

PERIORI SECULO,
T QUOD EXCURRIT,
FLORUERUNT:

CONCINNATÆ

A

ELCHIORE ADAMO.

Cum Indice triplici : Perſonarum gemino ,
Tertio rerum.

Editio Tertia, prioribus longè correctior.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
JOH. MAXIMILIANUM à SANDE.
ANNO M. DCCVI.

uſtriſſimis & Celſiſſimis Principibus
Ac Dominis,

DOMINO
NRICO WENCESLAO,
ET
DOMINO
ROLO FRIDERICO,

rmanis Ducibus Sileſiæ, Münſterbergen-
& Olsnenſibus: Comitibus Glacenſibus: Dominis Stern-
bergæ & Jaſchwitii &c.

Dominis meis Clementiſſimis.

VITAM
&
FELICITATEM.

Um ideò homines in hunc mundum mittamur, Principes illuſtriſſimi, Domini clementiſſimi: ut vitam omnem ad DEI inprimis, à quo ea nobis uſui data, non mancipio eſt, gloriam adſerendam propagandamque; deinde ad hominum aliorum, maximè eorum, qui vel patriæ communione, vel

fidei ejuſdem profeſſione juncti nobis ſunt, ſalutem & comm
henda conferamus: non facere alienum boni civis officio ill
di ſunt: qui præſtantium virorum ſalutaria conſilia, illuſtr
actiones, ac præclara in Rempub. aut Eccleſiam merita, liter
& ad poſteritatem transmittere an nituntur. Nam ſcriptis e
mùm ſummi Numinis ſapientia ac benignitas perhibetur &
ſine qua nemo unquam vir magnus exſtitit, ac in mundi h
prodiit. Aliis deinde exemplorum illa memoria, literis cuſt
deſt longè plurimùm: id quos res ipſa omnium calculo ſatis
ſtatur. Hinc Imperator ille, cùm quidam panegyricum ei re
ſcribe, inquit, *laudes Marii, vel Annibalis, vel alicujus a*
vitâ functi: & dic, quid ille fecerit: ut eum nos imitemur.
hoc eſt ſcitum illud Comici:

Ab aliis periculum facito; tibi quod ex uſu ſiet.

Quid? quod ipſa Virtus nullam mercedem aliam laborum peri
deſiderat: præter laudis ac gloriæ. Qua quidem multos
Flaccus hiſce queritur:

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: ſed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotique longâ
Nocte: carent quia vate ſacro.
Paulum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus.

Idem ergo fatum ne & Germanos noſtros, doctos præclar
maneret; quod certè permultis è priſco ævo contigit: oci
ſubſecivum, aliquot jam annis, tribui Vitis noſtratium hom
ritis in Eccleſiam vel Rempùb. Chriſtianam celebrium, conſi
gerendisque, ob cauſas nuper dictas. *Theologis* itaque *Ge*
ctumno ſuperiore in publicum productis, nunc jure merito
Conſultorum ac *Politicorum* Vitas, quas nanciſci ſaltem hac
mus, compendioſè & ſtylo ſimplici deſcriptas ſubmittimus.
dem officium, huic etiam hominum generi, vitæque hum
non unâ de cauſa duximus tribuendum. Nam quemadmodu
plinæ artesque liberales, ita & boni hæc atque æqui ſcientia
am ad ſummum Bonum, DEUM ipſum refert: qui tum no
in animis noſtris informavit; tum diſcrimen honeſtorum a
ſapientiæ divinæ radium, quem *Naturæ legem* appellam
Quare ipſe DEUS eſt fons Legum: ipſe auctor Magiſtratuum
ſes Judiciorum: ut Sapientia ipſa, Filius DEI, confirmat:
regnant: & principes decernunt juſtitiam: per me principes
& omnes judices terræ. Ac graviſſimum eſt illud ſanctiſſimi re
judices pronunciatum monitumque: *Videte, quid vos faciatis.*
mini judicabitis; ſed JEHOVÆ: *& erit vobiſcum in negocio judic*
tereà omnibus eſt, paſſim in cæleſtium monumentis literarum,
magiſtratus, ab officii nempe auctore & præſtantiâ. Viderunt h

m, qui *legem non hominum ingeniis excogitatam*, aut *commen-*
tum, ſed εὕρημα καὶ δῶρον Θεοῦ, *inventum & donum Dei*, ſive
à Numine tractam rationem, imperantem honeſta & prohi-
traria, rectè veréque ſtatuerunt. Hinc quanta ſit legum, &
ractant curantque hominum, qui Philoſopho ſunt δικαίου ἔμ-
matum quaſi jus, quanta inquam ſit dignitas, quanta neceſ-
s quanta, luce eſt meridianâ clarius. Nam quòd *magiſtratus*
e ſuâ in Repub. tranquillè gerunt, quod *connubiorum* arctiſ-
legitimè feriuntur, quòd *dominiorum diſtinctio* obſervatur,
actus & commercia frequentantur, quòd *judicia* juſtè exercen-
ntes dignas ſuis ſceleribus *pœnas* ſuſcipiunt, & ut uno verbo
plectar; quod vita noſtra à Cyclopum & Centaurorum imma-
brutorum feritate differt: id omne, ſi verè rem æſtimare volu-
dùm DEUM, univerſi moderatorem, ſacris legibus, earum-
rimis ἐξηγηταῖς *interpretibus*, & ſeveris cuſtodibus acceptum
m. Rectè itaque Tullius *civiles viros, qui Rempub. gubernent;*
ut novas conſtituant, aut conſtitutas æquitate tueantur; qui
ertatemq́ civium vel bonis legibus, vel ſalubribus conſiliis, vel
ribus conſervent, philoſophiæ auctoribus præfert. Sed & eccle-
ſitivæ, totuſque ordo politicus plurimum beneficii præſtant:
publicam tuentur, dum diſciplinam externam conſervant,
cupiditatibus injiciunt, quantumq; in ſe eſt, Chriſto homines
ædagogi, adducunt. Nec enimverò tam dextræ opus eſt ſini-
Eccleſiæ poteſtate politicâ. Ipſe certè DEUS apud Jeſaiam
Meſſiæ ejuſque Eccleſiæ, in terris militanti, promittit, idq; offi-
agiſtratus hiſce docet: *Et erunt reges nutritii tui, & fœminæ*
rum nutrices tuæ. Quare quorum operâ & laboribus regna flo-
pum majeſtas fulcitur, res eccleſiaſtica & civica viget, iidem
nnibus temporibus, tum apud Ehnicos, tum apud Chriſtianos,
onore ac precio & habiti ſunt olim, & etiamnum habentur. Æ-
ilum *Papinianum*, illum juris doctrinæ theſaurum, Septimius
naximi ſemper fuit, præfectum prætorio conſtituit: eidemque
os ſuos commendavit. Qui tamen idem ab Antonio Baſſiano
atricidâ, facinus excuſare juſſus, cùm cordatè abnueret diceret-
us patrari, quàm excuſari parricidium, capite indignè luit.
Alexandro Severo *Domitianus Ulpianus*, Papiniani γνήσιος
deò ab illo Cæſare æſtimatus, ut ſine ipſo majoris momenti de-
il, & à milite ſeditioſo appetitum, purpurâ ſuâ ſæpiùs texerit
ue. Idem Imperator nullam legem tulit, nullam conſtitutio-
it, ſine viginti Juriſperitis, doctis ac ſapientibus viris: fuitque
e, ut ſi de jure aut negotiis tractandum eſſet, ſolos doctos ac di-
eret. Merito igitur quærenti *Conſtantino Magno*, quomodo
lienigena, & Syrus, & adoleſcens, in talem evaſiſſet principem,
i, Caligulæ, Claudii, Nerones, Galbæ, Othones, Vitellii, Com-
tiani, Juliani, ante illum principes Italici ac Romani ſangui-

 nis,

nis, Imperatorium nomen dignitatemque fædaſſent, reſcriptu *tiſſimum probitati ac moribus eorum eſſe adſcribendum, quos conſiliis haberet.* Æſtimavit juris antiſtites & *Peſcennius Nig* liariis ſalaria addidit; ne eos gravarent, quibus adſidebant, dic *nec dare debere, nec accipere.* Fecerunt idem & Germanorur creati Imperatores, quorum omnium unus *Fridericus I.* *Barbaroſſa* Auguſtus, perſonam ſuſtineat, de quo *Güntherus* tus & animi haud ſpernendi ita:

Edoctos in jure viros, verique ſequaces
Impoſuit: medio qui cuncta negocia juris
Limite diſcuterent.

Noſtro etiam ævo nihil omiſſum eſt honoris, nihil favoris, nil quod ab Imperatoribus, regibus, principibus, rebuspubl. in juſ tes, ſalutisque publicæ defenſores non ſit prolixè collatum. donativa cumulatè in eos congeſta, huic equeſtris dignitas confirmata, adauctave, illi feuda, prædia, arces donatæ, alii t la, nummive dati, aliis privilegia & immunitates indultæ, no pendia luculenta ſoluta, ut non deſit, qui *mille quingentis* docuerit. Sed nec animus nec tempus fert, ſingulatim exem Ut igitur compendium verborum faciamus, nullam dicim num cœtum; nullam aulam, nullum principis tabularium, n cujuscunque curiam, quæ carere prudentia Juriſperitorum, Reipub. poſſit. Atque hoc illud eſt, quod divinus Plato ſcript *tum demum fore beatas Respublicas, ſi aut docti & ſapientes regere cepiſſent, aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctri tiâ collocaſſent.* Argumento huic rei ſunt ſcholæ etiam JCtoru exteros olim, quàm hodiernâ tempeſtate apud noſtrates apert tæ, & propagatæ. Nam ut Legiſperitos, in populo DEI V menti, latere jam patiamur, id in confeſſo eſt, in optimè qu ſtitutis Imperiis & rebuspub. legum fuiſſe ſcholas, ac interpre unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges, ortæ, at terras diſtributæ putantur, fuerunt *νομοφύλακες, legum,* uti n *cuſtodes. Romæ* domus C. *Scipionis Naſicæ* in ſacrâ viâ; nil quàm ſcholâ juris, aut oraculum civitatis. Ita *Scævolæ, Sulpit* aliorum ſcholæ fuerunt ſacrarum legum officinæ. *Conſtantin* cum aliis floruit, ſed olim, artibus; tum jurisprudentiæ ſtud famaque Anteceſſorum celeberrimorum. *Berytti*, Phænic nobiliſſimâ urbe frequentiſſimum fuiſſe legum Athenæum; v gere eſt, quòd cum terræ motu unâ nocte tota illa urbs ever *dioſorum millia,* præter vulgus, interiiſſe legantur. Deinde *bardorum* tempore, diuturnum fuiſſet legum Romanarum ſil dem Lotharius Imperator in Apuliâ repertas, in lucem uſum ac ſchola Juridica *Bononiæ,* de conſilio *Irnerii,* vel ut alii We publicè eaſdem proponi juſſit. Ex Italia deinde eadem doc

Gallia in Germaniam derivata, in florentiſſimis magnæ patriæ s hodieque de loco altiori publicè feliciter explicatur. Et ex ejus-ontiſteriis prodierunt hi, quorum hic vitas conjunctim exhibe-mani Jureconſulti ac Politici, Viri ejusmodi, uti eorum in Rem-ita, prudentiam, fidem, gravitatem, pietatem, nulla unquam in-ſit oblivio. Digni profectò, quorum memoria ad poſteritatem atur, quæ non ſolum cum voluptate magnorum virorum res raviter & prudenter dicta, caſus itidem varios cognoſcet, ſed illorum vitis ſuam vitam ſuaque conſilia inſtituere, &, pro re derari poterit atque accommodare. Et certè horum virtutibus is non tantùm ipſi, qui celebrantur, ſed etiam populi Germani rnatur, extraneorum neſcio quibus cavillis antehac obnoxium. iadmodum autem Theologorum Germanorum vitas, auguſto iorum Ducum Lignicenſium ac Bregenſium nomini conſecravi, prudentiæ politicæ magiſtrorum vitas Veſtris Celſitudinibus, Illuſtriſſimi, Domini clementiſſimi, ſubmiſſè nuncupare debui tùm quia patriæ principes & columnæ, tùm quia cùm vetuſtiſſi-ſtriſſimâ Ligio-Bregenſium ducum familiâ jamdudum arctiſſi-iſſimi ſanguinis vinculo conjuncti eſtis.

olo heic ingenii mei culpa deterere laudes Herois illius, à quo itis, ſereniſſimi quondam Boiemiæ regis:

Qui ſanctos Huſſi cineres non paſſus inultos,

ſua virtute domuit, & ſinceriorem doctrinam conſtanter ad-acem regno divexato reſtituit, quàm ut DEUS eidem regno que illi annexis perpetuam velit, Imanuelem principem pacis s votis oro.

uicquam hoc loco dicam de *Henricis* & *Carolis* majoribus ve-ipibus omni laude cumulatiſs. totoque Imperio celebratiſſ. Pa-ſanctæ memoriæ, habuiſtis principem, Sileſiæ ſummum præ-tate, juſtitia, prudentia, clementia ita præſtantem, ut Sileſia, ines erunt, omnia ſe ſumma ei debere ſemper lubens meritoq; t confeſſura. A. V. V. igitur C. C. principes Illuſtriſſimi, Do-entiſſimi, humilimè peto: *hos legum antiſtites, rerumpubl. re-ſiliorum ſalubrium auctores, Imperatorum, regum, principum nguas, aures & oculos, cives Germaniæ clariſſmos*, commenda-toſque habeant, & ſi quando per publica negocia licebit, cum tis quidem, ſed ut rex ſapiens affirmavit, fidiſſimis conſiliariis, colloqui dignentur. Nam cùm omnibus jucunda & neceſſaria rum cognitio; tum inprimis principibus. Itaq; graviter ſapiens ille Princeps dixit: *ſe non tantùm voluptatis cauſa legere hiſto-mere inde multis de rebus commonefactiones.* Quo animo quin nt C. C. virtutes Veſtræ & erga literas propenſio, dubitare nos tiuntur. Finem itaque ſcribendi quidem heic faciam; non au-ndi, ut DEUS qui eſt *vita noſtra & longitudo dierum noſtro-mutat tempora & ætates*; ſub SALOMONE Veſtro, imò

noſtro, Pio Felicique V. V. C. C. totique illuſtriſſimæ veſtr
longam felicemque vitæ concedat uſuram, gubernationem tr
omniaque ad hanc & futuram vitam neceſſaria bona, per & p
cum Salvatorem noſtrum JESUM Chriſtum. Exarabam d.
cembr. ingruente anno novo cIↃ. IↃc. XX. quem fauſtum
pacatumque cum toti Chriſtianæ Reipubl. tum inprimis ſua
triæ, ejusque Sereniſſimo Regi, principibus ac civibus ex an
tiſſimisque votis opto.

Veſtrar. Celſitud.

humil. ſervus

MELCHIOR A

SEBASTIANI HORNMO
J. V. D. S. PAL. LAT. COM. CONS
WIRTEMBERG. P. L.
ODE PURE JAMBICA,
In
Novum opus
MELCHIORIS ADAMI,
De
Vitis Jureconſultorum & Politicorum Germanoru

HABET ſuum peculiare quælibet
Decusque luminariumque natio,
Alens viros ſagacitate præditos,
Et omnibus ſcientiis vel artibus,
Futura fulcra principum, ſed interim
Fit hoc, ut alter antecellat alteri.

Homo negare nullus auſit, Auſones
Provinciasque cæteras habere nunc:
Ut in priore ſeculo peræqua ſors,
Fuit favorque Numinis, quod excitet
Adhuc viros præeminentis ingenI:
Idem celébre Numen haud minus locis
In his, quibus Thuiſconum provincia
Subeſt jacetque, nos at uniusmodi
Agamus huicce gratias ob hoc bonum.

Non invidebo cuique latifundio,
Ei nec auferam decus: ſed hoc loquor
Lubens, & inſero ſubinde chartulæ
Meæ: minore non cluere Teutones
Honore; quàm vel exteræ provinciæ
Viri velint haberier: nec eſt
Latinitatis artifex; nec in vad
Themiſta remigans natansque
In arte porrò queque Teuto c
Minor, ſed aut par eſt is, aut
Nec unus eſt apex: referre ſi
Eos metris Jambicis, relinquer
Dies & hora me. Proinde cor
Facit piéque, noſter integerri
Amicus hic ADAMUS: ha
Quòd accipit ſuum Dices ſace
Deæ coruſca fulcra, nempe M
Thuiſcones: in hocce colle ſe
Means videbit ædepol quid u
Decóris, artis, & præeminenti
Acervet, ac det alma noſtra pa
Ubi Lycæa condidére princip
In hoc & altero merente non
Ut Archithemiſta ſit, vocetur
Titulum ſibi reſervet, usque d
Themidisve ſol Theander ipſu
Eum coronet evehatque perpe

INDEX
IRECONSULTORUM
&
POLITICORUM,
UORUM VITÆ HOC IN VOLUMINE DESCRIBUNTUR, JUXTA ANNORUM EMORTALIUM ORDINEM.

	Pagina
annes Semeca 1267. *vel* 69.	1
Gregorius Heimburgius clar. 1430.	1.*b*
Caſpar Schlick 1449. *die* 6. *Julii*	3
olffus de lapide 1515.	4
ianus Brand 1520.	5
ngus Göden 1521. *d.* 21. *Januar.*	6
us Huttenus 1523. *d.* 29. *vel* 31. *Aug.*	6.*b*
rius Lamparter 1523.	13
d. Mutianus Rufus 1526. *d.* 30. *Mart.*	13.
ricus Zaſius 1584. *d.* 24. *Nov.*	15
es Ficinus flor. 1527.	19
nus König 1527.	19.*b*
ldus Pirckeimer 1530. *d.* 22. *Dec.*	19.*b*
ius Cantiuncula flor. 1530.	25
rius Haloander 1532.	28
us Everhardus 1532. *d.* 9. *Auguſt.*	29
s Baumgartner flor. 1533.	29.*b*
us Spengler 1534.	30.*b*
s Spigel flor. 1536.	31
es Metzler 1538. *d.* 2. *Octobr.*	31.*b*
pus Fürſtenberger 1540.	32.*b*
lus Münſterus 1540.	33
aſar Clammer 1542.	34
es Navius 1574.	34
annus Hartmanni 1547. *d.* 3. *Jul.*	34.*b*
dus Beutinger 1547. *d.* 28. *Decemb.*	35
s Langus flor. 1548.	36
ardus ab Eck 1550. *d.* 17. *Martii*	38
Buſlerus 1551.	39
ctus Pauli 1552 *d.* 3. *April.*	39.*b*
s Sichardus 1552. *d.* 9. *Sept.*	40
rtus Canterus 1553. *d.* 26. *Julii*	41.*b*
s Sturmius 1553. *d.* 30. *Octobr.*	42
ymus Schurffius 1554. *d.* 6. *Junii*	44
s Mylæus 1554. *d.* 15. *Aug.*	46.*b*
Stibarus 1555. *d.* 7. *Aug.*	48
nus Amelius flor. 1556.	50
ius Pontanus 1557. *d.* 20. *Febr.*	51
ngus Boſchius 1558.	53.*b*
Ferrarius 1558. *d.* 25 *Iulii*	54
rus Brand. 1558. *d.* 4. *Octobr.*	56
undus L.B. in Herberſtein vixit 1559.	57
us Gerbelius 1560. *d.* 20. *Ian.*	60.*b*
us Commerſtad. 1560.	61.*a*

	Pag.
Franciſcus Burcardus 1560. *d.* 15. *Ian.*	62
Gabriel Mudæus 1561.	64
Ioannes Vlattenus 1561.	67.*b*
Petrus Weſenbecius 1562. *d.* 18. *Febr.*	68
Bonifacius Amerbachius 1562. *d.* 24. *Apr.*	69.*b*
Ioannes Lucanus 1562. *d.* 1. *Maji*	70.*b*
Simon Piſtorius 1562. *d.* 3. *Decemb.*	72.*b*
Franciſcus Craneveldius 1564. *d.* 4. *Oct.*	74.*b*
Huldericus Iſelinus 1564.	75
Georgius Sigiſmundus Seldius, 1565. *d.* 26. *Maji.*	75.*b*
Hieronymus Baumgartnerus 1565. *ſub exit. anni*	78
Iuſtinus Goblerus 1567. *m. April.*	79
Ioannes Oldendorpius 1567. *d.* 3. *Iunii*	79.*b*
Iacobus Revardus 1568. *d.* 1. *Iunii*	81
Ioannes Schneidevvein 1568 *d.* 4. *Dec.*	81.*b*
Andreas Weſenbecius 1569.	84.*b*
Ioannes Lorichius Hadamarius 1570. *menſ. Iul.*	85
Iacobus Omphalius 1570.	86
Ioann. Vlricus Zaſius 1570. *d.* 27. *April.*	86.*b*
Vitus Polantus 1572. *d.* 27. *Ian.*	87
Wigandus Happelius 1572. *d.* 21. *Mart.*	88.*b*
Wolfgangus Streithius 11573. *m. Ian.*	88.*b*
Simon Schardius 1573. *d.* 26. *Maji*	90
Franciſcus Balduinus 2573. *d.* [illegible] *Nov.*	90.*b*
Hieronymus Gebhardus 1574. *d.* 12. *Maji*	92
Vlricus Mordiſius 1574. *d.* 6. *Iunii*	96
Vlricus Sitzingerus 1574. *d.* 2. *Nov.*	97
Conradus Heresbachius 1576. *d.* 14 *Oct.*	100
Ioachimus Hopperus 1576. *d.* 15. *Decemb.*	101
Viglius ab Aita Zuichemus 1577. *d.* 8. *Maji*	102.*b*
Chriſtophorus Carlevvicius 1578. *d.* 8. *Ian.*	107.*b*
Cyprianus Vomel. 1579. *d.* 5. *Maji*	108.
Conradus Matthæus 1580. *d.* 28. *Nov.*	108.*b*
Iodocus Damhauderus 1581. *d.* 22. *Ian.*	211
Ioannes Heincenberger 1581. 3 *Febr.*	211.*b*
Ioannes Fichardus 1581.	113.*b*
Ioannes Thomas Freigius 1583. *d.* 16. *Ian.*	114.*b*
Nicolaus Ciſnerus 1583. *d.* 6. *Martii*	115.*b*

	Pag.
Ludovicus Gremp. 1583. *d.* 11. *Martii*	118. *b*
Caſpar Wild. 1584. *d.* 6. *Febr.*	119. *b*
Ambroſius Lobvvaſſer 1595. *d.* 27. *Nov.*	121. *b*
Matthæus Weſenbecius 1686. *d.* 5. *Junii*	123
Michael Teuber 1586. *d.* 16. *Septemb.*	126
Petrus Beutrichius 1587. *d.* 12. *Febr.*	128. *b*
Henricus Huſanus 1587. *d.* 9 *Decemb.*	130. *b*
Andreas Gail 1587. *d.* 11. *Decemb.*	132. *b*
Joachimus Mynſingerus 1588. *d.* 3. *Maji*	133
Joannes Clotzius 1588. *d.* 5 *Aug.*	135
Petrus Peckius 1589. *d.* 16. *Julii*	137
Andreas Pauli 1590. *d. Maji*	137. *b*
Joannes Wameſius 1590. *d.* 22. *Julii*	138
David Lucanus 1590. *d.* 23. *Aug.*	139
Chriſtophorus Ehemius 1592. *d.* 1 *Junii*	141. *b*
Augerius Gislenius Busbequius 1592. *d.* 28. *Octob.*	145
Paulus Buſius 1594. *m. April.*	146
Joannes Borcholten 1594. *m. Nov.*	146. *b*
Eraſmus Neuſteter Sturmer dictus 1594. *d.* 23. *Novemb.*	147
Julius Beyma 1595.	148. *b*
Wenceslaus Zuleger 1596. *m. Febr.*	148. *b*
Georgius Tradel 1598. *d.* 17. *Febr.*	150. *b*
Philippus Marnixius 1598. *d.* 15. *Dec.*	152. *b*
Samuel Grynæus 1599. *d.* 3. *April.*	154. *b*
Petrus Heigius 1599.	155. *b*
Boetius Epo 1599.	156
Ioannes Wolffius 1600. *d.* 23. *Maji.*	156. *b*
Samuel Hornmold. 1601. *d.* 1. *Febr.*	159. *b*
Sebaſtianus Gerſtmannus 1601. *d.* 15. …	
Ioannes Banchemius 1601. *d.* 9. *Nov.*	
Georgius Thilo 1602. *d.* 6. *Febr.*	
Ioachimus à Berge 1602. *d.* 5. *Martii*	
Nicolaus Reusnerus 1602. *d.* 12 *Apri…*	
Ioann Hochman 1603. *d.* 24. *Iul.*	
Iacobus Monavius 1603. *d.* 6. *Octob.*	
Ianus Duza 1604.	
Nicolaus Varenbuler 1604. *d.* 20. *A…*	
Ioannes Antrecht 1607. *d.* 20 *Maji*	
Henricus Strobandus 1609. *d.* 20. *No…*	
Sigfridus Clotzius 1610. *d.* 7. *Marti…*	
Laurentius Zincgref. 1610. *d.* 24. *Iun…*	
Cornelius Grotius 1610. *d.* 25. *Iulii*	
Gerhardus Tuningius 1610. *d.* 19. *A…*	
Petrus Denaiſius 1610. *d.* 20. *Septem…*	
Ioann. Georgius Godelman. 1611. *d… Martii*	
Hippolytus à Collibus 1612. *d.* 2. *Febr.*	
Georgius Obrechtus 1612. *d.* 7. *Iunii*	
Wenceslaus à Zedlitz 1613. *d.* 24. *Ap…*	
Conradus Rittershuſius 1613 *d* 25. *Ma…*	
Reinerus Bachofen ab Echt. 1614. *d… Febr.*	
Marquardus Freherus 1614. *d.* 13. …	
Marcus Velſerus 1614. *d.* 13. *Iunii*	
Iacobus Bordingus 1616.	

ELENCHUS SECUNDU…

JCtorum & Politicorum Germanorum, quorum Vita… continentur, Nomina juxta Alphabetum recenſens.

A.

Ambroſius Lobvvaſſer	121. b
Andreas Gail	132. b
Andreas Pauli	137. b
Andreas Weſenbecius	84. b
Augerius Gislenius Busbequius	145

B.

Balthaſar Clammer	34
Benedictus Pauli	39. b
Bilibaldus Pirckeimerus	19. b
Boëtius Epo	156
Bonifacius Amerbachius	69. b

C.

Caſpar Schlick	5
Caſpar Wildius	119. b
Chriſtophorus Carlevitius	107. b
Chriſtophorus Ehemius	141. b
Chilianus König	19. b
Claudius Cantiuncula	28
Conradus Hereſbachius	100
Conradus Matthæus	108. b
Conradus Mutianus Rufus	13
Conradus Peutinger	35. b
Conradus Rittershuſius	212
Cornelius Grotius	
Cyprianus Vomelius	

D.

Daniel Stibarus	
Dauid Lucanus	

E.

Eraſmus Neuſtetter Sturmer dictus	

F.

Franciſcus Balduinus	
Franciſcus Burcardus	
Franciſcus Craneveldius	

G.

Gabriel Mudæus	
Georgius Commerſtadius	
Georgius Obrechtus	
Georg. Sigiſmundus Seldius	
Georgius Thilo	
Georgius Tradelius	
Gerherdus Tuningius	
Gregorius Haloander	
Gregorius Heimburgius	
Gregorius Lamparter	
Gregorius Pontanus	

H.

artmannus Hartmanni 34.b
enningus Göden 6
enricus Huſanus 130.b
enricus Strobandus 187
ieronymus Baumgartnerus 78
eronymus Gebhardus 92
eronymus Schurff. 44
ppolytus à Collibus 207
ldericus vide Ulricus.

I.

obus Bordingus 482
obus Monavius 178.b
obus Omphalius 86
obus Revardus 81
obus Spiegel. 31
obus Sturmius 42
us Duza 179.b
chimus à Berge 164.b
himus Hopperus 101
chimus Mynſingerus 133
nes Antrechtus 186.b
nes Banchemius 162
nes Baumgartner 29.b
nes Borcholten 146.b
nes Clotzius 135
nes Ferrarius 54
nes Fichardus 113.b
nes Ficinus 19
n. Thomas Freigius 114.b
n. Georg. Godelmannus 205
nes Heincebergerus 211.b
es Hochmannus 176.b
es Langus 36
es Lorichius Hadamarius 85
es Lucanus 70 b
es Metzlerus 31.b
es Mylæus 46.b
es Navius 34
es Oldendorpius 79.b
es Schneidevvinus 81.b
es Semeca 1
es Sichardus 40
es Vlattenus 67.b
es Wameſius 138
s Wolfius 156.b
s Ulricus Zaſius 86.b
us Damhauderus 211
Beyma 148.b
s Goblerus 79
lff de Lapide 3

L.

tus Canterus 41.b
ius Zincgrefius 196.b
Spengler 30.b

Leonhardus ab Eck 38
Ludovicus Grempius 118.b

M.

Marcus Velſerus 480
Marquardus Freherus 473
Martinus Amelius 50
Matthæus Weſenbecius 123
Michaël Teuberus 126

N.

Nicolaus Ciſnerus 115.b
Nicolaus Everardus 29
Nicolaus Gerbelius 60.b
Nicolaus Reuſnerus 174
Nicolaus Varenbulerus 181.b

P.

Paulus Buſius 146
Petrus Beutrichius 128.b
Petrus Buſlerus 39
Petrus Denaiſius 203.b
Petrus Heigius 155.b
Petrus Peckius 137
Petrus Weſenbecius 68
Philippus Fürſtenbergerus 32.b
Philippus Marnixius 152.b

R.

Reinerus Bachofen ab Echt 215

S.

Samuel Crynæus 154.b
Samuel Hornmold 159.b
Sebaldus Münſterus 33
Sebaſtianus Brand 5
Sebaſtianus Gerſtman 160.b
Sigfridus Clotzius 195
Sigiſmundus Baro in Herberſtein 57
Simon Piſtorius 72.b
Simon Schardius 90

T.

Theodorus Brand. 56

V.

Viglius ab Aita Zuichemus 102.b
Vitus Polantus 87
Ulricus Huttenus 6.b
Ulricus Iſelinus 75
Ulricus Mordiſius 96
Ulricus Sitzingerus 97
Ulricus Zaſius 15

W.

Wenceslaus à Zedlitz. 210
Wenceslaus Zulegerus 148.b
Wigandus Happelius 88.b
Wolfgangus Boſchius 53 b
Wolfgangus Streithius 88.b

(o)

JUSTINIANUS IMPERATO

&

SEMPER AUGUSTUS

In Anagrammatiſmo,

PRIMUS EGO SUM VESTRA JUR APTE INSTITUENS.

Ad LL. ſtudioſos.

PRIMUS EGO SUM *veſter honos, amor unicus*, APTE
VESTRA *pol* INSTITUENS JURA *decusq́, fori*,
En ego, qui vaſti numeroſa volumina Iuris
In parvum retuli Iuſtinianus opus,
Eximiæ virtutis opus ſtudiumq́, probatum,
Sedula res, ſummo dignus honore labor.
Unde juventuti, flores quæ colligit iſtos,
Conſultum mirâ dexteritate reor.
Hac ratione rego terras, bliteoq́, popello
Monſtro modos pacis pulcraq́, cuncta fori.
Ergò quis humani cœtûs mea lemmata temnet?
Quisve procax tanti corporis oſor erit?
Ille ſerenatæ credetur lucis ab orbe
Terrarum rutilans abripuiſſe jubar.
Talis homo ruit in præceps, bona publita ventis
Credit, & ipſius fœtor inhæret aquis.
Nunc leges age tolle meas, quid porro ſequetur?
Dicimus hoc uno nomine, Barbaries.
Nec ſatis illud erit, ſed poſtquàm fræna capeſſet
Vis, erit imperii vaſta ruina mei.
Bellonæ rabies & cruda licentia ferri
Mox aderit gliſcens, quam vagus error aget.
Quid naſci tu rere boni, ſi publica peſſum
Scripta bipartiti Iuris itura vides?
Iuſtitiæ præiturus ego ſum ſemper & æquo,
Eſt etenim vitæ docta magiſtra meæ.
Quam ſi nec prece nec precio mortalia curant
Pectora, quid ſolidæ laudis habebit homo?
Impunita ſinunt qui crimina prorſus abire,
Et non caſtigant cum gravitate probrum:
Verbera nec fremitu poſcunt, nec d… rum
Abſtruſum latebris, jure monente…
Hi non ſunt homines, ſed inania pond…
Sub quorum fibris dira venena la…
Mentis acumen habent, ſed vah! f… tinctum;
Sunt excœcati ſordiditate luti.
Leges tolle, ruent antiquis ſedibus …
Convulſæ, decus heu corruet omn…
Non poſthac pudor almus erit, mod… honeſti
Stertet: homo ſubitò totus agreſt…
Dentibus inſtar apri frendet, moresq…
Induet, & dumis obſita tesqua pe…
Sentiet hæc mala de fædis velut ort…
Confuſumq́, chaos, qui mea Iura …
Qui ſtruit inſidias, & honora rep… gum
Frangit, eum poſthâc gloria nulla…
At quem verus amor ſtudiumq́, mo… æquum
Ac jus, tunc illi ponè paratus ero…
Non fruſtratus erit labor ille, quòd o…
Conſina divinis legibus eſſe velim…
Huc igitur flectas animum ſtudioſa …
Te poterit facti pœnituiſſe nihil.
En Adriadnæo dum te quaſi ductito…
E Labyrinthæis te revocabo techn…
Hæc velut Ægides comitantia fila …
Non ſunt ambages, nil ibi frau…
Summa; leges legum perſæpe volumi…
Fama renaſcentis poſteritatis eri…

Sebaſtianus Hornmolt.
S. Pal. com. conſil. W…
Poët. Laur.

VITÆ
[G]ERMANORUM JURECONSULTORUM & POLITICORUM.

JOANNES SEMECA.

GERMANORUM Juriſconſultorum primus occurrit JOANNES SEMECA, aliis *Joannes* der Deutſche/ *Joannes Teutonicus*: qui barbaro illo, quo vixit, ſeculo, tantum
[...]one & pietate valuit, ut *Halberſtaten*[...] *Stephanum* eccleſiæ præpoſitus fue[...]
[...]natus.

Herculeâ, ut annales loquuntur, au[...]
[...]imus aggreſſus eſt gloſſare *Decretum*,
[...]*ratiano* * compilatum, quod ante
[...]m nemo, & poſt eum excellentius
[...]acere potuit.

[...] *Clementi IV.* P. P. tunc per Germa[...]
Galliam decimas à Clero, in redem[...]
[...]terræ ſanctæ, † exigenti, appellatio[...]
[...]poſuit. Videbat enim Pontifices eâ
abuti, atque eo prætextu, Germa[...]
[...]hauriri. Papa igitur *Semecam*, pro[...]
[...]eritatem, uti dicebat, excommuni[...]
[...]c præpoſiturâ privavit. Sed erant
[...]m magni in Germania viri, qui *Se*[...]
[...]deſerendum non putabant. Verùm
[...]endere videbantur mala, mors di[...]
[...]uæ tam Pontificem, quàm * *Seme*[...]
[...]vi ſuſtulit, ſub annum Chriſti *mille*[...]
ducenteſimum, *ſexageſimum ſepti*[...]
[...]el, ut alii, *nonum*.

[...]turus dixiſſe perhibetur, Wir ha[...]
[...]unſerm Leben gehabt/ die für uns
[...]Chor gegangen/ die für uns haben
[...]er gebauet/ die für uns Meſſe ge[...]
und *horas Canonicas* gebetet/ wo
[...]ir nu einen nehmen/ der für uns in
[...]e fahre/ und wir erlöſet werden?
[...]*ità quidem noſtrâ habuimus, qui pro*
[...]*rum frequentarent, qui pro nobis agros*
qui pro nobis Miſſas celebrarent, &
[...]*nonicas orarent; ſed ubi nunc unum*
reperiemus, qui pro nobis in Gehen[...]
[...]*endas, & nos liberet?*

Sepulcro ipſius hi inconditi verſus, ut erant tempora, inſcripti fuerunt: *Epitaph. Semecæ.*

Eſt, erit, atq; fuit, qui deſiit eſſe Joannes,
Dogma viget, viguit: florebit in omnibus annis,
Lux Decretorum, dux doctorum via * *virum.* (* Morum.)
Hic jacet, & placet, ut vacet a pœnis miſerorum.

Adſcribitur ei & tale epitaphium.

Riſi, ploro, fui, non ſum: ſtudui, requieſco:
Luſi, non ludo, cecini, muteſco: nutrivi
Corpus, alo vermes: vigilavi, dormio: dixi
Salve, dico vale: rapui, rapior: ſuperavi,
Vincor: certavi, pace utor: jure ego vixi,
Jure igitur morior: non obſto, obſtare nequirem:
Terra fui quondam, rurſus ſum terra: nihil ſum,
Terra ea dura vale, vermes ſalvete, recumbo.

Albertus Crantz. lib. 8. Saxon. c. 27. Abb. Urſperg. in Chronic. alii.

GREGORIUS HEIMBURGIUS.

Clar. circa An. 1430.

GREGORIUS † *Heimburgius* & eruditione & prudentiâ ſuâ effecit, ut utriusque Juris Doctor renunciaretur, ſub initium concilii Baſilienſis, anno *milleſimo, quadringenteſimo triceſimo*. Cum autem poſtea *Eugenius* ſeſe huic concilio opponeret, atque ſuum primatum ſtabilire anniteretur: Heimburgius, ferventi ſpiritu commotus, contra primatum Papæ, præſertim politicum, brevem ac eruditum libellum conſcripſit. Compoſuit & plures orationes & epiſtolas, atque appellationem pro *Sigiſmundo* Duce Auſtriæ contra Papam. Cum enim Sigiſmundus cum *Nicolao Cuſano* Cardinale & Apoſtolico Legato contentionem habuiſſet, atque res à verbis ferè ad verbera perveniſſet: Sigiſmundus hunc Heimburgium Romam miſit, ut cauſæ ejus patrocinium ſuſciperet.

Alii † Georg.

Iuris Doctor renunciatur.

Scribit contra Papæ primatum.

Verum Pontifex Pius II. hujus orationis vehementiâ commotus, & ducem & ejus nuncium excommunicavit. De qua controverſia paralipomena Urſpergenſis.

Excommunicatur.

Habitavit aliquandiu *Baſileæ* in concilio, atque *Æneæ* illi *Sylvio* familiaris fuit. Poſtea *Noribergam* venit, atque eorum Syndicus ordinatus ipſos *triginta annos* ibidem magnâ in exiſtimatione vixit, ita ut etiam apud Italos, præſertim Venetos, magni nominis eſſet.

Agit Syndicum Noriberg.

Vocat is in libello contra Papæ primatum, Papam & ejus ſpirituales *Synagogam Babylonem*, & *meretricem Babyloniam*, jubetque omnes ab eâ exire, & pœnas imminentes prædixit. Accuſat & Doctores, quod partim *metu*, partim *ſpe lucri* non contradicant erroribus Papæ; ſed tacentes eos invaleſcere patiantur, *Liberius fuit*, inquit, *à multis annis de poteſtate Dei, quam Papæ prædicare* „ *vel diſputare. Homines enim vino dictæ* „ *meretricis inebriati, dulcedine mulicbrio-* „ *ſâ tacti, adulantes ſacram ſcripturam ex-* „ *ponunt, omnia in confirmationem erroris* „ *retorquentes.* Commemorat quoque quibus artibus Papæ Imperatores & totum Imperium pedibus ſuis ſubjecerint. Itaque Papa Pius ſecundus olim ejus ſummus amicus eum excommunicavit, & ad Norimbergenſes epiſtolam ſcripſit, quæ ordine eſt quadringenteſima. Verum ipſe à Pontifice ad concilium appellavit.

Invehitur in Pontificios.

Cur quidam Papæ non contradixerint.

Cum autem factio Papæ ei moleſta eſſet, in Bohemiam abiit, & ibidem (ut Crantzius habet) uxorem duxit. Aliquot tamen annis poſtea à *Dithero* Moguntino præſule in Germaniam revocatus fuit. Itaque ob linguæ libertatem variam fortunam expertus eſt, atque ea, quæ futura poſtea eſſent, multis prædixit.

Abit in Bohemiā

Revocatur.

Scripſit, ut dictum, varias orationes pro defenſione Sigiſmundi Ducis Auſtriæ, & appellationem à ſententia ſummi Pontificis. Fuitque, teſte Æneâ Sylvio, ſcientia juris ac facundia inter omnes Germanos ſuo ſeculo facilè princeps. Aliquando, ut idem refert, cum domum ex curiâ Cæſaris, in qua diu fuerat verſatus, revertiſſet, atque non procul ab urbe Norimbergâ amicum offendiſſet, qui uxorem vivere & benè valere diceret: *Si vivit uxor*, inquit, *ego obii.*

Sylvii de eo teſtimonium l.3. de dict. & fact. Alphon.

Exemplum lubet addere, epiſtolæ excommunicatoriæ *Pii* II. P. P. adverſus Heimburgium::

Exemplum epiſt. excommunicatoria P. P.

Pius Papa II. Dilectis filiis Burgimagiſtris & Senatui oppidi Nuremberg.

S. & A. B.

Salvator humani generis in hunc veniens mundum ut ex mortalibus genitus, Dei filios & ſibi ipſi in ſummi patris ſui regno cohæredes efficeret, unum ex omnibus fidelibus in eum credentibus regnum conſtituit, idq; unam ipſius eccleſiam nuncupavit, cujus ipſe caput eſſet, & regnator ſempiternus. Viſibilem verò humanis oculis præſentiam ſui per admirabi-
lem ad patrem omnipotentem aſcenſum
do ſubtracturus, Petrum Apoſtolorum
pem ejusq; legitimos ſucceſſores, vica
cum plenitudine poteſtatis ad propria
nationem eccleſiæ ſubſtituit, tribuens o
dam per temporalem ſucceſſionem vic
terris ac ipſis in cœlis omnia ligandi ſ*
que præcipiensq; diſtricte ipſos audiri,
rum juſſionibus permonſtrari. Quo
transgreſſores veneno imbuti eos non a
hujusmodi omnes pro excluſis à ſuo re
ctisq; à ſancta eccleſia inter ethnicos &
canos, cum perditionis & mortis fili
computari. Cum enim nullum regn
ipſius domini noſtri verbis didicimus,
viſum ſtare poſſit, quo nam modo ſ
ctum ſtabit eccleſiæ regnum, ſi illi qu
ſupremi Regis vicario parere contemn
regni non valeant ſorte depelli. Adv
inquaſſabile fundamentum & eccleſiæ
petram hæreſis quædam à parvo temp
ſenſum viſa ſuboriri, pullulavit, quæ ſu
veſtibus lupos rapaces intrinſecus, ce
appellationis ſpeciem eccleſiæ ſatagit u
convellere. Nam ſi qua Chriſti unic
rius canonibus ſacris etiam, & Juriſc
hærendo decrevit ſtatuitque, & ſervā
gnum eſt, præcepit, calumniatores ma
perverſi ſubterfugere juſtitiam præ
per ludibria frivolarum appellationum
turum concilium, ceu ad id quod nusq
ac ſupra Chriſti vicarium eſſe aut rep
quit, obedientiam quæ eſt de neceſſitat
& ſalutis univerſorum improbè decl
temere. Hanc igitur diabolico ſpiritu &
ctu novitatem exortam conſiderantes,
eccleſiæ catholicæ non tamen enervation
everſionem in Mantuano conventu ſæpè
tumve diſcuſſam de venerabilium fratr
ſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card
pluriumq; aliorum præſulum & perito
aderant, maturo conſilio & conſenſu i
di appellationes damnavimus. Atq; it
lantes, Notariosq; ac teſtes & adhæren
nes excommunicavimus, læſæq; majeſt
reſis crimina & penes eo ipſo illos diffi
incidiſſe, prout in Apoſtolicis literis ſu
confectis plenius continetur. Cæterum
nibus non obſtantibus quidam ex patre
mendaciorum artifice natus Gregorius d
huc nomine, avaritiæ contaminatus ill
ſuperatus ardoribus, quæ eſt, ſervitus id
de menſe Auguſti proximè præterito
ſolenni declaratoria ſententia, qua Se
ſtentes, impium Sigiſmundum & prin
Auſtriæ ob notorium ſacrilegium propt
lem perſecutionem, in perſonam dilecti
ſtri, Nicolai, tituli. S. Petri ad vincula
Romanæ Eccleſiæ presbyteri, Cardinalis
ſcopi Bixinenſis, & rapinam bonorum
illius perpetratum, Juriſcripti pœnas d
vimus incurriſſe, à nobis ad futurum
lium, improbam, nefariam, temerariam
tioſam, deniq; appellationem dictavit.
lius interpoſitionis per dictum Sigiſm
factæ, ipſe dictator in originali inſtr

F

entia ad valvas eccleſiæ affixo teſtis inſcri-
r. Quod quia loquax ille præſumtuoſus,
ræceps, mendax atq; turbulentus, temera-
ob iſtud facinus excommunicatus exiſtit,
inaq; & pœnas incidit læſæ majeſtatis, atq;
ſis, adeò ut ultra execrationem honore
i & bonis jure ſit privatus. Devotiones
as in domino requirentes admonemus hu-
odi peſtiferum hominem pro tali excom-
icato habeatis & privato: à veſtrisq; civi-
omnibus haberi mandetis. Ipſumq; non
n vitetis, ſed procul ejiciatis ab oppido &
inio veſtro, & bona quæcunq; habet apud
am mobilia, quàm immobilia, fiſco veſtro
cetis, & alia omnia faciatis, quæ contra
icos de jure Canonico fieri mandantur. In
os nobis oſtendetis exhibebitisq; Catholicos,
plenè confidimus, & Deo gratos cives, in
pernicioſum Eccleſiæ Chriſti perſecutorem
deles & ſanctæ Romanæ eccleſiæ obedientes
dendo. Nobisq; in hoc eo magis devotiones
lacebunt, quantò ſcimus plurimum eſſe
charum, & eccleſiæ ſuæ parentelæ ac
nis neceſſarium, quod profugus iſte peſti-
ſacrorum contemtor ab omni expellatur
rſatione, & conſortio Chriſtianorum.
e nobis, quid egeritis, per literas veſtras
ibatur. Datum Romæ apud S. Petrum
nnulo piſcatoris, die XVIII. Octobr.
M. CCCC. LX. Pontificatus noſtri
tertio.
äntz & ex eo Illyricus in catalogo te-
veritat. Opera Æneæ Sylvii, alii.

CASPAR SCHLICK.

Aſpar Schlickius, matre Italicâ ex co-
mitibus Alti collis agri Tarviſini, pa-
erno natus, ex familiâ Lazanâ, pro-
Franconiæ, cùm à teneris ad litera-
tudia gnaviter incubuiſſet, doctrinæq;
ectilem non contemnendam ſibi com-
et, accedente ſingulari prudentiâ &
facundia, à *Sigiſmundo* Cæſare in aulam
lſcitus, atque ſecretarii, mox cancella-
nus obire juſſus.
in officio ardua Imperii negotia magnâ
diligentiâ expedivit, atque controver-
urimas prudenter compoſuit. Anno
imo, quadringenteſimo, trigeſimo pri-
urante ſynodo Baſileenſi, cum Cæſare
undo in Italiam eſt ingreſſus, ac Romæ
tationi ejuſdem ab *Eugenio* P.P. factæ,
it, & (verba Æneæ Sylvii ſunt) mili-
i ſuſcepit, & aureum calcar. Eodem
re dum Senis Imperator, ob Eugenii
m à ſe alieniorem, aliquantiſper ſubſi-
chlickius formo & blanditiis illectus
re cœpit quandam juvenculam patritii
s. Amores iſtos poſtea Sylvius deſcri-
o *Euriali* & *Lucretiæ* nominibus, cu-
en eum Pontificem factum pœnituit*.
n autem Schlickius Auſtriacæ domui
editiſſimus, apud *Sigiſmundum* Cæſa-
cùm aliis unicè egit, ut *Albertum* Au-
m generum ſibi eligeret, elocatâ ipſi
Eliſabetha filiâ, & dote oblatâ ampliſſimâ. *Conciliat. nupt. inter Albert. & Eliſabeth. Sigiſm. f.*
Idem Schlickius Sigiſmundo Auguſto paulo
ante obitum Albertum illum ſucceſſorem no-
minante, & à proceribus Hungariæ ac Bo-
hemiæ, ut ratam ſuam voluntatem haberent,
petente; ad Albertum miſſus legatorum
princeps fuit, eique in cancellariatu, dum
ſummæ Imperii Romani præfuit, fideliter
ſervivit, atque tam ſub *Alberto II.* quàm
Friderico III. Auguſtis, cancellarius res ma- *Cancellar. fit Albert. Item Frideric. III.*
ximas patravit, fuitque ob vitæ integrita-
tem Germaniæ principibus & toti nobilitati
gratiſſimus.

Itaque *Fridericus* Cæſar virum de Auſtria-
cis principib. & Rep. præclarè meritum *Co- Creatur Comes.*
mitis de Baſano titulo exornavit, atque bo-
nis & poſſeſſionibus multis in finibus Marchæ
Tarviſianæ ditavit, cùm jam antea à prioribus
Dominis parte Joachimicæ vallis eſſet dona-
tus. Virtute itaque Duce, comite fortuna Co-
mes factus, illos nobis in orbem Dynaſtas
produxit, qui etiamnum in valle Joachimicâ
ac finibus Bohemiæ amplam obtinent ditio-
nem, & vulgo *Comites de Schlick à Baſano*
& Weiſſenkirch nominantur.

De hac vitâ diſcedit apoplecticus Heros *Moritur.*
hic virtute & doctrina verè illuſtris, anno
milleſimo, quadringenteſimo, undequinquage-
ſimo, die Sabbati poſt feſtum *S. Ulrici* * E- ** d. 6. Iul.*
piſcopi, Viennæ Auſtriæ, apud Carmelitas
cum conjuge humatus.

Æneæ Sylvii poſt Pii II. Pontificis, qui *Elogium ejus à Sylvio.*
cum ſingularis ipſi interceſſit amicitiæ uſus,
hoc de Schlickio eſt elogium, quod totum,
ut ipſe ſcriptum reliquit, apponere lubet: *Vir*
(inquit) *ingenio dextro, facundia ſuavi, do-*
ctrinæ cultor, ad omnia genitus, quæcunque
ageret. Quem usq; adeò fortuna & virtus
extulit, ut quod erat prius inauditum, trium
Cæſarum, ſucceſſivè regnantium, cancel-
lariæ præfuerit, unus ex Ducibus Sileſiæ filiam
ſibi in matrimonium tradere non recuſarit. Si-
giſmundus illi Egram & Cubitum, & alia in
Franconia oppida dono dedit: Albertus in Hun-
garia Caleſium & Albam eccleſiam, Fredericus
in Auſtria Graciam. Verſatile profecto inge-
nium, & naturæ bonitas ſingularis, quæ inter
tot Imperatores, moribus prorſus diſpares, pari
gratia vivere potuit. Nos hujus amicitia in
curia Frederici Cæſaris uſi, ſi quid profecimus,
quod ſcimus quam tenue eſt, adjumento ejus
conſecuti ſumus. Epiſcopatum certè Tergeſti-
num, unde reliquæ dignitates provenere, ipſe
nobis primus committi curavit. Hæc Sylvius.

Staturæ fuit non eminentis, ſed lætæ gratæ- *Proſopographia Schlickii.*
que habitudinis, illuſtribus oculis magis ad
gratiam tumeſcentibus, cæteris membris non
ſine quadam majeſtate decoris naturæ corre- *Apophth. ejusd.*
ſpondentibus. Optaſſe ipſum Sylvius ſcribit*: ** lib. 1. de dict. & fact. Alphonſ.*
ut omnes reges aliquando privati & pauperes
fuerint, neq; enim ſatis miſereri, qui nun-
quam fuiſſet miſer, quo alluſit forte ad illud
Maronianæ Didonis:

Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Æneas Sylvius hiſtor. Bohem. c. 53. Chroni-
con Chronicorum, alii.

☉ 1515.
d. . . .
ᴁt. 9. circit.
Familia nobilium von Stain.

ITELWOLFUS de LAPIDE.

CELEBRIS eſt à multis ſeculis, in Suevia familia *nobilium* vom Stain / vulgò de lapide, de quorum majoribus hic ſaltem nominamus tres equites auratos, *Berchtoldum*, *Conradum*, & *Joannem*, qui anno *milleſimo*, *quadringenteſimo*, *quinquageſimo*, condiderunt monaſterium Eremitarum *S. Auguſtini Wileræ*, ubi & ipſi cum uxoribus ac liberis ſepulti perhibentur. Hac in familia natus eſt. * *Itelvvolfus vel* Eitelwolff vom Stain / circa annum *milleſimum*, *quadringenteſimum ſexageſimum ſextum*. Literas Latinas in *Italia* didicit, præceptore uſus potiſſimum *Philippo Beroaldo*, quem & liberalitate ſingulari ſibi devinxit. Poſtea cùm & Græca attigiſſet, à ſuis è medio ſtudiorum curſu domum revocatus eſt: de quo ſæpe fuit conqueſtus.

Cruſ. lib. 7. annal. p. 346.
* *Itel eſt* ἔυθυ ☉.
Natalis Itelvvolfi.
In Italia dat operam literis.
Philipp. Beroald. obiit 1510. ætat. 60.
Domum revocatur

Cùm ergò Germania tunc temporis illum ferè unum & primum equeſtris ordinis haberet, qui cum decoribus familiæ atque rerum magnarum adminiſtratione, literarum ſtudia conjunxiſſet, charus fuit *Maximiliano I.* Imperatori, à quo cum accepta laurea, & Orator & Jureconſultus ſalutatus eſſet, non ſolùm non uſurpavit ipſe titulos, ſed & factum hoc ab amicis accuſavit. Adeo fugit arrogantiæ opinionem. *Joachimi* præterea Marchionis Brandeburgici rebus magno fuit adjumento, eique autor extitit cum aliis ſcholæ *Francofurti* ad *Viadrum* * aperiundæ: ſed de quo ſuo facto poſtea doluit, cum ab *indoctis doctis, non à Græcè & Latinè eruditis eam poſſideri* videret. Amatus & ab *Alberto* principe, Archiepiſcopo *Moguntino*, & ob animi dotes aulæ ac urbi præfectus, potuitque apud eum tantum quantum pauciſſimi.

Princeps nobilium literatorum in germania.
Charus Maxim. Cæſari.
Poeta & Orator ſalutatur.
Gratus Ioachim. Brandeb.
Auctor Ac. Fr.
* *Factum id. ann. 1506. 27. April.*
Præficitur aulæ Moguntinæ.

Omni in vita laboris fuit patientiſſimus, egit omnia indefeſſus, neque ceſſavit ferè unquam. Cujus rei cum à medicis eſſet fideliter monitus, obſecutus fuiſſet, ſi quid amore ſic affecti erga ſe principis quieſcere potuiſſet. Inter equitandum nunquam non aliquem ſecum ex auctoribus melioris notæ habuit, neque unquam ſine libris fuit viſus, quos *alterum genus armorum* ſolitus fuit appellare. In ſoluta oratione dilexit *Livium*, ex Poëtis poſt *Virgilium Lucano* dedit operam, cujus omnes Orationes & Catalogos memoria fuit complexus. Inter eos autem, qui ſua ætate literis clari, plurimum ſuſpexit *Mutianum Rufum*, ex epiſtolis & amicorum commendatione ſibi cognitum. *Vigilantium* autem quendam, anno *duodecimo* poſt *ſesquimilleſimum* à Suevicis latronibus occiſum, Germanorum appellavit diſertiſſimum, & quamvis ſæpe audiret eum, nunquam tamen ſatis eum audire dixit. *Eobanum Heſſum* in carmine prætulit omnibus, cujus olim *eclogas* viderat, & paulo ante obitum, etiam *Heroidum Chriſtianorum* opus, Hutteno afferente. Antea multum tribuerat *Bohuslao de Haſſen-*

E veterib. quos æſtimarit.
Ex recentioribus item.
Vigilantius Germanus eruditus.
Eobanus Heſſus.
Bohulaus de Haſſenſtein.

ſtein Boëmo, quem *nobilitatis columen* a
lare ſolitus fuit, & * mortuum famili
doluit. Otii autem ſui ſedem *Moguntia*
legerat, ubi ſcholam literariam, qualis i
ropa non eſſet, paravit inſtruere, partim
cipis ſui munificentia, partim ſua pecuni
tim ejectis inutilibus profeſſorculis, eor
ſtipendiis ad meliorem uſum converſis
hæc & alia agitantem atque parantem i
tura mors abripuit anno Chriſti *mille*
quingenteſimo, *decimo quinto*, cum no
quinquageſimum annum ipſe attigiſſet.

Fuit hic eques illo ævo clariſſimus,
ſter curiæ apud Moguntinum Epiſco
civitatis Moguntinæ præfectus, ſumm
tor literarum & literatorum omnium
viciſſim charus omnibus. Latinè promtè
corruptè locutus eſt, ſcripſitque epiſto
ſtigatè Latinas. Humanitas in eo fui
major, quam in aulicum credatur c
Itaque magnus ad eum literatorum fu
curſus, quos admiſit humaniter, ju
quibus modis potuit liberaliter. In d
habuit, ſi quod ad ſe carmen, aut e
ab aliquo erudito eſſet ſcripta. Amavi
alios *Ulricum Huttenum*, cui & locum
la *Moguntina* impetravit, cumque pr
ad ipſum ille in docto uni conventu
num adductus eſſet ab affine, hiſce v
Hic eſt ille meus Itelvvolfe, at *non minus*
ſubjecit ille. Et cum ab *Alberto* princi
centos aliquando aureos Hutteno att
dono: *Dat hoc*, inquit, *literis tuis pr*
Nec paſſus eſt quanquam ſplendida c
tione oblata perſuaderi Huttenianis, u
ligionem quendam ipſum præcipitare
agenti hoc abbati cuidam: *Tune*, ait,
genium perderes? Capnionis cauſam, qu
potuit, propugnavit: *Eraſmum* ſumm
xit. Itaque cum intellexiſſet aliquando
cofurti ad Mœnum eum in nundinis e
mul & *Capnionem*, ac *Hermannum Buſ*
cupidè eò acceſſit, eos una cum aliis p
ris literaturæ adſertoribus ſalutaturus.
quo die *Socraticum*, ut ipſe loquebatu
vivium apparaverat, calculo præpedit
& interim Eraſmus abiit, quod ipſe p
leſtè tulit, nec unquam calculi dolore
graviorem fuiſſe dixit, quàm eo die,
hoſpitio accepturus fuiſſet virum, qu
jorem Germania non haberet.

Fratres Prædicatores & Theologiſt
lonienſes pediculos Capnionis appellavit.
dam afferenti ſibi trivialem adverſus
lum medicinæ ſyntheſin, *à meo coco*, i
prius didici. Cum diceretur quidam e
tiſſimè ſcripſiſſe bellum Venetum,
mallem, inquit, *feliciſſimè geſtum*. Ja
alius vulnus quod in ore habebat, *hoc*,
tans, *accepi*, *cum in faciem hoſti ſtare*
ſpondit Itelvvolfus, *& ille*, *ut video*
Concertantibus inter ſe duobus verſi
ribus, cum alter dixiſſet, *aliquando*
carmen ſomniaſſe ſe, *quàm quod adver*
oſtenderet. Subjecit ipſe, *crebrò itaq*
Cum Marchicus quidam eques ipſu

ione inſolentiùs objurgaſſet, non eſſe æ-
ejus tantam, ut poſſet illa vel illa me-
ſſet, at *tu* inquit, *ô ſenex, tantum ea in*
ria habes, quæ annis quadraginta, aut
antè geſta ſunt, ego verò ea etiam ſcio,
duobus aut tribus retrò millibus. Hoc cum
et circumſtantium favor Itelvvolfum &
us excepit, illum, confuſio & pudor.
in ore habuit hæc: *Explorant adverſa*
, & *perducit ad ardua virtus.* Dicebat
frequenter *temporis ſtatum, poſterita-*
mam ſpectandam, opes ſuas & dignita-
ſſe onus, & impedimentum otii ſui dixit,
avitque *Mutiani* conſilium, qui mis-
à ſuo principe impetrata, ſcribarum
riæ, in qua verſatus erat, inſcripſit,
LETE SOLICITUDINES: do-
verò ſuæ: BEATA TRANQUIL-
AS. Penè moleſtè ferebat, ſi quis à ſe-
rædicatione commendaſſet quempiam,
brevi, inquit, *tempore omnia didicit?*
à quodam Theologo literas accepiſſet,
in ſalutatione ipſius nomine, cui erat
iptum, *ſacræ Theol. D. utinam doctus*
inquit, rejecitque literas, non eſſe o-
dicens perlegendi illiteratas literas, &
m arrogantes. Cùm quidam verè do-
eum accederet, rogans, ne moleſtè fer-
minem doctum ſibi moleſtum eſſe reſpon-
O utinam hodie tales multi!

ipſit *epiſtolas, & lib.* I. *de laudibus he-*
& virorum illuſtrium. Ex epiſtola Hut-
ad Jacob. Puchs canonic. Bamberg: &
ipolenſem.

BASTIANUS BRAND.

RGENTORATI, Imperii urbe
ſplendida, *Sebaſtianus* Brand/ Latinè
cognominatus, in lucem editus eſt, ſub
n Chriſti *milleſimum, quadringenteſi-*
quinquageſimum octavum. Hic poſt
prima, ut illo ſeculo tradebantur, lite-
fundamenta, *Baſileam* venit, ubi per-
artium humaniorum magiſterio, to-
optimis quibusque auctoribus in pu-
n proferendis, atque ab interitu vindi-
, mancipavit.

nde juvandæ rei literariæ cauſa publi-
n *Baſileæ*, tum *Argentorati* docuit: ma-
que & patriæ & ſibi nomen eruditione
quiſivit.

iit in patria *ſexagenario* major, anno
mo, quingenteſimo, viceſimo, Poëta
econſultus ſui ſeculi bonus, de quo ita
es Trithemius: *Sebaſtianus Titio, alias*
Argentinenſis natione Teutonicus,
juris Profeſſor inſignis, & tam in di-
criptis, quàm aliis ſecularis literaturæ
inis egregiè doctus; poëticam non me-
er callens, ingenio ſubtilis, eloquio di-
conſilio ac actione præcipuus, qui ſua
one atq; lucubrationibus * *Baſileam, in-*
Germaniæ urbem mirum in modum
t. Hæc Trithemius.

Fuerunt autem *Σύγχρονοι*, & eodem ſeculo floruerunt, *Petrus Crinitius, Jacobus Bergomenſis, Baptiſta Mantuanus, Jovianus, Pontanus, Raphael Volaterranus, Philippus Beroaldus*: in Germania autem *Joann. Trithemius, Joan. Nauclerus, Eraſmus Roterodam.* & hic *Brandus*: cùm jam crepuſculum eſſet illuceſcentis in patria noſtra politioris literaturæ.

Σύγχρονοι In Italia.

In Germania.

Scripſit tum metro tum proſa non pauca, de quibus ſunt:

Scripta Brandi.

Super titulis utriusq; juris liber I.
Roſarium D. Mariæ Sapphicum.
In *laudem Virginis* ænigmata vetuſta.
Virginalem conceptum poſſibilem eſſe.
Admiratio Mariæ adveniente angelo.
Salutatio angeli.
De *locis mirificis* B. Virginis.
Compaſſio Virginalis.
Conſolatio Chriſti ad matrem.
De *colaphis Chriſti.*
De *ingratitudine edentium* manna.
In *laudem* S. Sebaſtiani.
Vita S. Onophrii.
In *laudem* S. Valentini.
In *laudem* S. Ivonis.
Vita S. Bernardi.
In laudem ordinis Carthuſienſis.
De *contemtu ſeculi.*
Laudes B. Chriſtianæ propè Baſileam.
Contra advocatos calumniantes.
De *captivitate regis* Maximiliani.
Elegia in obitum Friderici ad D. Maximil. regem.
Variorum epigrammatum lib. I.
Juris civilis & canonici omnium titulorum *expoſitiones.*

Varia carmina in laudes ſanctorum, & *epithalamion Maximil.* regis & *Blancæ Mariæ* reginæ Roman.

Chronica * *Germaniæ*, præſertim *Alſatiæ* & urbis *Argentoratenſis.*

** Edita ſunt & adjuncta chronicis. Hedion.*

De *origine & converſatione bonorum regum*, & *de laude* civitatis *Hieroſolymæ*. Commentatus eſt præterea in quædam opera *Baptiſtæ Mantuani.* Scripſit etiam carmine Latino & rhythmis vernaculis ſatyras, ſeu *ſtultorum naviculam*, vel ut ipſe appellat *navem Narragoniæ.* Eo in libro cauſam & radicem omnium ſtultitiarum eleganter exprimit, mores hominum carpit, & ſingularia ſingulis remedia præſcribit.

Navis ſtultorum.

Exſtant in eum *epigrammata* quædam, de quibus hoc eſt *Eraſmi Roterodami.*

Eraſmi in Brandum epigramma.

Ad SEBASTIANUM BRANT
Archigrammateum Argentin.

Ornarunt alios ſuæ Camœnæ,
Ornas ipſe tuas magis Camœnas.
Multos patria reddidit celebres;
Urbem tu celebrem celebriorem
Multò conſtituis, Sebaſtiane,
Lingua, moribus, eruditione,
Libris, conſilio, ſeveritate.
Sic cum fœnore plurimo rependis
Acceptum decus, è tuo viciſſim
Illuſtrans patriamque literasque.

 Et

ET GEORG. F. TALE:

Culta ſatis nondum ſcribebas carmina Brande:
Sed vitium potius temporis illud erat.

NICOLAI item REUSNERI:

Juriſconſultus poteram & ſimul eſſe Poëta:
Barbaries ſecli ni vetet ipſa mei.

Ex catalogo ſcriptorum Germaniæ *Trithemii*, *Bucholceri* Chronologia: *Geſneri* bibliotheca, Tomo 2. deliciar. poëtar. Belgicorum.

HENNINGUS GOEDEN.

⊙ 1521. d. 21. Ian. ætat. . . .

Gœdeni celebritas. HENNINGUS GOEDEN Havelbergæ in Saxoniâ natus, Grammaticis ac dicendi artibus perceptis, ad Jurisprudentiam animum appulit, eaque in ſcientiâ tantum profecit, ut ad eum difficilimas ex totâ Germaniâ cauſas delatas eſſe acceperimus. *Elogium ejus à Klingio.* Hoc de eo *Melchior Kling.* teſtatur, ingenio, eruditione, & uſu excelluiſſe, tum verò incorruptæ veritatis in jure amantiſſimum, maximêque à ſophiſticâ alienum fuiſſe, & quod, ut perfectus artifex, viderit veros controverſiarum fontes, &, ut veteres loquebantur, *viderit*, *ubi eſſet*: nec à ſtatu aberraverit, nec ex ineruditis opinionibus centones congeſſerit, nec ut ſemidocti, umbras pro rebus ipſis, aut imaginationes à vulgo ſumtas propoſuerit, ſed nervos legum, & nativam ſententiam juris ſummâ dexteritate in pronunciando expreſſerit.

Quæ cùm ſit præcipua laus artificis, meritò Henningus inter laudatiſſimos, & ingenio, doctrinâ, prudentiâ, dexteritate præſtantiſſimos numeratur: imò Henningum *Monarcha juris Gœden.* tum temporis *Monarcham juris* nominatum paſſim fuiſſe, hiſtoriæ docent.

Docet & dicit jus Erphordiæ. Primùm autem jura publicè docuit dixitque *Erphordiæ*, ac fuit non tantùm juris ibi Profeſſor, ſed eccleſiæ quoque B. Mariæ Erphordienſis ſcholaſticus & Canonicus. *Wittembergam evocatus venit.* Erphordiâ Wittembergam vocatus, ubi *Fridericus* III. Elector Saxoniæ, Pontifici Romano pro confirmatione bis mille Ungaricis aureis numeratis, Academiam haud ita pridem * aperuerat: ſacras ibidem leges ſuo loco eſt profeſſus; & reſponſa vitæque conſilia prudentiſſima petentibus dedit, adeò ut præclaram ſolidæ in legibus ſcientiæ, & accuratiſſimæ legum interpretandarum facultatis famam atque exiſtimationem apud exteros quoque obtinuerit. Itaque ut ſuam in ipſum clementiſſimæ voluntatis affectionem modis omnibus faceret teſtatam *Fridericus*, *Ibi fit Præpoſitus templi.* illum templi Wittembergici præpoſitum eſſe voluit, quemadmodum in primo conſilio ipſe ſe vocat *Præpoſitum Wittemburgenſem*, & anno ſupra *ſeſquimilleſimum octavo*, in novarum legum promulgatione, cum aliis Henningum generalem Academiæ Inſpectorem & Reformatorem idem princeps conſtituit.

* *An.* 1502.

Moritur. Ad meliorem tandem vitam abit hic celebert. ac ingenio, eruditione & uſu excellentiſſimus Juſtitiæ ſacerdos anno Chriſt[i] ... *ſimo*, *quingenteſimo*, *viceſimo primo*, ... dem *viceſimo primo* Januarii. Apopht[hegma] ejus vulgò tale jactatur: *Lex, ſine exec*[utione] *eſt velut campana ſine piſtillo*, quo fort[e] ... ſit ad illud Æſchinis dictum, quod D[emoſt]henes citat: οὐδὲν ἔστιν ὄφελος πόλεω[ς] μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχει.

Præter librum ab ipſo divulgatu[m] *proceſſu judiciario*, *Conſilia* conſcripſi[t] ... tandem Joann. Friderici Electoris ma[ndato] in lucem prodierunt anno quadra[geſimo] quarto ſupra ſeſquimilleſimum. Penè totam Rempub. materiæ illorum conſi[lia] complectuntur, ac lectorem de mul[tis] ... gnis rebus utiliter docent, & inſtrue[re con]ſilio poſſunt.

Denique in icona *Henningi* exſtat [Eobani] *Heſſi*, inter primos Germaniæ Poët[as] primi, † epigramma ejusmodi:

Qui legis hæc, & in hac defigis ima[gine] *vultus,*
Quæris, quem referat picta tabella vi[rum]?
Talis erat ſeris Henningus Gœdus in ann[is,]
Vix tribus addiderat ter tria luſtr[a] ...
Eloquio veterum nulli florente ſecundu[s,]
Maximus ingenio, maximus arte f[uit.]
Principibus quoq; charus erat, quo[s] ... *tuendo*
Ipſe ſibi magnas accumulavit opes.
Non tamen eſt pulcrè partis ſibi reb[us] ... *uſus*;
Multa dedit templis munera, ... *ſcholis*:
Præcipuè huic, ex qua ad tantos eme[rſit ho]*nores*,
Cujus & ipſe ſuo tempore fama fui[t.]
Illius effigiem Lucæ manus æmula pinx[it,]
Pictam fautores hoc poſuere loco:
Exemplo ut moniti tales imitentur ho[...]
Quicunq; iſta legunt, oraq; picta vi[dent.]
Saxonis ora viro natales protulit ortus[...]
Incluſum tumulo Saxonis ora tenet.
Exuit alta ſenex longævæ tempora vita[e,]
Cœlo animam moriens, oſſa remiſit ...

Ex Præfatione in conſilia Hennin[gi ſcri]pta per Melch. Klingium ad Joan. F[rider.] Saxon. Elect. Septemvir. & orat. f[unebri] Joan. Zangeri J. U. D. ac Profeſſ. W[ittem]bergæ, Anno 1602. Calend. No[vemb.] habitâ.

ULRICUS HUTT[*E*]*NUS.*

STECKELBERGÆ arce gentil[i in] Franconiâ, equeſtri antiqua & cele[bri fa]miliâ natus eſt *Ulricus Huttenus*, anno [Chri]ſti, *milliſimo*, *quadringenteſimo*, *oct*[ogeſimo] *octavo*; die, ut Bucholcerus, *viceſi*[mo ... ut] Paulus Eberus, *viceſimo primo* Aprilis, [hora] dimidia poſt *nonam* antemeridianam. ... neris de laudatiſſimo parentum conſi[lio] omni artium ac diſciplinarum gener[e] ...

ſpem de ſe conceptam minimè fefel-
umque penè puer in collegium *Fulda*-
diſciplinæ magis, quàm religionis cau-
ſſet datus; auctore vel certè adjutore
Rubiano, qui cum Hutteno ſingula-
s à primâ adoleſcentiâ intercesserat,
bernium illud reliquit, & *Coloniam A*-
nam, ad optimarum artium & litera-
udia percolenda profectus eſt.

no,* Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo*,
inter eos, qui omnium primi primæ
tionis actum, in recenti Academia
furdiana ad *Viadrum*, celebrarunt, ho-
magiſterii ſuſcepit, ætatis ſuæ anno *de*-
ctavo. Specimina ingenii ſui maturè e-
& anno *decimo tertio* poſt *milleſimum*,
teſimum, carmen evulgavit, cui titu-
r bonus. Sequenti anno *decimo quarto*,
lbertus marchio Brandeburgicus, ele-
Archiepiſcopus *Moguntinus*, primùm
ntiam ingrederetur: Huttenus carmen
yricum ei ſcripſit: in quo * miro con-
arte, omnes veterum Germanorum
Imperatorum noſtrorum res geſtas
exus eſt, & ſplendidis ac ſonoris ver-
non principis ſolùm *Alberti* laudes,
, ſicut Homerus in catalogo navium
Græciæ quaſi quandam χωρογραφίαν
; ita ipſe omnes Germaniæ partes, re-
, gentes, flumina, aptiſſimè deſcripſit.
uno ex carmine facilè perſpici pot-
lurimum eum ingenio valuiſſe, etſi
e Critici aliquid deſiderare in eo poſ-
& ætas maturior ſuaviora quædam red-
t. Nam *quod in pomis eſt: itidem eſſe*
n ingeniis, quæ dura & acerba naſcun-
t fiunt mitia & jucunda: Sub annum
milleſimum, quingenteſimum, decimum
m, cùm *Ulricus* Wirtembergicus
Princeps juvenis ferocior, animo à
ge ſuâ prorſus alienato, aliisque amo-
ndulgens, *Joannem Huttenum*, Ludo-
quitis aurati filium, aulæ ſuæ Mare-
m, in ſylva Beblingenſi interfeciſſet,
ſui interitum Huttenus hic non ſolùm
ne verſibusque deploravit, ac ſcriptis
è *quinq;* in Ulricum illum * *invecti*-
dialogo, cui titulus *Phalariſmus*,
apologia impugnavit: verùm etiam
poſtea ultum ivit, ut ſuo loco mox
is.

cepta & ante hoc tempus & poſt, pe-
tione, *decem* ipſis *annis*, turbulen-
tempeſtatibus labores innumeros per
iam ſimul & *Italiam*, amore litera-
xhauſit, ac in *bello Veneto*, quod vario
s ab anno *octavo*, poſt *milleſimum*
nteſimum, in annum *nonum* geſtum eſt
imiliano I. Auguſto, nullisque inter-
inducüs, operam ſuam omnibus
probavit, & excellentis ingenii at-
tutis laudem ſingularem eſt conſecu-
a in expeditione ac *Patavina* obſidio-
ante, malo pedis correptus ægrota-
de ipſe in voto ſuo:

Has tibi dona fero, mundi regnator, ad aras,
Quæ dabo jam ſalvo proſperiora pede.
Da morbum ceſſare pedis, da robur adem-
tum:
Sic tua nunquam Arabo templa ſapore
vacent!
Marte rapit Venetos Dux Maximilianus
in hoſtes,
Germanos pedites, & Calabros equites.
Non precor, ut morbo vivam tranquillus
abacto:
In bellum ut tanto ſed duce miles eam.

De eadem ſua peregrinatione & militia ſic ipſe alicubi, cùm obſeſſus à Gallis ſalutem deſperaſſet: *A Gallis obſeſſus.*

Qui miſerè natus miſerabile tranſiit ævum,
Sæpè malum terra, ſæpeq; paſſus aquis:
Hic jacet Huttenus: Galli nil tale merenti
Inſontem gladiis eripuere animam.
Si fuit hoc fatum vita torquerier omni:
Cenſendum eſt, rectè procubuiſſe citò.
Vixi equidem Muſis, animum coluique per
artes:
Sed reor irato me ſtuduiſſe deo.
Mens erat, arma ſequi & Venetum ſub Cæ-
ſare bellum:
Verùm alio bello concidi & hoſte alio.
Pauperiem, morbos, ſpolium, friguſque fa-
memque
Vita omni, & quæ ſunt aſperiora tuli.
Rectè actum, cecidi juvenis miſer, & miſer
exul:
Ne majora feram, ne videarq; meis.

Deplorat ſuas miſerias.

Finito autem bello iſto, per *Cunradum* inprimis *Peutingerum*, patritium Auguſtanum Cæſari *Maximiliano* commendatus, ab hoc & poëta lauro & eques auro coronatus eſt: qua de re * ipſe ita ad Peutingerum: *Non memoria excidit, quanta tu nuper diligentia, quantoq; ſtudio, redeuntem ex Italia me commendaveris Maximiliano Cæſari. Qui cùm tua gravi oratione, in conſeſſu ampliſſimorum virorum, de meis ſtudiis, deq; illa ærumnoſa per Europam peregrinatione ſimul de quadam mea feliciter illi pugnatâ pugna perſuaſus eſſet, ut me honoraret: quos tu non magnificos titulos, quæ non celebria nomina, quas immunitates, quæ privilegia protuliſti? ut ingratiſſimus ſim omnium, qui uſquam vivunt, mortalium: niſi te valde amem, ac reverenter colam. Proinde continuo oculis meis obverſatur, quâ me primum hoſpitalitate in domum tuam accepiſti, deinde quâ prædicatione quibus amicis commendaſti: poſtremò quâ pompa ad Cæſarem adduxiſti: ut ille tuo inſtinctu ad ſe admiſit: ut coronam poëticam impoſuit, illam ajo coronam, illam lauream, quam tu antè domi tuæ, accuratè contexente & adornante filia tua Conſtantia, omnium, quæ iſtic ſunt, puellarum & forma & moribus præſtantiſſima, apparaveras.*

Cunrad. Peutinger. Eques auratus & Poëta laureatus Huttenus.

* *Præfatione ad princ. pp. Germ. ut bellum Turcis inferant.*

Hactenus ipſe. Ab iſta ergo honorum acceſſione, *imago* ejus circumlata eſt *armata*, caput verò lauru coronatum; quâ effigie plurimùm delectatum ipſum accepimus.

Effigies Hutteni armata & laureata.

Rever-

Redit in Germaniam.

Facinus Hutteni Mavortium.

Reverſus eſt in Germaniam anno *decimo ſeptimo* poſt *milleſimum quingenteſimum*, ac celebravit fama tunc non ſolùm eruditionem ejus, ſed fortitudinem quoque, atque hoc glorioſum facinus. Cùm forte *Roma Viterbium* excurriſſet, ubi tum legatus quidam, à rege Gallorum ad Leonem Pontificem contendens, diverterat: orta rixa & certamine, hic unicus quinque Gallicæ gentis dimicando profligavit: vulneratus quidem & ipſe, deſertusque à ſociis itineris illius. Inde eſt ipſius epigramma ejusmodi *in quinq; Gallos* à ſe profligatos:

Unus quinque profligat.

Inde Epigramma Hutteni.

Non pudor eſt Galli? non eſt ſcelus? enſe petiſtis
Unius Hutteni corpora quinque caput,
Fert fortuna nefas, non fert Deus, hoc ego dicam?
Aut aliquis dicto poſſit habere fidem?
Quinq; dediſſe fugam atq; uni dare terga coactos?
Hos paulò antè minis verberibusq; feros?
Ne tamen ulla meo adſcribatur gloria facto,
Vicit enim Gallos, non ego, quinq; Deus.
Vicit, & inſontem tulit ægrè invadier armis,
Et nihil in mortem qui meruiſſet agi.
Gloria prima Deo, qui me ſervavit, ut illos
Perderet; & vicit, non ego, quinq; viros.

**Commendatione Itevvolfi.*

Venit in Aulam Moguntinam 1517. vel 18.

† Epiſt. ad Peuting.

Elog. Alberti Moguntini.

Mores Aularum.

Stromeri virtutes.

Poſtea in aulam ſe * contulit Moguntinam ad *Albertum* Archiepiſcopum, ubi circiter *biennium* manſit: Ea in aula anno *decimo octavo* dialogum ſcripſit, cui *Aula* titulum fecit, dedicatum *Henrico Stromero Auerbachio* medico, ſibi familiariſſimo, de quo ipſe † ita: *Jam quæris forte, quemadmodum me tractet aulica vita? nondum optimè. Quanquam quid non ferendum eſt apud verè principem Albertum archiepiſcopum ſic humanum? ſic beneficum ac liberalem? deinde ſic erga literas ac literatos omnes affectum? Alioqui valdè iſta nauſeo, faſtum aulicorum, magnifica promiſſa, ſeſquipedales ſalutationes, inſidioſa colloquia, & inanes fumos. Præcipua tamen mihi conſuetudo eſt cum Stromero phyſico, quòd ſe mira dedit, ut mihi videtur, inter utriusq; mores ſimilitudo. Simplex eſt, dexter & apertus, odit fucum, deteſtatur pompam, ac ſubinde mihi crebro inculcat quædam adagia: ipſe viciſſim meos (quandoquidem agnovi talem) jocos communico. Nam ſtatim ab initio ut in aulam receptus ſum, perſpectâ hominis probitate, complecti cepi, ac me ille mutuo.*

Auguſtana comitia An. 1518.

In iis & Huttenus.

Moguntinus creatur Cardinalis.

Anno eodem *decimo octavo* cum ultima *Auguſtæ* comitia *Maximilianus* I. Imperator agitaret, quibus & principibus atque ordinibus valedixit, & de ſucceſſore *Carolo*, de cauſa etiam *Wirtembergici Ducis* & *Lutheri* actum, venit eodem cum hero ſuo *Alberto* Huttenus. Ibi jubente *Leone X.* P. P. Moguntinus, *Cardinalis*, à legato Pontificis, ceremoniis & ſacris ſolennibus inauguratus eſt: de quo ita Huttenus epiſtola ad *Julium Pflugium* equitem Miſnicum, tunc in Italia morantem: *Quod præter Romanum morem factum omnes putant, gratis illi* (Alberto) *miſit*

galerum & purpuram Leo X. tam ob pe
ſibi multorum commendatione hominis
tès, quam ut gratificaretur, puto Cæſa
Alberto mirè favet. Damus hoc pieta
& propenſo in bonos omnes ſtudio. K
Auguſti galerum ſumſit ille, apponent
Pontificio. Jucundum fuit id ſpectaculu
xima nobilitatis frequentia facto ſacro
genti omnis generis hominum circumfu
titudine. Ipſe Cæſar a ſacris domum
Albertum; deinde munera miſit, regian
cam, equos, & tapetes opere ſimul ac
admirabiles. Juxta hæc Leonis Maximi
gemmis, auro, ac margaritis intextum p
& enſem deaurata vagina. Sequentib
aliquot diebus magnates officium fecer
illum venientes, congratulando ob novi
acceſſionem. Deus benè vertat, ac ſpem
meam! Ipſe autem Huttenus eo in co
dum Auguſtæ egit, febri laboravit. J
gò, *febrim* ſchedulæ inſcriptam ad
rum miſit, apud quem *Cajetanus* ca
morabatur, quia ibi melius & delicati
ſet tractari, quàm apud ſe.

Anno *decimo nono* poſt *ſeſquimilleſ*
cum multa per Huttenos & Bavaros te
& in comitiis Auguſtanis publicè co
natu Imperii adverſus Wirtemb. Duc
ricum agitata eſſent; mortuo Maximil
Cæſare, *Reutlingam* Imperii urbem,
Januario ejus anni, armato milite opp
ſet cepiſſetque: Suevicum fœdus, cui
Principes & Urbes atque ex nobilita
cipui conjuncti, ad arma commotum,
principi fecit, cui *Huttenus* quoque in
ultor ſui gentilis interfecti: nec prius
runt fœderati, quàm totum ducatum
tembergicum occupaſſent, ipſumque
fuga ſibi conſulere coëgiſſent, paucis
tatum, relictis poſt ſe omnibus, liberi
& pecunia. Exulavit totos annos *quin*
ſuique delicti pœnas ſat graves depen
in bello *Joannem* illum *Huttenum* i
quodam, haud longè à ſylva, ubi
fuerat, ſepultum effoderunt, de quo i
ad *Arnoldum de Glauberg* JCtum Fran
dianum *: *rem admirandam, & cuju*
nullius fides capax ſit, vidiſſes. Quartu
annum defoſſum corpus non conſumtum
putrefactum, totam adhuc faciem cogn
lem, quin etiam ſanguine commaduit
ctum. En igitur innocentiæ teſtimonium
poſuimus Eslingæ, inde ad patriam ſepul
devecturi.

Adjunxit ſe deinde *Franciſco Sicki*
cumque cauſam Lutheri probaret, ac
multa in Pontificem & Curtiſanorum
palam ſcriberet, mandavit *Leo X.* Mog
no, ut vinctum Romam mitteret. Fu
que tunc non in nullo diſcrimine, præ
cùm & veneno ſe appetitum ſcribat. In
bantiam profectus, *Caroli* Cæſaris aul
ctaturus, monitus ſtatim ab amicis fui
quàm chara ſua ſibi ſalus eſſet, illicò di
ret, inſidiasque certiſſimas declinare
cùm primò non crederet; tandem a

ı reverſis, *implacabiliter ſibi iratum Pon-*
n cognovit, & illud, quod * diximus,
uſdam in Germania Principibus impe-
ı eſſe.
ovit autem Camarinam Pontificiam hoc
imum, ut videtur, modo. Cùm anno
mo Ioann. Eccius bullam à *Leone* Papa,
therum fulminantem, attuliſſet, *Hutte-*
ım, * gloſſis interlinearibus & margi-
is explicatam, edidit; non ſine magna
nis Pontificii contumelia, & ante id ad
rum hanc dederat epiſtolam:

ola * Ulrichi de Hutten equitis,
D.Martinum Lutherum Theologum.

Vive libertas.

Si quod ad ea, quæ magno iſtic animo
as, ut video, impedimentum tibi inter-
it, neceſſario & amanter doleo. Nos
promovimus nonnihil. Chriſtus ad-
, Chriſtus juvet, quandoquidem ejus
a adſerimus, ejus, obſcuratam Pontifi-
um caligine conſtitutionum, in lucem
ucimus doctrinam, tu felicius, ego pro
bus. Utinam aut omnes hæc ſentiant,
ſe ultrò iſti agnoſcant, ac in viam rede-
Ferunt excommunicatum te. Quan-
, ô Luthere, quantus es, ſi hoc verum
! De te enim dicent pii omnes, *capta-*
t animam juſti, & ſanguinem innocen-
condemnabant. Sed reddet illis iniqui-
m ipſorum, & in malitia eorum diſper-
eos Dominus Deus noſter. Hæc nobis
, hæc eſto fides. Circumſpice tamen,
culos pariter ac animum habe ad illos
ntum. Vides, ſi nunc cadas, quæ ſit
lica jactura. Nam, ad te quod perti-
eo eſſe te animo ſcio, ut malis ſic mo-
uam utcunque vivere. Mihi quoque
liæ ſunt, cavebo, quantum licebit. Re-
b urbe Eckius, beneficiis à Pontifice
ecunia, quod aiunt, auctus. Quid
? Laudatur in deſideriis ſuis peccator,
n veritate ſua dirigat Deus. Atque
r oderimus Eccleſiam malignantium,
m impiis non ſedebimus. Eckius me
t, ut tecum habentem, in quo falſus
eſt. Semper enim in iis, quæ intellexi,
n ſenſi: At nulla fuit prius conſuetu-
bis. Nam, quod idem dixit, con-
ſe prius nos, hoc mentitus eſt in gra-
Romani Epiſcopi. O hominem im-
iter malum! Sed videndum eſt, ut
ldatur, quod meretur. Tu confir-
&robuſtus eſto, nec vacilla. Sed quid
o, ubi opus non eſt? Me habes ad-
torem, in omnes etiam eventus.
e conſilia omnia tua audebis poſthac
re mihi. Vindicemus communem li-
em, liberemus oppreſſam diu jam pa-
: Deum habemus in partibus. Quod
s pro nobis, quis contra nos? Pro-
unt te Colonienſes & Lovanienſes.
lla ſunt diabolica adverſus veritatem
abula, ſed perrumpemus adjuvante
o, ſtrenuè. Illos verò decuit verè

potiùs, ubi negotium incideret, & liberè ju- „
dicare. Quo nomine monui eos quadam in „
præfatione, quam leges. Mittet eam Capito. „
In Brabantia invenient me tuæ literæ, iſtuc „
ſcribe, & amanter vale & in Chriſto. Mo- „
guntii raptim 2. Nonas junii, anno M.D.XX. „
Melanchthonem ſaluta & Facchum, ac bo- „
nos iſtic omnes. „

Evulgavit & *libellum hiſtoricum* Germanica lingua, *de perpetua Pontificum Romanorum inobedientia, adverſus Imperatorem*, in quo ſub finem recitat dictum *Maximiliani I.* de *Leone* Pontifice, cum fidem non ſervaſſet: Nun iſt dieſer Bapſt auch zu einem Böß-wicht an mir worden: Nu mag ich ſagen/daß mir kein Bapſt/ ſo lang ich gelebt/ je Treu oder Glauben gehalten hat/ hoffe ob GOtt wil/dieſer ſol der letzte ſeyn/ h. e. *Iam & hic Papa nequiter me decepit: vereque confirmare poſſum, nullum, dum ego vixi, Papam fidem mihi ſincerè ſervaſſe, ſed propitio Deo hunc ſpero ultimum futurum.* Hinc ergo illæ lacrymæ, aut machinæ potius atque inſidiæ in Huttenum, hinc & edictum * in ejus ſcripta, quo Moguntinus, juſſu Papæ, lectione & emtione eorum omnibus ſeverè interdixit, ſub excommunicationis ſententia. Excluſus itaque aula & urbe Moguntina, ſcripſit ex arce *Eberburgo*, anno *viceſimo*, conqueſtionem de *intentata ſibi à Romaniſtis vi & injuria* ad *Carolum V.* Imperatorem, ad *Albertum* Moguntinum, ad *Fridericum* Saxonem, Electores, denique ad omnes Imperii ordines, ſeque libertatis Germanicæ vindicem, vel cum vitæ diſcrimine futurum, palàm eſt profeſſus. Ad Fridericum Elect. inter alia ita, *manebo*, inquit, *liber, quia mortem non timeo, neque unquam de Hutteno audietur, quòd externi alicujus Regis, quantus quantus erit ille, nedum ignavi Pontificis imperata faciat. Tantum abeſt, ut vobiscum adorem illam multicipitem beſtiam, cùm quia non feret hoc mea natura, neque me dignum arbitrabor: tum vel maximè, quòd timebo, ne illæ effundantur in me divinæ iracundiæ phialæ.* Luthero autem non ſolùm defenſionem cum aliis * promiſit, ſed in Pontificios facto ipſo neſcio quid molitus eſt, ut innuunt hæc Lutheri verba: *Gaudeo Huttenum prodiiſſe, atque utinam Marinum aut Aleandrum intercepiſſet.* Et * alibi, *Hutten literas ad me dedit, ingenti ſpiritu æſtuantes in Romanum Pontificem, ſcribens ſe jam & literis & armis in tyrannidem ſacerdotalem ruere: motus, quòd Pontifex ſicas & venenum ei intentarit, ac Epiſcopo Moguntino mandarit, captum & vinctum Romam mittere. O dignam* (inquit) *cæco Pontifice ſententiam.*

Perſtitit in eo propoſito Huttenus, & Papatum vi omni oppugnavit, unde Lutherus * ad J. Staupicium: *Huttenus, & multi alii fortiter ſcribunt pro me, & parantur indies cantica, quæ Babylonem iſtam parum delectabunt.* Factum id anno *viceſimo primo*. Circa idem tempus * *Nicolaus Gerbelius* Argentorato hæc ad *Ioann. Svvebelium* de Hutteno: *Huttenus Carthuſianos quia imagine ſua pro anitergiis uſi ſunt, in duobus millibus aureorum nummum multavit.* Cumque eodem

Libell. Hutteni de Pontificum inobed. & perfid.

Dictum Maximiliani de Paparum perfidia.

* *Tom. I. epiſt. Luth. p. 282. b.*

Libri Hutteni prohibiti.

Moguntia excluditur Huttenus.

Conqueritur ad Imperator. & Principes Germ. Hutten.

Conſtantia & libertas Hut.

* *Luth. t. 2. ep. p. 6. & 7.*

Promittit defenſionē Luthero

It. in Pontificios.

* *Tom. I. ep. p. 282. & 285.*

* *Tom. 2 ep. p. 304. b.*

* *Epiſtola Schvvebel. p. 25.*

dem

Mulctat Monach. An. 1521. dem anno Lutherus ſuper negotio Religions Wormatiam evocatus eſſet: Huttenus ex arce illâ *Ebernburgo* per literas eum ad con- *Hortatur Lutherum & confirmat.* ſtantiam hortatus eſt; animumque maſculè addidit, ut hoc * exemplum demonſtrat:

Martino Luthero Theologo Evangeliſtæ invictiſſimo, amico ſancto.

* *Eſt epiſtola tom. 2. oper. Latin. Wirtemb. p. 102. b.*

Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob, mittat tibi auxilium de Sancto, & de Sion tueatur te; tribuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet, impleat omnes petitiones tuas, & exaudiat te de cœlo ſancto ſuo, in potentatibus dexteræ ſuæ. *Quid aliud enim debeo precari hac tempeſtate tibi, mi amiciſſime Luthere, mi venerande Pater? Confortare & robuſtus eſto. Vides quæ in te alea currat, qui cardo vertatur. De me non debes unquam dubitare, dum quidem conſtas tibi, ad ultimum uſque ſpiritum adhærebo.* Circumdederunt te canes multi, & concilium malignantium obſedit te. Aperuerunt ſuper te os ſuum, ſicut leones rapientes & rugientes. Exultant & lætantur ſuper te, quærentes te: ſed Dominus ſolicitus eſt tui, & reddet retributionem ſuperbis. Conſurget tecum adverſus malignantes, & tecum ſtabit adverſus operantes iniquitatem. Reddet impiis iniquitatem ſuam, & in malitia ſua diſperdet eos.

„ Sic profectò fiet, ſic Luthere. Nam conni-
„ vere ad tantam ulterius pravitatem non
„ poteſt Deus, juſtus judex & fortis. Pugna
„ ſtrenuè pro Chriſto, & ne cede malis, ſed
„ contra audentior ito, fer afflictionem, ut
„ bonus miles Chriſti Jeſu, ut ſuſcites do-
„ num Dei, quod in te eſt, certus, quòd is,
„ cui credidiſti, potens ſit depoſitum tuum
„ cuſtodire in illam diem. Ego idem ſtre-
„ nuè conabor interim, ſed in eo differunt
„ utriusque conſilia, quòd mea humana ſunt,
„ tu perfectior jam totus ex divinis depen-
„ des. Utinam ſpectare liceat, quibus te
„ oculis intueantur iſti, quas obvertant fron-
„ tes, quæ ſtringant ſupercilia. Equidem
„ atrociſſima omnia concipio, neque fallor,
„ credo: ſed, ſpero, tempus eſt, ut purget
„ Dominus vineam Sabaoth: quam deva-
„ ſtavit aper de ſylva, & ſingularis ferus de-
„ paſtus eſt. Hæc breviter in ſumma de te ſo-
„ licitudine. Servet te Chriſtus. Ex Ebern-
„ burgo. XV. calend. Maji, raptim. An-
„ no M. D. XXI.

Ulrichus ab Hutten.

Scribit ad Marinum Caracciolum orator Roman. Hutten. Roman. Pontific. legati proditores Germaniæ. Scribit & ad clerum Rom.

Scripſit tunc & ad *Marinum Caracciolum*, oratorem Romanum, quem dehortatur à nundinationibus veniarum, & ab expilatione Germaniæ, dicitque, omnes, quotquot tum aliquot ſeculis in Germaniam miſſi fuerint, *Romanorum Epiſcoporum legatos, proditores fuiſſe Germaniæ, ſpoliatores nationis hujus, omnis juris & æquitatis perverſores.* Ad *Cardinales* etiam *Epiſcopos, abbates, præpoſitos, & univerſum Sacerdotum Concilium,* Lutherum, & veritatis ac libertatis cauſam, apud Worm[...] tunc impugnantes, dedit literas h[...] rias; ipſum denique Cæſarem *Caro[...]* * monuit, ne delatoribus Luther[...] dat; aut aliquid graviùs inconſultò i[...] ſtatuat.

Exclamationem etiam *in incendium* [...] *ranum*, Heroico conſcriptam verſu, [...] ipſe totus in Papatum accenſus, nec un[...] ſidiis expoſitus.

Urbes itaque deſerens, cùm veritat[...] ſerere nec poſſet, nec vellet, liberrim[...] ipſe ſcribit, latuit: quia liberè verſari [...] homines non liceret, magno cum pe[...] quod circumſtabat, contemtu. Inde [...] *viceſimo ſecundo*, aut ſub initium [...] *tertii*, ad Helvetios abiit: *Baſileamqu[...]* ad *Oecolampadium*, ſed diu ibi ſubſiſt[...] tegrum ei non fuit. Ita enim Oeco[...] dius * ad Hedionem: *Sunt hic ex S[...] tibus & Theologis, qui de me peſſime lo[...] piant, nec deſiſtunt, ubi clam conv[...] Tantum machinati, ut Hutteno non fuer[...] tius tutum hic agere, unde & * nud[...] tius hinc diſceſſit, quorſum autem,* [...]

Sub illud idem tempus exorta eſt [...] haud levis inter *Huttenum* & *Eraſmum* [...] *rodamum*, hac occaſione. Inviſere [...] Huttenus Eraſmum, amicum veterem [...] loquii cauſa; ſed Eraſmus, qui omn[...] peret effugere ſuſpicionem commerc[...] Lutheranis, hominem non admiſit; [...] iſte tulit moleſtiſſimè. Eraſmus aut[...] culare factum id volens, primùm apud [...] dam variè id egit; poſtea ad *Marcum* [...] *rinum*, decanum Brugenſem, de eo ita [...] * Fuit hic Huttenus, paucorum di[...] hoſpes, interim nec ille me adiit, nec [...] illum; & tamen ſi me conveniſſet, [...] repuliſſem hominem à colloquio, vete[...] amicum, & cujus ingenium mirè felix a[...] ſtivum, etiam nunc non poſſum non am[...] Nam ſi quid illi præterea negocii eſt, [...] ad me pertinet. Sed quoniam nec ill[...] adverſam valetudinem, poterat ab h[...] cauſtis abeſſe: nec ego ferre, factum [...] ut neuter alterum viderit. Huttenu[...] que edito publicè ſcripto cum Eraſ[...] poſtulavit, & primùm falſum eſſe [...] quod ſcribit Eraſmus, qui ſtatim [...] urbem ingreſſo, per *Henricum Eppen[...]* equitem * deprecatus ſit, ne in[...] quod fieri id citra invidiam non poſ[...] gravare amicum non deceret. [...] exprobrat ei Huttenus animi incon[...] & levitatem, ac conſtupratam, u[...] tur, conſcientiam, Theologo, q[...] tatem & antè docuerit, & adh[...] bè norit, minimè dignam. Cau[...] tem, cur Eraſmus à ſeipſo diſc[...] dicit eſſe inexplebilem ejus famæ [...] gloriæ avaritiam; qua ferre non poſſit [...] ſcentem alienam virtutem, deinde anin[...] cillitatem, qua ſe aliorum minis ac [...] cogi patiatur; denique muneribus eun[...] norum ſpe corruptum atque ebrium [...]

ficis *Adriani* brevi, ex Sedunenſis car-
s pollicitatione, ſi Romam migret,
ɔs habiturum *quingentos Ducatos*, præ-
aticum, ex promiſſis *Prieratis* & alio-
Huic expoſtulationi oppoſuit *Eras-*
pongiam, adverſus Hutteni adſpergi-
qua ſe verbosè purgat; Huttenum ſug-
, & nonnulla retorquet. Et cùm in-
, ut jam dicetur, Huttenus è vita di-
ſſet, ſuſcepit ejus defenſionem *Otho*
elſius medicus, ac convitia in Eraſmum
it. Ita lites ex litibus naſcuntur, & ut
ſu dicitur Timonis,

τῷ ἡ βροτόλοιγ@ ἔρις κενεὸν λελακυῖα.

rum autem nimis eſt, quod optimus La-
m poëtarum ſcriptum reliquit:

a quæque dies miſeris mortalibus ævi,
ſ fugit, ſubeunt morbi, triſtisque ſenectus,
or, & duræ rapit inclementia mortis.

dum Eraſmus illa agitat, Huttenus mor-
quentibus & acribus confectus, mortem
n inſula lacus Tigurini, Helvetiis Uffnort
quæ Eremi abbatem dominum agno-
pud *Ioannem Scheckium*, felicem paraly-
ratorem, anno Chriſti *milleſimo, quin-*
no, viceſimo tertio, die, ut Eberus, ulti-
t alii *viceſimo nono* Auguſti, cùm vixiſ-
os *triginta ſex*. Sepultus ibidem, cum
hio tali, à Profeſſoribus Tigurinis po-
rocurante id nobili Franco:

ues auratus jacet oratorque diſertus,
tenus vates carmine & enſe potens.

brarunt mortuum paſſim amici, & in-
Eobanus Heſſus ejuſmodi dialogo Hut-
Mortis:

oque magnificè qui nos, Huttene, ſolebas
nere, magnifico vulnere ſtrate jaces.
eo, nec adhuc non te mors improba ſperno,
uem nec dum aliquid juris habere potes.
jaces noſtri confoſſus arundine teli:
in te certè jus habuiſſe fuit?
eo, nec tela tuæ mala ſentio dextræ,
c adhuc pars eſt ulla ſepulta mei.
jaces, clauditque tuum brevis urna cadaver,
qui ſic jaceat, non cecidiſſe putas?
nt alii, quos te ſtraviſſe ſuperbis,
ibi invictus, te feriente, ſteti.
tare fuit, ſi non hoc ergo jacere eſt;
ge quo pacto te cecidiſſe neges;
, quàm qua divi ratione feruntur
ſes nunquam poſſe venire tuos.
divus eras, cur ſic rationis egebas,
deres noſtra dive perempte manu?
idi, nec divus eram, quid me improba captas?
tenim ſupereſt maxima viva mei.

Stulte, quid ambiguam, poſt fata noviſſima vitam, M.
Captas? hæc fatuæ ſomnia mentis erant.
Vivo equidem, neque ſi corpus maleſana tuliſti, H.
Vis animo venit vulneris ulla meo.
Quid tibi fallaci blandiris imagine vitæ? M.
Omnis ab extincto corpore vita jacet.
Quid mihi damna vagæ mentiris inania mortis? H.
Major ab extincto corpore vita manet:
Ut ſibi jam fingant aliquam tua ſomnia vitam, M.
Fabula quid vitæ proderit iſta tibi?
Quam mea fama mihi tribuit veriſſima vitam, H.
Adſerit, & ſuperis me facit eſſe parem.
Diis ne parem faciat te fama leviſſima, cujus M.
Facta eſt, atque eadem corporis umbra tui?
Non ita, namque brevi clauſum eſt breve corpus in urna: H.
Fama manes pulſat Solis utramque domum.
Ad te fama nihil tua pertinet amplius, ex quo M.
Seu bona, ſeu mala ſit, nil tibi ſcire licet.
Non ita, nam manes venit & bona fama ſub imos: H.
Et mala apud ſuperos nulla relicta mihi eſt.
Ergo quid utilium confeceris optime rerum, M.
Scire operæ precium, te referente mihi eſt.
Quanquam teſte egeat nullo mens conſcia recti; H.
Non tamen eſt ullus dicere vera pudor.
Dic igitur, quia non pudet hic quoque vana fateri, M.
Quæ vivus facium ut videare tibi.
Parvus adhuc primaque notans lanugine malas, H.
Muſarum certo numine plenus eram.
Talia concinui juvenili carmina plectro,
Qualia permulti non potuere ſenes
Inter & æquales vigui, quantumque recordor,
Indole me nemo liberiore fuit.
Jam minus admiror, genus hoc ſibi ſemper ineptum, M.
Promittit nullo tempore poſſe mori.
Sed cur nulla meas remorantur carmina vires?
Cur etiam vates ſpicula noſtra petunt?
Nil nobis tua tela nocent, quid evara ſuperbis? H.
Deſine, dum cœpta cætera lege ſequor.
Pene puer varias gentes & plurima vidi
Oppida, fortunæ victor ubique trucis.
Non mihi plus aliis ſævit Dea cæca, nec unquam
Deſiit indignis exagitare modis.
Cur non & generis velles meminiſſe, quòd illo M.
Clarior & Mors eſt & tua vita fuit?
Non pudet, ingenuis adeo natalibus ortum, H.
Ut fuerim patrio ſanguine Francus eques.

Sed mihi plus curæ fuit, ut generoſior eſſem,
Divitis æternis dotibus ingenii.

M. Quid tamen hoc prodeſt, poſtquam nos iſta tenemus
Omnia ceu forti capta trophæa manu?

H. Corpus avara tenes clauſum, teneasque ſepulcro,
Me mea cum ſuperis vita ſuperſtes habet.

M. Nondum digna ſatis vitæ miracla peractæ,
Quies vel adhuc poſſis vivere, facta refers.

H. Prima rudimentis clauſa eſt juvenilibus ætas,
Digna viro geſſit munera vita ſequens.
Nam patriæ laudes, & libertatis ademptæ
Jura, manu, calamo, fortiter adſerui.

M. Quas laudes? quæ jura refers? quibus adſeris armis?
An meritis eguit Teutonis ora tuis?

H. Inclyta Pontifices Germania paſſa tyrannos,
Non tantum eſt meritis viſa eguiſſe meis.
Quam mea facta licet non poſſent ſola levare,
Quæ tamen huic potui commoda ferre, tuli.

M. Qua ratione precor? nam tu nec corpore firmo,
Nec fortunæ opibus pertimetuendus eras?

H. Viribus ingenii præſentia damna levabam
Corporis, atque iſto nomine fortis eram.
Et mea raptores fregerunt ſcripta Cynædos,
Plusquam mille aliis ullius arma modis.
Nec tamen imbellis fueram, nec corpore fractus:
Vulnera multa dedi; vulnera multa tuli:
Scit Romana lues, bullarum turba miniſtri,
Nec tu ſtrate mihi Galle ſuperbe negas.
Quod tamen infirmi mihi corporis objicis artus,
Poſtremi vicium temporis illud erat.

M. Straveris & Gallum, & Romanum fregeris hoſtem:
Fractus es, & ſtratus non minus ipſe mihi.

H. Principibus quoque charus eram, ſed plane malorum.
Tempora, non ſunt hoc paſſa fuiſſe diu.

M. Nil moror, ut fueris chariſſimus omnibus, hoc te
Plus iidem fato procubuiſſe dolent.

H. Stultitia hæc equidem mortalibus omnibus una eſt;
Ut quod tu rapias, hoc periiſſe putent.
Illi igitur noſtro funebria juſta ſepulcro
Solvant, & lacrymis mortua membra rigent.
Me mea ſtultitia ſecurum fecit ab iſta,
Quæ nunc eſt alio vita futura loco.

** Lib. 2. carm. p. 173 Lotichii in Huttenum carmen.*

Ad tumulum Hutteni ſunt & hæ *Petri* * *Lotichii* inferiæ:

Alloquor Hutteni manes, cineresque Poetæ,
Quos brevis in mediis inſula claudit aquis.
Eſte ſalutati manes, hæc ſumma laborum eſt;
Alma quies vobis ſit, nec arena gravis.
Accipe cum violis lacrimas, tibi fundimus illas,
Morte tua felix, maxime nuper eques.
Felix morte tua, patriæ non fata rueh[...]
Cujus eras vindex, non tot acerba [...]
Patria poſt obitus tibi contigit altera c[...]
Major & in cunctos ſit tua fama di[...]
Fortunate cinis, venerande nepotibus [...]
Æternum ſalve, perpetuumque va[...]

Fuit nobilitate & laude generis a[...] inprimis clarus doctrinæ eruditæ Prin[...] impatientiſſimus injuriarum, libertat[...] modicè cupidus: non prorſus alienus [...]tia; vultus etiam acerbitate & minus cl[...] te interdum oratione indicata. Itaqu[...] lanchthon ut vivum propter doctrinæ [...]tionem & ingenii præſtantiam magnifec[...] ab illius natura vehemente, excelſo ani[...] voluntate ad res novas propenſa, qu[...] conſuetudo quorundam immoderation[...]citarat, nonnihil timuit.

Corpore autem fuit puſillo & debili: [...] quo animus ingens & ferox, viribus po[...] neque par opum abundantia: ut qu[...] *Demoſthene* olim fuit dictum, *ſi ejus* [...] *ſito & ſolertiæ vires ac potentia reſpon*[...] *nunquam fuiſſe futurum: ut in Græcia* [...] *potiretur Macedo*: Ita ſi Hutteni conat[...] defeciſſent nervi copiarum & potentia[...]tatio omnium rerum exſtitiſſet, & qua[...] ſtatus publici fuiſſet converſus. A nul[...]gis flagitio ſemper abhorruit, quàm n[...]cio: neque deteſtabilius quicquam [...] quàm non ſimpliciter ac optima fide & [...] & facere omnia, & à puero usque ſtud[...] ſincere verſaretur & candidè. Cœ[...] conſilium ejus de Pontificiis vi oppug[...] Lutherus non probavit, ut ex his ad [...]*tinum* * apparet verbis: *Quid Hutten*[...]*tat, vides. Nollem vi & cæde pro Ev*[...] *certari: ita ſcripſi ad hominem. Ver*[...]*ctus eſt mundus: verbo ſervata eſt Ec*[...] *etiam verbo reparabitur. Sed & An*[...]*ſtus, ut ſine manu cepit: ita ſine man*[...] *teretur per verbum.* Symboli quaſi lo[...]detur uſus hiſce: *ſinceriter circa pompa*[...] *virtutis, & jacta eſt alea.*

Scripſit varia Huttenus tum ſoluta t[...]gata oratione, ac poëtica quidem eju[...] in unum collecta anno *trigeſimo octavi*[...] coſurti prodierunt. Quæ autem proſ[...]ſim edidit, in elenchis librorum nom[...] recenſentur: id monendum videtur, [...] nomine Hutteno & *dialogum Philale*[...] *vis Utopienſis, & orationem ad Chriſt*[...] *Julio ſecundo Ligure Pontifice*, adſcrib[...] cum aliis nonnullis.

Tantum de Hutteno, *ex ipſiusmet* [...] *Lutheri epiſtolis, Tom. 2. Operum: Eo*[...] *Lotichii carminibus*, & aliis. Nos vo[...] ut quod jam ultra ſeculum literarum [...] armorum laude floruit, maneat

--- *immortale genus, longosque pe*[...]
Stet Huttena domus: & avi numerent[...]
rum!

ɛEGORIVS LAMPARTER.

eraci in Suevia Patricio genere natus eſt egorius *Lamparter*, ſub annum Chri- leſimum *quadringenteſimum ſexageſi- rtium.* Primis rudimentis utcunque, c ferebant tempora, in patria perce- d Academias eo ſeculo celebriores, læ eruditionis cauſa ſe contulit: in- nni artium genere gnaviter ſe exercuit. is autem ſacrarum legum ſtudio ita ſe : ut Doctoris, quod vocant, ἀξίωμα conſecutus. Fuit & à natura inſtructus tia & facundia inſigni.

Vlrico itaque Würtembergico in cu- citus, & Cancellarii munus obire juſ- . Eo in officio cum magna fide ali- nnos verſatus eſſet: virtutisque ejus fa- alios dimanaret: *Maximilianus* Cæſar, permiſſu, Lamparterum ad ſe vocavit, intimum Conſiliarium elegit.

hoc Cæſare, cum virtutes & in rebus s induſtriam ejus perſpexiſſet, at- ræclara in Rempubl. merita; equitis dignitate eſt ornatus. Hoc modo mul- is egregiè ſuam fidem, induſtriam, lium Imperatori ac Principp. pro- & viris doctis longè lateque in-

dem Cæſare defuncto, ipſe quoque dolore vexatus *Norimbergæ* aliquanti- cubuit, atque anno ætatis ſuæ *ſexa-* , ſalutis verò *milleſimo quingenteſimo o tertio* inter vivos eſſe deſiit.

vir eximius, & benè de patria comuni s. Cum anno *milleſimo quingenteſimo quarto*, orta eſſet conjuratio *Conra-* t vocabant, *pauperis*, Germanicè me Kunz: hic Lamparterus, à duce ad rebelles ruſticos miſſus, ita eis re- t: ut non paucos ad ſanitatem men- uxerit. Dictum ejus hoc fertur: *opor- mlibet Principem habere fatuum; quem t: & viciſſim alium; à quo ipſemet tur.* Inſcripſit huic Lampartero *Hen- ebelius*, poëticæ & oratoriæ in Aca- Tubinganâ tunc Profeſſor, Apologiam *Leonhardum Juſtinianum Venetum*: ſectatus fuerat coronationem regum norum, & Germanos barbariei inſi- t. *Tantum de Lampartero ex l. 3. Proſop.* . & *Cruſii annal. Suevici.*

ONRADVS MVTIANVS RVFVS.

nradus Mutianus Rufus, ex nobili utiorum, vel ut ipſe dicebat ſcribe- *Mutianorum* familiâ, patriam habuit *burgum* in Heſſis. Vir Græcis & La- teris juxtà eruditus, Philoſophus inſi- gnis, juris præterea ſcientiâ præclarè ex- cultus.

Hic cùm, ex Italiâ redux, in aulam Princi- pis Cattorum receptus fuiſſet: ubi tum can- cellarius erat ipſius Mutiani frater germanus: offenſus illo vitæ genere, quo liberiùs ope- ram ſtudiis Philoſophiæ & humanitatis, ad quæ natus erat, dare poſſet, ſeceſſit in Tu- ringiam. Ibi auxilio alterius fratris, qui tum res Præſulis Moguntini *Erphordiæ* admini- ſtrabat, canonicatum, ut tum erant tem- pora, *Gothæ* adeptus, totum ſe quieti & ſtudioſæ tranquillitati, dedit, contentus an- nuo reditu vix *ſexaginta aureorum*, relicto cognatis & affinibus toto patrimonio; niſi quòd liberalitate Principum Electorum Saxo- niæ, ſæpè adjutus & ſublevatus eſt.

Abhorret à vitâ aulicâ.

Fit canonicus Gotha.

Parvo contentus.

Hic fuit omnium ſtudioſorum unicus patronus, & hoſpes, in re quidem admo- dum tenui. Supra fores * ædium, quas *Gothæ* habuit ſatis elegantes, hunc titulum fixit:

Amans quietis & literarum.

** Vide vitam Itelvvolfi de lapide.*

BEATA TRANQUILLITAS.

& in atrio ejuſdem domus viſebatur hoc elo- gium:

BONIS CUNCTA PATEANT:

Atque illud quidem elogium celebravit *Eoba- nus Heſſus* ipſius intimus, Idyllio octavo Bu- colicorum, quæ exſtant.

Idyllio Eobani celebratus Mutianus.

Mortuus eſt *Gothæ* rebus turbulentis in Germaniâ, in dolore, ut apparuit, amiſſæ dignitatis & diminutæ rei familiaris anno Jeſu Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo ſexto*, tertio Calend. Aprilis, vir magnus, & probi- bitate, integritate, virtute, ſapientia, humani- tate excellens, decus & ornamentum eorum, quibuscum vixit, & patriæ imò Germaniæ to- tius & ſeculi ſui. Morienti adfuit optimus & doctiſſimus vir *Joannes Marcellus Regiomon- tanus*: qui Mutiano eo magiſtro ante Erphor- diæ uſus fuerat, poſtea ſingulari per omnem vitam amico & patrono: quod ei commune fuit cum *Eobano Heſſo* Poëta, *Joachimo Ca- merario*, *Adamo Cratone*, & doctis pleriſque omnibus illius ætatis. Præter *Eobanum*, qui elegia prolixa obitum Mœcenatis ſui deflevit, *Joannes Stigelius* vir & Poëta Deo Muſiſque charus, puer tum ferè epitaphio hoc ejus enco- mium eſt complexus:

Moritur.

Fautor eruditorũ Mutianus.

Epitaphiũ Mutiani à Stigelio.

Hac tumulatus humo, Rufus poſt fata quieſco;
Ardua qui clarum nomen ad aſtra tuli.
Prima mihi teneræ dedit incunabula vitæ
Haſſia; fertilibus terra recincta jugis.
Cum mihi adhuc viridi vernaret flore juven-
tus,
Nec tegeret flavas hiſpida barba genas:
Ingenuas colui Muſis ducentibus artes,
Deditus & ſtudiis nocte dieque fui.
Hinc didici rerum varias cognoſcere cauſas,
Quasque parit miras terra fretumque vices.
Interdum verſus & blanda poëmata finxi,
Qualia Virgilium nemo probaſſe neget.

 Cum-

Cumque mihi vires provectior adderet ætas;
Cura mihi leges noſcere Juris erat.
Sed mihi cum Muſis & caris vivere amicis,
Plus placuit; trepida quàm fora lite ſequi.
Omnia nam quoniam ſtultè tranſire videbam,
Non ſitii tituli nomina magna mei.
Aulas præcipuè fugi, quia fulmen ab aulis,
Et fortuna, piis ſæpè ſiniſtra, venit.
Aurea me blandi fovit clementia cœli,
Qua jacet uberibus Gotha beata jugis;
Hic ego traduxi tranquillæ tempora pacis;
Hic mihi pax verè vita beata fuit.
Invida me donec caro mors abſtulit ævo:
Et mea ſub viridi condidit oſſa ſolo.
Quàm benè nunc recubo florentibus obſitus herbis!
Hoc mihi perpetui nominis omen erit.

Elogium Mutiani. Dignitas in eo fuit ſumma; gravitas autem ea, quæ ætatem & locum, quem tenebat, deceret; commiſta illa quidem cum comitate incredibili. Rei literariæ ita amans, ut mirificè lætaretur, cum audiret ſedulo in artibus elaborare juventutem, & quibus poterat rebus ſolebat in hoc ſpacio incitare currentes. *Amor literarum in eo.* Adoleſcentibus literarum ſtudioſis, ad ſe venientibus, proponebat materiam, quam ſcribendo elaborarent, & ſcripta poſtea emendabat; ac ſæpè non admodum digna collaudabat; ut hoc pacto ad diligentiam & curam ſtudiorum excitarentur animi illorum.

Genus ſermonis ejus. Ingenio inſuper fuit feſtiviſſimo, ac liberalibus jocis admodum gaudente. Epiſtolas ad amicos ſcribebat libenter, uſus genere orationis ſententioſo & inciſo: quale eſt Politianicum; ad quod in Italia erat adſuefactus. Rhythmis etiam ludebat interdum; cùm quidem faceret verſus ſat bonos. Divulgati quidem fuerunt, de improbitate ſimulantum religionem. *Nihil edit in publicum.* Sed ipſe neque edidit ſuorum quicquam; neque reliquit, exceptis epiſtolis paucis; quod edi rectè poſſet, & omninò ſe ſua publicari nolle ajebat. Ac *Joachimo Camerario* percontanti aliquando cauſam; *quamobrem tam pertinaciter premere ſcripta ſua, cum omnes arbitrarentur, & ipſe quoque putaret, ſcriptionibus eum operam dare? Ita fieri,* *Cauſa.* reſpondit, *quia ſua ſibi nunquam ſatis placerent, ideoque malle ſe frui aliorum ſtultitia.* Erat nimirum ei perſuaſum, non facere ſapienter illos, qui ſua ſcripta facilè emitterent in lucem, præſertim cum illis temporibus non emitterentur, ſed evolarent undique omnis generis libri.

Quædam ejus edita. Editæ ſunt quædam tamen ejus epiſtolæ, & carmina, inſerta epiſtolis ac aliis monumentis, doctorum ſuperioris ſeculi virorum, ſtudio *Joachimi Camerarii*: quæ indicio eſſe poſſunt, quale illi ingenium fuerit. Eruit illa rogatu Camerarii *Bruno Seidelius* Medicus, è Bibliothecâ nobilis viri *Gerlachi de Margaritis* & *Leoburgo*, filii *Herebardi*: qui apud *Albertum* Moguntinum Electorem primùm, deinde etiam inter Imperatorum Maximiliani & Caroli conſiliarios ſuo tempore ſummo loco fuit

ſummaque auctoritate. Floruiſſe autem
tianum etiam apud exteros virtutis ac d
næ famâ, epiſtola hæc *Aldi Manutii* ad
ricum Urbanum docet: quam, cùm
ſit & elegans, ſubjicere nobis viſum
igitur habet:

Henrico Urbano S. Bernh
ſacerdoti venerando, ac magn
ctrinâ homini, Aldus Manut
Romanus S.

Mutianum Rufum, propter ipſ
ctrinam & humanitatem, amo vehemen
que debere me fateor; cùm quod de me
ſinat benè dicere, tum etiam quia te
ſanctis moribus & doctrinâ ornatum v
amicum fecerit ſuis laudibus. Quam
niſi te, & Mutianum, & Spalatinum
dum quàm doctos viros, & mei amanti
non diligam ſolùm; ſed plurimum quo
damem, ſim omnium ingratiſſimus.
amo vos, & veneror: agoque vobis imm
gratias: quòd me ad mutuam benevol
invitaritis; quam quidem ad rem ſi tacu
eratis digni prius rogari. Illud me va
lectat: orari abs te Deum, ut me in tan
boribus pro re literariâ adjuvet. Id qu
go te, etiam atque etiam ut nunc maxi
cias; curesque ut idem cæteri apud te tui f
Molior enim rem maximam, maximo
mento futuram ſtudioſis omnibus, & qu
ſunt, & qui pòſt aliis erunt in annis. Va
net. 22. Febr. An. M. D. VI.

Ipſe autem Mutianus ad eundem
num ita de ſe: „ Deſpectus rerum m
mentanearum, non eſt veſania, non dem
tia, non imperitia. Quid tot ſancti or
nes, quid tua hæreſis, in qua Canoni
vivis? quid Philoſophorum inſtituta m
liora aliud præcipiunt, quam ut ſimus p
cis contenti & manſueti? omitto citare
ſtes, Paulum noſti, legis ſacra, intell
caſus humanos. Dicunt maligni Mut
num non eſſe Theologum, non Juriſp
tum: non admodum literatum. Fate
& humilibus homo Chriſtianus acquieſ
Id tamen ſcio: nos omni doctrinæ gene
ne dum in ſacris literis & jure, tantum pr
feciſſe: quantum ab homine barbaræ
tionis fieri poteſt. Non te moveat, ſi
dis calumniantium obtrectationes. M
jora morâ moliuntur, crede mihi. Sed
me robore animi Deus ſepſit: u[illegible]ſtul
rum, invidorum, ſuperborum ſibila n
extimeſcam. Malè igitur dicunt illi; h
militas eſt conditionis utilitas: imò hu
litas Chriſtiana eſt vera fortitudo & m
gnanimitas, &c. „ *Vale raptim.* Came
in vita Eobani: Epiſtolæ Eobani
& Carmina.

HVLDERCVS ZASIVS.

nradus Zaſius civis fuit Conſtantienſis
cuples. Is filium cognominem, di-
niſtræ manus carentem, patrifamilias
m fore judicans, bonis omnibus in
ſus diſtributis, filio, quantum ad vitæ
frugales quotannis ſatis eſſet reliquit.
a Germaniæ JCtus debebatur, qui erudi-
vereribus, auctoritate recentioribus
ri poſſet: è *Plorea* familiâ uxorem du-
Eo in conjugio natus eſt *Hulderícus* ſive
us Zaſius, anno à nativitate Chriſti
no quadringenteſimo ſexageſimo primo.
l literarum adhibitus ſtudia, feliciter ili-
e tradebantur, arripuit: ut illis tempo-
quibus primùm in Germaniâ illuceſce-
ſubobſcurè, bonæ literæ incipiebant.
quam verò illa ipſa ætas, in quam puer
, inculta adhuc barbaraque eſſet, eâ-
cauſa pueritiæ ſtudia rectiùs aliis inſti-
on poſſet: tamen, cùm & literæ in dies
magiſque emerſiſſent, & ipſe interea
iſſet, ingenii dexteritate facilè effecit;
i barbarie excuſsâ in omnibus liberali-
ciplinis eleganter doctus & eſſet & ha-
r.

ntutem paulo diſſolutiorem eum egiſſe
pravâ ſocietate (quod ætas iſta peculia-
m habet) corruptum. Et auditus eſt
quoties ejus temporis jacturam, apud
tores & ſuos familiares, deplorare.
verò relictâ ſcholâ, ſe ad forum & ne-
ranſtulit, conſilione an caſu, incer-
In numerum ergo Notariorum Con-
nſis Conſiſtorii, quod iſtic ſanè celebre
requens eſt, conceſſit: ubi aliquan-
gociis forenſibus exercitatus, à Senatu
genſi, quod Briſgoiæ oppidum eſt, ac-
r & Syndicus ejus Reipubl. deſignatur.
atur ille etiam dum ſtudiis, quæ priva-
nquam intermiſit, & inprimis Juris ci-
ore ac cognitione ardebat: cujus præ-
n dignitatem, ſummamque utilitatem,
ctiùs, atque olim per ætatem intellige-
dicare poterat. Itaque quod in adole-
per imprudentiam prætergreſſus erat;
meliori conſilio, etſi ſerius, ſecutus, at-
iam conſecutus eſt.

vectâ jam erat ætate, trigeſimumque an-
xceſſerat, cum primum cœpit fatali hor-
us civile addiſcere; Quod quo rectius
xpeditius facere poſſet, abdicato à ſe
o illo officio, totum ſe deinceps Juris
addixit atque dedidit. Præceptores
t eos, qui tum Friburgi, quod publicam
arii nominis ſcholam habet, profite-
, ex quibus ipſe poſtea ſcriptis ſuis duos
num celebravit, *Joannem Knapum*
nuin, & *Paulam de Cittadinis* Patavi-
cujus etiam in familiaribus colloquiis
ſimam mentionem ſæpè faciebat. Bre-
pore plurimum in juris diſciplinâ pro-

fecit. Erat enim naturâ laborum tolerantiſſimus; memoriâ ſummâ, judicio propè tum perfecto: ad quæ accedebat illa forenſium negociorum cognitio, quibus juris civilis rationes uſu prius, quam literis jam didicerat. Quapropter cum Paulus ipſe ingenii judiciique dexteritatem in Zaſio diſcipulo perſpiceret; cum ſibi in ordinaria prælectione, quanquam etiam dum ſcholarem (ut tunc vocabant) & ob id multis ex Profeſſoribus ferè tumultuantibus, ſurrogavit; pro quo tum Titulum *de conditionibus Inſtitutionis* publicè prælegit. Hic quod & naturali quadam dicendi facultate præſtaret; & præter aliorum morem, pro ſuâ eruditione, cultius elegantiusque doceret: ſtatim celebrari, & gratus omnibus eſſe cœpit.

Diſcipulus ſurrogatur Præceptori

Docet cum ſucceſſu.

Quapropter, ut primum Doctoratus inſignia tulit, inter ordinarios Profeſſores cooptatus, ex eo non ſcholaſticâ profeſſione tantum; verùm etiam ſcriptis editis deinceps magis magiſque inclaruit; ac quaſi ſibi certamen ipſe indixiſſet, ſeipſum indies eruditione & famâ ſuperavit; quam utramque quantam ſit conſecutus, cum in medio ſint ejus doctiſſima atque utiliſſima ſcripta, nihil opus eſt noſtro hic judicio definire.

Doctor renunciatus fit Profeſſor

Vitam quod attinet, erat ille honeſtiſſimis & amabiliſſimis moribus, liberalis, humanus, affabilis, læti & per quam feſtivi ingenii, ut qui libentiſſimè ſemper jocaretur. Dapſilis præterea, ut loquuntur, erat, & crebrò convivabatur, adhibitis plerunque doctis viris, amicis ſuis: quorum ſuaviſſimis confabulationibus animum ſuum ſubinde recreabat. Nihil enim minus, quam ſolitudinem ferre poterat. Cibi atque vini nonnihil erat avidior, unde & craſſitiem corporis contraxerat: ut mirari non pauci ſolerent, quomodo vir iſtis rebus intemperantior; tantos tamen labores lucubrationesque, quibus plurimum incumbebat, ſuſtinere citra morbum poſſet. Sed ea erat naturæ, quæ fortiſſima illi contigerat, præſtantia.

Vita Zaſii qualis.

Converſatio ejus reliqua omnis decora & perquam urbana fuit. In profitendo ſummam gratiam habebat, & actionis vividiſſimam energiam.

Erat candidi ingenii minimeque invidi. Aliorum laudes non ſolum libenter admittebat; ſed etiam ipſe frequenter prædicabat, nec audivit quiſquam ullius illum Profeſſoris vel ex demortuis, vel ex illis qui ſuo tempore celebrabantur, honori nominique unquam obtrectaviſſe. Pertinacior tamen in defendendis illis, quæ ſemel aſſeruerat, & reprehenſionis impatientior eſſe nonnullis videbatur.

Candidum ingenium.

Cætera vir ſingularis humanitatis, qua cum alios omnes, tum maximè diſcipulos ſuos, & ex illis ſtudioſiſſimum quemque complectebatur. Nihil erat, quod illis non communicaret ex ſuis: nihil, quod, ſi poterat, non præſtaret.

A Fer-

A Ferdinand. Aug. privilegio, donatur.

A *Ferdinando* tum Ungariæ & Boëmiæ, dein Romanorum Rege, poſt dedicatam eidem lucubrationum ſuarum editionem, inter alia hoc privilegio donatus erat; *ut quandocunque ei luberet, in ocium ſe literarium recipere & operoſum prælegendi laborem à ſe abdicare poſſet, ſalvo nihilominus ſibi annuo ſtipendio ſuo.*

Friburgenſis enim ſchola ſub Ferdinandi, tanquam Archiducis Auſtriæ, dominio eſt.

Cæterum hoc privilegio Zaſius nunquam uſus eſt: ſed amore ſtudioſorum, quorum non paucos immenſis etiam itineribus ſecutos ſe videbat, perpetuò, ſi per valetudinem licebat, prælegebat. Nam podagra ſæpè impetebatur,& illi etiam ſenectus ipſa (juxta proverbium) morbus erat.

Moritur.

Rebus humanis eximitur JCtus & vir optimis juxta ac doctiſſimus Friburgi; anno ſalutis *milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto*, die *viceſimo quarto* Novembris, ætatis ſuæ anno *ſeptuageſimo quarto.* Elatus eſt magno totius orbis luctu, & in ſummo templo honorificè ſepultus, ubi illi ex decreto Senatus & Reipubl. Friburgenſis ad extremam gratitudinis ſignificationem (municipales enim leges ejus urbis Zaſius omnes illis condidit) elegans monumentum poſitum eſt, cum hac inſcriptione:

Epitaphio honoratur à Republ. Friburg.

HULDRICHO ZASIO JURECONS. SUORUM TEMPORUM TOTO ORBE CELEBERR. HUJUS ACADEMIÆ ORNAMENTO SINGULARI, ET REIPUBLICÆ FRIBURGENSIS IN RESTAURANDO JURE MUNICIPALI JAM OLIM STRENUAM OPERAM NAVANTI, ALIISQUE MULTIS NOMINIBUS DE SE BENEMERITO MAGISTRATUS OFFICII MEMOR FIERI JUSSIT.

CONCESSIT NATURÆ, ANNO SALUTIS M D XXXV. VIII. CAL. DECEMBRIS.

Item ab Eraſmo.

Scripſit & Eraſmus Roterodamus ad tumulum illius tale Epitaphium:

Siccine mors crudelis, & invida præripis orbi
Vlrichum Zaſium, decus admirabile Iuris
Cæſarei ſimul & ſacri (pauciſſima dixi)
Imò doctrinæ totius & artis honeſtæ
Theſaurum, ac mundum locupletem? cujus ab ore
Manabat ſermo vel melle ſuavior omni.
Quid nunc collaudem ſummum pietatis amorem.
Et mentem cœlo dignam? quo jam illa ſoluta
Corporis involucris fruitur, ſine fine beata.
Quod ſupereſt, te compello ſtudioſa juventus,
Tandem pone modum lacrymis, juſtoque dolori.

Vocis ademta tibi Zaſiana copia: ve
Exſtant ingenii monumenta perenni
Aſſiduè manibuſq; teras, oculiſq; fr
Spirat in his, loquiturque viri par
ſemper.

Uxores habuit duas, ex quarum *Joachimum*, qui poſtea ducis Saba Secretarius fuit, & filias duas *Cle* mercatori poſtea, & *Catharinam Funck*, Conſtantienſi docto JCto n Latinis literis induſtriâ ſuâ præter G morem eruditam, ſuſtulit.

Sexagenario jam major ſecundam quæ illi filios tres, & * filiam peperit. natu major *Joann. Udalricus*, juveni acrimonia, memoriæ præſtantia, dic promptitudine à patre neutiquam rans, qui poſt patris obitum, ad aud virum doctiſſimum *Marianum Soc* miſſus, ſolitis titulis inſignitus rediit terno ocio aulica negocia, ſuum ſec nium, præferens, in ſummâ *Ferdin Maximiliani* Impp. gratiâ vixit, ve illud eſſe oſtendit:

Principibus placuiſſe viris non ulti eſt.

Uſus eſt Zaſius pater amicitiâ vir Germania & extra eam ſuo tempore morum: quemadmodum τὸ καλὸν φιλ primis autem cum *Eraſmo* interceſſi ceſſitudo ſumma; &, cum Friburgi i veret, familiaritas quotidiana. Quanqu conqueratur * alicubi Eraſmus, min licere ſibi illius optatiſſimâ conſuetudi in cauſa eſſe; quòd Zaſius ſurdaſter, E parum vocalis eſſet.

Ornavit autem non ſolum Eraſmu tis & magnis officiis, nec in ipſum gratis fuit officioſus; ſed in alios qu vel noticiâ Eraſmi commendatos. N ut ibidem *Eraſmus ad Pirkeimerum*, dus in amicos: ſed ipſe candor, in e ſenectâ animus vegetus, judicio dec hil, nihil memoriæ. Inde ipſe de ſe * a *Ego quantum ſenex, hujusmodi memor dulas ſperno: ut cujus memoria DEI b nondum deflaccuerit, deficientibus etiam corporis viribus.* Orationem habuit c pore, ſic bonis verbis; bonisque ſen nec id ſine lepore, ſcatentem; qual gat in Italio animadvertiſſe. Deniq in eo morum verè Chriſtiana ſinceritas ab illius colloquio diſceſſit quisquam tatem non inflammatior: uno verbo, v ſcorum morum & antiquæ virtutis exemplar.

De doctorum quorundam in interp dis legibus iniquitate, verè & ingen ſcripta * reliquit: „ Ex his relucet on doct. error intolerabilis, qui unquam ſu eâ * lege ſcripſere, & quàm coactè, qu omninò impertinenter negatoriam act nem in dictam legem intruſerunt. hominies ſumus; atque utinam ex Epic

tentiâ, idipſum quod homines ſumus,
gnoſceremus? nosque humana pati non
ſimularemus! Jam veritati, à quocun-
e ea diceretur, crederemus: meliora
tientes ſine invidiâ ſequeremur: & re-
tis faſtuoſis Italorum & Gallorum titu-
etiam Germanis docendi gratiam à Do-
nò dari fateremur. Sed ſunt qui leges
iles ſæpenumero ideò obſcurant: ſive
od non omnium facilis ſit & expedita
erpretatio: ſive quod veritatis profun-
r inquiſitio negligatur. Non enim
o aſſerere; quod ad augmentum ſti-
diorum aliquando nodus in ſcirpo
ratur: videre tamen Baldum poteris
is gen. §. quin imò in verſ. utputa poſt
um. ff. de pact. *ubi neſcio, an aquam
adferat: cur Accurſius gloſſas non
deditâ operâ obſcurarit.* Hæc ipſe

Idem alibi ad Lectorem.

onteſtatum ante omnia volo, ex ſolis
textibus Juris, veriſque & fundatis
nibus, quæ vel lege, vel natura fir-
tur pendere, eisque niti & hærere
. Deinde ad opinionum procellas,
us teſte Cebete, ad ſcientiam non pa-
troitus, nolle alligari: quæ apud me
inimam quidem authoritatem habent:
vel textu juris, vel evidenti ratione
ſtant. Et tertio loco, Accurſii, *Bar.*
Bald. Angeli, & cæterorum authori-
, honore tamen eis debito ſervato,
luris me facere: quam aliorum quo-
unque Doctorum, qui eruditione præ-
: ita ut me nullo premant præjudi-
etiamſi fuerint ingenio & doctrina
nis excellentes. Veritas enim juris
tibus, non ex Doctorum authori-
ruitur. Tandem conſiliorum ſyl-
minus ablegamus: quæ ſæpenumero
æſtum, & ad perſuadendum judicem
unt compoſita, quam ad veritates
um aſſerendas. Proinde qui mea per-
nvellere, textibus juris, juſtisque
ibus mecum pugnet. Nam quic-
ræterea armorum afferet: hac con-
one, tanquam rem imbellem, aver-
Hæc idem Zaſius.

uit multa præclare ſcripta, quorum
ltimam manum accepere, & ab eo
: „ ut intellectus legum ſingulares:
entaria in legem ſecundam, Digeſt.
ine juris: Tractatus ſubſtitutio-
Tractatus de Judæorum infantibus
ndis; Apologia contra Eccium, item
Stellam Aurelienſem, & Epitome in
udales.

ua verò poſt mortem illius edita
ipulis, confuſa adhuc, incorrecta
ſcriptis propter ultimæ manus de-
ropè diſſimilia; de quorum nu-
mero ſunt; *Summa in Digeſtum vetus. Lectura in aliquot Titulos primæ partis Digeſti veteris: Et in titulum*, ſi certum petatur, in ſecunda parte. Item *ſuper titulum de actionibus in Inſtitutis.* Item *conſiliorum libri duo.* Illa autem omnia ſi ab eo ipſo fuiſſent emendata, haud dubiè longè aliam faciem fuerant habitura, quam nunc habent. Cujus Fichardus conjecturam ex *Tractatu ſubſtitutionum*, ab eo ipſo poſtea evulgato, facere ſe ſcripſit: qui tantopere diſtet ab illo, quem in ſcholis Auditores, inter quos & Fichardus: ex illius ore exceperant, ut lecturam præ illa editione vix agnoſcere poſſis Zaſii fuiſſe: tam multa iſtic immutata, tam multa etiam reciſa, tam multa denique ex integro illuſtrata ſunt. Ex qua quidem editione planè perſpexit: Zaſium hoc ferè emendationis genus in uſu habuiſſe, quod Horatius in * Satyris deſcribit, dum ait: *Zaſii modus ſcribendi.* *Lib. 1. ſat.10.

Detereret ſibi multa; recideret omne; quod ultra
Perfectum traheretur, & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet; vivos & roderet ungues;
Sæpe ſtylum vertens, iterum quæ digna legi ſint
Scripturus.——————

Aliàs enim in lecturis fuit multò effuſior & minus concinnus, & verborum quibus ſæpenumero inquinatis, ſignificantibus tamen, utebatur, ferè negligens. Qua de cauſa Zaſium ſinceri lectores excuſatum habebunt, ſicubi in poſterioribus editionibus eum ſibi ipſi diſſimilem invenient, & illius, quod apud *Naſonem* eſt, humaniter meminerint:

Emendaturus, ſi licuiſſet, eram.

Eſt in hunc Zaſium, *Joann. Thomæ Freigii* diſtichon hujusmodi: *Epigrammata in Zaſium.*

Corpore craſſus eras; ſed mentis acumine Zaſi
In ſummo ſacri vertice juris eras.

Item *Joannis Fichardi* olim diſcipuli Zaſiani, Sapphicum elogium prolixum; hoc:

Hac leveis ergo tenus, & jocoſas,
Sit ſatis mecum retuliſſe nugas,
O Iovis proles, veneranda Clio,
Nata ſupremi.

Nunc virum laudes age maximorum
Grandior tandem, ſuperas ad auras
Effer, & cantu celebrare tenta,
Diva canoro.

Ergo quis cunctos potior canendus
Inter heroas, quibus hoc perenni
Inclytum fama ſuperat Friburgum,
Venerit unus?

Anne qui primus latices Latinos,
Primus & Grajos latices Latinis
Rettulit, dicam numeris ERASMUM,
Roterodamum?

C *Nemo*

Nemo quo major, ſimilisque nemo eſt,
Proximus rarus: monimenta cujus
Noſtra mirantur, ſubitura ſemper
Secla ſtupeſcent.

An magis magni comites Eraſmi
Te canam Vatem GLAREANE noſtri
Temporis clarum, Latiam hacque linguam
Vrbe docentem?

Teve LVSCINI? genus omne doctum
Diſciplinarum, triplicesque linguas,
Hisque tradentem ſacra, laude ſumma,
Dogmata Chriſti?

Aut vetuſtatis potius (tenebris
Quæ velut denſis latuit, latetque)
Vindicem doctum memorem, Joannem
Forte SICHARDVM?

Inter hos ritè fueras referri
Dignus inſigni quoque tu camœnâ
Qui doces ſacros canones, AMELI,
Ore diſerto.

At rapit totum ſibi me, tenetque
Fama grandævi moritura nunquam
ZASII, quo nemo peritior nunc
Juris & æqui.

Nunc tuis ergo, mea Muſa, plectris
Subjice, hunc clara celebrato voce:
Hunc virum plenis, age, Diva, ſolum
Laudibus effer.

Ille Germanis, Italis, Britannis
Notus, & cunctis celebratus oris
ZASIVS, noſtri decus & perenne
Ille Friburgi.

Ille quem totis bene conferendus
Gentibus, magna veneratione
Diligens, unum ſolet anteferre.
Divus Eraſmus.

Cujus ex omni, propè ſemper, orbe,
Gratia pubes venit audiendi
Docta, quæ magna veteri refulget
Stemmate, parte.

Nemo qui leges profitetur usquam
Doctius; nemo meliore tradit
Vel fide, vel judicio parique
Cum gravitate.

Dii, quibus celſa reſidens cathedra
Hic modis, nec dum ſatis orſus, in ſe
Omnium menteis oculosque vertit
Voce potenti.

Quam docet multo juvenum favore
Afficit quanto penitus ſtupore
Singulos, quidam tria ceu ſtuperſtes
Secula Neſtor?

Ille ſeu ſenſus ſibi ſingulares
Proferat, multa ratione firmos,
Rectius Legum quibus indicatur
Vera voluntas.

Sive doctorum dubias priorum
Diſſipet pugnas: malè ſeu profeſſos
Arguat, ſive explicet implicatos
Denique caſus.

Quæ quidem tanta ſimul & Latinæ
Copia præſtat phraſis, atque luce
Quanta vel priſcos decuiſſet ipſos
Jure peritos.

ZASIVM porro celebrato Mu
Quem ſtudent rebus dubiis, & ip
Cæſares, Reges proceresque prim
Conſul

Quique longinquis petitur ab oris
Indies: cujus domus urbis atque
Omnium oraclum eſt, dubio ſuum
Solicitat

Qualis & quondam ſenioris illa
Mutii Legum fuerat periti
Civium ſemper celebrata turba,
Janua Rom

Ipſa quid tandem monimenta dica
Laudis æternæ, meditationes?
ZASIO famam meruere quant
Nomina quan

Nil quibus vel doctius eſſe quicqua
Nec poteſt vel terſius eſſe quicquam
Et nihil fundatius eſſe quicquam,
Splendidi

Illa dum cœlo variantur hora,
Et regent terras ſacra Jura ſtabun
ZASII ſervantia, clara cuncti
Nomina ſec

Hinc ſuo tantum neque vate quon
Pindaro Thebæ, neque Ion Hom
Fulſit, hoc quantum duce nunc Fr
Nobile

Arduum jactant velut ALCIA
Galliæ: jactat Marium ſuperba
Roma: Germanis ita regnat uni
ZASIVS

ZASIVS clarum jubar ille Leg
ZASIVS linguæ decus & Lati
ZASIVS præſtans titulis quibus
Inclytus

Ergo Nelidæ tria ſecla vitam
Vivito felix, venerande ZASI,
Et diu nobis (ſuperos precamu
Ipſe ſup

Richardus autem Sbrulius Foroj Poeta Cæſareus, in laudem illuſtr interpretis Vdalrici Zaſii Germani gramma reliquit.

Quid ſequeris balbos pubes German
ſtros,
Cùm ſi natali turba diſerta ſolo?
Quid tibi cum Scythicis proles gen
lonis?
Quin tua Romanos patria fortis a
Ah pudeat triſtes luci præferre tenebr
Ah pudeat Glaucum præ ſue nolle
Vt ſileam multos, tibi Zaſius optima
Quæque, decem tabulas explica
rum.
Somnia non vobis, folium legit ille
Tullius eloquio, legibus ille Solon.
Quid plus eloquio? quid vos plu
ornet?
Hæc duo præcipuè quemque beare
Zaſius & calamo vos & ſermone juv
Sive domi cupitis vivere, ſive for

dverſarios autem expertus eſt inter alios
m Stellam & Joannem Eckium, cui
ndit ſuper quæſtione: *quo loco fides ho-
i eſſet ſervanda* Apologia edita. Et hæc
ſio deſumta *ex vitis recentiorum ICto-
Joann. Fichardi: Zuingeri theatro: Eras-
ſtolis, ipſius Zaſii ſcriptis & aliis.*

JOANNES FICINUS.

Uanquam vetus illud hiſtoriographi
pronunciatum vel hodie de nimis quàm
verum eſt: *omnes omnium virtutes
quantas videri eas voluerint eorum in-
qui uniuscujusque facta deſcripſerint:*
en in *Ficinum* hunc minimè convenire
us. Per enim vellemus panegyrico ju-
tutem atque doctrinam viri dilaudare:
iſtoriarum ope deſtituti ſcholia dum-
notamus. Edidit ergo *Joannem Fici-*
aſſiæ inferioris oppidum *Lichtenavia*,
lo libero, & poſt ſaltum opacum den-
patente, denominatum. Dictus
naculâ eſt *Joann.* Feige; quod in Lati-
icini, neſcio an a ficu, eſt demu-

ris eleganter, ut ſaltem tempora illa
t, eruditum fuiſſe, vel hinc colligas:
pientiſſimo Cattorum Principi *Phi-
gnus*, non ut unus è multis, viſus fu-
ui & Conſiliarii intimi & Cancellarii
eferret crederetque. Eo in officio,
ous id literarum monumentis, annis
is fidem atque induſtriam ſingularem
& civibus probavit. Hinc cum ſub
millesimum quingenteſimum viceſimum
doctrinæ ac rituum Eccleſiaſticorum
io in Haſſiâ ſuſciperetur: *Homburgi*
i indicto & congregatis ex omnibus
ac cœnobiis Pontificiis, Princeps per
diſſidium eis religionis expoſuit, nec
res, qui contra ſcripturam in Eccle-
pſiſſent, refutavit.
ut Academia *Marpurgi* inſtituere-
em movit lapidem: & interfuit in di-
Principis primi Rectoris *Joannis Fer-*
nuntiationi, & deſignationi novo-
feſſorum: fuitque Gymnaſio Can-
datus, & bona illius cum *Joanne Fer-*
que *Joanne Tenero*, Oeconomo, fide
tia magna adminiſtravit. Sed cum
egociorum molem, quibus aſſiduè
tur, adeſſe ſcholæ non poſſet: ſuble-
nihil eſt, Vicecancellario deſignato

Ficinus, nomine ſui Principis à
& *Ferdinando* ejus fratre, confir-
& privilegia Academiæ, Mar-
datæ, impetravit. Fuit vir mini-
[illegible], ſed inſignis fautor literarum,
rum, inter quos facilè Principem
tinuit *Eobanus Heſſus* Poëta cele-
ex epiſtolis ad Ficinum ab ipſo
ſcriptis, videre eſt. Inſcripſit eidem Eoba-
nus opera ſua Poëtica, uſusque eſt eo, dum
vixit, patrono. *Chronicon Haſſiæ: Epiſtolæ
Eobani Heſſi: Chytræus in Saxonia.* *Patronus Eobani.*

CHILIANUS KONIG.

Flor. ſub ann. 1527.

Chilianus König, Zuiccaviæ in Miſnia natus: in Germaniæ ſcholis informatus: ab italis doctoræ inſignibus ornatus, inque ordinem JCrum adſcriptus perhibetur. In patriam reverſus à Principe *Georgio*, Saxoniæ Duce, Cancellarius eſt declaratus: fuitque ei à conſiliis intimis. Idem aliquando dicitur in patria ſua fuiſſe & civis & ſenator: ubi hoc ab eo laude ac memoria dignum facinus prædicatur patratum. Orta inter plebem, quæ bellua eſt multorum capitum, & magiſtratum ſeditione, ob * privilegiorum, ut jactabatur, antiquitus indultorum defenſionem: cùm omnia ſurſum deorſum viderentur itura: ipſe verè regio animo ſuam interpoſuit auctoritatem, & dexteritate ſingulari diſſidii flamma exſtincta, civitatem totam graviſſimo periculo, Senatum ſiniſtra ſuſpicione liberavit: vereque, quemadmodum Poëta maximus ejusmodi de tempeſtate ait, unus

Cancellarius Ducis Saxoniæ. Senator Cygnæus. Seditionē ſedat.

** De quibus Dreſſerus part. 5. in deſcript. Zuiccaviæ.*

Ipſe animos rexit dictis, & pectora mulſit.

Edidit *proceſſum judiciarium* tum ex jure Cæſario, tum Saxonico collectum, illisque accommodatum regionibus: quo ſcripto aliud præſtantius ullum eo in genere inveniri negant. *Scripta.*

Ex Chronico Miſniæ Petri Albini tit. 25.

BILIBALDUS PIRCKEIMERUS.

O. 1530. d 22. Dec. ætat. 60.

Publico bono editur *Bilibaldus Pirckeimerus*, anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo*, *Norinbergæ*, patre *Joanne*, juris utriusque & omnium liberalium ſcientiarum periti ſſimo: qui primùm Epiſcopo *Areatino* vulgo *Eiſtetenſi*; poſtea & *Alberto*, Duci Bavariæ, & *Sigiſmundo*, Auſtriæ Archiduci, fuit à conſiliis. Puerum *Bilibaldum* pater bonis literis maturè imbuendum curavit, & ſimul ac equitando ſequi poterat, multis in legationibus ſecum eſſe voluit; atque in regum Principumque aulis verſari; ut

Ioa. Pirckeimer. pater.

Multorum mores hominum luſtraret & urbes:

ſimulque domeſticum parentis exemplum intueretur: cum *à teneris adſueſcere multum* ſit. Nec interea & aliorum ipſi defuit inſtitutio. Doctus eſt enim tum alias, quæ ad humanitatem pertinent, artes; tum *Muſicen* & vocalem, ut vocant, & inſtrumentalem; quam feliciter & citò arripuit. *Educatio.*

Addicitur aulæ Epiſc. Eyſtetenſis.

Adultior factus aulæ Epiſcopi illius addicitur: ut non tantum aulicorum mores cognoſceret, ſed etiam artibus bellicis, & in militia ſe exerceret, quo natura ferri videbatur. Accidit eo tempore, ut Epiſcopus ille à quamplurimis impeteretur: qui latrociniis, & prædis agendis potius, quàm aperto & juſto bello inferendo, provinciam infeſtabant, ac vaſtabant. Ibi Pirckeimerus biennium equeſtri militia ſe ita exercuit: ut non minus hoſtibus notus, quam Epiſcopo charus eſſet. Nullo defatigabatur labore, nullis vigiliis, nulla inedia, nec periculum declinabat ullum. Et tamen temerè aggrediebatur nihil: ſed omnia circumſpectè & conſideratè ſuſcipiebat atque perficiebat. Eo tempore omnia armorum genera peritiſſimè tractare didicit: ut non minus pedeſtri, quàm equeſtri militiæ aptus eſſet. Ac tametſi ſtatura erat altiori: equitando tamen perquàm agilis erat; ac viribus corporis ita robuſtus: ut luctâ, jactu, curſu, omnes ſuperaret æquales: ſaltu verò ita levis; ut altiſſimos etiam equos facilè tranſiliret. Cùm verò vigeſimo appropinquaret ætatis anno; pater in Italiam mittere eum decrevit: ubi ſtudia aliquandiu intermiſſa recoleret ac continuaret. Quæ res magnopere tum quidem animum ejus offendebat. Invaluerat enim ea tempeſtate perverſa opinio: *literas hominibus militaribus & aulicis dedecori atque ignominiæ eſſe.* Maluiſſet igitur in exercitiis equeſtribus perſeverare: atque in Belgium, ubi tum *Maximilianus* I. bellum gerebat cum rege Galliarum, militatum abire. Verum cum pater oſtenderet, quantum literæ præſtarent armis: & commoda atque incommoda utriusque vitæ togatæ ac militaris ob oculos poneret: facilè incenſum adoleſcentis animum flexit: patrique filius, tanquam prudentiori, lubens paruit.

Acer in prælio.

Exercitia equeſtria.

Literæ aulicis dedecori habitæ.

Miſſus in Italiam Patavium venit. Iura diſcit. Græcam item linguam.

Primum itaque *Patavium*, ſedem ac magiſtram ſtudiorum ſibi delegit: & per *triennium* ibi legibus operam dedit. Quod tametſi princeps ipſi ſtudium eſſet: humaniores tamen literas, ad quas ferè naturâ proclivior erat, non omiſit. Cùm enim *Creticus* quidam nomine, magno cum auditorum concurſu Græcas literas ibi doceret: eum quoque audiit, & brevi tantum profecit: ut ipſi profeſſori admirationi eſſet. Verùm pater cùm id inaudiiſſet: ſeriò eum ab iſto ſtudio per literas dehortatus eſt; non alio colore, quàm hoc, literas Græcas tametſi fortaſſis ornamento eſſent, parum tamen ipſi prodeſſe poſſe, Pontificii ac Cæſarei juris ſtudioſo.

Ab ea dehortatur pater.

Ticinum abit.

Græcis igitur aliquantulum ſepoſitis, Patavio *Ticinum* profectus eſt: ubi ea tempeſtate præſtantiſſimi JCti florebant, & cum ingenti concurſu leges docebant, *Jaſon, Maynus, Joannes Paulus Lancellotus*, & *Philippus Becius*. Italorum autem tunc conſuetudine maximè delectabatur, unde factum, ut à Germanis, qui ibidem vivebant, in invidiam vocaretur, & aliquando malè audiret: quam tamen obtrectationem malevolorum parum

Cum Italis verſatur.

curavit. Italis autem ideò utebatur
eorum ipſi civilitas, temperantia, & e
maximè probaretur: cum à luſu aleæ, c
tionibus, helluationibus, & ſumtibu
bus totus abhorreret. Nec minus
Italis carus & jucundus erat: tum q
rum ſe moribus & ingeniis accom
noſſet: tùm quod præter morum faci
muſicæ in ipſo ſcientiam maximè
rentur.

In quotidiana itaque cum Italis co
tione Italicam linguam exactè didici
etiam uſu poſtea ſemper eſt delectat
vernaculam, Latinam, & Græcam.
nim à ſtudio Græcæ linguæ per patre
ſcio quo opinionis errore, propemod
ſtractus fuerat: tamen ſui juris factus,
intermiſſum ſtudium rediit, multa G
git & vertit. Nec minus *juriſprude*
aliis diſciplinis, *Theologiæ, matheſi, hiſt*
medicinæ etiam operam dedit: in quibu
bus ita verſatus eſt: ut cum quovis pari
poſſe videretur.

Septennium ferè in Italia commor
patre domum revocatur, ubi & avun
rentem ſuperſtites reperit. Pater aut
bona gratia à ſuis principibus dimiſſus,
rude donatus, *Norimbergam* redierat
Pirckeimero filio autor eſt matrimon
trahendi, certique vitæ generis eligend
git igitur ſibi uxorem *Creſcentiam Ri*
virginem lectiſſimam. Simul ac ma
ctus in ſenatum lectus eſt: ad quem
bergæ cœlibibus non patet aditus.
lia negocia eâ diligentiâ & dexteritate
vit: ut primò ſtatim anno legatus in
mis cauſis ad varios Principes mi
Quicquid autem in illo negocioſo vit
re otii habere potuit: totum ſtudiis i
adeò pertinaciter: ut à quibusdam re
deretur, ab aliis irrideretur.

Cum ita *triennium* egiſſet: bellu
Maximilianum Imperatorem & *Helv*
arſit. Ibi tam Norimbergenſes, q
imperii ordines, evocati auxilia miſe
ea expeditione cum de duce laboraretu
rum Reipubl. Norimbergenſis: ta
dignitas Pirckeimero, ne cogitanti q
ultrò delata eſt. Quod officium ſicut
ipſe exambiverat, ita nec recuſand
aut reſpuendum exiſtimavit, quantu
iam amici plerique omnes id ei propo
gnitudine pericule ſummopere diſſua
eumque deterritum à gravi expediti
domi retinere cuperent, conſulenten
ſuæ tranquillitati ac ſecuritati & ſuor
vulorum atque uxoris; quacum non
iſſet, curam ac tutelam gerentem. Se
modi amicorum voces parum in ipſu
flectendo valebant, ac nihil apud eu
ciebant: quin potius

Vicit amor patriæ laudumque imm
pido.

Ita commiſſas ſuæ fidei copias (quæ c

conſtarent *quadringentis peditibus* & *ta* equitibus, poſtea duplo auctiores unt) ad Cæſarem perduxit, unà cum *ubrinis cannis*, & *majori tormento rio*, octo præterea curribus militari- ibus veherentur arma, pulvis tormen- entoria, commeatus, aliaque ad expe- m neceſſaria. Adjunctus Pirckeime- præter complures nobiles quidam e- ratus *Ioannes à Bayersdorff*, qui vir fa- ebratur ſtrenuus, & multarum palma- llator. Nec minus & cæteri magiſtri n, centuriones aliique officiales probè probàtique erant milites. Pedites, nes erant veterani, eadem forma induti arant, rubris videlicet tu- cujus coloris panno currus quoque tecti erant; quæ res ad ornatum ſe- narum copiarum non parum confe-

n ergo jam Pirckeimerus cum ſuis co- um ferè perveniſſet locum, ubi Cæſar netatus fuerat; *Maximilianus* cogni- dventu, miſit ipſo obviam cum man- ut ad ſe veniret *Tettenaugiam*, quod n ad lacum *Acronium* in comitatu *rtenſi*. Eò ſtatim Pirckeimerus per-

item Cæſar recentes copias adventan- nelius oculis uſurpare poſſet, in cam- roceſſit eques; nec parum lætitiæ ex ctu pulcerrimarum copiarum percepit, m ex ſerenitate vultus colligi potuit. lum enim ex milite veterano ſelectiſ- & omnibus modis ornatiſſimo illæ ant: ſed etiam multò maxima pars ſari, ut cujus ſub ſignis jam complu- os in variis bellis militaſſent, & præ- æ ſtrenuitatis experimenta ſæpè dediſ- ota erat & recognoſcebatur, præcipui pitanei & centuriones aliique officia- os quidem Cæſar ipſe clementiſſimo t alloquio. Ac tametſi multoties au- criminationes quorundam malevolo- ui, antequam *Norimbergenſium* co- entrarent, illarum cum aliud nihil carpe- nt, ſolam exiguitatem traducebant, oc nomine extenuabant; tamen nihil iſtis ſermunculis ac dicteriis, nec ergenſibus vel minimum indignatus, li maximè quærebant, miſſum ſibi n clementiſſimè acceptavit. Ajebat *malle ſe tot veteranos & exercitatos quam alterum tantum numerum ty-*

n bello memoratu digna multa accide- nter quæ & hæc. Multi ex militibus uot dies ſæpe non viderant panem, comederant. Ut igitur huic malo oc- ur, faciendum viſum eſt, ut in ditio- *ediolanenſem*, quæ vallis *Telinæ* no- bet, aliquot milites mitterentur, pe- uſa commeatus, quem Dux *Medio- Ludovicus*, is qui paulò pòſt à Rege ia captus, omnique ditione exutus eſt Cæſareanis ſe præbiturum promiſerat. Erat in medio objectus mons excelſus & aſper, regionis ejus incolæ *Brajum* vocant, qui omninò tranſeundus erat, quod non ſine ſummo labore & periculo fieri poterat, tum quia nimis arduus ac præceps erat, adde etiam lubricus, tum quia præaltis nivibus coopertus: quæ tum ob aëris calorem menſe Junio liqueſcentes viatorum veſtigia non amplius ferre poterant. Hanc igitur periculoſiſſimam profectionem, quam cæteri omnes recuſabant, Pirckeimerus cum parte copiarum pedeſtrium, quibus ipſe præivit pedes ſuſcepit; atque ad Imperatorem *Maximilianum* cum *ducentis* juſſus vocatusque contendit.

Hic in via miſerabile ſpectaculum Pirckeimero objectum eſt, quod & ipſe refert, & nos hic quoque repetendum ducimus, ut veriſſimum illud agnoſcatur vatis oraculum: *Nulla ſalus bello.* Tranſeundum erat Pirckeimero cum ſuis per vicum quendam ingentem, incendio conſumtum: cujus ad portam duas anus conſpexit, cum permixto grege puerorum ac puellarum quaſi *quadraginta*, quem illæ ante ſe, non ſecus ac paſtor aliquis pecudes, minabant. Erant autem omnes fame ita exhauſti, ac propemodum confecti; ut nihil niſi oſſa & pelles viderentur præ macie: quin inter ipſos & cadavera, nihil præter motum & anhelitum, quo hæc deſtituuntur, diſtabat: omninoque erat ipſorum horribilis ac teter aſpectus. Sciſcitanti itaque Pirckeimereo, qui in hunc cœtum hominum non hominum, & vivorum ac ſpirantium cadaverum fortè inciderat, *quo tenderent?* reſponderunt aniculæ tremulâ atque exili voce, *mox ipſum, quo irent, viſurum.* Vix hæc protulerant, cum in pratum portæ proximum ſe conferunt, & ibi in genua agminatim procumbunt, herbasque & gramina pecudum more depaſci incipiunt. Hoc ſolum intererat, quod quæ ore prono carpunt beſtiæ, illi manuum miniſterio ori admoverent. Diſcernere quoque jam infelici ſcientia & uſu grex ille puerilis didicerat, inter ſalubres & noxias, dulces & gratas guſtui atque amaras & ingratas herbas: inque primis acetoſa delectabantur, quam illicò præ cæteris agnitam involabant.

Homines fame graviſſ. laborantes.

Paſcuntur gramine & herbis.

Paulò pòſt cum Cæſar ſuperveniens Pirckeimero, ad radices montis cum ſuis copiis præſtolanti, imperaſſet; ut in territorium *Mediolanenſe* commeatus petendi causâ ſeſe conferret: miles ipſius initio hoc iter inire recuſabat pertinaciter; quod dicerent non ſolum per ſe difficile ac periculoſum id eſſe, ſed etiam ſuam paucitatem cauſarentur, & hoſtium multitudinem: quibus undiquaque cincti eſſent, nihil ſe jam dicere de viæ iniquitate maxima, nihil de montis altitudine aſperitateque. Præterea alios omnes, adeoque Cæſareanos ipſos hoc oneris recuſare ac detrectare. Sed neque ſigna ſua adeſſe, ſine quibus ſe pergere velle pernegabant. Tandem

Mittitur in agrum Mediolan. commeatus cauſa.

dem poſt longam diſceptationem & controverſiam eo res fuit deducta, ut ſe profecturos, non alia lege dicerent, quàm ſi ſuus præfectus Pirckeimerus ipſe ſecum iret. Ibi ille, ne qua in ſe mora eſſet, his auditis de equo deſiliens arma equeſtria è veſtigio deponit, & peditis aſſumto habitu milites ſuos hortatur, ut ſua ſequantur veſtigia. Quod illi quidem fecerunt, cum jam vix diei horæ quatuor ſupereſſent ante noctem. Sed via adeò lubrica, lutoſa & laborioſa fuit, ut vix inde eluctari, atque emergere poſſe viderentur. Ita ergo uſque ad mediam noctem, non ſine maximo labore & moleſtia, iter fecerunt, vel potius cum luto & nivibus colluctati ſunt. Non enim ulla ipſis apparebat interim domuncula aut diverſorium, ubi paulisper ſuccedentes interquieſcerent, & corpora exhauſta reficerent. Tandem ad tuguriolum quoddam pervenerunt, in quod, tametſi non omnium capax eſſet, ſeſe abdiderunt ad capiendam exigui temporis quietem, verum adeò miſeram, ut fame, frigore & laſſitudine penè deficerent. Tum ante lucem ſurgentes primum montem ſub ortum ſolis ſuperarunt, & aquas calidas, quæ ex radicibus montis ſcaturiebant, repererunt, quibus nonnihil ſe refecerunt. Circa meridiem demum famelici & laſſi *Burmium* pervenerunt, ubi commeatus copiam aliquam ſe inventuros ſperabant. Quæ tamen ſpes ipſos fefellit. Neque enim Dux *Mediolanenſis* promiſſis ſuis Cæſari factis ſtetit. Itaque vix *quinquaginta* equos commeatu ibi recepto onerare potuerunt, inaudiverant quoque magnam eo multitudinem confluxiſſe. Itaque eo die inter maximos metus ibidem ſubſtiterunt, omnium rerum dubii atque incerti. Poſtridie feſtinantes abierunt, & ad Cæſareanos, qui in vallem *Engadienſem* ſeſe contulerant, perrexerunt. Erat autem in medio alius mons altiſſimus, quam omnino ſuperare cogebantur. Hunc cum adſcendiſſent in arcem munitiſſimam, quæ in cacumine montis erat ſita inciderunt, quam Dux *Mediolanenſis* præſidio munitam obtinebat. Per eam arcem neceſſariò tranſeundum erat ipſis, quod nullum aliud iter pateret, nullusque exitus. *Scala* arci nomen erat, quia per ſcalam ſive gradus in eam aſcendendum erat, tam equis quam viris propter ſummam ejus altitudinem, & abruptum præcipitium loci. In quam milites multorum dierum inedia emaciati & languidi irruentes, admodum ſe inebriarunt, unde ad rixas, ut fit, & arma cædesque mutuas proceſſerunt. In viâ paſſim Pirckeimerus vicos & pagos ab hoſtibus incenſos ac conflagrantes eminus vidit, nonnunquam etiam collabentium fragorem ædificiorum audivit. Parum quoque abfuit, quin hoſtis tranſitum ipſi cum ſuis interclusiſſet, dejecto incenſoque ponte, per quem flumen tranſeundum erat. Quo facto (ut jam fieri cœptum erat) omnibus non tam ferro quam fame pereundum fuiſſet. Necdum finis erat ſcandendi excelſos montes. Reſtabat enim & alius, quem incolæ *Bufalaurum* nuncupant, cum

Scala arx.

vix ante ſolis occaſum ſuperare po[…] Ita tandem ex hoſtico evaſerunt & […] commilitones ſe receperunt, multis t[…] ſuo numero deſideratis, qui in viâ de[…] fame & laſſitudine confecti. Uſq[…] enim fames invaluerat, ut inter eund[…] tes Pirckeimeri herbas è terra evulſas v[…] inſtar pecorum. Cernere quoque e[…] nullos diuturnâ fame in rabiem actos[…] tam diu durare potuiſſent à morte rem[…] paſſim aquas dulces, quæ ex radicib[…] tium ſcaturiebant, reperiſſent, qua[…] nonnihil vires reparabant.

Cum deinde *Pfuntium* tenderet, […] Cæſar commorabatur, obviam hab[…] cum quendam cum ingenti dolio vi[…] hoc certatim milites irruerunt, ſitis ad[…] tem reſtringuendæ causâ. Subſtitit P[…] merus; ut videret, quales ſe in vini d[…] tione milites eſſent geſturi. Tum ve[…] bipenni alius haſtâ, alius aliis inſtru[…] quæ ad manum, pervorato vaſe galeâ […] tâ vinum excipere, alii, quibus mora […] erat, etiam globulis ex bombarda emi[…] lium petere, ut jam uſquequaque aper[…] minibus vaſe vinum efflueret, atque i[…] effunderetur. Hinc tantâ iracundiâ […] runt, ut in illo tumultu & rixâ vinaria *q*[…] *ginta* circiter trucidati, & plus quam […] vulnerati fuerint. Ita enim promi[…] omnibus in omnes ſæviebatur, tanta[…] confuſio; ut inter amicum & adve[…] nemo diſcerneret, cæcosque ictus int[…] inferrent, & exciperent, Andabataru[…] nebris pugnantium more, quin etia[…] nulli, quibus vini hauſtus aliquis ob[…] ſupra occiſorum cadavera potare co[…] bantur. Cumque jam atrocem tu[…] Pirckeimerus, compeſcere nullo mo[…] ſet (venter enim auribus carens imperi[…] ne aſpernabatur, & furor iraque mente[…] cipitans ad omnia cæcos ac ſurdos re[…] rat) liberas illis permiſit habenas quoa[…] illa ſatiata ultro conquieſceret. Ita t[…] & ipſe ferè inediâ & laſſitudine con[…] Cæſaris caſtra attigit.

Eodem tempore cum tanta eſſet ut[…] animorum exacerbatio, ut ne quidem a[…] uterentur fecialibus, aut internuntiis, […] aniculas, vel immaturas juvenculas mit[…] quæ literas ultro citroque ferrent ac refe[…] factum eſt, ut aliquando *Helvetii* ad C[…] literas per puellam quandam mitterent[…] dum in aula reſponſum & dimiſſionem p[…] latur, à ſatellitibus cincta Cæſareanis inte[…] batur: „ Quid Helvetii in caſtris ſuis a[…] rent? *Reſpondit illa*: Nonne palam vi[…] tis, quod veſtram impreſſionem ex[…] ctent? *cum pergerent illi ſciſcitando de i*[…] *rum numero*? *Reſpondit puella*: Tot […] quot ſatis eſſe poſſunt, ad vos repellend[…] *Cum urgerent illi, diceret absque morâ &* […] *gi verſatione*, quot tandem eſſent nume[…] atqui, *inquit illa*, credo vos nuper eos […] merare potuiſſe, cum non procul C[…]
ſ[…]

ntia, vobiſcum velitatione facta, vos in gam converſos, terga dare cogerent, niſi te oculos veſtros fuga occæcavit. *Alio ro ſciſcitante,* numquid haberent, quod nt, quo pacto, *inquit illa*, vitam pro- „ e poſſent, ſi non haberent quod ede- „ c biberent? „ Quæ omnia cum à cir- antibus cum riſu, pariter & admiratione entur, unus ſatellitum necem ipſi mi- ur, jamque capulum gladii quaſi eam ob- aturus, apprehendebat magna ipſa tor- vultus præ ſe ferens ſævitiam. Puella ne ſic quidem territa vel minimum, gnus enim verò, *inquit*, tu heros es, ir fortis, qui mihi imbelli puellæ mor- n minitaris. Quod ſi tanta in te bel- di & dimicandi cupiditas eſt, quid ces- hoſtilia caſtra aut hoſtium manum inva- e, tuique ſimiles appetere? invenies fectò ibi, quem quæres, quique ut par , ferociam tuam retundere poſſit. Ve- n facilius eſt puellam inermem atque in- centem infeſtare, quam cum viro forti armato inter hoſtiles turmas manum ſerere, ubi non verbis, ſed fortibus fa- s geritur. „ Sic puella Helvetica ad ulum uſque animoſa tum militibus Cæ- is reſponſavit, quæ paulo pòſt ſine re- ad ſuos remiſſa fuit. Sed de hoc

bello iſto domum reverſus, literiſque Cæſaris commendatus & laudatus Rei- Norimbergenſi, priſtino in loco fideli- nſulendo, & legationibus permultis ad tos D. *Maximilianum I.* & hujus ne- , *Carolum V.* obeundis, plurimùm pro- Reddidit primum rerum à ſe geſtarum em ſenatui, à quo ſolenniter collauda- præmio ſeu donativo eſt muneratus. n ut ſolet *virtutis* individuus *Comes* eſſe *a*, Pirckeimero accidit. Ipſius enim as & gloria rerum geſtarum multis ocu- rſtrinxit, eorumque animos, qui paria ſo facere non poterant, ad invidiam con- , uſque adeò, ut nunquam non ipſum rent, & quibuſcunque poſſent modis re, & Cæſari exoſum reddere conati ſint. qualia fuerint, hic verboſiùs exponere oeſtivum ducimus.

tea cum de vita privatim inſtituenda multum reclamantibus, Pirckeimerus a agitaret, mors patris ejus intervenit, idem abdicatis à ſe omnibus negotiis anis, ordinem ſacrum, quo commodiùs pſque impedimentis ſervire poſſet, am- fuerat. Hujus occaſione Pirckeime- commodè onus ſenatorium ſe depo- oſſe exiſtimavit. Jam enim tota rei aris adminiſtratio, ampliſſimo delato onio ipſi uni incumbebat, & non im- dicere poterat:

a domus cepit nunc onus eſſe meum:

s enim erat filius, & unicam habebat ſo- , *Iulianam*, quæ *Martino Geudero* pri- ſenatori, & Reipubl. Norimbergenſis Triumviro, nupta erat, ceteræ, in ſanctimonialium numerum adſcriptæ, & mundo velut mortuæ fuerant. Dimiſſionem igitur ex ſenatu petiit, & tandem pertinaciter urgens ægrè impetravit. Plerique enim ipſius opera ſenatoria, quam & Reipubl. neceſſitas exigere videbatur, diutius uti maluiſſent.

Dimiſſionem petit. Impetrat eam. Studiis ſe abdit.

Igitur civilibus negotiis & occupationibus Senatoriis liberatus, & otium cum dignitate nactus, in librariam ſuam denuo ſe abdens, ac velut in gratiam cum Muſis rediens, libris ſedulo incubuit, & præter Juriſprudentiam in Græcâ lingua plurimùm ſtudii atque operæ poſuit. Optimæ enim notæ Græcos autores, & editiones pulcerrimorum librorum, qui in omnis generis diſciplinis & artibus in lucem emittebantur, ſibi comparabat, neque hic ulli vel ſumtui vel labori parcebat, quin ut primum in *Italiâ* ſive *Romæ*, ſive *Venetiis*, ſive *Mantuæ*, ſive *Florentiæ*, ſive *Mediolani*, ſeu *Veronæ*, ſive aliis in locis pulcrum aliquod opus prodiiſſet, operam dabat, ut eo poti-retur, quovis etiam vel maximo pretio. Erant enim tunc temporis talia opera admodum cara. Ejusmodi autem libros magno numero ac pretio Pirckeimerus ſibi coëmebat, non oſtentationis cauſa, aut ut vir doctus videretur potius, quàm eſſet, ſed ad uſum, & ut in illis perdius & pernox habitaret. Et adhuc argumenta exſtant ipſius incredibilis diligentiæ, quam in illis lectitandis collocavit, tam annotando paſſim, quæ occurrebant memorabilia, ſive ut Græco verbo ἀξιομνημόνευτα, quam excerpendo ex illis, quæ in uſum ſuum converteret.

Libros coemit.

Præterea hic *helluo librorum* excuſis libris nondum ſatur, undiquaque venatus eſt & manuſcripta, quæ exemplaria maximè Græca, tunc temporis in privatorum hominum bibliothecis perquam rara erant. Ita ſibi comparavit ex *Græcis* (neque enim de Latinis auctoribus, qui multo plures erant, nunc dicemus) *epiſtolas ſanctorum patrum* atque Epiſcoporum, *Baſilii Magni* & *Gregorii Nazianzeni*; quibus cum etiam *Nili capita gnoſtica*: Item *Ioannis Damaſceni* quædam, & *Maximi Confeſſoris*, quæ omnia ante aliquot ſecula in ipſa Græcia exarata fuerant, nec unquam ante lucem viderant, quàm ab ipſo fuerunt edita. Sic manuſcriptas nactus eſt *vitas Philoſophorum à Diogene Laërtio decem* libris Græcè conſcriptas, necnon totum *Euclidem* Græcum, qui *Conradi Celti Protucii*, amici ac familiaris Pirckeimeriani dum vixit, fuerat. Præterea *Claudii Ptolomæi* de *Geographia* libros *octo*, de quo authore Pirckeimerus præclarè ſi quis alius, meritus eſt, partemque ejus ipſemet Latinam fecit, & annotationibus illuſtratam in lucem dedit, plura etiam in eodem præſtaturus, ſi vitam ipſi longiorem Deus conceſſiſſet. Ad hæc pleraque operum excellentiſſimi Eccleſiæ Chriſtianæ Doctoris *Gregorii Nazianzeni*, exceptis poëmatibus, ex Græca in Latinam linguam tranſtulit, quod ante ipſum nemo ne conatus quidem fuerat: ut & *Eraſmus* in præfatione Nazianzeni fatetur.

Conquirit M. S.

Baſil. G. Naziānz. I. Damaſcen

Laertius.

Euclides.

Ptolemæus.

Vertit Nazianzeni opera.

Hæc

Ioann. Straubius gener. Xenophon.

Hæc opera partim ipſo vivente, & procurante editionem, partim verò mox poſt obitum ejusdem, & proximo quidem anno per generum ipſius *Ioannem Straubium*, adjuvante illo ipſo *Eraſmo Roterodamo*, optimo & fideliſſimo Pirckeimeri amico, foras ſunt data. Similiter etiam *Xenophontis ſeptem libros* de rebus geſtis Græcorum primus omnium Latinè interpretatus eſt. Quod opus *Thomas Venatorius* altero poſt obitum interpretis anno in publicum protulit, inſcriptum duobus *Martini Genderi*, ſenatoris ſupra quoque laudati, filiis, ex ſorore ſua *Iuliana* ſuſceptis, *Sebaldo* & *Gregorio*.

Antiquitatum amans Pirckeim.

Jam ſicut pro excellentia ingenii ſui Pirckeimerus bonorum librorum optimus arbiter fuit; ita etiam aliarum antiquitatum eruditarum, ut *Græcorum* & *Romanorum numiſmatum*, item *ſtatuarum* atque *imaginum* non minus peritus & intelligens fuit æſtimator. Pulcerrimam quoque & liberalibus artibus proximam, pingendi artem magno in pretio habuit.

Albertus Durer. pictorum German. Princeps.

Ex quo factum eſt, ut cum Apelle Germanico, omniumque pictorum parente ac Magiſtro ſupremo, *Alberto* illo *Durero*, intimam coluerit amicitiam, & penè quotidianam vitæ conſuetudinem habuerit, quem etiam omnibus modis adjuvit, & promovit, quo melius atque commodius artem ſuam excolere, & ad tantum faſtigium perducere poſſet.

Numiſmata antiqua à Pirckeim. congeſta.

Ad *numiſmata antiqua* quod attinet, non contemnendus illorum theſaurus penes ipſum repertus fuit, (tametſi ab ipſius nepote *Imhofio* non parum locupletatus) quorum etiam valorem ac pretium ſumma diligentia ac curâ inquiſivit, deditque operam, ut ſcire poſſet quo pacto ea congruerent cum Norimbergenſi ejus temporis uſitata moneta, aut certè ad eam quam proximè accederent. Extat hac de re peculiaris ipſius libellus, quem ipſius domeſticus quidam *Andreas Ruttelius*, poſt mortem patroni ſui & hoſpitis in lucem edidit ſub hoc titulo: *De priſcorum Numiſmatum ad Norimbergenſis monetæ valorem æſtimatione libellus.* Sed nec in Theologia pauca ſcripſit, quibus pro ea ſententiâ, quam ipſe veram agnoſcebat, acerrimè propugnavit.

Vxorem amittit 1504.

Jam *triennium* Pirckeimerus in hac vitæ privata dulcedine & quiete diu exoptata exegerat; cum interea conjuge ſuâ cariſſimâ *Creſcentia* orbatus eſt, quod fuit anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo quarto.* Is annus gravi vulnere animum domumque ejus afflixit, poſteaquam per *ſeptennium* in matrimonio ſatis fœcundo cum ea vixiſſet, & *quinque filias* ex eâ ſuſcepiſſet. Sed puerperium ſextum quo filium enixa erat, piæ matronæ, tanquam alteri Rachaeli vitæ finem, quam fœtui ſuo ipſa dederat, attulit. Ita vir optimus ſimul & filio in ſubſidium ac ſolatium breve auctus eſt, & privatus uxore. Vixit cum ea fœmina, matronarum verè tum Principe, ſuaviter & concorditer, mortuæque honoris ergo ac memoriæ monumentum hoc poſuit:

Monumentum ei ponit.

MULIERI INCOMPARABILI
JUGIQUE CARISSIMÆ CRE
TIÆ MOESTISS. BILIBALDUS
KEIMER, MARITUS QUEM
QUAM NISI MORTE SUA T
VIT MOMUM. POSUIT. MIGR
EX ÆRUMNIS IN DOMINO
KL. JUNII ANNO SALUTIS NO
M. D. IIII.

Poſtea nunquam ad ſecundas nupti ſire voluit, nec ipſum à propoſito di potuerunt, vel amicorum cohortatio ætas ſatis integra, ut quæ nondum pl *triginta quatuor* annos complectebat denique quod ultimus ipſe eſſet fami futurus, niſi alia uxore ductâ, & maſ ſceptâ prole illam inſtauraret.

Jam ergo triennium ut dictum, vitæ literatæ dulcedinem deguſtare c etſi eam ipſam ſubamaram fecerat ca comparis obitus, cum denuo in ſenat optatus eſt, nihil ipſe quidem tale co aut appetens, imò etiam invitus ac rep ingratiis, ſed non ſine omnium bo gratulatione atque lætitiâ. At tamet decreverat ab adminiſtratione Reipub nere atque refugere, ideoque omnes rationes meditabatur, quæ faceie, randum ſe illo onere viderentur; pro tamen & amici ejus multis apud ipſum mentis inſtantes, omnesque ei precum hortationum machinas adhibentes, t effecerunt; ut mutato pertinaci prop iterum ad Reipubl. munera ſeſe pertra bique graviſſimum iſtud onus imponi retur. Poſteaquam igitur loco ſen ſuo applaudentibus bonis redditus, gio nomine ſuæ Reipubl. cum alio, q ex ampliſſimo ordine *Coloniam* lega Cæſarem anno *duodecimo* ſupra *mille quingenteſimum* miſſus eſt; qui bellis mis & difficilimis confectis, ea in urbe tia celeberrima indixerat. In illis c cauſam Reipubl. Noricæ ita præclarè e ejus operæ uberrimum fructum toto j culo illa civitas ſenſerit. Per aliquot annos ſumma cum laude nec minori di tiâ, ad varias *Diætas*, quas vocant, & c*tus* plurimos, nunc *Imperii Germanici* nunc *confœderationis*, nunc *circulorum* vel à Cæſare, vel à confœderatis & ſoci à cæteris Principibus indicebantur, pro orator ſive legatus negotium Reipubl ſ cundiſſimè ſemper ac diſertiſſimè pero non ſine audientium admiratione. N lum enim robuſta ei ac virilis vox erat, & firma latera; ſed etiam bonæ fidei m ac penè ſtupenda, qua hoc aſſequebati nuquam hallucinaretur aut deficeret, qu ſæpe numero *ſexaginta* aut pluribus adverſariorum quærelis è veſtigio reſpon dum eſſet: nec pauciora interim ipſe objiceret, quæ à republica ſua in mandat cepiſſet.

um autem merito ſuo charus eſſet omni-
onis, tamen non defuerunt ipſi obtre-
res & malevoli, qui clandeſtinis illum
nationibus diffamabant, & quo incau-
leciperetur, palam laudabant. Ea res,
nſit fraudem, Pirckeimero occaſionem
iit petendi dimiſſionem, & ab officio pu-
liberationem, quam tamen eo tempore,
ximè graves proferret petitionis ſuæ cau-
npetrare neutiquam potuit. Facta eſt
d ipſius ſalarium non pœnitenda acceſſio
ordinariè, ſenatusconſulto ei decreta,
quoque facta eſt ipſi neceſſitatis obeun-
longinquarum legationum, quas & in-
cens ætas, & valetudinis ratio commo-
re amplius non poterat. Ita aliquot et-
nos Senatorio munere laudatiſſimè per-
s eſt, à legationum muneribus exemtus,
quam quod unam ſibi imponi paſſus
æ ipſius potiſſimum operam requirere
tur. Nam cum Reſpubl Norimber-
à quibusdam inquietis hominibus infe-
r, in *Helvetiam* profectus, eò rem ad-
ut illi quieſcerent. Ex eo difficili iti-
omum reverſum, podagra invaleſcens,
, quàm antea affligere & vexare cepit,
neceſſitatem attulit, deinceps ſæpius
quàm pedibus curiam adeundi. Neque
c morbus, qui alioquin voluptariis ſa-
s eſſe ut plurimum conſuevit, ipſi ex in-
antia aut crapulâ enatus eſt. Nam &
æ temperanter vixit, & conviviis ferè
abſtinuit, quod olim & *Zenonem* Phi-
um feciſſe memorant hiſtoriæ, & toto
o, de conſilio medicorum, vino uſus
o, quanquam hoc ipſi accidit perdiffi-
qui Cæſarem ſæpè ſequi cogeretur, per
a, in quibus neque cerevilia habere-
qua non rarò inſalubris, & noxia bi-
us eſſet.
n autem longo jam tempore Reipubl.
nè inſerviendo corporis pariter & ani-
s impendiſſet; ac tempeſtivum vide-
ut ſuæ ſenectutis & invaletudinis ra-
abitâ, rude tandem & quiete donare-
lagræ præſertim doloribus ſubinde ma-
agis recrudeſcentibus, & officia pu-
egotiaque impedientibus, ſerio miſſio-
ſenatu iterum iterumque petiit. Quam
rrimè, tandem tamen hac lege Senio-
conceſſerunt, dummodo domi ſuæ,
quidem in curia non poſſet, Reipubl.
s ſuis adeſſet, conſtituto certo ſalario
At Pirckeimerus, ne cui videretur
m captaſſe, nequaquam in hanc con-
m conſentire voluit. Dicebat enim,
ſe, per Dei gratiam, eſſe locupletem,
ratuitam operam dare pro virili para-
eſſe conſulendo amicis, maximeque
eribus & miſerabilibus perſonis, quod
hactenus feciſſet qua publicè, qua pri-
n, ita inpoſterum quoque ubicunque
, præſtiturum pollicebatur. Quod ſi
etiam in Reipubl. negotiis forte ejus-
i incideret, ubi ſuæ aliquæ partes re-
erentur: nunquam ſe patriæ neceſſario

ejus tempore re, opera, conſilio auxilioque defuturum. „

Agit vitã privatam. Egit itaque domi ſuæ vitam privatam inter libros, ac ſæpè conſulendo amicis, qui tanquam ad ſacram anchoram ad ipſum confugiebant, profuit. Nonnunquam etiam factum, ut ipſius domus quaſi in curiam converteretur, dum ſæpè interioris conſilii Senatores Reipubl. nomine ſe ad ipſum conferebant, & in graviſſimis negotiis ac deliberationibus ipſius conſilium exquirebant, ut viri experientiſſimi, & multorum arcanorum conſcii. Hoc nimirum erat habere *domum*, quæ dici poſſet *totius oraculum civitatis*. Et ſenatus nihil quicquam, quod ad referendam civi tam utili ac ſalutari gratiam pertineret, in ſe paſſus eſt deſiderari. Nam cum aliquando in cauſa quadam graviſſima & maximi momenti conſilium ſuum ſenatui prudenter ac fideliter impertiviſſet, quod ipſo comprobante eventu imprimis utile ac ſalutare fuerat: Senatus collaudata ipſius opera luculento munere eum affecit, rogavitque, ut pari fide impoſterum etiam bonum publicum ſibi curæ haberet, ac procuraret, quod quidem ille ſe ultro facturum gratisque recepit, munera verò non aſpernatus, ne cui vel nimis rigidus Cato, vel ſuperbus & arrogans videretur.

Moritur. Ita ergo cum jam *ſexageſimum* ætatis annum compleviſſet; rerum humanarum, vitæque ſatur, & honorum plenus, è vivis abiit anno *milleſimo quingenteſimo & trigeſimo*, die *viceſimo ſecundo* Decembris, cum vixiſſet in terris annos *ſexaginta* plenos: qui obitus ut ipſi beatus atque opportunus, ſic Reipubl. & ſuis luctuoſus, amicis & extraneis ignorisque triſtis accidit. Qui noviſſimi ſermones ejus fuerint, quamque memorabile extremum votum, velut cygnæam quandam cantionem moribundus emiſerit, ex D. *Eraſmi* Epiſtola ad Ducem Saxoniæ ſcripta, didicimus, ex quibus illa vox hic quoque legi eſt digniſſima: *Votum ejus noviſſimũ.* *Vtinam*, inquit, *poſt deceſſum meum benè ſit Patriæ! utinam tranquilla ſit Eccleſia!* Planè ita D. *Ambroſius* Imperatorem *Theodoſium* majorem nobis depingit, cum de eo ſcribit: *Dilexi virum, qui cum jam corpore ſolveretur, magis de ſtatu Eccleſiarum, quam de ſuis periculis angebatur.*

Elatus eſt funere frequentiſſimo, & in cæmiterio D. *Ioannis* ſepultus, cum Epitaphio in tabula ænea lapidi ſepulcrali affixa inciſo ejusmodi:

Epitaphiũ.

BILIBALDO PIRCKEIMERO PATRITIO AC SENATORI NORIMBERG. DIVORUM MAXIMIL. ET CAROLI V. AUG. CONSILIARIO, VIRO UTRIQ. IN PRÆCLARIS REBUS OBEUNDIS PRUDENTISS. GRÆCÆ JUXTA AC LATINE DOCTISS. COGNATI TANQUAM STIRPIS PIRCKEIMERÆ ULTIMO DOLENTER HOC S. P. VIXIT ANN. LX. D. XVI. OBIIT DIE XXII. MENS. DECEMB. AN. CHRISTIANÆ SALUTIS M. D. XXX.

VIRTUS INTERIRE NESCIT.

D Fuit

Fuit in hoc Pirckeimero, quod dolendum, ſtirps omnis exſtincta; ut more majorum eodem tumulo, quo corporis exuviæ etiam inſignia & arma gentilitia ipſius obruenda fuerint. Nam etſi ex *Creſcentia* ſua filium ſuſceperat, tamen matre in partu extincta, filius quoque admodum puer vivere deſiit, patrique ſpem generis ſecum abſtulit. Filias autem *quinque* reliquit ſuperſtites, quarum natu maxima *Felicitas* fuit, altera *Catharina*, tertia *Creſcentia*, quarta *Barbara*, poſtrema *Charitas*. Ex his *Barbara* honeſto ac locupleti civi Norimbergenſi *Ioann. Straubio*, viro jam patre nupſit: *Felicitas Ioanni Imhofio*, cæteræ tres, renunciantes ſeculo, religioſum profeſſæ ſunt ordinem. Harum porrò unicuique pater ipſemet ſuam *geneſin* ſive *thema natalitium*, quod vocant, diligenter accurateque confecit, ſicut & aliis nonnullis amicis, quæ *genethliacæ criſes* ipſiusmet conſignatæ manu, hodieque in ejus Bibliotheca adſervantur. Talium namque rerum non parum ſtudioſus fuit, magnamque ſibi compararat peritiam atque dexteritatem futura ex aſtris prædicendi, vel etiam facta jam ac præterita fata inde deducendi. *Emblemate* uſus eſt ejusmodi, quod in æs incidendum *biennio* ante obitum curavit. Stat in mediâ tabellâ *incus*, cujus antica pars inſculptum profert inſigne gentilitium Pirckeimerorum, quæ eſt *Betula*. Incudi ſubjacet fœmina, caput brachio ſuffulciens dextro, omnesque incudi intentatos ictus, patienter ſufferens, quæ *Tolerantia* inſignitur. Ad alterum incudis latus adſtat mulier rixanti ſimilis, indignabunda, cui *Invidia* nomen: hæc forcipe comprehenſum cor flammæ ſupra incudem excitatæ imponit. Ab alterâ incudis parte tertiâ conſiſtit, ambabus comprehenſum tenens triplicem malleum, quem alte ſublatis magnâ vi brachiis, intentat cordi; *Tribulatio* ei nomen eſt. Inter iſtas duas non tam fœminas, quàm furias, media adſtat quarta vultu anxietatem ſimul & tranquillitatem animi præ ſe ferens, ſublatis in cœlum oculis, eodemque exertum manus erectæ dextræ indicem intendens, *Spei* ei nomen ſupra caput. Ante hujus vultum decidit ex alto, è ſerenâ ac lucida urbe longa quædam floccorum ſeries ſive nivium, ſive guttarum imbris, ad ipſum usque cor pertingens, tanquam id in ſummo æſtu atque ardore afflictionum, refrigerandi recreandique cauſa cœlitus demiſſa. Qua picturâ inventor ſignificare voluit, qua potiſſimum conſolatione ſuas ſibi ærumnas levaret; & unde auxilium expectaret.

Stirps Pirckeim. exſtincta. — *Filiæ ejus.* — *Geneſeωn ſtudioſus Pirckeimer.* — *Emblema ejus.* — *Inſigne gentilitiũ.*

Cæterùm id verè & rarum & mirandum in hoc fuit: quod unus omnia ferè, quæ ſciri ab homine poſſunt, eumque ornant, ipſe ſciverit feceritque. Nam & *fortem* atque *egregium militem* cognovit aula Eiſtadiana, & bonum *militum Ducem* probavit Cæſar: Et *ſenatorem ſapientem* ac gra-

Vir præſtans Pirckeimer.

vem patriæque amantem, teſtatur cu
rimbergenſis ordoque ampliſſimus, &
conſultum bonum ac velut alterum q
Sulpitium, aut *Papinianum*, argu
patrocinia ac clientelæ, *oratorem* dice
ritum: *Hiſtoricum* ac *Philologum*, at
defeſſæ diligentiæ, omnis *erudita an*
tis ſtudioſum, *gnarum* atque *peritum*
bant ſcripta, & *patrem familias dil*
ac *peritum*, docent diaria & annotat
ptorum expenſorumque. *Theologi*
que *non* fuiſſe *imperitum* aut neglige
cum alia ſunt argumento; tum qu
ſibi Latinum ex Græco faciendum ſu
torem; qui cognomentum Theolo
excellentiam, ſuum ac proprium fec
gorium Nazianzenum, à cujus trans
Eraſmus ipſe, deterritum ſe ſempe
ſumma rei difficultate, ingenuè prof

Et cum variis artibus nec minus
tari ac literis in utrumque paratus,
ret: factum eſt, ut ſummis cum ut
& *togatæ* & *armatæ militiæ* hominibu
titia ipſi atque amicitia intercederet
certe *Maximiliano I.* Auguſto fui
ſimus, id quod tum literæ Cæſaris
ſum ſcriptæ, tum frequentia colloq
eo habita teſtantur. Ivit navigio
do *Maximilianus I. Lindaviâ Conſt*
tum aliis tum Pirckeimero præſ
Ibi Cæſar ſcribam ad ſe vocat,
excepturum: quod Pirckeimerus
vertens, ſecedere voluit. Impera
nere jubet, & ſecum audire lectio
nalium de ſuis rebus geſtis, quo
rat. Tum finita lectione ad Pircke
converſus Cæſar: *Ecquid*, inquit,
iſta equeſtris tibi placet? Wie geſä
diß Reuter=Latein? Addidit idem
merus, fuiſſe hiſtoriam illam deſcri
ratione eleganti, diſpoſitamque n
exquiſitiſſima, circumſtantiis omni
conſiliorum rationibus ſubjectis.
etiam Imperatoris de illis annalibus
ter ſe inquiſiviſſe, ſed fruſtra. Floru
de & amicitiâ aliorum. Nam omne
ac honeſtos viros etiam inferiores gen
paribus atque æqualibus habebat, n
rat quippe, *amicitiam pares aut acci*
facere. Habuit igitur amicos tam
res, quàm extraneos: de quorum
Ioannes Franciſcus Picus, Mirandulæ
Hermannus novæ aquilæ Comes, *Ioa*
ro *Schvvartzenbergius*, *Vlricus* Com
fenſtenius: de popularibus fuerunt d
ejus ætatis omnes.

Eobanus Heſſus obitum amici hac el
ploravit, & memoriam viri benè mer
carminibus celebravit:

Bilibaldus patriam alloquitur.

Quid juvat aſſiduis inceſſere fata quer
Sæpius & nimio dura fuiſſe queri?
Viribus æternis manet immutabile robu
Quod ſibi fatales conſtituere deæ.

e age ne noſtro lachrymas in funere funde
tria, nec longi ſigna doloris habe.
rgo lugentes abii velut exul ad umbras,
tera te potior patria nacta mihi eſt.
bene condita vita eſt mutata prioris,
æ, mihi ſi quis ad hanc conferat, umbra
fuit.
is interiiſſe tibi, nunc vivere primum
ipio, & vere muneris eſſe mei.
cive tuo te orbatam credere debes,
i nunc non minus eſt, quàm fuit antè,
tuus.
ab exequiis tibi major imago reſur-
gat,
na quidem vivis eſſe maligna ſolet.
mors aperit deterſo nomina fuco,
bē ſub invidiæ quæ latuere prius.
quam ego non latui, quanquam mea cla-
ra fuerunt
mina, ſplendeſcent nunc tamen illa magis.
tibi multa & magna ſatis monumenta re-
liqui,
meo quiddam corpore majus habent.
iniqua quidem morbis attriverat ætas,
nii ſemper gloria firma ſtetit.
c peſtis atrox, non hoc declivior ætas
uſſo potuit diſſolviſſe ſtatu.
, & extremos firmum pervenit ad
annos,
mors non potuit cogere ſæva mori.
i profuerat corpus quod inutile fecit,
le modis ætas, crux data mille modis.
hic animus tibi patria, proderit idem,
n decus ingenii corpore majus erit.
uam dum ſolidas vires animoſa ſene-
ctus
ceret, miles non tibi turpis eram.
credo mei poſt tot benefacta pudebit,
eſt virtus nunc quoque noſtra tibi.
mittis de me mihi dicere, poſtquam
diæ ſtimulis gloria vera caret.
bi præſtiterant ſolidæ mea nomina lau-
dis,
m feris aut vires, divitiæve domi.
am fovi per regna extrema ſalutem,
tui vindex ſemper honoris eram.
æpe tali diſcrimina maxima, pro te
ſteti ſupplex Cæſaris ante thronum.
nus eximiis me laudibus Æmilianus
r honoratum juſſit habere locum.
Cæſarea potior fuit alter in aula
liis, rerum fructibus, ore, fide.
hi defuerunt virtutes militiei,
ca ſunt ductu ſigna relata meo.
rant de me ſpecioſius iſta referri,
aque quæ prohibet dicere facta pudor.
i ſi qua poteſt exiſtere cauſa querendi
ulit heu duræ mortis avara manus.
bi profuit ingenuas cumulata per ar-
teis
a, quo caderet corpus inane minus.
cra magnorum myſteria cognita va-
tum,
quid & arcanum litera ſancta docet.
non ſacri luſtrata volumina juris,
quidquid medica cura ſalutis habet.

Omnia non facili tenuiſſe mathemata ſenſu,
Quodque aliquis magnos Rhetoras inter
eram.
Non operata diu duplicis facundia linguæ:
Denique vel quidquid Pallas amare poteſt.
Hæc mors cuncta tulit, nihil horum ingrata re-
liquit,
Si ſpectes miſeri corporis officium.
Si vero æternæ, quod debes nomina famæ,
Talia cum vellet tollere dona, dedit.
Sicut enim corpus conſumit avara receptum,
Sic dona ingenii ſplendidiora facit.
Parte igitur meliore mei tibi chara ſuperſtes
Sum patria, hac nunquam mortuus eſſe
ferar.
Tu monumenta ſtude noſtri retinere favoris
Si ſapis, ut maneant quàm diuturna tibi.
Inde mei ſimiles multos ut habere labores.
Admonitam & memorem te ſatis eſſe ve-
lim,
Ne placidi tantum ſpectes commercia lucri
Rei non indignæ ſi tueare modum.
Quod ſi divitias ſtudiis ſapientibus ornes,
Æquari nulla laus tua ſorte queat.
Sicut enim flores rerum moderamine læto:
Sic arteis debes læta fovere bonas.
Atque animum ſtudiis tantò magis addere,
quantò
Sordeſcunt iſto tempore ſpreta magis.
Quod ſi non facies, neque credes iſta mo-
nenti;
Quo te pœniteat jam tibi tempus erit.
Nec procul illud erit tempus, niſi cauta fu-
turi,
Prævenias cladis triſtia damna tuæ.
Qua facere id poſſis, nec tu neſcire videris:
Nec decet hic manes conſuluiſſe tibi.
Quanquam conſiliis mens libera corporis æſtu,
Plus valet, & propius cunctaque ſequi
videt.
Tu mihi ſi qua voles impendere præmia hono-
rum:
Fac cineri ſolvas omnia juſta meo.
Hic ubi Pegneſus pulchram vagus alluit ur-
bem,
Quæ de Teutonica Noride nomen habet.
Hic mihi conſtitues clari monumenta ſepulcri.
In quibus abjecti corporis oſſa cubent.
Et poſitum in viridi ſignabis ceſpite marmor:
Sive hoc, ſive alio carmine ferre voles.
Nuper in hac reliquum Bilibaldi condidit urnâ:
Quam civi poſuit patria grata ſuo.
Hunc mihi tu ſtatues tumulum, monumenta per
orbem
Ipſe mihi feci non peritura, Vale.

Opera ejus omnia conjunctim prodierunt cura V. CL. & nob. *Melchioris Goldaſti*, & nominatim à Geſnero in Bibliotheca laudantur.

Deſumta autem hæc ſunt *ex commentario de vita hujus Pirkeimeri à Conrado Rittershuſio I. C. ſcripto, & operibus Pirckeimerianis præfixo: ſcriptis Pirckeimeri, & Eobani carminibus.*

CLAVDIVS CANTIVNCVLA.

Floruit circa ann. 1530. ſeq. Patria. Philoſophiam cum jurisprudentia conjungit. Baſileæ Doctor renunciatur. Peregrinatur. Cancellarius Regii judicii Enſishemii. Floret gratia, fama, & auctoritate.

CLaudium *Cantiunculam Metis Mediomatricum* dedit, in quo eximium hoc fuit, quòd *Jurisprudentiam* ac *Philoſophiæ* cognitionem eloquentiæ conciliavit copulavitque. *Baſileæ* primùm id fecit, ſummosque in Jure titulos ac honores, diis atque hominibus plaudentibus eſt conſecutus. Poſtea, veterum Philoſophorum exemplo, literariâ inſtitutâ peregrinatione, & judicium confirmavit, & auxit ingenii doctrinam.

Ab *Auſtriacis* itaque evocatus, *Enſishemii* in Regio judicio deſignatus eſt cancellarius, variisque legationibus cum fidei, dexteritatis, & induſtriæ laude perfunctus, floruit non ſolùm Principum gratia; ſed etiam amicitia ſummorum eâ tempeſtate in Europa virorum: de quibus facilè primas tenuit *Erasmus Roterodamus*, auctoritate denique apud cives, quam ſibi & eruditione multiplici comparavit, & vitæ integritati ſingulari defendit.

Fatis conceſſit admodum ſenex, benè tam de politiâ, quàm de literis meritus. Ut enim ingenio fuit erecto & feſtivo; ita in quovis argumento tractando ſuaviſſimè ſe dedit, præſertim in proſa, in qua feliciter ad Ciceronis exemplar adſpiravit.

Scripta.

Edidit in uſum poſteritatis *orationem apologeticam* in patrocinium juris civilis, contra eos, qui legibus cum Evangelio parum convenire affirmant: *Topica, exemplis legum illuſtrata.* Prætereà *de poteſtate Papæ, Imperatoris & Concilii: Paraphraſes in libros tres priores inſtitutionum Juſtiniani: Libros duos de officio judicis.* Prodierunt ejus etiam ſeu *conſilia* ſeu *reſponſa*, in lucem per *Guilielmum Cnutelium* Coloniæ, anno ſeptuageſimo primo, edita. *Henric. Pantal. l. 3. Proſopograph. Erasmus in Ciceroniano.*

GREGORIVS HALOANDER.

Ɵ. 1532. Zuiccavia oppidum, alias Cygnea dictũ. In Italia Doctor renunciatur Hal. Edit jus civile caſtigatum.

IN confinio Voitlandiæ & Miſniæ eſt oppidum *Zuiccavia*, olim Tubandorum & Hermundurorum ſedes. Ibi natus eſt *Gregorius Haloander*, alias Hoffman: inque omni literarum genere, ac præcipuè in juris civilis diſciplina ita verſatus: ut Italia Doctoralibus inſignibus ornatum cum laude & commendatione non ſimulata in Germaniam remiſerit.

Fuit hic unus de celeberrimis Miſnenſium. Primus enim libros juris civilis, *Digeſtorum ſeu Pandectarum* quinquaginta, *Codicis* duodecim, ex fide antiquorum exemplarium, quoad ejus fieri potuit diligentiſſimè emendavit, emendatosque in lucem edidit; adjecto in fine catalogo *Conſulum Romanorum:* item ſummulis *Novellarum conſtitutionum Juſtiniani*, quæ Authenticæ vulgò dicuntur, excerptis *Conſtitutionum Friderici* Imperatoris, notis literarum, pro ut per codicis libros legendæ ſunt, variantibus lectio[…] notis recogniti operis; plura ſe in e[…] re commodi publici cauſa præſtituru[…] licitus.

Itaque cum in ſummâ eſſet expect[…] ac perficiendi inſtituti cauſa iterum[…] adiiſſet: Venetiis, ut *Iacobus Zigleru[…]* merarium, mortuus eſt levi febricu[…] gravi medico Polono, neſcio quo, [...] ſus, anno Chriſti, ut quidam *trigeſim[…]* ut *Pylander* popularis ejus, *trigeſim[…] do*, ſupra *mille quingentos:* ibidem [...] plo ad S. Salvatorem cum Cœleſtino [...] ſepultus.

Edidit & *Novellarum Conſtitutionu[…] niani*, quæ exſtant, & ut exſtant, [...] *Græcum*, quibus adduntur *Græci can[…] Apoſtolorum* per *Clementem* congeſti[…] Latinè ipſo interprete. Prodierunt [...] hoc eſt, totum jus civile ejusdem ca[…] nis, conjunctim Pariſiis ſub annum [...] *geſimum ſupra milleſimum quingent[…]* Scripſit etiam *Chronologiam conſulum[…] norum*, quæ Chronologiæ *Glareani* in [...] adjecta eſt.

Viglius Zuichemus, vir ſummu[…] de Haloandro ad Carolum V. Au[…] ſcribit; ut nihil nunc de Alciato, Z[…] Budæo, ac aliis majorum gentium ſcri[…] ribus dicam, quantum ſibi gratiæ atque [...] riæ Gregorius Haloander nuper peperi[…] Pandectas, ſublatis tot maculis, mendi[…] visque ad novam quandam venuſtatem [...] git! cui deinde & codicis non pœniten[…] emendationem, cum pulcerrimo vete[…] conſulum catalogo adjecit, noviſſimeq[…] iam Novellas primus omnium Græcâ lin[…] hoc eſt, verè authenticas (ſic enim ſuntab[…] tio compoſitæ) publicavit, Latina quo[…] ſubjectâ interpretatione longe certe pu[…] re, elegantioreque, quàm ſit ea, quâ v[…] in ſcholis utimur, in quâ nonnunquam [...] verborum ſyntaxis cohæret, nec rerum [...] ſus percipi poteſt. Fuit enim prior in[…] pres, quisquis is demum fuit, utriusque [...] guæ æquè imperitus. Utinam verò Hal[…] der ille ad hæc ſtudia noſtra juvanda n[…] diutius nobis ſuperſtes fuiſſet: pulcerri[…] que cœptis colophonem imponere pot[…] ſet. Nam eo conſilio redierat in Italiam, [...] vix ingreſſus, Venetiis miſerè quaſi in [...] conſiliorum rerumque præclararum p[…] extinctus eſt. Joannes *autem* Oldendor[…] *eandem planè in ſententiam de hoc noſtro:* [...] dectarum (*inquit*) lectionem optimâ fid[…] multo labore, ut Apellus quoque vir ma[…] eruditionis teſtatur, reſtituit nobis doct[…] mus Haloander anno milleſimo quinge[…] ſimo unde trigeſimo, cui profectò & N[…] bergenſi Reipubl. totus orbis Roma[…] nunquam parem referre poteſt gratiam [...] magnitudinem beneficii rectè expen[…] Atque utinam Deus virum illum aliqua[…] diutius nobis concedere voluiſſet, ad re[…] randum æqui & boni conſilium. „ H[…] duumviri.

Onuphrius certè & *Sigonius*, poſtea ex
nologia ipſius *conſulum* haud pauca in ſuâ
ta tranſtulerunt, & à *Robertello* ipſe Ha-
der ac *Glareanus*, ut magnæ induſtriæ
audantur; nec minorem uterque doctri-
æ & virtutis famam apud omnes elegan-
doctos, obtinebunt.

um noſter liquidas Rhenus habebit aquas.

tr. Albinus in chron. Miſniæ tit. 25.

NICOLAUS EVERARDUS.

Ntiquitas *Mutios* prædicavit, quorum
aliquot continenter JCti fuerunt; plu-
ertè familia hæc *Nicolaiorum* protulit.
t & parens *Nicolaus Everardus Mittel-*
in *Valacriâ*, Zelandiæ Inſulâ, ſub an-
milleſimum quadringenteſimum ſexageſi-
ſecundum, natus variâ eruditione &
ii acumine, inter doctos ſui ævi viros, in-
t. Dialecticam enim ratiocinationem,
plerique leguleji hodie ſupercilio quo-
temerè contemnunt, Juſtitiæ ſacerdoti-
eceſſariam eſſe, ante *Zaſium* demon-
t.
inc juris Doctor apud *Grudios* renun-
, Batavis præſes à Principe datur.
am provinciam annos ipſos *duodevi-*
ſumma fide vigilantiaque ſuſtinuit; do-
ſummi Senatus Belgici præfecturam à
V. Cæſare *Machliniam* fuit accerſi-
Ibi in vivis eſſe deſiit anno Chriſti
mo quingenteſimo trigeſimo ſecundo; ſi
ille deſiiſſe cenſendus eſt, qui liberos
r *Everardum Nicolaium*, *Nic. Gru-*
Hadrianum Marium, & *Ioannem Se-*
m, partim juris civilis, partim Poëti-
ctatione claros, poſt ſe reliquit; in qui-
luti renatus ipſe immortalitatis fructum
it. Sepultus eſt honorificè ad D. *Mariæ*
li Epitaphio.

D. O. M. S.

ISS. D. NICOLAO EVERARDO
DELBURGENSI, SUMMI CON-
PRÆSIDI MARITO CARISS.
IQUE PIENTISS. UXOR LIBE-
E CUM LACRYMIS POSS.
ANNOS LXX. OBIIT ANNO
LUTE RESTITUTA I c ɔ. I ɔ.
. V. IDUS AUG.

elut tenebris jam dudum offuſa jacebant:
eque Lethææ ſub pede mortis erant:
ad Grudios rediit te vindice campos.
ique Romani, quæ coluêre patres.

rò ſolum in liberis, verùm & in libris
teritatem vivet: quorum hic eſt E-
s: *Topica juris*, & *modi argumentan-*
um; qui poſtea aucti; *Conſilia ſeu re-*
ſponſa, accuratiùs quàm antè recuſa, una cum ſingulorum reſponſorum ſummariis. Eſt ab eodem *corpus Inſtitutionem Juſtiniani* in novem materias primum, deinde certa pronunciata diſtinctum.

Everardus. Docet Ingolſtadii Succedit patri.

Inter filios, quos reliquit, *Everardus* natu maximus multis annis jus civile *Ingolſtadii* apud Bavaros magno cum applauſu publicè interpretatus eſt, & *Juris civilis* ibidem *methodum* evulgavit. Poſt *Friſiæ* ſenatui, ac demum *Machlinienſi*, ut parens antea admotus, munus ad annum usque *milleſimum quingenteſimum ſexageſimum primum*, prudenter geſſit. Hujus filii *Nicolaus* jus Ingolſtadii poſt patrem profeſſus eſt: *Caſpar* Spirenſis prætorii adſeſſor fuit: ut quaſi genio quodam familiæ juri dicundo ſinguli præfuiſſe videantur. Et ne quid ad cumulanda gentis decora deeſſet, *Petrus* Doctor Theologus, & *Iſabella* virgo ſacra, Latinè docta, *Nicolai* Præſidis ſenioris liberi, ſacros honores in familiam ſplendidiſſimam intulerunt. De *Everardi* tribus fratribus * alibi diximus: tumulum illi *Machliniæ* poſitum ſubjicimus:

Nicolaus & Caſpar Everardi.

* *In vitis Philoſoph. Germanor.*

Epitaphiū junioris Everard. Nic.

CLARISS. CONSULTISS. DOCTISSIMOQUE VIRO AC D. EVERARDO NICOLAI EQUITI AURATO ET SUMMI BELGICÆ CONSILII PRÆSIDI, PARENTI PIENTISSIMO LIBERI MOESTI POSUERE.
VIXIT ANNOS LXIII. OBIIT ANNO A CHRISTO NATO c I ɔ. I ɔ. LXI. VI. IDUS MAJ.
REQUIESCAT IN PACE.

Ex elogiis illuſtrium Belgii ſcriptorum Auberti Miræi, & Geſneri Bibliotheca.

JOANNES BAUMGARTNERUS.

Flor. circa ann. 1533.

Familia Baumgartnerorum.

EX nobili *Baumgartnerorum* familia quæ ex Franconia orientali, vetuſtiſſima nobilium virorum parente, Auguſtam conceſſit, natus eſt *Ioannes Baumgartnerus à Paumgarten & Ernbach*. Eſt etiamnum eâ in regione monaſterium, Baumgartnerorum benignitate, tum ornatum magnificè, tum ampliſſimis dotatum cenſibus.

Pater Baumgartneri vir magnus.

Pater ob eximias animi virtutes, integritatem in moribus, prudentiam in conſiliis, fidem ac dexteritatem in negotiis, & pietatem erga patriam, in ſummâ tum gratiâ tum autoritate fuit apud ſupremos orbis Monarchas, *Matthiam* Hungariæ Regem, excuſſi judicii virum, *Fridericum* Imperatorem, quem nominaſſe, ſatis eſt laudaſſe, & hujus filium *Maximilianum*: quibus omnibus ſæpènumerò belli domique fidelem ac præclaram navavit operam. *Nec verò*, ut Poëta ait, *ultima laus eſt, principibus placuiſſe*

cuiſſe viris, præſertim laudatis & ob laudanda.

Tali ergò patre prognatus, inque omni literarum & virtutum genere educatus filius, patri factus eſt ſimilimus, tam animi, quam corporis & fortunæ bonis. Itaque & *Maximilianus* I. & *Carolus* V. & *Ferdinandus Cæſares*, eum in conſiliariorum ſuorum numerum allegerunt: atque ob raram ingenii dexteritatem, ac ſingularem prudentiam plurimi fecerunt. In expeditione Turcicâ, à Carolo Cæſare accitus, illi & facultatibus largiter, & conſiliis fideliter, & opera fortiter adfuit, omnium periculorum ſocius, paratus & vitam patriæ ac Cæſari impendere, cum ante id temporis in hoc ipſum bellum ſuis impendiis Cæſari *triginta duos cataphractos* pulcrè inſtructos miſiſſet, eosque viros ſelectiſſimos, quorum plerique poterant egregios belli duces præſtare. Verùm quod dives fuit, id ei cum multis aliis commune: quod rectè uſus divitiis, ipſe opes ſuas poſſedit, & non ab eis fuit poſſeſſus, pecuniæ fuit dominus, & non ſervus. Propterea mirâ benignitate egenorum viſcera refecit, atque literarum ſtudia variis locis promovit. Idque *Huldricus Zaſius*, & *Eraſmus Roterodamus*, quibus erat familiaris, non uno loco de eo prædicarunt.

Charus Cæſaribus Baumgartnerus.

Adeſt Carolo V. in bello Turcico.

Rectè opibus utitur.

Cæterum per adminiſtros mercaturam variis in nationibus exercuit, atque fortunam in omnibus actionibus propitiam ſenſit; ita ut familiæ clariſſimæ facultates, per ſe quidem ampliſſimas, quæ ſub majoribus vehementer decreverant, partim bellorum inundationibus, partim filiabus multis ſummâ cum dote ſplendidè elocatis, quæ magnam opum partem ſecum in alienas familias attraxerunt, ſingulari prudentia & vigilantia ita ſarſerit, ita lacunas omnes explerit; ut nullum uſpiam remanſerit facultatum attritarum veſtigium. Tanta quoque ſolicitudine, tanta ſanctimonia liberos omnes educandos curavit; ut non corporum ſolum, verum etiam animorum parens optimo jure dici poſſet. Nullum omnium deſtinavit negotiationi, aut aliis ſordidioribus artibus: ad eruditionem, ad pietatem, ad gerenda Principum ac Reipub. ſplendida munera omnes inſtituit, *Joannem Georgium, Antonium*, & *Danielem*. Fuit itaque ſuis virtutibus, & patriæ atque familiæ ornamento ſingulari.

Auget paterna bona honeſtè.

Educat liberos accuratè.

Carolus equidem Imperator cum Auguſtæ, anno quadrageſimo octavo, ſenatum mutaſſet, Baumgartnerorum familiam cum paucis aliis elegit, qui rebus in eâ Republ. præeſſent. Ac ſi qua hac in vitâ felicitas: hic Baumgartnerus verè felix eſt perhibendus: cui contigit antiqua majorum nobilitas; opes imaginibus dignæ; uxor ex animi ſententia; claris & ipſa majoribus: liberi à paternis, hoc eſt, optimis moribus haud degenerantes: animus in ætate virenti canus. Arces poſſedit duas, alteram cognomento *Paumgarten*, quam ſuperiorum incuria neglectam magnificè refecit exornavitque ſt... ris; alteram cognomento *Ernbach* ... ptè vulgò Erbach, ſitam ad Danubium ... lò ſupra Ulmam, loco amœniſſimo, d... ſatis amplâ, cui oppidum ſubjacet ej... nominis.

Felicitas Baumgartneri.

Verum igitur Eraſmi hoc de Bau... nero eſt elogium: „ abundat, inquit ... mania magnis & excellentibus viris, ... utinam quam plurimos haberet Baumga... nero pares! Adde his, quod cum exi... virtus ac magna felicitas ſemper obnc... ſoleat eſſe invidiæ: Baumgartneri ſucc... ſibus applaudunt omnes, invidet ne... Tanta eſt ingenii ſuavitas, tantus an... candor, tanta erga omnes homines ... rum comitas ac ut Græcè dicam ſig... cantiùs χρηςότης. Quantum bonorum ... hoc uno viro poſſidet hæc natio, qui C... ſaribus in negotiis civilibus præſtat f... lem juxtà ac prudentem conſiliarium, ... rebus bellicis fortem ac promtum duc... idque ἀδάπανον, patriæ civem pacific... & ſalutarem, domi ſuæ commodum ... vigilantem curatorem, probitatis ac ... rarum amatoribus benignum Mæce... tem, amicis jucundum convictorem, ... nis liberalem nutricium aut parentem ... rius. *Felix Germania tali Heroe!* E... Roterodamus lib. 27. Epiſtolâ ad Jo... Vergajaram.

LAZARUS SPENGLER...

Fuit *Lazarus Spenglerus* nomine q... ſcriba Senatus Noricæ Reipub. ſed ... conſiliorum ferè omnium auctor & gu... tor. Nam & uſu rerum, & quadam ... incoata doctrina excelluit: explorata ... perſpecta multis difficilibus & arduis n... fide atque induſtriâ cum inextincto ... diſſerendi defendendique vera & recta ... ad Deum, quam ad homines. Itaqu... fuit ei antiquius religionis ſinceræ &... inſtauratione. Cumque intelligeret ... penderet animo ſuo, plurimum eſſe ſi... ſpem omnis proſperitatis rerum divi... & humanarum & ſalutarium in hac vita ... num, in puerili inſtitutione; hortato... ſtigator fuit Senatui, ut peritos aliquos ... rum artium & literarum reperirent, q... ram darent ſuam civitati in pueritiâ eru... quibus congregatis eximius quidam a... ludus * aperiretur.

Diem ſuum obiit, anno *milleſim... genteſimo triceſimo quarto* Norinberga... culi malo. Calculus unus in rene ... unus in meatu urinæ hæſerat: cum ... aliquantiſper luctatus ſuccubuit. D... ſummum mors ejus tum aliis bonis & ... viris, tum *Joachimo & Camerario* attu... ipſe * epiſtola quadam ad Eobanum ... rat; ubi inter alia: *amiſſum eſt*, inqui...

o hoc viro mortuo: quantum pauci jam
t.
: politicus verè pius, multisque exi-
rtutibus ornatus. Pietatem ejus ſpi-
Oda illa vernaculè ab ipſo compoſita:
Adams Fall iſt gantz verderbt;
hlich Natur und Weſen: qua ſum-
Chriſtianæ doctrinæ de peccato & re-
ne humani generis ſuavibus rhythmis
nicis eruditè eſt complexus. Poſt obi-
us curante D. Luthero typis excuſa ſu-
dit & *Confeſſio Lazari Spengleri Ger-*
: quam & præfatione & elogio au-
gravi ornavit Lutherus. *Joach. Came-*
epiſt. & vita Melanchthonis: Tom. 6.
Lutheri ſub ann. 1535.

VLDERICVS ZASIVS.

vitam habes ſupra à pag... & ſeqq.
per errorem anticipatam.

ACOBVS SPIGELIVS.

us Spigelius Beati Rhenani ex ſorore
s, * naſcitur *Seleſtadii* oppido Alſa-
n ignobili. Puerum *Iacobus* Wim-
us vir & politæ doctrinæ, & vitæ in-
næ, ingraveſcentibus annis, in ædibus
lenæ ſororis Seleſtadii literis atque mo-
ptimis erudivit, cum altero, nepote
Majo: cujus utriusque eruditio &
oſtea exſtitit illuſtris.
elius, cum ſecundum humaniorum li-
& hiſtoriarum ſtudium, ad ſcientiam
retur; *Friburgum* Briſgojæ venit: ibi-
ico Zaſio, Germanorum JCtum tunc
eo, operam dedit: quem deinde per
vitam & præceptorem & amicum
m agnovit coluitque.
e eruditione variâ & rarâ, inprimis-
iſprudentiâ clarus, primum *Carolo*
mox Regi *Ferdinando* fuit à conſiliis
olis: atque Argentorati magna in
ate vixit.
quid à forenſibus negotiis habuit o-
omne in hiſtoriarum & aliorum bo-
uctorum lectionem, & pro commo-
ritatis librorum ſcriptionem impen-
vulgavit ergo explanationem *in pro-*
nata Joannis Reuchlini: enarravit
Joannis Franciſci Pici de myſteriis
icæ crucis, nuper in Germaniam de-
Richardi Bartholini Auſtriados li-
odecim, & *Güntheri* Poëtæ opus
geſtis *Cæſaris Friderici* Scholiis illu-
Antonii Panormitæ de dictis & factis
i regis Aragonum libris quatuor
adjecit: *Iuris civilis Lexicon* ex va-
batorum auctorum commentariis
it: quod cum magnâ acceſſione, ac
opuſculorum adjectione recuſum.
dem in *Prudentii hymnos* expoſitio.

Claruit circa annum *milleſimum quingenteſimum trigeſimum octavum.*

Fratrem habuit uterinum, quem modò diximus *Joannem Majum*: qui *decimo nono* ætatis ipſius Jacobi anno natus, in tempora, ut ipſe Spigelius ſcribit, & homines incidit cultiores: quemque ipſe primùm à libellis adjutorem nactus, poſtea ſucceſſorem in officio dictandarum in aula epiſtolarum. *Ioan. Maji officia.*

De ſe autem narrat: ſe, patre homonymo mortuo, ſtatim Seleſtadio *novennem Spiram* ab avunculo * *Wimphelingo* vocatum, qui ibi tunc in æde majori concionibus præfuit: ſed propter indoctam rationem inſtituendi, tum temporis uſitatam, nihil profeciſſe. Miſſum ergo fuiſſe *Haidelbergam*: ſed & ibi barbarioribus Dialecticæ & Philoſophiæ operam dediſſe. Ita enim tum res fuiſſe ſcholarum: ut qui *ludis præfecti, nihil tenuerint cultioris literaturæ aut linguarum.* Dedit autem juris prudentiæ operam etiam Tubingæ: quo venit Magiſter jam creatus, anno *milleſimo quingenteſimo undecimo*, menſe Auguſto. *Spigelii de ſe ipſo narratio.* *In vita Wimphelingi: venit Spiram An. 1494.* *Indocta ratio docendi olim.* *Venit Haidelberg.* *Inde Tubingam.*

Et hæc de Spigelio ejusque fratre, *ex Geſnero, Cruſii annalibus, præfatione Lexici ab ipſo Spigelio ſcripta.*

JOANNES METZLERVS. *Θ. 1538. d. 2. Octob.*

PAter *Metzleri* hujus *Joannes* ex Pannonia cum uxore *Vratiſlaviam* commigravit: ubi ambo, filio adhuc impubere, anno *milleſimo quingenteſimo ſeptimo*, in vigilia *Margarethæ*, mortui: inque unum ſepulcrum ſunt illati: ut habent annales Uratiſlavienſis. *Parentes Metzleri.*

Ipſe adoleſcens *Ricardum Crocum* Britannum, qui inter primos Græcas literas in Germania docuit, ſectatus; Lipſiam cum eo venit: ibique & ipſe eandem linguam profeſſus eſt: quo tempore inter alios & *Camerarius* eum audivit: quemadmodum * præceptor ab eo ſalutatur; ac elogiis ſplendidiſſimis alicubi ornatur. *Audit Ricardum Crocum.* *Lipſiam venit.* *Ibique docet.* *Epiſtola ad I. Cratonem.*

Poſtea Uratiſlaviæ juris ſcientia honores præcipuos, *Capitanei* nimirum dignitatem, & Principem inter viros ſenatori ordinis locum, eſt conſecutus. Eo magiſtratu cum fungeretur: *civitatis ſtatuta, ſenatus conſulta, & plebiſcita* correcta, & in ordinem, ac quaſi unum corpus redacta, collegis ſuis propoſuit: ut ſingula capita, ſucciſivo tempore, examinarentur: & quæ communi conſenſu approbata eſſent, rata & firma haberentur. Verum id examen vix dum incoatum, poſt obitum ejus intermiſſum eſt: nec ab eo tempore quisquam, *Doctoris titulo* inſignitus, in ſenatum lectus. *Capitane & ſenator Vratislav. Metzler.* *Colligit ſenat. conſul. & pleb. ſcit.*

Cæterum ſcholarum ita fuit amans; ut ipſemet, in ſchola *Eliſabethana*, diſcentibus optimæ notæ auctores, *Demoſthenem, Plutarchum* & *Ciceronem* quotidie prælegerit: *Amans ſcholæ. Docet in ea.*

nec

nec ab iis operis abſtrahi ſe paſſus ſit, vel ſummis & catenatis occupationibus, vel moleſtiſſimis podagræ doloribus: cum quibus *annis quatuor* ante obitum ita conflictatus eſt: ut, cum pedibus progredi non poſſet, ſellâ in curiam geſtandum ſe curarit. Ac morbum quidem adeò fertur tuliſſe facilè: ut non avaritia, ſed ſuis quibusdam rationibus ductus, affirmaverit: *ſi optio ſibi daretur; male ſe podagram cum divitiis: quam bonam valetudinem cum paupertate.* *Terentii* inſuper *comœdias* adſidue lectitavit: ita ut nec de menſa quidem unquam ſepoſuerit.

Podagra laborat.

Cujus dolores fert patienter.

Terentii ſtudioſus.

Moritur.

Ad vitam meliorem evocatur anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo trigeſimo octavo*, die *ſecundo* Octobris. Sepultus eſt *Uratislaviæ* in æde *Eliſabethana*, cum Epitaphio ejusmodi, in quo & inſignia ejus viſuntur, *leo* videlicet *partim albus, partim niger.*

Inſigne & Epitaphiū ejus.

CLARISS. D. JOANNES METZLER, J. U. D. CONSULARIS ORDINIS IN HAC REPUB. SENIOR COLLEGA, VIR PRUDENS, FIDELIS, ET IN UTRIUSQUE ORATIONIS FACULTATE, LATINÆ ET GRÆCÆ CELEBRIS ET DOCTISS. OBIIT ANNO DOMINI M. D. XXXVIII. d. XI. OCTOBR.

Vita ejus imago fuit penes D. *Hieronymum Gelhorn*, Ducum Olsnenſium conſiliarium: epiſtolas autem Germanicas conſolatorias Lutheri & Philippi, ex autographo deſcriptas, habuit *Franciſcus Firlingus*, Eccleſiæ Uratislaviæ miniſter. Filium *Chilianum* ſive *Lacherium* Wittembergæ amiſit: cui *Melanchthon* Epitaphium ſcripſit: nec *Catharina & Modeſtinus* diu fuerunt ſuperſtites.

Liberi.

Exſtat *Plutarchi* libellus *de liberorum educatione*, Metzlero hoc Latinus factus, una cum *epiſtola dedicatoria* & *prælectione*: tranſtulit & *orationes Olynthiacas* Demoſthenis. Eſt ejusdem *Grammatica Græca*, olim in ſcholis ubivis nota: quam *Antonius Niger Vratislavienſis*, medicus Brunſuicenſis, auxit: prodiitque cum carminibus *Pythagoræ* Græcis, Latinè expoſitis. Scripſit etiam *annotationes in libellum Ciceronis de ſenectute.* *Epiſtolæ* item ejus *aliquot* in poſtremis pagellis libelli epiſtolarum *Eobani* leguntur: ex quibus hoc etiam apparet: eum admodum dilexiſſe *Laurentium Corvinum* Sileſium, virum eo ſeculo præclarum: cum mortem ejus adeò ferat familiariter. Ita enim inter alia: *magnum hoc* (mors filiæ) *mihi dolorem attulit: ſed non minorem, mihi crede, communis noſtri amici Corvini obitus. Deſideratur ab omnibus. Non poſſum de eo plura. Lacrymæ verè me impediunt.* Et hæc de Metzlero *ex collectaneis M.S. Simonis Grunæi, & Mel. Laubani: annalibus item Sileſiæ.*

Scripta.

Laurent. Corvinus Sil. philologus.

PHILIPPVS FVRSTENB[ER]GERVS.

CElebris Germaniæ ad Mœnum *Francofurtum*: cujus inter alia inſignia. Primùm hac ſola in urbe norum Rex, à convocatis Imperii Se ris & Electoribus creatur, & orbi Ch innoteſcit. *Deinde* duobus gaudet nibus *mercatibus*: quibus merces per lam Europam diſtrahuntur commode vehuntur. *Præterea* ibidem non ſolùm naſtice exercetur: ſed præmia etiam tuta ibi ſunt exercentibus; ac magiſtr ciantur. *Denique* ea ab Republ. opiſ chanicarum artium conſuetudinum que præſcripta aut primum petunt, bent ex illis emendant & conformant

Hoc in emporio hic Fürſtenberge moriâ familia natus, & ad literas à pue bitus, in omnibus bonis ſtudiis ac actionibus vir evaſit admirandus. N publica progreſſus Gymnaſia, cum li manioribus Juriſprudentiam conjun quando civem præſtaturus patriæ util factum. Ad ſuos enim reverſum cum applauſu excepit: exceptum ſen adſcivit: adſcitum tota Reſpubl. colu κοινὸν ἀγαθὸν obſervavit.

Et quanquam tota illa Reſpubl. ex debat, atque perpetuis ſenatus curis g tur: tamen quicquid ſucciſivi temp furari poterat: id totum lectioni opt auctorum impendit: inprimis autem *poemata*, eruditionis omnis theſauru genter & Græcè quidem evolvit. enim utriusque ita fuit peritus: ut C calluerit ſuper mediocritatem: in La tem certare cum magnis profeſſoribu rit. Verùm, quæ eſt naturæ commu gilitas, inſigne hoc literarum decus, æt *quadrageſimi* Germaniæ inauditus, multa conantem corripuit, febrisque tiſſima abripuit, cum *ſexagenario* p quàm *quinquagenario* videretur. C fuit vegetum, ingenium acre, judici actum, mores manſueti, ſermo ſuav tura ad benefaciendum omnibus, dum autem neminem nata, quod rius, eo majorem in magiſtratu laud retur.

Generos reliquit, ſingularia illius R ornamenta, virum omnibus bonis ſtu vendis ac provehendis natum, *Juſtinia* Holtzhauſen; & ſoceri veſtigiis inſiſte veteri familia zum Jungen appellata, nem & *Danielem*.

Jacobus Micyllus amicum & patro Epitaphiis carminibus honoravit:

Principis hic ſitus eſt dictus de mon
lippus,
Gentis, dum vixit, gloria ſumma ſ

lem Pieridum decus & tutela ſororum:
Pacis præcipuè & relligionis amans.
i quid habent veræ laudis Fabii atq; Camilli;
Armis qui patriam reſtituêre ſuam:
uic quoq; perpetuæ debetur gloria laudis:
Conſilio cives rexit & ipſe ſuo.

Aliud ejuſdem.

c decus, hic patriæ jacet inclyta gloria terræ,
Tumuli ſub hoc concluſa parvo marmore.
uid dubitas hoſpes? ſitus hic jacet ille Philippus,
De vetere natus gente Fürſtenbergia.
i Muſæ pariter cordi, pietasq; fuêre,
Junctæ ſorores vinculo inſolubili,
ec prior aut potior poſſedit pectora cura:
Quàm rem tueri publicam & pacem domi.
quid habent veræ laudis Fabii atq; Camilli:
Debetur illa, quanta quanta eſt, huic viro.

præfat. Jani Cornarii in verſionem Ae- S. P. Q. Francofurtenſem, & libr. 4. Jacobi Micylli.

BALDUS MUNSTERUS.

aldo Munſtero prima ætas acta eſt in iis eris, quæ ſi ullo in homine, in illo cer- men vimque ſuam comprobarunt. hil enim illo humanius, nihil ſuavius, mitius fuit, aut tractabilius. Atque ab ectu ſtudia humanitatis, dicta eſſe con- uòd, ut Tullius ait, *ad percipiendam amq; virtutem adjuvent*; atque illud , hoc eſt, ſuavitatem & manſuetudi- n animis, moribus, & vitâ hominum nt. Ut verò alia terra cultui magis ens eſt, alia minus, ita ingenia quo- lia aliis faciliùs flectuntur, forman- doctrinâ. At huic Münſtero inde â pueritiâ ingenium contigit lene ac um, quod poſtquam diſciplinâ & lite- coli cepit, facilè omnes venuſtate ac te morum ſuperavit.

nde progreſſus ætate, de ſententiâ rum jus civile diſcere cœpit, in ejus- ctatione non quidem infeliciter, fide- rtè verſatus eſt. Cumque naturâ â li- & ſtrepitu fori abhorreret animus, llitati & quieti natus, quique magis olentiæ, quàm litium jura exercere viſſet, non ille quidem foro prorſus it, ſed tamen in interpretatione Juris, endo potiſſimum operam conſumſit, re præcipuè integritas ipſius, inno- & juſtitia eluxit. Quod enim de Ser- cero prædicat, idem verè de Münſte- potuit, quæ à legibus & à jure civili ſcuntur, ſemper ad facilitatem æqui- ue eum retuliſſe, neque conſtituere actiones maluiſſe, quàm controver- ſias tollere: neque magis Juriſconſultum, quàm juſtitiæ fuiſſe.

Cùm igitur illi vitæ inſtituto, quod ſibi certo judicio delegerat, prælegendi ac docendi munus maximè convenire ſtatuiſſet; ſtatim ad id cœpit animum applicare, multumque eâ in re Wittembergæ, ſub *Joanne Friderico* Electore, dexteritate ingenii, fide ac diligentiâ diſcentibus profuit. Nam non pauci, velut aditu januâque ab ipſo patefactâ, ad intima penetralia ejus ſcientiæ feliciter ſunt introgreſſi, qui poſteâ eâdem in ſcholâ non infimo loco inter Jureconſultos fuerunt. *Docet Wittembergæ Münſter.*

Tandem peſte Wittembergæ graſſante, dum eos, qui contagio infecti erant, in domum ſuam recipit, morientibus adeſt, famularum etiam eodem malo correptarum congreſſus, nec ipſe nec uxor reformidant, contrahunt eandem luem, quâ & intra paucos dies conſumti ſunt. Extremo autem vitæ ſuæ actu pietatem & fidem ſuam præcipuè declaravit. Cùm enim paucis ante obitum horis, amici quidam conſolandi causâ ipſum adiiſſent, oſtendit illis anthraces & peſtifera ulcera, quæ in manu & brachio eruperant, & *ut vobis*, inquit, *iſtæ armillæ & pretioſæ gemmæ placent, quibus me Chriſtus meus exornavit!* cumque illis hoc dictum lacrymas excuſſiſſet, *atqui vos hæc*, inquit, *neutiquam vilia ornamenta judicaveritis. Cum hoc enim nuptiali veſtitu ad cœleſte convivium, cum Chriſto meo in perpetuum celebrandum, ſum iturus, ſic ad illud æternum præſtantiſſimarum ac ſanctiſſimarum animarum concilium migraturus, ſic deniq; DEO Redemtori meo placiturus ſum.* Lætus igitur ac velut triumphans ex hac vitâ emigravit, cum paucis ante ipſum horis uxor eſſet elata: planeque de eo, quod de Stephano, dici potuit: *Peſte corripitur.* *Patientia ejus & conſtantia in morbo.* *Obitus.*

Ibat ovans animis, & ſpe ſua damna levabat.

Fuit illi, ut diximus, ingenium mite & placidum, adeò quidem, ut nonnullis parum animoſus, & ob eam cauſam ad id genus doctrinæ, quod tractabat, minus idoneus videretur. In reliquâ vita & moribus nihil erat illo pudicum magis, nihil ab omni turpitudine remotius, domus verò ejus quædam modeſtiæ, verecundiæ, & ſanctiſſimæ diſciplinæ ſchola. Res familiaris illi non ampla fuit, imò ne mediocris quidem, ſed tenuis ac penè afflecta, planeque talis, qualem Salomon à Deo optat, cum ait: *Demenſum meum da mihi.* Suâ tamen ſorte qualis qualis eſſet, ſummè contentus vixit, ſublimes & ſplendidas conditiones, ut moleſtiarum, periculi, atque invidiæ plenas, fugere ſolebat, ſubinde hoc ſubjiciens, quod eſt à Poëta ſapienter dictum: *Virtutes & dotes.*

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: & intra
Fortunam debet quisq; manere ſuam.

Vitus Winshemius *in laudatione funebri* D. Münſteri, quæ exſtat *Tomo ſecundo Declamationum Melanchthonis.*

Floruit circa annum 1524.

BALTHASARUS CLAMMERUS.

Patria Bavarus.

B*Avarum* hunc natione fuiſſe accepimus, qui cum ingenio eſſet felici, nec à literarum ſtudiis abhorreret, præclaros in iisdem fecit progreſſus. Poſtea ad juriſprudentiam animum applicuit, in qua *Licentiati*, ut vocant, nomen titulumque promeruit. Inde cum *Marpurgi* in *Cattis* aliquandiu leges publicè explicuiſſet, à principe *Erneſto*, Duce Lunæburgico, evocatus atque Cancellarius declaratus, in jurisdictione ac politia multis annis, principi ſuo, operam navavit, ut fidelem ita utilem.

Licentiatus Iuris renunciatur. *Docet Marpurgi.* *Fit cancellarius & conſiliar. Lunæburg.*

Virtutes & dotes Clammeri

Fuit enim vir excellens ſapientiâ, & juſtitia præſtans, carus multis bonis principibus. Et *Clammeri* quidem atque *Forſteri* JCtorum opera ac conſilio potiſſimum effectum eſt, ut princeps ditionem ſuam pacificè adminiſtrarit, Deique gloriam, & civium ſuorum ſalutem præclarè promoverit. Floruit Clamerus ſub annum *milleſimum, quingenteſimum, quadrageſimum*, & ſenex admodum fatis conceſſit, ut ex hoc *Petri Nigidii* epigrammate in ipſum colligere licet:

Petri Nigidii epigramma in Clammer.

Balthaſarus noſtri Clammerus grata Lycei
Pars fuit, & juris ſplendida fama ſacri.
Lunæburgiacæ ſed poſt ſe tradidit aulæ,
Facundus, prudens, integer atq; pius.
Huic inſervivit permultos gnaviter annos,
Atq; duci fidus profuit ille ſuo.
Longævus tandem, curis confectus & annis,
Naturæ ceſſit, paruit atq; DEO.

Melanchthon *in Orat. de Erneſto Principe Lunæburgico*, quæ eſt Tom. 4. orationum ipſius, & P. *Nigid. in Catal. Profeſſor. Marpurg.*

✠ 1547.

JOANNES NAVIUS.

Patria Navii. Et ſtudia.

J*Oannem Navium* Lucemburgium fuiſſe accepimus, honeſto loco natum, & à prima pueritia bonis literis deditum. Inde cum ad altiora adſpiraret, ſicut optimo cuique eſt innata gloriæ ac honoris cupiditas, legum ſtudium aggreſſus, id cum eloquentiæ ſtudio prudenter conjunxit copulavitque.

Simultas inter Heldum & Granvellanum. *Held. aula pellitur.*

Anno itaque *milleſimo, quingenteſimo*, & *quadrageſimo*, cùm æmulatio quædam atque ſimultas inter *Heldum* & *Granvellanum* orta eſſet, *Heldus* aula excedere, vitamque agere privatam juſſus eſt. Granvellanus enim valebat auctoritate, & Heldum in crimen odiumque vocabat, quòd in conſiliis & actionibus nimis eſſet vehemens, quodque Cæſarem, nihil tale cogitantem, & propemodum invitum, ad bellum pertraxiſſet.

Navius igitur, tanquam magis obſ[...] moribus Granvellani, in locum Heldi[...] tutus, eodem anno colloquio *Worm*[...] interfuit, ſuoque loco direxit. Poſte[...] *quadrageſimo quarto*, in Spirenſibus [...] tiis, Cæſar per eum inter *Landgr*[...] *Haſſiæ* & *Brunſuicenſem* multis egit [...] gratiam reducerentur. Sequenti an[...] Granvellanum & hunc Navium idem [...] cum Proteſtantibus de conſilio & bell[...] cico multa tractavit, & inprimis N[...] ad *Colonienſem*, ad *Moguntinum*, & [...] num Electores miſit, quidque ſibi ani[...] per eum expoſuit. Ratisbonæ deind[...] *quadrageſimo ſexto*, in comitiis, p[...] vium Cæſar civitates Imperii de bell[...] ro præmonuit, Ipſasque interea qu[...] juſſit.

Sed cùm & propter fidem, & [...] rerum expediendarum dexteritatem i[...] ma eſſet auctoritate, jamque Carolu[...] guſtus per ſuperiorem Germaniam [...] omnem belli molem contra Saxonem [...] ferret: Navius ſub initium anni *quadr*[...] *ſeptimi* vitam cum morte commutavi[...] jus in locum ſucceſſit *Georgius Seldi*[...] reconſultus eique adjuncti propter m[...] dinem negociorum Germaniæ, fueru[...] *annes Marquardus* Badenſis, & *H*[...] *Haſſus*, qui Palatini fuerat antè, & [...] admodum Bipontini principis conſil[...] rerum Germaniæ valde peritus.

Hæc de Navio *ex Jo. Sleidani Co*[...] *tariis ſtrictim ſparſimq;*.

HARTMANNUS HAR[...] MANNI.

C*UM* plures fuerint Hartmann[...] cognomines, diſtinctè de illis, [...] ſio quædam oboriatur, nobis eſt [...] dum. Primum ergò *Hartmannum* [...] *manni* dedit *Eppinga* Palatinorum, [...] clarum, ſed virtute & doctrinâ longè [...] liorem. Literarum enim ſtudia ampl[...] ita in iis verſatus eſt, ut & magiſterii, [...] vocant, gradu ornatus, & in ordinem [...] loſophorum, *Haidelbergæ* publicè d[...] tium, fuerit cooptatus. Quo loco [...] num *milleſimum, quingenteſimum, dec*[...] *nonum*, Decani Philoſophici cum g[...] officium, annales Academici pro[...] Poſtea equeſtris ordinis dignitate orn[...] & Electorii Palatinatus Cancellarius, ſu[...] *dovico* Palat. Electore, eſt deſignatus, [...] antea in ſupremo Imperii Romani di[...] rio, quod *Spiræ* agitur, *duodecim* ipſo[...] *nos* honeſtiſſimè ac honoratiſſimè vixi[...]

In cœleſtis vitæ conſuetudinem hic [...] grat, anno *milleſimo, quingenteſimo, qu*[...] *geſimo ſeptimo*, die *tertio* Julii, tali cum [...] taphio ſepultus:

DOMINO
ARTMANNO HARTMANNI AB
PINGEN U. J. DOCTORI, IL-
STRISS. PRINCIP. FRIDERICI
M. PALAT. RHEN. ET DUC.
VAR. ELECTORIS, CANCELLA-
O, VIRO IN REBUS AGENDIS
IMI ET CONSILII PRÆSTAN-
A CONSPICUO, VERITATIS
STITIÆQUE ASSERTORI STRE-
IO, UXORIS CHARITAS, ET
ERORUM PIETAS, MARITO
QVE PARENTI DESIDERATISS.
LENTISS. POSUERUNT. QUI
IIT V. NONAS JULII, ANNO
MINI M. D. XLVII.

ALEM *Cecropii cives habuere Solonem:*
t placidum priſco tempore Roma Numam:
m, Hartmanne, tuam ſenſere palatia vocem:
Qua dominante, Ducis curia ſoſpes erat.
hola, te populus luget; teque aula requirit:
Qui tegis hoc ſacro membra repoſta ſolo.

elogium ultimum ex XIX. Jobi:
o ego, nec fallor, neq; me ſpes illa relinquit:
Quod DEUS atherio vivit in orbe meus:
que mihi haud minor eſt vera fiducia vitæ:
xtremo ſurgent corpora noſtra die.
eadem læto me tunc feret ubere pellis:
t cernam hac ipſâ numina ſacra cute.
ſola effigies noſtros retinebit ocellos,
uſtrabitque meas talis imago faces.
mihi præcipui reddet ſolatia voti;
t teneam ſuperas non periturus opes.

hic *Hartmannus* non ſolùm Juſtitiæ
ns, verùm & puræ religionis, uti &
n literarum, amantiſſimus. Itaque
t in annalibus, quod artes atque li-
egantiores Academiæ, eccleſiis au-
atinis Evangelii doctrinam reſtitue-
iſque in id incubuerit, ut Papatus
s illæ expurgarentur, quanquam id
ctum.
cum *Bernhardo Wurmſero* J. C. ju-
icali adhibitus, ut oſtenderent, qua
religione controverſias dirimerent:
num ſuarum rationes in libros rede-
, quos filius cognominis in lucem

n enim reliquit planè γνήσιον, natum
um *milleſimum, quingenteſimum, vi-
tertium,* qui & ipſe J. U. D. renun-
cameræ Imperialis fuit Adſeſſor: ac
rium * *Electorum Palatinorum* Con-
Conſiſtorii Palatini Præſes, ac diœ-
aidelbergenſis Præfectus.
Haidelbergæ die decimo ſexto Ma-
octogeſimo ſexto, ætatis ſuæ *ſexageſi-*
, ſepultus ibidem in Templo Spiri-
ti.

Edidit tractatum Germanicum, cui titulus: Kurtze Beſchreibung / welcher Geſtalt ein Fürſt ſein Regiment wohl anrichten und beſtellen ſoll / h. e. *Inſtitutio Principis de gubernatione rectè ſuſcipienda.*

Et tantum de duobus Hartmannis *ex præfatione Deciſionibus illis præfixa & ex actis Academiæ Haidelbergenſis.* Vide, ſi lubet, infra Ciſneri vitam.

CONRADUS PEUTINGERUS. ☉1547. d 28. Dec. ætat. 82.

QUemadmodum olim multi, humili loco nati, ad ſummæ conſurrexerunt dignitatis faſtigium, ita & noſtra & majorum memoriâ, ſæpe generoſæ quædam mentes clariſſimum lumen familiæ obſcuræ, æternamque gloriam intulerunt. Ne longè abeamus, exemplo ſit patritia *Peutingerorum*, in florentiſſima Germaniæ urbe *Auguſta* gens, quæ palmam hodie poſcere auſit, contra pleraſque illius reip. familias. Conſtat * autem ex annalium monumentis, ſub annum Chriſti *milleſimum, quadringenteſimum, & viceſimum, Ulricum Peutingerum* aurifabrum civemque Auguſtanum fuiſſe, qui in ſuburbio *Jacobæo* calidas aperuerit balneas, ut menſe Majo laſſi homines & φιλόλουτροι, ibi in ſoliis è picea ſuo quisque pretio lavarent. Verùm tantum abeſt, ut ejuſmodi natalium tenuitas obſtruere aliquid luminibus novorum hominum poſſit, ut potius omnium literis monumentisque decorandi ſint, qui præclaris virtutum facinoribus è tenebris ſeſe vindicarunt, felicique traduce bonam indolem ad minores transmiſerunt. Vere enim † Satyricus:

Malo pater tibi ſit Therſites: dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaque arma capeſſas:
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

In hoc ergo mediocrium hominum genere natus eſt, (quanquam non * nemo ſit, qui ex antiquiſſima Suevicæ nobilitatis claritudine ortum hunc narrat) hic *Conradus Peutinger*, ſub annum Chriſti *milleſimum, quadringenteſimum, ſexageſimum quintum.* Qui, ut primùm per ætatulam potuit, in ludum literarium miſſus, prima artium rudimenta feliciter percepit, & probavit omnibus indolem,

——— *ingeniumq; ſuis velocius annis.*

Inde ad publica Academiarum progreſſus auditoria, tum humanioribus omnibus diſciplinis operam dedit, tum inprimis ſanctarum legum ſtudio totum ſeſe dedidit.

Cum autem, ut Tullius ait, *nemo tam ſit afflictus, qui, ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſſit navare aliquid & efficere:* quid non de felici ingenio ſit ſperandum? Peutingerus ergo ingenio & labore ſuo facile tantum eſt conſecutus, ut juris ſibi cognitionem compararit egregiam, ſuæque doctrinæ eruditæ & legalis ſcientiæ teſtimonium ſit adeptus publicum. Inde non ſolum

Val. Max. lib. 5. c. 4.

* Ex Achill. Gaſſ. Cruſ. annal. Suev. p. 3. l. 6. Ulricus Peutinger aurifab.

† Iuven. ſat. 8.

* Her. Kirchn. in Orat. de magiſtr. & dd. nobil. princípp. Peutingeri natalis. Indoles.

Labor omnia vincit. Doctor I. V. renunciatur

Conſiliarius Cæſaris deſign.

Reipubl. Auguſtanæ, ſed Chriſtianæ univerſæ plurimum profuit. cooptatus in conſiliariorum numerum primum à Maximiliano, deinde ab hujus ſucceſſore *Carolo V.* Auguſtis. Hoc in munere quomodo verſatus ſit, quantumque & conſilio & opera ſua toti Imperio commodarit, hiſtoriarum monumenta, dum homines erunt, loquentur. Nam &

Facta ejus & labores.

comitiis Imperii plerisque omnibus ſua ætate celebratis interfuit, & conſilium ſuum in arduis maximisque de repub. prudenter dedit & rem literariam inprimis, virosque doctrina celebres, quibuscunque potuit modis, promovit ornavitque.

Obitus.

Decedit tandem ex hac vita Auguſtæ anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſeptimo*, die *viceſimo octavo* Decembr. decada ætatis octavam, vitæ noſtræ à Moſe præſcriptam, ſupergreſſus. Sepultus eſt ibidem in cæmiterio ſuburbico cum tali epitaphio:

Epitaphium.

D. O. M. TR. V.

SALVATORI:

ET CHOUNRADO PEUTINGERO J.C. PATRIC. AUG. CONSIL. AUGG. ERUDIT. VIRTUTE, REBUSQUE. AMIC. BON. SENECTA FELICI, ET IPSA MORTE.

CL. V.

QVI VIX. AN. LXXXII. D. XII. HOC IN SEPULCRO MAJORUM CONDITUR. MARGARITA VELSERINA CONJUNX. ET CL. PIUS J. C. CHRISTOPHORUS, J. CHRYSOSTOMUS, ET CAROLUS, FRATRES GERMANI I. FILII, HÆRED. PEUTINGERI JUN. EX MERITO AMORIS, OBSERVANT. ET OBSEQUII PII ERGO. M. PP.

OB. V. CAL. JAN. AN. M. D. XLVII.

Conjugium.

Conjugem, ut ex monumento patet, habuit *Margaretham Velſerinam*, quam duxit anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo octavo.*

Scripta.

Scripſit antiquitatis hic amator & ſingularis æſtimator, *ſermones convivales*, in quibus multa de mirandis Germaniæ antiquitatibus referuntur: præterea *de gentium quarundam emigratione Epitomen*, adjecto *Procopio* & aliis Hiſtoricis, item *tractatum de fortuna*, & ſi quæ alia in Bibliothecis occurrunt.

Eraſmus in epiſtolis: Cruſius in annalib. Suevicis: Chytræus in delit. itinerum: Geſnerus.

Flor. circa ann. 1548.

JOANNES LANGUS.

Patria Langi.

NATUS eſt *Joannes Langus Freiſtadii*, Sileſiæ oppido in ducatu *Teſchinenſi*, parentibus quidem egenis, ſed honeſtis & piis, qui mediocri ſorte contenti, rem domeſticam pannificii arte operosâ fideliter frugaliterque adminiſtrarunt. Lib
educationi pietatis & literarum prim
tutio acceſſit. Cùm itaque ſupelle
ipſis eſſet anguſta; *Langus* hic *Niſſa*
ſcopi Uratislavienſis ſedem, profect
lentini Cratoaldi inſtitutione uſus e
ctumque pro foribus, ut ibi moris,
do, petiit quæſivitque. Nec cives
eum, ob indolem omnium diſcipl
capacem, clauſerunt beneficentiam.

Ut primum verò ætas gravioribus
matura & idonea eſt viſa, cedere ipſi
Cratoaldus voluit juſſitque. Hinc
ſcens præceptoris hortatu *Cracoviam*
tulit, ibique in pædagogiæ officio, P
phos publicè docentes audivit, &
tium ingenia informando, ſe ipſum
mavit. Poſtea loci iſtius pertæſus *V*
Auſtriæ ſe recepit, & *Philippi Gundel*
lio, Græcæ linguæ fontes tàm facilè i
quàm Themiſtocles linguam Perſican
tempus annuum aſſequi, & exped
Artaxerxe loqui potuit. Inde avul
dam venit, & propter ingenii & d
laudem à *Thoma Stollero* * *Suidnice*
celli Muſices rectore, *Ludovico* Ung
gi commendatus, puerorum ſympho
rum, & artes diſcentium præcept
Poſt hujus officii reſignationem in S
reverſus, *Trozendorfio Wittembergan*
ſucceſſit, & ſcholaſticum cætum cum
* aliquandiu rexit. Inde *Niſſam* v
aliquot annis ſcholæ ibi moderatore

At pulverulentæ vitæ pertæſus,
Reipub. devincire animum induxit,
Suidnicium vocatus, actuarii officium
pit. Ibi ingenium ejus, politicis n
quotidie excitatum, magnæ fuit adn
ni præſuli Uratislavienſi *Jacobo à Sal*
jus deinde in aulâ ſecretarii munus
Balthaſar autem *Promnicius* ſucceſſo
à Saltzâ, anno *milleſimo, quingenteſim*
geſimo nono, cancellarii dignitatem i
Langum contulit. Ab hoc deinde p
ſuo ad *Ferdinandum* Romanorum
aliquoties miſſus, graves & arduas *
(qua voce rex eſt delectatus) adeò r
ac ſolidè expetivit, ut tanti viri pruc
facundiâ, heroica virtute invitatu
gnia ei & doctoralem Lauream in L
perialibus conferre non dubitarit. N
ſtitit hic Lango vel fortunæ humili
natalium obſcuritas; idque merito. Si
olim *Fabios*, ſic *Demoſthenem*, ſic *So*
& Euripidem, ad ſummam dignitate
tus & doctrina evexit. Nimirum.

——— *experientia monſtrat,*
Summos poſſe viros & magna exem
daturos,
Vervecum in patria craſſoq; ſub
naſci.

Paulò pòſt *Ferdinandus* rex Langun
ſiliarii & oratoris perpetui nomine dig
eſt. Nam ſatis erat exploratum regi,
gum tria, perinde ut * *Ennius* quod
h

e corda, hoc eſt, trium eſſe linguarum
ſſimum. Langus ergò tanto munere di-
, ad oratoriam palæſtram ſe alacriter
xit: & rege ſic mandante, nunc ſolus,
aliis collegis additus, vel *Sigiſmundo*
o Barone *in Herberſtein*, vel *Matthæo*
Suidnicenſium præfecto, quem capita-
vocamus, in *Poloniam* & *Lithvaniam*
tius Chriſtianæ reipublicæ aris & focis
ones arduas ſuſcepit. Primum enim
os duos reges conjunctiſſimos pacta
era piè & ſanctè inita, magna religio-
ovanda, confirmanda & tuenda, deni-
ctiſſimam amicitiam, mutuamque of-
m & beneficentiæ obligationem, ſine
ſanguine conſervandam, *Ferdinandi*
e paternè, amicè & benignè petiit. Tum
i & fœderis inconcuſſi arrham regi-
Eliſabetham & *Catharinam* filias,
s, in regnum Poloniæ, ad feſtos nu-
n dies cum regio comitatu, in quo &
le *Herberſtenius*, deduxit, & regi ora-
leganti commendavit.
o cum *Turcæ*, orbis Chriſtiani excidio
ranſylvaniæ, & finitimis provinciis
ptiones ac vaſtationes minarentur, &
æ regni Ungariæ, & circumjacentium
n propter hoſtiles excurſiones pericli-
r, nec unius regis militares nervi tan-
furoribus reprimendis eſſent, *Lan-*
Poloniam legatus à *Ferdinando* rege
in comitiis coram ipſo rege Poloniæ,
ſto Præſulum, Palatinorum, Caſtel-
n, & Procerum regni conſeſſu, Lati-
tione ſuppetias adverſus Chriſtiani
s & ſanguinis barbarum & commu-
ſtem, conjunctis conſiliis & auxiliis
s benignè rogavit; quamque eſſet lu-
ac miſera rerum in Ungaria facies,
è admodum expoſuit. *Ab illis* enim
dixit, *præter exſpectationem omnium*
m irrumpentibus, bona civium & ſub-
diripi, incendiis publica & privata
abſumi: pecora abigi, utriusq; ſexus
, vel ferro crudeliter concidi, vel hor-
ſuppliciis torqueri, puellas & matronas
um rapi, lactantes pueros à complexu
n avelli, ingentem mortalium nume-
i atq; hominum fidem & opem implo-
, & cladem ſuam voce lacrymoſa mi-
m, à ſanctis ædibus, à dilectis pena-
paternis focis, in Scythicam ac æter-
vitutem abſtrahi & excarnificari. Hac
bili voce Langus in auditorum ani-
m reliquit aculeum, ut jam orationis
ntrahenti, *Hodie Langus fuit verè*
applauſerint.
rum & aliud eloquentiæ Atticæ in
exemplum ſilentio præterire nolu-
um enim à *Samuele Mazovio*, Præ-
coviensi, & ſupremo regni *Poloniæ*
rio, in collegium Academiæ aliquan-
us eſſet, ut *Petrum Illicinum*, Stan-
legam *Italum*, publicè docentem au-
is tum Profeſſor oratoris adventui
ompellatione prolixè fuit gratulatus.

Ibi *Langus* pari Græcè reſpondendi dexteritate & facilitate promtus, non tamen præmeditatus, Græcè reſpondit, ac frequentiſſimi cætus oculos & animos in ſe ſolum convertit, & iſtius linguæ dignitatem viris doctis commendatiorem fecit. In metricis etiam multum valuiſſe, & carmina ipſius, dudum divulgata, & lucubrationes, in Muſæo inventæ docuerunt. Langi certè venam *Petrus Royzius Mauraus, Hiſpanus*, Poëta illo ſeculo celeberrimus, hoc elogio inſignivit:

Qui ex tempore reſpondet.

Excellit in poëſi.

Petr Royz. in Lang. carm.

Non ſteriles Muſæ, multoq; Helicone tumentes,
Plena piis dictis carmina, Langus amat.

Fuit autem *Royzius* conſiliarius regius, & ob eruditionem Lango acceptiſſimus; etiam in quotidiano convictu; ſed qui velut *ἀναλφάβητος* Germanicam linguam ridere ſoleret. Itaque famulos Langi Oratoris, menſæ aliquando adſtantes, atque durâ pronunciatione & accentu affectatè voces Germanicas exaſperantes, iſto ſcommate jocove illuſit: *Germani*, inquit, *non loquuntur, ſed fulminant. Et credo ego, mi Lange orator, Deum ex indignatione hoc ſermonis fulmine uſum, cum primos parentes extruderet Paradiſo.* Cui Langus, *Ego rurſus*, inquit, *veriſimile cenſeo, ſerpentem ſuavi & blando vocis Hiſpanicæ fuco uſum, cum impoſuit Evæ.* Hoc argutulo reſponſo *Royzium* & convivis & adſtantibus propinavit deridendum, quod & ipſum regem hoc audientem mirè delectavit.

Irridet linguam Germanicam.

Langi reſponſum.

In quanto ergò precio & admiratione Langus apud regni primates fuerit vel hinc apparet, à quibus tandem cum bonâ gratiâ honorificè dimiſſus regia munera Oratore digna congeſſit, quæ tamen omni ſuſpicione caruerunt, quam * *Timagoras* ab *Athenienſib.* ad *Artaxerxem* miſſus, & liberaliter donatus apud ſuos cives minimè effugere * potuit. Contra autem Langum à legationibus reverſum, ſecretiſſimis, ut antea, conſiliis rex admiſit, qui tandem expeditionum curis feſſus, & adverſâ valetudine, præſertim verò nephriticis doloribus afflictus *Suidnicii* * annuente rege, nonnihil reſpiravit, ita tamen, ut Syndici officio apud *Suidnicenſes* renunciato, commiſſiones, ut vocant, ſaltem Cæſarias, dum nondum vires prorſus attritæ eſſent, ſummâ quâ deberet ac poſſet fide & induſtria expediret.

Dimittitur cum muneribus.

* *Plutarchus in Pelopida. Timagoras Athen. legatus.*

* *Imò necatus ob dona fertur.*

Langus ab aula dimiſſ.

Syndic. Suidnicii agit.

Tandem & his oneribus levatus, ſoli Deo & Muſis vixit, quemadmodum ſcripta ejus religioſa teſtantur. Nam & *Juſtini Martyris* verſionem abſolvit, & calamum adverſus *Staphylum* ſtrinxit, & *Buchanani pſalterium* declaratione per aſteriſmos addita Cæſari ſuo ante vitæ cataſtrophen offerendum curavit, & *Davidicam* lectionem literis adjectis humiliter commendavit. Denique multis curarum tædiis fractus, ſub ingreſſum anni *ſexageſimi quarti* ætatis fatis conceſſit, *Suidnicii.* Epitaphium ejus legitur ejusmodi:

Deo & Muſis vixit.

Vertit de Græc. quædam

In Staphyl. ſcribit.

In Pſ. Buchanani item annotation.

Moritur Lang.

Quem pietas & recta fides, conſtantia veri,
Juſtitia, & Candor, geminæ facundia linguæ.

Epitaphium ejus.

Mœſta dolent Phœbique cohors Heliconia plangit,
Hic ſitus eſt (Muſæ poſuerunt marmora) Langus.

Elogium Langi. Patet ex his, quæ breviter adduximus, fuiſſe & hunc virum doctum & diſertum, patriæ amantem, addo & utilem, adeoque *Cyneam Germanicum.* *Bibl. amittit.* Bibliothecæ, qua ipſi, ut & omnibus eruditis, vix quicquam aliud charius, bis fecit jacturam, primum *Niſſæ*, incendio ſuborto, & deinde iterum aurigæ injuria, cui libros *Viennam* crediderat pervehendos.

Scripta Langi. Tranſtulit ex *Græco* in Latinum *Nicephori, Calliſti, Xantopuli* eccleſiaſticæ hiſtoriæ* *libros octodecim*, adjunctis brevibus ſcholiis in difficiliores locos. Vertit idem *Gregorii Nazianzeni* ſententiarum *libros tres*, ut & opera *Juſtini Martyris*, quibus itidem annotationes adjecit. Scripſit etiam ut dictum, contra *Staphylum*, à quo hæreſeos damnatus fuerat, quod Chriſtum ſecundum carnem creaturam negaſſet. Edidit & *carminum Lyricorum* librum anno *quadrageſimo octavo*: *paræneſin* carmine Heroico ad D. *Hieroslaum a Bernſtein*, *elegias* etiam aliquot, & ſimilia, quæ in privatis nunc reperiuntur librariis.

* *Qui excuſi Baſil. ab Oporino 1552.*

Tantum de hoc *Lango ex M. S. Mel. Lanbarti*, *Geſneri Bibliotheca*, aliis. De medico huic cognomini adi ſi lubet vitas medicorum Germanorum.

LEONHARDUS AB ECK.

⊙ 1550. d 17. Mart. ætat. 70. *Nobiles ab Eck in Bavaria.* LEonhardus ab Eck in Bavariâ nobili *Eckiorum* genere editus eſt, anno Chriſti milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo, patre ſibi cognomini, matre verò *Hallerâ*, nobili itidem Bavarâ. A teneris *Kelhaimii* ſupra Ratisbonam, ubi pater ducalis Præfectus, prima literarum fundamenta poſuit. Poſtea maturè illuſtriores Germaniæ Academias acceſſit, in quibus, ut naturâ erat facundus & judicii exacti, mirificè ſeſe in ſua, quam amplexus erat, facultate, inque omni politiori literaturâ exercuit, ut tum etiam ſtatim principes quidam eum ad ſe invitarint, operamque in civilibus negotiis expetiverint.

Italiam adit. Doctorq; renunciatur. Verùm Eckius antequam ſe aulæ cujusquam manciparet, *Italiam* perluſtrare in animo habebat. In eam ut venit, ſtudia gnaviter perſecutus, linguam etiam ejus gentis didicit, doctoreaque Jurecenſultorum laureâ coronatus fuit.

Eſt à conſiliis March. Brandeburg. Ut primum ex Italiâ rediit, vocatus ad Marchionem Brandeburgenſem *Onoltzbachium*, ei principi à conſiliis aliquandiu fuit, qui eum legationibus variis fungi voluit. Erat enim juvenis alacris, atque exercitati ingenii, & præter admirandam politicarum rerum peritiam, etiam facundus, & in dignoſcendis hominum moribus valdè argutus, & admodum feſtivus. *Fit Bavari Conſiliar.* Ibi cum aliquot annos conſumſiſſet, factus eſt Bavariæ Ducis *Wilhelmi* conſiliarius, atq; tum adhuc cele... in annum usque ætatis quadrageſimu...

Tandem anno *milleſimo, quingenteſ... ceſimo duxit* uxorem *Felicitatem à ...* gentis Bavaricæ, ex qua nactus eſt *Oſvvaldum* & filias duas. Qua fuit ... rerum experientia, & varia doctrina o... & inſuper prudentia, & acumine in... Bavariæ ducibus, multis temporibus ... nis in negotiis & perículoſiſſimis tem... bus, ut incidit in ætatem multis mol... turbis aggravatam, fideliſſimus, nec ... fortunatus etiam conſultor adfuit. Ip... & regionis totius, commodis mirific... potuit, providit, res intricatiſſimas b... nis ſubinde ſententiis abſolvit, mult... troverſias placidiſſimè compoſuit, ... plurimorum conſiliariorum ipſe ſol... ſuſcepit, atque id quidem principis ... ctu & authoritate, à cujus etiam vo... ac ſententia non facile diſceſſit.

Itaque ab eodem principe ſuo in c... ac conventibus Imperii, ad conſilia c... adhibitus fuit, ſæpe etiam ad conſult... quaſdam graviſſimas ferè ſolus, aut ... ctis, paucis, delectus etiam ab aliis p... bus, quando principibus Imperii com... ter quædam impendebant, ut ipſe ... illa referret, perpenderet, & ſuis v... placitis communiter. Quod idem e... ſervili ruſticorum tumultu præſtitit, ... fœderis adjumento, & viginti annis ... bello Smalcaldico, illuſtre apud omn... perii proceres nomen promeritus, & ... bus & ipſo Imperatore *Carolo V.* ſum... re honoratus obſervatusque fuit. De ... te illud vulgatum fuit; *quod Eckius ... cluſerit, fruſtra alii concluſiſſe videnti...*

Atque ita non ſolum in Bavariâ, ſe... aliis Chriſtiani orbis locis *Leonhardi ...* Bavari promtiſſima conſilia, expeditæ ... tationes, ſalutares deciſiones, tanquam ... linis oracula perſonabant, unde quid... ipſius Ducem, qui etiam prudentia, & ... ritate in Imperio inſignis fuit, amp... ſemper gloria ex ipſo devoluta eſt, qui ... ſolum ſubinde in maximis & quotidia... loquiis ſibi adjunxit. Unde vulgo ... tur, *alteri ſine altero vitam fore acerb...* que ita evenit, ut Leonhardus Monac... multis diebus, poſt ſuum Ducem, obi... tum apud ſuperos quoque conjungi de... jactaretur. Poſt obitum ſanè in conſi... nibus Imperii multorum votis deſid... eſt, cum dicerent rebus maximis ingr... bus: *Hæc pauciſſimis verbis Leonhar... Eck fuiſſet confecturus.*

Obiit autem *decima ſeptima* Martii, ... *quinquageſimo* ſupra *milleſimum*, *quin... ſimum*, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo*, ſe... *Monachii* apud *Franciſcanos*, cum ... mento ſatis ſumtuoſo & pulcerrimis p... ornato, præter adjunctas legationes ... dotales, ut fuit antiquæ Romanæ re... nis acerrimus propugnator: adeò ... bona, & arces, quas comparavit am...

lio non alia ratione ſalva eſſe volue-
lque firmiſſimè teſtamento caverit,
ſi eandem religionem perpetuo reti-
tque foveret. Filia ejus major (nam
obiit in juventute) nuptui data Ba-
Vilhelmo à Schvvartzenberg Bavarico
chæ, magni illius *Othenrici*, qui in
officio, ex comitiſſa *Montfortia* fra-
diu tamen ſuperſtiti.
que duobus poſtmodum comitibus
is ſecundis & tertiis nuptiis data eſt.
quidem *Joanni*, poſtmodum *Abun-*
& *Oſvvaldus* filius bibliothecæ pa-
quæ valde celebris in Bavariâ, locu-
r, & antiquorum numiſmatum, ut
rtus Golzius teſtatur, aliarumque ar-
rum rerum collector diligentiſſimus,
e artificum hoſpes liberaliſſimus, pa-
otes & neptes aliquot ex *Annâ de*
au uxore ſuſcitavit, ςύλες οἴκων co-
familiarum, ut Menander appellat.
l.3. Proſopograph.

ETRUS BVFLERVS.

ic, Imperii hodie oppido, ſub an-
Chriſti *milleſimum*, *quadringenteſi-*
eptuageſimum quintum, honeſto lo-
s, à teneris pietatis ac virtutum ſtu-
egiè fuit eruditus. Ubi adolevit, ad
ram animum applicuit, quam ſuc-
nto exercuit, ut rem honeſtiſſimè
uxore ex familiâ præcipuâ ductâ, in
patriæ allectus eſt. Cæterum ab in-
tate cum religionis eſſet ſtudioſiſſi-
m pauperum omnium, tum inprimis
miniſtrorum rationem habuit. Ita-
nus ejus quotidie ita celebrabatur,
orum miſerorumque perfugium, at-
ngelii miniſtrorum haberetur hoſpi-
quo omnes prolixè accepti, nec ſine
viatico dimiſſi.
is præterea hortatu, ægrotos ſive in
miis ſive extra ea, ultro inviſebat;
nummo coëmtis medicamentis,
in ſe erat ſublevabat & curabat,
ut hac tempeſtate raro, ita ad om-
teritatem gratâ memoriâ prædican-
jus itidem Buffleri potiſſimum ope-
ngelii doctrina natale in oppidum
ducta, dum *Ambroſium Blaurerum*
leſiæ reformatorem ſuo ſumtu domi
umque ut ex verbo Dei omnia præ-
, animavit. Itaque non ſolum terre-
onorum inopiâ laborantes liberali-
vit, ſed etiam ſpiritualiter pauperes
virili ſuſtentavit. Effecit enim ut
m in patria ſua Evangelii doctrina
ſed etiam in vicinis aliquot oppidis
t, ut idonei eſſent doctores, qui ex
DEI hominibus viam ad cœleſtem
m monſtrarent.
m cum ad hoc inſtitutum ſcholarum
opus eſſe videret, nec ſcholas abſq;
s florere animadverteret, *Argento-*
ratum, urbem Imperii nobiliſſimam elegit, eoque adoleſcentes ex oppidis diverſis delectos, anno *trigeſimo ſexto*, ſupra *milleſimum*, *quingenteſimum*, miſit, quos ſua beneficia liberalitate tantiſper aluit, dum in patriam revocati cum fructu Eccleſiis ſcholisve ſubſervire poſſent. Senatus ergò Reipubl. Argentoratenſis exemplum unici hujus ſecutus, Gymnaſium illud, nunc in Germania tota & extra eam celebratiſſimum, aperuit, in quo tum bonarum artium doctrinas, tum inprimis divinarum literarum ſcientiam juventuti exponi juſſit. Itaque ſchola Argentoratenſis initia ſua huic *Buflero* aliquomodo debet.

Alitq; Argentorati 1536.

Excitat Senat. Argentoratenſ. ad ſchol. aperiundam.

Idem *Buflerus*, cum anno *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quadrageſimo*, *Paulus Fagius* Iſnæ doceret, ſuis impenſis pro eo typographiam inſtituit, ut Hebræorum libris variis editis, ſanctæ linguæ uſus omnibus familiarior redderetur. Venetiis etiam ſuo ſumtu Judæos quosdam *Iſnam* evocavit, qui opus adjuvarent. Sed ea ex re Fagius non modò quæſtum fecit nullum, ſed ne ad ſummam quidem expenſorum pervenire unquam potuit. Itaque cum Fagius *Argentoratum* ad Eccleſiæ miniſterium vocaretur, *Buflerus*, qui ſingularem viri induſtriam ac pietatem perſpectam haberet, ei ſummam reliquam, quam debebat *aureorum mille*, & amplius, totam remiſit, miſſoque *Argentoratum* chirographo cavit, ne ab hæredibus de nominibus illis appellari unquam poſſet. Teſtamentum poſtremo condidit, in quo *tertiam bonorum* ſuorum *partem*, cùm liberis ipſe careret, ad pios uſus legavit, tandemque in ſeria invocatione Salvatoris ſui Jeſu Chriſti ad meliorem vitam abiit, *Iſnæ* anno Meſſiæ *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quinquageſimo primo*, vitæ ſuæ *ſeptuageſimo ſexto*, Vir & de literarum ſtudiis, & de doctrinæ Evangelicæ incrementis præclarè meritus, quiq; verum divitiarum uſum exemplo egregio monſtravit. Verùm imitatores nunc vix habet totidem, quot perhibentur

Typographiam Iſnæ inſtituit pro Fagio.

Evocat Iudæos Iſnam Hebrææ linguæ cauſa.

Donat Fagio 1000. aur. amplius.

Teſtamento legat bona ſacris uſibus.

Obiit ἄπαις.

Thebarum portæ, aut ſeptemplicis oſtia
Nili.

Ex narratione *de vita & obitu Pauli Fagii.*

BENEDICTUS PAULI.

☉ 1552. d 3. April. ætat. 63.

BEnedictus Pauli, anno *milleſimo*, *quadringenteſimo*, *octogeſimo nono*, natus, & à puero, dulcia Muſarum otia ſectatus, Wittembergæ inter alios *Henningum Göden*, ea ætate Jureconſultorum haud poſtremum, audivit.

Natalis Pauli.

Audit Henning. Göden.

Deinde ad jus ibidem publicè docendum vocatus, *triginta* amplius *annos* ea dexteritate id munus obiit, ut ſcholæ magno eſſet ornamento. Magiſtratum etiam ſummum eâ in Academia aliquoties geſſit, atque ita patriæ ſuæ & eccleſiæ magna adſiduitate & ſummâ fide, in maximarum rerum deliberationibus ac judiciis utiliter inſervivit.

Docet Wittemb.

Tandem anno *quinquageſimo ſecundo*, poſt
milleſi-

Placidè exſpirat. *milleſimum, quingenteſimum*, die *tertio* Aprilis, inter ſeria vota & piam commemorationem de beneficiis Filii Dei, placidè deceſſit *Voces ejus in morbo.* vir optimus, anno climacterico *ſexageſimo tertio*. Ut autem per omnem ejus vitam teſtimonia Spiritus ſancti fuerunt illuſtria, ita maximè ea in agone ipſius conſpecta ſunt. Repetitæ enim aliquoties confeſſioni addidit: *ſcire ſe eccleſiam illam verè Dei eſſe eccleſiam, & in corde ſuo ſentire conſolationem veram, quâ ſtatuat, ſe propter Chriſtum gratis habere remiſſionem peccatorum, reconciliationem, & ſe hæredem eſſe vitæ æternæ.* Filiabus & filio porrecta dextra benè precatus eſt, ac deſiderio ſuorum, ut erat maximè φιλόστοργος, valde affici ſe oſtendit, erexit tamen ſe hac conſolatione, quod ſciret orphanos, præſertim in eccleſia, DEO curæ eſſe, ſicut ſcriptum eſt: *Generi rectorum benedicetur*, & *orphano tu eris adjutor.* Melanchthon epita-*Epitaphium à Melancht.* phio eum hujusmodi ornavit:

Frigida in hoc tumulo Benedicti membra teguntur;
Cognomen Pauli qui patrium tenuit.
Doctor erat juris, virtute ornatus & arte:
Eloquio clarus, conſilio, atq; fide.
Saxoniæ ducibus ſententia ſæpe probata eſt
Ipſius; & patriæ profuit ille ſuæ.
Juſtificaq; fide quoniam te, CHRISTE, colebat:
Conſpectu fruitur mens modò læta DEI.

Amici. Amicitia uſus eſt tum aliorum bonorum, tum collegarum plurium, charus quoque ſuis *Iudicium curiæ provincial. Wittemb.* principibus, Saxon. Electoribus. Itaque cùm *Fridericus III.* de uberiore praxeos juridicæ materia docentibus & diſcentibus proſpecturus, curiæ provincialis judicium *Wittemb.* tranſtuliſſet, Profeſſoribus juris in Adſeſſorum numerum cooptatis, poteſtate item auſcultandi ſententiarum dictarum publicationem diſcentibus permiſſa, ſucceſſor J. *Fridericus*, conſtans dictus, non ſolùm fratris voluntati ſubſcripſit, ſed anno *viceſimo nono*, accedente conſilio & approbatione omnium *Ejus præſes Anno 1529.* Electoratus Saxonici ordinum, illi provinciali judicio præſidem dedit *Joann. Metſch*, *Et Adſeſſores.* eique Adſeſſores undecim adjunxit, inter quos & hic *Pauli* fuit. Reliquorum nomina ſunt hæc:

Gregorius		*Brück*,
Chriſtoph.		*Groſs*,
Frideric.		*Brand*,
Joann.		*Appel*,
Matthæus		*Löſer*
Caſpar	*de*	*Teutleben*,
Joann.	*à*	*Kanitz*,
Ertman		*Preuſs*,
Bernard	*ab*	*Hirſchfeld*,
Günther	*à*	*Droſſel.*

Ex *tom.I. programm. Wittemberg. & oratione ſeculari Doct. Joann. Zangeri P.P.*

JOANNES SICHARDVS.

☉ 1552. d. 9. Sept. ætat. 53.

Biſchoffshemii ad Tubarum flumen Franciæ orientalis oppido, ditionis Archi- Epiſcopi Moguntini, natus eſt *Joan*[...] *chardus* ſub annum nonageſimum n[...] ſupra milleſimum quadringenteſimu[...] trem habuit *Georgium*, matrem *Chri*[...] mediocris fortunæ homines. Horum [...] lio, in patriâ prima literarum eleme[...] dicit, iisque perceptis à *Martino Go*[...] cano Aſchaffenburgenſi, cognato ſuo [...] *diam*, uberioris ingenii cultus causâ [...] fuit. Eo in loco cum artibus aliquandi[...] buiſſet, inde *Ingolſtadium* abiit & [...] aliquot adoleſcentes erudivit. Hinc [...] *chium* vocatus, ludo poëtico præfect[...] in quo nobilium pueri inſtituebantu[...]

Verum cùm animus ad majora reſp[...] eam functionem reliquit, & *Friburgu*[...] gaudiæ conceſſit. In eâ Academiâ [...] privatos aliquot nobiles erudiendos ſ[...] Cumque ipſe facie eſſet liberali & in[...] ſtaturâ conſpicuus, in Evæ venuſtiſſi[...] ellæ, *Florentii Hesleri* mercatoris fili[...] tiam pervenit, eamque uxorem duxit [...] piebat quidem eo in loco ſedem fig[...] publicam aliquam profeſſionem obi[...] rùm, cùm de Lutheraniſmo ſuſpectus, [...] busdam inviſus eſſet, nihil tale im[...] potuit.

Itaque commodè accidit, ut Baſil[...] Rhetoricam, & Latinæ linguæ profeſ[...] vocaretur, anno *milleſimo, quingenteſi*[...] *ceſimo quinto*. Eam vocationem ipſ[...] pit, & *Ciceronis Rhetorica* cum *Tito L*[...] *Quintiliano* in eâ Academiâ explanav[...] cum in Quintilianum annotationes ſ[...] ſet & edidiſſet, in Typographorum [...] tiam pervenit, atque iis ob inſignem [...] tionem gratiſſimus fuit. Tum etiam [...] hiſtoriam & *Prudentii* carmen reſtitu[...] ut idem in aliis authoribus faceret, [...] doctis fuit incitatus. Id ut commodi[...] ſt[...]ret, à *Ferdinando* tum Archiduce [...] diploma impetravit, ad omnes Eccle[...] ſuæ ditionis bibliothecas perſcrut[...] quod quidem gnaviter præſtitit, & [...] rum ſtudia plurimum adjuvit. Incid[...] fortè in codicem *Theodoſianum* à mul[...] ſeculis deſideratum. Itaque eum [...] edidit, & Ferdinando, ut ſe gratum d[...] ret, inſcripſit. Hinc factum, ut *Eraſm*[...] *reano*, & aliis viris doctiſſimis, tum [...] degentibus, familiariter fuerit notus.

Cum autem Theologorum conten[...] apud Helvetios invaleſcerent, atque [...] dus eas non per omnia approbaret, [...] trigeſimo cum familiâ *Friburgum* [...] quò etiam ſuperiori anno Eraſmus & [...] reanus conceſſerant. Eo tempore p[...] Juri civili operam dare cœpit, atque [...] *rico Zaſio* præceptore uſus, biennio [...] profecit, ut cum doctiſſimis Jureco[...] conferri poſſet. Quo enim fuit i[...] acumine, brevi ea conſecutus eſt, q[...] alius decennio. Itaque ad 4. Calend[...] cembris, anno *triceſimo primo*, ſeculi [...] quinti, cum *Joanne Fichardo* compet[...] *novendecim* tunc annorum adoleſc[...]

L

alia Friburgi inſignia ſolenni in pane-
pit : ſuaque facundiâ omnium in ſe
vertit.
ùm nec dum, ob inveteratam quo-
invidiam, ad profeſſionem perve-
blicam potuit, annos etiam complu-
bi, ventos ſecundos exſpectando,
Accidit autem ſub id tempus;
erico Wirtembergico Duce reſtitu-
Martinus Bucerus & Simon Grynæus
pe evocati, Eccleſiam & Scholam
enſem ad Evangelicæ doctrinæ nor-
formarent : atque undique viris do-
, liberalibus propoſitis ſtipendiis
ent. Inter eos etiam hic Sichardus
i anno triceſimo quinto codicis Ju-
prælectio eſt demandata. Unde
unio Tubingam venit; eam voca-
adiit : atque ad finem vitæ magnâ
â obivit.
ea anno triceſimo ſeptimo, Norim-
ut ejus urbis advocatum ageret, &
à Carolo V. Imperatore anno qua-
o octavo, ut aſſeſſorum judicii Im-
numero adderetur, invitatus eſt. Ve-
omnes alias functiones renuit; &
orte contentus vixit. Interea ab Ul-
hriſtophoro Ducibus Wirtembergen-
er præcipuos eſt conſiliarios receptus;
aviſſimæ conſultationes ad eum de-
r; quas omnes cum dexteritate expe-

modo cum ad quinquageſimum æ-
um perveniſſet, ſine prole, adverſa
ue valetudine laborare cœpit. Ita-
lem anno quinquageſimo ſecundo ſu-
uimilleſimum teſtamentum condi-
que duo millia aureorum in pios uſus
Reliquum vero uxori & ſororis li-
tribuit. Eodem anno, cum per ſep-
i annos ea in Academia docuiſſet;
rdia DEI fretus, nono die Septem-
idè obiit; & funere honorifico in
Templo S. Georgii Tubingæ fuit
s, lapidique ſepulcrali hoc diſtichon
um:

tur hic Juris vertex utriusque Sich-
ardus.
quantum claudit parvula terra vi-
rum?

vir vitæ integerrimæ: moribus com-
in convictu jucundus: in prælegen-
uus & fidelis. Itaque magna diſci-
multitudo undique ad eum Tubin-
nfluebat: obſervanda non ex ſcripto;
oriter ſonorâ voce atque tardius di-
& tales inſtituebat: ut poſtea doctiſ-
n JCrum nomen adepti fuerint. Di-
nen ſua edi noluit, licet ſæpius ea de re
laretur.
n poſt ejus obitum ſunt demum e-
uæ procul dubio multo rectius ex-
otuiſſet, id quod ex cæteris ejus ſcri-
ſtat. *Fichardus Pantaleon, alii.*

LAMBERTUS CANTERUS.

Ob. 1553. d. 26. Iul. ætat. 40.

GRoningæ Friſiæ urbe non ignobili *Lambertus Canterus* anno *milleſimo quingenteſimo decimo tertio* ineunte, natus eſt parentibus honeſtiſſimis, quibus de undecim liberis hic ſolus heres ſuperfuit. *Parentes.* Literas primas in patriâ cum percepiſſet: *Coloniam* primum, deinde *Lovanium* ad excolendum animum, juriſque ſcientiam conſequendam miſſus, non parvum exiguo tempore profectum fecit; quo erat ingenio, quoque rerum præclararum ſtudio.

Peracto porro literarum curriculo, Galliam petiit; quique legum myſtis honores debentur, non difficulter omnes conſecutus eſt. *Abit in Galliam.* Accidit id Aureliæ, anno Chriſti *triceſimo octavo*, ætatis ipſius *viceſimo quinto*. *Doctor ſalutatur.* Paulò poſt in patriam reverſus cum nihil tale ſperaret, repente Senator à Carolo V. creatur. *Senator deſignatus à Carolo Cæſare.* Is enim partim hujus viri tum eruditionis, tum prudentiæ fama commotus; partim quod ejus parens, non levem Cæſari operam in rebus Grüningenſibus conſtituendis navarat, ne hujus facti videretur immemor; filium hoc munus extra ordinem in provincia Ultrajectina obire voluit. *Cauſa hujus facti.*

Poſitis igitur tum *Ultrajecti* ſedibus, anno *quadrageſimo*, ductaque paulo poſt uxore, tum foris inque Republ. ita ſe geſſit: ut ſingulari omnibus admirationi amorique eſſet; *Figit ſedē Ultraject.* cum ejus opera tam tenues, quàm potentes uterentur facilime: tum domi cœpit optimarum artium & philoſophiæ ſtudiis, quibus, in juventute minus vacare potuerat, non ſegniter, quantum quidem publica permittebant negocia, incumbere. Quo factum eſt, ut & Græcæ linguæ cognitionem ſatis exactam, ætate jam provecta ſibi compararit, & in Philoſophiæ ſcientia valdè longè fuerit progreſſus. *Philoſophiæ dat operam.* Veruntamen horum ſtudiorum fructus quo minus ad plures dimanare potuerint; ætatis brevitas in cauſa fuit: quæ tantum virum non parva jam meditantem, è medio dulciſſimorum laborum curſu abripuit.

Nam anno *quinquageſimo tertio* Groningam profectus, ut matrem jam decrepitam inviſeret; in morbum ipſe incidit; ex quo brevi obiit, vir longiore vita digniſſimus. *Moritur.* Id fuit VII. Kal. Julii. Liberos è conjuge ſuſceperat ter, primo *Guilielmum*, tum *Theodorum*, denique *Joannam* puellam. *Liberi.*

Amicitias paucorum expetivit; inopum ſtudioſus fuit: veritate & animi magnitudine præ ceteris excelluit: opes & honores fortiſſime contemſit: temperantiæ & modeſtiæ rarum exemplum præbuit: *Amici & mores.* Manibus ejus à filio *Guilielmo*, * juvene undiquaque doctiſſimo, poſitum eſt monumentum ejusmodi: *Monumentum.*

* *De quo in vitis Philoſ. German.*

F D. M. S.

D. M. S.

LAMBERTO CANTERO FRISIO-GRUNINGENSI JURISCONS. CLARISS. PHILOSOPHO ET ORATORI PRÆSTANTI, CAROLI QUINTI SENATORI RARO VIRTUTIS OMNIS EXEMPLO.

SINGULARI PATRIÆ ORNAMENTO PARENTI MERITO LONGE CHARISSIMO PIETATIS ET MEMORIÆ ERGO. GULIELMUS F. M. P. C.

B. ANN. XL. MENS. III.

☉. ANN. AB. O. R. cIↃ. IↃ. LIII. VII. KAL. SEXTIL.

Ex narratione ipſius Guilielmi Canteri F. quæ lib. novarum lect. 2. cap. 26.

JACOBUS STURMIUS.

☉. 1555. d. 30. Octo. ætat. 64.

Natalis. Parentes. Argentorati in nobili Sturmiorum familia, anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo*, natus eſt *Jacobus Sturmius*, patre *Martino Sturmio*, matre verò *Otilia Schotta*. Parentes, conſpecta in puero ingenii promtitudine inſigni, optimis magiſtris, *Cæſarispergio & Wimphelingo*, maturè eum *Præceptores.* informandum tradiderunt. Sub iis adeò feliciter profecit: ut æquales facilè ſuperaret omnes: atque doctrinæ copiam non contemnendam, parvo tempore, labore improbo, ſibi compararet. Doctrinæ eruditæ fuit vitæ innocentia, & facundia rara, cum ſingulari prudentia conjuncta.

Ad Remp. accedit. Ad Rempubl. ante bellum ruſticanum acceſſit; paucis menſibus & ſenator, & quindecim vir, & prætor factus. In quo principio ita egit; ita conſuluit; ita magiſtratus decreta ſuſcepit & defendit: ut ex alia civitate aliqua magnum uſum ad ſuam Rempubl. & patriam attuliſſe, non ibi comparare velle videretur. *Status ejus temporis.* Inciderunt eadem tempeſtate periculoſiſſimi motus, & converſio religionis, mutatio ceremoniarum, diſpenſatio ſacrorum bonorum: Helvetiorum fœdus & bellum: confeſſio Auguſtæ exhibita, propterque eam offenſiones, minæ, & pericula. In *Conſilia Sturmii ſalutaria.* his omnibus, quæ ipſe conſuluit, non ſolùm à periculis; verum etiam à metu periculorum remota ſemper fuerunt. Itaque mala, quæ evitata ab illa Republ. ſunt conſiliis Senatus, in iis Sturmium ſi non auctorem & ducem, ſocium certè & comitem habuerunt.

Argentorati Religio Reform. Factum id excuſat Sturm. Cum anno *viceſimo octavo* Argentorati, de ſuperiorum ſententiâ, religionis facta eſſet mutatio, & miſſa abrogata, idque Cæſar ac Imperii Principes graviter & permoleſtè ferrent: Sturmius hinc inde, Reipubl. nomine, ad imperii comitia legatus eſt miſſus; ut magiſtratus factum excuſaret.

Tum etiam reliquæ Imperiales civi
perioris Germaniæ, quæ religionem m
hunc Sturmium elegerunt; ut ſuæ
Cæſarem patrocinium ſuſciperet.
obrem plurium Imperialium civita
multos annos in comitiis legatus atqu
magna cum laude fuit.

Anno *undetriceſimo* cum Spiræ
ventu eſſet, atque Evangelicorum legā
ſeſſu, propter Miſſam nuper abrogatan
derentur: Sturmius intrepidè ea de re
teſtatus, atqui ſui magiſtratus & ſ
nomine dixit: quod *ſi boni viri, præt*
rii morem atque legem ad hunc mo
removeantur: non eſſe quod poſthac
ulla ſumtuum communicatio expectet

Ab illa actione Spirenſi, & princ
ordinum proteſtatione primum *Prote*
nomen eſt ortum; quod non ſolùm
mania, ſed apud exteras quoque gente
gatum eſt atque celebre. Poſtea tame
mitiis Ratisbonenſibus Evangelicor
ſores cum aliis in camera ſunt admi

Sequenti anno Sturmius iteru
Matthia Pharrero ad magna *Auguſ*
mitia legatus miſſus, tantâ prudent
cundiâ ſuorum cauſam egit: ut o
ſui admirationem adduxerit. Ind
trigeſimo ſexto civitatum Germaniæ
fuit ad *Henricum* Regem Angliæ leg
ſignatus; ut de rebus maximis cum
ferret.

Domi ergò & foris cum in magna
tate eſſet: cogitare cœpit, quanam
literarum ſtudia provehere, & patria
nare poſſet. Itaque Senatui & Reipu
gentoratenſi auctor fuit, & Gymna
ſtituendi, atque viros doctos liberal
pendius in urbem evocandi. In his
nem Sturmium virum doctiſſimum ad
qui inſtituendæ juventutis, & tanq
claſſes diſtribuendæ rationem, ac
docendi viam, & ſenatui oſtendit,
edito libro copioſius explicavit. Ap
ſchola anno Chriſti *milleſimo quinge*
trigeſimo octavo, & brevi ſic efflor
gentiâ doctorum; ut non ſolum
Germani, ſed exteræ quoque nationes
fluerent. Eam ſcholam, urbis Arg
tenſis monumentum præclariſſimum
dilexit Jacobus Sturmius; ut ejus cur
poneret nunquam, & à legationibus
verſus, ita ad juventutis illam &
næ domum properavit: ut abſens
raſſe videretur, nec diſſimulare amor
tuiſſe.

Sub id tempus *Carolus* Cæſar plu
laborabat; ut religionis diſſidium in
mania ſopiretur. Itaque anno *quadra*
primo, Ratisbonæ omnia indixit; ac
rum virorum utriusque partis colloc
inſtituit. In eo Cæſar Sturmium
Theodorico Comite à *Manderſcheit*, &
teſtimonii cauſæ voluit adeſſe. Cæſa
Italiam expeditionem Africanam ſu

...utem ex Italia rurſus in Germaniam
...t, atque bellum metueretur: Sturmius
...uadrageſimo quarto Spiram legatus ad
...illus fuit: ut cum eo de pace ageret.
...cundo die Auguſti admiſſus, rem ex
...onfecit. Sequenti anno idem Stur-
...Vormatiæ cum Granvellano & Cæſa-
...plurimis egit, ne pax Germaniæ tur-
...

...eâ verò cum bellum Smalkaldicum eſ-
...rtum, cui ſeſe & Argentoratenſes
...erati immiſcuerant; atque Carolus
...victor triumpharet: multique Princi-
...ivitates imperata facerent: Sturmius
...æſari jam antè notus, & ob virtutes
... cum illo eodem *Pharrero* & *Marco*
...d Imperatorem miſſum, urbem ei re-
...vit, pacemque impetravit. Deinde
...eligio maneret ſalva; idem Sturmius
...rem ablegatus, Coloniæ hoc reſponſi
...: agerent Argentoratenſes ea de re
...iſcopo ſuo: id quod pacificè factum.
...deinde *Sleidano* ſcribendæ hiſtoriæ
...icarum rerum materiam ſuggeſſit: &
...d in comitiis religionis cauſa actum
...ona fide ipſi retulit: ut ad poſteritatem
...igaretur.

... ergo modo cum patriæ multisque
...uspubl. ſalutaribus conſiliis, & qui-
...erat modis profuiſſet: vitamque om-
...n gravitate morum & auctoritate præ-
...onſumſiſſet: *Prætorem urbis* (quem
...ðt = Meiſter / & ſummum magiſtra-
...unt) aliquoties egiſſet: legationes
...a unam obiiſſet: tandem benè actam
...ulam cataſtrophe beata clauſit. Die
...igeſima Octobris, anno ætatis ſuæ
...no quarto, ſalutis verò *quinquageſi-*
..., poſt *milleſimum quingenteſimum*, è
... quartana febri, inter amplexus cha-
...um fratrum *Friderici* & *Petri*, atque
...ſimæ ſororis, placidè extinguitur.
...latum eſt à tribus claſſis præceptori-
... totidem miniſtris Reipubl. Argen-
...is; inque ſpem reſurrectionis felicis
...ndatum ad Prædicatores: ubi in Scho-
...m conclavi tale monumentum le-

...e pictores, hinc blandi cedite vates:
...atorque tuo flumine conſtiteris:
...ius ut fuerat, non eſt imitabilis arti:
...lis & ingenio, talis & ore fuit.

...MIORUM GENTI, CUJUS
...QUITAS A RUDOLPHO
...BURGIO ROMANORUM
..., CONFIRMATA FUIT,
...ETUO NOBILITATIS
...NBURGICÆ BENEFICIO:
...D AB EO WERNHERUS
...RM ACCEPIT: QUI
...O M. D. LX. SENATOR
... JACOBO ITEM STURM.
ORNAMENTO MAJORUM,
EXEMPLO NEPOTUM, ANNO
CHRISTI M. D. XXIV. SENA-
TORI, XXV. XV. VIRO, XXVI.
XIII. VIRO, SÆPE PRÆTORI,
XCI. AD COMITIA IMP. CON-
VENTUS PRINCIPUM, CIVI-
TATIS LEGATO: QUIBUS LE-
GATIONIBUS AB URBE AB-
FUIT ANNOS PROPE NOVEM:
QUI GRATIS, MAJORUM
EXEMPLO, PATRIÆ CONSU-
LERE MALUIT; QUAM ELE-
CTORUM ET PRINCIPUM
CONSILIIS MAGNO SUO
EMOLUMENTO PRÆFICI:
CONSTITUTIS SUO CONSI-
LIO SCHOLIS: AMPLIFICATA
SUA PECUNIA BIBLIOTHECA:
AUCTISQUE SUO TESTA-
MENTO SCHOLARUM FRU-
CTIBUS ANNUIS L. AUR. AR.
GEN. NATO ANNO CHRISTI
M. CCCC. LXXXIX. MORTUO
M. D. LIII. ÆTATIS LXIV. PLE-
NO AC X. AUGUSTI, HEBDO-
MADE XII. XXX. OCTOBRIS:
OPTIMO CIVI: CHARISSIMO
VIRO: CHARISSIMO FRATRI,
FRIDERICUS ET PETRUS
STURMII, AMORIS, HONORIS,
MEMORIÆ, EXEMPLI ERGO
HANC TABULAM POSUE-
RUNT.

Joann. Sturmius F.
Argent. Anno 1560.

Defuncto tum alii, tum *Joann. Sturmius* ille amicum veterem hiſce Epigrammatis ornavit: *I. Sturmii Epigramma in Iac. Sturm.*

Urbis conſultor, dignus dominarier orbi,
Sturmius, hoc voluit mortuus eſſe loco.
Abſtulit una dies: anni quem mille requirant:
O patria triſtem peſtiferumque diem!

Idem Græcè:

Δήμαρχος μόνον ὢν, ὥγε ἔπρεπε παμβασι-
λεύειν,
Στούρμιος ἦν κεῖσθαι ἐνθάδε βουλόμενος.
Ἥλιος οὖν κλάνεν εἷς, ὃν μύελοι ἥλιοι ἀκμὴν
Πενθήσουσι θανόνθ' ἦλιε πανόλεθρε.

In eundem eſt hoc J. Sleidani. *Et Sleid.*

Exſtincto jam ſole, Deum Argentina precare,
Fluctibus in mediis, denſâ & caligine noctis
Ut regat; & tuta navim ſtatione reponat.
Urbes quinetiam Imperii lugete ruinam
Illius, ingenio qui vos & divite lingua,
Conſilioque potens, crebris conventibus actis,
Defendit, veſtra pro libertate nec ullam
Invidiam extimuit, veri patronus & æqui.

 Fuit

Virtutes & mores Sturm. Plutarch. in Cicerone.

Fuit hic Sturmius verè, quod de Tullio Cæſar, ἀνὴρ λόγι☉ καὶ φιλόπατρις: *vir diſertus & amans patriæ:* qui curis perpetuis pro Republ. excubuit, & eccleſiarum concordiam pacemque publicam unicè expetivit: qui patriæ & civibus ſuis domi ſalutaris: foris ſemper honorificus fuit: ſuis charus, exteris gratus: cujus virtutes non in Germaniâ ſolum; verùm etiam in Gallia, & Italia, & Hiſpania celebratæ. Tres autem ei virtutes præter eximiam verecundiam præcipuè tributæ ſunt: *orationis, doctrinæ, & prudentiæ:* quibus ita præſtitit: ut inter diſertos, & literatos, & ſapientes, aut poſtremus quoties meditatus venerat concordibus ſententiis peroraret: aut quoties cum primis diceret, qui dicendo ſequebantur, haberet aſſentientes.

Fama & celebritas.

Tres ei propriæ virtut.

In congreſſionibus & ſermonibus tanta ejus fuit ſuavitas, tanta antiquitatis memoria; tanta literarum cognitio: ut omnibus ſemper ejus præſentia fuerit jucundiſſima: tanta verò etiam in ſuavitate gravitas: ut ne in cœnis quidem, aut conviviis, quicquam aut in verbis aut in geſtu ſentiretur, quod non vel publicis commodis, vel amicorum utilitatibus, vel morum diſciplinæ eſſet aggregatum, idque tanta cum verecundia; ut totum convivium honeſtatis atque pudoris plenum videretur.

Gravitas in ſermone

Commentarii dictorum Socratis.

Xenophon, & Æſchines, & *Plato*, quaſi commentarios quoſdam reliquerunt dictorum atque factorum *Socratis*; & ſunt tamen utilia illa Socratica ἀπομνημονεύματα: ſed ſi omnia colligerentur, quæ hic Sturmius egit, quæve dixit; longè poſſent Socratis conſiliis anteferri, ſuavitate, prudentia, uſu; utpote magis civilia, & noſtris temporibus accommodata, & iis, qui per ſe uſum in Republ. habere magnum volunt, perneceſſaria.

Valetudo Sturmii.

Valetudine ita perpetua uſus eſt; ut ante morbum, quo exſtinctus, nullam corporis ægritudinem ſenſerit: id quod ex eo paulò ante morbum auditum fuit: ut ante fatum ſuum aliquid fatale ominatus eſſe videatur. Hæreditas ei tanta à parentibus relicta fuit: ut in opibus nihil ad neceſſitatem, nec ad familiæ honeſtatem defuerit. Collegio illi, cujus inſtituendi ipſe Princeps auctor fuerat, pecuniam magnam legavit teſtamento, profuitque non teſtamento ſolum, ſed etiam exemplo.

Opes.

Legatum ſcholæ Argentor.

Joann. Sturmius in conſolatione ad ſenat. Argent. de obitu Jac. Sturmii. Sleidanus in commentariis: Cruſius in annalibus: alii.

☉. 1554. d. 6. lun. ætat. 74.

HIERONYMUS SCHURFFIUS.

Familia Schurffiorum.

IN Helvetiis vetus eſt familia *Schurffiorum*; cujus antiquitatis tum alia ſunt argumenta, tum & hoc; quod in concilio illo ſacerrimo *Canſtantiæ* celebrato, quidam fuit Doctor Schurffius inter delectos Ge nationis, ut catalogus præſtantium v qui illi Synodo interfuerunt, oſtend hac familiâ naſcitur hic noſter ſub 1480. Pater, cui Joanni nomen, p ne & arte medicus vixit in eo Helv pido, cui nomen eſt à *S. Gallo.* Mat ſta matrona Bibracenſis fuit; cognata pientiâ & virtute excellenti D. *Gregor partero*, Cancellario Ducis Wirtem ſis. Hic noſtrum Hieronymum & memoriam paternæ amicitiæ, & cog vinculum, familiariſſimè tum aliàs, conventu Wormatienſi eſt complexu ibi *Lamparterus* eſſet inter conſiliaric Auguſti præcipuos, anno *milleſimo teſimo viceſimo primo*, ubi cum de al cipum negociis, tum verò etiam de co ſiis eccleſiæ ſæpè cum eo Schurffius tus eſt, & commemoravit ei, motas troverſias à Luthero, non privata ulla tate; ſed ut doctrina neceſſaria illuſ & expoſuit ſeni doctrinam de pœni gratuitâ reconciliatione, quam ille morationem confeſſus eſt ſibi grata Et erat is tunc *Mercurino*, cancellari ratoris, familiariſſimus.

Cum Grammaticen in patriâ di Baſileam miſſus eſt, ubi Dialecticen excellens in eo ingenii rectitudo erat ter percepit, & motus admirati pientiæ, & virtutis Doctoris *Craffti* ſis, omiſſa paterna arte, Juris doctrin didit.

Eximiam fuiſſe conſtat ſapientiam vitatem in Craffto, qui cum Ulmam eſſet, Hieronymum pater in Academi bingenſem miſit, in qua & ipſe diu & cum *Nauclero* & *Summenharto* Th dulciſſimâ amicitiâ conjunctus erat, JCtos audivit *Ebingerum*, qui diu poſt & lector juris fuit annos tres & quinqu quem & ipſe Schurffius narravit mi Labyrinthorum in docendo adferre ſ & fontes Juris rectiſſimè oſtendiſſe. Doctorem Joann. *Lupffdich* audivit perſpicuitatem in docendo etiam pr Simul autem Theologum Conradum *merhardum* audivit, quem & alii juris audiebant, quia doctrinam Eccleſiæ e ex præſtigiis inutilium diſputationum, ſuperſtitioſâ interpretatione tradition manarum conabatur, & *Gerſonis* in erat.

Cum autem Dux Saxoniæ Elector *ricus* decreviſſet Academiam in oppid tembergenſi conſtituere; & laudarent dia Academiæ Tubingenſi; voluit ſuam lam Coloniam eſſe duarum, Lipſicæ, bingenſis. Ac mandata dedit *Staupici Tubingæ* lectores aliquot Juris & do Eccleſiæ, & Philoſophiæ adducer t. Hic JCtos duos *Wolffgangum* Stälin & *broſium Volandum* ingenioſum virum, Cancellarius poſtea fuit Ducis Wirte

adduxit. Vollandi ingenium magni
it Schurffius, ideò invitatus ab eo Co-
it hujus profectionis.
ducti ſunt & alii lectores Philoſophici,
undus & *Dionyſius*, qui poſtea conſe-
Monaſterio Hirſaugienſi. Sed de his
on dicendum.
Fridericus, quia ſciebat in guberna-
pus eſſe cognitione Juris, ejus doctrinæ
naximè excitare cupiebat, & cum eſſent
s eruditi, & auditorum mediocris fre-
, ipſe cum fratre interdum lectiones
at.
it igitur Wittembergæ ea ſtudia arden-
Schurffius, quanquam auditor erat,
quia ingenio & cognitione Juris cæ-
ditoribus antecellebat, non tantum
ribus, ſed etiam ab iis viris, quo-
aulâ præcipua erat autoritas, dilige-

ie cum non amplius anno ibi fuiſſet,
eſt gradu Doctoris, & amico Vollan-
unti in patriam in munere legendi ſuc-
Et cum in lectionibus ejus lucerent
nii & eruditio; aliquanto pòſt Dux
cus eum deliberationibus adhibuit, &
ei tribuit in ſupremo judicio Ducum
, quod ſemper Principes voluerunt
em juſtitiæ in ſuis terris, eamque ob
ex Nobilitate & ex Doctoribus lecti
lices, quorum maximè probata eſt ſa-
& integritas.
ebat Wittembergæ collegas non vul-
itio *Wolffgangum* Stälin/ deinde &
gum Göden. Et conſulebatur Acade-
à multis gentibus de graviſſimis con-
s. Itaque Schurffium & collegæ, &
rum varietas, & magnitudo, quotidie
it. Et ipſe intuens Henningum, &
conſiderans fontes ſententiarum, quas
rationibus dicebat, ita proceſſit; ut
ſi nemo prælatus ſit. *Magnum de-*
præſidium Reipubl. talis Juriſconſul-
s ſententiis tutò credi poteſt. Sic apud
ctores Saxonicos vixit *annos quadra-*
os: ut & ſtudia doctrinæ juris & judi-
ipuè rexerit, & plurimis conſiliis ad-
it, in quibus vox ejus ſalutaris fuit
.
quam autem ex Wittembergenſi Aca-
ropter bellum diſceſſit, ab inclyto
Marchione Electore in Academiam
urdinam evocatus eſt; ubi annos
nagnâ ſedulitate, & in magnâ audito-
quentia propagavit juris doctrinam.
us autem & ab Imperatore *Carolo* V.
judices ſummi judicii in Germanico
locum haberet; excuſatione ſenectæ

em in extremo agone, ingreſſus annum
s & ſeptuageſimum, fidei robur oſten-
dentiſſimis votis Eccleſiam & ſeſe &
eo commendavit, ſæpè repetens &
um & precationem, & diſertè teſtatus
unc verum Deum invocare, qui ſe pa-
niſſo Filio, & ſe toto pectore affir-
mare; hanc unam de Deo doctrinam veram
eſſe, quæ in libris Propheticis & Apoſtolicis
& Symbolis ſcripta eſt, ac ſæpè expreſſa per-
ſonarum mentione dixit: „Omnipotens
Deus, æterne pater Domini noſtri Jeſu
Chriſti, creator cœli & terræ, angelorum
& hominum, & aliarum creaturarum om-
nium, cum Filio tuo coæterno, & Spiritu
ſancto oro, miſerere mei propter Jeſum
Chriſtum filium tuum, crucifixum pro no-
bis, & reſuſcitatum, ſanctifica me Spiritu
tuo ſancto. In manus tuas commendo Spi-
ritum meum.„ Inter talia vota cum fiducia
Filii Dei & ſpe mens erecta non obſcurè oſten-
derit, ſe deſiderio conſuetudinis Chriſti & cœ-
leſtis Eccleſiæ affici, anima ejus hoc mortali
carcere placidè liberata eſt, anno Chriſti
milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quar-
to, die ſexto Junii, ætatis, ut dictum *ſeptuage-*
ſimo quarto, Francofurti ad Viadrum: ubi in
templo Parochiali ſepulcrum ejus cum tali
Epigraphe:

Moritur.

HIERONYMUS SCHURFFIUS J. U.
D. DECESSIT ANNO M. D. LIV.
CUM VIXISSET ANNOS LXXIII.
ET ALIQUOT MENSES, ET IN-
TERPRETATUS ESSET LEGES AN-
NOS L.

Ejus Epitaph.

Melanchthon autem amicum veterem hoc
Epigrammate Epitaphio eſt proſecutus:

Epitaphiũ à Melanch.

Doctor erat juris præſtans Hieronymus arte,
Juſtitia, ingenii viribus, atque fide.
Schurfiadum de ſtirpe ſatus, quæ clara per Alpes
Helveticas numerat ſecula multa patrum.
Jura enarravit luſtris bis quinque, nec ullus
Oſtendit fontes dexteritate pari.
Conſiliis rexit fidis populosque Ducesque:
Lumen enim juris temporis hujus erat.
Hunc etiam ſapiens Cæſar dignatus honore eſt
Carolus, imperii qui modò ſceptra tenet.
Quæque leget veniens ætas monumenta reliquit:
Multorum ſtudiis proderit iſte labor.
Juſtitiæ eſſe DEUM fontem quia noverat ipſum:
Ut rectè noſſet maxima cura fuit.
Juſtificaque fide capiens tua munera: Chriſte,
Solius eſt cujus parta cruore ſalus:
Verâ luce Deum agnovit, precibusque vocavit:
Et rectæ fidei congrua vita fuit.
Ipſius hoc tumulo requieſcunt molliter oſſa:
Vivit conſpectu mens fruiturque DEI.

Virtutes ejus multæ & conſpicuæ fuerunt.
Cum adoleſcens ad agnitionem & invocatio-
nem Dei à patre adſuefactus eſſet; diligenter
& quidem hortante patre, in Academiis Ec-
cleſiæ doctrinam audivit.

Mores item & virtutes.

Et quia ſciebat in doctrina uſitata multum
eſſe inextricabilium diſputationum, poſtquam

Pietas.

Lutherus concionari Wittembergæ cœpit; ſtudioſè eum audivit, deinde & ſcripta legit: & cognitis incorruptæ doctrinæ fontibus, eam piè amplexus eſt, & de omnibus controverſiis ſæpè cum Luthero, cum Amsdorffio, quos ut fratres diligebat, & cum aliis amicis eruditiſſimè diſſeruit, quia ſeriò ſtatuebat, aliquam eſſe Dei Eccleſiam, & hanc ſolam eſſe, quæ amplectitur ſcripta Prophetica & Apoſtolica ſine corruptelis. Legit igitur avidè omnium temporum Eccleſiæ certamina, contulit antiquitatis judicia, ad recentium ſeculorum & illius temporis doctrinam.

Eccleſia quæ.

Ac valdè lætabatur, videns reipſa congruere illarum Eccleſiarum doctrinam cum veteri Eccleſia puriore, cum ſcriptis Auguſtini, & aliis poſtea, in quibus ſigna eruditionis & pietatis conſpiciuntur, quia ſingulis ætatibus aliqui fuerunt Evangelii teſtes. Mirificè fuit delectatus dicto *Bernhardi*, in quo dicitur: *Neceſſe eſt primò omnium credere, quod remiſſionem peccatorum habere non poſſis, niſi per miſericordiam Dei. Sed adde ut credas & hoc, quod per ipſum peccata tibi quoque donantur. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibet Spiritus Sanctus in corde tuo, dicens, Remiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic enim ait Apoſtolus: Gratis juſtificari hominem per fidem.* Talia dicta multa legens & audiens confirmabat in pectore fidem, & animi pietatem verâ invocatione DEI & honeſtiſſima morum gubernatione oſtendebat.

Bernhardi dictum.

De doctrinâ ſæpè cum Duce Saxoniæ *Friderico* Electore graviſſimè collocutus eſt. Ad Ducem Saxoniæ *Iohannem* ſcripſit Confeſſionem, in qua diſertè explicat propoſitionem, *ſola fide juſtificamur*, & his verbis uſus eſt: *Non intelligendam eſſe hanc propoſitionem,* Fide nos juſtos eſſe, *ſicuti multi imaginabantur: Novitate homines juſtos eſſe, ſed propter Filium Dei Mediatorem, quem fide agnoſci, & cujus promiſſionem fide accipi oportet.*

Quomodo intelligendum: ſola fide nos juſtificari.

Erant igitur verba in ejus ſcripto: *Non propter noſtrum credere, ſed propter Filium DEI Mediatorem, in quem credimus.*

Certamina etiam de doctrinâ cum Principibus viris ei ſæpè fuerunt, & aliquos flexit ad doctrinæ ſtudium, aliquos ad moderationem.

Propugnat veritatem Evangelii.

Doctrinæ itaque ſummam probabat, quanquam volebat quædam dici minus horridè, quædam etiam fieri moderatius & à populo & ab aliis; ut erat gravis, conſtans, & diſciplinæ amans. Sed nunquam diſceſſit à doctrinæ puritate, & verè imago erat morum ipſius dictum Sophoclis: *Talis eſt vir bonus, ſemper eſt ſibi ſimilis.*

In conventu Wormatienſi, cum *Lutherum* audirent Imperator *Carolus* & Senatus Imperii, ipſe dicenti adfuit, palam cum eo deliberavit, & oſtendit, ſe ejus doctrinam amplecti.

Adeſt Luther. Worm. 1521.

Poſtea fuit Gubernator inſpectionis Eccleſiarum in ripâ *Salæ*. Cum enim *Monetarius* & *Pelargus* turbaſſent Eccleſias, & miſera plebs alicubi ſeditiones moviſſet, ſedatis tumulti-

Gubernat inſpectionem Eccleſiarum Saxoniæ.

bus Princeps optimus Joannes volu
Eccleſias. Eam rem neceſſariam c
davit primum Schurffio. Id conſil
neſtum & pium profuiſſe Eccleſiis, fe
tus oſtendit.

Abhorrebat enim à fanaticis & f
opinionibus, & volebat Eccleſias r
ceri, & Paſtoribus honeſtas mercede
tui, qua de re Dux Joannes liberalit
data dederat. Conſtat etiam cum c
num * confirmatio peteretur, citatâ
tentia * Prophetæ: *Et erunt Reges*
tui, & feminæ Principes eorum lact
cum Princeps valde delectaretur ea ſe
ſtatim impetratam eſſe confirmationer

Domeſtica multis annis conſuetu
Schurffio fuit *Vlrico Mordeiſen* JC.
filium dilexit, & qui viciſſim præcept
mavit, tanquam patrem. Vixit apu
Melchior Kling, qui ambo in Saxoniâ,
bores diu ſuſtinerint, non ignoratur.
liariter etiam uſus eſt D. *Ioanne à Be*
menſi, qui juris Profeſſorem in Acad
Viadrum egit.

Conjugem habuit honeſtiſſimum,
ſummâ concordia & caſtè vixit *annos*
quadraginta. Ex eâ ſuperſtites reli
& filia, matrona honeſtiſſima, quæ vid
œconomiam vidua gubernavit. Erga
res beneficentiam liberaliter exerceb
tolerandis injuriis dolorem & cupi
vindictæ propter publicam tranquillita
propter Deum reprimebat. Deniq
res ejus exemplum eſſe viri honeſti,
officioſi poterant.

Erudiit denique & ſcriptis poſte
Extant enim ejus *conſilia*, quæ oſtend
ſolum eruditionem ipſius & judicii re
nem, ſed etiam veritatis & juſtitiæ a
in ipſo perpetuum. Quanquam aut
gna eſt negotiorum in illis centuriis,
tant, varietas: tamen lectio inprimis
ad judicandas emtionum naturas, & ad
nendas emtiones ab uſurarum pacti
Nullius enim exſtant ſcripta magis pe
de contractuum diſtinctione. Et
lum hæc ſcripta, ſed etiam vita ejus o
fuiſſe eum acerrimum uſurarum hoſte
tomo 3. Declamat Melanchthonis.

JOANNES MYLÆU

NAtus eſt *Ioannes Mylæus* in Nider
Moguntinenſis diœceſeos opp d
Petro Mylæo, ejusdem loci nomine Ar
ſcopi *Moguntini* præfecto. Puer dom
tutus, cum vix à ſuis poteſtatam profic
vicinas ad Academias, *Moguntinenſe*
cipuè ac *Haidelbergenſem*, juris etiam
tunc florentes, impetraſſet, non i
progredi potuit, quin ſæpe in ipſo ſtu
curſu ſit retardatus. Neque tamen e
eſt, ut, quamvis multis incommodis
tutum vitæ genus debilitaretur, id ipſ
reret, quin eo potiùs labore & cont

d perſecutus eſt, ut ingenuarum artium
ǝne omnibus ferè æqualibus ſuis ante-

circa cum eruditio ejus doctrinæ non
rmone ſolum ; ſed publico teſtimo-
nprobaretur & celebraretur, *Spiram* ,
Imperii nobilem , a Senatu non con-
dis conditionibus & præmiis , ad lu-
ɔeriendum , & juventutem optimis
ris tum moribus imbuendam , ad-
juvenis eſt evocatus. Quo in mu-
induſtria in laborando , & pruden-
ɔcendo , & honeſtate in benè recte-
endo ita ſe probavit, ut à ſuis obſer-
, amaretur ab omnibus.
verò tam diu quietè & tranquillè vi-
ɔad ſæva quædam tempeſtas , & pro-
ɔmnium communis , in Germaniam
Ea oblatâ occaſione , quæ jam a-
nnos nequicquam virtutem ejus op-
rat fortuna , tamen effecit , ut qui
ctus in optimos quoſque derivaban-
illius etiam caput redundarent. Iis
abreptus , vehementer quidem pe-
s eſt, oppreſſus autem non eſt. Ete-
t ipſam tempeſtatem , cum in im-
excreviſſet ; ſubitò diſſipavit is, qui
nunquam obliviſcitur , Deus. *Tum*
mines demum Numinis clementia ma-
guntur , *cum illis exitium ante oculos*

ſit itaque & Mylæus ex omnibus a-
ɔus , quibus non temeritate , non
ia , non culpa ſua objiciebatur , ſe-
e lux affulſit , ut non tam caſus ille
ſſe, quàm profuiſſe videretur.
riæ enim in ordinem JCtorum relatus,
ue ſolenniter ſalutatus : *Haidelber-*
merum eorum , qui jus publicè in-
tur , cooptatus , cum ſe præſtitit,
ultò ampliores honores pervenire
, ſi à ſtudiis abſtrahi ſe paſſus fuiſ-
ſplendorem eorum , quorum vita
tionibus ac dimicationibus occupa-
ſuo literario, quo non ſine dignitate
, anteponere voluiſſet.
m maximè honoribus floret , mors
intulit violentas , anno *milleſimo,*
ſimo, quinquageſimo quarto, die *de-*
to Auguſti , magno amicorum in-
o , & inſigni Reipubl. detrimento ;
io *Ioanne Philippo Mylæo*, Eccleſiæ
rgenſis ſeniore, qui amplius tres &
inta annos etiamnum in Miniſterio
fructu verſatur. *Iacobus Mycillus*
lemortuum his hendecaſyllabis eſt
s monumenti loco :
ui fortè viam tenes viator,
accipe , ni tibi moleſtum eſt.
s tumulum vides Mylæi:
uondam patria ſolo relicto,
guntiaco profectus agro,
inſtituit ſcholam per annos:
vitque animos recentiores,
Nicer geminas it inter arces,
rumque ſacros rigat penates;
Legum primitias & inſtituta
Majoris docuit Profeſſor artis.
Vir candoris amans & æquitatis:
De ſe qui moriens reliquit illud,
Vivus quod placuit bonis, nec ullo
Lætus crimine mortuus quieſcit.
Huic ergo facilem precare ſomnum,
Et pacem cineri levemque terram:
Lucem dum reduci videre ſummam,
Et vita dabitur frui perenni.
Tantum te volui, vale viator.

Inſignis in ipſo fuit naturæ benignitas ; conſuetudinis jucunditas , morum ſuavitas. Jucundus autem , Comis , & remiſſus ita, ut ab adulatione à blanditiis & aſſentatione multum abhorreret , tantumque abfuit : ut quid ficti ad voluntatem loqueretur, ut nihil etiam veri vel in ipſis jocis & facetiis ad admonitionem intermitteret. Quocirca & in vitiis amicorum notandis liberior erat , quam libertatem tamen ita orationis feſtivitate & venuſtate temperabat , ut niſi quis ſibi ipſi aſſentaretur , & nihil veri audire ab ullo vellet , non modò amicè acciperet , quæ ab eo benevolè fiebant , ſed etiam ejus urbanitate & leporibus plurimum delectaretur. Etſi enim à ſimulatione longè alienus erat , tamen nihil acerbè , nihil aſperè nihil contumelioſe in quenquam dicebat , ſed ita veritatem amplectabatur ; ut acerbitatem vitaret, ita obſequio ſtudebat ; ut in vanitatem & blanditias non impelleretur. *Virtutes & mores.*

Singularem ei amicitiæ uſum cum *Iacobo Micyllo*, viro de Melanchthonis judicio ſolidè Latinè Græcèque docto , interceſſiſſe , vel propemticon hoc , quo in Italiam abeuntem , ut ſupra diximus , proſecutus eſt teſtatur : *Propemticonei à Micyllo.*

Aërias igitur tu nunc contendis ad Alpes,
Pars animi pridem magna , MYLÆE , mei ?
Et patriâ , & natis petis Itala regna , relictis ,
Vt titulo redeas ditior inde novo ?
O mihi ſi veteres reddat modò Iuppiter annos ,
Sitque vigor membris , qui fuit ante , meis.
Quam cupiam tecum longos errare per agros !
Pinguiaque Oenotrii culta videre ſoli !
Euganeoſque ſinus , Phrygiique Antenoris urbem ,
Inque ipſo , mirum , condita tecta ſalo,
Qua fumans Aponus , quaque irrigat arma Timavus ,
Arua Pylameneis quondam habitata viris.
Hinc Mutinam , & Parmam & vicinæ tecta Cremonæ ,
Et quæ Thebanæ nomina vatis habent.
Qua Padus irriguos fœcundat flumine campos :
Et juxta liquido Mintius amne fluit,
Nec procul Heliades ſtillant electra ſorores :
Dum caſum fratris , duraque fata gemunt.

Parte

Parte aliâ ripas jactat Ticinus ovantes:
Et modò Gallorum nobile clade ſolum.
Quæque alia aut ævi celebravit fama prioris:
Aut ætas hominum miſit in ora recens.
Singula quæ cupido luſtrarum lumine tecum;
Paſcerem & obtutu pectora læta, novo.
Sed quia non eadem eſt vita data cuique poteſtas;
Meque aliis curis dii voluere premi:
Interea hoc veteris parvum cape munus amici:
Sitque tibi pro me noſtra Thalia comes.
Vade bonis avibus, noſter vade Hercule dextro,
Propoſitique tenax perfice lætus iter.
Sic tibi ſit facilis divini Numinis aura!
Sic faveant ſtudiis fata Deusque tuis!
Quique olim mediis Solymos ſervavit in undis;
Cùm parte immotum ſtaret utraque fretum:
Idem te tegat, & per tanta pericla viarum
Te reducem nobis reddat, & incolumem.

Collecta hæc de Mylæo JC. ſunt *ex vita M. S. Micylli carminibus, aliis.*

DANIEL STIBARUS à RABENECK.

☉. 1555. d. 7. Aug. ætat. 52.

Francorũ nomen. ETſi *Francorum* nomen, ut quorundam fert opinio, olim non unius fuit gentis; ſed multarum: quæ ſe conjunxerunt ad defendendam Germaniæ libertatem: unde & * *Francum* etiamnum liberum dicimus: hodie tamen id nominis ei Germaniæ tribuitur: quæ eſt in ſuperiori Germania ad Mœnum; attingens à meridie *Vindelicos*, & ab ortu reſpiciens *Noricum:* habetque metropoles inſignes *Bambergam, Wirceburgum, & Francofurtum.* Præterea ea regio non tantum ſoli & terra naſcentium ubertate; ſed & ingeniorum felicium ſatu aliis multis antecellit. Nec enim reponamus heic, quos * alibi depinximus, *Regiomontanos, Celtas, Huttenos, Camerarios, Clavios, Meliſſos, Taubmanos:* unus hic *Daniel Stibarus* facilè & doctrinæ eruditione, & virtutis præſtantia, laudem vetuſtiſſimæ gentis adſeret, ac ad omnem poſteritatem tuebitur. Natus is eſt equeſtri ordine, patre in Francia nobilitate viro laudato; ſub annum *tertium* ſupra *ſeſequimilleſimum.* Patre mortuo, quod copioſam ſobolem reliquiſſet, placuit hunc in literarum & artium ſtudio educari. Itaque miſſus fuit *Erphordiam* ad optimum, & integerrimum, & illis temporibus inter magiſtros bonarum artium celeberrimum *Georgium Pœtum Vorhemium.* Annus tum agebatur à Christo Jeſu nato *milleſimus quingenteſimus decimus octavus:* quo & *Joachimus Camerarius*, relicta Lipſia, ubi *Crocum Britannum* audierat, & diſcipulus *Helti* fuerat, in eandem Academiam venerat; cumque eodem Georgio ſe conjunxerat. Ibi

** Vernac. die freyen Francken.*
Franconia deſcript.
** In vit. Phil. German.*
Natalis Stibari 1503.
Erphord. mittitur. 1518.
Georg. Pæ-tus Vorh.

Stibarus ardens, cupiditate diſcen[di]
cultu & obſervantia perfecit: ut Ca[merario]
eſſet quàm familiariſſimus. Videb[atur]
ei plurimum tribui, non modò æta[te]
præcedentium, ſed planè ſenum ſ[...]
Id eo factum, quod inter eruditæ [...]
initia, eruditio illius, & Græci po[...]
ſermonis ſcientia, enitebat. Eo [...]
nihil non moleſtiæ, laboris, defat[igationis]
Stibarus ſubiit: ut aliqua literarum a[c artium]
tium bonarum copia inſtrueretur. [...]
ribus ſeverioribus, & adverſante ſ[...]
neque illi, neque aliis tum abundè ſum[ptus ſuppedita]
bebantur.

Cùm autem adſcitus fuiſſet in co[llegium]
Eccleſiaſticum; ut inſtituto veteri ac[...]
gubernationis ſpem educaretur; & [...]
utili ac neceſſaria iis, qui alios regere [...]
inſtrueretur: tandem deſtitutus auxil[io]
tam ſuorum, quàm aliorum; in po[...]
prudentia majori, quam in ætatem c[a]
deretur deduxit navem vitæ & co[...]
ſuæ. Itaque occaſionem excolendi i[ngenii]
comparandi facultatem eruditioni[s]
piam literarum atque artium cupidi[...]
cutus, adiit *Italiam:* vidit *Gallias:*
peregrinatus eſt: apud *Eraſmum* fa[...]
& diu commoratus: qui & ſingula[ri]
benevolentia complexus, ornavit teſt[imonio]
& commendatione literarum ſuarum [...]
mum reverſus *Wirceburgi* ſuo loco i[...]
publ. & commoda patriæ curavit: u[t]
bitarit objectu corporis ſui pro vita [...]
& ſalute ſuorum pugnare; id quod ve[l]
apparuit tum, cum *Albertus* March[io]
libus armis omnia turbaret ac vaſta[ret]
enim omnem movit lapidem: ut arm[a]
nerentur, & pax firmaretur, & in iti[...]

Dum ſtudet armatos conciliare [...]
Vectus equo lateris reſ[...]luti perdidit [...]

Beato fine vitam clauſit in terris ſuam [...]
eſcens in fide clementiæ divinæ; cùm [...]
illum vitæ atque morum ſeculi ſui, & [...]
culos verſarentur, tum fatales tum i[...]
tate & ſcelere hominum acceleratæ [...]
mutationes, anno Chriſti *milleſimo [quingen]teſimo quinquageſimo quinto*, die *ſept[imo Au]guſti*, anno ætatis, ut Joachimus Ca[merarius]
undequinquageſimo, ut alii, *quinq[uageſimo]*
ſecundo. Tumulatus eſt *Wirceburg[i]*
mo templo: ac monumento ejusm[odi ho]
noratus:

Conditur hac Daniel Stibarus vir m[...]
urna,
Quem meritò ſequitur gloria, fam[a ...]

D. O. M. S.

D. DANIELI STIBARO à R[ABEN]
ECK, HUJUS ÆDIS AC ALI[ARUM]
ALIQUOT CANON. ET PR[...]
EQ. ORD. VIRO, PIETATE, E[RUDI]
TIONE, RERUM EXPERIEN[TIA]

IQUE ADEO VIRTUTUM GE-
; NON PRIVATIS TANTUM
IIS, SED SUMMI ORD. PRIN-
ETIAM EXTERIS PROBA-
NEC NON LITERATORUM
ONORUM OMNIUM FAUTORI
ONOQUE SINGULARI: QUI
AVISS. REIP. NEGOTIIS AN-
MPLIUS XX. SUMMA FIDE
TEGRITATE VERSATUS, ITA
LUTARI EJUS CONSILIO
OTIES ADJUTAM SESE PA-
PERSPEXERIT, PRO CUJUS
E, BELLO TURBULENTISS.
ORIBUS NECESSARIO LEGA-
S MUNERE PERFUNCTUS,
IENTIBUS IN ITINERE VIRI-
REVI POST TEMPORE, NON
AGNO MULTORUM, AC
UJUSQUE MOERORE SUC-
T. VIXIT ANNOS PLUS MI-
S LII. EXECUT. TEST. F.
CC. ANNO M. D. LV.

n eo natura ſimplex, aperta, & ini-
ulationibus, cumque ipſe odiſſet fal-
mentitia omnia, tum præ ſe ferebat,
ma, quæ & uſurpari cerneret, & ſu-
iri proſpiceret, diſplicere. Suos
propinquos cognitione veritatis ſe-
vit inſtruendos, ut contra opinio-
ores, ad patriæ ſalutarem admini-
n animi illorum præpararentur, &
entur judicia. Itaque boni & ſa-
tam Religionis, quàm virtutis aman-
etiam Principes illius mores, inge-
ctrinam, fidem, libertatem oratio-
i cuſtodiam & ſingulari favore com-
unt & admirantes magnifecerunt.
s & in gratificando proclivitas, ſi
, in eo nimia fuiſſe forte alicui vi-
taque à pecunia congerenda augen-
ibus cupiditas abfuit, & ab ambi-
ntas, id quod neglectu vel etiam re-
ſplendidiſſimarum conditionum,
ipſi, ab aliis avidè expetitæ declara-
Repub. & negotiis, quæ guberna-
ingunt, talis fuit, ut memoriam pie-
tis, ſapientiæ, doctrinæ, humani-
erit ſempiternam, etſi pecuniæ par-
lam, & ut Homerico verbo utar,
* reliquit. In rebus difficilibus
hoc uſurpare, *quid ad me? cras*
quo reſpexit fortaſſis ad Flacci

ſævo læta negotio, &
inſolentem ludere pertinax,
mutat incertos honores,
nc mihi, nunc aliis benigna.
anentem: ſi celeres quatit
reſigno, quæ dedit, & mea
te me involvo, probamque
uperiem ſine dote quæro.

uſus eſt multorum ſuâ ætate præ-
um virorum, de quibus *Philip-*
pus Melanchthon, Eobanus Heſſus, Eraſmus, Camerarius, Lotichius: quem ut alter Mæcenas inprimis liberaliter fovit. Nam hunc propinquis ſuis, in quorum ſpem ſumtus non parvos impendit, præfecit præceptorem & magiſtrum, & in Galliam ablegavit. Ubi *quadriennio* ferè exacto, in patriam reverſum, atque Italiam viſere geſtientem, liberali viatico, variis acceptis damnis, inſtruxit, quod Lotichius in * elegia funebri, patrono benè merito ſcripta, teſtatur: *Lotichii Mæcenas Stib.* ** Eſt lib. 3. eleg. 7.*

Te Duce per montis juga celſa biverticis ibam,
Ocia præſidio juſſus amare tuo.
Et memini, quamvis crudeli plurima bello
In propriis eſſes paſſus acerba bonis:
Invalidumque latus traheres mœrore pereſus,
Hauſiſſetque tuas inſuper ignis opes:
Me tamen hæc inter ſecura mente jubebas
Phœbumque & Muſas, eloquiumque ſequi.

Joachimus Camerarius, amico de ſe benè merito, hanc elegiam, epicedion, honoris ac memoriæ cauſa, reliquit: *Camerar. elegia in Stibar.*

Hoc Stibari exanimum Danieli pulvere corpus,
Conditur, egeſta quà lapis exſtat humo.
Quem montana tribus produxit Francidos ora,
Fertile Regneſi qua rigat unda ſolum, *Regneſus fluvius.*
Et titulos ſedes claræ auxit gentis avitæ,
*Quæ de * corvorum nomine nomen habet.* ** Rabeneck.*
Qui fuerit primis vitæ hujus curſus ab annis;
Quodque laboriferæ conditionis iter:
Nec breve, nec tabula in buſti perſcribere par eſt:
Iſta ſed integrum cura requirit opus.
Si tamen ingenio quiſquam rectoque proboque
Conſtanterque bonæ ſi fuit artis amans:
Et verum amplectens, fugiens mendacia, cuique
Non foret illæſa res prior ulla fide:
Noſtra is, tu Daniele; profectò ætate fuiſti,
Eximiusque domus gentis honorque tuæ.
Magnanimæ interpres cujus vox libera mentis,
Conſuluit dubiis temporibus patriæ.
Conſuluit verbis, te ſic Daniele parato
Rerum etiam velles ut ſubiiſſe vices,
Nec tibi communi potior tua vita ſalute,
Nec tibi privatim cura cavere fuit.
Quid dicam in fratrem, in cognatos atque propinquos,
Contuleris largâ quæ benefacta manu?
Quid referam ingentis robur memorabile cordis
Commoda ſummarum deſpicientis opum?
Accumulat merita augeſcens narratio laudum;
Ergo ſuum teneat mentio noſtra modum.

 Sitque

Sitque ſatis nulli hunc ulla virtute ſecundum;
Inque bonis prima parte fuiſſe bonum.
Et violare aliquis furiis hunc percitus audet,
Atque viri manes ſollicitare pios?
Floribus & ſpargi quæ ſancta ſepulcra merentur,
Illa petens ſaxis impia dextra ferit?
Natio & hoc patitur memor, hoc cives, genius, ordo?
Denique Francigenum ſpiritus hoc patitur?
Sed nihil à rabie humana, Daniele, pericli,
Et tibi nunc certa eſt undique parta quies.
Tuta anima in Chriſti gremio ſedet, & ſibi gaudet
Peccati horribiles non magis eſſe minas.
Et mentem à Nato ſibi placatam eſſe paternam;
Huic ſe juſtifica conciliante fide.
Inque reverſuram reparato corpore vitam
Perpetuas, quod ſpes ſit ſua firma videt.
Quid moror? Heic pietas, probitas, ſapientia virtus
Quàm modicæ tegitur partis humata loco?
Falſa loquor: neque quicquam horum occidit, omnia clara
In cœli æterno tempore luce manent.
Sed civemque tui & patria hæc deſerta requirit,
Ereptum & miſeræ te ſibi mœſta gemit.
Aſt aliquis malus exultat calcatque jacentem,
Hoc etiam felix es, Daniele, modo.
Namque puto hunc demum vera ratione beatum,
Non expers odii quem comitatur amor.
Sed quis amat ſimul atque odit tamen unus eundem?
Hoc neque fit, fieri nec, Daniele poteſt.
Ergo boni cùm te magni faciantque colantque,
Te gaudere decet diſplicuiſſe malis.
Quod reſtat te Muſarum deſidero triſtis
Et ſtudii ſocium dulcis amice tui.
Lætus ſorte tuâ, voti teque eſſe petitum,
Poſſe bono vitam claudere fine tuam.
Optime vir, Daniele, vale, nunc cætera quæ ſunt
Multa ſuperſtitibus perpetienda, feram.
Hæc interque tuâ conceptum morte dolorem,
Dum reliqua in terris poſtmodo luce fruar.

Ex *Lotichii* carminibus: *Ioach. Camerarii* narratione, quæ eſt in lib. de re equeſtri & Xenoph. interpr. item Epiſt. Camerar.

MARTINUS AMELIUS.

Flor. Ann. 1556. Georg. Amelius.

MArtinus *Amelius* patrem habuit *Georgium*, Jureconſultum doctiſſimum, qui multis annis in Friburgenſi Academia magnâ cum laude jura eſt profeſſus. Naſcitur eo patre *Friburgi Briſgaudiæ* anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo, viceſimo ſexto*, die trigeſimo Octobr. horâ à meridie prima. Familiæ antiquitus vernaculâ linguâ Achts nit / fuit cognomen: id Pa-

Amel. vernac. Achts nit.

ter primus Græco ſenſu protulit, … melium, adeoque minimè curioſum … vit, ut qui omnium rerum curam Deo … ſiſſet. Tali ergò patre Martinus pro… eodem in omni genere literarum … fuit inſtitutus. Ad eruditionem ac… ligionis amor, & ſingularis vitæ inte… cum de adoleſcente Marchiones Ba… tellexiſſent, eum ad ſe vocarunt, & … *mii* cum *Oſvvaldo Gut*, Cancellario, … dentiſſimo res ſuo nomine adminiſt… runt. Sic factum ut Amelius ab Os… rum uſum didicerit, & loco filii dil… rit. Accidit poſteà ut Amelius anno … *quingenteſimo, quinquageſimo tertio*, … ad *Ferdinandum* Regem iret. Ibi … *dinandus* Amelii virtutem ac doct… gnoviſſet; eum & nobilium numero … & Privilegiis ornavit. Viennenſ… Academia eum juris utriusque Doct… nunciavit, atque eruditioni ejus & … blicum dedit teſtimonium.

Iſtis ergo honoribus auctus, & leg… liciter expedita, cum domum red… quenti ſtatim anno, poſt Osvvaldi o… ejus loco cancellarii munere func… ceſſit, anno ætatis *duodetrigeſimo*. … vinciam magna prudentia adminiſtra… primis in Eccleſiarum reformation… operam anno *quinquaageſimo ſext…* Nam Evangelii doctrinam plurimu… & adverſariis, quantum potuit, reſ…

Quoniam verò ipſe plurimum a… nicâ delectabatur, Principi ſuo Mar… ctor fuit, ut ditionem multis ubiqu… exornaret, quin & ipſe Amelius Pf… ædes exſtruxit egregias, & haud pro… pido, in loco amœniſſimo ad amne… arcem, multis privilegiis munitam … mentis excitavit, cui *Nieſernburg* n… dit, ut eſſet ſenectæ domicilium. Ep… ea legitur ejusmodi:

CONSENSU, PRIVILEGIO …
PRORSUS HEROICA LIBERA…
ILLUSTRIS. ET MAGNANIM…
CIPIS DOMINI CAROLI MA…
NIS BADENSIS, TUNC TE…
HANC MARCHIONATUS PA…
RESTITUTA VERA RELIG…
GUBERNANTIS, PRINCIP…
CLEMENTISS. MARTINUS …
LIUS J C.
CANCELLARIUS ANNO M. …
HAS ÆDES A FUNDAMEN…
REXIT, MUNIVIT, FE…
OMNES LABORUM SUORU…
CTUS HIC REPOSUIT, NON …
MORTALITATIS IMMEMOR…
UT QUONDAM DEO VO…
SERVITUTIS HOC VINCUL…
VICTO, CERTUM ET AMO…
SENECTÆ ESSET RECEPT…
LUM, POSTERIS SEDES, AC…
RUMQUE BENEFICIORUM …
INGRATA EXTARET MEM…

tereà literarum ſtudia eximiè dilexit ac
vit, tum aliis modis, tum eo, quòd
uadente ac conſulente *Carolus* Mar-
adenſis, aliquot adoleſcentes ſtudio-
Baſilienſi Academia liberaliter aluit,
uando, omni literarum genere inſtru-
cleſiis aut ſcholis Marchionatus præfi-
er poſſent.
ura, ut & hoc addamus, fuit juſta, &
forma, omnium horarum homo, om-
e dedit humaniter; Reipubl. commo-
avit fideliter.
ric. Pantal. lib. 3. Proſopographiæ.

REGORIVS PONTANVS.

gorius Pontanus in oppido Wittem-
gæ vicino, cui à ponte * nomen, na-
ſub annum *milleſimum quadringente-
octogeſimum ſextum.* Pater ibidem
cipuum magiſtratum geſſit, poſtea
Vittembergæ habitare maluit, ut eſſet
auditor Lutheri, & cogitatione dul-
doctrinæ de Filio Dei ſeſe conſolare-
ue ad veram invocationem & celebra-
DEI accenderet. Ibi, etſi & ſenectâ
is impediebatur: tamen ſæpè benè
iter à ſuis ædibus ad auditorium us-
iditate audiendi Pſalmorum enarra-
emetiebatur. Quia verò & ipſe ju-
diocriter didicerat artium initia, ama-
rinas, & cùm rem familiarem amplam
tribus filiis ita ſtudia diſtribuit, ut
vellet verſari in doctrinâ Eccleſiæ, al-
Jure, tertium in arte medicâ, ſed duo-
ctis, *Gregorius*, qui jus civile diſce-
erſtes fuit.
rimùm in Academiâ Francofordia-
n excellentem eruditione & eloquen-
anckebergium audivit, quo tempore
ncofordiæ mediocria ſtudia eſſent lin-
næ, ipſe quoque ad Juris initia ad-
ercitia ſtyli, ſcripſit carmen & ſolu-
onem, cùm natura ad eloquentiam
orem in dicendo incitata lectione &
e Ciceronis & Virgilii delectaretur.
x etiam dixit; *ſe interdum Virgilii
gentem, non ſine voluptate imagines
n, & veteris Imperii formam, in eo
ri.*
tem Planckebergium propter elo-
diligebat, tamen cùm Wittember-
nordiâ migraſſet D. *Henningus Go-*
Juriſconſulti, ad quem tunc om-
fficilimæ totius Germaniæ cauſæ de-
r, motus Pontanus, Wittember-
, non ſolùm ut publicè docentem
ſed multò magis, ut in ejus familia-
gnoſceret ipſius judicia, & legum
nes. Libenter Henningus, cùm
, aviditatem in diſcendo, & elo-
juvenis conſideraſſet, admiſit eum
ritatem, monſtrat controverſias,
ſputat; ſæpe etiam inſtructum con-
t ad erudita Principum judicia. Ta-

lem cùm haberet doctorem & monitorem annos aliquot, ut *Papinianum Vlpianus*, & ſimul audiret ingenio & eruditione excellentem Doctorem *Hieronymum Schurffium*, adeò in hoc doctrinæ genere feliciter proceſſit, ut à Principibus etiam conſuleretur. Cum autem ad eruditionem, prudentiam, juſtitiam, adjuncta eſt eloquentia, nihil ea copulatione pulcrius eſt, quæ cum in Pontano conſpiceretur, plures eum Principes, & civitates expetiverunt. *Audit & Schurffium.*

Itaque cum Dux ſapiens *Fridericus* Elector, & ejus conſiliarii, ſapientes & eloquentes viri, *Fabianus à Feilitſch, & Fridericus à Thun*, aliquoties Pontanum audiviſſent, & ingenium, eruditionem, eloquentiam conſideraſſent, & mores ſcirent bonis viris probari, vocat eum Dux Saxoniæ *Fridericus* in aulam, & Cancellarii munus ei commendat, quod ſcitur præcipuum eſſe non ſolum in prætoriis negotiis, ſed etiam aliis gravioribus deliberationibus. Conſtat tum in judiciis regendis induſtriam, & æquitatem ejus ita probatam fuiſſe ſapientibus, ac bonis Principibus, nobilitati, & civitatibus, ut omnes eum pariter diligerent, & magni facerent. *Vocatur in aulam Elect. Sax.* *Cancellar. muneri præficitur.*

Anno *milleſimo, quingenteſimo viceſimo* Dux *Fridericus* eum Coloniam Agrippin. ſecum duxit, ubi interfuit colloquio Ducis *Friderici & Eraſmi Roterodami*, ſuper cauſa Lutheri, de quo alibi. Eodem in conventu & *Alexandro* Legato Pontificio Pontanus reſpondit, petenti; ut Dux Fridericus Lutherum traderet certis Epiſcopis, qui eum carceri includerent. Ita initia aulicæ militiæ Pontani, inciderunt in primam σύῤῥαξιν Lutheri & Pontificiorum. In hac militiâ deinceps *annos* circiter *triginta*, plurimum curarum & laborum ſuſtinuit. Nec omnia conventuum prælia hìc recitari poſſunt, ſed quædam attingemus ex quibus de cæteris conjectura fieri poteſt. *Colloq. Elector. Saxoniæ cum Eraſmo ſuper cauſa Luther. Vide vitã Eraſmi & Lutheri.*

Anno *milleſimo quingenteſimo viceſimo primo* Wormatiæ cum Dux Fridericus cum *Mercurino* ſæpè deliberaret, multa cum Pontano Mercurinus familiariter locutus eſt de Caroli Imperatoris voluntate; quam oſtendit à crudelitate eſſe alienam; & conari, ut Synodus indiceretur non ſolum propter has controverſias, ſed etiam ut plura Eccleſiæ mala corrigantur. Et narrabat Pontanus Mercurinum hoc epiphonema addidiſſe: *Benè fecerunt Principes Germaniæ, quod Carolum elegerunt Imperatorem. Experiemur enim & ſapientem & bonum fore.* *Mercurini & Pontani colloq. Wormatiæ.*

Secutus eſt conventus Auguſtanus anno *milleſimo, quingenteſimo, triceſimo*, qui velut epitaſis fuit certaminum Eccleſiæ tunc temporis. Ibi Carolus, qui jam Italiam armis domitam victor tenebat, quanquam incitabatur, ut Evangelicis bellum inferret, tamen incumbens in cogitationem de Synodo, ut antea Mercurius dixerat, poſtulat exhiberi ab Evangelicis doctrinæ Confeſſionem. Multæ res deliberandæ tunc inciderunt, quarum præcipuas ita rexit *Pontanus*; ut ſapientiam ejus, fidem, & conſtantiam probaverint optimi Principes, Dux Saxoniæ *Ioannes* Elector, & cæteri in illâ cauſa conjuncti. *Comitia Auguſtana 1530.*

Marchio Elect. orat. habet coram Carolo 5.

Cum autem ante exitum conventus, nomine Pontificiorum orationem habuiſſet, præſente Carolo Elector *Marchio Ioachimus* primus, atrociter minitantem noſtris, quam coràm audiebant Dux Saxoniæ *Ioannes* Elector, *Georgius* Marchio Brandenburgenſis, *Erneſtus* Dux Lunæburgenſis, & *Wolffgangus* Princeps Anhaltinus; juſſus eſt à Duce Saxoniæ Electore Pontanus reſpondere. Huic Pericleæ orationi Marchionis ita reſpondit Pontanus in Senatu Principum, ut veteribus Apologeticis *Iuſtini* & aliorum piorum anteferri illa reſponſio poſſit:

Cui reſpondet. Pontanus.

„ Voluntas, *inquit*, Ducis Saxoniæ ergà „ clementiſſimum Imperatorem Carolum in „ electione conſpecta eſt. Deinde omnium „ horum Principum in reprimendis Tur„ cis, & ſeditionibus, & conſtat nulla in re „ defuiſſe eos paci publicæ. Adfirmant et„ iam ſemper ſe memores fore divini man„ dati, *Dato Deo, quæ Dei ſunt & Cæſari,* „ *quæ ſunt Cæſaris*: Non privatâ cupidita„ te ulla, non curioſitate, non errore, non „ cæco impetu doctrinam, de qua confeſ„ ſio exhibita eſt, amplexi ſunt, ſed cum „ eam diu audiviſſent, & fontibus diligen„ ter conſideratis, & collatis teſtimoniis „ ſinceræ antiquitatis, intellexiſſent veram „ eſſe, non voluerunt agnitæ veritati adver„ ſari, memores ſeveriſſimæ comminatio„ nis divinæ, in qua dicitur: *Blaſphemiam* „ *non remitti.* Quare & propter gloriam „ Dei, & propter propriam ſalutem, & „ propter alios, qui ſtudium habent pieta„ tis, quorum multi ſunt electi, Deo ju„ vante, hanc doctrinam & profitebuntur „ ipſi, & in Eccleſiis ſuis doceri curabunt. „ Cumque manifeſta ſit impudentia Ponti„ ficiorum, qui nullos errores, & nulla vi„ tia in ſuis opinionibus, & moribus eſ„ ſe vociferantur, flagitant omnes pii ve„ ris gemitibus in totâ Europâ, ut in „ Synodo legitima inſtituatur emendatio: „ idem petunt & hi Principes, & ſperant „ clementiſſimum Imperatorem, qui videt „ neceſſariam eſſe emendationem Eccleſiæ, „ ſine cognitione non eſſe arma ſumturum, „ ut errores, libidines, & alia vitia Pontifi„ ciorum ſtabiliat, & alienæ impietati, & „ ſævitiæ gratificetur, & veritatem, quæ „ gloriam Filii Dei illuſtrat, & ſaluti ani„ marum neceſſaria eſt, opprimat, præſer„ tim cum ſpem de Synodo oſtenderit. Re„ verenter igitur Principes & univerſam Ec„ cleſiam & ſeſe clementiſſimo Imperatori „ commendant, quem orant, ut etiam co„ gitet in hac delirâ mundi ſenectâ generi „ humano majores confuſiones impendere, „ quæ caveri melius poſſunt lenitate, & „ ἐπιεικείᾳ, quam ſi majores diſſipationes „ armis fiant, ſicut in bellis Boëmicis acci„ dit. Nec veritas opprimi poterit, etiam„ ſi Principes aut populi aliqui oppreſſi fue„ rint; EMERGET TAMEN VERITAS, NEC DELERI A PORTIS INFERORUM POTERIT. Hæc c[…] ad verbum Pontanus dixiſſet, & aliqu[…] tes majus certamen moturi eſſent; […] tinus ait: *non eſſe mirum atroci fratr[…] ni reſponſum eſſe durius; nec prodeſ[…] rem contentionem.* Interfatur ergò C[…] dici jubet, *ſe facturum, quod Chriſti[…] peratorem facere juſtum ſit*: atque ita […] dimittit. Hic cum fuiſſet exitus […] ventus, poſtea Moguntinus & Palati[…] *vicus* cum Carolo Imperatore de pac[…] niæ colloquuntur Moguntiæ. Ibi […] dam aſperius loqueretur: *Cæſarem h[…] regna, etiamſi Germania vaſtata eſſet,* […] lavit & hunc Cæſar: *Hæc*, inquit, *non […] cere. Nolo enim fieri vaſtitatem in G[…] quia & patria eſt, & ab ea ſummum […] cepi: Et Imperator ſaluti orbis terraru[…] tum poteſt, Deo juvante, conſulere deb[…]*

Ita pacem certis conditionibus fe[…] duravit ab anno *triceſimo* uſque ad *qu[…] mum ſextum.* Gliſcente bello illo, […] maniæ funeſto, armorum auctor […] fuit, & in deliberatione illius mali pa[…] *Comitem ſe fortunæ Principum fore, q[…] que eventus eſſet: belli ſuaſorem non […]*

Pacis ita tempore ſemper præcipu[…] vit Eccleſias: in ſpectionis, in qua red[…] raliter attributi ſunt multis Eccleſiis, […] ſor fuit; cumque eam labefactare A[…] ca factio conaretur, perfecit, ut judic[…] vocatis piis & doctis viris, conſtituer[…] quo inſpectores defenſi ſunt. Ex eo […] ne natæ deinde ſunt Lutheri prop[…] contra Antinomos.

Tandem extremâ ſenectâ, egreſſu[…] *ſeptuageſimum* cum ſeſe, Eccleſiam & […] quotidie ardentiſſimis precibus Fi[…] commendaret, jamque vires corpo[…] magis, quam morbo defeciſſent, pla[…] ceſſit, *Ienæ* Thuringorum die *viceſimo […]* rii, anno Chriſti *milleſimo*, *quinge[…] quinquageſimo ſeptimo*, cujus morte […] re præſidium, decus & ornamentum […] ſiæ & Reipubl. illarum regionum am[…] Filios habuit duos *Gregorium & Chri[…]* quorum ille Senator fuit *Wittemberg[…]* trem eodem anno 57. menſe Decembr[…] ſecutus, hic verò legum Doctor, bene […] Republ. illa meritus.

Proſecuti eum ſunt non ſolùm Prin[…] magnates gratiâ ſuâ, ſed floruit amic[…] iam omnium ferè ejus ætatis Docto[…] rorum, inter quos non poſtremus *M[…] thon*, qui etiam diſertis verbis in teſta[…] quod anno *quadrageſimo* ſupra *ſeſqu[…] mum* * Wimariæ compoſuit, i[…] tus eſt.

Fuit etiam (inquit) *mihi pergrata […] lentia viri clariſſ. Doct. Cancellarii P[…] quem & ipſum propter egregiam vim in[…] virtutem dilexi: eique pro omnibus b[…] gratias ago.* Hæc Melanchthon.

Ingenium ei fuit doctrinæ & capax […] dum, prudentia & circumſpectio ſin[…] Nec erat hallucinatrix natura; ut ſun[…]

ntes ad parerga: ſed rectitudo in eo ju-
rat, & id formare eruditione ſtuduit.
ejuris publici, & privati doctrinam; &
it cognitionem ſcriptorum Prophetico-
Apoſtolicorum, & omnium Eccleſiæ
inum & temporum, non tantum, ut ſe
ndum inſtrueret: ſed multò magis;
m rectè invocaret; quòd ſeriò, & ſine
iſi fecit. Ad hanc rerum doctrinam
bat divinitus ei donata non ſolum pro-
ſermonis copia; ſed etiam ſplendor in
& figuris; vox grandis & virilis; quæ
n magno exercitu exaudiri potuiſſet.
itas corporis; & ſpecies ἀξιωματικὴ;
edatiſſimi, & gravitas tanta, ut ſæpè
ès eum dicentem cogitarent illud de
; quem ajunt, non exertis manibus
allium dicere ſolitum. Hæc erant eò
ra; quia videbantur tantum nativa
& oſtentationis nihil animadverti

oratio in conſeſſibus publicis, & con-
a gravis, ſine verborum deliciis: ſæpè
eſta ſine affectatione: rectas ſententias
ter propugnabat, etiamſi interdum in-
rant potentibus; melioribus ſententiis
tis ſine φιλονεικία cedebat. Utrius-
m rei multa exempla reliquit: verita-
& ſalutem publicam, ſuæ gloriæ, &
mmodis anteferebat: alieniſſimus à
i adplauſu, & à πολυπραγμοσύνῃ; ut qui
gubernationis molem, & non vellet
i augeri, nec parerga accerſenda eſſe,
quenda ἔργα.
ivatis vero colloquiis eruditorum ni-
ulcius erat: avidè audiebat hiſtorias
e, & Imperiorum, & multas ipſe reci-
m lectas, tum auditas: quoties inſi-
tentiæ ex veteribus Eccleſiæ ſcriptori-
ferebantur; mox eas ſibi ſcribi juſſit;
ex Baſilio dictum de *ſolâ fide* audivit:
t diſputationes de obſcuris controver-
liorum audiret concinnas explicatio-
ndiebat & hilaritate talia colloquia a-
andido ſale. Non enim deerat ei lepos
onibus hilaribus.
t idoneus ad utramque ſermonis for-
l grandiorem, & ſplendidiorem, qua
r, cum illo ſono opus erat in Princi-
nſeſſibus; & ad alteram tenuiorem, &
formam, in privatis colloquiis, &
tionibus. Eccii, etſi fortè ineptum
judicium, lubet hic adjicere. In con-
uguſtano cum ad Principes quædam
do indicenda accuratè *Pontanus* dice-
n procul ſedentibus *Eccio* & *Philippo*;
cribit in parvâ pagellâ hæc verba: *Cu-
e?* adſcribit Philippus; *Eſt civis Wit-
enſis.* Rurſus adſcribit Eccius: *Profe-
loquens:* ſed hæc παρέργως.
n autem doctrinam Eccleſiæ rectè in-
t & Deum rectè invocaret; nec ſpargi
, nec diſſidia accendi ſinebat; maxi-
oderat Thraſones; qui ut videantur
btilitate vincere, ludunt verborum

deliciis, ac περιττολογίας quærunt, καὶ θαύματα ῥημάτων quæ mentes in dubitationes & errores abducunt.

Magnæ virtutes in eo, & hæ fuerunt: quod expugnari ſe pecuniâ nunquam paſſus eſt; nec ambitioſè unquam in aliis aulis favores aucupatus eſt; ac ſæpè recitavit veterem verſum: *Αφιλάργυρος Pontanus.*

Nemo poteſt dominis pariter ſervire duobus.

Odia & obtrectationes ſapienter & Fabiano more tulit: quanquam non erat lentus, & querebatur irâ languefieri ſui corporis vires. Sed magiſtrum ſe moderandæ iræ, primum habuiſſe Ducem Saxoniæ *Fridericum* narrabat. Dicebat item nolle ſe precationem, & alias res neceſſarias, laxantem frenos cupiditati vindictæ, impedire, ac ſæpè repetebat vocem Chriſti: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* *Patientia.*

Domeſtica vita caſta & ſobria fuit: cumque pater ei amplam hæreditatem reliquiſſet; magis eam frugalitate auxit, quam ſtipendiis. Inde ſæpe mediocri pecunia ſine oſtentatione pauperibus opem tulit, & quotidie aliquid temporis ſacræ lectioni, & precationi tribuit. *Ex Tomo 5. Declinationum Melanchthonis.* *Domeſtica vita.*

WOLFGANGUS BOSCHIUS. *Θ. 1558.*

Carmine fit vivax virtus; experſque ſepulcri,
Noticiam ſeræ poſteritatis habet; *Ovid. l. 4. Pont. 8. el.*

Eleganter & verè ſuaviſſimus Elegiographorum canit: ac graviſſimè felix ille *Alexandri Mammeæ* Principis * magiſter & conſiliarius ſcriptum reliquit: *quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, quaſi neglecta putantur:* imò nos addimus, *Domiti Ulpiane*, planè ex hominum memoriâ delentur. Ne ergo & hujus viri poſteritatem oblivio capiat, placet ut virtus meretur, curriculum ipſius etiam vitæ paucis delineare.

* *Ulpian. l. item ff. de injur. & fam. lib.*

Abavum igitur *Wolfgangi Boſchii*, ob inſignia in Rempubl. & Imperium Romanum merita, equeſtris ordinis dignitate à *Friderico* tertio Imperatore ſub annum Chriſti *milleſimum quadringenteſimum ſexageſimum quintum*, donatum fuiſſe: diploma ipſum, quod apud hæredes hodieque videre eſt, luculenter teſtatur. Quod ſanè ſummi Monarchæ judicium, honeſtiſſimæ Boſchiorum familiæ toti non poteſt non laudi eſſe & ornamento ſempiterno: præſertim cùm in hodiernum uſque diem, virtute ſua id poſteritas egregiè defendat. Editus autem in lucem eſt hic, quo de agimus *Wolfgangus Boſchius Dunckelsbülæ*, quam ζεάπολιν Græcè forte haud ineptè dixeris, Imperii antiquo in Sueviâ ad amnem *Weruicium* oppido: quod ex villâ primum vicus, ex vico, ut ſolet, oppidum factum, tot *Wolff. Boſch. nobilit. donatum.* *Dünckelſ. oppidum.*

Natalis Boſch. *Parentes.* dicitur ſtagna & piſces habere: quod annus dies. Natus autem ibi eſt die *viceſimo quarto* Februarii, qui in Faſtis S. *Matthiæ* adſcribitur, anno à Meſſiâ exhibito ſeculum *decimum quintum* incoante. Pater ei fuit cognominis; mater verò *Anna*, ex nobili *Fuſchardorum* familia.

Studia. Cum autem ad liberalium artium ſtudia filius animum appuliſſet, eum tenuit in illis curſum, quem optimus & literarum ſtudioſiſſimus quisque debet. Ita enim ſeſe literis abdidit ac ſacrarum legum vaſto Oceano commiſit: ut plurimum operæ, diligentiæ & laboris eam ad diſciplinam contulerit, & omni liberali doctrinâ politus, laudibus eruditi theatri floruerit.

Ephorus. Alberti Bavari. Conſiliar. & Cancellar. Quamobrem cùm fama nominis ejus ad inclytos *Bojariæ* Principes emanaſſet: *Alberto* Duci primùm ephorus datus eſt. Quo in officio arduo & difficili, homo pereruditus ita eſt verſatus: ut poſtea dignus habitus fuerit qui non ſolùm in conſiliariorum numerum cooptaretur: ſed etiam *Cancellariatus* dignitate ornaretur. *Dignitas Cancellarii.* Eſt autem *Cancellarius*, ut Politici verè judicant, *in Republ. legis præſidium: juris aſylum: morum inſtitutorumque ara: æqui boni columen: oculus Principis.*

Morit. Boſch. Hoc igitur excelſo in munere ad vitæ usque finem vixit: quem fecit *Straubingæ* Bavariæ oppido, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo*, cum ipſe ætatis annos cum ſeculo numeraret. Sepultus eſt ibidem cum monumento.

Eruditio ejus. Fuit hic Boſchius non ſolùm liberalium artium, pluriumque linguarum Hebrææ, Græcæ, Latinæ, Gallicæ & Italicæ callens: ſed etiam rerum, & exemplorum, & omnis vetuſtatis peritus.

Bibliotheca. Liberos reliquit nullos, ſed Bibliothecam inſtructiſſimam, quam ex teſtamento nob. V. *Marquardi Freheri*, Medic. Doct. cognati ſui, acceperat. *Leonhard. Boſch. frater.* Fratrem habuit *Leonhardum* Juris Doctorem, virumque alias doctiſſimum, ſed qui præmaturè, anno ætatis *viceſimo tertio*, in ipſo vitæ flore, cælebs ex mortalibus abiit.

Amici. Amicitiâ Wolfgangus hic uſus eſt tum aliorum illo ſeculo eruditorum virorum; tum inprimis *Vigilii Zuichemi* JCti celeberrimi: id quod epiſtolæ ultro citroque miſſæ loquuntur: quarum autographa in librariis heredum adſervantur.

Scripta. Scripſit *annotationes*, ut fuit nullius humanioris diſciplinæ ignarus, *in Ptolemæum:* an præterea ſcriptorum ejus quippiam evulgatum ſit, necdum ſcimus. Ex *Cruſii paralipom. Suevic. annalium, & ex M. S. vita ejus delineatione.*

JOANNES FERRARIUS.

☉. 1558. d. 25. Iunii. Amellob. opp. Haſſiæ. JOannes Ferrarius in Haſſia natus eſt *Amelloburgi*, oppido ad primum Marpurgo lapidem diſtante, parentibus honeſtis ex facultates eſſent: ut ſumtus ad l culturam neceſſarios ſuppeditare ſiquidem verè dictum: ἡ παιδεία δεῖ πόνε ἢ πολλȣ̃ χρόνε· δαπάνης ȣ̓ σμικ τύχης λαμπρῆς. E patria ſchola rium Weſtphalorum, ubi tum lu quentiſſimus, ſe contulit; inter alio ſcipulum *Conradum Heſſum* nactus. Wittembergenſ. in Academiam abi tumque adſiduo ſtudio profecit: ut & ligata valeret: ac in communitat ibidem collegii, *poëma* quoddam He quod ipſe *de vita* Divæ *Eliſabethæ*, Germanicæ Marpurgi fundatricis, pſerat, pro precio enarraret, in n tem collegio *A. Gellii* noctes Atticas, candi formas Græcas, quas à Melan audierat, aliis literarum ſtudioſis, exerc ſa, explicaret.

Cum autem noſſet pietatem ad om lem, unumque eſſe, ut Chriſtus ait, rium: Dei nempe agnitionem verum tum: ut ad eam eo felicius Spiritus ſa perveniret; animum ad S. Theologiæ appulit. Itaque cum in divinarum li cognitione aliquandiu verſatus eſſet, fructu: ipſe de more ſcholæ illius pr laureatu in Thologiâ Magiſter artium dit. Erat autem natura & ingenio lùm φιλομαθὴς; verum etiam πο Itaque cum Joannes Capnio, Elect derico Duce Saxoniæ contendente id Melanchthonem ſuum, juvenem tun ſed eruditione & linguis multis ſenib ſtantem, ad Græcæ linguæ, in illa A profeſſionem miſiſſet; magno applau ſcholâ, ab omnibus ejus doctoribus, n Profeſſoribus & ſtudioſis fuit auditu & Lutherus Philippi auditor erat ſed rurſus Philippus Luthero adhæreſceba ſecus atque Jonathan Davidi.

A tantis ergo doctoribus atque P ribus, cum ſacroſanctæ Theologia linguarum excitatus M. *Joannes Heſſu* nim iſthic Ferrarius vocabatur) & ſac ras deguſtavit, & Græca pariter haud n Sed cum naturæ & ingenio ſuo ducere rem pulcerrimæ Jatrices aut artis n ſcientiam: eoque loco agerent vir *Stackmannus* & *Stephanus Villius*, quo acceptis Doctoratus inſignibus Cygn Medicus Phyſicus fuit, ille verò Witt gæ Medicinam exercuit, cum Doct *Schurfio, Æſcho & Petro Burckardo* quorum conſuetudine gaudebat, in r artis ſtudio ita verſatus eſt, ut Lice Medicinæ publicè ſit renunciatus.

Ad hæc in florentiſſimâ illa Acade ter docentes cooptatus, & Rector Sc lius deſignatus fuit: quo in munere p tiſſimè ſe geſſit: & ſcholæ magna cu de præfuit. Tandem cum Pſeudopr turbarent omnia, & Anabaptiſtæ exori

rea etiam * *Caroloſtadio* varia miſce-
ediit integrâ mente & bona conſcien-
rius in patriam.

urgum inde inviſens, honeſtam vidu-
Dornbergero opulento cive relictam,
orem, ex qua duas filias ſuſtulit, &
; piè educavit, quarum unam *Juſto*
um temporis Juris Profeſſori, poſt-
que doctori, elocavit. Factum id
num Chriſti *milleſimum quingenteſi-*
ſimum tertium. Maritus factus pau-
n ordinem ſenatorium à populo &
citus, ubi, quod ejus erat ingenium
io, cum aliquandiu conſuetudinem
ioris, ut vocant, obſervaſſet, cœpit
larte verſari ſedulo in libris Juriſcon-
i.

ſtudio ſuo & induſtria eo uſque eſt
is; ut Illuſtriſſimi Principis Haſſiæ
rio *Ficino* admodum probaretur &
n ex curia urbis ad Principis dicaſte-
nsferretur. Poſtea cum Princeps
ilippus Evangelii in ſuo territorio
ndi cupidus, ſcholam in omnium ar-
guarum, & Philoſophiæ profeſſioni-
tueret; quam & minimè contemnen-
is & reditibus donavit, & privilegiis
Cæſariis exornavit: Cancellarius ille
hunc Ferrarium juris Profeſſorem de-
cum difficilia admodum, ut fieri ſolet,
ſent primordia.

itiones ergo primum Marburgenſi
docuit; atque commentaria in eas-
ſcripſit, quæ non ſolùm Marpurgi
iſa; verùm etiam in Galliis recuſa.
octoratus inſignia primus Ferrarius
Cattorum Academia accepit: & Prin-
oritate *Vice Cancellarius* declaratus
Ficinus non poſſet tot negociis di-
ſemper Gymnaſio illi adeſſe. Quo
deliſſimè eſt functus, ad extremam
i ſui horam. A principio Academiæ
incrementum ad laudem & gloriam
patris Servatoris noſtri Chriſti quæ-
na ſcholæ, cum *Joanne Tennero* Oe-
, & Ficino Cancellario, fideliter ad-
vit: ægerrimo animo ferens, ſi quan-
pita cerebro vacua, vel ventri & ab-
dedita ingenia, vel vanæ ſcientiæ opi-
rii, ſcholæ bonis eſſent fovendi: qui
is ad ſcholam pertinerent; quàm ca-
ὁ βαλανεῖον, ut eſt in proverbio.

us idem Rector anno *viceſimo ſe-*
Marpurgi in dicaſterio Principis ipſe
gnatus, & renunciatus, præſentibus,
Cancellario Ficino, novis Profeſſo-
ancisco Lamperto Avinionenſi Theo-
Adamo Crafft, Theologo; *Euricio*
ledico; *Hermanno Buſchio* Poëta,
no Auguſto Nuceno Flandro Hebræo
re. Hæc fuere initia illius ſcholæ:
ofeſſorum numerus paulatim eſt au-
ntiſper dum juſtum Academiæ cor-
ificentia Principis, conſtitueretur.

Tandem cum ex catenatorum laborum ſtatione, ſummo illi vitæ mortisque arbitro viſum fuiſſet, juſtitiæ ſacerdotem hunc evocare: promtiſſimè paruit, ſeque ad beatum exitum comparavit, verbisque ſuam animi conſtantiam pluribus declaravit. Nam ſub veſperam ſabbati, cujus inſecuta nocte inter primam & ſecundam obdormivit in Domino: cum à quodam adſtantium, ut in Chriſtum fideret admoneretur: reſpondit, *ſi ſuperſtes manſero, benè mihi erit: ſin moriar; rurſus benè mihi erit.* Idem nimirum eſt, quod Divus Paulus ait: *Sive vivimus, Domino vivimus: ſive morimur, Domino morimur.* Ab hac voce nihil ferè locutus eſt: ſed veluti ſeſe in ſoporem convertens, ac tandem expergiſcens, patientiſſimis geſtibus Deo æterno patri ſpiritum ſuum, reddidit, anno ab exhibito mundi Salvatore, *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo*, die *viceſima quinta* Junii.

Morbus fatalis Ferrarii.

Moritur.

Dudum verò mortem meditatum eſſe, & ex colloquiis ejus nonnullis eſt deprehenſum. Anno uno ante mortem, cum funus quoddam deduceretur, ad eum, cui latus claudebat, dixit: *ita eſt, debemur omnes morti: hoc duntaxat differimus: quod * alter alterum pari calceamentorum, aut togula una, quam atterat, vincit.*

* Einer zureiſt ein Paar Schuh mehr.

Artium & Philoſophiæ fuit amantiſſimus; nedum Juris prudentiæ; in qua præ multis aliis laudem fuit conſecutus ampliſſimam. Hinc eſt, quod nullam publicam vel in Philoſophia, vel in aliis facultatibus, diſputationem neglexit, ſi quando præſens eſſet. Nam dum apud Principem ſuum in Germania inferiore, Cæſari Carolo obſtrictum, Udenariæ egit: intereſſe ejusmodi Muſicis palæſtris non potuit. Maritus fuit caſtus: Evangelii ſincere amans: fidem ſuam teſtatus eſt charitate operoſa. Nam & vicinis ſuis profuit multum: & *ultra ducentos aureos* partim in pauperes cives, partim ad Noſodochia Marpurgenſia piè & liberaliter contulit atque donavit.

Eruditio Ferrarii.

Amat diſputationes

Virtutes.

Magna in eodem animi conſtantia; ingens juſtitiæ amor: unde ſi quid honeſtum & juſtum agnoviſſet; ab ejus defenſione non diſcedebat, etiamſi Imperatores vel Principes reclamaſſent. Laborum porrò tolerantiſſimus: qui ab ineunte ætate aſſuefeciſſet ſeſe, & multa toleraſſet, ut πολύτλας ὀδυσσεὺς apud Principem vatum. Tametſi enim multis vigiliis Wittembergæ & laboribus ſe defatigaſſet: & noctu & interdiu ingenuis diſciplinis incumbendo, & Philoſophiæ: labores tamen per *triginta unum* annos, & amplius, homini ferè non tolerandos ſuſtinuit; perpetuo occupatus cauſis audiendis: conſiliis dandis; & actionibus diſcutiendis aut recognoſcendis; donec corporis ſui vires exhauſit, quod natura illi ſatis vegetum & robuſtum erat. Quid? quod præter quotidianos labores hujusmodi, ſumma cura juridicæ lectioni præfuit: adeò ut alios etiam Profeſſores, ſi qui ceſſatores eſſent in prælegendo obſerva-

Juſtitia tenax.

Laborum tolerans.

ſervarit; eosque non ſemel officii admonuerit. Corpus autem & animum ejus infracta præſtitit aurea temperantia: cujus in cibo, potu, vitaque omni fuit ſtudioſiſſimus: quamque cuſtodem aliarum virtutum ſemper exiſtimavit.

Temperantia.

Scripta.

Scripſit præter illos in *inſtitutiones commentarios*, de *appellationibus*, *ſupplicandi uſu*, *reſtitutione adverſus rem judicatam*, & ſimilia commentarium. Item commentarium integrum ad titulum Pandectarum *de regulis juris*: Enchiridion *de judiciorum præexercitamentis*, & iis, quæ ad jus dicentis officium, atque cauſas diſceptantium modeſtius ſtudium pertinent: *de Republ. benè inſtituenda* παρæινέσις. P. Nigidius, in elencho Profeſſorum Marpurgenſium, hoc Epigrammate eum celebrat:

Epigramma in eum P. Nigidi.

Occiduas implet celebris Ferrarius oras:
Implet & Eöas juris in arte plagas.
Nec tantum gemini juris fuit ille peritus,
Artibus in cunctis ſed polyhiſtor erat.
Fulſit in hoc gravitas cum manſuetudine juncta
Gymnaſii Rector bis quater ergo fuit.
Juſtitiam coluit cano venerabilis ævo,
Pro rebus pariter mitis & aſper erat.
Neſtoris inſtinctu FICINI plurima JANI,
Contulit Haſſiacæ commoda grata ſcholæ.
Quin etiam vellit generoſi Principis aures,
Unde forent capta membra petenda ſcholæ.
Caſibus in dubiis certiſſima ſolus amuſſis,
Atque ſcholæ tutus portus & aura fuit.
Hic primus titulum ſumſit Doctoris honeſtum,
Edidit & varios juris in arte libros.
Hinc annis plenus, dignis & honoribus auctus,
Nulli parcentis mortis adivit iter.

Ex oratione funebri, & P. Nigidii catalogo Profeſſorum Marpurgenſium, Chytræi Saxonia.

THEODORUS BRANDUS.

☉. 1558. d 4. Octob. ætat. 70.

Bernhard. Brand. pater.

Diſcit chirurg.

IN inclytâ urbe Baſileâ *Theodorus Brand* naſcitur, anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo octogeſimo octavo*, patre *Bernhardo*, ſenatorii ordinis viro. Hic cùm indole bonâ præditus eſſet, à puero literis operam dedit, tantamque ſibi ſermonis Latini copiam in ſcholis trivialibus comparavit: ut & auctores Latinos intelligeret ſic ſatis; & cum aliis ipſe Latinè colloqui poſſet.

Deinde patris artificium chirurgiam & artem tonſoriam didicit: ac facilè alios ejus generis homines induſtriâ ſuâ ſuperavit. Inde Helvitiorum caſtra ſecutus, Navarrenſi prælio memorabili, anno *milleſimo quingenteſimo decimo tertio* interfuit, atque tum eo in loco, tum in *Bigckenſi* pugnâ, ſuæ virtutis præclara ſpecimina edidit & monumenta reliquit. Inde in patriam reverſus *Chri-*

Intereſt prælio Navarr.

ſtianam, *Huldrici Kœſini* ſenator
uxorem duxit, & patremfami
cœpit.

Interea pater moritur, atque ip
tutes in ejus locum in ſenatum coop
demum longo rerum uſu, talem p
& facundiam ſibi comparavit; ut
urbis nomine ad Helvetiorum co
vicinos Principes aliquoties legat
præſertim cum ruſticorum tumultus
atque religio quibusdam in locis ap
tios mutaretur.

Hiſce in legationibus ſeſe talem
geſſitque; ut ſua facundia & ſermo
tate, prudentum virorumque t
plerisque Helvetiis palmam præripe
tur. Eandem dexteritatem quo
undetriceſimo in patria, præſertim
minoris Baſileæ cives declaravit: c
ob religionem mutandam ad ſeditio
ctare viderentur; ſuisque privatis
admonitionibus obtinuit; ut cives
tus conſiliis acquieſcerent. Ad hæc
ſtudia impensè promovit; quand
cha (quem *Deputatum* vocant) co
autor fuit; ut Academia inſtauraretu
doctiſſimis conquiſitis, exornaretu
ſeſe etiam ad vitæ usque finem ſingu
tronum exhibuit.

Hoc in curſu dum verſatur anno
quarto Tribunus plebis commun
ſuffragio præter expectationem inv
tur. Eam functionem magna ani
ratione geſſit, & ut omnis gener
inter cives vigerent, prudenti regi
cit. Inprimis verò religionem colu
exemplo ad verbi divini explicatio
diendam reliquos invitavit. Hac r
ctum: ut anno *quadrageſimo quar*
Junio tandem conſul, qui ſummu
Magiſtratus, ſit creatus. Erat firm
poris conſtitutione ſtaturaque proc
mi verò dotibus pietate, prudentia,
tate nulli ſecundus. Itaque ſenten
gna cum gravitate dicebat; atque
conſiliis propoſitis, ea inter ſe co
& quod optimum erat eligebat.

Unde reliqui urbis proceres &
eum unicè diligebant: atque ejus
in ſenatu ſemper exhilarati, patriam t
gubernabant. Nec modo indigena
etiam vicini Principes, & nobiles
virtutes prædicarunt, & comme
Accidit ut Illuſtriſſimus Princeps *Ch*
rus Wirtembergicus anno *quadrag*
ptimo poſt bellum Smalkaldicum ex
Anna Maria Brandenburgenſi femel
lem Baſileæ ſuſciperet.

Eam hic Brandus conſul, Senatus
ſis nomine, ex ſacro fonte, una cum
Comite *Rappolſteinia* levavit; &
gratiſſimus fuit. Nomen inditum
puellæ fuit *Hedvvigis*; ac poſtea
Cattorum Principi nupſit.

cum bonorum omnium gratia flore- que aliquoties urbis nomine cum aliis ad Epiſcopum Baſileenſem iviſſet, ut de quibusdam ſubditis, qui Baſileæ cti erant, ageret, & certis conditio- acem confirmaret, nimio motu ſenile debilitavit, atque calculi & veſicæ auxit, quibus tandem in vera fidei ione, & ſingulari patientia exſtinctus m magno totius patriæ luctu, quar- Octobris anno *milleſimo, quingenteſi- uinquageſimo octavo*, ætatis vero ſuæ *ſimo.*

iæ corporis ejus in minori urbe, ubi at, atque ſemper habitarat, in tem- ochiali *S. Theodori* honorifice terræ æ ſunt, Senatu ipſum funus & tota comitante, cum hac monumenti one:

J. CHR. D. S.
THEODORO BRANDO.
PRUDENTIA, USUS RERUM
. PIETAS, ET CUM SIN-
GULARI HUMANITATE
GRAVITAS
S ILLUSTRIBUSQVE VIRIS
PAREM FECERUNT;
QVIES TR. PL. SEPTIES COS.
P. P.
O MAJORUM VIRTUS
RÆLUCERET POSTERIS
PATRI OPTUMO.
RNHARDUS BR. F.
MOERENS POS.
IN CÆLUM.
EIP. PIIS RECTORIB. PARA-
IS EST CLARISS. LOCUS
CONCESSIT
IV. NON. OCTOBR.
A. CHRISTI
M. D. LVIII.
TATIS SUÆ LXX.

r.3. *Proſopogr. Pantal. & monument.*

MVNDVS IN HERBER- STEIN.

lemum vera eſt nobilitas, quæ non majorum jactat

us, & *proavos*, & *quæ non feci- mus ipſi*:

opria virtute nititur, aliisque ante- eſcio profecto an in neminem re- uam in *Sigiſmundum hunc Liberum in Herberſtein, Neiperg, & Gutten-* anum *Ducatus Carinthiæ, hæredita- amerarium* ac *Dapiferum*, *Cæſaris um*, & *præfectum cameræ Auſtriacæ*, & poſſit & debeat. Hic enim in *Stiriæ Vipaci*, non longe à *Timavo Tergeſto*, *Leonardo* patre, matre ex familia de foramine dicta, anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo ſexto*, die *viceſimo tertio* Auguſti, Imperante *Friderico III.* natus, nequaquam alienis jactare ſeſe voluit laudibus, ſed à teneris ad verum virtutis decus & omnes diſciplinas ita incubuit, ut ab erudita doctrina, prudenti facundia, vitæ integritate, laborum patientia, ac diligentia induſtriæ principibus viris ipſisque Imperatoribus fuerit cariſſimus.

Educatio.

Anno *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo nono*, *Viennam* Auſtriæ venit, eamque literis operam dedit, ut anno *milleſimo, quingenteſimo ſecundo*, in Academia illa prima Philoſophiæ laurea fuerit ornatus, anno ætatis ſuæ *decimo ſexto*. Tantum autem abfuit, ut virum nobilem & ad dignitates eximias poſtea evectum, honoris ſcholaſtici illius puduerit, ut etiam, quemadmodum mox dicetur, lubenter & frequenter gloriatus fuerit, longe abiens à præpoſtero hodierni nobilis vulgi judicio.

Viennam venit ſtudior. cauſa 1499.

Ubi Baccalaur. renunciatur 1502.

Exinde à Muſarum caſtris in Martis caſtra progreſſus, ſub *Maximiliano I.* Cæſare in *Ungaria* militavit, circa annum *ſextum*, ſeculi *decimi quinti*. Ibi virtutem & induſtriã ſuam Imperatori, ipſe adoleſcens etiamdum, ita approbavit, ut ab eodem in cohortem prætoriam, anno *nono*, ſupra *mille quingentos*, fuerit allectus, atque in bello Veneto, quod tunc *Imperator*, *Papa*, & *Gallus* gerebant, equitatui *Styriæ* præfectus, cujus ope *Nicolaus* comes *Salmenſis* Venetos vicit, eorumque Ducem *Victurium* cepit.

Militiæ nomen dat 1506.

Adſcribitur in cohort. prætor. 1509.

Bellum Venetum.

Equitatui præfectus.

Nicolaus Comes Salmenſis.

Pro fide ergo & opera ſtrenue præſtita ab eodem Cæſare in *ordinem equeſtrem* relatus, aureo torque donatus, atque in *conſilium aulicum* eſt cooptatus. Factum id anno *milleſimo, quingenteſimo, decimoquarto*. Sic itaque Cæſari obſtrictus, per omnem vitam in aulicis muneribus perſtitit, ac legationes in ſe varias & periculoſas ſuſcepit.

Eques auratus creatur 1514.

In conſil. adoptatur.

Anno enim *decimo ſexto*, ad *Chriſtiernum* Daniæ regem, cui Cæſaris e filia neptis *Eliſabetha* nupta erat, orator Cæſaris profectus, violatæ conjugalis fidei eum admonuit: graviterque ad reſipiſcentiam eſt cohortatus. Iſto in itinere adiit & *Albertum* marchionem *Brandeburgicum*, Archiepiſcopum *Moguntinum*, *Fridericum* Saxoniæ, *Joachimum* Brandeburgicum electores, *Henricum* item & *Albertum* Megapolenſes Duces. Eodem anno ad *Helvetios*, gentem nobilitati infeſtam, ter Cæſaris legatus profectus eſt.

Legatus ad Daniæ regem 1516

Et Principes Imperii

Item ad Helvetios.

Cumque anno præcedenti *decimo quinto*, *Viennæ* Auſtriæ conveniſſent *Maximilianus* Cæſar, *Vladislaus* & ejus filius *Ludovicus*, Ungariæ & Boemiæ, ac *Sigiſmundus* Poloniæ reges, mutuamque amicitiam matrimoniis filiorum ac nepotum inter ſe ſanxiſſent: Cæſarque Oratores ad *Baſilium* Moſcorum Ducem ſe miſſurum promiſiſſet, pacis inter Polonum & Moſchum conſtituendæ cauſa *Herberſtenio*, non ita pridem e Dania reverſo, id onus ac munus eſt demandatum.

Convent. Cæſar. & Regum 1515.

Ea in legatione primum per Poloniam ad regem *Sigiſmundum*, *Vilnæ* Lithvaniæ metropoli

Vilnam ad regem Polon. venit. 1517.

tropoli tunc agentem venit, à quo, ut ipſe * commemorat, honorificentiſſimè fuit tractatus. Ante urbem enim viri inſignes eum fuere præſtolati, ipſe in vehiculo, ſtragulis ex auro ſericoque contextis tecto, miniſtris regis latus utrumque, perinde ac ſi rex adeſſet, claudentibus, in hoſpitium ductus, à *Petro Tomitzkio* procancellario ſalutatus, & ad regem multis proceribus præſentibus admiſſus fuit. Ibi inter alia matrimonium inter ipſum regem, & * *Bonam Joannis Galeacii Sfortiæ* Ducis *Mediolani*, filiam, Cæſare promovente, ipſo nuncio contractum fuit & concluſum. Qua pro opera *mille* ipſi *floreni* à matre reginæ *Bonæ* promiſſi, ac poſtea ab ipſo rege liberaliter numerati fuerunt.

* Comment. rer. Moſcovit. p. 344.

Petr. Tomitzkius.

Bona Sfortia.

* Quæ regi adducta An. 1518. d. 6. Dec.

Inde è *Lithvania* per nives & glaciem, per plurimos lacus, crebras paludes, immenſæque longitudinis ſylvas, ad Ruſſorum Ducem profectus, *Moſcoviam*, regionis metropolin menſe Aprili pervenit, ubi de more gentis exceptus, cum Duce illo de induciis cum rege Poloniæ ineundis egit. Dimiſſus ab eo, ac veſte gemina talari, pellibus Zebelinis ſuffulta donatus, ſimul ac rediit, in *Ungariam* Orator ire juſſus eſt ad *Ludovicum* regem, eique ne quenquam gubernatorem admitteret, ſuadere. Ibi conſcenſo curru Pannonico, qui trigis celerrimè volavit, paucis horis *triginta duo milliaria* eſt emenſus.

Moſcoviam urbem ingreditur.

In Ungariam mittitur 1518.

Negotio eo confecto ad Imperatorem reverſus eſt, qui paucis diebus poſt, *duodecimo* Januarii, anni *decimi noni*, placidè exſpiravit. Funus ejus ipſe ſuis humeris cum aliis bajulis in templum * detulit, ac eodem anno à *Styriæ* ordinibus in Hiſpaniam Velutum, ad *Carolum* regem, tunc electum Romanorum Imperatorem, miſſus fuit, qui non ſolum clementer eum audivit, ſed & cum eximii favoris ſignificatione

Maximilianus I. Cæſar moritur.

* d. 16. Januarii 1519

In Hiſpaniam mittitur.

Reddidit hunc merito regali veſte ſuperbum,
Vellera contribuens, qualia Seres habent.

Anno deinde *viceſimo primo*, cùm *Carolus V.* Cæſar comitia prima *Wormatiæ* celebraret, Herberſteinium hunc in decuriam Cameræ, ut vocant, Imperialis adſcivit, ac mox conſiliarium etiam *Styriæ* renuntiavit. Sequenti anno conventum ordines Imperii *Norimbergæ* egerunt, in * quo de bello Turcico, & negotio religionis fuit deliberatum. Ad eum & ipſe ablegatus, *Ferdinandi* Archi-Ducis, Principis ſui locum ſolenni in conſeſſu tenuit.

Comitia prima Caroli 1521.

Conſiliar. Cameræ & Styriæ deſignatur Herberſt.

* V. Sleid. l. 3. comment.

Ad Norinberg. convent. mittitur 1522.

Ab eodem anno *viceſimo tertio*, in adminiſtrationem *Auſtriaci* regiminis receptus, poſt uxorem duxit, cum annos *triginta ſeptem* haberet. Magnis deinde itineribus ad Electorem *Moguntinum*, & ad *Saxonem* Halam contendit.

In adminiſtr. Auſtriaci regim. recipitur 1523.

Interea *Moſcus* ſuos miſerat oratores ad *Carolum*, qui fœdus cum *Maximiliano I.* initum denuò confirmarent. Ibi *Carolus* Moſco gratificaturus, negocium *Ferdinando* fratri dedit, *Ludovicum*, Ungariæ regem monendi, quo is apud *Sigiſmundum* Poloniæ

regem, patruum ſuum tantum obtin
ad æquas vel pacis, vel induciarum
tiones cum Moſco deſcenderet. *Vi*
que Auſtriæ *Leonardus* Comes *N*
nomine *Caroli V.* Imperatoris, *Fe*
autem hic baro Herberſteinius ad *Lu*
regem Budam properarunt, ibique
mandatis, negotiisque ex ſententia c
Viennam reverſi, mox cum Moſci
bus, qui tum ex Hiſpaniis à Cæſar
rant, in *Poloniam* contenderunt, & e
Moſcoviam. Ubi impetratis confirm
induciis cum Polono, menſe Noven
ſine donis dimiſſi, ipſe per Poloni
dem *Pragam* pervenit, ubi ſuum pri
jam Boëmorum regem electum, & a
nationem vocatum reperit, cui & i
ſima quarta Februarii interfuit. Ibi
vus benignè legatum ſuum excepit,
geſſerat, grata ac rata habuit.

Eodem quò è Moſcovia redierat
ærarii ſeu cameræ inferiorum *Auſt*
vinciarum curam & præfecturam eſt
cui muneri cum fide & induſtria
Anno deinde *trigeſimo ſecundo*, cu
expeditionem in *Ungariam* ſuſcepiſſ
nam, ut optabat, tandem expugnatu
audito *Caroli* adventu, non exſpec
ſibi ratus, ad ſuos rediret: Herbe
cum aliis equitibus expeditis, Duc
Cacianero extremum *Solymanni* fugie
men inſecutus cæde affecit. Hoc
in toga & in ſago probatus meruit,
regio in *Auſtria* fuerit præfectus.
cum anno *quadrageſimo primo* iteru
carum tyrannus in *Ungariam* cum
veniſſet, magnamq; ſtragem edidiſſ
berſteinius cum *Nicolao* Comite *Sa*
caſtra tyranni, ad veterem Budam, m
Excepti fuerunt uterque honorificè
manno, toti tunc *Ungariæ* inhianti,
donis dimiſſi. Poſtea anno *quadrage*
tio, menſe Majo, primogenitam *Fe*
regis filiam *Eliſabetham*, puellam ſcit
Sigiſmundo Auguſto, Poloniæ regi, p
& aulæ magiſter adduxit. Idem bienn
cum *Joanne Lango*, Sileſio JC. & ora
gio, dotem *centum millium* aureorun
ricorum, nomine *Ferdinandi*, *Craco*
ginæ abſenti numeravit. Sed eo ip
regina illa, menſe Junio, exſtincta
to abſque prole, nec ſine ſuſpicion
maci, ætatis anno *decimo octavo*.

Ivit deinde iterum iterumque
J. Lango in Poloniam, ut anno *quin*
mo Petricoviam, ubi comitia rex ag
anno *quinquageſimo ſecundo* iterum a
tia eodem in oppido indicta. Ibi pu
Polonorum conventu, regis ſui nom
giſmundum & regni ordines hortatus
bellum adverſus Turcam ſuſciperet.
data à plerisque tunc eſt oratio,
communis periculi approbata, ſed ni
plius.

Anno *quinquageſimo tertio*, cum
Poloniæ regem ſuum ſine uxore eſſe

nſata eſt ipſi *Catharina*, *Ferdinandi* fi-
oris conjugis germana, *Franciſci* Man-
ucis vidua, ex diſpenſatione Pontifi-
lanc itidem Herberſteinius aulæ magi-
racoviam deduxit, ubi menſe Julio
cum pompa nuptiæ celebratæ. Et
ona illa, Poloniæ regina vidua, in Ita-
aletudinis cauſa itura, *Viennam* appu-
Ferdinandus eam honorificentiſſimè
, Herberſteinii uſus miniſterio.
n ergo ita operam egregiam tribus
bus navaſſet, fidemque abunde pro-
multis gravibus & honorificis lega-
is dextrè feliciterque functus, variis
quis, & periculoſis itineribus terra ma-
uperatis, magna Europæ, & Aſiæ et-
rte perluſtrata, fidei, conſtantiæ, vir-
meritorum ergo equeſtri torque in-
, ac *Baro primus* ſuæ familiæ declara-
t, tandem immunitate & rude eſt do-
nnum ætatis aſſecutus *ſeptuageſimum*

lis ad Moſcum legationibus * juſſu
ndi principis ſui, diligenter tam ra-
fidei, quàm ceremonias, & totam
um religionem, item ritus, quos & in
in profanis rebus ſolent obſervare,
it. Et occaſione hac illos *rerum*
iticarum commentarios primus con-
qui multis Geographiæ, atque in-
Sarmatiæ ac *Scythiæ*, tum *Europææ*,
aticæ partibus lucem attulerunt.
a præterea alia annotavit, quæ vel
it, vel à fide dignis accepit. De *Ta-*
ii ortu hoc * ſcribit: *Tanais fluvius*
mus, qui Europam ab Aſia diſtermi-
fermè à Tulla in meridiem milliari-
nihil in orientem deflectendo, oritur
Riphæis montibus, ut quidam prodi-
d ex Ivuanovuoſero, hoc eſt, *Joannis*
enti. Narratum præterea ſibi * ait,
in quadam inſula ſemen, melonum
paulò majus & rotundius, alioqui
ſimile, ex quo in terram condito,
agno perſimile, quinque palmarum
e, ſuccreſcat, quod *Boranetz*, quaſi
n dicas, vocetur. Habere caput, o-
aures, & reliqua omnia inſtar agni
diti, ſanguinem etiam, ſed carnem
niſi quiddam cancrorum carni ſimi-
las non carneas, ſed pilis quibuſdam
rnu veſtitas: radicem ad umbilicum
ris medium eſſe. Vivere autem, do-
aſtis circum ſe herbis, radix ipſa in-
uli areſcat. Miram ejus dulcedinem
b eam à lupis & aliis rapacibus ani-
appeti. De gente autem *Moſcorum*
, *magis ſervitute eam, quam libertate*
& inprimis mulierum apud eos con-
eſſe miſerrimam, quæ *verbera pro*
oris habeant. Dici autem non pot-
tum moleſtiarum, laborum, & peri-
, illis in itineribus exantlarit cum
r & ſuper lacus ac paludes * innu-
s nive & glacie labeſcentes fuit eun-
n ſub dio dormiendum, jam in nivi-

bus & frigore cænandum. Aliquando certè parum abfuit, quin naſum amiſiſſet, niſi maturè à ſuo *Priſtavo*, vel deductore, monitus fuiſſet, ut jam frigore emortuum, in diverſorio nive fricaret. *Intenſiſſimum frigus.*

Literas autem & doctrinam quanti fecerit, vel ex hoc æſtimari poteſt. In tabellis functionum ſuarum ſeriem, ſucceſſum, habitum, ut firmius recordaretur, depingenda curaverat. *Literas & literatos æſtimat.* Eas picturas cum ſenex cuidam vel amico vel hoſpiti monſtraret, eam, quæ omnium prima erat, quomodo nempe in Viennenſi Academia baccalaurei titulum ſuſcepiſſet, præ cæteris plurimi fecit, quod ingenii viribus, tanquam caſtrenſe bonum, conciliata eſſet, cum reliquæ vel generis ſplendori, vel principum gratiæ debitæ, illi veluti baſi innicerentur, adeoque ut *Themiſtocles* de die feſto & profeſto dicebat, *niſi profeſtus fuiſſet, feſtus non eſſet*, ſic ipſe, *niſi literarum*, inquit, *cultura præſtitiſſem aliis, ne dignitate quidem, niſi præter meritum, excelluiſſem.* *Picturæ dignitatum Herberſteinii.* *Zuinger in Theatro.* In Germanica Moſcoviæ * hiſtoria occurrit ea imago prima, cum tali inſcriptione: Die erſte Würde von Lernung wegen empfangen / die durch Unverſtändige mir zu Spott / mit dem Namen Doctor / fürgeworffen / deß Namen ich nie würdig / aber wohl begierig zu haben / geweſt: hoc eſt, *Hæc prima eſt mea dignitas ex ſtudiis parta, quam imperiti & inſipidi quidam Doctoris nomine mihi exprobrarunt, quo ego nunquam fui dignus, licet, ut eſſem, ſæpe optarim.* ** Viennæ An. 1557. edita.* Interrogatus in Ungaria aliquando, *quamnam earum, quas adiiſſet, regionum optimam duceret?* reſpondit: *equidem in Ungaria, Italia, Gallia, & Hiſpania inveni potentiam, auri, argenti & rerum neceſſariarum copiam, artes ac ſapientiam, cum immunitatibus & libertatibus multis: in Polonia, Lithvania, & Moſcovia contra paupertatem, ſervitia & onera gravia; ſed in Germania omnium illarum rerum aliquid, ſapientiæ, potentiæ, opulentiæ & reliquarum, & mediocritatem hanc eligendam puto.* *Optima regio quæ.*

Tum audientes hoc in cachinnos ſoluti dixerunt: *Hic enimverò ſuum cuiq; tribuit, ſibi quod eſt optimum reſervat.*

Præter hactenus autem enumeratas legationes, & alias obivit, ad *Papam*, ad *Venetos*, alios: quod & inſignia ejus innuunt, & ex hiſce *J. Ludovici Braſſicani* carminibus colligas, in quibus ipſe Herberſteinius ita de ſe: *Ad Papam item & Venet. legatus.*

Præterea decimum Romana in ſede Leonem
Conſpexi: Veneti Dux Lauredane Senatus
Cognite porrò mihi es, notiq; fuêre dynaſtæ
Imperii plures, quos hic numerare moleſtum eſt.

In legatione Ungarica, ſcribit ſe ex faſtu ac luxu Prælatorum magnarumque regni, contemtuque regis, cum dolore proſpexiſſe, fatum illi regno imminere. *Prævidet fatum Vngariæ.*

Signa Imperii ruituri.

Ruinam enim plerunque antecedunt ὕβρεις ἀνθρώπου, καὶ νόμων καὶ δίκης αἰσχρὰ καταφρόνησις. Et ſapiens inquit: *ante ruinam alti ſunt ſpiritus.*

Prov. 16. v. 18.

Scripta.

Poſteritati, uti diximus, elaboravit Latinè & Germanicè *hiſtoriam Moſcoviticam*, ſeu *commentarios de Moſcovitarum imperio, religione, moribus, legibus, omniq; vita*: quibus effecit, ut natio remotiſſima noſtratibus quoque ſuperiori ſeculo innotuerit. Prodierunt etiam *picturæ* variæ; *quæ ipſum* varias legationes obeuntem *exprimunt*, *eo* nempe *veſtitu, quo vel à Cæſare, vel Turca, vel Moſco donatus fuit.*

Epigrammata in eum.

Exſtant in eum & doctorum virorum carmina ac elogia, de quibus hæc addimus:

JOANNIS ROSINI.

ITALA me primùm tellus ſub flore juventæ
Aurata patriæ donatum torque remiſit.
Maximus Æmilius Cæſar virtute fideq;
Fortè mea adductus, Patrum me protinus aulæ
Conſilio adſcripſit. Requies hinc nulla laborum
Facta mihi: magnis de rebus juſſa peregi.
Fœderibus junxi reges, paciſque tuendæ
Accendi ſtudio, latè quà Rhenus inundat,
Danubiusque pater, vagus Albis, & Iſtula, quaque
Dura Boryſthenides colit impiger arva colonus,
Et gelido manat Tanais de fonte nivoſus,
Rha leni placidas quaque agmine lambit arenas,
Navigiis penetrans luſtravi cæca Rubonis,
Crononisque fluenta, & inhoſpita teſqua peragrans
Legatus mandata tuli, regumque ſuperbas
Acceſſi ſedes, gemino ſubjecta Trioni
Balthea tranavi freta, magni regia noſtræ
Danorum domini lætata ſalutis honore.
Queis geſtis rebus, me Cymbrica Cherſoneſus
Excipit, & patriæ reddit, chariſque propinquis.
Poſt ubi mortalis defuncto munere vitæ
Carolus acer avo ſucceſſerat: hunc quoque dulcis
Impulſus patriæ precibus, de more ſalutans,
Indomitos adii populos & ditia regna
Heſperiæ, reducem dein Ferdinandus ab aula
Conſiliis ſtatuit, latè quo regna tenente,
Arctoos iterum reges populosque reviſi.
Hinc mihi pro meritis, ſeriſque nepotibus auctum
Libertate decus, quod nulla aboleverit ætas.
Aſt poſtquam invaſit Solymannus mœnia Budæ,
Accenſum furiis, vim perniciemque minantem
Pannoniæ, orator compreſſi, diraque retrò
A noſtris ſuaſi jugulis avertere tela.
His nunc defunctus curis, poſt fat
Sopitus placida, juſti dum buccina
Judicis excutiat, dormiſcam. Vive
Exemploq; meo patriæ ſervire mem

JOANN. LANGI.

Armis Tydiden, legati munere Vl
Cordatisque bonum Neſtora con
Heroas inter, Trojani tempore belli
Præcipuos habuit Græcia culta
At Sigiſmundus noſtro Herberſteini
Unus Cæſaribus præſtitit iſta tr
Auſtria continua ſerie quos protuli
Principibus felix Auſtria noſtr
Æmiliis, Carolis, Ferdinandisque
(Non bene verſicul9 nomina tant
His Sigiſmundus curamq; fidemq; p
Armis, legati munere, conſiliis
Reſtat jam regum regis ut ſigna ſe
Militiæque ferat præmia digna
Unus qui noſter Tydides, noſter V
Nelides noſter triplice laude fui

GEORGI LOGI.

Sigiſmundum varias mundi rapuere p
Terra, rates, undæ, nix, traha, equi.

Tandem de Herberſteinio barone ex*met commentariis rerum Moſcoviti*
M. S *collectaneis* M. *Laubani*: *Ch*
Saxonia: & *bibliothe*-
cis.

NICOLAUS GERBELI

Nicolaus Gerbelius patriam cum *Capnione* habuit communem, *heimium* oppidum ſupra *Spiram* i ſylvæ Martianæ ſitum, quod vetuſta navit *Portam Harciniæ.* Hic cum n gari eſſet ingenii felicitate, ad ingenu aum humaniorum ſtudia animum atque primis in patria rudimentis pe ad publicarum ſcholarum auditoria In iis Græcæ juxtà & Latinæ linguæ dedit ſedulam, uſumque earum ſibi rem reddidit. Cum autem linguæ ſubliniores ſcientias addiſcantur: Ge ad ſanctarum legum ſtudium eas ſib vire voluit, tantumque in Juris ſcie miniculo illo profecit, ut non ſolùm bus ornatus fuerit Academicis, ſed & ſimis ſuæ ætatis jureconſultis annum

Primum juris ſcientiam *Viennæ* in profeſſus ſumma ſtudiorum conſenſio *Joanne Cuſpiano*, viro ſua ætate docti vixit. Inde *Argentoratum* evocatus literas promovit, cunctis gratiſſimus ramque dedit collegio in illâ urbe ſa tum primario. Hiſtoriarum lectione d tus, antiquorum & recentum populor geſtas explicavit, atque hactenus abſt lucem adſpectumque produxit. Itaq *ſpiani Chronica* de Cæſaribus emenda que ejusdem Conſules illuſtravit. E operam quoque in *Arriani hiſtoria Gr* rebus geſtis Alexandri præſtitit. Scripſi

gen in tabulam Græciæ Nicolai So-
no *milleſimo, quingenteſimo, quadra-*
into, quam poſtea ita recognovit, &
n ſeptem libros excreverit, quibus,
in totâ Græciâ memorabile & præ-
gnum cognitu apud optimos quoſ-
ores exſtat, velut uno faſce, comple-
cripſit etiam librum de *Anabaptiſta-*
& progreſſu, qui citatur ab *Hedione*
nomenis Chronicorum abbatis Urſper-
itam quoque *Cuſpiani* & utriusque
ſcripſit,
deſiit vir optimus & pariter doctri-
vitate morum excellens, valde ſenex
dum decrepitus, anno eo, qui ma-
anchthoni fatalis, die *viceſimo*

de hoc quod reticendum non pu-
Cum eſſet vir ipſe probitate, inno-
ſtudio religioſæ pietatis eximius,
mine ab omnibus prædicaretur,
n libello præceptorum Rhetorico-
onens exemplum actionis capitalis,
rbelium tanquam ſacrilegii reum
m introduxit, & ab accuſatore per-
Quod factum, ut auctor affirmabat,
ratè & temerè (etſi non eſt iſta in
Rhetorices bella defenſio) & opti-
e innocentiſſimus vir Gerbelius &
viter, quemadmodum par erat, &
iniquè tulerunt. De injuriâ igitur
e ad Melanchthonem querelas illi
t, cui ſcriptor ille notus, & ſignifi-
quibus modis poſſent pro famâ &
nominis Gerbeliani propugnaturos,
eliam ab ipſo propulſaturos vindi-
ie. Ea res cum & Melanchthoni &
nnibus magnum dolorem afferret,
que vel exempli causâ animadver-
eſſet tamen auctor libri is, in cujus
tiam aliorum reſpectus verteretur:
honis autem animus ad pacem &
m, ut alias ſemper, inclinaretur,
eſt negotium illud his ferè condi-
ranſactum, *ut criminis infamia ante*
noveretur, & nomina temeraria, ut
tur, *incuria falsò inculcata, ſtatim*
tur, & ipſe auctor peculiari ſcripto
njuriam, eamque à læſo deprecare-
næc & alia perverſa accidere neceſſe
finitâ ſcribendi edendique ſcripta
evitate ambitionis, & famam do-
fectantium inſanis cupiditatibus.
3. Proſopr. Thuan. l. 27. hiſt. Camer.
elanchthonis.

RGIUS COMMERSTA-
DIUS.

us Commerſtadius in Miſniâ natus
anno Chriſti milleſimo, quadrin-
, nonageſimo octavo, die viceſi-
o Martii hora 11. min. 12. Pater ei
ricus vir præſtans, mater *Anna*
z ex antiquâ familiâ & nobili in
ta, quemadmodum monumentum,
ex marmore Miſenæ in templo Parochiali
poſitum etiamnum teſtatur.

Ab organicis diſciplinis ſic ſatis inſtructus, ad juriſprudentiam ſe tranſtulit, in quâ Licentiæ titulo ornatus, *Cygneæ* & Syndicus & Conſul fuit inſignis. Inde doctoratum petiit, inque aulam adſcitus primo *Georgii* & *Henrici*, fratrum Saxoniæ principum, deinde *Mauritii* & *Auguſti*, Saxoniæ Electorum conſiliarium egit annos complures, ut fidelem, ita non inhonorum.

Agit Zuiccaviæ Syndicum & Conſulem. In aulam adſciſcitur

Immoritur laboribus & curis Reip. anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo*, in arce ſuâ Kalkraut / Agricolæ *Calcardum* dicitur, & *Reinersdorffii* in templo ſepelitur.

Moritur.

Hic vir Deo inprimis adſpirante, virtute comite, feliciter & ſe & familiam ſuam in ampliſſimo dignitatis gradu locavit. Commendatur autem inprimis ejus in actionibus civilibus dexteritas, facundia ſuavis, prudentia inſignis, memoria rara, quæ tanta in ipſo fuit, ſæpè ut, ſi res ita tempusque poſtularent, non præmeditatus de graviſſimis negotiis coram ſummis principibus peroraret, & diſertè reſponderit. Humanitas verò erga omnes ſummos, medioximos, & imos; prolixus erga literas & literatos animus, tum ab aliis, tum à *Georgio Agricolâ* dilaudatur, qui & libros *de precio metallorum & monetis, de veteribus item ac novis metallis* ei dedicavit, ubi quid ipſo auctore inclytus Saxoniæ Elector *Mauritius* tum in Academiam Lipſienſem, tum in ludos illuſtres *Miſnenſem* ad Albim, *Grimmenſem* ad Muldam, *Portenſem* ad Salam contulerit, exponitur. Quo nomine idem Commerſtadius præfatione in Proclum commendatur.

Felicitas ejus & virtutes.

Amat literas & literatos.

Largitus huic viro fuit Deus magnam copiam bonorum, animi, corporis, & fortunæ. Nam primo ornatus fuit his virtutibus, prudentia, juſtitia, fide, & bonis ac ingenuis artibus præditus. Deinde figurâ & ſtaturâ corporis inſigni, tum ex bonis prognatus. Talem cum ipſum eſſe virum cernerent Imperator *Carolus V.* & *Ferdinandus* rex potentiſſimi fratres, nobilitatem ejus ſuis etiam literis confirmarunt. Poſſedit ruſticos aliquot vicos fructuoſos, & Calcardum prædium, bellè à ſe ædificatum. *Georgius Fabricius* Chemnicenſis Poëta & Philologus celebris, proponit ipſum quaſi *exemplum humanæ felicitatis*, dum ita de eo, *excellente dignitate tota vita præditus, & Ducum Saxoniæ quatuor conſiliarius; fortunæ inter homines felicis exemplum.* Ex familiâ ipſius celebratur etiam Doctor *Hieronymus Commerſtadius*, fratris Joannis filius, Canonicus Miſenæ & Merſburgi, cui inſcripta *Procli Metaphraſis* in quadripartitum Ptolemæi, quam ex Bibliothecâ Moguntinâ erutam typis exſcribendam curavit. Fuiſſe ipſum charum etiam Melanchthoni, magnique ab eo factum, epiſtolæ in publicum editæ teſtantur. *Petr. Albin. in Chronic. Miſniæ tit. 25. Georg. Agricola, epiſt. Melanchthonis.*

Bona animi.

Corporis. Fortunæ.

G. Fabricii de eo elogium.

Hieronymus Commerſtad.

Charus Melancht.

FRANCISCUS BURCARDUS.

☉ 1560. d. 15. Ian. ætat. 56.

Patria Burcardi.

VInariæ in Thuringiâ honeſto loco editus eſt *Franciſcus Burcardus*, ſub annum Chriſti *milleſimum*, *quingenteſimum*, *quartum*, atque à teneris in ſcholis educatus, ſub *Melanchthonis* inprimis diſciplinâ plurimum profecit.

Eruditur à Melanchthone.

Itaque cum & à linguis & reliquis artibus egregiè eſſet inſtructus, demandata eſt ei provincia docendi literas Græcas in Academia Wittembergenſi, ubi vixit in ſuaviſſimâ & honoratiſſimâ conſuetudine atque amicitiâ cum præcipuis viris, inprimis Luthero & Melanchthone, & propter virtutem, doctrinam, ingenii præſtantiam, facundiam ſingularem, & cultiſſimos mores in magnâ exiſtimatione fuit apud omnes.

Docet Wittemb.

Poſtea cùm is eſſe animadverteretur; qui Reip. in negotiosâ vitâ utiliter & ſpeciosè inſervire poſſet, à principe ſuo in aulam eſt translatus, ubi cùm aliis multis, tum legationibus ad reges & principes obeundis, Reipubl. operam præſtitit præclarum. Nam cum *Henricus* VIII. Angliæ rex, principis Clivenſis *Guilielmi* ſororem *Annam* in matrimonium petiiſſet, jamque trajectura in Angliam * ſponſa eſſet, Saxo, qui ſponſæ ſororem in matrimonio habebat *Burcardum* hunc & *Joannem Dulcium* in magnam *Britanniam* miſit, ut regiis nuptiis ſuo nomine adeſſent ſimulque religionis ſtatum cognoſcerent. Factum id anno, ſupra *milleſimum*, *quingenteſimum*, *undequadrageſimo* Novembri menſe. Anno quadrageſimo redux, *Smalcaldiam*, ubi conventus tunc Proteſtantium agebatur, cum *Dulcio* venit, atque de ſtatu religionis per Angliam retulit, inter alia & hoc: *regem mirari, cur Proteſtantes religionis tantum nomine ſint confœderati, cum futurum ſit, ut bellum longè alio titulo ipſis inferatur: Theologos autem noſtrates non rectè ſentire, de conjugio ſacerdotum, de cœna Domini utraq́ ſpecie, & de miſſa privata, & ſupra his petere ut erudiatur.*

In aulam vocatur.

Mittitur in Britanniam.

** Quam paulo poſt rex repudiavit.*

Reverſus inde quæ narravit 1540.

Sleidan. l. 12. comment.

Secutus eſt annô *quadrageſimo primo* conventus Ratisbonenſis, ubi cum colloquium inter partes diſſidentes inſtitutum eſſet, Burcardum Cæſar cum aliis teſtimonii cauſa voluit adeſſe. Deinde anno *quadrageſimo tertio*, cum ſub exitum Julii ad conventum Cæſar Spiram veniſſet, ad eum & Burcardus cum aliis miſſus eſt, ibi quid effectum ſit, narrant annales.

Conventus Ratisbon. 1545. In eo Burcardus.

Spiram ad Cæſarem miſſus 1543.

Sleidan. l. 15.

Anno deinde *milleſimo*, *quingenteſimo*, *ſexageſimo*, cum ex poſtremâ legatione Anglica, quam ad *Eliſabetham* virginem, nuper regio ſolio potitam, *Joannis Friderici* medii, Ducis Saxoniæ juſſu ſuſceperat, domum rediiſſet, in μάϱασμον lethalem incidit, quâ tandem anno ætatis *quinquageſimo ſexto*, exſtinctus eſt, die *decimo quinto* Januarii, diebus *ſexaginta quatuor* ante obitum Melanchthonis Præceptoris & amici ſui. In ejus obitum eſt hoc *Joannis Stigelii* epigramma:

Iterum in Angliam 1559.

Inde reverſus morbo corripitur & exſtinguitur.

Tu quoq́ præclarè meritus, Franciſc[…]
Digne inter magnos nomen haber[…]
Mite tibi ingenium, promtumq́ & […]
felix,
Civili poterant quæ ratione geri[…]
A pueris Muſas dulces ſectatus, & […]
A veris poteras nomen habere b[…]
Dum ſtudia Aonium manſueta pro[…]
Albim;
Et colis & lingua doctus utraq́ […]
Sed tua ſplendentem te ſors tranſ[…]
aulam,
Eſſet ut officii publica cauſa tui.
Dum regis hic doctis diverſa negotia[…]
Et patriam ſtudio conſiliisq́ juv[…]
Dum peragras urbes, conventus, a[…]
gum,
Eſt tua Saxoniæ cura probata D[…]
Cura, boni atq́ æqui, paciſq́ mini[…]
gata,
Et puræ pariter relligionis aman[…]
Tandem onus excipiens ſenii, feſſusq́ […]
In gremium Chriſti, nos redimen[…]
Hunc moriens precibus, fideiq́ ardore […]
Hic datus eſt vitæ portus & au[…]

Et hoc Matthæi Weſenbecii[…]

Tu patriam repetens, hic nos Franc[…]
linquis,
Vivere ter Pylii ſecula digne ſeni[…]
Qui licet abs annis fractus multoq́ […]
Impleſti vitæ quæ data fata tua […]
Attamen eſt cunctis tua mors lacrym[…]
atque
Viſa nimis celeri deproperare gra[…]
Nam tua, quæ virtus, & rebus nata g[…]
Mens fuit & variis lingua diſerta […]
Cujus vim proceres, & opem Ger[…]
ſenſit,
Sæpe patrocinio fortiter uſa tuo:
Dignus eras Phariæ volucris juven[…]
ritu;
Et nunquam extremo claudere f[…]
Scilicet omne bonum mors & cita te[…]
carpunt:
Quod natum eſt, legem hanc, ut […]
tur, habet.
At licet eripiunt te fata immitia no[…]
Semper fata bonis inſidioſa viris:
Tu tamen in vitâ nunc es meliore ſupe[…]
In te mors potuit juris habere nih[…]
Nam tua te pietas ſuper altum vexit […]
pum;
Hîc ubi cum Chriſto tempora læ[…]
his.
Nec minus in terris vivet tua fama […]
ſtes;
Donec erit Phœbus; Cynthia do[…]
erit.
Sic demum rectè & benè vivitur, hu[…]
beatum
Poſt obitum & cineres, dicere jure q[…]
Qui terris linquit ſanctum & memo[…]
nomen:
Æterno vivit ſed ſuper aſtra DEO […]

Re[…]

hic vir non tantum ſuis, inter quos
Matthæus Weſenbecius, ſed omnibus
patriæ amantibus, grave ſui deſide-
: verò id immeritò. Graviſſimas enim
one deliberationes, magnasq; impe-
ampliſſimis principum comitiis, in-
nper animo, majore prudentiâ, &
atque admirabili orationis ubertate
feliciter ſæpè gubernavit. Tantaque
virtus & in omni actione moderata
ta rerum tractandarum dexteritas, ut
lò ſuos apud Principes gratiâ flore-
ummis etiam ſuæ memoriæ monar-
rolo V. hujusque fratri ac ſucceſſori
do Imperatoribus, *Franciſco* item &
Galliæ regibus gratus eſſet, atq; acce-
Henrico quidem VIII. rege Angliæ
è habitus, ut neminem externorum
re colloquium admitteret ille luben-
taque de hujus viri admonitu in re-
cum emendaret, tum moderaretur.
etiam in cauſis, quæ parum gratæ ad
gias caſuræ videbantur, ut de conju-
dotibus concedendo, purpuratos
hoc interceſſore non ſemel eſſe uſos.
παῤῥησία eo minus offendebatur ſa-
eruditus princeps, quod illam ab a-
itiæ & veritatis proficiſci, incredibi-
dam modeſtiâ dilutam animadver-
que diſcedentem amplis ſemper mu-
c diplomatis honeſtare eſt ſolitus,
tiam dignitatis & fortunæ adjecturus
ta, ſi vir moderatiſſimi animi, & ab
bitionis atque avaritiæ ſuſpicione
ius, uti iisdem voluiſſet. Sed ipſe
fortuna contentus, ſuoque uſus con-
dem vitæ tenorem perpetuò ſerva-
procuranda Ducum ſuorum diœceſi,
mâ atque exiſtimatione, ſummaque
omnium gratiâ conſenuit.
ius in vita privata fuit domi, quàm
n conſilio foris. Nam eodem ſeveri-
itatisq; temperamento, ut comunes,
as actiones diſpenſabat. Ac velut pa-
a ſentire, dicere, & facere conſuevit,
lutem Reip. & ordinum concordiam
nt, μάχας κωλύων λόγῳ, ita domi
erat maritus, pater blandus, herus
ietatisque magis, quàm aſperitatis
reverendus, conviva & convivator
vis, ac frugi admodum, & ad mi-
usque perpetua ſibi ſobrietate con-
a bonitate, id erat conſecutus, ut fa-
s quandam eccleſiæ aut Academiæ
itutæ faciem repræſentaret.
micis tam benevolè atque officioſè
ut nihil eo fingi poſſit humanius,
grius. Plurimum autem eruditorum
line ac literatarum fabularum, quaſi
natione, delectabatur, nec ulla de re
, quàm aut de ambiguis religionis
ticulis, aut de perpetua eccleſiæ
ut de monarchiis, converſioneque
m fatali, aut de heroicis inſignium
factis atque fatis diſſerebat. Quo
non tantum hiſtoriarum cognitio

rerumque uſus maximarum, verùm & pietas
ejus ac prudentia, rectitudo item judicii, &
integritas animi, facilè elucebant. Ac ſæpè
dicere auditus eſt, cum quereretur de injuſtis
quorundam odiis, ac violentis machinatio-
nibus, quibus afferri bonis conſiliis vis poſſe
aliqua credebatur, *ſe mortem malle oppetere,* *Conſtantia.*
& extrema quæq; perpeti, quam vel latum
unguem ab honeſta ſententia diſcedere.

Inprimis autem cum Melanchthone ami- *Amicitia cum Melanchth.*
citia ei interceſſit intima, id quod tum epi-
ſtolæ ad ipſum, tum hæc Melanchthonis * *L. 1 epiſt. p. 420.*
verba docent: *Quoties in curiam ingrederis,*
& in illum conſeſſum, qui ſacer eſſe dicitur,
ubi de rebus ſummis deliberationes habentur,
conſidera, quàm multos numerare poſſis, qui
non ſint hoſtili erga te animo. Et hæc: *Spero*
te ad omnes vitæ partes inſtructiorem eſſe fa-
ctum noſtris ſermonibus, quod non ſolùm veras
de religione, deq; artibus opiniones indueris,
ſed etiam quaſi formam & ædificium Reip. me
monſtrante contemplatus ſis. Cæterum per-
petuæ ejus & naturalis cujusdam bonitatis,
nullum illuſtrius extat documentum, quam
illud in poſtremo vitæ actu laudabiliter ma-
gnaque animi conſtantia & pietate conſti-
tutum.

Cum enim longo & difficili cum morbo
conflictaretur, nullum tamen voce geſtuve
intolerantiæ præ ſe tulit indicium, creberrimè
in acri dolorum morſu iſta ingeminans: *Non*
reputo pares afflictiones præſentis temporis ad
futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.
Item: *Fidelis eſt Dominus, qui non ſinet vos*
tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed dabit cum
tentatione eventum, ut ſufferre poſſitis. Ac ex
Pſalmis: *Etiamſi ambulavero in valle umbræ*
mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum
es, virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata
ſunt. Item, *Cum contabeſcunt cor meum, &*
caro mea, tu Deus es Petra cordis mei, &
pars hæreditatis meæ. Edidit etiam confeſſio- *Confeſſio.*
nem de ſingulis religionis articulis, coram
paſtore ſacram εὐχαριςίαν adminiſtraturo,
qlenam ſanæ pietatis & fidei, ſcriptisque
Propheticis, & Apoſtolicis ac ſymbolis or-
thodoxæ eccleſiæ conſentaneam. Ac de-
cumbens de rebus domeſticis prorſus nihil
fuit ſolicitus, tantùm curâ eccleſiæ & reipu- *Cura ejus unica.*
blicæ angebatur: ardentiſſimisque precibus
per omne morbi tempus, à DEO petiit, ut
propter gloriam nominis ſui, vulnera eccle-
ſiæ ſanaret: veram fidei noſtræ doctrinam,
neque tyrannide adverſariorum ſauciari, nec
inteſtinis diſcordiis lacerari, neque Turcicæ
molis vaſtatione deleri ſineret. De ſua au-
tem ſalute tam erat certus & confirmatus,
quàm qui certiſſimus, in unico ſuo μεσίτῃ
ἢ ἱκέτῃ Chriſto ſuaviter acquieſcens, cui
animam, ut perpetuis votis commendavit,
ſic poſtremo illo agone, piè placideque red-
didit.

Ex *libr. 3. Proſop. Pantal. Chytræi Saxon*
lib. 20. Sleidani Commentar. Matth. Weſen-
beccii JC. narrat. de obitu Burcardi, quæ ex-
ſtat in ejus Papiniano.

GABRIEL

☉ 1561. d. . . . ætat. 61.

GABRIEL MUDÆUS.

Natalis Mudæi. *Patria.*

GAbrielem *Mudæum* natum accepimus, anno eo, quo & Carolus V. Cæſar, *milleſimo*, nempe *quingenteſimo*, municipio *Antuerpiæ* non ignobili, nec infrequente, *Brechtæ*, loco & re mediocri, parentibus honeſtis magis, quàm lautis, quantum fuit inauditum. Hi tales puero eximiæ indolis hoc beneficium impertiverunt, quòd in temporum illorum barbarie, optimis literis, quarum ætatula illa capax eſt, maturè & rectè curarunt inſtituendum, uſi cumprimis operâ docti cujusdam, ut illo ſeculo, hominis *Ludovici Loji*, qui celebrem illic ſcholam aperuerat, & inſigni dexteritate, ad exquiſitam morum & eruditionis elegantiam, pueritiam diligenter tum conformabat. Quo nomine ſuſpectus & exoſus, ut erant tempora, idem fuit illis, qui gliſcente *Lutheri* doctrina, & per *Belgium* etiam ſeſe diffundente, quicquid paulò venuſtiùs apparabatur, ad invidiam odiumque ficta criminatione traducebant. Ipſe verò Mudæus, & quicunque ei operam dederant, ejus induſtriam, aſſiduitatem, & in docendo fidem, grato animo prædicarunt, & ad extremum usque, ætate jam grandem, omnibus benevolentiæ officiis ſunt proſecuti.

Ludovicus Lojus præcept. *Luth. nomine multi exoſi.*

Cùm autem ab illa indole, quæ optimè ſe dabat, nihil non fructuum parentes & præceptor ipſe ſperarent, auctor hic illis fuit, ut quamvis puerili ætate ad majorem ingenii cultum capiendum, in celebrem & amœnam ejus regionis Academiam, *Lovanium* ablegarent. Celebrabantur ibi, inter alia doctorum nomina, duo velut principes ſtudiorum *Eraſmus Roterodamus*, & *Ludovicus Vives Valentinus Hiſpanus*, qui inquiſitionis rabiem fugiens, voluntario exilio ſolum verterat & cum Eraſmo, fremente Sophiſtarum turba, probiorem doctrinarum culturam, magno juventutis concurſu, & cunctorum ordinum gratia excitabat.

Lovanium mittitur Mudæus. *Ibi Eraſmus & Vives.*

Horum in notitiam commendatione indolis ſuæ celeriter pervenit, uſus etiam convictu & familiaritate *Eraſmi* interiore, in *collegio*, quod vocant *Lilianum*, ubi rationes ille vitæ, quoties in *Belgico* verſaretur, habebat pridem conſtitutas. Quò autem ſtrenuius nobile illud ingeniorum par literaturæ decus politiùs extollebat & latius propagabat, eo vehementius odium inflammabatur eorum; qui metuebant, ne illato doctrinæ lumine ſordes inſcitiæ ſuæ conſpicerentur vulgoque innoteſcerent. Æſtus iſte æmulationis inter alios Mudæum quoque corripuit, hac, ut ipſe commemoravit, occaſione. In exercitationibus declamatoriis, quæ de more illius gymnaſii, feriatis brumæ diebus, anniverſariæ frequentantur, uſu venit, ut *Vives* de *collapſa reſtituendaq; diſciplinarum ratione* orationem haberet gravem ac luculentam. Huic ſimulac problema ex *Ariſtotele* ſcitum Mudæus ſubjunxerat, idque ultro citroque

Vivit cum Eraſmo. *Soph. oderunt literas & cur.* *In odium incurrit Mudæus.* *Vivis oratio.*

verbis ſonantibus ac ſententiis crebr
ptarat: *Vives* ad acumen & eleganti
leſcentis obmuteſcens, miſſa quam
rat reſponſione, cepit in laudes eju
rere, & ferè pueri doctrinam vari
inani ſuorum æmulorum, *pileatenu*
phorum, cum magna vocis libertate
nere. Gratulari hanc memoriæ ſuæ
tem, & ſperare, profligata brevi ſe
multorum inſcitia, bonas artes ab
vindicatum iri. Denique ludos S
facere, ac in adoleſcentiæ corrupto
mine non re doctores, acri oratione
deque barbarie quaſi debellata, victo
phare. Hæc res in celebri loco m
frequentia cum auditorum applauſu
hementer incendit illorum animos,
Vivem * ſuperiorum ſubſidio muniti
riri vererentur, in Mudæum magn
nibus incurrerunt, inque ipſum om
rivarunt culpam. Nec caruit peric
Mudæus, cùm ex ea factione ſenatus
miæ conſtaret, & penes eundem
eſſet omnis, jus quoque gladii ex
mis illius gymnaſii privilegiis. Ac
tum fuit in comitiis illorum de hom
ſolùm exterminando, verum etiam
legia fuſtigando deliberatum fuiſſe.
norum interceſſione, & *Vivis* conteſ
ſi quid durius in innocentem ſtatuere
tit ea tempeſtas Mudæa in miſeric
qua ætatem ejusmodi meritò digna

Favorem igitur primariorum na
in artium ſtadio decurrit, ut & prov
poſt ſe relinqueret, & in anniverſari
giorum promotionibus inter mult
primus Univerſitatis (ſic enim vocan
adhuc immatura ſit renunciatus, quo
literatorum theatro, ad opinionem
conciliandamque benevolentiam va
rimum.

Quæ usque eò in ſe minui Mudæ
ſus non eſt, ut mox apertis publicè
que elegantiorum doctrinarum ſchol
nium præcipuè ſtudioſorum in ſe
converteret, nec quisquam illorum,
dem tum factitarent, pari in precio
tur. Erat enim in eo natura talem a
nem affabrè facta, vis *ingenii*, rectit
dicii, *memoria* ſingularis, *animus* pr
doctrina polita, *oratio* non ſordida,
gitatæ diligenter ac compoſitæ,
temperatio ſucci ſanguinisque plena
neſtum, *actio* decens, *vox* ſuavis ad
& canora, nec uſpiam reſiſtens.

Ita ſuis & aliorum ſtudiis inſervie
Deus ad illam vitæ rationem, cui deſt
tur, maturè perduxit. Cùm enim D
à Blioul, vir in aula inter primos exc
liberis ſuis Doctorem Philoſophiæ ju
conquireret, qui Mudæo præferendus
reperiri potuit nemo. Hoc in offici
æquavit ſolum, ſed & ſuperavit exſpe
nem omnium, tantumque morum pro
ingenii dexteritate, mirificaque diſcen
cendiq; juris facultate præſtitit, ut in fil
a

ui deditus eſſet, hero diligeretur, & oeris germana charitate, quæ omni a duravit, arctiſſimè jungeretur. dem exinde non *Lovanii* ſolùm: n pleriſque Galliæ Gymnaſiis, quo dæ eruditionis gratia conceſſe- onjunctiſſimè juxta jucundiſſimeque

lomum reverſo, ac inconſultæ juven- re, nuptiis inauſpicatè properatis im- eadem ex domo *Blioulææ* prolixè lar- tributa ſunt nihilominus, quæ con- omnia, ſumtus docturæ adipiſcendæ: eca luculenter inſtructa, ædes ad itatem ſplendidæ, ambitus ampli- aciosæ, amœnitate hortorum ſalu- , quas quoad vita ſuppetiit, gratis in- .

us ergo jura docentium inſignibus, eram, res ut nomini reſponderet, e in propatulo habendis ita profecit claruit; ut non ſolùm ſuſceptum entiæ titulum defenderet egregiè, iam in præcipuorum, qui tum pro- r numerum, celeriter perveniret, mque luminibus cito obſtrueret. iim illa, de quibus diximus, naturæ m exquiſita juriſprudentiæ doctrina, iam etiam, ſermonis *elegantiam*, *tis* notationem, & inprimis artem il- ctam omnium inſtitutionem neceſſa- JCtorum ſubſelliis diu excluſam ac repuditam, *Logicam* dicimus, in ſug- fferebat.

factum eſt, ut nihil inſtitutione ejus iſcendum utilius: nihil ad gratiam, m tempeſtate, popularius, præſertim inos: qui comitiis hoc docendi ge- æteris amplectebantur, nec inſtitu- tum; ſed & interiore amicitia con- ejus familiariter utebantur. Ho- n rogatu diſputationibus juriſpru- quas creberrimè prælectionibus ad- , *Dialectica* quoque & *Ethica* non- interponere non gravabatur: infixa is & ſtabilita de melioribus literis hac longe veriſſimâ; *amborum ſine ſubſi- ſolidi præclarique in diſciplina juris , ne dicam perfici poſſe.*

nferebatur tum *Legalis* (ſic enim in- erat) *Dialectica*, Chriſtophori He- ni, de qua aſſeveravit; nec Juris- um, nec dialecticorum placitis illam convenisse. Quamobrem ut ho- mium ſcripturientis exiſtimationi tur, adductus popularium ejus pre- iſit in manus libellum, & quid qua- rte dignum animadverſione notare- periore loco commonſtravit. At- ſt dictata magno fuerunt uſui, de ctor ſcriptum aliquantò ſubtilius in- ſuum.

em tempus cœpit publica juris *In- n exedra* vacare, cui ſtatim ſumma conſenſione ipſe eſt præfectus, quam ita quidem prudentia, ſuaviloquentia, ſedulitate decoravit ſua: ut non ab ea accepiſſe, ſed in illam intuliſſe ſplendorem judicaretur, nec quisquam ex aliis nominaretur, quamvis ætate ordineque dignioribus, qui vel numero auditorum, vel celebritate famaque nominis cum hoc adæquari poſſet. Urebat hoc iſtos, ut fit, qui tanto minorem ſuæ jam ſenum ætati exiſtimationique non ſuccreſcere; ſed præcurrere moleſtè ferrent.

Docet cum fama nominis.

Nec erat nihil, quod de horum malevolentia conqueri nonnunquam potuiſſet: ſed maluit generoſus animus *benè faciendo, ſe ipſum indies ſuperare: quàm malè dicendo cum invidis malèque natis obtrectatoribus nequicquam decertare.*

Laborat invidia.

Id tamen conſtat, eum invidiæ declinandæ causâ foras aliquando evolare * cupiiſſe: & aliquo pervenire, ubi nec facta, nec nomen, ut ajebat, *Pelopidarum* audiret. Sed pendentem animi obque domeſtica nutantem ac tardantem, & amicorum conſilia dubitanter exquirentem, deterruerunt gratioſi in aula nonnulli: quibus partim veterum ſtudiorum ſocietate, partim recenti inſtitutionis beneficio junctus (nam magna pars ex ejus ſchola prodierant) utebatur valdè familiariter. Et ad ſummam illi monere, perquam ingens ſubeſſe periculum ſi loco moveretur; & id odore ſuſpicionis aliquo præſenſum eſſet; nec præoccupatus caput fortunasque ſuas, non tantum invidioſo hæreſeos crimini objiceret: ſed & odio Cæſaris, cui longæ manus, illis præcipue temporibus eſſent, exitioque quod inimici molirentur, certiſſimo ſubjiceret, & hic miſeratio conjugis quotannis gravidæ reſpectusque copioſæ prolis valebat ac morabatur plurimum.

Abitum molitur.
** Præſertim cùm Lipſiam eſſet evocatus.*
Detinetur Lovanii.

Deſtitit ergò propoſito, & in ſtatione quantumvis alieno animo manſit; ſic ut quibus poſſet, prodeſſet; nemini noceret, voluntatem de ſumma Reipubl. rectam & conſtantem retineret. Ac quamvis aliò propter ingenii doctrinæque præſtantiam multarumque, quem conſecutus erat rerum uſum, in aulam & curias complures acciretur: nunquam tamen ab illo, quod ſemel iniiſſet, ſcholaſtico vitæ genere, vel ſplendidiſſimis promiſſis abduci ſe paſſus eſt. Tametſi & inibi reſponſis dandis, defenſionibus cauſarum formandis, arbitriis recipiendis, transactionibus inter litigantes moliendis, & aliis, quæ verum juſtitiæ decent antiſtitem, quotidie ſubeundis, forenſem pariter & togatam, occupatam certè vitam egit.

Evocatur à variis.
Labores Mudæi.

Sub bellum illum Germanicum, cùm omnia jam in ſeneſcente maturuiſſent; ad primariam illic doctorum ſedem adſpiravit: princepsque ſtudiorum, non ut unus è multis, ſed inter multos propè ſingularis, omnium conſenſu perhibebatur. Et certè vix erat tum ubivis locorum alius in cathedra, cum Mudæo conferendus: ſive *rerum*, quas

Primarius juris Profeſſor. 1547.

Duabus horis continuis docet.

promeret, *bonitatem*; ſive *dictionis*, qua diſſereret, *venuſtatem*, ſive *actionis*, quæ planè deceret, *dignitatem* ſpectares. Itaque cùm *duabus* continuo *horis*, qua dictando, qua diſſerendo plenum auditorium erudiret: nulli faſtidium, multis audiendi deſiderium oriebatur. Tradebat non ad oſtentationem ſubtilia: ſed ad uſum forenſem accommoda: & non tantum bonitate ſententiarum animos feriebat, ac elocutionis lepore perfundebat: ſed & fidem dictis atque auctoritatem addebat; & quaſi ſpiritu quodam animabat. Hanc autem lectionum intentionem *quinquies hebdomadatim*, ab hora manè *ſeptima* ad *nonam* usque continuabat. Accedebant *diſputationes* in publico frequentes & eruditæ: quibus aut ipſe præerat, aut complurimum intererat: utrobique tum interrogantibus tum reſpondentibus ſubſidio, & auditoribus uſui erat. Inde factum; ut *Lovanii* vix unquam frequentius jurisprudentiæ fuerit Gymnaſium: cùm ſupra *duo ſtudioſorum juris millia* numerata tunc fuiſſe Weſenbecius affirmet; reliqua docentium ac diſcentium turba non adnumerata.

Frequentia juris Studioſorũ Lovanii.

Tandem antiquum obtinentem, & in inſtituto conſtanter perſeverantem, annus ætatis ſuæ ſeculique *decimi quinti*, *ſexageſimus primus* rebus humanis ſubduxit, magno omnium ordinum luctu ac deſiderio, præſertim *Antverpiæ*: cui multos annos conſilio & patrocinio ſuo opem tulerat.

Moritur Mudæus.

Virtutes & dotes ejus.

Fuit in hoc JCto eruditio exquiſita, memoria firma, docendi dexteritas rara: comitas ſingularis & affabilitas obvia; ſic tamen ut non multa, ſed multum potiùs loqueretur: beneficentiæ ſtudium mirificum: pietas in egenos eximia: morum & affectuum moderatio incredibilis: adeò ut ferè nulla in eo excandeſcentia unquam ſit notata. Lites, in quibus tamen verſabatur, & contentiones, mortis inſtar fugit: eamque ob cauſam nullum fundum, nullam domum, quanquam in promtu & opus eſſet, emit: quod vicinorum aliorumque injurias ac lites formidaret. Nimirum *non ſcientia juris; ſed ignorantia litigioſa eſt.*

Litium fugitans.

Præcipuè autem *cauſas ſanguinarias* abhorruit; & edicta illa, quæ paucorum inſtinctu, dementatis iis, qui rerum potiebantur, in religionem piorum ſanguine perſcribebantur: ad quorum etiam mentionem, nedum executionem, graviter ingemuit: eoque nomine periclitantibus, qua poterat ſpecie juris, eſt opitulatus. Unde quærenti aliquando reginæ: *ubi nam Theologica didiciſſet? & quid negociis non ſuæ profeſſionis miſceretur*: obliquè ut ſolebat, vellicanti, modeſtè reſpondit: *ſe non juris tantùm, ſed & canonum, quibus Theologia contineatur, Doctorem eſſe: nihilque alienum jurisprudentiæ facere: quæ non humanarum modo; ſed divinarum quoque rerum noticia definiretur.* Quare cùm multos ſervaret, capitis etiam periculo ac carceribus liberaret, & præfectorum,

Odit cauſas ſanguinar.

Theologia à jurisprudentia non aliena.

quibus à conſiliis erat, animos ... tionem flecteret; parum gratus ... Theologaſtris, toto quo vixit ... fuit.

Talis itaque & tantus cùm eſſet; ... à popularibus; ſed externis etiar... principibus, ac regibus reſponſa eju... oracula, arduis in conſulationibus ... tita, nec ullus tam diſſitus in orbe ... locus extat: quo fama de illo h... parvaſerit. *Carolus* certè V. Cæſ... ſoror *Maria*, Belgii gubernatrix, ... cipem habuerunt ingenii & doctri... ſæpe conſilium quæſiverunt, quæſ... quieverunt, plurimumque ejus ... tribuerunt. Itaque cùm ſtellionu... dam calumniis & dolo malo, ni... eſſet factum: quàm ut *Eraſmi*, ta... retici, & Lutheraniſmo immortui, ... piis cauſis relicta, reſciſſo teſtame... ſtiſſimo, publicarentur, & mon... ipſo edita, edicto Cæſaris proſcrip... nibus ſtudioſorum excuterentur ... unius auctoritate & conſiliis tam f... literariæ clades eſt averſa.

In obſcuris quæſtionibus acut... quo lis verteretur, & à controver... deprehendiſſet injuſtas, plurimos a... plures, à quibus jus ſtabat, in lit... conclamatis, ſublevavit: & certò q... qui exitus futuri eſſent, aut in qua... ſententiæ judicum inclinaturæ, prædi... ut multi in ejus conſilio acquieſcere, ... nunciatum præſtolari diſcrimen malu... jure non reſpondit ante momenta ... conſideratè perpenſa; idque breviter... rimum dictando.

Innocentiæ ejus, integritatis, a... documenta, cum alia paſſim extant; ... non poſtremum, quod nullo unqua... ramento, ne montibus quidem au... duci ſe paſſus eſt: quò diſceptationi... modo ſpecioſæ, quam contra æquita... adeſſet. Quocirca etſi multorum P... ac civitatum ampla ſtipendia mereret... non aliter, quàm hac exceptione ... ſuam ulli condixit: ut *quæ pro inj... duceret, eorum abſtinere patrocinio ... ei eſſet.*

In docendo uti dictum, non tam ... quàm χρήσιμα diſcentibus eſt con... negativa ex *Ariſtotelis* ſententia, præc... rores falſarum opinionum, quod infi... inutile quiddam eſſent, prætermittens, ... ta moribus, plurima tranquillitati, ſeni... collegarum dedit.

In vita privata omnes à ſummo ma... literis & occupationibus ſuis tribuit, n... muneris ſui neceſſitatem, ne feſtus q... diebus prodeambulavit, neu quid ... contentioni decerperetur, interdiu pa... bi cepit, compranſores ut plurimum e... ad meridiem uſque fere, magnam di... tem in muſæo ſtudiis perennibus abdit... publicum præterquam ad docendi mun...

ſit: & à prandio conſultoribus in mul-
pè noctem operam dedit. Cœnabat
; ſed aliquantò liberalius: quòd &
labore diutino obſonaret; & fractas à
tione vires reficeret: nihil tamen ni-
, nullam crapulam, nihil potus intem-
oris erat obſervare. Nam ne in lau-
quidem & feſtiviſſimis comeſſationi-
odum unquam aut rationem exceſſit.
uam autem eſſet conviva convivator-
uoties uſus erat, juxta commodus &
ianus: domi tamen cum ſuis jucundiſ-
quentiſſimeque vivebat; nec obſcurè
rum concœnatione fabularum ſalibus-
acute & in loco dictis delectabatur:
is inprimis *rotundis & epigrammatis*
: quæ de re nata, ſcitaque quapiam hi-
, ſententiave fortuito oblata, vel ipſe
ore funderet, vel aliundè commodum
enter arriperet: & certabat cum fa-
m aliquo ſic poſito ſæpius: *utri feli-*
facilius lepidum aliquod ejusmodi pan-
quo non convivia ſolum tanquam
nditatis condiri: ſed jacentes etiam
ad relaxationem hilarari, & celeres in-
m motus roborari, & de his inter lu-
, clam fieri periculum rectè poſſe præ
it. Nam qui duriores impendioque,
c in genere depræhenderentur; eos
Muſis literisque colendis, tantum
negociisque gerendis, ineptos ar-
ur. Accumbebat hora plerunque non
; unde ſurgens modicum ſolitudini
t intervallum: quo in precibus ſecum
matutinus ſibi redderetur, tempeſtivè
ſe conferebat. Quamvis autem con-
e corporis eſſet robuſta, paulatim
valetudine laborare cœpit: cum &
ine perpetuis ſeſſionibus contracta
ur, & duplex ingeniorum pernicies,
cum calculo ætate jam profectum
ies attentarent: tandemque benè me-
Republ. Chriſtiana ad meliorem vi-
ucerent. Ipſe quidem nec quicquam
ommentationum, vivus exire paſſus
lla quæ hodie leguntur ab ejus obitu
magis, quam ordinatè foras extruſa
rodierunt autem poſt obitum ejus

entarii in titulos aliquot Digeſtorum:
VII. XVIII. XIX. & XX. libri *Pan-*
, & ſecunda pars libri IV. Codicis,
parte explicantur.

entarius in tit. VI. *Inſtitut.* lib. IV.
ibus.

em *de Contractibus* IV. D. tituli facilè
, qui ſunt:
ſocio.
contrahenda emtione & venditione.
actionibus emti & venditi.
pignoribus & hypothecis: quibus
nt *commentarii in titulos* item 1. de
hæreditatis ex ff. lib. 5. & 2. de *actioni-*
ſtitut. lib. 4.

Commentarius in aliquot *titulos libri* VI. *Codicis* Juſtinianæi.

Matthæus Weſenbecius promittit etiam libros *Reſponſorum Mudæi* in oratione de ipſo, quam habitam anno *ſeptuageſimo ſecundo*, reperies Tom. 7. declamat. Philippi Melanchthonis: ex qua & hæc deſumſimus, ut & Bibliothecis.

JOANNES VLATTENUS. ✝. 1561.

ARduum inprimis, planeque regium munus eſt, prudentibus fidisque conſiliis Reipubl. proſpicere, nec alii mortalium præclariùs de civitatibus ac regionibus merentur. Hoc in negocio pulcerrimo ſummâ fide, mirâ vigilantiâ, parique dexteritate verſatus eſt multis annis *Joannes Vlattenus*. Qui nobili apud *Juliacenſes* genere ortus, nobile in literis ingenium maturè oſtendit. In omni enim humanioris literaturæ genere; tum inprimis in juris civilis ſcientiâ ita verſatus eſt: ut ſingularis ejus eruditio, & rara morum dexteritas cunctis fuerint jucundiſſima. Nec dedecori ſibi duxit, quæ hodie eſt quorundam perverſa opinio, Philoſophicorum progreſſuũ teſtimonium petere: cui juris gradum ſummum, quem Docturam vocant, adjunxit.

Conſiliarii dignitas. *Patria Vlatteni.* *Eruditio.* *Magiſt. Phil. jurisque Doct. Vlatten.* *Præpoſitus Aquenſis.*

Præpoſitus itaque *Aquenſis* factus, à *Clivenſium* * regulo inter conſiliarios cooptatus, & ob virtutem ac doctrinam Cancellarius creatus, negociis graviſſimis non interfuit ſolùm, ſed & præfuit. Accidit autem ſub annum *milleſimum quingenteſimum quadrageſimum tertium*, ut Clivenſis Dux, occupatâ *Geldriâ*, Cæſaris in ſe animum vehementer commoveret. Itaque cùm adventante Cæſare funeſtum impendere bellum videretur: pacificatio inter diſſidentes ab Electoribus & Principibus Imperii in Comitiis *Norinbergæ* tentata eſt. Eam cum *Granvellano* pactionem Vlattenus legatorum Clivenſis primus, probavit, utpote pacis ſemper ſtudioſus: atque interceſſoribus ob navatam operam gratias egit. Verùm quo minus induciæ ſervarentur, per ipſum non ſtetit. Prælio enim ad *Sittardum*, quod eſt in finibus agri Juliacenſis oppidum, valdè munitum, commiſſo; Clivenſis ſuperior factus, Gallo inſtigante, inducias repudiavit.

* *Guiliel-mo. Cancellarius Clivenſ.* *Dux Cliv. Geldriam occupat. Cæſari reconciliatur* *Sleid. l.* 15. *Comm. pag.* 390. *Prælium ad Sittardum.*

Fuit itaque Vlattenus patriæ utilis civis, & ut Eraſmus de eo, per omnes regiones volitans, interdum apud ſuperos interdum apud inferos egit. Quanta autem inter ipſum & *Eraſmum* viguerit amicitia: de his Eraſmi verbis colligere eſt: *Illud inter nos indubitatum eſſe oportet, ubicunque terrarum agit Vlattenus, ibi præcipuum quendam eſſe Eraſmi patronum & amicum: rurſus ubicunque eſt Eraſmus ibi Vlatteni juratiſſimum eſſe amicum.* Itaque ut id teſtatum faceret Eraſmus, inſcripſit ei, præter varias Epiſtolas, tum *Ciceroniani ſui dialogum*, tum *Ciceronis Tuſculanas quæſtiones.*

Vlatt. peregrination. *Amicitia inter Vlatt. & Eraſm.*

Moritur. Vlatten.

Ad vitæ exitum vocatur *Düſſeldorpii*, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo*, ætatis .... Et tantum colligere potuimus de Vlatteno, *ex Epiſtolis & ſcriptis Eraſmi: Commentar. Sleidani. Pantal. l. 3. proſop.*

O. 1562. d. 18. Febr. ætat. 75. curr.

PETRUS WESENBECIUS.

Familia Weſenbeciorum. Nominis ejus interpretatio. Natalis P. Weſenb. Studia ejusd. Ducit uxorem Legitur in Senatum.

Familia in Belgio & vetus & celebris perhibetur *Weſenbeciorum*, ſeu, ut illis locis pervulgatum, à *Weſenbecke*: quod ſuperioribus Germanis **Wieſenbach**: Latinè *torrentem vel rivum pratorum* ſignificat. In hac natus eſt *Petrus Weſenbecius* ſub annum *octogeſimum ſeptimum*, ſeculi à Chriſto nato *decimi quarti*. Is ſtudia Jurisprudentiæ ſectatus *Lovanii* primum, deinde *Lutetiæ*: *Antuerpiam* ex Campaniæ agro commigravit. Ibi viduâ ſuaſu propinqui ductâ, cùm jam *Lutetiam* remigrare, conſtitutis rebus ſuis, cogitaret, ſedem fixit: matureque in *Decurionum* numerum adſcriptus, ſenatoriis partibus aliquandiu eſt perfunctus. Dein ad *Secretarii*

Secretarii officio fungitur.

officium animum applicavit: quod in copioſiſſimis mercatus illius negociationibus, patronorum claſſe habetur honorificentius: Senatoria verò functione, paulò quidem minus dignum; magis tamen expetitum: partim quia perpetuum, cùm Decuriones anniverſariâ viciſſitudine varient: partim quòd in illis commerciis, quæ hujus potiſſimum muneris auctoritate reguntur, ad opes & gratiam præ reliquis maximè conducit.

Vtilis ei Reipubl.

Sed ne ſic à ſenatoriis adminiſtrationibus vacavit: cùm in arduis atque implicatis rebus Reſpubl. ejus operâ ferè ſemper uteretur: ut qui eſſet ingenio ſolerti, & ad omnia facto; judicio in rebus expediendis conſiderato & peracri: diligentiâ incredibili ſemperque ſibi inſtante: ſermone in ſuâ & Gallicâ linguâ apparato ac diſerto, doctrina jurisprudentiæ, ut illis temporibus, & ingenio & negociis ſuppeditante ſatis, accedente rerum forenſium juriumque municipalium uſu tanto: ut cum placuiſſet *conſuetudines* illorum locorum, quæ incertis opinionibus atque moribus, magnâ judiciorum infamiâ & varietate, hactenus ferebantur, in certum ordinem unamque conſonantiam referri: non alii de peritiſſimis provincia ejusmodi publico ordinis decreto ſit attributa: in qua ſic elaboravit ſtudio, & ſedulitate ſatisfecit: ut expectationem omnium facilè ſuſtineret, ſcriptum ipſum pergratam in jurisdictionibus utilitatem haberet.

Integritas ejus & juſticia.

Accedebat his ea *integritatis* & *juſtitiæ* exploratæ opinio, ut pro *Catone* ſui temporis eſſet: plurimique ipſum ſuis litibus diſceptatorem ſumerent; arbitrium illius privatum publicis judicum ſententiis anteferentes.

Venit ad eum aliquando quidam opulentus, ſed ex malis artibus potens, cum magnâ pecuniâ, majoribus promiſſis, rogatum: uti

ſuæ cauſæ, cui hunc à Senatu expoſitor
tum cognorat, favere & adeſſe vellet.
hic *Weſenbecius* magnâ verborum aſp
accepit, & cum convicio malam in rem
juſſit.

Sed *duabus* præcipuè *virtutibus* fui
mendatus, alterâ *publicâ*, amore in Re
ſingulari: alterâ *privatâ*, admirabili &
hauſtâ in egenos liberalitate. Nam i
uſum ex fructibus & obventionibus a
quæ connumerato quæſtu quotidiano,
aut *quatuor millia*, vertente anno, fa
dibant, *quarta* quotannis *pars* ferè ef
bantur. Sed facultatibus voto ne ſic q
ſuppeditantibus, id dabat operam,
maximè poterat, apud opulentos, quib
tus & opportunus eſſet, ut ex eorum c
ctibus, teſtamentis, aliisque actionib
quibus hoc potiſſimum actore auctore
tebantur, aliqua ſemper bonorum pars
pauperum, & neceſſitati perſonarum, ut
miſerabilium deſtinaretur, quibus ita
erat obvius & comparatus, ſic earum n
ceſſitates, tutelas, injurias curæ habebat
iis pro parente haberetur, redeuntem
curia magnus quotidie comitatus,
quærentibus & petentibus, domum d
multis etiam, per nota viarum divertic
ventum antevertentibus, & ad ædes præ
tibus, quod perpetuum erat domeſticis
meque fallax adventantis ac appropinq
ſignum.

De cætero in privatâ vitâ homo anti
ficii & moris: nec prius quicquam illa
in diffluente luxu emporio, *veſtitus* ac a
rerum innovatione ferebat atque oder
hoc ipſum mutationem, quæ mortem
conſecuta, majorem portendere, cum
ſæpe prædicebat. In conſtractibus tan
fide: ut vel circumſcriptus ſtare pro
mallet; quàm de dolo, aut mendacio
quam queri, quibus & ſimilibus vitiis us
erat infenſus; ut vel mentione eorum
moveretur.

Domi paterfamilias frugi, ſuarum
bene gerens ac ſatagens; moribus pu
verecundus, ſupraque communem d
nam circumſpectus: qui cùm à temper
iam eſcis, modicoque quamvis potu,
diâ item facilè offenderetur, ſic perpet
moderatione, domum, quoad ejus fier
rat, abditus & retruſus, utrique malo
dium ita attulit: ut ad ſenectam adſpira
neſtiſſimam, nec tam defectu naturæ
calculi tormento putetur exſtinctus.

Deceſſit vitæ & dierum ſatur, in ve
DEI redemtoris ſui agnitione & invoca
decimo octavo die Februarii, anno
milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecun
tatis *ſeptuageſimo quarto*, aut ut alii,
cum bonorum omnium mœrore, & i
dentium malorum, quæ Belgicam co
runt præſagio. Toto morbi tempor
diris cruciamentis torqueretur, tolera
ad quam ſe domi foriſque longâ exercit

erat, ſine deformitate DEO præſti-
feſſus puram Eccleſiæ doctrinam,
cis & Apoſtolicis ſcriptis conſenta-

r domi conjuge & liberis felix: foris
Reipubl. procuratione utilis patriæ &
onis. Tempeſtates ſeditionum ac
quæ depravatis gubernatorum mori-
uere proſpexerat, opportuna mune-
ſſione, neceſſariaque extra ditionem
e, tempeſtivè evitavit. Inde tamen
atis longo intervallo rebus, omnium
ordinum, ad Senatorium locum re-
in fortunis non pœnitendis, ut quæ
intaJoachimicorum millia ſuperarent,
excidium patriæ & ſuorum; pro
nori non dubitaſſet, commodùm
t[illegible]
m habuit *Barbaram*, natam in fami-
m non incelebri, patre opulento &
o, multiſque legationibus, ad *Angliæ*
n Reges, perfuncto: quibus ita cha-
tusque fuit: ut inter cætera orna-
omnes ejus ex utroque ſexu poſteri,
atibus ac beneficiis, quibus indigenæ
ntur, quæque in maritimis locis non
ernanda, regiâ liberalitate fuerint do-
pſerat autem *Barbara* illa adoleſcen-
a locupleti & copioſo cuidam juveni,
invidis negociationum ſocietatibus
m, ut ſæpè fieri ſolet, contraxiſſet;
animi ſupremum clauſit prius diem;
novâ nupta liberos tollere poſſet.
alamitate licet noto juris privilegio,
bonis conjugis præcipuam auferendi
iduæ eſſet: antiquius tamẽ habuit pia
a mulier, fortunarum ſuarum, quàm
ionis mariti, imminutionem pati:
ò juſta demortuo; ſed & reliqua cre-
de ſuo perſolvit.
tus juvenculæ, quæ & aliis, animi cor-
bonis ſupra vulgarem ſortem emine-
ἢ καλῆς poſtquam increbuit: pie-
& innocentia pœnitentiario, quo
, monacho Franciſcano, homini,
genere, minimè malo, ſecretis con-
us explorata: auctor ille ſuo huic
io *Weſenbecio* fuit, jam *Lutetiam*, ut
cogitanti; ut hanc ſibi matronam
vinculo jungeret. Ex harum con-
nuptiarum, de quibus fama ipſa
ſt verita, tulit *liberos*, Deo benedi-
tredecim: inter quos *Andreas*,
eus, ac *Petrus*, omnes Juriſconſulti

tus quidem *Petrus Weſenbecius* filius
ia fuit, die *quinto* Maji, circiter *un-*
noctis, anno *quadrageſimo ſexto*,
lleſimum quingenteſimum. Jura de-
nclyta *Altorfinâ* profeſſus, eruditio-
tatis, ac humanitatis laude clarus,
obiit menſe Septembri, anno *ſexcen-*
tio, ætatis *quinquageſimo ſeptimo*, re-
genii egregii monumentis. Mater
nte maritum mortalitati valedixit,

anno ætatis climactericomagno. De *Andrea* verò & *Matthæo Weſenbeciis*, ſuo loco agemus.

Hæc de patre eorum ſufficiant, *congeſta & collecta ex Matth. Weſenbecii Papiniano, & aliis miſcellaneis.*

BONIFACIUS AMERBACHIUS.

Ø. 1562. d. 24. Apr. ætat. 67.

NAſcitur Baſileæ *Bonifacius Amerbachius*, anno Chriſti *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto*; patre *Joanne*, qui artem excudendorum librorum inter primos Baſileæ exercuit: multoſque probæ notæ auctores in lucem protulit: matrè verò *Barbara Ortenbergia*.

Joann. Amerbachius Typograph. Baſil. pater

Puer bonæ indolis ingeniique felicis, cum fratribus *Brunone* & *Baſilio*, qui ætate eum antecedebant, ad literas adhibitus, præclaram ſibi pro ætate eruditionem comparavit. Nec enim, quo plerique contenti, publicas duntaxat Academiæ lectiones frequentabat: verum etiam domi *J. Conone* Norimbergenſi, qui nuper in Italia Græcas literas didicerat, privato præceptore magno cum fructu utebatur.

Bruno & Baſilius Amerb. F. F.

J. Cono præceptor Amerb.

Anno itaque *milleſimo quingenteſimo decimo tertio*, Philoſophiæ & liberalium artium Magiſter in patria ſalutatur. Erat eo tempore *Eraſmus* novus hoſpes Baſileæ. Is Bonifacii moribus plurimum delectatus, eum dilexit unicè, & poſtea inter ſummos amicos ſemper habuit. Jactis itaque artium & linguarum fundamentis in patria, & eruditionis nactus inſignia; *Friburgum* abiit, & domeſtico *Zaſii* contubernio uſus rectâ viâ Juriſprudentiam eſt aggreſſus. Poſtea ad exteros progreſſus, in *Italia & Gallia* idem ſtudium alacriter urſit: inque eo *Avennione* ſummum Doctoræ gradum cum laude eſt conſecutus.

Eraſ. charus.

Zaſii conſuetud. utitur.

Abit in Galliam & Italiam.

Doct. juris renunciatur.

Cum itaque labore adſiduo, & induſtriâ rarâ, multarum rerum cognitionem ſibi eximiam comparaſſet: prudentiâ item & vitæ integritate inſignis eſſet, poſt aliquot annos Baſileam rediit; & leges civiles publicè in Academiâ enarravit. Ea in provincia magnâ cum laude induſtriæ, fidei, & doctrinæ per annos *viginti* & amplius verſatus, omnium in ſe doctorum ora & vultus, imò animos, convertit.

Docet Baſileæ.

Corporis tandem ergaſtulo exemtus eſt morte placidiſſimâ, & ſanctè innocenterque transactæ vitæ conſentaneâ, unius Chriſti meritis fretus, inque nullius alterius, quam illius ipſius verba addictus, ſervari & apud Patrem cœleſtem miſericordiam conſequi ſperans, annos ſalutis *ſexageſimo ſecundo*, ſeculi decimi quinti, ætatis verò ſuæ *ſexageſimo ſeptimo*; cum totius Academiæ & urbis luctu ibidem in cœnobio *Carthuſianorum* ſepultus. Nam eo in loco ante annos *octodecim* parentibus, ſibi, uxori, & liberis monumentum præparar at, cum hac ad parietem inſcriptione:

Ubi & moritur.

Monumentum ad Carthuſiæ parent. ejus.

QUO NULLUS SUO SECULO FUIT, CUM EXCUDENDIS LIBRIS NITIDIOR, QUOD SUMTUOSÆ DEXTERITATIS EST, TUM IN IISDEM AD VETERUM EXEMPLARIUM FIDEM RESTITUENDIS DILIGENTIOR, QUOD ERUDITIONEM ET LABOREM REQUIRIT: JOH. AMERBACHIUS HIC CUBAT CUM BARBARA ORTENBERGIA SINGULARIS PRUDENTIÆ FOEMINA, AC BRUNONE BASILIOQUE FILIIS PRÆPROPERE QUIDEM HINC EREPTIS, SED ANTE TAMEN ERUDITIONE SUA TRILINGUI, PER LABORIOSISS. HIERONYMIANORUM OPERUM RECOGNITIONEM: QUIBUS NUNC DOCTI UBIQUE GENTIUM FRUUNTUR, ORBI TOTI COMMENDATA: BONIFACIUS AMERBACHIUS, PARENTIBUS ET FRATRIBUS OPTIMIS; SED ET MARTHÆ FUCHSIÆ UXORI SUÆ, CHRISTIANARUM VIRTUTUM DOTIBUS INCOMPARABILI, CUM URSULA AC HESTERE DUABUS FILIOLIS HIC QUIESCENTI, ITEM SIBI IPSI: LIBERIS SUIS SUPERSTITIBUS, FAUSTINÆ, BASILIO, JULIANÆ, POSTERISQUE IN HUMANÆ FRAGILITATIS MEMORIAM. F. C. PARENTIBUS, FRATRIBUSQUE JAM OLIM, UXORE VERO IN IPSO ÆTATIS FLORE, CUM FILIOLIS HAUD ITA DUDUM EXPECTANDI CENSORII NOVISSIMIQUE DIEI ERGO COLLOCATIS. ANNO M. D. XLIV. CALEND. FEBRUARII.

Elogium ejus & virtutes.

Fuit Jureconſultus doctiſſ. vir ſanctis moribus: quique eloquentia & eruditione non modo ſuperioris ætatis JCtos vicit, ſed cum veteribus quoque componi poſſe videatur.

αὐτάρκεια. Amerb.

Hic oblatâ non ſemel emergendi, & ad altiora adſpirandi occaſione, cum à Principibus ad conſilia, ab Italis in Italiam ad leges publicè exponendas, liberali propoſito ſtipendio, evocaretur, pro innata modeſtia patriæ tum docendo, tum de jure reſpondendo ſe dare maluit, ſua ipſius ſorte contentus. Qua ut honeſtè ſuſtentaretur, non præſcriptio nundinatioque bonorum Eccleſiaſticor nec affectata unquam, nec ex ea qu citatum comparatumve, ſed partim ſuorum, partim ſua induſtria, nu fidei conſcia, item *Marthæ Fuchſ* optimæ, dos & parapherna luculenta nam bonitatem effecerunt.

Itaque incendio illo in Religione na ſuborto, cum pleraque affectu privato geri, & vitiis, velamentum çernere: nihil antiquius habuit, c Catholicæ Eccleſiæ, imò ejus ſponſ Servatori, ſemet totum commend vovere.

Fuit inſuper φιλόστοργος tum e tim ſibi ſanguine aut affinitate junc publicè erga patriam.

Scripſit *Epiſtolam de urbe Baſilea,* Coſmographiæ *Sebaſtiani Münſteri* *commentationes* περὶ ἐπιεικείας καὶ τ *item* περὶ τ ἑκουσίυ καὶ ἀκουσίυ: quæ à promittuntur. *Geſner. in Bibliothec ger. in theatro*, & alii.

IOANNES LVCAN

NOTA Germaniæ Regio eſt *Lu* die, non procul à ripa *Albis*, è montibus emanantis; quam *Sevus* iisdem in montibus ortus, interluit, olim pars fuit ditionis Marchionum ſium. Eſt autem inferioris Luſatiæ M lis oppidum *Luca*, in veteribus etia riis celebre, præſertim à Bello anno *trecenteſimo* inter *Fridericum* Mar Miſorum, & *Albertum* Comitem Th Cæſarem *Adolphum Albertum* Auſt ac Marchionem Brandenburgenſem Hoc in oppido natus eſt *Ioannes Luc* tre cognomine, prætore illius loci, femina præſtanti, à quibus ſemina i facundiæ in filium propagata eſſe, no bium. Etſi autem non ſatis eſt nativa celeritas, & linguæ plectrum volubile, cedat rerum cognitio, & uſus, artium num magiſter, amorque veritatis & juſ men in eloquentia naturam præcipuè ri, manifeſtum eſt.

Lucanus igitur ut ingenium, quod beneficio nactus erat, vegetum, expol coleretque, è patriæ ludo ſtatim in Academiam Wittembergenſem eſt mi privatis præceptoribus uſus *Ioanne* *Velcurione*, & hoc mortuo, *Ioanne M* veram de Deo doctrinam, cognition ceptorum de ratione dicendi, epitome riarum, ac præcipuè rerum Germanica quot annis feliciter percepit. Inde civilis & legum ſtudium progreſſus, fon doctrinæ interprete ac Doctore *Mela ne* deguſtavit. Hujus deinde conſilio, diligenterque *Conradum Mauſerum* Inſtitutiones prælegentem, eumque d cum ſibi præceptorem ac hoſpitem Mauſerus adoleſcentis ingenium, diſce

m conſiderans, ordinem ipſi diſcendi
mas in praxi materias, libros lectu in-
tiles, in quibus proceſſum juris omni-
nteferebat, & alia in jure ſcripta, can-
pertivit, ac crebro conſiliis inſtructum
a judicia miſit.
is deinde annis poſt hortator eidem
ingenii vires & induſtriam docendo
t. Itaque vix natus annos *viginti u-*
anus, cepit in mediocri auditorum,
grandiorum frequentia, Inſtitutiones
vatim enarrare, qua ætate *Bartolus*
Doctoris titulum adeptum. Audi-
n & *Hieronymum Schurffium*, eosque
greſſus, ut & ſtudioſis juris, & bonis
ola viris gratus eſſet, ac à nobilibus
a expeteretur.
ali itaque ſtipendio publici in jure
ris locus ipſi eſt tributus, anno *mille-*
gentesimo, quadrageſimo tertio, quo
ocendi cum fide & laude functus eſt
n illud usque Germanicum. In quo
capto, cùm & Schurffius & alii alio
it, ipſe in Megapolenſem ditionem
ique ſedem familiæ ſuæ fixit, ubi &
s fides, induſtria, & eloquentia no-
iquoties enim è Wittembergenſi
a à nobilibus evocatus eò venerat,
lio ejus & opera in judiciis & cau-

ſeceſſu cùm *Theodoricus Molzanus*,
s, hoſpitium ei benignum domi ſuæ,
ferè annum præbuiſſet, tandem *Ioan.*
Dux Megapolenſis, audiens inge-
quentiam & mores Lucani Molzano
ne bonis probari, in aulam ipſum
ancellarii munus commendat. Hoc
eum ſibi præfixum habuit ſcopum,
s & actionibus omnibus, ut vera *re-*
uſtitia, ut *doctrinarum ſtudia* flore-
l poſteros optimè conſtituta propa-
Et verò omnia impedimenta con-
objecta, invicta animi conſtantia
cit, & *Eccleſias* doctrinæ puritate,
ſeveritate, rituum gravitate floren-
cia Principum publica, ſingulis an-
ntibus conſtituta; *Academiam* ex
inſtauratam; & reditibus annuis
dotatam, Principum munificentia,
uo excitata, reliquit. Nimirum
æſtare, quod *Tullius* * ait: *ut gu-*
curſus ſecundus, medico ſalus, Im-
ctoria, ſic moderatori Reip. beata ci-
eſt propoſita, ut opibus firma, copiis
loria ampla, virtute honeſta ſit, nos
ut Religione hoſpitium Eccleſiæ
cholarum ſit nutrix.
unt autem initia Lucani in difficilima
um *Carolus* victor novas de religione
ges, & ad præſcriptum libri Augu-
e omnes niteretur. Ibi ergo cùm
quoque & *I. Albertum* Duces
rgicos urgeret, ut Eccleſias, ſuarum
n juxta normam illius libri curarent
das, Principes convocatis *Sternber-*
ibus, proponunt Cæſaris manda-

tum, & per Lucanum de voluntate ſua adſe-
rendæ veræ doctrinæ edocent. Unanimi
itaque conſenſu *Sphinx Auguſtana* repudiata
eſt, ac Lucano ut reſponſionem Imperatori
mittendam formaret, mandatum. Reddi-
ta eſt ea *Aterbatenſi*, nec quicquam poſt à Cæ-
ſare flagitatum; niſi ut legatos ſuos ad *Syno-*
dum Tridentinam mitterent. Narraverunt,
qui exemplum illius reſponſionis ad Cæſarem
miſſæ, manu Lucani ſcriptum viderunt, eum
in frontiſpicio hoc adſcripſiſſe dictum: *Si a-*
liud jubeat Imperator, aliud Deus: da veni-
am Imperatori: tu carcerem, ille gehennam mi-
natur.

Repudiatur à Meckelburgicis.

Lucanus reſpondet Cæſari.

Suſcepta ſunt poſtea, ſuaſore Lucano,
conſilia de inſpectione Eccleſiarum in tota
ditione, & certa forma doctrinæ, rituum, &
totius gubernationis Eccleſiaſticæ ſcripto
complectenda; qua velut communi norma,
omnes in earum regionum Eccleſiis docentes
uterentur. Hoc pium & ſalutare conſilium,
arte quorundam impeditum eſt, usque ad
annum Chriſti *milleſimum quingenteſimum ſe-*
cundum, quo Princeps *Ioannes Albertus*,
poſt diſceſſum patrui *Henrici* Ducis Megapo-
lenſis, die ſexto Februarii ex hac vita evoca-
ti, ſolus illas terras gubernare cœpit.

Eccleſias conſtituit.

Eodem anno juſtum & neceſſarium bel-
lum, pro defenſione patriæ, Religionis, liber-
tatis, & pacis publicæ, unà cum *Mauritio*
Electore Saxonico & aliis confœderatis feli-
citer Princeps geſſit: quo bello Eccleſiæ, pu-
ram Evangelii doctrinam amplectentes, ex
Synodi Tridentinæ, & tyrannidis Pontificiæ,
ac Hiſpanorum ore & faucibus, ereptæ ſunt,
univerſæ Germaniæ libertas iterum inſtaura-
ta; & pax firma Eccleſiis Paſſaviæ confecta,
quæ nullo unquam tempore antea impetrari
poterat. Hoc in bello aſſiduum ferè Comi-
tem Princeps Lucanum habuit, ac ipſius con-
ſiliis & opera plurimum uſus eſt. *Auguſtæ*
Vindelicorum anno priore omnes Eccleſiarum
Miniſtri ſynceri, & omnes in ſcholis piè do-
centes, pulſi erant, ut ſublata docentium voce,
tota Evangelii doctrina, facilius deleri & ex-
tingui poſſet. Ea urbe à confœderatis Prin-
cipibus occupata, monuit Lucanus, cum bel-
lum defendendæ Religionis & Eccleſiæ cauſa
inprimis ſuſceptum eſſet, ante omnia pios
concionatores & Doctores revocari, & tem-
plis præfici debere, & ludos literarios iterum
aperiendos eſſe, in quibus juventuti vera Ev-
angeli doctrina, una cum cæteris artibus, in-
ſtillaretur. Id ſtatim poſt factum.

Lucan. adeſt Principi in bello.

Auguſtæ miniſtri reſtituti.

Et ſchola aperta.

Et imperator, cum poſt initam cum Prin-
cipibus Pacem, Auguſtam rediiſſet, etſi in po-
litiæ forma remotis tribunis quædam mutavit,
tamen Eccleſias & ſcholas, juxta Principum
decretum clementer reliquit. Interfuit dein-
de Lucanus variis deliberationibus, urbem
Magdeburgam obſidente *Mauritio*, quo even-
tu, notum eſt.

Domi deinde & in togata militiâ, ſecun-
dum Eccleſiarum, ſcholarumque curam, ju-
dicia publica, ut alter *Irnerius*, reſtituit, & ut
Alcuinus Pariſienſem, ita ipſe Roſtochianam
Aca-

Iudicia & Acad. Roſtoch. inſtaurat.

Academiam inſtaurandam curavit. Quanquam, ut ſemper virtutem comitatur invidia, obtrectatione & calumniâ non caruit, quæ tamen omnia, conſcientiâ ſuâ fretus Deique auxilio, contemſit, ac paci publicæ condonavit. Semel in publico ordinum totius ditionis congreſſu, publicè provocavit ſuos calumniatores, quorum ibi non paucos adeſſe ſciebat, ut coram accuſarent, aut jure ſecum experirentur, ſed cum nemo prodiret, ipſo ſilentio obtrectatorum os obſtructum putavit.

Calumniis impetitur Lucanus.

Tandem cùm periodus annorum, quibus ſuo Principi ex pacto erat obligatus, ſub feſtum Paſcha anni *ſexageſimi ſecundi*, ad finem decurreret, crebris & ardentibus votis diem illum, ſibi fatalem, expetivit. Et biennio antè, de illis ipſis miſeriis ac periculis, gubernationem comitantibus, cum *Davide Chytræo* familiariter colloquens, magnâ cum voluptate ab eo audivit *Similis* cujusdam aulici Epitaphium. Hic enim, cùm in aula *Adriani* Imperatoris diu vixiſſet, tandem vacatione impetrata, quod reliquum fuit vitæ, ruri in otio & quiete exegit, moriensque ſepulcro hæc inſcribi juſſit:

Dion in Adriano.

Similis aulici Epitaphiũ.

SIMILIS HIC JACET: CUJUS ÆTAS QUIDEM MULTORUM ANNORUM FUIT; IPSE SEPTEM DUNTAXAT VIXIT.

Nam iis tantum annis verè ſe vixiſſe judicavit: quibus aula liber fuiſſet. Cùm deinde tribus poſt Paſcha, quod finem illi militiæ aulicæ attulerat, hebdomadis, Chytræum rurſus conveniſſet, *jam* inquit, *incipiam vivere*. Ita ſe brevi ad æternam vitam, quæ ſola vita ducenda eſt migraturum præſagiit. *Duodecimo* enim *die* pòſt, *primo* Maji, placidè obdormivit. Teſtamentum, quod in comitiis Auguſtanis, anni *quinquageſimi noni*, in quibus nobilitatis honorem & privilegia Imperator *Ferdinandus* ſua ſponte ipſi contulit, periculosè decumbens incoarat, ante mortem renovavit. In eo poſt gratiarum actionem ad Deum & preces, filium, quem ex conjuge honeſta, filia *Wolffgangi Schifferdeckeri*, quæſtoris in arce Wittembergenſi, unicum ſuſceperat, monet atque hortatur ad virtutum ſtudium, & tutoribus ſeriò commendat. Eccleſiæ etiam ſui prædii, & cognatis quibusdam tenuioribus, ampliſſima legata donat, & quid de cæteris bonis fieri velit, conſtituit.

Præſagit mortem Lucanus.

Quam & obit.

Nobilitate donatus à Ferdin.

Teſtamentum Lucani.

Ex his itaque apparet, qualis vir hic Lucanus fuerit, *pius* nempe erga Deum, *juſtus* erga proximum, *temperans* erga ſeipſum. Δωροφαγίαν ut qui maximè, oderat, ac magni precii munera, pro officiis jam præſtitis oblata, ſtomachabundus etiam rejecit. Auditum & hoc eſt cùm nobiles quidam, ut eorum cauſas in aula expediret, multis Joachimicis additis, rogaſſent, placidè reſpondiſſe: *ſtipendium ſibi à ſuo Principe numerari, ut cauſas ad ſe delatas pro virili promoveat, nec fidem ſuam cuiquam, etiam ſine dono, defuturam*. Comis præterea & humanus erga omnes etiam infimæ ſortis homines, quos libellos ſupplices offere[…] nignè admiſit, datoque reſponſo pro[…] dimiſit. Cùm Regiones illæ tribut[…] actionibus onerarentur, verà συμπαθε[…] li affectus eſt. *Sed quid conſulam*, in[…] *Domino, & his regionibus aliud? Si n*[…] *tur onera, quotidie creſcunt, & certò e*[…] *dum eſt tandem bellum & extrema* […] *Multò autem tolerabiliora ſunt bello* […] *paulò poſt deſitura. Ne Salomonis qui*[…] *num, quo nullum toto terrarum orbe* […] *adeò mite fuit: ut populum non preſſeri*[…] *Davidem, quo nullus ſanctior, cauſa*[…] *rum non audiiſſe cives queſti ſunt. H*[…] *plis me conſolor, & quæ emendare no*[…] *fero, ac mitigare communes peccatoru*[…] *rum pœnas, & miſerias publicas pro v*[…] *li ſtudeo*. Hæc ipſe.

Virtutes.

Oſor munerum.

Negotia autem ſui Principis ſumm[…] diligentia egit ſemper, nec unquam a[…] in aliis aulis favores aucupatus eſt, […] biſſimas potius multorum & magnoru[…] cipum offenſiones ſubivit, ita ut ve[…] *Iſocrateum* illud uſurpari poſſit: […] ἀγαθὸν κοινὸν ἀγαθὸν, χρησιμώτατον […] τατον ἁπάντων χρημάτων εἶναι h. e. […] *rium bonum eſſe commune, bonum ac* […] *utiliſſimum*.

Et hactenus de Lucano, *ex oration*[…] *habita à Ioanne Poſſelio Profeſſore in A*[…] *Roſtochianâ*.

SIMON PISTORIUS.

SIMON PISTORIUS, vel *Piſtoris*, n[…] Lipſiæ, anno poſtremi temporis […] *quadringenteſimo, octuageſimo nono*, di[…] *mâ octavâ* Octobris, vetuſtâ nec min[…] bri Piſtoriorum familiâ, quæ unde nom[…] Piſtoris acceperit, nobis quidem adh[…] gnitum. Clarioribus & nobilibus ea[…] lis accenſeri, *Georgius Fabritius* in an[…] & *Petrus Albinus* in hiſtoria Miſnenſi[…] notarunt. Avum habuit *Nicolaum*, […] cognominem *Simonem*, utrumque Me[…] tis Doctorem, & Saxoniæ Ducum arch[…] Sed hic noſter publica curare maluit, […] dicinam facere toti Reipubl. corpori[…] turam.

Itaque *vigeſimum* annum agens in […] ſitate Lipſiacâ gradum Baccalaurei Ju[…] ruit. Hinc in *Italiam* profectus *Iaſon*[…] *no, Philippo Decio, Franciſco & Rocho* […] *Paulo Pico*, cæterisque, qui tum increb[…] Jurisprudentiæ luminibus, operam […] Quam maximè ſtudiorum rationem ap[…] rit, teſtatur ὑπόμνημα, quod libris di[…] rum inſcribere ſolebat, his, ut perhibe[…] bis, *quanquam majorem partem eoru*[…] *quotidie obſervanda & annotanda occu*[…] *ſuis titulis & locis communibus poteris i*[…] *re, attamen conſulo, ut repertorium ſec*[…] *ordinem alphabeticum inſtituas, in illis* […] *quæ notatu digna ſunt, maximè hinc* […] *legibus & Doctorum commentariis adſ*[…]

ſ & allegationibus locupletius. Ap-
m neceſſarium eſt, in tanta rerum mul-
& varietate, memoriam ipſam, variis
vare & ſtabilire, ipſaque experientia
m eſſe didici, quod à præceptore meo D.
inde inculcante audivi: calamus eſt,
Juriſconſultum, teſtabaturque ipſe
octogenarius, & quadraginta annos
cuiſſet, quod nullum ſineret præterire
in adhuc aliquid ſuis locis obſervaret
beret. Hæc ille.

xpleto biennio, Italiam bellis diſtra-
inquere coactus, ad ſuos rediit, ini-
eſimo tertio ætatis anno Licentiam, ut
ubſequente viceſimo quinto docenti-
ia, promovente Joanne Lindemanno,
nec mora, quin publicum interpre-
licem Juſtin. munus, adipiſceretur.
c eſt, quinquennium verſatus; ut ab
ſummam iniret gratiam, & poſt mor-
demanni, in ordinarium ejus locum
io Canonicorum ac Juriſperitorum,
Georgio nominaretur, in hanc fermè
m: Cæterum quamvis in hac tua Re-
ria, multos huic muneri idoneos eſſe,
qui neget, occurrit tamen inprimis vir
Simon Piſtoris I. V. D. clariſſ. in quo
familiæ claritatem, natura tantas a-
rporis dotes, una cum inclyta virtute,
ma cum docendi facilitate non ſine
nium admiratione feliciſſimè cumu-
elius neminem, pace aliorum dixeri-
x cunctis Germaniæ Academiis con-
noſtris ſtudiis ſatisfacturum putemus.
eo ſapientia, probitas, ingenium, eru-
e civilitas emicant. Præſtitit is ſe in
re annum, communis ſcholæ Doctorem
num, adeò ut fateamur ingenuè, eum
iè, de nobis vel fidiſſima ſua inſtitu-
è meritum, ut pares ei gratias tota co-
a, vel agere, vel referre poſſe deſpe-
tum Lipſiæ anno à Chriſto nato M.
.

laudationem ſecutus Dux, per Ca-
flug, equitem auratum, ei functio-
andandam curavit, quam is eo dein-
eſſu feliciter obtit; ut nonniſi præci-
dignus judicaretur, & ſub annum
m quingenteſimum viceſimum tertium,
ab eodem Principe, ad Cancellarii
m accerſeretur, de quo quid ipſe ſen-
dverſariis ita ſcriptum reliquit: Hoc
us ſum non parum invitus, Cancella-
riſſimi Principis Sax. Ducis Georgii.
m enim vacare profeſſioni & forte ma-
gloria. Sed favor vicit judicium, &
n potentia. Hoc officium usque ad
Ducis Georgii, circiter annum deci-
i ſeculi trigeſimum nonum domi foris-
abiliter adminiſtravit.

o rediit ad ordinarium Lipſiæ pulpi-
o pervulgato, ſtatim ab Academia
dienſi demortui D. Franciſci Burkar-
ria Pontificii juris cathedra, literis
ichemi Phryſii, quæ in hiſtoria Albi-
nc extant, abſenti offertur, quarum

exemplum, tanquam illuſtre noſtri Piſtoris elogium, hic inſerendum videtur: *Cum poſt excellentiſſimi Ducis Georgii mortem, Piſtoris doctiſſime, à publicis curis occupationibusque ad priſtina rurſus ſtudia, literarumque otium, animum te advertiſſe audiviſſemus, ac ab docendi provincia, quam magna olim cum laude obiiſti, non abhorrere te, nobis indicatum eſſet, dici non poteſt, quantum nos illico cœperit deſiderium, quo in noſtra non incelebri Academia Ingolſtadienſi, ſub illuſtriſſimis optimisque Principibus Bavariæ tui nobis copia obtingeret; atque illa ad antiquam rurſus frequentiam atque ſpeciem exurgens, tui nominis celebritate atque ſplendore increbeſceret, illuſtriorque quotidie exiſteret. Quamobrem hac re cum magnifico ac principali ſcholæ noſtræ patrono curatoreque communicata; poſtquam etiam morte clariſſimi viri D. Franciſci Burkardi, primaria Pontificii Iuris lectio vacaſſet; ex illius voluntate & juſſu, tuam, doctiſſimè Piſtoris, ſententiam explorare placuit, num videlicet in Ingolſtadienſi Academia, in Iuris Canonici profeſſione, operam tuam locare non recuſes; ut ſi de tuo conſenſu certiorati fuerimus, cætera quæ eodem pertinent, tecum peragi queant. Salarium certe non contemnendum conſtitueretur, honorarent ac colerent, ut dignum eſt, ſtudioſi doctique omnes; ac cum tempore, illuſtriſſimis Principibus tua Excellentia propius innoteſceret, ut quod alibi vix optare audeas, hic cumulatiſſimè te percepturum ſperare poſſis. Qamobrem quæſo, ut eam rem animo tecum expendas, & quid conſtitueris quamprimum reſcribas, quò eo maturius vacanti cathedræ, per te proſpectum gaudeamus, aut aliunde conſulere queamus. Vtinam autem voto noſtro tua conſentiat deliberatio, ac levia inter nos haud ita dudum jacta amicitiæ fundamenta, quotidiana conſuetudine communicationeque ſtudiorum, jucundè feliciterque exædificare nobis daretur. Bene vale, vir clariſſime. Ex Raina 20. Decembris Anno M. D. XXXIX.*

At verò noſter Spartam, quam in patria nactus erat, ornare φιλόπατρις, ſæpè quamlibet accerſitus, antiquius ſibi & prius habuit, & * *Viglium* ipſum poſt moviſſe, res Imperialis Cameræ, Belgicæque teſtantur; ubi magnos adeptus honores, in maximis Reipubl. motibus, oppetiit, beatior & civibus utilior ſuis futurus, ſi ad egregiam humanarum legum cognitionem, divini quoque juris, & fœderis, cum hominum genere pacti, ſcientiam pio ſtudio cumulaſſet. αἴτιον πάντων κακῶν, τὸ μὴ ἀναγινώσκειν βιβλία, ψυχῆς φάρμακα, prout ſcribit Chryſoſtomus. Sed ad Piſtorem redeundum.

Manult in patria manere Piſtor.

** Vide in ejus vita.*

Huic ergò quanquam ſcholaſtica patrium ad focum militia, ceu ſtudioſo doctoque homini, præ ſplendidioribus vitæ conditionibus, inprimis accideret; tamen divina ſors aulicum rurſus efficere voluit, potito rerum *Mauritio*, ad Archigrammatei munus autoritate Principis anno *quadrageſimo ſecundo*, ſupra *ſeſquimilleſimum* revocatum. In quo tan-

Iterum in aulam accerſitur.

tantum ad annum uſque *quadrageſimum octavum* perduravit. Nam confectus jam ſenio, varietate temporum, laboribus, valetudine, curis, commeatu gratiosè impetrato; in pagum ſuum *Seuſelitz*, uno infra Miſniam lapide ad Albim, ſe recepit, ſic tamen, ut in ſtipendio conſiliisque Regum, Principum, aliorumque, quibus pietas, eruditio, juſtitia, prudentia, dexteritas, moderatio, cæteræque eximiæ viri virtutes, gratæ erant, ad extremum usque ſpiritum, hæreret.

Rude donatur.

Tandem affluens proſperitatibus hujus vitæ omnibus, jam ſatur dierum & felicitatis humanæ, cujusmodi quidem hac in vita contingere fortunatis poteſt, ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν χριςῷ εἶναι. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον, poſtquam annos mortalitatis *ſeptuaginta tres* complevit, anno ſeculi *decimi quinti*, *ſexageſimo ſecundo*, die Decembr. *tertio*, in pago ſuo *Seuſelitz*, quo commigrarat, ἐν εἰρήνῃ Simeonis καὶ εὐφημίᾳ, per beatam atque optabilem εὐθανασίαν conſopitus, ad ἀθανασίαν tranſiit; in æde publica ſepultus, ubi monumentum ejus viſitur, cui ſequentia *Georgius Fabricius* inſcripſit:

Obitus Piſtor.

Monumentum.

D. O. M.

SIMON PISTORIS J. U. D. OBIIT III. NON. DECEMB. ANNO CHRISTI M. D. LXII. ÆTATIS LXXIII. PATER LIBERORUM XXIII.

Vita noſtra fidei vita eſt, non contemplationis.

SIMON PISTORIS J. U. D. IN ERUDITA FAMILIA NATUS, MAGNIS HONORIBUS FUNCTUS, ERUDITOS ET HONORATOS LINQUENS FILIOS SUPERSTITES, QUEM URBS PAPIA DOCUIT, PATRIA LIPSIA ORNAVIT, AULA SAXONICA OBSERVAVIT; SUB HOC SAXO CORPORE CONDITUR, ANIMO VIVIT FELICITATE SEMPITERNA. OBIIT ANN. M. D. LXII. D. III. DECEMBR. HORA V. POMERIDIANA.

Conditur hoc tumulo Simon Piſtorius, atque
A patre præclaro nomen avoque tulit.
Saxonica vixit qui Cancellarius aula,
Vltra quinque gerens luſtra regentis onus.
Ingenio præſtans, ſtudio indefeſſus, honore
Summus, conſiliis utilis, ore potens.
Quod mortale fuit tellus tenet; inclyta fama
Nominis haud ullo ſtat violanda die.

P. C. P. C.

Patri chariſſ. filii mœſtiſſ.

Diligentiam & φιλομαθίαν hujus viri teſtatur Bibliotheca, *Theologiæ*, *Jurisprudentiæ*, *Medicinæ*, *Philoſophiæ*, omnisque generis bonis libris inſtructiſſima, quos propemodum univerſos ſua manu conſignavit, & hac in re ſubſidio noctis fuit uſus; quando per negotia aulica libros verſare ei minus licebat. Hoc enim ipſi fuit per omnem vitam ſolenne: ut poſt duodecimam noctis & ad quartam usque horam lucubr in lectum reverſus, ad ſextam usqu ret, & hoc fecit tam domi quam fo neribus. Amicitias cum doctiſſimi que ſui temporis hominibus in aulis lis, eum coluiſſe; literæ ab amic ſunt argumento. Domi ferax, lo temperans, liberos ex tribus ordi gibus *viginti tres* ſuſcepit, quorum in aulis & præfecturis Principum, in ſiſtorio Cæſaris Imperiali, præcipu tates, ingenii, doctrinæque comm conſecuti, ſemper celebrantur.

Studia & mores.

Lucubrandi ejus ratio.

Hartmannus quidem ex tertia co *glera à Kliphauſen* natus, quo in quantum præſtiterit, non in aula ubi præcipuum locum tenuit, ſed e que eruditiſſimis lucubrationibus in literaria, non poteſt cuiquam ſtud matori, non eſſe cognitum. Pater nex expertus omnia, ſcholaſticam larum ſplendori prætuliſſe, nec obſ jus ſui judicii ſignificationes, filiis dicitur. Nimirum non vivimus arbi ſtro; Verum Deo, Reipubl. major cuique ſuam aſſignantibus ſtatione gioſè parendum eſt. Illius tamen f tu major *D. Modeſtinus I. V. D.* p tentiam amplexus, locum ejus in *Lipſiæ* cathedra, longo tempore ten finem uſque vitæ præclarè tutatus e filius *D. Ludovicus Piſtoris* J. U. D. lis cameræ aſſeſſor *Spiræ*, qui quatuo ſurſum linea parentes numeravit D ipſe quintus. Proſapia fœlix omni norum genere præſtans, in qua cern veritatem divinæ promiſſionis Pſalm que literis conſignatæ: *Beatus quis Iehovam, & mandatis ejus delectat Potens in terra ſemen ejus; generati rum benedicetur. Opes & divitiæ in d juſtitia ejus permanet in æternum.* Ite *ti, qui jus & judicium obſervant, & qu ſte ſe gerit omni tempore.*

Prodierunt ejus quædam lucubrat *reſponſa* juris, ſive *conſilia* ... m *Mo* conſiliis. Exſtant ejusdem Modeſti *Hartmanni* Piſtoriorum partes aliq *ſtrium juris quæſtionum*, tam comn Romani, quàm Saxonici. *Matthæu becius in exemplis jurisprudentiæ: Pe nus in Chron. Miſniæ tit. 25. Biblioth*

FRANCISCVS CRANEV DIVS.

NOBILI apud *Geldros* familiâ *Fr Craneveldius Neomagi* natus, juris civilis ſtadio, ſupremâ laureâ publ applauſu *Lovanii* donatur. Poſt *Brug drorum* Reipubl. orator fuit: quem i magiſtratum *Penſionarium* vulgò no Inde *Machliniam* in conſilium à Cæſa tus, ſummâ cum fide atque integritate obiit.

-agenario major, dum publica tractat ne-
& de jure indies reſpondet; Græcarum
um præſidium ſibi deeſſe dolens, *M. Ca-*
xemplo, ſenex eas ab elementis per ſe
horis ſubſecivis non erubuit. Quas
n diuturnam ſitim explere volens, tam
rripuit, ut ſine Doctore Græcè benè pe-
rocopii de Juſtiniani Imp. ædificiis, *li-*
, aliaque non pauca Latio donarit.
cæ etiam linguæ non ignarus, ſacras li-
ætatis afflictæ ſolatium tractavit. Ma-
per omnem ætatem cum *Deſiderio*
, *Ludovico Vive, Thoma Moro, Alar-*
ſtelrodamo, aliiſque claris eâ tempeſta-
familiaritas fuit, ad quos etiam Græcè
m, ſtilum exercendo, ſcripſit. Symbo-
litium nomen complectente, hoc uſus
i-CRANE, VEL ſeria.
itur Machliniæ ipſo D. *Franciſci* * *die*,
bi cognominem quoad vixit, religioſè
nno *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo*
Bibliothecam, optimis cujuscunque
libris inſtructam, hæredibus moriens
Antiquorum numiſmatum, & totius
atis fuiſſe ſtudioſum, vel ex eo liquet,
Epiſtola ad Eraſmum prædicat *Thoma*
nia, qui diſcedens, uxori donarit au-
nulum, in quo Britannicè, *Bona vo-*
enſentur omnia: ipſi autem Cranevel-
ſta numiſmata, aureum argenteum-
ubrum altero *Tiberii*, altero *D. Au-*
gies.
r illos Procopii libros Latinè reddi-
ſit & *præfationem in I. Ludovici Vivis*
veritate fidei Chriſtianæ, ut Geſneri
eca monet *Aubert. Miræus in elo-*
c. Eraſm. lib. 15. *epiſtolarum.*

DERICUS ISELINUS.

Rauracorum *Iſelinus* in hunc mun-
rodiit, natus ex honeſta *Iſelinorum*
nno Chriſti *milleſimo quingenteſimo*
Patrem habuit homonymum, Se-
ut perhibent, ditiſſimum, matrem ve-
tham Bârin. Ab his parentibus puer
educatus, bonis literis operam de-
Ioanne Oporino præceptore, prima
maniorum jecit fundamenta. Po-
monis Grynæi contubernium admis-
is literis & Philoſophiæ ſeſe dedidit,
vulgarem eruditæ doctrinæ ſupelle-
comparavit.
bonis ſtudiis ſic ſatis excultus anno
tavo, Lutetiam eſt miſſus, ut & quas
tes, plenius perdiſceret, & Gallicæ
m ſibi compararet, atque Juriſpru-
eram daret. Eo in loco cum ali-
ubſtitiſſet, alias quoque Galliæ Aca-
ceſſit & inprimis *Valentia* ad Rhoda-
mum profecit.
igitur artium, linguarum, & legum
inſtructus, anno circiter *quadra-*
timo poſt *milleſimum quingenteſi-*
patriam rediit, & jura extraordina-

riè explicare cœpit. Sequenti verò anno *Ita-liam* quoque adiit, & *Papiæ* ab ipſo *Alciato* Juris utriusque Doctor, ſolenni Academiarum more, eſt renunciatus.

In Ital. ab Alciato Doctor renunciatur.

Baſileam ubi rediit, *D. Bonifacii Amerbachii* Jureconſulti filiam *Fauſtinam* uxorem duxit, pauloque poſt ſocero in Juris Profeſſione ſucceſſit.

Ducit Vxorem.

Eo in officio dum ſolenne ſuum obtinet, inprimisque Eccleſiæ unitatem exoptat, dira peſte ſæviente Baſileæ ſub finem anni *milleſimi quingenteſimi ſexageſimi quarti*, cum duobus collegis & Juris Profeſſoribus *Marco Hoppero*, ejus anni Rectore, & *Martino Vbero*, immatura morte aufertur, ætatis ſuæ *quadrageſimo quarto*, pulcra poſt ſe prole relicta. Sepultus eſt, cum publico luctu, in Cathedralis Eccleſiæ circuitu, cum tali Epitaphio in marmore ſculpto:

Succedit ſocero. Peſte tollitur.

Cultor juſtitiæ fui ſeverus,
*Et verus pietatis * indagator.*
Vtranque ad ſuperos Comes ſecutus;
*Hoc natos moneo & * ſeros nepotes,*
*Diſcant juſtitiæ ac Deo * parere.*
Ob. A. C. M. D. LXIV.

*Epitaphiũ. *æſtimator. *pios. *placere.*

Fuit vir eruditione ſingulari, prudentiâ, & vitæ innocentiâ conſpicuus, & quamvis ætate juvenis, tertium tamen Rectoris officio functus, & quidem magna cum laude. *Ex lib.* 3. *Proſopograph. Pantal. & monumentis Baſilienſ.*

GEORGIVS SIGISMVNDVS SELDIVS.

O. 1565. d. 26. Maij. ex triſti caſu. at. 50. curr.

AVguſtæ naſcitur *Georgius Sigismundus Seldius*, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo decimo ſexto*, die *viceſimâ primâ* Januarii, patre *Georgio Seldio* familiæ Auguſtæ * celebris, tunc quadrigamo & ſexagenario, Geometriæ, & altarum Mathematicarum diſciplinarum peritiſſimo; Matre verò *Priſcâ Schalterinâ*, honeſtiſſimæ familiæ matrona, ſed illis nuptiis ætate ferè puella, quæ poſt hujus mariti obitum, alii viro juncta, progenuit *Ioannem Hegenmüllerum* JC. primum Bavaricum conſiliarium, poſtmodum & Cæſarium, aliquandiu etiam Cameræ Imperialis adſeſſorem.

*Pater Seldii. *Cruſius aurifabrũ ſcribit fuiſſe, in annal. Suevic. p. 3. pag. 347. Priſca Schalleri-na mater. Ioan. Hegenmüller. Seldii frat. uterin.*

Seldius autem hic puer tenellus à *Pinitiano*, celebri Grammatico, in patria inſtitutus eſt, ubi cum inter juvenes *Fuggaros*, Raimundi filios ingenii promtitudo deprehenderetur, cum eis circa ætatis annum fortè *undecimum Ingolſtadium* fuit miſſus. Ibi annis non omnino duobus fuit. Nam cum planè eſſet præcocis ingenii, ad Juris ſtudium maturè adhibendus *Nicolao Eberhardo Phryſio* videbatur. Ideoque cum Fuggari filiis in Italiam eſt ablegatus, ut ei ſtudio inter reliqua (nam & Hiſtoriis ſummo opere, & Mathematicis, & Græcæ linguæ, omnibusque ingenuis artibus & diſciplinis unicè fuit addictus) invigilaret; id quod fecit admodum ſanè feliciter, quippe qui vir maximus, atque orbis ac ſeculi ſingulare quoddam columen evaſerit.

Cum Fuggaris Ingolſtad. mittitur. Inde in Italiam. Audit JCtos.

Lazarus Bonamicus. Romulus Amuſæus.

Duos autem facundiſſimos ſenes, *Lazarum bonamicum* aliquandiu *Patavii* & *Romulum Amuſæum* multò diutius *Bononiæ* ſummo ſtudio ac deſiderio audivit.

Diſcedit in Galliam. Redit in Italiam.

Abſoluto in Italiam integro *biennio*, in *Galliam* quoque mirificè literis ornatus abiit, ac *Biturigibus* tantundem temporis iiſdem in ſtudiis ſumma cum diligentia conſumſit; repetiitque mox *Italiam*: ubi Clariſſimis JCtis, quibus adjunxit & *Marianum*, evolvendis indefeſſam dedit operam nec antè quam alterum adhuc ibi biennium conſumſiſſet, doctoreâ laureâ voluit ornari.

Et in patriam.

In Germaniam ubi reverſus, multiplici jam eruditione, prudentiâ, & linguis ornatus, quibus etiam *Hiſpanicam* inter Hiſpanos in aula eleganter adjunxit, nihil prius ipſi fuit: quam ut primo quoque tempore Imperii, quod *Spiræ* eſt, Judicium Cameræ ſpectaret: & quæ eſſent inibi uſitata ac neceſſaria, ſummo ſtudio obſervaret.

Spiræ agit propter judicium Imperii.

Commendatur Epiſcopo Friſing. Fit conſiliar. Bavar.

Inde ab *Antonio Fuggaro* dignis encomiis commendatus *Henrico* Comiti Palatino Rheni, *Friſingenſi* tum *Epiſcopo*; in ejus conſilium ſtatim eſt cooptatus. Apud hunc cum indies magis magisque inclareſceret: reliquis etiam Bavariæ ducibus cœpit eſſe charus: ac mox *Ludovici* Bavariæ Ducis Landishutæ Conſiliarius eſt deſignatus: qui ei Cancellarii ſui filiam uxorem dedit.

Et Carolo V. Imp.

Hoc loco, anno à nativitate Domini, *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto*, à *Carolo* V. Imperatore poſt mortem *Joannis Navii*, petitus eſt in ſuum conſilium, atque impetrata à Bavariæ Duce venia, in ejus temporis expeditione cum *Cæſare VVittembergam* profectus: cumque ei jam annos quatuor inſerviiſſet, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo*, Vicecancellarius Imperatoris ab eo eſt declaratus; qui in officio rebus Imperii ſummis præfuit.

Tandem Vicecancellarius.

I. Marq. & Henr. Haſ. ei adjuncti.

Quia autem moles ac negotiorum multitudo id requireret, *Joannes Marquardus* Badenſis & *Henricus Haſius* ei adjuncti de Cæſaris voluntate fuerunt.

Floret gratia Principp. Seld.

In ea functione *Seldius* Germaniæ proceribus, pleriſque Imperii Principibus atque maximis Chriſtiani orbis regibus, ob ſummam animi moderationem, judicii integritatem, patriæ amorem, admodum charus; & ſummè ſemper adamatus fuit. Nobilitas etjam Germanica, & ampliſſimus literatorum ordo, eum in actionibus quibuſcunque, ſolum ferè obſervabant: & in eum graviſſimis & periculoſiſſimis temporibus ingruentibus, tanquam ad certum portum, quo confugerent, tanquam lumen, à quo illuſtrarentur; tanquam ſacram ancoram, qua quiete fruerentur, animum intendebant. Nec enim quenquam ſine ſalutari conſilio dimiſit; neminem non eſt afflictum conſolatus; adeò ut neminem quenquam ei infenſum fuiſſe, auditum ſit unquam: neminem etiam gravius odiſſe viſus eſt ipſe; nedum ut unquam alicui mortalium ullo verbo detraxerit, inviderit,

Nobilium item & doctorum.

Neminem lædit. prodeſt quibus poteſt.

laceſſiveritque: ut ſumma ſemper in[...] integritas, incredibilis prudentia, i[...] labor, ſtudium admirandum, iſti tam[...] ficio convenientiſſima reſponderint.

Dum igitur ejus utitur operâ Car[...] perator; multis equidem laboribus [...] mæ in univerſo Imperio inciderunt [...] cennium totum: dum eum adhibet [...] ſtiani orbis rebus conſtituendis: dum [...] ex *Hiſpania* venientem per *Italiam* [...] *maniam* in Belgium comitandum cre[...] difficilimis legationibus (in quibus [...] vienſi conciliationi utiliter adfuit) [...] dum iterum cum ipſo *Carolo* de reb[...] mis conſilia confert plurima, du[...] ipſum retinet graviſſimis laboribus [...] tudinibus Cæſar onuſtus in Belgio [...] tandem *Aurangiæ* Principi adjunctu[...] gat, ad gubernationis Imperii reſign[...] Electoribus offerendam. Id quum [...] bonenſi Germaniæ Principum co[...] anno poſt natum Chriſtum *milleſimo* [...] *teſimo quinquageſimo ſeptimo*, differre[...] no tamen ſubſequenti in Comitiis Fr[...] dienſibus eſt tranſactum.

Interea temporis verò, anno [...] *milleſimo quingenteſimo ſeptimo*, in[...] *Carolo* Imperatore, & *Ferdinando* [...] *Wormatiæ* de religione Colloquio; [...] dinandus, ut ut vellet, non poſſet i[...] cum *Julio Pflugio* Epiſcopo Naumb[...] Seldius noſter Commiſſarius ibidem, [...] Cæſarum nomine fuit. Ubi doctiſſi[...] busque, etiam contrariarum partiu[...] fuit acceptus; ſed eo colloquio, cum [...] bonorum dolore interrupto, Seldi[...] tiis prædictis interfuit.

Iis peractis, anno *milleſimo quing[...]* *quinquageſimo nono*, ab obitu Doc[...] *næ*, Procancellarius Imperatoris Fer[...] declaratur. Ubi majore ex parte i[...] vivens iterum immenſos exantlavit [...] Imperatorem in peregrinatibus, in c[...] in coronationibus filii *Maximiliani* [...] tus: in ſecretum conſilium, in curia[...] Camerale, in Ungaricum adhibitus [...] vir infra conſiſtentem ætatem, labor[...] viſſimis, non annis tantum non e[...] Itaque ab eo munere ut liberaretur, [...] quinquennium *Ferdinando* Imperato[...] viiſſet; diuturnis precibus contendi[...] aliquomodo liberationem à Viceca[...] tus officio obtinuit; quæ ad *viceſim*[...] Maji, anni *milleſimi quingenteſimi ſ*[...] *tertii*, fuerat definita. Sed taman [...] aggraveſcentibus Cæſaris negociis d[...] in aula remanſit, usque ad finem me[...] anni ſequentis; quo cum uxore, in *B*[...] ad arces ſuas & libros, quos non un[...] habuit plurimos, reverſus eſt, ut paul[...] quietem, & literarium diu optatum o[...] raret. Ibi tum reficiens arcem *Neu*[...] *Alberto* Bavariæ duce ſibi donatam, [...] poſterum lucubrationes, quas erud[...]

, in eadem & Monachii perpolire &
e.
interea *Viennæ* obit *Ferdinandus* Im-
; qui, paucis diebus ante mortem;
ſentiam, ſummo cum deſiderio exo-
Hunc enim itentidem ad ſe vocans,
er quam *Pater Seld* ſolitus fuit appel-
quod & à *Maximiliano* Cæſare, & *Al-*
variæ Duce, qui Principum erat in
ctus, fertur factum. Verum Seldius
torum intervallo non exiguo disjun-
inimè potuit accerſi.
m ergò jam Seldius ſperans, ut apud
tatâ quiete liberius frui liceret, apud
lianum II. patri in Imperio ſuffectum,
carat, ſolicitè ivit ſe excuſatum, ſed
as, admonitionibus *Philippi* Hiſpa-
Regis & *Alberti* Bavariæ Ducis, evi-
it in *Auſtriam*; iterumque graviſſimis
nperii & aliorum regnorum fideliſſi-
ſultationibus, inſtar certi oraculi, adhi-
Dum verò ibi conſumit menſes cir-
, & jam plurima rectè conſtituenda
; & in majori, quam unquam antea
eſt; ut quia à tertio iſto incredibiliter
r Imperatore; anno poſt Chriſti na-
milleſimo quingenteſimo ſexageſimo
die *viceſima ſexta* Maij, cum eſſet
oem Viennenſem in quoddam præ-
Maximilianum Imperatorem evoca-
reditu eodem die infelici admodum
citatorum equorum curſu, cum riu-
us inevitabile periculum impenderet,
promto ex manica precationum li-
nimum ad Deum convertit, ac cum
Joanne Henrico Zaſio magni Zaſii F.
Vicecancellario, è curru deſiliit; &
ſaxum quoddam temporibus, eadem
ora exſpiravit. Cujus mors quam
hominibus ſummum attulit dolo-
ngè maximum verò ipſi *Maximiliano*
; qui ejus caput ſtatim juſſit ex con-
materia plaſticè fundi; ut ejus vera
n Epitaphio à ſe conficiendo poſteri-
ſervaretur. Zaſius eodem curru ve-
riculosè quidem & ipſe cecidit: ſed
eficio ſervatus eſt: ut haberet Reſp.
cceſſione Seldii, viri optimi ac doctiſ-
eſiderium leniretur.
cumfertur in Seldium tale *Joannis*
, Medici Cæſarii, Epigramma:

tuo caſu cecidit Reſpublica: tecum
jaceat tumulo morte peremta precor.

mo ergo omnes benignus; ob erudi-
aut divitias, aut alia, nil elatus: bene-
pro officiis gratus, unde bene meritis
ndignis, quippe comitis ſacri Palatii
iis ornatus * inſignia & arma contu-
ralis & in excipiendis in liberâ à Cæ-
ſibi indultâ menſâ viris nobilibus, &
Ipſe quidem invitatus ad neminem
ncipum & Magnatum auſus fuit ideò
ne cum uni ſatisfaceret, reliqui idem
tulare poſſent; atque ita convivatio-

nem quidem multis temporibus, ac prandia vel intermiſit omninò vel parciora ſumſit: ut ad res per totum diem expediendas, tantò eſſet alacrior & aptior. Pro ſe tamen crudiora ſalſamenta mirè amavit. Muſica vehementer & reliquis Geometricis & dimetiendi atque delineandi ſtudiis delectabatur: teſtudinem autem pulſandi longè celeberrimus artifex, & principibus miraculo fuit: ſalibus inter ſuos & optimates ſibi familiares, cum ſumma gravitate & modeſtia, & incredibili antiquitatis & hiſtoriarum peritia, affluebat. Unde etiam ſolus Cæſaris *Ferdinandi* animum, triſtibus curis ſæpius defatigatum, gravi & dulci oratione appoſitis exemplis ornata, ceu præſentiſſimo remedio, ſubinde recreavit.

Muſica delectatur & Matheſi

Carus Ferdinando Imperat.

Fuit etiam gratus & carus *Carolo* V. Auguſto, quod vel ex hac narratiuncula in proclivi cuivis eſt colligere. In poſtremo ex Germania diſceſſu Carolus *Vliſſingæ* ventos navigationi idoneos exſpectans, in multam usque noctem cum Seldio, fratris tunc Ferdinandi legato, eſt collocutus. Poſtea Seldio abitum petente, cum ex familia in atrio partim dilapſa, partim dormiente, nullus appareret. Carolus ipſe lychnum Seldio, quamvis recuſanti, prætulit: eique, per gradus deducto: *Hoc tibi monumentum*, inquit, *Cæſaris illius Caroli habeto, Seldi, tot exercitibus & excubiis quondam ſtipati: quem nunc ſolum, & à familiâ etiam deſertum vides: & cui tu tot annos ſerviiſti: is nunc tibi etiam ſerviit; & tibi lumen prætulit.* Dixit etiam in poſtremis illis congreſſibus Seldio: ſe, *in hac mutatione ſuæ fortunæ, agnoſcere potentiam Dei; cui nequaquam velit repugnare.*

Carolo item.

Vltimum cum Seld. colloquium Car.

Qui lychnum præfert Seld.

Scripſit Seldius *conſilia graviſſima* multa: *Repertorium juris* quaſi prorſus novum confecit: *Genealogias maximarum familiarum*: *Caroli* V. *Imperatoris res geſtas* acri judicio, & perfectiſſimo ordine collegit: de origine & ſucceſſione regnorum & familiarum, alia quædam rariora, à nemine facilè animadverſa, ipſe prudentiſſimè obſervavit; à fratre uterino D. *Hegenmüllero* publicanda. Anno tandem *milleſimo ſexcenteſimo decimo octavo*, prodiit Seldii *diſcurſus*, ex M. S. collatis, *de Cæſaris & Pontificis Romani poteſtate*: in quo controverſia inter Ferdinandum I. Imperatorem, & Paulum IV. Pontificem orta, excutitur: *an Cæſar abdicaturus ſe imperii onere, id in manus Romani Pontificis reſignare debeat.* Conſcripſerat Seldius, jubente Cæſare, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo.* *Pantal. lib.* 3. *Proſopograph. Chytræus in Saxonia: Zuingerus in Theatro: Thuan. lib.* 21. *Hiſtoriar.*

Scripta Seldii.

Vide & egregium Seldii hujus elogium Epiſtolâ ad lectorem in Chron. Melanchth. à Peucero pag. 938.

ꝋ. 1565. Sub exit. anni æt. 76 compl. cum mens aliq.

HIERONYMUS BAUMGARTNERUS.

INter alia florentiſſ. Reipubl. Noricæ lumina, non minimæ magnitudinis, effulſit *Hieronymus Baumgartnerus*, exortus inibi familia Patricia, anno à Chriſti nativitate, *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo*, die *nono* Martii, triente horæ ante *ſeptimam* veſpertinam.

Natalis Baumgartneri.

Studia. Adoleſcens cùm alibi, tum *Wittembergæ* optimarum artium ſtudiis deditus, familiariſſimè cum *Melanchthone*, tunc itidem juvene & ætate æquali, vixit: eumque ut præceptorem ſemper coluit. Poſtea in patria ad ampliſſimos evectus honores, inque ordinem Senatorium cooptatus, Reipubl. ejusdem in Comitiis & Imperii conventibus legatus, ſapientia, eruditione, & auctoritate ſuâ res momenti maximi feliciter fideliterque procuravit.

Munia ejusd.

Cruſ. l. 10. p. 3. Münſt. Coſm. l. 3. Inde anno *quadrageſimo tertio*, è conventu *Spirenſi*, quo miſſus à civitate fuerat, domum rediturus, in itinere à quibusdam, qui ſe Suevici fœderis hoſtes profitebantur, interceptus; inque diverſis latebris, ut neceſſe fuit, abditus, ac diu vexatus eſt. Cœperunt omnes boni, & in his *Melanchthon*, ex viri præſtantiſſimi caſu & captivitate indignâ, dolorem ſummum: quem ille non ſermonibus modò & literis; ſed etiam conſolationibus, & quærendo occaſiones liberationis, & interceſſionis tum apud Principes, tùm multos equeſtris ordinis viros, declaravit. Facit iſtius caſus mentionem ſæpè ad Camerarium: & inter alia ſic alibi*:

Capitur Baumgartner.

** Epiſt. ad Cam p. 473*

„ Ad vulnus, quod domeſtica mihi cala-
„ mitas fecit, acceſſit alterum, Hieronymo
„ Baumgartnero capto, quem multis de cau-
„ ſis verè & ex animo diligo. Quem enim
„ ulla in civitate virum meliùs meritum de
„ ſuâ Republ. de Eccleſia, de ſtudiis litera-
„ rum, aut magis ornatum domeſticis vir-
„ tutibus, nominare poſſumus? ac viciſſim
„ ille nos diligit. Non poſſum igitur non
„ vehementer dolere, talem & virum & ami-
„ cum in tantum diſcrimen veniſſe. Etſi
„ autem non dubito; cuſtodiri eum à Deo
„ æterno patre Domini noſtri Jeſu Chriſti,
„ quem veris officiis coluit: tamen peri-
„ cula, quæ ſunt ob oculos, mihi & metum
„ & mœrorem augent. „ Hæc Melanchthon. Lutherus etiam ad conjugem Baumgartneri Epiſtolam ſcripſit: ut luctum ejus levaret.

Liberatur Baumgart Tandem cùm diuturno dolore, & ingenti ſuorum triſtitia, graviſſimè afflictus eſſet, non ſine vitæ propter morbos periculo, biennio ferè exacto, pecuniâ numeratâ dimiſſus ac patriæ eſt reſtitutus. Rediit ad ſuos læticiâ omnibus bonis exſultantibus; & ad conſpectum revertentis effusâ civitate universâ.

Excipitur cum gaudio.

Ipſe itidem *Melanchthon* ſuum g… hiſce eſt * teſtatus: *Succenſui τῷ ϛαι… quòd ſine meis literis ad te profectus e… rediens, quia εὐαγγέλια afferebat de Hi… me placavit.* Et paucis interjectis: … *tias Deo æterno patri Domini noſtri Je… ſti: quòd Hieronymum conjugi ſuæ … reſtituit, & precor, ut nos guberne… mihi impendent novi ἀγῶνες.*

Inſervivit deinde *annis* adhuc *vi…* triæ ſuæ Baumgartnerus: ac conſilia … ad privata commoda, ſed ad ſalutem p… ſemper direxit accommodavitque.

E vivis abit anno *ſexageſimo qui…* finem decurrente, cùm ipſe annum æ… ceſſiſſet *ſeptimum & ſexageſimum*; e… publico omnium bonorum luctu: … quidem teſtati ſunt, ſe *patrem patri… ſpubl. ornamentum dignitatis, ac p…* ſtabilitatis ſuæ: *Eccleſiæ ſe patronu…* tritorem: *Muſæ ſe fautorem ac Mæ…* ſuum ea in Republ. amiſiſſe. Nec … Norica Reſpubl. ſed & in vicinia ma… mero eum, cum gemitu ac dolore d… runt. Wittembergæ etiam ſanctis d… manibus juſta ibi diſcentes perſolveru… *ſexageſimo ſexto* ineunte.

Filium reliquit cognominem, h… ut dignitatis & amplitudinis: ſic etia… rum vigiliarumque & curarum de … cujus conſilio & ope domus Baumga… na ſuſtentata, & civitas fructuoſè … Fuit enim *duumvir* Norinberg. & … miæ Altorphianæ κορυφαῖος. Avocatu… hac vita anno *ſexcenteſimo ſecundo* die … *octavo* Decembris. Sed nos ad patr… dimus.

Fuit in eo ardens ſinceræ religionis ſt… doctrinæ eruditio ſolida: ſuaviſſimus … tum, homini & politico & Chriſtiano … nientium, concentus: præcipuè ju… moderationis, ac beneficentiæ; qua… navit gemmata quaſi corona Juſticia fi… bonæ conſcientiæ: fuit denique am… patriam ſingularis. Et ſumma viri la… perhibenda eſt: quòd ſua civitas fun… ſecuta, hoc eum encomio Epitaph… navit:

PROFUIT OMNIBUS, QUIBU… TUIT: NOCUIT NEMINI.

Amicis uſus eſt ſuæ ætatis pleriſ… ris doctis ac claris: quos officiis, … potuit, ornavit. Camerarius multis … ſtolis teſtatur, in quarum una ita ad* *Ego te verè amo propter virtutem & … tiam: quam utramque eſſe eximiam in … ſpexi: neque te vel voluntatem, vel ju… meum reſpuere confido.*

Exſtant & *Eobani Heſſi* ad eum car… de quibus hæc ſubjicimus.

ARISS. V. D. HIERONYMO
AUMGARTNERO V. C.
NORICO.

i fauſtus eat : ſic ſit ſine nubibus annus:
us nunc ſubeunt limina ſolis equi!
nec tergo videat, nec fronte maligna:
ius hic apta deo nomina menſis habet!
ius eſſe ſoles noſtris, Hieronyme, rebus;
e benigna dea eſt, ſive maligna dea eſt.
te alii dubiis ſeu certis caſibus actum,
malè diſſimulent, vel ſimulanter ament:
urtunâ retinens in utraque tenorem,
ſtantes animi quem retinere ſolent:
ie ſatis videar deſertus ab exule Muſa:
ſtra eſt in patriâ, te duce, Muſa ſuâ.
uod erat certè ſine te mihi triſte futurum,
lium patriâ dulcius eſſe facis.
deas inter, Phœbaia regna tenentes.
poris atque animi nacte decenter opes;
plura tibi, quàm debuit optimus, olim
poris, Auguſto, conditione Maro.
neque tunc ullo fuerant ſine honore Camœnæ:
ſua principibus fama maligna fuit:
ia erant vulgo non invidioſa poëtis
mia: tunc cenſu non caruêre ſcholæ.
ſtudia averſum frigent neglecta per orbem,
ix, quo miſerum corpus alatur, habent.
neglectis urbs Norica præſtet aſylum,
nulla, aut tenuis vita futura fuit.
men & talem niſi te fortuna tuliſſet,
mihi cum turbâ, Noris amœna, tuâ?
eos ergo viventis ſpiritus artus
et, & rurſus cùm volet, intus erit:
antis poſſim meritis ingratus haberi:
ine quanta tuo jam mihi ferre grave eſt.
imen ingenio poſſum ſtudioque fideli;
erit officii languida cura mei.
ſi vitam, quam ſperant, ſcripta merentur;
aliqua hoc veniet nomine vita tibi.

æc de *Baumgartnero* collecta *ex Ebedario: Cruſii annalibus, vita Melanch- Camerario deſcripta, Tomo VI. pro- tum* Wittembergenſium, *Epiſtolis Menis ad Camerarium, Epiſtolis Came- hunc Baumgartnerum, Chronologia ri, Eobani carminibus*, aliis.

STINUS COBLERUS.

ariæ, Imperii in ſuperiori Saxonia ido, ad flumen *Goſam* ab *Henrico* condito, *Juſtinus Goblerus* natus, ubi iterarum elementis fuit imbutus ad ſe contulit ſcholas. In iis cum hum artium atque linguarum ſtudio juntiæ cognitionem conjunxit, tantâ in diſciplinâ profecit; ut in ordinem juſticiæ ſacerdotum, ſolenni Academiarum more, fuerit adſcriptus.

Inde à Republ. *Francofurtenſi* opera ejus, liberali propoſito ſtipendio, eſt conducta: quam ipſe fide & dexteritate egregia, nec ſine ſua laude non paucis annis præſtitit. *Reſp. Francofurt. inſervit.*

Laboribus tandem & ætate exhauſtus, ad vitam abiit meliorem, anno Chriſti *ſexageſimo ſeptimo*, poſt *milleſimum quingenteſimum*, menſe Aprili. *Ubi moritur.*

Fuit Jureconſultus & Poëta bonus: atque in rei literariæ commodum cum alia, tum hæc elucubravit.

Pilei JCti opus de civilium atque criminalium cauſarum judiciis. *Scripta ejus Iuridica.*

Summmam Othonis de ordine judiciario: quam & emendavit & auxit.

Caroli V. *de capitalibus judiciis conſtitutionem* Latinè vertit, commentarioque auxit: ut & ejusdem Caroli conſtitutionem *de pace publcâ tenendâ.*

Explanationem *in* l. *Reſpiciendum* ff. *de pœnis.*

Speculum item *juris.*

In Philologicis autem hæc ab eo ſunt edita: *Philologica.*

Proſopographiarum lib. 4. in quibus imagines perſonarum illuſtrium aliquot, vel deſcriptiones, ex optimis auctoribus.

Lubeci Chronic. lib 3. ab *Hermanno Bonno* Germanicè notati, à Goblero in Latinum traducti.

Oratio *in obitu Erici* ſenioris Ducis Brunſuicenſis gemina.

Oratio *de laudibus Philoſoph. moralis*, & quid ea conferat jurisprudentiæ.

Oratio *de jurisprudentiâ.*

Oratio *Demoſthenis de pace* Latinè verſa.

Oratio *Baſilii Magni parænetica* verſa.

Vita *Petri Moſellani.*

Vita *Ulrici Fabricii* J. C.

Continuatio *Sleidani* ab anno 56. ad 67.

Conſtantini Harmenopoli libri in vernaculam converſi.

Hæc de Goblero ex *lib.* 3. *Proſopograph. Pantal. Bibliotheca Geſneri: Chronico Chronicorum.*

JOANNES OLDENDORPIUS. *O. 1567. d. 3. Iunii.*

LUmen hoc JCtorum Germanorum, ortum eſt *Hamburgi*, urbe Saxoniæ liberâ, & emporio hodie celebri: cuique nomen non ab *Hammone*; ſed à ſaltu ſylvaque, vel à ſalicto pratove inditum. Ipſe Oldendorpius è patria *Coloniam, Ubiorum* caput, uberioris comparandæ doctrinæ cauſa, miſſus; ſingularemque expertus eſt avunculi ſui *Alberti Crantzii*, hiſtorici clari, liberalitatem. *Hamburgum patria Oldendorpii. Unde dict. Colon. abit Old. Albert. Crantz. avunc. ejus.*

Inde *Gryphiſwaldiam*, Pomeraniæ urbem, Academiâ notam, venit: ubi in omnibus diſciplinis, inque legum inprimis ſcientia, tantos ſe progreſſus feciſſe demonſtravit: ut dignus ſummis inſignibus ac Doctoralibus hono- *Inde Gryphiſwald.*

Agit Synd. Roſtoch. Docet Colon.

honoribus fuerit judicatus. Publico itaque teſtimonio ornatus, primùm *Roſtochianæ* Reip. Syndicum egit: deinde *Coloniæ* idem *Agrippinæ* jura & publicè interpretatus, verus non tam juris, quàm juſtitiæ conſultus.

Et Marpurgi. *Elogium ejus.*

Marpurgum poſtea evocatus multis annis ibi jus civile eſt profeſſus, ſingulari cum laude doctrinæ, fidei, induſtriæ, ſapientiæ. Nec verò ſolum leges pro cathedra explicuit: ſed etiam à conſiliis Principi ſuo fuit: adeò ut audierit *Jureconſultus acris judicii, & in praxi dexteritatis ſingularis.* Semper enim, quæ à legibus & jure civili proficiſcerentur, ad æquitatem retulit: maluitque controverſias tollere: quàm litium conſtituere actiones.

Moritur.

Anno deinde Chriſti *milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo*, cum poſtridie Paſcha *Philippus* Haſſiæ Princeps celeberrimus in fata conceſſiſſet: ſecutus eſt eum Conſiliarius hic Oldendorpius, duobus menſibus pòſt, ejusdem anni, hoc eſt, die *tertio* Junii, Marpurgi honorifico funere ſepultus in ſummo templo ad ſiniſtram aræ.

Dicta ejus egregia. **Lex p.315. Jus uti docendum. De Comm. ſentent. ejusd. Ibid. p.27.*

Præſtantiſſimum & hunc fuiſſe JCtum, ac de jure ſuo præclarè meritum omnes hodieque teſtantur uno ore ſacrarum legum antiſtites. Egregiè ſanè multa & ad legalem ſcientiam & ad alias diſciplinas facientia, dixit ſcripſitque: de quibus paucula delibabimus. Primùm itaque in jure tradendo quid deſiderarit hinc colligas: *expoliri* (* inquit) *debent ſolidâ doctrinâ, non diſtrahi altercationibus juvenum ingenia.* De commentariis & commentatoribus ita judicat: *commentariis legendis, magno temporis diſpendio à cognitione juris ſtudioſi avocantur.*

*De judiciis *Ib.p.291. Alibi tres adfert cauſas judicia corrumpentes Lexic. pag. 178.*

„ Et, commentatorum deſultorias opiniones, qui in Academiis tradunt, & in foro allegant, inſaniunt. Et alibi: Leges Romanorum & præſcripta juris, commentatores, relicto æquitatis ſtudio, adeò multiplicarunt: & altercationibus obſcurarunt: ut neque principium neque exitum invenias. De judiciis hodiernis ita * judicat: Forma judiciorum, qua nunc utimur, neque ordo eſt, neque proceſſus: ſed magis confuſio: & nullum, eſt in toto jure exemplum; quo probari poſſit. Nam quid eſt aliud, quam calumnioſa ceremoniarum atque ſcriptorum altercatio extra omnem cauſæ cognitionem? adeò ut judex ipſe non habeat ſæpe in manu, officium ſuum exercere in litibus: imò cogitur ad ſedentariam audiendi operam, donec omnes iſtæ ceremoniarum præſtigiæ peragantur.

*De cauſis jurisprudentiæ obſcuratæ. * Ibid. p.193. De fundamento legum. P. 205.*

Jurisprudentiæ obſcuratæ cauſas exponit has: *doctorum* tum *inſcitiam* tum *ambitionem*: deinde *vaſtas moles commentariorum*: tertiò *uſum in foro neglectum*, denique ἀμεθοδίαν. De fundamento legum ita * ſentit: „ nullam propemodum ſanctionem eſſe: quæ non aliquo modo ad naturæ perpendiculum reſpondeat; quæ non aliquam
cem ex naturalibus noticiis trahat. E
bi: Legum tabulas Moſen à Deo
piſſe, nemo eſt qui neſciat: à quo to
ris ſcripti ſeges proſeritur. Quicquid
poſteri legum ſcriptores in monum
reliquêre id totum, tanquam ſimia
Moſe, primùm Græci, deinde à G
Romani mutuati ſunt. Diſputationes
deratè vult exercitii vice adhiberi,
veteris ſcholæ Socraticæ. „ De ſc
neceſſitate graviſſimè ſic: *Verbum*
inquit, *neque in eccleſia prædicari*,
Republ. retineri politica ordinatio, ſin
ſtica inſtitutione poteſt. De Gradibus
lis: hoc ſeculo, ait, & *ordinem doc*
titulorum nomina corruperunt inſulſi c
tatores. Alibi reprehendit Criticos,
dines iſtos elevant.

De vero imperandi modo gr
monet: „ Imperii fines nullo modo
modius poſſunt propagari; quàm ſi d
dantur ſubditi in libertate juris ſui:
graventur contra moderatam politiæ
nationem. Contrà quoque nulla eſt
tendi Imperii pernicioſor occaſio;
premere ſubditos: eripere fortunas e
commentitio prætextu, miſcere fas &
Itaque deridet eos: qui mirum in m
ſemper huc intenti ſunt; quomodo
nem ſuam quòquo verſus latiùs profe
& interim non ſolum non arcent à ſ
tis vim; ſed ipſi quoque ſanguinem e
gunt. Quo fit ut plerunque magna
tionis partem amittant, bello dom
nato: quod cæci homines non ani
verterunt. Sed hæc ſatis: plura, q
in ejus ſcriptis reperiet.

Ut enim poſteritati prodeſſet, ad
dum etiam animum, Minervâ non in
pulit. Locupletavit enim ac promo
dium juris commentariis in multas ju
tes quàm plurimis: ac præſertim Pr
ctionum forenſium abſolutiſſima; q
exercendæ jurisprudentiæ uſus oſten
medio relicta. Sunt ejusdem & varia
ctionum libri aliquot, ad juris civili
pretationem, apprimè utiles: de qu
& aliis ejus lucubrationibus, videndi
librorum.

Exſtat in eum *Hendecaſyllabum* ej
Abrahamo Schwvartzio auctore:

Si quisquam Themidis fuit ſacerd
Felix, jus alios docere ſacrum:
Oldendorpius hic fuit diſertus.
Qui legum cupidam bonis juvent
Libris inſtituit fidelis, uſum
Monſtrando & variis fori applica
Leges judiciis benè explicatas.
Qui multum teneram juvat juv
Laude eſt perpetua ac honore dig

Petrus autem Nigidus hoc eum Ep
mate eſt proſecutus:

e Oldendorpi, tu vivens, juris aſylum,
naſiique hujus ſol velut unus eras.
quandoquidem ſuperas inviſerat oras;
ólido à ferro nobile nomen erat,
s ſcripſiſti libros, quos Gymnicus atque
bius ornatis excoluere typis.
Wechelus, noſter quoque Colbius, iisdem,
liatrices exhibuere manus.
uis recitet; ſummi quoque ſydera cœli
e maris fluctus is numerare velit,
ore fuit crebro ſententia Pauli;
mihi Chriſtus, mors mihi dulce lucrum.
e unde licet; quantus pietatis amator
erit canus decrepitusque ſenex.

is in Saxonia, Pantal. l.3. Proſopogr. . in elencho Prof. Marpurg. & ſcripta orppii.

ACOBVS REVARDVS.

s Revardus, de Lipſii elogio *Belgii ianus*, Flander ab ultimâ ſtirpe Mo- tis parentes habuit, domi celebres, ue & virtute honeſtos, natus in *â* municipio agri Brugenſis, circa an- *lleſimum quingenteſimum trigeſimum* .

eſcens *Lovanium* velut ad mercatum artium miſſus, animum ad Juriſpru- tudium appulit. Inde *Aurelianum* am tranſiit: biennioque exacto ho- ac titulo Juriſconſulti ibidem coho- eſt.

o inter Reges Hiſpanum & Gallum ad ſuos reverſus, Brugenſi in urbe ixit, allectus ſæpius in ordinem Se- . Poſt ab Academia *Duacena* ad feſſionem honorificè evocatus, mu- n magna cum laude obiit: Rectorque bono præfuit.

que ſtudiis æquo plus immergitur, vi- lmonis, phthiſin Medici appellant, t; atque exſucco corpore tabeſcere n cœpit. Brugas itaque *decimo octavo* valetudinis curandæ, regreſſus, vixit annum uſque cIɔ. Iɔ. LXVIII. quo ingeniorum, dum ætatis nondum *& triceſimum* attigiſſet, Kalend. elut in Herba ſuccitus eſt; quem ſi tare Deus permiſiſſet; eſſet cur Gal- s *Jacob. Cujacium* Belgæ non invi-

o tamen eſſe poſſunt præclara iſta in- onumenta: Ad *Leges XII. Tabb.* li- laris: *Variorum libri V. Protribuna-* r; De *Præjudiciis* libri II. De *au- prudentium* liber: De *jure liberorum* d Tit. De *regulis juris* commenta- nque *conjectaneorum* libri III. Quæ vigiliæ expeditum animi vigorem, vividi ingenii aciem; in conſiliis de magnis & dubiis rebus capiendis & expediendis ſolertis mentis celeritatem; antiquitatis notitiam, atque eximiam viri eloquentiam poſteris loquentur. E conjuge liberos aliquot ſuſtulit, in his *Petrum* ſummæ ſpei: ſed ævi itidem brevis. Conditus eſt in æde ſacra municipii natalis, quam marmorei aliquot majorum ipſius tumuli exornant. Hoc monumentum amico *Janus Lernutius* poſuit, mortuum his verſibus proſecutus: *Petrus Revardus F.* *Iani Lernutii Epigramma.*

Si fas eſt immortali mortalia flere?
Atque homini lacrymas perſoluiſſe Deam;
Cum videt exſtinctas Leges, Romanaque Jura,
Et tecum hinc raptam Flandria Juſtitiam.
Macte animis Ravarde tuis. Nam poſt tua cernes,
Fata, Deam lacrymis reddere juſta tibi.

Aubert. Miræus in elogiis.

JOANNES SCHNEIDEWINUS.

O. 1568. d. 4. Dec. ætat. 51.

JOannes *Schneidevvinus* in hanc lucem editus eſt, in vigiliâ S. *Thomæ* anno ſalutis *decimo nono* ſupra *milleſimum quingenteſimum*, *Stolbergæ*, quod oppidum eſt comitatus illius, à fodinis chalybis appellatum ſitumque ad juga *Hercyniæ*, ubi hæc Turingiam à Saxoniâ diſterminant. Pater ei fuit *Henricus*, præfectus ærario Comitum *Stolbergenſium*, vir integritate, fide atque virtute eximiâ: qui cum ex conjuge honeſtâ inter *quindecim* liberos, hunc *Joannem* in ſenectâ ſuſcepiſſet natu minimum, præ ceteris eum tenerrimè dilexit, velut θώπευμα ſenectutis ſuæ, & diligentiſſimè erudiendum inſtituendumque in literis curavit. Nam. *Stolberga oppidum.* *Henricus Schneidevv. pater.*

Πατρὶ δὲ γηράσκοντι νέον θάλος υἷες ἔασι.

ſecundum Oppianum. Ac fuiſſe Henricum eâ etiam parte fœlicitatis humanæ divinitus donatum apparet, quod & mediocriter numeroſam ſobolem, & minimè degenerem poſt ſe reliquit. Inter filios duos; qui ſummos doctrinæ titulos atque honores conſecuti, & Juris doctores creati fuerunt: quorum alter patri cognominis munus Cancellarii in aula Ducum Vinarienſium cum dignitate atque uſu publico ſuſtinuit: alter eſt hic, de quo in præſentia agimus. *H. Schneidevv. I.C.*

Schneidevvinus igitur noſter poſtquam in patriâ ſcholâ fundamenta primarum artium & pietatis poſuiſſet: in Academiam Wittembergenſem, ætatis ſuæ anno *undecimo* Chriſti verò *milleſimo quingenteſimo trigeſimo*, à parentibus miſſus eſt: atque *Luthero* inprimis, cui propter patriæ vicinitatem, & nominis celebritatem, uſus amicitiæ atque neceſſitudo quædam interceſſerat, commendatus. Qui cum indolem in adoleſcentulo egregiam ad virtutem atque literas perſpiceret, paterno eum amore eſt complexus, ſecumque habuit convictorem ac domeſticum toto propemo- *Venit Wittemberg. I. Schneidt.* *Luthero commendatus.*

 dum

dum decennio. Quo ille, privato utens ſtudiorum gubernatore *Vito Theodoro Noribergenſi*, & in ſtudiis optimarum artium laudabiles progreſſus fecit, & initia doctrinæ juris deguſtavit.

Vitus Theo. informat.

Converſatione verò quotidianâ atque aſſiduâ cum hoc viro atque magiſtro egregio pietatis divinitus excitato, *Luthero*, ita in doctrinâ pietatis & articulis fidei informatus eſt atque edoctus; ut quid de ſingulis ſentiendum, perceperit, & ſermonibus, ſcriptis ac concionibus hujus adjutus, Deum verè agnoſcere atque invocare didicerit, animique ſui pietatem deinceps omnibus Chriſtiano homine dignis virtutibus, in omni vitâ atque officio, conſtanter religioſeque declararit univerſis; quibus innoteſcere unquam potuit. In lectione ſcriptorum Propheticorum & Apoſtolicorum, & in frequentandis concionibus ſacris ita fuit indefeſſus & aſſiduus; ut pleraſque domi habitas à Luthero, ipſe unâ cum præceptore ſuo *Vito Theodoro* exceperit; ſuaque manu deſcripſerit: quæ deinceps & publicatæ fuerunt. Quin etiam in publicis concionibus, quæ ad populum haberentur, ſi quid notaſſet: quod vel conſolationem efficacem vel loci obſcurioris explicationem contineret, id magno ſtudio & alacritate exceptum, margini concionum Lutheri domeſticarum aſcribere ſolitus fuit.

Lutherus itidem.

Pietas Schneid.

Lutherus ergò, quod filii hunc loco haberet, etiam curam de matrimonio ad ſe pertinere exiſtimabat; ſuaſorque Schneidevvino fuit; ut ad conjugium tempeſtivè animum applicaret, quo abduceret adoleſcentem à ſodalitio, ſubinde inculcans ei, *nullam eſſe inter homines majorem & dulciorem amicitiam conjugio*. Re igitur communicatâ cum parentibus, Schneidevvino, *viceſimum* ætatis, *annum* agenti, deſpondet, non ſolum honeſtâ ſpecie atque formâ, verum etiam pudicis & venuſtis præditam moribus puellam, *Annam* natam ex honoratâ familiâ oppidi Wittembergenſis, quæ nomen gentilium *Turingorum* habuit, agnomen verò *Aurifabrorum*. Pater ſponſæ vir honeſtus, ſocio Luca pictore ſeniore, primus ſuo ſumtu officinam Typographicam *Wittembergæ* inſtruxit, ut promoveri doctrinæ propagatio, editis ac publicatis magno numero ſcriptis Lutheri, & collegarum atque Bibliis vernacula linguâ redditis, poſſet.

Conjugem ducit.

Primi auctores Typograph. Wittemb.

Maritus igitur factus Schneidevvinus, totum ſe ad pertexendum Juris ſtudium convertit: in quo operam dans publicæ ſcholæ, magnaque aſſiduidate docentes audiens, intra *quinquennium* id eſt conſecutus: ut publicè reſponderit de jure pro conſequendâ Licentiâ, præſide *Laurentio Zachio* J.C. qui poſtea docuit in Academiâ *Francofordianâ*. Spectata tum induſtria ipſius, nomen ei & famæ celebritatem peperit apud exteros. Itaque expetita & mox opera ejus à Comite *Günthero Schvvarzenburgico*: in cujus aulam conceſſit; ac gubernationis conſilia magnâ fide atque prudentia rexit.

Diſputat pro Licentia.

Laurent. Zach. J.C.

Venit in aulam Schvvarzenb.

Quadriennio exacto revocatus i[...] miam Wittembergenſem honorificis [...] rediit; eſtque ei locus inter Profeſſo[...] butus, initio anni *quadrageſimi noni*, [...] tionum juris ordinaria prælectio de[...] Ei muneri ita præfuit; ut diſertâ & [...] explicatione lucem afferens pleriſque [...] plurimum adjuverit & provexerit [...] ſcentum. Cum enim adoleſcens op[...] diſſet cl. viris, *Hieronymo Schurffio*, [...] *Goldſtein*, & *Melchiori Klingio*: m[...] eorum in docendo aptè fuit ſequutu[...] totum ad artificum illorum imi[...] compoſuit.

Non autem in ſcholaſticis ſolum [...] enituit ingenii ipſius atque judicii re[...] ſed & in dandis conſiliis fides atque [...] tia. Itaque Electoris Saxoniæ man[...] optatus eſt in judicium provinciale, [...] tum JCtorum; à quo reſponſa pet[...] graviſſimis controverſiis; quæ vari[...] eò perferuntur.

Biennio poſt quàm ex aulâ rediit, [...] atque inſignia Doctorum in facultat[...] rum, aſſumſit, non tam privato arb[...] ambitione quadam, à quâ naturâ fuit [...] mus: quam amicorum precibus pe[...] cum honorum competitores haber[...] præclaros: *Chriſtophorum Trautenb*[...] dicum civitatis Goslarienſis, *Ste*[...] *Glodium*, qui operam dedit Princip[...] narienſibus, *Vlricum Sitzingerum*, [...] Reipubl. Norinbergenſi & *Maximil*[...] Auguſto conſilio adfuit: & *Andream* [...] Wittemberg. oppidi civem.

Nec verò in ſcholaſticis pulveribus, [...] bratili ocio, conſeneſcere Schneide[...] paſſa eſt honorifica de ipſo ſummoru[...] rum exiſtimatio. Itaque accerſitus ſæ[...] tumq; ad exteros fuit: & expetitum co[...] ejus in graviſſimis cauſis; quibus ille [...] fuit; ut in dicendis ſententiis ænam [...] æquitatem ſibi atque jus propoſitum [...] rit; & ad ſcopum divinæ legis & juris R[...] atque Saxonici reſpexerit; nec ſentent[...] placitum voluntatemque cujusquam inf[...] Ac ſæpè dixiſſe illum *Joachimus de Beuſ*[...] vit: *illud Regis neſcio cujus, JCto ſequ*[...] *eſſe in cauſis*: NEC SPE, NEC M[...] Ad hanc igitur præclariſſimam norm[...] ſua conſilia, & labores univerſos dirig[...] que accommodare ſtuduit Schneidev[...] atque hoc nomine charus fuit bonis om[...] atque præſtantibus è nobilitate viris, [...] defuerunt ſucceſſus honeſtiſſimo curſui [...] Anno *milleſimo quingenteſimo quinqua*[...] *ſeptimo* de mandato & ſententiâ Electori[...] *guſti* Ducis Saxoniæ, miſſus eſt *Spira*[...] inſpectionem & dijudicationem maxim[...] controverſiarum, de quibus diſceptat[...] ſenatu Cameræ Imperii longo jam te[...] fuerat.

Non multò poſt, cum de dotalitio [...] lis inter Electorem Saxoniæ & Landgra[...] Cattorum orta eſſet, quæ exarſura in [...]

itque detrimentum periculoſum, niſi
ivè prudenterque ei occurreretur, vi-
; commiſſum negocium fuit ad co-
dum ac dirimendum magnis utrinque
n equeſtri ac literatorum ordine, dele-
ramento obſtrictis in oppido *Mulhu-*
uis parti ſuæ nimium favens, alienam
tate ſententiam ferret. Quo in ne-
duo ita excelluit Schneidewini pru-
moderatio, & fides; ut cum ad
n finem deducta compoſitaque res eſ-
cauſa electoris vicisset; magnam a-
æ gratiæ acceſſionem feciſſe viſus fue-
rfunctus enim hoc munere, præmium
plum & munificum, ex regiâ inclyta-
ctoris Saxonum liberalitate eſt con-
Sed & poſtea, in cauſâ quâdam non
omenti atque induſtriæ uſi ſunt operâ
n judicio Cameræ equeſtri dignitate
es viri.

tandem anno *milleſimo quingenteſimo*
no octavo, qui fuit ætatis ipſius *unde-*
geſimus, & clymacter periculoſior,
frigore ſatis acri & immiti, Wittem-
vicinam *Serveſtam*, Ducum Anhal-
oppidum, ad explicanda componen-
enatus negocia quædam evocatus eſ-
cio *Michaële Teubero*, inter occu-
pias & Reipubl. ſalutares mortem,
pentinam, cum confectis pridie re-
itum pararet, ac rectè valens, pene-
enatus in lectulum ſe incolumis, ut vi-
, compoſuiſſet; & nemine adverten-
è complicatis in formam crucis ma-
nihilque depravato corporis poſitu,
repertus eſſet, cum omnium ejus loci
n luctu, ac Principis ipſius & ſena-
ploratione. Præſagiit animus hanc
em ſupremam & fatalem fore: cum
Principis Anhaltini *Joachimi Erneſti*
edias epulas ſurgens à cœnâ, eidem
ret, & culpam præmaturi atque inde-
tus verecundè deprecaretur, quod ſub
nedium iter ingredi ad ſuos conſtituiſ-
npetratâ igitur veniâ à Principe, cum
tium progreſſus, placidè ſe ad ſomnum
iſſet, ſobriâ atque integrâ mente,
ous Filio DEI ſe commendans; ita
ter omnium exſpectationem, eâ no-
ormiit. Fama igitur inopinati hujus
erbi caſus diſſeminata, non ſolum
cos & propinquos demortui graviſſi-
ulit; ſed & Academiam Wittem-
em & oppidum univerſum. Itaque
de more juſtis funebribus corpus
berga tumulo impoſitum eſt ad latus
ni Lutheri; quo ille in vitâ hoſpite
agiſtro ad pitatem uſus fuerat. Eſt
Nicol. Reuſneri Epigramma ejus-

s ritè doces, jus dicis & omnibus æquè,
ultus juris, ſed mage juſtitiæ,
merito dicaris Jane ſacerdos,
Celſo, aut, magno hoc nomine, Sulpi-
tio.

Fuit Schneidewinus non ſolum juriſperitus egregius: verum etiam vir bonus & juſtus, Deum timens, qui prodeſſe ſtuduit omnibus, nocere nemini, unicè id agens omni curâ & diligentiâ; ut ſacerdos juſticiæ eſſet ac perhiberetur. Sæpè *Baldi* ſententiam, velut regulam profeſſionis ſuæ, commemorabat: *judicem debere utroque ſale inſtructum eſſe*, uno *ſcientiæ*, *ſine quo ſit inſipidus*: altero *conſcientiæ*, *ſine quo ſit Diabolicus*. Habuit etiam ante oculos concionem regis *Joſaphati*, quâ is utitur ad judices in populo Dei; *Videte quid agatis. Non enim hominis judicium exercetis; ſed Dei, & ipſe Dominus vobiscum eſt in judicio. Ideo timor Domini ſit in vobis, & ſingula ſedulò diligenterque fecite. Nam apud Dominum non eſt injuſtitia, nec perſonæ reſpectus, nec muneris acceptio.* *Baldi ſententia.* *Et Joſaphati regis.*

In ferendis ſententiis accuratâ peneque ſuperſtitioſâ utebatur diligentiâ & circumſpectione; ut ne quid de re non ſatis exploratâ compertaque, diceret inconſultius; aut ſtatueret, cujus ipſum pœnitere deinceps poſſet, crebrò in ore illud habens: *ad pœnitendum properat, citò qui judicat.* Itaque cum pronunciandum de capite & fortunis cujusquam eſſet, ſæpius perlectis rerum geſtarum commentariis, & rationum momentis accuratius penſitatis, Deum orabat; ne inter legendum ocioſo eſſet animo, aut rerum alienarum curis occupato; ſed tantum in præſentem cauſam intento, atque uni ſolum negocio vacante. In negociis verò Principum & Rerumpubl. ita verſatum fuiſſe cognovimus; ut ſemper repeteret illud: *Nec ſpe, nec metu.* *Sententia non præcipitanda.*

Privata ejus vita plena fuit exemplorum, non ſolum JCto tali, ſed Chriſtiano homine digniſſimorum. Conjugio uſus fuit commodo, ſuavi, & iis bonis referto quæ piis hominibus vox divina tanquam præmia religioſæ in Deum pietatis, promittit. Fuit enim, juncta ei matrimonio, *Anna Duringia*, quæ nominis ſui omen caſtiſſimis ac gratioſis moribus expreſſit. Ex hac liberos ſuſcepit ſedecim: quorum plerique honores in Republ. ſunt conſecuti, & affinitate juncti hominibus præcipuis. *Vita privata.* *Conjugium.* *Liberi.*

Hiſtoriam paſſionis Domini numeris Germanicis, ac rhythmis, elegantiſſimè complexus eſt, ſuisque domeſticis, ut formulam quotidianarum precum, commendavit.

Fuit & ſpecies viri per ſe valdè honeſta & decora; quæ gravitatem minimè auſteram aut moroſam, ſed ſuavitati ac comitati conjunctam per ſe ferret, qualis & tali viro & profeſſioni conveniret. Partium verò corporis atque membrorum omnium decens aptaque conformatio atque figura: habitus ad plenitudinem, quam medicorũ vocabulo πληθώρην vocant, magis quam ad gracilitatem accedens: ex quo factum, ut quanquam ſenſibus integris & valetudine ſatis firmâ uteretur, deſtillationibus tamen interdum infeſtaretur, & capitis vertigine, auriumque tinnitu. *Proſopograph. Schneidevvi.* *Valetudo.*

Quæ mala cum tandem crebrius recurrerent; non intermiſit quotidie, ſive de lecto ſurgeret, ſive ad ſomnum accederet, ſe Deo commendare ardentiſſimis precibus atque ſuſpiriis; quibus & paratum ſe eſſe ab obſequium, quocunque tempore præſtandum, evocanti Deo; & indubitatâ ſpe ac deſiderio beatioris vitæ teneri oſtendebat. Ita & D. Philippi verſus cubiculo adſcripſerat, quibus commentari ſecum piè de migratione videbatur:

Sic ego quotidie de lecto ſurgo; precando
Ut mens ad mortem ſit duce læta Deo.

Et cùm aliquando è conſilio publico Scabinatus egrederetur; ac defatigatus lectione, compreſſionem pectoris atque anguſtiam præcluſi quaſi ſpiritus perciperet; ſublatis in cœlum oculis præſenti animo, in hæc verba, audiente *Joachimo à Beuſt* prorupit: *quando tibi viſum eſt: Chriſte, ferias hoc caput placidè clementerque.*

Quantum forenſes cauſæ, quæ ipſi crebrò multumque offerebantur, permiſerunt; aſſiduus in docendo fuit, & ſpartam ſuam, quam propter opinionem virtutis atque doctrinæ nactus erat, ornare diligentiſſimè ſtuduit.

Scripta. Interea ſucciſivis horis commentatus eſt in epitomen illam ſeu *Iſagogen* juris; quæ ex ampliſſimis voluminibus brevia capita excepta continet, *Inſtitutionum titulo*; qui commentarii aliorum in hoc genere elaborationes vincunt, ac digni judicati ſunt à Jureconſulto clariſſimo *Matthæo Weſenbecio*, quibus de ſuo quædam adjiceret, ut uſui aptiores ac locupletiores fierent.

In effigiem ejus circumfertur hoc Epigramma *Martini Henrici*:

Quem fœcunda tulit venis Stolberga metalli,
Lumine ſed verbi ditior illa ſacri,
Hæc eſt Oenotomi Jani doctoris imago:
Effinxit Lucæ quam tibi docta manus.
Carus erat Luthere tibi, ceu filius, inſtar
Hunc quoque foviſti, docte Philippe, patris.
Relligionis amans, veri ſtudioſus, & æqui,
Integer & vitæ vir, fideique fuit.
Laudibus eſt dignus geminis, dum certat utrumque,
Juris in hoc ſanctâ cum pietate decus.
Semina Romani juris ſub Leucoris urbe
Cum binis annis per tria luſtra docet.
Dum quid ſit rectum, quid iniquum è lumine verbi,
Ac juris, facili dexteritate videt.
Luſtra novem vitæ cum quattuor egerat annis,
Cùm Deus hinc vitæ de ſtatione vocat.
Ipſe per Europæ famâ celeberrimus urbes
Mortuus æternum nunc quoque nomen habet.

Ex oratione habita à Joach. Beuſt Wittembergæ, & elogiis Doctorum virorum.

ANDREAS WESENBEC

ANdream Weſenbecium natum co
ſub annum Chriſti *milleſimum*
teſimum viceſimum ſeptimum: cum q
nium propè natu grandior fuerit frat
thæo, de quo poſtea. Patria autem ei
verpia: Patar primùm ſecretarius, d
nator illius Reipubl: *Petrus*: *Mater*
Cilia, femina lectiſſima,

De conſilio igitur illorum piorum
ſtiſſimorum parentum, maturè præce
commendatus; ſtudio & labore tantu
cit: ut cùm fratre *Matthæo Lovaniu*
miſ: ad *Gabrielem Mudæum*, primar
memoriâ *Lovanienſis* Academiæ JCt

Hoc doctore & ductore ita & pu
privatim fuit exercitatus: ut una cum
ordinem JCtorum, publicâ renuncia
applauſu, fuerit relatus.

Illic itaque ſolennibus ritè perac
dreas, qui jampridem in concilliis ſt
practicis *Mudæo* præceptori bonam
operam; indeque rerum uſum non p
dum compararat: *Bruxellas*; ad ſu
ejus provinciæ forum; ſeſe contulit
quòd ſolertiâ doctrinâque præſtaret
primos inter togatos haberi cepit: &
ne juſtitiæ, virtutis, eruditionis ad ex
usque floruit: omnis pariter conditi
minibus ſecundâ famâ gratus & expo

Nam injuſtas cauſas prorſus non rec
in cæteris religioſâ fide & integritat
minus aderat egentibus, à quibus null
rabatur auctoramentum, quam divit
opulentis, de quibus creſcere poſſet
tamen ipſos, ſupra conſtitutum lege
rium, nunquam oneraſſe deprehenſus

Paternam etiam conſuetudinem,
dis & ſublevandis miſerorum patrocin
ctè conſervavit, denique omnibus
ſui functionibus planum fecit: *bene*
magis juſtitiæque, quàm quæſtus ſtudio,
ſe vitæ rationem potiſſimum fuiſſe ind

Huic vitæ & moribus comtiſſimi
ſuaviſſimis; domi lectiſſima conjux
degenerantes liberi æqualiter reſpond
adeoque proſperrimo fortunæ blan
flatu perdiu offenſionis expers eſt uſus
ex inopinato, quæ domum patriamq
calamitate ſors repentina & indigna de
ipſum quoque in ſtatæ viriliſque ætatis
patrociniis illuſtrium captivorum, aliiſ
porum difficultatibus, non ſine peric
tu, irretitum, de medio vitæ curſu, ann
geſimo nono, ſupra *milleſimum quingente*
abſtulit: exſtinctum, ut domeſtici co
runt, mœrore animi, vigiliiſque ac labo
non habita valetudinis ratione, perpe
ut verò rumor, quantum exiſtimare lice
nis ſparſit, veneno, ab alienigenâ, cujus
rem veniſſet, propinato. Sed hæc, ut a
Domini indicabit & judicabit.

it ipſe vir ſtudio doctrinâque, quod ad
n juris, maximus, ore vitaque omni
érantiſſimus, moribus ad humanitatem,
noditatem, beneficentiam, moderatio-
comtis. Ab illo, quod diximus, offi-
quod latiſſimè ad uſum ſalutemque ho-
n patet, nullis unquam conditionibus,
ibet ſplendidis, dimoveri ſe eſt paſſus,
quam quod in juriſdictione feudali ad
tandas id genus controverſias, inter cu-
res, ut vocant, adſedit.

narunt autem omnia in ipſo dignitas
ris; cum matrem proximè referret,
aſque atque lepos quidam morum ſin-
, quo velut ſale ſuavitatis, omnia domi
ie, quamlibet acerba, tam urbanè fe-
què condiebantur, ut in graviſſimis et-
iberationibus, ac inſuaviſſimis, prout
iones ferunt, negotiis, ſe collegasque
ppoſitiſſimis; ſed innocentibus face-
rſpergeret ſæpiùs atque exhilararet per
quoad ejus fieri potuit, congruens
lo, quod ſibi velut normam vitæ præ-
at, PIE ET LÆTE. Et tantum de
hoc *Weſenbecio ex Matthæi fratris Pa-*

NNES LORICHIVS SE-
CVNDVS.

chiorum Hadamariorum familia cele-
, ac tam ſago, quàm toga præſtans &
hodie claruit. *Ioannes* enim *Lorichius*
avus hujus ſecundi, vir fuit laudatiſ-
arcis *Hadamarienſis*, in comitatu
o præfectus, parens ſeptem filiorum
generum. Tres enim eorum præfe-
eſſerunt; quatuor autem nempe *Ger-*
Valentinus, Reinhardus, & *Ioſephus* li-
elluerunt: id quod & ſcripta ab iis
antur.

einhardus quidem *Marpurgenſi* in
a, ob eruditionis, eloquentiæ, & vir-
ellentiam apud viros eruditos in ſum-
honore; egitque Profeſſorem Rhe-
Frater autem ejus *Ioſephus* hiſtorias
ſt profeſſus. Poſtea Reipubl. Caſ-
it à ſecretis, tandemque *Caſſellis* obiit
lleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo
e ſexto Januarii, *Reinhardus* autem,
ere mutato, in vivis eſſe deſiit circa
... *Bernbachii* ſub nobilibus à Fran-
: quem tali elogio * *Nigidius* ce-

doctus Rhetorque Hadamarius, olim
hic ingens lumen honorque ſcholæ,
n docuit vivaci laude Profeſſor,
ut toties edita ſcripta probant.
s fudit verſus prædivite venâ;
nxit docto, doctus & ipſe, ſtylo.
ram hic alias dotes; quibus ille ni-
tebat;
præſtans, pectore fidus homo.
Rhetor memorandi excelluit arte,
na clarus, moribus atque bonis.

Poſtmodò divini ſpargendo ſemina verbi,
Externa eſt factus præco fidelis humo.
Hic obiit mortem, dignus meliore profectò
Fortuna, & curſu proſperiore frui.

Hoc ergo patre *Reinhardo* natus hic *Ioannes Lorichius ſecundus*, à primis ſtatim annis artium cognitione & virtutum exercitatione eſt informatus: nec ſine egregiæ indolis argumento. Viam enim gloriæ ingreſſus in optimarum artium, divinæque poëſeos ſtudio tanta cum induſtria verſatus eſt, ut apud ſummos etiam viros in precio habitus fuerit, atque Principum etiam animos ſibi devinxerit. *Ioan. Lorichius* 2.

Quemadmodum autem *Lotichius* è Muſarum contubernio in Martis caſtra aliquandiu divertit; ità & hic Lorichius nec nomine; nec ingenio diſpar; ad ſcientiam illam diſciplinarum rei quoque militaris cognitionem adjunxit. *Militiam ſectatur.* Nam cum anno *quinquageſimo ſecundo* Francofurtum ad Mœnum obſidione premeretur ipſe patriæ libertatis amans prima ibi militiæ rudimenta fecit. *Francofurt. obſeſſ.* 1552. Sedatis autem illis tumultibus ad dulciſſimas ſuas Muſas rediit, atque mox in *Lithvaniam* ad fratrem *Georgium* JCtum profectus; de vita ſua ac ſtudiorum ratione tota rectè conſtituenda cum eo conſilium inivit. *Abit in Lithvaniam.*

Is ergo auctor ei fuit ſacrarum legum ſtudium ut amplecteretur, cujus præſtantia ſit tanta; ut vitæ civilis ſalus eo ſcientiæ genere contineatur. *Iurisprudent. amplectitur.* Accipit conſilium fraternum *Lorichius*, in patriam redit, & mox è patria in *Gallias* tum juriscivilis, tum linguæ condiſcendæ cauſa concedit. *In Galliam proficiſcitur.* Ibi iterum florentiſſimo in regno *Gradivo* turbante, militiæ nomen dedit, ſed non diu in caſtris hæſit. Ad literas enim mox reverſus, *Aureliis* totum ſe juris ſcientiæ mancipavit: in qua eos fecit progreſſus, ut latere eruditio ac virtus ejus non poſſet, & præſtantiſſimis viris charus ipſe gratusque eſſet. Itaque cum *Guilielmo Vraniæ* Principi innotuiſſet, in conſiliariorum eum numerum cooptavit; & à ſecretis habuit intimum. *Fit conſiliar. Vraniæ Princip.*

Hoc in officio perſtitit cum dexteritatis, fidei & induſtriæ laude, annis ferè *undecim*.

Cum autem calamitas fatalis in inferiorem Germaniam inundaret, ipſe relictis cum Principe Belgicis ſedibus, in *Galliam* commigravit, eique parti acceſſit, quæ puriorem Evangelii doctrinam amplectitur, cujus caput tunc erat *Admiralius* regni, Princeps ille tota Europa clariſſimus. *È Belgio in Galliam migrat.*

Verum & ibi ſiniſtram eſt expertus fortunam, & accidit ei ferè quod dicitur: *fugiens fumum, in ignem incidit*. Nam & Galliæ proceres inter ſe diſſidebant, atque bellum magna vi parabatur. Poſt multos igitur conflictus & cædes utrinque editas, in quibus Lorichius iterum ſe ſtrenuum fortemque virum præſtitit, cum jam de pace ageretur, in conflictiuncula quadam globo ex improviſo trajectus in vivis eſſe deſiit. *Globo trajectus perit.* Factum id anno Chriſti *mille-*

milleſimo quingenteſimo & ſeptuageſimo, menſe Julio. Sic ergo in medio virtutis curſu vir eruditus & ſtylo piloque promtus, occidit, & luctum ſuis, famam autem ad poſteros præclaram reliquit.

Obitum ejus celebrarunt viri docti proſa ligataque, inprimis *Philippus* & *Adamus Loniceri, Chriſtianus Egenolphus*, alii epicediis quæ extant: Ipſius autem J. *Lorichii* ſecundi eruditionem vel hæc carmina de Inſignibus familiæ Lorichianæ facta loquuntur, quæ placet apponere:

Inſignia Lorichiorum.

Sint aliis aquilæ, ſint regia ſigna leones,
Africa diverſis & nova monſtra pilis:
Contulit intactam mihi ſortis origo puellam,
Quaſſantem duplici laurea ſerta manu.
Addidit & binas, cœleſtia lumina, ſtellas:
Cumque ſua fulvam fronde micante roſam.
Inter apros, urſos, tigres ſit & ille feroces,
Quiſquis amat ſignis illa ſubeſſe ſuis.
Me juvat ingenuæ facies benè nata puellæ,
Et magis oblectant ſidera, ſerta, roſæ.

Scripta

Reddidit carmine Eccleſiaſticum, & Syracidem, edidit etiam ænigmatum librum, ut elenchi librorum innuut. *Ex orat. funebri habita à Philippo Lonicero: P. Nigidii catal. Prof. Marpurg.*, *& Biblioth.*

© 1570.

IACOBVS OMPHALIVS.

Patria.

ANdernaci ad Rhenum oppido honeſtis parentibus *Iacobus Omphalius* natus eſt, inque literis à puero educatus. Poſtea, ut πᾶν τὸ σύντροφον γλυκὺ, diſcendi amore ductus varias nationes & Academias perluſtravit, diligentemque ubivis locorum operam literis navavit.

Studia & fama.

Itaque & legendo & diſputando ſeſe indies exercens ita progreſſus eſt: ut in numerum virorum ſua ætate doctiſſimorum pervenerit. Inprimis verò dicendi artes excoluit, in quibus tantum profecit: ut aliquot Ciceronis orationes luculentis commentariis illuſtrarit.

Poſtea ad ſacrarum legum, & juſti ac æqui ſcientiam appulit: ſolertique ſtudio, &, qui omnia poteſt, labore improbo tantùm effecit, ut J. U. D. fuerit ſalutatus.

Doctor juris creatur. Eſt à Conſiliis Duci Clivenſi. Docet Coloniæ. Moritur.

Hac eruditionis famâ cum eſſet jam pluribus notus, *Guilielmus Clivenſium* regulus conſiliarium eum ſibi adſcivit, ejusque operâ in rebus arduis expediundis, feliciter eſt uſus. Inde *Coloniam Agrippinam* venit, ibique non ſine applauſu publicè docuit.

Benè ita de Republ. literaria meritus, vitam univerſæ carnis ingreditur, anno *milleſimo, quingenteſimo ſeptuageſimo*, famâ nominis ſui relictâ ſempiternâ.

Poſteritati elucubravit hæc:

Monumenta ingenii ejus.

Commentarios *in M. T. Ciceronis orationes* tres, pro *A. Cecinna*, pro *lege Maniliâ*, & *in L. Piſonem.*

De *Elocutionis imitatione & apparatu.*

De *officio & poteſtate Principis in Republ.* benè & ſanctè gerenda, libr. 10.

De *uſurpatione legum*, & *eorum ſtudiis, qui jurisprudentiæ profeſſionem ſumunt* lib. 8.

Commentarium *de civili Politia*: i
mologiam.

Tantum de Omphalio *ex lib.* 3.
graph. Pantal. Geſnero, aliis.

IOANNES VLRICVS ZA

VENERANTUR *Iureconſulti noſtri*
rum encomiaſtes ſcribit, *Zaſiu*
rudum Conſtantia, *humani juris in*
cum exactiſſimis ſcriptoribus conferen
que id immeritò, ô Jovi: cùm unus i
um verè & ſincerè judicantium calc
torum Baldorum ac Bartolorum obſ
minibus poſſit, quicquid tandem de
pinis nonnemo crocitet. Iſtius ma
haud degener aut indecor fuit filius h
Vlricus Zaſius, natus *Friburgi Briſ*
viceſimo primo ſeculi *decimi quinti*. I
parentis cura in patriâ, poſtea eo m
annis Paumgartneri à Paumgarten:
in *Erlbach* & *Hohenſchuangen*, Conſi
ſarii, ſumtu & favore, in celeberri
Gymnaſiis liberaliſſimè habitus &
patris veſtigia ſtrenuè eſt conſectatus

Itaque eos in omni diſciplinarum
inprimis in ſublimi legum ſcientiâ,
greſſus, ut & juris Antiſtes audierit
& Doctor ſolenni Academiarum m
tus, *Baſileæ* jus civile publicè fuerit
tatus.

Verùm cùm animus ejus ad altior
ret; relictâ Theoriâ ad Praxin ſeſe
exercendam. In Cæſaris itaque cu
erat prudentia & facundiâ allectus
Ferdinando Imperatori à conſiliis fu
que res in Imperio maximas ea anim
tione expedivit, omnibus ut gratus
eſſet.

Deinde & à *Maximiliano II.* in
cooptatus, fidem, induſtriam, & dex
ſingularem ei probavit, atque cum *S*
legâ conjunctiſſimè vixit.

Itaque cum eodem, anno *ſexageſi*
die *viceſimo ſexto* Maji, *Viennâ* in ſenat
Cæſar *Ebersdorfii* tum habebat, evoc
ſub veſperam eodem cum * *Seldi*
curru properaret; concitatis Panico
quis, *Seldium* deſilientem ſubſecutu
losè cecidit; *Seldio*, ut ſupra dixim
exſtincto. Eo caſu Zaſius hic dextr
partem graviter afflixit, quæ deinde
valida, & deſtillationibus obnoxia n
morti præmaturæ cauſam præbuit.

Obitum ejus *Sambucus* epiſtolâ q
Camerarium hiſce deſcribit: *Later*
oborto dolore, conſecutum nocte rigore
gens accepit, capitique infeſto incendi
liquando ex graviſſimo caſu cum Seld
factum erat, materia ad defluxum li
perque alias familiarem aurem ad exc
viam quærente, ſed ineptè medicinis
paulo poſt tumore collecto nec ſcapellun
neque tot remediis periculum avertitu
pure fauces & pulmones repetente, ſpiri

icilio præcluſo, omnibus rebus ad caput ſo-
demque cerebri directis, V. cal. Maji, an-
diem octava eſt mortuus.
fuit exitus viri ad ſumma nati, qui etiam
emplo comprobavit illud è * ſacris:
anitati ſimilis eſt, dies ejus quaſi umbra
ns. Uxorem habuit *Catharinam*, quam
inquageſimo tertio amiſit, *Hirſaugiæ* ſe-
tali eum Epitaphio:

ini 1553. auff Sambſtag S. Catha-
Tag/ ſtarb die tugendſame Frau Ca-
na Zaſin/ Herrn Johann Ulrich Za-
yder Rechten Doctor. Röm. Kayſ.
eſt. Hoffraths/ eheliche Haußfrau/
G. G. S.

t quædam parentis, ut *Reſponſorum*
um librum, *Ioanni* illi *Paumgartnero*
m, & *ſingularium intellectuum par-*
dam, Matthiæ Heldio dicatam. Ad-
ei & *Catalogus legum antiquarum:*
ritur in Tractatu tractatuum & au-
uſſu Gregorii XIII. P.P. in unum con-
. Et hæc de Zaſio F. *ex M.S. collectan.*
ani. Cruſii annal. & Bibliothecis.

VS POLANTVS.

e pagus eſt Palatinatus ſuperioris pro-
voforum; unde oriundi *Ponanti*, po-
ti dicti. Hic *Vitus Polantus* natus
Domini, *milleſimo quingenteſimo vi-*
Reipubl. honeſtâ & oppido ſuperio-
atus *Fohendres*: honeſtis & verè no-
rentibus *Georgio Polanto*, & *Annâ*
Cocciorum familia.
ir fuit ſingulari prudentiâ, & in Se-
s oppidi lectus, qui quanquam id
nvitus ſuſcepit; ſuſceptum tamen
n laude & civium commodo quaſi
, & quod excurrit, geſſit.
tem Polantus his non contentus,
oque animi decora adjecit. Nam
erarum ſtudia ſingulari naturæ du-
ætatem raperetur, ſtatim à morte
anno *trigeſimo ſecundo* ad novam
cœnobio fontium ſalutarium, vul-
un, ubi Marchionum Brandebur-
pultura, ſtudiorum cauſa conten-
cum utiliſſimis exercitiis ac rudi-
iusque linguæ excultus eſſet, am-
uennio, anno *trigeſimo octavo*, cum
m ſcholæ ſtipendiariis *Tubingam*
timarumque artium Profeſſoribus
, Rhetorices ac Geometriæ præ-
imbuendum commiſit; in quibus
titutus anno *quadrageſimo* primam
conſecutus. Cum propter luem
raſſantem aliquantiſper ſeceden-
anno *quadrageſimo primo* Ingol-
iit, ubi ad priora utriusque linguæ
cendi doctrinam adjunxit, & cæ-
timarum humaniorumque litera-
deò totius Philoſophiæ ſtudium.
it & Poëticen, Muſices antea ipſe

non ignarus, qua ſupra modum ferè delecta-
tus, domi foriſque verſus faciebat. His ar-
tibus apprimè inſtructus magnorum virorum
ſibi animos devinxit, & carus omnibus anno
quadrageſimo tertio ad ſupremos in Philoſo-
phiâ honorum gradus pervenit. Sed conſi-
derans prædictas artes, ſicut juventæ prorſus
neceſſariæ ſunt, ita ad altiora adſpirantibus
ſatisfacere non poſſe; ultro ipſe genio impel-
lente incitatus, & ſimul clementi *Othonis Hen-*
rici Comitis Palatini Bavariæque Ducis
quem ſibi ſua doctrina, & morum probita-
te, Mæcenatem conciliarat, munificentia ex-
citatus ac alacrior factus; altioribus inſudare
diſciplinis cœpit, ad juriſprudentiæ ſtudium ſe
conferendo.

Otho Henric. Mœcenas ejus.

Ad juris ſtudium tranſit. Audit Alciatum.

Et cum perverſi eſſe animi putaret, antè
quærere gloriam, quam exercere laborem, ſex
jam annos & amplius, ſummos quosque &
Germaniæ & *Italiæ* & *Galliæ* Profeſſores, ma-
ximo ſumtu audivit, tantaque in legalibus ſtu-
diis diligentiâ, tantoque profectu verſatus eſt;
ut & citò clariſſimo ſub præceptore ac Jure-
conſulto *Andrea Alciato* aliisque Profeſſori-
bus, quæ tradebantur perciperet, & in Aca-
demiarum ſpaciis, ſi quando diſputandum eſ-
ſet, palmam doctrinæ obtineret. Itaque an-
no *quadrageſimo octavo* poſt rigoroſam, ut lo-
quuntur, & diuturnam examinis probationem,
ſummis doctoratus inſignibus, uno omnium
facultatis Juridicæ in florentiſſimâ *Ferrarienſi*
Academiâ patrum & voto & ſuffragio, fuit
ornatus.

Ferrariæ Doct. renunciatur.

Cum autem linguæ Italicæ propè gnarus
eſſet, ſubiit inde ejus mentem peragrandæ
Europæ deſiderium, & totius *Italiæ* & *Galliæ*
peregrinatione per annum ſuſceptâ, præter
literas, mores hominum & urbium cognovit
multarum.

Peregrinatur.

Mox ad majora animum adjecit, & in Ger-
maniam reverſus *Spiræ* ad fori praxin ſeſe con-
tulit, & cum *annos* ferè *duos*, in Camerâ Impe-
riali Aſſeſſorum ac Jureconſultorum cognos-
ſet reſponſa, ſententias ac conſilia, jam ſe pa-
triæ civibus & Reipubl. dedidit, ab *Othone*
Henrico, Comine Palatino Electore, inter con-
ſiliarios cooptatus.

Reverſus praxin aggreditur.

Cooptatur inter conſil. Palat. Elector.

Ibi tum, cum eſſet ſingulari præditus elo-
quentia, ad *Carolum* V. Imperatorem, in expe-
diundis Domini ac Mœcenatis ſui, aliorum-
que Principum cauſis graviſſimis, ut tunc
Republicæ ſtatus ferebat, legatus ire fuit juſ-
ſus. * Cujus aulam cum annum ferè per *Bra-*
bantiam, Flandriam ac *Hannoniam* eſſet ſecu-
tus, non modò legationis negotia præclarè &
feliciter expedivit, verùm etiam ob raram ani-
mi dexteritatem, prudentiam & fidem, ab ipſo
Imperatore inſignibus ac privilegiis anno
quinquageſimo quarto Bruxellis fuit decoratus,
& ita quaſi jure poſtliminii priſtinæ ſui generis
nobilitati reſtitutus, antiquam illam & nobi-
lem Polantorum familiam ab interitu vindica-
vit. Hiſce ergo ipſe honoribus non elatus,
ſed magis excitatus Reipubl. curam neutiquam
abjecit aut laborem ſubterfugit; ſed cum *Otho*
Henricus diem ſuum aliquanto * poſt obiiſſet,
ſupre-

Legatus ad Carol. V.

Nobilitate donatus ab ipſo Caſ. 1554.

* *1559. d. 12. Febr.*

Adſciſcit. in ſenat. ſummum à Fr.3.Pal. Elect. ſupremi quoque conſiliarii officium, apud *Fridericum* tertium Palatini Electoratus ſucceſſorem magno totius Curiæ favore eſt nactus.

Eam dignitatem tantâ dexteritate, prudentiâ, ſapientiâ, modeſtia, humanitate erga omnes, geſſit, ſic omnia hujus munia officiaque excelſo & infracto ſuſcepit animo, tantaque celeritate tot ingruentes curiæ Palatinæ & Romani Imperii negotiorum fluctus confecit, ut interim tamen non poſtremum optimis literarum ſtudiis locum reliquerit. *Obit legationes varias.* Ab hoc Principe in maximis periculis atque graviſſimo & acerbiſſimo Reipubl. caſu ad D. *Maximilianum* Auguſtum & Angliæ Reginam, Imperiique Electores miſſus, legati aliquoties munere fideliter defunctus, cum lætitia Principis ſui & curiæ revenit.

Moritur. Mundo tandem valedicit *Haidelbergæ*, anno *milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo ſecundo*, die *viceſima ſeptima* Januarii, ſepultus ibidem in choro ad *D. Petri* cum elogio Epitaphio ejusmodi: *Monumentum Polanti.*

VITO POLANTO V. NOBILISS. ET CLARISS. J.U. DOCTORI, AC COMITI PALATII LATERANENSIS, ILLUSTRISS. PRINCIPP. D. OTH. HENRICI, ET D. FRIDERICI III. PALAT. ELECT. CONSILIARIO PRÆCIPUO, MARITO AC PATRI CARISS. CORDULA BOTZHEMII, UXOR EJUS, LIBERIQUE SUPERSTITES MÆSTISSIMI, HEU MULTIS CUM LACRYMIS H. M. F. C.
VI. CALEND. FEBR. AN. SAL. clↃ IↃ LXXII.

Ætatis autem ſuæ LII.

Hoc tumulo Viti requieſcunt membra Polanti,
Iurisperiti nobilis:
Qui varias juvenis linguas edoctus & artes,
Doctoris ad gradus iit.
Poſt à conſiliis Henricum juvit Othonem:
Et hunc ſequutum Principem.
Quorum nominibus varias legatus in oras,
Ad Cæſares miſſus fuit.
A Carolo Quinto merito virtutis & artis
Factus Palatinus Comes.
In Chriſto placidæ finivit tempora vitæ,
Res dulcis in Chriſto mori.

Virtutes Fuit vir multis præclaris à Deo ornatus donis ac virtutibus, eloquentia ſuavi, judicio gravi, doctrina polita, gravitate ac comitate ſingulari, & quod caput pietate ſincera. Non erat tumidus in lætis, nec timidus in adverſis, ita mundo utens, ut de mundo eum non eſſe appareret. In monendo placidus, in conſulendo ſeverus, erga ſuos facilis: hoſpitalis erga alienos, & pro facultatum modo liberalis.

Eruditio & ſcripta. Eruditionem ejus & in poſteritatem affectum teſtantur monumenta, quæ elaboravit, de quibus ſunt:

Quæſtiones earumque *diſtinctiones* in libros codicis *Iuſtiniani* Imperatoris, incerti authoris, ex vetuſto M. S. exemplari deſcriptæ, opera, ſtudio & ſumtibus hujus Polanti in lucem editæ. Acceſſit etiam ejusdem auctor[...] *mentum diſtinctionum in digeſtum vet*[...] indice quæſtionum: *Petri à Bella Perti*[...] Jureconſulti vetuſtiſſimi ac ſubtiliſſi[...] *mentaria in ff. novum*, videlicet ad 43[...] 46. & 49. *pandectarum* libros, ex vetu[...] exemplari. Item *explicationes ſingula*[...] ut nunc vocant, *repetitiones* ejusdem[...] *Bella Pertica* in aliquot ll. ff. veteris, &[...] Juſtiniani, per eundem *Polantum* ab i[...] ris veteris editionis mendis repurgata[...] næque quantum fieri potuit reſtitutæ[...] plici indice & tam Imperatoris quam[...] Regis privilegio.

Ex deſcriptione vitæ & obitus Viti[...] *M. S. monumentis Haidelbergenſ.*

WIGANDUS HAPPEL[...]

MARPURGI Cattorum metropoli[...] *dus Happelius* exilium terrenum[...] anno à partu Virginis, *milleſimo quin*[...] *ſecundo.* In patrio ludo primis literi[...] ubi ad Academiæ auditoria publica[...] fuit, linguarum ſtudia, & inprimis H[...] fervidè eſt amplexus. In hac tantos[...] ſiduo labore progreſſus: ut dignus ha[...] cui ſanctæ linguæ publicæ profeſſio c[...] daretur.

Interea autem dum ipſe Hebræa d[...] ſcipulum jurisconſultorum agit, ac in[...] legum ſtudio tantus evaſit, ut axiom[...] conſultorum, ſolenni Academiarum r[...] rit ornatus. Itaque ad profeſſionem[...] guæ codicis quoque explicatio ei fuit[...] ſa, quam ad vitæ finem usque fidelit[...]

In cœleſtem patriam migrat *Marp*[...] no Chriſti *milleſimo quingenteſimo* [...] mo *ſecundo*, die *viceſimo primo* Mar[...] in terris egiſſet annos *quinquaginta*. E[...] P. *Nigidii* Epigramma ejusmodi:

Exſtinctus periit robuſtâ ætate Wigan[...]
Happelius, patriæ maxima fama[...]
Is docuit ſanctam juvenes cognoſcere l[...]
Atque bipartiti gloria juris erat.
Quin & jus ipſum Doctoris more lege[...]
Inſignem laudem rettulit atque dec[...]
Conſul erat prudens, venerandi norm[...]
Acceptus patriæ, civibus atque ſuis[...]
Conſiliis juvit noſtrum perſæpe Lyceum[...]
Atque fuit noſtræ firma columna ſc[...]
Et poterat felix à quolibet ille videri[...]
Cum ſecuit vitæ flamina Parca fero[...]
Res permutavit felici ſorte caducas,
Cœleſtis nactus gaudia vera throni[...]
Exſpirans animam, tua vulnera, C[...]
demtor,
Eſt hominum faſſus tollere ſola ſcel[...]

Pantal. lib. 3. Proſopograph. P. Nig[...] tal. Profeſſ. Marpurg.

WOLFGANGUS STREIT[...]

WOlffgangus Streithius, *Villinga*, [...] neſto, & oppido Hercyniæ [...] ignobili, natus eſt, anno *milleſimo*[...]

iceſimo ſeptimo, die *ſecunda* Maji. Pa-
ognominis fuit, vir ſuæ civitatis pri-
ac ejus loci conſul. Hic filium iis lite-
ſciplinis, quibus puerilis ætas imbui
ſtituendum maturè curavit. Puer, cum
genio felici, ea quæ tradebantur, citò
, ſpemque de ſe excitavit præclaram.
itus igitur puerilibus illis diſciplinis,
ceptore *Sylveſtro Kauffmanno Glarea-*
diſcipulo, ad uberiorem bonarum ar-
rcatum, *Friburgenſem* in Academiam
gatus. Ibi puer adhuc *novem* annorum
iburgenſis ludi magiſtro *Ioanne Pedio*
o bono ſene & fideli præceptore non
eruditionis fecit acceſſionem. Erant
a urbe omnium liberalium artium ma-
Doctores eximii, inque his *Henricus*
us non poëtices ſolùm ſcientia excel-
ed Philoſophiæ & humaniorum diſci-
n publicus privatusque Doctor exi-
um domeſticum ſuorum ſtudiorum,
ipuè hiſtoricorum magiſtrum docto-
habuit, cumque alterum quaſi lumen
ſii illius *Ioannes Hartungus* eſſet, hujus
diſciplinæ alumnus audire voluit, ſum-
diligentia apud hunc in utriusque lin-
nitione ſe exercuit.
s magiſtris non modo Principum Phi-
rum præcepta ad vitam benè agendam
neceſſaria, verùm etiam mores majo-
nnem antiquitatem & poëticen didi-
gnovit. Et longius in Philoſophia
, ſeque exercendo progreſſurus fuis-
mici eum non tam doctum eruditum-
re voluiſſent, veriti, ne Philoſophiæ
eum, aut prorſus ab honoribus pe-
oduceret, aut ſaltem retardaret. Ita-
tati illum ſunt; ut jus civile quampri-
gnoſcendum ſibi proponeret. Ex
n artis ſtudio videbant fore, ut maturè
nos honores, ſummamque gloriam
et. Quorum authoritati & conſilio
parendum exiſtimaret, aliquot annos
dio Friburgi conſumſit.
um animadverterent ejus amici, id-
pro ea prudentia, quæ jam in juvene
lucebat, videret, in homine politico
peregrinationis ſtudium laudari, &
multis aditum ad ſummam pruden-
mmasque laudes patefacere, anno
quingenteſimo ſexageſimo, Galliam
quidem tempore juris doctrina cele-
Ibi tametſi primum *Avarici Bituri-*
einde *Pictavii* aliquantiſper ſubſtitit,
en illi cupienti atque exoptanti fru-
datus eſt, ad eam artem, cujus amore
ulerat, celebrandam. Nam qui lo-
orum, quietis tranquillitatis pleniſſi-
debebat, in eo maximæ & turbulen-
empeſtates ſæviebant. Incidit enim
perturbationem Galliæ, & ſua pere-
ne devenit in ſummum ſalutis vitæ-
rimen, eo ipſo in tumultu; quo *Pi-*
Mareſchallus Sanctandreas recepit.
in tumultu ipſum ea fortuna exce-
poſt ipſius reditum, illud miſerum

tempus in reliquam ipſius vitam redundarit, *Non ſine*
& non modo cauſa; ſed etiam alimentum fue- *incommo-*
rit morborum, qui eum domum reverſum ex- *do ſuo.*
ceperunt.

Vix *viginti* annos natus *Friburgum* ex *Redit è*
Galliis rediit anno *ſexageſimo tertio*, & ſta- *Gall. Fri-*
tim anno ſequenti ſummos in jure Docto- *burg. 1563.*
ratus honores adeptus atque juris in *Fribur-* *Fit ibi*
gi Academia Profeſſoribus adſcriptus eſt. *Doctor*
Conjugio quoque ſe mox mancipavit, ne- *& Profeſſ.*
xumque iniit anno *ſexageſimo tertio*: cum *juris.*
Catharina filia *Matthæi Neſeri*, qui olim in *Matth.*
jure Profeſſor *Tubingæ*, poſtea verò in *Spi-* *Neſer.*
renſi ſupremo judicio aſſeſſor, & D. D. *Ca-*
roli ac *Ferdinandi* Conſiliarius, & *Petri Ne-* *Petr. Ne-*
ſeri, in Enſishemenſi conſiſtorio primarii *ſer.*
conſiliarii, frater fuit. Ex hac cum filio- *Conjugiũ*
lum *Matthæum*, avo materno cognomi- *Streith.*
nem, ſuſtuliſſet, eundem anno à nuptiis
fermè *quarto*, magno cum luctu, mœſti-
tiaque amiſit. Atque talis domeſtica & pri-
vata ejus vita fuit.

Publicè verò qualis in interpretando, do-
cendoque, & cauſis agendis, conſiliisque
dandis fuerit; ex contentione facilius intel-
ligi poterit. A *Cicerone* laudatur admira-
bilis quædam & incredibilis & penè divina
Sulpitii in legibus interpretandis & æquita-
te explicanda ſcientia.* Enim verò hic al-
ter quaſi *Sulpitius*, minorem laudem in ju- *Ser. Sulpi-*
re tractando conſecutus non eſt: qui non *tius ICtus.*
tam docendo, quam tum privatis, tum ci-
vitatibus Principibusque conſulendo & de ju-
re reſpondendo; quasvis etiam graviſſima-
rum cauſarum agendo domi, eam æquitatis
famam conſecutus eſt, ut ejus domus meri-
tò *oraculum* totius *urbis* dici potuerit & id
elogium in eum jure competat; *populi eum*
Friburgenſis primarium fuiſſe virum. At-
que hæc in jure & æquitate tractanda ejus
laus ac decus eximium fuit. Cæteras vir-
tutes ejus ne enumeremus magna fuit ipſius
in audiendis conſulentibus & clientibus & in
reliqua cum hominibus converſatione, hu-
manitas: candor ab invidia, quæ pleroſque
alios lacerat planè ſejunctus, præterea urba-
nitas & pietas in parentes, liberalitas in pau-
peres, bonitas in ſuos, juſtitia in omnes, con-
ſtans & præclara.

Familia verò ejus magna cum laude *Vil-* *Familia*
linga ultra *ducentos* annos floruit, & multa *Streithio-*
tum olim: tum hodie lumina præclara *rum vetus*
extulit, è quibus præcipua laus parenti de-
betur, qui ibi conſulatus magiſtratum cum
laude geſſit. Deinde patruus nobilis &
clarus vir *Iacobus Streithius* Juris Friburgen- *Iacob.*
ſi in Gymnaſio primarius Profeſſor, qui *Streith.*
per multos annos magnâ cum laude, dili- *IC. Fribur-*
gentia, & elegantia jus civile docuit, non ſi- *gi patruus.*
ne ſingulari auditorum utilitate, & Gymnaſii
illius celebritate.

Divitias habuit tum ex matrimonio tum ex *Divitiæ*
hæreditatibus legitimè acquiſitas non mini- *Wolf.*
mas, ſed id ei cum multis ſuæ profeſſionis *Streithii.*
commune fuerit, hoc in eo ſingulare extitit,

M quod

quod opum ſuarum fontes ad alios egenos lubentiſſimè derivavit, inter quos & *Joann. Thomas Freigius* J. C. non poſtremus fuit. Hunc enim Streithius hic non ſolum ope & conſilio juvit, ſed & bonis commendavit, inque patria *Friburgi*: ut docendæ *Ethices* & *Logices* munus ei commendaretur, perfecit.

Freigius ab eo promotus. Vide Freigii vitam.

Obiit Wolff hic *Streithius*, ut conjicimus; circa initium anni ſeptuageſimi tertii, *Friburgi Briſgoiæ*, ætatis ſuæ *trigeſimo ſexto*.

Obitus Streithii.

Ex orat. qua parentavit ei Freigius ille in ſummo templo Friburgi, die decimo nono Februarii, anno ſeptuageſimo tertio.

θ. 1573. d. 26. Maj. ætat. 38.

SIMON SCHARDIVS.

PROTULIT *Simonem Schardium* Saxonia, circa annum, *milleſimum quingenteſimum, trigeſimum quintum*. Hic amore literarum, non abnuente Minervâ, variis in ſcholis conſedit, & pertinaci ſtudio peragratis non tantum Philoſophiæ ſpaciis; ſed & legum ſacrarum immenſis exhauſtis voluminibus, tantas ſolidæ eruditionis opes acquiſivit: ut charus clarusque haberetur tum Philologus; tum Jureconſultus.

Philologus & ICtus Schard.

Illuſtriſſimi igitur primum Palatini, *Wolffgangi*, Ducis Bavariæ & Bipontini, fuit conſiliarius. Poſtea in collegium ampliſſimum *Adſeſſorum* in Camerâ Imperiali, quæ *Spiræ Nemetum* eſt anno *ſexageſimo ſexto* accitus; ubi in munere graviſſimo ad vitæ usque finem ita ſe geſſit; ut fidem cum in induſtria certantem luculentè Principibus probarit, verèque fuerit, ut Philoſophus de bono judice *ait: δίκαιον ἔμψυχον.

Fit conſiliar. Bipontin. Inde AdſeſſorSpiræ.

**lib. 5. Nicom cap. 7.*

De magnis multisque occupationibus ad vitam beatam immaturo quidem, ſed felici obitu abit ſcrutator hiſtoriarum & antiquitatum diligens anno *milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo tertio*, die *viceſimo ſexto* Maji; ætatis ſuæ anno *trigeſimo octavo Spiræ* Nemetum. In ejus obitum ac memoriam hæc Epigrammata extant:

Moritur.

Epigramma in Schardiũ.

Schardius hic Simon poſt funera mœſta quieſcit;
Heu quantum amiſit Saxona terra virum.
Imperii adſeſſor, Nemetum dicebat in urbe
Ius, juſtique tenax, eloquiique decus.
Parce tamen lacrymis, nam quæ monumenta reliquit,
Perpetuò vitam ſunt habitura ſuam.

ALIUD.

Mortales ſtatuunt de te contraria Schardi
Iudicium formis, id variatque tribus.
Pars ait, hunc certè decorat prudentia juris,
Pars ait, hic legum condecoravit opus:
Cætera pars uno concludit utrumque tenore:
Horum tu Schardi conciliator eris.

Fuit in hoc viro, præter exquiſitam legum notitiam, magna ingenii celeritas, linguarum-
que & artium percepta doctrina, lab[...]
tientia, & in quo ſunt omnia, ſumm[...]
dium incredibilisque cupiditas patri[...]
riæ cognoſcendæ. Itaque & libros c[...]
vit, & itinera fecit: ubi conſignatæ [...]
memoriæ vel hiſtoriæ explicatæ ſpes [...]
batur. Ab hoc conſilio neque imp[...]
magnitudine, quibus penè res illius f[...]
dilabebatur; nec periculis; nec tædi[...]
potuit.

Sæpe dixit: *non prius ſe deſiturum e[...]*
patriæ mercedem natalis perſolviſſet, [...]
plum edidiſſet, non tantum quid quisq[...]
debeat; ſed etiam quid Germanica ing[...]
nam ad rem defixa intentaque eſſent, It[...]
licisque præſtarent.

In uſum poſteritatis elucubravit: *Id[...]*
ſiliarii, hoc eſt, de conſiliis & conſilia[...]
cipum, eorumque qualititatibus, virt[...]
lectione libellum ex *Friderici Furii C[...]*
tractatu Hiſpanico de inſtitutione Pri[...]
Italicam, & inde in Latinam linguam tr[...]
Eſt ab eodem editum *Lexicon Iuridic[...]*
utriusque Romani & Pontificii. E[...]
Schardii operâ collectæ *orationes & el[...]*
nebres in exequiis Germaniæ Principum
tu *Maximiliani I.* Imperatoris ſcrip[...]
citatæ.

Reliquit tandem præter alia ingeni[...]
ctrinæ monimenta *opus hiſtoricum* in [...]
tomos diviſum; quorum *primus Germ[...]*
tiquæ deſcriptionem ex autoribus priſci[...]
centioribus continet: *Alter* ea quæ *ſu[...]*
rio Caroli V. geſta: *Tertius*, quæ *in gube[...]*
nem Ferdinandi inciderunt, ab anno [...]
milleſimo quingenteſimo, quinquageſimo [...]
ad finem anni *ſexageſimi tertii*: *Quartus*
poſt *acciderunt*, imperante *Maximili[...]*
uſque ad annum *ſeptuageſimum quartum*
plectitur. Ac conſtituerat quidem au[...]
ſolutam Germanicarum rerum hiſtori[...]
lucem proferre, ſingulorumque annor[...]
ſta conjungere, ſed oppreſſus morbo fat[...]
neceſſitate, *tomum quartum* non abſolvi[...]
niſi ad medium annum *milleſimum quin[...]*
ſimum, ſeptuageſimum ſecundum perdux[...]
pographi itaque rogatu *Nicolaus Ciſner[...]*
ad opus ornandum & abſolvendum pert[...]
additurum ſe Epiſtola quadam promi[...]
qua & quid in Schardii tomis deſideret; [...]
ordine Hiſtorici, qui de Germania ſ[...]
rant, diſponendi ſint, exponit: verum ipſ[...]
que plurimis occupationibus, & tandem [...]
te præpeditus, expectationi non ſatisfec[...]
terim tamen tomis Schardii ornandis n[...]
fuit. *Ex operibus Schardii: ſcriptis N[...]*
Ciſneri, & Bibliothecis.

FRANCISCVS BALDVIN[...]

VETUSTA hic & illuſtri *Atrebatum* ur[...]
tus, *Antonium* patrem habuit, fiſci [...]
apud ſuos procuratorem. Admodum pu[...]
vanii Græcis Latinisque literis inform[...]

ingenio ad juris civilis ſtudia conver-
na ſcientiæ tantâ celeritate complexus
)octoribus ſuis, in his *Gabrieli Mudæo*,
ioni eſſe.
tiam Pariſiorum poſtea ſe contulit, ad
nda clarorum virorum ingenia, mox-
ilielmo Budæo & *Lazaro Bayſio* JCtis, &
um ſupplicum magiſtris, aliisque viris
innotuit. Hinc in Germaniam ad
hthonem & *Bucerum*, deinde *Genevam*
gum ad *Calvinum* & *Bezam* eſt pro-
ita ut ab illis intelligeret, quas ob cau-
manâ Eccleſiâ diſceſſiſſent. *Lutetiam*
â *Biturigibus* ad docendi munus ac-
futurus Collega *Equinarii Baronis*, &
ci Duareni JCtorum; parque de publi-
dium accepturus. Mox incredibili
n ſtudio voce Baronis Doctor renun-

ennio ibi exacto, Germaniæ Acade-
quot docendo obivit: *Iacobo Cujacio*
ceſſore apud Biturigas cooptato. Do-
em jura tum *Genevæ* tum *Haidelbergæ*
diu:, Proteſtantium Religionem am-
poſtea ex *Georgii Caſſandri* Pontificii
gi, ſed moderati ſententia, mediam
ſtens, ad Pontificios *tranſiit.
in Galliam ab *Antonio Borbonio* Rege
o revocatus, filium ejus naturalem
in diſciplinam accipit. Audito Re-
othomagum caſu non multo poſt pue-
Galliam reduxit. Ac tum quidem, re-
bus in Gallia bellis civilibus ſeriò cepit
in patriam cogitare, civibus ſuis at-
panis per oratores rogantibus; ut
landrorum, in Academia recens exci-
is civilis ſcientiam, amplo propoſito
io, profiteretur. Ad ſuos itaque re-
Ferdinando Duce *Albano*, Belgicæ
comiter humanèque ſuſceptus eſt.
elgicis tumultibus paulò pòſt magis
e ingraveſcentibus, miſſione aliquot
mpetrata, ſpecie adducendæ uxoris &
ecæ, *Lutetiam* ad priſtinum docendi
vertit. *Veſontiones* interim vetuſtiſſi-
inorum, jure Academiæ iuſtituendæ,
nt, impetrato, per nuntios eum invi-
tique de ſtipendio abducunt. Et flu-
alliæ iterum æſtuantis, in eum veluti
ſecedens (belli enim civilis rapinas,
des deteſtabatur) repetit *Maximilia-*
æſaris voluntate Veſontiones prohi-
is ſcholam inſtituere. Hortantibus
nus, ut jus civile interpretaretur, *nefas*
ndit, *juris auctorem ab interprete juris*

e digreſſus indè, rogatu multorum,
vum ad ſcholam revocandam ſe con-
i cùm annos fermè *quatuor* florem
juventutis juris civilis cognitione im-
Henrico tum *Andium* Duce ad Reg-
oniæ evocato, *Lutetiam* ab eo venire
, menſe *Auguſto*, quo tempore ma-
iſſima legatio Polonorum adfuit.
us cum omnibus magnum ſui in ex-
animis amorem excitavit, putabatur-

que ineunte vere in Poloniam profecturus, niſi conditionis humanæ neceſſitas, Juriſconſultum ſummum ardore continuæ febris diu vexatum, antè ſuſtuliſſet. *Abducere Bald. tentat. Morte prævenitur.*

Vita deceſſit anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio*, die *undecimo* Novembris, annos natus *quinquaginta tres*, *Lutetiæ* Pariſiorum in collegio ſuæ gentis Atrebatum, præſentibus uxore & filiola. Adfuit etiam morienti *Ioannes Maldonatus* ſocietat. Jeſu Theologus, quo erat familiariter uſus. Conditus eſt in *Mathurinorum* ſodalium periſtylio, in quo & *Ioannes à ſacro Boſco*, celeberrimus ante aliquot ſecula Mathematicorum ſitus. Maſſonus grati animi auditor, hæc ſarcophago inſculpenda curavit: *Ioann. Maldonatus. Tumulus Balduini.*

Monumentum.

CUJACI,
BALDUINUS HIC JACET HOC TECUM REPUTA, ET VALE. MORTUIS VOBIS JURISPRUDENTIAM GRAVIS CORRIPIET SOPOR.

Eſt in eundem & hoc *Ioannis Aurati* Jambicum:

Franciſcus ille Balduinus nomine,
Re Baldus alter, nomen ipſum quod notat:
Non craſſa, ut ille, doctus ipſa Pallade,
Sed maximam qui juris ad prudentiam
Utriusque, veteris & novæ ſcientiam
Hiſtoriæ, & eruditionis junxerat.
Hic talis atque tantus inter exteros
Suosque notus, ultimos in Andibus
Exegit annos lectionis publicæ,
Auctore quam tum obibat Andino Duce,
Cum ſummo honore, maximis ſtipendiis
At ille cum Rex factus eſſet è Duce,
Henricus omnium Polonûm calculis;
Electus eſt hic Regis electi comes.
Sed æqua Gallis Parca tantum Galliæ
Abeſſe Balduini noluit decus,
Suumque alumnum libera aſſeruit manu
Patrio ſepulcro: Iuris ut ſummum caput
Iuris ſuprema in ſede ſit Lutetiâ.

Statura fuit juſta; forma eximia, & per omnes ætatis gradus venuſta, oculis acribus ac nitidis. *Statura Balduini. Vox clara.*

Vocem habuit canoram, firmiſſima latera: ut docens, Periclis inſtar, tonare ac fulgurare videretur, duarum maximarum ſcientiarum, ut erat memoria propè divina, ſummos apices complexus eſt, *juris civilis & hiſtoriæ.* Dicere enim ſolebat, & ſcripto edito, ut poſteritas exaudire poſſet, profeſſus eſt, *hiſtoriam cum jurisprudentia conjungi oportere, hanc ſine illa cæcam videri.* Puber factus dum in aula *Caroli* V. Cæſaris cum *Ioanne* Marchione Bergenſi verſatur, contigit: ut in cubiculo Principis, urgente ſiti, vinum Imperatori ante ſomnum offerri ſolitum, intrepidus biberet. Quo audace facto magis innotuit, mirante *Carolo*, probanteque adoleſcentis audaciam. Nec res augurio caruit, fore eum, qui Cæſareas leges penitus imbiberet. *Eruditio. Hiſtoriæ cognitio ICto neceſſaria.*

Conjugiũ. Ex *Catharina Bitonia* conjuge ſuſcepit unicam filiam, imaginem ſui. Percunctante *Papirio Maſſono, mallet ne filium quàm filiam habere? Minimè* reſpondit: *Roma enim Ciceronis filium non agnoſcebat loquentem.*

Scripta. Præter varia ad Juriſprudentiam pertinentia, Argentorati edidit *libellum* Chriſtianorum JCtorum nomine *contra Duarenum. Commentatus eſt in Ciceronis libros de officiis.* Eſt ejuſdem *Relatio ad Henricum* Andium Ducem; cui addita, *Latini Pacati* panegyricus ad *Theodoſium: Eumenii oratio* de ſcholis, ac ipſius annotationes in utramque orationem; *Leges* item & *edicta veterum Imperatorum de Chriſtianis*: Ejuſdem *libri duo de inſtitutione hiſtoriæ univerſæ, & ejus cum juriſprudentia conjunctione.* Propter libellum: cui titulus *de officio boni viri in religionis diſſidio*, tanquam à *Balduino*, quem Proteſtantes deſertorem & *Ecebolum* alterum vocabant; factum; contra ipſum *J. Calvinus* ſcripſit, cui poſtea Balduinus aculeatè reſpondit: cujus in certaminis partem & *Beza* venit. Quæ præterea ſcripſit edidit ve, in Geſneri Bibliotheca requirantur. Hæc de ipſo collecta ſunt ex *elogiis Miræi; Thuani hiſtoria, Geſneri Bibliotheca, aliis.*

Bald. Ecebol. dictus. Certamen ei cum Calvino & Beza.

Θ. 1574. d. 12. Maji. ætat. 55. Hildeshemium oppidum.

HIERONYMUS GERHARDUS.

Hildeshemii Graichgojæ oppido, ditionis Electoratus Palatini, ipſis feriis, quibus à nativitate Chriſti annus *milleſimus quingenteſimus decimus nonus*, numerabatur, natus eſt *Hieronymus* hic *Gerhardus*, exoriente jam paſſim in Germaniâ Evangelii luce.

Wendelinus Gerh. pater. Pater ei fuit *Wendelinus*; qui filium, qua de cauſa incertum, niſi forte certamina tum mota obſtiterunt, ſerò admodum in ſchola erudiendum magiſtris commendavit, *duodecimum* ætatis annum jam ingreſſum. Primo autem ſtatim die ſpecimen indolis elegantis edidit.

ὀψιμαθὴς Gerh. ſed φιλομαθής. Nam omnium elementorum, quibus Latina lingua ſcribitur, nomina, & poteſtatem, non tantum recto contextu: ſed inverſo & variâ permutatione turbato ordine, eodem, quo venerat, die, ita didicit; ut mox illis in colligendis ſyllabis altero die uti poſſet. Itaque aviditate & alacritate diſcendi, omnium in ſe oculos convertit & brevi admodum tempore, id eſt conſecutus, ut de conſilio præceptoris, à patre ad frequentiores ſcholas mitteretur: primum *Heilbrunnam*, deinde *Eslingam*, poſt *Guttebergam*, & demum *Halam Suevorum*: ubi ſimul & prima literarum rudimenta diſceret, & in verè Catholica Religione inſtitueretur. Docebant ea tempeſtate *Halæ* Evangelium Jeſu Chriſti, ſumma animorum conjunctione, maximoque pietatis zelo *Joannes Brentius*, & *Joannes Iſenmannus*; quorum utrique hic noſter, & puerili ætate innotuit, & poſtea ſemper fuit cariſſimus.

Mittitur ad alias ſcholas.

Brentio & Iſenmanno carus.

Baldum, cujus inter Doctores j
celebre eſt nomen, cum bonam par
tis in ſtudiis Philoſophicis contriv
jam grandior natu *Bartolo*, docenti ju
ram dare cœpiſſet, ab eoque audiviſ
de venis: reſpondiſſe ferunt: *memin*
celeriter me abſolvam: idque præſtiti
ma enim diligentia, indefeſſoque labo
fecit breviſſimo tempore, ut inter pra
mos JCtos numeraretur. Ad eundem
& Gerhardus, cùm annum ætatis
decimum quintum, vix triennium i
verſatus, tantos fecit progreſſus;
Halenſis, quæ tum dirigente Brentio
erat conſtituta, capere illum amplius
ſet. Diligentia enim omnia ſuppler
cùm nemo ſit, qui ſtudio nihil ſi
quutus.

Itaque à patre de conſilio Brentii
tembergam mittitur: quem à Brent
mendatum *Melanchthon*, propter pat
que conjunctionem, ad ſe recepit.
tum ferè *triennium* ita Melanchthoni
ſuetudine eſt uſus: ut præceptori &
omnibus eſſet cariſſimus: A patre a
nô *trigeſimo ſeptimo* revocatus: &
nio publico antè ornatus, *Brentio, qui*
tunc in Eccleſia & Schola, *Ulrico* Pri
ſtituto, docebat, fuit traditus, qui &
inſtitutione ſua eum dignatus eſt, ac
usque *duodequadrageſimum*.

Inde in patriam profectus, cum g
modum morbo ultra trimeſtre, non
culo vitæ, conflictatus eſt. Quem ubi
dem ſuperaſſet; etſi impedimentum
ejus attulerat: tamen *Tubingam* re
cum ſolenne ſuum obtineret teſtimo
ditionis publico ornatus eſt, competi
Joanne Hoſpiniano Baſilienſis, & *Joanne*
lino Tubingenſis Scholæ poſtea Profeſſ
Fuerant à reſtituto Principe *Ulrico* a
que tempus, illæ honorum ſcholaſt
collationes intermiſſæ, tum quod in
batione, quam gubernatorum mut
adferre ſolent, ſtudiorum ratio minu
adminiſtraretur; tum quod Pontificii
cellarius, qui ob ſua ſacra projecta,
& Scholæ iratus, *Roteburgum* conce
pro ſua quam ſibi hic uſurpabat, auct
impedimentum hactenus injecerat.
ergò illa magiſtorum promotio fuit in
Tubingenſi Evangelica.

Inde ad patrem profectus, cum eod
ulteriore ſtudiorum progreſſu deliberav
rum difficilem admodum invenit p
Cum enim ad ſtudium juris naturali q
inclinatione ferretur, pater autem, quæ
erat pietas, Theologiæ ipſum conſecra
peret: in magnis verſatus anguſtiis Ger
ne vel patri, cujus erat, ut omnes liberi d
obſervans, repugnando impietatis crim
ſe obſtringeret; vel eidem obſequend
vitæ genus, ad quod naturâ non factus v
tur, ſe præcipitaret. Ergo *Halam* ad
tium, quem ſciebat apud patrem plur

uctoritate, proficiſcitur; de illius con-
ſcturus omnia. Ubi ergo huic ratio-
i conſilii explicaſſet: prudentiſſimum
reſponſum: *Deo in Eccleſia non mo-*
s & doctis Theologis, ſed probis quoque
pus fore; atque unum ICtum pium, in-
tem, amantem religionis, ſæpenumero
cleſiæ prodeſſe poſſe; quàm multos inſi-
doctos Theologos.
c ſpem cum pater de ipſo ex *Brentii* li-
ncepiſſet, facilè conceſſit; ut filius
æ & ſtudiorum viam & rationem ingre-
, ad quam videbat ipſum & natura du-
udentum atque piorum hominum vo-
citari. *Tubingam* igitur reverſus,
ca, quæ exquiſitius à Philippo didi-
frequenti ſtudioſorum concurſu pri-
ocere cœpit. Nec multò poſt; ad-
juvenis adhuc, uxorem duxit *Mar-*
n, Michaëlis Rösleri, civis Tubin-
liam, cum qua ſemper conjunctiſſi-
, pater ex ea decem liberorum fa-
orum major ipſo pars fuit ſuperſtes,
ex filiabus quinque nepotes ac ne-

n anno ſtudium juris incoavit; in
itos brevi tempore progreſſus fecerit
monſtrarunt. Cum enim & inge-
et; & nullis fatigaretur laboribus;
ribusque uteretur doctiſſimis *Ioan-*
rdo, Ludovico Grempio, Gebhardo
ero, & aliis; profectus inſignis ab-
potuit. Cæterum *Vlricus* Princeps
n avitum ducatum armis fuit reſtitu-
eſias ad divini verbi præſcriptum Re-
cœperat: quo in negocio magnæ ei
ifficultates, & in hoc præcipuè, quod
ccleſiæ miniſtris deſtitueretur. Cœ-
ipſe ſua liberalitate adoleſcentes Tu-
n ſchola alere: qui ſuo tempore ad
inſtitutionem & gubernationem ad-
r. Numerabantur autem ſingulis
inque floreni annui; quibus pro ſuo
rbitrio fruebatur. Ea autem tum
pora: ut, qui frugaliter viveret,
poſſet deſiderare. Sed animadver-
oſtea, multos liberalitate Principis
ndia uti; ſed ad otium, ignaviam,
ones, bacchationes, & graſſationes
abuti.
opter viſum Principi, novum inſti-
egium: ubi omnes beneficiarii ea-
a fruerentur: atque ſub uno, do-
virtute præſtanti, & auctoritate at-
ate excellenti Præceptore educaren-
etſi juvenis adhuc erat Gerhardus:
omnibus prudentibus, & rectè ju-
ſeſe probaverat, ut difficilis labo-
oleſtiarum plena functio, rectè illi
oſſe videretur. Neque vero feſel-
n & expectationem conſiliariorum
Gerhardus. Admirabili enim cum
inciæ illi *quinquennium* præfuit:
it in eo prudentia, in conſtituen-
erandis legibus & moribus tanta

induſtria, ut hodie ſtet collegium illud Ger-
hardi inſtitutis. Ac ipſe poſtea ſæpe in Rei-
publ. negociis, ejus regiminis recordatus, mi-
rificè fuit exhilaratus. Tanta vis eſt conſci-
entiæ, & memoriæ vitæ rectè actæ, fideli-
terque adminiſtratæ provinciæ olim com-
miſſæ.

Cum autem ſciret ſtudia, præſertim Juris
in lucem & aſpectum hominum, uſumque
forenſem producenda: cauſas etiam in conſi-
ſtorio Principis agere cœpit. Ex quo paula-
tim ipſius non ſolum eruditio & prudentia,
ſed facundia quoque eluxit. Hæc fama de
ipſo ingenii, cum latè eſſet diſſeminata: *Geor-*
gius frater *Vlrici Würtembergici*, honeſto
ſalario illius operam conduxit, non parum
repugnantibus *Vlrici* Principis Conſiliariis:
qui cum, quantus futurus eſſet vir, pro ſua
prudentia, facilè perſpicerent, verebantur,
ne hac occaſione aliorum Principum familiis
adſcriberetur. Cum autem ipſis promiſiſſet,
ſe nulli alii prius operam ſuam, quàm Ulri-
co Principi oblaturum, ſi frater *Georgius* Co-
mes Wirtembergicus ipſum dimiſiſſet, aſſen-
ſerunt.

Agit cauſas.

Conducitur ejus opera à fratre Vlr.

Cum verò non modo doctum, prudentem
& eloquentem; ſed certis de cauſis, ſolenni-
bus etiam titulis decoratum ipſum vellet
Princeps Georgius: paſſus eſt ſibi honores
doctorales à Præceptoribus ſuis Tubingenſi-
bus conferri, anno *quadrageſimo ſexto*, cum
Chiliano Voglero, Academiæ Tubingenſis Pro-
feſſore, *Caſparo Bero*, & *Ioanne Cruſio*, qui
poſtea omnes Principibus Würtembergicis
fuêre à Conſiliis. Subſtitit autem tunc Tu-
bingæ ob temporum illorum pericula, moto
à Cæſare in Proteſtantes bello: in quo Wirt-
tembergicus ducatus miſerè afflictus. Poſtea
cum ſub finem ſequentis anni, in graviſſi-
mam incidiſſet hæmorrhagiam, quæ conti-
nuas *triginta* horas & ultra duravit; ut de vita
etiam periclitatus ſit, & magnam virium ja-
cturam fecerit: Principi ſuo conditione reſi-
gnata, dimiſſionem petiit: quam ſequenti
tandem *quadrageſimo nono* anno, ac difficulter
quidem, impetravit.

Doctor renunciatur.

Hæmorrhagia laborat.

Dimittitur ex aula 1549.

Mox ab Ulrico Duce conductus *Studgar-*
diam cum familia migravit; advocatus primo
anno adſcriptus. Verum cum graviſſimis
conditionibus *Carolo* V. reconciliatus eſſet
Dux Ulricus: novamque ab illa reconcilia-
tione adverſus ipſum inſtitueret actionem
Ferdinandus Rex: *Pragam* fuit ablegatus
Gerhardus. Exinde ad *Ioannis Friderici*
Saxoniæ Electoris filios *Vinariam*: demum
etiam ad Landgravii filios *Caſſellam* profe-
ctus, per *Francofurtum* domum rediit. Sed
mox ad Imperatorem *Carolum*, qui tum in
Belgio morabatur: *Philippoque* filio provin-
cias illas commendabat, miſſus eſt, in cauſa
Württembergici Ducatus, qui ab Hiſpanis
præſidiis vexabatur, effecitque ut hoc onere
populus ſublevaretur.

Studgard. migrat.

Pragam ablegatur. Et aliò.

Anno ſequente *quinquageſimo* ſupra *mille-*
ſimum quingenteſimum, *Vlricus* Princeps per-

 ſpecta

Fit Conſiliar. Wirtemberg. ſpecta ipſius prudentia, eloquentia, fide & dexteritate ſingulari ſuis eum adſcivit conſiliis; ſtatimque denuo ad Imperatorem, qui nondum Belgio exceſſerat, ablegavit. Deinde cùm ſub anni finem, Ulricus, laboribus cu-riſque confectus in fata conceſſiſſet, ſucceſſore relicto *Chriſtophoro*, unico filio: majore is, quàm pater favore ſuum hunc conſiliarium fuit proſequutus. Ab eodem enim ſtatim

Legationes obit. ſimulac juſta patri perſolviſſet, *Auguſtam* in cauſa regia procuratorio nomine cum *Bernhardo à Stain* fuit miſſus, & anno ſequenti cum *Alberto Arbogaſto Barone ab Hevven*, ad comitia Auguſtana: ubi non parum, quemadmodum & in aliis, tum Imperii, tum Suevicæ nationis conventibus, ſua prudentia res juvit publicas. In publicis enim ejusmodi conventibus moris eſt ex ordinibus ſingulis deligere viros prudentes: quibus diſcutienda magni momenti negocia committuntur. Eam ad

Conradus Brun. rem cum ab adverſariis *Conradus Brunus*, Jureconſultus eſſe delectus; à noſtris *Gerhardus* illi fuit adjunctus, nec id ſine fructu. Ingenium enim Bruni, pertinax aliâs, & ut creditum, eſt, contentioſum, facilè ad æquas conditiones deduxit, admirantibus non paucis.

Tridentũ mittitur Gerhard. Eodem anno cum *Wernhero à Munchingen Tridentum* ad concilium, quod ad profligendam penitus veram religionem erat inſtitutum, mittitur. Eos paulo poſt ſunt ſequuti Theol & Tubing. & Argentorat. ut confeſſionem Princ. Wirttemb. nomine exhibitam, coram concilio & explicarent & defenderent.

Hoc in negocio, quantum Gerhardus conatus ſit: quàm ſedulo ut audirentur Theologi: ut iisdem idoneè caveretur, ut negocium totum legitimè tractaretur, apud Imperatoris in concilio legatos interceſſerit: ex illorum temporum hiſtoria cognoſcere licet, & reliquit ille omnium illarum actionum exemplar ſuâ manu ſcriptum. Verùm ex iisdem etiam ſcriptis patet, quibus artibus tunc eluſi ſint eccleſiaſtici Principes, aliorumque Proteſtantium legati.

Intereſt variis conventibus. Interfuit deinde & aliis conventibus pluribus *Naumburgi*, *Wormatiæ*, *Auguſtæ*, *Vlmæ*, *Francofurti*, variis de cauſis inſtitutis: in quibus omnibus induſtriæ, fidei, prudentiæ, monumenta reliquit ſingularia. Initio anni

Comitia Auguſt. 1555. *quinquageſimi quinti* incoata ſunt comitia Auguſtana à *Ferdinando* Rege, cui Cæſar *Carolus* valetudine aliisque negociis detentus, plenam

Intereſt iis Princeps cum Gerhardo. agendi fecerat poteſtatem. Iſtis Comitiis Princeps quoque *Chriſtophorus* cum Gerhardo interfuit; & inveſtituram, ut vocant ſuarum ditionum à *Ferdinando* Rege accepit. Nec multò pòſt cum litigantibus *Philippo* Landgravio & *Wilhelmo Naſſovio* Comite, ob ditionem

Conventus Wormatiæ. Cattorum, dies dictus eſſet *Wormatiam*: ubi tanquam honorarii arbitri intercederent, Palatinus Elector *Fridericus Chriſtophorus* Princeps Württembergicus & *Wilhelmus* Clivenſis Dux: à Principe Chriſtophoro Gerhardus adhibitus eſt, tanquam ad eam rem maximè idoneus. Verum conatus ille fruſtra

fuit ſuſceptus; niſi quod certum t
teriori deliberationi utrinque conſti
Ac licet ſub finem illius anni *B*
eadem res ſuſcepta, nec tamen perfe
tandem tamen anno *quinquageſim*
Francofurti à Principe *Chriſtophoro*
ſtro non parum adnitente, compoſit
torum illa annorum controverſia.

Anno *quinquageſimo ſexto* Ep
magiſter, ſeu *Procancellarius* à Pri
creatur, *Joanne Feſslero* Cancellario
oneris ſui molem, conſenſu Princi
nente, licet ſeriò refragaretur ipſe:
tò conſtituiſſet, vitam in aula Prin
omnem conſumere: ſed Tubing.
portam ſecedere: præſertim cum ne
multitudine & magnitudine, adeò
corporis vires animadverteret; ut &
haberet breviſſimos, & oculorum a
parum hebetatam ſentiret. Metuel
ne ſi quando pro candore ſuo, & i
aliqua minus grata quibusdam dice
ſemper ea locum habere poſſent.
enim *optima pluribus placuerunt*: &
hardus is, qui nullius reſpectu, ab e
ctum intelligeret, dimoveri ſe pater
prævaluit Principis auctoritas: ut
magna jactura virium ſuarum, offici
laboris & ſolicitudinis pleniſſimum
poni pateretur. Unde mox ad vi
Cameræ Imperii, cum Principe, q
tatione illa *Othoni Henrico* Palati
collega datus erat, profectus, fideler
ſtitit operam.

Sequente anno *Matthæi Griba*
qui tum apud Tubingenſes magn
rum concurſu jura explicabat, ha
S. *Trinitate* opinio detecta eſt. In c
cio Dux Württembergicus plurim
hardi etiam opera eſt uſus. Eo auten
Gribaldi ipſius fuga ſopito, non mi
rum à legatione *Boruſſica* incubuit.
in pauca rem omnem conferamus,
cipi Chriſtophoro grata eſſet ipſiu
& princeps ipſe admodum eſſet ne
qui & propter prudentiam auctorit
mum, & propter pacis publicæ
voluntatem promtam dirimendi c
ſias haberet; adeoque confluerent
undiquaque lites, & controverſiæ;
illis Gerhardi operâ plurimum; ita
publica Ducatus Würtembergici
hiſce etiam inſuper premeretur.
pter ne noctes quidem quietas tranſ
appenſam ad lectum tabulam cum
buit, ut quæ forte in mentem veniſſ
tim ſine lychno annotaret. Hac co
ne factum; ut poſtremis annis paru
dum de nocte dormiret: eo autem
vitæ ipſius in his terris ultimus fuit, n
rumque totas inſomnes duceret.
victus ratione uteretur liberaliori, tu
cis gratificaretur: tum ut ſomnum q
conciliaret: animalis in eo facultas
rum fuit læſa. Itaque anno *quinq*

in privato coram Principe Conſilio
rreptus fuit vertigine; ut diſcepere
habuerit neceſſe, Principe ipſius
aud lubenter carente. Uſus eſt qui-
dis *Göppingenſibus*, ipſius Principis
rtatuve, ſed cum ſucceſſu non ita fe-
iterfuit autem & ante & poſtea con-
tum Imperii, tum Suevicæ nationis
ibus, anno primum *quinquageſimo*
Ulmæ, mox *Francofurti*, ſequenti
m Carolus V. Imperii faſces Electo-
ignaſſet; atque ab iisdem *Ferdinando*
itur, iterum *Ulmæ* ſub finem anni
ęſimi octavi, & *Auguſtæ* anno *unde-*
mo, quo virtiginoſum illud malum
valit.

ſexageſimo primo in ipſo Dominicæ
nis feſto uxorem amiſit, qua cum
iſſimè vixerat: cujus obitus non po-
dolorem ei afferre maximum. Duxit
teram ex *Bulliorum* familia, pater ex
filiæ factus. Anno *ſexageſimo ſe-*
rum iterumque Suevicis conventibus
erfuit: & cum Palatino Electore
n fuit, ſæpius ad eum miſſus, à prin-
ſtophoro propter negocia *Gallica*, &
inter *Condæos* atque *Guiſios* mota.
ſexageſimo quarto Colloquio inter
os *Palatini* Electoris, & *Würtem-*
rincipis inſtituto, propter contro-
uchariſticam, ipſe etiam interfuit,
Calvini dogma, quod nunquam pro-
cerrimè odiſſe cœpit: id quod ipſe
iquoties, & in extremo etiam agone
t.

bat tum, ab *Alberto Bavariæ* Duce
ſincerioris religionis profeſſionem
achimus Ortembergicus Comes. Eje-
per vim Comes, ad *Würtembergi-*
ipem confugit: qui Gerhardum ſcri-
re juſſit: quo exulis Comitis cauſa
tur: id quod tanta ſolertiâ & aſſi-
æſtitit: ut nec cibi capiendi, nec
n, quibus tum utebatur, tempus ob-

iterum *ſexageſimus quintus* annus, &
tus, propter conventus ſtatuum
ergicæ ditionis, plurimum illi pe-
cii. Meditabatur tunc Princeps
rus quomodo poſt obitum ſuum,
quotidiano virium decremento non
beſſe augurabatur, tranquilla om-
eret: eamque ob rem, ut populi
conſenſu, eoſdem coegerat, præ-
inſtarent comitia Imperii *Auguſtæ*
, quibus eadem ab Imperatore
ntur. Hic gravibus & arduis iſtis
gendis facilè primæ partes erant
adeò ut quietis minimum illi tri-
Contigit igitur anno *ſexageſimo*
decimo ſeptimo Novembris, cum
to conſilio Principis interfuiſſet,
cioni in primario templo intentus
plectico corriperetur paroxyſmo;
illi ſiniſtrum enervavit latus; adeo
ut ægrè ab adſtantis curiæ magni magiſtri ſcribis domum fuerit deductus. Colluctatus eſt diu cum iſto malo, & decubuit humoris ejus magna pars deinde ad pulmones: ita ut majus inde quam ab apoplexia immineret periculum. Verum liberatus eſt tamen aliquo modo: præfuitque officio ad mortem uſque Principis *Chriſtophori*, quâ illi graviſſimum inflictum eſt vulnus: adeò ut deinde negociorum onus neceſſariò eſſet minuendum: præſtitit tamen interim, quantum per vires potuit. Tandem anno *ſeptuageſimo quarto*, *duodecimo* Maji die placidè in Chriſto obdormivit Stutgardiæ. *Moritur.* Sepultus eſt ibidem ad latus primæ conjugis, in templo *Leonhardino*: comitante ſenatu Principis, atque civitatis, frequentique civium turba, relictoque poſt ſe magno omnium bonorum deſiderio, Lapidem ſepulcro imponendum & ex Jeſaia ei hæc inſcribenda curavit: *Abſorpta eſt mors per victoriam.* Monumentum autem legitur ejusmodi: *Monumentum.*

HIERONYMUS GERHARDUS HAIDELSHEIMENSIS U. J. D. PIETATE, PRUDENTIA, ET ELOQUENTIA CLARISSIMUS, ILLUSTRISS. PRINCIPUM WIRTEMBERG. CONSILIARIUS ET VICECANCELLARIUS, TUBAM HIC ARCHANGELI EXPECTANS REQUIESCIT. OBIIT IV. IDUS MAJI, ANNO M. D. LXXIV. ÆTATIS SUÆ LV.

Privata ejus vita plena fuit exemplorum pietatis, modeſtiæ, pacis, & aliarum virtutum. *Pietas & precandi ſtudium.* Ardentibus ad Deum precibus, non pro ſuâ ſuorumque modò, ſed pro Eccleſiæ totius, patrii præſertim Ducatus incolumitate inſtitit; ut vel ſuâ manu ſcriptæ plures teſtatæ ſunt precum formulæ. Cum poſt bellum *Smalcaldicum* Pontificia impietas paſſim dominaretur: & doctrina Evangelii opprimeretur, præſidiaque Hiſpanica in Ducatu Wirttembergico multa ſuperbè, & libidinosè facerent; quotidie recitavit Pſalmum *nonageſimum tertium*, ut ab *Eobano Heſſo*, carmine eſt redditus. Cubitum iturus cum liberis & familia *hymnos* aliquot *Davidis* aut aliorum pias odas quotidie, cum domi erat, decantavit.

Poſtremis vitæ annis commentarium *Joannis Brentii*, quo Prophetiam *Jeſaiæ* interpretatus eſt, diligentiſſimè legit: *Commentarii Brentii in Ieſ.* adeò ut plerumque de nocte ſurgens, aliquot horas lectioni illi tribueret: quin ſic ejus lectione delectatus eſt, ut exemplar illud toties à ſe perlectum, etiam ſepeliri ſecum voluerit. *Eos legit Gerhard.* Ac retulit; ſe ad eam lectionem Principis *Chriſtophori* hortatu primum incitatum fuiſſe, deinde utilitate, & ſuavitate inductum, ſubinde majore in id ſtudio incubuiſſe. Cum enim extremum ſibi diem non longius abeſſe facile intelligeret; iis potiſſimum ſtudiis, &

cogi-

cogitationibus occupari voluit: quibus ad facilem & felicem emigrationem ſe præpararet. Laborum in omni vita fuit tolerans: omnis virtutis amans: contrà turpitudinis oſor acerrimus, in religionis quàm à puero didicerat, confeſſione conſtans.

Ex oratione funebri habita à Georgio Liblero, Profeſſore Tubingenſi: & ex annalibus Cruſii.

O. 1574. d. 6. Iunii. ætat. 55.

VLRICVS MORDEISEN.

INter Germaniæ JCtos eloquentiæ laude ſuperiori ſeculo celebres, primis adſcribendus venit *Vlricus Mordiſius*, natus Lipſiæ anno *milleſimo quadringenteſimo, decimo nono*, die *decimo tertio* Julii, mane minutis quinque poſt tertiam. Puer cùm à literis minimè abhorreret; elementa prima feliciter matureque condidicit. Poſtea *Wittembergam* miſſus, inſtitutione & conſuetudine domeſticâ, multis annis uſus eſt, excellentis JCti *Hieronymi Schurffii*: qui eum ut filium dilexit, cùm ipſe contra præceptorem amaret, ut parentem.

Patria Mordiſii. *Studia.* *Audit Schurf. IC.*

Ad ſacrarum itaque legum ſtudium cùm animum adjunxiſſet: ex *Germaniâ in Italiam* abiit: præſtantiſſimosque eâ tempeſtate Jureconſultos audivit: & præclaram de ſe excitavit exſpectationem: id quod vel ex his *Mariani Socini*, qui *Paduæ & Bononiæ* diu jus docuit, verbis, Epiſtola ad Schurffium, videre eſt; *Felicem* (inquit) *& fortunatum te, clariſſime Hieronyme, ſemper judicabo: cui hic Vlricus Mordeiſen, Germanicæ nationis apud nos conſiliarius, ornatiſſimus diſcipulus contigit: qui ſolus ad propagandam tui nominis inclytam famam & celebritatem tibi ſatis eſſe poſſet. Etenim qui jam XL. annos jus civile publicè per Italiam doceo, dum more meo mones diligenter obſervo, qui reliquis ingenio & diligentia præſtare & eminere videntur: hoc ultimo & XVII. anno, quo hic Patavii quater juris circulos revolvi, hic tuus imò noſter jam Vlricus dignus viſus eſt, quem præ aliis familiarem haberem, & cui ea, quæ aliis recondita tenerem, promtus proferrem. Nam ab initio ſingularem illius audiendi & accedendi me diligentiam, mox interrogandi dexteritatem & ſolertiam obſervavi: deinde ubi paulatim jam cum commilitonibus memetipſo quoque diſſerere, & audaci cum modeſtia diſceptare etiam cepiſſet: in magnam ſui admirationem nos pertraxit: quod præter vulgarem aliorum morem, ſimul cum humanioribus ſtudiis raram juris cognitionem adhuc juvenis: feliciter conjunxiſſe ſe nobis probaret. Siquidem non modo de præhabitis lectionibus & materiis præſentibus; ſed quibuscunque etiam aliis incidentibus, & ſubtilioribus atque obſcurioribus juris articulis, cum gratia & applauſu ex tempore diſſerere nobiſcum potuit. Tandem etiam privatim conſilia quædam mea à me efflagitare cepit: quod*

Abit in Italiam. *MarianiSocini ep. & commend. Mord.*

etſi alienum à communibus ſcholariu
eſſe dicerem; illi tamen ut Germano
quo eximiam & præclaram ſpem j
conceperam, negare nequaquam volu
non in theoricis modò, ſed practic
exercitatum: id quod admiranti mi
ctore ſibi contigiſſe candidè prædicav
pòſt. *Triſtari certè cepi, quòd citò*
à me divelli, & ut videtur, ante te
maturè disjungi contingat. Sed æqu
dum fuit; cùm ad te primum ſuu
redeat; ac honeſtiſſimam, & ſe dig
ctionem in Imperialis Cameræ ſumm
adſcendat: ubi Celſi noſtri exemplo
venis quoque ipſe de jure pro dignit
& noſtrâ cum laude reſpondere pot
ille.

Reverſus igitur ad ſuos Mord
ex ſuperiori liquet Epiſtola, adſeſ
dicii Cameræ aliquantiſper egit
Mauritii Electoris Saxoniæ Ca
eſt factus: tandem *Auguſto* Elect
ris & ab intimis fuit conſiliis: ſe
varia.

Nam cùm anno *ſexageſimo quin*
milianus Imperator, poſt conventu
chienſem, per Daniæ regis & Electo
niæ legatos, inter quos Mordiſius
tur: ut mandato publico omnem
mania armorum, munitionum,
tuum, & mercium importatione
ciam prohiberet: Mordiſius, qui
neceſſario Sueciæ Regem à Dano v
quod inter exteros gereretur Rege
Germaniæ commercia impedire op
dicaret; per amicos in aula Cæſare
gationem mandati diſſuaſit. Id ub
reſcivit; iratus Mordiſio, tunc
cancellarii remoto & in domo ſua
Georgium Gracovium, quem conjux
Daniæ Regis ſoror, obſequentem
dum in Danica illa cauſa compererat
ſubſtituit. Verùm hic primus ad
rem gratiæ, dignitatis & potentiæ
unde lapſu graviore rueret, aditus
fuit, de quo alibi.

Cæterum in gratiam receptus M
ut ſunt voluntates aularum flexibile
caducam cum cœleſti commutat I
Chriſti nativitate anno *milleſimo quin*
ſeptuageſimo quarto die *ſexto* Junii,
anno *quinquageſimo quinto*, ſepultus
tersdorffii.

Quantus vir fuerit judicium illud
mendatio hominis Itali, in laude
norum alias minimè profuſi, ſatis
Præter alias autem dotes præcipuè i
tuit δύναμις ἑρμηνευτικὴ & Συ
adeò ut judicatum fuerit, eo temp
quentiorem JCtum nuſpiam exſtiti

Ex P. Albini Chron. Miſniæ
Saxon. lib. 21.

LRICUS SITZINGERUS.

rmatiæ, quam *Berbetomagum* Ptole- æi eſſe eruditi exiſtimant, *Sickingerus* citur, patre cognomine, matre, *Anna* dina, anno *milleſimo quingenteſimo vi- uinto*, die *undecimo* Aprilis. E pa- *rinbergam* cum fratre *Samuele*, jam tis primis linguæ Græcæ ac Latinæ im- miſſus eſt; *Joannique Ketzmanno*, idem juventutis informatori, in diſci- traditus. Grammaticen celeriter ab- c tum ſolutâ tum ligatâ utriusque lin- rcitat. cum quosvis æqualium certa- *xennio* Norinbergæ exacto, *Wittem-* , anno *quadrageſimo quarto*, profectus *biennium* adhuc Martinum Lutherum, cione & in ſchola docentem audivit. hthon autem & propter patriæ con- nem, & ingenii bonitatem, mode- e, & *Viti Theodori* commendatio- tatim eum in familiaritatem interio- menſam ſuam recepit. Paulò poſt *idi Chytræo, Joanis Brentii & Georgii* hilippi literis, aditus eſt patefactus: rque publicas lectiones cum multis ſe- quentarunt: & in communi menſa ue ſtudia familiariter coluerunt. autem Melanchthonem interpretan- *ucydidem* ac *Pindarum*, *Sophoclis* *Euripidis* Tragœdias pleraſque: *He-* verò, *Xenophontem* & *Plutarchi* vitas alia privatim cum Chytræo evolvit. *cen* rectè judicandi, & artificioſè diſ- magiſtram, non ſolum didicerat in- verum etiam magnæ auditorum fre- , in Academia poſt bellum inſtaurata, mè tradidit, *Diſputationum* ac *Oratio-* ibendarum exercitia adjunxit, in qui- ceptorum applicationem & uſum fide- nonſtrabat.

riam Eccleſiæ & veterum monarchia- Germanici præcipuè Imperii & vici- regnorum res geſtas, veſpertinis po- n horis legebat, non recreandi ſolum endi animi cauſa; verum etiam quòd e juris cognitio antiquitatis multum fert, & ſæpe in Republ. conſilium t; & privatim in animis amorem vir- cendit & confirmat.

his contenta mens generoſa, cum eticen & initia doctrinæ de circulis us ſecum in Academiam attuliſſet: etiam in eruditiore illa & dulciſſima ilosophiæ progreſſa, doctrinam cœli rum in tanta varietate conſtantibus & is motuum legibus, & effectionibus artifex didicit. Nam & motus lu- m & eclipſes ex tabulis ſupputavit: & ia annua, quod alioquin habenti e- ides facilimum eſt, ipſe compoſuit: *m* ipſum, cum Wittembergam ve- Geneſes ſeu themata cœleſtia erigere primus docuit. Nam & aſtrologicis illis luſibus, exemplo & hortatu Præceptoris Philippi delectabatur; qui ſe intra metas Phyſicas in τετραβίβλῳ Ptolemæi verecundè præſcriptas continebat, cum alioquin, ἄριςον μὲν εἶναι τὴν εὐβουλίαν, lege Dei gubernatam judicaret: ac ſæpè ſomnia ſua divinationibus aſtrologicis præferret; & ſolis prædictionibus in cœleſti doctrina traditis, de maximis Eccleſiæ & Imperiorum mutationibus, ac inprimis de pietatis & rectè factorum præmiis, ſcelerum pœnis, in hac vita & omni æternitate, certò ſecuturis, certam fidem tribuendam eſſe: & has non alendæ curioſitatis cauſa; verum ut pœnarum & præmiorum cogitatio, ad virtutem & pietatis ſtudium ardentius accendat, conſiderandas affirmaret.

Ethica item & Politica.

Præcipuè autem *Ethicen* & *Politicen*, Sitzingerus ſtudioſè didicit, non eò ſolum; ut ad Juris doctrinam, cujus principia & fontes ac demonſtrationes ex lege naturæ, ex Ethicis deductæ ſunt, ſe prępararet: ſed multò magis, ut in regendis moribus, ſe ad Philoſophicam moderationem adſuefaceret, & ornatam illam ac ſuavem ſpeciem virtutis, dignam homine docto, efficeret. Quare non *Melanchthonis* ſolum *epitomen*, quæ tamen fontes & nucleum juriſprudentiæ continet: & de multis controverſiis judicium format; ſed *Ariſtotelis* etiam *Ethica* & *Politica*, & *Ciceronis de legibus* libros evolvit; qui originem juris univerſi, ex natura mentis humanæ ad imaginem Dei conditæ, & diſtinctione juſtorum ac injuſtorum illuſtratæ, eruditiſſimè detexit. Cujus exemplum *Franciſcus Connanus*, noſtra ætate, in aurei illius ſui *Digeſtorum operis* exordio feliciter imitatus eſt. *Platonis* etiam leges & πολιτειῶν libros tametſi magna ex parte ironiis refertas eſſe videbat, ſedulò perluſtravit. Ita præclarè jactis & ſtabilitis doctrinarum fundamentis, ex omnibus iis artibus, quas Philoſophia ambitu ſuo complectitur; & quæ ad excolenda & acuenda ingenia neceſſariæ ſunt, rectè præparatus & excultus: juriſprudentiæ ſtudio ſe totum dedere Sitzingerus anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo*, contracto matrimonio, de quo poſte incepit; & relectis antea aliquoties memoriæque penitus infixis *Inſtitutionum libris*; qui principia & ſummam doctrinæ juris perſpicua methodo explicant: fores juriſprudentiæ ingreſſus, & Anteceſſores juris tardiùs procedentes in ſchola audiens; rectà ſibi ad ipſa penetralia doctrinæ contendendum eſſe judicarit.

Juris ſtudium ingreditur 1548.

Quare *pandectas legum*, quæ univerſam æqui & boni ſcientiam, & integrum juris civilis corpus continent: adjunctis *Joachimi Hopperi Commentariis* breviſſimis, methodum & ſeriem operis admirando & pulcerrimo ordine contextam, & titulorum ſummas oſtendentibus, & in codice præcipuè

ſumma *Azonis* adhibitâ: diligenter & attente privatim perlegit: & in ſingulis titulis, legum acervos, in methodi Dialecticæ locos, *definitiones, diviſiones, cauſas, effectus, & actiones inde orientes*, digeſſit. Deinde ex *codicis* etiam *libris XII.* in quibus ad eosdem titulos, Principum Romanorum conſtitutiones relatæ ſunt, & *Juſtiniani Novellis*, ac ex *jure Canonico* quoque, præcipua legum capita, ad eos Methodi locos ſub titulis Digeſtorum convenientibus repoſuit. Non enim paucas materias tantum, de *ſucceſſionibus ex teſtamento* vel *ab inteſtato, de contractibus, & actionum formulas* in praxi & quæſtu forenſi maximè uſitatas, quas ſolas ferè *vulgus rabularum*, in foro cauſas agentium, attingit: ſed integram & perfectam præceptorum juris civilis doctrinam, ſeu æqui & boni artem, ζυμαλλοποιεῖν & ſolidam ſtuduit animo complecti. Hac mediocriter præcepta & exemplis præſtantium ac uſu peritorum artificum in judiciis & legum applicationibus obſervatis, & exercitatione ac uſu, artium magiſtro accedente, ſingularia etiam negocia, quæ in deliberationibus de Republ. & privata hominum vita, quotidie incidunt, judicare rectè potuit.

Redigit jus in locos Dialecticos.

Rabularū materia quæ.

Etſi autem privatorum etiam lites in judiciis interdum diſputabat; tamen, cum illiberaliorem illam vulgarium cauſidicorum, artem, ad fucandas ſophiſtico prætextu ſæpè injuſtas malorum cupiditates, ad extrahendas lites, ad emulgendos pecunia clientes, ferè comparatam, à naturæ & voluntatis ſuæ inſtituto alienam duceret: ad ſublimiorem uſum, Reipubl. fructuoſiorem & veræ dignitatis pleniorem, ſtudia & exercitationes juris ſuas retulit. Itaque & *Inſtitutiones juris* in Academia eruditè, privatim enarravit: & ad hæc maximarum rerum conſilia gubernanda, ſeſe vera Dei invocatione, & diligentia in juris divini ac humani doctrina rectè & ſolidè cognoſcenda, & amore veritatis, juſtitiæ, & cæterarum virtutum ornamentis præparavit. Nec poſtea cum ad Rempubl. acceſſit, lectionem & ſtudia intermiſit.

Abhorret à cauſidicorum arte.

Explicat juris Inſtitution.

Adjungit Th. ſtudiū jurisprud.

Viſus eſt in aliquot conventibus, *Neoburgi* ad *Salam, Auguſtæ* inprimis *Maximil. comitiis*, & antea etiam *Wormatiæ*, circumferre librum, in quo *de præcipuis dogmatum controverſiis*, inter noſtros ἐπιπολαζούσαις, teſtimonia & confirmationes veræ ſententiæ, ex diverſorum auctorum ac Lutheri præcipuè ſcriptis, *locos integros*, manu ſua collegerat: ut in promtu argumenta & rationes idoneas haberet, quibus ſe & alios ambigentes erudiret, aut diverſum in deliberationibus contendentes refutaret.

Conficit Locos Th.

Cum itaque præſtantis ingenii, diligentiæ, ac profectus in doctrina juris ſpecimen egregium & in Academia & in foro depoſuiſſet: vitæque ac morum gravitas in eo eximia eſſet: publico collegii JCtorum teſtimonio, ornatus, & ordini cuſtodum juſticiæ ac legum inſertus eſt, Decano *Laurentio Lindemanno*. Paucis pòſt diebus, cum familia *Norinbergam* & inde *Wormatiam* profectus; ubi ad juvandam communem hominum u tem, juris artem transferret; & conſi patrocinio ſuo in vicinorum Principum diciis, bonas cauſas benè ageret ac tue citò in multorum ſapientum gubernat ac Principum, & in his Ducis *Wolf Palatini Rheni*, notitiam pervenit; in conſiliariorum aulæ ſenatum coop eodem anno exeunte *Bipontum* cum f commigravit. Excellebat ingenio, vi ſapientia, & bonitate Heroica, Pal *Wolffgangus*; ac eruditorum juſtitiæ & tatis amantium conſiliariorum, quos plo *Alexandri Romani*, magno numero & in deliberationibus ſingulorum ſent attentè audire ſolebat; familiaritate in delectabatur, & de ingeniis ac volunt hominum ſagaciter judicabat. Ibi c ſententiis dicendis Sitzingerum rectâ a tum cauſæ collineare; & in perplexis tricatis negociis, ſubitò ubi momen nervi eſſent, videre, & conſilia ſua i & nervoſa brevitate perſpicuè explicar madvertiſſet: ſingulari eum benevolen & amore Princeps optimus complecti c Quem paulò pòſt etiam eloquentiæ Sitzi Latinæ admiratio auxit: cum detrectan id orandi munus aliis, diutius in Republ ſatis *Henricum* II. Galliæ Regem, Prin bus Germaniæ, libertatem veræ religio & Principum captivorum, ac in ſui Ducis *Wolffgangi*, liberationem, *Caro* Imperatori, bello moto, extorquent & occupata *Mediomatricum* urbe, *Bip* cum exercitu amico ingreſſum; oration tinâ, ſplendidâ, atque, ornatâ, juſſu & mine Principis ſui, excepiſſet. Poſte rante bello, & liberato ex diuturna cu *Philippo*, *Wolffgangi* ſocero, & inſt cum *Naſſovienſi* de controverſia comi *Cattorum*, & inter alios Principes, ali cauſis diſſentientes, amicis transactioni cum Princeps Palatinus, mandato Caro pacificatoris perſonam gereret, vel parti conſilio adeſſet: Sitzingeri inprimis ope deli & felici, in negociis illis & legation uſus eſt.

Doctor juris renunciatur 1551. menſe Feb.

Quarum occaſione, in multorum Pr pum & Regum, *Ferdinandi*, *Maximil* ut & ante in *Caroli* V. Imperatoris n tiam pervenit. Hic honorificentiſſimè Sitzingeri ingenio & virtute præſtanti ſent multis illuſtribus clementiæ & benigni ſuæ teſtimoniis declaravit. Quo ſapient mi & optimi Imperatoris de ſe judicio magis, quam nobilitatis & Comitis Palat aliarumque dignitatum, quas ſponte ipſi mus Cæſar *Carolus* contulerat, titulis ſ lectari oſtendit.

Ita cum *quadriennio* ferè Sitzingeri pru tiam, eloquentiam, & in tractandis neg dexteritatem Palatinus *Wolffgangus* ballet; tandem *Cancellarii munus* a

qu

quageſimo quinto ipſi commendat; quod
; ferè viginti annos ita adminiſtravit; ut
ſolum in prætoriis negociis, & regendis
iis, verum etiam in aliis graviſſimis deli-
ionibus, ad totam Rempubl. ſpectanti-
ſapientiam, integritatem, fidem ipſius &
em ac curam publicæ ſalutis optimus
eps, nobilitas, & civitates, grati agnoſce-
& laudarent.
igitur domicilium & templum Dei, &
tium Eccleſiæ Chriſti, tranquillium &
is ad poſteritatem Palatini *Wolffgangi*
eſſet: ſuaſor fuit Principi: ut *ſumma
de Deo doctrinæ populo proponendæ, &
adminiſtrationis Eccleſiaſticæ ordo, in
dis & inſtituendis miniſtris, in Eccleſia-
inſpectione, & viſitatione, in judicio Ec-
ſtico: in Synodis, Scholis, & ritibus ſa-
m in templo ſervandis*, ſcripto compre-
retur: quod perpetua velut norma eſſet,
in doctrina & tota gubernatione Eccle-
reliqui Miniſtri & Inſpectores ſeque-
r. Id ſcriptum adhibitis Theologis, &
doneis confectum, & *Melanchthonis*,
ii, aliorumque Theologorum judiciis
robatum, anno *quinquageſimo ſeptimo*
m excuſum; & poſt aliquot annos, cum
Othonis Henrici Electoris Palatini,
urgicus etiam ad *Danubium* Ducatus,
ino *Wolffgango* ceſſiſſet, recognitum:
iliis, non minus paternæ pietatis & vir-
quàm Ducatuum hæredibus, præfixa
ipis *Wolffgangi* confeſſione, teſtamento
inſerta, denuo editum eſt. Idem mul-
omitibus & civitatibus vicinis, & aliis
religionem ſinceriorem amplexis, exem-
& norma fuit, ad quam ſuas Eccleſias
ituerunt.
im ſciret; *non ſatis eſſe ſcripto comple-
& mandare aliis ſapienter deliberatas &
rès conſtitutiones, niſi executio etiam &
ua diligentia, res rectè incoatas tuendi,
ciendi accedat:* ſtatim initio autoritate
ca Eccleſias inſpiciendas, & paſtores,
è de ſingulis doctrinæ Chriſtianæ in li-
dito præſcriptæ articulis examinandos,
ſentientes ab ea norma, vel inſcitia aut
m turpitudine pollutos removendos,
os præficiendos: ſtipendia honeſta
, & populum ad catecheſin & diſcipli-
dſuefaciendum: poſtea etiam quotan-
petendam Inſpectionem Eccleſiarum à
intendentibus ac aliis, & ſi quid labefa-
eſſet, ſarciendum vel ſenatui Eccleſiaſti-
corrigatur, indicandum curavit.
ctor præterea idem fuit ſuo Principi,
olum ut inferiores ſcholas, in quibus
li & ſcribendi rationem, & initia Gram-
es, & Catecheſeos pueri diſcerent, &
plo canerent; in ſingulis oppidis &
frequentioribus conſervaret: verum et-
io *Gymnaſia*, alterum in *Bipontino* Du-
Hornbaci, alterum in *Neoburgico*, *La-*
; attributis reditibus perpetuis, erige-
& legibus, docendi & diſcendi certis,
& diſciplina arctiore, quam in Academiis,
nimium ferè ubique diſſolutis, adſtringeret.
His cuſtodiam & interpretationem librorum
vere de Deo doctrinæ & Eccleſiis utrusque
Ducatus & omnium artium ac linguarum eru-
ditarum, quæ ad rectè intelligendam, & de-
xtrè explicandam aliis doctrinam cœleſtem &
legum civilium, quibus Reſpubl. & vita pri-
vata regitur, neceſſariæ ſunt, Princeps com-
mendavit.

Poſtea, cum idem Princeps de præceptore
idoneo, qui tenera juniorum Principum in-
genia formaret, deliberaret: conſilio Sitzin-
geri, onus inſtitutionis difficile & periculo-
ſum; ſed Reipubl. inprimis neceſſarium &
ſalutare, *Petro Agricolæ*, viro eximia morum
ſanctitate, & ſuavi gravitate, fide, induſtria,
doctrina, & recti judicii maturitate prædito,
impoſitum eſt; quo in labore Deus & Præce-
ptoris fidem ac officium, & diſcipulorum
mentes ac ſtudia clementer rexit; ut patris ex-
ſpectationi & Præceptoris diligentiæ, tenero-
rum Principum pietas, intelligentia, humani-
tas, & doctrina reſponderet: eosque bonos &
generi humano ſalutares Principes, Deo ſtudiis
illorum benedicente, effectos eſſe, ac veriſſi-
mè à Plutarcho dici, τὴν τῶ ἄρχοντ☉ παιδείαν,
κοινὸν ἀγαθὸν εἶναι, res ipſa demonſtrarit.

Petrus Agricola ephorus junior. Princip. Palat.

Cæterumquum circumtuliſſet Sitzingerus
ſemina morbi lethiferi aliquot annis, po-
ſtremo officio, quod Principi ſuo *Philippo
Ludovico* Palatini *Wolffgangi* filio, & in Du-
catu *Neoburgico* ſucceſſori, nuptias cum Du-
cis *Clevenſis & Juliacenſis* filia celebranti,
magna laborum, vigiliarum, contentionis di-
cendi, & aliorum munerum aſſiduitate præ-
ſtitit, vehementer aucta & amplificata ſunt:
ita ut paucis, poſtquam æger domum redie-
rat, diebus, aſcite extinctus ſit poſtridie Ca-
lendas Novemb. anno *ſeptuageſimo quarto* ſu-
pra *milleſimum quingenteſimum*, cum pridie
adhuc in cœna, ſermones cum amicis medio-
cri hilaritate & ſalibus conditos, de variis re-
bus habuiſſet, & quatuor ante mortem horis
pſalmum: *Exaltabo te Domine*, notatis, ut
ſolebat rubrica, inſignioribus locis & conſo-
lationibus, pia meditatione repetiiſſet. Do-
micilium vitæ ac fortunarum ſuarum ante qua-
tuordecim annos, *Solisbachiæ* in Norico col-
locaret, cujus oppidi & viciniæ præfecturam
ipſi Princeps commiſerat. Ibi in arce *Hole-
ſtein* ex hac mortali vita evocatus, & ad con-
jugis defunctæ latus, in ſacello, quod con-
junctum cœmiterio eſt, depoſitus, etiam cum
omnibus ſanctis vitæ reſtitutionem exſpectat.
Epitaphium etiam ipſe vivens carmine Latino,
& Germanicis rhythmis fecerat, quod cum fa-
miliæ ſuæ & conjugis inſignibus, monumento
affixum.

Moritur Sitzinger.

Debetur huic etiam JCto ſua laus & me-
moria grata: qui juſtas veraſque ſententias,
etiam potentibus interdum ingratas, conſtan-
ter propugnavit; non imitatus Perſicos illos:
qui regi dixerunt liceret, quicquid liberet.
Longè etiam abfuit ab artificiis & moribus

Virtutes & mores.

ſycophantarum aulicorum, à *Sidonio Apollinari* alicubi graphicè depictorum, non habuit linguam venalem, non fuit δωροδόκος: non auceps gratiæ aut auræ popularis, non Epicuræus Cyclops, quales in aulis multi. Negotia, quæ modo potuit, transactione æqua diremit, religionis pacem defendit, concordiam inter cives ac Principes fovit.

Pietas.

Labores diurnos à precatione & lectione Bibliorum, etiam in itineribus, exorſus eſt, nec ullis negociis horam precibus & lectioni ſacræ deſtinatam abripi paſſus; ac ut eundem morem liberi etiam ſervarent, teſtamento ſanxit. Nec ad conciones tantum & precationes publicas cum univerſa familia: verum ad matutinas etiam illas & veſpertinas pſalmodias, cum domi erat, accedere ſolitus eſt; ut invocationem in ſuo pectore ardentiorem accenderet; & exemplo ſuo ad eadem pietatis officia cives ſuos invitaret. Erat in vita omni amans ordinis, temperans, caſtus, ſobrius, comis, & officioſus. In familiaribus Colloquiis ſingulari ſuavitate ac ſale candido ſermones condiebat. Delectabatur hiſtoriis recitandis & audiendis; calumnias verò & maledicta ſcurrilia, præſertim de abſentibus, planè deteſtabatur. Hominibus modeſtis, verè egentibus, ſine ſordibus beneficentiam ſuam declarabat.

Samuel Sitzinger.

Fratrem *Samuelem*, natu ſe juniorem, paternâ benevolentia & fide provexit, & ornavit: ſed hunc vix ætatis virilis annos ingreſſum, Doctorem Juris, Spiræ amiſit. Domeſticos omnes, vero & ſuavi amore & philoſtorgia complectebatur.

Conjugiū.

Uxorem habuit matronam honeſtiſſimam, *Annam*, natam ex ſorore conjugis Melanchthonis; & verè pio JCto, D. Lutheri amico conjunctiſſimo *Sebaldo Munſtero*, conſiliario Electoris Saxoniæ *Joannis Friderici*, & Profeſſore Academ. Wittemb. Cum ea in fœcundo & tranquillo conjugio vixit ad annum usque *ſexageſimum ſeptimum*; cum eam duxiſſet in familia Melanchthonis anno *quadrageſimo octavo*. Obiit, ſuperata undecimi partus laboribus, marito in legatione Ratisbonenſi abſente, ſuperſtitibus unico * filio & duabus filiabus: quarum una elocata *Guilielmo Rumelio* Norico Patricio; altera patri ſeneſcenti, curisque & laboribus languefacto, conſuetudine ſuavi ac officiis dulciſſimis, moleſtias leniit; & à patris ægroti latere nec interdiu nec noctu ſe avelli paſſa eſt.

** Vlrica. Guilielm. Rumel. gener Sicking.*

Ex oratione Davidis Chytræi, de vita & obitu hujus Sickingeri.

⊙. 1576. d. 14. Oct. ætat. 68.

CONRADUS HERESBACHIUS.

Heresbachianum caſtrum.

CONradus Heresbachius in majorum ſuorum *Heresbachiano* caſtro Clivenſis ditionibus naſcitur; ſub annum *milleſimum quingenteſimum octavum*. A puero Gratiis & Muſis operatus, præclaram ſibi artium optimarum & Principum linguarum acc vit cognitionem. Inter Præceptores, bus adoleſcens operam dedit, laudat *nianum Genuenſem* Epiſcopum *Nebien* quem Pſalmos Hebræos explicantem auc & ſub quo, ut & aliis magiſtris, Hebraic guæ cognitionem, quantum ad judicar neceſſarium, ſibi comparavit. Cum li rum autem humaniorum ſtudio conjun juris ſcientiam: ut non ſolùm cum *Plato* Academiâ acutè philoſophari; ſed etiam *Catone* in curiâ de Republ. prudenter ſultare poſſet.

Itaque à *Joanne Clivenſi & Iuliacenſi* in aulam accerſitus ad inſtituendum *Guilielmum*, haud longè poſt ab eode conſiliarium eſt adoptatus. Eo in m *quinquaginta* annis amplius dum verſatu fide & induſtriâ: plurimas rerum mutati eſt expertus; diſtractiones religionis; tialium bellorum ſeditionumque motu rios; fortunæ & conſiliorum tragicos tus. Nec verò ſolum in cancellis con rum Ducum Clivenſium eſt verſatus; legationes multas obiit; & res magna cis bellique temporibus geſſit: ita ut ab invidiâ & laudem invenerit, & amicos pararit.

Poſtea cum ad legitimum vitæ termi accederet; ac jam alterum propè pe ut ajunt, in ſepulcro haberet: maturè vaſ legit, & cauſariâ miſſione à negociis, nis hujus mundi occupationibus impet auctarium vitæ reliquæ in ſacris literis ſt conſumere, & *Davidicis Pſalmis*, qu univerſa ſcriptura divina ἐπιτομικῶς & c pendio comprehenduntur, ſenectutem cere. *Pſalmos* itaque brevibus quidem, perquam eruditis *ſcholiis* iluſtravit: & *candi formulas* ad uſum ſimplicium co navit; precibus ſingulis hebdomadæ di adſignatis.

Ad meliorem vitam abit anno C *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſe* prid. Eid. Octobris, in ſuo *Lorinſulano* *ſexageſimum ſeptimum* annum exegiſſet.

Commentarium, ut diximus, in *Pſalmos* ditiſſimum edidit, cui adjectæ ſunt *preces domadariæ* ſuis ſingulis Pſalmis ſtipatæ de *re ruſticâ* in illo ocio poſt alios ſcri non minus morum ſuavitate de ſuis, q eruditione de Republ. benè meritus. E & libros duos *de inſtitutione Principis* de Republ. *Chriſtianâ adminiſtrandâ*: *Lex Græco latinum* locupletavit: *tranſtulit* e de Græco in Latinum quædam *Herod Strabonis*, & *Thucydidis*; de quibus Bib thecæ.

Fuit vir dignitate præſtans; omni lit rum genere abſolutus; linguarum pluri ut *Latinæ*, *Græcæ*, *Hebrææ*, *Italicæ*, *Gal Belgicæ*, peritus: & quanquam in Pon catu vixerit; in eoque vitâ defunctus ſit men & fama & monumentis ſuorum ſcri rum æquatam laudem apud Evange

P

ificioſque ipſos pòſt ſe reliquit ; longè
or hac in parte *Eraſmo Roterodamo* ami-
io ; . qui tametſi ſummam in ſcribendo
nii & literarum gloriam invenerit; tamen
ri parti ſatisfecit : & propè utrique æqua-
diſplicuit.
micis uſus eſt ſummis eâ tempeſtate viris:
quos *Eraſmus*, *Joannes Sturmius*, *Ha-*
ius Marius Geldriæ Cancellarius : cu-
otiſſimum hortatu *commentarios de re*
ca ſcribere cepit, ea cum ſtipulatione: ut
ius *hortenſis culturæ diſciplinam* explica-
Verum Mario interea morte prærepto,
quod deerat, ſarcire de ſuo in rei ruſticæ
mentariis coactus fuit.

ann. Sturmius in præfatione Pſalmorum ab
sbachio explicatorum : Auguſt. Thuanus
hiſtor.

OACHIMUS HOPPERUS.

Aternum hic genus ex *Hopperiana*, mater-
um ex *Pierſmana* familia duxit: quæ utra-
in *Friſia*, ob antiquitatem ac nobilita-
celebris ſemper fuit. Nomen ipſius in-
t: quod olim iſtius diſtrictus, qui inter
ricnſ:m & *Hornenſem* civitatem ; quon-
terra continua fuit, nunc mare eſt ; &
ominus retento nomine Die Hop-Hee
h. e. *Hoppe Dominos* appellarunt, ut &
dicuntur *Hoopers:* remanente tamen pri-
originis veſtigio, in antiquis monumen-
ubi non *Hoppers*, ſed *Hopper*, quaſi
e Heer nomen uniuſcujuſque reperitur.
latus eſt hic *Joachimus Hopperus*, ipſo *
tini die anno *viceſimo tertio* ſeculi *decimi*
ti, *Snecæ*, in ædibus avi materni , quo
r, inſtante partu, conceſſerat. Habebat
maritus avitum prædium in *Hemelis*,
e *Stauriam*, in quo habitabat. Uxor
uerperio interiit : nec ipſe pater Hopperi
e diu ſuperſtes fuit: quanquam poſt obi-
illius aliam duxerat ; ex qua *Scheltonem*
epit.
arentibus ergo orbatus , apud avum &
m *Snecæ* porrò eſt educatus : & infans ab
eſta cive, paulò antè filium enixa , lacta-
Cumque ab ipſa infantia manifeſtis in-
s talem ſe declararet; qui à libris divelli
quam poſſet: maturè puer etiam tum ſtu-
adhibitus, *Snecæ* rudimenta utriusque
uæ, & reliquarum trivialium artium fi-
er jecit. Anno deinde *decimo tertio* æ-
Harlemum miſſus eſt, ubi tum celebri
læ præerat *M. Cornelius*, profeſſione
byter. Sub hoc exactis annis *quatuor*, à
oſophicis diſciplinis atque politioribus
is probè inſtructus, *Lovanium* venit.
lic ſe jurisprudentiæ ſtudio prorſus addi-
in qua tum inſignes publicos doctores
ivit *Gabrielem Mudæum*, *Joannem Haſium*,
omplures alios. Interim tamen ut legum
tes & juris penetralia penitus remaretur,
loſophiæ tum Phyſicæ tum Ethicæ diligen-
incubuit. Philoſophiam autem ſectatus

eſt maximè *Platonicam*; quòd hanc JCto futuro plurimùm conferre judicaret.

Abit in Galliam.

Triennio his dato, *Pariſios*, & deinde *Aureliam* profectus eſt: ut & uſum linguæ Gallicæ compararet, & eruditorum amicitiam ſibi conciliaret. Rurſus inde *Lovanium*, ubi toto conatu ad juris profeſſionem ſe conformavit, & *Licentiæ* in utroque jure titulo eſt ornatus. Non ita multo pòſt in publicum prodiit ; & partim exercendi ſui cauſa; partim in gratiam ſtudioſæ juventutis in cathedram legitimæ profeſſionis conſcendit.

Redit Lovan. Licent jur. renuntiat. Docet jus.

Ex quo antiſtites Academiæ conatus ejus mox delata honoraria Juris profeſſione promoverunt; nullo ſtatuto ſtipendio ; ut doceret ex autoritate publica. Hac fretus, liberiùs potuit ab inveterata barbarorum docendi conſuetudine deflectere ; & ad puriorem illam veterum Juris tractandi rationem, juvenum ſtudia revocare.

Sed purius quàm alii.

Ut igitur plauſibiliorem redderet doctrinã ſuam *juris artem* ſe traditurum profeſſus, & idcirco *digeſtorum paratitla* exorſus , *conſequentiam titulorum in pandectis* ratione ſubjecta declaravit; quod hactenus illic non inuſitatum modò erat : ſed & paradoxum videbatur ; quod plerisque perſuaſum eſſet ; non modò Romani Juris autorem, *Juſtinianum*, hominem fuiſſe prorſus ἀναλφάβητον, ſed etiam *jus ipſum in artis formam* planè *redigi non poſſe*. Itaque Academiæ antiſt tes ex liberalitate ordinum *Brabantiæ* deinceps in ordinariam paratitlorum profeſſionem, ſtipendio luculento, eum conſtituerunt. Interim ipſe inſtitutum curſum fideliſſimè urſit ; & uxore ductâ non multò pòſt in utroque jure doctoratus inſignibus fuit decoratus. Deinde *Lovanii* domicilio fixo ſtudioſos in convictum ſuum recepit; ad quorum profectum, ſuique exercendi gratia , privatam quoque diſciplinam domi ſuæ exorſus eſt, diſputationumque exercitia inſtituit. Duxit autem uxorem *Lovanii* egregiam virginem *Chriſtianam Bertolfiam:* cujus pater vir clariſſimus *Gregorius Bertolfius* primus fuit in Friſia provinciali Senatus præſes ſub *Carolo* V. Exactis aliquot annis in profeſſione juris, cum iterum & conſultationibus conſcribendis vacaret, & ea occaſione multis etiam magnatibus innoteſceret; in oculis mox fuit conſiliariis ſecreti Senatus *Bruxellis*. Ideoque cum *in magno Belgii Senatu Mechliniæ* locus vacaret ; Hopperus, ceu regi maximè utilis futurus, defuncto ſurrogatus eſt. Ubi cum ſenatoria dignitate cum ſingulari quadam gravitate ac magnificentia fungeretur, gubernatrici viſus eſt idoneus, qui in *ſecreto ſenatu*, ac deinde conſilio ſtatus propinquioribus regis negotiis adhiberetur. Ita quamdiu *Bruxellæ* fuit: *Viglio Zuichemo*, & Cardinali *Granvellano*; permultum laboris ademit; cùm in hujus humeros rejiceretur ; quod ipſis alioqui exantlandum fuiſſet.

Redigit in artis formam.

Ordinar. profeſſ. deſign.

Uxorem ducit & doct. ren.

Greg Bertolf ſocer.

In Senat. Belg. adſciſcitur.

Poſtea *Carolo Tiſſenaco*, cui apud Regem in Hiſpania rerum Belgicarum gubernacula commiſſa erant, ad ſuos redire cupiente ;

Surrogatur Tiſſen.

Hopperus, poſtulante Rege in illius locum ſuffectus eſt, poſtridie calendas Aprilis, anno *ſexageſimo ſexto*, relicta interim uxore cum liberis *Bruxellæ*; quam ad ſe iſtuc poſtea deportavit.

Charus Regi Hiſp.

Hopperum autem, in *Hiſpania* advenientem, Rex Catholicus inſigni humanitate excepit, & ſummi conſiliarii ſtatus Belgici dignitate, ac Regii ſigilli præfectura ornavit.

Et admirationi Hiſpanis.

In ejus magiſtratus adminiſtratione ſummæ admirationi apud Hiſpanos fuit, ipſumque Regem bonis artibus, prudentia, juſtitia, vigilantia, conſulendi libertate, ac ſinceritate adeò ſibi devinxit ut illi *dominium in Dalem*, & peculiare *venandi jus* in *Goſterlandia* (quæ pars eſt occidentalis Friſiæ) tandemque etiam, nihil minus expectandi aut ambienti *equeſtrem dignitatem*, ac *aureorum calcarium*, ſponte ſua contulerit, iiſdem ſolennibus, eodemque die, quo *Ioanne Auſtriaco*, nudato ſcil. gladio humerum ejus leniter pro more verberando.

Donis à Rege afficitur. Equeſtri dignitate ornatur.

Novennio in *Hiſpania* tranſacto, & graviſſimis interim laboribus exantlatis fortiter, cepit illi corporis robur paulatim minui, vigore tamen animi nihil flacceſcente, ac tandem phthiſin incidit, quæ indies incrementum ſumens, ita humidum radicale omne abſumſit: ut dejectis corporis viribus ultimò anno, qui mortem præceſſit, pauciſſimo cibo, ſtomacho in digerendo officium non amplius faciente, vitam ſuſtentarit.

Phthiſi corripitur.

Cum autem ſibi mortem jam imminere præſentiret, duabus fermè horis antè, quam ex hac vita migraret, ad Regem literas ſubſignavit, quibus ſua in remp. officia ſervitiaque ipſi fideliſſimente præſtita commendavit, ac rogavit; ut ſuæ conjugis, futuræ viduæ, liberorumque pupillorum, curam ſuſcipere dignaretur, quam illi ſe publicis rebus ſervitiiſque ejus debitis per omnem vitam poſtpoſuiſſe ſanctè affirmabat, ac omnia fauſta Regi ac Domino ſuo precatus ultimum valedixit.

Commendat Regi Vxorem & liberos.

Hora autem mortis adveniente, cum liberis conjunctiſque ſuis benedixiſſet; Miſſam in cubiculo celebrari juſſit, in qua cum elevatio, ut volunt, corporis Dominici fieret, ipſe ſe magno niſi ſublevavit, pileoque capiti detracto cortinam lectuli manu reduxit, ac ſacramentum venerabundus adoravit. Neque albam ſacerdos adhuc exuerat; cum ſpiritum, lacrymantibus, qui aderant, etiam extrancis, emiſit.

Moritur.

Mortuus eſt *decimo quinto* die Decembr. anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto*, *Madriti*, ſepultuſque in æde S. Trinitatis cum vixiſſet annos *quinquaginta tres* menſem *unum*, dies *quinque*.

Scripta ejus.

Opera Hopperi in lucem edita præcipuè ſunt hæc:

Sedevardus, ſive *de vera jurisprudentia* ad Regem libri XII. nempe *νομοθετικας*, ſive *de juris ac legum condendarum ſcientia*, libri 4. *rerum divinarum & humanarum*, ſive *de jure publico* libri 4. ad *Pandectas*, ſive *de jure civili privato*, libri 4.

Themis Hyperborea, ſive de tabula *Regum Friſiæ* liber unus.

Ferdinandus, ſive *de inſtitutione Pri*
liber unus.

In veram jurisprudentiam Iſagoges a
um libri octo: nempe, *Paratitlon juri*
lis, ſive *de divinarum & humanarum*
Principiis libri 4. *Elementorum juris*, ſ
Principiis juſti libri 4.

Diſpoſitio in libr. 4. *Inſtitut.* & in libr.
dect.

De *juris arte* libri 3.

Paraphraſis in *Pſalmos Davidicos* a
brevibus argumentis & explicationibu
quinque libros congeſta, cum libro, *de*
diviſione Pſalmorum.

Hæc de *Hoppero ex Suffrido de ſcripte*
Friſiæ, & *Geſneri Bibliotheca.*

VIGLIVS AB AYTA ZI CHEMVS.

VIGLIUS ab *Ayta Zuichemus* natus e
annum *milleſimum quingenteſimum*
imum, decimo nono Octobris, in villa
rahuſia: quæ tunc ad monaſterium ca
corum regularium in *Bergum* pertinuit, p
patri Viglii ab iiſdem canonicis in emph
ſin data. Pater ei fuit *Folcardus* ab *Ay*
perantiqua *Aytanorum*, & nobiliſſima
inferioris Germaniæ familia. Quan
bonis poſtea partim ob hæreditates mult
ſtractis, partim nobilium factionibus;
centum amplius ante *Carolum V.* annis p
am ejus afflixerant, attritis, multum p
tiæ, & proinde etiam auctoritatis ac gra
miſit. *Zuichemus* autem hic *Viglius* e
ctus à *Zuichemo* pago avito, territorii
Vardiani uno à *Leovardia* milliari, ubi a
vil a *Barrhuſia.* Mater ei fuit *Ida*, ſex
rorum parens.

Hic autem Viglius à patruo adſumtus
ferè annis *Leovardiæ* in ejus familia hæſit
præceptoribus traditus parum admodum
fecit, partim quod patruus Reipubl. neg
& legationibus occupatus, adeſſe ſtudiis
non poſſet, partim quod magiſtri crebrò
tarentur. Nam prima literarum rudimen
patrui ſacellano didicit, deinde in publi
ſcholam ductus Grammaticen & cantum
cleſiaſticum percepit; hinc privata in ſchola
juſdam cognomento *Craſſi* vixit, quo p
exſtincto, cum diu præceptore caruiſſet;
rum ad publicum ludum venit. Sed cum
in multitudine negligentiùs inſtitueretur,
dem obtigit illi præceptor quidam non in
ctus nec indiligens *M. Antonius Colonien*
apud quem in privata inſtitutione tan
profecit: ut jam majori alicui ludo ido
haberetur. Itaque ad ſcholam *Daventr*
ſem, quæ tunc inter particularia, ut voca
gymnaſia florebat; eum patruus ablega
Quo ſub initium anni *decimi noni* de
ctus, ibidem primum ſeptimæ claſſi ad
ptus, ex ea deinde ad ſextam & quintam
ſcendit.

Re

evocatus autem à patre *Daventriâ*; ab eo
poſt cum fratre *Rintzio* miſſus fuit ad
uum *Buchonem* in *Hollandiam*; qui tum
Comitis morabatur, ædis ſive capellæ
ipalis Decanus, à quo deinde anno *vice-*
ſeculi *decimi quinti*, ſub feſtum *Ioannis*,
Leydam inſtituendus traditus fuit *M.*
elmo Verio, qui præcipuorum procerum
ndiæ filios, tum ibi in primis literis inſti-
t, ac tandem ſub finem anni *viceſimi pri-*
agam rediens operam dedit aliquot men-
Iacobo Volcardo Bergenſi, viro inſigniter
tinis Græcisque literis erudito. Menſe
le *Octobri*, anno *viceſimo ſecundo*, cum
n Volcardo *Lovanium miſſus*, manſit ad
n uſque Paſcha anni *viceſimi quarti*. Un-
m eodem migravit ad *M. Ægidium à*
Mechlinienſem, propè Capellam Cleri-
n. Duobus autem primis annis Græ-
tinisque ac humanioribus literis operam
, cum privatim apud eundem *M. Iaco-*
tum publicè ſub Profeſſoribus *Conrado*
io, & *Rutgero Reſcio*; donec eum pa-
Bucho Hagam, anno *viceſimo quinto*, ad
rum evocans, aptum judicavit, ut ad Ju-
ciplinam ſeriò animum applicaret. Nec
us fuit ipſe Bucho illum in primis ele-
s Juris inſtituere. A quo deinde *Lo-*
m miſſus, ut juris ſtudium diligentius
ueretur, ibidem audire cœpit Docto-
icolaum à Bruxella ordinarium legum
ſorem tempore matutino. Pace autem
allis, capto Rege, ſperata, ad Academi-
quam Galliæ ablegare eum patruus ille
uit: verum cum inita cum Gallis con-
diſſolveretur; pecunia ad comparan-
ros juris Civilis liberaliter à patruo in-
s *Lovanium* rediit; ibique ad menſem
Julium ſtrenuam juri operam dedit. Un-
gam rurſus evocato, conſilium cum pa-
tuus cepit de eo in *Burgundiam* ad Aca-
n *Dolanam* mittendo.

edicens igitur *Hagæ* patri *Folcardo*, qui
venerat, & patruo *Buchoni*, viceſimo
o Septembris, anno *viceſimo ſexto*, *Do-*
urgundiæ, cum nobili adoleſcente *Sio-*
à Mellema, populari ac familiari ſuo,
fectus. Ubi per totum ferè triennium
ymoni Bourdier cohabitans ſub Profes-
Ludo, *Maranchio*, *Iacobo Duximio*,
Monacho, *Petro Phœnice*, & *Quinti-*
lo, diligentem in utroque jure nava-
ram, ut inter auditores primam faci-
em referret, eoque permoti ſtudioſi
adoleſcentes Germani, *Henricus* ac
us Rechlingeri, leviri *D. Antonii Fug-*
jusdemque conſanguineus *Ioann. Gre-*
Hermannus, in iisdem ædibus habi-
ac convictores, familiaritate invicem
ata, illum propter opinionem, quam
iis ejus habebant, valde complecti cœ-
eidemque perſuaſerunt: ut inſtitutio-
s civilis illis prælegeret.

nque *Erasmus Roterodamus Baſileæ* ſub
us non longè à *Dola* ageret, cui cum
ejus *Buchone* magna familiaritas in-
tercedebat, captavit occaſionem ejus amici-
tiæ ſe quoque inſinuandi, & in eam humani-
ter admiſſus crebris literis ultrò citroque miſ-
ſis eandem confirmavit, qua ex re non pa-
rum exiſtimationis apud condiſcipulos ei ac-
ceſſit.

Circa id tempus *Buchonem* patruum è vivis decimo tertio Decembris anni *viceſimi octavi*, deceſſiſſe intellexit. Cujus auditâ morte animo tantum non dejectus conſternatusque de reditu in patriam cogitare cœpit, verum audito illum legatum pecuniarum ſat magnum, & Bibliothecam, tam in jure, quàm in aliis diſciplinis benè inſtructam, reliquiſſe, quo videlicet ſtudia ſua commodiùs ad metam perducere poſſet, quod & parentes ejus ſuadebant, jubebantque, ac ſodales, qui privatim illum explicantem inſtitutiones audiebant, multis modis magnificiſque promiſſis ab eo contenderent; ut ipſis ad Academiam *Avenionenſem* abiturientibus, comitem ſe adjungeret, tandem aſſenſit.

Amittit Buchonem patruum 1528.

Abit Avenionem.

Perluſtratis aliquot oppidis monaſteriisque, Ducatus *Burgundiæ*, urbeque *Salinorum*, ubi ſalſorum fontium memorabile miraculum conſpicitur, & tum ſtatuum conventus celebrabatur, ob auxilia à Rege *Ferdinando* petita adverſus Turcas, relictâ Dolâ per *Cabillonem* & *Matiſconem*, præclaras Burgundiæ civitates, *Lugdunum* ſecundo *Arari* fluvio advecti ſunt.

Fontes ſalſi.

Ac deinde per *Rhodanum* deſcedentes *Avenionem* appulére, eo potiſſimum deſiderio allecti: ut *Andream Alciatum* ac *Franciſcum à Ripâ*, quorum celebris inter juris Profeſſores fama erat, audirent. Sed cum peſtis ibi graſſari incepiſſet: *Alciatum* aliosque Profeſſores ob ejus metum diſcedentes, paulò poſt inde *Valentiam* non incelebrem Academiam, in *Delphinatu* conceſſere.

Andr. Alciat & Franc. à Ripa Icti.

Valentiam concedunt.

Auditis autem ibi aliquandiu Profeſſoribus præclari nominis ac doctrinæ, ab iisdem ſibi perſuaderi eſt paſſus Viglius: ut in ea Academia gradum Doctoratus, ut vocamus promotoribus *Ioanne* de *Motâ* & *Felici Prato* Profeſſoribus primariis, *Antonio* de *Dornâ*, & *Ioanne Baptiſta Palma Alexandrino* ſuſciperet.

Ibi Doctor renunciatur Zuichemus.

Verum haud diu illic manſêre, ſed cùm ſpes affulgeret pacis, de qua tum apud *Cameracum* tractabatur, favore quoque adjuti *Andreæ Alciati*, qui *Avenione* diſcedens, in *Biturigenſi* Gymnaſio ad Juris profeſſionem evocatus erat, imperatis à Rege Gallorum literis ſecuritatis, ipſi quoque *Biturigas* ſe contulerunt; quo illos inferioris ſuperiorisque Germaniæ complures ſtudioſi *Dolâ*, *Valentiâ*, *Avenione* ſecuti ſunt: eoque tempore quo illic egere, Viglius privatim publicéque profitendo ac diſputando nomen inter ſtudioſos nonnullum ſibi comparavit, *Alciato* que poſtea in Italiam proficiſcente, ipſius locum in prælegendo tenuit, ac quietiſſimè jucundiſſiméque ibi ſupra *biennium* moratus eſt, magna amicitia & familiaritate *Franciſci*

Biturigas cum aliis abit. Ibi docet. Zuichem.

Alciato ſuccedit.

Rupelli

Rupelii Germani, ac *Caroli Sucqueti Flandri*, Jureconſulti valde eloquentis, multorumque aliorum Doctorum ſtudioſorumque uſus *Aureliam* verò eo anno *Lutetiamque* profectus cum multis præclaris viris notitiam iniit, ac à *Guilielmo Budæo, Ioanne Tarteſio*, Lexovienſis collegii Rectore, ac pleriſque aliis humaniter honorificèque acceptus fuit.

Aureliam & Lutetiã adit.

Deinde verò rogatu eorundem ſodalium ſuorum ſub autumnum anni *milleſimi quingenteſimi trigeſimi primi*, in *Italiam* proficiſci conſtituit. Invitatus verò ab *Antonio Fuggero* aliiſque nonnullis, quorum liberi ejus auditores fuerant; ut per Germaniam tranſiret, ac cum ipſis coram notitiam iniret, à *Biturigibus*, magna ſtudioſorum auditorumque ſuorum catervâ comitante, ad vicinum oppidum uſque *Donle Rog*, conceſſit, *Lugdunumque* tertio reviſens, ac penè per *Hebennam Lauſanamque* tranſiens, *Friburgum*, *Echtlandiæ* ſeu Helvetiorum, *Bernam*, *Solodurum*, *Baſileamque* tranſiens *Friburgum* Briſgoiæ pervenit; ubi ab *Eraſmo Roterodamo*, *Vdalrico Zaſio* aliiſque doctis, quàm humaniſſimè acceptus fuit. Donavit tunc *Eraſmo* μνημόσυνον elegans, ut ipſe * prædicat. Fuit id annulus aſtrologicis notis ſculptus, qui explicatus ſphæræ vicem exhiberet, ut mundum geſtaret digito ſuo Eraſmus. Eo in congreſſu talem ſe geſſit, ut Eraſmus ſcribat: *aut omnia mè fallunt, aut illi ſi ſuperi vitam dederint, futurus eſt aliquando Phryſiæ magnum ornamentum.* Deinde *Tubingam Vlmamque* tranſiens ad deſideratam diu *Auguſtam* cum ſociis ſalvus pervenit.

Per Helvetiam proficiſcitur.

Friburgũ Briſgoiæ venit ad Eraſm.

** Eraſm. l. 24. epiſt. pag. 949.*

Eraſmi de Zuichemo judicium.

Auguſtam Vindelicor. venit.

Tres in eo itinere Academias inviſit: *Baſileenſem, Friburgenſ. Tubingenſem*: Baſileæ *Bonifaciũ Amerbachium* Juriſconſultum ſalutavit: ac in *Frobenianâ* officinâ cum eximiè docto viro *Sigiſmundo Gelenio Boëmo*, qui libris ibi corrigendis præerat, *Hieronymoque Frobenio* Typographiæ magiſtro, illic notitiam contraxit. Vidit tum quoque *Oecolampadium*, ac *Simonem Grynæum*; Friburgi verò Briſgojæ *Eraſmum Ludovicum Berum* inſignem Theologum ac Canonicum Baſileenſem & multos alios viros doctos ibi tum degentes.

Auguſtæ *Ioannes Reylinger*, *Henrici* ac Quirini pater hoſpitio illum excepit, magnificeque tractavit, quotidianis conviviis à *Raymundo Antonio* ac *Hieronymo Fuggeris*, à *Ioanne Paumgartnero* pleriſque ejus urbis patriciis, & à Doctoribus exceptus & catenis numiſmatiſque ac aureis annulis, aliiſque cimeliis munificè donatus fuit.

Prolixè accipitur ibi.

Inde cum comitibus, cum quibus è Gallia venerat, *Italiam* verſus diſceſſit, ac *Monachii* ſe ipſis itineris Comitem *Chriſtophorus Backenbuſius Lubecenſis* adjunxit. Vigeſimo die poſt *Sarotium* venêre: ubi à patre *Ioannis Georgii Hermanni* ſplendidè accepti, ac triduo humaniſſimè habiti fuêre, fodinaſque argenti & æris ditiſſimas perluſtravêre. Hic eos *Oenipontem* deduxit: ubi per *Rodolphum* Comitem à *Suter* Gubernatorem cum tenentem *Tyrolenſis* comitatus, ad nam *Annam*, Regis *Ferdinandi* uxore *Maximilianum* & *Ferdinandum*, e lios adhuc minorennes ſalutandos de opi parèque cum à gubernatore, tum cellario *Hieronymo Baldingo* tractati fu

Sarotium venit.

Inde Oenipontem.

Deinde per *Brixinniam Tridentum* *viſiam*, *Venetias* pervenerunt, inde *P.* conceſſerunt. Ubi tum in jure profi tur, *Franciſcus Curtius*, *Marianu nus*, *Marcus Mantuanus*, & *Arregu Arregutiis Peruſinus*, multique alii in genere doctrinæ viri præſtantes. Cor daverat eum literis ſuis Eraſmus Rot mus *Ioanni Baptiſtæ Egnatio*, apud V agenti, ac *Petro Bembo*, poſtea in or cardinalium adſcito: qui eum prolixâ volentiâ ſunt proſecuti.

Cum autem eum annum conſumſ privatis lectionibus, auditioneque ptorum, Doctorum, publiciſque ex tationibus innoteſcere cœpiſſet; in delectu Profeſſorum, ipſe penè invi publicam inſtitutionum lectionem pro fuit, procurantibus inprimis *Chriſ Marutio*, & *D. Othone Truchſes* Ba ejus auditoribus, qui ambo in Cardi collegium poſtea cooptati ſunt: ubi i ambitioſo antagoniſta D. *Caſparo M to*, crebræ concertationes diſputatio juxta morem ejus Academiæ fuerunt. legebat autem inſtitutiones ter in die, publicè cum apparatu (ut vocant) di que materiarum explicatione: deinc textu gloſſas percurrens, propoſitoq plicans, ac poſtremo pro junioribus tantum explicans. Quæ autem dili ri ſtudio in ſcholis publicis legerat, d reverſus annotare conſuevit, ea cum d lis familiaribus communicaſſet, ad nem hortati ſunt. Quibus ipſe obſ *Hieronymo Frobenio*, Baſileæ Typo *commentarios in decem Inſtitutionum* quos *Patavii* fuerat profeſſus, excu dedit.

Interim autem dum *Patavii* ageret inſignes conditiones illi oblatæ ſunt, ut eſſet Vicarius Judicialis in regno altera ut *Philippum*, *Caroli* filium, inſ dum ſuſciperet, quas tamen juſtis t cauſis recuſavit.

Cum autem ibidem à Cæſare Du netiarum ut commendaretur petiiſſet Bibliothecæ, quam *Beſſarion* Cardin lic reliquit, inſpiciendæ facultas da non difficulter id obtinuit, adjuvante *thia Held* Vicecancellario Cæſaris, ubi cas inſtitutiones Juſtiniani reperit. rum deſcribendarum poteſtate illi facta ravit in officinâ *Frobenianâ* Baſileæ impr das, ac *Carolo* Cæſari opus hoc, ſtudio nibus plauſibile, dedicavit.

…pleto deinde curſu, ut vocant, annuo …num, cum decem titulos inſtitutionum …viſſet, à multis invitatus fuit, ut in præ… …di munere perſeveraret, ſpe minimè … facta obtinendæ primariæ inſtitutio… …ectionis à Proviſoribus Venetæ Reipub. …m ipſum, qui *quatuordecim* annos à … abfuerat, deſiderium ejus ac parentum …ovit, ut de eâ repetenda animum in… …ret.

…que rebus omnibus compoſitis ac vale …ibus dicto, iter ingreſſus, iterum *Eras-* …*rburgi*, & aliis alibi ſalutatis *Baſileam* …, ut inſtitutiones Græcas excudendas, …mmentarios in 10. tit. Inſtitut. corre… … recudendos curaret. Quibus impreſſis …ngreſſus eques *Coloniam* pervenit, ubi …ot dies manſit.

…terea autem cum Epiſcopi Monaſterien… …ficialis defunctus eſſet, cumque hono… …m non contemnendum offerretur, ſibi …aderi paſſus eſt, ut operam ſuam polli… …ur, atque *Monaſterium* poſt viſitatos …tes adire promitteret. Itaque decedens …*iſiam* venit.

…ſthac *Monaſterium* ab Epiſcopo voca… …enſe Majo profectus eſt. Cæterum cum …elli turbas, quas Anabaptiſtæ tunc mo… …nt judicia penè ceſſarent, conſilium in … agendis Epiſcopo præbuit, crebriſque …ionibus obeundis operam navavit.

…um hæc aguntur *Landgravius Haſſiæ* … oblato ſtipendio, ad Academiam *Mar-* … à ſe nuper inſtitutam invitavit, cui ſe …ius rationibus juſtis excuſavit. Sub idem … tempus Cæſaris ac regis *Ferdinandi* li… …ad Aſſeſſoriam dignitatem in judicio …eræ Imperialis, nomine domûs Burgun… …vocatus eſt, ad quam conditionem im… …atâ ab Epiſcopo miſſione, *Spiram* pro… …is eſt. Ubi menſe Julio anno *trigeſimo* …*to* in Adſeſſorum ordinem receptus in …um annum permanſit, donec ſub finem … *trigeſimi ſeptimi* Bavariæ Dux *Wilhel-* … eum inde in Academiam *Ingolſtadianam* …no ſtipendio evocaret, ubi permanſit …e ad Paſcha anni *quadrageſimi ſecundi*, …itque profiteri ſecundam partem *Digeſt.* … incipiens à titulo *de rebus creditis*.

…nno autem *trigeſimo nono* Friſiam paren… …ue ſub vacationum æſtivarum tempus in… …, quos tunc incolumes reperit. Matrem …en jam grandævam anno ſequenti ami… … Audiebatur autem à literata juventute …nter, multique ad eam Academiam fama …s acciti ſe contulerunt, neque alius fuit, …ibi plures haberet auditores, tametſi ex… …entiſſimos ex Italiâ collegas haberet *Fa-* …*n Romanum* & *M. Antonium Gaymum* …*diolanenſem*. Functus eſt præterea Viglius …ngolſtadianâ Academiâ Rectorali digni… … & decanali officio Juridicæ facultatis.

…uæ autem illi Ingolſtadii commoranti …ditiones oblatæ fuerunt. Una ab Electo… …*oachimo* Marchione Brandeburgenſi, qui eum rurſus miris modis duplicatoque ſtipendio nitebatur pertrahere in ſuam Academiam Francofurdianam, ut illic Jus profiteretur, & à conſiliis eſſet, cum res depoſceret, quam ipſe juſtis de cauſis abnuit.

Altera vero à Cæſare *Carolo V.* qui cum operâ Vicecancellarii ſui *Matthiæ Heldi* deſtitutus eſſet, multis modis per *Granvellanum* conatus fuit ei perſuadere, ut Vicecancellariatus munus ſuſciperet, quem & ipſum ut humeris ſuis imparem, recuſavit. Cumque imperioſius cum eo ageretur, quod cum ſubditus naturalis Cæſaris eſſet, proprio potius principi ſervire deberet, quàm in extera regione fortunam quærere, reſponſum eſt ab eo, *non poſſe humeris ſuis imparem provinciam ſuſcipere, verum ſi aliqua offeratur conditio in patriâ, quâ ibi honeſtè vitam traducere poſſit, eam ſe non eſſe recuſaturum.* *Et à Cæſare ipſo.*

Itaque paulò poſt juſſu *Caroli V.* ſoror ejus *Maria* regina Ungariæ tum gubernatrix provinciæ *Belgicæ*, ſcriptis literis eum ſollicitavit, ut ſumtibus Imperatoris in *Belgium* ad ſe veniret, quo coram cum illo de conditione oblata conveniret. Reſignata igitur honeſtâ conditione Ingolſtadienſi, & codicillis, ac, ut vocant, commiſſione ſecreti conſilii in curia Belgica acceptis, relictâ illi optione, ſi ad quod aliud conſilium tranſire poſtea mallet, novam functionem aggreſſus eſt. Pertæſus legationum Viglius, poſtulavit ſibi locum tum vacantem in conſilio *Mechlinienſi*, uti promiſſum ei erat, concedi, & commiſſionem à reginâ impetravit. Dimiſſo itaque ſtatu ſecreti curialiſque conſilii *Mechliniam* migravit. *In Belgium ad gubernatricem vocatur.* *Mechliniam migrat.*

Eodem anno parentem ſenem in Friſia inviſit, ac ubi inde reverſus eſſet Cæſar ſub hyemem à bello *Bruxellano* Viglium ad ſe evocavit, benigniſſimeque allocutus ſibi gratiſſima fuiſſe dixit ſervitia in comitiis Imperii, Norinbergæ ſibi præſtita, *penſionemq́* ejus nomine ultrò obtulit *trecentorum*; ſumtusque in legationibus factos ei promtè exſolvi juſſit, poſtulavitque, ut interea dum in Belgio ageret, manere in curiâ non gravaretur, permittens ut cum ſtipendio magni conſilii, ſecreti quoque interea perciperet, atque unà ad comitia *Spiram* indicta iret. Animadvertens ergo Cæſaris erga ſe affectum, conſtituit, ſedem in *Belgio* deinceps figere, & ad matrimonium animum applicare. *A Cæſare compellatur.*

Itaque procurante Granvellano, viri cum primis honeſti ac locupletis *Petri Damantii* filiam * *Jaquelinam* uxorem duxit, celebratiſque nuptiis in feriis Natalitiis cum Cæſare per *Leodium*, *Coloniam*, *Confluentiam*, ac *Simeriam* in Germaniam *Spiram* abiit, ubi patrem *Folcardum* ipſumque Viglium plurimis Cæſar ornavit privilegiis, conceſſit ut ſi quando in *Friſiâ* patriâ morari vellet, primi conſiliarii poſt præſidem in ſenatu *Friſiæ* dignitatem obtineret. *Uxorem ducit.* **Iacobam.* *Cum Cæſare Spiram abit.* *Donatur ab eo privilegiis.*

Eodem quoque tempore *Poggius* Epiſcopus *Tropienſis* ac ſedis Apoſtolicæ Nuncius, *A Poggio Comes Palatin. creatur.*

O Pala-

Palatini comitis, diplomate ipſum decoravit, Cæſar autem in conſilium Imperiale accivit.

Bremam mittitur.

Pôſt Cæſare in Galliam cum exercitu proficiſcente, ipſe *Bremam* ab eo miſſus fuit, ut ibi *Danica* pax tandem concluderetur, juramentiſque hinc inde firmaretur. Quam profectionem ideò libentius ſuſcepit, quòd Spiræ dum ageret intellexerat patrem ſuum *Folcardum* è vivis exceſſiſſe, eaque de causâ fratrum ſororumque literis evocaretur, ut quæ ſuper familiâ herciſcunda neceſſaria eſſent, unâ tranſigeret. Rebus deinde *Bremæ* confectis ac negotiis cum fratribus concorditer in *Friſiâ* tranſactis: *Mechliniam* reverſus, reginæ acta ſua declaravit. Mox indicto ordinum Imperii conventu à Cæſare *Wormatiam* miſſus fuit. Hinc illum ad Ducem *Bavariæ*, poſt & *Ratisbonam* ad comitia indicta proficiſci rurſus voluit.

Mechliniam redit.
Wormatiam mittitur.
Et Ratisbonam.

Inde verò cum bello exorto proteſtantes Principes profligati eſſent, Cæſarque belli reliquias perſequens juxta *Neoburgum* caſtra metaretur, incidit in gravem ægritudinem *Carolus Boiſſetus* Theſaurarius, cuſtos archivi in Rupelmudana arce conſervati, quod in Viglium contulit. Viglius autem à Cæſare *Coloniam* inde miſſus fuit ad conventum ibi indictum, ſuper privatione & exautoratione Archiepiſcopi Colonienſis, unde in Belgium reverſo regina *Maria* ei commiſſionem ſatis difficilem & odioſam injunxit, videlicet ut poſſeſſionem aliquarum urbium in *Weſtphaliâ ac Friſiâ* acciperet. Qua in re, declinato periculo, quod imminebat, maturè ſe ad tranquillitatem recepit.

Item Coloniam.

Ludov. à Scora, præſes ſanctioris conſilii.
Ei ſuccedit Zuichemus.
Equeſtri dignitate ornatur.
Philippo Cæſar. F. adjungitur.

Ac cum *Ludovicus à Scora* præſes ſecreti conſilii rerumque ſtatus director vitam cum more commutaſſet, ipſe nihil tale cogitans exſpectanſque in ejus locum ſurrogatus fuit. Cæſar autem ut authoritatem officii ſuo favore adjuvaret equeſtri honore eum inſignivit, & adveniente Principe *Philippo* unico filio, Viglio commiſit, ut ipſum de ſtatu provinciarum inſtrueret, ac proceribus ordinibusque ſiſteret.

Cumque viſitare Belgii provincias conſtituiſſet, cum eo miſſus fuit ad provincias, quia Germanico idiomate utuntur cum conſueta inaugurationis ſacramenta præſtantur. Mortuo autem ſub idem tempus *Vincentio Corne* Theſaurario generali, qui officio Regiſtarum in *Hollandiâ* fungebatur, illud regina in Viglium contulit, alterumq; quod in *Flandria* antè gerebat, Theſaurarii videlicet aut cuſtodis Archivi, Doctori *Hermeti* à *Wingene* Conſiliario ſecreti conſilii reſignavit. Paulo pôſt Viglius uxorem amiſit, nec multò poſt Abbas *Bavonis* Viglium ſibi coadjutorem poſtulavit, cujus petitionem cum rex certior factus auctoritate ſuâ ut patronus comprobaſſet, Viglius coadjutorem S. *Bavonis* accepit, & in miniſterio regis permanſit, ex quo alioqui ſe extricare conſtituerat.

Theſaurarius general. conſtituitur.
Amittit uxorem.
Coadjutor S. Bavonis deſignatur

Anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo* menſe Septembri cum *Atrabati* morbus invaſit, ex quo nunquam planè valuit. Itaque menſe Novembri inde vi[...] mivivus *Bruxellam* reductus fuit. Ægro[...] tem ſæpè per medicos familiareſque [...] inviſere conſolarique rex eſt dignatus; [...] liothecariique officium ei impoſuit, ac [...] lulum recuperatis viribus, ipſe regem [...] *davum* ſecutus fuit. Menſe Auguſto e[...] anno ex medicorem conſilio, amicorum [...] tatu, & conſenſu Regis, comite *Nicola*[...] *ſio* medicinæ Profeſſore Lovanienſi, *A*[...] *granum* profectus eſt, ubi calidis aqui[...] *ſex hebdomadas* uſus non modicum leva[...] ſenſit. Inde *Bruxellam* reverſus, beni[...] *Ducisſa Parmenſi*, novâ Belgii gubernat[...] ſuſceptus eſt, ubi duas neptes ſub Cale[...] Januarias anni *ſexageſimi* elocavit.

Ipſe deinde eodem anno menſe Majo [...] mas *Emeſanas* adiit, felici eventu. [...] verò ſequenti, *Friſiam* patriam, à quâ [...] *ſeptendecim* annis abfuerat, ut reviſeret [...] ciſſa benignè conceſſit, honorificeque à [...] tatibus populoque univerſo ſuſceptus [...] ac in villâ *Suichemenſi Igrami* conſiliari[...] ſiæ cum nepte ſuâ nuptias ſolenniter [...] bravit. Neptumque ac liberorum fratr[...] *Serapionis*, ſororumque defunctarum r[...] nes à tutoribus exegit, paternorum m[...] norumque bonorum partitiones de pro[...] quorum conſenſu fecit, multaſque [...] conſanguineos & propinquos diſcordia[...] cauſas ſuſtulit. Decimo autem octav[...] Januarii anno *milleſimo*, *quingenteſimo* [...] *geſimo* defuncto *Luca Munick*, Abbas *S.* [...] *vonis* confeſtim accitus eſt præſes ad ca[...] ſendam poſſeſſionem *Præpoſituræ* ejus, [...] ipſum quoque hæredem ſucceſſoremqu[...] indulto Apoſtolico nominarat. Mox fu[...] ante omnia honorificè curavit, ac prius [...] ſeſſione per procuratorem acceptâ, ipſe [...] inde ſolennem ingreſſum *Gandavi* ad Ec[...] ſiam *S. Bavonis* fecit, ſacriſque ordin[...] initiatus, presbyter factus die Dominicâ, [...] feſtum omnium Sanctorum præcedit prim[...] ſacrum celebravit, ac deinde ſolennem [...] nedictionem à Cardinale *Granvellano* ac[...] pit. Mortuo autem duabus hebdomadis a[...] Abbatis ipſius obitum, *Philippo Nigro* B[...] xellenſi, & primario Conſiliario in ſecre[...] conſilio regio cancellarioque ordinis au[...] velleris, Viglius in ipſius locum ſurroga[...] juramentum ſolenne præſtitit. Ex hoc a[...] tem tempore, cum ex diſſidio religionis [...] ctiones in dies augerentur, aſſiduis flagi[...] tionibus miſſionem à rege tandem impet[...] vit. Placuit autem Regi, ut conſiliarii ſec[...] ti conſilii titulum ac ſtipendium etiam abſe[...] retineret, & quo honoratiorem ejus miſſi[...] nem faceret, conſilii ſtatus præſidis titulu[...] eum retinere voluit. Et cum eum collegiu[...] *Lovanii* ſtudioſorum erigere intellexiſſe[...] *duodecim millia* florenorum in ſubſidium [...] ad id liberaliter contribuit. *Tyſenaco* aute[...] poſt annos *tres* ſubitaneâ morte ſublato, ip[...] rurſus invito ſigillorum regiorum cuſtod[...] obtruſa fuit. Sed cum ipſe ſubeunte jam ſ[...] nio[...]

morbis laſſatus eſſet, ſeriò cogitare cœ-
e condendo teſtamento ſuo, quo rerum
poralium ſolicitudini finem imponeret,
uod reliquum vitæ ſupereſſet, id omne
enderet meditationi de vitâ cœleſti. Ita-
cùm liberos ipſe nullos unquam ſuſce-
t, eam bonorum ſuorum diſpoſitionem
, ut id quod ex beneficii eccleſiaſtici
poſituræq; *S. Bavonis* proventibus com-
erat, in pios uſus converteret. Colle-
n *Lovanii* in uſum ſtudioſorum funda-
qui bonis literis operam darent. In
autem *Suichemenſi* Hoſpitale ſive Ge-
ocomion fundavit pro ſenibus, qui vi-
quærere laboribus amplius non vale-

cholam quoque ibidem fundavit pro
is in primis literis ac religione rectè in-
andis cum Ludimagiſtro, tum ædibus
entibusque neceſſariis. Unamque ope-
dedit, ut in villam *S. Bavonis* ubi anti-
monaſterii profanati reliquiæ in caſtelli
umque domicilia converſa erant, aliò
lata eccleſiâ, rurſus ad ſubditorum com-
itatem ac ſalutem parochialis eccleſia,
appellatione *S. Amandi*, reſtitueretur,
t eò habitatores revocaret: præclaram
que judicialem ſive ſcabinalem domum
uendam curavit. In capitularis quoque
us eccleſiæ *S. Bavonis* extructionem li-
liſſimè contribuit. Seminarium item
aliquot *Burſariorum* dotationes adjuvit,
que canonicis & eccleſiæ miniſtris, pau-
busque peramplum pro anniverſariâ ejus
noria in vita & poſt mortem donativum
uit. Poſtremò capellam in æde S. *Bavo-*
eleganti altaris ſtructura marmorioque
turæ monumento condecoravit, & ſa-
otem ibi dein competentem dotavit.
e reliquis autem bonis diſpenſationem
ita moderatus eſt, ut quæ ex patrimo-
c induſtria ſua, largitioneque principum
ſervitiorum ſuorum remunerationepro-
ant, ea inter propinquos, amicos ac
tores, ſecundum uniuscujusque meri-
qualitatem & conditionem diſtribuerit.
ue domum paternam in pago *Suiche-*
, alteram *Leovardiæ* ſitam, quam dux
niæ *Georgius* patruo ejus donarat; ope-
s ſtructurisque novis non mediocriter
lificavit, exornavit, ac nepotibus ſuis
tisque pro ſtirpis Aytanæ memoria reli-
. Ad juſtam ætatem, hoc eſt *ſeptuage-*
am pervenit. Decimo enim *nono*, ut ini-
ttigimus, Octobris, anno *milleſimo, quin-*
ſimo, ſeptimo, natus, & *octavo* Maji, an-
ptuageſimo ſeptimo, ſupra *milleſ. quin-*
è vita hac abiit. Mortuus eſt *Bruxellæ*
dibus ſuis, ſepultus autem *Gandavi* ad
vonem, in Mauſolæo, quod ſibi vivus
endum curaverat.
pigramma in eum epitaphium Maximil.
nti legitur ejusmodi:

i curas regum & regnorum pondera obivit
ervigil, hoc dormit Viglius in tumulo.

Parce pios, lector, manes turbare, quietem
Hæc poſt tot vigiles vindicat urna dies.
At vigilis VIGLII *exemplo vigil eſſe memento:*
Nil etenim vita eſt, ſit niſi vita vigil.

VITA MORTALIUM VIGILIA.

Fuit ipſe vir doctiſſimus, eruditorum fautor egregius, politicus elegans, integerque juſtitiæ ſacerdos. Italiam ſanè adhuc juvenis fama nominis ſui implevit, & præclarum illud *Alciati* elogium meruit: *Elogium ejusdem.*

——— *magnæ ſpes altera Romæ!*

Statura fuit medioc͡ri, membris benè compactis, ac decentibus, cute candidiſſima, capillicio infra albedinem albicante, fronte læta, vultuque amabili. *Proſopogr.*

Scripſit, uti diximus, *commentaria in decem titulos ſecundi libri Inſtitutionum juris civilis*, quibus omnia penè Teſtamentorum jura eleganter & perſpicuè explicantur. *Scripta.*

Theophili etiam anteceſſoris *Inſtitutiones* juris civilis, in *Græcum ſermonem tranſlatas* eruit, reſtituit, ac in gratiam legalis ſcientiæ ſtudioſorum publicas fecit, cum doctiſſima præfatione ad *Carolum V.* Cæſarem.

Hæc de *Viglio ab Ayta Zuichemo ſuggeſſerunt nobis Suffridus Petri in lib. de ſcript. Friſiæ, Aubertus Miræus in elogiis Belgicis, Geſnerus in Bibliotheca.*

CHRISTOPHORUS CARLEVITIUS.

☉ 1578. d. 8. Ian. ætat. 71.

CHriſtophorus à Carlevitz in Rotenhauß Miſnia felici ſatu, atque equeſtri familiâ protulit, anno à natu mundi Redemtore, *milleſimo, quingenteſimo ſeptimo*, die *decimo quarto* Decembris. Adoleſcens præceptorem nactus eſt Lipſiæ, ſub annum *viceſimum ſecundum, Petrum illum Moſellanum*, condiſcipulis *Birckio Barone à Duba, Julio Pflugio*, aliis. Poſtea uſus eſt inſtitutione & familiari neceſſitudine *Conradi Goclenii* & magni *Eraſmi Roterodami* circa annum Chriſti *undetrigeſimum*. Commendavit juvenem hunc non ſolum genere, ſed virtute & doctrinæ eruditione verè nobilem *Eraſmus*, cum publicè in ſuis ſcriptis paſſim, tum ad multos amicos atque inprimis ad aulam Saxonicam, ut vel ex hac ad * *Simonem Piſtorium*, Georgii Saxonis cancellarium epiſtola colligas: *Nunc*, inquit, *ſcribendi occaſionem dedit Chriſtophorus Carlevizius, quem antea timidè commendaram Illuſtriſſimo Principi, ſemel atq; iterum nonnihil pudefactus mea commendatione. Sed poſteaquam hunc domeſtico convictu propius inſpexi, penitusque agnovi*, * *non dubitarim illum cuivis principi meo periculo commendare, Latinè exactè callet, Græcè mediocriter doctus, in juris quoque prudentia ſatis feliciter verſatus, adhuc judicii ſobrii, moribus commodis, nihil habens neque fuci neque ſupercilii, in ſumma, Thraſonis illius diſſimilimus eſt.* Hæc * Eraſmus.

Natalis Carlevitii

Petr. Moſellanus Præcept. 1522.

Condiſcipuli.

Conrad. Goclenius & Eraſm. Qui eum commendat.

* *Eſt ea lib. 19. epiſtol. Eraſm.*

* *Qui iisdem penè verbis Carlevit. etiam Bernardo Epiſcopo Trident. commendat.*

Itaque

1529. *Eſt à conſiliis Duc. Sax.* 1539.

Itaque in aulam à Principibus Saxoniæ *Georgio* & *Henrico* adſcitus, à conſiliis iisdem fuit, uti & præfectus *Zorbicii*. Poſtea Elector Saxoniæ *Mauritius* uſus eſt eo oratore, conſiliario, & capitaneo in duabus Præfecturis *Lipſienſi* & *Zorbicenſi*. *Mauritio* è vivis * exemto, *Auguſtus* Elector eundem ſibi ab intimis conſiliis eſſe voluit, quod idem plures ab eo principes, prolixis honorariis propoſitis, petiverunt. Quare in theatrum orbis ampliſſimum productus, ſuæ in eo virtutis ac prudentiæ ſpecimina heroibus edidit illuſtria. Et quod rarum admodum, quatuor etiam *Cæſaribus*, *Carolo V. Ferdinando*, *Maximiliano II. Rodolpho II.* ſuam fidem, induſtriam, judicii dexteritatem, legatus, orator, & commiſſarius luculentè probavit. Ac ſanè in aulâ Auguſta tantum valuit, quantum merebatur ejus eruditio, rerum experientia, & labor indefeſſus.

Orator & Præfectus. 1546.

⊕ 1553. d. 11. Iulii.

Quatuor Cæſ. notus gratuſ.

Legationes variæ.

Legationes obiit varias, juvenis à Duce ſuo *Georgio* in *Angliam* fuit miſſus, poſtea in *Poloniam* cum comite *Barbienſi*, quando Elector Brandeburgicus conjugium ambibat. In regis *Ferdinandi* cum *Waivvoda* actionibus ipſe nomine *Georgii* principis unà cum *D. Piſtorio* eſt ablegatus, inprimis autem in *bello Smalcaldico* illuſtris ipſius prudentia, fides, & facundia extitit, cum turbulentiſſimis temporibus plurimum laboris ſumeret, maxima pericula pro patriâ ſubiret, & plurimis principum conſiliis ac bellis intereſſet. *Expeditionibus* enim *tredecim* Martis aleam eſt expertus, ſuaque virtute *Equitum auratorum* hæreditariam in Imperio Romano dignitatem familiæ ſuæ impetravit.

Labor ejus in bello Germanico. 1547.

Tredecim expeditionibus adeſt

Eques auratus creat & ipſe & hæredes.

Moritur.

Extinguitur hoc verè Germanicæ nobilitatis lumen, ſapientia, eruditione, & dignitate clariſſimum, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo octavo*, die *octavo* Januarii, ætatis *ſeptuageſimo primo*.

Melanchthon. judicium de eo.

Melanchthonis de duobus doctiſſimis equitum Miſnenſium judicium fuit tale: *Carlovicius mihi videtur non minus judicii afferre ad Ciceronis eloquentiam effingendam, quam Pflugius, quamvis illius oratio aliquantum eſt nervoſior, hujus verò languidior.*

Scripta Carlevitii

De ſcriptis ejus nihil reperimus, niſi quod Eraſmus hoc alicubi laudet: *Libellum de ſumtione Euchariſtiæ vertit* (Carlevitius) *tam eleganter, ut nuſquam ſentias fuiſſe ſcriptum Germanicè.* *Epiſtolæ* quoque ejus, cum *vitæ deſcriptione*, fuerunt ab *Ægidio Salio*, Profeſſore Jenenſi, ad prælum adornandæ, verùm obitu Salii omnia impedita ſunt. Hæc itaque lector boni conſulat in præſentia, donec vel nos, vel alii plura, ac meliora.

Collecta ſunt iſta ex epiſtolis Eraſmi: P. Albini Chron. Miſn. tit. 25. Bucholcero.

⊕ 1578. d. 5. Maji. ætat. 63.

CYPRIANUS VOMELIUS.

Patria.

CYprianus *Vomelius* familiâ *Stapertia* in Friſiâ naſcitur, circa annum Chriſti, *milleſimum, quingenteſimum, decimum quintum*. Primis literarum fundamentis in pa[...] jactis, *Wittembergam* Saxonum ſe contu[...] ubi cùm artium liberalium atque poë[...] ſtudio conjunxit Jurisprudentiæ cogni[...] nem. Neque enim, ut quidam autumia[...] humaniores Muſæ ab adytis Auguſtarum [...] gum abducunt, quin potius *omnes artes* [...] Tullio credimus, *habent commune quodd[...] vinculum, & cognatione quadam inter ſe c[...] tinentur.*

Itaque cùm Vomelius variarum arti[...] cognitionem præclaram ſtudio & induſ[...] acquiſiviſſet, perluſtravit & alias Germa[...] Academias, inque ordinem Juriſconſul[...] rum adſcriptus fuit.

Poſtea cùm *Moguntiam* veniſſet, ejuſ[...] jam virtus & doctrina erudita nota eſſet, [...] numerum Profeſſorum cooptatus jura p[...] blicè docuit. Hic eluceſcente indies in[...] nio & doctrina ipſius, ad ſummum Imp[...] tribunal, quod *Spiræ* habetur, vocatur, [...] terque Adſeſſores illius eſt receptus. Hoc [...] munere ita verſatus perhibetur, ut etiamn[...] ejus grata apud multos memoria exſtet.

Ex hac vita diſcedit *Spiræ Nemetum* [...] *quinto* Maji, anno *milleſimo, quingenteſim[...] ſeptuageſimo octavo*, ætatis ſuæ clymacteri[...] magno, ſenibus, ut ſcribunt, periculoſo [...] plerunque fatali.

Fuit poëta, Jureconſultus, Comes Pala[...] nus, Cameræ imperialis Adſeſſor per ann[...] *quindecim*, unde apparet, benè & ipſum [...] patria, deque Republ. literaria meritum.

Scripſit *Oden ad Deum, pro tranquillan[...] Chriſtiani orbis ſtatu*: Item *Miſcellaneor[...] librum*, edidit & *epigrammata* quædam, [...] *Introductionem Arithmetices*, cum nonnul[...] aliis, quibus vim ingenii ſui declaravit. C[...] lebravit etiam epitaphio carmine memoria[...] *Georgii* Comitis Palatini Rheni, *Simmer[...]* anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſex[...] geſimo nono*, die *decimo ſeptimo*, Maji, defu[...] cti, quod huc adſcribere libuit.

Tempora poſt vitæ decurſa, Gregorius ur[...]
Conditur hac, Dominus Simerorum ac Du[...]
Bavarorum,
Atq; Palatinus, Comes ad flavi oſtia Rhen[...]
Fortis erat bello, placidusque domi optim[...]
Heros
Juſtitiam legisq; ſacras reverenter amaba[...]
Sed vel præcipuè divûm flagrabat amor[...]
Nunc igitur gaudens, Chriſto duce, poſſide[...]
aſtra.

Ex libr. 3. Proſopogr. Pantal. & chronico chronicorum.

CONRADUS MATTHÆUS.

ALsfeldiæ Haſſiacæ ditionis oppido no[...] ignobili hic naſcitur, cùm poſt *milleſ[...] mum quingenteſimum* Chriſti nati homin[...] annum curreret *decimus nonus*. Parentes [...] fuerunt *Conradus Matthæus* major, & *Eliſa[...] betha Hultſchera*, ambo cives Alsfeldienſes quorum familiæ iſtic non obſcuræ. *Joann[...]* enim *Matthæus*, hujus de quo agimus patru[...] magnu[...]

nus, *quadringentos* aureos civibus Alsfel-
is, ad vias publicas muniendas, & alteros
dringentos ad ſuæ familiæ puerum, in li-
educandum, teſtamento legavit.

ater hujus, perluſtraris variis regionibus,
aque uxore, rem curavit familiarem,
rum potiſſimum cultura, & à foro ac cu-
quantum poterat, ſe ſubducens, latuit, at-
per otium, cùm alias literas non didicis-
Biblia Germanica, hiſtorias Germanicè
tas, & Theologorum interpretationes
icas, quæ tum vernacula lingua prodi-
, evolvit, vir non literatus quidem, ſed
& literarum amans. Nam & fratrem *Jo-*
m Matthæum, omni ope & opera adjuvit,
ſtituta literarum ſtudia ne deſereret, ob-
eam cauſam ſumtus nonnullos ſuppedi-
, ut Wittembergam, quæ pietatis & lite-
n ſtudiis facilè omnes Germaniæ Acade-
tum antecellebat, proficiſceretur, ani-
magis magisque literis exculturus. Fi-
item hunc ſuum ſimulatque paululum
evit, in ludo patriæ doctrina catecheti-
Grammatices initiis erudiendum cura-
quanquam multa tradebantur obſcura
perſtitioſa.

oſtea ubi elementa pietatis, hoc eſt capi-
techeſeos & literarum didicit, *Marpur-*
ad ſcholam publicam haud ita pridem
tam miſit, annos natum duodecim. Re-
igitur *Eberhardo Snepfio* Theologo,
Chriſti *trigeſimo ſecundo* venit in Pæda-
eum, unde biennio eluctatus, mox in
demia tam ſedulam literis navavit ope-
, ut biennio pòſt prima laurea, & altero
nio jam *octodecim* natus annos ſecunda
que fuerit ornatus.

erum cum non nobis, ſed Reipub. lite-
iſcamus: Conradus Matthæus brevi ſpa-
literarum curriculum emenſus illo ipſo
decimo octavo ætatis ſuæ operam Rei-
navare cepit. Nam in Pædagogæo Mar-
genſi docuit Grammaticam & alias artes
s *undecim*, quibus perpetuum illi certa-
cum infinitis diſcipulorum vitiis ac ma-
oribus fuit. Neque profectò minimam
eipub. & eccleſiæ præſtat operam, qui
os ad literas & humanitatem informat,
ctè facta incitat, verberibus autem & in-
ationibus à vitiis abſterret. Quales enim
s in ſcholis formantur, talis deinde civi-
alis Reſpub. denique erit.

einde propter ſingularem eruditionem,
ſtriam, ac fidem, quam tot annis ſumma
laude probaſſet, ſcholæ & bonis omni-
cooptatus fuit anno *quinquageſimo pri-*
collegium profeſſorum Academico-
, & primum *hiſtorias* dein *Rhetoricam*
re juſſus. Quo in officio ita verſatus eſt,
on ſolum illi ſcholæ, ſed omnium ſtudiis,
cunque acceſſiſſent, prodeſſet, & præce-
quidem non ſolum *Melanchthonis*, ſed &
Cicero ex *Platone*, ex Ariſtotele, & aliis
cis auctoribꝰ collegiſſet, literisq; mandas-
prudenter enarravit, deinde exempla illu-
& exercitia declamandi adſidua adjunxit.

Interea autem ipſe domi ad philoſophiam politicam jus quoque Romanum cepit meditari. Ciceronis etiam orationes quamvis ad illuſtrandam Rhetoricam proponeret, tamen tanquam exempla tractati juris fuit interpretatus, ſuaſitque diſcipulis, ut politicas declamandi materias potiſſimum ſibi deligerent. Quod idem olim factitatum in Rhetorum ſcholis fuiſſe, *Aphthonii Libanii*, *Ariſtidis*, *Senecæ*, *Portii Latronis*, *Quintiliani* & aliorum declamationes aut declamandi formulæ hodie etiamnum ſatis docent.

Diſcit Iura.

Politica materia ad declamand. apta.

Sic igitur Matthæus noſter jus diſcendo exercuit, & exercendo didicit, dum per annos complures patronum egit cauſarum civilium in curia Haſſiaca, & apud capitalium rerum judices accuſatorem criminum & ſcelerum. Neque enim ad Reipubl. ſalutem & incolumitatem minus intereſt, cuique res ſuas ſartas tectas conſervari, quam ſcelera & flagitia impunita non dimitti. His ſtudiis incumbens & rem familiarem amplificavit, & publicè privatimque profuit multis. Atque ſtudiorum gradibus paulatim altiùs aſcendens, illos honores meritus fuit, qui in ſcholis maximi & ampliſſimi decerni ſolent.

Agit cauſas civiles.

Nam anno *ſexageſimo tertio* menſe Aprili à *Joanne Oldendorpio*, unà cum *Nicolao Vigelio*, jam tum ex ſcriptis libris in lucem editis laudatiſſimo, & *Hectore ab Joſſa*, in Marpurgenſi ſchola, & amplo præſtantiſſimorum virorum conſeſſu, juris utriusque Doctor renunciatus fuit.

Doctor juris renunciatur 1563.

Itaque juris & juſtitiæ ſacerdos initiatus, patrocinia cauſarum in curia Haſſiaca & foro Marpurgenſi diligenter, ut antea ſuſcepit, & ſanctè integreque leges ſacras tractavit, atque in orandis agendisque cauſis ita fidem, diligentiam, & prudentiam ſuam probavit, ut non ſolum clientibus ſuis carus, ſed bonis quibusque gratus etiam principibus eſſet commendatus. Quamobrem cum Principes, Haſſiæ totius commune appellationum præſertim judicium inſtituerent, Matthæum hunc *Arnoldo de Virmund* præſidi inter alios adjunxerunt adſeſſorem. Hoc officium ea fide, induſtria, & ſanctitate ad obitum usque geſſit, ut memoriam apud ſuos reliquerit nunquam intermorituram. Duplici ita in vitæ genere labores ſuſtinuit magnos & fructuoſos. *Decanus* enim *Collegii Philoſophici* ter quaterve creatus, declamandi exercitationes aliquantiſper deſitas, in uſum reduxit & frequentavit. *Rector* deinde *Academiæ* aliquoties deſignatus, cum diſciplina diſſolutior eſſet, ipſe ſenatu ſic decernente, quæcunque inſtituta jam ante fuiſſent ſcholæ regendæ, collegit, digeſſit, ad Senatum retulit. Hic approbata omnia cenſuit, ut ſatis ea temporibus in comitiis quaſi ſtudioſorum exponerentur, quod etiamnum hodie fieri ſolet. Præterea antiquum inſtitutum de diſputationibus pro loco collegii impetrando renovavit, ut & legem illam, *ne ſtudioſi in oppido arma geſtent*. Cumque præcepta artium juventuti

Adſeſſor in judic. Haſſ. deſignatur

Declamandi exercitia revocat in uſum.

Statuta Academiæ condit colligitq.

Diſputationes urget.

diſcenti varia proponerentur, ipſe effecit, ut in omni diſciplinarum genere certæ & conſtantes *epitomæ* traderentur, & auctores etiam iidem explicarentur, planeque, quod Socrates apud Xenophontem ait, τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν. Atque hæc in ſchola.

Certa Præcepta proponit.

Labores ejus in curia.

In curia non minus laborum ac moleſtiarum exhauſit, quando vel teſtium examinationibus domi foriſque vacavit, vel peregrè profectus de finibus & aliis contentiones ortas compoſuit, pacemque inter diſſidentes confirmavit. Acceſſit huc, quod cum inſtrumenta & ſigilla Academiæ negligentius adſervarentur, nec ſemper eſſet, qui ſcribenda conciperet, ipſe *actuarius* fuerit declaratus & *ſcholæ ſyndicus*, qui omnia digereret & ritè procuraret. Qua nobrem auctor ſenatui fuit, ut *conſiſtorium* in editiori loco ædificaretur, & eò ciſtæ cum inſtrumentis & fornicibus transferrentur, & aptè in cancellis diſponerentur.

Scholæ ſyndicus Marpurgi Matth.

Ejusmodi inter curas & labores *noviſſimorum*, ut in ſacris Sapiens monet, *ſemper memor*, caduca omnia, vana atque evanida rectè pieque judicavit, atque ad mortem, aliquando placidè obeundam, maturè ſe præparavit, & ad cœleſtem illam civitatem ſpe fideq; plenus adſpiravit, quam etiam Deo ſic diſponente ac volente ſuo tempore feliciter eſt conſecutus. Annos enim natus *ſexaginta* cum in autumno popularis & novus morbus paſſim per totam Europam ſumma celeritate vagaretur, & nunc hos nunc illos corriperet, & alios miſerè affligeret, alios etiam planè morti traderet, inter non paucos iſto morbo & Matthæus hic correptus fuit. Quanquam autem, quod lentior febris eſſet, quàm aliis pleriſque; ſperarent amici liberatum iri, tamen paulatim ſerpſit, & in viſceribus & medullis altiùs inſedit. Et cum habere meliuſculè videretur, tamen ipſe mortem adeſſe ſentiens, uxorem & liberos, item generos advocavit, & ex lectulo in quo decumbebat erectus, de conditione rerum ſuarum & imminente migratione cum indicaſſet, hortatus fuit, ut DEUM inprimis autorem omnis boni agnoſcerent & colerent, & omnes matri & majoribus natu minores & inter hos generis ipſis recta monentibus obedirent, & inter ſe juvarent alii alios omni ope & opera, quantum poſſent. Hoc ſi facerent, quamvis ipſe diſceſſiſſet, tamen Deum ipſis propitium, ac patris loco futurum. Quod cùm omnes data dextra ſe facturos promiſiſſent, DEO & ejus miſericordiæ commendavit ſe & ipſos, & recitatis certis quibusdam Davidis Pſalmis quod reliquum in hac vita tempus extraxit. Tandem cùm jam jam morte diſſolveretur, & ipſum iter vitæ cœleſtis ingrederetur, animam DEO commendavit creatori & ſervatori ſuo, illis verbis uſus, quibus & Chriſtus in cruce moriens animam ſuam patri commiſit, *in manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum.* Sic placidè exſpiravit anno *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo* die *viceſimo octavo* Novembris, cum natus eſſet annos, *unum & ſexaginta.* Elatus eſt funere frequenti atq modi cum monumento ſepultus Marp

Mortem meditatur

Hortatur ſuos ad pietatem & concordiam.

Moritur.

Stirpe patris, virtute, fide, pietate, ſ
rum
Arte, fori ſtudiis, conſiliisque gra
Multiplicíq; potens gemina de conjuge
Hic ſua Conradus buſta Matthæus

G. SOHN. D.

Vir hic fuit & jureconſultus pius, ſapiens ditus, prudens, diſertus & obſervantiſ æqui, qui nihil niſi præmeditatè & con ratè dixit fecitque, honorum minimè tens, ut qui ultro oblatos modeſtè recu carus civibus, gratus literarum ſtudioſi ctoritate apud omnes ordines ſingulari cidit aliquando, ut ipſo Rectore civ ſtudioſi ad ſanguinem uſque pugnarent veniente autem ipſo cum filio, ſimula cives quam ſcholaſtici eum conſpexiſ taciti conquievere, & arma tanquam p ptori tradidêre.

In conjugio vixit gemino, & ſexus u que ſuſcepit liberos haud degeneres: ad meritò etiam ſit laudandus ab εὐτεκνίᾳ. enim ipſi fuerunt *Philippus Matthæus*, J patris ſucceſſor, *Henricus*, eccleſiaſtes tinus, *Joannes* Archiater Naſſovicus, *nius* JC. & Profeſſor Academiæ Marpur ſis. Generos autem habuit, *Georgium nium* Theol. D. clar. *Valentinum Forſt* trium Academiarum Marpurgicæ, He bergenſis, & Helmſtadianæ Jureconſul Petrus Nigidius tali eum epigrammate navit:

Matthæi generis dedit hunc Alsfeldia c
Virtute inſignem cum pietate virum
Hunc puerum nobis huc tranſmiſere pare
Palladia primùm hic exoriente ſchò
Deditus hic ſtudiis, natura præditis a
Eſt nactus magnum nominis inde d
Atque ſtatim aſcendens florenti ætate
artes,
Promeruit geminos ſedulitate gradu
Inque Profeſſorum numerum cum laud
ceptus,
Mox humili frontem tollere cœpit hu
Erudiit teneram ſtudio fervente juvent
Artibus in Logicis, moribus atq; bon
Publicus hinc factus ſubeunte ætate Pr
feſſor,
Incipit hiſtoricos enucleare libros.
Tandem & Rhetorices interpres public
idem,
Edocuit juvenes verba diſerta loqui.
Fulmina verborum mirata eſt ſæpè juvent
Ex cathedra cœpit quando tonare ſu
Senſa animi ſemper facundo protulit or
Nempe Pericleo noverat ore loqui.
Exſtitit & prudens hic conſiliarius aulæ
Et fida afflictos ſponte levabat ope.
Sæpe magiſtratus ſummosq; hic geſſit hon
res:
Et merito laudem rettulit inde ſuam
Tandem correptus fatali morte quiete,
Explevit vitæ tempora juſta ſuæ.

: oratione parentali à *Bernhardo Copio*
n Academia Marpurgenſi habita, & *ex*
l. Profeſſor. Marpurg.

DOCUS DAMHAUDERUS.

ugis Flandrorum natus eſt *Jodocus Damhauderus* illuſtri familia, anno *ſeptimo*, *decimi quinti*, cumque ingenium fe-
d capeſſandum literarum cultum appu-
, ita in jure civili verſatus eſt, ut excel-
Cujus diſciplinæ cùm prior pars ſit
retica, finis verò *Praxis*: Damhauderus
ic potiſſimum elaboravit, & inclaruit,
illis, de *rerum criminalium uſu*, ad
, tanquam ad Lydium lapidem, verum
o in litibus diſcernatur, publicatis.
iorum fama *Carolum V.* Cæſarem impu-
ut auctorem intimis conſiliis & ſcriniis
eret, ac equeſtri honore amplisq; præ-
decoraret. Quæ eadem *Philippus Carolo*
dens, ut erat beneficentiæ nomine
s, auxit.
andem ætate ad ſenium deflexâ, pietate
ligionis amore adductus, ſacris ſe ſtu-
mpendit, & *parænes*[illegible] *Chriſtianas*, *ſpe*-
nq; conſcientiæ conſcripſit, quorum hoc
e præventus prælo committere non po-
Vixit quoque cæteris aliquanto beatiùs,
tum videlicet & *ſeptuageſimum* ingres-
nnum, ut non niſi dierum & merito-
plenus, clarioris tituli munere dignus
retur.
ceſſit *Antverpiæ* ad d. XI. Calend. Fe-
rii, anno cIↃ. IↃ. LXXXI. Corpus ejus,
uid felicitati extremæ deeſſet, patris ſe-
s redditum, & à *Ludovico* filio, regio
avi ſenatore, hoc tumuli honore in
irginis decoratum:

MEMORIÆ POSTERITATIS S.
SPES SEPULCRUM VIDES VIRI
E ET MAJORIBUS CLARISS.
ODOCI DAMHOUDERI, EQUI-
TIS AURATI:
PER ANNOS TRIGINTA, IN
GIO CONSILIARIUS FUIT IM-
. CAROL. V. ET PHILIPP. II.
GIS: CUJUS CURÆ RES FISCI
EDITA: CUM FIDE ADMINI-
ATA EST: QUI JUSTITIÆ SUM-
S CULTOR, SCELERUM VIN-
ACER, ETIAM PRÆFECTU-
M GESSIT LITORIS FLANDRICI
RCENDIS VIVERRIS. OBIIT XI.
KAL. FEBR. cIↃ IↃ LXXXI.

didit jureconſultus hic clariſſimus *En-*
dion rerum criminalium, vulgo *Practi-*
pus celebre & elegans, quod ipſe auctor
gnovit atque illuſtravit in uſum eorum,
n foro occupantur, ſcripſit & *Praxin*
m civilium: *Paræneſes* item *Chriſtianas*,
eſt, *Locos communes ex utroq; Teſtamen-*
ſumtos, *Pupillorum patrocinium*, *ſub-*
tionum exegeſin: *Declamationem* pane-
gyricam in laudem Hiſpanorum negociato-
rum, & ſi quæ præterea.

Aubert. Miræus in elogiis Belgicis, *Opmerus in Chronographiâ*, *Geſnerus in Bibliothecâ.*

JOANNES HEINCENBERGERUS.

ANno à nato mundi Salvatore, *milleſimo*, *quingenteſimo*, *triceſimo primo*, die *vice-* ☉ 1581. d. 3. Febr. ætat. 50.
ſimo primo Auguſti, intra horam noctis *un-*
decimam & duodecimam, natus eſt, *Joannes*
Heincenbergerus, *Wetzlariæ* urbe Imperiali. *Wetzlaria oppidum Imperii.*
Quæ etſi magna aut ſplendida non eſt, omni-
bus tamen temporibus produxit viros aliquot
inſignes, ac ut antiqua eſt ipſa, ita habet ho-
mines antiqua virtute & fide, qui etiam lite-
ras & literatos amant ac fovent, quorum in
numero præcipuè Heincenbergerorum fa- *Jo. Heincenbergerus pater.*
milia. Pater huic noſtro cognominis, ordi-
nis Senatorii, & charus omnibus bonis ſuâ
in republ. civis, cùm ipſe didiciſſet, & intel-
ligeret literas, ac loqueretur Latinè non ſor-
didè, eâ fuit judicii bonitate, ut & filios ad-
hiberet ad bonarum artium culturam, præ-
ſertim matre *Anna Babenhuſana*, ut id fa-
ceret, diligenter hortante & impellente, cui
nihil magis in votis, quàm ut filii aliquantò
pòſt, literis & virtute redderentur multis
commendatiſſimi.

Itaque & hic in ſcholam patriæ ductus, ce-
leriter elementa literarum ac pietatis hauſit,
cùm & magiſtros nactus eſſet, qui aptè trade- *Educatio Heincenb. Fil.*
re, & ingenii indolisque bonitatem, quæ tra-
dita accipere poſſet, accedentibus inſuper &
ſiderum fauſtis aſpectibus, ut periti harum ex
modò indicato nativitatis tempore judicare
norunt. Experientia enim teſtatur: *ſumere*
ingenia impetus, *à cœleſtibus & Phyſicis*, *id eſt*,
divinis cauſis, quæ in Heincenbergero ad
honeſtarum literarum ſtudia & omnem vir-
tutem fuerunt eximiæ & illuſtres.

Quod autem mireris, in pueritiâ, usque
ad adoleſcentiæ annos, ferè fuit balbus, & *Balbus ferè puer.*
tamen deinceps laudem ſummam eloquen-
tiæ conſecutus eſt. Sicut & *Demoſthenes*, *Val. Max.*
flumen illud ac norma Atticæ eloquentiæ,
ejus ipſius artis, cui ſtuduit, primam literam
non potuit initio efferre, & Imperatorem
Maximilianum I. * narrant, à prima infan- * *Cuſpinian.*
tia, ad *decimum* usque ætatis annum, nihil
ferè eſſe locutum, neque ſigna vocis articu-
latæ ediſiſſe, poſtea tamen expedita, prom-
ta, & elegans fuit ejus oratio.

Ita *ſæpe natura ipſa*, *quò eſt generoſior*, *eò*
tardius in aliquo certo genere, *opus ſuum per-*
ficit, *& abſolvit*, *quod eſt futurum perfectius*
ac generoſius. In patria non multos conſum-
ſit annos, ſed puero ipſo à patre contenden-
te *Weilburgum*, oppidum in ditione comi-
tum *Naſſovienſium*, diſceſſit, ubi tunc non
infeliciter literæ tradebantur. Cepit in ea *Weilburgum diſcedit.*
ſchola puer mox admirari ſcholam Mar-
purgenſem, & ex ſermonibus aliquorum,
amare

amare ardenter, ita ut migrandi in eam cupiditate quadam ingenti accenſus, magis urgeret ac maturaret diſcendi labores. Citò igitur inde ablegatus eſt in Pædagogium Marpurgenſe, quod ipſum tamen, cum in eo aliquandiu hæſiſſet, judicavit anguſtius atque tenuius eſſe, quàm ut diu in exercitiis puerilibus detineretur aut conſtringeretur. Ad publicas ergo acroaſes cum maturo & utili conſilio eorum, quorum fuit judicare, & conſtituere de ipſius ſtudiis, admiſſus, tum demum flagravit totus cupiditate & aviditate ſumma, diſcendi artes ac doctrinas, atque ante annos quidem, animum & curam virilem gerebat, ut de heroico impetu Poëta ſcripſit:

Inde Marpurgum.

Ingenium cœleſte ſuis velocius annis
Surgit, & ingratæ fert malè damna moræ.

Ordine in ſtudiis progreditur.

Cumque ut in univerſa vita, ita inprimis in diſcendo, opus ſit ordine: Heincenbergerus adoleſcens, ſtudia ſua, ut fructum inde caperet, non aggreſſus eſt inconſtanti & temerario impetu, ſed rexit certa deliberatione & conſilio, ne ratiocinationes mentis, diſſimilibus objectis, eodem tempore implicarentur atque turbarentur. Adeptus eſt eo tempore, feliciſſimos ingeniorum, ac ſtudiorum informatores *Lonicerum* patrem, & *Caſparum Rodolphi*, quorum uterque magnus fuit, atque acerrimus & feliciſſimus doctrinæ ac diſciplinæ cuſtos, & propagator. Ac *Lonicerus* quidem, ab initio ferè ſcholæ inter primos ſapientiſſimus & eruditiſſimus Magiſter, multis egregium fidem atque operam probavit, & omni genere doctrinarum, ac præcipuè linguarum, quæ ſunt propriæ eccleſiæ DEI, planè excelluit.

Horum ergo utens ductu & monitis, ordine proceſſit in diſcenda integrè philoſophia, in qua ita profecit, ut anno *milleſimo, quingenteſimo quinquageſimo* publico collegii teſtimonio, Magiſter Philoſophiæ renunciatus fit, cum nondum attigiſſet annum ætatis *vigeſimum*, atque ante biennium publicè ornatus eſſet, prima in Philoſophia laurea.

Renunciatur Mag. Philoſoph.

Ibi tum hortantibus parentibus & amicis, cogitare cœpit, de certo vitæ genere, cumque citò aditum ſibi patefeciſſet ad amicitiam præſtantiſſimorum jureconſultorum, de quibus *Joann. Ferrarius* & *Oldendorpius*, autores iſti fuerunt jurisſcientiæ aggrediundæ, & eventum conſilii rexit ac fortunavit clementer Deus. Illos ergo jureconſultos, ſolidè doctos, ſuique temporis clariſſimos, avidiſſimè ſectatus eſt, & inprimis præceptore, ac patrono uſus *Ferrario*. Hic, ut Heincenbergeri ingenium, veris ſententiis excoluit egregiè, & judicium ejus de fontibus legum, de ipſis legibus, de juſtitia, de republ. formavit præclarè, ita ille viciſſim *Ferrarium*, atque adeò leges ipſas, conatus eſt imitatione felici, convertere quaſi in ſuum ſanguinem & ſuccum. Cùm autem methodum etiam in jure neceſſariam & utilem eſſe videret, ordine didicit doctrinam legum, ſapienter metas quasdam in diſcendo retinens &

Io. Ferrar. & Oldend. Eos audit Heincenb.

obſervans, ne mens diſcentis, in imm
illis campis Jureconſultorum vagaretur
ſeſe quaſi certis ſeptis & cancellis inclu
& coërceret.

Incidit quoque id temporis, in ſodal
honeſtum, cum quo aſſidua & utiliſſin
jam domi habuit exercitia *diſputationum*
clamationum, lectionum in jure, in orato
& hiſtoricis, quicunque judicio docto
judicabantur optimi. Inter illos primus a
præcipuus ei adfuit, *Reinhardus Scheff*
cum quo deinceps per omnem ætatem
ctiſſima amicitia fuit junctus, & cui mo
Heincenbergerus, commendavit ſuan
miliam, ſcriptis amantiſſimè literis.

In hac militia, cum annos aliquot vix
ut diligentiæ in omni officio, doctrinæ &
tuti ipſius, debitum redderetur præmiu
ſcirent omnes ad *theoriam & praxin* in
eum eſſe idoneum, anno *quinquageſimo*
to, collata ſunt ipſi, & *Ægidio Mumm*
inſignia doctorum juris, in Cattorum
ſchola, cum quidem Heincenbergerus
annorum nondum *viginti quinque*, &
ante annos aliquot duxiſſet uxorem f
Conradi Heſſi, dicti *Buſſeck*, qui ſub *Car*
cum Roma caperetur ſtipendia fecit, de
ordines ſub Haſſiæ principe duxit, tan
prætor oppidi Marpurgi obiit.

Sacerdos itaque juſtitiæ ſolenniter dec
tus, ut ſaluti & commodis aliorum prod
& Theoriam exercuit, publicè diſcentibu
ge, explicando frequentiſſimo in audito
& ad praxin ſe contulit in patriâ, atque
civibus, rebuspubl. nobilibus, comitil
principibus Haſſiæ, in cameræ imperii j
cio, ubi ſæpè oppoſitus eſt ingenioſiſſi
& exercitatiſſimis doctoribus.

Anno *ſexageſimo tertio* miſſus fuit ad
peratorem *Maximilianum II.* apud q
ipſe memor veteris præcepti, ὁ σοφὸς εὐ-
ῥήμων ἔςω, *ſapiens rectè loquatur*, alic
horas, ea cum elegantia, ſuavitate oratio
gravitate & præſentia animi peroravit
auditorum animos, in ſui traxerit admira
nem, & amorem, atque paulò pòſt C
ipſe cum ſignificatione benevolentiæ ſin
lari, operam ipſius expetierit.

In reditu verò ex *Ungaria & Boëmia*,
tinere cum voluit, amplo ſtipendio prop
to, Elector *Saxoniæ*, qui pro onere quo
migrationis, ac primo aditu, aliquot m
obtulit. Suum etiam eſſe voluerunt He
cenbergerum, & vocaverunt Reſpubl. C
mites & Principes alii. Verùm patriæ
ſervire ipſe maluit. *Patriæ* enim *ſolum, c*
omnibus eſt charum, tum verò dulce atq;
cundum. Invitabatur autem & à Princ
Philippo Landgravio Haſſiæ, qui cum do
ejus noſſet, & magnificaceret, decreverat e
retinere iis in locis, quibus natus vide
tur, & eruditionem ſuam præcipuè deſti
verat, ac deinceps ſæpè multumque ipſius
pera & conſilio feliciter uſus eſt, in nego
& legationibus ad comitia, atque congr
ſus, & loca alia.

An

o *ſexageſimo ſeptimo* inter pias com-
ones & applauſus evectus eſt *Ludovi-*
dgravius, ad Haſſiæ gubernationem:
io ſtatim cogitavit de veris præſidiis
. quæ ſunt, *Dei inprimis favor*, & *re-*
dentum *conſilia.* Quæſivit igitur vi-
ximè idoneos, & conſilio, pietate, ac
præſtantes, quos præficeret guberna-
Cumque naturæ in Heincenbergero
tiam; ſtudia & mores conſideraret:
duci ad juſtitiam, fidem, cando-
moderationemque conſiliorum; &
rtutes excellente doctrina in ipſo
ari videret, clementer eum com-
eſt, voluitque vocem eſſe, publi-
rincipalis conſilii, ac paulò poſt curiæ
irium. Hic in quale theatrum & con-
negotiorum, laborum, curarum, peri-
n collocatus ſit, intelligunt ii, quibus
. & aula vel à limine eſt ſalutata.
ne cum in commune laboraſſet ſatis
empore, ut ferebat vitæ ratio, in per-
cogitationibus, curis, animi intentio-
cuta eſt in corpore toto, humorum
tio, & mala temperies ac δυσκρασία:
uando homini deſunt exercitia corpo-
otus, nec ipſe in illa occupationum &
orum mole, avertere potuit cauſas tur-
εὐκρασίαν; in qua conſiſtit ſanitas. Ita-
ltos annos graviſſimè, ſæviſſimis cum
is *arthriticis* & *podagricis* conflictatus
e etiam *calculo*, ut nulla calamitas ſo-
tus. In ipſis tamen morbis ac exqui-
ciatibus, nulla ejus fuit moroſitas, fre-
ulli, ſed ſermones pleni pietatis, offi-
itatis, utque *Heroici viri alacri ani-*
rimos labores ſuſcipiunt: ita ipſe affi-
ulo, & toto illo tempore, quo egredi
non poterat, regebat & gerebat nihil-
res maximas, deliberabat, legebat, lo-
ur ſine intermiſſione, & cum quadam
cia. Sed cum ad metam decurreret
s, recurrit morbus ſæviſſimus arthri-
podagricus, quem & ſæva lithiaſis
uuta eſt, quæ videbatur mox vires cor
mnes penitus exhauſtura. Poſt dies
edidit grandes calculos, ſed ab eo ſe-
ἀτροφία & καχεξία, qua paulatim ex-
Ex vitio enim & marcore ſtomachi,
inant medici, reſpuebat cibum, cor-
n alebatur, omnia alimenta corrum-
ur, & totus habitus colliqueſcebat.
n jam ſentiret vires corporis pertina-
violentia morbi ſuperari; ut antea in
a vita, ita deinceps quoque ad extre-
ſque halitum, prorſus religioſo, pio, &
animo voluntati divinæ obtempera-
ut exitus vitæ, cum anteacta vita, ut
idere bonis, planè congrueret. Ami-
uxori, ac liberis ad ſe accerſitis, cum af-
ut erat φιλόστοργος, dixit: *Longum*
ima mea pectora in Deo valete, inque
t mens una, ſit unus amor: hortatus-
t ſuos illos ad pietatem veram, timo-
& dilectionem DEI, fidem, ſpem,
tiam, ad literarum & pietatis ſtudia, &

reliquas virtutes. Et cum ad ægrotum jam morti vicinum ipſe Haſſiæ Princeps, cum illuſtriſſima conjuge, raro ſanè exemplo inviſere eſſet dignatus, fuerunt colloquia ejus plena pietatis, & verè cygnæa cantio. Nam paulò poſt: *nunc migro*, inquit, *ac dimittor, ſervus Dei & ipſe, cum ſervo Dei ſeniore Simeone, cujus memoriam jam celebrat Eccleſia, in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum Domine. Morior cum Chriſto, & reſurgo cum Chriſto. Ligata eſt anima mea in faſciculo viventium. In manus tuas Domine, commendo ſpiritum meum, redemiſti me domine Deus veritatis. Abluiſti & ſalvaſti me, ſanguine tuo Fili DEI, qui das vitam æternam credentibus. Beati omnes, qui confidunt in eo. Ergo non moriar in æternum. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Et ſic anno *octogeſimo primo*, die *tertio*, menſis Februarii, poſt horam *duodecimam* diei, ſuæ peregrinationis anno *quinquageſimo*, inter manus ſuorum, ac pia & ſua & ſuorum ſuſpiria, ad meliorem vitam abit. *Ioannes Ferinarius*, patrono & amico ſuo, poſtremi officii loco, breve Epitaphium carmen condidit ejusmodi: *Inviſitur à ſuo Principe.* *Moritur.* *Ferinarii Epigramma in eum*

Hoc tumulo ſancta requieſcit pace Ioannes
Heincenbergerus, gloria ſumma fori.
Flos ipſe egregiæ pietatis, flos & honeſti,
Iuſtitia, precibus, pacis amore, fide.
Vi Ludovice tuis conſultis, optime Princeps,
Decretis ſtuduit ſic, Deus alme, tuis.
Ergo anima excedens terris, cœloque recepta,
Vivit in amplexu lætitiaque Dei.
Non perit; at carpit cœleſtis gaudia vitæ;
Qui ſubit in Chriſti, fata ſuprema, fide.

Fulſerunt in hoc JCto tum aliæ tum inprimis tres illæ, omnibus gubernatoribus neceſſariæ virtutes: *Timor Dei*, inquam, ſive pietas, *fidelitas* & *juſtitia*. *Mediocritatem*, de qua præcipiunt & Philoſophi, in omni re exiſtimabat eſſe optimam, & maximè expetendam, ac in diſſenſionibus omnibus præſertim, norat *conſilia moderata eſſe tutiſſima, optima, & ſaluberrima.* Ideò & ipſe ea plerunque ſequutus eſt, & ut alii ſequerentur idem dedit operam. Omnes hortatus eſt ſemper, darent ſeſe ad lenitatem, ad pietatem quandam animi, ad patientiam honeſtam & Chriſtianam. Magno etiam ſtudio hoc egit: ut omnes docentes in Eccleſiis & ſcholis, juxta Prophetica & Apoſtolica ſcripta, ac Symbola à pia antiquitate condita, item juxta pias Synodos, & confeſſionem propoſitam Auguſtæ, tuerentur concordiam & conjunctionem, atque unum eſſent in Deo. *Virtutes Heincenb.*

Hæc de *Heincenbergero, ex oratione de vita & obitu ejus habita à Ioanne Fernario.*

IOANNES FICHARDVS.

☉ 1581. d. ... ætat. 71.

JOannes *Fichardus* Francofurti ad Mœnum urbe Imperii liberâ natus eſt anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo undecimo*, *Natalis Fichardi.*

P paren-

parentibus honeſtis. Hic ubi prima in ludo, ut vocant, triviali linguarum & dicendi artium jecit fundamenta, tum ad Philoſophiam ac humaniores diſciplinas, tum verò inprimis ad Juris ſcientiam animum adjecit, eoque nomine *Friburgum Brisgoiæ* ad Gymnaſium, ejus doctrinæ laude tunc celebre, ſe contulit.

Audit Zaſium. Ibi inter alios eruditione inſignes viros, *Zaſium*, Germanorum JCtorum facilè Principem, ei audire contigit, jam propè *ſeptuagenarium*, quo tempore, quanquam ob ſenium multa fuere in illo remiſſiora, etiam vox ipſa, quod tum edentulus eſſet, blæſior; ita tamen adhuc docendo ſcribit eum viguiſſe, ita, quæ dicebat, vixiſſe omnia, ut juratus confirmet, neminem ſe ex *Germaniæ* & *Italiæ* Doctoribus audiviſſe, qui Zaſium vivida illa docendi ratione ſuperarit. *Cui Fichardus carus.* Contulit ibi tum *Zaſius* in Fichardum diſcipulum ſuum tantum benevolentiæ, operæ ac ſtudii, quantum vix in alium quenquam. Itaque eodem Zaſio inſtigante ſummum Doctoræ honorem petiit; atque *Doct. juris renunciatur. Fich.* unà cum *Ioanne Sichardo* ſummum eum honorem, promovente *Zaſio* ibidem eſt conſecutus. *Agit Spiræ.* Deinde *Spiræ Nemetum* in ſupremo Imperii Germanici tribunali aliquandiu feliciter ſe exercuit. *Docet Patavii & Bononiæ.* Demum *Patavii* & *Bononiæ*, ubi eandem ſcientiam eſt profeſſus, cæterisque Italiæ Academiis juris ſtudium plurimum confirmavit; ac tandem Reipubl. in patria *Syndicus patriæ.* Syndicus annis *quadraginta quatuor* clariſſimus fuit.

Nominis ſui celebrationem longè lateque protulit plurimis non modò veterum Juriſconſultorum commentariis; ſed & ingenii ſui monumentis pulcerrimis, & utiliſſimis collectaneis in publicum editis, decus & ornamentum eorum, quibuſcum vixit, & patriæ, imò Germaniæ totius, & ſeculi ſui.

Obit. Tandem functus vitâ deceſſit Francofurti in patriâ anno *milleſimo, quingenteſimo octogeſimo primo*, annum agens *ſeptuageſimum*.

Scripta Fichardi. Scripſit *periochen vitarum recentiorum Iuriſconſultorum*, ab *Irnerio* usque ad ipſum *Zaſium*, eo ſaltem facto meritus; ut qui tot clarorum virorum memoriam in occulto latere paſſus non eſt, ipſe quoque oblivioni minimè tradendus. Præterea *indices duos omnium ſcriptorum in jure tam Pontificio, quam civili*, à veteribus ac recentioribus juriſconſultis, ad hæc noſtra uſque tempora editorum. *Ioannes Oporinus* impreſſit Baſileæ unà cum veterum juriſconſultorum viris, per *Bernardinum Rutilium* deſcriptis, & ejusdem Decuriâ. Ex *Galeni* libris Græcis Latinitate donavit, *de libris propriis*, de *ordine librorum ſuorum*: de *præſagiis ex inſomniis, quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi*: de *exercitatione parvæ pilæ, conſilium in morbo comitiali.* Ejusdem *tractatus Cautelarum omnium ICtorum qui hactenus cautelarum materiam* ex Profeſſo tractarant, opus juriſconſultis, potiſſimum autem advocatis pragmaticis, cauſidicis, atque omnibus in foro verſantibus non minus neceſſarium, quam utile & frugiferum, cum præfatione de recto & vero uſu cautelarum.

Encomium ejus decantavit *Laute*[...] hiſce verſibus:

Quanta ſit ingenii, Ficharde diſerte, [...]
Quanta ſit innocuo vita pudore ni[...]
Quæ virtus cœlum donans, pulcher[...]
rum
Hinc Themidis quantum juſtitiaqu[...]
Tot præclara tui referunt monumenta[...]
Inſignes morum tot ſuper orbe notæ.
Facta tot, humano quæ commendantur[...]
Arbitrii leges conſiliique tui.
Vt nullos fama pereas Ficharde per an[...]
Ingenium, virtus, vita, Themisque f[...]

Ex libr. 5. Proſopograph. *Henr. P*[...] *nis*: *Thuani* hiſtor. Auguſt. lib. 74. al[...]

IOANNES THOMA[...] FREIGIUS.

ORNATISSIMA *Brisgoiæ* urbs *Fri*[...] patria fuit hujus *Freigii*: parent[...] *Nicolaus Freigius* ex *Schalbach*, Juris ut[...] Doctor, & *Vrſula Armbroſterin*. Et [...] quidem primò amiſit, peſte ſublata [...] duabus ſororibus, anno Chriſti *milleſim*[...] *genteſimo, ſexageſimo quarto.* Has ſub[...] eſt pater, cujus vitæ curriculum filius [...] taphiis verſibus eſt complexus:

Hæc ego Nicoleos auguſti gloria juris,
Freigius in tumulo, care viator, ago.
Me pater agreſti genuit ſub rure colonus
Hic ubi Rauriacos Rhenus adurget a[...]
Prona ſed ad Muſas naturæ dona ſecutu[...]
Doctoris titulum commeruique decu[...]
Hinc ſacra legitimi pacto connubia lecti,
Brigoicis conjux eſt mihi ducta jugis.
Cum qua viventem quot erat ſat, ſ[...]
annos,
Me fœtu quino fecerat illa patrem.
Cui dedit Heroi rupes Spoletica nomen,
Et tenet Alſaticis ſplendida regna ju[...]
Illi noſtra fides & virtus cognita facta e[...]
Vnde meus, dixit, jure vaſallus eris.
Vt quoque poſt obitum notus foret omnibus[...]
Zaſius Almannæ gloria magna plagæ[...]
Vulgari illius multo monumenta labore,
Sic meritò laudem cepit uterque ſuam[...]
Quin clamoſa fori ſubſellia & ipſe ſecutu[...]
Pro trepidis feci ſplendida verba reis,
Hic ubi nimboſo torrente procacior Illa
Enshemi longè mœnia lata terit.
Inde ſed algentem cum conjuge vectus[...]
ſtrum,
Acceſſi ſedes Vlma ſuperba tuas.
Illic ipſe fui pars ſancti parva Senatus,
Et ſtudio juvi conſiliisque patres.
Verùm hic intumuit ſuffusâ venter ab und[...]
Is formidatis meque peremit aquis.
Corpus at hanc conjux transferri juſſit [...]
dem:
Quæ ſpacio hinc ipsâ diſtat ab urbe br[...]
Sunt ubi virginibus collegia condita ſacri[...]
Incola Sefflingam nomine turba vocat.

c exuviæ exſpectant: quoad ultima cunctos
uſti revocet judicis ora dies.

ſhic J. *Thomas Freigius*, Muſas ab in-
tate adamavit, & impenſiſſimè coluit.
naſio Friburgenſi ſedulò audivit, tum
n Zaſium, in jure ita verſatum: ut in
n jureconſultorum præceptis non tam
m civilemque facultatem; quàm verè
e judicandi Logicam prudentiam in-
t: tum *Henricum Glareanum*, qui præ-
ſitatem in docendo hoc etiam habuit;
evi temporis ſpacio, infinitos ferè au-
tam poëtas, quàm oratores abſolve-
udivit & *Petrum Ramum* Gallum, qui
luciditate brevitateque & ſingulari me-
n artium liberalium præceptis uſus eſt;
que artium theoremata ad uſum vitæ
e accommodavit, ſolaque utilitate &
metienda eſſe cenſuit. Horum trium
n veſtigia religiosè multis annis ſecutus
orum virtutes per acroaſes, quas fecit,
o verſum circumduxit, ut quantumvis
, utilitatis tamen & memoriæ, quam
n reliquerunt, commodo in ſcholis
ivi quodammodo obverſarentur.
cipio *Friburgi* docuit, deinde *Baſileæ*,
ibi velut alteram patriam delegerat,
bonas artes eſt profeſſus. Cum verò
ejus laboribus meditationibus & pie-
ec fortuna nec ſucceſſu reſponderent,
ferè animo alieno abhorrere cepit,
o quæ rura & quas agreſtes Muſas cum
raphicis laboribus conjunctas medita-
παγμοσύνην Platonicam ſequi. Ea in
ione dum fluctuat; à Norinbergen-
enatu, ſuaſore *Hieron. Wolffio*, ad
cholæ *Altorfii* * apertæ rectoratum e-
r. Itaque ſecundus ipſe fuit ejus ſcho-
no *Valentino Erythræo* demortuo, Re-
quem magiſtratum iniit ad diem *trige-*
Novembris anni *milleſimi quingenteſi-*
nageſimi ſexti, geſſitque cum indu-
fide ac finem uſque vitæ.[1] Explicuit
munere, hiſtoricos, poëtas, inſtitutio-
ſtinianæas & alia
t multos in palæſtrâ literariâ exhauſtos
s, * *Baſileæ* peſtis contagione, quæ
am urbem infeſtabat, ac tres ei liberos
rat, ipſe etiam infectus, crebris ad De-
mitibus fuſis, intra quadraginta horas
ceptæ luis ſenſu, ad æterna beatorum
a migravit, die *decimo ſexto* Januarii,
Chriſti ineunte *milleſimo quingenteſimo*
*ſimo * tertio*. Patrem ad lætioris vitæ
cia eodem fato, vix octiduo interjecto,
cuti ſunt duo filii.
it hic Freigius unus, ex numero eorum;
n diducendis ſapientiæ rivulis, & laba-
ibus diſciplinis fulciendis, humanæ ſo-
i operam utilem navarunt: eique rei,
commodis poſthabitis, ſtudium omne
nderunt, Philoſophiæ, Philologiæ, &
cognitione inſignis: *Petri Rami* ut di-
lus, ita ſectator per omnem vitam ſedu-

lus, atque ſtrenuus defenſor, cujus & indignam mortem ægerrimè tulit, & memoriam virtutis atque eruditionis hoc elogio ornavit:

Invictus, Rame es, nam bis duo pectore geſtas, — *Epigramma ejus in Ramum.*
Socratis, Euclidis, Tullii, Ariſtotelis.
Arte es Ariſtoteles, methodo Plato, Tullius ore:
Ingenio Euclides. Rame, quid ulterius?

Lucubrationes ejus partim *Philologicæ* ſunt & *Philoſophicæ*; partim *Iuridicæ*. Ad priorem claſſem pertinent: Ἐπιλόιμια ſeu *liber Triſtium*. — *Scripta Freigii.*

Schematiſmi breves trium Logicarum artium, ex optimis auctoribus confecti.

Paraleipomena in hiſtoriam Æmilii & Ferroni.

Quæſtiones *Geometricæ* & *Stereometricæ*, in Euclidis & Rami ςοιχειώσιν.

Quæſtiones *Logicæ & Ethicæ*: item ἠθικὰ καὶ διαλεκτικά.

Quæſtiones *Oeconomicæ & Politicæ*, cum aliis commentationibus.

Quæſtiones *Phiſicæ*, in quibus methodus docendæ Phyſicæ.

Orationes *Ciceronis* perpetuis *notis Logicis, Arithmeticis, Politicis, Hiſtoricis* illuſtratæ.

Pædagogus ejusdem.

Rectoratus Gymnaſii Altorfiani.

Orationes Freigii *variæ*.

Grammatica Græca, in epitomen redacta.

Hiſtoriæ ſynopſis.

Hiſtoria de bello Africano, in quo *Sebaſtianus Portugaliæ* Rex periit Anno 1578. die 4. Auguſti.

Hiſtorica *narratio Martini Forbiſſeri Angli* de navigatione in Occidentis & Septentrionis regiones, Latinè reddita.

Ad poſteriorem referuntur hæc: *Partitiones juris* utriusque.

Methodica actionis juris repetitio, ad ordinem Triboniani J. C. inſtituta.

Paratitla, *ſeu Synopſis pandectarum* juris civilis.

Logica Iureconſultorum.

Quæſtiones Iuſtinianeæ.

Zaſius Freigii h. e. Commentarii in pandectas juris civilis, olim ab Ulrico Zaſio diffusè tractati, multisque Apodicticis aucti: quibus acceſſerunt & *textus Florentinus*, infinitæ diſtinctiones, axiomata, Syllogiſmi & alia, cum Germanica verborum interpretatione.

Tantum de *Freigio ex ipſius orationibus, libello Triſtium*, & aliis ſcriptis.

NICOLAUS CISNERUS.

Ⓣ 1583. d. 6. Mart. ætat. 53.

NAtus eſt *Nicolaus Ciſnerus* anno à ſalutiferâ Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitate, *milleſimo quingenteſimo, viceſimo nono*, die *vigeſima quartâ* Martii *Mosbacchii* familia honeſtâ ac vetuſta *Mosbachium* autem fuit olim una ex Imperialibus urbibus, ſed ante ſecula plura Cæſare conſentiente, juriſdictioni Principum Palatinorum ceſſit, ac ſedes fuit — *Mosbachium patria Ciſneri.*

 aliquot

aliquot Principum, qui inde *Mosbacenſes Palatini* cognominati.

Familia Ciſneriana. *Avus Ciſneri.*

Hac in civitate familia *Ciſneriana* aliquot ſeculis eminuit: ac dignitates præcipuas geſſit. Nam ut alios omittamus, avus hujus, de quo agimus Ciſneri vir ordinis ſenatorii, defunctus eſt anno *milleſimo quadringenteſimo, nonageſimo quarto*, in extremâ ſenectâ, ac, præter famam nominis egregiam, reliquit filios quatuor, *Iodocum, Andream, Ioannem, Wilhelmum*, è quorum natu maximo genitus eſt Nicolaus Ciſnerus.

Pater.

Hic itaque à parentibus & patruis inde à pueritiâ bonis literis in ſcholâ patriâ imbutus, & in omni virtutum genere educatus, cum ingenii & indolis præclaræ eximia ſpecimina edidiſſet; *Haidelbergam* eſt miſſus: ubi primum in ſcholâ *Nicrinâ*, quam etiamnum ſic ab alluente Nicro vocant, & quæ tum *Padagogeum* urbis erat, operam ſtudiis ætati convenientibus dedit, è quâ ſcholâ non paucos doctos viros prodiiſſe ſæpè confirmavit.

Haidelb. mittitur. Nicrina ſchola.

Poſt anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto*, in collegium *Dionyſianum*, quod hodie ab illuſtriſſ. & fortiſſ. Duce *Ioanne Caſimiro*, qui à fundamento * inſtauravit, *Caſimirianum* dicitur, receptus, inſignes tum in literis humanioribus, Latinis, Græcis, atque poëſi inprimis, tum in Philoſophiâ progreſſus fecit: ut primam lauream anno *quadrageſimo quinto*, die *decimo ſexto* Junii; poſt anno *quadrageſimo ſeptimo*, die *ſexto* Julii Philoſophici Doctoratus, ſive ut vulgò, Magiſterii inſignia fuerit conſecutus, & in Senatum Philoſophicæ facultatis cooptatus.

**An. 1588.*

Teſtimonio Academ. ornatur.

Docet alios.

Exinde ad docendos alios animum adjecit, omnemque ſuam operam & ingenii vires ad inſtituendos ſtudioſos contulit, Ariſtoteleam Philoſophiam, diſciplinas Mathematicas, & alias explicando. Itaque & legendo multa, & ſcribendo ſtatim nominis aliquam celebritatem ſibi comparavit.

Abit Argent.

Profectus inde *Argentoratum*; tum ut ſtudiorum curſum urgeret, tum ut in virorum Doctorum notitiam alibi etiam perveniret; eſtque abſenti in Academia patriâ locus ad reditum uſque reſervatus.

Venit ad Bucerum affinem.

Ibi *Martinus Bucerus* doctiſſ. & pacis ſtudioſiſſimus Theologus, *Ciſnerum*, ut qui affinitate ipſi junctus eſſet conjugis ſuæ ratione, quæ aviæ Ciſneri ex ſorore neptis fuit, humaniſſimè complexus, locum ei apud ſe ſtudiis accommodum, à domeſticis ſemotum, cum ſummâ amoris teſtificatione, conceſſit. Nec *Bucero* ſolùm; ſed & *Petro Martyre, Paulo Fagio, Ioanne Sturmio*, aliiſque Argentoratenſis Reipubl. luminibus, familiariſſimè eſt uſus, humanitatem, benevolentiam in ſe, virtutesque alias eorum ſæpe prædicavit, ac ſacrarum literarum puræque Religionis cognitionem ex ore illorum hauſit, de quo ſibi itidem ſæpe fuit gratulatus. Scripſit ſub id tempus ad amicum quendam inter alia hæc: *Argentinæ Religio adhuc integra eſt: neque perditum illud commentum, Interim vulgò dictum, promulgatum. Legatos ad Cæſarem miſit Senatus, qui peterent: ut recepto teterrimo i[...] in collegiatis templis, reliqua puræ ver[...] prædicationi & vero ſacramentorum uſ[...] ſervarentur.* Hæc tum Ciſnerus.

Charus ibi viris clariſſ.

Paulò autem pòſt, diſcedente *Marti[...]cero* in Angliam, ab amicis priori Relig[...]ventibus *Haidelbergam* ad docendum vocatus, & à Principe Electore *Frider[...]* ſtipendio liberali honoratus. At cu[...]tatis, literarum, & inprimis videndi *Me[...]thonis*, civis Palatini, Germaniæque P[...]cis, deſiderio flagraret, abiit *Wittembe[...]* ubi quanto ipſum *Melanchthon* amore[...]plexus ſit, Epiſtolæ & carmina, quoru[...] pauca in lucem prodierunt, oſtendunt.

Anno *quinquageſimo ſecundo*, Witte[...]gâ *Haidelbergam* reverſus, de voluntat[...]derici* Principis Electoris, primus E[...] Profeſſor publicus, extra ordinem, & [...]morem antiquum majori ſalario, quà[...] Philoſophiæ Doctores, conſtitutus, inte[...]tando Græca *Ariſtotelis ad Nicomachum* [...]ca, & *Ciceronis de finibus* libros, expec[...]ni ac muneri ſuo præclarè ſatisfecit, in[...]perſtitit, uſque dum ſæva peſtis anno ſe[...]te *quinquageſimo tertio* ſcholam diſſi[...] Itaque cum agmine multorum diſcipulo[...] nobilium (in quibus *Ioannes Landſchada[...]nach*, poſt aulæ Electoralis Mareſ. hall[...] Mosbachenſis præfectus, *Iulius & Ant[...] Geuderi* Patritii Noribergenſes) tantum[...] Geratus, ut ipſius verbis utamur, in *Galli[...]* poſt in *Italiam* ſe contulit, ac in iſtis Re[...]nibus amplius *quadriennio* commoratus[...] civili, & præſtantiſſimis JCtis operam d[...] & in Academia *Piſana* Doctor eſt renuncia[...] Nec ejus ſolum ſcientiæ; ſed elegantium e[...] literarum Profeſſoribus, *Petro Victorio, Fr[...]tello*, cæterisq; clariſſimis Italis, cariſſimus, [...] admirationi fuit: *Biturigibus* autem inpri[...] *Franciſco Duareno, Hugone Donello*, reliq[...]que JCtis familiariter uſus. Vixit etiam [...]*dibus*, & *Pictavii*; *Rupellam* Santonum p[...] tum adiit Bibliothecas in illis Regionibus p[...]cipuas inquiſivit diligenter; ita jubente & [...]tente Electore *Othone Henrico* Palatino, [...] libris raris antiquitatisque venerandæ Pal[...]nam Bibliothecam inſtructurus, nulli ſu[...]tui, nulli labori pepercit, quo gloriam i[...]mortalem & ſibi & Bibliothecæ Palatinæ [...]perit.

Anno *quinquageſimo nono* reverſus è Gal[...] Ciſnerus J. U. D. & multiplice ac exquiſi[...] ſcientia auctus, Haidelbergenſis Academ[...] *Profeſſor Pandectarum*, ſimul Electoris Pa[...]tini *Friderici III. Conſiliarius* eſt deſignatu[...] nec multò poſt Franciſci *Balduini* ſucceſſo[...] juriscivilis anteceſſor à proceribus Academi[...] ob præclaram docendi facultatem, induſtri[...]am, promtitudinem ac integritatem vitæ co[...]ſtitutus.

Duxit ſub id tempus, anno nimiru[...] *ſexageſimo ſecundo* conjugem *Annam*, filia[...] *Hartmanni, Hartmanni* ab Eppingen J. U. [...]

quo[...]

dam Imperialis Cameræ aſſeſſoris, poſt
liarii & Cancellarii *Friderici* II. Ele-
s Palatini. Iſtum *Hartmannum Solonis*
ini cognomine noſtrates indigitarunt;
ris ſcientiam, conſilii præſtantiam,
æ tutelam, agendi dexteritatem: quibus
tibus adjunxit veræ religionis ſtudium
rtionem. At matrimonium iſtud fuit
m liberis: unde poſtea Ciſneri hæredi-
filii fratrum adierunt.

ectoratum Academiæ geſſit anno *ſexa-
o tertio* aliaſque dignitates cum commo-
holæ: cui quidem per *octennium* ſplen-
& laudis plurimum attulit. Diſceſſit
anno *ſexageſimo ſeptimo* in ampliſſimum
ratorii judicii collegium & cameræ Spi-
adſeſſor cooptatus. Itaque Principis
oris *Friderici* III. permiſſu, imò volun-
ut qui illum ad eam provinciam nomi-
: Spiram ſe recepit: ut exercitationi ju-
ſummo tribunali ſe dederet, ac patriæ
ri uſui eſſet.

ea ſtatione permanſit anno *quatuorde-*
omnium ordinum ſumma gratia & ap-
atione: & ſummi illius tribunalis ho-
& emolumento, juſtitiæ & æquitatis
es integerrimus: hiſtoriæ ſimul & Mu-
cultor eximius. Nam ibi quicquid ab
ariis laboribus ſucciſivi temporis ha-
legendo, ſcribendo, varios autores evol-
& edendo, conſumſit; omne tem-
perdidiſſe ratus, quod libris non im-
ſſet.

ollegis aſſeſſoribus & nominatim *Rein-
à Sickingen: Melchiori à Fleiſch: Hen-
Ramel, Renato à Duyn, Reinh. ab Ol.
ſen, Jonæ Weidenkopfio, Joanni Wa-
, Theodoro Appiano*, cæteriſque valdè
& acceptus fuit: quos inter *D. Joann.
leib* cognomento *Walſporn*; Argentora-
Reipubl. conſiliarius fideliſſimus, &
ro familiariſſimus.

illi quidem Ciſnerum lubenter & cupidè
Spiræ retinuiſſent, cujus ſapientiam, æ-
tem, ἀγχίνοιαν, integritatem multo tem-
cognoviſſent: ſed eum anno *octogeſimo
vicus* Elector Palatinus *Haidelbergam*
avit; ut ejus conſiliis, quæ pater *Fri-
s III.* ſalutaria fuerat expertus, in Rep.
gubernanda commodius uteretur: ei-
um curiæ Palatinæ Judicis Vicarii, tum
rdinarii quoque Profeſſoris juris in Aca-
provinciam duplicem demandavit.
que præclarè geſſit, quoad vires corpo-
ebant. Valetudine enim annis duobus
entibus afflicta fuit: cumque paralyſis
iſſet tandem, extremum diem clauſit
lbergæ, anno *octogeſimo tertio*, die *ſexto*
i, intra quintam & ſextam veſpertinam,
dem die, Menſe & anno *Zacharias
s* Theologus, & illi Wittembergæ ſtu-
n ſocius, Neuſtadii expiraſſe fertur.
hic inſerere Magnif. & tum Illuſtriſſimi
ris Academiæ Programma publicè affi-
quo ad juſta Ciſnero perſolvenda cives
nvitavit.

Fridericus Dei gratia hære[des]
Norwegiæ, Dux Schleſuici &
Holſatiæ, &c.

Academiæ Haidelbergenſis Rector.

*Obiit heri circiter 6. veſpertinam diem ſu-
um, collectus nimirum in ſanctiſſimam & bea-
tiſſimam cœleſtis Paradiſi Academiam, Ma-
gnificus & Conſultiſſimus vir, D. Nicolaus
Ciſnerus J. V. D. qui & olim in inclyta hac
Academiâ, maximâ cum laude docuit publi-
cè, & poſtea in ſummo Cameræ Imperialis
judicio inter Aſſeſſores eximium & præcipuum
quendam locum ſingulari cum dignitate, per
multos annos obtinuit. Et inde rurſus ex ſen-
tentia Illuſtriſſimi Electoris Palatini Domini
noſtri clementiſſimi, ante triennium huc re-
vocatus, inter cæteras plurimas eaſque maxi-
mas & difficilimas occupationes iterum Aca-
demiæ operam egregiam fideliter & feliciter
docendo navavit, donec tandem morbi graviſ-
ſimi impetu fractus, poſtmodum & Rempubl.
& Academiam & denique jam vitam hujus
mundi à Deo ipſo* ἐργοδότῃ *evocatus reliquit.
Fiet huic ſummo & venerabilis ſemper memo-
riæ viro, omni eruditionis laude, omni virtu-
tis, integritatis, candoris judicii, conſilii &
dexteritatis atque etiam felicitatis gloria, quam
admirabili cum gravitate & autoritate, nec
minori cum emolumento publico geſſit ac tu-
tatus eſt, cumulatiſſimè ornato atque aucto,
fiet inquimus, ei funus hodiè ad horam quar-
tam. Cujus honor ſolus eſt, in quo tum offi-
cium pietatis tanto nomini pro maximis labo-
ribus & meritis extremum præſtare: tum et-
iam deſiderii erga ipſum, & ſimul animi no-
ſtri erga alios ejus ſimiles, quicunque ſunt in
vita ſuperſtites, judicium facere queamus.
Quare hortamur omnes, non tantum juris
anteceſſores & ſtudioſos, qui hoc lumen ſuum
ingens ultrò agnoſcunt & venerantur; ſed &
cæteros jurisdictioni noſtræ ſubditos, apud quos
doctrina, virtus & ſapientia in honore eſt, ut
dicto tempore ante ædes defuncti ad comitan-
dum officiosè & ornandum funus conveniant,
& ſimul divinæ Majeſtatis ac potentiæ vim,
omnem gloriam atque virtutem humanam, ſub
peccato & morte concludentis, & viciſſim inef-
fabilis miſericordiæ & bonitatis abundantiam
& præeminentiam ex profundiſſimo interitu
credentes omnes revocandis & in ſtatum mul-
tò glorioſiorem vindicantis, piè expendant; &
pro Republ. cui Deus non obſcurè minitatur,
cum tam grandes ac fortes columnas ei ſubdu-
cit, vota religiosè faciant. P.P. 8. Martii anno
Salvatoris* 1583.

Sepultum autem eſt illius corpus in choro templi ad Spiritus ſancti, juxta conjugis, paucis ante menſibus defunctæ, ſocerique *Hartmanni* ſepulcrum. *Sepulcrum Ciſneri.*

Juſtus Reuberus vir clariſſ. hoc illi Epitaphium in pariete adſcribendum curavit. *Monum.*

PERPETUÆ MEMORIÆ NICOLAI CISNERI MOSBACENSIS J.C. SUA ÆTATE CLARISSIMI, QUI PRIMUM HEIDELBERGÆ MAGNA CUM LAUDE DOCUIT: DEIN SPIRÆ ADSESSOR; TANDEMQUE IN SUPREMO PALATINATUS JUDICIO PROJUDEX, CUM OMNIUM ADMIRATIONE JUS DIXIT; HÆREDES GRATI, CURANTE JUSTO REUBERO JURE CONSULTO POSUERUNT.

VIXIT ANNOS LIII. MENS XI. DIES VI. OBIIT PRID. NON. MARTII POST ANNAM HARTMANNAM CONJUGEM MENS. IV. DIES XX. ET CUM EA HOC SEPULCRUM SIBI COMMUNE ESSE VOLUIT.

Virtutes Ciſneri. Fuit vir ſolidè doctus, verè pius, patriæ & laborum amans, charus principibus, nobilibus, & bonis doctisque omnibus, inque magnarum rerum deliberationibus ſæpè cum fructu adhibitus.

Scripta ejus. Præter opuſcula à D. *Quirino Reutero* * divulgata, ſcripſit plurima, tum *in jure*, tum in *hiſtoricis*, tum in *humanioribus diſciplinis*: uti *commentaria in Ethica* Ariſtotelis: de *ratione exercendi ſtyli* ad imitationem veterum, inprimis *Ciceronis*, libros IV. in quorum primo de epiſtolis ad genus *deliberativum* pertinentibus egit: in *ſecundo* de iis, quæ ſub *laudatione* continentur: in *tertio*, *generis judicialis* materias tractavit: *quartum* attribuit mixtis: ſicut ipſe ad amicum ſcripſit.

* *A.* 1611.

Fatum Bibliothecæ Ciſneri. Idem quod Ariſtotel. Sed deplorandum hic eſt fatum Bibliothecæ Ciſneri, quam reliquit inſtructiſſimam, & manuſcriptis refertiſſimam. Accidit ei, quod de Ariſtotelica referunt autores vetuſti: quæ cum ad hæredes *Theophraſti*, diſcipuli Ariſtotelis, homines ἀπαιδεύτους, nec tanti theſauri gnaros, vel dignos æſtimatores perveniſſet: carie ſituque periiſſet tota: niſi Sylla Romanus, captis Athenis, Apellicontis Bibliothecam, in qua latuerunt Ariſtotelis & Theophraſti monumenta, magno pretio redemiſſet: eaque doctis Grammaticis & Philoſophis, recenſenda commendaſſet. Sic jacuit & Ciſneriana, plures annos abdita, in gurguſtio humido recluſa, ſquallori, putredini, tineis & blattis obnoxia. Longè poſt diſtracta, venit ære nonnulla ſui parte, in poteſtatem *Philippi Hofmanni* J C. & Anteceſſoris in Academia Haidelbergenſi. Hic, qua eſt humanitate, farraginem aliquam Ciſnerianarum chartarum cum D. *Reutero* communicavit è quibus opuſcula quædam concinnavit, typisque exſcribenda curavit.

Excuſa Ciſneri opera antè ſunt &
Acta viſitationis Cameræ Imperialis, c
titulos digeſta: *Aventinus* Latinè & G
nicè, ex M. S. authenticis codicibus
tus: *Crantzii Wandalia & metropol*
gnita: *Cyni lectura in codicem* recog
notis marginalibus auctæ: *Franciſci I*
JC. Bituricenſis anteceſſoris opera,
cta & recognita: In Jure varios etiam
libros, & commentarios in diverſos
ut de *novi Operis nunciatione*: *de Ju*
capionum: de *Actionibus*, qui tractatu
ratim excuſi: alia quoque plurima, ſ
perierunt. Superſunt *annotationes* q
ad *Plinium*, & nonnulla alia: ſed tenebr
damnata æternis.

Extant in eum elogia doctorum vir
de quibus hæc in effigiem & nomen C
Joanne Poſthio luſa, ſubjicere lubet.
ergo eſt ejusmodi:

Maxi[illegible] ingenio Ciſnerus, corpore p
Aoni[illegible] vixit gloria, juris hono
Spira for[illegible] imperii, Themidisque ſa
norunt.
Auguſta; ac celebris littora culta N
Quæ doctam toties vocem ſtupere loquen
Jam pia defuncti corporis oſſa tegun
Magna Palatini quem Principis au
quirit
Et clara antiqui pulpita Gymnaſii.

Poſterius in nomen ejus eſt h

Litterulas totidem planè & Ciſnerus ea
Quas ſincerus habet: collige, certus
Et benè: cui ſincera fides, mens, vitaq
eſt;
Sinceri nomen convenienter habet.

Ex deſcriptione *vitæ & obitus Ciſne*
D. Quirinum Reuterum Theol. addita o
lis Ciſnerianis anno 1611. *ab eodem Reute*
tis: Joannis Poſthii M. D. parergis.

LUDOVICUS GREMPIU

CAput florentiſſimi Wirtembergici
catus eſt *Stutgardia*, non procul
cro, in valle amœnâ, circa annum C
milleſimum centeſimum decimum nonu
Rodolpho; ut volunt, Marchione Baden
dita, & ab * equarum, quæ ibi paſc
tur, horto appellata, hodie inſignis
tabulario Principis, & magnificis civium
bus. Hac in urbe primum hujus cœli
tum hauſit *Ludovicus Grempius*, ſub a
milleſimum quingenteſimum nonum, pa
bus natus honeſtis: qui à puero filium
nis moribus & literis imbuendum
runt.

Stutgardiâ Tubingam, quæ proximu
illâ locum obtinuit, Academiâ celeb
miſſus, cum in artium humaniorum &
guarum ſtudio progreſſus feciſſet non p

ad Jurisprudentiam animum appulit:
ſque eâ in ſchola publicos diligenter
Quâ adſiduitate tantum conſecutus
ructum ſuorum laborum & vigiliarum
honeſtiſſimum. Ibi enim ſolenni Aca-
um more Doctor Juris renunciatus in
n ſacerdotum juſtitiæ eſt adſcriptus.
tem abſque pietate & virtute doctrina
nanca ſit & mutila, imò ne tanti qui-
ienda: Grempius & pietatem coluit;
morumque integritate eruditionem
è ornavit.

e cum *non tam videri, quam eſſe bonus*
& ſingulari (quæ in Jureconſulto vel
è commendatur) prudentiâ atque fa-
olleret: ab Argentoratenſis Reipub.
circa annum *milleſimum quingenteſi-*
uadrageſimum primum, invitatus Syn-
e munus ſuſcepit, magnaque cum pru-
fidei, & induſtriæ laude annis com-
s geſſit.

cum *Jacobo Sturmio* Reipubl. illius
multis Imperii comitiis aliiſque con-
s interfuit: & quæ in mandatis habe-
eliter ac feliciter expedivit. Inprimis
ſt bellum Smalkaldicum, cum nova
is forma, quam Interim vocarunt,
Cæſaris juſſu Imperii ſtatibus obtrude-
anno *quadrageſimo octavo* Auguſtam
miſſus fuit; atque cum Cæſare ſuæ
l. nomine egit; ut religionis negotium
ceretur antè, quam aliquid certi in eo
tur. Mox menſe Septembri ejuſdem
æſaris reſponſo in Senatu Argentora-
nderato, unà cum *Jacobo Sturmio* &
o Gigero Grempius; denuò ad Cæſa-
ram mittitur, quem cum ibi non in-
t *Moguntiam* & deinde *Coloniam* us-
uti ſunt. Ibi poſt multam actionem
legatis conceſſum; ut cum ſuo Epi-
de religione tranſigerent; eâ tamen
ſi non conveniret; penes ipſum Cæ-
ſſet arbitrium. Anno deinde *quin-*
mo ſecundo menſe Septembri, cum
Auguſtus *Metim* properans Argen-
n peteret; denuò cum *Jacobo Sturmio*
erico Gotteſſemo legatus, ſex ab urbe
bus ad Cæſarem venit, deprecatum:
rum finibus parceret; traduceret par-
ercitus; neve cum majoribus ipſe co-
urbem ingredi vellet, nec in Republ.
am mutaret. Ibi cum perhumaniter
egatos excepiſſet: *ſcire ſe dixit*, &
re; quàm præclare fortiterque ſe nuper
ea civitas; quantumque ſibi beneficium
erio toti dederit: ejus rei perpetuam
e fore memoriam; & *re ipſa declara-*
per occaſionem, quantum eis hoc nomine

ea repentinum ſuum adventum excu-
opter incenſas ab *Alberto naves*; pro-
atum nuncium de Gallorum in *Alſa-*
curſu, tum etiam propter anni tempus;
eleritatem poſtulet; ut quamprimum
em pervenire poſſit. Exercitum ergò ſe traducturum præter urbem, quam ſit ipſe cum ſuis domeſticis tantum ingreſſurus, & ſumto prandio ne pernoctaturus quidem. Ea etiam quæ legatis promiſit, die *decimo quinto* Septembr. urbem antè non viſam ingreſſus præſtitit; & ſub veſperam egreſſus in vicum proximum divertit, ibique pernoctavit.

Nec verò Grempius ſuam operam extra urbem ſolum Argentoratenſibus egregiè probavit; ſed etiam intra mœnia ſuis conſiliis effecit; ut pace inter cives conſervatâ, omnes ordines florerent; atque tranquillam vitam ducerent. Quin etiam à quibuſdam vicinis principibus ad conſilia adſcitus, quid jus, quid æquitas in variis caſibus requireret, apertè oſtendit; cunctiſque ſuâ eruditione & variis corporis ac animi dotibus fuit gratiſſimus.

Ab exteris conſulitur Grempius.

Ad meliorem vitam abiit tandem *Argentorati* anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio, undecimo* Martii, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo quarto*. Moriens, ut gratitudinem erga nutricem ſuam declararet, Bibliothecæ Academiæ Tubingenſis egregiam omnis generis librorum ſupellectilem legavit, quæ eò translata hodièque adſervatur.

Moritur.

Legat. lib. Acad. Tub.

Ex *Sleidani commentariis*: *lib.* 3. *Proſop. Pantaleonis*: *Cruſii annalibus Suevicis*.

CASPAR WILDIUS.

Θ. 1584. d. 6. Febr. ætat. 58.

Caſparum Wildium in hanc lucem editum accepimus, anno ab exhibito mundi Salvatore *milleſimo quingenteſimo viceſimo ſexto*, *Spiræ* Nemetum, urbe Imperii ſupremo Judicio celebri. Patrem habuit *Marcum Vahingenſem*, cuſtodem Archivi cameræ Imperialis, quem Lectorem vocant. Hic à principe *Vlrico* Würtembergico recuperatâ ditione, ob induſtriam & fidem probatam evocatus: patriæ Principi operam ſuam addixit: ut ei à conſiliis eſſet. Verum dum vir optimus in patriam terrenam iter molitur, à Deo in patriam cœleſtem vocatur, relictis cum uxore teneris liberis quinque. Mater ergo vidua *Spiræ* ſubſedit; & pro modulo facultatum liberos educavit in pietatis virtutiſque ſtudio: & ſimulac per ætatem potuerunt, filios tres in ludum miſit. De quibus cum hic Caſpar felicioris ingenii & elegantis indolis non obſcura ediſſet ſpecimina: Princeps ille Ulricus ea de re edoctus, inter eos pueros eum ultrò eſſe voluit: quos Tubingenſi in ſchola ſuis ſumtibus aleret. Fuit hoc initium ſtipendii, quod vocant Principis, nunc in Germaniâ paſſim celebrati.

Marc. Wild. pater.

Conſiliar. Würtemb. deſignatus.

Moritur.

Recipitur in ſtipend. princ. Würtemb. Caſpar Wild. 1537

Venit eò Wildius anno *trigeſimo ſeptimo*: Ibi cum puer ſine præceptore eſſet; multique affirmarent, eum remiſſius in ſtudiis verſari: ipſe tamen ocioſus, nunquam fuit ocioſus. Nam tacitus ſecum, quæ à præceptoribus in artibus Logicis & ſtudiis Philoſophicis acceperat,

perat, ruminabat, ita ut ſubſidio ſcribendi opus ei non eſſet.

Ornatur teſtim. Philoſ.

Itaque honorem primum à bacca lauri dictum anno *quadrageſimo* eſt adeptus: ſupremum verò, anno *quarto & quadrageſimo*, competitoribus ſeptendecim: è quibus *David Chytræus: Georgius Liblerus, Theodoricus Snepfius*, & alii, poſtea in Republ. præſtantes viri.

Philomathematic. Wildius.

Cùm verò ingenioſiſſimus quisque ſtudiis Mathematicis delectetur impenſiſſimè: hic etiam adoleſcens plurimum in Matheſi collocavit diligentiæ ac laboris, inprimis *Geometriæ* & *Arithmeticæ* perquam fuit ſtudioſus; adeoque in iis excultus: ut publicè cum laude eaſdem profiteri potuiſſet.

Cuthbertus Tonſtallus.

Euclideas verò propoſitiones ferè omnes memoria tenuit; ut non tantum intelligeret eas; ſed demonſtrare quoque expeditè poſſet. Sæpè etiam cum libri de arte ſupputandi *Cuthberti Tonſtalli, Angli* adoleſcentibus proponerentur; & magiſter aliis intentus, in operando aberraſſet: ubi vidit ſe erraſſe, Wildium non dubitavit coram omnibus jubere errorem indicare, cujus perſpicacitatem norat.

Aggreditur juris ſtudium.

Domum deinde reverſus, cum ſuis de ſtudiorum genere eligendo deliberavit. Ibi omnes ad ſtudium juris eum hortati ſunt: tum quod videbant eò ipſum ferri; tum quod ſperabant, imitatorem fore induſtriæ paternæ; & invitabatur eò ipſemet commoditate Bibliothecæ ſatis inſtructæ, à patre relictæ.

Cum igitur interceſſione Erharti Snepfii Theologi, tunc collegii illius Inſpectoris, à Theologiæ ſtudio, ad quod Principis alumni omnes obligati ſunt, digreſſionem ad juris ſtudium impetraſſet: magna id cœpit diligentia urgere, Philoſophicis tamen & humanioribus Muſis non planè neglectis. In Arithmeticis enim & ſe & alios exercuit, & repetitionem *Dialectices* & *Rhetorices* in collegio Principis, ſibi demandatam diligenter obivit; ut non exigui tum ad ipſum, tum ad diſcipulos fructus redirent.

Agit cauſas.

In doctrina juris triennium amplius verſatus, ut ad praxin accederet: cauſas in conſiſtorio Principis agere cepit: ubi ingenii ac judicii apparuit lumen in eò luculentum: adeò ut nulla eſſet ferè gravior cauſa; quæ non ejus patrocinio uteretur.

Ducit uxorem 1548.

Sub idem tempus ad nuptias animum adjecit; duxitque in matrimonium virginem lectiſſ. *Annam Amandi Möglingi* Uracenſis JC. filiam, ex qua ſuſcepit filias quatuor, filium unum. Mox ſequenti anno *undequinquageſimo* cum de ejus in agendis cauſis dexteritate fama increbuiſſet: à Principe *Vlrico Stutgardiam* eſt vocatus; adſcriptusque advocatis, in conſilio Principis cauſas agentibus.

Fit advocatus Stutgard.

Hac in functione, etſi ferè infin
qua explorari ſolet induſtria eorum,
altiora adſpirarent, ſubſtitiſſet ipſe
αὐτάρκης, & remotus ab omni ambiti
ſuo ſibi ſucco & arbitrio vivendum
Innotuerat autem jam nobilitati Suevi
vibus item opulentioribus illius Ducatu
ad eum quotidie confluebant, vel p
nio in conſilio Principis, vel conſilio
dem ad alios judices in praviſſ. cauſis
à quibus etiam non petenti ultrò obtrud
tur munera. Verum cum Princeps C
phorus Ducatum anno *quinquageſimo*
nandum accepiſſet: de reformandis &
ſia & politia ſalutariter cogitare cepit
cum optimus Princeps videret eam ad r
bi opus eſſe viris doctis, prudentib
piis, quibus & religio pura & ſalus Re
curæ eſſet: in eorum numerum Wi
quoque allegit. Hujus deinde opera
triginta annos Principes Wirttemberg
deliberationibus graviſſimis & comitiis
feliciter uſi ſunt. Omnes enim conſti
nes Imperii, comitiorum receſſus, D
Wirttembergici ordinationes & jura m
palia, qua fuit memoriæ felicitate, a
guem calluit. Præterea religionis, cujus
ma capita *Auguſtana* & *Wirttembergica*
feſſione comprehenſa ſunt, fuit aman
mus, hæreſium verò omnium hoſtis
rimus.

Itaque cùm Princeps *Chriſtophorus* p
pua doctrinæ cæleſtis capita, ex Augu
confeſſione repetita, brevi libello compre
ſa, firmisque ſcripturæ & doctorum eccl
ſticorum teſtimoniis confirmata *Concilio*
dentino obtuliſſet: mox leges & ordin
nes eccleſiaſticas ſanxit; ut omnia ex Apo
mandato εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν gerere
Hunc finem ut obtineret: voluit ut viſit
nes omnium eccleſiarum ſingulis ſemeſtr
fierent; conſtituit Senatum eccleſiaſticum
quam omnia referrentur; & qui de rebus
ceſſariis, ſciente tamen ſemper Princi
mandata daret: juſſit ſimilem docendi
tionem in omnibus Ducatus ſui ſcholis
ſcribi, monaſteria, monachorum latibula
antiquam formam revocavit, reditibus
educationem juventutis collatis: mandav
inſpectiones ſcholarum, quæ tum in mo
ſteriis, tum in oppidis, frequenter &
genter inſtituerentur: omnesque ad Tu
genſem Academiam tanquam caput reſp
rent: quas ordinationes & conſtitutio
omnes, eccleſiaſticas & ſcholaſticas juſto
lumine eſt complexus: tanquam regulam
petuam, quam & ſenatus eccleſiaſticus &
ſitatores eccleſiarum Miniſtri, ſcholarum
ctores, ſemper ſequerentur. Eo in li
conficiendo ac digerendo primæ partes W
dii fuerunt & labore illi conſtitit maxim
materiam ſuggerente *D. Brentio*; qui c
Wildio multa & eccleſiaſtica & politica co
municavit. Tanti autem iſte liber ab al
factus eſt: ut nonnulli Principes in ſuis qu

q

ccleſiis reformandis eum tanquam nor-
ſecuti ſint.
em Princeps Chriſtophorus, cum in ju-
magna eſſet difficultas, propter varias
lorum ferè oppidorum, ſæpè etiam pa-
n conſuetudines; Rempubl. ſublatis il-
nſuetudinibus optimis legibus & inſtitu-
mperavit. Juſſit enim unum & com-
e jus municipale conſcribi; ſecundum
omnes controverſiæ deinde judicaren-
In qua cum ambigua quædam, quæ-
obſcuriora eſſent: Wildio id negocii
; ut omnia relegeret; ambigua tolle-
bſcura explicaret. Quod cùm feciſſet;
obataque in conſiliis Principis omnia eſ-
convocatis ex ſingulis oppidis Duca-
Virtembergici præfectis & judicibus,
vit explicavitque, & conſulendum ſe o-
us præbuit.
em Princeps mandavit: ut de rebus ad
nodum patriæ pertinentibus delibera-
s haberentur. Ea ad *comitia provincia-*
m delectus; juſſu Principis venit etiam
dius ſemper: ſcripta omnia compoſuit:
neceſſaria viſa ad Principem retulit, &
ncipe iterum ad conventum: animos
agiſtratus ſummi & civium vinculo ar-
mo copulavit. Magnum opus, laboris
i, fructus majoris.
em Princeps cum vellet: ut ſcholæ Tu-
nſis, qua in ſuo Ducatu majus orna-
um nullum eſſe dicebat, ratio haberetur
ntiſſ. omnibusque modis ſaluti & incre-
is ejus provideretur: hanc etiam ad rem
alios Inſpectorem vel commiſſarium de-
Vildium, qua in functione diligentiæ,
is, ſtudii in ſe deſiderari nihil eſt paſſus,
e eo ad exitum vitæ uſque perſeveravit.
nno *octogeſimo quarto*, die *tertio* Februa-
viſitandam Academiam Tubingenſem
s: cùm mandata Principis expoſuiſſet;
erationibus totum biduum interfuiſſet:
ue cœnæ tempus inſtaret, libro quem
at intentus, apoplectico paroxyſmo cor-
r, paucisque vocibus editis extinguitur,
exto Februarii, exemplo nobis relicto;
en ores ſimus vocis illius Domini no-
Vigilate, quia neſcitis, quando Domi-
veniet. Corpus die *ſeptimo* Februarii
rificè terræ mandatum eſt Tubingæ, in
rbano cœmiterio. De hoc viro eſt tale
ſi elogium.
ἀ μὲν πολιτικὰ φρόνιμος, τὰ δὲ πρὸς
εὐσεβὴς, τὰ δὲ κατὰ τὸ σῶμα, εὐμήκης,
ς τανύθριξ, μελανοπώγων, δασυπώγων,
λαλος, καὶ φρονιμολάλος, in admini-
da Republ. & rebus civili bus fuit vir pru-
, in religione ad Deum pius: quoad cor-
tatura proceræ, crinibus admodum pro-
is, barba nigra & denſa, ſermone pauco,
ravi ac prudenti.
irati in eo ſunt multi tum alia, tum in
is memoriam omnium fideliſſimam &
eſitatem in negociis expediendis ſingu-
n. Jura Principum ſuorum acerrimè pro-
pugnavit, ſæpè dicere ſolitus: *facilius ac li-*
bentius ſe jacturam ſuarum rerum facturum:
quam de jure ſuorum principum aliquid remiſ-
ſurum.

Privata vita plena fuit pietatis, humanita- *Vita privata.*
tis, ſuavitatis; erga conjugem, filias, fami-
liam: rem familiarem parſimonia magna,
ſine injuria aliorum, auxit. In victu quoti-
diano, in cultu & ornatu, tum ipſe, tum uxor
& liberi, adeò nihil adhibuit ſuperfluum: ut
ſæpè ab amicis eo nomine fuerit reprehenſus.

Laborum, & dolorum etiam corporis; *Patientia.*
fuit patientiſſimus. Podagram hæreditariam
à matre habuit: quâ cum vexaretur, non mo-
dò impatientiæ ſignum nullum, ſed etiam in
lecto reſponſa dedit, ſcripſit, utque primum *Ratio ejus commentandi.*
repere ſaltem poterat ad officium redibat. Ab
ineunte ætate ſe adſuefecerat ita: ut mens in
unam rem intenta eſſet, nec aliis cogitationi-
bus diſtraheretur. Itaque domi inter ploratus
liberorum, garritus familiæ; colloquia ho-
ſpitum; non aliter, quam ſi ſolus eſſet cogi-
tationes explicabat ſuas. Cauſam animo com-
plexus, non deſiſtebat à ſcribendo antè, quàm
totam pertexuiſſet. Injuriarum facilè oblivi-
ſcebatur: amicitiarum nunquam: quin & li-
beris mortuorum amicorum, ubi potuit be-
nefecit. Ne tenuioris fortunæ aſpernatus eſt *Amicitia obſervans.*
quenquam: ſed puerilis cum ipſis conſuetudi-
nis, non ſine delectatione, fuit recordatus.
Quod autem caput, pietatis à puero fuit ſtu- *Pietas.*
dioſiſſimus: & maximè extremis aliquot an-
nis precationi, concionibusque deditus im-
penſiſſimè: evchariſtiæ ſacræ uſu ad beatam
ex hac vita migrationem ſe præparavit: quæ
ſanè opinione citius ipſi contigit. Sed nun-
quam malè moritur, qui mori quotidiè di-
ſcit.

Ex oratione funebri habita à Georgio Lib-
lero Profeſſore Tubingano.

AMBROSIUS LOBWASSERUS.

Θ. 1585. d. 27. Nov. ætat. 70.

INter alias Germaniæ regiones, celebris non
ab uno jam ſeculo eſt.

Miſnia, fulgenti tellus opulenta metallo. *Miſnia metallifera.*

Etſi enim olim in Macedonia dilaudatæ fue-
runt venæ ad urbem *Philippos*: quæ annuatim
attulerunt *ſexies centena*, ut nos loquimur,
coronatorum millia: tamen aliquantò uberio-
res fuiſſe conſtat in Miſnia varias tum *Fribur-* *Argentifodina Friburg & Sneberg.*
genſes, tum *Snebergenſes*. Apertæ hæ ſunt ſub
* annum *milleſimum quadringenteſimum ſep-* ** Georg. Agric. de re metall. cap. 4.*
tuageſimum ſecundum: & ex fodina, cui *Ge-*
orgii nomen, foſſores tam multum argenti
quarta anni parte eruerunt: ut in ſingulas
centeſimas viceſimas octavas partes diſtribue-
rentur panes argentei: qui valerent *mille &*
centum aureos nummos Rhenanos. Eò ergo
cum undique confluerent, ut fit, metallici, op-
pidum ædificare cœptum eſt, nomenque à
monte, ob nivis ibi diu jacentis copiam, dicto
Schne-Berg adeptum.

Natalis Lobvvaſſ. Pater.

Hoc in oppido naſcitur anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo decimo quinto*, die *quarto* Aprilis, *Ambroſius Lobvvaſſerus*. Pater ei fuit, præfectus metallorum, in illis metallicis, cujus officium eſt omnia moderari prudentia ſua; imperare, quæ fructum rei metallicæ afferant, prohibere contraria; omninoque gerit perſonam vel regis, vel principis, irrogat & mulctas ſontibus.

Hic tenerum pueri animum, ſimulac per ætatem potuit, literis curavit, ac moribus elegantioribus, imbuendum. Quemadmodum enim in arboribus & plantis uſu venire videmus, ut teneræ adhuc culturam admittant, & quoquo valis flecti ſe patiantur: idem in educatione accidit ætatis primæ. Itaque cum maturè ad officinam virtutis & doctrinæ ductus eſſet, ſtatim ut felix planta, quæ ſpes fructuum concipienda eſſet, oſtendit.

Lipſiam mittitur.

Vix dum igitur annum ætatis *duodecimum* egreſſus, à patre in ſcholam *Lipſicam* fuit miſſus: ubi frater tum erat Profeſſor. Sub hoc ſtudiorum gubernatore; qui & ſanguinis conjunctione, & adoleſcentis indole ductus, nulli operæ in informando pepercit, tantum profecit: ut eruditionis teſtimonium publicum anno ætatis *viceſimo* fuerit conſecutus.

Poſtea exercendi ingenii cauſa, juventutem, artes, & literas bonas docuit, profectuumque ſpecimen depoſuit honeſtum. Verùm cùm ad altiora animus egregius adſpiraret; atque exteras perluſtrare regiones unicè in votis haberet: de conſilio ſuorum *Gallias* adiit, ephorus datus quibusdam è nobilitate præcipua adoleſcentibus.

Lovanium venit. Suus cuiq; Acad. genius.

Venit igitur primum *Lovanium*, ubi jam dudum floruit ſchola, & juris inprimis diſciplina. Eſt enim ſuus ferè cuique Academiæ genius, atque laus quædam, ex certo doctrinarum genere, præcipua: ita ut alibi dominetur verè domina facultatum, ut appellant, omnium Theologia: alibi primas teneat juriſprudentia: alibi aliæ artes.

Audit Mudæum.

Audivit ibi magni nominis JCtum *Gabrielem Mudæum* diligenter, unà cum ſuæ fidei commiſſis. Increbeſcente autem magis magisque fama de *Petro Ramo*; cupido inceſſit & ipſum ſalutandi audiendique.

Et Ramum Lutetiæ.

Anno igitur *Lovanii* exacto, *Pariſios* cum ſuo comitatu petit: & ſemeſtre tum Ramo, tum aliis viris doctrina inſignibus operam dedit.

Biturigib. Duar. & Donellum.

Lutetia deinde *Bituriges* proficiſcitur: ubi coryphæi juris tunc temporis vivebant *Duarenus* & *Donellus*, quorum nomina nulla unquam delebit oblivio. His ducibus Lobwaſſerus ita in adyta ſacrarum legum ſeſe penetravit; nullus ut eſſet nodus legalis ſcientiæ, quem non perſpicuè & expeditè ſolvere poſſet.

Redit in patriam.

Subſtitit ibi in *tertium* uſque *annum*; exinde perluſtrata *Galliâ Lugdunenſi & Andegavo*; ubi annum amplius poſuit in ſtudio literarum, reditum in patriam ſuſcepit, cum in *Galliis* luſtrum degiſſet. Mox reverſum, ut carmen parentale habet,

——Burggravius qui rexit Miſnica r
Ipſum à conſiliis juſſit adeſſe ſibi.

Eo in munere cùm annos *quinque* non ſi
dei & induſtriæ laude, fuiſſet; *Italiam*
& *Felſinæ*, quæ *Bononia* hodie, inſignibu
ctoralibus eſt ornatus. Reverſus apud
trem *Lipſiæ* ſemeſtre delituit; donec à P
pe *Alberto* ſeniore, primo *Boruſſiæ* D
evocatus fuit; ut in monte Regio,
haud ita pridem publicam ſcholam ap
rat, ſtudioſæ juventuti jura proponer
explicaret; ſuisque conſiliis Reipub. &
riæ adeſſet.

Secutus eſt Lobvvaſſerus honorifican
cationem; annisque compluribus Spar
quam nactus erat, fideliter ornavit. It
charus fuit Principibus ſuis *Alberto* ſe
ejusque filio ac ſucceſſori, dum in tabu
Ducum prudenter conſulendo, induſtr
doctrinam, fidemque luculenter prob
ſummumque illius Academiæ magiſtrat
quem rectoratum vocamus, pluries geſſit

Ætate ad ſenium præcipitatâ, graviſ
articulorum & pedum morbo fuit corre
cumque eo ſexennium ipſum conflictat
donec tandem, quod ſæpè optarat;
Deo precibus devotis petierat, pla
mors finem & dolorum & vitæ ei at
Quod factum Regiomonti, anno Chri
milleſimo quingenteſimo octogeſimo quinto,
viceſimo ſeptimo Novembris; cùm vix
annos *ſeptuaginta*. Sepultus eſt ibidem
tali monumento:

VIRO CLARISSIMO, PIETATE, V
TUTE ET DOCTRINA PRÆSTA
TISSIMO, DOMINO AMBROS
LOBWASSERO, J. U. D. ILLUSTR
PRINCIPIS BORUSSIÆ CONSIL
RIO ATQUE PROFESSORI, Q
OBIIT XXVII. NOVEMBR. ANN
M. D. LXXXV. CUM VIXISSET A
NOS LXX. MENSES VII. DIES XX
IN MEMORIÆ IMMORTALEM,
MORISQUE SINGULARIS, ET GR
TÆ MENTIS SIGNIFICATIONEM
PONI CURAVIT FRATER MICHAE
LOBWASSER.

Epitaphium ipſe moriturus de ſe
tale fecit:

Expertus mundi vanas res eſſe nihilque;
Hic quoque nunc jaceo pulvis & umb
nihil,
Sed qui de nihilo cœlum terramque creavit,
Me cum carne mea non ſinet eſſe nihil.
Hac ſpe nil mortem feci, nihil omnia feci,
Nil nihili vermes poſſe nocere ſcio.

Vir fuit hic pius, eruditus, candidus, artium
humaniorum literarum amantiſſimus: quib
ut commodius vacare poſſet, cœlibem
extremum uſque ſenectam, vitam egit. Mo
riens Bibliothecam ſuam juridicam *Fabia*
no Lobvvaſſero fratris filio, legum ſtudio
ſo, ſuprema voluntate legati nomine reli
quit

& ſtipendium quoque ad cœptam ſtu-
m telam feliciter pertexendam decrevit.
it linguas plures, interque eas Gallicam.
e totum *Pſalterium Davidis Germanicè*
mis ſecundum numeros Gallicæ *Theo-*
Bezæ, & *Clementis Maroti* translationis
micæ, quam proximè ad Hebraicam ve-
m accedens, horis ſubſecivis tranſtulit
ſtravit, additis argumentis Pſalmorum, &
tionibus breviſſimis, unà cum melodia
or vocum. De hac translatione Pſal-
m ita habet auctor carminis, quem ſe-
ur:

deo Elector Rheni laudavit, ut ipſos
ntare in templis juſſerit uſque ſuis.
loquor, Schedium quandam conduxerat
idem:
Pſalmos tali redderet ille modo:
am lapſus erat completis menſibus annus;
anſtulerat Pſalmos quando poëta duos.
it interea ſenis hujus Pſaltria Muſa,
rarum, & magnæ ſedulitatis opus:
uod optavi dudum, mihi præſtitit autor,
ignem dicunt tunc retuliſſe ducem.

prehendit etiam verſibus *ſermonem de*
tate literarum: reddidit Germanicis
mis *patrum hymnos*: ſummas denique
um Biblicorum itidem verſibus expreſſit.

deſcriptione curriculi ipſius vitæ, carmi-
giaco edita Regiomonti anno 1585.

MATTHÆUS WESENBE- CIUS.

lucem editur *Matthæus* Weſenbecius
twerpiæ, celeberrima totius Europæ
, atque emporio opulentiſſimo, anno
ite partâ, *milleſimo quingenteſimo trice-*
primo, die *viceſimo quinto* Octobris.
m habuit *Petrum Weſenbecium*, ſive ut
ocis vulgò appellarunt *à Weſenbecke*:
Republ. Antverpienſi ſummâ cum pie-
, integritatis, & juſticiæ laude, ut ſupra
m, ſenatorio eſt munere perfunctus.
r verò ei *Barbara Cilia* fuit, ex celebri
familiâ oriunda: quæ dum in humanis
pietate erga Deum, officioſo obſequio
maritum, caſtitate, fide conjugali, alia-
ue virtutum matronalium exemplo aliis
it. Ex ea ſuſtulit liberos tredecim, qui-
ater ſuo quodam conſilio *duodecim Apo-*
um onmina ordine imponere voluit:
e inter eos hic *Matthæus* natu minimus,
xcepto, patrem præter cæteros proximè
mens, à quo ideò tenerrimè eſt dilectus,
ſephus per jocum nominatus.

puero igitur Weſenbecius hic ad virtu-
& literarum ſtudia educatus, cùm inge-
onis eſſet ornatus inſignibus & verè divi-
lurimum in literis humanioribus profe-
Poſtea cum ingenium præſtantiſſimum
is civilis ſcientiam contuliſſet: *Lova-*
nium maturè & adhuc impubes, ſub annum ætatis *decimum quartum*, unà cum *Andrea* fratre quadriennium propè natu grandiore, miſſus, in diſciplinam convictumque *Gabrielis Mudæi* JCti ſummi, fuit receptus. AmbORUM hoſpitum adoleſcentum quam grata acciderit tum ſeni *Mudæo* conſuetudo, vel inde apparet: quòd cum cæteros convictores valetudinis ingraveſcentis, & occupationum ſpecie miſſos feciſſet; ambobus locum uſque eò dum diſcederent, ultrò perhumaniter reliquit: nec poſtea quenquam in illam interiorem vitæ conſuetudinem admiſit. Licuit tum adoleſcentibus ſtudioſis rationes & ſtudiorum & morum ejus introſpicere penitùs: & de illis vel componere ſuas, vel emendare; cum ſe illis aperiret & dare totum: nec quicquam in eo fucatum, aut inſolentioris arrogantiæ notaretur. In ea convictione duo Weſenbecii ad annum uſque *quinquageſimum* permanſerunt: quo decurſis inſtitutionis ſuæ ſpaciis alia vitæ ratio divinitus cuique præſcripta aliò eos deduxit. *Lovanium mittitur 1545. Andreas Weſenb. Mudæo charus.*

In illius JCti conſuetudine privata, & inſtitutione publica eos fecit Jurisprudentiæ progreſſus; unaque cum fratre germano in publicis diſputationibus, quæ ibi frequentiſſimæ, ita ſe jactavit & exercuit: ut ingenii acumine doctrinæque ſubtilitate inter coæquales celebraretur: nec tantummodo reſpondentibus: verum ipſis etiam præſidentibus, negocium non odioſum faceſſeret.

Poſtea verò quàm in illa eruditionis umbra ſatis multa profectus ſui documenta publicè privateque dediſſet: anno illo jubilæo, qui indicatus, ad *Licentiæ*, ut vocant, in utroque jure gradum cum fratre proceſſit: eo quidem diſputationum & examinationum tam publicarum, quàm privatarum eventu ut in ore vulgi eſſet, *neminem ex quo ea Academia ſtetiſſet, tam immaturâ* * *ætate eò honoris* perveniſſe: paucos majore gratia, & dexteritate, auditoriis reſpondendo ſatisfeciſſet. Ac fuit tum ejusmodi à præceptoribus, de duobus fratribus factum judicium: *alterum ſtudio*, quod certè in majore fuit flagrantiſſimum, *alterum indole* & alacritate quadam animi alteri præſtare; utrumque loco illo juxtà dignum videri. *Licent. grad. cum fratre conſequitur 1550.* ** Anno 19.* *Judicium eruditorū de duobus Weſenb.*

Cum autem ab impetrato ſtudiorum illo commeatu: necdum per ætatem publico videretur aptus; juſſu parentum ad externas linguas ritusque forenſes addiſcendos, peregrinatus eſt aliquot annos, non ſine periculo. Nam cum orto inter *Carolum* Cæſarem & *Henricum* Galliæ Regem bello, omnia latè arderent; infeſtaque ac infida hoſpitibus eſſent: nihil propiùs aliquando factum; quàm ut illud, quò ſe receperat, propugnaculum, ſtrategemate hoſtium improviſo, per mane nebuloſum, ex inſidiis, caperetur. *Peregrinatur Matth. Weſenb.* *Nec ſine periculo.*

Quibus ſi res ſucceſſiſſet; conſilium omnes interficiendi puberes, ut poſt de captivis cognitum, fuerat captum.

Redit ad ſuos.

Sed Deo per arma circumſonantia, per cædes, incendia, prædationes juvenem deducente, revertit ad ſuos incolumis: ubi mox

Matri morienti adeſt

diuturni morbi matris, & placidiſſimi ejusdem obitus, in magno luctu, ſpectator fuit:

Abit in ſuperiorem Gemaniâ.

pauloque poſt contra multorum exſpectationem, quodam inde fato divulſus, in Germaniam ſuperiorem, per id tempus paulò tranquilliorem, ſuis quibusdam inductus rationibus conceſſit. Quo locorum ignoto, adventitio, variisque difficultatibus jactato, ab omnibus deſerto, à ſuis deſtituto, deſperato, mediocrem locum, conjugem, liberos aliaque degendæ tolerabiliter vitæ ſubſidia, propitius ſuffecit Deus: documento in utramque partem luculenter conſtituto, quam nec divina unquam bonitas & defenſio iſtiusmodi extorribus deſit: neque diaboli rabies mundique huic ancillantis infeſta injuſtaque odia, calumniæ, vellicationes, & furor uſpiam eisdem abſint.

Docet Ienæ

Docuit juris diſciplinam primùm in *Academia Salanâ* annos amplius tredecim; tanta quidem cum adſiduitate; ut etiam in concurſu graviſſimarum occupationum, quas aula cumulare ſuo more conſuevit; nunquam ſolitus fuerit, niſi extrema urgente neceſſitate, docendi operas interrumpere. Exinde ſuffragante Principis *Auguſti* Saxoniæ Electoris clementia, à ſenatu Academiæ Wittembergenſis, ad ſcholam inibi Jurisprudentiæ habendam, eſt accerſitus, loco D. *Joannis Schneidevvini*, anno Chriſti, ſupra *milleſimum quingenteſimnm ſexageſimo nono.*

Vocatur Wittemb.

Eo cùm veniſſet; ſtatim ſub exitum Auguſti, amiſit conjugem matronam lectiſſimam *Catharinam*, filiam præſtantiſſimi viri *Franciſci Burcardi* Vinarienſis, cui monumentum maritus in luctu poſuit ejusmodi:

CHRISTO SACRUM:

Beati in Domino mortui confeſtim: etiam dicit ſpiritus: quoniam requieſcunt à laboribus ſuis, & opera eorùm ſequuntur eos.

BEATÆ ANIMÆ, ET DEPOSITIS HIC EANDEM AD SPEM CORPUSCULI EXUVIIS, CATHARINÆ BURCARDÆ D. FRANCISCI BURCARDI VINARIENSIS, FILIÆ, ANNO ÆTATIS XXXVII. CONJUGII XII. HOC IPSO, UBI NATA ERAT LOCO, DEFUNCTÆ: CONJUG. CASTIS. ET OPT. SUPRA COMPLURES ABORTUS DUORUM FILIORUM, ET TOTIDEM FILIARUM MATRI: MATTHÆUS WESENBECIUS
MARITUS ET SUPERSTI
LIBERI VICTORINUS, C
THARINA, ET ANASTASI
DOLENTES. M. P.

Conjugis hoc tumulo poſuit Weſebecius
Vita cui & nomen pura pudensque

Ipſe autem perrexit in munere docen
reſpondendi de jure publico, ad annum
que *octogeſimum ſextum*: quo die *quint*
nii placidè Spiritum DEO reddidit:
in exilio terreno fuiſſet annis *quinquag*
quinque. Epitaphium ſibi ipſe ante ob
compoſuit tale:

Matthæus placidâ ſopitus pace quieſco
Juſticiæ & juris præco Weſenbecius.
Vita mihi ſtudium fuit, impenſique labores
Et dolor & gemitus, aſſiduæque prece
Jova pater miſerere mei, miſerere meoru
Solus in Chriſti ſanguine noſtra ſalus.

Præclare hic vir de verâ jurisprudentia
meritus: fuitque *Theoricus* inſtructiſſim
& *practicus* excellentiſſimus: Græcè ac
tinè doctus: quin & rudimentis ſanctæ
guæ, ætate jam provectâ condiſcendis,
riò deditus. Pietatis & religionis orthodo
ab ineunte ætate ſtudioſus; quam adoleſc
divinâ gratiâ ipſum ad ovile Chriſti vocar
amplexus eſt. Ita autem eſt vocatus: C
Lovanii, ut diximus, operam jurisprude
daret, nec dum Pontificiis liberatus tenebr
erat ibidem quidam ſartor, utroque lum
orbus, qui inviſere ſolebat ægrotos; ut
ſacræ ſcripturæ dictis, quæ didicerat, c
ſolationem ipſis adhiberet: quod offici
hominis pii caſeis & pane remunerabant
Is à pontificiis hæreſeos, quam vocant, l
theranæ inſimulatus in carcerem fuit com
ctus, in pomærio urbis extructum: ita ut
libet ad illum pateret aditus. Hunc cæc
in ergaſtulo Pſalmos D. Lutheri, erecta
clara voce canentem Weſenbecius, cum
liqui ſtudioſi pilâ luſoriâ ſe in illo loco exer
rent, non citra periculum attentiſſimo a
mo ſæpè audivit. Ab hoc pietatis & c
ſtantiæ exemplo tandem motus; cepit B
diligenter evolvere, adhibitâ lectione lib
rum, à Luthero & aliis orthodoxis editor
quorum tùm temporis copiam habere pot
Accepta igitur ſolidiori verbi divini int
gentiâ, ſummopere ſtudium illud pietati
reverentiæ ergâ Deum coluit, fovit, au
& confirmavit. Orationi habendæ ſing
plerunque diebus, *quinque horas, matutin*
nimirum, quando cubitu ſurrexerat; *non*
prandium antecedentem, *quartam* pom
dianam, cum illa lectione vacabat, & *h*
ambas uſque ad *octavam* cœnam ſubſequ
tes, impendere conſueverat; quibus a
Deum cordium ſcrutatorem, interiorem
dis affectum exponebat. Biblia ſacra ſtu
ſummo, & religione evolvit, perlegit, p
de

vit. Unde & interpretationes & anno-
ones margini paſſim adjecit: quæ veræ
rthodoxæ religionis ſtudium, divinam-
quandam redolent ſapientiam. Excel-
ſſimum illud *Pſalmorum* opus & novi
menti libros, præ reliquis unicè fuit ex-
latus: uti apparet variis ex elogiis; quæ
ci ſuo manu propria adſcripſit: ut ad
ni illius precationem: *Deus docuiſti me
eritiâ meâ, & huc usque indicavi mira-
tua: quare etiam dum ſenex & canus
, ne derelinquas me:* ipſe hoc diſtichon
ripſit:

*me ſervaſti puerum, juvenemque virum-
que:
Nunc fer opem miſero, Chriſte benigne,
ſeni.*

djunxit præterea patrum & aliorum præ-
tum in ſtudio Theologico autorum le-
nem aſſiduam. Nunquam tamen, quod
D. Auguſtinus faciendum monet, eorum
as, ut canonicas habuit; ſed ex canonicis
ideravit; & quod in iis divinarum lite-
m teſtimoniis conſentaneum fuit, cum
e recepit; quod verò diſſentaneum, cum
& ſalvâ illorum exiſtimatione rejecit.

i praxi quoque juris civilis integrè & juſtè
atus eſt. Præfectus enim muneri judicis,
k juſtitiam unicuique incorruptè tribuit:
unquam à veritate vel prece vel precio, vel
a, vel ſimultate ſe dimoveri paſſus eſt.
ſultoribus reſponſa dedit non inania, non
oſa, non abſque judicio conſarcinata: ſed
a, & ex jure depromta, veritati, juſticiæ,
quitati conſona. Cauſas & lites, quarum
ocinium ſuſceperat, bona fide tractatas,
otum plerunque clientum expedivit. Non
opera magno litigatorum incommodo
cia temerè protraxit, ſed promovit di-
tiſſimè, ita tamen, ut nec præcipitanter
aret, nec moroſè tardaret. Hinc fa-
, ut Principes, Comites, Barones, No-
, ac cives primarii in cauſis maximi mo-
i, advocatum ſibi & patronum elegerint,
e annua ſalaria conſtituerint.

eneficia quæ potuit, contulit in omnes;
mis, quod hæreditario quaſi jure à patre
erat, pauperum & egenorum inopiam li-
iter ſublevavit: ac domeſticis & liberis
davit; ne mendicus quisquam absque ſti-
ædibus ſuis dimitteretur; unde non ra-
familiâ pauperum, ante oſtium præſto-
um clamores non ſtatim exaudiente, num-
s & aſſes de feneſtrâ ipſemet dejecit. In
otrophia quoque patriæ ſuæ, Evange-
religioni addicta, aliquot redituum an-
um donationem ſatis honeſtam contule-
ſed quæ poſtmodum aliò ceſſit.

um igitur illud vitæ inſtitutum, accura-
ue morum rationem, mors quoque pla-
, tranquilla & ſancta tandem inſequuta
quæ verè ultima praxis Theologica.
a enim ſcripturæ, quæ ut fidem ſuam
am faceret omnibus; ſeque in tentatio-
nibus erigeret; crebro in ore habuit, ut il-
lud Paulinum ad Romanos: ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Et ejusdem Apoſtoli
iſtud: *ſignavit nos deditque arrhabonem Spi-* 2. Cor. 1.
*ritus in cordibus noſtris, per quem clamamus,
Abba Pater.*

Et ex Pſalmis multa, inter quæ hoc: *Pro-
pè eſt Dominus omnibus invocantibus eum, in
ſpiritu & veritate; voluntatem timentium ſeſe
faciet, & deprecationem eorum exaudiet, &
ſalvos faciet eos.*

Aliquando etiam Chriſtiana παῤῥησίᾳ dixit:
*jam ſibi à Deo oſtenſum eſſe locum æterni gau-
dii: in quem ſit propediem venturus: unicè
ſe in votis habere: ut id quamprimum fiat.*
Quin & voce deficiente & lingua titubante
ad adſtantes, *ſe in fœdere eſſe Domini noſtri* Voces in
Jeſu Chriſti, perſpicuè profeſſus eſt. agone.

Scripta, quibus poſteritati prodeſſe voluit, Scripta.
præcipua ſunt hæc: *Oratio de Papiniano*, in
prælectionum ingreſſu *Wittembergæ* dicta,
hic addita ſunt & alia utilia de *Franciſco Bur-
cardo*, de *Andrea Weſenbecio*, de *Victorino
Strigelio*, item Epiſtolæ: *Scholia in Inſtitu-
tionum libros quatuor*, cum argumentis: *ſub-
ſcriptio ad conſilium Chriſtophori Herdeſiani,
in cauſa Honoldina: Oeconomia juris: oratio
de Mudæo* JC. *Tractatus & reſponſa*, vulgò
conſilia juris, quibus graviſſimæ juris utrius-
que controverſiæ deciduntur. Exſtat * & * Tom. 7.
Epiſtola Weſenbecii hujus ad ſenatorem quen- Declam.
dam Belgam, in qua illud urget: *Deo magis* Melanc.
obediendum, quàm hominibus, ibidem &
theſes reperiuntur *juridicæ*, ipſo præſide in
quinquaginta Pandectarum libros: totum *jus
civile* artificioſa & clariſſima methodo *in ar-
tis formam*, à multis antea, etiam ab ipſo
Cicerone, deploratam aut deſideratam, re-
degit, & nunquam intermorituris lucubra-
tionibus univerſum jus ita illuſtravit, ut non
magis ſtupendum, quam utile opus dici me-
reatur. Ipſe denique & de ſe & inſignibus
gentilitiis hæc carmina, ſicut nullius huma-
nioris eruditionis fuit hoſpes reliquit, quæ
colophonis loco adſcribere lubet. Ita ergo Ipſe de ſe.
de ſe:

*In Belgis natus, Germanis hoſpes in oris,
Exilii tolerans, quod fert Eccleſia, partem,
Conficio ſpacium peregrinæ flebile vitæ,
Dum veram vocor in patriam, quæ ſan-
guine parta eſt,
Chriſte tuo, tu me poſt funera magna ſacer-
dos,
Suſcipe, & extremâ ſubduc diſcrimine lu-
ctæ.
Mors tua vita mea eſt: tu debita lytra pa-
renti
Solviſti moriens, ut par te vivere poſſim.
Hac ergo fretus ſpe non dubitante recondar
In mortem, dux Chriſte, tuam, quæ janua
vitæ eſt:
Ut tecum moriens tecum ô mea vita reſurgâ.*

 Luſit

Luſit in inſignia ſua hoc:

Inſignia Weſenbeciana.

Lilia cum auratis creſcant argentea malis,
Quæ campo æthereo virgula fulva ſecat.
Illa Weſenbeciæ fautrix Antuerpia gentis,
Temporibus lætis patria dives alit.
At modò converſis, ut ſunt mortalia, fatis;
In queis nil ſtabile eſt, perpetuumque nihil:
Ipſa ſui haud compos, tacitè vix audeat illam,
Nunc inter cives annumerare ſuos.
Ergo funeſtæ ſi convenientia ſorti
Pingere vis, pictor, ſtemmata; pinge crucem.
Hoc, ait, in ſigno vinces, Deus: hæc rata ſunto,
Chriſtiadûm ſacra Symbola militiæ.

Ex oratione *de vita & obitu* hujus *Weſenbecii ab Andrea Rauchbaro* JC. habita: item ex *Papiniano* ipſius Weſenbecii, & *Geſneri Bibliotheca.*

MICHAEL TEUBERUS.

† 1586. d. 16. Sept. ætat. 62.

Islebia oppidum.

EXCEPIT *Michaelem Teuberum Islebia* oppidum jugis Hercyniis vicinum, ubi Saxonia à Miſniæ finibus diſterminatur. Eſtque id oppidum comitatus Mansfeldici, à cupri-fodinis, aliiſque venis metallicis celebratum, ſicut & ex ubertate ſoli, vinearum aliarumque rerum proventu commoditatem præſtat incolis non exiguam. Incidit *Teuberi* nativitas in annum *viceſimum quartum*, ſeculi *decimi quinti*, & menſis Auguſti diem *decimum quintum.* Patrem habuit virum vitæ integritate & honeſtate præſtantem, quem vivendo *octogeſimum quartum* annum expleſſe accepimus, matrem item feminam omnibus virtutum ornamentis, quæ hoc in ſexu prædicari ſolent, decoratam, quam & in ſenio cum filio viventem ac ſuaviſſimâ affectione erga filium, dum florentem & donis abundè à Deo cumulatum animadvertit, proque hac felicitate parta, gratias agentem plurimi viderunt, & illius pietatem mirati ſunt. Affectus verò paternus erga filium in tenella ætate is fuit; ut cum Religionis & pietatis eſſet ſtudioſiſſimus, unicè hoc votiſque omnibus petierit: ut patri, quò ad pietatem, quam ſimilimus filius evaderet. Itaque tam intra domeſticos parietes, quàm literario in ludo, ita erudiendum curavit; ut ornamento & ſplendori eum futurum familiæ ſtatim eluceret. Atque perpendens pater domeſtica inſtitutione non perinde feliciter proficere filios ſolere, præſertim ferventiores, & ſtudiorum cupidiores, & ab aliis quoque admonitus, ad uberiorem & perfectiorem vivendi diſcendique rationem conſequendam, & majoris cultus ingenii capeſſendi causâ, maturè eum in *Academiam Wittembergenſem* miſit ubi commendatione aliorum, & propter patriæ conjunctionem, ſtatim in familiam D. *Lutheri* adſcitus, & inter eos, qui domeſtici atque familiares tanti viri erant, educatus maximâ ex parte eſt Teuberus. Et hanc quidem educatio-

Natalis Teuberi. Pater.

Mater.

Educatio.

Wirtemb. mittitur Teuber. Vivit cum Luthero.

nem ipſum in præcipua felicitatis ſuæ p
poſuiſſe, ſæpè ex ore ejus fuit auditum. C
enim, teſte * *Platone, educatio arx ſit, &*
put veræ virtutis, & ſolidæ gloriæ conſeque
initium: fieri non potuit, quin benè ja
fundamentis, hæ laudes, & præclararum a
num ſtudia, tanquam ædificium ſplendidi
ornatius ſuper exſtruerentur.

In pleno igitur ſtudiorum curſu, ad ſoli
virtutem & eruditionem properans, ut
mum ad diſcendas artes animum applic
cum heroico quaſi ingenio præditus eſſet
judicio valeret, celeres progreſſus fecit:
cum æqualibus, non quod dicitur, velis re
que navigaret; ſed & quamplurimos, m
paraſangis, poſt ſe relinqueret, imò verò
Melanchthonem, præceptorem haberet, &
jusdem ſcholas ſectaretur frequentiſſimè,
eoque diligeretur maximè, tantos progre
in ſtudiis Philoſophicis fecit; ut anno *m*
ſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto,
Decano *Guilielmo Riveno Trajectino*, bo
rum artium & Philoſophicæ magiſter ren
ciaretur, cum ætatis annum non exceſſiſſe
ceſimum. Ut verò mens humana intell
nos omnes & cuncta, quæ in hac viſibili c
terræque machina continentur, non fru
condita eſſe; ſed omnium actionum noſt
rum ad archetypum & architectum noſtru
referenda eſſe principia, ſic & finem cert
vitæ proponendum ſibi arbitrabatur Teu
rus, in quo totus perſeveraret, viveret, & i
moraretur, ac ita actiones ſuas omnes com
raret; ut hujus vitæ defunctus aliquando pe
culis, commearet ad beatitudinem illam p
ennem, nullis temporum metis ac finibus c
cumſcriptam. Atque ita finem ſtudiorum
rexerit ſuum: ut ad ſacratiſſimarum legum
dium ſemet totum converteret, & huic uni
hæreret maximè. Quo in ſtudiorum gene
cum & re & nomine Jureconſulti Docto
Hieronymi Schurffii, & Licentiati *Conr.*
Mauſeri operâ uteretur, & non tantùm pu
cè docentes, audiret, ſed multò magis ex
lorum familiaribus congreſſibus, judici
formaret ſuum, & legum applicationes ad
ſum fori addiſceret, factum eſt, ut controv
ſiarum, quæ ad hoſce deferebantur, dijudi
tiones, multa hinc inde diſputando, monſt
rentur ei dexterius, perciperet verò ille rect
atque meliùs.

Cùm autem præcipuum monitorem &
teceſſorem *Hieronymum Schurffium* haber
tanquam *Ulpianus* alter *Papinianum*: tant
in hoc doctrinæ genere profecit, ut & ad
rum animum applicare inciperet, & *ejus g*
rioſo confiſi munimine, defenderetur plurimor
laborantium ſpes & facultates, ut Imperator
Leo & *Antonius* loquuntur. Prudentia ſiq
dem & ejus circumſpectio cùm in hoc vitæ g
nere eſſet ſingularis, totum ſe ad imitation
præceptorum ſuorum componere ſtudeb
Sed & ad rectas ſententias animo imbuen
& mores formandos cum conducere intellig
ret maximè, exteras regiones perluſtrandi ſt

diun

, ad *Ingolſtadienſem Academiam*, exco- ingenii causâ, profectus, Doctori *Fabrivadi de Namia* Romano, tunc temporis incelebri JC. ſe informandum dedit, & o temporis intervallo rediens, cum gra- one multorum fuit exceptus, qui præ- n ejus doctrinam & profectus ſuſpicie- & admirabantur.

everſus ergo ad ſuos magna fide & dexte- negotia ſibi commiſſa expedivit, ſum- e animi contentione tam in foro patroci- o, quàm domi conſulendo, prodeſſe om- ſtuduit. Itaque & fama de eo latè eſt ninata, & favorem optimi cujusque facilè ollegit, inter quos celebris Jureconſultus *dictus Paulus*, qui & filiam ei *Euphroſynam* nem lectiſſimam, elocare non dubitavit. cavit ſub idem tempus Teuberus, *Wit- rgenſi* in Academia publicè diſputando, iſas quasdam juris materias, ac collegio rum eruditionem ſuam abundè probavit. e dignus judicatus, cui inſignia doctoræ, ant, conferrentur, uno eodemque die, it *decimus tertius* Januarii, anni *milleſimi entesſimi ac quinquageſimi*, & gradu Do- m ornatus, Decano ipſo illo ſocero e- in familiam *Paulinam* matrimonii vin- nſertus eſt, mox etiam in Senatum & col- n Jureconſultorum cooptatus.

hac ergò ſtatione cum à Deo collocatus in ſcholaſtico profitendi munere ſocero ſuffectus fuit, vicesque ejus præclarè ſu- , & maximo cum applauſu auditorum ctiones auſpicatus; ubi tum ſimul ab e memoriæ heroë, *Mauritio*, Electore iæ cauſarum matrimonialium dijudica- ſt adſcitus. Collegas tum & amicos , *Ioannem Trautebull*, & *Antonium Freu- num*, quorum uterque poſtea laudabili- le cancellarii, hic conſiliarii munus tam Principem *Sigismundum* Archiepiſco- Magdeburgenſem, quàm ejusdem ſuc- em *Ioachimum Fridericum*, ejuſdem Ar- ſcopatus adminiſtratorem, geſſerunt; *m* item *Sneidevvinum*, cui & poſtea la- ſocius adjunctus eſt, *Laurentium Lin- num*, & *Vldaricum Sickingerum*, Can- um Comitis Palatini *Wolfgangi* Bipon-

illo itaque tempore, cum honorum & rum ejus ampla facta eſſet acceſſio, in- ere cœpit, ita ut ejus fidem & operam mbirent, & flagitarent. Itaque cùm e ſic rerum humanarum gubernatore, tum abblandiri ei tunc temporis viſa lica vita, addixit operam ſuam admi- ori Epiſcopatus *Caminenſis*; ut inibi larii munus ſuſtineret. Quo in offi- m & diligentiam ſuam cunctis proba- ſingularis ejus virtus & præſtantia ita ; ut apud primores ejus Epiſcopatus, aleret plurimum, & quamplurimos a- digniſſimos reperiret. Cumque apud equeſtris ordinis ac ſpectatæ dignitatis n *Pomerania* ipſius ingenii dotes eluce- & conſilio blandoque imperio regere

eosdem ſciret, factum eſt ut *Syndici* etiam munus in veteri oppido *Stetino* ſimul ſibi imponi paſſus fuerit, ubi Reipubl. illi maximo uſui & emolumento rebus communibus fuit, cum ad ipſum concurſus fieret frequens, tanquam ad *Apollinis oraculum*, eorum, qui de graviſſimis negotiis conſilia exquiſiverunt. Conſtituit etiam & ordinavit judicia provincialia inibi, quæque ad cauſarum matrimonialium dijudicationem ſpectant. *Et Stetini Syndicus.*

Neque verò interea *Wittembergenſi* Academia Teuberi memoria excidit, aut recordatio ante actorum eo in loco laborum prorſus evanuit. Nam anno *ſexageſimo quinto* Wittembergam revocatus, & *Georgio Cracovio* in aulam Saxonicam adſcito, ſucceſſor datus ac decretalium Profeſſor ordinarius fuit conſtitutus. Simul etiam in *ſynedrion* & collegium cooptatus, ex quo, ut de jure reſpondeant, frequentiſſimè & ſingulis propè diebus conveniendo, expediuntur negotia quamplurima, & in cauſis graviſſimis fiunt decreta, non tantum utilitatem publicam decernentia totius provinciæ, ſed & finitimarum gentium & nationum; ſicut & eo quoque ſtipendio uſus eſt, quo cauſarum matrimonialium Adſeſſori, & conſiſtorialis, ut vocant, munere, antea annorum aliquot curriculo, functus erat. *Revocatur Wittemb. 1565. Decretal. Profeſſor. Adſeſſor. dicaſterii.*

Egregiam autem & magnam multorum ex approbatione dum ſcholæ & Academiæ navaret operam, & Principi Electori Saxoniæ *Auguſto* ob gravitatem ſingularem, & ſaluberrimorum conſiliorum graviſſimis in negotiis tractationem commendaretur, ad ſummum honoris adſcendit faſtigium. Relatus namque eſt in numerum Adſeſſorum ſupremi judicii, quod vocant *Appellationum*, cujus ea juſtitiæ eſt adminiſtratio, tanta æquitas inibi obtinet, conjuncta ſimul autoritate, tantaque in cauſis audiendis & dijudicandis controverſiis fides & exiſtimatio: ut partim conſiliarii Principis, partim Academiæ Profeſſores, partim etiam ex politicis & nobilibus provinciæ Saxoniæ adhibeantur aliqui, quo poſtea omnis via præcluſa ſit provincialibus omnibus, ad aliud quodcunque magnum vel etiam ſummum judicium in toto Romano Imperio provocandi aut appellandi. *Declaratur & Adſeſſor ſupremi judicii.*

Charus itaque gratusque viris Principibus varios ad conventus eſt ablegatus, ut anno *ſeptuageſimo* ad comitia Imperii *Spiræ* celebrata, nomine Principum *Megapolenſium*. Præcipuam verò operam impendit, dum unà cum viris conſultiſſimis, collegis ſuis *Ioachimo à Beuſt*, & *Matthæo Weſenbecio*, ex Academia Lipſienſi *Iacobo Thomingio* ordinario, & *Leonhardo Badehorno*, Seniore, & *Ioanne Reiffſchneidero*, Cathedralis Eccleſiæ Marſeburgenſis Decano, adhibitis etiam aulicis proceribus, anno *ſeptuageſimo ſecundo*, deliberationes inſtituerentur, & *conſtitutiones Electoris Saxoniæ* nomine publicandæ conſcriberentur quod opus, ex utilitate ſumma illarum Regionum publicatum, etiamnum ſalutis publicæ conſervandæ causâ viget. Rectoris etiam munus aliquoties in *Wittembergenſi* Academia geſſit: idque *Legationes Teuberi.* *Conſtitutiones Sax. Elector.*

cum

cum incremento ſcholæ, & laude, nutantemque diſciplinæ ſtatum fulcire, atque in melius reformare nunquam ſuperſedit: Cùm ergò talis in docendi munere fuiſſet, & adſiduitate indefatigabili interpretis juris locum *viginti* amplius *annis* ſuſtinuiſſet, Wittembergenſi in Academia, conjugem amiſit anno *octogeſimo ſexto*, die *nono Iulii*. Ex cujus obitu tantum cepit dolorem; ut paulatim vires ipſius vidui proſtratæ ſint, ac brevi ſe eam ſubſecuturum dixerit, id quod & accidit. *Duobus* enim tantum *menſibus* & *undecim diebus* interjectis, cum domum ſuam diſpoſuiſſet, & de beneficiis in egenos erogandis conſtituiſſet, vitæ finem adeſſe ſentiens, genero & filiæ valedixit; atque inter preces & ſuſpiria Spiritum Deo reddidit, die *decimo ſexto* Septembris, anno, ut diximus eodem, quo conjux præiverat ad beatitatem cœleſtem. Vixit annos *ſexaginta duos*, & elogio ornatus eſt ejusmodi à *Ioanne Majore*:

Amittit Vxorem, Quam ſubſequitur viduus

Epigramma in eum I. Majoris.

Gratior eſt expreſſa animi quàm frontis imago:
Mores quam faciem pingere majus opus.
Sic modò dimidium Teuberum pictor adumbrat:
Sed totum Aonia fictor ab arte refert.
Muta oculos paſcit, mentem vocalis imago,
Mens memor hanc ſecum fert, manet illa loco.
Ter quinque exierant à nato ſecula Chriſto,
Quatuor ad menſes luſtra bis adde duo:
Hauſit ut Auguſto vitalia lumina menſe,
Hic conſors patriæ, magne Luthere, tuæ.
Cui dum bis denos & ſex confecerat annos,
Leucorides tribuunt jure in utroque gradum.
Tuncque ſatam duxit Benedicti ſanguine Pauli,
Inque loco ſoceri jura profeſſus erat.
Cui tribus exactis heros Mauritius annis
Mandavit mota jus dare lite thori;
Poſt annum ſcribarum operas Pomeranide terra
Rexit, ubi ſedes ſacra Camina, jacet.
Tutor cauſarum mox factus in urbe Sedino eſt,
Ac operam claris ſtirpe domoque dedit.
His tribus officiis undenos præfuit annos;
Illius ut jactet gens Pomerana fidem.
Rurſus ubi exegit bis ſex ſol aureus orbes,
Ius ſacrum ut doceat, Leucoris ora vocat.
Aula dat illius monitis ſapientibus aures;
Et benè promeritus de Duce, deque grege eſt.
Bis duo per luſtra & tres annos ordine lapſos
*Conſulit hunc nigri * Dux bovis ora gerens.*
Publica quando ſalus ſapientum incluſa ſaluti eſt;
Aurea pax terris regnat & alma quies.

**Meckelburgicus.*

Virtutes ejus & mores.

Fuit hic vir ut juriſperitiſſimus, ita utilitatis communis ſtudioſiſſimus. In Academica ſanè frequentia difficilimos juris nodos, & ænigmata legum, ita dextrè, ita perſpicuè promteque explicuit: ut una hora auditorium plus acceperit, quàm aliquot non horarum, dierum ſpacio proprio Marte vix aliquis ...cutus fuiſſet. In conventibus Princ... id unicè operam dedit; eoque omnes h... intendit: Reſpubl. ut eſſet tranquilla; u... Religionis ſarta, tecta maneret; ut fort... lis ſuis uti frui cives poſſent.

Privatim etiam quibuscunque potuit, ... fuit, multos ad honorum gradus evexit; ... cunctantes aliquid libenter admiſit, & di... di cupidos doctiores à ſe dimiſit, de ſu... digentibus prolixè eſt elargitus. Laboru... ſuper etiam extrema in ſenecta patientiſſ... memoria vicaciſſima, & ante multos ... annos geſtorum actorumve tenaciſſima ... ditas in eo diſcendi ſumma, judicii dext... feliciſſima, qua ſe, ut varii ſunt in vita con... ni caſus, ex labyrinthis omnibus facilè ex... vit. Humilitas ea, ut de officiorum po... quàm dignitatis gradu voluerit certare. ... tus ad hæc Principibus ſummis *Brunſu... bus, Megapolitanis, Pomeranis, Aſcani...* aliis.

In conjugio illo, *triginta ſeptem* ferè a...rum, *decem* ſuſcepit liberos, quos omne... honeſteque educavit. Verum in medio ... curſu omnes prærepti ſunt, una excepta ... matri cognomine, quæ *Andreæ Rauch...* JC. ac conſiliario Elect. Sax. nupta.

De ſcriptis ejus Bibliothecæ laudant ... *lutionem quinquaginta quæſtionum inſign...* quæ poſt * obitum ejus prodiit, ſicut & ... * ſcriptum, cui titulus: D. Mich. ... beri nothwendige Erklärung / was bey ... ſtellung und Vollführung der Proceß / ... nemlich am Cammergericht / in acht zu ... men: Item / von des H. Reichs Acht ... klärung / wie darinn zuverfahren / und ... darvon zu erledigen / aus der Camm... richts-Ordnung / und Reichs-Abſch... extrahirt.

Et hæc de Teubero, quæ deſumſimus ... *ratione à Ioanne Limmero Lucenſi, Prof... Wittembergenſi, habita; item ex elogiis D...rum virorum, & Bibliotheca claſſica Ge... Draudii.*

PETRVS BEVTRICHIVS.

Etsi multi ea reperiuntur imbuti opini... *nihil Marti cum Muſis*, tamen vel hic ... exemplo egregiè eos revincit, qui non ſo... literis; ſed & armis fuit clariſſimus. Pro... eum *Mompelgartum*, hodie Ducatus Wir...bergici oppidum, circa annum Chriſti *m...mum quingenteſimum, trigeſimum* ſive *octa...* ſive *nonum*. Quinquennio enim ferè m... fuit *Ioann. Caſimiro* Principe ſuo, qui a... *quadrageſimo tertio* die *ſeptimo* Martii na...

Cum autem familia eſſet oriundus hau... celebri Beutrichius, virtute eam & doct... elegantia mirificè illuſtravit. Nam à puer... teris deditus, cum animum ad politica & ...gum ſtudia appuliſſet, ita in iis verſatus eſt ... *Valentiæ* in *Gallia* Doctura titulis & inſign... fuerit ornatus.

F

ma ergo nominis ejus cum ad viros
cipes dimanaſſet, *Fridericus III.* Elector
tinus, à conſiliis cum ſibi eſſe voluit, &
idem Elector filium *J. Caſimirum* cum
is auxiliaribus in *Galliam* mitteret, hunc
m *Wenceſlao Zulegero*, de quo pòſt, con-
ium adjunxit. Quo in munere fidem,
entiam, fortitudinem & induſtriam
cipi ſuo probavit.

nno deinde *ſeptuageſimo ſeptimo*, ad *Gal-*
egem, cum aliquot Germanorum equi-
ductoribus legatus, longam coram rege
ſtulationem inſtituit, quod pecunia pro-
, loco & die *Francofurti* & *Argentorati*
, non repræſentaretur. Fidem quoque
non ſolum Proteſtantibus in Gallia, ſed
etiam *Caſimiro* Duci datam, & edictum
nni ſacramento per omnes regni provin-
firmatum, religioſe ſervandum urſit.
erea dignitates & penſiones regi, nomi-
aſimiri principis ſui reſignavit, cum vi-
t pactis illum non ſtare, & rem ad tur-
ſpectare. Sub id tempus dum in *Gallia*
t, à præcipuæ dignitatis viro ad convi-
invitatus, veneno, neſcimus cujus juſſu,
titus fertur, unde quidem evaſit, ſed
ſine vitæ & valetudinis jactura.

ſtea cum ob religionis libertatem ſuis
eſſam, *Gebhardus* Colonienſis Archie-
pus Elector periclitaretur: *Caſimirus*
inus ei auxilium miſit ſelectiſſimas co-
s ex *Helvetiis* & *Gallis* conſcriptas. Quas
Archidux Auſtriæ tranſitu in *Alſatia*
ibere tentaſſet, viam ſibi partim vi, par-
ſtrategematibus aperuerunt, duce hoc
richio, cujus inter alia facta hoc memo-
lignum. Hoſtes pontem quendam, quâ
um copiis omninò tranſeundum erat,
parant. Ipſe itaque primus eos ador-
plures quàm octo adverſus ſe venien-
rtiter excepit, & ſua manu, antequam
quis adeſſe ſentiretur, confecit, atque
eteris fugatis tranſitum illum obtinuit.
de per Rhenum deſcendens, egregio
ſtrategemate *Erneſti* Bavari exercitum,
rnaci oppoſitum, eluſit: omneſque ſuos
umes *Bonnam* perduxit, ubi quies pau-
iebus militibus data: poſt eruptione fa-
oſtes ſatis feliciter aliquot velitationi-
entavit, quædam etiam loca, præda mi-
is conceſſa, & inter hæc pagum *Teutſch*,
ione *Coloniæ* expugnavit, ac ſemper ipſe
us inter ordines fuit, etiam graviſſimo
ere accepto.

um ita patriæ vitam omnem impendiſ-
biit *Haidelbergæ* phthiſi conſumtus, die
ecimo Februarii, anno *octogeſimo ſepti-*
ætatis ſuæ *quadrageſimo* vel *nono* vel
o. Sepultus eſt ibidem in ædis Petrinæ
o, ac tali monumento à ſuo principe
ratus:

ARTE, SORTE, MARTE,
XERCITUUM DUCTORI
S.
TRUS BEUTRICHIUS
MONBELGARTENSIS
CUM GENTIS SUÆ HON. TENUITATEM VIRT. ET ERUD. FAMA
ILLUSTRASSET:
PRUD. ET INTEGRITATIS LAUDEM
EX VARIIS LEGATIONIBUS
RETULISSET:
FRANCOR. REGEM LIBERAS VOCES
FERRE AC PERFERRE
DOCUISSET:
HELVETIUM MILITEM INDUSTRIE
CONSCRIPSISSET:
GALLORUM COHORTEM PER
HOSTES INFESTOS BONNAM
PERDUXISSET:
APERTIS OCCULTISQVE INIMICORUM MACHINIS INVICTUS,
SUB IPSA NAVARRÆ EXPEDIT.
CONTRA
IMPIÆ CONJURATIONIS TYRANNOS SUSCEPTÆ INITIA
A TER. MAX. IMPER. LECTUS
EMIGRAVIT.
cIↃ IↃ XXCVII. PRID. EID. FEBR.
ÆTAT. XLII.
JOANNES CASIMIRUS C. ET ADM.
PAL. BAVARIÆ DUX
Conſiliario, legato, tribunoq; meritiſſ.
P. D.

Exſtant & epigrammata epitaphia, ab amicis memoriæ ejus dicata, de quibus hoc eſt *Pauli Meliſſi* Franci Poëtæ clariſſimi: *Meliſſi epigramma in eum.*

Egregium virtutem animi dextræq; valentis,
Dum mecum tacitus cogito Beutrichie;
Hic Petrus: exclamo, forti Mileſius ille
Pectore, Mopſopius vel Thraſibulus erat!
Ni Thraſibulus eras, Thraſibuli cur mihi vivax
Applaudit celebri ſpiritus è tumulo?

Et Joannis Poſthii archiatri Palat. Elect. ejuſmodi: *Et Poſthii.*

Memoria Petri Beutrichi V. CL.

Maximus ingenio, vario ſermone diſertus,
Fortiaq; ad Martis prælia natus eras.
Juſtitiæ rigidus cultor, legumque peritus,
Laurea quæ doctis ſerta dedere comis.
Principibus placuiſſe viris ſi maxima laus eſt:
Laus ea jure tuos condecorat cineres.
Raptus es, heu, nobis alieno tempore, raptus
In medio ætatis flore & honore tuæ!
Salve anima illuſtris: nitidi novus ætheris hæres
Salve, & perpetuum, Petre beate, vale.

Vir hic fuit, quemadmodum idem de ipſo *Meliſſus*, magnus *Elogium.*

Conſilio, arte, armis, pectore, voce, manu.

In omnibus hiſtoriæ Romanæ, Græcæ & aliorum populorum auctoribus verſatiſſimus, quos adeò ſibi familiares adſidua lectione reddiderat, ut nihil ipſum ſtratege-

 matum

matum, conſiliorum, militiæque veteris lateret. Eloquentia & factis, *arte & Marte* præſtantiſſimus, ita ut verè *Xenophon Germanicus*, fuerit dictus. Principi ſuo *Caſimiro* adeò charus, ut adagio dictum fuerit de aliis; qui paſſim gratiâ ſuorum etiam principum florerent: *Hic vel ille eſt Beutrichius iſtius principis.* Contra autem ipſe fideliſſimam illi principi operam dum vixit, præſtitit, & horas, ab eo ſibi deſignatas, ita exactè obſervavit, ut nunquam ipſius propoſito in expeditionibus deeſſet, quin eo ipſo, quo juſſus erat, momento cum militibus ſuis comparuit.

Xenophon Germanicus dictus. Charus princ. Caſimiro. Et fidus.

Cumque non ignotum ipſi ſive ex lectione, ſive experientia eſſet, * *aſpero & abſciſſo caſtigationis genere militarem diſciplinam indigere, quia vires armis conſtant, quæ ubi à recto itinere deſciverunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur*: ſeverus fuit diſciplinæ militaris cuſtos & obſervator, id quod multis tum dictis ejus, tum factis doceri poſſet, unum pro omnibus ſufficiat. Cum oppidum quoddam in diœceſi *Colonienſi* deditionem feciſſet, edixit ipſe publicè, ne quis ſub pœna patibuli vel minimum quippiam civibus ereptum iret. Ibi cum offendiſſet quendam nobilis capitanei ſui intimi, ſervum in ciſta effringenda laborantem, hominem non ſolùm verbis increpavit, ſed etiam cum nihil contrà ſui purgandi cauſa afferret, illicò ſuo gladio transfodit, aliis ut exemplo & terrori eſſet. Itaq; obedientes quàm maximè milites habuit.

* *Valer. Maxim. lib. 2. c. 7.*

Diſciplinæ militaris obſervans.

Præterea in inveniendis ſtrategematibus fuit ingenioſiſſimus, atque ſæpius cum parvis copiis per ingentes hoſtium exercitus & terras aſtu penetravit, antequam ſæpe ſciretur ubi locorum eſſet. Itaque vulgus magiæ ipſum inſimulavit, ut ſolet ſimpliciorum idiotarum imperitia ea, quæ adſequi non poteſt, ſuperſtitioſè calumniari. Verùm ipſe tantum abeſt ut quicquam ejusmodi ſermunculos curarit, ut potius delectatus illis fuerit ad amicos, & cum commodo ſuo uſus. Et peperit ipſi ea res tum terrorem apud hoſtes, tum obſervantiam apud ſuos.

Strategematum Inventor.

Magiæ inſimulatus.

Fuit denique, ut decet, Dux militum cordatiſſimus, & planè imperterritus. Hinc cùm in oppugnatione oppidi *Keiſersvverdæ* milites obiret, & nominatim eos ad virtutem excitaret, trajectus femur, per partes non nominandas ſclopeto, tam conſtanter perrexit, ut cum multi occurrentes vulnera ſua ipſi oſtenderent, dolorem diſſimulans manuque cruorem hauriens illis quoque oſtenderit hiſce verbis, viden' quid ego habeam? Ita animum ſuis addidit, ut fortiter in oppugnando oppido perrexerint, tandemque id expugnarint. Poſtea cum villam *Teutſch*, de qua antea, milites aggredi ipſo abſente recuſarent, equo vectus necdum à vulnere ſanus, eos eo compulit, ut villam ceperint. Sed ex illa agitatione vulnus ita recruduit, ut fune è pilis confecto trajiciendum & purgandum fuerit, non ſine periculo vitæ & graviſſimis doloribus, quos tamen fortiter omnes pertulit: Imò cum primum obligaretur à chirurgo, convocatis capitaneis om[…] ſtans obligari voluit, non decumbens […] tatus eo vel *Marium* illum, vel *Alexa[…] Magnum*: de quibus hiſtoriæ.

Dux militum cordatiſſimus.

Symbolo uſus eſt tali: *Arte, Sorte[…]te*: in quod *Io. Poſthius* Medicus ho[…] epigramma:

In Symbolum D. Petri Beutrichii V.[…]
quod eſt
ARTE, SORTE, MARTE.

Artes ingenuas teneris avidiſſimè ab[…]
Beutrichus imbibit ſagax,
Sorte bonâ ad ſummos propere eſt e[…]
honores,
Multa ſtupentibus invidis.
Mars animos cernens, Age ſis meus, i[…]
alumnus,
Noſtrûmq; ſis dux militum.
Artibus ergo potens, & ſorte & Ma[…]
beatus,
Elegit hoc ſibi ſymbolum.

Filium, ne & hoc omittamus, reliquit co[…]minem, qui, ductâ nobili de *Mumpelga[…]* familiâ *Franckmontorum*, arcem, te[…] nobile, *Neidenfels* propè *Neapolin N[…]tum*, à *Jo. Caſimiro* patri donatum, inha[…]vit, ſed ἄπαις obiit.

Tantum de *Beutrichio* ex ſchedis […] hiſtoria *Thuani*, *brevi chronico* ab anno […] ad annum 1587. usque, *parergis Jo. Poſth[…]*

HENRICUS HUSANUS.

I*Senaci Thuringorum Henricus Huſanu[…]* tam hanc exorſus eſt, anno Chriſti, *m[…]ſimo, quingenteſimo, triceſimo tertio*, ſi […]culus *Bucholcerianus* rectè habet. *Pe[…]* enim *Lingebergius* obiiſſe eum ſcribit, a[…] *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo ſepti[…]* ætatis ſuæ *primo & quinquageſimo*, unde […] talis ejus * prodit *triceſimus ſextus*, ſu[…] *ſeſquimilleſimum*. Patriam ſuam ipſe ita * […] ſcribit:

——— proxima fortibus Heſ[…]
Urbs jacet, Iſi, tua quam poſuere manu[…]
Quæ mihi naſcenti vitales præbuit auras:
In qua ſalvus adhuc degit uterq; parens.

Puer in ludo literario primis elementis i[…]butus, *Bergam Norvvegiæ* emporium miſ[…] eſt, mercaturæ, vitæ generi quæſtuoſo, m[…]cipandus. Sed cum ibi, qui mercaturæ init[…]ri volunt, ſic, è marinâ nudi extracti, verb[…]ribus accipiantur, ut multus è viſceribus ſ[…]guis exeat, nonnunquam etiam immatu[…] mors ſubſequatur, ipſe à primo ſtatim e[…]perimento, miſsâ ad matrem interulâ, cru[…]re totâ perfusâ, effecit, ut à Scythico ill[…] diſciplinæ luſu (ita enim appellant Waſſ[…]ſpiel) domum revocatus, dulcique Muſaru[…] conſortio redditus, feliciter, ac rumore, qu[…] ajunt, ſecundo, ſtudiorum ſtadium decu[…]rerit.

Inter Præceptores ſuos laudat *Barthol[…]mæum Roſinum*, commilitonem verò *Frider[…]cum Widebramum*. Cum eodem Widebra[…]

m[…]

udivit & *Joannem Stigelium*, quod ex ejus * carminibus colligas :

igelius fontem nos dux præceſſit ad ipſum;
Unde Camænarum profluit omne decus.
docuit, cupidâ ſacra flumina fauce bibentes,
Grata Deo, Muſis non aliena loqui.

tembergæ etiam *Melanchthonem*, ſocio tudiorum *Widebramo*, cum aliis audivit, annum *quinquageſimum tertium*. Inde *ſtadium* progreſſus, eruditionem miri- uxit.

patria in *Galliam* ad *Bituriges* profe- inter alios *Duareno* operam dedit. Hinc *liam* digreſſus *Patavii* potiſſimum ex- ntiſſimis eâ ætate jureconſultis ſtudium dedidit. Ibi dum agit anno *quinquao nono* febri ardentiſſima fuit correptus, vernum tempus : adeò ut de vita ipſe deſperarit. Unde * elegia quadam ita tus legitur :

igitur mea lux, requies, ſpes unica Jeſu,
Affer in articulo nunc mihi mortis opem.
unc apud offenſum pro me fac vota parentem,
Pacatumq; tuo redde favore mihi.
c mihi mors lucrum, ſic mundus cauſa triumphi,
Sic per te Sathanas, gloria victus erit.
ee patent cœli, vocor ex hoc carcere ſurſum,
O anima in requiem te mea verte tuam!
bus adhuc hæres etiam defixa caducis?
Quid tibi cum terra? ſordida terra vale.
rpus humo linquens, animam tibi Chriſte remitto,
Mors ades, & vitæ nunc mihi pande fores.

x inde *Spiræ* aliquandiu ſubſtitit, & pra- uris obſervavit, ut ipſe ad *Lucam Los-* hilce * verſibus innuit :

mihi ſi redeant conceſſu numinis anni:
Qui ſpacio dudum præteriére ſuo.
ualis eram primum Witebergam miſſus in urbem,
Pars quotacunq; tuæ, magne Philippe, ſcholæ;
ut Ingolſtadii linquens illuſtre Lycæum,
Cum Celtas adii præpete vectus equo;
ut ex Auſonia quando regione reverſus,
Jura tuo didici Spira recepta foro.

ſtea in aulam pertractus variis obrutus egotiis, variisque implicatus curis, mo- git *Suerini* anno *ſeptuageſimo ſecundo*, *Wiſmariæ*, modò alibi.

gationes quoque obivit aliquoties, in *m* præſertim & *Angliam*, ad Cæſarem Auguſtum ut ſcribit :

ſaris & regum dum partim extrudor in aulas,
Partim obeo regnum terra Britanna tuum.

ncellarius item Ducis Megapolitani *Jo- Alberti* curas ſuſtinuit innumeras, à s ſe liberari optavit talibus elegis ad principem :

libertatem, dederis ſic omnia: tantum
Deprecor incumbens iſtud honoris onus.
Cui non eſſe meos humeros viresq; ferendo;
Meq; genu prono ſuccubuiſſe vides.
Stet quicunq; volet pro me ſublimis in aula:
Me recreet fractum juſta labore quies.
Nec mea ſupplicibus, neq; tot prenſantibus ætas
Nota ſit, & tacito muta tenore fluat:
Tranquilloq; loco poſitus mea gaudia tractem:
Quos non inſpexi per tria luſtra, libros.
Illic dediſcens alieno vivere nutu,
Quod ſupereſt, tribuam, temporis omne DEO,
Prodero cui potero: nulli dabo damna, remotus
A vulgi ſtrepitu militiaq; fori.
Donec ubi curſum fluxæ confecero vitæ;
Efferat emeritum me Libitina ſenem.
Hujus ut optati potiar, tua gratia faxit:
Hæc precor adſenſu ſint rata vota tuo.
Sic Deus illuſtrem, poſt hujus tædia vitæ,
Lucis in æternæ det tibi ſede locum.

Impetrata ergo dimiſſione, ex periculoſis & diuturnis aulicorum negociorum fluctibus in portum appulit, atque *Lunæburgenſi* reipub. operam ſuam addixit, *Syndici* & *Conſiliarii* munere ſuſcepto. Ibi cum veteribus amicis, hoc eſt libris, in gratiam rediens, Muſico vixit in otio, uſaque eſt respub. illa ipſo conſiliario prudentiſſimo, ac publicorum negotiorum adjutore fideliſſimo.

Impetrat dimiſſionem. *Lunæburgi Syndic. & Conſil.*

Obiit *Lunæburgi*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo ſeptimo*, die *nono* (alii octavo) Decembris, cum vixiſſet años *quinquaginta unum* aut *quinquaginta quatuor*; ibidem tali cum monumento ſepultus:

Ubi moritur. *Monumentum.*

HENRICO HUSANO ISENACENSI THURINGO, AB INEUNTE ÆTATE IN GERMANIA, ITALIA, ET GALLIA, BONIS LITERIS ET LINGUIS EXCULTO, ET MOX SUPER ÆTATEM EGREGIO ORATORI, POLITICO, ET JCTO. SAXONIÆ ET MULTORUM PRINCIPUM CONSILIARIO ET LEGATO, CANCELLARIO MEGAPOLITANO, ET POST AULICARUM JACTATIONUM TÆDIUM, LUNÆB. QUOQ. REIP. SYNDICO, DEXTERITATE ET USU RERUM CONSPICUO: ET IN CONSILIIS, TRANSACTIONIBUS, ET PACIFICATIONIBUS MIRIFICE EXPETITO PIEQUE HIC DEFUNCTO, IN SPEM OPTATISS. RESURRECTIONIS UXOR ET LIBERI CUM LACRYM.

P. P.

Circa idem monument.

Cælum politevma piorum eſt,
Chriſto une duce carpe viam, ſic itur ad aſtra:
Aurea pulvereis præſtant, æterna caducis.
Nulli ſine Marte triumphi.
Vita creſcendo decreſcit:
Mors lilia ſentibus æquat.
Nil fragile à fracto differt: quod tu eſſe ſolebas
Ipſe fui: fies tu quoq; ſum quod ego.

Fuit vir eximius omnique laude cumulatus, doctrina, eloquentia, & incomparabili fere in tractandis & perficiendis negotiis dexteritate & induſtria. Felicitate inſuper ingenii tanta, ut etiam per luſum & jocum quædam cum amicis communicarit, quæ viris quoque ingenioſis & eleganti doctrina inſtructis probarentur. Qualem autem pro laboribus, curis, vigiliis, periculis mercedem retulerit, ipſe indicat :

Virtutes & dotes.

Lib. 1. eleg. 10.

Dum chari ſtudioſus heri, patriæq; juvandæ
Regna per Europæ multa profectus eo :
Prodigus ingenii, florentis prodigus ævi :
Prodigus & vita per mala mille mea :
Sive intentatos jugulis evado per enſes ;
Sive procelloſum per mare nave vehor :
Pro quibus officiis mihi ſolvitur aulica merces :
Iſta bonis multis ante ſoluta viris.

Et * alibi.

** Lib. 1. eleg. 4.*

Servivi patriæ diverſas miſſus in oras :
Gratia dum cari ſalva manebat heri ;
Obrutus adſidua multorum mole laborum ;
Ut variè curas erogat aula ſuas.
Triſte ſed heu precium nactus ſub fine laborum,
Expertusq; tuam mobilis aula fidem !

Valetudo.

Valetudine uſus eſt minus firma, forte ob mutationem crebram diætæ & negociorum molem. Laboravit enim ἀῤῥωστίᾳ anno Chriſti *ſexageſimo nono*, de qua* conqueritur elegia ad *Henricum Brucæum* medicum, cum ipſe *triginta tres* annos nondum impleſſet, conflictatus etiam eſt cum tremoribus cordis anno *ſeptuageſimo tertio*, adeò ut jam jam exhalaturus animam videretur. Potuit tamen

** Lib. 1. eleg. 5.*

——— felices inter haberi
Ordine, fortuna, conjuge, prole bona.

Libri.

Prodierunt typis excuſi *laborarum ſucciſivarum* ſive *imaginum Moſaicarum* libri duo : & *elegiarum* libri totidem, in quibus verſus ſunt graves ſententiis, luculenti verbis, & pietate Chriſtiana pleni.

Epigramma Fichardi in Huſan.

Exſtat in eum *Joan. Fichardi* J. C. epigramma ejusmodi :

Quidam nugantur, Jureconſultos parum
Curare ſacra relligionis dogmata ;
Quidam negant illorum id eſſe partium,
Extra ſuæ profeſſionis limites
Quod egrediantur, & pariter tractent ſacra ;
Utrosque tales noſter Huſanus ſui,
Erroris arguit, & ſuo exemplo docet :
Ætate noſtra hac, juris eſſe ſcientiam
Divinorum atque humanorum notitiam.

Et Nath. Chytræi.

Et *Nathan. Chytræi* de carminibus ejus :

Viderat Huſani nuper cum carmina Clio,
Æmula Fabricii Stigeliique modis ;
Mirata ingenium, fecundæ & flumina venæ,
Conticuit primùm, mox ſtupefacta refert :
Usque adeò hic callens Romani ænigmata juris,
Qui potuit ſacris invigilare libris ?
Aut cui Teutonicæ tanta eſt facundia linguæ,
Excoluit Latias quomodo quæſo deas ?
Huic Phœbus : mirari equidem jam d
Clio :
Vix alia fieri quod ratione poteſt.
Nam cujus voluit fidei committere pri
Heruleus, ſceptri jura decusque ſu
Heruleus princeps, quo non præſtantior
Vel doctrina, animi vel bonitate fu
Non modò conſilio, verùm & pietate
bat,
Ingeniique alios vincere flori ſui.

Atque hæc de *Huſano* ex ipſius *carmini* *Joan. Coleri calendario perpetuo* : *Nat* *Chytræi deliciis*. Fit ejus etiam mentio *in* *tarum Germanorum deliciis tom. 3. pag.*

ANDREAS GAIL.

COloniæ *Agrippinæ* primum hujus ſpiritum hauſit *Andreas Gail*, ſub num ſalutis reparatæ *milleſimum, quinge* *mum, viceſimum quintum.* Primis litera elementis imbutus cum à ſtudiis non abhorrens, ad juris diſciplinam, generi minum ſummè neceſſariam, animum a cuit, ac primum ejus doctores in Germ Lycæis audivit, poſtea ad exteros perrex in *Italia* ac *Gallia* præſtantiſſimis quibu JC. operam dedit, ubi & inſignia m Docturæ, ut vocant, cum applauſu omn

Reverſus ad ſuos praxin exercuit, u que ſibi rerum forenſium comparavit. à *Trevirenſi* Antiſtite evocatus, ipſius n ne in auguſtiſſimo & ampliſſimo Imperi dicio Spiræ Adſeſſoris munere functus eique annis *undecim* pro virili ſua præſ

Fuit idem *Maximiliano II.* Augu conſiliis aulicis, & libellis ſupplicibus, e Cæſar ille graviſſimas in *Italiam* & *Ga* legationes credidit, & ſtatus *Belgii* inſta tionem cum aliis commiſit.

Factus tandem Electoris & Archiepi *Colonienſis* cancellarius, in patria mo (alii *Romæ*) die *undecimo* Decembris a *octogeſimo ſeptimo.*

Spiræ cum eſſet, quædam tum decer dis, tum decidendis cauſis utilia, in u privatum, ſucciſivâ operâ collegit, quæ t poris deinde ſucceſſu in *quatuor obſerva* *num practicarum centurias* paulatim ex verunt, quas deinde rogatu amicorum ne poſt obitum ſuum aliquis Legulejo ſibi vendicaret, communes & publicas cit, inque *duos libros* digeſſit, quorum mus *judiciorum ordinem*, alter *contract* *& ultimarum voluntatum materias* com ctitur. Scripſit etiam de *pignoribus* libru & de *pace publica*, & *proſcriptis ſive ban* *Imperii* libros duos. Acceſſit tractatus gularis de *manuum injectionibus*, *ſive ar* *Imperii.*

Literaria, ut & hoc addamus, ei fuit c tentio cum *Joachimo Mynſingero*, qui e plagii arguit, quaſi furtim inſeruiſſet ſcriptis quædam, ſuppreſſo nomine auto *Et tantum de Gailio ex Præfatione*, *oper* *ipſius præfixa.*

ICHIMVS MYNSINGERVS.

Ianquam *familia Mynſingerorum* & gentilitiâ nobilitate & ſtemmatis anti- conferri plurimis, anteferri etiam aucis poteſt, auxit tamen ea ſemper alie- ia, & quæ, ut poëta vult, noſtra du- non ſunt, propriâ virtute, adeò ut livinus * Philoſophus ſcriptum reli- videatur: ἀμείνυς γίγνεσθαι φύσεις ἐν ἰτ γένεσιν. Fuerunt ante aliquot ſecu- *nſingeri* nobiles *in Helvetia*, ibique *Sabaudia* vicina inhabitarunt. Nam arum id monumenta teſtantur, anno iâ exhibito, *milleſimo trecenteſimo, octo- ſexto*, cum menſe Julio *Leopoldus* Au- Dux ad *Sempachium* in prœlio cum tiis commiſſo, & ipſe & comitum ac um flos egregius occubuiſſet, multos um ab Helvetiis expulſos, inter quos nſingerorum familia.

lio itaq; multati Mynſingeri, habitarunt apud exteros, caſtrumque ad *Nicrum*, *indeccum* nomen, incoluerunt: qua de *Ienrici Meibomii* hi ſunt verſus.

pius, & ſortem miſerans diſcrimine tanto
biter Imperii, profugis ſolamina damni
tulit; & montoſa dedit caſtella laresque:
a vetus abluitur turgenti Suevia Nicro,
illa labat virtus: quoties grave brachia
palma
get onus, ramosq; premit duriſſima moles;
icat impatiens, contraque gravantia
ſurgit
ndera ——————

in familia natus eſt ſub annum Chriſti *imum, quadringenteſimum, viceſimum m*, *Joannes Mynſingerus*, Medicinæ or, qui, ut Cruſius refert, anno *mille- quadringenteſimo, ſexageſimo octavo*, comitatu Eberhardi Comitis Wirtem- ci, ſive ipſius *Friderici* Auguſti, pere- tionem religionis ergò ad loca ſancta ſſus, quam cum ipſo quoque expedi- Fuit eidem *Friderico III.* Imperatori à liis & equitis aurati dignitate ab eo do- , ut idem *Meibomius* in panegyrico:

Palæſtinas cum Cæſare vectus ad oras,
thlemias turres atq; Hierichuntidos hortos
uſtravit, veteremque Tyrum, Gazamque
remotam:
licesque olim Solymos, & nobile buſtum.
cit iter durum pietas, & opinio ſecli.
ius, inq; piis devotio mentibus hærens.
d reduci ſortis manſit tenor æquus & idem,
melnitque ſuæ precium virtutis honeſtum
ureolos orbes, pictique inſignia torquis.

ixit iſte *Joannes Mynſingerus* anno adhuc *ſimo, quingenteſimo ſecundo*, agens ætatis im tunc *unde octogeſimum.*

ilium hic reliquit *Joſephum*, virum longè ſtantiſſimum, qui ut paternis inſiſtens igiis claritatem generis proferret, à te- s illud cogitavit:

ἰν ἀριστεύειν, ϰαὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Itaque tanta apud ipſum Auguſtum *Carolum V.* & fratrem *Ferdinandum* fuit in exiſtima- tione, ut cancellarius ipſorum fuerit in Du- catu Wirtembergico deſignatus, quando *Vl- ricus* Dux exulabat. Fuit huic proles nume- roſa, *ſeptem* filii, totidemque filiæ, ac de filiis quidem *Joannes* & *Wernerus*, Martis alumni celebrantur. Joannes, ut poëtæ rurſum ad- ducam teſtimonium, nomen profeſſus.

Cancellar. Caroli & Ferd. in Wirtemb. Duc.

Liberi ejusdem.

Ioan. Mynſinger.

Cæſaris in caſtris, robuſto corpore & armis
Militiæ adduxit juvenes, equitumque Ma-
giſter
Et peditum cuneos, & turmas rexit equeſtres.

Wernerum autem in obſidione Metenſi peſtis abſumſit. Tertius *Joſephus ſecundus Mynſin- ger*, Norimbergæ eſt mortuus. Deinde duo *Hieronymi* pueri obierunt, tertius *Hierony- mus* regi *Philippo* Hiſpano contra Belgas militavit, ubi

Werner. Mynſing. peſte ſublatus.

Quem Mars non potuit, tandem Mors atra
ſubegit.

Septimus fuit hic noſter *Joachimus*, cum den- te, quod omine non caruit, natus *Studtgar- diæ* nobili ad Nicrum oppido, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, decimo quarto*, patre quem diximus *Joſepho*, qui anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo*, die *viceſimo* Sep- tembris mortuus *Ehingæ*, trans Nicrum, ibi- dem in templo ſepultus. Matre vero *Agne- te Breuningia*, quæ poſt maritum deceſſit, cum annos *ſexaginta quinq;*, & menſes ali- quot vixiſſet.

Ioach. Mynſing. cum dente natus 1514.

Cruſ. in ann. t. 2. pag. 553.

Pater Ioſeph.

Agnes Breuningia mater.

Puer Joachimus *ſeptennis* literarum ele- menta in patria didicit, ſub *Alexandro Mar- coleone*, ludi apud Studtgardianos modera- tore. Mox anno ætatis *decimo tertio Dolam Burgundiæ* à parentibus miſſus eſt, cum duo- bus *Dapiferis de Walpurg*. Ibi genium ſuum, de Philoſophorum graviſſimo conſilio ſecu- tus, contulit ſe ad ſtudium ſanctarum legum, ſimulque poëſi operam dedit. Quo in curri- culo ut ad metam feliciter atque velociter per- veniret in *Italiam* & Academiam *Patavinam* juvenis fuit ablegatus, ubi inter alios *Viglium Zuichemum*, virum poſtea ſummum, Inſtitu- tiones Imperiales audivit exponentem. Ibi dum etſi totus eſt in perdiſcendis legibus, & jure civili cognoſcendo, non potuit tamen non interdum ad humaniores ſeſe transferre Muſas, & εἰδύλλια deliberare poëtices. Scripſit enim car- mine aliquot argumenta quæ poſtea recenſebimus.

Dolam Burgund. mittitur 1527.

Aggred. juris ſtud.

Patav. audit Vigl. Zuich.

Poëſin juxta colit.

Ex Italia ad ſuos reverſus, de conſilio illo- rum, animum ad nuptias adjecit, duxitque in matrimonium *Barbaram Cellariam*, qua cum dulces exegit annos ad Chriſti usque annum *milleſimum, quingenteſimum, quinquageſimum ſeptimum*. Sub id tempus per Germaniam to- tam, aliaque Europæ regna *Vdalrici Zaſii* fa- ma celebrabatur, qui tum in extremâ ſenectâ *Friburgi Briſgoiæ* jura profitebatur. Hujus itaque audiendi deſiderio incenſus, *Fribur- gum* ſe transportat: ac merito

Redit ad ſuos.

Ducit uxorem.

Zaſii fama.

Ad eum audiend. abit.

——————— *fidiſſima conjux*
It comes, & faciles ad herilia juſſa miniſtra.

Accidit autem, ut ſtatim ſequente hyeme *Za- ſius*, LL. Doctor & Anteceſſor, vitam cum morte

Zaſius moritur.

* A. 1535. d. 24. Nov. ætat. 74. Mynſinger ſuccedit. morte * commutaret. Cum ergo de ſucceſſore deliberaretur, ad Mynſingerum itum eſt, eique primum Inſtitutionum, deinde ordinaria profeſſio demandata. Ibi ut primum auctoritatem cathedræ publicæ contigit, mira juvenis enituit in docendo dexteritas, in eloquendo ſuavitas, in communicando humanitas. Itaque

Doctor creatur.

His animadverſis, concordi voce ſenatus
Eſt juveni decretus honos, titulúsque ſupremus.

Factum id anno ætatis Mynſingeri *viceſimo primo*, Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo quinto*, qui Zaſio fatalis.

Adſeſſor Cam. Imp. declaratur 1548. Sopito deinde Proteſtantium bello, anno *quadrageſimo octavo*, Adſeſſor in judicium Cameræ Imperialis inſtauratum, eſt allectus, quod Poëta ſic exprimit:

Ipſe inter primos florentibus integer annis
Mynſiger accitur, qui ſervantiſſimus æqui:
Cujus in ambiguis nunquam fallentia rebus
Sæpius externi proceres conſulta requirunt.

Gratus principib. & comitib. Charus fuit tunc & gratus tum aliis magnatibus & principibus, tum vel inprimis *Wilhelmo* Comiti à *Cymbern*, ejusdemque nominis Comiti *Eberſtenio*, *Joanni* Epiſcopo *Oſnaburgico*, Comiti ab *Hoiâ*, *Ulrico* Comiti *Montfortio*, qui omnes & virtutem & doctrinam, & induſtriam ejus mirificè probarunt, ac ad alios prædicarunt.

Expetitur ab Henr. Brunſuic. Itaque cum fama de ipſo longè latequè diſſeminaretur: *Henricus* junior Dux *Brunſuicenſis* & *Lunæburgenſis* operam ejus expetivit, miſſisque legatis honorificè in curiam aulamque ſuam invitavit. Annuit Mynſinger. Cancellar. conſtituitur 1556. ætat. 42. Annuit Mynſingerus, cumque familia ad principem iter ingreditur, ad quem ut venit, cancellarii ipſi munus arduum maximè & ampliſſimum imponit. Verum, ut *ſemper miſcentur triſtitia lætis*, vixdum ſedem apud *Guelvos* fixerat, fato ei eripitur conjux, die *viceſima nona* Novembr. prole nullâ relictâ *Wolffenbyti* ſepulta. Amittit conjugem 1556. d. 29. Nov. Poſt hanc duxit aliam *Agnetem* ab *Odershauſen*, *Henrici*, Mareſchalli ducatus Brunſuicenſis, filiam, cum qua ad honeſtiſſimam usque ſenectutem concordi in amore vixit. Redit ad vota ſecunda. Poſtea cum anno *ſexageſimo octavo*, *Henricus* Dux Brunſuicenſis & Lunæburgenſis in fata conceſſiſſet, adiit illarum regionum gubernationẽ Illuſtr. princeps *Julius*, qui * ſenem Mynſingerum precibus precioque, in munere ſummo detinuit † titulisque dignis clementer honeſtavit. Quo in officio quantum laborum, quantum curarum exhauſerit, quantum moleſtiarum devorarit, judicare illi poſſunt, qui non ſunt ἄπειροι τῶν πράξεων πολιτικῶν. Sunt enim difficiles adminiſtrandarum provinciarum conditiones, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum.

* Ann. 54.

† Ducat. Brunſuicenſis camerar. hereditar.

Gubernatio Reip. magnum onus.

Abdicat ſe cancellariatu Mynſing. an. æt. 59. Ætate itaque ad ſenium vergente, cum paulatim imminui corporis robur, & decreſcere vires ſentiret Mynſingerus, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo tertio*, cancellariatus officio, cum principis ſui aſſenſu, abit, atque *Helmſtadii* in otio literario, quicquid vitæ reliquum tranſacturus, ſe involvit.

Eo in otio non tantum, quæ juvenis pſerat, recognovit & elimavit, ſed etiam in foro, in principum trabulariis atque nibus aliis obſervarat, in literas retulit, blico bono edenda, fuitque inter alios ſor ſuo principi Academiæ in ſuo oppido gendæ, & ſumtibus honeſtis fovendæ. In ducta eſt ſchola illa auſpiciis Illuſtriſſ. P cipis Julii anno *milleſimo, quingenteſimo ptuageſimo ſexto*, die *decimo quinto* Octob qui & natalis fuit rectoris primi Ducis *rici Julii*.

Tandem dum ſeptuagenario major, *Ap leſma* ſuum (titulus is eſt libri) poſtremum cenſere aggreditur, ipſe ad metam longè prævisam feſtinat, placidèque Jeſu Chr Servatori animam reddit, die *tertio* Maji, no *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo oct* in arce ſuâ, *Alslebianâ*, ætatis ſuæ *ſeptu ſimo quarto*, relictis filiis *Henrico Alberto Sigiſmundo Iulio*. Epitaphium ejus ali refertur tale:

Mynſiger Europæ ſidus Themidosq; ſacerd
Frondeciæ frondens poſteritatis apex:
Præſentisq; hujus decus admirabile ſecli
Sub gelida jacet hic contumulatus hu
Tumba tegit corpus, vivit ſed fama: tot
Virtutes uno non potuêre loco.

Fuit vir verè nobilis, jurisque antiſtit illius tempeſtatis facilè princeps, ſummis cibus, comitibus, ipſique Auguſto Cæſari tus, comes Palatinus, & ducatus Brunſuice Archicamerarius hæreditarius, ac cancel rius omni memoriâ literisque dignus.

Cùm animadverteret uxorem non lib ter audire, ſi quis ipſum vel Doctorem Cancellarium ſalutaret, ipſe iſtos ti ulos bentiſſimè admiſit, prudenter dicere ſoli *Nobilem à Doctore & Cancellario eſſe ſer tum, & quaſi poſtliminio reductum.*

Edidit juvenis aliquot poëmata, fa planè & eleganti venâ, ut ſunt *Neccarid naufragium Venetum*, *Batrachomyomac Homeri*, *exhortatio ad bellum* contra Tur ſuſcipiendum; *Hymni & epigrammata*, *A ſtriados libri duo* verſibus Heroicis.

In jure exſtant in *Inſtitutiones Juſtin ac Decretales Commentarii*, *obſervation cameralium centuriæ*: *Conſiliorum decad Apoteleſmatis* autem recenſionem inch tam *Arnoldus de Reiger* nobilis Belga, ut vo Mynſingero, adjuverat; ita, eo exſtinc feliciter complevit. Non poſtremum e operum eſt *ordinatio dicaſterii Duca Brunſuicenſis*: quem Mynſingerus, inc vit, formavit, ac à Principe ſuo, adc que ab ipſo *Auguſto Cæſare*, *Ferdinando* a probatam, typis exſcriptam publicavit. Fu damentum enim ſalutis publicæ, leges.

Inſignibus (ut hoc παρέργως addamu familia Mynſingerorum uſa eſt ejusmodi, hodie depicta *Tubingæ* viſuntur.

ſcuti dextro dimidio flavo accipiter, & iſtro dimidio rubro itidem accipiter, o ſe intuentes, ac in transverſo ligno es, galea eſt cancellata, & coronata, ac- er inter duo uni cornua, flavum alterum, brum alterum, inter cornua exſtant pa- æ pennæ ſingulæ cum ternis oculis. antum de nobili & magnifico hoc viro, *negyrico conſcripto dictove ab Henrico omio P.C. & Prof. in Acad. Julia publi- Cruſii item annalibus Suevicis*, *Geſneri theca*, *aliis*.

OANNES CLOTZIVS.

Aſcitur *Joannes Clotzius* anno *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quadrageſimo quinto*, die *to* Decembris, *Wetzlariæ*, oppido Im- haud procul Marpurgo. Pater ei fuit *nius*, vir conſularis, mater *Catharina* in, homines bonæ famæ, bonæ rei. E æ ludo ac parentum ſinu extruſus *Duſſel- um*, Juliacenſis agri oppidum, ſcholâ ienti tunc celebre, venit. Præerat ibi *Franciſcus Fabricius*, vir eruditus, & in ndo felix.

ıb hoc magiſtro eos in ſtudiis fecit pro- ıs, ut dignus h bitus ſit, qui ad publica rum emporia mitteretur. *Marpurgum* r ablegatus, lectiones audivit philoſophi- cum quibus conjunxit & Theologicas, nte *Andrea Hyperio* Theologo. Marpur- einde laureâ primâ ornatus *Wittember-* abiit, ubi inter alios audivit *Eſromum ngerum*, & *Caſparum Peucerum*, illum em in Phyſicis, hunc verò in hiſtoricis. le Peuceri lectionibus poſtea, cancella- factus, non dubitavit hæc confirmare: inquit, *cùm Wittemberga literis operam m, adſiduus fui auditor Peuceri, arripui- a, quæ tradebat avidiſſimè, & non ſolùm magnum fructum tuli, ſed & nullius un- n viri, quantumvis eruditiſſimi, lectiones cas libentius & majori cum voluptate vi. Adeo non ſolùm diſertè; ſed & di- è omnia enarrabat, adeoq; dextrè exem- um ex variis hiſtoricis petita, tum quæ ipſimet erant nota ad regulas vitæ apta- & quaſi in tabella ob oculos ponebat.* Hæc Cæterum Wittembergæ juxta huma- ım literarum ſtudium & jurispruden- coluit, & JCtos ejus loci præclaros, in- isque *Joannem Schneidevvinum* audivit, m *biennium* ibi exegiſſet ac in Philoſo- feliciter progreſſus, & mediocri juris- entia imbutus eſſet, anno *ſexageſimo to*, in Marpurgenſem Academiam rediit, uicquam prius habuit, quâm ut in ju- udio conſtanter perſeveraret. Hanc ad delegit ſibi præcipuè duos ibi Anteceſ- , *Joannem Oldendorpium*, & *Antonium ermannum*, magna id temporis eâ in demia jurisprudentiæ lumina, è quibus nus ei cumulus acceſſit ad profectum, n Wittembergæ in jurisprudentia fe- s.

Sed & hortatu nonnullorum adductus, cum præſtanda præſtitiſſet, magiſter philo- ſophiæ tunc * renunciatus eſt. Marpurgenſi in Academia iterum *biennium* cum hæſiſſet, de conſilio amicorum, cum primis verò D. *Jacobi Schvvartzii*, ablegatus eſt in Galliam, ubi jurisprudentia purius doceri ſolet, & hoc ſtudium minori cum difficultate & ſumtu, etiam breviori tempore abſolvi poteſt, quàm in Italia. Et eſt per Germaniam inferiorem & ſuperiorem, atque in ipſa Haſſia finiti- miſque regionibus, major *Gallicæ*, quàm *Italicæ* linguæ uſus.

Lutetiam itaque *Pariſiorum* profectus, operæ pretium ſe facturum putavit, ſi cùm in curia, quam *Parlamentum* appellant, cau- ſæ agerentur, vel ſententiæ pronunciaren- tur, auditorem ſe præberet, & quæ notatu occurrerent digna, obſervaret, denique cum nonnullis, non minus de iis, quæ praxin, quàm quæ theoriam concernunt, ſermones conferret.

Cum autem jus theoreticum Lutetiæ non vigeret, ipſe *Biturigas* adire quidem in ani- mo habebat, ſed bellicis motibus inde arce- batur. *Dolam* itaque *Sequanorum* venit, eâ tempeſtate juris ſtudio celebrem: ubi & lin- guam Gallicam addidicit, & jureconſultos præſtantes audivit; adjunctis etiam domi commentandi ſcribendique exercitationibus.

Ibidem in curia quoque, ut antea Pari- ſiis fecerat, praxin obſervavit, audiendo ſpectandoque negotia & caſus, qui tum pro- ponebantur.

Dola deinde relictâ *Genevam* ſe contulit, *Allobrogum* urbem, etiam *Bodini* elogio no- bilem. Etſi enim ibi ſacrarum literarum in- primis ſtudium floret: tamen ſemper unum alterumve præclarum jurisconſultum, leges publicè enarrantem, magiſtratus urbis fovet. Audivit ibi & Theol. præſtantem, & juriſpru- dentiæ ſtudium nunquam intermiſit: con- ciones item Gallicas tum ob ipſam pietatem, tum ob linguam exercendam, diligenter fre- quentavit, ac cùm Italica ibidem eſſet ec- cleſiâ, ejus quoque linguæ guſtum aliquem percepit.

Geneva in patriam rediturus *Baſileam* ve- nit, ibique aliquantiſper ſubſtitit. Domum autem & melior & doctior reverſus, de con- ſilio ſuorum *Spiram*, ubi officina juſtitiæ imperii, profectus eſt, literis *Jacobo Frideri- co Meurero*, tribunalis illius advocato, com- mendatus. Hic Clotzium in convictum li- bens recepit, deque multis familiariter eru- divit, ad praxin facientibus. Legit autem ipſe ordinationem Cameræ, & reliquas Im- perii conſtitutiones, & operam in libellis conſcribendis non ineptè, petentibus com- modavit.

Poſtea cùm Marpurgo *Ludovicus Ficinus* Spiram commigraſſet: Clotzius hic di- gnus judicatus eſt, qui ei in principum cu- ria ſurrogaretur, quod factum anno *ſe- ptuageſimo ſecundo*, cum *biennium* amplius

An. 1566

In Galliam ablegatur.

Gallicæ linguæ uſus in German.

Lutetiæ agit.

Dolam adit.

Praxin obſervat.

Genevam ſe confert.

Diſcit linguam Gallic. & Ital.

Redit ad ſuos.

Spiram abit.

Iac. Frid. Meurer.

Ludovic. Ficinus.

Marpurg. vocatur Clotz. 1572.

Spiræ conſumſiſſet. Marpurgum autem ut venit, primum de more ſcholarum publicarum, doctoræ inſignibus eſt ornatus; poſt in adſeſſorum numerum adſcitus officium ſacerdotis juſtitiæ integrè præſtitit, de jure conſultoribus reſpondit, & cum laxamenti etiam aliquid haberet, patrocinio ſuo petentibus adfuit, advocati munus obeundo.

Fit Doct. & Adſeſſ.

Et Conſil.

** De quo antè.*

E curia deinde à principe Haſſiæ in conſiliariorum ſenatum cooptatus eſt, fuitque altera quaſi manus cancellarii *Joann.* * *Heinzenbergeri* ſui popularis. Hoc in munere cum aliquot annos verſatus eſſet, tranquillioris vitæ deſiderio ductus, miſſionem à principe petiit, impetravitque. Migravit itaque in patriam, ſed ita, ut nihilominus principi à conſiliis eſſet, & ſtipendio priſtino frueretur, ſæpè etiam in aulam evocaretur.

Migrat Wetz.

Cancellarius declaratur.

Cæterùm *Heintzenbergero* paulo poſt morte ſublato, ſolus hic dignus habitus eſt, qui in Cancellarii munere ipſi ſurrogaretur, cujus rei principi ſuo ipſe Heintzenbergerus ante mortem auctor fuiſſe dicebatur. Invitus multumque renitens, tantum in ſe, ut honorum ita & laborum onus *Clotzius* ſuſcepit, ut qui probè perſpectum haberet, quod *quo major & amplior* ſit *alicujus dignitas, eo graviores etiam plerunque ſint curæ & ſolicitudines*, quaſi ſpinæ roſis interſitæ. Cancellarius itaque deſignatus, id unicè operam dedit, ut fores juſtitiæ paterent omnibus, legitimus judiciorum ordo ſtrictè obſervaretur: quo fine leges varias, magno ſtudio, præter eas, quæ typis excuſæ, & Haſſiacæ potiſſimum curiæ præſcriptæ ſunt, ipſe conſcripſit. Lites ut plurimum per *transactiones*, aliasque *vias compendiarias* præcidit & compoſuit, ac ſicubi illa locum apud quosdam non inveniret, eos non in cancellaria, ſed in communi principum Haſſiæ curia litem diſceptare voluit juſſitve. Cavit etiam, ut ſuus princeps pauciſſimis implicaretur litibus, effecitque ut graves dudumque agitatæ controverſiæ per transactiones componerentur, ut cum Electore *Moguntino*, cum *Teutonici ordinis magiſtro* & *Haſſiæ commendatore* Provinciali, cum *magiſtro ordinis S. Joannis*, cum *Alberto* comite *Naſſovio*, aliisque principi litem moventibus. In mediis etiam excogitandis, ut transactiones admitterentur, inque conſiliis, quibus utraque pars aliquid de ſuo jure remitteret dandis, mirè fuit acutus, promtus, & felix.

Judicia conſtituit.

Lites dirimit.

Feſtinat lentè.

Præterea nuſpiam ſententiam præcipitabat, ſed quicquid proferebatur, id diligenter notabat, ponderabat, & ad juſtitiæ normam exigebat. Veniebant ipſimet facilè in omnibus deliberationibus & negotiis quamplurima in mentem, quæ etiam in utranque partem diſſerendo ſæpè in medium adducebat, & ſincerè candideque omnium judicio ſubjiciebat, gaudebatque, ſi animadverteret, ab aliquo vel meliora & ſaniora adferri, vel etiam iis, quæ ab ipſo adducta erant, plura eandem ſententiam ſtabilientia addi. Delectabatur iis, qui libere, qui rotundè, qui candidè & explicatè ſenſa mentis aperir ſive de publicis, ſive de privatis rebus ctaretur.

Ita dum in officio ſuo ſtrenuè obeu nullis laboribus, curis, lucubrationibu parcit, factum eſt, ut valetudinem non rum læſerit, ac ſemina morborum varia legerit, quæ tandem in fructus peſſi eruperunt.

Fuit *eryſipelas*, & *exanthemata*, quibus ceſſerunt ventriculi ac epatis æſtus & d res, artuum gravitas & laſſitudo, pedum mores, aquæ hinc inde collectæ, & corp habitus eò usque refrigeratus, ut an tan humorum iſtorum frigidorum, an verò culiaris morbi injuriâ exſpirarit, non conſtiterit. Interea tamen otioſus ipſe fuit, ſed ut primum aliquantulum rem morbum ſenſit, ad labores rediit, cu adiit, ſcripta longiſſima adornavit, pare inviſit. Sed cùm per intervalla morbi ite dem redirent, ipſeque fatalem horam procul abeſſe ſentiret, iterum avehendu in patriam curavit, ut exinde, quemadi dum dicebat, in veram Patriam in com xu ſuorum emigraret. * Eo ſimul ac ve pejus habere cepit. Avocavit itaque ſt animum & cogitationes ab omnibus r humanis, & *Evangelium Joannis*, or conſolationis pleniſſimum, ſibi præle dum curavit. Colloquia etiam pietatis na habuit cum parentibus, cum fratre & a cis, cum verbi divino miniſtro, & die Do nica poſt abſolutam in templo concion & cœnæ Dominicæ adminiſtrationem, etiam unà cum parentibus & fratre, in meſtica eccleſia, ſacra cœna uſus eſt. Au bantur ex ipſo ad vitæ exitum usque m piæ & præclaræ voces, inter quas & hæ *DEO vita mea terminus poſitus eſt: Dim tu Domine ſervum tuum in pace: In ma tuas commendo ſpiritum meum: Tu mea cra anchora, tu ſalus, tu unicum refugi es. Honores & omnia momentanea*, *adeo hæc ipſa vita, mihi ſordet, præ tuo illo æte regno & gaudio, quod ab omni æternitate verè amantibus præparaſti. Cum in domo manſiones multæ ſint, ad eas anhelo, & animo propero.* A patre interrogatus, q *de uxore & liberis fieri vellet?* Reſpondit *eos DEO committere, nec dubitare, quin commendatione abunde eis proſpectum ſit.* gillum etiam principis ſibi, ut cancella concreditum, membrana involutum, ſuo & tabellionis ſeu notarii publici ad ſe vo ti, ac teſtium fide dignorum ſigno conſig tum, eidem notario, paulò ante mortem didit, ut apud ſenatum deponeretur, & tutò principi reddi p ſſet. Tandem verò *quinto* menſis Auguſti, anno *octogeſimo* o *vo*, circiter horam primam, ſpiritum ſu placidiſſimè Deo reddidit, & ex terreſtri tria in cœleſtem migravit, cum vixiſſet an tantum *quadraginta tres*.

Fuit & hic verè Jureconſultus, patriæ cus, & commune commodum, juſtus, pi

Deum, amans Religionis orthodoxæ ; ſac tranquillitatis publicæ, ut & Aca- Haſſiacæ. Cùm Senatus Wetzlarien- ſis ob Religionem exulibus, hoſpitium ſſet, atque liberum ſuo in oppido Re- exercitium permiſiſſet: Clotzius hic gatus, factum vehementer probavit, n pio inſtituto Senatus pergeret, hor- t. Ipſe etiam ſi quando Wetzlariæ cum ſingulari voluptate Eccleſiæ illi interfuit,& Pſalmos Gallicis rhythmis comprehenſos, cum exulibus illis ce- uti & ante Genevæ fecerat.

ntibus ſuis ita fuit charus, ut cum can- s deſignatus, advocationis munere in e cauſis ſe abdicaret, non defuerint etiam illuſtres perſonæ, quæ eum, tan- enè meritum, retinere ſtipendium li- voluerunt, etiamſi alios advocatos in ejus ſuffeciſſent. Honorum præter- um minimè fuit appetens, adeò qui- ut cùm poſſet feudum à ſuo Prin- npetrare, monitus etiam petere no- imò vix permiſit, ut per amicos id

de *Clotzio decerpta ex oratione paren- Regnero Sixtino IC. & Profeſſ. Mar- ibita.*

PETRVS PECKIVS.

Peckius apud *Ziricæos* in Zelandicis is * natus, ab omnique liberali do- inprimis Juris ſcientiâ inſtructus, *Lo-* imum jura de ſuperiore loco docuit, *chlinia* Senator Regius creatus fuit, munere ad vitæ uſque finem per- ... lit è vitâ *ſexagenarius* die *decimo* i, relicto filio & tituli & doctrinæ qui parentis corpus *Machliniâ Lo-* t juſſerat, tranſtulit, & ad D. *Michaë-* aſilica illius urbis eſt vetuſtiſſima, hac ne condidit:

D. S.
PECKIO REGIO IN MA-
SENATU BELG. CONSILIA-
T SUPP. LIBELL. MAG. ZI-
NATO, MACHLINIÆ E. A.
KAL. AUG. CIƆ IƆ LXXXIX.
O LOVANII UBI MULTIS
S ENARRARAT APUD SUOS
TO INQUE ILLO MUNERE
E BENE MER. SCRIPTIS
PIETATIS COLENTISS.
BUS BONIS AMICO CLE-
RI STUDIOSISS.
AR. GILLIS VID. ET LIB. P.
N. LX. D. I. BENE QUIESCAT
IN CHRISTO JESU.

fuit corporis eleganti ac dignitate barbâ promiſsâ, comis ac mirè fa- n excellenti doctrina. Scripſit *con- emplis per Belgium reparandis atque lis*: utque civibus gratificaretur ſuis, cum magna ſit apud Belgas navigandi ars, qua res familiaris inprimis augetur ; mercesque importantur, & exportantur, reliquit varios de *re nautica libros*, quo diſciplinæ quadam ratione ars ea in officio contineretur. De cæteris ſcriptis ad juris prudentiam pertinentibus excellunt *Commentarii de Teſtamentis conjugum, de jure ſiſtendi: de juris canonici regulis.*

Ex *Auberti Miræi elogiis.*

ANDREAS PAVLI.

☉ 1590. d. 4. Maji. ætat. 47.

ANdream Pauli *Brunſuiga* protulit natum parentibus perhoneſtis, anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio.* Pater ei fuit *Gerhardus*, Senator & Camerarius urbis, avus itidem *Gerhardus*, quadraginta ipſos annos conſulatum ibi geſſit. Ut primum in pueritia Philoſophiæ jecit fundamenta *Wittembergam* miſſus eſt, ad emporium nempe bonarum artium, fuitque Melanchthoni commendatus, qui, indole adoleſcentu'i perſpectâ, domum ſuam & in convictum eum recepit.

Gerh. Pauli pater. Et avus cogn. Wittemb. mittitur Andr. Pauli. Melanchthoni charus.

Mox adeò magnis in ſtudiorum curriculo itineribus eſt progreſſus, ut *decimo quarto* ætatis anno eleganter & Latinè & Græcè ſcriberet, cujus ſpecimen dedit necdum ephebus verſione catecheſeos, quam & Latinè & Græcè de vernacula ita tranſtulit: ut Melanchthon ipſe fuerit admiratus.

Proficit feliciter. Vertit catech. Lat. & Græc.

Itaque propter excellentiam ingenii & dexteritatem impensè eum adamavit, ac frequenter pro lectione publicè eum examinavit, propoſitis, qui mos illi erat, nunc non eſt, quæſtionibus, ad quas ita eruditè, ita appoſitè adoleſcens reſpondit: ut & Melanchthon & auditorium totum indolem complexi mirificè eum obſervarent & diligerent. Toto dein de vitæ ſuæ tempore præceptoris ſui memoriam retinuit ſacroſanctam; famamque adverſus Zoilos defendit, quin imò biduo ante obitum vitam Melanchthonis deſcriptam legendo ſeſe oblectavit. *Wittemberga Lipſiam* abiit magni illius *Camerarii* inter alios videndi cauſſâ, qui hunc noſtrum non certè minore, quam Melanchthon, favore ac benevolentia eſt proſecutus, intimumque habuit. Audiendis itaque viris ſummis, eò in ſtudiis progreſſus eſt, ut, cùm *Ingolſtadii* aliquantiſper hæſiſſet, in *Italiam* iter ſuſceperit, ac *Bononiæ* triennium in optimarum artium, ac præcipuè ſanctarum legum ſtudio poſuerit, cum quo & linguæ Italicæ uſum conjunxit, quem ſibi tantum acquiſivit, ut non homo alienus & longinquus, ſed in media Italia natus haberetur.

Mos Melanch. publicè interrogandi. Lipſiam abit Pauli. Et in Italiam. Italicam linguam addiſcit.

Italia perluſtrata, & aulis Principum plerorumque ſalutatis, in *Galliam*, & quidem *Valentiam* ad JCtorum coryphæum *Iacobum Cujacium*, perrexit: ubi ita humaniter ac prolixè fuit exceptus, ut ipſa ab Academia rogatus, Doctoralia, quæ vocant, in jure inſignia ibi acceperit. Inde *Lugdunum*, *Aureliam*,

Venit in Galliam. Audit Iacob. Cujacium.

liam, Lutetiam, & alias illuſtriores regni urbes atque oppida adiit; & cum doctiſſimis quibusque JCtis de materiis gravibus contulit; ipſum etiam linguæ Gallicæ idioma uſu feliciter addidicit. E *Galliâ* cum bellicis tumultibus diſcedere cogeretur; *Spiram* venit, praxeos cognoſcendæ ergò, ibique tantiſper ſubſedit: donec à Saxoniæ Electore *Auguſto* fuit evocatus, ut à conſiliis ſibi eſſet. Factum id anno ætatis ipſius *duodetrigeſimo*.

Spiram venit.

A conſil. eſt Elect. Sax.

Eo in officio talem ſe præbuit, ut omnibus & ejus fides, & induſtria quædā præcipua probaretur. Gratus itaque Electori ſuo charusque fuit: ipſiusque ille operâ, in obeundis legationibus graviſſimis, non ſolum ad Electores & Imperii Principes; ſed ad ipſum quoque Cæſarem, ad Regem Poloniæ, in *Italiam, Boruſſiam*, aliasque provincias exteras, cum ſucceſſu uſus eſt.

Legationes obit.

E vivis deinde ſublato Elect. *Auguſto Chriſtianus* I. Elect. Sax. qui ſucceſſit, eodem loco eſſe hunc Pauli voluit; cui itidem operam & fidem ſuam conſtanter probavit. Tandem cùm idem Elector ad Principis Cattorum *Wilhelmi* aulam proficiſceretur *Caſſellas*, anno *milleſimo quingenteſimo nonageſimo*, in comitatu hunc etiam Pauli habuit, ut ſicubi res poſceret, præſtò eſſet. Ibi ergo dum ſubſiſtunt, decumbere cepit: eoque morbo die *quarto* Maji intra quintam & ſextam matutinam, exſtinguitur, corpusque *Caſſellis* honorificè in templo parochiali terræ mandatur redditurque; cum hic peregrinatus eſſet annis *quadraginta ſeptem*: Saxoniæ ducibus atque Electoribus inſerviſſet annis *octodecim*.

Cum Elect. proficiſc. Caſſelas.

Ibi moritur.

Fuit officii ſui ſatagens, pacis in Republ. & Eccleſia unicè appetens, laborum in itineribus ac conſultationibus tolerans; orthodoxæ pietatis tenax, nullius timens minas, paratus vel exilium pati Chriſti cauſa, prolixus in pauperes ex bonis honeſtiſſimè acquiſitis, nō δωροφάγος: adeò ut aliquando, cum occaſio id ferret, dixerit: *ſe imprecari ſibi: ut eo ipſo bolo, quem manu tenebat, confeſtim exſtingueretur, ſi conſcius ſibi ullius ſit munuſculi, ab ullo civium tam ditiorum quam pauperum accepti: exceptis principum & magnatum, quæ ut non honeſtè recuſare, ita pro laboribus juſtè potuiſſet poſtulare.*

virtutes & mores.

In extremo vitæ actu patientiam verè Chriſtianam præſtitit, id unicum conqueſtus: *quòd extra patriam ſibi moriendum videret*: Cui tamen paſtor illius oppidi, Chriſtianè obviam ivit, & cum hanc tum alias curas exemplis & dictis ſacris piè exemit. Nec enim minus beati fuerunt *Jacobus* & *Joſephus* patriarchæ, in Ægypto, inter gentes idololatricas, demortui, *Domini eſt terra: & ex omni angulo tantundem via ad cœlos.*

Querela ejus in morbo.

Ex concione funebri habita à Joanne Strackio paſtore & Superintendente Caſſellano.

Ob. 1590. d. 22. Iulii, ætat. 66.

IOANNES WAMESIVS.

Patria Wameſii.

LEodici *Eburonum* natus eſt *Joannes Wameſius*, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto*, & à puero ad ſtudia adhibitus. Poſtea Latinis Græcisque literis non[...] tinctus, ad publicam juriſprudentiæ pro[...] nem ſumma cum laude acceſſit; & D[...] inſignibus, unà cum *Joanne Vendvilli*[...] *Tornacenſium* præſule, *Joachimo Hipp*[...] *Petro Peckio*, clariſſimis JCtis, docora[...]

Porrò docendi provinciam quanti [...] fecerit, ex eò certè apparet: quòd cum [...] *Auſtriaco* Turcicæ claſſis victore, ad c[...] nendos motus Belgicos à fratre *Phil*[...] Hiſpaniarum Rege miſſo, in ſummum[...] tum legeretur, eo non ſit uſus benefic[...] ab honeſto ocio avocatus, deeſſet ju[...] quam ſemel informandam ſuſcepiſſet.

Cumque pari ferè laude in cognitio[...] mani diviniquē juris floreret: quæ laus [...] ſi *Philippū Decium* & *Didacum Covarr*[...] excipias, ſuperiori ætate contigit) qu[...] in ſcholis doctrinam, uſu & exercitati[...] renſi ſic confirmavit: ut ambigerent [...] ad Gymnaſium an ad Forum, & ad R[...] magis foret idoneus. Fidem facient [...] rata illa *Reſponſorum juris volumina*: [...] nihil in eo genere, aut uſu melius, aut [...] na, perfectius invenias. Defuncto h[...] illuſtre monumentum poſuere Lovani[...] *Petri*.

MEMORIÆ SACRUM
JOANNES WAMESIUS H.
QUEM BREVITER LEC
NOSCE. NATUS EST LEO
EBURONUM AN. CIƆ. IƆ. X
AD STUDIA LITERARU
INDE JURIS TRANSIIT,
QUOQUE FAMAM ADE
ETIAM GRÆCIS, NATUR
INDUSTRIA DUCE.
AT IN JURE AD CUL
IPSUM CONSCENDIT
DOCTOR RENUNCIA
A. CIƆ. IƆ. LIII. PUBL. PRO
HAC SCHOLA A. CIƆ. IƆ.
DENIQUE PRIMARIUS A
CESSOR A. CIƆ. IƆ. LX.
HOC MUNUS CUM L
ANNOS XX. OBIIT.
PRIMORIBUS GRATUS
GO VENERABILIS, OMN
CARUS. BREVITER, DO
NA, PRUDENTIA, AUC
TATE, INTER ÆVI SUI
OBIIT DIUTINA INVALE
A. CIƆ. IƆ. XC. XI. CAL. SEX
ISTE VIR FUIT, LECTOR
FUIT: TU QUOQUE C
ES NON ERIS. ALIUS, ALIA
OMNES HUC IMUS, CO
ET HUIC BENE APPRE
ITA POSTERI TIBI. M
DEUS IPSI ET NOBIS M
RERE. HERR. PP.

int in ipſum & *Iuſti Lipſii* Phaleuci ejus-
i:

ſtes ille Iuris, & Legum ſacer
os, cui Themis ſuum recluſerat
us, ſuoque Aſtræa foverat ſinu:
vit ille, & cœlites petiit locos,
meſius Lovanio inclytum decus
vit, at reliquit in noſtris locis
Veymſium & Corſelium Iuris ſimul
lus ſacratos, qui perire non ſinant
labores, ſed dolatos proferant
ix in ævum, publicoque conſecrent.

pſe ſcriptis inclareſcere, qua fuit animi
eſtiâ, vivus nunquam cupivit, uti poſt
um ejus *Stephanus Weimſius* & *Ger. Corſe-*
evulgatis illius doctiſſimis *Recitationibus*
it. de appellationibus, palàm fecerunt, nihil
eruditiſſimo, præter ſcribendi voluntatem
iiſſe.

Aubertus Miræus in elogiis illuſtrium Belgii
ptorum.

DAVID LUCANUS.

Rancobergum Haſſiæ eſt oppidum ad limi-
tes *Weſtphaliæ*, à Francis, qui olim ibi ca-
habuerunt, vel, ut alii, à *Carolo* magno, qui
mplificavit, appellatum, celebre natalibus
ni Heſſi, *Chriſtiani Gudenii*, *Sauriorum*, &
ium doctiſſimorum virorum. Eodem in
ido lucem hanc primum vidit *David Lu-*
us, anno à partu Virginis *milleſimo quin-*
eſimo viceſimo octavo, ipſo die *Davidis*, qui
enultimus dierum totius anni, Decembris
npe *trigeſimus*. Patrem habuit *Ioannem*,
m conſularem, qui, ut fratres Davidis alios,
& hunc ipſum maturè magiſtris forman-
n tradidit: ut dum tener eſſet, quaſi cera
ns fingeretur. Cùm igitur prima in pa-
ludo imbibiſſet elementa; *Wetteram* eſt
ſus: ubi, *Famulio* & *Pinciero* præceptori-
, feliciter in ſtudiis eſt progreſſus. Sub
empus cùm peſtilens lues graſſari cepiſſet,
bius animi Lucanus, *Marpurgum* acceſſit,
hiloſophicos Doctores, de quibus *Ioannes*
icerus, diligenter audivit. Ibi cùm & lin-
rum & artium liberalium cognitionem ſic
s magnam ſibi comparaſſet, prima ei de mo-
cholarum Philoſophiæ laurea eſt decreta,
e, ut poeta patrius in Panegyrico,

——fores reſerans ad culmina cætera, laudis
Calcar, & ingenuis addit conatibus alas.

Poſtea dum adoleſcens alacriter ſtadium ſu-
decurrit, accidit; ut Marpurgum legati è
lliâ venirent *Ioannes Fraxineus* Epiſcopus
jonenſis, & *Fridericus Reiffebergius* vir no-
itate antiqua & re militari præſtantiſſimus.
Hic cum in ædes *Ortvvini Lucani* divertiſ-
, adoleſcentis indolem contemplatus, eum
Ortvvino adjungi ſibi petiit. Habiturum
im & rei gerendæ materiam luculentam, &
caſiones emergendi ampliſſimas. Aſſen-
n eſt ab Ortvvino, à parentibus, & ipſo
oleſcente, qui ſpem oſtentatam minimè

negligendam ſibi duxit. Mox *Reiffebergius* effecit: ut *Fraxineo* illi Epiſcopo à literis & ſecretis eſſet, atque interpretis officio fungeretur. *Abducitur Lucanus.*

Vidit eâ in profectione Lucanus & Regiones, & populos exteros, & in mores, ingenia, ac ſtudia aliorum penitius introſpexit; Gallicæque linguæ notitiam, rerumque uſum aliquem ſibi comparavit, quæ omnia Jureconſulti & conſiliarii aliquando futuri adminicula ſunt non contemnenda. Legatus ille, homo alioquin auſterus; ita tamen Lucani diligentiam fidemque probavit, ut eandem Regi Galliæ commendarit, qui ingenii ejus agilitate & induſtria delectatus, iterum iterumque operâ ejus in legationibus ad Principes patriæ uſus, eumque honorariis magnificis *centum, trecentorumve coronatorum* eſt remuneratus. *In Galliam venit.* *Commendatur Regi Galliæ.* *Ablegatur ab eo in German.*

Liberato deinde Landgravio Principe ſuo, Lucanus ad *Reiffenbergium* patronum rediit, à quo quamvis juvenis theſauris bellicis eſt præfectus. Tanta erat juvenis virtus, tanta prudentia, verè ſuis velocior annis. Non igitur ille ut plerique adoleſcentum ætatis tempus optimum otio ignavo, non alea, non compotationibus, non voluptatibus aliis indignè prodegit, ſed partim liberalium diſciplinarum ſtudiis, partim perferendis laboribus, adeundis periculis, & comparandis vitæ præſidiis impendit. *Præficitur bellicis theſauris.*

Cæterùm cum juris ſtudium perſequi animus ei eſſet, *Reiffebergius* perſpiciens ingenium ad literariam magis, quàm ad illam turbulentam militiam natum; ſuis ſumtibus ipſum, raro liberalitatis exemplo, ſuſtentavit, in Galliâ quidem *Pariſiis*; ubi *Petri Rami* & *Friderici Riſneri* Germani Mathematici optici auditor fuit, & in Academia *Bituricenſi* triennium, in Italia verò annum. Et erat diutius ille Mæcenas ſuppeditaturus ſumtus, niſi rumor incertus de obitu illius Reiffenbergii cum è curſu medio retraxiſſet. Sublato enim per mortem, ut rumor erat, patrono, videbat ſe diutius in Italia commorari non poſſe. *Redit ad ſtudia Reiffeberg. ſumtu.* *Audit Ramum & Riſnerum.*

Redit ergo in Germaniam, de ſuorum voluntate ad cognoſcendam praxin Imperialis cameræ *Spiram* conceſſurus, ſed ubi accepit rumuſculum illum, quod optabat, falſum, acceſſit ad *Reiffebergium* ſuum tum in novo milite pro Galliarum Rege conſcribendo occupatum, eique reditus, ex Italia cauſas explicavit. Reiffebergius extemplo eum ad Regem ablegat: ut de equitatu & peditatu coacto nuntium adferret. Accidit id Regi tam gratum jucundumque; ut illicò Lucanum *quingentis Francicis* donatum, cum literis ad *Reiffebergium* remiſerit. Lucanus, cùm in morâ periculum eſſet, per equos celeres feſtinatione ſummâ ad Reiffebergium contendit, & cum eodem primò in *Galliam*, deinde rurſus ex *Galliâ* in Germaniam ablegato ad Imperii Principes individuus Comes ivit. Denique iterum cum illo in Galliam reverſus, annum ferè in ipſius comitatu conſumſit, ita tamen, ut quicquid ſubſecivi ſuffurari poſſet temporis, id omne juriſprudentiæ ſuæ impenderet. *Redit ad ſuos.* *Venit ad Reiffenbergium.* *Mittitur ad Regem Galliæ.* *Peregrinationes varias ſuſcipit.*

Sed hic καθ᾽ ὕϛερον πρότερον, dicendum videtur, cur in Italiam pervenerit Lucanus. *Biturigibus*, ubi tunc is agebat, ortum erat, ut fit, inter Gallos & Germanos diſſidium acerbiſſimum: quod in tumultum non ſine diſcrimine Germanorum, qui numero pauciores, erupturum videbatur. Hujus rei fama cùm perveniſſet ad aures ductoris *Recrodi*, viri nobilis & militaris, natione Haſſi: Lucanum popularem ad ſe *Tremmelvillam* bidui itinere *Biturigibus* evocat, ut & in tuto civem ſuum collocaret; & ubi poſſet opera ejus uteretur. Manſit apud hunc nobiliſſimum virum propè annum, importunis precibus permotus. Sed *Reiffebergio* avocante, & ut ſtudia pertexeret, urgente; Italiam, ut diximus, adiit, dimiſſus, à *Recrodo* ſuo liberaliter, donatis *centum coronatis*, & equo eleganti. Sed ad inſtitutum redeamus.

Diſſidium inter Gall. & Germ.

Biturigas ergò ſecundum abiit cum bona Reiffebergii gratiâ, ubi & antè audierat legum Profeſſores celeberrimos, *Franciſcum Duarenum*, *Joannem Rabirium*, *Andream Leveſcatium*, *Jacobum Cujacium*, *Hugonem Donellum*, *Nicolaum Bugvirium*, *Antonium Contium*. Horum quotidianis lectionibus & in jure exercitationibus confirmatus, honores & gradus eos, qui *Biturigibus Galliarum* uſitati petiit, anno quidem *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio* die *viceſimo* Septembris utriusque juris renunciatus *Baccalaureus*, mox die ſequente ejusdem menſis & anni *Licentiatus*, tandem ex Italia redux anno *quinquageſimo nono* Doctor U.J. ſalutatus eſt, dato ei à collegii Profeſſoribus teſtimonio graviſſimo.

Redit Biturig.

Audit ibi ICtos præſtant.

Petit honores Academicos.

Non igitur tam inſignibus ornatus, quam eruditione ſolida inſtructus in patriam cogitat: *Marpurgum* redit, uxoreque ducta domicilium figit. Vix dum peregrè reverſus erat, cùm ei Haſſiæ Princeps *Philippus* ſenior, conſultanda & expedienda negocia Gallica commiſit: quæ tum ob confederationem Galli cum Haſſo crebra. Fuit tum Lucanus circiter triginta & unius annorum: quo ſapientes hominem idoneum ad conſilia danda judicant: & ille in prima ſtatione ita Principi, conſiliariis aulæque primatibus ſe approbavit: ut brevi poſt ſummi *dicaſterii Haſſiaci* adſeſſor deſignatus, mox in ſanctiſſimum conſiliariorum Principis ſenatum fuerit adſcriptus: quo in munere ad vitæ usque finem permanſit.

Redit Marp.

Adſciſcitur à Landg. inter conſil.

Adſeſſor dicaſterii. Et conſil. intimus declaratur.

In duabus autem, quod praxin attinet, potiſſimum rebus effulgebat ejus lux ingenii & incredibilis dexteritas; in *compoſitione odioſiſſimarum & graviſſimarum controverſiarum*: deinde *in legationibus* ad Imperatores, Reges, Principes, & Magnates; quas omnes recenſere longum eſſet. Id enimverò laude & memoriâ dignum; quod anno *ſexageſimo tertio* vix dum in ordinem conſiliariorum delectus, idoneus judicatus eſt, qui ampliſſimam legationem ad *Ferdinandum* Imperato-

Legatus ad Ferdinãd. Caſ. 1563.

rum obiret, Rittebergici feudi Haſſ
Principi obtinendi gratia.
Anno *ſexageſimo ſexto* una cum D. *J*
viro Clariſſimo Electoris Palatini legat
Carolum IX. Galliarum Regem, parti
cauſa religionis, partim in negocio de
quo Rex Principibus à ſuperiorum bell
tempore obſtrictus tenebatur, eſt miſſus
à rege auream accepit catenam *quingent*
florenorum precio æſtimatam. Anno *ſe*
geſimo ſexto ad Cæſarem *Maximilianum*
in comitia Ratisbonenſia, & hoc piè de
cto, anno mox ſequente ad *Rodolphum*
per ad Imperii culmen evectum, *Vien*
Auſtriæ ablegatus eſt: petitum regalia, n
ne Haſſiæ. Rurſum anno *octogeſimo ſecu*
ad comitia *Auguſtana* legatus, & anno
geſimo quinto, *Pragam Boëmiæ* metrop
ad Auguſtum eundem miſſus; ut cùm
aliorum Principum legatis, pro Saxonis ca
vi liberatione ſupplex deprecaretur. Ex
profectò intelligitur; quanta in his rectè c
ficiendis ſit laus, cùm in ſuſcipiendis ſube
disque tanta ſit gloria. Taceo legatione
Palatinum ad *Saxonem*, *Brandeburgicum*
ctores, ad *Francofurdianam* Deputationis
vocant diem, ad *Wirtembergicum*, ad *G*
gium Landgravium, & alios: quæ ab eo
mnes rectè adminiſtratæ, memoriam no
nis conciliabunt ſempiternam. Quanqu
ut quilibet facilè videt, non citra moleſtia
ſæpè non ſine periculo fuerunt ſuſcep
ſplendoris alias plenæ legationes. In Gall
certè illa parum à vitæ diſcrimine abfuerun
Lucanus & Junius legati. Nam dum ibi
gunt, quidam neſcio qua ſuſpicione tem
concepta, cum lictoribus ad eorum ædes
ceſſit, in carcerem pertrahere conatus ex m
dato, ut jactabat, regio. Ibi noſtri rec
mare; proteſtari, legatos jure gentium e
inviolabiles, ad ſuos Principes injuriam
dedecus redundare: vitam ſe paratos eff
dere potius; quam turpiter ſe dare. Tum
tu itaque orto, & parte altera vim minita
te, alterâ reprimente; accurrentibus Gallis
Germanis, res ad Quæſtorem defertur. H
& ipſe accedens, idem urget; ut ſe deda
jubet. Noſtri antiquum obtinere: & m
ſculè ſe defendere: tum Quæſtor rem di
gentius inquiſiturus abit, poſt horas duas r
dit, errorem obtendit, deprecatur, & præc
pitantiam ignoſci ſibi rogat. A lætâ cataſtr
phe noſtri admiſſi ad ipſum regem, cleme
ter auditi ac liberaliter dimiſſi ſunt, ſed ad
nem properat narratio.
Senſit quotannis Lucanus febriculam, re
quias morbi, quo aliquando periculoſiſſimè l
boraverat, ubi conclamatum de ipſo putaru
verum qui majoribus reſervabatur, liberat
Dei beneficio dum fuit; ita tamen ut ſingu
annis ſub idem tempus, quo malo corrept
fuerat, nonnihil ſeſe oſtenderet. Itaq
anno *nonageſimo*, ſupra *milleſimum quinge*
teſimum, menſe Julio, morbo alio labora
graviter cepit: à quo etſi aliquantulum ſe
reco

ollegiſſe videretur: tamen paulò pòſt ſub-
ita eſt ſenſibilis indies virium defectio, ad
m acceſſit catarrhus ob phlegmatis craſſi-
ſuffocativus. Quo cùm vitæ ſibi finem
unciari ſentiret; intrepido animo horam
mam expectavit: & ad eam uſu ſacræ cœ-
præmiſſa humili peccatorum confeſſione,
onfirmavit. Liberis etiam utriusque ſexus
adata dedit ſalubria: conſolatus eosdem
matre vidua relinquenda. Tandem die
ſimo tertio Auguſti inter preces & ſuſpiria
morte placida in feliciorem vitam com-
ravit: cùm in his terris vixiſſet annos
ginta unum, menſes ferè *octo*. In obitum
beatum carmen ſaxo inciſum eſt ejusmo-
uctore *Rodolph. Gocl.*

Lucane jaces ſed non jacet inclyta virtus;
David, Francorum montis alumne pie.
eras Dominis Cattorum, Martis & artis
otibus, eloquio conſilioque potens.
tum Cæſar, reges videre ducesque,
qua gerenda foris, ſi qua gerenda domi.
rinæ fuit hic & paupertatis aſylum:
uam placidum pectus: quanta viri gravitas!
capiunt manes veram poſt funera laudem:
o meritis cœlo gratia digna fuit.

amentum omnium virtutum eſt pietas:
n Lucano fuit ſingularis. Domi enim
tatas habuit horas; quibus ſacrorum li-
m lectioni & precibus, quas in genua
at provolutus, vacabat. Liberos de-
d pietatis cultum diligenter educavit:
onibus quantum per occupationes licuit,
ens interfuit. In rebus fidei pluris fecit
tolorum ſimplicitatem piſcatoriam;
argutias in humanæ rationis cerebro

tatem ac fidem ſecuti ſunt ſui fructus,
e ſemper per charitatem eſt efficax. Nam
uam erat in eo dignitatis gradu con-
is, quem contingere paucis datur: iis
atibus auctus, quas optare multi, obti-
pauci queunt: ingenii denique & do-
dotibus præſtantiſſimis ornatus; ta-
d faſtum propterea ſe inflari paſſus non
perioribus obediendo; paribus ſe non
nendo, inferiores non contemnendo:
iſſimos quosque comiter alloquendo,
ndo, & pro re natâ ſermones cum illis
endo. Hoc eſt Syracidæ illud expri-
quò major es, eò te plus humilia. Mi-
m & præter jus fasque oppreſſorum af-
ſortem non ſolum Chriſtiana ſυμπα-
iſerabatur: ſed etiam pro virili adjuva-
& ab opprimentium injuriis & contu-
quantum poterat, vindicabat. Hoc
qui illud ejusdem ſapientis: *inſtar pa-*
pupillis, & loco viri matri illorum: &
nquam filius altiſſimi, & Dominus te
chariorem quam mater tua. Sic

igitur inter ſuos conſenuit, Principi probatus
conſiliarius, domi ſuæ paterfamilias ſeverus
juxtà & humanus; foris in conſilio gravis; in
dicendis ſententiis prudens; diſertus, mo-
deratus, juſtus pacificus, in conviviis ita hila-
ris; ut nec ſermonis ſcurrilitate, quam toto
pectore averſabatur, nec odioſa in alios dica-
citate, nec temulentiâ auctoritatem officii ſui
dehoneſtaret: ſed convivam ſe præberet ſo-
brium & ita commodum: ut interim dignita-
tem ſuam tueretur, & vocationis officia obire
expeditè poſſet.

Vixit in conjugio gemino, primum cum *Ursula Nicolai Wallenſteinii* ſenioris Land-gravii officialis, & ſcribæ Camerarii filia: quæ à primo partu ex hac mortali vita diſceſſit, infantulo matrem paulò poſt ſubſecuto. Alterum contraxit cum *Catharina Joann. Molleri*, civis *Francobergici* filia: ex qua ſuſcepit *liberos decem*, filios ſeptem, filias tres, numero cum Jobi liberis æquali. De his ſuperſtites reliquit filios quinque, filias ipſas tres, omnes in timore Dei piè & liberaliter inſtitutos. *Conjugiū.* *Liberi.*

Et tantum de hoc Lucano ex *oratione funebri habita ab Ægidio Hunnio Theol. D. & ex carmine parentali ſcripto ab Hermanno Kirchnero P. C.*

CHRISTOPHORUS EHEMIUS.

ob. 1592. d. 1. Iunii. ætat. 64.

CHriſtophorus Ehemius in lucem editur *Auguſtæ Vindelicorum*, anno ſalutis reparatæ *milleſimo quingenteſimo viceſimo octavo*, menſe *Auguſto*, familia patricia & nobili. Pater ei fuit cognominis, equeſtribus certaminibus clarus: mater verò *Anna Rellingera*, pietate in Deum & maritum commendata. Puer cùm rudimenta artium prima, una cum orthodoxæ fidei elementis, ſub *Xyſto Betuleio*, imbibiſſet: *Antverpiam* miſſus, juxta literas Gallicam linguam didicit, condiſcipulo *Matthæo Weſenbecio*. *Pater Ehemii.* *Mater.* *Antverpiā mittitur.*

Exinde *Argentoratum* venit: ubi inter alios operam dedit *Juſto Velſio Hagano*, viro in Philoſophicis & medica arte excellenti: cujus honeſtiſſimam facit mentionem in ſuo de *Principiis Juris* * tractatu: & qua fuit induſtria, omni doctrinarum genere animum egregiè expolivit, ne Muſica quidem, condimento ſtudiorum jucundiſſimo, neglecta. *Inde Argentoratū.* *Iuſtus Velſius.* * *Pag. 75.*

Ita inſtructus ac præparatus ad altiora enitens in *Italiam* ſe contulit: ubi non jurisprudentiæ ſolum ſe dedidit, etſi caput ſtudiorum ejus erat; ſed & in Philoſophiæ & Medicinæ cognitione diligenter elaboravit, ſub *Baſſiano Lando Placentino*, celeberrimo rei medicæ *Patavii* Profeſſore. Ibidem pleroſque omnes in *Ariſtotelem* tam *Græcos* quàm *Latinos* interpretes magna cura conquiſivit, & multo labore evolvit. *In Italiam abit.* *Baſſianus Landus medic.*

Domum ad ſuos reverſus *Tubingam* venit: ubi perſpecta ipſius doctrina & virtute publicè *organi Ariſtotelici* interpres * deſi- *Redit ad ſuos.* **Inſcriptus ibi A. 1552.*

 gnatus

Docet Tubingæ. gnatus eſt: quam functionem cum nominis ſui fama & auditorum fructu obivit, cum lectionibus diſputationes frequentes adderet. Habuit tum amicos & collegas inter alios, viros celeberrimos & Philoſophos exquiſitiſſimos *Jacobum Schegkium* & *Leonhardum Fuchſium.*

Haidelbergam evocatur. Docet in Academia Conſiliar. Tubinga *Haidelbergam* evocatus, *Othonis Henrici* ſeptemviri Palatini auctoritate primum jus civile in Academico acroaterio eſt profeſſus. Deinde in numerum conſiliariorum allectus, fide, diligentia & prudentia ſumma munus ſuum obivit. Poſtea *Othone Henrico* rebus humanis exemto, *Fridericus* III. *Elect. Pal. deſignatur* Succeſſor hæresque Electoralis dignitatis, non ſolum eum permanere priſtino in officio voluit: ſed ad ſummi honoris faſtigium evexit, Cancellarii munere ampliſſimo ei demandato. *Et Cancellar.* Uſus eſt ejus opera Princeps graviſſimis in negociis, in legationibus, in conventibus & colloquiis etiam Theologicis: ac ſæpè non ſolum aulæ Palatinæ: ſed totius Imperii Rempubl. & Eccleſiam Chriſtianam promovit.

Venit ad Maulbr. Colloquiũ 1564. Ita anno *ſexageſimo quarto* ad Colloquium in Maulbrunnenſi monaſterio inſtitutum venit: in quo quid actum ſit alibi exponitur. Deinde anno *ſexageſimo ſexto*, eodem cum *Ad comitia Auguſt 1566.* Electore ivit ad comitia, quæ *Maximilianus* II. prima *Auguſtæ Vindelicorum* celebravit. Ibi cum à nonnullis graviter eſſet accuſatus Elector Palatinus, ob mutatam religionem, ipſe Principis undiquaque impetiti animum fortiter confirmavit. Et ſanè ea tunc fuit Princeps piiſſimus conſtantia: ut tribus è ſuis, quos perorare coram Cæſare juſſerat, oratione prius præmeditata, obmuteſcentibus, ipſe, in pleno conſeſſu ordinum Imperii, cauſam ſuam publicè dixerit, adeoque ipſum Cæſarem vehementer oratione ſua commoverit, ſed de hoc quoque alibi.

Ad Colloquium Francoth. cum Anabapt. 1571. Anno *ſeptuageſimo primo*, cum eodem Principi Electore venit ad Colloquium, *Francothalii* in Palatinatu, menſe Junio cum Anabaptiſtis inſtitutum: fecitque actionis initium: quemadmodum narratio de eo edita docet.

Ad comitia Ratisb. 1576. Interfuit & *Ratisbonæ* conventui Principum quem poſtremum *Maximilianus* II. Imperator celebravit: ac * mortuo *Friderico* III. Electore, apud *Caſimirum* manſit: **☉. 1576. d. 26. Oct.* cui auctor fuit, cum ſchola *Haidelbergenſis* diſſiparetur; ut *Neoſtadii Nemetum* Athenæum aperiret, & ſtipendiis liberalibus foveret docentes. *Eſt cum Caſim. Palat. Gymnaſiũ Neoſtad. apertum 1578.* Ex qua ſchola deinde tanquam ex copiæ cornu prodierunt in omnes Europæ angulos viri doctiſſimi juxta & libri; & cœleſtis veritas longè lateque eſt propagata. *Neoſtadio Haidelbergam* cum Principe *Caſimiro* *Redit Haidelbergam* reverſus; conſtituta Eccleſia & Republ. iterum ſuo officio eſt functus. *Eſt à conſil. Frid. IV. Pal. Elect.*

Tandem & *Caſimiro* rebus humanis exemto, *Friderico* IV. fuit à conſiliis intimis, quamdiu ſupervixit, cancellarii munere ſublevatus. Ejusmodi curis & laboribus fractus; vitæ ſatur, ingreſſus ætatis *ſexageſimum* [...] *tum*, mortalitatem exuit, anno *nonageſi*[...] *cundo*, ipſis Calendis Junii, dum nuptia[...] *Eberhardi celebrat.* Sepultus eſt H[...] bergæ in choro *D. Petri*, tali cum M[...] mento:

*** ☞

Luxerunt ſenis, optimè de Palatinat[...] riti, obitum viri doctiſſimi; affectumqu[...] um Epicediis ſcriptis teſtati ſunt, de q[...] hæc ſubjicimus:

JOANNIS POSTII.

Dum gaudens hilarisque mente tota
Eberhardus Ehemius celebrat
Nuptialia feſta, tinnulisque
Domus perſtrepit alta cantilenis;
Et meſſes redolet decens Sabæas;
Et Myrtus duplices fores coronat;
Proh dolor! Libitina falce ſævâ
Patrem Chriſtophorum ferox peremit
Peſſum gaudia datque cuncta, & ad[...]
Mœſto dira facit ſonare planctu,
Et riſum in lachrymas repentè vertit
Cupreſſuque fores inumbrat atrâ.
Humanam ô fragilem brevemque vit[...]
O ſortem inſtabilem & nimis fugace[...]
Quàm nil inviolabile aut perenne
Hic complectitur orbis univerſus!
Luctus gaudia, lacrymæ choreas
Lætas excipiunt, vicesque ſemper
Permiſcent varias ſevera fata:
Rebus fidere & interim caducis
Nos vetant, memores quod hinc eund[...]
Nobis, quâ minimè putemus horâ.

JANI GRUTERI.

Qualiter, ut gravidæ tetigit momenta ſe[...]
Cycnus, & heu mortis frigore membr[...]
mit;
Cantitat exultans geniale melisma[...]
crum
Aure quod attentâ cætera turma bib[...]
Sic quoque ubi cretam dati Ehemius[...]
ævi,
Cæſarie ipſe etiam canus ut alter olor
Ritè diem inſtituit feſtum, gnatoque ſe[...]
Lætitia indicit conjugiale ſacrum:
Quique, inquit, vitæ cunctos egi ha[...]
annos
Inter non ſtabilis ſortis utrasque vice[...]
Luce voluptifica ſaltem hac propriè f[...]
unde
Nil ſibi delibet ſtans levis orbe Dea.
Dixit, & innumeris latus undique cinct[...]
micis,
Mox media illa inter gaudia ſiccus ob[...]
Et docuit nosmet, thalamos inter tumulo[...]
Luſumque ac luctum, litterulam eſſe[...]

Fuit vir Eccleſiæ & Reipubl. ſalutis ſt[...] ſus; veræ pietatis zelo flagrans ad ulti[...] usque ſpiritum, & ob religionem varia[...]

MARIA.	CHRISTOPHORUS EHEMIUS.	SUSANNA.
...ori Wirſungi Patric. ...a nata Auguſtæ An. ...I. D. XXXIII. d.30. ...it ibidem Chriſtoph. ...o LII. d.24. Octob. ...Heidelbergæ Anno ...17. April. decem li... ...arito ſuſceptis, ſe... ...rſtitibus.	Natus Auguſtæ Anno Domini M. D. XXVIII. die 24. Mart. mortuus Haidelbergæ Anno M. D. XCII. Cal. Iunii ætatis ſuæ LXIV. cum utroque ſocero, Wirſungo & Kätzero, in medio hoc Choro requieſcit.	Georgii Kätzeri patric. Auguſt. filia nata Auguſtæ Anno Domini M. D. XLVII. d. 1. Junii nupſit Chriſtophoro Ehem Anno LXXI. die 3. Septembr. obiit hic Heidelberg. XCIV. die 15. Novembr. undecim liberis ex marito ſuſceptis, octo ſuperſtitibus.

...PHO- ...21. Nov. ...t.

...ARIA ...21. Jan. ...it Spiræ ...8.

...RDIA ...elberg. ...nno 58.

...RDUS ...I. April.

...ETHA ...31. Jan. ...iit ibid. ...61.

...NA ...9. Febr. ...iit ibid. ...68.

...ISABE- ...A ...æ. 2. Sept ...Heidelb. ...66.

...ICUS ...29. Mart.

...ORIA ...30. Nov. ...biit ibid. ...95.

...NTIA ...27. Mart. ...it.

JEHOVÆ S.

NOBILI ET AMPLISSMO VIRO

D. CHRISTOPHORO EHEMIO,

PATRIC. AUGUST. JCTO.

Qui in juventutis ſtudiis Philoſophiam cum Jurisprud. deinceps pietatis zelum cum politica dexteritate ita conjunxit, ut per omnes honorum gradus, merito ſuo progreſſus, Profeſſor primum Tubingenſis, tum Heidelbergenſis, deinde Illuſtriſſim. Principi OTHONI HENRICO Electori, à conſiliis: poſtmodum Sereniſſimorum FRIDERICI III. Elect. & poſtea JOANNIS CASIMIRI Comm. Palatt. Cancellarius digniſſimus tandemque FRIDERICI IV. Elect. Conſiliarius intimus, plurimum in divinis humanisque Reipubl. commodarit, tamque vitam ſuam Principibus, probarit, quàm nomen ſcriptis & benè meritis ad poſteritat. conſecrarit piè placideque ipſis Cal. Junii An. 1592. defunct. Conjugi, Parenti, ac ſocero dilectiſſimo

Vidua liberique ex XXI. ſuperſtites XIV. nec non etiam generi IV.

FRANC. JAC. ZIGLER, GERHARD. FUS. DDres. GULIELM. SCHUMAN. & ANDREAS WEBER, LLti, mœſtiſſimi H. M. F. C.

1. Tim. 4.

Pietas ad omnia utilis, ut quæ promiſſionem habet præſentis ac futuræ vitæ.

GEORGIUS
Nat. Heidelb. 13. Jul. A. 72. Ob.

ELISABETHA
Nat. Heid. 2. Mart. A. 74. Ob.

DOROTHEA
Nat. Haid. 13. Sept. A. 75. Ob.

MARIA
Nat. Haidelb. 9. Jan. A. 77. Ob.

PHILIPPUS
Nat. Neoſtad. 11. Februar. A. 80. Ob.

CASIMIRUS
Nat. Neoſt. 11. Febr. A. 80. Ob. ibid. 15. April. A. 80.

JOAN. ELISABETHA
Nat. Neoſtad. 24. Jun. A. 81. Ob.

SUSANNA
Nat. Lutræ. 7. Sept. A. 83. Ob. ibid. 10. Jan. A. 84.

JOAN. FABIANUS
Nat. Haid. 29. Dec. A. 84. Ob.

MARCUS
Nat. Haid. 9. Sept. A. 86. Ob.

Ultima ſine nomine Nata Haidelbergæ 19. Maji. A. 90. obiit ſtatim.

ericula, odia, injurias. Scholas valdè
t: ſuoque conſilio juvit, & effecit: ut
olum *Neoſtadii*; ſed & *Haidelbergæ*,
uſii, *Seltzæ*, juventuti docendæ phron-
aperirentur. Auctor etiam fuit ordi-
um bonarum in cauſis matrimoniali-
& per omnem vitam rem privatam ne-
publicæ ſatagens.
idit *libros ſeptem de principiis juris*, ſive
iſprudentia in artem, non minus certa,
reliquas artes & ſcientias methodo re-
da.
M.S. & epicediis editis.

GERIUS GISLENIUS BUS-
BEQUIUS.

Ugerius Gislenius, nobili & vetuſto *Bus-
bequiorum* apud *Flandros* genere * natus
ominii; unde & *Philippo*, hiſtoricorum
icorum Principi, nomen. Adoleſcens
is Joanni Baptiſtæ Egnatio; pòſt *Bono-
Patavii* aliis viris doctis in eloquentiæ
is operam dedit.
tate grandior à *Ferdinando* Auguſto, o-
N. Venderani Belgæ, qui tum illi à ſecre-
Viennam Auſtriæ evocatus, & ipſi &
imiliano filio in Repub. gerenda ita ſe
avit: ut nullius ferè magis conſilio &
te Principes illi niterentur. Hujus etiam
iſtos libros *Matthiam*, *Maximilianum*,
rtum, & *Wenceslaum*, ephorus pruden-
ius, optimis moribus informavit.
umque in omni adminiſtrationis genere
lleret: tum verò in legationibus virtus
enituit: quibus compluribus magna cum
a, ad ſumos Principes aſſiduè functus eſt.
m inſignes inprimis fuere *Conſtantinopo-
a* & *Amaſiana*: quas etiam literarum mo-
entis eleganti ſtylo mandavit: & *Nicolao
aultio* V. Cl. amico veteri, & ſtudiorum
tos annos in Italia ſocio, inſcribendas cu-
t.
Nec verò ocioſa fuit illa profectio. Nam
nimantium Orientis naturas, veteresque
riptiones inveſtigavit: ut *Ancyranam*, quam
Andreæ Schotto; & herbarum naturas,
s cum *Petro Andrea Matthiolo*, & *Græca-*
aliquot *centurias*, quas cum *Carolo Cluſio*
mmunicavit. Cluſius autem illas inſcri-
nes Græcas ad *Janum Gruterum* miſit:
eas, addita *Joſephi Scaligeri* correctione,
guſto illi univerſali *Inſcriptionum* operi
a fide inſeruit. *Livii* etiam variantes le-
nes ad *Juſtum Lipſium* Busbequius ſub-
it, ex codice *Puteani*: quin & centum am-
s antiqua, cum Græca tum Latina, in mem-
nis calamo exarata volumina, mediâ in
æciâ ſtudioſè collecta, in Cæſaream *Viennæ*
ſtriæ Bibliothecam intulit.
Anno *milleſimo quingenteſimo & ſexageſi-*
, dum *Ferdinandi* Cæſaris ad portam Con-
tinopolitanam, ut loquuntur, oratorem
egit: *Hiſpanos* à Turcis captos, jamque pro- *Conſil. Turcici belli præſcribit.*
pè deſperatos, ac inter eos *Sandaum Gerbi* præ-
fectum, interceſſione ſua liberavit: ſecumque
diſcedens in *Pannoniam* duxit. Interea rei et-
jam bellicæ cognitionem uſu atque obſerva-
tione adeptus: ſalubre *Turcici belli gerendi
conſilium* poſteritati tranſſcripſit.

Byzantio * reverſus, *Iſabellam* Auſtriacam, ** A. 1562. Adducit Regi Gall. ſponſam, filiã Max. II. Imper.*
quæ *Carolo* IX. Galliarum Regi nuptui data,
in Galliam * duxit: ejusque aulæ perfectus,
pòſt *Rodolphi* II. Cæſaris legatus fuit. A quo
cum jam *ſeptuagenarius* ſemeſtre ſpacium, ut ** A. 1570. Rodolp. II. legatus.*
patriam, amicos, avitumque hæredium inviſe-
ret, impetraſſet: per *Normanniam*, bellis ci-
vilibus impeditam, *Belgium* verſus iter inſti-
tuit. Ibi dum in vico quodam, *Gallia* dicto, *In itinere à milite graſſatore invaditur.*
hoſpitatur; violenta militum manus, ex arce
vicina, nocte intempeſtâ, in diverſorium ir-
rumpens, ſenem rapit; equo impoſitum ab-
ducit. Ille quiritari, *vim ſibi fieri: prædam
contra jus gentium, de Legato agi: non præ-
fecti Rothomagenſis juſſu*, uti prædones illi ja-
ctitabant, *ſed rapinæ cauſa ſcrinia ſua au-
ferri*. Hac animi magnitudine territi nebu-
lones, ſcriniis tabulisque illæſis, cum dilucu-
lo in integrum eum reſtituunt: maleque ſibi
conſcii diffugiunt. Conſolatur per literas
Præfectus: ſeque facinus indignum dignè ul-
turum promittit.

At ille *quietem ſe magis animi, quàm in- *Morbum inde contrahit.*
juriæ vindictam poſtulare*, ut erat generoſus,
reſpondet. Itaque jam tum lethalem ægri-
tudinem præſagiens, in vicinas ædes matro-
næ lectiſſimæ, Toparchæ *Maillocenſis*, ad fa-
num *D. Germani* deferri ſe jubet: ubi *undevi- *Quo Moritur.*
ceſimo* pòſt die vitâ deceſſit: anno *nonageſi-
mo ſecundo*, (alii *primo*) die *viceſimo octavo*
Octobris, magno ſui bonis doctisque omni-
bus, quos foverat, relicto deſiderio. Cor-
pus ejus in æde ſacra ejus loci honorificè con-
ditum: cor in patriam relatum, illatumque eſt
in monumentum majorum.

Juſtus Lipſius amicum veterem hoc elogio *Iuſti Lipſi Epigram. Epitaphiũ.*
epitaphio ornavit.

In * AugerI GislenI BusbequI triſtem mor- **Centur. 2 ad Belg.*
tem & ſitum.

*AUGERIUS ſiſtic eſt ſitus BUSBEQUIUS,
Quis ille? quem virtutis & prudentiæ
Habuère carum, gratiâ, ipſi Cæſares.
Hunc aula eorum vidit, aula & exteri
Aſiæ tyranni. Quæ viri felicitas?
Probavit hæc & illa: in omni tempore
In munere omni, Neſtorem ſe præbuit
Lingua atque mente. Jam quies eum ſibi,
Et patria hæc ſpondebat, ecce ſuſtulit
Viam per ipſam miles, incertum an latro.
Sed ſuſtulit; ſimulque ſidus Belgicæ:
Quod nunc choreas fulget inter aſtricas.*

J. Lipſius magno amico
exiguum monumen-
tum P.

T Fuit

Dotes ejus.

**Iuſtus Lipſius cent. 2. epiſt. ſelect. 99. ep. Studioſus rerum naturalium.*

Fuit hic non ſolùm politicus excellens, gravis ac * prudens, ſed manſuetiorum etiam Muſarum amantiſſimus; ac inprimis *rerum naturalium* cognoſcendarum cupidiſſimus.

Itaque ſecundò Byzantium miſſus, in familiam inter cæteros adſcivit peritum pictorem, cujus operâ, quæ minus commodè avehere poſſet, depicta ſaltem auferret. Miſit *Byzantio* ciſtellam *medicamentis* plenam, depictas item omnis generis *plantas arboresque* raras, & noſtro orbi ignota *animalia*. Iter ſuſcepit *Amaſianum ad Halys* ripas, qui *Galatiam* à *Cappadocia* diſterminat: ut herbas & rara ejusmodi erueret. Tantum autem abeſt, ut in viro nobili reprehendendum id ſit: ut potius ſummè commendandum: cum non ſolùm commune hoc ipſi ſtudium cum regibus magnis fuerit: ſed etiam ad pietatem & Dei honorem, mirabilium naturæ cognitio animos invitet.

Mittit medicamenta plantas & arbores raras. Item animalia depicta. Halys fluvius.

Scripta Busbequii.

In elenchis denique librorum hæc *Busbequio* adſcribuntur:

Oratio de *bello Turcis inferendo*, doctè & eleganter ſcripta anno *ſeptuageſimo ſexto*.

Epiſtolæ ſex *Turcicæ*, & *conſilium de re militari, contra Turcam inſtituenda*: videtur hoc ſcriptum poſthumum.

Itinera ejus *Conſtantinopolitanum* & *Amaſianum*, ad *Solymannum* Turcarum Imperatorem.

Hæc de *Busbequio*, *Miræus in elogiis Belgicis*: *Jac. Auguſt. Thuanus lib. hiſtor. Matthiol. lib.* 3. *Epiſt. & Bibliotheca*.

PAULUS BUSIUS.

Ob. 1594. menſe Apr. ætat. 63. Natalis Buſii.

Anno à Chriſti in terris natali *milleſimo quingenteſimo viceſimo primo*, in lucem editus eſt *Paulus Buſius*; Dominus in *Sevenhoven* & *Cappel*, *Amersfurti*. In Academiâ *Dolanâ* puer literis operam navavit; cum Domino in Toloufe, *Allegondii* fratre natu maximo, nec non Domino in *Mathenes*, & *Regenero Cant*, conſule olim Amſtelrodamenſi.

Dolæ dat operam literis.

Doctor renunciatur.

Doctoris in jure titulum in Academiâ *Andegavenſi* acquiſivit, *ſecundo* Januarii, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto*, Juramentum, quod ab Advocatis curiæ Hollandiæ præſtari ſolet, Domino in *Aſſendelft*, *Hemskerck*, &c. equiti, Senatori & præſidi primario, præſtitit Hagæ Comitis *tertio* Nov. anno *quinquageſimo ſeptimo*. Poſtea anno *ſexageſimo primo* urbis *Leydenſis* Syndicus factus eſt, deinde deputatus unà cum Dominis in *Kennenburch*, *Poelgeeſt*, & *Mathenes* nomine Hollandiæ in collegio ordinum generalium Bruxellæ apud *Duciſſam* de *Parma*, ſicut & apud *Ducem* de *Alba*. Medio itidem tempore in motibus & inteſtino bello anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo*, aut *tertio*, Senator & Advocatus Hollandiæ, Cuſtos magni ſigilli, & Principis Auraici conſi-

Fit Syndicus Lugdun. Et deputatus.

Senat. Holland. cuſtos ſigilli.

liarius datus: & delectus præſes loco l[...] pis tam in conſeſſu D. Hollandiæ & Ze[...] ordinum: quàm in Senatu provinciali. [...] gationem nomine Principis & Ordinu[...] pacificatione Gandavenſi & Bredan[...] ſcepit.

Naſcentis Academiæ Lugduno Batav[...] Domino *Nordovikio* ſecundus Curat[...] ctus: quo munere fungens vitam cum [...] commutavit. Anno *milleſimo quingen[...] ſeptuageſimo ſexto* vel *ſeptimo* Comarchu[...] cum Dominis in *Warmont* & *Poelegeeſt* cum Domini in *Lockhorſt*, qui renunc[...] ſubſtitutus eſt: quam itidem ſuſtinens pr[...] ciam ad ſuperos ivit. Senatoris & Adv[...] Curiæ provincialis munus cum ſuſtinuiſ[...] annum *octogeſimum quartum*, ab Ordi[...] oneris iſtius remiſſionem honorificè peti[...] obtinuit. Legationem quoque in *An[...]* ad *Eliſabetham* reginam tam Ordinum [...] Principis nomine tertium obiit, cum D[...] no *Allegando*, *Nordovikio*, *Barneve[...]* Quo tempore ordinem equeſtris digni[...] ipſi cum *Nordovikio* & *Ortelio* à regina [...] tum, magna cum gratiarum actione recuſ[...] Poſtremò cum comes *Lyceſtriæ* nomine [...] ginæ Angliæ fœderatarum provinciarum [...] bernationem ſuſcepiſſet, collega in con[...] Ordinum erecto nominatus eſt.

Natus annos *ſexaginta tres* è vivis diſce[...] Deoque animam reddidit in prædio ſuo [...] *Vlit* in *Capell* in provincia Trajectinâ me[...] Aprili anno *milleſimo quingenteſimo nonag[...] mo quarto*, ſepultus in Templo Sævenh[...] viano.

Ex *Academia Lugdunenſi*.

JOANNES BORCHOLTEN.

Inter nobiliſſimas in Saxoniâ familias e[...] net ea, quæ *Borcholtorum*, vel à *Borchol[...]* appellatur: utpote ex qua prodierunt n[...] pauci præſtantiſſimi; & omnis memoriæ c[...] riſſimi viri. *Joannes* hic, de quo in præſe[...] tiâ agimus, lucem aſpexit ſub annum *mille[...] mum quingenteſimum trigeſimum ſeptimum* *Lunæburgæ*, oppido inferioris Saxoniæ ce[...] bri: quod ab idolo lunæ, olim ibi culto, n[...] men adeptum volunt.

Cumque parentes lege divinâ & huma[...] non ſolum nutrimenta liberis ſuis debean[...] ſed educationem etiam honeſtam: ſui qu[...] que parentes Borcholtum hunc filium à pue[...] bonis imbuendum moribus & liberalibus er[...] diendum artibus curarunt. In quo virtutu[...] ſeminario, hoc eſt ludo literario, dum agi[...] ſtatim manifeſtum ingenii lumen oſtendi[...] Nam quemadmodum in herbis, ut proverb[...] dicitur; citò ſe vis prodit: ita & in ætate pu[...] rili indoles.

Ad publica igitur Academiarum ſpac[...] maturè progreſſus, plurimùm in humanior[...] bus artibus profecit: tum verò jurisprudent[...] le[...]

totum dedidit. Ea in ſcientia aliquot an-
cum induſtria verſatus, publicoque Aca-
iarum more inſignibus Doctoralibus or-
s, ad legum profeſſionem in Academia
ochianâ, publico civitatis ſtipendio, fuit
atus. Hanc Spartam ſuam multis annis
ornaſſet; anno *milleſimo quingenteſimo*
agesimo ſexto, ab illuſtriſſ. Principe Julio
ditore Academiæ *Helmſtadianæ*, ex Ro-
ienſi Academiâ, ad prælectionem *Pan-*
arum in illuſtre illud Athenæum vocatus
In eo officio unicè id ſpectavit; ut ea fa-
t: quæ ad incrementum Academiæ per-
ent: non unam atque alteram legem: ſed
gros Pandectarum titulos juris ſtudioſis eâ
diligentiâ, & aſſiduitate propoſuit: ut
lius aliquid ab ipſo, æqui bonique judices,
tare nec debuerint, nec potuerint. Atque
ub ipſum eſſloreſcentis *Academiæ Juliæ*
um, tum ſuo Principi, tum ſtudioſæ ju-
æ juventi diligentiam, & aſſiduitatem ſu-
illuſtriori argumento probaret: jura feu-
a; quæ ſi quod res eſt dicere volumus, ſa-
Romani Imperii fulcrum ſunt, Pande-
um explicationi adjunxit: ita tamen, ut
inariis laboribus parum aut nihil detrahe-
ſed dies extraordinarios, quibus alii dul-
mo ocio vacant, utiliſſimæ & ampliſſi-
feudorum doctrinæ tribueret: atque
picuo orationis filo certoque ordine ar-
entum, aliâs incultum & diffuſum, ex-
ret.

Diſcedit ex hâc vitâ JCtus præſtantiſſimus
o *milleſimo quingenteſimo nonageſimo quar-*
enſe Novembri, ætatis ſuæ *quinquageſimo*
mo Helmſtadii, filio *Statio* ſuperſtite reli-
Succeſſit ei *Valentinus Forſterus*, JCtus
m clariſſimus.

n uſum poſteritatis literatæ monumenta
itionis ſuæ hæc reliquit, *Commentaria* in
4. lib. 4. *C. de uſuris*: *Commentaria* in
4. lib. 4. Pandect. *de pactis*: item Tracta-
de *transactionibus*, de *in litem jurando*,
e *jurejurando*, *voluntario*, *neceſſario*, &
ciali: Tractatum de *gradibus*, in quo de
rimonio & ſucceſſionibus ab inteſtato a-
r: *Commentaria* in tit. ff. *de verbor. obligat.*
tit. C. *de nautico fœnore*: item de *com-*
ationibus: *Commentaria* in inſignem tit.
dect. de *acquirenda vel amittenda poſſeſſio-*
ad tit. Pand. de *rebus creditis* & *condict.*
ad tit. de *obligationibus* & *actionibus*.
ejuſdem *Conſilia* & *Diſputationum ju-*
arum partes, quæ cum *objectionibus* &
nſionibus: & *Commentaria in conſuetudi-*
eudorum, quibus adjuncta eſt ſingularis
icatio. C. *unici*, quæ ſunt regalia.
t hæc *de Berchtoldo ex ipſius ſcriptis.*

RASMUS NEVSTETTER,
cognomento *STVRMER.*

onfeldia Franciæ orientalis arx *Eraſmum*
euſtetterum, cognomine *Sturmerum*,
protulit, natum equeſtri familiâ die *ſeptimo* Novemb. ſub annum Chriſti, ut opinamur, *milleſimum quingenteſimum viceſimum quintum.*

Puer apud *Danielem Stibarum*, equitem Francum, virum, laudatiſſimum, de quo ſuprà, tanquam alterum Scævolam, honeſtiſſimè fuit educatus. Inde peregrinatione literaria ſuſcepta, exteras quoque nationes perluſtravit; linguas condidicit: artium humaniorum legum & inſtitutorum variorum, cognitionem ſibi conquiſivit: adeóque in uſum patriæ, cui ſecundum Platonem nihil non debemus, ſe præparavit.

Educatur apud Stibar. Peregrinatur. Neuſtett.

Wirceburgi itaque provinciali judicis munere longo tempore functus eſt: in quo juſtitiæ & æquitatis ſpecimina dedit præclara. Allectus eſt etiam in *collegium eccleſiaſticum*, & eccleſiarum *Bambergenſis* atque *Wirceburgenſis canonicus*; *Comburgenſis* verò *Decanus* creatus: quibus in dignitatibus dum vixit ita vixit, ut in conſiliis de Republ. capiendis ejus inprimis requiſita ſemper fuerit auctoritas, quâ propter doctrinam inſignem & ſapientiam longo rerum uſu confirmatam, apud omnes plurimum valebat. Teſtantur id legationes aliquot, pacis & belli tempore, longæ & graves, magnâ cum ejus laude & gloriâ obitæ.

Wirceburg. judicem agit provincial. Fit canonic. & decan.

Obit legationes.

Ad ſenium declinante ætate, & illo munere & decanatu, qui honores ſunt ampliſſimi, ultro ſeipſum abdicavit: non quod in ocio reliquam vitam vellet tranſigere; & ſibi tantum vivere: ſed ut poſt patriam, cognatos quoque & amicos conſilio & ope ſua juvare commodiùs poſſet. Quod emblema quoddam in cœnaculo ædium ejus depictum innuit: ubi candelæ ardenti adſcriptum:

Abdicat ſe dignitatib.

Emblema ejus.

ALIIS INSERVIENDO CONSUMOR,

Ex hac vita emigrat, vitâ longiore dignus, *Wirceburgi*, anno Chriſti, *milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto*, die *viceſimo tertio* Novembris, circa *duodecimam* noctis, cum vixiſſet annos *ſeptuaginta*, dies *ſedecim.*

Moritur.

Fuit in eo ingenium excellens, memoria divina, ſtudium indefeſſum: quo non tantum *Latini* ſermonis copiam ſibi comparavit, & elegantiam ſingularem: ſed etiam aliarum linguarum, *Græcæ, Italicæ, Gallicæ* adjunxerat cognitionem. In amicis eligendis prudens; in amicitia colendâ conſtans. Neque ſui tantum ordinis ac loci (quod plerique faciunt) verùm etiam alios virtute & eruditione præditos homines, ſua benevolentiâ & liberalitate fuit complexus. De eorum numero fuerunt *Camerarii, Petrus Lotichius, Conradus Dinnerus, Joannes Poſthus, Paulus Meliſſus, Joannes Mattheſius* Medicus, *Jeremias Bannachius, Rich. Hemelius, Franciſcus Modius.* Et Modii quidem operâ ad Bibliothecam ſuam; quam magnis ſumtibus ampliſſimam & omnis generis libris refertiſſimam *Comburgi* inſtituit,

Elogium ejus.

Linguarũ peritus.

Amici.

Biblioth. Neuſtett.

Comburg.

longo tempore uſus eſt. Ibi enim, ubi ſe per jocum quendam regulum eſſe dicebat, libenter ſemper vixit; ejus ædificia & muros exornavit, atque reditibus plurimùm locupletavit, reque ipsâ oſtendit; quod cuidam turri inſcriptum:

Sic vos non vobis nidificatis aves.

Ibidem quoque ſepulturæ locum ſibi ante multos annos, poſito monumento, deſignavit, Horatiani illius memor:

Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum!

Comburgo tamen non rarò ipſum negocia publica modò *Herbipolim*, modò *Bambergam*, modò aliò evocabant: ubi omnibus exſpectatus, omnibus gratus erat; & inſtar patris unicè carus: atque id merito ſuo. Ubicunque enim degebat, domus ipſius bonorum ac doctorum virorum, quaſi diverſorium erat publicum; pauperibus verò & adversâ preſſis fortunâ, & aſylum ac penu uberrimum. Adulatores ac calumniatores, idque genus palpones, qui ſeſe ad lautioris fortunæ homines plerunque applicant, oderat ut qui maximè: idque his verſiculis ad parietem alicubi annotatis teſtatum reliquit:

Liberalitas Neuſtett. — *Odit obtrectatores.*

Sit bonus interpres nil mala verba nocent,
Sit malus interpres: nil bona verba juvant.

Delectatur poëſi.

Poëſi ſic eſt delectatus, ut in eadem ſe & legendo exerceret, & interdum à curis gravioribus liber, aliquid ipſe componeret. Cum aliquando veſperi ad eum accedens D. *Ioannes Poſthius*, poſt ſalutationem diceret:

Non invitatus venio, cœnare paratus:

Ex tempore ipſe ſubjecit:

Et quia ſponte venis, gratior hoſpes eris.

Symbolo uſus eſt tali:

Symbolum — ** Lib. 2. ſylv. p. 88.*

AMAT ARDUA VIRTUS.

In id * *Ioannes Poſthius* Medicus luſit Epigramma ejusmodi:

Sive quis ingenio, ſeu forti excellere dextra
Contendit: impigra eſt opus
Mente manuque: opus eſt longos perferre labores
Cupita donec præmia
Accipiat victor, celſa & virtutis in aula,
Pleno triumphet gaudio.
Hæc animo volvens teneris Sturmerus ab annis,
Ut Calcar adderet ſibi,
Armis inſcripſit libriſque: AMAT ARDUA VIRTUS,
Dignum viro hocce Symbolum!

Epigram. J. Gruteri in Neuſt.

Exequias iverunt viro verè nobili & literatorum Mæcenati optimè merito, tum alii doctiſſimi viri, tum aliquot Epitaphiis carminibus V. cl. *Ianus Gruterus*: è quibus hoc decerpſimus:

Virginum ducem trium ter, Gratiarum præſidem,
Corculum Minervæ, amores Mercurii, Phœbi jubar,
Vis viro videre in uno? Neuſteterum cernito.
Hic erat certè omnia unus? omnia un[...]
erat;
Quamdiu vitalis illi vita præſto. At ipſ[...]
Illicò Germaniæ orbi Atropos trux abſt[...]
Virginum ducem trium ter; Gratiarum [...]
ſidem;
Corculum Minervæ; amores Mercurii [...]
bi jubar;
Illicò Germaniæ orbi Atropos trux abſtu[...]

Hæc de Neuſtettero ex *Poſthii carmi[...]* & aliis.

IULIUS BEYMA.

DEcumi, urbe *Friſiorum Iulius Bey[...]*tus, patre conſulari, Groningæ [...] berrimo Rectore *Regnero Prædinio* Lati[...] guæ fundamenta jecit. Adoleſcentia[...] greſſus *Lovanium* à parentibus ablega[...] ibi Jurisprudentiæ ſtudiis initiatus, [...] ros in eadem civili ſapientiâ fecit prog[...] Deinde *Aureliam* Galliæ florentiſſimar[...] demiam ſe contulit, atque ibi publicè [...] *Licentiati* juris cum honore eſt decora[...]

Docuit *Wittemberga, Lugduni* Batav[...] & tandem in Academia patria Friſiorum [...] *neccera*, ſummo cum auditorum fructu [...] greſſu. Poſtea cooptatus fuit in num[...] conſiliorum ſupremæ curiæ Friſiorum. [...] annum amplius unum, cum honore [...] munere defunctus eſſet, *Leovardiæ*, [...] poli Friſiorum, piè & placidè vitam cum[...] te commutavit, anno *milleſimo quingen[...] nonageſimo quinto*, ætatis ſuæ *undeſ[...]ſimo*.

Commentaria in jus civile parata re[...] quæ publicè in Academia Lugdunenſi [...] vorum prælegit, hæc videlicet, Metho[...] Commentarium ad Inſtitutiones juris Juſtiniani. Præterea *tractatum methodic[...] ſcriptum* in univerſam materiam contr[...] Ad hæc *in materiam pignorum*, item de *fructibus, & mora*, exquiſitum comment[...] ad Leges conſcripſit & expolivit.

Ex *Academia Lugdunenſi.*

WENCESLAUS ZULEGE[R]

TRactus eſt ad fines Bohemiæ; cui [...] prato amœno & domino fortaſſis n[...] fuit Conrads-Grün; hodiernâ die *Valli[...] chimia* Joachims-Thal appellatur, [...] metallicis, argenti potiſſimum, anno [...] *milleſimo quingenteſimo decimo ſexto*, ib[...] pertis, celebris, uti & oppido ejusde[...] minis, in ditione illuſtrium ac genero[...] *Comitum à Schlick.* Eo in oppido ho[...] parentibus, ac mediocris fortunæ civibu[...] tus eſt *Wenceslaus* Zuleger, menſe Juli[...] *milleſimi quingenteſimi triceſimi.* A pu[...] ludo literatio fundamenta linguæ Lati[...] cit, ad annum usque ætatis *decimum ſepti[...]*

…oſt obitum patris, cum mater vidua feren…ſumtibus ad ſtudia neceſſariis non eſſet: de …ris & cognatorum conſilio ad calligra…m animum appulit; ut alicui in ſcriben…operam deinde ſuam locaret. Quo Con… *Wormatiam* è patria abiit; ibique apud …s auctuarium amanuenſem egit. Hujus …mendatione pervenit ad *Preunlinum*, ju…Licentiatum, in camera Imperiali tunc ad…atum & procuratorem celebrem: qui ejus …ra in formulis negociorum, deinde proto…is, uti vocant, concipiendis cum ipſius lau…ſt uſus.

…oſtea cum ſub id tempus *Carolus* V. Au…us expeditionem in Metenſes ſuſcepiſſet: …lam duci militum operam ſuam obtulit: …ue ſcribæ militiæ munus, in urbis obſi…ne; tantâ induſtriâ & diligentia obivit; ut …rtuo, antequam obſidio ſolveretur, duce …, ab hæredibus pro laboribus & fide præ… ultra duodecim millibus florenorum …redis & præmii loco donatus fuerit.

…Eam pecuniæ ſummam non luxurioſè effu… & prodegit: ſed in ſumtus neceſſarios im…ndit; fundamentumque eâ poſuit omnis, …m deinde conſecutus eſt, felicitatis Nam …d præfectum ærarii imperialis eam depo…t: & cum cujuſdam nobilis filiis, quibus …dagogus datus in *Galliam* abiit; cumque …biennium ferè eſt commoratus. Didicit …e eo tempore Gallicam linguam, cujus uſus …c in Germaniâ rarior, quam noſtra tem…tate, & in ſtudiis, quod temporum injuria …ſumtuum penuriâ, neglectum erat, adſidui… abundè compenſavit.

…Revocatis autem nobilibus ſuis diſcipulis …patriam: ipſe ad varias Galliæ Academias … contulit; interque eas *Genevenſem* invi… atq; cum Juriſprudentiâ, Theol. ſtudium …citer, Dei beneficio, conjunxit. In legali …idem ſcientiâ eos fecit progreſſus: ut quaſi …eritis ſtipendiis honeſtam à magiſtrorum …olis miſſionem impetrarit, & Licentiati, ut …amus titulo, *Donello* brabeutâ, & promo…e, fuerit inſignitus.

…Commilitones ibi tum in Gallia habuit ju…es quoſdam eleganter doctos: qui poſtea …*Frederico* Electore Palatino in functioni… præcipuis ſtipendia fecerunt; & quibus …n per omnem vitam amicitiam coluit inti…m; *Caſparum* dico *Olevianum*, & *Conra…n Marium*: quorum hic cum ipſo in pa…m rediit; ubi uterque operam ſuam *Wolff…go* Palatino Rheni, Neoburgi ad Danu…m addixit; Zulegerus quidem in conſiliis; …rius autem in informatione filiorum illu…um, de quorum numero fuit & Princeps …*nnes* Bipontinus, æternâ memoriâ di…us.

Eo in officio dum cum fide & diligentiâ …ſatur; à Principe ſuo de matrimonio ipſi …ſpicitur, cum virgine Auguſtana patriciæ …iliæ, cui *Helena Beeri à Berenthal* nomen. …xit eam anno ætatis ſuæ *trigeſimo*, quæ cum …timonium attuliſſet ſatis amplum uxore pe…tente, cum bona Principis ſui gratiâ, *Auguſtam* commigravit: ibique fortunarum ſuarum ſedem fixit. Sub id tempus, cum è vivis ſublato *Othone Henrico* Electore Palatino, Regio Palatinatus & dignitas Electoralis ad *Fridericum* III. Principem omni laude majorem, devoluta eſſet: ab eodem illo Electore evocatus, *Haidelbergam* venit, ubi à conſiliis intimis & arduis Principi fuit, præſertim religionis reformationem in Eccleſiis & Scholis Palatinatus concernentibus; quam ad rem ſingulari zelo ferebatur.

Auguſtam commigrat

Haidelb. vocatur. Adſciſcitur in conſil.

Hoc cum *Joannes Mattheſius*, paſtor Eccleſiæ in valle Joachimica inaudiſſet; matrem Zulegeri de filii periculo, & extremo ejus animæ diſcrimine monuit; ut qui Calviniſmo infectus non ſolum ipſe ſeductus ſit; ſed etiam alios ſeducat. Quibus matrona pia commota, *Haidelbergam* ſtatim abiit, filium ab errorum deviis in regiam fidei orthodoxæ viam reductura. Quo ut primum venit; filio errores, & quæ inde ſecutura ſint extremæ impietatis dogmata; uti à paſtore erat inſtructa, verboſè, quæ eſt matrum ςοργὴ, expoſuit. Filius patienter admonitionem, quam ex benevolo & ſimplici animo ſciebat profectam, audivit; nihilque aliud matri reſpondit; quam ſe rogare ipſam, paulliſper ut ſecum commoretur, dieſque aliquot apud Haidelbergenſes ponat, frequentandis & audiendis publicis concionibus. Mater adſentitur; conciones adit: domi cum filio de quibuſdam paucis colloquitur: tandem ultrò fatetur: *hactenus audita ſibi, eſſe ſcripturæ ſacræ conſentanea: agere gratias Deo, qui eo beneficio dignatus eſſet: rogare filium; ut rationem redeundi ad ſuos commonſtret, quibus de erroribus falsò Eccleſiis Palatinatus affictis ſit indicatura, & de veritate pro virili eruditura.*

A matre ſua monetur Zuleg. de relig.

Quam erudit.

Id poſtquam factum; mater cum duobus filiis *Stephano*, & *Joanne* in Palatinatum commigravit, *Mattheſius* Paſtor, ubi cognoſſet reverſam excuſare Eccleſias Palatinas de falſis erroribus; ad ſe adcerſivit eam: dixitque, *vehementer dolere ſe; quod ab Eccleſiâ vallis Joachimicæ ad aliam abduci ſe paſſa eſſet: quærere num ita ſit?* Tum illa, *Eccleſia vallis Joachimicæ*, inquit, *eſt lignea, Haidelbergenſis lapidea, ego neutri innitor. Doctrinam tamen utriuſque deprehendo diſcrepantem, & quæ Haidelbergæ traditur, conſcientia teſte, ſcio, cum literis ſacris conſentire, cui proinde & in vitâ & in morte, per DEI gratiam, adhærebo.* Audivit hæc invitus Mattheſius; eamque miſſam fecit. Sed hæc hactenus.

Mattheſii cum ea Colloq.

Wenceslaus igitur *Zulegerus* cum *Friderici* III. Elect. Palatini non ſolum Conſiliarium; ſed etiam præſidem ageret Senatus Eccleſiaſtici, fidemque ſuam ipſi atque induſtriam annis aliquammultis probaſſet: *Joan. Caſimiro* filio primum in Galliam anno *ſexageſimo primo*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, expeditionem ſuſcipiente, pater *Zulegerum*, cum Rex Proteſtantium auxilia in Germaniâ turbaret,

Zuleger. conſ. & præſes ſenat. Eccleſ. Palat.

J. Caſim. Princeps & Com. Palat. in Galliam miſſus 1567

T 3

baret, miſſo *Ludovico Sangelaſio Lanſato*, Elector in aulam, & ad *Condæum* ablegavit, rem totam ut exploraret; poſtea veritatis fide plena inſtructus, eundem Zulegerum, quo erat in ipſum animo, *Caſimiro* unà cum aliis Comitibus & nobilitatis primariæ viris, adjunctum voluit, à conſiliis bellicis ei ut eſſet, id quod Zulegerus perſuaderi ſibi paſſus eſt, qui in & ſecundum cum eodem Caſimiro Duce, anno *ſeptuageſimo quinto* in Galliam abiit.

Mittitur in Galliam Zuleg. Thuan. l. 40. hiſt. Schard. comment. de reb. ſub Maxim. II. geſt. Eſt à conſil. bellic. Caſim.

Anno *ſeptuageſimo primo*, cum idem *Fridericus* Elector cognoviſſet Anabaptiſtarum ſectam in vicinis, atque etiam ſuæ ditionis urbibus, latè graſſari, colloquium *Francothalii*, oppido Palatinatus inferioris, indixit, eidemque Zulegerum præeſſe voluit. Duravit ea diſputatio à *viceſimo octavo* Maji usque ad *decimum nonum* Junii, ibi quæ capita inſanis capitibus propoſita fuerint, quidque utrinque actum transactumve, libro * publicè ſuper eâ re edito, narratur. Solutum eſt colloquium ita, ut Elector ſub gravi pœnâ pertinaciæ illorum interdixerit, ne in ditione ſua docerent, aut ſubjectos Septemviratui Palatino erroneis dogmatibus ſeducerent.

Colloquiū cum anabap. Francoth. 1571. Ei præeſt Zuleger.

**Cui titul. Protocoll. des Geſprächs zu Franckenthal.*

Friderico III. deinde ad meliorem vitam evocato, anno *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto*, die *viceſima ſexta* Octobris, operam Zulegeri idem Dux *Caſimirus* expetivit, eumque diœceſi *Neoſtadianæ* in *Nemetibus* præfecit. Ea in præfectura vixit ad annum usque *octogeſimum tertium*, quo unà cum *Caſimiro* Colonienſem expeditionem ſuſcepit, ſed orto inter ipſum & *Petrum* * *Beutrichium* legatum diſſidio, cum gratia Principis dimiſſus, vitam privatam egit *Neoſtadii*. Poſtea verò, cum prædium *Hildeshemii*, in ditione Comitum *Leiningenſium* coëmiſſet, eò commigravit, & aliquot annis in otio jucundè ruri vixit, donec vergente ætate, & valetudine tum ſuâ, tum uxoris decreſcente, cum familia ſe *Haidelbergam* deportavit, ut & commodiùs medicorum operâ, & familiarius amicorum veterum converſatione uti poſſet. Ibi uterque teſtamentum condidit, atque ipſe quidem Zulegerus *mille ducentos ſolares coronatos*, uxor verò *quater mille & centum florenos* ad pios uſus legavit. Obiit diem ſuum uxor anno *nonageſimo quarto* die *viceſimo* Maji in acidis *Schvvalbacenſibus*, corpus Haidelbergam revectum, & ad D. Petri Chriſtiano ritu terræ eſt mandatum. Ab uxoris obitu *Haidelberga Francothalium*, de quo antè, diſceſſit, ut prædio ſuo vicinior eſſet.

*Præficitur diœceſ. Neoſtad. Colonienſi expedit. intereſt. 1583. * De quo antè. Dimittitur ex aulica milit. Vivit in prædio ſuo. Haidelbergam commigrat. Teſt. condit. Legatum ejus & uxor. ad pios uſus. Ob uxor. Zulegeri.*

Tandem cum morborum vis indies ingraveſceret, & podagrici dolores miſerrimè ipſum vexarent, ex voto in invocatione ſeriâ Salvatoris ſui Jeſu Chriſti, exſpirat Francothalii, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto*, menſe Febr. ætatis *ſexageſimo ſexto*.

Agit Francothalii. Ubi moritur.

Amici cadaver *Haidelbergam* reducendum, & ad D. Petri, juxta conjugem, honorificè ſepeliendum curarunt. Concionem funebrem habuit *D. Daniel Toſſanus* Theologus, qui inter alia in eo laudavit zelum & ſerium ſtudium repurgandi templa ab Pontificiis, in monaſteriis, collegiis, Palatinatus Electoralis locis, item refo[…] di Eccleſias & ſcholas ab omni ferme reliquiis Papatus, quod & cum aliis, inprimis adjuvante feliciter perfecit, [..] ſine periculo & odio, præſertim nobi[…] quod initio in ſe ſuſcepit, ſed fortite[…] ravit.

Haidelb. ſepelitur. Elogium ejus à D. D. Toſſ.

Scripta, quod ſciamus, edidit nulla; aliorum ederentur, in ſacris præcipuè & adjutor fuit. Fratres uti diximus duos; quorum alter *Ioannes* Principi [...] *co* à ſecretis fuit, alter verò *Stephanus* i[...] lario Electoris Palatini Haidelbergæ [...] navavit. *Sibylla*, ſoror eorum, nup[...] *Conrado Mario*, Senatus Eccleſiaſtici [...] Aſſeſſori.

Tantum de Zulegero ex narratione [...] filio ſuggeſta.

GEORGIUS TRADELI[US]

GEorgius Tradelius anno Chriſti *m[…] quingenteſimo, & trigeſimo*, natus e[…] *linga*, Epiſcopi Auguſtani ad Danubiu[…] bili oppido; patre in ordine Senatoru[…] municipii honeſtum locum obtinente, cum laudatiſſ. conjuge, potiùs à virtute, ab ampliore fortunâ, gloriam ſibi comp[…] te, ambobus tamen, hanc ſibi vel maxi[…] ſupremo Numine datam felicitatem, g[…] nimo lætantibus, quod talem filium g[…] ſent, cujus lumine & ipſi clariores hab[…] tur, & toti ſuæ poſteritati ſplendidiſſima[…] cem accenſam eſſe cernerent.

Ingenium pueri, ad maximum decus[…] mam nati, *Caſpari Tradelii* patrui, in di[…] rio Auguſtano Juriſconſulti, diligens cu[…] ſcepit, optimisque magiſtris ea in urbe in[…] que facundiâ liberaliter erudiendum tra[…] Et verò jam tum enitebat in eo quædam clara indolis admiratio. Nam & præc[…] rum expectationem antevertebat, & do[…] tis laude omnes poſt ſe relinquens, æqua[…] venerationem ſibi conciliabat, prolixas tiones memoriter, & cum delectabili ver[…] te, pronuntiabat, carminum Virgilian[…] integros libros, vix terve quaterve ac[…] perlectos, ſine ulla linguæ hæſitatione, [...] vè modulato numerorum ſono, recita[…] quicquid verò ſuo Marte contexebat, p[…] lis judicii captum longè ſuperare videbatu[…]

Ut primum igitur per ætatem licuit, [...] truo iſto ad deſcribendos cauſarum civi[…] libellos ac formulas adhibitus eſt; qua[…] non ſolùm celeri & correctiſſimo calam[…] mundiores chartas retulit, ſed diverſas ſu[…] ingenio, oblatis cauſis, tàm eleganter exc[…] tavit, ut ad forum & civilium negotio[…] ampliſſimam tractationem, peculiari arrid[…] aſtro, natus indicaretur.

Cum igitur nec dum ephebis exemtus [...] vulgarem in literis progreſſum feciſſet, j[…]

majora concipiens, animum ad divini &
ani juris ſcientiam applicuiſſet, præter
i ſui piam liberalitatem, Auguſtani quo-
ſtipendii, tenuioris fortunæ adoleſcenti-
liberalibus ſeſe mancipantibus ſtudiis de-
i; ſubſidio fultus, apud propiores pa-
Academias, legalis diſciplinæ jactis feli-
fundamentis unà cum generoſis quibus-
bonarum artium tyronibus, trans Alpes,
orentiſſimum *Patavii* Gymnaſium pro-
s eſt. Ibi aſſiduis vigiliis, pertinacique
, & plurima diſſerendi exercitatione,
tempore, tantum profecit; ut non ſo-
publicâ acclamatione, lauream conſecu-
ſed etiam ad enarrandas *Juſtiniani* Im-
oris Inſtitutiones juris civilis cathedrali
tate, ab æquiſſimis alienæ virtutis æſti-
ibus, celeberrimæ illius ſcholæ prima-
teceſſoribus, honorificè fuerit vocatus,
ille laudabili munere ultra *biennium* feli-
unctus, magnam ſingularis memoriæ,
æ eloquentiæ, exacti judicii, ſubtilis
ſarum quæſtionum inveſtigationis, de-
omnibus numeris abſolutæ doctrinæ
n atque famam, in eruditiſſimorum ho-
n iſta clariſſima luce, cum inſigni pa-
onore, poſt ſe reliquit: ut planè mi-
on ſit, natali ſolo reſtitutum, atque a-
golſtadienſem Academiam, legitimâ du-
ore & ad conſtantem vitæ tenorem, fa-
decenter ſtabilitâ, à non paucis imperii
ſſimis Principibus, nobiliſſimis ordi-
ac liberis civitatibus, ut aulis vel tribu-
s ſuis ſeſe aſcribi pateretur, honeſtiſſi-
oſitis conditionibus, certatim expe-
uiſſe. Sed is præclaram *Auguſtæ Vin-
um* Rempubl. cui operam ſuam totâ vi-
enderet, omnibus aliis occaſionibus
dæ virtutis, maturo animi judicio faci-
ulit, vel dulcis patriæ inſito amore ac-
à quâ ſe longius amotum non voluit,
cerrimæ urbis peramplâ celebritate, &
n rerum uſibus humanis explendarum
unâ affluentiâ pellectus, vel ingenuæ
is, liberiusque vivendi ſtudio, ad id
nio ſuo compellente, incitatus,
ac conſiliarii, vel, ut loquendi mos eſt,
ti Reipubl. honorificâ functione; dum
ivitatis ad judicia acriter defendit, li-
denter definit; omniaque ad veram
ionem, adhibito æquitatis tempera-
revocat; dum plurimas legationes,
mi nominis Senatoribus, ad ſolennes
, & provincialium ordinum conven-
iter obit, tantam exquiſiti judicii, ab-
loquentiæ, & admirandæ promtitu-
mam conſecutus eſt; ut ei à *Suevicâ*
æ Senatu, communia negotia, hone-
conſtituto ſalario, commiſſa fuerint;
ue eum Comitum, & inter hos ſplen-
a *Fuggerorum*, Baronum Imperii, fa-
m pleraque nobilitate, ad cauſarum
patrocinium ſubindè vocaverint. Un-
minis ei celebritas, & opum magnitu-
ſtiſſimè accrevit.
ageſimum autem annum nondum

attingens, cum Senatoribus *Auguſtanis* ad comitia Imperii anno Chriſtianæ ſalutis *nonageſimo octavo* Ratisbonæ legationis munere functus, in ejulatu præſentis uxoris 13. cal. Martii calculi doloribus, omnem medicæ artis opem ſuperantibus, compoſito ad Deum animo, & ritè ſupremi elogii confectis tabulis, quibus & Reipubl. olim dum in bonis literis tyrocinium poneret, ſibi collatum beneficium, pio Legato eleemoſinæ publicè aſſcripto gratè remuneratus, in fata conceſſit. *Moritur Ratisbonæ.* Inde Principum & Imperii ordinum nobiliſſimis legatis funus Ratisbonæ extra portam, ſolenni comitatu proſequentibus, ejus cadaver *Auguſtam* reportatum, ad ædem cathedralem Deiparæ virginis, proprio tumulo honorificentiſſimè illatum eſt. *Auguſtæ ſepelitur.* Inſuper & monumentum marmoreum apud S. *Annam*, ſicut Theodoræ unicè delectæ, nobilique matrimonio ornatæ filiæ, pater, ab exemplo in Italiâ abs ſe olim obſervato, in mandatis reliquerat, Epigramma inciſum legitur ab hæredibus erectum. *Epitaphiũ.*

D. O. M. S.
GEORGIO TRADELIO.
PRIMARII NOMINIS ET SINGULARIS
ELOQUENTIÆ I. CONSULTO,
PROVINCIÆ SUEVICÆ, TUM AUGUSTANÆ MULTARUMQUE ALIARUM RERUMP. ET ORDINUM
ADVOCATO,
QUI ANNO DOMINI ꟾↃ Ↄ IIC. XIII.
CAL. MARTII IN COMITIIS REGEN.
REIP. AUGUSTANÆ LEGATUS
IN ULNIS LACRYMANTIS UXORIS,
ANIMAM DEO PIE REDDIDIT.
MARITO ET PATRI DULCISS. VERONICA KETZERINA CONJUNX ET
SUPERSTITES LIBERI MULTIS CUM
LACRYMIS POSUER.
VIXIT AN. LXVII. M. X. DIES VIII.

Theodora Fil. Ægid. Sebaſt. Voit. à Berg. conjux, in timul. Patris:

Epigramma.

Quæ miſeranda tuo impoſui nunc ſaxa ſepulcro,
Accipe pro meritis, mi pater, innumeris.
Si mihi marmoream licuiſſet ſumere formam;
Ipſa forem, haud alius, quo tegerere, lapis:
Inciſisque notis legerer: Theodora parentis
Fit tumulus, reddens oſſibus oſſa piis.

Elogium Tradelii. Fuit vir ſecuræ libertatis animorum totâ vitâ amantiſſimus, hujusque ſtrenuus admodum propugnator, jura tamen & autoritatem legitimi magiſtratus tam invicto mentis robore tutatus ſemper eſt, ut fortunarum & vitæ periculum ſubire maluiſſet; quàm ab iſtâ laudabili ſuâ conſtantiâ latum unguem recedere: id quod in illâ graviſſimâ, & turbarum plenâ contentione, ob receptam temporum emendatam diſtinctionem, ipsâ re & opere teſtatiſſimum fecit. Obtrectationes invidorum infracti animi magnitudine facilè contemſit.

Memo-

Memoriæ felicitas. Memoriæ tenaciſſimæ beneficio, quicquid vel olim legiſſet, vel nunquam intermiſſo quotidiano labore, in proceſſu ætatis, ex optimis autoribus decerperet, optimâ fide, vixque mutatis verbis, cum audientium ſummâ admiratione ſæpius recenſebat, legum ſancita è propriis ſedibus depromebat, ſcriptorum diſcrepantes ſententias paginis dinumerabat. *Prudentia.* Quando inopinatus & difficilis aliquis caſus obtigiſſet, in conſultationibus tam publicis, quam privatis, ipſamet prudentia, rationis optima Dux, eventus divinitus non providiſſet. *Eloquentia.* Eloquentiæ verò cùm Latinæ tum vernaculæ redundantes divitias, nemo in eo non fuiſſet admiratus. Nemo laudando blandior; nemo gravior admonendo, argumentorum vi atque copiâ nemo uberior, aptâ concinnitate verborum & ſententiarum felicior, ponderoſior quiſquam extitit.

Præterea *Demoſthenicum* illud ter in oratore maximum in eo ſic enituit, ut, vel *Æſchinis* teſtimonio, ipſum autorem credi poſſet adæquaſſe. Nec minus calami incredibili quadam celeritate coràm intuentibus ſtuporem incuſſit. *Celeritas in ſcribendo.* Nondum maximis de rebus conſultatione aliquâ ad finem perducta; ipſe ſaniora placita ſcripto comprehenſa, cum audientium applauſu proferebat.

Proinde cum hæc inimitabilis induſtria ſolertisque ingenii expedita facultas, crebris Imperii comitiis, aliisque celeberrimis conventibus plurimum ſibi autoritatis contuliſſet; nulla ferè majoris momenti res in publicam deliberationem venit; in quâ non ipſius ſpectatiſſima prudentia, erudita facundia, & promtiſſima politi ſtyli elegantia expeteretur, *Evocatur in aulam.* adeò ut *Maximilianus* II. Imperator, ad aulam ſuam, optimis conditionibus benigniſſimè invitaret; illo civilis vitæ tranquillitatem vel maximo dignitatis ſplendori, immoto animi judicio conſtanter præferente: etſi alioquin emeritæ virtutis condigna præmia non deſideraverit, à Cæſare nobilitatis inſignibus, *Nobil. inſignibus donatur.* ad perpetuum poſteritatis ſuæ ornamentum ſplendidè condecoratus.

Hæres patrui Caſp. Trad. Inſuper à patruo ſuo, de quo antè, liberis deſtituto, hæres teſtamento ſcriptus, familiam ſuam longè majoribus, honeſto labore partis opibus firmavit, nec non claris affinitatibus è patricio ordine exornavit.

Conjugiū Philip. Trad. F. Conjugii fidem ſanctiſſimè coluit. E primâ uxore Ingolſtadii ductâ filium *Philippum* habuit; qui paternis veſtigiis inſiſtens, eosdem Juriſprudentiæ pulcerrimos titulos, florente ætate adeptus, induſtriaque ſua partim patriæ, partim Bavariæ Duci pariterque illuſtribus & nobilibus quibusdam partibus comprobata, paucis ante patris obitum diebus vita functus eſt. Duas itidem filias ex eodem matrimonio, nobilibus & claris nuptiis decoratas ſuſtulit; quarum major patris fatum paucis menſibus antevertit.

Secundam uxorem è patritio genere, ſine liberis morte ſublatam amiſit. Cùm tertiâ honore majorum, pietate, moribus, prudentia, frugalitate lectiſſima fœmina, Veronica, *undetriginta* annos concordi[...] vixit, *ſex liberorum* pater ex eâ factus, [...]rum trium totidemque filiarum, ſed [...] majore natu filio *Georgio*, ante annum [...] ni obitus, *Venetiis* inopinato caſu ſublat[...] ti acerbitatem, mater providâ & per diſ[...] lationem apud conſternatum patrem [...] gavit.

Cæterum præter maximarum virtutu[...] licem συζυγίαν, id etiam reliquis ſuis [...] Gratiæ adjunxerant; quod à gravioribu[...] ris & laboribus animum aliquantum [...] tens, apud domeſticos & amicos jucund[...] dam jocorum civilium venuſtate, ferr[...] familiares condiebat, leporumque erudi[...] ſtivitate accumbentes ad honeſtam hi[...] tem provocabat.

Noviſſimam uxorem, gratiſſimam itin[...] ſuorum Comitem habuit; cum propte[...] res toto animo abs ſe probatos, tum, [...] corporis obeſioris mole gravato, eju[...] opera ad valetudinis curam peropp[...] fuerit.

Nihil unquam otio indulſit, ſed [...] tempus à negotiis & actionibus vacuu[...] gendo, ſcribendo & meditando trac[...] niſi quod plerunque à prandio, valet[...] causâ vehiculo per unam atque altera[...] ram utebatur.

Sed enim tanto pulcerrimarum ſci[...] rum ardore perpetuo flagrabat; ut etia[...] *bala*, diſciplinæ abſtruſæ myſteria, d[...] mediocriter Hebræorum ſacrâ linguâ, [...] ingenii acumine aſſecutus, de omnibu[...] naturæ arcanis, multoties ſubtiliſſimè [...] rere ſolitus fuerit. Ingraveſcente verò [...] præter juriſperitorum vaſtos comment[...] ſanctorum patrum nunquam intermi[...] ctione plurimum ſeſe oblectabat.

Scripſit quoque quamplurima quæ ſ[...] ſuis recondidit, præſertim *illuſtrium cau[...] ad juſtitiæ libram exquiſitiſſimè appenſas* [...] *tationes*; quarum *duo denſiſſima volumin[...]* hæredibus reliquit.

Ex parentalibus ab Ægidio Sebaſtia[...] à Berg, genero, & Caſparo Tradelio [...] editis.

PHILIPPVS MARNIXI[...]

DAtus Belgis eſt *Philippus Mar[...]* eques *Sant-Aldegendanus*, *Bru[...]* anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo tri[...] octavo*, è parentibus *Burgundicis*; q[...] conceſſerant. Nomen ejus per Europa[...] riſſimum, & in viro genus cum ingenio, [...] nium cum eruditione, eruditio cum vi[...] virtus cum induſtriâ certarunt.

Itaque cùm Belgium oppreſſum ingen[...] ret, ſub intolerabili *Ferdinandi* Ducis [...] *ni* jugo; ſuosque vindices ac defenſore[...] ſideraret, ecce inter primos hic ſeſe o[...] Marnixius, qui ex Germania ſuperiore, [...] profugerat, ac *Haidelbergæ* aliquamdiu A[...] ſ[...]

us Eccleſiaſtici egerat, in *Bataviam*, cæ libertatis arcem, ſtatim contendit, Chriſti *milleſimo quingenteſimo ſeptuageſecundo*. Quo in loco rem non tam forgerendo, quàm imitatione *Cyneæ* cordaquendo, non poſtremum patriæ, liberpropugnatorem ſe declaravit, & à *Gui-* *Naſſovio Auraico*, magno Principe, no in honore eſt habitus. Incredibile quantos labores, quæ pericula, pro Repatriæ bello illo exceperit; ſemel iteque * captus, & ægerrimè dimiſſus, inntu *Hiſpanorum* ab altera parte intercem.

ſpirante jam *Belgica*, *Brabantia*, *Flan-*, aliiſque provinciis, libertatem apertè exantibus, magnum hujus nomen fuit omnes. Legationes ad Reges, ad Prin-, ad Reſpubl. diverſas obiit ſæpius, & èm anno ſeptuageſimo quinto, decreta Angliam legatione, miſſi ſunt *Philippus nixius*, *Ianus Douſa*, *Guilielmus Nivel-* *Paulus Buſius*, & *Franciſcus Maelſenus*, ertis conditionibus ſe illius patrocinio cerent. Anno deinde *milleſimo quingen-* *ſeptuageſimo octavo*, cùm Imperii Comi- *Vormatiæ Vangionum* Cæſar indixiſſet, *Matthiæ Marnixius* miſſus, orationem * liberam habuit ad Septemviros, & qui nt Imperii Principes, nonis Maji, qua, orato miſerabili *Belgii* ſtatu, & *Albani* nide acerbis verbis exagitata, Imperii oimploravit. Dixit tunc, *commune eſſe ulum, & fore, ut belli incendium, niſi maextinguatur, ſe latius latiusque diffundat, ſas Imperii civitates apprehendat.* Tycuſa in publicum prodiit ea oratio: cui m *Calidius Chryſopolitanus* alia oratione, *nburgi* edita, reſpondit, quæ tota in exada Belgarum, tum in Deum, tum in Prin- rebellione occupatur.

nno dein *octogeſimo*, cùm diu de Princiiquo externo deligendo, ab ordinibus *antiæ*, *Flandriæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *hliniæ*, *Friſiæ*, deliberatum eſſet: Mars, & alii, cum plenis, ut loquuntur, man-, in Galliam * ablegati ſunt, ut cum *Fran-* Principe *Andino* agerent, de ſuſcipienllarum Provinciarum imperio. Anno *eſimo tertio*, cum *Vranii* Princeps in *Zeiam* cum aulica familia contenderet, anam diſcederet, rationem magiſtratui *Antienſi*, * præſcripſit, qua ſe in urbis adſtratione dirigeret; & Marnixium, cujus ac prudentiæ plurimum tribuebat, in imum annum conſulem deſignavit, *Præ-*, quem *Margravium* vulgo vocant, dignitate, quam ille recuſavit, de-

eſſit itaque *Antverpiæ* conſulatum ea eſtate; qua *Alexander Farneſius*, *Par-* Princeps illam urbem * obſedit, quam conſulis munere perfunctus ubi reliquit, ita vixit, ut & aliis vixerit. Nullum aumajus prudentiæ ſpecimen edidit ea obne; quàm quòd eum ipſe rei frumentariæ, viritim ferè tenuioribus diſtribuendo, præfectus eſſet, collegis *Gualtero Grutero* ac *Lucâ Roſa*, nemo unquam è plebe ſentire potuit horrea ita exhauſta; ut ſi triduum adhuc dilata fuiſſet pacificatio cum Principe *Parmenſi*, fame expugnari potuiſſet urbs tota. Sanè nihil fuiſſe tunc temporis frumenti in publico, imò ne in privato quidem; inde liquet, quòd primis diebus, nullâ pecuniâ ibidem potuerit comparari panis, ac è vicinis pagis inferendus fuerit commeatus.

Adducit ſponſam Elect. Pal. An. 1593.

Poſteà cum anno *nonageſimo tertio Friderico IV.* Elect. Palat. *Loiſa Iuliana*, Wilhelmi Auraici Principis filia, ſub finem menſis Maji deſponſata, adducenda eſſet: Marnixius eam ſponſam primum *Dillenburgum* dein *Haidelbergam* duxit, caput legationis. Nuptiæ autem celebratæ ſolenniter fuerunt *Dillenburgi* menſis Junii die *duodecimo*.

Exſpirat Lugduni.

Poſtremum in Galliam legatus, valetudine obnoxia, fractoque multis laboribus corpore *Lugduni Batavorum*, in Muſarum gremio exſpiravit, cum in urbe illa Bibliorum tranſlationi incumbens, annos aliquot exegiſſet. Obiit anno *milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo*, die *decima quinta* Decemb. ætatis ſuæ *ſexageſimo*. Exſtat in virum incomparabilem Epigramma Epitaphium ejuſmodi:

Epitaphium ejus.

Non poterant alibi tua dignius oſſa cubare,
Marnixi, juxta clare ſago atque togâ:
Quàm Leidæ; Martis quæ & Palladis artibus alte
Efferi præ reliquis urbibus alma caput.

Aliud.

Conditur hoc tumulo Marnixius ille Philippus,
Clarus conſiliis eloquioque potens.
Qui magni illius, cui debet Belga ſalutem,
Principis Auraici cor animusque fuit.
Cujus opem ſenſit Reſpublica libera magnam,
Et puræ adſertus relligionis honos.
Per denſa invidiæ tela ille & mille labores
Herculeo verè ſcandit ad aſtra gradu.

Eſt & hoc *Iani Gruteri* in manes Philippi Marnixii carmen:

Orbis deliciæ amorque Marnix,
Quo digno poteris tegi ſepulcro?
Defunctis aliis, ſatis ſepulcro eſt
Pars terræ brevis, orbis ipſe dignum
Vix totus fuerit tibi ſepulcrum,
Orbis deliciæ amorque Marnix.

Virtutes Marnixii & eruditio Hiſpanorum ſcopus quis.

Fuit vir hic & *Theologus* & *Politicus* cum paucis conferendus. Prudentiæ & hiſtoriæ cognitio quanta in eo fuerit, ſcriptum illud declarat, in quo agit de *Hiſpanorum ſcopo*, ad quem ſua ipſi tela dirigunt; qui Monarchiam ſibi præfigentes, nihil non auſint. In eodem tanquam vates prognoſticis politicis multa prædixit, quæ eveniſſe *Britannia*, *Polonia*, *Gallia*, aliæque Regiones teſtantur. Inter varias graviſſimasque occupationes aut ſcribebat aut commentabatur ſemper aliquid, Reipublicæ aut Eccleſiæ profuturum.

Cumque ſingulari ſacrarum literarum amore flagraret; è lingua *Hebræa*, cujus præter alias plures apprimè peritus erat, *Pſalterium* in merè *Belgicam linguam*, excluſis Gallorum vocibus, quibus alioquin hominum eorum verſus tunc temporis ſcatebant, rhythmis modulisque conſtrictum induſtrioſiſſimè convertit. Id opus hactenus aliquoties typis publicatum, ſed nunquam communi concionatorum conſenſu eſt receptum, cum contra verſio alterius à tot millibus ediſcatur. Nimirum

Transfert Pſalteriū.

Pro captu lectoris habent ſua fata libelli.

Biblia quoque ipſa ordinum *Belgii* auſpiciis eſt adgreſſus, quod opus abſolvere mors ei non permiſit.

Scripta ejus edita Theol.

Scripta ab eo in lucem *edita* partim *Theologica*, partim *Politica*, ſunt præcipue hæc: *Pſalmi*, ut diximus, *ex Hebræa in Belgicam* linguam *translati*: deinde ad *rhythmos Belgicos* ab eodem revocati, ſic etiam *Veteris* & *Novi Teſtamenti cantica*. *Theſes* aliquot *de Eccleſia* atque *Eccleſiaſticarum traditionum* κριτηρίῳ, ſeu certa norma. Item de *ſacramento cœnæ* Dominicæ. *Reſponſio ad Michaëlis Baii*, Regii Profeſſoris Lovanienſis *apologiam*.

Epiſtola conſolatoria ad fratres exules *Brabantos, Flandros, Hannones, Arteſios*, alioſque Belgas, ob Evangelii doctrinam peregrinis in Regionibus diſperſos.

Tractatus de cœna Domini, ad Galliarum Regis ſororem, *Lotharingiæ* Duci nuptam.

Contra Libertinos, Apologetica reſponſio contra anonymum quendam Libertinum.

Alveari. um Romanū, Germ. der Bienenkorb.

Alvearium Romanum dedicatum *Franciſco Sonnio*, primo Silvæducenſi Epiſcopo, *Hiſpanæ Inquiſitionis* haud infimo. Editum hoc ſcriptum anno *ſeptuageſimo primo*, quo tempore crudeliſſimè in viſcera Belgicæ ſæviebat *Albanus*; eſtque varietate hiſtoriarum, & acumine ſententiarum refertiſſimum, jocis facetiisque, in Papiſtarum theatrales nugas & fabulas mirè conditum, adeò ut lectoribus iſtorum temporum præcipuè, ſingularem attulerit voluptatem, & occaſionem multis præbuerit, de Religione Chriſtiana ſeriò cogitandi. Et hic liber ut populari applauſu exceptus, ſic non ſine fructu plurimorum lectus, plus rei Belgicæ illa tempeſtate in Religionis negotio profuit; quàm eruditi aliquot commentarii.

Edidit & *tabulam*, qua *differentiam* exponit *Chriſtianæ & Pontificiæ Religionis*. In hac multa ex alveario hauſta, multa nervoſis argumentis ſerio tractata, à Belgis Gallisque ſummo ſtudio deſiderata & lecta. Prodiit anno nonageſimo nono.

Politica.

Politica ejus hæc ſunt, *oratio* illa Wormatiæ *pro Archiduce Auſtriæ Matthia*, & *ordinibus Belgicis* habita, quæ à *Baptiſta Hovarto* poëta Belga ad patrii idiomatis rhythmos eſt revocata. Huic accedunt variæ variis temporibus evulgatæ *admonitiones*, *declarationes*, *interpretationes*, & inter ſeria joci ac facetiæ, aliaque anonyma multa Mar[illegible] auctore, quæ pro temporum ratione ſui[illegible] gis, patriæ Religionisque libertatem p[illegible] gnantibus, prodeſſe vir prudens judicav[illegible]

Ab hoc etiam profecta dicitur dec[illegible] illa *cantilena*, compoſita *in laudem Pri[illegible] Guilielmi Naſſovii, ad Belgas, tyrannide [illegible] ni oppreſſos*, edita. Quæ quidem can[illegible] ita ſcitè facta; ita concinnis rhythmis [illegible] lisque ſuis eſt attemperata, ut plebis a[illegible] mirè ad Principis libertatisque patriæ am[illegible] inflammarit, & ipſe alterum ſe *Tyrtæum*, à *Platone* laudatum præſtiterit.

Et tantum de Marnixio hoc Theologo [illegible] litico ex Academia Lugdunenſi & elogi[illegible] ctorum virorum: item ex deliciis poëtar[illegible] gicorum.

SAMVEL GRYNÆVS

NATUS eſt *Samuel Grynæus Baſileæ R[illegible] corum*, anno *milleſimo quingenteſim[illegible] ceſimo nono*, die *Medardi*, quem dili[illegible] obſervare vinitores ſolent. Patrem [illegible] eſt *Simonem*, virum doctiſſimum, qui p[illegible] illi familiæ ſplendorem virtutis ac doctrin[illegible] tulit: Matrem verò *Catharinam Lomb[illegible] am*, matronam honeſtam, & ingenio [illegible] cem maximè proclivi. Patrini ipſius fu[illegible] *Oſvvaldus Myconius*, & *Ioannes Meier* [illegible] ri omni laude digni. Utprimum per æ[illegible] potuit, ingenium ipſius omnium doc[illegible] rum capax literis dicatum eſt, præce[illegible] *Thoma Platero* viro eruditione & virtu[illegible] ſigni. Ejus fideli inſtitutione per aliqu[illegible] nos uſus, ita in literis profecit; ut in ſt[illegible] ſorum numerum anno *quinquageſimo* [illegible] receptus fuerit. Ibi cum præceptorib[illegible] ligentiam in diſcendo ſuam probaſſet, [illegible] tus charusque fuit Profeſſoribus illis pu[illegible] viris omni doctrinarum genere excellen[illegible] *Thomæ Grynæo* patruo, qui tùm temporis [illegible] poſitum ſuperioris collegii egit, ac ſimul [illegible] feſſorem Latinæ & Græcæ linguæ; [illegible] *Nyſſæo* Auguſtano, cui ob ingenii induſ[illegible] & promtitudinem profeſſio poëtices de[illegible] data erat: *Huldrico Coccio*, primum [illegible] ces, deinde Theologiæ Profeſſori.

De horum judicio, cum tantum in ar[illegible] organicis profeciſſe videretur, teſtimon[illegible] ruditionis primo, cui à lauri baccâ nom[illegible] ornatus eſt. Poſtea, quemadmodum [illegible] lienſi in Academia ſtudioſi Philoſophiæ [illegible] in claſſes ſunt diſtincti, audiit oratoriæ Pr[illegible] ſorem, virum celeberrimum oratorem [illegible] nem, *Cœlium Secundum Curionem*: *Seb[illegible] num Caſtalionem* Profeſſorem linguæ [illegible] cæ: *Ioannem Bechium* organi Ariſtotele[illegible] terpretem.

Horum inſtitutione aliquandiu uſu[illegible] parentibus uberioris ingenii cultus cauſa [illegible] *gentoratum* miſſus eſt: ubi inter alios audiv[illegible] *annem Sturmium*, ob ſingularem eloquen[illegible] & multarum rerum ſcientiam celeberrim[illegible]

ɔoſt annorum aliquot intervallum do-
everſus in patria aliquandiu ſubſtitit,
odum *Tubingam Suevorum* profectus,
ivilis ſtudium aggreſſus eſt, in quo bre-
fecit profectus, ut multis admirationi
odeſtiam, & diligentiam fuerit. Flo-
illo tempore in Tubingenſi Academia
ius Varenbulerus J. C. celeberrimus,
inprimis Grynæus admirari & amare
cœpit, perfecitque ut mutuo ab eodem
retur. Tubingâ digreſſus rediit Baſi-
circa annum *ſeptuageſimum ſecundum*,
dium juris ſumma cum diligentia pro-
is eſt. Docuerunt autem tunc Baſile-
i Academia D. *Baſilius Amerbachius*,
merbachii J. C. filius: *Ioannes Sphyra-*
Ioannes Hopperus JCti. Sed poſtea in-
te & horribiliter graſſante lue epidemiâ,
multa hominum millia abſorberet;
n Burgundionum conceſſit, quo telam
orum pertexeret, & ad metam propoſi-
ommodius perveniret, cùm in patria
emiâ peſtilentiæ ſævitiâ diſſipata inte-
id ei non eſſet.

oſtea cum peſtis deſiiſſet, rediit in patriam
ſexageſimo quinto, explicatisque ſui in-
divitiis non magno negotio à Philoſo-
facultate ſummum in Philoſophia gra-
titulumque obtinuit, *Paulo Cherlero* El-
urgenſi & *Iona Graſſero* Baſilienſi compe-
ibus, ſub Decanatu *Ioannis Hoſpiniani*
ani, organici Profeſſoris. Adeptus hunc
um dignus judicatus eſt, qui in Profeſſo-
numerum cooptaretur. Demandata
rei eſt profeſſio oratoria, cui tanta cùm
adoleſcens *viginti quinque* annorum
it: ut novus videretur Demoſthenes
nis Chriſtianis exortus. Anno verò
eſimo nono, menſe Julio Doctoratus in-
bus tituloque publicè unà cum *Philippo*
rario, magni illius *Camerarii Ioachimi*
Filio, à *Caſparo Hervagio* J. U. Docto-
leberrimo ornatus eſt, Decanum agente
mo Henrico Petro. In collegium deinde
ceſſorum cooptatus *Baſilii Amerbachii*
dami Henrici Petri per complures annos
egam egit. Itaque jus civile, & in eo in-
tiones Juſtiniani, publico ſtipendio ma-
ue ingenii gloria profiteri cœpit. Tan-
Baſilio Amerbachio in profeſſione & Syr-
tu ſucceſſit; Rempubl. quanta potuit fi-
djuvit, in officio omni ſedulus & pius:
dque minimè ſilentio involvendum, ipſo
facultate Profeſſore ac promotore, Do-
es & Licentiati juris creati fuerunt ultra
ntos ſexaginta.

Ad metam vitæ cum appropinquaret, mor-
atali & longo, hydrope correptus eſt, cu-
olores & cruciatus omnes patientia Chri-
â ſuperavit. Invaleſcente autem magis
agis valetudine, ita ut etiam, propter tu-
em voce ipſi ademtâ, per integrum tri-
m nullum ab ipſo auditum fuerit ver-
, interim tamen ſuſpiriis & gemitibus,
ublatis in cœlum manibus, ſatis ſignifica-
undenam ſibi auxilium exſpectaret. Tandem die *tertio* Aprilis, ſub horam noctis tertiam, animam Deo Jehovæ reddidit, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono*, ætatis ſuæ *ſexageſimo*, cum annos *triginta* Academiæ patriæ præfuiſſet. Sexto die poſt illatus eſt ſepulcro patris ſui, *quinquageſimo octavo* anno pòſt, quàm ille obiiſſet.

Antiquùm hic obtinuit & in Gryneorum familiâ ſolenne: ut & cœtus ſacros ſedulo frequentaret; conciones attentè audiret; vitam & mores ad verbi divini præſcriptum componeret, humanus adverſus collegas, facilis in cives, hoſpitalis in advenas, benignus in tenues eſſet, uno verbo, *Virtutes ejus.*

Hic non videri, ſed eſſe voluit bonus.

Ex oratione Parentali, habita à Joanne Caſparo Grynæo.

PETRUS HEIGIUS.

☉ 1599. *ætat.* 41.

PRÆCLARUS hic juris antiſtes, & in omni literarum genere vir verſatiſſimus, patriam habuit *Stralſundam* Pomeraniæ oppidum, ubi natus eſt circa annum Chriſti *milleſimum quingenteſimum quinquageſimum octavum*. *Stralſunda patria.*

Adoleſcens ad literas adhibitus, jus civile eſt aggreſſus, in quo diligentiâ ſingulari felicique ingenio progreſſus fecit eos, ut ab *Auguſto* Electore Saxoniæ penè adhuc juveni, partes publicè *Wittembergæ* docendi, ac de jure reſpondendi fuerint demandatæ. Hoc in profeſſionis munere ſolenne ſuum obtinens, ſedulus juxtà & fidelis fuit, in legibus explicandis diſertus, in extricandis acutus, in controverſiis dijudicandis providus ac felix. *Juvenis docet Wittemb.*

Præterea non minori cum laude *Adſeſſoris* tam in judicio provinciali, quàm in illa Regione ſummo, quod appellationi dicatum eſt, (Appellation-Rath) functus eſt officio. Ubi cauſas ſemper legibus, non leges cauſis & caſibus adaptavit, & omnia ad bonum & æquum, certiſſimam veritatis legalis normam, ceu ad *Critolai* libram, juſta interpretatione, ſanoque judicio, quo plurimum valuit, accommodavit. *Adſeſſor declaratur.*

Poſt ubi non ita dudum in graviſſimum conſiliariorum aulicorum ſenatum ſingulari cum clementiæ ſignificatione, & diſpenſatione, adoptatus fuiſſet, virum quoque ſe & talem præbuit, qualem in ea dignitate conſtitutum decet. Verè enim à *Biante* * dictum ἡ ἀρχὴ ἄνδρα δείξει, quaſi nullibi mortalium ingenia dignoſcantur rectius; atque quando gubernationi publicæ adhibentur. *Et conſiliar. aulicus.*

* *Ariſtot. lib.* 5. *Nicom. c.* 3. *Magiſtratus virum oſtend.*

Tali in ſtatione altoque honoris faſtigio collocatus, dum nulli gravis, omnibus eſt uſui, è vitâ evocatur anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono*, cum nondum *quadrageſimum primum* ætatis annum expleſſet, & perpetuò imitandum ſibi propoſuiſſet magnum JCtum *Davidem Peiferum*, cancellarium Saxonicum. *Et vita abit.* *David Peifer JC.*

Scriptum Heigii poſthumū. In uſum jura dicentium colligere cepit multas juris controverſias, easque arduas & uſu frequentiores, quæ poſt obitum auctoris prodierunt opera *Ludovici Perſon* JCti, & Profeſſoris Wittembergici, titulo, *Quæſtionum juris tam civilis, quàm Saxonici*, in quos commentarios tale ſcripſit idem Peifer JC. Epigramma:

Non igitur totum te nobis abſtulit Heigi
Mors, quæ te juſtum ſuſtulit ante diem.
Leucoreâ juvenes docuiſti vivus in urbe:
Erudiunt tua nunc poſthuma ſcripta ſenes.
Vixiſti ſemel in terris, poſt funera duplex
Eſt data, ſopito corpore, vita tibi.
Elyſiis in agris animo novus incola cœli:
Nobiscum ſcriptis vivis & ingenio.
Hic vives, mundi dum ſtabit machina: vita
Cæleſtis nullo tempore finis erit.

Ex ipſius Heigii Quæſtionum tomis.

O. 1599. *BOETIUS EPO.*

MULTIPLICI laude nomen ſuum *Boëtius Epo* Friſius *Rordalinſanus* immortale reddidit. Nam linguæ utriusque exacta notitia, quæ ad homines illuſtrandos una ferè ſufficere ſemper exiſtimata eſt, exiguam partem in hujus viri laudibus occupat.

Doct. renunciatur. Præfulget enim rara quædam juris, atque inprimis Pontificii cognitio, quippe qui *Toloſæ* ſuprema Juriſprudentiæ laurea decoratus, primum

Docet Lovanii. *Lutetiæ Pariſiorum*, poſt *Lovanii Grudiorum* eam ipſam ſumma cùm ingenii, tum doctrinæ gloria tradidit. Qua una re promeruit; ut veluti colonia Regiis auſpiciis *Lovanio*,

Academia Duaci aperta. In ea Epo docet. *Duacum Catuacorum* ad *Scarpum* fl. cIↄ. Iↄ LXII. deducta, & ipſe ſuos inter anteſignanus mitteretur. Qua in Academia *ſeptem* ipſos & *triginta* continenter annos, raro certè conſtantiæ exemplo, de ſuperiore loco profitendi munus ſuſtinuit, honorarii etiam vice *Palatini Comitis* titulum adſecutus.

Scripta. Antiquitatis verò Eccleſiaſticæ peritiſſimum fuiſſe arguunt ejus *Syntagmata*, & *Eccleſiaſticæ* atque *Heroicæ quæſtiones.* Scripſit etiam tractatum *de honorum Academicorum uſu & progreſſu*; nec non *commentarios novem Teſtamentarios.* Collegas eodem ſecum profectos ad unum omnes præmiſit, quibus compoſitis ipſe ſuperſtes vixit *ſeptuagenario*, in tot tantisque lucubrationibus, major,

Libert. *duodecim* etiam liberorum ex honeſta conjuge parens. In his & filium, ut tituli, ſic & cathedræ conſortem reliquit. Obiit *Lovanii*,

Moritur. anno *milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono*,

Monumentum. conditus eſt in æde Societatis Jeſu, hac brevi, ut juſſerat, inſcriptione:

BOETII CORPUS QUIESCIT HIC EPONIS; ANIMAM RESPICE O JESU BENIGNITER.

Aubertus Miræus in elogiis Belgicis.

IOANNES WOLFIUS.

ANNO Chriſti *milleſimo quingenteſimo* [...] *geſimo ſeptimo*, die * D. *Laurenti*[...] cra, *Ioannes Wolfius* in oppido Ducatu[...] pontini, quod veteri Romana appellati[...] * *Tabernas montanas* vocant, natus eſt. [...] rentes ei fuerunt prudentiæ atque integr[...] laude, & opulenta honeſtate conſpicui, [...] *Wolfgangus*, oppidi illius prætor, mate[...] *tharina Heugeliana.* Hi quemadmodu[...] rei familiaris adminiſtratione fuerunt dili[...] tes; ita in diſciplinâ domeſtica, & libero[...] educatione, tanquam præcipua domus p[...] præcipuam quoque curam poſuerunt, [...] Eccleſiam forumve filios, ad focum a[...] colum, & acus filias informandas cura[...] Cumque hic noſter fratrem *Ulricum* ing[...] antecelleret, & ſpem de ſe egregiam o[...] deret, literis totum manciparunt, eventu [...] ciſſimo. Nam cùm in trivali ludo ma[...] elementa artium & linguarum percepiſſe[...] publica eruditæ doctrinæ Gymnaſia fuit e[...] tendus; ubi ſe informandum viris præſta[...] ſimis daret. Audivit igitur viros undi[...] que doctiſſimos: * *Argentorati* Germ[...] Tullium *I. Sturmium*: * *Wittembergæ* [...] tioris literaturæ parentem *Melanchthon*[...] * *Tubingæ* ſui ſeculi Philoſophorum Pri[...] pem *Iacobum Scheckium*: * *Biturigibus* [...] lorum legalis prudentiæ coryphæos *Iaco*[...] *Cujacium*, *Franciſcum Roſſardum*, *Anton*[...] *Contium*, *Hugonem Donellum.* Ex ho[...] aliis divinarum humanarumque rerum [...] tiam ſibi comparavit, ex aliis acutè diſſere[...] ex aliis prudenter & copiosè dicendi arte[...] dicit, ex aliis rectè conſtituendæ adminiſt[...] dæque Reipubl. præcepta hauſit, ex aliis [...] & æqui artem cognovit.

Cum igitur in linguis, ſcientiis, atque [...] gibus tantum profeciſſet: ut utiliter ja[...] iisdem & alios inſtituere poſſet, in diſcipli[...] aliquot adoleſcentes nobiles recepit: eo[...] tum præceptis, tum exemplis præclarè in[...] mavit. Prodierunt ex ipſius inſtitution[...] ad Reipubl. clavum ſederunt, cum laud[...] & commodo publico non pauci, de qu[...] fuerunt *Wolfgangus Ulricus à Vennigen*, [...] *nes Wolffgangus ab Anvveil*, Wirtembe[...] Ducis aulæ præfectus ac conſiliarius; *Ric*[...] *dus à Sigemgen* J. C. Cameræ Imperialis [...] ſeſſor, & alii. Cum iisdem ſuæ diſciplin[...] lumnis, in exteras quoque Academias *B*[...] *rigum* atque *Dolanam* eſt profectus, ac i[...] * *quadriennium* propè verſatus, *Gallia*[...] *Burgundiam* perluſtravit, & expeditè Ga[...] loqui didicit, varias variarum Rerumpubl[...] litias, legèsque cognovit, mirabilia & [...] morabilia quæque obſervavit: quæ o[...] magno ipſi uſui in omni vita poſteà [...] runt. Cum itaque fama de Wolfii [...] ctrina & virtute, linguarumque plu[...] peritiâ percrebuiſſet, factum eſt; ut,

Bo[...]

[...]rnimus & *Erneſtus Ludovicus*, Duces Ste[...]enſes Pomeraniæ, *Burgundiam* perluſtrare [a]nimo haberent: Wolfium itineris Comi[tem] ſibi adjunctum voluerint. Viam ergo in[gre]ſſi, *Dolam* appellunt, urbem Academia [cele]brem; ubi jam antea Wolfius juris ſtudio [ope]ram dederat. Ibi cum ex illuſtriſſ. comi[tibus] unus atque alter teſtimonium publicum, [L]icentiæ gradum petiturus eſſet: Wolfium, competitorem ſe præberet, orarunt; & vix [ei]dem exorarunt; accedente ipſorum Prin[cip]um hortatu: qui ſumtus omnes prolixè [ex]pediverunt.

Sic ergo ornatus & honoratus paulò poſt in [Ger]maniam rediit: & relictis ſtudiis Acade[mic]is ad praxin animum adjecit: cujus causâ [ad] Imperii ſummum tribunal, quod *Spiræ* [Nem]etum, ſeſe contulit. Ubi cùm *biennium* exegiſſet; ab Electorali Palatinatu Ca[mer]alibus commendatus, & in ordinem ad[voca]torum eſt cooptatus, Anno Chriſti unde[sept]uageſimo. Sed paulò poſt à militia toga[ta a]d armatam eſt pertractus, hoc occa[sion]e.

Cùm in Gallia à Romanæ Eccleſiæ graſſa[tori]bus omnes, qui in Pontificis verba jura[re n]ollent, ad necem quærerentur; auxilium [Ger]manorum Principum, quos Proteſtantes [voca]nt, in acie illi novaculæ conſtituti, im[plo]rarunt. Horum precibus cum Princeps [Wo]lfgangus Palatinus Rheni, annuiſſet: [atq]ue coacto exercitu Galliam ingredi in [anim]um induxiſſet: vidit opus eſſe ſibi viro, [qui] Gallicam linguam calleret: qui regionum [...] perſpexiſſet, & legati, ſicubi opus, mu[nere] cum dignitate fungi poſſet. Eam ad rem [id]oneus viſus Wolfius civis Palatinus, qui cum [ope]ram ſuam Principi, & tum Imperatori [...]ariùm copiarum, addixiſſet: in Galliam [profe]ctus, toto expeditionis tempore fidem, [prud]entiam, induſtriam animique magnitu[dine]m conſtanter probavit. Statim in pri[nci]pio, cùm *Carolus* IX. Galliæ Rex, cau[sas] ſtius expeditionis quæſiviſſet; ipſe ad [eum] ablegatus, rectâ per medias hoſtium [copia]s *Verdunum*, ubi Rex agebat, contendit, [atq]ue in mandatis habebat, prudenter gra[vit]que expedivit.

[Po]ſteà durante bello, Bipontinus corpo[ris] vis, cùm diu antè quartanâ laboraſſet; [it]eris fatigationes gravius ægrotare cepit: [ta]ndemque *Neſſunii*, tribus à *Ratiaſto* leu[cis, i]nter *Ludovici*, *Naſſovii* Comitis, ma[nus] exſpiravit: cùm prius ſuos ad bellum [pro c]ommuni causâ, & idem ſentientium [Princi]pum ac ſociorum libertate ſuſceptum, [ite]r perſequendum hortatus eſſet. Cor[pus e]xenteratum primumque *Engoliſmæ* ad[duct]um, illuſtriſſimi Principis filii deinde ad [cu]ram ſibi concedi à rege, Reginâ Na[varræ], & Amiralio, Wolfio ſecundum ter[tium]e legato, petiverunt. Quod cùm im[petrat]um eſſet, anno *ſeptuageſimo primo*, [ſu]per incommodum accidebat: quòd pleræque omnes civitates, per quas tranſeundum erat, præſidiis militaribus tenebantur: mare autem à piratis infeſtabatur: quin & nautæ confirmarent: *mare etiam in navi cadaver non ferre.* Ibi cum res periculo non careret: omneſque animi penderent: Wolfius, poſt longam deliberationem, cùm omnia in utramque partem penſiculatè ponderaſſet, & exempla * cadaverum, per mare devectorum, in memoriam ſibi revocaſſet; laudatiſſimæ memoriæ Principi ac Domino ſuo extremum pietatis officium præſtiturus, dubium maris diſcrimen; quam terræ certiſſimum ſubire maluit.

Mare an cadaver ferat.

* *Parandin. Annal. Burg. l. 2. & l. 3.*

Paravit ergo iter, & loculo, in quo Principis recondebatur corpus, ciſtæ incluſo, eaque linteaminibus obducta ac funibus conſtricta, *Cognaco*, quò pace jam iterum facta atque firmatâ Engoliſmâ, ne quâ ab Engoliſmenſibus injuria afficeretur, deductum erat *Rupellas*, inde *Provagium* transvehendum curavit, atque ita ſeu mercium ſeu armorum prætextu, exportavit oleadi Lubecenſi impoſitum. Ibi cùm poſt variam fortunam d. 3. Id Sextil, *Biramium*, Lubecenſium portum appuliſſet: inde comparatis ad honorificam ſubvectionem neceſſariis, per *Lunæburgum*, *Brunſuigam*, *Wolfenbutelum*, *Mundam*, *Caſſellas* facto itinere, ubique funebribus orationibus decorato funere, principibus, civitatibus, ac ordinibus obviam, qua incedebat, honorificè ac magno comitatu, procedentibus, tandem in propriam ditionem pervenit. Id non prætereundem; magnas quidem fuiſſe ſæpè ortas tempeſtates, quæ modò Angliam, modò Hiſpaniam verſus navim impulerunt: piratas quoque non ſemel occurriſſe: ut arma, quæ in ciſta recondita Wolfius veheret, expedire nauta juberet: tamen omnibus periculis ſuperatis, Dei ope, Wolfius exuvias illas ſui Principis in patriam ad ſuos feliciter adduxit: à quibus deinde, exequiis, tanto Principe dignis, in majorum tumulo * *Meiſenheimii*, Bipontini ducatus oppido, magnis ſumtibus in vecturam ac pompam factis, fuit conditum.

Cadaver. Princ. Pal. per mare advectum. Thuan. l. 48. p. 1019

* *A. 1571. d. 23. Sep.*

Hoc ejus fideliſſimum ſervitium gratâ memoria Principes Bipontini *Philippus Ludovicus* & *Joannes*, fratres, Palatini ad Rhenum, proſecuti ſunt: ejuſque operâ, etiam ſequentibus annis, in arduis maximè negociis uſi. Nam ad *Angliæ* Reginam ſecundum, & ſemel ad *Poloniæ* Regem graviſſimorum negociorum causâ ipſum ablegarunt: quæ cùm prudenter, tum fideliter iſ ſe expedivit: ejuſque rei laudem ab illis ſummis monarchis; non ſine muneribus, retulit. Gratus itaque charuſque ſuis principibus fuit: qui ob fidem probatam; ob diligentiam & prudentiam ſæpius perſpectam, non ſolum ad conſilia adhibuerunt intima; ſed & beneficiis ac muneribus magnificis eum ornarunt donaruntque: quibus & gaviſus ipſe fuit: & heredes poſterique gaudebunt.

Legatus Wolf. ad Angliæ & Polon. Reg.

Porrò cùm aulæ totum ſe dedidiſſet: ſingulari quadam virtute, non potuit unius aulæ laboribus animi contentionem explere: ſed adſuetus jam bellicis curis vigiliiſque, & extra militiam in negociis tractatus ſummis, cùm quod dicitur, *Marti arma non ſint gravia:* paſſus eſt, unius atque alterius aulæ labores ſibi imponi. Itaque & à *Carolo*, marchione Badenſi ac Hochbergenſi, in ſenatum adoptatus, & municipio *Mündelsheimenſi* præfectus eſt: quo in munere utroque annis *viginti* prudentiam illam ſibi propriam egregiè probavit: fidem datam minimè fefellit: communem utilitatem pro ſua virili promovit: omnem denique de ſe ſpem laudabiliter ſuſtinuit, ſi non vicit.

Fit marchion. Badenſ. conſil. A. 1573. Et præfect. Mündelsh. A. 1575.

Carolo mortuo poſtea eandem fidem filiis ejus *Erneſto Friderico*; & *Georgio Friderico*, fratribus germanis, conſtanter præſtitit: eorumque nomine * tertium legatus ad aulam Auguſtam ivit: quæque in mandatis habuit ex voto confecit. Pro qua induſtria ac fide Principes illi, non honeſtum ſolùm ei ſalarium decreverunt, ſed quæ fuit ipſorum clementia, muneribus quoque animum erga ſuum Wolfium prolixè declararunt; donatis jam propè emerito feudis aliiſque beneficiis ampliſſimis.

*Legatus ad Cæſarẽ. * A. 1577. 85.* *Feudis donatur.*

Tandem cùm jam in militia ſua, in aula, in præfectura, quinque fermè luſtra exantlaſſet; multos excepiſſet labores: & periculis defunctus magnis eſſet: viribus exhauſtus ac ſenectuti jam proximus, laxamentum & quietem quæſivit. Rude ergo donatus *Heilbrunnam* ſeceſſit: ibique rerum ſuarum domicilium fixit, anno Chriſti *nonageſimo quarto*, ſupra ſeſquimilleſimum. Senatus illius urbis, quæ una eſt ex Imperialibus, optimum ſenem lubens admiſit: & civitate digniſſimum aliiſque privilegiis judicavit. Ibi itaque in ocio vixit literario; gratus bonis omnibus, gravis nemini, ad annum usque ſexcenteſimum & milleſimum.

Rude donatus Hailbr. vivit. 1594.

Quemadmodum autem in omni vita petivetat; ut ne, quod vidiſſet plurimis accidere, longis doloribus ac cruciatibus fatali in lecto conficeretur, ſed cita beataque morte corporis vinculis ſolveretur: ejus ſui voti planè compos eſt factus. Nam anno illo *ſexcenteſimo*, die *viceſima tertia* Maij, à prandio, repentino correptus morbo, ſub veſpertinam ejusdem diei *ſeptimam*, id quod in votis dudum habuerat, è vitæ hujus miſeriis ad beatitatem ſempiternam, placidè emigravit, ætatis ſuæ anno *ſexageſimo tertio*, ſeu climacterico magno, qui ἀνδροφόνας Aſtrologis dictus.

Subito morbo corripitur. *Et moritur. Annus ſexageſim' tertius.*

Ut primum vitæ ſibi finem inſtare ſenſit; ſepoſitis omnium rerum terrenarum curis, de quibus jam antè teſtamento diſpoſuerat: vocavit ad ſe Eccleſiæ miniſtros, cumque iis multa de pœnitentia piè diſſeruit, propoſitis inprimis duobus è * ſcriptura locis. Deinde de publicis precibus earumque efficacia cum illis collocutus, dixit: ſe exiſtimare, Litaniam majori cum animi attentione orari, quàm [...]tari poſſe. Poſtea cùm cordis anguſtia [...]ſpirationem vehementer comprimeret [...] hæc erupit verba, quaſi cum luctâ: *cu[...] corde omnes malæ cogitationes prodeunt[...] que eo multa quidem Deo promittamus; p[...] autem præſtemus: non immeritò jam m[...]rus homo corde plurimùm torquetur.* [...] etiam ex cantico funebri in agone inger[...] *quonam fugiemus, niſi ad te ſolum D[...] Chriſte?* & mox ſubjecit: *quoniam ſi[...] pro nobis, quis contra nos?* Denique ad[...]rem converſus; *nunc*, inquit, *uxor m[...] vortium noſtrum*: & denuò iteratam [...] precatiunculam: *mi Domine Jeſu, d[...] mortis abbreviato mihi*: quibus dictis [...]buit & in Chriſto verè obdormivit. [...] ſunt in obitum viri excellentis Carmina E[...]phia variorum auctorum, de quibus h[...] *Pauli Meliſſi* Poëtæ clariſſimi:

*Προσαγώνιοι ſermones Wolfii. * Jobi. 24. v. 23. & Rom. 2. v. 14.*

Fortiter immenſos potuiſti ferre labores
Ærumnasque domi militiaque pati.
Fas erat, ut caperes digniſſima præmia [...]
Teque optata aleret, feſſe SEPHÆE, [...]
Invida Parca colus incidit ſtamina rup[...]
Et vetuit vitæ longius ire vices.
Tu tamen abſolvis cœpta ſubtemina tram[...]
*Extremamque manum nobile ſentit * [...]*
In quo perpetuum vives, Mortemque ju[...]
Cum Lacheſi tenebras carpere Cimm[...]
Nam tibi, qui fueras in vivis clarus ab[...]
Poſt obitum multò clarior exſtat hono[...]

Symbolo uſus fuit: PIETATE ET [...]BORE: quod ipſum in tota vita pr[...] expreſſit. Nam pius in Deum & in ho[...] fuit. Sacra Biblia ab adoleſcentia qu[...] legit religitque; *quæ ipſum ad ſalutem [...]dem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, inſtruere[...] eſſet homo Dei ad omne opus bonum per[...]* A precibus omnes actiones & lectiones [...]rum eſt orſus, cum precibus quoque [...] in libris tempus, quo inceperat, & quo[...]rat lectionem, adſcripſit cum hoc voto; [...] *Deus; ut firmiter omnia hæreant!* In [...] piè & modeſtè vixit, ac vel ſuo exemplo [...]giè refutavit illud vulgatum;

Nulla fides, pietasque viris, qui caſ[...]
quuntur.

Ita & in aula viginti annis amplius ſe geſ[...] nihil, quod pietati pudorive repugnet, [...] vel invidia teſte, & ipſo Momo. Illud eti[...] eo prædicant, quòd cum haberet plur[...] regum & Principum imagines & auro & [...]re precioſas, in clementiæ ſignum ab il[...] donatas, nullam earum; ſed *Chriſti cr[...] fuſile ex auro ſignum*, ad pectus depen[...] geſtarit. Magiſtratum vera animi ſubmi[...] coluit, & *Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, re[...]* Parentes ab ineunte ætate honore eſt [...]cutus eo, quem lex requirit. Matrem v[...] ætate ferè delirâ, *Tabernis montanis* [...] *Mundelshemium* vocavit; & ſexennio [...]liter aluit; donec *nonagenariam* cum [...]

lit. Liberos itidem ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ, uti Apoſtolus monet, educavit, criptis precationum formulis ex pſalmis; quotidie recitarent: & quotieſcunque iò erat profecturus, admonitionem ad parietem cretâ inſcriptam vernaculè uit: *Liberi ante & poſt menſam, & aliâs ſolito orent.* Filias quidem ad focum , & colum erudiendas matribus com- : filios autem ipſe in literarum ſtudiis iendos curavit. Uxores habuit tres: pri- & ſecundam ipſe luxit, tertia ipſum. præfecturâ *Mundelsheimenſi*, quam ul- nnos *octodecim* obiit, talem ſe geſſit: ut ejus ſimilem optarint, in adeundo fa- in reſpondendo placidus, cum aucto- gravis; non δωροφάγος, omnibus is, pupillis & viduis, uti & pauperibus piis ndendis ac juvandis pro modulo faculta- ſuarum deditus: ægrotantibus ſæpè ci- potumque miſit; egenis, & præcipuè delsheimenſibus, de veſtitu ſtato anni ore, ſuis impenſis proſpexit.

rtute & doctrina ſua conciliavit ſibi ac xit animos ſummorum principum, no- n & virorum clariſſimorum, de quorum ro ſunt *Melanchthon*, *David Chytræus*, rdus à Schulenburg, *Auguſtus ab Aſſen-* *Joannes Rideſel* in *Eiſenbach*, Mareſchal- Haſſiæ hæreditarius, *Paulus Meliſſus*,

it præterea *Philoſophia* & politioris li- ræ, *linguarum* item Principum peritiſ- : *hiſtoricus* excellens: *Platonem* ſemper nibus habuit: *Poëtas* diligenter legit: eccleſiaſticos, & inprimis *Auguſtinum* *ieronymum*, ſedulò evolvit. A ſtudiis ſi do animum remittebat, id quod rariſſi- cit; Muſica ſe & ſuos tam inſtrumentali, vocali recreabat: interdum etiam, ut ugil exercitatus, in palæſtram deſcen-

od autem Cato de ſe dixit: *ſe nunquam ſolum eſſe, quam cum ſolus, & nunquam ocioſum, quàm cum ocioſus*, idem de Volfio verè affirmari potuit. Quicquid ſubſecivi temporis nactus fuit, id omne præſertim hiſtoricis impendit: & quo- nque obrepſerat gravioris negocii tæ- , ad bonorum auctorum lectionem ſe rebat, animum inibi refecturus. Ut- d ſtudium hiſtoricum alios invitaret, ſi facem rudioribus præferret: conſcri- *lavem*, uti indigitat, *hiſtoriarum*, eam- *riderico* Duci Württembergico inſcri- Deinde *Robertum Guanium*, hiſtoriæ æ ſcriptorem celebrem, cum exempla eſiderarentur, recudendum emendatiùs vit: idem in *Alberti Cranzii chronicis* & *oli* præſtitit.

tremò ab aulicis occupationibus & præ- æ curis liberatus, totum ſe operi, multis ntè à ſe incoato, mancipavit: nullique , nulli impenſæ, ne valetudini quidem continuando & abſolvendo pepercit: quod tandem finiit cum ipſa vita. Titulum ei fecit talem: *Lectionum memorabilium & reconditarum Centenarii XVI.* Prodiit ipſius ſumtibus *Lavingæ*, eodem uti diximus, quo auctor obiit anno.

Atque hæc de hoc Wolſio ex panegyrico à Gregorio Rollwagen, ſcripto ac edito.

SAMUEL HORNMOLD.

Θ. 1601. d. 1. Febr. ætat. 64.

IN lucem editur *Samuel Hornmoldus* anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo triceſimo ſeptimo*, in ipſo Archangeli Michaelis proſeſto. Patrem habuit *Sebaſtianum*, qui *Bieticæ*, oppido *Württembergici* Ducatus, patre *Adamo* Reipubl. illius prætore, anno inchoante ſeculum *decimum quintum* à nativitate Salvatoris noſtri, natus: primùm inter ſymphoniacos fuit *Udalrici* Ducis Württembergici: poſtea conſiliarius in conſiſtorio *Württembergico* deſignatus annum attigit & ætatis & ſeculi decimi quinti *octogeſimum primum*. *Natalis Hornmoldi. Sebaſtianus pater. Symphoniac. Ducis Würt. Et conſil. Ejus obitus & ætas.*

Mater autem ei fuit *Anna* è *Braunerorum*, familiâ honeſtâ & opulentâ: quam Sebaſtianus duxit anno *viceſimo ſeptimo*: nuptiis tantâ feſtivitate celebratis: ut vix *triginta duæ* menſæ omnes ceperint convivas. Sed nobis de Samuele filio dicere aliquid propoſitum. *Mater Samuelis. Educatio ejus.*

Is ergo primum animi cultum in ludo triviali, ut ſolet, percepit, cumque eſſet mirè φιλομαθὴς de judicio tum patris tum præceptoris ſui *Marcaleonis*, felicis juventutis informatoris, ſub annum *quinquageſimum primum Tubingam* miſſus fuit. *Tubingam mittitur ætatis an. 14.*

Hic in palæſtra conſtitutus literariâ ita ſeſe indies exercendo progreſſus eſt: ut eodem anno baccalaureus fuerit renunciatus. Poſtea trienniutn ibidem conſumſit, variis diſciplinarum generibus ſeſe dedidit, atque in omnibus, quâ fuit ingenii felicitate, non pœnitendos fecit progreſſus. *Baccal. renunciatur.*

Exinde *Lipſiam* Miſniæ metropolin profectus, *Joachimum Camerarium*, virum Græcè juxta & Latinè doctiſſimum, audivit: ejusque aliquandiu convictu uſus eſt. Lipſiâ *Wittembergam* anno *quinquageſimo quinto*, digreſſus *Melanchthonem* ſalutavit: qui & ob paternam amicitiam, & ob ipſius Hornmoldi virtutem ac doctrinam, peramanter juvenem excepit, adque ad menſam itidem ſuam admiſit. Audivit optimum ſenem Hornmoldus per biennium ferè ſedulò & attentè, atque multa ad calamum ab ipſo de ſuperiori loco propoſita, quaſi ſpolia quædam, ſecum adſportavit. *Miſniam abit. Inde Wittemberg. Melancht. diſcipulus & convictor.*

Inde literariâ inſtitutâ peregrinatione, celebriores Germaniæ Academias perluſtravit, *Roſtochianam*, *Francofurdianam* ad Viadrum *Jenenſem*, *Baſileenſem*, *Argentoratenſem*, *Ingolſtadianam*, *Marpurgenſem*, *Haidelbergenſem*, pleriſque etiam Imperii urbibus viſis. *Literariā ſuſcipit peregrinationem.*

Biennio ea in peregrinatione exacto, in *Burgundiam* ſuperiorem iter ſuſcepit, & exinde in *Galliam*, ubi biennii decurſu Gallicam quo- *In Burgūd. & Gall.*

que

que linguam ita condidicit: ut Gallus natus ab ipſis Gallis haberetur. Vidit tum in regno florentiſſimo caput ejus *Lutetiam Pariſiorum:* & *Rupellam* nave adiit.

Dola Licentiatus juris declaratur.

Poſtea domum rediturus iterum in *Burgundiam* ſe contulit: cumque *Dolam*, metropolin ejus regionis, veniſſet: ac ſpecimina ſuæ eruditionis diſputando ac reſpondendo de jure edidiſſet: teſtimonium ei ab Academia illa publicum eſt datum, gradu *Licentiati*, ut vocant, in eum collato.

Spira praxin cognoſcit. Maur. Breun.

Reverſus ad ſuos *Spiram Nemetum* praxeos cauſa acceſſit: ubi convictu amici veteris *Mauritii Breunlini* JCti uſus, brevi tantum ſagacitate ingenii profecit: ut ad forum jam & cauſarum tractationem non ineptus videretur. Itaque ſimulac in patriam rediit: à Principe Würtembergico *Chriſtophoro* vocatus, *Inſtitutiones juris* juventuti legalis ſcientiæ ſtudioſæ enarrare eſt juſſus, propter nobiles à Principe venientes & propter ſcribas. Factum id anno *ſexageſimo primo*, quo & Doctor juris ſolenni panegyri eſt renunciatus.

Enarrat Inſtitutiones juris.

Doct. juris creatur.

Hoc officio annos undecim functus Inſtitutionum Juſtineanearum libros *octies noviesvè* percurrit: & advocatum inſuper in aulico Tubingæ conſiſtorio egit. Poſtea Tubingâ diſcedens Badam Marchicam cum familia commigravit: ibi primum in conſiliariorum allectus numerum, pòſt & cancellarius fuit deſignatus.

Agit Advocatum Tubingæ. Fit conſil. Bad. & Cancellar.

Sed cum res ipſius ita ferrent, maximè autem religio aliò traheret, *Heilbrunnam*, Imperii urbem, anno *ſeptuageſimo quinto* conceſſit. Ibi amanter exceptus, & libertatem ab oneribus civilibus nactus, ſibi aliquandiu vixit. Verùm haud longè poſt ſenatus illius Reipubl. Syndici munus, nihil tale exſpectanti, nedum expetenti, ultrò obtulit. Hanc ſuam Spartam annis viginti, qua fide, induſtriâ, & conſtantiâ obiverit, verbis explicare multis opus non eſt, cum teſtimoniorum ſit abundè.

Migrat Hailb.

Ibi Syndicus declaratur.

Non ſolum autem domi Reipubl. conſiliis ac laboribus ſuis præfuit: ſed etiam nomine ejus peregrinationes diverſas ſuſcepit. Ita anno *octogeſimo ſecundo Auguſtam* Vindelicorum cum *Clemente Imlino* viro conſulari ivit: & anno *nonageſimo quarto* ad comitia *Ratisbonæ* indicta, cum *Eraſmo* ab *Olnhauſa* IV. viro miſſus fuit: ubi dexteritatem ſuam ingenii fidemque ſatis probavit. Idem præſtitit aliis in conventibus circulorum & civitatum Imperialium, aliiſque colloquiis: in quibus omnibus ipſe nequaquam ocioſus ſpectator aùt κωφὸν fuit πρόσωπον: ſed præcipuas ſemper partes ſuſtinuit: & ſuæ Reipubl. cauſas patrocinio juvit.

Legat. Reip. nomine obit.

Tandem cum annum ætatis vitæque climactericum magnum, ſenibus, ut volunt, periculoſum, attigiſſet: & jam mortis prodromos in ſuo etiam tabernaculo ſentiret, vaſa maturè collegit, ſeque ad beatum ex hac vita abitum præparavit; nec tamen qua fuit laborum tolerantia, officium ſuum neglexit. Ita-

que cum circa ferias natalitias anni *ſexcent*
domum rediiſſet, morbo fuit correptus, qu
depuliſſe ratus, acceſſit alius cum variis ſy
ptomatis: quo inter preces & ſuſpiria,
ſacræ cœnæ uſum, placidè exſpiravit *H*
brunnæ, ipſis calendis Februarii anni *ſex*
teſimi primi, cum ingreſſus eſſet annum *ſ*
geſimum quartum. Elatus eſt funere hon
fico, ibidemque terra mandatus. Me
riam ejus & merita carminibus Epitaphiis
doctiſſimi celebrarunt, quæ cum concion
nebri typis excuſa prodierunt.

Uxores habuit tres, & ex primâ, q
anno *ſexageſimo primo* duxit, *Maria*,
chioris Calberi, conſulis *Tubingani*, &
vinciæ Würtembergicæ XII. viri, filia, ali
liberorum parens factus, inter quos f
primogenitum reliquit *Sebaſtianum* JC
Poëtam Laureatum, & Comitem Palati
illuſtriſſimique Ducis Würtembergici C
ſiliarium, familiæ Hornmoldianæ lum
columen.

Conſcripſit opus *de proceſſu juris or*
rio: de via ac idonea methodo juris diſcend
exactiore & perfectiore actionum inveſtiga
de *ſucceſſionibus ab inteſtato*: *orationes*
complures: & alia.

Eorum autem nihil dum, quod equ
ſciamus, in lucem eſt prolatum.

Tantum de Hornmoldo *ex annalibus*
Hornmoldianis, *à Sebaſt. F. adornatis*:
parentalibus.

SEBASTIANUS GERSTM
NUS.

Annus agebatur Chriſti ſupra *mille*
quingenteſimum quadrageſimus ſec
quem inter alia ſtupenda illa locuſtarum
leſiam irruptio memorabilem fecit: cu
leslaviæ Sileſiorum oppido, conditor
Principis, nomen retinente, ipſo die *J*
Baptiſtæ ſacro, lucem hanc adſpicere
Sebaſtianus Gerſtmannus, parentibus na
rè bonis & laudatis, patre *Vincentio*, c
ejus oppidi ſpectato viro, cujus ex fam
Epiſcopus *Uratislavienſis* * *Martinus* p
matre *Urſulâ Hencelia*, fœmina om
tutum matrimonialium decore exorna

Puer maturè traditus eſt ſolertibus e
peſtate bonarum artium magiſtris, q
curæ ita reſpondit curâ ſuâ, ut jam tu
miam de tali indole ſpem conciperent
rumque olim augurarentur inter præc
quem puerum, aliis ætate provectiori
tiſtare perſpiciebant, ut plerunque
quæ ſunt in adoleſcentiâ tanquam in her
gnificant, quæ virtutis maturitas, quan
ges induſtriæ ſint futuræ. Ita enim tum
triâ ſcholâ, fundamentis linguæ utr
Græcæ & Latinæ poſitis, & quod cap
firmâ pietatis veræ baſi, tum *Freiſtadi*
præ aliis trivialibus ſchola maximè flo
tum *Goldbergæ* profecerat, ut propter

itatem, diſcendique alacritatem, non
præceptoribus eſſet chariſſimus, verùm
, velut exemplum quoddam diligentiæ,
examina & repetitiones cæteris commi-
s ſuis produceretur. *Alit* namque *amu-
ngenia: & nunc invidia, nunc admiratio
tionem accendit: naturaque quod ſummo
petitum eſt, aſcendit in ſummum, diffici-
in perfecto mora eſt.*
m verò, juxta *Herodotum*, *augeſcente
re, ingenium pariter augeſcat*, ætatis an-
cimo octavo, ea cepit ſtudiorum incre-
, ut ad *Academiam Wittembergenſem*
tum conſilio fuerit adductus: ubi bien-
tegro uſus eſt inſtitutione ſalutari viro-
acile in omni arte Principum * *Melanch-
, Pauli Eberi*, & aliorum: quos tum
nania præ cæteris colebat. Cumque
potiſſimè vitæ curſum ſequi vellet, ad
naturam conſilium omne revocaret; ut
ſſimè monuit *Tullius*, & politica inpri-
rridere ſibi deprehenderet, perſuaderi
potuit ab amicis atque parentibus, ut
prudentiæ animum applicaret, ſeque in
iaritatem quandam clariſſimorum Jure-
ltorum *Matthæi Weſenbecii & Michae-
uberti* oportunè inſinuaret; à quibus viam
d ſcientiam juris muniri; ſeque non ad
lem tantum illam barbaris hominibus &
a ſervis dignam gloſſatorum opinionibus
s inhærentem, ſed ad liberalem alteram
e rationis ductu jura interpretantem, du-
ſſus eſt. Erat tunc ob illuſtres juris an-
es *Piſtorios* nobiliſſimos, & qui in aula diu
ſimus *Henningum Hamelium*, ac ſimiles,
mmo flore, *Academia Lipſica*; ad quam,
orte ullam majoris commodi mercaturam
etur neglexiſſe, de conſilio amicorum, ſe
ulit, & tum valetudini, quæ Wittem-
æ fuerat afflictior, neceſſariam, tum ſtu-
quantum potuit ſummam impendit cu-
, ut triennio iſtic exacto in ipſam penè
ſſet ſcientiæ legitimæ poſſeſſionem; &
inter Pragmaticos agere potuiſſet, niſi ad
ora genio & ingenio ardente fuiſſet exſti-
atus.
Nam cum non legum ſaltem notitiâ; ſed
m etiam magiſtra experientia, ſibi opus
rectè intelligeret, neque neſciret, *eſſe ali-
peregrinas viſere terras*, &

Nomen ab externo clarius orbe dari;

peregrinationibus prudentiam augeri
mplo illius πολυτρόπου Ulyſſis;

*Qui mores hominum multorum vidit & ur-
bes:*

intate parentum, *Italiam* adiit, & *Pata-
præceptores ſibi delegit magnos illos, mo-
nentis etiam plurimis celebres Jurecon-
os: *Jacobum Menochium*, qui poſt in
nero purpuratorum, *Tiberium Decia-
*, cujus exquiſitiſſima in publico ſunt
onſa, & quem toties commendabat aliis
cerolum.* Ac ne ſacra intermitteret, ad

lectiones Pontificiorum, inprimis Epiſcopi Patavini & monachorum ejus loci, haud rarò acceſſit, non alio fine; niſi ut perceptis & examinatis animo ſuo rationibus, illorum qui ſequius docerent, in fide verâ certius firmaretur; & collatione falſorum dogmatum cum veris inſtituta, in quibus educatus, ſanctè acquieſceret. Ita enim ſæpenumero ipſe commemoravit: ſe in Pontificiorum tenebris magis magisque Evangelicæ lucis ſenſiſſe radios, & profuiſſe ſibi Pontificiorum vanitatem, ad tuendam noſtræ religionis veritatem. Nimirum ſic eſt: *hæretici cum maximè deſtruunt noſtra, inſtruunt, & cum impugnant noſtra, quodammodo confirmant.*

Et conciones Pontif.

Adverſariorum doctrina pro doct.

Triennium in Italia commoratus, eruditione & judicio cum ætate jam ſolidato; ad *Galliæ* quoque Academias cepit reſpicere. Itaque *trigeſimo* ætatis ſuæ, ſalutis autem *ſeptuageſimo ſecundo* anno, in *Galliam* abiit, & perluſtratis celebrioribus locis, in *Aureliana* Academia, ad quam *Alciatus Duarenus*, *Cujacius*, *Contius*, & alii *Biturigibus* paulò ante conceſſerant, aliquantiſper ſubſtitit, & doctrinam ſuam virtutemque optimo cuique probavit. Ibidem, auctoritate ſuaſuque *Contii*, teſtimonium eruditionis petivit, doctorque juris ſolenni more eſt renunciatus.

In Galliam proficiſc. Gerſtman. 1572. Aurelianæ Acad.

Ibi doct. creatur.

In patriam rediturus per *Belgium* iter fecit, tandemque ad ſuos revertit: non ad lites, in quibus multùm malitiæ, quamvis nolint, homines addiſcunt; ſed ad literas docendas paratus. Cùm itaque ſingulari Dei providentia *Marchiæ* deſtinatus eſſet, *Francofurtum ad Viadrum* venit, & doctrinæ ac judicii ſpecimen privatâ Inſtitutionum Imperialium explicatione, atque diſputationum exercitiis, edere cepit. Mox *Academiæ* Marchicæ *ſyndicus* declaratus, nec longè poſt in Jureconſultorum ordinem fuit adſcitus, ubi argumenta ſuæ doctrinæ, memoriæ, facundiæ reliquit præclara.

Per Belgiũ in patriam redit.

Francof. ad Viadr. venit. Syndic. fit Acad. Et Profeſſ.

Vix dum innotuerat ſatis, ubi *Joanni Georgio* Electori à conſiliis eſſe cepit: inter aulicos conſiliarios locum habiturus, niſi Principi perſuaſiſſet: Academicam ſibi vitam magis probari. Fidem tamen ſuam, & in ardius ἀβουλίαν ut de Electoris voluntate non ſolum Principem in ſua facultate locum obtinuerit: crebroque ad illuſtria invitatus ſit negocia: ſed & legatione perhonorifica cum *Saxoniæ Electore* ad dicaſterium Imperii ſummum, quod eſt apud *Spirenſes* fuerit perfunctus non minus feliciter, quàm fideliter.

Nec non Conſiliar. Brandeb.

Legatus ad Camer. imp.

Interea cum fama doctrinæ, eloquentiæ, judicii, candoris & autoritatis ejus ad vicinos juxta & exteros dimanaret, à vicinis *Sileſiis* in conſilium adhibitus, à Principibus evocatus, à multis longinquis ad patrocinium poſtulatus, ipſi etiam Cæſari *Rodolpho* II. ita commendatus eſt, ut operam ejus honeſtiſſimo ſtipendio conduxerit, & in conſiliariorum numerum adoptarit.

A variis conſulitur. in conſil. Auguſt adſciſcitur

X Ejus

Ejuſmodi in officiis laborum & curarum varietas morbos, ut fieri ſolet, attraxit frequentiores, qui vitæ finem, humanitus loquendo, poſuiſſent, niſi diligentiori ipſe opera propulſaſſet: & à contubernali in *Italia* valetudinis curandæ rationem acceptam, diligenter obſervaſſet, maturè etiam medicorum conſilio implorato. Biennio ante obitum podagricis affligi cepit doloribus, qui lecto ipſum affixêre. Et quamvis remitterent illi nonnunquam, pertinaciori tamen morbo locum dederunt: ita ut cum *febri maligna* & *catarrhis* ſubinde eſſet ei confligandum. Toto iſto ſequioris valetudinis tempore, ſpiritualem inprimis medicinam eſt amplexus, & ſe ad diſceſſum ex hac vita ſalutarem unicè comparavit, uſu ſacræ Euchariſtiæ, & meditatione vanitatis *vitæ caducæ, in qua verè ad malum mala ſe res omnes agglutinant*: contra felicitatis æternæ ſenſu: ad quam toto ferebatur animo. Quem ergo in optatis diu habuerat terminum, die *decimo quinto* Novemb. anni *ſexcenteſimi primi*, circa decimam veſpertinam ita attigit, ut cum animo ſatis hilari & ad horam extremam minimè perturbato, oracula repetiiſſet cæleſtia: ſeq. Deo redemtori ardentiſſimis tradidiſſet precibus, in ſomnum quaſi abierit ſupremum, & mortalia hæc, cum nihil tale metueretur, reliquerit, annos natus *undeſexaginta*, menſes *quatuor*, & dies aliquot.

Valetudo Gerſtmanni.

Mortem meditatur.

Quam obit

Hic vir non ut multi, artem æqui & boni non ad quæſtum, ſuum calluit, ſed ad bonum publicum, rem alienam accurravit perinde ut ſuam, nec extimuit odia inquiorum.

Virtutes ejus.

Vitam privatam, Deo teſte, ſic egit: ut qui nomen *jureconſulti clariſſimi* meruerat *veri Chriſtiani* minimè amiſerit, religionis ſinceræ amans, ſacrorum lector & cultor ſolers: pacis ſectator litium profligator, affectuum moderator, qui Ducem habuit *Pietatem*, Comites, *Fidem, Spem*, & *Caritatem*.

Vita privata.

In conjugio annorum fermè duodetriginta vixit tranquillo, cum *Servatii Rademani* ſenatoris Francofurtani filia, è qua pater undecim factus eſt liberorum, quorum *ſeptem* filios & *tres* filias, *uni* filio præmiſſo reliquit ſuperſtites. Filiarum duas duobus JCtis elocavit, alteram *Eliæ Robero*, olim Profeſſori Juris, *Jer. Setſero* alteram, Academiæ Marchicæ Syndico.

Conjugium Librei.

Ac generi.

Ex *Programmate funebri Francof. edito.*

Ob. 1601. d. 29. Nov. ætat. 61.

JOANNES BANCHEMIUS.

JOannem Banchemium anno *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo*, mater eruditionis *Leida* edidit, tunc quidem minus nota: ſed quam tamen immortalitati literarum jam tum fata deſtinabant: quarum ille Antiſtitem in urbe patriâ daturus erat.

Lugdunum patria Banchemii.

Atque à parentibus quidem, eadem in urbe, loco atque ordine honeſtiſſimis, primo *Ultrajectum* miſſus eſt, ubi *Macropedio*, non ignoto à ſcriptis viro, & ut tum ferebant tempora, inprimis erudito, operam dedit. Ultrajecto *Lovanium* ſe contulit, in qua Juris ſ[…] tia impensè tum florere putabatur. In h[…] diſcendi indefeſſus erat, cum progreſſus f[…] ſet haud pœnitendos in *Galliam* profect[…] quod ſummum in ea ſolet eſſe præmium[…] donatus eſt; cui *Andegavum* delegit.

Ultrajectū mittitur.

Ita in patriam reverſus, foro ſe maturè […] ſecravit, quo natura & præclaro animi in[…] ctu ferebatur. Evenit autem, ut dun[…] ageret patronum, & jam magni eſſet nom[…] gliſcente cum experientia & cauſis, anim[…] dicio, quo ſupra cæteros pollebat; anno […] ceps *octogeſimo ſecundo*, de conſtituend[…] premo *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *WeſtFriſi[…]* conſilio ageretur; cui muneri obeundo, […] aliis primoribus patriæ viris à Principe *A[…] tio* delectus eſt Banchemius. Qui cùm &[…] ambitione alienus eſſet; & abundè exiſti[…] tionis ac honeſtæ rei ex cauſarum patroc[…] paratum ſibi cerneret: diu quidem reſt[…] tandem verò à patriâ expugnari ſe paſſus[…] Ita tamen, ut eodem tempore in Republ. e[…] que cura occupatus eſſet, adeò ut nihil m[…] admodum momenti gereretur, cui non […] ille & prudentiæ civilis non minus, quàm […] mani ac divini juris conſultiſſimus Banche[…] adhiberetur animus.

Paulò poſt, cum graviſſima inter *Lu[…] nenſem* magiſtratum & *Rynlandiæ* Con[…] chum de finibus ac juriſdictione orta […] controverſia; viſum eſt illuſtribus patriæ […] tribus, à *Johanne Banchemio* & *Theo[…] Leeuwio*, ſupremi conſiſtorii aſſeſſorib[…] rem tandem componi. Quod prudentiſſ[…] ab illis factum eſſe, ſumma plurimorum an[…] rum tranquillitas teſtatur. Poſteà cum itid[…] inter Reipubl. Leidenſis præfectos & ſenat[…] Academiæ, ejusque membra malè conveni[…] adeò ut manifeſtam Academiæ perniciem […] maturè occurreretur, res tractura eſſet: ne[…] huic quoque ſimultati componendæ ma[…] viſus eſt idoneus Banchemio.

In quo cum dexteritate ſumma uſus eſſet […] conſilio; cura illi Academiæ eſt commiſ[…] cui annos multos, cum collegis celeberri[…] *Jonâ Douſa*, Nordovici Domino & *Joan[…] Grotio* Conſule Delphenſi, præfuit.

Erat in hoc viro citra faſtum gravitas, ci[…] aſperitatem ſeverritas, animus verò nulli r[…] niſi æquo & bono obnoxius: ut invict[…] prorſus & inexpugnabilem adverſus fortu[…] diceres. Juris autem tanta ſcientia, non umbr[…] tica quidem illa & ſcholaſtica; ſed quæ t[…] forenſi confirmata, cum ad ſingula deveni[…] tur, fidem propè excederet. Quo factum […] extincto *Diderico Niburgio*, ſupremi con[…] ſtorii præſide, Banchemius ſuccederet, n[…] tam temporis prærogativa, quàm virtutis […] experientiæ merito. In quâ dignitate M[…] ſarum ſimul ac juſtitiæ antiſtes, cum bo[…] rum omnium mœrore, anno *milleſimo ſe[…] centeſimo primo*, Novembr. *viceſimo nono* e[…] ceſſit.

Ex *Academia Lugdunenſi.*

GEO[…]

GEORGIVS THILO.

…gnitium urbs eſt Sileſiæ, metropolis Du-…tus, & avita ducum Lignicenſium ac …nſium ſedes: antiqua & ita exculta, ut …ndo *Vratislaviæ* certamen moverit. …n urbe *Georgius Thilo* naſcitur, anno …*mo quingenteſimo quinquageſimo ſecun-*…*e quinto* Octob. Parentes habuit *Grego-*… & *Margaretham Domkianam*, cives …enſes, non primi quidem in Republ. …ſius aut dignitatis: ſed pietatis, innocen-… honeſtatis laude commendatiſſimos. …cùm filios haberet ſeptem, ipſe illite-… & cui facultates non nimis magnæ; o-…amen à prima adoleſcentia literis imbu-…curavit. Et fratres quidam natu gran-… ſacris ſeſe & religioni devoverunt, duo …es *Georgius* hic & *Valentinus* ad jurispru-…m & Remp. animum appulerunt. Quo …io tanto cum ſucceſſu, gloria & digni-…ſati uterque ſunt: ut & patriæ ſaluti, & …is totique familiæ Thilonianæ immor-…nori fuerint.

… Thilo cum fundamenta doctrinæ ca-…cæ, artium & linguæ potiſſimum La-… in ſcholâ patriâ feliciter jeciſſet: in …n *Aurimontanam* à parente ablegatus …*decim* annorum adoleſcens. Faſces lite-…giminis tunc gerebat *Martinus Tabur-*… cui in explicandis potiſſimum poëta-…criptis παραςάτην ſeſe exhibebat *M.* …*us Helmerichus*: quibus certis interval-…porum aſſociati alii nonnulli, ad do-…m inſtructi. Hos in præceptores cum …let Thilonis ingenium: incredibile di-… quantâ celeritate quos progreſſus in …literis fecerit. Sæpe in familiaribus …iiis ad amicos curriculi ſui *Aurimonta-*…ntionem fecit: ubi cum cætera omnia, …le immortali Præceptorum deprædica-…vehementer approbaſſet; ſucceſſoribus, …ceſſorum diligentiâ & diſciplinæ accu-… abſolutiſſimum, quod religiosè inſi-…, exemplar propoſuiſſet illud tamen eſt …e ſolitus: *in tradendis diſciplinis orga-*…*tundiorem ſeſe planioremque viam deſi-*…*; quam tum communi quodam ſchola-*…*orbo, in tædioſa præcipuè magnorum* …*itariorum mole, neglecto ferè uſu, qui,* …*cerone,* omnium Magiſtrorum præce-…perat, *poſita fuerit, unde porro uſu* … *ut vix plurimorum continuatione an-*… *præceptiones artium ſemel integrè do-*…*diſcendoque percurſæ ſint.* Habuit ibi-…mmilitonem, cum quo ita convenit: …tidiè & à prandio & à cœna, lege …*ut* alteruter *hiſtoriolam* aut *apophthe-*…ut *gnomam* memorabilem, aut ſimile …unc quidem *Latinâ* oratione, nunc …*ulâ*, in medium proferret: quod alter …orali promtitudine & vernaculo ſer-…ſi Latinè propoſitum fuiſſet, repetere; vel ſi vernaculè, Latina lingua reddere cogeretur. Hoc exercitationis genus, cum annos aliquot continuaſſet: ad extemporalem facundiam plurimum ſibi dixit adjumenti attuliſſe.

Cum *quinquennium* ibi decurriſſet: ad Academiam cis *Viadrum* profectus eſt; ubi pari diligentiâ audiendis JCtis vacavit; nihilque laboris & induſtriæ intentatum reliquit: ut in penetrale Themidos adytum admitteretur. *Francof. ad Viadr. abit 1573.* Domum reverſus, cum ea quæ didicerat in Reip. uſus erogare cuperet, anno *octavo & ſeptuageſimo* in Ducalem curiam à Principe Lignic. & Bregenſi *Henrico* allectus, libellorum publicorum operas fideli curâ *ſexennium* adjuvit. *Eſt à literis Henr. Principi Lign. & Brig. 1578.* Sequenti *triennio* judicii provincialis tabulas ſummâ religione & fide tractavit; ex eoque munere tantum ſibi favoris & gratiæ apud omnes paſſim collegit: *Fit provincial. actuar.* ut anno *octogeſimo tertio Fridericus* IV. Dux Lignicenſis, multis ipſum aliis præferret: cui illuſtrem in curiam revocato *ſecretarii* provinciam, libellorumque magiſterium & præfecturam demandaret. *Iterum in aula ſecretar. 1587.* Nec diu illi ſtationi præfuerat: cum *conſiliarii* quoque dignitas, velut rectè curati officii teſtimonium, ejusdem Principis beneficio acceſſit. *Et Conſil.* Qua utraque provincia & vivo *Friderico*, & poſt ejus mortem, ſub *Joachimo Friderico* Duce *Ligio Bregenſi*, ac Præpoſito *Magdeburgenſi*, non ſine approbatione & favore omnium ordinum, continuè perfunctus eſt: donec extremo vitæ anno, cum ſuſtinendis impoſterum tantis laboribus per valetudinem non videretur; ſecretariatus munere benignè levatus eſt, ſolùm conſiliarii officio retento.

Itaque cum viginti ipſos quatuor annos in aula patriæ, tribus principibus impendiſſet, & nutricia luculenta natali ſolo perſolviſſet: anno *milleſimo ſexcenteſimo ſecundo*, die *ſexto*, Februar. paroxiſmo apoplectico correptus, *Moritur Thilo.* momento quaſi citra doloris ſenſum, in beata cæleſtis Paradiſi viridaria abiit. Die pridiano, quem integrum aulæ & conſilio illuſtri ex officio impendit; ſub veſperam ad fratrem Valentinum, JCtum & poëtam clarum, ob invaletudinem lecto affixum, inviſens, ſupremùm ei valedixit: poſt ſomno ſe daturus, aureum illud * D. Pauli acroama aliquoties ingeminavit: *Fundamentum DEI firmum ſtat, habens ſigillum hoc: novit Dominus, qui ſint ſui: & diſcedat ab injuſtitia omnis, qui nominat nomen Chriſti.* In ipſo etiam agone, etſi lingua officium non faceret: plurimi tamen nutus & geſtus obſervati ſunt, indubitatæ in Chriſtum fiduciæ & invictæ conſtantiæ indices. Exuviæ corporis honorifico funere terræ illatæ ſunt *Lignitii*, in Templo D. D. *Paulo* & *Petro* ſacro, cum monumento ejusmodi ſaxo ſepulcrali inciſo: *Monum. ejus.*

* *2.Tim.2. v.19.*

GEORGIUS THILO
A THILAW
ILLUSTRISS. PRINC. LIG. AC BREG.
CONSILIARIUS:

QUI
TESTIMONIO PUBL. SING.
EXEMPLO
VITAM PIE, JUSTE, SOBRIE
ACTAM
CUM MORTE BEATA SUBITO, SED
NON IMPROVISO COM-
MUTAVIT.
A. C. M. DCII. VI. FEBR. POSTQUAM
COMPLEVISSET SEPTEM ÆTA-
TIS. SEPT.
OB PRÆCLARA IN REMPUB. MER.
COMMUNI OMN. TOTIUS DUCAT.
ORDIN. LUCTU ELATUS, ET
SUB HOC LAPIDE CON-
DITUS EST.

** Hic inſerta ſunt inſignia Thilon.*

MORI SEMPER * MORI SEMEL
QUI DIDICIT POTUIT
EX SENTENTIA.

Celebrarunt demortuum multi eruditi & nominis Thiloniani ſtudioſi viri: ac edita exſtant Epitaphia ejus memoriæ conſecrata: de quibus eſt *Simonis Grunæi Superintendentis Lignicenſis* hoc ejusmodi:

Epitaph. et à Sim. Gruneo.

Mortuus olim omni fuerat qui tempore vitæ:
Mortis in articulo deſiit ille mori.
Exſpectata etenim mors momine quolibet: illo
Momine, quo præceps irruit, ipſa ruit.
Salvo Thilo & ave! victor jam ſtrenue ſalve!
Mors tibe victa prius, quàm tibi viſa fuit.

TUMULUS.

Cordis & ingenui, ingenuæ & vir frontis & oris;
Et patriæ decus, & præſidium, hic ſitus eſt.

Virtutes ejus. Pietas.

Inter virtutes quæ in hoc viro fuerunt illuſtres, maximè, ut caput & regina reliquarum, enituit *Pietas*: quæ in veri Dei agnitione & cultu conſiſtit. Nam & ex inſtitutione catechetica didicerat viam vitæ æternæ, & meditatione quotidiana rerum divinarum; ac lectione aſſidua tum Bibliorum, tum commentariorum orthodoxorum, matureſcente ætate & judicio perfecit, auxit, atque apud animum confirmavit ſuum. Novi certè *Inſtrumenti* codicem ita evolvit: ut in eo nulla fuerit pagina, nullus verſus, imò ne vocula quidem ulla difficilior: cui non ad oram libri, literis exilioribus, doctiſſimas explicationes hinc inde conquiſitas, manu ſua adſcripſerit. In conſiliis de Repub. dandis fuit *providens*: in ſententia dicenda fortis: in curandis Archivis, cæterisque Principum negociis induſtrius, laborioſus, fidus, cautus & taciturnus: ſumma, in omni vita ſeriò operam id dedit: ut ab his *decem peſtibus* ſanorum *conſiliorum* ſe præſtaret quàm integerrimum: *ab adulatione, à* προσωποληψίᾳ, *à faſtu & deſpicientia humiliorum, à* φιλαυτίᾳ, *à præcipitantia, ab ira, à vindictæ cupiditate, ab avaritia, à ſævitia, à mollitie denique & lenitate nimia.* *Tempe-*

Lectio N. Teſt.

Peſtes conſiliorum ſanorum.

rans præterea in motibus animi veheme[…]
ribus: in opum ac rei familiaris ſtudi[…]
brietatis cultor; ut qui ad hilaritatem ra[…]
culè; ad ebrietatem nunquam biberit: [...]
brioſorum conviviorum ſtrepitum, nup[…]
etiam feſtivitates, quantum poterat, dec[…]
rit: ne ſervulo *Luculli* opus eſſet: aut [...]
ſibi temperantiæ legem fixiſſet, ulla po[…]
occaſio interpellaret.

In conjugio felici ad annum usque [...]
mum vixit, cum *Agneta* * *Starſia*, [...]
quam ſine liberis. Verum nec hoc tant[…]
dolendum, quando ea ætas vivitur; qua[…]
exclamare liceat:

Ah quanto melius, dextraque in ſorte ju[…]
Quis ſteriles thalami: nulloque ululata [...]
Reſpexit Lucina domum!

Ex oratione parentali habita à *M.* [...]
bano, & concione funebri Andr. Baudis[…]
minibus item epicediis.

JOACHIMUS A BERGE[…]

NOn ſolum ex ſacris cœleſtium liter[…]
monumentis novimus, gratâ perh[…]
dos memoria, eſſe omnes; quorum in [...]
provehenda, indeque ſcholis & Ec[…]
conſervandis, illuſtris extitit diligentia, [...]
beralitas eximia: verùm id ipſum etiam [...]
nici naturæ dictamine & rectè agnoveru[…]
in ſcriptis eleganter expreſſerunt. De t[…]
Eccleſiarum & Scholarum εὐεργετῶν nu[…]
haud in poſtremis commemorandus ven[…]
verè magnificus *Joachimus à Berge*, Do[…]
in Herndorff & Claden / trium Auguſt[…]
conſiliarius.

Edidit eum bono publico ager Sileſi[…]
aëre, frugibus ſituque peramænus, an[…]
inſtauratâ per Chriſtum ſalute, *milleſimo* [...]
genteſimo vigeſimo ſexto, die *viceſimo* [...]
Martii, *Herndorfii*, cum primâ ſolis ex[…]
tis luce, patre *Joanne Bergero*, matre [...]
Catharinâ Brauniâ, parentibus longâ [...]
rum ſerie nobiliſſimis: quam heic rece[…]
animus non eſt. *Celebrior* enim, de Sc[…]
ſententia eſt, *nobilitas virtutis, quàm* [...]
neris.

Id ſanè ſingulare divinæ providentiæ [...]
mentum haud immeritò duxeris: quòd e[…]
tempore uſurâ hujus lucis frui datum: [...]
Lutherum & *Melanchthonem*, recens [...]
exorta Eccleſiæ lumina, vivos potuit con[…]
plari; imò

——— *vivas audire & reddere voc[…]*

His enim doctoribus veræ religionis f[…]
primus ſuæ familiæ intulit: cum parentes [...]
tificiorum eſſent errorum tenaciſſimi. [...]
parente certè, quem nondum bimus a[…]
zeli ſingularis exemplum amicis ſæpe re[…]
Pater, ajebat, *meus tanto in Pontificiam* [...]
gionem ſtudio ferebatur: Lutherum ut den[…]
ſi copia fuiſſet, dilaniaſſet. Idem tamen, [...]
in lectulo morti proximus, à quodam ex[…]
bi[…]

e amico eſſet monitus: *apprehenderet fide meritum Servatoris: acquiſceret in ſima delictorum noſtrorum per Chriſtum expiatione:* tanta animi aviditate præſen-um hoc ſolatium excepit, facilè ut in-eres, omnia verè ficulnea Papatus præſi-t animo abjeciſſe. Et hac meriti Chri-entidem factâ mentione, facilè eos re-: qui de monacho accerſendo ipſi mole-int. Ita beatus ſenex & *octogeſimum pri-* ætatis annum & vitam in terris beatè t, ſub annum ſeculi decimi quinti * *vi-um primum.*

primum autem *Joachimus Bergerus* cæli lumen adſpexit; tanta infantuli fuit cillitas: ut ad veſperam usque victurum utarent: quare factum, ut dies puero s idem & luſtricus eſſet. Par nimirum rgeri, & ſummi ejusdem amici *Caſparis ri* fuit fatum. Nam & de hoc, quod a corporis infirmitate natus eſſet, om-hæc animos opinio occuparat: futu-ut brevi in ipſa infantia moreretur. Et Melanchthon filiam ei nuptum dediſſet; rarum ſtudioſis facetè in ſponſum fuit : *futurum* nempe, *ut intra duodecimam n macilentus & valetudinarius maritus cculam viduam aliis relinqueret.* Verum ue *Bergerus* & *Peucerus*, ad provectam nerunt ætatem, beneficio ejus, qui certa ta unicuique vitæ ſpacia eſt demenſus, & ue uno eodemque anno, quicquid quan-ue id ſpacii fuit, decurrit.

ſi autem languidiore corporis habitu erus fuit, animum tamen tardum & lan-um ſecum non tulit. Nam verè à ſapien-ſcriptum eſt: *corpus animæ famulari, lli hanc: poſſeque ingenium fortiſſimum atiſſimum ſub qualibet cute latere.* Pro-ant ſeſe ingenii latentes igniculi tum, demortuo ab aliquot annis parente, edu-nis cura ad matrem recidiſſet. Illa enim ti atque patris exemplo, Bergerum ad ia tyrocinia ſemper invitare filium: ipſe ad literas ferri; pingendarum, legenda-que rudimenta domeſticis operis facilè re.

Vix ergo expleverat *duodecimum* ætatis um, quando *Goldbergam*, ad uberioris li-uræ mercatum, mater eum ablegavit. ificiæ quidem ipſa adhuc adhærens re-ni; ad ſcholam tamen, ut vocant, Evan-am. Quæ autem duo hominem adole-tem ſcientia & exemplis augere poſſunt: nbo ipſi hoc in Gymnaſio obtigerunt: na Doctoris auctoritas, & condiſcipuli gritas. Doctorem habuit *Valentinum edorffium*, quem acerrimo judicio *Me-hthon* dicebat, *ita ad ſcholas regendas na-, ut ad caſtra regenda Scipio olim Africa-* Condiſcipulum verò ingenuum integer-umque *Peucerum* illum, cujus exemplum gero, ad virtutis & Domini laudem con-denti, maximum, ut Pliniano verbo utar, ntivum. Stadii igitur trivialis *quinquennio*, quaſi jacta fundamenta fuerunt doctrinæ catecheticæ, artium, linguarum, & honeſtatis; decurſo; cum jam ætas & ſtudiorum ratio po-ſtulare videretur: ut ab umbratili palæſtra, in caſtra & aciem Academicam tranſiret, ibi tum anno à nato Chriſto *quadrageſimo quarto* ſupra ſesquimilleſimum, relictis Muſis Goldber-genſibus *Wittembergam*, celeberrimam Saxo-num Academiam, liberaliſſimis ſtudiis & do-ctiſſimis viris florentem, adiit. *Wittemb. abit Bergen. 1544.*

Arridebat ei præ reliquis genus vitæ civile; unde legum at juris cognitioni ſe devovit: & indefeſſa diligentia audiendo *Schurfio* vaca-vit: quem ille virum hoc elogio proſecutus ſemper eſt: *religioſiorem ſe & innocentiorem JCtum non vidiſſe.* Neque verò Jurispru-dentiæ ſtudium aggreſſus, divinas literas, ſive religionis ſtudium protinus neglexit, quin imò tanti habuit: ut, niſi integrum ejus corpus mente fuiſſet complexus, non quieſceret. *Victorino* etiam *Strigelio* privatim audiendo, qui tum locos, ut vocant, communes inter-pretabatur, annum integrum impendit. Huic diligentiæ, ut majori cum fructu res proce-deret, publicam quoque adjunxit; *Lutheri* in-primis conciones & lectiones per biennium frequentando. *Audit Schurfium; Ejus elogium. Vict. item. Strigel.*

Ac videtur quidem paucis dicendum hîc eſſe quanti *Lutherum* fecerit *Bergerus*. Ma-gnâ in felicitatis parte ſemper ponebat, ſtudia ſua Academica in tanti viri ætatem incidiſſe. Summum eum virum & electum Dei orga-num, ultrò fatebatur: crebram & honorifi-cam ejus mentionem ſæpè injiciebat. Aucto-ritatem ejus depreſſum nunquam ivit: hoc egit, quod ex ſolenni obteſtatione & voto fuit: Luthe. ſcripta ut ejus non ſine omni judicio & diſcrimine legeret, quotiescunque legit, legit autem ſæpiſſimè. Hunc ille Doctorem ma-gnum cum mœrore atque luctu ſine ſpiritu & animâ efferri vidit, poſtquam ſuperioribus diebus pro ſacro ſuggeſtu magno ſpiritu do-centem audiviſſet. *De Luthero Bergeri judicium.*

Verum enim verò dum hîc eſt *Bergerus*, qui diis hominibusque plaudentibus, ut dici-tur *Wittembergam* veniſſe putabatur, inſignis ei ſtudiorum remora eſt objecta, quæ tantò pejus ipſum habuit; quantò concitatiore cur-ſu in Academiæ ſpaciis decurrebat. Poſt *Lu-theri* enim obitum orto inter Cæſarem & Prin-cipes Proteſtantes bello, copiæ Cæſarianæ *Wittembergam* brevi videbantur impetituræ. Ibi ergo & tempori cedendum, & pes in Patriam Bergero fuit referendus. Di-greſſus itaque *Wittemberga* eſt ipſo *Mar-tini* die, quo periculi imminentis metu, ſub-urbia viderat ſuccendi. Domum reverſus annum ferè in Sileſiâ ſubſtitit, magno, ut ipſe dixit, cum ſtudiorum intertrimento, imò cum jacturâ penè exitiali. Annum tunc ætatis a-gebat *viceſimum primum*, quo absque Nu-minis ſingulari ductu ſi fuiſſet; deſertor du-bio procul ſtudiorum factus fuiſſet. Eum ergo annum juvenibus cautè provideque tranſi-gendum monebat. Neſcire enim ſe; quo ſin-gulari fato, annus iſte certiſſimæ ſtultitiæ, præ reliquis, eſſet obnoxius. *Curſus ſtud. Berg. impedit. bello German. Wittemb. domum redit. 1546. Annus viceſ. primus juventuti periculoſ.*

Interea verò, quamvis Ulyſſis errabundi inſtar, *Wittembergam* ſuam, ſtudiorum Academicorum nutriculam, ſæpè reſpectarit, tamen cùm ea nondum ſe ex diſſipatione collegiſſet, *Lipſiam* ſe contulit. Vix eò appulerat, cum intellectum ipſi eſt, indicta à *Carolo* V. Comitia, menſe Majo *Auguſta* celebranda. Hic ille, ut generoſi animi adoleſcentes ſemper avent audiviſſe aut vidiſſe aliquid, omittere iter Auguſtanum noluit, ratus hæc longiorum peregrinationum præludia fieri oportere. Ne autem ſine face aut viatico abiret: *Strigelii* commendatitiis ad *Heintzelium*, Reipubl. Auguſtanæ duumvirum, impetratis diſceſſit, ſalutato *Norinbergæ Vito Theodoro*: quo cum de omni Wittembergenſis & Lipſenſis Academiæ ſtatu multa collocutus, magnam prudentiæ iſta in ætate opinionem de ſe reliquit.

Lipſiam abit. 1548.

Ad comitia Auguſtana. Commendatus Heincelio.

In ipſis Comitiis multa viſu & memoratu digna obſervavit, Cæſaris & Septemvirorum aulas perluſtravit, notitiam cum præſtantiſſimis quibusve Theologis contraxit, inprimis cum *Wolfgango Muſculo* Douſano. Unum tamen ex omnibus ſibi memoriâ & laude digniſſimum viſum fuiſſe adſeveravit, admirandam nempe, ita appellabat, & glorioſam in Religionis negotio conſtantiam, captivi illius Ducis, *Ioannis Friderici* Electoris.

Auguſtâ *Torgam*, anno *quadrageſimo octavo*, abiit, nobiliſſimis Bavariæ urbibus priùs perluſtratis. Parabat ſub id tempus *Auguſtus* Saxoniæ Dux ſacra nuptialia, in quibus ſe nihil magnificentius vidiſſe Bergerus ajebat, quam quod illuſtriſſimus Princeps *Georgius Anhaltinus*, præpoſitus Magdeburgenſis, novos ſponſos, & matrimonii vinculo copularat, & concionem ipſe nuptialem habuerat, de quo Regina mater filiæ ſuæ mirè fuiſſet gratulata. A nuptiis Torgenſibus anno *quadrageſimo nono Lipſiam* & inde *Wittembergam* eſt reverſus: ubi ſtudiorum telam, quam ingruentis de improviſo Martis vis interruperat, pertexuit, & amicitias eruditorum veteres recoluit, novasque iniit. Ejus rei documenta ſunt plurima, nos uno alterove contenti erimus. *Caſparus Peucerus*, Oreſtes ipſius veterrimus, anno inſequente, poſtquam eò rediiſſet *Bergerus Melanchthonis* filiam conjugio ſibi jungebat. Nuptiis intererat, *Bergerus*, & qua erat felicitate, in Melanchthonicæ amicitiæ intima adyta, *Peucero* Duce & indice, penetravit. Præ hac omnes nuptialium epularum delitias, omnem cantus Muſici dulcedinem, omnem ſaltationum illecebram rectè neglexit.

Torgam proficiſc. 1548.

Ibi ſingulare quid viſum.

Redit Wittembergam. 1549.

Amicitiam cum Melanch. contrahit. 1550.

Et cum de ſacrâ Domini cœna tum temporis controverſia agitaretur, nihil hic ad Bergerum de ſua ſententia diſſimulavit *Melanchthon*, nihil tergiverſatus, quin omnia liberrimè ipſi concredidit. Bergerus diſertè ſcriptum reliquit, *viro inſigni, Philippo Melanchthoni, electo Dei organo, chariſſimisque parentibus, ſecundum Deum, omnem ſe totius vitæ felicitatem acceptam referre, gratias etiam illi acturum ſempiternas.*

Cæterum ſequente anno, ad firman in Religione Bergeri animum, magna fac acceſſio, cum ipſo *Wittembergæ* agente, S dus itidem cogeretur celeberrima illa, ir confeſſio Auguſtana, Carolo in Comitii hibita, repetita fuit, verus & genuinus ſe quàm potuit fieri ſimpliciſſimè oſtenſus, Pontificiorum calumniis, & contortis rundam explicatiunculis vindicatus.

Ejusdem anni menſe Julio, cum obſeſſ Saxoniæ Duce Mauritio teneretur *Magde gum: Bergerus* credo ad animi ſui firmit explorandam, *Melanchthone* quidem di dente, & invito, Mauritiana caſtra viſum a Dum verò ipſa caſtra obit, & curioſo ac l te oculo, omnia circumſpectat: derep globus tormentarius magnæ molis, alicu exploſus, ad pedes *Bergeri* decidit, magn vi ſubter humo, ſub ipſius Bergeri pedi aliquo uſque provolutus, à tergo tandem c ra rurſus erupit. Ille ſtatim hoc, velut divi ſibi contra temeritatem monitum obve nec impunè *Melanchthonis*, malè omin auctoritatem neglexiſſe ratiocinabatur.

Dictum eſt ſupra, *Bergero* ex metu c beli, ſtudiorum avocamentum primum W *temberga* fuiſſe obortum, jam nunc aliud minus grave ac difficile objicitur. Graſſab per multorum capita in urbe lues peſtif multa ſingulis diebus cadavera efferebant Noſter ergò *Francofurtum* ad *Oderam*, tandi contagii cauſa; ſecedere fuit coac Sed deſiderium priſtinæ Academiæ lenieba lud, quod apud Marchiacos, magni nom jureconſultum, *Hieronymum Schurfium* ceptorem ſuum, publicè docentem ne qua felicitate offenderet.

Francofurto *Wimariam* excurrit ad nup *Ioannis Friderici* Saxoniæ Ducis, natu me & non multò pòſt cum legatis Imperatori Duces *Lunæburgicos* profectus eſt, quo in nere & Balthicarum urbium viſendarum nuptiarum *Othonis Henrici* Brunſuicer ſpectandarum occaſionem non neglexit, Princeps, ut hoc παρέργως addamus, Polo Regis ſororem ſibi tum deſponderat. non fuit Bergerus defunctus hoc itinere, ſceſſum *Wittembergâ*, reditumque in patri maturavit: ut peregrinationibus ſeſe per æ tem accingeret.

Annus labebatur *duodecimus*, ex quo B gerus, poſtquam magna cum laude in caſt Theologiæ & jurisprudentiæ meruiſſet, p mam longinquiorum peregrinationum in B gicum direxit, non illam diſſuadentibus am cis, præpoſterâ plerorumque opinione, qui mul ac maria & montes transmiſerint, illicò pientes ſe & beatos fore exiſtimant, congr ſus verò ſapientum & colloquia cum erudi ſusque deque arbitrantur. Hoc loco alienu non fuerit adjicere teſtimonium publicum quo abiturientem ornavit tunc Academ Wittembergenſis; quod ejusmodi eſt.

Rector Academiæ Wittembergenſis Joachimus à Beuſt Juris utriusque Doctor, Salutem dicit omnibus lecturis has literas.

Vi

rtute nihil amabilius eſt. Quare ſua cui-
ie virtus præcipua commendatio eſt. Sed
men ideò prodeſt habere honorifica te-
monia, junioribus præſertim: ut aditus ſit
cilior ad viros honeſtos, quibus antea ig-
oti fuerunt, & virtus eſt laude digna in ip-
, qui petunt teſtimonia, quod probari ſe
æceptoribus volunt. Quare libenter de-
mus has literas Generoſo juveni, nobi-
ate generis, eruditione, & virtute præſtan-
D. JOACHIMO à BERGE, Sileſio; qui cum
nos amplius ſeptem in hac Academia
mmoratus ſit, comperimus & vim ingenii
eo, & rectitudinem ac dexteritatem judi-
egregiam eſſe, & naturam legum & diſci-
næ amantem, & mores ejus honeſtos, &
n gravitate ſuaves, ac placidiſſimos eſſe.
mque linguam Latinam ſtudioſè didice-
Goldbergæ, in ſchola optimè conſtituta à
lentino Friedlando Trotzendorffio, viro
dente, & excellenter docto, & ad felici-
informandam pueritiam nato, cujus au-
or etiam quinquennium fuit, formam o-
ionis talem comparavit, quæ & pura, re-
, perſpicua ſit, & naturæ bonitatem ſi-
lac judicium oſtendat. Inde huc profe-
s, comparavit ſibi uberiorem uſum ea-
n artium, quæ dicendi rationem tradunt,
atiocinationem gubernant. Cumque re-
judicaret orationem ſine rerum copia
nem & ingratum ſonum eſſe, etiam eam
trinam cognoſcere ſtuduit, quæ cauſas
im, ac variorum motuum, & mutatio-
n in natura inquirit, animæ humanæ va-
vires diſcernit, & corporis mirandam
icam explicat. Deguſtavit & alteram
ſices partem, quæ motus corporum cœ-
ium certiſſimis legibus, & vicibus gra-
mis diſtinctos docet. Quarum rerum
nitio, non modò plurimas in communi
utilitates adfert, verum etiam eò libe-
bus ingeniis digniſſima eſt, quòd mentes
ucit ad agnitionem & admirationem ſa-
atiæ, potentiæ, & bonitatis Dei condi-
s. Cum autem prudenter judicaret hic
chimus, viro politico inprimis neceſſa-
n eſſe hiſtoriarum cognitionem, magno
lio perquiſivit veterum & recentium ſcri-
rum monumenta, quæ gentium, & im-
iorum origines, incrementa, mutatio-
, & ruinas deſcribunt, ac migrationes po-
ρrum, & nobiliſſimarum familiarum ſe-
n & propagationem recenſent, & in iis
gnium virtutum & facinorum, pœna-
que exempla proponunt. Quarum re-
cognitione, non modò prudentia ac
cium de maximis in vita rebus forma-
ſed etiam voluntas accenditur, ut agno-
e imbecillitatem humanam, fortunæque
onſtantiam, & deteſtari vitia, contraque
nirari & imitari excellentem virtutem
piat. Ideoque laude digniſſimus eſt hic
chimus, quod tantum ſtudii poſuerit, in
oriarum lectione. Sed quia decrevit cer-
gehere ſtudiorum Reipublicæ ſervire, &
omnia ſtudia noſtra referenda eſſe ad
gloriam Dei, & ad hominum ſalutem, cum
familiæ etiam ſplendore vocetur ad munus
gubernationis, quod ſine legum cognitione
nemo feliciter adminiſtravit; magna cura &
aſſiduitate didicit Jurisconſultorum doctri-
nam, atq; ei ſtudio ita ſeſe dedidit, ut & fon-
tes legum quærat, quas videt natas eſſe ex æ-
terna & immota ſapientia Dei, patefacta in
jure divino & naturali, & juſtitiam magis a-
met & colat propius cognita ejus pulchritu-
dine, conſideratis legum cauſis. Hoc fine &
doctrinam Ariſtotelis, de virtutibus accura-
tè didicit, in qua officiorum communium
præcepta traduntur, hauſta ex naturali lege,
& Doctores Juris Lipſiæ biennium, hîc quin-
quennium, interque eos aliquoties D. Do-
ctorem Hieronymum Schurphium diligen-
ter audivit, & cum propter morum mode-
ſtiam, & ſingularem diſcendi amorem carus
eſſet utrobique Juris Profeſſoribus, adhibi-
tus eſt ſæpè actionibus forenſibus, & con-
ſultationibus de gravibus cauſis. Ipſe etiam
diligentiæ ſuæ & non vulgaris profectus in
ſtudio juris, ſpecimen edidit aliquoties in
Jurisconſultorum diſputationibus, unde
non mediocrem dexteritatis & judicii recti
laudem aſportavit. Etſi autem hoc præcipuè
ſtudium elegit & urſit, ideo ut hac legum do-
ctrina inſtructus utilius ſerviret Reipublicæ,
ſuſtinendo aliquam partem laborum com-
munium in gubernatione (quæ voluntas il-
lius laude digniſſima eſt) tamen cum piè ſta-
tueret, hominem ideò conditum eſſe, & ſer-
vari, ut Deum conditorem agnoſcat & juxta
verbum ab ipſo patefactum colat, ſingulari
cura & diligentia didicit doctrinam Eccleſiæ
propriam, & ut non ſummam modò ejus te-
neret, ſed fontes etiam diſputationum de
graviſſimis fidei noſtræ articulis, & contro-
verſiarum, quæ nunc in Eccleſia agitantur,
momenta intelligeret, ſedulò audivit totum
biennium, reverendum virum Dominum
Doctorem Martinum Lutherum, multo au-
tem diutius Dominum Philippum Melanch-
thonem, & alios Profeſſores, publicè in ſcho-
la & Eccleſia hac enarrantes Prophetica &
Apoſtolica ſcripta; & palam oſtendit, ſe de
doctrina cœleſti amplecti conſenſum Catho-
licæ Eccleſiæ Chriſti, comprehenſum in Sym-
bolis Apoſtolico, Nicæno, & Athanaſiano,
quem & harum regionum Eccleſiæ profiten-
tur, ut teſtatur ipſarum confeſſio exhibita
Imperatori Carolo V. Auguſtæ in conventu
anno M. D. XXX. & ejuſdem confeſſionis
repetitio ſcripta anno M. D. LI. ut exhibe-
retur concilio Tridentino. Abhorret etiam
ab omnibus phanaticis & ſeditioſis opinio-
nibus, damnatis judicio Catholicæ Eccleſiæ
Chriſti, & ſuam pietatem ſeria invocatione
Dei, & honeſta morum gubernatione, & er-
ga miniſterium verbi divini, reverentia de-
clarat. Ob has virtutes & eruditionem, dum
hic fuit, non modò ab omnibus Academiæ
Profeſſoribus dilectus eſt; ſed etiam à ſcho-
laſticis, tanquam exemplum virtutis & diſci-
plinæ, obſervatus & cultus. Quum autem
hone-

„ honeſto conſilio ſuorum cognatorum con-
„ ſtituiſſet etiam aliarum nationum Academias
„ inviſere, hoc noſtrum de ipſius doctrinâ
„ & moribus teſtimonium ipſi abeunti dare
„ voluimus, & vera nos de hoc Joachimo
„ prædicaſſe, mox deprehendent viri pruden-
„ tes & eruditi, ubi primùm in familiaritatem
„ ſuam ipſum admiſerint. Commendamus
„ autem eum cùm omnibus aliis doctrina ac
„ virtute excellentibus viris, in laudatiſſimarũ
„ nationum Italiæ & Galliæ Academiis, tum
„ verò nominatim etiam ampliſſimis & orna-
„ tiſſimis jurisprudentiæ Profeſſoribus ac Do-
„ minis, MARIANO SOZINO & FRANCISCO
„ DUARENO, quorum notitiam & familiari-
„ tatem inprimis expetit hic Joachimus, in-
„ flammatus celebritate nominis ipſorum, ac
„ rogamus, ut hunc nobilem, modeſtum, e-
„ ruditum, ac pium juvenem, dignum omni
„ favore & officio, amanter complectantur,
„ & provehant, ac ſtatuant, ſe de tota Republ.
„ præclare mereri; cùm ejuſmodi ingenia,
„ quorum uſus eſſe aliquando in publica gu-
„ bernatione poterit, omnibus officiis juvant
„ & ornant. Et ipſe Joachimus cum aliis vir-
„ tutibus, tum etiam gratitudine ſua oſten-
„ det, ſe bonorum beneficiis non fuiſſe indi-
„ gnum. Deum æternum Patrem Domini no-
„ ſtri JeſuChriſti oramus: ut hunc Joachimum
„ ſervet incolumem, & hanc ipſius peregrina-
„ tionem, honeſtiſſimo conſilio inſtitutam, ac
„ totum vitæ curriculum fortunet, gubernet,
„ & adjuvet; ut fiat organum Reipubl. ac Ec-
„ cleſiæ ſalutare. Datum Wittembergæ, anno
„ M. D. LVI. die natali, clariſſimorum viro-
„ rum, D. Doctoris Hieronymi Schurphii, &
„ Joachimi Camerarii; hoc eſt, pridiè Idus
„ Aprilis, quo die adhuc flagrabat cometes
„ Xiphias; qui prope eclipticam circa Libræ
„ initium, è Regione Solis exarſerat, viſus pri-
„ mùm 5. die Martii, & tardo primum, mox
„ celerrimo motu, per Booten, Cephea, & An-
„ dromedam progreſſus, hoc die non procul
„ ab ecliptica aberat, circa 15. gradum Arie-
„ tis, peragrato fermè ſemicirculo dierum
„ XXXIIX. ſpatio, qualem legimus etiam co-
„ metem arſiſſe paulò ante motus Huſſiticos,
„ anno Chriſti 1472. Imperii Friderici III. pa-
„ tris Maximiliani, XXXII.

Litera commendatitia à Melancht. Redux itaque Bergerus è patria, ubi ad iter ſe accinxerat cum *Lipſia* tranſiret: *Melanchthonem* in ædibus *Camerarii* offendit, à quo & ipſo ejuſmodi commendatitias accepit.

S. Dico.

OMNIBUS *lecturis has literas. Vtrumque prædixit vox divina, in hac languida & delira mundi ſenecta, & futuras eſſe majores generis humani confuſiones, quàm fuerunt antea, & tamen Filium Dei certò collecturum eſſe æternam Eccleſiam voce Evangelii, & non aliter, etiam inter imperiorum ruinas; donec mortuis hominibus omnibus vitam reſtituet, ac ſervaturum eſſe aliqua Eccleſiæ hoſpitia: vultque nos Deus hac ſpe ſuſcipere labores, & in propagatione doctrinæ, & in communibus vitæ officiis. Quare Deo gra-*
ta eſt eorum voluntas, qui ſtudia doctrin
abjiciunt: quique ſe ad Reipubl. guberr
nem præparant. Ac præcipuè in viris n
bus hæc cura magnum decus eſt. Itaqu
honeſtiſſimus, natus in familia, cujus n
tas vetuſta eſt, Ioachimus à Berge, lau
gnus eſt, qui ad generis decus hæc orna
addidit, juſtitiam, & cæteras virtutes o
convenientes viro honeſto, & cognitione
ris. Cumque ſciat præcipuam & ma
neceſſariam virtutem eſſe, Deum rectè in
re, ſtudiosè didicit incorruptam Eccleſiæ d
nam: eamque piè & conſtanter ample
Et animi pietatem verâ invocatione in ag
ne & fiducia Domini noſtri Ieſu Chriſti,
virtutibus exprimit: quas Filius Dei vo
angelii & Spiritu ſancto in iis, qui ipſu
vocant, accendit. Tales viros nobiles in g
natione multos eſſe, optandum eſt. E
Deus ſervaturus ſit Eccleſiam, ſperandu
ſeminaria aliqua in familiis nobilium
propter politias, ſervaturum eſſe. Oro
Filium Dei, Dominum noſtrum Ieſum
ſtum, crucifixum pro nobis & reſuſcita
cuſtodem Eccleſiæ ſuæ: ut hunc virum n
Ioachimum à Berge gubernet, & facia
σκεῦος ἐλέους, *& organum ſalutare ſuæ*
& Reipubl. Data Lipſiæ, Calendis
anno 1556.

PHILIPPUS MELANCH
manu propria.

Hic igitur poſtquam extremum vale
lanchthoni dixiſſet, à generoſo Comite
thero Suartzenburgico, cui in nuptiis
rienſibus primùm innotuerat, invitatus
gerhuſium abiit. Hic ipſum non tantu
huit liberaliſſimè: ſed *Wilhelmo* in
Naſſovio de meliore nota abeuntem
mendavit. Sangershuſio *Dillenburgu*
venit ad Naſſovium: inde *Francofurt*
Mœnum, *Coloniam* & *Mœrſam*. Ide
tem *Mœrſam* venit: ut precibus *Wil*
Naſſovii obſecundaret, qui ipſum eò ad n
filiæ ſuæ, cum Wilhelmo Comite de
celebrandas, evocarat.

Bruxellis autem ſummâ clementiâ
nignitate, ab univerſâ aulâ Hiſpanicâ
literas commendatitias *Ferdinandi* Regi
exceptus, à Comite *Egmondano*, qu
præcipuum aulæ Regiæ decus, maxin
honore habitus, ad Regium epulum,
annuatim die *Andreæ*, maximo ſple
& pompa, aurei velleris Equitibus,
inſtruere ſolet, admiſſus, & inſuper
manus juvenis *Mariæ* Angliæ Regin
ipſo *Egmondano*, luculento teſtimonio
mendatus, quæ res *Bergero* profuit
mum.

Etenim cùm, Oceano Germanico
cto, *Londinum* Angliæ urbem nobiliſſi
appuliſſet: ſtatim Regina eum ad ſe, d
Thomæ ſacro, vocandum; multiſque ſat
bus ad templum urbis auguſtiſſimum
cendum curavit: exceptoque oſculandæ

qui in *Anglia* honor non vulgaris, pote-
ı fecit, imo tanto amplexa eſt favore: ut
e magni aulæ Præfecti quotidie adjun-
eum voluerit. Nemo erat tunc in tota
iæ paulò celebrioris nominis, quem ipſe
compellarit, nulla ex clarioribus urbibus,
non adierit, nullum ex caſtellis munitio-
, quod non perluſtrarit. Tandem verò,
induxiſſet animum, relicta Anglia, alias
ue Regiones peragrare, reginæ ſubmiſsè
sa&tis, valedixit, quæ abeuntem, pro ſin-
i clementia, publico diplomate commu-

itannicum ergo iter *Gallicum* excepit, ini-
felicibus admodum & periculoſis. Cum
ultimo Decembris, anni *quinquageſimi*
Boloniam, quæ janua quædam Galliæ An-
verſus putabatur, attigiſſet, factum eſt,
ipſum, ſicut in alios peregrinos & adve-
inquireretur. Erat hoc ſub initiis bel-
n, quæ inter vicinos Reges *Franciæ*, *Hi-*
æ & *Angliæ* exoriebantur. Quare cum
s eum diploma Anglicanum deprehen-
ur, nocte intempeſtâ, cum propter itine-
fficultatem laſſa & defatigata membra re-
et, ſublatus è lecto, carcerique mancipa-
uit. Habebat ſecum, præter illud quod
nus Anglicum diploma, alias quaſdam li-
. Inter has eæ erant, quibus ab Orato-
alliarum Regis, *Londini* commorante,
rdiæ gubernatori commendatus erat, quæ
, licet optima forma eſſent conſcriptæ,
l præfectum tamen Bolonienſem nihil
leris habuerunt. Dies enim continuos
decim in diverſorio publico Bergerum
iſtere oportuit, ac detineri. Inſtanti tan-
, dimiſſionemque flagitanti, hoc reſponſi
m eſt, *fieri non poſſe, ut dimittatur, niſi*
is juſſu, qui tum Pariſiis agebat. *Trans-*
's igitur ſuo ſumtu literis, hoc impetraret.
Bergerus conditionem accipit, ſcribit ſup-
es literas, à Rege *Lutetiam* evocatur, cum
triduum ibidem in vico *Dionyſiano* cuſto-
retentus atque ſervatus eſſet, (arreſtum
unt) tandem omni ſuſpicione criminis
liberatur tantum; ſed Regio inſuper di-
nate ſalvi conductus clementiſſimè dona-
Nec *Lutetiam*, tamen ſicco pede (quod
ur) transeundam ſibi Bergerus opinaba-
quippe eam urbem, in qua norat ſcientia-
omnium ſtudia, trium linguarum cultus,
quentiæ exercitationes ſuperare auditorum
m. *Aureliarum* porrò oppidum eſt tota
lia maximum pulcerrimumque, huc Ber-
us ſe contulit, & *Annæ Burgio* jus civile
fitenti, diligentiſſimè vacavit. Fuit is
mas Burgius, qui paulò pòſt, non tam Re-
Senatoris in Parlamento dignitate, quàm
tyrii gloria, in omni perpetuitate con-
uentis temporis, illuſtre nomen eſt con-
tus.

Digreſſus hic *Bergerus* conſcenſa navi, Au-
is, Ligeri fluvio *Bloeſas* oppidum, iti-
n rebus omnibus ornatiſſimum, conten-
Erant itineris ſocii illuſtres duo Comites

Germani *Henricus* Iſenbergius & *Philippus* Hanovius, cumque pontem transgreſſi propter Ligerim, qui altiſſimo muro concluſus illam urbem alluit, itinere publico progrederentur, ecce agaſo quidam equo expeditis obviam fit, cujus aſinus ut primum rudere cœpit, equus Bergeri perterrifieri, reſilire, ſaltu transverſo viam excedere, quà fluvius patebat. Continuò ille admotis calcaribus, habenâ eum retrahere cum vellet, ecce, inaudito præcipitio in fluvium ex altiſſima crepidine deſiliit. Neuter tum ex Comitibus, nemo ex omni circumfuſa multitudine exſtitit; qui Bergero non præſentiſſimam mortem ominaretur, inclamando tamen experiri voluerunt, quid illi factum ſit. Hic niſi cum Bergero ipſo, Bergerum divina planè cura & gubernatione conſervatum, & ad majora reſervatum agnoſcamus, amentes ſimus, tam illuſtri præſertim & evidente argumento. Obſervatus erat ibidem loci ſemper prodigioſus aquarum gurges, & maxima profunditas, tum verò in tantum exaggerata cumulum arena erat, vix ut ad imum ventrem unda pertingeret. Vidiſſes in aquis juvenem ſalvum & incolumem, freno equum tenentem, vidiſſes omnium mirè conſpirantes ad Bergerum extrahendum, operas, audiſſes conſecutas omnium, veluti redivivo, gratulantes voces. Sed conficiamus cum Bergero iter Gallicum.

Aliud periculum Bergeri in Ligeri.

Cùm ex illo periculo emerſiſſet, *Bituri-gas*, urbem Galliæ ob Germanorum frequentiam tum maximè celebrem, profectus eſt, cumque ſeptimanis aliquot celeberrimi JCti *Franciſci Duareni* lectiones audiiſſet; *Genevam*, totius Sabaudiæ quaſi compendium adiit. Erat ibi tum *Joannes Calvinus* Eccleſiæ Paſtor, qui maximo auditorum concurſu ac fama Prophetiam *Ionæ* explicabat. Interfuit ei & Bergerus, atque acumen miratus, pietatem veneratus, humanitatem inſigni gravitate temperatam, exoſculatus eſt. Et cùm *Melanchthonis* mentionem feciſſet, ſeque ejus ſtudioſum oſtendiſſet: *Calvinus* tantum non exiliit, non ſemel teſtatus, ſibi cum illo veterem intercedere neceſſitudinem, & optare, ut ſupereſſe *Luthero* diutiſſimè contingat.

Venit Bituriga. Ibi Duaren. audit. Inde Genev.

Cùm *Galliam* ita magna ſui parte peragraſſet: *Italiam* quoque viſere cogitavit Bergerus. Helvetiam igitur ingreſſus, *Tiguri* præſtantiſſimos viros *Henricum Bullingerum*, Paſtorem illius urbis, & *Petrum Martyrem*, Theologiæ Profeſſorem, compellavit. In *Bernatibus* antiquæ Germanorum hoſpitalitatis veſtigia dixit ſe agnoviſſe, qui honorario lautiſſimo donatum exceperunt, ad convivia liberaliter invitarunt, & quæcunque ἀξιοθέατα viſuve digna, promptè commonſtrarunt. *Baſileæ* deinde bono fato in veterem amicum, *Hubertum Languetum* Burgundum incidit, virum eum, qui, nobiliſſimi *Mornæi* judicio, *ex mundi perluſtratione unum didicerat mundi contemtum, talis fuit, quales plerique videri volunt, in quo cum pietate doctrina, cum conſcientia ſcientia, cum natura ars, cum diſcipli-*

Et in Helvetiam.

Hubertus Languetus

 nare-

na rerum uſus certavit. A tali tantoque viro quantumvis ægre avelleretur, maturandum tamen iter exiſtimavit. *Friburgum* igitur Brisgoiæ, inde *Argentoratum* venit, ubi in duûm ſummorum virorum amicitiam eſt cooptatus, *Ioannis Sturmii* Germani Periclis, & *Hieronymi Zanchii*, Theologi ſine controverſia magni. His valedicens *Vlmam* perrexit, ubi ſeniorem Comitem *Eberſtenium* & *Sebaſtianum Schertlinum* offendit, quibus cum multa de bello Germanico collocutus, tandemque rogatus, cum Eberſtenio illo *Auguſtam* eſt profectus. Ibi ſingulari *Antonii Fuggeri* comitate habuit, quo & animum & oculos jucundè paſceret, animum quidem, recluſâ per *Hieron. Wolfium* Bibliothecâ, oculos verò, recluſis per *Marcum Fuggeri* filium hortis amœniſſimis.

Patavium venit. Martin. Gerſtmannus Sileſ. Benoniam contedit.

Hæc & alia in tranſcurſu cum vidiſſet Bergerus in Italiam, ac primum quidem *Patavium* eſt progreſſus. Quò ubi vix pedem intulerat; *Martinus* eum *Gerſtmannus* popularis, deinde Epiſcopatus Sileſiæ dignitate auctus, humaniſſimè excepit; inque ſuas ædes benevolè recepit, in quibus vixerunt conjunctiſſimè donec Bergero abire viſum. Cùm enim *Bononia* meditullium quaſi Italiæ occupet, ibi ad tempus ſubſiſtere & *Armio* JCto operam dare conſtituit, adeoque Italiæ ordine provincias perluſtravit. *Venetiis* quidem ſpectandis ſemeſtre totum inſumſit, multorumque ſibi voluntates virtute ſua devinxit, de quibus fuit *Antonius de Maza* urbis decemvir, cujus auctoritas tantum apud Senatum Venetum potuit, ut Bergero reconditi illius & pretioſiſſimi Venetorum theſauri contemplandi poteſtas fieret, id quod ſummis ſæpè denegatum. Ejusdem *Mazæ* commendatione interfuit pompæ magnificentisſimæ, quam ab aliquot ſeculis intermiſſam, anno ſuperioris ſeculi *quinquageſimo ſeptimo* Veneti inſtaurarunt. Exædificata fuit navis miræ magnitudinis maximo opere, cui nomen Bucentauro, qua *Laurentii Prioli* Venetorum Ducis conjux, regali planè apparatu in altum fuit educta. Eam ex nobilitate illuſtres trecentæ matronæ, ſingulis ſingulæ naviculis ſunt comitatæ. Ex alto ad D. Marci appulerunt, & exinde in palatium conſcenderunt, fuitque *triduana* * *feſtivitas* ſpectaculi jucundi. Poſtea *Romam* perrexit, inde in *Campaniam* excurrit, cujus provinciæ amænitate illectus, *Neapolin* aliaque loca celebriora perluſtravit.

Venetiis ſubſiſtit. Antonius de Maza.

* *De qua Petr. Iuſtinia. lib 14. hiſtor. Veneta. p. 190.*

Redit in Patriam. An. 1558.

Tandem poſt *undeviginti annos*, rectiſſimis ſtudiis & peregrinationibus impenſos ad ſuos, per *Stiriam*, *Carinthiam*, *Auſtriam*, *Vngariam* ac *Poloniam*, ſalvus eſt reverſus. Recepit patria *Theologum* excellentem, *Politicum* præſtantem, *Hiſtoricum* eximium, *Iureconſultum* minimè vulgarem. Itaque ex umbrâ vitæ privatæ, in Reipubl. patriæ & Imperatoriæ aulæ lucem eductus, rari vir exempli exſtitit.

Anno nati Chriſti *nono & quinquageſimo*, poſtquam melior fama de eo increbuiſſet, precibus patriæ nomine à ſe impetrari

paſſus eſt: ut *Capitanei Glogovienſis vi*
provinciam in ſe reciperet. Quo ex
laudabiliter obito, tantum favoris &
apud omnes paſſim collegit, multi ut
aliis præferrent, quem *Regiæ Curiæ Adſ*
nominarent. Neque diu hanc ſtation
nuerat, cum *conſiliarii* quoque *Imperi*
gnitas, velut rectè curati officii teſtimo
Ferdinandi Imperatoris auctoritate, a
Bergeri conſilia, etſi ſemper pacis & to
cia fuere, belli tamen neceſſario tempo
defuere.

Vidit illis annis *Maximiliani*, *Ferd*
Imperatoris natu majorem filium, triu
pulorum Regem diverſis locis procla
* *Pragæ* Boemorum, *Francofurti* Ro
rum: *Poſonii* Ungarorum. Nec vid
ſolum; ſed à tanti nominis Principe,
populorum Rege, mirificè ſe amari
Hic enim *Maximilianus* ille eſt, qui Im
tor Germaniæ ſalutatus, Bergerum ad
liaria colloquia admittere, ad ſecretiora
ſilia adſciſcere, ad clariſſimos Reges, ad
mos Principes, legatum mittere non d
vit. Ejusdem Cæſaris nomine, Berge
tractu Ochi obedientiæ jusjurandum ab
lis, anno *ſexageſimo quinto*, exegit, poſ
Carlevitio ad Saxoniæ Duces, *Ioannem F*
ricum, & *Ioannem Guilielmum* placand
conciliandosque miſſus eſt.

Anno *ſexageſimo ſexto Wilhelmi*, H
Landgravii, * nuptias Cæſaris nomin
honeſtavit. Erat in vivis adhuc æterna
moria digniſſimus Princeps *Philippus* L
gravius, cum eo ut ſeorſim & ſecreto a
Bergerus, in mandatis ab Imperatore ſu
bebat, rogaret ſi per ætatem, & absque
tudinis detrimento Landgravius poſſet, c
Imperatori ſe * ſiſteret. Præterquam
quod ad graviſſima ipſum colloquia expet
magno venerandi ſenis videndi deſideri
cenſum eſſe.

Landgravius quò minus ipſe ad Co
veniret, valetudine prohibitus eſt. Re
Principes, qui nuptiis intererant, Cæſari
teris per Bergerum interpellati, rectâ
guſtam contenderunt. Quibus abeunt
legatum per triduum apud ſe detinuit La
gravius. Phœbi jam cadentis lumen, ne
qui fiat, ut aſpectu dulcius ſit, ita Bergero
fiebat, de aſpectu religioſiſſimi & fortiſ
Principis, cujus ad veſperum vita declina
Mittimus hic, quæ de ſtatu Imperii pub
ſunt ſermocinati: judicium tantum de cel
illo *Marpurgenſi* Theologorum colloqu
cujus inſtituendi Landgravius autor fuerat
ipſo Landgravio recognoſcamus. Co
monſtrabat colloquii theatrum Bergero P
ceps ille, dicebatque: *etſi non is f*
exitus colloquii, quem & optaſſem ſper
ſemque, inſigni tamen fructu non car
Siquidem ex illa collocutione, multor
pis, mentibus veritatis lux clarius aff
ſit. Et ut de me confitear, ajebat,
illo tempore, quo abunde cum Luther
Zvvinglio me collocutum memini, cum in

cur

orem multorum Religionis noſtræ articu-
notitiam debens ; tum verò nunquam
ps craſſam illam & oralem corporis Chri-
pane, manducationem probare potui, qua
non obſcurè poſtmodum in comitiis anni
mi ſum proteſtatus. Hæc Landgra-

gatus rebus confectis Auguſtam rediit
rus, cum jam eum Imperator aliis exe-
lis deſtinaſſet.

nandabatur enim cum *Sigismundo Horn-*
ordinis Teutonici per *Alſatiam* & *Bur-*
am commendatore, ad *Auſtriæ* ſuperio-
Alſatiæ ditiones, inſtanti adverſus Tur-
xpeditioni, auxiliaribus, iisque conſtan-
copiis imperandis. Quæ res Bergeri
dexteritate, optatiſſimo eventu ſucces-
Et durabant adhuc comitia, redibatque
i ſuo optatiſſimus. Fuerunt itaque
tia illa ampliſſimus campus explicandæ
irtutis, quæ effecit, ut quamvis eum na-
iris Principibus inferiorem procreaſſet,
iis tamen Principibus eſſet gratiſſimus.
enim & Principi Palatino Electori, *Fri-*
III. innotuit, qui ſincerâ in Deum Pie-
Pii nomen adeptus eſt, & filio ejusdem
nominis, *Ioanni Caſimiro*, & menſæ
i ſæpius intereſſe juſſus eſt, & ad ſecre-
de Religione colloquia admiſſus. Hoc
commemoratione digniſſimum judi-
ipſe Bergerus: *Fridericum* nempe Ele-
m non ſemel ſibi hortatorem fuiſſe, ad
am ſeriamque ſacrarum literarum lectio-
ne ſibi eas multiplici mundanarum oc-
ionum mole in aula Cæſaria excuti p-
ir. *Regum* verò *quatuor libros* inpri-
ommendaſſe ; imò dixiſſe, *quibuscun-*
agnatibus eorundemque miniſtris, illos li-
uam commendatiſſimos eſſe oportere. Ad-
& hoc, ut erat in divinis verſatiſſimus,
e graviſſimis in perſecutionibus præſidia, in
nationis verò difficultate documenta quæ-

ic Principis Electoris in Bergerum affe-
quàm altè radices egerit, teſtes fuerunt li-
ipſius Electoris manu exaratæ ; quibus
ſeptuageſimo primo, cùm Bergerum ex
diſceſſiſſe reſciviſſet, eundem cum totâ
liâ ad ſe evocavit. Vidit ejusdem Prin-
ſingularem conſtantiam, eamque ſolam
mnibus poſteritati conſecrandam exiſti-
it. In illis enim Comitiis *Fridericus* ille
tor Palatinus, ob Religionis ſinceræ pro-
onem, magno verſatus eſt in diſcrimine,
æſentiſſimo proſcriptionis metu. Verùm
in conſeſſu Principum coram Cæſare a-
oſè pieque dixiſſet : *nullius ſe erroris, quo-*
ocunque appellati, ſibi conſcium, imò pa-
m ex ſolis Bibliis, quæ J. Caſimirus filius
em inſequens geſtabat, *ſolida & immota*
gionis ſuæ fundamenta depromere, factum
ut & Religionem ſalvam, & Cæſaris gra-
ſartam tectam retinuerit, quod nemo un-
m ſperaſſet, vel exſpectaſſet. Sed nos ad
gerum revertamur.

Huic ergo à Cæſare, abitum tunc Auguſta, ob inſtantem expeditionem Turcicam, maturante, id negotii eſt datum: ut Auguſtæ cum *Wolfgango Hallero*, Imperii ſecretario, aliquantiſper ſubſiſteret, & expedienda quædam Imperii negotia abſolveret. Id ubi factum, *Viennam* Auſtriæ ad Cæſarem abiit Bergerus, eumque cum aula univerſa, maximoque procerum exterorum comitatu in caſtra eſt ſecutus. Factum id anno *ſexageſimo ſexto, decimo* Auguſti die.

Viennam Auſtriæ abit Berg. Inde in caſtra Cæſaris.

Ut verò à teneris tenuiſſima fuerat valetudine, ita ne vir quidem firmiore eſt uſus. Hæc, præter alias, cauſa fuit, cur ſplendidiſſimas legationes duas, Cæſaris judicio ſibi delegatas, *Conſtantinopolitanam* unam, *Moſcoviticam* alteram, modeſtè recuſarit, & à ſe deprecatus ſit. Sed tamen vix tribus menſibus elapſis iterum ſimili in negotio itum eſt ad Bergerum. Cùm enim *Maximilianus* Cæſar, concordiæ ſtudioſiſſimus in omni vitâ Princeps, pernicioſiſſimas *Daniæ* & *Sueciæ* Regum ſimultates opprimere ac radicitus exſtirpare conaretur, uſus eſt Bergero internuntio, ejusque operâ, quod voluit, effecit, quamvis non ſine difficilimis *novem menſium*, in *Dania* & *Suecia*, ultro citroque habitis conſultationibus, nec abſque præſentiſſimo ipſius Bergeri periculo, quod à tempeſtatibus mari, à peſte terrâ ipſi minitabatur. Interea tamen temporis habuit etiam, quo diuturnioris abſentiæ tædium levaret, conſortium nempe *Nicolai Hemmingi* Theologi, & *Caroli Dancæi*, diſertiſſimi Galliarum Regis legati, utriusque diſcipuli Melanchthoniani. Inde Regum animis in gratiam reductis, *Daniâ* ſolvens in reditu ad aulas *Pomeranicam* & *Cuſtrinenſem* declinavit, Principibus utrobique hoſpes gratiſſimus. Tandem ſub finem Decembris, anno *ſexageſimo octavo*, domum ſalvus, uno tamen ex comitatu ſuo *Balthaſaro Promnicio* Haffniæ amiſſo, rediit.

Legatus it in Daniam & Sueciã. Ann. 1567.

Carol. Dancæus.

Redit è Dania ad ſuos. 1568.

Cùm autem ætatis annum *quadrageſimum tertium* jam attigiſſet, aulæque Cæſariæ *decennium* circiter impendiſſet, tranquillioris vitæ cupidus diſceſſionem ex aula meditatus eſt, & ad uxorem ducendam animum adjecit. Itaque anno *ſexageſimo nono* matrimonii fidem init cum *Dorothea Knoblochsdorffiana* vidua, nuptiis, quibus legati duo Cæſarii & unus Electoris Brandenburgici, cum ampliſſimis muneribus interfuerunt, *decimo octavo* Aprilis, illius anni celebratis.

Vxorem ducit. A. 1569. ætat. 43.

Et quamvis tunc Bergerus exiſtimabat, matrimonii vinculum multum ſibi momenti allaturum ad miſſionem ex aula impetrandam, planè tamen aliter res cecidit. Vix enim breve tempus ſub reditus conditione, ſalutandæ familiæ obtinuit, & ita quidem, ut antequam *Viennâ* in Sileſiam diſcederet, juſſu Imperatoris ad Electorem Brandenburgicum deflecteret, cum eo de rebus graviſſimis, Galliæ nempe bellis collocuturus. Reverſus multis demum precibus animum Cæſaris expugnavit, bonâ ut

Diſcedit ex aula 1571.

cum gratiâ aulæ valedicere ſibi liceret. Verùm ne ſic quidem ſuus planè eſſe potuit. Nam cùm anno *ſeptuageſimo primo* Cæſar eum dimiſiſſet, eundem *ſeptuageſimo quinto* graviſſimæ legationi obeundæ repetivit. Nominavit præterea Cæſar, quibus Bergerum adjungeret, *Auguſtum* Saxoniæ Electorem, & *Iulium* Ducem Brunſuicenſem. *Torgæ* ut convenirent dicta fuit dies, & amica tranſactionis viâ, auctoritate tantorum commiſſariorum effectum: ut diuturnæ cuidam diſceptationi, ob *Franckenbergenſem* ditionem, inter *Marchionem Brandeburgicum Ioannem Georgium*, & nobilem *Borckiorum familiam*, finis adferretur.

Ablegatur Torgam An. 1575.

Anno deinde *octogeſimo primo*, altera ipſi in *Daniam* legatio à *Rodolpho II.* Auguſto decreta erat, ſed ſenilis illa canicies & imbecillitas virium pro Bergero cauſam dixerunt.

Cùm ita, continuo fermè *undecennio*, Imperatoriam aulam adſectatus eſſet: tandemque in patria multum diuque exoptatus civis ſedem fixiſſet, ſtatuit quicquid vitæ reſiduum haberet, conſulendo juſteque agendo patriæ, matri optimæ devovere. Hæc igitur illum *triginta* annos *Regiæ curiæ* primarium *Adſeſſorem*, & *viginti* annos *equeſtris ordinis* delectum *Senatorem* habuit. Sed nec iſtud tempus totum à Cæſariis, uti vocant, commiſſionibus immune fuit, quoad ſenectam extremam ad Cæſarem & patriæ proceres humiliter officioſeque excuſavit.

Officia ejus in patria.

Itaque cùm patriæ inſerviendo, mortis nunquam non memor, jam, quod ſperandum in ipſo ſaltem non videbatur, ad annum ætatis *ſeptuageſimum ſextum* perveniſſet, tabe catarrhali, qua & *Ferdinandum* Imperatorem exſtinctum accepimus, laborare cepit. Hic fiduciæ ſuæ toto morbi tempore certiſſima edidit teſtimonia, & mortem ipſam intrepido animo: ut Symbola poſtremi ejus temporis oſtendunt, quale eſt illud Jobi, *

Tabe laborare incipit. Voces πληροφορίας.

* c. 14. v. 14.

Exſpecto, donec veniat immutatio mea.

Maturè etiam & mediocriter valens, viaticum ex locuplete ſacrarum literarum penu ſibi corrogavit, pernéceſſarium ad iter illud extremum in cæleſtem patriam conficiendum. Verè enim *Africanus* ille *Pater* ſcriptum reliquit: *Non facile in adverſitatibus inveniri præſidia, quæ in pace non fuerint quæſita.*

Auguſtini dictum.

Audiviſſes igitur voces πληροφορίας Chriſtianæ pleniſſimas, partim ex *decimo* Evangeliſtæ *Ioannis*, partim ex nobili ad *Romanos octavo* capite, partim aliunde deſumtas, quibus ille capitibus, pectori Chriſtiana conſtantia roborando, à Dei ſpiritu inſpiratis, ſui Melanchthonis exemplo, unicè delectabatur. *Etſi*, inquiebat, *ovicula ſum Chriſti mei, ſimplex, imbellis, mundi præſidiis deſtituta, nulla tamen tanta futura eſt Satanæ poteſtas, quamvis omnibus viribus inſurgat, quæ me de manibus optimi paſtoris metrapere poſſit.* Dicebat inſuper, *nihiluſquam in rebus creatis, ſive viſibile, ſive inviſibile, quantumvis potens & efficax, abſtrahere ſe poſſe ab illa charitate conglutinatus eſſet Deo per Ieſum Chriſtu lium illius, eundemque Dominum ſuum. ipſum eſſe qui tam raro in nos fuerit affect pro nobis ſervandis, mortem etiam oppe* Et cùm recitaretur dictum illud conſolat * plenum: *Ipſe eſt vita tua, & longitud rum tuorum*, ſubjunxit ille, magna ſpiri lacritate, *hic nihil ſe aliud reſponſu quam illud Maximiliani Imperatoris; fuit, eſt, & erit.* Tanta fiducia cùm ani obfirmatum haberet; *valeant, valeant*, i ebat, *terreſtria, ſalvete cæleſtia! Nemo ſtrium ullam poſthac ad me faciat menti* Eandem fiduciam nulla ex parte fluctuan amicis teſtatus eſt his verbis: *Nunqua Dei beneficio, ita fuiſſe obfirmatum in ver tentia, nunquam majus Dei ſpiritus in cor ſtimonium ſenſiſſe, quòd verám ſententiam plexus ſit, quàm hoc ipſo tempore. Par ſe nunc eſſe vel martyrium ſubire, quod non potuiſſet.*

Confitebatur ultrò: *ſe ſibi taciè grati quòd contingeret his temporibus iſta in d orbitate, & juſſu benigniſſimi patris, ex ho cere atque ex vinculis evolare, ob impena patriæ cervicibus pericula.*

Ad meliorem igitur vitam ſine ſenſ ſignificatione doloris, fidei in Jeſum C ſtum plenus, ſalutiſque ſuæ certus abii *quinto* Martii, ſub *nonam* veſpertinam, Chriſti *milleſimo ſexcenteſimo ſecundo*, *ſeptuageſimum ſextum* ætatis propè de riſſet. Exuviæ, quæ Spiritus ſancti temp fuerant, funere honorificentiſſimo illatæ tumulo, *Herndorffii* Kalendis Aprilis; blema ſtanneæ thecæ inſcriptum eſt tale; eſt *crux*, quam circumquaque amplec *vitis* multis *palmitibus & uvis*, & ad radice jus *cranium cum oſſibus humanis*, & in ca crucis hæc Epigraphe:

AD MESSEM LÆTITIÆ VIR-
TUTE TUA.

Hic crux, hic vitis multo cum palmite, pu
Vnus ego vitis tectus & hic jaceo.
Te tamen à vera palmes dependeo vita,
Vere novo virtus me tua tollet humo.
Hoc credo, hoc ſpero; fidei hoc mihi Symb
eſto;
Et fidei fulcrum crux tua, Chriſte, mihi
Lætitiæ ad meſſem mox veris tempore ſurg
Sed virtute crucis, vir crucifixe, tua.

Aliud ejuſdem beatæ fidei & memoriæ Sy bolum:

Exſpecto, donec veniat innovatio mea:
Hic recubo, expectans donec mox cuncta
ventur;
Tunc etiam, me ipſum qui renovabit, e

Sic ergo mortalitate exutus immortal tem omnibus bonis affluentem eſt adept promiſſumque pietati brabéum à Chriſto a nothéta retulit. Vera enim *pietas* altiſſi in ejus pectore radices egerat, cum ſumm doct

rinæ,quæ ſecundum pietatem eſt, àprimâ
tia ex verbo Dei didiciſſet, ac religioſiſ-
ſemper eſſet amplexatus. Hac inflam-
s, Deum quotidianis precibus aſſiduè
ſine calidis lacrymis eſt veneratus. Te-
ſunt hoc voces illæ, quas à matre ſibi in-
tas, ad uxorem ſæpe repetivit: *Sit tibi vel
aſſidua vel lectio, nunc cum Deo loquere,
Deus tecum*: quas ex * *Cypriano* deſum-
ſe deprehendit. Teſtatæ ſunt idem pre-
quotidianarum formulæ; quæ nihil niſi
n merumque Dei amorem, & piam pro
ſiæ & Reipubl. ſalute ſolicitudinem ſpi-
c loquuntur. Has ipſas ardentiſſimis
iis & gemitibus: *Credo Domine, ſed
fer diffidentiæ meæ!* velut epilogo ſem-
auſit. Privatim per omnem vitam in-
ūræ ſacræ lectionem diligenter incubuit,
itis ſaniorum interpretum commenta-
bus: quas tamen nec pro legibus, nec pro
ndi norma ſibi proponebat: ſed ad ſcri-
m divinitus inſpiratam, tanquam ad re-
exigebat. Eum in uſum Bibliothecam
omparavit à ſacrorum librorum cano-
: à præcipuis interpretibus inſtructiſſi-

cundum pietatem, ſummam in ipſo lau-
meretur *beneficentia* verè ſingularis. Cùm
omnibus rebus eſſet ornatiſſimus, opi-
: copiis florentiſſimus, liberisque, qui
nonium tam amplum ac copioſum jure
ditario adirent, deſtitueretur, id fecit,
de privatis hominibus vix auditum, aut
m.

ptimos quosque adoleſcentes, qui ali-
ingenio valerent, benè magno numero
ipendiis alebat: *quosdam præceptoribus
aſiorum erudiendos concredebat, quos-
Academiarum Profeſſoribus excolendos
bat: hos eruditos & excultos ſcholis gu-
ndis præficiebat: Illos Eccleſiæ Chriſti, or-
xa doctrinâ paſcendæ, conſecrabat.* Quo
uto hoc eſt conſecutus; ut quibus reli-
s Chriſtianæ purior lux nondum adful-
: ii emergerent paulatim ex nebulis hu-
arum opinionum, eque tenebris eluctа-
r. Hoc beneficium ut ſolidum ac perpe-
Reipubl. Chriſtianæ daret: teſtamen-
legitimè fecit, in quo grandem pecuniæ
ut inde omni conſequente tempore te-
is fortunæ adoleſcentibus ſtipendia
rrentur, legavit. Hoc non ſine *Rodolphi*
ſti conſenſu diſpoſito, *executores* ſuæ
ntatis, viros ex nobilitate Sileſiacâ cla-
os, nec non eruditione & virtute præ-
ſſimos nominavit: quibus totam nego-
olem poſt ſuum fatum concredidit.

bligantur autem, qui illo beneficio gau-
cupiunt, ſecundum cœleſtium literarum
, *Symbolis Oecumenicis* orthodoxæ anti-
tis, *confeſſione* quam vocant *Auguſtana*,
pore doctrinæ Melanchthoniano. Nimi-
*divitiarum hic maximus ac veriſſimus
eſt: non uti opibus ad propriam unius
voluptatem; ſed ad multorum ſalutem, hoc eſt in
cœleſtes pecuniam conferre theſauros: ubi fur
non effodiet; nec rubigo conſumet, nec tyran-
nus eripiet: hoc eſt, diſpergere opes, & dare
egentibus, ut juſtitia boni perſtet in æternum.* *Pſal.* 112. v. 9.

Fortitudo Bergeri. *Fortitudinem* autem viri hujus quis non lau-
darit? qui omnes malè cupientium obtrecta-
tiones, convicia, & vellicationes, non tan-
tum magno animo tulerit, ſed nec adverſariis
mali quicquam imprecatus unquam fuerit.
Hoc illud eſt, quod paucis ante mortem die-
bus dixit: *Etiamſi divino quodam permiſſu
contingat; omnes ſibi inimicos dari ita: penes
ſe ut eſſet cum illis pro libitu agere, ſe tamen nè
tantillum quidem illis malè facturum, ob hoc
ſolùm, quod à Deo eam vindictam prohibitam
ſciret: crederetque, nihil eſſe, quod non in bo-
num ſibi certò ſit ceſſurum.*

Victus & cultus ejusdem. In *cultu* & *victu* ſimplicitatem probavit
avitam, & paucis ante mortem ſeptimanis di-
xit: *præterquam quòd toti mundo renunciaſ-
ſet, ſuperbiæ inprimis hoſtem capitalem ſe futu-
rum, imò moriturum.*

Luxum, præſertim *conviviorum*, & hinc
inde immenſo ſumtu conquiſitas lauticias,
nunquam non eſt deteſtatus. *Candidus* inſu-
Candor & humilitas. per fuit in agnoſcendis ſuis erratis ac nævis.
Arguit hoc ſcitum, Pſalterii frontiſpicio ab
ipſo adſcriptum, cum tribus vitæ regulis: *Su-
mus homines, quotquot ſumus, cujuscunque vel
ordinis, vel conditionis ſumus, homines ſumus.*
Regulæ vitæ. Regulæ autem hæ ſunt.

I.

*In conſiliis DEI ſequendum mandatum, nec
temeraria πολυπραγμοσύνῃ ac curioſitate quic-
quam tentandum.*

II.

*Obtemperandum DEI mandato in officiis
vocationis, nec labor fugiendus, cum ſcriptura
dicat:* unicuique ſuo in officio laboran-
dum.

III.

*Corde etiam à DEO auxilium petendum: in
Deo acquieſcendum, nec adeo in rebus adverſis
deficiendum, ſed finalis liberatio exſpectanda.*

Conjugiũ & liberi. In conjugio vixit gemino: atque in priori
quidem cum *Dorothea Knoblochsdorffiana*, ut
diximus ſupra, contracto, *decem* ſuſcepit
utriusque ſexus *liberos*, ſed quibus ſuperſtes
ipſe omnibus fuit: quos & mater, conjux ejus
deſideratiſſima, piè eſt ſubſecuta. Poſtea vi-
duitatis ſolitudinem & ſobolis orbitatem
anno *octogeſimo ſeptimo* leniit ſecundis nuptiis
cum *Barbara* itidem *Knoblochsdorffiana*, quæ
quod verè fecundæ ſibi contigiſſent: ſummas
Deo egit gratias; ac de iis cum jam decum-
beret, coram amicis, unicè ſibi eſt gratulatus.

Epicedia in ejus obit. Defleverunt eximii hujus non ſolùm Ju-
reconſulti ac Politici; ſed Theologi etiam,
Hiſtorici & Philoſophi obitum tum alii, tum
Academia Haidelbergenſis epicediis cum ge-
mina concione in funere ejus habita, publicè
editis; in quibus nos tale ad tumulum ma-
gnifici Mæcenatis cum gemitu adpoſuimus:

MEMBRA JOACHIMI fovet heic terreſtria BERGH
Latè vernanti terra ſequeſtra ſinu.
Spiritus ætherias lætus remeavit in oras:
Oris ætheriis quippe erat ante datus.
Propter humum Euſebie tepido ſedet uvida rore:
Juxta ipſam Clejo, dilaniata genas.
Parte alia Virtus, ſtudio celebrata juvandi,
Rurſum alia, exhauſto Sleſia rauca ſono.
Omnes damna ſua alternis decumana queruntur,
Omnes Herois funera acerba gemunt.
Nec capite hoc quicquam majus, nec carius unquam
Euſebie, Clejo, Sleſia tota habuit.
Quantumcunque volet ringatur & ozyma contet
Fex ea, cui cibus eſt icere dente bonos:
Ipſa dies, ipſa hunc ſatis experientia dicet
Utibilem terris enituiſſe virum.

Et hæc de Sileſiæ noſtræ *Abdia* munificentiſſimo ac *Cynea* prudentiſſimo, congeſta ex concione funebri habita à *Martino Fuſchelio* miniſtro Eccleſiæ Cladenſis, ex narratione itidem hiſtorica de hoc Bergero conſcripta & dicta à *Sigiſmundo à Nibelſchitz* equite Sileſio, & ex *defenſione juſta ac moderata Melanchthonis*, anno 1601. ad ipſum Bergerum tum adhuc viventem ſcripta.

Θ. 1602. d. 12. April. ætat. 58.

NICOLAUS REUSNERUS.

Patria Reusneri.

PAterna hic & materna familia clarus, ortum ſuum traxit ex Sileſiorum urbe *Leoberga*, anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto*, die Februarii *ſecundo*, hora noctis *duodecima*.

Familia Reusneriana.

Etſi autem ipſe genti *Reusnerianæ* claram alluxit faculam; & nominis magnitudine in varias orbis partes eam diſſeminavit: præſtantiam tamen majorum ejus, haud humili loco habitorum, Sileſia hodieque loquitur. Nam ſtirps patria viros antiqua virtute inſignes jactat *Franciſcum* hujus patrem; *Nicolaum* avum; *Jacobum* proavum; & *Simonem* abavum: qui omnes ne præter nomen gentis ac familiæ ſuæ viderentur nihil habere: pulcerrimumque genus rati, quod quis propria virtute conciliat; domi foriſque eam navarunt operam: ut præter virtuis honeſtum additamentum, & opulentiſſima ipſis accreverint prædia: quæ ipſi

Prædia Reusnerorum.

Sirckvitii, Rackvitii, Moſa, Gerſcheifii, & paſſim in agro Leorino poſſederunt: & poſteritati ſuæ, ne inopia preſſa, igneam virtutis vim exercere impediretur, reliquerunt. Paternæ genti & opibus, & nominis celebritate nunquam ceſſura familia materna, clara eſt *Fritſchneris* & *Wirthiis*: ex quorum progenie habuit matrem *Barbaram*, pietate in Deum,

Barbara Fritſchnera.

beneficentia in pauperes, ac præſertim ægrotos & indigentes, humanitate denique erga omnes perſpicua: viri prudentiſſimi *Chriſto-*
phori Fritſchneri ex conjuge *Anna*, *Ge*
Wirth, viri conſularis filiam. Sed cum
jorum præclara facta & virtus excellens;
ſint, ut Cynicus ille dixit, *malitia & ign*
velamen: *Franciſcus* noſtri hujus parens
vetera patriæ jura poſſideret domus ign
hæres: cum capiendis artibus & diſciplini
creſceret ætas, filium iis imbuendum ſo
tradidit: & quidem primum in patria, i
jam tum tener animus ſpem haud fallacen
turæ eruditionis & amplæ meſſis oſte
Nam eum artium bonarum, & præſe
Poëſeos profectum fecit, ut vix dum *un*
mum ingreſſus *annum*, eruditi carminis
dem conſequeretur.

Ut verò hujus ſtudii fruticem produ
longius: à ſuis Goldbergam anno *quin*
geſimo ſexto ablegatus eſt, magiſtram g
Sileſiæ ſcholam. In qua ſub doctoribus
ris, *Henrico Paxmanno*, *Martino Tabur*
aliis per *biennium*; ac poſt per totidem
Uratislaviæ in ſchola *Eliſabethana*, p
Poëſin & alias diſciplinas ingenuas, eam G
cæ & Latinæ linguæ cognitionem adeptu
ut dignus habitus ſuorum, præceptorum
cio fuerit: qui Academiam, ſcholis exe
trivialibus amandaretur. Annum itaqu
greſſus *decimum ſextum* ad celeberrimum
ſarum domicilium *Wittembergam*, de ſuo
conſilio ſeſe contulit, non tam loci amo
ctus, quàm ſtudio videndi Phœnicem
Germanicum *Philippum Melanchthon*
in quem, ut Neocles de Epicuro dicebat,
nes atomos ſapientiæ concurriſſe, grata a
ſcit poſteritas. Verum illius viri adſpe
mors paulò antè præripuerat. Qua in
etſi infelix Reusnerus; in ea tamen rurſu
lix: quod virum in ſcriptis ſpirare & vi
perſpiceret: qui juveni tantum deſideri
amorem tantum, ac tantos laudis & glori
mulos excitarunt; ut ad imitationem ejus
quaquam diſcendi ſitim atque ardorem u
quantumvis excellentis ſtudii labor exple
videretur: ſed unus omnes ſcientias, & ar
ſapientiæ expugnaturus, lætus alacerque
bat: Maronianum illud præcinens,

——*tentanda via eſt, qua me quoque*
ſim
Tollere humo: victorque virûm volitar
ora.

Philoſophiæ itaque curſu abſoluto, quæ ve
& rationibus bonos efficere conatur; ad
artem, quæ præmiis & pœnis Rempubl. ſa
tectam ſervare ſtudet, animum adjecit.
in ſtudio cùm præceptores quæreret idon
de conſilio *Georgii Wirthi* II. Medici, co
ti ſui, *Lipſiam* contendit. Florebant ibi t
Modeſtinus Piſtoris, *Jacobus Tomingius*, *Pa*
Lobwaſſer, *Leonhardus Badenhorn*, *Hen*
gus Hammelius, *Balthaſar Schelhammer*,
gni nominis JCti. His præceptoribus
auſcultando operam, induſtriam, & adſidu
tem probavit, ut diſcipulus eis eſſet ca
mus, & vix à ſe abire ſint paſſi, cùm *Wit*
ber

m retraheret eum veteris hoſpitii me-
a; & virtus nota virorum eximiorum
imi à Beuſt, J. Schneidevvini, ac *Valen-*
rſteri.
b id tempus prodierunt ex ipſius penu
Græcè & *Latinè* ſcripta; quæ famam ei
erunt apud bonos & doctos felicem ac
aram: quam ut ipſe aleret, omnibus eſt
ii viribus anniſus. Cumque ad doctrinæ
ionem experientia & variorum homi-
adſpectus non parum faciat: ipſe cùm
ia *Auguſtæ* celebrarentur, eò profectus
ed cùm in ſequentem ea annum rejecta
: ne ocioſus aut cum detrimento ſuo ibi
ret: locus ei in ſchola, opera *Ioannis*
tlii, & *Hieronymi Wolfii*, conceſſus
quem anno ſequenti, ingruentibus co-
, reſignavit. Poſtea cùm vigerent co-
requentiſſima, ipſe id operam dedit: ut
nibus & epiſtolis in magnorum virorum
am & amicitiam perveniret. Scripſit
arii argumenti *elegias*: inter quas *Ger-*
, ad Cæſarem, & Imperii Electores.
lectio non ſolum Principum aliorum-
agnorum virorum; ſed ipſius etiam Cæ-
avorem ei excitavit: qui clementia ſin-
per *Vlricum Zaſium* ei obtulit: ut ſum-
Cæſariis ablegatus exteras paſſim regio-
erluſtraret: mores hominum cognoſce-
nguas varias diſceret, reverſus in aula
ta eruditionem ſuam ac ſolertiam pro-
Verùm hanc clementiſſimæ volunta-
ificationem, neſcio quæ ſcæva ei in-
it.
b finem illorum comitiorum à *Pe-*
gricola JC. & Conſiliario Principi ſuo
ngo Comiti *Palatino*, ducique Ba-
commendatus; *Lavingæ* inter Profeſ-
Scholæ, paulò antè à *Joanne Sturmio*
rmam Argentoratenſis emendatæ, eſt
atus; ubi *quinquennium* ampliùs Græ-
atinosque auctores explicavit, munere
s in claſſibus, ut vocant, *doctoris* pri-
Deinde non ſolùm *Juriſconſulti*;
iam *rectoris* præfectus officio, *un-*
ei annis cum fidei & induſtriæ laude
t.
terea & uxorem Duxit *Magdalenam*
majeram; qua cum ut ſine prole, ita
conciliatione vixit, & comitiis iterum
tæ coactis adfuit, & ſummis viris vir-
a innotuit, de quibus *Julius* Comes
, *Adamus à Ditrichſtein* Baro, palatii
i Præfectus ſupremus, & *Richardus*
chvvartzenavius. Anno itidem *octo-*
tertio Baſileam abiit ſummum in jure
n petiturus: quem & poſt ſolennia
menta meritò eſt conſecutus. Ab hoc
Dux *Wirtembergicus Ludovicus*,
iones Badenſes, & *ordines Suevici*,
uobus aliis JCtis, cameræ eum im-
adſeſſorem repræſentarunt: & mox à
Argentoratenſi evocatus, ſua ibi dex-
& fide in jure explicando, deque eo
dendo ſatisfecit.

Poſtea ſub annum *octogeſimum octavum*, cum in *Academia Salana* aliquot juriſprudentiæ doctores deſiderarentur; ipſius opera aliquoties expetita, tandemque literis inprimis ipſorum Principum ad Argentoratenſes, qui ægrè à ſe dimittebant, impetrata fuit. *Ienam evocatur.* Venit ergo *Jenam*; & ſuffectus *Samueli Brothagio* functus eſt munere anteceſſoris, & quidem ſenioris in ſchola; & adſeſſoris in Scabinatu. *Eò venit 1588.* Nec ſolum publicè docendo, ſed & ſcribendo prodeſſe ſtuduit, ut monumenta ejus varia teſtantur; de quibus paulò pòſt, & ſupremum in ſchola magiſtratum aliquoties geſſit, & legationes aliquot obivit. *Legationes obit.* Nam *anno nonageſimo quinto* à Saxoniæ Proelectore ad conventum regni ac procerum *Poloniæ*, cum conſiliariis ipſius Imperatoris, & Electoris *Brandeburgici*, fuit miſſus: ut ſocia adverſus Turcam arma peteret. Eò antequam iret, à *Rodolpho* II. Auguſto in comitiis *Ratisbonenſibus*, non ſolum laurea poëtica fuit ornatus; ſed & *Comes Palatinus* declaratus, & augmentum inſignium gentilitiorum conſecutus; *Comes Palat. creatur.* quibus indultu Cæſarum & gratia, multis antè annis familia Reusneriana fuerat uſa. Nimirum & hic locum habet illud Poëtæ:

Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt.

Verùm dum ſe in corporis valetudine ſolidâ conſtitutum credit: ex improviſo *nephritici dolores* ipſum invaſerunt graviſſimi: qui neque nocturnæ neque diurnæ quietis partem conceſſerunt. *Morbus ſupremus Reusneri.* Itaque febrili æſtu corpus magis magisque inflammante, opinione citius, caloris nativi ſubſecuta eſt oppreſſio atque ſuffocatio. Diſceſſit ex hac vita ad meliorem, in rectoratu ſuo, die *duodecimo* April. St. V. anno *milleſimo ſexcenteſimo ſecundo*, ætatis ſuæ *duodeſexageſimo*. *Obitus.*

Hic vir, dum vixit, *unum* judicavit *neceſſarium: Deum rectè agnoſcere*, & agnitum vita verè pia *colere*, fidem etiam operibus & factis ipſis teſtari. *Elogium.* Doluit, hac tempeſtate eò deventum eſſet: ut *ſimultates* ſint *immortales*, *amicitiæ* contrà plus quam *vitreæ*: benefecit pauperibus pro facultatibus munificè: & verbo ut dicamus, totum ſe Reipub. devovit.

Scripta ejus partim ſunt *Philologica* eaque varia: partim *Juridica*. *Scripta. Poetica.* Philologica & primum *Poëtica* ſunt hæc:

Elegiarum libri 5.
Elegorum Græcanicorum liber 1.
Heroicorum libri 2.
Odarum libri 2.
Epodon totidem.
Philotheſiorum libri 3.
Sylvarum liber 1.
Epigrammatum libri viginti quinque.
Anagrammatum libri novem.
Diſticha Evangelica & Epiſtolica Græcè.
Emblemata partim *Ethica* & *Phyſica*, partim verò *hiſtorica* & *hieroglyphica*, quibus *Agalmatum* ſive *Emblematum ſacrorum* liber additus.

Para-

Nondum edita. *Paradiſus* ſive *hortulus poëticus* libris 7. diſtinctus.

Sunt & alia ejus Poëtica quædam in publicum edita; de quibus Bibliothecæ. Ἀνέκδοτα etiam feruntur hæc:

Aureolorum libri 35.

Faſtorum ſacrorum libri duodecim.

Moſaicων libri 2.

Chriſtiados libri 7.

Litarum libr. 3.

Xeniorum lib. 1.

Laurearum lib. 2.

Logica. *Logica* hujus auctoris ſunt elementa *Dialectica* & *Rhetorica*.

Hiſtorica. *Hiſtorica* autem hæc: *Monarcharum* ſive *ſummorum regum* lib. 7.

Principum Germaniæ ſive *electorum* lib. 3.

Principum & *Cæſarum Auſtriacorum*: itemque *Palatinorum* & *Bojorum* Principum: Principum item & *Ducum Venetorum* ſylvula.

Hodæporicorum lib. 7.

Elogia illuſtrium heroum Romanorum.

Germaniæ urbes Imperiales: ut & aliæ ejusdem regionis.

De *Italia* lib. 2.

Icones ſive imagines virorum literis & armis illuſtrium.

Philologica. In *Philologia* exſtant Reusneri.

Symbola Auguſta.

Emblematum lib. 5.

Stemmatum ſive armorum illuſtrium libri tres.

Ænigmatographia ſive ſylloge ænigmatum & griphorum convivalium.

Orationum panegyricarum volumen 1. & 2.

Orationum & conſultationum de bello Turcico variorum auctorum, volumina quatuor.

Aureolorum dogmatum de Principe & Principis officio ſylloge variorum & diverſorum.

Ethica. Scripſit etiam *Ethicam Philoſophicam* & *Chriſtianam*: cui acceſſit politicarum diſputationum libellus ſingularis.

Juridica. In Jure multa ſcripſit idem Reusnerus, de quibus primas ducunt *tractatus de ultimis voluntatibus*.

Eſt ejusdem *μικροτέχνη ſive medulla jurisprudentiæ* Juſtinianæ.

Βραχύλογος totius juris civilis, ſive *corpus legum cum notis*.

Diſputationum juris civilis libri aliquot.

Progymnaſmatum ſive *Controverſiarum juris illuſtrium*, in utramque partem diſceptatarum libri duo.

Partitio ſive *Oeconomia juris civilis* & *canonici*, brevibus tabellis comprehenſa.

Sunt & alia partim edita, partim apud heredes adhuc latentia: inter quæ *Reſponſorum juris* ſive *conſiliorum* aliquot Volumina: quæ tamen foras data.

Et hæc de *Nicolao Reusnero JC. & Philologo præclaro, ex parentalibus ipſi in Academia Salana factis.*

JOANNES HOCHMANNU[S]

IMperii oppidum in Sueviâ eſt *Bibra[cum]* nomen, ut opinio quorundam fert[ur, ab] ἀμφιβίῳ animante; quod Germani B[iber,] Græci κάστορα, Latini *fibrum*, appellant[…] ptum. Olim enim id genus animal c[…] circa, in paluſtri loco, conſediſſe fertur: […] etiamnum civitas ea in inſignibus fibru[m …] reum oſtentat. Floret hodie templo, […] lâ, & prochotrophio opulento. Hoc i[n op]pido *Joannes Hochmannus* natus eſt, […] Meſſiæ exhibiti *milleſimo quingenteſimo* […] *detrigeſimo*, in ipsâ Palmarum hebdo[mada.] Pater ei fuit cognominis, veteri quide[m …] plebejâ familia ejus civitatis prognatus; [ſin]gulari tamen pietate, vitæ honeſtate, & [pru]dentia: qua eam ſibi conciliavit benev[olen]tiam, & amorem ab omnibus: ut in ord[inem] *Tribunorum plebis* & *ſenatorum* adſcitus […] rit, cui ille tanto ſtudio atque animi dext[erita]te præfuiſſe dicitur; ut ex ejus cura co[…] dum illius Reipubl. incremento magn[…] ctum exiſtimetur.

Puer etiamdum parentum cura in […] Schola iis literis & diſciplinis imbutu[s …] quibus ætas puerilis ad timorem Dei & [hu]manitatem informari ſolet.

Rector & moderator ludi illius lit[…] tum vir doctus, prudens, & fidelis, […] *Piſcator*, qui non modò ſcientiâ, ſed & […] exemplis ſcholæ ſuæ alumnos eo ſtudio […] vit: ut eorum multos fortuna in ſtatu co[…] rit, atque gradu dignitatis ampliſſimo […] rum in numero ſunt utriusque Juris D[octo]res, præter *Hochmannum*, *Malach[…]* *Rammingen*, ſupremæ Imperii Roman[…] riæ advocatus; *Conradus Starck*, Co[…] Oetingenſis Conſiliarius. *Georgius Pfe[…]* dicus Paſſavienſis; *Joannes Egelſpach*, vi[r] doctrina liberali politiſſimus; *Georgii […]* *nus* Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, Co[…] rius: aliique plures viri clariſſimi, *Th[eologi,]* *Juriſperiti*, *Medici*, *Philoſophi*.

Cum autem Hochmannus juventuti[s …] annos ita collocaret, ut in ſtudiis lite[rarum] humanioris felices faceret progreſſus, […] mus ipſius & ingenium cognoſcendis […] diſciplinis ſuperioribus probè accomm[oda]tum videretur: ſuaſerunt ejus parenti qu[…] viri prudentes, qui aliquid de ingeniis po[…] judicare, ut filium ad uberiorem inge[nii cul]tum capiendum juvaret porrò etiam ani[mo,] quo & libenti. Et quia eo tempore vi[r …] & ſingulari zelo propagandæ doctrinæ […] ſtis ſtudioſus, civis & mercator Iſn[…] *Petrus Büflerus*, ſtipendium pro quatu[or …] vitatum, inter quas *Bibracum*, juven[…] diſciplinarum liberalium ſtudioſis, fund[…] hac conditione; ut ipſi alumni in Argen[to]tenſi Gymnaſio, linguarum prius & a[…] fundamenta, tum etiam Theologiæ init[ia …] dulò ponerent, ac poſtmodum ſacræ ſcrip[turæ] ſtudium in Acad. Wittemberg. continua[…]

a

fuit & ſuaſor Hochmanni parentibus
us Schopperus verbi divini quondam
o, conſobrinus Hochmanni, filium Jo-
m, bonæ indolis & magnæ ſpei juvenem,
riano ſtipendio deſtinaret, eoque frui
t, id quod apud virum intelligentem
um haud ægrè obtinuit.

imis igitur Philoſophiæ rudimentis in
la patria imbutus adoleſcens Hochman-
Argentoratum mittitur anno *quadra-
o quinto*, ut in illo Lycæo feliciter Bi-
cœptis ſtudiis, cognitionem adjunge-
leniorem.

ontigit autem illi, ut eo in gymnaſio o-
m artium & diſciplinarum Profeſſores
itet doctrinâ celeberrimos, humanitate
os, fidelitate claros, & inter eos inſig-
illum oratorem, toties laudatum *Stur-
m*. Condiſcipulum ibi habuit præter
, *Martinum Cruſium*, de re literaria
nè meritum.

rgentorato deinde diſcedens anno *qua-
eſimo ſeptimo* ſtudiorum gratiâ, ad *Tu-
nſem* ſe contulit ſcholam. Eo autem
ore ad gubernaculum Reipubl. litera-
edit, *Melchior Volmarus Rufus*, *Rottvvi-*
: Græcæ & Latinæ linguæ Profeſſor cele-
, à quo Hochmannus unà cum *Mala-
Rammingero* in album Univerſitatis fuit
us. Iſto in Lyceo ita vigilanter Philoſo-
incumbere perrexit Hochmannus, ut
llius recolendæ ſtudio ipſum abſtraxerit
n nullum, nulla voluptas avocarit, ſo-
s retardarit nullus. Tantumque in hoc
ecit ſtudio, ut proximè ſequenti anno
llegio artium dignus ſit judicatus, cui
ea decerneretur prima, &, anno ſtatim
imo, ſecunda.

ſignia hæc adeptus ad Theologiæ ſtu-
adjungere animum debebat, ex Bu-
ini ſtipendii ſtatuto. Sed cum miſera ad-
um tunc & triſtis eccleſiarum facies es-
& orthodoxi miniſtri in exilium paſſim
rentur, è civitate Bibracenſi poſſeſſioni-
ſuis deturbarentur, ſenatores Evangelici
ne ſuo moverentur, & inter hos etiam
ns Hochmanni, ſubmiſſis in eorum lo-
pontificiis, ipſum quoque Buſſerianum
ndium ab illo, cui deſtinatum erat, uſu
lvebatur, ejuſque ſubſidio Hochman-
eſt ſpoliatus. Proinde cùm videret or-
loxis verbi miniſtris in patria eccleſia
m fore nullum, conſilio amicorum, Ju-
udentiæ operam dare cœpit, Neque id
ia, cum *civilis ſcientiæ ſtudium Theologiæ
oximum*; *atque legum vigor hoſpitium
leſiæ tutum præbeat, conſervetq́*.

Huic ergo ſtudio ita ſe mancipavit Hoch-
nus, tantaque in eo felicitate verſatus
ut celeriter multis aliis civilis ſcientiæ
ia antecelluerit. Et ut maturè publicis
eribus obeundis aſſuefaceret ſe, publicæ
ectioni *officiorum Ciceronis* à ſenatu phi-
phico in *Tubingenſi Academiâ* eſt præfe-
; quæ partes ad Jura facilius cognoſcen-
djumento ei fuerunt, cum ille pulcerri-
mus *Ciceronis liber, de officiis*, ethicæ & po-
liticæ ſcientiæ, tum etiam Latinitatis elegan-
tioris ſit pleniſſimus.

Cum verò tum etiam ineundi matrimo-
nii tempus adeſſe putaret, ex arbitrio paren-
tum, deque conſilio aliorum, quorum auto-
ritati parendum ſibi exiſtimabat, conjugii
nexum iniit, cum virgine *Maria Ruckeriana*
filia *Ulrici Ruckeri* J. U. D. & Illuſtriſſim.
Principum Wirtemb. *Ulrici* & ejus filii
Chriſtophori, Conſiliarii, & Evangelicæ do-
ctrinæ amantiſſimi, cujus frater *Michael
Ruckerus*, Medicinæ D. & Practicus inſignis
in Tubingenſis Academiæ ſcholâ ſumma cum
laude, & diſcipulorum fructu medicam pro-
feſſionem aliquot annos ſubivit.

Ducit uxorem 1549. Ulric. Rücker. IC. Michael Rücker. Medic.

Cùm autem ſtudioſè juris civilis Profeſſo-
res, inter quos tum celebres, *Joannes Schar-
dus*, & *Matthæus Gribaldus* JCti, audiret,
eam ſibi juris civilis ſcientiam comparavit,
quæ ſummis in jure Doctoratus honoribus
reſpondere cenſeretur. Adornatâ ergò priùs
ſolitâ petitione in juridicæ facultatis colle-
gio, & profectu ipſius, de more conſueto,
tùm diſputatione publicâ tum examinibus
duobus probè explorato, Doctoratus inſi-
gnia & privilegia ſolenni actu publico ſub
Decanatu *Jacobi Capelbekii* Anteceſſoris, de-
creta ei fuerunt. Haud longo intervallo pòſt,
cum ingenii & doctrinæ præſtantia ac virtu-
tis laude nonmodò doctoribus Academicis
charus eſſet, verùm etiam à Principe Duce
Chriſtophoro gratiam ſibi conciliaſſet, conti-
git ei, ut loco profeſſionis vacante in ordi-
nem docentium jura publicè Tubingana in
Academia communibus ſenatorum ſuffra-
giis, & principis comprobatione fuerit co-
optatus.

Renunciatur Doct. Iuris.

Cooptatur in Profeſſ. num.

Principio autem ex decreto ordinis juri-
dici, publicis prælectionibus illuſtravit *Feu-
dorum & criminalium ſanctionum placita*
nobiliſſima, ſed poſt quorundam annorum
intervallum, cum *Gebhardus Braſtbergerus*
ætate confectus, ſua *juris Canonici* profeſſio-
ne ſe abdicaret, in ejus locum Hochmannus,
ex conſenſu juridici ordinis, quod ea lectura
tum temporis (hodie vel dignitate vel utili-
tate præcipui habet nihil) majori cum quæ-
ſtu conjuncta erat, fuit ſurrogatus.

Gebhard. Braſtberg. Ei ſuccedit Hochman. Iuris canonici Prof.

Ut autem veteres juſtitiæ ſacerdotes in
ſummo fuerunt pretio, ita & Hochmanno
accidit, erga quem propter excellentes animi
dotes, præclaram juris peritiam, & pruden-
tiæ magnitudinem *Chriſtophorus*, & *Ludovi-
cus*, Duces Wirtembergici, ſingularem cle-
mentiam, ac beneficentiam argumentis de-
clararunt luculentis, & tantum intelligentiæ
ejus tribuerunt, ut non modò à conſiliis ſibi
eſſe eum voluerint, ſed & opimo ac pretioſo
feudo conſtituto, in Vaſallorum ordinem
clementiſſimè receperint. Nec minori cle-
mentiâ & favore eum proſecutus eſt prin-
ceps *Fridericus* Dux Wirtenbergicus, dum
vixit.

Eſt à conſiliis ducib. Wirtemb.

Eorund. Vaſallus.

Iſthac famæ celebritate cum notus Hoch-
mannus etiam abſentibus eſſent, alii quoque

Germaniæ principes ſibi conſiliarium unicè deſiderarunt, & inter hos Boruſſiæ Dux & Marchio Brandeburgenſis, *Georgius Fridericus*, qui Hochmanni prudentiæ & fidei cauſas concredidit graviſſimas, conſtituto annuo ſalario ſatis liberali.

Expetitur ab aliis.

Cùm verò moderatori reipubl. præcipua rerum incumbat cura; isque magis, quam cæteri, diligentiam & ſolicitudinem publicis debeat rebus, quibus præeſt, Hochmannus Rectoratus ſuos, quos propter ſingularem prudentiam, & conſilii magnitudinem ſuſtinuit frequentiſſimos, magnâ ſedulitate, vigilantiâ, & ſtudio adminiſtravit, cætera item munera publica, *Quæſturæ, Deputaturæ, Decanatus*, qui ei delata fuerunt, ſumma diligentiæ & fidelitatis laude, magnoque cum patrimonii Academici incremento, præclarè obivit.

Rector Academ.

Decan. Quæſtur. & deput.

Exhauſtis tandem ſenectute & gravi multoque labore viribus, conflictari aliquoties cum febrili cœpit morbo ſatis periculosè qui licet ſemel atque iterum peritiſſimorum Medicorum operâ fideli eſſet depulſus, attamen ſævior tandem & ardentior rediit, cujus vim majorem cum ſentiret venerandus ſenex, & majoribus jactaretur corporis doloribus, adverſus quos medicorum ampliùs cura & peritia nihil valebat, conſolationibus tantum piis & ſalutaribus ex ſanctiſſimo DEI verbo depromtis ſolam curari animam ſuam deſiderabat unicè. Advocati ergò eccleſiæ miniſtri, & inter hos *D. Matthias Hafenrefferus*: Horum dulciſſimo alloquio, æternæ ſalutis pleniſſimo, de infinitâ Dei erga peccatores benignitate & miſericordia, de potentia & virtute incarnationis, crucis, mortis & reſurrectionis Chriſti, ſalvatoris generis humani, de noſtro in omnibus humanis afflictionibus conſolatore veriſſimo, Spiritu ſancto, ita erigebatur animus ipſius, ut mortis terrorem nullus formidaret, ſed magis magisque diſſolvi, & eſſe cum Chriſto deſideraret. Confeſſionem peccatorum ſuorum edidit præclaram, & ſe totum divinæ voluntati, quæ ſemper optima eſt, commiſit. ſanctiſſimi corporis & ſanguinis Chriſti ſumtione, & fruitione fidem ſuam confirmavit, ſuumque ſpiritum, quando è corporis ergaſtulo abiturus eſſet, auctori, creatori, & ſervatori ſuo commendavit. Inde ſenſibus magis magisque obſtupeſcentibus voceque interclusâ, anima ſolutis corporis vinculis, in beatorum ſedem placidè beateque abivit die *vicesimo quarto* Julii, anno *ſexcenteſimo tertio*, cum peregrinata in corpore eſſet annis *ſeptuaginta quinque* & aliquot menſibus. Corpus autem poſtridie, comitatu frequenti, non abſque multorum lacrymis, more Chriſtiano, in area ſummi templi, terræ decenter & honeſtè eſt mandatum.

Morbus Hochmanni.

Ad vitæ exitum ſe parat.

Quem conſequitur.

Fuit vir doctus, & jureconſultus magnus, in audiendis conſultoribus & clientibus humanus, in converſatione comis & urbanus, ab omni invidia ſejunctus, pietas ejus in DEUM fuit ſingularis, obſervantia erga

Elogium ejus.

miniſtros Eccleſiæ ſeria, lectio bibliorum frequens, imò quotidiana, à concionib[us] eum nec frigoris injuria abſterruit, nec æ[tas] affecta retardavit, nec moles negocior[um] avocavit. Beneficus denique erga egen[os] ac ſpecimen munificentiæ ſuæ præclar[um] reliquit. Cum enim ſobolem è conjuge ſ[us]cepiſſet nullam: domum intra civitatis ſe[pta] amplam opere exſtruxit, variis muſæis, c[oe]naculis, cubiculis diſtinxit, aliisque conc[la]vibus neceſſariis, eamque pio zelo deſti[na]vit cum conjuge, collegio ſtudioſorum [...] dictâ ei bonâ cenſuum annuorum parte [...] caverunt ipſe atque uxor, ut in id collegi[um] ex utriusque familia cognati gradu pro[xi]miores recipiantur, quibus, cum non o[m]nium juvenum eadem ſit ingenii boni[tas] non idem naturæ ductus, liberum reliq[ue]runt, cui facultatum ſtudio volent, anim[um] ſuum adjungere.

Nihil præterea habuit prius, nihil ſancti[us] quam ut ſuum cuique tribueretur. Itaq[ue] Adſeſſor, in ſuprema Ducatus *Wirtemb[er]gici* curia, lectioni actorum ſe præbuit [at]tentiſſimum, in diſputationes & content[io]nes patronorum cauſæ cujusque animum [in]tendit ſedulò, & ſingula ſtudiosè penſitav[it] ut ſententia, juri, legibus, & æquitati con[so]na diceretur. Minimè ſecutus eſt illud in [fa]cendis ſententiis & dandis conſiliis, q[uod] per ſannam de aliquibus * *Matthæus de a[f]flictis* affirmat, qui dicant: *Placebo Domino [in] regione vivorum.*

Perhibet hæc de *Hochmanno*, *D. Henr[icus] Bocerus* JC. & Anteceſſor Acad. Tubing[ensis in] *oratione funebri.*

JACOBUS MONAVIUS.

NAſcitur *Jacobus Monavius Uratislav[iæ]* anno Chriſti *milleſimo, quingenteſi[mo] quadrageſimo ſexto* honeſtiſſima familia [pa]tritia, & *Winclero Neandroq;* ingenii fo[r]toribus uſus, qualis vir futurus eſſet, [...] oſtendit. Ad Academias inde Saxonicas [pro]fectus, *Joachimum Camerarium* & *Victori[num] Strigelium* ſibi Præceptores præ cæteris d[ele]git, quos ita veneratus eſt, ut ab eorum [la]tere rarò diſcederet, quin & *Strigelium H[ei]delbergam* usque comitaretur, & ex ejus [ore] beatum illud ac divinum ſinceræ docti[inæ] lac ſugeret, quod ille è ſancti *Melanchth[onis]* pectore hauſerat.

Ætate & judicio firmatus, tota *Italia*, [*Gal*]*lia*, *Belgio*, ita peregrinatus eſt, ut non [...] exteris moribus, qui multorum mos eſt, [...] oblineret, quàm doctiſſimorum quorum[...] virorum ſapientiſſimis ad benè vivend[um] dextrèque judicandum præceptis inſtru[...] Itaque nemo fuit paulò celebrior vel Th[eo]logus, vel Juriſconſultus, vel Medicus, [vel] Philologus, in cujus ille amorem non irrep[...] nemo ex ſui temporis Nobilibus, Baroni[bus] Comitibus, Principibus, paulò inſignior [cu]jus ille ſibi gratiam virtute ſua non concili[...]

Qua de cauſa, cum domum rediiſſet, [...]

M[...]

avius, ſed quicquid eſſet literis & virtu-
arum, *Vratiſlaviam* veniſſe judicabatur.
nuntur literæ, carmina, ſcripta plurima,
ti illum fecerit univerſus literatorum
us noſtro ſeculo. *Theodorus* certè *Zvvin-*
, *Abrahamus Ortelius*, *Bucholcerus*, *Beza*,
ius, *Peucerus*, *Pezelius*, *Eſromus Rudin-*
, *&* quos recenſere longum, complures
agni viri, Iacobi Monavii famam, præ-
ſuis monumentis, orbi literato com-
dare non dubitarunt. De *Friderico* Sa-
Electore, qui *Sapientis* cognomen me-
Melanchthon dicere ſolitus fuit, *ſele-*
illum florem ex omnibus virtutibus. De
bo Monavio verè dixeris, *ſelegiſſe illum*
mnibus literis, quod eſſet pulcerrimum.
factum, ut cùm vulgò Theologi inter
logos, Juriſconſulti inter Juriſconſultos,
logi inter Philologos celebrentur: Mo-
s inter omnes iſtos & ſingulos æquè
t clarus.

petita fuit opera ipſius à multis princi-
s, à *Guilielmo Haſſiæ* Landgravio, à
ſtiano I. Saxoniæ Electore, & aliis: ſed is
ltò ab aulis abſtinuit, & patriæ ſe to-
mancipavit. Erat tùm *Vratiſlaviæ* quaſi
gium quoddam illuſtrium ingeniorum,
do uno & eodem tempore *Nicolai Rhe-*
ri, pater & filius. *Andreas Dudithius*,
es Crato, *Petrus & Jacobus Monavii* fra-
Ribiſcius, *Engelhartus*, *Martinus Schil-*
, *Joannes Hartmannus*, *Petrus Vincen-*
lii urbem decorabant, viri pietatis mi-
fucatæ & ſplendidiſſimarum virtutum
lo inter ſe colligati. Abierunt omnes
ata illa loca.

ius ſupereſt *Nicolaus*, *Nicolai* F. *Rhe-*
us, nobilitatis Sileſiacæ præluſtre ſidus,
diu ſuperſit, optamus.

d ut ad Monavium redeamus, is poſtre-
nnis Illuſtriſſimum Principem *Joachi-*
Fridericum, Ducem Sileſiæ *Lignicen-*
Brigenſem conſiliis ſuis juvit, tum in
iis, tum in ſcholis rectè conſtituendis.
nni vita pius, caſtus, ſobrius, religionis
natæ conſtans adſertor.

iit placidè, cum magno rei literariæ
o, *Vratiſlaviæ* anno *milleſimo*, *ſexcen-*
tertio, die *ſexto* Octobris, ætatis ſuæ
quinquageſimo ſeptimo, ſatur vitæ hujus,
idus alterius in cœlis, relicto fortuna-
virtutum unico herede *Friderico Mo-*
, juvene ad omnia ſumma nato. Sepul-
ad *Mariæ Magdalenæ*, ſine elogio huc
& titulo, qui univerſæ patriæ lucem
t. Nos monumento ejus idem inſcribi
putamus, quod olim *Joannes Jovianus*
nus ſuo inſcripſit, nomine tantùm
o:

JACOBUS MONAVIUS URA-
AVIENSIS, QUEM AMAVERUNT
Æ MUSÆ, SUSPEXERUNT VIRI
BI, HONESTAVERUNT REGES
DOMINI.

que enim verò monumenti honore ca-
penitus cenſendus eſt is, cujus manes
à præſtantiſſimis & optimis quibusque ſunt celebrati, carminibusque epitaphiis domi foriſque honorati, de quibus nos hæc delibamus. *Epitaphia Monavio dicata.*

DAVID PAREUS.

Vrbe Vratiſlai majorum ſtemmate clarus
Jacobus Monavv, conditur hoc tumulo.
Quis fuerit quæris? ſileat ſi Teutona tellus,
Exterus ad ſeros pandet id orbis avos.
Cum Latio Gallus: cum Pannone, cumq; Britanno,
Novit Iberus atrox, Sarmata, Belga, Danus.
Patria præſentem ſprevit, ſed luxit ademtum:
Spreta domi virtus, ſed celebrata foris.

CHRISTOPH. ARNOLD.

Qui ſeipſo contentus erat, dum vita manebat,
Jacobus heic Monavius,
Exiguo parvæ conventus pulvere terræ,
Capit quietem mortuus.
En quo res hominum tandem poſt fata feruntur!
Quam ſpes leves mortalium!

CASPAR. CONRAD.

Monavius placidè cubat hac Jacobus in urnâ:
Noſſe ſatis fuit hoc fors: ſed & iſta legas.
Dives erat virtute, fide integer, impiger arte,
Conſilio felix, relligione potens.
His quia ſurripuit morti ſe dotibus, ipſa in
Morte ſua famâ nomine vivit adhuc.

NICOL. HENELIUS.

Fruſtra eſt, qui Monavum putat ipſum
heic eſſe ſepultum:
Divum mortalis non capit urna virum.

Pro ſcito & ſymbolo in corde, in ore, in ære ſignatum tulit illud, ex odis ſacris petitum, *IPSE FACIET*, quod doctiſſimi quique viri carminibus ſuis exornatum iverunt. *Symbolum Monavii.*

Præter *Ethica Ariſtotelis*, *Victorini Strigelii* ſcholiis & paraphraſi illuſtrata, tum *tres libros carminum* in illud ſymbolum ſuum, nihil ipſe quidem, quod nos ſciamus, edidit, eruditos tamen aliorum conatus, quanto potuit ſtudio juvit, id quod *Bucholcerus*, *Pezelius*, *Mylius*, alii publicè confitentur. *Scripta.*

Hæc de *Jacobo Monavio*, *viro ſummo*, *ſuggeſſerunt nobis viri cl. D. Abrahamus Scultetus Theol. D. Caſpar Conrad. Med. D. & Nicolaus Henelius JC. Ingens ſit ipſis gratia.*

JANUS DOUSA NORDOVIX.

Θ 1604. d. . . . ætat. 59.

JANUS DOUSA *Nordovix*, nobiliſſima Hollandiæ familia, ſub annum Chriſti *milleſimum*, *quingenteſimum*, *quadrageſimum quintum*, in profeſto Nicolai, h. e. die *quinto* Decembris natus, admodumque infans parentibus orbatus, *Lyram*, Brabantiæ oppidum, ſtudiorum cauſa eſt amandatus. Ibi prima ejus rudimenta fuerunt ſub *Joanne Fabro*. *Natalis Douſæ.* *Lyram mittitur.*

Inde Delphos. Henricus Jun. præcept. ejus. Lovanium & Duacum venit. Lucam Fruterium ſtudior. ſocium deligit. Lutetiam cum eo abit. Viri in Gall. tum clari.

Fabro. Inde ſtatim *Delphos* translatus, *Henricum Junium* præceptorem habuit, cujus celebris tum temporis ſchola. Huic cum annum unum operam dediſſet: *Lovanium* conceſſit, & mox inde *Duacum*, ubi inſigni *Lucæ Fruterii* ingenio captus, ſtudiorum eum ſocium ac comitem adſcivit, *Lutetiam* cum eo profectus, nobiliſſimum omnium ſcientiarum emporium. Vigebat enim ea tempeſtate Gallia præſtantiſſimis viris, quorum hodie nomina in albo æternitatis, *Hoſpitalius*, *Morellus*, *Gallandius*, *Turnebus*, *Auratus*, *Ronſardus*, *Bellajus*, *Bayſius*, *Lambinus*, *Paſſeratius*, alii.

Domum redit. Curator aggerum & flum. conſtit.

E Gallia in patriam accerſitus mox eo rediit, ſummorum illic virorum fama ac celebritate adductus, à quibus viciſſim, propter excellentes ingenii judiciique dotes ſingulariter amatus eſt & æſtimatus. Inde domum iterum reverſum, ducta uxore juvenem etiam tum ſibi reſpub. vindicavit, atque in *ſupremum aggerum curandorum*, *fluminumque retandorum*, *collegium* cooptavit, quo munere totos *viginti* annos functus, ſponte ſe abdicavit. Interim teneerrima affectione complexus eſt condiſcipulos in Academiis Belgicis, *Falkenburgium*, *Giſeiinum*, *Lernutium*, *Rgerſium*, *Hadrianum Junium*.

Condiſcipuli ejus.

** A. 1574. Lugdunum obſeſſum. Ei Douſa præfectus.*

In memorabili illa * *Lugduni* obſidione, magnum animi robur oſtendit, ita principi Auraico probatus, ut tam graviter adflicto patriæ ſtatu præfectura urbis nemini rectiùs, quàm ipſi committenda crederetur. Hanc ubi cum laude obiiſſet, liberata mox urbe, cum Academiam inſtituere illic decretum eſſet, nullum principi ordinibusque tantæ rei auſpicatius nomen viſum eſt, quàm *Jani Douſæ*, cui & bellica virtute ſagacitateve, & eruditionis gloria parem alterum reſpub. non habebat.

Academia ibi aperta. A. 1575. Curator ejus Douſa

Philipp Mor.

Equidem cum à *Philippo Moro*, poëta ac pictore egregio, blandis verbis pelliceretur, uti cum hoſte in colloquium ſaltem veniret, pollicitus ei Ducis nomine quam plurima privatim ac publicè, nihil illi epiſtolæ reſcripſit, quam vulgatum illud:

Fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.

** Diram inprimis famem. Vide Thuan. lib. 59. hiſt. Ode Lugd.*

Quid fecerit * paſſusve ſit toto arctiſſimæ obſidionis tempore, colligere cuivis licet ex *Odis* ejus *Lugdunenſibus*.

Eruditio Douſæ. Longini encomium apud Eunap.

Multiplex erat in viro lectio incredibilis penè memoria, Græcarum ac Latinarum literarum, hiſtoriæ veteris ac novæ nihil, de quo rogatus non ex tempore reſponderet. Unus ipſe, quod de *Longino* ait *Eunapius* erat βιβλιοθήκη τις ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον: unus Bataviæ *Varro*, & Academiæ commune oraculum. Et cum hac quidem doctrina tam eximia, cæteræ etiam virtutes certabant, *Comitas*, *Candor*, *Urbanitas*, ac *Modeſtia*. Ob quas non *Batavis* modò aut *Belgis*, ſed & *Gallis*, *Germanis*, *Anglis*, *Boemis*, *Polonis*, atque adeò ipſis in Turcia *Græcis Europæis* pariter atque *Aſiaticis* in honore ac precio fuit, æſtimantibus magni viri virtutem etiam tam longè diſſitis gentibus, [...] ex inſigni filiorum indole, quorum medi[...] *Conſtantinopoli* aliquandiu egit, perque [...]*loniam* domum redux, mortuus eſt dein[...] in peregrinatione Indica orientali. Hoc a[...]tem habuit inter alia egregium, quod à [...]ventute literata libenter pateretur ſe ad[...] Unde quamdiu *Lugduni* domicilium hab[...] eximiè dilexit dilectusque eſt à *Georgio Be[...]dicto*, *Franc. Kammio*, *Joan. Caſtrio*, *J[...] Grutero*, *Dominico Baudio*, *Adr. Bleyenb[...]gio*, aliiſque quamplurimis, quorum ἀμοι[...] p[a]ſſim leguntur.

Virtutes Douſæ.

Nominis celebritas.

Geſſit Academiæ curam annos *unde[...]ginta*, quo medio tempore cum ad *pat[...] annales* conſcribendos animum adjunxiſſ[...] *archivorum* item publicorum *cuſtodiam* [...] ſe ſuſcepit. Deinde in ſupremæ quoque [...]*riæ* ſenatum adſcriptus, *tredecim* eo in m[u]nere annis laudabiliter exactis, ex mortalib[us] abiit, anno Chriſti *milleſimo*, *ſexcenteſ[imo] quarto*, ætatis ſuæ *quinquageſimo nono*. M[or]tuum panegyrica ſive laudatione fune[bri] proſecutus eſt *Daniel* ille *Heinſius* V. Cl. E[pi]taphium eidem ſcriptum legitur ejuſmodi

Siſtas Viator; Douſici manes rogant
Tempus exiguum, moramq; parvam.
Quem terra novit Troiaque pallida
Mater Memnonis, integerque Phœbu[s]
Quique emerentem ſurripit terra diem
Non iſti gemituſque tibiæque
Inane murmur, ſordidamque næniam,
Mendicant cineres vagumque leſſum
Fractique raucos æneatoris modos:
Sed plenas tibi lacrymas remittunt.
Cui tota luctum deſtinat tellus ſuum,
Unius ſcelus eſt ciere voce.

Sunt in eum & hæc *Jani Gruteri* carmin[a]

I.

Debeo Douſa tibi fletus, tibi debeo queſt[us]
Utpote amicorum qui coryphæus era[s].
Verum ſi laudes, verum præconia ſi qui[s]
Funeribus dicat debita noſtra tuis:
Fallitur ille nimis. Nam vivus ut ipſe theatrum,
Vivus ut ipſe tibi ſol genialis eras:
Sic quoq; poſt mortem tibi ſol ſimul atq[ue] theatrum es,
Douſa, cui æquiparet orbis uterque nih[il].

II.

Urbem olim Amyclas perdidit ſilentium
Funus tuum ſed Douſa ſe ſilentio
Clarabit uno atque unico. Nam vox lo[...]
Humana quid tuis queat virtutibus
Honoribuſque par, quod antè non tuo
Ritè ipſus orbi ubique publicaveris?
Nam quid tuis par eruditionibus
Facetiiſque lingua mortalis ſonet:
Quod antè non vivace Fama albo dura
Perenni clari Æternitatis ſculpſerit:
Mundique adhuc per omne publicet latu[s]
Muſſamus ergo Douſa, certè muſſo ego,
Qui plus te amavi, filius quàm amat pa[...]trem,
Quam plus amaſti, filium quàm amat pat[er].

Mu[...]

uſſo inquio, & ſitu ac tenebris abditus,
entioque pertinace clamito:
noribus nihil, nihil virtutibus
ſe adſtrui, ſeu voce, ſeu manu, tuis.

it & hic verè è paucis χρηστὸς ἀνὴρ, ἀγαθόν: qui plurima & in patria geſ- & pro ea legationes obivit plurimas, lius ore ſæpius locuta eſt Batavia, quàm ro:

inque eodem tempore & Academiæ n ſuſtineret, & reipublicæ, obſideba- otidie ejus limen, ſolicitabantur fores, ia implebantur. Ipſe verò admittebat s, non in ædes tantùm, ſed in animum, nitatem exhibebat omnibus, omnes enſa exceptos dimittebat, aut domo: enim *optimum eſt, quod non commune r viri magni etiam indignos interdum ecluntur, ne pauciores juvent.*

c de moribundo Heinſius refert, ſubitò exclamaſſe & ad adſtantes amicos di- *quid, an ſolus audio? quis iſte ſonus uæ modulatio?* Diu omnes admiratos, nihil ſentirent, vidiſſe tandem, id quod at: virum divinum cœleſtibus initia- myſteriis non amplius humana loqui, mque puriſſimum inter celeritates orum orbium, ſiderum concurſus, è s olim delatus, iterum aberrare.

a ab eo in poſterorum commodum edita hæc ſunt:

igrammatum, ſatyrarum, elegiarum, ſylvarum libri
va poëmata Lugdunenſia.
tæ ad Salluſtium.
odon liber ex puris Jambis.
æ Britannicæ.
egiarum & Epigrammatum liber.
æcidanea ad Petronium Arbitrum.
nturionatus ad Plautum.
æcidanea ad Catullum.
æcidanea ad Tibullum.
hediaſma ſuccidaneum ad eundem.
mmentariolus in Q. Horatium.
pendix ſuccidanea ad eundem.
iſtolæ apologeticæ duæ: *una* de annali- Bataviæ: *altera* pro prætore Nottvvice- eregrinitatis reo.
nales Hollandiæ carmine.
dem proſa oratione à filio incepti uſque *idericum IV.*
ho, ſive *Halcedonia*, cum novis Epi- matis & elegiis.

ocuravit itidem, ut ederentur ab aliis a, è quorum cenſu ſunt:

tavia Hadriani Junii.
ſcriptiones antiquæ *Smetii.*
icæ Fruterii opuſcula, quæ commen- à moriente auctore *Oberto Giſanio*, cùm on curaret excudenda, Douſa id fecit, is, illo * abſente, exemplaribus. Unde utrumque ſimultates ortæ, ut ex Dou- rminibus apparet, nec diſſimulat *Lam-* in præfatione ad Lucretium.

Confecta partim, partim adfecta nec edi- ta Douſa reliquit:

Præcidanea *in Juvenalem.*
Volumina aliquot *epiſtolarum.*
Fragmenta omnia *veterum Oratorum*, *Poëtarum*, *Hiſtoricorum.*

Atque hæc de *Jano Douſa* patre, collecta ex *Academia Lugdunenſi*, *Panegyrico Hein- ſii*, *deliciis poetarum Belgicorum*, aliis.

NICOLAUS VARENBULE- RUS.

© 1604. d. 20. Aug. ætat. 85.

LINDAVIA, Germanorum emporio nobili, ortum ſuum habuit *Nicolaus Varenbulerus*, natus anno Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo*, *decimo nono*, die *quinto* De- cembris, patre *Ioanne* viro patricio ac con- ſule illius oppidi, è nobili & antiqua *Varen- bulorum familia*, matre *Agatha*, è patricia *Meittingorum Auguſtæ* prognata gente.

Lindavia oppid patria. *Parentes.*

Cùm primum è cunis prorepens aliquan- tulum ſaltem adolevit; in ludum patriæ ſuæ, cui tum præerat *Caſparus Haldelinus* vir trium linguarum, Latinæ Græcæ, & Hebrai- cæ apprimè peritus, & poëta non infelix, eſt miſſus, ubi ſtatim egregia indolis probè in eo emicuerunt documenta, atque tum Chriſtia- næ pietatis, tum literatæ eruditionis rudi- menta ipſe maturè & feliciter percepit. Itaque cum aliquot annis pòſt dignus judicaretur, qui uberioris ingenii capiendi cultus cauſa celebriorem aliquam in ſcholam mitteretur, anno Chriſti ſupra *ſeſquimilleſimum*, *trigeſi- mo ſeptimo*, menſe Auguſto, à parentibus, de filio ſuo ad omnem virtutem d xtrè inſti- tuendo maximè ſolicitis, *Argentoratum* eſt ablegatus, ad quam tunc ſcholam magna fre- quentiâ confluebant, qui ſtudiis humaniori- bus operam dare cupiebant. Etenim multis ea nominibus maximoperè commendaba- tur, inprimis verò ob morum diſciplinam & eruditionem *Martini Buceri*, *Caſpari Hedio- nis*, *Ludovici Bebeonis*, *Iacobi Betrotti*, & *Io- annis Sapidi*, cum quibus duobus poſterio- ribus aliquandiu vixit, & reliquorum Profeſ- ſorum, quos inter omnes excellebat *Ioannes Sturmius* ſcholæ tum Argentinenſis Rector & caput. Hunc ergo è reliquis præcipuum ingenii & ſtudiorum ſuorum informatorem nactus Varenbulerus, ſibique tanta de felici- tate optimi Præceptoris gratulatus, *trien- nium* ferè ibi, ſumma animi intentione, vi- gilantia, labore & aſſiduitate, Philoſophiæ & bonarum artium ſtudiis incumbendo, & ſe totum quaſi mancipando, fuit commoratus, nec unquam paſſus eſt, tam in moribus quam ſtudiis quicquam à quoquam in ſe deſiderari. Quin ipſum accepimus *Stur- mium* admiratum adoleſcentis dotes inſi- gnes, quibus ornatum eum divinitus agnovit. Quamobrem idem abeuntem *Argentorato* cum teſtimonio luculento dimiſit, in quo inter alia hæc ejus ſunt verba: *Fuit*, inquit, *in noſtro Gymnaſio Nicolaus Varenbulerus, juvenis acuto ingenio, bonoque judicio præditus. Quamdiu nobis-*

Caſparus Haldelinus. *Argentoratum mittitur* 1537. *Viri ibi tunc clari.* *Audit Io. Sturmium* *A quo teſtimon. ornatur.*

nobiſcum fuit, ita ſe nobis exhibuit, ut magnam ſpem conceperimus vel acuti Theologi, vel prudentis Jureconſulti & literati hominis. Datum undecima Julii, anno ſupra ſeſquimilleſimum, quadrageſimo.

Wendelin Bittelbrun I. C.

Argentorati autem cum Philoſophicis conjunxit & juriſprudentiæ elementa, atque Inſtitutiones Juſtinianæas è *Wendelino Bittelbrunnio* JCto & Profeſſore audivit. Itaque cum ingenti teneretur deſiderio progrediendi, aliasque Academias ſtudiorum gratia adeundi anno *quadrageſimo primo* cum duobus fratribus germanis *Georgio* & *Jo. Ludovico Lovanium* celebre in Belgio literarum emporium eſt miſſus. Ea in Academia ad juriſprudentiam quidem animum adjecit, ſed Philoſophiæ nequaquam valedixit, imò utriusque ſtudium ſolertia & induſtria continua urſit, ut & fratres, & alios, longè felicitatè progreſſuum vinceret. Erat tum in Lovanienſi Academia, magni nominis Profeſſor *Gabriel Mudæus Brechthanus*, de quo antè Vir undiquaque doctiſſimus, quod monumenta ipſius publici dudum juris facta, ſatis abundè teſtantur, & eloquentiæ laude celebratiſſimus. Hoc cum vixit conjunctiſſimè, hunc audivit feliciſſimè, arripuitque ea, quæ dicebat, avidiſſimè, præcellentemque ejus in utroque jure cognitionem, rerum experientiam & facundiam, ſæpius reliquis ſuis collegis, commendavit honorificentiſſimè: *Nullius*, ajebat, *unquam Præceptoris, quantumvis eruditiſſimi, lectiones publicas lubentius, & majore cum voluptate & fructu audivi, quam Mudæi Lovanienſis, adeò non dilucidè ſolum, ſed & diſertè omnia explanabat, & ceu in tabula ob oculos ponebat.*

Lovanium cum duob. fratrib. miſſus 1541.

Audit Gabr. Mudæum.

Lovanii ergo anni *quadrageſimi primi* reſiduum, & ſequentis *quadrageſimi ſecundi*, menſes novem, fermè exegit, magno cum ſtudiorum ſuorum incremento, & ad metam alacriter contendit. Verum cùm ſub id tempus, irruptione *Martini de Rosheim* in *Brabantiam*, & *Lovanii* triduana obſidione, Academia diſſiparetur, ipſe cum fratribus *Coloniam Agrippinam* conceſſit, ac publicè ibi docentem, ſingulari cum eruditionis ac judicii fama, *Joannem Oldendorpium* diligenter audivit, omniaque ejus dicta ſcriptave theſauri inſtar & obſervavit, & adſervavit. Nec tamen interea, quod in humaniorum artium cultura magno labore erat conſecutus, abjecit, ſed acceſſione quotidiana ita auxit, ut multis annis pòſt, cùm jam variarum graviſſimarumque occupationum fluctibus jactaretur, de ſtudiis illis dextrè prudenterque judicaret. Latini autem & Græci ſermonis eam ſibi comparavit facultatem, ut jam *octogenario* major illis quaſi deliciis ſe & alios mirificè oblectaret, & nonnunquam publicis præſertim in conventibus atque Academicis epulis, ſententias ſcitas & nervoſas jam ex *Virgilio*, jam ex *Horatio*, jam ex *Homero*, jam ex aliis Græcis Latiniſve Auctoribus, promtè & integrè recitaret.

Diſſipatur Academ. Lovan. Coloniam Varenbul. concedit. 1542.

Audit Io. Oldend.

Coloniæ cùm fermè annum poſuiſſet in iis, de quibus diximus, ſtudiis, jamque tem[...] ut vocant, completionis ferè abſolviſſet[...] nò *quadrageſimo tertio*, poſt *milleſimum q*[...] *genteſimum, Tubingam*, peſtis contagio [...] liberatam, cum fratre *Jo. Ludovico* app[...] ac die *decima tertia* octobris nomen [...] apud rectorem Academiæ, *Michaëlem* [...] *kerum*, Medicum, profeſſus eſt. Hic c[...] quâ fuit φιλοπονία, nullum ſibi à literis [...] cuum daret tempus, ſuosque in ſtudio [...] profectus, mores integros, ingenium [...] tum, judicium exquiſitum, memoriam [...] cem omnibus ejus ſcholæ doctoribus [...] baſſet, & ea quæ ſtatutorum præſcripti[...] ſupremi utroque in jure gradus conſec[...] nem neceſſariò requiruntur, omnia exce[...] ter præſtitiſſet, in limine ſtatim anni *qua*[...] *geſimi quarti*, die *vigeſima tertia* Febru[...] Decano *Gebhardo Braſtbergero*, promo[...] verò, jure conſulto illo celebratiſſimo [...] *ne Sichardo*, juris utriusque ornamenta [...] ctoralia & ipſe *Nicolaus* & frater *Georgiu*[...] blica & ſolenni renunciatione ſunt conſ[...] ti: competitores eorum fuerunt *Mi*[...] *Schvvicker*, Conſtadienſis, *Conradus S*[...] Dagersheimenſis, *Chriſtophorus Wieſt*[...] Bombergenſis, *Sebaſtianus Meychsner*, P[...] cenſis; *Erhardus* vero *Snepfius* Theol[...] ille eadem in panegyri Theologiæ ἀξ[...] eſt adeptus, qua de re * alibi.

Cæterum Varenbulerus hic Doctor [...] renunciatus, nomen ſuum rebus exprim[...] & quæ antea paſſim in theorico ſtudio [...] gentia ſingulari hauſerat, collegeratque, [...] ad *praxin* (quæ, *Baldo* atteſtante, eſt *ſ*[...] *tia legum digeſtiva, & ſine qua*, pronunc[...] te *Ario Pinello, theoria maximè mutila, n*[...] *ca, & periculoſa evadit*) ad Reipublicæ c[...] modum, juris juſtitiæque propagation[...] æqui boniquę conſervationem, adeoqu[...] ſocietatis humanæ emolumentum legit[...] applicare honeſtiſſimo deſiderio ſategit. [...] que in *curia oppidana*, & coram *ſupr*[...] ditionis Wirttembergicæ *tribunali*, ad[...] catum primo egit cauſarum ad tribunal i[...] delatarum, & ita quidem egit, ut qua[...] quantusve olim futurus eſſet jureconſu[...] practicus, in flore tum luculenter oſ[...] derit.

Cum ergò aliquandiu progreſſus ſuos [...] in Theoria factos, actionum & diſputat[...] num forenſium uſu atque exercitio mult[...] auxiſſet, tantam ſibi apud celebratiſſi[...] Juris anteceſſores in *Tubingana* ſcholâ, c[...] ciliavit nominis & eruditionis famam, ut [...] no ſupra *ſeſquimilleſimum*, *quadrageſ*[...] *quarto*, die Jacobi ſacro, rectore *Jac*[...] *Scheckio*, publicus & ordinarius Pandec[...] rum Profeſſor fuerit deſignatus; eo i[...] tempore, quo & *Chriſtophoro Wieſtio* in[...] tutionum Imperialium profeſſio, eaden[...] Academia fuit commendata.

Hanc Spartam nactus Varenbulerus, eg[...] giè eam tum in ſchola docendo, tum in f[...] agendo ornavit, inque id unum elaborav[...] ut ſtudiis ſuis, tam privatis quam public[...]

Academicis, quam forenſibus, ordinem
cum antè celeberrimum, redderet ce-
orem. Cumque quod ſui erat officii
nduſtria, fide & auctoritate adminiſtra-
c inde doctrinæ ipſius conſiliorumque
tas in illis paſſim locis, in Academia,
curiâ, domi foriſque prædicata, Duci
tembergico *Ulrico* commendaretur, Ju-
nſultus hic Academicus ad majorem di-
tis & eminentiæ gradum evectus, &
em Illuſtriſſimi Principis conſiliarius,
o Ducali fuit conductus. Quam fun-
em honorificentiſſimam tantâ ſemper &
tatis & diligentiæ laude obivit, ut poſt-
ſtriſſimis *quatuor ducibus Wirtembergi-*
patri filio, nepoti, agnato, chariſſimus
tremum usque vitæ extiterit, & dona-
liquoties ampliſſimis clementer fuerit
nis.
o rerum ſuarum ſtatu, vitæque ratione,
n œconomicam deſiderante, de matri-
o cogitare cepit, & *Reginam*, *Bernardi*
beri Patritii ac Senatoris *Auguſtani* fi-
virginem lectiſſimam, vinculo ſibi ma-
nii junxit. Celebratæ ſunt nuptiæ *Au-*
in ædibus ſoceri, omni publica & ſo-
feſtivitate omiſſa, propter temporum
itiam, anno *milleſimo*, *quingenteſimo*,
ageſimo ſeptimo, die *viceſimo nono* Au-
cum * menſe Julio antè *Carolus* Impe-
Landgravio Haſſiæ *Donavverdæ* reli-
cum *Jo. Friderico* Duce Saxoniæ capti-
Auguſtam veniſſet, & comitia agitaret
n armata. Vixit eo in conjugio annis
uaginta ſex amplius, viditque utrius-
exus liberos, nepotes item & neptes,
potes, & pronepotes, nactus generos,
heros, nurus & pronurus, audiitque
rem, avum, proavum, ſocerum, pro-
m ſalutari, felicitate rara.
no *quadrageſimo octavo* accidit quid-
annotatu non indignum, & mirandum
s, quàm imitandum. Cum ſub id tem-
mperator *Carolus* victor Hiſpanorum
s, *Albano* Duce in agrum *Wirtem-*
um induxiſſet, locis aliquot dedi-
captis, & præſidiis, Hiſpanis potiſſi-
hinc inde collocatis, eamque ob cau-
Tubinga communitum Ducatus forti ex-
& magno rerum in diſcrimine conſti-
ab Hiſpanorum vi & impetu valdè ſibi
eret: Rector, cancellarius & ſenatus
e illius conſilium, de periculo imminen-
rtendo, ejusmodi inierunt. Legatio-
ad ipſum Imperatorem *Auguſtam*, &
nſiliarios bellicos, inter quos Dux ille
um, decernunt, ac libello ſupplice mi-
à ſe deprecantur: delecto ad id Varen-
o. Hic, ut erat in omni vita laborum
s ac in adverſis magnanimus, comite
Stamblero, ſenatore *Tubingano* vigin-
tu horarum ſpatio, *ſeptemdecim* millia-
confectis, *Auguſtam* venit: Cæſari li-
n ſupplicem offert, negocium feliciter
it, agrum Tubingenſem ab hybernis Hi-
orum, oppidum rapinis, & cives metu

omni liberavit. Domum itaque reverſus, magno & Academicorum & oppidanorum applauſu fuit exceptus, & propter præclarum facinus, omnibus chariſſimus, ſuam apud ipſos exiſtimationem & eorundem erga ſe ſtudium indies ſenſit augeri. *Impetrat.*

Ipſe verò his tanquam calcaribus incitatus, ad ſtudia ſua porrò majore animi ſe intentione convertit, & nihil prætermittit eorum, quæ in docto fidelique juris profeſſore, & in vero juſtitiæ ſacerdote requiri poſſunt. Cumprimis verò *curiæ ſtylo elegantiori*, indefeſſo vacabat ſtudio, ſi quæ verba ſignificantia, & ſelectiora, terſiores phraſes, & limatiores dicendi formulæ, tam in collegio juridico, quàm extra illud, aliorum in libellis, ſcriptis & actis occurrebant, obſervabat cupidè, & partim memoriæ, alioqui tenaciſſimæ mandabat, partim ingraveſcente præſertim jam ſenecta, ut memoriæ ſuccurreret, calamo in chartas, quæ fortè ad manus erant, referebat, & ſuos in uſus aſſervabat. *Curiæ ſtylum format.*

Quod exercitium iſthuc ei peperit fructum, ut tam officii ratione, quam neceſſitatis caſu flagitante, in difficilimis facti ſpeciebus, aut cujuscunque generis actionibus, libellis, reſponſis, conſiliis, & quibuscunque ſcriptis promtè, perſpicuè, nervosè, eleganter conficiendis & adornandis eſſet expeditiſſimus.

Quamobrem ad omne ſtudii & muniorum genus exercitatior factus, nullis pepercit laboribus quantumvis gravibus & arduis, etiam extra ordinariis. Præterquam enim, quòd *Pandectarum* tum Profeſſor, quòd *Academiæ* Senator, quòd *Ducis Wirtembergici* Conſiliarius, quòd *Juridicæ* facultatis *collega* & *Decanus*, quòd *Conſiſtorii Academici Adſeſſor*, quòd *ſenatus* ſcholæ *legatus*, quòd *ſtipendiorum ſuperattendens*, quòd *Univerſitatis* Magnificus *Rector*, quòd ejuſdem *Fiſci* ac reipublicæ *quæſtor*, ſive deputatus, tot *liberorum pater*, tot *diſcipulorum præceptor*, tot *doctorum promotor*, certis temporum vicibus, omnibus & ſingulis commemoratis his, & aliis id genus muneribus ſumma laude præfuit, nihilominus tamen extraordinariis etiam operis & negotiis expediundis ſe non ſubduxit. Hic non modò advocatum egit, cujus ſuprà meminimus, ſed etiam in numerum adſeſſorum ſupremi Wirttenbergenſis *dicaſterii* cooptatus, & cauſis difficilimis non rarò fuit adhibitus. Quo loco perinde ipſe Adſeſſor prudentiam, judicium, & ſuam in cauſis decidendis dexteritatem ita omnibus probavit, ut hinc priora ad elogia & honores, magna fieret acceſſio, ac cum anno *quinquageſimo* ſub initium Novembris *Ulrico* Wirtembergico defuncto, *Chriſtophorus* filius ſucceſſiſſet, ipſe parem filii, quam patris fuerat, in ſe clementiam experiretur, & conſiliarius jam ante conſtitutus, ab eodem ceu legitimo ſucceſſore ac hærede in munere ſuo confirmaretur. Factum hoc anno eo, quo *Confeſſio Auguſtana* è Ducatu Wirtembergico eliminata, & auſpiciis illius ejuſdem ducis Evangelii doctrina reducta fuit. *Munia Varenbuleri Tubing.* *Adſeſſor dicaſter. ſupr. Wirtemb.* *Conſiliar. Ducis Chriſtoph. 1550.*

Anno

Rector Academ. Tubing. 1554. Anno deinde *quinquageſimo quarto* ipſis Maji Calendis, communibus ſenatus ſuffragiis votiſque gubernatio Academiæ Varenbulero commiſſa atque impoſita eſt. Quam provinciam per ſemeſtre æſtivum ita obivit, ut juſtitiæ, integritatis, fideique laudem reportarit, idemque ſive munus, ſive onus, ſenatu ita volente, ac petente, iterum iterumque geſſerit.

Cæterùm in jure dicendo & cauſis recognoſcendis decidendiſque non quod vulgò fieri perperam ſolet, judicii curſum injuſtâ aliquâ remorâ, aut obſtaculo, aut neſcio quâ cautelâ, impediri aut ſiſti, aut immeritò paſſus eſt eludi, nec in actis ad referendum ſibi traditis, legendis, evolvendis, ponderandis, negligentiæ aut oſcitantiæ alicujus ſe inſimulari, ut nonnullis accidere videmus rerum inexpertis, parum circumſpectis, qui nucleum abjiciunt, putamina aſſervant. Tale verò aliquid nec fecit, nec ut alii facerent unquam permiſit. Actionis genere invento jus inventum. Ac quoniam *reperto actionis genere, jus ipſum eſſe repertum*, rectè judicatur, omnes ingenii nervos intendit, ſive ipſe, ſive alius referendi partes ſuſtineret, ut actoris, quo niteretur remedium fieret manifeſtum: eâ in cauſis rectè cognoſcendis, & ſententiis ritè concipiendis, & ferendis uſus methodo, quam non modò ipſe ducebat aptiſſimam, facilimam, optimam, ſed quam ſciebat aliis etiam in judiciis, ſupremo præſertim *Cameræ* Imperialis tribunali, & *Wirtembergici* ducatus conſiſtorio, ab Adſeſſoribus in cauſarum relationibus magno commodo uſurpatam & approbatam. Deinde primò omnium actionis inſtitutæ genus indagabat, quo invento, mox an actio eſſet probata, deinde, an hæc rei exceptione eliſa, poſt, an probatione ſufficienti exceptio ſuffulta, tandem quomodo pronunciandum, diligenter diſpiciebat.

In reliquis operam dabat, ut ſi quid in Ducatu præcipuè juſtâ conſuetudine, ac diuturno uſu, ſi quid peculiari ordinatione ac decreto introductum, obſervatum, & ſtabilitum non eſſet, illud omne ad juris provincialis, vel hoc deficiente, ad juris communis normam & formam accommodaretur.

In cauſis dubiis qualis Varenbul. In cauſa qualibet, etiam intricata, nodosâ, obſcurâ, perplexâ, ipſe oculatiſſimus mox inquirebat providè & animadvertebat acutè, *quo in cardine lis omnis verteretur*, atque in eo totus laborabat, ut ſingula rationum momenta accuratè enucleata, & ad veritatis trutinam examinata, in æqui boníque lance probè ponderarentur. In cauſa dubia & re ancipiti æqui obſervantiſſimus, ἐπιείκειαν ambabus amplexabatur, quam rigori, ſeu juri ſummo ſemper anteponendam cenſuit. Æquitatis vera ſtudioſus. Nec erat æquitas illa affectata, vel fucata, vel ſimulata, quam cum alterutrius partis detrimento interdum maximo conjunctam, iniquitatis plus, quam æquitatis habere, ſatis compertum eſt, ſed vera, utrique parti commoda, & legum rationibus ſubnixa.

In examinib. teſtiũ diligent. In *examinibus teſtium* & inquiſitionibus de veritate, accuratiſſimus erat, ad om[...] quæ momenti aliquid habere videbantur [...] tentiſſimus, & quantum per leges licebat [...] iis etiam, quæ à litigatoribus ipſis, & eo[...] advocatis per incuriam omiſſa erant, ſupp[...] dis, adeoque omnibus facti circumſta[...] penitiſſimè cognoſcendis, explorandis, [...] quirendis diligentiſſimus. Quod ſi verò c[...] ſæ alicujus, in quâ ſalvâ ſe conſcientia ve[...] poſſe ſciebat, patrocinium ſuſceperat, [...] unum magna ſedulitate, majorique dex[...] tate agebat, ut in facto à cliente ſolidè, a[...] ratè, plenè, informatus, non ilico rabula[...] more in judicium proſiliret, ſed immen[...] aliquod quam pluiimarum diverſiſſima[...] circumſtantiarum chaos, & perplexam co[...] riem, omnibus minutiſſimis etiam (in c[...] præſertim arduâ) ad amuſſim excuſſis, j[...] ordine in libelli formam redigeret, & ſing[...] facti circumſtantias inſtituto ſervientes, ha[...] ſimul juris, cui accommodandæ ſunt, conſi[...] ratione judici ad oculum exhiberet.

In conſiliis verò dandis fuit circumſpec[...] accuratus, induſtrius, & fidelis, adeò ut [...] *jureconſultus* audierit, *qui de jure conſult[...] interrogatus, prudenter, eruditè, appoſitè, can[...] dè, promtè reſpondere* didicerat. Teſtantu[...] abundè *conſilia* ejus, jamdudum aliorum [...] ptis adjuncta, & operâ juris Anteceſſorum [...] blici uſus facta, ob ſenilem quam redol[...] experientiam, & obſervationum practica[...] copiam ac delectum, doctiſſimorum man[...] trita. Teſtantur id *principes Imperii, Du[...] Marchiones, Comites, Civitates, Barones, N[...] les*, conſiliis ejus per omnem vitam cleme[...] benignè & benevolè uſi. Teſtantur id *itin[...] commiſſiones, & legationes* ejus perquam [...] tæ, difficiles, laborioſæ, ad præcipuos Im[...] rii ordines, ad comitia, conventus, co[...] quia, & ad ipſam aulam Auguſtam.

Anno *quinquageſimo quinto*, quo *Ferdin[...] dus* Romanorum Rex, nomine ac volun[...] fratris Cæſaris, Imperii ordines *Augu[...]* convocavit, jureconſultus etiam hic com[...] illis interfuit, Evangelicis omnibus eorum[...] poſteris poſt hominum memoriam longè [...] optatiſſimis. Tum enim illa Proteſtanti[...] ordinibus meritò ſacroſancta *Religionis p[...] ficatio*, publico decreto conſtituta, ſanci[...] promulgata fuit, & dictum illud inſtar fu[...] nis adverſarios hoſteſque eccleſiæ percu[...] *Propter Auguſtanæ confeſſionis doctrinam, [...] ligionem atque fidem, Cæſar Ferdinandus R[...] cæterique principes ac ordines neminem to[...] Imperii quocunque modo violent.* Anno d[...] de *quinquageſimo ſeptimo* Illuſtriſſimus P[...] ceps Wirtembergicus *Chriſtophorus* ſuo [...] & nomine nobiliſſimum *Severinum* à *Ma[...] bach*, & *Varenbulerum* hunc conſiliariu[...] *Spiram* ad comitia deputatorum ablega[...] Nec multò poſt, ſub annum *ſexageſimu[...] ſexageſimum primum*, ab eodem Duce W[...] tembergico idem Varenbulerus arduis & g[...] viſſimis in negotiis ad Imperatorem *Ma[...] milianum II. Pragam Bohemorum* miſſus, le[...] tionem ternam, tanta fide ac induſtria obiv[...]

ſtea anno *ſexageſimo ſeptimo*, Auguſto
, ab eodem principe *Chriſtophoro, Oeni-*
m veredo ablegaretur, Ducalia Wirt-
ergica feuda acceptum. Quod & fa-
eſt in arce *Ambroſina*, Oeniponte non
diſtante: ac rebus feliciter expeditis in-
nis domum inde reverſus: cum quo &
legationibus exteris, ad labores ſchola-
& adminiſtrationem domeſticam re-
nur.
m itaque anno *quinquageſimo octavo*
iſceſſum jureconſulti *Matthæi Gribal-*
ſi *Pandectarum* tum Profeſſori, lectio
codicis ordinaria à ſenatu commenda-
let: nihil prius ipſe nihil antiquius ha-
quàm ut ſe anteceſſore dignum ſucceſ-
luculenter demonſtraret; & expecta-
c collegarum honorifico de ſe judicio
nderet. Et reſpondit profectò ad amuſ-
mò ſuperavit. Interea & liberis fuit
s, & à principibus ad res maximè ar-
dhibitus. Ac ſicut antea duobus Wirt-
ergicis ducibus *Ulrico* patri & *Chriſto-*
filio fuerat cariſſimus: ita & ſucceſſori
vico principi extitit gratus, & in priſti-
icio clementer ab eodem eſt confirma-
Ab hoc deinde anno *ſeptuageſimo ſexto*,
Henrico Barone Limpurgico, Eraſmo à
ngen, Stutgardiano præfecto ſuperiore,
iliano Bertſio J. C. ad comitia Ratisbo-
orator fuit ablegatus: ubi fermè inte-
ſemeſtre hæſit. Anno ſequente idem hic
bulerus *Oenipontem* rurſus eſt profe-
feudorum Ducalium cauſa.
ſtea anno *octogeſimo*, menſe Februario,
rgio Friderico, marchione Brandebur-
& duce Boruſſiæ, *Onolsbachium* evo-
; conſiliarius etiam ipſius, data juriſju-
fide, eſt declaratus: & in cauſis arduis,
ſummum Imperii Romani judicium,
Camerale vocamus, expediundis præ-
. Norat enim exactè, quæ Cameræ
ationibus ſunt ſancita: quæ Imperii
itutionibus approbata: quæ uſu ac con-
dine generali recepta: & ſtylum his di-
it accommodare.
dovico illo duce Wirttembergico mor-
cum ad principem *Fridericum* itidem
n. Wirttembergicum legitima ſucceſſio
devoluta: ab eodem hic noſter anno
eſimo tertio in munere conſiliarii fuit
rmatus: & anno ſequenti ad comita *Ra-*
æ celebrata, à præſulibus & reliquis du-
Wirttembergici ordinibus, res expe-
m graviſſimas ablegatus. Eò ante-
iret, cùm in omni vita æquitatis eſſet
ſiſſimus; *Philippi Cominæi* * præceptum
ικὸν ſigillatim Tubingæ eleganti cha-
e curavit exſcribendum: ejusq; aliquot
pla ſecum abſtulit, inter amicos, lega-
conſil. diſtribuenda. Verba autem
minæi hæc ſunt: *Nihil eſt in hac ærum-*
vita potius; quàm ut metuamus divi-
judicium: & ſtudeamus in rebus omni-
æquitati: & contenti ſimus mediocri vitæ
re: neq; defatigemur iis curis, quales ferè
ipiuntur à multis, nimiâ quadam cupi-
ditate & ambitione augeſcendi. Hanc viam „
ſi poſſemus ingredi atq; tenere: & tranquillius „
viveremus: & minus affligeremur valetudi- „
ne adverſa: & mortem non adeò formidare- „
mus. Etenim, quanta ſit vitæ noſtræ miſeria, „
facilè poteſt ex eo colligi: quòd ſimul atq; „
mortuus eſt aliquis, quicunq; ſit ille; ſtatim „
omnes abominantur; & exhorreſcunt ipſum „
cadaver: & evolat anima, ſiſtiturq; mox ju- „
dicio inevitabili. Hactenus Cominæus. Sed
ad ipſum Varenbulerum ut revertamur, hic
jam *ſeptuagenario* major: in illis comitiis, co-
ram ipſo Cæſare, in conſeſſu principum & or-
dinum Imperii, nomine eorum, à quibus
erat miſſus, graviter peroravit: & ſenilis fa-
cundiæ laudem reportavit.

Perorat in comit. coram Cæſ. Varenb.

Exinde domum reverſus, legationibus &
profectionibus valere juſſis, tanquam mari
negociorum ſuperato, in portum ſe domeſti-
cum recepit: & tranquillius vitæ traducen-
dæ genus ſibi delegit. Primùm itaque Co-
dicis profeſſione; in Tubingana Academia,
ſponte ſua ſe abdicavit: ita quidem, ut Pro-
feſſor fermè *quinquagenarius* rude meritò
donaretur: nihilominus tamen & ſenator
Academicus, & juridici collegii membrum
maneret. Tanta fuit viri hujus in conſultando
& decidendo ex longo rerum uſu prudentia
& auctoritas: ut in eum ceu Academici ſena-
tus oculum reliqui ſuos oculos defigerent.
Rude donatus vitam egit cum conjuge, inſtar
turturum, placidam & concordem, & ob-
lectavit ſe ſua in genealogia quotidiè, tanquam
in ſpeculo, numeroſam poſterorum ſuorum
ſeriem contemplando: egitque Deo gratias,
qui tot inſignibus argumentis gratiam ſuam
oſtendiſſet *officiorum dignitatibus, liberorum*
fœcunditate, conjugiiq; inprimis diuturnita-
te: quæ in *quinquageſimum* jam excurrebat
annum. Quamobrem ad Dei gloriam, con-
jugii honorem, rei inſolentis memoriam &
exemplum, ipſe ſenex *octogenarius*, & *Regina*
uxor *ſeptuagenaria*, cùm in conjugio uno fe-
lici & fœcundo, ipſos *quinquaginta* annos
exegiſſent: Jubilæum conjugale inſtituerunt:
feſtivitatem nuptialem, magna hominum
confluente multitudine, devotè celebrarunt:
concionem in Georgiano templo audierunt:
& convivia nuptialia in ædibus *Entzlinianis*
ſplendidè peregerunt. Factum id anno *nona-*
geſimo ſeptimo, trigeſima die Auguſti: & exſtat
iſtius jubilæi deſcriptio ab *Erhardo Cellio* ver-
ſu Heroico edita.

Domum reverſus.

Reſignat profeſſionem.

Rude donatur.

Manet ſenator Acad. & collega IC.

Vita ejus privata.

Celebrat jubilæum conjugale.

A. 1597. *d.* 30. *Aug.*

Quod reliquum ei vitæ fuit; id in ſuorum,
tum liberorum, tum nepotum & pronepo-
tum commodis provehendis: in eorum nu-
ptiis cohoneſtandis; aliisque pietatis & cha-
ritatis officiis alibi præſtandis, conſumſit:
donec obitus conjugis ipſi quoque obitum
beatum attulit. Fuit illa morbo correpta
anno *ſexcenteſimo tertio* menſe Novembri: &
in vera cæleſtis vitæ πληροφορίᾳ deceſſit die
decimo octavo illius menſis: poſtquam annos
ætatis quidem *ſeptuaginta ſex* & menſes *octo*,
conjugii verò unius annos *quinquaginta ſex* &
menſes *tres* præclarè complevisſet: & non ſo-
lùm filios ac filias; ſed & nepotes, neptesque,

Coniug. amittit. 1603.

imò pronepotes proneptesque non ſine gaudio conſpexiſſet;

Reliquit hæc deſiderium ſui civibus & egenis; tum inprimis marito & familiæ toti longè graviſſimum: quod tamen viduo nonnihil leniit * filii conſuetudo, & uxoris ejus: quorum cohabitatione & menſa uſus, viduitatis onus non parùm ſublevavit. Et quanquam erat jam tum *octogenario* major: tamen officii ſui partes minimè neglexit, vigore in ſenecta extrema divino planè beneficio perſiſtente. Itaq; operam ſuam ad reip. utilitatem ſtrenuè contulit: ad ſuos interdum peregrè profectus inviſit: publicis conventibus & actibus interfuit: conciones ſacras atque orationes Academicas audivit: in diſputationib. etiam Theologicis, ut juridicas omittamus, *octoginta quatuor* annos natus, piè ac graviter opponens auditus eſt. Senilis vigoris documentum ſit: quod qui *ſeptuagenarius* ſine ſcipione egredi in publicum non poterat: tunc *octogenario* major, ſine ſuſtentaculo expeditè per plateas fuerit ingreſſus. Tanta etiã fuit tunc adſiduitate laborum: ut perpetuo ex more à à *quinta* matutina, ad *undecimam*, ad *duodecimam*, ſæpè ad *primam* uſq; pomeridianam, una ſeſſione ſtudia continuarit: & ſellæ, quaſi affixus, prandii ſumendi oblitus ſit. Qua in re magno ipſi adjumento fuit temperamenti εὐκρασία, & illa, quam per omnem vitam pertinaciſſimè obſervavit, *temperantia*.

** I Bernhardi F. natu max. Filius viduitat. lenit. Officii ſui ſatagit ſenex. Vigor in eo ſenilis. Et laborum adſiduitas. Cauſa vigoris.*

Tandem tamen cùm ævi ſatur, annum *octogeſimum quintum* ætatis attigiſſet: ſenſit etiam ipſe vires paulatim decreſcere: & ſecuturam brevi ἀνάλυσιν facilè divinare potuit. Itaque cum *decimo tertio* Auguſti examini * candidati cujuſdam interfuiſſet: collegis valedixit: domum ſe recepit: nec unquam eò reverſus eſt. Decubuit deinde è lenta febri, ac confeſſione peccatorum uſuque ſacræ Cœnæ ſe ad abitum ex hac vita præparavit; donec *viceſima* Auguſt. *hora* poſt mediam noctem *ſecunda*, leniſſimè fuit conſopitus, anno Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo quarto*, ætatis ſuæ *octogeſimo quinto*. Elatus eſt funere frequentiſſimo ad *Reginam* ſuam in Georgiano cùm luctu ſepultus.

** Clementis Andleri. Valedicit collegis. Lenta febri corripitur. Et Exſtinguitur.*

Egregium fuit hic quoque Politicorum & Jctorum noſtrarium exemplum: in quo virtutes effulſerunt præclaræ, pietas, humilitas, beneficentia, fortitudo, tolerantia, temperantia, prudentia, & juſtitia. Singulare & rarum inprimis fuit ipſius conjugium: in quo cum una conjuge, ut modò dictum, totos *quinquaginta ſex* annos vixit: viditq; deſcendentes *nonaginta animas liberorum, nepotum, pronepotum*: adeoq; *pater, avus, proavus, ſocer, proſocer* eſt ſalutatus. Nactus etiam *generos* ex voto fuit, viros omni laude cumulatos, *Martinum Aichmannum*: *Matthæum Entzlinum* JCtos & *Chriſtophorum à Stetten* patricium & Senatorem Auguſtanum: qui familiam Varenbulerianam acceſſione neceſſitudinis & affinitatis nova illuſtrarunt & propagarunt. Diſcipulos præterea reliquit ex diverſis Europæ regionibus longè plurimos: qui *duodecim luſtris*, ipſo docente, è collegio Academiæ Tubingenſis juridico, pullularunt ac prodierunt.

Elogium ejus. Conjugium ferè ſingulare. Generi. Diſcipuli.

Det Deus huic ſimiles omni naſcantur ut

Perhibent hæc de Varenbulero *Ioann. H*[...] *prechtus* JC. & anteceſſor in inclyta Tu[...]gana, *in oratione de ortu, vitæ curſu & o*[...] illius habita. & D. J. *Georg. Sigvvartus*[...] D. ac Prof. in concione funebri.

IOANNES ANTRECHTIUS

BATTENBURGI, ſuperioris H[...] oppido, *Ioannes Antrechtus*, anno a[...] hibito mundi Salvatore, *milleſimo, quin*[...] *teſimo, quadrageſimoquarto*, die *ſexto* [...]cembris, honeſto loco naſcitur, patre *H*[...]*co*, ejus oppidi ſenatore, matre *Gertrude* [...]*ſina*. Jactis *Battenburgi* & *Wetteris* p[...] pietatis orthodoxæ ac eruditionis politæ [...]damentis, patre anno *ſexageſimo primo*, [...]vis ſublato: de amicorum & cognato[...] conſilio, *Antuerpiam* adoleſcens conce[...] ubi aliquantiſper apud quendam ejus u[...] mercatorem præcipui nominis vixit. Ve[...] cùm amor virtutis ac doctrinæ altas in [...] animo egiſſet radices, literarumq; ipſe deſ[...]rio totus flagraret: *Marpurgum* ſtudio[...] cauſa adiit: tantaq; in omnibus, quæ ab [...]manitate denominantur, diſciplinis aſſi[...]tate verſatus eſt: ut nullum ſibi daret vac[...] tempus laboris: & paulo poſt profectu[...] Philoſophicorum teſtimonio publico o[...]retur.

Gradus autem illi profectuum Philoſo[...]corum, in Academiis uſitati, non tam ſun[...] borum & vigiliarum in ſtudiis ſuſcepra[...] prœmia; quàm veræ doctrinæ atque virt[...] inſignia & argumenta. Cum autem m[...] Reipublicæ afferre majus meliusve non [...]ſimus; quàm ſi docemus atque erudimu[...] ventutem: demandari ſibi ſcholaſticam [...]vinciam eſt paſſus; & in pædagogio *Mar*[...]*genſi* diſcentes tum in linguis tum mor[...] bonis fideliter informavit. Neque eni[...] ſcholis elegantes ſolùm homines; ſed & [...] boni petendi ſunt.

Scholaſtico deinde pulvere relicto p[...]grinatione literariâ *Argentoratum, Baſile*[...] *Tigurum* & *Genevam* perluſtravit; cum [...] viris clariſſimis, iiſdem in regionibus, de [...]*riſprudentia, Theologia*, aliiſque diſcipl[...] familiariter contulit. Tandem *Gallias* [...]greſſus, regnum florentiſſimum peragra[...] & inde in reditu *Baſileæ* juris utriuſque [...]ctor ſolenniter eſt renunciatus.

Anno *ſeptuageſimo quinto*, ad ſuos ade[...] *Marpurgum* reverſus, à *Wilhelmo* & [...]*dovico* Haſſiæ principibus accitus eſt: ut [...]ſeſſorem in curia ageret: quo in officio ſ[...]ma fide & induſtriæ laude verſatus eſt, ad [...]num uſq; *octogeſimum* poſt *milleſimum* *q*[...]*genteſimum*: quo ab Haſſiæ Landgravio *V*[...]*helmo Caſſellas* clementer eſt evocatus. E[...]tita equidem & tunc opera ipſius à plur[...] Electoribus & Principibus fuit: ve[...] ipſe patriæ, cui ſe nihil non debere norat, [...]vire maluit. Probavit eo etiam loco ſ[...] fidem, & prudentiam ſuo principi: ut prin[...] anno *nonageſimo ſecundo* principe *Wil*[...]*mo* placida morte defuncto, à filio ſucceſſ[...] flo[...]

ntiſſ. heroë *Mauritio*, & *vicecancella-*
r, & denique *cancellariatus* muneri, ar-
ànè ac gravi, fuerit præfectus. Eſt
Cancellarius ſive libellorum magiſter,
rincipis ſcriba, vicarius ut *Zaſius* annotat
pis, vereque ejus auris atque oculus;
& ſumma eorum dignitas, variis privi-
, & immunitatibus munita: ut ad extra-
aria, vel tributa vel munera, nec ipſi nec
, nec alii de familia cogantur: & qui
fficio illo functi cum fide fuerint, ſacri
i dignitate donantur, & quæ plura in
s continentur.

ndem, ut omnia in hoc mundo ſunt ca-
ſub ætatem devexam vires corporis
im collabaſcere ceperunt: ut catarrho
ccedente die *viceſimo* Maji, anno *mil-*
ſexcenteſimo ſeptimo, animam Deo ſuo
reces & ſuſpiria ardentiſſima reddide-
ellis; anno ætatis ſuæ climacterico ma-
cum illuſtriſſimæ domui Haſſiacæ an-
inta duobus fideliter ſerviiſſet.
idiciis fuit cordatus & integer; utrique
quod ille mandabat, aures præbuit:
ad ſtateram juris accurate penſitavit;
ροσωπολήπτης, non ἀνθρωπάρεσκος: ſed
d poſſet dicere:

Tyriusq; mihi nullo diſcrimine habetur.

atis veræ ita ſtudioſus: ut fidei ratio-
ulam reddere nunquam detrectarit,
Deum, quàm homines reveritus. In
io cum *Catharina, Juſti Vultei*, Pæda-
chæ Marpurgenſis & Hebreæ linguæ
oris, filia unica, *unum & triginta* an-
git, ſuſceptis ex ea *duodecim* liberis,
n cum matre vidua *decem* ſuperſtites
Domi non fuit leo, memor De-
indè patrem eſſe famulorum & famu-
, atque dominorum & dominarum:
cinis pacificè vixit, nocuit nemini:
quibus potuit.
tione funebri à Joanne Strackio Super-
intendente Caſſellano habita:

NRICUS STROBANDUS.

ORUNIUM inter civitates *Boruſſiæ*,
ſt *Culmam*, eſt antiquiſſima, & hodie
ac dignitate prima; templis aliisque
s ornata, olim emporio, nunc Gym-
iſignis; patria tum aliorum virtute ac
ræſtantium virorum, tum *Nicolai Co-*
, abſolutæ ſubtilitatis Mathematici.
urbe *Chriſtianus Stroband, Joannis*
ici nepos, ex familiâ antiquæ nobilita-
Marchiâ Brandeburgenſi, anno *milleſi-*
uadringenteſimo, octogeſimo ſecundo,
l. Januar. natus, primus conditor do-
æ in Boruſſiâ domicilium conſtituit;
nem migrandi præbentibus diſſidiis:
m *Sigismundo I.* rege Poloniæ inter-
nt *Alberto* Marchioni Brandenbur-
ordinis Teutonici Magiſtro generali;
rma ipſe ſecutus. Vir hic fuit in rebus
is, pacis belliquc temporibus, ſtrenu-
i, poſtquam omnia cum Marchione
ſita, & civicus acceptus honoratusq;

Exceſſit è vitâ placidè anno *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo primo* IV. kalend. Martii; relicto ex *Annâ Stoeten*, conſularis apud Dantiſcanos familiæ matronâ, præter filiam cognominem, *Joanni Schottorffio* (quæ familia apud Thorunienſes præclara, & nobilis, in filiis ejus anno *milleſimo, ſexcenteſimo tertio* defecit) nuptam, *Ioanne* filio, familiæ ſuæ propagatore unico, anno *milleſimo, quingenteſimo, undecimo* d. VII. *Eid.* Decemb. in lucem edito.

Ω. 1631. ætat. 49. Ioann. Schottorf. Ioan. Strob. F. Chriſtiani.

Hunc cum vix ætatis *viceſimum primum* attigiſſet annum, ſenatus Thorunienſis ad tribunal produxit: & adſeſſorem judicii civilis eſſe voluit. Deinde in collegium ſuum cooptavit: & paucis annis pòſt, cùm jam adſeſſor quoq; Judicii terreſtris nobilitatis *Culmenſis* factus eſſet, *conſulem* elegit: rex inſuper vices ſuas gerentem *Burggravium* conſtituit. Quos magiſtratus ita geſſit: ut non modò civibus & vicinis; ſed principibus etiam ſuis carus fuerit; *Sigismundo* præſertim *Augusto*, regi Poloniæ. Qui poſtquam cognoſſet: ipſum & in officiis civitatis adminiſtrandis alacrem & inter cæteros conſiliarios terrarum Boruſſiæ in conſultationibus pro commodo earundem fideliſſimum ac domi in adminiſtratione juſtitiæ cùm cæteris terræ *Culmenſis* ſcabinis, hominibus nobilibus, ſtrenuum ſeſe exhibuiſſe: motus tali ejus virtute & integritate, ſingulari honoris præmio decorandum duxit. Licet igitur parentibus nobilibus verè nobilis natus eſſet, de quorum, clariſſimis factis ſatis regi conſtabat; qui etiam bona terreſtria Feudalia, uti cæteri nobiles poſſederant; ut & ipſe *Ioannes Stroband* poſſedit, armisq; equeſtribus uſus eſt, & ejus parentes: tamen, quia olim pater ipſius in *Marchia* habitarat, & poſtea ſubditus regius factus, dicto *Ioanni Stroband* tunc Burggravio Thorunienſi, liberisque ipſius, ac poſteris in perpetuum indigenatum, quem vocant, regni Poloniæ concedere, omnesque præterea immunitates, libertates, prærogativas, quibus regni Poloniæ ac ditionum adillud pertinentium nobiles donati ſunt ac ornati dare; & ad omnes dignitates & honores, ad quos ſolis in regno Polonico ditionibusque, regni nobilibus patet aditus, admittere dignatus eſt, in Lublinenſibus comitiis, *anno milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo nono*: quibus inter cætera regni Poloniæ, cum ducatu Lithuaniæ facta exoptata unio, & *Albertus Fridericus* dux Boruſſiæ, II. Feudo inveſtitus eſt.

Adſeſſor Judic. Torunienſ. Et ſenator. Conſul item & Burggrav. Gratus regi. Indigena ſtu donatur. Et aliis immunitatibus. Albert. Frid. dux. Boruſſiæ.

Tandem publicis muneribus domi foriſq; per annos *quinquaginta duos* exercitatus, privatim verò proſperos adverſosque caſus annis *ſeptuaginta quatuor* expertus, piè exſpiravit, anno *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo quinto*, die 6. Kal. Nov, & ex *Margaretha Esken*, *Franciſci* conſulis Thorunienſis filiâ, caſtæ religioſæque pietatis femina,

Moritur. Ioan. Stroband. 1585. d. 27. Oct. ætat. 74.

Et natos magnâ florentes luce reliquit:
Et generos, patriæ lumina magna ſua:
Et teneros vidit, ſpectacula grata nepotes,
Ultra bis vicies ter quoq; factus avus.

In quibus, ut Phœnix, etiam poſt funera vivit:
Prole ſuâ vivit: vivit honore ſuo.

Henr. Stroband, Joannis F. Ejus natalis.

His parentibus oriundus eſt *Henricus Stroband*, ab avitâ paternâque virtute haud degener filius cui annus natalis fuit is, qui Sigismundo I. regi Poloniæ fatalis, ſeculi *decimi quinti, quadrageſimus octavus*, nativitate in menſis Novembris diem *decimam quartam*, horam verò *quartam matutinam* incidente. Qui qualis fuerit, quamve dignus; ut Politicorum choro inſeratur: abundè teſtantur vitæ ipſius monumenta: qualia ipſiusmet ſuppeditat *diſtichon*: quo ſub finem epiſtolæ, anno *nonageſimo ſeptimo*, menſe Aprili, ad clariſſ. celeberr. Academiæ Argentoratenſis juris Anteceſſorem, *Georgium Obrechtum*, ſibi quondam *Tubingæ* ſtudiis, convictu & domicilio conjunctiſſimum, vitæ ſuæ rationes directas eſſe ad *ter terna* profeſſus eſt: breviter quidem comprehenſa, ſed quorum longa tela, per *tria vitæ genera, Eccleſiaſticum, Politicum*, & *Oeconomicum* diffuſa: quam texere & pertexere non cuivis eſt: & certè cujus eſt, ejus magna laus eſt. Diſtichon ipſum ſic habet:

Diſtichon ejus ad Georg. Obrecht.

Relligio, Muſæ, Pauper, Lex, Patria, Amici,
Conjux & Nati: Rus quoque: noſter amor.

Pietas Strobandi.

Pietas ergo *centrum* fuit: in quo firmiter ac conſtanter fixit pedem unum circini illius: cujus altero, prudenter & laborioſè, omnium conſiliorũ actionumq; ſuarum circulum duxit ac perduxit. Hanc, à primâ infantiâ adſenectã usque, magno ardore coluit; & quidem ex præſcripto verbi divini, ſecundum quod ut greſſus ſuos dirigeret Deus, in votis aſſiduè habuit: etiam inſcriptione in ædium ipſius frontiſpicio id teſtante: de qua infra. Incidit verò peregrinationis ipſius terrenæ initium in annum, quo Germania poſt principes bello ſuperatos, & concilium Tridentinum diſſolutum, maximis turbis propter infelix illud *decretum Intermiſticum* fuit involuta: & quo *Sigismundus II.* regnum Poloniæ gubernandum ſuſcepit, rex nomine & re *Auguſtus*: quo rerum potiente etiam in Poloniâ & Boruſſiâ libertas, pacem per Chriſtum generi humano conciliatam, remotis hominum commentis, annunciandi fuit conceſſa.

Sigismund. Auguſt. rex Polon.

Hac & *Strobandus* pater fretus, conſul & Burggravius Thorunienſis, non modò ipſe relictis ſuperſtitionibus, ſinceriorem religionem amplexus & profeſſus eſt: ſed liberos etiam, & inter eos *Henricum* eadem imbuendum ab ineunte ætate ſolicitè curavit. Qui adultior poſtea ſacrarũ adſiduâ & accuratâ lectione, & Theologorum in celeberrimis Germaniæ Academiis conſuetudine; in fide orthodoxâ ita fuit confirmatus: ut non ſolùm alios Chriſto lucrifaceret: verùm etiam iis, qui obſtinatâ malitiâ ſe opponere conabantur, obviam ire poſſet.

Interregnum Polon. Confœderatio inter Pontific. & Evangel.

Virilem ipſius ætatem *Interregnum*, poſt *Sigismundi Auguſti* obitum excepit: quo durante in generalibus comitiis ad *Warſaviam* proceres *Poloniæ* & magni ducatus *Lithvaniæ* *Confœderationem inter Pontificios & Evangelicos* ſanxerunt, h. e. legem; qua prohibetur,

ne alter alterum religionis nomine inj
ficiat: aut in Reip. muniis ſive palàm,
cultè poſthabeat. In hanc legem omne
jurarunt: qui contrà feciſſet, ei per
minati; quin & hoc conſtituerunt; u
reges in ſuis inaugurationibus jurej
eandem comprobarent. Ad hanc igit
bandus, cùm ſub illa tempora muneri
blicis in patria adhiberi cepit, reſpex
eam dum vixit, violavit. Profeſ
quidem eſt publicè privatimque,
placita, verbo Dei contraria, ſalvâ con
ſe probare non poſſe, omnes tamen co
ſententiæ condemnandos nequaquam
certus, inter illos, ſicut quondam inter
tas, Deum ſuos electos habere: & no
qui ſint ſui, noſſe; ſed aberrantes etia
am reducere, infirmos ſuſtentare, lapſ
re poſſe & velle, etiam ſub ultimam vita
Itaque utroſque pari religionis libert
dere voluit: & quantum per officii
potuit, ut gauderent, effecit. Abiit
parte à *Lipſio*, quem alias magni fe
probavit monachorum novorum au
qui omnibus modis legem iſtam,
tranquillitatis fundamentum, convel
tuntur: quanquam ipſe propterea
mundi odium & vitæ fortunarumque
lum ſubire neceſſe habuit.

Acceſſit ad hanc libertatis in religi
enda conſtantiam, ſingulare ſtudiu
jungendi animos eorum: quos, cum
damento fidei orthodoxæ conſentiu
quibusdam aliis vel dogmatibus ve
adiaphoris diſcrepantes ſejungi in
Chriſtianâ charitate judicabat; pr
cum Romanæ religioni addicti, lic
meros ordines, ritus, cermonias,
tiones habeant, tamen unitatis nexu
Ne igitur vel iſtorum, vel aliorum ſc
ſannis, opprobriisque Evangelii pa
nomen obiiceretur: operam dedit;
modo quo loco Deus ipſum conſtitu
giſtratus cum ordine civico, & uterq
pio Chriſti miniſterio; nullo partium
odioſis nominibus & factioſis homin
toritatibus, ſive illi plantarint, ſive
quieſcere ex præſcripto Apoſtoli juſſi
junctiſſimè viverent; verum & vici
que ejusmodi concordiæ compotes
ſingulariter ſuum hac in parte officiu
alibi alias, tum anno *nonageſimo quin*
bavit; quo Proceres, Equitesque
Lithuani, Rutheni, Pruteni, alii, c
cleſiarum Superintendentibus & M
ſynodum generalem Thorunii, ubi tu
marium Magiſtratum geſſit, celeb
conſenſum mutuum inter Eccleſias *A*
næ, Boemicæ, Helveticæ confesſionis
milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo
domiriæ initium, & aliquot ſequenti
nodis confirmatum renovantes: m
illius, *ſi vincatur à quopiam unus,*
duo, nec celeriter abrumpitur funicu
plex.

Cumque in nominatisſimis Germa

c

miis; ad quas paulò pòſt partim profeſ-
n pro Gymnaſio Thorunienſi conqui-
orum gratia, partim alias ob cauſas, ſe
ilit, inſignes Theologos adverſus præ-
m conſenſum & ſynodum calamum
gere intellexiſſet; omnem lapidem mo-
ne Eccleſias, quarum ipſis cura non e-
ommiſſa, turbarent; effecitque, ut à
oſito abſtinerent. Hunc ſuum erga Ec-
s orthodoxas Polonicas affectum teſta-
magis magisque feciſſet, editione *Bi-
m Polonicorum*, ex *Hebraicis*, *Græcis-
ontibus verſorum*, quam animo conce-
; & rationem ſumtus ad hoc opus con-
dum, tam pro interpretibus, quàm
graphis neceſſarios, comparandi jam
adſecutus fuerat: niſi mors immatura
Chriſtiano inſtituto manus injeciſſet:
ropterea tantò magis Polonis eſt lugen-
iòd etiamnum Bibliis orthodoxis carere
vulgo oporteat, poſtquam illa, quæ
iſſimus Princeps *Nicolaus Razivvil*,
Olica & *Nieſvviſenſis magnis ſumtibus
is dedit*, malitia adverſatiorum coemta,
lcano ſunt tradita: quam ſortem etiam
im Teſtamentum, *Henrici Strobandi*
nſis in Eccleſiarum Polonicarum uſum,
dum *Vilnenſe* exemplar impreſſum, ex-
n eſt.

t pietatis & Religionis propagandæ ſtu-
altera ipſius cura circa Muſas illarum-
umnos verſabatur. Etenim, cum pa-
s in adminiſtratione Reipublicæ multis
literarum vim eſſet expertus, filium
berali ingenio præditum animadverte-
æcipuè operam ſibi dandam putavit: ut
a ætate dextrâ inſtitutione erudiretur.
e poſt jacta domi pietatis & literarum
menta, in ludum *Suidnicenſem*, tum
olùm ab indigenis, ſed etiam à Boruſſis
isque frequentatum ipſum miſit: ubi
re & doctore M. *Chriſtophoro Ortlobio*,
inſtitutione antea in patriâ uſus erat,
n pietatis ſtudio: tum in artium dicen-
cipiis, Dei auxilio, tantos fecit pro-
s: ut de conſilio præceptoris, quo cum
nium exegerat, majoris ingenii cultus
n Academiam Marchicam pater ipſum,
anno *decimo octavo*, ablegarit. In qua
ito curriculo Philoſophico, cum à pa-
nitus intellexiſſet, reip. quondam uſi-
deſtinandum; Politices & Juriſpru-
ſtudium naturâ conjunctū, conjunctim
ndum ſuſcepit. Hujus continuandi cauſa,
uam *biennium Francofurti* conſumſiſſet,
gam ſe contulit: ubi itidem *biennium*,
æ morumque integritate vixit, eamque
ntiam in audientib. legū Doctorib. præ-
ut ab omnibus amorem ſibi & benevo-
m conciliarit: animosque eorum fami-
onſuetudine ſibi obligarit. Poſtquam
tate maturiore judicium adeptus eſſet
us: & perſpexiſſet, ſe plus ſatis operæ
e Civili & Pontificio poſuiſſe: & licet
m inde hauſiſſet Juriſprudentiam, ne-
iò tamen ſibi ad ſuos reverſo *Jura Pro-
lia*, & *Statuta regni*, non modò à jure

civili diverſa, verum variè contraria, & am-
plitudine ſuâ æquè diffuſa, ac propter acceſ-
ſionem, quæ ſingulis fit Comitiis, ferè infini-
ta, condiſcenda, praxinque ſingularem in
foro Polonico uſitatam amplectendam: ſe-
poſito nonnihil, non omninò depoſito Juris
ſtudio, ea ſectari cepit: quæ ad reliquam pru-
dentiam Politicam, & eloquentiam compa-
randam ſervire intelligebat. Et iſtam qui- *eloquentiam cum Politico ſtudio conjungit.*
dem probatiſſimorum auctorum, *Ciceronis*
inprimis, quem non modò ob inſitam à na-
turâ, & arte excultam eloquentiam; ſed ob
exquiſita etiam Reipublicæ adminiſtrandæ
præcepta κατ' ἐξοχὴν ſuum appellare ſolitus
eſt, accurata lectione & quotidiana exercita-
tione conſecutus eſt brevi temppre medio-
crem: illam verò tum ex aliorū eventis exem-
plisque Hiſtoriâ ducente petiit; tum propria
experientia peregrinando periclitandoq; ad-
quirere cœpit: perſuaſus, *verum Politicum non* *Politicus verus.*
*umbratilem, ſed practicum, magis experientia
& πολυτροπίᾳ, quàm præceptis indigere.* Hoc
fine iter Gallicum ingreſſus eſt: ſed cum
Argentoratum & vix *Baſileam* perveniſſet,
revocarunt illum literæ paternæ, partim pe-
ricula Gallica religionis ergò impedentia, par-
tim Patris ſenio affecti, & publicis privatisque *Revocatur domum Strobandi.*
negotiis gravati moleſtias ob oculos ponen-
tes, reditumque flagitantes; quibus ille qui-
dem paruit, non tam periculorum metu, cùm
ignarus non eſſet virtutem in arduo & ſublimi
collocatam ſudore eſſe parandam, quàm filiali
affectu, & cupiditate patrem chariſſimum
onere ætatis infinitorum & urgentium nego-
tiorum levandi, eidemque debita officia præ-
ſtandi. Ita tamen reditum inſtituit: ut Ger-
maniam perluſtrando, & in Academia Wit-
tembergenſi ſubſiſtendo, annum propè con-
ſumſerit.

Domum reverſus operam dedit; ut inde-
feſſo ſtudio hiſtorica exempla politicis præ-
ceptis accommodando, & cum inſtitutis re-
gni ac patriæ conſuetudine conferendo, id
tutiore viâ conſequeretur; quod peregrina-
tione conſequi non licuit: fidemque trito
verbo fecit:

*Nihil eſt, quod invenire non queas, modò
Perferre quærendi velis moleſtiam.*

Et hic præcipuus ipſius ad mortem uſque poſt
ſacrarum literarum meditationem fuit ſco-
pus: quamvis in iſtis tortuoſis politicorum
Hiſtoricorumque aſpretis ita verſatus ſit: ut *Literas promovet.*
animi à gravioribus curis relaxandi cauſa Mu
ſarum vireta ſubinde exſpaciaretur: quas in
deliciis ſummis ſemper habuit; & non mo-
dò privatim exoſculatus, ſed ut publicè quo-
que florerent, diligentia quanta maxima po-
tuit, conatus eſt.

Cum primum ergo Reipub. vacare cœpit,

*Certus, quòd ſpretis omnis Reſpublica Muſis,
Infelix: cultis, eſſe beata ſolet:*

nihil operæ intermiſit, quin publicum in pa-
tria erigeretur Gymnaſium, factusque ſcho- *Gymnaſium erigit.*
larcha cum collegis ſuis, Deo benè favente,
erexit: ſecutus rationem, quam magnus ille
Sturmius, dux & lux literarum ſcholarumque, *Sturmium ſecutus.*
editis libellis politiſſimis monſtravit, quam-

que in Argentoratenſi, & aliis multis Gymnaſiis conſtituendis obſervavit. Et duos quidem libellos, unà cum aliorum ejuſdem generis eruditis opuſculis *tribus tomis* comprehenſis, propriis ſumtibus in lucem iterum emiſſos, omnibus ſcholis communes fecit: quo nomine ſicut *Sturmio* plurimum, ita non parum illi omnis poſteritas debet. Et non dubitavit Schoberiana Muſa hanc benignitatem ab oblivione vendicare verſibus ejusmodi:

Cuius ſcripta edit.

Clarus in his Henrice viris Strobande *refulges;*
Mæcenas, Clarii ſtella ſecunda chori:
Qui bona conſuerunt poſtponere cuncta Lycæis,
Cum videant cunctis illa referta bonis.
Ergo velut peragunt horum præconia Muſæ:
Sic tua perpetua nomina laude ferent.
Donec ſalva tuo vulgata Volumina ſumtu:
Donec erunt Charites; carmina donec erunt.
Donec erunt Muſæ, quæ te ſuper æthera tollunt:
Et quibus in terris nil tibi majus habes:
Semper honos, ſtudiumq; tuum, ſumtusq; manebunt;
Quos facis augendis utilitate ſcholis.

Porrò cùm, Deo docentum & diſcentum ſtudiis benedicente magna Gymnaſii uno atque altero luſtro fieret acceſſio; & publicè conſtaret; juventutem nō modò in humanioribus artibus, & mediocri utriusque ſtyli facultate; verùm in *Ethicis* & *Phyſicis* egregiè profeciſſe: quieſcere non potuit, quin pro muneris ſui ratione, auctor ſuaſorque eſſet *novæ* & *publicæ Curiæ* conſtituendæ: in qua præter quotidiana *ſtyli* & *menſtrua diſputationum* atque *declamationum exercitia*, principia *Theologiæ* ſolidiora cum *Hebræâ* Grammaticâ, item *elementa vitæ civilis* & reliquarum Philoſophiæ partium traderentur: atque ita ejus Gymnaſii alumni, ad quodcunque etiam diſciplinarum genus animū applicaturi, præparantur. Certum enim eſt, qui ejusmodi initiis imbuti ſunt; eos in Academiis feliciùs & citiùs curſum ſtudiorum abſolvere. Inflammarunt autem eum ad urgendum hoc inſtitutum ſupercilioſi *Jeſuitæ*, jactantes neſcio quod exoticum & occultum juventutis informandæ artificium; interimque *Boruſſos Evangelicos, ut barbaros, indoctos, elingues* traducentes; quo prætextu hinc inde pedem, alicubi etiam ſedem in Boruſſiâ figere auſi ſunt. Eodem tempore in claſſicis publicisque auditoriis & ædificiis Profeſſorum & Auditorum uſui exſtruendis inſtaurandisve mirum quantum deſudarit. Præterea ne quid tam diſcentibus quàm docentibus deeſſet; intra Gymnaſii limina publicam *Bibliothecam*, cum pleriſque Europæ certantem: ejusque σκιαγραφίαν, ſi quis forte imitari velit, delineavit. Ex qua alia poſtea nata eſt, ipſiusitidem auſpiciis, in curia civitatis conſtituta, hiſtoricis ac Juridicis libris referta: in qua ſelectiſſimam partem celeberrimorum Politici ordinis auctorum libros, ex privata ſua Bibliotheca ſervare ſolitus eſt: ut mutos conſiliarios iſtos, quoties res tempusque poſtularet, in promtu haberet:

Curiam publicam aperit.

Jeſuitarum jactantia.

Bibliothecam adornat Stroband.

neque domum è publico deſcendere
eſſet. Tandem ipſo curante, domus ar
Spes pia quam ſtruxit; pia quam res
& ornat:
Omnia ſuppeditat provida cura D
exſtructa eſt: in qua tenuioris fortuna
bonæ ſpei ac indolis adoleſcentes, tam
grini, quam indigenæ, certis legibus
cti & habitant & aluntur. Horum ma
ſemper habuit rationem, non minus
aliorum beneficiariorum: pro quoru
meſtico & Academico victu & amictu
tim à Senatu publice, partim a privat
busdam, ipſo auctore & monitore ann
pendia decreta ſunt ea conditione:
ſumtuum in ipſos factorum compenſat
viciſſim eccleſiæ, ſcholæ, Reip. ſi q
requiratur, operam navent.
Multo verò majoribus pietatis & cha
officiis pauperes, qui verè hoc nomine
ſendi, proſecutus eſt. Illis enim alen
ſuſtentandis, idque gratis, non ſpe
operæ viciſſim præſtandæ, ne quid d
ſuperſtitioſa & immoderata quapiam di
tia providit. Qua in re quantum pra
rit, longum foret recenſere. Id inc
ſat eſto: ſicut in Gymnaſio & ſcholis i
randis *Sturmii* veſtigia ſecutus eſt: ita
ſtruendis inſtaurandis, ordinandis, *N*
miis & *Ptochodochiis*, rationem quam
rius præſcripſit, magno affectu, & fel
fectu obſervavit.
Præter iſta omnia quanto amore æ
juſti flagrarit, *legis* voce innuit. Leg
tem nomine non præcepta divina intel
quibus præſtandis imparem ſe agnovit a
feſſus eſt: ſed *legem humanam*: quæ à
piniano definitur quod ſit *commune p*
tum; virorum prudentium conſultum
ctorum, quæ ſponte vel ignorantiâ contr
tur, coercitio: communis reip. ſponſio
jusmodi legum humanarum peritiam
tim ex jure civili & canonico, ejusque
pretibus; partim ex variarum rerumpu
ſtitutis, cùm aquiſiviſſet; & cum ſtatu
gni Poloniæ, ac jure *Culmenſi Boruſſi*
vinciali, (quod ſumtibus ſuis juxta exer
anno M. CCC. XCIV. manuſcriptun
blicis typis imprimi juſſit) neç non l
conſuetudinibus contuliſſet: in Magi
bus obeundis, & juſtitia adminiſtranda
lix eſſe non potuit. Jurisdictionem
pro diverſorum officiorum ratione, c
tanquam *Scabinus* judicii civilis Thor
ſis, & *Aſſeſſor* judicii Terreſtris nobilit
menſis, Senator, Conſul, Burgrabius R
* functus eſt, exercuit: ita tamen ut n
quam à conſtanti & perpetuâ volunta
ſuum cuique tribuendi remiſerit: ſpe,
prece, precio, amore, odio, irâ, am
ne, & id genus monſtris: unde orta
ad Orcum ablegatis. Atque hanc ipſ
quabilitatem & conſtantiam experti
quos aliquo loco, cui cum jurisdictio
præfuit, vel interfuit, controvertere co
Juris inprimis ſcripti & legum obſervat

fuit: à quarum tamen rigore ad lenitatẽ
iando providè deflexit, ſeceſſitq; non diſ-
t: ita ut nec ſeveritatis illum, nec cle-
tiæ pœniteret. Verum enim verò, non
um in litibus decidendis, & juſtitia exer-
da, ſed in graviſſimis quoque delibera-
ibus domi foriſque, cum de legibus ro-
dis, corrigendis, interpretandis, defen-
dis ageretur, legum peritia magno ipſi
fuit: fecitque ut nunquam ipſi aqua,
d dicitur, hæreret, nec unquam ut lapis
r lapidem in theatro, ſicut Ariſtippus di-
deret. Quam felix & induſtrius fuerit in
legibus, pro commodo civium aliorumque
ſubditorum, quibus nomine magiſtratus ex-
tra urbem præfectus fuit, ferendis, nihil at-
tinet dicere. Satis conſtat ex jure nobilitatis
Boruſſicæ, cujus correctioni cum nonnullis
ex Senatorio & Equeſtri ordine viris illuſtri-
bus & generoſis adhibitus fuit: tum ex *patro-
cinio* illo *pupillorum*, quo in uſum Reip. Tho- *Patrocinium pupillorum.*
runienſis quicquid ad dextre adminiſtrandam
tutelam & curam neceſſarium duxit, collegit.
Cujus editioni tabulam ſequentem *decem* *Regulæ* 10 *legum ferend. & corrigendar.*
Regularum præfixit, quas in ferendis & corri-
gendis legibus obſervandas ſtatuit.

Virtutes & incrementa legum.	Vitia & defectus legum.
Lex divina & naturæ norma & dux om- legum eſto.	*I. Affectus pravi & coruptio naturæ: ſic volo, ſic jubeo.*
I. Recta ratio fax eſto & lumen legum fe- larum & corrigendarum.	*II. Opinio cœca: ſic mihi videtur.*
II. Ex legibus humanis juſtis & probatis, univerſalibus, quam particularibus, ex- apetantur.	*III. Leges humanæ iniquæ, abſurdæ, & impiæ.*
V. Conſuetudo proba & laudata legis vim teſtatem habeto.	*IV. Conſuetudo corrupta, vitioſa, abſurda, noxia, impia.*
. Excellentium Juriſconſultorum, qui præ- ntibus quatuor fundamentis nituntur, au- as, conſenſus, & unanimis ſententia; pro- è legum poteſtatem obtineto.	*V. Incertæ dubiæ & vagæ doctorum opiniones, nullis legibus, rationibus, vel probæ conſuetudini innixæ.*
'I. Leges omnibus publicè utiles nemini no- unto: in iis publica privatis anteferun-	*VI. Leges privatorum paucorum commodum ſpectantes: multis in univerſum damnoſæ: ſi privata publicis præferantur.*
II. Leges de caſibus generalibus præſenti- & futuris ſtatuito.	*VII. De ſingularibus & præteritis, ſi leges condantur.*
III. Leges patriæ ſanciendæ loco præſenti rtæ) *Thorunienſibus accommodandæ.*	*VIII. Si Utopiæ, Garamantibus, Indis, aut Dibovvienſibus ferantur: nec præſenti loco accommodentur.*
X. Leges ſint tam breves, quam planæ: t neceſſarium aut uſitatum minimè omit- r: peregrinum extra rem præſentem non rgatur.	*IX. Leges ſi ſint nimiâ brevitate obſcuræ, & affectatâ copiâ verboſæ: in quibus neceſſaria & conſueta prætermittuntur, & alia extra rem propoſitam admiſcentur.*
Uſus legum ſit conſtans, immobilis, fre- s; publicatio earundem quemadmodum tilis: itaq; quædam in iis novæ cum reip. non poſſunt palàm efferri: ſed ſolius ma- atus curæ diſpenſationi relinquendæ: pro- verò & executio univerſarum admodum ſaria eſt.	*X. Uſus legum nullus, rarus, varius: abuſus, ſuppreſſio, & neglectus legum: arcanorum temeraria eliminatio, cum torpore & conniventiâ ad quoſque exceſſus. Omnia hæc reip. ſunt noxia.*

GOROLLARIUM.

na & laudabilis fama, præmium & orna- um eſt bene inſtitutæ reip: ſalus autem vi- eſentis & beatitudo æterna extremus finis eſto.	*Inſania, dedecus, pœna eſt confuſionis ſtatus publici, tum æternus inferorum luctus & cruciatus impiarum legum, & inſanorum conſiliorum finis eſt extremus.*

oc ſedulo à duobus ſcopulis diligenter ca-
um. Primus eſt: *Opinio veritatis hoſtis,*
ati & erroris mater. Alter, *Rei privatæ*
um publico commodo ſi anteferatur. Hinc
legum & oppreſſio bonorum. Ab utroq;
ub. Everſio & Interitus.
um igitur *mens &* animus & conſilium,*
ntentia civitatis poſita ſit *in legibus: &*
rpora noſtra ſine mente: ſic civitas ſine le-
is partibus, ut nervis ac ſanguine & mem-
uti non poſſit, quis dubitet Patriam *Hen-*
Strobandi legibus florentem ex omnibus
ibus fuiſſe & eſſe vividam & felicem? Hanc
juvare, ampliare, tueri conſilio, meritis, ad
extremum uſque ſpiritum non deſtitit. Quod
partim ex iis, quæ antè dicta ſunt, liquet,
partim ex ſequentibus magis magiſque li-
quebit. Nomine verò vocis *Patriæ* duo heic
conſideranda: quatenus nimirum & civita-
tem, hoc eſt hominum jurisdictoni magiſtra-
tus *Thorunienſis* ſubjectorum, etiam extra
urbis mœnia in territorio ipſius viventium,
cœtum (qualem Cicero plerumq; Remp. vo-
cat) ſignificat, & illud urbis *Thorunii*, ſuis ter-
minis & mœnibus cinctæ, individuum deſi-
gnat. Ad Rempublicam igitur ingenio, in-
ſtar

ſtar agri non ſemel arati, ſed novati, ſed iterati, quo meliores fœtus poſſit edere, per uſum, auditionem, lectionem, meditationem ſubacto, vocatus acceſſit: & ut primum acceſſit, duo illa præcepta, quæ ut Reipub. præfecti omninò teneant *Cicero* ex ſententia *Platonis* voluit, diligentiſſimè obſervavit. Nam & *utilitatem civium* ſic tuebatur, ut quicquid ageret, ad eam referret, oblitus commodorum ſuorum: & *totum Reip. corpus curabat* ita; ut dum partem aliquam tueretur reliquas non deſereret. Quantum emolumenti univerſo Reip. corpori, ob *Religionem defenſam, Muſas inſtauratas, Pauperes proviſos, Leges ordinatas* acceſſerit: is intelligit, qui horum partem aliquando tractavit. Singulariter verò, quantum omnibus Reip. partibus commodaverit, & quot fructus ad ſingulos cives, ex ipſius vigilantiâ, induſtriâ, fide ac conſtantiâ redundarint, reticere; quam recenſere ſatius eſt: ne ſpecialis commemoratio exprobrationis loco habeatur: quia *beneficium exprobratum maleficii naturam induere ſolet*: tum quod Reſpub. non patiatur ſua quaſi privata publicari, etiam ipſo hoc monente, in ultima Regula in ferendis legibus obſervanda, de qua paulo antè. Urbis verò individuum quod attinet, publicè conſtat, *templa* ipſius autoritate nitori reſtituta: *cœmiterium*, in quod piè defuncti extra urbem (more ferè ſemper in populo Dei ſub veteri & nova lege obſervato, quibuſdam imperialibus ac ſynodicis conſtitutionibus firmato, & nunc à nobiliſſimis Rebuſp. in uſum revocato) ſecurè quieſcunt, muro cinctum; *Noſocomia* collapſa inſtaurata: *Gymnaſii auditoria* & *habitationes* extructas: *Bibliothecam* & *Oeconomiam ſcholaſticam* conditam eſſe. Subſecuta poſteà eſt *Curia* amplæ & excelſæ Majorum induſtria fundatæ & publico civitatis uſui ac ornamento dicatæ, ſpatioſo foro, undique cinctæ exquiſita & magnifica, ipſo Curatore *renovatio*: in quâ præter cellas ſubterraneas concameratas Liberi patris & Cereris liquidis donis promendis condendis accommodatas, plurimi fornices, tam in area inferiori ſubdiali, quàm exteriori parte, qui civibus pannos ſericos, lineos, linteos, aliasque res ad victum & amictum pertinentes, ſolidas & minutiores vendentibus inſerviunt, exſtructi ſunt, præter adiacens *tribunal* publico loco judicibus civilibus conſecratum. Media ædificii regio continet ampliſſima *atria* & aliquot juſtæ magnitudinis conclavia, Conſiliarius Terrarum Boruſſiæ conventum provincialem celebrantibus, nobilitati *Culmenſi* judicia terreſtria exercenti, *Cenſoribus* civilibus aliisque officiariis, ſuo munere fungentibus, peculiariter dicata, tum etiam *ſenatorium* illud ſecretioris conſilii *adytum* excellentibus aulæis & hieroglyphicis picturis, (quarum deſcriptionem & ſignificationem ceptam autor aliis continuandam reliquit) ornatisſimum & *Archivum* cancellis diſtinctum. In ſuperiori tabulato *Bibliotheca* & *armamentarium* levioris generis arma continens, exſtructa ſunt

Merita Stobandii in remp. patr.

Ædificia publica inſtaurata.

Curia Thorunienſis.

utraque diverſa ab illis, quæ alio loco c[…] tis ſunt conſtituta. Unde apparet, ipſu[…] modò *legibus armatam*, ſed *armis* quoq[…] *ocratam* reliquiſſe patriam. E regione a[…] ri curia hæc oppoſitam habet domum, […] itidem auſpiciis excitatam; in qua ſtip[…] rii milites, quos Magiſtratus magnis i[…] perpetuis ſumtibus alit, tranquillitatis pu[…] tuendæ cauſa, ſunt conſtituti. Quæres […] initiò difficilis, imò impoſſibilis vide[…] ut non deeſſent, qui dictitarent: *ſi ſuc[…] ret, ſe collum laqueo ſubjecturos*. Sed qu[…] quod animus fortis & pertinax publici […] modi tranquillitatis ac liberatis aſſert[…] queat? Superſunt nonnulla ad emolu[…] tum patriæ poſteris continuanda ab ipſ[…] cta; quæ ille, non quod voluerit, (n[…] it n. ex numero illorum, qui ſatis ſe pra[…] *ſe*, & ſucceſſoribus aliquid relinque[…] eſſe, affirmare ſolent) ſed quod per i[…] am ſive temporum ſive hominum non […] imperfecta reliquit. Sed quid mirum […] omnia poſſumus omnes. Imò

Omne quod excellens opus ac ſublime […] rum eſt:

Ortus difficiles habet, incrementaq;[…]

Præſtitit igitur quantum potuit & effeci[…] tum: ut aliquando vir in Polonia illi[…] obiicere ipſi non dubitarit *quod Thorun[…] netias condere videretur*: ad quam hyp[…] licam objectionem, libere nec minus pr[…] ter reſpondit; *ſi non effectu, certe affect[…]*

Hinc ergo quam plurimi omnium […] num veræ ac ſolidæ virtutis amantes vir[…] ſpecta ipſius erga eccleſiam & Rempub[…] invicta & optima voluntate, & non e[…] laboribus; gratia, amore, honore, pro[…] ipſum non dubitarunt. Ipſe viciſſim […] nimatus fuit: ut ſuis propriis laboribus […] cleſiæ aut Reip. utilitatem parum ſibi f[…] aut profeciſſe videretur: niſi etiam alic[…] quorum vel majorem, vel parem, v[…] tem aliquam ad id facultatem agnoſcere[…] cum ad urgendum commune opus invita[…] exſtimularet. Unde factum; ut in m[…] rum amicitiam reciperetur, multos qu[…] in ſuam viciſſim admitteret: ſed tale[…] probi probatique eſſent: cum quibus […] publicis rebus tuto, & de privatis con[…] ter conferre poſſet, ſive coram ſive pe[…] ras, quas *pabulum amicitiæ inter ab[…]* experiebatur; & quibus ſcribendis qu[…] occupatiſſimus fuit, nonnunqam ita; […] ſum veſperi aliquid ſcribere aggreſſum […] & cum cepiſſet mane, nox oppreſſerit. […] ad extremas *Germaniæ Poloniaque* oras ſi[…] ſeptimanis ſemel ad minimũ dare, & re[…] ſolebat, non abſque parvis, ad alendam […] loqui fas eſt, correſpondentiam im[…] Verſari quoque interdum illum contigi[…] ejuſmodi hominibus quos averſari m[…] ſi Reipublicæ cauſa licuiſſet. Sed it[…] ipſis verſatus eſt: ut notitiam illorum […] ret familiaritatem non contraheret. […] hos erant, qui *vitream inter vitra […] bunt amicitiam*; & in hauſtu vini plur[…]

noris collocabant: tales polite excipere
ꝓro dignitate lautè dimittere ſolitus eſt.
nt etiam, qui ſub amicitiæ nomine falle-
:uperent, verſipelles & Vertumni: hos
im admiſit, ſed cautè & circumſpectè,
n vitare omnino non poſſet.

Tam felix autem amicis, patronis, culto-
ıs non fuit; quin plurimi ſimul concur-
ent verſutuli, invidi obtrectatores. Ope-
ı quidem dedit pro viribus: ut gratus om-
ıs, gravis nemini exiſteret: ſed potuitne
e eſſe felicior, qui nec ſplendens, nec
ens, omnibus ſatisfacit? *Quemque tra-*
t proprii figmenta cerebri: & ingenium
ɔd omnibus ſe accommodare novit inge-
, in Utopiâ fortaſſis quærendum. Con-
atores ſuſque deque habuit, ratus, *con-*
ia, ſi quis iraſcatur, agnita videri, ſpreta
leſcere. Hoſtes & inimicos evitare Rei-
. cauſâ non potuit: ex periculis tamen,
violentis, ſive inſidioſis, Deo duce, fe-
ter evaſit: & tandem vel honorificè cum
s transegit: vel divino fretus auxilio at-
: conſcientiâ bonâ, fortiter & animoſè
tiſper ſuſtinuit, donec ipſis è vivis, divi-
rovidentiâ, ſublatis, una etiam inimici-
ſepelirentur. Omnium verò acerrimi fue-
r *Jeſuitæ*: cum quibus juratas exercuit ini-
citias: eò quod juratus libertatis, privile-
rum, & immunitatum patriarum eſſet
rtor; illi verò convellere & evellere ea,
m *Acheronta moventes*, conarentur. Ho-
n protervia & audaciæ modis quibuscun-
: de jure & facto fas erat, ſe oppoſuit;
tus, Ubiquitariis iſtis, Republica in qua
nſtitutus erat, non exactis, pacatam illam
non poſſe. Implicabant illi quidem ipſum
ximis adverſitatibus, quibus tamen ab of-
o abſterreri ſe paſſus non eſt: & tanquam
es, immotus permanſit,

Fidus in ærumnis, in conditione fidelis:

ræbuitque *poſteris* ſuis exemplum, qui *de*
eſuitis prius vereri non deſinent, quàm eos-
em, unde venerunt migrare, aut Templa-
orum videant experiri fatum. Alias quan-
n in ipſo fuit, non modò inimicitiis aut
ıtentionibus; ſed ne ſuſpicionibus quidem
aſionem præbuit; & ſi quæ aliorum vitio
eter ſuam culpam obortæ eſſent: pro eâ,
â præditus fuit prudentia, tum elevare,
n ferre illas conſuevit. Inprimis quando
nendi, vel objurgandi erant amici (uſus
ea libertate eſt, pro officii munere) ope-
n dedit: ut & monitionem absque acerbi-
e & objurgationem absque contumeliâ
nſtitueret: ita ut amicè acciperentur; quæ
nevolè ab ipſo fierent. Ipſe viciſſim non
arus illud *moere & moneri vera & amicitiæ*
prium eſſe: patienter & non repugnanter
nicorũ, *candida de nigris, & decandentibus*
a ſecernere volentium, monitiones æquis
ionib. fultas ſuſcepit: & agnito atque cor-
cto errore monitorib. gratias egit: recorda
s, nihil humani à ſe tanquam homine alie-
m eſſe. Siniſtra verò & intempeſtiva ju-
cia non perinde habuit: quibus ſi fortè ab
inione cæca, ficulneo fundamento, *ſic mihi*
videtur, orta eſſent, per *Mihi non videtur*,
obviam ivit: aut ſi privatum ſtudium ſaperent,
publico commodo repreſſit. Atque hunc ſu-
um animum ipſemet publicè declaravit, præ-
fatione *Patrocinio pupillorum* præfixa: quod
non tanquam Dictator & *αὐτοκράτωρ*, pro
ſuo arbitratu Reip. obtruſit; ſed autoritate
ſenatus confirmandum obtulit. Et hoc modo
rationes alias, tam in provincialibus con-
ventibus, erga ſenatores: quàm terreſtribus
judiciis erga collegas, atque in civili ſenatu
erga conſiliorum ſocios uſus eſt: ſemperque
autoritatem ſuam (quæ non rarò, non tam
in ſententiâ, quam nutu reſidebat (ſic tueba-
tur, ne de aliorum exiſtimatione quicquam
detraheret. Neque enim unquam ſive om-
niſcientis Pontificis, ſive omnipotentis Jeſui-
tæ perſonam ſuſtinuit.

Amicorum verò amiciſſima conjux fuit, *Conjux & nati Strobandi.*
cum quâ conjunctiſſimè & amiciſſimè, in o-
mni fortunæ varietate, vixit: donec illam ab
ipſo mors ultima linea amorum ſeparavit. Et
tempeſtivè quidem ad conjugium appulit; cum
præter naturalem inclinationem omnia, quæ
ad illud honorificè ineundum, & feliciter con-
tinuandum videbantur, abundè ſufficerent.
Præmiſſâ ergò cum patre chariſſimo conſul-
tatione, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſi-*
mo, ſeptuageſimo quarto die *nono* Maij, duxit
Soldavi in Rep. Dantiſcanâ, pietate, probita-
te, induſtria conſpicui viri, filiam: virginem
probè educatam, politè venuſtam ſufficienter
dotatam. De generis ſplendore, cum cætera
eſſent paria: & ſe digna, minus ſollicitus
erat, ratus, ſatis nobilem eſſe quæcunque
Strobando nupſiſſet: cujus ſententiæ *Ulricum*
Huttenum equitem Francum, quondam fu-
iſſe ex epiſtola ejus reſciverat. Expertus verò
eſt reipsâ, toto illo tempore, quo per annos
triginta tres arctiſſima animi & corporis
conjunctione cum illa vixit, ſingulari Dei do-
no ſibi eam contigiſſe: quæ fuerit

Uxor honeſtatis morum cæleſtis imago
Inter honoratas dux Catharina nurus;
Caſta, ſagax, manſueta, gravis, fœcunda; quid ultra?
Non facunda minus, non moderata minus.

Eo in matrimonio *tredecim liberorum* mater
ſpatio *viginti* annorum, & quod excurrit,
maritum compotem fecit ejus felicitatis: qua
ob eundem ſobolis numerum *Joannes* pater
quondam fruebatur: quamvis plerique feli-
ciorem illum, præ iſto, æſtimarent, quod il-
le ex ſua conjuge *octo* liberos melioris ſexus,
quinq; ſequioris ſuſtulerit: hic vice verſâ. Ut
ut ſit, in educanda prole magno adjumento
conjugem habuit: majorem tamen in filiabus
inſtituendis curam inſumere paſſus eſt, quam
in filiis, quos tempeſtivè è ſinu ſuo abſtra-
hendos duxit. In re quoque familiari admini- *Elogium*
ſtranda magno ipſi obruto, auxilio fuit: bre- *uxoris*
viter, rebus ſecundis delitium, rebus adverſis *Strobandi.*
ſolatium à latere habuit: maluiſſetq; ipſe præ-
cedere, quam illam præmittere in illud bea-
tarum animarum contubernium; ad quod
jam ante dimidiam filiorum partem, cum fi-
liâ una præmiſerat, *Euripideum* illud carmen,

quod apud Ciceronem exſtat ſubinde animo ſuo volvens & revolvens:

Mortalis nemo eſt, quem non attingat dolor
Morbusq́: multi ſunt humandi liberi,
Rurſum creandi: morsq́ eſt finis omnibus:
Quæ generi humano angorē nequicquā afferūt.
Reddenda eſt terra terra: tum vita omnibus
Metenda, ut fruges: Sic jubet neceſſitas.

Reliquos *quatuor filios* cum parili *filiarum* numero ſuperſtites ipſi divina providentia voluit: & illos quidem à teneris annis moribus honeſtis eâ ratione, quæ ad ſeveritatem propius, quàm indulgentiam accederet, formandos diſciplinisque inſtituendos in Gymnaſio Præceptoribus concredidit. Deinde explorato ipſorum profectu, conſilioque cum Præceptoribus communicato, nobiliſſimas Germaniæ Academias, *Noricam*, *Tubingenſem*, *Argentoratenſem*, *Baſileenſem*, cum privatis Præceptoribus, viris probatæ fidei & eruditionis adire juſſit. Aliquot annis pòſt, revocatis præceptoribus ad obeunda in Gymnaſio ſumma, & in Reipub. eximia officia, filios peregrinatione *Italica*, *Gallica Anglica*, *Belgica Danica* aliquot annos conſumere permiſit, ſuppeditatis paternè & liberaliter ſumtibus eximiis, licet aliàs pro munere, quo fungebatur, domi forisque erogandi eſſent non exigui. Omnia verò fidiſſima quotidie nutrix & almæ pacis amica agricultura præbuit. Ab hac quicquid præter neceſſarios ſumtus etiam ad vitæ reliquas rationes, tum domi luculenter tum foris magnificè inſtituendas pertinebat, adeptus eſt. Hanc colendam, præ reliquis quæſtuoſis acquirendi modis, ſibi elegit, tanquam ſanctiſſimam, & à luxuria & levitate prorſus alienam vitæ magiſtram. Hanc partim in avito & paterno rure *Briſena*, partim in villa vicinâ, cujus feudalem uſum fructum regis ſui clementia obtinebat, exercuit: unde quæ ad honorificè tuendam viri nobilis conditionem ſufficiebant, acquirebat. Oblata ibi quoque unà cum conſulatu fuit territorii Thorunienſis præcipua præfectura: in qua, quod ageret, & ubi animum corpusque exerceret ſatis offendit ſuperque. Nihil verò intermiſit, quæ eo loco ad Reipub. ſive ſubſidium ſive ornamentum conſtitui poſſe videbantur; quæ profectò multiplicia ſunt. In ſumma, dedit operam: ut ea, quæ præſtantiſſimi majores excellenti virtute parta ad poſteros transmiſerunt, non modò conſervaret: ſed ſolertiâ & diligentiâ ſuâ cultiora & ampliora redderet: inque luporum luſtra, colonias deduceret. Sed hæc talia non ad cujusvis ſtomachum.

Rur. & agricultura ſtudium in Stroband.

Meditatur mortem Stroband.

Reſtat ipſius poſt tot tantosque publicè & privatim exantlatos labores ad cœleſtem quietem tranſitus: quem in mediis laboribus anhelabat, diſticho ipſius, nocte quadam inſomni compoſito reſtante:

Fac me participem geminorū, Chriſte, bonorum:
Sit pia vita, labor, morsq́, beata quies.

Evocatus fuit ab Electore Brandeburgenſi anno ſeculi præſentis *nono*, conſilii ergò, *Regiomontem*: ubi conventus generalis omnium
ducatus Boruſſiæ ordinum pro 26. di
indictus celebrabatur: in quo per tri
propè integrum, talem Electori operan
ſtitit: ut dimittere eum noluerit prius
conſiliarii munere ſuſcepto ſe ſuaque
ipſi addiceret: quod ſanè multis de
haud fecit invitus. Cum primùm d
fuit reverſus: tertiana ipſum febris cor
& acerrimè afflixit: quâ, poſt parox
decimum quartum deſinente, ſubſecu
catarrhus tenuis, ſalſus, vehemens
ſomni nec cibi ſumendi facultatem per
ret; & ſuffocationem ſingulis momen
naretur, fruſtra medicis illum ſiſtere co
bus: interim verò pulmonibus ex a
defluxione vitium contrahentibus, &
contabeſcentibus: unde univerſi co
tabifica ægritudo, cùm multa ad præ
anxietate conjuncta, orta eſt. Quan
animadverteret; vires ſenſim ſine magn
ſu langueſcere: licet exemplo Apoſt
ſtraheretur utrinque, hoc eſt, & migr
que cum Chriſto eſſe deſideraret, ce
longe pro ſe optimum, & in hac vità c
manere, propter liberos, pro quorum
modo occaſiones ſibi noviſſimè oblatas
mabat: tamen omnes & vitæ & mor
tiones Deo commiſit: & poſtquam vi
mninò deficere manifeſte ſentiret: d
gratione ex hac vita ardentiſſimè co
cœpit. Proinde divinam majeſtatem
contrito & humiliato, ut omnes iniqu
& peccata ſua obtegere, & ſuæ gratiæ,
ter meritum Chriſti participem ſe facer
naretur, precatus eſt: atque ita precat
* *fidum illum ſermonem modisque om*
dignum; quod Chriſtus Jeſus in mundu
nit, ut peccatores, quorum Apoſtolus pr
ſe profitebatur, ſervaret, certâ fiduci
plecteretur: Apoſtolumque pro exem
gratiæ, ſicut aliis omnibus in vitam æte
credituris, ita ſibi quoque propoſitum
miſſimè ſtatueret. Quam ſententiam c
die multoties cum aliis ex literarum ſacr
fontibus petitis conſolationib. repetiit;
in ipſo agone recitaretur mandavit. Qu
am recordatus, in hominum continua
tate ſe vixiſſe, absq; offenſionib. non f
aliquot ante obitum ſeptimanis per min
Eccleſiæ publicâ concione deprecatus e
proteſtatus, ſe omnib. omnia ignoviſſe.
dem iis, quæ rem familiarem & pub
concernebant, diſpoſitis: liberos, am
& quicunq; circa vitæ extremam horam
coram futuri monuit: ſi quod, per infir
tem, judicio vacillante, & ſenſibus def
tibus; dictum vel factum incongrum ex
ret ne, eo ipſi offenderentur. Omnia e
ſicut præterita, præſentia, ita futura, ſ
coram majeſtate divinâ deprecatum. H
verò metum, quòd Deus clementiſſimus
num & inanem eſſe voluerit: extremus
actus comprobavit. Quippe, cum circa
ram *quartam* veſpertinam XIX. Novemb.
Gregoriano ſigna quædam ex medico
ſententia mortis propinquæ apparerent
eo tempore integris ſenſibus vires a

s ad eam miſericordiæ Dei comendandã, debat: precationibus ex libello *Molleri* de *ratione ad mortem*, accommodatis, ipſi ctis, usque ad x. fere horam veſperti- circa quam finita oratione Dominicâ, s verbis, preces ſufficere, ſignificavit: que ad beatam quietem ſe compoſuit, ante *tertiam* matutinam aſſecutus, fra- iſtam vitam in ſempiternam cum commutavit: vereque factus eſt be- & immortalis. Quod votum poſtre- fuit inter illa *ter terna*; tribus tabulis bus ſuis quondam prectis, comprehen- Quæ cum parum differant ab illis ter , juxta quorum ſeriem vitæ ipſius cur- m expoſuimus, imò quaſi paraphraſis m ſint: ſubiicienda exiſtimavimus

D. O. M.
SI HONESTA DOMO
ES ORTUS:
SI PIE ET LIBERALITER
EDUCATUS:
SI CIVIS ECCLESIÆ DEI
FACTUS:
ST PROFECTO CUR NATUS
IMMORTALIS DEI BENEFI-
CIA GRATA MENTE
AGNOSCAS.

II.
PORRO
SI VIRTUTE ET LITERIS
ES ORNATUS:
SI JUSTAM OCCASIONEM
REIPUB. JUVANDÆ
NACTUS:
SI VITÆ NECESSARIA
FIDOSQUE AMICOS
ADEPTUS:
HABES CERTE QUARE
VIVENS LARGITORI
DEO GRATIAS
AGAS.

III.
DENIQUE
SI PATRIAM SALVAM
ET FLORENTEM
VIDES:
IN HONORANDO TUO SENIO
IBBROS LIBERALITER EDUCA-
TOS, FAMILIÆ TUÆ PRO-
PAGATORES, POST TE
RELINQUIS:
I FIDE ET SPE IN CHRISTUM
SERVATOREM TUUM AD FI-
NEM USQUE PERSEVERAS:
AM HANC FRAGILEM IN SEMPI-
ERNAM EXCELSO TRANSIENS
ANIMO, POTES CUM MOR-
TE COMMUTARE, VERE-
QUE ERIS BEATUS ET
IMMORTALIS.

oncionem pro funere Germanicam ha- *Martinus Triſnerus*: Polonicam verò *reas Iamnitius*.

Epitaphiis autem & epicediis carminibus virum optime de eccleſiâ, ſcholâ, Repub. totâ meritum ornarunt amici, Viri doctiſſimi docentes in Gymnaſio, diſcipuli itidem & Oeconomiæ Scholaſticæ alumni. Nobis unicum addere viſum eſt; quod inſtar omnium erit: quo *Conradus* * *Graſer* Senior Theolog. celebris calamitatem publicam deplorans, dolorem & amorem ſuum teſtatum ivit. ** De eorum vitis Theol. German. Epitaph. Strobandi.*

EPITAPHIUM
NOBILISS. ET AMPLISS. VIRI
HENRICI STROBAND
ASSESSORIS
JUDICII TERRESTRIS
CULMENSIS:
BURGGRABII ET CONSULIS
THORUNIENSIS:
DE
ECCLESIA, SCHOLA, REPUBLICA,
DOMI FORISQUE
PRÆCLARE MERITI
A. S. clɔ. lɔc. IX. XII. KL. XBR.
ANTE H.| MAT. III. ÆTAT LXI.
VITA FUNCTI.

Henrici, *Lector, lapis hic tegit oſſa* Strobandi:
Vis, qualis fuerit, noſcere? Magnus erat.
Teſtes Poloni: teſtis Germania; teſtes,
Inclyta quotquot alit terra Boruſſa, boni.
Orphanus hunc luxit; luxit ſchola; luxit; Egenus
Quicquid & egregii culta Thorunis habet
Quod fuerat terra, jacet heic: mens enthea cœlo
Reddita, ſub Chriſto gaudia vera capit.

Hæc de *Henrico Strobando* V. Nob. & Ampl. deſumſimus *ex narratione de vita & obitu ejus à I. F. conſcripta, procurante V. nob. & Cl. Salomone Neugebavero.*

SIGFRIDUS CLOTZIUS.

Ob. 1610. d. 7. Mar. ætat. 54.

CURRENTE an. à Chriſti nativitate *milleſimo, quingenteſimo ſexto*, bono genere natus eſt *Sigfridus Clotzius*, *Wetzlariæ* urbe Imperii ut in vita fratris hujus dictum: ubi & patrem ejus laudavimus *Antonium*, ordinis ſenatorii virum: & matrem *Catharinam* Regin/ quæ *octogenaria* major filio etiam hoc ſupervixit: matrona pia, gravis, & oppidi illius exemplum. *Natalis Clotzii. Parentes.*

Puer domi parentibus ductoribus, & in ludo magiſtris docentibus prima pietatis & literarum elementa didicit: poſt ubi & ætate & judicio creviſſet, *Marpurgum, Wittembergam*, aliasque ad Germaniæ noſtræ Academias eſt miſſus: in quibus ubique ſolenne ſuum obtinuit, & tum ad Philoſophiam tum ad Juriſprudentiam omnem curam atque operam contulit. *Ad Academ. mittitur.*

Totus igitur cum flagraret ſtudio legum, & progreſſus feciſſet felices: in *Italiam* & *Galliam* profectus, ibique magnum illum Jctũ *Hottomannum*, & alios præſtantes viros audivit. Reverſus *Marpurgum*, fratris * *Joannis Clotzii*, tunc *Haſſiæ* cancellarii ſuaſu, ſubſtitit: annoque *octogeſimo ſecundo* Docto- *In Italiam & Galliam abit. * Regn. Saxon J.C.*

ctoralibus inſignibus, cum applauſu promotore & brabeuta *Regnero Sixtino* J.C. & Cattorum principis conſiliario, eſt ornatus.

Fit conſiliar. Landgravii. Ab ea promotione ſtatim in aulam accitus, & in conſiliariorum numerum allectus à principe *Ludovico*: uxorem duxit *Dorotheam, Jacobi Schvvartzii* J.C. *Naſſovii & Wetteravici* conſiliarii, filiam, anno *octogeſimo quarto*: qua cum in annum uſque *octogeſimum octavum* ſine lite vixit; ſed liberos ex ea nullos procreavit. *Amittit uxorem & fratrem. 1588.* Eodem illo anno, quo uxorem extulit, & clariſſimum fratrem amiſit, vel verius in alteram vitam præmiſit: ut *nulla calamitas*; juxta tritum illud, ſolet eſſe *ſola*. Verum ſicut tempeſtatum; ita & fortunæ alternæ ſunt vices: excipitque lætitiam dolor, & contra dolorem læticiæ; idem & *Succedit fratri.* hic uſu venit. Cum enim in locum fratris demortui alius ſufficiendus quæreretur: nemo occurrit toti conſilio principis, aut officiis fidelior aut autoritate gravior, aut eruditione ornatior, hoc ipſo Clotzio. Itaque calculo unanimi *cancellarii* ipſi munus offertur, mandatur, confirmaturque, non ſine admiratione plurimorum: *uno ex oppido tres prodiiſſe Haſſiæ Cancellarios, Joannem Heintzenbergerum, Joannem Clotzium*, & hujus fratrem *Sigfridum*: qui regioni illi annis amplius *quinquaginta*, fideliter atque utiliter præfuerunt ac profuerunt.

Cum *ſedecim* annis provinciam illam ſub *Ludovico* Haſſiæ Landgravio ampliſſimè & magnificentisſimè obiiſſet: eo è vivis ſublato illuſtrisſimus princeps *Mauritius* muneri eidem præeſſe, apud ſe quoque Clotzium *Succedit Antrechto.* voluit: atque anno *ſexcenteſimo ſeptimo Joanne Antrechto*, cancellario * demortuo, **Ut paulò poſtè dictum.* eidem hunc ſuffecit, *Caſſellasque* tranſtulit: quanquam ipſe miro deſiderio *Wetzlariæ* & ſuorum tenebatur: ibique domicilium figere ſtatutum prorſus habebat. Sed verè à Latino Tragico pronunciatum eſt:

Nemo tam divos habuit faventes,
Craſtinum ut poſſet ſibi polliceri:
Res Deus noſtras celeri rotatas
Turbine verſat.

Nam dum anno toto vigilans ſomnians *Wetzlariam* cogitat, jam impetrata dimiſſione, ſive inviſendæ matris ætate confectæ, ſive quod accubare fraterno tumulo tacitè exoptaret: à morbo invaditur; lecto affigitur; & cum eryſipelate per annum fere conflictatur. *Cum eryſipelate conflictatur.* Tandem cum φάρμακα σωτήρια nulla reperirentur, placida morte mundo valedixit inter ſerias preces, anno Chriſti *milleſimo ſexcenteſimo decimo*, die *ſeptimo* Martii *Caſſellis*; ibique exequiis Chriſtianis honorificè ſepulcro eſt illatus: cum vixiſſet annos *quinquaginta quatuor*: Haſſiacæ aulæ inſerviiſſet annis *viginti octo*: cancellarii officio præfuiſſet annis *viginti duobus*. *Moritur.*

Virtutes ejus. Fuit vir pius in Deum: juſtus & officioſus in omnes: φιλόεργος: officii adeo ſatagens, ſæpè ut inſomnes noctes duxerit: moderationis & ἐπιεικείας ubique obſervans, in dictis factisque Legatus aliquoties principum ſuorum nomine ad comitia imperii ivit Ratisb[onam] ubi negociis ſibi commiſſis fideliter a[c pru]denter expeditis diis hominibusque pla[cen]tibus eſt reverſus. In ultimis *Ratisbo[nen]bus* comitiis, cum ſcriptum quoddam [...]tatum & maledicum evolaſſet contra [refor]mationem Eccleſiarum in Haſſia: ip[ſe in] templo reſponſum compoſuit: qu[o] ἀντίθεσιν, quid tum in doctrina, tum [in ce]remoniis ſecundum ſcripturæ canone[m ob]ſervetur, perſpicue oſtendit: ſuæqu[e ...] & candoris, & in orthodoxam reli[gionem] amoris monumentum ad poſteros reliq[uit].

Uxores habuit duas, alteram *Doro[theam]* Schvvartziam, de qua dictum, alteram [Ca]*tharinam Joannis Heintzenbergeri* J.[C.] cancellarii Haſſiæ filiam, quacum *vigi[nti u]num* annos exegit ſuaviter; liberis ex [...]bus ſuſceptis; qui tamen omnes ante p[...] in communem locum hinc abierunt, [...] & avia ſuperſtitibus.

Et tantum de hoc Clotzio ex conci[one] funere ejus à D. *Strackio habita, quæ cu[m ...] is funebribus edita.*

LAURENTIUS ZINC[GREFIUS.]

LAurentius Zincgrefius natus eſt [anno] Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, [qua]drageſimo primo*, die *octavo* Januarii, [...] *meriæ*, primario ditionis, quam **Hu[nd]rück** / vel * rectius **Hunnesrück** oppid[o ...] trem habuit cognominem, *Francofur[...]* honeſta ſatisque antiqua familia oriun[dum] *Maximiliani II.* Imperatoris, & poſtea [...] *nis* Comitis Palatini, ejusque filiorum, [...] netariorum præfectum.

Rudimenta linguæ Latinæ didicit *C[oloniæ] Ubiorum*, illuc ſtatim anno ætatis *de[cimo] ablegatus* à patre: quem ipſe in deſcrip[tione] vitæ ſuæ ſic ſeſe alloquentem introducit:

Sæpe domi patrum ſobolem pervertit am[or...]
Mollicies: matres ſunt ſine fine b[o]næ.
Quare age nunc apto tibi firmum eſt co[...]
robur:
Sit vitæ exemplar gens peregrina tuæ.

Colonia biennio poſt, ob contagionis [...] in patriam revocatus, & *Francofurtu[m ad] Mœnum* miſſus eſt: *biennium* etiam ib[i ...] ſiturus, niſi patris juſſu propter ſævitiam [...] goſi magiſtri inde *Urſellas* ei migrandu[m fu]iſſet. Ibi ergo *triennium* egit, ſub diſc[ipli]na M. *Wolffgangi Lorberi*, rectoris ludi [cu]jus fidem ac ſedulitatem ſemper depræ[dica]vit. Ac quanta pietate memoriam vir[i ve]neratus fuerit: documento eſſe poteſt [...] quod epiſtolam ejus, *Argentorati*, ut [...] dicemus, ab ipſo redditam, longo tem[pore] poſt inter ſchedas ſcholaſticas repertam [...] injuria temporis attritam laceramque, [dili]genter reſtituendam, ac particulas etiam [...] glutinandas curavit: cum voluptate ſub[inde] relegit: tantumque non exoſculatus fu[it].

Urſellis, ſub annum *quinquageſimum [...]tum*, *Argentoratum* abiit: ibique *trie[nni]um* ipſum audivit *Joannem Sturmium*:

pr

mis verò exercitationibus privatis, qua
oſa, qua ligata, ſtylum excoluit perpoli-
que: nec non Græcæ linguæ operam nava-
haud pœnitendam. Cumque poëſeos ſtu-
, quo ducebatur, *Muſicam*, tam voca-
, quàm inſtrumentalem adjunxiſſet: eò
ue in utraque arte progreſſus eſt: ut grata
s conſuetudo fuerit omnibus & jucunda.
hiſtoria Romana inſuper didicerat: *nemi-
ingenium ſine corpore exercendum.* Itaque
gladiatoriam neglexit: quantum quidem
ad corporis ſanitatem viresque firman-
facere arbitrabatur.
nter hæc, cùm applicare animum ad ſtu-
n ſacrarum legum conſtituiſſet: conſili-
præceptoris ſui inde *Urſellis* accerſere vo-
;quod literis illis, de quibus paulò antè,
ita perſcripſit: „ probari ſibi modis om-
ibus, quod animum ad juris ſtudium ho-
ſtiſſimum, ac generi humano ſummè ne-
eſſarium appuliſſet: quod verò non illo-
s, ut ajunt, manibus id aggredi velit: ſed
nimum, artium dicendi ſcientiâ prius in-
ructum, afferre: id verò ſingularis eſſe
udentiæ. Harum autem artium uſum
eliùs ac magis methodicè à Philippo mon-
rari; quam ab Argentinenſibus. Quare
nſultiſſimum videri: ut Wittember-
m ſe conferat, ibique fundamento legi-
nè jacto, ad Gallos vel Italos abeat; apud
uos facultas iuris potiùs quam in Ger-
nia vigeret. Sed & animum ante om-
probè muniret doctrinæ Chriſtianæ co-
itione.
Cùm autem *Argentorato* reduci, pater
nvis in re ſatis lautâ, ſed ad rem attentior,
enſarum magnitudinem veritus, ſubſi-
n denegaret: eò quòd videret filium ſpa-
ori ſtudiorum circo ſeſe incluſiſſe, quàm
maluiſſet: annum domi inter ſpem ac
m difficultatis paternæ hærere coactus;
m adhibitis perſuaſionibus magnorum
um, qui ingenium ejus ac φιλομάθειαν
ectam habebant: à patre *Wittember-*
iſſus fuit.
i *Melanchthone* jam defuncto doctores
t *Caſparum Peucerum*, *Sebaſtianum*
oricum, *Winshemium*, *Edonem Hul-
nm*, & alios: σύστιτον verò & amicum
puum, *Pantaleonem Candidum Auſtria-*
quibus omnibus gratiſſimum fuiſſe,
tur literæ eorum ad eum perſcriptæ. Ad
ematica autem inprimis incubuit; quod
ta docent volumina, quæ in argumen-
ſmodi, ſummo cum labore, tum à di-
bus excepit, tum aliunde conſcripſit.
s autem lectiones majori aſſiduitate fre-
avit, quam Theologicas, ut in verâ
one confirmaretur. Modum verò diſ-
ſuper omnes amplectebatur: qui per
s, ſive ſchematiſmos, ſummariam rei
tionem uno intuitu nobis ob oculos po-
Summa, tanto ardore ferebatur ad ſtu-
t patri qui ad Magiſterii gradum adſpi-
ſumtus, ut erat vir pro ſæculi ſui mo-
ſeverus, iterum denegaturus videba-
tur, ingenuè ſcripſerit: Es ſeye unmüglich/ daß einer/ ſo die Süſſigkeit der ſtudien und freyen künſten einmal geſchmackt/ davon ablaſſen könne/ zwar/ ehe er das ſtudiren verlaſſen wolt/ ehe wolte er alle das ſeinige/ ſo er von ihm zu gewarten/ verzehren/ er könne ihm doch kein beſſers noch herrlichers patrimonium hinderlaſſen/ als kunſt und geſchicklichkeit: hoc eſt: „ fieri non poſſe; ut qui ſemel literarum dulcedinem deguſta- „ rit, eas deſerat. Se quidem ita induxiſſe „ animum, ut, priusquam ſtudiis valedicere „ velit; totum patrimonium aliquando expe- „ ctandum, ſit inſumturus. Nec enim ullam „ poſſe liberis relinqui hereditatem præſtan- „ tiorem, quam eruditionem.

Dulcedo ſtudiorum.

Tandem ope & ſuaſu *Othonis Cælii* Jcti, qui *Georgio* Palatino tunc à conſiliis, obti-nuit à parente ſumtus: ut *viceſimo* Martii anno *ſexageſimo quinto* magiſter *Wittembergæ* cum laude renunciatus, adeoque poſtea à ſe-natu Academico ſtudioſis ibidem Græcum te-ſtamentum novum lectionibus publicis pro-fiteri juſſus fuerit. Sub initium ſequentis an-ni reverſus in patriam, ubi revocatis ad ani-mum monitis ex præceptoris ſui Urſellani conſideraſſet, apud Gallos ob virorum do-ctiſſimorum proventum maximopere florere ſtudia juridica, vidiſſetque, iis, qui pere-grinas perluſtrarunt regiones, linguis ac mo-ribus peregrinis imbuti eſſent, poſt ad officia Reipub. adhibitis, multò majorem dignita-tem ac honorem obvenire: quàm iis qui cochlearum inſtar, perpetuo domi laterent, tum quod locorum novitate, ac hominum peregrinorum conſuetudine, ad majorem ſolertiam ſeſe excitatum iri putaret: cœpit de adeunda Gallia omnino cogitare, idque con-ſilii cum *Petro Oſendalio*, Jurium *Moguntiæ* Profeſſore, affine ſuo, nec non *Matthiâ Rodlero* Jcto Cancellario *Georgii* principis, communicavit.

Mag. renuntiatur 1565.

Explicat N. Teſtam. Græc.

Redit ad ſuos 1566.

Petrus Oſendal, JC.

Matthias Rodlerus.

Cum verò patrem rurſus animadverteret, difficiliorem in exſpectandis ſtudiorum ſuo-rum fructibus, & ſubminiſtrandis ſumtibus: *Georgium* principem Palatinum, cujus hor-tatu maximè peregrinationē hanc ſuſceperat: quique ſæpius ipſi coràm favorem ſuum munificè ſatis obtulerat, compellare auſus eſt: qui ad *quadriennium*, ipſi, collegii *Raven-girsburgenſis* obventionibus, in ſingulos ni-mirum annos *centum Joachimicos* ad iter con-ficiendum & continuanda ſtudia promiſit; eâ tamen conditione; ut tam illo, quam his feliciter abſolutis, nullius ſe ſervitiis præte-rea manciparet.

Patrem experitur difficiliorem.

A ſuo principe ſumtus impetrat.

Itaque cum bono Deo *Lutetiam* acceſſit, anno *ſexageſimo ſexto*, ætatis ſuæ *viceſimo quinto*; ubi multis ex Gallica juventute, *Aſtro-nomica* & *Sphærica*, quæ inter illos, utpote qui ut plurimum lucroſis ſe ſtatim artibus ap-plicant, non admodum florent, privatim prælegit; eoque magni ab ipſis habitus fuit. Inde ſequenti anno propter motus ejus regni civiles, religionis cauſa excitatos, in *Belgi-um* progreſſus, nonnihil temporis *Duaci*,

Lutetiam proficiſcitur. 1566.

Ibi Mathematica docet.

In Belgium abit.

maximè verò *Lovanii* conſedit; ibique amicitiam contraxit cum *Tidemanno Giſio* Boruſſo, & *Iacobo Friſio* Tigurino: *Antverpiæ* verò, cum *Ioanne Poſthio* Medico & Poeta, quàm ſanctè poſtea coluerunt. Sedatis paulum Gallicis tumultibus, ad Pariſienſes rediit, anno *undeſeptuageſimo*, ibique familiariter admodum vixit cum *Antonio Oleviano* Trevirenſi, & *Ioanne Torbekio Dantiſcano*. Multa hoc in itinere perpeſſus eſt indigna, tum propter alia incommoda, tum propter rei pecuniariæ penuriam, cùm inter peregrinos agens à patre nihil acciperet: & illa, quæ ex principis liberalitate, nec non ſecretò à matre transmiſſa fuerant, interciperentur apud *Wechelium*, Bibliopol. notiſſimum, quippe cujus bona omnia confiſcata fuerant, ipſo regni limitibus proſcripto, reliquisque ut plurimum Proteſtantium libris ab officinâ illius, Lutetiæ publicè combuſtis. Et multò plura ac graviora perpeſſus fuiſſet, niſi generoſus quidam Bavarus, *Erneſt, à Rechberg* de *HohenRechberg*, inde in Angliam abituriens, cognitâ ejus ſinceritate, poſtquam nempe aliquandiu privatâ ipſius inſtitutione uſus fuerat, per integrum quadrimeſtre ſumtus habitationis & menſæ pro ipſo exſolviſſet, hac lege, ut ſe *Diepam* uſque ad mare comitaretur, & interim, dum in Angliam trajiceret, aureas ſuas catenas, ac reliquam ſupellectilem, ſanè quàm pretioſam, ad reditum uſque adſervaret. Interim cum Wechelianis tranſigere, proque pecuniâ ſibi debita libros nonnullos, quos clàm adhuc illi ſervarant: ac confiſcatoribus Regiis ſubduxerant: ſumere coactus fuit. Hos cùm poſtea è *Belgio* Rheno adverſo in patriam avehendos curaſſet: imprudens auriga, qui eos porrò *Simmeriam* perferre debebat, propè *Baccharacum* flumine ferè ſubmerſos corrupit: qua de re ille hæc carmina:

Redit Lutetiam 1569.

Pecunia ejus intercepta.

Erneſtus à Rechberg.

Libri ejus in flumine corrupti.

O mihi dilecti, ſoli, mea cura, libelli:
Credidit auriga quos mea culpa malo:
Ille malus Dominiq; ſui mandata recuſans,
Non quod juſſus erat, fortè ſecutus iter:
Arbitrioq; ſuo dubias permittit in undas
Currum, Rhene, tuas; queis via tecta fuit.
Protinus in cæcum ſubſidunt omnia limum.
Retrò evadendi copia nulla manet.
Currus equique natant: ſpectantum clamor ad auras
Tollitur, ante oculos certe ruina fuit.
Nauta tamen cymba ſuccurrit, & adjuvat orno;
Mox & equi vires exeruere ſuas.
Mitior ergo meus dolor eſt, quàm docte Te-*renti,*
Naufragus amittens ſcripta diſerta, tuus.
Deformata tamen ſunt omnia fluminis unda;
Et priſcus libris nunc decor omnis abeſt.
Vix ſcriptura poteſt cerni, chartæque tenaces
Humorum, ullius vix pretii eſſe queunt.
Nunc hiſcunt partem miſerè detorti in utramque:
Nunc laceros aliquis vix reſerare poteſt.
Ergo mihi chari libri, magno ære parati
Quos colui ſtudio nocte dieque pari:
Adducti procul in patriam periiſtis in il
Dii dent vectori præmia digna malo!

Reverſo ex Anglio *Rechbergio*, tand
accepta iterùm aliqua pecunia, *Aurelia*
contulit: ibique gradu utriusque juris
tus eſt, anno *ſeptuageſimo*, ſub rect
Guilielmi Formerii JC. ſcriptis & fama
ri: cujus tunc collegæ *Ioann. Robertus*,
tonius Contius, *Laurentius Godofredus*
omnes ſingulari benevolentia Germa
hunc ob eruditionem ac modeſtiam ſun
ſecuti.

Exinde ad ſuos reverſus, mortuo in
Georgio principe, *Richardo* ſucceſſori op
ſuam obtulit. Sed cùm nullus tunc for
cus vacaret, impetratis literis commen
tiis *Haidelbergam* ad *Fridericum III.* el
rem rectà contendit. Qui cùm ſub id
pus ſeceſſum in rura pararet; conſiliarii
rem expendendam reliquit. Hi cum
magnam partem peregrini eſſent, electo
ſcribunt: *hunc & juvenem adhuc inexper*
tum & extraneum eſſe: tum verò promo
dam ante omnes Palatinam juventu
Hiſce elector ex arce *Dilſperga* hæc reſ
dit: *ſententiam veſtram de Zincgreſio i*
leximus: cùm autem viris doctis planè
geamus ad adſeſſorum dicaſterii noſtri n
rum implendum; iſte verò nobis pro ea,
eſt juventute, abundè laudetur, & à f
noſtro Georgio Duce b. m. ſuſtentatus,
adeò (ſequentia princeps optimus man
ad marginem notarat) *in patria noſtra*
meria, hoc eſt, in Palatinatu natus fu
hæc duo loca proponenda ducimus: ut pe
quod temporis ſpatium aut Spiræ aut Ha
bergæ in Dicaſterio initietur publicis ex
tiis, quo tanto majore cum emolumento
impoſterum inſervire queat, quo fine ſexa
ta florenos ipſi prænumerare cogitamus.

Ita noſter ille tandem in numerum c
liariorum cooptatus a. d. 1. Septemb.
dem anni; biennio poſt ab eodem Elec
filio ſuo *Chriſtophoro*, juventutis princip
cum auxiliaribus copiis in inferiorem Ge
niam profecturo, *conſiliarii bellici* vice
jungitur. Permotus ille præcipuè verbis i
Electoris, qui *robuſtum eum & juvenem*
cebat: *quos deceret non pennam ſolum, ſ*
bipennem tractare: obſecutus eſt Elec
voluntati; & *Haidelbergæ decimo terti*
bruarii, anno *ſeptuageſimo quarto* valed
unà cum principe ſuo *Chriſtophoro*; cui d
denti pientiſſimus parens elegantiſſimas
raneticas regulas viatici loco commenda
quarum ſumma ad illud Paulinum redit;
monet; ut *piè, juſtè, ſobriè, temperant*
vivamus.

Porrò cum hiſtorici nonnulli varia,
non incerta loquantur, de infauſto ex
paratus iſtius bellici: audiamus ipſum Z
greſium, qui ad amicum quendam ita ſcr
Ad diem decimum tertium Februarii h
diſ

eſſimus cum aliquot equitibus. In via
c inter Moſellam auctus eſt numerus ali-
ot peditibus & equitibus. Trajecta Mo-
a celerrimis itineribus per nives & frigo-
zyfeldiæ profecti, juxta Deuram oppi-
i Juliacenſis ditionis progredientes quar-
lie pervenimus in clauſtrum Roid. Ubi
iduum ferè conſumtum eſt in rebus de-
tandis.
am enim præceſſerant comites * Naſſo-
cum aliquo equitatu ac peditatu Traje-
occupationem incaſſum tentantes. Dum
ur ibi fruſtra tempus extrahitur; neque
qui nuper hic circumvagati ſunt, ſclope-
i Gaſcones, quos indies expectabamus,
rent: caſtra movimus propius urbem
us milliaribus à clauſtro Roid diſtan-
: ipſo clauſtro poſt nos incenſo, eò quod
as ſe declaravexit; nulla tributa ſe ſolu-
im: proinde agere nobis permitteret,
d vellemus. Itaq; cum ejus ſubditi ſe ho-
er contra nos geſſiſſent: fecimus quod
ibus debetur: Cum autem per octiduū
aſtris, uti jam dictum eſt, propius urbem
tis perſeveraſſemus, deinceps iterum
tavimus, adhuc propius accedentes; ita
rè octava parte milliaris ea extremis co-
noſtris attingeremus. Eramus tunc ad
o. ſclopetarii: inſignia nempe 7. Gallo-
peritiſſimorum militum, Germanorum
inſignia: centum ſub uno inſigni com-
tis. Nam nulli aderant longis haſtis in-
cti nulli armis, ut ſolet, induti. Equites
500. aut paulò ampliùs erant, quorum
ci inſtructi armis fuere. Præter hos erat
ima turba inutilium hominum, lixarum,
catorum, meretricum, proditorum
que credo. Ita rebus noſtris ſtantibus:
nde cum hoſte levia prælia committun-
, jam aliquibus ex noſtris, jam ex hoſti-
cadentibus: plures tamen ab hoſtium
e damna acceperunt: quæ omnia præ-
ſpeciatim commemorare poſſim. Ad
n viceſimum primum Martii iterum ca-
movimus retrocedentes parum, nimi-
ad unius aut duorum milliarium ſpa-
i, exſpectantes quotidie adventum pedi-
Gallorum: Quippe hoſtis jam in urbe
is erat; nos verò non ſatis inſtructi era-
armis ac bellicis tormentis, quibus re-
remus. Loca itaque magis tuta in illâ
râ quærenda erant. Poſita igitur caſtra
in comitatu Falckenburgenſi, oppi-
que ejus nominis à noſtris occupatum
Morati ibi 18. dies ſumus. In ipſa mora
ui equites bona cum gratia dimiſſi ſunt.
dui verò mille fuerunt. Neq; enim no-
putabant, ad eam rem, quam in animo
ceps agitabant, opus eſſe tot equitibus,
ſertim non armatis. Interim quoq; varia
i prælia acciderunt, multa quoq; à no-
tentata, multa in Limburgenſi ducatu
ipata ſunt. His geſtis cum neq; diu expe-
i illi milites appropinquarent nec quic-
n nobis iſthic locorum ex animi propo-
ſuccederet; hoſtis quoq; indies revoca-

tis ex Selandia & Hollandia omnibus præ- ,,
ſidiis, nec non novis in tota regione convo- ,,
catis auxiliis, fertior redderetur: adeo quod ,,
verò ſimile eſſet proditionibus nos circum- ,,
veniri: tandem ad octavum diem Aprilis ca- ,,
ſtris motis cum omni exercitu proficiſcimur, ,,
ſubitis itineribus per ducatum Juliacenſem, ,,
ubi loca quædam infeſta igni ac Vulcano ,,
inter proficiſcendum tradidimus: quædam ,,
verò caſtellanos non receperunt, quæ quod ,,
tormentis careremus intentata reliquimus. ,,
Ad d. 13. venimus ad *campeſtria Novio- ,,
magenſia intra Moſam & Waldum ubi ,,
propè Moſam attigimus Hiſpanicos quos- ,,
dam equites, cum quibus noſtri è veſtigio ,,
conflixerunt: quatuordecim eorum interfe- ,,
ctis, ac uno capto; qui, ut ex literis quas in ,,
ſinu geſtabat, cognoſci poterat, magni no- ,,
minis capitaneus *fuit: & poſtea in fuga no- ,,
ſtra ſimul Dilleburgum avectus eſt. Poſt ,,
conflictum iſtum equitum, Hiſpanici ſclo ,,
petarii egreſſi, cum noſtris aliquandiu bom- ,,
bardis egerunt. Interim nos caſtra in duo- ,,
bus pagis aſſignata occupavimus. Nox ad- ,,
venit. Faciunt noſtri aggerem: Tota nocte ,,
eſt ſilentium: ſummo verò mane redinte- ,,
gratur inter ſclopetarios noſtros Gallicos ,,
cum hoſtibus velitatio, quæ diu durat: quâ ,,
durante equites Hiſpanici turmatim egre- ,,
diuntur: nempe una turma equitum Ger- ,,
manicorum, una turma ſclopetariorum, ,,
bombardas ſuas oblongas in equis furcis ſu- ,,
ſtinentium, viridibus tunicis, turma haſta- ,,
torum rubris tunicis induti ſuper arma; ut ,,
ſolent, & alii quidam præterea equites, quo ,,
rum ſumma, ut aliqui ex noſtris conjecerunt, ,,
ferè 1000. effecit. Quo intellecto noſtri e- ,,
quites quoque in campum celeriter progre ,,
diuntur. Summa ferè erat 600. dumq; jam ,,
alteri alteris è regione conſiſtunt; quaſi jam ,,
jam conflicturi: excurrunt ducenti aut tre- ,,
centi ſclopetarii hoſtiles adverſus aggeres ,,
noſtrorum haud aliter, ac ſi eos expellere vel- ,,
lent: ibi noſtri Germanici milites, qui iſtos ,,
aggeres tenebant, adhuc longè exiſtentibus ,,
aggreſſoribus incipiunt ſumma vi omnes ,,
bombardas ejaculari: quo facto, cum ſe pau ,,
latim quaſi re benè geſtâ, ex aggeribus ſub- ,,
ducerent, neque quicquam moveret eos ex- ,,
hortatio principis, comitum, ac ducum belli ,,
progreſſi adverſarii aggerem occuparunt; ,,
noſtris omnibus dilapſis. Interim accendun- ,,
tur utraque caſtra à proditoribus. Hoc per- ,,
acto equites noſtri inter quos, princeps & ,,
comites erant, cum tribus tu‹r›mis ruunt in ,,
hoſtem, ac disjiciunt Germanicam hoſtium ,,
trium centenorum equitum turmam, ad di- ,,
midiam usque partem conciſam; ita ut inſi- ,,
gne eorum in terra protruderetur equorum ,,
ungulis, nec quisquam eorum amplius ex ,,
reliquis in loco appareret. In hoc conflictu ,,
iidem noſtri equites ab haſtatorum turma, ,,
quam quidam ex noſtris aggredi recuſabant ,,
non ſine pudore loco recedentes, ac hoſti ,,
hoc modo victoriæ occaſionem præbentes, ,,
à latere ita afflicti ſunt: ut ipſis magnum ,,
damnum

Ericeta Muckenſia vulgò Diu ... heide.

Dictus Laſſo cognatus Ludovici Re... queſcentis magni regni Caſtiliæ commendator regii conſil. gubernatoris ve in Belgio.

„damnum datum ſit; ac coacti fuerint ſe retrahere. Neque poſtea amplius princeps noſter cum comitibus viſus eſt. Equites cùm nullum refugium ampliùs haberent, utpote quando omnes pedites jam in fuga eſſent: duces quoque belli amiſſi viderentur: bis tamen adhuc cum hoſte manus conſeruerunt, animo planè virili: licet illo armorum apparatu & prærogativa campi, longè inferiores eſſent.

„Harum ferè omnium rerum nos in ultimis caſtris, dimidio ferè milliari à loco pugnæ commiſſæ diſtantibus, ignari, tandem admonemur hoſtium ipſorum adventu: quibus dum 400. ſclopetarii noſtri, ad caſtra cuſtodienda deputati, occurrunt, cumque illis aliquandiu prœliantes eos detinent: tandem capiuntur partim, partim occiduntur. Nos ſumma cum feſtinatione fugam arripimus; retrò, antè, & à lateribus hoſtem ſanguinolentum undique conſpicientes.

„Fuga iſta cepit circa meridiem. Veſpere iſto pernoctavimus Sanctemii, oppido Juliacenſis ducis; dominum noſtrum ſummo cum dolore deſiderantes. Nunciis hinc inde miſſis nihil certi de loco, ubi ageret, reſciſcere potuimus: niſi quòd nobis affirmatum fuit: bono loco eum adhuc in vivis agere. Hactenus ipſe.

Haidelbergam ex bello redit.

Exantlatis hiſce diſcriminibus, *Haidelbergam* reverſus *ſexto* Maji, cùm ad Electorem intromitteretur: quaque decet reverentia ſalutaſſet: ac conſolari jam vellet: princeps ipſe, eum præveniens, maſculè ſic affatur:

Electoris Frid. 3. ad eum verba.

„Tu verò venis, mi conterranee, (ita ſolebat eum appellare) at ubi dominus tuus? illo ad hæc verba obmuteſcente, pergit princeps; &, *noli*, inquit, timere: rem omnem jam novi. Equidem cariſſimum filium in veræ ſemper pietatis educavi cultu: adeoq; certo certior ſum: ipſum ut verum decet Chriſtianum, fortiter ac piè occubuiſſe in infelici iſta expeditione: cui tamen ipſum, propter gloriam divinam, & religionis orthodoxæ defenſionem, intereſſe volui, ac omninò velle debui. Non potuiſſet ille quidem meliùs impendere vitam ſuam. Quod ſi verò Deo meo placuiſſet, illum mihi domum reducere ſalvum & incolumem: ab ejus paterna voluntate ipſum, tanquā denuò natum, accepiſſem. Tu autem ad priſtinum officium redito: & veterem diligentiam ac fidem mihi atque patriæ probato.

Inſervit Palatinatui 38. annis.

His dimiſſus, totos deinceps *triginta octo* annos, quibus ſupervixit, omnia conſilia ſua Palatinatui impertiit, variis ac arduis negociis, indefeſſo labore, ſingulariq; prudentia expediundis; obeundo diverſas ſumma cum fide legationes; nec non perfungendo rationibus tam Academiæ, quam civitatis Electoratus metropolis.

Cic. l. 1. offic.

Et cùm vir benè de patria meritus, non ignoraret: *ſenibus* maximè *dandam operam: ut & amicos, & juventutem quàm plurimum juvent*: permultos ipſe *novitios* JCtos ad pra-

xin, & ad æquitatis artem uſu exſere
quaſi manu duxit: atque ſic poſt obitum
que prodeſſe patriæ ſtuduit. Si quand
renſibus negociis nonnihil ocii ſuppe
volupe, ut maximum ipſi erat, *hiſtor*
ſeſe lectione oblectare: tum & bonos
res, ac *philoſophicas* etiam *literas*, q
intervallo reguſtare, ſubinde *Plinii* i
ore habenti: *nullum eſſe librum tam m*
ut non aliqua parte prodeſſet. Memori
fuit felici: nullus ut ferè caſus ad ipſum
retur: quin ſtatim unum atque alteru
braria ſua jureconſultum produceret:
lum in terminis, ut loquuntur, decidere
jus ille fundamentis probè prius exar
inſiſtens, cùm non neſciret: haud u
ſatisfieri poſſe obſtinatis; & *nihil adeò*
eſſe: *quin controverti poſſet à diſputacib*
tis habuit, tribus vitilitigatores verbis e
re; quàm ſecare hydram. Præterea

Judex honeſtum prætulit utili, &
Rejecit alto dona nocentium
Vultu————

ut à *Flacico* tantum ſumamus: cujus re
plum unicum duntaxat è multis recita
Nobilis quidam inter reliquos Ele
mercatorum conductores erat. Is
occaſionem evagandi, per compend
rum dictos mercatores prævertens
adortus, omnibus, quæ ſecum veheba
nis exuit. Hi cognito fortè ex geſtibus
indiciis homine, conqueruntur apud
rem. Nobilis capitur: rem fatetur:
accuſatur. Factum ab Electore delibera
datur huic noſtro. Cùm itaque vita re
nu quaſi ejus verteretur: idque cogna
nobilis ab infido quodam miniſtro c
riſſent: domum iſtius veniunt: pecu
pocula, & nihil non promittunt: m
mam & vitam cognato captivo ſervar
hic egregiè eos objurgatos à ſe dim
quod hiſce ſe corrumpi poſſe putaſſen
cturum ſine ipſorum muneribus; c
Deum & conſcientiam ſuam excuſare
Moxque adeò apud Electorem conq
nolle ſe dixit quicquam impoſterum in
ſimilibus cauſis ſtatuere: niſi ſilentiu
ponanatur ſeriò garrulis & pernicioſis h
bus. Nec enim parvum ſibi periculum
nobilibus imminere ſi re patefacta, con
gnatum eorum aliquid in relatione ſua c
deret. In ſuis conſiliis autem & proc
ut loquuntur, non ſolebat multis au
tibus accumulatis digladiari: ut hodi
que de ſchola juridica etiam ad vulga
quæque juris axiomata farragines alle
num adducunt, tantùm ut chartas imp
ſed diſertis rationibus ex ipſius æqui bo
damentis deſumtis, & ad circumſ
controverſiæ applicatis cauſſam exp
conſueverat.

Mutata poſt obitum *Friderici III.* re
ne in Electorali Palatinatu, non imitat
cæteros ἀλλοπροσάλλους, inſtabiles Ve
nos; licet ſæpe laceſſitus: ſed conſtan
manſit: juſſuſque, candidè perſcripſi

em ſuam : & novo Electori obtulit:
ue in officio, propter cauſarum Electo-
noticiam, præter ſuam ipſius exſpecta-
n; auctario etiam ad ordinarium ſala-
adjecto, retentus fuit. In quo principi
ejus planè & plenè conſtitit : quamvis
injuriis, ac libellis etiam famoſis, à
& ocioſis quibusdam malignè ſatis ap-
s fuerit. Tulit ipſe omnia tantò pa-
is ; ob eam ex qua promanabant,
n: quantò difficiliùs aliâs in civilibus
odi concoquere ſolebat. Nam de in-
tiam alii illata non ſecus, ac ſi ſibi facta
ndignari conſuevit.

idem catenatis laboribus exhauſtus,
o'Electore *Friderico* IV. miſſionem ha-
obtinuiſſet: ut reliquis ipſi negociis,
s ferè infinitis obruebatur, parceretur :
trò tantum audientiis, ut loquuntur,
: ipſo ad ultimum ſenio, placidè ſolu-
em ſuum obiit *Haidelbergæ*, die *viceſi-
nto* Junii, anno Chriſti *milleſimo, ſex-
imo, decimo*, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo*
; ſepultus ad D. *Petri* : & epitaphio
odi à J. *Leonhardo Weidnero* Palatino
atus:

lis hîc utraq; jacet vir clarus ab arte;
mpe toga inprimis utilis atq; ſago:
uor ille ſuum indefeſſum huc usque pro-
bavit
ncipibus ſtudium, perpetuamq; fidem:
um deſiiſſet mandato munere fungi:
ntus eum patriæ quippe tenebat amor:)
avium tandem miſeratus JOVA *labo-*
rum;
eſtem in patriam juſſet abire ſenem.

ic vir antiqua fide & virtute, inimicus
ionibus, laborioſus, vehemens qui fa-
quàm diutius iraſceretur ; quique
velley, valdè vellet; minimè ſuperbus,
s & παῤῥησιαςικὸς; eoque nomine *Caſi-*
luci gratiſſimus; à quo multis haud ra-
etis privatisque negociis eſt adhibitus.
inc autem gratiam, ut ſolet in aulis,
in vita privata, non unius fuit invidiæ
ius.

ura fuit proceriore nec indecenti; ha-
orporis ac membris benè compactis,
d valetudine firma; corpore robuſto;
od nullos non labores atque incommo-
tineret. Ac propterea ſolitus fuit veſci
nque cibis concoctu difficilioribus, ut
ernis, carnibus fumo induratis, olere
, pane nigro, Caſeum verò in deliciis
habuit; & omnibus etiam exquiſitiſſi-
erculis prætulit. Non amabat jocos,
rtim mordaciores, de quibus dicere
s; **nach ſolchen ſchwencken werffe man
umb** / *hoc eſt, poſt ejusmodi motiones vel*
(vernaculum ejus eſt ambiguum) *ple-
currus evertitur.* Symbolum quod
itario à patre acceperat, uſurpavit hoc;
Gott will: quod hoc redditum verſu;
*mihi cuncta cadant : ut fert divina
voluntas!*

In pauperes, qui litium aliquid habebant, affectu fuit ſingulari; & eorum cauſas non tantum gratis egit, urſit, promovit; ſed & ipſos tecto ſuo & menſa accepit; inſuper & pecunia juvit; inde poſt obitum à multis non ſine lacrymis eſt deſideratus. *Benignitas in pauperes.*

Multiplicem denique viri experientiam, & reconditam doctrinam demonſtrant ali quatenus *apophthegmata* quædam, ipſe fami liaria; de quibus hæc; *Nullam eſſe ſuaviorem harmoniam* dixit; *quàm cordis & linguæ: muſicam omnium pulcerrimam mores eſſe concinnos.* Eos, qui *diteſcere cuperent, oportere habere curam magnam, conſcientiam parvam. Litem lites parere; adeoq; qui litem habeat ſuper gallina, illum ovo accepto tranſigere debere. Ex uno dubio ſequi infinita alia: Si non eſſent improbi defenſores; non eſſent improbi litigatores. Nullum piſcem ſine ſpina, & nullum hominem ſine vitio eſſe. Eum qui inter homines cum gloria verſari cupiat: judicia etiam mediocrium averſari non debere. Tribus* demum *rebus ſapientiam ſolidam parari: an tiquitatibus* ac monumentis ſedulò inſpiciendis, multis *libris* legendis; tum peregrinis *regionibus* perluſtrandis. *Satius eſſe inter bonos nomen habere; quàm inter claros. Deum nonnunquam permittere, ut in peccata labamur: quò firmior fides noſtra reſurgat ab ipſa pœnitentia. In præſenti periculo oportere ſemper prævenire occaſionem: nunquã exſpectare.* *Apophthegmata ejus. Muſica quæ optima. Lites ex litib. Nemo ſine crimine. Gloria ut parandu.*

Interrogatus, *ecquid novi?* reſpondit interdum; *nihil novi ſub ſole* eſſe! Ad quendam laudantem valetudinis firmæ bona, dixit **zu gar geſund ſey ungeſund**: hoc eſt, *optimam valetudinem eſſe peſſimam.* De quodam, qui omnibus decoctis miles ex deſperatione factus erat, dixit; **Wann man das ſilber und gold verthan hat / muß man das eiſen angreiffen.** Stultos vocabat omnes; qui hoſtem ſuum parvi facerent contemnerentque. *Si enim vincerent ipſum: minorem ſe vincere, non eſſe victoriam: ſin vincerentur ab ipſo: à minore vinci tantò eſſe turpius.* Atque hactenus de hoc Jcto & Politico *ex vita M. S.* *Valetudo. Hoſtis non contemnendus.*

CORNELIUS GROTIUS. — *n.* 1610. *d.* 25. *Jul. ætat.* 66.

COrnelius *Grotius* natus eſt in oppido *Delpho*, Hollandiæ magnatum urbium tertio, die *viceſimo quinto* Julii, qui D *Jacobo* ſacer, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo quarto.* Patrem habuit *Hugonem Grotium*, virum antiqua virtute & opibus pollentem ex patricia *Grotiorum familia*: quæ in repub. Delphenſi totis *quadringentis* annis continuis illuſtris, etiam huc uſque conſulatibus, & ſummis reipub. honoribus decoratur. Mater ei fuit *Eliſæa Heemskerkia*, ex præcipua Hollandiæ nobilitate & opulentiſſima, niſi ſub comite Hollandiæ *Florentio Quinto* cum *Gerardo Velſenio*, cui conſanguinitate fuerat juncta, fortunæ *Delphum oppidum. Hugo Grotius pater. Familia Grotiorum. Gerard. Velſenius.*

majore bonorum parte & patriciis laribus exuta fuiſſet.

Henricus Iunius præcept. Condiſcipuli. Grotii.

Puer in patria prima literarum & artium liberalium fundamenta jecit, ſub ductu *Henrici Junii*, viri literatiſſimi, & optimi juventutis informatoris; ubi commilitones habuit quàm plurimos Hollandiæ nobiles ac magnates, & inter eos magnum illum & incomparabilem *Ianum Douzam Nordvici* Dominum, verum nobilitatis *Hollandiæ* decus: *Iacobum Egmondum* equeſtris ordinis virum *Keneburgi* dominum, illuſtrium ordinum Hollandiæ primatem: *Iacobum Eyndium* virum Marte & Pallade nobilem, urbis & arcis *Wourdanæ* præfectum: cum quibus omnibus arctiſſimam amicitiam toto vitæ curriculo ſanctiſſimè coluit.

Lovanium mittitur.

Adoleſcens à patre miſſus eſt *Lovanium*, tunc temporis celeberrimum Europæ ſcientiarum emporium: cumque Themidi conſecratus eſſet, ne illotis manibus ſacra puræ Divæ contingeret, primo variis artibus ſeſe imbuit, perque *quadriennium* continuum Philoſophico ſtudio incubuit, *philoſophiam Platonicam*, quippe quam ſolam inter humanæ ſapientiæ ſectas magis divinam judicavit, adeò avidè amplexus; ut omnia *Platonis* & *Platonicorum* ſcripta perſcrutatus fuerit: memoriæ infixerit: ac per totam vitam manu & mente volutarit.

Philoſophiæ ſtudet. Platonis ſectator.

Græcia mater & fons ſcientiarum. Diſcit Græca & Hebræa.

Cum verò Græciam omnium ſcientiarum matrem & fontem eſſe animadvertiſſet; magna contentione *Græcam linguam* penitiſſimè addidicit. Deinde *linguam ſacram* tam avidè percepit; ut nunquam alia lingua, quàm genuinâ; divina oracula legeret. *Matheſin* quoque & reliquas artes penitus arripuit.

Lutetiam abit 1564. Ioann. Auratus.

Anno ætatis *vigeſimo* Lutetiam Pariſiorum profectus, operam dedit viris literatisſimis & ſummis Philoſophis, ac inprimis *Auratum* Græcæ linguæ peritiſſimum ac profeſſorem regium habuit amicum. Ita pectore variis artibus præparato, contendit ad juriſprudentiam, veram illam & non ſimulatam Philoſophiam, cujus perdiſcendæ amore *Aureliam* petiit. Ibi uſus optimis præceptoribus legitimæ ſcientiæ ſtudium abſolvit, cumque digniſſimus judicaretur à Profeſſoribus gradu Doctoratus, *Licentiæ laurea* decorari voluit: nec unquam pòſt toto vitæ curriculo adduci potuit: ut Doctoris titulum admitteret; ita erat ab omni ambitione alienus.

Aureliam petit. Ibi Licentiat. creatur.

Domi cauſas agit.

In patriam reverſus foro & rebus agendis ſe dedit, uſus convictoribus viris nobiliſſimis *Arto Brederode* & *Theodoro Leccuwio* ſenatoria dignitate poſtea decoratis: cumque abſoluto totius practices curriculo, *Delphum* reverſus ædes paternas apud matrem viduam, patre anno *milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo*, turbulentiſſimis reipub. temporibus vita & conſulatu defuncto, inhabitaret; Senatus populusque Delphenſis eum in conſilium ſuorum cooptavit: ac eodem anno in judicum album adſcripſit. Innotuit ſtatim omnibus Grotii probitas & excellens eruditio: quæ cauſa fuit: ut princeps *Auraicus*, *Guilielmus*, comes *Naſſovius*, r
provinciarum gubernator, magiſtrum
lorum ſupplicum eum crearit.

Habitat Delphi in pater. ædib. Legitur in conſilium. Ab Aurau. principe in libell. magiſt. conſtit.

Eo munere ſumma cum laude & in
tiſſimè functus eſt: donec illuſtres
diæ ordines anno *ſeptuageſimo quinto*
cum Gymnaſium erigere ſtatuiſſent:
augurando, & legibus informando
cæteros aptiſſimus judicatus eſt hic G
Ac primum philoſophiam per aliquo
profeſſus eſt: deinde, juris docendi p
ciam ſibi impoſitam egregiè exornavit
ventutis ſtudia, diſputando & de jure p
reſpondendo, mirificè adjuvit. *Sexi*
demiæ rectoratu ſumma cum prude
moderatione, ſine ullius offenſa, f
Aliquoties ſupremi conſiſtorii ſenat
quod *Hagæ Comitis* eſt, ſenator nom
nunquam permoveri potuit: ut mun
cendi deſereret: etſi revidendis maxi
menti ſupremæ curiæ ſententiis adh
paſſus fuit.

Piè & placidè gravis ætate obdor
anno Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo*
ipſo eo die, quo primum lucem hanc
xerat, relicta conjuge nobiliſſima m
abſque liberis.

Libros itidem nullos edidit: ſed elab
quosdam *commentarios*, *ad diverſ*
partes conſcripſit: inter quos eſt, ab
ſimus *commentarius ad quatuor libro*
tutionum juris civilis: ad *omnes titulo*
tuor primorum librorum Digeſtorum:
mi commentariorum & obſervationum
lium; *ſingularis* denique *tractatus co*
quinquaginta differentias feudorum
Hollandicis.

Leguntur in hunc JCtum benè m
hæc epigrammata: ac primum de effi
hujusmodi:

Accipe, quem jactes poſt plurima ſecula
Nec quo ſpectari dignior alter erit.
Grotius hic ille eſt: quo Muſica ſceptra g
Lugdunum felix, & ſine lite fuit.
Non illum Themidos latuere oracula
Socratico dulcis manat ab ore lepos.
Æternum ſolitus cunctis præferre Pla
Non tamen & Macetum ſtrevera
nem.
Hauſerat Auſtreæ puras è fontibus illas
Quas nunc barbaries non benè turbat
Sola quies placuit; mentis quoq; dona b
Preſſit: & in vulgo nil tulit eſſe ſum
Nunc quoq; quod nulla ſpectatur imagin
Crede mihi tanto dignior ille fuit.
Sola virum preſſit divina modeſtia ſem
Et ſola ante omnes collocat illa virum

D. H

Alterum eſt tale:

Hic rerum cauſas docuit, diamq; Ma
Atq; ita ſe totum legibus inde dedit
Doctrinaque ſua decus immortale para
Cecropium referens pectore & ore ſ

nullam vultus, ſi quæras fortè, reliquit
Effigiem, ingenii quàm monumenta ſui.
e hoc Lugdunum ſenſit rectore quietem,
Diſſidii longis exagitata malis.
irco à Stygio nomen jam vendicat amne,
Et cineres placidâ Leida quiete fovet.
G. G.

Academia Lugdunenſi.

ERARDUS TUNINGIUS.

Erardum Tuningum Lugdunum Bata-orum edidit, anno Chriſti *milleſimo, ntesimo, ſexageſimo ſexto.* Puer inter literarum rudimenta, *Gallicam* lin- & *Logiſticem* in patria percepit: qui- ſe innata diſcendi cupiditate *Hiſpani-* mul & *Italicum* ſermonem adjunxit. n hoc ab ipſo, raro tunc in vulgus exem- t paucis in illa gente uſitato: quæ ſim- tis tenax, morum exterorum odio, atinas quoq; linguas parciùs colebat. no ætatis ſuæ *decimo octavo*, cùm *En-* quoque in municipali jure deſcribendis ė formulis in foro uſitatis, ut eſt ca- doleſcentum, nonnihil profeciſſet: in iam ablegatus eſt: ut *Vliſbona*, cele- o *Luſitanorum* oppido, negociationi- nſtitoriâ curâ præficeretur. Sed dieb. t poſt, quam navem conſcenderat, eve- t tempeſtate ſubitò orta mareque infe- , cum maximâ jacturâ, nec ſine vitæ ine, nautæ verterent, & in portum re- : fatis quaſi obnunciantibus abitum liquando in ſua terra profuturi.

mum reverſus paulò poſt, tanquam in- divino, literarum ſtudia, maxima ani- ntentione cepit capeſſere: idque tanto , ut non ſecus ac in ſtadio, nunquam eſpiraret; quàm ad metam veniſſet. Li- *Latinas, Græcas, Matheſin*, ipſam divini nani *Juris ſcientiam*, illas præceptore cellenti, *Rodolpho Snellio*; hanc autem o juriſprudentium, *Hugone Donello*, *uadriennio* vix integro, abſolvit: con- te cum ingenii benignitate memoria, voraginis inſtar, capaciſſimam habe-

ſtea, anno ætatis *viceſimo ſecundo*, pu- doctura inſignibus à *Donello* ornatus que non peregrè, ſed in ea urbe, in qua erat. Quippe fœdum & infauſtum, tum ientis primum Academiæ auſpiciis du- ſi urbem, quæ ſe pepeniſſet, ea gloria nem haberet, quam ab exteris ſperare cipiebat.

terum ne eximium profectum in umbra meret, ſolem quoque & pulverem ex- ſtatuit: ſimul ut amorem ſui & con- m aliorum, quæ plerunque ſtudiorum dinem ſequuntur, evaderet. *Hagam* ſe contulit: ubi in conſpectu, & in luce num, cauſas agere, reis adeſſe, Mercu- nique, non illi cui conſecratus olim fue- d forenſi & facundiæ antiſtiti, totum ſe dare cœpit. Ita *biennio* exacto, cum videret, nihil ſupereſſe ſibi, vel ad magni animi experimentum, vel ad laudem: cujus, ut præclaræ mentes ſolent, appetens inprimis erat, denuo *Lugdunum* rediit. Ibi tranquillum & præclarum vitæ genus, jus ex cathedra docendi, *Lipſio* ac *Douſa*, autoribus, amplexus eſt. Quam provinciam, ſummo ingenio, incredibili facundia, ac promtitudine ornavit. Si quid eſſet publicè docendum coram multis, in quo ingenii periclitandæ eſſent vires; nemo accuratiùs, nemo diſtinctiùs, nemo ornatius dicebat. Tanta autem gravitate cathedram implebat; ut cùm loqueretur, ipſam Academiam non hominem in ea natum, loqui crederes. Eloquentiæ erat facilis & expeditæ: comti ſermonis & Latini: cui honeſtum vocis accedebat lenocinium: judicio inprimis acri, non in literis modò; ſed in communi vita: moribus integris, & ad hilaritatem factis: *animo* vegeto, & ut ille ait, *ſemper defæcato.*

Lugduni docet. *Docendi ejus gravitas.* *Eloquentia.*

Ante omnia nulli invidere mortalium: adverſariorum raro aut nunquam meminiſſe; amicorum res, ut ſuas, curæ habere, pro iis apud proceres; apud principes, contendere; quos, non, ut umbratici ſolent trepidè, ſed cum fiducia conveniebat. Natus ad Rempub. niſi beatus, quam ambitioſus eſſe maluiſſet. Eo tamen feliciſſimus: quòd malevolis quoque, prono in calumnias ſeculo, nihil cui detraherent, præter comitatem, reliquit.

Virtutes aliæ. *Invidia major.*

Amicos habuit præ cæteris, *Duozas*, patrem & filium, *Joannem Grotium, Jo nnem Melandrum, Iuſtum Lipſium, Othonem Heurnium, Gerardum & Reinerum Bontium, Danielem Heinſium, Petrum Scriverium*, alios in Academia, & in aula non paucos. Inprimis autem *Ioſephum Scaligerum*; quem felicitate fatali, in Galliam miſſus, ab *Henrico* ejus nominis quarto impetravit; qua legatione ita functus eſt: ut auſpiciis & libertate ordinum, non prius domum rediret; quam rem confeciſſet, & deſertæ *Lipſii* diſceſſu Academiæ, cujus & alumnus & civis erat, virum talem redderet; qualem ea tempeſtate orbis non habebat.

Amici. *Ioſeph. Scalig. adduxit Lugdunum.*

Vitam celebs finivit, anno ſupra *milleſimum & ſexcenteſimum decimo*, Auguſti die *decimo nono, Bruxellis*; quò occaſione feriarum æſtivarum animi cauſa ſe contulerat.

Moritur.

Quædam conſcripſit, è quibus nihil editum, præter libellum, quem horis ſucciſivis inter amicos contexuerat; *Apophthegmata* nimirum *linguis aliquot conſcripta, commentarium* abſolutiſſimum *ad quatuor Digeſtorum* libros; ignoramus an luci datum.

Scripta ejus.

Ex *Academia Lugdunenſi.*

PETRUS DENAISIUS.

Θ. 1610. d. 20. Sept. ætat.

ARGENTORATI, inclyta Imperii urbe, *Petrus Denaiſius* naſcitur, anno ætate Chriſtianæ *milleſimo, quingenteſimo,*

Natalis Denaiſii.

Parentes profugi.

ſimo, *ſexageſimo*, die *primo* Maii. Parentes ipſius è Lotharingia *Argentoratum* tempeſtates Gallicarum perſecutionum ejecerunt cum prole numeroſa; homines perhoneſtos, & in re ſat lauta & aucta conſtitutos: quorum gentiles in Gallia, ſupremi ſubſellii viri etiamnum celebrantur.

Fratres milites & mercatores.

Ex filiis autem compluribus, unum hunc Muſis illi conſecrarunt, cæteris Martis & Mercurii caſtra ſecutis: de quibus unus, dux militaris, bello Alſatico, anno *nonageſimo primo*, ad *Molshemum*, ſclopeti ictu occubuit, ibidem ſepultus. Verum hic noſter Phœbi ac Muſarum pullus, cum gemino emergendi adminiculo niteretur, *natalium* dico & *divitiarum ſplendore*, utrunque tamen poſthabuit: & ſuopte, quod dicitur Marte, ad decus & gloriam graſſatus, ſola virtute, eximiaque juris, aliarumque diſciplinarum ſcientia, magnum ſibi apud magnos nomen comparavit: perque varios honorum gradus ad faſtigium pervenit ampliſſimum.

Ipſe Muſas ſectatur.

Doctor juris renunciatur An. 1583. d. 8 Kal. Aug Conſiliarius. Palatin conſtituit.

Baſileæ enim ſolenni Academiarum more, competitore ampliſſ. V. *Georgio Michaele Lingelshemio*, elect. Palatini conſiliario intimo, Doctor juris renunciatus, mox in numerum conſiliariorum Palat. adſcitus, primum ſub duce *I Caſimiro* Adminiſtratore, deinde ſub *Friderici IV.* Electoris regimine, præclara ingenii, judicii, induſtriæ ac fidei edidit argumenta. Arduis inſuper negociis tractandis, & legationibus obeundis ampliſſimis, modò ad regem *Poloniæ*, modò ad *Eliſabetham Angliæ* reginam, modò ad alios principes, omnia prudentiſſimi conſiliarii, & fideliſſimi legati munia implevit.

Legationibus fungitur.

Cæterum legatio illa in *Angliam* inſtituta ideo fuit: ut ad reginam purgaret principem *Caſimirum* & Baronem *Dohnanum*: qui variis calumniis deformati erant, ob ſtrages Gallicanas: quibus ipſe egregiè ſua eloquentia prævenit. Cum enim audiiſſet reginam lingua Italica delectari: Italicè peroravit, licet tribus linguis *Gallica*, *Italica*, & *Latina* paratus acceſſerat. Cumque ad rem ipſam accederet ſermo: interpellatus Gallicis verbis à regina ſatis iracunde bis terve fuit. Quare ille jam ante præmonitus nihil fuit turbatus: ſed ſtatim in ſermone perrexit: ac maſculè Gallicis itidem verbis reginæ reſpondit: calumniasque, quibus infecta à malignis delatoribus erat, prudenter declinavit ac refutavit: ſummamque gratiam à regina inivit: à qua literis ad *Caſimirum* laudatus fuit ob rem apud ſe præclarè geſtam.

Perorat coram regina Angliæ.

Excuſat ſuos.

Adſeſſor Spiræ deſignatur.

Præterea adſeſſor Cameræ Imperialis *Spiræ Nemetum*, anno *milleſ. quingenteſ. nonageſimo* conſtitutus, tali judicio, tanta circumſpectione, tanta æquitate ibi verſatus eſt: ut requiſitus fortè ſententiam, nemo ab ea temerè Cameralium abiret, aut diſſentiret. Ab ipſis quippe fundamentis jura omnia norat planè ad amuſſim: longoque uſu & experientia deprehenderat *doctos dolos* quorundam: quibus glaucomam judicum oculis offundere ſolent. Perſtitit hoc in munere, cum r
commodo, ad finem usque vitæ. F
quidem illuſtriſſ. princeps *Caſimirus* ei
finito Adminiſtrationis tempore, ſe ip
cellario in ſuo ducatu uſurum: ſed pr
paulò ante Adminiſtrationis terminum
exemto, res aliter, ſic Deo volente, c

Diutinis tandem podagræ doloribus
tarrhis exhauſtus, ac hydrope ad extr
confectus, degenerante in phthiſin,
tem nec metuens, nec optans, ad c
tranſiit πολίτευμα, *Haidelbergæ* in ædi
ceri ſui *Ludovici Culmanni*, procan
olim Archipalatini, die *viceſimo* Septe
anno Chriſti *milleſimo*, *ſexcenteſimo* d
ætatis ſuæ *quinquageſimo* completo, c
ferè menſibus. Sepultus eſt honori
æde Petrina: & à *Julio Guilielmo Zinc*
juvene politiſſimo, epigrammate epi
hujusmodi ornatus:

Hoc cubat in tumulo Denaiſius ille, Vi
Quo vix in terris juſtior alter erit.
Mentem adeò rebus ſervavit in omnibu
Diſtribuitq; aliis jura bilance pari.
Contentus virtute ſuâ fortunâ in utraq
Pulcram egit vitam pulcrum ob
tulit.

Vir fuit ingenio acri & vivido: eruditi
leganti: animo manſueto, ab omni fa
horrenti: cultu tenui: in dicendi ſe
integer & liber: dignitates majores
oblatas magno animo rejecit. Fuit
linguarum, *Gallicæ*, *Italicæ*, *Anglicæ*
Latinam; vir ſolidè doctus doctorum
cio. In vernacula elegantiſſimæ vena
ta: docuitque ipſe ſuo exemplo; *lin*
Germanicam nullam omninò cultus ele
am reſpuere, modo excolatur. Jam v
ſumus φιλόκαινοι; ut domeſtica plerunc
ſtudiamus; & noſtram linguam ba
aut duram ducamus: *exotica* verò *om*
miremur & in deliciis habeamus. S
hunc unum, ſi nullus alius eſſet, op
Italis Gallisque opponere non dubit
tanta facilitate, tanta ſermonis purita
leporibus uſus eſt in vernaculis concin
Muſices denique inſignis fuit amator
tor: ſaltandi etiam artem & gymnaſti
Italia didicerat: verbo ut dicamus,
fuit elegantioris diſciplinæ, ac huma
eruditionis expers. *Rabulas* forenſe
perſecutus eſt: appellans eos *formula*
aucupes ſylabarum ſubtiliter cæcutient
veræ Juriſprudentiæ fundamenta ne pe
ſennam quidem viderint, nedum cauſ
quarum patrocinium ſuſcepiſſent, acco
dare ſciant, cum ſummo ſuorum cli
detrimento, ne dicam exitio. Imò a
eſt dicere: *ſe vix tres quatuorve vid*
vocatos, qui ſupra rabularum nomen ſ
qui ſtatum controverſiarum ſuarum pr
tellexerint: & ex fundamentis juris cl
ſuorum cauſas agere norint.

In vita privata variis ſe hominum i
ac ſtudiis accommodare norat: ex
annis podagra, calculus, aliique mo

nt; amicis tamen operam lubens de- quos comiter ſemper excepit, ac do- à ſe dimiſit.

re antè non audita conſultus ita diſſe- t ad eam ſolam præmeditatus videre- ravis in colloquiis, nec tamen ſine jo- ſalibus Charitum. Cùm jam ſenior linem amaret: hoc emblema in con- ingendum curavit: *Eliæ* nempe pro- *imaginem* cum corvis in *eremo*, addito rſu:

oquii ſatis eſt, cœtus fugiſſe profanos.

idine fuit ſub extremum, ut diximus, ; & æſtus ſenſit magnos ac ſubinde entes. Quaproptrer de nocte lectum & ut plurimum deambulabat ad no- ſque mediam, & longius: æſtivis e- ctibus in nudo ſtramine tantum linteo npoſito ſolitus cubare. Catarrhis val- obnoxius, licet vixerit temperantiſ- diætam obſervarit, ut qui maximè. at enim & medicam artem, atque tim eam, quæ valetudini cuſtodiendæ, s præſcribit.

lò ante obitum, omnia ſcripta è pulpi- riniis afferri juſſit: inter quæ acta, epi- relationes, conſilia & obſervationes, vir diligens in annotando; quæ mul- no precio redemiſſent. Omnia iſta ip- quiſivit: & quæ judicabat vel aliis ob- vel ſilentio ſancto obruenda: ut arca- neræ, & ſecreta litigantium, ab aliis vit: inque ignem penè excitatum con- ut fidei & conſcientiæ ſuæ ſatisface-

ipta ab eo juridica eidita ſunt hæc: *Jus ale*, omnium manibus tritum, *tractatus* t de *jure meri Imperii*, ſive de *juris- e Cameræ Spirenſis*. Scripſit & Theo- nonnulla; & libellum vernaculum, cui n fecit Jeſuiter Latein: item *diſſerta- de Idolo Hallenſi contra Lipſium*. Præ- s multa dicitur tum Politica tum alia ſſe & edidiſſe: ſed ſine nominis ſui ap- one. Nec enim ita fuit auceps famæ, vis ea digniſſimus, ut hac ætate permul- i omnibus modis nominis ſui gloriam gi opinione, ac ſæpe laureolam in mu- , ut dicitur, quærunt: Ita etiam depingi nquam eſt paſſus: nec epitaphium ſibi llum juſſit; nugas & vanitates ejusmo- ellando. Cum aliquando quæſtio in- t *cujus rei nulla unquam homines ſatie- peret?* reſpondit: *lucri*. Atque re- nte fratre: *ego verò negotioſam mercatu- quamvis lucroſiſſimam, ultrò reliqui: ergo* t ipſe, *fugiſti negocia & labores, non lu-*

ntum de Denaiſio JC. ex M. S.

JOANN. GEORGIUS GODELMANNUS.

NATUS eſt *Joannes Georgius Gödelmannus Tuttlingæ* oppido ad Danubium tribus à *Conſtantia Zaſii* patria, milliaribus, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo nono*, die *duodecimo Maij*. Pater ei fuit *Jeremias Gartachenſis*, vir pius, doctus, & prudens: qui à teneris unguiculis ad literarum ſtudia adhibitus primùm *Argentoratum* venit: ubi inter alios *Joannem* illum *Sturmium* audivit. Inde *Tubingam* acceſſit; & in philoſophicis quidem *Jacobo Scheckio*, in jure autem *Carolo Molino, Matthæo Gribaldo*, ac *Joanni Sichardo* operam dedit. Poſtea magiſterii titulo ornatus ſecretarius factus eſt comitis *Michaelis à Wertheim*: deinde à Wirtembergico duce *Chriſtophoro*, præfectus eſt territorio *Tuttlingenſi*; & à duce *Ludovico* arci *Roſecciæ*, haud procul *Tubinga*. *Jerem. Godelman. pater. Eius vitæ periocha.* *Præfect. Roſeccianus.*

Vir religioſus & pius; quique diligenter *Lutheri, Brentii & Chytræi* ſcripta evolvit: ſedulus in concionibus, & pſalmodia, mane ac veſperi cum familia frequentanda. *Eius elogium.*

Gravis moribus: juſtitiæ tenax: amans literarum: gratus principibus, eorum conſiliariis, doctis & civibus. Obiit anno *octogeſimo ſecundo* poſt *milleſimum, quingenteſimum*. Mater autem fuit ei *Maria Holdſchuerina*, fœmina præclara, nobilis & clariſſimi, a tricii Noribergenſis, *Georgii Holdſchuerini*, poſtea Cancellarii *Derbacenſis* in Livonia, filia, excellentis verò Juriſconſulti Doctoris *Joannis Hemmingeri*, conſiliarii quondam Wirtembergici, neptis. Quæ *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo octavo* anno, Tubingæ defuncta, in eodem, quo poſtea maritus, ſepulcro eſt humata. *Obit Jer. Godelman. Maria Holdſchuerina mat. Georgius Holdſchuer.*

Joannes autem hic *Georgius Stutgardiæ & Tubingæ* literis imbutus, anno ætatis *decimo ſexto* primæ laureæ honorem, inter *undequadraginta* competitores primus, pridie Calend. Aprilis, *Georgio Liblero* Brabeuta accepit, anno *ſeptuageſimo quarto*, rectore illuſtriſſimo principe, comite Wirtembergæ Mompeligard. *Friderico*. *Baccal. renunciatur Godelman. F.*

Deinde cum organon Ariſtotelis à *D. Jacobo Scheckio*; Rhetoricam à *M. Georgio Hitzlero*; Homerum à *Mart. Cruſio*, Ethicam à *Samuele Hailando*, Phyſicam à *Georgio Liblero*, Aſtronomiam à *D. Philippo Apiano*, & *M. Michaele Mœſtlino*, audiviſſet: diſputando & declamando ſe exercuiſſet: cum aliis *viginti tribus* eruditis juvenibus die decimo quinto Februarii, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſexto*, magiſterii gradu à *M. Sam. Hailando* Decano ornatus eſt. *Et magiſter.*

Inde ad ſtudium juris tranſiit: in quo ex doctoribus audivit, Inſtitutiones à *Chiliano Voglero* & *Andrea Laubmario*: Codicem à *Varenbulero*: Librum 2. decretalium à *Joanne Hochmanno*: Pandectas, à *Jacobo Cappelbeccio* & *Anaſtaſio Demlero*: Denique Feudalia, à *Valentino Volvo*: atque anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo octavo*, præſide *Hochmanno*, diſputationem de *Litis conteſtatione* tutatus eſt. Poſtea menſe Octobris ejusdem anni per *Franconiam, Turingiam, Miſniam*, in *Saxoniam* cum *D. Jacobo Andreæ* profectus *Wittembergæ* clariſſimos juris Anteceſſores audi- *Studium juris aggreditur.* *Wittembergam abit.*

Docet privatim. audivit: *Matthæū Weſenbecium* & *Joachimum à Beuſt.* Ibi etiam ipſe nobilibus quibusdam petentibus, privatim inſtitutione explicavit. *Peregrinatur.* Inde varias urbes & regiones peragravit; *Magdeburgum, Brunſuigam, Helmſtadium,* ubi D. *Mynſingerum*, & D. *Borchtoldum* ſalutavit, *Lunæburgum, Hamburgum, Lubecam, Wiſmariam,* civitates Hanſaticas.

Venit Roſtochium. Venit inde *Roſtochium*; anno *ſeptuageſimo nono,* menſe Aprili, & mox vicinum *Daniæ* regnum Academiamque Hafnienſem perluſtravit: Roſtochium reverſus, inſtitutiones *Ubi docet.* juris ſtudioſis interpretatus eſt, & uno anno abſolvit: ac de præcipuis materiis diſputationes ſingulis hebdomatibus inſtituit. Pro quibus fidelibus laboribus, *centum Joachimicis* à gratis auditoribus donatus eſt. His ingenii dotibus, docendi dexteritate, & induſtriæ eruditæ ſpecimine, *David Chytræus* motus, petenti in matrimonium filiam ſuam lubens volensque elocavit. Non tamen mox nuptiæ celebratæ ſunt; ſed ſponſalibus per- *Inviſit patrem.* actis, Goedelmannus per *Marchiam*, *Miſniam*, *Boemiam*, *Pragam*, *Noribergam*, anno *octogeſimo* in patriam ad patrem rediit.

Salutat Obert. Giphan. Doct. juris renunciatur 1580. Inde *Argentoratum*, ubi *Oberto Giphanio* ſalutato, per *Alſatiam* aſcendit *Baſileam.* Ibi cum tribus aliis candidatis, anno *vigeſimo primo* ætatis, inſignia Docturæ, Cal. Septemb. petiit & impetravit. His peractis *Excurrit in Burgund.* cum generoſo *Zerotino* in comitatum *Mompelgardenſem*, & inde per *Burgundiam. Veſuntium* usque excurrit. Poſtea *Baſileam*; & hinc in patriam *Tuttlingam* reverſus atque honorifice exceptus, ad patrem recurrit: præceptoribusque ſuis *Tubingæ* valedixit, convivio ab eis honoratus, & menſe Septembri, rebus ex animi ſententia confectis *Roſtochium* rediit.

Profeſſ. Acad. Roſtoch. 1581. Ibi ſequente anno in numerum profeſſorum cooptatus: prælectionem *Ciceronis de legibus*, ſibi à collegio juris aſſignatam, Cal. Decemb. incoavit; præmiſſa de more *oratione* contra *calumniatores ſtudii legalis*: & *diſputatione* publica de *jure venandi.* Ac nu- *Nuptias celebrat.* ptias tandem cum expetita ſponſa eodem *octogeſimo primo* anno celebravit, epithalamiis à *Caſſelio*, *Nathane Chytræo Cruſio*, & aliis, amicè accantatis. Inde famâ nominis ipſius in dies latius ſeſe diffundente, à Sa- *Evocatur à Saxone. Migrat Dreſdam* xoniæ proelectore evocatus, ut à conſiliis ſibi eſſet, vocationem ſecutus ſuo loco fidem & induſtriam præſtitit ſingularem, *Dreſdæ* fixo domicilio & ſede fortunarum ſuarum. Uſus eſt idem princeps ejus opera ſæpè in le- *Legatus ad Cæſarem. Nobil. & com. Palat. creatur.* gationibus, præſertim ad aulam Auguſtam: in qua cum Cæſari virtutem, doctrinam, ac facundiam ſuam probaſſet: ab eodem *inſignibus gentilitiis* nobilitatus, & *comes Palatinus* eſt declaratus.

Moritur. Laboribus immoritur *Dreſdæ* anno *milleſimo, ſexcenteſimo undecimo*, die *viceſimo* Martii, ætatis ſuæ *quinquageſimo ſecundo*.

Scripta. Conſcripſit ac foras dedit *tractatum de Magis Veneficis, & lamiis, deque his rectè cognoſcendis & puniendis,* in *tres libros* diſtributum.

Fridericus Taubmannus, poeta cl[...] curriculum ejus vitæ & elogium epico[...] phio eſt complexus: quod in gratiam le[...] Philologi adiicere viſum:

Sancte ſenex (quanquam meritis, quà[...]
ctibus avi
Major eras) etiam tu noſtras deſeres un[...]
Quàm paucos mutavit equos Nocturnus[...]
Viximus; & telas longi deteximus orſi![...]
Sæpe tamen cœptam (rapui quod in omni[...]
Rupiſti, & fato non exſpectata litaſti[...]
Vota tuo; tractum gaviſus ad ultima c[...]
Scammata; jamq́ animâ feſſum diludia[...]
Poſcere magno animo te poſſe & velle Je[...]
Nunc votum, nunc omen adeſt aulæa t[...]
Suſtulit omnipotens Ædilis; &, Ito par[...]
Ito domum dixit, pretium hoc Pietatis ha[...]
Nec tamen hoc, quantum eſt, traduxt[...]
rius ævum.
Quod vixti, Summis vixiſti carus & In[...]
Et meritis in utrosq́ bonus. Scio, Saxo,[...]
Incola Roſtochii, quà plus duo luſtra pro[...]
Civica Jura bonis pubes audivit elenchi[...]
Quaq́ ſibi raris ſocerum virtutibus emi[...]
Et fama atq́ auri dare vim pro dote pote[...]
Nempe Chytræiaden: quem octava pro[...]
auctu
Fecit avum. Quid? vilis honos, ſeferre[...]
Chytræi quem laus meritorum æquavit O[...]
Hinc Dresdam excîtus, ſummarū[...]
ſumma Senatûs
Electoris erat: quem tunc vis proxima[...]
Suſtulerat: orbamq́ domum populosq́ re[...]
Optio, quo Sol non meliorem vidit. In[...]
Goldelmanna fides primùm ſpectata thea[...]
Pòſt ſpectanda magis, quid poſſit, & ore [...]
Atq́ ope conſilii, rerumque ingentibus a[...]
Quorſumq́ & quoties cum magni S[...]
idem
Mandatis jerit; quid opus nota ordine[...]
Ire recenſitum? Socii Praga maxima r[...]
Sacraque Romani majeſtas illa Rodolphi[...]
Et quater, & decies quater, hunc vidér[...]
fectum
Nomine legati. Neque iniquo lumine C[...]
Reſpexit meritum. Torque inſignivit Eq[...]
Nobilium: &, ſacri, dixit, Comes eſto Pa[...]
Auguſtæq; domus. Quum tandē à Cæſare[...]
Cæſaris ad partes & regnum Fratris, & [...]
Teutonis extremas ac mœnia noſtra Vien[...]
Præcipitaret iter reditumq; ad Cæſaris a[...]
Ex illo languere, & cæco ægreſcere morbo[...]
Paulatimque ſuæ vadimonia mortis obire[...]
Hæc finis fatorum illi, quæ ſingula g[...]
Interiore, datæ ſua per veſtigia metæ,
Stringere fas duxi. Dixiſſem ubi plur[...]
diſſem
Pabula Livori. Quid ſi data pabula edac[...]
Sic quoque Livori? Sed tu, nutricula Ve[...]
Poſteritas, auctore fide, non vate profectu[...]
Credito: nec merces ulli fuit ulla colori.
Tota ejus, quanta eſt, meritis ea gratia de[...]
Dixeris ingratum, mala dixeris omnia. [...]
Æternumque vale quod Godelmanne fu[...]
Quà nomen virtutis erit, quà Cæſaris, & [...]
Saxonis; illa tui quoque nominis aura vig[...]

Cruſii annalibus Suevicis; Geſneri bi-
eta; & Fr. Taubmanni ſchediaſmatis
imis.

[HI]PPOLITUS A COLLIBUS.

[Fa]milia eſt nobilium à *Collibus* in Italia vetu-
, ampla, & rebus in toga ſagoq; egregiè
clara. Pater ejus *Paulus Colli Alexandriæ*
[Me]diolanenſi territorio domicilium habuit.
[l]uce Evangelii illuſtratus domeſticam
[ja]mdiu eccleſiam non ſine ſummo peri-
[h]abuit. A ſervulo deinde ſuo monitus
plane homine, tandem in locum tutum
deret: ipſe verbum hoc quaſi ab aſina
i profectum accepit: ſtatimque rebus
ditis acconvaſatis in *Rhetiam* ſe primum
amilia contulit: ut liberiori conſcien-
i, & ſincerum numinis divini cultum
us exercere poſſet. Haud longo inter-
poſt è Rhetia *Tigurum* Helvetiorum ca-
onceſſit: ſeque adſcribi eam in civita-
tivit: uti factum. Atque hac in urbe
lytus à Collibus natus eſt anno Chriſti
imo, quingenteſimo, ſexageſimo primo.
ceſimo Februarii.
primum ex pueris exceſſit: indolem
dit præclaram, & ingenium diſciplina-
apax. Parentes itaque, ut officium
at, in pædagogeo *Neuhuſiano* Electo-
Palatinatus pietatis atque optimarum ar-
rimitiis imbuendum curarunt. Uſus
cum aliis præceptore *Friderico Sylbur-*
ui cùm videretur ingenio eſſe liberiore,
e eſt juventutis incuria, negligentiore:
r ei fuit; ut ſtudiis relictis ad alia ani-
appelleret. Sed longe aberravit ille
dicio: unde Hippolytus vir factus talis,
m dicemus, ſæpe ad eum *ecce*, inquit,
obtemperaſſem conſilio: jam non eſſem
m. Fundamentis jactis in *Italiam* pro-
eſt; ac totum ſe ſacrarum legum ſtu-
mancipavit: ut ſummum ea in ſcientia
æ poſtea *Baſileæ* fuerit conſecutus: &
feſſorum etiam numerum ibidem co-
s.
inde *Haidelbergenſem* in Academiam
tus, in primariis juris utriusque pro-
ibus locum obtinuit: ſummumque ejus
emiæ magiſtratum, anno *octogeſimo*
o, cum laude geſſit.
aidelbergâ commodum *Baſileam* revo-
, cùm jam ipſe alio cogitaret, ob quas-
privatas cum *Julio Pacio* controverſias:
b. illi à conſiliis fuit ſyndici munus ob-
o. In quo fidem & induſtriam ſingula-
probavit: famaque in dies illuſtriori ad
nquos etiam dimanavit. Inde ad *Chri-*
um principem *Anhaltinum* venit: can-
rii munus ſuſtinuit: & cum anno *nona-*
o primo princeps ille equitatum & pedi-
n florentiſſimum in Galliam, ſuppetias
rico IV. Galliæ & Navarræ regi laturus,

duceret; cum eodem abiit, & à conſiliis ei
fuit militaribus. Paulò poſt in *Angliam* ad *Eliſabetham* reginam; atque porrò ad ordines Imperii præcipuos fuit ablegatus: quibus in itineribus, aulas Germanorum principum pleraſque cognovit. Cumque ſingulari etiam in legatione ad *Fridericum IV.* Electorem Palatinatum ire juſſus eſſet; ſtatim Elector cum eo agendum curavit; de opera ſibi addicenda, in quod cùm conſenſiſſet: præſes curiæ dicaſteriive & conſiliarius eſt declaratus.

Legatus in Angliam & Germaniam.

Ad Elect. Palatinum

A quo præſes curiæ deſignatur.

Hoc officio *undeviginti* annos ita functus eſt, ut pietatis, prudentiæ, juſtitiæ, eloquentiæ, & virtutum aliarum, quæ in conſiliario fideli requiruntur, laude conceſſerit nemini. Inprimis autem commendatæ in eo fuerunt duæ virtutes, *taciturnitas* prudens, & ἀφιλαργυρία ſive pertinax *contemtus munerum*: quæ etiam ſapientum oculos occæcant: & deſtruunt verba juſtorum.

Taciturnitas & munerum contemtus in eo.

Adlectus deinde in conſilium principis arcanum, anno *nonageſimo ſeptimo*: & anno *milleſimo, ſexcenteſimo tertio Haidelbergenſi* diœceſi præfectus, commodis eorum, quos ſuæ fidei creditos norat, ſolicite conſuluit: affabilem ſe ac humanum erga quosvis præbuit: libellos ſupplices comiter accepit; querimonias de aliorum injuriis placide audivit; nec triſtem à ſe quenquam, quantum in ſe fuit, dimiſit.

Fit à conſil. intimis.

Præfect. Haidelberg. conſtit.

Præter iſta inſuper ſat ardua munia, legationes quoque, ut ſupra attigimus, varias obivit: cum ingenio & eloquentia polleret; linguasque plures probe calleret. In *Poloniam* enim ab Electore Palatino miſſus, gratus inprimis regi ob doctrinam & prudentiam fuit: & cum admiratione tum ab ipſo rege, tum à cæteris regni ordinibus eſt auditus.

Legationes obit.

In Poloniam.

Anno deinde *ſexcenteſimo octavo*, paci inter *Hiſpaniarum* regem, & ordines confœderatos *Belgicarum* provinciarum conſtituendæ, cum principum Germanorum nomine intereſſet: ſuæ commiſſa fidei accurate tractavit, graviterque confecit, integro propemodum anno *Hagæ comitis* exacto. Haud multò poſt, exorta non parvi momenti controverſia de agro *Juliacenſi*, ad regem *Galliæ* miſſus, ſingulari dexteritate ea avertit: quæ cum maximo illius ducatus damno conjuncta eſſe videbantur. Poſtea anno *ſexcenteſimo decimo* cum duce Wirtembergico, propter unionem faciam ad *Jacobum* magnæ *Brittanniæ* regem ablegatus, non ſine præſentiſſimo vitæ diſcrimine, *Hiſpanorum* militum crudelitatem inter *Bonnam* & *Coloniam* effugit. Sequenti anno longe majori *Pragæ Boëmorum* fuit in periculo: cum præter exſpectationem miles *Paſſavienſis* in urbem ſe infudit: partemque ejus occupavit: ubi tres hebdomadas inter ſacrum & ſaxum hæſit. Iterum tamen legatus eò profectus, tandem à *Rudolpho* Cæſare ea impetravit: de quibus et annum Electoralis ſibi Palatinatus gratulatur.

In Belgium. 1600.

In Galliam

In Angliam 1610.

In Boemiam 1611.

Poſtquam igitur ſic patriæ utiliter inſerviendo, per honorum gradus, cum doctrinæ,

inte-

integritatis, gravitatis, ac prudentiæ laude ad faſtigium ferè perveniſſet; ut mortalia omnia ſunt caduca, anno *ſexcenteſimo duodecimo* febri ardenti & continua correptus, decendium eâ laboravit: quæ cùm vires paulatim ſumeret, virum de republica benè meritum die *ſecundo* Februarii exſtinxit, ætatis ejus anno *quinquageſimo primo.* Elatus eſt cum deſiderio multorum; atque ad *D. Petri* honorificè ſepultus. Proſecuti etiam eum ſunt epigrammatis epitaphiis amici: de quibus hoc eſt *Julii Guilielmi Zincgrefii:*

Morbus ejus ſupremus. Qua exſtinguitur. Epigramma in eum.

In febrim Hippolyti à Collibus ardentem:

Cunctorum natus fueras, vir magne, favori:
Mors etiam viſa eſt ipſa favere tibi.
Parcere non poterat mortali: aſt ferrea fata
Magnæ animæ lethi nobilitate levat.
Scilicet hæc generoſa ſatis quæ ducit ad aſtra,
Perq; æſtum ac ignes Hercule digna via eſt.

Elogium ejus. Fuit vir ingenio felici, eloquentia ſuavi, judicio acri, linguarum plurium, nec ſolùm juris, verum humaniorum etiam diſciplinarum & hiſtoriarum peritus: in dicendo jure prudens ac juſtus: ab omni, ut diximus, δωροφαγίᾳ alienus. In quotidiano convictu admodum urbanus & facetus: unde *Fridericus IV.* Elector Palatinus conſuetudine ejus plurimum eſt delectatus, ſummoque eum favore complexus: quem tamen ferè perdidiſſet: cum à rege *Daniæ* invitatus jam ibi eſſet: ut miſſionem ab Electore petere, & officiis ſuis ſe abdicare vellet.

Charus Elect. Palat.

De parentum ſuorum exilio & damno, ſæpe ſolitus eſt dicere: *alii conqueruntur ſe religionis cauſa omnia perdidiſſe: ego verò nunquam eo dignitatis perveniſſem: niſi mea reliquiſſem.* In morbo ſupremo, cùm medici de venæ ſectione conſultarent, & quidam ſuaderent, quidam diſſuaderent, & contra regulas Galeni ac medicinæ id eſſe dicerent: ipſe *dum vos,* inquit, *deliberatis, ego ſecundum regulas Galeni & medicinæ moriar.*

Conjugium. In conjugio vixit unico annos *undeviginti:* in quo pater factus eſt *quinque* liberorum: quorum *tres* præmiſit: filium & filiam ſuperſtites reliquit. *Officia.* Præſidem egit curiæ annis *quindecim: novem* verò annis præfectum Haidelbergenſem.

Scripta. In poſteritatis uſum ab eo edita ſunt, *commentarius ad titul ff. de diverſis regulis juris antiqui: conſiliarius principis,* quo in libello vivis coloribus depingit eos, qui in principum conſilium legendi: *de nobilitate poſitiones ſexaginta duæ,* acceſſit ſeorſim *Palatinus* ſeu *Aulicus* & de *incrementis urbium* tractatus. Edidit item libellum ſine ſuo nomine cum titulo, *Harpocrates,* ſive de *ratione ſilendi,* Editurus idem erat lib. *Emblematum ſingularium,* quæ *Impreſſæ* dicuntur Italis: ſed mors & hæc & alia intercepit.

Ex *concione funebri,* & *deſcriptione, vita ac obitus ejus M. S.*

GEORGIUS OB-RECHTUS.

FAMILIAM *Obrechtianam* claris 8[...] quis Seleſtadienſium familiis *Waffler*[...] *Monetariorum, Schurffeſaccorum Sc*[...]*rum,* celebris ille philologus *Beatus R*[...]*nus* annumerat. Ex hac cum tribus [...]bus *Didymo* medico, *Henrico JC.* & c[...] Argentoratenſi, & *Daniele* itidem [...] prodiit *Georgius Obrechtus,* natus *Ar*[...]*rati* anno Chriſti *milleſimo, quingent*[...] *quadrageſimo ſeptimo,* feſto concep[...] Pater ei fuit *Thomas,* ſyndicus illius r[...] prudentiſſimus: mater verò *Eliſabth*[...] thin/ femina lectiſſima.

Quemadmodum autem literas impe[...] amavit & excoluit parens: ita filios q[...] doctos atque eruditos ut haberet: e[...] cùm ad familiæ ſuæ decus & gloriam [...] ad utilitatem aliorum produceret: [...] ſumtibus labori nulli pepercit. Itaque & [...] maturè præceptoribus imbuendum tra[...] qui cùm per claſſes ad publicas in Aca[...] *Argentoratenſi* ſcholas adſcendiſſet: f[...] que ſemper inter eos, qui agmen duc[...] non qui ἐν προσθήκης μέρει haberentur: [...]*gam* ſeſe contulit: ubi in Philoſophic[...]ctus præceptores optimos *Jac. Schec*[...] *Georg. Liblerum, Hitzlerum, Samuel*[...]*landum:* eorum ductu atque auſpici[...] philoſophiæ partem, quæ de moribu[...] ſerit, jureconſulto futuro præcipuè ve[...]dam, peculiari ſibi neceſſitudine de[...] *Triennium* amplius philoſopiæ cum vac[...] vaſtum deinceps illum juris Oceanu[...] ingreſſus: in quo vela feliciter fecit: [...]que & ſecundo curſu in portum eſt [...] *Ingenium* enim ei erat acre, vegetum, ad [...] quævis aptum: contentio & *induſtria* ad [...] *ſumtus* ad neceſſaria omnia ſufficientes [...]*res* juris peritiſſimi. Ac *Tubingæ* quide[...]divit *Varenbulerum, Cappelbeccium,* [...]*mannum, Deblerum, Hornmoldum, Vol*[...] Deinde *in Burgundiam* progreſſus ante[...]res habuit *Cynum, Campanum, Roma*[...] *Mogiotum, Muſium:* in Gallia autem *R*[...]*tum Fernerium, Contium, Molinæum.*

In Gallia autem ex improviſo in proc[...] tempeſtatis incidit turbulentiſſimam, la[...] illius Pariſienſis. Quæ cum primò *Lutet*[...] pòſt *Aurelias,* ubi tunc Obrechtus comm[...]batur, adeoque omnes Galliæ regiones [...]bes pervagata eſſet: magno in diſcri[...] cum Germanis aliis verſatus eſt Ob[...]tus. Pecudum enim inſtar, nulla h[...] vel ſexus, vel ætatis, vel ordinis [...]ne, homines mactabantur: alii in [...] trucidabantur: alii de feneſtris p[...]pitabantur: non tuti erant in cellis, ca[...] locis non ſine veniâ nominandis: met[...] patris cuſpidem filius: ſocer generi: [...] mariti: ſocrus nurus: frater fratris. E[...] tamen Obrechtus ſanctorum angeloru[...]

pius, caſtus, in precibus aſſiduus
ctione; vitamque ſuam abſtulit ut præ-
ſed bibliothecæ, diverſis Galliæ in A-
niis comparatæ, jacturam fecit. In
m reverſum aliud excepit infortunium.
enim ſperaret, ſe bibliothecam eam,
anteqam in Galliam iret, magno
& labore collegerat, reperturum:
quoque ſuppilatam deprehendit: nec
t, quos furti auctores appellaret vel ac-
et. Dejecit ea res ita animum ejus; ut,
ex ipſius ore auditum multis, de vitæ
genere ſcholaſtico deſerendo, cumque
ri commutando rationes ſecum inierit:
que fuerit: ut nomen daret ſuum *Petro*
ichio, & literis & armis viro clariſſimo;
bid temporis, aliquot militum vexilla
lſatiam in Galliam duxit. Verùm con-
hæc diſiecit proculdubio, atque diſtur-
s, qui quantum eruditione ſua utilita-
ademiæ, commodi Reipublicæ: emo-
ti bonis multis, quandoque eſſet alla-
idit, ut videt omnia. Voluit ut in toga
, quàm in acie inſtruenda occupatus,
t potius homines, quàm affligeret;
varet urbes, quàm oppugnaret & ever-

nte itaque in melius mutata, novaque
rſus librorum comparata ſupellectile,
m ſe contulit: ubi cùm non ſolum,
b doctoribus aliis apprehenderat, me-
que complexus erat, colligeret, dili-
que revocaret; verum in diſputationi-
am publicis, acrem ſeſe antagoniſtam
ret; dignus habitus fuit, cui titulus ju-
ſulti unà cum *Henrico Grot. Tilemanno*
Prochuſio & *Philippo Chelio* die *decimo*
Maij, anni *ſeptuageſ. quarti*, conferretur.
lico ergo teſtimonio ornatus, cum in
entia & prudentia ejus inclareſceret:
am in cathedram Academiæ *Argentora-*
collocatur anno *ſeptuageſimo quinto*,
Auguſto. Eo in loco intricata diſtin-
opioſa ſuccinctè: obſcura dilucidè ex-
t: fecitque, ut juventus in juris ſtu-
atis poſſet paſſibus progredi. Nec ſo-
cendo: ſed etiam de jure reſpondendo
profuit: & ſua ope ex incertis certos
c conſilii compotes dimiſit. Ita *qua-*
ta annis in ſchola publicè docuit: &
tum ſtrenuum in cauſis forenſibus egit
nnio poſtremo, ob calculi dolores, pe-
nguſtias, & defluxiones aſſiduas, raro
exire, & quæ muneris ſui erant, potu-
e.

dem ſenio & morbo confectus, labo-
ue exhauſtus, felici fine vitam in terris
, inſtar obdormiſcentis, anno *milleſi-*
excenteſimo duodecimo, die *ſeptimo* Ju-
tatis ſuæ *ſexageſimo ſexto* incoato. Ela-
funere frequentiſſimo & cum luctu
miæ, Senatus populique Argentora-

xit in conjugio gemino: in primo cum
ra Joannis Marbachii Theologi filia:
in altero cum *Urſula*, *Ulrici Cheſii* poliatri
Argentoratenſis filia, vidua *Theobaldi Win-*
theri, expertus id quod Siracides habet: *bo-*
nam atque generoſam uxorem ſolatio gaudio-
que viro eſſe: ejusdem humanitate ſua oſſa
pinguefacere.

Fuit in Obrechto fides ἀνυπόκριτος, & per charitatem ubertim efficax. Nam ubi ſciebat eſſe familiam aliquam inopem & ſubſidio dignam, ſuſtentavit: extorribus ob ſinceræ religonis profeſſionem ſuccurrit: diſcendi cupidos adoleſcentes egenos, ut pater humaniſſimus aluit, veſtem aliis, aliis cibaria, aliis nummos ſuppeditando. In conſiliis ac judiciis nihil præcipitanter aut inconſideratè dixit egitive: ut qui probè ſciret: *conſilia calida initio quidem jucunda: tractatu poſt dura: exitu eſſe triſtia & luctuoſa:* utque *Servius Sulpitius* concordiam civium ſibi unicè habuit commendatam: neque conſtituere litium actiones maluit, quam exortas ſemel controverſias ſopire, & tollere. *Virtutes.*

Et licet nunquam non graviſſimorum negociorum onere premeretur: nunquam tamen cum *Xenocrate* opus habuit: ut *Gratiis ſacra faceret*: domum ſuam nulli etiam abjecto occluſit: excepit adeuntium deſideria amicè: operam ſuam pollicitus benevolè: triſtem à ſe, quantum quidem fieri potuit, dimiſit neminem. *Calida conſilia. Xenocrat.*

Id etiam in felicitatis & laudis Obrechtianæ parte non extrema ponendum: quod gratus charusq; fuerit principibus ſummis, ipſiq; *Rudolpho II.* Imperatori. Hic enim cùm accepiſſet, quo pacto pluribus annis Argentoratenſi in Academia jura docuiſſet publicè: ſtrenuum in forenſibus cauſis advocatum egiſſet: libris in publicum datis eruditionem ſuam orbi teſtatam reddidiſſet: ipſe quin etiam Cæſar conſiliis ejus fructuoſè uſus fuiſſet: ſingulari clementiæ ac favoris exemplo ac argumento, *ſacri Palatii, aulæque Cæſareæ* & *Imperialis conſiſtorii comitem*, unâ cum filio *Joanne Thoma Obrechto*, eum creavit. Invitatus idem Obrechtus pater fuit ab Electore Palatino *Ludovico* ad Academiam Heidelbergenſem: accerſitus ſtipendio ampliſſimo ad Academiam *Juliam* à principe *Julio*: duce *Brunſuicenſi* ac *Lunæburgenſi*; paratam habuit clementiam *Palatini Neoburgenſis*; *ducum Saxoniæ Vimarienſium*, *Magapolenſium*, *Wirtembergenſium*, *marchionum Badenſium*; *ducum Lignicenſium*, & *Mönſterbergenſium*, atque aliorum plurium. *Comes Pal. creatur à Cæſar. J. T. bom. Obrecht. Charus principib. Obrecht.*

In evulgandis ingenii ſui fœtibus fuit parcior: non quòd pro *ſacris Eleuſiniis*, aut *augurum arcanis* ſua haberet: ſed quod, ut alicubi ipſe ad *Georgium Fridericum* marchionem Badenſem, deprehenderet, meliora ab aliis jam edita, nec ſuis laboribus opus eſſe: & quòd nollet hoc mordaci ſeculo calumniis obrui. Maluit enim quà docendo, quà conſulendo prodeſſe: quàm ad quosvis aliorum inſultus ſeſe præparare: excipere quemvis, qui in ſe pro libitu ſuo incurreret: & pro uno ſcrip- *Scripta.*

Libri Obrechti nomine editi. Hermanus Vultejus.

to ria exſpectare. Sed cum videret, etiam ſe vivo quædam ſuo nomine audacter edi: & ab amicis, inter quos vel primus *Hermannus Vulteius* JC. & Cattorum principis conſiliarius, rogatus ac præmonitus; foras dedit præter *œconomias juris* univerſi, *legalem Topicam, jus Feudale* enucleatum: *titulos Codicis* præcipuos, & foro inprimis accommodatos: *materiam defenſionis neceſſariæ* utilem & quotidianam; *Diſputationes* de rebus variis. Recognovit & quædam: ut *Diſputationes*, quas legibus & rationibus confirmavit: *juris Antithemata*, quæ notis apprime neceſſariis illuſtravit: opera denique alia officinis, horis ſubſecivis adornavit, à filio edenda.

Hæc de Obrechto JC. & comite Palatino ex oratione parentali ſcripta & dicta à Marco Floro Argentorati eloquentiæ profeſſore.

Ω. 1613. d. 24. Apr. ætat. 62.

WENCESLAUS A ZEDELITZ.

Zedlicioꝛum familia. Natalis Wenceslai Zedlicii. Pater eius.

FAMILIA *Zedliciorum* à Newkirch / quingentos ante annos in nobilitate Sileſiaca floruit. Ex ea bono publico datur *Wenceslaus*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquagesimo primo*, die *viceſimo octavo* Junii, Dominica, poſt *Joannis Baptiſtæ*. Patrem habuit cognominem, virum ſtrenuum, & in expeditione illa Ungarica, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſexto*, de voluntate *Maximiliani* II. Imperatoris, equitatus *Suidnicenſis ducatus* ductorem. Abiit hic ad veram vitam anno *ſexageſimo ſeptimo*, die *quinto* Novembris, cum ei commiſſa eſſet, una cum *Sigfrido Promnicio* Barone, finium inter Poloniam & Sileſiam diſceptatio.

Dux exercitus.

Moritur.

Mittitur Frideburgum.

Cùm autem recta educatio fundamentum ſit omnis felicitatis: parentum ejus cura eò incubuit: ut & filius hic maturè veræ pietatis & virtutis elementis imbueretur. Quamobrem puer etiam tum vix *octennis Frideburgum* oppidum ad *Quiſſum* fluvium miſſus, ludum ibi literarium aliquandiu frequentavit. Inde *Laubanum*, ac porro *Suidnicium*, & denique *Goldbergam*, celebrem illam optimarum diſciplinarum ſedem, acceſſit: ubi inſtitutione *Martini Taburni*, felicis juventutis informatoris uſus, ita in ſtudiorum ſtadio progreſſus eſt: ut dignus habitus fuerit & idoneus, publicarum ſcholarum auditor.

Inde Goldberg. Mart. Taburnus.

Wittemberg. ſe confert.

De conſilio itaque ſuorum *Wittembergam* ad inſigne & commune Germaniæ noſtræ Athenæum, ſeſe contulit: ibique celeberrimis doctiſſimisque viris ipſum *quinquennium* operam dedit. Wittemberga *Francofurtum* cis *Viadrum* abiit, ſtudiorum gratia continuandorum: ibidemque aliquid temporis audiendis & publicis doctoribus cum fructu tranſegit.

Exinde Francofurt. ad Od.

Poſtea, quemadmodum hominem
ſtri loco natum decet, Martis quoq
am experiri voluit, & ad ſaga ivit.
non ſolum in *Ungaria* tam ſuperiore,
inferiore ſub *Joanne Rubero* exercitu
non inglorius miles, adverſus comm
Chriſtiani nominis hoſtem pugnavit:
tiam in *Belgio*, duce *Sigismundo Ku*
chio, libero Barone, nomen militiæ
Domum exinde ad ſuos reverſus, c
creviſſet ætas & uſus rerum atque exer
in conſiliariorum numerum à principe
cenſi & *Bergenſi* eſt cooptatus, quo
nere annis ferè *triginta*, cum innum
illuſtribus fidei, integritatis, cando
pientiæ, juſticiæ, moderationis, & h
tatis documentis eſt verſatus.
Poſtea cùm anno *nonageſimo ſexto,*
humanis *Friderico IV.* duce Sileſiæ L
& Bregenſi, exemto, nulla ex tribu
bus maſcula ſobole relicta, ducatus
cenſis ad illuſtriſſimum principem
mum Fridericum, defuncti patrueler
hereditario, eſſet devolutus: *Zedli*
unus dignus viſus eſt, qui ducatui i
fectus principis locum teneret. Hu
vinciæ, arduæ ſanè ac gravi, ipſe, c
judicii dexteritate, juſtitiæ obſervantia
ctarum ſententiarum conſtantia, cu
lumento ipſius ducatus, felicitatis
incremento, laudeque ſua eximia, a
rè *ſeptendecim*, præfuit.
Anno *ſexcenteſimo ſecundo*, die
quinto Martii, ad cœleſtem æternam
titatem traductus eſt illuſtriſſimus &
Sileſia optimè meritus princeps, *Joa*
Fridericus, dux Sileſiæ Lignicenſis
genſis, præpoſitus Magdeburgenſis
bus filiis ditionum ſuarum heredibu
adhuc impuberibus relictis. Ibi & Z
us de voluntate parentis, illuſtribus
una cum aliis celſiſſimis, tutor eſt da
adminiſtrator ſummæ rei conſtitutus.
In his omnibus *conſiliarii*, *præfect*
toris muneribus quantum laboris, q
operæ, ſtudii, contentionis & curar
antlarit: res loquitur publica, & dies
num oſtendit; imo una vox eſt omni
dinum Sileſiæ; *Wenceslaum Zedliciu*
rum ſtemmatis antiquitate: eruditio
ſtantia, judicii dexteritate & juſticiæ la
biliſſimum, vereque κοινὸν ἀγαθὸν *fuiſſe.*
Nam quæ in ſalutari gubernatore c
*requirunt literæ; ut ſit *vir roboris* ac
us: ut *Dei timens*: ut *veridicus*, *oſorqu*
ea in excellentiſſimo hoc viro fuerunt
& fuerunt eximia. *Pietatem* ejus luc
teſtatum eſt adſiduum ſacra Biblia n
functiorè legendi, preces ad Deum
quotidie ſæpiùs fundendi, concion
cras cum familia diligenter frequen
proximo prolixè promteque benefa
& juxta * Paulinum illud *piè*, *juſtè*,
briè vivendi ſtudium. Conſtans pr
in eo fuit *propoſitum* *vera juſtaque*

à quo nullis aliorum machinis amo-
paſſus eſt. A muneribus certè adeò
; fuit: ut oblata, etiam in bonis cau-
ſine ſtomacho ſæpè rejecerit. *Officii*
e *cura* tanta apud eum excubuit: ut
inis ſuæ rationem non habuerit: imò
liu *Lignicii* vixit, plus temporis in iti-
ad conventus principum & publica
expediendа; quàm domi apud ſuos
ſit.
e ita etiam in itinere & peregrè vitam
his terris piè clauſit. Cum enim anno
ſimo decimo tertio Brigam profectus,
reditu ad ſuos cogitaret; ecce repen-
non improviſo, apoplexiæ paroxyſ-
eredio ſuo *Janowicio*, die *viceſimo ſe-*
prilis, poſt cœnam cubitum iturus,
ur: quo inter ſeria ad Deum ſuſpiria ac
eſimo quarto, Aprilis, placidè exſpira-
tis ſuæ anno *ſexageſimo ſecundo*. Exu-
iicium advectæ honorificoque funere
lo D. *Mariæ* tumulo illatæ ſunt: ubi
im magnum illuſtris apparitionis Do-
pectant.
bitaneâ illa, ſed dudum præmeditata
npreſſione, tria præcipuè ſacræ ſcrip-
cta identidem, dum loqui potuit,
t, ex *Pſalmis nempe Davidicis hæc:
*n meum à Domino, qui fecit cœlum
m:* &, *In te Domine ſperavi, non
ir in æternum:* denique, *Jacta cu-
m in Dominum, & ſpera in eum: &
et.* Mortem autem dudum antea
tatam eſſe; & ad eam ſe ipſum præ-
tum cerebra ejus de obitu pio collo-
m hæc argumento eſſe poſſunt. Pri-
im *undecim*, ante ſuum ex hac vita
, *annis*, ædibus ſuis, quas in pa-
icholtz habuit, hanc ſupra portam
en inſcribendam *Latinè* & vernacu-
:

inder/oder wer diß Hauß bewohnt/
t/ daß Gott euch ſolches vergont/
t zur ſteten wohnung feſt/
r Herberg/ weil ihr Gäſt'
er Welt/ drumb wandelt fein
uben und Gewiſſen rein/
erren wegn/ tracht ſtetiglich
ohnung/ die bleibt ewiglich/
s bereitet Jeſus Chriſt:
r aller Heyland iſt.

e verſus illos Theologi celebris in-
uditum notos:

*oris quaſi tranſitus: omnia finem,
nq; immundus mundus honorat, ha-
bent.
nos, tranſit fortuna, pecunia tranſit;
Deo ſimilis, corpore tranſit homo.
e patres; & nos tranſibimus omnes;
patriam, qui benè tranſit, habet:*

nquam, verſus peculiari in charta
d Muſæi ſui parietem affixit: ut
oculos ſibi verſarentur. Eo etiam
quo fatali occupatus morbo fuit,
nis quaſi loco ſit, paræneſin ejus-
uani præceptor ipſius *Taburnus*

frequenter in ore habuerat, cuidam *μνημοσύνου* ergo *Uratislaviæ*, jam ad iter accinctus, inſcripſit:

SIC VIVAS, UT SINGULIS MOMENTIS EXSPECTES GLORIOSUM ADVENETUM FILII DEI, RETINENS FIDEM ET BONAM CONSCIENTIAM.

Argumentum etiam concionis in funere ſuo habendæ ipſe deſignavit, ex epiſtola D. Pauli ad eccleſiam Chriſti *Romæ tunc collectam ſcripta, hæc verba; *Omnes peccaverunt, ac deficiuntur gloria Dei: ut qui juſtificentur gratis, id eſt ejus gratia, per redemtionem factam in Jeſu Chriſto: Quem propoſuit Deus placamentum per fidem, in ſanguine ipſius, ad demonſtrandam juſtitiam ſuam, per remiſſionem peccatorum, quæ anteceſſerunt: Deo illa tolerante:* & paucis ante obitum ſuum ſeptimanis eadem iſta verba D. *Simoni Grunæo* paſtori Lignicenſi ad D. Virginis, commendavit. Sæpe etiam ſolitus fuit dicere, quod & in ſe expertus: Wann Gott durch einen verrichtet hat/ was er durch ihn hat verrichten wollen/ ſo gibt er ihm feyerabend/ und heiſt ihn ſchlaffen gehen: *hoc eſt, cùm Deus id, quod voluit, alicujus opera effecit: tum ferias ei concedit, cubitumque ire jubet,*

Textum ſuæ concion funeb. deligit.

*c. 3. v. 23. 24.

Dictum Zedlicii.

Fuit itaque & hic vir exitioſus, ac minimè unus è multis. Pietas, caput omnium virtutum, & ſincera religio verè ipſi fuit cordi: quam petendam cenſuit primum ex *ſacris literis*, deinde ex *ſymbolis Oecumenicis*, ex *confeſſione Auguſtæ exhibita*, ſcriptisque *Lutheri* ac *Melanchthonis*; & ex hujus potiſſimum *corpore doctrinæ*. Dedit id inſuper ſedulo operam: ut veritas doctrinæ evangelicæ in templis ſcholiſque incorruptè propagaretur: pax & concordia inter docentes ſanctè integreque conſervaretur; omiſſis omnibus non neceſſariis nihilque ædificantibus diſputationibus, aut neſcio quarum perſonarum inſectationibus. Hoc fine urſit mandatum ultimum, ſuper ea re à principe *Joachimo Friderico* promulgatum. Favit miniſterio: ſcholas fovit: ac pro virili promovit.

Religio unde vera haurienda.

Pacis eccleſ. & polit. ſtudioſus Zedlicius.

Præterea *judicio* valuit exacto, longoque rerum uſu præclarè corroborato confirmatoque: *eloquentia* expeditâ, plena dignitatis & gratiæ: *auctoritate* tantâ; ut ab omnibus obſervaretur: nec ſolum paribus, verum etiam ſuperioribus charus eſſet acceptusque: *cognitione* denique *artium* & *Linguæ Latinæ* ejusmodi: ut eam & intelligere rectè, & uſurpare ad alios aptè: *leges* etiam adducere, & pro re nata caſibus applicare ingenioſè acuteque noſſet.

Dotes ejusdem.

In conjugio vixit terno; & in primo, quod cum nobiliſſimâ virgine *Eliſabetha Biberana*, anno *octogeſimo*, inierat, *novendicem* ferè annorum decurſu liberos ſuſcepit *duodecim*: è quibus, *decem* præmiſſis, *duos* reliquit ſuperſtites filium ac filiam, gentilitæ dignitatis avitæq; virtutis feliciſſimas propagines. Duo poſtrema matrimonia prolis fuerunt expertia.

Conjugium

Hæc de iſto nobilitatis Sileſiacæ lumine *ex concione in exequiis die quinto Iunii Lignicii, in æde D. Virginis à Simone Grunæo, paſtore ibidem, habita.*

---

ob. 1613. d. 26 Maii. ætat. 53. curr.

CONRADUS RITTERSHUSIUS,

** Brunſuiga vel Brunonis vicus patria Rittershuſii. Natalis.*

DEDIT reipub. literariæ magnum hunc virum magna Saxoniæ urbs *Brunſuiga*, aliis * *Brunopolis* dicta, die *viceſimo quarto* Septembris, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo*: quo pius ille *Melanchthon* cum genero *Sabino*, & amiciſſimo ſuo *Lotichio*, his in terris vivere deſiit, memoria nominis relicta ſempiterna.

Balthaſar Rittersh. pater.

Patrem Rittershuſius nactus fuit *Balthaſarum* jureconſultum, & eccleſiæ collegiatæ *Baſileanæ* ibidem canonicum ac ſeniorem: virum ob officiorum & aliis gratificandi promtitudinem, animi candorem, vitæque integritatem, illa in civitate in primis laudatum & clarum. Avus ei fuit *Henricus*, ducum Brunſuicenſium & Lunæburgenſium in aula *Zellenſi* à ſecretis. Matrem itidem habuit matronam piiſſimam, *Bergii* viri laudati ac honeſti filiam.

Henricus Rittersh. avus.

Matthius Bergius avunculus præceptor Rittersh. Filii. Profeſſor dein Altorfii.

Prima ſtudiorum tyrocinia ſub *Matthia Bergio* avunculo depoſuit: qui *Catharinianæ* ſcholæ in urbe Rittershuſii natali tunc præfuit: poſtea *Ethicen* in *Altorfiana* Academia cum laude profeſſus eſt. In ludum literarium ſimul ac venit: & magiſtris aliquantiſper operam dedit: omnium ſpem & exſpectationem ſuperavit hic Rittershuſius. Tunc enim *poëmata* plurima, tunc *odas*, orationes proſas & verſas felici Minervâ contexuit: ac maturè de conſilio magiſtrorum *Græca* cum *Latinis* conjuxit.

Primitiæ ſtud. Rittershuſii.

Helmſtadium mittitur.

Sic præclarè jactis fundamentis primum in *Helmſtadianam* Academiam à parentibus eſt miſſus: ubi ſtudia philoſophica, in patria incoata, perpolivit, quæ, verè [illegible] ſunt ad ſuperiora. Ibidem ſanctæ Theologiæ ingreſſus auditoria; brevi eximiam ſibi rerum Theologicarum cognitionem comparavit: atque ita ſcientiam ſcientiæ addidit.

Audit Jo. Borcholt. J.C. per quinquennium.

Vigebat eadem tempeſtate in illa ſchola excellens Jureconſultus *Ioannes Borcholdus*. Huic cum aliis Rittershuſius operam diligenter dedit: eique non annum, ſed ipſum *quinquennium* adhæſit: id perſuaſum habens; *diſcentibus nihil accidere poſſe nocentius, quam crebras doctorum mutationes.*

Altorfum venit Anno 1584. Ubi Donello & Giphanio operam dat.

Helmſtadio anno *milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto Altorfium* nobile ſenatus Norici Athenæum, ingenii excolendi cauſa, profectus *Hugoni Donello*, & *Gisberto Giphanio*, viris æterna memoria dignis, ſe informandum tradidit. Horum prudentia totum juriſprudentiæ orbē tuto ac feliciter circuivit ac perluſtravit. Et ipſe Rittersh. quicquid nominis ac famæ, quicquid commodi & fortunarū collegit: id omne horum duum doctrinæ, in-

dustriæ, conſiliis ſe debere publicè pri

que ingenuè frequenterque eſt pro

Confirmato jam judicio, & feliciter i

juris ſtudio *Ingolſtadium* cum *Giphan*

ceſſit, excellentiſſimi Jcti *Fachinei* Ita

excitus, aut præceptoris amore abrept

Fachineum illum annum ferè totum a

magnumque clariſſimorum in illa off

teraria virorum favorem atque benev

am collegit: adeò quidem, ut judicio d

morum virorum hoc de ipſo jactatum

revixiſſe ipſum Nazianzenum in Ritte

qui in ſcribendis Græcis carminibus p

genium illius feſtivè efformare.

Annum ibi exegerat, cum ut genero

mus cœlum imitatus, motu gaudet, c

ipſum inceſſit peregrinandi, aliarumq

tium inſtituta, moresque cognoſcen

ſtriam ergo & *Pannoniam* adiit; qu

vix ſalutaſſet, ad munus conſiliarii,

tibus *Salmenſibus* fuit invitatus: quan

vocationem modeſtè abnuit; non ign

tio, nec metu laborum, aut quaſi nolle

minibus conciliis ſuis prodeſſe; ſed c

more ſerviendi ſtudioſæ juventuti,

adeò literarum orbi teneretur; ad qua

natus educatusque videbatur: & quo

non *Euripum*, non Syrtes ita eſſe inſta

ſunt aularum voluntates. Hinc ipſe i

ad *Joannem Trudiſium* Secretarium S

ſemita:

Non facit ad mores aulica vita meo

Non ego magnatum didici captare favo

Qui fragilis vitro non minus eſſe ſole

Poſt *Moraviæ* & *Boëmiæ* regnum, Ger

que noſtræ provincias nonnullas pera

& aliquando non in jocularium, ſed in

malum incidit. Anno enim *octogeſim*

mo, in *Mœno* navigans, quidam dæm

navigium conſcenderat: ubi à Satana

ptus, horribiliter ſtentoreâ planè vo

mans, toto corpore lintrem ita jacta

in utrumque latus impelleretur: ac v

bus robuſtiſſimis, quo minus ſubmerg

conſervari poſſet.

Perfunctus peregrinatione *Altorfium*

nonageſimo primo rediit: ubi cum grat

ne multorum exceptus fuit qui præcla

ſius doctrinam & profectus proſpicie

admirabantur. Inde *Baſileam Raura*

eodem anno abiit: qua in Academia

quam non difficiles modò, ſed & ab

quasdam juris materias publicè diſp

explicuiſſet, & eruditionem egregiam

gio Jureconſultorum probaſſet:

judicatus eſt; cui inſignia conferr

quæ præclarè doctis darij ſolent

ma. Interim *Altorfii* è vita diſceditq

juris anteceſſor; adeoque lacuna ag

Academia laudatiſſima. Ad ean

plendam ſenatui Norico maximè id

viſus Rittershuſius. Vocatus ergò h

ficè primo *Inſtitutionum*, pòſt *Pandect*

li

eſſor & Profeſſor eſt electus. Huic ſuæ
eſſioni ſic præfuit; ut multum utilitatis
udioſam juventutem manarit: ut apud
os gloriam compararit: ut à quibusdam
ſpub. ad honorem conſiliarii, à qui-
am Academiis ad juris civilis profeſſio-
ſat ſplendidis ſtipendiis fuerit invitatus.
ollegas tum habuit amiciſſimos & fami-
imos *Petrum Weſembecium*, qui poſtea
ſio evocatus conſiliarii munus apud
ſimirum ducem Saxoniæ *Coburgi* geſſit:
nem Gentilem, virum nobiliſſimum &
ltiſſimum. Poſtea laborum ſocii ad-
i ipſi fuerunt *Matthæus* & *Andreas*
rus, ambo Reipub. Noricæ conſiliarii.
m ipſe ob gravitatem ſingularem & ſa-
rimorum conſiliorum in negociis tra-
nem commendaretur: ad ſummum ho-
adſcendit faſtigium, in collegium *con-*
orum Norinbergenſium cooptatus: in
agmen nunc ducit vir nobiliſſimus
onſultiſſimus *Philippus Camerarius*,
naſii Altorfiani procancellarius, gene-
bilitate, nominis celebritate, legationi-
d comitia & ad conventus Principum
tis clariſſimus.
m verò rerum humanarum ea conditio
nihil in iis perpetuum, conſtans nihil,
tim in iis quæ ad ſublimitatem & per-
nem ſuam pervenerunt: ita factum tan-
ſt; ut tabe quoque laborare cœperit
shuſius, ad ſummum famæ culmen
eſſus. Eam tabem medici quidem ten-
omni ſtudio curare; ſed pertinacia
i & virium imbecillitate ægri fruſtrà.
um æquo ipſe animo, ac planè invicto
interim nihil quod ſtudiorum conten-
n attinebat intermittens. Erat in ægro
re ſanior mens; hinc malum illud vin-
ertabat, verùm victus. Paucis diebus
mortalibus lineis non longè abeſſet,
ixiſſe ferunt: *ſe in votis habere, ut posſit*
ab amico quodam acceptum perlegere.
in ipſo ſcientiæ fuit ſitis, tantus profi-
ardor. Tandem elapſis aliquot menſi-
cùm morbus indies ingraveſceret, die
viceſima quarta, quæ fuit tertia Pente-
feria, manè ante horam *ſextam* anni
mi ſexcenteſimi decimi tertii, in arden-
numinis divini invocatione, in con-
& exultante fide ac confeſſione Jeſu
Salvatoris noſtri, piè exſpiravit, lue
cà peniriſſimè conſumtus: ut de ejus at-
to corpuſculo dici potuerit:
ula indutum ſceleton, vix oſſibus hærens.
annos *quinquaginta duos*, menſes *octo*:
ſſioni præfuit annos *unum & viginti*.
s eſt cum lacrymis collegarum, amico-
publicâ denique omnium eruditorum
a: quam *Janus Gruterus* hiſce carmi-
teſtatus eſt:

Manibus Conradi Rittershuſii,

Camœnæ me vocatis, quo vocatis Gratiæ?
manibus parentem vultis Rittershuſii?
Ac quid ore barbitoque funeri eius accinam,
Quod probet proles Bimatris auribus Cupidi-
nis?
Quodque Atheua, quodque Cypris, quodque Atlan-
tius nepos
Adfluenda equina ſtrati Naiadum dictet choris?
Naiades ſed inde dulci gutturis ſymphonia
Catui credant Orcadum; at ſuis hæ vallibus
Rupibusque fœnerato transferant, ſic ut Dryas
Nulla ſit net Faunus ullus, cum miniſtris Æoli
Rittershuſium commendet, ejus & præconia
Aëris latus per omne differant perrenniter?
Ah camœnæ Gratiæque, ah tres Deæ, ah Deæ
novem,
Audio, audio: ſed eius nil queo, quod quæritis!
Lingua muta eſt: dextra torpet: ſola vivunt lu-
mina
Uberisque fontis inſtar hinc & inde lacrymas
Depluunt, rigantque pectus turgidum à ſingulti-
bus.
His ſi egetis, ſum ecce præſto, meque vobis largior,
Præbiturus haud tyronis, evocati ſed vicem.
Ecce quàm mage unda currit frontis à cacu-
mine:
Hoc mage ac mage inſoleſcit, inque lumen ver-
titur.
Imbre macta hoc lacrimoſo ô tres Deæ, ô Deæ
novem
O Deæ novem, ô Deæ tres hiſce mactæ rivulis
Eſte; non torrentibus, ſed qui perennes curſitent.
Vos Camœnæ ſed viciſſim, & vos viciſſim Gratiæ
Fletibus meis, date illud, ut fiant criſtallini,
Deſuperque decidentes, membra Rittershuſii
Implicent rigente gutta, lucidoque marmore,
Quo ſepultus nec ſepultus ſit videndus omnibus,
Dignus aut ſi lectiore Ritterhuſius mari eſt,
Lacrymas meas mutate grandibus carbunculis
Siccinoque candicante, adamantibusque limpidis.
Hoc perfecto vos Ccmœnas, vos decetque Gratias,
Inſuperque dignum amore eſt, dignum honore, quo
boni,
Quoque docti proſequuntur Rittershuſium caput,
Nam quid haud dignus tegi ſit grandibus car-
bunculis,
Succinoque candicante, adamantibus limpidis,
Qui dum in orbe vixit iſto, ubique ſemper audiit,
Gemma doctorum omnium ac bonorum inæſti-
mabilis?

Verè fuit vir hic inſignis, alter ſui ſeculi *Scæ-* *Virtutes Rittershuſii. Et eruditio.*
vola, orator, poëta, philologus & Philoſo-
phus eximius; Græcæ & Latinæ linguæ cal-
lentiſſimus; ita ut perpetuo cum literarum
principibus, *Homero*, *Platone*, *Ariſtotele*,
Demoſthene, *Herodoto*, *Xenophonte*, *Thucydi-*
de, *Iſocrate*, aliisque tam ſacris quàm pro-
phanis ſcriptoribus, Græcis, Græcè: cum
Cæſare, *Tullio*, *Varrone*, *Marone*, *Horatio*,
& aliis Latini idiomatis proceribus Latinè
ſcribendo & dicendo certare poſſet. Linguæ
etiam *Hebreæ* non hoſpitem fuiſſe, inde ap-
paret: quod *Pſalmorum Davidicorum* maxi-
mam partem eâ felicitate metris Romanis
expreſſit: ut Hebraicè docti pronuncient,
neminem ferè omnium paraphraſtarum ita
fontes aperuiſſe, & acu, quod adjunt, rem

 tetigiſſe.

tetigiſſe. *Gallicæ* etiam ita fuit peritus: ut ex Gallico *apologicum Catholicum* pro Henrico IV. *Franciæ & Navarræ* rege converterit.

Pietas ejus. In jure interpretando ſumma ejus fuit ſcientia; varius & multiplex uſus, prudentia non vulgaris: quibus velut ſtella radians Lycæo Altorfiano affulſit aliisque præcelluit. Pietas autem virtutum princeps in eo fuit excellens & præclara. Singulis diebus initium & finem omnium actionum ſuarum, juxta Nazianzeni monitum, à precibus ad Deum voluit eſſe lectionem propheticorum & Apoſtolicorum librorum, adeoque ſacra Biblia à capite ad calcem uſque aliquoties perlegit: ſacra perpetuò ruminavit: ſacra animo indefeſſo verſavit; ut ſacrarum literarum cognitio cum juris ſcientia in eo certare videatur. Concionibus ſacris & diſputationibus de religionis capitibus controverſis ſobriè ſuſceptis, libenter interfuit; easque eruditis ſuis argumentis illuſtravit: ſacri ſynaxi ad fidei confirmationem crebrò, cum ſeria gratiarum actione, eſt uſus in *Patrum lectione* ſingulari cum ſtudio eſt verſatus: quod teſtatur *Lexicon* ex Patrum *Græcorum* tum *Latinorum* ſcriptis collectum & digeſtum, opus immortalitate & luce publica dignum.

Lexicon ex Patribus collectum.

Facta autem ſua, dicta, & conſilia omnia ad unius Juſticiæ, cujus erat ſacerdos normam, direxit: inque eum finem ex omni veterum νομοθεσίᾳ collecta legislatorum & in libros juris redacta, non tantum ipſemet perdidicit; ſed etiam aliis diſcenda colendaque fideliſſimè propoſuit: & in omni vita diligentiſſimè obſervavit; honeſtè vivendo; neminem lædendo; ſuum cuique tribuendo; ut meritò in incorrupto tribunali clavum Juſticiæ teneret; nihil tribueret gratiæ, nihil odio, nihil metui. Interrogatus aliquando *Socrates, qui nam tranquillè & placidè vitam traducerent?* reſpondit, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς ἄτοπον συνειδότες*: talibus annumerari, vel Momo judice, potuit hic Rittershuſius, templum innocentiæ, ſacrarium temperantiæ; arx æquitatis: qui honeſtatis fructum in conſcientia potius, quàm in fama repoſuit. Memoria erat tenaciſſima: ut ea, quæ multis annis antè acta geſtave fuerant; meminiſſet probè, & recenſeret expeditè.

Qui tranquillè vivere poſſint.

**H.e. qui nihil mali ſibi conſcii.*

Memoria.

Amici. Viros itaque doctos & claros ſui ſeculi beneficio utriusque linguæ & morum ſuavitate, totiusque vitæ integritate ſibi adjunxit & devinxit ferè omnes; de quibus ſi allubeſceret, aut neceſſe eſſet, indicem inſtituere poſſemus benè longum: principes tamen eorum præterire religio nobis eſt: qui ſunt *Juſtus Joſephus Scaliger, Juſtus* Lipſius, *Caſaubonus, Thuanus, Lectius, Ortelius, Canterus,* Bongarſius, *Duza uterque, Heinſius, Freherus, Gruterus, Stenius, Camerarii, Remus, Caſelius, Velſerus, Dionyſius Gothofredus, Meliſſus, Poſthius, Guilielmus Stuckius, Monavius, Beza, Mornæus,* & alii quamplurimi illuſtres aquilæ ſapientiæ, præſides rei literariæ, vindicesque nobiliſſimi.

Uxores habuit duas: primam *Hele*[...] *Georgii Standneri*, antiſtitis *Sultzba*[...] in Palatinatu, filiam: ex qua ſuſcepit [...] *novem*; de quibus patre ſuperſtites *fili*[...] & *duæ filiæ*: reliqui in locum comm[...] præiverunt.

Altera ejus conjux fuit *Catharina Pa*[...] *tii Holtzſchuchii, Bambergenſis* præpo[...] adminiſtratoris filia: ex qua ei natus *filiu*[...] & *una filia*: quam viduam reliquit.

Poſterum denique negocium etiam [...] dum quæ prodeſſe poſſent, vigiliis & [...] multis conſcripſit.

Ita enim ſe in bibliothecam, omnis [...] ris libris refertiſſimam, abdidit: ut tan[...] diligens agricola, arbores ſereret: quæ [...] ſeculo prodeſſent. Jus enim *Juſtinia*[...] abſolutiſſima *methodo* ad miraculum [...] *Novellis Juſtiniani* Imperatoris elabo[...] *partitiones Feudales* edidit; *Vulgoſi co*[...] lima accuratiori poſthuma Senatui V[...] dedicata transmiſit: *Iſidorum* ex M. S. [...] ce, in illuſtriſſ. ducis Bajoariæ biblio[...] emendatiorem, & integro libro quart[...] ctiorem dedit: quem & de Græco in Lat[...] convertit, notisque uberioribus omn[...] bros illuſtravit. *Oppiani libris quatu*[...] *venatione, & quinque de piſcatione*, cum [...] tina interpretatione, varia lectione è coll[...] ne aliquot M. S. & commentariorum [...] ctione, ſplendorem ac lucem publicam [...] navit: *Salvianum, Maſſilienſium* epiſco[...] *de providentia divina & extremo judici*[...] ropæ Academiis ac Muſarum officinis [...] cleatum inſcripſit: *Güntherum Liguri*[...] *de rebus geſtis Friderici Barbaroſſæ* Imp[...] toris cum commentario edidit: *Phædri* [...] *guſti liberti fabularum libri* 5. *Malch*[...] *Porphyrii libell.* de vita Pythagoræ ex M[...] primum prolatum, commentariis docti[...] illuſtratum: *Maximi Margunii hymnos* [...] *creonticos* de Græcis Latinos eodem carm[...] genere: *ſententias Iulii Pauli* recognita[...] emendatas: *ſex Prophetas minores* carm[...] Hexametro Latino, cum *totidem* proph[...] *Iac. Auguſti Thuani, argumenta Græca* [...] *decim prophetarum minorum*, ex Græcis [...] *ſichii* & aliorum veterum Latinè redd[...] *orationes de judiciis* duos: *in epiſtolas* opt[...] principis *Trajani & Plinii commentari*[...] *principis civiliter boni ſpeculum* J. *Georgio* [...] ci Saxoniæ, urbem Noricam ingredienti o[...] tum; *Nemeſii de natura hominis* Græc[...] Latinè; M. *Antonini Imperatoris libros* [...] *decim de vita ſua* Græcè & Romanè; in[...] *ſtitutiones juris*, de *contractibus*, de *ulti*[...] *voluntatibus*: *ad LL. XII. tabularum*: [...] *differentiis juris utriusq. commentarios* ev[...] gavit; & alia innumera in uſum poſterit[...] procudit; quibus carendum nobis hodie c[...] rei literariæ damno eſſet; niſi *vera læti*[...] *alumna*, ſolitudinem dicimus ad vitam ſ[...] tariam, *in qua omnis* ipſi *ſermo cum liter*[...] avocaſſet.

Interea tamen non ut tenebriones aut [...] *mones* ſeceſſibus iſtis fuit deditus; ſed c[...]

Mu[...]

& Gratiis litaſſet; ubique modeſtam
tatem obſervavit. Neminem facilè
quio excluſit; in alloquendo facilem;
endo promtum; in reſpondendo hila-
e exhibuit; nihilque dignius odio du-
ìm mores eorum, qui compellanti-
υσπροσόδ\ες & difficiles præberent; &
pè ſint domi, eſſe tamen negarent.
icundius humanitate; nihil potentius
; nihil validius firmiusve manſuetudi-
berat ab ipſo omnis petulans in dicen-
, geſtus, motusve; jocis urbanis &
moderatè; inurbanis nunquam eſt
Ut concludamus, fuit Rittershuſius
æ vitæ ſpeculum, non ad intuendum
verum etiam ad imitandum. Jure
deplorarunt, ut paulò antè dictum,
tanti viri omnes; quibus virtus ejus
nter quos non poſtremus philologus
ebhardus: à quo manes Rittershuſia-
cem ire juſſi. Eſt in eum & *Caſparis*
medici D. & Phyſici Uratislavienſis
n ejusmodi;

NRADUS RITTERSHUSIUS
κατὰ πρὸσ ωποποιΐαν.

i & Critici ſum florida fama Senatu
m alitis adfert ars mea: Muſa mihi.

ione funebri, quam habuit, cùm ma-
atri omnium, exuviæ Rittershuſii
entur, *Caſpar Panſa* Phil. & J. U. D.
Noricæ advocatus; item *ex panegyri*
iæ Rittershuſii conſecrata à *Chriſto-*
damo Wenzelick, *Barone à Sarabiz*,
h: tomo denique 2. deliciarum poetar.
rum,

EINERUS BACHOVIUS.

hoviorum ab Echt familia *Coloniæ Ubio-*
n longâ ſerie ſedes fixas habuit. *Arn-*
nim & *Fridericus Bachovii* fratres,
num Chriſti *milleſimum*, *quingente-*
, *viceſimum quintum*, à magno illo
V. Auguſto, propter operam & ipſi &
ceſſoribus ejus fideliter præſtitam, in-
s nobilitatis iisque privilegiis ornati
t: quibus prærogativam aliquam
njuriâ ſibi arrogare eorum poſteri
.
er hujus *Reineri*, fuit *Henricus*, civis
bis ampliſſimæ primarius: qui fratres
Ioannem & *Fridericum*, celebres eo
octores; alterum Medicinæ, Electo-
virenſis archiatrum, alterum juris:
pera civitas Colonienſis in comitiis,
e graviſſimis negociis ſæpè eſt uſa.
citur *Reinerus Bachovius* anno Chriſti,
no, quingenteſimo, quadrageſimo quar-
nſe Auguſto; parentibus, ut dictum,
atiſſimis. Etſi autem patris exemplo
doleviſſet, mercaturam, non illam ſor-
didam inſtitorum; ſed undique multa impor-
tantem, à *Tullio etiam olim commendatam, * Cic. l. 1. offic. Lipſiæ potisſimum.
in celeberrimis emporiis exercuit: unum ta-
men præ cæteris elegit, *Lipſiam*, dico, *Miſ-*
niæ urbem elegantiſſimam: in qua & domici- *Ubi uxorem ducit.*
lium fixit; & ducta, anno *quingenteſimo ſeptu-*
ageſimo, uxore *Barbara*, filia *Iacobi Gruben*
in Malßdorff/ viri ſplendore generis & pru-
dentia clari, liberos *duodenos* ſuſcepit: de qui-
bus *tres* filios & *quinque* filias, reliquis de-
functis, ſuperſtites reliquit, avus factus *vi-*
ginti ſex nepotum & neptium.

Cæterum mercaturæ ita ſe dedidit: ut ſtu- *Studia literarum.*
dia literarum non obiter coleret: ſed cogni-
tione eorum etiam doctis non cederet: Lin-
guas enim *Latinam*, *Græcam*, *Hebræam* ferè *Linguas de Calviniſmo.*
ſine Magiſtro didicit; præter *Gallicam*, quæ
ipſi vernacula. Inprimis eminuit in ipſo re-
ligioſæ pietatis ſtudium; quod diligentiſſima
priſcorum eccleſiæ doctorum lectio ſatis
etiam publicè comprobavit.

Initio quod ſuſpectus de *Calviniſmo* eſſet *Suſpectus diſcit.*
ab honoribus Reipub. illius fuit excluſus:
ſed poſteà temporibus extremis *Auguſti*,
Elect. cum turbatorum quorundam technæ
deregerentur, primùm *ſenator*, poſt ſtatim
ſub initiis *Chriſtiani I.* anno *octogeſimo quinto*, *Senator & ſcabinus Lipſ. creatur.*
Scabinus (quæ Lipſiæ magna & celebris di-
gnitas) creatus eſt. Quam dignitatem ſatis
celebrem, ut non ſolum tueretur, ſed etiam
ornaret, eâ diligentia Juriſconſultorum li-
bros volvit revolvitque: eaque dexteritate
jura tractavit: ut plerique crederent eum *Do-* *Iura evolvit.*
ctoris titulo in Academia aliqua ornatum.

Anno *tertio* pòſt, judicio Senatus, con-
ſentiente Saxoniæ Electore ad ſupremam *Conſul. deſignatur.*
Lipſiæ conſularem dignitatem fuit evectus:
cujus reditus *mille Ioachimicis* æſtimantur.
Eo in officio fidem, induſtriam, & in admi-
niſtranda Rep. prudentiam approbavit, ad
annum uſque *nonageſimum primum*: quo
Elector Saxonicus *Chriſtianus I.* piè obiit.

Hic cum agnitam veritatem prodere Ba- *Removetur ab utroque honore.*
chovius nollet: variè tentatus, & ad defe-
ctionem ſollicitatus; & conſulatu & ſcabina-
tu ſe abdicare coactus eſt. Monitus à non- *Nicol. Crellius Saxon. Elect. cancellar.*
nullis, ut *Nicolao Crellio*, cancellario in car-
cerem conjecto, ſibi fuga conſuleret: quod
periculum ei idem, ut affini, impendere, vi-
deretur: fretus bonitate cauſæ, neque illam
ſuſpectam reddere voluit: neque ſuæ famæ
aut vitæ honeſtè & laudabiliter actæ, macu-
lam aliquam adſpergere, vel carceris, vel
mortis metu, ac ſponte maluit exul eſſe:
quàm cum periculo conſcientiæ videri ap-
probator falſorum dogmatum.

Inde anno *nonageſimo tertio* funeſto tumul- *Ejicitur Lipſ.*
tu ejectus, ceſſit lubens ſeditioſæ furoris
incitationi: quàm ut contumelioſè importu-
nam; & ſibi ipſi capitalem pia poſteritas de-
teſtabitur: & primò, non ſine rei familiaris *Serveſtam concedit.*
ac patrimonii jactura, *Serveſtam* cum fami-
lia ſe contulit. Inde anno ſequenti in Pala- *Haidelb.*
tinatum *Haidelbergam* commigravit: ubi *Ubi prætu-*
humaniſſimè exceptus, cum per *decennium* *ram gerit*
Prætor fuiſſet, in collegium eorum, qui ratio- *poſt*
nibus

Fiſco elect. præficitur. nibus præſunt adoptatus eſt. Paulò pòſt, ſub finem anni *ſexcenteſimi quinti* Fiſci Electoralis cura eidem eſt commiſſa. In utraque functione ita fidem & induſtriam ſuam probavit: ut utraque commendata ab omnibus, ipſis etiam principibus eſſet gratiſſima.

Jam elocatis honeſtiſſimè utriusque ſexus liberis, viderat in publicis functionibus & generos & filios conſtitutos: & in his *Reinerum* adhuc cœlibem, à profeſſione *Politices* in Academia *Haidelbergenſi* ad jus publicè docendum vocatum, & magnificum rectorem ſub finem elapſi anni renunciatum: quo anno felicitatem iſtam obitus conjugis dilectiſſimæ turbavit; quacum jucundè & tranquillè annos *quadraginta duos* vixerat. *Reinerus Bachovius F. IC.* *Amittit uxorem P. 1613.*

Mœrore igitur ad occupationes & labores quotidianos accedente, & propter imbecillitatem ſtomachi faſtidio ciborum obrepente, paulatim in extremâ ſenecta, cum annos *ſexaginta novem* & *ſex* menſes confeciſſet; & ſe ad diſceſſum ex his terris piè matureque paravit; qui ei exoptatiſſimè anno *ſexcenteſimo decimo quarto* obtigit die *vigeſimo ſeptimo* Februarii; quo ipſo ante annum uxor ejus obierat. *Quam ipſe ſequitur.*

Elatus eſt funere honorifico, & ad D. Petri in choro, juxta conjugem humatus, cum tali epigraphe: *Monumentum.*

CHRISTO SERVATORI
SACRUM ET MEMORIÆ PIORUM
CONJUGUM
REINERI BACHOVII AB ECHT
COLONIENSIS:
BARBARÆ GRUBEN IN MALTZDORF, LIPSIENSIS:
HIC IN UXORIS PATRIA SUMMIS HONORIBUS ORTHODOXÆ RELIGIONIS ERGO SPONTE RESIGNATIS, IN PALATINATUM CONCESSIT A MORTE CHRISTIANI I. ELECTORIS SAXONIÆ; IBIDEMQUE PRIMUM PRÆTURA. DEINDE PRÆFECTURA ÆRARII LAUDABILITER PERFUNCTUS OBIIT XXVII. FEBR. cIↄ. Iↄc. XIV. ÆTATIS LXIX. MENS. VI.
HÆC MARITI EXSILIUM LIBENS AMPLEXA, POSTQUAM ET DOMI INDUSTRIAM, ET FORIS PIETATEM BENEFICENTIAMQUE PRÆCIPUE ERGA ÆGROS ET PAUPERES EXIMIE OMNIBUS APPROBASSET, OBIIT cIↄ Iↄc. XIII. XXVII. FEBR. ANNO INTEGRO ANTE CONJUGEM; CUM QUO CONCORDISSIME VIXERAT ANN. XLII. MENS. VI. VISIS E SE NATIS LIBERIS. XII. NEPOTIBUS XXVI.

QUORUM SUPERSTITES SUPREMUM HOC PIETATIS OFFICIUM PARENTIBUS OPTIME MERITIS DESIDER[...]TISS. CUM LACRYMIS P[...]

VenI DoMIne ChrIſte VenI.

Fuit vir fidei & vitæ integerrimæ, [...] doxæ religionis ita amans; ut nec ca[...] nec, ſi ita Deo viſum, mortem ipſam [...] rit defugere. Cùm in illâ συῤῥάξει fa[...] quando percrebuiſſet: adventare ja[...] ipſum comprehenderent: nihil te[...] res ſuas compoſuit: & libros quoſc[...] poſuit: quorum lectione tædium c[...] levaret. Verè itaque cum Apoſtolo [...] potuit, *fidem ſervavi:* cujus teſtes [...] omnes boni. In ipſo agone erexit [...] illo D. *Ambroſii*, epiſcopi Mediola[...] *Non timeo mori: quia habemus bonum* [...] *num.* Frequenter etiam in ore habu[...] *Ioannis: non miſit Deus filium ſuum i*[...] *dum, ut damnet mundum: ſed ut ſe*[...] *mundus per eum. Qui credit in eu*[...] *condemnatur: qui verò non credit, ja*[...] *demnatus eſt, quia non credidit in* [...] *unigeniti Filii Dei.* Cumque dolo[...] gerentur, ſæpè hæc verba repetiit, *C*[...] *me non deſeret*; uti non deſeruit, ſe[...] da ἀναλύσει ad beatitatem traduxit æte[...]

Propagandæ veritatis evangelicæ [...] edidit *Catecheſin Palatinatus*, teſti[...] ſacræ ſcripturæ, ac ſententiis Patrum [...] primis *quingentis* à Chriſto nato annis [...] cleſia Dei claruerunt, exornatam & il[...] tam, cum *epitome vitæ* eorundem *Pa*[...] & *methodica narratione de Conciliis*, qu[...] canones in illo Catechetico libello cit[...] Ex Patribus præterea, quos frequen[...] accuratè legit, *duo volumina locorum co*[...] *nium* confecit: quæ apud hæredes adſ[...] tur.

Ex concione funebri & vita M.S. [...] *Reinero IC. V.CL. nobis communicata.*

MARQUARDUS FREHER[...]

INTER familias AUGUSTÆ ce[...] haud poſtremum locum tenet FR[...] RORUM.

——— *quos jam plus quàm duo* [...]
claros
Ceriſq; clypeiſque, & nobilibus monume[...]
Rhætica poſteritas ſuſpectat, & arte va[...]
Phœbea proavos partim ditiſſima frugu[...]
Zeapolis, partimq; Auguſta extollit[...]
unde
Laudibus; irriguo qua ſe Lycus algidus [...]
Gurgite: Vindelicum rapidus perfindere [...]
pum:

M. enim MARQUARDUS *Freherus* [...] vus hujus, ex oppido *Dünckelſpul*, anno [...] *leſimo, quadringenteſimo, nonageſimo*, [...] *ruſii* factus doctor medicinæ perhib[...] & in diplomate epiſcopi *nobiliſſimus* [...] *Marquardus Freher* ſalutatur.

ius autem fuit unus ex numero ſenato-
in repub. Auguſtana à *Carolo V.* qui ve-
removerat, conſtitutorum. *Marquar*
reherus pater doctor juris in Italia re-
iatus, advocatus primùm Cameræ Spi-
, & bis Adſeſſor judicii illius Imperii
natus. Poſtea à conſiliis fuit principi
acenſi, & advocatus reip. Noribergen-
ndem conſiliarius principis *Ioannis Ca-*
Palatini, & ejusdem cancellarius *No-*
. De his ejus majoribus ita *Meliſſus*
, in epithalamio, primis hujus Freheri
s decantato:

q; catervatim celebres titulis MAR-
QUARDOS
mua numerant ſerie, faſtisq; recenſent;
SSINGENÆ *rura atq; inſignia gentis*
lum memorant titulo poſſeſſa FREHE-
RIS.
nitor, Carolo quincto ſub Cæſare, ſignis
ii dignè meruit adſcriberi albi,
tribus Auguſtana ſibi indelebile ſanxit.
trem, Themidos myſten, cui plurima
ſeſe.
ebere negat urbs Norica; non negat aula
pis Anſpachii, nec Boiæ curia Mar-
chæ:
n, inquam, nuper dum cancellarius
eſſet;
tio quæ pectus gnavumq; fideleque mon-
ſtrat)
æ in tabulas fortiſſima JAN. CASI-
MIRI
a Palatini, quo non præſtantior alter,
domare duces, pacemque reponere
regnis,
optavit: jusque ordinis illud equeſtris,
genûm in terris dominorum, juſſit
adæque,
eteranorum conſortibus omne per ævum
commune, clientelaque perennans
trocinium —— ——

Hæ ergo *Marquardus* hic *Freherus* na-
anno Chriſtiano, *milleſimo, quin-*
mo, ſexageſimo quinto, die *viceſimo*
ulii, patre & majoribus, ut dictum,
rimis. Et cum *ſemina virtutum à*
ibus in ſobolem deriventur, hunc etiam
n adoleſcentem cupido laudis ac ſcien-
s in *Galliam* deduxit: ubi in *Biturigi-*
tis *duodeviceſimo* an. *Licentiatus* juris
nciatus, à magno *Cujacio*. Interim ita
e atque hiſtoriarum lectioni incubuit:
obliviſceretur Muſarum & Charitum
nſtrant hoc *centuriæ* aliquot meliorum
m, quos amicis impendit; & reperiun-
opere, cui titulus: *Deliciæ Germano-*
oetarum.
que cum ſingulari ingenii felicitate ani-
variarum linguarum, ſolidæ eruditio-
tæque juriſprudentiæ cognitione pro-
juvenis adhuc raro exemplo, *viceſi-*
ertium ætatis annum non egreſſus, in-
nſiliarios ſub *Joan. Caſimiro* principe
io cooptatus eſt. Vixit eo tempore
iſſimo contubernio virorum eximio-
Leonclavii, Friderici Sylburgii, Hie-
ronymi Commelini, Abrahami Colbingeri, Io-
annis Poſthii, I. Obſopœi, Pauli Meliſſi, Ian.
Douſæ junioris: quorum tres poſtremos in-
terlocutores introducit in Dialogo; cui *Pom-*
ponius nomen. Anno *decimo quarto* poſt, ul-
trò ſatagente Academiæ ſenatu, profeſſor Co-
dicis in Academia Archi Palatina eſt deſigna-
tus. Sed reſignata deinde iſta functione, gra-
vioribus curis & negociis ab Electore *Fride-*
rico IV. adhibitus; tandemque *vicarius præ-*
ſidis curiæ creatus fuit. Interea demandata
etiam ei opera conſcribendi *hiſtoriam Palati-*
nam, varias obivit principis ſui nomine lega-
tiones; imò maximam verò temporis partem
illæ occuparunt. Legatus enim ivit ad regem
Poloniæ in cauſa *Brandeburgica*: ubi ſingula-
rem nactus eſt famam dexteritatis ac fidei:
totoque itinere ſeſe bonis doctisque omnibus
ita approbavit: ut gratam apud eos ſui memo-
riam reliquerit. Legatus ivit ad *Moguntinum,*
Colonienſem, Spirenſem, Wormatienſem, epi-
ſcopos, vicinosque principes, omnibus ſum-
mè jucundus & amabilis. Erat enim moribus
planè aureis: gratiſſima convictus facilitate:
cum ſalibus, candidis illis nullaque admixta
fellis guttula, abundaret.

nium Muſicum Haidelb.

Profeſſ. Codic. Haid. conſtit.

Vicar præſid. curiæ deſignatur.

Hiſtor. Palat. deſcrib.

Legationes obit.

Inter ipſa hæc negocia nunquam tamen in-
ſtitutum ſtudiorum curſum intermiſit, in con-
texenda hiſtoria novantiqua præcipuè *Ger-*
manica: nec deſinebat ea meditari atq; com-
mentari, quæ non niſi ab homine planè ſui ju-
ris & ocioſiſſimo proficiſci viderentur. Hic
ejuſmodi vir immortalitate dignus, vix dum
abſoluto *quadrageſimo nono* ætatis anno, fa-
tali inſtante & urgente hora, exſpirat *Haidel-*
bergæ in *Pliniano* ſuo, anno Chriſti *milleſimo,*
ſexcenteſimo, decimo quarto, die *decimo tertio*
Maji. Funus ei honorificum, corpusque ad
D. Petri ſepultum magnam illam ἐπιφανείας
diem expectat. Mortem ejus viri præſtantiſſi-
mi ſeriò doluerunt, carminibusque epitaphiis
paſſim ornarunt: è quorum numero eſt *Iani* I.
Gruteri ejusmodi:

Nunquam ocioſus.

Moritur.

Epiced. à Grut.

Mercuri cum uxore Suadâ, cumque Amore
Lucifer
Tuq; Pallas cum Iuventa, tuq; cum Ioco Venus,
Tuq; Come cum Lycæo, tuque cum Choro Lepos,
Vosq; Muſæ cum Moneta, cumq; matre Gratiæ,
Nunc profectò omnes periſtis funditus; nunc è
polo
Lucido vobis migrandum eſt ad profunda
Tartari,
Adfluenta muta Lethes: vel ſuperba ſi in Deos,
In Deas, Mors omne quod vult non poteſt;
tunc luctibus
Planctibusque ſempiternis deſtinamini malè.
Nam Freherus ille noſter, ille Sol Germaniæ
Univerſæ, & ſingularis totius mundi Pharus,
Ille flos merus Themiſtis, ille adamas Mentis
bonæ,
Corculum illud Comitatis Muſicæ ille amaſius,
Veſter ille pullus, ille lilium veſtrum ac roſa,
Veſter ille honos amorque delicatus haud dein
Se dabit vobis videndum, corde, voce, carmine,
Dextera oſculove; in urnâ conditus bicongiam.
O amara fata vobis! queis perit carbunculus

 Mar-

Margaritaque atque elenchus\: ſed tamen
nobis magis,
Queis erat ſuperſtes unus unico mage unicus:
Ergo lugeamus, ergo veſte nigra ſordidi,
In tenebris abſque luce deſidentes, ſæpius
Deſiderio hunc inaniflagitemus undique,
Ceu ſuum Memphis *requirit ſacra Oſyrim: namque erat*
Invidentia fatente ſponte, Sol Germaniæ.
Univerſæ, & ſingularis totius mundi Pharus:
Flos erat merus Themiſtis atq; adamas Mentis bona,
Aliud à I. Guil. Zincgr. *Corculumq; comitatis, Muſicæq; rex rei,*
Eloquentiæq;. Certè nec Dei id negabitis:
Queis erat potens alumnus ac potens amaſius.
Nemini certè ſecundus, corde, voce carmine,
Dextera, oculoq;, alumnus ac potens amaſius.

Hoc autem Iulii Guilielmi Zincgrefii:
Nunc fluite ô lacrymæ! ſi unquam fluxiſſe vel uſquam
Vos decuit: malè nunc ſtabitis heic lacrymæ.
Nam cecidit nobis celeberrimus ille Freherus:
Ille vetuſtatis conſcius omnigenæ.
Ille Camœnarum ſummus Phœbiq; ſacerdos:
Ille ſacræ Themidos myſta decuſq; fori.
Virtutes Freh. & dotes. *Ille Palatinæ hiſtoriæ cuſtoſq; paterq;*
Teutidos ille, imò totius orbis amor.
De tanto hæc tantilla nimis, miraculum ut uno
Omnia complectar verbo) hominis cecidit.

Antiquit. ſtudioſus. Verè fuit hic vir unus ex eorum numero, de quibus vetus carmen:

ὡς ἡδὺ συνέσει χρηςότης κεκραμένη!

doctus, prudens, omnium horarum homo; ingenio & judicio ſubtili; idque in corpore obeſiore, exemplo rariori. *Pict. perit.* Præterea *antiquitatis* ita *ſtudioſus*, ut inde è prima adoleſcentia, *gemmas, numiſmata, ſtatuas, effigies,* & his affinia curioſè indagarit: ſumtuoſè compararit: tantaque copia, inſtar κειμηλίων adſervarit: ut & Italis & Gallis invidiam fecerit. Fuit & *pictoriæ* peritus: quæ ipſi profuit multum in antiquitatibus plurimis delineandis. Acceſſit ad alias ejus dotes & dona, ſingularis *comitas*, & quæ, de * *Auguſtini* ſententia, *tutam veramq; in cælum viam molitur:* humilitas: *quæ cor ſurſum ad Dominum, non contra Dominum levavit:* qua nemini ſeſe prætulit: quæ omnes confidentiæ alicujus cauſas procul à ſe habuit; & alicubi de ſe ita: *hoc credant etiam iniqui & invidi,*

**Lib.16. de civ. Dei c.4. Humilitas.*

Sum memor ipſe mei, atq; ſatis mea frivola novi.

Debet ei Germania communis noſtra patria, & inprimis Electoralis Palatinatus plurimum: cujus ipſe res geſtas ſolerter eruit: mirificè illuſtratum ivit: jura vetuſta, decora, privilegia & ejusmodi alia, graviter defendit: uti ejus ſcripta teſtantur; de quibus jam jam.

Feudo donatus Freher.

Æſtimarunt viri hujus dotes præſtantiſſimi quique & ſummi principes: ſuumque in eum affectum reipſa ſunt teſtati. *Fridericus IV.* equidem Elect. Palat. feudo in pago Luſtſtad / quem *Freherus Terpſipolin* ſuam * appellare ſolitus, ab equeſtri familiâ de Zeiß-keim exſtinctâ recepto, ipſum filiosque ejus munificè eo donavit; hominesque ſu

**lib.2. orig. Pal. c. 10. p. 79.*

voluit.

Amici ejus.

Amicis uſus ſummis viris, qui vel i
mania, vel extra eam, doctrinæ, vir
laude floruerunt, florentque: q
nonnulli & ſcriptis ſuis ipſi dedicand
ctum ſuum teſtati ſunt: de quibus
Leonclavius, qui *paratitla* Græca (*He*
Stephanus, qui *Cteſiam* & *Agatharch*
Franciſcus Iunius, qui *Caropalaten* ipſ
mini inſcripſit.

Hinc & elogia ejus reperiuntur e
viris magnis profecta: quorum * ali
apellat *Germaniæ decus: juris & omn*
ditionis peritiſſimum: * alius *virum ve*
lem ac rei literariæ juvandæ natum: al
eruditionis virum & Germaniæ ſuæ o
& alibi, *virum antiquitatis periti*
Auguſtinum certè *Thuannm* novimu
nuncium de obitu hujus noſtri Jcti &
logi primum accepiſſet, audientibus d
noſtræ gentis adoleſcentibus præclar
mationis: *Doleo*, dixiſſe, *vices veſtras*
didit enim Germania veſtra virum, m
cio doctiſſimum: cui non adeò facilè
inveneritis ſubſtituendum.

Elucubrata ab ipſo in poſteritati
ſunt hæc: De *fama publica* tractatus.

De *exiſtimatione acquirenda, con*
da, & amittenda tractatus, ſub quo d
& *infamia.*

Originum Palatinarum pars prim
cunda, de gentis & dignitatis ejus prim
tum Haidelbergæ & vicini tractus a
tate.

Res geſtæ Friderici I. Elect. Pal. pe
nem Trithem. cum notis: accedit *Petr*
nii Finarienſis liber de *dignitate prin*

Adſertio propriæ gubernationis Fr
IV. El. Palat. duabus orationibus in X
talem ejus principis comprehenſa;
aurea bulla *Sigismundi* Imperat. integ

Sigismundi Imperat. *bulla* integra
ſermone cum notis perpetuis: & *Ruper*
ſenioris & junioris, qui poſtea Rex d
de minorennibus anno 1395.

De *legitima tutela curaq; Electora*
integro ad auream *Caroli IV. bullam*
mentario, editio ſecunda locupletior

De *teſtamentaria tutela curaq; ele*
libera & integra *commentatio* nova ad
ratorem, reges, principes.

Epiſtola reſponſoria ad *Chriſtoph. G*
dum IC. & conſil. Bavar. de *Elector*
Rom. Imperii comitivæ Palatinæ Rhen
quitus adnexo & cohærente.

De *ſuſcepta ſive recepiſſe* ad epiſtola
nitoriam *Gevvoldi.*

Parergon libri duo,

Formula federis Ludovici Germa
Caroli Galliæ regum, Pii filior. Magni
apud *Argentoratum* anno 852. percuſ

Verſio vetuſtiſſima Alemanica or
Dominicæ, & ſymboli Apoſtolici, *cum*

Verſio Saxonica vetuſtisſima de
orationis, ſymboli Apoſtolici, *cum*

Conſtitutio Adolphi Romani regis, c
N

vii, *Norinberg.* anno 1293. promul-
e *inſulis Rheni* & *diverſis aliis capitulis,*
nen legum Curiatarum.
ſtatura Caroli Magni.
ſecretis judiciis olim in Weſtphalia
is, accedit *Ioan. de Francofurdia* contra
eros.
rum Boemicarum antiqui aliquot *ſcri-*

pus hiſtoria Francicæ.
rmanicarum rerum ſcriptores à *Carolo.*
o uſque ad *Fridericum III.* Imperato-
rimus, ſecundus, tertius.
drea Presbyteri Chronicon de *ducibus*
ria, cum paralipomenis *Leonhardi Bau-*

n *Andreæ* ejusdem *hiſtor. fundationum*
llorum *monaſteriorum* per patres *Ba-*

ri de Andlo tractat. de *imperio Romano*
notis: item *Lupold. de Bebenburg*, de
s regni & Imperii Romani.
n *Hieronymi* Balbi liber *de coronatione.*
atio de *conſtitutionum Imperialium ex-*
ia.
riſionum Areopagiticarum ſylvula.
re monetaria veterum Romanorum, &
ni apud Germanos *Imperii*: Item *Nico*
reſmi lib. de *monetis* & *Gabriel. Biel*
. de iisdem, *cum notis.*
ſtantiotheca ſive *Sapphiri* Conſtantii
ii *expoſitio.*
phiſtromachia, ſive antiquæ duelli gla-
i ſculpturæ in ſardoniche *expoſitio.*
ſtantini Imperatoris Byzantini *numis*
argentei *expoſitio*, cum *Joſephi Scalige-*
conjuncta.
verbis Domini: date Cæſari, quæ ſunt
s, *ſermo votivus.*
luctu minuendo, & *deſiderio præmiſſæ*
is ſolando, epiſtola ad *Joannem de Mun-*
æfectum Widanum.
rea Bulla Caroli IV.
ſtantini donatio, item *Othonis III.* do
cum notis.
gorii de Heimburg ſcripta contra Pii
ommunicationem, *pro Sigismundo* ar-
e Auſtriæ.
pitius, ſive *de æquitate commentario-*
. C. *de judiciis:* qui videtur prodro-
ad majorem de æquitate dialogum

eratoris Ludovici IV. ſententia ſepara-
nter *Margaritam* duciſſam Carinthiæ,
nis, regis Boemor. filii. Ejuſdem *di-*
io inter eandem *Margaritam*, & *Lu-*
m Marchionem *Brandeburgicum*, cum
ationibus *Marſilii* de *Padua*, & *Gui-*
Oceani,
hreibung der Wetterawiſchen Grän-
d * Länder.
dierunt & *Ioannis Trithemii* opera *hi-*
ex reviſione Freheri.
nata ejus diverſa reperiuntur inter *de-*
Poetarum Germanorum: plura tamen
ripta poſſidet Ianus Gruterus.

Poſthuma ejus ſunt hæc: *Poſthuma Freheri.*

De *ſucceſſione principum in primogenitis*, & *heredibus* eorum *Commentariolus*, ad cap. 7. aureæ bullæ *Carolinæ*: cui acceſſit locus ejuſdem bullæ *de principum juniorum* Electoralibus domibus natorum *inſtitutione* in Grammatica, ſeu *Latina lingua.*

De *Lupoduno*, antiquiſſimo Alemaniæ oppido *commentariolus.*

In *Auſonii Moſellam commentariolus*, olim etiam à *Ioſ. Scaligero* deſideratus.

Nondum edita: *Ἀνέκδοτα ejus.*

Leges curiatæ h. e. *pragmaticæ ſanctiones* in comitiis ſolennibus, ſub Cæſarum nomine, de principum & ordinum ſcitu conſenſuque promulgatæ, quamdiu Latinus ſermo in publicis negociis uſurpari conſuevit.

Pomponius, ſive de *numismatis veteribus* ex re monetaria.

Lexicon, ſive *Etymologicum Alemanicum*, ſæpiſſimè ab ipſo promiſſum, ab omnibus doctis deſideratum. ** Ipſe Freher. præf. ad deciſ. Areopagit.*

Habuit & alia * affecta egregia: *commentarios* de *Imperio Romano*: *Iuris Græco Romani corpus*: *juris canonici* hiſtoriam: *in Carolinum Chryſobulon*: *veteres populorum Teutonicorum leges*: *In jus feudale Saxonicum* annotationes: *Elogia Palatinorum principum*: Ὀνομαθέτην, ſeu de *nominibus propriis Alemanorum*: *Opera Hutteni* congeſta cum præfatione & fortè etiam notis.

Tantum de *Frehero* colligere potuimus *ex ipſiusmet ſcriptis*, ex *ſchedis M. S.* & *programmate ac concione funebri.*

MARCUS VELSERUS.

VElſerorum familia in verè auguſta urbe Auguſtana jam non ab uno ſeculo celebris eſt una de primariis, opibus juxta & virtutum doctrinæque eruditæ decoribus præſtans. A rei nummariæ nervis apprimè inſtructam vel hoc docet: quòd cùm *Carolus* V. pace cum Gallo facta tranſegiſſet; ut *duodecim* auri tonnas rex Imperatori dependeret: *Fuggari* ac * *Velſeri* tantam pecuniæ vim bipartitò ſe repræſentaturos promiſerunt. Virtutes autem & doctrinæ minimè proletariæ documenta, tum in aliis, tum in hoc *Marco Velſero* ad omnem memoriam habemus illuſtriſſima. *Ω. 1614. d. 13. Iunii ætat. 56. Velſerorum familia.* ** Melancht. 2. explic. evangel.*

Bono publico naſcitur anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo octavo*, die *viceſimo* Junii. A teneris artium ac virtutum ſtudiis excoctus, maturitatem ingenii, judicii & doctrinæ feliciter eſt conſecutus: nec imitatus eos, qui ſibi nati ac ſuis Camœnis inglorio in ocio conſeneſcunt, omnemque ſcientiam vita umbratica finiunt, aut bracteatis næniis metiuntur. Vivido hic virtutis ardore ſtatim ſe in lucem protulit, patriæque reipub. ac literariæ totum impendit. *Natalis.*

Itaque ut mens generoſa cœlo affinis motu gaudet: ita & ipſe in Italiam progreſſus, edidit *Antiquitates Auguſtanas*, felix fa- *In Italiam abit.*

Edit antiq. Auguſtan. Et annal. Bavariæ.

mæ ſurgentis auſpicium & pium. Exinde aliis atque aliis ad unguem factis monumentis obligavit ſibi rem literariam. *Annales Boicos* ſcripſit libris *quinq;* tanta perſpicuitate, tanta prudentia, tanto nitore: ut meditanti videantur adſtitiſſe hinc *Muſæ* & *Gratiæ*: hinc, *Conſus, Apollo, Suada, Venus.* Poſtea & patriæ, quæ maximam ſibi ortus noſtri partem vendicat, operam impendit præclariſſimam: dum *conſulatum* geſſit: dum *Septemvir* tandemque *duumvir* factus, abſolutiſſimum boni magiſtratus exemplar præbuit, omnibus amabilis, omnibus utilis, nulli gravis. Inprimis autem ita promtus fuit ad viros doctos probosque complectendos ac provehendos: nulla ut ferè hora præterierit: quâ non vel ab aliis ipſe fuerit compellatus, vel amicos *Gallos, Italos, Hiſpanos, Belgas* per epiſtolas ſalutarit. In Germania equidem nemo fuit, cui ſaltem Muſarum Charitumque nomen auditum; qui Velſerum ſibi diligendum obſervandumque non ſumſerit, veluti unicum ſeculi ſui Phœnicem.

Obit munia clara in rep. patriæ. Amans doctorum virorum.

Argumento ſunt tot librorum inſcriptiones nomini ipſius dicatæ, & patrocinii ejus auſpicio in lucem edita ſcripta. Teſtatur id vel unicus *Ianus Gruterus*, qui penes ſe ultra *trecentas* adſervat epiſtolas; quibus Velſerus eum fermè hebdomatim ſuaviter compellare ſolitus. Exſtatque elogium hujusmodi comitatis in præfatione immenſi operis: quo, inſcriptiones Romanas toto paſſim orbe exſtantes complexus eſt Gruterus.

Iani Gruteri neceſſitudo cum Velſero.

Obitus Velſeri.

Eximitur autem rebus humanis Velſerus cum jactura rei literariæ ſempiterna, anno Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo, decimo quarto*, die *decimo tertio* Junii; cum vixiſſet annos *quinquaginta ſex*, memoria nominis ſui relicta immortali: perturbatis nonnihil ſuis facultatibus. Deflerunt viri incomparabilis obitum quotquot doctrina uſpiam celebres: & collegit carmina exequialia *Georgius Remus* V. C. Norinbergæ typis excuſa.

Epigramma in Velſer. & Freher.

Nos *Iani Gruteri*, amici ejus unici, epigramma addimus: quo conjunctim obitum *Velſeri* & *Freheri*, de quo modò, lamentatur:

Sicut habent oculos geminos præclara virorum
Corpora, & absque illis omnia membra jacent:
Omnia membra jacent, ullum nec munus obire
Ritè queunt; ſed onus ſunt ſibi, ſuntque ſuis:
Sic tibi ſic duplex fuerat Germania lumen,
VELSERI, *atque* FREHERI; *hiſtoriale caput.*
Illud utrumque nigro ſed mors damnavit ut Orco,
Quid facies gemino lumine capta? rues.

Virtutes & dotes.

Fuit certè hic vir major invidia, major fortuna omni; princeps literatorum Germaniæ; lumen patriæ: ſidus doctrinæ, cujus ſapientia in deliberando luculentiſſimè eſt declarata: judicii dexteritas in conſulendo probata: ut Delphici Apollinis elogio jure meri[t] gaudere poſſit:

—— à me omnes populi conſilium exp[
In literis incerti: quos ego mea ope e[
Incertis certos compotesque conſili
Dimitto.

Ab omni faſtu & jactantia longiſſimè r[…]tus, adeò quidem: ut nunquam paſſus […] vel fingi vel pingi: ſed ex animi dot[…] ſcriptis æſtimari voluit: quæ ſunt

—— linenda cedro & levi ſervanda cu[

Eſt autem librorum quos vel ipſe edidi[…] edendos curavit; elenchus hic: *Commen[…] rerum Auguſtanarum: annales Bojo[…] opus inſcriptionum vetuſtarum* à Jano G[…]ro collatum; *Anna Comnenæ hiſtoria* G[…] & *Hieroglyphica Horapollinis* opera H[…]lii; *Demoſthenis* & *Ariſtotelis* parallalel[…] *bula itineraria antiqua*, ex bibliotheca […]tingeriana; *P. Optatiani Porphyrii* pan[…]cus *Conſtantino* magno dictus; *Robani* […] *ri* opus ſingulare; *Hiſtoria Apollonii* […] *hiſtoria Eugippii de S. Severino* Noric[…] Apoſtolo; *Vita D. Ulrici: converſio* & […] S. Martyrum *Afræ, Hilariæ, Dignæ,* […] *miæ, Eutropiæ* cum commentario M. […] *Photius* Græcè & Latinè opera *Haſch[…] Andreæ Schotti*: *Synopſis Conciliorum* […] Oecumenicorum è bibliotheca Aug[…] Græcè; *Gennadius Scholaris*, patri[…] Conſtantinop. de *prædeſtinatione* G[…] *Vita Antonii* Eremitæ à *D. Athanaſio* […] Græcè Latineque; *Adriani ſynagoge* […]rarum Græcè; *Phrynichi* epitome dicti[…] Atticarum cùm notis; *Philonis* opuſcu[…]us ἀνέκδοτα è bibliotheca Auguſtana; […] *Nazianzeni* ὅροι ταχυμερεῖς & alia eju[…]metica; *Geographica opuſcula Marcian[…] racleotæ, Scylacis Cariandenſis, Dica[…] Meſſenii, Iſidori Characeni*, Græcè; *A[…] Illyrica* è cod. Aug. Græcè quorum […] non niſi exſtabat fragmentum; *Ecloga[…]tionum Dexippi, Eunapii, Petri Pa[…] Priſci Sophiſtæ, Malchi Philadelphienſ[…] nandri* Protectoris Græcè. Alia plura […] corum patrum; inprimis *Gr. Nazia[…] Niſſeni*, *Baſilii Magni Ioannis Chryſ[…]* & aliorum homiliæ non paucæ; *Lau[…] Pignorii* de ſervis.

Tantillum de hoc ſummo viro ex ſc[…] editis.

IACOBUS BORDINGUS.

Iacobum Bordingum Hamburga […] ſub annum Chriſti *milleſimum*, *qui[…] teſimum, quadrageſimum ſeptimum* […] apud nos inter alia, prælio illo inter Sax[…] & Cæſarem, atque captivitate Sa[…] Haſſiæque Landgravii famoſus. […] huic fuit cognominis, vir cum p[…] inſignem *medicinæ* aliarumque ſci[…]rum peritiam, tum *trium linguar[…*

ter omnes familiam ducunt, clariſſimus,
, *alibi. Mater autem *Franciſca*, filia
ſſimi *Thermi Nicronii*, patricii *Genu-*
quam Patei *Carpentoracti* in Italia du-

o ætatis ſuæ *decimo quarto* patrem ami-
uo mater *Roſtochium* remigravit, cum
s in literis progreſſus feciſſet, ut ma-
de ſe ſpem concitaret iis, qui id tempo-
cademia è ſuperiore loco docebant.
pater cum ſciret, *nullum theſaurum*
iorem, nullum patrimonium ſtabilius
relinqui poſſe quam bonam educatio-
ihil prætermiſerat eorum, quæ ad fi-
onis literis informandum pertinerent.
iam, quanquam erat occupatiſſimus;
cum filiis (plures enim habebat) ſub-
empore repueraſcebat, in ſtudia illo-
iquirebat; operamque dabat, ut ſub
culis ſevera lege proficerent, ac domi
ent, unde diſcerent, & rectam vitæ
æ formulam mutuarentur.
ebat ſub id tempus Academia eruditis-
uibusque in omni diſciplinarum gene-
s; qui ipſam novis reditibus à *Joanne*
to & *Ulrico* Ducibus Megapolenſibus
n & quaſi redintegratam doctrinæ ſuæ
illuſtrabant. Quoſdam ex his potiſ-
i ſibi audiendos eſſe monebatur ab iis,
ius intelligebant, quam ipſe per æta-
oſſet: ad horum ſe conſuetudinem ap-
at: his limandum ſe poliendumque
ittebat: nec quenquam negligebat eo-
qui illas literas docerent, ſine quarum
iculo fruſtrà quis ad ſolidam cognitio-
ſerveriorum diſciplinarum pervenire
let. Cum verò celeriter æqualibus
ii gloria antecelleret, & vix dum atti-
illam ætatem qua olim Romæ toga pu-
i ſolebat, à matre *Antverpiam* miſſus
ſalutandos qui adhuc in vivis eſſent, a-
s: de quorum conſilio mox *Lutetiam*
tulit. Qua urbe totius Galliæ prima-
n ſolum eas literas, quas *Roſtochii* co-
œperat, quæque ibi tum maximè flo-
t, majore ſtudio percoluit ſed & ad ju-
dentiam, in cujus quaſi ſinu conquie-
decreverat, animum adjecit; cum fra-
ideret medicæ artis ſtudio teneri.
poſitum Bordingo erat cæteram quo-
Galliam perluſtrare, audiendisque qui-
la abundabat, cum aliis doctiſſimis ho-
bus, tum juriſconſultis præſtantiſſimis
ot adhuc annos impendere; ſed & hoc
lium mutare ipſum coegit inopinus ru-
e bello civili, quod per univerſam Gal-
recrudeſcebat. Nam proteſtantes cre-
ſuppliciis injuriisque irritati, cum cer-
ſibi & inevitabile exitium imminere in-
iſſent, niſi rebus ſuis maturè conſule-
de obſidenda Lutetia conſilium cœpe-
: jamque adventare cum exercitu dice-
r, obſtructuri omnes ad urbem aditus, ſi
ea urbs minus inſtructa impro viſa ag-
ione, prius quam regiæ copiæ adveni-
, in quasdam anguſtias redigi, & ita pax
s conditionibus impetrari poſſet.

In non levi periculo Germani, qui eò di- *Pericul.*
ſcendi cauſa frequentes confluxerant, tum *Germanor*
temporis verſabantur, quod proteſtantes
freti, auxiliaribus copiis, quas Duce *Joan-*
ne Caſimiro Palatino è Germania exſpectabant
arma ſumſiſſe perhiberentur. Quare pauci
in loco manere; alii in patriam reverti;
plerique alium ſibi locum eligere, ubi tantiſ-
per laterent, dum turbæ ſedarentur. Bor-
dingus ex diſcrimine elapſus, cum aliquot
equeſtris ordinis juvenibus in *Belgium* con- *In Belgi-*
ceſſit: & *Lovanii*, florentiſſimo tum tem- *um conce-*
poris per totam Europam doctrinarum empo- *dit Bor-*
rio, aliquantiſper commoratus eſt. Cum *ding.*
verò *Albanus*, qui recens in Belgium veniſ- *Albani du-*
ſet, imperium à proſcriptione ac cæde nobi- *cis ſævitia.*
lium procerumque auſpicatus, omnia bello
miſcere videretur: ut matrem cura liberaret,
ipſe in ſuperiorem Germaniam rediit, &
cœptum ſtudii legalis curſum *Haidelbergæ*, *Redit ad*
Roſtochii, *Lipſiæ*, magna cum laude & proſ- *ſuos.*
pero ſucceſſu abſolvit. Etenim cum bona-
rum literarum viatico inſtructus ſe vaſto illi
juris Oceano commiſiſſet; in quo multos vi-
deas diu jactatos fractosque vix tandem lit-
tus attingere, non paucos etiam naufragium
facere; mirum dictu, quam pleris ille velis
navigarit, quam ingens ſpatium brevi tem-
pore emenſus & quam ſecundo curſu in por-
tum delatus ſit. Vix enim domum reverſus
ſtatim dignus judicatus fuit qui *Licentiæ* lau- *Juris Li-*
rea decoraretur. Neque enim tum conſue- *centiat.*
tudo hæc invaluerat; ut qui legitimæ ſcien- *creatur.*
tiæ ſtadium decurriſſent, ſplendidos illos
doctorum titulos ſtatim ambirent, eoque in-
ſignes ſummum locum jure Senatorio in or-
cheſtra occuparent; ſed in *Licentiati honore*
aliquandiu acquieſcebant, cum tamen illis,
quocunque tempore vellent, ad ſuperiorem
honorem aditus pateret.

Primam hanc lauream accepit è manu *Jo-* *Joan. Bor-*
annis Borcholti, celeberr. Themidos anti- *cholt pro-*
ſtitis, inſpectante & ſua præſentia Academi- *motor.*
am panegyrin illuſtrante *Joanne Alberto* duce
Megapolitano. Paulo poſt *Ulricus* itidem
dux Megapolitanus Bordingo noſtro *profeſ-* *Bording.*
ſionem juris feudalis demandavit: ipſumque *profeſſ.*
in *conſiliariorum* numerum adlegit. Factum *Roſtochii.*
id anno ætatis ejus *ſeptimo & vigeſimo*. *Et conſi-liar. Megapol.* *1574.*

In ordinem ergo JCtorum adſcriptus, nihil
in ſe deſiderari paſſus eſt eorum: quæ ad A-
cademiæ illius dignitatem ac commoda tum
conſervanda, tum amplificanda facere vide-
rentur. Labores docendi cum alacritate ob-
ivit: quicquid eruditum animo complecte-
batur, prolixè cum aliis communicavit: de
obſcuris clare, de perplexis ordinatè de dubiis
aperte diſſeruit: ut res quaſi ante oculos pa-
lam ponere videretur. Sententiam in col-
legio dicere juſſus, cogitate reſpondit; de jure
conſultus, ſpeciem facti ejusque circumſtan-
tias accurate tanquam ad ſtateram appendit:
pro juſtitia cauſæ pronunciavit: cauſas inju-
ſtas nunquam ſuſcepit tuendas; ſed quæ u-
tramque in partem eſſent diſputabiles: & ſi
cujusquam patrocinium ſuſcepiſſet, non ante

ſuo ſe functum officio putabat, quam lis eſſet deciſa & determinata.

Cepit itaque Bordingi nomen non ſolum apud cives; ſed & apud nobilitatem celebrari: ad quam ejus famam acceſſionem Academia

Doct. juris renunciatur.

Roſtochienſis fecit, *Doctoris* ipſum titulo & honoribus ornando; approbantibus id non ſolum eruditis omnibus; ſed ipſo etiam principe *Ulrico:* qui in ipſa inauguratione publica

Aureo torque donatur.

inſpectan-tibus cunctis, *aureo* ipſum *torqeu* donandum curavit, per *Martinum Bolfraſium:* qui tum primo loco à conſiliis principi.

Ex eo tempore ſæpius in aulam accerſitus, rarius quidem è cathedra docuit; ſed tamen Academiæ rationem, ubi potuit, ſemper ha-

Evocatur in aulam. Academ. rationem habet. Et profeſſ. philoſ.

buit. Nam cum ſciret certis eam reditibus dotatam à ducibus Megapolitanis eſſe: privilegia illi ſarta tecta conſervavit; ne jacturam aliquam aut damnum faceret ſchola ſolicitè cavit; doctores linguarum & artium, quibus aliunde nulla lucri ſpes affulget, principi commendavit: effecitque ne quisqum, qui ingenii ac induſtriæ ſpecimen obtuliſſet, inanis dimitteretur. Et cum *Rodolphus* Cæſar in

Comit. Palat. dignitas decano collegii JCtorum Roſtoch. collata.

comitiis *Auguſtanis* dignitatem comitis Palatini ipſi obtuliſſet: ſubmiſſè eam à ſe deprecatus, ut *Decanus collegii juriſconſultorum Roſtochii* ea ornaretur impetravit: cui jus eſſet & poteſtas *creandorum notariorum*; faciendique alia, quæ ſummi principes Palatii comitibus concedunt. Imò cum jam de deſerenda aula cogitaret, principi ſuo, qui jam *ſeptuagenario* major, auctor fuit: ut quædam in Academia confirmaret: quædam utiliter ordinaret: quædam prudenter emendaret.

Inter conſiliarios itaque aulicos ab Ulrico principe Megapolitano cooptatus, primum controverſiis privatorum eſt adhibitus, ingenii periclitandi cauſa. Illas cum feliciter dirimeret, & ſi quid etiam extra ordinem demandaretur, ſine moleſtia expediret: nec vel odio vel amore à virtutis via declinaret; idoneum eum princeps judicavit, qui maximis Reipub. negotiis & deliberationibus quotidie inter-

Negocia Bordingi.

eſſet. Hic Bordingus id curæ ſibi habuit: ne expectationem de ſe feſelliſſe videretur. Ob quam induſtriam princeps quocunque iret, à latere ſuo haud facilè eum dimiſit. Itaque

Ad comitia cum ſuo principe abit. Et in Daniam.

& ad comitia quæ prima *Rodolphus Auguſtæ* celebravit, ſecum eum duxit: & cum in *Daniam* filiæ, generi, nepotumque viſendorum cauſa trajiceret, eundem ſibi comitem elegit: cujus opera uteretur ſive quid dicendum, ſive conſulendum eſſet. Utrobique eum ſe geſſit: quem eſſe oportet, qui cum laude velit partes ſibi à magno principe demandatas tueri. Imperator ſanè ex illo tempore tanto Bordingum favore eſt complexus: ut ipſum non ſolùm inter comites palatii: ut diximus

Donatur nobilitate à Cæſare.

cooptare: ſed & aliquot annis poſt *aureo torq.* ornatum etiam in album nobilitatis Germanicæ adſcribere voluerit: ſed utrumque honorem ipſe innatâ ſua modeſtia detrectavit. *Daniæ* quoque rex *Fridericus* ſecundus, qui & ipſe eximius ingeniorum cenſor, Bordingi prudentia & integritate tantopere eſt delecta-

tus: ut permiſſu ſoceri eo conſiliario
in negociis fuerit uſus: quod & *Chr*
IV. fecit.

Cum ita *duodecim* totos *annos* à c
aulæ Megapolitanæ fuiſſet Bordingus:
que & moderationem ſuam omnibus
ſet: veritus Princeps ne alii

Florem illibatum populi Suadæq; medi
in ſuos hortos traducerent, novo ipſum
ficio ſibi devinxit: & *cancellarii* dig
honoravit: qua major in aulis conting
alicui poteſt. Eſt enim cancellarius q
culus, aures, os, manusque principi
quem princeps videt; quid in aula, i
bus, in præfecturis geratur: per quem
aliorum & quereleas intelligit: per qu
vibus mentem ſuam exponit; ad reges
que ſcribit. Ad hoc igitur ſolſtitium,
loquar, honorum evectus Bordingus,
nam ſibi impoſitam ita ſuſtinuit: ut pruc
eloquentiæ, fidei, juſtitiæ laudem etia
harum virtutum inimicis ſit conſecutu
conſiliis calidis & audacibus abhorrui
cum nulla res ſimul poſſit eſſe eadem fe
ta ſimul & examinata, tempus in delib
do adhibuit, ne ad inconſiderantiæ illa
cuſationem veniret: *Non putaram.* In c
da ſenrentia nihil gratiæ cujuscunque ta
tribuit, veritate & juſticia ſuis fortunis
poſita. Ante lucem ſurgebat, & totum
in palatio hærebat: tempusque vel cha
ctuariorum pervolvendis, vel diploma
conſcribendis ſignandisque, vel aliis au
dis impendebat.

Ætate autem ad ſenium vergente, cu
xorem alteram *Lubecæ* duxiſſet, de
ferendo eam in urbem domicilio cogita
pit: tandem miſſione à principe ſuo i
trata hac conditione ut quotiescunque
lam vocaretur conſilio principi præſtò
præterea ſolennibus judiciis, quema
dum antea, quotannis quater præſidere
retinuit Bordingus fremente invidia ſe
riam illam dignitatem quàmdiu prince
vivis fuit, ac mortuo ſigillum, cujus to
nos cuſtos fuerat, in exequiis prætulit:
peractis fractum *Carolo* ſucceſſori trad
qui ipſum ob fidem ab annis *octo & vi*
ducibus Megapolitanis præſtitam non
dono dimiſit. Ut primum autem in ur
Lubecenſem comigravit: ſenatus cum eo
ut partes obeundarum legationum, ſi it
ferret, ſibi imponi pateretur. Poſtea
tem mortuis uno menſe duobus conſuli
Theodorico Bromſio & Hermanno Warnebu
unanimi ſenatus conſenſu *conſul* eſt decl
tus præter opinionem plane ſuam. Ho
officio cum alia multa præclarè geſſit;
hoc ſtudii ſui argumentum reliquit: quod
ſidium ea in Rep. prudenter ſopivit, & ſ
piterna oblivione ſepelivit. Nec conte
cives ad concordiam reduxiſſe, comm
quoque eorum ita ſtuduit; ut nulli patri
jor unius filii, quam ipſi omnium civiun
ra fuerit. Eaque de cauſa difficilimis
temporibus *legationes* moleſtiſſimas, e

valetudinis detrimento, obire non re-
it. Ita & poſtrema legatione *Danica*,
pſi *ſexageſimum tertium* ætatis *annum*
greſſo, totos *novem dies* in navi per-
ndum fuit, valetudinem ſuã vehemen-
rivit. Quare vitæ finem haud ita lon-
eſſe ratus, res ſuas ita ordinavit: ac ſi
quoque tempore ſibi de vitæ hujus ſta-
decedendum eſſet. Condito n. teſtamen-
lectoque ſepulcri loco, ubi quotidie
anseundum, & titulo quem ipſe com-
t, ſuperaddito: ad fatalem horam ſe
ravit, id crebris precibus à Deo coop-
ut liceret ſibi vitam hactenus non o-
actam, placida morte terminare. Sic
ajebat: *ſi mirmilloni aut retiario curæ*
ut honeſtè occumberet: multo magis ho-
Chriſtiano dandam eſſe operam, ne vitam
fabulam, quæ cæteras partes omnes præ-
s habuerit, poſtremus actus deturparet.
em voti ſui compos factus eſt anno
ti *milleſimo, ſexcenteſimo, decimo ſexto,*
iribus in dies decreſcentibus, animo ta-
ntegro, ſpiritum Deo reddit: cum annis
intanovem hoſpes in corporis ergaſtulo
.

t vir hic politicus quidem excellens: ſed
onis tamen ſtudio nemini ſecundus. Ete-
ta ſacrarum literarum ſcientia pectus
compleverat: ut pleraque omnia reli-
s capita de quibus hodiè tanto ſtudio di-
tur, rectè intelligeret: & ſcripturæ
onia, quibus verior ſententia probatur,
iter in numerato haberet: ac ſi totum
mpus ea in doctrina conſumſiſſet. Nec
iſputandi cauſa aut oſtentandi, ut multi
t, Theologiæ operam dedit: verum id
curavit; ut vitam ſecundum cœleſtem
nam conformaret: nec quicquam vel
è vel privatim committeret, quod con
am torqueret. Nullum diem à ſacris
meditationibus reliquit vacuum, ſemper à precibus rerum agendarum initio ſumto: cœtus ſacros adſiduè frequentavit: preces ſuas cum eccleſia conjunxit: ſacramentis devotè eſt uſus: egenis prolixè benefecit: ſcholarum rationem inprimis habuit: ac *Lubecæ* præſertim ludum cupivit eſſe florentiſſimum.

In reliquo officio juſtitiam coluit: audientiam omnibus, cujuscunque ordinis, ætatis, ſexus, fecit benignam: idem *Sanatibus*, quod *Forctib.* ab eo jus erat: donorum ſummus oſor: ut qui ſtatueret, *nihil* eſſe *injuſtius, quàm juſtitiæ præmium quærere: & qui mercede bonus ſit: eundem quoque mercede fieri poſſe malum.* Quam ſententiam totidem ferè verbis diverſis in locis curiæ principalis parietibus adſcribendam curavit. Juſtitiæ autem ſeveritatem ſingulari humanitate condivit: & duas virtutes diſiunctas ita conjunxit: ut altera alteri ornamento eſſet. Calumnias & adverſitates, modo famam non attingerent, patienter tulit, carmen illud ſemper in ore habens:

Qui mercede bonus, idem mercede malus.

Patientia.

Nobile vincendi genus eſt patientia: vincit
Qui patitur. Si vis vincere, diſce pati.

In conjugio vixit gemino: primum contraxit cum filia *Arnoidi Bureni*: qui Academiæ Roſtochianæ tabulas quaſi ex naufragio collegit. Cum hac ſine reconciliatione *decem, & novem* annos vixit: cujus mortuæ laudes oratione peculiari perſecutus eſt *Joannes Caſſelius*. Amiſsâ eâ matrimonium iniit cum *Anna Horſtmanna* Lubecæ *Henrici Wedemhovii* ſenatoris ibidem vidua: cujus nuptiis regum, ducum, Academiæ, urbium legatos interfuiſſe conſtat. Fuit id conjugium tale; ut ne voto quidem ſuavius optare potuerint.

Conjugium Arnold. Burenius.

Et tantum de hoc Sulpitio Megapolitano, ex oratione funebri à Joanne Kirchmanno ſcripta atq; edita.

NIS VITARUM JURISCONSULTORUM ET POLITICORUM GERMANORUM.

MEL-

IN
MELCHIORIS ADAMI
Jureconſultos & Politicos Germanos.

JULII GUILIELMI ZINCGREFII
PHALEUCI.

TRADIDIT *Tacitus decus Latinæ*
Ingens Hiſtoriæ aſperam eſſe cœlo &
Cultu Teutoniam, horridamque viſu,
Nec non & populum eſſe literarum
Expertem. Zaſius quid? eſſe dixit
Suo tempore juris imperitum.
Quid ſi jam redivivus ille & ille
Excultas adeò videret oras
Noſtræ Teutoniæ, tot & coruſcas
Juris luminibus: quibus reducis
Novæ lucis honorem, ADAME, jugem.
Nonne Teutoniam ille & illè quærens
Ipsâ in Teutoniâ, beatitorem
Ut terræ atque poli ſtuperet alter
Cultum; ſic rudiora gentis hujus
Cum terrâ atque polo eruditiore
Mutata ingenia ambo conſtuperent?

INDEX

[V]ERBORUM ET RERUM MEMORABILIUM: QUÆ HOC IN VOLUMINE OCCURRUNT.

A.

[AC]ADEMIA Helmſtadiana aperta 134 b.
[L]ovanienſis diſſipata 182 a.
[...]enſis inſtituta 180 a.
[...]genſis quos primos habuerit profeſſo[re]s 55 a.
[...]uſdem ſtatuta condita 109 b.
[...]iana inſtaurata 221 a.
[...]ici honores & gradus quid 186 b.
[...]itiones ferendæ 193 a.
[...]iobona 161 a.
[...]lucis ſævitia 284 b.
[...]s archiepiſcopus Moguntinus 7 a.
[...]us encomium 8 a.
[...]eatur Cardinalis ibid.
[...]s Crantz Oldendorpii avunculus, [...]mtus ei ſuppeditat 79 b.
[...]s Durerus pictorum Germ. princeps 24 a.
[...]um Romanum 154 a.
[...]ii dictum 216 b.
[...]ius Lobvvaſſertis pater 121 b.
[...]ius F. Lobvvaſſ. Mudæi Rami & Do[n]elli auditor 122 a.
[...] Italia redux Regiomont. vocatur b.
[...]odagra laborat & cælebs vivit ibid.
[...]rtit pſalmos rhythmis vernaculis 123 a.
[...]ii Frideric. 3. Elect. Palat. grati ibid.
[...]a vitrea quæ 192 b.
[...]nicitiæ pabulum epiſtolæ ibid.
[...]s Alciatus Avenione Biturigas abit 103 b.
[...]de in Italiam profecto ſuccedit Viglius [Zu]ichemus 103 b.
[...]s Gail adſeſſor Spiræ 132 b.
[co]nſiliarius Cæſaris legationibus fungi[tu]r ibid.
[ca]ncellarius Colonienſis ibid.
[ar]guitur plagii à Mynſingero ibid.
[...]s Pauli adoleſcens vertit Catecheſin [L]atine & Græce 137. b.
[p]ublice pro lectione interrogatur ibid.
[C]ujacium audit ibid.
[c]onſiliarius Elect. Saxon. legationes [o]bit 138 a.
[vi]rtutes, mores, & querela ejus in mor[te] ibid.
[...]s Rauchbar JC. 128 b.
[...]s Weſenbecius Mudæi auditor Bruxel[li]s cauſarum patronus 84 b.
[e]jus integritas, fides, liberalitas in pau[p]eres ibid.
dignitas corporis & lepores 85 a.
ſymbolum ejusdem ibid.
Annas Burgius JC. martyr 196 a.
Annus viceſimus juventuti periculoſus 146 b.
Annus ſexageſimus tertius Aſtrologis quomodo dictus 158 a.
Antonius Clotz 135 a.
Antonius Freudeman 127 a.
Antonius Heiſterman JC. 135 a.
Antonius de Maza 170 a.
Antverpia à Parmenſi obſeſſa 153 a.
Apophthegma Auguſtini 172 a.
Baldi 183 b.
Balduini 92 a.
Catonis 159 a.
Ferrarii 55 b.
Henningi Göden 6 b.
Herberſteinii Baronis 59. b.
Jaſonis JC. 73 a.
Itelvvolfii de lapide 4 b.
Lamparteri 13 a.
Mynſingeri 134 b.
Oldendorpii 80 a.
Reuſneri 275. b.
Schneidevvini 53 b.
Zedlicii 250 a.
Zincgrefii 201 b.
Argentifodinæ Friburgenſes & Schnebergenſes 121 b.
Argentorati religo reformata 42 a.
ſchola inſtituta ibid.
Arnoldus de Reiger JC. nobilis 134 b.
Augerius Gislen. Busbequius liberis Ferdinandi Cæſ. præficitur 145 a.
legatus in Turciam rara multa inveſtigat 145 a.
liberat Hiſpanos captivos ibid.
adducit regi Galliæ ſponſam ibid.
rediturus in patriam à graſſatoribus invaditur ibid.
ſtudioſus rerum naturalium 146 a.
Auguſtarum inſcriptionum opus 145 a.
Auguſtæ miniſtri reſtituti & ſchola aperta 71 b.
Auguſti Sax. nuptiæ, & quid in iis ſingulare 166 a.

B.

BAlthaſar Clammer jura Marpurgi docet 34 a.
conſiliar. & cancellarius Lunæburg ib.

Balthaſar Rittershuſius 212 a.
Bartholomæus Roſinus 130 b.
Bartolus quo ætatis anno promotus 71 a.
Baſil. & Bruno Amerbachii 69 b.
Belgæ exules Wetzlariæ 137 a.
Bellum Helvetium 20 b
Bellum Venetum 7 a.
Benedictus Pauli docet Wittembergæ 39 b.
adſeſſor judicii curiæ provincial. 40 a.
voces ejus in morbo ibid.
Teuberi ſocer 127 a.
Berentz herba agni forma 59 a.
Bernhardi dictum de juſtificatione 46 a.
Bernhardus Brand 56 a.
Biblia ſunt legenda 73 b.
verſa combuſta 189 a.
Belgicè reddita 154 a.
Bibliotheca Ariſtotelis 118 a.
Beſſarionis Venetiis 104 b.
Ciſneri 118 a.
Bibracum oppidum unde dictum 176 b.
Bilibaldus Pirckeimerus aulæ epiſcopi Eiſtetenſis addictus 20 a.
in Italia jura & Græcam linguam diſcit ibid.
Norinbergæ in ſenatum legitur 20 b.
militat Cæſari in bello Helvetico ibid.
commeatum ex agro Mediolanenſi petit 21 b.
inedia laborat 21 b.
invidia 15 a.
dimiſſione impetrata librorum fit helluo 23 b.
antiquitatis ſtudioſus 24 a.
uxore prima amiſſa reſpuit ſecundas nuptias 24.
in ſenatum iterum cooptatus legationes in ſe ſuſcipit 24 b.
podagra laborans conviviis abſtinet 25 a.
votum ejus noviſſimum b.
ſtirps Pircheimeror. cum ipſo exſtincta 26 a.
ejus inſignia & emblema ibid.
Eobani elegia in obitum ejus ſeq. 26 b.
Bienenkorb Marnixii ſcriptum 154 a.
Boërius Epo primum Lovanii, dein Duaci jura docet 156 a.
Bohuslaus de Haſſenſtein nob. Boëmus 4 a.
Boleslavia oppidum 160 b.
Bona Sfortia nubit regi Poloniæ 58 a.
Bonifacius Amerbachius Eraſmo & Zaſio charus 69 b.
Baſileæ jus docet ibid.
ejus virtutes opesque 70.
Brunſuiga urbs 212 a.
Bucho ab Ayta patruus Zuichem 103 b.
moritur ibid.
Bulla Pontificia in Lutherum 8 b.

C.

CAncellarii dignitas 187 a.
Caroli V. imp. vox laudatiſſima 52 b.
comitia ejus prima in German. 58 a.
ejus colloquium cum Seldio ultimum, cui & lychnum præfert
Auguſtam venit
Carolus Darſcæus
Caſpar Malignatus Antagoniſta Zuic
Caſpari Peuceri valetudinis imbec
Caſpar Schlick trium Cæſarum cancel
comes creatur
ejus elogium à Sylvio
Caſpar Tradel IC. 1
ejus heres Georg. fratris F.
Caſpar Wild. mathematicis deditus
advocatus agit cauſas Stutgardiæ
conſiliarius eccleſias & ſcholas c
tuit 1
jus municipale Wirtemberg. ad
ad comitia mittitur
ejus encomium, memoria, ratio
mentandi
Certamen inter Condæos & G
Ciceronis de Servio elog.
Chilianus Koenig cancellar. Sax & ſenato
gnæus
Chriſtianus Stroband migrat ex March
Boruſſiam 1
Chriſtophorus comes Palat. Frid. 3. Ele
cum milite in Belgium abit 1
ubi in velitatione deſideratur 1
Chriſtophorus dux Wirtemberg. Baſil
git
eccleſias & ſcholas conſtituit 1
confeſſio ejusdem
Chriſtophorus Carlevitius nobilis Miſn.
pulus Moſellani
ab Eraſmo commendatus
eſt à conſiliis ducibus Saxoniæ
orator audit perfectus
ejus legationes & labores in bello
manico
tredecim intereſt expeditionibus
equitum aurator. dignit. hæred. d
tur
Melanchthonis de eo judicium
Chriſtophorus Ehemius primùm Tubin
dein Haidelbergæ docet 14
conſiliarius & procancellar. El. P
1
colloquiis & comitiis intereſt 1
abit cum I. Caſimiro com. Pal. Neo
dium 1
redit Haidelbergam 1
ejus πολυτεκνία 14
fovet ſcholas 14
Chriſtophorus Wieſt JC. 18
Clades à Turcis & damna 3
Claudius Cantiuncula regii judicii Enſiſhe
cancellar. 1
Clavis hiſtoriarum 15
Collegium Friſiorum genti Lov
20
6

olloquium Saxoniæ Elect. cum Eraſmo 51 b.
Francothalenſe 142. a. 150 a.
Friderici 3. Elect. Pal. cum Joach. Bergero 171 a.
Marpurgenſe, & de eo judicium Phil. Haſ. Land. 170 b.
Matheſii cum Zulegeri matre 149 b.
Maulbrunnenſe 142 b.
urgum 147 a.
ometa anno 1556. 168 a.
ommentarii J. Brentii in Jeſaiam 95 b.
Ctorum 80 a.
uichemi in X. tit. Inſtit. 104 b.
a Auguſtana 51. b. 94 a.
ius ſingulare quid 166 a.
*V*ormatienſia 153 a.
is Palatini dignitas decani JCtorum
oſtoch. Academ. propria & perpetua 221 a.
l. Brun. JC. 84 a.
us Heresbachius Hebræa & jura diſcit 100 b.
uilielmo Juliacenſ. præficitur, fitque
onſil. ibid. rude donatus in Pſalmos commentatur ibid.
us virtutes & amici ib. & ſeq.
lus Heſſus 212 b.
us Matthæus pater amans literarum 109 a.
atri ſtudior. ſumtus ſuppedit. ibid.
us F. Matthæus Marpurgi docet 109 a.
it cauſas civiles b.
ſſeſſor dicaſterii Haſſiaci ibid.
clamandi & diſputandi exercitia urget ibid.
ndicus Academ. Marpurg. 110 a.
ræneſes ejus ad ſuos in morbo ibid.
iſdem virtutes 110 b.
ctoritas / eri / neri } ibid.
s Mutianus Rufus ab aulicâ vitâ abhorret 13 b.
nonicus Gothæ ibid.
ctor eruditorum ibid.
hil edit & cur 14 a.
s Peutinger conſiliar. Cæſar 35 b.
ta ejus & labores ibid.
s Rittershuſius ſtudiorum primitias maturè edit 212 a.
dit Borcho'tum per quinquennium ibid.
onellum item & Giphanium ibid.
azianzenus redivivus dictus 212 b.
regrinatur, & pericul. ejus in navi ib.
cet jura Altorfii 212 b.
conſiliar. Reip. Noricæ 213 a.
e conſumitur ibid.
tutes, eruditio, pietas ejus 236 b.
moria, amici, conjugium 214
itudo ejusdem 214 b.
us Zaſius pater & filius 15 a.
eſt fons malarum cogitationum 158 b.

Cornelius Grotius Platonis ſectator 202 a.
Hebræa & Græca doctus ibid.
domi cauſa agens in ſenatum legitur ib.
Lugdunum vocatus ibi docet 202 b.
Conſenſus evangelic. eccleſiar. in Polonia 188 b. ſeq.
conſiliarii dignitas 67. b. 72 b.
conſilia calida 209 a.
conſtitutiones Sax. Elect. 217 b.
controverſia inter Haſſ. Landgr. & Naſſov. compoſita 94 b.
contubernium Muſicum Haidelbergæ 217 b.
Cypryiani martyris dictum 173 a.
Cyprianus Vomelius Moguntiæ jura docet 108 b.
adſeſſor Spiræ deſig. ibid.
ejus elogium ibid.

D.

Aniel Stibarus eques Francus Camerario famil. 48 a.
peregrinationem literariam ſuſcipit b.
Wurceburgici vivit ibid.
ejus candor & aliæ virtutes 49 a.
David Lucanus abductus in Galliam regi commendatur 139 b.
præfectus theſauro belli ibid.
ad ſtudia redit, variasque peregrinationes ſuſcipit 139 b. ſeq.
conſiliar. & adſeſſor in dicaſterio Cattorum principis 140
legationes obit varias b.
periculum ejus in illis b.
virtutes ejus, conjugium, liberi 141 ſq.
David Pfeiffer JC. 155 b.
Dialectica JCto neceſſaria 129 a.
Dillinga oppidum 150 b.
Diogenes Laertius M.S. 23 b.
Diſciplina militaris 130 a.
Diſſidium inter German. & Gallos Biturigibus 140 a.
Dulcedo ſtudiorum 197 b.

E.

*E*Ccleſia quæ 46 a.
Educationis vis 126 a.
Eloquentia cum ſtudio Politic. jung. 189 b.
Epigramma in Balduinum 191 b.
Beutrichium 129 b.
Brand. Sebaſtian. 5 b.
Ciſnerum 118 b.
Clamerum 34 a.
Ehemium 142 b.
Ferrarium 56 a.
Freher. & Velſerum 220 a.
Fichardum 114 b.
Göden. Henning 6 b.
Grotium 202 b.
Heppelium 88 b.
Heigium 156 a.
Herberſteinium baron. 59 b. ſeq.
Hyppolit. à Collibus 208 a.
Huſanum 132 a.
Matthæum 110 b.
Neuſtetter & ſymbolum ejus 148 b.

Oldendorpium 80 b. ſeq.
Rittershuſium 83 a.
Schneidevvinum 84 a.
Stibarum 49 b.
Sturmium Iacob. 43 b.
Teuberum 128 a.
Tilonem 164 a.
Wameſium 139 a.
Weſenbec Matth. & de inſignibus ejus 125 b.
Wolfium Ioann. 158 b.
Zaſium Patrem 17 b. ſeqq.
Epiſtola Aldi Manutii de Mutiano 14 b.
Conradi Mutiani ibid.
Excommonicatoria Papæ 2 a.
Hutteni ad Luther. 9. a. 10 a.
Lipſenſium ICtor. 73 a.
Socini IC. Itali 96. a.
Viglii Zvichemi 73 a.
Epitaphium, epicedium monument. Amerbachii 70 a.
Bachovii & conjugis ejus 47 b.
Balduini 91 b.
Bergeri 147
Beutrichii 129 b.
Brandi Theodor. 57 a.
Burcardi 62 b.
Busbequii 145 b.
Canteri 42 a.
Ciſneri 118 a.
Creſcentiæ Pirckeimeræ 25 b.
Damhauderi 110 b.
Denaiſii 204 b.
Douſæ 180 b.
Ehemii 142 b.
Eponis 156 a.
Everardi patris 29 a.
Everardi filii 29 b.
Freheri 217 ſeq.
Fürſtenbergeri 32 b. ſeq.
Georg. Pal. comm. Simmer. 108 b.
Gerhardi 95 b.
Hartmanni patris 35 a.
Heintzenbergeri 113 b.
Huſani 131 b.
Hutteni 8. a. 11. ſeq.
Iſelini 75 b.
Langi 38 a.
Lobvvaſſeri 122 b.
Lucani 141 a.
Marnixii 153 b.
Matthæi 110 b.
Metzleri 32 a.
Monavii 179
Mylæi 47 a.
Mynſingeri 134 b.
Pauli Benedicti 40 a.
Peutingeri 36 a.
Pirckeimeri 25. b. 26 b. ſeqq.
Piſtorii 74 a.
Polanti 88 a.
Revardi 81 b.
Seldii 77 a.
Senecæ 1 b.
Schardii 90 a.
Schurfii Hieron. 45 b.
Sichardi
Stibari
Strobandi
Sturmii Iac.
Thilonis
Tradelii
Viglii Zuichemi
Wameſii
Weſenbecii Matth. uxor. & mar.
Zaſii patris
Eraſmus Neuſtetter cognom. Stürmer ceburgi judex provincial.
fit canonicus
abdicat ſe dignitatib.
ejus emblema
peritia linguarum, bibliotheca
virtutes, ſtudia, ſymbolum 147
Eraſmus Roderodamus amicus Zaſii
Lutheraniſmi inſimulatur
judicium ejus de Viglio ab Ayta chemo
nec Pontificiis, nec evangelicis
Erneſtus à Rechberg Bavar. generoſ.
Ethica & politica
Euclides
Euripid. carmen
Exemplum patientiæ in morbo
liberalitatis in literas
in pauperes
conjugii ſingularis

F.

Fabianus Lobvvaſſer Ambroſ. nep.
Familia Bachoviorum
Borcholtorum
Ciſnerorum 115 b.
Achiorum
Freherorum 216 b.
Grotiorum
Hoperorum
Lotichiorum
Matthæorum
Mynſingerorum
Obrechtorum
Piſtoriorum
Polantorum
Reusnerorum
à Stein nobilium
Streithiorum 88 b.
Strobandorum
Velſerorum
Weſenbeciorum, & nomen unde
Famis exemplum 21 b.
Ferdinand. Boëm. rex coronatur
Ferdinand. dux Albanus
Fide juſtificamur quomodo intelligend.
Folcard. ab Ayta
Fontes ſalſi in Burgundia
Franciſcus Andium Dux in Belg. voca
Franciſcus Balduinus docet Biturigibus dein Haidelbergæ
religionem Proteſt. amplect. & abj

Duaco Lutetiam redit ibid.
à Veſontionibus vocatus docere ibi non vult ibid.
abiturus in Polon. moritur 91 b.
Ecebolus dictus 92 a.
certamen cum Calv. & Beza ibid.
iſcus Burcardus à Melanchthone eruditus Wittembergæ docet 62 a.
in aulam accerſitus legation. fungitur 62 a.
ejus merita, mores, amici 63.
morbus longus & confeſſio in eo 63 b.
iſcus Craneveldius orator Brug. conſiliar. Cæſaris 74 b.
ſenex Græca diſcit
ſymbolum ejus & amici } 75 a.
xenia ei à Thoma Moro
iſcus Reuſner 175 b.
iſcus à Ripa JC. 103 a.
bergum oppidum 139 a.
ofurti ad Mœnum elogium & decora 32 b.
orum nomen unde 48 a.
ici 3. Elect. Palat. 171 a.
ejus conſtantia ibid.
icus Elect. Saxon. audit lectiones Ictorum 45 a.
icus Monavius 178 b.
icus Reiffebergicus 139 a.
eccum arx Mynſingerorum 133 a.

G.

Abriel Mudæus Lovanii cum Eraſmo vivit 64 a.
Lud. Vive publicè laudatur, b.
inde ei periculum conflatum ibid.
uptias præcipitat 65 a.
docet cura methodicè ibid.
Lovanii detinetur b.
duabus horis continuis docet 66 a.
itium fugitans ibid.
dit cauſas ſanguinarias ibid.
xoſus Theologus 66 b.
ejus acumen
docendi ratio
integritas } 66. & ſeq.
dotes
ncomium ejuſdem 182 a.
rd Braſtenberger JC. 177 b.
rdus Truchſes. archiep. Colonienſ. 129 a.
Bertolf. 101 b.
Caſſander Theol. 91 a.
us Commerſtad. ſyndicus & conſul uiccaviæ 61 b.
n aulam vocatur ibid.
jus felicitas, bonaque animi & corporis ibid.
ncomium ejus à Georg. Fabricio ibid.
Cracovius JC. 96 a.
us Obrechtus periclinatur in laniena Pariſienſi 208 b.
ibliothecam bis amittit 209 a.
tudia cogitat deſerere; ſed mutat ibid.
ocet Argentorati jura 209 a.
ejus conjugium & virtutes 209
comes Palatinus creatus ibid.
charus principibus ibid.
nomen ejus ementiti libri editi 210 a.
Georgius Sigismundus Seldius conſiliarius ducis Bavariæ 76 a.
Vicecancellarius Imperat. Caroli V. & Ferdinand. ibid.
floret gratia magnatum ibid.
intereſt colloquio Wormat. 76 b.
miſſione impetratâ migrat in Bavariam ibid.
revocatur in aulam Auguſtam 77 a.
abſtinet à conviviis & cur ibid.
Muſica & Matheſi delectatur 77 b.
ex caſu miſerab. moritur 77 a.
charus Imperatorib. 77 b.
Neuhofen arx ejus 76 b.
Georgius Thilo JC 163 a.
quid in inſtitut. ſuæ ætatis deſideraret ib.
Lignicii, actuar. ſecretar. & conſiliar 16 b.
ejus pietas, virtutes, conjugium 164.
Georgius Tradel à patruo educatur 150 b.
ingenium ejus & memoria ibid. 152 a.
Patavii docet 151 a.
Auguſtanæ reipub. operam addicit ibid.
Sueviæ & Fuggerorum conſiliar ibid.
ejus modeſtia
eloquentia } 152 a.
ταχυγραφία
nobilitatis inſignib. donatur 331
Tradelii conjugium
liberi
feſtivitas in jocando } ibid. & ſeq.
φιλοπονία
idem Cabalæ & Patrum ſtudioſus 152 b.
Gerhard. Pauli 137 b.
Gerhardus Tuningius in Hiſpaniam ad mercaturam miſſus tempeſtate reiicitur 203 a.
Jureconſultus pro mercatore factus agit cauſas docetque Lugduni ibid. & ſeq.
gravitas ejus docendi & virtutes aliæ ib.
Joſeph. Scaligerum adducit Lugdunum ibid
Goslaria oppidum 79 a.
Gregorius Haloander jus civile caſtigatum edit 28 a.
Venetiis moritur b. judicium de ipſo Zuichemi & Oldendorpii ibid.
Gregorius Heimburgius ſyndicus Norinberg invehitur in Pontificios 2 a.
abit in Boemiam ibid.
inde revocatur, & multa prædicit ibid.
excommunicatur à Papa 2 b.
Gregorius Lamparter cancellarius Wirtembergicus, & conſiliar. Cæſar. eques auratus 13 a.
dictum ejus ibid.
colloquium cum Schurfio JC. 44 b.
Gregorius Pontanus Ciceronis & Virgil. lectione delectatur 51 a.
cum Henningo degit ibid.
cancellar. Elect. Saxoniæ 51 b.

colloquium ejus cum Mercurino ibid.
in comitiis Marchioni Brandeburgico
reſpondet cordate 52 a.
pacis auctor & ſuaſor inſpect. eccleſiar. 52 b.
ejus filii
judicium
eloquentia } ib. & ſeqq.
ſtatura
virtutes
de eod. J. Eccii Theol. Pont. judicium 53 a.
Gubernatio Reipub. magnum onus 134 a.
Guilielmus Canterus 41 b.
Guilielmus Verius 103 a.
Gymnaſium Hornbacenſe 99 a.
Lavinganum ibid.
Neoſtadianum 142 a.

H.

HAlys fluvius 146 a.
Hamburgum urbs unde dicta 79 b.
Hartmannus Hartmanni pater docet Haidelbergæ 34 b.
nobilitate donatur ibid.
adſeſſor Spiræ & cancellar Pal. ibid.
ejus votum ex ſacris ibid.
Solon Palatinus dictus 7 a.
Hartmannus Hartmanni F. ejus officia, obitus, ſcripta ibid.
Hartmannus Piſtor JC. cl. 74 b.
Helvetiæ puellæ animoſitas 22 b.
Henningus Göden JC. celeberr. 6 a.
encomium ejus à Klingio ibid.
monacha juris dictus ibid.
docet Erphordiæ & Wittemberg. ibid.
Henricus Andium dux rex Polon. declaratur 91 a.
Henricus Glareanus 89 a.
Henricus Huſanus mercaturæ initiatur Bergæ in Norvvegia 130 b.
redit ad ſtudia ibid.
peregrinans febri decumbit 131 a.
cancellar. Megapolitanus ibid.
Lunæburg. Reipub. ſyndicus & conſil. 131 b.
precatio ejus in morbo 131 a.
votum ejuſdem 121 b.
Henricus Schneidevvin pater & fil. 81 b.
Henricus Strobandus diſticho vitæ ſuæ curriculum complexus 188 a.
pietas ejus & confeſſio ib. b.
concordiæ amans oſorque factioſorum nominum 188 b.
Biblia Polonica apparat 189 a.
Gymnaſium Thorunii erigit ad Sturmii præſcriptum 189 b.
in eo curiam publicam aperit 190 a.
contubernium item & noſodoch. 190 b.
jus provinciale excudend. curat ib.
officia ejus varia & gravia ibid.
Patrocinium pupillorum edit 191 b.
ædificia publica Thorunii inſtaurat 192 a.
ob quod ſugillatus 192 b.
ſpernit convicia 193 a.
conjugium ejus
ruris & agriculturæ ſtudioſ.
ejus votum & mors
conſiliarius Brandeburgic. deſig
inſcriptio ædium ejus
Henricus Stromer Auerbachius medicus
Hieronimus Baumgartner ſenator Rei
Noricæ
per inſidias in itinere capitur
liberatus ad ſuos cum omnium ga
redit
ejus encomium Eobani ad eund. el
Hieronymus F. Baumgartner 7
Hieronymus Commerſtad. 6
Hironymus Gerhardus ὀψιμαθὴς 9
docet Tubingæ Logicam 9
novo ibidem collegio præficitur i
invitatur à Georg. Wirtembergico
hæmorrhoide laborat i
migrat Stutgard. i
fit conſil. Wirt. 9
varias expedit legationes i
creatur procancellarius 9
diligentia ejus & valetudo ib
apoplexia exſtinguitur 9
Hieronymus Mynſinger 13
Hieronymus Schurff cum Lampartero col
quitur 44
conſiliarius Saxon. 45
Francofurtum ad Viadrum vocat
ibid. ſ
à Cæſare invitatur ibi
pietas ejus & virtute 45
adeſt Luthero Wormatiæ 46
viſitat cum aliis eccleſias ibi
encomium ejus 165
Hildesheim oppidum 92
Hippolitus à collibus nobili loco natus doc
Baſileæ 207
evocatur Haidelbergam ibi
inde Baſileam Chriſtiano Anhaltino e
à conſil. 107
legationes obit ibi
præſes curiæ Haidelbergæ, & præf
ctus ejus diœceſi ibi
ejus taciturnitas
contemtus munerum
dotes } ibid. & ſe
gratia apud principes
dicta
Hiſpanorum ſcopus quis 153
Hiſtoriæ cognitio neceſſaria Icto 91
Hoſtis nullus contemnendus 20
Huberti Langueti laus 196
Hugo Grotius 201
Humilitatis encomium 218

I.

IAcobus Bordingus pater medicus 200
Jacob F. *Bordingus* JC. docet Roſtoch
221 a.
conſiliar. Megapolitanus conſtitu
ibi
doct

doctor juris renunciatus aureo torque
donatur 222 a.
in aulam evocatus Academiæ ſatagit. ib.
ejus negocia & profectiones 485
nobilitate donatus à Cæſare ibid.
conſiliarius 222 b.
reg. Daniæ ibid.
cancellarius Megapolitanus
miſſionem impetrat ibid.
legationib. valetudinem lædit 223 a.
virtutes ejus, & ſtudium Theolog. ibid.
Monavius clarus amicitiâ magnorum
virorum 178 b.
peregrinationes ejuſdem ibid.
conſiliar. ducum Ligio-Bregenſ. 171 a.
ejusdem ſymbolum b.
Omphalius conſiliarius Clivenſis 86 a.
Solon æ jura profitetur ibid.
Revardus Brugis ſenator 81 a.
Duaci profeſſor juris, phthiſi exſtinctus ibid.
s Schopper. Theol. 177 a.
Spiegel. Zaſii auditor. 31 a.
conſiliarius Cæſareus ibid.
ejus frater Ioann. Majus 31 b.
querela de ratione docendi ſua ætat. ib.
Sturmius ſenator, quindecim vir, & prætor Argentoratenſis 42 a.
legatus multarum urbium b.
Sleidano hiſtoriæ materiam ſuppeditat. 43 a.
ejus obitus, funus, valetudo, opes, virtutes, mores, fama, fratres 43. a. 44 a.
Dousa claros in Galliâ viros audit 180 a.
curator aggerum ibid.
in Academiæ Lugdunenſis, & alia munia 181 a.
ejus virtutes & celebritas 180
annales Hollandiæ ſcribit b.
ſum in morbo 181 a.
s Gödelman. præfectus Roſeccianus 205.
um jactantia 190 a.
probando infeſti 193 a.
meri de iis ibid.
lus 114 b.
ndi modus verus quinam 80 b.
liber Cæſaris à principp. Meckelburgic. repudiat. 71.
us à Berge Peuceri condiſcipulus & amicus 165 a.
ejus de Luthero judicium b.
peregrinatur in Germaniâ 166 a. ſeq.
amicitiam cum Melanchth. init. 166 a.
viſit caſtra, nec ſine periculo b.
teſtimonium ab Academ. Wittembergenſi & Melanchth. ei datum 167 ſeq.
abit in Belgium, inde in Angliam ac Galliam 168 b. ſeq.
pericula ejus illis in itinerib. 169 a.
Venetiis ſubſiſtit 170 a.
reverſus ad ſuos fit conſiliar. Cæſaris 170.
varias expedit legationes 170 b. ſeq.
diſcedit ex aula 172 a.
officia ejus in patria ibid.
ejusdem emblema, pietas, beneficentia, victus cultusque, candor, humilitas, conjugium 172 b. ſeq.
Joachimus Fridericus dux Lign. & Breg. moritur 210 b.
Joachimus Hopperus Platonis philoſophiam ſectatur 101 a.
docet jus purius quàm alii b.
redigit id in artis formam ibid.
adſciſcitur in ſenatum Belgic. ibid.
charus regi ſuo, & admirationi Hiſpanis 102 a.
equeſtri ordine donatur ibid.
Joannes Mynſingerus cum dente natus 133 b.
ejus majores Helvetia pulſi 133 a.
eorundem inſignia 134 b.
Patavii audit Zuichemum 133 b.
Friburgum migrat cum familia Zaſii audiendi cauſa ibid.
eidem Mynſinger. ſuccedit 134 a.
adſeſſor fit Spiræ ibid.
inde evocatus cancellarius Brunſuicenſis & camerar. hereditarius ducatus Brunſuic. 134 a.
Helmſtadianæ Academiæ condendæ auctor 134 b.
Joannes ab Ortenburg comes, exil. 95 a.
Joannes Amerbachius typogr. 168 b.
Joannes Antrechtus docet Marpurgi 186 b.
peregrinatur ibid.
adſeſſor curiæ Marpurgi ibid.
cancellarius Haſſiæ declaratur 157 a.
ejus obitus & virtutes ibid.
Joannes à Bajersdorff 21 a.
Joannes Banchemius in ſupremum Hollandiæ conſilium adſciſcitur 162 b.
controverſias componit ibid.
curator Academiæ Lugdunenſis ibid.
præſes ibidem conſiſtorii ibid.
ejus virtutes dotesque ibid.
Joannes Baumgartner. charus Cæſari 30 a.
rectè uſus opibus ibid.
felicitas ejus ibid.
encomium ejuſdem ab Eraſmo 30 b.
Joannes Borcholten. Roſtochii docet 147 a.
inde Halmſtadium vocatur ibid.
diligentia ejus in docendo ibid.
Joannes Clotz. audit Erromum Rudinger. & Peucer. 135 a.
diſcit linguas Ital. & Gallic. b.

Marpurgi adſeſſor & conſil. 136 a.
migrat Wetzlariam ibid.
ſuccedit Heintzenberg. cancell. ibid.
lites componit, ſententia non præcipitata ibid.
voces ejus in agone, & virtutes 136 b.
charus ſuis clientibus 137 a.
Joannes Ferrarius poema ſcribit de Eliſabetha, docetque Wittembergæ 54 b.
dat operam Theologiæ ibid.
medicinæ Licentiatus renunciatur ib.
Marpurgi in ſenatum legitur 55 a.
juris profeſſor deſignatur ibid.
ejus eruditio & virtutes 55
Joannes Fichardus Zaſii auditor 114 a.
docet Patavii & Bononiæ ibid.
ſyndicus reipub. Francofurtenſ. ibid.
Joannes Ficinus cancellar. Haſſiæ 19 a.
Academiam Marpurgic. juvat curatque ibid.
Joannes Fraxineus 139 a.
Joann. Thomas Freigius Zaſii, Glareani & P. Rami imitator 115 a.
docet Friburgi & Baſil. ibid.
cogitat deſerere literas ibid.
Altorfianæ ſcholæ rector ibid.
ejusdem encomium ibid.
Joannes Georg. Godelman. ICtos variis in Acad. audit 205 b.
docet Roſtochii 206 a.
evocatur ab Elect. Saxoniæ ibid.
Dresdam migrat ibid.
legatus ad Cæſarem nobilitate & com. Pal. donatur ibid.
Frid. Taubm. de eo carmen 206 a.
Joannes Hattungus 89 b.
Joannes Hegenmüller Seldii frater 75 b.
Joannes Heinceberger. ſtudium juris & praxin aggreditur 212 ſeqq.
legatus ad Maximi. II. 212 b.
conſiliar. & cancellar. Haſſiæ 113 a.
laborib. aſſiduis morbum contrahit ib.
valedicit ſuis ibid.
inviſitur in morbo à principe ſuo 113 b.
virtutes ejus ibid.
Joannes Heinceberg. pater 211 b.
Joannes Hochmannus ſtipendio Bufleriano fruitur 177 a.
eodem privatur ibid.
docet philoſoph. Tubingæ ibid.
dein jura 177 b.
eſt à conſil. ducib. Wirtembergic. ibid.
ejus obitus & virtutes 178 b.
collegium ab eo inſtitutum Tubingæ ibid.
Joannes Huttenus occiditur 7 a.
ejus cadaver effoditur 8 b.
Joannes Iſemannus 92 a.
Joannes Ketzmann 97 a.
Joannes Knap 15 a.
Joannes Langus è ludimagiſtro fit ſyndicus, cancellarius Epiſcop. tandem regius 36 b.
variis fungitur legationibus 37 a.
colloquium ejus cum Royzio Hiſpano 37 b.

dimiſſionem impetrat
Joannes Lorichius militiam ſectatur
juriſprudentiæ ſe dedit
conſiliar. Uraniæ principis
è Belgio in Galliam fugit, gl
trajectus perit
Joannes Lucanus Davidis pater
Joannes Lucanus Lulatus Wittemb
ra docet
cancellar. Megapolit. creatur
Carolo V. de *Interim* obtruſo
det
eccleſias conſtituit
Roſtochianam Academ. inſtaur
donatur nobilitate à Cæſare
oſor munerum
Joannes Majus frater Jacobi Spigelii
ejus officia
Joannes Marquard
Joannes Metzler Lipſiæ docet litera
capitaneus & ſenator Uratislav
docet in ſchola
Terentii ſtudioſus
Joannes Myleus Spiræ ludo præfect
Haidelbergæ jura docet
propemticon ei à Micyllo
Joann. Philipp. F. Mylæus
Joann. Navius Heldo ſuccedit
ejus legationes
ſucceſſor Navii Seldius
Joann. Oldendorpius ſyndicus Roſt
docet Coloniæ & Marpurgi
ejus encomium, & præclarè di
Joannes Pirckeimer Bilibaldi pater
Joannes Schneidevvin. cum Luthe
venit in aulam Schwartzbergi
Wittembergam evocatus jus
adſeſſor judicii provinc.
variis adhibetur controverſiis &
ejus vita privata,
valetudo
liberi } 83 b.
obitus
Joannes Schptorf
Ioannes Semeca præpoſitus Halber
decretum gloſſat
à pontifice excommunicatur
Joannes Sichardus Monachii ludo
præficitur
docet Baſileæ & Friburgi
Tubingæ itidem
ejus ad pios uſus legatum } ibi
mores
modus docendi
Ioannes Straub. gener Pirckeimeri
Ioannes Stroband. adſeſſ. judicii T
ſenator, conſul, Burggravius
donatur immunitatibus
Ioannes Trautebul IC.
Ioannes Thomas Obrechtus

attenus præpoſitus Aquenſis &
ncellar. Clivenſis 67 b.
peregrinationes & cum Eraſmo
nicitia ibid.
us Zaſius alumnus J. Paumgartneri 16 a.
tetur jus Baſileæ ibid.
liar. Cæſaris ibid.
caput lædit, unde ei mors ibid.
encomium 16 b.
cancellarius Cæſar. 77 a.
meſius juris divini & humani pe-
us 138 b
olfgangus ab Annvveil 156 b.
olfius viros in omni doctrinarum
tere præſtantiſſimos audit 156 b.
iſcipuli & profectiones ibid.
ſor Cameræ 157 a.
is it ad regem Galliæ ibid.
tè Gallia corpus VVolfgangi Pa-
ini ibid.
gliam, Poloniam, & ad Cæſarem
atus 157 b.
liar. Badenſis, & præfect. Mun-
heimenſis 158 a.
lonatus Hailbronnæ vivit, ibique
itur ibid.
mbolum,
njugium,
tutes, 158 b. ſeq.
ores,
ditio
ercitationes
mbauderus conſil. Cæſar. 211 a.
ſe dedit ibid.
richii curric. 85 a.
Mynſinger. Caroli & Ferd. can-
llar. in duc. VVirtemberg. 133 b.
criptio 130 b.
idum 126 a.
as quid 90 a.
hodie forma 180 a.
rrumpentes cauſæ ibid.
uriæ provincialis in Saxon. 40 a.
ma veriis in Academiis docet 148 b.
liarius curiæ Friſiorum ibid.
ti præſtantia 93 a.
to quid ſequendum 182 b.
ntiæ obſcuratæ cauſæ 80 a.
dem duæ partes 211 a.
pale VVirtembergic. 121 a.
obler reipub. Francofurtenſ. ſyn-
cus 79 b.
nſtitutiones Græcè editæ 104 b.
Holtzhauſen 32 b.
ius 141 b.
de Lapide nobilis Suevus, poeta &
ator 4 a.
ect. Moguntinus ibid.
. dicta 4 b. ſeq.

L.

rtus Canter. ſenator à Carolo V.
creatus 41 b.

Ultrajecti ſedem figit, ubi moritur ibid.
ejus liberi & amici ibid.
Laurentius Corvinus philol. 127 a.
Laurentius Lindemannus JC. 125 b.
Laurentius Zincgref. Muſicam & gladiato-
riam diſcit 197 a.
VVittembergæ docet ibid.
à principe ſuo ſumtus impetrat b.
pecunia ei intercepta 198 a.
libri in flumine corrupti ibid.
conſiliar. Elect. Palat. 198 b.
abit in militiam cum Criſtoph. Pal. ibid.
redit inde, principe ſuo deſideratô 200 a.
inſtituit practicos novitios b.
amans hiſtoriar. oſor munerum ibid.
in religione conſtans, injuriar. patiens 200 b
dimiſſionem impetrat 201 a.
ejus virtutes
mores
ſymbolum 201.
apophthegmata
Laurentius Zech JC. 82 a.
Lazarus Bonamicus 76 a.
Lazarus Spengler ſyndicus reipub. Noricæ 30 b.
auctor ſcholæ ibidem apertæ ibid.
encomium ejus à Camerario ibid.
ejusdem pietas 31 a.
Legalis Dialectica 65 a.
Legis humanæ definitio à Papiniano 190 b.
Legati Papæ proditores Germaniæ 10 a.
Legis cur obſcurentur à quibusdam 17 a.
Leonhardus ab Eck conſiliar. Brandeburgic.
& Bavaric. 38 a.
ejus dexteritas conſul. & fama ibid. ſeq.
charus ſuo principi 38 b.
Leonhard comes Nugarolæ 58 b.
Lexicon è Patribus adornatum 214 a.
Ligniciuin oppidum 163 a.
Lingua Germanica non eſt barbara aut horrida 104 b.
Lipſiæ ICti celebres 174 b.
Literæ aulicis dedecori habitæ 20 a.
Longini apud Eunap. laus 180 a.
Luca oppidum 70 b.
Lucas Fruterius 180 a.
ejus opuſcula à Douſa edita 181 a.
Ludovicus Haſſiæ princeps 113 b.
Ludovicus Ficinus 135 b.
Ludovicus Grempius ſyndicus reip. Argen-
toratenſ. 119 a.
intereſt comitiis ibid.
legationes obit ibid.
ab exterris conſulitur 119 b.
libros ſuos Acad. Tubing. legat. ibid.
Ludovicus Loius 64 a.
Ludovicus à Scora 206 a.
Ludovicus Vives Lovanii docet 64 a.

Lugdunum in Belgio obſeſſum fame premitur 180 a.
Lunæburgum unde dictum 146 a.
Luſatiæ deſcriptio 70 b.
Lutetia obſeſſa, & periculum Germanor. 221 a.

M.

Magiſtratus officium 71 a.
oſtendit virum 155 b.
Marcus Velſerus antiquitates Auguſtanas & annal. Bavar. edit 221 b.
munia ejus in patria 220 a.
neceſſitudo ejus cum J. Grutero 220 a.
ejuſdem virtutes dotesque ibid.
non paſſus ſe fingi aut pingi b.
Marcus Wild. conſiliar. Wirtembergic. 119 b.
Mare an cadaver ferat 157 b.
Marquardus Freher proavus, avus, pater 216 b. ſeq.
Marquardus F. Freher. juvenis fit conſiliar. Elect. Palat. 217 a.
profeſſor Haidelbergæ: vicarius præſidis ibid.
legationibus fungitur, nunquam ocioſus 217 b.
virtutes ejus & dona 218 a.
feudum accipit ibid.
Thuani & aliorum de eo judicia ibid.
Martinus Amelius conſiliarius & cancellar. Badenſis 50
juvat eccleſiæ reformatioem
architectonica delectatur ibid.
literas promovet
Martinus Gerſtmanus Epiſcopus Uratislav. 160 b.
Martinus Geuder 23 a.
Martinus Lutherus 165 b.
Martinus Taburnus 163 a.
Matthæi Gribaldi hæreſis 94 b.
Matthæus Weſenbecius cum fratre Andrea Lovan. miſſus 123 b.
judicium doctorum de fratribus iſtis ibid.
peregrinatur non ſine periculo ibid.
in ſuper German. profectus Jenæ docet 124 a.
inde Wittembergam evocatur ibid.
ejus virtutes & converſio 124 b.
precandi ſtudium ibid.
lectio bibliorum ibid.
praxis in jure 125 a.
beneficia in pauperes ibid.
voces in agone ibid.
Chriſtiana πληροφορία b.
Matthias Berg. profeſſ. Altorfii 214 a.
Matthias Pharrerus 42 b.
Maximiliani I. querela de Pontificum perfidia 9 b.
ſcribit commentarios rerum à ſe geſtarum 26 b.
in pueritiâ balbus 211 b.
moritur 58 a.

Maximilianus II. trium populor
Medardi dies
Michael Teuber cum Luthero vivit
audit Malanchth. Schurffium
rum
uno die doctor & maritus
ſuccedit ſocero
cancellar. Caminienſ. &
Stetin. ibi
Wittemberg. revocatus prof
adſeſſor
ejus legationes,
encomium,
conjugium, 12
liberi
Miſnia metallifera
Modeſtinus Piſtor JC.
Moſci amant ſervitutem
Mosbachum oppidum
Muſica quæ optima
Mutii Icti
Mutianus Rufus

N.

Nicolaus à Bruxella JC.
Nicolaus Giſnerus Argentorati c
cero affine vivit
Haidelbergæ Ethices profeſſor
Galliam, Italiam, & in iis biblio
perluſtrat 116
docet jura Haidelbergæ
adſeſſor Spiræ
Haidelbergæ pro judex
paralyſi correptus moritur
virtutes ejus
fatum librariæ 118 a.
odornat quædam Schardii opera
Nicolaus Crellius Sax. cancel.
Nicolaus Erverardus præſes Batavis dat
ſenatui Belg. præfect.
ejus filii
Nicolaus Fregius Thom. pater
Nicolaus Gerbelius docet Viennæ & Ar
torati
in ficta actione ſacrilegii inſimul
Nicolaus Piſtor
Nicolaus Rhedinger
Nicolaus Reuſnerus puer undecim an
carmen ſcribit
docet in ſchola Auguſtana
profeſſor & rector Gymnaſii Laving
ib
adſeſſor Cameræ migrat Argentor. ib
evocatur Jenam
legationes obit, & comit. Palat ho
ratur ib
Nicolaus comes Salmenſis
Nicolaus Varenbuler commendatus à mag
Sturmio 181

Mudæum & Oldendorpium audit 182 a.
advocatus, profeſſor 182 b.
conſiliar. Wirtembergiæ. 183 a.
deprecatur ab Academ. Tubing. præſidium Hiſpanicum ibid.
adſeſſor dicaſterii ſupremi, & alia ejus munia b.
ejus æquitas, & circumſpectio 184
ſuccedit Gribaldo 185 a.
conſiliarius quatuor ducum Wirtembergicor. & juxta Brandenburg. ibid.
perorat coram Cæſare in comitiis 185 b.
rude donatus celebrat Jubilæum conjugalem ibid.
vigor ejus ſenilis & laborum aſſiduitas 186 a.
iſmatum antiquorum valor ad mone
tam Norinberg. accommodatus. 24 a.

O.

Nera quædam ferenda 72 b.
Optima regio quæ 59 b.
& divitiarum verus uſus 173 a.
nus Lucanus 139 a.
Brunsfeld. medicus defendit Huttenum contra Eraſmum 11 a.

P.

riæ charitas 90 b.
ulus Buſius ſyndicus & deput. Lugduni 146 a.
cuſtos ſigilli ſenat. Holland. curator Academ. Lugdunenſ. 1 b.
egatus ad regem Angliæ b.
de Cittadinis Præceptor Zaſii 15 a.
Colli nobilis Italus 207 a.
eritate Evangelii agnita in Rhetiam
rofugit, civisque fit Tiguri ibid.
inatio neceſſaria 161 a.
conſiliorum quæ 164 a.
Beutrich. JC. conſiliar. Palat. legatus
n Galliam veneno appetitus 129 a.
nilitem in Galliam ducit 209 a.
Colonienſi Archiep. ſubvenit 129 a.
Xenophon Germanicus dictus 130 a.
diſciplinæ obſervans, & ſtratagematum inventor ibid.
nagiæ inſimulatus ibid.
ymbolum ejus 130 b.
F. Beutrich ibid.
Buſler. ſenator Iſnenſ. 39 a.
liberalis in egenos & literas 177 a.
ypographiam pro P. Fagio inſtituit 39 b.
jus teſtamentum ibid.
Denaiſius conſiliar. Pal. legationibus
fungitur 204 a.
coram Angliæ regina maſcule perorat ibid.
dſeſſor Spiræ ibid.

virtutes ejus eruditio, felicitas in rhytmis Germanicis 240 b.
emblema ejus & valetudo 205 a.
non captat auram popular. ibid.
Petrus Heigius juvenis docet Wittembergæ 155 b.
adſeſſor ac conſiliar. Saxon. ibid.
Petrus Peckius Lovanii profeſſor, & Mechliniæ ſenator reg. 137 a.
ejus ſtatura, mores, ſcripta ibid.
Petrus Ramus 115 a.
in eum epigramma Freigii b.
Petrus Revardus 81 a.
Petrus Royzius Hiſpan. linguam German. irridet 37 b.
Petrus Weſenbecius pater, ſenator, & ſecretarius Antverpianus 68. a. 132 a.
ejus integritas & liberalitas 68.
prædicit Belgii calamitatem 68 b.
ejus elogium 69 b.
opes } ibid.
conjugium } ibid.
liberi } ibid.
Petrus F. Weſenbecius Profeſſor Altorfii 69 a.
Philippus Haſſiæ princeps 170 b.
Philippus Camerarius 213 a.
Philippi Cominæi parænesis 185 a.
Philippus Fürſtenberger, ſenator Francofurti ad Mœnum 32 b.
ejus eruditio, ingenium, mores ibid.
Philippus Marnixius Haidelbergæ ſenator eccleſiaſtic. 152 b.
patriam Belg. defendit 135 a.
capitur ab Hiſpanis ibid.
legationes ſuſcipit, peroratque Wormatiæ in comitiis ibid.
conſul Antverpiæ deſignatur ibid.
adducit ſponſam Elect. Palat. 153 b.
ejus virtutes & eruditio 153 b. ſeq.
Philippi Melanchthonis mos publice interrogandi 137 b.
ejus encomium 174 b.
de Friderico Saxon. Elect. judicium 197 a.
Philippus Tradel 252 a.
Politicus verus 189 b.
ei a duobus ſcopulis cavendum 191 a.
Politicæ materiæ ad declamand. aptæ 109 b.
Praxis juris commendata 181 b.
Præſidia reipub. quæ 113 a.
Primi typograghi Wittembergæ 82 a.
Prima evangelica promotio Tubingæ 92 b.
Proteſtantium nomen unde 42 b.
eorum legati a conſeſſu in comit. excluſi ibid.
de federe eorum judicium Angliæ Regis 62 a.

Q.

QUæſtio an Cæſar, abdicaturus ſe imperio, in Papæ manus id facere debeat 77 b.

Qui

Qui mercede bonus, idem mercede malus 223 b.

R.

RAbularum materiæ quæ 142 b.
deſcriptio eorum 204 b.
Regulæ decem legum ferendarum & corrigendarum 191
Regulæ vitæ tres à Bergero præſcriptæ 173 b.
Regum officium in eccleſia 46 a.
Religio vera unde petenda 211 b.
Religionis pacificatio confirmata 184 b.
confœderatio inter Pontificios & Evangelicos 188 a.
Reinerus Bachovius mercaturam qualem exercuerit 215 a.
ſtudia literarum & linguarum amplectitur 215 b.
ſenator, ſcabinus, & conſul Lipſiæ ib.
remotus & ejectus Serveſtam concedit ibid.
Haidelbergæ prætor & fiſco præfectus ibid.
ejus fides, & vita integerr. 216 b.
Reinerus F. Bachovius JC. 216 a.
Reinard. Lorichius 85 a.
in eum epigr. P. Nigidii ibid.
Reinhard Scheffer 212 a.
Requiſita in Magiſtratu 210 b.
Richard à Sigengem JC. 15 b.
Rinzius ab Ayta Zuichemus 102 b.
Romanenſes etſi diverſorum inſtitutorum, tamen ſunt concordes 188 b.
Romulus Amuſæus 76 a.

S.

SAmuel Grynæus Varenbuleri auditor 155 a.
Baſileæ profeſſor oratoriæ, dein juris ibid.
hydrope extinguitur ibid.
Samuel Hornmold. literariam ſuſcipit peregrinationem 159 b.
Spiræ diſcit praxin 160 a.
docet Tubingæ ibid.
conſiliarius Badenſis: inde ſyndicus Heilbrunnæ ibid.
Samuel Mazovius epiſc. Cracov. & cancellar. Polon. 37 a.
Samuel Sitzinger 100 a.
Scala arx 22 a.
Scholarum neceſſitas 80 b.
Schoenfeld arx 147 a.
Sebaldus Münſter Ictus à litibus abhorret 33 a.
docet Iura Wittembergæ b.
peſte correptus extinguitur ibid.
patientia ejus & virtutes ibid
Sebaſtianus Brand. docet publicè 5 a.
ejus ſcripta & σύγχρονοι 5 b..
Sebaſtianus Gerſtman. ſtudiorum cauſa peregrinatur 161.
audit conciones Pontificiorum & cur 161 b.

ſyndicus & profeſſor Acad. March
conſiliar. Brandeburg.
in conſilium Auguſtam adſci
ejus valetudo, obitus, virtutes, conjugium 162 a.
Sebaſtianus Hornmold. avus, filius & 159 b.
Sententia non præcipitanda
Sermones convivales Peutingeri
Servius Sulpitius
Sigfridius Clotz conſiliar. Haſſiæ, ſuc
fratri & Antrechto cancellar.
conflictatur cum eryſipelate
ejus virtutes & amor religionis
Sisgism. Aug. Poloniæ rex
Sigismundus Baro in Herberſtein Vi
baccalaureus renunciatur
cohorti prætoriæ adſcrib. & equi
præfic.
eques auratus creatur
legatus abit in Daniam
Germaniam, Hiſpaniam, Italiam, Lithuaniam, Moſcoviam, Turciam, Ungariam 58 ſeqq.
cameræ & fiſco in Auſtria præfic
adducit Polono ſponſ. ibid.
Baro ſuæ familiæ primus
pericula & labores ejus in legation
amat literas & literatos
picturæ dignitatum ejus
prævidet fatum Ungariæ
Signa Imperii ruituri
Similis aulici Adriani Imper. epitaphi
Simon Grynæus
Simon Piſtorius in Italiam abit
ratio ſtudiorum ejus
docet jus Lipſiæ
cancellar. Georg. Saxon. ducis
redit ad profeſſionem
in aulam revocatus tandem rude donatur
ejus ſtudia, mores, amici
Simon Schardius philologus & JC.
conſil. Bipont & adſeſſor Spiræ
amans hiſtoriarum & antiquitat
Sophiſtæ oderunt literas, & cur
Statius Borcholt.
Stolberga oppidum
Sturmii ſcripta edita
Stutgardiæ origo & nomen
Suevicum fædus
Suidnicenſis ſchola
Synodus in Saxonia
generalis Thorunii

T.

'Aberæ montanæ oppidum 156 b.
Tanais fontes qui 156 a.
dorus Brand. intereſt prælio Navarr. 56 a.
in ſenat. Baſil. cooptatur b.
varia ejus officia & labores ibid.
conſul Baſil. ἀναδοχ@ fil. Chriſtophori Wirtemberg ibid.
odorus Molzan. eques literarum fautor 71 a.
ologia à Juriſprudentiâ non aliena 66 a.
agoras Athenienſ. legatus muneribus corruptus 37 b.
mas Grynæus 154 b.
mas Platerus 154 b.
rınium oppidum 187 a.
æ in Ungariam expeditio 58 b.

V.

'Alentinus Forſter JC. 147 a.
Valentinus Thilo JC. 163 a.
ntinus Trotedorfius 165 a.
s Joachimica dives metall. 148 b.
us ab Aytâ Zuichemus unde ſic cognominatus 162 b.
prælegit Inſtitutiones 103 a.
ſuccedit Alciato 103 b.
Eraſmi amicus 103 a.
peregrinatur ibid.
Patavii docet 104 b.
vocatur à variis ibid. & ſeqq.
Spiræ adſeſſor 205 a.
inde evocatus Ingolſtadii docet ibid.
migrat Mechliniam 205 b.
à Cæſare & Poggio privilegiis & dignitatibus ornatur ibid.
legationes expedit 206 ſeqq.
theſaurarius generalis conſtituitur 206 a.
coadjutor S. Bavonis ibid.
ſacris initiatur: cancellar. aurei velleris 206 b.
miſſionem impetrat ibid.
ad pios uſus multa confert 107 a.
legata nepotib. & agnatis conſtituit ib.
ejus encomium, proſopographia, ſcripta 107 b.
Polandus uſus Mæcenate Othone Henric. Palat. 87 b.
ejusdem conſiliarius ibid.
à Cæſare nobilit. donatur ibid.
variis fungitur legationibus 88 a.
inferior oppidum 46 b.
us Huttenus magiſter Philoſophiæ renunciatur 7 a.
peregrinatur & militat ibid.
eques auratus & poëta laureatus 7 b.
unus ipſe quinque profligat 8 a.
ejus jocus 8 a.
ſcribit in Pontificem ibid.
exulat b. 6 ſeq.
Monachos multat 10 a.
ſimultas inter ipſum & Eraſm. 10 b.
ejus obitus, ſtatura, mores, ſymbolum, ſcripta } 11. & ſeqq.
Ulricus Iſelinus ab Alciato doct. renunciatur 57 b.
Baſileæ ſocero Amerbach. ſuccedit ib.
Ulricus Mordiſius Schurffii auditor 96 a.
Marino Socino JC. Italo carus ibid.
adſeſſor Spiræ 96 b.
cancellar. Saxon. ibid.
removetur ab officio ibid.
in gratiam recipitur ibid.
Ulricus Peutinger aurifaber Aug. 35 b.
Ulricus Sitzinger contubernal. Chytræi 97 a.
redegit jus in locos Dialect. 98 a.
abhorret ab arte cauſidicorum ibid.
adjungit Theologiam Juriſprudentiæ
conficit locos Theologicos ibid.
conſiliar. Bipontinus excipit regem Galliæ 98 b.
nobilit. & comit. Pal. dignit. donatur
cancellarius Bipontin. conſtituit eccleſias & ſcholas ibid. & ſeq.
ejus virtutes ac pietas 99 b. ſeq.
Ulricus Wirtembergic. ducatu ſuo executus 8 b.
reſtitutus colleg. Theolog. ſtudioſis fundat 56 b.
Ulricus Wolfius 165 a.
Ulricus Zaſius diſſolutior in juventâ 15 a.
ſerò juris ſtudium aggreſſus ibid.
ſurrogatur ſuo præceptori 15 b.
ejus ingenium moresque 15 b.
in legum interpretib. quid deſiderarit ibid.
proteſtatio ejus 17 a.
encomium ejus à Jovio 86 b.
fama ejusdem 133 b.

X.

XEnocrates 209 b.
Xenophon Latinè primum redditus 24 a.

W.

W*aſſerſpiel* Bergæ in Norvegia 130 b.
Wenceslaus P. à Zedliz dux exercitus 210 a.
Wenceslaus F. à Zedliz in literatâ & armatâ militiâ verſatus 210 b.
conſiliaris ducis Lignic. & Bregenſ. ib.
ducatui Lignic. præfectus ib.
tutor illuſtr. pupill. datus ibid.
ejus virtutes dotesque ibid. ſeq.
mortem diu præmeditatur 211 a.
inſcriptio ædium ejus ibid.
argument. concion. in funere ſuo præſcrib. 211 b.

pacis eccleſiaſtic. & politic. ſtudioſus ib.
conjugium & dotes ejus i ibid. & ſeq.
Wenceslaus Zuleger 129 a.
ſe ibam militiæ agit 149 a.
Theolog. cum Iurisprud. conjungit ib.
conſiliar. Pal. Neoburg. ibid.
inde Elect. Palatini ibid.
monetur de religione à matre, quam erudit 149 b.
mittitur in Galliam cum Caſim. Palat. ibid.
intereſt colloq. Francothalii 150 a.
præficitur diœceſi Neoſtadianæ ibid.
dimittitur ex aulâ ibid.
teſtamentum & legatum in pios uſus & ipſius & uxoris ibid.
Wendelin. Gerhardus 92 a.
Wernerus Mynſinger 133 b.
Wetzlaria opp. Imperii 2
Wigandus Hippelius profeſſor Hebrææ l & legum
Wolfgang. Palat. Bipont. amans doct
expeditionem in Galliam ſuſcipit
ubi moritur
cadaver ejus in Germaniam rev
Wolfgang, Boſchius nobilitate donatus à F rico III. Imper.
abnepos ejus conſiliar. & cancella
VVolfgang Stælin JC.
var.
Wolffgangus Streithius Friburgi juris p ſor
Freigii promotor
Wormatia Ptolemeo Berbetomagum

FINIS.

VITÆ
ERMANORUM
MEDICORUM:

QUI

CULO SUPERIORI,
T QUOD EXCURRIT,
CLARUERUNT,

CONGESTÆ,

ET

Ad annum usque cIↄ Iↄc xx.

DEDUCTÆ

A

ELCHIORE ADAMO.

Cum indice triplici: Perſonarum gemino,
Tertio rerum.

Editio Tertia, à mendis quàm plurimis caſtigata.



FRANCOFURTI AD MOENUM,
JOH. MAXIMILIANUM à SANDE.
ANNO M. DCCVI.

AD

...ificentiſſimos, Nobiliſſimos & Ampliſſimos

VIROS

PRÆFECTUM, CONSULES, SENATORES.

...LYTÆ REIPUB. VRATISLAVIENSIS.

... MAGNIFICI, VIRI NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI.

ETſi vereri meritò poteram; ne ineptum ſit audaculumve facinus, Viros pro Reipub. ſalute ad clavum excubantes ex improviſo interpellare; & à publicis ſeriisque negociis ad jejunas chartas avocare: illuſtris tamen Veſtra in bonas literas voluntas, ac prolixus manſuetiorum Muſarum amor, eum mihi addideкum; ut, quod facio, intrepidè facere nullus dubitarim. ...brem ne longius cauſando in publica peccem commoda; duobus ...npellationem capitibus includam: *primùmque* exponam, quæ ...uc invitarint: ut Vitis iſtis Medicorum Germanorum concin-

 nandis

nandis manum admoverim: *deinde*, cur ſcripti id genus proferr
atque in Veſtro nomine publicè idem voluerim apparere. Illud a
modò à Gratiis & Muſis non prorſus alienis; hoc verò à V.ra inp
niſ.ra & Amplitud. facto meo gratiam veniamve impetrabit; & ſ
ſideratum adiunget.

Ad genus itaque ſcripti huius ut accederem: Vitasque Medic
munis patriæ noſtræ, ope & ſubſidio amicorum, conquirerem
tasque cum literato orbe communicarem: perſuaſit mihi ſumma
præſtantia, & ab *antiquitate* & ab *utilitate*, & à *jucunditate*, pari c
ceſſitate, profecta. Antiquiſſimam medendi peritiam ſi facio;
mundo cepiſſe dico; nihil novi, nihilque abſurdi dico. Ecquis e
bitet, nedum inficias eat, *Adamum* protoplaſtum, illum totius
rum monarcham, in Phyſico hoc & Medico mundi muſæo conſ
jam tum poſt lapſum naturæ humanæ imbecillitatem, corporisqu
tatem præſentiſcentem, in rerum naturam contemplatione intra
ma penitùs perſpexiſſe? Quis *Noam*, Janum ethnicorum bifron
& prioris mundi amœnitatem admiratus, & alterius, cataclyſm
defœdati ac dilacerati, vaſtitatem ſit miſeratus; quis hunc phy
rum, aut medendi imperitum fuiſſe ducat? præſertim quando
um, non ex Pandoræ pyxide, ſed juſto DEI judicio, ceperunt.

Νοῦσοι ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ Αὐτόματοι φοιτῶσι ——
vel ut *Flaccus* noſter ex figmento etiam poëtico,

——macies & nova febrium
Terris incubuit cohors:
Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi corripuit gradum.

Quis præterea *Abrahamum*, divinæ, ut Tertullianus vocat,
tis virum, & reliquos *Patriarchas*, diviniſſimæ huius artis cogn
at? Quis populi Iſraelitici ſacerdotes & miniſtros, è poſteritate
catiſſimâ lectos dictosque, ſcientiæ medendi hoſpites, aut oſcitan
contemplatores atque inveſtigatores fuiſſe adſerat? niſi fortè ipſe a
um imperitus monumentorum, aut communis ſenſus expers.
de populo DEI in primis mundi ætatibus.

Poſterioribus deinde ſeculis Græcorum ingenia DEUS ad n
conſtituendam, obſervandam & propagandam, excitavit: in q
cuit ex Aſclepiadum familia *Hippocrates*; atque explanator eius f
oſusque Cl. *Galenus*, Pergami natus. Ac de *Hippocratis* quiden
ſmis & ſententiis, magnum illum Germaniæ *Phœnicem* dixiſſe a
videri ſibi eas reliquias ac velut ἀποσπάσματα eſſe doctrinæ ſanct
trum; continuatâ tot ſeculorum ſerie quaſi per manus tradita poſt
bus ad vicinas gentes dimanarint. Nec enim verò aliter ſe res h
bræis fontes & initia artium ac diſciplinarum accepta ferenda ſun
tio earum *Ægyptiis, Phœnicibus, Græcisque* debetur: à *Græcis* R
ab his *Germani* aliisque Europæi orbis populi acceperunt.

Jam utilitatem & neceſſitatem medicæ artis quæ copia dicendi

is divinum percenſere numerando poſſit? Nam cum cæteræ artes aut non omnium
, aut non omnium inter homines ordinum : medicina adoleſcentiam provehit:
ſtabilit : civium & municipiorum valetudinem firmat : regum principumque
nedia ſuggerit , medici expetuntur domi , requiruntur foris, in aulis magnatum
, in villis ruſticantur. Quamobrem ſicut ipſâ vitâ homini , homini verò ? imò
nantium generi, nihil eſt carius, nihil jucundius, precioſius nihil : ita & arte illâ,
ıſtodem agit fideliſſimam ; quæque valetudinem conſervat præſentem , recupe-
, præclarius homines , ſacrarum excipio ſcientiam rerum, habemus nihil: adeo-
c *vita vitalis* non eſſet, abſque valetudine firmâ eſſet. Verè enim ſapientiſſimus
s & gnomologus : ὑγεία καὶ εὐεξία βέλτιον παντὸς χρυσίου καὶ σῶμα εὔρωστον, ἢ ὄλβος ἀμέ-
πλετος βελτίων ὑγείας σώματος, καὶ οὐκ ἔστιν εὐφροσύνη ὑπὲρ χαρὰν καρδίας. Κρείσσων
ὲρ ζωὴν πικρὰν ; ἢ ἀῤῥώστημα ἔμμονον. Cujus ſententiæ & phaleuco ſuo, vulgi
to , ſubſcribit epigrammatographus:

Non eſt , vivere , ſed valere , vita.

medicinæ præſtantiam , utilitatem ac neceſſitatem agnoverunt omnes illi , qui
ros ſummis ſunt honoribus dignati : præmiis donisque Arabicis & Attalicis pro-
inemque totum decretis magnificentiſſimis honorarunt , & ſtipendia longè ma-
fuerunt. Ex horum numero fuit Perſarum ille rex potentiſſimus *Darius:* qui *De-*
dicum Suſis baſilicis donavit ſplendidiſſimis , præter aureas compedes : & ὁμοτρά-
ſingularis honoris cauſa , eſſe voluit.
numero *Coi*, *Theſſali*, *Argivi*, & maximè *Athenienſes* fuerunt: qui *Hippocratem*
cris, ſecundum ab Hercule ſolenniter initiarunt : coronam eidem auream in
icè decreverunt : civem ſcripſerunt , in prytanæo alimenta tum ipſi , tum poſte-
runt. Ex horum numero *Auguſtus* Cæſar , qui operâ *Antonii Muſæ* graviſſimo
itus , tum ipſi Antonio medico , tum univerſo medicorum ordini jus aureorum
& immunitatem multam conceſſit. Ex horum numero majorum memoriâ
us ille XI. Galliarum rex ; qui *Jacobo Cocterio* archiatro ſuo menſtruum *decem*
lia numeravit ſtipendium. Ex horum denique numero reges & principes illi,
& præſertim *archiatris* , *immunitatem munerum & onerum civilium ac publicorum*
voluntque , *ut nec in judicium deducantur* , *nec exhibeantur* , *aut injuriâ ullâ*
isque privilegiis non ſolùm medicos ipſos , *ſed & eorum conjuges ac liberos gaudere*
rectè juſtèque juſſerunt. Τὸ γὰρ ἰατρικῆς, ὅσω σεμνότερόν ἐστι, καὶ ἐλευθεριώτερον
τοῖς χρωμένοις : h. e. *quanto enim eſt honoratior medendi ars* , *vitæque utilior* ; *tanto*
riores eſſe , *qui eâ præditi ſunt.*
d laudes excellentiſſimæ artis & hæc , quòd ſummi reges principesque hone-
xerunt , medicinam vel facere , vel ſcriptis illuſtrare. Ex ſacris enim notum
em , regem illum poſt homines natos ſapientiſſimum , ſermocinatum eſſ
plantisve à cedro Libani ad hyſſopum usque , *quæ è pariete prodit* , *de animalibus*
ve , *de volatilibus* , *reptilibus & piſcibus.* Ex ethnicorum autem monumentis
es & heroes non paucos medicinam inventis ſuis excoluiſſe , è quibus fuerunt
acum , *Mithridates* Ponti , *Sapor* Medorum reges , ut *Antoninos* Imperatores
onem , & alios complures tacitos relinquamus. Hoc ſilentio prætereundum
noſtratibus quidem nos deſtitui exemplis Cæſarum ac principum , qui medicæ
erunt , quorum omnium loco unum ſufficiat laudaſſe , *Fridericum* illum Saxo-
, *Sapientis* cognomen meritum ; Academiæ Wittembergenſis οἰκιστὴν munifi-
Is enim à *Martino Pollichio Mellerſtadio* & aliis, artis medicæ fontes , morbo-
& remedia ſtudioſè didicit ; multa etiam experimenta à *Maximiliano I.* Im-
læque ejus medicis , accepit , quæ adhibita præſens multis ægris auxilium
ibentur. Nec verò ſine cauſa tanti tum ipſa medendi ratio , tum ejusdem
cultores ſunt æſtimati Quemadmodum enim vitam homini Deus impertit,
inis corporisque curam eidem præcepir ; & medicum egregie commendavit.
oſtolus *honorem corpori habendum* eſſe monet ; & gnomarum ſacrarum auctor
cripta reliquit. Τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ. καὶ γὰρ ὑψίστου ἐστιν ἴασις, καὶ
λήψεται δόξαν. Ἐπιστήμη ἰατροῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔναντι μεγιστάνων ταυμα-
ος ἔκτισεν ἐν γῆς φάρμακα, καὶ ἀνὴρ φρόνιμος οὐ προσοχθίσει αὐτοῖς, hoc eſt, *Affice*
honoribus convenientibus uſui ipſius ; *etenim ipſum creavit* Dominus. *Nam ab*
curatio eſt : *cujus nomine etiam à rege percepturus eſt gloriam. Scientia medici*
ipſius ; *adeò ut coram magnatibus ſit admirationi.* Dominus *creavit è terra*
propter vir prudens non abhorrebit ab illis.

)()()(

Etſi

Etſi autem rarior fuit omnibus ſeculis medicorum *χαριέντων* fœtus: adeò ut *Hi danus* affirmaſſe dicatur, *milleſimo quoque anno vix unum excellentem ac perfect exiſtere*: ſuperbiuſculè *ſeptimum ſe eorum* feciſſe, tamen, ſi æquos nacti fueri rerumque integros æſtimatores; deprehendetur profectò, ſeculi ſuperioris decurſ na usque tempora, floruiſſe in Germaniâ noſtrâ medicos ejuſmodi, in quibusc induſtriâ, induſtria cum probitate, probitas cum felicitate certarit, quique De que, ut vomicæ quædam & carcinomata medica, qui non niſi panchreſta ſua erep ſcio quas panaceas venditant, ſuâ vel ſcientiâ vel ſucceſſu inflati, illi ſoli omnia a qui eſt JEHOVA SANANS NOS. Nec tamen diffitemur hos inter ipſos alios clarius; & in commune contuliſſe quippiam luculentius; prout in cœlo diverſæ tudinis & lucis ſtellæ.

Οὕτως οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσι.

Talium ergo virorum dotes ac virtutes, & præclara in ſuaviſſimam patrian curis, laboribus, vigiliisque indigenis & exteris, domeſticis juxta & longinq exigere quaſi à me ſuo jure viſa ſunt & poſtulare, ut in publicum productis nuper T JCTIS & POLITICIS, præmiſſisque ante luſtrum PHILOSOPHIS, MEDICO que Germanorum vitas ſparſim collectas ſubmitterem; & conjunctè, ſi cui a legendas, quin & imitandas patriæ virtutisque amantibus exhiberem. Boni, certè, laborem noſtrum, in tenui verſatum, amicè probabunt, & ſicubi lapſ ratis veniam benignè indulgebunt, memores humaniſſimi illius pronunciati, οὐκ *λεσμάτων κρίνειν δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐκ τῆς προαιρέσεως*, h. e. *Viros bonos ne qu perficere potuerunt; ſed ex deliberatâ animi voluntate æſtimet.*

Veſtræ autem Magnific. & Amplitudini, PRÆFECTE illuſtr. ducatus Vra CONSULESQ. & SENATORES inclyti, commendare vitas iſtas MEI volui debuique, tum aliis, tum iſtis de cauſis. Primùm urbs ea, ad cujus g Vos, ſummi JEHOVÆ nutu, ſedetis, totius Sileſiæ, cui ortum ego & nutrica mia lubenter debeo, caput eſt, oculus eſt, gemma, imò corona eſt fulgidiſſima; plectitur ſuo

Sardonychas, ſmaragdos, adamantas, Jaſpidas auro.

Quæ enim aliis urbibus ac rebuspub. ſingula ornatum addunt; & commendatione ea VRATISLAVIA, ſingulari DEI beneficio, habet omnia; & habet præ illuſtria: *Religionem* aures Chriſtianarum concionum in templis purè perſonanten auguſtum ſaluti pacique publicæ & privatæ in curiis, in tabulariis, in judiciis patern tem ac prudenter conſulentem: *Civitatem* omnium Ordinum frequentem, benè mo rentiſſimam: *Juventutem* in Ephebeis, Gymnaſiis, ſcholisque literas humaniores tis & virtutis elementis primis ſtatim ab annis edoctam. Quid heic recenſeam com genera? quid opera publica & viſenda ædium & baſilicarum ſacrarum, bibliothec nariorum, noſodochiorum, orphanotrophiorum, armamentariorum, aliorum ciorum? quid ædes civium magnificas, & elegantiſſimo platearum ordine diſtrib præter vivos muros mœnia firmiſſima, turres, aggeres, foſſas, & propugnacula? operis, non epiſtolæ, ſit argumentum; & jam à nemine feliciter pertractatum. Id de Athenienſium urbe Græci olim gloriati ſunt: idem nos hodie de VRATISLAVIA bere poſſumus: eſſe ψυχὴν καὶ ἥλιον, καὶ ὀφθαλμόν: &, quod præ illâ habet *κειμήλιον* propr contra non carum, eſſe veræ pietatis omnisque honeſtatis *οὐκ τῆλον.* Ab hujus erg ejusque Gubernatorum ſplendore, auctoritatem ſcripto huic conciliare, ac quaſi lu mine alieno, nec tamen alieno, mutuari & accendere volui:

Ut nihilominus veſtris luceat cum mihi accenderim.

Præterea cùm omnes artes, quibus hæc vita minus carere, quàm ſolis luce pote Veſtro patrocinio prolixè complectamini: & juventutem à teneris optimis quibusc berrimis diſciplinarum præceptis morumque ſtudiis imbuendam curetis: viros omn nis genere excellentiſſimos & jampridem foviſtis, & etiamnum fovetis: medicos q ſtra Reſpub. extulit: quorum in patriæ civiumque ſalutem omnes curæ fuerunt defi que hodie adhuc, quorum virtutem poſteritas memoriâ gratâ proſequetur. E rum numero vivunt & clarent CRATONES, MOIBANI, MONAVII, SCHOLTZII, alii. autem & cum famâ nominis ſui, civiumque valetudinis commodo verſantur, diuque lemus, verſabuntur, quos honoris cauſa nominamus *Daniel Bucretius*, & *Caſparus L* Viri meâ laude nihil indigentes. Id quod, cum *medicis carere ſummis*, *habeatur ma reipub. ſignum*, & Veſtræ Reipub. emolumento, & præſidibus ejus ornamento erit ſe

rgo, Viri Magn. & Ampliſſimi intra mœnia, intra muſæa Veſtra hanc, quam imi ſubmiſſione ſiſto, MEDICORUM GERMANORUM & elegantiſſimorum cohoradasque iſtos, qui à paganis deorum numero adſcripti, diviniſque honoribus fuiſmmendatos Vobis, gratosque hoſpites habete: Viros inquam ejusmodi; quorum doctrina gloriæ erit honorique perpetuo tum Sileſiæ quorundam noſtræ, tum maniæ univerſæ; exemplo etiam noſtratibus; qui in ſe ut corporum cultusve, ſic militudinem, ſi frugi ſunt, volent, velle certè debent. DEUM æternum Patrem JESU CHRISTI ſupplex oro: ut Vos, ut Rempub. Urbemque Veſtram, hisce rbulentiſſimis temporibus clementer protegat: ab omni periculo hoſtilique imefendat: Vosque Veſtrosque cives, cum Sileſiâ totâ florentes quàm diutiſſimè, è conſervet.

patria dulciſſima! valete, vivite, & florete patriæ Patres cum ſereniſſimo Rego acifico! Veſtrâ enim ſalute noſtrûm omnium ſalus continetur. Scribebam leis, anno à Meſſiâ exhibito ɔIc. Iɔc. XX.

Veſtr. Magnif.
&
Amplitud.

obſervans

MELCHIOR ADAMUS.

IN VITAS
DICORUM GERMANORUM
à
MELCHIORE ADAMO
concinnatas.

JULII GUILIELMI ZINCGREFII
U. J. D.
PHALEUCI.

ERGO omnes tibi, ADAME, demereri
Noſtræ Tentoniæ ordines cupiſcis?
Pridem PANSOPHIÆ Scholâ peractâ,
MYSTISQUE Eloquii ſacri expeditis;
CONSULTIS Themidosque publicatis;
Felici MEDICIS manu adlaboras
Jam poſtliminio dediſſe lucem:
Ipſi quam ſibi vix dediſſe poſſunt,
Sic omnes tibi, ADAME, demereri
Noſtræ Teutoniæ ordines caneris:
Ipſorum & Medicus clues Medentum.

IN EASDEM
JANI GEBHARDI
EPIGRAMMA.

POEONIA *de gente ſemel qui cenſibus Orci*
Devotum vigili ſuſcitat arte caput:
Hunc paſſim recinunt populoſa ad compita laudes;
Et vulgi liquidis plauſibus aura vehit.
Quemcunque ancipiti tetigit diſcrimine morbus
Tam doctâ ſperat poſſe redire manu.
Tales non paucos fœcunda Machaonas olim
Teutonidum patrio protulit ora ſinu:
Quos tamen infidi caligo profunditur ævi,
Conata eſt fano pellere, Fama, tuo.
Sed nunc Phœbeis inſtinctibus acer ADAMUS,
It priſcis dubios aſſeruiſſe locis.
Pergamei, Coiq; ſenis gaudete clientes!
Perpete vos fœlix luce recentat Honos.
At tu, qui Medicos ex Lethes tollis opaco,
SERVATOR *Medicûm jure ſuperbus ovas.*

INDEX

I N D E X

MEDICORUM QUORUM VITÆ HOC VOLUMINE DESCRIBUNTUR, JUXTA ANNORUM EMO IUALIUM ORDINEM.

PEtrus Raichſpalt 1320. d. 5. Jun. 1
Wernerus Wolflinus fl. circa annum 1460. 2
Andreas Richilus clar. ſub anno 1480. 2
Theodoricus Meſchede clar. 1480. 3
Martinus Pollichius Mellerſtadius 1513. d. 27. Decemb. 3
Paulus Ricius flor. ſub ann. 1514. 4
Henricus Stromerus flor. 1518. 5
Guilielmus Copus flor. 1520. 5
Eraſmus Stella flor. 1520. 5
Georgius Wirth 1524. d. 9. Martii. 6
Joannes Weinmannus 1531. 6
Martinus Hunnus flor. 1513. 7
Henricus Cornelius Agrippa 1534. 7
Otho Brunfelſius 1534. d. 23. Nov. 10
Euricius Cordus 1535. d. 24 Decemb. 10
Jeremias Triverus Brachelius flor. 1540. 12
Theophraſtus Paracelſus 1541. d. 24. Sept. 12
Georgius Pylander cl. 1542. 17
Gisbertus Longolius 1543. 17
Joannes Pfeil 1544. 18
Valerius Cordus 1544. d. 25. Sept. 19
Georgius Sturcius 1547. 22
Auguſtinus Schurfius 1548. d. 9. Maij. 23
Albanus Therinus 1550. d. 23. Febr. 24
Joachimus Vadianus 1551. d. 6. April. 24
Jodocus Willichius 1552. d. 12. Nov. 28
Hieronymus Tragus vulgò Bock dictus 1554. d. 21 Febr. 29
Joannns Echtius cl. 1554. 32
Gemma Friſius 1555. d. 25. Maij. 32
Antonius Niger 1555. d. Iunii. 33
Joannes Megobacchus 1555. d. 17. Iulii. 34
Georgius Agricola 1555. d. 21. Nov. 34
Andreas Grundlerus 1555. 36
Henricus Münzingerus flor. 1556. 37
Reinerus Solenander fl. 1557. 37
Janus Conradus 1558. d. 16. Mart. 37
Hieronymus Wildenbergius 1558. d. Septembr. 30 40
Jacobus Milichius 1559. d. 10. Nov. 40
Joannes Straubius 1560. d. 22. Jul. 43
Levinus Lemnius flor. 1560. 44
Jacobus Bordingus 1560. d. 1. Sept. 44
Petrus Lotichius 1560. d. 7. Nov. 49
Laurentius Gryllus 1561. 52
Joannes Sinapius 1561. 52

Joannes Moibanus 1562. d. 9. Maji.
Matthæus Heuslerus 1563.
Joannes Kentmannus 1563.
Andreas Veſalius 1564. d. 15. Oct.
Melchior Fendius 1564. d. 8. Nov.
Hubertus Faber 1565.
Wolffgangus Lazius 1565.
Joannes Langius 1565. d 21. Junii.
Burcardus Mithobius 1565. d. 16. Au
Conradus Geſnerus 1565. d. 13. Nov
Leonhardus Fuchſius 1566. d. 10. Ma
Oſvvaldus Berus 1568.
Gregorius Pictorius 1569.
Joannes Wierus 1570.
Ioannes Huberus 1571.
Ioannes Goropius 1572. d. 28. Jun.
Iacobus Curio 1572. d. 1. Jun.
Nicolaus Bieſius 1573.
Michael Toxites 1573.
Hermannus Cruſerius 1573.
Ioachimus Curæus 1573. d. 21. Ianuar.
Bernhardus Deſſennius Cronenburgius
Caſpar & Ioannes Nævii 1574. d. 7. Iul
Ioannes Guintherius 1574. d. 4. Oct.
Volcherus Coiterus 1575.
Adrianus Iunius 1575. d. 16. Jun.
Nicolaus Mœglinus 1576. d. 15. Jun.
Adamus Bodenſtein 1577.
Achilles Pirminius Gaſſarus 1577. d. 4 cembr.
Bruno Seidelius 1577.
Gervaſius Marſtallerus 1578.
Cornelius Gemma 1579. d. 12. Oct.
Victor Giſelinus 1580.
Andreas Ellingerus 1582.
Thomas Eraſtus 1583. d. 1. Ian.
Leonhardus Rauvvolff 1583.
Wolffgangus Meurerus 1585. d. 6. Febr.
Samuel Siderocrates 1585. d. 28. Febr.
Rembertus Dodonæus 1585. d. 10. Mart.
Ioan. Crato à Crafftheim 1585. d. 9. Nov
Andreas Mirica 1585. d. 6. Dec.
Adamus Lonicerus 1586. d. 19. Maji.
Ioannes Viſcherus 1587. d. 22. April.
Iacobus Scheckius 1587. d. 9. Maji.
Theodorus Zvingerus 1588. d. 10. Mart.
Petrus Monavius 1588. d. 12, Maji. 1

Melch

ior Guilandinus 1589. 138
us Havenreuterus 1589. 139
us Theodorus Tabernæmontanus 1560. 140
us Battus 1591. 141
cus Brucæus 1593. d. 4. Jan. 142
Lutherus 1593. d. 8. Mart. 151
es Schroterus 1593. d. 31. Mart. 142
es Opſopæus 1596. d. 23. Sept. 146
Forreſtus 1597. 146
es Poſthius 1597. d. 24. Iun. 148
ius Laubius 1597. d. 5. Nov. 153
mus Camerarius 1598. d. 11. Oct. 154
es Schenckius 1598. d. 12. Nov. 160
el Meuerus 1599. 160
zius Scholtzius 1599. d. 22. April. 162
us Bontius 1599. d. 15. Nov. 163
Heurnius 1601. d. 11. Aug. 164
Peucerus 1602. d. 25. Sept. 168
ar Brunnerus 1604. 175
Adolphus Occo 1605 175
Conradus Battus 1605. d. 30. Nov. 177
Georgius Marius 1606. d. 5. Mart. 178
Lubertus Eſthius 1606. d. 20. April. 179
Joannes Münſter 1606. d. 25. Sept. 180
Nicolaus Taurellus 1606. d. 28. Sept. 180
Andreas Planerus 1607. 181
Theodorus Plateanus 1608. d. 24. Jun. 181
Carolus Cluſius 1609. d. 4. April. 182
Jacobus Zvingerus 1610. d. 11. Sept. 184
Henricus Fabricius 1612. d. 28. Mart. 187
Jodocus Lucius 1613. d. 2. Maij 188
Henricus Smetius 1614. d. 15. Martii 189
Felix Platerus 1614. d. 28. Jul. 191
Ludovicus Gravius 1615. d. 28. Dec. 193
Petrus Pavius 1617. 1. Aug. 193
Flaminius Gaſto 1618. d. 5. Febr. 196
Joannes Ludovicus Havenreuterus 1618. d. 1. Octobr. 197
Joannes Ingolſtetterus 1619. d. 15. Febr. 200

F I N I S.

ELENCHUS SECUNDUS

MEDICORU
GERMANORUM
QUORUM HEIC VITÆ HABENTUR, NOM
JUXTA ALPHABETUM RECENSENS.

A.

ACHILLES Pirminius Gaſſarus 103
Adamus Bodenſtein 103
Adamus Lonicerus 124
Adolphus Occo 176
Adrianus Iunius 101
Albanus Thorinus 24
Andreas Ellingerus 106
Andreas Grundlerus 36
Andreas Mirica 123
Andreas Planerus 181
Andreas Richilus 2
Andreas Veſalius 57
Antonius Niger 33
Auguſtinus Schurfius 23

B.

Balthaſar Brunnerus 175
Bernhard. Deſſennius Cronenburgius 97
Bruno Seidelius 104
Burcardus Mithobius 63

C.

Carolus Cluſius 182
Caſpar Nævius 98
Caſpar Peucerus 168
Conradus Battus 177
Conradus Geſnerus 64
Cornelius Gemma 106

E.

Eraſmus Stella 5
Euricius Cordus 10

F.

Felix Platerus 191
Flaminius Gaſto 196

G.

Gemma Friſius 32
Georgius Agricola 34
Georgius Laubius
Georgius Marius
Georgius Pylander
Georgius Sturcius
Georgius Wirthius
Gerardus Bontius
Gervaſius Marſtallerus
Gisbertus Longolius
Gregorius Pictorius
Guilielmus Copus

H.

Henricus Brucæus
Henricus Cornelius Agrippa
Henricus Fabricius
Henricus Munzingerus
Henricus Smetius
Henricus Stromerus
Hermannus Cruſerius
Hieronymus Tragus vulgo Bock
Hieronymus Wildenbergius
Hubertus Faber

I.

Jacobus Bordingus
Jacobus Curio
Jacobus Milichius
Jacobus Schegkius
Jacob. Theodorus Tabernæmontanus
Jacobus Zuingerus
Janus Cornarius
Jeremias Triverus Brachelius
Joachimus Camerarius
Joachimus Curæus
Joachimus Vadianus
Joannes Crato à Craſtheim
Joannes Echtius
Joannes Goropius
Joannes Guintherius
Joannes Heurnius

nnes Huberus 83
nnes Ludovicus Havenreuterus 197
nnes Ingolſteterus 200
nnes Kentmannus 56
nnes Langius 61
nnes Megobachus 34
nnes Moibanus 53
nnes Munſterus 180
nnes Nævius 98
nnes Opſopæus 145
nnes Pfeil 18
nnes Poſthius 148
nnes Schenckius 160
nnes Schroeterus 242
nnes Sinapius 52
nnes Straubius 43
nnes Viſcherus 125
nnes Weinmannus 6
nnes Wierus 82
locus Lucius 188
locus Willichius 28

L.

aurentius Gryllus 52
Laurentius Scholtzius 162
onhardus Fuſchſius 76
onhardus Rauvvolff 109
vinus Battus 141
vinus Lemnius 44
bertus Eſthius 179
dovicus Gravius 193

M.

Artinus Hunnus 7
Martinus Pollichius Mellerſtadius 3
tthæus Heuslerus 56
lchior Fendius 59
lchior Guilandinus 138
chael Meucerus 160
chael Toxites 86

N.

Icolaus Bieſius 86
Nicolaus Moeglinus 102
Nicolaus Taurellus 180

O.

OSvvaldus Berus 81
Otho Brunfelſius 10

P.

PAulus Lutherus 151
Paulus Ricius 4
Petrus Foreſtus 146
Petrus Lotichius 49
Petrus Monavius 137
Petrus Pavius 193
Petrus Raichſpalt 1

R.

REinerus Solenander 37
Rembertus Dodonæus 115

S.

SAmuel Siderocrates 114
Sebaldus Havenreuterus 139

T.

THeodoricus Meſchede 3
Theodorus Plateanus 181
Theodorus Zuingerus 135
Theophraſtus Paracelſus 12
Thomas Eraſtus 107

V.

VAlerius Cordus 19
Victor Giſelinus 106
Volcherus Coiterus 101

W.

WErnerus Wolflinus 2
Wolffgangus Lazius 60
Wolfgangus Meurerus 110

F I N I S.

IN

IN
VITAS
GERMANORUM CARMEN
GEORGII ARBOGASTI.

DUM quam Philoſophi, quam Theulogiæque periti,
Vixerunt vitam, quam Medicique probi;
Nec non quam quondam civilia jura Profeſſi,
Exacto nobis ordine, ADAME, refers:
Dignus es, ex ſolida quæ funditur ære columnâ;
Inſcriptâque notis talicus aureolis:
PHILOSOPHI, MEDICI, JURIS, VERBIQUÆ PERITI,
DEBEMUS VITAM POSTHUMAM ADAME, TIBI.

IN
EASDEM
JACOBI CRUCII EPIGRAMMA.

VITAM, *quæ æterno vernet, provitentur, honore;*
Quorum in divinis ſtat pia cura libris.
Vitam hanc, ſed vitii puram, ſed pacis alumnam
Tractant, quos gemini fœdera juris habent.
Vitam membrorum mentisque vigore beatam,
Monſtrat ſanantis turba miniſtra DEI.
Vitam, cui doctrina comes, cui provida Virtus
Laudant; quos Sophies rarior urit vivit,
Quadriga hæc quando per te jam vivit, ADAME,
Æterna æternum te ſibi Fama ſacrat.

Plutarch.

Τῶν ἐλευθεριῶν τεχνῶν ἰατρικὴ τὸν μὲν γλαφυρὸν καὶ περιττὸν καὶ ἐπιτερπὲς, ὐδεμ… ἐνδεέστερον ἔχει, θεωρικὸν δὲ μέγα τοῖς φιλομαθοῦσι τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ὑγίειαν ἐπιδίδωσιν.

Cic. l. 1. de Oratore.

Si nos, id quod maximè debet, noſtra patria delectat; cujus rei tanta eſt vis, ac tan… natura: ut Ithacam illam, in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam, ſapientiſſim… vir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati eſſe debemus in ejusmodi p… triam; quæ una in omnibus terris domus eſt virtutis, imperii, dignitatis?

Lucian. ἐγκωμ. πατρίδ.
Οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος.

VITÆ GERMANORUM MEDICORUM.

PETRUS RAICHSPALT aliis Achtzſpalt.

Uanquam non ſemper à verò prorſus abit Servii Tullii Regis * pronunciatum: οὐ γὰρ ἂν γένοιτο φρόνημα εὐγενὲς ἐν ἀνδράσιν ἀπορουμένοις τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων; aut yrici illud in vulgus notum:

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi —————:

en nec hoc bucolicorum apud Græcos ninum celeberrimus auctor falsò ſcriptum quit:

ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,
υτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος ————

mplum hujus, ut principium id ducat, uti m ita præclarum habemus in *Petro* Raich‐t/quem alii Achtzſpalt/alii Aichſpalt, no‐ant. Hic enim *Treveri* ad Moſellam ce‐i & * antiquisſimâ Germaniæ urbe, quip‐mille & trecentis annis ante Romam, ut dam tradunt, condita: parentibus vix licis fortunis natus; reapſe oſtendit; ad è vivendum multò aptiorem eſſe pauper‐m, quàm largas & affluentes divitias. t ob indolem egregiam, quæ in optimo que maturè ſe prodit, literarum ſtudiis ctus; atque à parentibus aliquantiſper, oterant, ſuſtentatus; cùm ſumptibus am‐s ferendis non eſſent, ludum literarium are coactus eſt. Ad exteros igitur di‐ſus, adoleſcens literarum cupidus, ne à i/Muſarum commercio abſtraheretur, vi‐n oſtiatim canendo quæſivit: donec eos nerilibus diſciplinis feciſſet progreſſus; ut tos civium liberos iiſdem imbuere, & in‐iare ad majora poſſet noſſetve.

Philoſophorum deinde ſpacia, juxtà & licorum hortos progreſſus; tanto cum ſuc‐Muſis & Appollini litavit: ut medendi ſummis titulis atque inſignibus fuerit or‐s. Et quando *medicinæ finis eſt non theo‐ed praxis*: ipſe quoque eam aggreſſus, bis feliciter curatis magnum ſibi nomen iſivit. Quamobrem cùm in patriam eſ‐verſus; *Henricus* Comes Lucelburgenſis, poſtea conjunctis Septemvirorum ſuffra‐mperator eſt * electus, Medicum hunc ut tâ ſibi corporis eſſet, invitavit adſcivit‐vitque. Hanc ipſe provinciam ſingulari & fide & induſtriâ, (quæ in Medico vel inpri‐mis requiruntur ſubiit: Principiſque ſui ani‐mum ita ſibi devinxit: ut eum in familiarita‐tem & ad conſilia quoque interiora admi‐ſerit.

Accidit ſub id tempus; anno nempe Chriſti *milleſimo, trecenteſimo quarto*, ut *Gerhardus* Moguntinus Antiſtes è vitâ exiret. Hîc va‐cante ſede Henricus Comes ille ad *Clementem* V. Pontificem, Pictavis tunc commorantem, miſit hunc, ut eſt in Trithemio, *Magiſtrum Petrum, Medicum ſuum experientiſſimum: ut* fratri ſuo *Balduino* Archiepiſcopalem digni‐tatem impetraret. Legationem iſtam fide & dexteritate ſingulari obiit; ac petitionem ſui Comitis ad Pontificem inſtanter urſit; verùm omnia fruſtrà. Pontifex enim cum alia, tum ætatem candidati cauſatus, qui adoleſcens vix dum *duodeviginti* annorum, ac proinde Archiepiſcopatui ſummo adminiſtrando mi‐nus idoneus eſſet: petitionem eam Medico Legato ἀπρᾶκτως abnuit. *Mittitur ad Ponti‐ficem.*

Dum autem in aulâ Pontificiâ iſthæc agitan‐tur; Pontifex in morbum incidit graviſſimum: adeò ut Medici de vitâ ejus penè deſperarent. Itaque quorundam ſuaſu & Germanus hic accerſitur; utque ſua conferat conſilia & opem poſtulatur. Hîc remediis ſalutaribus ita eſt uſus: ut tertio pòſt die Pontifex mor‐bo ſe liberatum omni gauderet. Pro quo valetudinis reſtitutæ beneficio ut gratum ſe declararet: de conſenſu Cardinalium Medi‐cum hunc, quamvis ſeriò deprecantem & re‐cuſantem, Archiepiſcopum Moguntinum creat. Dixit enim Pontifex, uti Bruſchius refert, *quia tam felix eſſet corporum curator, maximè convenire; ut & inſignis conſtitua‐tur animarum paſtor, curator, & medicus:* præſertim cùm idem eſſet, ut M. S. habet, *vir pius & devotus, fide plenus, induſtriâ ſolers, moribus inſignis, divinis in ſcripturis admo‐dum exercitatus.* *Ex Medi‐co fit Ar‐chepiſcop.*

Datis igitur ad Clerum literis cum pallio Moguntiam eum remiſit Pontifex. Eò ut primum venit, & Clerus & univerſus populus, mandatis Apoſtolicis obedientes, cum reve‐rentiâ ſuſceperunt: & in poſſesſionem Eccle‐ſiæ Moguntinæ pacificè admiſerunt.

Geſſit Eccleſiaſticam & politicam hanc digni‐tatem cum laude in annum uſque *decimum*

 quintum,

Obitus Raichſpalti.

quintum, Chriſti verò *milleſimum, trecenteſimum*, ac *vicesimum*.

Hoc enim, die Bonifacio ſacro, hoc eſt, quinto Junii, mortalitatem exuit: eſtque in Metropolitano Moguntino ſepultus, ſtatura & Epitaphio tali additis:

Epitaph.

Anno milleno, trecentenoque viceno,
Petrũ petra tegit iſtũ, quæ Tartara fregit,
De Treveri natus Præſul fuit hic trabeatus,
Redditibus, donis, & clenodiis ſibi pronis
Eccleſiam ditat, res auget, crimina vitat,
Hic pius & largus, in conſiliis fuit Argus.
Sceptra dat Henrico Regni, poſthac Ludovico
Fert pius, extremò Joanni Regna Bohemo.
Hic quinos menſes annos deca tetra repenſes,
Quos vigil hic rexit, quem Chriſtus ad æthera vexit.

Res in Archiepiſcopatu geſtæ.

Hoc autem Epitaphio res ejus in Archiepiſcopatu geſtæ utcumque perſtringuntur. Principio ipſe cum Balduino illo, tunc Trevirenſi Archiepiſcopo & Electore, effecit: ut *Henricus* Comes Lucelburgicus, cujus antea Medicus fuerat, ad Imperii Romani faſtigium * eveheretur. Deinde Henrico in Italia hoſtia * intoxicata ſublato, in *Ludovicum* Bavarum, unà, cum Trevirenſi *Balduino*, *Joanne* Rege Boëmiæ, & *Volmaro* Brandeburgico, votum ſuum contulit: reliquis *Fredericum*, Auſtriæ Ducem; eligentibus. Præterea *Joannem*, Henrici illius Auguſti filium, cui VVenceslai, Boëmiæ Regis relicta filia, nupſerat, peractis Spiræ nuptiis, magno procerum ac totius populi conſenſu, Boëmiæ Regem, ex veteri Archiepiſcoporum Moguntinorum jure, * Pragæ coronavit. Rediturò ad ſuos (ut & hoc addamus) novus Rex tum alia, tum auream ſellam, nobiliſſimis gemmis undique diſtinctam & inſignitam donavit: quæ inter ſacra donaria illius Eccleſiæ.

** A. 1308.*

** Negat hoc Nic. Serarius l. 5. rerum Moguntiacarum. Factum anno 1313.*

** A. 1310. Aurea ſella dono data Archiepiſcop.*

Nic. Ser. l. 5. rerum Moguntiacarum, Chronicon. Melanchth. l. 5. Pantaleon. alii.

VVERNERUS VVOLFLINUS.

Floruit circa annum 1460.

Acad. Baſil. initium.

Primus ejus rector.

Rettenburgum ad Neccarum, anteà Landſkron vel Landsfurt.

Legum in collegiis neceſſitas.

Eas Med. præſcribit VVolf.

BASILEENSIS Academia natalem ſuum celebravit; anno *milleſimo, quadringenteſimo, ſexageſimo*. Hujus primus Rector fuit *Georgius ab Andlo*, Canonicus: primus autem inclytæ facultatis Medicæ Decanus *VVernerus VVolflinus* natus *Rottenburgi* ad Neccarum, Sueviæ oppido; quod antequam terræmotu & inundatione aquarum perderetur, *Landsfortum* vel *Landskron* dictum volunt. Facta eſt illa dirutio anno *milleſimo, ducenteſimo, duodecimo*.

VVolflinus tum, qua erat prudentia, videns *collegium nullum conſiſtere diu aut florere poſſe; niſi certis legum vinculis contineatur ac firmetur*: primas Medici ordinis leges ac ſtatuta conſcripſit, & publicè promulgavit. Præterea civibus illius Reipub. Medicinam faciendo ſingularem fidem, operamque indefeſſam probavit.

Cùm itaque feliciter ſe darent ejus in cendo & medendo principia: ſtatim ann fundata Academia tertio, in feſto S. *Lu* Rector ejuſdem, collegarum ac ſuperior ſuffragiis, eſt deſignatus. Commendaba ipſum & in docendo rara felicitas; & in ag do mira dexteritas. Tandem ætate & m ritis gravis fatis ibidem conceſſit, poſteris noſtram uſque memoriam, non ſine fami laude, relictis.

Henric Pantaleon libr. 2. Proſopogra Cruſius in annalibus Sueviæ.

ANDREAS RICHILUS.

In Germania hic honeſta, uti hiſtoriar monimenta perhibent, familia natus, adoleſcentia præclara ingenii ſui edidit d cumenta. Medicas autem inprimis art & quæ ad has aditum aperit, Philoſophi amplexus: ſingularem ſibi ex illis doctri opinionem comparavit. Itaque cùm an *milleſimo, triceſimo primo, Baſileæ* concili frequens celebraretur *: venit eò & Richil tum ut cum viris doctis conferret, tum ut m dicinam, ſicubi opus, exerceret. Eo in co ventu ſtatim, ſicut.

Virtutem invitam blandè veſtigat, & ul
Ambit honor, —— —— —— ——

ita eruditione ſua innotuit: ut à *Sigiſmun* Auguſto * *Æneas Sylvius* juſſus ſit Doctorat cum inſignibus ſolenni in panegyri ornai

Inde à multis expetitus, ut eſſet, qui v letudinis eorum curam ageret: ab ipſo Imp ratore *Friderico* tertio fuit Archiater adſcit idem Medicus fuit illius *Æneæ*, cùm P. P. eſ creatus, ac *Pius* 2. dictus: idem hujus ſucceſſo *Pauli* ſecundi. Nam cùm eruditione ſing lari, ut tum tempora erant, pietatis religi ſæ ſtudium conjunxit. Itaque eum omn propè Germaniæ ſuperioris Principes, vel præſidium quoddam, & numen tutelare vi ſalutisque ſuæ coluerunt ac venerati ſun *Fridericus* inſuper Auguſtus eidem nobilita tis inſignia & privilegia contulit; adeoqu viris ornatiſſimis adjunxit.

Fratres ejus quoque equeſtris ordinis d gnitatem ſunt conſecuti: atque eorum alte cui nomen *Henrico Richilo*, Cæſaris Fride rici, cùm Romam coronæ ibidem accipien dæ cauſa, * proficiſceretur, palatio fuit præ fectus: alter verò *Joannes*, Sigiſmundi Au ſtriaci moribus informandis ac ſtudiis regen dis eſt adhibitus. Ambo fide præſtantes, pa cis bellique artibus clari, tantum apud Prin cipes ſuos decus ſunt conſecuti: ut modera tione inter ſecunda, prudentia inter ancipi tia, conſtantia inter adverſa par ipſis habe retur nemo.

Andreas item *Richilus* præter ea, qua diximus, ob ſummam erga Principes viros obſervantiam, & in medicando fidem, opibus magnis fuit auctus: utpote cui pro unius ſæpe morbi feliciter diſpulſo periculo, *mille* aurei & amplius, ſoſtri aut honorarii loco donati

ſint. Tanto in precio, illo ævo ru-
fuit nutrix illa rerum humanarum &
ſalus Medicina.
os reliquit, etſi de obitu certi nihil dum
gavimus, duos *Georgium* & *Matthiam:*
m ille juris civilis Pontificiiq; Doctor
eritiſſimus: hic verò Imperatoriæ pri-
ulæ illatus, miniſterio cubiculi Princi-
ibitus, prima adoleſcentiæ rudimenta,
a orbis terrarum ut maxima, ſic ſanctis-
oſuit. Poſtea *Viennæ* Auſtriæ literis
dicinæ operam dedit: ibique ſummos
ionores omnium conſenſu eſt adeptus.
n Italiam progreſſus, Academiæ ſub ju-
ione Ducis *Galleacii Mariæ*, Rector eſt
s: quo nomine *Rodolphus Agricola*,
ommodum etiam in Italia commorans,
ari eum oratione laudavit: è qua & hæc
ſimus. Eſt autem in Italia moris etiam-
odie: ut peregrini creentur Academiæ
ectores, juvenes famoſi nempe & in re

*olph. Agricola in orat. panegyricâ in
atum Matthiæ Richili.*

EODORICUS MESCHEDE.

Heodoricus Meſchede in *Weſtphaliâ*,
ermaniæ regione, ſive à peregrinan-
é à pullo equino, inſigni Saxonum ve-
denominata, primum hujus cœli ſpiri-
auſit. Jactis in patria primis ſtudio-
undamentis, cum fratre *Godeſchalko*,
rdiam Thuringiæ metropolin, ſtudio-
frequentia tunc florentem, augendæ
ionis gratia, ſe contulit.
jor natu erat Godeſchalkus: is unà cum
ri philoſophia Theologiæ ſtudium am-
, eò progreſſus eſt; ut, quod illo ſecu-
gnum erat, Theologiæ Doctoris gradu
Erphordiæ ornatus; ibidemque profes-
ræ ſcientiæ publicus deſignatus. Quo
tio multis annis magna cum auctorita-
: varias etiam quæſtiones diſputatas, &
nes, & collationes ſcripſit.
er verò *Theodoricus Gresmund de Me-*
, ut *Trithemius* nominat, philoſophicis
dicis deditus, in utrisque teſtimonium
um, ſeu Docturæ axioma eſt adeptus.
ntiam inde profectus, larem ibi fixit;
ingenii promtitudine, ac varia eruditio-
nibus fuit gratiſſimus.
um habuit ſibi cognominem, tanta in-
t vix pubertatem, & *decimum quintum*
annũ egreſſus, multos ætatis provectæ
ros eruditione & facundia ſuperarit.
it idem tum ad illum *Trithemium*, tum
s ejus ſeculi viros doctos penè infinitas
las, de diverſis argumentis ornatiſſi-
variasque orationes, Ciceronianam fa-
m redolentes: adeò ut velut alter
latus Auguſtini quondam, ſuo ingenio
bendi argumentandique promtitudine
ertia multis fuerit admirationi & ſtu-

s, ut & patruus, adoleſcentuli hujus flo-
ruerunt, ſub annum Chriſti *milleſimum, quadringenteſimum, ſeptuageſimum, & octogeſimum* Friderico Auguſto rerum potiente. Pater Theodoricus Medicus tractatum, *de conſervanda ſanitate tempore peſtis*, fertur compoſuiſſe: qui an in publicum emiſſus ſit, necne; nuſquam reperimus.

Hæc de Meſchede *Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis: & ex eo Pantal. l. 2. Proſop. Nic, Ser. l. 1. rerum Moguntiac. c. 40.*

MARTINUS POLLICHIUS MELLERSTADIUS. ⊖ 1513. *d. 27. Dec.*

HUjus præſtantiſſimi viri patria fuit *Mellerſtadium*, oppidum Franconiæ. In phyſicis & medicis tantum brevi profecit; ut Lipſiæ artis medicæ Doctor renunciatus ſit. Ibidem deinde eam artem publicè docuit: ortaque, ſub annum *milleſimum quadringenteſimum, nonageſimum quintum*, diſputatione de morbo Gallico, qui recens illis temporibus contagione ex Africa in Europam propagatus fuerat; *eſſetne* ἐπιδήμιος *an* ἐνδήμιος? diſſenſio inter *Pollichium* & collegas exſtitit, in quibus eminuit *Simon Piſtorius*, natus in celebri familiâ oppidi Lipſici, unus & ipſe ex ſummis ejus ætatis Medicis.

Mellerſtadium. *Diſputatio ſuper morbo Gallico.* *Simon Piſtorius.*

Hinc factum, ut *Piſtorius*, ad Electorem Brandeburgenſem in vicinam Marchiam; *Pollichius* autem in aulam Friderici, Saxoniæ Ducis Septemviri, evocaretur; qui fidem & artem ejus jam antè expertus erat. Nam cùm anno *milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo tertio*, peregrinationem religionis ergò, quæ tum erat temporum illorum ſuperſtitio, in Palæſtinam cum avunculo, Duce Bavariæ ſuſcepiſſet *Fridericus Saxo*; comitem ſibi Pollichium adjunxit. Hîc cùm in Inſulâ Rhodo Principes, poſt hauſta liberiùs Cretenſia vina, balneas ingreſſi eſſent, idque Pollichius reſciſſet: ipſe non vocatus ingreditur, atque è balneis Fridericum ſuâ manu apprehenſum educit, *Chriſtophoro* paucis diebus pòſt febri ardenti exſtincto. Hujus beneficii recordatione Fridericus toto vitæ tempore Pollichium ardentiùs dilexit, & velut vitæ ſervatorem veneratus eſt.

Peregrinatio ad loca ſancta, à Frid. Saxone ſuſcepta. *Periculum in eâ.*

Eo tempore cùm Elector Fridericus, de erigendâ in ſuo territorio Academia, volente ita * *Maximiliano I. Auguſto*, conſilia agitaret: Pollichius inprimis negocium iſtud cum *Staupicio* urſit: cumq; de loco disquireretur, aliis alium ſuadentibus; ut *VVittemberga*, oppidum Saxoniæ ad Albim, ſedes ſcholæ eligeretur, pervicit. Amplexus id conſilium Princeps impetrata à P. P. non ſine precio, bis *mille* nimirum *aureorum Hungaricorum*, poteſtate; *VVittembergam* DEO & Muſis bonis auſpiciis conſecravit. Introducta eſt ſolenniter Academia anno *ſecundo ſupra ſesquimilleſimum*, *die decima octava Octobris*, quæ Lucæ ſacra eſt in faſtis Eccleſiaſticis: & qua in perpetuam memoriam hyberni ſemeſtris Rector & Decani creantur.

* *Anno 1495. in comitiis ad urbem Vangionum decretum factum eſt, ut quisque Elect. in ſuâ ditione Academiam haberet.* *Acad. VVittemb. initium.*

Primus ita & tunc novæ ſcholæ Rector creatus eſt iſte ipſe *Pollichius Mellerſtadius*: primus idem in matriculam inſcriptus, atque ab hoc deinceps magiſtri & * diſcipuli cæteri: primus in eâ Academiâ Theologiæ Doctor renunciatus. Erat enim eâ ætate, cùm literæ primùm in lucem revocarentur, tantus impetus animorum ad ſtudia; tantaque diſcendi cupiditas; ut exſatiari illa non poſſet. Quare viri ingenio præſtantes hoc unicè agebant; ut in pluribus ſimul diſciplinis excellerent; aliisque exemplum honeſtæ æmulationis relinquerent. Itaque Pollichius *philoſophiæ*, *medicinæ*, & *Theologiæ* (addunt aliqui & Juriſprudentiæ) *Doctor*, primus fuit lector, ut loquebantur, Theologicus in Academiâ Wittembergenſi; primum etiam artium & philoſophiæ magiſtrum, *Bernhardum Schillerum*, in medicinæ Doctorem promovit.

** Primo illo ſemeſtri, ſub hujus Rectoratu, quadringenti & ſedecim inſcripti fuere.*

Amor literarum ſuperiori ſeculo.

Trium facultatum Doctor Pollichius.

Primus Magiſter Wittemb. promotus.

A Theologicâ deinde profeſſione, de voluntate Saxoniæ Electoris, ad docendam artem medicam acceſſit: quâ in ſtatione quàm maximè ejus excelluit induſtria & fides.

Deceſſit hic vir, integritatis, gravitatis, prudentiæ laude celeberrimus, & eruditionis nomine LUX MUNDI tunc vulgò appellatus, exeunte anno *milleſimo, quingenteſimo, decimo tertio*, die *viceſimâ ſeptima Decembris*, quadriennio antè, quàm Lutherus Papatum oppugnare cepit. De quo Pollichius, cùm eum docentem aut publicè diſputantem audiſſet: ſæpè id, quod evenit, ominari, & ſuper menſam dicere * ſolitus fertur: der Münch wird alle Doctores irre machen/und eine newe lehr auffbringen/und die gantze Römiſche Kirche reformiren. Denn er legt ſich auff der Propheten und Apoſtel ſchrifft/ und ſtehet auff Jeſu Chriſti worte: das kan keiner mit Philoſophi/ noch Sophiſterey / Scotiſterey / Albertiſterey / Thomiſterey / und dem gantzen Tartaret / umſtoſſen und widerfechten / h. e. *Iſte monachus in ordinem rediget omnes Doctores, & novam doctrinam, adeoq; reformationem Romanæ eccleſiæ excitabit. Nam ipſe ſolis divinis teſtimoniis ſacrarum literarum, nititur: quæ nulla ſophiſtica Scotiſtarum, nulla ſubtilitate Thomiſtarum, Albertiſtarum, aut Tartareti revinci ac refelli queunt.*

Obitus Pollichii.

Præſagium de Luthero.

** Vide vitam Luth. in Th. Germ.*

Sicut autem vitam ſuam, labores, & operas univerſas Academiæ Wittembergenſi impendit: ita poſt mortem facultatum ejus pars magna ad eandem rediit. Nam frater *Valentinus Pollichius*, ut grata Martini memoria retineretur, teſtamento facto, *mille aureos*, quorum pars maxima à fratre ei hæreditario jure obvenerat, Academiæ legavit: de quorum fructibus annuis ſubſidia ferantur adoleſcentibus ex Pollichiorum familiâ, aut aliis, ſtudiorum cauſa ibi verſantibus. Quo pietatis & beneficentiæ exemplo plures alii ex eo ordine invitati, non exiguam ſuorum bonorum partem, atque de his uſum fructum, ſcholaſticis certis eâ in ſchola deſignarunt: itaque cum ſtudia literarum egregiè adjuverunt, tum

Valent. Pollichii liberalitas in Academ. Wittemb.

nomen ſuum memoriæ ſempiternæ com-
darunt.

D. David Chytræus in Saxonia: tom.
programm VVittemberg. & D. A-
dreas Schatus in oratione ſecula-
ri, alii.

PAULUS RICIUS.

VNus hic fuit de Judæorum genere,
in Germaniâ; & à parentibus, uti
in avitâ linguâ ac ritibus à puero ſtre
formatus. Sed cùm Deus gentem illam
non abjecerit, & **obduratio ex parte*
evenerit, etiam hic ubi adolevit, my
prophetarum, Spiritus ſancti ductu,
intellectis, Judaismum reliquit, & ad
ſtianum converſus fidem, Eccleſiæ ſac
ptiſmatis ſacramento publicè eſt inſe

Dedit operam tum aliis diſciplinis
nioribus, tum inprimis ei, quæ de n
differit obſcuritate, eamque inveſtigat
fectus in Italiam doctis ibi viris perpl
atque *Papiæ* philoſophiam publicè, no
nominis famâ, docuit. Itaque *Maxi*
no I. Auguſto commendatus, ab eode
Medicorum ſuorum numerum fuit alle
cui fidem & induſtriam ſuam conſtante
bavit.

Edidit non pauca, quibus & Judæoru
fractariorum technas detexit, & rem
riam promovit. Scripſit enim:

De *ſexcentis & tredecim Moſaicæ ſa*
nis ſeu Pentateuchi dictis librum: cujus
pars prohibentia; poſterior affirmantia
cepta continet: ſingulis brevi interpreta
ſubjuncta.

Philoſophiam, prophetiam, ac *Thalmu*
cam pro veritate Chriſtianâ tuendâ, cu
niori Hebræorum ſynagoga, *diſputati*
mirabili ingenii acumine, in tres div
tractatus.

Excerpſit ad petitionem juſſumve M
miliani Cæſaris *Farraginem ex Thalmud*
dice.

Confecit & *Iſagogen in Caballiſtarum*
ctrinam, quam commendat Eraſmus * alic
contra Stephani presbyteri, cabalæ obtre
toris epiſtolam.

Item de *novem doctrinarum ordinibus*
totius Peripatetici dogmatis nexu comp
dium: quo exponuntur verba Galeni ab
tio artis parvæ, quid doctrina, quid ordo,
ordinis neceſſitas & præſtantia, quotu
in doctrina ordo, & *orationem reſolutivam*
triplici ordine doctrinæ.

Edidit *Concluſiones*, quibus Ariſtotelem
plicem doctrinæ ordinem exercuiſſe, & to
ejus dogmatis nexum dijudicare poteris.

Præterea *Stateram Prudentum*, & lib
quatuor *de Cœleſti Agricultura*, & quæd
alia, quæ in bibliothecis indicantur.

Fuit vir eruditus, candidus, animo Gra
& amicitiæ nato, eaque moderatione, ve
philoſopho digna; ut patrocinari amico f
ti

rit, & à convitiis in adverſarium ſibi
rarit, magis reputans quid ſe, quàm
lignum.
ſmus de Ricio hoc reliquit elogium,
iem libri primi epiſtolarum ad Ricar-
artolinum: *Paulus Ricius ſic me proxi-*
loquio, rapuit: ut mira quadam me ſitis
t, cum homine ſæpius ac familiarius con-
i ſermonem. Præter Hebrææ linguæ pe-
, quantum ille tenet philoſophiæ! quan-
heologiæ! tum quæ animi puritas, qui
di ardor, qui docendi candor, quæ diſpu-
nodeſtia! Mihi ſanè vir ille primo ſta-
ſtu placuit olim Papiæ: cùm illic philo-
n profiteretur. Nunc propius intuito
tiam placet. Is demum verè mihi vide-
aelitam agere, ſuoque cognomini pulcrè
dere: cujus omnis voluntas, omnis cu-
ne ocium ac negocium, in divinis eſt li-
Dignus eſt nimirum animus, cui ocium
at quàm maximè honorificum. Hacte-
aſmus.
era habent *Pantal. l. 3. Proſopographiæ:*
us in Epiſtolis: Geſnerus, alii.

ENRICUS STROMERUS.

iſnia *Aurbachii* loco honeſto natus
icus Stromerus, à puero ad literas bo-
adhibitus. Triviali è ludo Lipſiam pro-
eâ in Academiâ tum Philoſophiæ tum
næ præclaram navavit operam; ut o-
calculis in ordinem Medicorum fuerit
ter relatus.
a cùm medicinam exercere cepiſſet;
rte ita omnibus ſatisfecit; ut illuſtriſ-
xonum Duci *Georgio* innotuerit, mul-
ominibus fuerit gratiſſimus. Cum-
dentiâ eſſet præditus ſingulari: Lipſiæ
um eſt cooptatus: quo in officio res
nmiſſas magnâ dexteritate expedivit,
fidelitate reliquis exemplo fuit.
mus equidem *Roterodamus* eruditio-
rtutis ergò charum habuit, multaque
epiſtolis ultrò citròque miſſis com-
vit: quæ exſtant in* volumine epi-
n Eraſmi edito.
tandem conceſſit Lipſiæ benè de Re-
eritus, vir exactiſſimi judicii, anno
ondum cognito. Coluit amicitiam
ſeculi literatis principibus *Eraſmo*
s, *Petro Moſellano*, cui nomen fuit
le Peter Schade von der Moſel;
non ſine causâ amavit, ita non ſine
ortem hominis acerbè tulit: & cum
npluribus:
ſit Stromerus ſaluberrimas *adverſus*
iam obſervationes: ſunt ejuſdem *de-*
iquot *medica de ebrietate*, diſputata
anno *trigeſimo primo*, reſpondente
Pfeil, medicinæ ſtudioſo: item *de*
minis, decreta medica, de ſenectute.
t ejuſdem *ſermo panegyricus*, *Petro*
no dictus: item *algorithmus linealis*,
anno *milleſimo, quingenteſimo quinto*

Et hæc de Stromero ex *Pantal. l. 3. Proſopograph. bibliotheca Geſneriana, Schenckiana, aliis.*

GUILIELMUS COPUS.

Floruit ſub annum 1520

GUilielmum Copum Baſilea Auguſta Rauracorum protulit, illa ferax ingeniorum & nutrix optimorum. Jactis fundamentis earum literarum, quibus ætas prima impartiri debet *Lutetiam Pariſiorum* profectus eſt: totumque ſe medicinæ ſtudio addixit. In quo favente Minervâ ita feliciter progreſſus eſt: ut teſtimonium & ἀξίωμα Medicorum ſolenni Academiarum pompâ ei ibidem collatum ſit.

Franciſcus I. Galliæ rex. Fama itaque in dies de ipſo percrebreſcente; ipſi Chriſtianiſſimo Regi *Franciſco I.* innotuit, qui liberali ſtipendio accitum Archiatrum eum ſibi elegit, & honoribus multis præmiisque ob eruditionem ac virtutem ſingularem affecit. *Fuit archiater Copus.*

Cùm ita rem literariam & medicam inprimis præclarè promoviſſet, magnasque opes honeſtiſſimè acquiſiviſſet, Lutetiæ diem ſuum obiit. Doctrinam ejus rudi etiam dum illo ſeculo teſtantur converſi in Latinam linguam inter medios bellorum ſtrepitus *Galeni commentarii* aliquot: felicitatem verò in medendo idipſum, quòd homo peregrinus Regis illius valetudini fuerit præpoſitus.

Scripta. Tranſtulit, ut dictum, inter *Galeni* ſcripta *libros ſex de morborum differentia*, librum unum *de ſymptomatum differ. & cauſis*, libros tres: qui omnes Latinis Galeni operibus variis in locis excuſi ſunt. Item *Pauli Æginetæ præcepta, Hippocratis prognoſtica.*

P. Rami de Copo. Unde P. Ramus de viro hoc præſtantiſſimò carmen ejusmodi cujusdam etiam præſtantiſſimi viri, citat:

Unica nobilium Medicorum gloria Copus.

Et addit: *Hippocratem, Galenum, Æginetam, teſtes induſtriæ ſuæ reliquit.*

Jovii de Copo elogium. *Paulus autem Jovius* hoc eum encomio ornavit: *Viget*, inquit, *apud nos eruditi nominis authoritate Copus Baſilienſis, ab exactâ doctrinâ, feliciq; artis induſtriâ medicus Franciſco Galliæ Regi, magnoperè repetita ſæpe memoriâ deſideratus.* Hæc ille.

Pantal. l. 3. proſopogr. Zuinger. in theatro, Geſner. in bibliothecâ. P. Ram. orat. de Baſilea. alii.

ERASMUS STELLA.

Flor. circa annum 1520.

ERaſmum Stüler vel Stellam Libonothanum, alii Cygnæum, Lipſicum alii faciunt: quidquid hujus ſit, Miſnenſem fuiſſe extra omnem eſt controverſiam. *Patria.* Inciderunt ejus ſtudia in crepuſculum literarum in Germania tunc exorientium. *Studia.* Suum igitur genium & ingenium ſecutus, ad Philoſophiam ac Medicinam animum appulit: cumque ſtudio medico, *Agit Medium & Conſulem.* in quo ſummos Doctoræ honores fuit adeptus, hiſtoriarum conjunxit cognitionem. Deinde etiam de civium ſuorum voluntate,

Conſulatum Reip. Cygnææ iniit: ut & valetudinem ſuorum medendo, & fortunas Remq; pub. prudenter conſulendo, bonos defendendo, ſontes puniendo cuſtodierit conſervaritve.

Scripta. Scripta ejus potiſſimum ſunt: *Antiquitates Boruſſiæ*, ex Frobeniana anno milleſimo, quingenteſimo, decimo octavo editæ. Poſt obitum ejus anno triceſimo *prodiit *libellus*, Geſnero vehementer commendatus, *de gemmis*, cui adjectus eſt C. Plinii de gemmis liber ex hiſtoria naturali. Sunt ejuſdem *de populis & rebus priſcis ora inter Salam & Albim Germaniæ flumina commentarii duo*: ſed, ut opinio noſtra fert, necdum publici juris facti.

Fabricii in eum carmen. Georgius Fabricius hoc in eum diſtichon luſit:

> *Quiſq; ſuos laudat: tu laudas, Stella, Boruſſos:*
> *Nec tua judicio laus caret atq; fide.*

Petrus Albinus in Chronic. Miſniæ tit. 23. & 25.

GEORGIUS WIRTH.

☉ 1524. d. Martii. ætat. 54.

Familia VVirthiorum celebris. Et medicorum ferax. Fuit familia *Wirthiorum* à multis jam annis retrò, cum aliorum in omni doctrinæ genere præſtantium virorum, tum inprimis *Medicorum* celebrium ſobole ac propage eruditâ nobilis ac celebrata: in quorum numero facilè primas tulit *Georgius Wirth*, *Georgius VVirth.* bono communi editus *Leobergæ*, Sileſiæ opido haud ignobili, anno à Chriſto nato, *milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo*. Primis ſtudiorum tirociniis in patria factis, deinde ad Academias varias profectus, plurimis optimisque artibus animum ſuum imbuit.

Lipſiæ magiſter renunciatur. Et medicinæ doctor. Lipſiæ primùm anno *milleſimo, quingenteſimo nono*, Philoſophiæ Magiſter eſt renunciatus. Deinde Medicinæ, quæ naturalis philoſophiæ quædam eſt propago, Doctor creatus *Bononiæ*, anno *decimo quinto* ſeculi decimi quinti.

Carnia, hodie Carinthia. In ea medicinam facit VVirth. Cùm ex Italia per *Carniam*, quæ hodie Carinthia, in patriam cogitaret: præter ſpem & votum provinciæ illius Medicus deſignatus, artem ibi feliciter aliquantiſper exercuit.

Fit archiater Ludovici regis. Famâ de ipſo percrebreſcente, munus eidem Archiatri ſplendiſſimum eſt demandatum in aula *Ludovici*, Bojemiæ & Pannoniæ Regis: qui non ita * multò poſt infeliciter dimicans cum Solymanno Turcarum tyranno, & Chriſtiani nominis hoſte infenſiſſimo, intra *Albam Græcam*, quæ veteribus *Taururum* putatur, & *Mogatum*, tranſiturus in fuga vadum, miſerabiliter periit, deſtitutus & prudentium virorum conſiliis & fortium bellatorum copiis; quin etiam, ut à quibusdam proditum eſt, circumventus fraude & inſidiis ſuorum; de quo plura hoc loco dicere non eſt neceſſe.

* *An. 1526. die 29. Auguſti ætat. 20. Alba Græca.*

Sacerdotio donatus VVirthius. Moritur. Ab eo autem Rege & heroe optimo Wirthius ſacerdotio donatus & *Budiſſinæ* Luſatiorum Decanus, ſingularis meriti ergo, fuit creatus. Naturæ conceſſit feliciter Gorlicii ſanguinis fluxu ſuffocatus, ut *Joannes Langius* Medicus, ejus conſobrinus * ſcribit
Chriſti *viceſimo quarto* ſupra mill
quingenteſimum die *nono* Martii, ætat
quageſimo quarto, relictis ocii ſui
ſymbolis, in omne ævum perduratu
annes Rivius ſequenti elogio eund
ſcripſit:

> *Magnus ut ingenio, ſic clarus honore*
> *Egregii primum jura locumq; cap*
> *Hic ubi Muſarum ſedem Philyræus*
> *Alluit, & rapidus Lipſidos arva pre*
> *Poſt hinc digrediens, Italasq; profectus*
> *Per medicas artes ſedulus ire para*
> *Felſina Doctoris meritâ ornatumq; co*
> *Ad patrios juſſit læta redire lares.*
> *Hoc titulo fulgens agitare inglorius*
> *Noluit, ingenii conſcius ipſe ſibi.*
> *Tum Regi juveni Ludovico ſceptra B*
> *Qui tenuit, præſtò eſt, Pannoniæq;*
> *Ergo ſalutiferæ medicamina porrigit*
> *Et reliquis fauſtâ præſtitit ille ma*

Fratrem habuit *Petrum* Philoſophiæ
logiæ Doctorem, Canonicũ Uratislav
beatæ Virginis collegam in Academia
in qua ipſe & Decani artium, & Recto
verſitatis munere ac dignitate perfu
ſummâ cum laude & commendation
um. Romæ poſtea mortuus, & in
ſancto eſt ſepultus: cujus poſthum
exſtat memoria in *commentariolo Pſa*
& Hymnorum ſacrorum, annis ſupe
edito ac publicato. Ex eadem famili
Georgius VVirth Secundus, Caroli V.
& Philippi filii, Hiſpaniarum Regis, M
& *Michael VVirth* qui per omnes h
Academicorum gradus, ad ſummum fa
dignitatis excellentis in philoſophia
prudentia conſcendit: nec ſolum D
ſed Rector quoq; inclytæ Academiæ
legitimis ſuffragiis creatus: Jus in
profeſſus magna auditorum frequent
litate: primo quidem inſtitutionum I
lium, ac deinde Codicis Juſtineanei A
ſor ordinarius: poſt etiam à Saxoniæ
re Auguſto, in judicio ſupremæ curiæ S
viralis Advocatus & Senator; ac dem
dem Principis voluntate & auctoritat
Saxoniæ Coburgicæ Cancellarius or
Suggeſſerunt hæc nobis *Nicolaus*
rus JC. VVirthiorum cognatus, *præfa*
Georg. Wirth. Secundum, & elogia d
virorum.

JOANNES VVEI MANNUS.

Hic *Francofurti*, ad Mœnúmne a
drum ignoramus, anno, ut habe
taleon, qui tamen heic quandoque do
ſexageſimo primo, ſupra *milleſimum*, *q*
geneteſimum, natus; primis literarum,
tempora ferebant, domi perceptis, p
adiit in Germania ſcholas. Poſtea deſi
majorum profectuum in Italiam eum
ſit: in qua adoleſcens ita verſatus eſt:
noniæ, quæ illa tempeſtate Academiaru

ce

a; & *mater*, uti inſcriptio numiſ-
ſet, *ſtudiorum*, unanimi Profeſſo-
nſu Doctoris Medici ἀξίωμα retu-

ſus in Germaniam à Marchione
genſi accitus, anno *octogeſimo ſex-*
milleſimum, quadringenteſimum,
ac valetudinis ejus curator in aulâ
chianâ eſt deſignatus. Quo in offi-
ſimo medicinam multis annis feli-
avit: inque Norica, cui adjacet
le, regione nomen ſibi eximium
t. Certabat enim in eo cum pie-
o, cum eruditione humanitas, fides
ſtria. Fuit eo nomine Marchioni
i qui poſt Saxoniæ Electorem pri-
ipſit confeſſioni Auguſtanæ, gra-
us.

quadraginta quinque annos eo in
â laude floruiſſet; tandem ætatis
eptuageſimo, ſalutis verò noſtræ
imo, poſt *milleſimum, quingenteſi-*
æ debitum perſolvit *Onoltzbachii*,
collegiata Eccleſia ſepultus, cum
i inſcriptione tali:

t incurvæ bis ſeptem luſtra ſenectæ
vis cedens, regna beata petit.

Pantaleon lib. 3. Proſopographiæ.

RTINUS HUNNUS.

inum Hunnum Saxonem fuiſſe ac-
imus, qui primis literarum rudi-
is; totum ad Philoſophiam ſe &
contulit. Erphordiæ ſub annum
quingenteſimum, viceſimum, in ſo-
banico ſuaviter vixit: ibidemque
n egit: ſed collegio ſuo à collegis,
imè confidebat, fuit dejectus nul-
, ſed dolo ut Eobanus * interpre-

ergo in Carinthiam, Styriam,
n Italiam: & *Patavii* ſubſiſtens
er ſuaviſſimè vixit cum *Joanne*
o Medico. Perluſtravit tunc to-
aliam: fuit Romæ, & Ferrariæ
m Menardum Ferrarienſem: qui
us ſex novos epiſtolarum medi-
ros evulgavit.

ſub annum Chriſti *milleſimum,*
num, triceſimum primum, Do-
in medicinâ ornatus inſignibus,
rcendæ artis cauſa eſt reverſus:
eandem fecerat.

nicitiâ plurimorum eâ ætate do-
torum; inprimis illius egregii
Eobani, Megobacchi, Stromeri,
oterodami, aliorum: & Eobanus
pſum amicitiæ ergo, *Encomium*
in verſus elegiacos de Eraſmicâ
anslatum, conſcripſit: in * ſylvis
ter alia eſt hoc in Hunnum epi-

bemus multò quàm ſolvere poſſim
, nec officii eſt gratia parva tui:
e meritis non poſſum vincere; debes
bi victor conſtituiſſe modum.

Nam niſi quæ certas habuit victoria leges,
Quàm bona ſæpè fuit, tam ſolet eſſe nocens.
Vince tamen, quia ſic nobis erat utile vinci:
Gaudentem vinci, vincere poſſe, leve eſt.
Hos tibi deferimus titulos, Martine, quod olim
Gloria non parvo conſtitit iſta tibi.
I nunc Antheos memora viciſſe: poëtis
Quando decus victis Hercule majus habes!

Deſumta hæc ſunt *ex epiſtolis Eobani Heſſi, carminib. ejusdem. aliis.*

HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA.

☉ 1534. *ætat.* 48.

IN Ubiis COLONIÆ * *Agrippinæ Henricus Cornelius Agrippa*, nobili familiâ à *Nettesheim*, anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo ſexto*, die decimâ quartâ Septembris, natus; cum ab ineunte ætate in literis educatus eſſet, quâ fuit ingenii felicitate, in omni artium ac diſciplinarum genere ita verſatus eſt, ut excelluerit. Itaque non ſolùm *juris civilis*, ſed etiam *medicinarum* Doctor eſt ſalutatus; idque de voluntate potiſſimùm ſuorum, qui Doctorem ipſum, quàm doctum malebant, ſicut & anteà *Equitis aurati* fuerat meritus, virtute bellicâ, dignitatem.

** Indicat ipſe Agripp. l. 7. epiſt. 26.* — *Familia Agrippæ nobilis.* — *Eruditio Agrippæ.*

Nam etſi vulgò dici ſolet: *nihil Marti cum Muſis*: id tamen in ipſo locum non habuit: qui omnem fermè ætatem apud exteros conſumſit, in literis, militia, gentium, urbiumque variarum perluſtratione. Sub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, nonum, Dolæ Burgundiorum* in Gymnaſio celebri, pulpito donatus, magnâ omnium cum admiratione, *Ioannis Capnionis librum de Verbo mirifico*, in honorem *D. Margarethæ*, Auſtriacorum Burgundionumque Principis, auditorio publico expoſuit, adoleſcens nondum annos natus tres ſupra viginti. In Italiâ quoque variis in locis, quibus ſubſtitit, ſpecimina ſuæ doctrinæ depoſuit: atque in Ticinenſi quidem Gymnaſio publicâ prælectione *dehortatoriam à gentili Theologiâ* habuit orationem: & *Hermetum Triſmegiſtum*; de poteſtate & ſapientiâ Dei, anno *decimo quinto*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum* explicuit: ut & alibi alia.

Peregrinationes & exercitia ejus ſcholaſtica. — *Docet publice.*

Maximiliano præterea I. *Auguſto* à prima ætate, avi, atavi, & tritavi ſui, qui Auſtriacis ſemper * addicti, exemplo adhæſit: cui & aliquandiu à ſecretis fuit. Deinde in Italicis caſtris * *ſeptennium* illius ſtipendio militavit; & ut in oratione Papiæ * habita prodit, militum fuit Præfectus. Denique variis legationibus functus; belli pacisque tempore variam eſt fortunam expertus.

Bellica rudimenta. — ** Docet id Agrippa l. 6. ep. 18. & lib. 7. ep. 21.* — ** In bello Veneto, quod cepit 1508.* — ** An. 1515. coram Ioann. Gonzaga.*

Mortuo *Maximiliano* ſub diverſis & Principibus & civitatum Magiſtratibus, per *Italiam, Hiſpaniam, Angliam, Galliam* egit: multaque egregia facinora deſignavit. Tandem laborum, terrâ marique exantlatorum ſatur; ac quietis & ocii cupidus, ductâ uxore, virgine nobili, ſedem in *Allobrogibus* fixit: ut procul negociis, ſibi ac Muſis viveret. Invitatus autem

Ducit uxorem Agr.

Fit Orator & Advocatus republ. Meteuſis. autem ab inclytâ *Mediomatricum* republ, munus Syndici, Advocati, & Oratoris obivit: arduisque in negociis ſæpè ablegatus, commoda illius diligenter procuravit: id quod vel *oratio ad Senatum Lucenburgicum, pro Dominis Metenſibus* dicta, atteſtatur.

Facit medicinam. Poſtea à publicis muneribus ſe ſubducens, medicinam cum multorum ſalute feliciter exercuit, tùm in urbe *Gebennarum*, tum *Friburgi* Brisgoiæ, & alibi. Inde protractus in *Lugdunenſem Galliam*, inter cætera munera, regiæ matris phyſicùm aliquot annis egit. Verùm nec hîc diu per aulicas calumnias commorari potuit. Itaque primum à Duce *Borboniæ*, deinde etiam à *Mercurino* Cancellario evocatus, *In aulam Burgund. ſe confert.* in Burgundiacam aulam ſe contulit; ubi paulò pòſt duobus illis mortuis, omnes felicitates ipſum defecerunt. Hinc *Inde Mechliniam.* *Mechliniam* cum familiâ conceſſit: ſed cùm nec hîc ab aulâ ſubſidium ullum haberet, in Germaniam ſe ſubduxit; fretus illuſtrisſimi Principis Electoris & Archiepiſcopi Colonienſis, Domini ſui, beneficentiâ; cùm eſſet Cæſaris *Caroli V. Indiciarius* ſeu Hiſtoriographus, & ab Archivis, à Principe *Margarethâ* *Eſt à conſiliis Cæſar.* Cæſaris nomine conſtitutus.

Moritur Agrippa. Hoc in officio dum inter multiplices digladiationes ac difficultates verſatur, vivis eximitur anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo quarto*, ætatis *duodequinquageſimo*, *Gratianopoli* in Delphinatu Galliæ, duûm uxorum maritus nobilium, & liberorum aliquot parens. Diſſimulandùm tamen *De ejus morte Jovii narratio.* hîc non eſt, quod *Jovius* de ejus obitu literis prodidit. Sic * igitur ille: *exceſſit è vita nondum ſenex apud Lugdunum, ignobili & tenebroſo in diverſorio, multis eum tanquam Necromantiæ ſuſpicione infamem execrantibus: quòd cacodæmonem nigri canis ſpecie circumduceret: ita ut cùm propinquâ morte ad pœnitentiam urgeretur, cani collare loreum magicis per clavorum emblemata inſcriptum notis exſolverit, in hæc ſuprema verba iratè prorumpens:* Abi perdita beſtia, quæ me totum perdidiſti.

** In elogiis doctorum virorum.*

Nec unquam familiaris ille canis, ac aſſiduus itinerum omnium comes, & tum morientis domini deſertor, poſtea conſpectus eſt: cùm præcipiti fugæ ſaltu in Ararim ſe immerſiſſe, nec enataſſe ab his, qui vidiſſe aſſerebant, exiſtimetur. Hæc ille.

Contrarium Joan. VVier. Sed *Joannes VVierus* Archiater Clivenſis, magni nominis Medicus, merum id figmentum eſſe * confirmat: cujus verba ipſa majoris fidei causâ placet adſcribere, quæ hæc ſunt: *Occaſione hujus libri Agrippæ aſcripti, ſilentio involvi diutius ob veritatis prærogativam non patiar, quod in diverſis aliquot ſcriptoribus legerim: diabolum formâ canis ad extremum Agrippæ halitum comitem ipſi fuiſſe, & poſtea neſcio quibus modis evanuiſſe. Satis equidem hic mirari nequeo, tantæ exiſtimationis viros tam inſulsè aliquando loqui, ſentire, & ſcribere, ex inaniſſimo vulgi rumore.* *Canis Agrippæ* *Canem hunc nigrum, mediocris ſtaturæ, Gal-*

** lib. 2. de præſtig. dæmon. cap. 5.*

lico nomine Monſieur (quod domi nuncupatum, novi ego ſi quis alius ſ mè, quem nimirum non rarò, ubi ſectarer, loro ex pilis concinnato alli ac verè naturalis erat canis maſcu às famellam ferè colore & reliqua c ſtitutione ſimilem, quam Gallicè ſelle (dominam) appellabat, me pr junxit. Cauſam autem huic falſ dediſſe opinor, partim quòd canem h liter amaret (ut ſunt quorundam mores) oſcularetur plerumque, ali à latere hunc ſibi admoveret in me admodum & in eodem ſimul lecto noctu pateretur, ubi conjugem ſem Bonnæ repudiaſſet anno tricej ſupra ſeſquimilleſimū: velut & in inter ſupellectilem chartaceam, cert perpetuus erat Agrippa, atque ine Agrippæ, & mihi in ſtudiis comm utrumque ſemper jaceret hic canis quod, licet in dicto hypocauſto int continnò deliteſceret meus herus, ne duo vix ſemel prodiret; quicquid diverſis regionibus ageretur, ferè n alii imprudentiores, huic cani ut da adeſſem acceptum ferebant: ſed re ctiſſimis quibusque viris ad illum u ſcribebatur quotidie. Anno ſupra d Lugdunum profectus, capitur à Re ſco, quòd liberiùs nonnihil in ipſi aliàs ſcripſiſſet: ſed quorundam in liberatus Gratianopoli in Delphinat quot menſes in domino obdormiit. Lutetiæ Pariſiorum agebam. Hæc

Hoc equidem inficias non im Agrippam & tum audiſſe, & hodie quibusdam ob libros *de occultâ ph ſive Magiâ:* quos admodum adoleſc bere aggreſſus, provectiori ætate multisque capitibus auctos *Joanni* cenſendos obtulit: tandemque p ras varias excuſos, *Hermanno è C Widæ* Archiepiſcopo Colonienſi & Electori, dedicavit. Clavem tame negocii ſibi amicisque * ſcribit re clavem autem eſſe intellectum.

Magiæ igitur blaſphemæ ac hære ſimulatus & traductus paſſim: excuſ alibi, tum in * *epiſtola ad Senatum C ſem*, ubi inter alia hæc: *offendit iſtos tos aſinos, non philoſophiæ, ſed magiæ balæ, ſuſpitioſum nomen. At ſi memi Picus Mirandulanus & Capnio P jam convicerunt; nullas eſſe ſcientias, de rebus cùm naturalibus, tum cæleſti divinis, etiam de Chriſti divinitat certificent; quàm Magia & Cabala.* præfatione illius abditioris magiæ a rem hæc ſcribit: *Quod ſi quæ repereri vobis non placeant; mittite illa, nec Nam & ego vobis illa non probo: ſed Fateor præterea, magiam ipſam m pervacaneá, & ad oſtentationem cur cere prodigia: ſimul hæc ut vana reli Item multa inſuper Platonicorum cæte*

ilium Philoſophorum placita ſecuti ſu-
bi inſtituto noſtro ſcribendi ſuggere-
umentum : ideò ſi alicubi erratum
quid liberiùs dictum: ignoſcite ado-
noſtræ, qui minor quam adoleſcens hoc
poſui, ut poſſim me excuſare & dicere:
m parvulus, loquebar ut parvulus:
item vir evacuavi ea quæ erant par-
in libro noſtro de vanitate ac incer-
ſcientiarum hunc librum magnâ ex
ractavi. Et in fine: *Quapropter ite-*
c quæſo te, candide lector, ne de præ-
pore editionis iſta libros: ſed veniam
oſæ juventuti, ſi quid forte ſecus, quàm
in iſtis deprehendes. Hactenus A-

dit etiam vehementer tum aliorum,
ıs Auguſti Caroli V. animum *Decla-*
a, ut ipſemet appellat, *Cynyca, de in-*
ine ac vanitate ſcientiarum & arti-
que excellentiâ verbi DEI: & exitio
ximus, nî *Laurentius Campegius*, &
ſium Antiſtes, *Erhardus à Markâ*,
les, æquiori judicio illum ad melio-
ſum & mitiorem ſententiam revocaſ-
ſcripto enim illo, ut rectè *Eraſmus,
t malos & mala: laudat bonos & bona:
e Agrippa in hoc ſcripſiſſe *alicubi di-
tim ut ſegniora ingenia ad defenden-
rum literarum ſtudia excitaret: par-
Monachis concionatoribus arguen-
n omni exercitii genere virorum, non
ſuppeditaret argumenta.
æ ipſi & magnæ fuerunt contentiones
nachis: quorum aliquibus modeſtis
lationibus, aliis amarulentioribus
is reſpondit: alios ſilentio præteriit.
ndis Pontificiorum ita * ſenſit: *Verè*
Chriſtianum eſt ſanctorum vitas dignis
præconiis: ſed mendacia illis conſue-
compertas genealogias comminiſci: hoc
m hiſtrionum opus eſt. At reperiun-
paſſim in iſtis recentioris ætatis mar-
s, atque ſanctorum, ut vocant, legendis,
gioſa mendacia, & digna riſu deliria,
ſtitioſa phantaſmata, & gentiū mytho-
n minus fabuloſa: quæ ſi legant Judæi,
pagani, an non putas ridebunt nos, &
em ſuam noſtra multò meliorem puta-
quæ multò minus habeat fabularum?
n etiam alibi monet: ut ne judiciis
gicis plus tribuat; quàm homini
ıno conveniat.
citiam coluit tum cum aliis, tum cum
ico Epiſcopo Cyremenſi, ſuffraganeo
nſi, cum *Euſtochio Chapuſio* Cæſaris
nglorum Regem Oratore, cum *Joanne*
io tunc Abbate Herbipolenſi; cum
denique *Roterodamo*: nec indignus
do habitus, cui à ſummo Pontifice, ab
tore, à multis Prælatis ac regulis fides
æ haberentur: quem filium & amicum
t: quorum in menſa convivis adſide-
em familiaribus epiſtolis ac publicis
enerarentur.
nium quod attinet, fatetur epiſtola ad
mium, *ab ineunte ætate ſeſe mirabilium*
effectuum, & myſteriis plenarum operationum
curioſum fuiſſe exploratorem: atque Magiam
illam vetuſtam, ſapientumque omnium diſci-
plinam, ab erroribus impietatis vindicare &
reſtituere anniſum eſſe. Hoc etiam * alicubi
videtur haud obſcurè innuere, chryſopæam
ſe exercuiſſe, cùm ſociis fœdere ſibi junctis: ** l. 1. cp. 10. Chymiæ ſtudioſus Agripp.*
ob quàm ſæpiùs apud Principes libertatis ferè
jacturam fecerit: & in carcerem etiam quan-
doque compactus fuerit. Satyricum etiam in
eo ingeniū & amici notarunt: & notatur ho-
diernâ die ejusmodi in vulgus noto dicterio:

INTER DIVOS NULLOS NON CARPIT MOMUS:
INTER HEROAS MONSTRA QUÆQUE INSECTATUR HERCULES: *In cum [illegible] villum.*
INTER DÆMONES REX EREBI PLUTO IRASCITUR OMNIBUS UMBRIS:
INTER PHILOS. RIDET OMNIA DEMOCRIT.
CONTRA DEFLET CUNCTA HERACLITUS:
NESCIT QUÆQUE PYRRHIAS,
ET SCIRE SE PUTAT OMNIA ARISTOTELES:
CONTEMNIT CUNCTA DIOGENES:
NULLIS HIC PARCIT AGRIPPA:
CONTEMNIT,
SCIT, NESCIT, FLET, RIDET, IRASCITUR, INSECTATUR CARPIT OMNIA:
IPSE PHILOSOPHUS, DÆMON, HEROS, DEUS ET OMNIA.

Cæterum ſcripta *Cornelii Agrippæ* duabus partibus, Lugduni apud *Beringos* fratres, ſunt edita: quarum prior continet libros tres. *Scripta Agrippæ.*

De occultâ philoſophiâ Geomanticæ diſciplinæ lecturam, & quæ ab aliis his addita: poſterior *declamationem*, qua docetur nusquam certi quicquam, niſi in Dei eloquiis latere.

Commentaria in artem brevem Raymundi Lullii.

Librum *de triplici ratione cognoſcendi Deū.*

Dehortationem *à Theologiâ gentili.*

Expoſtulationem *cum Joanne Carilineto:*

Declamationem *de nobilitate & præcellentiâ ſexus feminei.*

Item *de ſacramento matrimonii.*

Aliam *de peccato originali.*

De *vitâ monaſticâ.*

De *inventione reliquiarum B. Antonii Eremitæ.*

Regimen ſeu *antidota adverſus peſtem.*

Epiſtolarum libros ſeptem.

Orationes denique *decem*, & *hiſtorialam de duplici coronatione Cæſaris Caroli V.* ad Bonon.

Libellus autem quartus *de occulta philoſophia* ſeu de *ceremoniis magicis*, Agrippæ falsò fuit, Wieri * judicio, attributus. Prodiit enim anno demum *vigeſimo ſeptimo* poſt obitum illius; & nihil niſi ſcopas diſſolutas continet: de quo alii. ** lib. 5. de præſtig. dæmon. cap. 5.*

Deſumta hæc ſunt ex *ſcriptis ipſius Cornelii Agrippæ ſparſim: elogiis doctor. viror. aliis.*

B OTHO

OTHO BRUNFELSIUS.

⊕ 1534. d. 23. Nov.

Patria & pater. Brunsfelſia arx. PAtriam *Otho Brunfelſius* nactus eſt *Moguntiam*, ad Rheni Mœnique confluentem. Pater ei fuit *Joannes à Brunsfels* doliarius, vir probus & gravis. Brunsfelſia autem arx eſt *Comitum à Solms*, non procul Moguntinâ civitate. In ea politioribus literis à puero *Patrem experitur tenaciorem.* imbutus; artiúmque liberalium Magiſter, ut vocant, renunciatus; cum ad ſuperiores diſciplinas animum adjeciſſet: paterque tenacior ac cunctantior in ſuppeditandis ſumtibus eſſet: qui (ut belli gerendi, ita & bonarum literarum addiſcendarum nervi rectè dici *Monaſticen amplectitur.* poſſunt) Collegio *Carthuſianorum* extra pomeria civitatis Moguntinæ ſeſe addixit; ſanctius vitæ inſtitutum procul dubio electurus, ſi ut tunc erant tempora, ſanctius vidiſſet. Eo à propoſito cum nec precibus nec minis patris poſſet avelli: pœnas potuit dediſſe videri: dum in monaſtica vita ſemper valetudinarius vixit.

Deſerit eandem. Annis deinde aliquot elapſis, illuceſcere Germaniæ cepit Dei miſericordiâ, veritas Evangelica. Cujus radiis & ipſe illuſtratus, in ſiniſtro voto mutavit decretum: & monaſterium, cum traditionibus humanis, longùm valere juſſit.

Ludo Argentorati præficitur. Et jam ibi erat; ut concionando illud ipſum Evangelii verbum aliis proponere in animo haberet: niſi vocem ſonoram morbo amiſiſſet. Ibi dum dubitabundus aliquandiu hæret: cuinam vitæ generi ſeſe addiceret: ab Argentoratenſibus juventus ei bonis literis inſtituenda rectè eſt commiſſa.

Eo in officio ſubſecivas horas minimè perdidit: ſed toto illo novennio, quo ſcholæ præfuit, Græcorum Arabumque medicorum *Medicin. excolit.* ſcripta diligentiſſimè evolvit: & ex iisdem non pænitendam ad artis illius ſcientiam ac-*Doctor Medic. renunciatur.* ceſſionem fecit.

Itaque ſub annum *milleſimum, quingenteſimum, trigeſimum*, Baſileæ Doctoratus Medici inſignia eſt adeptus, teſtimonium eruditionis luculentiſſimum. Inde ab Argentoratenſibus *Bernam vocatur.* petiit Magiſtratus Bernenſis, cui Medicus deerat; ut honorifico ſalario eum ad ſe dimitterent. Id ubi impetratum, artem ſuam ita feliciter apud *Bernates* exercuit, ut neſcires, magiſtratui acceptior, an populo gratior eſſet.

Sed, ut nihil in rebus humanis ſtabile, intra *ſeſquiannum*, ut ſcribunt, magno procerum, civium, & maximè ſuorum luctu, fatis *Ubi moritur.* ibi concedit, die *viceſimo tertio* Novembris, anno ſalutis noſtræ, *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo quarto.* Morbus quo laboravit inſolens, & vix Medicis tunc ipſis cognitus fuit, niſi quod linguam nigredo & aduſtio occuparat: unde id genus morbi vernaculè, die Breune / à colore fortaſſis, appellatur.

Ex hoc ergo tandem cum ingenti p
cruciatu exſpiravit.

Sed ne ſibi vixiſſe ſolùm videretur
ritati ſcripta reliquit partim Theologi
tim Medica. De illorum numero ſu

Catecheſis puerorum.

Annotationes in quatuor Evangelia,
Apoſtolorum.

Pandectæ Veteris & Novi Inſtrum
cundum locos communes.

Parænefis de diſciplina & pueror
ſtitutione.

Confutatio Sophiſtices & quæſtionum
ſarum, ex veteribus Theologis.

De ratione decimarum propoſition

De medicis autem inter alia hæc ſu

Catalogus illuſtrium medicorum,
primis medicinæ ſcriptoribus.

Loci communes totius rei medicæ.

De uſu pharmacorum, deque artific
preſſam alvum ciendi.

Jatrion medicamentorum ſimplicium
mnium morborum tam hominum qu
cudum remedia continens libr. 4.

Onomaſticon medicinæ perfectiſſimu
tinens nomina ſtirpium, medicamen
ſimplicium, aliarumque rerum.

Herbarum vivæ icones ad naturæ in
nem expreſſæ.

Prognoſticon ex divinis literis: ubi
Aſtrologiam judiciariam diſſerit.

De reformatione pharmacopoliorum

Non paucos præterea aliorum au
libros correxit & reſtituit, ut *I. Huſ*
pionis, Raſis, Averrois, Laurenii Phyr
rum: quibus laboribus uti benè de poſ
meritus, ita nomen ſibi peperit præc

Plura habet Geſnerus in bibliothec
nos addimus, orto diſſidio inter Eraſ
Huttenum, hoc vita functo, Brunfelſium
tui defenſionem ſuſcepiſſe, ſcripto ad
giam Eraſmi edito.

Exſtat in eum & diſtichon ejusmod

Te nato, defunctafere Medicina re
Pœonii vindex nominis unus era

Et tantum de Brunfelſio *ex ipſius ſc*
Pantal. lib. 3. Proſop. Geſneri bibli
aliis.

EURICIUS CORD

EUricius Cordus, aliàs *Henricus* vel
Urbanus, patria fuit Haſſiacus; n
viculo, cui nomē *Simus* vel *Simeſuſa*: u
Simuſii ſive Simeſuſii cognomentum a
do adſumſit. Non longè abeſt viculus
alio viculo, in quo *Eobanus* natus: ut
fuerit duorum in Haſſia poëtarum patr
rentes habuit ruſticanos quidem, ſed hon
& mediocribus facultatibus; utpote *

Plura prehendentem quàm centum
ra fundum
Fœcundos genitor ſolus aravit a

autem eſt nominatus, quia extremo
matris ſuæ fuerat editus: ut ipſe de ſe
idit:

umnale velut ſero ſub tempore cordum,
timus effata, ſic ego natus eram.
veniens igitur Cordi cognomen habebo,
ii faciant illo poſt mea fata vocer!

mus ipſe fuit inter ſeptem fratres ac
ie ſorores: quibus tamen omnibus ſu-
t. *Euricius* de Henrico fecerat Mutia-

aliis ſcholis Lipſiam venit ſub annum
m ſeptimum, ſupra mille quingentos,
e Camerarii: eoque ſecum attulit
a ſua, quæ ſtudioſis volentibus audire
n explicavit. Ibi eum Camerarius a-
ns primùm vidit, apud ſuum Magiſtrū
m Heltum: cumque caperetur animus
ibus illius eruditis, & audiret poëtam
ri: egregiam rem eſſe ſuſpicari poëti-
it: atque ex eo tum artem ipſam, tum
coluit ac magnifecit.

ordiæ deinde ludum literarium aperuit
: ſuâque induſtriâ Academiam illam
nominibus reddidit celebriorem.
in epiſtolâ quadam Erasmi, anno *deci-*
datâ, enceleusma ad ipſum graviſſi-
elogium vitæ ſcholaſticæ præclarum:
peræ precium viſum eſt adſcribere.
r ad Cordum Erasmus: *quò alacriùs*
in iſto munere, fas memineris, ſecun-
incipes & Epiſcopos neminem magni-
poſſe mereri de Repub. quàm ludi li-
magiſtrum: ſi rudibus adhuc & in
habitum ſequacibus animis, mentem
Chriſto dignam; easq́; literas, quæ ſem-
no cuiq́; placuerunt. Quod ſi me audies,
a ſumes in propagandis optimis diſci-
àm in refellendis harum hoſtibus. Ad
lucem vel ſuâ ſponte evaneſcunt tene-
portenta. Hactenus Eraſmus. Unde
Cordum etiam tum unum fuiſſe de
amicorum Eraſmi, eâ tempeſtate in
mmum: ac conſtat uſum eſſe con-
ſuaviſſimo *Eobani, Camerarii, Mu-*
rciadæ, & aliorum, qui tunc in Thu-
illâ Academiâ effloreſcebant.

a ad medicam artem ſe contulit, &
eſimo primo Italiam comite Sturcia-
: ac Ferrariæ inter alios audivit *Ni-*
eonicenum, jam nonagenarium, atque
Manardum, Medicos: vidit ibidem
Lancilotum, Grammaticum inſignem,
inem ſordidum, deformem, abjectum,
mum. Eruditionem itaque ſuam &
gritatem morumq́; elegantiam, cum
taliâ doctis luculenter probaſſet Cor-
mmâ cum voluntate Medici Ferrari-
o ordini adſcripſerunt, titulos confe-
o *Nicolao Leoniceno*, viro in re medi-
o. Inde * epigrammate quodam ſic
Cordus:

lárum titulum inſignemq́; tiaram;
num id, at eſt majus te tribuiſſe decus.
hil hæc medicâ videt ætas doctius arte;
to laus eſt præmia ferre viro.

Reverſus in patriam Erphordiæ docuit, ad an- *Docet Erphordiæ.*
num uſque *viceſimum ſeptimum*, poſt mille- *Inde Marpurg.*
ſimum quingenteſimum: quo cùm Marpurgi
tenuiora eſſent * ſcholæ, ut fit, initia, ipſe in- ** A Philippo Heſſorum Principe anno 1526. apertæ.*
ter primos primi Rectoris *Joan. Ferrarii* Mon-
tani Amelburgenſis collegas eſt deſignatus,
cum Hermanno Buſchio, aliis. Poſt ſeptenni-
um Marpurgo, ubi invidia premebatur *Bre-*
mam invitatus abiit; ibi quomodo habitus *Ioann. Ferrarius.*
ſit, ipſe his * profitetur:

Excepit placido me pia Brema ſinu. *Bremam abiit Cordus.*
Quæ non vile ſupra mihi pacta ſalaria donum,
Gratuitaque dedit commoda tecta domus. ** Lib. 12. epigram.*
Et quo non ego me dignor, veneratur honore,
Inter primates dans reſidere ſuos. *Ubi moritur.*

Eximitur ibidem rebus humanis, anno Chriſti
trigeſimo quinto, alii octavo, die *viceſimo quar-*
to Decembris, relictâ tum à ſe tum à liberis
egregiâ doctrinæ laude; quæ eſſet immenſa,
ſi filio Valerio abſolvere id, quod uterque in-
ſtituerat, licuiſſet. In Euricium hi ſunt *Jacobi*
Mycilli verſus ad Eobanum:

Occidit Heſſe ſolo tecum prognatus eodem, *In eum Micylli carmen.*
At procul hinc alio Cordus humatus agro:
Ambas qui ſtudio conjunxit Apollinis artes,
Idem ſeu Medicus, ſive Poeta bonus.

Cum eo multis doctis ſingularis uſus neceſſi-
tudinis interceſſit: neque eo quiſquam fuit
magis, vel potiùs vehementiùs ſtudioſus ve-
ritatis, & qui pejus odiſſet mendacia ac vani-
tatem. Erat autē natura aſperior, & paulò im- *Mores Cordi.*
patientior: quæq; diſſimulare nihil ferè, quo
offenderetur, ac ferre poſſet. Quod in cauſa
fuit: ut in aliquorum interdum indignatio-
nem incurreret: à quibus potuiſſet ſublevari:
ſi favorem ipſorum ambiſſet, ac obſequio re-
tinuiſſet. Declaratur id epigrammatis, quæ e-
didit: & alicubi ipſe ita de ſeſe:

Blandiri neſcis, ac verum, Corde, tacere:
Et mirare tuos diſplicuiſſe libros?

Eobanum inprimis junxerat ipſi patria & ſtu-
diorum ſimilitudo poëticorum; quæ etiam
ætate provectiori non dimiſit. Cùm ex Bo- *Cordi & Eobani verſus extemporales.*
ruſſia aliquando reverſus Eobanus, Cordum
extemporali hoc diſticho ſalutaſſet:

Salve, Corde, mei ſalve pars altera cordis,
O mecum patriæ fama futura meæ:

Euricius itidem αὐτοσχεδίως eidem binis ver-
ſibus reſpondit:

O non viſe mihi longis Eobane diebus;
Te tandem incolumi lætor adeſſe pede.

Scripta poſteritati elucubravit inter alia hæc: *Scripta.*
primum *botanologicon* ſive colloquium de her-
bis: quod unà cum Valerii filii annotationi-
bus in Dioſcoridem eſt recuſum.

Deinde *Nicandri Alexipharmaca & theria-*
cen Latinis verſibus Heroicis expreſſit ele-
ganter, utpote poëta induſtrius.

Exſtat ejusdem *judicium de herbis & me-*
dicamentis ſimplicibus; *de abuſu Uroſcopiæ*
concluſiones, earundemque enarrationes ad-
verſus mendaciſſimos errones medicaſtros,
qui imperitam plebeculam vana ſua medica-
tione, miſerè bonis & vita ſpoliant, Latinè &
Germanicè excuſæ.

In ejuſdem operis epiſtolâ dedicatoriâ novam ſtirpium hiſtoriam pollicetur, qua ſuperioris ætatis Medicorum errata detegantur. Exſtant ejus & de *ſudore Anglico*, *de calculo item ac peſte* libelli. *Opera* denique ejus *poëtica* in unum corpus collecta, edita ſunt ab Egenolphianis.

Aſtrologiæ quid tribuend. lib. 11. epigram. Quantum Aſtrologiæ divinatrici tribuerit; ex hoc ad Valerium filium epigrammate eſt videre:

Apta Mathematicas ubi mens adſpirat ad artes,
Laxa tibi ſtudiis frena remitto tuis.
Hoc tamen admonitu, præſcriptis finibus ut te
Contineas, certum conſtituasque modum.
Scire licet, vaga quo ſe volvant ſidera motu;
Quem teneat terra qualibet ora ſitum.
Quæ numeri virtus, quæ vocũ arcana poteſtas,
Et quodcunq; fluens linea duxit opus.
Sed fuge dementum mendax genus aſtrologorum,
Quæque docent vanis frivola ſcripta libris.
Hæc medicis adeò nihil ars habet utile rebus;
Ut conſtet multis ſæpe nocere modis.
Illico delectat, fateor, dulcedine; verùm
Efficit expertes relligione viros.
Hinc quòd ei ſanctâ divina oracula lege
Præcipiant nullam nos adhibere fidem.
Malo quòd indoctus, quàm quod ſis impius: ergo
Diſce ut doctorem confiteare Deum.

Lib. 7. epigr. Medici tres facies. De Medicis, & eorum tunc temporis ſorte, luſit idem hoc epigrammate:

Tres Medicus facies habet; unam, quando rogatur,
Angelicam: mox eſt, cum juvat, ipſe Deus:
Poſt ubi curato poſcit ſua præmia morbo:
Horridus apparet terribilisque Sathan.

Hæc de Cordo patre Camerarius in vitâ Eobani, Micyllus in elegiis, J. Ceorg. Schenck. in bibliis Jatricis, & in primis ſcripta iſtius Cordi.

Flor. circa ann. 1540.

JEREMIAS TRIVERUS BRACHELIUS.

JEremias Triverus Brachelius, vir fuit multiplici præditus eruditione: qui *Lovanii* primarius rei medicæ profeſſor, tantos eâ in ſcientia Progreſſus fecit: ut nemo illum ſuâ ætate vicerit, pauciſſimi æquarint. Teſtantur id doctiſſimi in *Hippocratem*, *Galenum*, & *Cornelium Celſum* commentarii: *Paradoxa* item *variarum diſceptationum* argumenta, à noſtratibus Antverpiæ, & Lugduni à Gallis identidem excuſa: Et quæ ſuo ingenio adinvenit, *diſcepatio de miſſione ſanguinis in pleuritide*, cum comentario devictu ab arthriticis vindicante: *diſceptatio cum Ariſtotele & Galeno*, ſuper naturâ partium ſolidarum, & argumenta aliarum multarum diſceptationum: quibus varia paradoxa, hactenus ambigua vel incognita, aſſeruntur: *oratio* denique ad medicinæ ſtudioſos *de duabus hodie ſectis* ac ipſarum methodo.

Profeſſ. Medic. Lovanii. *Scripta.* *Obitus Triveri.*

Longâ tandem tabe, quam ferè vigiliæ immodicæ adferre ſolent, vir eruditus ante diem extinctus, majorem Pœoniæ ar
tatem attuliſſet; niſi & in libris & lib
omni poſteritate quaſi præſens lo
Reliquit enim filium *Dionyſium*, qui
patris alia evulgavit & evulgaturum
* ſpem fecit. Supereſſe enim dicun
mentarii patris in Galeni libros de d
febrium, de morbis & ſymptomatis,
affectis, de febribus, de criſibus: & P
de ſanitate tuendâ.

Miræus in elogiis: Schenk. in bib latrica.

THEOPHRASTUS PA CELSUS.

CHymiſtæ vocantur, qui vi ignis
heterogenea ſolvere, homoge
agulare norunt; philóſophiæ naturali
diam hominum vitam deducti non u
neris coloni.

Ipſa ars quæ ignis beneficio natu
ctionem æmulatur, in quibusdam et
perat, Chymia, ἀπὸ τῶν χυμῶν, id eſt,
vel ἀπὸ τοῦ χύειν, quod fundere ſignifica
risque appellatur: ſed alii, ut Suidas
drenus χημείαν, incertâ notatione, no
niſi fortè indè; quòd, quia Ægyptu
lingua à ſacedotibus Chemiam vocata
bit Plutarchus: videri poſſit, artem iſt
inde ab *Hermete Triſmegiſto*, ſacer
familiarem, ad perpetuam ortus ſui
riam, Chemiæ, quaſi Ægyptiæ nomen
ſe: quam poſtea Arabes, ab Ægyptii
ptam, exeoluerunt, & unà cum Philo
Græcanica ſenſim Europæo orbi comn
runt, articulo linguæ ſuæ familiari auc
Alchemiam appellantes. Hanc *Theop
Paracelſus*, vir in hoc genere ad mir
uſque excellens, *Spagiricam* nuncupav
inepta, ut videtur, originatione: q
quidem ἐν τοῦ σπᾶν καὶ ἀγείρειν, in extra
ſive ſeparando & congregando ſive
laudo tota occupatur.

Patriam habuit hic *Theophraſtus* Para
ſive ut aliis indigitatur, *Philippus Aurel
Aureolus Theophraſtus* *Paracelſus* dictus
baſt ab Hohenheim, Einſiedelen/ vicum
vetiorum, duobus *Tiguro* milliaribus
tem, natus anno Chriſti *milleſimo*, qu
genteſimo, nonageſimo tertio, ex familia
Paracelſorum. Pater ejus fuit *Wilh*
Licentiatus Medicinæ, natus ex Princip
dam, ſed extra thorum. Habitavit *tr
duos* annos *Villaci*: ubi & obiit anno *t
mo quarto*, die nativitatis Mariæ. Eſt no
mo qui Theophraſtum natum velit anno
leſimo, quadringenteſimo, octogeſimo
die *decimo* Novembris, ipſo meridie,
bus nobilibus familiis ab Hohenheim &
baſt. Patris auxilio primùm, deinde propr
duſtria doctiſſimos viros in *Germania, I
Gallia, Hiſpania*, aliisque Europæ region
nactus eſt Præceptores: quorum libera
ctrina, & potiſſimùm propria inquiſitior

eſſet ingenio acutisſimo ac ferè divino, m profecit: ut multi teſtati ſint; in uni- Philoſophia tam ardua, tam arcana & a eruiſſe mortalium neminem. Quin n, alter velut Euclides aut Plato, ad uſque Ægyptios atque Arabes tranſiit; ſcendi cupiditate aliquot annis apud permanſit.

regrinando igitur ut præſtantisſima que didicit, & abſtruſa multa cognovit: iam multos hinc inde homines gravisſi- deſperatisque morbis liberavit, *lepra*, pe, *podagra*, aliisque inſanabilibus & giosis malis. Fama ergò de ipſo longè ue didita, amplo dominorum *Baſilien-* ſtipendio invitatus, duabus quotidiè tum *activæ* tum *inſpectivæ*, & Phyſi- & Chirurgiæ libros, quorum & ipſe r, ſumma diligentia, magnoque au- um fructu publicè eſt interpretatus: amen illos ex Hippocrate, aut Galeno, ibuslibet emendicando, ſed quos ſum- rum doctrinæ experientia atque labo- ſecutus fuit. Docuit autem præter emiarum morem, vernacula lingua: ltem mixtim, Latinis partim, partim anicis verbis: ut nimirum ab omnibus igeretur. Confirmat hoc inter alios mus; qui, *Theophraſtum*, * inquit, *elſum Baſilienſis Academia medicinæ, a Germanica Profeſſorem habuit: qui in a naturæ viſcera ſic penitus introierit: lorum ſtirpiumque vires & facultates ncredibili ingenii acumine exploraverit viderit; ad morbos omnes vel deſpera- ſ opinione hominum inſanabiles, percu- m: ut cum Theophraſto nata primum ina perfectaque videatur. Tanta Aſcle- fama Romæ in populo militiæ ſtudiis de- ontigit: ut totam veterem medicinam aret, novamque ſectam conderet, qua ino, alias abſtinentia cibi vinique, ione corporis, ambulatione, geſta- morbi omnes curarentur. Itaque a fama excitos Mithridatis Re- gatos & pollicitationes ſpreviſſet; ho- que è funere relatum ſervaſſet: uni- propè hominum genus in ſeſe convertit. raſtus nempe Germanicus, hic Aſcle- fuit: quem Adamus Bodenſteinius Ba- ſcitat: ſicuti totâ Germaniâ plerique ntes Medici.* Hactenus Ramus.

erum oratio, qua uſus hic Theophra- tinè eſt, barbara fuit: & quaſi illo octi etiam homines utebantur: qui re- ddicti ſtudio; verborum curam non ant: quod tunc temporis non ſolùm mania, ſed etiam in Italia, cæteriſque ibus & ſcholis exteris fuit conſuetum. ria autem Theophraſtus adeò fuit fe- integra Galeni loca memoriter & ex- recitarit. Itaque magna primum cum tione, & numeroſa ſectatorum, etiam , qui ſapientiæ & eruditionis medica eximiæ laude erant celebres frequen- profeſſus: atque inter dictandum quandoque, fortè hominum indignatus negligentiam, ſolitus exardeſcere & vociferari.

Cum autem in veterum & Philoſophia & Medicina non pauca deſideraret, aliam viam cùm ad Philoſophandum tum ad Medicinam diſcendam & factitandam oſtendit; non ex hominum opinionibus, ſed ab experientia, & natura rerum ſumtam: cujus certæ dari demonſtrationes posſint. Principia rerum ſtatuit hæc tria: *ſulphur*, *ſalem*, ac *Mercurium*, ſive liquorem; è quibus omnia corpora componantur; & in quæ tandem etiam reſolvantur. Medicinam docuit quatuor ſuffultam columnis; quarum prima ſit *Philoſophia*, ſive *Phyſica*, quæ eſt ſcientia terræ & aquæ, ac omnium, quæ inde gignuntur; ſecunda *Aſtronomia*, quæ ſit cognitio reliquorum duûm elementorum, & omnium cœleſtium; tertia *Alchymia*, quæ demonſtrat omnium corporum compoſitiones & diſſolutiones, laborando ſedulò ad naturæ imitationem; ultima eſt *Virtus*, quæ ipſum Medicum requirit pium in Deum, in homines juſtum, conſtantem, fidum, omniſque boni amantisſimum.

Principia quæ ſtatuerit Paracelſus.

Medicina quatuor columnis ſuffulta.

Erat ſub idem tempus Baſileæ quidam canonicus nobilis Cornelius à Liechtenfels, deploratæ valetudinis. Eum Theophraſtus, pactus precium centum florenorum, quos ultrò offerens numeraturum ſe canonicus pollicebatur; tribus pillulis Laudani ſui, medicamenti genere, quo in extrema tantum necesſitate utebatur, ſaliva ſubacti, feliciter reſtituit. Canonicus tam brevi ſpacio, & quidem re, ut videbatur, exili ſanatus, pactis ſtare noluit; dignus certè, qui longioribus morbi cruciatibus ac doloribus torqueretur. In jus igitur Theophraſtus ambulat; ubi cum ſolita & à magiſtratu ordinata ſolutio decerneretur; Theophraſtus tam vile precium ſuæ arti ſtatui ægrè ferens, importunius in Prætorem eſt invectus; ita ut læſi Magiſtratus pœna metueretur. A quibusdam igitur magnæ authoritatis viris, qui honori ipſius ſtudebant, monitus Theophraſtus ut ſe ſubduceret; in Alſatiam deſcendit, relictis Joanni Oporino, quo quaſi promo condo utebatur, vaſis chymicis. Poſtea extra patriam verſatus, & ad varios adhibitus morbos, inter vivos eſſe deſiit; anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo quadrageſimo primo, die viceſimo quarto Septembris, *Juvaviæ*, quod hodie eſt Salisburgum, in Alpibus Noricis: ætatis ſuæ duodequinquageſimo inchoato, ibidem ſepultus in Noſocomio ad S. Sebaſtianum, ubi ad templi murum erectum ſpectatur, lapidi inſculptum ejusmodi Epitaphium;

Occaſio qua Baſileam reliquit.

In Alſatiam venit Paracelſ.

Moritur.

Juvavia, hodie Saltzburg.

Epitaphium Paracelſi.

CONDITUR HIC PHILIPPUS THEOPHRASTUS, INSIGNIS MEDICINÆ DOCTOR QUI DIRA ILLA VULNERA, LEPRAM, PODAGRAM, HYDROPISIM, ALIAQUE INSANABILIA

 LIA

LIA CORPORIS CONTAGIA MIRIFICA ARTE SUSTULIT, AC BONA SUA IN PAUPERES DISTRIBUENDA COLLOCANDAQUE. * EROGAVIT. ANNO M. D. XLI. DIE XXIIII. SEPTEMBRIS, VITAM CUM MORTE MUTAVIT. LAUS * DEO: PAX VIVIS: REQUIES ÆTERNA SEPULTIS.

** Alii honoravit vel ordinavit.*
* *Alii*: Aurea pax vivis.

Chriſtophorus Manlius Gorlicenſis hoc epigramma in Theophraſti ſcripſit effigiem:

Epigram. in eum Manlii.

Stemmate nobilium genitus PARACELSUS *avorum,*
Quâ vetus Helvetia claret Eremus humo:
Sic oculos, ſic ora tulit, cum plurima longum
Diſcendi ſtudio per loca fecit iter.
Luſtra novem & medium vixit: luſtro ante LUTHERUM,
Poſtque tuos luſtro functus, ERASME, *rogos.*
Aſtra ſVater ſena SepteMbrIs LVCe ſVbIVIt:
Oſſa SaLIsbVrgæ nVnC CineresqVe IaCent.

Scripſit Theophraſtus Latinè, Germanicè, & aliis linguis, ut *Valentinus de Rhetiis*, & *Adamus Bodenſtein*, diſcipuli ejus tradunt, libros *ducentos* & *triginta* in Philoſophiâ, & *quadraginta ſex* in Medicina: *duodecim* de Repub. emendavit: & *ſeptem* in Matheſi, & *tria* opera ſimul uno libro, qui Theophraſtia nuncupatur. *Sexaginta ſex* libros de occultioribus & abſtruſis: quorum primum opus de *Archidoxis* dictum, in quo declarat extractiones & ſeparationes virentum ab invalido. Secundum *Paraſarchum* dictum, in quo de ſummo bono tractat in æternitate. Tertium *Carboantes*, in quo transmutationes declarat in formâ & eſſe.

Scripta Paracelſi. Philoſophica. Medica. Politica. Archidoxa. Paraſarchum. Carboantes

Circumferuntur & alii ejus libri, ſed clanculum: & ſervantur alicubi multa illius Theologica ſcripta & commentaria in complures ſacros libros, tum etiam quædam dogmatica.

Theolog. ſcripta Paracelſ.

Adamus autem ille *Bodenſteinius* non pauca de Germanico in Latinam linguam convertit, fidus & primus interpres: qui haud paulo magiſtro annoſior ætatis hebdomate ſeptima moritur Baſileæ, die trigeſimo primo Martii, anno ſeptuageſimo ſeptimo ſupra milleſ. quingenteſ. *D. Cyperinus Haënus* in Italicam & Gallicam linguam Theophraſtica ſcripta transtulit: *Bebeus Ramdius* autem omnes libros medicos Paracelſi Græcè convertit. *Opus* verò *Chirurgicum* Theophraſtus ipſe edidit, & Ferdinando Imperatori dedicavit anno triceſimo ſexto. Id Adamus à Bodenſtein revidit, & Maximiliano II. inſcripſit, anno ſexageſimo quarto.

Adamus Bodenſtein diſcip. Paracelſi. Cyperinus Haenus, aliis Flenus. Bebeus Ramdus.

Multi huic Paracelſo multum tribuerunt: ejuſque ingenio & induſtriæ: quæ tanta fuit; ut non modò celeriter ſanitatem amiſſam corporibus; ſed etiam metallis imperfectis ſuam perfectionem reddiderit; plumbumque & Mercurium in aurum, ſive ſolem, ut ipſi

Varia variorum de Paracelſo judicia.

loquuntur, converterit. *Gellius* qu
Zemeus elogium de ipſo hoc reliquit:
Germanos, inquit, *nunc vir adoleſcen*
ſtit, cui parem orbis non fert: qui adeò e
lenter in Philoſophia, medica, & math
tica arte, atque de repub. & juſtitia ſc
quod credo aut mira influentia in eo ſit
ralis, aut major S. S. gratia in eo, an
menſa dæmonum exiſtentia. Nam inh
num hoc eſt perſcrutari, quod ipſe vilip
ſaltem; doctiorem me legiſſe memor non
Joſephi autem *Quercetani* Medici ſumm
de Theophraſto fuit judicium; *Hoc qu*
*concedo,** inquit, *quorundam imperito*
ac etiam interdum improborum culpa &
poſturis factum; ut peſſimè audiant Chym
ſed damnari propter abuſum res, præſe
tanta, quantam hanc eſſe ſcio & defendo
fecto nec jure poteſt nec debet. Tot enim
nobis Dei Opt. Max. opera patefecit: tot
dit naturæ arcana: tot antehac ignotas p
macorum præparationes, herbarum der
animantium, mineralium, ac omnium
rerum abditos, & in ipſo naturæ ſinu r
ditos uſus depromit: ut in humanum gen
grati ſint: qui ſepultam illam volunt.
Paracelſum verò quod attinet, equidem
nequaquam propoſui ipſius Theologiæ pat
nium ſuſcipere: neque ipſi in omnibus a
pulari unquam cogitavi, tanquam in
verba juraſſem: ſed præter id teſtimoni
quo Eraſmus illum quibuſdam epiſtolis o
vit, auſim ego dicere & tueri: multa i
penè divinitus in re medica docere, &
nunquam ſatis admirari & prædicare g
poſteritas poſſit; de quibus dabitur alia
ſpero, dicendi locus. Ac iterum: *neque*
quod putes Theophraſtum tot remediorum
auditorum primum & ſolum fuiſſe inve
rem; quorum notitiam ipſemet in ſuis li
fatetur, ſe habuiſſe ex colloquio diverſo
doctiſſimorum tum Philoſophorum, tum
dicorum, Ægyptiorum & Arabum præſer
apud quos ille diſcendi cauſa per aliquota
etiam captivus remanſit: ex quibus tot pu
remediorum ſpolia tandem reportavit:
quidem omnia ſunt depromta partim ex
matum, herbarum, fructuum, florum &
minum extractis veris oleis, & laxant
omnium eſſentiis: quorum etiam plus proſ
gutta, quam tot & drachmæ & unciæ. H
ille. *Joannis* verò *Guintherii Andern*
Medici in Germania clarisſimi *judicium*
hoc: *Tandem ars chemica, difficilimis q*
busque morbis idonea acceſſit: quam olim
obſcuratam; Paracelſus Eremita noſtra te
peſtate rurſus illuſtrare augereque cepit:
autem primus invenit: quod diſcipuli ip
exiſtimant. Si enim Zoſimi, Blami
Olympioduri, Hebes Meſves, aliorum
monumenta legerint, eam ante multas a
tes etiam apud exteros populos in uſu fuiſſe
telligent: id, quod Galenus quoque in co
mentario ad Piſonem teſtatur, ubi ipſi me
camentorum per ignem paratorum uſ
oſtendit commendatque, Sed tamen hoc l

racelſo merito tribuitur, quod eandem
hoc noſtro ſeculo primus in medium
revocarit ampliaritque. Per hanc
aqua, liquores, & ſalia non ſolum ex
s, lignis, radicibus, ſed etiam ex ſuccis
etis, terræ foſſilibus, unionibus, corallis,
ibus precioſis, aliiſque id genus ſolidis
ribus extrahuntur: nec non ſublimes
e ſpiritus, facultates, & quinta eſſen-
iiſdem eliciuntur, atque in peſſimorum
orum, qui aliis non cedunt remediis cu-
ibus, ante illos verè totius corporis tu-
gratia exhibentur. Atque hæc An-
icus.
ter cæteras Theophraſti Medicinas ce-
tur *Laudanum* ejus; quam aliqui lapi-
Philoſophorum fuiſſe exiſtimant: alii
n: ſed utraque opinio eſt falſa. Fuit
Laudanum Theophraſti Medicina lau-
ima, quæ ex rebus, quas orbis habet,
antiſſimis, quæ vitam conſervant, con-
r: & in omnibus morbis efficax eſt, præ-
am in leprâ. Fuit tam præſens, tam ſa-
s, tam mirabilis medicina, & verè pana-
ut de eâ illud dici potuerit, quod Philo
Galenum de theriacâ prædicavit:
α ὅσα σπλάγχνοισιν ἐνίσαται ἄλγεα, παύει,
ῥεμα πρὸς πάσας ἥτε παθῶν ὀδύνας.
Albertus Baſa, Poloniæ regis Medicus,
lia redux, divertiſſet ad Paracelſum, qui
temporis ad S. Viti urbem agebat, cum
ægrotum acceſſit: quem ſupervicturum
s horis affirmabant omnes, ex caſu vir-
& pulſus defectu, laborante etiam pe-
. Ibi Theophraſtus idem affirmabat
ſecundum *Humoriſtarum* artem medi-
ſed facilè reſtitui poſſe ex vera arte,
Deus in natura occultaverit: atque
m illum in craſtinum ad prandium invi-
. Producto igitur quodam deſtillato
guttarum, id in vino illi exhibuit, illi-
e hominem, ita reſtituit: ut ea nocte
ius convaluerit, & ſequenti die compa-
in hoſpitio Theophraſti, ſanus & bene
s, cum ſumma omnium admiratione.
Bavaria nobilis quidam familiæ præci-
, hydrope laboravit. Ad eum Baronis
dam cui nobilis ille chariſſimus, rogatu
ophraſtus inviſit: ſuoque medicamento:
ei ope, ſtatim hydropicum liberavit,
ut aquæ intercutis quaſi rivus in concla-
efflueret. Supervixit ille nobilis hoc
bo liberatus decem adhuc annis. Illud
ndum eſt, quòd rationem conficiendi
Laudani nemini aperuit: ſed tanquam
lare myſterium ſecretò ſemper habuit:
quidem moriturus ulli mortalium ma-
tare voluit. Quidam tamen putant
iptionem ejus non omnes latere: &
atque fuiſſe non paucos, qui Paracelſi
ta intellexerint & intelligant. De ho-
numero fuerint *Adamus* ille *Bodenſtei-*
, *Gerhardus Dorneus, Michael Toxites.*
valdus Grollius, Joannes Huſerus, alii.
æterea de Paracelſo novi medici; refe-
* *Sturmio*, affirmant; illum cujusvis

herbæ, etiam inauditæ atque inviſæ, potuiſſe vires & facultates prædicere: ſi adſpiceret anteà non viſam, etiamſi non attrectaret, anteà non tractatam; aut ſi non maſticaret, anteà non guſtatam. Porrò contra *Theophraſti* novam Medicinam quatuor tomos edidit clariſſimus idemque doctiſſimus Medicus *Thomas Eraſtus*: quibus demonſtrat convelli à Theophraſto veterum Medicorum decreta, & fundamenta, & artis principia, ac Medicinam novam tradi, terminis etiam novis confictis, phraſibus & vocabulis, quibus res ita involvatur, pauci ut ſint, qui ea explicare poſſint, quæ ibi ſub ænigmatum involucris traduntur. Largitur autem Chemiam ipſum non leviter ſolùm & perſunctoriè attigiſſe; ſed prorſus ſtudioſè coluiſſe: ac ſi quid in eo laudabile, hoc fuiſſe, quod pharmacorum quorundam præparationes docuit.

ad Daſypodium. *Paracelſi ἀγχίνοια.* *Paracelſi Adverſarii.*

Huic oppoſuit admonitionem *Gerardus Dorneus* Medicus, qua hortatur illum ad ſcripta Paracelſi diligentiùs examinanda, & animo quàm antea minus perturbato: quo quidem animadvertat; utrum intellexerit ea, quæ tam atroci invectivâ deteſtatus ſit. *Joan. Crato*, affirmat Paracelſum non primùm inveniſſe ſua remedia: ſed in libro quodam ante ducentos tunc annos ſcripto à Monacho reperiſſe.

Alii dicunt *Jacobum Iſaacum Hollandum* lingua vernacula doctiſſimè & modeſtisſimè de mineralibus, animalibus, & vegetantibus ſcripſiſſe: cujus doctrinam Paracelſus ampliarit; etſi nulla ſcriptoris mentione factâ. Ne longum faciam Hippocratis Galenique adſeclæ hanc in ſententiam hodieque eunt: Paracelſum talia reliquiſſe ſcripta, tanta obſcuritate involuta: ut quid velit, aut dicat, vix ſit hac noſtra ætate, qui verè intelligat, tametſi innumeri ferè reperiuntur; qui ſub nomine Medicinæ Thophraſteæ, quàm & hominum & metallorum corpora curare jactant, infinitos homines decipiant, & munctos argento, ac magnificis aureiſque promisſis ineſcatos, ut lupos hiantes, deſtituant.

Jacobus Iſaac. Hollandus. *Abuſus doctrinæ Paracelſicæ.*

Alii ſcripta ejus vendiderunt, cum conditione, ne revenderent: alii ſuppilarunt: alii nothos libros pro veris venditarunt. Ipſe autem Paracelſus acriter admodum exagitat Galeni ſectatores, tantumque non pro titivillitio habet; adeò ut * alicubi in hæc verba prorumpat: *Hoc ſit vobis dictum, ſtultiſſimus pilus occiptii mei* (erat enim revalcaſter) *plus ſcit: quàm vos & omnes veſtri ſcriptores; & calceorum meorum annuli ſunt doctiores, quàm veſter Galenus & Avicenna: & barba mea plus expertta eſt, quàm omnes veſtræ Academiæ: quin & horam ipſam ſentiam, quando ſues vos in luto trahent:* atque alibi ſæpiùs officinas pharmaceuticas vocat *colluviem juſcaiorum.* Atque ut ferè ſemper magnas virtutes magna vitia comitantur; & ſi Platoni fidem habemus, *μεγάλας κακίας, ὥσπερ καὶ ἀρετάς, αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι*, ſummisq; ingeniis una ambitio inſidiatur: idem &

Paracelſi de Galeni cis verba. * *In Paragrano.* *Pharmacopolia Paracelſo quid.* *Magni viri magna & vitia.*

& huic Theophraſto, qui chymicorum remediorum partim communicatione, partim inventione; de re medica præclariùs, quàm multi veterum, meritus eſt, accidit. Nam in hoc plus ſatis ſibi indulſit: quòd paſſim veteres reprehendit & exſibilat omnes, ne Hippocrate quidem, Galeno, & Ariſtotele exceptis. Iis enim loco motis; tot ſeculorum conſenſu, tum in Philoſophia; tum in medicina Principibus, ſe primum ex luce naturæ, non mentis humanæ, Philoſophum; ſe Medicorum primum Monarcham jactitavit.

Quin & dicere ſolitus fuit: *mirari ſe Lutheri & Zwinglii ſcripta tanto applauſu excipi*, ſo es doch eitel Bachanten werck ſey. Wann er anfienge zu ſchreiben / ſo wolle er ſie un den Pabſt erſt recht in die ſchul führen. Cùm Baſileæ doceret, de incantationibus quoque & exorciſmis morborum magicis, agere cepit. Eam rem agere cepit. Eam rem ægrè ferentibus viris doctis atque piis, hæc in verba prorupit: will Gott nit helffen / ſo helffe der Teuffel / imitatione nimirum Maronianæ Junonis:

Flectere ſi nequeo ſuperes, Acheronta movebo.

Azoth Paracelſir. Alii mitiùs interpretantur, ac ſi id locutus eſſet μιμητικῶς, vulgi nempe perſona. In ſcriptis equidem ſuis paſſim adſerit: *Chriſtiano homini, citra pietatis injuriam, dæmonis tanquam latronis, ope, operâ, conſilio uti, divinitus permiſſum.* Sed hæc, & ſimiles, ſcoriæ, à puro metallo ſeparandæ, & ſecundum Apoſtoli præſcriptum; *probanda ſunt omnia: bona tantum retinenda.* Domi, quod Oporinus amanuenſis ejus ſæpè narravit, nunquam niſi potus ad explicanda ſua acceſſit: atque in medio conclavi ad columnam τετυφωμένος adſiſtens, apprehenſo manib. capulo enſis, cujus κοίλωμα hoſpitium præbuit, ut ajunt, ſpiritui familiari, imaginationes aut concepta ſua protulit. Alii illud, *Azoth Paracelſi.* quod in capulo habuit, ab ipſo *Azoth* appellatum, medicinam fuiſſe præſtantiſſimam, aut lapidem philoſophicum putant. Idem Oporinus affirmavit, ſæpè eum vino madidum noctu ſtricto gladio per dimidium horæ ferè cùm larvis depugnare, non abſque metu & periculo ipſius, qui accubabat, amanuenſis, ſolitum: inde hunc ad dictata excipienda excitaſſe: quæ tam expeditè recitarit; ut dæmonum inſtinctu ea ſuggeri dubium non fuerit. Sed Oporino hæc in re quantum tribuendum ſit, candidus lector judicet.

Oporini de Paracelſo relationibus quid tribuendum.

Quantum principio Theophraſtei ingenii noverit, & quantum epiſtolæ cujusdam eum pœnituerit: clam aliis non eſt. Unum hoc eidem Theophraſto non ab uno objicitur & probro datur, quod breviter referemus. In Alſatia propè Colmariam aliquando ad ruſticum, extremè laborantem, vocatus veſperi, propter compotationem cum ruſticis ceptam, in matutinum uſque venire diſtulit. Ingreſſus ædes illius manè ſevero vultu, *ecquid ſumſiſſet cibi aut potus* interrogavit.

Qui adſtabant, *corpore Domini excepto*, n
reſponderunt. Tum Theophraſtus: *E*
inquit, *ſi alium Medicum quæſivit, mea o*
opus non habet: ſeque properè foras pr
puit. Quod ſi ex animo ita ſenſit, quis
impietatem blaſphemam deteſtetur? Sin
tem excuſatione hac uti voluit, ne pr
felicitatis famam, jam morituri exitu
rumperet, ac remedia ſua infamaret:
magis prudens & urbanius fuiſſe vide
quàm ille; qui mortem metuenti æg
κάτθανε καὶ Πάτροκλος, reſpondit, ὅς πε
πολλὸν ἀρείων. Quidam cum hoc grano
interpretantur: ac ſi dixiſſet: *Hem! ſi*
ſacerdotem ad ſe vocavit æger, ſentit ut
ſe non ſupervicturum; ac proinde Med
fruſtra arceſſitur. Denique & vitæ br
tas à nonnemine ipſi exprobratur: ut qu
vitâ longâ ſcripſerit, atque aliis eam p
citus ſit. Verùm hi tales curioſi ſciant, p
cipiò certum cuivis à Deo præſcriptum
vitæ curriculum, & ut cœleſtes ajunt lit
certos Deum unicuique circum dediſſe fi
quos tranſilire nefas ſit. Accedunt
frequentiſſimæ ejus peregrinationes, qu
à teneris adſueverat, ubi victus ratio
mutanda fuit: ut de largiore, quo gav
videtur, potu nihil dicamus. Ad extrem
ſubjicere libet exempla duarum epiſtolar
quarum alteram Paracelſus ad Eraſmum,
teram hic ad Paracelſum ſcripſit: cum mi
in vulgus eæ notæ ſint. Sunt autem ejusmo

Theologorum patrono eximio D. Eraſmo R
rodamo doctiſſimo, ſuoque optimo Theo-
phraſtus Paracelſus.

Quæ mihi ſagax Muſa & Aſtoos tribu
medica, candidè apud me clamans: ſimiliu
judiciorum manifeſtus ſum auctor. Reg
hepatis pharmacis non indiget, nec al
duæ ſpecies indigent laxativis. Medicam
eſt magiſtrale arcanum potius ex re confo
tativa, ſpecifica & melleis abſterſivis, id
conſolidativis. In defectum hepatis
ſentia eſt ſecunda, quæ de pinguedine r
num, medicamina regalia ſunt peritæ laud
Scio corpuſculum Meſuaticas tuum n
poſſe ſufferre colloquintidas, nec aliqu
turbidatum, ſeu minimum de pharmac
ſcio me aptiorem, & in arte mea periti
rem, & ſcio, quæ corpuſculo tuo valeant
vitam longam, quietam, & ſanam: non in
ges vacationibus. Tertius morbus eſt (ut
pertius loquar) quædam materia ſeu ulce
ta putrefactio, ſeu natum phlegma, vel acc
dentale colligatum, vel ſi fex urinæ, vel t
tarum vaſis, vel mucillago de reliquiis è ſpe
mate, vel ſi humor nutriens viſcoſus, vel b
tuminoſus: pinguedo reſoluta, vel quic
quid hujusmodi ſit, quando de potentia ſa
lis (in quo coagulandi vis eſt, coagulabitu
quemadmodum in ſilice, in berillo potiu
ſimilis eſt hæc generatio. Hæc non in te na
ta perſpexi. Sed quicquid judicavi, de m
nera fruſticulata marmorea exiſtente in r
nibus ipſis, judicium feci, ſub nomin
rerum coagulatarum."

[...]i optime Eraſme, mea praxis ſpecifica [...]xcellentiæ placuerit, curo ego ut ha[...] & Medicum & Medicinam. Vale.

THEOPHRASTUS.

Reſponſoria Eraſmi,

Rei medicæ peritiſſimo doctori
Theophraſto Heremitæ,
Eraſmus Roterodamus S.

[...]N eſt abſurdum, Medico, per quem [...]s nobis ſuppeditat ſalutem corporis, [...]æ perpetuam optare ſalutem. Demi[...]unde me tam penitus noris ſemel dun[...]t viſum. Ænigmata tua non ex arte [...]icâ, quam nunquam didici, ſed ex mi[...] ſenſu veriſſima eſſe agnoſco. In regio[...]epatis jam olim ſenſi dolores, nec divi[...] potui, quis eſſet mali fons. Renum pin[...]ines ante compluſres annos in lotio [...]pexi. Tertium quid ſit non ſatis intel[...] tamen videtur eſſe probabile mihi, id [...]ſtare ut dixi. Hiſce diebus aliquot, nec [...]icari vacat, nec ægrotare, nec mori; tot [...]orum laboribus obruor: ſi quid [...]n eſt, quod citra ſolutionem corpo[...] mihi poteſt lenire malum rogo ut [...]munices. Quòd ſi diſtraheris, pau[...]nis verbis ea, quæ plusquam La[...]cè notaſti, fuſius explices, aliaque [...]ribas remedia, quæ dum vacabit, que[...]ſumere. Non poſſum polliceri præ[...]arti tuæ ſtudioque par: certè gratum [...]um polliceor. Frobenium ab inferis [...]aſti, hoc eſt, dimidium mei: ſi me quo[...]eſtitueris, in ſingulis utraque reſtitues. [...]m ſit ea fortuna, quæ te Baſileæ remo[...] Hæc ex tempore ſcripta, vereor ut [...]s legere. Bene vale.

ERASMUS ROTERODAMUS ſuapte manu.

[...]æc de Theophraſto *Germano, ex ora-* [...]*ndreæ Jociſci* de Joanne Oporino: [...]*eri theatro & teſtamento Paracelſi: à* [...]*haele Toxite* edito: *ſcriptis Paracelſi:* [...]*linis Goropii & aliis.*

[G]EORGIUS PYLANDER.

[...]n alii virtute & eruditione præſtantes [...]i prodierunt eo ex oppido Miſniæ, [...]*nis Cygneæ* nomen: tum & hic *Geor-* [...]orman / quod cognomen Græco *Py-* [...]ommutavit, aliorum exemplo. [...]cum ſcientiæ optimarum rerum co[...], ut quisquam alius, duceretur; non [...] Germaniâ viros illo ſeculo doctos [...] verum etiam antiquorum philoſo[...] atque medicorum more, longin[...] regiones iter fecit: Italiam peragra[...] Neapoli medicis inſignibus decoratus

[...]m quod apud * Comicum ille ait: [...] *qualis ſolſtitialis herba fuit*: idem de [...]egio medico accidiſſe dici poteſt. [...]ta enim Roma, Neapoli, Sicilia, dum [...]a omnium eſt expectatione, Medio[...]edio gloriæ curſu morbo corripitur, & ad plures abripitur. Claruit ſub annum *millesimum, quingenteſimum, quadrageſimum ſecundum*, quo Romæ Hippocratem Latinè reddidit: id quod Patavio Georgius Fabricius hoc epigrammate teſtatus eſt. *poarat.*

Quo ſeſe Medico jactabat Græcia tantum; Epigramma in eum Fabr.
Quique ſua magnus dictus in arte DEUS:
Illum nunc opera verſum ſtudioq; Pylandri,
Civem Roma ſuum prædicat Hippocratem.

Idem Pylander, teſte eodem ad Carcheſium Fabricio, aggreſſus fuit ſcribere *Lexicon* ſeu *interpretationem earum vocum, quæ ſunt in Hippocrate obſcura.* Tranſtulit præterea ejusdem libros *de morbis mulierum*: & amici ſtudium ejus atque exercitationem vehementer probarunt, cupiditatem autem edendi nimiam non item. *Scripta Pylandri.*

Meditatus fertur & calculationem univerſalem in ſingulos annos de intercidentibus & indicativis criſibus: item quæ criſes ad bonum, quæ ad malum fiant: ſed hæc & alia præclara præcox mors interrupit. *Petrus Albinus in Chronicis Miſniæ.*

GISBERTUS LONGOLIUS. ⊖ 1543. *menſe Majo. ætat.* 36.

Ultrajecti antiquo & munito Hollandiæ oppido, *Gisbertus Longolius* natus eſt, ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum ſeptimum.* Primis literarum rudimentis in patria feliciter perceptis, in Italiam ſeſe contulit, ibique cum linguarum ſtudio Philoſophiæ ac Medicinæ cognitionem prudenter ſanè conjunxit. Linguæ enim claves ſunt; quæ aditum aperiunt ad omnia omnium adyta ſcientiarum. *Linguarum ſtudium.*

Promerente ergò id ipſius & doctrinâ eruditâ & virtute, ſummis in arte medica honoribus ab Italis ornatus eſt. Verè enim * diſertisſimus ille Romuli nepotum: *ut levitatis eſt, inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari: ſic eſt animi lucem ſplendoremque fugientis, juſtam gloriam, qui eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare.* *Doctor medic. renunciatur.* *Cic. in L. Piſonem.*

In patriam reverſus apud Daventrienſes ludum literarium aliquantiſper magna cum laude rexit, atque in juventute bonis literis ac moribus formanda occupatus fuit: quo quidem cordatorum omnium calculo nihil laborioſius, nihil Reipub. fructuoſius, nihil DEO eſt gratius ac glorioſius. *Daventriæ ludo præeſt Longol.*

Exinde *Coloniam Aggrippinam*, ſive evocatus, ſive loci genio invitatus, venit: ſuoque loco literas cùm Græcas tum Latinas collega J. Cæſario non ſine applauſu docuit: ſimulque medicinam exercendo, fidem & induſtriam omnibus, qui opera ejus uſi, probavit. *Inde Coloniam venit ad ann. 91. ætat.*

Ibi cùm paulò antè operam ſuam Academiæ Roſtochienſi addixiſſet: reverſus Coloniam ut ſupellectilem librariam aveheret, morbo lethali correptus, Euchariſtia ſecundum Chriſti inſtitutionem, ſub utraque, ut loquuntur ſpecie, uſus eſt. Ea de cauſa cùm defuncto ſepulturæ locus in cæmiteriis urbis Coloniæ negaretur: exuviæ corporis ab *Ubi moritur.* *Mortuo ſepultura denegatur.*

Bonnam avehitur. amicis Bonnam deveƈtæ, & pio Eccleſiæ ritu, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo tertio*, die *trigeſimo* maji, conditæ ſunt, tali cum Epitaphio:

Epitaphium eid. poſit.

Hoc tegitur ſaxo Giſberti corpus inane,
Longoliæ gentis qui fuit alter honos.
Dicentem Auſonii vivo Cicerone probaſſent:
Tantus in eloquii flumine ſplendor erat.
Et quæ doctrinæ fontes tenet Attica lingua,
Sic ipſi tanquam patria nota fuit.
Naturæ varios didicit motusque vicesque;
Et quæ fœta homini munera, terra parit.
Calluit & medicam dextreq; exercuit artem,
Ægrotis ſolitus ferre frequenter opem.
Peſtis Agrippina cum graſſaretur in urbe;
Eripuit ſævæ corpora multa neci.
Id meritum grati cives meminere, feruntque,
Ac artem laudant, officiumque viri.
Dotibus his tantis caſtos adjungere mores,
Et ſtuduit verâ mente timere DEUM.
Huic tamen exſtincto, quidam qui templa gubernant,
Jura ſepulturæ ſancta locumq; negant
Non aliquo talem meruit quia crimine pœnam;
Sed quod vera DEI juſſa profeſſus erat.
Sola novi fuit hæc iratis cauſa furoris;
Non Evangelii lumina ferre queunt
Huc igitur Bonnam corpus venerabile Rhenus
Detulit, adverſis officioſus aquis.
Et funus magno gemitu cùm duceret iſthinc,
Dicitur à lacrymis intumuiſſe ſuis.
Sed mens chara DEO, quod ſpe votisque petivit,
Nunc fruitur vultu, maxime Chriſte, tuo.

Amici. Uſus eſt amicitia virorum ſua ætate doctrinæ laude inſignium permultorum: gratusque fuit Melanchthoni, cùm apud *Hermannum* Archiepiſcopum Colonienſem, rem Eccleſiaſticam in meliorem formam redigendi cupidum, ageret, anno quadrageſimo ſecundo. *Scripta.* Inter alia *in Ovidii Metamorphoſin annotationes* ſcripſit, atque *Rhetoricam ad Herennium.*

Plautum item & *Laurentii Vallæ* elegantias *ſcholiis* illuſtravit.

Plutarchi etiam quædam de Græco in Latinum vertit, multaque ejusmodi elucubratus fertur; quibus rem literariam provehere aniſus eſt.

Henric. Pantaleon l. 3. Proſopograph. Chytræus l. 16. Saxon. alii.

☉ 1544.

IOANNES PFEIL.

** Philo fuit eruditis dictus.* Johannem **Pfeilium Dreſdæ in Miſnia* natum accepimus; qui à teneris unguiculis ad phyſicam & artem medicam animum adjungens, Lipſienſi in Academia ſub præceptoribus clarisſimis, inter quos & *Stromerus*, *Stromerus præceptor Pfeilii.* egregium induſtriæ ſpecimen dedit. Exinde in Italiam progreſſus variis in Gymnaſiis per annos compluſculos medicinæ operam navavit: & *Florentiæ* quidem majoris divitisque *Florentino Noſocomio præficitur Pfeil.* Noſocomii curæ ſtipendio certo medicus fuit præfectus. *Lipſiæ me-* In patriam reverſo Lipſiam ibidem medicinæ docendæ, & exe provincia eſt demandata. Non mu in aulam Saxonicam accitus, ut *M* principis illuſtrisſimi corporis curam tamdiu eam egit, donec anno quadra quarto, ſupra ſeſquimilleſimum Lip culi doloribus confectus è vita diſces pultus ibidem ad D. Joannis cum tal phio, auctore Georgio Fabricio:

Poſtquam jubar ſolis reliquit Pfeiliu
Apollo luget: flent boni, Muſæ ſilent
Viget in animis hominum viri virtu
Mens innocentiæ fructum ætheria c

Fuit vir magna auctoritate, & p rerum uſu; utpote à philoſophiâ, arte câ atque Aſtrologorum ſcientiâ præc ſtructus, linguarumque Latinæ & inſigniter doctus, nec poëſeos rudis. primis autem induſtrius fuit, & an inter alia dona egregiè peritus, & ca in morbis quibuscunque cognoſcen deſiderio, ut ſi quisquam alius flagran

Lipſiæ dum vixit, oblatus eſt ei civ diuturno & intolerabili capitis dolor fuit vexatus; ut quietem capere nu poſſet. Adhibitis ergo omnibus, opus eſſe in tali caſu norat, & ſuo etia tu nonnullis comparatis, operam omnem luſit. Æger ergo acerbisſimi ribus ſuperatus, vitam cum morte com vit. Hic Pfeilius bonâ defuncti ami veniâ caput diſſecuit, inque cerebr dem reperit magnitudine & formâ mo jus eſu æger morbum ſe contraxiſſe di colore cinerico: quem deinceps mul ſingulari miraculo oſtendit.

Diſcipuli & auditores hujus inter c fuerunt præcipui, & præſtantes viri, *D ricus Stendlerius* phyſicus Lubec *D. Joannes Sprembergius*, phyſicus m reip. Uratislavienſis; *D. Matthias Co* Cæſ. Majeſt. medicus Viennæ; *D. Wol gus Meurerus*, Philoſophiæ & Me Profeſſor in Academiâ Lipſienſi; *D. Kentman* Medicus Dresdenſis, aliique plures tunc artium & Philoſophiæ giſtri.

Magni Melanchthonis hoc de ipſo f dicium: *Peperit ipſa Miſnia duos in hoc re doctrinæ* (Mathematum) *excellente trum Apianum, & Joannem Pfeil, qu minant amici Philonem: quia propter a ſimam eruditionem conferunt eum ad rem Philonem, de quo dictum fuit:* ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ πλάτων φιλωνίζει: *id ad noſtrum non minus congruit, quam ad Etſi enim non eſt meum de ſummis viris care: tamen exiſtimo eum excelluiſſe tione in tota Philoſophia omnibus, qu eruditio hoc ſeculo celebratur.*

Tantum de hoc Medico D. Joann. man in lib. de calculis, Petrus Albin Chron. Miſniæ, alii.

VA

VALERIUS CORDUS.

uſtrator hic Dioſcoridis; & feliciſſimus dagator herbarum antea ignotarum, na- r *Simeſuſii* in Haſſiâ, anno *decimo quinto*, a *milleſimum*, *quingenteſimum*, die *deci- octava*, Februarii, hora *quarta* pomeri- a. Patrem habuit *Euricium*, virum in- o doctrinaque excellentem, Medicum oëtam inſignem, de quo paulò antè. Hic ; naturæ lex dictat, & præceptum divi- flagitat, filium à teneris tum artibus s, tum moribus probis imbuendum cu- : &, quod apud Ægyptios ſolenne ut in ea, quam ipſe profitebatur, arte, s etiam filii cura atque induſtria elabo- , voluit.

oſolutis itaque primæ adoleſcentiæ ſtu- Academias Germaniæ celebriores ac- ; & *Wittembergæ* quidem, ſub annum *ſimum quingenteſimum*, *undetrigeſi-* , Melanchthonem *Nicandri alexiphar-* explicantem, inter alios *Joanne Crato-* mmilitone, audivit.

rei autem Medicæ inveſtigatione fuit : & non ſolùm ſtudium; ſed *ardorem* dam amoris, *ſine* quo, ut Cicero inquit, *quicquam egregii unquam adſequimur*, e tulit. Et cùm *ſtudium*, ut idem ait, *niendi aliquò nihil proſit*; *niſi illud, quod ò tendas ferat deducatque, cognoris*: la- ſas ſæpè peregrinationes unius ſimplicis camenti inveſtigandi causâ ſuſcepit. rutatus eſt tum omnia loca metallica, puè *Miſniæ* & *Saxoniæ*, herbasque mi- ſtudio inquiſivit, nihil non moleſtiarum rens, ut in exactam modò earum cogni- m perveniret. Itaque & inter varias ationes & profectiones, ut quæ bona meliora redderet, perpetuò veterum iptiones attentè conſideravit; easque, am ungues ſuos, notas ſibi fecit. *Dio- em* in ſcholâ Wittembergenſi *ter* præ- ac poſtremò quidem in gratiam amico- ante iter Italicum. Pervagatus dein- uringiam atque vicina loca, mutavit , quæ excepta antea fuerunt: adeoque *in Dioſcordem commentarios* confecit. no *milleſimo*, *quingenteſimo*, *quadrage- cundo*, in Italiam eſt profectus, adjun- ſitum aliis, tum juvene optimo & do- o *Hieronymo Schreibero* Norico: cu- ligentiæ magnam partem curationum ſultationum *Montani*, quæ exſtant, rei æ ſtudioſi debent, in cujus, poſteà s anno quadrageſimo ſeptimo exſtincti, fellis inſignis calculus, ut αὐτόπται con- unt, fuit repertus. Hoc ergo Comite n ingreſſus, diligentiæ, induſtriæ & aris ſtudii omnia, quæ terra mareque inveſtigandi plurimos teſtes & admira- eliquit: qui atteſtati ſunt, ex rebus pe- erſpectis, & ab omni arbitrio ſejunctis, m ea pronunciaſſe, quibus apud Ita- iros doctos, magnam ſcientiæ opinio- t conſecutus.

Non totum biennium *Patavii* & in vicinis locis vixerat: quando cum *Cornelio Sittardo Colonienſi*, Medicinæ & ſimplicium admodum ſtudioſo, *Nicolao Fridevvald Boruſſo*, ac famulo quodam, iter Romam verſus ingreſſus eſt: non tamen rectâ, ſed per ea loca, quæ ſimplicium feracia, vel apud Plinium legerat Cordus, vel ex aliis audierat; & circa *Florentiam* totum illum tractum convallium percurrit. Inde *Piſas* petit, *Lucam*, *portum Liburnum*, ac in ſummis, ut tempus tunc erat, caloribus, arduos montes, litora, & loca radiis ſolaribus plurimum expoſita perreperat, inſpiciendo & inquirendo herbas, & alia, quibus doctrinæ ſuæ copias augeri poſſe arbitrabatur. *Cornel. Sittardus. Cordus Romam abit.* *In itinere herbas inveſtigat.*

Veſperi in diverſoria ex defatigatione herbarii noſtri delati, quicquid eſculentorum inveniunt, arripiunt. Itaque famulus primùm, poſtea & reliqui febri corripiuntur, ac Cordus quidem graviſſimâ, cujus occaſio hæc fuit. Senis dum in diverſorio è ſtabulo equum ſuum educit, alterius cujusdam peregrini equus calce eum percuſſit, paulò infra femur, & quamvis nihil fractum, nec vulnus propter ocreas factum; dolorem tamen Cordus ſenſit, primumque contra aliorum comitum admonitiones, neglexit. *Febri corripitur. Ejus morbi occaſio.*

Fortè eodem die per loca declivia, pluviis madefacta, iter erat faciendum. Ibi cùm periculum eſſet, ab equorum lapſu, pedites illud viæ confecerunt. Itaque Cordus pedem ictu læſum accendit, & febrem nactus eſt, quæ prima ſtatim acceſſione ita corpus debilitavit, vix ut Romam, bidui aut tridui itinere diſtantem, partim equo, partim mulâ poterit deportari. Quarto vel quinto die poſt, *Schreiberus* ille, fidus hactenus Cordi Achates, ſupervenit, remque in periculo non minimo invenit. Sed cùm & ex colloquiis amicis, & remediorum adhibitione, videretur ad ſanitatem redire Cordus, paroxiſmo etiam quaſi apoplectico penitùs emanente, Schreiberus, comites idoneos nactus, Neapolim medicæ rei gratia, excurrit, cum ſpe amicum brevi reviſendi.

Verùm Cordus, morbo redeunte, tertio poſt abitum illius die, placidè exſpirat, die *viceſima quinta*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo quarto*, ætatis annum agens *undetrigeſimum*. *Obitus Cordi.*

Sepultura magna cum difficultate impetrata à monachis eſt. Nam cùm Romæ juramento obſtricti ſint medici omnes, neminem ſe acceſſuros pluries in morbis periculoſis, quàm bis terve, niſi æger peccata confeſſus Euchariſtiam ſumat, idem Cordo indicarunt & ut faceret, ſuaſerunt. Cordus conſcientiæ ſuæ ratione habita, accerſit ad ſe ſacerdotem, Germanum potiſſimum, & quidem Wormatienſem, hominem indoctum, ſed non malum. Huic peccata in genere confeſſus, abſolutionem petit, &, ſi fieri poſſet, Euchariſtiam *Edictum Pontificis.*

Germani Italis de hæreſi ſuſpecti. ſub utraque ſpecie, ut loquuntur, Sacerdos id ſibi integrum eſſe, ſanctè negat: & ſi faciat, *paratos ſibi carceres & ignes:* cùm jamdudum *Italis omnes Germani de hæreſi ſuſpecti* ſint. Cordus hoc audito acquieſcit, illud in animum revocans: *Crede & manducaſti.* Diſcedit Sacerdos, & adſtantibus piè ægrum confeſſum dicit: verùm metuere ſe, ut ob morbum deglutire hoſtiam poſſit. Paulò poſt revocatus non venit: quòd jam rem ad neſcio *Monachi.* quos Monachos pœnitentiarios delatam audiſſent: qui de more furere, fremere, ac cadaver, nî ante obitum æger communicaret, in Tyberim projecturos minitari. Noſtrates quâ poterant, rem texerunt; & Cordus id quod erat ſubolfaciens, nihil ferè cum quoquam eſt locutus. Tandem cùm in extremis eſſet, ut Monachis aliqua ſatisfieret, feſtinanter quendam, qui ungeret, advocant & exorant: atque ſic tum ſepulturam mortuo, tum *Sepultura Cordi.* ſibi ſecuritatem procurant. Conditum eſt igitur corpus ejus in templo Germanorum, ab *I. Baptiſta & Paulus Heincelii.* *Hadriano* P. P. excitato, quod eſt S. Mariæ de animâ, regione Parionis. Sepulcro amici hoc elogium, juſſu ſumtuve *I. Baptiſtæ & Pauli Heinceliorum*, Patriciorum Auguſtanorum, inſcripſerunt:

VALERIO CORDO SIMESUSIO HESSO, *EURICII FILIO, *MORIBUS, INGENIO, COMITATE PRÆSTANTISSIMO, DOCTORUM OMNIUM ADMIRATIONEM MERITO; QUI NATURÆ OBSCURITATEM ET HERBARUM VIRES ADOLESCENS SENIBUS EXPLICAVIT: CUM EXPLERI COGNOSCENDI CUPIDITATE NON POSSET, PERLUSTRATA GERMANIA ITALIAM ADIIT, VENETIIS IN HONORE HABITUS, ET ROMAM VIX INGRESSUS, *SUBITO MORBO INTER AMICORUM LACRYMAS, NON RECUPERABILI STUDIORUM JACTURA, *OPTIMA ÆTATE EXTINGUITUR, (*ANNO ÆTATIS SUÆ XXIX. HOMINI OPTIME MERITO SOCII GERMANI PIETATIS ERGO POS.) ANNO M. D. XLIV. VII. KALEND. OCTOBRIS.

** Alii addunt, Medici & Poetæ.*
** Alii addunt, Integritate.*
** Alii, crudeliſſima febre.*
** Alii, florente ævo.*
** Quidam hæc incluſa () non habent.*

Ingenio ſupereſt Cordus, mens ipſa recepta eſt
Cœlo, quod terræ eſt, maxima Roma tenet.

Eſt & hoc in ejus obitum epigramma.

Noſcere Pæonias herbas, vireſq; medendi,
Jam natura homini facta noverca negat.
Invidioſa Macri rapuit monimenta vetuſtas:
Nunc etiam Cordum mors violenta tulit.
Hunc exſtinctum igitur, vitæ florentibus annis,
Tam procul à patriâ, crimen Apollo tuum eſt.
Lilia ſic violæque cadunt: abſynthia florent.
Quanta eheu rebus damna parata bonis!
Italia huic tumulum, tribuit Germania vitam:
Qui poterat naſci clarius atq; mori?

Obiit magno cum luctu & dolore
Italorum, qui aderant, magnumque eu
minem fore, ſi ſupervixiſſet, intellexe
Medico & Chirurgo omnia tentanti
Cordum eruditionis nomine amabant,
ſimplicibus ac metallicis quædam ex
cognituros ſperabant.

Graviſſimum autem ſui deſiderium
laribus ac viris doctis in Germaniâ rel
inter quos ut notum charumque luxi
lanchthon: ſed magis deploravit m
ipſius propter erepta Reipub. commo
interceptos fructus, qui potuiſſe ab illo,
contigiſſet diuturnior, percipi vider
Teſtatus id eſt tum aliâs, tum ad Joach
*Camerarii iſtis: *Non dubito te, de Valer*
di interitu cogitantem & de virtute adol
tis, & de matre, & de amicitiâ, quæ tib
patre fuit; valdè conſternatum eſſe. M
quo dicam exerceri fato hoc anno; quo t
cepi vulnera; ut ſæpe gemens illud Ho
cum cogitem;

— * ὡς μοὶ δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεὶ
Sed commonefieri me divinitùs agnoſc
Filium Dei, dominum noſtrum Jeſum Chr
oro: ut & mihi & aliis, ipſum invocan
ærumnas mitiget. Qui cum dixerit: οὐκ ἁ
τις ἁρπάσει αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου: *non ſin*
deleri à furentibus & graſſantibus ſpir
homicidis, Dei hoſtibus. Tot hoc anno,
aliquid obſcuri de plantis aut animantib
gi: venit in mentem Cordi; quem reve
aliquando ſciſcitaturum me, ſolebam d
Nunc illæ ſpes extinctæ ſunt: & res lite
magno detrimento affecta eſt. Hæc ibi
lanchton: nos ad Cordum redimus.

Hic ergo toto vitæ, ſanè brevis, curri
multa naturæ arcana eruit: cognitionem
barum, metallorum, piſcium, monſtrati
terum deſcriptionibus, illuſtravit & a
atque plurimos homo adoleſcens & Ge
nus Italos ſenes, ea tamen virtute præd
ut multi de ſe ἡβάσκω potiùs, quam γηρ
πολλὰ διδασκόμενος, dicere potuerint
divit.

Moribus fuit moderatis temperatiſque
ad omnem vitæ conſuetudinem aptis. In
tantâ vi præditus; ut ubicunque id inte
ret, non natus ad hoc, quod agebat, ſed à
fictus videretur. Præcipuè autem poſſeſſ
artium, ſibi quaſi hereditario à Patre P
& Medico eximio, relictam, augendam
amplificandam putabat. In Poëticis ra
culè ſeſe exercebat: verum laudabile car
ſcribebat.

Scaligeri de eo, ut opinior, hoc eſt jud
um: *Cordi ingenium varium, nec vulg*
cæterum tantum ſibi placens, quantum
hærere velit. Ejus itaq; laudatio, vel vit
ratio aliorum eſt.

Acceſſit ad optimam inſtitutionem i
nium acre, cui nihil inacceſſum eſſet: &
induſtriam incredibilem fidiſſima cuſtos
moria: quâ ita excelluit, ut integras de
ptiones ſingularum rerum, ac diverſorum
ctor

rum, ſecum ubique animo circumferret ac
rimeret, ubi opus eſſet.
Perluſtravit omnem ferè Germaniam, ac
nas Septentrionales regiones: intravit
rentes ſaltûs: ſuperavit editiſſima mon-
juga: demiſit ſe in profundiſſimos ſpe-
ut certius omnia cognoſceret: nec alio-
narrationibus, ut ſæpè accidit, decipere-
Et cùm bona pars medicamentorum ex-
is conſtet: ne illa parum cognita habe-
convertit ſe ab Aquilone ad alteram
di plagam: ubi novus hoſpes omnibus
is gratus: in medio, ut dictum, ſtudio-
curſu, cum ſummo rei medicæ detrimen-
ublatus eſt.
uantum enim ab hoc ingenio ſperandum
it: apparet ex iis, quæ amicorum curâ
os pervenerunt.
iber *de ratione componendorum pharma-
m* omniũ, quæ in uſu ſaltem ſunt, à morte
oris, juſſu Senatus Noribergici, ut præfa-
dictionis priſcæ præ ſe fert, eſt editus: &
ſolùm à Medicis approbatus ac pharma-
is commendatus: ſed etiam crebrò
ermania, & extra eam, cum ſingulari
is laude, recuſus: utpote quo abſolu-
ut emendatius in hoc genere nihil ha-
s divulgatum ſit.
uſdem Cordi ſcripta alia, præſertim bo-
a, quæcunque colligere potuit, ut in
cum ederentur, curavit *Conradus Geſne-*
ut ſunt *Commentarii in Diſcoridem,*
aliter conſcripti: quàm priùs erant edi-
ſtoria ſtirpium libri * quatuor poſthumi,
onibus & brevisſimis annotationibus;
, quæ rerum *foſſilium* in Germaniâ, *me-*
m, lapidum, & ſtirpium aliquot rararum
am brevisſimè perſequitur: liber de
ioſis extractionibus.
uatilium icones, quas in Italiâ pingi Cor-
ffabrè curarat, Geſnerus ad ſe * trans-
profitetur. Latet etiamnum *liber ſextus*
æ ſtirpium autographus: eſtque in ejus
n elegia ad *D. Hieronymum Schreiberũ,*
is Crucigeri C. F. ejusmodi:

ia de Cordi miſerando funere verba
legi, gelidas imbre rigante genas.
uantum licuit fatis, quantumq; deabus,
dula quæ rigido pollice fila metunt!
n animi vis ingenioſa moratur:
gua nec eloquio luxuriante potens.
ecium ipſa ſui virtus, non temporis acti,
ejacet hoc ævo penè ſepulta, fides.
etas, cæli qua præmia pulcra meretur:
movet in ſuperos ambitioſus amor.
ovet ingenuas didiciſſe fideliter artes;
movet Aoniis invigilaſſe choris.
Pæonias animo penetraſſe per artes;
avidi flectit jura ſevera dei.
t indignâ ſic Heſſus morte peremtus:
tuum ſine te nomen, Eraſme, viget.
lios memorẽ, quorum me turba fatigat:
tuus occubuit te ſine, Corde, pater.
ile eſt illum pueros fleviſſe ſenesq;:
validus medico virq; puerque fuit.

Nec tamẽ umbriferi fauces explentur Averni;
Et queritur, factum funeris eſſe parum.
Jam ſuperos onerans placidis Germania votis,
Plena fuit reditus ſpeq; & amore tui.
Te quoq; jam Pallas vulgo ſecreverat antè,
E medio rapiens ſerta Helicone tibi:
Ille Dioſcoridem te dixerat, ille Galenum,
Pieriam ſupra notus erasq; chelyn.
In medio curſu rerum, medioq; paratu,
Raptus ad æthereas diceris iſſe domos.
Dumq; tuum plorat, juvenis doctiſſime, caſum
Roma, Deo reddis pectora, corpus humo.
Per mare ſic rutilas pinus latura cohortes,
Ante diem rapido fulmine mota cadit.
Florida magnifici ſic in ſpem nata triumphi,
Ante diem laurus falce reſecta cadit.
Ergo dolet functum meritò Germania Cordum,
A quo grande fuit quondam habitura decus.
Phœbeo radians olim ſublimis honore,
Ornaſſet patriam, viveret ille, ſuam.
Quæ ſubitò raptum mœrens velut unica natũ,
Volvitur indigno pulverulenta ſitu.
Sed quia diis aliter viſum, mala tanta fera-(*mus*
Leniter, & timidâ voce rogemus opem.
Ille quidem Chriſti felix amplectitur ulnas;
At nos ærumnis obvia turba ſumus.
Ille quatit pedibus Stygiæ fera monſtra paludis:
Circuit, ut rapido nos voret ore, Sathan
Ille procul ſcelerum ſordes labemque reliquit:
Nos ſumus in vitium cerea turba nimis.
Juſtitiæ ille tulit redimitam flore coronam:
Sæpe premit noſtrum dira procella caput.
Si libet hoc igitur tumulo breve carmen habeto,
Poſſit ut à docta poſteritate legi:

Cordus in hac tegitur juvenis celeberrimus urna,
Natus ad ingenuas Pieridumque moras:
Pæoniis voluit cui vitam reddere ſuccis
Phœbus: nĩ medicam mors repuliſſet opem.
Nectareo Charites ſparſerunt flumine membra,
Unde ſitim in vivis ſæpe levabat agens.
Jam penitus vires herbarum novit & artes:
De quibus hic ratio, cur dubitaret, erat.
Vinceret ingeniis Germania, vicit ut armis:
Si Cordo ſimilem rurſus adepta foret.

Has pius Aoniis lacrymas è fontibus hauſit,
Qui teritur lacrymis egrediturq; dolor.
Accipe non juſto properatum tempore carmen,
Quale nec extremos convenit ante rogos.
Velle ſed in magnis, licet hic manus ultima deſit,
Interdum meriti pondus & inſtar habet.
Quòd petis, ut populi ſcriptum poliamus ad ora:
Non ita ſe facilem præſtat Apollo mihi.
Non ideò debet committere carbaſa Ponto,
Si qua per exiguas cymba natavit aquas.
Nec ratio eſt eadem magnas volitare per urbes,
Et tua te ſolo judice ſcripta legi.
Tu magis hoc ſocio debes juvenilibus annis,
Cui longè uberiùs culta Thalia fuit.
Et mihi ſi qua fuit, (quod neſcio) vena poëtæ,
Ignavo periit ſqualida penè ſitu.
Quod ſupereſt addo placidam de more ſalutem,
Et reduci eveniant mollia fata precor.

 Vale,

Vale, prid. nonas Januarias, Anno 1545.

Tantum de hoc Cordo ex *ſcriptis* ipſius *Cordi, & epiſtolis illis præfixis à D. Conrado Geſnero, Joanne Cratone* : item *ex epiſtolâ Hieron. Schreiberi ad D. Wolfgangum Lipſenſem, aliis.*

---

† 1547. d....

GEORGIUS STURCIUS, vel STURCIADES.

Georgius *Sturcius*, Camerario dictus *Sturciades*, Eobano ut & Euricio Cordo, *Opercus* in quibusdam epiſtolis & carminibus: natus eſt in Miſniâ, & quantum conjecturâ ex epiſtolâ quadam Eobani conſequi poſſumus, in *monte Annæo*, oppido argentifodinis noto. Hic cùm ingenio polleret, atq; in re eſſet auctâ & lautâ, feliciter ad ſtudia literarum incubuit, atque anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo primo* Erphordiæ cum *Joachimo Camerario*, & aliis competitoribus ab *Eobano Heſſo* artium optimarum Magiſter eſt renunciatus.

Mons Annæ, patria Sturcii.

Creatur Magiſter Sturc.

Abit in Italiam.

Poſteà in Italiam rediit abducto ſecum *Euricio Cordo*; qui adjutus à Sturciade auctoritate publicâ ibidem medicinæ inſignibus fuit ornatus. Ex Italiâ reverſus, ſedem & domicilium fixit *Erphordiæ*, ædibus quas ſocer Eobani incoluerat coemtis, ibique & medicinam faciendo & alios docendo, operam multis navavit utilem. Magiſtratum item ſcholaſticum quem rectoratum vocamus, cum laude geſſit: utque ſtudiorum ruinam ſarciret diligenter allaboravit. Fuit enim eo tempore & ſcholæ & Reipub. Erphordianæ varia facies: ac videbantur Muſæ in exilium, atque omnia peſſum itura: adeò ut Euricius Cordus, qui ſub id tempus ibidem agebat, alicubi ad Joannem Draconem ſcribat: *Schola noſtra concidit: tanta ſcholaſticorum hîc eſt licentia, ut in nullis caſtris ſit major militum.*

Sedem figit Erphordiæ

Ubi & docet.

Stat9 Reip. & Acad. Erphord.

Inde abit Sturcius.

Anno igitur *viceſimo quinto* Sturciades cum familiâ abiit, offenſus civilibus diſcordiis, ac publicis tumultibus, rebus etiam ſcholæ ſemper in deterius vergentibus, in montem Annæ, inde in valles Joachimicas: ubi magnis impenſis Myropolium * inſtituit in plurimorum hominum uſum. Rediit tamen Erphordiam, ibique deceſſit morte non quidem præmaturâ; ſed Reipub. intempeſtivâ & luctuoſâ, anno non modò ipſi, ſed Germaniæ toti fatali, *quadrageſimo ſeptimo*: cùm in confuſione omnium ſolus ſuâ diligentiâ, ſtudio, induſtriâ, & eccleſiaſticam rem & ſcholaſticam ſuſtinuiſſet, unâ cum *Joanne Lango* Theologo, in familiâ Auguſtinianâ.

**An. 1526. P. Albin. primò Phyſicum; egiſſe ibi vult: poſt abiiſſe 1527. ſuccedente Agricola.*

Redit Erphord. ubi moritur.

Joan. Lang. Theologus.

Scripta.

Scriptorum quod ad poſteritatem reliquerit, nihil dum inaudiimus, præter σχήματα *febrium*, Erphordiæ anno *viceſimo quarto* excuſa: quæ à *I. Georgio Schenckio* in bibliothecâ medicâ recenſentur.

Virtutes Sturcii.

Liberalitas in Eobanum.

Fuit autem Sturciades Medicus omni laude dignus, candidiſſimis moribus, fautor ac promotor literarum eximius. Ipſe n. Eobani rem tenuem & inopiam, cùm *triginta* aliquando *florenis* Erphordiæ cogeretur anno integ[ro] cum uxore, famula & tribus liberis ſuſt[enta]re, ſua copia liberaliter ſublevavit: im[o ſo]lus ferè Sturciades Eobanum Erphordiæ, multis adverſis conflictatum, retinuit, a[d an]num usque viceſimum ſextum. Idem animadverteret Eobanum gaudere & [ex]citari bono vino ad fundendum car[men,] eo liberaliter communicato, illum in[...]vit, ut pſalmos eo carminis genere, [qui] etiamnum exſtant, è fontibus Latinè [...]teret. Quoties enim pſalmum unum à ſe [...]ditum & illuſtratum verſibus attulit, [...] colloquioque ſuavi & aliis humanitatis [offi]ciis à Sturcio eſt exceptus. Medicus i[...] fuit ea memoria celeberrimus; cui Deu[s ...] tulit larga, quod ſatis eſt, manu: unde & [Eo]banus alicubi ad ipſum:

Divitiis flores, &, quæ feciſſe beatum
Virtutes poſſunt, quaslibet unus hab[es].

Amicitia ejus ævi virorum præſtantisſim[orum] eſt uſus, *Melanchthonis, Mutiani, Cordi, [Eo]bani*, & inprimis *Camerarii*; quem i[...] complexus, ut à natura ipſa eos copula[...] pareret. Adfuit *Luthero* anno *trigeſimo* [...]*mo*, in gravi periculoſóque morbo, cù[m] ejus vita penè deſperaretur. Idem, cùm [...] *quadrageſimo Melanchthon* ad *conve[ntum]* Haganoæ ad Rhenum indictum profect[us ...] in itinere *Vimariæ* in graviſſimum inci[dit] morbum; Erphordia Sturcius evocatus, q[uem] ille & diligebat & magnifaciebat, ſtudio, [...] & induſtria, ſecundum Deum, valetudini [...] reſtituit.

Exſtat in epiſtolis Eobani * elegia prop[emp]tica ad Sturcium ſeu Opercum, ſcripta [...] cum in Italiam cum Euricio Cordo ab[iret], qua narratiunculam hanc claudimus. [...] igitur Eobanus;

Gratulor incolumem tibi vitam, dulcis Op[erce,]
Hoc tibi tam longè vivere dulce quero[r.]
Præcipuè necdum portum tenuiſſe petitum,
Et tua adhuc dubio currere vela mari.
Hoc ego fortunâ timui variante futurum,
Quo ruere in præceps tempore cuncta v[idi.]
Quo bello Europam varioq; ardere tumult[u,]
Præcipuè loca, quæ tunc aditurus eras.
Ipſum penè rapi quo tempore conſpicis orbe[m,]
In ſtudia, heu aliquem vix habitura m[...]
Non tamen illa animi virtus generoſa fefe[llit,]
Quæ tibi fortunâ contigit uberior.
Laudo animum, rebus natum melioribus, [...]
Audentem ætheriâ credere ſtirpe ſatum[...]
Incauti tamen eſt, in aperta pericula ferr[i,]
Qualibus ii ſuperant ſecula priſca dies.
Jam tibi tranquillam ſedem fortuna locab[at,]
Jam poteras partis rebus honore frui.
Nec tibi divitiæ, virtutum præmia, deeran[t,]
Larga tibi juſtas copia fudit opes.
Cum variis multas vidiſti moribus urbes.
Inque tuo ſedit Pallas amata ſinu.
Inclyta te dignas Erphordia præbuit ædes,
Nempe loco patriæ jam fuit illa tibi.
Ambibas titulos majoraq; præmia famæ:
Res eſt pulchra quidem, dignaq; laude ve[...]

C

tamē hanc per tot terrarum emenſa petebas
Millia, cùm poſſes emeruiſſe domi?
Ira tot eximias Germania poſſidet urbes,
Quæ ſuperent ipſas Palladis arte ſcholas.
ſcio quam placuit meliore inviſere gentem,
Dii rogo fortunent hoc tibi propoſitum!
itò de Veneto ſolvat tum littore puppis,
Ut redeas tutò, dum tibi fortè licet,
ecum ſolita Cordum pietate reducas,
onſortem patrii nominis atq; lyræ.
c mihi præcipuè multa venerare ſalute,
Et memorem charæ conjugis eſſe jube.
ite deliciæ noſtræ, vos ille reducat
Qui ſolus pura virgine natus homo eſt!

thæus Dreſſerus hoc eum ornavit elogio ſſimo: *Suam* (inquit) *profeſſionem egre-xornavit D. Sturcius: cujus domus tan-n commune hoſpitium omnibus doctis pa-: fuitque tantus in illo viro amor renā-tis literaturæ Græcæ & Latinæ, omniumq; rum artium: ut nihil prætermitteret, ad augendam ornadamq; rem literariam nere videretur.* Michaël deniq; Barthus in deſcriptione Annæbergæ hiſce carmi-s meminit: unde colligas eum & in Galli-Hiſpaniis, & in Italiâ vixiſſe:

Struciaden ————
nnæberga ſuum meritò inclyta jactat a-lumnum.
rte Machaoniâ fuit is tibi notus Hiera,
t tibi Arar, Betisque tibi, tibi maximè Tybris:
nunc Heſſe tuo verſu celebratus in orbe:
vit poſt cineres etiam, poſt invida fata.

Tantum de hoc Sturcio: ex vita Eobani elanchr. à Camerar. deſcripta: Matthæi ſeri orat. de vitâ Hieronymi VVolfii: ni epiſtolis, aliis.

GUSTINUS SCHURFIUS.

hurfiorum familiam antiquam eſſe in Hel-etiâ; tum aliis teſtimoniis planum eſt; nter alia docet etiam hoc; quod in ſy-Conſtantienſi anno *milleſimo, quadrin-ſimo decimo quarto*, celebrarā; mentio fit dam D. Schurfii, qui inter delectos Ger-cæ nationis ad præcipuas illo tempore erationes adhibitus. Ex eâ familiâ pro-*Auguſtinus Schurfius*, natus patre Medico pido *S. Galli* Helvetiorum. Hujus no-& fratris *Hieronymi*, Juriſconſulti, cele-iit, ſuperiori ſeculo eſfloreſcentibus bo-eris, in Saxoniâ, & aliis regionibus. ctor Medicinæ hic Schurfins renuncia-t Wittenbergæ, anno ſalutis humanæ *ſeſquimilleſimū, vigeſimo primo*, Decano *de Burchardis* Ingolſtadienſi, uno è pri-Academiâ VVittembergenſi Profeſſo-: cujus commentaria exſtant in parvam am Hippocratis, quæ ſexti Epidemiorum ſt; brevia illa quidem, ſed erudita, & pondere ampla. Inſcripta ſunt Frideri-ctori anno Chriſti milleſimo quingen-teſimo octavo. Philippus Melanchthon, qui recens tum eam in Academiam ad docendas Græcas literas acceſſerat, tum ſolutâ oratio-ne in veſtibulo ea lectori commendavit, tum carmine Phalæcio egregio.

Schurſius ad docendam eâ in ſchola me-dicinam vocatus, ſingularem diligentiam & induſtriam in juvando ſtudio medico demon-ſtravit; tum inprimis in Anatomicis promo-vendis. Ea n. artificioſa corporum humano-rum diſſecandorum ratio medicinæ admo-dum neceſſaria & utilis, diu in omnibus ferè Germaniæ ſcholis neglecta jacuerat. Galeni-ca enim nimis latè fuſa ac diſperſa erant, & ad beſtiarum corpora magis accomodata. *Mun-dini* verò, quæ in manibus tunc erant, ſcripta, & in ea *Jacobi Carpi* & *Alexandri Achillini*, Bononienſium annotata, temporis injuriâ manca erant & obſcura; alicubi & à veritate aliena. In illis igitur tenebris deſtitutus ne-ceſſariis adminiculis Schurfius; manum operi tamen admovit; & anno viceſimo ſexto ſe-culi decimi quinti menſe Julio, anatomen capitis humani publicam inſtituit; cum per temporis incommoditatem ulterius progredi non liceret; eamque cum ſpectantium omni-um ſtudio & approbatione abſolvit. Nec du-bium eſt, quin commodioribus aliis tempo-ribus plura in hoc genere dederit. *Docet VVittembergæ Schurfius, Anatomiæ ſtudioſus.*

Ex ſchola iſthac medica prodierunt viri doctrina & honoribus aucti non pauci: *Ge-orgius Schurziades*, cui, ut modò dictum, ſub tempus illud renaſcentis literaturæ amicitia præcipua fuit cum *Eobano Heſſo*, *Joachimo Camerario*, *Euricio Cordo*, *Antonio Nigro*, omnibus viris eximiis: *Joannes Machenbu-chius*, cujus compoſitiones quædam medicæ, & antidota uſu comprobata habentur paſſim in officinis Pharmacopæorum Germaniæ: *Janus Cornarius*, cujus interpretationes & ſcri-pta exſtant, de quibus in vita ejus: *Henricus* item *Stackmanus*, Medicinæ VVitembergæ Profeſſor: *Conradus Pirckheimerus*, agnatus * *Bilibaldi* illius, viri celeberrimi; & alii. *Diſcipuli ejus.* *Magobuchus.* ** De quo in Iā. Germ.*

Non multa autem edidit Scurfius: ſed mul-tis annis medicinam in celeberrima illa Aca-demia docuit; & exercuit magno cum fru-ctu diſcentium. Exſtat *diſputatio* ejus *de peſte*: ſcripſit & libellum, utilem omnibus ſtudioſis, continentem *primas materias, quæ in doctri-na medica traduntur*: qui liber publicè in Academia VVittembergenſi diſcentibus fuit dictatus & explicatus. *Scripta Schurfii.*

Initio anni ſupra *ſeſquimilleſimum quadra-geſimi octavi*, cùm *Mauritius* Saxoniæ Elector, Heros ille magnanimus, collapſa penè bello Smalcaldico doctrinarum ſtudia VVitem-bergæ inſtauraſſet, medicis item ſtipendia majora decreviſſet, Schurfius menſe Majo piè & placidè ex hac vita deceſſit, completo ætatis anno *quinquageſimo tertio*, & quatuor inſuper menſibus: in quo ipſo longè inferior fuit fratre *Hieronymo*, qui *ſeptuageſimum ter-tium* ætatis annum ſuperavit. Fuit verè *vir multis aliis præſtantior unus*; cujus felicem medicationem experti ſunt multi. *Obitus ejusdem.* *Hieron. Schurf. frat. de eo in JC. German.*

Luxe-

Virtutes. Luxerunt & aliæ in ipſo virtutes, agnitio & timor Dei, juſtitia in omni officio, prudentia in gubernatione domeſticâ & publicâ. Mirifica itidem ejus fuit in docendo dexteritas: ut de eo dici verè potuerit, quod *Plato de Lyſia: philoſophiam ipſius naturæ inſitam fuiſſe.* *Platon. de Lyſia. dict.*

Hæc de Schurfio noſtro ex *orat ſeculari Acad. Wittemb. & tom* I. *programm. Wittembergicorum.*

⊖ 1550. d. 23. Febr.

ALBANUS THORINUS.

Vitodurum. PRodiit *Albanus Thorinus* ex *Vitoduro* Helvetiæ oppido, vernaculè **Winterthür** dicto, natus ſub annum *undenonageſimum* poſt *milleſimum quadringenteſimum.* Jactis literarum & artium in patriâ fundamentis Baſileenſem in Academiam venit: ibiq; Philoſophiæ, juxtà & Græcæ, Latinæque linguæ plurimum operæ dedit, eosq; fecit progreſſus, ut eruditionis teſtimonio publico, quod Magiſterii vocamus, de unanimi ordinis Philoſophici calculo, fuerit ornatus. Poſteà exercendi ingenii viriumque periclitandarum causâ aliquantiſper *ſcholæ Petrinæ* ibidem præfuit, & juventutem prima artium humaniorum rudimenta fideliter docuit. *Docet Baſileæ in ludo Petrino.*

Verùm cùm ad altiora animus generoſus adſpiraret, viſum eſt faciendum, quoquo modo poſſet, ut in Galliam profectus, ad Medicinæ, artis communi vitæ utiliſſimæ & maximè neceſſariæ, ſtudium omnem ſuam induſtriam conferret. Id quod tanto fecit cum ſucceſſu, ut ſummis divinæ illis ſcientiæ inſignibus, doctoris axiomate, meritò donatus in patriam fuerit reverſus. Quamobrem virtute & erudita doctrina promeruit, ut à Superioribus Academiæ Baſilienſis in numerum Profeſſorum medicinæ fuerit allectus. Quam ipſe Spartam pro virili ornavit; tum Galeni atque Hippocratis dogmata publicè explicando; tum medicinam & in urbe & in vicinia feliciter faciundo. *Confert ſe in Galliam.* *Inde reverſus cooptatur in numerum prof. Medic. Baſil.*

Inter iſtos officii labores continuos morbo longiore correptus, tandem mortalitatem exuit, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo nono*, ut vult Pantaleon, ut alii *quinquageſimo*, die *viceſimo tertio* Februarii, ibidem nempe Baſileæ ſepultus. *Moritur.*

Scripta ejus. In lucem edidit *Soranum Epheſium, Oribaſium, Plinium, Apuleium & Antonium Mutam* de betonia. Idem *P. Æginetæ* libros primus è Græco Latinos fecit, cum annotationibus, per quas translationis ſuæ rationem reddit: idque in epiſtola apologetica ad *J. Guinterium Andernacum* multis argumentis probat. Interpretatus eſt & *Philareti* librum *de pulſibus* & *Theophili de urinis.* Item *Polypi* illuſtris medici, Hippocratis quondam diſcipuli, opuſcula Græca, cum Hippocratis operibus impreſſa. *C. Apitii de re culinaria* libros *decem*, partim ſuo Matre, partim ad vetuſtum exemplar caſtigatos, edidit.

Dioclis Cariſtii de tuendâ ſanitate, & [...] tigonum regem libellum aureum, & *A*[...] *ti diaconi de officio regis* ad Juſtinianum [...] rem libellum, è Græco convertit. *Joann*[...] *maſceni* medici de exquiſita febrium cu[...] ne compendioſum *diegema*, & *aphor*[...] ejusdem, ex barbara translatione elega[...] paraphraſi illuſtravit. Interpretatus eſt [...] *phanii Epiſcopi Cypri* de prophetarum [...] interitu commentarium: item *Chryſolor*[...] tomen Grammatices; & libros *Alex*[...] *Tralliani.* Paulò ante mortem Latinitate [...] vit *Philothei* medici commentarios apl[...] mos Hippocratis.

Hæc de Thorino *Henricus Panth*[...] *lib.* 3. *Proſopogr. Geſnerus & Schenck.* [...] *bliothecis.*

JOACHIMUS VADIANU[...]

ANNO Chriſti *ſexcenteſimo triceſi*[...] Hibernia, vel ut alii, Scotiâ, in Ge[...] niam venit quidam *Gallus* nomine. Is in [...] *Alemanicâ* cellam, ſanctimoniæ ergò, [...] bitavit: ubi poſtmodum à diſcipulis ſuis [...] ſtrum conditum, deque ipſius nomine a[...] latum fuit. Tandem ibidem ex hum[...] caſis initium ſumſit oppidum *Sangal*[...] in quo familia honeſtiſſima & non uno [...] de Repub. Sangallenſi benè merita, na[...] *Joachimus* **von Watt**/*Vadianus* poſteà d[...] anno Chriſti, *milleſimo, quadringenti*[...] *octogeſimo quarto*, die *vigeſimo nono* No[...] parente *Leonhardo*, ſenatorii ordinis, pr[...] ti ſolertique viro; matre *Magdalenâ*, e[...] obſcuro *Talmannorum* genere prognat[...] jus frater fuit *Antonius Talmannus*, Juris [...] usque Doctor.

Parens cùm eſſet artium ac diſciplina[...] beralium amantisſimus: filium hunc, [...] mum fari cepit, literarum ſtudiis manci[...] Habuit ea tempeſtate Sangallum ludi lit[...] Præceptorem *Simonem* quendam, imm[...] ſeveritatis virum; ſed non indoctum. [...] Magiſtro Vadianus prima didicit literar[...] lementa; Præceptorumque Grammatic[...] jecit fundamenta. Accesſit præterea d[...] ſticæ diſciplinæ, quæ in formandis puer[...] moribus plurimum momenti habet, ac[...] inſtitutio: & in utroque parente religio[...] mæ ac honeſtisſimæ vitæ exemplum. [...] itaque ingenuus, quæ erat indolis ejus [...] tas, in dies majora ſumebat eruditionis i[...] menta: adeoque ſeipſum ſuperare & ad[...] viora adſpirare videbatur.

Quamobrem parens cùm non ſine vo[...] tate videret in filio ſtudiorum initia, be[...] dare, ac de indole ejus nihil vulgare ſibe[...] liceretur, *Viennam Auſtriæ*, eo tempor[...] leberrimam bonarum artium, & omnis [...] manitatis altricem, adoleſcentem [...] Ibi Præceptoribus uſus eſt viris in omni [...] ctrinarum genere clarisſimis *Matthia* [...] *do*, *Georgio Tanſtetero Collimitio* Mathe[...]

anne Camerte Theologo, aliis. Sed
id ætatis adoleſcentes parentum, ut
, jugo liberati, ſpe impunitatis nihil
i licere perſuaſum habent : Vadia-
pore, vegeto, prævalidoque, &
bore excelſo, ad pugnam laceſſitus,
unquam ceſſit : & præclaræ ingenii
sque dotes omninò occaſionem ipſi
is ac diſſolutioris vitæ & certaminum
culorum incautè & temerè adeun-
præbuerunt.

Deus, qui caput egregium graviori-
inarat, maturè eum in viam redu-
at id temporis Viennæ vir quidam
honeſtus à negociationibus *Kobleri,*
gallenſis & mercatoris, cui à Vadia-
ibus pecuniæ ad ſtudia neceſſariæ
ndæ cura erat commiſſa, morumque
vitæ inſpectio. Is ubi temerarios ac
rios adoleſcenturientis auſus inaudi-
fortè armatum in publico deprehen-
iter eum de periculis ſubmonuit: &
animi ipſi eſſet, domi Helvetium
ſumtuum magnitudinem apud ani-
rpenderet, ſtudiorumque rationem
ideliter præſcriptam ſequeretur; nec
ſe conceptam turpiter falleret;
ac ſerio hortatus eſt. Commotus
ea adoleſcens, ad ſe, & ſtudia ſua re-
tumque in literas ſe abdidit; ſæpè
rvicali *volumine Virgilii* prægran-
quod in bibliothecâ Sangallenſi in-
s Vadiani etiamnum adverſatur.

a ne perpetuo ſumtu parentibus o-
t, & ut ſpecimen aliquod profectu-
et : *Villacum* Carinthiæ oppidum
it: ibique à Magiſtratu liberaliter
s ludi moderatorem egit. Inde man-
us Muſis & eruditi conſortii deſi-
vitatus Viennam reverſus eſt, non
auſpicio. Nam qua erat diligentiâ,
dore, præſtantiaque ingenii, brevi
ejus publicis diſputationibus lucu-
bus, ſolutâ ligatâque oratione paſ-
ditorum choro ita innotuit: ut *An-*
ò Bononienſi, viro Græcè Latineque
doctο, vitâ functo, in bonarum li-
publicâ profeſſione ſucceſſor fuerit

libus itaque ſtudiis in eorum conſor-
miſſus, quibus haud ita pridem Præ-
us fuerat uſus: & in his *Georgio Col-*
ſibi longè amiciſſimo: jucundam
literariam amicitiam cum *Jacobo Spi-*
oanne Cuſpiniano, Joanne Reuchlino,
ſco, Richardo Bartelino, Nicolao Leo-
Vincentino, Cælio Calcagrino Ferrari-
treio Aperbachio, Rodolpho Agricolâ,
no Regio Rhetis, & aliis. Porrò cum
s omnes haberet propitias: & do-
jus in publicum prodiiſſent monu-
à Cæſare *Maximiliano* laureâ do-
Linzii Auſtriæ, ad Danubium oppi-
to Idus Martias, anno *milleſimo quin-*
o decimo quarto. Scripſit ergò poëta

carmen de laudibus Friderici Patris & Filii *Maximiliani : Eclogam* cui *Fauſti* titulus : *elegiam* de Vadianorum inſignibus à *Sigismundo* Auguſto donatis, ad *Melchiorem* fratrem, optimæ ſpei juvenem; quem Romæ, nondum *vigeſimum* annum ætatis egreſſum.

Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

Scripta eſt etiam tum *Ode* in laudem reſurrectionis Dominicæ, & publicè Viennæ dictata, & *elegia*, qua certamen ſuum cum morte deſcribit.

Facundia Vadiani. Cæterum ad lauream accesſit & oratoria dignitas: ut & *poëta* ſuavis, & *orator* eloquens habitus ſit. Memoriâ dignum eſt: quod in *conventu Cæſaris, & trium regum, Vadiano, homini Helvetico, ſalutandi munus fuit demandatum: qui orationem coram Sigismundo, Poloniæ Rege, nomine Univerſitatis magno cum applauſu dixit, nominisque decus, & Rectoratus ſummum obtinuit.

** An. 1515. Perorat nomine Acad. coram rege Polon.*

Geograph. præſtantia: excolit Vadianus. Cumque videret *Geographiam* Philoſophiæ partem non poſtremam, multis locis obſcuratam, plurimis depravatam, plurimum in eam laboris ac temporis impendit. Editi igitur ſunt ab eo cum *epitome* Geographiæ, *commentarii in Pomponium Melam,* de orbis ſitu, cum epiſtola ad *Rudolphum Agricolam* Rhetum.

Ejusſcripta. Geograph.

Jovii de iis judic. Eo de ſcripto ita Jovius: *Qui Vadiano ex ſancto Gallo Helveticorum inſigni pago, novæ atque vetuſtæ Coſmographiæ curioſus, gratias non aget? quum libellum Pomponii Melæ perutili commentatione ex brevi & obſcuro magnum illuſtremque reddiderit.* Geographiæ etiam gratiâ non piguit eum iter facere per *Pannoniam, Sarmatiam Europæam, Germaniam. Venetias* perluſtravit: ſinum *Tergeſtinum* navigavit : *Alpium* in Helvetia *juga* perreptavit; obſervatis ubique de quibus ſatis certus antea non erat.

Peregrinatur Geographiæ cauſa.

Ad medicinam ſe confert. Cum autem jam ætas certum vitæ genus ut eligeret ſuaderet: & ſi antea in legum etiam ſtudio non infeliciter erat verſatus, ſuo tamen inſtituto ſe ad medicinam contulit: & anno *decimo octavo,* ſupra *milleſimum, quinto.* Idus Novembris Medicinæ Doctor cum M. *Joanne Aicher,* ſolenniter eſt renunciatus. Tandem ipſo *decennio* Viennenſi Academiâ exacto, memor quid patriæ, quæ ipſi ortum, familiæ hoſpitium aliquot ſeculis præbuerat, deberet; in eam rediit. Eò ſimul ac venit, Senatus cum eo in ſingulos annos ſtipendio pactus eſt, quò ipſius operâ, ſicubi uſus foret, uti poſſet. Vadianus provinciam eam, licet laborum ac moleſtiarum pleniſſimam, Dei fretus auxilio, ſuſcepit, & amplisſimis aliarum Rerumpub. condritionibus prætulit. Anno ſequenti, *decimo* ſcilicet *nono,* uxorem duxit *Martham Grebeliam* Tigurinam, ſimulque commentarios in Melam recognovit, obiter explicatis iis, in quibus cum D. *Joanne Camerte* ei non admodum convenerat.

Reditin patriam. Ubi ſedem figit. Uxorem ducit.

Theologia cum literis efflorefcit. Effloreſcentibus autem eo tempore paſſim in Germania bonis literis ac linguarum ſtudiis; Theologiæ quoque ſtudium ad ſacra-

Cum Theol. medicinæ ſtudium conjungit Vadian.

rum literarum præſcriptum cepit inſtaurari. Vadianus igitur veritatis amore ductus, & Lucæ Evangeliſtæ exemplum ſecutus, cum medicina Theologiæ ſtudium conjunxit: adeoque tum ex aſidua ſcripturæ ſacræ lectione, tum ex colloquiis cum Eccleſiæ patriæ Miniſtris, errore agnito à Pontificiis ad Evangelicos acceſſit. Et ut Paſtores in doctrina, & corrigendis Eccleſiæ ritibus, formam haberent, quam ſequerentur, abſolutam, & inſtitutionem ab ipſis fontibus hauſtam, *acta Apoſtolorum* publicè Miniſtris enarranda ſuſcepit Vadianus. Quo tempore *epitomen* illam *trium terræ partium* dictavit: ut lucem afferret locis illis, quorum tam D. Lucas in actis, quàm alii Evangeliſtæ & Apoſtoli paſſim meminere.

Acta Apoſtolorum enarrat.

Medicum & ſenatorem patriæ agit.

Cæterum cùm non ſolùm medicum patriæ, ſed etiam ſenatorem ageret: quanta potuit diligentia in Senatu religionis cauſam ſuſcepit: atquè diſertè eruditeque controverſiarum fontibus explicatis, perfecit, ut Senatus majori ex parte non ſolùm de negocio religionis rectè ſentiret: ſed & ab omnibus receptam Evangelii doctrinam cuperet. De quo Vadiani facto ita alicubi *Martinus Bucerus*: *Vadianus* (inquit) *vir eruditione & pietate, tum civili prudentiâ ac ſingulari animi conſtantiâ planè admirandus, rarumque ornamentum patriæ ſuæ oppidi S. Galli, ubi primi ordinis ſenatorem egit, plurimumq; ad id contulit: ut cives ſui rejectâ omni ſuperſtitione & idololatriâ, quàm ſimpliciſſimè ſe ad Chriſtum converterint, Miſsâ penitùs miſſa, ſubmotis idolis, & omni eo, quod aut gloriam Chriſti, aut proximorum commoda, quovis modo remoratur. Hæc verò & auſi ſunt, & in eis perſeverant; non ſinè intentatione periculi, idq; tam à ſociis, quàm exteris: ſed cui ſe crediderunt, immotos in ſuo verbo ſervat Chriſtus. Hæc ſolet eſſe felicitas eorum, quibus divina benignitas, & fidos verbi miniſtros, & pios dederit Magiſtratus.* Hæc ille: Certavit autem prò orthodoxa religione acriter diſputando Tiguri *Hulderic. Zwinglius*: Bernæ Helvetiorum *Berchtoldus Hallerus*, fortes & eruditi viri: quorum diſputationibus non ſolùm interfuit Vadianus: ſed magna quoq; cum auctoritate præfuit.

Martini Buceri de Vadiano.

Hulderic. Zvvinglius Berchtold. Haller.

Spectata itaque multis modis viri ſapientia, conjuncta animo in Rempub. perpenſo; conſul civitatis Sangallenſis creatus eſt anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo ſexto*. Erant illa tempora in magna trepidatione, & ob receptam Evangelii doctrinam, & mutatos Eccleſiæ ritus. Acceſſerunt anabaptiſmi ſectatores, inquietum hominum genus: qui contentionibus Eccleſiam illam mirificè turbarunt, & inaudita veſania plurimum negocii magiſtratui atque optimo conſuli exhibuerunt: quorum intemperiem nec auctoritate quâ pollebat, nec diro ſupplicio, quod jus ſuadebat; ſed maximè rationibus & ſcripturarum teſtimoniis fortiter expreſſit. Eo in certamine ſe primum didiciſſe affirmavit,

Conſul. Sang. Vadianus.

Anabaptiſta in Helvetiâ.

A Vadiano repreſſi.

quid hæreſis eſſet: quamvis vox ip
teri hiſtoriâ illi non fuerit incognita.
Vix deferbuerat Anabaptiſtarum
quando flagrare cepit infauſtum illu
riſticum, de modo præſentiæ corpor
guinis Chriſti diſſidium. Ibi Vadia
cordiæ ſarciendæ cauſa, conſcripſit
morum libros ſex, de conſideratione
riſtiæ, de ſententiis videlicet ſuper
troverſis: de ſacramentis antiquis &
deque verbo, ſymbolis, & rebus: It
no veri corporis Dominici eſu: de t
ſtantiationis dogmate, & veritate cor
mani: præterea qualis fuerit ritus c
teribus: rurſus per quos, quomodo
bus temporibus in ceremoniarum
ne auctus atque immutatus ſit. Dein
tante D. *Henrico Bullingero* ſcripſit
lam, quâ hanc explicat quæſtion
Chriſti corpus, propter conjunctionem c
bo inſeparabilem, alienas à corpore co
ſibi ſumat. Poſtea rogante *Joanne*
Conſtantienſis eccleſiæ Paſtore, in c
deſcendit cum *Caſparo Schwenckfeldi*
Sileſio: *qui Chriſtum in gloriam recept*
plius creaturam eſſe negabat. Scripſit
piſtolam ad Zuickium; in qua poſt ex
in Chriſto naturas diverſas, & perſona
verſis unam, Jeſum Servatorem noſtru
gloria veram eſſe creaturam tum orac
pturarum, tum interpretum orthodox
ctoritate docetur & demonſtratur.
antilogia ad Schvvenckfeldii argume
libellum, qui ab eo Summarium inſcri
collecta. Scripta eſt ad eundem J. Zu
pro veritate carnis triumphantis
ἀνακεφαλαίωσις ſive recapitulatio.
verò conſulatum adminiſtravit mag
laude: utpote vir ad gerendum M
tum natus, plenus majeſtate. Nam
animi bona, corporis quoque habitu
auctoritate quadam venerandus. Ca
rat rotundo: vertice per frontem calv
lis circa tempora criſpantibus nigerrim
fronte liberali: colore ſubfuſco: reliqu
pore toroſus & præpinguis: cunctis
ſpoſitis, ut maſculam quandam præ
gravitatem.

Poſtremò cùm jam tempus adeſſet, c
rum curis & laboribus defatigatum e
ad quietem ſempiternam volebat Deus
que lento morbo corpus magis ma
conſumi ſentiret: vocatis in ædes ſu
ceſimo octavo Januarii, Reipub. & E
miniſtris, conſulibus, ac proconſulibu
tionem fidei ſuæ diſertâ confesſione
ravit: & Eccleſiam Paſtorum vigilanti
mâ diligentiâ commendavit. Dein
viros conſulares converſus Rempub.
berent ſibi commendatam adhortat
ſuamque in ejus adminiſtratione o
æqui bonique facerent, rogavit.
lum tandem, qui catalogus erat libr
ſuorum omnium tradens conſuli: E

t, optimi viri theſaurum meum libros mni literarum genere præſtantiſſimos: quo- ijam omninim rempub. Sangallenſem hære- ſcribo; hac lege tamen; ut Senatus eo- dem in publicam civium utilitatem ad- undorum curam ſuſcipiat.

eſignatis igitur & legatis, quæ pruden- nſtituerat: tandem curis liber, totus ad meditationes & ſcripturarum conſolatio- ſe convertit. Ibi ſi quis locus, conſolatio- plenus proferebatur, mox conjunctis ibus & oculis in cœlum ſublatis, gratias Deo Patri, pro ſua in nos beneficentia in iſto exhibita & malè illum habebat, quod ejusmodi ſententias omnes memoria re- iſſet. Inter cætera prælegi ſibi voluit *ta concionis: quam* ſub cœnam *Chriſtus uit aditurus mortem:* præterea *capita dam epiſtolæ ad Hebræos.*

e ſanitatis reſtitutione parum erat ſolici- neglectis ſtatim à principio rebus ter- s. Præſenſerat enim vir medicinæ peri- id genus morbi cum morte eſſe conjun- : nec tamen opem medicam reſpuit. dem cum viribus prorſus ſentiret ſe de- i, accepto Novi Teſtamenti libello, ad antem paſtorem J. Keslerum: *En tibi Kes-* inquit, *Teſtamentum hoc quo in orbe toto mihi carius, in perpetuum amicitiæ no- nemoriam.* Paulò poſt voce deficiente, nutu & manu ſuam in Chriſtum Jeſum iam innuiſſet, in domino obdormivit an- *illeſimo quingenteſimo quinquageſimo pri-* die Aprilis ſexto, qui fuit dies Lunæ poſt inicam Quaſimodogeniti, intra horam *ecimam & primam meridianam*, ætatis *geſimo ſexto*, menſe *quarto*, die *ſexto:* quam conſulatum octavum in patria geſ- : & ſcriptis doctiſſimis utilem Reipub. triæ operam navaſſet. Sepultus eſt ad pa- es & proavos ſuos magno cum patriæ .

enatus autem Vadiani voluntatis me- , ad ad ſervandos libros & pro publicâ otheca adornanda locum adſignavit, in ſolennem auctoris memoriam tabella inſcriptione hac:

ACHIMUS VADIANUS POETA, RATOR, MEDICUS, GEOGRA- HIÆ VINDEX, SACRARUM INPRI- IS AC IN OMNI DOCTRINARUM UDIO, UT IMMORTALIA EJUS STANTUR INGENII MONU- ENTA, VIR CLARISS. CIVITATIS UJUS SANGALLENSIS UT SUM- A PRUDENTIA, ITA PARI QUO- UE HUMANITATE CONSUL VI- LANTISSIMUS: QUI CUM UNI- S CHRISTI GLORIÆ PATRIÆ- UE SALUTIS STUDIOSISSIMUS SSET, CUI NE MORITURUS * UIDEM SE DEFUTURUM DECLA- RET, PRIMUS LIBRORUM SUO- UM OMNIUM PRO PUB. CON- ITUENDA BIBLIOTHECA REMP. SANGALLENSEM HÆREDEM SCRI- PSIT. SENATUS IGITUR PRUDEN- TIA, FIDE ET EXIMIA IN PIA STU- DIA LIBERALITATE PULCERRIMO HUIC ORNAMENTO CONSER- VANDO, AT COTTIDIE MAGIS AC MAGIS ILLUSTRIUM VIRORUM SCRIPTIS LOCUPLETANDO HIC LOCUS DICATUS EST. PROINDE VESTRUM ERIT, OPTIMI CIVES, AD INSTITUTUM ET EXEMPLUM TESTATORIS VESTRA STUDIA COMPONERE: IISQUE BONIS GRATO ANIMO FRUI: IN QUI- BUS TAM FELICITER VIR HIC ORNATISSIMUS EST VERSATUS. MORTUUS VII. ID. APRILIS, ANNO M. D. LI. ÆTATIS SUÆ LXVI. CONSUL VIII.

Virtutes & mores Vadian. Fuit vir humanitate, doctrina & prudentia ſingulari: ut ejus exemplo quoque confir- mari poſſit: *philoſophis & literatis hominibus Reipub. adminiſtratione minimè eſſe interdi- cendum.* In ſenatu meliora proferenti liberè acceſſit, ex ſingulorum conſiliis, quæ pro- batiora videbantur, pro ſua induſtria unam continuam ſententiam contextens. *Ratio ejus conſultandi.* Conſilia & ſententias voluit adeò liberas, ut ſi quan- do videret, alios ex ſua auctoritate pendere: haud ſemel conteſtatus ſit, illum bonum virum non eſſe, qui favoris gratia eam ſe- queretur ſententiam, quam tamen animo non probaret. *Amans patriæ Vad.* Reipub. item patriæ cauſa, quam unicè amabat, ex fide tabularum congeſſit varia, quæ ad ornanda, tuenda, retinendaque patriæ jura, libertatem & privilegia facerent. Quamobrem non ſolum in rerum difficillima- rum conſultationibus ejus conſilio & opera uſæ ſunt Reſpub. civitatum Helveticarum: ſed in diſceptationibus etiam graviſſimis, ad ipſius unius ſemel iterumque judicium ſum- ma cauſæ eſt delata.

Comitas ejusdem Converſatio. Interdum, ſi quando vacabat à prandio, ad horam usque *tertiam* plerumque, reſpirandi & animi gratia ad viros honeſtos acceſſit: in- terdum etiam ad promiſcuam civium multitu- dinem conſervandæ publicæ tranquillitatis cauſa. Cùm enim eſſet ingenio feſtivo, mori- bus & cultu perhumanus, nemo non illius conſuetudine delectabatur. *Ratio ejus in medicinâ faciendâ.* Reliquas de- clinantis diei horas patriæ Chriſtianæque Reipub. curis impertiebat, è quibus maxi- mam partem medicina & cura valetudinis ci- vium ſibi poſtulabat. In qua facienda ſum- mam fidem omnibus ſummis, mediis, infimis probavit: neque vel minimam crumenæ com- plendæ ſuſpicionem, unquam, ſubiit.

Scripta Vadiani perfecta. Scripta ejus pleraque omnia recenſuimus, & in bibliothecis recenſentur: hæc tamen præterire ſilentio nolumus. In gratiam enim ſuorum civium, ut rerum domeſticarum haberent memoriam à D. Gallo ad ſua usque tempora, vernacula *patriæ* totiusque *Turgaviæ* contexuit *hiſtoriam.* Reliquit iti- dem vernaculè abſolutiſſimum librum, quo

proponuntur & explicantur, quæ ad reformandam monaſticen, ſive in generali, ſive in nationali concilio diſcutienda requiruntur.

Præterea *explicationem capitis decimi ſymboli Apoſtolici :* Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, in decem homilias digeſtam. *Epiſtolas D. Hieronymi* tres : *Bernhardi ſermones duos* translatos, & alia compluſcula.

Imperfecta.

Affectum etiam habuit *librum Æquivocorum nominum*, Chriſtianam ad religionem pertinentium; quæ una voce & appellatione res omninò diverſas & pugnantes, noſtra maximè ætate, complectuntur. E quorum numero primis lineamentis abſoluti loci quidam, ut:

Eccleſia,
Eccleſia Apoſtolica,
Eccleſia Romana,
Evangelium,
Hierarchia,
Magiſtratus,
Poteſtas Eccleſiaſtica,

& quæ talia : cæterorum tantùm fit nomenclatura.

Quatuor ætates Chriſtianiſmi.

Librum etiam compoſuit *de quatuor ætatibus Chriſtianiſmi :* auream & argenteam abſolvit; reliquæ deſiderantur. *Farraginem* denique *de Collegiis & Monaſteriis Germaniæ veteribus*, ex Synodorum decretis & monumentis tum Francicis tum Alemanicis conſcripſit, duosque in libros digeſſit. Eſt relicta & *epiſtola* longiuſcula, *de peſte* quæſtionem explicans ; *an liceat homini Chriſtiano peſtem fugere*, & ex conferta hominum multitudine ſeſe ad tempus ſubducere ? Elegia item elegans & abſoluta, quæ inſcribitur *Otomaris*, morientis querimonia & votum, cum adjecta ejusdem exegeſi.

Epicedia Vadiano ſcripta.

In obitum viri optimi tum alii tum *Joſua Keslerus* Sangallenſis hæc epigrammata ſcripſit :

Ἐνθάδε Ἰωαχεὶμ βαδιανοῦ ὄστεα κεῖται,
Ὃς πολύτεχνος ἀνὴρ, καὶ σοφὸς ἄρχος ἔην.
Ῥήτωρ θ' ἡδυεπής, θνητῶν πολύμητις ἰατὴρ
Σώματι καὶ ψυχῇ φάρμακα θεῖα φέρων.
Ἀλλ' οὐ σκυθρωπὸς χεῖρας θανάτοιο βαρείας
Μήτ' ἔργῳ φεύγειν ἔσθενε, μήτε λόγῳ.
Σῶμα γὰρ ἡ θνητὸν γῆ παμφάγος ἔνθα καλύπτει·
Οὐράνιον ζάθεος νοῦς κατέχει δὲ βίον.

Ejusdem Latinum eſt tale.

Juſtitiæ fautor ſacræ, verique patronus,
Conſiliis prudens, integritate gravis :
Virtutis cultor, variâ & præclarus in arte,
Coſmographus, Medicus, Rhetor & Hiſtoricus.
Relligionis amans veræ, patriæque ſalutis
Vindex : Helvetiæ gloria magna plagæ.
Doctorum lux & decus immortale virorum,
Hac atrâ ſitus eſt in Vadianus humo.
Cujus terra capit quamvis mortalia mem
Et redit in cinerem corpus, ut antè fui
Mens tamen in cœlis æterna gaudia vita
Percipit ; & nomen ſemper in orbe m

ἐτεοδίστιχον *ejusdem.*

CLaVDItVr hâC terrâ ſapIens VaDI
& aLget :
QVI CeLebrIs patrIæ LVX erat a
pater.

Hæc de Vadiano *Joannes Keslerus M*
Sangall. in ejus vita M. S. Cruſ. in annal
ner. in bibliothecâ, alii.

JODOCUS WILLI CHIUS.

DIU vixerunt in Academiâ Marchi
viri ſapientiâ, doctrinâ multiplici
quentiâ, auctoritate, & virtute præſta
Iodocus Willichius Boruſſus, & *Caſpar M*
lius Sileſius. Hi cùm eſſent rectarum a
ct diſciplinarum ſtudioſiſſimi : & literas
mo complecterentur amore : ita quiden
guas docuerunt, & auctores bonos en
runt : ut tamen præcipua eſſet eorum
veræ religionis. *Willichius* enim etſi a
res *Græcos* potiſſimùm enarrabat : & mu
temporis in *Philoſophorum* ac *Medicoru*
ctionibus transmittebat : *Marſilius* aute
Latinorum auctorum explicationem ſe
incumbebat : ſubinde tamen per interva
lectiunculas ſacras reverſi ſunt. Et rel
VVillichius quidem pietatis ſuæ egregia
numenta; uti mox dicemus : *Marſiliu*
tem nihil eorum, quæ ſcripſerat, volui
publici juris : quamvis habuerit multa,
non invitus cum ſtudioſis literarum com
nicavit, plena eruditionis & mirificè or
Idem poſtremos ætatis ſuæ annos ferm
ginti, regendis & docendis eccleſiis, quæ
in novâ Marchiâ, impendit. Qua in fun
ne ante ipſum Willichium, paulò ſe
Cotbuſii Luſatiorum, vitam ſuam feliciter
vit. Sed nos VVillichii curriculum pe
quemur.

Natus is eſt anno Chriſti *milleſimo, q*
genteſimo primo, circa ferias Pentecoſtes,
ſellii in Boruſſia, ſub Epiſcopatu *Varmi*
qui & *Heylſpergenſis*. Fuit autem annus
ferax Medicorum : ut qui in Italia *Hier*
mum Cardanum : in Germania præter h
& *Iacobum Milichium, Vitum Ortel. VV*
hemium, Leonhardum Fuchſium protule

VVillichius cùm in prima ætate vix *q*
tuordecim puer annorum, parentes amiſi
in Marchiam Brandeburgenſem, ubi Aca
mia eſt Francofurti, ſe contulit : venitqu
anno *decimo ſexto* ſeculi *decimi quinti.*
anno ſequenti primum in Philoſophia grad
adeptus : dein & Magiſter renunciatus *B*
lica Virgilii enarrare cepit : atque comm
tarios in ea edidit.

Erphordiæ etiam aliquando docuiſſe, i
prodit : dum dicit ; *effudiſſe ibi ſe nonnu*

pi

ceptiones de pronunciandi ratione: quibus
leſcentes commonefaceret: ne quid in di-
do peccarent. Francofurti tandem anno vi-
mo quarto in ordinem Philoſophorum alle-
s: interque profeſſores cooptatus: Rector
ademiæ, nec non Græcarum literarum
feſſor eſt deſignatus: cui Spartæ cum laude
gratia feliciter aliquot annis præfuit, &
nno trigeſimoſecundo ad extremum uſque
n Academiam illam longè celebriorem
didit.

Jxorem deinde anno quinquageſimo primo
it Reginam, virginem honeſtisſimam,
ronymi Juſti conſulis quondam Franco-
ani filiam. Quo eodem anno in ipſis nu-
tum ſolennitatibus, de voluntate juſſuve
himi Electoris Brandeburgici, cui ipſe
odum charus, inſignia Docturæ medicæ,
notore Chriſtiano Schirachio, ſunt colla-
Anno ſequenti in collegium Medicum
itus, ac profeſſor doctrinæ ejus liberali
ndio eſt conductus. Ea in functione
m penè Hippocratem ſummâ fide eſt in-
retatus, eundemque ſcholiis doctisſimis
ravit.

x hac vita in æternam beatitatem migrat
gium hoc Academiæ Francofurtanæ or-
entum, in arce Libuſianâ: quò ſe ob
igium peſtiferæ luis vitandum, ſuaſu
copi Libuſiani Joannis ab Honenberg,
ulerat. Correptus enim ſub horam de-
m inter obambulandum apoplexia
ſima, accedente paralyſi linguæ &
um membrorum, horâ quartâ ſub ve-
m exſpiravit, die duodecimo Novem-
anno Chriſti quinquageſimo ſecundo,
s ſuæ quinquageſimo primo. Corpus
nde die decimoquarto Novembris Fran-
um revectum; & Chriſtiano ritu in
o templo D. virginis Mariæ terræ illa-
ſt. Reliquit præter filios Jodocum
lorum, & Beatum, ac filias duas, uxo-
llam gravidam in ſummo mærore &
[illegible]

rgius Fabricius virum optimè de lite-
eritum, hoc epigrammate epitaphio
it:

Willichius patria celeberrima terra.
ditur ad ripam flave Viadre, tuam.
iam ſanandi docuit feliciter artem:
nigeniſque prius floruit in ſtudiis.
Aſcelepiadis veteres æquavit honores,
enio excellens, eloquioque bonus.
m habet in terris claram: ſed Chriſte, tibi uni
denti in cœlis vita perennis erit.

hic Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor
rrimus; qui eruditionem ſuam ſcri-
itis luculenter probavit. Sunt autem
i ejus monumenta partim Philoſophica,
Medica, partim Theologica.

loſophica ſunt hæc potiſſimùm: Ero-
um Dialectices libri tres, exemplorum
e ac copia diligenter evolvendi: & ab
lelanchthone eo nomine commendati.
ithmetica libri tres.

Proſodia; & de *pronunciatione Rhetoricâ.*

Orthographiæ inſtitutiones.

De verborum copia commentarius.

Annotationes in Virgilii Bucolica, & Georgica, ſive *dialyſis* Georgicorum: in quæ & ſcholia ſubmiſit.

Chronologia in Æneida Virgilii: ubi de conſilio & ſcopo Æneidos Virgilianæ, de navigatione, de variis appellationibus Italiæ apud Virgilium.

Commentarius in artem poëticam Horatii.

De methodo omnium artium cui paradoxa adjuncta.

De formando ſtudio tractat.

Iſagoge in Ariſtotelis, Alberti Magni, & Pontani meteora.

Commentaria in Cornelium Tacitum: quibus inſertæ *literæ zythi* Germanici, contra multos ſcriptores: *ſuccini*, contra pleroſque: *Suevi fluminis*, contra omnes Geographos.

Experimenta Virgilii explicata: acceſſit *commentariolus de Verborum copia.*

Medica ſunt hæc: *commentarius Anatomicus*: in quo omnium partium corporis humani diligens enumeratio: acceſſit *Dialogus de locuſtis.* *Medica.*

Ars magirica ſeu *culinaria, de cibis, ferculis, obſoniis, & potibus diverſis parandis, & eorum facultatibus*: liber medicis, philologis, & ſanitatis tuendæ ſtudioſis apprimè utilis.

Commentatus perhibetur & *in Hippocratis* aliquot *libellos*: de quibus bibliothecæ.

De genitura libellus ab eodem translatus: annotationibus illuſtratus; cum *obſervationibus in Lactantium de opificio DEI.*

Theologica *Willichii* ſcripta hæc ſunt: *explicatio Catecheſeos Chriſtianæ*: ubi ejus effigies: & ſub ea hoc diſtichon: *Theologica.*

Hac te WILLICHII *faciem pictura*
JODOCI;
Ingenii dotes edita ſcripta docent.

Commentarius in Aggæum prophetam.

Ecphraſis in Jonam.

Commentaria in utramque ad Timoth epiſt. & ferè in omnes Paulinas.

Poſt obitum ejus edita ſunt *Erotemata in Rhetoricen ad Alexandrum*; quæ vulgo Ariſtoteli adſcribitur; Latinè in Academia Francofurdiana dicendi ſtudioſis propoſita. *Poſthumæ ejus.*

Ejusdem *liber unus Erotematum* Rhetoricorum: cui acceſſit *libellus & quæſtiones de pronunciatione Rhetorica*, nunquam antè excuſa,

Et tantum de hoc ornamento Academiæ Marchicæ *ex M. Laubani collect. M. S. ipſius Willichii ſcriptis: Chriſtophori Corneri præfat. in Pſalt. & bibliothecis.*

HIERONYMUS TRAGUS vulgò Bock *dictus.*

☉ 1554. *d. 21. Febr. ætat. 56.*

HIERONYMUS TRAGUS vernaculè Bock *Heideſpachii* pago *Brettæ*, Phil ppi

Philippi Melanchthonis patriæ vicino, natus fuit, ſub annum *milleſimum quadringenteſimum nonageſimum octavum*: parentibus haud magna re, ut ille ait, ſed minimè malis. Puer cùm facilè eluceret indoles & ingenii & ad maxima nati vis & divinitas: cognatorum ope literis eſt adhibitus. Cùm verò præter cæteros & docilitatem & induſtriam magiſtris probaret, avidèque artium præcepta, & nullo quaſi negotio arriperet, facilè eorum in ſe amorem derivavit, & de ſe exſpectationem apud omnes magnam excitavit. Apparebat enim jam tum in illâ ingenii teneritate quaſi in herbis, quantæ olim doctrinæ & virtutis fruges eſſent futuræ. Cùm itaque adoleviſſet, & à parentibus ad ſtudia inſtitutaque Monachorum impelleretur, qui id genus, vitæ multitudinis judicio, quietum & minus laborioſum indicarent ad eam vivendi rationem moremque deduci nullo modo potuit. Non ut contra parentes contenderet; ſed ut ductui naturæ, ſeu potiùs inſtinctui & afflatui cœleſti, qui ipſum ad ſtudia inflammatum raperet, alteramque illam vitæ rationem ſolitariam parum ipſi accommodatam dictaret, morem gereret. Maluit itaque abjecto nummulorum viatico inſtructus ad exteras regiones publicasque ſcholas ſe conferre, quam adverſante & repugnante natura, id, quod datum ſibi non eſſet, ſequi.

Indoles Tragi.

Abhorret à monaſti- [illegible]

Philoſophiæ dat operam.

In Academiis ad Philoſophiam ſe applicavit: maximeque eam partem, quæ in rerum naturæ perſpicientiâ cognitioneque verſatur, excoluit. Incidit hæc ejus adoleſcentia in id tempus, quo omnes humaniores artes reviviſcere, & reſtitui in integrum, religio etiam purior caput exerere, & è tenebris in lucem revocari ſingulari beneficio cœpere.

Et Theologiæ.

Cum verò & ipſe exiſtimaret, ſua ut hominis Chriſtiani, intereſſe, veram de Deo ejusdemque voluntate ac animarum ſalute doctrinam cognoſcere: tanto his rebus incubuit ſtudio, ut niſi iis penitùs cognitis, vitam acerbam putaret. Certè nihil prætermiſit, quantum eniti potuit, quin privatâ lectione & publicâ doctisſimorum Theologorum explicatione capita orthodoxæ religionis benè cognita haberet, & animo imbiberet. Comparata deinde in publicis ſcholis tanta eruditionis ſupellectile, quantam ſibi ſatis eſſe ad docendum alios arbitrabatur: maximè quia grave ipſi erat, diutius alienis opibus, & quaſi famulatu ſe ſuſtentate, huic ſuæ tenuitati conſulere, domum concedere, & de munere aliquo diſpicere, commodum viſum eſt. Itaque in patriam reverſus, cum nihil ibi vacaret, vicinas regiones obiit, fretus eruditionis conſcientia, & conſolatione *quamvis terram alere artes.*

Redit ad ſuos.

Biponti ludo præeſt.

Forte & Bipontum venit, tum ducis *Ludovici* Palatini Rheni ſedem: quo in loco, quæ vacabat, ludimagiſtri provinciam ſuffragante Principe, obtinuit, eique continentibus novem annis præfuit. Nec verò initium jam requieſcendi, ac languori deſidiæque dedendi ſe, ſed animum ad præc ſtudia referendi, datum ſibi eſſe judicavit.

Quare non ſolum omnem negligentia fenſionem vitavit atque effugit: ſed & q quid otii & ſubſecivi temporis fuit, id o ad Theologiæ & Medicinæ ſtudia, quib primis annis delectabatur, excolenda tulit.

Conjugem Biponti duxit, id quod ſuis ephemeridibus his verbis conſigna *Anno Dn.* 1523. *die Januarii* 14. *Hieron Bockius de Heidesbach, utriſq; parent Henrico & Margaretha orbatus cont matrimonium cum Evâ Henrici Vict civis Bipontani & Margarethæ ejus conjugis filia: celebrata nuptiæ* 25. *die Ja rii, quæ erat converſionis D. Pauli octog hoſpitibus invitatis & præſentibus.* Hæc In conjugio hoc triginta & unum anno xit, ſuſcepitque *liberos decem, filios* quin *filias* totidem: qui tamen omnes, filio & filiâ exceptis, ſuo obitu mortem paren præverterunt: ſuperſtite tandem etiam marito conjuge.

Novennio eo quod Biponti, ut dixim egit, non tam civibus, quàm duci *Ludo* diligentiam & fidem probavit: illius lib inſtituendo, huic varii generis plantis tum inſtruendo: Facilè eò indicatum, q charus Principi illi fuerit, quod is infan ipſi ex ſacro fonte ſuſcipere, teſtem in tionis agere & patris vicem gerere non cuſavit. Idque accidit anno ſuprà *ſeſ milleſimum trigeſimo primo*, primo die m ſis Novembris.

Anno poſt tertia die Decembris prædi princeps Palatinus, apud quem multum gratiâ valebat: à quo etiam plus plus indies diligebatur, correptus phthiſi, de decedit. Hoc illi caſu vehementer per bato, & maximâ ſpe dejecto atque aliò gitanti: ecce non importuna conditio n humano conſilio, ſed divina providentia fertur. Præter ſpem enim *Hornbacum* *D. Fabiani* collegium liberali ſtipendio à bili viro *Kindtheuſero*, S. Pirminii anti & vocatur & adlegitur. Ea ſodalitas ja ſuperſtitionum pravarumque opinion commentis, quæ aliquot retrò ſeculis eccleſiam, ceu cardui & paliuri agrum, vaſerant atque oppleverant, erat vindic Cooptatus in eum ordinem duas perſ ſuſtinuit & *miniſtri Dei & Naturæ*, id & concionatoris & medici, atque in utr que functione id conſecutus eſt, ut utr Theolodiæ facultate, an Medicinæ exce ret, dubium faceret, utroque certè mod vib. ſalutaris erat. Hanc ſedem & loc cœli clementia ſalubritate commodum, a nitate jucundum, ubertate agrorum fertil paſcuis & ſylvis copioſum, feris abun tem, montibus riguum, piſcibus affluent ſibi tranquillitatis ac quietis plenum, finem vitæ ſtabilem promiſerat. Ve eam cogitationem ipſius & ſpem aliqu poſt, communium temporum caſus & gic

onis inclinatio fefellerunt. Cùm enim, formatâ generatim in omnes pios doctores oſcriptione, turbulentiſſimæ tempeſtates rirentur, & exitialium errorum ac ſuperſti-onum æſtus in eccleſias redundarent, cede-, licet non ſine ſummo detrimento, & exu-e, quàm de verbi Dei integritate vel latum guem diſcedere maluit. In his anguſtiis m verſaretur, & quo ſe verteret, neſciret; rtè extrema fortuna ſtaret: ut Deus ſuis nper providet; *Philippus comes Naſſovien-*, cui jam antè in morbo periculoſo adfue-, & priſtinæ ſanitati reſtituerat, ipſum ul- ad ſe *Sarapontum* benigniſſimè invitat; mum & hoſpitium liberaliſſimè aperit, & certo benevolentiæ indicio ac pignore, mo, civitate, immunitate donat.

Quàm conditionem cœlitùs oblatam non aſpernandam arbitratus, Saræpontum deportari curat; in ſua ſe ſtudia abdit: n plantarum ſylvam locupletat, ornat, xcolit, biennioque ibi commoratur. Be-cia, quibus intereà à Comite affectus, & magna & multa erant, honorificis prædicat verbis, in fine præfationis *hi-æ ſuæ herbarum*: quam abſolutam eidem es gratus inſcripſit ac dedicavit. Tem-is ea & procellæ, quæ miſeram veritatis gelicæ profeſſioni oppreſſionem & ca-tatem illaturæ videbantur, cùm eſſent patæ, aut ſaltem illas oras prætervectæ: ille magis in votis atque animo habebat, n à veteri ſuo grege ac paſtoritiâ cuſtodiâ ius minimè abeſſe. Norat enim quan-diſceſſu ſuo deſiderii bonis omnibus re-ſſet, qui ſi licuiſſet, exulem humeris ſuis Româ reportaſſent. Itaque *Hornbacum* terclusam priſtinæ vitæ conſuetudinem, ulari civium congratulatione ac lætitia tit: atque in eo curriculo ad extremum vitæ ſpiritum perſeveravit. A puero â fuit ſagaci & ingenio acri; memoriam dibili diligentia corroboravit: ſummâ erantiâ cuſtodivit. Valetudine priori-nnis uſus eſt commodâ, poſterioribus, ntinentem corporis laborem & animi ntionem, afflictâ & in tabem proclivi. factum, ut non tam libenter, quàm ne-iò ipſi omnes omittendæ fuerint volu-s: ſtudia delectationis relinquenda; lu-ci, convivia deſerenda. Quæ ei dili-cautio & cuſtodia vitam, in annos *ſede-*roduxit & propagavit. Comis omni-t & feſtivus, ita ut nihil eſſet, ab hu-ate ejus, acerbitate odioſâ disjunctius. tota civitas, cui gratis nullo quæſtu ii ſui faciebat copiam. Divitias animo iebat & pro nihilo putabat; parvo ſi am aliàs, contentus. Nihil privato lare, nihil honoribus inanius, nihil fortu-corporis bonis magis momentaneum, irtute ac ſcientiâ prius judicabat. Quod orum annorum acceſſione ſcholam ibi i atque adoleſcentes pietate, doctrinâ, us liberaliter ac magno profectu in-cernere licuiſſet: lætitiam percepiſſet ais.

Obiit *Hornbaci*, cùm jam per annos plures conſumtione ſui ſe aluiſſet: & tabe eſſet exhauſtus, anno ætatis ſuæ circiter *quinquageſimo ſexto*. Sepultus in templo *D. Fabiani*, quod hodie dirutum. Epitaphium ejus ſaxo è ruderibus eruto inſcriptum hujusmodi fuit: *Obitus Tragi.* *Epitaph.*

ANNO DOM. M. D. LIV. XXI. FEBR. HIERONYMUS TRAGOS, ANIMÆ CORPORISQUE QUONDAM MEDICUS, ET CANONICUS HUJUS ÆDIS, IN DOMINO JESU OBDORMIVIT: CUJUS ANIMA IN CONSORTIO BEATORUM QUIESCIT. AMEN.

Scripta quæ foràs dedit, quæque nobis ſaltem videre contigit, hæc ſunt: *Scripta.*

Diſſertationes ferè quinquaginta *de herbarum Nomenclaturis* ad *Othonem Brunfelſium* Doctorem medicum Latinè ſcriptæ.

Ratio valetudinis tuendæ, qua & ex morbis præſentibus evadere, & imminentibus obviam ire facilè poſſimus, converſa è *Diocle Caryſtio* Græco in ſermonem vernaculum, ac dedicata illuſtriſſimo Principi *Wolffgango* Rheni Palatino.

Cella penaria, ex quâ, quæ ſanis & ægris ad victum curationemq; corporis neceſſaria depromere licet, cum idoneâ ciborum potionumq; ſive alimentorum ſive medicamentorum diſpenſatione; ſcripta Germanicè & eidem Principi Rheni Palatino *Wolffgango conſecrata.*

Herbarius trib. libris Germanico idiomate *explicatus*, in quo omnium, quæ in Germaniâ naſcuntur, & quorum copiâ authori facta eſt, herbarum, fruticum, arborum deſcriptiones, nomina, diſcriminationes, vires, uſus, continentur. Opus hoc inſigne eſt, & immortalitate judicio multorum dignum, enucleatum pluribus annis, ſumma diligentia exactum & elaboratum. In eo ſtirpes ad vivum pro genuina & nativa facie deſcriptæ, nec ullæ earum notæ prætermiſſæ, aut natura verba æmulante aut verbis naturam. In delineandis herbarum, ſtirpium, & arborum imaginibus, opera cujusdam adoleſcentuli, ut ipſe * ſcribit, uſus eſt, *Danielis Kandeli*, filii civis Argentoratenſis. Hic enim Argentorato Hornbacum, curante *Wendelino Rihelo* typographo, evocatus; herbas, frutices, vepres, arbores, omnis generis, ut ſimpliciſſimè, ita veriſſimè, calami ductu depinxit; picturiam non ab artifice, ſed naturæ ſuæ felicitate edoctus. Ordine autem Tragus uſus eſt non illo vulgari & trito alphabetico, ſed novo & ſuo. Prout enim herbæ congeneres ſunt, & aliæ alias attingunt cognatione, aut ſimilitudine ſibi reſpondent; Ita alias proximè alias collocavit. Nomina non ſine maximo labore variarum linguarum conquiſivit, aut etiam ipſe impoſuit. Vires & experimenta explorata ad communem uſum & poſteritatis memoriam prodidit. In minus benè compertis aut ſuſpectis aſſertionem approbationemque vitavit. Sed de hoc herbarum commentario, audiamus clariſſimum virum graviſſimum teſtem *D. Geſnerum*, *Herbarium Tragi.* ** Præfat. ad Comitem Phil.* *Daniel Kandel, pictor αὐτοδίδακτος.* *Methodo quali uſus eo in opere Tragus.*

qui

De eo Geſneri judicium. qui de eo ita: *Hieronymus*, inquit, *Tragus Germanus Germanicum herbarium edidit, tam doctè & diligenter ſcriptum, ut quod deſcriptiones attinet, nemo in hac parte diligentius in hunc diem ſcripſerit.* Et paulò poſt: *Ego ſanè non parum hujus viri diligentiæ & doctrinæ debere me libenter fateor. Inhumanum enim eſt errata ſolum taxare ut plerique faciunt: pro bonis autem & utilibus dictis inventisve (quæ certè plurima in Hieronymi Tragi ſcriptis ſunt) nullum laudis vel gratitudinis teſtimonium edere.* Hæc ille.

Sedulitatis exemplum. **l. 1. ſtirp. p. 186.* Diligentiæ ſanè ejus argumenta cum varia ſunt, tùm vel hoc illuſtre: quod ipſa *confirmat: *toto quadriennio, cùm ſingulari deſiderio ſemen filicis inveſtigaret, ſummo mane noctis D. Joannis Baptiſtæ, ſubſtratis circa filices pannis, id papaveris ſeminis inſtar conſecutum eſſe, absque ullis periculis magicis, ſine ullâ ſuperſtitionis notâ: quam plerique nimis impiè conſectantur.* Multi tamen multa eo in ſcripto deſiderant: ut ipſe *Geſnerus* in epiſtolis; & *Guilandinus* qui operam laudandam, non opus, dicit. Henricus Fabricius, medicinæ D. hoc virum benè meritum epi-*Epigramma in Tragum Fabricii.* grammate ornavit:

TRAGUS

loquitur.

Cùm Tragus ætherias infans ſum natus in auras,
Cultorem legit me medicina ſuum.
Herbarum primis indagine ductus ab annis,
Germano petii pleraque teſqua ſolo.
Ut naſci vidi ſtirpes, ita quasque notavi;
Eſtque fides oculis non niſi facta meis.
Vera mihi debent non pauca nomina plantæ:
Indicio multis vis ſua nota meo eſt.
Quo docui plures Hornbaci ſacra per annos;
Conditus in templo ſum, Fabiane, tuo.

Vrtica Tragi ſignum. In ſigillo, ut & hoc addamus, uſus eſt *urticæ* imagine: tum quòd à ſuis idem majoribus accepiſſet: tum quòd uſum id genus herbæ, vile atque protritum, in cibis medicamentisque præſtet maximum: adeo ut fidem adſtruat illi diverbio: *Nihil parvum, nihil contemnendum.* Eadem de cauſa, urticæ effigies primo loco in illo herbario poſita e iamnum viſitur.

Et hæc de Trago, *Henricus Fabricius Med. D. & olim Gymnaſii Hornbacenſis rector, in oratione parentali: Tragus ipſe in præfat. herbarii, & alii.*

JOANNES ECHTIUS.

Clar ſub ann. 1554. Joannes *Echtius* patria fuit Belga: qui primis bonarum artium elementis domi per-*Abiit in Ital. Echthius.* ceptis, varias ad Academias acceſſit, ac *Wittembergæ* inprimis operæ ſtudiique precium *Vbi medicinæ Doctor ſalu-* fecit. Inde in Italiam profectus, celeberrimos quosque in iis locis philoſophos juxtà & medicos audivit: tantumque profecit, ut doctoralia inſignia, conſentientibus Profeſſorum votis, conſecutus ſit.

In Germaniam reverſus, *Coloniæ Agrippinæ* medicinam exercere cepit: idque felicitate tanta: ut latè virtus ejus dimanarit. Conſcripſit cum *Huberto Fabro*, *Bernardo Cronenburgio*, & *Theodoro Burckmanno*, medicis, Senatus Colonienſis juſſu *diſpenſatorium pro pharmacopæis* ſuis. Plura quæ ſcripſerit, non reperimus.

Exactam ſimplicium cognitionem dudum collapſam ad *Dioſcoridis* ac *Galeni* doctrinam reſtituere in integrum conatus eſt: apparato ad id horto ſpacioſo, quem exoticis elegantibusque herbis ſumtuosè Coloniæ inſtruxit. Hoc enim animo fuit; nihil, ut quod ad abſolutam medicinæ perfectionem faceret, prætermitteret. Quamobrem quot annis magno labore atque ære, ex *Italia*, *Gallia*, *Anglia*, & univerſa *Germania* ſemina peregrina conquiſivit: ut quod ambiguum, aut ignotum antè fuerat, viva ab omnibus facie cognoſceretur. Cum collegis conjunctiſſimè vixit: inter quos *Cronenburgius* facilè princeps, cum quo ingenuè, quod pauciſſimi faciunt, honorem & opera artis ſolitus fuit communicare.

Corporis temperaturâ fuit æquabili: ſed qui ex leviſſima calidi odorati occaſione, in gravem cerebri affectum, venerit: & quod mirandum ex roſæ rubræ olfactu, continuò in ſternutationem fuerit provocatus. Cauſam *Cronenburgius** adſignat proprio ipſius *cerebri temperamento calido*, ſenſusque odoris raritati, & ſubtilibus quibusdam ab amaritudine, ac caliditate, roſæ inditis partibus, cui adſtrictio quædam conjuncta.

Tantum de Echtio *Pantaleon lib. 3. Proſopogr. Bernardus Cronenburgius in opere de compoſit. medicamentorum.*

GEMMA FRISIUS.

Gemma, à patria *Friſius* vulgò dictus, *Doccomii* honeſtis parentibus natus ſub annum octavum ſeculi decimi quinti, & ob bella, quæ tum inter factioſos in *Friſia* fervebant, *Gruningam* ad amicos miſſus, ab iisdem ibi educatus eſt. Ubi cùm adoleſcens feliciter in literis profeciſſet; *Lovanium* ad ſtudia graviora capeſſenda ablegatus, collegio Gruninganorum nomen dedit, ob nuncii commoditatem; quo uti poſſet ad neceſſaria à Gruninganis petenda. Nam cùm Friſia & Gruninga longiùs Lovanio diſtent, nec proinde in diem ſtudioſi à ſuis parentibus habere, quibus ad victum & ſtudia opus, poſſint; collegia nationum cum Univerſitatis conſenſu conſtituerunt: quæ ſingula peculiarem nuncium ſuſtentent, ſtatis temporibus ex patriâ commeatum, & pecuniam, & cætera neceſſaria apportantem. Gemma igitur cùm parentibus admodum adhuc puer orbatus eſſet; non Friſiæ occidentali, ſed Gruningano Collegio ſe adjunxit, & Gruningenſis eſt habitus, quanquam Doccomianus eſſet.

Operam

peram autem dedit Lovanii tum Mathe-
cis artibus tum medicinæ. In illis quan-
valuerit ſcripta publicè edita hodieque
ntur. In medicina doctoratum conſecu-
& profeſſionem publicam, inter præci-
ejus Academiæ medicos habitus fuit. In
riâ acutus; in praxi felix: Mathematicas
privatim in ædibus ſuis docere ſolebat;
ermulti eum docentem ſtudioſè, cùm ſin-
is in eo docendi dexteritas ac gratia eſſet,
erunt.

orem duxit *Lovanii*, ex qua filium ſuſce-
rnelium Gemmam: itidem medicum &
ematicum; & qui patris gloriam ſolertiâ
iâ ac doctiſſimis ſcriptis editis ſi non
avit, certè æquavit.

it idem Gemma in ſummâ gratiâ apud
um V. maximè ob Aſtronomiam &
etriam, in quibus & Imperator ipſe
liciter verſatus erat: adeò quidem, ut
m erroris admonuerit in mappa mundi,
poſteà errore ſublato, illi Gemma
avit. Ob easdem artes Mathematicas
næ domus à multis magnatibus aulicis
abatur; qui & ipſum ſæpe *Bruxellas*,
bant, non ingrati pro operâ præſtitâ. In
quoque Cæſaris aulam ſæpe evocatus,
e modeſtè excuſaret: *otium* ſibi *gratia*
ipum potius eſſe inſigni exemplo do-

it idem Lovanii ob morum comitatem
omnibus ὁμοτέχνοις ſuis medicis, inter
unum præcipuè familiarem habebat
ieremiam Triverium. Staturâ autem
ediocri, membris gracilibus & facie
â. Quo factum, ut cum Triverio,
rocerior multò, facieque rubicundâ &
re obeſo erat, ſæpius in publico con-
s, falſi cujusdam urbanitatem effugere
otuerit: qui Hieremiam & Gemmam
ienſium medicorum par impar facetè
avit. Triverius iſte Lovanii tum alia
orum ſcripta, tum Aphoriſmos Hip-
tis publicè explicans: frequenter dice-
itus fuit, *nihil infelicius eſſe ægrotante*
o, propterea quòd omnibus in prom-
ſet illud; *Medice, cura te* * *ipſum*: id
illi tunc impoſſibile factu eſſet, judicio
orbum turbato. Ideoque Gemmam
dicum, ſi quando ægrotaret, præſtipu-
tat; & Gemma viciſſim illum ſibi. Itaq;
veniſſet, ut morbo peſtilenti correptus
nias Gemmam accerſeret, Gemma ut
Hieremiam hortatus eſt, ſtrenuè præce-
nullâ aliâ re opus eſſe, quàm fideli co-
non longo intervallo eâdem via ſub-
um. Uterq; igitur brevi temporis ſpa-
nâ cum aliis multis viris egregiis *peſte*
tus eſt anno *milleſimo*, *quingenteſimo*,
ſexageſimo. Neuter medicamentis uti
adverſus fatalem neceſſitatem, quam
tem eſſe intelligeret.

anquam non * nemo *calculi malo*
ſcribat, idque anno *quinquageſimo*
, die *viceſimo quinto* Maji, ætatis *qua-*
ſimo quinto. Viſitur etiamnum hodie
effigies ejus tumulo appenſa *Lovanii* in æde ſodalium Dominicanorum, his verſibus adjunctis: *Epigram. in Gemmam.*

Ut ſimulat ſolem radiantis gemma pyropi;
Sic Gemmam artifici picta tabella manu.
Hac vultum dedit, ipſe animi monumenta perennis:
Ne quid in exſtincto non ſupereſſe putes.

Exſtat in eundem & hoc *Joannis Secundi*, poëtæ jucundi, epigramma:

Gemma, cui ſecti patuerunt invia mundi.
Et quicquid longâ vidit vertigine Phœbus;
Cui nubes ſuperare vagas ſedesq; repoſtas
Mente datum ſancta eſt, & avito currere cœlo,
Fatalesq; rotas tereti ſuſpendere ligno:
Immortale feres nomen, dum gemma feretur
In digitis, fulvoq; decens radiabit in auro,
Phœbeiq; terent iteranda volumina currus.

Scripta reliquit *Gemma* nulla in medicinis, in Mathematicis autem complura: quæ ſunt: *Scripta Gemmæ.*

Methodus Arithmeticæ, ſæpiùs variis in typographiis recuſa, & plurimis in ſcholis juventuti propoſita: in eam annotationes & additiones ſcripſit *Jacobus Pelitarius.*

De locorum deſcribendorum ratione, deque *diſtantiis eorum inveniendis.*

De uſu annuli Aſtronomici libelli, cum *Petri Apiani* coſmographia impreſſi.

Charta ſive, ut vulgus vocat, *mappa*, qua continetur *generalis* totius *orbis deſcriptio*, partim ex veteribus, partim ex recentioribus collecta; & *Carolo V.* Auguſto dedicata.

Ejusdem libellus de *principiis Aſtronomiæ & coſmographiæ*, deque *uſu globi Coſmographici* ab eodem editi, & de *orbis diviſione*, & *Inſulis rebusque inventis.*

Demonſtrationes Geometricæ de *uſu radii Aſtronomici*, ſeu regulæ Hipparchi, Antuerpiæ excuſæ.

De *Aſtrolabio Catholico* liber, quo latisſimè patentis inſtrumenti multiplex uſus explicatur, & quidquid usquam rerum Mathematicarum tradi poſſit, continetur.

Hæc de Gemma Friſ. *Suffridus Petr. in ſcriptoribus Friſiæ: Miræus in elogiis Belgicis. alii.*

ANTONIUS NIGER.

⊕ 1555. d. 5. Junii ætat. ...

PAtriam *Antonius Niger*, ſive *Nigrinus* ſive *Melas* (his enim nominibus alicubi ſeipſe indigitat) nactus eſt Sileſiorum caput *Vratiſlaviam*, urbem & copioſam, & ingeniis liberaliſſimis affluentem. Ut primum ex pueris exceſſit, artibus omnibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, imbutus eſt, multisque ingenii gloria antecelluit. *Patria Nigri.*

Exinde ad publicas Germaniæ ſcholas progreſſus, nõ pœnitendos in literis fecit progreſſus. *Educatio.*

Petit. grad. magiſter. Erphord. Fert repulſam.

ſus. Anno itaq; *milleſimo quingenteſimo, viceſimo primo*, cum *Camerario* & aliis *Erphordiæ* honorem Magiſteri petivit. Sed quò minus voti compos ibi fieret, obſtitit ei tum malevolentia quorundam jeiuna; tum gloria ipſius maxima & quòd avidior artium & ſtudiorum humanitatis, inque iisdem colendis liberior fuiſſet. Aliam igitur ingreſſus viam, illos petitores antevertit; & quod alii negarant, ſplendidiùs quàm ipſi conferre potuiſſent, eſt conſecutus.

Alibi impetrat.

Venit in Italiam.

Tandem patriâ relictâ doctrinarum amore, ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum trigeſimum ſextum*, variè ante jactatus, in Italiam pervenit: medicosq; ibi eâ tempeſtate celeberrimos audivit.

Reverſus docet Marpurg. Inde commigrat Brunſuigam.

Reverſus in Germaniam, primùm artem, quam didicerat *Marpurgi* Cattorum in Academia præcipui nominis, publicè docuit. Inde *Brunſuigam* evocatus abiit; ejus urbis medicus phyſicus ſtipendio liberali conductus.

**Anno 1553.*

Exercuit itaque eo loco medicam artem, cum laude ſua & ſalute civium: * viditque cum dolore ingenti diuturnum, & penè Peleponneſiacum, ut ipſe ad Camerarium ſcribit, bellum: quo urbs illa, in qua verſabatur, miſerrimè fuit divexata.

Obitus Nigri. Amici.

Rebus humanis eximitur Brunſuigæ, anno à Meſſia exhibito, *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quinto*, die *quinto* Junii. Amicis uſus eſt tum aliis, tum inprimis *Melanchthone, Camerario, Sinapio, Eobano Heſſo*: quorum in Germania imò Europa memoriam oblivio delebit nulla.

Scripta.

Editum eſt eius *de tuendâ valetudine conſilium*: & ſervantur ipſius *conſilia medica*, ut fertur, apud *Caſparum Schvvenckfeld.* medicum. Prodiit ipſo auctore & tractatus *de erroribus atq; abuſibus, propter quos medicina infamata* hodieque jacet. Edidit & *Pſalmos Davidis* aliquot, Grecis verſibus redditos: auxit etiam & in meliorem ordinem redegit Mezleri Grammaticam: quæ cum ejus præfatione edita.

Tantum de hoc Nigro *Camerarius in epiſtolis*: & *vita Eobani Heſſi. Schenckius in bibliotheca.*

---

† 1555. d. 17. Iulii.

IOANNES MEGOBACCHUS.

IOannem *Megobacchum* Spangenbergenſem natum coniicimus, ſub annum à mundi Meſſiâ exhibito, *milleſimum, quadringenteſimum, octogeſimum ſeptimum*. Hic cùm Logicarum artium fundamenta, ut tempora illa ferebant, ſic ſatis jeciſſet: Wittenbergam profectus, audivit inter alios eâ tempeſtate celeberrimos viros *Auguſtinum Schurfium* & *Melanchthonem*.

Wittembergæ diſcit.

Item Erphordiæ.

Vixit & *Erphordiæ* in ſuaviſſimo ſodalitio Eobani: quocum per omnem deinde vitam amicitiam coluit arctiſſimam.

Abiit in Italiam.

Ex Germania in Italiam ſub annum milleſimum, quingenteſimum triceſimum venit: atque *Patavii* medicis eâ ætate præſtantiſſ[imis] operam dedit.

Reverſus in patriam cum titulis & inſig[nibus] medicis, docuit aliquandiu *Marp[urgi]* Cattorum. Poſt fuit à cura valetudinis i[llu]ſtriſſ. principi *Philippo*, Hasſiæ Landgrav[io] illi, qui anno *quadrageſimo ſeptimo* capt[us] à Carolo V. detentus, ac *quinquageſimo* [se]*cundo* cum *Ioanne Friderico* Saxone, è q[uin]quennali cuſtodia* liberatus eſt.

Ex vita mortali ad immortalem demi[grat] archiater hic fideliſſ. atque eruditorum am[an]tisſimus, *Caſſellis*, (quod Stereontium Pr[...] mæi eſſe volunt) anno *milleſimo, quinge[nte]ſimo, quinquageſimo quinto*, die *decimo ſe[pti]mo* Julii.

Exſtant ejus *compoſitiones quædam med[icæ] & antidota* comprobata; quæ in multis G[er]maniæ pharmacopolarum officinis frequ[en]tantur.

Ex epiſtolis Eobani, & aliis,

GEORGIUS AGRICOLA.

PAtriam nactus eſt *Georgius Agricola G[lau]cham*, oppidum in Miſenorum vel H[er]mundurorum regione, argenti ac meta[llo]rum ferace; adeò ut *Henrico* duci Mi[...] ſolæ Friburgenſes venæ tantam argenti [co]piam largitæ ſint, quanta tum, ut aut[...] lo. juuntur, ſuffeciſſet emturo Boemiæ re[gnum].

Ibi ergò Agricola primum hujus cæli a[uram] hauſit, anno ab exhibito Meſſia *mille[ſimo] quadringenteſimo, nonageſimo quarto*, di[e vi]*ceſima quarta* Martii, inter horam *quar[tam] & quintam* veſpertinam.

Cùm fundamenta bonarum literaru[m in] Germania feliciter poſuiſſet: & anno Ch[riſti ...] *decimo octavo* Cygnææ ludum Græcum [...] ruiſſet: ac poſt Lipſiam profectus Petri [Mo]ſellani, qui eo tempore columna habeb[atur] Univerſitatis, Lector fuiſſet: abiit in Ital[iam]: ubi inter alios audivit *Nicolaum Ancon[itanum]* & *Joannem Nævium*; quorum alter in m[edi]cina, quam docent Arabas ſecuti, dilig[enter] fuit verſatus; alter tum in Latinis & G[ræcis] literis, tum maximè veteri illa medicina [eru]ditus. Ex Italiâ in patriam reverſo, [...] fuit potiùs, quàm ut ſe ad Sudetos conf[erret] montes, totius Europæ fertilisſimos arg[ento]. Ad quos ut venit: ſtatim cepit ardere ſt[udio] rei metallicæ cognoſcendæ: quod ple[...] opinione multò majora inveniſſet.

Anno pòſt, cùm viri amicisſimi, qu[orum] autoritas multum apud ipſum valebat, e[...] ſiſſent; in *valle Joachimica* ſuſcepit offi[cium] & munus medendi. Tunc vero quic[quid] temporis ei vacuum fuit à curandis ægr[is,] à valetudine ſuſtentanda, à cura rei dom[eſti]cæ: id totum conſumſit partim in per[cun]ctandis hominibus, artis metallicæ pe[ritis], partim in legendis ſcriptoribus Græcis & [La]tinis, quos aliquid de metallis putabat [me]moriæ prodidiſſe. Sed cùm videret [ex]ſtare perpauca, plura abolita, ipſe ani[mum] induxit ſcribere *de rebus ſubterra[neis]*: quæ vel legiſſet, vel ex peritis [...]

meta[...]

ällicæ didiciſſet, vel ipſe vidiſſet in fodi-
& officinis.
x valle Joachimicâ *Chemnitium* Hermun-
orum commigravit: ubi ſe ſtudio Phyſicæ
edicinæ totum dedidit: conatusque eſt
erranea è tenebris, quibus obruta iacue-
t, eruere, & in lucem proferre. Quod ut
eliciùs præſtaret, *Mauricius* Saxoniæ dux
it ei immunitatem ædium, & vacationem
lici muneris: ac *Georgii Commerſtadii* Ju-
nſulti ſuaſu annuum eidem ſtipendium
evit. Fecit ipſe non parvos de ſuo in eam
ſumtus, & rei familiaris jacturam non
uam. Dum enim toto animo in ea ſtudia
buit: abiecit curam rerum privatarum:
honeſtis rationibus multum potuiſſet
re: ſi vel divitias, vel opes, vel honores
ris æſtimaſſet; quàm cognitionem rerum
ltarum, contemplationemq; naturæ.
pſit ergò *de ortu & cauſis ſubterraneorũ.*
naturâ eorum, quæ effluunt ex terrâ.
naturâ foſſilium.
medicatis fontibus.
ſubterraneis animantibus.
veteribus & novis metallis.
re metallicâ libros duodecim: ubi non
omnia metallicam ſpectantia luculen-
ſcribuntur; ſed & per effigies ſuis locis
s, additis Latinis Germanicisq; omni-
a ob oculos ponuntur; ut clariùs tradi
oſſint.
precio metallorum & monetis.
menſuris & ponderibus externis.
reſtituendis ponderibus & menſuris.
*manorum & Græcorum menſuris & pon-
deribus.*
menſuris quibus intervalla metimur.
animantibus ſubterraneis.
tejus & *de peſte* libri, & de *traditio-
Apoſtolicis*: ſed an editi in lucem ſint,
dubitamus.
idem monumentis editis & præclarè
re literariâ eſt meritus; & nomen ſuum
talitati conſecravit. Litem ei movit
as Alciatus, ſuper diſquiſitione *de
ris & ponderibus*: cui Agricola brevi
ione reſpondit.
icis præcipuè uſus eſt *Wolffgango Meu-*
metallica à Puero docto, quæ Aldebur-
atria ejus gignit: *Georgio* item *Fabricio*,
itatis omnis ſtudioſo: *Valerio Cordo*,
immaturâ, ſed beata morte extincto,
o Roterodamo, cujus exſtat ad ipſum e-
, *Ioanne Dryandro, Paulo Ebero, Corne-
ardo, Caſpare Cornero*, & aliis viris do-

bello Germanico, cùm Mauricius &
tus fratres, Cæſaris exercitum per Bo-
n ſequerentur; Agricola, uxore præ-
cum dulcisſimis liberis domi relictâ,
is etiam omnibus poſthabitis, cum jus-
um, quo eis erat divinctus, nullo
negligendum putaret, in excercitu eo-
ene ſenex militavit.
obitu & doctrina ejus hoc elogium

*reliquit *Iacobus Auguſt. Thuanus*, vir cl. his verbis: *His* (qui tum mortui narrabantur.) *annumarabo Georgium Agricolam, qui de re metallicâ, foſſilibus, & ſubterraneis animantibus ita accuratè hoc ſeculo ſcripſit: ut omnes antiquos in eo genere longè ſuperaverit: & exactâ non ſolum eorum, quæ à veteribus prodita ſunt explicatione; ſed à multarum rerum, quas veniens ætas indagabit, veſtigatione, eam hiſtoriæ naturalis partem illuſtraverit, addita poſt Guilielmum Budæum, Leonardum Portium, & Andream Alciatum, ponderibus, menſuris, de preciis metallorum & monetarum diligentisſimâ tractatione, ac tandem anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quinto, Chemnitii Hermundurorum, haut longè à maximè famoſis hoc ævo Saxonum VII. virorum argentifodinis: ubi multa ipſe coràm priſcis incognita propriis oculis exploravit & obſervavit, ultimum vitæ diem clauſit XI. Kal. Decemb. cùm annum ætatis LXI. ageret.* Hæc ille.

*lib. 16. hiſt. Thuani de Agricolâ elogium.

Obitus Agricolæ.

Id *Matthiolus* ad *Caſpar. Nævium* med. *queritur, hunc præclarum probumque ſenem in patriâ tantum terræ non inveniſſe, quo ſuum operiretur cadaver, quod cur factum ſit, Petrus Albinus indicat. Fuerat ætate ad ſenium vergente Agricola valdè vehemens & pertinax in propugnanda Romana Eccleſia, ejusque dogmatibus: qui tamen initio tum alia tum Indulgentiarum nundinationes improbarat: ut verſiculi iſti ab ipſo Zuiccaviæ anno *decimo nono* compoſiti & publicè affixi, teſtantur:

* Lib. 2. epiſt.

Pontifi religioni addictus

In nundinationes Indulgentiarum.

Si nos injecto ſalvabit ciſtula nummo;
Heu nimium infelix tu mihi pauper eris!
Si nos, Chriſte, tuâ ſervatos morte beaſti:
Jam nihil infelix tu mihi pauper eris!

Sed poſtea quorundam Theologorum incautis ſcriptionibus, vitaque Lutheranorum aliquorum ſcelerata offenſus, inprimis εἰκονομαχίᾳ ac ſeditione ruſticana, reformatam religionem cepit odiſſe, quam antea multis in capitibus erat amplexus: quò abduxit eum & hoc, quod natura ſua pompam Eccleſiaſticam & ceremonias magni faceret, & ſplendori externo ferè nimium deditus eſſet.

In Pontificia igitur religione permanens, è vita diſceſſit Chemnitii, anno menſe, & die ut indicavimus: cadaver autem in *Zeitz fuit translatum, ibique in templo Cathedrali ſepultum, cum dies quinq; Chemnicii inhumatum jacuiſſet, ſub paſtore Tetelbachio.

*Zitium.

Exſtat in Agricolam hunc *Georgii Fabricii* epigramma ejusmodi ſub lemmate: Doctrinæ admirabilis.

Epigram. Fabric. in Agric.

Agricola è terris theſauros eruit omnes:
Quoq; forent uſu, quo preciove, docet.
Debuit in terris vir tantus vivere, quo non
Ingenium majus patria noſtra tulit.
Urbe jacet Citio, vitreus quam tangit Eliſter:
Fama viri terris intumulata manet.

 Luſit

Luſit in libros ejusdem idem Fabricius ita:

—Et in eius libr.

Viderat Agricolæ, Phœbo monſtrante, libellos
Jupiter: & tales edidit ore ſonos:
Ex ipſo hic terræ theſauros eruet Orco:
Et fratris pandet tertia regna mei.

*Bodini de Agric. iudicium. *In meth. p. 161.*

Joannis Bodini de hoc judicium omittere nolumus,* quod ejusmodi eſt: *Metallicam diſciplinam ita tractavit Georgius Agricola homo Germanus: ut Ariſtoteles ac Plinius in eo genere nihil intellexiſſe videantur.*

Et hæc de noſtro Agricola *ex ipſiusmet ſcriptis: P. Albini Chron, Miſn. Mel. Laubani M. S. collectan. Geſn. bibliotheca, aliis.*

Θ 1555.

ANDREAS GRUNDLERUS.

Studet linguis.

SVinfurti, Franciæ orientalis oppido *Andreas Gründlerus,* loco honeſto natus, & à puero ad literas humaniores adhibitus, ita in iis verſatus eſt: ut & Græcæ & Latinæ linguæ, præter cæteras artes, cognitionem non vulgarem ſibi compararit.

Et medicinæ.

Poſtea in Philoſophorum ſpacia & Academiarum umbracula progreſſus, phyſicis potiſſimum, quò natura ferebatur, & medendi arti ſeſe dedidit. Quo in ſtudiorum genere, ut ad finem perveniret optatum; in Italiam abiit, ac *Ferrariæ* lauream medicam cum applauſu docentium eſt adeptus.

Doctor medicus renunciatur.

Ibi in notitiam & familiaritatem venit virginis cujusdam *Olympiæ Fulviæ Moratæ, Fulvii Peregrini Morati, Mantuani,* hominis docti, filiæ, Latinè Græcèque ſupra ætatem & ſexum eruditæ. Hanc virtutem & doctrinam ingenii excellentis admiratus, ubi in matrimonium duxit, cum eâ & fratre ejus Æmilio, puero octenni in patriam revertitur: inque ipſas belli inteſtini flammas incidit. Occupavit enim tunc id oppidum miles *Alberti Marchionis*: qui cum videret diu illud ſervari contra hoſtem non poſſe; triduo pòſt diripuit, & noctu clam diſceſſit. Succeſſerunt Norinbergenſes, & Epiſcopi, Henricique Brunſuicenſis exercitus: qui etiam compilatum incenderunt. Factum id anno quinquageſimo quarto, ſupra milleſ. quingenteſ.

Ducit uxorem Olympiam, fœm. eruditam. Redit in patriam. Et in belli flammas. Suinfurtum direptum ac incenſum.

Bonis igitur omnibus exutus Gründlerus, & cum ſuâ ſolum vertere coactus, bis in fugâ ab hoſte captus, & toties ab eodem liberatus, auxilio Dei, ac precibus Olympiæ fuit. Tandem palabundi *Haidelbergam* perveniunt: ibique Gründlerus clementi voluntate *Friderici II.* Electoris Palatini, in collegium Haidelbergenſis Academiæ publicè artem medicam profitentium, fuit cooptatus. Spartam ergo nactus illuſtrem, dum eam ſtudio & induſtriâ ſuâ pro virili ornare conatur: ſuaviſſima conjux febri corripitur, & vivis immatura morte eximitur, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo, quinto,* die *viceſimo ſexto* Octobris, cum *undetrigeſimum* ætatis annum nondum compleſſet.

Exul Haidelbergam venit. Ibi profeſſor medic. deſignatur. Olympia moritur.

Compoſuit in eam viduus Gründlerus c
tionem patheticam & ſuavem *Quemad*
dum deſiderat cervus ad pontes aquar
eamq; ſubecutus eſt una cum Æmilio b
intervallo: cùm in conjugio vixiſſet non q
quennium.

Sepulti ſunt & conjuncti tumulis, qui
rant conjuncti thalamis Haidelbergæ, in
miterio Petrino: ubi ephitaphia ipſis p
duo: quorum tamen alterum, mariti nem
hodie nuſpiam locorum comparet. Hal
autem ita:

DEO IMM. S.

Et virtuti ac memoriæ Olympiæ
ratæ, Fulvii Morati Ferrarie
Philoſophi filiæ, Andreæ Grund
Medici conjugis, lectiſſimæ fæmi
cujus ingenium ac ſingularis utriu
linguæ cognitio, in moribus au
probitas ſummumq; pietatis ſtudi
ſuprà communem modum ſem
exiſtimata ſunt. Quod de eius
hominum judicium beata m
ſanctiſſimè ac pacatiſſimè ab eâ ob
divino quoq; confirmavit teſtimo
Obiit mutato ſolo anno ſalut.
LV. ſupra milleſ. ſuæ ætat. XX
hîc cum marito & Æmilio fr
ſepulta, Gulielmus Raſcalo
M. D. B B. MM. PP.

D. O. M. TRINO ETUN
S.

Andreæ Grùndlero Sueviforadia
magnæ peritiæ viro, Medico &
loſopho: qui ſimulatque ſchola
quâ vixit, dum ab exilio profiter
tem cæperat, peſtis metu hîc d
paretur, ſolvi à corpore exopta
proque voto ſolutus eſt, non ta
ſolo amiſſæ incomparabilis exen
ſociæ, ac coniugis Minervæ
(erat enim in omni fortunâ ho
modeſtiſſimus) ſed ut ex denſâ hac
rum cœleſtium ignoratione, in luc
traductus, aberrationibus DEU
non amplius offenderet: hìc in ſp
reſurrectionis quieſcenti, ſodalis
dali, medicus medico Guiielr
Raſcalonus poſuit.

Auguſt. Thuan in hiſt. Cruſ. annalib.
vicis Monumenta Haidelbergenſ. Vid
lubet, in vitis Philoſophor. Germanor.
tam Olympiæ Fulviæ Moratæ uxoris eju

Hi

[H]ENRICUS MUNZINGERUS.

[B]Aſilea verè multarum Germaniæ urbium regina, patria *Müntzingero* obvenit, an-[no] Chriſti *milleſimo, quingenteſimo ſecundo.* [Pri]na literarum fundamenta ſub *Xyſto Betu-*[leio] felici juventutis informatore, poſuit: [C]um religio Baſileæ mutaretur, de magi-[ſtrat]us conſilio aliquot civium liberi in Do-[min]icanorum cœnobium recepti ſunt, inter [quo]s & Muntzingerus; qui literis bonis, & [reli]ate orthodoxa ibi imbuti, aliquando Ec-[cleſi]æ ac ſcholis patriæ uſui eſſe poſſent. Ibi [per] ipſum *decennium* egit, inſtitutione di-[sc]iti & felici uſus *Simonis Sultzeri*, & poſt *Sebaſtiani Lepuſculi*, utriusque viri docti [...]ii.

[P]oſteà, cùm ætate & eruditione, accre-[ſcen]te quoque judicio, animum ad medicinæ [ſtud]ium adjecit, inque Philoſophicis & me-[dicis], quas duas inter diſciplinas jucunda eſt [conſ]piratio, plurimum profecit. Inde an-[no q]uadrageſimo quarto, ſupra *milleſimum, [quin]genteſimum*: philoſophiæ in patria ma-[giste]r eſt ſalutatus, & ad tempus in ſchola [...]na juventuti erudiendæ præfectus.

[Q]uo in officio etſi nihil reliquum fecit: [tame]n cum juvenilis animus ad altiora con-[tend]eret: amicorum literis DD. Fuggeris [Mæc]enatibus ſtudiorum liberaliſſimis, fuit [com]mendatus. Eorum igitur ſumtibus in [Galli]am miſſus, *tres* ibidem *annos* conſumſit [...]ndo. Inde in Italiam progreſſus *Piſis* [m]edicorum ordinem relatus eſt: ac poſtea [...]iannum *Florentiæ* medicinam factitavit. [In] Germaniam reverſus, Auguſtam ad [...]garos Mæcenates ſe contulit: ibique ali-[quot] annis civibus in re medica profuit. Ob [...] in Remp. Auguſtam merita anno *mille-[ſimo], quingenteſimo, quinquageſimo quinto à [Senat]o* Auguſto inter curiæ ſuæ nobiles fuit [...]tatus. Octennium quaſi cùm Auguſt[æ ...]tis benefaciendo, nemini nocendo, [...]ſſet, anno *quinquageſimo nono*, ab *Ei-[ſtettenſ]i* epiſcopo evocatur, atque honeſto ac [...]li ſtipendio, qui ſuæ ditionis medicum [...]t, conducitur.

[...]i quamdiu vixerit, quando viam omnis [...]s ingreſſus ſit, & nunquid poſteritati [...]brarit, nondum invenimus. Vixiſſe [...]adhuc anno *ſexageſimo quinto* ſupra *mil-[leſim]um, quingenteſimum, Henricus Panta-[leon]* auctor eſt: ſibique cùm præteriret, ob [com]munia olim ſtudia, omnia humanitatis [offici]a exhibuiſſe, & itineris rationem per [...]oniam oſtendiſſe, confirmat.

[Pa]ntal. lib. 3. Proſopograph.

[R]EINERUS SOLENANDER.

[R]*einerus Solenander Buderica* natus eſt, [c]irca annum *viceſimum quintum*, ſupra [*milleſ*]*imum, quingenteſimum*: cumque in-[...]eſſet felici, animum ad literarum ſtu-[dia] adjunxit, *Lovaniique* tyro *triennium* exegit, Mox, ut *altæ mentes in perpetuo ſunt motu*, in *Italiam* profectus, primùm *Bononiæ* tum *Romæ* & *Neapoli* ſeptennium integrum & amplius conſumſit, & Philoſophiæ perinde, ut medicinæ, operam navavit. Deinde annis aliquot in celebribus *Galliarum* Academiis, inter celeberrimos viros ſtudia ſua eſt proſecutus.

In Italiam abit.

Exinde in Galliam.

Teſtimonio ſuorum profectuum de more Academiarum, neutiquam improbando, accepto, in Germaniam rediit; ac medicinam apud ægrotos, qui operam ſuam opemve expetebant, exercere cepit. Adſpiravit ejus praxi, non Apollo ille, ſed Deus ipſe Jehovaadeò: ut non ſolum ab infimis ac medioximis, verumetiam à ſummis atque principibus fuerit cultus, & in honore habitus. Quamobrem à *Guilielmo* Cliviæ regulo evocatus, principi illi à cura corporis fideliter fuit.

Redit ad ſuos.

Feliciter medicinam exercet.

Archiater Clivenſium reguli.

Scripſit in medicina varia, quæ à bibliothecarum congeſtoribus peti poſſunt; de quibus eminere videntur *conſiliorum medicinalium ſectiones, tractatus de cauſa caloris fontium medicatorum & temperatione.* Plurium meminit ipſe, & effecta habuiſſe fertur, an perfecta foras dederit, quantum nobis conſtat, paſſim dubitatur.

Scripta.

Dum multos annos in Italiâ partim didicit, partim docuit & fecit medicinam: obſervavit penè innumeros adoleſcentes medicinæ ſtudioſos: quibus ſatis fuit ſalutaſſe ſolum Italiam, & receptas (lubet ita vocare) varias collegiſſe, ſtatimque ad ſuos pro medicis rediiſſe. Quod ipſe non potuit non vehementer improbare. Si enim res receptorum multitudine & varietate ageretur, pharmacopola quivis, quemvis medicum facilè vinceret.

Ex receptarum congeſtione non ſit medicus.

Monet igitur juventutem ſtudioſam, ut melius & in rempublicam, & in ſe conſulat: *morbum* exactè *cognoſcat*: *remedii* ad curationem adhibendi *vires & naturam* diligenter perſpectam habeat. Huc enim totius medicinæ cognitionem tendere.

Recta medendi ratio.

Pantal. lib. 1. de Proſopogr. I. Georg. Schenck in biblioth. Solenander in præfat. conſiliorum ſuorum.

JANUS CORNARIUS. ☉ 1558.

AD limites Miſniæ, qui ad Eliſtrum, oppidum eſt ducum Saxoniæ *Cygnea*, vel à conditore, vel ut quorundam fert opinio, ab inſignibus, quibus olores tres oſtentantur, denominatum. Id patriam nactus Joannes vel Janus Haynpol / vel Hagenbut / quod cognomen vernaculum à præceptore, vel *Laurentio Urſalio* patriæ conſule, & poſtea ſocero ejus in *Cornarii* fuit* mutatum: quam aptè, alii judicent; natus eſt ſeculo *decimo quinto*, poſt Meſſiam in carne exhibitum ineunte.

d. 16. Martii ætat. 58.

Cygnæa oppidum, unde dict.

Joan. Hagenbutt Cornarius dictus, aliis Haynpol.

* *Ipſe Cornar. comment. l. 6. p. 445.*

Primum ſtudiorum tyrocinium in patria fecit: & puer domi paternæ ſatis negligenter quod ad victum, educatus, mox à patre admodum adoleſcens in externas ſcholas miſſus, ad adoleſcentiæ ferè usque finem,

corpore non adeò firmo fuit: ſed quod facilè afficeretur, ob victus iuſti negligentiam, imò ut rectiùs dicamus, partim ignorantiam, partim inopiam. Adoleſcens *viginti* natus annos, ex *Petri Moſelani*, viri & eruditi & ſuaveloquenti facundia ornati, auditoribus, eos in literis utriusque linguæ fecit progreſſus: ut non modò Grammatica doceret: ſed etiam poëtas & oratores Græcos publicè enarraret.

Educatur negligentius.

Audit Moſellanum.

Docet publicè adoleſcens.

Anno *viceſimo primo*, Wittembergæ Magiſter eſt renunciatus: mox anno *viceſimo tertio* Licentiatus medicinæ. Nam cúm non ita tardè intelligere cepiſſet; *ſanitate vitam nihil melius habere:* circa annum ætatis *decimum octavum*, animum ad medicinæ, quam & conſervandæ ſanitatis, & amiſſæ recuperandæ, ſive curandorum morborum artem eſſe audierat, ſtudia adiecit; non admodum probantibus id parentibus & amicis, qui ſacris & pietatis religioni addictum malebant. Etſi ergò iſtis obſecundandum, de mandato etiam divino, decebat: magis tamen literarum & linguarum ſtudio inhærens, per aliquot annos progreſſus fecit eos; ut ſi omninò ſacris initiatus eſſet, non planè ad id ineptus videretur. Medicinam etiam intera neutiquam neglexit: ſed profeſſores publicos diligenter audivit, non velut artis adſecla primùm: ſed velut explorator, & ut ætas ferebat, velut arbiter. Prælegebatur autem tunc in Lycæis *Avicenna*, qui princeps totius artis habebatur: *Raſis* deinde, præſertim nonus ipſius ad *Almanſorem* liber, in quo abſoluta curandorum omnium morborum ratio proponi ferebatur, *Albucaſis, Avenzoar, Mevas, Arabes*, & alij vix citra tædium nominandi. Allegabantur interim alii ab aliis faciendæ mediciuæ, ſive ut ipſi vocabant, practicæ ſcriptores recentiores, *Bertrucius, Gatinaria, Guainerius, Valeſcus*, & aliorum innumerabilis turba: ſed inter præcipuos producebatur *Arculanus*, quem alij *Herculanum* vocant. Græcorum autem medicorum ratio habebatur nulla: nec nati multi ſciebantur, nec nominibus ſuis juſtis ſatis noti erant principes: cùm vulgò *Hippocras* & *Galienus* á pleriſque omnibus appellarentur.

Maturè ad medicinam animum applicat.

Medicinæ docendæ quæ tum ratio.

Medici olim recentiores.

Medici veteres principes olim ignorati.

Scripta etiam illorum nec Græca nec Latina exſtabant; niſi quòd translationes quædam corruptiſſimæ pariter ac barbariſſimæ ex *Galeno*, à paucis magni theſauri loco poſſiderentur: & æquè vitiati *Hippocratis*, exiguâ mole libelli haberentur, alter *Aphoriſmorum* alter *Prognoſticum*: qui interdum etiam in ſcholis, ubi magni illi principes locum ultrò ceſſiſſent, prælegebantur.

Quanquam itaque non judicio ſuo ita confideret: ut, quid de illius ſeculi medicinâ ſentiret, publicè proferret; & eſſet quædam in ipſo reverentia quoque docentium pro cathedrâ, qualiacunque didiciſſent: tamen commilitones ſæpius intellexerunt ex eo, nec auctorum illud, nec profeſſorum genus, videri ſatis ſanum; quod ea tempeſtare ſcholas medicas occupaſſet: idque aſſequi ſibi videbatur ex linguarum ſtudio, tum in Germaniâ

Improbat id docendi genus Cornarius.

paſſim floreſcente. Cùm enim auctore[s] ad unum omnes barbariſſimos videre[t] qui quod dicere aut docere vellent, nun[...] perſpicuè ſatis exponerent: non dub[...] Græcos medicos longè meliora literis [...] daſſe; à quibus Arabes & barbari illi ſu[...] ſiſſent: & vehementer dolebat, nihil e[...] ſcriptorum ad ſuam extare ætatem.

Quamvis autem toto pectore à ſchol[...] doctoribus abhorreret, & barbaros illos [...] ſaretur: tamen nomine arti dato, eó [...] greſſus eſt: ut medicinam aliquot annis [...] cuerit ultra citráque Oceanum magi[...] apud *Livones, Rutenos*, & in principum [...] *galopyrgicorum* ducatu atque aulâ, utens [...] dem barbaris illis magiſtris, meliorum [...] dio deſtitutus; ſed ſperans quotidiè futu[...] ut aliquando incideret in optimos illos a[...] res Græcos, ſuâ linguâ loquentes.

Eâ de causâ cùm per *Belgas* ad *Anglos* rurſus ab his per *Gallias* peregrinatus *Ita*[...] petere conſtituiſſet: ut *Baſileam* venit; [...] modùm reperit illos, quos penitus inte[...] creditum erat, medicos Græcos, *Hippo*[...] *tem, Galenum, Paulum Æginetam, Dioſ*[...] *dem*, in *Aldinâ* Venetiis officina excuſ[...] ad *Ioann. Frobenium* paulò ante mo[...] tranſmiſſos. Hos auctores cùm *Hier*[...] *mus Frobenius* heres, ei utendos dediſſet [...] miliariter excepto & in amicitiam rece[...] Italiam viſendi deſiderium in eo ferm[...] ſtinxit, eumque annum ipſum Baſileæ [...] nuit. Non defuerunt, qui medicinæ c[...] & ſalarium eidem & ſupellectilem aliam [...] ceſſariam, abundè offerrent: venitqu[...] familiaritatem tunc non ſolùm Eraſmi, [...] & qui ad Eraſmum ſalutandi causâ, ex Ita[...] Galliâ, aliisque regionibus, docti hom[...] confluebant; ut profeſſores Baſilee[...] omittamus.

Ex illo porrò tempore, reiectis & negle[...] medicis illis barbaris; quos *novennium* ip[...] ſecutus erat: totum ſe ad Græcam med[...] nam contulit, Græcisque ſe totum addi[...] quos ſecutus ad eorum imitationem me[...] cinam exercuit in Germaniâ. Ac princi[...] quidem *Northuſanæ* urbis Imperialis medi[...] phyſicus fuit: inde ad *Francofurtenſes* [...] *Mænum* accerſitus, publico reipub. ill[...] ſalario medicum phyſicum egit: ubi cum [...] no *milleſimo, quingenteſimo*, *quadrageſim*[...] æſtatis inauditus Germaniæ æſtus ac feb[...] atripuit: quam ſummâ cum difficultate [...] tandem à ſe depulit. Patriæ etiam ſuæ [...] quot annis operam medicinâ faciendâ na[...] vit: atque tempore belli Germanici, c[...] præſidium *Zuiccaviæ*, ut & aliis Saxoniæ o[...] pidis, impoſitum eſſet, multum in ſtudiis i[...] pedimenti, & in re familiari detrimenti ſen[...] quin cùm ſupra *quingentos* operâ ſuâ curaſ[...] nemo tamen abeuntium, & loculos be[...] onuſtos aſportantium, ſeſe gratum adver[...] medicum fidelem oſtendit. Docuit itid[...] artem ſuam publicè in *Marpurgenſi* ac *Ien*[...] Academiis, non ſine laude ſuâ & auditor[...] fructu.

Ad melioͤrem vitam tranſiit *Ienæ* apo-
ſticus, anno ſalutis *milleſimo*, *quinquage-*
octavo, die *decimo ſexto* Martij, cum an-
cum ſeculi curſu numeraret. Filios re-
it duos Achaten & Diomedem, Medici-
tidem Doctores. Hic vir per *triginta*
e annos id Germaniæ noſtræ perſuadere
atus eſt: Græcos eſſe veros medicos, &
os artis medicæ auctores, ipſorum maximè
uâ legendos ac ſequendos. Et ut eſſet,
d aliqui vel de Græcæ linguæ ignorantiâ,
de auctorum difficultate quererentur:
tus eſt Græcos illos medicos facere Lati-
non obſcurâ & perplexâ, ſed perſpicuâ &
icatâ translatione.

xſtat itaque *Hippocrates* Cornarij Lati-
magnæ doctrinæ, ingentis utilitatis, im-
ſæ difficultatis opus, *ſupra duo millia an-*
m in Latinâ linguâ deſideratum, & à
unquam feliciter ante ipſum tentatum.
cavit illius interpretationem Auguſtano
tui, qui ſolicitante *Claudio Pio Peutin-*
J. C. **centum ſolaribus coronatis* Cor-
m, anno quadrageſimo ſexto, eo nomi-
onavit. Scribit ipſe, in transferendo eo
ore ſe perpetuis *quindecim annis* la-
ſſe.

xſtat *Galenus* totus magnâ etiam ex parte
Cornarium Latinè loquens, reliquis alio-
translationibus ipſius operâ caſtigatis.
Cornarij Latinus *Aetius*, qui univer-
medicinam ſedecim libris includere co-
eſt.

dit & *Æginetam*, qui idem quod Ae-
ſeptem libris efficere ſtudio habuit: ad
acceſſerunt *dolabellarum* Cornarii
ſeptem: quibus difficiles, obſcuros, at-
ſperos eorum librorum locos explicat,
at, ac dedolat: non ad eum ſolùm
rem intelligendum, ſed etiam ad alios
orum locos.

Theologicis etiam vertit *Baſilium*
um, *Epiphanium*, *Chryſoſtomum*. Latinè
n conſcripſit *catechesin*: & *orationes*
Leonhardum Fuchſium, medicum Tu-
nſem: qui ei litem ſuper verſionibus
ſdam moverat: quam uttinque vix
ſophicè perſecuti ſunt. Adeò verum eſt
epigrammatographi:

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

probarunt & notarunt in utroque eun-
fervorem & alii: inter quos *Bernardus*
nnius Cronenburgius, medicus Colo-
is, quando ita **ſcribit*: *atque hac de re*
culâ (de Aphonitri & Apholitri diſcri-
) *mutuè altercantur*, *aut veriùs convi-*
ur malitioſiſſimè Fuchſius & Cornarius,
octiſſimi: interim nihil docentes aut de-
nantes, dum uterque pertinaciter opinio-
nam tueri conatur: & res ipſas magis in
m vocat obſcuratque, ac ſeipſum accu
m coram univerſo Muſarum theatro
it. Cuperem eiuſmodi acerbas, & à
ianorum linguâ calamoque, legibus in-
tas, ſimul ac ingenuis odioſas contentio-
nquam ceptas; aut nunc tandem chari-
tatis amore ſublatas & conſopitas. Quorſum
enim attinet, ob res nemini hoc tempore probè
notas, aut quarum uſus iam apud nos inter-
cidit abolevitque, tam Tragicas turbas conci-
tare? Ecquid enim magni eſt, ſive duæ ſive
tres res illæ ſint? cùm id palam conſtet, affi-
nia eſſe nomina, ac res parum admodum ha-
bere diſcriminis: præterea nihil omninò noxæ,
quacunq; quis ex tribus (ſi maximè habere-
mus) utatur, humanis corporibus accidere:
quando ſimiles retinere vires, ipſe Dioſcorides
teſtatur: Hæc ille.

Id uti dictum, Cornarius unicè, nec ineptè opinor, optavit: ut medicæ per Europam Scholæ, excuſſo Arabum jugo, de Græcis fontibus auditoribus propinarent, & ut ad Græcorum medicorum præſciptum, reformarentur pharmacopolia, in quibus multa eſſent inania, ſuperflua, corrupta, exoleta: improbavit tot ſyruporum ac juleporum, barbaris nominibus appellatorum, inutilem copiam: tot aquarum, per fornacis vim de ſimplicibus medicamentis extortarum, rudem indigeſtamque molem: cùm Hippocrati *ptiſana*, cum familiaribus naturæ humanæ potionibus vino, aquâ, aquâ mulsâ, aceto mulſo ſuffecerit, velut juſtus exercitus ad omnes morbos acutos expugnandos. Exotica etiam rejecit; ac domeſticis nos contentos medicamentis eſſe juſſit. Opes velut ſtudiorum impedimenta, non anxiè quæſivit: & eas quoque quæ contingere potuiſſent, magno animo contemſit. Eſt non nemo, *qui bis eum Doctoris medici titulo ornatum affirmet: de quo nihil certi habemus. *Petrus Nigidius* philologus mortuum hoc elogio ornavit: *Quæ in medicina deſideraverit Cornarius.* *Hippocratis medicamenta quæ* **1. VVittemb. 2. Bononiæ, ut Petr. Albin. Elogium Cornarii.*

Vixit & in noſtro Cornarius ille Lycéo,
Pæonio notus, Pierioque choro.
Plurima conſcripſit proprio benè condita Marte
Græcorum multos tranſtulit ille libros.
Hippocratem Latio donavit iure, Galenum
Pergameum Latiâ veſtiit ipſe togâ.
Tranſtulit & ſacros multos pariterq; profanos
Auctores, ſed eos quis numerare queat?
Hunc meritò luget Zuiccavia morte peremtum
Patria; flet Charitum Pieridumq; chorus.
Quem non detinuit celebris Northuſia quondã:
Nobile nec Mœni ceperat emporium:
Quem non Haſſiaci Nymphæ tenuere Lycei.
Muſarum ſtudiis inclyta Iena tegit.

Eſt in Cornarium & *Ioannis Stigelii* acroſtichis eiusmodi: *Epigr. in Cornar.*

I *ngeniô ſi quis ſibi nomen & arte paravit:*
A *nte alios clarum tu queq; nomen habes.*
N *amq; ſimul Graio facundus & ore Latino,*
V *ir medica præſtans viribus artis eras.*
S *untq; procul varias viâ quâ munitur in artes*
C *onſita ſubſidio commoda multa tuo.*
O *rba ferè genio denſiſq; abſtruſa tenebris,*
R *eſtituis ſtudio ſcripta vetuſta tuo:*
N *on hoc Cos ſenex, magni dux docte Galeni:*
A *cceptum non hoc Græcia tota negas. (debet.*
R *ingere livor iners: tamen huic ſua præmia*
I *ngenuus meriti non pereuntis amor.*
V *ive DEO, ſtudia iſta ſuo qui numine iuvit:*
S *perantem in Chriſti tranſtulit ille ſinum.*

Georg-

Georgius autem Fabricius tali eum epigrammate celebravit: ſub lemmate; *Sedulitatũ erudita.*

Ætas quotquot noſtra tulit; quot ſecla priora
Præſtantes ſcriptis, artibus, ore, viros:
Iano Cornario plura & meliora nequivit
E Graiis nemo fontibus hauſta dare.
Dicere vera negas tumulum: celerando recede
Tumba te inexpertum ne vocet ipſa virum.

Et hæc de Cornario ſufficiant, *excerpta ſparſim ex ipſius operibus: P. Albini chron. Miſniæ: collect. M. S. Laubani: Geſn. bibliotheca: aliis.*

HIERONYMUS WILDENBERGIUS.

⊕ 1568, *d. 20. Sept. ætat. 93.* *Goldberga oppidum.*

GOLDBERGA Sileſiæ oppidum, olim aurifodinis, unde & ei nomen, hodie Gymnaſio celebre, *Hieronymum VVildenbergium* protulit, ſub annum Chriſti *milleſimum, quadringenteſimum, ſexageſimum quintum.* Qui cùm à teneris operam artium humaniorum, phyſices ac medicinæ ſtudiis, prout tempora illa ferebant, gnaviter dediſſet: nomen inter eius ævi eruditos non poſtremum tulit maximamq; vitæ ſat longe partem, extra patriam exegit.

Extra patriam vivit VVildembergus. Reviſit ad ſuos.

Anno *milleſimo, quingenteſimo tertio*, è Boruſſiâ ad ſuos cives reviſit, iisque auctor & ſuaſor fuit ſcholæ aperiundæ: cuius conſilium populares ſecuti omnem & opem & operam alacriter contulerunt. Ei ludo cum ipſe *octennium* magno cum labore, felici ſucceſſu, & præclara nominis ſui famâ præfuiſſet: in Boruſſiam redit; ac *Thorunii* medici Phyſici munus cum laude obiit: ibique mortalitatem exuit anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo octavo*, prid. calend. Octob. Goldbergæ in templo Parochiali, memoriæ eius tale monumentum honorarium poſitum viſitur:

Auctor ludi in patria. Cui præeſt. In Boruſſiam redit. Phyſicus Thorunii. Vbi moritur. Cenotaphium eius.

CLARISSIMO VIRO D. HIERONYMO WILDENBERGIO GOLDBERGEN. THEOLOGO, PHILOSOPHO, ET MEDICO EXIMIO: PHYSICO THORONEN. FELICISS. ANNIS XLIII. QUI ET IBIDEM PIE DECESSIT, NATUS ANNOS XCIII. PRID. CAL. OCT. ANNO DOMINI M. D. LVIII. FILIUS ET GENERI GRATI BENIGNO PATRI F. F. ANNO M. D. LXVI.

Tradidit ingenuas hic VVildenbergius artes;
Edidit & ſcriptis optima quæq; ſuis.
Goldbergæq; ſcholam fecit, Colmæq; celebrem:
Nunc eſt cæleſtis pars quotacunq; ſcholæ.
Ad quam nos etiam doctor ſummusq; Magiſter,
Quamprimùm miſero Chriſtus ab orbe vocet.

Scripſit *epitomen Philoſophiæ rationalis & moralis: ſcholia in Ariſtotelis* octo *Phyſicorum*: item *in libros de cœlo: de meteoris: & de animâ*, Baſileæ in officinâ Oporini.

Scripta.

Tantum de hoc viro benè de multis me
eruimus è *ſchedis amicorum* & *lib.* 3.
ſopogr. Pantal. plura addituri, ſi plura
ta literis fuiſſent.

IACOBUS MILICHIUS.

FRIDBERGÆ Briſgoiæ natus eſt *Ia*
Milichius, honeſtiſſimis parentibus
viceſimà quartâ Januarii, Ebero *viceſim*
mo Februarii ſemiſſe poſt primam ante
culum, anno à nato Chriſto, *milleſimo,*
genteſimo, primo: quo tempore *Satu*
Iupiter, Venus & *Mercurius*; naſcente
ceperunt triquetris & ſextilibus radiis
dodecatemoriis *Geminorum, Aquarii* &
tis. Quorum cùm vim eſſe peculiarem &
rificam, in formandis excellentibus inge
longo uſu deprehenſum ſit; inde, quod
cipuos, quot habuit orbis terrarum
doctos, tali aliquo ſiderum poſitu, in l
editos eſſe obſervatum eſt: conſentane
ad eam ingenii magnitudinem ac pra
tiam, quæ in eo fuit, harum ſtellarum l
plurimum contuliſſe, adfulſione conve
in naturam, quam à parentibus accepit
mam, opportunè impreſſum.

Pater præcipuum ejus urbis magiſtr
geſſit; qui poſtea in filium, Jacobi frat
quaſi hæreditario jure translatus eſt;
tecelluit opinione ſapientiæ, laude ju
atque integritatis, & autoritate. Is cu
filio Jacobo perſpexiſſet indolem ido
ad literas, & diſcendi cupidam; ſtudiis
deſtinavit: & erudiendum primum cu
in Academiâ patriâ, quæ tunc præ ca
claruit, adducta ſcilicet in admiratione
celebritatem ab iis viris, quos Germani
tempore habuit ſummos. Ibi *Eraſmo*
terodamo, Vlrico Zaſio, Conrado Heresba
Henrico Glareano, Nicolao Gerbelio, B
to, Philippo Egentino, & plurimis aliis, f
liaris & charus fuit. De Eraſmi priva
domeſticâ conſuetudine, ac ſermoni
multa narrare fuit ſolitus cum magnâ vo
tate: quomodo diurnas operas partiri,
matutino tempore rebus ſeriis vacare
modius poſſet, veterum more, tardius
dere: Inde vel amicis ſeſe dedere, vel o
bulare, & inter obambulandum, vel c
quiis ſuavibus ſe invitare ad hilaritatem a
oblectare, vel ea recitare ſolitus ſit, qu
ore ejus excepta, poſtea *Familiarium*
quiorum titulo prodierunt. Cùm cen
referret, quas Eraſmus in efflorescentia
id tempus ingenia Germaniæ ſuo more, &
eà qua valuit autoritate liberius agere con
verat; ajebat illum de *Philippo Melancht*
adoleſcente adfirmaſſe: *Quòd in quam*
que artem nervos ingenii intenſurus eſſet
ea omnes ſummos artifices eſſet ſuperatu
Hac voce Eraſmi ajebat, incenſum f
ingenti cupiditate Philippi viſendi.

Po

Poſtea cùm Eraſmus *Friberga* diſceſſiſſet *ſileam*: ipſe de patris ſententia ſe contulit Academiam *Viennenſem*, in qua magis, am alibi tunc floruerunt eruditioris Philo- hiæ ſtudia; cum reliquæ ſcholæ adhuc cupatæ eſſent magna ex parte barbarico no doctrinæ ſcholaſticæ. Mathematicas es Academia Viennenſis diligentia præci- a excoluit atque illuſtravit; & prima ſola- e reliquæ Germaniæ impertivit, autoribus *orgio Purbachio* & *Joanne de monte regio*. le cùm poſtea ceu coloniæ mathematicæ ductæ eſſent in Academias cæteras: pau- m alibi quoque propagatæ ſunt. In *Wit- tebergenſem* Academiam primi diſciplinas s invexerunt *Volmarius* & *Milichius*: quas adoleſcentes cupidiſſimè amplecterentur, rgerent, & perſequerentur certatim ma- o & alacri ſtudio, invitati ſcilicet certitu- e doctrinæ, & evidenti utilitate, & præ- ue exemplo atque autoritate *Philippi Me- chthonis*, qui propter cauſas graviſſimas ollere eas veris laudibus, & ab adoleſcen- us ſeverè exigere ſolebat; brevi tempore creverunt in illa Academia: ut cæteras facilè ſuperarit & obſcurarit: & laudem ſtratæ Matheſeos aliis præreptam ſuam erit.

Milichius ergo inter præcipuos fuit, qui dia Mathematica in *Wittembergenſi* Aca- nia excitarunt. Habuit autem præcepto- , & in his & in arte medica *Georgium Col- itium Tanſteterum*, inſignem doctrina m, & artis medicæ cognitione uſuque berrimum. In Græca lingua *Ritheime-* , & familiaris fuit inter cæteros *Caſparo no Velio* Poëtæ excellenti, *Philippo Gunde-* *Wolffgango Lazio*. *Vienna* diſcedens it *Wittembergam* anno Chriſti, *milleſi- quingenteſimo, viceſimo quarto*, invita- otiſſimum ſtudio veræ doctrinæ de DEO hiloſophiæ purioris; quæ repurgari tunc nſtaurari cœperant, & famâ nominis Phi- i. Ubi quod unicè expetiverat, cùm inſinuaſſet in familiaritatem *Philippi Me- hthonis* & *Simonis Grynæi*; quem eadem viſcentis omnis doctrinæ politioris fama ellexerat; in eam venit apud utrumque ionem & admirationem, propter inge- k judicii rectitudinem, animi candorem, rinæ pro eâ ætate varietatem, diſcendi ns & inexplebile ſtudium; ut ad extre- n vitæ uſque utrique fuerit chariſſi-

lam magni eum fecit Melanchthon: mul- es in graviſſimis conſiliis ejus, & dulciſſi- ac pietatis atque ſapientiæ plenis ſermo- s magna cum ſuavitate acquievit; mul- es de rebus & controverſiis maximis ju- m ejus & ſententiam requiſivit: multo- denique apud eum animi ægritudines it ac depoſuit, cum mirifico allevationis .

ùm ergò & ingenii & integritatis ac di- tiæ ſpecimen præbuiſſet eximium: & eſſet uſui eum atque ornamento fore publicis ſtudiis: tribuit ei Academia VVit- tembergenſis munus publicè docendi. In quo quàm fideliter & utiliter ſervierit ſcho- læ & quantum navaverit, atque effecerit: ad poſteritatem teſtatur *enarratio ſecundi li- bri Plinii*, in quâ ex doctrinæ Ptolemaicæ & Ariſtotelicæ fontibus nodi ac Labyrinthi Aſtronomici & Phyſici plerique ita ſunt ex- plicati & illuſtrati; ut difficultas, quæ viſa fuit rudiori ſeculo ineſſe maxima, exacta at- que diſcuſſa omnis videatur. Neque exſtat magis perſpicua enarratio. Ut enim natura ingenua & recta erat: ita & perſpicuitatem maximè amabat, juxta illud Euripideum: ἐσθλὸν τὸ σαφές, Et ſycophantiam ac ſophi- ſticen vehementer oderat: quæ in eo rectitu- do naturæ cauſa erat, ut cum *Vito Amerba- chio*, qui tum ibidem Phyſicen docebat, mi- nus ei conveniret; quòd ab ea ſpinoſarum diſputationum ſubtilitate & perplexitate abhorreret; cùm alter ſtudebat maximè.

Cooptatus in numerum Profeſſorum VVittemberg. Enarrat librum 2. Plinii.

Minus ei cum Vito Amerbachio convenit.

Poſtquam autem ingenii & doctrinæ com- mendatione inclaruiſſet, venit in notitiam cum aliorum præſtantium virorum, quibus illud eruditum & florens Germaniæ ſeculum abundavit; tum vero & *Eobani Heſſi* & *Joa- chimi Camerarii*, Inter Camerarium & Mili- chium ſtudiorum, opinionum, ac volunta- tum ſimilitudine contracta amicitia, in eam coaluit ætate neceſſitudinem: ut qui Came- rarium impenſiùs coluerit atque obſervave- rit Milichio, & viciſſim, qui Milichium complexus ſit ſuavius Camerario, fuerit ne- mo.

Eoban. Heſſus & Joach. Camerar. amici Milichii.

Erat enim in Milichio præter liberalem cognitionem omnium Philoſophiæ partium, & artem Medicam, excellens prudentia: quam cum natura valeret plurimum, auxerat atque inſtruxerat multa & aſſidua lectione hiſtoriarum veterum ac recentium; in qui- bus cognoſcendis tantum operæ ac temporis poſuit, ut quem illi hac in parte præferas, ſi Melanchthonem excipias & Camerarium, vix ſis habiturus. Quicquid enim exſtat probatorum hiſtoricorum; id non tantum ſemel inſpexerat, aut obiter percurrerat; ſed ut erat aſſiduus & acer, iterata lectione ſæ- pius evolverat, ac planè exhauſerat. Pepe- rit ei civilis prudentia non minorem, quam ars medica exiſtimationem, quæ in admira- tionem eum adduxit apud illuſtriſſimos prin- cipes Anhaltinos: quibus in adverſa vale- tudine medicando, in rebus dubiis aut diffi- cilibus ſapienter conſulendo, plus ſæpè profuit; quàm multi alii.

Milich. hiſtor. ſtudioſus.

Idem & medicus & juriſperitus. Anhalt. princip. med.

De *Durero Melanchthon* dicere ſolebat: *Pictoriam, qua antecelluit citra controver- ſiam omnibus ſuæ ætatis artificibus, fuiſſe in Durero eo minimam*: tanti fecit prudentiam ejus, & judicii gravitatem in aliis rebus. In Mili- chio prudentia ne artem medicam, an verò hæc illam vicerit; non minus difficile foret decernere.

Melanchthonis de judicium.

Etſi erat enim

Vir medicus multis aliis præſtantior unus:

Tamen præeminebant in eo ornamenta pietatis, prudentiæ, & aliarum virtutum. Docuit verò & artem medicam multos in VVittenbergenſi Academia magno cum fructu, & eandem feliciter exercuit. Qua in re magnâ illi debetur gratia, non eò tantùm, quòd doctrinam fideliter tradidit; ſed multò magis, quòd primus artem revocavit, atque reduxit ad fontes Græcos: è quibus Arabum rivuli ſunt deducti; & auditores adſuefecit: ut ſe duce atque interprete doctrinam potius ex limpidis fontibus authorum ſuâ linguâ loquentium, quàm ex interpretum turbidis lacunis haurirent. Erat in autoritate legum tuendâ & totâ gubernatione ſcholaſticâ ſeverus: in executione eorum, quæ ex uſu ac dignitate publicâ gravi judicio conſtituta muniunt ſtatum præſentem, usque ad pertinaciam durus, memor veteris dicti, quod ſemper in ore habebat; τὸ εὖ κείμενον μὴ κινητέον.

Revocat artem medicam ad fontes Milichius.

Severus in gubernatione.

Denique in omnibus civilibus officiis, honeſtus, juſtus, ac gravis. Idque nec arte adſcitum, nec aſtutâ ſimulatione fucatum: ſed γνήσιον prorſus erat, & ex vero conſtantique proficiſcebatur judicio, quod & in vultu natura effinxerat: in quo elucebat ἀξιωματικὸν quiddam ad moderatam gravitatem honeſtisſimâ ſpecie compoſitum: & ipſe oſtendebat omnium virtutum exemplis in ſermone, in geſtu, atque inceſſu: in quibus aſperum nihil inerat aut deforme, nihil inhumanum aut inſuave, nihil aculeatum aut mordax: nulla torvitas: ſed eximia gravitas admirabili temperata comitate, & ingenuus candor, livoris omnis atque invidentiæ expers: ut intuenti aut cogitanti eum, illud *Menandri* in mentem veniat: ὡς ἡδὺ χρηστότης συνέσει κεκραμένη: *quam pulchra res eſt bonitatis & ſapientiæ temperamentum,*

Virtutes eius ac mores.

Fuit privata ejus vita exemplum illuſtre omnium virtutum bono pioq; patrifamilias convenientium. Deum rectè in vocabat in agnitione & fiduciâ Mediatoris Jeſu Chriſti. In coniugio caſtisſimè vixit: Familiam inſigni regebat ſeveritate. Erat φιλόστοργος admodum; & ſobolem, quam Dei beneficio procrearat numeroſam, non tantum rectè inſtituendam curabat per alios; ſed ipſe quoque asſiduè exercebat, nec defugiebat laborem quotidianæ inſpectionis atque explorationis ſtudiorum ac morum in ſuos.

Vita item privata.

Cumque laxitate diſciplinæ & diſſolutione vitæ adoleſcentiæ vehementer offenderetur, ne vel ſe abſente ſui negligerentur, vel occaſione licentiæ degenerarent, vel pravi ſodalitij conſuetudine inficerentur: malebat carere eo quæſtu, quem ſi voluiſſet conſectari, percipere potuiſſet uberrimum. Illo ergo malebat carere, quàm committere: ut ſuâ culpâ liberi corrumperentur, quod futurum metuebat, ſi aut crebrò abeſſet, aut plures & alienos ſuis adhiberet. Quæ fuit cauſa præcipua: ut ſolitudinem quietam, ſed infructuoſam in ſuâ domo, frequentiæ quæſtuoſæ prætulerit.

Denique familia ejus erat nihil a[liud] quàm Eccleſia parva, quam ipſe guber[nabat] ut Antiſtes, partitis operis cum ſociâ c[onju]ge, matrona honeſtisſima & gravisſima: & [in ea] præſtabat hoc quod jubet Paulus, inqu[iens] ταῦτα λογίζεσθε, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ [...] δίκαια ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα. Cum a[...] cupiditas cognoſcendi fontes doctrinæ c[...] ſtis præcipuè in ſcholam VVittenberge[...] eum invitasſet: nihil prius habebat, nec [anti]quius ſtudio ſacrarũ literarum. Legebat asſiduè & diligenter Prophetica & Ap[oſto]lica ſcripta; & his addebat probatorum [au]torum commentarios veteres & rece[ntes]. Doctrinam verò ita perceperat; ut om[nium] controverſiarum momenta & fundam[enta] rectè & integrè intelligeret.

Tantò autem flagrabat amore diſcend[i] neq; cùm valeret incommodius, neque [cum] ætas ingraveſceret, ſibi parceret. Et re[pre]hendentibus hanc nimiam aſſiduitat[em] obiiciebat verſum *Solonis*: γηράσκω δ' [αἰεὶ] πολλὰ διδασκόμενος. Temporis tam pa[rcus] erat diſpenſator, ut nemo eum domi ſua[...] pererit, niſi aut legentem, aut commen[tan]tem aliquid, aut quod rarum erat, cum a[...] aliquo taxillis ludentem, quo ludi ge[nere] præcipuè, & præſertim à prandio delecta[ba]tur. Imò ne quidem intempeſtivas lucu[bra]tiones à cœnâ & antè ſomnum moderaba[tur]. Cui rei & inſomnia tribuenda, qua labor[abat] (tenuem enim admodum & brevem hab[ebat] ſomnum) & cauſa morbi, quo extinctus [eſt]. Non dubium eſt enim, nimias & asſiduas [at]que intempeſtivas animi intentiones [af]flixiſſe in eo cerebri & ventriculi vires, [cum] eſſet alioqui corpore ſucculento & pl[...] Ea ſeſe πλεονεξία tandem in ἀποπληξίαν e[...]neravit, cerebro obruto atque opple[to], quod ſibi mortis genus aliquantò ante ex [in]diciis non obſcuris ipſe prædixerat. N[...] & vertigines crebriores ſentiebat; quibus [an]teà tentari non erat ſolitus, & tantas quide[m] ut aliquando non ſine periculo ex alto [...] præceps in terram deciderit; & cum æſt[ate] ante obitum proximâ graviter decubuiſſet [...] ſine ullâ evacuatione corporis medioc[ri] reſtiturus eſſet, ſubinde majus malum ſibi [vi]debatur ominari. Decesſit autem ex hâc v[ita] *quinta die,* poſtquam apoplexia corrept[us] eſſet, repetitis ſubinde non dubiis ſignis a[ni]mi intus ardentis veris Spiritus ſancti m[oti]bus, *die decimo* Novembris, anno Chriſti, *m[il]leſimo, quingenteſimo undeſexageſimo.*

Sepultus eſt VVittenbergæ; ubi in tum[ulo] ejus hæc leguntur:

ANNO M. D. LIX. DIE X. NO-
VEMB. DECESSIT VIR CLARISS[IMUS]
JACOBUS MILICHIUS DOCTOR
ARTIS MEDICÆ, ERUDITIONE
ET VIRTUTE EXCELLENS: CU-
JUS LABORES STUDIIS DOCTRI-
NARUM PROFUERUNT, UT ET
SCRIPTA EJUS OSTEN-
DUNT.

Pa[...]

ulò ante mortem, cum apud Melanch-
em multa de Eccleſia piè & graviter lo-
ſeſſet, addiderat, de morte: *etſi ſit iter*
m; tamen cum ſciat homines non caſu
ad tantas calamitates, ſed reſtare aliam
n meliorem; ſe expetere illius vitæ ſa-
iam, ubi Deum coram, & cauſas
bilium operum in natura cernat, &
nte Filio Dei, ſpe fruenda illius ſapien-
minus ab illo itinere abhorrere.

unt ab eo habitæ *orationes* aliquot, de
mentis potiſſimum medicis: quæ ex-
in tomis declamationum Melanchtho-
arum: fit & mentio in epiſtolis Cratonis
ica medica Milichii: ſed ea lucem quan-
ſcimus non vidit.

annes Major Joachimus, Theol. D. &
a, amicum & collegam demortuum hoc
phio epigrammate honoravit:

ακινθε λάλει, τὰ τὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ
αἰ,
t ſonet in foliis ſcripta querela tuis.
da Milichium ra uerunt fata Jacobum,
ui ſibi, quiq; aliis vivere dignus erat.
pater ipſe ſuas artes donavit Apollo:
atura & gremio nutriit alma ſuo,
ias cæli, caloq; errantia norat
dera, quasq; habeant illa vel illa vices.
le poteſtates herbarum uſumq; medendi:
riptaq; ſolerti tot monumenta manu.
herba veſtras decuiſſet promere vires:
uando alios veſtra ſæpe levavit ope.
tamen herba ſolo, dum ſtabunt ſidera cœlo:
andida Milichii fama ſuperſtes erit.
ltũ illi flores, multum illi & ſidera debent:
tus in illorum cognitione fuit:
nova cùm tellus quondam nova germina fundet;
t nova cum cœlum provehet aſtra novum:
novus, exuv is decorata carne reſumtis
ilichius, priſcæ dum videt artis opus:
ta ſuper flores & cæli ſigna loquetur;
lbramo faciens mutua verba patri.
c ver perpetuum felici ſpiret in urna:
oreat ut pictis ſemper amæna roſis.

e ſagittario autem, qui fuit inſignè Mi-
o, *Theodorus Plateanus Cygnæus* ejus-
i luſit epigramma:

leres torquet, nervo impellente, ſagittas
agnanimi præſtans robore dextra viri:
volant illa feriuntq; adverſa, feroces
vepetant hoſtes, ſeu fera monſtra feras:
tiam, impellente Deo, per cuncta feruntur
eroes meritis & pietate graves.
m res nulla poteſt inhibere labores:
uicquid agunt; fato proſperiore cadit.
ſagitta datur meritò virtutibus auctis.
lta petit virtus: alta ſagitta petit.

t hæc de Milichio, quæ deſumſimus ex
5. *declamationum Philippi Melanchtho-*
ratione habita à M. Euſebio Menio: ex
tis Wittembergæ propoſitis: Laubani
ſtaneis: elogiis doctorum virorum,

JOANNES STRAUBIUS.

⊕ 1560. d. 22. Jul. ætat. 73. curr.

IN Rhetia inferiore, non procul à Vindeli-corum limitibus, ſitum eſt oppidum Imperii *Iſena*. Ad hoc natus fuit honeſtis parentibus *Joannes Straubius*, poliater Wittembergenſis. Vixit in terris Saxonicis annos ampliùs *quinquaginta*: & honeſtè ac graviter vixit. Excelluit doctrina, judicii dexteritate, & pietate. Cumque propter maturitatem ætatis & prudentiam ab omnibus magni fieret: in ejus oppidi gubernatione operam ordini Senatorio navavit præclaram. Ad hæc, induſtria & felicitate in medicando, de plurimis optimè meritum eſſe, conſtat. Fuit enim in ipſo non ſolùm artis, quam profitebatur, ſolida cognitio; ſed ſingularis fides, adſiduitas, & morum integritas: quas virtutes non tantùm urbs & ſchola Wittembergenſis, ſed vicinia tota novit. Et quantum *Alexander Macedo* credidit ſuo medico, à quo intrepidus in morbo periculoſo pharmacum accepit, quanquam fides medici accuſata eſſet: tantum huic Straubio tutò credi potuit. Nunquam vel operæ pepercit ulli in adeundis & conſiderandis ægrotis; vel defatigatus fuit adſiduitate operarum.

Iſena, oppidum. Straub. patria. VVittembergicus. Ejus virtutes, doctrina. In ſenatum cooptatus. Alexander Magnus medico credit.

Extinctus eſt Wittembergæ, anno eo, quo & *Philippus Melanchthon*; menſis Julii die *viceſimo ſecundo*, maraſmo ſenii, qui eſt μάρανσις τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ: cùm paulatim deficientibus viribus, & corpore lento occultoque calore tabeſcente, tandem aliquot diebus ante mortem corripuiſſet eum, ἐκ συντήξεώς τινος, defluxio alvi largior. Superato enim inſigni climactere anni *ſeptuageſimi ſecundi*, tertium annum ad ſextum usque menſem produxit.

Obitus Straubii. Ætas.

Pietatem autem animi cùm antea totius vitæ curriculo probavit omnibus vitæ integritate, ac honeſtate: tum verò in extremo actu conſtanter oſtendit. Crebrò repetiit fidei confeſſionem, & adſidua invocatione ſeſe Filio DEI commendavit; gratias agens, quòd ipſum ſuo ſanguine redemtum veræ Eccleſiæ adjunxiſſet, additis dictis, quibus niteretur, & ex * Pſalmo repetita precatione: *Ne projicias me in ſenectute mea, & cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Cùm produceretur morbus, ſæpè erumpebat in has voces: *Domine fac finem & ex hac ærumnoſa vita transfer me ad lætitiam æternam, in qua fruar tua luce pleniore, te radios in me lucis tuæ coram puriſſimos & perfectiſſimos ſpargente, cujus in hac vita guſtum percepi.* Filiis itidem tam teſtamento quàm viva voce, aliquoties cum animi quadam commotione, commendavit doctrinam Evangelicarum Eccleſiarum, præcepitque timorem Dei, precum ſtudium, & erga miniſterium obſervantiam.

*Extremus ejus actus. * Pſal. 71. v. 18.*

Atque hæc de Straubio ex *tomo 4. programm. Wittembergic.*

F 2 LEIZ-

LEVINUS LEMNIUS.

Floruit circa annum 1560.

Zirizæa. Mattiaci. * De moribus Germanorum.

ZIRIZÆA Selandiæ, ſive *Mattiacorum*, ut * Tacitus vocat, civitas Imperialis, à conditore nomen ſortita eſt, ſub annum Chriſti *octingenteſimum, undequinquageſimum*. Tunc enim imperante *Lothario* in formam oppidi primùm redacta, & murorum ambitu munita, ex parvis initiis in eum eſt ſplendorem * adducta; ut nulla clariſſimarum civitatum hodie ſit inferior. Ferax eadem eſt non ſolùm negociatorum prudentum ac divitum: ſed ingeniorum etiam præclarorum, & virorum eruditorum. Inter hos non poſtremas ſuo jure ſibi vendicat *Levinus Lemnius*, in lucem hanc editus anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinto*.

* Lemnius de occult. naturæ mirac. l. 4. c. 2.

Primis literarum fundamentis feliciter in patria poſitis; ad varias ſeſe Academias contulit, magnaque cum adſiduitate & induſtria philoſophiæ juxtà & elegantiori medicinæ operam dedit. Itaque inſignibus Doctoræ & teſtimonio eruditionis ornatus, patriam rediit: & non ſine genio adſpirante medicinam apud ſuos Mattiacos exercuit.

Elata uxore, ſacris ipſe initiatus, Canonicorum in patria collegio adſcriptus, ibidemq; ſenex defunctus eſt.

Epigr. in Levinum Lemnium.

In eum exſtat hoc *Beierlinchi* epigramma:

Ne magis Hyblæo lateat ſub melle venenum:
Præſtitit id medica Lemnius arte potens.
Ille tibi vires, ſpecies, cauſasque latentes
Herbarum, ingenio dexteriore notat.
Ergo Dioſcoridi quantum das Græcia, tantum
Debes Lævino Belgia grata tuo.

Fuit excellenti medicus ingenio, formaque egregia: ut vel adſpectu ſuo & eloquentia ægros recrearet. Filium legitimo thoro ſuſtulit *Guilielmum*, paterni & æris & artis hæredem: qui *Erico* XIV. Suecorum Regi, à conſiliis valetudinis fuit. Hoc rege ab * alio regnum affectante, in vincula conjecto, *Guilielmus* fidus domino medicus, una fortunis vitaque exuitur.

Guilielm. Levinii Lemnii F. Ericus 14. Sueciæ rex. * Joanne Finlandiæ duce, Erici ipſius fratre. Factum id anno 1558.

Parens in ſtudiis acquievit; ſcripſitque eleganti ſtylo varia, omnium artium candidatis apprimè utilia: *explanationem ſimilitudinum, quæ ex fructibus herbisque in ſacris bibliis deſumuntur.*

Scripta Levini Lemnii.

Edidit etiam duos libros *de habitu & conſtitutione corporis:* quam Græci κρᾶσιν, triviales complexionem vocant. Item *de occultis naturæ miraculis, ac variis rerum documentis* libros quatuor. multiplici eruditione refertos: quibus acceſſit *de vita cum animi & corporis incolumitate rectè inſtituenda* liber unus.

Aſtrologia.

Sunt ejusdem libri tres: primus *de Aſtrologia:* quo obiter indicat, quid illa veri, quid ficti falſique habeat, & quatenus arti habenda ſit fides: ſecundus *de præfixo ſtatutoq; vitæ termino:* tertius *de honeſto animi & corporis oblectamento, & quæ exercitatio homini libero conveniat potiſſimum: ſimulq; de frugalitate victusque temperantia, & vi[...] ſticæ dignitate.* Horum plerique ob [...] ditam doctrinam: qua ſcatent, & juc[...] elegantiam, in Italicam & Gallicam t[...] ti ſunt: ſicut *Jacobus Horſtius D.* eoru[...] Germanicus eſt ſcholiaſtes ac interpres.

Hæc de Lemnio ex *ſcriptis ipſius Le[...] & Auberti Miræi elogiis Belgicis, biblio[...] aliis.*

JACOBUS BORDINGUS.

ANTUERPIÆ, urbe totius Brab[...] florentiſſima, *Jacobus* Bordingu[...] tus eſt, anno Servatoris noſtri *mill[...] quingenteſimo, undecimo,* die *undecima* [...] circiter *octavam* pomeridianam. Pa[...] habuit *Nicolaum Bordingum*, & *Adri[...] Adriana*, cives illius urbis nulli integ[...] vitæ ſecundos. Hi cùm facultates [...] rent tantas, partim hæreditate, p[...] mercatura honeſta comparatas, ut [...] ſumtus ad ſtudia neceſſarios ſic ſatis [...] peditare poſſent; præſertim cùm in fil[...] huc puero non obſcura indolis egregia[...] cia animadverterent: bonis ipſum liter[...] per ætatem potuit, maturè ac diligent[...] buendum curarunt. Annum itaque [...] *nonum* in diſciplinam traditus eſt ſchol[...] tuerpienſis moderatori *M. Nicolao Buſ[...] cenſi* homini non doctrina modò, [...] etiam pietate ſingulari præd to. Na[...] puræ religionis doctrinam & confeſſio[...] Bruxellæ in carcerem non ita multò poſt [...] jectus eſt: è quo tamen, Dei beneficio, [...] ratus dicitur. Ab hoc cum prima prim[...] artium rudimenta feliciter percepiſſet [...] certiora jam indolis ingeniique ſigna [...] ſet, in quibus veluti herbis quibusdam [...] nimè fallacibus, fructus olim capiendi [...] rerent; miſſus eſt *Lovanium*, urbem [...] temporis doctis hominibus celebrem [...] cum in caſtrenſi pædagogio Logica & P[...] ca deguſtaſſet, ad linguarum poſtea ſtu[...] applicuit animum: quod intelligeret ſi[...] rum notitia ad veram Philoſophiam non [...] veniri. *Nihil* enim *aliquò perveniendi [...] ſunt ſtudia, niſi quis ea prius, quæ eò, [...] tendit, ferunt deducuntque cognorit.* [...] modi cum linguas eſſe juvenis philoſo[...] cognoſcendæ amore accenſus, rectè a[...] adverteret, cepit in eas ſeriò diligente[...] incumbere. Erant id temporis Lo[...] *Conradus Goclenius* Weſtphalus, & *Nic[...] Cleonardus*: quorum ille eloquentiæ ſt[...] ea in Academia cæteris antecelluit omni[...] hic verò Græcam & Hebraicam linguam [...] docendo tum ſcribendo illuſtravit. E[...] namque in lucem utriusque linguæ elem[...] quæ ob brevitatem & facilitatem paſſi[...] ſcholis magno cum juventutis fructu [...] centur.

Erat etiam ibidem *Rutgerus Reſcius*, [...] Græcas literas fideliter ac diligenter [...] ſiteb[...]

batur. Hoſce viros Bordingus publicè
elegentes audiens, tantum brevi profecit in
gulis: ut ex qua ætate alii in hiſce diſcendis
ipiunt laborare: eâ ipſe ætate in iiſdem ex-
leret.

Quamobrem pater ita feliciter à primis in-
annis inſtitutum, actam ſubitò in lingua-
n ſtudiis progreſſum, miſit *Lutetiam*: ut
ad linguarum cognitionem gravius quod-
n doctrinæ genus adjungeret; ad quod
uræ propenſione maximè duceretur.
emadmodum enim non ubivis loci herba
æque feliciter provenit; ita etiam non cu-
j; ingenium doctrinæ cujuslibet capax eſſe
eſt. Pater itaque, homo in filio erudiendo
dens, cum ipſum inveſtigatione rerum
i animadverteret; naturæ eum & ſtudiis
obſequi paſſus, ad Lyceum, ut diximus,
etianum ipſum miſit *annos* jam natum
decim: ut ea ætate Medicinæ fundamenta
ret, quorum capax maximè omnium eſſet.
at eo tempore Lutetiæ Philoſophi duo,
ſtantes *Joannes Copus* & *Jacobus Silvius*
s utroſque diligentiſſimè audivit: illum
lem Ariſtotelis Philoſophiam, hunc aut.
icinæ artem fideliter docteq; tradentem.
nquam autem urbs ſit Lutetia Galliæ to-
longè maxima, & omnium rerum, quæ
elicias & luxum ſpectant, copiâ affluens;
io homo, cui res ſuppetit, iis vitiis, ad
adoleſcentia proclivis eſſe ſolet, tanquam
ulis & compedibus quibusdam facilè ir-
tur; Bordingus tamen adeò illis non eſt
us, ut, non dicam, in uno tantum aliquo
effuderit: ſed in omnibus pariter ſeſe
inuerit. Nam ſtatim ubi Lutetiam veniſ-
doctiſſimorum Philoſophorum auditor
uus, non prima tantum Medicæ artis de-
vit rudimenta; ſed multas etiam res in
æ obſcuritate abditas feliciter potuit e-
. *Omittenda ſunt enim omnibus omnia*
litatum lenocinia, qui ex Minervæ ca-
laudem cupiunt aliquam reportare.

m autem Philoſophiæ amore planè ar-
m ſtudiorum nervi deſtituerent, quod
entibus ad ipſum miſſæ pecuniæ à via-
latronibus interceptæ fuiſſent; patue-
lli domus doctorum hominum, qui re,
iis, operâ ſuâ ipſum adjuverunt. Nam
Græcæ & Hebraicæ linguæ cognitione
vulgari inſtructus eſſet; ac eam ceu via-
quoddam Lovanio ſecum aſportaviſſet:
ante *Joanne Sturmio*, ac cæteris quibus-
ortantibus, qui ſtudiis iiſdem delecta-
r, Græcas & Hebraicas literas publicè
a cum laude profeſſus eſt, *Pariſiis in Le-*
nſi Collegio, cui *Joannes Tarteſius* præfuit.
o profeſſionis genere, cum jam nomen
nagnis viris innotuiſſet, multi liberos
os erudiendos tradiderunt; à quibus
tionis & diligentiæ ſuæ fructum, tam
erem conſecutus, ut mater, patre mor-
ullos ipſi ab eo tempore ſtudiorum
s ſuppeditare neceſſe habuerit.
ſingulas itque; Philoſophiæ partes cum
picula quædam laborioſa pervolitaſſet,

& medicinæ etiam ſtudiis biennium propemodum totum tribuiſſet: cœpit de via quadam ſecum diligenter cogitare, qua poſſet horum curſum feliciter conficere. E vivis jam exceſſerat pater ipſius Nicolaus: quare ne matrem ſumtibus in ſtudia faciendis gravaret: in clientelam & fidem *epiſcopi Mimatenſis de Roſchefault* ſeſe contulit, quo ejus liberalitate adjutus, id quod inſtituerat, ad exitum optatū perduceret. In hujus viri clientiā ſemel ſuſceptus, ita ſe dedit in ejus conſuetudinē, ut prorſus una viveret, nec *biennium* ferè totū ab eo diſcederet, imò etiā ſermones ſæpè & familiariter cum ipſo comunicaret de gravisſimis rebus. Nam cum Epiſcopus ex Divi Pauli ad Romanos epiſtola *de ſalvatione gentium* locum obſcurum proponeret, & Bordingus rogatus ſententiam, eruditè illum explicans, totam juſtificationis noſtræ rationem oſtenderet, admiratus Epiſcopus quibusnam ex libris homo juvenis, & qui in Philoſophiæ ſtudiis tantummodò verſatus eſſe videretur, tam reconditarum rerum doctrinam hauſiſſet, rogavit, num *Wittembergenſium libros unquam legiſſet?* Bordingus itaque *Philippi Melanchtonis* in illam epiſtolam commentarium è ſinu depromſit; ac ejus ſententiam cum ſua convenire oſtendit. Epiſcopus, tametſi Philippi laudaret doctrinam, ac ſibi in loci illius explicatione ſatis factum eſſe fateretur; autor tamen fuit Bordingo, ejus ut generis libros occultos ſervaret, ne tum ſe tum alios ſecum in vitæ diſcrimen adduceret, eo præſertim tempore quo *Joannes Baptiſta Centenarius* Pontificis legatus, illis in locis ageret. Quanto autem amore, & quantis benevolentiæ officiis Epiſcopus Mimatenſis Bordingum ſit proſecutus, non literæ tantùm ſcriptæ ſed res etiam ipſa declarat. Nam miſſus ab ipſo eſt in urbem Galliæ medicinæ ſtudiis florentiſſimam, quam *Montempeſſulanum* appellant, ubi ipſe Bordingus quibusdam in literis affirmat, ſe impenſis Epiſcopi Mimatenſis vixiſſe, & *Joannem Scironium, Dionyſium Fontanum, Antonium Saportam*, homines medendi arte clarisſimos diligenter audiviſſe.

Mæcenas Bordingi. Epiſcopus Mimatenſis.

Colloquium de ſalvatione gentium.

Montempeſſulanum mittitur Bording.

Sed poſteaquam, tum ob excellentem ingenii vim, tum ob præclararum artium fundamenta ante probè jacta, celeriter ac multum in eo doctrinæ genere profeciſſet; Italiæ amore accenſus, ut illorum etiam ingeniorum & morum guſtum aliquem haberet, cepit de profectione in Italiam cum amicis conſilia agitare. *Carpentoracte* itaque primum in itinere deflectens, cùm ibidem aliquandiu ſubſiſteret, propterea quod cives ibi haberet quosdam ſui amantes, & veteri ſibi necſſitudine conjunctos: ecce repentè *Jacobus Sadoletus* Cardinalis & Carpentoractenſis Epiſcopus, vir citra omnem controverſiam eloquentisſimus, famâ Româ, ubi tunc agebat ad ſeſe de Bordingo, & ejus ſingulari doctrinâ illatâ, ſcholæ Carpentoractenſi ipſum præficiendum, liberali ſtipendio curavit.

In Italiam cogitat.

Venit Carpentoracte. Jac. Sodaleti conſilio ludo ibi præficitur.

Quanti autem doctisſimi in Italia viri ipſius Bordingi, vix *annos viginti ſex nati*, ingenium, doctri-

doctrinam & virtutem fecerint: ac quantis ipſum benevolentiæ ſtudiis complexi ſint; binæ oſtendunt literæ: quarum alteræ à *Paulo Sadoleto* ad ipſum *Bordingum*, alteræ à *Jacobo Sadoleto* ad *Romulum Amaſæum* de ipſo ſunt ſcriptæ, quas quidem, cum & elegantes ſint, & teſtimonium doctrinæ ac virtutis graviſſimum ipſi Bordingo haud tacitè tribuant, non alienum erit hoc loco recitare.

Pauli Sadoleti ad Bordingum literæ.

Gratiſſimæ (inquit ille in ſuis) *mi Bordinge, fuerunt literæ tuæ, vel quod à docto viro, ac in liberalibus ſtudiis non mediocriter verſato, vel quod à ſtudioſiſſimo noſtri homine videbantur ſcriptæ. Ita enim ego & Sadoletus patruus meus nati, ita inſtituti ſumus, ut cum proborum virorum erga nos ſtudiis, & benevolentiâ maximè capiamur, tum virtuti atque induſtriæ, quoquo in homine eluceat, plurimum tribuamus. Quare cum utrunque in te eſſet, & optimarum literarum doctrina, & animus ad nos amandum propenſus: nequaquam vereri debuiſti, quin tuæ literæ per ſe nobis futuræ eſſent gratæ. Quanquam Centenarii noſtri, caſtiſſimi & modeſtiſſimi hominis teſtimonium de te valet apud nos, ſicuti quidem debet, plurimum: verum id magis jucundum nobis accidit, quàm tibi neceſſarium fuit. Tuæ enim literæ ſatis per ſe loquebantur, te ſtudio & benevolentia noſtra, ac boni cujusque judicio eſſe digniſſimum. Itaque valde lætati ſumus, pro eo quantum civitatis noſtræ Carpentoractis dignitatem atque amplitudinem cupimus, talem cives eos doctorem nactos eſſe, qui, quæ literæ, quæque artes ingenuo ac liberali homine maximè conveniant, earum artium atque literarum cognitionem tradere poſſit juventuti. Multi enim anni ſunt, cum in eo plurimum patruus elaborat, ut ſit Carpentoracti aliquis, qui liberos in Latinis & Græcis literis inſtituere & eorum animos ad præclararum rerum ſcientiam, quæ illis potiſſimùm literis continetur, fingere atque formare ſit idoneus.* Et aliquantò poſt iisdem in literis: *Noſtram conſuetudinem, quam te tantopere appetiiſſe, ſcribis, facilè quidem tu talis vir adeptus eſſes, ſi nos iſthic offendiſſes: nec dubito, quantum familiaritate tua delectare nos potueris, cum unis tuis literis amicus planè nobis ſis factus. Sed quando in his locis neceſſitate potius quadam, quam voluntate aut judicio noſtro diſtinemur: nos enim (quod te ſcire arbitror) certo nobis animi juducio perpetuum iſthic domicilium vitæ conſtitueramus, quod inſtitutum nequaquam cum ulla quamvis ampla dignitate commutaſſemus, ſi nobis tantummodo animi noſtri ſenſus habenda ratio fuiſſet: verùm ita Deo de nobis ſtatuenti parendum fuit. Sed quando abſentia noſtra is tibi benevolētiæ noſtræ fructus eripitur, qui ex vultu & ſermone familiari percipi ſolet, ita tibi cætera amicitiæ officia præſtabimus, ut non ſolum tu, ſed omnes etiam cives noſtri te nobis familiariſſimum atque amiciſſimum factum intelligant: nec dubito, quin tibi vel opera, vel, gratia, vel teſtimonio noſtro prodeſſe aliquando poſſimus. Tuum erit, quod judicium de te facimus, & quam erga te benevolentiam ſuſcepimus, eam virtute, induſ fide, atque innocentia tueri. Romæ, prid. Id. cemb.* 1537. Hæc ille ad Bordingum de ex quibus fit evidentiſſimum, juventutis pentoractenſis formandæ cauſa profectio ejus in Italiam eo tempore Sadoleti co ac voluntate fuiſſe impeditam. Neque dubium eſt muneri huic ita Bordingum fuiſſe; ut ingenium ejus, doctrina, ac totius integritas ſummis Italiæ viris comprobata, in omnium etiam tum ci tum juventutis ſibi concreditæ oculos i rerit, maximè cum ipſe dicere ſolitus ſit *qui alios docendi funguntur munere non d na tantum, ſed etiam vitæ innocentia, a rum integritate ſuis debere eſſe conſpicu* idem ipſis accidere videretur, quod lyris pulcrè quidem & eleganter ſonant ali verò ipſas minimè audiunt. Putabat eni optimus & longo rerum uſu jam didicer ventutem ad virtutis ſtudium alacrius i ri, & ea in ſe vitia corrigi facilius pati, bus Præceptores ſuos omnino alienos eſſ ſpiceret.

At enim tot laboribus quotidiè in eâ rectè gubernanda, ac juventute Græcis nisque literis inſtituenda exercitatus, cùm civium omnium, benevolentiam laboru duitare, modeſtia, comitate, humani cæteris virtutibus omnibus ſibi adjun cœpit de vitæ totius ſociâ quoque ſibi genda cogitare. Duxit itaque annum *viceſimum ſeptimum* uxorem, virginem *ciſcam Nigronam, Terminigroni*, civis tricii Genuenſis, & *Johannæ de Roſchell nionenſis*, filiam. Nuptiali convivio in *Joannis Juliani* Juriſconſulti, qui ſo Franciſcæ duxerat, apparato, interfueru doctrinâ & virtute præſtantiſſimi, in autem *Paulus Sadoletus* cum totâ Sa Cardinalis ac patrui ſui familiâ, *Paulus tus, Petrus Bachetus* Juriſconſultus & inſignis, qui ſponſo ſcripſit epithala *Stephanus Nigronus* uxoris Franciſcæ p *Gabriel Iſuardus* & *Antonius Dalm* quos tantum nominandos duxi, quod men tantorum virorum præſentiam d tam ad viri hujus laudem pertinere.

Hanc itaque Franciſcam, novem libe ſuperſtitum & ad virtutem omnem opt ducatorum multitudine felicem, poſte Carpentoracti duxiſſet nō ita multò p viſendi causâ *Antverpiam* celerrimè cō Rebus ſuis ad arbitrium Antverpiæ co ad uxorem Carpentracti apud patru ctam eadem celeritate reverſus, ſtat Bononiam contulit: ut Doctoris M inſignibus, doctiſſimorum ibdem ho ſuffragiis, ornaretur. Uſum appare rem commodius conficiendam *Jacobi leti* conſilio & operâ. Is enim ipſum *Amaſæo* literis ſuis, quarum antea me ligenter commendans: « Venienti (in iſthuc Jacobo Bordingo, qui ſcholæ pentoractenſi triennium præfuit, opti ro & Græcis Latinisque literis erudit

potui nihil ad te literarum dare, tum ut
mendarem tibi hominem, quem me-
fidius ego ſingulari benevolentiâ
plector, tum etiam ut tu agno-
es memoriam me tui cum ſummâ item
volentiâ retinere. Is ea de cauſa Bo-
iam proficiſcitur, ut quoniam dedit ali-
annos medicinæ operam, id ſtudii &
is in iſta urbe perficiat, doctorumque
inum judicio ſtatuatur dignus, qui ipſe
ue poſſit eam civibus ſuis artem &
iam profiteri, quod illum magna cum
ii & doctrinæ laude adepturum eſſe
lo. Nunc etſi non dubito, mi Romule,
quem à me diligi & probari intelligis,
is tuis ſtudiis atque officiis omnibus,
cuturus; tamen ſic volo te exiſtimare
enquam inveniri poſſe, in quo tua mi-
cia accidere poſſint gratiora, quàm in
ngo, cui omnibus de cauſis meritò a-
imus ſum, cupioque eum, quàm ma-
& celebrari & ornari. Quod tu præ-
teros egregiè mihi præſtare potes, qui
Bononienſi juventuti, & elegantibus
is dominaris, in eâ urbe natis, è qua
o & optimarum artium diſciplina in
nſalpinas nationes dimanaſſe videtur.
autem hæc ſunt, quæ te poſco. Pri-
t diligas hominem ipſe, & carum ha-
deinde ut eidem doctos iſthic viros
es, reddasque eum & meo & tuo te-
io omnibus notum. Poſtremò; ut
blicè judicium de dignitate Bordin-
doctorum collegium fiet; tu cum tu-
ibus veſtro cum comitatu frequentia-
neſtetis: Quanquam ſumma poſtulato-
eorum hæc eſt, te uti ita geras adver-
dingum, amore, ſtudio, diligentia, ut
at meam hanc ſibi commendationem
plurimum profuiſſe: egoque in hoc
experiar, id quod iam pridem ſcio, me
on ſolum diligi, ſed etiam vehemen-
i. Vale mi Romule. Carpentoracti 4.
Octob. Anno 1540. Hæc ille.

s verò benevolentiæ ſtudiis à præci-
lemiæ Bononienſis viris, ſapientiæ &
laude præſtantibus ſit Bording. affe-
a quâdam ad *Scipionem Blanchinum*
piſtolâ, idem Cardinalis copioſè
at. Scribit enim *Matthæum Curtium*,
onienſes Medicum inſignem & do-
Romulum, totam ſimul Campe-
omum in Bordingo ſuum ipſi ani-
norem patefeciſſe, ipſi verò Blan-
ordingo multa multorum erga ſe ſe
nmemorante, ſummæ erga ſe huma-
præſtantis teſtimonium datum eſſe,
i coactu ipſius apud ipſum diverſa-
no ipſius tanquam ſua comiter ju-
ſit uſus. Pro quibus officiis gratias
hinio idem Cardinalis, & quanquam
doctorum virorum & fautor ſit &
r; illa tamen ſibi in Bordingo tri-
ibens agnoſcit.
ſimum itaque jam virtutis & do-

ctrinæ teſtimonium communi doctorum omnium judicio *Bononiæ* conſecutus, ſtatim *Carpentoracte* revertitur, annum agens *nonum & vigeſimum*, ubi cum ob veræ religionis amorem abſque uxoris, & propriæ vitæ diſcrimine diutius agere non poſſet, ac ſpeſ ſeſe non nulla oſtenderet in patriâ vivendi aliquantò & tutius & liberius: *Antverpiam* comigravit, ut civibus illic ſuis artem, quam in Galliâ & Italiâ didiciſſet, profiteretur. *Quinquennium* ibidem manſit propemodū totum, & partim medicinâ faciendâ, partim chirurgiæ præceptis tradendis ſeſe exercuit. Anatomiæ namque, & illorum præceptorum, quæ aliquot Methodi libris à Galeno ſunt tradita, uſum ita oſtendit diligenter; ut auditores ipſius, non parum ſe operâ & diligentiâ ipſius profeciſſe agnoverint. Licuiſſet homini decem annos in Gallia & Italia verſato, magna mercede in emporio totius ferè Europæ opulentisſimo & celeberrimo medicinam facere; licuiſſet apud amicos, affines & ſanguine conjunctos vitam honeſtam & ſuavem vivere, opes præterea non mediocres ſibi in tanto opulentorum civium numero arte ſua comparare: ſed quorſum attinet, vel univerſum mundum lucrari, & animæ detrimentum facere? terrena patria perfrui & de cœleſti amittenda in periculum venire? & propinquorum conſuetudini eſſe affixum, & ab æterni Dei & angelorum ipſius ſocietate exterminari? Quæ ſingula Bordingus cum cogitaret; vero eſt ſimile cogitationem illam haud ſanè parum ipſius animum diſtraxiſſe. Habebat enim eo tempore non uxorem modò; ſed etiam liberos: munus Antverpiæ gerebat publicum: quod temerè deſerendum non fuit ob uxorem & liberos; qui in eo, arte induſtriaque ipſius ſuſtentabantur.

Antverpiam commigrat Bording.

Ibi & facit & docet Medicinam.

Terrena non præferenda cæleſtibus.

Grave rurſum erat homini Chriſtiano ac piè inſtituto; tot quotidiè impiis cultibus intereſſe; ac iis ſeſe fœdè contaminare: confeſſionem aut perpetuò diſſimulare: aut ſe ſuosque omnes in manifeſtum periculum coniicere: quorum illud recta conſcientia ſuſtinere nequit; hoc verò carnis refugit imbecillitas.

In hac itaque lucta carnis & ſpiritus, dum ipſe Bordingus, ut de Ænea Virgilius;

Animum nunc huc celerem nunc dividit illuc:
Inparteſq; rapit varias, perq; omnia verſat:
Ardet abire fugâ, dulceſq; relinquere terras.

Neque enim putavit homini, qui donum cœleſte illuminatus ſemel guſtaſſet, licere in eo cœtu agere hominum, in quo idolum Baal pro verò Deo coleretur. Cujus ipſum ſententiæ fuiſſe, ipſe in duabus oſtendit epiſtolis, altera quidem ad *Æpinum* Theologum, alterâ verò ad *Joannem Sturmium* Philol. & orat. ſcriptâ.

Non ignoras (inquid ad Æpinum) *quàm miſerè hic affligatur Eccleſia noſtra quamque grave ſit homini Chriſtiano, pieq; inſtituto tot idolo-*

Epiſt. Bord ad Æpin. & Sturmium.

ειδωλομανίας, quæ hic fiant quotidie, intereſſe, ac propè etiam ſuffragari. Nam ut integrum Deo cultum præſtemus nullo idololatriæ genere nos inquinantes, quamdiu in his locis ſumus, non video quâ ratione fieri poſſit. Eo enim redacti ſumus: ut confeſſio noſtra aliquâ ex parte diſſimulanda ſit perpetuo, vel capitis periculum ſubeundam. Quorum alterum ejusmodi eſt, ut recta conſcientia ſuſtinere non poſſit: alterum refugit carnis, quam plurimam adhuc circumferimus, infirmitas. Vnum igitur illud reliquum eſſe putamus: ut relictâ Babylone, alio migremus, ubi pura ſit ac ſincera Eccleſia. Nam quod Abrahæ præceptum eſt: Exi de terra tua, de cognatione tua: *id ad omnes etiamnum pertinere arbitramur, qui intelligunt, quo cultu ſit afficiendus Deus, ad apertè autem confitendum fortes ſatis non ſunt. Quanquam etiam apertæ confeſſionis genus quoddam eſſe videtur, patriam, cognationes, & opes relinquere, abire in terram, quam dominus oſtendit. His ego cauſis impulſus decreveram jam dudum, relictâ hac meâ patria ad vos commigrare.* Hæc ille ad *Æpinum.* Ad *Sturmium* in eandem ſententiam ſcribit multa.

Commigrat Hamburgum.

Hoc igitur inſtituto cum eſſet Bordingus, Antuerpia diſceſſit, ac ſedem ſuam *Hamburgum* tranſtulit.

Qua quidem in urbe à ſenatu ſtipendium liberale conſecutus, id primum pietatis dedit ſpeciem, quòd cum illis ſtatim conſuetudinem contraxit, quos religionis cultu atque ſcientiâ antecellere intelligeret. Quo autem erga eos animo fuerit hinc conjecturam facias, quod in teſtamento à ſe facto, *Bochelio*, cuidam Hamburgi commoranti pecuniam aliquam ceu inſtitutionis in pietate Chriſtianâ, *δίδακτρον* legaverit. Hamburgi ſenatui cum jam annos propemodum quinque ſerviiſſet, accerſitus eſt ab *Henrico* Megapolenſi Principe, ut ipſe ejus operâ tum in aulâ tum in Academiâ *Roſtochienſi* uteretur. Vixit ibidem *ſeptennium*, ac medicinæ ſtudia eâ in Academiâ non mediocriter ingenio, doctrinâ, diſputationibus, ac cæteris laboribus ſcholaſticis fideliter præſtandis illuſtravit, interdum & principi ſuo operam navavit.

Inde Roſtochium vocatur.

Anno deinde *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto*, cum rex Daniæ *Chriſtianus* & Academia Hafnienſis altero medico carerent, ſtipendio regis & ſcholæ eò eſt invitatus Ubi vitæ, quod fuit reliquum ita transegit; ut apud ſereniſſimum regem, & ampliſſimos ejus regni proceres in magnâ eſſet gratiâ utriſque ſuam erga ipſum munificentiam ſæpè declarantibus: in ſchola verò magna ejus in docendo dexteritas, in diſputatione acumen, in conſiliis prudentia, in controverſiis componendis æquitas, in convictu & vitæ conſuetudine modeſtia, comitas & facilitas, ita ubique perſpecta ſunt: ut nulla vitæ ejus pars fuerit, quæ honeſti ac boni viri officio careret.

Hinc in Academiam Hafnienſem.

Hoc in munere dum ſumma cum laude ſua & commodo aliorum verſatur: morbo corripitur; in quo pietatis ac patientiæ ſpecimina

Morbo corripitur.

edidit præclara. Poſtquàm enim nat
robur an morbi magnitudo ſuperatura
dubitaret: mentem ſtatim ad ſanctiſſim
rerum cogitationem convertens, u
communione corporis & ſanguinis D
noſtri Jeſu Chriſti. Qua ceremonia ri
acta, de teſtamento faciendo, cœpit co
Poſteaquam, inquit, *jam Deo Patri ſu*
conciliatus per Filium & de reconcil
confirmatus certo ſymbolo: tempus mon
deinceps de uxore de liberis, ac re tota fa
ri, ex amicorum conſilio & ſententia
certi conſtituam.

Eam itaque ad rem viros quoſdem d
quos ſperabat officium uxori & liberi
ſtandum, minimè neglecturos. Reb
omnibus ad moriendum prudenter
comparatis, cordis quædam compre
lateris punctiones ſubſecutæ ſunt, qui
metſi triduo toto graviſſimè torqueret
mo fuit præſente, neque de ſua co
quicquam remiſit. Summa animi fidu
tentias conſolatorias recitavit, ſeq
iiſdem in doloris magnitudine con
eſt: Uxorem & liberos eo die, quo ob
ra circiter octava matutina adlectum a
vit, orationem primùm ad aſtantes
quâ ipſos officiorum omnium à ſua
præſtandorum, amanter ac paternè adm
Deinde Patriarchæ Jocobi exemplum
manu impoſita, felicia quæque ſingulis
tus eſt. Poſtremo uxorem amplexus,
dem fauſta eadem precatus eſt. Poſtea c
dimiſit, & ſeſe ad quietem compoſuit
tum nihil reliquum eſſe putaret, quod
& liberis à ſe præſtari poſſit, & tempu
ſet, quo Deus ipſum ex hujus mortal
ærumnis ad felicitatem eſſet vocaturu
piternam. Et quanquam communis
neris humani hoſtis diabolus, variis ſo
lis, homines etiam piiſſimos quosque,
mis in agone aggredi: de ſpe divinæ
ac vitæ æternæ miſeros deturbet:
Bordingus ea omnia clypeo verbi divi
nitus, fortiter excepit, eliſit, hoſtemqu
ſtravit:

Ea nocte, quæ diem mortis præceſſit
prima *ſymbolum Apoſtolicum*, uti rhyth
Germanicis incluſum, incoavit: ſ
præ morbi magnitudine vox langueſc
adſtantibus recitari voluit, eoque finito
Eſaiæ quinquageſimum tertium de Chr
demtore noſtro, item *Joannis caput t*
de regeneratione & juſtificatione hom
gi diligenter & attentè audivit. Poſte
libus ſententiis eum ipſum alii conſol
ſent, manu porrecta omnibus egit gra
oculorum vultusque; totius indiciis
obſcuris ſignificavit: ipſi officium id
ſimum fuiſſe, ſeque non parum in illo
mo actu eſſe recreatum. Inter hæc ig
ſpiria & gemitus, vitam hanc, ſi vita
nanda eſt, cum morte, vel potius morte
vita optima vereque vitali commutavi
quinto Septembris, anno Chriſti *mi*
quingenteſimo, ſexageſimo, ætatis ſuæ *qu*
geſimo currente.

lluit utriusq; generis virtutibus, non illis, quæ prodeſſe magis videntur, qui- ſunt, quàm aliis: ſed & iis, quæ: ſad- ſe diffundunt & communi ſocietati :.

dentia fuit in ipſo ſingularis, ad conſi- nveniendum acumen, ad capiendum m quandam, ſemper & ſagacitatem Fuit in eo uſus rerum multarum, & lta partim vidiſſet, partim audiviſſet, ti Ulyſſes quidam πολύτροπ☉ homi- ltorum urbes perluſtraviſſet, mores- ùm cognoviſſet; potuit ex præteritis ris ſolertem facere conjecturam, de ibus verò prudenter judicare. Non am lucem ſtertebat: ſed ſummo quo- ne ſurgens aliquid aut commentaba- lucubrabat: quod publicè auditori- proponeret. *Sobriè & temperanter* tum domi ſuæ, tum alienæ vivebat. ex qua una viri boni appellantur, fundamentum eſt perpetuæ com- onis & famæ, in tota vita fuit obſer- ius. Obfuit enim nemini, ſed pro- is: injuria affecit neminem, ſed ab nultos vindicavit. In ſchola ma- ummo gerendo commodorum pror- im oblitus omnes actiones ſuas ad em utilitatem retulit; ac totum rpus ita curavit; non ut partes tan- o quasdam tueri, quasdam deſerere; nnes potius æquitate eadem conti- retur. *Fidem* juſtitiæ omnis funda- in omnibus tum dictis tum factis r ſervavit: nihil homini turpius eſſe uàm prolixè multa polliceri verbis, ipſa vel nihil vel ſanè parum præ- o *aſſentationis* vitio erat alieniſſimus. idens à ad omnia dequo *Gnatho* ille *us* gloriatur.

) arrideo, & eorum ingenia admi- rorſimul.
l dicunt, laudo: id rurſus ſi negant, laudo id quoq;
is, nego: ait, aio: poſtremo impera- i egomet mihi
ſentari: is quæſtus nunc eſt multo uberrimus.

enus hominum Plutarchus autor us chameleonti affirmat eſſe ſimi- am ut ille colorum omnium expri- udinem præterquam albi; ita aſſen- m ſimiles ſeſe præſtare nequeunt e digna ſunt ſtudio, nihil planè in nimitatum relinquunt. *Veritatis* fuit cultor, ſi quis alius. Veras enim de inis & humanis notitias amplexus hiſtica plurimum abhorruit. Ca- ibus & delatoribus aures ne patefa- genter cavit. Nam quicunque ut ait,

βολοῦσι πείθεται ταχὺ
ονηρὸς αὐτός ἐςι τὺς τρόπȣς,
ἅπασι παιδαρίȣ γνώμην ἔχει.

entiam verò ejus experti ſunt mul- operam in medendo ſuam libenter, tro præſtitit. *Humanitatem*, co- mitatem & affabilitatem erga omnes declaravit tantam: ut quamvis ingenio doctrina virtute & autoritate multis eſſet ſuperior: ſubmiſſius ſe tamen illis omnibus gereret. In ſcholæ certè adminiſtratione hæ ipſius virtutes maximè fuerunt perſpicuæ: in qua quantum ipſi erat conceſſum poteſtatis; tantum quoque humanitatis cum ſeveritate quadam temperata coniunxit; ut hic honos non ſuperbiæ viſus ſit & libidini; ſed bonitati ac moderationi materiam dediſſe. Quemadmodum in magiſtratu ſuo rebusque ſeriis cum humanitate ſumma ſeveritatem in omni adminiſtratione neceſſariam coniunxit: ita in conviviis hilaritatem quandam, & urbanitatem honeſtam virtutibus iisdem aſperſit. Symphoniacos & peritè ſuaviterque canentes libenter audiebat: & cum Muſicen rectè callere, ipſe una ſæpè cantabat; ſatius & honeſtius eſſe arbitratus ſuavi cantu ſe ac cæteros convivas recreare, quam poculorum magnitudine bibendoque palmam quærere, quod hodie faciunt multi: qui immanibus poculis ita ſe mutuò poſcunt: ut tandem nec manus nec pedes ſuum faciant officium. *Muſices amor.*

Amicitias cum multis contraxit; & easdem omnes piè inviolatèque conſervavit. Neque enim veteres pro conſequentium novitate faſtidivit: neque iis eſt uſus ut floribus, qui tam diu ſolent eſſe grati; quamdiu ſunt recentes, ſed quas ſemel conglutinarat, easdem etiam ſumma fide & religione coluit. *Decet enim ut inimicitias mortales; ita amicitias immortales eſſe.* Teſtes fidei ejus & ἀντιφιλήσεως fuerint multæ tum ab ipſo Bordingo ad doctos in Germaniam, Galliam & Italiam; tum horum inde viciſſim ad ipſum miſſæ literæ; ex quibus facilè cognoſcere eſt: veram & minimè fucatam inter Bordingum & ipſos amicitiam extitiſſe, cùm (ut è literis apparet) inter abſentes ipſos, & maximo locorum intervallo diſiunctos conſenſus ſemper fuerit honeſtorum conſiliorum & voluntatum, quo nullum vinculum poteſt eſſe aut arctius, aut certius. *Eſt enim vera amicitia animorum quadam conjunctio, virtute ac morum ſtudiorumq; ſimilitudine comparata, quæ ubicunq; quis ſit, præſto tamen eſt, ac nullius loci intercapedine dirimitur.* *Amici. Amicitia vera quæ.*

Ab obitu ejus lucem vidrunt hæc: *Phyſiologia, Hygieine, Pathalogia*, prout has medicinæ partes in Roſtochienſi & Hafnienſi Academiis publicè enarravit; ejusdem *Enarrationes in ſex libros Galeni de tuenda ſanitate*: quibus acceſſerunt auctoris *Conſilia* quædam *illuſtriſſimis principibus præſcripta*. *Scripta poſthuma.*

Tantum de Bordingo ſuggeſſerunt *Ioann. Spithovius in oratione de vita & morte hujus Bordingi: I. Schenck in bibliotheca medica: alii.*

PETRUS LOTICHIUS SECUNDUS.

Θ 1560. *d.* 7. *Nov. ætat.* 32. *Solitariæ.*

Solitariis, oppido ad Druſi montem ſito, in Hanovica ditione, natus eſt *Petrus Lotichius Secundus*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, duotriceſimo*, die Novembris *ſecunda*. Parentes habuit honeſtos.

Divitiæ quorum meſſis & arbor erant.

l. 2. eleg. 8. Qualis ſiderum horâ natali fuerit poſitus, unde judicium facere de vitæ curriculo Mathematici aſſolent; *deſcribit ipſe elegiâ de ſuo natali hiſce verſibus:

Cingite Pierides viridi mea tempora myrte;
Aut maris ornatas rore ligate comas. (*ta,*
Lapſaq; ſub terras (nam vos meminiſtis) & or-
Tempore natalis ſigna referte mei.
Flava pruinoſas aurora fugaverat umbras,
Enixa eſt utero cum pia mater onus.
Scorpius Eoo ducebat ab orbe recentes,
Purpureum ſcandens æthera, Solis equos.
Et matutinos Cyllenius ante iugales
Utile carpebat, Pleiade natus, iter.
His comes, è pelagi ſurgens natalibus undis,
Alma capiſtratas Cypris agebat aves.
Poſt hanc Phyllirides, iaculis armatus, & arcu,
Et cœli Ægoceros qui iacet ante fores.
Et puer Iliades, & amantes flumina piſces,
E quibus hic Boreæ proximus, ille Noto.
Fulva ſequebatur, Phryxum, Phryxiq; ſororem
Per mare quæ nitido vellere geſſit, ovis.
Torva laboriferi gradiens per cornua Tauri;
Falcifer occiduo ſtabat in orbe ſenex.
Hinc cum fratre pio, felix concordia, Pollux
Ibat, ubi ſedes mors habet atra ſuas.
Iuppiter Herculei luſtrabat terga Leonis?
Iuppiter in medio latus honore polo.
Sævaq; ne rigidus tentaret prælia Mavors:
Ultimus, & duro carcere clauſus, erat.
Sic vaga per cælum Diis aſtra volantibus ibant:
Dulcia quæ vitæ munera luce tuli.

Petrus Lotichius patruus. Secundi nomen ſibi adſcivit diſcriminis causâ; cum patruum haberet cognominem, Solitarienſis monaſterii antiſtitem, patruum inquam cognatione; animo revera patrem. Hic enim ubi puerum mirificâ virtutis indole præditum perſpexit: alendum & in literis enutriendum ſuſcepit: ac primum *Iacobo Micyllo*, ludi apud Francofurtenſes tunc moderatori, eum commendavit: cujus induſtriam, doctrinam, & fidem Lotichius in elegiâ funebri deprædicat; ubi inter alia hæc ſunt: *Micyllus præceptor Lotichii.*

Ergo quod Aonii ſecretas fontis ad undas,
Plena puer Phœbo pocula dante, bibi:
Longius & cultos Sophiæ digreſſus in hortos,
Florida de lauro ſerta virente tuli:
Mi fateor debere tibi: cineriq; rependam
Omnia, quæ pietas ſuadet amorq;, tuo.

Joann. Pedioneus. Uſus eſt etiam præceptore adoleſcens *Ioanne Pedioneo Rheto*: poëtices & oratoriæ Ingolſtadii poſtea profeſſore. Francofurto de patrui conſilio Marpurgenſem in Academiam ſe contulit vixitq; apud *Ioannem Hildenbrandum* Jctum, contubernalem nactus *Ioannem Hagium Francum* medicinæ poſteà doctorem, & fideliſſimum per omnem vitam amicum. *Marpurgum mittitur Lotichius. Joann. Hagius. Abit in Saxoniam.*

Hic cum animum doctrina & Philoſophiæ cognitione eleganti expoliiſſet, patruo ſic volente, in Saxoniam ad audiendos principes ejus ævi viros *Melanchthonem & Camerarium* abiit. Verùm cùm paulò pôſt à Principibus ad ſaga itum eſſet: & Germania bello arderet: ſcholis diſſipatis Lotichius cum aliis tribulibus, *Melchiore Zobelo*, I. *Alto*, ... *tio*, *Varo*, militiæ nomen dedit, atq... caſtris *Ioannis Friderici* Electoris Saxon... borem militarem perpeſſus fuit: id quo... *carmina ejus innuunt:

Nec mihi ſit damno, quod me lacrymoſa c...
Prælia deſerto Mars Helicone ſequi...
Non ego ſuppoſui tectis inſontibus ignes
Facta nec injuſta eſt dextera cæde no...
Et licet ad magnos victoria flexerit hoſte...
Arma tamen cauſa pro meliore tuli.

Ab armis deinde ad libros reverſus quantiſper *Erphordiæ* egit: inde *VVitt...* *gam* ad Melanchthonem rediit: cum... conjunctiſſimè vixit; ipſoque ſic vo... philoſophicorum honorum ornatus eſt... nibus. Hic cùm à patruo domum r... retur: Joachimus Camerarius, ſtudiis... nâque adoleſcentis delectatus, *Dani...* *baro* equiti Franco nobiliſſimo, & li... rum Mæcenati ſummo abeuntem comm... vit. Cùmque *facilis ſit commendati...* *rum*, ipſe brevis conſuetudinis uſu he... ſecutus eſt: ut Stibarus deductum ill... ſe gauderet, omnique modo ornandu... tueret. Itaque propinquis ſuis, in q... ſpem ſumtus non parvos impendit, L... um præfecit, præceptorem ac magi... & in Galliam tanquam ad mercatum... tum artium cum illis ablegavit. I... partim *Lutetiæ* Pariſiorum, partim *A...* *poli*, quæ hodie eſt Monſpeſſulanus, ... in aliis Galliæ celebrioribus oppodis ... ennium exegiſſet: per Allobrogum ... Helvetiam reverſus in patriam eſt cu... anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo,* ... *quagageſimo quinto*. Quantis, autem ... periculis in peregrinatione iſtâ literar... ſuo comitatu expoſitus fuerit: *alibi... ſuimus verboſiùs, ex narratione de vi... tichii ab Joanne Hagio contexta.

Cæterùm Lotichius domum rever... colopohnem ſtudio medico adderet:... liam, ſumtus ſuppeditante eodem S... profectus comite J. Hagio, Patavii p... ſubſtitit: ac inde Venetias, in ſinu Ad... urbem principem, crebrò excurrit. ... Pataii medicos magnâ cum voluptate ... doctiſſimos; & *Robertellum* hiſtorias ... ſtotelem interpretantem. Inde *... Georgium Sabinum:

Forſan & hæc inter noſtri tibi mutua c...
Quidq; ſedans veneto littore, quæris...
Scilicet hic obitus rerum contemplor &...
Et quibus è cauſis, ordine cuncta fl...
Et diſco, quicquid medicos mare gignit...
Quicquid & omnifero terra benigna...
Sæpe iuvat ſolem gelidâ vitare ſub umb...
Multaq; de plantis arboribusq; loqu...
At me præcipue felix delectat Hyacus...
Et platanus, manibus conſita Bembe...
Nam platanum Bembus, patriæ non ...
mor olim.
Tranſtulit è campis Siceliſ Enna tuis...

ſremo Venetas luſtrare paludes;
libet totos ducere rure dies:
aſtus in gramine, ſicubi forſan
us odoratas explicat alta comas.

ente autem ſub id tempus peſtis con-
ipſe Bononiam, ſtudiorum jam olim
,ſe contulit. Quo loco poſſumus di-
uod apud Poëtam Dido de adventu
queritur:
, heu nimium felix, ſi littora tantum
quam Dardaniæ tetigiſſent noſtra ca-
rinæ!
fuiſſet, Deo volente, hic noſter, ſi
m nunquam veniſſet. Nam cum ibi
uodam Bavaro, Canonico Monacen-
ubernali uteretur: cepit Canonicus
oris, quod domi habebat. Id hoſpita
ertens
ca animo ægra, amore ſævo ſaucia,
ſte tulit; juveniſque amorem deleni-
ſeu amatorio poculo, ſibi conciliare
ſſa, idque hoc modo. Appoſuit ali-
duob. illis juſcula, ac de more gentis
ſingula. Ibi cum Lotichio pinguius;
acrius, ſed intoxicatū præbitum eſſet:
pinguibus natura abhoreret, ſuum
alterius commutat. Verùm ſimul ac
cepit: vim veneni ſenſit: defectione
oncidit. Mox furibundus arma rapit:
gladio contubernalem invadit. Poſt
m ad ſe reverſus, hauſto oleo olivarum
veneni vomitu rejecit. Inde febri
corripitur: quæ cum abiiſſet, & capil-
gues deciderunt: animoque ac cor-
bitu mutat apparuitus. Ac remāſerunt
iquiæ, dum vixit. Nam quotannis ſub
num recruduit vis mortiferi veneni,
adem deliratione & febri Vigilandum
ſt ſemper peregrinantibus, præſertim
s, ubi multæ inſidiæ bonis.
m circiter tempore, quemadmodum
lamitas eſt ſola, amiſit Lotichius *Da-*
Stibarum, Mæcenatem ſuum: cujus
irum obitum, cùm quinquagenario
on fuerit, ut lacrymis deflevit calidis;
utes & merita ejuſdem * elegia ele-
elebravit: quam ominoſo hoc diſti-
ſit:
quilla tibi requies ſpesq́ inſcia luctûs:
q́ vale: manes ſubſequar ipſe tuos.
ongo etiam intervallo pòſt vitâ functi
o illius Stibari fratris filii, *Henricus* &
us: quorum in Galliis Lotichius fue-
orus.
erùm caſu tanto monitus iter Italicum
; ac Doctoris Medici titulo, de ami-
potiùs, quàm ſuo conſilio, ornatus,
perè in Germaniam rediit. Hîc cùm &
le VVürceburgico, & Sturmero unicè
eretur: illuſtriſſimus Princeps Elector
Henricus, Haidelbergam, ut ibi artem
di doceret exerceretq;, honorificè eum
it. Lotichius & Principis autoritate &
lebritate motus, annuit; eòq; venit an-
leſimo, quingenteſimo, duodeſexageſimo.

Vixit eâ in Academiâ, dum vixit, principibus commendatus, collegis jucundus, civibus Academicis utilis. Interea etiam *Marpurgum*, Cattorum Academiam inclytam, fuit evocatus: ſed primâ in provinciâ ſubſtitit, Deoq; & ſibi, & Muſis cælebs vixit. *Quò venit*

Sed ut *plerumque natura excellentes fato à perfectione prohibentur*, & juxtà Latini * Tragici pronunciatum, ** Senec. Thyeſt.*

Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat:

idem in hoc noſtro heu nimis citò eſt completum. Morbo enim illo de more redeunte, febri ardente conſumtus, placidè ultimum vitæ diem clauſit Haidelbergæ, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo*, die *ſeptimo* Novembris: cùm annum ætatis *trigeſimum ſecundum* attigiſſet; & Melanchthoni eodem anno non multis antè menſibus defuncto, elegiâ παθητικῶς ſcriptâ, * parentaſſet. Elatus eſt funus procurante *I. Poſthio*, humeris octo artium bonarum Magiſtris; & ad D. Petri ſepultus ſine monumento, quo non opus habuit. *Moritur Lotich.* ** lib. 4. eleg. 4.*

Poëmata triennio poſt auctoris mortem à *Ioach. Camerario* collecta & publicata ſunt; fidem apud poſteritatem factura, quid ab illo exſpectari debuerit; ſi longiorem ei vitam Deus annuiſſet. In medicis nihil, quod ſciamus, editum ab ipſo eſt, præter theſes Haidelbergæ in medicorum acroaterio diſcuſſas, ut de concoctione, reſpondente Raſcalono, & aliis. *Scripta Lotichii.*

Obitum viri ut doctiſſimi, ita memoriâ ſempiternâ digniſſimi, lacrymis funeralibus & carminibus ephitaphiis deplorarunt viri ejus ætatis clariſſimi, quæ elegiis Lotichianis adjuncta. Nobis unum ſaltem de illis adſcribere viſum eſt *D. Georgii Cracovii* JC. quo curriculum ejus perſtrinxit: eſtque hujuſmodi epitaphium: *Epitaphium ejuſd.*

Oſſa ſub hoc tumulo ſacri ſunt condita vatis
Lotichii: tener at ſpiritus aſtra colit.
Occubuitq́, novem decus immortale ſororum
Maxima Pegaſidum fama ſepulta jacet.
Proh! quantum ingenium, dulcedo quantaq́ morum
Sedit in illius pectore, nata DEO.
Doctrinæ ſtudiis teneris excultus ab annis,
Ingenii fructus mox dedit ipſe ſui.
Ad ter quinq; ſuos nondum pervenerat annos;
Cùm tibi diſcipulus, docte Micylle, fuit.
Tunc tamen argutos nôrat conſcribere verſus,
Quales Naſo tener, tuq́ Tibulle, canis.
Poſt vigor ingenii crevit creſcentibus annis,
Nec contenta ſuo pondere Muſa fuit.
Italiæ primas illi tribuere poëtæ,
Illi viſa utinam non ea terra foret!
Ceſſit Flaminius, conceſſit Cottaq́ palmam:
Caſtalion multò viſus es inferior.
Hanc præter laudem fauſto quoq; ſidere Doctor
Ille Machaoniâ claruit arte potens.
Amplius haud talem natura effœta poëtam
Proferet: ad finem nam ruit illa ſuum.
Ergo qui tranſis, tam docto mollia vati
Optes fata; brevi machina celſa cadet.

 Mori-

Mores. Moribus fuit candidis, modeſtis, jucundis; affabilis omnibus: in amicitia conſtans: diligentia ſingulari; ut qui à teneris circa lectulum libros habuerit, etiam de nocte commentandi cauſa: fortitudine bellica & philoſophica inſignis: iræ tamen tenacior. Et quemadmodum ipſe mordaci carmine perſtrinxit neminem, ita & à nemine eſt læſus: vixitque ſecundùm ſymbolum ſuum:

Symbolum. *SIMPLICITER SINE STREPITU.*

Hæc de Lotichio perhibent *I. Hagius Med. D. in narrat. de vitâ Lotichii: item poëmata ipſius Lotichii; Jacob. Auguſt. Thuanus l. 27. hiſtoriar.* Plura de eo qui deſiderat, adeat vitas Philoſophorum Germanorum.

☉ 1561. *LAURENTIUS GRYLLUS.*

Laurentium Gryllum, non Plutarchiani illius nominis, *Landshutti* in Bavariâ natum accepimus. Hic cum à puero ſummè omnium doctrinarum fuiſſet ſtudioſus: φιλοπονίας ſuæ fructus percepit uberrimos. Nam & in Philoſophicis & Medicis literis eos fecit progreſſus: ut teſtimonium eruditionis ſummum cum applauſu Aſclepiadarum retulerit.

Verùm cùm rerum naturalium amore flagraret: & non ſolùm ex frequenti bonorum auctorum lectione: ſed etiam ex αὐτοψίᾳ ipsâ cognitionem ſolidam deſideraret; peregrinatione literariâ ſuſcepta totam ferè Europam peragravit; thermas, fodinas, varia aromatum emporia inviſit; obſervatu digna obſervavit: cauſaſque ſingulorum diligenter perpendit. Demum *Ingolſtadium* Bavariæ urbem primariam, Academiam celebrem, reverſus: in numerum publicè literas bonas docentium eſt cooptatus. Qua in profeſſione dum ſtudio curaque omni verſatur: atque tam pro cathedrâ docendo, quam privatim comentando rem literariam pro virili juvare conatur: rebus terrenis eripitur anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo primo*: conſtituto ante ex facultatibus propriis, ſtipendio liberali pro tenuioris fortunæ ſtudioſo.

(Peregrinatio literaria. — Ingolſtadii docet. — Obitus Grylli. — Liberalitas.)

Scripta. Scripta ejus in bibliothecis hæc recenſentur: liber *de ſapore dulci & amaro*: item *de componendis medicamentis*: de *thermis*, Commentaria in *Dioſcoridem* inchoavit, ſed morte præventus, non abſolvit. Adeò *nulla non eruditorum mors eſt immatura.*

Pantal. l. 3. Proſop. Geſner. in bibliotheca.

☉ 1561. *JOANNES SINAPIUS.*

Sinapius & Grundler. populares. FUIT *Joannes Sinapius* Andreæ Gründleri Medici, de quo ſuprà, popularis, *Suinfurti* Franconiæ oppido natus; nec ſolùm patriæ; ſed etiam ſtudiorum communione eidem junctus: quod amicitiæ vinculum habetur arctiſsimum.

In Germania à puero optimas artes ac diſciplinas impensè coluit: poſtea in I[…] profectus non uno in loco per annos c[…] res ſubſtitit: gratus ubique charusqu[…] eâ ætatæ doctiſſimis. Ac *Ferrariæ* q[…] dum commoratus eſt, *Herculis Eſtenſ*[…] rarienſium Principis filiam, *Annam*, bo[…] ſtituit literis: quæ condiſcipulam tu[…] buit *Olympiam Fulviam* Moratam […] ſanè exempli virginem; de qua alibi […]

Agnoſcit ipſa eum Præceptorem e[…] quadam, ubi ita: παρὰ σοῦ τὸ πρῶτον τῆς […] δος φωνῆς στοιχεῖα, καὶ τὴν ἀρχὴν παρέ[…] *à te primum Græcæ linguæ elementa &*[…] *um accepi.*

Sub annum *milleſimũ, quingenteſimu*[…] *ceſimum ſextum* à Tubingenſibus revo[…] cùm ita res ejus, ferrent, abnuit. Ha[…] ita * Camerarius ad Antonium Nigru[…] *napius ad nos vocatus ceſſat, ut audio. F*[…] *Italicam opulentiam cùm noſtrâ paup*[…] *commutare non vult, & ſapit profectò.*

Tandem à præſule *Wirceburgico*, eo[…] Franconiæ Duce invitatus, in patriam […] eique à curâ corporis ac valetudinis eſſe […] Ibi cùm anno *quinquageſimo octavo*, di[…] *mo quinto* Aprilis, *Melchior Zobelus* E[…] pus, ad ipſum pontem VVirceburgicu[…] caria manu appetitus globoq; trajectus […] ipſe morienti ſupremum pietatis off[…] præſtitit: humi jacenti pallium ſubſt[…] commemoratione meriti Chriſti ſolat[…] utque interfectoribus ſuis ignoſceret, […] tus. Annuit ſublatis ad cælum oculis […] ceps: & mox inter humiles arbuſcul[…] dio in nudo ſolo exſpiravit. Eodem in […] archiatri & apud ſucceſſorem Zobeli, F[…] ricum à *Winſperg*, permanſit Sinapius […] fidem & induſtriam ſuam ad vitæ uſqu[…] tum conſtanter probavit.

Fatis conceſſit Wirceburgi anno *ſe*[…] *ſimo primo*, ſupra *milleſimum, quingenteſi*[…] ubi ad tumulum ejus hi verſus leguntur.

Hem veſter ille concidit Sinapius;
Lugete Muſæ! quem tulit Svinfordia
Mater parenti conſuli: Vos inclytæ
Duxiſtis alti ſub jugum montis deæ:
Ubi Latinas Atticaſq; literas
Felix puer cum lacte primo diſceret.
Majora Phœbus huic repente contul[…]
Artem medendi, induſtriũ ut juvenẽ […]
Hac ille carus regibus multis fuit:
Primùm Renatæ Franciæ ad ripam Pa[…]
Deinde magno præſuli Zobellio,
Aliiſq; multis: atq; cùm prudentiâ
Præſtaret, eloquentiâq; viribus:
Quintus loquentem comprobavit Caro[…]
Nil ergò mirum, ſi modò Sinapius:
Vivit: nec ejus unquam abolebitur de[…]
Mens ſancta cælo continetur, ânxie
Diem reſuſcitationis expetens;
Chriſto jubente quando ſpiritus ſuum
Corpus reducet: atq; vivent mortui
Vale viator: & memor Sinapii,
Cui bruma vitam, bruma funus attulit
Utrumq; trade mortuumq; te DEO.

Fuit ipſe magno vir ingenio, doctrinâque
ræſtanti : & in ætate etiam ingraveſcen-
, ſuavitate morum & orationis ſingulari.
Amicitiâ uſus eſt doctorum illius ætatis
m Germanorum quàm Italorum : præcipuè
lius *Camerarii*, *Gürdleri*, *Sturmeri*. Fi-
am unicam habuit; quæ *Chriſtophoro Ele-
anto* JC. Cæſarii conſilii adſeſſori nuptui
ta : quâ de re ita ad eum * Camerarius :
*udivimus te filiam tuam in matrimonium
llocaſſe cl. V. N. N. eam conjunctionem opto
liciter vobis evenire. Tibi quidem gratu-
; quòd gener obtigerit talis cujus tibi affini-
s inprimis jucunda futura eſſe videatur.*
Vertit quædam *Luciani*; quæ typis expreſſa
ſtant: ſcripſit *patriæ ſuæ urbis Suinfurtenſis
toriam* : Coſmographico operi à *Sebaſt.
ünſtero* inſertam. Edidit etiam *orationem
verſus eorum ignaviam; qui literas huma-
res negligunt. Epiſtolæ* denique ejus ali-
ot Olympianis inſertæ leguntur.
Tantum de Sinapio ex *opuſculis Olympiæ
lviæ* : *Schardi tom. 3. rerum Germanica-
n* : *Camerarii epiſtolis* : *aliis*.

JOANNES MOIBANUS.

DEcreto Senatus & reipub. Uratiſlavien-
ſis accerſitus ad docendum Evangelium
tat, anno Chriſti *milleſimo*, *quingenteſi-
, viceſimo tertio*, *Joannes Heſſus* Norin-
genſis, vir ſacrarum literarum cognitio-
celebris & doctrinæ laude; quam ſapien-
ſingulari, eloquentia admirabili, huma-
te, diligentiâ in officio, & beneficâ vo-
ate in omnes tuebatur. Hic auctoritate
perfecit : ut *Ambroſius Moibanus*, qui
mas artes *Wittembergæ* ad *Albim* pro-
atur, ſibi adjungeretur tanquam παρα-
ς καὶ συνεργὸς in coarguendis & populo
rquendis veteribus erroribus. Hoc pa-
e, ſacræ Theologiæ Doctore, & paſtore
ſiæ DEI, quæ eſt Uratiſlaviæ, ortus eſt
nes Moibanus, & editus in hanc lucem
e præſtantiſſima femina *Anna*, ex anti-
& laudabili *Bonicorum* familia, anno
Chriſti *milleſimo*, *quingenteſimo*,
imo ſeptimo, die * *viceſimo ſeptimo*
uatii : cùm in horoſcopo eſſet *vi-
a tertia* pars dodecatemorii virginis,
occidente in *duodecima parte* Piſcium,
Venere, præcedente hos *Mercurio*, ac
loco conſtituto, quem ſideralis ſcien-
eriti ἀγαθὴν τύχην appellant, in *Saturni*
catemorio atque trigono *Jovis*, cujus is
σπότης eſt, cùm Jupiter ſummum cæli
en in Geminis teneret. Qui σχηματ-
ut δύναμιν λογιστικὴν ad omnia ſumma
icavit : ita τῶν φώτων ſtatus iniquior, &
ίωσις Lunæ cum Marte in Scorpio, vi-
atque naturalem vim plurimum læſit.
primâ pueritiâ Hebraicas literas à patre
t : in ſchola autem à *M. Andrea Wing-*
ludi moderatore veteri atque optimo,
Balthaſare Neandro, dexterrimo juven-
nformatore, in Latinis literis & prima-
rum artium ſtudiis magna & accurata diligen-
tia fuit eruditus. Domi quoque præclaros
habuit magiſtros, primùm quidem *Antonium* *Antonius*
Carcheſium, virum in Græcis & Latinis lite- *Carcheſius*
is ſummum, judicio politiſſimo præditum,
Muſis atque Gratiis inprimis amicum; & ob
juris ſcientiam eximiam in Cæſareorum con-
ſiliariorum numerum allectum : deinde *Je-
remiam Venetum*, virum doctiſſimum & Reip. *Jerem.*
Uratiſlavienſis ſingulare ornamentum. Hi *Venetus.*
eum in Græcis & poëtica exercuerunt: *Vene-
tus* etiam in Muſica & Arithmetica ita inſti-
tuit : ut per omnem ætatem informationis
vis enituerit. Cùm verò ad γραφικὴν ſingu-
lares naturæ haberet impetus; non ſolùm
ſtudiosè imitatus eſt bonitatem manus *Boni* *Bonus*
Rosleri : verùm etiam imaginem atque pictu- *Rosler.*
ras exprimere eſt conatus. In eo quantum, *Moiban*
nullo unquam magiſtro uſus, naturæ vi atque *picturæ*
incitatione profecerit, quàm præclarè ſua vi- *ſtudioſus.*
tatem Lucæ in coloribus miſcendis & diſtri-
buendis, umbrarum atque eminentiæ ratio-
nem Italorum fuerit imitatus; effigies præ-
ſtantiſſimorum hominum, quas ille pictas
reliquit, teſtantur, *Joannes* quidem *Crato*
adeò ejus pictura fuit delectatus; ut aliquot
ejus ſpecimina ſingularis κειμηλίου loco ad-
ſervarit.

Ex patriæ ſchola VVittembergam miſſus, *VVittem-*
cùm ſupra *quinquennium*, ſummum virum & *bergam*
omnibus bonis cariſſimum, *Philippum Me-* *mittitur.*
lanchthonem, audiviſſet : honorem illum,
qui bonarum artium Magiſtris tribui ſolet,
quem nunquam affectarat, ſibi delatum rece-
pit. Inde auctore & hortatore Melanch-
thone Noribergam abiit : ubi *D. Geuderi* li- *Norimber-*
beros privatim erudiit, ac multos verſus *gæ pæda-*
Græcè & Latinè ſcripſit : qua in exercitatio- *gog.*
ne ſi diutius fuiſſet verſatus : haud dubiè ad
eum poëtices gradum in utraque lingua per-
veniſſet: quem non niſi ſumma ingenia, Mu-
ſico impetu incitata, induſtria ſtudii ſingula-
ris adſequuntur. Erat illo tempore ampliſ-
ſimæ Reipub. Noribergenſi medicus *D. Cor-
nelius Sittardus* Colonienſis, vir in bonis li- *Cornelius*
teris præclarè verſatus, & amator præſtan- *Sittardus*
tium ingeniorum maximus, qui plurimum re *medicus.*
herbaria delectabatur. Cujus in cognitio- *Cum eo*
nem cùm & Moibanus pervenire cuperet : *Moibanus*
conjunctiſſimè cum Sittardo vivebat : & ſtu- *converſa-*
dioſe deſcriptiones herbarum ex Græcis au- *tur.*
ctoribus, inprimis *Dioſcoride* conquiſitas,
ita ſibi notas reddebat; ut memoriter recita-
re poſſet. Vires etiam inveſtigabat diligen-
ter, & omni animi contentione adhibita,
cùm in univerſa philoſophia præclarè eſſet
verſatus, ad rem medicam ferebatur. Id *I. Crato*
cùm *Crato* in Germaniam reverſus, & libe- *Moibani*
ralitate atque benevolentia ſumma *I. Baptiſtæ* ὁδηγός.
Heincelii retentus, cognoviſſet : currentem,
ut dicitur, incitavit; & quæ ipſi ad artem me-
dicam diſcendam rectiſſima videretur ratio,
ſumma fide præſcripſit. Cumq; cuperet, ut
initio optimos quoſque præceptores audiret;
& ut in animis noſtris neſcio quæ eſt præſagi-
tio, ſubvereri ei in mentem veniret, ne

Montano, qui medicæ doctrinæ illo ſeculo facile princeps erat, idem, quod multis præſtantibus viris contigit, anno climacterico nono accideret: omnem operam dedit: ut in Italiam quàm maturrimè proficiſceretur: atque cùm promiſſo teneretur; ut biennium adhuc *Norinbergæ* ſubſiſteret; quo pacto bona cum gratia ſe exſolveret, omnes vias eſt perſecutus.

Joan. Baptiſta Heincelius Mæcenas ſtudioſorum. *Ablegatur in Italiam Moib.*

Joannis itaque *Baptiſtæ Heincelii*, literatorum omnium fautoris maximi, gratia atque auctoritate eſt perfectum; ut Moibanus ſtudiis filiorum *D. Manlichii* præfectus, cum illis in Italiam ablegaretur. Vixit igitur omni mente, cura, & cogitatione ſtudiis artis medicæ deditus *Patavii* atque *Bononiæ* ferè *quadriennium*; ac non modò præcipuos doctores audivit; verùm cùm propter Græcæ & Latinæ linguæ peritiam hoc illi in proclivi eſſet: diligenter veterum ſcripta evolvit, & de præcipuis doctrinæ partibus ſententias doctiſſimorum virorum cognovit. Erat etiam in eo tanta ingenii agilitas, & memoriæ bonitas: ut facilè quæ legeret vel audiret, obſervare poſſet. Proinde magna celeritate *Italicam* atque *Græcam* linguam, qua vulgò utuntur, ita addidicit: ut cum Italis & Græcis, de quibus vellet rebus, ſermones ederet. Cumque in *poetica*, *muſica*, & *pictura* ſingularem in modum excelleret, & ſcientiæ ſuæ documenta dediſſet, in præſtantium virorum, & præcipuorum artificum notitiam pervenit. Ac cùm aliis plurimùm, ſibi perexiguum tribueret: ita eorum benevolentiam conciliavit, ut facilè ab iis diſcere, & de eorum præſtantia ſua meliora facere poſſet. Sed à philoſophis & medicis raro diſcedebat: qui quantum illius ingenio tribuerint, vel ex eo apparet; quod *Maynetus*, eximius philoſophiæ & medicinæ profeſſor Bononiæ, librum ſuum περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, verſibus Moibani commendatum in publicum exire voluit. Scripſit ibidem aliquid *de uſu & abuſu ſenſuum*, eruditè atque piè, quod libro proponeretur: ſed an divulgatum fuerit typis, necdum conſtat.

Ubi diſcit Italicam & Græcam communem linguam.

Maynetus profeſſ.

Ut autem in rebus humanis nihil eſt ex omni beatum parte, & quemadmodum in Diphili verſibus dicitur,

Nihil ex omni parte beatum.

> Ὥσπερ κυαθίζουσ' ἡμῖν ἐνίοτ' ἡ τύχη,
> Ἓν ἀγαθὸν ἐπιχέασα, τρί' ἐπαντλεῖ κακά.

I. Baptiſta Montanus moritur.

ita & ille in bonis rebus duo maxima accepit incomoda. Nam cùm primùm in Italiam venit; in morbum incidit *Joan. Baptiſta Montanus*, propter quem, ut tanquam dogmaticæ medicinæ reſtitutorem audiret, præcipuè Italiam appetiverat; qui deinceps magno cum detrimento ſtudioſorum purioris philoſophiæ & medicinæ, rebus humanis eſt * exemtus. Tertio pòſt anno, qui à nato Chriſto numerabatur *milleſimus*, *quingenteſimus*, *quinquageſimus quartus*, pater illius *Ambroſius*, peracto laudabili hujus vitæ curriculo, plenus conſolationis ac ſpei æternæ

** A. 1551. d. 6. Maj. æt. 63.* *Ambroſius Moibanus moritur.*

vitæ, *Vratislaviæ* * obiit. Ut igitur ſol[...] tudini matris ſubveniret; inſequenti ann[o] Germaniam rediit; & de conſilio Hein[celii] ac Manichii, ad quorum tanquam paren[tum] voluntatem conformare ſe ſtudebat, cùm [...] loco, in quo artem, quam rectè didice[rat ...] deliberaſſet, in patriam venit. Sed [...] videret, omnia eſſe difficilia, atque me[...] critatem & tranquillitatem rebus omn[ibus] anteferret, locumque expeteret, in quo [...] terum ſcripta, ſine quibus neminem ne[que] doctum neque prudentem medicum [...] poſſe intelligebat, in ocio evolvere po[ſſet] *Ambergam* Nariſcorum ſe contulit; & [...] pub. operam ſuam dedit. Cæterum [...] amici Auguſtam eum petrahere cuper[ent ...] uxoria re eum pellicere conati ſunt. O[...] ta igitur lectiſſima puella, honeſtò loco n[ata ...] cùm *bona natura nihil ſolitarium amet*, [...] perque tanquam ad adminiculum alic[ujus] annitatur, minimè repugnavit: eamqu[e ...] facilè paſſus eſt.

Connubio jungi ſtabili propriamq; dica[...]

Sed neque ſic ſtatim Auguſtæ remanſit [...] rùm ſuam *Eſtheram* ſecum Ambergam [...] duxit. Inſtantibus verò amicis ut red[iret] & ſtipendio publica auctoritate decreto [...] no *milleſimo*, *quingenteſimo octavo*, qu[o] J. Baptiſta Heincelius conſulatus dignita[tem] fuit adeptus, Auguſtam commigravit.

In hac inclyta Repub. cum ſumma l[aude] integritatis, candoris, modeſtiæ, ſobr[ietatis], tis, φιλοσοργίας, ac quod caput eſt, pie[tatis] ad extremum uſque ſpiritum vixit. I[...] cùm nondum in hominum cognitione [...] ſaretur, neque ſe, more perverſo & per[...] gato medicorum, *in quibus doctrinæ par[um ...] jactantiæ multum eſt*, oſtentare atque i[...] rere poſſet aut vellet: ne Senatui ac Rei[p. ...] vita ocioſa videretur dedecori, conver[...] dos ſibi è bibliotheca publica duos li[bros] *Dioſcoridis Anazarbæi ad Andromach[um] de* facilè parabilibus medicamentis [...] ſit. In quibus etſi nihil præter empiric[...] deret, eaque ſcriptione admodum depra[vata ...] & in dogmatico aliquo auctore operam [...] mere mallet: tamen cum nil quicquam a[...] menti medici reperiret in illa biblioth[eca] melius, atque horum collatione *Dioſco[ridis] libros*, quos περὶ ὕλης ἰατρικῆς ſcripſit, p[...] mum lucis accipere poſſe animadverte[ret ...] converſionis laborem defugere noluit.

Poſtea verò cùm optimi & ſapientiſ[ſimi] homines perſpicerent, eum in universâ [phi]loſophia & veterum cognitione ita verſa[tum] ut vix ulli ſcientia artis inferior videre[tur] uſu autem & exercitatione, ſi vita ſupp[eteret] ret, facilè pleroſque alios ſuperaturum: [...] conſilio in dubia vel adverſa valetudin[e ...] ſunt. Fide autem ſumma, ſolicita a[...] accurata conſiderantia, diligente cura, [...] nus ſuum obiit: æqualibus nunquam ſe [...] poſuit; nec ſeniorum eſt conſilia aſperna[tus]. Quanquam ne iis quidem rebus, quibu[s ...] nex in Comœdia ſine invidia laudem inve[...] & amicos parari cenſet, malevolentiæ n[...]

ntulas effugere ille potuit. Usque adeò ūm eſt, quod veterum poeta quiſpiam pſit:

Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον.

quoque laudem ipſius augere atque illu- orem reddere ducimus. Irritabilis quidem pſe erat, & commovebatur ardentiùs: ve- placabilem ſe facilè præbebat: quam agi- em ac mollitiem natuæ ſapentiſſimus ero bonitatis eſſe affirmat.

lorebant eo tempore in repub. illa verè uſta multi doctrina & virtute præſtantiſ- viri, *Heincelii*, *Hervvarti*, *Manlichii*, *arus*, *Wolfius*, alii; ſtudiaque Mathematica oco vehementiùs quàm alibi excoleban- Excitatus igitur Moibanus illorum ſtudio, primis *Pauli Heincelii*, viri excellentis in- ii, & ad omnes liberales atque magnas trinas nati ac apti, nec non *Cypriani Leo- i*, cujus valetudini afflictæ atque jacenti uodam animi curſu prædicabili admodum uit: quod intelligeret medicinæ ſtudia unctione harum ornari & adjuvari: ita in artibus brevi profecit, ut & diē emortua- non tantùm conjugi ſuæ; ſed & ſibi ipſe lixerit. Scripſit enim in quadam ad J. tonem epiſtola, ſe vitæ illius, propter di- ionem, ut loquuntur, Horoſcopi, ad op- tum gradum Matris, qui in octava cæli c erat anæreta, metuere: & hoc quoque dit: ſuum Horoſcopum, qui, ut conju- locus erat ἀφετικὸς, ad ἀναίρεσιν videlicet oſitum Saturni devolutum. Verùm ſe dum extra omne eſſe periculum: cùm tiones Saturni, propter tarditatem mo- ſint diuturniores. Addidit & hoc: *ſe nos in divina benignitate eſſe, vivere, & re; atque huic ſuos ſuaque omnia com- ere; nec ignorare, quis ſit auctor vitæ, quis , qui ex hoc miſeriarum pelago in æternum tis & beatitudinis portum nos ſecurè tra- it. Non poſſe tamen non* ἐνεργείας *ſuperio- cauſarum admirari, & FATALI quaſi CTURÆ IN CÆLESTI TABULA uid tribuere.*

xiguo tempore poſt conjux ejus *Eſthera*, difficili partu enixa eſſet filiolum gran- ac validum, quarto à partu die, ac quin- nio & menſibus ſeptem, quibus eam in imonio habuerat, quinquies peperiſſet, ræ debitum perſolvit. Ipſe animum à lu- acerbitate abducere conatus; preſſit ta- tum, ut ille ait, *mente dolorem; & igni- n deſiderii optatiſſimæ ſuique obſervan- næ conjugis acriùs inflammavit. Itaque uſtis & abſumtis viribus cordis, paulò exeunte Aprili, duplici τριταιοφυεῖ labo- cepit. Nec multis diebus febris hæc eum it. Nam * *vigeſimo octavo* poſt obitum ugis die, cùm Luna ad eundem ferè gra- quem moriente conjuge tenebat, *nona* Maij acceſſiſſet: cùm vixiſſet annos *tri- quinque*, menſes *duos*, dies *ſedecim*, ex mortali vita, in æternam beatamque magna alacritate, commendans ſe filio DEI Servatori noſtro unico, propter cujus meritum ſibi æterni Patris gratiam reconciliatam & crimina condonata eſſe, conſolatione divini Spiritus, confidebat; excedens migravit anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſecundo*. Pridie quàm animam DEO reddidit hæc verba animo hilari protulit: *ita ſe divinæ voluntati ſubjectum eſſe; ut ſi optio detur, nihil aliud optare velit, quàm ut ex hac vita, in ſempiternam & cæleſtem migrare mox liceat.* *Vox ſuprema.*

Moriens verſionem *Diſcoridis* εὐποριστῶν commendavit *Achilli P. Gaſſaro*, ac, ut *Geſnero*, librum de quo præclarè exiſtimabat, abſolvendum & perpoliendum librum mitteret, petivit. Id quod uterq; fideliter præſtitit. Diligenter etiam loca quædam *Galeni* & *Hippocratis* emendavit: ſed edita illa, quantum ſcimus, non ſunt. In Diſcoridis εὐποριστοις librum, mille modis depravatum, integritati reſtituit, collatis deſcriptionibus veterum medicamentorum: atque in iſto labore, uſui inprimis ei fuit manuſcriptus codex Oribaſii: quem Magnificus *D. J. Jacobus Fuggerus* liberaliſſimè ex celebri ſua bibliotheca conceſſerat. Prodiit etiam ex ejus muſeo *alexipharmacon* præſtantiſſimum, ut laudatur: quod ipſe acceptum à cl. v. *J. Cratone* cum Geſnero, Tigurinorum Phyſico & Poliatro communicarat. Exſtat id antidotum in Germanico libello, cui titulus Gifftjäger; cura *Wilhelmi Triphyllodacni* edito, anno *ſexageſimo ſeptimo*. *Scripta. Librum effectum commendat Geſnero. J. J. Fugger. Alexipharm. Moibani.*

Habuit Moibanus etiam in manibus *vitæ Belliſarii converſionem* de Græco vulgari; & alia complura, quæ affecta reliquit.

Celebrarunt eum carminibus epitaphiis tum alii, tum *Joachimus Camerarius*, magnus ejus amicus, ejuſmodi; *Camerarii in ejus obitum.*

Νῦν ἄρα τις ζωῆς βροτέης αἰῶνι πίθοιτο,
Πουλυχρονίων ἐτέων ἐλπίδι βοσκόμενος,
Ἀλκίλ' ἀγαλλόμενος γνωφελέως νεότητος
Ἀρτιμελεῖ εὐγιέος σώματος ἠνορέῃ.
Τῆσδ' ἀρετῆς ἀσκῶν, ἐπὶ λησὶν ὅσης εὐφήμῳ
Καὶ μεγαλωνύμῳ γαυριόων σοφίῃ.
Πρὸς τὰ παρόντα βλέπων ἀπὸ σοῦ Μοΐβανε θανόντος
Ἀπροφάτῳ γοερῇς συντυχίησι μόρου.
Ἡλικίης ἔτι θαλλούσης εὑρεσὸς ἐν ἀκμῇ
Ὅς οὔπω μέσσοισιν κατὰ βιότοιο δρόμον.
Ἐν τε λόγοις ὀλίγων καὶ Μούσαις δεύτερος ἄλλων,
Τῆς δ' ἀρετῆς πολλῶν ἀγλαΐῃ πρότερος.
Καὶ πιστὸς φοίβου θεράπων, ἑτέροις θ' ὑγιείας
Μακροβίου τέχνῃ πρόξενος εὐπαλάμῳ.
Αἰαῖ, καὶ σύγε πρὶν θ' ἀλόχου τηλωμένος ἐσθλῆς
Πένθει καὶ νούσῳ κάτθανες ὀλλύμενος.
Ἄθλιον ἀτλήτοις ὀδύνῃσι πεπαρμένος ἦτορ
Καὶ λάβροις δακρύων ῥεύμασι τηκόμενος.
Καὶ γὰρ ὅταν τεκνωσαμένη τὰ λεχώϊα μαίῃ
Σκεύασεν, ὡς τέτρατον ματρὶ γινομένη,
Δὴ τότε τὸν πύματον δρόμον ἤνυσεν ἤδε, βίοιο
Καὶ σίναμ' ὠδίνων ἐκπεφυγυῖα πόνους.
Καὶ σὺ δὲ τὴν γαμετὴν κλαίων σὺν παιδ' ἐπέπαυσε
Ζῶν θ' ἅμα συλλέκτρου μῆνος ἐν ἀμμορίῃ.
Ἀλλ' ἐντεῦθεν ὑμᾶς ἔβλαψ' ἀπὸ δημίου δ' εἶν
Ἐκτὸς δ' ὁμᾶς ζωῆς τῆς δὲ λαχόντι τέλος.

Νῦν γε

Νοῦν γε σὺν χρυσῷ ψυχῶν σφετέρων διαγνούς.
Αἰὲν ἐν ἀῤῥήκτῳ συζυγίαις ἀγάπης.
Οἱ δὲ φίλοι θρήνων, τὸ, τε συγγενὲς, ὡς ἐπέοικε,
Ἐκτίνουσιν ὑμῖν πρᾶγος ὀφειλόμενον,
Πάντες ὀδύρονται δὲ τὸ τῆς σῆς χρησομαθείης
Σβεσθὲν ἅμα ζωῆς φωτὶ, διδασκαλικόν.
Σωσικράτους τέχνης τ' ἀνθρωποφύλακτον ὄνησιν
Ἄστυ τε καὶ χώρη γειτνιόωσα ποθεῖ.
Αἰάζω κἀγὼ τοῖον γ' ὀλέσας ἐφ' ἑταῖρον,
Ναϊάδων παρ' ὕδωρ ἐνθάδ' ἐλισσεάδων.
Ἀλλὰ σὺ, καὶ γὰρ πότμον ἀνέπλησας σέο, χαῖρε
Κλήρου μοῖραν ἔχων ὄλβιος αἰθερίου.
Χαῖρ' ἀγαπηθεὶς τῷ δὸς ἐὼν Χριστοῖο πάρεδρος,
Οὐκέθ' ἁμαρτωλῷ σαρκὶ πιεζόμενος.
Χαῖρ' ἡμεῖς δ' ἡμῶν πειρησόμεθ' εὖ δ' ὅσα λοιπὰ
Ἤματ' ὁμοιοτρόποις ἐλπίσι συντελέειν.

Et Hieron. VVolfii. *Hieronymus* autem *Wolfius*, medicum, aſtrologum, poetam, virum optimum; Græcè Latinèque doctisſimum, hoc epigrammate deflevit:

Si neq; Muſarum cultus, nec Apollinis artes,
Nec labor ingenuus, fata maligna movent?
Si moveant: non te, Moibane, virentibus annis
In medio ſtadii mors rapuiſſet atrox.
Te neq; Romani, neq; Graji carminis uſus;
Te non Uranie, non Hygiea juvat?
Te non, quæ cunctas ſapientia continet artes,
Eripit à letho, culta ſubinde tibi?
Vana Dioſcoridis reparandi cura faceſſit,
Herba tuum potuit pellere nulla malum.
Scilicet Orpheio trajectus pectora luctu,
Conjugis inſequeris prægredientis iter.
Eurydicemq; tuam repetis: ſed portitor Orci
Te ſimul Elyſia valle manere jubet.
Ergo manes fidæ conſortis amore potitus,
Nec placet obſcurum, quod relegatur, iter.
Et felix jam ſorte tua mortalia temnis,
Poſſeſſor vitæ Floridiorum operum.
Et tamen in terris volitat tua fama ſuperſtes:
Filioliq; manent; mentis imago tuæ
Pectoris atq; utinam nova quæ monumenta parabas,
Quæ gravis Uranie, quæ Panacea probent;
Edita te vivo ſuperent! ſed Geſner amicus
Non ſinet hæc turpi ſcripta perire ſitu.
Ille manus medicas ſollers adhibere paratus,
Has, Moibane, tibi conferet inferias.
Te Cameraria Muſa nitentibus inſeret aſtris:
Manibus illa tuis aurea ſerta parat.

Suggeſſit nobis hæc de *Moibano*, *Joannes Crato* in *epiſtola* ad *Conradum Geſnerum*, *Ped. Dioſcoridis* εἰσαγωγαῖς *præmiſſa*: qua memoriam viri doctisſimi, popularis & ὁμοτέχνου amici ad poſteros transmittere voluit.

1563. MATTÆUS HEUSLERUS.

Mattheum Heuslerum magnus ille *Joachimus Camerarius* dignitate & doctrinâ clarisſimum virum perhibet, medicum eximium, ſibique collegam, fratris loco dictum. A puero ſummo ille ardore animi in ea ſtudia incubuit: quæ bonarum artium & humanitatis nomen habent. Ad hæc quaſi evolans ad ſalutaris artis hominu terris vitæ profesſionem, ſuper nomini gnitate & honoris titulo, tanquam ar avicula conſedit: ſed multis vigiliis & l ribus longo difficilique & arduo itinere illam altitudinem nitendo pervenit, ut medicinæ totius eſſet peritisſimus; in tamen parte illius, quam à ſecandis co ribus animantum, ἀνατομικὴν appellan perpaucos ſimiles, ſuperiores tunc qui notos in Germania nullos habuiſſe vider Itaque deceſſione hinc ipſius damnum gens feciſſe Academiam Lipſiacam, doc boni ſenſerunt: & cum dolore ſunt conf Deceſſit autem anno Chriſti, ſi rectè con mus, *milleſimo, quingenteſimo, ſexage tertio*: funusque ejus celebri convent cohoneſtatum.

Joachimus Camerarius in oratione, q Lipſiæ in declaratione Magiſtrorum ſexageſimo tertio, die quinto cal. Febr habuit.

JOANNES KENTMANNU

Dreſdæ Miſniæ oppido, & ſede Ele rali Ducum Saxoniæ, & quæ illi ad ctâ equili ſumtuoſiſſimo, atque arman tario inſtructiſſimo, nobili, in lucem ed *Joannes Kentmannus*, anno, ut ipſe * didit, *milleſimo, quingenteſimo, decimo o vo*, Aprilis die *vigeſimo primo*, in patriis ſc lis prima eruditæ doctrinæ poſuit fundam ta; ac naturæ inprimis conſideration dedidit. Ex Germania in Italiam profec *Padua* per biennium præceptoribus uſu viris clariſſimis juxta & medicis præſtan ſimis *Joanne Baptiſta*, *D. Francazano*, *zellocato*, *D. Lando*, *D. Frizemelica*, Ab eruditionis itaque copia non mediocri ſtructus, cùm ad ſuos rediiſſet; reſpub. T genſis phyſicum medicum eum elegit, & lario honeſto conduxit.

Cùm autem ſanis hominibus quaſi pa lum quoddam fit, diligens contemplatio turæ: ipſe in metallicorum cognitic ocium tempusque contrivit non exigiu atque in ea tantum quidem asſiduitate, & plorandi ſtudio profecit: ut quamplurin foſſilium ſpecies noverit: eorumque theſ rum multis impenſis collegerit, paucis co parabilem. Habuit domi ſuæ foſſilium eam variis pluteis diſtinctam, in qua fu *terra*, *ſucci nativi*, *efflorescentes*, *pingu lapides ex animalibus*, *fluores ſilic gemmæ*, *marmora*, *ſaxa*, *ligna in ſaxa porata*, *arena*, *aurum*, *argentum vivum ſeu cuprum*, *Cadmia metallica plumbag pyrites*, *plumbum nigrum*, *cinereum*, *can dum*, *ſtibi*, *ferrum*, *ſtomoma*, *marina var* In eam hoc eſt *Georgii Fabricii* Chemnice ſis, popularis & amici ipſius, epigramma:

Quicquid terra ſinu, venisq; recondidit im
Theſauros orbis hæc brevis arca tegit.
Laus magna eſt, tacitas naturæ inquirere vi
Major in hoc ipſum vertere noſſe Deum.

Re vera enim naturæ cognitio mentes hu-
inas ad Dei ipſius cognitionem deducit
eſt prædagogia quædam ad confirmandas
neſtas opiniones de artificis ſapientiâ, quâ
tè rerum omnium formas cogitavit: de
tentia, qua illas tanta pulcritudine fecit
que produxit: de bonitate denique, qua
nia conſervat, & ad certos hominum
s deſtinat. Dedit autem Kentmannus
n re mutuam cum clariſſimo viro *D. Geſ-*
o, noſtrate Plinio, operam, cui omnia
prolixè obtulit.

Hujus igitur amici ſui intimi conſilio &
ra lucem viderunt *nomenclatura rerum*
ilium, quæ in Miſnia præcipuè, & in
s quoque regionibus inveniuntur: præ-
a *calculorum, qui in corpore ac membris*
inum innaſcuntur, genera duodecim,
icta deſcriptaque cum hiſtoriis: item
manica lingua librum edidit *de peſtis præ-*
tione & curatione.

uperesſe etiam dicuntur in bibliotheca
neriana doctiſſimi hujus medici *obſerva-*
es hiſtoricæ plantarum rariorum cum ico-
s vivis: *Nomenclatura* item *ſexcen-*
m herbarum, quas illuſtriſſimo principi
Kentmannus eruditè depictas in unum
men congesſit.

nem vivendi fecit vir optimus & doctiſ-
s anno Chriſti . . . . In
t hoc addamus, fuit oppinione; *nullam*
biorem homini mortem accidere poſſe eâ,
n calculi inferunt tormenta: ubi quis
nbris omnibus ſalvis, viribusque inte-
, violento impetu adigitur: ut animam
gnè exhalet: id quod *Friderico* * tertio
niæ electori evenit, in cujus veſica lapis
dis fuit repertus.

antum de hoc medico *ex præfationibus*
riptis Kentmanni ipſius: item bibliothecis.

ANDREAS VESAILUS.

milia Veſaliorum originem ex Cliviæ
vitate *Veſalia*, quæ olim *Phaſula* vel
t, à celebri colonia Phæſulana in Italia,
e ſcribitur: & tot continua ſerie me-
tuliſſe; ut artem in eâ dicere poſſis diu
n; quò perfecta tandem prodiret. *Joan-*
nes *Veſalius* medicus fuit *Mariæ*; quæ
domus Burgundiæ heres *Maximilia-*
Cæſari nupta. Hic Joannes ætate ad
n inclinante *Lovanium* ſcribitur con-
e: ac ibi medicinam in ocio literato pro-
eſſe. *Petrus* deinde *Veſalius* medicus
fuit præclarus: ut lucubrationes ejus
re hujus, de quo agimus, ſervatæ do-
Everardus præterea *Veſalius* medicus
entarios ſcripſit in *Rhaſis* libros, & in
or priores *Aphoriſmorum. Hippocratis*
nes: ac plura ejus Mathematicæ ſcien-
onumenta ſe habuiſſe Veſalius noſter *
at. *Andreas* denique *Veſalius* hujus
pater *Carolo* V. Auguſto fuit à phar-
; atque exhibitis Imperatori tabulis
anatomicis filio huic ſuo aditum ad aulam patefecit.

Lucem autem in iſta familia Aſclepiadea primùm adſpexit hic Veſalius F. Andr. anatomicorum in Germania & extra eam princeps, anno reparatæ per Chriſtum ſalutis, *milleſimo quingenteſimo, decimo* * *quarto* calend. * Januarii, vel ut alii *ultimo* Decembris dodrante poſt horam *quintam* matutinam; *Bruxellis* nobili Brabantiæ urbe. *Andr. Veſ. F.* *Ejus natalis.* * *Alii tertio* * *Alii prid. cal. Maii.*

A teneris liberaliter inſtitutus, & *Lovanii* caſtrenſi in Gymnaſio Peripatetica philoſophia imbutus, phyſicis potiſſimùm viſus eſt delectari. Præterea puer etiamnum mures, talpas, glires, interdum etiam canes atque feles diſſecare, & inteſtina rimari avebat: magno omine ejus, quæ in eo poſtea eluxit, anatomiæ peritiæ: quam ipſe jam intermortuam in lucem revocavit. Naturæ itaque genio obſecutus ad medicinæ ſeſe artem ſic applicuit: ut in anatomicis parem vix ullum, ex omni antiquitate, ſuperiorem certè neminem (*Jacobo Silvio Ambiano* pro *Galeni* honore nequicquam certante) repererit. *Indoles ad anatomiam propenſa.*

Anatomen igitur *Baſileæ, Patavii*, & in omnibus penè Italiæ Academiis, publicè exhibuit. Anno ætatis viceſimo octavo ſcripſit *opus* admirandum, *de humani corporis fabricâ*: quo ſingula ejus membra ſic figuris expreſſit: ut oculis etiam ſubjicere videatur. Editis illis commentariis: judicio elegantium medicorum & antiquorum gloriam adæquavit, & recentioribus palmam præripuit. Baſileæ etiam ſcripſit *paraphraſin in nonum librum Razis ad Almanſorem* regem, de affectuum ſingularum corporis partium curatione. Item *epiſtolam, qua docet venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam*, anno Chriſti *trigeſimo nono* ſupra *ſesquimilleſimum*. Aliam etiam *epiſtolam, qua rationem docet propinandi radicis Chynæ decocti*: in qua anatomica multa tractantur: etſi titulus ea non promittat. *Profitetur anatomiam.* *Opus de fabrica corporis humani.*

Ob iſtam nominis celebritatem artisque præſtantiam à *Carolo* V. Imperatorum maximo, & ejus filio *Philippo* II. regum potentiſſimo, medicus adſcitus, valetudinis eorum ſumma fide diligentiaque curam geſſit. Antequam Baſilea diſcederet anno *quadrageſimo ſecundo* ſupra *milleſ. quingenteſ. corporis humani ſceleton*, artificioſè à ſe paratum, artis & induſtriæ ſuæ ſpecimen, adeoque hoſpitale munus, Academiæ reliquit: quod etiamnum in Medicorum auditorio ibi viſitur cum epigraphe ejusmodi: *Archiat. Caſ. & regis Hiſpan. Veſalius.* *Sceleton humani corporis Veſalii μνημόσυνον Baſileæ.*

ANDR. VESALIUS
BRUXELLEN.
CAROLI V. AUG. ARCHIATRUS
LAUDATISS. ANATOMICARUM
ADMINISTR. COMM.
IN HAC URBE REGIA
PUBLICATURUS
VIRILE QUOD CERNIS SCELETON
ARTIS ET INDUSTRIÆ SUÆ

SPECIMEN
ANNO CHRISTIANO
M. D. XLVI.
EXHIBUIT EREXITQUE.
SEXTO POST LUSTRO
FELIX PLATERUS
ARCHIATRUS
ET MEDICÆ SCHOLÆ ANTECESSOR
CONATU NE MAJORE, AN
MEL. SUCCESSU
PRÆCEPTORIS HOSPITALE MUNUS
MARITARIT, FÆCUNDARIT,
ET EXORNARIT,
QUISQUIS ERIS SPECTATOR
GRATIOSUS ET ERUDIT.
JUDICATO.

Felicitas eius in medendo. In aulâ autem Auguſtâ ſummâ cum felicitate artem ſuam exercuit, & plures extremè laborantes, atque ἀδʹȣ πύλαις, ut poëtæ loquuntur, propinquos reſtituit. Quod ſi morbi vis naturam ſuperare videretur: ipſe quid futurum eſſet, ſtatim prædixit: & ſæpè mortis horam ex ſignis definivit, nec falſus eſt: quod in *Maximiliano*, comite *Burenſi*, anno *quadrageſimo octavo* ſupra *milleſimum. quingenteſ* eventus probavit. *Maximilian. Egmond. Buræ[co]mes. Thuan. l, 5. pag. 110.* Cùm enim hic ex Anglia legatus rediiſſet: Bruxellis anginâ laborare cepit. Ibi *Veſalius*, quà fuit judicii raritate; mortis horam ægroto, ac penè momentum prædixit. *Buranus* jam deploratâ ſalute, convivium magno apparatu inſtrui juſſit: & omni gazâ ac ſupellectile argenteâ expoſitâ amicos vocavit, Quibus cum, menſæ adſidens, dona liberalitate ſummâ diſtribuiſſet: atque extremum vale, nihil commoto animo dixiſſet: inde lecto impoſitus, horâ & momento à Veſalio prædictis, exſpiravit.

Neque hîc prætcrire ſilentio debemus: quod in eadem illâ aulâ accidit.

Vulnus in capite periculoſiſſimum ſanatum. Habebat *Philippus* rex Hiſpaniarum filium *Carolum* Caroli V. nepotem. Hic ex quartanâ aërem mutare juſſus; & in arce quadam nobilem puellam corollas nectentem conſpicatus, dum ludendi cauſa ad illam accurrit: virgo, in cubiculum fugit; peſſulumque oſtio obdit. Adoleſcentulus eo magis irritatus, in cubiculum præceps per gradus effractâ violenter januâ, delabitur; graviſſimumque in capite vulnus accipit. Vocati chirurgi vulnus obligant; & conſolidationi intenti, ſaniei effluxum negligunt. Itaque caput totum, tuberis inſtar, intumuit; & apoplectico ſimilis puer aliquandiu jacuit.

Contemtus Veſalius. Tum demum rex, ut morituro extremum adeſſet filio, accerſitus, Veſalium ſecum adducit: quem Hiſpani *in ſuperficie tantùm corporis verſatum, veri medici appellatione indignum* eſſe calumniabantur. Is in deplorato unicam ſpem in ſectione pericranii ſitam affirmans, data ſibi poteſtate à rege, tuber decuſſatim aperuit; & pus fætidiſſimum ſenſim evacuavit. Rediit igitur ad ſe puer, tanquam è profundo ſomno excitatus, ac vitæ reſtitutæ beneficium Germano medico ſe debere affirmavit.

In Palæſti. Aulicæ tandem vitæ pertæſus, viſendæque Palæſtinæ ſtudio atque religione ductus, [...] non naturæ myſteriorum cognoſcendor[um] in regionibus longinquis amore flagran[s] unà cum *Malateſtâ Ariminenſi*, terreſtri[um] copiarum Senatûs Veneti duce, Cyprum [...] deque Hieroſolymam adiit. Pôſt magno [...] *Gabriele Fallopio*, Patavii vivis erepto, à [...] natu Veneto in demortui locum, honorif[...] oblatis ſtipendiis evocatus, dum Italiam [...] ſus, menſe Aprili, adnavigat, tempeſtate [...] deſertum Zazynthi inſulæ angulum eiicit[ur] ibique morbo correptus & ope omni deſt[itu]tus, in miſerrimo tuguriolo, inter barbaro[s] agreſtes homines, è vita diſceſſit. Ab a[urifi] fabro, qui forte paulò pôſt illuc appulit, a[gni]tus, & ne eſca feris fieret; vili funere eſt c[on]ditus ad D. Mariæ, cum hac epigraphe:

ANDREÆ VESALII BRUXELLEN[SIS] TUMULUS, QUI OBIIT IDI[BUS] OCTOBRIS, ANNO clɔ I[ɔ] LXIV. ÆTATIS VERO SUA[E] *LVIII. CUM REDIISSET HIEROSOLYMIS.

Eſt in eum & hoc *Benedicti Ariæ Mont[ani]* V. CL. tetraſtichon.

Corporis humani qui membra minuta ſeca[t],
Veſalio nullus doctior enituit.
Hic medicis auxit, pictoribus anxit & ar[tes],
Dum ſubit internas, quæ latuère, vias.

Cæterum itineris illius Palæſtini aliam [cau]ſam aperuit *Hubertus Languetus*, vir el[oquens] graviſſ. a *Thuano ornatus: epiſtola ad [Ca]*ſpar Peucerum*, medicum clariſſ. in qua [...] "Fama eſt Veſalium eſſe mortuum. A[...] "viſti procul dubio, eum profectum eſſe [Hie]"roſolymam. Cauſa iſtius peregrinationi[s] "mirabilis: ut ad nos ex Hiſpania eſt perſ[crip]"tum. Commiſſus fuit curæ ejus qui[dam] "vir nobilis in Hiſpania: quem cùm o[...] "exiſtimaret: nec ſatis percepiſſe ca[uſam] "morbi ſibi videretur: petiit a propinqui[s de]"functi, ut ſibi liceret cadaver diſſe[care]. "Conceſſum eſt ei, quod petebat: cu[m] "pectus aperuiſſet: reperit cor adhuc p[alpi]"tans. Cognati mortui non contenti [...] "accuſare facta cædis; accuſant etiam [impie]"tatis apud Inquiſitionem; exiſtimantes, [...] ſeveriorem ultionem conſecuturos. [...] "conſtaret de cæde; nec facilè excuſa[ri poſſet] "error tam periti medici: voluit omnin[o In]"quiſitio de eo ſumere ſupplicium: *vi[x] "potuit rex ſua autoritate, vel potiùs [...] "precibus eum periculo eripere. Ta[ndem] "conceſſus eſt regi & toti aulæ, pro eo d[epre]"canti, ea conditione: ut ad expian[dum] "illud ſcelus ptoficiſceretur Hieroſolym[am] "& ad montem Sinai. Datæ Lutetiæ cal. [...] "1565. Hæc Languetus.

Quantâ autem in æſtimatione etiam [...] exteros fuerit Veſalius: vel hinc frement[...] vidiâ patet. *Gabriel* enim *Fallopius* Mut[inen]ſis, chirurgiæ Profeſſor Patavinus in [...]cendo μεθοδικώτατ[ος] ; in med[...] feliciſſimus, in ſecando [...]tiſſimus ex[...]

ore inde etiam à Veſalio introducto,
ofeſſionem & adminiſtrationem anatomi-
m ſimul obiit. E tabulis autem ſive ſche-
atiſmis, quos ad hoc ipſum concinnarat, do-
bat. Is igitur Veſalii nunquam ſine præ-
tione honoris mentionem fecit, *parentem
reſtitutorem rei anatomicæ divinum*, quin
am *hominem* appellans, *è cujus fontibus ſuos
teri rivulos deduxiſſent.* Et ne ab affectu
ofectum putes, diſſenſit etiam ab ipſo in
ltis magni momenti, ſed philoſophicâ mo-
ſtiâ: id quod ex ſcripto eo, quo ἑτερόδοξα
tuetur, intelligere licet.

Calumniis autem æmulorum fuiſſe tra-
ctum: *Ioannes Argenterius* hiſce *indicat:
*n non etiam Veſalius à Cæſaris aulâ & fami-
ob id propemodum eſt excluſus: quod adver-
Galenum ſcripſiſſet? Quid non moliuntur
huc in illum Galeni ſectatores? quem pro
ſo amare, non odio proſequi oporteret: ſi
dò ſenſibus noſtris magis, quam hominum
judicatæ opinioni addicti eſſemus ſpectare-
sque; quantam utilitatem ex divinò eo ope-
quod de anatome conſcripſit, non ſolum ar
noſtræ, ſed & mortalibus omnibus attulerit.*

Præter illos VII. libros *de corporis huma-
fabricâ*, ſcripſit & *Paraphraſin in nonum
rum Rhaſis ad Almanſorem.*

Epiſtolam item, *quâ docet, venam axilla-
dextri cubiti in dolore laterali ſecandam.*

Epiſtolam aliam, *rationem propinandi ra-
is Chinæ decoctum*: in qua plurima anato-
ca pertractantur.

Emendavit etiam *translationem Anatomi-
um aliquot Galeni librorum.*

Chirurgiam ejus *magnam, recognitam &
ndatam* edidit in lucem Proſper Borga-
ius.

Atque hæc de Veſalio, Gymnaſii Patavini
ine, Anatomes *illuſtratore* conſummatiſſi-
, *Caroli V.* archiatro & phyſico præcipuo
Aug. Thuani hiſt. lib. 35. *Zwingeri theatro:
n Schenck in obſervat. de capite humano:
ctan. M. S. Laubani: vitis medicor.
r, Petri Caſtellani, aliis.*

MELCHIOR FENDIUS.

MELCHIOR FENDIUS natus eſt anno
octogeſimo ſexto ſupra *milleſimum, quin-
genteſimum*, in urbe Rhetorum, cui
d Noricorum agros attingit, ſitus nomen
it *Norlingæ.* Quod equidem nomen ar-
ento eſt, antiquiſſimam eam urbem eſſe,
nc habitatam, cùm Rheti & Norici ad
ubii ripas ſederunt. Alii à Cl. Tiberio
one conditam exiſtimant, & quaſi Ne-
gam dictam.

Fendio cùm vigeret flagrantiſſimum
æ doctrinæ ſtudium non modò medici-
, ſed ejus etiam adiutrices diſciplinas
oſophicas avidè percepit: Lipſiam venit
Chriſti ſupra *ſeſquimilleſimum quarto*,
eſcens annorum *octodecim*: ubi in fami-
& conſuetudinem receptus eſt medici

illo ſeculo excellentiſſimi ac celeberrimi *Simonis Piſtorii.* Hujus inſtitutione plurimum ſe profeciſſe in doctrinâ Phyſicâ & Medicâ, ipſe ad alios grato animo ſæpius confirmavit, ac inſignem illius viri eruditionem, pari cum humanitate conjunctam, quoties in ſermones ejusmodi itum eſt, mirificè deprædicavit. *Simon Piſtorius.*

Nono anno pòſt *VVittenbergam* commigravit: cùm fama illius ſcholæ paulatim inclareſceret. Ibi anno *milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo tertio*, die Julii *tertio*, promotore *Iacobo Milichio*, inſignibus Doctorum medicinæ ornatus eſt. *VVittembergam migrat Fendius. Ubi medicinæ Doctor renunciatur.*

Etſi autem abfuit interdum ab Academiâ illâ; & ſcholas aliquot oppidanas alibi, ut *Torgæ* & apud Variſcos in oppido *Plauenſi* feliciter in illo effloreſcentium ſtudiorum ſeculo conſtituit & rexit: tamen VVittenbergæ docuit annos non pauciores quàm *quadraginta.* Enarravit initio *Ariſtotelicos* libros, magna cum laude & admiratione. *Regit ſcholas triviales. Docet VVittembergæ philoſ.*

Poſtea in collegium Medicorum cooptatus, omnibus eam fidem, induſtriam, & adſiduitatem præſtitit, à quâ vir bonus, & pietatis atque virtutis amans meritò commendatur. Atq; ut eſt πᾶς ἀνὴρ χρηςὸς κοινὸν ἀγαθὸν, καὶ ἀγαθὸν κοινωνικὸν: ita & ipſe libenter ac facilè admittebat quosvis, & præſtabat fidelem operam, quibus poterat, cupidiſſimè. *Et medicinam.*

Magiſtratum ſcholaſticum, quem Rectoratum vocamus, ibidem ſæpiùs geſſit: conſiliis adhibitus ſuo loco ſententiam ſapienter dixit: adeoq; privatim & publicè ſtudia diſcentum pro ſuâ virili juvit ac promovit. Sed poſtrema ætatis pars illi gravior accidit: quod multis ante obitum annis, ex cerebri ſiccitate & ſpirituum defectu, interdiu lucis & oculorum uſum, noctu ſomni beneficium amiſerat: ut mirati alii ſæpè ſint; quæ res eum inter omnia præſidia humana ſervarit tam diu: cum ſit alimentum ſenili in corpore ſomnus præcipuum, & ipſe alioquin cibi eſſet pauciſſimi. Exegit autem omne illud tempus, quo domi uſurâ lucis privatus delituit & decubuit, audiendis concionibus & lectionibus ſacris, & precationibus pro Eccleſiâ, pro repub. pro ſalute & tranquillitate ſcholæ Wittembergicæ, cujus erat amantiſſimus. *Senectus ei gravis.*

Cùm autē corpus maraſmo ſenili paulatim conſumeretur, & tabeſieret; malum etiam aſthmate, pulmonis adſiduo catarrhorum crudorum defluxu obſtructi, augeretur; tandem eo ſuffocatus eſt: cùm, reliquis viribus omnib. collapſis, multò antè δύναμις ζωτικὴ pulſuum judicio, quod in exhauſto & extremè emaciato corpore mirum fuit, penè usq; ad halitum extremum, æquabilitatem moderatam conſervaſſet. Valedixit itaque Academiæ illi & rebus mundanis anno ſupra *milleſimum, quingenteſimum, ſexageſimo quarto*, die *octavo* Novembris: cum DEUM religiosè colendo, & de plurimis in genere humano, ſuâ operâ medica, aliisque honeſtis officiis, *Morbus extremus. Obitus Fendii.*

H 2 bene

benè merendo, vitam ad annum *ſeptuageſimum octavum* usque produxiſſet.

Legatum in pios uſus. Moriens teſtamento reliquit apud Academiam Wittembergicam annuas quasdam penſiones, erogandas in pios uſus: quas poſtea gener ipſius *Joannes Hermannus* Uratiſlavienſis, ibidem tunc Medicinæ Profeſſor, de ſuo reddidit ampliores. Sicut autem apud Latinum poëtam par illud conjugium optat; ne alter alterius mortem videat:

Ovid. 8. Metam.
——— quoniam concordes egimus annos;
Auferat hora duos eadem; nec conjugis unquam
Buſta mea videam, nec ſim tumulandus ab illa:

Uxor. Ita & conjux Fendii, matrona honeſtiſſima *Anna*, cùm ad annum fermè *octogeſimum* perveniſſet: tertio à mariti obitu vertente menſe ſecuta eſt * eum, annis in conjugio tranquillo exactis ferè *quadraginta*. Viderat cum marito ſuperſtes octo natorum funera, & unius filiæ Agnes, quæ anno *ſexageſimo tertio*, die *viceſimo octavo* Octobr. piè obiit; & ex hac nepotis unici, *Jacobi Hermanni*, qui obiit menſe Aprili anno *ſexageſimo quarto* ſeculi *decimi quinti*.

**1565. d. 6. Cal. Febr.*
Liberi.

Et tantum de Fendio *ex tomo 6. programmatum Wittembergenſium, & orat. ſeculari habitâ anno ſexcenteſimo ſecundo.*

1565. HUBERTUS FABER.

HUberto Fabro patria obvenit inferior Germania, ubi circa annum *milleſimum, quingenteſimum, decimum quintum* honeſto loco natus; cum prima linguarum & artium fundamenta feliciter jeciſſet, amore doctrinæ & literarum inflammatus ad exteros ſeſe contulit: variisque in Academiis ſpecimina ſuæ doctrinæ depoſuit. Conjungere autem ipſi viſum eſt, ſicuti con ungenda ſunt, *Philoſophiæ & Medicinæ ſtudia:* in quibus tantos etiam fecit progreſſus: ut Doctoris nomen adeptus & medicorũ ordini fuerit adſcriptus.

Docet Pariſiis. Fama itaque de eo percrebreſcente in medicorum Pariſienſium Collegium eſt cooptatus; ibique literas meliores explicare juſſus. Quâ in functione cum aliquantiſper, nec ſine laude induſtriæ ac doctrinæ, verſatus eſſet: *Item Coloniæ Agripp.* *Coloniam* rediit, ibique & publicè medicinam docuit; & apud ægros feliciter exercuit. Suâ itaque tum eruditione, tum in rebus agendis dexteritate animos ſibi civium mirificè devinxit; & doctorum ac bonorum amicitiâ floruit.

Collegæ ibi ejus. Collegas habuit *Bernardum Cronenbergium, Joannem Echtium, Theodorum Birckmannum:* cum quibus, ut paulò antè diximus, de communi conſilio juſſuque illius Reipub. Senatus, *Diſpenſatorium uſuale* pro pharmacopæis Colonienſibus, congeſſit, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo quarto.* *Diſpenſatorium Colonienſ.* Plura quæ ſcripſerit aut ediderit, nondum reperimus, quemadmodum de die annoque emortuali nihil dum certi inaudivimus.

H. Pantal. l. 3. Proſograph. D. Schenc... bibliothecâ jatricâ: alii.

WOLFGANGUS LA... ZIUS.

WOLFGANCUS LAZIUS *Vienna...* ſtriæ anno à Chriſti nativitate, *mi... mo, quingenteſimo quarto*, ſeu, ut Eberus ... *cimo quarto*, die *viceſimo primo* Octobr. ... 24. poſt tertiam matutinam natus eſt. ... ei fuit *Simo* poliater & Medicinæ Doc... qui filium humanioribus artibus à puero ... buendum curavit. Poſtea medicas ampl... artes, doctoratus inſignia ibidem conſ... entibus Profeſſorum calculis eſt adeptus. ... logicis autem & Philoſophicis potiſſi... deditus, non poſtremas in iis tulit. *Vien...* enim patriam ſuam adeoque totam Auſt... fideliſſimè illuſtravit: ſcriptores rerum ... carum, Romanarum, & Germanicarum e... explicavitq; familiæ Auſtriacæ genealo... Pannoniæ Chorographiam; variaque h... riarum monimenta conſignavit.

Ob quæ præclara in rempublicam C... ſtianam merita & egregia animi dona, *F... nandus* Auguſtus non ſolùm in conſiliario... numerum adlegit: ſed etiam equeſtri o... adſcripſit: ampliſſimisque honoribus a...

Exemtus eſt rebus humanis *Viennæ* in p... ſuâ anno *ſexageſimo quinto*, poſt *milleſi... quingenteſimum*, non ut plerique perpe... decennio antè; ætatis ſuæ *quinquag... primo.*

Fuit & hic noſtatium medicorum dec... gregium, *Philologus, Hiſtoricus, Romana...* & *Germanicarum* rerum *ſcriptor* cele... *antiquitatis indagator* fidelis: *Profeſſ...* Academiâ patriâ primùm *artium* liberali... deinde *medicinæ* per annos *novendecim* ... tinuos. Quo in officio, Magiſtratus e... ſummi munere functus, ea verſatus eſt ... teritate ac fide: qua majorem in viro b... deſiderare nemo queat. *Georgius Tanſtet...* Mathematicus, is qui Maximiliano I. Im... ratori mortem multis annis antè prædixit; ... hoc etiam Lazio vaticinatus fertur; *eum ... ximum futurum Philoſophum, Medicum ... variarum artiũ peritum:* in quo quàm v... fuerit vates, res ipſa & ſcripta loquuntur.

Edita n. ab ipſo ſunt varia, partim *hiſt... ca*, partim *philologica:* ut *commentario... reipub. Romanæ in exteris provinciis, bell... quiſitis, conſtitutæ* libri duodecim. Ho... opere traduntur limitum omnium reſtitu... nes, prætoria, magiſtratus, munia tam mi... ria, quàm civilia à ſummis ad infima, milit... que genera univerſa, legiones quotquot ... manis unquam fuerunt, cohortes, equita... claſſes, navalia, ſtativa, Coloniæ; munic... ornamenta, ſignaque pace & bello expr... veſtimenta omnis generis & arma: ritus ... nique cuncti, ludi, & ſacra: opus quod to... hiſtoriæ fundamenta, nodos, admirandi... que ac ingens quoddam velut alveare c... plectitur.

Ch...

Chorographia Pannoniæ.

Decades duæ *de variarum gentium immi-grationibus in Illyrici occidentalis tractum:* quo hodie Auſtriacæ inferiores provinciæ
e.

Libri aliquot *de rebus fortiter ac feliciter ſtis à Ferdinando Romanorum Rege, in Un-riâ, Boëmia, & Saxonia:* in quo opere ſi-ul etiam majorum ejus ſucceſſiones conti-ntur.

Idem cum D. Lucretio conſcripſit explica-nem in *Alvearium antiquitatis*, id eſt, ima-nes & numiſmata antiqua, ſtudio *Ferdinan-* Romanorum regis collecta.

Sunt ejusdem Lazii libri duodecim *de ali-ot gentium migratione, ſedibus fixis, reli-iis linguarumque initiis ac immutationibus.*

In *genealogiam Auſtriacam commentario-*n libri duo.

Declamatio, *de artis medicæ præſtantia & nitate*, in renunciatione *Ludovici Mar-ii* habita.

Ab eodem ſcriptum *de communione*, item *Caroli M.* Imperatoris Romani, aliorumq; erti nominis fragmenta *de veteris Eccleſiæ bus ac ceremoniis* ſunt edita.

Commentarius ejusdem *rerum Græcarum,* n *tabulæ imperatorum* in ære exſtantium, ibita numismatum interpretatione.

Regni Ungariæ archilogiæ libri, de quibus *us* tantum exſtat, qui continet *deſcriptio-Ungariæ, montium, vallium.*

Libri tres *conjurationis Schmalkaldenſis* ſtantes ex fragmentis & admiſſariis.

Pictura ſive Mappa, in qua delineatum eſt um geſtum ab Imperatore Carolo V. ad-us Smalkaldenſes.

iber ſolennitatum trium coronationum *Maximiliani ſecundi.*

oronidis loco duo lubet addere carmina; us Lazium hunc noſtrates ornarunt. Pri-n eſt *Georgii Logi* equitis Sileſii ejus-li:

noniæ tepido tellus prædives ab Auſtro,
Auſtria cui nomen nobilis aura dedit.
egum fecunda parens: tot quæ dedit orbi,
t dominos porrò tempus in omne dabit:
nda ingeniis quamvis tot corda virorum
octa dedit; quorum nomina clara vigent:
c tamen ante alios tam pulcrè illuſtrat &
zius Auſtriaci fama decusq; ſoli, (ornat
ſuas artes docuit quem magnus Apollo:
gemina hinc cinxit frondis honore comã,
q; idem medicâ ante alios excellit in arte:
t canit Aonio carmina digna choro.
n mundi cæliq; vias, & ſidera novit:
rrarum & pulcra dividit arte plagas.
& res geſtas facundo detonat ore.
uſtrat partia dum monimenta ſua
, oculis illam tabulâ tibi ponit in arctâ:
bſens præſentem ut cernere ritè queas.
ne quo multum patria hac ſua debet a-
lumno:
uem non ingratum degeneremq; tulit.
bunt reges illi, Germania & ingens:
geſtas quorum & nomina priſca canit.

Alterum eſt *Joannis Sylveſtri*, in quo per proſopopœiam

VIENNA LOQUITUR.

Urbes egregias inter inclytas
Sublimi ferio ſidera vertice:
Viennaque feror nomine nunc, prius
Quum certum Fabiana
Nomen caſtra darent mihi.
Gaudebam titulo, nec minus alteri
Felici auſpicio ſcilicet indito:
Quod ſucceſſus idem comprobat optimus
Rerum. Nam placuit mox,
Ut Vindobona dicerer.
Me cives alii mœnibus arduis
Ornant: ingenii dotibus aſt meus,
Quas nullæ poterunt diruere hinc vices
Rerum, dulcis alumnus
Doctor Lazius optimus.
Ergo quem genui; quem gremio tuli;
Lucem cui tribui, quem ſimul extuli;
Ut ſcriptis peperit perpetuam ſibi
Vitam: ſic mihi vivens
Vienna dedit hanc ſua.

Habentur de hoc eodem Lazio, quædam in vitis *Philoſophorum Germanorum*; quæ, ſi quis vult, videat.

Hæc deſumta ſunt ex *lib.* 3. *Proſopograph. Pantaleonis*: *Geſneri bibliotheca*: *elogiis doctorum virorum*; *aliis*,

---

JOANNES LANGIUS.

⊖ 1565. d. 21. Junii, ætat. 80.

SILESIÆ civitas eſt *Leoberga*, non modò antiquitate & ædificiorum ſtructurâ: ſed & Repub. prudenter conſtitutâ, proventu denique præſtantium in omnibus artibus & diſciplinis ingeniorum copioſo, neutiquam obſcura. Eâ civitate ortus ex familia Medicorum complurium ferace *Joannes Langius*, anno *octogeſimo quinto* ſupra *milleſimũ, quadringenteſimum*, poſt patriæ ſcholam, ad uberiorẽ ingenii cultum capiendum *Lipſiam* fuit ablegatus. Hac in Academia multos annos & diſcendo & publicè privatimque docendo utiliter exegit; philoſophiæ & artium liberalium Magiſter, anno *decimo quarto* ſupra *ſeſqui milleſimum*, à *Petro Wirthio* conſobrino creatus. Præter profesſionem ibi publicam, qua *Procli ſphæram*, & reliqua Coſmographiæ rudimenta, frequenti diſcipulorum conſeſſu eſt interpretatus; aliarum quoque functionum ſcholaſticarum munia, ut Rectoratum anno *decimo octavo* ſeculi *decimi quinti*, laudabiliter ſuſtinuit, ea fide & diligentia: ut omnibus carus & acceptus eſſet. Ibidem præter alios habuit tunc aſſiduum auditorem magnum illum *Joachimum Camerarium*: qui doctoris ſui, in explicando præſertim *Plinio*, quem delicias ſuas appellare erat ſolitus, induſtriam & ſolertiam ſæpisſimè pro lectione prædicavit; ut non parum ſe opera illius fuiſſe adjutum publicè teſtaretur.

Leoberga. *Langii patria.* *Lipſiam mittitur.* *Magiſter philoſophiæ renunciatur.* *Docet ibi publicè.* *Ejus auditor J. Camerar. Plinius deliciæ Langii.*

Sed cùm Langius, majorum ſuorum exemplo, Philoſophiæ cognitioni Medicinæ ſtudium

In Italiam abit Langius.

In Italiam abiit Langius. Ubi Doctor Medic. renunciatur.

dium maturè adjunxiſſet: in Italiam abiit, augendæ in eo genere doctrinæ cauſa, ac *Bononiæ* clariſsimis Medicis, *Piſis* Hetruriæ demum ab eodem ordine ſummum Doctoratus gradum eſt conſecutus. Audivit in Italia medicos excellentes pleroſque, tum ſummi nominis eo ſeculo virum *Nicolaum Leonicenum*; Dioſcoridis illuſtratorem: qui annum ætatis attigit, *nonageſimum ſextum*, cùm ampliùs *ſexaginta* annos *Ferrariæ* docuiſſet. Hic dixit, *ſe viridi vegetaque uti ſenecta, quia caſtam juventutem virili ætati tradidiſſet*: ediditq; opuſculum, in quo *omnibus ægris ſalutem & vitam reſtitui conciliariq; poſſe* docuit. Bononiæ autem operam dedit *Ludovico de Leonibus* Medico, & *Petro Æginetæ*, ex Ægina Græcorum in Peloponneſo inſula nato: quo Præceptore in Græca lingua eſt uſus. Prælegit tunc lepidiſsimas Ariſtophanis comœdias; ac Langium hunc noſtrum & Leonem Pontificem linguæ illius rudimenta docuit. Diebus item canicularibus aliquando, cùm Muſarum ferias inerti ocio perdere nollet: comitibus aliis Germanis, medicinæ commilitonibus, celebriora Italiæ literarum Gymnaſia perluſtravit: & quam curandi morbos, docendique medicinam methodum unumquodque obſervaret, exploravit.

Nicol. Leonicenum. Ætatis ejus longiſſ. & cur. Salus omnibus poteſt reddi ægris. Ludovic. de Leonibus Petrus Æginetæ. Leo PP. condiſcip. Langii. Peragrat Italiam.

In patriam reverſus, Palatiique Rhenani Septemviralis archiatrus factus, *Haidelbergæ* medicinam cum laude fecit multis annis: fuitque ſummis & maximis Principibus, ac ſacri Romani Imperii Electoribus* *quatuor* à cura corporis fidelisſimè, feliciſsimèque. Illuſtriſsimum Principem Fridericum II. *triginta ſeptem* annis ampliùs comitatus, varia peregrinationis diſcrimina adiit. Cum eo enim non ſemel *Hiſpanias, Italiam, Galliam*, & ferè *majorem Europæ partem* peragravit, cùm temporis & ſtudiorum, ut ipſe ſcribit, non levi jactura. Bis etiam cum illo copiarum Romani Imperii Duce contra *Solimannum*, immanem ex profeſſo Alemannorum hoſtem, in caſtris meruit: ac ſæpè exitiales ab ipſo, uti & aliis Palatini ſtemmatis ducibus, morbos, quibus domi foriſque affligebantur, DEI ope depulit. In * Hiſpanienſi illo itinere, ut ὡς ἐν παρόδῳ hoc addamus, cùm regnum *Granati* in ardenti caniculæ æſtu peragraret, maneuſus eſt pane in generoſo vino macerato: unde conſtanti virium robore cùm æſtum tum labores, nulla ferè urgente ſiti vel fame, ferre potuit.

*Reverſus fit archiater Palat. Elect. *Ludovico. Friderico II. Othoni Henr. Friderico III. Alii quinque ponunt non rectè. Peregrinatur cum ſuo principe. Agit medicum caſtrenſem. *Lang. lib. 2. epiſt. 28. Inediam quomodo tulerit.*

Rebus humanis *Frid. II.* Electore exemto* cùm *Otho Henr.* patruo ſucceſſiſſet; Langium, quamvis ærumnoſis curandorum ægrorum laboribus effœtum, ac febrili calore ex mœrore defuncti ſui Principis languidum, ſua ſponte in miniſtrum adoptavit; & in ſenatum eorum, qui ei à conſiliis, legit: omnique laborum, quos per ætatem viribus exhauſtus, ferre vel obire non poſſet, immunitate, ac quaſi emeritum rude donavit. Hunc principem eryſipelatis zoſtere à lumbis ad genua usque circumdatum, ac febre continua ad delirium usque * æſtuantem, inciſâ utriusque pe-

** An. 1556. d. 26. Febr. ætat. 74. Fit medic. & conſiliar. Oth. Henrici. Quem eryſipelate laborantem curat. * lib. 1. ep. 32.*

dis ſaphena, adhibitis quoque, quæ febr[...] reſtringuerent, Dei auxilio, à morte vin[...] cavit.

In peſtiferâ quoque lue, per Palatinat[...] graſſante; multos, de quibus jam conclama[...] erat, methodo ſuâ curavit: plurimosque a[...] morbis graviſſimè laborantes feliciter me[...] cinâ ex arte adhibitâ levavit & liberavit: [...] terque eos * *Epiſcopum Ratisbonenſem* ap[...] ſtemate in peritonæo laborantem; adoleſce[...] tem generoſi ſtemmatis & indolis, de ſup[...] mo domûs tabulato, novem orgiarum [...] menſione alto lapſum ſupra ſolum lapidib[...] ſtratum; uxorem illuſtris & generoſi Con[...] tis *Philippi à Weſterburg* à puerperio cor[...] palmo & ſiniſtri brachii ſuccuſſione ve[...] tam; aliosque ἀνὰ πόλεις propinquos, ſu[...] mi Medici ope, ad ſanitatem reduxit.

Cumque ita & patriam celebriorem m[...] tò reddidiſſet: & nominis famam ac glo[...] ſibi conciliaſſet immortalem, verè ἰατρὸς [...] λόσοφος, & alter quaſi Podalirius, ætati [...] *octogeſimo* anno completo, è vivis exce[...] *Haidelbergæ*, anno *ſexageſimo quinto* ſe[...] *decimi quinti*, die *vigeſimo primo* Junii, ibid[...] in æde ſancti Spiritus ſepultus.

Fuit præſentibus carus: poſteris etiam [...] mirandus. Heredem non modò opum [...] fortunarum ampliſſimarum; ſed etiam [...] ctrinæ ac virtutis habuit *Georgium Wi[...]* Philoſophiæ & Medicinæ Doctorem, ol[...] *Caroli V. & Philippi II.* Regis Hiſpaniar[...] Medicum, cognatum ſuum: cujus Lang[...] amitæ magnæ fuit filius. Amitam hab[...] ut ipſe ſcribit centum & decem annoru[...]

Corpore fuit benè compacto, ſed obe[...] re, moribus feſtivus & gravis; in colloqu[...] comis ac jucundus. Invitatus aliquando [...] menſam à ſuo principe cùm aliis conſiliari[...] cùm ſecundæ menſæ bellaria appoſita eſſe[...] ipſe griphum de more antiquorum diſſolve[...] dum propoſuit hoc Theognidis diſtichon[...]

Ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάττιος οἴκαδε νεκ[...]
Τεθνηκὼς ζωῷ φθεγγόμενος ςόματι. h. e.

Jam enim me vocavit marinus domum [...]
functus,
Mortuus vivo loquens ore.

Quod de conchis inſtar umbilici orbicula[...] bus, vel marinæ cochleæ aut limacis teſta, [...] veteres pro ſalpinge ſeu tubâ utebantur, po[...] αἰνιγματώδως protulit. Et cùm *Joannes* [...] *rocalla* griphum explicare non poſſet: La[...] gius in ejus cyathum vini ſalem injecit. [...] cæteri convivæ videntes, ipſum vel ut pluſc[...] lum appotum, vel ut inter Principes parū[...] civilem, torvè adſpexerunt. Tum Langi[...] nil à ſe temerè factum; ſe veterum conſ[...] tudinem ſecutum, apud quos moris fuiſſ[...] ut qui griphum propoſitum diſſolvere n[...] potuiſſet, poculum ſalſuginis humore [...] xtum uno exhaurire ſpiritu cogeretur. [...] hanc ſe illi pœnam ſtatuiſſe. Caſei præte[...] edulis maximè fuit delectatus, adeò ut n[...] abierit dies, quâ non menſa ejus caſeis f[...]

onerata: utque caſeum à calumniâ medi-
um & noxæ infamia vendicaret; primam
r fercula τὸ πόριςα laudem his verſiculis ei
ibuit:

Caſeus exoſus medicis, qui munera lactis,
Fœtusq; ignorant qualis & unde cibus.
De maſſa lactis mihi ſunt jentacula frugi:
Sobria poſt cœnam caſeus eſca mihi.
De maſſa lactis mihi fercula mille parantur,
Quamvis nec rutilo ſplendeat igne focus.
Impia militibus Martis qui caſtra ſequuntur
Hoc nullus poterit promtior eſſe cibus.
Nautis velivoli qui ſulcant æquora Ponti
Ocyus aſparagis, caſeus eſca venit.
Grataq; de noſtris inter bellaria menſis
Fercula, quæ nullo ſunt operata foco.

probavit & ſæpiùs graviter * invectus eſt in
rologorum noſtri temporis *Ephemerides:*
bus illi, ut imperitus aliquis calceolarius,
nâ formâ omnibus calceamenta conficit,
eâdem anni conſtellatione hominibus, et-
ſub diverſisſimo cæli themate natis, quâ
ſecare venam, corpus pharmaco purgare,
urbitulis aut hirudinibus ſanguinem e-
ngere, infantes ablactare, mercari, peregrè
ficiſci, novas induere veſtes, caput & bar-
radere, reſecare ungues, &c. fauſtum vel
uſtum ſit, indiſcriminatim omnibus præ-
bunt. Taceo, quòd bella, principum mor-
annonæ caritatem, & neſcio quid non, per-
tâ fronte prædicere non erubeſcunt. Pro-
t autem hujusmodi ephimerides; quæ
rû ortus & occaſus, ac tempeſtates, eclipſes,
que myſteriorum faſtos & nefaſtos indi-
nt. * Oderat item vehementer *duos im-*
orum ordines: quorum primi *Uromantes*
untur, ex lotio divinatores, qui ex ſolo
æ judicio de ſubſtantiâ & causâ ægritu-
s, ob vile precium, quo nec triobolare
tum proſtat, audacisſimè divinare quidvis
erubeſcunt: qui ſunt in Repub. *agrorum*
icies, rei medicæ calamitats, & Libitinæ
ides. Alii ſunt & dicuntur *receptarii;*
à pharmacopæis & Chymiſtis tot Rece-
um, ut vocant, coëmunt aut colligunt fa-
ulos; ut iis plauſtra onerare posſint. Hi,
lectâ morborum per cauſas naturales co-
ione & dignotione, experimenta ſola
ſectantur: & ut * *Plinius* verè, *diſcunt pe-*
lis noſtris, atque per experimenta impunè
tes agunt.

Chirurgorum quoque *vulgus imperitum*
n ſæpiùs eſt deteſtatus: qui omnium bo-
um artium ignari, nec articulorum hu-
i corporis fabricam, nec naturalem in-
tati membri ſitum doloris expertem, aut
turas aptas vel ſuturas noverunt: ac mi-
s cum crudeli membrorum divulſione ita
nt ægros; ut nullus carnifex nebulonem
uræ ſubjectum acerbius posſit: quin ſpaſ-
aut convulſione, aut phlegmone acceden-
patientem deſerere coacti ridendo illius
litiem cauſantur. Iidem perinde peccant
rrant cum pernicie infinitorum homi-
, in cæca cranii fractura, in curanda vul-

neris articulorū phlegmone, in lingua cauſo-
ne aduſta & aliis. In votis igitur unicè habuit;
ut Medicina in integrum reſtitueretur, exactis
omnibus *impoſtoribus, agyrtis, circulatoribus,* *Peſtes medicinæ.*
monachis, apoſtatis, perfidis & Chriſtiano no-
mini infeſtis Judæis, indoctis Parochiarum ſa-
crificulis, chymiſtis carboniperdis, vetulis fa-
tidicis, & id genus aliis, quorum culpâ divina
ſcientia apud quosdam malè audit.

Mortem viri eximii & medici verè πολλῶν
ἀντάξιε ἄλλων luxerunt & epicediis deplora-
runt ex eruditorum choro permulti; inter
quos & *Mart. Prætorius*, cujus carmen hiſce *Epigramma in Lang.*
clauditur:

Quantum inter reliquos argentea lilia flores
Aureolas tollunt, vere tepente, comas:
Tantum Pæonios caput extulit inter alumnos,
Summus Apollineæ Langius artis honor.

Reliquit monumenta ingenii ſui egregia, *Scripta Langii.*
referta eruditione, & rerum ſcitu digniſſima-
rum explicatione varia & rara: inter quæ
principem locum tenet *epiſtolarum medicina-*
lium opus miſcellaneum, in ſenecta ab ipſo
ſcriptum; cujus lectio non ſolùm medicinæ;
ſed omnis etiam naturalis hiſtoriæ ſtudioſis
plurimum emolumenti ſit allatura.

Scripſit præterea *generalem ac compendia-* *Κοινὸν…*
riam curandæ peſtis methodum, amicorum pre-
cibus compulſus.

Habuit domi quoque *duodecim Roman.*
menſium faſtos, in antiquis monumentis Ro-
mæ repertos, unà cum *Cl. Ptolemæi* de *iner-*
rantium ſtellarum ephemeridibus & ſignifica-
tionibus, à *Nicolao Leoniceno* Latinitate do-
natos.

Fuerunt ab ipſo etiam *conſilia medica* col-
lecta; quorum in epiſtolis * meminit: ſed an **lib. 1. ep. 3. ſub finem.*
lucem ea viderint, ambigimus. Videndæ igi-
tur bibliothecæ.

Hæc de hoc Langio *ex Nicolai Reuſneri*
præfatione epiſtolarum medicinalium operi
præfixa, & ex epiſtolis ipſius Langii pasſim:
Geſneri bibliotheca, aliis.

BURCARDUS MITHOBIUS.

☉ 1565. d. 16. Aug. ætat. . .

HAMBURGUM, urbem Saxoniæ libe-
ram *Mithobius* patriam habuit: ubi
à teneris ad literas adhibitus, felices admo-
dum in iis fecit progreſſus. Poſtea ad medici-
nam animū applicuit: inque eâ ἀξίωμα ſum-
mum eſt cum *Nuzeno* conſecutus. Docuit *Docet medic. Marpurgi.*
deinde eam artem publicè in Academia Mar-
purgenſi. Poſt in aulam Haſſiæ Landgravii, *Fit archiat. Landgr.*
evocatus, fidem & induſtriam in medendo o-
mnibus luculenter probavit; Ex aula Haſ-
ſiaca *Mundam*, Ducatus Brunſuicenſis oppi- *Mundam emigrat.*
dum ad *Viſurgis & Fuldæ* confluentem, medi-
cinæ faciendæ cauſa, commigravit: ubi et-
iam inter vivos eſſe deſiit anno *milleſimo, quin-*
genteſimo quinto, die *decima ſexta* Auguſti.
Hujusmodi ejus curriculum P. Nigidius, in *P. Nigidii de Mithobio carmen.*
deſcriptione Profeſſorum Marpurgenſium
hoc epigrammate delineavit:

Burcar-

Burcardus celebris Doctor Mithobius, olim
Gymnaſii noſtri ſplendida fama fuit.
Poſt accerſitus nitidam pervenit ad aulam;
Cepit ubi vitam degere deinde ſuam.
Hic medica multos à morbis arte levavit:
Quis cum judicio pharmaca tuta dedit.
Haſſiaco fuit acceptus quandoq; leoni;
Ipſius quoties aula petiſſet opem.
Moribus hic placidis, cunctisq; affabilis ultrò;
Sincerâ ſtuduit mente juvare bonos.
Nuzenum coluit, ceu junctũ ſanguine fratrem;
Illi Theſæo fœdere junctus erat.
Hi duo Doctorum titulos meruére decoros?
Quos & ceperunt, præmia pulcra, ſimul.
Munda exſpiravit, Fulda quâ flumina Verræ
Immiſcens gelidam ſpectat uterq; plagam.
Hectora præclaram ſobolem poſt fata reliquit;
Inſignem Medicum, dives Hanofra, tuum.

Scripta Mithobii. Scripſit *ſtereometriam*, artem docentem certas dimenſiones corporum ratione mathematica, ac virga ſtereometrica, cum dimenſo æquatorioque deſuper affabrè confectis. Exſtat ejusdem *compoſitio annuli aſtronomici*. Item libellus Germanicus, *de quodam fonte in Spgielberg*, maximarum virtutum.

Tantum de Mithobio *ex elogiis Doctorum virorum: Petri Nigidii Catal. Prof. Marpurg. Geſneri bibliotheca, aliis.*

1565. d. 13. Dec. ætat. 49.

CONRADUS GESNERUS.

Tigur. patria Geſneri Parentes. NATUS eſt *Conradus Geſnerus* Tiguri, celebri & totius Helvetiæ primaria urbe, anno ſuprà *milleſimum, quingenteſimum, decimo ſexto*. Pater ei fuit *Urſus Geſnerus*, pellio, mater *Barbara Friccia*, parvis ambo opibus; ſed integræ & honeſtæ famæ: qui liberos complures aſſiduo ſuo labore alucre & educavere. Ab his puer admodum, pro more patriæ ſcholam frequentare juſſus, prima rudimenta literarum, & utriusque linguæ Grammaticen didicit, *Thoma Platnero*, *Theodoro Bibliandro*, *Oſwaldo Myconio & Petro Daſypodio*, *Præceptores egregii.* viris clariſſimis, Præceptoribus: qui tum quidem ſcholæ Tigurinæ præfuére; poſtea vero propter ſingulares virtutes & excellentem eruditionem, cum apud Helvetios, tum alibi majores honores adepti ſunt. Nam *Bibliander* apud Tigurinos multis annis, ſingulari eruditione, & diligentia ſacras literas interpretatus eſt. *Myconius* verò Baſileenſi eccleſiæ poſteà cùm laude præfuit; & ejusdem civitatis ſcholam *Platnerus* magna fide ac eruditione eſt moderatus. *Daſypodius* verò in celeberrima ſchola Argentoratenſi aliquandiu magna cùm laude Græcas literas docuit.

Theod. Bibliander. V. vitas Theol. Germanor. Oſwald. Myconius Thom. Platner. Petrus Daſypodius.

Indoles Geſneri. Apparuit in Geſnero adhuc puero præclara indoles; & in tenera adhuc ætate ingenii vis & præſtantia inſignis: verum cùm pater, qui plures liberos, opes nullas habebat, illum ſtudiis dicare non poſſet, delectatus præclara ejus indole *Joannes Jacobus Ammianus*, Latinæ linguæ & oratoriæ in ſchola Tigurina Profeſſor, eum ad ſe recepit domum ſuam; & per trienniùm liberaliter fovit, atque familiari-

J. Jacobus Ammianus Geſneri patronus.

ter inſtituit. Eo tempore audivit ipſum A
mianum & Rodolphum Collinium Græcæ l
guæ doctorem; qui tum *Quintiliani* ora
rias inſtitutiones & *Plutarchi* vitas interp
tabatur; & ſe in Dialecticis & oratoriis p
ceptis, inque Græcæ linguæ ſtudio, quo p
rimùm afficiebatur, diligenter exercuit.
cutum eſt paulò pòſt civile Helvetiorum b
lum; ac altero prælio, quòd non longè à T
gio, in monte vicino commiſſum fuit, pa
illius cæſus eſt, cùm ipſe *quindecim* tant
annos natus eſſet.

Mortem patris excepit morbus graviſſi
aquæ intercutis, quo aliquandiu affectus f
ſanitate autem vix recuperata, cum mater
dua, quæ præter ipſum plures liberos ha
bat, ſumtus ſtudiorum ſuppeditare illi
poſſet, patria præterea bello nuper
flicta, deſperaret domi ſe Mæcenatem
piſci poſſe; *Argentoratum* deſcendit: &
aliquot menſibus optimo viro *Wolffgango*
bricio Capitoni inſervivit; apud quem in H
bræa lingua, cujus rudimenta domi hau
rat, mediocriter profecit.

Inde in patriam reverſus, publico ſtipen
auctus eſt, & in Galliam miſſus unà cum
anne Friſio, quem primum ſtudiorum ſoc
tate ſibi conjunctum, poſteà ſemper fra
loco habuit. Biturigas ergò profectus,
annum pædagogum illic egit: quo temp
alios docendo multum etiam ipſe profe
Nullum enim vacuum tempus ſibi elabi
tiebatur; quo non Latinis & Græcis auct
bus legendit occuparetur.

Annum Biturigibus cùm exegiſſet; mo
Lutetiam Pariſiorum contulit; urbis illiu
Academiæ celebritate commotus. Quo
loco etſi magna doctiſſimorum hominum,
publicè bonas literas docebant, copia erat;
illi in audiendis his diligentia & aſſiduitas n
deerat? tamen ipſe, ſicut apud amicos ſa
poſteà conquerebatur, & ſcriptum etiam
liquit, tantos quantos oportebat in ſtudiis f
ctus illic non percepit: propterea quòd ac
leſcens adhuc inopia quadam conſilii, null
certum genus ſtudiorum ſequeretur. Cap
enim ſtudiorum amœnitate, magna quad
vi ingenii per omnia autorum genera perv
litabat; Græcos, Latinos, Poëtas, Orator
Hiſtoricos, Medicos, Philologos, fortè qu
juvenali audacia, omnia ſimul animo comp
cti ſe poſſe credebat: tum etiam ut viciſſi
dine varietateque lectionis animum dem
ceret: quare etiam neceſſe erat in tanta var
tate, multa ipſum tranſilire, & paucos adm
dum libros integros perlegere. Fuit itaq
hoc præter inopiam alterum ſolidæ erudit
nis impedimentum, incerta ſtudiorum fluct
rio & ſcopi ignorantia; in quò tamen ing
nii ſimul vis quædam divina & naturæ bo
tas apparet, quod ex tot impedimentis el
ctatus, ſolidam ipſe & præclaram erudit
nem adeptus eſt nihilominus; quàm illi, q
bus omnia à pueris ex voto obvenére. Eſt h
quoq; ingenui animi præclarum exemplu
quod ipſum non puduit juveniles error

cù

apud amicos, tum etiam in publicis ſcri-
gnoſcere & fateri, ac ſuo exemplo ado-
ntes admonere, quomodo rectiùs ſtudia
nſtituere debeant.

x Gallia deinde *Argentoratum* rediit;
d illic haberet amicos viros bonos &
ines doctos: quorum ope ſperabat ſe
nta frequentia ſtudioſorum poſſe locum
em nanciſci, publicè aut privatim do-
i; verùm à ſenatu ſcholaſtico in patri-
revocatus; & paulò poſt, neſcio quo
ilio, uxorem intempeſtiviùs duxit, non-
plenè *viginti* annos natus. In ſcholam
e detruſus, pueros rudimenta Gramma-
aliquandiu docuit: interim domi, quo-
llâ ſcholâ otium erat, medicorum libris
am dabat. Etenim naturâ ad medicinæ
um quaſi rapiebatur.

imus enim in ſingulis penè artibus ex-
ntes artifices naſci; & ingenia tum ma-
valere, cùm ad illas artes applicantur,
as naturâ propendent. Accedebat de-
ad naturæ inclinationem puerilis inſti-
. Avunculum enim habuit *Joannem*
um ſacerdotem, rei herbariæ peritum,
unc nepotem ſuum, quem ob ingeni-
ingulariter amabat, à pueris in herbarum
itione inſtituit & exercuit. *Quæ autem*
eris diſcimus, illis deinde maximè per
m vitam afficimur. Itaque non mirum
eſnerum tanto ſtudio poſtea in planta-
cognitionem incubuiſſe; cùm huic rei
ero ſe dederit.

im igitur cùm in ſcholam quaſi in piſtri-
quoddam detruſus eſſet, non intermitte-
medicinæ ſtudia. Quare paulò poſt
c moleſtia liberatus, eodem quod do-
abuerat ſtipendio Baſileam miſſus eſt;
ſtudium rei medicæ fœliciter continua-
Ibi cum operam medicinæ daret, ſimul
ſeſe in Græcæ linguæ ſtudio diligen-
è exercuit; quòd videret Medicos &
ſophos præcipuos, qui Græcè ſcripſiſ-
absque hujus linguæ cognitione, ex
oretum etiam doctiſſimorum transla-
bus, non ubique ſatis intelligi poſſe.

iate ut eodem tempore & unâ eadem-
operâ, cum ſtudiis, tum ſumtibus rei
iliciæ conſuleret: qui uxore ductâ jne-
iò augebantur; *Lexicon Græcolatinum*
, ingenti acceſſione illi additâ ex *Pha-*
i Camertis Græcolexico locupletiſsimo;
tum primum in lucem prodierat. Sed
ptimi viri labor & primus ſtudiorum e-
artus, magnâ ex parte periit. Nam ty-
phus, ut plerique hujus ordinis ho-
s, potiùs lucro ſuo quàm commodo
erariæ ſtudent; maximam partem ac-
nis omiſit, fortè ut aliquid novæ acceſ-
& editioni ſecundæ reſervaret: aut ne-
quo alio conſilio. Nam paulò poſt
editionem typographus mortem obiit,
nul Geſneri labor periit: qui ſuum e-
plar recuperare deinde nunquam po-

Eo tempore, cùm annum unum Baſileæ manſiſſet oblata eſt illi conditio Græcas literas profitendi ad lacum Lemannum: quo loco ſenatus Reipub. Bernenſis ſcholam tum inſtituebat, liberalia ſtipendia Profeſſoribus offerens. In ea ſchola vixit *triennium*, charus & acceptus clariſsimis viris, *Petri Vireto & Beato Comiti* Miniſtris Eccleſiæ, *Himberto* Profeſſore Hebrææ linguæ, & *Joanni Ribitto*, qui ipſi in profeſſione Græcæ linguæ ſucceſſit: quorum amicitiam non modò tum præſens, ſed poſtea quoque abſens, ad obitum usque gratâ memoriâ ſtudioſè conſervavit & coluit. Hoc triennio plus quàm antehac ocii nactus: etſi Græcam linguam profiteretur; tamen in ea ſe hactenus ita exercuerat, ut hæc profeſſio nullum illius ſtudiis impedimentum afferret: tum igitur ſe diligentius in medicina exercuit, & præter domeſtica ſtudia libellos quoſdam medicos in lucem edidit: partim à ſe conſcriptos, partim è Græco translatos, partim in epitomen redactos. Illic enim ſcripſit *catalogum plantarum*, in quo earum nomina ſecundum ordinem alphabeti propoſuit, Latinè primùm, additis è regione *Græcis, Germanicis & Gallicis* atque etiam vulgaribus pharmacopolarum nominibus. In hoc catalogo ſecutus eſt doctiſsimos homines, *Joannem Ruellium, Leonhardum Fuchſium*, *Hieronymum Tragum*, quorum libri de plantis publicè extant: ita tamen, ut ubi illi viſum eſt, ingenuè ſententiam ſuam protulerit, quamvis vel ab aliquo horum, vel ab omnibus ſibi diſſentiendum eſſet: quin etiam ipſe multa ab ipſis antè non obſervata animadvertit, & literis mandavit.

Vocatur Lauſannam ad Græca docendo.

Ibi ejus collegæ qui.

Edit libellos medicos.

Catalogus plantarum.

Congeſsit præterea brevem *Hiſtoriam plantarum* Enchiridii formâ, deſcriptionibus plantarum deſumtis ex Dioſcoride: & ſi quæ fortè ab illo omiſſæ eſſent, ex Theophraſto, Plinio, & recentioribus Græcis: facultatibus ex Paulo Ægineta, & nonnunquam ex ipſo Galeno aut Aëtio quàm breviſsimè adſcriptis. Conſcripſit etiam eodem tempore ex Dioſcoride & Meſuæo *apparatum & delectum ſimplicium* medicaminum alphabeti ordine, cui adjecit *univerſalia Pauli Æginetæ præcepta*, de medicamentorum ſecundum genera compoſitione. *Compendium* quoque ſcripſit *in Galeni libros de compoſitione medicamentorum* ſecundùm genera & in ejusdem libros de compoſitione medicamentorum ſecundùm locos affectos à capite ad calcem: collectis univerſalibus præceptis, & ſuperfluè dictis & particularibus plerisque compoſitionibus remotis. Edidit quoque eo tempore alios præterea libellos, quos hoc loco non neceſſe eſt commemorare, quando non tantum publicè extant ſed inſuper ab ipſo, tùm in Bibliothecâ, tum epiſtolâ ad *Guilielmum Turnerum* de libris à ſe editis, ordine omnes commemorantur; de quibus ſcriptis judicium penes lectores eſto.

Hiſtoria plantarum.

Apparatus & delectus ſimplicium.

Proficiſcitur in Galliam.

Poſtquam triennium in his ſtudiis Lauſannæ commoratus fuiſſet, ut cognitionem rei medicæ, quam hactenus tantum ferè domeſtico & privato ſtudio ſibi comparaverat, angeret & confirmaret, profectus eſt *Montempeſſulanum*, quam alii *Menopolim*, alii *Monſpelium* nominare malunt, urbem ſtudio medicinæ totâ Galliâ celeberrimam. Sed illic non ita diu manſit: quòd neminem ex doctioribus medicis reperiret; qui ſe domi hoſpitem reciperet. Exiſtimabat enim & quidem verè, ex domeſticâ inſignis alicujus medici conſuetudine, plus ſibi doctrinæ acceſſurum; quàm ex ejuſdem vel quotidianis publicis prælectionibus. Ex Galliâ ergò in Helvetiam reverſus, *Baſileæ* ſubſtitit, & illic cùm aliquanto tempore audiviſſet clariſsimos ejus urbis medicos, ac inter cæteros præcipuè *Albanum Torinum & Sebaſtianum Singelerum*, habitis pro more diſputationibus, inſignibus medicis ab illis donatus, paulò poſt in patriam rediit.

Redit ad ſuos Baſileæ ſubſiſtit. Ubi Doct. medicin. renunciatur.

In patria docet & artem exercet

Ex illo deinceps tempore Tiguri medicinam fecit, & Philoſophiam publico ſtipendio docuit, annis *viginti quatuor*: quo tempore omni vita illius dedita fuit primùm bonarum artium & literarum ſtudiis, plena deinde omnis officii & pietatis. Medicus autem cùm eſſet profeſſione, in univerſa quidem Philoſophiâ ſe exercuit: ſed tamen præcipuè in Phyſicis, quæ medicæ profeſſioni maximè cognata ſunt. Docuit Phyſicen & Ethicen annis, ut diximus, quatuor & viginti: ac nonnunquam, ut ſe auditoribus accommodaret, compendia illa quæ extant doctiſſimorum hominum, & quos honoris cauſa nomino, *Melanchthonis, Scheckii, Velcurionis, Wildenbergii, Barbari, & Sebaſtiani Foxii*, in ſcholâ expoſuit: præcipua tamen diligentia *Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum, & Phyſicos* ejus libros quam plurimos ea lingua, qua ab authore ſcripti ſunt, interpretatus eſt. Etſi autem prælectiones ejus quibuſdam fortè non conferendæ videbuntur cum doctiſſimorum hominum laboribus: qui in celeberrimis Academiis maximâ auditorum frequentiâ Ariſtotelem interpretantur; & plerumq; ſuam ætatem omnem in illo conterunt: idipſum tamen quivis facilè concesſerit, fieri non potuiſſe; quin Philoſophiæ & rerum naturæ cognitionem homo Græcæ linguæ perinde ut vernaculæ peritus, & ſummo ingenio præditus, diuturno docendi & legendi exercitio multum auxerit.

Auctores quos explicuerit.

Diligentia Geſneri in quibus elaborarit.

Acceſſit ad hæc infinitum ſtudium & ſumma diligentia: qua in omnibus naturæ partibus pernoſcendis uſus eſt; præcipuo tamen ea magno ſtudio obſervavit, quæ de *metallis, plantis & animalibus* tradita ſunt. Statuebat enim certiorem de iſtis ſcientiam haberi poſſe, quàm de meteoris & aliis quibuſdam, vel nimium ſubtilibus & argutis, ac procul à ſenſu remotis; vel ejuſmodi: ut firmam eorum cognitionem nec ratione nec ſenſu ſatis ſperare liceat: & præterea videbat vel mediocrem ſaltem iſtarum rerum contemplationem non ſolùm ad medicinam & ad alias artes; ſ[...] vitam commodè degendam, utilem a[...] dum eſſe & propemodum neceſſariam [...] autem hoc magni & ingenui animi, in ſt[...] non tantùm probabilia & veriſimilia ſe[...] ſed in ſingulis, quatenus fieri poteſt, & [...] ipſa patitur, firmis rationibus latentem [...] abditam rei veritatem inveſtigare: & ea [...] inveneris in publicum proferre: quando [...] his commune commodum vel ma[...] ſpectandum eſt.

Primum autem in lucem edidit *animal[...] hiſtoriam*; quòd illi magis neceſſarium ho[...] debatur: quod de plantis, tum multi er[...] & utiliter ſcripſiſſent, & etiamnum ſc[...] rent: & de metallis doctiſſimè utiliſſim[...] *Georgius Agricola*, vir omni laude dig[...] libros in publicum edidiſſet: de anima[...] verò perpauci illo ſeculo, & tantùm ex [...] ſcripſiſſent. Et quia ad hoc opus abſol[...] dum, neceſſaria illi erat *lectio* eorum, qu[...] animantibus ſcripſerunt; & *peregrinatio* [...] ut varia ipſe variis in locis obſervare po[...] in utroque elaboravit. Nam omnis ge[...] auctores *ducentos quinquaginta* Græcos, [...] tinos Barbaros, obſcuros, veteres & rec[...] tiores; qui vel ex profeſſo vel ex parte alic[...] de animalibus ſcripſerunt, legit: inter ſe c[...] tulit, & ex iis memoratu digna magno jud[...] excerpſit.

Peregrinationes verò etſi non multas, [...] quas tamen hujus operis & plantarum co[...] tionis cauſâ ſuſcepit. Adiit enim *Italiæ* n[...] nulla loca, & *Venetiis* menſem unum ma[...] piſcium inſpiciendorum & depingendor[...] gratiâ. Adiit etiam quædam *Germaniæ* lo[...] & cum *Argentoratum* deſcendiſſet, ut ſec[...] do Rheno in Oceanum navigaret, & pi[...] Oceani atque alia præclara obſervaret; exo[...] tum infelici bello, quo tota ferè Germa[...] conflagravit, amicis monentibus, peregri[...] tionem inſtitutam omiſit: & domum rec[...] Ne autem & hanc peregrinationem alio te[...] pore repeteret; & longinquiores etiam ſu[...] peret: cum valetudo non ſatis firma, tum [...] ximè ſumtuum magnitudo ipſum imped[...] quod neque Mæcenatem haberet; ne[...] fortunæ ejus vix mediocres, his fer[...] dis eſſent.

Incenſus autem naturalium rerum [...] dio, à quibusvis doctis, indoctis, [...] vibus, venatoribus, piſcatoribus, aucu[...] bus, Paſtoribus, & omni hominum [...] nere multa ſubinde interrogando colle[...] Deinde in diverſis *Europæ* regionibus [...] cos complures ſibi comparavit; qui [...] nignè, candide, ac liberaliter mul[...] animantium omne genus effigies ad [...] vum repræſentatas; quarundam etiam [...] mina in diverſis linguis & hiſtorias illi co[...] municarunt. Horum nomina ab ipſo pl[...] que commemorantur ante initia librorum [...] ſunt forte nonnulli, quorum ideo nulla fa[...] eſt mentio; quod eorum literæ, opere [...] mum abſoluto & edito, illi fuerunt reddit[...] quibus tamen haud dubiè alia ratione [...]

grat[...]

um oſtendiſſet, ſi contigiſſet vita diutur-. Cùm verò eodem tempore, quo in hoc e verſabatur, editi eſſent *de aquatilium* *ıra*, libri præclari à doctiſſimis viris *Gui-no Rondelætio*, *Petro Bellonio* Gallis, & *olyto Salviano* Romæ: ſcripta *Rondoletii* gra ſuo operi inſeruit ipſorum nomini-additis. Nolumus hic commemorare n liberaliter unicuique ſuam laudem tri-: quàm ingenuè quædam ipſorum emen-quàm liberè etiam aut ab altero illorum b utroque nonnunquam diſſentiat: cum ipſo opere ejus cognoſci poſſint: hoc ùm dicimus *Rondeletium* & *Bellonium*, inter ipſos fortè æmulatio quædam exor-ſet, ut fieri ſolet: ambos tamen nihilomi-Geſnero amiciſſimos fuiſſe: & illi multa ad animalium tum ad plantarum hiſto-perficiendam & ornandam, liberaliter peditaſſe.

n nullâ autem naturæ rerum parte diligen-eſt verſatus, nulli plus temporis & operæ endit: quàm *plantarum* cognitioni. im adoleſcens aut potiùs puer, à patruo oc ſtudium, ut diximus adſuefactus fuit; d deinde ſemper amavit Nam & *Lau-a* cùm eſſet; ſæpè herbarum gratia mon-*Sabaudiæ* pererrabat, & *Baſileæ* non mino-dio ad Rheni ripas, & paſſim etiam per patentes campos, & in vicinis montibus, tas inveſtigare ſolebat. *Tiguri* autem quam habitare cœpit: non tantùm in s & montes, urbi vicinos, herbarum no-darum cauſa, exire conſueverat: ſed quo-is ferè aliquam peregrinationem in alias etię partes ejuſdẽ rei gratia ſuſcipiebat. ue magnam partem Alpium Rheticarum elveticarum, plantarum cauſa perluſtra-Quin etiam cum Venetias profectus : ut mediterranei maris piſces in urbe berrima cognoſceret: non minori cura & o in illo itinere plantas, quàm in ipſa urbe s & obſervavit & depingendas curavit. mque diligentia in peregrinationibus cis uſus eſt. Obſervabat autem non tan-plantas à veteribus, *Dioſcoride*, *Plinio*, & *phraſto* deſcriptas, aut à recentioribus *lio*, *Fuchſio*, *Trago*; ſed naturæ ipſius ſcru-omnes antè ſibi non viſas plantas colli-t; depingebat: in hortulo ſuo planta-Diligenter præterea primas qualitates arum & temperamenta inveſtigabat: & unc uſum quasvis plantas guſtabat: alli-t corpori; & variis rationibus earum vi-xperiebatur. Nec verò ſuo unius ju-utebatur; ſed libentiſſimè aliorum ſen-as audiebat: nec medicorum tantùm, ulgarium quoque hominum.

eque enim pudebat eum à ruſticis, & etiam à mulierculis, vulgaria nomina tarum diſcere: & uſum herbarum in endo; quam ipſi aut experti eſſent, à majoribus ſuis accepiſſent. Habent ſæpè numero homines ruſtici varia ex-menta, à majoribus quaſi per manus u: quibus ſæpè feliciter admodum u-tuntur. Hæc ille neque aſpernabatur faſtu quodam; quo ſæpè homines alioqui eruditi, ſed inflati, etiam optima ſpernunt; neque ſtatim quibusvis fidem habebat: ſed ſingula ratione & methodo exacta diligenter exami-nabat. Conferebat autem magno cum judicio plantas quas nôrat cum veterum deſcriptio-nibus congruere: atque ut hoc rectiùs facere poſſet, prius veterum deſcriptiones *Theophra-ſti*, *Dioſcoridis*, *Plinii*, diligentiſſimè inter ſe contulit: ex qua collatione, multa in Plinio caſtigavit: multa malè ab illo ex Dioſcoride tranſlata eſſe oſtendit: eodemque modò non pauca in Dioſcoride & Theophraſto, eorum-que interpretibus, corrupta aut malè trans-lata emendavit. Tantam ejus diligentiam cum agnoviſſent complures homines doctiſ-ſimi; ut qui ejus judicio multum tribuerent; certatim ad eum miſere ſemina varia, & plan-tas quàm plurimas, cùm recentes tum ſiccas: idque ex *Italiâ*, ex *Galliâ*, ex *Germaniâ* & *Angliâ* uſque. Itaque cùm propria diligentia, tum amicorum ſtudio collegit plures, quàm *quingentas plantas*: quarum deſcriptiones apud nullum veterum exſtant. Jamque ſe o-peri accinxerat: ut quæ *triginta* ferè *annis* maximo ſtudio & labore penè infinito colle-gerat, in publicum ederet: cùm fati vi ſuis ereptus, præclarum opus abſolvere & expo-lire non potuit. Attamen ne tanti ejus labo-res perirent: quæcunque de plantis collegit & annotavit; ea omnia cum decumberet: teſtamento legavit claro Medico *Caſparo* *Wolphio*: eique operis editionem commiſit; ac quantùmvis æger, & admodum infirmus: diligenter tamen & accuratè methodum, quam ſervare inſtituerat, expoſuit. Antequam verò in morbum incideret, figuræ plantarum quàm plurimæ ligno inſculptæ fuerunt: in quibus depingendis ipſe frequens pictori a-derat: & curabat ſeduló: primum, ut certa ſervaretur in omnibus proportio; deinde ut pictor non artem ſuam oſtentaret; ſed na-turam imitaretur, & ad illam quàm proximè accederet; & in foliis fibras, in floribus li-neolas, non quas ipſi collibuiſſet; ſed quas natura in his finxiſſet, quàm exactiſſimè re-præſentaret.

Legat Wolphio opus affectum.

Plantarum pictura accurata.

Cœperat apud Tigurinos anno *ſexageſimo quarto* graſſari peſtis; quæ cives multos, & inter cæteros eruditione clariſſimum virum *Theodorum Bibliandrum* civitati illi abſtulit. Eo igitur tempore jam tum ſibi mortem præ-ſagire Geſnerus cœpit: cùm in ſomnis ſe à ſerpente morderi viſus eſſet. Hunc morſum peſtem eſſe, cum à ſomno evigilaſſet, inter-pretatus eſt: & hoc ſuum ſomnium literis mandavit.

Peſtis Tiguri. 1564.

Ea ſublatus Bibliander.

Somnium Geſneri.

Ab eo, etſi dudum antè humana omnia me-ditata illi fuerunt; tamen certius ſibi exitum vitæ imminere conjicebat; ſeque quotidiè ad beatam felicemque migrationem præpa-rabat.

Exſtant in literis ad amicos complures hu-jusmodi veriſſimæ præſagitiones, teſtimoni-um pectoris pleni pietatis: ex quibus unam alte-

Præſagit mortem.

alteramque hoc loco inſerere placet. Superiori igitur anni quo obiit æſtate *primo* calendas Septembris ad excellentiſſimum Cæſaris Medicum *Joannem Cratonem*, in epiſtolâ quadam hæc verba poſuit : *Ad Oceanum ſtirpium mearum, rebus aliis omnibus relictis, jam jam accedam : in qua* καταγηράσκων *& laboribus fractus velutique effœtus, vel ipſo in opere vel paulo pòſt ad meliorem vitam tranſiturus videor : & Deo gratias ago : qui mihi animum tranſeundi emigrandique ſatis promtum & alacrem dedit ; quem ut Spiritu ſuo confirmet & augeat, oro.* Scripſit deinde rurſus hæc ad eunden *vigeſimo* Octobris : *Opus hiſtoriæ ſtirpium ex libris ducentis & ſexaginta concinnandæ ſubivi : nec pœnitet me adhuc laboris, quamvis immenſi. Quod ſi DEUS me ad meliorem vitam prius avocare voluerit, quam perfecero : ſic quoque gratias illi agam.* Præterea ad Cl. v. *Adolphum Occonem* Adolphi F. paulò antè obitum * epiſtolam Græcam accuratè elaboratam ſcripſit : in qua inter alia hæc quoque leguntur :

Epiſtola ad Jo. Cratonem.

Ad Occonem.

* Geſner. p. 56. b.

Ἀληθὴς ὄντως φιλοσοφία, ἡ σοφία μᾶλλον ὡς κατ᾽ ἄνθρωπον, ἡ τὸ τέλος νοοῦσα εἴτε τοῖς ἄλλοις τὸ τῶν ἑκάστων, καὶ τὸ καθ᾽ ἡμᾶς μάλιστα, τὸν θάνατον λέγω, οὕτως ὥστε καὶ ζῶντας πολὺ πρότερον, προπαρασκευάζειν ἡμᾶς. τὴν διάνοιαν συνεχῶς ἀπὸ τοῦ σώματος ἰδίου, καὶ τοῦ ἐνταῦθα κόσμου χωρίζοντας, ὥστε τῆς φύσεως, ἢ τῆς ὑπὲρ αὐτὴν προνοίας μᾶλλον, ἐπειγούσης εὐμενῶς τε καὶ ἀσπασίως ἕπεσθαι. Διὰ τὴν μακαρίαν καὶ ἔνθεον ἡμῶν πίστιν τε καὶ ἐλπίδα : ἣ καὶ νυκτάς τε καὶ ἤματα πάντα, ἐπὶ τὸν κτίστην ἁπάντων, ἡμῶν δὲ καὶ πατέρα τὸν οὐράνιον στενάζουσα διατελεῖ : καθ᾽ ἣν καὶ ταῦτα τὰ ἐπύλλια αὐτοσχεδιάζειν μοι ἐπῆλθεν.

Εὐδαίμων μὲν πρῶτα ἐθέσκελα πάντα νοοῦσας,
Εἶτα δ᾽ ὅ γ᾽ ἐλπίζων, τὸ τρίτον ὅστις ἔχει.
Τρισμάκαρ ὁ τρίτατος· πρῶτος δέ γ᾽ ἐπαμφοτερίζει,
Οὐ γὰρ ἄνευ πίστης ἐλπίδος ἐστι μάκαρ.
Πλείονα δ᾽ ἐννοέων δειλαιότερος πέλει ἔνεθεν,
Αἰεὶ ἄπιστος ἐὼν, ἐλπίδος αἰεὶ ἄνευ.
Ἐλπὶς δ᾽ ἥ γ᾽ ἀγαθὴ γηροτρόφος ἐστι γλυκεῖα,
Καὶ φυγάδας βόσκει πατρίδος ἐλπὶς ἐοῦς.
Καὶ θανάτου δ᾽ ἀκμῇ κραδίην μόνη ἐλπὶς ἀγάλλει
Ἀνδρῶν εὐσεβέων οὐρανόφοιτον ἄκος.
Νηπενθές τ᾽ ἄλυπόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων,
Πνεύματος ἐξ ἁγίου πάντοτ᾽ ἐπαρδόμενον
Θαῤῥῶμεν φίλ᾽ Ἀδολφε· μετ᾽ οὐ πολὺ δ᾽ ἄμμιν ἀδελφοῖς
Ἐν Χριστῷ πιστοῖς ἐλπίδος ἔσται ὕπαρ.

Ex his igitur facilè apparet, quàm piè ille jamdudum beatam migrationem meditatus fuerit : & quàm certò divina quadam animi vi mortem ſuam multò antè præviderit. Etenim cum hyeme peſtis vim graſſantem apud Tigurinos evaſiſſet : & eadem recrudeſcens, ſequenti autumno iterum clementius ageret : ſubito media ferè hyeme inopinata vi morbi oppreſſus, & ſicuti vaticinatus fuerat, è medio curſu laborum ereptus, in felicem & ſempiternam quietem tranſlatus eſt.

Carbunculus illi primo * exortus eſt, in [...]tere ſiniſtro, cordi directè imminens. E[t] ſi a[...]tem loco periculoſo natus eſſet : minus tam[en] periculi videbatur : quòd nullum dolor[em] capitis, nullam febrim, nullum aliud ſympt[o]ma ſentiret.

Quin etiam vires ejus morbo nihil [...] dijectæ fuere. Nunquam enim decubu[it] niſi quando ſe, ita uti veſtitus erat, in gra[...]tum paulùlum reclinaret. Verumtamen q[uia] plerique quos morbus hic invadebat, mor[ie]bantur ; quantumvis ab initio non magna morbi eſſe videretur : ipſe quoque ſibi m[o]riendum eſſe ſtatuens, amicis convocatis, [te]ſtamentum condidit : & cum quædam uxo[ri] quædam nepotibus ex ſorore legaſſet : hæ[re]dem ex aſſe fecit ſororem : quam tum ſol[am] habebat ſuperſtitem. Ne autem labores ip[ſius] perirent ; bibliothecam ſuam omnem, [Ca]ſparo Wolphio Medico, juſto precio vendid[it] & illis diebus quibus ægrotabat, multa c[...]co & de plantarum hiſtoriâ, & de aliis [...] laboribus, quos illi commendabat, locutus [...] multa etiam tunc literis mandavit : ne c[...] poſt obitum vel in re familiari, vel in lucub[ra]tionibus ſuis, confuſio oriretur. Verè itac[...] de eo nobiliſſimus Hiſtoricus : *Incredi[bili] juvandæ rei literariæ ſtudio ad ultimum uſ[que] vitæ ſpiritum flagravit : cùm lue peſtif[era] correptus jam viribus linquentibus ad or[di]nandam non rem domeſticam ; ſed ſuppelle[cti]lem librariam è lecto ſurgeret : ut quæ vi[vus] publicare non potuerat ; poſt mortem ejus [in] reipub. utilitatem edi poſſent.*

Cùm eccleſiæ miniſtri frequenter illum [ac]cederent : libenter illorum conſolatio[nes] audiebat : & cum illis de beata ſpe in Chri[ſto] propoſitâ ex ſacris literis colloquebatur. P[ri]diè verò antequam ex hac vita excederet, cu[m] multa de rebus domeſticis, cum *Henrico B[ul]lingero*, quem ſummè amabat, collocutus fu[iſ]ſet : tandem præclaram fidei ſuæ confeſſi[o]nem illo præſente edidit : & gravi oratio[ne] proteſtatus eſt : ſe paratum eſſe in hac f[ide] mori.

Quintus jam erat dies, ex quo ægrotare c[œ]perat : cum medici non prorſus omnem ſp[em] abjeciſſent : plurimum tamen de vita ejus [ſol]liciti eſſent : ipſe verò ſibi meliuſculè hab[ere] videbatur. Itaque cum amici quidam noc[te] illi adeſſe cuperent ægrotanti ; gratias illis [e]git, ſeque eorum opera opus habere neg[a]vit. Sic qui in vita multis commodus, mol[e]ſtus fuiſſet nemini : ne morbum quidem [ſ]uum cuiquam, præterquam ſibi ipſi, moleſt[um] eſſe, patiebatur. Deductus autem in cubic[u]lum, in quo ſemper ſolitus erat quieſce[re] ancilla unica præſente, fuſis ardentiſſimis [ad] Deum precibus, ſeſe ad quietem compoſu[it]. Verum circa horam noctis *undecimam*, cu[m] animadverteret vim morbi naturam ſuper[are] ſe, vocatâ uxore, voluit reduci in ſuum mu[ſæ]um, in quo pridiè ſibi lectum ſterni juſſera[t] atque paulo poſt illic in manibus uxoris, in[ter] pias preces, leniter die *decimâ tertiâ* Dece[m]bris exſpiravit. Doluit morte ejus urbs to[ta]

It

...ne magna frequentiâ funus ejus poſtero
...omnium ordinum homines deduxerunt
...m in ſummi templi periſtylio ſepelive-
..., juxta *Joannis Friſii* ſepulcrum; qui ſu-
...ori anno ipſum præceſſerat: ut poſt obi-
...eorum conjungerentur corpora: quorum
...i ſemper fuiſſent conjunctisſimi. In ejus
...locum, Tigurini ſenatus decreto, ſub-
...ti ſunt Cl. Medici *Georgius Cellarius* &
...*ar Wolphius*. Mortuum laudavit oratio-
...unebri *Joſias Simlerus*, & elegantisſimo
...ine *Theodorus Beza*: quo inter alia na-
...n eum tanquam fidum ſuorum ſacrorum
...item plorare dicit, mutam deinceps fu-
...n, niſi ipſe mortuus loquatur. Carmen
...m hoc eſt:

... cœlo mutante ſolum, Geſnere, volucres
Quacunq; pennis aëra permeant,
Replevere modis omnia triſtibus,
Migrantem amicum extrema ſupra ſy-
dera,
Omnes cum gemitu gravi inſequutæ.
... cœlo mutante ſolum, Geſnere, feroces
Gemunt in antris belluæ,
Et ſtabuli pecudes oblitæ,
Sibilis colubri te ferigemunt lugubri-
Imisque quotquot ſub cavernis (bus
Occulta terrarum colunt:
Et flaccidum plantæ virentes,
Et pallidum flores nitentes:
Et flaccidum arboreæ comantes:
...gna te per humida.
Et belluoſus qua ferit undique
Reboantia littora Pontus,
Planctu ſonoro deflet Amphytrite:
Et liquidis ſub aquis piſces natantes mu-
titant.
...atura te omnis deniq; ut ſuorum fidum
antiſtem
Plorat ſacrorum, muta
Futura deinceps, ni loquaris mortuus.
...ac inter tibi turbatus, Geſnere, parentat
...za tuus, vati vates, & amicus amico,
His incompoſitis in numeris numeris.

...it in Geſnero magnum linguarum ſtu-
...: non tantum ut plurimas intelligeret:
... guſtum etiam illarum haberet: quarum
...æ intelligentiæ non ſtudebat. Extat hu-
...odi ſtudii publicum teſtimonium, *Mi-*
...ates, ſive, *de differentiis linguarum*, tum
...um, tum quæ hodie apud diverſas na-
...nes toto orbe terrarum in uſu ſunt. Ete-
...um multa ipſe obſervaſſet in variis lin-
... & præterea plurima haberet ab amicis
...vata: voluit ea in publicum edere: ut
...tiam, ipſius exemplo invitati, diligen-
...bſervarent illas linguas: quæ nunc in
...ipuo uſu ſunt; & annotarent, quæ inter
...gnatæ ſint: & quomodo conveniant,
...tem plurimum, & quibusnam in rebus
...it. Eſt autem hujus rei inquiſitio, cum u-
...um liberalis & ingenuo homine admodũ
...a. Nam cum ſolus homo rationis juxta
...onisque ſit particeps; orationis ac lin-
...um differentias noſſe, erudito ac Philo-
...o homine ſtudium eſt dignum & aptum.

Etſi autem in tanta linguarum infinitate fieri non poteſt: ut unus homo omnium linguarum cognitionem conſequatur: laude tamen dignum eſt, noſſe quam plurimas; & illas præcipuè, quibus res cognitu neceſſariæ literis mandatæ continentur: qualis ſunt *Hebræa*, *Græca* & *Latina*; quas ille omnes optimè noverat, & præterea, *Italicæ* & *Gallicæ* linguæ mediocrem uſum habebat. *Linguarum ſtudium inſtitutum.*

Germanicam autem, cum illi vernacula eſſet, amore patriæ illuſtrare plurimum ſtuduit. Itaque multa nomina quadrupedum, avium, piſcium, ingenio è excogitavit: ut noſtri rerum ipſis hactenus ignotarum ſaltem nomina aliqua haberent. Præterea cum à quodam generoſo nobili viro, & Germanicarum antiqiutatum ſtudioſo, accepiſſet libellum propriorum nominum Germanicorum virorum & mulierum (quibus uſa eſt Germania antequam ſanctorum nomina ex linguis peregrinis reciperet) quorum hic aliquot millia ex vetuſtis monumentis & archivis principum virorum collegerat: & ſecundum terminationes diſpoſuerat: admodum hac diligentiâ delectatus, ſtatuerat hunc libellum in publicum edere. Verùm ut ipſe aliquid hac in re patriæ conferret; propriorum nominum vim & ſignificationem annotavit. Itaque amicis, qui antiquitatum ſtudioſi illum frequenter accedebant, multa ſæpè veterum Germanorum propria nomina recitabat: & oſtendebat, omnia ferè certâ aliqua ex cauſâ impoſita eſſe, ſicut in linguis cultioribus, & apud Græcos præcipuè. Excitatus etiam hujus viri labore, meditari cœpit *origines Germanicorum vocabulorum* ex *Hebraâ*, *Græcâ* *Latinâ* lingua: ſed morte præventus, quod cœperat, abſolvere non potuit. *Studium excolendæ linguæ Germanicæ.* *Liber nominum propriar. German.* *Origenes Germanicorum vocabulorum.*

Ut autem amore patriæ Germanicam linguam excolere conatus eſt; ita quoque propter Philoſophiæ amorem plurimum impendit operæ Græcæ linguæ; quod præſtantisſimi Philoſophi & Medici omnes ferè Græci fuerint: quorum ſcripta, etſi fere omnia in Latinam tranſlata ſunt; tamen non modò ſuavius, verùm etiam puriùs ex ipſo fonte hauriuntur. Quandoquidem optimi interpretes ſæpenumero ſolent dormitare, errare, ac labi nonnunquam: & multa à Philoſophis, qui ſuum quoddam genus docendi habent, breviter & acutè diſſeruntur, quæ Latinis verbis vix longa circumſcriptione explicari poſſunt. Quare optimo conſilio ab ipſa adoleſcentia multum operæ Græcæ linguæ impendit: quantum in eo profecerit, doctorum eſt judicium. *Græcæ linguæ ſtudium.* *Verſiones non reſpondent fontibus.*

Quamvis autem nollet medicinam quæſtus cauſa facere, & ætatis partem maximam domeſticis lucubrationibus conſumſerit: tamen in medicina non parum potuit. Nam & hydropes aliquot graves, apoplexias non paucas, epilepſias plurimas & alios ingentes morbos curavit in iis, qui & maturè accerſere & obtemperare voluerunt. Senes aſthamaticos quoſdam, jam ferè animam exhalantes, revocavit. Arteriarum in temporibus ſectio- *Felicitas Geſneri in medendo.*

ctionem, uteri clyſteres in graviſſimis mulierum morbis, ab Hippocratis uſque ſeculo repetiit: & iis non ſemel feliciter uſus eſt. Remedia quoque alia precioſa & ſingularia plurima habuit, quæ partim ab amicis accepit, partim ipſe ut fuit eruditione & experientia nulli ſecundus invenit: quibus non infeliciter ſæpe uſus eſt. Quantum verò illi medici doctiſſimi tribuerint, malumus ex ipſorum ſcriptis cognoſci. Certè prudentiſſimi viri, qui officinæ *Frobenianæ* Baſileæ præfuerunt, c[um] Galeni opera in publicum ederent, hunc unum editioni præeſſe voluerunt, quod exiſtimarent & ejus judicium eſſe exactiſſimum; & nominis gloriam & autoritatem eſſe maximam: quæ operi non vulgarem commendationem afferre poſſet.

Judicium Geſneri de religione. Quod ad reliquam vitam & mores ejus attinet: primum exiſtimabat *omnem de religione doctrinam ex ſacris literis petendam*; ideò eas libenter & ſæpè legebat: plurimum etiam *Apollinarii* Græca paraphraſi delectabatur. Deinde cùm magna ſoleat eſſe veterum autoritas: qui quondam melioribus eccleſiæ temporibus floruerunt: ſi quid haberet ocii, libenter in horum lectione conſumebat, præſertim Græcorum, quorum pleroſque legit: quoſdam etiam in Latinam linguam tranſtulit. Tanto autem ſtudio ſacras literas legit; ut de graviſſimis controverſiis religionis optimè judicare poſſet. Neque ſententiam ſuam diſſimulabat: ſed palam teſtabatur; ſe univerſam doctrinam Helveticarum eccleſiarum, ut ſacris literis & vetuſtis patribus conſentientem, amplecti & ex animo probare.

Controverſia de Trinitate. Præterea cùm ſuperioribus annis gravis *controverſia de ſacra Trinitate* exorta eſſet & agitata in Eccleſiis Poloniæ: haberet autem amicos ex illo regno doctos & nobiles viros ſæpè illis ſuam ſententiam coram expoſuit: diſcedentibus ſcriptam dedit: ac eos ad conſtantem veræ doctrinæ profeſſionem cohortatus eſt: atque graviſſimis rationibus & ſcripturarum firmis teſtimoniis Antitrinitariorum errores damnavit. Coluit quidem multorum amicitiam; qui diverſam de religione ſententiam ſequerentur: in nullius tamen gratiam, ſuam de religione perſuaſionem non modò mutavit; ſed ne diſſimulavit quidem. Audiebat autem conciones ſacras, non tantùm feſtis diebus: ſed quotiescunque *Bullingerus*, quem ille præ cæteris

Amor concionum. obſervabat, concionaretur (quod præter diem dominicum bis ille in ſeptimana ſolebat facere) aſſiduè intererat, plerumque ſecum *Hebræum codicem* afferens; ſi ille librum aliquem veteris teſtamenti interpretaretur. Quamvis enim medicus eſſet profeſſione; tamen exiſtimabat & rectè, cognitionem veræ religionis nihilominus ad ſe pertinere; & ad omnes, qui modò omnibus commune nomen Chriſtiani hominis tueri velint. Sta-

Nomina animalium Hebræa à Geſn. expoſita. tuebat enim hunc eſſe præcipuum fructum ſtudiorum ſuorum, qui ex illis ad uſum eccleſiæ redundaret. Ideoque in animalium hiſtoria multum laboris impendit Hebræis nominibus interpretandis; & ferè omnia illa l[oca] ſcripturarum, in quibus animalium me[n]tio fit, accuratè interpretatus eſt: ut ex [hac] profeſſione aliquid ſtudioſis ſacrarum lite[ra]rum commodi afferret.

Reſpondebat autem vita ejus & mo[res] veræ religionis profeſſioni. Summa e[nim] fuit in illo humanitas, ſimplicitas, integ[ri]tas: nulla oſtentatio, luxus nullus, li[bi]dinis ne veſtigium quidem apparebat: [pu]doris tantam & verecundiæ habebat ra[tio]nem; ut obſcænum aliquid non modò i[pſe] dicere, vel ab aliis audire; ſed ne leg[ere] quidem ſuſtineret; quod ſatis teſtatur *M[ar]tialis* ab ipſo *caſtratus*. Adeò autem b[oni] mores illi curæ fuere: ut ſæpè cum gra[vi]ſſimis theologis conſultarit: quanam t[an]dem ratione collapſa eccleſiæ diſciplina [re]ſtitui poſſit. Dolebat enim illi, ut b[o]omnibus doctrina religionis à tam multis [er]roribus repurgata, in morum & vitæ re[for]matione adeò tardos progreſſus fieri.

Amicitias bonorum & doctorum ho[mi]num ſtudioſè ſibi comparavit: & ſum[ma] fide atque conſtantia coluit. Indicant [hoc] non tantum inſcriptiones quamplurimæ [in] quibus beneficia amicorum celebrat; & gratum exhibet: ſed multa officia, c[um] privatim, tum publicè amicis exhib[ita]. Quorundam enim libros ab ipſis nondum [ab]ſolutos, poſt eorum obitum abſolvit; a[lio]rum ſcripta inemendata recognovit: pl[uri]ma in lucem edenda curavit: præfatio[nes] addidit, aut aliquid ſuorum ſcriptorum [ad]junxit: multis etiam dedit Græca exem[pla]ria, quæ illi transferrent; & in lucem e[de]rent: aliis alias occaſiones ſe exerce[ndi] præbuit. Mirificè enim amabat eos, qui mediocres progreſſus in literis feciſſent; aſſidui & diligentes in ſtudiis eſſent; eo[rum] conatus juvabat: & ingenia, quacun[que] ratione poterat, excitabat. Certè ut omittamus, una operum *Cordi* editio, [erga] amicos fidem, & in illis ornandis dilig[en]tiam teſtatur. Cordum enim cum ad[huc] in vivis ageret non noverat: neque ulla a[mi]citiæ conſuetudo inter ipſos fuit: eum tan[tum] propter communia ſtudia amavit; & eâ [di]ligentia opera ejus conquiſivit, & in pu[bli]cum edidit: ut in propriis majore uti [non] potuerit. His moribus amicos ſibi com[pa]ravit complurimos & domi in patria, & a[pud] exteras quoque nationes. Domi enim [ac]ceptus & gratus fuit Senatui; charus b[onis] omnibus: vulgus verò quod de literis j[udi]care neſcit, fortè non ita magni illum fe[cit]: ex his tamen, qui ipſum familiarius no[ve]rant, eum non tam propter eruditione[m] quàm propter morum integritatem ama[ve]runt. Medici reliqui Tigurinæ urbis ip[ſum] ut patrem amarunt & venerati ſunt: q[uos] ipſe viciſſim filiorum more eſt complexus[:] quacunque re poterat; juvit atque orna[vit]. Eccleſiæ autem miniſtri cum illo frat[erno] amore conjuncti fuerunt: quorum quic[un]que voluit, ejus opera paratâ & grat[a] ſem[per]

nper uſus eſt. Neque in patria tantùm,
l in exteris regionibus Theologos, medi-
, pharmacopœos quamplurimos habuit
tiſsimâ amicitia ſibi conjunctos, non tan-
n *Germanos*, ſed *Anglos* quoque & *Gallos*,
Italos, & *Polonos*.

Patebat porrò ejus domus ſemper omni-
peregrinis, præcipuè literatis homini-
; quorum plures ad illum quotidiè con-
ebant; alii ut ipſum viderent & noſce-
t; alii ut aliquid rarum & ſpectatu di-
um apud ipſum viderent. Erat enim
mus ejus hujusmodi rebus referta: habe-
omnium ferè peregrinorum *animalium*
cadavera, vel effigies coloribus ad vivum
reſſas: *plantas* autem plurimas & noſtris
ionibus antè ignotas alebat in ſuis hortu-
; plures ſiccatas in ſuis thecis reconditas
ebat: collegit quoque *gemmarum*, *me-*
rum, & rerum foſſilium non contem-
dum theſaurum. Hæc autem univerſa
ſibi tantùm recondita ſervabat: ſed qui-
que rerum naturæ ſtudioſi illum accede-
, his libentiſſimè ſingula demonſtrabat;
ruditè ac ſuaviter de eorum natura & vi-
s diſſerebat. Etenim cum natura libe-
ac munificus eſſet: auro autem & opibus
lis non abundaret: ea quæ ipſius mune-
erant, quæ ex eruditionis variæ & expe-
tiæ theſauris depromebantur, libentiſſi-
elargiebatur. Nam cum à præſtantiſſi-
Germaniæ, Galliæ, Italiæ medicis mul-
aberet in arte medicâ ſecreta, ut vocant:
ta etiam ſuo Marte inveniſſet: uſuque
i comprobaſſet: quæ ſi ſordidus fuiſſet
varus, ut plerique noſtro ſeculo, ſibi ſer-
potuiſſet: ac rem ſuam familiarem inde
ere: illa tamen omnia, ut fuit publicæ
tatis ſtudioſiſſimus, partim in commu-
omnium uſum vulgare, partim amicis
ntibus communicare, nunquam eſt de-
atus. Etenim huic ejus ingenuæ muni-
tiæ ſtudioſi medicinæ acceptum ferunt
nymi theſaurum: in quo permulta
clara & recondita in lucem edidit: &
morte præventus fuiſſet, alteram par-
additurus erat, in quam non minus
a & rariora remedia congeſſit. Præter-
ariſſimi, doctiſſimique medici, *Joannes*
o medicus Cæſareus, *Adolphus Occo*
lphi F. *Achilles P. Gaſſarus* Auguſtani,
oannes Funccius Memmingenſis, & alii
es hujus rei teſtes fide digniſſimi eſſe
unt: qui & exquiſita remedia illi miſe-
, & viciſſim ejus benevolentiam in eo
ſtudio ſæpenumero experti ſunt.

Ob has igitur præclaras & excellentes vir-
cum ſingulari eruditione conjunctas,
iſſimi quique viri ejus amicitiam expe-
unt; nec dubitarunt præſtantiſſimi re-
& principum medici ipſum præcepto-
vocare, & elogiis compluribus ornare.
ue hîc judicium graviſſimum Ferdinan-
guſti, quod non multò ante obitum de
ero ſapientiſſimum fecit, abſque piaculo
ttere poſſumus. Comendabant Geſne-
rum Cæſari ſingulari ſtudio *D. Julius Ale-*
xandrinus & *D. Joann. Crato* ſummi philo-
ſophi & excellentiſſimi illius medici: atque
illi tum imagines familiæ & privilegia, qui-
bus lucubrationes ejus autoritate Cæſarea
communirentur à ſapientiſſimo Imperatore
impetrarunt; perferente hoc ad Imperato-
rem viro ampliſſimo D. *Marco Singkmoſero* *Marcus Singkmoſer.*
Imperat. Secretario & conſiliario Cæſareo.
Ibi tum ſapientiſſimus Imperator *Joannem*
Cratonem, multis adſtantibus, & præſertim
D. Julio Alexandrino, & *D. Steph. Laurao*
Amorfortio, & *D. Joanne Nævio*, Elect. Sa-
xon. archiatro, qui unà cum ſuperioribus va-
letudinis Cæſaris curam gerebat, interroga-
vit num de facie Geſnerum noſſet? Negabat
ille aliter ac ex literis, & certorum hominum
ſermonibus cognitum, cui Cæſar, *Credas*,
inquit (verba ſunt Imperatoris) *Geſnerus eſt*
tota probitas.

Cæterùm *Varro* hic & *Plinius* Germaniæ *Argumentum hiſtoriæ animalium.*
ſtatuerat omnem animalium hiſtoriam ſex li-
bris complecti, quorum quatuor ſunt editi.
Primus de *animalibus quadrupedibus vivi-*
paris, *ſecundus* de quadrupedibus *oviparis*,
tertius de avibus, *quartus* de piſcibus, &
aquatilibus: his additurus erat *quintum* de
ſerpentibus & *ſextum* de inſectis. Collegit
autem horum quoque librorum materiam
copioſam, & picturas ad vivum factas mul-
tas congeſſit; opus tamen ipſum neque ab-
ſolvit, neque in ordinem aliquem digeſſit:
partim quia typographus editionem horum
librorum in aliud tempus differebat, partim
quod ipſe quoque aliis ſcriptionibus occupa-
tus eſſet. Ac etſi univerſum opus inſcripſit
hiſtoriam animalium; attamen non tantum
animalium hiſtoriam, nomina & genera, &
ſingulorum ſpecies & differentias, formas
item ſingulorum & partes, deinde loca
in quibus verſantur, actiones præterea, ac
mores & ingenia, & quæ ſunt hujus gene-
ris alia deſcribit; verum præterea explicat
uſum, quem homines ex animalibus ſingu-
lis percipiunt: quorum alia venatione capiun-
tur, & exhibentur in ludis & ſpectaculis, aut
domantur aut cicurantur: alia domeſtica va-
riis hominum uſibus inſerviunt: quo loco in-
ſtrumenta non præterit, quibus ad uſum eo-
rum homini opus eſt: alia lucrum homini
afferunt ipſis partibus, quarum varius uſus
eſt, vendendis. Multa præterea in cibum
admittuntur: quæ nam autem illa ſint, quale
alimentum ex ſingulis corpori accedat, quo-
modo ſingula apparanda & condienda ſint,
diligenter exponit. Adhæc *remedia* ex ani-
malibus homini utilia ſtudioſè omnia ex va-
riis medicorum libris congeſſit, & ſimul
quoque remedia addidit de morſibus vel icti-
bus animalium in homine curandis. Poſtre-
mò plurima, quæ ad Philologiam pertinent,
ex optimis utriusque linguæ autoribus col-
legit. Quare in his libris continentur com-
mentarii locupletiſſimi & caſtigationes plu-
rimæ in veterum ac recentiorum locos penè
infinitos, quando una quadrupedum vivi-
parorum

parorum hiſtoria ex authoribus ferè ducentis quinquaginta collecta eſt.

Secutus autem eſt in animalium hiſtoria ordinem *Alphabeticum*. Videbatur enim ille ordo commodior ad inquirendum, ſicut & Lexicorum ordo, harum rerum imperitioribus. Nam indicem ſemper quærendi cauſa adire moleſtum eſt. Etſi autem ordo hic eſt *Grammaticus*, qui à philoſophis reprehenditur: defendi tamen poteſt exemplo veterum quorundam doctiſſimorum hominum, atque ut alter ordo ſit præſtantior, hic tamen eſt plerisque utilior. Quin etiam aliquoties de hoc admonitus, reſpondebat, *omnem ſuam tractationem ferè Grammaticam magis eſſe, quàm Philoſophicam, ſeq; non philoſophis, qui pauciſſimi ſint, ſed Grammaticis & philoſophiæ tyronibus, quorum maximus eſt numerus, hæc condidiſſe.* Addebat etiam ſe ideo ordinem Alphabeticum ſecutum eſſe, quod omnia, quæ apud quosvis autores hujus argumenti, extant, colligere ſtatuiſſet, apud quos cum multa ſint dubia & incerta, ut ad quod genus referas non conſtet, literarum hic ordo etiam commodior eſt viſus. Interea tamen non ita huic ordini addictus fuit, quin ſæpè quæ cognata ſunt conjunxerit, veluti boum varias ſpecies, *Bubalum, Biſontem, Bonaſum, Tarundum, Urum*, & plura præterea boum ferorum & ſylveſtrium genera: item Accipiturum ſpecies *Æſalona, Buteona, Tinnunculum, Cymindidem, Falcones*: & inter aquatilia *Cancrorum, Concharum, Galeorum*, ſpecies quamplurimas. Præterea icones animalium cum ſeparatim ederet, cum nomenclaturis per claſſes ſecundum genera & ſpecies omnia digeſſit. In ſingulorum autem hiſtoriis totam tractationem per *octo capita*, octo prioribus Alphabeti Latini literis majuſculis inſignita, partitus eſt.

Ordo hiſtoriæ animalium.

Ordo Grammaticus.

Ordo in deſcriptione ſingulorum animalium.

Primum continet *nomina* diverſarum gentium, *Hebraica* fere primum & Hebraicis finitima (ut Arabica, Chaldaica, Saracenica) deinde *Perſica, Græca, Latina, Italica, Hiſpanica, Gallica, Germanica, Anglica, Illyrica*; vel omnia uti habere potuit, vel aliqua ſaltem: ſæpè etiam vocabulis deſtitutus, nova finxit tum in vernacula lingua, tum in Latina aut Græca.

2. Locus & regio.

Secundo capite docet, quibus in regionibus animalia quæque reperiantur, quomodo ſecundùm illas differant: & ſi ſpecies ejus animalis diverſæ reperiuntur, aut aliæ quædam differentiæ, illas etiam explicat. Præcipuè verò corpus deſcribit, & primum corporis magnitudinem, deinde partes ſingulas, ſimplices primum externas internasque ſolidas & liquidas, ut ſunt in quadrupedibus pellis, pili, & qui accidit eis color, ſanguis, adeps, medulla, oſſa, venæ, nervi. Deinde compoſitas à capite ad pedes, ut caput, cornua, cerebrum, oculos, aures, naſum, os, linguam, dentes, pectus, dorſum, cor, pulmones, ventriculum, hepar, fel, lienem, inteſtina, genitalia, crura, pedes, ungues, & ungulas. &c. In illis etiam animalibus, quæ a[b]
hominibus aluntur, ut pecora, jumenta, ca[…]
nes, &c. electionis notas in hoc capite inſerui[t].
Tertio capite comprehendit *naturales* corpo[…]
ris actiones, quæ vel ad vitæ conſervationem
vel ſpeciei propagationem pertinent: ſingu[…]
latim verò hic deſcribitur animantis cujus[…]
que vox, ſenſus, cibus, potus, ſomnus, ſo[…]
mnia, excrementa alvi, veſicæ, genitaliu[m]
ſudor, menſes, lac: loci item in quibus ve[r]
ſantur, ut montes, ſylvæ, paludes, loci fr[i]
gidi, calidi. Actiones corporis, quod a[d]
motum & quietem, ingreſſus, curſus, vola[…]
tus, ſerptio, natatio, cubatio, ſanitas & ej[…]
ſigna & conſervatio, præcipuè circa peco[…]
& ea quæ ab homine aluntur animalia. Lib[i]
do, coitus, conceptus, geſtatio & prægna[n]
tium cura, abortus, partus, fœtarum cur[a]
fœtus ejusque educatio. Ætas & ejus d[i]
gnotio, vitæ ſpacium, morbi eorumqu[e]
cauſæ, ſigna, præcautiones, remedia.

Capite *quarto* de *animi affectibus*, mor[i]
bus & ingeniis agitur: quæ ſingulorum an[i]
mi bona aut virtutes, quæ mala aut vitia ſin[t]
tum inter ſe, tum erga fœtus ſuos, erga ho[…]
minem ſympathiæ & antipathiæ, hoc eſ[t]
naturales quædam concordiæ & diſſenſion[es]
ſingulorum, primum ad alias animantes, de[…]
inde ad res inanimatas. &c.

Caput *quintum* eſt de *uſu* ex animalib[us]
percipiendo, extra cibum tamen, ac reme[…]
dia. De venatione animalium, & quomod[o]
capiantur: quomodo domentur & cicurent[ur]
& nutriantur, & ſanitatis tuendæ præcept[a]
& in pecoribus, quæ ad paſtores, grege[s]
& ſtabula pertineant. De inſtrumentis, qu[i]
bus ad uſum eorum homini præſtandu[m]
opus eſt, ut in bove, de aratro, in equo d[e]
re curuli. Exhibitio eorum in ludis & ſp[e]
ctaculis, pretium & pecunia, quæ ex ipſ[is]
eorum ve partibus vendendis habetur, uſ[…]
diverſi hominibus utiles ex ſingulis partibu[s]
ut pellium ad veſtes, cornuum aut ungula[…]
rum ſuffitus, ad fugandos ſerpentes, excre[…]
mentorum ad ſtercorandam terram, progno[…]
ſtica tempeſtatum, & alia ſi quæ ex ipſis ha[…]
bentur commoda.

Sexto capite tractatur *de alimento* ex an[i]
malibus, tum integris, tum per ſingulas pa[r]
tes ſimpliciter primum quæ in cibum admi[t]
tittantur, aut non, deinde medicè & qua[…]
ſalubriter id fiat, & quale alimentum ex ſin[…]
gulis corpori accedat, & ſi quid aliud hujus[…]
modi medici ſcriptum reliquerunt: poſtrem[o]
de apparatu & condimentis ſingulorum.

Septimum caput remedia ex animalibu[s]
homini utilia comprehendit, idque e[…]
ordine, primum ex integris animalibus
deinde ipſorum partibus, tum ſimplicibus
tum compoſitis. Et quoniam ſæpè ab un[a]
parte multa variaque medicamenta ſumun[…]
tur, in morbis certum ſequitur ordinem: […]
prius communes morbi, deinde particulares
à capite ad pedes progreſſu facto commem[o]
rentur. Sæpè etiam ſuperſtitioſa quædan[…]
ab ipſo ponuntur, non quod hæc ullo mod[o]
probare

ſaret, qui potiùs in his rejiciendis multis lum excedere viſus eſt: ſed quoniam ia, quæ habere potuit, congerere ſta- at, hæc omittere noluit, præſertim cùm nulla ſint ejusmodi; ut non omnibus n eruditis ſuperſtitioſa videantur. Poſt edia autem ex animalibus, de morſibus ctibus animalium in homine curandis at: & methodum medendi primùm in re præſcribit, deinde per ſingula medi- ènta, diligentisſimè apud auctores ob- ta.

ſtremum caput totum *Philologicum &* *nmaticum* eſt, ex varia & multiplici one confectum, quod in plures partes ſo ſubdividitur.

ima habet *nomina* Latina & Græca, quæ *s uſitata* ſunt, ùt poëtis, aut alicui cto peculiaria, aut etiam ficta & ridicu- nominum *etymologias*: ac propria ani- m nomina: Item *epitheta* primùm La- deinde Græca, & metaphoricum no- m uſum, ac derivata Latina & à ſeparatim. Agit etiam in hac , de imaginibus animalium pi- ſculptis, fuſis, aut aliter expreſſis. Præ- de lapidibus, plantis, animalibus aliis nomen à præſenti animali deducunt. ſtremo loco, ponuntur nomina propria um, regionum, oppidorum, fluvio- aliorum, quæ vel ab animalis no- ſumta ſunt, aut ſaltem illi ita ſimilia ut inde ſumta videri poſſint.

deinde ſequentes partes, ejusdem ar- nti ſunt cum ſex proximis à primo ca- s, niſi quod hic Grammatica ſolùm, ogica & poëtica attinguntur: quamvis edicamentis, quæ ſeptimo capite tra- r, hic rarò aliquid inveniatur.

ſtrema parte philologicæ tractationis, riæ & fabulæ narrantur, deinde quæ ad tionem pertinent, prodigia, oſtenta, ita, monſtra, omina, auſpicia, augu- quæ ad religionem, veluti animalium ndam ſepulturæ; quæ quibus diis ſa- it, quæ ſacrificentur: præterea *prover-* c loco commemorantur, tum quædam ſmo non animadverſa; tum ab ipſo qui- nnotata; ſed hic quædam prolixiùs, m breviùs expoſita, quædam caſtigata; s etiam alia proverbia adduntur, ex ibus linguis, aut ſacris literis deſumta: ea *ſimilitudines, emblemata, apologi.* æ præterea in utilitatem poſteritatis rarit, ipſe in epiſtola quadam ad *Gui- m Turnerum* Theologum & Medicum lia, exponit; quorum Elenchus hic eſt: *icon Græco Latinum*, ex Phavorini Ca- Lexico Græco auctum.

dicaminum ſucciduorum (quæ antibal- a Græci vocant) Galeno adſcriptorum Latinitate donata, adjectis etiam Græ- ulto caſtigatioribus & annotationibus ſdam locos.

chiridion plantarum hiſtoriæ.

ſimplicibus medicamentis libellus.

Compendium ex Actuarii Zachariæ libris de differentiis urinarum.

Univerſalis doctrina Cl. *Galeni Pergame- ni* de compoſitione pharmacorum ſecundùm locos affectos à capite ad calcem.

Symbola Galeni experimentorum ex libris ejus collecta, & aliorum quorundam.

Apparatus & delectus ſimplicium medi- camentorum ex *Dioſcoride* & *Meſuæo* præci- puè alphabeti ordine.

Univerſalia *Pauli Æginetæ* præcepta de medicamentorum ſecundum genera compo- ſitione: & ejuſdem argumenti omnia: quæ in Galeni libris de compoſitione medicam. κατὰ γένη præcepta extant, multis ſuperfluè dictis & peculiaribus pleriſque compoſitio- nibus, remotis.

Catalogus plantarum nomina Latinè, Græ- cè, Germanicè & Gallicè regione proponens ſecundum ordinem alphabeti Latinis præe- untibus, unà cum vulgaribus pharmacopola- rum nomenclaturis.

De Syllogiſmis compendium autoris incerti.

Moralis interpretatio errorum Vlyſſis Ho- merici autoris incerti.

Commentatio *Porphyrii* philoſophi *de Nympharum antro* in *decimo tertio* libro Odyſſeæ Homericæ.

Apologia quædam *pro Homero*, & *arte poe- tica* fabularumque aliquot enarrationes ex commentariis *Procli Lycii Diadochi* philoſo- phi Platonici in libris Platonis de republica.

Porphyrii philoſophi, *quæſtiones Homericæ.*

De *lacte & operibus* lactariis libellus, phi- lologus pariter ac medicus, cum epiſtola ad *Iacobum Aviennum* Glaronenſem de mon- tium admiratione.

Ioannis Stobæi collectanea ſive loci com- munes CXXIII. ex omni genere autorum ve- tuſtisſimorum Græcorum.

Heraclidis Pontici allegoriæ in Homeri fabulas de Diis; & ſermo Dionis de Homero Latinè factus.

Michaelis Epheſii Scholia in Ariſtotelis li- bellos, nempe *de juventute* & *ſenectute, vita* & *morte*. De *longitudine & brevitate vitæ.* De *divinatione per ſomnum.*

M. V. *Martialis* poëtæ *epigrammata* (ad linguæ *Latinæ* copiam & varias rerum no- menclaturas utilisſima) ab omni verborum obſcænitate, in adoleſcentium præcipuè ſcholarumque uſum, expurgata.

Ambroſii *Calepini Dictionarium* linguæ Latinæ.

Nomina propria ex quibus maxima pars Venetæ acceſſionis conſtabat, ſeorſim à Lati- nis vocabulis in peculiare alphabetum digeſta.

Lexicon Græco Latinum.

Antonii Teleſii Itali Conſentini opuſcula aliquot partim jam prius diverſis in locis; partim nuſquam prius edita.

Bibliothecæ univerſalis, ſive *Catalogus omnium ſcriptorum* locupletisſimus in tribus linguis Latina, Græca, & Hebræa extan- tium & non extantium veterum & recentio- rum uſq; ad annum Domini M. D. LXV. do-

doctorum & indoctorum, excuſorum & in Bibliothecis latentium.

Sententiarum ſive *capitum Theologicorum* præcipuè ex ſacris & profanis libris Græcis collectorum digeſtorumque in Locos communes per *Antonium* & *Maximum* monachos, Tomi tres.

Maximi verò 71. Tomo uno comprehenſi.

Abbæ Maximi philoſophi confeſſoris & martyris aphoriſmorum ſeu capitum de perfecta charitate & aliis virtutibus Chriſtianis centuriæ 4.

Theophili ſexti Antiochenſis, epiſcopi, de Deo & fide Chriſtianorum contra gentes inſtitutionum, libri tres ad Autolycum.

Tatiani Aſſyrii Juſtini martyris diſcipuli oratio contra Græcos. Et rurſus eadem omnia in Latinum ſermonem converſa.

Enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorum & alvum bonam facientium ordine alphabetico excuſa.

Naturalis ſcientiæ totius *compendium* ex Ariſtotelicis aliisque libris ab *Hermolao Barbaro* patricio Veneto confectum, & in Italia mendoſiſſimè impreſſum, quoad ejus potuit repurgavit.

Pandectarum ſive partitionum univerſalium qui ſecundus tomus Bibliothecæ libri novendecim. Pandectarum hoc eſt ſecundi tomi Bibliothecæ liber XXI: ſive ultimus.

Cl. *Galeni* librorũ editioni Latinæ in officina Frobeniana diſtinctio & argumenta adjecta.

Hiſtoria animalium liber *primus*, qui eſt de quadrupedibus viviparis cum figuris ad vivum expresſis.

Theſaurus Euonymi Philiatri de remediis ſecretis (vocat autem ſecreta in quibus pars purior & tenuior ab impuriore crasſioreque ſecernitur arte.)

Veterum aliquot theologorum Græcorum *orthodoxorum libri Græci* & ididem Latinitate donati è regione.

In *Hieronymi Tragi* de ſtirpibus commentarios præfatio.

De *thermis* & *fontibus* medicatis Helvetiæ & Germaniæ libri duo.

Tabulæ collectionum, quibus per ſingulos anni menſes quæ ſtirpes in ſingulis per Germaniam flores fructusque proferant, ordine recenſentur.

Icones animalium quadrupedum viviparorum & oviparorum, quæ primo & ſecundo hiſtoriæ animalium libris deſcribuntur, cum nomenclaturis ſingulorum *Latinis*, *Italicis*, *Gallicis* & *Germanicis* per certos ordines digeſta.

Hiſtoria quadrupedum oviparorum liber id eſt, *ſecundus* de animalibus cum appendice ad quadrupedes viviparas.

Hiſtoria avium liber (qui eſt tertius de animalibus) cum figuris.

Icones avium omnium, quæ in avium hiſtoria deſcribuntur, cum nomenclaturis ſingularum in linguis diverſis Europæ.

De *medicinæ chirurgicæ præſtantia* & antiquitate ſcriptum & enumeratio alphabetica eorum illuſtrium, qui rem chirurgicam vel ſcriptis vel artis uſu excoluerunt.

De *raris & admirandis herbis*, qua[...] quod noctu luceant, ſive alias ob ca[...] *Lunariæ* nominantur, commentariolu[...]

Deſcriptio montis Fracti ſive *Pilati* v[...] dicti juxta Lucernam in Helvetia.

Epitome Bibliothecæ tomi primi.

Mithridates ſive de differentiis lingu[...] tum veterum, tum quæ hodie apud div[...] nationes in toto orbe terrarum in uſu[...] obſervationes.

Libelli tres medicinales: *Unus* de ſa[...] tuenda; *alter* contra luxum convivio[...] *Tertius* contra notas aſtrologicas Ephe[...] dum de ſecandis venis.

Cl. *Æliani Prænoſtini Pontificis* & S[...] ſtæ, qui Romæ ſub Imperatore Antonin[...] *Megiglosſus* aut Melipthongus ab ora[...] ſuavitate cognominatus monumenta [...] extant omnia Græcè Latineque è region[...] ra & opera Geſneri in lucem edita.

De *piſcibus* & *aquatilibus* omnibus l[...] tres 1. *Halieuticon* P. *Ovidii* Naſonis e[...] datum, & ſcholiis illuſtratum 2. *Aquati[...] animantium enumeratio* juxta *Plinium* e[...] data & explicata ſerie literarum. 3. E[...] dem *nomenclator Germanicus* longè co[...] ſisſimus. Et alia quædam ad piſcium h[...] riam pertinentia.

De *ſtirpium* aliquot *nominibus* vetuſt[...] novis.

M. *Antonini imperatoris* Romani & [...] loſophi de ſe ipſo ſeu vita ſua libr. XII. cum *Martini Neapolitani* libro de *P*[...] *vitâ* & felicitate.

Hiſtoriæ animalium liber quartus, qu[...] de piſcibus & aquatilibus cum iconibus.

Hannonis Carthaginenſium ducis *N*[...] *gatio*, qua maximam Lybicæ oræ parte[...] tra Herculis columnas luſtravit, è G[...] ſermone in Latinum converſa adjectis e[...] ſcholiis.

Icones animalium *aquatilium* in ma[...] dulcib. aquis degentium plusquam DCC. [...] nomenclaturis ſingulorum Latinis, Gr[...] Italicis, Hiſpanicis, Gallicis aliisq; interd[...]

Xenocratis de alimento ex aquatilibu[...] bellus Græcus, ejus operâ editus idem [...] Latinus ex interpretatione ejusdem unà [...] ſcholiis.

Hiſtoria & interpretatio prodigii, quo [...] lum ardere viſum eſt per plurimas Germ[...] regiones ineunte anno 1561. die *tertio* [...] tali Dominico deq; aliis quibusdam pr[...] giis veteribus ac novis.

Dictionarium Germanicolatinum, *I*[...] *Pictorius* confecit.

Valerii Cordi Simeſuſii annotationes in [...] *dacii Dioſcoridis Anazarbæi* de medica [...] teria lib. 5. longè aliæ quam antehac evulga[...]

Ejusdem hiſtoriæ ſtirpium libri quat[...] tunc primum in lucem editi, adjectis et[...] ſtirpium iconibus. Ejusdem *ſylva* qua re[...] foſſilium in Germania plurimarum, meta[...] rum, lapidum & ſtirpium aliquot rarior[...] notitiam brevisſimè perſequitur.

Ejuſdem de *artificioſis extractionibus* li[...]

Ejusd[...]

jusdem *compoſitiones medicinales* aliquot
non vulgares.
His accedunt.
Deſcriptiones & *icones* quædam *plantarum*
e *hortis Germaniæ* liber tum recens con-
tus.
rolegomena in opera Galeni, Latina.
aſſii *Iatroſophiſtæ* naturales & medicina-
uæſtiones 84. circa hominis naturam &
bos aliquot cum Geſneri interpretatione
na.
ntis *Ardoyni Piſaurenſis* medici de vene-
bri octo.
iſtotelis libellus de virtutibus translatus.
nchiridion rei medicæ triplicis. Illius
um quæ ſigna ex pulſibus & urinis diju-
. *Deinde* Therapeuticæ de omni mor-
m genere curando ſingillatim. *Tertiò*
eticæ vel de ratione victus, præſertim
oribus. Hoc volumine continentur.
e *pulſibus libellus ex Galeni libris* colle-
ac veluti in formulam redactus: authore
em incerto, ſed diligentisſimo doctiſſi-
ne.
iudiciis urinarum tractatus ex probatiſ-
collectus autoribus, & in tabulæ for-
confectus, adjectis etiam cauſis, quæ
vel illam urinam reddant, *Jo. Vaſſeo*
lenſi authore.
orborum internorum propè omnium
io, brevi methodo comprehenſa, ex
io præcipuè & *Marco Gattinaria*, per
ylvium medicum ſelecta.
ratione victus in febribus ſecundùm
ocratem, in genere & ſingillatim libri
uthore *Brudo Luſitano medico.*
afatio Conradi Geſneri ad *Achillem*
ſſarum medicum.
Geſneri, *de anima* liber ſententioſa bre-
, veluti per tabulas & aphoriſmos ut
num conſcriptus, philoſophiæ & me-
e ſtudioſis accomodatus.
omni *rerum foſſilium genere*, *gemmis*,
bus, *metallis*, & hujuſmodi libri ali-
lerique tunc primùm editi.
Kentmanni Dresdenſis medici *Nomen-*
a rerum *foſſilium*, quæ in Miſnia præ-
; & aliis quoque regionibus inveniun-
Ejusdem, *calculorum*, qui in corpore
mbris hominum innaſcuntur, genera
ecim depicta deſcriptaque cum hiſtoriis.
metallicis rebus ac nominibus, *obſerva-*
variæ ex ſchedis *Georgii Fabricii.*
erini Gœbelii medici *de Succino* libri
rior Theologicus, poſterior phyſicus
dicus: cum corollario C. Geſneri.
erii Cordi de haloſantho ſeu ſpermate
ber, cum corollario C. Geſneri.
Epiphanii Epiſcopi Cypri, de duodecim
is, quæ erant in veſte Aaronis, liber
is & Latinus cum corollario Conr.
ri.
Ruei medici Inſulani, *de gemmis* ali-
iis præſertim, quarum Joannes in
lypſi meminit, & aliis, quarum uſus
apud omnes percrebuit, libri duo:

Theologis non minùs utiles quàm philoſophis.

C. Geſneri, *de* rerum *foſſilium*, lapidum & gemmarum maximè, *figuris & ſimilitudinibus* liber: non ſolùm medicis; ſed omnibus rerum naturæ & Philologiæ ſtudioſis, utilis & jucundus.

Εὐπόριστα *Ped. Dioſcoridis Anazarbæi ad Andromachum*, hoc eſt, *de curationibus morborum per medicamenta paratu facilia* libri II. Græcè & Latinè, & partim à *Joanne Moibano* medico Auguſtano, partim verò poſt hujus mortem à Conrado Geſnero in linguam Latinam converſi: adjectis ab utroque interprete ſymphoniis Galeni aliorumque Græcorum medicorum.

Scripſit præterea quæ nondum ſunt edita: *Scholia in Orpheum* de gemmis. Ἀνέκδοτα *Geſneri.*

De *ſcriptoribus Germanicis* librum.

Theſauri *de Remediis ſecretis*, partem ſecundam.

Oppiani omnia in Latinam linguam tranſtulit.

Iod. Willichii de arte Magirica librum emendavit: & præfationem addidit.

Emendavit etiam *Plinii* naturalem hiſtoriam: *Theophraſtum* de *hiſtoria & cauſis plantarum*: *Dioſcoriden de materia medica*; & quæpam alia, quæ ſi vixiſſet, editurus erat.

Affecta reliquit multa, & perfecta ferè quædam. Ipſe in epiſtola illa ad Turnerum horum meminit, *Hiſtoriæ ſtirpium* denuo adornatæ cum picturis plurimis: translationis libelli *Xenophontei* de venatione: libri quinti ſtirpium deſcriptionis à Valerio Cordo in Italia confecti. *Oppiani* de aucupio paraphraſeos: *Moſchionis* Græci medici de affectibus muliebribus lib. *Procopii Gazæi* in Octateuchum, id eſt priores octo veteris teſtamenti libros commentariorum Græcorum: de canibus *I. Caji Angli* medici & philoſophi ſummi libelli. Congeſſit materiam copioſam, & picturas ad vivum ſerpentium & inſectorum hiſtoriæ. Tabulas in pleroſque & copioſas confecit. Collegit ſylvam obſervationum de lapidibus, gemmis & omni foſſilium genere. Maximum numerum remediorum ſecundum genera & locos digeſtorum in ſchedis repoſuit. In *Ariſtotelis* quosdam *libros phyſici argumenti* paraphraſes aut ſcholia in alios Græcè, in alios Latinè ex Græcorum interpretum commentariis concinnavit. *Admirandas Ariſtotelis narrationes* emendavit, & meliori ordine digeſſit Græcè. *Latina* quædam & *Græca carmina*, *epigrammata & Idyllia* conſcripſit. *Germanicorum nominum propriorum virorum & mulierum*, quibus uſa eſt Germania, antequam ſanctorum nomina ex linguis peregrinis reciperet, aliquot *millia* ſecundum terminationem diſpoſita habuit. *Germanicorum vocabulorum* quamplurimorum, ex *Hebraica*, *Græca & Latina* linguâ, origines dicit ibi ſe tum meditari: & alia quædam, ſi Deus conceſſiſſet. Ex his tamen, *Affecta ejusdem.*

ut & aliis, poſt auctoris obitum quædam excuſa & recuſa ſunt: quæ in Bibliothecis recenſentur.

Luxerunt tanti viri obitum quotquot ubique vixerunt tum eruditâ doctrinâ inſignes: idq; epicediis, & epitaphiis carminibus multis teſtati publicè ſunt, interque eos *Theodorus Zuingerus* hoc epitaphium præceptori benè merito poſuit:

Epitaphium à Th. Zuingeri.

CONRADO GESNERO TIGURINO, PHILOLOGO ET POLYHISTORI EXIMIO
GERMANIÆ LUMINI,
HELVETIÆ DECORI,
EDITIS IN OMNI LIT. GENERE
PRÆSERTIM VERO IN MED.
ET NAT. PHILOSOPH. LUCUB.
CLARISSIMO
DUM DE ALIORUM UTIL. PROMOVENDA MAGIS, QUAM DE
PROPRIA SALUTE
TUENDA
COGITAT,
ECCLESIÆ, SCHOLÆ, REIPUB.
BONORUM DENIQUE OMNIUM
CUM INCREDIBILI LUCTU
BLANDISS. EADEMQUE ATROCISS.
PESTIL. ABSUMTO
THEODORUS ZVINGERUS BAS.
PRÆCEPTORI B. M. P.
M. D. LXV.

Ingenio vivens naturam vicerat omnem:
Naturâ victus conditur hoc tumulo,
PLINIUS *hic ſitus eſt* GERMANUS, *perge viator:*
Geſneri toto nomen in orbe volat.

Eſt in eum & *Felicis Trubij* Tigurini epigramma ejusmodi:

GESNERUS LOQUITUR.

Cum noſſem terras, noſſem genus omne ferarum
Ætheriumq́; genus, ſquamigerumq́; genus:
Plantarum ſeriem cùm vellem ponere certam:
Mors operi intentum repperit atra meo.
Et, Geſnere, tibi dixit, ſpectanda ſuperſunt
Nunc tandem rutili ſidera celſa poli.
Linque igitur terras, & corpora linque caduca:
Cum CHRISTO in cælis vivere poſſe datur.

Georgius autem *Fabricius* tale in eum ſcripſit carmen ſub lemmate: *Studii indefeſſi:*

Invidiâ major Geſnerus morte peremtus,
In patriâ magnâ laude quieſcit humo.
Hunc flevit Natura parens: flevere quot effert
Terra herbas, piſces flumina, ſylva feras.
Dignus erat meritis, qui tempore viveret omni
In terris omnes ſed rapit æqua dies.

Hiſtoriam aquatilium (ne vel hoc omittamus) *Ferdinando* Auguſto inſcripſit: quæ operis dedicatio tam grata Imperatori accidit: ut Geſnerum in comitiis Auguſtanis & ſuo alloquio dignatus, & ejusmodi inſignibus remuneratus ſit. Exprimuntur in iis *Leo*, *Aquila*, *Delphinus* & *Baſiliſcus*? principes nimirum in omni animalium genere. Del-

Inſignia Geſneri.

phino autem Cæſar coronam impoſuit: q[uia] is rex ſit Aquatilium: quorum hiſtoria n[o]ni Aug. inſcripta. Obiit denique Geſ[nerus] ipſe quidem ἄπαις: ſed ex *Andreâ Geſ[nero]* patruo, ſenatorij ordinis viro, ſene vene[ran]dâ canicie, reliquit liberos, pronepotes, [...] *centum, triginta quinq́;*.

Deſumta hæc & collecta ſunt ex *Joſia* [Sim]*leri orat. de vitâ C. Geſneri: H. Panta[leonis]* *Proſopographia*; *Auguſt. Thuani hiſto[ria]* *aliis.*

LEONHARDUS FUCHSIU[S]

WEMBDINGA, quod Rhetiæ eſt [op]pidum, pulcerimo loco ſitum, [...]tione ducum Bavariæ, natus eſt *Leonh[ardus]* *Fuchſius*, anno ſalutis humanæ, *mill[eſimo]* *quingenteſimo primo*. Patrem habuit *Joan[nem]* ex patre conſulari cognomine progna[tum], matrem veró *Annam*, è *Dentenorum*, [con]ſulari itidem familiâ, oriundam. Ut[erque] parens fuit virtutis, pietatis ac relig[ionis] amans; inprimis mater, probatis morib[us] prudentiâ ſupra ſexum fuit commendat[a]. quoniam *ſimiles ſui filios parentes boni v[...]* filium etiam ipſi à teneris ad optima qu[...] inſtitui cupiebant. Verè enim Philoſop[hus]: οὐ μικρὸν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέ[ων] [ἐθί]ζεσθαι· ἀλλὰ πάμπολυ· μᾶλλον δὲ τὸ [πᾶν]: *non parum refert, hoc aut illo modo ſta[tim à]* *pueris aſſueſieri: ſed plurimum: imò v[erò in]* *hoc ſita eſt omnis vis.* Itaque cùm pri[mi] infantiæ anni præteriiſſent: & adve[niens] pueritia inciperet: mater honeſtiſſima [mu]lier, ad literarum magiſtros filium de[duxit]. Pater enim mortuus eſt, cum annum [...] ageret *quintam*. Primum autem ſtudi[orum] rudimentum in patria fecit: illis tempo[ribus] quibus inauſpicati admodum labore[s e]rant diſcentium. Cùm enim illi, qui æ[tatem] puerilem informabant, in docendo rati[onem] fœdam, varietate vagam, obſcuritate d[...] lem ſequerentur: fiebat, ut pueritia, [...] erudita, & eleganti inſtitutione careret[...] illâ tamen conturbata docendi ratione, [...] larumque & præceptionum multit[udine] vaſta; ejusmodi ingenii acumen in [...] elucebat: ut magnam de ſe ſpem pra[eberet] omnibus.

Paulò poſt literarum ſtudia aliquo m[...] barbaris magiſtris & informatione fœda[...] dicari cæperunt. Itaque cum literarum [...] *Hailbrunenſis* præceteris celebraretu[r] que præeſſet vir bonus, bonarum artium [magi]ſter, *Conradus* nomine: ad pleniorem in[...] cultum, cura matris ac propinquorum, [...] ætatis *decimo* miſſus eſt *Hailbrunnam*, c[...] tem Imperij. Habebatur is magiſter, [...] lorum temporum conditione, doctus: & [cer]tè ejus integritatem, & in docendâ juve[ntute] aſſiduitatem & fidem, multi prædica[...] Hic in cæteris auctoribus, quos explica[bat] *Terentii*, optimi Latini linguæ auct[oris] comœdias, & *Horatii odas* in ſcholâ [...]

erpretatus. Eo in loco ita ſe geſſit Fuch-
s: ut & magiſter ingenium ejus laudaret,
alii mirarentur.

Annum verſatus in ſchola Hailbrunnenſi,
bordiam Thuringiæ metropolin ampliſſi-
m eſt miſſus: atque in ludo, qui à *D. Maria*
gine nomen habebat, quod literarum ſtu-
in eo florerent, dicendi artes & varia poë-
um genera, magna diligentia & fructu au-
it. Sub hac diſciplina cum *annum* &
menſes manſiſſet: ita ingenium ſuum &
gentiam omnibus approbavit: ut dignum
icarent, qui ad præſtantiores Magiſtros
teretur. In hoc enim primo ſtudiorum
ſu, initio ſtatim egregia quædam indoles
eo apparuit: acumen in percipiendo præ-
um: ardor in diſcendo talis: ut omni-
ſingularis & eximiæ virtutis & doctrinæ
m afferret.

In publicam itaque ejusdem civitatis ſcho-
, Academiam vocamus, ſe contulit: in qua
guo tempore tantum in literis & pietate
fecit: ut *Baccalaureus* (quo nomine ho-
um initia in Academiis appellantur) crea-
eam de ſe opinionem excitarit, aliis quo-
docendis idoneum eſſe.

Quare in patriam poſt ſeſquiannum rever-
: de conſilio amicorum & cognatorum
um aperuit. Quod munus Fuchſio ideò
andabatur: ut ſtudiis ſuis patriæ ſerviret:
verò nomen compararet. Ac certè ma-
fide, diligentia, aſſiduitate, auditorumq;
ctu, in patria officio ſuo annum cum dimi-
eſt functus.

Cæterum cùm ſtudium diſcendi ardens, &
bitio honeſta, ſubinde animum ejus exſti-
laret: & ad majores dignitatis gradus con-
dendum ſibi judicaret (ad majora n. natum
le eventus docuit) *Ingolſtadium*, ad am-
rem ingenii cultum capiendum, eſt pro-
us, anno ſalutis humanæ ſupra *milleſimum*,
ngenteſimum, *decimo nono*: quo anno
olus Auſtriacæ Princeps, & Hiſpaniarum
, Romanorum Imperator eſt Electus, an-
undeviginti natus: menſis Junii die *vi-*
mo octavo: quo die, ut volunt, Alexan-
Magnus à vita diſceſſit Babylone, anno
is *trigeſimo ſecundo*, ante Chriſtum natum,
enteſimo, *vigeſimo tertio*. Illo tempore to-
ſe artium & Philoſophiæ ſtudiis addixit:
n florerent tunc Ingolſtadii præ cæteris.
. Capnio: qui, quod vir bonus, pius, &
m principalium linguarum, *Latinæ*, *Græcæ*
Hebraicæ peritiſſimus eſſet: à monachis &
um propugnatoribus graviſſimè vexaba-
: idemque *Jacob. Ceporinus*, tribus etiam
uis vir eximie doctus. Hos præ cæteris
iebat, obſervabat, colebat; tum quod ma-
m horum nomen in viris doctis eſſet; tum
intelligeret, eos rectè de literarum ſtudiis
icare. Sæpe hi de conturbata & fœda mul-
um docendi via dicere; errores longè la-
ue diffuſos exponere & jugulare; ruinam
ini cultus demonſtrare; temporum mo-
q; vitia indicare: ſæpè optare & monere;
chola & eccleſiæ rectè conſtituerentur

& emendarentur. Horum conſilio & autori-
tate permotus: ad Latinam linguam & Phi- *Græcam*
loſophiæ ſtudia literas Græcas, Fabium & Ci- *linguam*
ceronem imitatus, adjunxit. Volunt enim *diſcit*
præſtantiſſimi authores, utriusque linguæ *Fuchſ.*
cognitionem eſſe conjungendam. In his o-
mnibus tantos brevi progreſſus fecit: ut ma-
giſtri liberalium artium titulum atque inſignia
fuerit adeptus. Factum hoc *decimoſeptimo* *Salutatur*
die Januarii, anno ſalutis humanæ ſupra *mil-* *Philoſoph.*
leſimum, *quingenteſimum*, *vigeſimo primo*: quo *Magiſter.*
Lincii *Ferdinandus* Auſtriæ Princeps, *Ludo-*
vici Ungariæ Regis ſororem, *Annam* duxit
in matrimonium & *Solimannus* Turcarum
Imperator Belgradum (olim Taururum, ho-
die Alba Græca vocatur) Ungariæ propugna-
culum cepit.

Hiſce temporibus clariſſimus Theologo-
rum *Martinus* Lutherus, excitatus concioni-
bus Pontificiorum declamatorum, cum ſcri-
bere incepiſſet: religio ad veritatem eſt re-
vocata. Fuchſius, quoniam optimum &
ſalutare ſtudiorum atque doctrinæ genus
id eſſe judicabat; quod ſuam induſtriam &
progreſſus ad religionem & pietatem aggre-
garet: Lutheri etiam libros legere voluit.
Ex his cùm cognoviſſet: *non quibuslibet ho-*
minum doctrinis habendam eſſe fidem: ſed
omnia expendi oportere: præterque eam do-
ctrinam, quæ ſit à Prophetis & Apoſtolis re-
licta, non eſſe recipiendam aliam: Pontificum
præſtigias animadvertere, & odiſſe, & maturè
amore veritatis & refloreſcentis doctrinæ
flagrare cœpit: cujus rei poſtea documenta
dedit præclara.

Factus ergo bonarum artium magiſter, me- *Medicinæ*
dendi arti perdiſcendæ operam dedit, cujus *ſtudio ſe*
Doctoribus & Profeſſoribus diligentem aſ- *dedit.*
ſiduumque auditorem atque diſcipulum ſe
præbuit: ita tamen, ut Græcarum literarum
ſtudia, à quibus medicinam originem deſum- *Et linguæ*
ſiſſe, non ignorabat, coleret ſemper & am- *Græca.*
plecteretur In hoc ſtudio tantum brevi tem-
pore conſecutus eſt: ut & hanc linguam o-
ptimè calleret: & ne interpretes ſequere-
tur, ſcriptores Græcos ipſe legeret; ut
ſuâ linguâ ipſos oquentes quaſi audiret.
Hac diligentiâ, hoc inſtituto, atque
aſſiduitate, magnam doctrinæ paucis annis
ſibi copiam comparavit: quam quotidiano
labore, exercitatione atque conſtantia ita
auxit: ut ſolenni more honores, quos Do- *Renuncia-*
ctorios vocant, anni ſeculi *decimi quinti*, *vi-* *tur doctor*
geſimo quarto, calendis Martii, ſit conſecutus. *med.* 1524.
Atque ita brevi, per omnes ſcholaſticorum
honorum gradus adſcendendo, omnibus eſt
ornatus: & ita ornatus; ut non inane nomen
haberet; ſed doctrinam præclaram, erudi-
tionem excellentem laborioſiſſimo literarum
ſtudio comparatam.

Porrò cum magni ingenii excellentisque
animi ſit, ſtudia ſua ad utilitates publicas, &
ſalutem hominum referre Fuchſius, ut & ipſe
multos juvaret, *Monacum*, Bavaricæ ditionis *Monacum*
oppidum, commigravit: ubi maximâ cum *migrat.*
dexteritate, & multorum ſalute, artem meden-

 di

di factitavit. Hoc tempore de uxore ducenda,
quæ rei familiaris curam gereret, deliberare
cæpit. Etſi n. ita inde ab adoleſcentulo vi-
xiſſet: ut liber ab omni cupiditate & libidine
ſemper eſſet viſus: nec de ejus temperantia
& continentia boni viri dubitarent: tamen
cum vitam cælibem gravibus de cauſis impro-
baret: amicorum conſilio primam uxorem,

Ducit uxorem.

Annam Fridpergeram duxit: puellam virgi-
nem honeſtisſimam, natam honeſto loco
benè educatam, cum qua in matrimonio ca-
ſtiſſimò annis multis cojunctisſimè vixit: &
utriusque ſexus liberos ſuſcepit *decem*, filios
quatuor, & *ſex* filias.

Redit Ingolſtadium 1420.

Paulò pòſt Monaco relicto, rurſus *Ingolſta-
dium* ſe contulit: & quia cupidisſimus lite-
rarum erat: & quia ejus opera ad docendam
medendi artem expetebatur. Venit Ingol-
Ibi docet medicinam.
ſtadium anno ſalutis noſtræ 1526. die 23.
menſis Maii. Hoc ſuſcepto munere; cum
biennium Ingolſtadii docuiſſet ſumma cum
fide ac diligentia: ab illuſtriſſ. principe *Ge-
orgio* Marchione, ad exercendam medicinam
Onoltzbachium evocatur 1528.
honorifico ſalario *Onoltzbachium* accerſitus
fuit: anno *milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo,
octavo.* die *decimo octavo* Maij. Uſus eſt
multum ejus opera & conſilio, motus famâ
viri, & re ipſa confirmatus, is, de quo dici-
mus, Marchio. In curando enim eam dili-
Ejus in curando industria.
gentiam & induſtriam adhibuit ſemper: ut
Deo fortunante juvaret plurimos. Non
poſſumus ſilentio hoc loco præterire, quod
memorabile videtur: ex quo ejus in curando
induſtria apparebit. Anno ſalutis humanæ
ſupra *milleſimum, quingenteſimum, vigeſimo
Novum genus morbi in Germania Ann. 1529.
nono*, quo Turci Viennam Auſtriæ obſede-
runt: novum genus morbi Germaniam in-
vaſit. Homines enim ſudore peſtifero affecti,
intra *vigeſimam quartam* horam, aut ex hac
vitâ demigrabant: aut, ſi virus exſudaſſent,
valetudinem priſtinam paulatim recupera-
bant. Ea graſſante lue, quia remedium mul-
tis erat incognitum, multa perierunt millia.
Tum medicus hic noſter, Dei æterni propitio
favore, pro ſua ſolertiâ, vitam multorum
conſervavit. Ex quo non tantum favorem
& amorem multorum; ſed laudem quoque &
admirationem à præſtantiſſimis eâ in facul-
tate viris eſt adeptus. Morbus ille vulgò
*Sudor Anglicus. Vid. Eraſmus l. 26. epiſt. 56. *An. 1496.*
dicebatur *ſudor Anglicus*. Nam *Henrici* ſep-
timi Britanniæ *Regis tempore, eadam lues
Inſulam illam invaſerat, atque inde in alias
ſeſe diffuderat regiones. Ita autem eo in
loco medicinam exercebat: ut literarum ſtu-
dia intermitteret nunquam. Cùm n. labori-
bus ſuis non ſolum principi, & præſentibus
prodeſſe vellet: verùm etiam alios juvare
cuperet: medicinam ſcriptis multis in lucem
Onoltzbachii quæ ſcripſerit.
emisſis, tunc illuſtrare cœpit. Exſtant ejus
lucubrationes utilisſimæ, *annis illis quinque,*
quibus Onolzbachii cum Marchione fuit, ab
eo ſcriptæ; quæ valdè probantur doctis. Sunt
autem hæc, dum Onoltzbachii fuit, ab eo
ſcripta:

*Compendiaria ac ſuccincta admodum in me-
dendi artem* εἰσαγωγὴ ſive introductio.

Liber ſextus *epidemiorum Hippocra*[…]
Græco in Latinum translatus, cum comm[…]
tariis luculentisſimis.

Apologia adverſus *Hieremiam Triver*[…]
Brachelium, Medicum Lovanienſem; […]
monſtratur, quod in viſcerum inflamma[…]
nibus; pleuritide præſertim, ſanguis è […]
recto laborantis lateris mitti debeat.

Paradoxorum Medicinæ libri tres, in […]
bus multa à nemine hactenus prodita, […]
bum ætatisq; noſtræ Medicorum errata […]
futantur: & obiter *Sebaſtiano Montuo* […]
dico Rivorienſi reſpondetur.

Sub idem tempus gubernatio Acade[…]
Ingolſtadienſis cl. Jureconſulto *Leonha*[…]
Eccio à Guilelmo Bavariæ Duce, comm[…]
fuit. Is, quod *Fuchſium* medicinæ periti[…]
mum jam antè cognoviſſet, effecit: ut iter[…]
ad docendam medicinam vocaretur. Fact[…]
hoc eſt anno ſupra *milleſimum, quingen*[…]
mum, trigeſimo tertio. Sed eò cùm ven[…]
quòd miſſarum nundinationes improba[…]
& Evangelii doctrinam ſanam, quam e[…]
vangelicorum ſcriptis didicerat; & in […]
Onoltzbachii confirmatus fuerat, max[…]
conſtantiâ profiteretur: cœnam integ[…]
vel, ut loquuntur, ſub utraque ſpecie, om[…]
bus communicandam judicaret: docendi […]
nere fungi non potuit. Etſi enim illis, […]
Ingolſtadii tum erant, hominis excellens e[…]
ditio cognita, isque ea inſtitutus diſcipl[…]
erat: ut bonorum animos jam antè ſibi c[…]
ciliaſſet: habuit tamen propè omnes, q[…]
humana potentia & pontificia tyrannide n[…]
rentur & magnoperè confiderent, impo[…]
nos: præter Leonhardum Eccium Jurec[…]
ſultum, qui eum defendebat: tum quia […]
doctrinam norat; tum quia injuſtisſim[…]
cauſam inimicitiarum, vel potius odii, […]
animadverteret. Nihil n. aliud ipſos ad […]
levolentiam provocarat; quàm quòd firm[…]
& immotus in doctrina Evangelii pura […]
fendenda perſiſteret; eos ſumo ſtudio & d[…]
gentia ad eandem hortaretur; ad correct[…]
nem vitæ morumque commoveret. Salub[…]
rimum conſilium hoc fuit. Sed plus ap[…]
eos ſuperſtitio & cupiditas ad odium valu[…]
quàm ad amorem & obſervantiam, tanti v[…]
eruditio & doctrina. Itaque cum turbulen[…]
conſiliis oppugnare optimum virum non c[…]
ſarent; & ſeditioſis clamoribus rem agere[…]
Fuchſius mendacio atque adulationi, liber[…]
tem & veritatem magno etiam ſuo pericu[…]
antepoſuit. Eodem ergo anno, quo redie[…]
iterum diſcesſit Auguſti menſis die no[…]
Prima namque viri boni laus eſt, vel morte[…]
pro religione, ſi necesſitas poſtulet, opp[…]
tere; proxima, excedere iis locis, in quib[…]
ſine impietate conſiſtere non licet, & eme[…]
datio vitioſæ diſciplinæ atque doctrinæ pr[…]
fractè recuſatur.

Ingolſtadio cùm diſceſſiſſet, Onoltzb[…]
chium iterum à Marchione vocatus, ſe co[…]
tulit. Unde quod oppido peſtilentiæ malu[…]
eſſet infeſtum, mox *Culmbachium* cum *Frid*[…]
rico Marchione ſeniore, patre Georgij, rel[…]

qu[…]

aque Marchionum familia, cum ſuis ſe nſerre coactus fuit. Ibi ultra annum com- ratus, rediit Onoltzbachium, anno ſupra *lleſimum, quingenteſimum, trigeſimo quar-* quo rex Perſarum, quem Sophum vocant, plici clade Turcos in oriente affecit.

Sub hoc ipſum ferè tempus illuſtriſſimus nceps *Ulricus* dux Wirtembergicus, re- perata ditione ſua, Pontificiam ſuperſtitio- n repudiare & abolere, & eccleſias juxta bi divini præſcriptum conſtituere cæpit. quoniam cognoverat, veram religionem is ſubinde artibus & machinis adverſario- n oppugnari: qua ſapientia fuit, facilè it: niſi ditioni ſuæ præcaveret; paulatim uturos non Theologos modò, ſed Jure- ſultos, Medicos, cæterarumque diſcipli- um Profeſſores; quæ hominum genera nper neceſſaria ſunt Rebuſpub. Itaque liquod eſſet remedium contra mala, quæ pendere videbantur: accerſitis viris do- ſſimis, & conductis honeſtis ſtipendiis ademiam Tubingenſem, ornavit. Ibi tum n Fuchſii virtus & doctrina excellens pu- câ famâ commendaretur: optimus prin- s ejus quoque operam liberali ſalario con- it; & ſuæ Academiæ adiunxit: ſemper n benigniſſimè complexus; ut & patris igiis filius princeps *Chriſtophorus* inſi- s: qui propter doctrinam, multarum re- experientiam, judicandi prudentiam, m dilexit magniq; fecit: neq; ſolùm in nis medicis habuit; ſed ejus etiam ſala- n adauxit.

Cùm *Tubingam* veniſſet Fuchſius, Auguſti *decimo tertio*: anno ſalutis noſtræ *milleſi- quingenteſimo, trigeſimo quinto*: & mu- ſuum in ſcholâ ſuſcepiſſet: celeriter ecutus eſt multorum admirationem: cæ- ue Academia illa frequentari ita, ut cùm imè.

o igitur loco dum & medicinam docendo aciendo, atque magiſtratum Academicum denter ſubeundo, ingenium & naturam in *annum ſexageſimum quintum* usq; oſe ac vehementer exercet; tandem tudo ejus infirmior, & natura imbecil- eſſe cœpit. Quapropter ubi in morbum iſſimum & periculoſiſſimum incidit: è is naturæ vim vigiliis curis & laboribus actæ vitæ exhauſtam, ſuperavit. Ac licet i initio benè ſperarent: ipſe tamen cer- argumentis morbum eum finem vitæ cæ, ſibi allaturum præſagiebat. Nec ta- propterea mortis ei metus injectus eſt : quin potiùs pro innatâ religioſâ for- line, æquiſſimo ſe animo ex hac vitâ ſſurum, intrepidè affirmabat. Toto au- morbi tempore, vigiliarum ſomnique nec nec nocte diſcriminata tempora habere it: fuitque ei inſomnia permoleſta. quotiescunque ſomnus eum amplecti t: leviſſimè excitabatur: & quoties ex- atur; ſe & ſpiritum ſuum Deo condi- cum ſeriâ numinis invocatione, com- dabat. Sermones ſupremi reſponderunt

ſuperiori vitæ; pleni nempe fidei, pietatis & conſtantiæ. Memorabile hoc in ipſo fuit: quòd quoties de *DEO*, de *vitâ æternâ*, de *religione*, cum amicis, officii cauſa inviſentibus, etiam in graviſſimo morbo contulit: ſenſa animi ita perſpicuè, purè pièque explicuit, nullo ut morbo teneri videretur. Invaleſcente igitur in dies invaletudine; tandem anno ſalutis *ſexageſimo ſexto*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, *decimo* Maij, intra *ſeptimam & octavam* antemeridianam, miſerias hujus vitæ cùm beatitate ſempiterna commutavit in amplexu uxoris & *filiorum, cum invocatione ejus, cui vitam omnem vixerat.

Patientia ejus in morbo, ac conſtantia.

Obitus.

*Quorum unus Frid. Phil. & Med. D. Reip. Ulmenſis med.

Corpus poſtridie ad *eandem eſt datum ſepulturam; ad quam ipſe priorem conjugem dederat. Metellus dixiſſe fertur: *improbè facere, proprium eſſe ſceleratorum hominum: rectè agere ſi abſit periculum, aut utilitas etiam invitet, commune bonis cum malis: laudabiliter autem facere, quando cum facto honeſto periculum, aut incommodum conjungitur, peculiare eſſe bonis & fortibus viris.*

*In cæmiterio ſuburbano.

Metelli dictum.

Hæc eadem laus verè Fuchſio tribui poteſt: qui non ſolùm in pace & reip. tranquillitate; ſed etiam in ſæviſſimis tempeſtatibus, pietatis veræ fuit ſtudioſiſſimus, eamque palàm animoſè eſt profeſſus, & acerrimè propugnavit. Nam cùm liber ille, mercenariâ quorundam operâ conſutus, vulgò *Interim* dictus, quòd præſcriberet, quid interim dum concilij decreta publicarentur, ſervandum eſſet illis, qui doctrinam & ritus falſos emendaſſent, urgeretur paſſim minimè clementer; multiq; præſertim eccleſiarum miniſtri, miſerè ac variè affligerentur; ipſe, ut antea *Ingolſtadii*, nullius periculi metu adduci potuit; ut de veritatis cæleſtis ac ſacræ doctrinæ ſtudio vel tantillum remitteret.

Pietas Fuchſii.

Interim liber.

Gravitas in eo fuit tanta: ut nihil in in verbis aut dictis ejus leve nihil ineptum, deprehenderetur. *Temperantiâ* idem conſtanti corporis robur & valetudinem integram, ultra *annum ſexageſimum* ſibi conſervavit: eademq; duce corporis eximiam formam exornavit. Fuit enim, quod philoſophi in bonis numerant, egregia & liberali corporis ſpecie, ad dignitatem ſtaturâ compoſitâ, cum apta atque venuſta membrorum conformatione. Vox viro & philoſopho digna, gravis, clara, plena. Motus corporis & inceſſus, neque languens, neque concitatus, neque inſolens: ſed planè talis, in quo ineptiarum nihil ineſſet.

Gravitas Fuchſii.

Temperantia.

Proſopographia Fuchſii.

In docendi munere fuit ejus ſedulitas, fides & diligentia ſingularis. Duabus autem maximè rebus, in docendo neceſſariis, veram conſequebatur laudem, *methodo, & ſermonis perſpicuitate.* Itaque non tam ordine & modo, quem ſervabat, optimo: quàm orationis elegantiâ animos auditorum aureſq; ita conciliabat: ut cùm faſtidio ipſum audiret nemo, *Anatomen* eâdè in ſcholâ docuit & exercuit dexteritate ſumâ. Partes enim corporis humani, partiumque ſingularum actiones & figuras oſtendebat

Sedulitas & dexterit. in docendo.

Anatom à Fuchſio docta.

debat: omnium oſſium & cartilaginum naturam, muſculos, venas, arterias, nervos, & reliqua indicabat: oculiſque ſubjiciendo, quaſi contrario ordine, quàm quo factum eſt corpus reſolvebat. Magni ergo faciebat elegantem medicum & anatomes illuſtratorem *Andream Veſalium*; quòd ante illa tempora nemo exquiſitiùs aut majore induſtria partes humani corporis, & ſingularum actiones, ſitus, figuras, annotaſſet, atque ob oculos propoſuiſſet. Veſalius contra non modò Fuchſium diligebat; ſed etiamy utannis ſuperiorem, colebat & obſervabat: id quod vel ex hac narratiuncula patet.

Andreas Veſalius.

Quando in præſidiis Ducatus *Wirtembergici* Hiſpani erant: inviſebant docti eorum lectiones Fuchſii publicas: & curatione ejuſdem utebantur fideli. Accidit ergò ut quodam die carperet Fuchſius neſcio quid in anatomicis Veſalii, auſcultante peregrino quopiam. Lectione finita, is ad Fuchſium accedens: *cur me*, inquit comiter, *reprehendebas? quâ in re te læſi unquam:* Tum Fuchſius: *esne tu Veſalius? Vides ipſum Veſalium* inquit alter. Hîc inter eos gratulatio, amica collocutio, & ad convivium invitatio. Sed ad inſtitutum redimus. Cùm tanta fide & induſtria docendi munere ſuo loco fungeretur Fuchſius; ſæpe ei occaſiones oblatæ ſunt; quibus ad quæſtum & opes via patefiebat: ipſe tamen nunquam ab officio avocari ſe paſſus fuit. In ætate etiam ad ſenium vergente, cùm Senatus permiſſu ſuperſedere docendi labore poſſet: munus ſuum nunquam deſeruit: quin cùm ultimis aliquot menſibus, per valetudinis infirmitatem, à publico abſtineret, domi ſuæ, qui audire volebant, in arte ſua inſtituebat & excolebat. Alias in bibliotheca, & inter amicos ſuos, libros dico, ſemper verſabatur: ac vetus illud tenendum putabat: ut *temporis quàm maximam haberet rationem.*

Fuchſii cum Veſalio colloq.

Negligit opes Fuchſ.

Neque ſolùm in bibliotheca & inter libros tantus erat: ſed & in publicis negociis induſtria admirabili & gravitate ſpectata. Hac de cauſa gubernatio Tubingenſis Academiæ ſemeſtris, ei commiſſa fuit ſæpius. Quod munus quoties ſuſcepit, ita geſſit: ut gravisſimi ac ſapientisſimi Magiſtratus auctoritatem tueretur. Cives Academicos, ut filios, paterno ſolebat amore complecti, injuria affectos, ſublevare: bonos laudare: negligentes excitare: officium facientibus præſidio & auxilio eſſe, contumaces, cujuscunque tandem ordinis, territare minis, coërcere pœnis: adeoque omnes æquiſſimâ juris moderatione in officio continere. Hanc ob prudentiam & gravitatem, ejus collegii, quod ab illuſtriſſimo Principe *Ulrico* inſtitutum, à filio liberaliter locupletatum eſt; ut in eo egegiæ indolis adoleſcentes educentur, qui eccleſiis aliquando præſint, ejus, inquam rationes Fuchſio præ aliis ſunt commiſſæ. Ob eandem virtutem atque induſtriam, ſcholæ Senatus & illius *Contubernii*, quod ab auctore *Martinianum* dicitur, adminiſtrationem eidem

Magiſtratum ſcholaſt. gerit.

Collegio alumnorum principis. præficitur.

idem Martinianum regit.

commiſit: cui ita præfuit; ut in ordine[m] redegerit omnes.

Virtutis itaque & doctrinæ fama non ſo[lùm] lùm in Germania noſtra ſummis viris ac prin[ci]cipibus innotuit; ſed etiam exteris & longin[quis]quis. Nam à Tuſcorum Duce *Coſmo Medic[es]* annuo *ſexcentorũ coronatorum* ſtipendio in[vi]vitatus fuit: ut in Piſana ſchola medicinam publicè doceret. *Carolus* etiam V. Auguſt[us] tantam hujus viri doctrinam teſtimonio ſu[o] dignam judicavit: & inſignia atque nobil[i]tatis ornamenta, non petenti ſed recuſan[ti] etiam, contulit. Fuit præterea charus & gra[]tus doctiſſimis quibusque ſuæ ætatis viris & erit etiam impoſterum, dum literæ erun[t].

Inter infinitas & quotidianas vigilias, lucu[]brationes, valetudine uſus eſt ita commoda ut ante gravisſimum morbum, quo extin[]ctum diximus, nullum ferè corporis dolo[]rem unquam ſenſerit. Et hanc ad rem plur[i]mum contulit uxoris *Fridpergeræ* diligenti[a] ac ſolicitudo; quæ mores ſuos ad mariti in[]genium egregiè norat accommodare. Erept[a] autem optima fœmina eſt ipſi jam ſeni, ann[o] Chriſti *ſexageſimo tertio*, ſupra *milleſimum quingenteſimum*, menſ. Febr.

Poſtea, ita ferentibus rei ſuæ familiaris ra[]tionibus, accedentibus & amicorum ſuaſi[o]nibus, ſequenti anno alteram duxit uxorem honeſtam matronam, viduam Paſtoris in S[a]linis Suevicis.

Cùm autem omne bonum ſit κοινωνικὸν, bo[]nique viri, prodeſſe quibus poſſit: nihil præ[]clarius exiſtimavit Fuchſius, quàm omne ſtu[]dium atque ingenium ſuum ad illam arte[m] conferre: quæ omnibus ſalutaris, & u[]mortalium maximè neceſſaria. Quare [] antea *Onoltzbachii*, ita & *Tubingæ*, edidit [in] lucem ſcripta plurima: quæ eum de vitâ ho[]minum præclarè meritum declarant. Sunt a[u]tem, Tubingæ dum egit, ab eo foras data hæ[c]

Hippocratis epidemiorum liber ſextus, reco[]gnitus & auctus plurimis in locis.

Apologiæ tres: quarum *prima* adverſ[us] *Guilielmum Puteanum* docet, aloen aperi[re] ora venarum: *altera* adverſus *Sebaſtianu[m] Montuum*, nonnulla paradoxorum capita, d[e]fendit: *tertia* in internis inflammationibu[s] pleuritide præſertim è directo partis affect[æ] ſanguinem mittendum eſſe oſtendit.

Explicationum *difficilium aliquot quæſti[o]num* & hodie controverſarum: *libri quatu[or]* aucti & locupletati.

Medicinæ methodus ſeu ratio compendi[a]ria perveniendi ad veram ſolidamq; medic[i]nam, mirificè ad Galeni libros rectè intel[li]gendos, utilis: Item de uſitata hujus temp[o]ris *componendorum miſcendorumq́ medic[a]mentorum ratione* libri tres: iis qui prax[in] medicam exercent, maximè neceſſarij.

Annotationes in libros Galeni de tuen[da] valetudine.

De *ſanandis totius humani corporis ej[us]demq́ partium tam internis quàm exter[]nalis*, libri quinq; accuratâ diligentiâ co[n]ſcripti.

De hiſtoria ſtirpium commentarii inſignes, djectis earundem vivis plus quàm *quingen-ſis imaginibus*, nunquàm anteà ad naturæ imi-tionem artificioſius effictis: acceſſit ſuc-ncta vocum difficilium & obſcurarum paſ-m in hoc opere occurrentium, explicatio, que Latina juxta & populari lingua.

Apologia ad verſus *Gualtherum Ryffium.*

Hippocratis aphoriſmorum ſectiones ſeptem Græco in Latinum converſæ, & luculentiſ-nis iiſdemque breviſſimis commentariis plicatæ, adjectis annotationibus, in quibus otquot ſunt in Galeni commentariis diffi-es loci, enodantur.

Apologia adverſus Cornarium.

De *curandi ratione* libri octo, cauſarum norumque catalogum breviter continen-.

Nicolai Myrepſi Alexandrini medicamen-um opus in ſectiones *quadraginta octo* di-tum, è Græco in Latinum converſum, lu-entiſſimisque annotationibus illuſtratum.

Galeni aliquot opera Latinitate donata, & mmentariis expoſita & illuſtrata: utpote *inæquali temperie* lib. 1. de *differentiis & ſis morborum & ſymptomatum* libri ſex: de *ctiis* libri tres: de *curatione per ſanguinis ſionem* liber unus: de *temperamentis* libri : de *laborantium locorum notitia* libri ſex: *ilæ ſex in Galeni libros* de morborum cau-& ſymptomatibus.

Tabula in librum de curandi ratione per uinis miſſionem.

bulæ aliquot *univerſæ medicinæ ſummam iviſionem compendio complectentes.*

De *compoſitione medicamentorum* libri uor, aucti & diligenter recogniti, ad-*diſpenſatorio*, ut vocant, qui liber antea lerabatur.

bri quatuor *de fabrica humani corporis.*

ſtitutionum medicinæ, ad *Hippocratis, ni*, aliorumque veterum ſcripta rectè in-enda, mirè utiles libri quinque: qui & ſummâ curâ ac diligentiâ recogniti m prodierunt.

bellus, *num morbifica aliqua, de Galeni ntia, ſit cauſa continens.*

oſt obitum in bibliotheca ejus reperti libri hi: *Commentarii* illi, hactenus à is avidè exſpectati, *de ſtirpium hiſtoria*, mos tres, incredibili curâ digeſti, ætate ma, à ſene propria manu ſcripti & con-ſtirpium iconas continentes amplius quingentas: Item *paradoxorum* libri correcti & aucti: commentarii in ali-libros Galeni de ſimpl. medic. facultati-Libellus, quòd *jecar ſit ſanguificandi rium inſtrumentum: Commentarii in Galeni* de medendi ratione XIV. *Com-rii in ſextum Epidemiorum:* Libri et-e medendi ratione aucti & emendati: *tationes in libros Galeni* compoſ. medi-torum localium, & id genus alia: quæ liothecis petantur.

xſtat in Fuchſium & libros ejus *Joannis rbachii* epigramma ejuſmodi:

Quale Dioſcorides, medica præclaras, in arte,
Herbarum nomen cognitione tulit:
Tale ſua meruit, majus quoq́, Fuchſius arte:
Herbarum, nullo, cognitione minor.
Herbarum propriis naturam viribus ille
Ut tantùm nudè prodidit; abſque typis:
Sic tribus, hic omnes veriſque coloribus, herbas
Exprimit, ingenio dexteriore, tomis.
Arte Dioſcorides quod Graiis: Fuchſius iſtud
Non modò Germanis, omni at in orbe loco.
Ne ſit opus terras vitæ penetrare periclo;
Ne juga, vel valles, vel nemoroſa loca:
Abſque labore tomis herbas cognoſce: fovere
Auguſtas medicæ qui cupis artis opes.
Dux bonus herbarum ſpecies viresq́, miniſtrat.
Haud errat, docto qui duce tentat iter.

Eſt & *Joannis Bartholomæi* Suidnic. tale in ipſum diſtichon:

Tu licet ingenioſis clarus & arte medendi:
Par tamen eſt meritis gloria nulla tuis.

Tantum de Fuchſio ex *Georgii Libleri oratione parentali: Cruſii annalibus Suevicis: elogiis doctorum virorum: & bibliothecis.*

OSWALDUS BERUS. ☉ 1568.

OSwaldum hunc *Berum* natum colligimus ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, octogeſimum ſecundum.* Literis à puero imbutus, publicisque in Gymnaſiis verſatus; tantum ſibi eruditionis politæ, ac inprimis medicæ artis ſupellectilem comparavit: ut *Argentorati* primùm *Carmelitana ſcholæ* gubernacula ipſi commendata ſint, ſub annum Chriſti *undetriceſimum*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum.* Ibi dum Spartam, ut dicitur ſuam ornare conatur: contraxit in volumen, quicquid præcipuum offendit in auctoribus de juventute inſtituenda. Eſt enim fidi præceptoris ſedulò id meditari, non ſolùm quàm ſtudioſos & eruditos; ſed quàm pios etiam & morigeros Reipub. adoleſcentes civesque fingat.

Ludo Carmelitano præficitur Argentorati.

Fidi magiſtri officium.

Argentorato Baſilèam venit, ac medicina facienda nomen præclatum ſibi acquiſivit. *Venit Baſileam.*

Ibidem rebus humanis eximitur ann *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo octavo*, ætatis ſuæ *octogeſimo quinto*; Memoriæ ejus locatum eſt monumentum tale.

Ubi ſenex moritur. Ejus monumentum.

HEUS VIATOR,
TRISTIS SPIRITUS ET MENTEM
CONSUMIT ET OSSA.
OSVVALDUS EGO BERUS FUI,
NON COUS ILLE
SENEX;
SED URBIS HUJUS
HIPPOCRATES.
VIXI LÆTUS, LÆTUS
OBIVI,
ET DOMINO VIGILANS
DOMINO TANDEM
OBDORMIVI.

QUID ULTRA?
MORTALITATIS EXUVIO
POST VXC. ÆT. AN.
HEIC
DEPOSITO
CUM CHRISTO LÆTUS
RESURGAM
A. C. S. cIↄ. Iↄ. LXVII.

Scripta. Scripſit *commentaria in Apocalypſin* Joannis: librum *de veteri & novitio DEO*, *de veteri & novâ fide*, vernaculâ linguâ: *Catecheſin puerorum, in fide, in literis, & in moribus, ex Cicerone, Quintiliano, Plutarcho, Angelo Politiano, Rod. Agricula, Eraſmo, Melanchthone*, atque aliis; tomis digeſtam quatuor: & alia.

Tantum de hoc Bero *ex monumentis Baſilienſ. & Geſnero.*

GREGORIUS PICTORIUS.

Floruit circa annum 1569.

Villinga unde appellata. VILLINGA ſive à villa, è qua oppidi faciem accepit ſub *Bertholdo IV.* Duce Zeringenſi, ſive à quodam *Willingo*, qui primus ibi monetam percuſſit, cujusque piſtillum in hodiernum usque diem ibi adſervari dicitur, nomen nacta, ſitaque eſt in valle Danubii ad ſylvam Hercyniam. *Patria Pictor.* Hoc in oppido cum ſeculo à Chriſti nativitate *decimo quinto* vitam auſpicatus eſt *Georgius Pictorius*: *Friburgi agit Pictor.* qui primò literarum fundamentis feliciter jactis, *Fridburgum Brisgoiæ* ſe contulit. Ubi cùm Philoſophiæ & artibus liberalibus magna diligentia operam impendiſſet: ne ſapientiam incluſam pectore ſolùm teneret; ſed aliis etiam enunciaret, ludo apud Fridbergenſes literario operam ſuam addixit: ut bonis artibus pueritiam inficeret. *Ludo præeſt.* Eo in officio cùm aſſiduo labore & fide erga cœtum ſibi creditum omnibus ſatis feciſſet: non parvam à civibus laudem & gratiam, quod tamen nunc rarum, pro labore retulit.

Doct. Medic. renunciatur. Verùm cùm in pulvere illo & pedore ætatem exigere animus ei non eſſet: quicquid *Medicina cur diſcatur.* ſubſecivi fuffurari potuit temporis: id omne medicis evolvendis impertivit. Pertinaci itaque ſtudio & labore improbo, qui omnia vincit, tantum in medicina profecit: ut inſignibus Doctoralibus Fridburgenſi in Academia fuerit decoratus, inque medicorum ordinem ſolenniter adſcriptus. *Enſisheimi medicinam facit.*

Scripta Pictor. Medicina autem, quemadmodum aliæ artes, non ideo diſcitur, ut eam duntaxat ſciamus: ſed ut exerceamus & ad uſum transferamus. Id cum Pictorius probè intelligeret, anno quadrageſimo ſupra milleſ. quingenteſimo à regia curia *Enſisheimii* ſuperioris Alſatiæ ad medicinam factitandam invitatus, vocationem, ubi debuit, ſecutus, non ſolùm ſcientia, ſed etiam fidelitate & benevolentia ſummis imisque perhibetur ſatisfeciſſe.

Cumque variæ eſſet lectionis & poſteritatem quoque cogitaret: rem medicam ſcriptis editis non parum juvit. Scripſit enim de *herbarum naturis*, de *variis morborum remediis*, de *thermarum virtutibus* de *rebus*, vocant, *non naturalibus*. Illuſtravit *Æmilium Marcum* vulgarem: item *Martebæum* de gemmis & lapidibus, quibus accedit ca[…] men de lapide molari: *Marſilium Ficinum* de ſtudioſorum valetudine tuenda: *Pli[…]* librum ſeptimum: *Antonii Gazii* ratione[…] evacuandi. Edidit & *Pantopolion* contra [o]piniones philoſophorum, quis verus De[us,] unde gentiles dii. Tandem foras dedit *ope[…] nova*: in quibus *mirifica, jocos, ſaleſque, p[…]tica, hiſtorica & medica*, libris quinque co[m]plexus eſt. Plura inveniuntur in bibliothe[…]

Hæc de Pictorio *Pantal. l. 3. Proſopo[…] Geſner. & Schenk. in bibliothecis.*

JOANNES WIERUS.

GERMANIA eſt univerſa in ſuperio[rem] & inferiorem diſtributa: quæ *Belgi[…] & Gallia Belgica* appellatur. In hac nat[…] accepimus *Joan. Wierum* Latino cognomi[ne] *Piſcinarium*, quo apud exteros notior f[…] domo honeſtiſſima, patre *Theodoro*, m[…] *Agnete*, ſub annum Chriſti *milleſimum, q[uin]genteſimum, decimum quintum*, in opp[…] circa Moſam ad Brabantiæ limites ſito, *Gra[…]* nuncupato. A puero ad literas adhibitus [ta]tim indolis egregiæ documenta dedit pra[…]ra. Pervenit deinde in *Henrici Cornelii [A]grippa* notitiam: cujus aliquandiu ſe u[…] eſſe inſtitutione fatetur: cùm & *Præcepto[rem] & herum ſuum venerandum* * vocet. A[…] hunc ſcribit legiſſe ſe partem librorum *[Steno]graphiæ Trithemii* ſcriptum, cum figuri[s …] ſpirituum nominibus, eamque inſcio illo […] ſcripſiſſe. Quid verò de ejusmodi ſen[…] *ibidem indicat: *præſtigias*, inquit: *oſten[…] non miracula: quæ non DEI adſiſtentiâ, [ſed] permiſſione ob hominum incredulitatem [… …] dæmonum pactione ſortiuntur effectum.*

Quemadmodum autem omnes, quoto[…] literis excelluerunt, multa tulerunt & f[…]runt: ita & ipſe literis abditus primis ea[…] jactis fundamentis, publica ad Lycea[…] contulit, illud poëtæ cogitans:

— tentanda via eſt, qua me quoque poſ[ſim]
Tollere humo, victorque virûm volita[re per]
ora.

E Germania itaque egreſſus *Lutetiam* […]ſiorum venit, ac medicis potiſſimùm op[…] dedit. Lutetia *Aureliam* acceſſit, ubi *Na[…] Ramardi*, medici regii filios duos, *Nat[…] annem* cum *Joanne Verreto* nepote, inſtit[…]dos ſuſcepit: eosque paulò poſt Pariſio[s] duxit. Eo autem * tempore Aureliam v[…] quo tragœdia accidit, cum Prætoris Au[…]enſis uxore defuncta & monachis mendi[…]tibus: quam *Sleidanus* deſcribit. Ge[…] igitur humani: ubi à DEO diſceſſeris […]tem conſervatricem, medicinam dico an[…]xus ꝛ, & ab iis quæ ſunt πρὸ ὁδοῦ eg[…]

ructus, magnis itineribus eo in ſtudio
greſſus eſt: celeriterq; ad metam, inſigni-
ibus doctoralibus non precariò obtentis
venit.

Peregrinatione deinde ſuſceptâ, in *Afri-*
traiecit, ubi quæ viderit circulatorum
Theraphim genera, ipſe recenſet in **com-*
ntariis de præſtigiis dæmonum. Pervenit
n *Cretam* inſulam: ubi hoc ſe, quod ferè
m ſuperet, vidiſſe narrat. Ruſticus in-
dam tumultu ſagittâ circâ dorſum im-
ſâ, vulneratus fuit: evulsâ ſagittâ ferrum
horace relictum. Chirurgus vulnus ſanat,
ra quæſitâ cuſpide. Poſt biennium juxta
m ea excidit ſemiexeſa. Hæc ipſe.

Domum ad ſuos reverſum, ut virtus latere
it illuſtriſſimus princeps *Gulielmus* Cli-
dux, ad ſe eum *invitavit: ut à curâ cor-
s ac valetudinis ſibi eſſet. Id officium
viginti vel *triginta* quaſi annis fideliter
ſet: non ſuo ſolum principi acceptus
isque; ſed & compluribus aliis comiti-
c magnatibus à medicinis verèque κοινὸν
ὸν fuit.

cidit ipſo tunc in aulâ Clivenſi agente,
l ſilentio involvendum minimè videtur.
e in comitatu Marchiæ, fuit puella quæ-
duodecim annorum *Barbara*, à lethali
bitu nihil cibi aut potus adſumſiſſe cre-
Eam cum VVierus vidiſſet toto corpo-
nè habitam & agilem; ſed ventre collap
eram impoſturam eſſe, ingenuè teſtatus
andem impetrat ut examini ſuo in ædi-
uas Cliviæ habebat, principis decreto
itteretur. Hic puellæ clam obſerva-
tim detecta fuit verſutia & dolus: dum
potuit, clanculum eſculenta ſurri-
Tametſi verò pœnam & parentes vir-
læ & ipſa puella cum ſorore, antea cibo-
ubminiſtratrice, meriti eſſent: tamen
o deprecante princeps illis ignovit, ſe-
Unnenſi ſeriò reprehenſo; qui ſibi tam
è à puellâ paſſus eſſet imponi. Hæc fuit
diæ illius cataſtrophe, paulò lætior illâ,
Eſlingenſem virginem manſit.

ndem fatis conceſſit vir benè de Repub.
ia, quin & de ſagarum genere meritus.
pud ducem illum dum verſatur, non
ſpiriis aliquoties vidit multos Chriſtia-
gi, præſertim vetulas, ob veneficij ſuſpi-
n in carceres compingi: quæſtionibus
, flammis exuri. Id ei anſam præbuit;
latum multis ſcripſerit *opus de veneficis*
is: in quo quantum in Theologiâ, in
udentiâ, Medicinâ, Philoſophiâ pro-
; re ipsâ declarat; argumenta ex illa-
ſciplinarum fontibus deſumta adferen-
ſi autem eo ſcripto operam non luſit,
magiſtratibus non pauci eo nomine
ipſi egerint: quippe qui prudentiores
esque eo ſcripto facti eſſent: non de-
t tamen; qui in eo & reprehenderent
uca; & in certamen provocarent. In-
fuit *Paulus Scalichius, Ioannes Cam-*
Leo Suavius: nec *Ioanni Brentio* us-
que ſatisfeciſſe videtur.

Floruit amicitiâ virorum eâ tempeſtate ma- *Amici.*
gnorum. In Galliâ familiariter uſus eſt mul-
tis non obſcuri nominis viris, potiſſimum
medicis, *Gerardo Fabro Cadurcano*, *Vitali*
Beſumbao, *Ioachimo* quodam ex Provinciâ
oriundo, *Michaëli Villanovo*, & aliis. In pa-
triâ verò *Ioanne Echtio*, *Bernhardo Cronen-*
bergio, *Huberto Fabro* medicis Colonienſibus,
aliiſque permultis in Germaniâ & extra eam
doctrinæ laude claris viris.

Corpore fuit ſatis compacto viribusq; in- *Valetudo.*
tegris adeò, ut de ſe commemoret *: dies ali- **lib. de com*
quando quatuor illæsè absq; omni cibo & *mentit. ie-*
potu ſanum vixiſſe: imò longiùs ferre jejuni- *iuniis.*
um potuiſſe: niſi quid gravius ſibi ex conti-
nuis vigiliis fuiſſet veritus.

Fratres habuit duos *Arnoldum & Matthi-*
am: cum quibus domi paternæ hoc ſe obſer-
vaſſe *ſcribit admodum puerum, non ſine in- **lib. de præ-*
genti terrore. In tabulato (ſub quo forte *ſtig. c. 14.*
dormiebant) aſſervabatur magna lupuli copia,
unde quæſtum pater faciebat. Quoties igitur *Lares futu-*
venturi eſſent emtores: lares narrat fuiſſe au- *rorum præ-*
ditos: atque ſaccorum per ſcalas devoluto- *ſcii.*
rum ſtrepitum imitatos, omine ſemper fauſto
& veraci. Audit enim diabolus mercatores,
aliquò mercium cauſa profecturos, de illis
anteà inter ſe colloquentes: videt iter ingre-
dientes. Itaque apud eos, ad quos illi ten-
dunt, ſua antè agitat ludibria; ut pronunciaſſe
futura videatur.

Præter illos de *præſtigiis Dæmonum*, *in-* *Scripta*
cantationibus ac veneficiis libros ſex, ſæpe re- *VVieri.*
cuſos & recognitos; ſcripſit & *medicas obſer-*
vationes raras: de *quartanâ*: de *peſtilentiali*
anginâ, pleuritide, peripneumoniâ; de *hydro-*
pis curatione; *nec non meatuum naturalium*
clauſorum.

Sunt etiam *epiſtolæ* ejus *medicinales* aliquot
librorum:

De ſcorbuto ſive ſcorbuticâ paſſione:
De irâ morbo, philoſophicè, medicè, theolo-
gicè curando.
De quibusdam incognitis, & à nemine ha-
ctenus deſcriptis morbis.

Atque hæc de VVìero *ex ipſius ſcriptis*,
Geſneri bibliotheca; *aliis.*

IOANNES HUBERUS.

ob. 1571. ætat. 65.

BASILEÆ *Ioannes Huberus* primum hu-
jus cœli ſpiritum hauſit ſub annum Chriſti
ſeptimum, ſupra milleſimum quingenteſimum.
Patrem habuit *Martinum*, qui bello Helve-
tico Baſileam commigravit; jusque civitatis
à magiſtratu Reipub. illius impetravit. Puer *I. Sapidus*
in ludo patrio prima elementa didicit: poſt *præceptor*
Seleſtadium à ſuis miſſus, ac *Ioanni Sapido*, vi- *Hubers.*
ro literatisſimo, in diſciplinam eſt traditus.
Ab hoc Baſileam reverſus, *Henricum Glare-* *Henr. Gla-*
anum audivit; atque artibus & linguis ope- *reanus*
ram præclaram navavit. *item.*

Lutetiam abit Hubertus. 1523.

Anno deinde *vigeſimo quinto*, augendæ eruditionis cauſa, Lutetiam, caput Regni Galliæ profectus tantâ cum adſiduitate & induſtria in literis verſatus eſt: ut teſtimonium philoſophicorum profectuum publicè à ſcholâ illâ celeberrimâ retulerit.

Ibi Magiſter renunciatur. Toloſæ rector deſignatur.

Cum laude *Lutetia* digreſſus ad alias Galliæ Academias ſeſe contulit: ibique ſtudia ſua ſolita diligentia urſit: inprimis *in Monteypeſſulano* & *Toloſa*: ubi etiam ob doctrinam eruditam & linguæ Græcæ peritiam Academiæ Rector eſt deſignatus.

Redit in patriam.

Exactis in Gallia *undecim* annis, in patriam inſignibus Doctoralibus ornatus rediit: medicinam factitare cœpit; idque tanto cum ſucceſſu: ut non civibus ſuis ſolùm, ſed & nobilibus, & comitibus, & principibus eſſet gratus charusque. Erat enim in eo mira morum ſuavitas; candor rarus; & facilitas cum gravitate mixta. Itaque cum lætis lætè; cum jocantibus jocosè; cum ſeriis ſeriò vixit: adeoque fuit verè homo omnium, ut dicitur, horarum.

Mores.

Succedit Gemuſæo. ** Alii 45. ut Pantal.*

Hieronymo deinde *Gemuſæo* rebus humanis exemto, in ejus locum anno *quadrageſimo * quarto* ipſe fuit ſurrogatus Profeſſor Phyſicus Ordinarius. Quo in loco dum Spartam ſuam pro virili ſua ornat, non ſolùm pro cathedra diſciplinam phyſiam perſpicuè aliis tradendo; ſed etiam magiſtratu tum ſuæ facultatis, tum totius Academiæ graviter defungendo: paulò poſt & in collegium medicorum eſt cooptatus; *Galeniq;* & *Hippocratis*; & ſi qui præterea ſunt melioris notæ Medici veteres, ſcripta enarrare juſſus. Ubi iterum nihil laboris induſtriæve in ſe eſt deſiderari paſſus: quæ inprimis auditorio probavit tum, cum ad *Razis* librum nonum practicum pervenit. Ibi enim & veram medendi rationem ſingulari fide propoſuit: & ordine omnibus morbis ſua experimenta adjecit: & methodicè diſpoſuit.

Fit Profeſſor Medicus.

Egreſſus autem clymactericum magnum, ſenibus, ut vult A. Gellius, plerumque periculoſum, dum nobilis viri licet ingrati, valetudinem majoris quàm propriam facit; & ex critico ſudore exurgens gelidiſſimo aëri ſeſe exponit, chordapſo repentè correptus, *ſeptimâ* die, in piis precibus, etiam alienatâ mente conſtanter recitatis, exſpiravit; anno ſalutis *ſeptuageſimo primo*, ſuæ ætatis *ſexageſimo quinto*. Ad *D. Martini* eſt ſepultus cum tali elogio:

Chordapſo moritur. *Epitaphium ejus.*

Heic urbis Æſculapius,
Scholaque gloria Rauracæ,
Medicique Idea conditur.
Nec dii pereunt, neque Ideæ:
Nec tu putato mortuum.
Quem virtus, eruditio,
Perenne fama celebrat:
Quem Chriſtus æternum beat.
Abi, & bonis cum vivere
Diſcito, cum piis mori.

Henric. Pantal. lib. 3. proſopographia
Theodorus Zvingerus in theatro, alii.

JOANNES GOROPIUS.

HILVARIBECÆ, nobili Campani Brabantinæ municipio, natus *Goropi* anno *milleſimo, quingenteſimo, undeviceſim* die Jovis in vigiliâ D. Joannis, matre Mec tilde; ut fauſta omina nato eſſent JOANN nomen accepit: *Becani* autē à patriâ perpetu ei adhæſit. A cunabulis pene in literis erudit deinde inter Philoſophos enutritus, et *Hebraicæ, Græcæ, Latinæ* aliarumque lingu rum ſcientiam eſt conſecutus. Ætate gra dior ad exquiſitiorem ingenii cultum, *Ital am, Hiſpaniam, Galliam*, aliasque provinci peragravit.

Fuit deinde à curâ valetudinis duabus C *rolo V.* Auguſti ſororibus, *Leonoræ*, Galli & *Mariæ* Pannoniæ reginis: inſigni ob quoad viveret, ſummâ pecuniæ annuæ teſtamento donatus. Poſtea in patriam red multis annis *Antverpiæ* medicinam fecit. Ta dem cæteris ſeſe abdicans functionibus, t tum Philologiæ contemplationi ſe dedid quanquam à *Philippo II.* potentiſſimo Hiſp niarum Rege, ad valetudinis ſuæ curam genti pollicitatione, ac regali torquis au munere, procurante *Benedicto Ariâ*, invitat tur. Summa etiam in gratia *Groesbechii* Car nalis & Eburonum Principis fuit, multiſq ab eo donis honeſtatus.

Trajectum Moſæ à Medinenſi regulo vocatus, cùm podagra tentatus, Moſæ f mini pedes artis ſuæ oblitus, intuliſſet; thalem in morbum incidit; fatoque func eſt die *viceſimo octavo* Junii, anno *ſeptuag ſimo ſecundo*, ætatis *quinquageſimo ter* relictâ uxore perhoneſta & prædivi & liberis. Moriens domum, uxore liberos & libros, nondum editos *rentio* commendavit: qui poſtea Planti Architypographo regio ejus *Hieroglyph* cum adjunctis publicanda dedit; & m morem hoc illi monumentum *Trajecti* Moſam in æde primaria D. Servatio ſacra, ponendum curavit;

D.

D. O. M.
IOANNI GOROPIO BECANO DIVINARUM ATQUE HUMANARUM RERUM BONARUMQUE ARTIUM PERITISS. KATARINA DE CORDIS UXOR, ET FILIOLÆ DUÆ CONJUGI AC PARENTI DULCISS. CUM LACRYMIS POSS. PROCURANTIBUS LÆVINO TORRENTIO ET CASPARO SARCHIO, QUIBUS ILLE RES SUAS MORIENS COMMENDAVIT.

VIXIT ANNOS LIII.

OBIIT IV. CAL. JUL. M.D.LXXII

Fuit vir divino ingenio, qualem vix ſingu- ætates ferant, ſeu Philoſophiam ſeu Phi- logiam (in utraque enim ad miraculum ſque excelluit) tractaret: ut ſeculi ſui *Var-* nominari merito potuerit. In dicendo it paulò calidior; & in diſputationibus errimum ſe defenſorem ſuorum præſtabat. ovo docendi genere demonſtrare conatus : vetuſtisſimam illam Philoſophiam, quam im ante natas in Græcia Athenas, tum alii ulti, tum *Linus*, *Orpheus*, *Thamyras*, in racia docuere, ab ipſo *Noacho* ejusque is, *Japeto* præſertim, profectam eſſe, ac itibus ad quas Deo duce delati fuerint, tra- am: eamque cum *Moſe* ac ſacroſanctâ is hiſtoria, ſola eo nomine digna, optimè nvenire. In qua inveſtigatione dum ſcri- orum genus omne evolvit: poëtas maximè, i penè ſoli, ſi Platonem cum paucis exci- s, ultimæ antiquitatis reliquias nobis con- varunt; novis ſemper ſuppeditantibus umentis, quod de Philoſophia dictum , ad Theologiam tranſtulit; oſtenditque ſcam illam poeſin ſive Muſicam, quæ tota ina eſſe veteribus credebatur, à Catho- religione, ſi fabularum involucra demas, bis figurisque aliquid, re ipſa parum, aut il diſcrepare.

Præterea * paradoxum illud perſuadere natus eſt: *patriam linguam* hodieque n Germanis, ſi pronunciationem & dia- tum excipias, Belgis communem, *Cimbri-* *m* ipſe vocat, *omnium eſſe antiquiſſimam*; oque ante diluvium primis parentibus in fuiſſe; idque tam ingenuosè paſſim red- is etymis demonſtrat; ut velit nolit in ſententiam pedibus ire lector penè coga- Plurimarum enim vocum cùm vix ulla aliis reddi poſſit ratio, Goropius nihil eis nificantius eſſe docuit; quàm ſi à Belgi- fontibus derivari eas patiamur. Et pu- *Torrentius*, ſi æquum nactus ſit arbitrum quæ de omni antiquitate, quæ de nota- ne verborum, ut rei ſcilicet proprietas ne natura ex vi nominis eliciatur, alii ſcri- runt *Varrones*, *Verrii Flacci*, *Sexti Pom-* , *Annii Viterbienſes*: ſi cum Goropii con- ferantur, colorem mox ſuum, tanquam ementitum perditura, comparatione melio- ris. Utinam verò, quod Critici deſiderant, gravius, tantoque ingenio dignius argumen- tum tractandum ſumſiſſet: omne ſanè pun- ctum tuliſſet utile dulci admiſcens, nec æqua- lium cuiquam conceſſiſſet. Sed neſcio quo vitio hanc in partem ut plurimum ab eruditis peccetur: dum vel humile nimis argumen- tum deligunt; ut qui quartanam, calvitium & ejusmodi laudarunt; aut majus, quàm hu- meri ferre poſſint, immemores illius Hora- tiani.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis æquam
Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

Edidit ipſe Goropius *Origines Antuerpia- nas*, quas ludens *Beceſellana* appellavit, futu- rum videns, quod evenit; ut opus à multis tan- quam ridiculum, contemneretur. Poſt obitum ejus curante *Lævino Torrentio* Antuer- piæ à Plantino nitidiſſimè excuſa ſunt hæc. *Scripta Goropii.*

Hermathena,
Hieroglyphica;
Vertumnus;
Gallica;
Francica.
Hiſpanica.

Et tantum de Goropio *ex ſcriptis ejus*, & *Aub. Miræi elogiis.*

JACOBUS CURIO.

JACOBUS CURIO *Hofemianus* natus eſt ſub annum *milleſimum*, *quadringenteſi- mum*, *nonageſimum* *ſeptimum*. Hic ab egregia linguarum atque artium humaniorum cognitione inſtructus, ad Naturæ ſe contem- plationem, & inprimis medicinæ ſtudium contulit: ac profectuum ſuorum teſtimo- nium publicum Ingolſtadii ſolenniter fuit * conſecutus. *☉ 1572. d. 1. Julii ætat. 75. A. 1553. d. 3. Jan.*

Inde * venit *Haidelbergam*; ubi Superio- rum juſſu, eandem diſciplinam poſt Mathe- mata, *Docet Haidelbergæ.*

mata, cum laude ſua & fructu aliorum pro cathedra publicè docuit, conſtans Hippocraticæ medicinæ adſertor & adſectator. Improbavit unicè illos, qui hodieque in ſcholis apparantur medici; ad diſceptandum multò, quàm ad medendum, paratiores.

Ubi & moritur. Ad meliorem ipſe vitam abit anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſecundo*, ipſis Calendis Julii, ætatis egreſſus *ſeptuageſimum quintum*: ſepultúsque in ſacello Academiæ ad D. Petri tali epigraphe:

Epitaphium.

Hoc ſaxum tegit oſſa Curionis,
Qui vir candidus, eruditione
Inſtructus varia, decus Lycæi
Noſtri præcipuum, profeſſus artes
Eudoxi Podalyriique, multos
Felici docuit labore: donec
Extrema id fieri vetaret ætas,
Poſt quintum decimum peracta luſtrum.
Æternum benè ſit tibi Jacobe,
Hos ipſos rediture mox in artus!
Nobis intereà bonos tuique
Det multos ſimiles DEUS, caterva
Quò nos exagitet minor malorum.

Obiit anno Domini M. D. LXXII. die 1. Julii.

Scripta. Edidit *Hermotini* nomine inſcriptum *Dialogum*, in quo primùm de umbratico illo medicinæ agitur genere, quod in ſcholis ad diſputandum, non ad medendum, comparatum videri poteſt. Deinde & de illo recens ex chymicis furnis natu eductoque altero: ubi præter rectam animorum inſtitutionem, de *aurifactrice Chymia* aliquid quoque attingitur: & de ipſo naturæ rerum ingenioſiſſimo ſcrutatore *Theophraſto Hohenhemio* lectori narrantur cognitu quædam nec inutilia nec injucunda. Acceſſit & *querela Medicinæ dogmaticæ*, conſcripta à *Petro Reidano* Daventrienſi.

Eſt & *Curionis* hujus *Chronicon* à condito orbe ad annum usque Domini *milleſimum, quingenteſimum, quinquageſimum octavum*.

Berthold. Redlich. Gener eidem fuit *Bertholdus Redlich*, publicus Theodoſiani codicis in Academiâ Haidelbergenſi Profeſſor.

Hæc de Curione *ex ſcript. ipſius: monument. Haidelberg. Geſneri bibliotheca, aliis.*

1573.

NICOLAUS BIESIUS.

Complectitur enim ambitu tria millia Germanica. GANDAVI, una de * maximis in Europa urbibus, hic natus anno *decimo ſexto*, ſeculi *decimi quinti*, a. d. 6. Cal. Aprilis: ſimul ac per ætatem licuit, tanta animi contentione optimis diſciplinis inſudavit: ut æqualibus omnibus longè antecelluerit. *Medicinæ Doct. renunciatur.* Ad medicinæ deinde ſtudium cùm animum appuliſſet: tantos in in eo fecit progreſſus; ut inſignibus eruditionis ſolenni Academiarum more fuerit ornatus: atque in medicorum ordinem merito ſuo adſcriptus.

In Hiſpaniam proficiſcitur. Ex patria in Hiſpaniam profectus, *Valentiæ* Editanorum, cœli longè amœniſſimi, ducibus *Calabriæ* adhæſit: ad quos & habitam pro ſtudiis literarum orationem evulgavit: et & *de dicendi arte* libros duos.

Ad ſuos reverſus poſtliminio, tanquam Ulyſſes alter, in Iconoclaſtarum tempeſtatem incidit. *Lovanii* deinde publicè docendi munus ſuſcepit; & medicinæ ſcientiam tum voce tum ſcriptis pro virili adjuvit. In turbis illis periculoſiſſimis oratoris Academici munus ad Albanum fideliter obivit. Poſt à *Maximiliano* II. Auguſto tuendæ valetudinis ergò accitus, ſibi liberisque ejus gratus charusque fuit. Obiit in aula Cæſaris apoplexia percuſſus, vir longiore vita dignisſimus anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo tertio.*

Philoſophicis maximè deditus de *Univerſitate* cùm proſa, tum carmine libros duos, de *natura* libros quinque, *de repub.* libros quatuor, quibus univerſa de moribus Philoſophia continetur, foras dedit.

Valentiæ familiariter uſus *Joanne Baptiſta Agneſio*, Theologo & Poëta, verſibus cum eo ἀμοιβαίως luſit & certavit. A ſectarum varietate ut populares revocaret, de *Opinionum varietate* libellum edidit.

In Medicis autem hæc ſunt divulgata: *commentarii in artem medicam* Galeni; item *theoricæ medicinæ* libri ſex: quibus omnia hujus artis præcepta explicantur.

Pollicitus fuit & *medicinam practicam* per ſingulas corporis partes, & ſingula morborum atque ſymptomatum genera ita tractatum, ut præter remediorum inventionem & diligentiam, pleraque ex naturalis ſcientiæ intimæ fontibus proferret; quæ hactenus non aſſent explicata.

Perhibet hæc de Bieſio *Miræus in elogiis Belgicis: Bibliotheca medica D. Schenckii.*

MICHAEL TOXITES.

MIchaël Toxites Rhætus, Dillingæ pueritiam in literis apud virum non tam nobilitate & virtute, quàm bonitate & humanitate clarisſimum *Joannem à Stadion*, præfectum urbis egit. Poſt adoleſcentiam ingreſſus, cum publicas accedere ſcholas ſtatuiſſet: *Chriſtophorus à Stadion*, Auguſtanus antiſtes, propoſitum honeſtum ſua liberalitate adjuvit.

In Italiam profectus à Cardinale *Othone*, qui opera ejus aliquando uſus eſt, prolixe acceptus, metam ſtudiorum optatam attigit. Reverſus ad ſuos à Rep. *Haganoenſi* poliater eſt conſtitutus. In comitiis Spirenſibus anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo nono* celebratis, cum Panegyricum in electionem *Othonis* Cardinalis ſcripſiſſet: perfecit ille ut à Carolo V. Imperatore, laurea poetica coronaretur, & comitis Palatini dignitate ornaretur.

Etſi autem, ut ipſe alicubi fatetur, *Paracelſum* inprimis probavit & ſecutus eſt: tamen neque Galenum, neque medicos Galenicos vitiis proſcidit: optavitque, ut aliquando

citra præjudicium, inter duas ſectas con-
rdia iniretur, ac diſſidia prorſus tolleren-
r. In medicina facienda fuit felix; adeò
uidem, ut epilepſia, calculo, aliisque mor-
s, vulgo pro incurabilibus habitis, libera-
non paucos.

Publicavit *onomaſtica* duo, primum *Phi-
ophicum* medicum ſynonymum, ex variis
lgaribusque linguis: alterum *Theophraſti
racelſi*, hoc eſt, earum vocum, quarum
ſcriptis ejus uſus, explicationem. Eſt
usdem *ſpongia ſtibii*, adverſus *Lucæ Steng-
i*, medici Auguſtani adſpergines. Retu-
idem inter primos in lucem Paracelſi ſcri-
a aliquot: ut *Archidoxa, archidoxin ma-
gicam*, alia.

Exſtat in Toxiten hunc, medicum & poe-
m, *Joann. Poſthii* epigramma ejusmodi:

arus erat jaculis, medicinâ ac carmine Phœbus:
Hæc tria Toxiten juſſit habere ſuum.
onia adſenſere Deæ: mox una ſororum,
Hic, ait, à Phœbo patre ſecundus erit.

Deſumta hæc ſunt *ex præfatione Toxitæ in ragr. Paracelſi: I. Poſthii parergis, & bi-othecis.*

HERMANNUS CRUSERIUS.

AMPIS in Belgio natus *Hermannus
Cruſerius*, Græcisque potiſſimum lite-
delectatus, in iis non poſtremas tulit. Inde
Philoſophiæ & Medicinæ artem ſe contu-
: qua in re ut ſuos inter familiam duceret
gno illi adjumento Græcæ literæ fuere:
æ cum omni ſtudioſorum ordini, tum me-
is maximè neceſſariæ judicantur: quod à
æcis ea potiſſimùm ars fluxerit: exulentque
nc à ſcholis Arabum ſomnia atque delira-
nta. Quare *Guilielmo* Clivorum regulo
tus, & à conſiliis, dum filiam ejus Boruſ-
* principi deſponſam adduxit; in reditu
ſuos, anno Chriſti *milleſimo, quingente-
o, ſeptuageſimo tertio*, immatura morte
ſtinguitur.

Amici næniis funus proſecuti ſunt: & in
s non nemo ejusmodi epigrammate:

rgo Boruſſiacis Cruſerius hoſpes in arvis,
Extremo clauſit triſtia fata die,
uiſi quisquam alius mortali lege creatus,
Vivere dignus erat, vivere dignus erat.
ttica mutaret melius qui verba Latinis
aud ſcio num tulerint ſecula noſtra virum.
navit Latio non pauca ſcripta Galeni,
Hippocrati veram tradidit atque facem.
qua Charoneus monumenta reliquerat auctor,
Parte ſui numeris reddidit Auſoniis.
utinam vita duraſſent ſtamina, donec
Lima foret ſcriptis addita ſumma bonis!
ulta etenim paſſim mediâ vix parte parata,
Nullius ingenio perficienda jacent.
figies Veneris ſic imperfecta remanſit:
Quam mirâ Cous pinxerat arte ſenex.

Galeni quædam, & *Plutarchi* omnia
fidelius, ut Critici exiſtimant, quàm Guiliel-
mus Xylander Latinè reddidit. *Hippocra-
tem* etiam medicorum principem aggreſſus
præclaros in eum commentarios edidit: plu-
ra haud dubiè commentaturus, niſi immatu-
ra mors doctiſſimi hominis conatus, in me-
dio curſu, & quaſi in herba abrupiſſet.

Hæc de Cruſerio *Pantal. l. 3. Proſopogr. Miræus in elogiis Belgicis, alii.*

JOACHIMUS CURÆUS.

✝ 1573. d. 21. Jan. ætat. 40.

FREISTADIUM Sileſiorum eſt oppi-
dum non illud amplum quidem: ſed ta-
men à tempore repurgatæ in Germaniâ reli-
gionis, magnorum aliquot virorum ferax. *Freiſtadium oppidum.*
Vixit in eo & *Gregorius Curæus*: qui ortus
parentibus honeſtis, pupillus miſſus eſt ad
ſtudia literarum proſequenda, *Cracoviam*
Poloniæ, & *Lipſiam* Germaniæ: ubi tantum
profecit, ut Latinè non incommodè ſcribe-
ret; & quâ fuit judicii dexteritate, de con-
troverſiis dogmatum tunc motis, prudenter
rectèque judicaret. Deprehendi etiam po-
tuit ex libris Ariſtotelis & aliis; quos anno-
tationibus paſſim inſignivit, attigiſſe eum
feliciter præcipuas Philoſophiæ partes. *Gregorius Curæus, pater Joach. Ejus ſtudium.*

Aliquantò poſt tamen, ſubjectionibus &
auctoritate ſuorum victus, & quia ſub emen-
dationem doctrinæ, etiam ſtudia & literæ ab
Enthuſiaſtis adducebantur in odium atque
contemtum; ſcholam, etſi invitus, deſeruit. *Deſerit ſcholam.*
Ac quia opificia pannificum tunc erant in pre-
cio; ipſe etiam artificium illud, jam egreſſus
adoleſcentiam, apud honeſtum civem didi-
cit; & merces avexit atque diſtraxit. *Pannificio ſe dedit.*

Poſteà cùm eſſet jam ætate matura; & pro-
pter naturam & modeſtiam morum, præfer-
retur ditioribus; nupſit ei *Margaretha*, pu-
ella piè & liberaliter educta; filia *Caſparis
Jungii*, ſenatoris & conſulis Reipub. Glogo-
vienſis. *Ducit uxorem.* Fuit ipſa fœmina ingenio, pietate,
& probitate lectiſſima, & amantiſſima ma-
riti; cum quo, propter morum commodi-
tatem & probitatem, in conjugio ſuavi &
placido conjunctiſſimè vixit. Vita eorum
domeſtica fuit plena pietatis, virtutis & gra-
vitatis; ita ut univerſa familia, quæ erat pro-
pter opificium ampla; *Gregorium Curæum*
cum quadam reverentiâ metueret & obſer-
varet. Ideoque cum domui ſuæ rectè præ-
eſſet: officio publico judicis urbani deinceps
functus eſt; *Fit judex urbanus.* imponente hoc ipſi Magiſtratu
ſuperiore; qui eum, ob judicii de rebus exi-
miam bonitatem, amabat. Inprimis ipſe
magnifaciebat ſtudia & ſcriptiones; quas
etiam cum jam lethaliter decumberet; non
deſerebat. Cùm enim odiſſet fraudes &
idola Pontificia; & delectaretur erudito ſale,
veniſſetque in manus ejus Dialogus, qui no-
minatur *Julius*, cujus author putatur Eras-
mus; aliquot horas diei verſioni illius in lin-
guam Germanicam tribuit. *Vertit dialog. Jul.* Ac oſtenderunt
pagellæ, quas reliquit moriens; & ſermonem
Latinum rectè ab ipſo intellectum eſſe; & in
exprimen-

exprimendis rebus ipſi non defuiſſe in noſtrâ linguâ perſpicuitatem & elegantiam. Supra facultates autem benefecit hominibus doctis: & unicum fuit hoc ejus votum; ut filii adhiberentur ad ſtudia. Ideo anno proximo ante mortem dixit: *ſe, ſi propriæ facultates ſatis futuræ non eſſent, divenditurum ædes, & inde ſumtus ſuppeditaturum filiis.*

Amans literatorum & literarum.

Natalis Joachimi Curæi.

Talibus igitur parentibus natus eſt *Joachimus Curæus*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, triceſimo ſecundo*, die *viceſimo tertio* Octobris, minutis *quadraginta* poſt horam *octavam* ante meridiem. Et ingenii quidem felicitas, ac judicii dexteritas etiam ſiderum poſitur, quæ naſcenti illuſerunt, oſtendunt; ut ex geneſi erecto themate, judicare poſſunt eruditi. Nam de *Scorpio*, quem habuit in horoſcopo, dixit *Pontanus*, quod largiatur naſcentibus acumen; & dexteritatem ingenii; ornatum & dicendi copiam.

Thema ejus genethliacum.

Has ſignificationes ingenii & eloquentiæ auxit *Luna*, ex medio cœli juncta capiti Draconis, & ſextili aſpectu horoſcopantem Scorpium; & in eo conſtitutum *Martem* intuens. Suffragabatur *Mercurius* in domo Martis, maximè in Scorpio. Acceſſit *Virgo*, quæ in undecimâ conſiſtens eloquentiam adfert.

Pater, ut dictum, cum in primâ ætate didiciſſet literas; decrevit gravi judicio; & filios adhibere ad bonarum artium ſtudia. Anno igitur *ſeptimo* ætatis ductus eſt puer in ſcholam ſuæ patriæ; quam tunc gubernabat *M. Joannes Hoppius Budiſſinus*; qui poſtea publicè docuit in Academiâ *Regiomontanâ* Boruſſiæ. Celeriter ibi elementa literarum & pietatis didicit; docente ipſum inprimis *Simone Unvvirdo Soravienſi*; qui ipſum ob bonitatem ingenii dilexit præ cæteris, & viciſſim pater ſynergos ſcholæ, qui utiles fuerunt ſtudiis pueritiæ, valdè familiariter complexus eſt.

Joann. Hopp.

Simon Unvvirth.

An. 1541.

Poſt occupatam eo * tempore *Budam* à tyranno Turcico; & trucidatum cum exercitu *Ferdinandi* regis *Regendorffium* veterem militiæ ducem, ingens metus totam Sileſiam invaſit. Itaque ſingulis diebus à meridie, poſt datum ſignum ex campanâ grandiori, publicæ preces in templo factæ ſunt; & ipſo juſſus à patre, quotidie ex verſione *Felini*, quæ tum amabatur ut optima, recitavit ad menſam pſalmum: *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam*, & ſimiles; qui continent precationes pro populo Dei, & veris cultibus divinis, contra gentes, quæ ſunt hoſtes DEI & eccleſiæ. Eâ in conſuetudine confirmatus, deinde per omnem vitam amavit lectionem, & recitationem pſalmorum aſſiduam & ardentem.

Periculum & metus à Turcâ.

Diſcendi cupiditas in Curæo.

Cùm diſcendo in ſcholâ nondum complevilſet integrum *triennium*; jam ſcribebat epiſtolam ſine enormibus erratis Grammaticis: ac, ut deſiderio pueri ingenioſi, contendentis ad magna, ſatis faceret pater; duxit eum unà ſecum *Goldbergam*; cum inſpiceret ſtudia filii *Adami*, cum quo, etſi jam excellebat cognitione literarum; tamen præſente

patre, & aliis viris claris, certavit recitand[o] verſibus: quæ quidem contentio Heſiodic[a] inprimis omnes tum oblectavit, & ſanè de e[o] ſemper omnes ſperaverunt præclarè; cœpi[t]que tunc puer ſcholam Goldbergenſem m[i]rari & amare ardenter; ita ut cupiditate qu[a]dam ingenti in eam migrandi accenſus, i[n]penſius urgeret & maturaret diſcendi labo[]res. Diſcebat itaque proſodiam; & incipi[e]bat ipſe etiam ſcribere verſus: cum quo ſt[u]dio omnium partium Grammatices cogniti[o]nem neceſſariò conjunxit. Adduxeru[nt] eum etiam aliquantò poſt ad ſacram cœna[m] præceptores. Ibi tum pater priùs de fi[]ſumtionis eum interrogavit; & accuratè ip[]opinionem *operis operati* exemit; cum tam[en] & tunc & aliquando pòſt in caligine Ponti[fi]ciâ, etiam concionatores in hanc plurimù[m] peccarent partem; cum judicarent ſumti[o]nem prodeſſe, ſine bono motu utentis.

Decubuit poſtea Curæus puer diu ex qu[a]dam lentâ febri, cum dolore capitis; & fe[] incitationibus atque perſuaſionibus indocto[]rum hominum fuiſſet, ut olim pater, avulſ[] à ſtudiis, præſertim mortuo jam patre: n[] DEO adjuvante retinuiſſet eum in officio d[i]ſcendi, *Bartholomæus Schonbornius*, vir opt[i]mus, qui tunc juventutem Freiſtadii accura[]tè docuit, veram doctrinam de DEO, Gram[]maticam, & Muſicam: & quo poſtea Curæu[s] omnium familiariſſimè & amiciſſimè uſus e[ſt] ad mortem uſque.

Turbata jam & diſſipatâ Academiâ Wi[t]tembergenſi, propter bellum civile, quo[d] exortum eſt in Germaniâ, inter Carolum [V] Imperatorem, & principes proteſtantes; frate[r] *Adamus* & alii ex ſtudioſis Freiſtadienſibus hæſerunt per hyemem in patriâ; cum ill[is] ipſe familiariſſimè vixit; in aſſiduis exercitii[s] doctrinæ; quæ ut & in ſemetipſis, & in alii[s] accenderent adoleſcentes populo in Baccha[]nalibus exhibuerunt ſpectandas Terentianas quaſdam comœdias; in quibus ille cum re[]præſentaret præcipuas perſonas; inſignem laudem reportavit, propter τὸ πρέπον χ[]observatum.

Sub æquinoctium deinde vernum, anno *quadrageſimo octavo* deductus eſt ſalubri conſilio in ſcholam Goldbergenſem, à matr[e] & fratre, poſt mortem patris. Excurrit i[n] vicinam Sileſiam brachium à montibus Sude[]tum. Ad radices illius ſitum eſt oppidum *Goldberga*; quod nec magnum, nec populoſum eſt; ſed celebrem ſcholam ibi con[]ſtituit *Cingularius*, etiam ante Lutherum. Excitavit autem ſtudia ibi præcipuè *Valenti[]nus Fridland Trocedorffius*: qui de literi[s] & religione in tota Sileſia præclarè meritu[s] eſt. Hunc nactus feliciſſimum formatorem ingenium Curæus, cum natura valeret ad[]modum ingenio & memoriâ: feliciſſimè e[ſt] excultus literis, doctrinâ, ac diſciplina. Di[]ligenter apud eum didicit Dialecticam; & initia linguæ Græcæ; ita ut ſequenti anno le[]geret, & intelligeret textum Græcum nov[i] Teſtamenti. Nam Grammaticam Latinam

ſer[]

è ex ſcholâ patriâ ſecum attulerat. Trodorffius autem, ut formator pueritiæ egreus, diſcentes aſſuefaciebat ad ſuavitatem andam & elegantiam Philippicam: cures ſedulò & aſſiduè eis inſtillabat, conſiutiliſſimo; quo inter cætera præparabat oleſcentiam ad Academiam; in qua deinos illa idem genus doctrinæ audiebat ſibi oponi, cum magnâ copiâ, ſplendore, prælectionum varietate, rerum & verum. Ideò cùm avidiſſimè Curæus appeet fontem rivulorum Trocedorffii, hoc, conſpectum & doctrinam pleniorem ilippi Melanchthonis, poſt biennium rerit domum: ut quæreret occaſionem mindi VVittembergam. Eo ipſo igitur teme, à fratre *Adamo*, qui ſuam operam in diendâ domeſticâ ſcholâ addixerat *Mieli Mejenburgo*, conſuli Northſano, viro gnæ dignitatis, & Philippo arctâ amicitiâ juncto; vocatus eſt VVittembergam ad dagogiam; quam Adamus reliquerat. è narravit ipſe, ſe eò veniſſe anno Jubilo *nquageſimo*, ſupra *milleſimum*, *quingenmum*, verè cum Jubilo & voluptate ma, *octavo* Martii, eodemque die poſt ndium, in lectione Ethicâ, primò vidiſſe lanchthonem: de quo poſtea ſæpè in recitabat illud: *Quem vidi, quem ama- quem dilexi!* quod in ſuis imitationibus ere ſolent Pontificii.

o anno *VVittembergæ* audivit fragorem oatus bombardarum ad *Magdeburgum*, em tum gravi obſidione preſſam. Mitit tamen Deus illi urbi eventus: quia ti pii homines iu urbe peccabant ex ignoia: & elector Saxoniæ *Mauritius*, ſolvens dionem, & abducens militem, jam coat contra Carolum Cæſarem bellum; principes Germaniæ liberaret ex cuſtodiâ. e uſq; ab initio non fuerat major frequenliſcentium in ſcholâ VVittembergenſi: n eo anno & ſequenti, fato ac voluntate ſingulari. Ac *Melanchthon* quidem inter eras Latinas & Græcas prælectiones enar*Ariſtophanis Equites*, reſpiciens videliad illos triſtes motus & turbas, quæ in nania eo tempore excitabantur. Tractar etiam tunc de Chriſto mediatore, cau*ranciſci Stancari*, quam ante explicatio Melanchthonis nemo intelligebat; ſicut ertamen *Oſiandri*, antequam delirii illius ilis refutationem brevem & fundamenn ſcripſiſſet Melanchthon: qui dicebat, *ermutationem cauſæ, & effectus cum Pas, hoc eſt, quod Papiſtæ tribuunt effectui bis, id eſt operibus: id Oſiandrum cauſæ, ipſi Deo.* Hoc plauſibile fuit admo. Ideòque & doctor ille ſublimis ſulio ſuo dementavit tunc plurimos in milibus locis, etiam magnæ autoritatis ines & Theologos. *Oſiander*, inquit anchthon, *& totum agmen Enthuſiaſtinominat cauſam ipſum Deum, mutanhominem & habitantem atque operantem omine. Pontificii nominant effectus, id eſt novitatem infuſam, novas virtutes, quas appellant juſtitiam inhærentem. Hæ ſunt tantùm Metaleptica permutationes cauſarum & effectuum; atque ita & Oſiander & Pontificii abducunt hominem à Mediatore: dicunt nos placere* διὰ καινότητα, *non* διὰ μεσίτην. Ingenioſè & nervoſè, ut omnia, hoc erat cogitatum à Philippo; cùm quidem anteà riſiſſet & de ſublimi deſpexiſſet Oſiander omnium aliorum prolixa ſcripta, contra ſe edita: quibus opponebat ipſe librum ſuum, cui falsè, ut totus erat σκωπτικὸς, titulum fecit **Schmeckbier**; in quo ordine examinatis atque mirè exagitatis ſingulorum refutationibus, oſtendere conabatur; neminem illorum ſententiam ſuam & ſcopum ac ſtatum controverſiæ illius, attingere aut intelligere. Flagrabant igitur tunc ſtudia docentium ac diſcentium VVittembergæ. Ideò Curæus à teneris adhibitus ad optima ſtudia, atque tunc demum ad verum emporium literarum delatus; artes & doctrinas, quæ tradebantur in Academia præclariſſimè conſtituta, ordine didicit, magna celeritate & aviditate; cum quidem incitaretur & adjuvaretur vi ingenii & dexteritate judicii eximia: incidiſſetque in ſodalitium honeſtiſſimum & ingenioſiſſimum: cum quo aſſidua & utiliſſima domi etiam habuit exercitia diſputationum & lectionum in Latinis & Græcis ſcriptoribus, Poetis, Oratoribus & Hiſtoricis: quicunque ex præſcripto Melanchthonis judicabantur eſſe optimi. *Oſiandri liber Schmeckbier. nuncupatus.*

Scivit autem prudenti oratione vagabunda ſtudia damnari apud Platonem, ubi dicitur; *eos qui ad profeſſores diſſimiles curſitant, ut videantur futuri eſſe omniſcii; non diſcere, ſed nihil agere.* Nam ut in univerſa vita; ita & inprimis in diſcendo opus eſt ordine; ut Xenophon inquit: Ἐςὶν οὐδὲν οὕτως ἔτ᾽ εὔχρηςον, ὅτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. Et Cicero confirmat; *afferre maximum lumen memoriæ ordinem.* Ideò ipſe ſtudia ſua non ſuſcepit quodam juvenili ardore, aut confuſo & inconſtanti impetu; ſed rexit certa deliberatione, & ordine proceſſit in diſcenda philoſophia & Theologia ex ſuis fontibus, ita ut longo intervallo poſt ſe relinqueret omnes; cum quibus ſtudiorum cauſa ſæpè erat, & conferebat. Illi etiam in ipſum intuebantur; ut in exemplum: cum quidem cognitione ſua, ſæpè etiam comitate quadam & lepore, ſalſeque & tempeſtivè recitatis argutis & liberalibus jocis, in diſcendi curſu ipſos incitaret & inflammaret. Inprimis verò Melanchthone, cujus auditor fuit aſſiduus, utebatur præceptore; qui & ingenium ejus excolebat præclarè; & judicium formabat præcipuè. Melanchthonis enim & ſcholæ VVittembergenſis longo tempore, hæc laus fuit peculiaris: quod & ingenia diſcentium inſtruxit cognitione multiplici; & inprimis judicia juventutis, veris de rebus ac ſententiis formavit: & ad Rempub. præparavit egregiè. Inde & factum: ut omnes qui γνήσιοι ac veri Melanchthonis erant diſcipuli, uterentur in diſcendo & ſcribendo ſimili ferè ſtylo & oratio- *Vagabunda ſtudia damnata. Ordinis præſtantia. Laus ſcholæ VVittembergenſis.*

orationis formâ, ad imitationem Magiſtri aptatâ & expreſsâ.

Cum itaque non ſolum linguas & artes dextrè didiciſſet Curæus: ſed & capita religionis rectè intelligeret; & explicare ſcribendo poſſet: anno *quinquageſimo quarto* ultimo Julii, publico teſtimonio renunciatus eſt magiſter Philoſophiæ, decano Collegii Philoſophici viro de eccleſia & Repub. ad omnem poſteritatem præclariſſimè merito, *D. Caſparo Pencero*: qui propoſuit ei, cùm audiretur in privato examine, locum *Lucani*, ex colloquio *Pompeji* cum nautâ: quæ ſit menſura ſecandi Æquatoris in cœlo. Item *trigeſimam ſecundam* propoſitionem primi libri Euclidis. Obtulit Curæus tum examinatoribus ſcripta duo: *primum* Latinum, hiſtoriam de naturâ & ſimulacris virtutum, quæ conſpiciuntur in apibus. *Alterum* Græcum, hiſtoriam *Sanſeverini* principis Neapolitani; qui cum excelleret virtute militari, non multo ante illam ætatem, ingenioſo utens ſtratagemate, ſalvus evaſit & eluſit, ut refert Pontanus, latrunculos Arabicos, cùm proficiſceretur in terram ſanctam. Eam narrationem probavit Melanchthon maximè; dixitque formam orationis eſſe Xenophonteam, apiculæ illius Atticæ laudatiſſimæ. Menſe Septembri deinde, cum ſciret ſtudia ſua deberi Deo & Reipub. excurrit in patriam: ubi appetivit & adjunxit eum collegam ſibi *M. Eraſmus Benedictus* Freiſtadienſis, qui magnâ cum laude juventutis ſtudia tunc excitabat & regebat in patriâ. Volebant alii, ut acciperet gubernationem ſcholæ Boleslavienſis. Ipſe tamen ſuam operam promiſit patriæ, ſæpè recitans illud ſapientis Poëtæ: Ὡς ἐδὲν γλύκιον ἧ πατρίδος, ἐδὲ τοκήων γίγνεται.

Renunciatur magiſt. Curæus 1554.

Examen ejus ante magiſterium.

Sanſeverinus princeps Neapolitanus.

Eraſmus Benedictus Curæum collegam adſciſcit.

Circa Brumam igitur incoavit operas ſcholaſticas: eo cum ſucceſſu: ut ſuo labore atque induſtria, ita formaret & juvaret ſtudia adoleſcentiæ, ut ſchola Freiſtadienſis inclareſceret; & multa præclara ingenia & tunc, & annis ſequentibus educaverit: quæ Deo juvante, eccleſiæ Reip. & ſcholis utiliter præfuerunt. Eo in curriculo docendi cum verſaretur dexteritate & felicitate ſingulari: aditum ſibi fecit ad amicitiam magnorum & doctiſſimorum hominum; qui adoleſcentes plurimos, *Vratislaviâ* & aliis ex locis in Freiſtadienſem ſcholam, quam Eraſmus ille & ipſe condebant, miſerunt. Ipſe inſtituit inter alia exercitia *Evangelicorum Dominicalium*, *Philippicam enarrationem*, utilem iis, qui aliquid in primis literis & pietatis ſtudiis profecerant. Sequenti anno etiam ſchola cùm floreret, *Tragœdiam Sophoclis* Græcam de Ajace publicè exhibuit, cum approbatione quidem doctorum hominum, qui Freiſtadium audiendi gratia, ex vicinis locis convenerunt: & judicarunt, ſcitè & cum ſignificatione intellectionis verborum & rerum fabulam eam adoleſcentes egiſſe.

Freiſtadienſis ſcholæ laus.

Etſi autem aliquoties ei offerebantur ſumtus ſtudiorum, ſi doctrinæ causâ profectionem in *Galliam* aut *Italiam* expeteret: tamen i[...] qui ab initio ſtudia Theologiæ ſectatus er[...] & unicè amabat vocem Philippi; præt[...] alias conditiones, quibus oſtendebatur ei [...] reditus in Academiam Wittembergenſe[...] Ita πᾶν τὸ σύντροφον γλυκύ.

Interim verò temporis, & propria an[...] inductione, & hortantibus amicis, cum q[...] dem illud ingenium felix non quieſcer[...] ſed ſubinde plura cuperet cognoſcere: c[...] tulit ſe ad lectiones librorum medicoru[...] ac primò ad artem medicam, cum invita[...] *Philonium*, ut nominant, vel *Valeſci* medi[...] na. Cùm autem artium & methodi cog[...] tione, quæ dominatur in omni doctrinâ, [...] celleret: ac magna ſagacitate & dexterit[...] ingenii, & intellectus eſſet inſtructus; [...] vidit methodum in Medicinâ uſitatam. I[...] ordine eam didicit, juxta uſitatam parti[...] præcipuarum diviſionem; & ſapienter m[...] quaſdam in diſcendo obſervavit; ne mens [...] ſcentis in arte illâ ingenioſiſſimâ & latiſſ[...] vagaretur: ſed ut ſeſe quaſi certis ſepti[...] cancellis includeret; certas demonſtratio[...] de elementis, de temperamentis, de natu[...] libus facultatibus, ſubitò animadverteb[...] ut ea quibus longius egreditur ars medica [...] applicat præcepta ad caſus ſingulorum m[...] borum, recedens à demonſtrationibus, [...] nitens conjecturâ: quæ colligitur ex ſign[...] ex effectibus, & aliunde, quam ex imm[...] demonſtrationibus, facilè cognoſcebat. [...] gebat ſcripta *Montanii & Fernelii*; eaqu[...] quandam redigebat epitomen; ut prim[...] rectiſſima pauciſſimis mente complecte[...] retur: eaque diligenti lectione veterum [...] geret: & ſibi nota atque familiaria fa[...] ret.

Aliquantò igitur pòſt incepit ſuis homi[...] bus facere medicinam; & precibus exorat[...] etiam aliis exteris ſæpè in re medicâ conſ[...] profuit. Sed etſi ipſe avidè rurſus deſide[...] ret *Wittembergam*: tamen ſingulis ferè no[...] bus ſomniabat jam *Venetiis*, jam *Norinber*[...] jam *Romæ* ſe vivere. Credidit verò clari[...] mis & doctiſſimis viris, amicis ſuis; qui [...] ſerunt profectionem *Italicam*; præſer[...] cùm & conjugii honeſtiſſimi & utiliſ[...] jam oſtenſa eſſet ei ratio & occaſio.

Anno igitur *quinquageſimo ſeptimo* me[...] Septembri, rebus compoſitis in patriâ, [...] jutus & ſponſæ ſumtibus, iter ſuſcepit [...] Italiam: præſertim cum propter mutat[...] nem voluntatis quorundam erga ſe, vi[...] rentur conſilia de migratione in Academi[...] Wittembergenſem peſſundari. Qua [...] dem ex re magnum cepit dolorem: ſed [...] tus ipſi à Deo in ſomno monſtratus eſt; ſi[...] aliàs etiam, cùm natura eſſet præſtans & [...] gularis, regularia admodum, ita ut ſit, [...] buit ſomnia. Somniavit igitur ſibi om[...] excidiſſe dentes; cumque metueret, ſe [...] inceps nullum proloquuturum eſſe verbu[...] viſus eſt ſibi perſpicuè loqui; & nihil [...] paſſus. Profectionem ergo & eventum [...] tunavit Deus.

Opti[...]

Optima doctrina eſt ; quæ viva voce hau-
itur ; & habet aliquid latentis energiæ viva
ox, ut ille inquit : nec eſt compendioſior
ia diſcendi; quàm audire loquentes artifi-
es. *Patavii* igitur, ubi eſt ſchola antiquis
nde usque temporibus, optimè conſtituta,
ræſtantiſſimos ejus temporis Philoſophos
Medicos ſectatus eſt; inter quos fuit *Victor
incavella* Venetus, vir ſenex & exquiſitè
octus : quemque ipſe, cum multis aliis re-
è judicantibus, exiſtimabat tunc temporis
iſſe medicum optimum omnium, qui vi-
runt. Docuit *Avicennæ* tractatum *de fe-
ibus*; poſtea etiam affectus capitis & thora-
, *Rhaſis*. Extra ordinem legit auditoribus
vermibus, & de arthritide. Ejus, ut no-
inatur, concurrens, hoc eſt, qui eadem
ra eandem profitebatur materiam, fuit
ntonius Francanzanus Vicentinus, doctus
ille ; ſed in Trincavella ſumma etiam fuit
itia literarum humaniorum ; & perfecta
gnitio veterum medicorum, Græcorum
Arabum. Francanzanus tamen, qui mira
adam blandiloquentia ad ſe allexit juvenes,
t magis popularis. Mane docuerunt ſimul
Theorici, ex ordine ut nominant, *Odus
Odis* Peruſinus; ſenex argutus, & propter
bilitatem generis clarus : qui fuerat etiam
ncurrens *Montani*. Deinde *Baſſianus
ndus* Placentinus, optimè verſatus in Phi-
phia Ariſtotelis ; atque etiam in libris
eni, facundus in lingua Latina, & ſtu-
iſſimus methodi in ſuis lectionibus. Suc-
erat is Montano ſuo præceptori ; & po-
miſerabiliter à ſicario quodam oppreſſus
ugulatus eſt. Ita vera eſt vox ſcripturæ;
*Domine, quòd non eſt hominis via ejus,
viri dirigere greſſus ſuos.*
c epitaphium ipſius legitur tale lugubre
odum:

BASSIANUS LANDUS FUI.

lli etiam ſeſe debere gratiam profiteba-
; quod multas, præſertim Philoſophi-
materias, dextrè ab illo explicatas hau-
. Docuit tunc uterque *aphoriſmos Hip-
atis*, & poſtea *artem Galeni*. Deinde
unt rurſus concurrentes tres, qui nomi-
tur Practici extraordinarii. Primus *Aloi-
Bellocatus* Brixienſis; artis medicæ uſu
tiſſimus, magnæ partis civitatis medicus,
etatis provectæ, humanus & bonus. Se-
dus *Apelatus*, vir itidem bonus & doctus.
tius *Hieronymus Cappivaccius*, juvenis ad-
ns ad locum ſuperiorem, & ſolidam eru-
nem, ac diligens. Hunc audiverunt
è Germani : ſed Curæus reſpiciens ad
in, rectiùs, ut opinor, prætulit Belloca-
, experientiſſimum medicum. Docue-
verò eo anno *de affectionibus ventris in-
*, poſtea quoque *de febribus Avicennæ*.
ocatus extra ordinem legit diſcipulis *de
libus puerorum*. Tertio loco ſolus tra-
t doctrinam *de tumoribus, chirurgica*;
m herbariam, *Gabriel Fallopius* Muti-

nenſis, facundus, ingenioſus, induſtrius, &
mirè felix in docendo & in operibus artis.
Vix alius eo tempore in Gymnaſio utilior fuit
ſtudioſis; qui etiam mirificè illum dilexerunt.
Circa adventum Domini, ejectis lectori-
bus deſinunt uſitatè ibi lectiones primi *qua-
drantis* anni: & tunc adminiſtrantur ad fe-
rias natalicis anatomiæ. Illo igitur anno
Fallopius fuit maximè diligens. Secuit enim
ſeptem corpora humana; & præterea bru-
torum omnis generis. Theologica legit
quidam Dominicanus, vir magnæ dignita-
tis, ſolers, facundus, & ut apparuit, non
ignarus veritatis. Interdum limitavit con-
cluſionem ſcholaſticorum; ut re ipſa eas ne-
garet, & everteret. Concurrens ejus fuit
Minorita, ex collegio *S. Antonii*, argutus
admodum. Enarraverunt libros ſententia-
rum. Duo etiam monachi, interpretati fue-
runt *libros Metaphyſicos Ariſtotelis* alter Do-
minicanus, juvenis ingenii magni, ſectator
D. Thomæ, ut omnes ejus ordinis : Alter *Ja-
cobinus Bargius* ex collegio Antoniano Mi-
norita, ſenex incurvus, aridus, humilis, ar-
gutus, optimè verſatus in Ariſtotele, & libris
ſcholaſticorum, memoriæ usque ad miracu-
lum conſtantis; in docendo dexter, perſpi-
cuus, & mirè facetus, ſectator *Scoti*, ut
omnes in eâ ſecta. Huic Curæus non ſine
fructu diligentem dedit operam. Ideo &
doctrinæ ſcholaſticorum ipſe admodum gna-
rus fuit. Philoſophorum autem omnium
princeps tum fuit *M. Antonius Paſſerus* Ge-
nuenſis, quem nominarunt Jenoam. Eum
univerſa Italia ut numen veneratа eſt ; &
nullum fuit auditorium anguſtius ipſius: cum
eum nobiliſſimi & potentiſſimi homines au-
dirent, Epiſcopi, & comites magno nume-
ro, & inprimis homines Veneti. Docuit
tum *Ariſtotelem de animâ*. Huic noſter ille
dicebat, ſe inter præcipuos debere gratiam,
quod ab eo cognitione veræ Philoſophiæ
Ariſtotelicæ imbutus eſſet. Concurrens ve-
rò ipſius fuit *Abracius*, doctus quidem, ſed
tamen diſſimilis nonnihil.

Hæc ideò commemorare viſum eſt: pri-
mum ut doctrinarum amantes, & qualia ſint
ſtudia in Italia cognoſcant;& intelligant, quib.
doctorib. Curæus Philoſophiam & artem me-
dicam ita didicerit feliciter; ut nulli facilè in
Germania tunc ceſſerit. Victum autem *Ita-
licum* primò ægrè tulit: & deſideravit hypo-
cauſta Germanorum : laboravitque aliquot
dies ex melancholia hypochondriaca : &
tandem etiam planè decubuit, corpore &
animo æger. Sed citò lectiones & mundi-
cies Italicæ ipſi dolorem exemerunt. In
navigatione *Patavium* verſus meditatus eſt
carmen querulum de exilio, ſumta occaſio-
ne à fuga Chriſti in Ægyptum. Patavii
etiam ante initium lectionum ſcripſit aliquot
Epigrammata Italica, & alia Latinis ver-
ſibus. Diligenter verò ea hyeme etiam in-
ter frigora, incepit legere ſcripta Galeni: atq;
inter cætera exercitia, & auſculationes
in ſua arte, deſcribere lectiones medi-

Anatomen adminiſtrat. Fallopius: Lectiones Theologicæ Patavii.

Jacobinus Bargius.

M. Antonius Paſſerus celeberr. philoſoph.

Ægrotat Italia Curæus.

cas priorum annorum. Deinceps verò audiendi & cognoſcendi cupiditate ingenti accenſus, matrem ſtudiorum *Bononiam* iuviſit; in qua magnifica cernuntur ubique ferè palatia nobilium; & nobilitas ipſa eſt humanitatis ſtudioſa, & amans hoſpitum. Ibi hærens illuſtriores, felices & ſummæ experientiæ medicos ſectatus eſt, *Benedictum Victorinum* Faventinum, ſenem admodum; *Helidæum* Ferolinenſem, multorum remediorum abſtruſorum promum condum; & *Aldrovandum* virum humanum; tunc temporis Decanum vel priorem, ut nominant, collegii medici, ſtudioſiſſimum ſimplicium medicamentorum inquiſitorem.

Bononiam adit Curæus.

Benedictus Victorinus Faventinus. Helidæus. Aldrovandus.

Eadem in urbe *decimo* Septembris die, anno *quinquageſimo octavo* in ſacrario ædis cathedralis D. Petri, collata ſunt Curæo inſignia Doctorum medicinæ; ut virtuti & doctrinæ ipſius debitum redderetur præmium: & ut ſcirent alii, eum ad faciendam medicinam idoneum eſſe. Vicecancellarius fuit *D. Ludovicus ab Armis*, Juriſconſultus celeberrimus. Enarravit Curæus cum doctrinæ peteret teſtimonium ſecundùm Aphoriſmum primi libri, & locum ex arte Galeni de differentiis ſignorum. Armo placuit ipſius oratio, ad imitationem Melanchthonis cogitata, brevis, propria, & conſperſa quaſi floſculis quibusdam, & ſententiis Ethicis.

Medicinæ Doctor renunciatur Curæus 1558.

Ludovicus ab Armis.

Redit Patavium. 1559.

Anno ſequenti reverſus Bononia *Patavium* die Paraſceves, qui eſt dies paſſionis Chriſti, quo omnes ferè ſacris eo loci operantur: manè, ut ſæpè narrare ſolitus fuit, audivit ad *S. Antonium*, monachum Minoritam, qui quaſi pro tribunali verba condemnationis Chriſti recitavit: *Ego Pontius Pilatus Cæſ. S. P. Q. R. locum tenens generalis in Judæa te Ieſum Nazarenum criminis læſæ majeſtatis accuſatum, & per idoneos teſtes convictum & comprobatum, condemno ad mortem, ut ducaris ad locum ſupplicii, & crucifigaris, donec anima ſeparetur à corpore.*

Verba condemnationis Chriſti in die Paraſceves ibi recitata.

Quot plagæ Chriſto inflictæ.

Dixit idem monachus Chriſto eſſe inflictas plagas *ſexies mille, ſexcentas, ſexaginta ſex*; ex autoritate quidem Bernhardi. Diſcurrit in pulpito: concuſſit catenas: elevavit, atque erexit crucem in altum; & horrendum clamavit. Circa veſperam Epiſcopus cum Canonicis, & ingenti turba populi duxit funus Chriſti: feretrum bajularunt ſacerdotes ſequentibus Mariis cum fletu & ejulatu. Sacerdotes dixit cantaſſe nænias; & omnes vias plenas fuiſſe luminibus. Die etiam præcedenti deſinunt, de more ſonare campanæ & horologia civitatis; Judæi ædibus egredi non audent; ſæpè etiam coguntur magnis ſumptibus conducere cuſtodes; ut domi ſuæ tuti eſſe poſſint. Præterea anno præcedenti, die Jovis ante Paſcha, nocte viderat *Venetiis* proceſſionem, ut vocant, inſignem, ad templum *S. Marci*. Septem ſunt fraternitates; gerunt faces penè innumerabiles. Tota enim area D. Marci, & omnes plateæ facibus colluxerunt. Quælibet fraternitas habet ſuos flagellatores; qui ſcuticis ferreis lacerat

Proceſſiones Venetiis habitæ.

terga crudeliter; facies autem eis t[...] ſunt.

Inter eas *S. Rochi* fraternitas maxima[...] In templo S. Marci plurimi convenerunt[...] acerrimè ſeſe cæciderunt. Hortantur e[...] eos aliqui ſubinde Italicis vocibus acclam[...]tes: *Ferite filii, ferite.* Tunc ſacerdotes de[...]tant hymnum: *Vexilla regis prodeunt.* In [...]podio circumferunt aureas cruces & im[...]nes; tandem ſanguinem miraculoſum in [...]ſtallis: quem dicunt, fluxiſſe ex imagine [...]cifixi, vulneratiâ luſore. Sub noctem P[...]ſceves viſitant *triginta tria* templa, & ſe[...]crum Chriſti, cum facibus; & omnes tac[...] Manè plateæ albentes viſæ ſunt cera ab o[...] parte.

Sed omiſſis his & ſimilibus, quæ narr[...] Curæo παρέργως voluimus accedere, redi[...] ad inſtitutam de eo narrationem. Cum [...] ſuam Philoſophicam & Medicam, ut dixi[...] ſummo ſtudio *biennium* ferè in Italia ſta[...] viſſet: cepit cogitare de reditu in German[...] dulcem patriam, cui natus erat; atque f[...] Pentecoſtes, de vectura una cum cæt[...] Venetiis, tranſegit. Eam urbem ipſe [...]bat verè eſſe compendium mundi, & [...] dicunt: *Qui Venetias non vidit, non cre[...] & qui non aliquandiu ibi vixit, non intell[...]* Reverſus igitur ex Italia anno *quinquage[...]nono*, circa ſolſtitium æſtivum, operam [...] menſe Octobri Reipub. Glogovienſi add[...] honeſto ſtipendio conductus; cum qui[...] de ipſo accerſendo Glogoviam, tracta[...] eſſet, quando adhuc viveret in Italia.

In ea deinceps urbe, quam paulò [...] *Joannes Draconites* medicus reliquerat doc[...]nam ſuam egregiam in arte medica, plur[...] omnium ordinum hominibus feliciſſi[...] fide, induſtria & prudentia ſumma, pr[...]vit in *Sileſia*, in *Polonia* majore, tum [...] etiam in *Boruſſia*: in quæ loca medication[...] cauſa evocatus ſæpè longè lateque excu[...]

Cumque jam conjugio etiam ſibi jun[...]ſet, vitæ ſociam lectiſſimam puellam, [...] qua poſtea toto matrimonii tempore, [...]luxerunt fides, dilectio, ſanctificatio, c[...]tas, & virtutes præcipuæ, quas Paulus [...]quirit in pia matrona; cogitaretq; jam m[...]tus, ut Plato admonet ὅτι ἕκαςος ἡμῶν οὐχ [...] μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν, τὸ [...]τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, [...] οἱ λοιποὶ φίλοι: ipſe univerſam vitam ſu[...]tum demum magis etiam quam antea, ma[...] conſilio & deliberatione ita rexit, ut non [...]luptates, otium & tranquillitatem v[...] aut artes quæſtuoſas, quibus rem ſal[...] faceret, ſectaretur: ſed gloriæ Dei, & [...]minum ſaluti plurimum ſerviret. I[...] toto illo tempore, quo non evocabatu[...] alios, domi vixit, in aſſiduis medita[...]nibus & laboribus precationum, lec[...]num, ſcriptionum, Philoſophicar[...] Medicarum, Theologicarum, inſtruc[...] dicendi & ſcribendi copia ac facultate [...]cellente.

In hoc Deo grato, Reipub. & Eccleſiæ [...] vitæ curſu perſeveravit fide & prudentia ſu[...]

ſtia; donec ex ſtatione ſua DEO & ho-
ibus dicens ac faciens grata, in æternam
iam eſt evocatus. Expetiverant eum et-
antea inclytæ & illuſtres aliquot Reſpub.
tislavienſis Stetinenſis in Pomerania, &
. Ac præſertim agitatum fuit aliquando
filium; ut ad munus docendi & medendi
sferretur in Academiam VVittembergen-
; cùm qua ipſe confeſſione, voluntate &
entia ſemper fuit conjunctus. Sed Deus
it hærere eum, uſumque ejus conſpici
cipuè in patria, ſingulari haud dubiè con-
; quod amici, quibus viri illius ingenium,
& facultas in omni re nota fuit, ſæpe di-
int, ſe mirari, non intelligere. Multa de-
, inquit ille, Academiæ; ſed etiam multa
s. Ideò cum videretur non ſatis benè ale-
oſſe ſuam œconomiam; migratio VVit-
bergam impedita eſt, ne læderet, ut aie-
ſuos.

'andem verò anno *milleſimo, quingenteſi-*
ſeptuageſimo ſecundo, menſe Auguſto, cle-
ter evocatus eſt *Bregam*, ab illuſtriſſimo
ıe optimo Principe *Georgio* Duce Sileſiæ
ıicenſi & Bregenſi, qui decreverat uti
& ut Medico, & ut Conſiliario. Hic quan-
ootuiſſet ejus eſſe uſus: & in tuenda va-
dine optimi & patriæ amantiſſimi Prin-
: & in negociis Sileſiacæ gentis ampliſſi-
quæ gubernabat Princeps ille præcipuè,
erus & φιλόςοργ@ patriæ pater! Fuerunt
oquia inter laudatisſimum Principem &
n, de periculis reipub. & Eccleſiæ; de
s Medicis, Theologicis & Politicis. Ideò
rinceps ſapiens, qui cœpit ejus virtutem
è propiùs, & aula illuſtrisſima, quæ vidit
divit eum cum voluptate, præſentiã ejus
tivit. Sed & tunc Deo alud viſum eſt; &
ietam decurrebat vita ejus mundana &
ıca, properans ad vitam cæleſtem & æ-
am.

Iox enim inter vota domum reverſus, die
ſimo ſeptimo Auguſti, paulò poſt meridi-
incidit in ardentisſimam febrim; quæ
batur mox æſtu & calore ſuo immodico,
s cordis omnes penitus abſumtura. Unde
rò cùm erigebatur, incidit in lipothy-
n. Poſt dies *quatuordecim* morbi cœpit
ittere calor. Sed ab eo tempore ſecuta eſt
s, ἀτροφία ϗ καχεξία, qua paulatim ab-
us eſt. Ex vitio enim & marcore ſtoma-
eſpuebat cibum; corpus non alebatur;
ia alimenta corrumpebantur: & totus
tus colliqueſcebat. Quo tempore toto,
jam videret, ut Medicus ſagax, vires
oris pertinaciâ ac violentiâ morbi ſupe-
ut antea in univerſâ vitâ, luxerat in eo
s, comitas, lenitas, & placiditas morum
laris; ita deinceps quoque ad extremum
e vitæ ſpiritum, prorſus religioſo, leni,
acido animo, voluntati DEI obtempera-
ita ut exitus vitæ, cum ante acta vita, ut
accidere bonis, planè congrueret. Ve-
etiam eſt illud, quod Plato inquit: *vive-*
mori invicem ſibi reſpondere. Quem-
odum aſſueverat cum valeret, ita decum-
bens etiam, cum magna tolerantia in morbo
quotidie eccleſias & ſcholas pias, patriam,
ſeque ſuosque ardentibus precibus & clara
voce Deo commendabat: mirificè ſeſe com- *Patientia*
memoratione diſerta dulcisſimorum ſcriptu- *& conſola-*
ræ locorum & exemplorum conſolabatur: *tio in mor-*
nec alia re ullâ, cum quidem & à medica- *bo.*
mentis abhorreret, quàm ardentisſima invo-
catione; ſine intermisſione ferè repetita,
ſeſe ſuſtentabat. Memor erat illuſtris illius
epiphonematis Socratis, qui moriturus dice-
bat: ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾶν. Multò magis
ipſe judicabat, ſe non in ſchola Socratis præ-
cipuè, ſed Chriſti educatum & regeneratum
oportere recedere inter fauſtos ſermones, &
cum precatione. Ideoq; uxorem cariſſimam
& liberos dulcisſimos, aliquoties uno die ad
ſe accerſitos, ingenti cum affectu atque de-
ſiderio, ad pietatem, verum timorem & dile-
ctionem DEI, fidem, ſpem, patientiam Chri-
ſtianam, & virtutes alias, literarum item ſtu-
dia, eſt cohortatus. Confirmavit verò etiam
felici eventu preces & vota ipſius piè & ar-
denter concepta, clementisſimus DEUS.
Nam duo ipſius filii, exemplo patris, virtute,
pietate, & doctrina prorſus excelluerunt.
Alter quidem *Adamus* doctrinæ Juriſconſul- *Adamus*
torum; alter *Irenæus* artis Medicæ Doctor, *& Irenæus*
uterque utilis ac ſalutaris patriæ; ut conſpi- *Curæi F.*
ciatur in viris illis præſtantibus, evidens teſti-
monium & exemplum promisſionis divinæ:
quæ recitatur in Pſalmo: *Generationi re-*
ctorum benedicetur.

Audiebantur ex morituro quotidiè multæ *Voces ſu-*
præclarisſimæ voces, quæ illuſtrisſima Spi- *premæ*
ritus ſancti habitantis & lucentis in ipſius pe- *Curæi.*
ctore, erant teſtimonia. Aliquas ſaltem &
maximè inſignes ac memorabiles, quas ipſe
crebrò repetebat, recenſebimus: ut nos
quoque emigraturos, ad ſimilem recitatio-
nem, conſolationem, pietatem, ac fidem er-
ga DEUM exſuſcitent atque accendant.
In dimidio ergo dierum ſuorum, ut loquitur
ſcriptura, cùm evocaretur, hanc lugubrem
Ezechiæ quærelam ſæpisſimè habebat in ore:
Præciſa eſt velut à texente vita mea; dum
adhuc ordirer, ſuccidit me. Conteror Domine
inquit, *ſed mihi ſatis eſt, quod facit hoc manus*
tua, non diabolus. Corpus quidem patitur
propter peccata, ſed animam conſolaris ſpe
& expectatione vitæ æternæ certiſſimâ. Credo,
credo Domine, ſed opem fer incredulitati meæ.
Reſponſum mortis accepi, ſed luctabor tecum
Domine Jeſu, exemplo ſancti viatoris tui Ja-
cobi, donec appareat mihi, oriatur, fulgeat
aurora lucis tuæ: nec dimittam te, niſi bene-
dixeris mihi, & ſalva facta fuerit anima
mea. Ergo benedices mihi, & ſalvam facies
animam meam Jeſu Chriſte, dans mihi remiſ-
ſionem peccatorum; juſtitiam & vitam cre-
denti. Veni domine Jeſu, & omnes qui te a-
mant, dicant, veni. Qui te non amat, ſit
anathema, ſit maranatha. Tu ſcis Domine,
qui es καρδιογνώςης, quod ego amo te. Et tu
me diligis & verè diligis me, & meus redem-
tor es merito tuo & efficacia tua. In manus

 tuas

„ tuas Domine commendo ſpiritum meum,
„ redemiſti me Domine Deus veritatis. Te-
„ cum ero ad initium novi anni, ſaturabor in
„ conſpectu tuo Domine. In menſa tua bi-
„ bam tecum novum ſuccum æterni gaudii,
„ in domo patris tui, ubi ſunt manſiones
„ multæ, ibi & mihi locus erit, ibi aſſidebo
„ menſæ tuæ. Refice me fili Dei ſpiritu tuo,
„ & tuâ vivificâ præſentia. Venio ad te Jeſu
„ Chriſte, ſuſcipe me ſecundùm promisſio-
„ nem tuam, quæ ſola eſt refectio & recrea-
„ tio animæ meæ. Jam meum pectus ardet
„ conſpectu vitæ æternæ, cujus verè ſentio in
„ me initia. Hæc autem eſt vita æterna, ut
„ agnoſcamus te verum Deum, & quem mi-
„ ſiſti Jeſum eſſe Chriſtum. Didici ego tuo
„ beneficio rectè te agnoſcere, & docui alios,
„ ut te rectè agnoſcerent. Fili Dei vicisſim me
„ quoque agnoſce, & complectere tuâ
„ gratiâ ſalvifica, & tuo ſalutari afflatu,
„ tuo Spiritu ſancto; Tradas animam tuo
„ æterno Patri, qui te tradente, libenter eam
„ accipiet: ad eum venire deſidero, ac geſtio
„ & quia nondum venio, mora omnis mihi
„ longa eſt. Tu ſol juſtitiæ præluceas mihi
„ ad æternam lucem & juſtitiam. Cupio
„ diſſolvi cum Apoſtolo tuo, & eſſe tecum:
„ Solve me ut ſim tecum: ſum defatigatus
„ nimium, expeto hoſpitium à te mihi mon-
„ ſtratum. Sicut viator iter faciens nocturno
„ tempore expetit ſolis ortum, ita ego expeto
„ claram lucem, conſpectum DEI Patris, Fi-
„ lii, & Spiritus ſancti. Cum me deſeret vox
„ & oratio, ſine ad te, benefice Salvator, lo-
„ quatur in corde meo, & intercedat pro me
„ gemitibus inearrabilibus Spiritus Sanctus
„ tuus, ſine ipſe ebulliat in meo pectore, &
„ cor tuum ad miſericordiam erga me exti-
„ mulet. Domine Jeſu Chriſte, qui ſedes ad
„ dextram æterni Patris tui, animam meam
„ ſuſcipe. Videbo te Salvatorem meum in
„ carne meâ, quam exaltaſti ad dextram æter-
„ ni Patris. Gratias agam tibi in conſpectu
„ patris tui, pro omnibus bonis, quæ com-
„ municaſti mihi. Etiam corpori meo addes
„ cuſtodes tuos ſanctos Angelos, ut aſſervent
„ meos cineres & exuvias, quæ fuerunt &
„ erunt in omni æternitate Spiritus ſancti do-
„ micilium. Imposſibile eſt hanc carnem me-
„ am, quæ eſt templum Spiritus ſancti, hanc
„ maſſam meam, quæ eſt vivificata effuſione
„ & communicatione Spiritus Chriſti, atque
„ ita inſerta carni Chriſti, redigi in nihilum;
„ aut manere in morte, manere perpetuò pul-
„ verem & cineres: Sed tu autor vitæ repo-
„ ſces à terrâ imaginem tuam ex parvis pul-
„ viſculis, & cineribus, emittens flatum tuum
„ rurſus extrues glorioſum & vivum corpus
„ meum quod erit habitatio totius divinitatis
„ in omni æternitate. Ibi ſequemur agnum
„ quocunque iverit. O verè pulchrum, dul-
„ cem & divinum. Ibi canemus canticum no-
„ vum, gaudeamus, Halleluja. Venite oc-
„ curramus obviam ſalutari noſtro: πολίτευμα
„ noſtrum in cælis eſt; ſed in hac vita oportet
„ nos incoare vitam æternã, & ſequi ordinem
quem Chriſtus inſtituit. Super induemur, ſi tamen non nudi reperiemur. Ille agnus DEI dilectisſimus qui tollit peccata mundi, deducit nos ad vivos fontes aquarum, & abſterget om- nem lacrymam ab oculis noſtris. Quæ oculus non vidit, auris non audivit, quæ in cor hominis non aſcenderunt, præparavit Deus diligentibus ſe. Hæc terrena vita mors eſt vita verò eſt hæc vita, quam in me inchoat Chriſtus. Non vivo jam ego, ſed vivit in me Chriſtus. Ergo laudetur Chriſtus. O beatam animam in qua tu Chriſte Jeſu ſedes, Dux & Rector omnium actionum & motuum. Video cælum mihi apertum. Nunc dimittis ſervum tuum Domine in pace: Verè n. viderunt oculi mei ſalutare tuum. Tu Chriſte, es reſurrectio & vita, quàm dilecta tabernacula tua Domine. Chriſte redemtor, tu cautè obſerva meam animam, ne afficiatur ullo detrimento, ab horribili & infernali Dracone Diabolo. Ligata ſit anima mea in faſciculo viventium. Migratio hæc mihi ſit felix, ſit iter mihi ad viventes in vita immortali & cœleſti. Domine Deus opitulator, viduæ etiam meæ, & orphanis meis, pater viduarum & orphanorum, eris adjutor, opem feres eis, ut habeant neceſſaria vitæ & pietatis adminicula. Eaque de re, te Fili Dei, in cœlo compellabo in conſpectu patris tui, beatorum angelorum & hominum ne pereat mihi dulcis conjux mea, ne pereant mihi dulces liberi mei, quos dediſti mihi. In his omnibus, inquit, certo exaudiet me filius Dei, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui homo cum ſit, humani à ſe nihil alienum putat. Verè humanum pectus habet Chriſtus: eſt os ex oſſibus noſtris, caro de carne noſtra. Verè igitur afficitur omnibus necesſitatibus noſtris, carnis & maſſæ ſibi ſimilis & cognatæ. Hæc & ſimilia plurima, plena vivificæ fide plena motibus Spiritus ſancti, creberrimè i ardentisſimâ precatione recitabat, & clarâ voce pronunciabat Curæus: idque verè, non fi ctè & ſimulatè, aut rhetoricè de ipſo ſcriptum eſt. Cum diceretur ipſi, ut benè ſperaret, o pem laturum ei DEUM. *Rectè*, inquit ipſ *opem feret mihi omninò Dominus finali libe ratione, juxta dictum: Beati mortui, qui i Domino moriuntur. In Domino igitur mori or, qui eſt vita mea, in agnitione, fide & fidu ciâ Mediatoris Chriſti morior, qui eſt umbra culum meum, & frater meus, qui veſtit m veſtimento juſtitiæ ſuæ. Beatus igitur ero, ju ſtus ero; O mihi dulcem beatitudinem, dul cem juſtitiam, dulcem mutationem, & migra tionem, ex peccato quidem in innocentiam, e tenebris in lucem, ex morte in vitam!*

Multa etiam, etſi extremum jam penè vita trahens ſpiritum, piè & eruditè, ut conſue verat, de doctrina diſſeruit: veriſque lacry mis deploravit enormem audaciam & petu lantiam illorum; qui corumperent rectisſi mè tradita, ſubinde miſcens vota, quibus pe tebat: ne limpidi fontes doctrinæ Iſraël cœ no falſarum opinionum, & corruptelarum,

quæ

ꝗuales plurimæ ſpargebantur, conturbaentur, ſed miſeræ poſteritati puri conſerarentur.

Prætereà, ut ſapiens erat anima, fuerunt & oces ejus nonnullæ fatidicæ. Quarum teſtes uerunt multi virtute & autoritate præſtantes iri, qui ad eum, durante morbo, officii cauſa cceſſerunt: & conſolationem ex eo audieunt potius, quàm conſolati ipſum ſunt; cum uidem in ipſo alacritatem ad mortem, proter deſiderium vitæ æternæ & beatæ roburue fidei, acquieſcentis in Deo, propter Fium mediatorem, conſpicerent ſingulare. pud hos præcipuè jam morti proximus alai animo invocationem Filii Dei & confeſonem fidei repetivit. *Morior*, inquit, *jam, dimittor, cum ſervo DEI ſancto Simeone, rvus Dei & ſanctus etiam ipſe, in confeſſione uidem ſcriptorum Propheticorum & Apoſtocorum, & piæ antiquitatis ſymbolorum, tum erò etiam in ſententia Auguſtanæ confeſſiois. DEO gratias ago, quod immenſa benite Evangelii lucem ac puritatem nobis delſis tenebris, reddidit.* Ipſis etiam repurgaoribus doctrinæ gratias egit: quod per eos ntes veritatis cœleſtis oſtenſi ſunt, ad quos ſe igrare, tanquam ad chorum & agmen illud guſtum & beatum Chriſti, Prophetarum, poſtolorum & omnium piorum doctorum hominum, toto pectore lætabatur.

Tandem igitur *viceſimo primo* Januarii, ra dimidia ante meridiem anno *ſeptuageo tertio*, cum vixiſſet annos *quadraginta es nonaginta*, horas *duas*, minuta *quinquanta*, jamque prorſus extinctæ eſſent vires rporis ἀτροφίᾳ inter preces & ſuſpiria conua, diſceſſit beata anima, ad illam cœleſtis ademiæ & Eccleſiæ ſapientiam & lucem, am diu avide expetiverat: ſicut iter faciens ctu in locis horrendis & ignotis, valde tat ſolis ortum, & lætatur conſpectâ aurâ.

Elatus eſt frequenti funere, & monumenm ejus tali inſcriptione honoratum:

JOACHIMO CURÆO,
FREISTADIENSI
DOCTORI PHILOSOPHO
ET MEDICO IN URBE
GLOGOVIENSI,
SACRARUM LITERARUM
PERITISSIMO
VIRO
PIETATE, SAPIENTIA, VIRTUTE,
ELOQUENTIA, DIGNITATE,
PRÆSTANTI,
PIE DEFUNCTO
DIE XXI. JAN. AN. CHRISTI
M. D. LXXIII.
ÆTATIS VERO SUÆ
XLI.
NA UXOR MARITO, LIBERIQUE
PATRI CARISSIMO
H. M. P. C.

Hic tegitur magnus parvâ Joachimus arenâ,
Curæus, lumen Sleſica terra tuum.
Ingenio ſummus, medicâ celeberrimus arte:
Mortuus & vivus, maximè CHRISTE, *tuus.*

Præciſa eſt, velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, Dominus ſuccidit me. Jeſa. 38.

Ingenii vim hujus viri oſtendunt præclara ipſius monumenta: *hiſtoria patria*, quam nominavit, *gentis Sileſiæ Annales*; quos deſcripſit judicio gravi, & ſermone luculento; ita ut ubere rerum & verborum copia liber refertus, laude omni ſit digniſſimus, etſi, ut fit, non eam quam merebatur retulit à nonnullis gratiam. *Scripta Curæi.*

Scripſit enim hiſtoriam, quam ſcribere ſemper eſt periculoſum ei; qui ſervat leges hiſtoriæ, videlicet, *ne quid falſi dicere audeat: ne qua ſuſpicio ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis*. Quod tamen, cum experiretur; & ferret ipſe animo æquiſſimo; recitabat hos Menandri verſus: *Hiſtoriam ſcribere periculoſum.*

Ὄβιος μάλιςα τοῖς πονηροῖς ἥδεται,
πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριςα πάντων,
Δεύτερος ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτος.

In manibus eruditorum verſantur & *libelli* ipſius Phyſici & Theologici *de ſenſibus & ſenſibili*; Item **exegeſis perſpicua & fermè integra, controverſiæ de ſacra cœna*; & ſi qui præterea; qui teſtantur, congeſſiſſe eum paucis, ſummâ dexteritate & perſpicuitate ideam Philoſophiæ Italicæ: & fuiſſe in eo ſimul etiam excellentem cognitionem, & facultatem, in rebus ſacris tradendis & explicandis; ita res, ſermonem, conſilia, & judicia magni illius, ac ſapientiſſimi Melanchthonis legerat, audiverat, annotaverat, & menti ſuæ infixerat diligenter. Latere igitur eruditio, pietas, & virtus ejus non potuit: amanterque eum complexi, & operâ atque amicitiâ ejus uſi ſunt, præcipui viri in Germanicâ & Polonica gente; non ſolùm propter doctrinam & uſum in arte medicâ inſignem; ſed etiam ob morum & vitæ elegantem civilitatem, harmoniam, & concentum ſuaviſſimum: in quo mira bonitate & gravitate virtutes multæ concurrebant, ac conſpirabant, in omnibus congreſſionibus; quibus ipſe miſcebat ſermones gratiſſimos & aptiſſimos, de variis rebus, quæ verè erant ἀναθήματα δαιτὸς ut nominat Homerus, & delectabant avidiores, profueruntque iis; quibus opus erat ipſius opera. Sæpe etiam propter prudentiam, atque communis vitæ ac juris cognitionem, adhibebatur à præſtantibus viris ad publica conſilia gubernationis; ubi ipſius vox autoritas & opera enituit in arduis patriæ negociis; quam ipſe, ut civis optimus, præcipuo & pio amore complectebatur.

**Quæ multum dedit turbarum.*

Amici Curæi.

Virtutes & ἤθη ejusd.

Fuit, ut verbo dicamus, χρηςὸς ἀνὴρ, κοινὸν ἀγαθὸν, & ut olim Auguſtus de Cicerone ἀνὴρ λόγιος καὶ φιλόπατρις. Fuit patronus & ceu

ceu Jairus alter eccleſiarum & ſcholarum reformatarum in patria, quarum pios gubernatores & præceptores amavit, ornavit, & rexit conſilio; cum ad eum crebrò ſciſcitantes de doctrina & rebus aliis neceſſariis confugerent.

Anno 46. immenſo beneficio Dei, ſubinde reſpicientis ad miſeriam ſuæ eccleſiæ, inter maxima pericula, incoatum eſt *Glogoviæ* miniſterium repurgatæ doctrinæ. Ibi ipſe primus excitatus à Deo invenit conſilium; ut à Senatu vocaretur *Joachimus Picus*, qui tunc gubernabat cum laude ſcholā Freiſtadienſem.

Joachimus Picus vernacule Specht.

Interceſſit verò pro eccleſia Glogovienſi, menſe Aprili *Auguſtus* Elector Saxoniæ, apud inclytum Regem Maximilianum II. Imperatorem. Is bonitate & pietate cauſæ motus, dedit mandata Epiſcopo Uratislavienſi; ut collocaretur Picus Paſtor in pago *Proſthau* urbi vicino. Hæc prima fuerunt naſcentis in illa populoſa urbe, eccleſiæ exordia. Omnibus fuit Curæus hortator diligens, ut piè ac ſapienter fugerent, ceu peſtem inimicam Deo & eccleſiæ, hypocriticam ſimulationem & grandiloquentiam inſolentium, & arrogantium *Harmoſtarum*; qui animo ſupra modum elato, quærentes τὸ πρωτοθρόνον, ſummam ubique potentiam ſibi arrogabant, ardentesq; odio, ambitione & gloriæ cupiditate, ab Academiā Wittembergenſi diſcedebāt; dabantque applauſum calumniis & confictis fabellis quorundam: qui verè fuerunt illis temporibus fax & incendium ſcholarum & eccleſiarum in Germania; ſibique viam ad dominatum & Pontificatum novum ſtruebant in locis; in quibus tribunitii illi Doctores, armati factionibus & clypeo principum ac rerum publicarum, ſævi & crudeles fuerunt. Magno autem & pio ſtudio hoc agebat; ut docentes in eccleſiis & ſcholis venerarentur eccleſiā & ſcholam VVittembergenſem, tanquam matrem: & in una eademque Auguſtana confeſſione fideliter conjunctionem cum eâ tuerentur; quæ ut magiſtra multarum gentium, & vox ac cuſtos publicæ & incorruptæ doctrinæ, conſtanter retinebat, profitebatur, & propagabat omnes articulos fidei & pietatis Chriſtianæ. Conſulit, ſicut & Melanchthon ſemper; ut docentes in Eccleſiis & ſcholis, diligenter ſeponerent atque ſopirent omnes diſputationes non neceſſarias, & auditores de veris fundamentis docerent ſine rixis; juxta normam & phraſes Prophetarum, Apoſtolorum & piarum Synodorum, Auguſtanæ Confeſſionis; & cum ea congruentium ſcriptorum; quæ in corpore doctrinæ eccleſiarum, quæ erant ſub Electore Saxoniæ, comprehenſa fuerunt; prudenterque ſegregantes ſtipulas à fundamento, non moverent, aut reciperent promiſcuè novas diſputationes; cum quidem pauci omnibus temporibus fontes rerum inquirant & intelligant; ſancirent autem ſilentium de quæſtionibus alienis à doctrina fundamenti, quædam etiam, nondum ſatis explicata, relinquerent congreſſui rectè eruditorum, & piæ Synodo: ſicut omnibus temp-
ribus *magna ſapientia & pietas eſt, dicere*
juventutem & populum neceſſaria, non ſub-
lia aut arguta; quæ turbant invocationc
multorum: & ſemina ſunt perniciosaru
diſtractionum inter docentes: ſauciantq
animos auditorum, præſertim infirmæ æta
& plebis. Retinebat igitur ipſe in tanta q
dem varietate, diſſimilitudine ac ſpectris
pinionum & ſententiarum, ſimplicem fo
mam ſeu methodum, & ὑποτύπωσιν ὑγιαι
τῶν λόγων, ut præcipit Apoſtolus; quam
mebat ex teſtimoniis divinæ vocis, proph
tarum & Apoſtolorum, ex ſymbolis & d
ctrinâ, piæ & orthodoxæ antiquitatis, & ve
deinceps etiam ex ſcriptis præceptoris Ph
ilppi Melanchthonis: quem diu diligenti
mè audiverat; & ſciebat veriſſimè Spiri
ſancti ſingulare fuiſſe templum & organu

Curæi conſilium miniſtris Eccleſiæ datum.

Temperamentum denique Curæi mag
ex parte fuit calidum & humidum, ſeu ſa
guineum, ſpiritus tenues & lucidi: qui in
inſignem effecerunt bonitatem imaginati
Celerrimè arripiebat; quæcunq; vel diceba
tur, vel ſcribebātur ab aliis. In omnibus ve
rebus & deliberationibus, etiam perplexis
intricatis, ſubitò multa, quibus opus er
ipſi veniebant in mentem, in utramq; parte
cùm opera imaginativæ velocis, ex uno
jecto propoſito mox aliud ex alio ratiocir
retur. Deinde memoria maximè excelleb
Nam & ſingularia & univerſalia, imagi
quarumcunque rerum, ſemel tantum unc
cunque hauſtas atque conceptas, ſemper
ctiſſimè retinuit ac meminit. Itaque ami
familiariſsimo, aliquando hortanti ipſu
uti memor eſſet eorum, quæ audiſſet, reſpo
dit: *non opus eſſe iſtiusmodi commonefaction*
ſe DEI beneficio non oblviſci eorum; *quæ ſ*
tem velit meminiſſe: oblivionis, non memo
arte, ſibi opus eſſe, ut ille olim dicebat. Poſ
rior enim pars cerebri, theſaurus memor
fuit ſiccior: ideoque ad accipiendas & re
nendas imagines & ſimulacra rerum, impro
ſa à ſpiritibus, accommodata. Ita & p
judicatrix in ipſo fuit optima, propter m
gnem ſpirituum ſiccitatem: quam amat f
cultas judicans: ut ſit conſtans, & congru
cùm rei veritate.

Cæterum incoarat inter alia Curæus, ut
hoc addamus mantiſſæ loco, *Delineation*
hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, qua decreverat co
plecti narrationes & eventus rerum, q
acciderunt in Germania, à temporibus r
purgatæ doctrinæ, ſub Luthero & Melanc
thone, usque ad ſua tempora. Inſtituerat e
iam *refutationem*, ex fundamentis Philoſ
phiæ, Medicinæ, & Theologiæ deductan
quam oppoſiturus erat mirificò illi homin
qui ſe nominavit *Theophraſtum*: quique m
nitus, ut Curæus dicebat, neſcio quibus pr
ſtigiis, contra artes inde à prima antiquita
generis humani continua ſerie ad nos prop
gatas, ſparſit vituperationes, & deliria va
ac inepta: contra doctrinam verò de perſo
& beneficiis Filii DEI furores Manichæos

S

ſed hæc ſufficiunt de Curæo *ex oratione de*
& morte ipſius à Joanne Ferinario, Pro-
re in Academia Marpurgenſi hiſtorico,
ota. Prodierunt etiam poſthuma amico-
elogia, parentalia, memoriæ Curæanæ
ata.

ERNHARDUS DESSENNIUS CRONENBURGIUS.

ERNARDUS DESSENNIUS CRO-
NENBURGIUS *Amſtelrodamum*, quæ-
ſiſſimum, ut ipſe prodit, Hollandiæ
orium, patriam invenit, anno Chriſti, ut
taleon vult, cui tamen timidè nonnun-
m in hujuſmodi accedimus, *milleſimo,*
gentesimo, *decimo quinto.* Hic cùm egre-
eſſet indole, & ingenio ad ſtudia apto,
ure à ſuis in ludum miſſus, atque præce-
ibus fingendus eſt traditus. Itaque pro-
euticis diſciplinis feliciter perceptis, ad
naſia publica ſe contulit: omnemque
κλοπαιδείαν, Minerva non invita, abſolvit.
oſteà ad medendi artem animum appli-
, ac *Lovanii* primùm ei operam dedit.
in Italiam anno Chriſti *trigeſimo octavo*
ectus, eo uſque in ſtudio medico proceſ-
t titulis ac honoribus artis præſtantisſimæ
s fuerit ornatus. *Bononiæ* præceptorem
er Curtium & alios Medicos habuit *He-*
m Paduanum: cujus unius auctoritas
omnem deinde vitam tanti apud ipſum
ut ea ſola in medicamentis confidenter
dis fuerit contentus & ſecurè acquieverit.
m in Italico itinere offendit *Gisbertum*
ium Amſtelrodamum popularem, Ro-
nter primarios medicos habitum. Hunc
ert tumbam amplam, ſaxeam, ad viperas
vandas, in hortulo ſuo, qui juxta ædes
iſitisſimis ac peregrinis herbis refertur,
caſſe: ipſasque viperas inſolenti con-
tia citra læſionem manibus attrectaſſe.
omum in Hollandiam florentiſſ. reverſus
axin medicam acceſſit: ac *Gruningæ*
ſiorum, urbe magnifica, opulenta &
ta *octennium* aut *novennium* publico
rtem eam eſt profeſſus. Inde *Coloniam*
ppinam Joanne Echtio inſtitutum adju-
, digreſſus, ibidem medicinam factita-
idque cum ſalute multorum. Quod ubi
ſtratus urbis nobilisſimæ reſcivit: ſtipen-
iberali ac honeſto operam ejus condu-
ıc poliatrorum collegio adſcripſit. Ibi
e dum & medicinam ex officio exercuit:
iptis eandem augere ac illuſtrare cona-
t: non uno merito nomen ſuum im-
alitati conſecravit.
ndem diem ſuum obiit Philoſophus hic
edicus eximius, anno Chriſti *milleſimo,*
enteſimo, ſeptuageſimo quarto, Coloniæ
s ſuæ *ſexageſimo quarto*: ubi non unum
ſpecimen ediderat.
t vir bonus, doctus, candidus, fortunæ
obitatem variè expertus: diſcendi adeò
lus, ut cum Socrate diceret: *præſtat ſerò*
e, quam nunquam: rei herbariæ & plan-
indagator diligens. Gruningæ ſcribit

ſe primùm omnium pro ædibus, magno ad-
ſpectantium miraculo, *gariophyllos Indos* ex-
poſuiſſe. Galeni præterea & aliorum Græco-
rum præcepta obſervare ſe diligentisſimè
confirmat: deligendo ſemper omnium præ-
ſtantisſima medicamenta ſimplicia, atque ma- *Medica-*
ximè recentia & vigentia: cùm vetuſtate o- *menta re-*
mnia vires amittant. Medicum voluit com- *centia opti-*
poſitionum conſtructionibus frequentisſimè *ma.*
adeſſe: resque ipſas oculis ſuis probare: phar- *Medici of-*
macopolas non ocioſos ſpectatores: ſed cu- *ficium.*
rioſos negotiatores in emporiis eſſe oportere *Item Phar-*
dixit. Senſus judices ſtatuendos: & multa *macopola-*
multùm inſpicienda, guſtanda, olfacienda. *rum.*
Nam qui literarum duntaxat monimentis *Senſibus*
confiſi, absque rerum intuitu, res ipſas ani- *non literis*
mo ſolùm revolvunt: eos crebrò falli: & *fidendum.*
opinionem veriùs, quàm veritatem mentibus
tradere.

Et ſi *ingenui eſt animi,* ut Tullius, ait, *pro-* *Candor Cro-*
fiteri per quos profeceris: ne hac quidem lau- *nenburgI*
de ipſe deſtituitur. Nam per quos profece-
rit variis in locis ſcriptorum ſuorum eſt * *Lib. 7. de*
profeſſus, & nominatim metallorum natu- *compoſit.*
râ ex nemine pleniùs & exactiùs ſe edoctum; *medicam.*
quàm ex *Georgii Agricolæ* commentariis: pro
quo beneficio ſe plurimum illi obæratum
profitetur. Candidè itidem quæ ignoraret,
confeſſus eſt; ut artem Chymicam: ut quid
herbæ eſſet *Moly & Cedrum* nunquam vidiſſe
dicit: diſcendi tamen adeò cupidus; ut in
hæc alicubi verba * proruperit: *Utinam eam* * *Lib. 1. de*
adhuc ſuperi felicitatem largiantur: qua mi- *compoſ. me-*
hi liceat apud herbariæ medicinæ peritum tam- *dicam.*
diu agere; donec in ejusmodi doctrina inte- *Diſcendi*
grè erudirer! Certè me non puderet vel in ex- *cupiditas.*
trema ſenecta diſcere. Et alibi: *Utinam peri-*
tus ac fidus aliquis interpres adſit: qui diſtin-
ctim ea genera, viva mihi facie demonſtret!
O infelicia tempora! quæ ſæpè res Platonis
numeris obſcuriores, medicinæ offundunt.
Idque vir optimus rectè. Convenit enim mo-
deſtis ingeniis & veritatis ſtudioſis, indubi-
tata promtè ſuſcipere: dubia per ocium in-
veſtigare: ac meliora docentes audire: nec
ullum tempus ſerum exiſtimare: quo aliquid
ſtudiis & operibus rectiùs adjicitur: ſiquidem
in nulla diſciplina graviori diſcrimine pecca- *In medici-*
tur, quam in medicina. *na peccare*
periculo-
Infeſtus fuit etiam ipſe, ut quisquam alius, *ſum.*
imperitis medicaſtris, confidentibus chirurgis, *Inepti mi-*
nefariis feminis, monachis apoſtatis, omniſciis *dici.*
monialibus, impiis Judæis: ineptis pharmaco- *Præfat. ad*
pæis: qui artem medicam generi humano ſa- *Adolph.*
luberrimam, fraudibus, præſtigiis, fuco, impu- *Elect. Co-*
denti imprudentiâ corrumpunt: adeò ut ali- *len.*
cubi ſcribat: *ejusmodi confidentibus ac impe-* *Ars meden-*
ritis homicidis, qui per mortes magno precio *di quibus*
experimenta faciunt: & intolerabili licentiâ, *committenda.*
quæ vis cathartica, & alia, quibusvis exhi-
bent, urbibus interdicendum, & omnes è com-
muni hominum cætu eſſe exigendos: contra pi-
is, ſapientibus, eruditis, exercitatisq́, medicis
medicam artem committendam. Id etiam
ad Matthiolum de ſe * ſcribit: *nulli prin-* * *Lucan.*
cipum ſe obſtrictum; tametſi talium con- *l. 8.*
ditionum occaſiones non defuiſſent: quod

Ab aulis abhorret. *Lucan. l. 8. *quod ingenium ſuum, liberum & ſimplex, aulis minus conveniret: atq; alioqui eas formidaret, illud cogitans, * Poëta:*

——— exeat aula,
Qui vult eſſe pius: virtus & ſumma poteſtas
Non coeunt ———

Scripta Cronenburgii. Poſteritati elucubravit libros de *compoſitione medicamentorum, hodierno ævo apud pharmacopolas exſtantium:* non medicis & pharmacopæis tantum: ſed omnibus inſuper rerum cognoſcendarum ſtudioſis utiles juxtà ac neceſſarios.

De peſte item commentarium.

Defenſionem medicinæ veteris & rationalis, contra *Georgium Phædronem & ſectas Paracelſi.*

Diviſionem purgantium medicamentorum in minore pondere.

Eſt ejusdem *Cronenburgii ad Matthiolum epiſtola*, libro ſecundo epiſtolarũ ejus inſerta.

Decerpta hæc & collecta ſunt *ex ſcriptis Cronenburgii: chronico chronicorum: & bibliothecis.*

† 1574. d. 7. Julii. ætat 75. curr. Jo. Nav.

CASPAR ET JOANNES NÆVII.

GHEMNICII Miſniæ oppido non ignobili, *Caſparus Nævius* natus, & quemadmodum *à teneris*, ſecundum poëtam, *adſueſcere multum eſt*, à puero literarum humaniorum ſtudiis mancipatus, celeriter quæ ab informatoribus tradebantur, accepit. Itaque maturè triviali, ut vocant, ludo emancipatus, publica doctorum ἀκροτήρια ingreſſus eſt: ibique tum in linguis principibus, tum in philoſophicis diſciplinis ſtudium omne collocavit.

*Quint. l. 1. c. 12. Platonis peregrinatio literaria. *Vide Lact. l. 4. Inſt. c. 2. Cic. 4 Tuſc. & 5. de fin. Quemadmodum autem * *Plato* non contentus diſciplinis, quas præſtare poterant Athenæ, * Pythagoræorum causâ in Italiam navigavit: ita & Nævius, haud domeſticis contentus, eandem Europæ regionem, literatiſſimis ingeniis affluentem, adiit: medicisque & philoſophis eò loci tum præſtantiſſimis operam dedit.

Italiam adit Nævius. Fit archiater Elect. Sax. Reverſus in patriam ad praxin ſuæ artis ſe contulit; qua feliciter, ſupremi Archiatri munere ſuccedente, in Electoralem Principum Saxoniæ, S. Rom. Imperii Septemvirûm aulam, accerſitus, duûm Electorum *Mauritii* & *Auguſti* Medicus fuit fideliſſimis.

Vivendi in his terris finem fecit anno menſe & die, nobis nondum cognitis.

Eruditio ejus & fama. Fuit hic Medicinæ Doctor præcellenti doctrina, & magna in arte ea experientia per Germaniam celeberrimus, charusq; & in patria & extra eam viris clariſſimis doctiſſimis.

Scripta Caſp. Nævii. Exſtat ejus ad *Petrum Andream Matthiolum Senenſem*, Medicum excellentiſſimum, epiſtola; qua admonet eum de quibusdam plantis; in quibus ab ipſo diſſenſit: Item *de venæ ſectione* diſputatio, & alia *de ratione alterandi humores.* Ex Italia rediens ſecum attulit cum polygala ſemen *telephii* capitis quod ad Bononiam copioſè creſcit. Id in patria ſatum ubertim * ſcribit proveniſſe. Et hæc de *Caſparo Nævio.*

Telephium in Germania. * lib. 3. ep. Matthioli.

Fratrem autem hic *Caſpar* & collegam [...] buit *Joannem:* cujus vitæ integritas, eru[...] doctrina, nomen præclarum, humanitas e[...] omnes, omnibus ea, qua vixit, tempeſt[...] nota fuerunt.

In lucem is editus eſt *Chemnitii* anno ſa[...] tis reparatæ, *milleſimo, quadringenteſimo no[...] geſimo nono*, die *viceſimo nono* Auguſti, ſe[...] ſe poſt *tertiam* matutinam, ut ipſe annotat[...] ſua manu reliquit.

A puero literis imbutus prima philo[...] phiæ laurea ornat⁹ eſt anno *decimo nono*, ſe[...] li *decimi quinti*, die *duodecimo* Sept. quo A[...] demia Lipſenſis Miſenã ob paſtem ſeceſſe[...]

Eodem anno *Wittembergam* venit: ibi[...] docentibus operam dedit *quadriennium* a[...] plius. Inde in *Italiam* profectus *Bononi[...]* venit menſe Novembri. Poſtea *Ferra[...]* anno *viceſimo quinto* die *ſexto* Maij, à *Joa[...] Menardo* Medico, Doctoralibus eſt inſig[...] bus ornatus. Quo eodẽ anno praxin medic[...] partim *Venetiis*, partim ſtudia ſua Patavii u[...]

Anno *viceſimo ſexto* ad ſuos redux *Lipſ[...]* venit: ac ſequenti anno *Annabergam* acc[...] ſitus, phyſicum ibi medicum egit: atq; an[...] *trigeſimo primo* ſeculi *decimi quinti* uxor[...] duxit.

Poſtea in *vallem Joachimicam* invita[...] ea in Repub. poliatri munere eſt functus t[...] tiſper; dum à *Mauricio* primum, deinde *Auguſto*, Saxoniæ Electoribus, archiatri [...] provincia eſt demandata.

Non ſolùm autem Archiatrum Saxo[...] Ducum ſacrique Imperii Electorum, e[...] ſed quotidiè ferè exteri etiam, & Boë[...] Regni proceres ac nobiliſſimi viri ad ipſ[...] tanquam ad ſacram anchoram confugeru[...] ubi ab aliis medicis curari non potueru[...] qui omnes ejus doctrinam & in mede[...] dexteritatem, ſummis laudibus extuler[...] Itaque factum, & ut abſentem, & de fa[...] ignotum, optimi quique non dilexerint [...] lùm, ſed etiam obſervarint. Hæc enim [...] tutis vis eſt: ut in eorum etiam nos amo[...] pelliciat, quos nunquam viderimus.

Juvit idem *Joannes Nævius* inter alios eg[...] giè *Petrum Andream Matthiolum*, in co[...] portando inſigni illo herbario: id quod [...] Matthiolus in præfatione herbarii hiſce te[...] tur: *Sed quid*, inquit, *nunc commemore[...] clariſſimo viro, Joanne Nævio, illuſtriſſimi P[...] cipis Auguſti, ſacri Romani Imperii Electo[...] & Saxoniæ Ducis, Medico? quibus ego il[...] præconiis efferam? Innumeris, ſi poſſem: q[...] is non ſolùm omni cum perſuaſione princip[...] ſuum hortatus ſit: ut tam copioſas mihi mi[...] ret ſuppetias: ſed quod ex propria ſua pecu[...] (quæ ingens fuit ejus in me libertas, & in [...] Germanos pietas) aliquot obſignati argent[...] do, ſuâ ſponte, ad conflandum hoc opus con[...] buerit. O virum multiplici calamo celebr[...] dum, cùm ob pietatem humaniatemque; qu[...] totus redundat: tum quoque ob inſignem do[...] nam & Medicæ facultatis ſcientiam; in qu[...] adeò præcellit: ut ex longinquis regionibus [...] recuperandæ tuendæq; ſanitatis, plurimi a[...] continuò confluant homines.* Hactenus il[...]

Ex his itaque apparet, hunc etiam medi-
n immortalitate eſſe dignum: ac floruiſſe
tempore tum dignitate tum amicitia cla-
imorum quorumvis ejus ætatis virorum:
quorum numero fuit, & magnus ille
nerarius: quo cum ut adoleſcentiæ ſtu-
eum conjunxerunt: ita conjunctos in o-
i vita virtus conſervavit.

Quanta itidem ei interceſſerit cum D. Mat-
lo neceſſitudo: ex dictis modò cuivis
re in proclivi eſt. Multa cum eo Mat-
lus communicavit: uti ipſe in * epiſto-
neminit *ſyrupi* & *elleboriſmi* ad *quarta-
os.*

Deceſſit de vita anno Chriſti *milleſimo,
gentesimo, ſeptuageſimo quarto*, die *ſepti-*
Julii, ætatis anno *ſeptuageſimo quinto*,
idæ; ubi tali cum epitaphio ſepultus:

D. O. M.

OANNI NÆVIO CHEMNICENSI,
OCTORI, PRÆCELLENTI DO-
TRINA, ET MAGNA IN ARTE
XPERIENTIA PER GERMANIAM
ELEBERR. OB EAMQUE A ROM.
ÆSARE FERDINANDO IN VALE-
UDINE PERICULOSISS. ACCER-
ITO; DUUM SEPTEMVIRUM IM-
ERII PRINCIPUM SAXONIÆ
IAURICII ET AUGUSTI FRA-
RUM, PER ANNOS XXX. MEDI-
O FIDELISSIMO, IN STUDIOSOS
T PAUPERES ETIAM PERLIBE-
ALI AC PUBL. OPTIMARUM
RTIUM STUDIA MUNIFICO:
ROPTER PIETATEM VERO ET
NTEGRITATEM, COMITATATEM,
T GRATIFICANDI SINGULAREM
ROMTITUDINEM OMNIBUS
HARO, CUM VOCANTE DEO EX
AC VITA ET FUNCTIONE AD
NEM USQUE LABORIOSISS. CUM
UCTU BONORUM MAGNO SUI
ESIDERIO RELICTO EXCESSIT:
ONJUNX, FRATRES, FRATRIS
IBERI HEREDES MARITO AMAN-
ISS. FRATRI CHARISS. PATRUO
BSERVANDO PRÆCLARE DE
NGULIS MERITO, HOC MONU-
ENTUM GRATITUDINIS ET
MPITERNÆ MEMORIÆ ERGO
CONSECRARUNT.

IT ANNOS LXXIV. M. X. D. VI.
ORITUR ANNO M. D. LXXIV.
M. JULII. D. VII.

æterùm quod in epitaphio mentio fit e-
tionis ad Imperatorem Ferdinandum;
am id eſt in periculoſiſſimo ipſius Au-
i morbo, primùm anno *milleſimo, quin-
eſimo, quinquageſimo quarto*, deinde ite-
anno *ſexageſimo quarto*; de qua poſte-
i evocatione Fabricius ad Treptam ali-
i ita: *Patronus tuus* (J. Nævius) *vir præ-
ſtantiſſimus nondum ex aulâ Imperatoris rediit: in qua numinis inſtar habetur.*

Felix aulicus.

A multis hic vir laudatur exemplũ prudentis atq; felicis aulici. Nam cùm aula ſit lubrica & euripo inconſtantior: ipſe conſtanter eodẽ fortunæ ſtatu, eademq; ſuorum ipſe Principũ voluntate ſemper eſt uſus. Quam ad rem mul-tum ei contulit patientia; qua omnia ſecunda & adverſa perinde habuit. Itaque Fabricius: *hunc*, inquit, *mihi ſæpè propono; ut diſcam ſummam omnium virtutum, patientiam.*

Patientia Nævii.

Cùmque ἄπαις ipſe eſſet; de opibus ſuis honeſtiſſimè acquiſitis, proſpexit primùm ſtudioſis; in quorum gratiam & uſum *Lipſiæ tria* ſtipendia perpetuis reditibus ordinavit: quæ ſemel adepti, ſeptennio illis uti frui poſſunt; & ſi velint, ad Doctoræ etiam gradum adſpirare: eaque primùm ex ſua familia ſtudioſis, deinde aliis, ſed Chemnicenſibus, concedi voluit; facta poteſtate ſtudiorum gratia vivendi ubicunque velint. Ad hæc alia *quatuor*, ſtipendia *Wittenbergæ* pro tenuioris fortunæ adoleſcentibus ſcholaſticis fundavit, ibidem in perpetuum duratura. Denique *noſodocheo* Chemnicenſi legavit *ſeptingentos & viginti* florenos: præter alia multa, quæ in pios uſus diſtribuenda curavit. Unde & amor ejus erga ſtudia & pauperes ſingularis, & fides per charitatem efficax elucet.

Liberalitas erga pauperes.

Adoleſcens etiam poëſi operam dedit, ut teſtatur diſtichion hoc, quod de *Stephano Schlickio*, anno *viceſimo ſexto*, ſcripſit; & ad parietes templi in valle Joachimica dicitur extare:

Diſtichon de Steph. Schlik.

Hunc pietas, regisq; favor, hunc inclyta virtus:
Orbarunt patria, conjuge, & imperio.

Hæc de duobus Næviis *epiſtolæ Matthioli: Petr. Albinus in Chron. Miſniæ; Schenck. in biblioth. alii.*

JOANNES GUINTHERIUS.

☉ 1574. d. 4 Octobr. ætat. 87.

VBIORUM ad Rhenum oppidum eſt *Andernacum*, quod *Ammianus*, qui ſub Juliano Cæſare ſcripſit, *Antenacum* nominat; anno Chriſti, *milleſimo, centeſimo, viceſimo*, ab Epiſcopo Colonienſi muris cinctum, & in urbis formam ex pago redactum. Hoc in oppido *Joannes Guintherius*, anno *milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo ſeptimo* natus, parentibus honeſtis, ſed tenuioris fortunæ, vix dum *quadriennis* in ludum literarium, ibidem à *Saladino*, Epiſcopo Colonienſi apertum, eſt miſſus. Itaque elementa literarum prima velociter & feliciter arripuit; & quemadmodum in herbis fieri videmus, puer etiam, qui maturitatis fructus eſſent ſperandi, oſtendit.

Andernacum oppidum.

Diſcit in patria literas.

Ex patria ſchola *Ultrajectum*, Friſiæ orientalis urbem progreſſus; & inter alios *Lamberto Hortenſio* condiſcipulo uſus eſt: inde *Daventriam* venit, ubi mendicato vivere coactus, expertus eſt illud Horatianum:

Venit Daventriam.

Qui cupit optatam curſu contingere metam
Multa tulit fecitque puer, ſudavit & alſit.

Jactis ita fundamentis magno cum labore & induſtriâ; diſciplinarum humaniorum & Philoſophiæ ſtudia aggreſſurus, *Marpurgum* Heſſorum profectus eſt: ubi brevi tantum profecit, ut, cum *Goslarienſes* juventuti erudiendæ magiſtrum idoneum quærerent; Guintherium præ aliis elegerint atque ad ſe invitarint. Verùm cùm, quemadmodum propheta inquit, *non ſit hominis via ejus, nec viri dirigere greſſus ſuos*: DEUS eum hac in ſtatione diu ſubſiſtere noluit.

Inde Marpurgum. *Præficitur ludo Goslarienſi.*

Goslariâ igitur & Germaniâ ſuperiore relictâ *Lovanium* in Belgicam abiit, ſtudiorum ibi continuandorum cauſa. Quo ut venit; Græcæ ei linguæ publicè docendæ provincia demandabatur. Hanc ille ea diligentia, & dexteritate obiit: ut quod in eo deſideraret, reperiret nemo. Habuit inter alios auditores & *Joannem Sturmium* ac *Veſalium*; viros in ſuo quemque genere ſummos, offenditque ibidem Hortenſium illum, ſuum olim Oreſten. Cùm autem ad medicinam animo propenderet: eique totum ſe dedere conſtitutum haberet: ſtudio ejus excitus, *Lutetiam Pariſiorum* conceſſit. Ibi dum agit, Græcos medicos & inter eos præcipuè primipilos duos *Hippocratem & Gallenum*, in Latinum traduxit; inque familiaritatem virorum doctiſſimorum facilè pervenit. De eorum numero coluit ipſe juvenis duos jam ſenes, *Guilielmum Budæum*, Pariſienſem, & *Joannem Laſcarim* Conſtantinopolitanum: illum in Græco Latinoque ſermone cum veteribus Græcis Latinisque conferendum; hunc nobili familia oriundum, qui teſte *Joanne Tylio* ſtipendio *mille ducentorum Franciorum* in ſingulos annos Græcas literas in Gallia docuit. Sed nos ad Guintherium.

Abit Lovanium. *Docet ibi Græca.* *Lutetiam proficiſcitur.* *Vertit Hippocratem & Galenum.* *Guilielm. Budæus.* *Joan. Laſcaris.* *Magno ſtipendio Græca docet.*

Hic paulò pòſt Lutetiæ, *Franciſci I.* Gallorum regis liberalitate, commendante eum *Joanne Bellaio* Cardinali, eximio literatorum omnium, & inprimis Germanorum fautore, medicinæ lauream adeptus, & medicus regis ſalutatus eſt. Ibi ergo cùm jam in admiratione omnium verſaretur: non ſolùm medicinam feliciter apud ægrotos exercuit: ſed & anatomiam, humani corporis per ſectionem inveſtigationem, hactenus deſitam ac neglectam, in uſum revocavit: ſummaque diligentia excoluit. Id quod vel unius, quem tunc inter alios habuit, diſcipuli *Andreæ Veſalii* exemplum ſatis ſuperque probavit: qui & anatomiam *Guintherii* poſtea *Bononiæ* edidit.

Jo. Bellaius Cardinalis. *Mæcenas eruditorum.* *Medicus regis ſalutatur.* *Guinther. Anatomiam exercet.*

Hac tanta ſcientiæ & fidei fama cùm eſſet jam abſentibus notus; atque in Arctoum usque orbem de Guintherio emanaſſet: ab inclyto Daniæ rege perbenignè eſt invitatus: ſed Guintherius ſuas rationes ſecutus, modeſtè gratiis actis abnuit. Cùm autem ſub id * tempus varii in Gallia motus in religionis negotio orirentur; Guintherius cùm aliis *Wittembergam* in Germaniam fuit miſſus, conſilium & auxilium ab Evangelicis petiturus; ſed in Galliam reverſus, animos exacerbatos remque omnem ad bellum civile ſpectare ſenſit.

Vocatur à rege Daniæ. * *Circa annum* 1535. *Ablegatur VVittembergam.*

Itaque cùm jam *duodecim* in Gallis an[nos] exegiſſet; gliſcentibus undiquaque bellor[um] tumultibus, & ſurgentibus variorū pericu[lo]rum tempeſtatibus, maturè de ſeceſſu cogit[are] cepit, & *Divodurum Mediomatricum* m[e]tropolin commigraviit. Verùm neque [ibi] ſtabilem habere ſedem ei datum fuit.

Quapropter cùm aliquandiu medicin[am] ibi feciſſet: exardeſcente undique per Gal[lias] civili ob religionem bello, *Argentorat[um]* tandem conceſſit: ibique tum in ſchola *A[ri]ſtotelem & Demoſthenem* interpretatus, [...] tum civibus & aliis in Alſatia in valetudi[ne] omni ope & opera adfuit.

Sed cùm neſcio quas lites ei petula[ntia] quorundam moviſſet: cùm *nulla ſit tam* * [...] *deſta felicitas, quæ malignitatis dentes vi[tare] poſſit*: profitendi munus depoſuit: ac me[di]cam artem exercere & propagare, quâ co[m]mentando perrexit.

Tandem ſub autumnum anni *ſeptuage[ſimi] quarti*, ad illuſtrem & fortiſſimum illum [...]*zarum Schwendium* Baronem, valetud[inis] cauſa evocatus, in febrim ipſe ardentem [in]cidit: ex qua Argentoratum reportatus [...] meliorem vitam tranſiit die *quarto* Octob[ris] anni indicati, ætatis ſuæ *octogeſimo ſepti[mo]* ibidem ad *D. Galli* cum alterâ uxore ſepul[tus]. *Michael Toxites*, Poëta & Medicus eleg[ans] præceptorem & amicum hoc epitaphio [do]navit:

Hic ſitus eſt Andernacus propè conjugis oſſ[a]
Exſpectans regni gaudia læta DEI.
Certabant virtus, pietas, doctrina, ſenect[us]
Et voluit primo quælibet eſſe loco.
Sed vicit pietas, animamq́ per æthera Chri[ſto]
Adduxit, cujus numen adorat ovans.
Ingenuas coluit felici ſidere Muſas:
Pæoniaque tulit pluribus artis opem.
In terris famam nomenque reliquit honeſt[um]
Spiritus it cælo: membra recepit humu[s]
Exceſſit ſeptem decies, atque amplius anno[s]
Mens tamen in ſano corpore ſana fuit.
Sed quid opus multis? laus uni hæc ſufficit [...]
Ingenio magnos vicit, & arte viros.

Eſt in eum & hoc *Huberti Damii* epigr[am]ma:

Ut natura parens dederat mortalibus oli[m]
Hippocratem ipſa ſuum quo retineret op[e]
Sic quoq́ Guintherium tandem DEUS [...]
alumnum.
Edidit; & medicam reddere juſſit ope[m]
Fecit, & occubuit: tua quo Germania fa[...]
Nunc medico celebris gloria parta vige[t]
Fama per ignotas gentes volat: oſſa recep[it]
Terra: ſed ætheriam mens colit una dom[um].

Fuit vir hîc verè pius & doctus; pacis & t[ran]quillitatis amans, cautus & prudens; in [cre]dendo fidelis: rei familiaris non neglig[ens] φιλόπατρις & φιλόςοργος. Uxores ha[buit] tres, *primam* familia nobili in Gallia na[tam] quam Pariſiis duxit & Meti amiſit; *alte[ram]* è *Scherorum* genere, quæ Argentorati o[biit] *tertiam* ex *Hæclinerum* familia, quan[...] duam reliquit.

Doctrinæ autem & virtutis nomine à *Fer-nando* Auguſto nobilitatis inſignibus & rivilegiis fuit donatus; diploma perferente *Michaele Toxite*, medico & poëta, quondam uintherii diſcipulo. Quod quidem ſummi onarchæ teſtimonium non ambitioſè expe-vit; nec oblatum moroſè rejecit; ne juſtam oriam, qui eſt fructus veræ virtutis hone-ſſimus repudiare videretur.

Ex auditorum etiam Guintherii & amico-m numero fuere *Hubertus Damius* popu-ris, *Ulricus Chelius*, *Sebaldus & Ludovicus avenreuteri*, *Didymus Obrechtus*, *Sigis-undus Roth*, *I. Iacob Neidhamer*, *Andreas lanerus*, alii.

Studioſos Medicinæ ex variis potiùs au-oribus inter ſe collatis examinatisque, ùam ex uno quodam, etiam præſtantiſſimo, ocere maluit, ſingulasque medicæ facultatis artes certo rectoque ordine perſequi: ſic t rerum naturalium contemplatio, quæ ræcis φυσιολογία dicitur, præcedat: deinde fectuum caſuumque ſupervenientium cau-e explicentur: & tandem medendi modus dine ſubſequatur. Hoc enim neglecto, edicinæ ſcientiam rectè abſolvi non poſſe dicavit; nec juventutem facilè in eâ eru-ri.

Elucubravit poſteritati varia, inprimis edica. Nam Lutetiæ cum medicinæ ſcien-am profiteretur, omnes ejus ſcriptores, m Græcos, tum Latinos, & Arabicos ce-briores, diligenter inter ſe contulit exa-inavitque: & quicquid in ipſis juventuti udiendæ neceſſarium memoriaque dignum eprehendit; in *duos commentarios* redegit; uibus titulum fecit, *de medicinâ veteri & ovâ, tum cognoſcendâ tum faciendâ.* Vertit ræterea multa præſertim de *Galeno*: *Pauli* em *Æginetæ* libros ſex, commentariis illu-ratos edidit.

Commentarios Oribaſii, ut titulus habet, *Hippocratis Aphoriſmos*, ipſe primus evul-avit.

Libros *Alexandri Trulliani* duodecim è Græco in Latinum tranſtulit; & adjectis ob-ervationibus cum medicis communicavit.

Scripſit & *de balneis, & aquis medicatis.*

De peſte libellum, cum anno *ſexageſimo uarto* per Rheni tractum lues illa graſſaretur.

De compoſitione medicamentorum & uſu orundem.

De humorum præparatione.

Poſt obitum prodiit ejus *Gynæciorum com-mentariolus* ex bibliothecâ Schenckiana. Latere etiam alicubi dicuntur ejus *ducenta circiter reſponſa & conſilia*; quæ illuſtribus & potentibus ægris ad varios morbos dedit: a qui adſervant, & poſteritati invident, næ lli non amicè faciunt.

Sed nobis hæc ſufficiant de Guintherio ex *carmine Heroico, quo vitam Guintherii deſcripſit Georgius Calaminus Sileſius: elo-giis doctorum virorum: Thuani hiſtoriâ: aliis.* Vide & in vitis Philoſoph. vitam Lamberti Hortenſii, ejus condiſcipuli.

VOLCHERUS COITERUS.

Flor. circa ann. 1575

VOLCHERUS COITERUS popularis magni illius *Rodolphi Agricolæ* fuit, natus *Groningæ*, nobili Friſiorum metropoli, cùm naturæ ſtimulis ad medicinam elegantiorem ferretur, adeò feliciter in artis ipſius ſtudio & anatomiæ exercitio per *Germaniam*, *Italiam*, *Galliam* verſatus eſt: ut operam ejus inclyta Norimbergenſium reſpub. honeſto ſtipendio conduxerit. Sed anatomicum celeberrimum immatura mors nobis citò nimis ſubtraxit. Gallicanam enim expeditionem ſecutus, caſtrenſis medicus factus eſt, ut corporum diſſecandorum occaſione, abſtruſorum morborum abdita & intima, ut ſic dicam, penetralia cognoſceret. Ibi dum agit, vitam cum artis medicæ & anatomicæ jactura poſuit, medicus & chirurgus feliciſſimus, circa annum . . . .

Norimb. Politator. *Fit medicus caſtrenſis.*

Edidit *obſervationum anatomicarum, medicarum & chirurgicarum miſcellanea* varia, ex humanis corporibus tam ſanis quàm malè effectis, tam vivis quàm mortuis depromta.

Scripta.

Fallopii item *lectiones* de partibus ſimilaribus humani corporis, ex diverſis exemplaribus collectas: quibus iconas ſelectorum brutorum in æs inciſas adjecit.

Tantillum de hoc medico Germano *Joan. Schenck. D. in præfat. obſervationum medicarum de capite humano: bibliothecæ variæ.*

ADRIANUS JUNIUS.

⊛ 1575. d. 16. Jun. ætat. 6.

ADRIANUS JUNIUS vitam hanc ordi-tur *Hornæ*, civitate Batavicâ, anno à Meſſiâ exhibito, *milleſimo, quingenteſimo decimo tertio*, cal. Julii. A puero Muſis & Gratiis cum ſacra feciſſet; moribus atque ingenio ſuo meruit favorem omnium. Et quia *quantum cæci, cedunt videntibus; tantum præſtant peregrinati nunquam egreſſis patria*: peregrinatus eſt per *Italiam*, *Galliam*, *Germaniam*, *Angliam*; ubi & medicinam exercuit, & *Philippeida*, cùm *Philippo* Hiſpaniæ regi *Maria* Henrici VIII. Angliæ regis filia,* nuberet, ſcripſit.

Horna pa. Junl. *Peregrinatur Iunius.* ** A. 1554. Harlemi ſedem figit.*

In patriam reverſus, Harlemi in Batavis uxore ductâ, domicilium fixit: ibique medicinam cum laude fecit: & ab ordinibus Hollandiæ juſſus *hiſtoriam patriæ* elucubravit juxta cum aliis, de quibus paulo pòſt.

Tandem *Harlemo* obſidione illâ memorabili cum familiâ expulſus, ad *Armuidam* juxta *Midaelburgum* in Mattiacis ſe contulit. Ubi cum fruſtra conſilio ac diligentiâ ſua civibus laborantibus opem ferre conatus eſſet: ex cæli mutatione quod illis craſſius, valetudinem non mediocriter afflictavit; inſuper tædio acciſarum rerum, & bibliothecæ inſtructiſſimæ inprimis, in Harlemi expugnatione direptæ, deſiderio, in lethalem morbum incidit: & animam de repub. literaria optimè

Inde expellitur furore militari. *Fugit in Mattiacos.* *Ubi moritur.*

optimè meritam DEO reddidit, anno *ſeptuageſimo quinto*, die *decimo ſexto* Junii, ætatis, ſuæ climacterico magno. Sepultus eſt honorificè *Middelburgi*, funus curante filio

Epitaph. *Petro*, & ejusmodi monumentum ponente:

D. O. M. S.

HADRIANO JUNIO HORNANO, PHILOSOPHO, MEDICO, ET POETÆ CELEBERR. BATAVIÆ HISTORICO FIDELISS. CUJUS IN OMNI DISCIPLINARUM GENERE EXQUISITA ERUDITIO: SINGULARIS INDUSTRIA, INFINITÆ LECTIONIS PRÆSTANTIA, MULTIPLEX LINGUARUM SCIENTIA, PARI CONJUNCTA COMITATE, DOCTORUM OMNIUM ADMIRATIONEM LAUDEMQUE MERUIT, POST VARIA INCOMPARABILIS INGENII MONUMENTA, QUIBUS ÆTERNAM SIBI MEMORIAM COMPARAVIT, SUB HOC MARMORE CONDITO, PATRI OPTIME DE SE MERITO.

PETRUS JUNIUS

MÆSTISS. PIETATIS ERGO.

P. C.

VIXIT ANN. LXIII. OBIIT XVI. SIBI COGNOMINIS MENSIS ANNO SALUTIS CHRISTIANÆ.

cIↃ. IↃ. LXXV.

Ejusdem epitaphium eſt tale:

Forte rogas parva lateat quis conditus urna,
Hæc inſcripta ſuper carmina mœſta lege.
Junius à priſca deducens nomina gente
Horna ortus, Batavæ conditor hiſtoriæ:
Muſarum antiſtes, Charitum flos, Pæoniæ artis
Lumen, & antiquæ relligionis amor.
Almæ olim lucis Juli tribuere calendæ
Principia huic civi, terra Batava, tuo.
eSdtunc Junio uti natalis Julius, illi
Sic nunc lethalis Junius iſte fuit.

Elogium Junl. Fuit medicus, criticus, Poëta, hiſtoricus exactisſimâ antiquitatis cognitione egregiè clarus; linguarum plurium peritus: adeò ut non tria, quemadmodum * *Ennius* jactavit de ſe; ſed *octo corda* habuiſſe poſſit dici. Homo ab ipſo effictus Mercurio, lepore ac venuſtate affluens: purus illi ſermo & expromtus, ſive extemporali, ſive ſcripto opus. Itaque vere in eum ita I. *Poſthius* luſit:

*Gell. l. 17. c. 17.

I. Poſthiu in Iun. carmen.

Nomen artibus extulit duabus
In toto celebratus orbe Phœbus.
Nam & triſtes potuit fugare morbos,
Et doctum ad citharam ſonare carmen.
Verùm ille in ſuperas receſſit arces;
Aut forſan periit; ſi acerba magnos
Mors domat quoque conteritque divos,
Quis nobis erit ergo Phœbus alter?
Certè aut nullus erit, vel Adriane,
Tu jam Phœbus eris. Nam utrâque præſtas,
Qua Phœbus fuit inſtitutus, arte.
Nam & triſtes potis es fugare morbos:
Et doctum ad citharam ſonare carmen.

Eruditionem ejus teſtantur & complura multiplici doctrinâ ab ipſo elucubrata monumenta. *Caſſii* enim *Jatroſophiſtæ medicæ quæſtiones* è Græcâ in Latinam coloniam deduxit, exemplaris Græci caſtigatione ad finem adjecta.

Eſt ejusdem *phalli* ex fungorum genere in Hollandiæ ſabuletis paſſim creſcentis *deſcriptio*, & ad vivum expreſſà pictura.

Scripſit de *anno & menſibus commentarium*, cui adjungitur *Faſtorum liber*; quo quicquid peculiariter apud *Græcos*, *Hebræos*, *Romonos*, aliasque exoticas nationes, memorabile quolibet die actum fuerit & obſervatum, compendio commonſtratur,

Calendarium item in quo totius anni dies articulatim ad calculum vocati, atque idipſum Latinis, haud barbaris ſententiis cuilibet anni tempori congruis.

Edidit etiam *animadverſionum libros* ſex in quibus infiniti penè auctorum loci corriguntur & declarantur.

Nomenclatorem item omnium rerum propria nomina variis linguis explicata continentem.

Commentarium de comâ, ut taceam *Emblemata*, *Ænigmata* & *carmina* lepidiſſima.

Nonium Marcellum de proprietate ſermonis, ope veterum codicum, innumeris in locis reſtitnit & locupletavit. Idem præſtitit in *Fulgentii Placidæ* libello, de priſco ſermone.

Latio denique donavit *Eunapium de vitis Sophiſtarum*: & Heſichii de *viris eruditionis fama claris*: & *Euſtathii* in Homerum, unum in volumen collegit, cui *Cornucopiæ* titulum fecit. Auxit & *Lexicon Græcolatinum ſexcentis amplius vocabulis, uti & adagia Eraſmi.*

Hæc de Junio perhibent *Janus Duza in manibus Junianis*: *Jac. Aug. Thuan. l. 61. hiſtor. alii.*

NICOLAUS MOEGLINUS.

TUBINGÆ, vetuſta ac celebri Sueviæ urbe, inter alia Academiâ ab *Eberhardo* comite Tubingenſi, anno Chriſti *milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo* ornata, lucem hanc adſpexit *Nicolaus Mœglinus*, vel *Moglingus* ſub annum ſeculi *decimi quinti, trigeſimum quintum.*

In patria Academia bonarum artium ac philoſophiæ magiſter renuntiatus anno *quinquageſimo quarto*, pridie *S. Iacobi*, poſtea ad medicam artem animum appulit: in qua etiam ἀξίωμα ſummum eſt adeptus.

Inde *Reutlingæ* Sueviæ oppido Imperiali ſede fixa, medicinam ibidem ad vitæ usque exitum factitavit.

Abiit ad vitam meliorem die *decimo quinto* Januarii incoantis annum *ſeptuageſimum ſextum*, ætatis ſuæ anno *quadrageſimo primo*. Sepultus eſt Reutlingæ; ubi in templi pariete juxta ambonem epitaphium ejus affixum e legitur ejusmodi:

Nicolepi

coleos Mœglin ſeptem Reutlinga per annos
Doctor eram medicus, non ſine laude, tuus.
ille & quingenti, ſeptemque decennia, ſexq;
Anni ibant, medium, Jane biceps que tuum:
lo ego Inſtra videns annumque, fragillima clauſi
Lumina, morsq; mihi tormina ventris erant,
uā docui infirmos, mihi erat patientia curæ:
Vivus eram CHRISTI: mortuus hujus ero.

Fratres habuit duos *VVilhelmum & Da-lem*, utrumque itidem medicum: è qui-s *Daniel Ioanni Viſchero* medico profeſſo-de quo paulò poſt, in Academia Tubin-na ſucceſsit: ac principi VVurtembergico à ra corporis, uti & antea *Ludovico* electo-Palatino, fuit. Itaque non immeritò vir ctisſimus de triga hac fratrum ſcripſit:

rmagnum & rarum eſt, tres magno nomine fratres
Doctores medicos unum aluiſſe patrem.

Amicitiam, vitæ humanæ unicum condi-ntum, coluit tum cum aliis viris piis & ctis; tum cum *Ioanne Poſthio* medico & eta: unde ejus tale ad hunc Mœglinum igramma:

rta quod humanas jungit concordia mentes:
Aut contrà, hic certa ſunt inimicitiæ:
ud dubiè aſtriferis dimanat ob orbibus: unde
Rerum & naturæ ſemina cuncta fluunt.
mihi Berſmanus, ſic Cruſius, atq; Meliſſus
Diligitur ſic te jam, Megelinę *colo:*
q; alios, quibus eſt ſimilis ſub pectore virtus
Cumque malis conſtans eſt mihi diſſidium:
u bona, ſeu mala ſit natura: bonos ve malos ve
Ingenii mores occuluiſſe nequit.

Et tantum eruere potuimus de Mœglino. Mœglino, *ex Cruſii annalibus Suevicis, rt. 2. lib. 11. cap. ult. & part. 3. lib. 12. .23. Parergis item Poſthii, & aliis.*

ADAMUS BODENSTEIN.

PATREM hic habuit *Andream Bodenſtei-nium, Caroloſtadium* à patria dictum eologum ſat notum, de quo * alibi. Na-n conjicimus ſub annum *viceſimum octa-m* ſeculi *decimi quinti.* Admodum ado-ſcens patrem cùm amiſiſſet, in ſcholis ta-n hæſit: atq; ad medicinam animum appu-: in qua non aliqua tenus eſt progreſſus. *Theophraſti* autem *Paracelſi* ſectam ſive ntentiam amplexus; quæ, ut hominum it ingenia, quibusdam laudatur, quibus-n vituperatur; *Baſileæ* ferè primus ac prin-ps, ejus artem & ore & opere propagavit: n ſolùm morborum inſanabilium plenam ationem, ſed etiam vitæ producendæ ra-onem profeſſus.

Vitam ipſe, intemperanter, ut ferunt, c illuc divagando actam, finiit anno Chriſti *illeſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſepti-o*, ætatis ſuæ, *undequinquageſimo*, haud ultum magiſtro ſuo annoſior; *Baſileæ* de ſua luntate tali epitaphio honoratus:

HYGIÆ ÆT.
ADAMUS A BODENSTEIN
THEOPHRASTI PARACELSI
UT PRIMUS,
SIC FIDUS SCITUSQUE ET
OPERE ET ORE
INTERPRES,
PALMAM VICTORIÆ SUÆ
REGI TRIUMPHANTI
OBLATURUS.
MORTALITATIS EXUVIAS
NEC METUENS, NEC
OPTANS,
SOLO HOC CÆLOQUE LIBERO
HOMO LIBER
FIDE DEPOSUIT BONA:
QUAS
SPE BONA OLIM
REPETAT.
AN. SAL. M. D. LXXVII.
ÆTAT. HEBDOMADE
SEPTIMA.

Nec omnia, nec omnes mihi
Placuere: quinam ego omnibus?
Non omnibus Cous ſenex,
Non eremita Spagirus.
Num tu Viator omnibus?
DEO placere cura Abi.

Vertit hic Bodenſteinius plurimos *Para-celſi libros* Germanicè ac Latinè: verſos in pu-blicum edidit: ac in eosdem præfatus eſt.

Scripſit præterea ad *Fuggaros epiſtolam: in qua argumenta Alchymiam infirmantia & confirmantia adducuntur: quibus & eam ar-tem eſſe veriſſimam demonſtratur: lapisq; ve-rè inventus oſtenditur,*

De *podagra item præſervatione tractatum.*

De *herbis duodecim zodiaci ſignis dicatis.*

In excellentiſſimi philoſophi *Arnoldi de Villa nova roſarium chymicum Iſagogen pa-raphraſticè traditam.*

Tantum de hoc Bodenſteinio *ex Aug. Thuani hiſtoria: monument. Baſileenſibus: Geſneri bibliotheca.*

ACHILLES PIRMINIUS GASSARUS.

ꝋ 1577. d. 4. Dec. ætat. 72.

NASCITUR hic *Lindavii* ad lacum Bo-damicum, anno Chriſti *milleſimo, quin-genteſimo quinto*, ante ſolis ortum die *tertio* Novembris, patre *Ulrico Gaſſaro*, vel *Gaſſero*, matre *Urſula Randecciâ, Caſpari* nobilis à *Randeck*, filiâ. ** Conditi circa an. Chriſti 38. Ulr. Gaſſarus.*

Pater chirurgus fuit elegans & miles fortis. Geſſit aliquoties in tribu ſuâ tribunatum, & capitanei etiam munus patriæ ſuæ militum: cùm *Maximilianus I.* Auguſtus, Romam coronæ accipiendæ causâ, anno *milleſimo, quingenteſimo* cogitaret: qui poſteà eo uſus eſt domeſtico chirurgo. Diem ſuum obiit calendis Martii, anno *decimo ſeptimo*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum* Lovanii. *Pater Gaſſari, chirurg. Maximiliano I. Vide Cruſ. an. l. 9. part. 3. c. 16. Moritur.*

Cæterùm

Pirminii nomen unde Gaſſaro. Cæterùm huic noſtro *Pirminii* nomen additum fuit anno *milleſimo, quingenteſimo, duodecimo*, in Confirmatione à *Ioanne Fabro*, vicario tunc parochiæ Lindavienſis. Literas initio apud patrinum ſuum *Leonhardum Baierum Lindaviæ* didicit: poſtea anno *viceſimo* poſt *milleſimum, quingenteſimum*, menſe Majo, *Seleſtadium* ad *Ioannem Sapidum* eſt miſſus. *Leonhard. Baier. patrinus Gaſſari.*

Traditur I. Sapido Gaſſar. Et Urbano Regio. Anno deinde *viceſimo ſecundo* evocatus in patriam, rebus phyſicis per tres menſes *Argovœ* ſub *Urbano Regio* privatim dedit operam.

Abit VVittenbergam. 1522. Eodem anno *Wittembergam* ad Melanchthonem profectus, usque ad annum *viceſimum quintum*, ibidem ad ſtudia humaniora incubuit, & Mathematicis præcipuè ac medicinæ operam dedit. *Inde Viennam.* Wittembergâ *Viennam Auſtriæ* diſceſſit; ac ſub *Simone Lazio* ſtudium medicinæ abſolvit. *Proficiſcitur in Galliam.* Inde in *Galliam* Narbonenſem abiens, *Montem Peſſulanum* petiit: ubi medicos audivit experientiſſimos. Ab eo *Avennionem ſive Auraicum* venit: *Ubi medici honores conſequitur.* ibique anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo octavo*, medicinæ Doctor ſolenniter eſt renunciatus.

Redit in patriam. Poliater Auguſt. deſignatur. E Galliis in Germaniam reverſus, ab auguſtâ Auguſtanæ urbis Repub. archiatri munus ei eſt demandatum: in quo tum medicinam faciendo, tum rei literariæ inſerviendo, ita eſt verſatus: ut ab omnium ordinum hominibus gratiam inierit ſingularem.

Ubi & moritur. Fatis conceſſit ardentiſſimâ febri ac melancholiâ laborans, die *quarto* Decembris, anno Chriſti *milleſimo ſeptimo*, ætatis ſuæ *ſeptuageſimo ſecundo*, completo.

Ejus monumentum. Sepultus eſt ibidem in cœmiterio ſuburbano: ubi epitaphium ejus hujusmodi.

MONVMENTVM ACHILLIS PIRMINII GASSARI, LINDAVIENSIS, MEDICINARVM DOCTORIS: QVI CVM LXXII. ANN. COMPLETE VIXISSET, IN CHRISTO OBDORMIENS, AVGSTBVRGI HOC LOCI SEPVLTVS EST, ANNO SALVT. M. D. LXXVII. D. IV. M. DECEMBRIS, SVISQVE COMMVNE ESSE VVLT.

Helluo librorum. Bibliotheca Palatina aucta. Fuit & hic unus de medicis elegantioribus; amans literarum & literatorum omnium: helluo & emtor librorum, inprimis recens editorum, avidiſſimus. Inde bibliothecam habuit, ſi quisquam privatorum, inſtructiſſimam: quæ ab ejus obitu à generoſo & illuſtri *Hulderico Fuggero* coëmta, poſteà eo mortuo, ex teſtamento Palatinatui, cum reliquis, quos non mediocri ſumtu compararat plurimos, libris ceſſit.

Evulgavit typis Gaſſarus *epitomen chronicorum totius mundi*: quam tertiâ curâ emendatam auctamque *Leonhardo* illi *Baiero* Ellingenſi propatri ſuo, dedicavit.

Scripta Gaſſari. Edidit & *catalogum regum omnium, quorum ſub Chriſtiana profeſſione adhuc regna florent.*

Catalogum item *regum Hieroſolymitanorum.*

Idem publicavit *tabulam* quandam *Ma*
thematicam, ſciaterion pedarium inſcriptam
& librum *de peſte* Germanicâ linguâ.
Exſtant ejusdem *Lindavienſis atq; Augu*
ſtanæ urbium deſcriptiones ac hiſtoriæ, Seba
ſtiani Munſteri operi Coſmographico inſert
Suggeſſerunt hæc nobis de Gaſſaro *Cruſi*
in annalibus Suevicis: *Geſnerus in biblioth*
ca, alii.

BRUNO SEIDELIUS.

NEQVE indictus hic *Bruno Seidelius* n
bis abibit, poëta & vir bonus, liber
libus atque philoſophicis diſciplinis omnib
eleganter politus; inprimis phyſicis & med
cinæ arcanis clarus. Natus is eſt *Querfu*
loco honeſto, die *Michaeli* ſacro, anno que
ipſe ænigmate tali * innuit:

Si virgines cauſas necis maritorum,
Et Hectoris fratres aeriæ aquilæ ſtellis
Addas: & Hectoris laboribus jungas
Nili dies, doctum chorumque Muſarum:
At ſi gemino portis in orbe Thebanis,
O lector, annos homines copules primi:
Natalis inde colliges mei tempus.

Patrem habuit *Iacobum*: matrem *Dorothea*
Bergfridam, feminam piam, & graven
quam anno *quinquageſimo*, die *decimo ter*
Aprilis, mortuam, & ipſe & frater *Ioſias S*
delius epitaphiis carminibus * deflevetunt
celebrarunt.
Jactis bonarum artium fundamentis, *W*
tembergæ potisſimùm & *Erphordiæ* ſtudia
perſecutus: fuitque non poſtremus de ch
ragio doctorum; qui illo ſeculo vixerunt
Quos autem *Wittembergæ* docentes a
diverit: * profitetur ipſe hisce elegiacis:

Ipſe DEI verbum placido ſonat ore Melanc
thon:
Conſtantique ſenex adſerit ore fidem.
Ingenuas artes ornat: pulſasque reducit
Aonias, ſumma dexteritate, deas.
Per quem Saxonicas qui terras influit Alb
Non minus hoc noſtro tempore nomen hab
Quàm decorate tot ac tantis, tu Tyb
triumphis;
Propter Ariſtotelem ſive Stagira tuum.
Quem tulit ac genuit felix Pomerania, paſt
De Chriſto populum dogmata vera docet
Explicat Hebreæ Forſterus munera linguæ
Doctor, & ad fontes præparat arte viam.
Naturam, pie Paule, doces: doctiſſima ſcript
Ingenio grandis, corpore parve, legis.
Aſtrorum monſtrat motus & ſidera cæli,
Reinholdi magna ſedulitate labor.
Dulcia, Vite, doces linguæ dum pondera Græ
Gloria non unquam te peritura manet.
Enarrat veterum præclara poëmata vatum
Marcellus, ſtudii rector honosque mei.

VVittemberga relicta Germaniam pe
gravit: variarumque urbium mores, ſcho
rum doctores, rerumpub. rectores vi
cognovitque. Poſtea *Norinbergæ* aliqu
tiſper ſubſtitit, imò diutiùs quàm optaſſ
bello nempe oborto; unde ipſe:

Hic ego finitimis non parvo tempore Francis,
Invitus colui Norica rura diu.

Norinbergâ *Auguſtam* venit: tandemque
rnſtadii comitum Schvvarzburgicorum ſe-
, ubi ſchola publica fuit aperienda, ut ex
iſtolâ quadam *Camerarii* ad hunc Seideli-
n colligas, medicinam factitavit. Exinde
rphordiæ & philoſophiam publicè docuit:&
tem medicam exercuit; ſcriptisque pro-
ovit; *Hippocratis & Galeni*, ſi quisquam
ius ſectator ſtudioſiſſimus.

Inter diſcipulos ejus quaſi lumen eniret
dolphus Goclenius, Profeſſor in Academia
arpurgenſi clariſſimus; qui, quod grati eſt
cipuli, editis atque locupletatis magiſtri
commentariis, olim ex ore dictantis ex-
otis, memoriam viri eximii conſervare &
poſteros propagare, laudabiliter eſt co-
tus.

Amicitia ei literaria cùm viris eo ævo cla-
ſimis interceſſit; de quorum numero poſt
merarium facilè princeps fuit *Joannes Poſt-*
s Medicus & Poëta: id quod epiſtolæ
ro citroque miſſæ etiamnum teſtantur.

Vita ejus interior plena fuit ſuavitatis, hu-
nitatis, candoris. Interdum juvenis, ferente
anni tempore & ocio liberiore, ſolitus
aviculis capiendis tempus fallere: unde
ita ad amicum:

Miraris quid in his agam diebus?
Dicam. Quaro locos amœniores;
Latos exſpacior ſubinde in hortos,
Qui curis animum levare poſſint.
Multas hic pedicas ego ſub herbis,
Ramis atque ſub arborum, locavi.
Sic ſpectacula grata ſæpe cerno:
Quando capta pedes avis, vel alas,
Strictis cupit explicare nodis.
Nec rarò lacrymas meis ocellis
Magnâ commiſeratione movit;
A ſævis laniata quando milvis:
Aut fœdata cruore largiore
ractis cruribus interim pependit.
nterdum in viridi ſupinus herba
Abjectus, ſoleo putare mecum,
aptas ipſe quot interim volucres
Nodis ferre queam domum ſolutis.
Eſt & fiſtula, nuper oſſe quidam
Quam confecit amicus anſerino,
Ad cujus medium ferè foramen
Ponens ingenioſus arte ceram,
Argutas reſonare fecit illam
Voces; fallere poſſet ut volucres
tultas. Hac ego fretus arte parvam
truxi graminibus caſam; ſub illa
Occultus lateó; ac aves doloſo
Adme ſollicito volare cantu.
rensas inſidiis deinde noſtris,
Mercedem capio mei laboris.

Monumenta ingenii ſui literis mandata re-
it hæc *Poëmatum libros* 7, in quibus Ele-
Odæ, Idyllia, Epigrammata.
e uſitato urinarum apud medicos *judicio*
atum.
ibrum, quo *morborum incurabilium cau-*
trâ brevitate, ſummaque lectoris jucun-
explicantur.

Fallopii item *de ulceribus* librum emenda-
tiorem evulgavit.

Prodierunt ejus & *de ebrietate libri tres*;
exſtat ejusdem *ſententia* de iis, quæ *Lauren-*
tius Jubertus in paradoxis ſuis, *de febrium*
humoralium origine ac materia diſputavit, ex-
cuſa tomo 2. operum Juberti.

Ab obitu ejus lucem vidit & *Phyſica*, cum
ſupplemento Rodolphi Goclenii.

Commentarius item *didaſcalicus de corpo-*
re animato, ac potiſſimùm; de corpore & ani-
ma hominis; accommodatus ad faciliorem
intelligentiam librorum *Ariſtotelis* & inter-
pretum ejus, *Galeni*, *Melanchthonis*, *Veſalii*,
aliorum: qui de fabrica corporis humani ſcrip-
ſerunt.

Tantum de *Brunone Seidelio ex ipſius ſcri-*
ptis: Camerarii epiſtolis, & bibliothecis.

GERVASIUS MARSTALLER. 1578.

GERMANIÆ regio eſt hodie *Briſgoia*, olim Romanis *Briſigavia* appellata; & incolæ *Briſigavi*, ut ex notitia Imperii Romani liquet; ubi inter milites præſidiarios numerantur Briſigavi. Hac in regione, inter alia oppidum eſt ad Rhenum, cui nomen cum multis commune *Neoburgum*: id ortum dedit *Gervaſio Marſtallero*, viro nativa bonitate, & candore, & ingenio omnium doctrinarum capace, à DEO ornato. *Briſgoia.* *Neoburg. oppid. patria Marſtall.*

Juvenis in *Haidelbergenſi*, ac *VVittembergenſi* Academiis cum ingenii ac doctrinæ laude verſatus eſt: & *Wittemberga* quidem ante bellum Germanicum gratus charusque vixit viris ſummis, *Luthero* adhuc ſuperſtite. Ibidem cum *Davide Chytræo* amicitiam ſocietate ſtudiorum conciliatam, & in Academia Haidelbergenſi confirmatam, toto vitæ tempore deinceps ſincerè & conſtanter coluit. *VVittemberga agit.* *Exercet med. in Saxon.*

Poſteà in Saxoniam delatus *triginta* ferè *annis*, conſilio & manu, tota in regione ægris feliciter medendo ſervivit. *Moritur archiat. duc. Brunſvig.*

Tandem *Cellæ* Saxonum ex illuſtriſſ. Principis *Wilhelmi*, Ducis Brunsvicenſis ac Lunæburgenſis miniſterio aulico, in cœleſtem aulam à Deo eſt evocatus, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo octavo.*

Fuit hic etiam *Marſtallerus* de Germanis non Medicus ſolùm πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων: verùm & in mathematicis, & universâ philoſophia atque Theologia præclarè eruditus; Poëta verò DEO & Muſis charus. *Eruditio ejus.*

Reliquit filios duos, alterum ſibi cognominem, artis itidem medicæ Doctorem; alterum *Martinum*, qui juvenis ſtudia principum Pomeraniæ eſt moderatus. *Filii.*

De ſcriptis ejus nihil invenimus, præter libellum, cui titulus, *artis divinatricis encomia.* Prodiit excuſus *Pariſiis* apud VVechelum anno *quadrageſimo nono.* *Scripta.*

Tantillum etiam de hoc medico *ex lib. 24 Saxoniæ Chytræi, & elench. librorum.*

CORNELIUS GEMMA.

● 1579. d. 12. Oct. ætat. 45.

EGREGII patris egregius hic filius *Lovanii* editur ſub annum *triceſimum quartum*, ſupra *milleſimum*, *quingenteſimum*: & nomen quidem ei proprium fuit *Cornelio*, ſed *Gemma* illi adhæſit; quod *patri proprium fuerat: qui quòd cognomen nullum haberet, à patriâ *Friſius* fuit dictus. Eſt autem *Gemma* apud Friſios nomen frequens & uſitatum, dialecto illâ tantum in gente conſervata, ut litera G. ſonum I. & E. in pronunciatione edat,

** Ut in vita ejus dictum. Gemma unde dictus.*

A patre literis & moribus humanioribus maturè imbutus, veſtigia paternæ virtutis graviter & feliciter urſit. Nam & in omni philoſophia, & arte medica, eò usque fuit progreſſus: ut altiſſima philoſophiæ recludendo myſteria ſeipſum quodammodo ſuperarit; & non ſolùm in theoria; ſed & in praxi felix fuerit; ſuaque arte vitam multis produxerit: quam tamen ſibi ſervare non potuit.

Philoſophus & Medicus felix.

Obiit enim præmatura morte ex epidemica lue apud *Grudios* graſſante die *duodecimo* Octobris, anno *ſeptuageſimo* * *nono* poſt *milleſimum*, *quingenteſimum*, ætatis *quadrageſimoquinto* Lovanii: ibidem ſepultus, cum *Laurentii Beierlinchi* epitaphio ejusmodi;

Moritur.

** Miræ octavo. Epitaphium Corn. Gemmæ.*

Quis lapis hic? Gemmæ: Gemmam lapis antegit? inquis:
At condi in gemmâ debuerat potius.
Non ita: nam quævis minor illo gemma fuiſſet;
Et poſito à Gemma, gemma fit iſte lapis.

Docuit in patria regius medicinæ profeſſor artem medicam, auditque medicus, philoſophus, Rhetor & poëta inſignis; & acceptam à patre famam præclaris ingenii ſui monumentis ſic auxit: ut uter alteri plus debeat, meritò ambigas.

Eruditio ejus.

Scripſit enim de arte *Cyclognomica*, deque *naturæ divinis characteriſmis* libros; quibus res medica plurimum illuſtratur in Plantinianæ editos anno *ſeptuageſimo quinto*. Sub finem ejus operis adjecta ſunt: *Caſus mirabilis cujusdam abſceſſus* in puella Lovanienſi; de *raro genere epidemicæ febris peſtilentis*: quæ ad Galeni hemitritæos accedens proximè magna vi graſſata eſt. *De ulteriore tranſmutatione febris peſtilentis in peſtilentiam veram, deque illius methodo curatrice.*

Scripta.

Idem auctor in eodem opere *hiſtorias medicas ac παρατηρήσεις morborum ſingularium rarioresq; caſus in unum volumen* relatos, & praxeos ſuæ curriculum ſe ſcripſiſſe teſtatur; meminit ibidem & *anatomicorum ſuorū commentariorum* & aliorum. Sed quid poſt obitum de illis ſperandum ſit, incertum.

Reliquit & *Cornelius* filios duos alterum *Raphaëlem* canonicum & ſcholaſticum ad D. Petri Lovanii: alterum *Philippum* doctorem medicum, raro exemplo, *filium*, *patrem*, *avum*, & eruditos, & iisdem deditos ſtudiis floruiſſe.

Filius, Pater, Avus medici.

Hæc de Gemma F. ex *Miræi elogiis B*[...] *eis*: *Schenckii biblioth. Iatricis*, *aliis*.

VICTOR GISELINUS.

VICTOR GISELINUS *Sandfort*[...] Flandriâ naſcitur medicus, criticus[...] Philoſophus rari exempli, anno *undeq*[...] *quageſimo*, ſupra *milleſimum*, *quingen*[...] *mum*, die *viceſimo tertio* Martii. Fuit[...] *Lipſio* perfamiliaris ſociusque peregrin[...] num: ut & *Dola* Sequanorum laurea me[...] inſignitum, panegyrica oratione publicè[...] darit: quem etiam in Saturnalibus loq[...] tem, ut egregiè literatum, introduxit.

Ductâ *Brugis* uxore, quâ cum famili[...] ras pateretur, medicinam *Bergis S. VVi*[...] honorario publico dotatus, factitavit.

Mortis horam ex artis medicæ progr[...] cis prænuncians, nulla prole relicta, in[...] ætatis ibidem abripitur; & à mœſta con[...] honeſto tumulo conditur.

Præter *poemata varia*, ſcripſit erudit[...] *Prudentium* poëtam Chriſtianum *notati*[...] *Adagia* item poſt centuriatores * Ba[...] duos, tertio pedatu ſepoſuit: Addidit &[...] *nelii de morbo Gallico* librum. Exſtat [...] Beyrlinchi Epigramma ejusmodi;

Cum nato certat Latonæ maſcula proles,[...]
Vult ubi VICTOREM *quilibet eſſe ſ*[...]
Phœbus ait meus eſt, meus eſt Epidauri[...]
quit,
Certant; VICTOREM *vincit acerba q*[...]
Aubertus Miræus in elogiis Belgicis.

ANDREAS ELLINGER.

VERE divinus Hippocrates, οἱ ἰητροὶ [...] μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί, [...] *quidem & nomine ſunt multi medici, r*[...] *tem ipſâ & opere, valdè pauci.* Nam [...] hil dicamus de illis catcinomatis, qua[...] ut proletarii verſus habent,

Se fingit medicum quivis idiota, profa[...]
Iudæus, monachus, hiſtrio, raſor, a[...]

inter illos ipſos, qui ad medicam, ut loq[...] tur, facultatem animum appulerunt, no[...] que Aſclepiadæo collegio dederunt; qu[...] quisque eſt, qui ſit, quod audit, ἰητρὸς φ[...] φ@ ἰσόθε@, cùm multi ſint ſervum [...] αὐτοσχεδίων γραφῶν, quas Receptas vo[...] compendiis nitentes, & medicinam n[...] pectore; ſed in chartis gerentes. Lon[...] his abiit hic noſter *Andreas Ellingerus* [...] ringus, philoſophus, poëta, & medicu[...] cellens, ab ineunte ætate ita à patre edu[...] ita à magiſtris inſtitutus; ut juxta pietat[...] que liberalium artium doctrinam animo [...] plecteretur; neque quicquam bella i[...] pulcerrimarum rerum copulatione priù[...] ceret aut antiquius.

Ad medicam autem inprimis artem [...] naturæ ſuæ ductu animum maturè applic[...] ſet; audivit ejus doctores, qu[...]

ıs tulit, præſtantiſſimos, non ſine laude indaſtriæ fructu. Nam & teſtimonium ademicum & honores medicæ artis ſum-ps eſt conſecutus; atque in Academia *Lip-* in Profeſſorum publicorum numerum norificè cooptatus.

Poſteà ſub annum Chriſti *ſexageſimum no-m*, vocante illuſtriſſimo Saxonum princi-, duce *Joanne VVilelmo*, avelli ſe è com-xu Eliſtrinæ; μάλα κόμψȣ ᾗ εὐπροσώπȣ ſus: quæ continuos *quindecim annos* eum erat, familia, honoribus, dignitatum eſſione auxerat: multorum amicorum, n his nonnullorum præcipuè auctoritatis, locupletarat: venit in *Salanam*, ab incly-memoriæ, *Joanne Friderico*, principe ctore, * inſtitutam. Hic artis antiquiſſi-& nobiliſſimæ doctrinam tradere juſſus, rimùm commodi attulit ſtudioſis illius, τίοις Aſclepiadæis; qui non ἀλόγῳ τείβῃ ᾗ τεχνῇ & artificioſâ induſtria cupe-t aliquando curationes morbis adhibere. Ibidem ſummum Academiæ magiſtratum, ctor deſignatus, aliquoties non ſine mo-ia geſſit; ipſo cives ſuos frugi defendente, à partibus oppidanorum ſtantibus.

Ad meliorem vitam, ex ingrato & bonis ris inimico ſeculo abit, anno *milleſimo, ngenteſimo, octogeſimo ſecundo*, relicto deſiderio viris præſtantisſimis; inter quos e laudatus *I. Poſthius*; qui obitum ejus ſis & ſuis & *Petræi* epitaphiis carminibus levit.

Cordi huic Ellingero in omni vitâ fuit; ue pro ſuâ virili ſemper ſtuduit; ut ſtudio-juventuti vera & ſolida artis, quam pro-batur, fundamenta traderet; operamque ſtudium ſuum auditoribus prolixè proba-. Monuit ſeriò ſtudioſos medicinæ; ut ure relictis, quos interdum non attigiſſe ıs erat, rivulis, lutulentum perſæpe fluen-ıs, vivos illos monumentorum latices deguſtarent ſolùm; ſed* iis penitus ſe nergerent. Italiam autem, bonarum ar-n parentem, ſi quibus per fortunas adire liceret, hoc tetraſticho conſolatus eſt:

ris te abde bonis, magnoque immerge Ga-
leno,
Et verè in mediâ ſic eris Italiâ:
magni qui ſe volvit monumenta Galeni;
Hic verè in media eſt Græcia & Italia.

Amicos, dum vixit, coluit, tum alios com-res, tum *D. Poſthium*.

Illum medentum gloriam & vatum decus: n inſcriptione paraphraſeos Hippocratis gnoſticorum ipſe Ellingerus dilaudat; *nem Fichardum* inclytæ reipub. Franco-dianæ ad Mœnum ſyndicum; *Joachimum nerarium*, Phœnicem doctorum Germa-; *Juſtum Lipſium*, cujus ex Academia Je-ſi abitum ægerrimè tulit; unde alicubi queritur: *O rure inficeto inficetos magis , qui paſſi ſumus eripi nobis* τȣτο τὸ γλυκὺ-ςόμα Μȣσάων, ᾗ ἀληθινὸν φέγγ*Ⓖ* *ſcholaſticæ ra converſationis!*

Quicquid à medicâ tam profeſsione, quàm praxi, nactus fuit temporis ſubſecivi; id omne Muſis manſuetioribus impendit; ſæpe-que dixit; *cùm non eſt, quod agam medicus: curo ne deſit, quod agam muſicus*: & ad Po-ſthium ſcribit alicubi ita; *Poetica cum Medicis conjungit Ellinger.*

Nunc quicquid medicæ profeſſionis
Decurſo reliquum facit labore,
Ingrati mihi temporis Galenus;
Arguta id ſibi vendicant Camœnæ:
Nunc cœleſtia dogmata explicantes:
Nunc virtutem hominum eruditiorum
Ad cœlum fide Teia vocantes:
Et contrà ſcelera improboſque mores,
Mordaci graviter ſtylo notantes.

Scripta ab ipſo edita ſunt hæc: *Hippocratis Aphoriſmorum*, id eſt, ſelectarum maximèque rararum ſententiam *paraphraſis poetica*: cui ſubmiſit ejusdem Hippocratis *prognoſticorum* itidem *paraphraſin poeticam*. *Scripta.*

Sunt & *hymnorum eccleſiaſticorum libri tres*, ab Ellingero *emendati*: cùm in iis ſæpè carminis leges eſſent neglectæ.

Oratio de dicto Hippocratis ἰητρὸς φιλόσοφος, ἰσόθεος, habita in Academia Jenenſi die *viceſima ſeptima* Auguſti, anno *ſexageſimo nono*, ſub initium lectionum.

Carmina epicedia & epitaphia de obitu I. VVilhelmi ducis Saxoniæ, qui obiit anno *ſeptuageſimo tertio*, die *ſecundo* Martii, ætatis *quadrageſimo tertio.*

Vertit & carmine evangelia Dominicalia: ut ex Poſthii parergis videre eſt.

Eſt denique Ellingeri elegans *oratio de Aphoriſmis Hippocratis*, habitâ ab ipſo *Salveldiæ*: ubi anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo octavo*, juſſi fugâ declinare graſſantis *Ienæ* contagii vim, conſederat cum Academia. Eſt autem *Salveldia* oppidum in ejusdem fluminis ripâ, ſupra Jenam quinque milliaribus. *Salveldia.*

Et tantum de hoc communis patriæ ornamento eruimus ex ipſius monumentis & epiſtolis.

THOMAS ERASTUS.

⊕ 158. d. 1. Jan. ætat. 60.

BADENÆ Helvetiorum *Thomas Eraſtus* natus eſt ſub annum Chriſti, ut Pantaleon autumat, *viceſimum quartum*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum*. In patris primis literarum rudimentis præceptis, Baſileam anno *quadrageſimo* conceſſit: ibique & bonis artibus & linguis præclaram navavit operam. Ibidem anno *quadrageſimo ſecundo* peſte correptus, valetudini tamen divinâ gratia & medicorum ope eſt reſtitutus. Cum ſtudio quoq; humaniorum literarum conjunxit Theologicum: & lectione bibliorum aſſiduâ, atq; religionis meditatione ſeriâ, quid ſequendum in obortis de religione controverſiis DEI gratiâ animadvertit. *Baſileam abit Eraſtus. Ibi peſte corripitur. Theolog. cum philoſ. conjungit.*

Geminum autem adoleſcenti doctrinæ amore flagranti, objectum fuit impedimen-

tum, *corporis* alterum vitium; alterum *fortunæ*: neutrius tamen incommoditate avocari ſe à dulci Muſarum conſortio paſſus eſt. Nam cùm manus dextræ uſum minus haberet expeditum, & ad literas formandas utilem: ſiniſtram ita aſſuefecit; ut eâ & publicè præceptorum exciperet dictata velociùs etiam commilitonibus ſuis: & domi ſi quæ chartis mandanda eſſent feliciter omnia conſignaret.

Impedimenta ſtudiorum Eraſti. *1. Corporis.*

Præterea parentibus tenuibus natus ex eorum cum eſſet numero, qui haud facilè emergunt: DEUS ei de Mæcenate ejusmodi proſpexit: cujus liberalitate & ſumtu ſtudiorum telam feliciter incoatam pertexeret.

2. Fortunæ.

In Italiam igitur profectus, *Bononiam* venit: ibique totum ſe philoſophiæ acutiori dedidit: in quâ eò usque proceſſit: ut non mediocris eo in cenſu haberetur. Ex philoſophorum ſpaciis ad medicorum hortos progreſſus: ita in iis verſatus eſt: ut medicis clariſſimis gratus, & teſtimonio eruditionis medicæ publico dignus judicatus fuerit.

Mæcenatis ope in Italiam proficiſcitur.

Philoſ. & medic. dat operam.

Præceptores habuit tum alios, tum, quem paſſim in ſcriptis ſuis dilaudat, *D. Lucam Ghynum*, virum optimum, eruditum, & exercitatum: qui ipſi medicamentum ex theriaca & *Mithridatico* compoſitum, mirificè prædicavit.

Studiorum autem ſocium *Bononiæ* nactus eſt *Camillum Franchinum*; poſtea medicum Bononienſem celeberrimum, & amicum conſtantiſſimum.

Camillus Franchinus.

In Italia *novennium* apud medicos ſummos & experientiſſimos cùm exegiſſet; in patriam ad ſuos reverſus, aliquandiu in aula principum *Hennenbergenſium* vixit: medicinâque faciendâ ſtatim fama ſecunda ad alios emanavit.

Venit in aulam Henneberg.

Inde eum *Fridericus III.* princeps Elector Palatinus honorificè evocavit: eique in antiqua, quæ *Haidelbergæ* floret, Academia medicinam publicè docendi provinciam demandavit: quin & archiatrum & conſiliarium ob prudentiam & vitæ integritatem adſcivit.

Inde Haidelbergam.

Ibi dum agit, *certamen Euchariſticum* recruduit: *utrum* videlicet *tropus in verbis Cœnæ admittendus* ſit. Tum Eraſtus tropum adſeruit, publicè etiam ſcriptis editis: ut non ſolùm corporum, ſed & animorum eſſet medicus: & egregiam operam ad Eccleſiæ illius inſtaurationem navavit. Anno *ſexageſimo quarto*, cùm *colloquium* inter Theologos Palatinos & VVurtembergicos, ſuper præſentia corporis Chriſti in cœnâ* inſtitutum eſſet; ad id à *Friderico* Elect. Palatino cum Theologis etiam *Eraſtus* medicus fuit adhibitus.

Certamen Euchariſticum.

Haidelberga deinde *Baſileam* abiit; eamque *Academiam*, cujus alumnus primis annis tyrocinii ſui fuerat, poſtremò vitæ ſuæ tempore docendo diſputandoque illuſtravit. *Diſputationes* enim mirificè extollebat *Academicas* ad *inventionem* ſimul & *judicium* exercendum, ingeniique nervos, εὐστοχίαν ſcilicet & ἀγχίνοιαν, firmandos: adeoque nulli nunquam diſputationi interfuiſſe conſtanter affirmabat ex quâ non fructum aliquem percepiſſet. Autor igitur hortatorque collegio medico *Baſileæ* fuit: uti menſtruas diſputationes medicas, ad ſtudioſorum ingen[ia] exercenda magno judicio à majoribus inſtitu[tas], & eo usque conſtanter obſervatas etia[m] præ inauguralibus aliis, urgere & continu[a]re pergerent.

** In monaſterio Maulbrunnenſi colloquium inſt. 1564. Thuan. l. 35. hiſt.*

Baſileam ubit ibique docet, Uti-

Tandem anno *octogeſimo tertio*, ſupra *m[il]leſimum, quingenteſimum*, pridie cal. Janu[a]rii, naturæ debitum perſolvit: ad D. Marti[ni] Baſileæ ſepultus, cum tali epigraphe:

LUMINUM DATORI
S,
NON HERMES HEIC TRISMEGISTU[S]
SED
ACUTUS PHILOSOPHUS,
ELEGANS MEDICUS
SINCERUS THEOLOGUS,
HAIDELBERGENSIS ACADEMIÆ
COLUMEN, BASILIENSIS
LUMEN,
CUI NUTRICIA SUA LIBERAL[ITER]
REPENDIT,
DOCTIS PIISQUE AMABILIS
ET QUOD
AD PATRIÆ SPLENDOREM
FACIAT,
HELVETIUS AQUENSIS
THOMAS
ERASTUS CONDITUR
SEXAGENARIUS,
AN. SAL. cIↃ Iↄ XXCIII.
PRID. KAL. JAN.

Moribus fuit Eraſtus integris; ut qu[em] non puduerit etiam publicè, ſi res ita poſ[tu]laret, errorem agnitum confiteri.

Diſcendi adeò fuit cupidus; ut mori fue[rit] ipſi ſuave; modò ex dubiis quæſtionibu[s] in quibus ſibi ipſe ſatisfacere non potera[t] ſe poſſet expedire. Quanquam enim pu[ta]ret, ſe non errare: & confirmaſſe ſententi[am] probabiliter: non tamen ob id non fuit pa[ra]tus cuilibet cedere, meliora afferenti. Di[li]gens in viribus medicamentorum proban[dis] adeò; ut graviſſimè ſtatuerit, falli illos m[e]dicos oportere; qui aliis ſtatim credunt, non examinata.

Inde in praxi ſatis fuit felix: multisq[ue] *hydrope, epilepſiâ, podagrâ*, & aliis comp[lu]ribus morbis, quos Paracelſus incurabiles [di]cit, divinâ gratia adjuvante, graviter la[bo]rantibus, ſanitatem reſtituit.

Nec tanti apud ipſum ullius hominis [f]auctoritas; ut propter ipſum ab evidenti[a] ſenſui recedere voluerit; nec quid quisq[ue] affirmet, cùm non conſentit ratio; ſed qu[id] verum ſit, ex ipſa re propoſita inveſtigandu[m] ubique judicavit. Aſtrologiam, quæ [ex] poſitu aſtrorum de fortunis hominum dec[er]nit, multis & non elumbibus arg[u]mentis refutavit: ſicut & *Parace[lſi]cam* medicinam, quæ ſeu novitate [ſeu] vanitate ſua in Germania & alibi tot inge[nia] ille[...]

-xit, acerrimè inſectatus eſt, tum libris, tum -ſibus, & epiſtolis editis. Ad ultimum etiam -manas ſcientias egreſſus, theologica tracta-: & quæſtionem de *diſciplinâ Eccleſiaſticâ cenſuris* non omninò ex ſuorum ſententia -tavit: qua de re alii.

Scripſit prætereà *contra Paracelſum diſpu-iones*, quatuor partibus diſtributas. Chemi- tamen tantum abeſt; ut ſimpliciter dam-rit: ut potiùs laudibus extulerit: ſi utilia, quæ fieri poſſunt, conetur facere.

Edidit & *de putredine librum*; quem im-gnavit *Archangelus Mercenarius*: cui -ſtus reſpondit.

Accuravit idem *vivam anatomen Comitis -ntani Vincentini*: in qua multa artis me-æ capita exquiſitè declarantur.

Eſt etiam typis editum *volumen epiſtolarum diſputationum medicinalium*, opera & ſtu-, *Theophili Maderi*, Medic. D. & Phyſices Haidelbergenſi Academia olim Profeſſo-

Repetivit ipſe *diſputationem de lamiis ſeu -gibus*: in qua planè & ſolidè de arte ea-n, poteſtate, itemque pœna diſputatur.

Eſt Eraſti etiam *de auro potabili diſputatio*: -qua accuratè diſquiritur: num ex metallis -ra chemiæ concinnata pharmaca tutò bi- poſſint.

De occultis itidem *pharmacorum poteſtati-: quid & quotuplices ea ſint: quibus in mor-, quomodo, quando, quem in curationibus u-habeant.* Acceſſit *diſputatio de medica-ntorum purgantium facultate.*

Epiſtolæ de aſtrologia divinatrice, à J. Jac. -ynæo editæ.

Diſſertationes Eraſti & aliorum de Come-

De Cœna Domini libellus absque auctoris -mine.

Declaratio libri Jacobi Schegkii de una per-a & duabus naturis Chriſti, ſine nomine. -i cùm Schegkius reſpondiſſet: Eraſtus ali- reſponſionem oppoſuit.

Divulgatum denique ab obitu Eraſti fuit, -luæ ut putatur operâ, ſcriptum *de excom-nicatione eccleſiaſtica*; cui Beza reſpondit -to tractatu *de vera excommunicatione & -riſtiano presbyterio.*

Præter hæc quæ foras dederit; aut etiam--m lateant: recenſet *J. Georg. Schenck.* in -bliothecâ medicâ.

Nobis hæc ſufficiant de Eraſto; *ex ipſius -iſtolis & diſputationibus*: *Zvingeri theatro*: -*huani hiſtoria*: *Geſneri bibliotheca*: aliis.

-EONHARDUS RAU-WOLFF.

-EONHARDUS *Rauwolff*, Occoni ali-cubi *Daſylycus* dictus, patriam habuit -uguſtam Druſi, parentibus ibi natus hone-s. A teneris ſtatim unguiculis magiſtris -is in diſciplinam traditus, magnis in opti-arum artium curriculo itineribus eſt pro-eſſus.

Ex *Germaniâ* maturè in *Italiam* ac *Galliam* ubi medicæ artis ſtudium tunc ut cùm maximè florere judicabatur, miſſus; Doctoribus Medicis, tum temporis clariſſimis, operam dedit: ac inprimis herbariæ rei ſtudio incenſus, cum *Hieremia Martio*, pòſt Medico Auguſtano, circa *Montempeſſulanum*, ſæpiusculè & montes, & valles, & campos perreptando, ſexcenta ſimplicium, quæ vocant, genera collegit, inque uſum medicum exportavit. Laudat inter alios Præceptorem ſuum fideliſſimum *Guielielmum Rondeletium*, Academiæ Monſpelienſis Profeſſorem clariſſimum. *In Italiam & Galliam mittitur.* *Hieremias Martius.* *Rei herbariæ ſtudioſus.* *Guilielm. Rondeletius.*

Reverſus in patriam, artem quam didicerat, in valetudine civium ſtipendio publico exercere eſt juſſus: quo loco laboris, induſtriæ, ac ſtudii nihil eſt paſſus in ſe deſiderari. Verùm cùm ſtudio rei plantariæ ſummo teneretur, atque herbarum cognitionem medico inprimis & utilem & neceſſariam duceret: de conſilio ſuorum atque permiſſu ſuperiorum in Orientales regiones, in quibus multa naſci nobis non ſat cognita, didicerat, navigare in animum ſuum induxit. Neque verò id immeritò aut propoſito reprehendendo. Nam cùm ſecundum Flaccum: *Exercet medicinam*

Impiger extremos currat mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes:

quid optimarum ſcientiarum, & earum rerum, quarum poſſeſſio eripi nunquam poteſt, ſtudioſo non ſit ſubeundum? Ita *Solon* ſapientiæ amore peregrinationes longinquas ſuſcepit: ita *Plato* Megaram, Italiam & Ægyptum petiit: ita *Galenus* in Lemnum, Cyprum & Palæſtinam Syriæ navigavit. Anno itaque *ſeptuageſimo tertio* ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, in viam ſe dedit, ac Maſſiliæ navim ingreſſus, in Orientem non ſine periculo venit: ibi *Syriam*, *Judæam*, *Arabiam*, *Meſopotamian*, *Babyloniam*, *Aſſyriam*, *Armeniam*, cum præſenti ſæpe vitæ diſcrimine peragravit. Eâ in peregrinatione non ſolùm mores, ritus, ceremonias, religiones tam Mahumetiſtarum, quàm Chriſtianorum varias, vidit atq; obſervavit: ſed herbas quoque; frutices, plantas, & ejusmodi alia, ad rem medicam facientia, diligenter collegit, adſervavit, & ſecum in Germaniam noſtram exportavit. *Peregrinatio litteraria.* *In orientem navigat Rauwolff.*

Redit autem ad ſuos anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto*, menſe Februario; *triennio* ferè peregrè exacto cum manubiis ac ſpoliis botanicis: & loco priſtino in Auguſtanâ republ. medicinam factitavit. *Redit in patriam.*

Verùm cùm anno *octogeſimo octavo*, Auguſtæ Senatus ſtipendia renunciaret omnibus; qui publicis ibi ſalariis viventes ad Catholicam Romanam tranſire nollent eccleſiam: etiam Rauvvolff, reformatam amplexus religionem, cum aliis dimiſſus rejectusve fuit. Inde tandem honeſto ſtipendio evocatus *Lincium* commigravit, poliatri elegantis officio functurus: ordinumque Archiducatus Auſtriæ Medicus futurus. *Migrat Lincium.*

Fuit linguarum aliquot gnarus, Medicus & artis uſu, & ipſâ experientiâ, & longinquis peregrinationibus clarus; ut ſcripta ejus edita teſtantur.

Scripta. Scripſit *Hodæporicon* ſive *Itenerarium Orientis* in *Syriam*, *Judæam*, *Arabiam*, *Meſopotamiam*, *Babyloniam*, *Aſſyriam* & *Armeniam*: quod in *ſex* partes diſtinxit: in quibus plurima rara, de omni medicâ materiâ obſervata tradit. Quarta illius pars, quæ continet plantarum *Ægypticarum Syriacarum* iconas, figuras, & hiſtorias, Latinè exivit, cum hiſtoriæ plantarum Lugdunenſis appendice. Hoc etiam in illo Hodæporico refert: certò ſe ex Perſâ quodam cognoviſſe, regem Perſarum; (Sophum ipſi nominant, Sarcamandæ urbe celebri unicornua alere: & in Inſulis duabus* gryphos: quorum hanc ſubjicit deſcriptionem. Gryphus animal eſt quadrupes, leone haud paulum grandius, capite ſubrubro, roſtro adunco, collo plumoſo corpore ſanguineo, alis aquilinis, pedibus draconis ſimilibus, caudâ longâ, carnibus (equis alii) infeſtum: unde illud *Maronis:

*Ex Africâ Joann. presbyt. miſſos. *Gryphi animalis quadrupedis volucris deſcriptio.* * *Eclog.* 8.

Jungentur jam gryphes equis

Quod ideò addere viſum eſt: quia non nemo hoc animal fabuloſum putat. Vir doctus his carminibus deſcripſit:

Igne micant oculi: curvatur acumine roſtrum:
Sibilat & grandi lingua retorta ſono.
Fulta toris cervix, præacutis auribus exſtat:
Fronsque minax acris ſigna vigoris habet.
Horreſcunt villis armi criſpantibus atri:
Et nodum hirſuto turbine finis habet.

Hæc de Rauvvolfio *ex ſcriptis Rauwolfii*; *Schenckii bibliotheca*; *aliis*.

⊕ 1585. d. 6. Febr. ætat. 72.

WOLFGANGUS MEURERUS.

Aldenbergæ oppidum.

NASCITUR *Wolfgangus Meurerus* Aldenbergæ, quod eſt Miſniæ oppidum, Boiemiæ vicinum, ſitum in monte arduo, & undique ſylvis cincto: cujus radices alluit flumen rapidum *Muglitium*, longo quidem tempore propter ſtanni ſeu plumbi argentei venas ſatis notum; viris tamen eruditione doctrinæ, & ſapientia præſtantibus parum celebre ad eum uſque diem; quo in hanc lucem editus eſt MEUREUS; qui non aliter atque *Ariſtoteles Stagiram*, & *Cato Cenſorius Tuſculum*, patriam obſcuram conceptu ſatuque ſuo nobilitavit.

Wolffgangus Meurer pater. Hujus pater *Wolffgangus* qui *Berreuto* ex ſuperiori Palatinatu *Aldenbergam* advenerat, anno Chriſti *milleſimo, octogeſimo octavo*, venarum metallicarum ſtudio permotus; arte ſua, quam ex patre *Joanne*, cive Greslicenſi viro honeſto, didicerat, opes mediocriter magnas ſibi comparavit: talemque ſe erga incolas geſſit; ut brevi temporis ſpatio præcipuis, in collegio juratorum ad res metallicas, muneribus fuerit laudabiliter perfunctus; eoque nomine gratus Principi Saxoniæ *Georgio*: vir ingenti pietatis zelo, animique magnitudine;

& quæ civium illius loci peculiaris virtus e
hoſpitalitate ac benevolentia erga peregr
nos; licet ex incendio, quod totum ferè o
pidum abſumſit, magna opum facta eſſet
minutio.

Hoc parente natus eſt *Wolffgangus Meur*
rus viceſimo tertio Maij, anno Chriſti Je
milleſimo quingenteſimo, decimo tertio:
Eliſabetha Reutera, quod cognomentum e
Philippi Melanchthonis matri eſſet: tam
uterque de hac cognatione in familiarib
colloquiis ſæpe numero ſollicitus, nihil
le affirmare auſus eſt: licet alias ſtudiis
animis eſſent conjunctiſſimi.

Præter Wolffgangum ex eadem conju
ſuſcepit alios *decem* liberos, tres maſcul
ſeptem fœmellas: quarum duas in prima i
fantia amiſit: reliquæ elocatæ omnes fueru
viris metallicis. Inter filios verò ſolùm *Ja*
bum habuit artis ſuæ ſucceſſorem, qui in val
bus *Joachimicis* poſteà conſedit; alii tres ar
bus liberalibus dediti reipub. & eccleſiis p
ſtea utiliter inſervierunt. *Wolffgangus*, de q
hîc nobis ſermo eſt, in ſtudio Philoſophico
Medico: *Georgius Joannes* in Theologi
quam ille apud *Snebergenſes*; hic apud *A*
pravicenſes integrè & fideliter docuit.

Eluxit autem in primis *Wolffgangi Meur*
ri annis præclara indoles & animus ſtud
majoribus aptus; quàm eſſent paterna. I
que ſcholam patriam cupidè frequentare
pit: Præceptores attentè audire; & aud
diligenter domi ruminare. Hoc ocium li
rarium, ut filio jucundum; ita patri, labo
bus aſſiduis iisque manuariis aſſueto, mol
ſtum fuit: quòd arbitraretur, illam inter
bros & chartas perpetuam ſeſſionem, qua
dam deſidiam, & laborum fugam ſecum attr
here. Et haud dubiè literas deſerere, ac op
ris metallicis incumbere coactus fuiſſet fili
niſi anno ætatis undecimo, vix tandem h
permittente patre, *Pirnam* miſſus eſſet: u
tum bonas literas docuit *Joannes Schadinus*, v
moribus gravis, & opinione eruditæ doctr
næ, prout illa erant tempora, celebris: à q
Græca conjungebantur cum Latinis, rarò
lius illiterati ſeculi exemplo. Præter mag
ſtri eruditionem & diligentiam, crebrò ſo
tus eſt Meurerus commendare civium P
nenſium in peregrinos ſcholaſticos libera
tatem: quam ne nunc quidem patiuntur n
nui, præſertim erga eos, ubi beneficium n
malè ſentiunt collocari.

Ex ſchola Pirnenſi *Dresdam* migravit; in
pulſus fama *Joannis Scheffelii*, qui eo temp
re & loco, ludum regebat literarium: & p
ſtea *Lipſiæ* Juris utriusque Doctor renunci
tus, præter conſulatum, quem aliquot a
nos geſſit præclarè; ampliſſimis in Academ
perfunctus eſt honoribus. Neque enim il
ſeculo turpe habebatur prius in ſcholis exe
ceri eos: qui poſtea in Eccleſiis & Academ
eſſent publica conſcenſuri pulpita: quin poti
magno ſibi adminiculo illam fuiſſe palæſtra
multi magni viri ſunt liberè confeſſi. Scheff
lius autem Meurerum & propter ingenii b
nit

itatem, & propter ſtudium diligentiæ mul-
ım amavit: ſuique amoris argumentum eſ-
: voluit *Græcum novi Teſtamenti codicem*:
uem diſcipulo, flagranti ſtudio Græcæ lin-
uæ, dono dedit: quemque Meurerus in ali-
umGræcorum auctorum defectu, nunquam
: manibus tum depoſuit; & poſtea ob pie-
tem in Deum, & gratitudinem erga præ-
ptorem, ſemper magnifecit.

Atque erant in hoc ſtudio Græcarum lite-
rum Meureri tanti progreſſus, tantaque de
dem magiſtri exiſtimatio: ut adoleſcentu-
m natu grandioribus condiſcipulis præfice-
t; eique prælectionem *fabularum Æſopi
ærarum* committeret; quo conatu cum ſe-
ſum doctiorem reddidiſſet: & inſuper ma-
tri amorem ac condiſcipulorum admira-
nem ſibi conciliaſſet: paulò pòſt *Lipſiam*,
nquam ad uberiorem literaturæ mercatum
contulit, ubi primos ſtudiorum fructus
cepit. Nam eruditæ doctrinæ qualicun-
e copiâ, conjunctâ cum pietate & modeſtiâ,
ilè ſibi amicos invenit: & patronos com-
ravit tum alios, tum inprimis præpoſitum
naſterii *D. Thomæ*: quem adeò faventem
buit; ut juniores monachos ab hoc ſolo
llet in Græcis literis erudiri. Non ita mul-
pòſt ſcholæ ad *D. Thomæ* Rector conſtitu-
: eſt *Caſparus Bornerus*; vir in ſtudiis hu-
nitatis apprimè doctus, deque re literariâ
time * meritus. Huic multum placuit Meu-
i ingenium, eruditio, & diligentia. Ideo
m ſibi adjunxit; & laborum ſcholaſticorum
ium eſſe voluit; eique ſupremum poſt ſe
cum inter collegas aſſignavit. Et retinuit
rnerus ad altiora evectus, eundem erga
eurerum animum. Neque minor obſervan-
Meureri erga Bornerum fuit; quem veluti
erum parentem amare; & ut patronum
nmum colere, omni vitæ tempore, etiam
ſens, non deſtitit. Teſtantur hoc literæ ex
lia ſcriptæ: quibus & ſtudiorum & tem-
ris, & ſumtuum rationem reddit: illiusque
nſilium in rebus graviſſimis expetit.

In ſcholaſticis autem pulveribus ſibi diutiùs
morandum eſſe Meurerus non putavit;
l animum ad majora appulit: & quid in
ademia doceretur, inquiſivit: ac juxta
æſcriptum illius ordinem, ſtudiorum ſuo-
m curriculum inſtituit. Unde eam ſibi ſtu-
i Philoſophici ſupellectilem comparavit:
æ ſufficeret ad primam lauream teſtimo-
o publico reportandam. Nam cum rerum
gnitione orationis puræ & elegantis ſtudi-
n conjunxit: verſus etiam ſcribere non in-
liciter tentavit: & compos ſui voti factus
anno ætatis *decimo octavo*, decano *Henri-
Godeſchalco*.

Cumque præ aliis illarum regionum Aca-
miis pleriſque, ne dicam omnibus, diſputa-
num publicarum exercitium, à majoribus
udenter inſtitutum, diligenter à grata po-
ritate in Lipſicâ ſcholâ conſervetur: Meu-
rus jam Baccalaureus factus, cui deinceps
præſidendi publicè, & conferendi de alio-
m propoſitâ materia munus eſſet imponen-
dum: non tantum loca doctrinæ publicæ & diſputationum frequentare, & alios confe- *Id urget Meurer.*
rentes diligenter audire eſt ſolitus: ſed etiam
domi, inter privatos parietes, cum ſuis amicis
de ſtudiis familiariter colloqui: & nonnulla
in diſputationem vocare; cui exercitio ſingu-
lis ſeptimanis dies Saturni, peracta cœnâ, erat
deſtinatus: quando præſidente aliquo ad id
præparato, reliqui placidè conferebant: tum
ut veritatem diſcerent: tum ut ſeſe tyronum
inſtar ad futuram pugnam præpararent. Hæc
privata paucorum diligentia plures excitavit
eosque impulit; ut ſeſe his adjungerent; à
quibus etiam benignè ſunt admiſſi; usque
adeò, ut loci anguſtia cogeret eos de loco ca-
paciore cogitare & autoritas magiſtri, cui eſſet
novi collegii curatio commiſſa, permitteret
illis locum doctrinæ publicæ. Unde factum
eſt; ut pluribus concurrentibus, partim ſtu-
dio diſcendi impulſis, quæ hactenus erant in
unius cujusque voluntate poſitæ συζητήσεις;
poſtea legibus adſtringerentur: & in ſingulis
collegiis inſtitui juberentur eodem die ea-
demque hora; quæ adhuc obſervantur, re-
tento quidem nomine *veſpertinarum diſpu-
tationum*; ſed mutata hora, neſcio cujus in-
ſtituto.

In hac diſputationum palæſtra cum ſeſe
Meurerus totos *annos tres* exercuiſſet: cum-
que ſtudiorum ordinem ſecutus fuiſſet; qui
eſt præſcriptus ſummum, in Philoſophia gra- *Renunciatur magiſter.*
dum petiit, quem conſecutus eſt facilè à cen-
ſoribus ſtudiorum & morum rigidis illis ac
ſeveris: & eosdem habuit autores & promo-
tores: ut ſenatus Lipſenſis huic novo magi-
ſtro non ambienti, ne ſperanti quidem, per-
mitteret gubernaculum ſcholæ ad *D. Nico-
laum* apertæ; quam rexit *annos ſex* magna *Præficitur ſcholæ D. Nicol.*
in diſcipulorum frequentia: è qua prodierunt
multi omnium ordinum viri præſtantiſſimi:
quorum opera fructuoſa fuit non modò illa-
rum regionum eccleſiis, ſcholis, & rebuspub.
ſed etiam exterarum. Etſi autem hæc ſchola
non minus eſt adſtricta arctiſſimis diſciplinæ
vinculis, in qua & ferulæ ſunt metuendæ con-
tumacibus & negligentibus: tamen propius
ad Academiæ libertatem accedit: cujus Re-
ctor vel eſt Profeſſor Academiæ Publicus; *Ratio ſcholæ Nicolainæ Lipſ.*
vel certè unus de conſilio facultatis philoſo-
phicæ: cujus diſcipuli immunes ſunt ab one-
ribus, quæ alios ferre oportet ſcholaſticos, &
plerique ſtudioſi ſunt, quorum nonnulli ad
publicam doctrinam audiendam admittun-
tur; nonnulli prima laurea ornati, magiſtris
etiam ſuis docentibus una cum aliis aſſidere
non recuſant: quorum magna copia præſcri-
pta inter Meureri diſcipulos. Qua autem fide
huic muneri præfuerit, & ii ſunt teſtati, qui
ejus felici inſtitutione uſi: & libellus oſten-
dit in principio hujus inſtitutionis à Meurero
conſcriptus, & diſcipulis propoſitus, non-
dum tamen in lucem editus: *de ratione &
ordine ſtudiorum rectè inſtituendo.* Quem *Libell. de ordine ſtudiorum.*
optandum eſſet manibus ſtudioſorum teri
quotidiè: ita enim majori cum fructu ſtu-
diorum curriculum inſtituerent: inſtitutum

feli-

feliciùs abſolverent. Dum enim inopia conſilii, per omnia doctrinarum genera, veluti in ampliſſimo rerum amœniſſimarum campo, hinc inde divagantur: in copia inopes, plerumque inanes domum redeunt. Qua de re-mora ſcimus conqueſtos eſſe multos viros clariſſimos; qui ſuo exemplo alios ab illa vagabunda ſtudiorum ratione ſunt dehortati.

Succedit Bornero.

Cum illic ergo eſſet Meurerus, qualem diximus, *quadriennio* pòſt, unanimi conſenſu & fideli ſtatutorum obſervatione cooptatus eſt in numerum collegarum collegii principum minoris; ſucceſſor *Caſparis Borneri*, qui translatus erat in collegium principum majus, cujus ſunt reditus ampliores. Et fuit hæc ſucceſſio initium alterius, quando poſt annos *novem* in mortui *Borneri* locum idem Meurerus fuit promotus. Atque ita *Bornerus* quem in principio laborum ſcholaſticorum habuit ſocium; publicorum commodorum ſucceſſorem vivens ſingulari cum voluptate ſenſit: & moriens magno cum deſiderio optavit. Particeps hujus commodi factus Meurerus, de Academiâ etiam publicè benè mereri voluit, cum hactenus pueritiæ primæque adoleſcentiæ ſuâ operâ maximè ſe inſerviiſſe animadverteret. Neque enim ignaviæ hi reditus illuſtriſſ. principum munificentiâ fundati ſunt: & ſudoribus anteceſſorum amplificati; ſed ſtudio juvandi rem literariam tum in aliis tum præcipue in ſtudiis humanitatis: quorum magiſtris etiam peculiariter ſunt deſtinati. Itaq; cum locum ſibi in conſilio communitatis ſtudii bonarum artium peteret: & receptus fuit libenter, & honeſtiſſimo collegio ſtuduit eſſe ornamento.

Recipitur in collegium communitat.

Ratio docendi philoſophiam in Acad. Lipſianâ.

Erat iis temporibus ea profitendi philoſophiam ratio; ut ex collegio philoſophico ſingulis ſemeſtribus ſorte eligerentur; quibus doctrina publica committeretur. Cùm enim collegæ eſſent plures: ſtipendia profeſſionum pauciora & exigua: cumque omnes digni haberentur hoc docendi munere: ea fuit à majoribus via inventa, quæ neminem paſſa eſt illo honore & emolumento carere; niſi cui Deus & ſors invideret. An crebra hæc profeſſorum mutatio ſtudioſæ juventuti profuerit nec ne; diſquirere hujus loci non eſt: hoc ſaltem dicimus: illam conſuetudinem poſt paucos annos fuiſſe immutatam; & certis quibusdam commiſſa ea, in quibus explicandis tantiſper verſarentur; donec aut ipſi decederent: aut collegio philoſophico aliter viſum fuiſſet. Propoſuit igitur in Academiâ ſtudioſæ juventuti eo rerum ſtatu Meurerus modò aliquid ex *parvis naturalibus Ariſtotelis*, modò ex *Metaphyſicis*, modò *ex libris de animâ*: & paulò pòſt unanimi electorum conſenſu, Decani munus illi eſt impoſitum: ut gubernaret totius ſtudii philoſophici curſum: quod præſtitit fide ſummâ, prudentiâ ſingulari. Et quoniam præ aliis philoſophiæ partibus, quas tamen non oſcitanter neglexit, aut ſuperbè contemſit, tum natura ſuâ, tum ſorte profeſſionum, in eam potiſſimum incubuerat: quæ in naturæ obſcuritate

Quid docuerit Meurer.

Decanus deſignatur.

cauſisque illius & effectis verſatur: & mathe-
maticis diſciplinis inſuper diligentem ope-
ram dederat: ſuper illud fundamentum, quo
jam probè jactum, cognitionis utriusque lin-
guæ, doctrinæ phyſicæ & mathematicæ, ex
ſtruere cœpit artem medicam: in qua addiſ
cendâ uſus fuit Præceptoribus in Lipſian
Academia, *Henrico Stromero*, *Georgio Schi*
telio, *Joanne Pfeilio*, *Sebaſtiano Rothâ*, aliisqu
illis temporibus medicis clariſſimis: quos
docentes publicè audivit: & privatim con
ſuluit: & poſt primum in medicinal gradun
præſide *Sebaſtiano Rothâ*, diſputationis am
pliſſimæ *de anima ejusq; facultatibus*, public
ad argumenta objecta reſpondit: & ſuorun
progreſſuum in hoc ſtudiorum genere edid
ſpecimen illuſtre: quos etiam explorare
commendare non dubitavit *ipſe Melanch*
thon; qui hanc diſputationem ſuâ præſenti
& objectionibus ornavit.

Cumque intelligeret *ſtudium anatomes in*
primis neceſſarium eſſe *medico*: non mo
dò libros Anatomicos diligenter evolvit: ſe
etiam operum naturæ inſpector oculatus e
voluit. Quoties igitur vel à noſtratibus Ge
manis, vel ab exteris, ut *Euſtathio Querceta*
Gallo, fortè *Lipſiam* tranſeunte: vel ab *Ap*
lonio Maſca, Italo ad aliquod tempus in noſt
regionibus commorante; ac medicas man
cuidam illuſtriſſimo corpori adhibente; occ
ſio inſpiciendi ſectionem corporis humani
offerret: tam Lipſiæ quàm in viciniâ: illa
arripuit valdè; & quæ dicebantur tam ab an
tomico, quam aliis medicis notatu digna, e
cepit ſtudioſè: cujus diligentiæ teſtis eſt l
bellus, quem ex talibus obſervationibus co
ſcriptum reliquit.

In hoc pleno artis medicæ curſu mira ince
ſit eum cupiditas viſendi Italiam; quam ſci
bat florere viris ſolidè doctis in omni ſcien
tiæ genere. Itaque propriis ſumtibus cu
Wolffgango Wertero, *Ulrico Mordiſio*, *Joann*
Sprembergero, & *Georgio Fabricio* iter ingre
ſus eſt; & primum appulit *Patavium*, ibiqu
ſe totum tradidit arti medicæ, exceptis iis ho
ris, quas in ſtudia humaniora & philoſophia
impendit; quarum Profeſſores tum tempo
ris erant *Lazarus Bonamicus*, & *M. Antoniu*
Janua. Quoscunque autem ſibi audiendos p
tavit; eorum benevolentiam verâ ration
quæſivit; præceptorum obſervantiâ, litera
rum amore, veri rectique ſtudio. Hinc peri
tiſſimus ejus ſeculi anatomicus, ex inferior
Germaniâ in Italiam vocatus, *Andreas Veſa*
lius Bruxellenſis illum ſuum appellavit: ex
cellentiſſimus Medicus *Joannes Baptiſta Mon*
tanus, ut filium dilexit; *M. Montagnan*
quandocunque medicinam fecit; comiten
ſibi adjunxit; eximius ſtudiorum humanita
tis Doctor *Lazarus Bonamicus* inter familia
res habuit; reliqui omnia humanitatis offic
prolixè illi obtulerunt.

Neque ſatis habuit fines Italiæ attigiſſe; ſe
cum *Wertero* & *Fabricio* totam penè illam o
ram peragravit; in qua peregrinatione ſib
etiam *Valerium Cordium Euricii F.* de qu
ante

antea, adjunxit; cum quo altiſſima montium
cacumina, rei herbariæ ſtudio perreptavit,
Ac cum Romæ aliquantiſper ſubſtitiſſet, ſibi-
que *Alphonſi Ferii*, Profeſſoris Chirurgiæ;
Joſephi Cinthii ſimplicium explicatoris, nec
non *Lucæ Gaurici* excellentiſſimi aſtronomi
aliorumque benevolentiam & charitatem
conciliaſſet: *Neapolim* profectus eſt, ubi
nter philoſophos præ aliis *Simonem Portium*;
nter medicos *Brancaleontem* prædicavit.

Inde & alia Italiæ loca, & illuſtres acade-
nias perluſtravit; illarum Profeſſores publicè
udivit; domi ſalutavit; Bononiæ *Ludovi-
um Buccaferreum* Philoſophum: Ferrariæ
Antonium Muſam, & *Hieronymum Fraca-
orium*, Medicos: Florentiæ *Matthæum
urtium* Medicum, & *Petrum Victorium* de
hiloſophia, & literis humanioribus præclarè
eritum; & ſi quid viſu dignum eſſet, avi-
ſſimè cognovit; diligentisſimèque notavit.
ongum eſſet referre ſingula; quæ qui de-
derat, is legat itinera *Georgii Fabricii* Ita-
ca: quorum comes individuus Meurerus
it: & quem unicum voluit autor eſſe hujus
eris cenſorem & emendatorem.

Contigit autem illis annis, quibus Meure-
s in Italia fuit: ut *Mauritius* Dux Saxoniæ
ſt obitum patris* *Henrici*, & de repub. re-
è inſtituenda, & de Eccleſiis ac ſcholis ſua-
m regionum reformandis diligentem cu-
m ſuſciperet; præcipuè verò de Academia
pſenſi ſollicitè cogitaret. Itaque utriusque
guæ Profeſſorem *Joachimum Camerarium*
binga accerſendum curavit; & Wittem-
rga *Georgium Joachimum Rheticum*, excel-
tisſimum Mathematicum. Cumque adhuc
ſideraretur eximius quidam philoſophiæ
iſtotelicæ explicator; qui ſolidè & ſobriè
n doceret, hactenus intricatam ſpinoſis
orundam diſputationibus; & ex interpre-
n lacunis potius, quàm veris fontibus hau-
m: præ multis aliis Meurerus abſens di-
us viſus eſt illo loco & munere. Itaque
ris publicis auctore & ſuaſore *Melanch-
ne*, à collegio philoſophico ad hoc munus
Italia evocatus, licet ex medio ſtudiorum
ſu retraheretur; tamen paruit libenter: &
trinam Ariſtotelicam profeſſus eſt fideli-
annos integros viginti ſeptem; neque ab
munere diſceſſiſſet; niſi autoritate colle-
medici, in demortui Decani dignitatem
rofesſionem ſucceſſiſſet; quod munus
requirat non ſolùm theoria eximium
dicum: ſed etiam praxi celebrem: Meu-
ſtudio & labore totos *annos quatuorde-*
eſt laudabiliter & integrè adminiſtratum.
æ a. ſpes de Meurero ad arduam hanc pro-
iam adminiſtrandam vocato erat à tota
demia Lipſienſi concepta; eam ille ſua
ditione, diligentia & docendi ordine ac
ſpicuitate longè ſuperavit. Ideoque indies
or ſtudioſorum concurſus fiebat, ad exi-
m philoſophum audiendum: & multi cla-
Academia viri, imò magnus ille *Melanch-*
Wittemberga adveniens, non rarò cum
himo Camerario viſus eſt locum doctrinæ

illius accedere; & ſua præſentia novum
profeſſorem, per ſe ſatis commendatum, au-
ditoribus & toti Academiæ reddere commen-
datiorem. *Multum enim valet ad ſtudioſam
præſertim adoleſcentiam judicio carentem,
præclara magnorum virorum de docentibus
exiſtimatio.*

Hinc indies Meureri autoritas magis ma-
gisque creſcebat inter collegas ſuos: qui il-
lum paulò pòſt idoneum judicabant: ut loco
Cancellarii Academiæ, quod Epiſcopi Mar- *Cancellarius Academ. deſignatur.*
tispurgenſis peculiare eſt officium, totum a-
ctum promotionis eorum, qui ſummo in ar-
tibus humanioribus gradu erant decorandi,
gubernaret ex clementiſſima conceſſione
Auguſti Ducis Saxoniæ, eo tempore admini-
ſtratoris Politici ejus diœceſis; cum coadju-
tor eſſet rerum eccleſiaſticarum *Georgius*,
Princeps Anhaltinus.

Hæc cauſa fuit, ut undiquaque viri docti
ejus amicitiam expeterent, tam apud Miſenos,
quam in aliis Germaniæ locis. Inter cives &
collegas præcipui fuerunt *Caſpar Bornerus*,
quem ut patrē coluit; *Joachimus Camerarius*, *Amici Meureri.*
Joan. Pfeiffingerus, *Alexander Aleſius*, *Hen-
ricus Salmuthus*, *Leonhardus Badhorn*, *Victo-
rinus Strigelius*, quos non tantum rebus ſe-
cundis amavit: ſed etiam in adverſis nun-
quam deſeruit. Wittembergæ, *Lutherum*,
Melanchthonem, *Juſtum Jonam*, *Peucerum*,
Tiguri, *Geſnerum*. Tubingæ, *Fuchſium* &
Schegkium: Argentorati *Sturmium* & *Ger-
belium* amicisſimos habuit. Ne quid dicamus
de *Werteris*, de *Naviis*, de *Fabriciis*, fratribus:
de aliis aliorum locorum viris celeberrimis:
quorum poſtremus non eſt *Georgius Agrico-
la*, rerum metallicarum ſcriptor nobilisſimus.
Apud exteros verò quam ſemel contraxit a-
micitiam humanitate & candore ſuo, eam
conſtantiſſimè retinuit, & coluit ſanctisſimè.
Teſtes ſunt literæ *Pauli Manutii* Veneti,
Apollonii & *Nicolai Maſſæ*, medicorum excel-
lentisſimorum, & *Lucæ Gaurici* aſtronomi
Romani; qui non dubitavit epiſtolam Meu-
reri, propterea quod ex Ciceroniano fonte, ut
ipſe loquitur, eſſet deducta, tum aliis viris
doctis, tum verò ipſi pontifici legendam of-
ferre. Sed ne ab inſtituto longiùs digrediamur,
ad Meurerum redeundum eſt.

Ei annus ætatis *trigeſimus quintus* multum
honoris & autoritatis attulit. Etſi n. tum pro-
pter urbis obſidionem, tum propter conta-
gium; quod obſidionem eſt ſecutum, unâ
cum aliis quibuſdam Profeſſoribus publicis,
iisque præcipuis Lipſiâ ſeceſſerat: tamen cum
fato functus eſſet *Caſparus Bornerus*, abſens
ex collegio principis minori in majus eſt
translatus. Cumque poſt illam honoris ac-
ceſſionem reverteretur ad operas publicas,
hyberni ſemeſtris *Rector* unanimi Electorum *Creatur Rector Academ.*
conſenſu factus eſt: quod munus grave ea
geſſit fide & diligentia, ut ſequentibus an-
nis unà cum *Joachimo Camerario* gravisſimis
de republ. literaria deliberationibus intereſ-
ſet, eamque opera & conſilio ſuo ſtabiliret,
augeret, atque ornaret.

Item Doct. Medicinæ. An. 1543.

Germaniâ, quàm Italiâ ætatis florem in ea conſumſiſſet: anno ſequenti, qui fuit ætatis *triceſimus ſextus*, cum *Blaſio Thammüllero, & Balthaſero Cleinio*, Medicinæ Doctor publicâ ſolennitate renunciatus, & in medicorum collegium eſt cooptatus. Ac licet multos adhuc annos in explicandis iis, quorum gratia ex Italia fuerat evocatus, ſit verſatus: tamen utrique collegio fidem datam ſervavit integrè, docendo philoſophica; & faciendo medicinam: & ſi quando occaſio offerebatur, inquirendo in ſtudia candidatorum medicinæ: quibus etiam clementi conceſſione *Michaëlis* Sidonii Epiſcopi Martispurgenſis, tam infimos, quàm ſummos honores attribuit.

Suâ ſorte contentus Meurer.

Tantus autem Academiæ & libertatis Academicæ in eo amor fuit: ut excelſo animo plurimas occaſiones ſperneret perveniendi ad ampliſſima munera. Cum enim aliquando magni cujusdam viri literis benigniſſimè admoneretur; ut vitæ illi umbratuli, quam hactenus egerat, ſplendorem aulicum præferret: negavit *ſe alterius eſſe velle, cum ſuus eſſe poſſet.*

Contrahit matrimonium.

Poſt ſerias deinde preces & deliberationes cum amicis cepit cogitare de conjugio, cujus ineundi cauſa delegit ſibi ex familia *Blaſebalgiorum*, & authoribus *Melanchthone ac Joachimo Camerario* in matrimonium duxit *Margaritam*, filiam *Chriſtophori Blaſebalgii*, cujus proavus certos legavit reditus: quibus ad ſtudia pietatis ac bonarum artium apti ex ſua familia adoleſcentes uterentur. Cum hac Margarita in conjugio vixit *annos viginti ſex*: & ex illa ſuſcepit *liberos novem*; filios ſex & tres filias: ex quibus reliquit ſuperſtites filios tres, & duas filias: reliquos vel infantes amiſit, vel in flore ipſo ætatis.

Educatio liberorum.

Liberis maſculis pædagogos præfecit: & eorum ſtudia ac mores ipſe quoque ſubinde inſpexit & rexit. Filias matri educandas reliquit: quam ſciebat optimam earum virtutum eſſe magiſtram: quas in hoc ſexu oportet elucere. Hanc chariſſimam ſibi conjugem cum peſte extinctam amiſiſſet: in luctus acerbitate, & ſolitudine reliquum vitæ *decennium* terere maluit, quàm ſibi moleſtiam, liberis novercam, rei familiari calamitatem accerſere.

Cooptatur in collegium medicinum.

Ex ſenatu Lipſienſis Reipub. & ordine philoſophico illius Academiæ allectus eſt in collegium medicorum mortuo *Martino Drembachio*; ubi medicinam publicè docuit: quam antea multos annos fecerat, artem juvante judicio, confirmante experientia, & ſequente felicitate. In hac ſtatione dum ſanctè & integrè perſiſtit: & Dei benedictionem, & principum in repub. virorum gratiam, & diſcipulorum obſervantiam, & civium gratitudinem prolixè eſt expertus: donec tandem annis & curis ſatur, deficientibus corporis & animi viribus, ex hac miſera & caduca vita ad illam beatam & æternam evocatus, in vera invocatione Filii Dei, quem omni vitæ tempore, unicum ſalutis authorem, & perpetuum apud æternum patrem interceſſorem religioſè coluerat; & conſtanter fuerat confeſſus; placidè obdormiſceret die *ſexto* Februarii, an- no Chriſti Jeſu *octogeſimo quinto*, cum vixi- ſet annos *unum & ſeptuaginta*, menſes *oct-* horas *decem*. Corpus ejus honorificè ſepu- tum eſt in templo *Paulino* ad latus conjugis, filii *Wolfgangi*: concionem funebrem h- bente *Wolffgango Hardero*, S. Theologiæ D- & Paſtore templi ad D. Nicolaum: qui pr- primis literarum initiis; quæ ex hoc mag- ſtro didicerat, hoc ultimum gratitudinis o- ficium animo quidem promtiſſimo at mœſti- ſimo præſtitit. Funus curatum ita, ut ex luc- publico, & omnium ordinum ſingulari pla- ctu, & comitatu frequentiſſimo apparere ſcholam magno præſidio, rempub. ornamen- to, cives adjumento fuiſſe orbatos. Præter- eam de ſe poſt obitum reliquit nominis ex- ſtimationem atque famam; ut nemo, niſi im- probus, audeat ſanctiſſimos ejus manes tu- bare: boni omnes memoriam optimi viri co- ſervent, tueantur, venerentur.

Famam ejus denique augent ingenii etia- monumenta, foràs data; ut ſunt *diſputa- d. catarrhis*, Lipſiæ habita.

Meteorologia quæſtionibus informata, explicationibus dilucidis illuſtrata.

Edita eſt à filio *Chriſtophoro*, & ſæpiùs r- cuſa.

Sunt hujus Meureri & *commentarii mete- rologici, ex ſolidis philoſophiæ Ariſtotelicæ fu- damentis deducti* poſt obitum ejus editi.

Plura ejus ſcripta ſcriniis heredum ac d- ſcipulorum clauſa continentur.

Hæc nobis ſufficiant *ex deſcriptione v- Meureri à Bartholomæo Walthero comme- tariis illis meteorologicis præfixa.*

SAMUEL SIDERO- CRATES.

S*Amuel Siderocrates* vernaculè Eiſenm- ger/in lucem editur *Bretta* Palatinatus i- ferioris oppido, Melanchthonis incunabu- ut notum, celebri; anno *milleſimo, quinge- teſimo, triceſimo quarto*, die *viceſimo octa-* Septembris.

Deguſtatis haud leviter primis literaru- elementis *Wittembergam* venit: ibique an- ætatis *undeviceſimo*, gradu Doctoratus phil- ſophici eſt ſub Melanchthone ornatus. E- enim non ſolùm Latinæ, Græcæ, Hebraic- que linguæ peritus: ſed & omnis Philoſophi- ac Phyſices inprimis, perſtudioſus.

Wittembergâ in vicinam patriæ Academi- quæ *Tubingæ* florebat, progreſſus ſive evoc- tus, anno *quinquageſimo ſexto*, mathem- tum profeſſionem ſuſcepit: medicisque i- præſtantiſſ. operam dedit adeo gnaviter: anno *ſexageſimo quarto*, die Octobris *ultim-* ſolenni Academiarum more, in medicoru- ordinem ſit adſcriptus. Fuit ea freque- panegyris: qua *quatuordecim* viris erudi- Theologis JCtis & Medicis, ſupremi hon- res publicè collati.

In-

Inde fama de ipſo increbreſcente à variis ...it expetitus: ac primùm illuſtriſſimo Mar...hioni *Carolo*, anno *ſexageſimo ſeptimo*: poſt ...*lectori Colonienſi*; & reverendiſſ. *Epiſcopis ...rgentinenſi ac Spirenſi*, à curâ valetudinis ...it.

Tandem ad meliorem vitam à ſummo vitæ ...bitro evocatur *Bruſſellæ*. Pro Rhen. anno ...*ogeſimo quinto*, die *viceſimo octavo* Februa..., ætatis *quinquageſimo primo*. Dum vixit, ...oriam mundi non cupivit; ſed mundo ...ortuus & crucifixus, in humilitate vitam ...iit: Deoque jam æternùm vivit.

Exſtat ejus *oratio, de methodo ἰατρομαθημα...ῶν*: in quâ eam ſemper medicis veteribus ... recentioribus uſui fuiſſe, multis rationi...s confirmatur.

Ex narratione epiſtolicâ Jeremiæ Eiſen...nger. *D. Medici reip. Hailbrunnenſis, ad ...aſmum Poſthium Phil. & Med. D. Cruſ. ...annal. part.* 3. *c.* 10.

...EMBERTUS DODONÆUS.

HOc egregium patriæ & ſeculi ornamen...tum, anno *milleſimo, quingenteſimo, de...moſeptimo, Machlinia*, urbs inter Belgii ...ecipuas una, protulit: cùm negociorum ...tiâ parentes ejus Friſii Machliniæ verſa...ntur. Proavus ejus fuit Staurienſis nomine ...*richus à Joenckema*: hic filium habuit ...*mbertum*, qui & à *Joenckemâ & Jarigâ* ...tus.

...s Leovardianæ civitatis ſenior diu fuit: vir ...gni conſilii, ſummæque auctoritatis: qui ...riens reliquit filiam unam & filium unum: ...æ nomen fuit *Tita*, ſive *Tidea*, ex quâ nata ...*Rixtiâ* uxor *Sedevardi* ſive *Suffridi Hop...i*. Filio nomen fuit *Dodo*, qui dictus eſt ...ra patriam *Dionyſius & Dodonæus*: ex hoc ...us, de quo nunc agimus, Rembertus Do...æus. Ipſe & fortunis, & Muſis propi... ad ſummum eruditionis culmen in omni ...um genere adſcendit; in medica tamen ...ltate inprimis excelluit: cujus gratia ...ltas *Germaniæ, Galliæ, & Italiæ* Academias ...t, coluitque.

...edicinæ lauream ſupremam conſecutus, ...n ob artis inſignem peritiam & in ejus pra...ummam felicitatem longè latèque cele...retur: *Maximiliano* Auguſto, ejusque ... Imperatori *Rodolpho II.* commendatus, ...troque in aulam adſcriptus; ac curandæ ...tudini præpoſitus fuit. Ibi cum in ſum... honore eſſet, continuis amicorum literis ...*chliniam* eſt evocatus; ut bonis, quæ ad ...*chliniam & Antverpiam* habebat, præſtò ...niſi ea factioſis diripienda concedere, & ...ſi pro derelicto habere vellet. Quibus ille ...dem permotus, impetrata ab Imperatore ...ſione, ad ſuos rediturus *Coloniæ* aliquam... ſubſtitit: quod tum temporis toto Belgio ...aximè in Brabantia, omnia bellicis moti... infeſta eſſent. Amicis demum aſſidue ...itantibus, ob cauſas ſuprà dictas, relictâ Colonia, Antverpiam conceſſit; indeque non multò pòſt in Academiam *Lugdunenſem* in Batavia, ſtipendio luculento à curatoribus invitatus, anno *octogeſimo ſecundo*, medicinæ profeſſionem publicam ſuſcepit: & lectionibus eam ſcriptisque doctiſſimis mirum in modum exornavit: donec tandem ibidem vivere deſiit, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo quinto*, ætatis *ſexageſimo octavo*. Mortuo hoc epitaphium eſt poſitum:

Ubi moritur.

Epitaph. eid. poſitum.

D. O. M.
REMBERTO DODONÆO MACHLIN.
D. MAXIMILIANI II. ET
RUDOLPHI II.
IMP.
MEDICO ET CONSILIARIO
CUJUS IN RE ASTRONOM. HERB.
MEDIC.
ERUDITIO SCRIPTIS INCLARUIT,
QUI JAM SENEX IN ACAD. LUG-
DUNENSI
APUD BATAVOS PUBLICUS
MEDICINÆ PROFESSOR, FELICITER
OBIIT
AN. cIↄ. Iↄ. LXXXV. AD VI. IDUS
MART.
ÆTATIS SUÆ LXVIII.
REMBERTUS DODONÆUS
FIL. M. P.

Hic vir quanquam neque natus, neque multum verſatus eſſet in Friſia; ad miraculum tamen peritus fuit rerum Friſicarum: maximè autem in deducendis antiquis familiis, quarum origenes ac ſucceſſiones ad unguem calluit: eâque in re magno cum ſibi adjumento ſæpè fuiſſe teſtatur *Suffridus Petrus* Leovardienſis, hiſtoricus Friſiæ.

Scripſit multa & inſignia ad eam medicinæ potiſſimùm partem ſpectantia, quæ verſatur circa ſimplicia, quæ vocantur. Anno *quadrageſimo ſexto* ſupra *milleſimum, quingenteſimum, Paulum Æginetam à Joanne Guinterio* Andernaco *Latinè converſum, ad Græcum textum accurate contulit ac recenſuit*, pluſculis locis interpolatis, & à mendis repurgatis, præmiſſa epiſtola nuncupatoria. *Scripta Dodonæi.*

In lucem edidit Belgico primùm idiomate, & poſteà Latino, *ſtirpium hiſtoriam*, pemptadibus *ſex*, ſeu *triginta* libris comprehenſam: de *ſphærâ*, ſive *de Aſtronomiæ & Geographiæ principiis* Coſmographicam Jſagogen: *Medicinalium* item *obſervationum exempla rara*: & annotationes in *Antonii Benevenii* ejusdem argumenti libellum.

Præter *hiſtoriam florum & coronariarum odoratarumq; herbarum* edidit quoque *hiſtoriam frumentorum, leguminum, paluſtrium, & aquatilium herbarum*, quibus additæ ſunt imagines vivæ pleræque: novæ, nec hactenus editæ.

Compoſuit & *curationes omnium morborum*, quas diſcipulis ſuis dictavit: ſed lucem publcam, quantum ſcimus, nondum viderunt.

Epigram. Poſthii in libr. Dodonai.

Exſtant, in hunc *Dodonæum* & ejus ſcripta ejuſmodi *J. Poſthii* carmin:

REMBERTE, ingenio præſtans uſuq́, medendi
Et famâ Eois cognite, & Heſperiis:
Eja age tolle moram, doctosq́, emitte libellos:
Dura nimis longum quos tua cura premit.
Congeſtum multos emendatumque per annos,
Fac tandem in lucem prodeat illud opus:
Quod tener ediſcat Phœbi curantis alumnus:
Quodq́; terat medica factus in arte ſenex.
Sive poteſtatem herbarum inquirat & uſum:
Sive animum variis paſcat imaginibus.
Quin tua mirantes etiam monumenta puellæ;
Luſtrabunt cupidis omnia luminibus:
Halantesque legent inſerta recentia flores;
Et gratum quicquid naribus eſſe ſolet.
Inde ſuas quoque promet opes, qui pharmaca miſcet,
Sive tibi, Cæſar; villice ſive tibi.
Diſcet & ex illis coquus ingenioſior hortis.
Apparet ut domino fercula rara ſuo.
Te Bacchus, te flava Ceres, te ruſtica turba,
Te Satyri & Fauni, Naiadesque canent.
Fortunate! tua frueris qui laude ſuperſtes:
A Jovequid magno majus, amice, petas?

Hæc de Dodonæo *ex Suffridi Petri decade* 13. *de ſcriptoribus Friſiæ: Academiâ Lugdunenſi: I. Poſthii parergis: & bibliothecis.*

☉ 1585. d. 9. Nov. ætat. 66.

JOANNES CRATO A CRAFFTHEIM.

Uratislaviæ encomium.

EXCEPIT *Joannem Cratonem* in hanc lucem editum *Uratislavia*, metropolis Sileſiæ: cujus Reſpub. non tam amplitudine, ſplendore, & opibus quàm artium literarumque ſcientia cum optimis & moratiſſimis quibusque civitatibus in orbe Chriſtiano certat. Incidit ætas ejus in id tempus, quo de rebus maximi momenti in imperio Germanico controverſiarum certamina exſtiterunt. *Annus natalis Cratonis.* Natus eſt enim anno Chriſti, *decimo nono*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, Novembris die *viceſimo*: quo ipſo anno *Carolus V.* Imperator deſignatus eſt; & *Lutherus* primatum Papæ * contentione magna oppugnare cæpit: ut initia maximarum mutationum non obſcura ſeſe id temporis darent. Quæ quidem mutationes cùm conſequentibus annis in actum eruperint; anni Cratonis primi in ipſa epitaſi reformationis Eccleſiarum & ſcholarum verſati ſunt. Nati eodem Chriſti anno ſunt *Theodorus Beza*, & *Rodolphus Gualterus*, ille quidem in *Gallia, hic autem in *Helvetiis; quorum præter cæteros eſt nobilitata eruditio. Eos igitur Crato æquales ſe habere ſolitus eſt prædicare. Parentibus editus eſt, haud maximis quidem fortunis; vitæ tamen gravitate & integritate plenis: patre *Chriſtophoro Craffto*; cujus operæ Reipub. ad tempus verè longum magno uſui fuére. Is ad honeſtam ſenectutem vixit; & annos *ſeptem & ſeptuginta* complevit. Matre verò *Anna Bidermanna*, de qua pietatis & virtutis fama & opinio præclara fuit. In hos etiam mortuos amorem ſtudiumque ſuum declaravit Crato; cùm anno Chriſti *quinquageſimo ſeptimo* monumentum è ſaxo faciendum eis curavit, in templ Eliſabethani cœmiterio; in quo hanc epigraphen verſuum ſuorum, tanquam elogium inci[di] atque notari voluit.

* *Diſputatione Lipſicâ & ſcriptis editis.*

Σύγχρονοι Cratonis.

* *Vezeliis Æduor. oppido d. 24 Jun.*

* *Tiguri d. 9. Novemb. Ad vitas Theolog.*

CHRISTOPHORO CRAFFT,
CIVI HONESTO
QUI
SUPRA LXXVII. ANNUM
IN
HAC REPUB. VIXIT:
ET
ANNÆ BIDERMANNÆ
PARENTIB. CHARISS.
P. E.

Hic mihi perpetua chari pietate parentes
Chriſtophorus genitor, mater & Anna, jace[nt]
Ad tumulum quorum meritò memor hoc [...]
ſaxum:
Chriſto animas junctas lætor adeſſe Deo.
Magna dies Domini renovati corporis uſum
Et dabit his vitæ gaudia parta fide.

Joannes Crato, Art. Med. D. F. P.
Anno M. D. LVII.

Prodiit ex *Crafftorum* quoque familia q[ui]dam *Auguſtinus Crafftus*; cujus ipſe Joan[nes] Crato meminit in proœmio *Conſultation[um] medicarum Joannis Baptiſtæ Montani*: [...] profeſſus eſt *Erfurdiæ* philoſophiam & [me]dicinam.

Pueritiæ atque ineuntis adoleſcentiæ te[m]pus diſcendis literis in ſchola patria, opti[mis] diſciplinis florente, tribuit: præceptori[bus] uſus optimis & integerrimis viris, *And[...]* præſertim *Wincklero* & *Bonaventura Roſ[...]* quibus & pietate & amore officium debit[um] quoad vixerunt, præſtitit. Navârunt oper[am] præclaram eidem ludo *Balthaſar Neande[r]* *Martinus Helwigius*: quorum ea fuit in t[ra]dendis literis peritia, dexteritas fidei, & a[...]duitas; ut ſtudia doctrinæ mirum in [mo]dum in celeberrima illa Repub. excitarin[t] ad ſpem frugis & eruditionis eximiæ pl[uri]mos erexerint. Idcirco hos etiam Crato æ[tate] provecta præcipuo quodam amore ſibi c[on]junctos habuit. Sic autem ſeſe initia diſci[pli]næ Cratonis dederunt; ut ſtatim aliquo[d a]nimi atque ingenii lumen in eo eluxerit. [Ex] quo quanti fructus, tanquam in herbis [non] fallacibus, ſecuturi eſſent, cognoſci po[tuit.] Nam & præceptoribus ſpem ſummæ er[udi]tionis attulit; & æquales in percipiendis [di]ſciplinis anteivit.

Quod cùm Crato de ſe feciſſet; neque [for]tuna neque hominum beneficentia ei de[fuit.] Cum enim ſatis jam eſſet, quod vixerat in [pa]tria ſchola, vel ad ætatem, vel ad doctrina[m:] divinitus ei contigit; ut inclinatione vol[un]tatis propenderent in eum primarii quid[am] cives, & ipſe etiam Senatus complecti ill[um] & fovere cæperunt.

Ho[...]

Horum itaque ope ac liberalitate adjutus, cùm præſertim etiam authoritas præſtantiſſimi viri, *Joannis Heſſi*, fidelis Eccleſiæ in illa civitate paſtoris interceſſiſſet: *VVittembergam* profectus eſt primùm; ut præter literarum doctrinam, præcipuo quodam ſtudio & cura in Theologiam incumberet.

Sumtus jam in Academia affluente liberaliſſimis ſtudiis, ac doctiſſimis profeſſoribus nactus; Theologiam quæ tunc è tenebris evocata caput efferre cæperat, & Reip. Uratislavienſi lucem gratiſſimam attulerat, avidè amplexus eſt Crato. Totum itaque ſe rectis ſtudiis dedidit: & quidem præceptoribus præſtantiſſimis *Luthero & Melanchthone*, in utraque doctrinâ, religionis veræ & literarum, multum profecit. Nec verò audivit ſolum Crato *Lutherum* attentè & ſedulò; ſed in ejus familiaritatem etiam ſeſe inſinuavit; & ut ſermonum ejus, & vitæ domeſticæ particeps eſſe poſſet, laboravit; ut cibum cum eo communem haberet. Quod etiam aſſecutus eſt; & *annos totos ſex* in ſuaviſſimo illius convictu permanſit. Acciderunt quidem Cratoni in vitâ ſuâ admodum glorioſa & jucunda multa: ſed nihil tantopere prædicabat, quàm quod Lutheri tot annos convictor fuiſſet. Audierat ab eo, hauſerat, acceperat tot ſermones graves, tot voces ſuaves, tot acroamata feſtiva; ut eorum memoria nunquam ex illius animo quoad vixit, effluxerit. Quin memoriæ causâ non pauca tanti hoſpitis dicta retulit in commentarium manu ſuâ; ex quibus, poſteaquam emanarunt, *volumen ſermonum convivalium*, maximâ ex parte confectum ſive compilatum eſt. In literis his ad amicos ſæpiſſimè conqueſtus fertur de libellis, qui Lutheri nomine ſatis inconſideratè divulgarentur, vel doctrinam ejus præ ſe ferrent. *Notior*, dixit, *eſt mihi Lutherus, quàm ulli hominum, qui vivit, cum domeſticus illius ſexennium fuerim, & non ſolum ejus convictu; verum intimâ etiam conſuetudine uſus ſim.*

Verùm cùm Crato ad Theologiæ profeſſionem minus naturâ ſe aptum deprehenderet: ad medicinæ ſtudium cultumque ſeſe convertit. Neque hoc temerè fecit; ſed Luthero ipſo, acerrimo ingeniorum judice, & ſuadente & probante: qui etiam literis ad ſenatum Uratislavienſem datis, uti id ſtudium Cratoni colere liceret, petiit & impetravit. Quem autem animum, fidem, amorem ſtudium Luthero præſtitit Crato; idem etiam Melanchthoni, alteri Academiæ lumini, & præceptori omnium, qnos ſol vidit, feliciſſimo, declaravit. Nam & diligentiâ ſummâ illum docentem audivit, & omni pietate coluit: tum id operam enixè dedit: ut quàm conjunctiſſimus illi eſſe poſſet. Ut autem naturâ fuit perſpicax Melanchthon; & ſui ſimilium ingeniorum appetentiſſimus: ita Cratonem præter cæteros ex tanto diſcentium cœtu ſibi delegit, in quem officia liberaliter conferret: & vim quaſi quandam amoris effunderet.

Ex aſſiduitate enim ejus, quam in audiendis lectionibus adhibebat, mirificam voluptatem capiebat: & ipſe etiam Crato ingenii & morum Melanchthonis vim atque ſuavitatem admirabili ſolertia conſequebatur. quemadmodum autem Lutheri convictu atque conſuetudine meritò gloriatus eſt: ſic Melanchthonis conjunctione atque neceſſitudine, nihil ſibi honeſtiùs, nihil laudabiliùs exiſtimavit.

Neque verò didicit ſolùm literas in Academia *Wittembergica*: ſed quod percepit atque comprehendit; id liberaliter ad aliorum uſus in docendo contulit. Nam ſcholas, privatorum præceptorum more, habere cæpit: & *Dialecticen* aliasque artes planè utiliterque tradidit. Imbiberat jam Melanchthonis in docendo methodum; hauſerat præcepta artium; tenebat modum in explicando perſpicuum, aptum, brevem, facilem: quod ſcripta ejus, quæ reliquit, abundè comprobare poſſunt. Res enim quas ſibi tradendas ſumſit, admirabili brevitate & perſpicuitate perſecutus eſt; ordine bono diſtribuit: & genere orationis dilucido expoſuit: ut nihil neque affluat, neque deſideretur. *Docet privatim Crato.*

Ac Philoſophica quidem medicaq; omnia planè & perſpicuè expedivit: quod docti & diligentis eſſe viri Cicero cenſuit. Quæ verò lumen orationis & quandam copiam requiſiverunt: ea ornatè graviterque expolivit. Hoc præclarum artificium docendi atque ſcribendi in ſchola Melanchthoniana didicit; & poſtea ad medicinam, aliarumque rerum tractationem attulit; ut facultatem haberet explicandi animi ſui ſenſa voce & ſcriptis diſertè, diſtinctè, politè, & perſpicuè. *Felix in docendo.*

Quo nomine etiam chariſſimmus fuit Melanchthoni qui laudem orationis puræ, elegantis & benè Latinæ illi tribuit: ut cum documentum orationis bonæ ſtatuendum eſſet, *Cratonis dictionem* nominaret: quæ facultas dicendi & ſcribendi ei adjumento ad conſequendum magnum decus fuit.

Melanchthonem ubique ducem ſecutus eſt; & Ciceronis ſcripta, Græcorumque autorum monumenta avidè, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens, cognovit. Eamque viam unam ſibi ad eloquentiam munivit. Cum lectione autem conjunxit ſcribendi curam & exercitationem; qua id ſe eſſe aſſecutum ſæpè amicis dixit; ut *ſcribendo ſcribere diſceret, vel potiùs proficeret.* Nec occultandas eſſe prorſus exercitationes ſuas exiſtimavit: ſed foràs proferendas; ut aliorum judicia ſubirent, & ſuum ipſe magis confirmaret, judicavit. Itaque ad viros magnos etiam juvenis ſcribere cæpit; & cum indies cura in elaborando major accederet, principium inde ſe habere benè ſcribendi faſſus eſt. *Scribendo proficimus.*

Ex *Wittembergenſi* Academiâ in *Lipſienſem* ſeſe contulit: ubi ſtudium & operam in res minimè obſcuras; ſed utiles & laude dignas poſuit. Suſcepit inprimis curam erudiendi *Comitem Berthamenſem*; cujus ingenium ad percipiendas literas aptum atque pro- *Lipſiam concedit.* *Ibi ephorum agit com. Berthamenſis.*

propenſum fuiſſe accepimus. Huic Dialecticæ atque dicendi artis præcepta exercitationesque tradidit: quemadmodum à præceptore Melanchthone didicerat. Tam alios etiam docuit, qui methodo ejus Melanchthoniana delectati ſunt.

Camerario familiaris Crato.

Exarſit præterea mirabilis quædam benevolentiæ magnitudo; & amoris vis inter *Camerarium & Cratonem* tanta; ut eam poſtea nulla res minuere potuerit: ſed uſus & ætas magis magisque in dies corroborarit. Conciliavit autem atque devinxit eos ingeniorum & ſtudiorum ſimilitudo quædam, tùm ſcribendi etiam facultas, quæ in utroque erat excellens: in Camerario quidem accurata, & ad veterum imitationem directa: in Cratone verò lenis, perſpicua, polita tamen & elegans. Perſeveravit hæc animorum conjunctio ad extremum vitæ usque in Camerario: qui & ad *Jacobum Monavium* dixit: *ſe ad nullum amicorum plures dare literas, quàm ad Cratonem, nec tamen ullâ aſſiduitate explere ſcribendi officium poſſe, quin ab illo vinceretur.*

Leonh. Badenhorn IC.

Erat temporibus illis jucundus aliis multis in Academiâ Lipſienſi, quicunque judicare de ingeniis aliquid poterant: vivebat cum *Leonhardo Badenhornio* Juriſconſulto; colebatur à *Wolffgango Meurero* Philoſopho & medico, de quo modò: amabatur à *Martino Drembachio*, collegii medici ſeniore, & totam domum Camerarii devinctam conſuetudine tenebat. Ex quo *Caſpari Jungermanno* Juris conſulto, Camerarii genero etiam familiaris factus, in amicitiâ ejus permanſit.

Caſpar Jungerman. IC. gener Camer. Cogitat in Italiam Crato.

Lipſiâ decedens in *Italiam* cogitavit, probè jam ſcilicet perceptis literis atque diſciplinis; atque adeò etiam medicinæ fundamentis jactis. Cùm autem ea eſſet famæ ejus celebritas; ut abſentibus jam notus eſſet; facilè nactus eſt in hoc itinere, à quibus non ſolum cognitione & hoſpitio; ſed etiam beneficio quovis dignus exiſtimaretur. Inprimis verò expertus eſt liberalitatem patriciorum quorundam Auguſtæ Vindelicorum, *Hervvarthorum, & Heinceliorum* fratrum *Pauli & Joannis Baptiſtæ*: quorum hi etiam unâ cum eo profecti ſunt: & conſuetudinem amicitiamque cum illo junxerunt, quæ ad omne tempus vitæ duravit. Præter cæteros verò *Joannem Baptiſtam Heincelium* conſulem ſic dilexit; & viciſſim ab eo ita dilectus fuit; ut multa & magna inter eos officia & paria & mutua interceſſerint; ac vix replere alter alterum ſcribendis literis potuerit. Horum verò patronorum & amicorum tantorum in ſe merita prædicare nullo ætatis ſuæ tempore deſtitit; ſed potiùs quæcunque adeptus eſſet commoda atque ornamenta vitæ ſtudiorumque, illis ſecundum Deum immortalem, memori mente tribuit, & accepta retulit. Ita viaticum, quod parentum domo non magnum extulit, in omni loco & tempore peregrinationis ſuæ invenit; primum Senatus patriæ & quorundam civium ope; poſteà *Hervvarthorū & Heinceliorum* adminiculo.

Hervvarthi & Heincelii patricii Auguſt. patroni & amici Cratonis.

In Italiam ubi venit, nihil ei potius fuit; quàm ut ex profeſſoribus cunctis eum ſibi deligeret: quem totâ mente atque omni animo intueretur, adeoque etiam imitando conſectaretur. Is erat *Joannes Baptiſta Montanus*, medicus Veronenſis, qui antiquisſimorum medicorum, *Hippocratis & Galeni* ſcripta non ſolùm rectè intellexit; ſed etiam commodè, perſpicuè, diſertè, & ordine explicuit, illuſtravit, expolivit ita: ut ante oculos poſuiſſe & collocaſſe in quotidiano uſu doctrinam eorum videatur. Hunc igitur attentè, diligenterque audivit: magnifecit, coluit, amavit illi ſe totum tradidit: in ipſius doctrinam mentem & cogitationem defixit: omniaque ejus dictata conſequi memoria & complecti ſcriptis ſtuduit. Aditum verò ad Montanum patefecerat ei *Melanchthon*: qui literis ſuis de meliore nota illum commendarat.

Tali ergò duce & præceptore brevi id aſſecutus eſt in arte medica; quod antea præceptoribus *Luthero & Melanchthone* VVittembergæ in literis, artibus, diſciplinis & Theologiâ acquiſiverat: ut de Philoſophia & medicina universâ non ſolùm rectè judicaret; ſed de iisdem etiam methodo & ordine certò diſſerere, ſcribere, docereque, poſſet, non minori fortaſsè luce, perſpicuitate, & utilitate, quàm Montanus ipſe fecerat. Si enim præſtantiam ingenii Montani imitatione minus forte conſequi potuit: voluntate certè, judicii ſubtilitate, & explicandi facultate proximè acceſſit. Studium hoc ſuum Crato teſtatus eſt epigrammate, quod principio libelli de peſte, anno Chriſti *quinquageſimo quinto* præpoſuit;

Hæc ego ſic ſcripſi, ut perſuaſit amabile verum:
Fortunam, veri fultus amore, feram.
Et ne cornicum videar configere ocellos;
Hunc animi ſenſum noveris eſſe mei.
In veterū ſcriptis veneror venerabile rectum:
Montanumque colo; Ferneliumque ſequor:
Ingeniis faveo ſummis; quæcunque det illa
Ætas: Inventis addere recta placet.
Deniq; cum ſtudiis vix ullus ſit ſatis annus:
Qui nova contemnit, diſcere pauca poteſt.

Quanti autem ipſe Montanus vicisſim fecerit Cratonem, cum alia plura, tùm epiſtolæ ejus ad hunc ſcriptæ indicio eſſe poſſunt. Harum una in volumine *conſultationum* Montani extat; quam Crato piâ quâdam in præceptorem affectione & communis etiam utilitatis provehendæ ſtudio incenſus divulgavit.

Poſtquàm verò medicinæ ſcientia & exemplis illuſtribus auctus eſt; præcipuorumque doctorum gratiam atque amorem ſibi conciliavit: in Germaniam rediit; & *Auguſtæ Vindelicorum* aliquantiſper ſubſtiit. Ubi cum fama de illo in aula Imperatoris *Caroli V* qui conventum id temporis ibi agebat, percrebuiſſet: ad faciendam medicinam non nullis ægris in eâ adhibitus eſt. Quod ille tanquam omen apud amicos interpretans

futu-

futurum ſe aliquando Cæſarium medicum eſt auguratus.

Inde in patriam rectâ contendit, cui cum navare operam & ſtudium ſuum omne cuperet; ad conjugium applicuit animum. Nec multò pòſt in matrimonium duxit honeſtiſſimam virginem *Mariam Joannis Scharffii*, viri optimi & integerrimi ſenatus reique publicæ Uratislavienſis ſcribæ primarii filiam, nempe anno Chriſti *quinquageſimo* die Decembris *nono*. Cum hac *annos* vixit *triginta* *ex*: ſobolemque ex ea ſuſcepit, non quidem copioſam; ſed raram & vehementer caram: filium unum *Joannem Baptiſtam Cratonem*, & filiolas duas, *Annam* & *Annam Mariam*. Ac filius quidem hæres atque ſucceſſor fuit non tàm bonorum omnium; quæ pater ſatis mpla reliquit; quàm ſplendoris, inſignium tque ornamentorum; quæ idem ex trium Cæſarum Romanorum aulis in domum atque amiliam ſuam primus importavit. Filiæ verò ambæ in primis ætatis annis vita exceſſeunt. Idcirco cùm aliud nihil eſſet, quo œſtus pater eas proſequeretur atque ornaet: ſaxum poſuit in eo loco, qui parentes lius excepit, & verſus hoſce epitaphios inculpſit, quibus ſe ipſum & matrem ſolareur:

NNÆ ET ANNÆ MARIÆ
FILIABUS DULCISSIMIS.

s etiam ignotas mundo, ſed ſanguine mundas
Chriſti, commendat cura paterna piis.
perio mortis ſuperato, vivite Chriſto;
Et capite æternæ gaudia lætitiæ.
e quoque, qui ſenio propior, properantibus ad vos
Curſibus advento, ſuaviolo excipite.
vemus, ſpes hæc jubet hinc diſcedere lætos:
Non moritur maſſæ portio, Chriſte, tuæ.

OANN. CRATO VRATIS, IMPP. FERDINANDI I. ET D. MAXILIANI II. AUGG. CÆSS. P. F. MEDICUS PHYSIC. D. MÆSTISS. P. AN. M. D. LXII.

Dum verò in patria hæſit; nihil ſtuduit ud: quàm ut Senatui civibusque lumen genii ſui oſtenderet: officiique conſtanm atque fidem abundè probaret. Et prætit ſanè tum diligentiam & voluntatem m: ut perſpici inde cognoſcique ipſius ertia, cura, & induſtria etiam ab exteris tuerit. Hinc ergo evenit; ut ab aliis am expeteretur ejus medendi opera. Armento eſt inter alia *Joachimi Camerarii ad eronymum Baumgartnerum*, ſenatorem oribergenſem, epiſtola; in qua* ita: *Jam noveram de morte Cornelii Sittardi medici. is enim hoc: ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ. ue cum illo benè eſſe actum judico, cum terras & res hominum reliquit. περὶ τοῦ άτωνος ſcito, de hoc eſſe præclaram inprimis exiſtimationem meam. Hominem enim cognovi doctum & diligentem, & admodum ingenioſum, nec infacundum. Et ſum in ea opinione, non reperiri nunc multos eadem ætate; qui ex noſtris hominibus ei præferri poſſe videantur. Sed ille nunc in patriâ uxorem duxit:, &, niſi fallor, addixit operam ſuam civitati illi: certè petita hæc fuit. Ego tamen videbo, ut hoc certò cognoſcam ὡς ἀπ' ἐμαυτοῦ. Interea res in integro ſervari poterit.* Et *antea idem *Camerarius* ad ipſum illum *Cornelium Sittardum* medicum Norinbergenſem eximium de eodem ita ſcripſerat: *De Cratone noſtro (quem quanti faciam, ſtudui literis meis nuper declarare: ſed exiſtimatio melior atq; præclarior de ipſo mea eſt, quàm quæ verbis poſſit explicari) de hoc igitur vereor, ne deliberationes nimis ſerò futuræ ſint. Nam deliberationes nimis ſerò futuræ ſint. Nam is eſt Crato noſter, ut magis ſolicitet eum cura, ubi locorum conſidere, & quibus addicere operam ſuam velit, quæ expetitur à compluribus, quam reperiendi locum & conditionem muneris boni. Vos autem conjungi magnopere optarim. Etſi enim uterque veſtrum eximius eſt, & ſolus, ubicunq; maneat, prodeſſe poteſt: tamen noſti illud à multis celebratum: σύν τε δύ' ἐρχομένω.* Hæc ibi Camerarius. *An. 1550. 3. Non. Oct. lib. 4. ep. Cam. p. 340.

Aliter autem de Cratone res cecidit. Nam accidit percommodè; ut in aulam Imperatoris *Ferdinandi* veniret: ubi cum induſtriam, fidem & diligentiam ſuam optimis quibusq; probaſſet; fieri quædam ad ſpem bonam inclinatio viſa eſt. Inprimis verò laborarunt magnifici, ſapientia, eruditioneque maximè conſpicui viri, *D. Sigismundus Seldius* ſacri Romani imperii & *D. Georg. Mehl*, regni Bojemici, procancellarii; ut eum rebus omnibus quàm maximè ornarent. Imò nec quieſcendum quidem ſibi eſſe arbitrati ſunt prius, quam in aulam Auguſtam attraxiſſent. Itaque ſuaſores Cæſari *Ferdinando* fuerunt; ut medicum illum intimum ſibi adſciſceret. *Venit in aulam Auguſtam.* *Sigism. Seld. & Georg. Mehl Craton. promotores.*

Hac viâ honeſtâ prorſus & legitimâ ex patriâ in aulam migravit Crato; & D. Ferdinando operam & fidem jucundam acceptamque navavit. Nec conſultationibus medicis ſolummodò ejus delectatus eſt optimus ille Imperator; ſed in aliis etiam rebus pluribus ejusdem conſilio uti conſuevit. Quin ad extremum usque ſpiritum vitæ dilexit eum; & in morbo illo gravi & mortifero non minùs conſolationes ejus, pietate plenas, quàm curationes admiſit. Crato viciſſim operam & ſtudium, quod domino ſuo debuit, tantâ ſedulitate & fide præſtitit; ut ab eo, quoad ſpiritum duxit, non diſceſſerit. In tali igitur conjunctione ſapientiſſimi Imperatoris dicta præclara plurima audivit: adeòque fuit iis incenſus illius animus; ut conſtituerit atque cœperit etiam orationem de hoc imperatore ſcribere. *Migrat in aulam Crato.* *Charus eſt Imperatori.*

*Mortuo autem Imperatore *Ferdinando*, etſi reditum in patriam ad otium literarium, *A. 1564. d. 21. Julii.

& ad

& ad inſerviendum civibus ſuis unicè optavit: tamen cauſæ fuerunt graviſſimæ, quæ manſionem in aulâ Cæſareâ ſuaſerunt. Nam Cæſar *Maximilianus* operam illius requirebat; & amici ipſaque adeò æquitas ad obſequendum clementiſſimæ voluntati Cæſaris hortabantur itaque fidem Imperatori de integro dedit; eamque omnibus rebus ſic declaravit; ut *duodecim annis* in intimâ illius conſuetudine hæſerit.

Eſt à cura valetud. Maximil. II. Aug.

Tali tempore benè longo, in omni varietate curandorum morborum inſigniter verſatus eſt atque exercitatus. Non enim operam ſuam ulli denegavit; ſed *hanc unam è præcipuis voluptatibus*, quas in aula perciperet, eſſe ad amicos ſæpiùs dixit, *ſi commodaret plurimis*. Itaque non morbis ſolùm curandis, quoſcunque potuit, favit: ſed multis etiam interceſſione ſuâ ad Cæſarem, gratiam, privilegia, honores & alia penè innumera beneficia impetravit; immò è periculis magnis interdum aliquos eripuit.

Ubi profeſt, quibus poteſt.

De fide in Imperatorem nihil attinet dicere: cùm ſatis ſit ad teſtimoniũ & laudem integritatis & fidei; in intimis fuiſſe imperatori.

Adit cum Cæſare Ratisb.

Anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto*, ſecutus eſt Cæſarem *Ratisbonam* ad comitia; ubi morbum ingraveſcere quidem cum dolore magno vidit; & in hydropem aliquando erupturum prævidit. Sed quoniam fatalis dies advenerat, conſiliis atque remediis humani nihil loci relictum erat. Itaque ad id ſolum; quod concedebatur, fugiebat; & Cæſari morienti non minùs quàm patri illius Auguſto *Ferdinando*, officium atque operam fidelem & gratam, donec extremum halitum efflaret, tribuit. Fuit in animo Cratoni ſingulis conſequentibus annis vitæ ſuæ orationem unam de *Maximiliano II.* ſcribere atque divulgare; ut quæ ab eo vel audiviſſet, vel geri meminiſſet memorabilia, orbi Chriſtiano nota faceret: ad eum fermè modum, quo in Academiâ Lipſica duci electori Saxoniæ *Mauritio* parentalia, & VVittembergæ *Philippo Melanchthoni* juſta anniverſaria, memoriæ ac pietatis perpetuæ causâ, ſolvi viderat: ſed ab eo incepto conatuque honeſtiſſimo incommodis quibusdam depulſus eſt.

Ubi moritur Maximil. I.

Addicit operam ſuam tertio Imperatori.

Erat jam ætate affectâ ac viribus infirmis ipſemet Crato; Idcirco è vivis ſublato *Maximiliano*, à diuturnis curis atque laboribus ad ocium illius animus deflectebatur. Speraverat utique duobus Imperatoribus inſerviſſe ſatis eſſe, & ad fidem & ad gloriam; huc ſi quid accederet, & ſibi & patriæ acceſſurum.

A aliud longè viſum fuit Deo, & Imperatori *Rudolpho II.* qui ſcientiam & uſum Cratonis mirificum in re medicâ tanti fecit; ut retinendum in aulâ planè ſtatuerit. Quod cum recuſare penitus integrum ei non eſſet; obligavit quidem fidem ſuam, ſed precibus tamen id obtinuit; ut neceſſitate commorandi aut reſidendi in aulâ minus aſtrictus eſſet. Tali ergò conditione liberiori quidem multò quàm antè, remanſit al[…] quantiſper in aulâ; ſed excurrit ſæpiùs[…] prædium, quod in comitatu Glacenſi, regn[…] Bojemiæ finitimo, poſſidebat; ubi anim[…] & corporis requiem aliquam quærebat; […] res tamen nihilominus ſuas obibat, & cu[…] Muſis, id eſt, cum humanitate, & cum d[…] ctrinâ commercium habebat. Ex quo *R[…] curianum* appellatum prædium apud amic[…] per jocum ſic interpretabatur; quaſi è * *Ge[…] mano & Latino*, eſſet compoſitum nomen[…] & quietem ſive reſpirationem à curis ſignif[…] caret. Plurimum tamen in patriâ verſatu[…] eſt: ubi conſiliis dandis & curandis morb[…] quibuscunque potuit, profuit; & monu[…] mentis utiliſſimis conſecrare memoriam ſ[…] nominis allaboravit.

Conſpectum fuit veſtibulo muſæi ipſiu[…] inſcriptum hoc memorabile diſtichon; qu[…] genus ſtudiorum omne, quod inde usque[…] pueritia ad ultimam ſenectutem ſecutus eſt[…] eleganter exprimitur:

Hic crato cum medicis Muſis conjungit amœ[…]
nas:
Noſtrum opus & vitam Chriſtus Apollo re[…]
gat.

Eſt in eundem ejus ſeceſſum *I. Poſthii* epi[…] gramma ejusmodi:

Multos Cæſaribus tribus inſerviverat annos,
Eloquio & medicâ clarus ab arte Crato:
Quum magnæ tandem valedicens providu[…]
aulæ,
In privâ latuit tempora longa domo,
Ut ſoli ſervire DEO, propriaque ſaluti
Poſſet; ad extremum ſedulus usq; diem.
O animum verè ſapientem, qui omnibus hor[…]
Æternas inhiat, mox abiturus, opes.

Incidit autem ſub id tempus in morbu[…] gravem, ex quo nec evadere potuit. Quic[…] quid ergo temporis ad vivendum in patri[…] conceſſum fuit; id piis meditationibus, ſcr[…] ptionibus, & temporibus amicorum tranſ[…] miſit, ac in lecto fermè id conſumere coactu[…] eſt. Sæpe auditus eſt queri de morbi diff[…] cultate; quam indies ſentiret augeri. Nec ve[…] rò corporis vires; in tam ingraveſcente æta[…] te, ſibi optabat magnas: ſed elaborare atqu[…] perficere ea, quæ cœperat, cupiebat.

Dolebat inertem eſſe ſenectutem ſuam, […] morbi oppreſſam; quam operoſam eſſe ip[…] glorioſum, & poſteris fructuoſum erat futu[…] rum. Correxit tamen paulò ante obitum, […] auxit libellum ſuum *de peſtilentialium mo[…] borum præſervatione & curatione*, in ip[…] miſero diuturnoque morbo, qui intabeſce[…] tem illum non multò pòſt interemit. In[…] ſanè id præſtitit, quod muſarum cultorem i[…] primis decere Græcus quidam poëta cenſe[…] ut quæ deprehenderat, obſervarat, notara[…] uſu & experiundo in ſe & aliis cognorat: […] univerſa liberaliter cum aliis communicar[…] Quin ſecreta, quæ antea habuerat & occult[…] rat: ea in hoc opuſculo effudit & in vulg[…] pervulgavit.

Editum quoque paſſus eſt à *Petro Mon[…] vio commentationem* ſuam eruditam & acc[…]

rata

ratam *de febris putridæ & contagioſæ*, vel ut ipſe appellare maluit, *privatæ & publicæ diſcrimine.* In qua quidem commentatione, non popularis judicii; ſed ſenilis ingenii atq; prudentiæ ſpecimen inſigne dedit. Dixit ad amicum Crato; *controverſiam omnem dirimi facilè poſſe, ſi modò quid uterque Ariſtoteles & Galenus in definiendâ putredine ſpectaſſet, conſideraretur. Ariſtoteles*, ajebat, *definit putredinem & corruptionem jam factam: medicus verò tanquam eam, quæ jam fit, ſive in viâ eſt.*

Anno Chriſti *octogeſimo quinto*, Junii verò die *tertio* conjugem ſuam, cum qua annos, ut dictum *triginta ſex* conjunctisſimè amantiſſimèque vixerat, amiſit. Quo caſu gravisſimò ita perculſus eſt; ut in mæroré & luctu reliquum vitæ ſpatium omne contriverit. Hoc uno tamen conſolari ſe videbatur; quod confideret, non longinquum inter ſe & conjugem digreſſum ac diſceſſum fore. Proſecutus eſt eam epigrammate amoris & pietatis conjugalis pleno ejusmodi:

Quid tibi pro meritis, conjux fidiſſima, præſtem,
Quo ſatis extremo fiat & officio?
Fundo gemens lacrymas, ac te ſequor, ut benè puris
Jungamur Chriſti ſanguine cœlicolis.

Erat is annus peſtilens & funeſtus, quo multi civium quotidiè extincti efferebantur. Et qui dignitate & fortunis aliquid valebant, ædibus relictis, urbe ceſſerant. Cratonem verò affecta valetudo ſic lecto affixum tenebat: ut ſe movere loco non poſſet. Itaque deſertus à vicinis & familiaribus plerisque vere ærumnoſiùs cæpit. Sed venit hoc iſo gravi tempore fatalis dies, & finem vivendi attulit. Nec populari tamen, ſive epidemio illo morbo arreptus periit: ſed marasmo extinctus eſt, qui in decrepitâ ætate ſolet accidere, abſumto calore nativo. Acceſſit tamen catarrhus, cujus vi ſuffocatus è vita tandem migravit, in vera agnitione, fide, & invocatione Mediatoris noſtri unici, qui via eſt, dux & author ad eam vitam; quæ ſola eſt vita nominanda in cælis. Huic ſeſe totum commendavit: ab hoc peccatorum ſuorum remiſſionem petivit; in ejus ſanguine & merito omnem ſuam fiduciam & ſpem fixit: ab eo denique ad vitæ ſempiternæ ſocietatem, lætitiam & beatitudinem ſeſe è tumulo ſuſcitatum iri credidit.

Quippe in animo habuit & ore, dicta quædam ex mediâ ſcripturâ cœleſti, & ex veris fontibus Iſraëlis petita, quibus ſeſe inſigniter in medio mortis agone recreavit ac confirmavit: cujusmodi fuit illud Pauli: *ſcio cui crediderim: & mihi perſuaſum eſt, eum depoſitum meum in illum diem ſervare:* Item *memento Chriſtum revixiſſe è mortuis.* Et vel inprimis hoc Chriſti: *Ego vivo, & vos vivetis.* Ad ſummam, nihil nec cogitavit, nec dixit, niſi de uno mediatore Chriſto, ac pretioſo ejus ſanguine; quem dulciſſimo nomine panacæam appellabat omnium morborum Eccleſiæ, eoque ἀλεξιφαρμάκῳ, omnem doloris ex peccato ſenſum abſterſit atque reſtinxit.

Adfuit morienti *Ioannes Hermannus*, medicus Uratislavienſis Reipub. ſolers inprimis, integer, pius, & multum exercitatus. Is cum morte conflictantem ſedulò conſolatus eſt; & mortui tandem extremum ſpiritum excepit, oculosque clauſit. Factum eſt id anno Jeſu Chriſti ſupra *milleſimum, quingenteſimum, octogeſimo quinto*, Novembris die *nono*, ætatis *ſeptuageſimo ſexto* anno. *Ioan. Hermann. M. D.* *Moritur Crato.*

Ante mortem verò ea meditatus eſt & paravit, quæ ad mortis iter ingrediendum magna præparatio eſſe ſolent. Id quod epitaphium, quod ſibi ipſe fecit, plenum amore & fiduciâ Chriſti mediatoris, indicat: *Epitaph. ſibi ſcribit.*

Saucius invidiæ morſu: ſed vulnere ſanus,
Chriſte tuo, jacet hic in requiete Crato.
Conſcia mens recti, Chriſto confidere docta,
Omnia fert, ferat ut, ſcire Deum ſatis eſt.

Pietate in Deum eximiâ fuit; percepta à *Luthero & Melanchthone* cœleſtis doctrinæ fundamenta per omnem ætatem coluit; legit ſcripta Prophetica & Apoſtolica: cognovit Eccleſiæ veteris & recentis certamina, controverſias, dogmata, decreta, nec inter hoſtes Evangelicæ doctrinæ verſans de fidei & ſententiæ ſuæ profeſſione quicquam remiſit. Plurimùm ſupremo vitæ tempore Theologicorum ſcriptorum lectione delectatus eſt: adeò quidem, ut poſthabitis rebus omnibus, totum ſeſe in eâ collocarit. Audita eſt amicis pluribus plena hæc pietatis vox: αὕτη μελέτησις ἐμοὶ παρασκευή ἐστιν ἀρίστη πρὸς εὐθανασίαν καὶ ἀθανασίαν. Non pauca etiam ipſe notavit & conſcripſit; quæ teſtes eſſe perpetui meditationum ejus & commentationum religioſarum poſſunt. Solitus fuit quædam etiam verſibus pia comprehendere in lecto decumbens; quos cum amicis communicavit; & nonnullos quoque edidit. Plures multò apud filium Joannem Baptiſtam reliquit. *Virtutes & mores ejusd.*

Patriæ autem affectionem, amorem & merita in ſe ipſe per quàm honorifica oratione prædicavit, procemio conſultationum Montani. Non abjecit item memoriam veteris beneficii, quo adjutus in ſtudiis fuit; ſed *tredecim* annis ſibi benignè liberaliterque à ſenatu ſumtus ſuppeditatos eſſe ingenuè profeſſus eſt.

Dignitatum porrò gradus tantos conſequutus eſt; quantos capere *homo* propè *novus*, non maxima familia aut parentum commendatione clarus, poteſt maximos. Trium enim Imperatorum Romanorum ἀρχιατρὸς ſive medicus intimus fuit; *Ferdinandi, Maximiliani & Rodolphi*, nempè patris, filii, & nepotis: id quod ipſe divinæ gratiæ atque felicitati acceptum retulit: & his verſibus declaravit; quos paulò ante obitum incidendos in æs curavit, quod effigiem ipſius continet: *Crato homo novus.*

Cæſaribus placuiſſe tribus non ultima laus eſt:
Me pater hâc ornant, filius, atque nepos.
Conſiliis uſum rectis mens conſcia gaudet:
Teſtis & ars medica, teſtis & invidia.

Conſiliarius Cæſareus Crato. Deinde in ſenatum Cæſaris ſacratiſſimum cooptatus eſt: ut Cæſarius conſiliarius haberetur & nominaretur. Tum *Comitem* ſacri palatii primum *Maximilianus II.* fecit, *Rudolphus* vero *II.* clementiſſimè confirmavit: *Et comes ſacri palatii.* ut facultatem & poteſtatem haberet faciendi & creandi *Doctores* tam *civilis juris*, quàm *philoſophiæ & medicinæ*: examinatis prius Canditatis à tribus cujusque facultatis doctoribus.

Quoniam verò Cæſar *Maximilianus* dignitatem hanc hæreditariam eſſe & ad filium propagari ſingulari & novo quodam exemplo voluit: jure idem honos atque titulus ad filium translatus eſt. Ac ne id quidem præteribimus, quod ad nomen gentilium Cratonis aliquando idem Imperator motu quodam liberali adjici voluit. Cum enim fortè uno tempore negocia ad aulam delata eſſent à compluribus, qui idem nomen cum Cratone habebant: placuit Imperatori hunc cum acceſſione quadam *Joannem Cratonem à Crafftheim* appellari. *Nomen à Crafftheim unde.* Verum ut virtuti obtrectat, & labem dignitati aſpergere conatur invidia: *Laborat invidia.* ita & nonnulli tunc temporis inventi ſunt: qui Cratonis honori & commodis obſtabant; & probrum damnumque inferre ſtudebant; nil tamen in eo proficientes.

Amici Cratonis. Amicè familiariterque uſus eſt compluribus, interque eos alius nemo fuit, quo cum ſæpius per literas collocutus ſit, quàm *Joachimus Camerarius*. Poſt Camerarium amicos habuit Philoſophos, Medicos, & Juriſconſultos ſummos, *Conradum Geſnerum*, *Theodorum Zvvingerum*, *Hubertum Languetum*, *Caſparum Peucerum*, *Matthæum Weſenbecium*, *Joannem*, *Sturmium*, *Joachimum & Philippum Camerarios*, *Joannem Stigelium*, *Eſromum Rudigerum*, *Ioannem Sambucum*, *Thomam Hubnerum*, *Ioannem Caſelium*, & alios penè innumerabiles. Inter aulicos verò collegas medicos plurimi fecit *Iulium Alexandrinum Tridentinum*, & poſtremis annis *Petrum Monavium*, cum quo præ cæteris de rebus medicis ſæpe multumq; communicavit.

Iacob. Monavius. De civibus vix ullus ei fuit familiarior, præſertim poſtremis vitæ annis, quam *Iacobus Monavius*, cujus ingenium, probitatem, virtutem, candorem, induſtriam, fidem, judicium & eruditionem vehementer amabat & prædicabat.

Nicolaus Rhedinger F. Valdè etiam miratus eſt & unicè dilexit divinum & ingenium atque judicium, addo etiam doctrinam ſummam cum moribus ſuaviſſimis conjunctam *Nicolai Rhedingeri* filii, quem decus & ornamentum patriæ ſummum nominare ſolitus fuit. Nec non *Petrum Vincentium*, *& Ioannem Aurifabrum*: *Petr. Vincent. Ioan. Aurifab.* alterum propter eximiam dicendi docendique facultatem, alterum verò ob excellentem in omni doctrinâ Philoſophica ſcientiam & egregiam ſcripturæ cœleſtis cognition[...] modeſtia admirabili temperatam, iu oc[...] per omnem vitam tulit.

Ex Theologis cariſſimum habuit, prop[...] ſapientiam eximiam & ſummam eruditione[...] *Zachariam Urſinum*, civem ſuum, ad qu[...] etiam ſæpiſſimè ſcripſit, & cui credi comm[...] tique ſua omnia rectiſſimè poſſe exiſtima[...] Præter cæteros autem in aula Cæſarea ma[...] mè dilexit *Petrum Hackel* ſolutionum a[...] carum magiſtrum, ac *Ioannem Wolzog*[...] præfectum imperialem equitum celeri[...] Proximus erat, & ædium vicinitate junc[...] in patria *Andreas Duditius* Cæſareus co[...] liarius: Carum habebat *Ioannem VVeiſſeli*[...] illum, qui *Rudolpho II.* Rom. Imper. in m[...] bo gravi & periculoſo medicinam adhibu[...] & ſucceſſu admirabili eum ſanavit. H[...] etiam gradum atque inſignia Doctoris in a[...] medica tribuit. Familiariter utebatur q[...] que fratre ejus *Sigiſmundo VVoiſſelio*, pol[...] tro Vratislavienſi: nec minus etiam *Pa*[...] *Fridovvaldo* Reipub. ejusdem medico ſole[...] Multum præterea & de multis per literas e[...] cum *Lazaro Sauendio* cujns etiam delect[...] epiſtolis vehementer ſolitus fuit.

Inter exteros multum ei negocii fuit c[...] *Paulo Manutio*, ejusque filio *Aldo*, [...] etiam compatrem eum ſibi eſſe voluit, [...] parum etiam dilexit *Petrum Victoriu*[...] quem inter doctos Italos Germanorum am[...] tiſſimum nominare ſolebat, item *Hiero*[...] *mum Donzellinum*, *Hieronymum Mercur*[...] *lem*, *Antonium Riccobonum*, *Carolum S*[...] *nium*, *Henricum Stephanum*, & apud Bel[...] *Abrahamum Ortelium*, aliosque complu[...] quos enumerare nihil attinet.

Vita & mores ipſius à vanitate & aſſen[...] tione alieni fuere: uſurpavit etiam ſymb[...] lum, quale ſapientes ſolent, & moderati [...] mines: IRÆ MODERERIS ET O[...] quod pictura gigantis nudi expreſſit, qui [...] nu ſua os leonis comprimit. Uſurpavit c[...] bris ſermonibus vocem præceptoris ſui *M*[...] *tani*: SAPIAMUS ut PAUCI; LOQU[...] MUR UT MULTI. Ædibus ipſius [...] diſtichon fertur inſcriptum:

Tu quoq; fac timens: & quæ tibi læta vident[...]
Dum legis hæc, fieri triſtia poſſe putes.

Supra januam cubiculi:

OPTIMO MAXIMO SERVATORI [...]
MNIUM, UNI IN TRINITATE DE[...]
JOAN. CRATO ARTIS MEDICÆ [...]
SE SUAQUE OMNIA PIIS VOT[...]
COMMENDANS S. M. D. LXVII.

In inferiori autem ejus hypocauſto hoc [...] carmen:

Quid ſis, quid fueris, quid eris, ſemper [...]
diteris.

Inter alia, quæ à Cæſare acceperat, [...] ſervavit & menſam, cui hæc inſcripſit:

hac menſa D. Ferdinandus Imper. ug. P. F. pacificus, priusquam letha- morbus lecto opt. & beatiſſ. princi- m affligeret, multis menſibus cibum mſit: Imp. verò Maximilian. II. F. ug. perp. cùm in meditationibus ſa- aribus verſaretur, ſua manu ſenten- s plenas pietatis & humanitatis in- ripſit. Has poſteris ſalutares, Crato ratiſſimorum Imperatorum medi- s, ne hanc tabulam, qua uſos atque ſtentatos divinos Monarchas intel- unt, tanquam vile lignum haberet, udio ac diligentia ſua conſervavit. cta autem à Maximiliano ſcripta ibidem c fuere anno 1561.

Dominus providebit.

Maximilianus.

Deus pro nobis, quis contra nos?
di, vide, tace, ſi vis vivere in pace.
nitas vanitatum & omnia vanitas.
minus dedit, Dominus abſtulit.
uti Domino placuit, ita factum eſt.
nomen Domini benedictum.
bona ſuſcepimus de manu Domini,
ala autem quare non ſuſtineamus?
vitam inſpicias hominum, ſi deniq; mores:
m culpent alios, nemo ſine crimine vivit.
nia ſi perdas, famam ſervare memento.
fer autem ſalutem animæ: reliqua vanitas.
m omnia prætereunt, præter amare DEUM.
ſtra colunt me, docentes mandata homi-
num.

Sed nos ad Cratonem.

Hic ergo moroſior aliquibus fuit viſus, m vel ratio vel ſapientium præſcriptum tulat. Verum Cratonem hic angelum Deum fuiſſe non dicimus: hoc dicimus, n more aliorum hominum ſuos habuiſſe vos, quos *qui odit homines ipſos odit*; ut et *Plinii* junioris apprimè ad vitam ne- ſarium dictum. Quod ſi etiam reſtrictum ue tenacem illum quiſpiam fortè dixerit: meminerit, non unum eſſe exercendæ li- alitatis modum. Quos igitur pecuniâ juvit; iis conſilio, operâ & quibuscun- rebus potuit, commodavit.

Statura fuit commoda & eleganti: unde in s & Divi *Maximiliani II.* effigiem hæc *Poſthius* luſit carmina:

ſaris effigiem magni, effigiemque Cratonis
Qui confert: ſimiles protinus eſſe videt.
od ſi animũ poſſet divinum effingere pictor:
Idem, credibile eſt, planè utriusque foret.

Idem.

quibus eſt ſimilis facies, ſimilis quoq; mens
eſt:
Cæſaris haud differt & tua, docte Crato.

Cæterùm quemadmodum hic Crato ſolâ tutis exiſtimatione ad ſupremum artis me- cæ faſtigium pervenit: & præclarè de re- b. Chriſtianâ in trium Imperatorum vale- dine tuenda meritus eſt: ita longè optimè repub. literariâ, ſi ocium illi philoſophi- cum ex voto obtigiſſet, potuerat mereri. Verùm, ut Homerus ait;

——Τῷ μὲν θεοὶ ἄλλο δίδωσαν ἄλλο δ' ἀνένευσαν.

Quæ tamen in ocio illo, in quod, reſignatis aulicis laboribus, ſeſe abdidit, potuit commentari & elimare; ea maximè videntur eſſe διδακτικά: & verbis atque ſententiis antiquitatem redolere; aut ad eam proximè accedere. De eorum numero ſunt hæc: *Scripta medica.*

Methodus therapeutica, ex Galeni & Joannis B. Montani ſententia.

Idea Hippocratica, & methodus de humore melancholico.

Perioche methodica in Galeni libros methodi medendi: in qua breviter & obſcura explicantur, & reprehenſa confirmantur.

Analogiſmus ſive demonſtratio, quomodo ex generali methodo, ſingulorum morborum curatio petenda ſit.

Epiſtola, qua ratio rectè Galenum legendi oſtenditur.

I. Baptiſtæ Montani conſilia prius edita *correxit: & integra ferè centuria auxit.*

Ejusdem Montani lectiones in 9. Rhaſis priùs editas *emendavit & auxit.*

Commentatio de febris putridæ & contagioſæ diſcrimine.

De peſtilentialium morborum præſervatione & curatione.

De palpitatione cordis admonitio.

Sunt ejusdem in humanioribus quædam elaborata ut: *Philologica.*

Elegia de angelis & ſextus pſalmus Davidis carmine redditus.

Oratio funebris de D. Maximiliano II. Imperatore Cæſare Auguſto: in qua dum laudes Imperatoris recitantur, ipſius oratoris non reticentur.

Tantum de hoc medico philoſopho, *ex oratione Matthæi Dreſſeri de ipſo: Zuingeri theatro: elogiis doctorum virorum: Chytræi monumentis: Parergis Poſthii: bibliotheca Geſneri, aliis.*

ANDREAS MIRICA.

☉ 1585. d. 6. Dec.

LEMMARIENSIS *Friſius*, Mirica fuit medicinæ doctor, *quatuor linguarum*, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ atque Chaldaicæ peritiſſimus; omni artium genere inſigniter excultus: vir ut ipſo vultu venerabilis, totoque corporis habitu reverendus, ita etiam ſingulari morum probitate, vitæ honeſtate ſuſpiciendus, omnibus amabilis, nulli odioſus. *Eruditio Miricæ. Et virtutes.*

Poſt ſtudiorum ſuorum curriculum decurſum, quorum cauſa, *Germaniam, Galliam, & Italiam* peragraverat; ac diverſas Academias coluerat; in patriam reverſus, *Leovardiæ* honeſtam uxorem duxit; ibidemque medicinæ praxin per multos annos feliciter exercuit: plurimisque opem opportunam tulit: quos alioqui mors immatura de medio, ut videbatur, ſuſtuliſſet. *Peregrinatio literaria. Ducit uxorem Leovardiæ. Exercet medicinam.*

Cæterum quam aliis præſtitit, ſibi præſtare vir optimus ac peritiſſimus non potuit, adverſus calculum medicinam, cum contra fatalem moriendi neceſſitatem nulla medicina valeat.

Calculo moritur. Itaque calculi cruciatibus ſublatus eſt *ſexto* die Decembris anno *octogeſimo quinto* ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, quem tota civitas magno luctu proſecuta eſt.

Scripta Miricæ. Scripſit, ut accepimus, non modò in medicinâ, ſed & in ſacris plurima, quorum ſingulari affectu ardebat; ſed hæc omnia, cum ſibi mortem imminere ſenſiſſet, flammis abſumi voluit: in quo an illi prorſus obtemperatum ab amicis ſit, equidem nondum ſatis comperimus; ideoque ſperamus præſto fuiſſe aliquem ejus manibus talem vindicem, qualem ſe manibus Virgilii præbuit Cæſar Auguſtus.

Suffridus Petri decad. 13. de ſcriptoribus Friſiæ.

● 1586. d. 9. Maji, ætat. 58.

ADAMUS LONICERUS.

Fuit hic ortu Heſſus, natus *Marpurgi* anno Chriſti *duodetrigeſimo* ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, die *decimo* Oct. parentem habuit & virtute propriâ & eruditione præclarâ inſignem, *Joannem Lonicerum Orteranum*, ex comitatu Mansfeldenſi oriundum, profeſſorem trium linguarum in Univerſitate Marpurgenſi. *Adamus* ergo à patre omni curâ à primâ ſtatim pueritia, tam privata, quam publicâ inſtitutione bonis literis imbutus, artium baccalaureus creatur in patriâ Academia anno ætatis ſuæ *decimo tertio*: magiſterii verò lauream ibidem adipiſcitur anno *quadrageſimo quinto*, poſtquam ætatis annum *decimum ſeptimum* & menſem unum egreſſus eſſet.

Joann. Lonicerus pater. *Teſtimoniis Philoſoph. ornatur Lonicer.*

Francofurtum miſſus. Commendatur Micyllo. Continuato hoc modo ſtudiorum curſu, anno *quadrageſimo ſexto* à patre miſſus *Francofurdiam*, quod eſt ad Mœnum oppidum inſigne, commendatur ipſe juvenis viro eruditione, prudentia & auctoritate gravi, *Jacobo Mycillo*, tum temporis rectori & inſtauratori ſcholæ illius inclytæ Reipub. Francofordianæ, à quo collega adoptatus Spartam ſuam pro virili exornavit.

Redit Marpurgum. Verùm Micyllo ob motus bellicos locum mutante, etiam Lonicerus ſub autumnum anni *quadrageſimi ſeptimi*, impetrata à Senatu veniâ, *Marpurgum* ad ſuos rediit; nec multò tempore pòſt, ſimul ipſe & * *Caſparus Rodolphus* Dialectices in Academia Marpurgenſi profeſſor, à civitate *Fridenburgenſi*, quæ eſt in Tencterorum tractu, ad conſtituendum illic pædagogium invitantur. Paret uterque, perfungiturque eo officio ad paſcha usq; anni *milleſimi, quingenteſimi, quinquageſimi*.

** Qui obiit Marpurg. An. 1561. d. 23. Aug. ætat. 60.* *Invitatur Fridburgum.*

Agit Marpurgi ephorum alumnorum. Poſt paſcha *Marpurgum* reverſus Lonicerus, ephorum ſtipendiariorum ut vocant ibidem annum unum agit, eo exacto *Moguntiam* ad Doct. *Oſteredum* medicum clariſſimum, uti ſub eo aliqua praxeos medicæ fundamenta poneret; ex parentis ſui conſilio & commendatione *Egenolphi*, ſe contulit. Ibi

Guliel Oſterodis medicus. Profitetur matheſin

ergò Oſterodii filiorum pædagogiam priv
tim adminiſtrans, ſtudiorum ſimul & vi
ſuæ rationem commodè habuit.

Poſt *biennium* revocatus eſt ab Academi
Marpurgum; ut matheſeos profeſſionem i
adiret: cui præfuit ſeſquiennium. Interea ſ
annum 54. doctoratus inſignia publicè ei c
lata Marpurgi ſunt, promotore *Joan. Drya*
dro medico & mathematico clariſſimo. D
quæ actum doctoratus publicum proxi
inſequebatur, nuptias ſolenni feſtivitate i
dem celebrat cum Magdalenâ virgine hone
honeſti & eruditi viri *Chriſtiani Egeno*
Hadamarii, civis Francofurtenſis; qui p
mus typographiam in remp. Francofurdian
invexerat, filiâ. Ex quo matrimonio an
deinde *quinquageſimo ſeptimo*, die *viceſi*
ſexto Novemb. ſuſcepit Lonicerus filium ill
conjugii ſui primi unicum *Joan. Adamu*
qui *Teucridis Annæi Privati* nomen,
quodam conſilio, uſurpavit.

Doctoratus itaque matrimoniique ſol
nitatibus, uno actu ſimul, ut diximus, p
actis; evocatur literis Academiæ Mogun
nenſis, ad medicinæ profeſſionem ibid
obeundam. Quare mathematica profeſſ
ne Marpurgi reſignata, diſcedit inde cum n
va nupta; & ad ſocerum ſuum *Egenolphu*
Francofurtum divertit, deſcenſurus poſtrid
ſecundo Mœno Moguntiam.

Accidit verò ut eâ nocte, qua Francofu
tum venit Lonicerus, fatis concederet Do
Ludovicus Graphius medicus illic ordinariu
Unde Egenolphus genero conſulit; ut p
dies aliquot Francoforti ſubſiſtat, non ingr
tum fore Senatui fortuitum ejus interventu
ſpem ſimul facit, ſi ita eveniat, ut Senat
operâ Loniceri uti vellet; ſe nulllo negoc
ab univerſitate Moguntinenſi dimiſſorias i
petraturum.

Accidit autem id ipſum peropportunè i
etiam Egenolpho; ut qui generi operâ in n
gotiis typographicis comodius ita uti poſſe
quippe qui jam ante ejus fidem & diligentia
in corrigendis prælorum operis aliquand
expertus eſſet. Hac occaſione Lonicer
procurante ſocero ſuo Egenolpho, à Franc
furtenſi Senatu medicus ordinarius, hone
oblato ſtipendio, adoptatus eſt anno *mille*
mo, quingenteſimo, quinquageſimo quart
Octobr. die *quarto*. Quam ſtationem ſu
mâ cum fide, nec ſine gloria ſtrenuè defe
dens *annos triginta duos* continuos, tande
fine optato vitam volens clauſit anno *mill*
ſimo, quingenteſimo, octogeſimo ſexto, decim
nono die Maji.

Vir fuit præclara eruditione, reique med
cæ peritia non ſuis tantùm civibus, ſed & e
teris commendatus. Civis autem ſuæ civ
tatis bonus, honoratus & ſpectabilis.

Edidit *Arithmetices introductionem* Lat
nam: *Aphorismos Hippocratis à Foreſio* e
plicatos publicavit.

Quid in re Herbaria præſtiterit, teſtantu
tum *Botanicon*, tum *Hiſtoria plantarum* d
verſimodè ab ipſo Latinè ſcripta, typisqu
Egenol

enolphianis edita; quæ utraque ab *Euri-*
Cordo ipſe ſtudioſus olim plurimum exce-
rat.

Teſtatur & *Herbarium*, vernacula lingua
ejus nomine publicatum quod *Eucharius*
ſlein, ejusdem Reipub. Francof. Medicus
inarius prius dum viveret, pro Egenolpho
quoties editum adornaverat; Lonicerus
rò poſtea toties recudendum, probè revi-
n & magna parte auctum, bono jure ſuum
erat, ut qui & ipſe cohæres eſſet inter
enolphicos.

Poſt obitum ejus, operâ filii *Teucridis An-*
Privati, lucem vidit, *methodica explica-*
omnium corporis humani affectuum: in
mirâ brevitate ſingulorum morborum
ſæ & alia traduntur. Plura vide in biblio-
cis.

Atque hæc de *Adamo Lonicero*, *Medico*
yſico & cive Francofortano elogia virorum
torum.

JOANNES VISCHERUS.

WINDINGÆ ſeu WEMBDINGÆ
Joannes Viſcherus, oppido antiquo
manorum incolatu celebri, quondam in
ione veterum ab *OEtinga Comitum*, hodie
Bavariæ Ducum ſito, naſcitur hora *ſeptima*
meridianâ, die *decimo ſexto* Decembris;
no *milleſimo, quingenteſimo, vigeſimo quar-*
Fuit is annus & priori & poſteriori bellicis
multibus & cladibus utroque pleno, feli-
r & tranquillior: quo *Guſtavus* Stenonis
ræ Senioris, *Caroli Canuti* regis conſangui-
s, illuſtriſſimæ Principis *Urſulæ* Comitis
atinæ Rheni Lützelſteiniæ, *Ludovici* Wir-
mbergici Ducis conjugis, avus maternus,
vevis, quòd patriam Sveciam ab hoſtium
mani tyrannide liberaſſet, omnium con-
ſu & applauſu, rex fuit electus & inaugu-
s: idque poſtea regnum feliciſſimè ad-
iſtravit.

Patrem habuit *Georgium Viſcherum*, civem
Vembdingenſem, virum conſularem: qui
m à parentibus ſuis, mercaturæ deditis, ſtu-
s liberalibus addictus, & in Academiam *Erf-*
dianam ablegatus, præter cætera, in ma-
ematices ſtudio feliciter & cum quadam
cellenti laude fuit verſatus. Matrem verò
byllam, è Fuchſiorum familia conſulari na-
m, amitam clariſſimi viri Medici & Philoſo-
i præſtantiſſimi *Leonhardi Fuchſii*. Suſcepit
illa una conjuge, *filias ſex & filios duode-*
m: quibus omnibus filius hic pro eruditio-
ſua, figuras genethliacas, quæ themata
cant, conſtruxit & erexit.

Erat autem inter illos *duodeviginti* libros,
annes natu minimus: & verè minimus, ac
iſer. Nam corpus ejus naturali quadam
becillitate, totum erat morboſum & vale-
dinarium: id quod eventus declaravit. Ter-
enim à nativitate ſuâ menſe, ita periculoſè
pit ægrotare; de vita ejus ſpes ut eſſe ferè
nulla. Ætatis annum cum attigiſſet *quintum*,
patrem amiſit.

Cum enim *Monaci* is eſſet, in comitiis à
principe *Wilhelmo* coactis, quo tempore *Vi-*
ennam Turcæ obſidebant; & ſudor Angli-
cus Germaniam vehementer affligebat: apo-
plexiâ publico in conventu correptus, paulò
poſt, *Auguſtæ Vindelicorum* apud ſororem, *Amittit*
Epiſcopi Auguſtani præfecti conjugem, ani- *patrem.*
mam DEO reddidit.

Cum igitur hoc modo puero altera, poſt
Deum, præcipua columna vitæ ſuſtentandæ
collapſa eſſet atque proſtrata: altera ſucceſſit
huic & vicem ſupplevit mater, honeſtisſima
fœmina, pietatis & omnis virtutis amantisſi-
ma: quæ mariti ſui pium exemplum modis
omnibus ſtuduit imitari. Itaque ſicut is cæte-
ros liberos ad virtutis & honeſtatis cultum aſ-
ſuefecerat: atque plures etiam literarum ſtu-
diis haud exiguæ ſpei, & exſpectationis even-
tu dedicaverat: ita hunc illa filium pietatis
quodam & religionis zelo, pro temporum il-
lorum conditione, ſtudiis ingenuis conſecra-
tum, literarum magiſtris commendatum, &
ad religioſam vitam inſtitutum voluit: quin
& illecebris quibusdam ac donariis ad id inci-
tavit: cujus rei monumentum, pannum è
lino ſubtiliſſimum, ad ſacerdotale pallium à
matre acceptum, memoriæ causâ ſuis reliquit
conſervatum.

Prima literarum fundamenta in patriâ jecit,
& rudimenta Grammatices ibidem, *à Wolff-* *Wolfgang.*
gango Köllin, Camundienſi didicit: qui tunc *Köllin.*
haud parvâ cum nominis famâ, pro temporum
illorum difficultate, VVendinganum ludum
moderabatur. Hujus præceptoris inſtitutio-
ne diligenti, tantos fecit progreſſus; eamque
in ſpem, & matrem & propinquos erexit: ut
de fovendis ejus ſtudiis, nihil conſilii facerent,
nihilq; operæ reliquum. Quâ de causâ, cum *Mittitur*
anno ſupra *ſeſquimilleſimum trigeſimo quinto* *Norinber-*
peſtifera lues patriã invaſiſſet: miſſus eſt *Norin-* *gam Vi-*
bergam, non tam vicinitatis nomine, quàm *ſcher* 1535.
quod ea quoq; urbe ludus eſſet apertus, & flo-
reret præ multis aliis, gubernatore viro magni
tunc nominis *Sebaldo Haidino*. Hoc ergo præ- *Sebald.*
ceptor Viſcherus uſus *biennium* elementa *Haidinus.*
quoque Græcæ linguæ feliciter arripuit: ſe-
ſeque ad ſcholæ publicæ auditoria accinxit.

Cùm ergo illuſtriſſimus VVirtembergiæ
Dux, *Ulricus*, avito ſuo recuperato ducatu,
Eccleſias pasſim ac ſcholas, & comprimis A-
cademiam Tubingenſem repurgaſſet; anno
trigeſimo ſeptimo, decimo ſexto die Decembris *Tubingam*
cohortantibus propinquis à matre eam in *venit Vi-*
Academiam fuit ablegatus, vel ob hanc ma *ſcher.* 1537.
ximè cauſam; quod cognatum ibi eſſet ha-
biturus *Leonhardum Fuchſium*, Academiæ
tum inprimis ſcholæ medicæ ornamentum;
ſtudiorum & promotorem certisſimum, &
ἐργοδιώκτην graviſſimum. Quò ut venit à cl.
viro *Sebaldo Havenreutero*, Ethices tunc ibi
profeſſore, in ædes & convictum receptus,
eidemq; ob modeſtiam, pietatẽ, ac diligentiã
charus fuit & commendatus. Et cum jam ibi
eſſet; ut ſtudio philoſophiæ ex præſcripto

ſcholæ feliciter incoato primam lauream prenſaret: anno *trigeſimo nono*, menſe Augſto, matrem quoque amiſit. Verùm ipſe ob id animum non deſpondit: ſed DEO bonorumque auxilio fretus, ſtudia ita urſit: ut brevi pòſt eodem anno, menſe Decembri, publicum doctrinæ teſtimonium, quod diximus, conſecutus ſit. *Triennium* Tubingæ apud doctorem Sebaldum cum fuiſſet: diſceſſit is *Argentoratum*, florentiſſimæ reipub. medicus deſignatus: poſt cujus abitum Viſcherus, apud *Joannem Benignum*, tunc Tubingæ Rhetorem & oratorem, in convictu fuit: ſed hujus etiam inſtitutione & benevolentiâ, diu frui non potuit. Anno enim *quadrageſimo primo*, menſe Novembri, diſſipata propter peſtem Academiâ, aliiſque & profeſſoribus & auditoribus aliò proficiſcentibus; etiam Viſcherus inde profectus, aliorum exemplo, ſequentem hyemem in patria, privatim ſtudiis transmiſit.

Ornatur teſtimonio philoſophico.

Joann. Benignus.

Tubingenſis ſchola peſte diſſipatur.

Verùm non uno loco ſemper hærendum ſibi cum judicaret: anno *quadrageſimo ſecundo*, poſt dominicam Palmarum, *Wittenbergam* venit, fama celebritateque illius Academiæ excitus: quæ tum ubique locorum, radios ſui nominis, tanquam ſol lumen ſuum, longè latèque diffundebat. Florebant enim tunc temporis ibi omnium diſciplinarum ſtudia; & tanquam duo inter ſtellas minores lumina majora elucebant *Martinus Lutherus & Philippus Melanchthon*, qui omnibus ex nationibus etiam remotis, ad ſe quamplurimos; veluti magnes ferrum attrahebant. Hos præ cæteris, cum ſtudioſorum eò confluentium frequentia ſumma diligenter audiebat, colebat, admirabatur. Autumno verò ſequente, ſive naturali corporis illa imbecillitate, ſivè aëris mutatione, ſive ratione victus, adverſa cum valetúdine fuit ei confligendum, ac diu ægrotandum: cum ad alia accederent, & ulcera tonſillarum συνάγχη. Poſtquam, Dei benignitate, paulatim ægritudine ea levatus fuit: magna ad literas cum aviditate ſe retulit; totumque tum artium & philoſophiæ ſtudiis, tum etiam Theologiæ deddit, quæ cunctis mortalibus, quibus ſua curæ ſalus eſt; communiter eſſe curæ debet maximæ. Et quidem ſic illa ei placuit Academia, docentiumque rationes; ut ad annum usque *quadrageſimum ſextum* ibi perſeveraverit: diutius etiam commoraturus; niſi repentini motus & metus bellici, Muſarum ſedes, & ſtudiorum tranquillitatem VVittembergæ diſturbaſſent. Nam menſe Novembri, cum eſſet periculum à Duce Mauritio, metueretur que oppidi obſesſio, quòd litis aliquid intercéderet Electori Saxoniæ cum Mauritio: Viſcherus una cum aliis ſcholaſticis *Magdeburgum* ſe contulit: ſed octiduo amplius ibi non ſubſtitit. Inde diſcedens in vicinam patriæ ſuæ VVemdingæ *Norinbergam* profectus eſt, ibique hyberna fixit.

VVittembergam abit Viſcher.

Morbo corripitur.

Magdeburgum ſecedit.

Adventante pòſt anni *quadrageſimi ſeptimi* vere, una cum *Hieronymo Wolffio Argentoratum* conceſſit; ubi conſumtis duobus menſibus, cum *Henrico Wolffio*, Hieronymi fratre, *Lutetiam* Pariſiorum abiit ut quæ in Galliis ſtudiorum eſſet ratio, ac præcipue, quæ fundamenta doctrinæ ſuæ haberent Sorboniſtæ, cognoſceret. Et conſtituerat Viſcherus plenioris ingenii cultus cauſâ, in florenti illâ & antiqua Academiâ ſubſiſtere: verùm cum aërem illum ferre non poſſet, Octobri anni ejusdem, reverſus eſt Argentoratum. Ac quidem *menſes* ipſos *octo* in ædibus & convictu *Sebaldi Havenreuteri*, cum Hieronymo Wolffio vixit perquam familiariter, ſtudio Græcæ & Hebraicæ linguæ totus deditus. Eo tempore, linguam Latinam & Græcam, *Ionne Sturmio*, & Hebraicam *Paulo Fagio* docentibus; permulti viri docti etiam exules, ibi degebant, illiſque viris ſummis operam dabant. Itaque Viſcherus, qui nondum de certo ſtudii genere conſtitutum ſecum habebat, linguis Latinæ, Græcæ ac Hebraicæ potiſſimum incumbebat. Ut verò & propinqui tutoribus atque amicis de ſtudiorum ſuorum profectibus conſtaret, anno *quadrageſimo octavo* menſe Septembri, ſecundùm *Wittenbergam* adiit: ubi poſtea gradu Magiſterii fuit ſingulari cum honore ornatus. Cum enim haberet competitores *tres & quadraginta* non gregariæ doctrinæ juvenes, inter hos ſecundus Viſchero locus fuit adſignatus; *decimo nono* die Februarii, anno *quadrageſimo nono*.

Argentoratum inde proficiſcitur.

Ab eo tempore, de certo ſtudii genere quod perſequeretur, ſeriò cepit cogitare: & cum corporis atque valetudinis ſuæ rationem haberet exploratam, naturâ nempe debiliorem, & aliquoties in tenera ætate graviter impetitam: ipſe illud Ciceronis ſecum ruminans: *Omne animal ſimulac ortum eſt, & ſe ipſum, & omnes ſuas partes diligit, ac conſervare ſtudet*: eam artem ſibi perdiſcendam cenſuit, quæ integræ valetudinis conſervandæ modum, & debilitatæ atque etiam amiſſæ recuperandæ, rationem, demonſtraret. Quamobrem arti medicæ ſummam impenderi cœpit operam: & aſſiduitate maxima profeſſores ejus deinceps audivit. Inprimis autem, ſecutam à magiſterio æſtatem, plantarum cognitionis perveſtigandæ, quæ futuro medico pernecesſaria eſt, acri ſtudio, minima etiam quæque rimans tranſmiſit. In eo autem ſtudio, fidelisſimum ipſi ὁδηγητὴν præbuit, clarisſimus medicus, *Caſpar Peucerus*: cujus privatam *Dioſcoridis* medici Anazarbæi *M. Antonii, & Cleopatræ* familiaris enarrationem avidisſimè cum quibusdam medicinæ ſtudioſis magno cum fructu audivit. Illo igitur tempore, cum *Leonhart Fuchſius & Jacobus Schegkius*. in ſumma eſſent admiratione, & Academia Tubingenſis tum ob alios perinde clarisſimos viros, tum ob medicos illos & philoſophos, præſtantisſimos, pasſim celebraretur: Viſcherus qui Fuchſium cognationis jure ſciebat ſibi devinctum, eodem anno *quadrageſimo nono* menſe Octobri, relicta VVittenberga, *Tubingam* iterum ſe contulit: ibique *biennium* commoratus magnos in re medica, & ſupre-

mi

nis dignos honoribus, ſub excellentisſimis llis præceptoribus fecit progreſſus.

Et quamvis vel Tubingæ, vel alibi in Germaniâ, ſtudiorum curſum abſolvere, ſummosque ſine repulſæ metu potuiſſet petere titulos: mens tamen ejus, multarum rerum ad rtem medicam pertinentium avida, exterarum quoque ſcholarum & doctrinam & methodum, plantarum item ac foſſilium, nec on affinium ejusmodi cognitionem unicè xpetivit. Qua de cauſa, ſicut olim Thales *Mileſius, Pythagoras Italicus, & Plato*, in Ægytum, in Aſiam, *Ariſtoteles*; alii aliò, eruditionis augendæ cauſa profecti narrantur: ſic medicinæ Viſcherus candidatus, autoritate & onſenſu ſibi delegit Italiam, quæ etſi ab urbe conditâ *ſexcenteſimum ultra annum* medicis caruit: tamen ſequenti, ac noſtra præcipuè tempeſtate, hoc nomine ac medicæ rei tudio celebratur. Proinde anno *quinquageſimo primo*, pridie Simonis & Judæ *Venetias* ppulit. Inde *Patavium* profectus auditor uit multorum ejus loci doctiſſimorum proeſſorum, philoſophorum & medicorum, *Trincavellæ, Fallopii, Baſſiani, Landi, Belloati*: quibus ut rarâ diligentiâ, ſic magnâ um ſtudiorum acceſſione, dedit operam. Horum exquiſita doctrina, judicium acre, erum uſus ingens, atque par inde nominis xiſtimatio, longè lateque tum à diſcipulis, uos habuere, tum ſcriptis quæ in omnes medicinæ partes edidere plurima, ſparſa ſunt & iſſeminata.

Verum quantū hic eruditione profecit: tanim valetudine contra decrevit. Totum enim orpus ejus cachexia invaſerat: præcipuè ve continua ferè vertigine divexabatur. Vatudinis ergò gratia, commutaturus aërem, nno *quinquageſimo ſecundo* menſe Junio, *oritiam ad Petrum Andream Matthiolum*, um è medicis Italicis anteſignanum, excur: ut & * valetudinem curaret, & in doctrisimplicium, quam vocant, erudiretur. *Tres* ud hunc *menſes* poſuit, & quidem familiaer: votique ſui factus fuit compos: dum valetudinem valdè affectam recuperavit, & simplicium cognitione, maximum brevi mpore ſenſit incrementum.

Anno itaque *quinquageſimo tertio*, menſe ebruario, unà cum aliis quibusdam Germais *Venetias* adiit ad privatas anatomias, à quoam chirurgo Veneto, de more, inſtitutas & xterrimè adminiſtratas. Neque tamen hic, æ per Italiam literariæ peregrinationis, terinum eſſe voluit: ſed eodem anno, menſe ajo *Bononiam* commigravit. Hic celerrimos & valdè induſtrios practicos *Vectoum & Helidæum*, per æſtatem illam ſectatus; & cum, hactenus incredibili ſemper aore diſcendi flagraſſet, plurimum apud hos cellentiſſimos ipſo medendi actu viros procit. Dum hac ratione in Italia, *Patavii* nidem theoreticæ & anatomicæ: *Goriciæ* ve materialis & *Bononiæ* practicæ doctores mmi nominis audiiſſet, illisque ducibus ſtuorum medicorum faſtigium attigiſſet; tandem, hortantibus & perpellentibus illis ipſis ſummo & ampliſſimo medicorum Bononienſium teſtimonio inſignibus doctoralibus die Margarethæ, magnificâ ſolennitate, Bononiæ eſt donatus, ornatusve. *Ibi Doctor medicinæ creatus.*

Menſe poſtea Septembri, rediit in patriam, perque hyemem Norimbergæ, apud *Henricum Wolffium*, artis medicinæ doctorem, & florentiſſimæ illius Reipub. medicum, phyſicum, vidit, ut loquuntur, practicam. Sub id tempus illuſtriſſimus princeps *Georgius*, Comes Wirtembergicus & Mompelgardicus, tum in matrimonio cum *Philippi* Haſſorum Landgravii, filia contrahendo occupatus, Viſcherum aulæ ſuæ medicum expetivit, atque honorificè vocavit. Ingolſtadienſis item Academia, quanquam à religione pontificia alienum cum eſſe compertum habebat: tamen eundem anno *quinquageſimo quarto*, menſe Aprili in Academiam ſuam ad profeſſionem medicam invitavit: ac ne refragari aut diverſitatem obtendere poſſet religonis, Pontificiis eum vinculis obſtrinxit nullis, libera in toto religionis negotio conceſſa voluntate. Hic cum multis de cauſis aulicam vitam minus commodam vel ſtudiis vel valetudini ſuæ arbitraretur: ſcholaſticum vitæ genus, quietum & tranquillum ſtudiisque accommodatius prætulit, principi illi gratiis ſubmiſſe actis. *Ingolſtadium* ergo profectus, magno auditorum cum applauſu, publicè ibi medicinam eſt profeſſus. *Redit in patriam 1553. Henr. VVolff. Med. D. & poliater Noriberg. Vocatur à Duce Wirtemberg. Et ab Ingolſtad. Acad.* *Quo venit.*

Sub hoc ipſum tempus, DEO ſic regente, uxorem duxit lectiſſimam virginem *Sibyllam*, *Laurentii Henzii* civis Norlingenſis filiam, quæ tum Norlingæ apud *Petrum Sengium* conſulem, educabatur. Nuptiæ ſolenniter Norlingæ ſunt celebratæ anno *quinquageſimo quarto*, *ſecundo* die Octobris. Ex ea ſuſcepit Viſcherus filium *Hieronymum*, & *Sibyllam* filiam parente utroque ſuperſtites: & *Urſulam* quæ ante matrem, nec non *Joannem Georgium*, qui poſt matrem ſubitò exſtinctus eſt. Ipſa conjux ad meliorem vitam abiit, anno *ſexageſimo quinto*, penultima Maii, longis uteri cruciatibus exhauſta. *Ingolſtadii* autem Viſcherus, etſi ob docendi facultatem gratiſſimus erat auditorio: tamen cum in eo nihil eſſet fucati, nihilque ſimulati; diutius in illo quaſi piſtrino, vivere ſe non poſſe læta conſcientia videbat. A *Norlingenſibus* igitur honeſtè invitatus, annuit, eoque menſe Novembri anno *quinquageſimo quinto* cum familia venit: & *ſex* ibidem annos, ac menſes *quatuor*, magno Reipub. commodo, medicum ordinarium egit. *Uxorem Ducit 1554.* *Liberi Viſcheri.* *Norlingam commigrat 1554.*

Poſt hæc anno *ſexageſimo ſecundo*, menſe Martio, à Principe *Georgio Friderico*, marchione Brandenburgenſi, Duce Boruſſiæ, *Onoltzbachium* in aulam, clementisſimè fuit evocatus. Quamvis autem antea dictum, Principi & Comiti Wirtenbergico; ſimilem petitionem honeſtis adductis rationibus denegarat: hujus tamen principis clementi vocatione, & cauſis gravioribus urgentibus impulſus, operam ſuam condixit: eique *ſexennium* *Tranſit in aulam Brandenb. Onoltzbachianam.*

nium, ut fidelitè, ita laudabiliter inſervivit. Unde cum eodem anno peſtis Onoltzbachii graſſaretur, principem ſuum menſe Novembri, montanam in Franciam, unâ cum totâ familiâ, *Beurreudium* ſecutus, ibi ſemeſtre traduxit. Anno ſequenti *ſexageſimo tertio* menſe Octobri, rurſum ob fugam peſtilentiæ, cum ſuo principe, totaque aula *Schwabachium* commigravit.

Et ad nuptias ſecundas 1566.

Anno *ſexageſimo ſexto* ad ſecunda vota tranſiit, ducta menſe Julio uxore vidua *VVilhelmi Mondlingi* apud Norinbergenſes olim celebris; cum qua reliquum ætatis piè ac placidè tranſegit. Vacabat autem in Tubingenſi tum Academia *Leonhardo Fuchſio* ad meliorem vitam evocato, profeſſio medica. In hujus igitur Viſcherus locum ſurrogatus fuit, annum ætatis *quadrageſimum quartum* ingreſſus.

Succedit D. Fuchſio Tubingæ 1568.

Tubingam cùm familia anno *ſexageſimo octavo, viceſimo octavo* Februarii venit; & ex aulica tempeſtate velut in ſtationem aliquam appulit.

Dulcia amaris mixta.

Verùm, ut fit in humanis, cum res ſuas jam in vado conſtitutas putaret: nihil hic quoque; quàm *perpetuam dulcibus amaritudinem eſſe admixtam*, deprehendit. Primâ enim, qua Tubingam venit, æſtate, valetudine fuit imbecilliori; valuit tamen paulò pòſt melius: fuitque conſtitutione corporis ad tempus ſaltem confirmatiore. Anno *ſeptuageſimo primo, vigeſimo tertio* Auguſti *Eſſlingam*, quo metu peſtis Academia ſe contulerat, ipſe quoque cum familia conceſſit: & pridie calendarum Maij ſequentis anni Tubingam eſt reverſus. Senſit eodē tempore ferè ſemper tum vertiginem, tum calculi dolores.

Metu peſtis ſecedit Eſlingam.

A quibus demum DEI miſericordis ope liberatus anno *ſeptuageſimo tertio*, calendis Maij, Academiæ illius Rector ſuffragiis omnium eſt electus & ſolenniter inauguratus; quod idem munus ad eum bis deinceps delatum, ut moleſtiis refertum, ita judicio ſapientiſſimorum amplum honorificum, ita obiit: ut ingentem veræ politicæ adminiſtrationis laudem ab omnibus ordinibus reportarit.

Creatur rector Academ. Tubing.

Elocat filiam

Interjectis deinde aliquot annis, & filiam *Antonio Varenbulero*, Nicolai JCti filio elocavit: quo ex matrimonio aliquoties fuit avus factus: & filio *Hieronymo* ex Italiâ reduci, ac Tubingæ ſummis in medicina honoribus ornato, de uxore proſpexit, deſponſato ei *Henrici Wolffii*, poliatri olim Norinbergenſium filia in cujus locum ibidem & ipſe ille Hieronymus Viſcherus ſurrogatus. Atque à filii nuptiis domum reverſus, cum eſſet & ſecundâ uxore verè, & liberis, diſſitis in locis agentibus quaſi orbatus, de tertia conjuge, ſenii magis magiſque ingraveſcentis baculo, ducenda conſilium iniit. Et verò ex animi ſententia eam nactus fuit: quippe quæ quamdiu cum ipſo vixit, omne ferè tempus inſomnis tranſegit, fidemque ei conjugalem re ipſa abundè probavit. Nam toto, quem cum ea vixit, anno, æger ferè fuit: cum verno ſtatim

Filio de matrimonio proſpicit.

Tranſit ipſe ad tertias nuptias.

Morbis aſſiduè infeſtatur.

ante nuptias tempore καχεξία cepiſſet lab rare: quam autumno ſequenti, febris exc pit tertiana, ſimplex ab initio: mox per d viginti duplex; quam ſecuta eſt hyeme m dia tuſſis ex catarrho, & tandem ſputum ſa guinis frequens: quod quidem ſignum thale exiſtimabant.

Erat tum annum climactericum ætatis *t tium, & ſexageſimum* ingreſſus: quem in h manæ vitæ annis maximè formidabilem, teres prodiderunt.

Rebus igitur omnibus accurratè diſpoſ quicquid ab obitu ſuo, à liberis circa lit fieri vellet, manu ſua literis mandav & ſigno ſuo confirmavit. Comprimis a tem, quod hominis Chriſtiani eſt ageba cum intelligeret reſolutionis ſuæ tempus i ſtare: divinæ ſcripturæ lectioni ac medit tioni ſemper incumbendo, precibus ardent mis Salvatori ſuo ſe commendando, & fid firmandæ ſacra Euchariſtia utendo.

Quanquam autem valetudine tunc erat i firma valdè; quæ ipſum & Academiæ ſtat tis, & docendi functione liberabat: tame ut antea ſemper, ita & in extremo vitæ act officii ſui adeò ſategit: ut quamdiu vires facultas ſufficerent, aut vox & ſpiritus ſupp terent; certum eſſet, meditari, commentar docere. Quin etiam cum in publico medico rum auditorio propter aëris inclementiam obire partes ſuas non poſſet: domi ſuæ pri vatim profitendi munus ſtrenuè continuaba Hortante aliquoties & obſecrante conjug ne id faceret: ſed valetudinis rationem ha beret: ut, qui vel loqui vix poſſet, & pedibu conſiſtere: difficili illo ad clepſammidium loquendi in tuſſi labore & moleſtia ſuperſe deret: *Quod quis*, ait *animo facit lubenti, n quaquam moleſtum eſt. Sine me & loqui tam diu & incedere: quamdiu corporis mei firmi tas conceſſerit. Nam ſimulac me lecto commi ſero: non prius inde avellar, quam bajuli m quatuor in cœmiterium exportarint.* Dictum hoc & factum.

Cum enim ad ferias usque Paſchales, ſin intermiſſione domi docuiſſet: ac pridie Pal marum lectulo ſe commiſiſſet: hîc vitæ ſu finem piè, patienter, animosè exſpectavit. Sed neque dum ſic comparatus, ab officio do cendi deſtitit. An inquis, in lecto profeſſu eſt? Sanè quidem omnium in vita præclariſ ſimè: neque tantum medicinæ candidatis ſed omnibus Chriſtianæ profeſſionis ſtudio ſis hominibus: quibus doctrinam & exem plum unicè amplectendum & ſequendum propoſuit. Poſt digreſſum Theologi *Jacob Andreæ*, quem accerſitum conſolandi cauſa & confirmandi avidiſſimè audierat, ad *Er hardum Cellium* Profeſſorem ejuſdem Aca demiæ, laudavit illius facundiam: & indica vit animi præſentiam, moriendique cupidita tem: cumque Cellius tantam ei conſtantiam ac pietatem gratulatus eſſet, & inprimis, quod ad mortem paratiſſimus: *Quidni*, inquit, *pa ratiſſimus? Tædet me longioris vitæ; ſatis ſum hic paſſus miſeriarum, malorum ſatis. Satur ſum.*

dierem; *ut primi patres, quanquam illis*
ero dierum impar, etiam mihi moriendum
: quia mortem oculis jam meis obverſan-
video, ac quidem omni ſine metu prorſus:
lico, ne tanti quidem mortem facio. Deus
à biennio jam mihi vitæ meæ finem inſta-
adixit.
igredientibus propinquis & amicis, ac
es ſuas, pro ipſius ſalute ac longiore vitâ
nittentibus: *Nolite*, inquit, *pro vitâ in*
longiore Deum precari: ſed ut in tantis
ibus patiens ſim, & citò liberer, id verò
Deum orate. Tum ille alter collega Cel-
rectè quidem & pie omnia: Sed de vitâ
non deſperandum eſt. Deus quemvis
quantumvis ægrotum, & mortuum etiam
uere. *At non vult*, inquit ipſe, DEUS:
Medicus: hujus vim morbi teneo: fieri
aliter; cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto,
vixi, huic moriar. His & ſimilibus ad
num uſque ſpiritum ſe fortisſimè ſuſten-
ac conſolabatur.
m etiam medici, multa ſanitatis recupe-
cauſa remedia, conſenſu ejus acceden-
nſuluiſſent exhibuiſſent que: denique
nihil amplius pharmacorum admiſit:
ædâ, quæ *Norinbergâ* filius Hieronymus
cum parentis exſpectatione miſerat.
creandi ſui cauſa nonnunquam uteba-
isque cum filiam *Sibyllam* præſentem
t, filii abſentis memoriam renovabat:
derium lenibat; ad ſupremam uſque
, quæ hoc eum modo ſuſtulit.
ſexta quæ Dominicam Paſcha ſeque-
paulò poſt meridiem, advenienti Cellio
porrigens; O, inquit, *hora mea re-*
nis jamjam appropinquat. Erat tū voce
iis ſenſibus adhuc mirabiliter integris,
uam valde infirmus. Cum autem po-
m ediſſet, bibiſſet, ſurrexiſſet: recu-
ac, verbis Cellio præeunte ardenter,
latis ad cælum manibus, ore, oculisque
pro felici exitu ex hac vita, oraſſet:
ue ſpiritum ſuum commendaſſet:
& intento in cælos intuitu animam
DEO reddidit, nulla corporis com-
e; die *viceſimo ſecundo* Aprilis hora
pomeridiana, anno Chriſti *milleſimo,*
nteſimo, octogeſimo ſeptimo, cum vixiſſet
exaginta duos, menſes quatuor, ipſo
erico magno: cum docuiſſet Tubin-
os *undeviginti.*
eſſorem habuit *Danielem Mœglinum,*
næ Doctorem. Sequenti die funere
, & concione funebri habita cum lu-
n Academicorum, tum oppidanorum,
ica ſepultura extra oppidum, quò ſe
ugem *Tettelbachiam*, ſine pompa ſe-
æceperat, terræ mandatus eſt, vir de
ia & civibus bene meritus. Manu ſua
nento ita voluntatem ſuam ſcriptam
at: *oratio funebris aut ſit nulla, aut*
ica non ſit: ſed orator breviſſimis hi-
vitæ meæ recitet; & deinde tractet lo-
uem communem de ſorte hominum &
humanis. Hæc ipſe.

Fuit in docendo aſſiduus, in medendo felix, in diſputando acutus: quod indicant *diſputationes in plurimas medicinæ partes*, ſcientiſſimè ſcriptæ & editæ; quas etiam Italos mirari conſtat. *Virtutes.*

Exſtat ejusdem epiſtola ad *Matthiolum*, quæ apud eundem ultima eſt libri V. epiſtolarum. *Scripta.*

Ejusdem Viſcheri *aphoriſmorum Hippocratis enarrationem* brevem edidit filius Hieronymus, anno *nonageſimo primo*, in quo opere & icon auctoris.

Totum hoc ejus curriculum ſuccinctè hiſce carminibus Erhardus Cellius complexus eſt: ubi ſic,

IPSE VISCHERUS:

VVemdingæ natus, ſtudiis ſum deditus: hinc me *Periochè ejus vitæ.*
Argentina colit: ſed Neroberga prius.
Inde Tubinga colit: colit inde Lutetia: ſumma
Laude magiſterii dat VVitebergа gradum.
Hic arti medicæ fundamina pono: Tubinga
Continuo: Italicas inde peragro ſcholas.
Ex omni inſtructum me parte Bononia fecit
Doctorem: reducem me Neroberga fovet.
Mox Ingolſtadium vocor, accedoque profeſſor:
Obque Fidem ſtatio non placet iſta diu.
Hinc Nerolinga vocat: vocat hinc Onſpachius
Heros:
Moribus, à luſtro, diſciplet aula ſuis.
Tunc igitur vivis cum FUCHSIUS eſſet ademtus;
Mî dedit ipſius magna Tubinga locum.
Hic vixi, hic docui, quarti ad confinia luſtri,
Hippocratis libros, atque, Galene tuos.
Hic commiſſa meæ curæ Reſpublica: quartum
Magnificus magno Rector honore fui.
Integritas ſemper, pietas, conſtantia cordi,
Vera fidesque mihi, relligioque fuit.
De ſtudiis, libri: de ſedulitate docendi,
Deque fide, auditor, tu mihi teſtis eris.
De praxi noſtrâ, noſtrâ ſanata ope poſſet
Teſtari, illæſa, plurima turba, fide,
E vitâ, tandem me climactericus annus
Suſtulit: & mentem vexit ad aſtra meam.

Hæc de J. Viſchero Medico *ex oratione funebri habita ab Erhardo Cellio P.P. & bibliothecis.*

JACOBUS SCHEGKIUS.

⊖ 1587. d. 9. *Maij. ætat.* 76.

JACOBUS SCHEGKIUS in profeſto Pentecoſtes, anno *milleſimo, quingenteſimo, undecimo* natus eſt *Schorndorffii*: quod oppidum eſt Wirtembergicæ ditionis, loco plano & amæno ad *Rempſum* amnem ſitum, opere & arte munitum, præcipuum ejus ducatus propugnaculum. Ager vicinus cum aliarum rerum ad victum humanum neceſſariarum, tum præcipue vini generoſiſſimi ferax; quod ab exteris magno emi ſolet; unde plurimum lucri & civibus & principi accedit. Ingenia hominum illorum, gravia ſunt, honeſta, acuta, omnium diſciplinarum avida & capacia; laborum patientia; ad Remp. & Oeconomiam gubernandam apta; unde civitas illa optimè *Schorndorff. oppidum patria Schegki.*

adminiſtratur. Annus nativitatis Schegkii *undecimus* ſupra *ſeſquimilleſimum* à miſſo mundi

Natalis ejusd. 1511.

Servatore, cum multis aliis rebus, tum præcipue duabus inſignis fuit: nuptiis illuſtriſſimi principis Wirtembergici *Hulderici* ſplendidiſſimis & magnificentiſſimis: quibus præter principes interfuerunt *trecentæ quinquaginta* illuſtres & nobiles feminæ: & *ſeptem equitum millia* & concilio *Piſano* à Cardinalibus quibusdam contra furores Julii II. Pontificis indicto; quod poſtea ob metum Julii *Mediolanum*, & inde *Lugdunum* Galliæ translatum, à Pontifice mira aſtutiâ, indicto alio concilio *Romæ* ad ædem Lateranenſem, quod poſtea Leo, qui Julio ſucceſſit, abſolvit, eluſum eſt.

Nuptiæ Ulrici Wirtemb. — *Cruſ. l.* 10. *p.* 3. *c.* 1. *Annal.* — *Concilium Piſanum.*

Parentes Schegkii.

Parentes habuit plebeios, ſed honeſtos, pios & opibus rectè partis ſatis abundantes; ut filio neceſſarii ſumtus ad ſtudia non deeſſent; patre *Bernhardo Degen*, quod Germanicâ lingua & gladium & Heroem ſignificat. Cum autem vulgo idem appellaretur *Schegkius*: nomen id, quo civibus notior erat retinere filius ſemper voluit. Erat eo tempore *Schorndorfſii* quidam *Joann. Thomas* doctrina & docendi dexteritate celebris, diſcipulus ſummi viri *Joannis Capnionis*; qui primus Græcas & Hebræas literas in Germaniam intulit; & in Tubingenſi etiam Academia aliquot annos docuit.

Nomen unde ipſi. — *Jo. Thomas præceptor Schegkii.*

Illius igitur *Joannis Thomæ* hic uſus eſt inſtitutione, usque ad annum ætatis ſuæ *decimum ſextum*, ſub quo non tantum *Latinæ*, ſed etiam *Græcæ & Hebreæ* linguæ, artiumque dicendi fundamenta ita fideliter jecit; ut ad ſcholas publicas aptus judicatus: & *Tubingam* miſſus mox ſequenti ætatis anno *decimo ſeptimo*, Chriſti autem poſt *ſeſquimilleſimũ vigeſimo ſeptimo* in angaria Pentecoſtes, primam honorum Philoſophicorum laureolam cum ſumma approbatione & admiratione præceptorum ſit adeptus. Decano *Iacobo Kalto* Conſtantienſi; qui poſtea in Tubingenſi ſchola jura publicè magna cum laude aliquot annos docuit; & inde judicii Imperialis, quod nunc *Spiræ Nemetum*, aſſeſſor fuit integerrimus; quem Schegkius ſemper præceptorem ſumma veneratione coluit.

Mittitur Tubingam. Ornatur primâ laureâ Philoſ. 1527. — *Jacob Kalt. I. C.*

Alterâ laureâ donatur Schegk. 1529.

Exacto vero non integro *biennio*, alterum gradum quem magiſterii vocare ſolemus, eſt conſecutus, & primò loco habitus dignus ipſo die Polycarpi, qui eſt Jan. 26. conferente illos honores Dec. *M. Mart. Kugelin* Burckenfeldenſi. Admirabantur omnes in hoc adoleſcente, non modo peritiam trium linguarum, quod tum miraculi loco habebatur & cognitionem rerum Philoſophicarum ſupra ætatem: ſed etiam gravitatem morum ſingularem, & modeſtiam valdè amabilem, qui etſi æquales ſuos omnes longo poſt ſe relinqueret intervallo: nemini tamen, qui alias morbus adhæreſcere ſolet excellentibus ingeniis, ſeſe præferebat: ſed cum omnibus ita vivebat: ut ipſe ſibi illos æquales eſſe judicaret; hi verò contrà exiſtimarent, rectiſſimè ſe facere; ſi tanquam

præceptorem ipſum, propter eximiam eru
tionem, obſervarent.

Quibus moribus & inſtitutis id eſt con
cutus: ut nihil ambiens, cùm ageret anni
ætatis *vigeſimum*, vix revoluto integro an
poſt ſecundam lauream; ultrò ad duas
difficiles lectiones publicas, unam Latin
Bucolicorum Virgilii, alteram Græcam *Th*
gnidis vocaretur à ſenatu ſcholæ Tubing
ſis: quibus lectionibus quantâ fide, dilig
tiâ & induſtriâ præfuerit: ut alia tacea
teſtatur *Theognis*, eo tempore ab ipſo eleg
carmine Latino expreſſus, quem poſtea en
datum in publicum emiſit.

Cum *trienium* integrum linguam Græ
& Latinam, & quædam etiam Philoſop
docuiſſet: & gravitate vitæ atque mod
omnium ſibi favorem conciliaſſet: Re
contubernii eſt factus anno ætatis 23.
ætate cum alii nondum ſeipſos regere
ſunt, propter conſilii imbecillitatem, a
affectus turbulentos; ipſe magnam pa
juventutis ſcholaſticæ prudenter gubern
& illud collegium quinque amplius ann
moderatus eſt; ut conſtet nunquam a
ſcentes diligentiores & modeſtiores f
Totum *quinquennium* poſtquam ma
factus, ſtudiis Theologicis tribuit, a
Leonhardo Carrero, Theologiæ Doctor
celeberrimo: & Parocho Schorndorff
quem ipſe in omni vitâ fecit maxim
etiam ſenex *Dominum ſuum*, honoris
appellare eſt ſolitus. Theologiæ itaque
laſticæ, quæ tum ſola florebat, diligent
peram dedit, *Thomam Aquinatem & S*
ejus diſciplinæ principes, plerumque
jungens: quibus ut ſincerioris Theo
cognitionem, propter iniquitatem te
rum & Romani Pontificis tyrannidem
fuiſſe non ignoramus: ita in Philoſop
miraculum usque doctos fuiſſe non neg
qui judicare rectè poſſunt. *Julius* cert
liger, ſummus Philoſophus, *Scoti* ſine
rifica præfatione nunquam mentionen
quippe quem alicubi *limam veritatis*
lare non dubitet. Horum igitur lectio
quenti, non ſolùm rerum philoſophi
majorem eſt adeptus cognitionem:
Theologia, quæ tum ſola in ſcholis do
tur, eos fecit profectus: ut pro conſe
da in eo ſtudio prima laurea; non ſine
ratione illius temporis Theologorum,
cè diſputarit. Hinc *Conſtantiam* pro
ſacris initiatus eſt; petiturus etiam ſum
Theologia honores: niſi turbulenta t
ra, quæ tum inciderunt, ab hoc propoſi
avertiſſent.

Inde *Erhardus Cellius* in vita ejus i

In ſacris luſtrum trivit: Doctorque fut
Jamq́, illi urbs Conſtans unxerat ante
Et diſſertando jam ſe ſtudiumque prob
Sed rerum impediit diſcolor omne ſt

Novam igitur ſibi de ineunda vitæ
diorum ratione deliberationem ſuſc
Juris prudentiâ ſibi delegerat. Sed de c

[G]ilhelmi Bigotii Galli, qui tum organum [Ar]iſtotelis Tubingæ docebat; & quo cum [Sc]hegkio erat magnus familiaritatis uſus, ad [me]dicinam ſe contulit: idque eò fecit prom[pti]s; quò majorem Græcæ linguæ, & Philo[ſop]hiæ jam erat adeptus cognitionem; quæ [pe]rfectò futuro medico inprimis ſunt neceſ[sar]ia: ſtudia interim Philoſophiæ nunquam [post]ponens, ut qui anno ætatis vigeſimo ſepti[mo] Acroamaticarum Diſputationum Ariſtote[lis] omnium duobus libris editis, maximam [in]genii famam etiam apud extereos ſit con[ſec]uutus.

Anno ſequenti circa feſtum Pentecoſtes, [ho]rtantibus amicis uxorem duxit, elegantia [for]mæ morumque honeſtate præſtantem vir[gi]nem, Coronam Voglerinam, Chiliani Vogleri, [Ep]ichigrammatei Conſtadienſis filiam, ſoro[re]m D. Chiliani Vogleri JC. Profeſſoris ſcho[læ] Tubingenſis celeberrimi: Cum hac qua[dr]aginta ſeptem annos ſuaviſſimè & conjun[cti]ſſimè vixit: & ex ea tres ſuſcepit liberos, [fili]am unam Magdalenam, ingenii & corpo[ris] dotibus excellentem, nuptam clarisſimo [vir]o artis medendi & ſolidæ Philoſophiæ pe[rit]isſimo, Doctori Hieronymo Bauſchio: Fi[lio]s duos Davidem & Jacobum Bernardum: [qu]orum ille Juriſconſulti titulos conſecutus [ob]iit anno ſeptuageſimo ſexto poſt milleſi[m]um, quingenteſimum; die decimo quarto [O]ctobris: hic philoſophiæ & medicinæ ſtu[di]oſus, anno ætatis viceſimo tertio, Chriſti [ver]ò milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo pri[mo], die ſeptimo Junii, parenti ſeni eſt ereptus.

Cum ergo anno Domini milleſimo, quin[ge]nteſimo, trigeſimo nono, ante Pentecoſten [ce]lebraſſet nuptias: paucis interjectis menſi[bu]s Medicinæ Doctor eſt renunciatus, de[ci]mo ſeptimo die Septembris; & explicatio[ne]m librorum Ariſtotelis, quos de natura [ph]iloſophia ſcripſit, usque ad annum Domini [qu]inquageſimum tertium continuavit; inte[ri]m quoque privatim in Phyſicis, in Ethicis, [in] Organo multa ſuis diſcipulis explicans. A[ni]mus enim acer quieſcere nunquam poterat. [Ni]ſi autem contemplationibus deditus, me[di]cinam nunquam fecit, ocium ſcholaſti[cu]m ſemper practicis diſciplinis præferens: [no]n tamen ita ſe literis abdidit; ut nihil ex [ho]c poſſet ad communem afferre fructum; [ne]que in apertum lucemq; proferre. Nam [co]nſultus ab amicis, quibus operam ſuam ne[ga]re non eſt ſolitus, utilisſima dedit conſilia; [&] ſaluberrima remedia; eaque non operoſa, [ſe]d εὐπόριστα præſcripſit, in inveniendis qui[de]m & inveſtigandis morborum & ſympto[ma]tum cauſis fuit ſagacisſimus: quod & ii qui [co]nſiliis ejus uſi fuerunt, & medici ad quos [in]terdum in obſcurioribus & difficilioribus [ca]ſibus adhibitus fuit, libenter ſunt faſſi.

Anno verò quinquageſimo tertio, de volun[ta]te principis Wirtembergici Chriſtophori, [con]ſentiente ſenatu Academico, medicinâ do[ce]re cepit Liblero traditâ lectione Phyſica: & [m]ultos Galeni libros diligentisſimè explica[vi]t; multa ante ipſum ignorata in medicina [pa]tefecit; quod ex paucis quibusdam editis libris intelligitur, & multò magis intelligeretur ex iis ſi ederentur; qui adhuc apud viduam, nepotes, & heredes adſervantur.

Cæterum cùm idem Princeps Chriſtophorus omnes partes philoſophiæ Tubingenſi in ſcholâ accuratiſſimè tradi cuperet; & intelligeret, adhuc præcipuã deſiderari; quæ manus philoſophię rectè à nonnullis dicitur, & τρόπος ἐπιστήμης, ſine qua nihil rectè doceri aut diſci poteſt: ejus quoque explicationem, volente ſenatu, Schegkius ſuſcepit, anno Domini ſexageſimo quarto, nullâ excuſatione uſus ætatis, cum jam propemodum rude donandus eſſet: quippe qui ultra triginta annos docuiſſet. *Et Logicam 1564.*

Magiſtratum quoq; in illa literaria repub. ſummum, quem Rectoratum vocamus ſæpe geſſit. Atque ita ſtationem ſuam nunquam deſeruit: ſed ſexagenario major, duas quotidie lectiones unam medicam, alteram philoſophicam, ſummâ diligentiâ, nulla alia, quàm juventutis ſcholaſticæ promovendæ cupiditate inductus, obiit; donec tandem decennio ante obitum viſu oculorum penitus amiſſo, eum habuit ſucceſſorem in utraque ſchola, quem ipſe ſibi ſemper optaverat. *Gerit magiſtratum ſcholaſt.* *Fit cæcus.*

Quanquam autem jam cæcus eſſet: non tamen ocio ſe aut languori tradidit; vel indignis homine docto voluptatibus: ſed ſtudia propemodũ etiam majore alacritate eſt proſecutus, & cogitationibus & meditationibus repetens, ac quaſi ruminans, quæ antea legiſſet, non paſſus eſt, cæcitatem ſibi moleſtam eſſe: ſed iis meditationibus crebro quoq; intermiſcens ardentes preces, & cum Deo colloquia nihil ad ſumam animi delectationem ſibi deeſſe ſenſit. Nepotes, quos ſtatim poſt mortem filii Davidis, de quo paulo antè, ad ſe receperat; diligenter in literis ipſe inſtituit; prælegens illis Terentium, Dialecticam, Phyſicam, & alia. Multis illisquoque partim medica, partim philoſophica dictavit, eo ipſo cæcitatis tempore; quorum quædam typis extant, ut ſunt. *Sed ſtudia non intermittit.* *De cæcitate & cæcis Cic. lib. 5. Tuſc. ſub fin.* *Erudit nepotes.* *Commentatur & ſcribit libros.*

Libri περὶ δυνάμεως σπερματικῆς.
De calido & humido nativis.
De primo ſanguificationis inſtrumento.
De febribus contra Simonium.
De occultis pharmacorum facultatibus.
De Criſibus.
De ſubſtantia cerebri.
De ſyllogiſmo Apatetico.

Quædam domi ſunt adſervata: ut libellus de modis unius & entis, & ſi quæ ſunt alia.

De cæcitate etiam tantum abeſt; ut conqueſtus unquam fuerit: ut cum ophthalmicus quidam repertus eſſet; qui viſum ſe ei reſtituturum polliceretur, dixerit: ſe multa in vita vidiſſe, quæ maluiſſet non videre: optare ad nonnulla etiam ſurdum fuiſſe. *Patienter fert cæcitem.*

Nemo itaque unquam toto illo decennio vel minimæ inpatientiæ ſignum in eo animadvertere potuit. Acceſſit tandem etiam ad cæcitatẽ apoplexia. Sed ne hæc quidem in ſtudiis potuit eum omnino retardare. Nam ex illa DEI beneficio & opera generi Hieronymi Bauſchii nonnihil recreatus, anno *Cui apoplexia accedit.*

ante mortem, menſe Auguſto *tractationum phyſicarum & medicarum tomum* edidit ſeptem libros complectentem.

Cynægiri Athenienſis fortit. Herodot. l. 6. Juſtin. l. 2. Celebrant Græci ſcriptores & laudibus ad cælum usque evehunt, civem quendam Athenienſem *Cynagirum*; qui in nobili illa ad Salaminem contra Perſas pugna: navem prætoriam hoſtium dextra injecta vi retinuerit; eaque amputata injecerit ſiniſtram; quam & ipſam cum amiſiſſet, mordicùs navem arripuerit.

At non minor fuit conſtantia hujus literarii militis; quem nec tot annorum cæcitas, nec in extrema ſenectute omnium virium defectio, transdare in ocium potuit, etiam legitimum & conceſſum.

Edidit etiam cæcitatis tempore in *Topica Ariſtotelis* commentaria eruditiſſima, longè antè à ſe conſcripta; quæ poſtea illi à *Joſepho Hettlero*, pomeridianis horis annum & amplius lecta & ab ipſo emendata, magiſtroque prælegenti diligenter explicata ſunt; è quibus idem ille magiſter plurimum ſe profeciſſe eſt teſtatus; ac diſputationibus tam publicis quàm privatis declaravit.

Cum autem tandem ſentiret paulatim minui vires corporis, & adventare mortem: *quatriduo* antè vocari ad ſe juſſit diaconum Tubingenſis eccleſiæ, *M. Joannem Georgium Sigwartum*; quem quòd philoſophica ſtudia cum Theologicis magnâ cum laude conjunxiſſet, amavit plurimum; ab eoque, ut anteà aliquoties, ita tunc poſtremò, præmiſsâ brevi & dilucidâ fidei ſuæ confeſſione, aut potiùs priore anteà ſæpè edita, repetita & confirmata, cœnam Domini accepit cum magnâ reverentiâ. *Parat ſe ad mortem uſu S. Cœnæ.* Nam cum propter infirmitatem virium ſurgere ipſe non poſſet; erigi ſe & fulciri juſſit, & ita mente & manibus ad Deum erectis, fidem ſuam ſumtione ſacratiſſimi corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti confirmavit; atque ita ſequens *triduum* quietè & placidè ſine ullius doloris ſignificatione tranſegit.

Octavo die Maij ad veſperam oppreſſus ſomno totam noctem dormivit, nullis vel ſuſpiriis, vel gemitibus editis; & tandem intra *quintam & ſextam* horam matutinam ſequentis diei, ex illo ſomno in vitam æternam excitatus eſt; anno ætatis *ſeptuageſimo ſexto*, ſortitus exitum facilem; qualis ſolet eſſe eorum, qui non vi morbi, ſed in extremâ ſenectâ ex imbecillitate virium, conſumto humido nativo, more naturali exſtinguuntur, quod admodum paucis contingit. *Obiit placide.*

Funus. Sepultus eſt, comitante funus tota ſchola, ſenatu quoque oppidano, magnaque civium multitudine, ad latus templi Septentrionale juxta duos filios: cum quibus ad archangeli tubam anima beata in cælis expectat reſurrectionem corporis, ejusque rurſus conjunctionem ad vitam æternam.

Cruſii in Schegk. epigr. *Martinus Cruſius* amicum & collegam hoc eſt epigrammate cum aliis proſecutus:

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κεύθει σὸν, Σχέκκιε, σῶμα.
Ψυχὴ δ' αἰδίων εἰς ἕδος ἦλθε νόων.
Ἡμῶν μὲν προλιπες, κύδιϛε διδάσκαλε, χῶρ
Σοὶ μετὰ δ' ἐ δηρὸν χ' ἡμέες ἑψόμεθα.
Ὡς κ' αὐτοὶ μετὰ σοῦ χριϛοῖο καταλρυφέωμεν.
Ψυχαῖσι ζῶντες, σώμασι δ' εἶτα πάλιν.
Ἐν σέο δ' ὑμνοῖς ἐπὶ γῆς ζῆς, ἠδὲ βίβλοισιν·
Ἃς ποτε πανδαμάτωρ ἐ μόρος ἐξολέσει.

Hoc eſt:

Terra tuũ corpus texit, celeberrime SCHEC
Sed tua mens ſedes incolit ætherias.
In terris nos, præceptor cariſſime, linquis:
Aſt iter & nos mox ingrediemur idem.
Nos quoque quò tecum CHRISTO Sotere fru
mur;
Viventes animis, hinc quoque corporibus.
Te libri faciunt vivum, carique nepotes
Terris: vis libros perdere nulla poteſt.

Fuit hic Schegkius omnino ingenio tali, qu le Plato in futuro Philoſopho requirit: *diſc di cupidiſſimo, veritatis amantiſſimo, & boris patientiſſimo.* Itaque nullum omni diſciplinæ genus eſt, quod ille non dicim intactum reliquerit; ſed quod non exactè gnoverit, & ita quidem: ut cum laude voluiſſet, publicè omnes illas, quæ inter p cipuas habentur, & celebratiſſimas ſcient & philoſophiæ partes, docere & profit potuiſſet.

Nam *Grammaticas difficultates* ita puer peravit: ut adoleſcens utramque linguam ſchola docueret publicè: *Hebrææ* verò eti ſenex delectatus fuerit. Quantam verò & nuinæ *Dialecticæ*, quæ ad inveniendã & ju candã veritatem in omnibus diſciplinis, n ad inanem oſtentationẽ comparata eſt, cog tionẽ habuerit: teſtantur & teſtabuntur ſe per, quamdiu hæc ars florebit, tot egregii pſam ſcripti Cõmentarii: quibus *univerſ Organum Ariſtotelis* diligentisſimè & doct ſimè explicavit. Ajunt magnum illum *M lanchthonem*, quem fuiſſe Dialecticum fate tur etiam ii, qui propter religionem illi f iniquiores, dicere ſolitum: *non credere ſe universâ Germaniâ reperiri poſſe ullum, unicam integram paginam in Ariſtotelis org no rectè intelligat.* At hic curâ, diligen labore, ingenii acumine ſingulari effecit; non pagina: ſed totum Organum ab ingen ſis & diligentibus intelligi poſſit.

Orationes ejus fuerunt, quod ſæpè qui diverunt mirati fuerunt, ſapientisſimis ſe tentiis, gravibusque verbis ornatæ & perp litæ, curâ & vigiliis elaboratæ: & potuit p pter mirabilem cognitionem omniũ reru quæ cælo terraque continentur, de *horri nitidè*, de *jejunis plenè* de *pervulgatis no* dicere.

Poëtas omnes Græcos & Latinos cogno adoleſcens, & carmen ſcripſit bonum utraque lingua; è quibus pauca quæda quæ exſtant, & doctis probantur, indica quid in hoc genere ſtudiorum præſtare po iſſet: ſi non naturâ ad ſublimiora fuiſ raptus. Quinetiam hiſtoriæ, quæ, teſte C cerone, *lux eſt veritatis, vita memoria, m giſtra vitæ, vetuſtatis nuncia*, minimè f expe

ɛpers. Ad hanc enim Oratorum dico & oetarum & hiſtoriarum lectionem, ſi quan- o remittere animum, & quaſi relaxare à gra- ioribus illis ſtudiis Philoſophicis, Medicis : Theologicis, vellet, tanquam in amœnis- mos aliquos hortos divertebat.

Nemo enim unquam illum convenire po- uit non aliquid agentem, non aliquid me- itantem. Quod igitur in aliis non repre- enditur, ſi ad requiem animi & corporis ali- uid tribuunt temporis, etiam tempeſtivis onviviis, colloquiis, ludis: hoc ille ſibi ne- uaquam conceſſit: ſed *mutationem labo- um, remiſſionem eſſe putabat.* Quam ob- uræ ſint artes Mathematicæ, quàm recon- itæ, quàm multiplices & ſubtiles, nemo gnorat. In iis omnibus tamen ille ita ex- elluit; ut illis ſolis omnem ætatem tribuiſſe, udicari non immeritò potuerit.

Ioannem Scheubelium accepimus Tubin- anæ quondam ſcholæ profeſſorem, mathe- naticum inſignem, cujus extant *ſex libri Euclidis priores*, novo modo demonſtrati, : quædam Arithmetica, valdè à doctis lau- ata ad Euclidis ἀποδείξεις cognoſcendas & xplicandas, omne ſuum contuliſſe ſtudium, eglectâ re familiari. At hic in ſuâ unicâ rte tam excellens, ſæpe à Schegkio didicit: uod antea ignorabat in demonſtrationum ναλύσεσι. Numerorum ſcientiam & co- nitionem homine eſſe digniſſimam, omnes ruditi fatentur, cujus vis animi omnis in iiſce exercetur. Cùm verò numerorum cientiam dicimus; non hanc ſolùm vulgarem ntelligimus ſupputandi rationem; quæ etſi k ipſa ſummâ laude digna eſt, maximasque nabet in totâ vitâ utilitates: tamen compa- ata ad illam, quæ altiùs recondita continet, : ea quæ Philoſophis ſunt, quam plebeis alculatoribus notiora, à Socrate apud Pla- onem vocatur ἰδιωτικόν τι καὶ καπηλικὸν μελέ- ημα: ſed illam præſtantiorem & nobiliorem; juæ rationibus numerorum declarandis & lemonſtrandis occupata eſt. In utraque utem hic excelluit: & λογιστικὴν ad neceſſa- iores vitæ uſus interdum uſurpans; & ſubli- niorem illam, ex quâ altera promanat τοῦ γνωρίζειν μᾶλλον ἢ τοῦ καπηλεύειν ἕνεκα, ut Plato oquitur ἐπιτηδεύων.

Socratem admodum ſenem, fidibus didi- iſſe accepimus. At Schegkius adoleſcens idibus & voce ſcitè cecinit; & ſenex animum uum contemplatione rationum cujusque armoniæ ad theoriam rerum incorporea- um extulit. Doctrinam verò de rebus & notibus cœleſtibus accuratè perſcrutatus eſt: ib eaque ad contemplationem rerum imma- eriatarum adſcendit. Nihil hic amplifican- li cauſa fingi facilè agnoſcent & fatebuntur i; qui in illius ſcriptis evolvendis non fue- unt ſegnes.

Hæc enim teſtantur nihil rerum Mathe- naticarum illi ignotum fuiſſe: quod quidem lignum judicarit, in quo elaboraret: ita paſ- ſim veſtigia præclariſſimarum harum artium, in ſcriptis illius expreſſa apparent.

De naturæ verò obſcuritate, quam hæc minimè illi fuerit obſcura, non eſt quod di- camus: cùm doctiſſimis ſcriptis eam illuſtra- rit. *Phyſica.* Doctrinam morum & dictis, & ſcriptis, & vitâ expreſſit. *Ethica.* His omnibus adjunxit faſti- gium illud, & culmen ſapientiæ humanæ, quam primam Philoſophiam Ariſtoteles, interdum quod poſt Phyſica tradi debeat, τὰ μετὰ τὰ φυ- σικὰ ſæpè ſapientiam, interdum etiam Theo- logiam, Eraſmus alicubi *ultra mundanam ſapientiam* vocat. *Metaphyſica.*

Eam ſolam partem Philoſophiæ, etſi com- mentariis editis non explicavit: tamen diffici- lima & obſcuriſſima quæque Ariſtotelis loca, hinc inde in diverſis ſcriptis, ita tractavit: ut nobis quidem videatur, non inutilem navatur' operam, ſed ſtudioſis philoſophiæ rem valde gratam facturus eſſe, ſi quis ea ex libris Scheg- kij colligat: &, ut ille prout occaſiones fere- bant; ſine ordine ſuis operibus, tanquam no- biliores gemmas inſeruit, *ſecundum ordinem librorum Ariſtotelis metaphyſicorum* dige- rat.

Neque. n. quæ apud alios reperiuntur in- terpretes, aut quæ plebejis in Philoſophia viris nota ſunt, explicatione ſua dignatus eſt: ſed quæ alii omnes propter difficultatem in- tacta reliquiſſent; & à quibus, tanquam à ſcopulis, curſum ſuæ interpretationis aver- tiſſent, magno & planè heroico animo ag- greſſus eſt: nec inveſtigationis laborem co- hibuit: donec omnes difficultates ſuperaſſet: & ea, quæ omnibus antea ignota fuerant, in lucem & aſpectum hominum produxiſſet. *Quæ in Ariſtotele explicarit. Schegk.* Neque etiam quod ab aliis fieri videmus, in- terpretes, tanquam auxiliares cohortes, in aciem, ſed ingenii ſui copias educere ſolitus eſt, contra difficultatem, ceu hoſtium in- gruentium exercitum. *Schegk. ſuo remigio rem egit.* Et quidem ut ſuo unius niteretur judicio, propemodum ne- ceſſariò illi faciendum fuit.

Nàm & præceptoribus & libris in Philo- ſophiâ bonis deſtitutus fuit: de quibus ipſe quodam loco ſuorum commentariorum, hiſce verbis: *Sentio quam ſim impar huic mu- neri, interpretandi Ariſtotelem: quod tale ſit, ut poſſit opprimere ab omnium ingenuis artibus inſtructiſſimum hominem, nedum me, cui à primâ ætate nec præceptores optimi contige- runt: nec librorum tanta copia, qua detri- mentum illud ſarcirem, cum nimirum plura interdnm ex mutis, quam loquentibus magi- ſtris addiſcere valeamus.* *Libris & præceptoribus deſtituitur.* *Quid enim aut quantum proficiet, qui in talem incidet ma- giſtrum philoſophiæ: qui quoties obſcurior ali- quis locus occurrat in Ariſtotele, non ſe nihil intelligere, ſed Ariſtotelem craſſum & Bæo- tum, hebetemq́ᵹ, & iſtarum rerum, quas do- ceat, non intelligentem dicere auſit?* *Ariſtot. craſſus Bæotus dictus.*

His incommodis etiam illud acceſſit, quod alias Academias nunquam accedere, per oculorum imbecillitatem potuerit: pro- pter quod naturæ malum, multis in peregri- natione periculis exercitus fuiſſet.

A puero enim non potuit, niſi propiùs oculis admota videre, remota verò nequa-

quam; quod genus hominum Græci *μύωπας*, Latini luſcioſos vocant. Itaque ex ipſo oppido rariſſimè egreſſus eſt, ne deambulandi quidem, aut ſui recreandi cauſa. Sed cùm arderet amore philoſophiæ, nec domi haberet magiſtros, nec foris quærere poſſet: ſalutari conſilio *Ariſtotelis* & *Platonis* lectionem aggreſſus, utrumque inter ſe contulit: tantumque profecit; ut omnes philoſophiæ partes in Academiâ Tubingenſi, imò in totâ Germaniâ, ante ipſum cœno Sophiſtico miſere contaminatas, priſtino nitori reſtitueret: ejusque doctiſſimis laboribus non Germani ſoli; ſed exteræ etiam nationes magnâ cum utilitate fruantur; & præceptorem præcipuum agnoſcant ac deprædicent. Plura quoque haberemus in Philoſphia ab ipſo explicata, & fortè Metaphyſica Ariſtotelis omnia: ſi majorem pro tantis beneficiis, hominum quorundam gratitudinem, & diſcendi cupiditatem alacriorem eſſet expertus. Nam cùm ex collegis quidam apud ipſum aliquando mentionem faceret librorum de *demonſtratione*; quos in phyſicis promiſerat: necdum publicaverat; ipſumque ad illorum editionem hortaretur; hiſce propemodum verbis ferunt reſpondiſſe: *Cur quæſo publicarem ea quæ nemo eſt lecturus. Video enim ſtudia accuratiora paſſim contemni & ſophiſtices nomine traduci; adeoq; nos rerum vocabula non quidem amiſiſſe, ſed pervertiſſe. Nam qui antiquis Sophiſtæ, ii nunc ſoli pro ſapientibus habentur: & quos nunc ſapientes dicimus, Sophiſtæ ab illis habebantur. Sed hæc fatis permittenda ſunt.*

Ejus μυωπία.

Confert. Ariſt. & Platonem.

Corporis conſtitutio. Tanto autem Schegkii animo pares quoq; fuerunt vires corporis. Nam, oculorum excepta imbecillitate, corpore fuit robuſto & *εὐσάρκῳ*; nullis obnoxio morbis; & quod laboribus non frangeretur. Etſi enim ſtudiis ſemper intentus eſſet: illaque ſæpè in multam noctem produceret; fabros etiam antelucanis vigiliis vinceret; atque exercitationibus corporis propemodum nullis uteretur, niſi medicis interdum poſt cibum inambulationibus in muſæo ſuo, tamen ultra *quadraginta* annos ita proſpera uſus eſt valetudine; ut, propter morbos, docendi munus aut nunquam, aut rarisſimè intermiſerit; ſi quando vel *κορύζᾳ* vel *ὀδονταλγίᾳ*, propter commotos nimiis vigiliis humores, laboraret. Hanc autem ad rem non parum contulit, ſumma in victu temperantia, qua ab ineunte ætate ad extremam usque ſenectam conſtanter eſt uſus.

Scripta Schegkii. Philoſoph. & Medica. Edita à Schegkio ſunt hæc in philoſophicis & medicis:

Philoſophiæ naturalis ſeu *acroamatum Ariſtotelis diſputationes*: quibus adjecit ſcholia in locos obſcuriores.

Erotemata ejus ſcientiæ propria; quæ velut epitome ſunt præcedentium librorum: in eorum gratiam; qui primum Phyſicis operam dare incipiunt.

Ex Ariſtotelis de anima lib. 3. Græcis, & longis Simplicii commentariis breves interpretationes Græcè excerptæ.

Alexandri Aphrodiſei liber de mixtione & cauſa continente expoſitus.

Dialogus de animæ principatu; in quo *Ariſtotelis & Galeni* profert rationes: quibus ille *cordi*, hic *cerebro* principatum adſcribit. Adjunctus eſt *Velcurionis commentarius in univerſam Phyſicam.*

De lineis inſecabilibus lib. Ariſtotelis Latinè redditus.

Theognidis Megarenſ. ſententiæ Latino carmine expreſſæ.

Commentarii in Ariſtotelis Phyſica, parva naturalia, & Ethica.

Arriani Nicomedienſis de Epicteti Philoſophi diſſertationibus libri quatuor in Latinam tranſlati linguam annotationibus additis.

De cauſa continente medicorum liber: quo docet eam eſſe in morbis, refellens opinionem cujusdam anonymi, qui eam prorſus in morbis nullam eſſe contendit.

De Demonſtratione libri quindecim: qui ſint loco commentarii locupletiſſ. in duos poſteriorum Analyticorum libros. Addidit *commentaria cum annotationibus & repetitionibus* in Organi Ariſtotelis libros, *ad artis partem analyticam* pertinentes, in libr. *κατηγορουμένων*; in libr. *κατηγορειῶν*, in libr. *περὶ ἑρμηνείας*: *in duos Analyticor. priorum.*

Commentarii in 7. & 8. Topicorum: quibus perfecta & abſoluta definiendi ars tractatur.

De plaſtica ſeminis facultate libri tres.

De calido & humido liber unus.

De primo ſanguificationis inſtrumento lib. unus. Scripſit & contra P. Ramum: qui ei reſpondit.

In *Theologicis* edita ſunt ab ipſo: *De unâ perſonâ & duabus naturis in Chriſto: ex fundamentis quidem ſcripturæ ſacræ: analyſi autem philoſophicâ.* Ad hoc ſcriptum *fertur Schegkius impulſus à *D. Jacobo Andreæ*; quod Bebenhuſii lectum quidem, ſed non intellectum: approbatum tam à Brentio, quàm D. Jacobo, atque utriusque operâ publicatum: paulò verò pòſt, cum orthodoxum eſſe ſenſiſſent, damnatum, ſuppreſſum, exploſum.

Reſponſio ad libellum anonymi interpretis libri illius de una perſona & duabus naturis in Chriſto.

Reſponſio alia ad Simonis Simonii libellum quo conatus erat librum illum de unione duarum in Chriſto naturarum refellere: *reſpondetur etiam Thomæ Eraſto, qui auctor illius* anonymi libelli; & oſtenditur, Schegkium cum Eraſto non conſentire.

Prodromus Anti-Simonii: & anatome reſponſi Simonii ad prodromum.

Anti-Simonius, in quo plures, quàm *trecenti errores Simonii refelluntur*: quibus librum Anti-Schegkianorum accuſarat.

Apologeticus oppoſitus calumniæ G. Genebrardi: quod Schegkium Sabellianiſmi accuſarat.

Adverſus antitrinitarios lib. 2.

Poſ

Poſt obitum ejus edidit *Sebaſtianus Bloſius*, [m]edicus & phyſicus reip. Ulmenſis Schegkii. *In Galeni libros de arte parva prælectiones.* Prodierunt & Schegkii *diſputationum me[di]carum & phyſicarum libri octo.* *Obſervationum item & emendationum præ[mi]ſſa*, viris amicis & doctis oblata. *[T]ractationum deniq; phyſicarum & medica[ru]m tomus unus* ſeptem libros complectens. Deſumta hæc de Jacobo Schegkio *ex ora[tio]ne parentali habitâ à Georgio Liblero pro[fe]ſſore Tubingano, Cruſii annalibus: Geſneri [bi]bliotheca, aliis.*

THEODORUS ZUINGERUS.

THEODORUM ZUINGERUM Baſilea protulit natum anno Chriſti, *milleſimo, [qu]ingenteſimo, trigeſimo tertio*, die *ſecundâ [A]uguſti*, patre *Leonhardo*, cive Baſileenſi, [m]atre *Chriſtianâ*, operoſiſſimi *Joannis Opo[ri]ni* ſorore.

Statim in ipſâ pueritiâ, quid patriæ de ſe [ex]ſpectandum eſſet, fecit indicium. Cùm enim in dramate quodam ſcenico, à *[T]homa Platero*, Felicis patre, publicè exhi[bi]to, *Cupidinis* perſonam ſuſtineret: ita ipſe [a]ſtuum gratioſâ varietate, actionis venuſta[te], pronunciationis jucunditate, in ſeſe con[ve]rtit omnium ora, oculos, animos; ut aliis [ſp]ectatorum præ gaudio lacrymæ ſtillarent; [al]ii ſuſpiriis teſtarentur applauſum; alii cum [p]oëta exclamarent:

> *Ingenium cœleſte ſuis velocius annis*
> *Surgit; & ingrata fert malè damna moræ.*

Celeriter itaque commilitonibus omnibus [an]teivit: & conſilio, operâ, ro adjutus à *[C]onrado Lycoſthene*, Theologo & Polyhiſto[re] celeberrimo, vitrico ſuo doctrinam ſibi [co]mparavit invidendam. Parentes ipſe qui[d]em habuit anguſtarum fortunarum: verun[ta]men cùm principem virtutum pietatem ab [i]neunte ætate coleret, DEUM quo honora[re]t: ab eodem ipſe rurſus honoratus fuit. Ita[q]ue adeo prolixè ille δοτὴρ ἐάων ei de rebus [a]d vitam hanc caducam neceſſariis proſpex[it]: ut et in *Italia & Galliâ* honeſtè ſtudio[ru]m cuasâ vivere poſſet. Et peregrinationis [q]uidem Italicæ auctor, ſuaſor, *deductor ip[ſe] fuit *Petrus Perna* Lucenſis, religionis cauſa [It]aliâ tum exul: quod monumentum Baſileæ [ib]idem poſitum hiſce docet:

LUMINUM DATORI
ÆTERNO
PETRUS PERNA LUCEN
SIS,
[C]UJUS LUCERNAM TYPOGRAPHI-
CAM SS. RELIGIONIS LUCERNA
ACCENDIT,
ANNO SALUTIS M. D. XXCII.
XVI. AUGUSTI
PIE DEFUNCTUS
HEIC
CUM JOHANNA VERZASCHA
UXORE, BIENNIO ANTE
DEFUNCTA
ET LAURA F. QUÆ DIES EHEU
SOLOS XIX. PATRI
SUPERVIXIT,
SEXAGENARIO MAIOR
CONDITUR.

Audit Baſian. **V. vit. Curæi, & theatr. Zuing.* In Italiam ergo profectus hic Zuingerus, *Patavii* ipſum *ſexennium* auditor fuit *Baſſiani Landi* Placentini, medici celeberrimi, ſed miſerè trucidati, ut *alibi indicatur. Succeſſerat is *Ioan Bapiſtæ Montano*: & huic Lando acceptum ipſe refert, quicquid in ſe ſit; quod vel prodeſſe aliis, vel imitationi eſſe poſſit. *Alii ejus præceptores.* Uſus eſt & aliis præceptoribus, quos ipſemet laudat: ut *Victore Trincavella* Veneto: *Antonio Fracanzano* Vincentino: *Hierony[mo] Capivaccio* Patavino: *Aloyſio Bellacato* Brixienſi, experientiâ & ſucceſſu magno: *Gabriele Fallopio* Mutinenſi, chirurgiæ & anatomiæ profeſſore ad miraculum usque perito.

** theatro pag. 1176. Judicium de Dialect. Rami.* Agnoſcit etiam præceptorem *Petrum Ramum*; de cujus Logica hoc eſt ipſius Zuingeri judicium: *Etſi nec in præceptis nec in Ariſtotelis cenſurâ cum eo conſentio: id tamen dicere auſim, plus ex ipſius Logica fructus percipi poſſe: quam ex omnibus omnium ſophiſtarum, qui paulò ante noſtram ætatem vixere, ſubiliſſimis & argutiſſimis quæſtionibus, ſummis, compendiis.*

Reverſus docet Baſil. philoſ. primum. In Germaniam Zuingerus reverſus, Baſileæ primùm *Græcam* linguam; deinde *Ethicam & Politicam* docuit; cum fructu magno diſcentium, & methodo ſingulari ac felici. Verè enim erat διδακτικὸς & exactè norat modum; quo ingenia, ut fit in multitudine, varia ac diverſa, excitanda, alenda, & acuenda ſint.

Et Medicinam. Ad medicinam deinde publicè tradendam eadem in Academiâ vocatus eſt: in quâ cum bono publico & in ſcholâ docuit, & extra ſcholam, ægrotantibus opem tulit. *Quam & facit, cum ſuo damno.* Nam facilimus erat natura; & citra perſonarum reſpectum, tam ſummi quàm imi ſubſellii hominibus ſuppetitas ibat: ita quidem, ut praxis medica plus ei obfuiſſe, quàm profuiſſe judicata ab aliis ſit; cùm ipſe pauperibus & tenuioribus gratis facere medicinam ſolitus fuerit.

Febre epidem. corripitur. Febri populariter anno *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo octavo*, Baſileæ graſſante correptus; toto morbi, qui *undecim* dierum fuit, tempore præclara edidit ſpecimina fidei, ſpei, & patientiæ Chriſtianæ: adſiduè DEUM in ſpiritu & veritate invocavit: & quanto deſiderio vitæ æternæ flagraret, carmine illo cygnæo, ex odâ Davidis *centeſimâ, viceſima ſecunda*, in ipſo fatali lecto à ſe compoſito, teſtatus eſt. *Oda in morbo ab ipſo ſcripta.* Carmen ipſum tale eſt:

> *O lux candida, lux mihi*
> *Læti conſcia tranſitus,*
> *Per Chriſti meritum patet*
> *Vitæ porta beatæ.*
> *Meſtatus revocat dies*
> *Anguſtam Domini ad domum:*

Jam

Jam ſacra ætherii premam
Lætus limina templi,
Jam viſam Solymæ edita
Cælo culmine, & ædium
Cætus angelicos, ſuo &
Auguſtam populo urbem.
Urbem, quam procul infimis
Terræ finibus exciti
Petunt Chriſtiadæ; ut DEUM
Laudent voce perenni.
Juſſam cælitus oppidis
Vrbem jus dare cæteris,
Et ſedem fore Davidis
Cuncta in ſecla beati.
Mater nobilis urbium
Semper te bona pax amat:
Et te ſemper amantibus
Cedunt omnia rectè.
Semper pax tua mœnia
Colit: ſemper in atriis
Tuis copia dextera
Largâ munera fundit.
Dulcis Chriſtiadûm domus,
Civem adſcribe novitium:
Sola comitata caritas
Speſque fideſque valete.

Obitus Zvving. Fiducia igitur in Chriſti lytro conſtanter collocata & πληροφορίᾳ cæleſtis beatitatis plenus, abiit ad vitam meliorem die *decimâ* Martii, anno illo famoſo *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo octavo*. *Baſilium Amerbachium* accepimus audita ejus morte, cum gemitu in hæc verba erupiſſe: *Piget me vivere poſt tantum virum: cujus magna fuit doctrina; ſed exigua, ſi cum pietate conferatur.* *De eo Amerbachii elog.* Elatus eſt funere honorifico, concionem habente *J. Jacobo Grynæo*, Theologor. celeberrimo: & monumento epitaphio hujuſmodi honoratus: *Monument. Zuingeri,*

TRINUNO S.
THEOD. ZUINGERUS
BASILIENSIS
CUM EX PHILOSOPHIA TENEBRAS,
EX ARTE MEDICA
HUMANAS MISERIAS DEPREHENDISSET:
SUMMI BONI COGNOSCENDI POTIUNDIQUE DESIDERIO
ACCENSUS
CHRISTIANO PHILOSOPHO DIGNAM MORTIS COMMENTATIONEM INSTITUIT,
VIVENSQUE MORTUUS EST, UT
MORTUUS VIVERET.
B. ANNOS LIV. M. D. IIX.
⊕. ANNO CHRISTI cIↄ. Iↄ. XIIX.
VI. EID, MART.

Alma Fides abiit; Spes indubitata receſſit:
Perfruor, intueor: ſolus Amor remanet.

Obitum viri benè meriri doluerunt paſſim amici ac eruditi complures; de quibus *J. Poſthius*, affectum ſuum hiſce carminibus teſtatus: *Epigram. in obit. Zuing.*

I.

ZUINGERUS, *Baſilea, tuum decus occidit; imò*
Pæoniæ excellens occidit artis honos,
Quid loquor? imò viget ſua per monumenta ſuperſtes:
Quis tali haud cupiat vivere poſſe modo.

II.

Qui medicam docuit, medicamque exercuit artem:
Multiſque promtus dextra & ore profuit:
ZUINGERUS, *rapida combuſtus pectora febri,*
Sua ipſe deſtitutus arte heu occidit!
Nec mirum: contra vim duræ & ſpicula mortis,
Haud ulla profert hortus ullus pharmaca.

III.

ZUINGERO, *fugiente anima, dum ſedulus adſtat*
GRYNÆUS, *inque ſpem virum bonam erigit:*
Se quoque penè anima ſenſit privarier. Arcti
Vis tanta amoris, tam potens eſt vinculum.

Filium reliquit *Jacobum*, paternæ virtutis ac famæ certiſſimum & digniſſimum heredem: de quo ſuo loco dicemus. Privignum item habuit *Joannem Lucam* Baſilieenſem: cui fideliter hoc conſilium dedit: *ob vitæ brevitatem ſtudiorum pomœria contrahenda eſſe: & illud potiſſimum genus, cui quis non invita Minerva ſeſe addixiſſet, perſequendum: reliqua obiter tantum deguſtanda, & quaſi delibanda.*

Scripta quæ edidit, ut perpetua erunt ipſa, ſic ab oblivione nomen memoriamque auctoris vindicabunt. Sunt autem ea partim *hiſtorica & philologica*; partim *medica*: & inter illa quidem familiam ducit ingens illud *Theatrum*: quo totam hanc vitam, & quæ humanæ ſunt conſiderationis, mirâ inveniendi felicitate, ſingulari diſponendi induſtriâ & delectu exemplorum ita propoſuit: facilè ut appareat, auctorem methodi fuiſſe, ſi quisquam alius nunc eſt, ſtudioſum & artificem ſummum. Cæterùm primus ejus operis architectus fuit ille *Conradus* * *Lycoſthenes Rubeaquenſis*, conditione ipſi vitricus, voluntate plus quàm pater. Hic igitur cum *quindecim* annos & amplius in variis exemplis colligendis verſatus eſſet; jamque farrago ipſa ad eam excreviſſet molem: ut in tanta varietate & ſimilitudine titulorum, Delio natatore opus eſſe videretur: de Forma novo operi indenda multum dubitavit: pòſt & aliis edendis occupatus, & pòſt paralyſin apoplexia tactus, opus affectum ac imperfectum reliquit. Tum Zuingerus & privata pietate, & publica inprimis utilitate motus, magno animo opus vel chaos potius aggreſſus, digeſſit in volumina; volumina ſingula in libros, hos denique ipſos in ſuos titulos.

Excitarunt autem ipſum ad immenſum & Cyclopeum laborem ſuſcipiendum, cùm à prima editione animum haberet nunquam deinceps aggrediundi, munificentiâ ſuâ *Joannes Criſtophorus & Elias Weitmoſeri* domini

ni in Vinckel & Falckenſtein. In exſcri- ndis exemplis uſus eſt per triennium & npliùs unius ſolius *Baſilii Lucii* conſobrini fidâ & elegante manu. Quæ præterea *Galenum*, *Hipocratem*, *Ariſtotelem*, *Ca- nis & Varronis* ruſtica aliosque auctores in- niose, ut omnia, commentatus ſit: fide- er indicant bibliothecæ.

Nos epigramma in medicum ac philoſo- um clariſſimum, noſtrique ſeculi Varro- m, omittere nolumus, quod ita eum al- quitur:

perfecta tibi vivo quæcunq; fuerunt,
Zuingere, hac tecum contegerentur humo:
ſum humus hæc caperet (dictu mirabile)
cælum:
Et tellus quicquid, quicquid & æquor ha-
bet.
ninetiam, quicquid geſtum terrâque ma-
rique,
Mundi ex quo fulſit tempore prima dies.
oluit hoc cui ſunt humana negocia curæ:
Sed ſimul & nobis cavit, & ille tibi.
amque tui melior fruitur pars altera cælo:
Altera vincendæ pignora mortis habet.
a tibi verò tanto congeſta labore;
Scriptis ſalva manent condita cuncta tuis.

Ex theatro Zuingeri: monumentis Baſi- nſ. concione funebri; Poſthii parergis.

PETRUS MONAVIUS.

VRATISLAVIÆ Sileſiorum natus eſt *Petrus Monavius*, familia patricia, no Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quin- ageſimo primo.* A puero bonis artibus ac oribus expolitus, ſtatim in patrio ludo æclara egregiæ indolis dedit argumenta.

Exinde ad ſcholas publicas miſſus, *Philo- hiæ* juxtà & *Medicinæ* ſtudium ſuum omne cavit: tantumque in utraque profecit: ut no *ſeptuageſimo octavo*, *Baſileæ* Rauraco- m laurea Apollineâ & doctoræ inſignibus, creto collegii, ſolenniter fuerit ornatus.

In patriam reverſus artem medicam exer- it tanto cum ſucceſſu ut in aulam Augu- m evocato, *Rodolphi II.* Cæſaris valetudo cura corporis fuerit concredita. Eo in ficio, ſanè arduo atque difficili, cum *va- tudinem regis curare, ſit regno ſalutem præ- re*, ita verſatum accepimus: ut induſtriam, dem, ac dexteritatem medendi cunctis obarit.

Verùm, ut mors optima quæque primò llit: ita & Monavio inſidiata eſt, in- e medio honorum curſu ipſoque ætatis ore, archiatrum clariſſimum intercepit. nno enim Chriſti, *octogeſimo octavo*, tatis ſuæ *trigeſimo ſeptimo*, necdum com- eto, die *duodecimo* Maji mortalibus eptus, & paulò poſt nuptialem facem nebrem nactus eſt. Pragæ hoc tumuli onore affectus:

D. O. M. S.
PETRI MONAVII VRATISLAVIENSIS
PATRICIA FAMILIA NATI,
S. CÆS. MAJEST. MEDICI,
VIRI TRIUM LINGUARUM,
ET BONARUM OMNIUM
DISCIPLINARUM COGNITIONE
CUM SINGULARI PIETATE CON-
JUNCTA CLARISS.
MEMOR,
OBIIT ANNO M. D. LXXXVIII.
XII. MAJI.
ÆTAT. XXXVII.

Immaturam viri ad ſumma nati mortem doctiſſimi & optimi quique graviter paſſim doluerunt: affectumque ſuum epitaphiis ver- ſibus non pauci ſunt teſtati: de quibus quosdam ſubjicere heic placet.

THEODORUS BEZA AMICO CA- RISSIMO. *Epigram- mata in eum.*

DUM quæ ſint morbis medicamina certa, Monavi,
Sedulus inquiris; metuens mors ipſa, repertis
Sævitiam ipſius ne poſſes arte morari,
Servandis intentum aliis, propriæque ſalutis
Curandæ immemorem, te funere merſit acerbo.
Sed quid ſi potius ſeſe mors ipſa fefellit?
Suetus enim morbos, non mortem vincere vi- vus;
Vitâ nunc verâ ſanctè moriendo potitus;
Ipſa etiam mortem docuiſti morte domari.

NICOLAUS RHEDINGER.

Monavios totum dum conſcia fama per orbem
Fratrum vehit par nobile:
Invidit cœlum: terrisque migrare, Jacobo,
Petrum, jubet ſuperſtite.
Scilicet ut terras alter repleret: & alter
Diviſo Olympum lumine.
O fortunatos fratres! quorum unus honori
Terræ ambitus non ſufficit.

VALENS ACIDALIUS, TALE EPITA- PHIUM EI POSUIT.

Vis multa paucis diſcere, hoſpes? hoc audi.
PETRUS MONAVUS *clauſus hac jacet tumba.*
PETRUS MONAVUS: *ſed ſat hoc: ſat au- diſti:*
In nomine ipſo cuncta jam recognoſcis:
Jam pridem in illo quæ fuiſſe cognoſti.
Nam fama nulli muta, tuque non ſurdus.
Venerare tumbam: dic bene, hoſpes: & gaude,
Reſpice & hoc hic, fortè quod minus ſcibas.
Vix plura didicit paucioribus quiſquam
Vix plura quiſquam paucioribus diſcet.

GREGOR. BERSMANNUS.

Te quoque, Petre, colos fatales arte morantem
Suſtulit immiti Parca maligna nece.
Non tu corpus eras ſine pectore; non tibi lingua
Re ſine: verba dabat, nec ſine mente ſonos.
Una nec egregio manabat ab ore loquela,
Omnigenæ promens cognitionis opes.

S Par

Par erat ingenio probitas: artemque decorus
Ornabat comi cum gravitate pudor.
Mota erat his Clotho, pariter miſerante ſorore,
Stamina cum flecti quæ nequit, ecce ſecat.
Sic igitur, Monave, cadis, creſcentibus annis:
Sed vitam penſat laus diuturna brevem.

Jac. Monav. Fratrem habuit, ut vel carmine ſuperiori videre eſt, *Iacobum*, Ictum, patricium Vratislavienſem celeberrimum, nec non illuſtriſſ. Principum Ligio Bregenſium conſiliarum; de quo * alibi. Fuit Petrus hic philoſophus acutus: pilologus inſignis: πολύγλωττος; medicus elegans, humanus, omnique honore dignus: nec parum diu vixit: qui virtutis perfectæ perfecto functus eſt munere.

** In vitis JCtor. Germanor.*

Tantum de hoc Monavio medico *ex vita ejus M.S. & dulcamaro Jacobi Monavii.*

✱ 1589.

MELCHIOR GVILANDINVS.

Omne cœlum doctrinæ ferax. NULLUM eſſe cœlum adeò aſperum ac frigidum; ut non & mitia & calida proferat ingenia: vel hujus unius exemplo evinci poteſt. Is enim ſub axe Boræo in Boruſſiâ natus, à teneris ad literarum ſtudia ita incubuit: ut & in linguarum cognitione, & in diſciplinis ſubtilioribus, atque arte medicâ excelluerit.

Guilandini peregrinatio. E patriâ maturè progreſſus, non ſolùm *Europam* peragravit: ſed etiam per mare mediterraneum in alterum quaſi orbem trajecit; & auſpiciis *Marini Caballi* Veneti, *Aſiæ* atque *Africæ* magnam partem perluſtravit: atque in *Indiam* usque penetravit: piratarumque perfidia captus ludibrium iniquæ ſortis, ferreis catenis ad triremium tranſtra alligatus, aliquandiu magno animo exantlavit. *Captivitas ejusd.*

Ea in peregrinatione tantam medicamentorum, quæ vocant, ſimplicium ſtudio ac labore indefeſſo cognitionem ſibi comparavit: ut & apud Italos in admirationem venerit; & horto illi medicorum, qui *Patavii* eſt, celeberrimo fuerit præfectus; inque cathedram collocatus medicam, medicinam cum applauſu profeſſus. *Horto Patavino præficitur. ibid. docet.*

Scribit *Matthiolus* (ſed ut ajunt falſò,) eum in *Sicilia & Romæ*, penuriâ laboraſſe tantâ: ut aliundè ſibi victum comparare nequiverit: quàm ex allatis è montibus illis, cum aſino bajulo, radicibus. Quod etiamſi factum; tantum tamen abeſt, ut vitio verti philoſopho Cleanthæo debeat: ut etiam ad laudem ejus & commendationem faciat plurimum. Quid enim honeſtiùs aut glorioſiùs, quam per fortunarum anguſta, ad Virtutis & doctrinæ auguſta penetrare, & extremâ rerum caducarum inopia optimarum & ſempiternarum copiâ abundare?

** lib. 3. ep. ad I. Cratonem. Paupertas Guiland.*

Moritur Guil. Teſtamentum ejusd. Fatis conceſſit *Patavii*, *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo nono*, teſtamentoque libros ſuos reipub. *Venetæ*, & mille ſcutatos reliquit: cætera *Benedicto Aloiſio, Georgiis* Marci procuratoris filio: cui domui præ cæteris ſemper cariſſimus fuerat.

Venetiis etiamnum dicuntur ejus libri multi & ſanè exquiſiti, adſervari in Bibliotheca D. Marci, capſis ad id confectis.

Quod autem poëta in bucolicis de ſu paſtoribus canit:

Et certamen erat Corydon cum Thyrſi magnum:

idem de *Guilandini & Matthioli* contro ſia non ineptè dicatur. Nam Matthiolus Gu landino varia * impingit *arrogantiam, temer tatem, inſcitiam*, in arte medica, *calumnian libidinem, invidentiam* imò eo progreditur ut non dubitet *Guilandinum* alicubi *nebul num omnium principem* pronunciare. Contrà Guilandinus calidior, & aliorum judicio ſuæ ſententiæ fuit pertinacior. Fieri potuit, ut acres & vehementiores ἐπιπληκτικ ῥητορεῖαι alterius animum exacerbarint. Verùm ut ut ſit; puerile tamen & ἀγροῖκον v detur, ſanctum amicitiæ jus propter aliqu herbas earumque nomina diſſolvi: quo hodie inter magnos etiam viros infrequen non eſt: quibus idem ferè exprobari poſſet quod *Cynicus Diogenes*, homini amicitiam ſuam expetendi, *ſaperdam* verò (aut, ut alii *caſeum*,) ferre detrectanti dixiſſe fertur τὴν σὴν ἡ ἐμὴν φιλίαν σαπέρδης διέλυσε. Præterea diſputare non eſt conviciari, aut λογομαχεῖν: ſed vel veritatem collatis ſententiis eruere, vel erutam illuſtrare. Non dico quàm abſurdum ſit, ambitionis & contentionis ſtudio, ſummam virtutum amicitiam ſolvere: quæ eſt animorum inter ſe vinculum, virtutum ac pietatis ratione connexum quibus ſalvis, amicitia rumpenda non eſt.

Scripſit Guilandinus apologiæ, adverſu *Petrum Andream Matthiolum*, librum *pri mum*, qui inſcribitur *Theon*. Item *de ſtir pibus aliquot*, epiſtolas *quinque*: & * *Manac Diata*, id eſt, aviculæ DEI deſcriptionem.

Eſt ejusdem *papyrus*, hoc eſt, commentarius in tria *C. Plinii* majoris de papyro capita accesſit adſertio ſententiæ in Galenum, à ſ pronunciatæ, contra *Hieronymum Mercu rialem*. Idem Guilandinus in apologiâ juſtum ſe aliquando volumen, *de omni materi medicâ ſcripturum*, eſt pollicitus, nec non i univerſum *Plinium commentarios*. Ejusdem M. S. *ſynonyma plantarum*, & *conjectane* eruditisſima *I. Georg. Schenck*. D. Medic excudenda ſe typographis tradidiſſe ſcribit i ſuis bibliis Jatricis.

Cæterùm cùm Guilandinus in herbari *Matthioli centum* notaſſet errata: & poſ quadriennale ſilentium Matthiolus tantum *viginti* erratorum defenſionem ad *I. Cratonem* medicum edidiſſet; idque Guilandino in India tunc abſente; ſuſcepit defenſionem ejus *Paulus Heſſus*; Theologi illius filius medicus tunc patriæ Vratiſlaviæ: poſt VVittembergæ profeſſor.

Pergrinationum quoque ſuarum commentarios adornavit, rogatu aliorum, Guilandinus

ndinus: ſed illos intercidiſſe fama eſt ſcelere ratarum.

Et tantum de Guilandino *ex epiſtolis Matioli: Geſneri & Schenckii bibliothecis: chroco chronicorum: aliis.*

EBALDUS HAVENREUTERUS.

EBALDUS HAVENREUTERUS anno *milleſimo quingenteſimo octavo*, Norinbergæ ptimò lucem adſpexit, urbe Imperii, & tum religionis ſtudio, literatorum ...rocinio, gubernationis formâ, civium co..., artificum ubertate, tum magnitudine illuſtri: ut cum *Maſſiliâ* illa vetuſta, aliis... e Rebusp. clariſſimis videatur poſſe con...ri.

Patrem habuit *Georgium*, virum hone...m, ſaccharatorum operum confectorem: o puer ipſe orbatus eſt. A matre feminâ ...luſtriâ honeſtè quidem educatus eſt; ſed ...ntus ad ſtudia neceſſarios habere non po...t; quæ tamen fortuna à literis eum minimè ...terruit, aut retardavit.

In familiam enim *Sebaſtiani à Rotenhan*, ... nobilis, adſcitus, & patrocinio *Hierony... Ebneri & Baumgartneri* adjutus, anno ...lleſimo, quingenteſimo, viceſimo, ſeptimo, ...ittembergam venit; ubi tum aliis, tum in...mis Lutherum & Melanchthonem publicè ...divit: & privatim ſæpe adiit: inſignibus etiã ...n philoſophis ac medicis, *Melchiori Fen... & Joanni Velcurioni* operam dedit: aliisque ...ſeſe cùm in ſtudiis tum moribus probavit: & amarint eum plurimum; & Decano ...exandro Alexio Scoto, philoſophiæ magi...m anno *trigeſimo quarto* crearint; & eden... quibusdam operibus præfecerint.

Ibi cùm à nobilibus quibusdam Bojemis ...caſio ei præclara viſendæ *Italiæ* atque *Gal...* offerretur: majorem pietatis, quàm ſuæ ...litatis rationem habuit; ſedem alicubi ...am ſibi quærendam arbitratus, ubi ma...m viduam, ætate gravem, ſecum habere ... ſuſtentare poſſet.

VVittembergâ igitur *Tubingam* ſeſe con...it: ubi patrono *Joachimio Camerario*, pri... Rector, ut vocant, Contubernii eſt ...tus: poſtea & *Ethica* illi atque *Dialectica* ...ofeſſiones demandatæ fuere.

Verùm cùm in eo ſtudiorum genere ſene...re non conſtituiſſet: medendi totum ſeſe ...entiæ dedit: in qua cùm ſtudio incredibili ...quot verſatus annos fuiſſet; eò progreſſus ...; ut ad XVI. kal. Octobr. anno *trigeſimo ...no*, poſt *milleſimum quingenteſimum*, à ...nquam ſatis laudato medico & philoſopho ...cobo Schegkio, docturæ titulo ornatus fue.... Paulò pòſt, cùm *Ioachimus Camera...us* ad thermas, ut vocant, plumbarias ſeſe ...nferret; & Argentorati convivio à naſcen...tum ſcholâ exceptus, nullum medicinæ & ...yſicæ ei eſſe profeſſorem audiret; Haven...uterum eâ fide diligentiâque commendavit; ut à Reipub. illius Senatu & Scholarchis accerſitus, non medicinæ ſolùm profeſſor, verùm etiam urbis phyſicus deſignatus fuerit.

Itaque relictâ *Tubingâ* anno *quadrageſimo*, die Novembris *decimo Argentoratum* venit: quâ in urbe ſcholæ *octennium*, civitati ipſos *quadraginta novem* annos, cùm docendo tum conſulendo eâ inſervivit dexteritate, diligentia, induſtria; ut charus Senatui; acceptus Eccleſiæ miniſtris; ſcholæ profeſſoribus jucundus, probatus civibus; expetitus à nobilibus, baronibus, comitibus, principibus vicinis & remotis fuerit bonique medici exemplum exſtiterit. *Toleutar diu medicinam exercet.*

In docendo diligentiam raram, in curando fidem ſingularem præſtitit. Erat in ipſo præter doctrinam inſignem, ingeniique vim miram acre judicium; nec conſultus, ubi in mentem fortè venerat, medicinam ægris; ſed & morbi antè genus diligenter inquirebat: & valentis conſiderabat conſuetudinem: & corporis naturam cognoſcebat. *Fides in medendo.*

Deinde ſedulitas atque fides incredibilis; ut cùm urgere neceſſitas, ac vitæ imminere periculum aliquod videretur; etiam ſenex jam factus, non vocatus, bis terve interdiu, non rarò intempeſta etiam nocte, ægros inviſeret; *Galeni* hac in re verum ſe diſcipulum profeſſus; quem ſæpiùs die nocteque ad eosdem ægros acceſſiſſe; pernoctare cum illis interdum; domum denique ſuam curandos deducere ſolitum fuiſſe legimus, cùm familiæ & miniſtrorum ei ſuſpecta fides eſſet. Neque hîc vel popularem eſt auram venatus, vel ſectatus aurum; ſed ab omni prorſus habendi, ut & gloriæ alienus cupiditate fuit. Longè diverſus à *Melampo* quodam medico, qui pro Argivarum mulierum curando furore dimidiam regni partem poſcere non dubitavit; fratri quoque ſuo *Bianti* tertiam regni partem impetravit. *Galeni in curandis ægris fidelitas.* *Herodot. l. 9. Melampus medicus avarus.*

Juniores paterno eſt amore ac favore complexus; ſuoque & conſilio & auxilio juvit promtè: à tenuioris conditionis atque fortunæ civibus, parùm; à ſtudioſis pauperculis, aut aliàs literatis, nihil plane ſoſtri loco accepit: ut quod de *Coſmâ & Damiano*, *Pantaleone Nicomedienſi*, *Alexandro Phryge*, medicis præſtantiſſimis, ſed *ἀναργύροις*, Euſebius aliique referunt; de Havenreutero quoque affirmari meritò potuerit. Erat præterea in ipſo timor DEI *ἀνυπόκριτος*; gravitas morum & ſanctitas; juſtitia in omni officio; prudentia in omni conſilio; in egenos liberalitas prolixa; quæ etſi nonnullis interdum nimia videretur: intermiſſa tamen ab ipſo fuit nunquam. *Ἀφιλάργυρος Havenreuter.* *Pietas ejusd.* *Liberalitas.*

In hac pietate & temperantia vitæ ad annum usque *octogeſimum primum* progreſſus eſt; ita quidem ut & ſano corpore, & mente firmâ & integris ſenſibus uteretur, eaque in re cum medicorum coryphæis *Hippocrate & Galeno* conferri poſſit: quorum ille Lariſſæ annos natus *centum & * quatuor* exceſ-

excesſiſſe è vitâ: hic centum * quadraginta viviſſe annos; ſolâque defeciſſe ſenectute dicitur.

*Alii centum & novem.
*Suidas autem eſt, tantummodò annos vixiſſe ſeptuaginta.

Quinque uxorum maritus Havenreuter.

Nec in poſtremâ vitæ ejus felicitate illud ponendum eſt: quòd uxores nactus eſt, ut ille ait, bonas, bonis prognatas, & verè mariti ſui coronas; *Annam Konigin*, Joann. Jct. filiam; *Margaritham Bechereriam*, ex honeſtâ Becherorum familia: *Annam ab Odrazheim* Joannis XIII. viri Argentorati filiam; *Apolloniam Ruelinam*, quam viduam duxit ingraveſcente ætate, quòd prioribus maritis omnia fidæ uxoris graviſſimis in morbis præſtare eam officia animadvertiſſet. *Annam deniq; à Drukheim*, è conſulari familia oriundam.

Amici ejusd.

Amicos præterea omnes propè ſui ſeculi doctos viros habuit: expertus eſt promtam clementiam *epiſcopi Argentoratenſis*; *Eraſmi Georgii* ducis *Lunæburgenſis & Brunſuicenſis*; *Philiberti* Marchionis Badenſis gratiam prolixam: benignos & munificos in ſe ſenſit comites & barones; inter nobiles verò plurimos.

Obitus

Abſumtus tandem eſt tardiſſima ſenectute; ut leni languore atque ſopore, cùm quadam quaſi naturæ voluptate, ipſa corporis diſſolvi coagmentatio viſa ſit. Contigit ei beata hæc ἀνάλυσις anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo nono*; ætatis, ut diximus, *octogeſimo primo*. Elatus eſt funere ampliſſimo, memoria meritorum apud bonos æterna relicta.

Joan. Ludov. Havenreuter.

Filium itidem reliquit *Joannem Ludovicum*, philoſophiæ ac medicinæ Doctorem, nec non phyſices & organi in Academia Argentoratenſi profeſſorem, ſcriptis clarum ſcholæque illius lumen & ornamentum.

Scripta.

Præter *diſputationes* pater pauca edidit: ſunt tamen ejus doctrinæ, candoris, & induſtriæ teſtes viri egregii quàm plurimi, qui docentem audierunt.

Sunt & ὑπομνήματα *medica*, ob doctrinam atque methodum longè utiliſſimam luce digna *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo nono*, ætatis, ut diximus, *primo & octogeſimo*. Elatus eſt funere ampliſſimo, memoriâ meritorum apud bonos æternâ relictâ.

Hæc de Sebaldo Havenreutero *ex orat. parentali, quæ exſtat tom. 2. orat. Melch. Junii.*

✠ 1590. die ... Sept. ætat.

JACOBUS THEODORUS TABERNÆMONTANUS.

Tabernæmontanæ, Bergzabern.
Hieron. Tragus præceptor Theodori.
Botanicis delectatur Theod.

JACOBUS THEODORUS, à patria Tabernæmontanus dictus: quippe *Tabernis montanis* oppido in ditione principum Bipontinorum natus: adoleſcens uſus eſt, uti ipſe fatetur, præceptore *Hieronymo Trago*, de quo ſupra: qui corporis curandi ſtudium cum animæ cura feliciter conjunxit: id quod ejus de herbaria commentarii teſtantur. Quando autem plerumque diſcipuli magiſtrorum ut mores, ita & ſtudia imitantur ac conſectantur: in iis tantum præſtitit: ut fidem proverbio illi fecerit:

πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

Initiò pharmacopæum egit in oppido Kron vveiſſenburg. Pòſt in Galliam profectu teſtimonium ſuorum in re medica profe ctuum petiit; ac titulo Doctoris eſt ornatu Exinde ad ſuos reverſus medicinam fecit no ſolùm apud plebeios, ſed etiam apud princi pes viros.

Fuit enim à cura corporis Electori Pala no; *Marquardo* item epiſcopo Spirenſi; c annis *octodecim*, & quod excurrit, opera fidemque egregiam * probavit: *Adolph* Comiti Naſſovio Saræpontano. Egit etia phyſicum ordinarium urbis *Vangionum*; & quod ei adſitum *Gymnaſii Neuhuſiani*.

VVormatia *Haidelbergam* commigravit ubi & è vivis exceſſit anno Chriſti *milleſimo quingenteſimo, nonageſimo* . . . . . paren ex terno matrimonio *octodecim* liberorum, inter quos *Joann. Jacobus*, filius natu maxi mus, medicinæ D. primùm Lutreæ poliatru egit: poſtea Haidelbergæ Noſocomio præ fuit. Periit miſerè præceps delapſus ab alta trabe. Alter filius *Phil. Jac.* M. D. *Eberhardo*, epiſcopo Spirenſi à conſiliis medici fuit: ubi & diem ſuum obiit.

In medicina facienda pater Theodorus, extra theriacam & Mithridaticum, pauciſſimi uſus eſt exoticis; domeſticis ſimplicibus contentus: eaque re tantum abeſt ut officinis obfuerit, ut potiùs profuerit; dum frequentiùs, etſi minoris, divenderunt uſitata ac nota; quàm neſcio quæ ignota, transmarina, & ex altero usque orbe importata. Idque fieri longè tutiùs atque utiliùs exiſtimavit. Nam ut aliam nobis naturam & temperamentum; quàm Arabibus, Indis, ac transmarinis hominibus eſſe conſtat: ſic etiam ſtatuit; DEUM herbis noſtratibus, & aliis terrâ noſtrâ naſcentibus, vires indidiſſe noſtris corporibus commodas & familiares: id quod multis ſe experimentis didiciſſe affirmavit. Εὐποϱίστοις itaque & facilioribus potiſſimum uſus, multos graviſſimos morbos depulit. In obſidione Metenſi cùm in caſtris στρατηλάτου ageret, magnam à multis iniit gratiam, quos globis ſclopetorum læſos trajectosve, artemiſiæ ſaltem pulvere curavit.

Cæterum diris tantum non devovit medicinæ illas peſtes, *empiricos*, *Iudæos* medicaſtros, *chirurgos & chymicos* imperitos, quos vernaculè Sudler / Hümpler / Hecken-Aertzte / ſolitus fuit appellare: *aniculas* item & omnia *incantamentorum* genera ac ſuperſtitiones: de quibus hiſtoriolam ipſe alicubi * recenſet ejusmodi. *Rotvilla* oppido vetula quædam diu ex oculis laboravit. Huic amuletum, membranæ inſcriptum, datum fuit: quod illa de collo ſuſpenſum geſtavit; unde paulò pòſt dolore & cruciatu omni eſt liberata. Audito hoc alia vetula itidem ophthalmia laborans; copiam illius amuleti petivit. Id

cum altera præciſè denegaret, ac non niſi ſcribendum ſe conceſſuram diceret: accetiſta, ac ſcholaſtico puero pauperculo, ut membranâ deſcriberet, promiſſis aliquot mulis, tradidit. Qui cùm aperuiſſet; vaoſque ſaltem ductus linearum offendiſſet; ditis verbis quibusdam barbaris, quæ adqui non poterat: ſcripſit tamen, ne mercdulæ faceret jacturam, hæc vernacula: Teuffel ſtech dieſer alten Frauen die gen auß / und ſcheiß ihr in die Lücken/ c eſt, *diabolus huic vetulæ oculos eruat, & lacunas cacet.* His ſchedam complicat, ulæque illi reddit: quæ rata ſe apograum verum habere, id de collo ſuſpendit, ſpe freta brevi ſe quoque dolore omni ratum iri. Et ſanè eventus ſpei reſpondit n omnium admiratione. Verùm re deins patefactâ, muliebris ſuperſtitio omniludibrio fuit. Nimirum ita diabolus, Deo mittente & hominum impietatem punie, ſuperſtitiones alit, & magica remedia firmat: à quibus verè pius Chriſtianus ò abſtinebit: & illud Mantuani, Medici riſtiani, ſequetur: *Medicus non conſulet quæ in perniciem vergant animarum. lius eſt enim nos ſemper ægrotare, quàm DEI contumeliis ſanos eſſe.*

n noſtrum denique Theodorum, medielegantem & pium, exſtat, cl. v. *Pauli liſſi* epigramma ejusmodi:

Herbas Dædala quas humus virentes
Diversâ in regione procreavit:
Non ſolum, Theodore, largus offers
Cunctis; verùm etiam, docens abundè
Vires tot medicaminum recenſes,
Æſculapius alter, aut Apollo.
O quantum eſt! hominem ſalubritatis
Auctorem eſſe homini Deum medendo.

Poſteritati elucubravit parens Theodorus *barium copioſiſſimum*; vivis herbarum, icum, florum, frugum & aliorum additis ibus: cum eorundem qualitatum & virm explicatione, * longo uſu ac labore geſtum: in quo ultra *tria millia* ſunt licium: idque eſt ab aliis auctum & loetatum.

Deſcripſit idem & libro vernaculo, cui tis Waſſerſchatz / *acidarum* in Germaniâ, *ermarum* hiſtoriam, cum methodo utenlis variis in morbis.

Occaſionem hujus theſauri aquarum conendi & congerendi * præbuit ei propriæ tudinis infirmitas. *Baccaræ* enim, in Loingiâ, venenato potu infectus fuit: cujus quiæ cum ſtatis annorum ſingulorum peis recurrerent: *acidularum Schwalbaum*, in Haſſiæ territorio, uſu, tandem nalo fuit levatus.

ſt ejusdem *Tabernæmontani methodus curandi morbum lateralem*: & alia, ndi peſtem.

onſilium item *de curanda febri peſtilen-*, cum dolore capitis & ſimilibus ſymptoibus.

Practica itidem *de cavenda peſte, tam adultis, quàm junioribus, tam pauperibus quàm divitibus accommodata*: & ſi quæ alia, in elenchis librorum inquirenda.

Nobis ſufficiunt hæc, ſperamus & lectoribus benevolis: quæ collegimus *ex ſcriptis ac operibus ipſius Theodori: nec non ex ſchedis M. S. & bibliothecis.*

LEVINUS BATTUS. ☉ 1591 *menſe Aprili.*

FUIT LEVINUS BATTUS Henrici Smetii conſobrinus: utpote natus ex *Bartholomæo Batto & Martina Biſſotâ* ſorore *Catharinæ Biſſotæ*, quæ mater illius Smetii. Hauſit primam mundi hujus lucem anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo quinto*, menſe Decembri. In primâ pueritiâ uſus eſt inſtitutione *Joannis* vel *Jani Othonis*, à quo & Latinæ & Græcæ linguæ primordia accepit.

Inde Antverpiam deductus cum *Joan. Stadio* vixit, eoque monſtrante Mathematices elementa percepit. Hic cum biennium exegiſſet, *Roſtochium* adiit, ibique ſolenne ſuum obtinuit: totidemque annis completis Wittembergenſem in Academiam, uberioris ingenii cultus capiendi, & inprimis magni Melanchthonis Phœnicis noſtratis viſendi causâ, ſe contulit. *Antverpiam ducitur. Inde Roſtochium. Et Wittembergam Renunciatur Mag. art.*

Huic cum induſtriam & profectus ſuos probaſſet: Philoſophorum in ordinem teſtimonio publico fuit allectus, anno *undeſexageſimo*. Inde ad ſuos reverſus privatim Matheſin docuit, quod cum Senatui illius loci innotuiſſet, publicè eandem diſciplinam docere eſt juſſus. *Docet Matheſin.*

Sexennium eâ in provincia verſatus, bello & peſte, duobus atrociſſimis hoſtibus expellitur anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo quinto*; inque Italiam profectus & Patavii aliquantiſper commoratus, Venetiis Doctor eſt Medicinæ ſalutatus. In patriam ergò ubi rediit, Profeſſor Medicinæ publicus deſignatus in Academia illa Roſarum: quo munere functus eſt ſedulò & feliciter tum docendo, tum medendo annis *quinq; & viginti.* *Abit in Italiam. Doct. Medicinæ creatur. Fit profeſſor medic. Roſtoch. Moritur.*

Naturæ tandem ſatisfecit catarrho & aſthmate ſuperatus menſe Aprili, anno *nonageſimo primo*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, Roſtochii.

Vixit in gemino conjugio; reliquitque liberos non degeneres, præſertim filium ὁμότεχνον, de quo paulò poſt. Prior conjux fuit *Anna Pegeltana*: altera *Magdalena Tancariana*.

Perhibet hæc de Batto *Henric. Smetius in parentalibus.*

✝ 1593. d. 4. Jan. ætat. 62. compl.

HENRICUS BRUCÆUS.

ALOSTUM Flandriæ urbs *Henrico Brucæo* obvenit patria, in lucem edito ibi ſub annum *milleſimum, quingenteſimum, trigeſimum primum*. Patrem habuit *Gerardum*, ſenatorii ordinis virum, & *Phœbi ſerta nactum*, ut *Smetius* in parentalibus; matrem verò *Annam Piſſotiam*, matronam honeſtiſſimam.

Gandavi jacit fundamenta. Inde abit in Galliam.

Puer *Gandavum* miſſus, ſub ferula & diſciplinâ *Simonis*, ludimagiſtri ibidem celebris, tyrocinia artium propædeuticarum fecit. Ut primum autem ex ephebis exceſſit in Galliam abiit; atque *Pariſiis* ſtudia eſt perſecutus.

Brugis docet. *Abit in Italiam.*

Exacto inibi *triennio*, *Brugis* adoleſcens adhuc ipſe ætati teneræ præfuit: ſed mox ſcholaſtico pulvere relicto in Italiam eſt profectus, ac *Bononiæ ſeptennium* licet interruptum medicos ejus ætatis excellentiſſimos audivit; præmiumque induſtriæ & laborum ab iisdem doctoribus tulit, inſignibus doctrinæ medicæ illis ipſis brabeutis ſolenni in panegyri ornatus.

Bononiæ Doctor renunciatur.

In patria agit medicum & ſenatorem. *Comitatur ſponſam Parmenſ. in Hiſp.*

Aloſtum ad ſuos reverſus, tum medicus urbis, tum reip. ſenator eſt lectus: atque tam arte ſua, quam conſilio cives ſuos juvit. Ibi tum etiam cùm anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo quinto*, *Alexandro Farneſio* filio *Octavii* Ducis Parmæ & Placentiæ ſponſa *Maria* cum gynæceo adduceretur: Brucæus claſſi fuit additus; qui à cura valetudinis ſponſæ & gynæcei eſſet.

Roſtochium evocatur.

Sexennium itaque *Aloſti* cum onus medendi ſuſtinuiſſet; vocatur à principe Megapolitano; ut *Roſtochii* & matheſin & medicinam publicè doceat atque exerceat.

Ubi moritur.

Hac in Academia viginti quinque annis mathemata frequenti auditorio explicavit: & medicinam magnâ cum laude factitavit: donec ex apoplexia febrim continuam ſecuta, ſexagenario major placidè ſpiritum DEO reddidit, anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo tertio*, die *quarto* Januarii. *Henricus Smetius*, ejus ex *Piſſotia* cognatus, hoc ipſum in parentalibus elogio ornavit. Fuit, inquit, *Brucæus*:

Elogium ejus à Smetio.

Vir probus, humanus: vir candidus, officioſus,
Natura lepidus, ſobrietatis amans.
Moribus ingenuis, affabilis, ore diſerto,
Commiſerans inopes, hoſtis avaritiæ.
Attamē œconomus prudens, & promtus amicis,
Munifico ſtudiis, pauperibusq; animo.
Juſtitiæ cultor fideique, & pectore fortis,
Acris judicio, conſilioque potens.
Dignus Neliden qui Neſtora vinceret ævo:
Gloria Piſſotæ non moritura domus.

Scripſit.

Scripſit *de motu primo* libros tres: & alia, ut idem Smetius;

Ingenii præclara ſui monumenta reliquit;
Queis decus hac ætas, poſteritasq; dabunt.

Henricus Smetius Medicus & Philoſ. in parental.

JOANNES SCHRŒTERUS.

VINARIÆ Saxonum honeſtiſſimo loc *Joannes Schöterus* natus eſt, ſub annum *decimum tertium*, ſeculi *decimi quinti*, pa rente *Petro*, conſule ibidem; matre verò *Dietziorum* florentiſſ. familia oriunda; affi nitate inter alias cum *Gregorio Pontano* JC juncta.

Puer primùm in patriâ ſcholâ, deinde *Naumburgenſi*, longè olim lateque celeber rima, ita ſtudiis invigilavit: facilè ut anim adverti à cordatis poſſet: quænam ab il herbeſcentis indolis teneritate ſeges aliquan do eſſet exſpectanda.

Cùm ergò primam ætatis partem in opt marum artium ſtudio non ſine fructu, exe giſſet; *Wittembergam* abiit; ibique do ctiſſimis viris operam dedit, non in delicii non in in ludis nugisve vernum adoleſcenti tempus conſumens.

Exinde, ut ſitim ſcientiæ expleret, alia etiam regiones adiit: & cùm idoneus jam a docendos alios videretur: præfuit aliquam diu ſcholæ *Stambſenſi*, in *Rhetiæ*, aut utali in *Norici* parte ea; quæ *vallis OEni* hodi nominatur. Hoc in munere ita ſe geſſit: u & ſingularem induſtriam, & morum ho neſtatem omnibus approbarit.

Sed cum ipſe ad majora rectis ſtudiis con tenderet, initio anni quadrageſimi tertii de nuò ſeſe *Wittembergam* contulit: ubi ſu *Luthero*, *Melanchthone*, nec non *Jacobo Mi lichio*, *Eraſmo Reinholdo*, & aliis, ſumma in duſtria dedit operam literis, brevique tan tum in linguarum ſtudio, atque in diſciplin philoſophicis profecit: ut ſupremum hono ris gradum in philoſophia, cum maxim præceptorum approbatione, ſit conſecutus Teſtes ejus eruditionis inter alia ſunt tum li teræ *Melanchthonis*, quibus hunc Schröte rum *Philippo Gundelino* JCto Viennenſi com mendavit: tum libri typis ab eo editi: quo rum in cenſu ſunt:

Liber de arte numerandi, quam Logiſti cam vocant.

Tabulæ Aſtrologicæ, docentes qua via præ dictiones rerum futurarum facilè elici po ſint.

Tum & aliorum ſcripta, quæ ut elimatio & veriora in manus doctorum venirent, ſu induſtria perfecit: de quorum numero fue runt: *Commentaria Ephemeridum Andre Perlachii.*

Aſtrolabium Arithmeticum ejusdem.

Canones aſtrolabii Stiborii.

Demonſtrationes tabularum primi mobil Joannis de Regiomonte.

Demonſtrationes Albionis: canones ejus

Modus projiciendi mortarium Joan. Vo gelini.

Declarationes tabularum directionum.

Compoſitiones varior: inſtrumentor. à vete ribus elaboratæ.

Com-

Compoſitio quadrantis variato horizonte, ccomodati ad omnes elevationes, Exierunt æc cum privilegio *Ferdinandi Romanor. ngar. & Bojemiæ regis.*

Cæterùm anno *milleſimo quingenteſimo, uadrageſimo quinto, Viennam* Auſtriæ abiit, tq; ad medicos ibi excellentiſſimos ſe conlit *Matthiã Cornacem,* Ferdinandi Auguſti edicum; *Franciſcum Emericum* ejusdem onſiliarium; & *Wolffgangum Lazium* reium conſiliarium & hiſtoricum. Horum ſtitutione in addiſcenda medicina uſus; aliuandiu ludo provinciali operam ſuam adxit: inque eo officio, uxorem duxit, vidun *Urſulam è Capitonum* vernaculè Groß= ubt familia: ex qua liberos utriusque ſexus ſcepit.

Deinde ut ad metam ſtudiorum perveni- t; anno *undequinquageſimo* per *Auſtriam Italiam* iter ſuſcepit, & *Patavii* ſub viris ariſſimis, inprimis *Joanne Montano*, medinam ſtudioſè perdidicit.

Ex Italia, anno *quinquageſimo primo*, revers *Viennam*; habitis diſputationibus; & *ello* brevi quidem, ſed erudito ex *Hippoate, Galeno*, & aliis, *de prædictionibus* eo; omnium judicio & ſuffragiis anno ſeenti, die *ſecundo* Januarii, inſignia Doctotus in æde *D. Stephani*, adeptus eſt: & poa in numerum profeſſorum publicè dontium adſcitus; neque multò pòſt à *Mamiliano*, tum temporis Bojemorum rege, aulam accerſitus, medicinæ faciendæ cau: quod ille munus ſummâ fide obiit, & gulari ſolertiâ adminiſtravit.

Quanta autem hic fuerit in exiſtimatione, l inde quivis videat: quòd cùm *Ferdinans Auguſtus*, re deliberata, *Viennenſem uguſtanam* denuò inſtaurare, & modis onibus exornare conſtituiſſet: hunc unum git: qui ruinoſa reficeret: vitioſa emenet: manca abſolveret: docendi rationem ſcriberet: doctores deſignaret.

Quamvis igitur illa in provincia & opibus ilè cumulari, & majores ad honores evehi tuiſſet: ſuas tamen res utilitate publica uit poſteriores, & ab illuſtriſſimo principe *nne Friderico*, Electore Saxoniæ, revoca in patriam; haud invitus paruit; atque xonicas in regiones, Auſtriâ relictâ, non vatim ſe recepit.

Et quamvis interea dum ad iter ipſe ſe acgit, Elector vi morbi * oppreſſus ante fuit: am Schröterum audire aut videre potuit: nen ubi advenit: & Profeſſor in *Jenenſi* ademia, & Ducum Saxoniæ archiater eſt ignatus.

Ut autem ἀρχὴ, quod Græci proverbio dit, ἄνδρα δείκνυσι: ita tum temporis apuit vel maximè: quantum ille cum votatis & ſtudii, tum induſtriæ & facultatis mne officium ſuum, & ad tuendam liteam rempubl. afferret.

At principum quidem incolumitas quanere ei curæ ac cordi fuerit, vel ex eo inigi poteſt: quòd affecta nonnihil principis *Ioannis Friderici ſecundi* valetudine; non ſolùm ipſe ſalutaria adhibuit remedia; & noctes diesque ipſe præſtò fuit: verùm etiam, ne quicquam omiſiſſe videretur eorum; quæ ad recuperandam ſanitatem facerent: longo & difficili itinere bis in *Italiam* profectus eſt; partim ut excellentiſſimorum in Academia *Patavina* Medicorum ſententias cognoſceret: partim ut principi ſuo ad *Aponenſes thermas* abituro à *Laurentio Priolo*, Venetorum Duce, ſalvum, ut vocant, conductum impetraret. Quam legationem ita obiit: ut à Medicis Patavinis *doctrina* excellentis, à *Venetorum* Duce, inſignis *prudentiæ*; à ſuo principe *fidei* ac *diligentiæ* laudem, reportarit.

Fides ejus emendendo. *Patavium proficiſcitur.* *Legatus ad Ducem Venetum.*

Ad Academiam autem Salanam ut veniamus: in ea ille ſtabilienda, amplificanda, & illuſtranda, nihil reliquum fecit. Primum enim ſimul ac eò venit; idonei Doctores ut undique conquirerentur, magiſtratui autor fuit: inter quos & cl. vir *Matthæus Weſenbecius* J.C. & *Janus Cornarius* & *Laurentius Hiel* Medici, accerſiti fuere. Deinde idem effecit: ſtipendia ut ſic ſatis ampla profeſſoribus aſſignarentur: quorundam verò, præſertim Theologorum, augerentur. Denique & ſceptra Academiæ ut eſſent argentea & deaurata: ſigilla item & reliqua ſupellex precioſa; & miniſtro Academico ſalarium annuum: ipſe à magnifica ſuorum principum munificentia impetravit.

Salanam Academiam inſtaurat ſtabilitque.

Cumque oppidum ipſum non ſatis eſſet inſtructum: ut excipiendis hoſpitio honeſto adoleſcentibus, ad Academiam recens plantatam, ex variis Europæ provinciis, confluentibus ſufficeret: non modò ut collegium, Muſarum hoſpitium, exædificaretur, ſumtibus & liberalitate principum, elaboravit: ſed & ipſe ſuo ære multas ædes ad habitandum commodas, exſtruendas curavit aliosque idem ut facerent; ſuo & exemplo & voce invitavit.

Ab illo tempore non tantum apud Principes Saxoniæ archiatri munere functus eſt; ſed etiam profeſſorem egit publicum: quem, ut choragum ordinis ſcholaſtici, collegæ venerari; ſtudioſi juvenes vereri; omnes admirari, & amore complecti non deſtiterunt. Nam & docendo fideliter; & conſulendo prudenter; & agendo graviter; ita de Scholaſtica Repub. eſt meritus: ut ejus gloriam nulla unquam inobſcuratura ſit oblivio, quamdiu veſtigium aliquod illius SALANÆ, ad poſteritatem extiterit.

Auctoritas ejus in Academia Jenenſi.

Ipſe enim à Ducibus Saxoniæ ad *Ferdinandum* Auguſtum miſſus, Academiæ Salanæ privilegia, ope inprimis *Jacobi Jonæ* procancellarii, & *Philippi Gündelini* JC. Conſiliarii, integra impetravit: & eo quidem tempore impetravit; quo id optarent potius boni omnes, quàm ſperarent.

Academ. eiusd. privileg. impetrat.

Ipſe *Rectoratum* ejusdem Academiæ primus geſſit: & novies poſtea eundem cum laude obivit. Ipſe docuit ſolidè: diſputavit acutè: ſcripſit accuratè: dubium ut fecerit; plu-

plusne eruditionis, aut utilitatis commentationibus ac ſcriptis ejus inſit.

Felicitas ejus in medendo.

Medicinam autem per univerſam propè Germaniam eo ſucceſſu fecit: ut omnes, qui noſtris in regionibus intelligentiam ejus habent, ſi in unum conferantur, vix cum Schrötero comparari poſſint: quod veriſſimum elogium nemini moleſtum fore confidimus, niſi forſitan iis, qui ſibi valdè placent ſine rivali. Et quod de *Franciſco Emerico*, Medico Viennenſi celeberrimo, referebat ipſe Schröterus diſcipulus: idem de diſcipulo affirmari poteſt: *ipſum ſimulatque, ingreſſus ad ægrum, & faciem ejus contemplatus eſſet: incredibili ſtatim mentis ſagacitate perſpexiſſe; qualis & affectus vel morbus, & quid porrò agendum eſſet.* Ita illi divina quadam ingenii & naturæ bonitate ultrò id ſeſe offerebat: quod alii magna cura quærunt, quæſitum vix tandem inveniunt.

Franciſci Emerici elogium. Sagacitas in morbis agnoſcendis.

Hinc ille multos percumbentes, & ad πύλας ᾅδου jam conſtitutos, reduxit: & σὺν θεῷ lucis hujus uſura donavit: multos morbos, qui omnem medicinam reſpuere videbantur, εὐπορίστοις pharmacis feliciter depulit & diſcuſſit. Multos ægros, & tantum non animam agentes, ſui nominis ſolùm & præſentia ſua conſpectuque, tanquam Διόσκουρος quiſpiam, recreavit, & priſtinæ valetudini reſtituit.

Abundat divitiis.

His tot & tantis bonis, fortuna, quæ tamen rarò conſiſtere ſolet; inuſitata quadam fide, & conſtantia, reſpondit. Opibus Dei beneficio affluxit: quamvis colligere multò potuiſſet majores: niſi ab omni πλεονεξίᾳ & γλισχρότητι fuiſſet alieniſſimus: ad honores certè emerſit ſummos. Nam *Ferdinandi* Cæſaris autoriate, anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo, equeſtris* ei *dignitas* ſolenni diplomate collata eſt: & tum ipſi, tum ipſius poſteris, aditus factus ad omnia privilegia & jura; quæ nobilium familiarum propria ſunt: adeòque ad feuda, non ſecularia modò, ſed & eccleſiaſtica, eaque tum ſuperioris, tum inferioris ordinis. Deinde ejuſdem *Ferdinandi* Auguſti autoritate ac juſſu, *Patavii* anno *ſeptuageſimo nono*, in illuſtri *Auſtriæ* ac *Germaniæ* baronum aliquot, & plurium aliorum nobiliſſimorum hominum coronâ, ipſe cum filiis, *Comes Palatinus* eſt creatus.

Honores Schrotero habiti, 1. equeſtris ord. donatur 1557.

2. Comes Pal. creatur 1579.

Liberi ejusdem.

Quin & in conjugio felici & fœcundo, quæ præcipua beatitudinis humanæ pars eſt, liberos ſuſcepit ſibi planè ſimiles: ut uno verbo dicamus omnia, qui verè παῖδες ἐσθλῶν, ut Aſclepiadæi quondam vocari ſolebant, eruditionis, virtutis & felicitatis paternæ jam pridem adierunt hæreditatem; & non tantum Salanæ ſcholæ; ſed toti patriæ multum profuerunt.

Wolfgang. Schroter.

Nam maximus natu filius *Wolffgangus* Juris Licentiatus, fuit primum Comitum *Mansfeldiorum* Cancellarius: deinde *Joachimi Friderici*, Archiepiſcopi Magdeburgenſis & Adminiſtratoris, in Salinis Saxonicis Conſiliarius, immaturâ morte, anno ætatis *trigeſimo quinto* è vivis ſublatus.

Alter *Philippus Jacobus* Medicinæ Doct. & Profeſſor Jenenſis Academiæ.

Tertius *Joannes Fridericus*, quem ipſe ſingulari affectu proſequebatur, adoleſcentulus admodum ſummo philoſophorum honore ob feliciſſimos profectus eſt ornatus, ac deinde *Doctor Medicæ artis Baſileæ*, anno ætatis *viceſimo primo*, renunciatus. Hic cum Jenæ philoſophiam Ariſtotelicam, & medicinam Hippocraticam magnâ cum laude ſuâ, Academiæ ornamento; juventutis ſtudioſæ emolumento, docuiſſet; anatomen edidiſſet; commentariis Hippocratem illuſtraſſet: *Budiſſinam Luſatiorum*, evocatus, patre diſceſſum ægrè ferente ac non probante, abiit: ubi cum *quinquennium* egiſſet: & reditum ex *Luſatia* in Saxoniam ad patrem pararet, non ſine dolore civium & nobilium ejus regionis: filio in terris peregrinante, pater in cælum è terris interea, ut mox dicemus, migrat. De hac ejus εὐτεκνίᾳ ita *I. Poſthius*:

O te felicem viridi, SCHRöDERE, ſenecta!
Sentire tanta gaudia
Cui datur: ingenii præſtantis acumine natus
Reſidens cathedra ut publica
Antiqui referet præcepta obſcura magiſtri:
Stagira quem olim protulit.
Præcepta illa, inquam, ſenibus vix pervia lingua
Utraque juvenis explicat
Egregius, magna juvenum ſtipante caterva:
Rebuſque de graviſſimis
Diſſerit utiliter, dum multa recondita pandit
Philoſophus & Medicus bonus.
Quæ patri, è nato major queat eſſe voluptas?

Tandem cùm aliquot ante obitum annis, temperamento, quod ei aliòqui naturâ ſat firmum obtigerat, ætate & laboribus fracto, præter alias moleſtias crurū etiam tumore laboraſſet anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo tertio*, ætatis ſuæ *octogeſimo* ſub finem menſis Martii, qui ſenibus fatalis eſſe ſolet, aſthmate primum tentatus, accedente eriſypelate οἰδηματώδει & ſuccedente inſuper gangræna, finem vitæ ſuæ appropinquare ſenſit: quem ille non tantillum quidem exhorruit: ſed ardentiſſimas inter preces & aſſiduam Filii DEI invocationem, animam efflavit; & vitam hanc mortalem cum illa cœleſti, quæ ſola vita nominanda eſt; feliciter commutavit ultimo Martii; cum *Jenæ* docuiſſet *ultra annos triginta*, vixiſſet ferè *octoginta*. Biduò poſt corpus ipſius, magno Academiæ, civitati & bonorum omnium cum luctu, elatum atque in æde ſacra honorificè eſt ſepultum, concionem funebrem habente *D. Georgio Mylio*.

Fuit vir verè χρηστός, & cui ſemper in votis, quàm plurimis prodeſſe: adeò ut nulla re tantam caperet voluptatem; quantam e ſublevatione ſtudioſorum eorum adoleſcentum; quorum conatibus obſtaret res anguſta domi. Ægrotantibus quibusvis opem ejus expetentibus, indefeſſa ſolicitudine, promptiſſimoque ſtudio præſto fuit, omnibus etiam pauperrimis: ac peſtis tempore, anno *ſexa-*

geſimo

ſimo ſexto, ſchola diſſipata ipſe in oppido bſtitit: & quos potuit ſua opera ſubleva- t. Itaque quod de patre ſuo *Joſephus Sca- ger*, idem de hoc Schrötero prædicare verè oſſumus: SI PRISCORUM ILLORUM EROUM ÆTATE TANTA FELICI- ATE MEDICINAM EXERCUISSET: UPRA ÆSCULAPIUM CULTUS FU- SET.

Amicitiam literariam coluit cum omnibus æ ætatis doctis clarisque viris; non ſolùm Germania, patria communi ſed etiam extra m, cum *Italis, Gallis*, aliis: quod ultrò ci- oque literis datis teſtati ſunt. Repertæ e- n ſunt ad eum literæ amoris & officii ple- ſſimæ; Philippi *Melanchthonis*, Davidis *ytræi*, Pauli *Eberi*, Andreæ *Freihubii*, Caſ- ris *Crucigeri*, Ludovici *Grempii*, Joannis *chardi*, Franciſci *Burcardi*, Georgii *Pon- ni*, Simonis *Schardii*, Joann. Ambroſii *aſſicani* JC. Conradi *Geſneri*, Julii *Alexan- ini*, Thomæ *Eraſti*, Matthiæ *Cornacis*, Fran- ci *Emerici*, Guilielmi *Aragoſii*, Hieronymi *ercurialis*, Julii Cæſaris *Arantii*, Jacobi *ilichii*, Wolffgangi *Lazii*, Theodori *Zuin- ri*, Wolffgangi *Meureri*, Joannis *Nævii*, ſparis *Pterbachii*, Joannis *Aicholtzii*, Ca- ris *Peuceri*, Joachimi *Rhetii*, Eraſmi *Rein- di*, Georgii *Tanneri*, Huberti *Langueti*, eronymi *Wolfii*, Guilelmi *Xylandri*, Jo- imi *Camerarii*, Joannis *Stigelii*, Franciſci *olominei*, Antonii *Perſii*, Juſti *Lipſii*, Guil- i *Poſtelli*, Joannis *Oporini*, Petri *Pernæ*, eſti *Vogelini*. & aliorum.

n conjugio vixit gemino, primùm cùm *ula*, Viennæ ut diximus, ducta: deinde *harinâ*, *Baſilii Monneri* JC. & profeſſo- enenſis, vidua.

Commendavit denique & memoria nomi- ſui, & Salanam illam Academiam multis præclaris ingenii monumentis, ad poſte- em. Sunt enim in promtu *ſcholæ* ipſius *dicæ*, exceptæ ab auditoribus, expetitæ m ab aliis.

unt ejus *theſes* plurimæ *de diverſis ac dif- imis materiis* propoſitæ.

Eſt ipſius & luculenta & erudita *explicatio atura contagii & peſtis*: quam ipſe edidit: uditi certatim expetiverunt.

Hanc ſecutus eſt *liber Germanicus de peſte*, uoties tum Jenæ tum Lipſiæ recuſus.

Conſtat inſuper eum integros *de peſte com- tarios* inſtituiſſe: ſed per alias occupatio- ac meditationes non abſolvit.

Viennæ edidit & *tabulas* illas *aſtrologicas*, uibus ſupra.

t *Typum* ex *Hippocrate, Galeno, aliisq;* bo- *auctoribus*: per quem cognitis *ex motu* curſu *ſyderum* mutationibus anni, uno in- u de *futuris* inde *morbis quivis prædicere* t.

Exſtat denique in SCARABÆUM Genti- m nobilis Schröterorum familiæ inſigne tetraſtichon:

oris haud magni volucris Scarabæus, honore
ilarum fertur par Jovis alitibus:
Teq;, Tuamq;, domum Schrötere, *Heroibus æquat*
Ingenium; & toto dedita fama polo.

Debentur hactenus de Schrötero narrata *Zachariæ Brendelio Med. D. & Profeſſ. Jenenſi: Parergis J. Poſthii: Bibliotheca Geſneri: aliis.*

JOANNES OPSOPÆUS.

Θ. 1596. d. 23. Sept. ætat. 40.

Communem *Joannes Opſopæus* cum Phœnice illo Germaniæ *Philippo Melanchthone*, habuit patriam anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſexto*, die *viceſimâ quintâ* Julii, *Brettæ*, Palatinatus inferioris oppido, natus. Pueritiam in patriâ egit; poſt jactis primis literarum fundamentis ſub *Friderico* tertio Palatino Rheni Electore, *Neuhuſium*, in Vangionibus Gymnaſium illuſtre, anno *ſexageſimo quinto* apertum, venit: ibique Præceptore *Fortunato Crellio* Italo, Philoſopho eleganti, uſus, tantos fecit progreſſus, ut dignus habitus fuerit, qui ad publica Academiarum acroateria admitteretur.

Bretta patria Opſop. *Neuhuſianum Gymnaſium apertum 1556.* *Fortunatus Crellius Præceptor Opſopæi.*

Haidelbergæ igitur in *Collegium Sapientiæ* receptus, cùm alios Profeſſores, viros in ſuo quemq; ſtudiorum genere ſummos, tum *Zachariam Urſinum*, Theologum juxtà & Philoſophum eximium, qui tunc collegio illi præerat, ſedulo audivit. Anno autem *ſeptuageſimo ſexto*, rebus humanis *Friderico Tertio*, pio & pacifico Principe exemto, cum alumni Sapientiæ plerique ob religionem dimitterentur: ipſe *Francofurtum ad Mœnum* ſe contulit, & in celeberrimo *Wecheli* Typographeio cum & Latinæ & Græcæ Linguæ eſſet peritiſſimus, operam ſuam *duos ipſos annos* corrigendis operarum erratis locavit.

Item Zacharias Urſinus. *Venit in VVechelianum Typographeum*

Verùm cum ad altiora animus generoſus adſpiraret, patriâ relictâ in Galliam Wechelios eſt ſecutus, & Lutetiæ Pariſiorum, ubi bis propter religionem in carcerem compactus, bisque eſt liberatus, *ſexennium* commoratus, medicinæ totum ſe dedidit: in quâ tantum profecit; ut ad ſuos per *Britanniam, Bataviam, Zelandiam*, reverſo, medicinæ Phyſiologices profeſſio fuerit *Haidelbergæ* demandata. Hoc in munere dum verſatur, accidit, ut *Fridericus IV.* Elector Palatinus Ambergam Superiores Palatinatus Metropolin, abiret; quò cum *Joannes Poſthius*, archiater Palatinus, ſequi, ob valetudinem ſequiorem non poſſet, Opſopæus, illuſtriſſimi Principis arbitrio in illius locum electus eſt. Ambergâ autem cùm primum domum reverſus eſſet, ægrotare incepit, eoque morbo, anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo ſexto*, die *viceſimo tertio* Septembris, ſtylo veteri, exſpiravit, ubi per ſeptennium egerat Profeſſorem Botanicum.

Abit Lutet. *Reverſus deſignatur Profeſſor Haidelberg.* *Ambergam cum ſuo Principe abit.* *Inde reverſus morbo corripitur. Quo moritur.*

Fuit Philologus & Medicus peritus, cujus extant *Hippocratis Coi*, medicorum principis, *Juramenta*, *Aphoriſmorum ſectiones octo*; *Prognoſtica Porrheticorum* libri duo:

Scripta.

Coacæ præſagia, in quibus Latinam verſionem plurimis locis emendavit, ſuperfluentem amputavit, deficientem ſupplevit: Græcis vocibus interdum pro Latinis, ſed ambiguis, ſubſtitutis.

Tum è *Celſo* optimo & fidiſſimo Hippocratis interprete, quæcunque (parſim) in ſuos libros retulerat, excerpſit: denique varias ex *Galeno, Erotiano*, & M.S. codice lectiones depromtas adjecit.

Epigramma in Opſopæum. Extat in eum tale *Joannis Poſthii Germersheimii* & archiatri Palatini epigramma:

Bretta dedit magnum ingenio & pietate Philippum,
Qui fama Eois notus & Heſperiis;
Illa eadem te, Jane, tulit felicibus aſtris,
Hoppocrati ut ferres ingenioſus opem.
Cujus ſcripta ferè in tenebris neglecta jacebant;
In lucem ſtudio nunc rediere tuo.
Iſtis macte animis: debetur prima Philippo,
Altera Tu patrii es gloria, Jane, ſoli.

Simon Opſopæus frater Joannis. Fratrem reliquit *Simonem* anno *ſeptuageſimo ſexto*, in feſto Epiphan. poſthumum natum, patre menſibus duobus ante peſte extincto. *Ejus curriculum.* Puer à matre pia, è Francia orientali in Palatinatum per matrimonium traducta, religionis orthodoxæ ſtudioſiſſima fœmina, primum patriæ Scholæ magiſtris erudiendus eſt traditus: poſt à fratre iſto *Joanne Haidelbergam* vocatus, in pædagogeo Electorali pietatis & artium jecit fundamenta. Inde ad publicas admiſſus lectiones Academicisque honoribus ornatus, cùm ingenii pollere tacumine, gravioribus id medicinæ ſtudiis fratris exemplo, excolendum putavit.

Dat operam medicinæ. Philoſophiæ igitur probè locatis fundamentis, *ſine quibus* de Galeni ſententiâ, *nemo medicus bonus dici poteſt* Haidelbergæ & Marpurgi ſedulam medicis operam dedit.

In Italiam abit. Poſteà uberioris medendi facultatis comparandæ causâ in Italiâ ſe contulit: ac *Patavii* biennium amplius magni nominis medicis, virisque experientiſſimis, Præceptoribus *Medici ibi præceptores ejus.* uſus *Hieronymo Fabricio Aquapendente, I. Thoma Minadoo, Hercule Saſſonia, Æmilio Campilongo, Franciſo Campana, Julio Caſſerio*, & aliis, ad ſcientiam medicam fecit acceſſionem præclaram.

Ipſe præter reliquos commendavit *Aquapendentem* ſenem, à quo ad ægros, quos curabat, humaniter fuit admiſſus: & *Minadoum* virum admodum comem, quem in Noſodochia cum aliis ad ægros viſendos fuit ſecutus.

Ante reditum in patriam ex Italia, *Noſocomia, hortos, viridaria, pharmacopolia* præcipuarum Italiæ urbium perluſtravit: & inprimis *chirurgiæ* corporumque ſectionibus diligentem operam navavit. *Chirurgiæ peritus.*

Inſigni ergò ſcientia ac peritia auctus domum revertitur: ubi doctor renunciatus *Exercet medicinam.* in aula, in urbe & extra eam in locis finitimis, medicinam, cum approbatione omnium ordinum, factitavit: qui ingenii ejus acumen, medendi peritiam, fidem, felicitatem, morum amabilitatem ac ſuavitatem, cum συμπαθείᾳ conjunctam Chriſtiana, uno ore laudant la dabuntque.

Anno deinde *ſexcenteſimo, decimo quar* in profeſſorum medicorum Haidelberg. n merum cooptatus: rector Academiæ ann *decimo ſeptimo* creatus: & tandem *D. Wo gango Loſſio* viro & medico doctiſſimo demo tuo, in ſecundi profeſſoris medici locu ſurrogatus eſt: ſed quem ipſe fatali mor impeditus, obire non potuit.

Nam cùm naturali hepatis imbecillit laboraret: ex ejus obſtructione menſes f quinque decubuit: donec variis ſucceden bus ſymptomatis diarrhæa, eriſypelate, tu ac deſtillationibus, mortalitatem cupi & placidè exuit, anno *ſexcenteſimo, deci nono*, die *quarto* Junii, cum vixiſſet ann *quadraginta tres*, menſes *ſex*, dies *quatu*

Fuit medicus & ipſe elegans: quique n gis aliorum, quàm ſuæ ſalutis haberet rati nem, & vix unquam animum relaxaret.

Scriptorum, quantum ſcimus, reliquit ditum nihil, ægrorum curatione ſemper o cupatus.

Eſt quidem pulcrum cenſendum, & pr ſenti & futuræ ætati prodeſſe: ſed quod co junctum vix reperias: Alterum enim du fit, alterum ferè omittatur oportet.

Et hæc de duobus fratribus medicis *ex Poſthii parergis: oratione & programmate f nebrib: Geſneri bibliotheca.*

PETRUS FORESTUS.

ALCMARIÆ hic natus, anno *milleſim quingenteſimo, viceſimo ſecundo*; p rentibus claris; patre nimirum ex nobiliſſin & antiquiſſima Foreſtorum familiâ oriund ibique non minimâ primæ ætatis parte in h manioribus literis conſumtâ, *Lovanium* ta dem graviorum ſtudiorum causâ profectus e Ibi per aliquod tempus hærentem, nec u lum ſtudiorum genus certum adhuc deliger tem, variæ cogitationes retardarunt: cù præter alios pater ipſius *Jordanus Foreſtus* legum ſcientiam ipſum adhortaretur. Se hæc cùm ipſi difficilima videretur, ob ta tam & auctorum & opinionum varietaten ipſeque à litibus, quibus diſceptandis dir mendisque juris cognitio perpetuo eſt occu pata, abhorreret, eâ cogitatione abiect tandem medendi artem, ad quam natur quodam inſtinctu propendebat, ſectar dam ſibi propoſuit. Noluit tamen ejus ſtu dium citra patris conſenſum amplecti. Pro inde cùm *Petrus Nannius*, Latinæ linguæ a pud Lovanienſes Profeſſor, civis & præcep tor ejus, per literas patri ipſius hoc ſuaſi ſſet; annuit tandem, ac filio, ut pro ani mi ſententiâ medicinæ operam daret, per miſit.

Cùm itaque animum ad eam artem appu liſſet; & ex Galeni doctrina intellexiſſet *omnes ingenuas artes partim ratione, partin*

expe

xperientia comparari: exiſtimavit ſibi cum octiſſimis & exercitatiſſimis medicis eſſe verandum, ut non modò artis theoriam, verùm & τεκμαρσιν rectè poſſet adipiſci. Quamobrem cùm Lovanii *quadriennium* ampliùs heoriæ inſudaſſet ſub *Hieremia Brachelio*, hiloſopho ac medico inſigni, & aliis haud ontemnendis medicis, eo tempore medicanli ſcientiam ibi profitentibus: tandem Itaam acceſſit, ut praxin artis à doctoribus peitiſſimis tam *Bononiæ*, ubi Doctoratus inſigia eſt conſecutus, & *Patavii*, quàm *Romæ*, liisque in locis celebrioribus perdiſceret: uo etiam illa, quæ apud eos circa ægros obervarat, aliquando in uſum produceret. Inerpræcipuos tum temporis Romæ erat *Giſſiertus Horſtius Amſterodamenſis*, magni noinis medicus, cujus non rarò in ſuis obſeratiionibus meminit: qui *noſocomio Mariæ onſolationis* præerat: Bononiæ verò *Beneictus Faventinus*, *Jacobus Erigius*, qui *noſoomii mortis*, quod vocant, curam gerebat, inter alios vel primo loco nominandus *lideus*, practicus inſignis & medicus *noſocoiivitæ*. Patavii verò *Andreas Veſalius* anaomicorũ ille princeps. His omnibus Foreſtus ropter diligentiam ac fidem acceptiſſ. fuit, ùm igitur iſtis in locis apud iſtos præſtantiſnos medicos, & alios non minùs celebres, os plures exegiſſet: ægrotantes non paucos iiſdem feliciter curatos vidiſſet: ac ſimul uæ ad praxin ſpectant ſtudioſè obſervaſſet: edere illum peregrinationis porrò cepit, ac loco certo cogitare, ubi vitæ reliquum aeret; honoremque & opes ex arte ſua hoſtè quæreret. Quo factum, accedente doorum hominum conſilio, ut relictâ Italiâ Galliam abiret; in eaque Lutetiam: ubi imum menſes aliquot inter amicos & notos edicinam factitavit: cùm humaniſſimè experetur à *Vido Vidio Florentino*, regio per temporis medico, cui ab Italis præceptobus erat commendatus.

Neque minùs gratus fuit *Jacobo Sylvio* ofeſſori Regio, cui tum temporis Galenum facultatibus ſimplicium medicamentorum ælegenti, quædam ſimplicia atque herbas bminiſtravit, quas ipſe partim cum aliis vis doctis, partim cum *Valerio Cordo* juvene ctiſſimo (quo cùm Romæ conjunctiſſimè xerat; & cui ibidem morienti anno, ut dium, *quadrageſimo quarto* poſt *milleſimum*, *ingenteſimum*, oculos compreſſerat) mano labore diverſis Italiæ locis collegerat. erùm poſtea, eodem Sylvio id ſuadente, liriſque commendatitiis ab eo acceptis, Biigas abiit, qua in urbe annum unum meicinam cum honore fecit.

Tandem patre & amicis crebrò per literas vocantibus, in patriã rediit; ubi civibus ſuis urandis operam ſedulam per *duodecim* anos dedit. Inde ſtipendio honeſto Delphos vocatus, cum peſtis illic graſſaretur, annis *uadraginta* circiter publici medici munus eſſit.

Hic diligentia viri in eo vitæ genere quanta fuerit, vel imperitum latere nequit. Quiſquis enim *numerum librorum*, quos edidit, contemplatur; eum neceſſe eſt indefeſſum planè ingenium admirari. Qui verò *obſervationes* ejus attentè, & cum judicio legerit, alterutrum certè ad ſummæ diligentiæ famam ſatis eſſe, aut tantam negotiorum molem ſuſtinuiſſe, aut volumina tot ſcripſiſſe, proculdubio judicabit. Hoc loco ſilere non oportet, primam in medicina lectionem, & orationem pro laude ejus, in Academia Lugdunenſi per id tempus inſtauratâ cum habuiſſe. *Diligentia Foreſti.*

Cumque jam tantum temporis ſpatium operam ſuam exteris navaſſet; civibus ſuis adhuc nonnihil impertiendum exiſtimavit. Eam ob rem extrema ſenecta non ſine magno Delphenſium dolore, domicilium Alcmariam tranſtulit: Galeni in hoc exemplum ſecutus, qui cùm Romæ optimam vitæ partem egiſſet, ibidemque & honores magnos & gloriam ex arte medica conſecutus eſſet; jam gravis annis in Græciam ſuam abiit. *In patriam remigrat. Galen. Romæ diu egit.*

Ut primum *Alcmariam* venit, certatim expetitus ne minimo quidem civium operam ſuam negavit. Conſilium ejus erat, non tantum honore mortis ſuæ & ſepulcri patriam afficere; ſed re & opera, quod poterat, juvare. Itaque cum patriæ quod debeat, ſolviſſet: etiam animam, quam in ea hauſerat, illic reddidit, anno *milleſimo, quingenteſimo nonageſimo*: ætatis *ſeptuageſimo quinto*. *Foreſt in patria moritur.*

Scripta ab ipſo relicta ſunt hæc: liber *de incerto urinarum judicio*: quo Uromantes ad perniciem multorum ægrotantium utuntur. *Scripta ejusd.*

Ejuſdem *obſervationum & curationum medicinalium* libri triginta duo.

De chirurgia libri quinque,

Item *de venenis fucis, & lue Venereâ.*

De tumoribus præter naturam cum ſcholiis:

Epitaphia denique in ipſum exſtant hæc: *Epitaph.*

Τῇδε ποτὶ στήλῃ ὅστις, ξένε, δάκρυα λείβεις,
Παύσασθαι κέλομαι, οὐ χρεὼ ἐστι γόου.
Ὅσσα γὰρ ἔλλαχε μοῖρα κακὴ καὶ γαῖα μέλαινα,
Τοῖσιν ἀνὴρ παύροις γνώριμος ἔσκε βροτοῖς.
Τοῖσι μὲν ἐν γίνωσκε μόγις πτολίεθρον ἐκεῖνον,
Ἢ ὀλίγη πληθὺς τοῖο περικτιόνων.
Λείψανα δ' ἀβληχροῦ θανάτου μέγαν ἀμφιπλεῖται
Κόσμον ἐπ' ἀνθρώπων χείλεσιν ἐζόμενα.
Ἦρα φίλον γαίῃ κατέχει ἔτι πᾶσα φόρεσον,
Ὤλεσε δ' εἷς χῶρος τῷδ' ἐνὶ ναιέταεν.

Manibus magni patrui
JOANN. FORSTERUS, J.C.

A L I U D.

Noris ut hoſpes, oſſa quanti marmore
Sub hoc repoſta ſint viri, ſic accipe:
Sunt illa Petri, è gente quem Foreſtica
Cœli benignior, bono mortalium,
Magni bearat aurâ mente Hippocratis.
Hac, artis uſu fontibuſque Iatricæ
Orbi retectis, ceu perenni lumine:
Jam major annis ſeptuagenario,
Nil mente fractus, hos ut artus exuit.
Deſiderat lugetque civem patria,

Æther recepit: quò fide tetenderat
Famâ relictâ poſteris Induſtriâ.
Nunc hoſpes; quò fata te vocant tua,
Sua gratulatus optimo Foreſtio.

Præceptori amico veteri
PETRUS HOGERBETIUS,
Med. Hornanus, mœrens B. in P.
Ex illuſtr. Hollandiæ & Weſtfriſiæ ordinum Acad. Leidenſi.

⊖ 1597. d. 24. Jun. ſtyl. vet. ætat. 60. curr. Patria.

JOANNES POSTHIUS.

BONO publico *Joannes Poſthius* primum hujus cæli ſpiritum hauſit *Germersheimii*, Palatinatus inferioris ſupra Spiram ad Rhenum oppido, anno à Meſſiâ exhibito *milleſimo, quingenteſimo, triceſimo ſeptimo,* ipſis Idibus Octobris.

Parentes. Patrem habuit virum integerrimum *Joannem*, ejus oppidi civem: matrem verò *Annam Vilmannam* à Zeisheim: quæ paucis poſt partum diebus mortem cum vitâ commutavit. Pater mortuus eſt cùm filius, quem *Triennis patrem amittit.* ſolùm reliquit, *tertium ætatis* annum nondum compleviſſet.

Hic cùm puer inſignia felicis indolis ederet argumenta; annum jam agens *nonum*, inſtitutioni ludimagiſtri in patria committitur. Adultior deinde factus mittitur *Haidelbergam venit.* Haidelbergam ad Nicrum in Academiam vetuſtam & illuſtrē: ubi *Thomas Eraſtus* Medicus & Philoſophus eruditiſſimus, & *Petrus Lotichius*, Poëta inter Germanos ſuo tempore primus, aliique permulti doctrinâ & virtute inſignes viri, tunc agebant.

Ibi igitur anno *quinquageſimo quarto*, poſtquam ſubiiſſet ritum illum, in Germaniæ præſertim ſcholis uſitatum, Depoſitionis, ut vocant, in album ſtudioſorum relatus eſt *Heur. Stolo de quo in Theol. German.* menſe Majo, Rectore Magnifico *M. Henrico Stolone*. Paulò pòſt domum *Dionyſianam* ut tunc appellabatur, ingreſſus eſt: ac *Primus ſtudioſus collegii Sapientiæ Poſth.* inde in collegium *Sapientiæ* primus inter primos ejus alumnos * receptus; ubi magnum illum *Melanchthonem*, anno *quinquageſimo ſeptimo*, hoſpitem elegiâ excepit: quam, **An. 1555. d. 11. Nov.* quod luculentum eſt ingenii adoleſcentis argumentum, integram lubet adſcribere. Eſt *Excipit Melanch. hoſpitem elegia.* autem ejuſmodi:

Clariſſimo viro, pietate & eruditione præſtanti, Domino Philippo Melanchthoni S. P.

Salve Caſtalidum decus & lux alma ſororum,
Salve Teutonici gloria prima ſoli!
Sit precor adventus tuus & præſentia felix,
Rebus & eveniant omnia læta tuis.
Omnibus exſpectatus ades vir maxime, cuncti
Excipiunt merito nomem honore tuum.
Te genuit Clarius; nitidus nutrivit Apollo:
Lactavit proprio docta Minerva ſinu.
Vive diu, venerande ſenex, felicibus annis!
Semper ut humanis rebus adeſſe queas.

Verſus hos coràm cùm Melanchthoni exhiberet, ſequens tetraſtichon recitavit:

Clare Vir, & certè meliori digne Camænâ,
Quæ celebret nomen tempus in omne tuum:
Si tamen ipſe leves non dedignare cothurnos;
Accipias placidâ carmina pauca manu.

Accidit hoc adoleſcentis officium optimo ſeni gratiſſimum; ac tum inter alia *Germersheimum* ſolum ex omnibus oppidis, à Germaniâ nomen retinuiſſe dixit: quod ipſe ſæpe eſſet miratus.

Anno deinde *quinquageſimo octavo* ab inclyto Philoſophorum in Academia Haidelbergenſi ordine, eruditionis ſuæ teſtimonio publico eſt ornatus, menſe Januario: ſub quod tempus optimus & eruditiſſimus vir *Jacobus Micyllus* morte ſcholæ fuit * ereptus. Tantum ergo & inſtitutione & familiaritate doctorum ibi virorum annos *novem* in bonis literis ac diſciplinis profecit: ut cum eruditorum quovis conferri poſſet. Pronus enim in ſtudia & inveſtigationem rerum naturalium ferebatur: ut promtus, ſollers, ac vigilans, quique nulli labori parceret; quò poſſet ad cognitionem abſtruſioris philoſophiæ pervenire. Itaque cùm nullam elegantioris literaturæ partem intactam reliquiſſet: peculiari tandem inſtinctu medicinam elegit, in qua ſe totum exerceret: quod perfecta ejus cognitio ſcientiam rerum præſtantiſſimarum complectatur.

Huic ut feliciori cùm ſucceſſu vacare poſſet: Germaniam relinquens, in Italiam iter ſuſcepit anno *ſexageſimo tertio*, Septembri ad finem decurrente. Stimulabatur enim honeſtiſſimo deſiderio videndi nationes exteras; & converſatione familiari cum doctiſſimis quibusque animum expoliendi. Quippe ut erat ingenio excitato, alacri, aperto & candido, moribusque commodiſſimis: nihil niſi arduum, niſi egregium meditabatur & moliebatur. In Italiam igitur profectus, *Patavii* primùm doctiſſimis in arte medicâ, cui ipſe operam impendebat omnem, ſeſe adſociavit.

Præerat ibi tunc horto ſimplicium *Melchior Guilandinus*, de quo antè, vir longâ experientiâ, & peregrinationibus in Orientem ſuſceptis, celebris, ſingularique comitate præditus.

Cùm hoc adſiduè verſabatur Poſthius, perſcrutans virtutes viresque herbarum: quoque modo ſucci eliciendi, ac quibus morbis applicandi.

Patavii cùm aliquandiu hæſiſſet, ulterius progrediendi ſtudio ductus, *Venetias* Medoaco ſecundo deſcendit, urbem quam non ineptè *Accius Sincerus Sannazius*, cum Roma contendens, *Romam Jovi, Venetias Neptuno* tribuit; hocque verſu epigramma jucundè claudit:

Illam homines dicas, hanc poſuiſſe deos.

Sed & ipſum hexaſtichon tanti eſt: quod integrè huc adſcribatur: cum auctor pro ſingulis verſibus ſingulos centenos aureos retulerit. Eſt ergo tale:

Vidit

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in oris
Stare urbem, & toto ponere jura mari:
Non mihi Tarpeias quantumvis Jupiter arces
Objice, & illa tui mœnia Matris, ait.
Si pelago Tybrim præfers; urbem adſpice utramque:
Illam homines dicas, hanc poſuiſſe deos.

Luſtrata diligenter ea urbe, Adriaticum mare navigans ad *Faletum* naufragium paſſus de vita periclitatus eſt: ſed DEI beneficio ex hac tempeſtate ereptus, *Bononiam* iter convertit. Ubi poſtquam aliquantiſper moratus eſſet, Apenninum trajicens *Florentiam* venit. Hoc in itinere iterum ſummo fuit in diſcrimine.

Nam inter *Scarpariam & Florentiam* cum equo cecidit, retrò volutus per Apenninum. Evaſit tamen ſervatus DEI beneficio prorſus miraculosè. Florentia *Senas* abiit; ubi neceſſitudinem & amicitiam arctiſſimam contraxit cum *Joanne Scorâ & Franciſco Boninſignio* Medico præſtantiſſimo. Neque his contentus, ut erat animo ad poëſin proclivi, [i]n qua tantos jam progreſſus fecerat: ut dul[c]i carminum harmonia omnes in ſui amo[r]em & admirationem pelliceret: *Camil[l]um Falconetum*: Poëtam inſignem, con[v]enit: cumque eo de metrorum varie[t]ate multa ſeriò contulit. Fuit is Falconetus [S]enenſis patria, natura cæcus, Poëta eximius: [...] quod Poſthius hoc epigrammate teſta[tu]r:

[M]æonides fuerit captus quòd lumine, nullam
Hiſtoriis fateor me tribuiſſe fidem:
[Q]uod verò ut credam nunc, imò ut credere cogar,
Efficiunt numeri, docte Camille, tui.
[N]am licet æternâ tua lumina nocte premantur,
Tu tamen æterno lumine digna canis.

Paulò pòſt *Romam* profectus, nihil priùs [ha]buit, quàm ut cum *Laurentio Gambarâ* [cu]m *M. Antonio Mureto*, aliiſque plurimis [lit]eraris viris, Romæ tunc agentibus, de ſtu[di]is bonarum literarum conferret: & inpri[mi]s cum magno illo & illuſtri tam generis [no]bilitate, quàm doctrinæ, *Fulvio Urſino*, qui [lit]eratorum peregrinorum neminem dimit[te]re eſt ſolitus, quin de eo benè ſtuduerit me[ru]i.

Poſtquam inter Italos biennio integro [co]nſiſſet, & ſolerti indagine, quæcunque in [ill]a florentisſima Europæ parte viſuntur, [pe]rluſtraſſet; Senis anno *ſexageſimo quinto:* [Li]guſtico mari in *Galliam* diſceſsit: qua in [na]vigatione in piratas Turcicos incidens, pa[ru]m abfuit: quin latronum præda factus ad [tri]remes daretur, aut miſera lamentabilique [ſer]vitute reliquum vitæ exigeret. Nautarum [ta]men ſedulitate & tenebris nocturnis adju[tu]m DEUS vento ſecundo ad Maſſilien[ſiu]m portum compulit: ubi aliquot diebus [cor]poris vires, navigatione difficili debilita[tas] refecit. Pericula iſta peregrinationis ſuæ [tum] commemorat, tum alibi, tum in quadam [ad] *Nicolaum Ciſnerum* JC. elegiâ; ubi

Tertia præteriit maturis frugibus æſtas,
Tertiaque autumni terga fatigat hyems:
Ex quo felicem genium medicosque ſecutus
Auſoniæ: liqui te patriosque lares.
Heu mihi quos ſubii, Ciſnere, pericula vitæ
Interea! cœlum quàm mihi triſte fuit!
Eridani teſtor Nymphas magnumque Faletum,
Littoraque illa mei conſcia naufragii.
Teſtes alta tui mihi ſunt Florentia colles;
Per quos præcipiti ſum revolutus equo.
Teſtis Sena potens, ubi de tribus una ſororum
Bis voluit vitæ rumpere fila meæ.
Teſtis Roma mihi multorum cauſa malorum,
Quæ nocuere quidem: ſed meminiſſe juvat.
Teſtes æquorei fluctus, ubi puppe citatâ
Vix rapidas fugi, corde tremente, Getas.

Periculo Poſthii in itinere.

Viribus *Maſſiliæ* refectis *Montem Peſſulanum*, celeberrimam Galliæ Academiam properavit: ubi auditor fuit *Guilielmi Rōdeletii*, *Antonii Saportæ*, & (in cujus ædibus habitavit) *Laurentii Iuberti*: qui eo tempore medicinam ſummâ auditorum frequentia & laude docebant & faciebant. Monte Peſſulano *Pariſios* ſe contulit: idemque eâ in urbe fecit, quod hactenus fecerat in Italiâ & alibi. Anno tandem *ſexageſimo ſeptimo*, die *viceſimo tertio* Januarii, *Valentiæ* Galliæ Narbonenſis oppido, Doctoratus inſignibus ac teſtimonio eruditionis præclaro, cum *Eliâ Bottigero*, promotore *Jacobo Fabro* eſt ornatus.

Petit Montem Peſſulanum.

Doct. Med. renuntiatur.

Paulò pòſt relictâ Galliâ in *Belgium* diſceſſit: atque in florentiſſima illa Brabantiæ civitate *Antverpiana* ſeſquiennium praxin medicam exercuit; omnibus propter ſingularem doctrinam, ſucceſſum in medicina felicem, facilitatemq; & candorem morū acceptisſimus. Cùmq; eo tempore Belgium variis motibus quateretur ſub Duce Albano: & in armis tum Belgici ordines eſſent: lubitum eſt Poſthio militarem experiri vitam, & in caſtris medicum agere caſtrenſem: ut ipſe his* carminibus teſtatur:

In Belgium diſcedit.

Antverpiæ medicinam facit.

Agit medicum caſtrenſem.

*In poematibus Belgicis.

Auſonium optavi felicem cernere, vidi:
Meq; aluit meſſes Itala terra duas.
Poſtmodo regna optans quoque Gallica cernere, vidi:
Meq; hyemes aluit Gallia docta duas.
Hinc bello ejectum civili Antverpia dvios
Excipit, autumnos nunc aluitq; duos.
Hactenus obtinui feliciter omnia vota,
Auxilio & nutu, maximè Chriſte, tuo.
At nunc vectus equo, Martis ſequar horrida caſtra;
Hoc unum optatis defuit antè meis.
Non equidem ut referam conſperſas ſanguine prædas:
Hoſtis enim nullus me feriente cadet.
Sed potius miſeris languentia corpora morbis
Ut relevem medicâ quâ licet, auxilio.

Ibi ergò locorum cùm eſſet; Germanis mercatoribus, qui ex omnibus ſuperioris Germaniæ regionibus in illud celeberrimum emporium confluunt, facilè innotuit: qui ejus famam longè latèque diſſemimarunt. Inde factum accedente potiſſimum commendatione

 Eraſmi

Eraſmi Neuſtetteri. Ejus commendatione Poſth. VVurtzburgum evocatur. Ibi ducit uxorem.

Eraſmi Neuſtetteri, cognomento *Sturmeri*, Equitis Franci, & doctorum omnium Mæcenatis incomparabilis; ut ab epiſcopo VVurtzburgenſi, duce Franconiæ, *Herbipolim* ad Mœnum evocaretur: qui ei eſſet à curâ valetudinis. Medici ergo primarii locum adeptus, Spartam ſuam ſummâ fide, diligentiâ & induſtriâ ornavit: eoque officio *ſeptendecim* annos eſt functus.

** Natam An. 1549. d. 7. Jul.*

Anno *undeſeptuageſimo Herbipoli* uxorem duxit lectiſſimam virginem *Roſinam*, *Chiliani Bræſameri** filiam. Puella quod eſſet clarís nata parentibus, & ſingularibus corporis animique dotibus exculta, unicè à Poſthio dilecta eſt: quam ipſe deinceps, ad imitationem antiquorum poetarum, doctisſimis & lepidisſimis carminibus, ſub nomine *Blandina*, celebravit: ut teſtantur poemata ejus terſiſſima, quæ hodieque manibus doctorum paſſim verſantur. Ex hac Poſthius dum adhuc eſſet VVurtzburgi, filium * ſuſcepit *Eraſmum*, philoſophiæ & medicinarum Doctorem: *Maria* autem filia adhuc infans VVurtzburgi obiit.

** An 1582. d. 3. Auguſti Eraſmus Poſthius Phil. & Med. D. I. Fil. unic.*

Invitatur Haidelbergam Poſth.

Demum Haidelbergam ad Nicrum, anno *octogeſimo quinto*, accerſitus eſt à principe Palatino: ubi archiatri munere *Ioannis Caſimiri* Adminiſtratoris, & deinde *Friderici IV.* Electoris Palatini, magnâ cum laude annis *duodecim* eſt functus, opibus, honoribus & bonorum omnium amicitia florens.

Moritur Moſbaci. Sepelitur Haidelbergæ. Epitaph. ibi ejusd.

Ad meliorem vitam tranſit *Moſbaci*; quo cum Electoris Palatini conſiliariis, peſtis Haidelbergæ graſſantis causâ invitus, officii ratione profectus erat: anno *milleſimo*, *quingenteſimo*, *nonageſimo ſeptimo*, die *viceſimo quarto* Junii: ſepelitur Haidelbergæ, die *viceſimo ſexto* ejusdem in cœmiterio Petrino: ubi ad templi parietem exteriorem epitaphium modeſtiſſimum ejusmodi legitur:

JOANNES POSTHIUS
FUERAM
NATUS
GERMERSHEIMII
ANNO DOMINI
M. D. XXXVII.
DIE XV. OCTOB.
DENATUS
ANNO DOMINI
M. D. LXXXXVII.
DIE XXIV. JUNII.

Obitus uxoris.

Uxor vidua ſemper vixit, tandemque placido & beato obitu cariſſimum maritum ſubſecuta eſt, anno *milleſimo*, *ſexcenteſimo*, *decimo*, die *viceſimo quarto* Aprilis, in eodem Petrino juxtà maritum ſepulta.

Proſopographia Poſthii.

Fuit ipſe vir comitate & integritate vitæ nulli ſecundus: corpore gracili: ſtatura mediocri: valetudine parum firma: utpote quem podagra ſubinde afflixit:

Amici.

Amicitia uſus eſt ſummorum & doctiſſimorum virorum & optimatum: epiſcopi VVurtzeburgenſis ac Franconiæ Ducis; *Eraſmi Neuſtetteri* Equitis Franci, canonici VVurtzeburgenſis ac Bambergenſis, decanique Coburgenſis, hominis eruditiſſimi, & de literatis omnibus optimè meriti. Præter hunc habuit amicum, Muſis & Apollini cariſſimum, *Nithardum Thungerum*, VVurzeburgenſis eccleſiæ decanum, *Conradum Dinnerum* Acronianum, *Paulum Meliſſum*, *Janum Gruterum*, plurimosque alios inſignes viros, tam eccleſiaſtici quàm politici ordinis: quos ſingulari ſtudio coluit: & à quibus mutua benevolentia cultus eſt.

Cumque nomen ejus per univerſam Germaniam eſſet celebre: & carmen tum in *obitum *Maximiliani II.* Auguſti, tum in *electionem *Rodolphi II.* Imperatoris, ſcripſiſſet: ut doctrina ejus & ſtudium aliqua honoraria mercede compenſaretur: *Rodolphus II.* Auguſtus Romanorum Imperator, laurea poetica ultrò eum donavit, diplomate ſub initium anni *ſeptuageſimi ſeptimi* transmiſſo.

Edidit omnibus doctis laudatisſima poemata; quæ *Parerga poetica* inſcripſit: ac primum gratitudinis ergò magno illi Eraſmo Neuſtettero dedicavit: pro qua dedicatione honorarium, *auream catenam* centum coronatorum accepit. Recuſa ſunt illa & parte altera auctiùs cum *adoptivis* edita, ex typographico Commeliniano.

Exſtant ejusdem *hymni ſuper Evangelia Dominicalia* rhythmis Germanicis compoſiti, & Eraſmo filio inſcripti. Item *obſervationes anatomicæ* ad *Realdi Columbi* anatomiam, & alia ad artem medicam facientia quæ cum plauſu & utilitate medicorum leguntur.

Idem *Iſaaci Iudæi theſaurum ſanitatis* de victus ſalubri ratione, ſive diætis, ex Arabico ante Latinè converſum caſtigavit. Scripſit & *tetraſticha in Ovidii Metamorphoſeon libros quindecim*, additis rhythmis vernacul[is] & præſtantibus arte figuris.

Quæ rudibus docti carminis inſtar erunt.

Editæ ſunt quoq; *Æſopi, Phrygis fabulæ*, elegantisſimis iconibus veras animalium ſpeci[es] ad vivum adumbrantes, *cum Poſthii* in ſin[gulas] gulas fabulas *epigrammatis*. Pluribus etiam proculdubio, ſcriptis nomen ſuum poſterita[ti] commendaſſet: niſi tum proprii, tum alie[ni] morbi, doctas ipſius meditationes impe[d]diiſſent.

Filium, ut diximus, & heredem unicu[m] reliquit *Eraſmum*, natum *Herbipoli* an[no] *octogeſimo ſecundo* ſeculi ſuperioris, die *ter[tio]* Auguſti; qui poſtea cum parentibus *Haide[l]bergam* traductus, in pædagogio & Acad[e]mia ibi ad orthodoxam religionem & art[es] liberales à puero eſt informatus.

Itaque & philoſophiæ prima ac ſecun[da] laurea *Haidelbergæ*; & doctoris medici in[ſi]gnibus *Baſileæ* anno *decimo tertio* poſt *mil[le]ſimum*, *ſexcenteſimum* eſt decoratus; cùm a[n]tea in Italia *Patavii biennium* ferè comm[o]ratus, reliquas ejus regionis nobiliores urb[es] inque iis varia Noſocomeia cum peritisſi[mis] medicis adiiſſet; inque reditu *Galliam*, *An[g]liam*, *Belgium*, quosque reperire inibi [ſ]viros medendi arte excellentes, paternos ni[...]

xii

ximè amicos, luſtraſſet ac ſalutaſſet: ut quæ uſui aliquando ſibi in praxi eſſent, condiſceret.

Domum reverſus de ſuorum conſilio uxorem duxit virginem *Agnetem Breidenbachianam*, è qua triennii non integri decurſu marem femellamq; ſuſcepit: ipſe tamen toto eo tempore, homo licet temperantiſſimus, valetudine uſus infirma, & nulla arte curabili.

Itaque in pia & ardentiſſima Jeſu Chriſti invocatione fatali ceſſit neceſſitati, de glorioſa ad vitam æternam reſurrectione certisſimus, anno *ſexcenteſimo, decimo octavo*, die *viceſimo ſeptimo* Decembris. Illatus eſt honorificè in tumulum paternum, ad valvas templi Petrini: & à *Julio Guilielmo Zincgrefio* hoc epigrammate ornatus:

Fige pedem lector, paulumq́; heic lumina fige;
Natus ubi juxta conditur oſſa patris.
Hoc ipſo felix, ſed & hoc, quod contigit ipſi
Herbipolis patria; Myrtilis inde domus.
Dotibus ingenii variis inſtruxerat illum
Poſt Latiam, Gallus, Belgaque & Anglus, humum.
Inclyta Doctoris titulo Baſilea remiſit
Inſignem civem, Myrtilis alma, tibi.
Jamque iſthæc cuncta in medium conferre parantem
Intempeſtivâ mors fera falce metit.
Ars equidem luctans naturæ denique ceſſit:
Sic tu, ſic omnis cedere diſcet homo.

Paulò ante obitum ſupremum pietatis officium exſolvit, editis *epicediis, in obitum utriusq; parentis ac ſororculæ* à viris optimis doctiſſimisque ſcriptis.

Et hæc de Poſthio patre & filio medico *ex vita M. S. parergis Joannis Poſthii; programmate funebri: bibliothecis aliis.*

PAULUS LUTHERUS.

Qui collocandus poſt Brucæum p. 318.

PAULUS LUTHERUS in lucem eſt editus *Wittembergæ*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo tertio*, die *viceſimo octavo* Januarii, parentibus *Martino Luthero*, heroe illo Theologorum, & *Catharinâ Borâ*, femina nobili. Contrivit pueritiæ annos in domeſtica diſciplina & patria ſchola, ut ſpem parentibus magnam egregiæ eruditionis atque virtutis puer etiamdum afferret. Ex ſchola iſta in Academiam traductus, literas Latinas & Græcas non ex lacunis; ſed ex vivis fontibus, hoc eſt, philoſophorum, oratorum, poetarum & hiſtoriarum ſcriptis, interpretibus *Melanchthone, Vito VVinshemio*, & aliis, hauſit.

Elucebat inprimis indoles quædam ad virtutem, quæ magnanimitas appellatur; tum ad doctrinam eam, quæ vim naturamque rerum explicat, & remedia ad arcendos morbos comparat. Ac ſigna quidem acris animi magnique multa dabat; quibus exſtimulatus pater illum ad gravitatis conſtantiæque laudem pater intelligere poterat. Itaque eò impenſiùs etiam illum amabat, quò naturæ animique vim majorem in illo perſpiciebat. Ad doctrinam verò de natura & de remediorum, quæ corporibus adhibentur, copia, majori quodam impetu, velut Plato de Iſocrate dixit, diviniore animi motu ferebatur. Quocirca etiam parens ingrediendi, perſequendique illius ſtudii, quo natura ducebat, ſi non ſuaſor & impulſor, probator certe fuit. Hisque naturæ donis mirificè delectatus idem pater, in oculis ferebat filium; nec à latere diſcedere patiebatur. Filius contra parentis dicta & facta omnia ſic obſervabat, & amplectebatur: ut ad ſe pertinere eorum imitationem judicaret. Contigit ergò illi id, quod maximè optabile eſt bonis liberis; ut mortis etiam parentis ſpectator eſſet.

Ad phyſicam & medicinam propenſus Luther.

Charus parenti.

Profectus enim cum eo à comitibus Mansfeldiæ accerſito *Islebiam*, tanta cura & ſtudio ei adfuit in morbo; ut in complexu hujus filii pater placidisſimè exſpirarit: & filius extremum ejus ſpiritum exceperit. Factum id cùm ipſe ingreſſus eſſet * annum ætatis *decimum tertium*.

In ejus complexu moritur Anno Chriſti 1546. d. 18. Febr.*

Quemadmodum autem fieri non poteſt; ut exempla paternæ pietatis atque magnanimitatis, in liberos infuſa, non radices agant, & fructum per omnem vitam afferant: ſic documenta gravitatis & conſtantiæ paternæ id in filio effecerunt; ut gravis conſtansque in religionis ſententia usque ad mortem reperiretur. Etſi enim religionem, ut pater, non docuit & propagavit: tamen unam ſemper eandemque profeſſus eſt: nec tueri etiam, ſicubi res poſtularet, deſtitit.

Poſtquam verò in Philoſophia & literarum Latinarum atque Græcarum doctrina longè ad medicam, de Melanchthonis etiam conſilio, artem proceſſerat; teſtimonium publicum ab Academia VVittembergenſi conſecutus; & anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo*, Decano *Jacobo Milichio*, Doctor medicinæ renunciatus eſt.

Renunciatur Doct. med.

Acceſſerat jam ad naturam eximiam ratio quædam confirmatioque doctrinæ. Quocirca præclarum quiddam ac ſingulare inde exſtitit. Primum enim in *Salana* Academia medicinam docere cæpit. Deinde ad curam corporis à ſummis ducibus & Septemviris imperii Romani vocatus eſt. Primum quidem à Saxoniæ ſuperioris principibus in *aula Wimarienſi*, ubi conſilium in providendo, induſtriamque in agendo præclaram declaravit. Permanſit in hac aula usque ad *Gothæ* urbis in Thuringia * deditionem; quamque dederat principi *Joanni Friderico* fidem, eam nec in ipſa obſidionis difficultate, & præſenti periculo fefellit. Toleravit enim forti animo omnes moleſtias, terrores, impetus, & vehementisſimas oppugnationes, quas Martis vis armorumque furor parere ſolet.

Docet in academia Ienenſi.

Eſt à cura valetudinis viris principibus.

** Gotha deditur, an. 1567. die 13. April.*

Redacto verò in deditionem imperii caſtro, in aulam Brandeburgicam electoris *Joachimi II.* tranſiit, factus illius *protophyſicus*, ſive medicus & curator corporis per ma-

Tranſit in aulam Brandeburgicam Luther.

Liberat Elector. Brandeburgic. morbo graviſſimo.

marius. Quo quidem in officii munere verſatus eſt ſingulari animi attentione, vigilantia, & diligentia: & tum integritatem in judicando; tum libertatem in dicendo magis magisque in dies ſingulos oſtendit. Incidit tunc elector annum agens *ſexageſ. quart.* in morbum graviſſimum; qui curam etiam gravem ac ſolertem deſiderabat. Expromſit igitur Lutherus quicquid ex medicorum præceptis ac uſu didicerat: nec eventus eum fefellit. Princeps enim Dei ope & medicorum uſu valetudini reſtitutus eſt, non ſine Lutheri laude & honore. Nec enim teſtimonium ei ſolùm induſtriæ tribuit: ſed & ſoſtra amplisſimâ perſolvit. Nam & *inſignia duo aurea* magni precii illi donavit, cum donantis nominis & cauſæ epigraphe; & pecuniæ inſuper ſummam munificentiâ tanti principis dignam numerari juſſit.

Soſtra egregia accipit.

** Factum 1571. d. 3. Ian. æt. 66.*

Migrat in aulam Saxonicam Luther.

Gratus principi Auguſto Sax. Elect.

Vocato autem tandem ad vitæ * exitum *Ioachimo* II. Marchiam reliquit; & *Auguſto* Saxonum principi electori, operam dedit; inque aulam anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo primo,* migravit. Hic demum omnes profudit vires animi atque ingenii; apertumque jam ſibi eſſe putavit campum; in quo excurrere virtus ipſius atque cognoſci poſſet. Nam ad ingenium, moresque principis tanti, totum ſeſe conformabat: qui ut acerrimo ingenio erat princeps, ingenii vim & ipſe expromebat. Ingenuitatem amabat elector; ingenuum ſeſe præſtare & ipſe in dictis & factis ſtudebat: Simulationem oderat dux: hypocriſin igitur omnem fugiebat & ipſe; malebatque adeò apertè vel odiſſe, quàm fronte ſententiam occultare. Artis amator maximus erat Auguſtus: in arte igitur; quam profitebatur Lutherus, ita ſeſe exercuit; ut omnes ejus partes perveſtigaret, nec quicquam tam abditum, tamque reconditum eſſe putaret, quod aſſequi ſolertiâ, elaborareque induſtria non poſſet.

Elaborat in medicis.

Spagirica & Chymica.

Emergebat tunc in dies illa, quam vocant Spagirica ac Chymica ars; & jam in ipſas etiam principum aulas penetrarat: quin & perſuaſum nonullis erat: vim magnam medendi quibusdam incommodis hominum, ineſſe medicamentis arte iſtâ paratis. Quod ut re uſuque experiretur, Lutherus: operam enixè dedit. Non enim operæ, non ſumtibus parcendum duxit; nec quieſcendum ſibi eſt arbitratus, priusquam intima illius perſpexiſſet; &, ut ſic dicam, medullam & ſuccum cognoviſſet. Nec malè profectò ſtudium & operam eam collocavit. Nam ad rationalem medicinam adjunxit hanc etiam partem; quæ chymica quædam ingenioſè, & artificioſè inventa atque elaborata complectitur: nihil ut eſſet ab ullâ parte, quod non comprehenſum animo probatumque uſu teneret.

Ei dat operam Lutherus.

Medicamenta à Luthero in officinis.

A Luthero igitur in officinas medicamenta complura, ut *unguentum de nitro, magiſterium perlarum, corallorum, aurum potabile,* medicamentum *contra calculum*; item *extracta* plurima ex herbis, *cardui benedicti, ſcabioſæ, angelicæ, pimpinellæ,* & quæ ſunt generis ejusdem recepta. Accedebat huc conſuetudo & familiaritas non ſolùm cum eruditisſimis quibusque medicis; ſed cum ſapientisſimis etiam principibus; quorum prudentia ad majorem exercitationem in ſuâ arte traductus eſt. Non igitur mirum eſt, eum non ſolum artificibus in hac diſciplina æquatum eſſe; ſed ipſis etiam principibus carum extitiſſe: inprimis verò *Auguſto* electori Saxonum; qui ut artem omnem mirificè amavit; ſic artifices etiam magnifecit & decoravit. Hinc factum; ut cum aliis muneribus, tum prædio etiam amplo Lutherus ab eo donatus ſit, & inſigni aureo, quod nomen & faciem Auguſti geſſit. Erat præterea in Auguſto non ſolùm amor, & cura; ſed etiam ardor quidam veræ religionis. Hoc ergò incenſus atque impulſus, etiam miniſtros amabat eos; in quibus liberam ingenuamque religionis Chriſtianæ profesſionem reperiebat. Hoc in genere maximè eminebat Lutherus; utpote cui nulla religio placuit, niſi ea, quam ex fontibus Iſraelis pater ipſius, divino impulſu, hauſit & heroicâ conſtantiâ è tenebris in lucem revocavit. Hanc etiam ut in domeſticâ patris diſciplinâ imbiberat; ſic per omnem vitam retinuit conſtanter.

Proinde ad emendationem eccleſiarum Saxoniæ elect. ſub adminiſtratore *Friderico Guilielmo*, quantum potuit operæ ac conſilii contulit. Nec ei magis in optatis quicquam fuit: quàm ut ſuſpicio defectionis à doctrinâ Lutheri tolleretur. Erat verè παῤῥησιαστής, amans libertatem in dicendo; alienus ab adulationis & adſentationis crimine; & prorſus referens illum Euripidis Rheſum; qui in tragœdia ita de ſe;

Τοιοῦτός εἰμι κἀυτὸς, εὐθεῖαν λόγων
Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.
Talis ſum & ego, rectam ſermonum
Viam ſecans, nec ſum duplex vir.

Ac fuerunt quidem virtutes aliæ in hoc Luthero multæ & magnæ: ſed haud ſcio, an ulla magis in eo ſit prædicanda, quàm hæc ipſa παῤῥησία: qua patri ſimilis maximè videbatur.

Poſt* *Auguſtum*, duci & electori Saxoniæ *Chriſtiano I.* operæ ejus amplius *triennio* deſervierunt. Deinde multam ſalutem aulæ ob religionis ſuſpicionem dicens, *Lipſiam* commigravit; & inter cives, ab anno *octogeſimo ſeptimo*, piè integrèque vixit. Anno autem *nonageſimo ſecundo* ab Adminiſtratore electoratus Saxonici *Friderico Guilielmo*; ad curam tam ipſius, quàm principum pupillorum, ſtipendio liberali & honeſto revocatus eſt.

Tranſegit annos multos in viduitate cum liberis ſuavisſimis: quorum ſex ſuſceperat ex *Anna*, antiquæ & nobilis familiæ *Warbeciorum* in Suevia, anno *milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio* ductâ. Reliquit *filios tres*, quorum natu maximu

nus *Erneſtus*, in Evangelicum collegium
ıonicorum, quod eſt in *Cicenſi* dioeceſi,
optatus eſt: *filias* autem *duas* honeſtiſſime
ocavit, *Mergaretham* quidem *Simoni*
ttſteig Archiepiſcopatus Magdeburgenſis
miniſtro, *Annam* verò nobili *Nicolao*
arſchalck in Oberſchar.

Tandem cùm piè integrèque vixiſſet ſat
; laborantibus ſuccurriſſet: ægris quot-
ot potuit, medicinam feciſſet: in morbum
idit, ex quo convaleſcere non potuit.
anquam enim curam diligentem ſui ipſe
uit; & aliorum medicorum conſilio ope-
que uſus eſt: tamen gravius in dies labora-
; ut non ſine cauſâ ad beatam migratio-
n, commutationemque vitæ totum ſeſe
eparet. Itaq; nihil tam in optatis ei erat;
m ut eò celeriùs moleſto corporis onere
eraretur; quò maturiùs venire in ſinum at-
e complexum Filii Dei, liberatoris ac fra-
s dulciſſimi cupiebat. Quod tandem op-
um tulit: &, *octavo* Idus Martii, anni *no-*
geſimi tertii, paulò poſt horam *octavam*,
hoc ipſo fratre dulciſſimo Jeſu Chriſto ex
turba, & colluvione in cæleſtem pa-
m evocatus atque cooptatus eſt.

Auditæ ſunt, quoad in lecto decubuit,
bræ ejus voces, plenæ ſpiritu & fide Jeſu
riſti. Nec piguit eum ſæpiùs repetere
diſertè declarare; quâ fide mori & accede-
d Chriſtum vellet; nempe ea, quæ eſt
-& locata in uno & ſolo merito Chriſti.
doctrinâ verò de cœnâ ſanctâ omni aſſe-
atione confirmavit; ſe nullam aliam ſen-
tiam probare; quàm eam quæ ex ſancto
verbo, per Lutherum patrem declarata
defenſa hactenus fuiſſet. Qui ſecus ſen-
nt: ab his ſe animo & profeſſione abhor-
aſſeverabat. Elatus eſt funere frequen-
non ſolùm civibus; ſed etiam Academia
ſica mortuo ultimum officium honorem-
e tribuente.

Hæc de Luthero medico *Matthæus Dreſ-*
us in oratione funebri.

GEORGIUS LAUBIUS.

NASCITUR *Georgius Laubius* Auguſtæ,
urbe Imperiali Germaniæ, ferace bo-
um ingeniorum, bonis ac honeſtis paren-
us, anno *milleſimo, quingenteſimo, quin-*
geſimo quarto. In pueritia patrem ami-
nactus eſt tamen vitricum nomine qui-
n, affectu autem & reipſa patrem.

In ſchola patria ſub magiſtro illo celeber-
io *Hieronymo VVolfio* literis operam de-
: atque ita dedit, ut ingenii felicitas &
ointitudo ardori diſcendi reſponderet,
ltisque æqualibus ipſe anteiret. Nam
a arbor, ut veteri verbo dicitur, *ſtatim*
m fructu eſt.

Ex patria in ſcholam publicam, quæ Tu-
ngæ tunc florebat, miſſus, cum *duodevige-*
um ætatis annum nondum impleſſet, ſu-
emos in Philoſophia honores non preca-
riò ibidem conſecutus eſt. Poſtea cùm na-
turæ quodam impetu & ingenio ſuo ad me-
dicinam ferretur: à parentibus, uti ſumtus
neceſſarios ſuppeditarent oravit & exoravit.
Eſt enim parentum liberos honeſtè educare,
ut vel Eccleſiæ vel Reipub. ſuo quiſque loco
prodeſſe aut præeſſe poſſint.

Inſtructus itaque viatico primùm Gallias, *In Galliam abit.*
inque iis celeberrimam illam medici ſtudii
matrem *Montempeſſulanum* adit. Hîc ali- *Et Italiam*
quantiſper commoratus, in Italiam conceſſit
Paduam, *Piſas*, *Florentiamq;* perluſtrare
juſſus. Iſtis omnibus in locis egregium &
operæ & temporis precium fecit: adeò ut par-
tes ei medicandi in Noſodochio quodam Flo- *Medicatur in noſodochio Florentino.*
rentiæ urbis committerentur; ubi quid in
theoria profeciſſet; ipſo opere ac praxi de-
monſtravit. Paulò poſt Doctoris in medica *Doctor medic ſalutatur.*
facultate titulo & honore *Piſis* inſignitus eſt.
Factum id anno Chriſti *ſeptuageſimo ſexto*,
ætatis Laubii anno *viceſimo ſecundo*.

Nec verò prece aut precio, ut ſæpè fit,
in Italia iſtos honores cauponatus eſt: ſed ve-
ris ingenii dotibus inque ſuæ doctrinæ genere
præclariſſimis profectibus. Quos ſane ut *Reverſus medicinam facit.*
primum in patriam rediit, imi & ſupremi
ſubſellii homines, qui de ingeniis judicare
poterant, agnoverunt: ejusque opera felici-
ter uſi ſunt.

Quæ enim in verò medico requiruntur, in *Requiſita in medico.*
ipſo fuerunt eximia. Debet enim medicus
primo *peritus* eſſe trium, *præteritorum*,
nempe unde infirmitas originem traxerit:
deinde *præſentium*, quo in ſtatu & gradu exi-
ſtat morbus: denique *futurorum*, ſitne ſpes
valetudinis recuperandæ.

Alterum, quod in medico requiritur, eſt
diligentia in remediis adhibendis, in ægro
viſitando, & aliis. Denique ſit *fidelis*, bo-
naque fide omnia agat; nec lucri causâ mor-
bum producat.

Principiò autem de parentum conſilio
uxorem duxit virginem *Veronicam Weiblin-* *Uxorem ducit Laubius.*
gerinam, bonam bonis prognatam: anno
ſeptuageſimo ſexto. Vixit cum eâ tranquillè
annos *duodecim*, *quinque* ex ipſâ liberorum
pater factus. Hac mortuâ orphanis impu-
beribus educandis, reique domeſticæ curan-
dæ, tranſiit ad ſecundas nuptias anno *unde-*
nonageſimo ſupra *milleſimum*, *quingenteſi-*
mum, *Joannâ Rhemiâ*, primariæ familiæ vir-
gine ductâ, quacum *octennium* ſine bile exe-
git, eoque amplius; *quatuor* liberis ex eâ ſu-
ſceptis.

In praxi, Phyſici in Repub. Auguſtanâ *Virtutes & mores ejusd.*
munere fungens, ſeu medicinâ faciendâ fuit
fidelis & felix: erga Deum pius: in lectione
Bibliorum adſiduus. In vitâ civili pacifi-
cus, αὐτάρκης: & tam pauperi, quàm diviti
in ſuo officio fideliter præſtò fuit, ac benefi-
cus erga egenos omnes, præcipuè ſcholaſti-
cos, ſi quos bonæ indolis noſſet.

Mortem longè antè condidicit, & ad eam *Meditatio mortis.*
ſe priùs paravit: quàm impetum faceret. Di-
ſtichon enim hoc à ſe factum ſuæ effigiei, in
æs inciſæ, addi voluit:

Mors mihi non mors eſt: quia Chriſti morte redemtus

Non morior: vita eſt mors tua, Chriſte mihi.

* Laert. in Platone.

Quemadmodum autem Plato, ut *, Laertius ſcriptum reliquit, τελευτᾷ ἐν γάμοις δειπνῶν: ita & Laubius, cùm epulo nuptiali intereſſet, derepente doloribus graviſſimis obortis, de menſâ ſurgit; in proximum conclave concedit. Ingraveſcente morbo domum ſuam deportatus, advocatis, duobus amicis præcipuis, uxorem & liberos ipſis commendavit; atque ab eo inter preces exſpiravit, cùm vixiſſet annos *quadraginta tres*. Frequens ipſi funus factum eſt in æde *Ulrico* ſacrâ Auguſtæ, die *decimotertio* Novembris anno ſalutis, *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo ſeptimo*.

Scripta.

Inter negocia publica non neglexit ſtudia privata: ſed in communem medicorum uſum, magnis impenſis in lucem edidit librum, cui titulum fecit *Roſa Anglica*.

Tranſtulit etiam è Latino in vernaculum *commentarios in pſalmos Davidis*, à *Luca Oſiandro* ſcriptos editosque.

E Græca item in Latinam linguam traduxit celeberrimum medicum *Simeonem Sethum*: additurus plura, ſi ſupremo omnium rerum moderatori ita viſum fuiſſet.

☉ 1598. ♂. 11. Oct. ætat. 64.

JOACHIMUS CAMERARIUS.

JOACHIMUS CAMERARIUS, reipub. Norinbergenſis medicus, natus eſt *Norinbergæ*, die *ſextâ* Novembr. *decima* ante meridiem hora anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo quarto*, patre *Joachimo Camerario* Pabepergenſi: matre *Anna Truchſaſſia à Grunſperg*. Utrumque ergo parentem habuit ex familiis antiquisſimis. *Camerariorum* enim inde à temporibus, *Henrici*, quem vocant, *ſancti*, ſuam originem ducit: & non tantùm *Pabepergæ* dignitate & honeſtis opibus clara: ſed poſtea etiam *Norinbergæ* in patriciorum ordinem cooptata fuit: & arma * gentilitia pervetuſta, in templis quibusdam *Pabepergæ* & *Norinbergæ* adhuc oſtenduntur. *Truchſaſſiorum* verò nobilis admodum in Franconiâ familia, ex quâ uxoris Camerarii avus *Ludovicus*, *Othonis* comitis Palatini cancellarius fuit, in ὁμωνύμῳ ejus nepote deſiit. Caſtellum **Grünſperg** in bello Bavarico in Noricorum poteſtatem pervenit.

Camerariorum familia.

* De quibus in vita Joach. patris Cam.

Truchſasſiorum familia.

Grünſperg caſtell.

Pater Joachimus, ut omnium liberalium artium, ita & illius ſcientiæ, quâ ex γενέσεως cujusque fortuna prædicitur, peritisſimus fuit: quamvis plus illi, quàm Chriſtiana pietas patitur, minimè tribuerit. Figuræ, ut vocant, quam huic recens nato filio Joachimo erexit, nihil aliud, præter hunc titulum præfixit: φιλόπονος καὶ πολύπονος: qualem ſanè toto vitæ ſuæ curriculo revera Joachimum medicum fuiſſe, omnes teſtabuntur quibus ille fuit cognitus.

Judicium patris de filio Joach.

Statim à teneris, à doctisſimo patre & præceptoribus domeſticis, inter quos *M. Leonhard. Wolfius*, & *Erneſtus Voglinus*, in pietate & bonis literis inſtitutus, aliquot deinde pueritiæ annos cum fratre Philippo *Porta* in ſchola illuſtri ad Salam, ſub præceptor[ibus] *Eſramo Rudigero* & apud *Philippum Melanchthonem* conſumſit: qui filii loco adeò illu[m] dilexit: ut, cubitum ſe conferens, à nemin[e] niſi hoc Joachimo, veſtes ſibi exui (noti Ph[i]lippi mores) paſſus fuerit. Tanta autem d[i]ligentia Melanchthon & ſtudia & animu[m] illius excoluit: ut ſingularis ac raræ ami[ci]tiæ, quæ cum Joachimo patre ipſi longo tempore interceſſerat, illuſtre præbuerit doc[u]mentum.

Pater apud Melancht. egit.

Adoleſcens, & conſilio patris, & natura[li] inclinatione ductus, ad medicam artem an[i]mum appulit. Itaque primùm *VVittemberga*, poſtea *Lipſiam* reverſus, medicos & i[l]lius profeſſores publicos diligenter audivit: è qu[i]bus fuerunt medici eximii *VVolfgangus Meurerus*, & *Nanius*: de quibus antè.

Paulò pòſt juſſu patris, *Vratislavium* [a]d *Joannem Cratonem*, amicum paternum, [pa]trium poſtea, ut ſupra etiam diximus, Imp[e]ratorum archiatrum, contulit: & domeſticu[s] ejus per biennium fuit.

Nam Crato quidem omnium fortunaru[m] ſuarum incrementa Joachimo patri accep[tum] tulit; Joachimus verò filius poſtea, cùm in a[r]te medicâ excelleret, & magni fieret, Crato[nis] in ſe benevolentiam & fidem prædicar[e] nunquam deſtitit: cùm ſemper illum *præceptorem ſuum* nominare ſoleret.

Juvenis cum patre, ſæpiùs peregrè avoca[tus], to multoties profectus; ex illius conſuetudin[e] quotidiana cum doctior, tum melior evaſit: cùm quidem & equos, quibus uterque naturali quodam ductu ſemper delectatus eſt, l[i]benter curaret: & inter miniſteria domeſtica ſtudia tamen ſua nunquam intermitteret.

In *Italiam* deinde Cratonis conſilio à pa[]tre miſſus, *Patavii* per annum medicos audi[]vit celeberrimos *Fallopium*, *Capivaccium* *Trincavellum*, *Aquapendentem*, alios; fami[]liariſſ. uſus *I. Vincentio Pinello*: non lectione ſolùm audiit, ſed anatomicis exercitiis ac di[]ſputationibus interfuit diligentisſimè. Po[ſt] *Bononiam* profectus, ampliùs anno tum aliis tum *Ulyſſi Aldrovando* operam dedit: ibidem que in reditu ex Neapolitano ac Romano itinere: medicinæ doctor publicè cum applauſ[u] renunciatus eſt, anno *ſexageſimo ſecundo* di[e] *viceſimo ſeptimo* Julii. Interfuerunt panegyr[i] præter alios *Philippus Edovardus*, & *Octavianus* ſecundus *Fuggari*, *Franchinus Montagnana*, *Volcherus Coiterus*, *Georg. Tetzelius* Norinbergenſis, *Nicolaus Crellius* Lipſenſis, *Paulus VVeller* Norinbergenſis.

Interceſſit Joachimo patri cum aliquot viris eruditis in Italia ſingularis amicitia; in[]primis cum *Petro Victorio*, nobili *Florentino*, tota Europa celeberrimo. Illi venientem ad ſe Joachimum filium amantiſſimè complexi, omnique officiorum genere ſunt proſecuti: inprimis optimus ille ſenex *Victorius*; qui ante alios fuit φιλογέρμανος: ut hoc videre eſt, ex illius ad Germanos ſcriptis, & à *Joanne Caſelio* anno *ſeptuageſimo ſeptimo* editis epiſtolis: ex quibus unam ad Joachimum noſtrum, cùm *Patavii* degeret, miſſam,

[m]ari *Peloponneſiaco* navigans, ex contagioſo [m]orbo periiſſet, dici non poteſt, quàm gravi[te]r optimus Camerarius caſum illum tulerit: [n]on tam quod amiſiſſet, quem filii loco pro[p]ter inſignes animi dotes dilexerat; quàm [q]uod reſpub. literaria tanto fructu caritura [e]ſſet, quem ipſo vivo percepiſſet: cùm quidem una cum ipſo obſervationes etiam ho[r]oeporicæ illus interiiſſent.

Atque ut appareat, quàm fuerit cupidus [C]amerarius noſter hac in parte juvandi remp. [n]on exiguis ſumtibus à *Caſparo VVolfio* Ti[g]urino medico, *Conradi Geſneri* bibliothe[ca]m herbariam, & opera botanologica im[pe]rfecta, quæ ille ſupremis tabulis Wolfio [le]gaverat, ſibi coemit. Fuerunt in illa icones [pl]antarum non paucæ ligno inſculptæ, & ad [vi]vum etiam permultæ ſtirpes admodum ac[cu]ratè depictæ, item collectanea quædam βο[τα]νολογικὰ: unde facilè apparuit, pleniſſi[m]am rei herbariæ hiſtoriam Geſnerum me[dit]atum fuiſſe. Ejus igitur exemplo ut Ca[me]rarius propoſiti laudabilis ſpecimen ali[q]uod daret: *Petri Andr. Matthioli* herba[ri]um Latinè & Germanicè, novis figuris & [ob]ſervationibus à ſe illuſtratum, & auctius [e]ditum edidit: quod hactenus ſæpiùs recu[su]m, verſatur in omnium manibus. Colle[ge]rat autem jam plurima quæ ad majus illud [op]us Botanicum, à Geſnero ceptum perfi[cie]ndum deſtinaverat: cui fecerat titulum [ἀνα]πληρουμένων rei herbariæ: in quo potiſſi[mu]m ab aliis ſcriptoribus Botanicis dere[lict]a, vel non accuratè deſcripta, aut delinea[ta,]ipſe pleniùs, additis ſimul pluribus reme[diis] & ſingularibus obſervationibus, longo à [u]ſu deprehenſis tractare decreverat: ſed [fun]ctionis ipſius catenati labores, peregrina[tion]es variæ, valetudinis etiam infirmioris in[co]mmoda, tam præclarum opus ut abſolve[re]tur non conceſſerunt. De *Monocerote et[iam] ſive unicornu* accuratum tractatum com[pos]uit: quem tamen non prorſus ad finem [per]duxit. Cæterum ut facilis prorſus & be[nig]nus fuit: ita multis ſecretiora etiam in re [med]ica & herbaria, ab ipſo petentibus non [dene]dit: ſed liberaliter impertiit: quæ quoſ[dam] poſtea ſibi adſcripſiſſe compertum eſt. [Joa]nni *Poſthio* multa communicavit, etiam [quæ] alii planè arcana haberi volebant: inter [quæ] *remedium contra cancrum, Fuchſii*: quo [ille] ferè ſolo emerſit, & rem fecit: cui ſi *cen[tum] aureos* obtuliſſet: (verba ſunt Camera[rii a]d Poſthium) vix ab eo impetraſſet: fuit [ta]m fortuito nactus.

[Q]uemadmodum autem ſtudiò botanologi[co p]lurimum temporis, quantum ſaltem illi à [cura] quotidiana ægrorũ, & aliis occupationi[bus] reliquum fuit, dare ſolebat: ita etiam a[nim]i cauſa *Centuriam unam ex re herbaria [depro]mtorum ſymbolorum & emblematum col[legit]* & edidit: quibus deinde duas alias, unam [de q]uadrupedibus, alteram *de volatilibus*, ſub[jecit]. Quartam *de aquatilibus & reptilibus* [par]averat: quam ad finem perduxit, & unà [cum] tribus prioribus accuratiùs in lucem, denuò produxit *Ludovicus* filius, JC. Conſiliarius Palatinus. Acceſſit ad ſymbolica illa eò libentiùs: quod picturarum inſignis amator & admirator eſſet; congeſtis non ſine ſumtu multis præſtantiſſimorum artificum picturis, & inprimis in æs inciſis quàmplurimis: qua in re etiam nimium illum eſſe parens Joachimus aliquando cenſuit: cùm petiiſſet ab eo *Petri Victorii* effigiem, ab Italo pictore accuratiſſimè factam: quam & miſſam etiam nunc Ludovicus filius adſervat. *Amans picturæ Camerar.*

Rerum omnium naturalium, foſſilium, lapidum, metallorum, & id genus aliorum rariorum, diligentiſſimus fuit indagator: ut in ipſius Muſæo velut epitomen orbis quis conſpiceret: unde cum viris ſummis, quibus talia curæ, inprimis cum *Ferdinando Imperatore, Joanne Baptiſta Porta*, Neapolitanis, *Franciſco Calceolario* Veronenſi, *Joanne Vincentio Pinello*, *Bernardo Paludano*, *Felice Platero*, & aliis, literarum atque communicationis liberalis perpetuum ipſi commercium interceſſit. *Et rerum naturalium.*

Rei autem ruſticæ valde ſtudioſus fuit: de qua & opuſcula quædam edidit, anno *ſeptuageſimo ſeptimo*, inſcripta magno illi *Eraſmo Neuſtetero*, cognomento *Sturmer*, Canonico Pabepergenſi & Würtzburgenſi, Camerariæ gentis inſigni patrono. Hinc eò impenſiùs prædia non tantùm avita; ſed etiam à ſe emta, coluit: ut poſt dicetur. *Item rei ruſticæ.* *Eraſmus Neuſteter cognomento Sturm.*

A patre, rei equeſtris peritisſimo, hoc habuit: ut & ipſe equos amaret; & plerumque unum atque alterum aleret: ut quaſi gentilitium ſit Camerariis, ut ſint φίλιπποι. Neque verò à viris doctis rei equeſtris ſtudium prorſus alienum eſſe quis exiſtimet: cùm quidem illis, qui in rebus gerendis verſantur; & quibus crebrò peregrinadum eſt; illud veluti ſit neceſſarium: ac neminem magni rectique eſſe animi, judicandum ſit; qui equos averſetur aut contemnat. Certè oraculum, cùm de mulieribus præſtantisſimis, & viris fortiſſimis reſponſum dedit; primo loco equos commemorat; ἵπποι θρηΐκιαι, λακεδαιμόνιαι τε γυναῖκες, ἄνδρες θ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς ἀρεθούσης. Homerus etiam ad gentem δικαιοτάτων ἀνθρώπων, ut ipſe vocat, τοὺς ἱπποπόλους adjungit. Nullum igitur Camerario noſtro gratius offerri munus potuit; quàm equus elegans & commodus: quâ in parte ſæpe ipſi gratificatus fuit nobilisſimus, & rei equeſtris peritisſimus vir, *Georgius Ludovicus Huttenus Francus*: qui in præfecturâ tandem Mosbacenſi obiit, ſummis anteà in aulâ Electorali Palatinâ honoribus defunctus. Fuit ille cum fratre, & aliis nobilibus Franconicis, in convictu Joachimi patris *Lipſiæ*; unde uſque ad obitum præcipuè Camerarium noſtrum dilexit. *Camerarii φίλιπποι.* *Studium equorum doctis non alienum.* *Apoll. Delphi.* *Georg. Ludov. Huttenus.*

Sed tempus jam monet; ut ad finem perducatur narratio. Ut laborioſa fuit admodum tota Camerarii vita: ita & valetudo ejus ſæpè fuit infirmior. Ex *Miſnia ab Auguſto* Electore aliquando domum rediens, in difficilimum morbum incidit. Deſtillationibus *Valetudo Camerarii.*

bus cerebri, dentium doloribus, & cruditatibus admodum fuit obnoxius. Toto antè obitum *triennio*, cùm alvus plerumque laxa eſſet, crebriori diarrhæâ divexatus, viribus indies admodum defecit: cui malo cùm inſomnia aliâs ipſi ſæpenumero moleſta, continua ferè tandem accederet: facilè animadvertit, vitam ſibi diurnam minimè ſperandam eſſe. Curam igitur non tam corporis, quàm animæ habere cæpit: ſacris lectionibus totum ſe devovens cùm quidem *pſalmorum paraphraſeis* præcipuorum Theologorum diligenter evolveret: & *patres* etiam *Græcos*, quos olim accuratè legerat, ſæpiùs repeteret. Sacra autem *Biblia* ſemper ad manum habuit; atque aſſiduè evolvit.

Tandem teſtamento inter liberos ritè facto, ingraveſcente vi morbi, corporis ſævisſimis doloribus, patientia Chriſtiano homine dignâ ſuperatis, piè & conſtanter, placidisſimam animam redemtori ſuo reddidit,

Obitus. *undecimo* die Octobris, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo octavo*; cum luctu quidem bonorum, ſed magno ſuo cum bono & commodo, ereptus tot miſeriis, & inſertus ſanctorum cœtui in cælis in quo illum Chriſti merito ardenter confiſum, æternâ nunc lætitia & felicitate frui, ſanctisſima illius mors neminem dubitare ſinit. *Beati enim qui in Domino moriuntur.*

Epitaph. Epitaphio quali ornari voluerit: indicant hæc ipſius teſtatoris verba: *Ad meam* (inquit) *ſepulturam, ſi placet heredibus, in parvâ æneâ tabellâ hæc poterunt addi:*

HIC SITA SUNT OSSA JOACHIMI CAMERARII. JOACH. F. MEDICI NORIMBERGENSIS, QUI VIXIT ANN. . . . . M. . . D. . . .
O. A. M. D. XCIIX. COMMENDANS SE IMMENSEÆ MISERICORDIÆ DIVINÆ.

Vita mihi mors eſt; mors mihi vita nova eſt.

Proſopographia ejus. Statura corporis juſtæ fuit magnitudinis: vultus ei admodum decorus & amabilis: affabilis & humanitas incredibilis; ſtatim ut ipſo alloquio quemvis ad ſe alliceret: barba ſatis copioſa, nigrantes oculi: naſus aquilinus, qualis in Perſarum regibus laudatur. Canities præmaturè illi obvenit, quæ cum ætate aucta, & frons rugis obſita: unde imagini ſuæ ex cerâ affabrè fictæ, ipſe hos verſiculos adſcripſit: cùm annos haberet tantùm quinquaginta:

Canitiei cauſa.

Iam mihi deterior canis adſpergitur ætas:
Iamque meos vultus ruga ſenilis arat.
Confiteor; facere hoc annos: ſed & altera cauſa eſt,
Anxietas animi, continuusq́ labor.

Camerarii uxores & liberi. Uxores tres habuit. Ex primâ duobus antea medicis nupta viduâ, *Juſtina Bernbeckia*, unicum filium *Joachimum*, exſtincta matre in puerperio ſuſtulit: qui patri in ſtatione ſuccedens, cum laude etiamnum medicinam facit *Norinbergæ* in patria. Altera, *Maria* ex nobiliſſima *Rummeliorum à Lonerſtad* familia *quatuor* illi filios, & *unicam* filiolam peperit: quorum natu maximus *Philippus*, & filiola, infantes obierunt, matre quoque ipſa in puerperio occumbente. Vivunt ex filiis adhuc duo *Balthaſer*, præfectus *Cubanus* in Palatinatu ad Rhenum, & *Ludovicus* juris conſultus, Elect. palat. conſilarius. *Chriſtophorus* ipſorum frater, cùm ſub ordinibus Hollandiæ ſtipendia meruiſſet; *Rheinbergæ* in præſidio obiit. Tertia conjux *Urſula* ſuperſtes, relicta ex antiqua *Tiliorum* familia, unicam filiam illi eſt enixa.

Joach. Camer. Joach. F. Joach. N.

De hoc viro, ſi rem omnem in pauca velimus conferre, veriſſimè dici poteſt: quod fuerit εὐσεβὴς πρὸς θεὸν, ἐγρατὴς πρὸς ἑαυτὸν πρᾷος πρὸς πάντας. *Pietatem* enim inprimis & verũ veri Dei cultum ante oculos habens orthodoxæ fidei ſe totum dedidit: patres antiquos, inprimis Græcos, evolvit, tam accuratè temporis rationem diſpenſans; ut quamvis fractus diurnis, in viſitandis toto die ægrotis, laboribus; domi tamen ne horam quidem prætermitteret: qua non aliquid vel legeret: vel ſcriberet: adeò ut etiam contra medicorum præcepta, & quod ipſe in aliis non ferebat plerumque in prandio vel cœna aliquid librorum ad manum habuerit.

In *Philoſophia* & aliis bonis literis, præſertim *Græcis* non vulgariter fuit verſatus. *Hiſtoricos* etiam & alios ſcriptores, diligenter legit: ac bibliothecam habuit inſtructiſſimam.

Liberos liberaliter inſtituendos curavit: nec ullis eam in rem ſumtibus pepercit. Uno enim anno *quatuor* filios *Joachimum* in Angliam, *Ludovicum* in Italiam, *Balthaſarum* in Ungariam militatum, *Chriſtophorum* Marpurgum ad Academiam ablegavit. Solebat dicere; quamdiu ipſe viveret, ſe volente DEO liberis de neceſſariis promtè proſpecturum; ut diſcerent, quo ipſi patre mortuo ſe alere poſſent.

Opum & divitiarum, ſi quiſquam alius contemtor; liberalis, & beneficus fuit inprimis in pauperes, ſtudioſos, & peregrinos, adeò parum in re pecuniaria ſibi cavens: ut etiam fideiuſſionibus ſe implicaret rogatus: non ſine damno ſuo. Pecunias ſub uſuris nullas unquam collocavit: prædia paterna, & à ſe emta, ac maximè hortum ſuum tum paucis antè obitum annis ſuburbanum, coluit quod feudum ab Epiſcopatu Pabepergenſi Camerarius ſibi ſuæque familiæ, liberalitate *Erneſti* epiſcopi, proprium, &, ut JCti loquuntur allodiale fecit; quamdiu in familia Camerariorum, vel etiam à filiabus illorum deſcendentium permanſerit. Id nunc Joachimus filius medicus poſſidet.

Luxum & omnem pompam graviſſimè odio habuit; frugalis domi; à conviviis tamen honeſtis, præſertim in hortis, non abhorrens: cibi admodum pauci: vini temperantiſſimus; ſomno minimè indulgens. A lucubrationibus quidem, niſi magnâ neceſſitate flagitante, abſtinuit: ſummo autem mane ſemper è lecto ſurrexit; & ſtatim à ſacrâ lectione ad ſtudia

niſſam, hîc inſerere placuit: ut quæ præclaram artis medicæ continet laudem, & benevolentiam ſpirat ſingularem. Sic igitur ille:

Petrus Victorius S. D. Joachimo Joachimi F. Camerario.

„Literæ tuæ mihi redditæ ſunt x. cal. Maji, datæ, cumq; illis epiſtola patris tui, optimi & clariſſimi viri, cui epiſtolæ non multò pòſt diligenter reſpondi. Cùm autem facultatem hic habuerim mittendi eam ſatis tutò, ut ſpero, volui te omni hac moleſtiâ liberare: nec tamen non oportere judicavi notum tibi eſſe, quid fecerim, ne penderes diutiùs animi, vererereque ne faſciculus ille literarum mihi non redditus eſſet, ſimulque cùm te amare ceperim ſtatim, ut cognovi ex quo patre natus eſſes, eaque de cauſâ cupiam tibi, ut debeo, quacunque re poſſum prodeſſe: loqui tecum aliquantulum volui de ſtudiis literarum, in quibus te video volutari, & erga illa, ſi fieri per me poteſt, benè animatum, magis adhuc inflammare. Nihil enim eſt, quod tibi majorem voluptatem allaturum ſit, induſtriamque tuam in altiore loco poſiturum. Arti autem illi perdiſcendæ te dediſti, ut audio, quæ honeſta eſt, & hominum generi ſalutaris. Illud enim Homeri tibi notum eſſe ſcio, qui eo etiam in loco, ubi multis modis commune bonum procurari poterat, ubique inprimis militum virtus ita in honore habebatur non dubitavit tamen clarâ voce canere: *ἰατρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*. ac verè id quidem cùm ſalutem hominibus medicus det, ſanosque ille multos ſtudio & operâ ſuâ in vita retineat, qui in morbi ac vulnerum dolore, niſi præſtò ipſe fuiſſet, abſumti citò fuiſſent. Et finis igitur, quem tibi propoſuiſti, ſplendidus eſt dignitatisque plenus: & ad cum omnibus animi ac corporis viribus contendere debes quæ etiam ut facias, à te poſtulat locus ipſe, in quem veniſti. Cùm enim Patavium te contuliſti, quæ urbs eſt domicilium omnium virtutum, & tanquam mercatus quidam bonarum artium, eodem tempore te inde ornatum & copioſè inſtructum diſceſſurum ſpopondiſti. In quam enim reprehenſionem incurrant, vel vituperationem potiùs, qui ex aliquo celebri Gymnaſio domum inanes redeunt, fruſtraque illic multos annos conſumſerunt, teſtimonio ejusdem graviſſimi poëtæ intelligitur, qui communiter de longâ peregrinatione, quæ fructus nullos tulit omnique irrito conatu:

αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

quæ ſententia veteribus ita probata eſt, ut omnium ore celebraretur, nec quicquam veriùs ſapientiusque dici poſſe exiſtimaretur. Sed nihil eſt, quod magis te in hoc itinere opt. artium retinere debeat, atq; etiam aliquem ſtimulum tibi admovere, ut citiùs ad metam pervenias, quàm auctoritas patris tui, qui cum omni laude floreat, celebreturq; ſummo conſenſu eruditorum omnium, te non reſpondere gloriæ ipſius, neque imitari inſtituta, ac vitam maximè ſpectati viri infamiæ plenum, & dedecoris eſſet. Decet igitur „ te maculam hanc fugere, vel potiùs te majo- „ rem, quàm ille conſecutus eſſet, laudem & „ gloriam, ſi fieri ullo pacto, poteſt, adipiſci „ conari, ut poſtea unâ cum Sthenelo Home- „ rico glorieris,,

ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ᾽ ἀμείνονες εὐχόμεθ᾽ εἶναι.

Neſcio autem quomodo dum te hortari ſtu- „ deo, deſiderioque tuæ laudis incenſus ſum „ tertiùm jam me, quod in ſcribendo non val- „ de conſuevi, ad Homeri magniloquentiam „ contuli. Puto autem id factum eſſe conſilio „ divino, ut quod per me efficere non potuiſ- „ ſem, & tamen valde illud optarim auctori- „ te ſummi poëtæ obtineretur, nomenq; Ho- „ meri valeret ad te impellendum, & ad cur- „ ſum iſtum honoris, in quo verſaris, magis „ inflammandum. Vale, ac quæ fideli animo „ tecum de hoc egi, in bonam partem accipito. „ Si qua verò in re, dum iſtic degis, tibi ope- „ ra mea utilis eſſe poteſt, peto à te majorem „ in modum, ut me admoneas. Habeo enim „ iſtic nonnullos ſtudioſos mei; qui rogati à „ me commodis tuis non deerunt. Fieri au- „ tem poteſt, ut, cùm tam longè domo abſis, „ aliqua re aliquando egeas. Quod ſi ſenſero, „ non patiar, ut te mihi pater tuus fruſtra „ commendaſſe videatur, cujus voluntati ma- „ gnopere ſatisfacere cupio. Rurſus vale. „

Reverſus in Germaniam Camerarius, medicinæ doctoris honore decoratus, quamvis illi honeſtæ conditiones partim ſcholaſticæ in Academiis, partim aulicæ certatim offerentur: patriam tamen ſuam *Norinbergam* elegit de patris voluntate; ubi ſedem fixit & artem medicam feliciter exercere cepit, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo quarto*: inque ſtatione illâ ad mortem usque permanſit. A repub. Noricâ non niſi paucis ante obitum annis ſtipendium annuum, quamvis ſæpe oblatum, accepit, nec rem adeò magnam fecit ex ſuâ in urbe profeſſione: quòd ab affinitate, vel aliâ neceſſitudine junctis non facilè aliquid acciperet. Quamvis autem & à principibus nonnullis expeteretur ipſius opera: ab aulis tamen ſemper abhorruit, etiam cùm ſplendida munia non deeſſent, illud ſemper uſurpans;

Redit in patriam Camer.

Norinbergæ medicam artem exercet.

Expetitur ab aulic. princip.

Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.

Non tantum autem in civitate patriâ opem medicam cunctis petentibus, cum ſingulari laude & ſucceſſu; ſed etiam alibi in Germaniâ præſtitit. Hinc ſummis principibus apprimè carus, ſæpè ab illis accerſitus eſt. *Auguſto & Chriſtiano* Saxoniæ electoribus aliquoties in valetudine adfuit: & hoc ex lethali morbo, quo etiam exſtinctus eſt, decumbente, tempeſtate admodum turbidâ & difficili viâ evocatus, cùm periculo ſuæ valetudinis, celeriter *Dreſdam* venit; nec tamen vivum Electorem reperit: ubi ſanè ſi in tempore adeſſe potuiſſet: nihil in ſe fidei & diligentiæ deſiderari paſſus fuiſſet. Electorem *Palatinum* periculoſè *Neagoræ* ægrotantem, cùm DEO ſanitati reſtituit: & ſoſtri loco ab ipſo torquem aureum, cum effigie illius itidem aurea tulit.

Electorib. Saxon. eſt à med.

Item Palatino.

bus cerebri, dentium doloribus, & cruditatibus admodum fuit obnoxius. Toto antè obitum *triennio*, cùm alvus plerumque laxa eſſet, crebriori diarrhæâ divexatus, viribus indies admodum defecit: cui malo cùm inſomnia aliàs ipſi ſæpenumero moleſta, continua ferè tandem accederet: facilè animadvertit, vitam ſibi diurnam minimè ſperandam eſſe. Curam igitur non tam corporis, quàm animæ habere cæpit: ſacris lectionibus totum ſe devovens cùm quidem *pſalmorum paraphraſeis* præcipuorum Theologorum diligenter evolveret: & *patres* etiam *Græcos*, quos olim accuratè legerat, ſæpiùs repeteret. Sacra autem *Biblia* ſemper ad manum habuit; atque aſſiduè evolvit.

Tandem teſtamento inter liberos ritè facto, ingraveſcente vi morbi, corporis ſævisſimis doloribus, patientia Chriſtiano homine dignâ ſuperatis, piè & conſtanter, placidisſimam animam redemtori ſuo reddidit, *undecimo* die Octobris, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo octavo*; cum luctu quidem bonorum, ſed magno ſuo cum bono & commodo, ereptus tot miſeriis, & inſertus ſanctorum cœtui in cælis in quo illum Chriſti merito ardenter confiſum, æternâ nunc lætitia & felicitate frui, ſanctisſima illius mors neminem dubitare ſinit. *Beati* enim *qui in Domino moriuntur*.

Obitus.

Epitaph.

Epitaphio quali ornari voluerit: indicant hæc ipſius teſtatoris verba: *Ad meam* (inquit) *ſepulturam, ſi placet heredibus, in parvâ aneâ tabellâ hæc poterunt addi:*

HIC SITA SUNT OSSA JOACHIMI CAMERARII. JOACH. F. MEDICI NORIMBERGENSIS, QUI VIXIT ANN. . . . . M. . . D. . . .
O. A. M. D. XCIIX. COMMENDANS SE IMMENSEÆ MISERICORDIÆ DIVINÆ.

Vita mihi mors eſt; mors mihi vita nova eſt

Proſopographia ejus.

Statura corporis juſtæ fuit magnitudinis: vultus ei admodum decorus & amabilis: affabilis & humanitas incredibilis; ſtatim ut ipſo alloquio quemvis ad ſe alliceret: barba ſatis copioſa, nigrantes oculi: naſus aquilinus, qualis in Perſarum regibus laudatur. Canities præmaturè illi obvenit, quæ cum ætate aucta, & frons rugis obſita: unde imagini ſuæ ex cerâ affabrè fictæ, ipſe hos verſiculos adſcripſit: cùm annos haberet tantùm quinquaginta:

Caniciei cauſa.

Iam mihi deterior canis adſpergitur ætas:
Iamque meos vultus ruga ſenilis arat.
Confiteor; facere hoc annos: ſed & altera cauſa eſt,
Anxietas animi, continuusq; labor.

Camerarii uxores & liberi. Joach. Camer. Joach. F. Joach. N.

Uxores tres habuit. Ex primâ duobus antea medicis nupta viduâ, *Juſtina Bernbeckia*, unicum filium *Joachimum*, exſtincta matre in puerperio ſuſtulit: qui patri in ſtatione ſuccedens, cum laude etiamnum medicinam facit *Norinbergæ* in patria. Altera, *Maria* ex nobiliſſima *Rummeliorum à Lonerſtad* familia *quatuor* illi filios, & *unicam* filiolam peperit: quorum natu maximus *Philippus*, & filiola, infantes obierunt, matre quoque ipſa in puerperio occumbente. Vivunt ex filiis adhuc duo *Balthaſer*, præfectus *Cuba*nus in Palatinatu ad Rhenum, & *Ludovicus* juris conſultus, Elect. palat. conſilarius. *Chriſtophorus* ipſorum frater, cùm ſub ordinibus Hollandiæ ſtipendia meruiſſet; *Rheinberg* in præſidio obiit. Tertia conjux *Urſula* ſuperſtes, relicta ex antiqua *Tiliorum* familia unicam filiam illi eſt enixa.

De hoc viro, ſi rem omnem in pauca velimus conferre, veriſſimè dici poteſt: quod fuerit εὐσεβὴς πρὸς θεὸν, ἐγκρατὴς πρὸς ἑαυτὸ[ν] πρᾶ[ος] πρὸς πάντας. *Pietatem* enim inprimis & verũ veri Dei cultum ante oculos habens orthodoxæ fidei ſe totum dedidit: patres antiquos, inprimis Græcos, evolvit, tam accuratè temporis rationem diſpenſans; ut quamvis fractus diurnis, in viſitandis toto die ægrotis, laboribus; domi tamen ne horam quidem prætermitteret: qua non aliquid vel legeret: vel ſcriberet: adeò ut etiam contra medicorum præcepta, & quod ipſe in aliis non ferebat plerumque in prandio vel cœna aliquid librorum ad manum habuerit.

In *Philoſophia* & aliis bonis literis, præſertim *Græcis* non vulgariter fuit verſatus. *Hiſtoricos* etiam & alios ſcriptores, diligenter legit: ac bibliothecam habuit inſtructiſſimam.

Liberos liberaliter inſtituendos curavit: nec ullis eam in rem ſumtibus pepercit. Uno enim anno *quatuor* filios *Joachimum* in Angliam, *Ludovicum* in Italiam, *Balthaſarum* in Ungariam militatum, *Chriſtophorum* Marpurgum ad Academiam ablegavit. Solebat dicere; quamdiu ipſe viveret, ſi volente DEO liberis de neceſſariis promtè proſpecturum; ut diſcerent, quo ipſi patre mortuo ſe alere poſſent.

Opum & divitiarum, ſi quiſquam alius contemtor; liberalis, & beneficus fuit inprimis in pauperes, ſtudioſos, & peregrinos adeò parum in re pecunaria ſibi cavens: ut etiam fideiuſſionibus ſe implicaret rogatus non ſine damno ſuo. Pecunias ſub uſuris nullas unquam collocavit: prædia paterna, & ſe emta, ac maximè hortum ſuum tum paucis antè obitum annis ſuburbanum, coluit quod feudum ab Epiſcopatu Pabepergensi Camerarius ſibi ſuæque familiæ, liberalitate *Erneſti* epiſcopi, proprium, &, ut JCti loquuntur allodiale fecit; quamdiu in familia Camerariorum, vel etiam à filiabus illorum deſcendentium permanſerit. Id nunc Joachimus filius medicus poſſidet.

Luxum & omnem pompam graviſſimè odio habuit; frugalis domi; à conviviis tamen honeſtis, præſertim in hortis, non abhorrens cibi admodum pauci: vini temperantiſſimus ſomno minimè indulgens. A lucubrationibus quidem, niſi magnâ neceſſitate flagitante, abſtinuit: ſummo autem mane ſemper è lecto ſurrexit; & ſtatim à ſacrâ lectione ad

ſtudia

iſſam, hîc inſerere placuit: ut quæ præcla-
m artis medicæ continet laudem, & bene-
olentiam ſpirat ſingularem. Sic igitur ille:

Petrus Victorius S. D. Joachimo
Joachimi F. Camerario.

,,Literæ tuæ mihi redditæ ſunt x. cal. Maji
datæ, cumq; illis epiſtola patris tui, optimi
& clariſſimi viri, cui epiſtolæ non multò
pòſt diligenter reſpondi. Cùm autem fa-
ultatem hic habuerim mittendi eam ſatis
utò, ut ſpero, volui te omni hac moleſtiâ
iberare: nec tamen non oportere judicavi
otum tibi eſſe, quid fecerim, ne penderes
iutiùs animi, vererereque ne faſciculus ille
iterarum mihi non redditus eſſet, ſimulque
ùm te amare ceperim ſtatim, ut cognovi
x quo patre natus eſſes, eaque de cauſâ cu-
iam tibi, ut debeo, quacunque re poſſum
rodeſſe: loqui tecum aliquantulum volui
e ſtudiis literarum, in quibus te video vo-
tari, & erga illa, ſi fieri per me poteſt, be-
è animatum, magis adhuc inflammare.
Nihil enim eſt, quod tibi majorem volupta-
em allaturum ſit, induſtriamque tuam in
tiore loco poſiturum. Arti autem illi per-
ſcendæ te dediſti, ut audio, quæ honeſta
t, & hominum generi ſalutaris. Illud
nim Homeri tibi notum eſſe ſcio, qui eo
iam in loco, ubi multis modis commune
onum procurari poterat, ubique inprimis
ilitum virtus ita in honore habebatur non
ubitavit tamen clarâ voce canere: ἰατρὸς
ὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. ac verè id quidem
m ſalutem hominibus medicus det, ſanos-
ie ille multos ſtudio & operâ ſuâ in vita re-
neat, qui in morbi ac vulnerum dolore, niſi
æſtò ipſe fuiſſet, abſumti citò fuiſſent. Et
nis igitur, quem tibi propoſuiſti, ſplendi-
us eſt dignitatisque plenus: & ad eum
mnibus animi ac corporis viribus conten-
ere debes quæ etiam ut facias, à te poſtulat
cus ipſe, in quem veniſti. Cùm enim Pa-
vium te contuliſti, quæ urbs eſt domici-
im omnium virtutum, & tanquam mer-
tus quidam bonarum artium, eodem tem-
ore te inde ornatum & copioſè inſtructum
ſceſſurum ſpopondiſti. In quam enim re-
ehenſionem incurrant, vel vituperatio-
m potiùs, qui ex aliquo celebri Gymnaſio
omum inanes redeunt, fruſtraque illic
ultos annos conſumſerunt, teſtimonio
uſdem graviſſimi poëtæ intelligitur, qui
mmuniter de longâ peregrinatione, quæ
uctus nullos tulit omnique irrito conatu:
αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.
uæ ſententia veteribus ita probata eſt, ut
mnium ore celebraretur, nec quicquam
eriùs ſapientiusque dici poſſe exiſtimare-
r. Sed nihil eſt, quod magis te in hoc iti-
ere opt. artium retinere debeat, atq; etiam
iquem ſtimulum tibi admovere, ut citiùs
l metam pervenias, quàm auctoritas patris
i, qui cum omni laude floreat, celebreturq;
mmo conſenſu eruditorum omnium, te
n reſpondere gloriæ ipſius, neque imitari
ſtituta, ac vitam maximè ſpectati viri infa-
miæ plenum, & dedecoris eſſet. Decet igitur,, te maculam hanc fugere, vel potiùs te majo-,, rem, quàm ille conſecutus eſſet, laudem &,, gloriam, ſi fieri ullo pacto, poteſt, adipiſci,, conari, ut poſtea unà cum Sthenelo Home-,, rico glorieris,,

ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.

Neſcio autem quomodo dum te hortari ſtu-,, deo, deſiderioque tuæ laudis incenſus ſum,, tertiùm jam me, quod in ſcribendo non val-,, de conſuevi, ad Homeri magniloquentiam,, contuli. Puto autem id factum eſſe conſilio,, divino, ut quod per me efficere non potuiſ-,, ſem, & tamen valde illud optarim auctori-,, te ſummi poëtæ obtineretur, nomenq; Ho-,, meri valeret ad te impellendum, & ad cur-,, ſum iſtum honoris, in quo verſaris, magis,, inflammandum. Vale, ac quæ fideli animo,, tecum de hoc egi, in bonam partem accipito.,, Si qua verò in re, dum iſtic degis, tibi ope-,, ra mea utilis eſſe poteſt, peto à te majorem,, in modum, ut me admoneas. Habeo enim,, iſtic nonnullos ſtudioſos mei; qui rogati à,, me commodis tuis non deerunt. Fieri au-,, tem poteſt, ut, cùm tam longè domo abſis,,, aliqua re aliquando egeas. Quod ſi ſenſero,,, non patiar, ut te mihi pater tuus fruſtra,, commendaſſe videatur, cujus voluntati ma-,, gnopere ſatisfacere cupio. Rurſus vale.,,

Reverſus in Germaniam Camerarius, medicinæ doctoris honore decoratus, quamvis illi honeſtæ conditiones partim ſcholaſticæ in Academiis, partim aulicæ certatim offerrentur: patriam tamen ſuam *Norinbergam* elegit de patris voluntate; ubi ſedem fixit & artem medicam feliciter exercere cepit, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo quarto*: inque ſtatione illâ ad mortem usque permanſit. A repub. Noricâ non niſi paucis ante obitum annis ſtipendium annuum, quamvis ſæpe oblatum, accepit, nec rem adeò magnam fecit ex ſuâ in urbe profeſſione: quòd ab affinitate, vel aliâ neceſſitudine junctis non facilè aliquid acciperet. Quamvis autem & à principibus nonnullis expeteretur ipſius opera: ab aulis tamen ſemper abhorruit, etiam cùm ſplendida munia non deeſſent, illud ſemper uſurpans;

Redit in patriam Camer.

Norinbergæ medicam artem exercet.

Expetitur ab aulic. princip.

Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.

Non tantum autem in civitate patriâ opem medicam cunctis petentibus, cum ſingulari laude & ſucceſſu; ſed etiam alibi in Germaniâ præſtitit. Hinc ſummis principibus apprimè carus, ſæpè ab illis accerſitus eſt. *Auguſto & Chriſtiano* Saxoniæ electoribus aliquoties in valetudine adfuit: & hoc ex lethali morbo, quo etiam exſtinctus eſt, decumbente, tempeſtate admodum turbidâ & difficili viâ evocatus, cùm periculo ſuæ valetudinis, celeriter *Dreſdam* venit; nec tamen vivum Electorem reperit: ubi ſanè ſi in tempore adeſſe potuiſſet: nihil in ſe fidei & diligentiæ deſiderari paſſus fuiſſet. Electorem *Palatinum* periculoſè *Neagoræ* ægrotantem, cùm DEO ſanitati reſtituit: & poſtri loco ab ipſo torquem aureum, cum effigie illius itidem aurea tulit.

Electorib. Saxon. eſt à med.

Item Palatino.

Inprimis autem gratus & acceptus fuit Eccleſiaſticis quibusdam principibus, *Danieli Brendelio*, *Wolffgango Dalburgio*, Archiepiſcopis *Moguntinenſibus*. Epiſcopis item aliquot *Herbipolenſibus & Pabepergenſibus*. Taceo multos alios magni nominis proceres, & inprimis *nobilitatem Franconicam*; apud cujus præcipua membra magno fuit in honore.

Et Epiſcopis.

Camer. medicus excellens.

Fuit itaque Camerarius ἰατρὸς εἰκότατος καὶ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, non domi tantum, ſed apud exteros etiam, ob ſingulares in arte medicâ obſervationes, & facilimam medendi methodum, & fidem atque ſolicitudinem incredibilem celeberrimus, & prorſus ſecundum Horatium, *celer atque fidelis medicus*: ut non tantùm præcipui in Germaniâ, ſed etiam in Italiâ medici conſilio ipſius uterentur. Ipſe autem ut natura erat optimus, & ab omni invidiâ remotiſſimus, in gravioribus morbis, cùm præſertim perſonarum etiam dignitas id requireret; libenter & ultrò alios medicos admiſit; & ut ſecum adhiberentur flagitavit: ut ita communicato conſilio tutiùs cura ægroti procederet.

Inſtituit colleg. medicorum Norinberg.

Medicorum inde *collegium* ipſius ſtudio & auctoritate *Norinbergæ* primùm inſtitutum, & Senatus auctoritate confirmatum fuit, ſine optimo & reipub. utiliſſimo. Ei ſæpiùs ſummâ cum vigilantiâ præfuit. In *Cordi* etiam *diſpenſatorio* renovando, & in *pharmacopolæorum viſitationibus*, induſtria & fides ipſius adeò enituit: ut cura ſanitatis in illâ urbe ipſius veluti prima & præcipua ſemper fuerit. In medicamentorum præparatione adeò erat ſolicitus; ut plerumque illa ipſe deguſtaret prius, quàm ægroto propinarentur: unde etiam in ſenectute magnam ſe imbecillitatem virium ſibi attraxiſſe animadvertit. Abhorrebat autem à multitudine pharmacorum: & quandiu ſaltem morbus pateretur, diætæ potiùs accuratæ præſcriptione, & lenioribus ægrotum reficere ſtudebat; quàm aliis. Cùmque eſſet naturâ omnium humaniſſimus, adeò deſideratus & acceptus plerisque ægrotis fuit: ut illo veniente certiſſimam recuperandæ valetudinis ſpem conciperent.

A quibus medicis. nam didicit Camerar.

Peritiam autem rei medicæ, & τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, primum ex ipſis fontibus *Hippocratis*, *Galeni*, & aliorum, cùm linguæ Græcæ eſſet callentiſſimus, hauſit: tum in Italiâ ab excellentiſſimis medicis, *Vlyſſe Aldobrando*, *Hippolyto Salviato*, *Aldyſio Anguillarâ*: quorum curationibus adſiduè interfuit, accepit: tum uſu perpetuo ac diuturno confirmavit: ut inter primos noſtri ſeculi medicos ſuo merito debeat referri.

Chymica excolit.

Ad uberiorem autem profectum ſuæ profeſſionis etiam *Chymica* excoluit: & non exiguos eam in rem ſumtus fecit: quamvis raro illis, & admodum cautè uteretur. Execrabatur enim omnes, qui temerariam manum illis adhibentes, mortem multis ægrotis accelerant. Obſervavit eâ in arte ſingularia multa, paucis aliis animadverſa.

Circumforaneos autem illos *pharmacop[olas]*, *agyrtas*, *Paracelſiſtas*, *vetulas medic[a]mentarias*, & alias id genus peſtes, è Repu[blica] exſtirpandas cenſuit: quod ab illis turp[is] quæſtus causâ plures interimantur, quà[m] gladio.

In βοτανολογικοῖς cunctis Germaniæ me[dicis] palmam præripuit. Nam φύσει καὶ προαι[ρέσει], ut ipſe de ſe profitebatur, ad rei her[bariæ] ſtudium impulſus, nulli labori a[ut] ſumtui pepercit: ut plantarum omnium [ex]quiſitiſſimam cognitionem non ipſe tantu[m] adipiſceretur: ſed hiſtoriam etiam abſolu[tam] poſteritati relinqueret. Hortum igitu[r] inſtructiſſimum in pomærio Norico magn[a] impenſis coluit; in quo ἐξωτικὰ infinit[a] oſtendere ſolebat: ut rarò illuſtrior aliqui[s] hoſpes *Norinbergam* tranſierit: qui illun[d] cupidiſſimè non inſpexerit. Exſtat typis editu[s] illius *hortus medicus & Philoſophicus*: in quo infinitas plantas in ſuburbano illo horto ſu[a] enatas, breviter, ſed admodum accurat[e] deſcripſit; interſperſis alicubi philologici[s] doctrinis utiliſſimis. Et hæc cauſa fuit, cu[r] quemadmodum cum aliis pleriſque celebrioribus in Germaniâ, & extra eam medici[s] amicitiam coluit: ita inprimis *Carolo Cluſio*, *Proſpero Alpino*, & aliis φιλοβοτάνοις familiariſſimè uſus fuerit: quorum alius rara mult[a] variis in peregrinationibus collecta liberaliter communicavit: alius ex ipsâ *Ægypto & Orientalibus regionibus* ſæpiùs literis ad ipſum ſcriptis, antea in Germaniâ nunquam viſa ſemina, bulbos & plantas tranſmiſit. Plurima etiam ad ipſum miſerunt *Joſephus de Caſabonâ*, magni ducis Hetruriæ (ut vocant) Simpliciſta; *Jacobus Dalechampius* Lugdunenſis medicus: *Bernardus Paludanus*, *Thomas Pennerius* Londinenſis: *Joannes Aicholtz* Viennenſis medicus; *Nicolaus Raſſius* chirurgus regius in Galliâ; *Joan. Antonius Saracenus* Allobrox, & alii complures. Ipſe viciſſim illis, & ſi qui alii exoticis plantis delectarentur, ex ſuo horto quicquid potuit, ultrò communicavit.

Conciliavit hoc ſtudium Camerario inprimis illuſtriſſimi principis, *VVilhelmi*, Haſſiæ Landgravii, gratiam. Nam cùm & ipſe hortenſi ſtirpium cultura admodum delectaretur: ad hortum ſuum, quem *Caſſellis* inſtruxerat amœniſſimum, exquiſitiùs adornandum Camerarii opera uſus: eumque quamdiu vixit, ſummo favore eſt proſecutus; cujus rei teſtimonium perhibent complures ipſius Landgravii ad Camerarium ſcriptæ epiſtolæ; quæ etiamnum adſervantur.

Habuit in convictu ſuo ſemper unum atque alterum rei herbariæ ſtudioſum, & inprimis ſororis ſuæ filium *Joachimum Jungermannum* Lipſenſem, ad miraculum usque eruditum juvenem, & prorſus natum ad rem medicam, & inprimis herbariam; qui cum imitatione *Cluſii*, *Proſperi Alpini*, *Rauwolfii*, & aliorum peregrinationibus variis, & inprimis in *Palæſtinam*, aliasque Orientales regiones ſuſceptis, tandem in man[...]

udia ſua perrexit: ſæpe dictitans, à *Philip-
Melanchtone ſe hauſiſſe iſtam vitæ conſue-
dinem.*

Cum fratre *Philippo*, qui Norinbergenſis
eipub. primarius conſiliarius etiamnum eſt;
annum *octogeſimum* ætatis ſuæ attigit, vir
ultæ experientiæ, exquiſitæ doctrinæ, me-
oriæ etiam in hac ætate ad miraculum usque
mæ ac promtæ; cum eo igitur vixit ſemper
njunctiſſimè, cùm ipſum præcederet annis
quammultis. Cum utroque autem fratre
gnâ neceſſitudine conjunctus fuit ſummus
reconſultus & Theologus, *Chriſtophorus
rdeſianus*; de quo ſilere hic præſtat, quam
uca dicere, ut de Carthagine ille ait.

Amicitiam cum præcipuis ſuæ ætatis
is doctis conſtantiſſimè coluit; inprimis
is profeſſione ſibi pares, magni fecit, *Peu-
rum, Cluſium, Poſthium, Zvingerum, Adol-
um Occonem Auguſtanum, Platerum*, & ali-
: qui omnes ſi nominandi eſſent, ingens
menclatura fieret. Hinc factum, ut præ-
ntiſſimi quique, in Germaniâ, & extra eam,
ciſſim Camerarium amarent & ſuſpicerent:
magnus ille *Jacobus Bongarſius*, regis Gal-
rum multis annis in Germaniâ legatus, ſæ-
dicere ſolitus ſit: *nullum ſe in Germaniâ
riorem Camerario amicum habuiſſe. Hu-
tus* etiam *Languetus Heduus*, vir ſingula-
exempli, admodum dilexit Camerarium;
nic viciſſim ipſum ſummo honore coluit.

Venit aliquando in Germaniam ex Italia
*nnes, Comes de Bonifaciis, Marchio Orygiæ
Japegiæ* exul, qui religionis causâ relictis
regno Neapolitano ampliſſimis opibus,
njuge & liberis, *Norinbergæ* in cœnobio
rthuſianorum, depoſitâ apud mercatores
quâ pecuniæ ſummâ, ſatis diu commoratus
Is Camerarium ut fratrem amplexus,
lta ad ipſum ſcripſit; plura à ſe compoſita
n *Theologica* tum *Philoſophica* apud eun-
n depoſuit: quæ partim edita ſunt, par-
nondum lucem viderunt. Noluit opti-
s ille & ſanctiſſimus ſenex pecuniam fœ-
i collocare: ſed in *Boreales & Orientales*
giones variis peregrinationibus ſuſceptis,
em ipſam conſumſit: ut tandem in ſum-
paupertaae *Dantiſci* diem ſuum obierit,
o illi à Senatu illius civitatis publico ſum-
unere & cenotaphio. Inter amicos com-
tes Camerarii honoris causâ nominatim
r præcipuos recenſendi omnino ſunt;
Andreas Pauli, Saxoniæ Electoris Conſi-
ius intimus, vir πολιτικώτατος: *Otho à
inrad, Hippolytus à Collibus, Hugo Donel-
Petrus Weſenbecius, Conradus Rittershu-*
, Jureconſulti: *Joann. Jacobus Grynæus*,
eologus: *Joann. Caſelius, Wolfgang Zin-
nus, Philipp. Scherbius, Nicolaus Taurel-
Paulus Meliſſus, Janus Gruterus, Fride-
s Sylburgius*, alii.

Erat domus ejus aperta cunctis exteris; qui
egrè advenientes pulcerrimam urbem
ricam viſere cupiebant: & in promtu
nt omnibus ex innatâ optimo viro huma-
nitate, & facilitate ipſius opera, ſtudium,
labor, & beneficentia. Anno *milleſimo, quin-
genteſimo, nonageſimo primo*, Norinbergæ re-
gis Galliarum magni illius *Henrici* legatus
in Germaniam venit illuſtriſſ. vicecomes *Tu-
rainius*, nunc *dux Bolonians* fortisſimus. Is
Norinbergã tranſiens, & aliquot ibi dies ſub-
ſiſtens, in multis rebus Camerarii opera & ſtu- *Honos Camerario*
dio uſus, per amplisſimum *Bongarſium* regis *habitus.*
nomine inſignem ejus effigiem in nummo au-
reo majori egregiè exſculptam, illi obtulit.
Nicolaus item *Firlejus*, ex antiquiſſ. & illuſt.
familia Polonica oriundus, vir magni nomi-
nis, prudentiæ inſignis, & multæ experientiæ,
cùm *Norinbergæ* moreretur, in ſupremis ta-
bulis legato honorifico Camerarium proſe-
cutus eſt. *Eraſmus* etiam *Neuſtetterus*, cu-
jus ſupra facta mentio, ut quamdiu vixit, Ca-
merarium noſtrum coluit: ita ſimiliter hono-
rifico legato moriturus benevolentiam erga
ipſum ſuam teſtatus eſt. Tanta vis eſt doctri-
næ liberalis & virtutis; ut veros rerum æſti-
matores in amorem ſui veluti cogat & abri-
piat.

Nec minori animi affectu & cultu, viros
eruditos, ac magnos Camerarius noſter in pre-
cio habuit: adeò ut etiam provecta ætate,
occaſione ſibi oblata, ad veteres amicos invi-
ſendos, Italiam repetierit. Nam cùm anno *Italiam ſenex revisit*
milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo octavo, *Camer.*
menſe Novembri, Epiſcopus Pabepergenſis
Erneſtus à Mengersdorff, in Carinthiam, &
unà cum eo Camerarius, ut Medicus, profe-
ctus fuiſſet: è Villaco *Venetias*, inde *Patavi-
um*, animi cauſa, excurrit: ubi compluribus
amicis, inprimis *Jacobo Contareno*, qui ſummis *Jacob. Contarenus.*
in urbe Veneta honoribus defunctus eſt, &
Joanni Vincentio Pinello, hoſpes fuit gratisſi-
mus: cùm quidem tum temporis ſtudioſi eſ-
ſent in Patavina Academia *Joachimus* filius
ejus, & *Joachimus Jungermanus*, cujus ſu-
pra meminimus: qui tum inopinato ejus ad-
ventu ferè ſtupefacti ſunt. Inſpexit tum ſum-
ma cum voluptate *Patavii* hortum medicum;
quem Veneti maximis impenſis inſtructum
conſervant: cui præfectus tunc fuit *Melchior
Guilandinus* Boruſſus: *Jacob. Antonius Cor-* *Jacob. Anton. Cortuſius.*
tuſus, nobilis Patavinus, uterque Camerario
amiciſſimus. Sparſus tum *Norinbergæ* vanus
rumor, ac ſi Camerarius ob religionem capti-
vus Romam abductus fuiſſet: qui uxorem &
liberos domi relictos vehementer perculit.
Sed natus ille proculdubio ex eo; quòd fra-
ter Philippus, cùm juvenis ante annos com-
plures Italiam peragraret, *Romæ* in Inquiſitio-
nis carceres compactus fuit: ad cujus libera-
tionem illo tempore, Joachimus Medicus fra-
ter, omnem movit lapidem: nec antè quievit,
quàm fratrem libertati reſtitutum vidit. Sed *Philippus*
vera illius captivitatis Babylonicæ hiſtoria ab *Camer. Romæ ab In-*
ipſo *D. Philippo Camerario* accuratè perſcri- *quiſ. captus*
pta, forſitan ſuo tempore publici juris fiet:
ut plura de ea hìc commemorare neceſſe non
ſit. Et tantum de *hoc Jochimo Ioach. F. Ca-
merario Medico excellentiſſ. ex narratione de
vita & obitu ipſius M. S. & bibliothecis.*

IOAN-

JOANNES SCHENCKIUS.

☉ 1598. d. 12. Nov. ætat. 68. curr.

INITIUM in his terris vivendi fecit *Joannes Schenckius, à Grafenberg*, anno à Meſſia exhibito *milleſimo, quingenteſimo, triceſimo.*

Tubingæ audit Philoſoph. & Medicos.

Jactis primis artium fundamentis, ad publicas ſeſe ſcholas contulit, quæ Academiæ dicuntur: & *Tubingæ* quidem ſub clariſſimis Medicis juxta & Philoſophis, *Leonhardo Fuchſio, Jacobo Scheckio, & Michaele Ruckero*, tantum profecit: ut circa annum *milleſimum, quingenteſimum, quinquageſimum quartum*, competitore *Sebaſtiano Mario*, Medico *Monacenſi* doctiſſimo, ſtudiorum teſtimonium publicum, & Medici ἀξίωμα ſummum ſit conſecutus.

Medicinæ Doctor renunciatur.

Exercet Argentorat.

Inde *Argentorati* ſub annum Domini *milleſimum, quingenteſimum, quinquageſimum quintum*, praxeos artis medicæ tyrocinia poſuit. Poſtea apud nobile Briſgavorum *Fridburgum* Medicum Phyſicum, ad fatalem usque diem, magno cum ſucceſſu, egit. Fuit inſuper à medicinis multis illuſtribus & magnatibus, inter quos *Georgius*, ex antiqua & celebri nobilium *ab Hohenheim*, qui *Bombaſt* cognominantur, familia: fuit item ab illuſtribus & generoſis Heroibus *Fuggaris* expetitus; atque honeſtiſſima conditione *Friburgo Auguſtam* evocatus. Sed valetudo ſiniſtra tum paratiſſimam gratificandi voluntatem intercepit. Extiterunt etiam in ipſum ſereniſſimæ Bavariæ domus, ut & aliorum principum, ſingularis benevolentiæ atque munificentiæ monumenta: nec enim verò tam erga ipſum, quam erga univerſam rempub. literariam; cui omnia, quæ fecit ſcripſitve elaboravit.

Friburgi Medicum Phyſicum agit.
Georg. ab Hohenheim Bombaſt. dictus.
A Fuggaris expetitus.

Obitus Schenckii.

Diſcedit ex vita *Friburgi* Briſgoiæ, anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo octavo*, die *duodecimo* Novembris; cùm vixiſſet annos *ſexaginta ſeptem*, menſes *quatuor*, dies *viginti duos*; relictis & libris & liberis verè tanto viro dignis, nec noſtra commendatione indigis.

Vera gloria quæ.

Nam qui favoris gloriam veri petit,
Animo magis, quam voce laudari volet.

Senec. in Thyeſt.

De ipſo verò non ineptè dicatur, quod Poëta ille de alio:

Virtutes Schenckii.

Læta viro gravitas & mentis amabile pondus;
Et ſine triſticia virtus: non ille rigoris
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat:
Nec famam lævo quærebat limite vitæ.

Uxor ejusd.

Uxorem habuit *Apolloniam*, ex patriciâ *Wernhartorum* apud Haganoenſes familia natam, feminam lectiſſimam: quam amiſit gravidam ex incendio in vicinia de nocte ſuborto perterritam, anno *ſexageſimo quarto*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, die *viceſimo ſecundo* Julii. Ab hac tranſiit ad ſecundas nuptias, ut ex epitaphio apparet: quod ab eodem filio, patri benè merito ſcriptum, extat ejusmodi:

Ex terrore mortua.

JOANNI SCHENCKIO A GRAFENBERG
MED. PHILOS. CLINICO LAUTO
ASCLEPIADÆ GERMANO ELEGANTI, SCRIPTIS CLUENTI, INGENII
GLORIA ET AUGUSTA PRUD. CLAR
CUM IMMORTALI ADOREA HAUD
CITRA DIVIDIAM MACTUS, EX
PRINCIPIIS FUTURA VERO PROSPECTANS AD PRID. ID. IXbr.
ANN. cIↄ. Iↄ. XCIIX. SEPTUAGENARIO FORSAN MINOR, ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΙΑΣ SUÆ MUNDI FINEM ACCESSISSET ET CORDULÆ SCHENCKIÆ UXORI CONJUGIQ. II. MATRONÆ HONORAT. EX VELERORUM
FAMILIA NATÆ AD XV. KAL.
JAN. AN. SUPRA SECULUM XVI
SECUNDO DENATÆ, ETSI AD ΕΥΦΗΜΙΑΝ PRÆCLARA INGENII MONUMENTA SUPERENT, TAMEN H.
M. FFFF ET F. HEREDES SUPERSTITES PARENTIB.
DESIDERATISS. OPTUMISQ.
PON. POS. PON.

Γηοβόρυς νούσυς ἰήσατο Σχένκιος ἴδεις,
ἤ δ' ἄκος ἰητρῶν θῆκεν ἀμηχανίη.

Peſtiferos morbos ſanavit Schenkius, ingen.
Arti Aſclepiadûm ſic tulit auctor opem.
S. T. T. L.

MEMORIÆ S.
CESSI NON TIBI, SED INEVITABILI FATO, SI QUÆRAS, QUIS
FUERIM? ILLE EGO SCHENCKIUS
MEDICUS FUI: QUI NON SINE ILLUSTRI ARTIS NOSTRÆ CUM FACIUNDÆ, TUM LITERIS ILLUSTRANDÆ GLORIA INCLARUERAM
QUOD RELIQUUM EST CINERIBUS
MEIS BENE PRECARE, ET ABI.

SIC ERAT IN FATIS.

Foras dedit hic librorum helluo, idemque magna & viva bibliotheca, *obſervationum medicarum, rararum, novarum, admirabilium, & monſtroſarum volumen tomis ſeptem diſtinctum abſolutumq; de toto homine inſtitutum.*

Quæ verò habuerit affecta, & quæ poſt obitum ejus edita in lucem ſint; recenſet filius *I. Georgius Schenckius*, Medicus, Haganoenſium poliater, in bibliotheca medica.

Deſumta hæc ſunt *ex Schencrii patris obſervationibus medicis, & filii bibliotheca jatrica ſæpiùs laudata.*

MICHAEL MEVERUS.

REGIO eſt hodie Germaniæ Sarmatiæque particeps, *Pruſſia, vel Boruſſia:* cujus fines à Septentrione mare *Balticum*; ab ortu *Litvania & Samogitia*; ab occaſu *Pomerania*, à meridie *Polonia* longitudo millaria Germanica *octo & quinquaginta*, à *Thorunio* ad *Me*-

mem

caſtrum uſque; latitudo autem *quinqua-*
ta complectitur. Hæc amœna, felicior
uno nomine omnibus adjacentibus pro-
ciis, ferax, irrigua, frequens culta: cui
a marique omnia vitæ jucundè agendæ
ioſè ſuppetunt. Portus habet opportu-
; agros frumenti feraciſſimos: ſylvas
as feris, inter quas *uri, biſontes, alces, urſi,*
ſylveſtres: abundat melle, & apibus, in
s arboribus paſſim mellificantibus: & flu-
habet principes, *Viſtulam, Paſſariam, Al-*
Elbingam, Drebnizam, Oſſam, & alios:
nas & lacus fermè præter fidem, *bis mille*
pe* *triginta ſeptem.*
littoribus colligitur *ſuccinum*: quod
tem pe*tuoſum ejicit: qua ex re non
uum quæſtum incolæ faciunt. Verbo ut
m, *Boruſſia* ejusmodi eſt regio: ut ſi Jupi-
e cœlo, ut dicit caderet, feliciorem in
m cadere vix poſſet.
æc regio patria obtigit *Michaeli Meuero,*
Oſterodæ, Ducatus Boruſſiæ, oppido, ad
nizam fluvium: cui adſita ſylva alcibus
ſis præter feras communes referta. In-
natalis ejus in diem *ſextum* menſis *Sexti-*
anni à Chriſto mundi Salvatore in carne
bito, *milleſimi, quingenteſimi, ſexageſimi*
.
er ei fuit cognominis, vir prudens &
tus: qui prætoris munere ſub Marchio-
randenburgico *triginta ipſos ſex* annos
us eſt, cum ſingulari juſtitiæ, integritatis,
udentiæ laude: Mater verò *Ottilia Scip-*
œmina honeſtiſſima.
erut primum per ætatem potuit in ſchola
æ literarum elementis eſt imbutus, ut & in
cis, cum voce valeret, & natura ad ἥδυσμα
ſtudiorum honeſtiſſimum ſuaviſſimum-
erretur. Acceſſit ad præceptorum indu-
n foris adhibitam, domi paternæ dome-
informatio in pietatis, virtutis, ac muſicæ
n inſtrumentalis cultu atque exercita-
. Et hæc optima ac feliciſſima eſt infor-
dæ juventutis ratio: cùm *magiſtrorum*
em in ludis literariis domeſtica firmant
ovehunt documenta & virtutum exem-
ac alterutrum horum ſi claudicet aut de-
nunquam id, quod quæritur, in tenera
conſequemur.
ctis itaque fundamentis haud pœniten-
ex umbra ſcholæ, ut vocant trivialis in
a Academiæ productus, atque augendæ
itionis cauſa *Regiomontum* Boruſſorum,
la publica celebrem, anno ætatis ſuæ *de-*
xto, maturè miſſus eſt. Ibi ut *mens libera-*
& cui

De meliore luto finxit præcordia Titan,
ſa excitat & attollit ſemper; acceſſio-
ad doctrinam eruditam fecit haud vul-
m, Philoſophicis inprimis ſtudiis, non
ta Minerva operatus. Heic *triennio* ex-
, è patriæ ac natali ſolo ſcientiæ deſide-
progreſſus, *Lipſiam,* Miſniæ ocellum, ve-
atque à philoſophicis ad medendi artem
num adjecit; idque ratione rectiſſima.

Quemadmodum enim in Honoris ædem, non
niſi per Virtutis templum ingredi licet: ita
ad Medicinæ adyta aditus paret nemini, niſi
fores Philoſophia reluſerit.

Lipſiæ cùm biennium ac ſemeſtre, in audi-
endis Medicorum ſcholis poſuiſſet, (non neg-
lecta interea arte illâ, animi cauſa, chelyn pul-
ſandi: exemplo ſuæ ſcientiæ coryphæorum,
Hippocratis & Galeni, ad exteros, Germaniam
relicta, abire conſtituit, inque Italiam cogi-
tavit.

Patavium itaque profectus, Academiam *In Italiam*
offendit, tunc temporis inter alia, Medicinæ *proficiſcitur*
ſtudio florentiſſimam; & Medicos juxta atque
Philoſophos undequaque præſtantiſſimos, *Meuerus. An. 1585.*
Herculem de Saxonia, Hieronymum Capivac- *Medici*
cium, Aquapendentem Sabavellam, alios: *tunc ibi &*
quorum non inſtitutione ſolummodo, ſed *Philoſophi*
quotidiana etiam conſuetudine eſt uſus ga- *celebres.*
viſusque.

Cûmque Medicinæ, quemadmodum & alia- *Artes diſcuntur ut*
rum artium omnium perfectio, non in ſola co- *exerceantur.*
gnitione; ſed in exercitatione, uſuque potiſ-
ſimùm conſiſtat: *Meuerus* quoque, ut quæ
didiciſſet in lucem uſumque transferret, de
conſilio illorum præceptorum, ægrotos in
Xenodochio Patavino, curandi onus in ſe ſuſce- *Facit medicinam*
pit.

Eo tempore morbos cognovit varios: eos- *Meuer.*
que curavit felciter, herbis ſimplicibus, ut
vocant, maximè deditus. Per ejusmodi enim *Simplicia*
εὐπόριστα & nobis familiaria, ad ſanitatem re- *& nobis familiaria*
cuperandam planiſſima patet via. Inter iſtas *ſaluberri-*
exercitationes famam ſibi nomenque compa- *ma ſunt.*
ravit tam medici elegantiſſimi, quàm muſici *Fama*
ſuaviſſimi. Non igitur metuendum ipſi fuit *Meueri.*
ut ἄμουσος audiret: aut ſicut *Themiſtocles*, cùm *Cic. l. 1. Tuſc.*
recuſaſſet lyram, haberetur indoctior.

Patavii biennium commoratus, cùm in-
crementum eruditionis ſuæ, & emolumento
aliorum, memor illius Homerici.

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι,

Turpe eſt, emanſiſſe, diu, vacuumq; redire:
pulcerrimis ſcientiæ præſtantiſſimæ ditatus
opibus ad ſuos redire in animum induxit.
Ante verò, quàm in viam ſe daret; teſtimoni-
um ſibi à viris laudatiſſimis conferri paſſus eſt,
Doctoris Medici titulo, ſolenni Academia- *Renunciatur Med. Doct.*
rum more, ornatus.

Ex Italia deinde in Germaniam reverſus *Redit ad*
Regiomontum Boruſſiæ ſe contulit: ibique *ſuos, Elbingam venit.*
trimeſtre ſubſedit. Poſtea *Dantiſco* tranſiens
Elbingam, civitatem maritimam, petiit. Eò ut
primùm appulit: ad conſulis primarii *Spren-*
gelii filium unicum, malignâ febri correptum,
curationis ergò eſt vocatus: quem intra pau-
cos dies, DEO juvante, priſtinæ reſtituit va-
letudini, jucundè, citò, tutò. Hic pater ille,
animadverſa viri etiamſi adhuc juvenis, dex-
teritate, fide, & doctrina, auctor ipſi, ſuaſor-
que fuit, *Elbingæ* ſedem figendi: artemque *Ibi detinetur.*
quam rectè calleret ad aliorum commodum
exercendi. Haud difficulter annuit Meue-
rus, præſertim qui noſſet in territorio il-
lo ruri, & nobiles multos, & paganos
non paucos reperiri, pulcrè à fortunæ
X bonis

bonis inſtructos. Hi ergo in valetudine tum ſua, tum ſuorum, opera ejus uſi, dexteritatem ejus ac felicitatem in ſanando ſingularem perſpexerunt. Evocatus enim ab iis; herbis duntaxat communibus plerumque adhibitis, multos magnos graveſque morbos curavit. Et jam non vulgo ille amplius admirationi eſſe; ſed ipſis etiam artificibus medicis viris doctrina, ætate, & experientia doctiſſimis, magnus haberi.

Felicitas ejus in medendo. *Fama item & exiſtimatio.*

Commigrat Mariæburgum. *Elbingâ* autem quorundam hortatu, *Marienburgum* ſe contulit, cœlebs etiam tum: & praxin medicam aliquot annis eo loco feliciter obivit: Cumque fama de ipſius felicitate & peritia medendi, ad ipſius regis Poloniæ *Sigismundi* aures aulamque auguſtam dimanaſſet: conſilium cepit ipſam illam aulam adeundi Regique operam ſuam fidemque omnem ſubmiſsè offerendi. Ad iter itaque accinctus, in patriam venit: ubi vernm eſſe in ſe expertus eſt id, quod vulgo quidem, ſed piè dicitur: *Homo proponit; ſed Deus diſponit.* Statim enim ibi in phtiſin incidit, quam ipſe ſibi lethalem fore, illicò deprehendit. Intra menſem enim ſe moriturum prædixit: diem ipſum, & cum dies adeſſet horam etiam emortualem nominavit pomeridianam ſecundam. Dictum, factum. Placidè enim ea & die & hora exſpiravit, ut lychnus oleo deficiente: animamq; Salvatori inter preces & ſuſpiria reddidit: cum vixiſſet in terris annos tantum *triginta tres.* Et ſic fatis urgentibus, juvenem doctiſſimum, medicum elegantiſſimum, virum olim ſummum.

Innoteſcit aulæ regiæ. *In patriam venit.* *Tabe corripitur.* *Prædicit ſibi mortem & horam mortis.* *Cui eventus reſpondet.*

Virg. 11. Æn.

—ac non virtutis egentem
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo:

&, ſi humano more loqui licet, præmaturo. Verum ſat diu vixit: qui virtuti, qui patriæ, qui Deo ſemper vixit. Honorificè *Oſterodæ* in patria elatus, inque templo, juxta aram, Chriſtiano ritu, humatus eſt.

In morbo illo ſupremo & lento; cùm medicus quidam inſignis, certior de valetudine viri optimi factus, non tamen rogatus, conſilium & medicamenta quædam ad ipſum miſiſſet: probavit ipſe quidem omnia: verùm *in ſe ſcire* dixit, *laborem omnem ac, quod dicitur, oleum & operam perditum iri. Proinde nullam ſe aliam, niſi Jeſu Chriſti unici Soſpitatoris animæ medicinam, & ſalutem æternam deſiderare:* quam etiam, citra omne dubium, ut firma fide amplexus, ita morte beata eſt conſecutus.

Patientia ejus & conſtantia in morbo.

Scripta ejus.

Quod ingenii ejus monumenta attinet, de exiguo vitæ curriculo facilè conjectura fieri poteſt: non multum ſcriptioni eum itineribus & curationibus occupatum, vacare tunc potuiſſe. Concinnavit tamen, quo fuit animo poſteritati etiam inſerviendi, librum; quem inſcripſit *Inſtructionem medicam.* Verùm, quod ſciamus, necdum foras ea eſt data; ſed detinetur in ſcriniis cl. V. *Adami Meueri,* fratris germani, medicinæ itidem doct. Equitis Aurati: & nunc à cura corporis Regi Poloniæ: qui ſe evulgaturum propediem promiſit.

Adamus Meuerus M. D.

Et tantum de Meuero *ex relatione Salomonis Neugebaueri nobil. Boruſſi de Cadano.*

LAURENTIUS SCHOLTZIUS.

MEDICORUM Germanorū elegantiſſimo numero non uno merito accenſendus eſt LAURENTIUS hic SCHOLTZIUS, vir in omnibus diſciplinis excellens, ſingularisque in arte medicâ experientiæ; quæ ἡ πάντ' ἀνθρώπινα ἐπιμοσμῦσα χάρις omnibus bonis & eruditis gratiorem fecit, & admirabiliorem.

Protulit eum clariſſima urbium *Uratislavia,* Sileſiæ caput, honeſto inter cives ſuos loco natum, anno Chriſti *ſecundo & quinquageſimo,* poſt *milleſimum, quingenteſimum* die *viceſimo* Septembris, intra *decimam* & *undecimam* pomeridianam.

Hic cùm à primis ſtatim annis, à quibus non minus reliquam vitam; quàm diei reliquum à matutinâ cœli facie conjicimus, melioris ſecutus naturæ ductum, ad virtutem & bonas literas animum appuliſſet: earumque præclara in patriæ gymnaſio fundamenta jeciſſet: in publicis poſtea ſcholis tum *ſtudiorum philoſophicorum* curſum laborioſum feliciter confecit: tum *artis Apollineæ* latiſſimos & herbidiſſimos campos ſumma cum laude, maximoque cum fructu decurrit.

Inde cum ſe majoris ingenii cultus gratia in *Italiam* contuliſſet: doctiſſimis quibusvis ea viris operam dedit: illorumque uſu & conſuetudine eò usque in arte medica eſt progreſſus: ut lauream apicemque doctoralem non ſine laude retulerit.

Ad ſuos ex Italia ſub annum *ſeptuageſimum* reverſus, magna cum fidei, induſtriæ & dexteritatis laude medicinam primùm *Freiſtadii* Ducatus *Glocovienſis* in Sileſia oppido amœno & eleganti: deinde *Uratislaviæ* inter ſummos, medios, infimos, factitavit: artis ſuæ probè gnarus, & annorum aliquam multorum uſu adeò exercitatus ut ſcitè *alterum oculum* ad naturam, temperamentum, & vires decumbentium; *alterum ad* aphoriſmos artis convertere poſſet.

Praxi autem medicâ non contentus, ſcriptis etiam, quà è ſuo ipſius penu depromtis, quâ ab aliis relictis; in publicum edendis rei medicæ prodeſſe conatus eſt: uti mox dicemus.

Singulare verò in ipſo botanicæ rei ſtudium loquitur hortus ille: quem intra patriæ ſuæ mœnia, rei medicamentariæ quaſi ſeminarium quoddam, magnis certè laboribus & impendiis, quàm diu vixit, excoluit: & omnium *florum, herbarum, bulborum, plantarum* genere, aliisque cum *inquilinis* tum *exoticis,* hero & loco dignis, exornavit.

Plura autem indies præſtaturum, mors impediit, quæ νέσω ἀδηφάγῳ.

——————ἥτε μάλιςα
Τειρόμενον ςυγερῇ μελέων ἐξείλετο θυμόν.

lenta & pulmonaria tabe abſumtum terris eripuit die *viceſimo ſecundo* Aprilis, anno ſeculi *nono ac nonageſimo*, cùm ætatis ageret *ſeptimum & quadrageſimum*: vir longiori vita dignus. Sed *placuit Deo anima ipſius: ideoq; properavit educere illam è medio iniquitatum.*

Fuit vir & medicus verè doctus, pius, officioſus: qui ſic cum omnibus vixit: ut animi candore, ingenii modeſtia, morum gratia, ſuavitate amoris, vix eum ſuperaret quisquam.

Uxorem habuit *Saram*, *Joannis Aurifabri* Theologi clariſſimi, filiam: qua cum dum vixit, ſine reconciliatione vixit.

Edidit in uſum rei medicæ *ſectiones octo aphoriſmorum medicinalium cum Theoricorum tum practicorum, omnibus, quibus ſecunda veletudo cura eſt, apprimè neceſſariorum.*

Unum etiam in volumen conjunxit & edidit *epiſtolas philoſophicas, medicinales & chymicas, à ſummis noſtræ ætatis philoſophis ac medicis exaratas*, quæ ut * *Poſthius* de iis.

— non modo emuntur & leguntur:
Verùm, quod magis eſt, fideq; majus,
Plenis faucibus usq; devorantur:
Nec fames ſatiatur, appetitus
Sed creſcit magis indies vorando.

Scholtzii item opera lucem viderunt, quæ medica reliquerat, morte præpeditus *Joannes Crato, conſilia medica*, de quibus ita idem *Joannes Poſthius*:

In lucem profert dum ſcripta diſerta Cratonis
Scholzius, æternam lucem ipſe decusque meretur.

Hortum illum ſuum, de quo modò, ita exornavit: ut verbis exprimi vix poſſit; quæ florum fuerit herbarumque in eo *copia* & varietas: quis *ordo*; quàm aptè omnia in *areolas* ſuas & *pulvillos diſpoſita* quæ *frondium textura*; quæ *viridaria*. Ita non ſolùm exteri advenæ ac hoſpites, cum voluptate ac delectatione eum ſpectarunt: ſed magni etiam viri ſuis carminibus celebrare nō dubitarunt: de quibus quædam, in lectoris philologi gratiam, lubet addere. Sic ergo de eo horto imperialis ille conſilii in aula Cæſaria ſenator.

J. MATTHÆUS WACKERUS.

Theſſaliæ laudent alii cultiſſima tempe:
Commendent hortos Alcinoique alii.
Ille Guilandina *viridaria, conſita dextrâ,*
Iſte Aicholce *tuos Cæſariane tholos*
Nos Scholtzi *miros celebremus ſolius hortos.*
Naturæ atq; artis nobile ditis opus.
In queis Theſſaliam vincit vel Sarmata tellus,
Sleſius Auſtriacum, Pruſſiacum, Alcinoum.

JANUS GRUTERUS

In eundem.

Tam benè, tam pulcrè cum curet Scholtzius hortum.
Heic ubi ſemeſtri frigore regnat hyems:
Qualiter hâ Veneris coleret Vulcania tempe:
Ver quibꝰ haud unquā, vel Zephyritis abeſt.

JOANNES POSTHIUS

Eundem ita laudat.

Ut medicum vidi Muſis comitantibus hortum,
Excultum manibus, Scholzi operoſe tuis;
Miratus plantas varias, miratus honorem,
Attonito hoſce dedi protinus ore ſonos:
Quid petis à nobis bulbos & ſemina? quorum
Naſcitur, ecce, tibi copia tanta domi;
Quantū ego vix ullo memini me cernere in hor-(to:
Pace loquor Cluſi, pace, Platere, tua.
In ſylvamne ego ligna feram, vel in æquora piſces?
Floræ dem flores, poma vel Alcinoo?
Tu potius mihi mitte, quibus tuus hortus abun-(dat:
Usq; memor Scholtzii ſic meus hortus erit.

Hæc de noſtro Scholzio debentur *vitæ M. S. à Nicolai Henelio IC. tranſmiſſæ: parergis Poſthii: delic. poet. Belgic & bibliothecis.*

GERARDUS BONTIUS.

⊖ 1599. d. 15. Sept. æt. 63 curr.

EDITUS eſt *Gerardus* Bontius anno *trigeſimo octavo*, ſupra *milleſimum, quingenteſimum, Ryſvvici*, vico Geldriæ, patre honeſto & ſtipendiorum plurimorum viro: ſed qui militarem vitam poſtea pertæſus, ad tranquillam magis ac honeſtam voluptatem pariter & fructum, qui ex terræ cultu & fœcunditate petitur, more antiquorū, ſe contulerat.

Ryſvvicum patria Bontii. Pater ex milite agricola.

Puer ad percipienda prima literarum rudimenta *Schonhoviam* à patre miſſus eſt. Ubi *Adrianum Agrippam* præceptorem habuit; ut in ea functione multi inter ſuos nominis & formandæ juventuti natum. Huic deinde *Delphos* eſt ſecutus, ubi in eodem ludo & *Geldorpius* docuit, vir à feſtivâ libertate & ingenua dicacitate celeberrimus. His ad annum *milleſimum, quingenteſimum, ſexageſimum quintum* adhæſit.

Adrianus Aggrippa, & Geldorp. præceptor Bontii.

Atque hic philoſophiæ totum ſe dedidit: à qua ipſa (nam naturæ contemplationi plurimum intentus erat) ad medicinā pertractus eſt, in qua *Bieſium* audivit, quem non multò poſt *Lovanio Viennam* Maximilianus evocavit. Quo quidem Belgio erepto, cum *Italiâ Lovanium* mutavit: ubi *Ferrariam* ſibi & ſtudiis potiſſimum idoneam duxit: cæterum honorem, qui ſupremus eſt in eo ſtudio, *Patavii* eſt conſecutus.

Bieſius item medicinâ. In Italiam Bontius abit.

Patavio in Belgium reverſus paulò pòſt *Lugdunum Batavorum* vitæ ſedem elegit; in qua ſimul cum receptis in ea civitate literis, & Muſis, è cathedra docere cœpit; homo ab impietate juxtà, ac ſuperſtitione averſus; quam, ut erat magni animi, ſubiiſſe nomen pietatis, probitati verò fucum facere, haud rarò inter candidos amicos, ac ſinceros, fremebat; ipſe aperti ac ingenui pectoris, iratus ſimul iis ac inviſus, qui ſceleribus ac fraudi cultum numinis prætexerent: quod eſt illi generi familiare. *Religionem quippe, eſſe neceſſariam* ajebat, *ſolam verò ejus ſpeciem, ſi abſit virtus, animi ut plurimum perverſi ac contecti vitiis aſſylum eſſe; in hiſtrionibus prædæ eſſe alienam innocentiam: quam autoritate opprimunt ac faſtu.* In utroque enim populi credulitate abuti: quod & ipſe expertus eſt.

Redit in patriam. Lugduni docet. Mores ejus.

Inter philoſophos *Platonem* proximum à nobis, maximè amavit; cum quo *Maximum Tyrium* Philoſophum, ſed & *Nemeſium* plerunque conjungebat; illum Platonicum,

Plato à Bontio amatus Cum Tyrio & Nemeſio.

hunc & Chriſtianum. A quibus ne in morbo quidem divortium fecit. Fato quippe proximus, *Auguſtini Steuchi opus de perenni ſapientiâ*, ſæpe à ſe lectum, repetiit: & in iſta contemplatione, cùm ad DEUM aliquoties ardenter mentem convertiſſet, exſpiravit: *Julium Scaligerum*, non tam imitatione inerti, à qua abhorrebat, quam judicii conſenſu ſecutus, qui hoc ſcriptum & legit ipſe plurimum, & non paucis commendavit.

Virtutes & mores. Moribus erat ſimplex ac candidus: ingenio feſtivo & ad liberalitatem facto. Dignitatem Academiæ ſine faſtu; familiæ curam ſine ſeveritate ſuſtinebat: nihil ut Italis præter eruditionem deberet, contra eorum vitia optimè munitus, non tam inſtituto, quàm indole. Vir bonus abſque apparatu, prudens ſine ambitione. In vultu gravitatem æſtimaſſes: ubi propiùs noviſſes, comitatem ejus amare maluiſſes. *Divina à ratione non dependent.* Quorum rationem ignorabat, ea nec admirabatur, neque cuivis obvio credebat: divina ſolitus excipere, quorum ratio ab humanâ nec dependet, nec inveſtigatur, quia pariter naturam excedit. In cæteris ſubinde iraſci prono ad ſtoliditatē vulgo, quam cum indignatione, interdum caſtigabat. Homo quippe acer, qui nec ipſe ſibi gratiam cujuslibet delicti faceret; in fatuitate, à qua aberat longiſſimè, nihil minus, quam pertinaciam ferebat: quæ armata nugis, facilius oppugnat veritatem, quàm intelligit.

Hoc quoque ad reliqua acceſſerat, formæ decor ad ætatem ultimam in eo conſtans, è qua omnium poſtremò venerandam canitiem ſervaverat. *Liberorum educatio.* Liberos benignè potiùs, quàm laxè habebat: quibus efficaci ad virtutem inſtrumento, non verbis, ſed exemplo, præibat.

Eruditio Bontii. Græcè ita doctus: ut *Galenum ac Hippocratem*, hoc ſermone ſemper legeret: in *contemplativa* medicina tantus, ut non aliud egiſſe videretur. *Activam*, in qua paucos ætate ſuâ pares habuit, nemo plures curavit, non tam ad quæſtum, quàm ad benignitatem exercuit, quanquam duro onere familiæ, ac gravi. Adeò promtum virtutibus, invictum in adverſis animū habebat. Omnes enim diligenter, deſtitutos à fortunâ, gratis accedebat.

Supremum Academiæ honorem aliquoties ſuſtinuit, nunquā affectavit. Poſtremò, quanquam hoc minimū in eo eſt, qui hæc nondum æſtimare didicit, ne privatus quidem obiit. *[Ob]itus.* In ipſa enim Academiæ rectura extinctus eſt: anno *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo nono*, Septembris *decimo quinto* die, ætatis anno *ſexageſimo tertio*: nimirum climacterico, magnis viris ſæpe exitiali. Fatalem horam ipſe præſenſit; neque extimuit. Quorum alterum ab experientiâ, alterum ab innatâ ſapientiâ habuit. Morti proximus cum nihil cibi ſumſiſſet, repugnante ſtomacho, cujus imbecillitate laborabat; ad *Reinerum* filium *Vox ſuprema.* converſus, animo compoſito; *Ecce autem* inquit, *iſte victus eſt, neque adhuc deditionem parat.*

Monumentum. Epitaphium ei locatum eſt ejuſmodi:

D. O. M.
ET MEMORIÆ D. DOCTORIS
GERHARDI BONTII
VIRI CUM OMNIUM DISCIPLINARUM, TUM PRÆCIPUE UTRIUSQUE MEDICINÆ LAUDIBUS ORNATISSIMI: QUI IN FLORENTISSIMA BATAVORUM ACADEMIA PRIMARIUS MEDICINÆ PROFESSOR MAGNA FAMÆ CELEBRITATE TOTOS XXIV. ANNOS PUBLICE DOCUIT: IBIDEMQUE RECTOR MAGNIFICUS RECTORATU SIMUL CUM VITA DEFUNCTUS EST
XV. SEPT. ANNO CIↃ IↃ XCIX.
VIXIT ANNOS LXII. MENSES VI. DIES VI.
CONJUX ET LIBERI.
MÆSTI POSUERE.

Liberos reliquit *octo*, inque his *Joannem & Reinerum*, illum *Roterodamenſis* reipubl. medicum & quæſtorem: hunc ejuſdem artis profeſſorem, ſummisque principibus *Mauritio & Henrico* Naſſoviis à medicinâ: virum tam tenacem patriæ virtutis, quàm ab omni oſtentatione virtutis alienum: cui, quod miraculi eſt inſtar, artis etiam ſucceſſum reliquit: quaſi cui reliqua non deerant, fortunam quoque inter domeſtica haberet. *Duo* reliqui, ſupremum alter juris, alter medicinæ gradum in eadem Academiâ tuentur.

Scripſit plurima, in Hippocratem præſertim; ſed quæ edi noluit. *Potius enim eruditionem deeſſe, ſeculo exiſtimabat: quàm ſcriptores.*

Hæc de Bontio *ex illuſtr. Hollandiæ & Weſtfriſiæ ordinum Academia Leidenſi.*

JOANNES HEURNIUS.

CLARA & antiquâ Belgarum familia oriundus, Henricus patrem habuit *Othonem*, qui ex uxore *Gertrudâ à Velſen* primo genitum hunc filium ſuſcepit. Ultrajecti, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo tertio*, Januarii die *viceſimo quinto*, quadrante ante ſextæ mediam matutinam. Ab ipſis incunabilis placidum & gratioſum ei fuit ingenium; ipſaq; indoles medicæ artis excellentiā in puero præſagiit. Nam cùm ipſum mater lactaſſet, nō ut fieri ſolet cunarum agitatione ſopiri poterat; ſed in lecto repoſitus domeſticum catellum (fidum olim Æſculapii comitem) ludibundus ſpectans obdormiebat. Ipſo autem evigilante deſiliens è lecto catulus ſuâ præſentia matri rem denunciabat.

Prima ſtudiorum fundamenta ſub *Georgio Macropedio*, Ultrajectanæ ſcholæ Rectore, celeberrimo id ætatis viro, poſuit. Deinde inſtitutione *Arnoldi Eickii*, claro tum Ultrajecti in puerorum ingeniis formandis viro, in ſtudiis humanioribus magnos pro-

regreſſus fecit. *Lovanium* anno ætatis *de-imo octavo* à patre deductus, per *biennium* x publicis lectionibus celeberrimorum re-iorum Profeſſorum, *Hieremiæ Triverii rachelii* (cujus doctiſſima exſtant commen-ria, ad *aphoriſmos Hippocratis*, *ad Gale-um & Celſum*) *Andreæ Baleni*, *Petri Bro-lii*, *& Gemmæ Friſii* filii, in philoſophiâ medicinâ plurimum profecit; adeò ut jam rroborato ſtudiorum ſuorum fundamento l eorum conſummationem animum adjice-t.

Pariſios igitur contendit: ut intima medi-e artis arcana perciperet; quæ ibi publicè, aximo totius Europæ concurſu & applauſu, tidè enarrabant.

urea doctiloqui cœleſtia labra Dureti:
Ambroſiâ & Coo paſta labella favo.

Fuit enim hic *Duretus* non ſuæ tantum atis; ſed omnis ævi medicâ arte eminen-ſimus, dicendo agendoque juxta optimus: ut Heurnius ſubinde dicere ſolebat, *in edicorum ordine tertius*, Galenoque poſt-nendus; in poſteriorum autem ſerie reli-is omnibus anteferendus. Primus enim e fuit qui barbariei mandragorâ ſopitum ppocraticæ artis genium, acri & incitato o ingenio reſuſcitavit: & ex tenebrioſo carum ergaſtulo in illuſtre theatrum orbis rarum protraxit. Unde *Stephanus* * *Pa-aſius*,

iſca quod Hippocrati venerando debuit ætas,
Dureto cur non debeat Hippocrates?
ſuâ morbos immanes arte fugavit:
Hic à morte ſuum vindicat Hippocratem.

Nam in ultimâ *Burgundiâ* natus, primis tis temporibus Pariſios venit pauper & ps ſed mox ingenii vividâ vi exſplende-nte reliquos commilitones multis para-gis ſuperavit; primumq; in ordine Docto-n (prout Pariſiis conſuetudo ferebat) pro-tum, ditiſſimo conjugio proſpera fortuna vit. Mox regiâ profeſſione & praxi illu-is, vitam docendo, ſcribendo, & praxi icâ ac regiâ transegit. Nam *Caroli IX. & nrici III.* Galliarum & Poloniæ regum petuus cubicularis medicus fuit. A qui-s adeò dilectus; ut cum filiam elocaret; rex lextris, ipſe à ſiniſtris filiam in templum ſolennia ſponſaliorum deduxerint. Ipſe-e rex, ſua præſentia nuptias cohoneſtans, nem auream & argenteam ſupellectilem, miniſtrabatur, cujus pretium *quadra-ta florenorum millia* excedebat, ſponſæ honorario donavit. Tantus enim regis a Duretum fuit affectus: ut, niſi ipſo nte, cibum non ſumeret: ſæpeque excla-ret; *Durete ſi filium haberem, tuæ curæ ejus educatio & inſtitutio eſſet.* Obiit morte natura, ſed placida ac proviſa *milleſimo, ngenteſimo, octogeſimo ſexto*, ætatis *unde-ageſimo.* Sed de Heurnio dicendum.

Hic ergo toto *triennio* tanta ſedulitate retum audivit: nullam lectionem ut ne-eret. Cumque ſeriùs interdum ipſum dentem ille conſpiceret; audita non ſe-mel publicò ex ſuggeſtu ejus vox; *mi adole-ſcens, doleo jam quadam dicta, quorum non es particeps.* Magnum erga Heurnium adfe-ctus, indicium. A viro enim gravi, nec ver-borum prodigo, quem ipſe rex reverebatur; nunquam ea vox, niſi erga Heurnium, pu-blicè audita. Cum magno hoc Dureto Heurnius medicam praxim quotidie frequen-tavit Pariſiis: pluresque calculo ſectione li-berari vidit, à peritiſſimo omnis ævi litho-tomo *Laurentio Collodæo.* Nam præter mol-liſſimam in crudeliſſimo opere ἐγχείρησιν, ea ipſi erat agilitas pari cum ſecuritate eventus-que felicitate juncta; ut ſæpe jam calculos extractos ægrotis oſtenderet; cùm ipſum in ſectionis præparatione verſari cenſerent.

Dureto familiaris Laur. Collodæus lithotom.

Studia etiam humaniora ibidem excoluit, aſſiduè *Carpentarium*, *Ramum*, *Turnebum*, *Auratum*, audiendo. Inde horridam *Hi-ſpaniam* inviſere cum animo agitaret, pru-dentis amici diſſuaſu tot periculis prægnan-tem peregrinationem omiſit; & ad Europæ de-litias *Italiam* iter convertit, anno ætatis *vige-ſimo quarto*: eaque tota perluſtrata Patavii ſe-dem fixit cum *Petro Foreſto*, *Burenio*, *Teilin-gio*, ſodalib. & popularibus ſuis; qui magna poſteà fuere Hollandiæ in arte medica lumi-na. Semel ibi ab homicidis, bis à virulen-tis animalibus vitæ diſcrimen adiit; nimirum ſerpente boas, & inſecto phalangio.

Philoſ. Heurnius audit.

Italiam perluſtrat. 1567.

Vitæ diſcrimen adit.

Cumque Venetorum ad Turcarum tyran-num legatus Heurnium ob egregiam erudi-tionem amplo ſtipendio ad Conſtantinopo-litanam Peregrinationem invitaret; ipſum ſecutus fuiſſet: niſi inconſultis parentibus id facere reformidaſſet. Cum igitur Patavii *Capivaccium*, *Stephanellum*, *Mercurialem*, *Paternum*, *Aquapendentem*, *Guilandinum*, ſumma diligentia audiviſſet; & in omni me-dicinæ parte egregiè ſe exercuiſſet: *Ticinum* profectus eſt anno ætatis *vigeſimo octavo.* Cùmque ibi aliquandiu ſedulam anatomiæ operam ſub clariſſimo *Gabriele Cunerio* na-vaſſet; & cum *Bellocatone* celeberrimo me-dico praxin quotidianam frequentaſſet: jam conſummatiſſima medicinæ ſcientia, quan-tum ætas ferebat, inſtructus, gradu doctora-tus ibidem decoratus eſt.

Patavii doctores Heurnii.

Ticinum proficiſcitur 1571.

Ubi gradu Doctor. ornatur.

Loci autem ejus genio allectus cùm diu-tiùs ibi ſubſiſteret: & jam antea innotuiſſet illuſtriſſimo *Nicolao Renaldo Perenoto* Domi-no à Granvella & Chantonay, comiti à Cantecroy, ab ipſo *biennium* honorifico ſti-pendio medici loco habitus eſt. Cùm autem celeberrimus ejus Academiæ profeſſor ipſi filiam unicam ſimul cum profeſſione & tota hæreditate tradere decreviſſet; jamque pu-blicè doceret; ut eruditionis ſpecimen daret: Itali plures corrivales in ipſius perniciem conſpiravare. Itaque ſatis perſpecta cum in ejusmodi rebus Heurnio Italorum eſſet indoles; repente clam in patriam contendit, ea feſtinatione; ut exiguo tempore totum iter abſolveret, nullum ſibi locum tutum, niſi patriam, exiſtimans.

Nicol. Renald. Peren. Granv. Eſt à cura valetudinis Perenoto.

Ab Italis inſidiæ ei paratæ.

Ita anno ætatis *trigeſimo* in ipſo belli civilis

Redit in patriam magnis itineribus, 1573.

æſtu reverſus *Ultrajectum*, medicinam ibi exercuit: domeſticusque medicus fuit principum de *Egmont*, & *Ultrajectinæ provinciæ* eo tempore gubernatoris de *Noortcarmes*, quem ex veneno ab Hiſpanis propinato, diuturnus ac tædioſiſſimus lethaliſque icterus torquebat. Hujus favore paternas ædes immunes ſervavit à tyrannide militum Hiſpanorum: quibus ſinguli cives ſuis in ædibus victum gratis dare, cum ſummo rei familiaris diſpendio, cogebantur. Eorum faſtus tolerandus; inſolentia perferenda; injuriæ devorandæ erant: ſilente ſub armorum vi lege & honeſtate omni; adeò ut quot in univerſo Belgio domus, totidem & privatæ tyrannides eſſent.

Ubi medicinam fa-cit.

Defenditur contra Hiſpan.

Ducit uxorem.

Duxit tunc Heurnius, in patria ſua, uxorem *Chriſtinam Bayeram*, virginem, indigenam, antiqua multoque honorum decore clara patricia familia oriundam. Nam Bayerorum familia priſca & celebris in ditione Ultrajectina proſapia multis ætatibus conjugii copula inſerta eſt claris ibidem patriciis familiis *Helsdingiorum*, *Lyſtriorum*, *de Roien*, *Hanniorum* aliiſque plurimis. Functa & *Bayerorum* eſt familia multis ætatibus primariis eccleſiaſticis honoribus Ultrajecti, cui in omnibus ferè templis teſtimonium monumenta perhibent. Eorum quidam epiſcopi Ultrajectini Vicarii fuere, qui abſente Reipub. clavum moderati.

Familia Bayerorum.

In Senatum adlectus Heurnius Ultraject. Contra voluntatem.

Inde Leidam evocatus.

Poſtea rebus jam Belgii, principis *Auraici* adventu, nonnihil recreatis & immutatis, eligitur & Joannes Heurnius, ejusdem principis ſuffragio ſenator ſeu ſcabinus Reipub. Ultrajectinæ. Nihil homini Muſis & tranquillitati dedito gravius, hoc turbulentiſſimo temporum ſtatu accidere potuit: tandemque vix multis precibus ac magno molimine ejus officii vacationem impetravit. Mox in urbe Leydenſi erecta Academia, eò à curatoribus & coſſ. evocatur ad profesſionem medicam. Deſerit igitur patriam; Leydamque commigrat, anno ætatis *duodequadrageſimo*, Chriſti *octogeſimo primo*, ſupra *milleſimum*, *quingenteſimum*, Octobris die *triceſimo primo*. Inde anno *octogeſimo octavo*, à Friſiæ Ordinibus, & comite *Guilielmo Ludovico Naſſovio* ad profeſſionem, in Academia *Franekerana* ſuſtinendam, ſtipendio honeſtisſimo evocatus eſt. Sed Curatorum conſulumque benignitate, locique amœnitate detentus ſortem mutare noluit. Praxin maxima cum autoritate exercuit, perpetuus ordinarius medicus principis Auraicæ MAURITII confœderatarum Belgii provinciarum gubernatoris, principis *Chimayæ*, & omnium procerum Hollandiæ.

Quo venit 1581.

Et Franekeram 1588. Abnuit.

Plurium princip. medicum egit.

Heurnii etiam ſolius operâ uſus eſt cl. V. *Juſtus Lipſius*, dum Lugduni egit. Is diu tædioſiſſimo cum malo conflictatus, febrileſque inſultus varios expertus, ſumto aliquando pharmaco materiæ commotæ onus excernens, percepit ingentem ſe copiam alvo effundere, eamque continuam & cohærentem. Intuetur Lipſius quid rei ſit; videtque attonitus maſſam figurâ & colore inteſtina exprimentem. Conſternatus itaque illic[o] Heurnium vocat; de vitâ ſuâ actum dicens: Omnia enim inteſtina ſe effudiſſe. Inſpici[t] alvi proluviem Heurnius, & læto vultu a[d] Lipſium converſus: *reſpice*, inquit, *tropha[um] de tuo morbo. Hic focus & ſentina toti[us] mali jacet.* Erat lenta & viſcida pituita paulatim in totâ inteſtinali fiſtulâ coacerva[ta], à ſedentaria & in ſtudiis contabeſcent[e] vitâ ejus figuram referens: quæ putreſcen[s] partibusque vicinis nobilibus nexam com[mu]nicans ſentinam in totum corpus propaga[-] verat. Sic fomite mali expurgato reſtitutu[s] eſt ſanitati.

Juſt. Lipſium curat.

Totam autem ætatem Heurnius in Hippo[-] cratis familiaritate conſumſit: adeò ut eju[s] locos omnes Græcè memoriâ teneret: præ[-] lectionesque ſuas incomparabili ſermoni[s] venuſtate ac ſuavitate condiret: *nulliusq; ſcri[-] pti ſubſidio de cathedrâ*, perpetuò divi[ni] ſenis myſteria enarraret: & de ſuperiore loc[o] diſputantem neque honeſti vultus decor, ne[-] que vocis & motus elegantia deſtituebat.

Quo autem emolumento, Academiæ fam[a] teſtis eſt: cui potiſſimam celebritatis parte[m] attulit: teſtis & doctisſimorum diſcipulo[-] rum uberrima ſeges; quæ ex ejus ſchola tanquam ex Chironis antro prodiit nobiliſſi[-] ma.

Sexies ibidem magnifici Rectoris dignita[-] tem ſuſtinuit: primusque in Academia Ley[-] denſi propriâ manu anatomiam adminiſtra[-] vit, efflagitantibus id ſtudioſis; cum inſolen[s] hoc exercitium patriæ eo tempore eſſet. Do[-] cuit & ibi in collegio illuſtrisſimorum Ordi[-] num, *quatuor libros Ariſtotelis meteorologi[-] cos, & tres de animâ* quos doctis commenta[-] riis etiam illuſtravit. Intimam hic colu[it] amicitiam cum viris ævi illius celeberrimi[s] *Jano* * *Douſa* Domino de Noortvvick & A[-] cademiæ curatore, *Joanne Banchimio* ſuprem[æ] curiæ Hollandiæ & Zelandiæ præſide atq[ue] Academiæ curatore; *Petro Beimanno* Co[n-] ſule Reipublicæ Leydenſis, *Nicolao Zeyſt[ius]* Reipublicæ Leydenſis Syndico, *Joanne Hol[-] manno ſecundo*, *Franciſco Iunio*, *Luca Trelca[-] tio*, *Hugone Donello*, *Everardo Bornhorſti[o]*, *Joſepho Scaligero*, *Iuſto Lipſio*, *Franciſco Raphe[-] lengio*.

Inter diſcipulos clarisſimi & beneficioru[m] à præceptore in ſe collatorum memores h[i] ſunt: *Sebaſtianus Eberti*, vir ſummus & me[-] dicæ politicæque ſcientiæ juxta gnarus, mu[l-] tis annis ad clavum Reipublicæ admotus, [&] inter Ordines generales confœderatum Be[l-] gii provinciarum delegatus, unicus inter e[os] quos *Amſterodamum* extulit, arte medica cla[-] riſſimus. *Petrus VVittendel*, reipubl. *H[a-] ganæ* medicus ordinarius, vir ad omniu[m] voluntates devinciendas ipſis Gratiarum ma[-] nibus factus, longâ artis experientiâ in Ital[ia] & Hollandia clarus: cujus conſilio, poſt mo[r-] tem Heurnii, in caſibus periculoſis magna[-] tes Hollandiæ uſi. *Cornelius Vigius Horn[a-] nus*, olim in Academia *Dolana* medicin[æ] Profeſſo[r]

Profeſſor, poſtea comitum *Embdenſium* medicus ordinarius. *Balduinus Hamæus*, profundæ eruditionis vir, illuſtris officio medico, quo per annos plures apud magnum *Moſcoviæ ducem* functus eſt: dein *Londini* n Anglia artem, qua ab Heurnio imbutus, naximâ cum celebritate exercuit. *Valentinus & Guilielmus* **ven der Meer**/ reipub. *Delfenſis* medici ordinarii celeberrimi: *Gualterus Verdœſius* politiſsimæ doctrinæ ingenium, medicæ artis in Repub. *Ultrajectina* olim illuſtre ſidus. *Theodorus Velius* Reipub. *Hornanæ* medicus ordinarius praxi medicâ per *Nort Hollandiam* clarisſimus.

Cæterum ſanitate Heurnius toto vitæ tempore uſus eſt integra; ſemel tantum in Italia paucisſimis diebus *febri* conflictatus, quam ilicò larga venæ ſectio abſtulit. *Colico dolore* ſtatim infeſtabatur; cum calida ac acria copioſiùs aſſumſiſſet. Itaque ſibi à pipere, cæpis, raphano, & id genus eduliis ſtudiſimè cavebat. Variolis non laboravit; metuens tamen ſibi ab externo iritamento, non libenter hoc morbo affectos accedebat.

Anno tandem ætatis *quinquageſimo ſexto* Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo octavo*; die *octavo* Februarii, tanta ſanitatis ſerenitas lethali procella concuſſa, tandemque everſa eſt. Publico enim in convivio *muſtum Rhenanum* crudum & auſterum bibens, repentè percepit ſibi urinæ reddendæ facultatem interceptam. Domum igitur rediens ne urinæ quidem guttam excernere potuit; niſi poſt longa tum enematum, tum fomentorum molimina, tantum ſtillatim & acerbo cum cruciatu. Omne genus medelæ ab ipſo tentatum, ſed fruſtra; reluctantibus fatis. Sic paulatim dolorum carnificina attritus, anno ætatis *duodeſexageſimo*, Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo primo*, de nocte diei *undetrigeſimi* Maji, qui erat Martis; incidit in febrem lethalem; quæ cum ſubinde violentiam remitteret; mox acriùs recrudeſceret, fomite mali perpetuo ſuperſtite, tandem toto naturæ robore dolorum immanitate attrito, placidè in Chriſto obdormivit, Auguſti *undecimo*, qui erat Saturni, manè paulò antè *ſextæ* mediam, eodem ferè quo natus momento.

Morbus ſupremus.

Obitus.

Funus ei Lugduni honorificum eſt factum: ubi memoriæ ejus monumentum poſitum legitur tale:

MEMORIÆ SACRUM
JOANNI HEURNIO
AD PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ
LAUDEM NATO ULTRAJECTI
ANNO M. D. XLIII. STYLO ANTIQ.
MANE POST HORAM V.
MORIBUS SANCTISSIMIS ET INGENIO SUPRA HOMINEM PRÆDITO:
QUI CUM LEYDENSI
ACADEMIÆ
PRIMARIA PROFESSIONE HIPPOCRATICA
RECTORATUS SEXIES FUNCTIONE
SUMMA SCRIBENDI CELEBRITATE
INSERVIISSET.
PER ANNOS XX.
DENATUS LEYDÆ
ANNO CIƆ IƆC. I. AUG. XI. STYLO NOVO,
EODEM FERE QUO NATUS MOMENTO.
VIXIT ANNOS LVIII.
MENSES VI.
DIES VII.

Daniel autem *Heinſius* v. cl. ejusmodi amicum epitaphio ornavit:

JOANNI HEURNIO

Eodem in loco cum uxore ſepulto.

Hic ille HEURNIA DES, *cui ſe tot maxima debent*
Nomina, Cui debet ſe medicina, jacet.
Suſtulit hunc magni tortor crudelis Eraſmi:
Quem toties aliis ſuſtulit artis ope.
Ne tumulo quid deſit, adeſt fidiſſima conjux;
Et vitæ comitem nunc quoque mortis habet,
Sic olim conjuncta thoro, nunc juncta ſepulcro.
Continuat pactam, nondum aliena, fidem.

In crudeliſſimis illis doloribus is tamen Heurnio mentis vigor & conſtantia fuit; etiam cum jam in extrema vitæ tegulâ ſtaret: ut perpetuo adſtantes & amicos placidiſſimè cum omniũ ſenſuum integritate compellaret.

Conſtantia in morbo.

Poſt mortem in ejus veſica *ſeptem calculi* reperti ſunt; & à filio *Othone Henrico* medicinæ profeſſore adſervati; *forma & magnitudine nucis iuglandis* majoris, omnes æqualis magnitudinis & ponderis. Nam ſinguli pendunt *drachmas duas*: ita ut ſeptem expleant *quatuordecim* drachmas.

Calculi in veſica ejus reperti.

Liberos ex uxore illa *Chriſtinâ Beyers* procreavit *undecim*: quorum *duo* ante ipſum vita functi; inſecuti autem ipſum cum uxore

Liberi Heurnii.

ſunt

ſunt *tres*. *Sex* ſuperſtites reliquit, quorum *tres Otho, Joannes, Juſtus*, paternam artem medicam coluerunt, unus *Thomas juris* prudentiæ in curia Ultrajectina vacavit.

Scripta ab ipſo edita. Scripſit *Heurnius* pater & edidit *Inſtitutiones medicinæ*: acceſſit *modus ſtudendi eorum, qui medicinæ operam ſuam dicarunt.*

Praxis medicinæ novam rationem: qua libris tribus methodi ad praxin medicam aditus facilimꝰ aperitur, ad omnes morbos curandos.

De *morbis humani capitis, eorumque cauſis & curatione.*

De *febribus librum.*

De *peſte librum.*

Commentaria in Hippocratis *jus jurandum*: librum

de *medico*,

Legem.

de *arte librum.*

de *veteri medicina librum.*

de *elegantia librum.*

Præceptiones

de *carnibus ſive principiis librum.*

de *purgatoriis remediis librum.*

Prognoſticon etiam libr. III.

Aphoriſmos.

Edidit etiam libr. *de natura & præſagio horrendi cometæ*: qui *anno ſeptuageſimo ſeptimo* orbem terrarum terruit.

Præfationem item doctam *in ſecreta Alchymiæ magnalia D. Thomæ Aquinatis, Ioannis* de *Rupeſciſſa*, ac *Raimundi Lullii* librum.

Poſt obitum ejus *Otho Heurnius F.* in Academia Lugdunenſi medicinæ profeſſor, hæc poſthuma edidit.

A filio edita. *De morbis oculorum, aurium, naſi, dentium & oris* librum.

De *morbis mulierum*: item *de morbis* Præcipuis *ventriculi.*

Commentaria in Hippocratis.

De *hominis natura* libr. 2.

De *victus ratione in morbis acutis* lib. 4.

De *morbis novis & mirandis* epiſtolam.

De *medicinæ origine, Aſclepiadum ac Hippocratis ſtirpe & ſcriptis* orationem.

Reſponſum ad ſupremam curiam Hollandiæ & Zelandiæ: *nullum eſſe aquæ innatationem lamiarum indicium.*

De *humana felicitate* librum.

Prodierunt hæc omnia deinde conjunctim opera filii Othonis anno *ſexcenteſimo nono.*

Poſthii elog. de Heurn. l. 2. Sylv. *Joannes* autem *Poſthius* Medic. & Poëta hoc elogio Heurnium hunc ornavit:

Illuſtrat medicam feliciter HEURNIUS *artem;*
Commodus & viva voce libriſque ſuis.
Quin etiam vitam reddit morientibus ægris,
Mirſifica miſcens pharmaca rara manu.
Ergo virum præſens celebratque & ſuſpicit ætas:
Poſtera ſed faciet diis in honore parem.

Tantum de Heurnio *ex Academia Lugdunenſi: parergis Poſthii: elenchis librorum: aliis.*

CASPAR PEUCERUS.

BUDISSINÆ, primario Luſatiæ ſuperioris, oppido exilii terreni initium fecit *Caſpar Peucerus*, anno *milleſimo, quingenteſimo, viceſimo quinto*, ſeditioſorum in Germania ruſticorum excidio, & ſacramentariæ pugnæ initio infami, natus hora *duodecima* noctis præcedentis feſtum Epiphaniorum: qui dies celebris etiam eſt natali *Eobani Heſſi*, laudatiſſimi in Germania poetæ; & obitu fortiſſimi Herois * *I. Caſimiri*, comitis Palatini, & electoratus Adminiſtratoris.

Parentes habuit honeſtos ejus oppidi cives: patri nomen fuit: *Gregorio Beuckero*; ibidem anno *nonageſimo ſeptimo*, ſupra *milleſimum, quadringenteſimum*, die *ſexto* Januarii nato; quo eodem anno & ſocer hujus filii, *Melanchthon* primum hujus cæli ſpiritum hauſit. Et obiit hic eodem anno quo Melanchthon, *ſexageſimo* poſt *milleſimum, quingenteſimum.* Mater verò Peuceri fuit *Ottilia* Simonis, quæ *viginti* ante maritum annis ad meliorem vitam eſt prægreſſa.

Parens cùm in filio præclara acris ingenii ſigna cerneret, animadverteretque primis literarum elementis perceptis, feliciter eum ad præcepta artis Grammaticæ & initia ſermonis Latini progreſſum: de uberiore doctrinæ cultu ei proſpiciendum judicavit. Itaque de conſilio amicorum & propinquorum filium *Goldbergam*, Sileſiæ in ducatu Lignicenſi oppidum, ablegavit: cujus ſchola tunc florentisſima erat frequentia diſcipulorum, & inprimis concurſu nobilitatis *Boemicæ, Moravicæ, Polonicæ, Sileſiacæ*; quam attrahebat fides, diligentia, diſciplinæ ſeveritas; quæ in rectore *Valentino Fridlando Trocedorffio* ab omnibus tunc prædicabatur.

Indolem ſuam in eo puer etiam tum prodidit; quod aliis condiſcipulorum iis horis, quibus poteſtas ludendi erat legibus quoque conceſſa, luſui vacantibus, ipſe ſolitus fuit vel commentari aliquid, vel ſocios nactus inſtituere accuſationes & defenſiones, in quibus ipſe vel patronus eſſet, vel ut judex ſententiam ferret. Inde enim facilè apparuit ingenium ejus vehemens & multarum artium capax, ad ſublimiora & graviora ſtudia delatum iri.

Goldberga *Wittembergam* ſe contulit anno *milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo*, ibique vel parentis voluntate, vel aliarum commendatione inter συσσίτους Philippi Melanchthonis receptus eſt: * *quadriennio* poſt magiſter optimarum artium publicè renunciatus, ſuaſore & auctore potisſimùm Melanchthone. In eadem Academia mathematum præceptores habuit, *Ioachimum Rheticum, Iacobum Milichium, Eraſmum Reinholdum*: in arithmeticis privatim *Stifelium.* Iſtis in ſcientiis quan-

tum profecerit; monumenta ejus teſtantur & libelli editi.

Cum his ſubtiliſſimis ſcientiis ſtudia optimarum artium conjunxit, & in primis medicinæ: in qua adeò excelluit; ut* mortuo *Jacobo Milichio* in ipſius locum ſurrogatus ſit: cùm antea mathemata publicè docuiſſet, eademque editis ſcriptis propagaſſet. Gradu Doctoris ornatus eſt anno *ſexageſimo* die Januarii *triceſimo*, decano artis medicæ *D. Melchiore Fendio*. Melanchthon igitur, exquiſitus ingeniorum cenſor, Peucerum, admiratus acerrimam in eo naturæ ſagaciſſimæ vim, & induſtriam nullis laboribus cedentem, veritatisque tam in politicis, quàm eccleſiaſticis amorem, multarumque aliarum virtutum, non adumbrata, ſed expreſſa veſtigia, ex infinito juvenum honeſtiſſimorum numero, generum ſibi elegit: ut antea *Georgium Sabinum* poëtam nobilem, & pòſt Marchionum Brandeburgicorum conſiliarium. Nuptias celebravit Peucerus anno *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo*, ætatis ſuæ *viceſimo ſexto*, finito bello Saxonico, rebusque in Germania aliquo modo compoſitis: cumque ſocero jucundiſſimè iisdem in ædibus vixit, quamdiu ille vixit.

Deinde quia in conventu ad Danubium anno *quinquageſimo ſexto*, de religionis negocio ita convenerat, ut delecti aliquot utriusque partis *VVormatiæ* in Vangionibus de controverſiis ortis inter ſe placidè colloquerentur: proficiſcentem illuc mandato electoris Auguſti ſocerum, ſecutus eſt gener Peucerus; quo tempore improviſa mors uxorem Melanchthonis ſuſtulit. Porrò cum importunitate Flacianorum actiones utiliſſimæ *Berbetomagi* differrentur; & profundum ibi ocium eſſet: viſum eſt principi Palatino, *Othoni Henrico* Electori, Melanchthonem *Haidelbergam* arceſſere; ut de Academiæ conſtitutione eo præſente deliberaretur. Profectus cum eo illuc eſt & Peucerus: nec à ſoceri latere uſpiam diſceſſit. Venit et & *Joachimus Camerarius* * exoratus ab amicis communibus; ut ad Melanchthonem ſe conferret: quòd exiſtimarent illi, præſentia ejus, cujus conſuetudo Melanchthoni eſſet gratiſſima, domeſtici luctus mœrorem allevatum iri.

Triennio pòſt, ut omnibus notum, Melanchthon uxorem ſubſecutus eſt; id quod ille, cùm indicatus ejus obitus eſſet, brevi futurum præſagierat.

Illo anno Peucerus Milichio ut diximus, ſucceſſor datus, & gradu atque titulis doctoris medici, * paulò antè ſoceri obitum, ornatus; inchoavit prælectionem doctrinæ medicæ operis bipartitis, ſeriemque hiſtoriarum in chronicis, Melanchthonis morte interruptam, pertexuit. Et quanquam ſtatim à Melanchthonis ex hac vitâ migratione in theologiâ varia quidam moliri, & neſcio quam *majeſtaticam doctrinam* excogitare auſi ſint: interim tamen Peuceri auctoritas, & in Academiâ & in aulâ commendantibus *Ulrico Mordiſio*, & qui huic ſucceſſit *Georgio Cracovio*, adeò crevit: ut Electori & nobilitati carus, gratiâ floreret apud omnes; ſæpè ex Academiâ in aulam evocatus, interq; medicos adſcitus, ad deliberationes adhiberetur graviſſimas; cumque Electore pranderet atque cœnaret. Apparuit autem ſummi principis ſumma erga Peucerum propenſio vel
1. maximè ex his: *primum* quòd deprecante Peucero, Academiæ proventum annuum munificentiâ planè regiâ *mille quingentorum annuorum aureorum* acceſſione auxerit: unde & profeſſores honeſtioribus & lautioribus ſtipendiis ſuſtentarentur; & contubernio proſpiceretur ita; ut in eo *quadringenti* circiter ſtudioſi tenuis fortunæ per ſeptimanam, *quaternis* aſſibus, vel groſſis, ut vulgò vocant, Miſnicis, ali poſſent. *Deinde* quòd Peucero
2. *totius Academiæ inſpectionem* communi ſen-
3. ſea tus conſenſu oblatam, principali auctoritate *confirmavit*, tum quòd filiolo electori in arce *Stolpenſi* nato, *Adolpho*, ἀνάδοχον pro more Chriſtiano Peucerum, cum illuſtris baptizaretur infans, eſſe voluerit; qui tamen diu non ſupervixit, quam pœnam eſſe calumniati quidam ſunt, quòd Calviniſta baptiſmo adſtitiſſet.

Gratiæ aulicæ argumentum

Sed verè à Luciano dictum eſt: ἔοικεν ἀρχὴ κακῶν μειζόνων γίγνεσθαι πολλάκις, ἡ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολή, h. e. *mutatio in melius videtur non rarò primordium majorum calamitatum, & ſumma felicitas ruinæ proxima eſt*. Fortuna Peuceri nihil videbatur ſplendidius; nec felicitati ejus quicquam deeſſe putabatur; cum repente calumniis δεινῷ ἀνθρώποις κακῷ oppreſſus eſt, natis ex editione *catecheſeos Wittembergenſis*, cui conſcribendæ cauſam præbuerant quærelæ gubernantium ſcholas oppidanas, de editione ultimâ catecheſeos *Chytræi*: quam illi repudiabant: quòd paſſim infarcta eſſent nova, aliena, & diſſentanea prioribus) & *libri, cui titulus eſt* στερέωμα, Germanicè;

Summa felicitas ruinæ proxima.

Ἀμοιφω calamitatum Peuceri.

Chytræi catecheſis.

De utroque minus clementes audiebantur ſermones etiam bonorum; ſed minus diligenter verſatorum tum in lectione antiquitatis, tum in repetitione doctrinæ Philippicæ: ex qua tota Catecheſis deſumta fuerat, non tantum phraſibus Philippi; ſed propemodum etiam ſyllabis & literis retentis. Et quia illi Catecheſi inſerta erant teſtimonia ſacra Novi Teſtamenti ex verſione Bezæ; totam catecheſin ſuſpectam *de Zvvinglianiſmo*, ut vocabant, reddiderant. Ad στερέωμα quod attinet; falſus eſt Peucerus; *ſe electori auctorem fuiſſe ut totum perlegeret, quod ſciret in eo exponi immotam & irrefutabilem veritatem*. Quod etiam principibus ipſis παῤῥησίαν oſtendit; *ſe nolle eſſe civem ejus Eccleſiæ in qua ſecus doceretur, de perſona Chriſti: nec poſſe illam eſſe eccleſiam, quæ de Filio Dei aliter ſentiat, qui ſit caput & fundamentum Eccleſiæ*.

Catecheſis VVittembergenſ.

Suſpecta Zvvinglianiſmi cur

Στερέωμα liber.

Exulcerato itaque nonnihil principis animo, cui ſuſpiciones calide inſederant novas turbellas dedit publicata *Exegeſis* in cujus

auctorem

Exegeſis dat turbas. ** Qui fuit Curæus. Ejus edit. inſimulatur Peuc.*

**auctorem* ſolenniter eſt inquiſitum VVittebergæ per legatos electoris. Etſi autem typographus auctorem nominarat & indicarat, à quo exempla ἐξηγήσεως accepiſſet; compluresque erant; qui teſtarentur, ante multos annos exemplum ei communicatum fuiſſe: in Peucerum tamen ſemel commota ſuſpicio, quaſi ab eo exegeſis profecta eſſet, malevolorum & invidorum ſermonib⁹ accedentibus; qui fortè in privatis cum Peucero colloquiis liberiùs habitis aliquid exceperant, ferebatur & confirmabatur: donec tandem manifeſtè erumperet indignatio principis jam pridem illa quidem clam æſtuans; ſed tum neſcio quibus aulici concionatoris verbis tota inflammata. Anno igtur *ſeptuageſimo quarto* cal. Aprilis, præfectus arci VVittembergenſi *Erneſtus Wettin*, mandatu electoris & arreſto Peucerum obligat; & promittere jubet: quod velit primo quoque tempore *Dresdæ* ſe ſiſtere: ſimul omnia conclavia, arcas, ciſtas, repoſitoria actutum ut aperiat, imperat: literasque omnes ſive Græcas ſive Latinas, ſive Germanicas, reperiſſet, collectas aſportat. Etſi autem tum Peucerus erat valetudine valdè afflicta ne tamen cunctando & moras nectendo in ſuſpicionem aliquam vocaretur, in viam ſe dedit. *Dresdam* ut venit, juſſus arcem ingredi, conclavi includitur ſatis commodo & omnibus rebus neceſſariis inſtructo. Altero tertioque à captivitate die impetravit, ut, quia infirmior erat, medicus ad ſe admitteretur ſenex optimus, *Joannes Nævius* de quo antè. Ex hujus ſermonibus intellexit Peucerus; accuſari ſe de conſcripta & divulgata exegeſi: diebus q; aliquot poſt à ſatellitibus deductus eſt è cuſtodia ad ſynedrium conſiliariorum: ex quibus *Laurentius Lindemannus* accuſationem ita inſtituit; ut *quatuor articulis* illa comprehendi videretur. *Primus* erat de clandeſtinis conſpirationibus & occultis artibus (vulgò *practicas* vocant) quibus conatus fuerit nova Sacramentaria dogmata in terras Saxonicas introducere. *Alter* quòd chartas & libellos de his ſparſerit. *Tertius* quòd Theologos Academiæ ad defenſionem horum dogmatum animoſiores & alacriores reddiderit. *Quartus* quod externos Theologos incitarit adverſus eccleſiarum Saxonicarum doctores. *Primum* ſimpliciter negavit: ad *ſecundum* reſponſurum ſe dixit tum, cum prolata eſſent ea; quæ in hoc genere à ſe vel emiſſa vel ſparſa dicerentur. De *tertio & quarto* breviter ſe expedivit: cùm peteret ſibi nominari illos Theologos vel domeſticos, quos animaſſet, vel externos quos incitaſſet. Hæc Peucero elocuto Lindemannus, *Conſpirationis*, inquit, *ſocios habuiſti D. Cracovium, & M. Chriſtianum* aulæ concionatorem. *Adducantur igitur illi*, inquit Peucerus, *& liquidò demonſtrentur conſpirationes & practicæ, quas vocatis.* Mox Lindemannus profert epiſtolam ad *M. Chriſtianum* ſcriptam: cujus initium complectebatur cohortationem ad ſtudium concordiæ, cùm moneret illum; caveret, ne collegam ſuum irritaret.

Incurrit in offen. in princip.

Datur in cuſtodiam.

Quatuor capita eid objecta.

2. & 3.

4.

Reſponſio ad ea Peuceri.

Inter alia etiam hæc verba adjecta e[...]rant: *Veritas, quam tot profluvia ſanguini[...] in Gallia & Belgio extinguere non potuerun[...] tandem eſt in his terris triumphatura.* Hi[...] verbis electorem valdè offenſum eſſe, Lindemannus dixit. Fuit etiam in illis γυναικοκρατία[...] mentio facta: qua principes offenſos fuiſſ[e] vehementer, vero haud eſt abſimile: idq; ipſ[e] Peucerus plus ſibi nocuiſſ credidit, quam qui[d]quam aliorum. Inter externos theologos nominatus fuit *Theodorus Beza*: quem incita[...]rit Peucerus adverſus *Selneccerum*. Reſpondit Peucerus: *ſibi cum Bezâ, ut viro doct[o] amicitiam initam tempore colloquii Wormatienſis. Poſtea vix ternas ab eo accipiſ[ſe] literas, & intra ſexennium nullas: ac argumenta earum non fuiſſe theologica, ſed hiſtori[...]ca, de regnorum externorum ſtatu.*

Hoc reſponſo dato juſſus ſecedere: pau[l]lò pòſt revocatus eſt reverſo ab electore Lin[...]demanno: qui cùm nihil haberet; quo[d] proferret, oſtenſa *formula dimiſſionis*, futurum ait, ut è carcere liberetur, ſi ea obliga[ri] ſe patiatur. In illa inbebatur primum *agno[ſ]cere & deprecari conſpirationes: fateri, quo[d] obnixè promoviſſet: ut alienum Sacramenta[...]rium dogma in illas regiones inveheretur[;] nec intermiſiſſet alios in citare & ſubornare[:] verbo ut dicam, graviores longè pœnas meri[...]tum eſſe; atque magni beneficii loco dimiſſio[...]nem iſtiusmodi habere. Impoſterum con[...]ceſſu electoris VVittembergæ tantum victu[...]rum; invito electore non abiturum: profeſſio[...]ni ſuæ medicæ & hiſtoriarum operam datu[...]rum: & conſpirationibus ac practicis omnibu[s] temperaturum.*

Ad hanc formulam etiamſi primò ita ex[...]paveſceret: ut penè exanimaretur; & mul[...]ta purgandi ſui cauſa afferret: tamen in ſum[...]mâ illa animi conſternatione paſſus eſt ali[...]quid humanitùs. Suâ enim ſubſcription[e] ipſe approbavit; quæ nunqum fecerat; & eorum ſe reum faſſus fuit; quæ nunquam admiſerat. Inprimis autem cùm alia, tum hoc deploravit vero triſtique cordis gemitu[:] quòd ad ſilentium ſe obſtrinxiſſet *de articul[o] Cœnæ*; cum filius DEI omnibus præceperi[t] ſui confeſſionem. Agnovit hunc lapſum ſuum: & culpam ſauciatæ conſcientiæ apud Deum ſupplice abjectione ſui deprecatus eſt propter Filium Jeſum Chriſtum.

Ex hac triſti obligatione deinde enata ſun[t] mala innumera. Nam Torgæ anno *ſeptua[...]geſimo quarto*, menſe Majo conventus fui[t] indictus, & inquiſitio in Calvinianum dogma inſtituta, acerba illa & odioſa. Hic Peucerus ſub religione juris jurandi appellatus; ut ſi quid præterea de ſacramentarii negoci[i] machinationibus noſſet aut inaudiiſſet; ſ[i] quid molitus cum Palatinis, & nominatim cum Chriſtophoro *Ehemio* eſſet[,] ne id occultaret: cùm apertè & verè reſpondiſſet; *nullarum ſe conſpirationum conſcium ſibi*

ſibi eſſe: nihil tamen obtinuit aliud; quam ut ad arreſtum ac carcerem damnato in ſqualore & mœrore vitam ducere liceret, in arce *Rochlicianâ*. Ea in captivitate dum agit; venit ad eum *Hieronymus Reuſcherus*, conſul Lipſenſis, examinandi cauſa; qui inter alias quæſtiones etiam hanc movit: *quomodo fidelis eſſe principi Electori potuerit, cùm ab eo in religionis capite uno diſſenſerit?* Cui Peucerus contrà: *eum maximè fidum eſſe principi; qui & Deo ſit fidus; & exempla multorum contrarium verum eſſe oſtendere.* Rochlicio anno *ſeptuageſimo ſexto Cizium* fuit translatus; ac duobus menſibus pòſt *Rochlizium* rediit. Hinc tandem cum nullis flecti poſſet nec promiſſis nec minis, etiam ſupplicio capitis propoſito, *Lipſianum* in carcerem deductus eſt: in quo hæſit ad liberationem usque.

Quantum autem moleſtiarum, miſeriarum & tentationum ipſum *decennium* ſuſtinuerit; dici paucis non poteſt. Acceſſit ad cumulum illarum calamitatum conjugis obitus, quæ mœrore animi ſub æquinoctium autumnale anni *ſeptuageſimi ſexti* fuit exſtincta: inde dolorem hauſit in vitâ graviſſimum. Mortuam ipſe hoc epigrammate epitaphio honoravit:

Magdalis hac mea nata die eſt cariſſima conjux;
Hac mihi ſupremum dixit & ipſa vale.
Magdalis, hoc, vita functa es mea, carcere clauſus
Dum teneor, tua mors quàm mihi acerba fuit
Vulnere tu jugulata meo, velut enſe periſti,
Compleſſes vitæ vix ubi luſtra novem.

Et quanquam ibi vires corporis ſenſim ipſum deficerent: animo tamen nec languit nec decidit. Itaq; ocioſus fuit nunquam ſed omne quod à ſomno & quiete liberum erat tempus, precibus, lectione bibliorum, & piis meditationibus ac verſibus ſcribendis conſumſit. Cumque nihil ſuppeteret papyri, calamorum, & atramenti; indigentiæ illi hoc pacto mederi conatus eſt: ut *chartam* ſuppeditarent margines & folia vacua *libri Concordiæ*, *atramentum*, cruſtæ panis crematæ, & diluta cereviſiâ, *calamos* anſerum ala; quam ad pulveres & aranearum telas tollendas impetrarat. Novum teſtamentum Græcum etiam ſummis precibus obtinere non potuit. Deprecati pro eo ſunt tum alii ſummi principes viri; tum* *Maximilianus II.* Auguſtus, & *Guilielmus* Haſſiæ Landgravius: ſed fruſtra. Atque Imperator quidem cum Electorem rogaret; ut Peucerum ſibi ad operas medicas concederet; illo reſpondente: *ſe quoq; carere opera ejus non poſſe*: ſubjecit Imperator: *cur ergo captivum detines, ne cui uſui eſſe poſſit*: reſpondit elector: quia *volo minimè idem in religione ſentire, quod ego*: tum Imperator: *id non perficies*, inquit, *nec noſtrum eſt imperare conſcientiis, aut ad fidem quenquam vi cogere.* Elector cum non haberet, quod opponeret, epiſtolam *Lazari Schvvendii* legendam offert: quâ perfectâ, Imperator; *nihil* inquit, *reperio quod me offendat aut quod culpare poſſim: referuntur ea, quæ gerimus: ego agnoſco mea.* Tulit ergo repulſam Imperator; & pro quoquam deinceps ibi interceſſurum ſe negavit.

Tandem cum Deo viſum eſſet invictum athletam in lucem & arenam publicam educere: uſus eſt ad tragœdiæ pulcerrimam catastrophen florentisſimæ familiæ Anhaltinæ operâ. Nam ſub initium anni *octogeſimi ſexti* matrimonium *Auguſtus* Saxoniæ elector contraxit cum *Agnetâ Hedvvige* filia *Joachimi Erneſti*, principis Anhaltini. Nuptiis igitur celebratis & ſponſa *Dresdam* deducta, petiit ab Electore Anhaltinus, captata occaſione; ut Peucerum, quo antea dudum medico uſus eſſet, liberum, certis tamen conditionibus dimitteret. Elector & affinitate recens contracta, & deprecationes æquitate motus; liberum eſſe jubet Peucerum ſub formula obligationis certa, quæ in hiſtoria carcerum ejus talis recenſetur.

Occaſio liberationis Peuceri.

Dimittitur è cuſtodia.

*Part. 2. p. 775. & ſeq.

Formula obligationis Peuceri.

Ich Caſpar Peucerus der älter / ſchwere / nach dem der hochgebohrne Fürſt und Herr / Herr Joachim Ernſt / Fürſt zu Anhalt / mein gnädiger Herr / auff ſeiner Fürſtlichen Gnaden fleiſſige Vorbitte / bey dem Durchlauchtigſten und hochgebohrnen Fürſten und Herrn / Herrn Auguſto Hertzogen und Churfürſten zu Sachſen / und Burggraffen zu Magdeburg ꝛc. meinem gnädigſten Churf. und Herrn / ſo viel erhalten / daß ihr Churf. Gn. endlich gnädigſt verwilligt / mich auf etliche gewiſſe Conditiones, aus ihrer Churf. G. Verwahrung folgen zu laſſen: daß ich ſolche Vergebung und Loßlaſſung / für eine ſondere Gnade erkenne / und annehme; will auch die verurſachte / und biß anhero erduldete gefängliche Verwahrung in keinerley weiſe oder wege / in / noch auſſerhalb rechtens wider den Churfürſten zu Sachſen / ihrer Churf. Gnaden Lande / Leute / Räthe / und Diener / niemands nicht außgeſchloſſen: und wen ich auch ſolcher meiner verhafftung in argwohn / oder verdacht ziehen möchte / weder mündlich noch ſchrifftlich / heimlich oder offentlich in ungutem zu gedencken / oder zueyffern / noch ſolches jemands von meinet wegen zugeſtatten: Sondern will mich die Zeit meines Lebens der verpflichtung / ſo meine Bürgen / und mein gnädigſter Fürſt und Herr / Herr Joachim Ernſt zu Anhalt / gethan / in allen Articeln / unverbrüchlichen und veſtiglichen verhalten / Als mir GOtt helffe / und ſein heiliges Göttliches Wort. h. e.

Ego Caſpar Peucerus ſenior, juro, poſtquam illuſtriſſimus princeps & dominus, dominus Joachimus Erneſtus Anhaltinus, dominus meus clementiſſimus, ſuæ Celſitud. diligenti interceſſione apud Sereniſſimum principem & dominum, dominum Auguſtum, Saxoniæ Electorem, Burggravium Magdeburgi &c. tantum obtinuit: ut electoralis Celſitudo tandem clementisſimè annuerit, certis quibusdam conditionibus, è ſuæ Celſitud. cuſtodia me dimittere: me dimisſionen ejusmodi, & in manus Anhaltini traditionem, ſingularis gratiæ loco habiturum & habere: neque cuſtodiam, cui cauſam præbui, & quam hucusque toleravi, ullo modo aut ratione, neque per jus neque extra jus, neque in ipſo Electore, neque in ſubjectis ei regionibus, aut quoquam ex ſubditis, conſiliariis, miniſtris, nemine excepto; ac ne iis quidem, quos in ſuſpicionem aliquam trahere poſſem, nec ore, nec ſcriptis, occultè vel apertè, mentione iniqua, aut ultionis cupiditate, vindicaturum: nec ut pro me id alii faciant, permiſſurum: ſed toto vitæ meæ tempore obligationem fideiuſſorem meorum, & illuſtrisſimi principis ac domini, domini Joachimi Erneſti Anhaltini, inviolabiliter & conſtanter in omnibus articulis ſervaturum. Ita me DEUS juvet, & ſanctum ejus verbum.

Ita liberatus eſt Peucerus, cum proteſtatione contra obligationem, anno Chriſti *octogeſimo ſexto* die *octavo* Febr. Juliani, ætatis ſuæ anno *ſexageſimo ſecundo.* Cùm primæ à liberatione concioni in templo intereſſet, in capillis promiſſis, quòd in carcere ponere non poterat, nullis tamen canis interſperſis: omne id tempus cum fletu & gemitu ac gratiarum actione exegit. Cæterùm *undecima* die pòſt è vita diſceſſit elector ipſe *Auguſtus*, currente anno ætatis *ſexageſimo*, exactisque à nuptiis *ſeptimanis quinque, diebus quatuor.* De hac liberatione eſt *Joannis Poſthii* epigramma ejusmodi:

Auguſt. elect. Sax. moritur.

Imperium muliebre olim me carcere clauſit;
Longeque immeritum tempore detinuit.
Tandem etiam imperio liber ſum factus eodem:
Sic mihi quod nocuit, profuit illud idem.
Haud aliter cauda dirus quæ vulnera fecit
Scorpius, huic medicam fert quoque rurſus opem.

De eadem ad Othonem Grünradium ita:

Alter ab undecimo Peucerum viderat annus
Cuſtodiæ addictum gravi:
Cum Deus Auguſti miteſcere principis iras,
Clauſtrisq; juſſit vincula
Laxari. O fauſto productam ſidere lucem,
Grunrade nobiliſſime!
Quæ patriæ Hiſtoricum, Medicum, Aſtrologumq; peritum,
Nobisque amicum reddidit!
Quodq; magis mirere, animoq; & corpore fir-mum,
Nulloque mutatum pilo.
Diſcite in ærumnis mortales fidere Chriſto
Nunquam ille deſerit ſuos.

Vixit poſt eam eductionem Peucer[us] SERVESTÆ apud principes Anhaltinos an[-]nis *ſedecim*, valetudine optimâ, & multò fi[r-]miore; quàm qua uſus in florente ætate fue[-]rat: & vixit gratus principibus, bonis ama[-]bilis omnibus: ita ut & dignitate non minù[s] quàm antè emineret: & damnum rei familia[-]ris matrimonio ſatis opulento compenſaret, ductâ uxore alterâ *Chriſtina Schildinâ*, Hie[-]ronymi Bergmanni, conſulis Budiſſini vidu[â]. Illuſtriſſimi autem principes *Anhaltini* be[-]neficium illud, quo majus in his terris e[o] tempore nullum proficiſci potuit in Peuce[-]rum, ſubinde novis auxerunt & cumularunt, dum nihil Peucero deeſſe paterentur, tum quod ad victus & habitationis commodita[-]tem; tum quod ad dignitatem viri præſtan[-]tiſſimi cohoneſtandam pertineret. Acceſſ[it] & *Palatinæ* atque *Haſſiacæ* domus humani[-]tas ac munificentia: quam is gratiſſimo ani[-]mo ſemper agnovit; & ad omnes mirificè de[-]prædicavit. Nec tantum principum ſingula[-]re in ornando Peucero ſtudium exſtitit: ſed privatis etiam, quibus conſtantia illa admira[-]bilis viſa, nihil eorum omiſſum, unde aliqu[a] ad exiſtimationem & honorem accesſio fie[ri] poſſet. Neque illud ſilentio videtur invo[l-]vendum ſomnium: quod ſomniavit non mu[l-]tum ante liberationem. Viſus eſt ſecundùm quietem videre funus illuſtre feminæ princi[-]pis duci; ſibi autem campanam pulſanti, di[-]rumpi funem, cujus partem his pſalmi verb[is] additis abjecit:

Strick iſt entzwey und wir ſind frey:

Caſſibus fractis doloſis ſoſpites evaſimus.

Eodemque tempore per ſomnium hæc in mentem venerunt: * *adiiciam tibi adhuc an-nos quindecim.*

Sed cùm etiam ſe communi mortalitatis leg[e] teneri præſentiſceret: maturè vaſa collegit & ſeſe ad pium ex hac vitâ exitum præpara[-]vit. Ita enim in literis paulò ante obitum a[d] cl. V. *Simonem Stenium* datis ſcribit: *Totu[s] nunc deditus & addictus ſum Deo precibus, & meditationibus piis, in hac extrema mea, & virium omnium defectu planè proſtrata ſenect[ute] in qua nihil gravius mihi accidit memoriæ & viſionis* ςερήσϵ. *Deum mecum & pro me ores ob[-]ſecro, pro pio, ſancto, beato, placido, & in fide a[c] confeſſione conſtante fine atque exitu vitæ.* Q[uod] ei obtigit ex promisſione Salvatoris: *quisqu[is] vivit & credit in me, non morietur in æter[-]num.* Diem enim ſupremum obiit, die *vic[e-]ſimo quinto* Septembris, anni *ſexcenteſimi ſe[-]cundi* hora meridiem præcedente quadran[-]tibus tribus, exitu beato, placidisſimoque, [&] omninò ſua pietate digno; cùm vixiſſet an[-]nos ferè *ſeptuaginta octo.* Præſagium ſi[...]

om[...]

omen mortis ipſius fuit hoc mirabile. Horologium quod habuit de illorum genere, quæ αὐτόματα appellantur; eo ipſo momento, quo vir piiſſimus vivere in his terris deſiit, ſonitum ære edidit, cùm *toto biennio* immotum & ἄφωνον, hoc eſt, ut cum Apuleio loquar, inſonum, quieviſſet: ac triduo ante ejus obitum, à conjuge cuſtodiæ causâ, in ciſtâ fuiſſet depoſitum. Atque cum ictu malleoli ultimo, hoc eſt, *undecimo* animam ille exhalavit, magnâ cum admiratione adſtantium, quibus de horologio illo nihil erat exploratum. Non autem corporis morbo aliquo exſtinctus eſt; ſed maraſmo ſenili: ut ipſe ſibi oculos clauſerit; & abſque ullo doloris ſenſu inter preces ſanctiſſimas & ardentisſimas, vitam finiit. In morbo diſtichon compoſuit; in quo imprudens, annum, quo ex hac vita abiturus erat, literis numeralibus expreſſit. Carmen eſt tale:

SpretVs abjeCtVs CVnCtIs, nVnc ſerVIO ſOLI,
IntentVs precIBVs ſpeqVe fIDeqVe Deo.

Simo verò *Stenius*, amicum & fautorem epigrammatis epitaphiis ejusmodi ornavit.

PEUCERUS LOQUITUR.

Ἱπποκράτης, Πτολεμαῖος, Εὐκλείδης, Ξενοφῶν τε
Κεκροπιδῶν τ' ἄλλων μυρίας ἱστορικῶν,
Τῶν τε σοφῶν πάντων ὑπομνήματα, ὅσσα παλαιοῖς
Βιβλιοθήκη ἔδειξ' ἀνθρώποισιν, ἠδὲ νέοις,
Φροῦδ' ἐνὶ δυστυχίῃσιν ἀπώχετο, πίστις ἔμεινεν
Μοῦ μοι ἐνὶ Χριστῷ, καὶ κλέος εὐσεβίης.

Idem Latinè.

Hippocrates, Ptolemæus, & Euclides, Xenophonque;
Innumerique alii Cecropidum hiſtorici,
Doctorumque libri, quotquot vel priſca, vel ætas
Noſtra dedit, gravibus nil potuêre malis
Ferre opis: in Chriſtoq; fides mihi ſola remanſit,
Et junctum verâ cum pietate decus.

Aliud.

Donec in his terris eſt duratura Philippi
Gloria, Peuceri fama ſuperſtes erit.
Quæ ſocer adſeruit divinis dogmata verbis,
In phylacâ ſtuduit vera probare gener.
Multis noſſe datum eſt, quæ ſit ſententia vera:
Sed paucis, vera pro pietate pati.

Vir hic ad juvandas bonas literas natus vitam ſcholaſticam amavit naturâ: ſed aulicum fecit fortuna: quæ ut in omnibus rebus humanis, ſic maximè in aulis, ſtabilis ac diuturna eſſe minimè ſolet.

Cum Melanchthone, ut diximus quandiu vixit, conjunctiſſimè vixit: & ab ejus obitu gubernationem Wittembergenſis Academiæ penè ſolus ſuſtinuit: tantumque abeſt; ut detrimenti paſſa ſit aliquid, ut creverit in dies magis magisque & enituerit. A viris tamen excellentibus & amiciſſimis ipſi Peucero, notatum eſt ingenium elatius & φρόνημα inflatius: & tale quid ſe agnoviſſe viſus eſt; cùm poſt calamitatem ſubinde vocem illam Davidis repetiit: *Bonum eſt mihi Domine, quòd humiliaſti me.* Et fieri potuit, ut poſt obitum ſoceri favor aulicus majores illi ſpiritus addiderit. Quotusquisque enim reperitur, qui honorum acceſſione non aliquantulum immutetur? *Honores mutant mores.*

Præcipuam autem in eo meretur laudē conſtantia illa ſingularis in veritate ſemel agnitâ: à qua diſcedere ſumis periculis, ipſa etiam morte denunciatâ, noluit. Probavit hanc & ipſe tandē Elect. Auguſtus, cùm declarationem poſtremā Peuceri ad propoſitas quæſtiones legiſſet: *Laudo*, inquit *doctorem Peucerum: facit quod viro bono dignum eſt: perſeverat in ſuâ confeſſione firmiter & conſtanter. Ego quid credam, & in quo acquieſcam, incertus ſum prorſus, quod DEUS novit. De die enim in diem aliquid novi mei ſacerdotes cudunt & proferunt: & ex uno me errore in alterum pelliciunt, atq; implicant dubitationibus perpetuis.* *Conſtantia Peuceri.* *Quam & Elector Sax. probat.*

Argumento ejusdem conſtantiæ eſt *teſtamentum*: quod in carcere ſub annum *octogeſimum quartum*, cum ſqualore carcerum, morbisque fermè enectus eſſet, conſcripſit: id ex autographo deſcriptum, & ab heredibus publicatum, ita habet. *Dilectiſſimi generi & liberi mei, ſcitote omnes quod nulla re vel minimâ, læſerim aut illuſtriſſimos principes, aut quenquam alium: ſed mearum perſecutionum quas ſuſtinui, & carcerum, una hæc & ſola cauſa eſt, quod confeſſionem agnitæ veritatis in duobus articulis, de Chriſto vero DEO & homine: in unâ inconfuſâ, & inſeparabili perſonâ, & de vera ejus præſentia in Cœna ſacra, abjicere & abjurare, & juratus hoſtis Filii DEI fieri, & ſupplex deprecari non volui, hoc ipſum tanquam ſingulare & atrox ſcelus, quod hanc doctrinam amplexus, & meo loco, ubi debui, profeſſus ſum, quanquam languidiùs & timidiùs id fecerim, quàm debui, quod deploro & deprecor; in conſpectu DEI toto corde meo aſſiduè. Nolite ergo dubitare, DEUM judicem, teſtem & vindicem fore, & veritatis, ac gloriæ Filii ſui unigeniti Ieſu Chriſti, & meæ innocentiæ. Expoſui cauſas maximas & graviſſimas illuſtriſſimo Principi, propter quas diſcedere ab hac æterna & immota veritate cœleſti non poſſim, & fundamenta demonſtravi in utroque articulo talia, quæ contra nec ipſæ inferorum portæ prævalebunt. Sed quia contradicere his ullo Scripturæ teſtimonio nequiverunt, ne verbo quidem uno mihi reſponderunt, ſed perrexerunt me affligere carceribus inclementiùs, quàm antea, iis etiam mutatis, quæ in medicamentorum uſu antea mihi conceſſa & libera fuerant: parciùs enim mihi permittenda eſſe, mandatum fuit, & ſecuta eſt mutatio victus, quæ multò quàm prior deterior fuit in omnibus. Præfectus enim me pavit penè non ut hominem, aut certè, ut abiectiſſimum hominem. Sed ignoſco omnibus ex animo. Sed hæc de mea innocentia vobis notaſſe cupio, & ut nota fiant, Deo procurante, toto precor pectore. Vos omnes ardentiſſimis votis & in hac, & in illa æterna & beata vita Deo commendare non deſinam: Timete Deum: obtemperate Dei, & meis,* *Teſtamentum in carcere à Peucero ſcriptum. 1548.* *Articuli duo cauſa carcerum Peuceri.*

meis, quæ dedi vobis mandatis. Diligite vos invicem ex animo & mutuis officiis juvate. Habete vobis commendatas ſorores duas, miſeras orphanas, cum filio Philippo, & date operam, ut honeſtè elocentur. Hæreditatem, quantulacunque eſt, dividite inter vos amanter, ſervatis illis, quæ antea ordinavi. Ego me totum & animam meam aſſiduis gemitibus commendo DEO per & propter filium Jeſum Chriſtum Dominum & Salvatorem meum, in cujus confeſſione, adjuvante Spiritu Sancto, perſeverare conſtanter & piè mori conſtitui, quandocunq; Domino DEO noſtro placuerit, cui ſervio in confeſſione Filii unigeniti per Spiritum ſanctum, expectans ſpem gloriæ & adventum magni DEI & Salvatoris Jeſu Chriſti. Veni Jeſu Chriſte Fili DEI, & fac finem vel vitæ meæ, vel carcerum, ut te celebrem, vel cum electis tuis coràm, vel cum Eccleſia ſancta tua in hac vita, teſtis & præco veritatis & mirabilium tuorum omnibus diebus vitæ meæ, Amen.

„Hortor etiam & obteſtor vos omnes, ut „gratias DEO Patri, per Filium Jeſum Chri„ſtum, quòd & conſervavit me, in veritatis „confeſſione, & illuſtribus teſtimoniis præ„ſentiæ ſuæ oſtendit, & declaravit mihi miſe„ricordiam ſuam toto hoc tempore meorum „carcerum, quos mihi ſuſtinere ac perferre „fuiſſet impoſſibile, niſi me DEUS manifeſto „miraculo ſervaſſet ac ſuſtentaſſet. Utinam „vita mihi prorogaretur ad hæc tanta benefi„cia vobis commemoranda, & comendanda „ac præcipiendam vobis perpetuam gratitu„dinem erga DEUM. Inprimis autem age„tis DEO gratias pro hoc ſingulari beneficio, „quòd quaſi dexterâ ſuâ me deduxit & col„locavit in hanc viam & vocationem confi„tendæ & illuſtrandæ ſuæ veritatis, patefa„ctis occaſionibus, & in eâ me docuit, adju„vit, confirmavit & direxit. Certus ſum, „quod, vel ſi rumpantur inimici mei, refu„taturi non ſint confeſſionem meam. De „hoc ergo, & de admirandâ mei liberatione, „& conſervatione, quòd non paſſus eſt me „opprimi primo impetu & conſumi, & in „iſtis carceribus per Angelos ſuos me ita fo„vit curavit, ſanavit, penitus deſertum ab o„mnibus, & omni ſolatio, conſilio & auxi„lio humano deſtitutum, ut nec vermiculus „nec puſtula mihi moleſta fuerit: Deo gra„tias agetis ſempiternas, & in his terris o„mnibus diebus vitæ veſtræ; Nihil movea„mini hoc fato meo, quod in carcere morior. „Quid mihi ſalutare magis? quid honorifi„centius? quid glorioſus accidere poteſt: „quàm ſi domino meo JeſuChriſto, obſignem „veritatem & gloriam ſuam morte mea? nec „dubitate, DEUM vobis omnibus benedictu„rum & benefacturum eſſe propter me. Hac „conſolatione leniatis vobis mutuo luctum, „quem afferet vobis interitus meus. Ego ad „beatam migrationem paratus expecto Do„minum & liberatorem meum Jeſum Chri„ſtum ad omnia momenta, ut educat me ex „hoc carcere vel ad vos, ſi volet me eſſe ſu„perſtitem, vel in Eccleſiam cœleſtem; ut in ipſius complexu, cum mea dulciſſima conjuge, ſocero dilectiſſimo, avo veſtro, lætus Patrem æternum aſpiciam & celebrem. Amen.

Conſolatio adverſus mortem in carcere oppetendam.

Exemplum omnium ſcriptorum, quæ miſi ad illuſtriſſimum Principem, teſtamenti & hæreditatis loco, vobis reliqui. Id ſi inter recculas meas non inveneritis: petere tanquam jure vobis debitum poteſtis, ut ſciatis in qua confeſſione mortuus ſim. Paulatim conſumtus ſum toto corpore, abſque dolore & moleſtiâ, ſingulari DEI miſericordiâ. Ex carcere inde usque à die viceſimo tertio Martii Anni milleſimi, quingẽteſimi, ſeptuageſimi ſeptimi, nunquam ſum eductus. Tentaverunt me multis modis, denunciata mihi morte, & tetris carceribus, ſed DEUS clementer me conſervavit in veritatis ſuæ confeſſione cui ſit laus, honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.„

„Dixit Chytræus de Philippo: Tollendum eum eſſe, ne impediat hoc, quod ipſi moliuntur in hac ipſâ cauſâ. Quod in ſocero non potuerunt, hoc perficiunt in genero. Sed benedictus ſit in ſecula Dominus & Salvator meus Jeſus Chriſtus, qui potens eſt in mea infirmitate. DEUS ultionum appare. Exaltare tandem, qui judicas terram. Judica cauſam, vindica gloriam: aſſere veritatem Filii tui unigeniti, & tu JESU Chriſte, Fili Dei, qui dominaris in medio inimicorũ, tuorum, reprime & confunde hoſtes tuos, pertinaciter adverſantes veritati & gloriæ tuæ. Sanabilibus ignoſce, hos converte ad te in veritate tua & ſana eos. Tibi commendo, & trado in manus tuas omni momento, animam meam, impendens hanc vitam meam in teſtimonium veritatis tuæ, tu me redemiſti pretioſo ſanguine tuo, propter te mortificor tota die & æſtimor ſicut ovis deſtinata mactationi, fac finem, fac finem & libera me, ſecundum beneplacitum tuum. Amen,

Quanto mihi dolori fuerit, quòd complecti mihi dilectiſſimam conjugem meam, matrem veſtram, morientem non licuit, cum, qua in caſtiſſimo conjugio vixi usq; ad annũ viceſimum; & quod nunc mihi non conceditur mori in veſtris amplexibus, & frui ante mortem aſpectu & colloquio veſtro, & dulciſſimorum meorum nepotum, ac neptum, æſtimare vobis facile eſt; quibus mea philoſtorgia nota eſt.„

Sed tales ſunt nuptiæ Sanctorum: ſcribitur Petrus Apoſtolus conjugi ſuæ dixiſſe, cùm duceretur ad mortem.„

Chriſtus inquit: Si quis parentes, conjugem, & liberos plus diligit, quam me, non eſt me dignus. Oportet itaque confeſſionem Chriſti, anteferre omnibus rebus humanis. Hac atroci voce Chriſti & auxilio Spiritus Sancti, vici paternos affectus & relictis vobis, adhæſi Chriſto, cui vos & DEO Patri ex meis ardentiſſimis precibes, curæ fore non dubitetis. Benè & feliciter valete in æternum. Amen.

Hæc eſt voluntas mea.

CASPAR PEUCERUS, D.
manu propria ſcripſit.

In

In primo matrimonio ſuſcepit *filios tres, ilias ſeptem:* viditque ex iis nepotes ac nep-es *quadraginta unum, ſeptem* verò *pronepotes* uæ ſumma *quinquaginta octo* animas com-lectitur. Generos itidem nactus eſt viros irtute & eruditione præſtantes J. U. & Me-licinæ Doctores: quibus elocavit & filias : neptes: quorumque humanitas; obſer-antia, obſequium maximo illi in malis ſola-o fuit, & in meliori fortunâ ornamento ac oluptati.

Reliquit ſcripta in uſum poſteritatis *ele-enta doctrinæ de circulis cœleſtibus* & pri-no motu.

Appellationes *quadrupedum, inſectorum olucrum, piſcium, frugum, leguminum, ole-um, & fructuum* communium; quas cum bero collegit.

Librum *de dimenſione terræ & geometricè umerandis locorum particularium interval-s, ex doctrina triangulorum ſphæricorum & anonem ſubtenſarum* ipſe correxit & auctio-em edidit.

Protulit & *Joannis Baptiſtæ Montani* libel-im *de gradibus & facultatibus medicamen-rum.*

Prodierunt anno *milleſimo, quingenteſimo, ptuageſimo primo* Argentorati ejusdem, ſed sque auctoris nomine, *vitæ illuſtrium me-icorum:* quas videre tamen nobis necdum ontigit.

Ejus ſunt *hypotheſes* quoque *aſtronomicæ u theoriæ planetarum*, ex Ptolemæi & ali-rum veterum doctrina ad obſervationes Co-ernici, & canones motuum ab eo conditos ccommodatæ.

Idem *Chronicum*, quod *Carionis* vocatur Melanchthone ſocero ceptum, & affectum voluntate Superiorum continuavit, & à *arolo magno* ad noſtra usque tempora & ini-a certaminum in eccleſia perduxit; adeoque *brum quartum ac quintum* adjecit.

Palmam tamen inter ejus ſcripta obtinere detur eruditiſſimus *commentarius de præci-uis divinationum generibus:* in quo à pro-hetis, auctoritate divina traditis, & à phyſi-s conjecturis diſcernuntur artes & impo-uræ diabolicæ, atque obſervationes natæ ex perſtitione & cum hac conjunctæ: & mon-rantur fontes & cauſæ phyſicarum prædicti-num: diabolicæ verò ac ſuperſtitioſæ con-tatæ damnantur.

Cæterum dubium non eſt, quin apud hæ-des multa adhuc lateant & adſerventur, ab ſo tum in * carcere tum poſt liberationem e-dite conſignata: quæ ut ad communem cleſiæ ac Reipub. literariæ ædificationem epromantur, votis multorum optatur.

Collecta hæc de Peucero *ex concione fune-ri à Joanne Brendelio, & oratione parentali Simone Stenio habita: hiſtoria carcerum euceri: bibliothecâ Geſneri, aliis.*

BALTHASAR BRUNNERUS.

○ 1604. die ... ætat. 71.

BALTHASAR BRUNNERUS in Salinis Saxonicis, ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, trigeſimum tertium* patre *Laurentio*, cive ac ſenatore Hallenſi natus; primisque in ſcholâ patriâ literarum elemen-tis eſt informatus. *Natalis Brunneri.*

Exinde in vetuſtam *Erphordienſium* Aca-demiam miſſus; tantiſper ibi ſubſtitit: donec philoſophiæ ἐγκυκλοπαιδείᾳ feliciter abſolutâ teſtimonium Academicum, primùm ſtudio-rum ſuorum præmium, magiſterii honore gra-duque ornatus, reportavit. *Erphord. mag. re-nunc.*

Paulò pòſt *Salana* in Academia, ſub Do-ctore eximio *Joanne* illo *Schrötero*, de quo antè, ſtudium medicum alacriter eſt aggreſſus; idem in *Lipſienſi* ſtrenuè perſecutus. Itaque à ſenatu ibi Academico Profeſſoris extraordi-narii provincia ei eſt concredita: quam ad ſuum usque in Italiam abitum cum laude obivit. *Jenæ dat operam me-dicinæ. Lipſiæ ex-traordinar. profeſſor.*

In Italiam autem profectus *triennium* ferè ſolidum in ea exegit familiaritate & conſue-tudine uſus excellentiſſimorum ea tempeſta-te medicorum clinicorum atque chirurgo-rum: in quibus familiam duxerunt ſæpiùs et-iam à nobis alibi laudati, *Cappivacius, Mer-curialis, Augenius, Aquapendeus*, alii. *Vivit in Italia.*

Deinde antequam domuitionem pararet, *Hiſpaniam, Galliam, Angliam & Belgium* perluſtravit; obſervatis ubique iis; quæ ſibi è re medicâ & in praxi uſui eſſe aliquando poſſent. Poſtea per Helvetiam tranſiens, *Ba-ſileæ Rauracorum* teſtimonium profectuum ſuorum petiit: quod præmiſsa diſputatione *de phrenitide* & examine obito, cum applau-ſu & uniformi doctorum calculo, doctorali-bus collatis ſolenniter inſignibus, eſt con-ſecutus. *Peregrinatur. Baſileæ doctor med. creatur.*

Inde ad ſuos redux *J. Cratoni* Medicorum Principi, ſeſe applicuit: ſuâque modeſtia & eruditâ doctrinâ virum præſtantisſimum ita cœpit: ut filii ille loco Brunnerum habuerit; & domeſticum eum ſibi adſciverit. *Agit cum Cratone.*

De hujus etiam conſilio gener eſt factus *Georgii Laureæ*, Electoris Brandenburgici ar-chiatri: qui deinde Brunnero fores ad pra-xin medicam aperuit quàm fidelisſimè: adeò ut in dies & eruditionis & nominis ſui fama accreſceret: multique Principum, Comi-tum, Baronum, Nobilium, & alii præ-ſtantium virorum, opem operamque ejus, quà domi, quà foris, certatim expetiverint im-plorarintque. *Georg. Laurea ſocer Brunneri. Inclareſcit.*

Et quanquam ob praxin medicam, & pere-grinationes ferè quotidianas, fuit tunc occu-patisſimus: interim tamen in *laboratorio Chymico* ſudare nunquam ceſſavit. Quotidie enim unum, ſæpe etiam duos, domi ſuæ ama-nuenſes aluit, Chymicarum operationum non ignaros: qui ſpagiricos illos labores & pe-ritè urgebant & promovere poterant. Itaque tanta fuit in indagandis naturæ myſteriis dili-gentia; & ardore earum flagravit tanto: ut *Chymiæ ſtud.*

viginti

Non ſine ſumtibus. ginti annorum decurſu amplius *ſedecim florenorum millibus* in Chymicis illis, & quærit ndo lapide Ph loſophico, cum animi ſui delectatione conſumſerit: & proculdubio, ſi diuturnior ipſi vitæ uſura divinitus conceſſa fuiſſet; ad ſummum philoſophiæ Hermeticæ, atque veræ Chymiæ faſtigium perveniſſet: haberetque Hermetica poſteritas cur gratias viro ageret.

Cum ergo nominis ſui fama longè lateque dimanaret; ad aulasque principum multorum ſe diffunderet: quâ Brunnerum non ſolùm *Græcè & Latinè* doctum, *Germanicè* eloquentem, ſed *Philoſophum* etiam, *medicum ac Chymicum* eſſe eximium & elegantem perhibebatur: multi, ut diximus, literis clementer ſcriptis, cum evocarunt: & archiatrum ſibi expetiverunt: inter quos *Chriſtianus I.* Saxoniæ, & *Joannes Gegorius* Brandenburgicus Elector, carum eum gratumque habuerunt: ne quid dicamus de *Friderico Wilhelmo* Electoratus Saxonicæ Adminiſtratore; aut de marchione Badenſi: quorum uterque amplo propoſito ſalario eum ad ſe invitavit. Anhaltinos præterire non poſſumus Principes *Joachimum Erneſtum, Chriſtianum & Auguſtum*: apud quos archiatri munere per annos complures fideliter eſt functus.

Fama & eruditio ejus.

Archiater princip. multor.

Præter iſtos alii etiam multi principes ac heroës, ejus conſiliis ſuper valetudine ſua uſi ſunt: inter quos primas tenet *Chriſtianus IV.* Daniæ & Norvvegiæ rex.

Vocatur ad Profeſſ. Acad. Oblatum etiam ipſi eſt profeſſionis publicæ munus bis, ſemel ab inclyta Academia *Haidelbergenſi*, & iterum ab Academia *Baſileenſi*: ſed ipſe, & amore patriæ, & cognatorum amicorumque precibus ac hortatu, vocationem utramque modeſtè abnuit.

Tandem poſt exantlatos labores varios, *Apoplexia corripitur.* debili correptus apoplexia, anno *nonageſimo ſeptimo*, per *ſeptennium* ferè totum enervatus vitam duxit ita: ut die nocteque mortem, vitæ æternæ januam, meditaretur; ſacras literas devotè legendo, dicta ſcripturæ ſelectiſſima quæque ac conſolationis pleniſſima excerpendo, ſtudioſè repetendo: *D. Lutheri* & aliorum piorum auctorum ſacros hymnos *Moritur.* modulando. Mortalitatem exuit ſenio confectus anno Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo quarto*, cùm animulam ſuam Chriſto Jeſu Redemptori ſuſpiriis ardentibus commendaſſet: *Conjugium ejus. Virtutes.* & ætatis ſuæ annum *ſeptuageſimum primum* compleviſſet.

In conjugio gemino cum numeroſa ſobole vixit vitam inculpatam, in timore DEI & amore proximi. Spartam, quam nactus erat, ſtudioſè exornavit: & quanquam obrutus erat curis ægrotantium & conſultorum: fuit tamen interea in Chriſtiana veritate indaganda occupatiſſimus, educatione liberorum & re OEconomica uxori demandata. Pauperibus denique, eccleſiarum & ſcholarum miniſtris ἀμισθὶ & ſine mercede inſerviit: ac fide & induſtria pari tam egeno quàm diviti præſtò fuit.

Laurentius Hoffman. De ſcriptis ejus *Laurentius Hoffmannus* Hala-Saxo, Philoſoph. Med. & Chirurgiæ Doctor, *Brunneri*, hujus privignus & gener, edi dit *conſilia* ejus *medica*, multis annis longoqu praxeos medicæ uſu collecta: quibus & pra fationem adjunxit: unde hanc vitæ Brunn rianæ periochen excerpſimus.

ADOLPHUS OCCO.

ANNO Chriſti *milleſimo, trecenteſim nonageſimo ſecundo*, OCCO FRISIU vir in equeſtri ordine illuſtris, odio & mal volentia Friſiorum interfectus eſt; eò quò inter Germanos militans militare cingulu accepiſſet, factus eques auratus. Arbitrati n mirum erant, eum à patria libertate degen raſſe: qui peregrinam inducere tentaſſet nob litatem. Ejus igitur uxor, ut mariti nece ulciſceretur, comitum *Altenburgenſis & De menhorſtenſis* auxiliis instructa; in Friſia irruptionem fecit; expugnatoque templo quod de more gentis, Friſiis munitionis loc erat; *ducentos viros*, quos ibi comprehende rat, gladio feriri juſſit. Ex ea ſtirpe originen ducunt *Occones*, tum in Friſia olim tum in Ge mania ſuperiore etiamnum celebres.

Nam *Adolphus* Haingi filius *Oſterhuſanu* qui orientalis Friſiæ vicus, Medicus & Poëta inſignis *Rudolpho Agricolæ* dum vixit, admo dum fuit familiaris; &, ut, *Alardus Amſtel rodamus* epiſtolâ ad *Clenardum*, in ſtudiis ad ſiduus ejus collega, & in communi bibliothe câ ſocius: ex qua tranſſumtum autographun *de inventione Dialecticæ* ipſe acceperit.

Collegit hic Occo & edidit *epitaphia*, qua diverſi viri eruditi in obitum Rodolphi com poſuerant.

Obiit Auguſtæ ut vocant Vindelicorum anno *milleſimo, quingenteſimo tertio*, ætatis *quinquageſimo ſexto*.

Conradus Celtes Protucius de tribus Friſiis talem odam reliquit:

Tribus Poëtis Friſia nobilis;
Claret Rodolphus primus Agricola:
Qui Græca miſcebat Latinis,
Et cithara cecinit canora,
Rheni per urbes, atque per Italas,
Notusque Gallis atque Brtannicis:
Et quà tumeſcit fluctuoſus
Danubius bibulis arenis.
Adolphus alter, qui medicus fuit
Clarus, per oram noſtram Alemanicam;
Doctus Pelasgis diſciplinis,
Et Latiis pariter Camœnis.
Ulſenius ſed carmine maximus,
In tertio nunc ordine fulgidus.
Hæc ille.

Fuit idem *Adolphus* Sigismundi Auſtriæ Ducis Medicus, ejusque nepos *Pompejus*, quem *Alardus* Friſiæ decus multis nominibus appellat. Filius hujus Pompeii fuit *Sibrandus Pompejus Occo*: cui Aphthonii progymnasmata idem Alardus dedicavit interpretatione Rodolphi Agricolæ, cum commentariis ſuis.

Horum nepos fuit *Adolphus* de quo hic agimus natus circa annum, *milleſimum, quingenteſimum, viceſimum* * *quartum* Auguſtæ.

Pater

Pater ei cognominis primus in Germania [e]didit *Nicolaum Alexandrinum.* Filius verò [h]ujus parentis veſtigia ſecutus, ut eruditionis [l]aude, ita & officii munere ſucceſſit.

Cumque in inclyta illa Repub. inſtitutum [s]it præclarum, atque inprimis neceſſarium: ut [li]berali ſtipendio publico Medicus aliquis [c]onducatur: qui omnibus compoſitionibus, [q]uæ alicujus momenti ſint, parandis apud [p]harmacopæos ipſe adſit: earumque admi[n]iſtrationem, vel, ut Hippocrates loquitur, [ἐ]γχειρισμὸν ſuâ doctrinâ ac diligentiâ guber[n]et atque regat: hanc egregiam, & nunquam [sa]tis laudatam provinciam eximius Medicus [A]dolphus Occo feliciter & cum magna alio[ru]m utilitate obivit.

Fatis conceſſit *octogenarius* ſub annum *ſex[age]ſimum quintum*, poſt *milleſimum*, Augu[ſt]æ: ubi medicinam exercuerat: & longè [an]tè ſibi ac ſuis monumentum faciendum [ej]uſmodi curaverat:

ADOLPHUS OCCO
A. F. A. N.
MEDICUS REIPUB. AUGUST.
[H]OC SIBI MONUM. V. P. UT IN
[E]O CUM UXORE AC LIBERIS, AD
[E]XTREMUM USQUE JUDICII DIEM
[V]OX ADFUTURUM, MORTUUS
QUIESCERET.
[T]U VIATOR, QUISQUIS ES, QUIETI
LOCUM NON INVIDEAS,
VALE, ABI.

[Q]ui fuit æternæ Chriſtus mihi cauſa ſalutis
Exuviis rurſus veſtiet oſſa meis.
[D]ns dum reditu mihi vita ſalusque paratur;
In terræ tumulo molliter oſſa cubent.

[Sy]mbolo, veræ pietatis argumento, uſus eſt tali:

[Mors] tuus in vita, tua ſunt mea funera Chriſte:
Chriſte tibi vivam, Chriſte tibi moriar.

Item hoc epigrammate:

[Vi]xi, & quem dederas curſum, pater alme, peregi:
Atque lucrum poſthac arbitror eſſe mori.
[Cu]imus ad mortem poſt omnia fata recurſus,
Vita mihi Chriſtus; mors erit ipſa lucrum.
[In]de mihi, cum vita perit; tunc ſumma bonorũ
Naſcitur; & funus nil niſi fœnus erit.

[Vo]luit familiam & ſobolem numeroſam? [Un]de ipſe ſub annum *octogeſimum* quadam [epi]ſtola ad D. J. Poſtium:

[L]igo nunc hilares natis cum dulcibus horas:
Et mihi fæcundum glorior eſſet thorum.

[T]ranſtulit *Georg. Gemiſti Plethonis expli[cati]onem de virtutibus*, & locum *de moribus [phil]oſophorum ex Platonis Theæteto:* Caſtigavit *Senecæ ſcripta.*

[S]cripſit *concluſiones unam & triginta ad [quæ]ſtionem:* num lues, quæ peſtis dicitur, [nec]eſſario adjunctam habeat febrem peſtilen[tem] vel putridam vel hecticam: ita ut vel con[ſtanti]a cordis, vel ipſius ſubſtantia putreat [nec]eſſariò: *conſilium* item *contra peſtem* cum [reli]quis Auguſtanæ reipub. medicis juratis.

Evulgavit quoque *pharmacopæiam vel medicamentarium pro Repub. Auguſtanâ:* cui acceſſerunt ſimplicia omnia officinis noſtris uſitata, annotationes in eadem & compoſita. *Imperatorum* itidem *Romanorum numiſmata à Pompejo Magno ad Heraclium usque* collegit. Superadditæ ſunt illis *inſcriptiones* quædam *veteres*: *arcus triumphales*: & alia ad argumentum tale facientia.

De inſignibus Occonum epigramma extſtat *I. Poſthii* tale ad Adolphum Occonem: *Epigram. in inſignia Occon.*

Hunc tua promeruit virtus inſignis honorem:
Quem tibi quemque tuis Cæſar, Adolphe, dedit:
Cæruleo in clypeo magni Jovis armiger alis
Aureus expanſis, ad ſupera alta volat:
Aureaque Eois decorat corona lapillis,
In ſummo galeæ vertice clara micat.
Non magis apta dari poterant inſignia vobis:
Conveniunt generi talia dona tuo.
Regia ſicut avis nitidi templa aurea cæli;
Sublimi virtus ſic petit aſtra via.
Denique ceu fulvo nihil eſt precioſius auro;
Nil oculi gemmis pulcrius adſpiciunt:
Sic virtute nihil precioſius, & mage pulcrum:
Quæ veſtrum decorat non moritura genus.

Habent hæc de Occonibus *Albert. Cranz. l. 10. c. 14 Cruſius in annalibus Sueviæ: Suffridus Petri in ſcriptoribus Friſiæ, alii.*

CONRADUS BATTUS. ⊙ 1605. *d. 30 Nov. ætat. 32.*

MUNDI hujus lucem primùm intueri iſte cepit, anno poſt Chriſtum natum, *ſeſquimilleſimo, ſeptuageſimo tertio*, die *decima tertia* Martii: ortus parentibus longè clariſſimis. Pater ei fuit *Levinus Battus* excellens Medicus, & Profeſſor in Academia Roſtochiana celebris, de quo diximus. Mater *Anna Pegelia*, ex nobili *Pegeliorum* familia oriunda. Avus ei maternus fuit *Conradus Pegelius*, qui exemplo prorſus inaudito, Academiæ Roſtochianæ circiter *ſexaginta annos* præfuit. *Levinus Batt.* *Conrad. Pegeli.*

Tali in familia natus hic Battus, in ſchola patria primùm triviali, dein & Academica, de parentum voluntate ac præſcripto, virtutum doctrinæque fundamenta feliciter poſuit. Hinc ad capeſſendos uberiores ingenii fructus *Regiomontium*, tranſiit in Boruſſiam; ibique quod ceptum erat ſtudium, per integrum *biennium* acriter continuavit. Inde ad illuſtre literarum emporium Academiam Juliam, quæ eſt *Helmſtadii*, profectus ſummos illos perfectæ literaturæ heroes, *Joannem Caſelium, Duncanum Liddelium, Cornelium Martinum,* ſtudioſiſſimè audivit; atque ex admiranda illorum cultura in omni diſciplinarum genere, & præcipuè in philoſophia & medicina ita eruditus & excellens evaſit: ut poſtea in Academiam Regiomontanam reverſus, ob multiplicem virtutem, & confirmatam eruditionem ibidē omnibus bonis gratiſſimus fuerit: ejusq; in medendo induſtriam atq; opem aliquot Barones, & quam plurimi iſtius ducatus *Mittitur in Boruſſiam Battus.* *Et in Italiam Acad.* *Redit in Regiomontanam.* *Ibi exercet medicinam.*

Ibi exercet medicinam.

& provinciæ nobiles ad quos à cl. V. *Severino Gobelio*, patre ac cognomine filio, medicis experientiſſimis, ablegatus, vel in curatione ſubſtitutus eſt; ſatis ſuperque teſtati ſint: & cùm anno *milleſimo ſexcenteſimo ſecundo*, civitas illa dira peſte infeſtaretur, à generoſis & magnificis Boruſſiæ ducatus gubernatoribus, liberali ſalario conductus, medici intrepidi officio functus ſit; multisque vitam longiorem, DEO ita diſponente remediis ſuis addiderit.

Peregrinatur.

Cum autem in ætate illa florente *Italiam* quoque & *Galliam*, aliasque regiones adire conſtituiſſet; ibidē in celebrioribus Academiis aliquandiu ſubſtitit: ut cum prudentioribus conferret; atque ita in ſtudiis ſe magis ac magis confirmaret.

Venit Baſileam.

Poſtquam verò *Patavii* annum integrum fuiſſet; tandem anno *ſexcenteſimo quarto Baſileam* venit; ubi virtus & eruditio ejus præſtantiſſimis & longè celeberrimis iſtius loci medicis, & præcipue *Felici Platero*, *Caſparo Bauhino*, ac aliis, ita celeriter innotuit: ut eum privilegiis & inſignibus doctoralibus ſolenni pompa publicè ornarint.

Ubi medicinæ doct. renunciatur.

Ita cum laude ad ſuos in patriam reverſus, tantam de ſe in animis doctorum hominum concitavit opinionem; ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipſius adventus admiratioque ſuperaret. Hac tanta celebritate cùm eſſet jam omnibus notus, facilè obtinuit, ut vir reverendus & cl. *Oſwaldus Sledanus*, ei filiam unicam deſponderet *Joannis Pauli*, Phyſici Wiſmarienſis, relictam viduam.

Ducit uxorem.

Hîc cùm poſt arrham datam in fratris ſponſæ ædibus jucundè pranſuri ſponſi adventus ab affinibus & ſponsâ exſpectatur: ex improviſo nunciatur, eum fratri ſuo *Levino Batto* Doctori Juris, infirmiùs habenti, medicinam adhibere volentem, per gradus quosdam infeliciter decidiſſe; ut cultellus, quem fortè manu tenebat, illo infelici lapſu in abdomen infixus fuerit. Accurrunt omnes; ſed opem & auxilium nequicquam ferunt: cùm ſimulatque has preces ſubinde ingeminaſſet: *Domine Jeſu, in manus tuas commendo ſpiritum meum:* inter manus ſe amplectentium piè ac ſubitò exſpirarit. Usque adeò verum eſt illud Flacci:

Perit ſponſus ex caſu triſti.

l. 2. C. 13. O.

Quid quisque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum eſt in horas.

Ita vir optimus, in flore ætatis, in ſpe conjugii & exſpectatione omnium ſummâ mortem oppetiit ſubitaneam; ſed nec propterea minus beatam. Quod enim mortuus, humanæ fragilitatis fuit: quod ita mortuus, divinæ voluntatis, cui omnia noſtra ſubjacent; adeò ut citra eam ne pilus quidem de capite noſtro poſſit cadere: & verò credentibus omnia cedant in bonum. Accidit hoc anno Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo quinto* menſis Novemb. die *ultimo*, ætatis Batti hujus anno *trigeſimo ſecundo*.

GEORGIUS MARIUS.

GEORGIUS MARIUS, alias *Meieru*[s] dictus, Franciæ orientalis metropol[i] *Wirceburgi* natus eſt, anno à Chriſti nativitat[e] ſecundum carnem, *milleſimo, quingenteſimo triceſimo, tertio.* Enutrius à puero in opti[-] marum artium & virtutum officinis, *phyſice* inprimis, quæ clavis quaſi eſt ad medicina[e] adyta, cognitioni fuit deditus. Inde in pe[-] netralia ipſius artis medicæ ingreſſus, ſummo[s] in ea honores ac titulos, promerente id eru[-] ditione & virtute non vulgari, reportavi[t]. Poſtea publicè eandem artem medicam docu[it] primùm in *Haidelbergenſi*, poſtea in *Mar*[-] *purgenſi*, Academiâ.

Hinc in aulâ Landgravianâ, illuſtriſſim[i] Principis *Guilielmi*, archiatrum egit; & in[-] de *Norinbergam* evocatus, in ampliſſima ill[a] Repub. medici munere functus fuit haud ſin[e] laude. Quâ permotus Elector Palatinus *Lu*[-] *dovicus* eundem *Haidelbergam* revocavit & medici aulici munus ipſi demandavit. Ib[i] annum agens *tertium & ſeptuageſimum*, di[e] *quinto* Martii anni *milleſimi, ſexcenteſimi ſext*[i] & ſenectâ, quæ ipſa morbus eſt, & phthiſ[i] nec non diarrhæâ accedente confectus, vita[m] hanc ærumnoſam cum cœleſti & ærumnis ex[-] perte commutavit.

Scripta ab ipſo edita ſunt hæc: *In Judæorum medicaſtrorum calumnias, & homicidia, pr*[o] *Chriſtianis pia exhortatio:* cui adjuncta e[ſt] *Satura in calumnias Judæi Moſches.*

De *terra ſigillatâ* tractatus Germanicus.

Edidit & *paralipomena & marginalia bo*[-] *tanica*, hoc eſt, Gartenkunſt/zum Feldba[u] angehörig/ in Abmerckung der Erfahrun[g] warhafftig/ was zum Feldbau und Hauſ[-] halten in dieſen unſern Teutſchen Lande[n] dienſtlich auffzubringen/ frembde Gewäc[hs] von Roßmarin und andern Bäumen: au[ch] wie man neue Wieſen ſoll anrichten/ ꝛc.

De *fonte* item *falſo in Offenavv* non proc[ul] Wimpinâ & aliis adſitis itidem Germanic[us] tractatus.

Floruit amicitiâ ſui temporis doctoru[m] quorumvis: de quibus & *Joannes Poſthi*[us] quem etiam affinitate attigit.

Exſtat inter alia Poſthii ad hunc Mariu[m] epigramma ejusmodi:

Conſtitutio ut aeris notetur,
Non eſt aſtrologis opus tabellis;
Non longa mihi ſupputatioe,
Argutique laboribus cerebri.
Ventos ſeu gravis Æolus furentes;
Triſtes ſeu pluvias minctur Auſter;
Multam ſeu Boreas nivem: ſine iſtis
Tempeſtatem ego præſcius futuram,
MARI, quamlibet indicare poſſum;
Nec cœli faciem, nec aſtra ſpecto:
Verum ipſo in thalamo undiquaq; cla[-]
Ipſisque in tenebris, mihi podagra

Lo

Longè certius omnia illa dictat,
Vellicans leviter modò hunc, modò iſtum
Hac beat. NIHIL EST NOCERE NATUM,
QUOD NON PARTE ALIQUA JUVARI POSSIT.

LUBERTUS ESTHIUS.

[F]AMILIA *Eſthiorum*, Germanicâ linguâ von Eſth / in Geldriâ ac Belgio quondam [spl]endore & dignitate nobilis fuit. *Petrus* [...]im van Eſth ad honores ſummos evectus [...]ſturis in *Hollandiâ* quondam præfuit; & [...]iciis ſummis ſibi à comitibus *Burenſibus & [...]raicis* Principibus demandatis, cum laude [...] functus. Frater ejus *Lubertus* Coloniam [...]is miſſus; ut literarum ſtudia perſequere[...], majorum veſtigiis egregiè inſtitit; ſeque [...]to ſanguini non abſimilem probavit. Cu[...] fides & pietas, cùm doctrina excellenti [...]juncta cùm perſpecta comiti *Iſenburgico* [...]t; eum filio ſuo præfecit morum ſtudio[...]ique moderatorem. Cum generoſo ergò [...] diſciplinæ alumno non ſolùm in Germa[...] ſibi commorandum ratus: in Galliam & [...]iam quoque eſt profectus: ubi præter lin[...] gentis illius cognitionem præclaram, ſtu[...] medica feliciter continuavit. Tandem in [...]riam reverſus *Argentoratum* venit; ibique [...]em ac domicilium fixit. Nam domi tutò [...]ere, per Hiſpanorum impotentiam, & Pon[...]iorum tyrannidem ei non licebat. Argen[...]ti igitur cum ageret: uxorem eximii Theo[...]i, *Caſparis Hedionis*, filiam *Agnetem*: ex [...] poſt maſculos aliquot & femellas, poſt[...]nus natus eſt hic *Lubertus Eſthius*, anno [...]leſimo, quingenteſimo, ſexageſimo nono:*

[...]Ut primùm autem per ætatem licuit; mater [...]m poſthumum moribus & artibus libera[...]is diligenter erudiendum curavit. Incidit [...] in tempus feliciſſimum; quo religio & [...]ima ſtudia Argentorati efflorefcebant, tum [...]rum tum *Ioannis Sturmii*, viri prorſus di[...], opera & induſtria incredibili. Adeoque [P]lato pro tribus gratias egiſſe DEO fertur; [...]d *maſculum ſe, non feminam creaſſet*, quòd [...]pore *Socratis* naſci voluiſſet, idque *Athe[nis]*: ita longè juſtiorem DEO gratias agendi [cau]ſam Eſthius hic habuit: qui Argentora[...] patriam nactus eo tempore eſſet: quo [...]ter Philoſophos, ſummi florebant Theo[...], veræ ſapientiæ doctores, & ad æternam [...]tem duces.

[P]oſtea in patria ſchola artibus liberalibus [...]clarè inſtitutus, *Baſileam* conceſſit; medi[...]ue excellentibus operam dedit *Platero*, [...]*hino & Stupano*. Id enim quod Galenus [...]ubi ſcribit, perſuaſiſſimum ſibi habebat; [*opti*]*mum medicum, philoſophum etiam opti[mu]m* eſſe. Itaque Baſileæ aliquandiu ſubſtitit; [...]amque medicinæ diligentem navavit: [...]ec exiſtimaret peregrinas regiones ſibi [...]minviſendas eſſe. Id enim norat, pluri-mum conferre ad uberriorem medicinæ cognitionem: idemque feciſſe ſciebat medicorum principes *Hippocratem & Galenum*: quorum ille in Inſula *Coo* morborum hiſtorias in templis deſcriptas collegit: hîc verò *Corinthi, Alexandriæ, in Lemno* inſula aliisque in locis plurimis medendo artis medicinæ peritiam ſingularem ſibi comparavit. In Germania igitur aliquot Academiis perluſtratis Galliam adiit: ubi & publicè doctrina & experientia excellentes viros audivit; & privatim cum iiſdem de ſtudiis ſeriò contulit, humaniterque eſt converſatus.

Peregrinationes medicis utiles.

Abit Galliam.

Baſileam è Gallia reverſus nomen ordini medicorum dedit; honoreſque Academicos, & teſtimonium ſuorum profectuum petiit. Quos in examine ita collegio medico approbavit: ut palam dicere non dubitarint; *intra annos plures juvenem nec doctiorem, nec expeditiorem, ad proferenda animi ſui ſenſa oblatum ſibi eſſe.* Quare lubentes & privilegia conceſſerunt; & teſtimonium præclariſſimum perhibuerunt; & honores in medicina ſummos contulerunt.

Redit Baſil.

Ubi renunciatur Doctor Medicus.

Artem ergò ſuam cùm in uſum deducere ſtatueret; & theoriam nullam eſſe, niſi praxis accedat, crederet: Electoralis Palatinatus oppido non ignoto, *Crucenaci* ſedem fixit, operamque ſuam civibus addixit. Quo in officio quomodo verſatus ſit, vel inde colligi poteſt: quòd vehementer doluerunt ejus & oppidi & viciniæ cives; ubi audierunt, eum de voluntate Electoris Palatini, in Academiam Haidelbergenſem vocatum, atque in numerum Profeſſorum Medicorum cooptatum iri. Cùm enim *quadrienium* fermè elapſum eſſet, quod ſalutis civium gratia Crucenaci tranſegerat: refragari voluntati eorum, qui Crucenaco avocabant, noluit. *Haidelbergam* itaque commigravit: ubi in numerum Profeſſorum medicorum adſcitus, muneris ſui partes præcipue duxit: ut naturæ explicationem commendatam ſibi unicè haberet. Quam ut aliis patefaceret, *Galenum* diligentiſſimè ſibi explicandum ſtatuit: quo nec meliorem, nec præſtantiorem medicum reperiri ſæpius diſerte confirmavit. Ex hoc ergò, aliiſque probatis artis medicæ auctoribus, docuit multiplicem remediorum vim atque temperiem, viviſque imaginibus eorum exhibuit formas ideam compoſitorum, componendi rationem uſumque demonſtrans evidentiſſimè. Nec verò grave illi aut moleſtum fuit, cum medicinæ candidatis agros, campos & ſylvas perluſtrare: herbas monſtrare: viresque earum perſpicuè explicare. Acceſſit dexteritas ſingularis; fides probata, felicitas eximia in eo etiam perſpecta tum, cum corporum ſectionibus operam daret; ubi compagem corporis univerſi, non modo verbis explanavit; ſed ad oculum partibus artificioſe diſſectis demonſtravit.

Crucenaci medicinam exercet.

Haidelbergam migrat.

Galenus.

Herbarum cognitioni deditus.

Et anatomiæ.

Has tales in hoc viro dotes cum Academia Haidelbergenſis admiraretur: dignum eum cenſuit, quem non ſolùm *Fiſco publico* præficeret: ſed cui officium quoque magnifi-

Officia Academia obit.

cum, quem Rectoratum vocant, ſolenniter demandaret. Hic cùm videret duo potiſſimum à ſe efflagitari, *fidem & diligentiam*: utraque ita præſtitit: ut de humanitate, de diligentia in negociis expediendis, aut de rigore ejus in puniendo, cauſam conquerendi juſtam habuerit nemo.

Cum ita *octennium* exegiſſet; ſuamque tum doctrinam tum fidem abundè aliis probaſſet; levibus ac tenuibus catarrhis infeſtantibus, accedente gravi tuſſi, & pulmonum ſanie, placide exſpirat Heidelbergæ anno *milleſimo, ſexto*, die *viceſimo* Aprilis, hoc eſt ipſo Paſcha hora *tertia* veſpertina, *ſeptimo & triceſimo* ætatis ſuæ anno. Adeò verum eſt, quod divinus Poëta ſcriptum reliquit: *Moritur.*

Stat ſua cuique dies: breve & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitæ: ſed famam extendere factis
Hoc virtutis opus,

Proſopogra. phia Eſthii. Corporis ei fuit proceritas elegans; facies gravitate plena; color à gravidæ matris terrore ſemper albus; facilitas & dexteritas in medendo rara: quæ tum aliàs, tum vel iis annis ſpectata fuit, cùm dyſſenteria lethali populariter graſſante, multos jam depoſitos nec infimæ fecis homines, archiatri ſummi beneficio ſervavit.

Acceptus præterea & gratus fuit infimis, medioximis, & ſummis; inprimis Electori Palatino, & *Erneſto Friderico* Marchioni Badenſi ac principi Durlacenſi; qui artem & fidem ejus in valetudine ſuâ expertus, *Durlacum* eum, miſſo ſpectatæ dignitatis viro invitavit. *Gratus princip. Eſth.*

Scripta. De ſcriptis ejus, quod ſciamus, nihil exſtat, præter *diſputationes* varias, & *dilucidam, brevem, ac methodicam formularum tractationem*: quæ officina Wecheliana anno *ſexcenteſimo quarto* prodiit:

De ſitu cordis diſputatio. Lis etiam ei fuit cum non nemine ὁμοτέχνων, *de ſitu cordis*: ſuper qua etiam velitatiunculæ quædam editæ: de quibus alibi & melius.

ⓐ1606. d. 25. Sept. Ludovicus Munſter.

JOANNES MUNSTER.

NASCITUR hic Hailbrunnæ anno *ſeptuageſimo primo* ſupra *milleſimũ quigenteſimũ* patre *M. Ludovico* Theologo, verbi divini eo in oppido *quadraginta* amplius annis præcone. Puer, cùm ingenio eſſet capaci & ſagaci, præceptoribus traditus, citato gradu in primo literarum ſtadio eò usque eſt progreſſus; ut anno *octogeſimo quarto* ad ſcholam publicam, quæ *Tubingæ* floret, uberioris ingenii cultûs capiendi cauſâ fuerit miſſus. Eâ in ſchola non ſolùm primam Philoſophiæ lauream, à baccis lauri, vel baculis, ut nonnuli placet, appellatam; ſed mox etiam ſupremum quem megiſterii vocant gradum, non ſine ingenii laude eſt conſecutus. *Mittitur Tubingam Munſter.*

Abit Lincium. Anno deinde *nonageſimo primo Lincium* Stiriæ abiit; ibique ſeſe Italis applicuit: quibus cum ita verſatus eſt, ut ab iis literas commendatitias ad excellentiſſimos quosque medicos acceperit. Poſtea cum Viennenſiu[m] quorundam liberis in Italiam profectus, i[n] peregrinatione illa literaria, præterqua[m] quod & *lauru Poëticâ*, ob venam felicem f[u]it ornatus (qui tamen honos hodiernâ die n[i]miâ frequentia vileſcit) præcipuè in arte me[]dica tantum profecit: ut in reditu *Baſileæ*, a[n]no *nonageſimo nono*, die *decimo ſexto* Febr. medicinæ doctor ſolenni pompa & panegyri [] renunciatus.

Neq; verò ab eo tempore, quo ſummum i[n] medicina gradum obtinuit, ſe dedit ignaviæ[;] ſed & *Heilbrunnæ* apud parentes, & *Wimpin[æ]* eruditionem apud exteros magno labor[e] comparatam auxit, & amplificavit quemad[]modum ejus rei teſtes ſunt tum illi, quos pub[]lici juris fecit, tum quos in lucem nondu[m] edidit, libri & commentarii.

Eodem anno *nonageſimo nono Eringæ*, i[n] comitatu *Hohenloenſi*, accedente parentu[m] conſenſu, cum *Helenâ Zobelinâ*, Joanni[s] ibidem conſulis & redituum tum politicoru[m] cum eccleſiaſticorum præfecto, filia ſpectat[æ] familiæ virgine matrimonium contraxit.

Anno deinde *ſexcenteſimo quinto* à repub[lica] *Wimpinenſi*, cujus Syndicum agebat uxori[s] frater, phyſici medici munus ei eſt delatu[m] & commiſſum. E quo anno ſequenti avocatus à *Ludovico* Haſſiæ Landgravio in ordine[m] profeſſorum ſcholæ *Gieſſenæ* eſt adſcitus.

Ibi dum in ſumma verſatur omnium exſpectatione, in flore ætatis, præmaturâ morte ſuis eripitur, die *viceſimo quinto* Septembris anno Chriſti *ſexcenteſimo ſexto*, ætatis ſuæ *triceſimo quinto*, cum *biduo* ante uxorem præmiſiſſet, relictis *duobus* filiolis ſuperſtitibus. Sepultus Giſſenæ ad latus conjugis; ita ut iidem qui thalamo, etiam tumulo ſint juncti.

Scripſit & edidit ex Tubingana Celii officina *diſputationem de pædophlebotomiâ* libros quinque; quibus ſaluberrimum Galeni decretum de non mittendo pueris, infra *decimum quartum* annum, ſanguine defenditur, pro *Alexandro Maſſaria*, adverſus *Horatium Augenium*.

Exſtat Münſteri etiam *diſcuſſio eorum, quæ ab Abrahamo Schopffio in generalis ſuæ diſquiſitionis* libri 3. ſectione 4. de *purgatione contra Hippocratis aphorismum* 22. *ſcripta ſunt*. Acceſſerunt appendices duæ. 1. *contra Cappo[n]vaccium*. 2. *contra Hieronym. Mercurialem*.

Plura ejus, ut vero eſt ſimile, apud heredes latent.

Perhibent hæc de Münſtero Medico *funebria ipſi ſcripta*; *& bibliotheca*.

NICOLAUS TAURELLUS.

MOMPELGARTI, ditionis Würtembergicæ oppido, natus, *Nicolaus Taurellus*, anno *milleſimo, quingenteſimo*, [] *quadrageſimo ſeptimo*, die *viceſimo ſexto* Nov. cùm ad ingenium felix cultura acceſſiſſet adſidua & diligens, teneris ſtatim annis oſtendit; quid matura ætas allatura fructuum eſſet.

Philoſophiæ autem & artis medendi ſtudio inprimis deditus, tantum in ſubtiliſſimis diſciplinis,

plinis, & arte illa, comuni hominum ſocietati ſummè neceſſaria, profecit ut teſtimonio eruditæ doctrinæ ſummo, ſolenni Academiarum more, fuerit *ornatus. Inde à reipub. Noricæ ſenatu, honeſto ſtipendio eſt invitatus, ut in ſua, quam *Altorfii* Rodolphi II. Auguſti indultu * aperuit, Academia publicè doceret. Eam provinciam quomodo obierit: teſtantur etiamnum eorum, qui viventem audierunt, elogia: & eruditionem loquuntur ſcripta.

Fatis concedit philoſophus & medicus opt: anno *milleſimo ſexcenteſimo ſexto*, die *vigeſimo octavo* Sept. *Altorfii*.

Scripta, quæ poſteritati elucubravit ſunt hæc *Methodus prædictionis medicæ*, hoc eſt, recta brevisque ratio coram ægris *præterita præſentia, & futura* prædicendi: morbos ſcilicet, morborum cauſas, mortem: ſanitatem, recidivam aliaque ſymptomata.

Scripſit & *annotationes* elegantes *in opera Arnoldi Villanovani*.

Eſt ejusdem *philoſophiæ triumphus*, hoc eſt, *Metaphyſica philoſophandi Methodus*; qua divinitus inditis menti notitiis, humanæ rationes ... deducuntur: ut firmiſſimis inde conſtructis demonſtrationibus, aperte rei veritas eluceſcat, & quæ diu philoſophorum ſepulta fuit auctoritate, philoſophia victrix erumpat.

Sunt hujus Taurelli & *Alpes cæſæ*, h. e. Andreæ Cæſalpini Itali monſtroſa & ſuperba dogmata, diſcuſſa & excuſſa.

De *infiniti continui ſectione* tractatus.

Diſcuſſiones item phyſicæ de mundo contra Piccolomineum.

Diſcuſſionum phyſicarum & metaphyſicarum de cælo adverſus Piccolomineum libri 2.

Emblemata Phyſico-Ethica ab hoc Taurello obſervata & vario carmine conſcripta.

Tantillum de Taurello philoſopho & medico eruimus *ex Geſneri & I. Georgii Schenckii bibliothecis: Cruſii annalibus*: *elench. librorum*.

ANDREAS PLANERUS.

Is qui magno Luthero emortualis, huic ANDREÆ PLANERO natalis fuit annus, *Bo*..., in comitatu Tirolenſi: ubi & primis literarum imbutus elementis, poſtea *Lindaviæ*, imperii urbe, plenius fuit excultus; & ad ſtudia Academica præparatus.

Aptus ergo publico auditorio *Tubingam* ...it, anno *ſexageſimo tertio*, calendis ...tobris, in album Academiæ relatus *Joanne Hochmanno* JC. rectore: ubi in ſtudiis humanitatis & literarum ac philoſophiæ ita eſt verſatus: ut laurea philoſophica utraque, de more Academiarum non improbando fuerit ...atus; ac *magiſter* quidem anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo ſexto*, die *viceſimo* ...r. renunciatus.

Poſtea ad medendi artem animum applicuit: ejusque doctores Tubingæ tanta adſiduitate & ſtudio audivit: ut anno *ſexageſimo nono*: die *decimo nono* Decembris, cum alii *decem*, ſummum medicæ artis ἀξίωμα, ſolenni in panegyri fuerit conſecutus.

Inde *Argentoratum* honorificè evocatus, medicis ea in ſchola lectionibus tantiſper præfuit: donec anno *ſeptuageſimo ſexto*, *Jacobus Schegkius*, natus *ſexaginta ſex* circiter annos, cùm *quadraginta quatuor* annis profeſſorem egiſſet; lectiones ſuas medicam & organicam reſignaſſet: Anno itaque *ſeptuageſimo octavo* Argentorato *Tubingam* revocatus, menſe Majo, eò commigravit: ac profeſſionem ejus tum philoſophicam tum medicam in ſe ſuſcepit. *Argentoratum vocatur.* *Inde Tubingam.*

Ea ergo in functione fide & induſtria ſingulari vixit: explicavitque ingenioſè & dextrè ſcripta *Ariſtotelis ac Platonis*, nec non *Hippocratis & Galeni* medica monumenta. Geſſit etiam inter iſtos labores tum *decani medici*, tum *Rectoris Academici* munus aliquoties, cum honore ſuo atque emolumento ſcholæ. *Ibi labores ejus.*

Eximitur tandem rebus humanis anno *ſexcenteſimo ſeptimo* poſt *milleſimum*, ætatis ſuæ *ſexageſimo primo*. *Et obitus.*

Fuit hic, ut in iconibus profeſſorum Tubingenſium *Erhardus Cellius* de ipſo perhibet:

Vir bonus, humanus, ſtudiumq; paratus ad omne:
Qui potuitque aliis utilis eſſe viris.

Scriptis etiam poſteritati prodeſſe ſtuduit: è quibus foras data leguntur hæc *Philoſophica*. *Scripta. Philoſophica.*

Analyſis libri primi Phyſicorum Ariſtotelis, in diſputationem ab eodem propoſita, in Academia Argentoratenſi.

Quæſtionum Dialecticarum pars prima, continens doctrinam prædicabilium & prædicamentorum & libri περὶ ἑρμηνείας organi Ariſtotelis.

Scientia demonſtrandi ab Ariſtotele Stagirita duobus poſteriorum Analyticorum libris in Organo breviſſ. conſcripta, & *tertia quæſtionum Dialecticarum parte* expoſita.

Orationes item *tres* Tubingæ editæ.

Medica autem ejus hæc ſunt: *Medica.*

Theſes medicæ phyſicæ *de divina formatione fœtus humani.*

Theſes medicæ phyſicæ *de concoctione, ejusq; differentiis*, in Academia Argentoratenſi publicè defenſæ.

Diſputatio medica *de capite & cerebro hominis, ejusq; temperamento.*

Diſputationes duæ, *doctrinam de differentiis ſymptomatum* continentes.

Methodus inveſtigandi locos affectos.

Tantum de hoc Planero *ex carmine Erhardi Cellii. Cruſii annalibus Suevicis. elenchis librorum.*

THEODORUS PLATEANUS. *☉ 1608. d. 14. Jun. ætat. 78.*

URBS eſt in finibus Miſniæ, qua hanc & Voitlandiam Eliſter dirimit *Cygnæa*; non *Cygnæa*, Zwickaw,

una laude nobilis. Illa tamen nec minima nec poſtrema, quod gratum Muſis diu dedit hoſpitium, ludumque fovit frequentem; cujus poſt *Georgium* illum *Agricolam & Joan. Rivium*, magiſtros juventutis ferè ſine exemplo, rectorem habuit *Petrum Plateanum*: qui morum & diſciplinæ tam ſerium verumque exercuit magiſterium; ut quemadmodum olim, qui parum ſanæ mentis & intractabiles erant, *navigare Anticyras* jubebantur: ita ſuperiori memoriâ, ſi quem aſperis incultisque moribus ſignificare volebant, eum Cygneam proficiſci jubebant: quaſi ibidem uti ſamiator & ἀκονητὴς ferrum, rubigine ad cotem deterſâ, in ſplendorem dat: ita morum ſcabricies ad diſciplinæ ſcholaſticæ rigorem lævigetur & poliatur.

Petrus Plateanus.
Naviga Anticyras proverb.

Hanc igitur patriam, & hunc patrem habuit *Theodorus Plateanus*: cum annus iret à Chriſto nato *milleſimus, quingenteſimus, trigeſimus*, ob auguſtam illam fidei orthodoxæ ab elector. princ. & ordinibus Imperii editam confeſſionem, hodieque inter pueros etiam quaſi æra quædam Evangelii reformati nobilis & auguſtus.

Primùm in urbem & Academiam VVittenbergenſem venit anno Chriſti *milleſ. quingent. quadrag. octavo*, proximo ſc. ab urbis illius obſidione: & deinceps auſpiciis & ductu inprimis *Guari VVigandi Guarini*, inter doctores ſui temporis eximii, ſcholis Medicorum ſeſe tradidit: & ſectæ ſuæ magiſtris optimis quibusque ſeſe applicuit, *Iacobo Milichio, Melchiori Fendio, Joanni Hermanno*, & inprimis *Caſparo Peucero*.

Venit VVitenbergam Plateanus.
Medicos ubi audit.

His magiſtris ille brevi ita profecit; ut opera & cura ipſius, in faciendâ domi forisque medicina, certatim expeteretur: adeò quidem, ut cùm vir nobilis *Henr. Gleiſetaler*, equeſtres copias in Gepidas adverſus Turcas duceret; is in caſtris illis mercede Imperatoris publicâ medicinam exerceret. Ex Hungariâ reverſus operam ſuam condixit ductori equitum *Paulo VVoboſero* Pomerano; qui tunc auſpiciis principis *Alberti*, Boruſſiæ ducis, militabat.

Exercet medicinam in caſtris.

Confecto illo bello, VVittembergâ ad literas & antiqua Muſarum ocia conceſſit. Iterum tamen bello Gothano, anno Chriſti *ſeſquimilleſimo, ſexageſimo ſeptimo*, in caſtris electoris Sax. *Auguſti*, publico Imperii ſtipendio medicinam tractavit: qua occaſione etiam factum eſt; ut in notitiam pariter & amicitiam excellentis illius medici, *Joan. Navii*, veniret. Denique in Galliam etiam profectus cum turmis & cohortibus Germani militis: ubi in annum tertium ſtipendio *Henrici* tertii, Francorum regis, officium ſuum fecit.

Domi.
Et foris.

Ætate autem magis magisq; ingraveſcente, & ipſe laborum itinerumq; pertæſus, quieti ſe tradere optimum judicavit: & hoc fine ſeſe VVittembergam iterum recepit. Et quanquam in civem privatum ſe componere, & latere in votis habebat: experientia tamen, & curandi quædam fellicitas, hominem ſubinde in lucem & uſum publicum, quâ do[mi] quâ foris, protraxit. Anno Chriſti *ſeſq[ui] milleſimo, nonageſimo tertio*, in ordin[em] etiam ſenatorium reipub. VVittemberge[n]ſis allectus & cooptatus eſt.

Redit VVittembergam.

Pro ſcito & ſymbolo habuit illud Apoſt[oli] Rom. 8. *Si DEUS pro nobis, quis contra n[os]*: in quo brevi lemmate picturam quandam [po]tius vitæ Plateani habere poterit; qui oc[ulis] Chriſtianis & affectu boni viri id intui[tus] fuerit & æſtimatit. Exemtus eſt rebus h[u]manis anno *milleſimo, ſexcenteſimo octa[vo]* die *viceſima quarta* Junii. Ve[n]eris a[nte] quintam à Trinitatis dominicam, ætatis [ſuæ] *ſeptuageſimo octavo*.

Perhibet hæc de Plataneo *Frid[er]icus Ta[u]mannus rector tunc Academiæ V[V]ittemb[er]genſis, in indictione funeris ejusdem.*

CAROLUS CLUSIUS.

ANNO à nato Chriſto *milleſimo, qui[n]genteſimo, viceſimo ſexto*, menſis Fe[br.] *decimo nono*, ſub horam *quintam* ante me[ri]diem, natus eſt familia nobili *Carolus Cl[u]ſius* Atrebati, metropoli comitatus *Arthe[ſiæ]* in *Gallia Belgica*. In patria puer educat[us] *Gandavum* inde ablegatur: ut operam lite[ris] daret ſub *Paulo Eucbario*, viro doctiſſim[o] apud quem *biennio* vixit. Anno *quadrag[e]ſimo ſexto*, *Lovanium* profectus, Latinæ Græcæ linguæ profeſſores in collegio t[ri]lingui ſive *Buſſidianno*, audivit. Deinde [vo]lente patre, juri civili operam dedit ſub [...] v. *D. Gabriele Mudæo*: ſed cùm animo eſ[ſet] peregrinas regiones perluſtrandi; *Marpu[r]gum* in Germania ſuperiore *triennio* poſt abi[it] ubi ex magni viri conſilio & autoritate ſtu[dio]rationem mutans, neglectâ jurisprudent[ia] philoſophiam eſt amplexus. Inde de co[n]ſilio *Andreæ Hypperii* Theologi. *VVitte[m]bergam* Saxonum profectus eſt; potiſſimu[m] ut Philippum Melanchth. videret, audire[t] ac propiùs cognoſceret.

Anno *quinquageſimo* in Narbonenſe[m] Galliam ſe contulit, unde paucos poſt ann[os] ob bellum inter Carolum V. Cæſarem, [&] Henricum II. Galliæ regem exortum, in pa[triam] à patre revocatus, iſtic aliquot ann[os] vixit, donec anno *ſexageſimo* denuò in Ga[l]liam reverſus, *Lutetiæ biennium* egit. In[de] propter inteſtinum bellum *Aureliâ* à princ[i]pe Condæo occupatâ, *Lovanium* abiit; [&] iſtic annum exegit. Anno *ſexageſimo quar[to]* evocatus in Germaniam, bimeſtri in ea co[n]ſumto, per celeres equos in *Belgium* rediit & inde per Galliam in Hiſpaniam profect[us] eſt, cujus plures provincias, atque etia[m] magnam Luſitaniæ partem, annuo ſpaci[o] perluſtravit.

In patriam anno ſequente reverſus ad *pr[i]mum & ſeptuageſimum* usque in ea perman[ſit]; quo *Lutetiam* profectus, & inde per Ca[le]tes in Angliam. Illâ autem ex parte pera[gra]ta, denuò *Lutetiam*, & in Belgium re[greſſus]

greſſus

greſſus, hæſit ibi ad annum usque *tertium & ſuptuageſ.* ſupra *milleſimum & quingenteſimum.* Tum à Cæſare *Maximiliano II.* evocatus *Viennam Auſtriæ* conceſſit; ubi in aulæ Cæſareæ familiarium numerum benignè receptus, & horto Cæſareo præfectus; mox locum eundem apud Cæſarem *Rudolphum II*, Maximiliani F. tenuit. Vixit porrò *Viennæ* ad annum usque *octogeſimum octavum*; quo aulæ tædio *Francofurtum ad Mœnum* ſe contulit: ubi *ſexennium* ferè privatim egit, ſibi & Muſis vacans. Quanquam & ibi latere non potuerit: utpote quem illuſtriſſimus Haſſiæ Landgravius *Guilielmus* chariſſimum habuerit: & ſtipendio annuo honorarit.

Francofurto anno *nonageſimo tertio Lugdunum* Batavorum à curatoribus Academiæ evocatus, ibi ætatis ac gloriæ ſatur vivere cælebs deſiit, anno *milleſimo ſexcenteſimo nono*, die *quarto* Aprilis: ibidem in templo S. Mariæ ſepultus cum epitaphio ejusmodi:

BONÆ MEMORIÆ
CAROLI CLUSII
ATREBATIS
POS.
QUI OB NOMINIS CELEBRITATEM, PROBITATE, ERUDITIONE, TUM REI INPRIMIS HERBARIÆ ILLUSTRATIONE PARTAM, INTER AULÆ CÆS. FAMILIARES ALLECTUS, ET POST VARIAS PEREGRINATIONES A NOBB. DEMUM ET AMPLISS. ORD. CURR. ET COSS. IN HANC URBEM CONDECORANDÆ ACADEMIÆ EVOCATUS, ET STIPENDIO PUB. PER ANNOS XVI. HONORATUS, LXXXIV. Æ. S. ANNUM INGRESSUS OBIIT CELEBS IV. APRIL. M. DC. IX.

Fuit in pueritiâ & adoleſcentiâ variis morbis obnoxius; præſertim febribus continuis aliquot annis, omnibusque divexatus eſt, exceptâ quartanâ & peſtilente. Annum agens *viceſimum quartum* hydrope laboravit, ex intemperante aquæ frigidæ potu, quo morbo *Guilielmi Rondeletii* medici celeberrimi & profeſſoris in Academia Montepeſſulana, curâ & diligentiâ liberatus fuit. Anno autem ætatis *trigeſimo nono* in Hiſpanicâ peregrinatione, ruente in curſu per acclive equo cum ipſo ſeſſore, dextrum brachium ſupra cubitum fregit, & eum inſecuto anno, dextrum crus. *Viennæ* porrò Auſtriæ annum agenti *quintum & quinquageſimum*, pes ſiniſter illi luxatus & malleolus fractus: *octennio* deinde poſt *Francofurti ad Mœnum*, ex caſu dextrum femur luxatum, & luxatione nec à medicis nec à chirurgis agnitâ, ſed neglectâ, ad contuſionem duntaxat medicamenta applicantibus, prorſus claudus effectus eſt: ut ne pedem quidem promovere poſſet; ſed perpetuò ferè illi ſedendum aut decumbendum eſſet: graves alii acceſſere morbi calculus, coli dolor; & hernia.

Italicam profectionem ter tentavit. Florentiſſimam enim illam regionem videre ſummopere avebat: ſed irriti ſemper fuêre conatus, primum Montepeſſulano *Maſſiliam* profectus eſt: deinde ex ea urbe rediens, apud *Allobroges* hæſit ferè *ſemeſtre*, parentis reſponſum expectans: poſtremò *Auguſtam* usque Vindelicorum profectus, unde curſum convertere debuit in Hiſpaniam. Quæ adeò cauſa fuit; ut adeundæ Italiæ omnem cogitationem in poſterum deponeret, exiſtimans id inſtitutum Deo non probari; cujus voluntati obſiſtere nefas duceret. Eum ob tot animi & ingenii virtutes atque incomparabiles Imperator *Maximilianus II.* nobilitatis privilegiis optimo ejus merito cohoneſtatum plurimum amavit. *A Cæſ. Maximil. nobilitatus*

Linguarum ſeptem utpote *Latinæ, Græcæ Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Luſitanicæ & Belgicæ* exactam habuit peritiam: variarum autem rerum præſtantisſimarum, præcipuè verò in Hiſtoriâ ſimplicium peregrinorum tantam notitiam & uſum ſibi acquiſivit: ut per tot regna orbis terrarum ſcriptorem earum vel graviorem vel diligentiorem hodie non reperias. Hiſtoriarum vulgo incognitarum & ſcriptor & cenſor acutisſimus, uti & Coſmographiæ doctisſimus. *Cluſius ſeptem linguarum peritus. Et rei herbariæ.*

Scripſit, & vertit *hiſtorias Americanas* ex Hiſpanico idiomate, in Latinum ſermonem. *Scripta.*

Dialogos ſive *hiſtoriam Garciæ ab Horto*, proregis Indiæ medici Luſitanica linguâ ſcriptam *de aromatis & ſimplicibus aliquot medicamentis apud Indos naſcentibus*, Latino ſermone in epitomen contraxit, & iconibus ad vivum expresſis locupletioribusque annotationibus illuſtravit; quæ quartâ editione apud Plantini viduam caſtigatior & auctior prodiit, anno *nonageſimo tertio.*

Librum *Chriſtophori à Coſtâ Medici & chirurgi, de aromatibus & medicamentis in Orientali Indiâ naſcentibus*, ex Hiſpanico ſermone Latinum fecit, & in epitomen redactum quibusdam notis illuſtravit, qui altera editione apud Plantini viduam *Antuerpiæ*, anno *nonageſimo tertio* in forma octavâ publicatus eſt auctior & caſtigatior.

Hiſtoriam *Nicolai Monardis* Hiſpalenſis medici duobus libris ſcriptam Hiſpanico ſermone *de ſimplicib. medicamentis ex novo orbe delatis*, quorum in medicina uſus eſt, Latio donavit; & in unum volumen contractum annotationibus & iconibus affabrè depictis illuſtravit, quæ tertia editione excuſa eſt, ibidem ex poſtremâ auctoris recognitione.

Idem fecit *tabulam Hiſpaniæ* antiquis & recentibus in ea locorum nominibus inſcriptis, quam ſe editurum promiſit Ortelius.

Ejusdem *hiſtoria aliquot ſtirpium per Hiſpaniam obſervatarum* libris duobus expreſſa eſt Antuerpiæ.

Idem tres *libros* Petri *Bellonii* in Latinam linguam tranſtulit; in quibus materia medica plurimum illuſtratur: ejusdem etiam *libellum de neglectâ ſtirpium culturâ* Latinè reddidit.

Præterea *diſpenſatorium Florentinorum* ex Italico Latinum fecit.

Ad

Ad hæc commentatus eſt *in commentarios Gallicos de hiſtoriâ ſtirpium* Dodonæi, ut patet ex aromatum libro.

Rariorum etiam *ſtirpium per Pannoniam, Auſtriam, & vicinas provincias* obſervatarum *hiſtoriam* deſcripſit.

Poſthii epigr. in Cluſ. Eas in obſervationes, ut & in itinera Cluſii, tale eſt *I. Poſthii* epigramma:

Turba frequens hominum longinqua per æquora currunt:
Rarus at inde redit doctior & melior.
Turaros inter numerandus es, optime CLUSI;
Teſtatum præſens quod liber iſte facit.
Namque peregrinis longo quæ tempore in oris
Indagare tibi cura laborque fuit:
Haud legere hîc tantum calamo deſcripta fideli;
Verum etiam ad vivum picta videre licet.
Jamq; innoteſcunt totum diffuſa per orbem:
Vix norant ipſi quæ prius indigenæ.

Hæc de Cluſio, viro & medico egregio, deſumta ſunt *ex Academia Lugdunenſi: elogiis doctorum virorum: & bibliothecis.*

---

† 1610. d. 11. Sept. ætat. 41.

JACOBUS ZUINGERUS.

Baſileæ etymon. PROTULIT *Jacobum Zuingerum* Helvetiorum urbs florentiſſima *Baſilea*, ſic dicta, ut volunt, quòd verè βασίλεια ſit, regina urbium ac regia urbs. Pater ei fuit *Parentes Zuingeri.* *Theodorus*, de quo antè, mater *Valeria Jacobi Ridini*, viri integerrimi, filia. Incidit ejus natalis in annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, ſexageſimum nonum*, diem Auguſti *decimum quintum*: cùm paucis ante ſeptimanis in vivis eſſe deſiiſſet. *Victorinus Strigelius*, vir raræ eruditionis, & Melanchthonianæ cujusdam dexteritatis.

Accidit ſub idem tempus, ut in Galliâ, principe * *Condæo* ſclopeti glande trajecto, cruore manarent omnia: & *Petrus Ramus* vir clariſſimus, ſolum verteret. Hunc ergo Baſileam delatum filii ſui patrem luſtricum appellat *Theodorus*, adductus tum veteri amicitiâ, quam cum eo Lutetiæ ſanxerat; tum ſingulari hominis doctrinâ atque virtute.

** Ludov. Borbonius princeps Condæus obiit 1569. d. 13. Mart.* *P. Ramus propater Zuing.*

Pater excellens filii ingenium præſentiſcens, in duplici hac curâ mentem omnem habebat fixam: filium ut *honeſtate morum* redderet pium ac probum: deinde ut *liberali artium diſciplinâ*, quæ illi à natura inſitæ erant notiones, excitaret: ſedulaque inſtitutione, augeret ac confirmaret. Cum lacte itaque materno filio inſtillavit fidei & religionis veræ nectar; & cùm primùm per ætatem potuit, artium liberalium elementa tradidit. Adhibuit autem ephorum atque doctorem privatum *Petrum Rothium* Freiſtadienſem Sileſium: tum ipſe quoque ſuis præceptis tenerum filii animum expolivit: *Carolum Magnum & Octavium Auguſtum* in eo imitatus: quorum uterque filios ſuos ipſi erudierunt. Deinde ne mens ejus inſtitutione domeſticâ quendam veluti in opaco ſitum duceret; in ſcholas eum miſit publicâ au-

Educatio Jac. Zuing. *Petrus Roth præceptor Zuingeri.*

thoritate & judiciis plurium conſtitutas. Ib
tum incitatus vel commilitonum laude, v
vituperiis, vel præmio, vel pœnâ, ita per
clitatus eſt vim ingenii ſui divinam; obedie
tiam quoque, quæ, juxta *Æſchylum*, m
ter eſt felicitatis, ita probavit omnibus:
pares haberet paucos, ſuperiorem nemine

Quamvis autem *Plato* non * velit peregr
nari eos, qui pauciores, quàm *quadragin*
annos habeant: parens tamen hujus Zuing
filium ſuum peradoleſcentem in Italiam e
currere; ibique Muſis atque Gratiis ſac
facere voluit; & id nullâ imprudent
voluit. Nam patriæ quidem valediceb
adoleſcens ætate; ſed judicio rerumque c
gnitione ſenex: cujus jam in mente, n
mento, elucebat ſapientiæ, & doctrinæ m
turitas. Neque enim ad Latinæ tantum
Græcæ linguæ peritiam venerat iis artibu
quas logicas appellamus: ſed inſuper in Oce
num illum philoſophiæ ſe immiſerat:
omnem omnium partium ἐγκυκλοπαιδείαν
ſine multo temporis impendio eâ cognov
rat induſtriâ, ut nihil ex ſobriâ philoſoph
proferretur; quod illius ſcientiam fugeret.

Deinde Ægyptiorum legem, quâ *filii p*
rentum artes facere jubebantur ſecutus, cu
philoſophia medicinam quoque conjunxit.

Itaque cum *Baſileæ* neceſſariis ad eam præ
ſidiis eſſet munitus, in Italiam duas prof
ctiones, Germania non neglecta, inſtituit
unam ætatis *decimo ſexto*, Chriſti verò *oct*
geſimo quinto, ſupra *milleſimum quingent*
ſimum, alteram *duodeviceſimo* ætatis ſuæ
Chriſti nativitate ſeculi *decimi quinti*, ann
octavo & octogeſimo: quo patrem chariſ
mum amiſit, febri ſublatum, popularit
graſſante.

Et quanquam totius Italiæ Zuingerus pe
luſtraverat agrum nobiliorem, & ceu terre
ſtrem quendam paradiſum: ſedem tamen &
ſtudiorum domicilium fixit *Patavii*. Ib
jam non parietibus tectus latebat tan
tum libris accubuus: quæ res nec ſolidam
parit eruditionem, nec Gratias in vitâ civil
conciliat: ſed confirmatus jam magis magis
que, audebat ſeſe in præſtantium hominu
penetrare amicitias & familiaritatem. Ute
batur præceptore & domeſtico planè amic
Jacobo Zabarella, homine cum primis nob
li: cujus in Logicis acumen, in Phyſicis ſu
blimitatem, uſu & conſuetudine fecerat ſua
quamvis nec in Ethica doctrinâ *Franciſcum*
Picolomineum neglexit, virum illuſtri apu
Senenſes familiâ natum. In arte medic
cum alios; quos ferebat ætas illa, audivit
atque imitandos ſibi propoſuit: tum vel ma-
ximè *Horatium Augenium*, atque *Herculem*
Saxoniam. Et Herculem quidem, è Saxoni
bus oriundum, ita fuiſſe animatum accepi-
mus: ut niſi diverſitas quædam in religione
obſtitiſſet; adoptate Zuingerum & amplis-
ſimi patrimonii hæredem ſcribere cogitarit
Augenium verò propter edecumatam in e
vim judicii laudibus ita ferebat: ut conceptis
verbis hoc illi tribueret: *ſicut* ajebat: *ex im-*

petuoſ

noſo & fluctuanti maris æſtu; remigum in-ſtria, turgidaq; ventis vela, anxios navi-ntes eripiunt: ſic ex incertis noſtrorum ſtu-orum fluctibus, noſtræ aſſiduitatis remigia, raq; Augenii feliciter aſpirans in optatum felicitatis vadum eduxit. Frequens itaq; erat * ſymbolum, quod in Augenianæ A-lemiæ & doctrinæ uſurpabat memo-m:

ῶτα μὲν εἰρεσίη, μετέπειτα δὲ κάλλιμος οὖρος.

Ita autem Zuingerus ſtudiorum diſtribue-:penſa: ut cum philoſophiâ, & medicinâ, œniorem quoque philologiam, ceu con-ıentum ſeveriori operæ, conjungeret: ra-hoc demum eſſe verum ornamentum: quo, nente Hippocrate, καὶ χαρίεντες καὶ εὐσχήμονες lderentur medici. Neque enim putabat, li-ali dignum eſſe ingenio: ita ſe abdere, at-e adeò mancipare uni ſcientiæ: ut cætera-nartium, quæ mutua inter ſe cognatione & ıſi communi vinculo continentur, nullum nè percipias guſtum. Etſi autem privatâ tione multa aſſequebatur, quæ ad ſuavita-ı facerent: & perluſtratione totius Italiæ, ı antiquitatis monumenta ipſe obſervaret: os tamen dum *Patavii* egit, doctores ſibi ctoreſque elegit ad eruditam, doctrinam *ıcirollum & Pinellum.* Et *Pancirolla* quàm rit variarum rerum peritiâ; noſtro præco-opus non eſt. Loquitur res ipſa & præcla-ı illud opus: quo res antiquorum deper-ıs, & noſtra viciſſim tempeſtate repertas cis incognitas, literis memoriæ prodidit. *ellum* verò ex familia patriciorum Patavi-um, ſingulari ingenio eruditione non pro-ria, ita conjunctum habuit: ut ſibi dona-ıab eo annulum ad mortem usque geſtarit,

—ſinceri monumentum & pignus amoris.

Reverſus eſt ex Italia *quinquennio* exacto, blandis voluptatum illecebris ineſcatus, ıuas Sirenes multi ex noſtratibus & corpo-& animæ faciunt naufragium: neque alie-um morum impuritate conturpatus: neque eligione ſpe commodi aut honoris tantil-ı immutatus: piſces marinos planè imita-: qui cùm aquis innatent merganturque is: ipſi tamen ſalſedine nullâ inficiuntur. Reducem ergo civem tot ornamentis inſig-ı, patria, magno cum applauſu & gratulan-n concurſu excepit: & paulo pòſt unani-onſenſu in medicorum numerum, collatis gnibus ſummis, adſcripſit. Nam poſt-n *ſeptennium*, quod requirunt leges, exe-t ſtudiis, profectu etiam ſuperaſſet: cum ò *ætatis ſuæ quinto & viceſimo*, Chriſti veri I & hominis, *quarto & nonageſimo*, ſupra *uimilleſimum*, in theatro patrio medicæ s doctorem dixit ac renunciavit, *Felix Pla-ıs* Baſilienſium archiater, verè πολλῶν ἀντ-ι☉ ἄλλων.

Ad hos recentes honorum titulos non mul-òſt adjunxit matrimonii dignitatem & non tam oculorum illiciis, quam famæ veriſſimo præconio *Juditham, Bernardi Brandii*, ordi-nis ſenatorii filiam, ſibi uxorem ac vitæ ſociam delegit. Cum eâ vixit, quamdiu vixit, inſig-ni prudentia, humanitate ac fide tantâ: ut do-mus utriusque ſchola videretur pietatis, offi-cina concordiæ; exemplum vitæ conjugalis, norma educandorum liberorum.

Uxorem ducit.

Vacare eodem tempore in patriâ cepit, pro-feſſoris linguæ Græcæ locus; quem & pater olim ſubierat, defuncto *Sebaſtiano Caſtalione* Allobroge. Ad hanc provinciam, cum ha-bito delectu adhiberetur Zuingerus; talem ſe præſtitit; ut quod dici aliàs conſuevit, *ma-giſtratus oſtendit virum*; ita ille, qui quan-tusque eſſet, ſuâ demonſtraret non profeſſio-ne tantum; ſed toto tempore, quod inter Academiæ præſides & doctores fuit. Obſcu-ra ſermone perſpicuo ſi erant explicanda, ex-plicabat: in *Homeri* interpretatione exquiſita doctrina afferenda, afferebat: cum antagoni-ſtâ animoſe & doctè congrediendum, congre-diebatur: Sophiſtæ vultu ſedato & gravi reſ-pondendum, reſpondebat: Eloquentia au-tem fuit tantâ: ut Veneres & Gratiæ aqud ip-ſum habitare crederentur: cujus rei vel unum hoc exemplum fidem faciat. Quo die illu-ſtriſſimorum doctiſſimus, & doctiſſimorum illuſtriſſimus, *Mauritius* Cattorum princeps Baſileam ſuo honoravit & exhilaravit adven-tu, Zuingerus publica de cathedra; coram heroë clariſſimo & doctrinæ cenſore acerri-mo, de argumento hoc, *quomodo prin-cipi philoſophandum*, tali diſſeruit oratione: facile ut omnes adverterent vim in pectore, ſuavitatem in ore, toto habitu eloquen-tiam.

Docet linguam Græcam publicè.

Mauritius Haſſiæ Land. à Zuing. exceptus.

Fuit præterea in eo totus: ut medicinæ præ-lectionibus domeſticis, & quas frequentiſſi-mas inſtituebat, diſputationibus, citra am-bages ad genuinum artis medicæ ſenſum au-ditores duceret: neglectis putridis illis & pu-tidis quæſtionibus: quæ neque ſcienti pro-ſunt, neque ignoranti obſunt. Et quia ſplen-didiſſimam totæ medicinæ lucem attulerat *Fer-nelius*; ſed nonnullibi ab *Hippocratis* ſenſu, à *Galeni* authoritate, ab opinione communi, ſuam ſegregaverat opinionem: eâ utebatur Zuingerus æquitate, addo etiam prudentia ut collatis inter ſe diſſentientibus quantum fieri poterat, nec vera laus detracta Hippocra-ti aut Galeno, nec calumnia affiota eſſe Fer-nelio videretur.

Domi medicinam docet.

Fernelius à Galeno & Hippocrate diſſentit.

Neque illud obſcurandum verbis eſt, quod præſertim hoc delicato ſeculo, ad medici or-namentum apprimè, & gratiam facit. Zuin-gerum non minus probaſſe à priſcis frequenta-ta medicamenta, quàm ad chymicorum for-naculas carbonibus ipſum denigraſſe quan-doque manus: Vulcani ope corpora va-ria in ſulphur, in ſalem, in Mercu-rium reſolviſſe: iiſdemque præſidiis *citò, tutò, jucundèque* expugnaſſe morbos con-tumaciſſimos. Atque ad hæc Chy-micorum myſteria, quanquam ipſe ferebatur ſua quodammodo naturâ: adjutus inſuper la-

Chymiæ ſtudioſus Zuing.

bore, & conſilio parentis relicto; plurimum tamen debuit *Guilielmo Arragoſio Tholoſato* in Platonis philoſophiâ, & medicina Spagirica verſatiſſimo. Is cum *trium Galliæ regum & Maximiliani* Cæſaris fuiſſet medicus: Zuingerum & artis ſuæ & librorum optimorum, & quarundam aliarum facultatum hæredem ſcripſit, antequam marasmo ſenili decederet: cum annos *ſeptem & nonaginta* in cælibatu ſemper vixiſſet.

Guiliel. Arragoſ. heredem ſcribit Zuing.

Idem hic Zuingerus noſodochio Baſilienſi, ubi ingens quædam ægrotorum confluges: & cadaveroſa vitæ humanæ miſeria ſpectatur, per annos bene multos præfuit, idque gratis. *Jacobum Cotterium* equidem accepimus menſtruum ſtipendium à rege Galliæ habuiſſe *decem aureorum millia. Petrus* verò *Apponenſis*, cum magus fuerit habitus, pedem porta urbis non extulit, niſi conſtituto *dietim ſtipendio quinquaginta coronatorum.* Zuingerus contrà neque ſalario publico conductus fuit unquam: neque à miſerabili illa in valetudinario publico turbâ accepit tantillum & accipere ne cogitavit quidem, ipſa quoq; remedia pauperculis haud rarò dono dedit. Adjungendum ad hanc laudem & illud; quod medicinæ operã navantes, modò ſibi deeſſe nollent, ſecum lubens volens in illud quod diximus, valetudinarium educebat. Ibi frequenter, quod in umbra antea diſputatum fuerat lentius, aut obſcurius, ipſa re & experientiâ proferebat in lucem: ſubiiciebat oculis manibusque morbi genus, cauſam, ſymptomata docebat; varia ſigna comparabat, diſcernebat: præibat voce qua affectus ideâ eſſet prædicendum: remedia denique proponebat, explicabat, applicabat.

Præeſt noſodochio Zuing. Iac. Cotterii ſtipendium. Petri item Aponenſis. Comm l. 9. Facit gratis medicinam Zuing.

In vita interiore erat idem, ſi quis mortalium humanus erga quemvis, in exteros propenſæ liberalitatis: comis erga cives, etiam inferioris ſubſellii homines: officioſus in magiſtratum: ordinis ſui & ſplendoris Academiæ perquàm ſtudioſus: cum collegis ſuis pacificus: multa condonans tranquillitati publicæ, ſi quæ humanitus accidebant. In conviviis non erat adeò frequens; quod ſi neceſſe quandoque habebat, amicis ſe dare: vidiſſes hoſpitem, non multi potus, ut ille ait: verum qui feſtivo & literato ſermone, vel etiam concentu Muſices, ſobriæ & gravis, reliquos convivas jucundè exhilararet.

Vita interior Zuingeri.

Fuit autem fatalis annus *decimus* poſt *decimum ſextum* à Chriſto nato ſeculum; qui *centum* circiter *& ſexaginta conjugum paria*, familias plurimas, in urbe Baſilea peſtilente lue abſorpſit. Atque eo contagio per urbem non jam gliſcente, ſed graſſante, idem Zuingero evenit; quod proceræ atque frugiferæ arbori: quam brachiis ſuis amplexa hedera, ſubtracto omni vitali ſucco, ſtrangulat, ſuffocat, necat.

An. 1610. Zuingero cum multis fatalis.

Dum aliis ſtudio indefeſſo, fide ſervit incredibili, magis de proximi, quam ſua cogitans valetudine: ipſe interim in viſcera ſua admittit hoſtem peſtilentem, à quo & lecto affigitur. In hac valetudine ſi quidquam hominis prudentia, ſi artis certitudo & felicitas, quæ ſalutem aliis dederat, contra mortis diritatem potuiſſet, viveret Zuingerus ſed eludebat omnia alexipharmaca vis morbi & jam vitæ ſedem ac domicilium, cor ipſum depopulata fuerat malitioſa febris; comite anthrace in ſummo humero, & altero, ad dextrum cubitum, virus undiquaque ſuum ejaculante. Senſit vir ſapiens, ad quemcunq; paratus ictum, imminere jam tempus, quo corporis & animæ jam faciendum eſſet divortium. Quemadmodum ergo ex poëtæ ethnici ſcito:

Quæ latet, inque bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturque malis:

ſic moribundus hic noſter fidem exercebat ſuam, in illuſtri hoc vitæ mortisque duello: ut bonam militans militiam, in hæc verba cœleſti afflat⁹ numine, ſemel atq; iterũ erumperet; *Gaudeo ego atq; adeò exulto: jam tandem illuxiſſe tempus: quo ille, ille præpotens Jehova, cujus majeſtatem in natura indagatione miratus ſum, veneratus quoq; bonitatem, quem fide deſideravi, quem ſuſpiravi, à facie jam ſe mihi ad faciem viſendum exhibebit.* Ingraveſcebat magis atque magis atrocitas doloris: neque hoc tantum: ſed brachium ex venenato abſceſſu inflammatum, gangrænam jam & ſphacelum haud obſcurè minabatur. Ille tantum aberat, ut muliebri ejulatu impatientem proderet molliciem: aut in Deum naturamque ullum inimicum evomeret dictum: ut potius de miſericordiâ divinâ certus, magno excelſoque animo hæc Hiobi verba ſubinde ingeminaret: *Etiamſi, Domine occideris me: tamen in te ſemper ſperabo.* Etiam illud memoria tenebat; quod ex quotidiano pietatis exercitio, & ipſo Auguſtino didicerat: *cum blandiris, mi Deus, pater es: cum cædis, pater es: blandiris, ne deficiam: cædis, ne peream.* Atque ut ex alto jam mari, terræ propior factus, in portum adremigare majori geſtit nauta deſiderio, ſi eminus eum proſpexit oculis; ſic ille præſentiens æternæ felicitatis guſtum; ac proinde diſſolvi cupiens ingemiſcebat: *O Domine Jeſu, veni, veni cito: & meorum dolorum miſerere.* Nec fuerunt hæ preces commiſſæ ventis: audiit eas, qui numerum dierum noſtrorum, antequam naſceremur, digito providentiæ atque omniſcientiæ ſuæ conſignavit. Ille Jehova luctantem, ſed & vincentem Zuingerum per mortem ex mortis faucibus eripuit: & beatam analyſin, inter ſuſpiria, cum invocatione unius Chriſti mediatoris expectantem, ſine motu, ſine metu, ſpe poſthuma alterius vitæ nixum liberavit: animam ipſam ad immortalitatis conſortium evocavit.

Accidit hæc emigratio die, quem medici vocant, decretorio, *ſeptimo* à decubitu; Septembris *undecimo*, cum ſuaviſſima vitæ

conſors

conſors mariti contagio accenſa humanitatem expleviſſet, & chariſſimum ſibi conjugem, præcurſu in cæleſtem Baſileam ſex horis antevertiſſet.

Manibus viri optimi & doctiſſimi hiſce carminibus *Ianus Gruterus* V. cl. parentavit;

Ergo etiam, Zuingere, jaces medioque juventæ
Tramite deſtituis corda propinqua tuo:
O dolor! ô luctus! ſic luxuriantibus arbor
Plena bonis, Boreæ flamine torta cadit.
Sic ablata carina ſuis latiſſima ventis,
In ſaxa, in ſcopulos, in vada cæca ruit.
Macte tamen Zuingere; tuis nam quicquid ab annis
Parcarum abraſit pernicioſa trias:
Fœnore multiplici ſoboles ter terna Monetæ
Adiiciet ſcriptis tempus id omne tuis.

Fuit ut diximus, vir bonus, doctus, pius: qui laborioſa vitæ ratione Spartam ſuam ornavit: & lucrubationibus reipub. literariæ ſubſervire conatus eſt.

Nam *patris* operoſum *Theatrum*, cujus jam exemplaria erant diſtracta, ut ab interitu vindicaretur, primò *ſibi ſumſit recenſendum:* & multis locis *expolitum*, quibusdam *auctum*, *in publicum* iterum *produxit.*

Ingenii deinde etiam ſui fœtus edidit ut ſunt: *De Græcorum dialectis tabulæ.*

Examen principiorum chymicorum ad Hippocratis, Galeni, cæterorumq́ Græcorum & Arabum conſenſum.

Phyſiologia ad parentis methodum *oratione continua expoſita, illuſtrata, exornata.*

Etymologicum Græcum magnum, ad linguæ ejus & proprietatem & nitorem comparandum.

Commentarius in librum, qui *Galeni* nomine circumfertur, *de definitionibus medicis*,

In *Theologicis* quoque ſcripſit *in* pleraſque *Pauli epiſtolas analyſes.*

Salomonis proverbia facili & perſpicua methodo *ad certos titulos*, quos locos communes appellant, revocavit.

Formulas precum plurimarum, ſuæ & aliorum pietatis inflammandæ cauſa, conſignavit.

Catechiſmum denique *religionis Chriſtianæ* ex ſacrarum literarum viretis congeſſit.

Majora autem & plura elaboranda & perficienda, ſi Deus & fata tuliſſent, ſuſcepit; ut ſunt, *Harmonia & conciliatio* ἀντιλογιῶν *medicarum,*

Praxis ejusmodi, *ad quam jure æquali & Galenus, & Paracelſus medicamenta contuliſſent.* Sed & hæc & alia vix ſperanda jacent.

Debentur hæc de *Jacobo Zuingero orationi panegyricæ* de eo, à v cl. *Caſparo Dornavio medico & philoſopho dictæ editæq́: tom. 2. delic. poet. Belgicorum.*

HENRICUS FABRICIUS.

PROTULERUNT *Henricum Fabricium* Tabernæ montanæ, ditionis principum Comitum Palat. Bipont, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſeptimo.*

Prima literarum tyrocinia fecit in patriæ ſchola, quæ eſt *Hornbaci*; inter alumnos ejus cooptatus à principe *Wolffgango* Comite Palat. Rheni, rectore *Immanuale Tremellio* Theologo anno *quingenteſimo nono.* *Alumnus ſcholæ Hornbacenſis.*

Inde ad publicas ſcholas publico teſtimonio dimiſſus *Wittembergam* adiit, anno *ſexageſimo quinto:* ubi viros in omni doctrinarum genere præſtantiſſimos *annis duobus* ſedulò audivit. Poſt *Argentoratum* profectus *Joanni Sturmio*, eloquentiæ laude non multis conferendo, operam dedit. *VVittembergam abit. Inde Argentoratum.*

Reverſus aliquantiſper *Biponti* apud *Cunmanum Flinshbachium*, popularem ſuum, ſuperintendentem Bipontinum ſubſtitit; atque *Biponti* hypodidaſcalum egit. Mox *Lutreæ* pædagogus aliquot nobilium à Scharffenſtein / Friderici à Scharffenſtein / electoralis Palatinatus præfecti ibidem filiorum factus, *Haidelbergam* ſe uberioris doctrinæ cauſa contulit. *Biponti hypodidaſcalum agit. Haidelbergam abit.*

Anno *milleſimo, quingent. ſeptuageſ. ſecundo*, in comitiis Spirenſibus ordinum Belgii ad *D. Maximilianum* interpres, ab eodem lauru poëticâ eſt coronatus. Eodem anno in Italiam abiit; ac *Paduæ* philoſophorum ac medicorum frequens fuit auditor: in reditu *Baſileæ*, anno *ſeptuageſimo quarto* philoſophiæ ac medicinæ doctor eſt ſalutatus. *Coronatur lauru à Max. 2. 1572. Petit Italiam. Doctor renunciatur 1574.*

In patriam & *Hornbacum* reverſo profeſſio philoſophica Hornbacenſi in Gymnaſio demandatur; quam fide & dexteritate tantâ obivit; ut dignus judicatus fuerit; qui rectori demortuo *Chriſtophoro Hilſpachio* ſuccederet, anno *ſeptuageſimo ſeptimo.* *Docet Hornbaci. Rector gymnaſii deſign.*

Eam provinciam ut geſſerit; & ut tum docendo ſuo loco, tum medendo officium fecerit, hodieque teſtimonia viva adſunt: adeò ut noſtro ipſi opus præconio non ſit. Emerito laborum immunitas data eſt à principe *Joanne* Palatino, anno *ſexcenteſimo.* *Rude donatur.*

Tandem è vitâ exivit anno *ſexcenteſimo duodecimo*, die *viceſima octava* Martii podagricus; catarrho ſuffocatus: *Hornbaciq́* in oppidi templo ſepultus eſt tali cum monumento: *Moritur. Monimentum ejus.*

Montanæ Henricum civem genuere Tabernæ:
Fabricium, Hornbacum fovit & Italia:
Inde redit duplices edoctus Apollinis artes:
Hic Rector luſtris quinq́ obit emeritus.
Corpus habet fanum Ioannis, ut ipſe volebat:
Hæc tabula hæredum teſtis amoris adeſt.

Lapidi autem ſepulcrari inſcripti ſunt hi Phaleuci.

Qui Chriſtum coluit coletque in ævum,
Iſta Fabricius recumbit urna:
Summus philoſophus, poëta ſummus,
Et ſummus medicus: dolete amici.

Scripſit *vitam* Hieronymi *Tragi*, item *Epigrammata* rotunda & ſuavia: & ſi quæ alia adhuc apud heredes latent. *Scripta.*

Ex narratione I. Chriſtiani Rothfuchſii, generi iſtius Fabricii.

● 1613. diez. Maj. ætat. 37.

JODOCUS LUCIUS

HIC HAIDELBERGAM, inferioris Palatinatus metropolim, electorum ſedem Academiâ pervetuſtâ celebrem urbem nactus eſt patriam anno *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto*, die *decimo octavo* Novembr. parentibus natus honeſtis, ejus urbis civibus. Prima doctrinæ fundamenta jecit patrio Pædagogéo, ubi ſingularis memoriæ argumenta, qui felicis in pueris ingenii ſolet eſſe prodromus, ſæpiùs edidit.

Natalis Lucii.

Educatio.

Pædagogicis exemtus claſſibus in numerum alumnorum collegii Caſimiriani cooptatus eſt, anno *nonagſimo quarto*. Hic in publicæ ſcholæ ſpaciis non ſolùm lectiones profeſſorum philoſophicorum audivit diligenter; ſed & diſputationibus, quibus veritas tanquam ſilicis atritu ignis elicitur, interfuit libenter & frequenter. Uſus & privatim eſt præceptoribus *Clementa Timplero & Bartholomæo Keckermanno*, philoſophis non infimi ſubſelii.

Inde primam in philoſophiâ lauream adeptus eſt anno *nonageſima quinto*, die *viceſimo ſexto* Octob. Sequente anno peſte in patriâ graſſante *Marpurgum* abiit; ubi inter alios viros doctrina inſignes clariſſ. illud philoſophiæ lumen *Rodolphum Goclenium* audivit: ad cujus voluntatem cum ſe totum conformaſſet; & diſputationem ſub præſidio ejus publicè habuiſſet; domum exacto annuo fermè ſpacio rediit. Et quia animo ſemper ſumma ſpectabat, ſupremos in philoſophia honores petiit; quos & ſolenni in panegyri anno *nonageſimo nono*, eidem contulit decano *Simone Stenio* V. Cl. *Joan. Calvinus*. Paulò poſt eidem & gubernatio collegii Caſimiriani ab Acad. Senatu fuit commiſſa.

Abiit Marpurgum 1596.

Anno *ſexcenteſ.* ſupra *milleſ.* accepto à Facultate philoſophicâ ſtudiorum profectuum & vitæ teſtimonio, iter in Galliam inſtituit, ac in Academiam Monſpelienſem, medicinæ ſtudiis florentiſſimam conceſſit. Hîc tam avidè fontes medicos & quaſi capacioribus culullis imbibit: ut cum à *Blezino Schironio* Univerſitatis decano, anno Chriſti *ſexcenteſimo primo*, die *decimo quarto* Aprilis, medicinæ Baccalaur. renunciatus eſſet, mox ſubſequente anno, die *decimo nono* Decemb. à *Petro Darles*, vicario generali, epiſcopique Mompelienſis officiali, gradum Licentiæ obtinuerit, tandem anno *ſexcent. tertio*, die *nono* Febr. *triduana diſputatione*, pro more, laudabiliter depugnatâ in ſcholâ regia doctoratus laurea ſit inſignitus, præſide *Jacobo Pradillæo*, conſiliario ac profeſſore regio.

Et in Galliam.

Blezinus Schironius.

Petrus Darles.

Gradatim honores medicos adipiſcitur Lucius.

Dimiſit poſt agonas iſtos illa Academia Lucium, tali cum teſtimonio: *Hic* (inquiunt Academiæ doctores) *maxima & certiſſima eruditionis eximiæ teſtimonia præbuit nobis, tum in Examinibus publicis* (*quæ per intentionem appellant*) *in quibus ſingulis Academiæ doctoribus publicè magno hominum concurſu & applauſu, de abditiſſimis & obſcuriſſimis artis medicæ placitis doctè & eruditè reſpondit; tum in ſevero illo Examine* (*quod rigoroſum nuncupant*) *in ſcholis medicis ſuſtinendo. In his omnibus tam eximium eruditionis ſuæ ſpecimen præbuit, ut & legendo, & veterum dogmata interpretando, multiplicis ac recondita in arte medica eruditionis teſtimonium certiſſimum reliquerit, nihilq; in eo fuit deſideratum, quod ad perfectam & abſolutam Medicinæ cognitionem pertinere videretur:* Hæc illi.

Teſtimonium Luc. ab Acad. Monſpel. datum.

Exacto in Gallis *triennio* in patriam rediit: ubi artis experimenta dedit, & praxin eſt aggreſſus feliciter. Hinc è vivis ſublato *Luberto Eſthio*, ipſe communi Acad. patriæ ſuffragio ſurrogatus ei eſt, profeſſor anatomices, botanices, ac phyſiologices factus. In docendo uſus eſt methodo nova, & veterum plerumque opiniones defendit, rejectis recentioribus, licet uſitatis & vulgò receptis.

Nihil autem antiquius habuit: quam *hortum medicum*, publicum Academiæ bonum; quem conquiſitis undiquaque plantis, herbisque, & ſimplicibus raris ſub hoc cælo, exornavit.

Scripſit multa, ſed præter diſputationes, nihil, quod ſciamus, eſt editum. Habebat in manibus *deſcriptionem horti medici*, in quo ſunt exotica permulta, ipſius labore & ſtudio cœlum hoc ferre docta; niſi mors prætmatura inſtitutum abrupiſſet. Epidemico enim capitis morbo correptus, quem ſibi lethalem fore ſtatim prædixit; piè exſpiravit, anno *ſexcenteſimo, decimotertio*, die *ſecundo* Maji, ætatis *trigeſimo ſeptimo* completo; cùm in morbo ſacris ſe erexiſſet promiſſionibus, ac ſæpiùs illud ingemuiſſet: *Homo bulla*. Sepultus eſt honorificè ad D. Petri, in ſacello Academiæ, cum tali à vidua poſito monumento:

HOMO BULLA.

JOANNI JODOCO LUCIO HAIDELBERGENSI, PHILOSOPHIÆ SANIORIS ET ARTIS ASCLEPIADEÆ PERITISSIMO DOCTORI, ET IN ACADEMIA PATRIA PROFESSORI, NEC NON BOTANICO ET ANATOMICO EXIMIO, DE REPUB. LITERARIA, ET CUNCTIS SALUTARI EJUS OPERA FELICITER USIS, OPTIME MERITO, AC DEINCEPS MAGIS MAGISQUE MERITURO NISI DEO OPT. MAX. ITA VOLENTE IMMATURA MORS IPSUM IN VIGORE VIRILI ANNO ÆTATIS XXXVII. FAMILIÆ SUPERSTITI, QUATUOR RELICTIS LIBERIS, QUORVM NATV MAXIMVS FILIVS EST, ERIPUISSET DIE III. MAJI
ANNO M. DC. XIII.
MARITO CHARISSIMO
CONJUX MÆSTISSIMA

MAR-

MARGARETHA LEHMANNIN,
HOC QUALECUNQUE AFFECTIONI CONJUGALI,
ET MEMORIÆ DEBITUM MONUMENTUM
PONI CURAVIT.

Ex programmate funebri aliis.

HENRICUS SMETIUS.

A Loſti urbe Imperiali in Flandriâ Henr. *Smetius à Leda* naſcitur, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, triceſimo ſeptimo*, die *viceſimo nono* Junii, familia antiqua & nobili. Proavus enim ejus fuit *Jodocus*, toparcha Ledanus, & primũ *Teneramundæ*, deinde prætor etiam Aloſtanus: qui floruit circa annum *milleſimum, quadringenteſimum, viceſimum*. Avus autem *Henricus*, itidem toparcha Ledanus, aviaque *Margaretha Schoriſſia*, Georgii F. Joannis N. Gerardi proneptis, floruere, circa annum *milleſimum, quadringenteſimum, quadrageſimum octavum*. Geſſit hic quoque præturam Reipub. & ditionis Aloſtanæ: quem *magnum Balivum* nominant. Orto autem ſub id tempus inteſtino diſcidio: cùm *Maximilianus I.* Imperatot, *mortuâ uxore *Mariâ, Caroli* Burgundi filia, tutelam liberorum gerere vellet; ordines autem Flandriæ id neutiquam permitterent; à Gandavenſibus, contra quos ille pro Cæſare ſtabat, captus; cùm lytron ingens poſtularetur; jura dominii Ledenſis venundare fuit coactus, ...*no Crutero* Gandavenſi, cujus in familia etiamnum hærent.

Teſtatur id ipſe Smetius nepos in vita à ſe ...lgicè incoata, meminitque in Parentali...is:

...rte per id tempus, proles Maxæmiliano,
Burgunda exſtincta conjuge, bina fuit.
...is oritur de tutela, fidei ne paternæ,
An verò patria competat ordinibus.
...is ex diſſidiis in bella erumpit: adhæret
Pars major patriæ: pars aliquanta patri.
...im favet Auſtriacis urbs imperialis Aloſtũ
Partibus, & domino fida manere capit:
...mna capit duris à Gandavenſibus, & ſic
Venit in ipſorum prætor & ipſe manus,
...rcere detentus; paſſusq; hoſtilia; donec
Solveret argento lytra coacta gravi.
...uid faciat tanti æris inops! venundare tandẽ
Ledenſis domini jura neceſſe fuit.
...pro rege ſuo, & patria ſtans urbe, paterni
Excidit Henricus proprietate ſoli.
...lva tamen manſit Boſcana colonia; foſſis
Ædificiq; alto conſpicienda ſitu.

Iisdem in parentalibus, Ledæ addit deſcri...onem ejusmodi:

...da ferax frugum, multisq; habitata colonis,
Ad lapidem primum vicus ab urbe jacet,
...triciis aliquot clarus: Tollenſius illic
Frembdius, atque alii rura domosq; colunt,
Clarus & æde ſacrâ, candenti ex marmore facta;
Clarus & excelſa turre adytisque tribus.
Æra ſonos plectris reddunt, quantos in Aloſti
Turribus, aut edunt, Haidelebergâ tuis,
Religione ſacer multâ, velut illa ferebant
Tempora, & externo cultus honore locus.

Pater ipſi fuit *Robertus*, vir utroque parente nobilis, ſenator primæ notæ medicusque in Repub. patria clarus, natus anno *milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quinto*: mortuus anno *quadrageſimo* ſupra *milleſimum, quingenteſimum*, die *quinto* Januar. ſuperato climacterico magno: ſepultusque in templo D. Martini ante chori januam. *Robert. Smetius Henrici II. pater.* Matrem verò habuit *Catharinam*, ex familia patricia *Piſotiorum*, natam anno *milleſimo, quingenteſimo ſecundo*; denatam *ſeptuageſimo tertio*. *Catharina Piſotia.* Patrem nondum trimulus amiſit. *Henrici F. Smet. educatio.* Mater igitur, matrona gravis ac prudens, patris ſuſcipiens officium, tenellum adhuc filii animum bonis literis ac primis artibus imbuendum maturè curavit; opera *Huberti Parmentarii*: ſub cujus diſciplina & inſtitutione tantum profecit: ut anno ætatis *duodecimo* dignus habitus ſit: qui ad ſcholam publicam, quæ *Lovanii*, mitteretur. Diſſuaſit id autem tunc affinis ejus *Bartholomæus Battus*, maritus Martinæ Piſſotiæ: quòd hoſpitem adhuc & ignarum videret linguæ Græcæ. Deducendum itaque cenſuit *Gandavum*, ad *Joannem Othonem*, ludi ibidem magiſtrum cujusvis precii: è cujus ſchola multi prodierunt diſcipuli nominis famæque celeberrimæ. *Gandavum deducitur Smet. Joan. Otho.* Non defuit etiam ipſi domeſtica inſtitutione & exemplo ſuo mater: qua de re ipſe in Euchariſtico ita:

Illa feras lites, faſtus, luxusque procaces
Deteſtata, cibo facili cum ſimplice amictu
Contentum, docuit primis adſueſcere ab annis.
Hinc ſemper mihi grata magis mediocria magnis,
Pacis amans animus, ſortisq; miſertus iniquæ.

Cæterùm puero etiamdum ſibi, in artium & diſciplinarum circulo, placuiſſe inprimis ſcribit Medica atque Poëtica. *Delectatur Medicis & Poeticis.* Itaque in iis operam poſuit non indiligentem, pro captu ſaltem tunc ætatis ſuæ. Annum ſiquidem agens vitæ *decimum ſextum*, *Pythagoræ & Phocylidis* gnomas Græcas, exercitio ſpontaneo, idque horis ſubſecivis, *Gandavi*, dum æquales ſe recrearent, carmine Latino vertit. *Elegiarum* item atque *odarum* majorem partem ad certa argumenta ſcripſit intra ætatis annum *decimum ſeptimum*: *Batrachomyomachiam Homeri & Suſannæ hiſtoriam*, unico anno provectior, verſu Heroico reddere conatus eſt Lovanii. *Scripta ejus juvenil.* Ibidem loci *Judaicos reges* delineavit. *Medicinæ encomium* annos ferè *viginti* natus meditatus eſt: cùm ipſi prima ejusdem diſciplinæ laurea in Academia Roſtochiana eſſet decernenda, à *Jacobo Bordingo*, regis deinde *Daniæ* archiatro. *Primâ laureâ medica ornatur.* *Reges Judaicos*, quos Lovanii ad umbra-

umbrarat, *Haidelbergæ* colorum quadam adjectione adornavit: nullam tamen interim vel philoſophicis vel medicis ſtudiis injuriam fieri paſſus; adeò quidem, ut duobus annis nullam unquam lectionem, aut *Thomæ Eraſti*, aut *Jacobi Curionis*, aut *Petri Lotichii*, Medicinæ tum Profeſſorum, intermiſerit neglexeritve.

Audit Haidelbergæ medicos.

Proficiſcitur in Italiam. Bononiæ Doctor renunciatur 1561.

Ex Germania in Italiam profectus, *Bononiæ* in Gymnaſio totius Europæ antiquiſſimo atque celebratiſſimo, ſummos artis medicæ honores eſt conſecutus, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo*, die *viceſimo tertio* Januarii, promotore *Fabricio Gorzonio*, annum *tertium* ſupra *vigeſimum* vix egreſſus. Ibidem uſus fuit valde familiariter *D. Achille Vigiano, Catalono di Canonicis*, item *Camillo Francino*.

Henr. Brucæus.

Invenit & iſtic *Henricum Brucæum*, cognatum ſuum ex matre Annâ Piſſotia, Mathematicum atque Medicum poſtea Roſtochii, ad vitæ usque finem, primarium: cujus vitam in parentalibus breviter & perſpicuè deſcripſit, & nos ex iisdem.

Reverſus ad ſuos uxorem ducit. Antverpiæ artem facit.

Ad ſuos reverſus, *Antverpiæ* ſedem fixit, ductâ uxore Bredæ, *Joanna Coruptia*, filia *Joannis Corputii*, viri ibidem conſularis: medicamque artem feliciter exercuit, in urbe illa Belgarum celeberrima. Prævidens autem graves Belgio impendere motus religionis cauſa, familia maturè in Weſtphaliam tranſlata ſub illuſtribus Comitibus Lippiæ *ſeptem* annos *Lemgovii* egit; iisque à medicina fuit.

Secedit Lemgoviam. Invitatur à pluribus.

Ibi tum cùm adhuc in itinere hæreret, Veſaliæ ipſi redduntur literæ, à *Levino Batto*, medicinæ Roſtochii Profeſſore, cognato ſuo: quibus offerebatur ei ultrò ſtipendium à Pomeraniæ civitate haud ignobili *Stralſundia*. Invitabatur eodem tempore à *Duisburgenſibus*: ut ibidem honeſto ſalario medicinam faceret. Nec multò pôſt etiam *Spiram* fuit à Senatu urbis evocatus: quemadmodum & *ducenti thaleri*, præter alia, fuerunt oblati; ſi *Megapolin* commigraret à provinciæ illius principe *Alberto*. Verùm his omnibus Smetius prætulit Palatinatum, *Haidelbergam* vocatus à *Friderico III.* Electore Palatino, principe piiſſimo; cui per *biennium* archiater & à valetudininis cura fuit.

Fit archiater Elect. Palat.

Eò è vivis ſublato, cùm ſucceſſor *Ludovicus* Medicum ſuum haberet; reviſit cum uxore patriam *Aloſtum*; tranſegitque cum vitrico ſuo, matre defunctâ, die *viceſimo ſecundo* Aprilis, anno *ſeptuageſimo tertio*, poſt *milleſimum*.

Inviſit ſuos.

Migrat Francothaliam.

Reverſus *Haidelberbergam* tranſtulit familiam *Franckenthaliam*: unde paulò pôſt à Dordracenſibus ad medicinam factitandam fuit evocatus; ut & à *Gulielmo* Haſſiæ Landgravio, ea conditione; ut integrum ipſi & optio eſſet, vel in aula *Caſſellis* verſari, vel Profeſſorem publicum agere *Marpurgi*. Sed enim ipſe omnibus prætulit alterum Friderici III. Filium, Ducem, *Joannem Caſimirum*; invitatus ab eo, ut & in aula medicum, & in nova *Neuſtadii*, aperta ſchola medicinæ ageret Profeſſorem.

Inde Neoſtadium.

Neoſtadium igitur ſe contulit: ubi *ſeptem* vixit annis: perque annum *millſimum, quingenteſimum, octogeſimum ſecundum*, Rector deſignatus, ejusdem Gymnaſii gubernacula tenuit.

Exinde *Haidelbergam* anno *octogeſimo quinto*, die *trigeſimo* Aprilis, ab Univerſitate revocatus, ac bis terve ibidē Rectoratus dignitate perfunctus, medicinam publicè tum faciendo, tum ordinariè docendo, ad vitæ usque finem operam navavit fidelem.

Nimis autem verè P. Syrus olim dixit:

A morte ſemper homines tantundem abſumus:

id quod ſuo exemplo noſter Smetius comprobavit. Anno enim *milleſimo, ſexcenteſimo, decimo quarto*, cùm è templo matrimonium conſecratum proſequitur: ecce, fortuito in glacie lapſu contunditur ei ſiniſtra coxendix; adeò quidem, ut toto intermedio tempore vix ſe movere potuerit, medicamento omni invalido ob invalidam ſenectam. Unde factum, ut, accedente febri die *decimo quinto* Martii, circa *octavam* veſpertinam, piè in Chriſto intra adſiduas preces, & pias meditationes obdormierit. Elatus eſt die *decimo octavo* Martii funere frequenti, & ad D. Petri in ſacello Academiæ ei tumulo illatus, cui ante *duodecim* annos corpus *D. Danielis Toſſani* Theologi. Monumentum tale ſibi ante aliquot annos præſcripſerat:

AUREA MEDIOCRITAS:
HENRIC. SMETIUS A LEDA, NATUS ALOSTI XXIX. JUNII cIↃ. IↃ. XXXVII. PER ANNOS XXXXII. PALATINATUI QUA IN AULA, QUA IN ACADEMIA MEDICINAM FACIENS DOCENS: JOANNÆ CORPUTIÆ CONJUGI SUAVISSIMÆ, ET JOANNÆ SMETIÆ FILIÆ CHARISSIMÆ JANO GRUTERO VIX BIENNIUM NUPTÆ, NEC NON ELISABETHÆ CORPUTIÆ FRANC. JUNII THEOLOGI UXORI, MATRONIS CASTIS, MODESTIS, PIIS HIC POSITIS IN SPEM VITÆ CÆLESTIS APPOSITUS QUIESCIT: DEFUNCTUS XV. MARTII, ANNO CHRISTI
cIↃ IↃ CXIV.

Denen die GOtt lieben / müſſen alle Ding zum beſten dienen:

Vixit in conjugio gemino: primo cum *Joanna Corputia* annos *viginti ſeptem* menſe *quatuor*, ſine ullâ querelâ: ex qua liberos utriusque ſuſcepit ſexus octo; mares quatuor totidemque filias: ſed ſuperſtitem reliquit unam duntaxat filiam, *Ameliam*, nepotes vero tres ex Catharinâ nupta *Winando Zonſio*, Inſpectori Brettano: neptem verò unicam ex Joanna, nupta *Iano Grutero*. Poſt ad ſecundas tranſiit nuptias cum *Joanna Belieria* quam cum ea *viginti duobus* exactis annis, viduam reliquit.

Fuit vir in variis linguis artibusque, præcipuè verò Philoſophica, Hiſtorica, ac Medica cognitione præcellens: id quod non modo ſcripta ipſius edita; ſed & exteri, apud quos fama ipſius fuit celeberrima; omnesque in quibu

quibus prioribus annis (*viginti* enim *quatuor* poſtremis artem non exercuit) in praxi medica fidelem operam, & in reliqua converſatione ſingularem exhibuit humanitatem, abunde teſtantur. Id in more habebat inter alia: ut tenuioribus ſimplicia præſcriberet medicamenta; quæque ipſimet ſine ullo ſumtu ſibi parare poſſent ex pratis, hortisve. Liber in judicando; eandemque παῤῥησίαν ab aliis in ſe & ſua exegit: hinc ad D. Poſthium alicubi:

—— cenſura mihi liberrima longè eſt
Gratior; ac ſi quis mihi conniveret, amicè
Indulgens.

Scripſit *Juvenilia* ſacra, *regum Judaicorum* libros tres, *Suſannæ* librum unum, ad illuſtrem Heroa *Simonem*, Lippiæ Comitem: *Juvenilia* item *miſcella*, *de medicinæ antiquitate* & præſtantia; *Elegiarum* libros duos: *Odarum* librum unum ad ejusdem comitis filios generoſ. Vertit adoleſcens, ut diximus, *Phoclydæ & Pythagoræ* carmina, cum *Batrachomyomachiâ* Homeri: quæ omnia argumento ſunt Smetium noſtrum adoleſcentiæ vireſcentes annos non ſympoſiis, amoribus, choreis, non alea, non chartis luſoriis, aut ſimilibus juventutis primæ oblectamentis, inutiliter tranſegiſſe: ſed vigiliis curisque Chriſtiano homine & bonarum artium ſtudioſo dignis.

Temperantiæ & ſobrietatis equidem adeò fuit obſervans: ut ex quo ſemel in prima adoleſcentia capitis dolore atque inſomnia unius noctis laborarat *Lovanii* ex nimio potu orta, nunquam deinceps per omnem vitam ullis precibus machinisve adduci potuerit ad minimam crapulæ ſpeciem: crebrò teſtatus, *ita ſe bibere, ut quocunque temporis articulo accerſeretur ad ægros; idoneus ſit ad faciendum prudenter officium.* Inde & factum ut *Lovanii* cùm lucubraretur perpetuò, etiam bruma media ad x. aut xi. noctis, dormiturus funem incenderet, & lapis ei annexus in æneam pelvim ſtato tempore delapſus ſonitu ipſum excitaret, Ariſtotelem hac in parte imitatus.

In ſenecta, ut reip. literariæ commoda proveheret, manum admovit operi antehac nunquam tentato à quoquam; & collectis ex veterum ac probatorum poëtarum ſcriptis, exemplis, *proſodiam novam* concinnavit: *qua ſyllabarum poſitione & diphtongis carentium quantitates, præcipuè primarum & mediarum, fideliter indicantur.* Exceptus eſt hic labor vide, & editione nona recuſus.

Medica, quæ edidit, recenſet J. Georg Schenck in indice Teutonico ſcriptorum medicorum: è quibus plurima ad vitam ejus privatim publicèque ſpectantia peti queant: ſunt enim maximam partem ephemerides. Itaque eò lectorem remittimus.

Ex ſcriptis ipſius Smetii, & fideli communicatione Iani Gruteri V. Cl. ejus generi.

FELIX PLATERUS.

☉ 1614. *die* 28. *Jul.* *ætat* 78.

BASILEÆ Rauracorum *Felix Platerus* naſcitur, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo ſexto,* circa feſtum Simonis Judæ: quo eodem anno eadem urbe mortalitatem exuit *Eraſmus* ille *Roterodamus*, ſapientiæ & literarum antiſtes. Pater ei fuit *Thomas Platerus* Valeſianus: qui Calvini inſtitutiones Baſileæ primùm typis exſcripſit: mater fuit Tigurina. De parente ſuo & ſeipſo *alicubi ita ſcribit: „Parens meus p. m. Thomas Platerus defunctâ primâ uxore matre „mea anno 1572. & ætatis ſuæ 73. ſecunda du-„cta uxore, ſex ex illa liberos intra decen-„nium procreavit, duos filios & quatuor fili-„as: quarum ultima anno ætatis illius octo-„geſimo primo, biennio ante obitum illius, „nata fuit. Qui ſi hoc anno 1604. adhuc eſ-„ſet ſuperſtes ætatis annum ageret centeſi-„mum decimum quintum: neptimque ha-„beret ex filio Thoma medico anni unius. Et, „quod memorabile eſt, inter duos ipſius filios, „me Felicem anno 1536. & Thomam anno „1574. natum intervallum intercurrit anno-„rum octo & triginta: & tamen hic meus fra-„ter, cujus avus eſſe poſſem, capillos pluri-„bus canis habens conſperſos, fortè quòd pa-„tre ſene natus ſit, me ſenior videtur eſſe. „Sed nos in noſtro pergamus.

Thomas Platerus, pater.

* *In obſervationibus p.* 256.

Ipſe igitur Felix cum ab adoleſcentia ad rei medicæ ſcientiam, arcanis quibusdam naturæ ſtimulis impelleretur: commilitones omnes celeriter antevertit: & ad metam ſtudiorum maturè pervenit. Puer etiamdum mirifico deſiderio inſpiciendi porcos, cùm mactarentur, tenebatur: lanii artificium mirabatur: & vel eo nomine beatum prædicabat; quòd ex tempore viſcera citra errorem rimari noſſet. Id ſtudium anatomiæ medicæ cum ætate deinde crevit; ut ſecundus vix alii fuerit.

Indolis argumentum.

Anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſecundo*, poſt plurimas peregrinationes, quibus & amicitiam multorum; & doctrinam atque experientiam in medicina non vulgarem ſibi comparavit; eos honores, qui ampliſſimi, confecto ſtudiorum curriculo, decerni ſolent, conſecutus, doctorque medicinæ Baſileæ renunciatus fuit.

Doct. med. renunciatur.

Inde praxin medicam non invita Minerva eſt aggreſſus: adeoque & induſtriam & fidem ſuam ægrotis probavit: ut undiquaque opera ipſius expeteretur; magnumque hominum numerum, divina inprimis ope, deinde induſtria ſua ſervavit. Itaque ſingularem ejus virtutem magiſtratus Baſilieenſis admiratus, unanimi conſenſu, omnium civium ſalutem ei commendavit, anno *quinquageſimo ſeptimo, ſupra milleſimum, quingenteſimum.* Paulò pòſt ſenatus Academicus, providens quantus aliquando futurus Platerus eſſet; ad profeſſionem medicam, anno *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo*, ætatis ſuæ *trigeſimo quarto*, eum evexit.

Felicitas in medendo.

Fit politer Baſileenſium. 1557.

Fit Profeſſor medic. 1560.

Hanc

Hanc ejus profeſſionem Academicam tantus eſt ſubſecutus auditorum concurſus: ut dietim ſchola acceſſionem ad frequentiam ſtudioſorum facere viſa ſit. Praxeos autem inprimis nomine ac felicitate inſigni, ita omnibus innotuit: ut in deliciis fuerit ſummis etiam principibus, præcipuè vero Chriſtianiſſimæ *Catharinæ*, Henrici IV. Galliarum & Navarræ regis ſorori, nec non Principibus *Saxoniæ, Brandenburg. Lotharingiæ & Wirtembergicæ*: qui ſæpè hujus opem & auxilium implorarunt: ac in periculoſiſſimis morbis, aut ab inſtantibus præſervati; aut in præſentibus liberati fuerunt. Inprimis verò fidem, diligentiam, induſtriamque ſummam civibus ſuis probavit tum: cùm peſtilens lues aliquoties vehementiſſimè graſſaretur, eſſetque Baſileæ,

Fama ejus.

——————— *crudelis ubique*
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.

Medici virtutes. Ibi enim quæ ſunt virtutes medici, probavit laborem in negociis: conſtantiam in periculis; induſtriam in agendo; celeritatem in conficiendo; conſilium in providendo.

Obitus Plater. Tandem etiam ipſe vivis eximitur anno *milleſimo, ſexcenteſimo, decimo quarto*, die *viceſimo octavo* Julii, ætatis *ſeptuageſimo octavo*, phthiſi cum hydropiſi conjuncta confectus; ſic tamen ut rarius decumberet; adeoque in ſella ſedens ſupremum obdormiret. Mortem ab ipſo morbi principio certam, ita non exhorruit; ut de ea ſemper ſine ulla prorſus aut vultus, aut animi perturbatione fuerit locutus.

Et quanquam per *quatuordecim* dies magnam doloris vim ſenſit; nullam tamen voculam parum ſe dignam edidit; adeoque in terra adhuc luctans, triumphabat in cœlis. Teſtatæ ſunt id voces, quas frequenter in ore habuit: *Veni Domine JESU, ne cuncteris diutiùs: In manus tuas Domine JESU commendo ſpiritum meum: Domine fac finem dolorum: ſordent enim mihi terrena omnia: Utinam utinam, vel hoc momento hora mea mortis inſtaret! Ex animo cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Elatus eſt honorificè, cum Academiæ & civium luctu, & tali monumento honoratus:

Voces ejus ſupremæ.

Monument.

D. O. M. S.
FELIX PLATERUS,
ARCHIATER BASILEENSIS,
URBI ET ORBI GRATISSIMUS,
CUI
VIRTUS GLORIAM
GLORIA IMMORTALITATEM
COMPARAVIT,
ANIMI ET CORPORIS BONIS
PRÆDITUS,
OMNIUM DISCIPLINARUM COGNITIONE INCLYTUS,
PRÆCIPUE REI MEDICÆ
ADEO PERITUS
UT EXEMPLUM DESIT:
PROFUIT QUIBUS PROFUIT
OBFUIT NEMINI:
ACADEMIAM PATRIAM
NON MINUS VIRTUTUM SUARUM
EXEMPLO,
QUAM BENEFICIIS HONESTAVIT;
POSTQUAM
IN TERRIS, UT CÆLO FRUERETUR,
ESSE DESIIT:
EXUVIAS CARNIS, ET QUICQUID
MORTALE HABUERAT,
HIC POSUIT.
NUNC VERO
PROMISSIONES TUAS,
DOMINE JESU CHRISTE
EXPECTAT.

Rarum hic fuit exemplum tum vivacitatis tum felicitatis humanæ. Medicum egit *annis quinquaginta ſeptem*: quod ſpacium vivendo pauci hodie explent: pluresque morbos curavit; quam alii legerunt. Magiſtratum patriæ Academiæ ſummum *ſextum* geſſit: in quo quantum conſilio, prudentia, dicendi copia valeret, abunde omnibus declaravit. Toto autem profeſſionis ſuæ tempore, Medicinæ Doctores *centum* atque *ſexaginta* renunciaſſe perhibetur.

In matrimonio cum *Magdalena Jeckelmania*, ſenatorii ordinis filia, vixit *annos ſex & quinquaginta*, ἄπαις quidem; ſed ita, ut domus illius eſſet exemplum pietatis, pudicitiæ, concordiæ, atque induſtriæ ſingularis.

Uſi ſunt ipſius in medendo opera, ut diximus, principes viri permulti, inprimis *Wirtembergici, & Marchiones Badenſes*: quorum etiam non nemo, ad ipſum quandoque divertere: & quæ in medico ſuo κειμηλιο-μείῳ repoſita habebat ex omnibus orbis partibus congeſta, propius contẽplari dignatus eſt.

Quicquid ab occupationibus ipſi concedebatur temporis, id ſignis, tabulis, aliisque antiquitatis monumentis conſecrabat: illud honeſtum ocium reputans, in quo cum ociaris vel maximè negocioſus es. Maximam vero partem, plantationi horti ſui, quem, ſi quis quam alius, habebat inſtructiſſimum, impendebat. In eum rara multa peregrina & exotica intulit: quæ omnia ſingularicùm humanitate, ac hilari vultu ſtudioſis artium & quibus libet petentibus, exemplo Cyri regis commonſtrabat.

Fuit ea ingenii felicitate, quam εὐφυΐαν vocat Ariſtoteles: ut celerrimè quæcunque artificium opera imitaretur: feriis medendi copora ſecandi: plantas ac metalla tractandi occupationibus, non muſica tantum; ſed & mechanica interludia, tornandi præſertim interjicere conſuevit: ea quidem arte; ut vel cum iis, qui in ea ſunt præſtantiſſimi conferri poſſet & committi.

Edidit de *corporis humani* ſtructura ſive *fabricâ & uſu* tractatum iconibus quam pluribus illuſtratum: in quo methodo analytica & perſpicua ſingulæ humani corporis partes eleganter, ipſarumque uſus diligenter deſcribuntur. De quo ſcripto hoc eſt Theodori *Zuingeri* judicium: *tabulis anatomicis Platerus*

ſtrus de ſtudioſis diſſectionum methodicâ docendi ratione tam præclarè meritus eſt, quam ullus alius eorum, qui diexodicè hanc naturalis Philoſophiæ partem ſunt vel hodie vel olim perſecuti.

Inde *praxeos tractatum primum, ſecundum, tertium,* quorum *primus* functionum læſiones, *ſecundus* dolores, *tertius* vitia continet.

His ſubjecit *obſervationum libros tres* ad praxeos illos tractatus accommodatos.

Laborem autem hunc ſuſceperat hortatu multorum præſtantiſſimorum virorum: & collegit eum *ſexaginta duûm annorum* ſtudio medico, illiusque *quinquaginta ſex annorum* uſu & exercitatione, & *quinquaginta trium* annorum profeſſione publica, edidit *ſeptuageſimum octavum* annum jam ingreſſus.

Librum item *de febribus*, cum tabulis tribus, ordinem ſingulorum capitum monſtrantibus, adjunctis hiſtoriis viginti.

Habuit in collectaneis ſuis & alia multa egregia *de alimentis.*

De *medicamentorum compoſitione*; materia ſcil. & forma, & uſu eorum.

De *omnis generis animalibus, plantis, ſubterraneis, & iis quæ tellus producit*: & alia, quæ ut frater Felicis *Thomas Platerus*, Medicus elegans, communi bono edat, eruditorum nemo non optat, ſperatve.

In nomen viri optimi & doctiſſimi carmen ejusmodi luſit *Joannes Poſthius:*

Cum felix animo, felix ſis divite cenſu;
Felicis nomen convenienter habes.

Deſumta hæc de Felice Platero ſunt *ex ipſius ſcriptis, oratione parentali à Jacobo Burckhardo JC. oratoriæ P. P. dicta: elenchis librorum; aliis.*

LUDOVICUS GRAVIUS.

LUDOVICUS GRAVIUS *Haidelbergam*, inferioris Palatinatus caput, nactus eſt patriam, natus anno illo quo patria noſtra communis Germania bello inteſtino penè conflagravit. Patrem habuit cognominem G ὁμότεχνον: ut artem illam velut hæreditario jure videri poſsit obtinuiſſe: matrem *Catharinam Suſannam* Stüchſin/ex Melanchthonis familia oriundam.

Puer in patriæ ludo iis artibus imbutus eſt; quibus illa ætas ad humanitatẽ informari ſolet. Poſtea, naturæ ſuæ ſemina ſecutus, ad medicinam appulit: in cujus ſtudio ita feliciter progreſſus eſt: ut anno *ſeptuageſimo primo, ſupra milleſimum, quingenteſimum*, ſummum in arte medicâ gradum fuerit conſecutus.

Biennio poſt in ordinem facultatis medicæ & profeſſorum atque ſenatorum Academiæ Haidelbergenſis eſt cooptatus: tandem etiam Archiater à Principe *Friderico IV.* S. Romani Imperii Septemviro electus.

Illis in functionibus arduis ſanè & laborioſis, quâ fide, integritate, induſtriâ ſit verſatus: verbis opus non eſt, cum rerum hodieque adſint teſtimonia.

Ætate ad ſenium vergente, valetudinis curandæ & ſenectutis ſublevandæ cauſa crebrius ad thermas eſt profectus diebus canicularibus: nec malè is conatus aliquoties ſucceſſit.

Ultima tamen vice, anno *decimo quinto, ſeculi milleſimi ſexcenteſimi*, annis & fatis ſic urgentibus, minus ei thermæ profuerunt: & Bajæ nec ſuam ipſius naturam mutare potuerunt. *Valetudo.*
Ex illo igitur tempore ſemper ferè decubuit: donec natura non amplius adjuvante & morbo invaleſcente, è vivis exceſſit, & vitam hanc non tam cum morte, quàm cum vita meliore commutavit, die *viceſimo octavo* Decembris, ſub *octavam* veſpertinam. *Obitus.* Funus ei factum pridie calendas Januarias, incoantes annum *milleſimum ſexcenteſimum, decimum ſextum*: corpusque ad D. Petri in templo honorificè humatum.

Tempore morbi ſic DEO ſe commendavit: ut & Academiæ & poſteritatis curam non abjiceret: ſed in res Academicas diligenter inquireret: & ſua quædam conſilia ſuggereret. Ipſe ſuperſtes funebria illa encomia fuit averſatus, approbato poëtæ voto & mandato:

Nemo me lacrymis decoret neq; funera fletu
Faxit ——————

Uxorem duxit viduam *Catharinam* Hellringin/antea *Sigismundo Melanchthoni* Med. D. Profeſſori nuptam: cum ea annos *quadraginta & unum*, vixit, & conſenuit ἄπαις; tandemque ſuperſtitem, annis ſaturam, vitæque hujus pertæſam reliquit. *Conjugium.*

Exſtant ab ipſo editæ *theſes de peſte: in quibus peſtiferæ luis natura, præſervatio & curatio methodicè exponuntur*, nonnullæque quæſtiones circa eam materiam controverſæ accuratè diſcutiuntur. *Scripta.*

Idem edidit *de peſte lib. Germanicè,*

Plura M. S. in ejus libraria procul dubio adſervantur.

PETRUS PAVIUS.

☉ 1617. die 1. Aug. ætat. 54.

PETRO PAVIO ſolum natale fuit *Amſtelrodamum*, urbs Bataviæ opulentiſſima, toto terrarum orbe celeberrima, optimorum ingeniorum altrix: & ut olim Athenæ dictæ ἑλλὰς ἑλλάδος, ἑλλάδος ἔρεισμα, ἑςία ἑλλάδος, ita non malè hanc indigitaveris; *ocellum urbium, epitomen mundi, Pluti & Lucrii ſedem.* *Ameſtlrodamum patria Pavii. Eius laus.*

Hoc in loco primò cœlum adſpexit Pavius anno ſalutis *milleſimo, quingenteſimo, ſexageſimo quarto*, parentibus honeſtiſſimo genere ortis. *Natalis Pavii.* Patrem habuit cognominem, religionis & patriæ amantiſſimum: unde, ut tunc ferebant tempora, & ſolũ vertere; & patriam exilio cõmutare coactus fuit. *Parentes.* Mater illi *Gerdrudis* ex patricia *SPIGELIORUM* familia:

lia:

Joan. & Henr. Laur. Spiegel.

ſoror germana *Joannis & Henrici Laurentii Spiegelii*, quorum uterque poëta inſignis lingua Batava: ille etiam multo rerum uſu, & honeſtiſſimis in repub. functionibus clarus. Superſunt adhuc in hac familia, aut ex ea prognati, ſenatorii & conſularis dignitatis viri, opibus & virtutibus pollentes; inter quos eminent; *Ioan. Petri Realis* conſul aliquoties, & ordinum Hollandiæ quæſtor, *Laurentius Ioannes Spiegel* ſenator prudentiſſimus.

Joan. Petri Real. Laur. Jo. Spiegel.

Ubi ad eam ætatem perveniſſet puer; quæ primis literis ad humanitatem informari idonea eſt; à patre primùm *Amersfordiam*, ubi tunc *Geſſelius* quidam ſcholam regebat non incelebrem, miſſus fuit. Paulò pòſt domum revocatus, ſub diſciplina *Alardi Friſii* viri doctiſſimi, brevi ita profecit: ut optimam de ſe præberet, ſpem fore; uti aliquando patriæ ſuisque ornamento eſſet.

Amersfordiam mittitur Pav. Alardi Friſii fit diciſcip.

Incidit ejus pueritia in atrociſſimos Belgii fluctus; & miſerandam temporum calamitatem; qua tota deinde *Belgica* ita concuſſa atq; attrita eſt: ut à ſtirpe jamdudum interiiſſet; externarumque gentium immanitati ceſſiſſet: niſi benignitate Numinis, fortiſſimorumque virorum, quorum *Leidenſes* non minima pars, humeris ſubnixa, ductu æternæ memoriæ principum *Guilielmi & Mauritii Naſſoviorum*, certo exitio ſubtracta fuiſſet. Hujusmodi tempora Pavii pueritiam exceperunt: ejusque parentes aliquandiu exercuerunt. Et ſanè id momenti magni erat; ad eum, quem inſtituerat, vitæ curſum impediendum. Sed tamen tot inter mala imbecilla ætas, & animus bonarum artium cupidus, haud quaquam victus, *contra audentior ivit*; & quam ſemel ingreſſus erat virtutis viam, eam calcare deinceps non deſtitit.

Calamitates Belgii. Leidenſes cives. Guilielm. & Maur. Naſſov.

Cùm verò *medicinam, vitæ humanæ præſidem*, excolendam ſibi præ reliquis ſumſiſſet: *Lugdunum Batavorum*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, octogeſimo*, ætatis ſuæ *decimo ſexto*, conceſſit: ubi uſus eſt præceptoribus *Gerardo Bontio, Joanne Heurnio, & Remberto Dodonæo*, viris arte & profeſſione ſua conſummatiſſimis. Hiſce cum familiariſſimè vixit: uti & cum *Juſto Lipſio*, viro ſupra invidiam maximo.

Lugdun. Bat. venit Pavius. Ibi medicos audit. Juſto Lipſio charus.

Quadriennio exacto, *Lutetiam Pariſiorum* petiit, anno *octogeſimo quarto*: ubi audivit utrumque *Duretum*, patrem & filium: & in anatome, ad quam natus factusque videbatur, ſub *Joanne Fabro* ſe exercuit.

Pariſios proficiſcitur.

E Galliis ob bellicos tumultus in *Daniam* navigavit, unà cum viris præſtantiſſ. *Romboldo Hogerbetio & Gellio ab Hillemâ*; quorum uterque patriæ conſiliarius locum ſuum ita defendit: ut majori etiam digniſſimus cenſeatur ab omnibus.

In Daniam trajicit Pav.

Inde *Roſtochium* ſe contulit, in ducatu Megapolitano urbem & Academiam percelebrem. Florebat in ea tum temporis ingenio & doctrina vir præſtans *Henricus Brucæus*, Aloſtanus, de quo ſupra: cujus familiaritatem nactus, anatomicis multum temporis & operæ impendit. Summum hic in medicina honoris titulum conſecutus, publicè in Academia anatomica docere cœpit, anno ætatis ſuæ *viceſimo tertio*. Propoſuit ibidem & *Galenum de cibis boni & mali ſucci*: alia itidem de *exercitiis, lacticiniis, bellariis*.

Inde Roſtochium.

Relicto tandem *Roſtochio*, Italiam inviſit: *Patavium* adiit limen Italiæ, & *Aquapendentem*, principem ejus ſeculi anatomicum, cadavera ſecantem vidit: *Cortuſo* item nobili Patavino, & *Guilandino* innotuit; qui ambo magna cum fama horto ibi medico præfecti tum fuerunt.

Ex Italia, poſt *trimeſtrem moram*, repentè in patriam ob morbum patris revocatus, cùm domi aliquandiu ſubſtitiſſet; in *Academiam Lugdunenſem* poſtliminio rediit: publicamque medicinæ profeſſionem, multum annitentibus *I. Lipſio & Joanne Heurnio* nactus eſt.

Uxòrem paulò poſt duxit *Mariam*, filiam *Jani Hanteni*, urbi Lugdunenſi à ſecretis, viri egregii, & ob plurima in rempub. merita laudatiſſimi. Docuit autem primùm & adminiſtravit Pavius *anatomen* ſingulari prorſus ἐγχειρήσει: quæ actio illi januam famæ auresque auditorum aperuit ac patefecit. Deinde & *botanica* profeſſus, horti publici præfecturam ſumma cum laude geſſit.

Et in hoc utroque munere, magna cum nominis ſui celebritate, ad exitum uſque vitæ per annos ipſos *octo & viginti* verſatus eſt, ingenii atque induſtriæ, quà docendo, quà demonſtrando, præclara exhibens documenta. *Summo* in Academia *magiſtratu ter*; *judicis Academici* munere ſæpiùs functus. Ipſius etiam induſtriæ debetur *amphitheatrum anatomicum*, ſumtibus publicis à Lugdunenſis Academiæ curatoribus & coſſ. exſtructum in quo maximo ſpectatorum concurſu, etiam ex vicinis locis, incredibili cum dexteritate, cadavera hominum brutorumque plurima ſecuit. Eundem locum undique *ſceletis humanis, aliorumque animantium, variis anathematis* atque *inſtrumentis anatomicis* adornavit, ſumma diligentia ac cura.

Pavio item potiſſimùm debetur *hortus Lugduni Academicus*, tàm eleganter, & tanta ſtirpium varietate inſtructus: ut cum quovis Europæ plantario certare queat. In quo uno veluti intuitu & compendio videre licet: quicquid ferè plantarum toto orbe diſperſum pullulat.

Eſt autem rei botanicæ ea claritas, dignitas, & neceſſitas; ut quamvis linguæ utriusque peritia, mathematicarum diſciplinarum ſcientia, tota denique philoſophia ſtipatus, anatomica & chirurgica callens quis incedat; imperitus tamen plantarum acceſſerit: ne medici quidem titulo dignus cenſeri poſſit. Quare vel hoc ſolùm nomine medicinæ alumni plurimum ſe debere Pavii manibus fatentur. Nec enim contentus hanc medicinæ partem publicè docere, ſingulas plantas in horto diſcipulis commonſtrare; ſed quotannis etiam in agrum vicinum, colles, & paludes eos circumduxit: quò in ſolo ſuo natali naſcentes florentesque exactiùs diſcerent.

Et

Et cum nullam materiæ medicæ partem veris medicis ignotam eſſe debere ſciret: totum rerum naturalium apparatum in numero habuit: *hiſtoriam metallorum*, *animalium quadrupedum, volucrum, aquatilium*, in ſumma, quicquid natura rerum parens gremio ſuo complectitur, ad unguem calluit. Didicerat enim apud * *Galenum: medicinæ, etſi una ſit, infinitas tamen ſubeſſe res; nihilque hoc ambitu rerum ſublunarium contineri; quod ad uſus medicos aptari non poſſit*. In hunc finem ταμεῖον ſeu *penu* omnium, quæ haberi poterant, *Naturæ operum* domi inſtruxerat; & cupientibus benignè oſtendebat.

Fuit in iſto viro exacta quædam in rebus agendis diligentia pari cum ſolertia conjuncta; acre ac vehemens ingenium; nec animus quietem ſibi priùs imponebat; quàm impetraſſet, quò pertenderet: adeò ſemel cœptis inſiſtebat: ut quicquid vellet, vehementer vellet; quoque animum intenderet; ibi valeret. Hac laudabili pertinacia & indefeſſo ſtudio factum: ut nomen ſibi non exiguum compararit.

Senſus illi acres; animi agitatio velox; promtitudo in animi ſenſis exprimendis ſingularis: expedita lingua: ſeu patrio, ſeu Latino ſermone aliquid proferendum: unde à facundia, oreque diſerto laudatus etiam vulgò: memoriæ tam felicis, ut tribus ante obitum ſeptimanis *ducentas plantas* primæ areæ horti, ordine recenſuerit: inter quas multæ erant, quarum ſemina eo ipſo anno primùm terræ commiſerat. Temperamento ab ipſo, ut videbatur, ortu calido & ſicco; & ob id in excandeſcentiam, & progreſſu ætatis *εἰς τὰ μελαγχολικὰ πάθη* prono: quæ illum vel nolentem quandoque abripiebant; & à tranquillo mentis ſtatu dejiciebant: quod ipſe ſæpè apud amicos conqueſtus eſt, indulgeri ſibi hac in parte rogans.

Hæc omnia ætas ingraveſcens, curæque ſupervenientes ſenſim adauxerunt: quo tandem factum; ut contraxerit circa præcordia malum latens arcana haud facilè enarrabile figura; ex ſymptomatum tamen ſyndrome *melancholiæ hypochondriacæ*, aut *flatulentæ* appellatæ, ideam præ ſe ferens: cui an abditus ſcirrhus, abſceſſûsve in aliquo viſcerum connexus fuerit; haud ſatis conſtitit. Hoc interim conſtat; ſtomachum maximam hiſce & ſubſequentibus malis præbuiſſe anſam. Veriſſimè vetuſtiſſimus medicus * *Aretæus Cappadox*: *Στόμαχος ἡδονῆς καὶ ἀηδίης ἡγεμών, Ἀπὸ τόνοι ἡδονῆς μὲν, εὐπεψίη, εὐσαρκίη, εὐχροίη τοῦ σώματος. ἀηδίης δὲ τουτέων τ' ἀναντία*: hoc eſt, *Stomachus lætitiæ, triſtitiæque author eſt. Lætitiam quidem pariunt, bona concoctio, bono carnis habitudo, floridus corporis color: triſtitiam autem, quæ his contraria.*

Cum itaque annum jam & ampliùs inflationibus præcordiorum, ſtomachique doloribus per intervalla graviter fuiſſet tentatus: dejectionibus ad hæc nigris, picis liquidæ inſtar, ſæpiùs fatigatus; ἀτροφίᾳ confectus; & viribus planè attritus, *decimo tertio*, Kal. Julii in lectulum ſe conjiciens, indies pejus habere, atque in deterius vergere cæpit. Cruciatus & tormina ventriculi mirum in modum miſerum ægrum affligebant, hora præſertim à cibo ſumto quartâ: dum ἀνάδοσις ciborum fieret nõ ſine febriculâ lentâ & continuâ; qua etiam jam multò ante decubitum laboraſſe ſuſpicio erat. Dejectiones atræ perſeverabant, accedente etiam atræ bilis vomitu; qua de re, veluti ex tripode, pronunciavit ὁ θαυμάσιος * *Hippocrates*: Ὑποχωρήματα μέλανα, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα καὶ ξὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ πυρετοῦ, κάκιστα, h. e. *Dejectiones nigræ ſanguini atro ſimiles ſponte procedentes, ſive cum febre, ſive citra febrem, peſſimæ*. Et alibi: Νοσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων ἢν χολὴ μέλαινα, ἢ ἄνω, ἢ κάτω ἐπέλθῃ, θανάσιμον: *Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis ſuprà infràve exierit, lethale*. Exercebant illum interdum animi deliquia adeò valida; ut ſenſuum omnium, motus mentisque impos fieret; nec quid à ſe factum meminiſſet prorſus: mera mortis imago; ſtomachus poſtremis diebus nullum ferre cibum; denique ne potum quidem: ſi quid deguſtaſſet aut ſorpſiſſet; confeſtim intẽdebantur dolores, qui illum miſerrimè conficiebant; adeò ut in maxima ſiti, quâ aſſiduè torquebatur, bibere tamen reformidaret. De quorum ſævitia vel inde judicare poſſumus: quod antiquitas *hos acerbiſſimis cruciatibus* annumerârit.

Morbus fatalis Pavii.

* *Lib. 4. aphoriſm. 21. 22.*

Stomachi dolor eſt ſummus. Plin. l. 36. c. 4.

Paucis ante obitum diebus ἄσιτος prorſus fuit: ſolumque juſculum ſatis dilutum interdum ſorbendo, puſillam vitæ & jam fatiſcentem flammulam, ſuſtentavit. Tot malis expugnatum miſerrimi corpus, crebris inſuper accedentibus rigoribus convulſionibus atque ſingultibus, deglutiendi poſtremò facultate ſublatâ aphthis fauces, ac gulam obſidentibus cùm omnem curam mali vehementia vinceret; in ſua reſolutus initia exſpiravit; Deoque creatori animam reddidit, ipſis Kalend. Auguſti, ſub diluculum, die à primo decubitu *quadrageſimo quarto*: anno Chriſti *milleſimo, ſexcenteſimo, decimo ſeptimo*, ætatis ipſius *quinquageſimo quarto*.

Exſpirat Pavius.

Elatus eſt cum luctu publico Lugduni: ubi annos, ut diximus, *duodetrigenta* cum laude ſua & fructu aliorum docuerat. Proſecuti ſunt Profeſſorem benè meritum carminibus epitaphiis viri doctiſſimi: de quibus eſt *Joannis Meurſii* tale:

Epiced. in eum J. Meurſii.

Ergone Parcarum non exoranda voluntas
PAVI *defunctis addidit ingenium!*
PAVI, *quem ſtupuit toties ſtudioſa Juventus,*
Pendula facundo ſemper ab ore viri.
Quem toties juvenum ſtupuit flos; ſive doceret
Scripta tua Hippocrates, ſive Galene tua;
Sive hominem docto diſcinderet amphitheatro;
Sive horti pulcras diceret areolas.

Solvitur in leſſum, funusq́; Academia luget:
Et mittit triſtes inferias tumulo.
Cælum etiam tangit dolor, & pia numina mærent:
Mærent dii, medicæ ſtat quibus artis honos.

Patientia in morbo. In morbo graviſſimo, cùm extremè langueret; & lingua non poſſet, capitis nutu fiduciam ſuam in Chriſtum teſtatus eſt: ac non ſemel manibus junctis inque cælum ſublatis auxilium à DEO viſus poſcere, mortemque cunctantem advocare. Remediis toto morbi tempore uſus eſt perpaucis; quòd longi & incurabilis, ut ipſemet judicabat, mali tædio victus eſſet: nec ſtomachus ulla ferè admitteret.

Et quamvis à collegis *Everardo Vorſtio*, *ac Reinero Bontio* varia illi fuerunt propoſita: omnia tamen faſtidiit, rerum ſuarum optimè ſibi conſcius.

Vixit, dum vixit, non inglorius, aut degener mundi incola: longumque illi ævum hoc in orbe promittunt præclara ejus ingenii monumenta: quibus ſe à mortalitate vindicavit.

Scripta Pavii. Exſtat enim *hortus publicus Academiæ Lugduno Batavæ, ejus ichnographia, deſcriptio, & uſus opera hujus Pavii, horti præſidis.*

Galeni itidem *de cibis boni & mali ſucci*, *Roſtochii* à ſe explicatum, cum notis ibidem edidit.

Edenda proculdubio plura ab hæredibus adſervantur.

Perhibent hæc de Pavio *Everardus Vorſtius med. profeſſ. oratione funebri: Academia Lugdunenſis: elenchi librorum.*

● 1618. ————————

FLAMINIUS GASTO.

A. 5. Febr. ætat. 47. Suibuſium oppid. Sileſ. IN ducatu *Glogovienſi* Sileſiæ ultra Viadrum loco opportuno & amæno oppidū eſt *Suibuſium*, ſive à Suionibus vel Suevis, ſive aliunde dictum: in quo ordinem equitum S. Mariæ collocatum notat, diligens ille & primus annalium Sileſiæ auctor *Joachimus Curæus*. Hoc in oppido exilium terrenum orſus eſt *Flaminius Gaſto*, anno Chriſti *milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo primo* die *nono* Septembris, patre natus *Gabriele*, ibidem ſenatore, avo autem *Wolfgango*: qui ibi & judicis & conſulis officio annos *quadraginta* laudabiliter functus, annum ætatis attigit *nonageſimum*: viditque liberos ac nepotes *centum & quindecim* ante obitum. Mater ei fuit *Dorothea Martini Martinii* ſenatoris ibidem filia.

Gabriel Gaſto pater Wolfgang avus.

Hic autem Gaſto à puero bonis literis atque artibus dicatus, primum in ludo patrio; pòſt *Gorlicii* Luſatiorum urbe celebri, ſub *Laurentio Ludovico*, gymnaſii Rectore, felices in ſtudiis fecit progreſſus.

Wittembergæ Flam. Gaſto dat operam medic. Inde *Wittembergam* profectus philoſophiæ juxta ac medicinæ totum ſe dedit: interque profeſſores medicos *Salomonem Albertum & Schatonem* ibi audivit.

Lipſiæ item & Altorfii. Wittenberga *Lipſiam* venit: & inde *Altorſium* Noricorum ubi præceptores habuit viros celebres *Philippum Scherbium & Nicolaum Taurellum*: ſocium verò ſtudiorum ſuaviſſimum *Joachimum Olhaſium*, Phyſicum, poſtea *Dantiſcanum*, & in Gymnaſio ibidem profeſſorem anatomicum. Horum doctrina à theoriâ medicâ inſtructus, ad medicum practicum *Laurenzium Scholtzium*, poliatrum Uratislavienſem, profectus eſt: atque ab hoc Pragam ad philoſophum & medicum Cæſarium *Simonem Simonium*.

E patria in Italiam progreſſus *Bononiæ* aliquantiſper ſubſtitit: ubi tunc *Ulyſſes Aldrovandus, Flaminius Rota, Caſpar Tagliacotius, Joannes Coſteus, Julius Cæſar Claudius*, cui fuit in cariſſimis, efflorèſcebant. *Romæ Franciſcum Patricium* propter philoſophiam Platonicam, *Andream Ceſalpinum*, itemque *Marſilium Cagnatum*, aliis minimè neglectis, audivit. *Neapoli* in ταμείῳ antiquitatum naturæ pleraque rara & mira ſpectavit: *Paduæ* autem *Aquapendente Augenio, Saxonia* aliis, familiariter uſus, plurimum eorum, ut & aliorum excellentum artificum conſuetudine profecit.

Baſileæ deinde, cùm & in examine, & in diſputatione publica de podagrâ ſatis feciſſet doctoribus, ſolenni ritu ſummum in arte medica eſt ἀξίωμα adeptus. Factū id anno ſeculi prioris *nonageſimo ſeptimo* die Sextilis *ultimo*.

Ex Academiis & literariâ peregrinatione ad ſuos reverſo, cùm in patriâ locus non eſſet *Guram* Sileſiæ, in Glogovienſi ducatu limitaneum oppidum, ſe contulit: ordinariusque illius reipub: phyſicus eſt deſignatus.

Hîc cùm præclarè ſtatim ſe darent initia praxeos ejus: longè lateque tum in *Sileſiâ* tum *Poloniâ* eſt ab ægrotis omnium ordinum expetitus. Fuit ergo à cura valetudinis *principibus, baronibus, & nobilitati præcipuè*: adeò ut poſtremis præſertim annis dies noctesque, nulla diætæ, nulla valetudinis habita ratione, jam ad hos, jam ad illos ferè depoſitos, ei fuerit proficiſcendum.

Illuſtriſſimus autem princeps *Georgius Rodolphus*, dux Sileſiæ *Lignicenſis & Bergenſis*, eum & conſiliarium & archiatrum ſibi adſcivit: tantique virum fecit; ut in morbo fatali, de quo mox dicemus, ipſemet ad eum inviſere clementer ſit dignatus.

Anno enim *milleſimo, ſexcenteſimo, decimo ſeptimo*, die *viceſimo ſexto* Auguſti, febris eum vehemens corripuit: quam inſecuta eſt aliorum morborum longa catena, dolores colici, nephritici, ventriculi, alii. Inter tot tamen longos dirosque cruciatus unicè verbo DEI ſeſe eſt conſolatus: & inter alia in ore habuit hæc dicta: *Conteror ſed ſatis mihi eſt; quòd hoc facit manus tua.*

Illuc feſtino, ubi ſemper vivam.

Per multitudinem miſerationum tuarum ſana multitudinem dolorum meorum.

In cruce fixus amor meus es ante omnia IESU.

Ad meliorem tandem vitam abiit *viceſima quarta* morbi ſeptimanâ, anno Chriſti *milleſimo ſexcenteſimo, decimo octavo*, die *quinto* Februarii, ſub *duodecimam* pomeridianam ætatis ſuæ anno *quadrageſimo ſeptimo*, conjugii *decimo octavo*. Elatus eſt funere hone-

honorifico, inque templo primario illius oppidi ſepultus: in quo conjux monumentum ei ejusmodi faciendum curavit:

D. T. O. M.
ET
IMMORT. FAMÆ.
ELEGANTISS.
MEDICI ET PHILOSOPHI
D.
FLAMINII GASTONIS
ILLUSTRISS. PRINCIP.
LIGN. AC BREG.
CONSILIARII ET ARCHIATRI
ET
CURANÆ REIPUB.
ORDINARII PERITISS.
VIRI
OMNI DOCTINAR. ET LITERAR.
CULTU
PIETATIS, GRATIAR. ET VIRTUT. USU
PLANE ADMIRABILIS:
QUI
CUM
PIE VIVENDO, PRUDENTER CONSULEODO,
BENE FACIENDO, FELICITER MEDICANDO
DE QUIBUSV. PRÆCLARISS. MERERETVR
HEU SUBITO!
INGENTI CUM BONOR. OMN.
MÆRORE
UMBRAM VITÆ ISTIUS INVITÆ
BULLAM INANIS OPINIONIS
ALIIS LIBERALIUS INSERVIENDO
PRÆTERIIT:
CÆLORUMQ. GLORIAM OMN.
SCIENTIAM,
BONOR. SUMMAM RE FIDEQ.
APPREHENDIT.
ANN. CHRISTI cIↄ Iↄc XVIII
D V. FEBR. ÆTAT. XLVII.
CONJUG. XVIII.
QUONDAM
ANIMÆ SUÆ DIMIDIO: FIDEI SACRARIO: VITÆ PRÆSIDIO: HYGIÆ ORGANO: CHARITUM DELICIO: VIRTUTUN OCELLO
HOC AMOR. ET MNEMOS MONUM.
P. P. P.
BARBARA HEIDIA CONJUX
ET FILII IV.
GOTFRID. SEBAST. FRIDER. JOH.
CHRISTIAN. GEORG. RUDOLPH.
CUM DOLORE SUPERSTITES,

Lapidi autem ſepulcrali hæc inſcripta ſunt:

FLAMINUIS GASTO
PRINCIPUM MEDICUS, ET
MEDICORUM PRINCEPS
QUAM
PL. ALIIS ARTE SUA PROROGARAT,
SIBI IPSI PERPETUARE NEQUIVIT,
VITAM HANC LABILEM
IMMO NOLUIT:
CUM
FATIS VOLENTIBUS
IPSE
LUBENS VOLENSQ.
TERRÆ HOC HOSPITIUM DESERERET CÆLORUMQ. PATRIAM
REPETERET
RELICTO:
SUIS LUCTU, PIIS EXEMPLO, OMNIB.
DESIDERIO
GLEBÆ V. HUIC EXUVIO
ANNO GRATIÆ
cIↄ. Iↄc. D. V. FEBR.

Tu quisquis es:
Hoſpitio mundum; patria tibi præfice cælum:
Flamine vive Deo: res age: ſalvus eris.

Vrtutes eius mores que.

Vir hic fuit moribus placidiſſimis: linguæ, præter principes illas omnibus neceſſarias, *Polonicæ* & *Italicæ* peritisſimus: medicus ægris deſideratisſimus; cùm ob felicitatem ipſi propriam; tum ob ſingularem medicamentorum præparationem; quæ norat in minori doſi & ſine nauſeâ propinare; ut tamen egregiè operarentur & prodeſſent.

Medendi felicitas.

Pietas.

DEUM prætereà ſincerè coluit: proximo pro virili benefecit: orthodoxam religionem non obſcurè profeſſus, ipſe precum ſibi formulas conſcripſit, ad evangeliorum inprimis Dominicalium textum ductumve.

Scripta.

Commodo reipub. ſcriptum edidit *de peſte*, hoc titulo, *Flaminii Gaſtonis* **Diſcurs vom rechten Nutz etlicher gebräuchlicher Artzneyen / bey wehrenden Sterbensleufften**: cui anſam præbuit ſævisſima lues anni *milleſimi, ſexcenteſimi, octavi*: in qua ipſe ratione officii, omnibus petentibus fidelem præſtitit operam, ab omni tamen contagio, Dei protectione, immunis. Plura ejus ingenii monumenta ab heredibus adſervari dicuntur: quæ ut aliquando foràs dentur, permulti optant.

Hæc de Gaſtone medico elegantisſimo *ex delineatione M. S: vita ipſius, à Gregor. Martinio med. D. & phyſico Wolavienſi ordinario ad nos tranſmiſſa.*

⊖ 1618. d. 1. Octob. ætat. 70.

IOANNES LUDOVICUS HAVENREUTERUS.

Argentorati deſcriptio.

ARGENTORATUM, vulgo *Argentina*, celeberrima eſt in *Triboccis* Imperii urbs: in qua tum alia, tum hæc potisſimùm ἀξιοθέατα. *Turris* primariæ ædis ejusmodi; ut ei par altitudine, firmitate, artificioque operis nulla vel in *Europa* vel *Aſia* *reperiatur: deinde *armamentarium* copioſisſimè inſtructum: *cornu monocerotis* raræ & ſtupendæ magnitudinis: *Academia* denique

Quatuor ibi viſenda.

** Grad. habet 635. incoata 1277. abſoluta 1305. aliì 1449.*

Nat. Havenreuteri F. nique & reipub. forma Lucifero pulcrior. Hac in urbe lucem primam aſpexit J. LUDOVICUS HAVENREUTERUS, philoſophus ac medicus ingenio arteque clariſſimus, natus* *Kalend.* Auguſti, anno *milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo octavo*, patre *Sebaldo* medico & reipub. illius annis ferè *quinquaginta* phyſico celeberrimo, * ſupra à nobis deſcripto: matre verò *Margaretha Becheria*, matrona honeſta, & multis familiis affinitatibus conjuncta.

* *Alii 2. Aug.*
* *Pag. 3. 1.*

Educatio. Hi parentes cùm filii ſui indolem, haud ſecus ac bonæ notæ argillam ductui idoneam animadverterent: ne quid educationi primæ deeſſet, caverunt ſedulò: & *monitis exempla* virtutum domeſtica *addiderunt*. Ac pater quidem in magno occupationum concurſu, prima literarum tinctura filium imbuit: & maturè ex umbratili ſchola productum publicis tradidit perpoliendum magiſtris. Hic cùm ſumma animi contentione Grammaticas ſyrtes eſſet prætervectus: diſſerendi dicendique diſciplinis, ut & aliis artibus, quæ encyclopædiæ ambitu continentur, ſeſe mancipavit; ducibus ſtudiorum uſus *J. Sturmio, Valentino Erythræo, Chriſtiano Herlino, Leonhardo Hertelio, Andrea Planero. J Brunone*, viris omni eruditionis genere perfectis. *Præceptores.*

Auguſtam abit. Cumque miro peregrinandi deſiderio flagraret: *Auguſtam* ſe ad *Hieronymum Wolfium*, amicum patris ſingularem contulit: ut ab eo in Mathematicis, quarum ſcientiſſimus ut & Græcarum literarum habebatur, pleniùs informaretur; pòſt ad loca remotiora pedem promoturus.

Verùm cùm unicus ipſe eſſet filius, & familiæ quaſi columna, *paterni animi ſolicitudo*, quæ ad omnia etiam tuta *trepidare ſolet*, ut longiùs eum à ſe dimitteret; impetrare à ſe non potuit.

Redit Argent. De parentum itaque voluntate cum *Argentoratum* rediiſſet: ab Academiæ ſub id tempus ſcholarchis *VVolfgango Sigismundo VVurmſero, I. Carolo Lorchero, Friderico Gotteſheimio*, prodire in publicum; & profeſſoriam exercere linguam juſſus eſt. Fidem faciunt dictis magni illius *Sturmii* hæc in programmate publico verba: *Joannes Ludovicus Havenreuterus, unus ex illis eſt adoleſcentibus: qui ultrò non coacti, parentum optatis atque votis reſpondent: & præceptorum labores ſua levant induſtriâ. Is explicare incipiet Ariſtotelis libellum de mundo: ut ſpecimen det ſuorum laborum, ſuaque induſtriæ & progreſſum: quos fecit in curriculo doctrinarum & artium. Non iſtud quod facit, ſuo arbitratu facit: ſed noſtra, quibus à ſenatu Academia commiſſa eſt, voluntate, conſilio, hortatu, juſſu.* *Ubi publicè docet.*

Poſtea cum in ſchola illa amplius *annum & ſemeſtre* adoleſcens ipſe eruditione autem vir, ut Etytrhæus de eo, libros *Ariſtotelis*, in cujus ſcriptis, ut & Platonis, fuit verſatiſſimus, *de mundo & de motu animantium* publicis auditoribus diligenter, & doctè, & μεθοδικῶς interpretatus eſſet: ſcholarchis de meliore notâ commendatus; inque profeſſorum publicorum collegium eſt cooptatus: ut Ariſtotelis *de naturæ obſcuritate*, unà cum libris *Organi* ejusdem philoſophi explicaret.

Itaque, cum primis ea in Academia magiſtris, inter quos & *Melchior Iunius & Andreas VValtherus*, anno *ſeptuageſimo quarto*, poſt *milleſimum, quingenteſimum*, die *nono* Februarii creatis; ipſi etiam ſuprema in philoſophia laurea, Etythræo promotore, eſt collata. Et ſanè in cathedram collocatus ipſe eâ ætate fuit: qua ſi quis diſceret, quæ tum docuit progreſſus in ſtudiis haud pœnitendos feciſſe putaretur.

Interim dum in munere ſibi commiſſo *Phyſica & Logica* explicando fideliter pergit; & Academiæ ephoris induſtriam ſuam conſtanter approbat: medica eidem profeſſio anno *octogeſimo quinto* eſt concredita: in qua tùm legendo tum diſputando ita verſatus eſt: ut ad philoſophiæ & medicinæ ſtudioſos utilitas ſumma redundarit: ſcripta etiam nomen famamque ejus hinc inde divulgarint. Rebus tunc ſuis ita ferentibus, anno ſequenti *octogeſimo ſexto Tubingam* profectus, magna ibi cum laude doctrinæ medicæ titulum & inſignia eſt adeptus.

Reverſus in officio ſibi commiſſo ſummâ cum famâ & diſcentium fructu perrexit: & ut ipſe non lacunas putridas, ſed limpidos fontes fuerat conſectatus: ita quæ docuit, ex auctoribus optimis, inprimis ex *Ariſtotele*, quo nemo philoſophorum doctior, nec acutior, nec in rebus inveniendis dijudicandisq; acrior, depromſit.

Deinde à conventu Academico rogatus, relictâ anno *octogeſimo nono*, profeſſione medicâ, denuo *phyſica, metaphyſica, & organon* explicare cepit: eoque in labore preſeveravit; donec anno *nonageſimo quinto* accreſcente ætate & negotiorum mole, metaphyſicam profeſſionem, ut alii committeretur, Academico conventui reſignavit. *Phyſices* autem *profeſſionem* ad vitæ usq; finem quà docendo quà, diſputando, ſtrenuè urſit: ſumum *Academici magiſtratus* munus *tertium* geſſit: *decani* officium *ſexies* obivit: *quater* verò *viſitaturam & ſyndicatum*.

Neque hi ſolum honores laborioſi ipſi commiſſi fuerunt: verùm etiam anno *ſeptuageſimo ſeptimo*, propter inſignes ingenii dotes, judicii dexteritatem, rerumque gerendarum peritiam eximiam, *capitulo D. Thomæ* Argentorati adjunctus fuit: cujus negocia tanta peregit fide & induſtria: ut anno *ſexcenteſimo undecimo, decanus*, & biennio poſt *præpoſitus* ejusdem fuerit electus.

Interea tamen medico ſuo muneri, cùm Phyſicus eſſet illius reipublic ordinarius, minimè defuit: ſed tum in ipſa urbe primati-

bus ac omnium ordinum civibus; tum extra eam nobilibus, comitibus, principibusq; ſalutari ſuo conſilio, in periculoſiſſimâ ſæpe valetudine, opem tulit; morbos, Dei auxilio, depulit: ſanitatemque priſtinam reſtituit. Hic ſi luberet, aut per inſtituti rationem liceret, longam poſſemus texere nomenclaturam eorum: qui ejus auxilio uſi, ipſum ſecundum Deum auctorem valetudinis proſperæ vitæque conſervatorem agnoverunt. Sit hoc unum pro multis exemplum illuſtre illuſtrisſimæ heroidis. Cùm enim *Catharina Burbonia*, *Henrici IV.* Galliarum regis ſoror, *Henrici* Lotharingiæ Barrique ducis, conjux, periculoſo ex morbo decumberet: nec ullâ medicorum peritisſimorum inopiâ laboraret: Havenreuterum tamen Argentorato evocandum curavit. Qui ut venit, medicamenta cum ſucceſſu felici ei adhibuit; ab eaque cum donis magnificis & prolixi affectus argumento, domum remiſſus fuit; quin & revocatus morbo recrudeſcente: ſed mors adventum medici antevertit.

Ad hæc omnia *Schenckbecheriani* etiam *ſtipendii* adminiſtratio ipſi cum aliis; qui primi ejus inſpectionem ſuſtinuerunt, quibusque omnibus ipſe ſupervixit; anno *nonageſimo quarto*, à magiſtratu illius reipub. eſt commiſſa; quam & fide ſumma & cura obivit.

Hac ratione cùm tot officiis unus præeſſet; factum eſt, ut tandem aliis inſerviendo, paulatim fuerit conſumtus. Primum acerbisſimo cruciatu ac dolore fuit correptus: mox tamen eo miteſcente ac remittente ſenſim humidum radicale calore nativo abſumto emarcuit: tandemque vir optimus in bonâ ſenectâ deficiens, ad populum ſuum placidè eſt congregatus, anno Chriſti *milleſimo*, *ſexceteſimo*, *decimo octavo*, ipſis *kalend.* Octob. paulò ante *ſextam* matutinam: anno ætatis ſuæ *ſeptuageſimo* completo: profeſſionis Academicæ *trigeſimo quinto*; canonicatus *quadrageſimo ſecundo*. Elatus eſt Argentorati funere honorifico frequentique, cum luctu ſuorum & civium: carminibus etiam epicediis à viris & juvenibus doctiſſimis ornatus: quæ typis exſcripta publicè exſtant.

Fuit & hic unus è medicis Germaniæ noſtræ elegantioribus; vir doctus, humanus, officioſus, beneficus in egenos adeò: ut maluerit paupertinis & eccleſiarum miniſtris gratis; quàm opulentis cum ſpe eximii ſoſtri medicinam facere. In morbo ſupremo patientiam præſtitit Chriſtiano homine dignam. Cùm aliquando officii ratione miniſter eccleſiæ Joan. Monachus ad eum viſens diceret: *reverende D. Præpoſite, hactenus in tantis tuis incommodis & laboribus non tibi, ſed aliis vixiſti: jam verò tibi in æternâ beatitudine in ſempiternum vives:* reſponſi loco recitavit votum illud Paulinum: *Cupio diſſolvi jam, & eſſe cum Chriſto.*

Academiam Argentoratenſem ornavit & illuſtravit annis ampliùs *quadraginta quatuor*, tam pro cathedrâ docendo, quàm publicè, privatimque in diſputationibus veritatem eruendo & confirmando: in quo exercitii genere nihil ipſo mitius, nihil manſue- *Diſputatio*
tius ac facilius: ut qui Ariſtoteleum illud: *placidus*
οὐ δεῖ δυσχεραίνειν τὸν διαλέγοντα, h. e. *iraſci* *Havenreut.*
diſputantem haud decet; probè & ſciret & obſervaret.

Diſciplinæ, *quæ per medicamenta virtu-* *Medica*
tem ſuam exhibet, de Celſi ſcientiâ, curioſè *praxis*
inſtitit: & ad lectulos ægrorum non confi- *eiuſd.*
dentiam & audaciam; ſed rationem & experientiam, exemplo patris ſui, attulit. Auctores autem ſecutus eſt præſtantiſſimos *Hippocratem*, *Galenum*, *Dioſcoridem*, *Avicennam*, *Trallianum*, *Aetium*, *Æginetam*, *Oribaſium*, *Fernelium*, *Fuchſium*, & alios.

Valetudine uſus eſt tali; ut tritum illud *Valetudo.*
audiendum ipſi non eſſet:

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων
Mederi aliis volens, ipſe vulceribus ſcatet,

Naturali enim quadam εὐεξίᾳ, divinitus ſibi indultâ bellè ferè ſemper habuit, excepto capitis dolore; quo nonnunquam fuit tentatus.

Ut autem magni philoſophi & medici periti nomen ſibi comparavit: ita & *prudentiæ* *Prudentia*
civilis laude non caruit: ut qui non ſcholæ *civilis.*
magis, quàm vitæ didiciſſet. Nec *Theolo-* *Theol. cognitio.*
giam, principem illam ſcientiarum, negli- *Pietas.*
genter tractavit: ſed in lectionibus philoſophicis pro re natâ, veritatem religionis ex principiis phyſicis & philoſophicis demonſtravit. *Conciones* cum familiâ ſedulò frequentavit: & *ſacrâ cœnâ* religioſè eſt uſus tum per vitam omnem, tum in morbo fatali: in quo *fidei* ſuæ *confeſſionem* edidit: & quid *Confeſſio*
de cœnâ Dominicâ, ejusque uſu ſentiret, *de S. Cœna.*
hoc *ſyllogiſmo*, ut ipſe vocat, indiſſolubili, *Et argu-*
ſuâ manu ſcripto teſtatus eſt. *mentpro*

Quomodo Apoſtoli primâ cœnâ uſi ſunt, eo- *uſu eius.*
dem & nobis utendum eſt. Unus enim Dominus, una fides, unus baptiſmus. Eph. 4. v. 4.

Atqui Apoſtoli non ita uſi ſunt: ut crediderint; Chriſti corpus tam certò pro ſe in mortem traditum, quàm certò panis frangeretur: aut ſanguinem tam certò pro ſe fuſum, quàm certò vinum è poculo funditur: atque ita fide Chriſti meritum ſibi applicarint.

Cum enim neſcierint Chriſtum paſſurum & reſurrecturum eſſe: qui potuerunt ſibi paſſionis & reſurrectionis ejus fructum applicare?

Neſciviſſe autem eos, probant Matth. 20. verſ. 17. 18. 19. Marc. 10. verſ. 34. Lucas 18. v. 31. 32. 33. 34. *Poſt cœnam etiam rixati ſunt de primatu* teſte Luca 22. verſ. 34. Et Joannes cap. 20. verſ. 9. expreſsè dicit: *diſcipulos ignoraſſe ſcripturam*, Chriſtum nempe oportere à mortuis reſurgere: imò *Thomas negat ſe credere, eum reſurrexiſſe.*

Ergo non poſſumus cœnâ uti modo tantum ſpirituali & ſolâ fide, ſed ſacramentali, nobis ignoto, Chriſto autem probè cognito. Hæc Havenreuterus.

De cujus *conjugio* ut aliquid etiam adjun- *Conjugium*
gamus, duxit ipſe uxorem anno *ſeptuageſimo*

ſexto

ſexto ſeculi ſuperioris virginem *Magdalenam Bergheimerinam*: filiam *Balthaſari à Bergheim & Magdalenæ à Zvveibrücken*: cum qua annos amplius *quadraginta duos* amicè vixit: & *filios* ex ea *tres*, *filias* autem *duas* ſuſcepit: de quibus filii diu non vixerunt: filias autem honeſtè elocatas cum matre vidua ſuperſtites reliquit.

Scripta. Scripſit multa, de quibus nonnulla, ut non ſolum patriæ, ſed aliis etiam prodeſſet, publici juris ipſe fecit, ut ſunt;

Civitas Platonica ex 10. *de repub.* Argentorati exſtructa & ad diſputandum propoſita.

Analyſis libri 1. *poſter. analyticor. Ariſtotelis*, Argentorati itidem ad diſputandum propoſita.

Schola Argentinenſis, h. e. *epiſtolarum Joann. Sturmii claſſicarum & Academicarum* σχηματισμοί,

Analyſis libri 5. *ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum*, de juſtitia & jure.

Synopſis philoſophiæ in privatum memoriæ ſubſidium theſibus comprehenſa.

Compendium phyſicæ, etiam ab *Anglis* probatum & recuſum.

Adagia claſſica pro ſcholis Argentinenſibus.

Philoſophica de animo συζήτησις *ex libris* 3. *Ariſtotelis* περὶ ψυχῆς excerpta, & in Academia Argent. ad diſputandum propoſita.

Jacobi etiam *Zabarellæ opera Logica* excudenda curavit; & præfatione addita commendavit.

Fuerunt ipſo quoque inſcio & inſalutato quædam edita; quod eò tulit iniquiùs; quò magis manum extremam ea deſiderare exiſtimabat.

Epigramma in effig. In effigiem denique ejus hoc legitur tetraſtichon;

Orbis amor: morum exemplar: pietatis ocellus:
Alter Ariſtoteles; alter Hippocrates?
Quem Teuto, Gallus, ſtupet Italus, Anglus, Iberus:
HAVVENREUTERUS JAN. LUDOICUS *hic eſt.*

Debentur hæc de *Havenreutero F. medico phyſico* reip. Argentoratenſis; *profeſſore phyſico* Academiæ; *præpoſito collegii Thomani*. *programmati funebri à I. Rodolpho Saltzmanno M. D. & P. rectore tum Academiæ propoſito*; *orationi parentali à Marco Floro eloquentiæ P. habita*; *concioni funebri*; & *elenchis librorum*.

JOANNES INGOLSTETERUS.

1619. d. 15. Febr. ætat. 56.

EXCEPIT *Joannem Ingolſteterum* Norinberga, ocellus ille Germaniæ noſtræ, & decus urbium Imperialium, natum ſub annum Chriſti *milleſimum, quingenteſimum, ſexageſimum tertium*. A parentibus maturè in ludum miſſus, magiſtriſque traditus, tantos, quâ fuit ingenii felicitate, fecit in literarum ſtudio progreſſus: ut in *Noricam*, quæ *Altorfii* floret, Academiam traductus, brevi magiſterii honorem & teſtimonium, non ſine ſpe majoris eruditionis ſubſecuturæ ſit adeptus.

Altorfii mag. renunciatur.

Poſtea, ſtudio philoſophico nequaquam dimiſſo, Theologicum & Medicum, aviditate nimirum diſcendi ſingulari, conjunxit: & quamvis unumquodque eorum totum hominem, totamque hominis ætatem deſideret: tamen ingenium felix & velox omnibus ſuperatis difficultatibus, eò rem deduxit: omnibus ut ſpes certa ſuboriretur: eum in utraque diſciplina excellentem futurum quæ etiam ſpes minimè fefellit.

Cùm verò ſub id tempus penuria virorum doctorum in Palatinatu ſuperiore laboraretur: petitum à Senat. Norinbergenſi fuit: ut Ingolſteteri hujus operam ſubſidiariam aliquantiſper concederet: Id quod & impetratum. *Ambergæ* itaque ſub annum *octogeſimum octavum* in Electorali pædagogeo protectoris ei locus eſt adſignatus, cum annum ipſe quaſi *viceſimum quintum* ageret.

Iſti provinciæ laborioſæ & in vulgus promiſcuum non magni æſtimatæ, annis præfuit *quatuordecim*: ſuæque diſciplinæ alumnos non paucos reliquit viros egregiè excultos: quorum alii in eccleſiis & ſcholis, alii in repub. & curiis, utilem vitæ communi navarunt operam & etiamnum navant.

Commendata autem in ipſo præcipuè fuit ſingularis quædam ingeniorum prudenter tractandorum dexteritas: quæ in juventutis informatore virtus habetur prima & longè præſtantiſſima. Ut enim ingeniorum mira eſt diverſitas; ita cum præfractis durè; cum modeſtis leniter; cum levibus graviter; cum excitatis & ad laudem ſponte ſuâ contendentibus, comiter eſt agendum. Sunt enim quidam in ſcholis ſemper *Ephori, Iſocratici*, qui calcarib⁹ & quidam, ſed rariores *Theopompi*, qui frenis indigent. Adeò verum eſt ſententioſi auctoris acroama: *nullum animal moroſius eſt, nullum majore arte tractandum, quam homo: nulli magis parcendum.*

Cum autem Ingolſteterus, ut modò dictum ad medicinam animum adjeciſſet: nactus eſt ibidem, Dei beneficio, exoptatam illius plenius condiſcendæ occaſionem *Hieronymo Primſio* medico pio & perito, in praxi ipſi præeunte, & fideliter viam monſtrante. Ab ejus beato obitu ipſe medicus phyſicus ab electore Palatino eſt conſtitutus, anno decurrente *ſexcenteſimo primo*, poſt *milleſimum*. Itaque rebus ſuis ita ferentibus, paulò poſt Baſileenſi ab Academia doctoræ medicæ honorem petiit, & cum applauſu facilè impetravit.

Hac deinde in functione per reliquum vitæ ita verſatus eſt: ut fidelis, induſtrii, felicis ac ſalutaris medici laudem ſuo merito ab omnibus, quibus cognitus ſaltem fuit, reportarit. Opera ejus perinde diviti ac pauperi fuit parata & promta: & ſicubi aliis vel re vel conſilio prodeſſe potuit? nihil in ſe paſſus eſt officii, ſtudii, & laboris deſiderari.

Hæc agentem, & nihil niſi gloriam Dei ac ſalutem proximi meditantem, die *quinto* Februarii anno *decimo nono* hujus ſeculi morbus corripuit tam vehemens: & ſubitò omnes

omnes naturæ vires fuerint proſtratæ. Et quamvis nihil mediorum & remediorum, quæ ipſe applicari ſibi norat, defuerit; confirmavit tamen & ipſe vetus illud proverbium: *contrà vim mortis & fatalem moriendi neceſſitatem herbam reperiri nullam: & vita à Deo præfixum terminum tranſilire neminem unum poſſe.* Quem ipſe attigit die *decimo quinto* Februarii Juliani, anno *milleſimo, ſexcenteſimo, decimo nono*: ætatis ſuæ *quinquageſimo ſexto.* Extulit eum vidua funere honorifico: talique cum monumento in æde coenobii Ambergenſis condidit.

D. O. M. S.

D. D. JOANNI
INGOLSTERO
MEDICO ARCHIPAL.
PRÆSTANTISSIMO,
PHILOSOPHO ACUTISSIMO,
THEOLOGO SINCERO,
MARITO & PARENTI
DESIDERATISSIMO
VIDUA & LIBERI
MÆSTISSIMI
MONUMENT. HOC
P. P.
VIXIT ANNIS LVI.
OBIIT ANNO M. DC. XIX.
M. FEBR. D. XV.
AMBERGÆ.

Fuit hic non ſolum experiens *Medicus*, ſed & *Philoſophus* acutus, & *Theologus* exercitatus: quod tum ipſe, dum vixit, reâpſe multoties demonſtravit: tum poſt mortem ejus ingenii monumenta loquuntur. Talentum ſuum à Deo ſibi concreditum non defodit: ſed ita eò uſus eſt: ut inde fructus ad Eccleſiam & Rempubl. redundarint plurimi. Et quanquam ἀναμάρτητος non fuit, nec planè ſine crimine ævoque vixit; ſtuduit tamen per omnem vitam profeſſionem ſuam ornare & *Evangelio dignè ambulare*; *atque* vocationem & electionem ſuam firmam efficere: adeoque exemplo ſuo alios Chriſto lucrifacere. Itaque nullam ferè concionem, niſi gravisſimis impedientibus negotiis neglexit, & per omnem vitam profuit, quibuscunque potuit.

In morbo fatali patientiam Chriſtiano homine dignam præſtitit: etſi perturbatis nonnihil ſenſibus: nihil tamen aliud, quàm ſcholaſtica negotia prius tractata, ei obverſata ſunt: cæteroqui quotiescunque de fiduciâ ſuâ in Chriſtum interrogatus fuit, nutu ſignificanter reſpondit.

In medicinâ faciendâ & praxi, ut vocant, fuit felix, Hippocratis & Galeni ſtudioſus, nec tamen *Praxis med.*

Intereà Chymicæ temſit myſteria Sectæ;
Admovitque manum Vulcani munere ſacro
Eliciens Hermetis aquas ſubtilibus alis.
In tecto aërio volucres, & ſulphuris unguen
Ætherii benè olens, ſalis & Cryſtallina fixi
Marmora; conſtituunt quæ rerum exordia prima,
In vegetabilibus plantis, animalibus æquè
Atque metallari ſubtus regione locatis.

In conjugio annis duodetriginta vixit, liberosque ex conjuge *ſex* ſuſcepit: quorum duo patrem præceſſerunt, reliquis inter quos unicus filius Joannes Chriſtophorus, ſuperſtitibus. *Conjugium*

Scripta etiam quædam utilia in publicum emiſit: ut ſunt *Scripta.*

Iſagoge in Rhetoricam Ariſtotelis, h. e. *Præcepta Eloquentiæ methodica ex Ariſtotele excerpta.*

Reſponſio de aureo dente pueri Sileſii ad judicium Martini Rulandi Medici Ratisbonenſis: quâ demonſtratur, neque dentem, neque ejus generationem eſſe naturalem.

Diſſertatio de natura occultorum & prodigioſorum ad Iacobum Horſtium medicinæ profeſſorem in Academiâ Juliâ: qua reſpondetur ipſius libello, de aureo, qui putabatur, dente.

Cæterùm illud aliquando πολυθρύλλητον de aureo dente, tale eſt; Puer quidam *Chriſtophorus Mullerus* natus in pago Sileſiæ **Weigelsdorff** ſub dominio Nobilium à **Gelhorn** ad primum à Reichenbachio oppido lapidem, natus anno *octogeſimo ſexto* patre *Ioanne* Fabro lignario & molitore paupere; cum patre jam extincto, anno *nonage-* *De aureo Dente pueri Sileſ. narratio.*

De eo Horſtii ſententia.
Contraria Ingolſte.

nonageſimo tertio pagi illius ludum frequentat; viſus eſt à puellâ quadam habere dentem aureum maxillarem ultimum verſus ſiniſtram partem enatum. Poſteà cum fama de eo ſparſa eſſet; à principibus, nobilibus, aliiſque permultis miraculi loco dens ille inſpectus, tentatus, probatus fuit. Idem *Iacobus Horſtius* Medicinæ Doctor & Profeſſor Jenæ fecit, anno *nonageſimo quarto*; puerum coram vidit: dentem inſpexit, contrectavit: *naturalem partim, partim miraculoſum pronunciavit: deque eo neſcio quæ prædixit. Ingolſteterus* contrà, *nec dentem eſſe verum, nec naturalem homini nec naturaliter generatum, nec aurum: ſed præter & contra naturam: & præſtigias Satanæ videri*, eruditè confirmavit. Evanuit certè fabula tota, aut longi logi fraude, niſi fallimur, detectâ: ſicut *fictum ac ſimulatum nihil poteſt eſſe diuturnum.*

Reliquit Ingolſteterus præterea non pauca affecta: quæ in heredum ſcriniis adſervantur, reipub. literariæ nequaquam invidenda aut intervertenda.

Tantum de hoc philoſopho, medico & Theologo Germano, nequaquam poſtremo *ex ſcriptis ipſius: funebribus, eidem habitis: & elenchis librorum.*

FINIS VITARUM MEDICORUM GERMANORUM.

INDEX

INDEX

Verborum & Rerum notatu dignarum: Quæ hoc in Volumine occurrunt. Numerus paginam lit. a, & b. primam vel ſecundam paginæ columnam denotat.

A.

A*Cademiæ* Baſileenſis initium pag. 2 a.
Ejusdem Rector primus, & decan. medic. 2 b.
Francofurtenſis Profeſſores 28 b.
Jenenſis 107 a.
Marpurgenſis 11 b.
Tubingenſis 102 b.
Viennenſis 41 a.
Wittembergenſis, ejusque primus Rector 3 b.
Achilles Gaſſarus unde Priminii nomen nactus. 105. ejusdem ſtudia 105. Auguſtæ poliater. ibid. librorum helluo ibid.
Acidulæ Schvvalbcenſes 141 a.
Adamus Bodenſtein Andreæ Caroloſtadii F. Paracelſi ſectator 104. a. ejus ſcripta vertit & edit. ibid. b. & dogmata defendit ibid. b.
Adamus Lonicerus Marpurgi docet 124 a.
Moguntinam invitatur 124 b.
Francofurti Poliater deſignatur ibid.
Adamus Meuerus eques auratus Archiater Regis Polon. 162 a.
Adeodatus Auguſtini 3 a.
Adolphus Occo, Hainingi F. 176 a.
Adolphus Occo, A. F. A. N. Medicinam Auguſtæ facit 176 b.
Ejus Symbolum & Scripta 177 a.
Adrianus Junius peregrinatur
Harlemi ſedem figit 101 b.
expulſus in Mattiacos fugit ibid.
Elogium Ejus 102 a.
Adulatio Gnathonica 49 a.
Aëtius medicus 39 a.
Ægineta ibid.
Ægyptiorum mos 19 a.
Æneas Sylvius in concilio Baſilienſi abbreviator 2 b.
Agathopolis hodie Monſpeſſulanus 50 b.
Albanus Thorinus ludo Baſileæ præeſt 24 a. è Gallia redux medicinæ Profeſſor deſignatur ibid.
Albertus Baſa Regis Polon. Archiater. 118
Aldenberga Oppidum 110 a.
Alexander Magnus Medico credit 43 b.
Aloiſius Bellocatus 91 a.
Aloſtum Urbs 189 a.
Alvearium Antiquitatis 53 a.
Ambroſius Moibanus 53 a.
Ejus Obitus 54 a.
Amicitia vera quæ 49 b.
Amor literarum ſuperiori ſeculo 4 a.
Amſtelrodamum Emporium 97 a.
Ejus Deſcriptio 193 b.
Anabaptiſtæ in Helvetia repreſsi 26 a.
Anatome exculta 79 b.
Anatomicũ Amphitheatrum Lugduni 194 a.
Andernacum oppidum 99 b.
Andreas Ellinger Lipſiæ docet. 107 a. deinde Jenæ. ibid. poëticam cum medicinâ jungit ibid. b.
Andreas Gründlerus medicus in Italiâ uxorem ducit, 36. a. in belli flammam incidit ibid. Haidelbergæ Profeſſor deſignatur ibid.
Andreas Mirica Linguarum peritus 123 b. peregrinat. literar. inſtit. ibid. Leovordiæ medicinam facit ibid.
Andreas Planerus docet Argentorati 181 b. dein Tubingæ, ibid. Ejus ibi labores ib.
Andreas Richilus, in Baſileenſi Concilio medicinam exercet 2 b. Doctor creatur à Sigmundo ibid. Archiater Frideric. Imp. ibid. Ejus frater & Filii 3 a.
Andreas Veſalius Pater 57 a.
Andreas Veſalius F. ad anatomiam propenſus 57. a, eam Baſileæ docet ibid. Archiater Cæſar. & Hiſp. Regis ibid. Opus de Fabricâ corporis humani ibid. Sceleton Baſileæ relinquit ibid. b. Felicitas ejus in medendo 58. a. Abit in Palæſtinam & cur. ibid. calumniis appetitus 59 a. Elogium ejus ibid.
Andreas Winckler 53. a. 116 b.
Angelus Coſſus 25 a.
Antonius Carcheſius 53 b.
Antonius Francanzanus 91 a.
Antonius Niger petens magiſt. grad. fert repulſam Erphordiæ 34 a.
docet Marpurgi ibid.
migrat Brunſuigam ibid.
Antonius Pallerus Philoſophus celeberrimus 91 b.
Antonius Talmanus 24 b.
Antverpia 44 b.
Apophtegma Bontii 164 b.
Apophtegma Diogenis 138 b.
Jacob. Schegkii cæci 131 b.
Rheſi 152 b.
Arabum Medicina exploſa 39 b
Argentorati Deſcriptio & ibi viſenda 197 b.
Ariſtoteles craſſus Bæotus dictus 133 b.

Ejus Encomium 198 b.
de putredine inter eum & Galenum diſſenſio 127 a.
Artemiſiæ pulvis 140 b.
Artes quomodo parandæ 147 a.
cur diſcantur 161 b.
Aſclepiadi medici Fama & Medicina 13 a.
Aſtrologiæ quantum tribuendum 9. a. 12 a.
Aſtrologorum Ephemerides, quæ probandæ 63 a.
A ſuperſtitioſis curationibus abſtinendum 141 a.
Auguſtani Senatus liberalitas 39 a.
Auguſtinus Crafft Profeſſor Erphordiæ 116 b.
Auguſtinus Schurf Wittembergæ Doctor Med. creatur 23 a. ibidem docet & Anatomen inſtituit ib. b. Ejus diſcipuli, ſcripta, virtutes ibid.
Auguſtinus Steuch de perenni ſapientia 164 a.
Auguſtus elector Saxoniæ artium & artificum amans 152 b. moritur. ibid. 172 a.
Aurea Sella Moguntino donata 2 a.
Azoth Paracelſi 103 a.

B.

Balduinus Hamæus Moſchi Archiater 167 a.
Balthaſar Brunnerus Lipſiæ extraordinarius Profeſſor 175. b. peregrinatur. ibid. cum Joanne Cratone vivit ib. Chymiæ ſtudioſus magnis expenſis ibid. Archiat. Principum multorum ib. Ejus morbus, obitus, virtus 176 a.
Balthaſar Neander 53. a. 116 b.
Bartholomæus Schönborn 88 b.
Baſilea unde dicta 184 a.
Baſſianus Landus 91 a.
Ejusdem interitus & Epitaphium ib.
Belgarum lingua omnium antiquiſſima 85 a.
Bellum Helveticum 64 b.
Bellum Venetum ſub Maxim. I. 7 b.
Benedictus Victorinus 92 a.
Bernardus Deſſennius Cronenburgius Italos Medicos audit 97 a. Groningæ medicinam facit. ib. Ejus diſcendi cupiditas & aliæ virtutes. ibid. ab aulis abhorret 98 a.
Bibliotheca S. Galli 27 a.
Ejusdem Inſcriptio ibid.
Bononia olim Felſina 6 b.
Bonus Roslerus 53 b.
Boruſſiæ deſcriptio & lacus in eâ 160 b.
Briſgoia 105 b.
Brucfelſia arx 10 a.
Bruno Seidelius natalem ſuum ænigmate proponit 104 b. VVittenbergæ quos audierit ibid. Arnſtadii medicinam facit 105 a. docet Erphordiæ ibid. Aucupium ejus ibid.
Burcardus Mithobius Marpurgi docet 63 b. Archiater Landgravii ibid. Mundam migrat ibid.

C

Calculi in veſica reperti 167 b.
Camillus Falconetus cœcus Poeta 149 a.
Epigramma in eum Poſthii ibid.
Camillus Franchinus 108 a.
Caniciei cauſa 158 a.
Carolus V. Imperator Mathematicus Peritus 33 a.
Carolus Cluſius mutat ſtudiorum genus 182 b. Varias obit peregrinationes ibid. In aulam Auguſtam vocatur 183 a. diſcedit inde ibid. Lugdunum Batavorum venit ibid. morbi ejus variique caſus ib. ſeptem linguarum peritus ibid. b. à Cæſare nobilitate donatus ibid.
de Caſeo & lacte epigramma 63 a.
Caſpar Jungermann Jctus gener Camerarii 118 a.
Caſpar Marſilius profeſſor Franfurti ad Oderam 64. b. nihil ſcriptorum ſuorum edit ibid. fit Eccleſiæ Miniſter ibid.
Caſpar Nævius Archiater Electoris Saxoniæ 98. a. Ejus Eruditio, fama, ſcripta ib.
Caſar Peucerus Wittembergæ Mathematicæ & Medicinæ deditus 168. b. ſuccedit Milichio ib. gener Melanchthonis 69 a. cum quo Wormatiam abit ibid.
Chronicum Soceri pertexit ibid.
creſcit authoritate & gratiâ in aula ib.
incurrit offenſam Principis 170 a.
cuſtodiæ mandatur ibid.
quatuor ei capita objecta, ad quæ reſpondet ibid.
Princeps cauſa odii quæ ibid. b.
ſubſcribit formulæ dimiſſionis ib.
cujus eum pœnitet ibid.
variis carceribus ancipatur 171 a.
in quibus nunquam ocioſus ib.
multi pro eo deprecati ibid.
Colloquium Maximil. II. cum Electore Auguſto ſuper cauſa Peuceri 171 a.
Occaſio liberationis & forma obligationis ibid.
Somnium ejus ante liberationem 172 b.
In aulâ Anthaltina gratus ſummis & imis 127 b.
mortis memor ejusq; præſagium 173 a.
mores, nævi vitia ejusdem ibid.
Conſtantia ab Auguſto laudata 173 b.
teſtamentum in carcere ſcriptum ibid.
Caſpar Wolphius Medicus 67 b.
Catechesis } Chytræi 169 b.
Wittembergenſis 169 b.
Chamæleon animal quale 49 a.
Chilianus Vogler JC. 131 a.
Chirurgi impertiri 63 a.
Chriſtoph. Crafft Joannis Pater 116 a.
ejus monumentum à filio ibid. b.
Chriſtianus Egenolphus Typographus primus Francofurti 124 b.
Chriſtophorus Herdeſianus 159 a.
Chymia unde dicta & orta 12 b.
à Paracelſo exculta ibid.
Spagirica cur appellata 12 b.
præſtantia ejus 14 b.
Chymici qui 12 b.
Chymici antiqui 14 b.
Collegia Nationum Lovanii 32 b.
Comœdiæ Terentii 88 b.
Concilium Piſanum 130 a.

Conradus Battus in Boruſſiam & Italiam miſſus 177 b.
medicinam exercet Regiom. ibid
perit ſponſus ex caſu 178 a.
Conradus Geſnerus 64
hydrope laborat 64 b.
Argentorati ſervit Capitoni ibid.
in ſtudiis vagatur ibid. intempeſtivè uxorem ducit 65. a.
docet in ludo ibid.
Baſileæ Lexicon Græco-Latinum auget ibid.
docet Lauſannæ ibid.
hinc Tiguri, ubi & medicinam exercet, 66. a.
hiſtoriam animalium item aquatilium, & plantarum ſcribit ibid. b.
ſomnium ejus mortiſque præſagium 67 b.
Bibliothecam vendit 68 b.
felicitas ejus in medendo 69 b.
nomina animaliū Hebræa exponit 70 a.
Linguam Germanicam excolit 69 a.
Judicium Ferdinandi Cæſaris de Geſnero 71 a.
Inſignia Geſneri 76 a.
Conradus Goclenius 44 b.
contenſio Heſiodæa! 88 b.
Controverſia de Euchariſtia 26. b. 108 a.
Guilandini cum Matthiolo 138 b.
Oſiandri 89 b.
de ſitu cordis 180 a.
Stancari 89 a.
de Trinitate 70 a.
Convivales Lutheri ſermones 117 a.
Cœnobii S. Galli origo 24 b.
Cornelius Gemma F. 33 a.
Philoſophus & Medicus felix ibid.
Eruditio & ſcripta ejus ibid.
avus, pater, filius medici. ibid.
Cornelius Sittardus medicus Noricus 53 b. 19. b. 119 a.
Cornelius Vigius medicus 166 b.
Curius Lancilotus Gramaticus ſordidus 11 a.
Cygnea oppidum unde dicta 37 b.
Cynægiri Athenienſis facinus 132 a.
Cyprianus Leovitius 55 a.

D.

DAniel Mœglinus Medicus 103 a.
ſuccedit Viſchero Tubingæ 129 a.
Daniel Stibarus literatorum Mæcenas 50 b.
ejus obitus 51 a.
Declamatio de vanitate ſcientiarum offendit Carolum V. Imperatorem 9 a.
Dionyſius Triverus 12 b.
Diſcere à plebeis non eſt dedecus 67 a.
Diſpenſatorium. Cdlonienſe 60 a.
Diſpenſatorium. Cordi 21 a.
Diſputare quid 138 b.
Diſputationum utilitas 108 b.
exercitia in Acad. Lipſica 111 a.
Diſputatio ſuper morbo Gallico 3 b.
Inter J. Cornarium & Fuchſium 39 a.
Dreſda Miſniæ civitas 56 b.

E.

Educationis vis 76 b.
ratio optima 164 a.
Edictum Pontificis Romæ de ægrotantibus 19 b.
Einſidelln Eremus Helvetiæ 12 b.
Eliſter Fluvius 6 b.
Eobani inopia 22 b.
elegia propemtica 22 b.
Epigramma in Agricolam 35 b.
Brucæum 142 a.
Cluſium 184 a.
Cordum Euric 11 b.
Cornarium 39 b.
Cruſerium 87 a.
Dodonæum 116 a.
Friſium Gemmam 33 b.
Fuchſium 81 b.
Geſnerum 69 a. 76 a.
Giſelinum 106 b.
Guintherium 100 b.
Havenreuter F. effig. 200 a.
Heurnium 197 a.
Junium 102 a.
Langium 63 b.
Lazium 61 a. b.
Lemnium 44 a.
Milichium 43 a.
Mithobium 64.
Moibanum 55 56.
Monavium 137 138.
Occonem 177 a.
Opiopæum 146 a.
Peucerum 143 a.
Poſthium F. 151.
Pylandrum 17 b.
Schegkium 132 a. b.
Scholzii hortum 163 a. b.
Schröterum 144 b.
Theodor. Tabernæmontan. 141 a.
Theophraſtum Paracelſum 14 a.
Toxitem 87 a.
Tragum 32 a.
Valer. Cordum 20
Zvingerum P. 136
Zvingerum F. 187 a.
Epiſtolæ Philoſophicæ & medic. chymicæ 163 a.
Epiſtola Bordingi ad Æpinum 47. 48
Camerarii 119 b.
Eraſmi ad Paracelſum 17 a.
Geſneri 68 a.
Peuceri 172 b.
Sadoleti Jacobi 46 b.
Sadoleti Pauli ibid. a.
Theophraſti ad Eraſmum 16 b.
Victorii ad Camerarium 155 a.
Epitaphium, Epicedium, monumentum Adriani Junii 102 a.
Beri Osvvaldi 81. 82
Bodenſteinii 103 b.
Bontii 164 b.
Camerarii 158 a.
Cluſii 183 a.
Cornel. Gemmæ 106 a.
Cratonis 121 b.

Curæi 95 a.
Curionis 86.
Dodonæi 115 b.
Eraſti 108 b.
Fabricii 187 b.
Foreſti 147 b.
Gaſſari 100.
Gaſtonis 197 a. b.
Gesneri 76 a.
Goropii 85.
Grundleri 36 b.
Gaintherii 100 b.
Heurnii 167.
Huberi 167 a.
Ingolſteteri 201
Langolii Gisberti 18 a.
Lotichii 51 b.
Lucii 188 b.
Milichii 40 a.
Mœglini 103 a.
Monavii 137 b.
Nævii Joann. 99 a.
Occonis 177 a.
Paracelſi 13. 14
Pavii 197. 198
Pernæ 135 a. b.
Pfeilii 18 b.
Plateri 192 a. b.
Poſthii 150 a.
Raichſpalti 2 a.
Schenckii 160 b.
Sinapii 52 b.
Smettii 190 b.
Tragi 31 b.
Theodorus Zuinger. 136 a.
Valerii Cordi 20 a.
Weinmanni 7 a.
Wildenbergii 40 a.
Willichii 29 a.
Equorum cura laudanda 157 b.
Eraſmus Neuſteterus 150. a. 157 b.
Eraſmus Poſthius 150 a. b.
Eraſmi Roterodami de Paracelſo judiciũ 14 b.
Colloquia ejusdem unde nata 40 b.
judicium de Melanchthone ibid.
Eraſmus Stella Cygneæ medic. & conſul 5 b.
ſcripta ejusdem laudata. 6 a.
Ericus Suetiæ Regno exutus 44 a.
Euricius Cordus unde dictus 44 a.
ludum aperit ibid.
docet Erphordiæ & Marpurgi 11 b.
Bremam abit ibid.
mores ejus & verſus extemporales ib.
Exegeſis Controverſiæ de Cœna Domini 170 a.

F.

F*Amilia* Agrippæ 7 b.
Bonicorum 53 a.
Camerariorum 154 a.
Eſthiorum van Eſth. 179 a.
Foreſtorum 146 b.
Heurniorum 164 b.
Monaviorum 137 a.
Schurfiorum 23 a.
Truchſæſſiorum 154 a.
Vadianorum von Watt 24 b.
Veſaliorum 57 a.
Wirthiorum 62.
Fatalis pictura in cœleſti tabula 55 a.
Felix Platerus puer anatomes cupidus 191 b.
Poliater Baſilieenſium ibid.
docet ibidem Medicinam ibid.
fama ejus obitusque 192 a.
exemplum vivacitatis & felicitatis ib. b.
gratia valet 192 b.
tormando animum relaxat ibid.
medicinam quam diu tractavit ibid.
Ferdinandi Imperatoris obitus 120 a.
Flaminius Gaſto medicinam in Germania diſcit in Italia excolit 196 b.
poliater Guranus deſignatur ib.
Archiater & Conſil. Lignicenſis ibid.
virtutes ejus & medendi felicitas ibid.
Fontes bibendi potiùs quàm rivuli 107 a.
Franciſcus Emericus Medicus 144 a.
Franciſcus Picolomineus 184 b.
Freiſtadium Oppidum 87 b.
Fridericus Elector Saxoniæ ad loca ſancta peregrinatur cum periculo 3 b.
Academ. Wittembergæ aperit 3 b.
Fridericus à Winſperg Epiſcopus Wirceb. 52 b.

G.

GAbriel Fallopius Chirurgiæ Profeſſor 58 b.
anatomen Patavii adminiſtrat 91 a.
Gabriel Gaſto 196 a.
Galenus Latinè redditus 39 a.
Galienus dictus 38 a.
fides ejus in curando 139 b.
diu Romæ egit 147 b.
elogium ejusdem 179 b.
Gandavum una de maximis Europæ urbibus 86 a.
Gellii Zemei de Paracelſo judicium 14 b.
Gemma Friſius unde dictus 32 b.
Lovanii docet 33 a.
Carolo V. Cæſari charus ibid.
Triveri amicus ibid.
jocus in eum ibid.
Geographiæ præſtantia 25 b.
Georgius Agricola Cygneæ ludum aperit 35 a.
Lipſiæ Petrum Moſellanum audit ib.
rei metallicæ indigator 34 b.
E valle Joachimicâ Chemnitium migrat 35 a.
Mauritio Saxonico utitur Mæcenate 35 a.
Certamen ei cum Alciato ibid.
agit medicum Caſtrenſem ibid.
Eloginm ejus à Thuano ibid. b.
Pontificiæ religioni addictus ibid.
de eo Bodini judicium 36 a.
Georgius Brandenburg-Marchio 7 a.
Georgius Collinitius Tanſtetter 41 a.
prædictio ejus de Lazio 60 b.
Georgii Laubii literaria peregrinatio 153 b.
in noſodochio Florentino medicinam exercet ibid.
redux itidem apud ſuos ibid.
virtutes ejus & mores ibid.

Geor-

Georgius Laurea archiater Brandenburgicus 175 b.
Georgius Ludovicus Huttenus 157.b.
Georgius Marius docet Haidelbergæ & Marpurgi 178
archiater Haſſiæ deſignatur ibid.
Norinbergam vocatur ibid.
inde iterum Haidelbergam 178 b.
Georgius Mehl JC. 119 b.
Georgius Richilus 2 b.
Georgius Sturcius ab Eobano magiſter creatur Erphrodiæ 22 a.
ibidem docet ibid.
In valle Joachimica myropolium inſtituit ibid.
redit Erphordiam ibid.
Eobanum ſublevat ibid.
Lutherum & Melanchthonē curat 22 b.
Elogium ejus à Dreſſero & Michaele Bartho 23 a.
Georgius Viſcher Joann. Pater 125 a.
moritur ibid. b.
Georgius Wirth 1. Bononiæ MedicinæDoctor creatur 6 a.
Exercet eam in Carinthia ibid.
Archiater Ludovici Ungariæ Regis ibid.
ejus Elogium ibid.
Georgius Wirth 2. Medicus 6 b.
Hæres J. Langii Medici 62 b.
Georgius Pylander Thormann vertit Romæ Hippocratem 17 a. b.
Gerardus Bontius ex Italia reverſus Lugduni ſedem figit 163. b. ibidem docet ib.
Platonis ſtudioſus ibid.
Ejus mores, virtutes & eruditio 164 a.
Gerardus Dornæus 15 a.
Germani Italis de Hæreſi ſuſpecti 20 a.
Germanicæ linguæ excolendæ ſtudium 69 b.
Germersheimium oppidum unde dictum 148 a.
Gervaſius Marſtaller medicinam in Saxoniâ exercet 105 b.
archiater Brunſvicenſis ibid.
Gisbertus Horſtius Amſtelrodamus
Romæ viperas alit 97 a.
celebris Romæ medicus ibid.
Gisbert. Longolius Daventriæ ludo præeſt 17 b.
Coloniæ J. Cæſaris Collega ibid.
mortuo ſepultura negatur ibid.
Godeſchalkus Meſchede Theol. Erphordiæ Profeſſor 3 a.
Goldbergæ oppid. Deſcriptio 88 b.
Scholæ ejus celebritas ibid.
Gravia oppidum 82 b.
Græci veri medici 39 b.
Græcæ linguæ ſtudium 69 b.
Gregorius Curæus Joach. Pater 87 b.
deſerit ſtudia }
Judex Freiſtadii } ibid.
vertit dialogum Julium }
Gregorius aliis *Pictorius Georgius* ludo præeſt 82 a.
medicinæ ſtudium amplectitur ibid.
artem eam Enſishemii exercet ibid.
Griphus Theognidis 62 a.
griphum ſolvere neſcientis pœna ibid.
Gryphi animalis deſcriptio 110 a.
Guilielmus Arragoſius archiater Cæſ. & Regis Gall. 186 a.
Guilielmus Budæus 100 a.
Guilielmus Copus Archiater Franciſci Regis Galliæ 5 b.
Encomium ejus à Jovio ibid.
Guilielmus Lemnius archiater regis Sueciæ 44.
Guilielmus Rondeletius 109 b.

H.

Henricus Brucæus docet Brugis 142 a.
Bononiæ ſeptennium exigit ibid.
Aloſti medicinam factitat ibid.
comitatur ſponſam Parmenſem in Hiſpaniam ibid.
Roſtochium evocatur ibid.
cognatus Smetii ibid.
Henricus Comes Lucelburgicus 1 a. b.
Henricus Cornelius Agrippa, D. Juris & Medicinæ, eques auratus 7 a.
docet Dolæ Burgundiorum 7 b.
peregrinatur & militat. ibid.
Orator & Advocatus Reipubl. Metenſis 8 a. facit medicinam ibid.
eſt à conſiliis Cæſari ibid.
Jovii de obitu ejus enarratio 8 a.
Wieri itidem ibid.
Canis ejus pro diabolo habitus & cur ib.
magiæ idem inſimulatus ibid. b.
defenditur 9. b.
cum monachis contendit ibid.
honor ei habitus }
chymiæ ſtudioſus } 9 a. b.
Cavillum in eum }
Henricus Fabricius Biponti hypodidaſcalus 187. lauru à Cæſare coronatur ibid.
docet Hornbaci ib. rude donatur ibid.
Henricus Munzinger ludo præeſt 37 a.
Florentiæ & Auguſtæ medicinam exercet ibid.
nobilitate à Cæſare donatur ibid.
archiater Eiſtetenſis 37
Henricus Richilus Palatio præfectus 2 b.
Henricus Smetius avus 189 a.
Henricus Smet. Roberti F. medicis & poeticis delectatur 189 b.
Bononiæ Doctor creatur & Antverpiæ artem exercet 190 a.
Lemgoviam ſecedit 190 a.
Archiater Elect. Palat. deſignatur ib.
migrat Francothaliam ibid.
inde Neoſtadium ibid.
unde redit Haidelbergam ibid.
caſu moritur ibid.
conjugium, liberi, virtutes 190 a.
ratio itidem medendi ibid. b.
Henricus Stromer Medicus & Senator Lipſienſis Eraſmo Rot. amicus 5 a.
Herbarium Matthioli à Camerario editum 157 a.
Theodori Tabernæmontani triginta ſex annorum labore congeſtum. 141 a.
Tragi, ejus methodus & judicium de eo 32 a.
Hercules Saxonia medicus 184

Hermanus Cruſerius linguæ Græcæ, philoſophiæ & medicinæ ſtudioſus 87 a.
eſt à medicina regulo Cliviorum ibid.
in itinere moritur ibid.
Hieronymus Cappivaccius med. Ital. 91 a.
Hieronymus Schurfius JC. 23 b.
Hieronymus Schreiber Noricus comes Valerii Cordi in itinere Italico 19 a.
Neapolim excurit ibid.
in ejus felle calculus repertus ibid.
Hieronymus Tragus Germ. Bock / Theol. & philoſ. dat operam 30 a. Ludo Bipontino præeſt ibid. In collegium Hornbacenſe cooptatur 31 a. invitatur Saræpontum 31 a. hiſtoriam herbarum edit 31 a. ſedecim annis phthiſi laborat ib. urtica ejus ſignum 32 a.
Hieronymus Wildenbergius extra Patriam vivit 40 a.
Auctor Scholæ Goldbergenſis ibid.
Thorunii Phyſicus ibid.
Hilvaribeca oppidum 84 b.
Hippocrates dictus olim *Hippocras* 38 a.
diu deſideratus 39 b.
ejus medicamenta quæ ibid.
à Cornario Latinè verſus ibid.
ætas ejuſdem 39. 140
Hiſtoriæ animalium Geſneri argumentum & ordo 71. 72. &c.
Hiſtoriam ſcribere periculoſum 95 b.
Horatius Augenius 184
Honores mutant mores 178 b.
Hortus Academ. Haidelbergenſis 188 b.
Academ. Lugdunenſ. 194 b.
Camerarii 156. b.
Placeri 192 b.
Scholtzii 162 b.
Hubertus Faber docet Pariſiis 60 a.
dein Coloniæ ibid.
Hubertus Languetus 159 a.
Hydropicus à Paracelſo ſanatus 15 a.

I.

Jacobus Ammianus 64 a.
Jacobus Bongarſius 159 a.
Jacobus Bordingus Lutetiæ ſtudiorum cauſa agens eget 45 a.
docet ibi Hebræa & Græca 45 a.
nanciſcitur patronum Epiſcopum Mimatenſem 45 b.
Cum eo de ſalvandis gentibus colloquitur ibid.
Carpentoracti Scholæ præficitur ibid.
Ex Italia Antverpiam commigrat, ibique medicinam exercet 47 b.
inde Hamburgum ob religionem diſcedit 48 a.
poſtea Roſtochium & ad Academ. Hafnienſem ibid.
ubi morbo correptus Teſtamentum condit ibid.
obitus ejus & virtutes 49 a.
Jacobinus Bargius Scoti ſectator 91 b.
Jacobi Cocterii medici ſtipendium menſtruum à Rege Galliæ 186 a.
Jacobus Ceporinus 77 a.
Jacobus Copus 45 a.
Jacobus Curio Haidelb. docet 85 b.
Jacobus Iſaacus Hollandus medicus 15 b.
Jacobus Micyllus 50 a.
Jacobus Milichius Friburgi quos audierit 40 b. Viennæ Auſtriæ mathemata excolit 41. a. eadem Wittembergæ propagat ibid. ubi 2. libr. Plinii enarrat 41. b. à Vito Amerbachio diſſidet ibid. hiſtor. medicinæ & juris ſtudioſus ibid. artem medicam ad fontes revoat 42. a. ſeverus in gubernatione ib. negligit divitias religionis & diſcendi cupidus ibid. b. de morte colloquium 43. a. Inſignia ejus ib. Melanchthoni carus 41 a.
Jacobus Monavius 122 a.
Jacobus Sadoletus 45 b.
Jacobi Scheckii nomen unde 130 a.
eruditio ejus & mores 130 a. b.
adoleſcens publicè docet ibid.
Theologica tractat ſacriſq; initiatur ib.
Juris ſtudium aggreditur, & inde Medicum 130. 131
medicinam tamen publicè nunquam fecit 131
cæcus factus ſtudia non intermittit ib. b.
Eruditio ejus in omnibus 132. 133
nunquam potuit peregrinari 133 b.
Ariſtotelem & Platonem inter ſe confert 134 a.
Jacobus Silvius 45 a.
Jacobus Theodorus Tabernæmontanus, botanicis deditus 140 b.
agit pharmacopœum ibid.
medicinam apud varios exercet ibid
commigrat Haidelbergam 140 b.
non utitur exoticis ibid.
Jacobus Zabarella 184 b.
Jacobus Zvingerus adoleſcens peregrinatur 184 b.
ſtudiorum ejus ratio & ſymbolum 185 b.
Patavii quos audierit ibid.
Baſileæ docet ibid. Mauritium Haſſiæ oratione excipit 185 b.
chymiæ ſtudioſus ibid.
gratis medicinam facit 186 a.
heres à Guilielmo Arragoſio ſcribitur ib.
peſte extinguitur ibid.
verba ejus ſuprema 186 b.
Janus Cornarius vulgò Hagenbutt negligentius educatur 37 b.
publicè adoleſcens docet 138 a.
improbat barbarum docendæ Medicinæ genus 38 a.
medicinam apud exteros factitat 38 b.
Baſileæ in Græcos medicos incidit, quos ſequitur ibid.
docet Marpurgi & Jenæ 38 b.
contentio ei cum Fuchſio 39 a.
bis medic doct. renunciatus. 39 b.
Jeremias Triver Brachelius Lovanii medicinæ profeſſor 12 a.
ejus obitus & ſcripta ibid.
amicus Gemmæ Friſii 33 a.
Jeremias Venetus 53 b.

Indolis

Indolis argumentum 44 b.
Indulgentiæ Pontificiorum 35 b.
Ingeniorum diverſitas 200 b.
Ingenium Philoſophicum quod 132 b.
Interim Cæſaris liber 79 b.
Invidia virtutis comes 55 a.
Joachimus Camerar. P. amicus Milichii 41 b.
Joachimus Camerarius F. puer cum Melanchthone vivit 154 a.
patris de ipſo judicium ibid.
agit apud J. Cratonem ibid. b.
In Italiam profectus audit viros eximios 154 b.
reverſus Norinbergæ medicinam exercet 155 b.
ab aulis expetitus ibid.
curat Palatinum, Saxonem alios ibid.
Collegium Mediorum ejus Conſilio Norinbergæ inſtitutum 156 a.
à quibus medicinam didicerit ibid.
chimica excolit, reiq; herbariæ dat operam 156 a. b.
peſtes medicinam odit ibid.
Landgravio Haſſiæ charus ibid.
biblioth. herbariam Geſneri emit 157 a.
amans picturæ, rei ruſticæ & equorum 157 b.
valetudo ejus & obitus 157. 158
proſopographia. item virtutes, eruditio, amici 158 a. b.
honos eidem habitus 159 b.
Italiam ſenex reviſit ibid.
Joachimi Curæi ſchema natalitium 88 a.
de Cœna ſacra informatur ibid. b.
Ex ſcholâ Trocedorfii Wittembergam venit 89 a.
examen ejus ante magiſter. 90 a.
ſcholæ operam addicit ibid.
ad medicinam ſe confert 90 b.
cui Patavii dat operam 91 a.
Bononiæ Doct. renunciatur 92 a.
Poliater Glogov. conſtituitur 92 b.
à pluribus expetitur 93 a.
patientia ejus in morbo fatali & voces 93 b.
Conſilium ab ipſo miniſtris Eccleſiæ datum 96 a.
memoriæ ejusd. felicitas ibid.
hiſtoriæ Eccleſiaſticæ delineationem inſtituit 96 b.
Joachimus Jungermann nepos Camerarii in peregrinat Orientali perit 156 b.
Joachimus Picus 96 a.
Joachimus Vadianus 24 b.
Viennæ liberius vivit 24 25.
correptus corrigitur 25 a.
Villaci ludimagiſter ibid.
Viennæ docet ibid.
floret amicitia multorum ibid.
donatur laureâ 25
perorat coram rege Polon 25 b.
excolit Geographiam ibid.
cum medicina ſtudium Theologicum conjungit 26 a.
medicum & Senatorem Patriæ agit 26 a.
Acta Apoſtol. enatrat ibid.
Conſul Sangallenſis declaratur ibid.
oppugnat Anabaptiſtas & Schvvenckfeld 26 b.
ejus ſtatura, conſolatio in morbo 27 a.
Bibliothecam Patriæ legat ibid.
Virtutes ejus & amor Patriæ 27 b.
Inſignia Vadianorum 25 a.
Joann. Baptiſta Agneſius 86 b.
Joann. Bellajus Cardinalis Eruditorum Mæcenas 100 a.
Joann. Benignus 126 a.
Joann. Capnio 77 a.
Joann. Cæſarius nonagenarius 17 b.
Joannis Cratonis de Paracelſo judicium 15 b.
Moibani ἐπιγος 53 b.
Ejus σύγχρονοι 116 a.
Wittembergæ in Lutheri contubernio vivit 117 a.
docet alios feliciter 117 b.
Melanchthonis ſectator 117 b.
Lipſiæ Comitis Berthamenſis ephorus ibid.
Camerario aliisque charus 118 a.
Commendatur à Melanchthone Montano Medico Italo ibid b.
quem imitatur ibid.
In aulam Cæſaris migrat ibid.
tribus imperatoribus ſervit 120 a.
dimiſſionem impetrat 120 b.
vitam agit ſolitariam & in morbo commentatur ibid.
virtutes ejus, mores, dignitates, nomen, amici 121. 122
ſymbolum ejusdem, inſcriptio ædium, ac cubiculi 122 b.
nævi, ſtatura, ſcripta 122 a. b.
Joannes Echtius Coloniæ medicinam exercet 32 b.
rei herbariæ ſtudioſus ibid.
odore offenditur & cur ibid.
Joannes Fernelius ab Hippocrate & Galeno, diſſentit 158 b.
Joannes Friſius avunculus Geſneri 64 b. 65 a.
Joannes Jacob Fuggarus 55 b.
Joannes Goropius cur Becanus dictus 34 b.
variarum linguarum peritus 34 b.
archiater regius ibid.
Antverpiæ medicinam exercet ib.
evocatus ab Hiſpano ibid.
acer in diſputando 85 a.
excellenter eruditus ibid.
Belgarum linguam ſtatuit antiquiſſimam ibid.
Origines vocum indagat ibid.
Joannes Guinther Goslariæ ludo præficitur 100 a.
docet Lovanii Græca ibid.
Hippocrat & Galenum vertit ibid.
Lutetiæ medicus regius ſalutatur ibid.
ibidem anatomen exercet ibid.
evocatur à Rege Daniæ ibid.
Wittembergam ablegatur 100 a. b.
commigrat Metim & inde Argentoratum ibid.

abit docendi munere 100 b.
Honor ei à Ferdinando Imp. habitus 101.
Joannes Hagius medicus 50 a.
Joannes Ludovicus Havenreuter 197 b.
Auguſtæ apud Wolphium agit 198 a.
docet Argentorati admodum juvenis ibid.
Elogium ejus à Sturmio ibid.
è primis magiſtris Argent. creatis 198 b.
medicinam docet facitque ibid.
officia alia eiusdem ibid.
Evocatur à Catharinâ Borboniâ 199 a.
morbus fatalis & in eo patientia 199 a.
diſputator placidus ibid b.
medica ejus praxis 199 b.
valetudo, prudentia, confeſſio de Cæna ſacra ibid.
Joann. Baptiſta Heincelius 54 a. 118 a.
Joannes Hermannus gener Fendii 60 a. 121 b.
Joannes Heſſus 53 a.
Joannes Heurnius Pariſiis Ludovicum Duretum audit 165 a.
cui familiaris carusque ibid.
Italiam perluſtrat 65 b.
eſt à cura valetudinis Perenoto ibid.
ab Italis ei inſidiæ ibid.
Ultrajecti medicinam facit 166 a.
ubi contra voluntatem in ſenatum lectus ibid.
migrat Lugdunum Batav. ibid.
plurium principp. medicus ibid.
Juſtum Lipſium curat ibid.
Hippocrati deditus ibid b.
docet omnia memoriter 166. b.
primus Lugduni anatomen inſtituit ibid.
ejus diſcipuli, valetudo, morbus 167.
Joannes Hoppius 88 a.
Joannes Huberus Toloſi Rector Academiæ creatur 84 a.
ſuccedit Gemuſæo Baſilieæ ibid.
chordapſo moritur ibid.
Joannes Ingolſteterus Theolog. cum medico ſtudio conjungit 200 b.
Ambergæ Gymnaſio præeſt ibid.
ibidem Poliater deſignatur ibid.
morbus ejus fatalis ibid.
virtutes & dotes 201 a.
de aureo dente pueri Sileſii ejus ſententia ibid.
Joannes Kentmannus Paduæ viros doctos audit 56 b.
Torgæ phyſicum agit. ibid.
Theſaurum rerum metallicarum colligit ibid.
Joannes Langius Lipſiæ docet 91 b.
Plinius deliciæ ejus ibid.
In Italia Med. Doct. creatur 62 a.
Archiater Elect. Palat. ibid.
agit medicum Caſtrenſem ibid.
inediam quomodo tolerarit ibid.
curat feliciter multos ibid.
amita ejus 110 annorum 62 b.
amans caſei 62 b.
Aſtrologorum ephemerides improbat medicos item receptarios &c. 63 a.
Joannes Laſcaris magno ſtipendio græcas literas docet 100 a.
Joannes Adamus Lonicerus 124 b.
Joannes Lonicerus 124 a.
Joannes Megobachus in Eobanico ſodalitio Erphordiæ 23. b. 34 b.
Archiater Landgrav. Cattorum ib.
Joannes Menardus Italus medicus 7 a.
Joannes Moibanus picturæ ſtudioſus 53
Norinbergæ Pædagogum agit 53 b.
In Italiam ablegatur 54 a.
Excellit in poëtica, muſica, pictura ib.
Ambergæ medicinam exercet ib. b.
Auguſtam migrat 54 b.
vertit Dioſcoridis Euporiſta ibid.
Matheſi deditus 55 a.
ejus vox ſuprema 55 b.
& alexipharmacum ibid.
Ioannes Münſterus lauru poëticâ coronatur, poliater Wimpinenſis 180 b.
inde Giſſam ad profeſſionem evocatur ib.
Ioannes Nævius in Italiâ Doct. Medicinæ renunciatur 98 b.
Annæbergæ & in valle Joachimicâ facit medicinam ibid.
Archiater Elect. Saxon. deſignatur 98 a.
felicitas ejus in medendo ibid. b.
juvat Matthiolum in Herbario ibid.
eſt felicis aulici exemplum 99 b.
patientia ejus & liberalitas ibid.
Joannes Oporinus Paracelſi amanuenſis 13 b.
ejus de Paracelſo narrationi quid tribuendum 16 a.
Ioannes Opſopæus Crellio & Urſino Præceptoribus uſus 145 b.
venit in typographæum Wechelianum ibid.
Lutetiæ ob religionem periclitatur ibid.
peregrinatur 145.
Haidelbergæ medicinam docet ibid. b.
Ioannes Pfeil dictus Philo 18 a. Florentiæ noſocomio præficitur ib. docet Lipſiæ ib.
inde in aulam Saxonicam evocatus ib.
calculo moritur 18 b. diſcipuli ejus & judicium Melanchthonis de ipſo ib.
Joannes Pedianus 50 a.
Ioannes Poſthius Eraſto & Lotichio familiaris 148 a. Eſt unus è primis collegii ſapientiæ ſtudioſis ibid.
Melanchthonem hoſpitem carmine excipit ibid. Patavii vivit ibid. b.
naufragium facit 149 a.
varie periclitatur ibid.
in piratas incidit ibid.
Antverpiæ medicinam exercet 149 b.
In caſtris medicum agit ibid.
Wirtzeburgum vocatus declaratur Archiater Epiſcopi 150 a.
Haidelbergam migrat. ibid.
Ejus proſopographia & Amici ibid.
Joſephi Quercetani de Paracelſo judicium 14 b.
Joannes Richilus Ephorus Sigiſmundi Auſtriaci 2 b.
Joannes Sapidus 83 b.

Joannes Schenck à Gravenberg Argentorati & Friburgi medicinam exercet 160 a.
uxor ejus terrore mortua ibid.
Joann. Scheubel mathematicus 133 a.
Joannes Schröterus ludo præeſt 142 b.
Viennam Auſtriæ à Melanchthone commendatus abit 143 a.
ex Italiâ redux Viennæ docet ibid.
ubi gratus Cæſaribus ibid.
Jenam vocatus docet ibi & Medicinam facit ibid.
Academiam illam inſtaurat ac ſtabilit. 143 b.
privilegia eidem impetrat ibid.
fidelitas ejus & felicitas in medendo 144 a.
ſagacitas in morbis agnoſcendis ibid.
divitiæ & honores ejusdem ibid.
liberalitas, item amici, conjugium 145 a.
inſignia Schröterorum ibid.
Joann. Fridericus Schrdeterus medicinam docet Jenæ 144 b.
Budiſſinam Luſatiorum vocatur ibid.
unde rediens Patrem amittit ibid.
Joannes Sinapius in Italiâ docet Principis Ferrarienſis filiam 52 b.
Tubingam vocatus abnuit ibid.
Archiater Wirceburgici Epiſcopi ibid.
ejus obitus, virtutes, amici, gener 52. 53 a.
Joannes Straubius Poliater Wittembergicus 143 b.
ibidem Senator ibid.
Ejus virtutes, doctrina, obitus ibid.
Joannes Veſalius medicus 57 a.
Joannes Viſcher puer valetudinis infirmæ 125 a.
Tubingæ & Wittembergæ diſcit 126 a
ſecedit Magdeburgum ibid.
inde Argentorat. & in Galliam 126 b.
Wittembergam repetit. ibid.
Venetias & Patav. appellit 127 a.
morbis ibi variis correptus à Matthiolo ſanatur ibid.
Bononiæ Doct. renunciatur 127 b.
reverſus Jngolſtadii docet ibid.
Norlingam commigrat, ibid.
tranſit in aulam Onoltzbachianam ib.
& inde Tubingam 128 a.
ibi ejus officia, conjugia, valetudo ib.
in morbo officium facit ibid.
mortis cupidus medicinam reſpuit 129 a.
prohibet pompam funebrem ibid.
Joannes Weinmannus Archiater Brandeburgicus 7 a.
Joannes Wierus Piſcinarius dictus 82 b.
Corn. Agrippa ejus Præceptor ibid.
In Galliam, Africam, Cretamque proficiſcitur 83 a.
archiater Clivenſis ibid.
detegit fraudem puellæ inediam fingentis ibid.
edit opus de veneficis & ſagis ibid.
ejus adverſarii ibid.
Amici item & valetudo 83 b.
Joannes VVoiſſel 122 b.
Joannes VVolzog 122 b.
Jodocus Lucius Monspelii gradatim honores medicos adipiſcitur 188 a.
medicinam Haidelbergæ facit docetque ibid b.
veteres defendit ibid.
hortum medicum excolit ibid.
Jodocus Willichius Boruſſus Francofurti ad Viadrum docet 28 b.
Erphordiæ item 29 a.
Italiam extra Italiam quomodo adeas 107 a.
Julii Cæſaris Scaligeri de Scoto judicium 130 b.
Juſti Lipſii morbus 166 a.
ejusdem Elogium 107 a.

L.

Lapis in cerebro repertus 18 b.
Lares futurorum præſcii 83 b.
Laudanum Paracelſi ejusq; efficacia 16 a.
celat rationem ejus conficiendi ibid.
Laurentius Collidæus lithotomus felix 165 b.
Laurentius Hoffmann. med. & Chirurgiæ Doctor 176 a.
Laurentius Gryllus peregrinatur. 52 a.
docet Ingolſtadii ibid.
Laurentius Scholtzius ex Italia redux medicinam Freiſtadii & Uratislaviæ exercet 162 b.
ejus in medendo dexteritas ibid.
rei botanicæ ſtudioſus ibid.
morbus ejus & elogium 163 a.
Lazarus Schvvendius 122 b.
Ledæ oppidi deſcriptio 189 a.
Legendæ Pontificiorum 9 a.
Leoberga oppidum 61 b.
Leonhardus Badeborn JC. 118 a.
Leonhardus Currerus Theologus 130 b.
Leonhard. Eccius JC. 78 b.
Leonhardus Fuchſius Hailbrunnæ & Erphordiæ diſcit 76 b.
in patria ludum aperit 77 a.
Ingolſtadium abit ibid.
Græcæ linguæ & medicinæ deditus 77 b.
migrat Monacum ibid.
docet Ingolſtadii 78 a.
Onolsbacum vocatur ibid.
Ingolſtadium redit, & inde Onolsbacum ibid.
propter religionem 78 b.
Tubingam migrat 79 a.
ejus remedium contra cancrum 157 a.
Virtutes, ſtatura 79 b.
Colloquium cum Veſalio 80 a.
Amici & Valetudo 80 b.
expetitus à Coſmo Medico ibid.
nobilitate donatus ibid.
Leonhardus Rauvvolf, in Italia & Galliâ medicinam diſcit 109 b.
eam exercet in Patriâ ibid.
navigat in Orientem, ibid.
reverſus Auguſta diſcedere coactus ib.
Lincii poliater declaratur ibid.
Levinus Battus docet Matheſin & medicinam Roſtochii 141 b.

Levinus Lemnius Ziriciceæ medicinam facit 44 a.
ſcripta ejus in Italicam, Gallicam & Germanicam linguam translata ibid.
Levinus Torrentius 84 b.
Lex Ægyptiorum 184 b.
Linguarum ſtudium 17 b. 44 b.
eſt infinitum 69 a.
Lubertus Eſthius P. comiti Iſenburgo præfectus peregrinatur 179 a.
Argentorati ſedem figit ibid.
Lubertus Eſthius F. peregrinatur 179 b.
Crucenaci Palat. facit medicinam ib.
Haidelbergam vocatur ibid.
Herbarum cognitioni & Anatomiæ deditus ibid.
Officia ejus Academica 179 b.
proſopographia & gratia apud Princ. 188. a
Ludimagiſtri dignitas 11 a.
Officium 91 b.
Virtus 200 b.
Ludovici Ungariæ Regis interitus 6 a.
Ludovicus Comes Palat. moritur 30 b.
Ludovicus de Leonibus 62 a.
Ludovicus Borbonius princeps Condæus 184 a.
Ludovicus Duretus Burgundus praxi illuſtris Pariſiis 165 a.
charus Regi Galliæ ibid.
donum filiæ ejus, à Rege datum ibid.
Obitus ejusdem ibid.
Ludovicus Gravius Medicus Francofurti 124 b.
Ludovicus Gravius medicus Profeſſor Haidelbergæ 193 a.
Archiater Palatinus ibid.
Valetudo ejus & obitus 194 b.
prohibet pompam funebrem ibid.
Ludovicus Münſter Theologus 180 a.

M.

Magdeburgum obſeſſum 89 a.
Magni viri magna vitia 15 b.
Malateſta Ariminenſis
Manucodiata avis
Marcus Singmoſer 71 b.
Marinus Caballus Venetus 138 a.
Martialis caſtratus 70 b.
Martini Buceri de Vadiano judicium 26 a.
Martinus Hunnus docet Erphordiæ 7 a.
peregrinatur 7 a.
Græcii medicinam facit ibid.
Eobani & aliorum amicus ibid.
Martinus Pollichius Mellerſtadius Fridericum Saxoniæ Electorem ſervat 3 b.
trium facultatum Doctor 4 a.
præſagium ejus de Luthero ibid.
Matthæus Heuslerus Med. Camerario amicus 56 a.
anatomiæ peritus 56 b.
Matthias Richilus Andreæ F. cubicularius Imperatoris 3 a.
medic. doctor creatur ibid.
à Rudolpho Agricolâ laudatus ibid.
Mauricii Sax. Ducis in ecclesias & Scholas ſtudium 113 a.
Maximiliani 2. Cæſaris obitus 120 a.
Ejus dicta menſæ inſcripta 123 a.
Maximilianus Egmond Buræ Comes 58 a.
Ei obitus diem prædicit Veſalius ib.
Medendi vera ratio quæ 38 a.
Medicina cur diſcatur 82 a.
quatuor columnis nixa 13 b.
quibus committenda 97 b.
honorata ſoſtris amplis 2 b.
Medicinæ finis 1 a.
encomium 7. a. 155 a.
docendæ olim ratio qualis 48 a.
peſtis 63. b. 156 b.
diſcendæ ratio 156 b.
Medicamenta recentia optima 97 b.
Medicamenta domeſtica exoticis cur præferenda 140 b.
Medicus, verus quis 106 b.
Medici officium 97 b.
Virtutes 38 a.
veteres ignorati 38 a.
tres facies 12 a.
veri pauci 106 b.
inepti 97. b. 140 b.
mali & perverſi 54 b.
Receptarii 63 a.
Medico ægroto nihil infelicius 33 a.
vero quæ ſcienda 196 a.
Melampus medicus avarus 139 b.
Melchior Fendius regit Scholas 59 b.
docet Wittembergæ ib.
ſenectus ei gravis ibid.
legatum in pios uſus 60 a.
Melchior Guilandinus longinquas obit peregrinationes 138 a.
capitur à piratis ibid.
horto Patavino præficitur ibid.
ibidem docet 138 a.
paupertas ei objecta ibid.
teſtamentum ejus ibid.
controverſia cum Matthiolo 138 b.
defenditur à Paulo Heſſo ibid.
Melchior Vadianus 25 a.
Melchior Zobel Epiſcopus Wirceburg. globo trajectus 52 d.
Menandri dictum 42 a.
verſus ejusdem 49 a.
Metelli dictum 79 b.
Michaël Meuerus Lipſiæ medicinam diſcit 161 a.
Patavii medicinam facit 161 b.
medicus & muſicus ſuavis 161 b.
reverſus Elbingæ detinetur ib.
migrat Mariæburgum 162 a.
fama ejus 162 a.
phthiſicus mortem ſibi prædicit ib.
patientia ejus & conſtantia ibid.
Michaël Toxites nobilium à Stadion alumnus 86 a.
poliater Haganoenſis ibid.
comes palatinus creatur ibid.
Paracelſum ſectatur ibid.
curat morbos inſanabiles 87 a.
Michael Wirth J. C. 6.

Miniſter in religione à principe diſſentiens an poſſit eſſe fidelis 171 a.
Miſnia ferax metalli 34 b.
Mithridates Geſneri 69 a.
Mons Annæ 22 a.
de Monocerote Camerarii tractatus 157 a.
Mors eruditorum quævis immatura 52 a.
Mors acerbiſſima quæ 57 a.

N.

NAturæ contemplatio Deum monſtrat 57 a.
Nicolaus Bieſius in Hiſpania Ducibus Calabriæ adhæret 86 a. b.
reverſus ad ſuos docet Lovanii ib. b.
evocatur in aulam Auguſtam ibid.
Nicolaus Bordingus 44 b.
Nicolaus Buſcoducenſis 44 b.
Nicolaus Cleandrus 44 b.
Nicolaus Fridvvald 19 b.
Nicolaus Leonicerus 62 a.
ætas ejus longiſſima 11. a. 62 a.
Nicolaus Möglinus Reutlingæ Poliater 102 b.
ejus duo fratres item medici 103 a.
Nicolaus Renaldus Perenot. Granvellan 156
Nicolaus Rhedinger F. 122 a.
Nicolaus Taurellus docet in Academia Norica 181 a.
Nihil obeſt, quod non & profit 179 a.
Nihil ex omni parte beatum 54 a.
Nihil parvum nihil contemnendum 32 a.
Nominum propriorum Germanicorum liber. 69 a.
Non omnia poſſumus omnes 45 a.
Norinberga Maſſiliæ comparata 139 a.
Nörlinga oppidum 59 a.

O.

OCco Friſius Vir equeſtris à popularibus occiſus 167 b.
ejus uxor necem ulta ibid.
Ode Celtis de tribus Friſiis ibid.
Olympia Fulvia Morata femina docta 36 a.
Haildelbergæ ſepulta ibid.
ejus Præceptor Sinapius 52 b.
Optima juventutis inſtitutio 161 a.
Ordinis utilitas 89 b.
Origines Germanicorum vocabulorum 69 b.
Oſvvaldus Berus Argentorati ludo præeſt 81 b.
Baſileam migrat. ibid.
Otho Brunfelſius monachiſmo abjecto fit ludi moderator 10 a.
medicinam excolit & Bernæ facit ibid.
Hutenum defendit 10 b.
Otho Henricus Elect. Palat. eryſipelate liberatur 62 a.
Otho Heurnius medicus Lugduni 164 b.

P.

PAradoxa medica 78 b.
Paulus Heincelius 55 a.
Pauli Jovii judicium de Vadiani Geographia 25 b.
Paulus Lutherus docet Jenæ 151 b.
Archiater Principum 151 b.
in aulam Brandenburgicam tranſit ib.
ſoſtra egregia reportat 152 a.
in aulam Saxonicam migrat ibid.
dat chymiæ operam ibid.
Officinis medicamenta præſcribit ibid.
prædio donatur ab Elect. Saxon. 152 b.
ex aulâ dimiſſus revocatur ibid.
Paulus & Aldus Manutii 122 b.
Paulus Ricius ex Judæo Chriſtianus Medicus 4 b.
docet publicè in Italia ibid.
Cæſaris Archiater ibid.
ejus mores & elogium ab Eraſmo 5 a.
Peregrinationes medicis neceſſariæ 179 b.
Periculum à Turca 88 a.
Petrus Apponenſis magus 186 a.
Petrus Ægyneta 62 a.
Petrus de Burchardis medic. Profeſſor Wittembergæ 13 a.
Petrus Daſypodius 64 a.
Petrus Foreſtus à juris ſtudio abhorret 146 b.
In Italiâ viros doctos audit 147 a.
adeſt Valerio Cordo morienti ibid.
medicinam Alcmariæ & Delphis facit ibid.
Petrus Hackel 122 b.
Petrus Lotichius 1. 50 a.
Petrus Lotichius 2. 49 b.
dat nomen militiæ 50 b.
ephorus nobilium abit in Galliam ibid.
& in Italiam ibid.
Bononiæ toxico inficitur 51 a.
docet Haidelbergæ ibid.
Ejus mores & ſymbolum 52 a.
Petrus Monavius archiater Cæſareus immatura morte exſtinctus 137 a.
ejus elogium ibid. b.
Petri Moſellani nomen verum 5 a.
Petrus Pavius medicos Lugduni audit 194 a.
Juſto Lipſio carus ibid.
peregrinatur ibid.
docet Roſtochii ibid.
redux ex Italiâ Lugduni 194 b.
anatomiam adminiſtrat ibid.
botamica docet ibid.
amphitheatrum anatomicum adornat & hortum Academicum ibid.
ejus induſtria, ingenium, memoria, melancholiæ hypochondriacæ obnoxius 195 a.
Petrus Perna exul Religionis cauſa 135 a.
Petrus Raichſpalt Trevir pauper Scholaſticus 1 a.
mendicato vivit ibid.
Fit Archiater Henrici Luzelburgici ib.
& ex Medico Archiepiſcopus Moguntinus 1 b.
ejus res geſtæ 2 a.
Petrus Ramus ſolum vertit 184 a.
ejus de Paracelſo judicium 13 a.
Præceptor Theodori Zvingeri 135 b.
de ejus Dialectica judicium ibid.

Petrus Ramus ſolum vertit 184 a.
ejus de Paracelſo judicium 13 a.
Præceptor Theodori Zvingeri 135 b.
de ejus Dialectica judicium ibid.
Petrus Roth 184 a.
Petrus Victorius Italus Germanorum amans 122. b. 155 a.
Petrus Vincentius 122 b.
Petrus Wirth Theol. & Canonicus 6 b.
Petrus Wittendel Medicus 166 b.
Philippus Camerarius Reipubl. Noricæ Conſiliarius 158 b.
Romæ ab inquiſitoribus captus 159 b.
Philippus Gundelinus JC. 142 b.
Philippi Melanchthonis de Durero judicium 41 b.
de Organo item Ariſtotelis 132 b.
ejus obitus 51 b.
Philoſophia à Patriarchis profecta 35 a.
eaque ſacris literis conſentanea ibid.
Pilatus quibus verbis Chriſtum condemnavit 92 a.
Pinellus Jac. Zvingeri amicus 185 a.
Pirnenſium liberalitas in ſcholaſt. 110 b.
Phyſicæ utilitas 178 b.
Plantarum hiſtoria & pictura 65 b.
Platonis peregrinatio literaria 98 a.
de Lyſia dictum 24 a.
Obitus ejusdem 154 a.
Pro quibus gratias Deo egerit 179 a.
Poëtæ antiquitatis cuſtodes 85 a.
Pompejus Occo 76 b.
Proceſſiones Venetiis habitæ 92 a.
Proverbium de Vitæ humanæ brevitate 17 a.
Ptiſana Hippocratis 39 b.
Puella ſine cibo vivere credita 83 a.
Puer cum aureo dente, & de eo medicorum ſententia 201

Q.

Quatuor ætates Chriſtianiſmi 28 a.
Qui aliis præſunt, exemplo præeant 46 b.
Quido Pancirolus 185 a.

R.

Ratio docendi Philoſoph. olim in Academica Lipſica 112 a.
Receptæ medicæ non faciunt medicum 37 b.
Receptarii medici 63 a.
Rei botanicæ præſtantia 194 b.
Reinerus Solenander peregrinatur 37 b.
Archiater Clivenſis Ducis ibid.
Remberti Dodonæi Majores 115 a.
In aulam Auguſtam accerſitur ibid.
revocatus Coloniæ ſubſiſtit, inde Lugdunum migrat. ibid.
Requiſita in medico 153 b.
Rodolphus Collinius 64 b.
Rodolphus Coclenius 105 a.
Rotenburgum ad Neccarum olim Landscron/ Landsfurt 2 a.
Rucurianum Prædium Cratonis 120 b.
Rutgerus Reſcius 44 b.

S.

Salveldia oppidum 107 b.
Salzburgum olim Juvavia 13 b.
Samuel Siderocrates Tubingæ Matheſin docet 114 b.
Archiater Principum 115 a.
Sanitate nihil melius 37 b.
Sanſeverinus Princeps Neapolitanus 90 a.
Schorndorff oppidum 129 b.
Schvvenckfeldii dogma 26 b.
Sebald Haiden 125 b
Sebaldus Havenr. negligit occaſionem viſendæ Italiæ & Galliæ 139 a.
Tubingæ Ethicam & Logicam docet ibid.
Argentorati medicinam diu & feliciter facit 139 a. b.
Ejus in medendo fides, aliæque virtutes ibid.
quinque uxorum maritus 140 a.
Sebaſtianus Ecbertus medicus cl. 166 b.
Sebaſtianus à Rotenhan 139 a.
Sigismundus Seld, JC. 119 b.
Simeſuſa oppidum 10 b.
Simon Lazius 60 b.
Simon Opſopæus in Italia medicos audit 146 a.
Chirurgiæ peritus ibid.
Haidelbergæ docet medic. ibid.
Simon Piſtorius 3. b. 59 b.
Simon Unvvirde 88 a.
Simplicia nobis ſalubria 161 b.
Socratis dictum 97 a.
Solitariæ oppidum 49 b.
Solonis dictum 42 b.
de Stomacho Aretæi dictum 156 a.
ejus dolor ſummus ibid. b.
Stenographia Trithemii 82 b.
Stereoma liber Grundfeſt 169 b.
Stereontium Ptolomæi hodie Caſellæ 34 b.
Succinum in Boruſſia 161 a.
Sudor Anglicus 78 a.
Suibuſium oppidum 196 a.
Svinfurtum direptum incenſumque 36 a.
Summa felicitas ruinæ proxima 169 b.

T.

Telephium in Germania 98 a.
Terrena cœleſtibus non præferenda 47 b
Theodoricus Meſchede Medicus practicus Moguntiæ 3 a.
ejusdem filius homonymus præcocis ingenii adoleſcens ibid.
Theodorus Bibliander 64 a.
peſte ſublatus. 67 b.
Theodorus Plateanus Wittembergæ medicos audit 182 a.
in caſtris medicinam facit ibid.
domi item forisque ibid.
Wittembergæ Medicus & Senator 181 b.
Symbolum ejus ibid.
Theodorus Velius reipubl. Hornanæ medicus 167 a.

Theodorus Velius reipubl. Hornanæ medicus 167 a.
Theodori Zvingeri indoles in actione ſcenicâ prodita 135 a.
ejus vitricus Conradus Lycoſthenes ib.
peregrinatur ductu Petri Pernæ ibid.
præceptores ejus in Italiâ qui 135 b.
medicinam exercet Baſileæ ibid.
odam in morbo ſupremo ſcribit ibid.
elogium ejus ab Amerbachio 136 a.
conſilium ejus de ſtudiis perſequendis ibid.
Theatri vitæ humanæ quis auctor & perfector 136 b.
Theologiæ Scholaſticæ principes 136 b.
Theophilus Maderus Medicus 109 a.
Theophraſtus Paracelſus Spagyricæ Auctor & cultor 12 b.
ejus Pater, peregrinationes, felicitas in medendo 12. 13
docet Baſileæ ſed vernaculè ibid.
de eo Petri Rami judicium ibid.
oratio ejus Latina qualis ibid.
principia quæ ſtatuerit 13 b.
Baſileam cur reliquerit ibid.
diſciplina & ſcripta ejus 14 a.
judicia de eo variorum varia 14 a. b.
deſperatum ſanat
ἀγχίνοια ejus 15 b.
oppugnatur ibid.
abuſus ejus doctrinæ ibid.
verba ejus de Galenicis & Pharmacopolis ibid.
vitia ejusdem ibid.
vitæ brevitas ei exprobata 16 b.
Theriacæ laus 15 a.
Theſaurus Evonimi 71 a.
Thomas Eraſtus Paracelſum oppugnat 15 a. 108 b.
adoleſcens peſte corripitur 107 b.
ſtudiorum impedimenta ei objecta 108 a.
venit in aulam Hennebergicam ib.
inde Haidelbergam ibid.
Baſileam abit ubi & moritur ibid.
ejus mores, ardor diſcendi, felicitas in praxi ibid. b.
aſtrologiam oppugnat ibid.
Thomas Platerus P. typographus Baſileenſis 191 b.
ætas ejusdem ibid.
Thomas Platerus F. medicus ibid.
Thomas Platnerus 64 a.

V.

VAlentinus van der Meer medicus 167 a.
Valentini Pollichii liberalitas in Academiam Wittemberg. 4 a.
Valentinus Trocedorfius 88 b.
Valerius Cordus ſimplicium ſtudio peregrinatur 19. a. 21. a.
Dioſcoridem explicat 19 a.
In Italiam abit & Romam 19 b
ubi febri corripitur & moritur 19 b.
ejus fama & honor 20 b.
luctus ex obitu ejus, mores, ingenium, memoria ibid.
opera ejus à Geſnero edita 21 a.
Venetiarum Laus 92 b.
encomium a Sannazio, 148 b.
Veſalia oppidum 57 a.
Victor Giſelinus Lipſii intimus 106 b.
mortem ſibi prædicit ibid.
Victor Trincavella 91 a.
Vienna Auſtriæ 61 b.
Villinga oppidum 82 a.
Vita humana inſtabilis 51 b.
Vitodurum Helvetiæ 24 a.
Ulricus Wirtembergicus recuperat Ducatum 125 b.
nuptias celebrat ſplendidiſſimas 130 a.
Ulricus Gaſſarus Maximil. I. Chirurgus 103 b.
Volcherus Coiterus poliater Norinbergæ orb. medicus caſtrenſis ibid.
Uratislaviæ encomium 116 a.
Uromantes 63 a.
Urſus Geſner pater Conradi in bello Helvetico cæſus 64 a.
Urticæ vis & uſus 32 a.
Vulnus in capite periculoſum à Veſalio curatur. 58 a.

W.

WAſſerſchatz Theodori Tabernæmontani 141 a.
Wemdinga oppidum 76 b.
Wernerus Wolflinus primus medicus Decanus Baſileæ 2 a.
præſcribit Leges eidem Collegio ibid.
ejusdem Academiæ Rector 2 b.
Weſtphalia unde dicta 3 a.
Wolfgangus Gaſto 196 a.
Wolfgganus Lazius philologiæ & philoſophiæ deditus 60 b.
honores eidem habiti ibid.
Obitus ejus, eruditio, officia, ſcripta ibid.
Wolfgangus Meurer. P. 110 a.
Wolfgangus Meurerus F. 35 a. 110 a.
linguæ Græcæ ſtudioſus, quam adoleſcentulus docet 111 a.
Lipſiæ monachos erudit ibid.
fit collega Borneri, cui ſuccedit 111 a.
præficitur Scholæ D. Nicolai ibid. b.
recipitur in collegium communitatis 112 a.
anatomiæ ſtudioſus 112 b.
Italiam medicinæ ſtudio peragravit cum Valerio Cordo ibid.
inde evocatus philoſophiam & medicinam docet Lipſiæ 113 a.
Melanchthon & Camerarius ejus auditores honorarii ibid.
cãcellarius Academiæ deſignatur 113 b.
ſuâ ſorte contentus 114 a.

X.

XYſtus Betulejus 37 a

Z.

ZAcharias Urſinus 122 b.
Ziricæa oppidum 44 a.

FINIS.

VITÆ
ERMANORUM
PHILOSOPHORUM:

QVI

ECULO SUPERIORI,
ET QUOD EXCURRIT,
PHILOSOPHICIS AC HUMANIORIBUS LITERIS CLARI FLORUERUNT.

COLLECTÆ

A

IELCHIORE ADAMO.

Cum Indice triplici: Perſonarum gemino, Tertio rerum.

Editio Tertia, prioribus longè correctior.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
ud JOH. MAXIMILIANUM à SANDE,
ANNO M. DCCVI.

Illuſtris Generoſis, Magnificis
ac Nobiliſſimis

VIRIS

MELCHIORI à RECHENBERG

L. B. in Wartemberg, Slava, Rotenburgi; Sacræ Cæſ. Majeſt. Conſiliario:

CHRISTOPHORO GEORGIO A BERG,

In Herndorff & Claden; Freywaldæ & Buræ hæreditario, *Tribunalis* GLOGOVICI *adſeſſori regio:*

JOANNI à BERG,

In Herndorff & Claden:

TOBIÆ de BREGOSCHUTZ

Et Schwartzenſee cognomento

SCULTETO:

Bellaquimontii & Hirſchfeldæ hæreditario:
Sac. Cæſar. Majeſt. Conſiliario & Commiſſario:
S. Palatii Comiti, Fiſcique Regii per Sileſiam & Luſatiam inferiorem PATRONO
MAGNIFICIS MUSARUM FAUTORIBUS ac PROMOTORIBUS
Cum cultu & obſequio perpet.
L. M. Q. D. D. C.

MELCHIOR ADAMUS.

GRaviſſime ſemper à ſententioſiſſimo illo *Senecâ* cordati omnes ſcriptum exiſtimarunt: *Hoc debemus virtutibus; ut non præſentes ſolùm illas, ſed etiam ablatas è conſpectu colamus.* Nam, ut idem ait, *eſſe plures bono juvat: ſi gratia bonorum non cum ipſis cadat:* & exempla in utramque partem valere ... ùm, vel unus *Flaccus* confirmat, dum ita de ſeſe:

 inſue-

——*inſuevit pater optimus hoc me*
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæq; notando.

Exemplis nimirum & virtutes cum oblectatione implantantur, beni
que foventur: & vitia cum pudore exſtirpantur: ſevereq; vindicantur.
Hoc fine à compluſculis jam annis id mihi ſtudio inter alia habui
GERMANORUM vitas, res geſtas, ſcripta, virtutes, nec non & vitia,
ſuperiore illo, & quod excurrit, ſeculo eruditæ doctrinæ nomine flo
runt; de que poſteris nobis benè meriti ſunt; unde unde poſſem, conqu
rem; ac certis voluminibus, juxta diſciplinarum genera, obſervatâ tem
rum ſerie, ſtylo ſimplici ac compendioſo complecterer, & ſummatim,
in ocio Jovij Nuceriniano coagmentatem. *Primum* igitur *volumen* P
LOSOPHIS, & qui ad eos, PHILOLOGIS, POETIS, ORATORIB
HISTORICIS, MATHEMATICIS, ac ſi qui alij in talium cenſu, eſt
ſignatum: *alterum* MEDICIS clinicis, & elegantibus chirurgis: *terti*
JURECONSULTIS & POLITICIS: *ultimum* ac ſupremum THEOI
GIS tribuitur: qui regnum CHRISTI voce atque ſcriptis propugnarun
propagarunt. Verſati quidem ante nos hoc in ſtadio fuerunt & alii: ſed
deſtè dixerim, nec ita plenè nec hoc ordine. Ego ſanè hac quali quali o
lâ nihil aliud quæro; niſi æterni Numinis gloriam, à cuius bonitate hi bon
magni viri: niſi Virtutis & Doctrinæ exempla, quæ nobis itidem earum
rum ſint incentivum: niſi chariſſimæ patriæ, quæ maximam noſtri o
partem ſibi vendicat, encomium & decus, ſi fas ſic loqui, ſempiternum.
Illuſtr. autem VESTRÆ MAGNIF.[tiæ] ac GENEROSIT.[tis] nomen pr
huic PHILOSOPHORUM volumini præſcribere viſum eſt: *primum*
patrocinium libro contradentes Theoninos atq; Zoilos, ſi qui futuri ſunt, i
nirem: & auctoritate Veſtrâ communirem. *Deinde*, quæ verè princep
cauſa, ut pro beneficiis ſummis, à ſingulari munificentia magnifici illius
ACHIMI BERGERI, nunc ἐν ἁγίοις, & à me ſine piâ obſervantiâ nunqu
nominandi, in ſtudia mea, quem nunquam vidit, liberaliſſimè profectis,
quam ſaltem grati animi ederem ſignificationem. Qua enim heros ille
pietate in Deum, amore in eccleſias, in ſcholas remq; literariam univerſ
non ſolum dum vixit ingenuos juvenes, honeſtarum artium ſtudiis ded
ſuis ſtipendiis munificè fovit: in Academiarum ſpaciis excolendos curavit
cultos & præparatos, vel eccleſiis verbo paſcendis, vel ſcholis diſciplina
gendis præfecit, aliisq; præficiendos commendavit: verùm etiam ut per
tuum Reipubl. Chriſtianæ, & SILESIÆ noſtræ dulciſſimæ patriæ, id ben
cium eſſet: teſtamentum legitimè fecit: grandem pecuniæ vim alendis teni
ris fortunæ ſtudioſis eolegavit: & diſpoſitionem illam voluntatis ſuæ ſum
Magiſtratus RODOLPHI II. Auguſti adſenſu & approbatione confirma
Vosq; Viri illuſtr. & magnif. executores eius poſt obitum ſuum nomi
vit. Dignus certè, dignus hic heros, & nutricius eccleſiarum atque ſcho
rum, alterq; *Abdias* eſt; qui memoriâ celebretur immortali, à quo imm
talia in Eccleſiam orthodoxam, in rem literariam, in tenuiores omnes, mer
Nec dubium eſt ullum; quin ſanctiſſima & beatiſſima eius anima, nunc no
Elyſiis & fictiis poëtarum campis; ſed in concilio beatorum angelorem

atque electorum hominum, ævum agat æternum: & , amarantinâ gloriæ coronâ illuſtris, ſummo triumphes gaudio, inter principes Joſias eccleſiæ nutricios, inter Chriſtianos *Ebdemelechos*: qui prophetas in nomine prophetæ receperunt: qui *Eliis* egentibus & *Jeremiis* vexatis ſubvenerunt: aut, ut *Maronis* verſu dicam, quem *Auguſtinus* alicubi in Æneide reperiri miratur;

Quique ſui memores alios fecére merendo.

Hic hic eſt divitiarum maximus & veriſſimus fructus: hoc eſt, in arcam DEI divitias ſuas conferre: hoc eſt, fluxum & fragile bonum facere ſempiternum; adeoque theſauros ſuos cuſtodi DEO credere: ubi non furem timeas, non rubiginem, non tyrannum.

Quid jam, quæ tertio me loco ad hoc, quod feci, faciendum invitarunt, quid dicam de Veſtrâ, Viri illuſtres & magnifici, ſingulorum ſummâ præſtantiâ? quid de virtutum ſplendore & magnificentiâ? quid de ſingulari doctrinæ rariſſimæ copiâ? quid de prolixâ in literas ac literarum cultores beneficentiâ? Voluminis hoc, non epiſtolæ argumentum eſſet: & alibi fortaſſis etiam à nobis exequendum. Nunc ſatius fuerit, opinor, rectiusve fecero; ſi planè heic tacuero; quàm ſi parcè aut jejunè laudaro; aut forte illud audire cogar; quod cuidam virum extra controverſiam egregium laudanti, alius hiſce occinuit: *Ecquis enim verò eum vituperat?*

Accipite ergo, Viri illuſtres ac generoſi, Mæcenatesque magnifici, & ſerenâ fronte accipite, ſcriptum hoc bono à me conſilio, bonorumque ſubſidio collectum: quod volo eſſe teſtem Bergerianorum meritorum, meæque in nobiliſſimam ac generoſiſſimam familiam pietatis nunquam intermoriturae pignus: & tuemini mihi, ô Muſarum antiſtites, viros iſtos GERMANOS heic deſcriptos:

Quos prior eſt mirata, ſequens mirabitur ætas:
In quorum plauſus docta theatra ſonant.

Sic DEUS JEHOVA, Veſtras Generoſitates & Magnificentias, quàm diutiſſimè Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianæ conſervet! Haidelbergæ d. 2. Septembr. Jul. CIↃ IↃ CXV.

V. G. & Magn.

Obſervans

MELCHIOR ADAMUS.

INDEX EORUM, QUORUM VITÆ HOC VOLUMINE DESCRIBUNTUR, JUXTA NUMERUM ANNORUM EMORTUALIUM.

JOannes Fauſtus }
Joan Guttenberg } typogr. primi 1440 p. 1
Georgius Purbachius 1462. d. 8. April 2 b.
Joannes Regiomontanus 1470 3
Alexander Hegius circa annum 1483 fl. 6
Rodolphus Agricola 1485. d. 28. Oct. 6 b.
Weſſelus Gansfortius 1489 10
Petrus Schottus 1491. 11
Henricus Bebelius 1500. 12
Joannes Nauclerus 1490. circiter fl. 13
Conradus Celtes 1508. die 4. Febr. 13 b.
Joannes Murmelius 1517. d. 2. Octob. 15
Albertus Crantzius 1517. d. 7. Dec. 15 b.
Rodolphus Langius 1519. 16 b.
Joannes Capnio 1521. d. 30. Junii 17 b.
Chriſtoph. Longolius 1522. d. 7. Sept. 21
Petrus Moſellanus 1524. d. 19. April 26 b.
Joannes Frobenius 1527. 29 b.
Albertus Durerus 1528. d. 6. April 31
Joannes Cuſpinianus 1529. 33
Joannes Stöflerus 1531. d. 16. Febr. 34
Joannes Aventinus 1534. d. 9. Jan. 35
Hermannus Buſchius 1535. 36 b.
Conradus Goclenius 1535. d. 24. Jan. 37 b.
Joachimus Fortius Ringelbergius 1536. circiter 36
Eraſmus Roterodamus 1536. d. 12. Julii 40
Joannes Secundus 1536. d. 1. Octob. 47
Joannes Cario 1538. 48 b.
Eobanus Heſſus 1540. d. 5. Octobr. 49
Simon Grynæus 1541. d. 1. Auguſti 55
Alardus Amſtelrodamus 1541. 56
Adrianus Barlandus 1542. 56 b.
Nicolaus Clenardus 1542. 57 b.
Nicolaus Copernicus 1543. 59
Hieronym. Gemuſæus 1545. d. 29. Jan. 60
Joannes Schönerus 1547. d. 16. Jan. 60 b.
Beatus Rhenanus 1547. d. 20. Maji 61 b.
Bernhardus Zigler 1552. d. 1. Jan. 65
Petrus Apianus 1552. d. 21. April. 65 b.
Sebaſtianus Münſterus 1552. d. 23. Maji 66 b.
Joannes Marcellus 1552. d. 25. Dec. 67 b.
Ioannes Rivius 1553. die 1. Jan. 68 b.
Xyſtus Betuleius 1554. die 19. Junii 74 b.
Olympia Fulvia 1555. d. 26. Octob. 75 b.
Valent. Trocedorfius 1556. die 26. Apr. 77 b.
Joannes Sleidanus 1556. die 31. Octob. 82
Petrus Nannius 1557. die 21. Julii 83
Jacobus Micyllus 1558. die 28. Jan. 83
Georg. Macropedius 1558. menſe Julii 84 b.
Caſpar Bruſchius 1559. ibid.
Philip. Melanchthon 1560. d. 19. Apr. 85
Joannes Sapidus 1560. die 8. Junii 95
Petrus Lotichius 1560. die 7. Nov. 96
Georgius Sabinus 1560. die 2. Dec. p. 104
Melchior Volmarius 1561. 108
Joannes Stigelius 1562. die 11. Febr. 108 b
Henricus Glareanus 1563. die 28. Martii 109 b
Wolffgangus Lazius 1565. 111
Ioannes Oporinus 1568. d. 6. Julii 112
Ioannes Lonicerus 1569. d. 20. Julii 115
Chriſtophorus VVirſungus 1571. die 25. Januarii 117
Georgius Fabricius 1571. d. 13. Jul. 117. b
Joach. Camerarius 1574. d. 17. Apr. 119 b
Juſtus Vultejus 1575. die 3. Martii 123 b
Guilielmus Canterus 1575. d. 18. Maji 126
Guilielmus Xylander 1576. d. 10. Feb. 134
Valent. Erythræus 1576. d. 29. Mart. 134 b
Georgius Joachimus Rheticus 1576. die 4. Decembris 136
Lambertus Hortenſius 1577. 137
Martinus Smetius circa annum 1578. 137 b
Cornelius Valerius 1578. d. 11. Aug. 138 b
Eraſm. Oſwald. Schrekenfuchs 1579. 139
Joannes Hartungus 1579. d. 16. Jun. 139 b
Joannes Stadius 1579. d. 17. Junii 140
Hieron. VVolfius 1580. d. 8. Octobr. 141
Lucas Loſſius 1582. d. 8. Julii 143
Hubertus Golizius 1583 d. 24. Martii 143 b.
Janus Guilielmus 1584. d. 10. Sept. 147
Ioannes Schoſſerus 1585. d. 3. Julii 148
Sixtus ab Hemminga 1586. 149
Joachimus Meiſterus 1587. d. 10. Febr. 150
Michael Beutherus 1587. d. 27. Octob. 152
Petreius Tiara 1588. d. 8. Febr. 157 b.
Joannes Sturmius 1589. d. 3. Martii 158 b.
Philippus Apianus 1589. d. 14. Nov. 161
Georgius Tilenus 1590. d. 4. Martii 164
Nicod. Friſchlinus 1590. d. 29. Nov. 165 b.
Joannes Poſſelius 1591. d. 15. Aug. 171
Eſromus Rudingerus 1591. d. 2. Dec. 172 b.
Samuel Heilandus 1592. pridie Pent. 173
Joannes Leonclavius 1593. 176
Orlandus de Laſſo 1593. d. 13. Jun. 176 b.
Laurentius Ludovicus 1549. d. 15. Ap. 177 b.
Gerardus Mercator 1594. d. 2. Dec. 181 b.
Michael Neander 1595. d. 26. Apr. 183
Henricus Pantaleon 1595. d. 3. Martii 183 b.
Hartwicus Smidenſtet 1595. d 31. Jul. 186 b.
Petrus Opmeerus 1595. d. 10. Nov. 187 b.
Georgius Calaminus 1595. d. 1. Dec. 189
Lambertus Ludolfus Pithopæus 1596. die 29. Januarii 190
Fridericus Sylburgius 1596. d. Febr. 193
Petrus Lindebergius 1596. d. 16. Febr. 194
Suffridus Petri 1597. menſe Febr. 195 b.

Franciſcus

Franciſcus Raphelengius 1597. die 20. Julii pag. 196
Franciſcus Modius 1598. 197
Abrahamus Ortelius 1598. d. 29. Jun. 199
Laurentius Circlerus 1598. d. 28. Jul. 200 b.
Huldericus Schoberus 1598. die 2. Octobris 202 b.
Conradus Daſypodius 1600. die 22. Aprilis 204 b.
Carolus Utenhovius 1600. d. 1. Aug. 205
Paulus Meliſſus 1602. d. 3. Febr. 206 b.
Hermannus Wittekindus 1603. die 7. Februarii 210
Melchior Junius 1604. die 23. Jan. 211
Elias Putſchius 1606. die 9. Martii 211 b.
Juſtus Lipſius 1606. d. 13. Martii p. 216
Martinus Cruſius 1607. d. 25. Febr. 223
Matthæus Dreſſerus 1607. d. 5. Oct. 230 b.
Joannes Bochius 1609. d. 13. Jan. 231 b.
Bartholomæus Keckermannus 1609. die 25. Julii 232
Gregorius Berſmannus 1611. die 5. Octobris 234
Rodolphus Snellius 1613. d. 2. Mart. 236
Fridericus Taubmannus 1613 die 24. Martii 236 b.
Joannes Caſſelius 1613. d. 9. April. 239
Jacobus Chriſtman. 1613. d. 16. Junii 241
Dominicus Baudius 1613. d. 22. Aug. 242 b.
Bonaventura Vulcanius 1614. 243 b.

ELENCHUS NOMINA EORUM, QUORUM HEIC VITÆ HABENTUR, RECENSENS SECUNDUM ALPHABETUM.

A.

Abrahamus Ortelius pag. 199
Adrianus Barlandus 56 b.
Alardus Amſtelrodamus 56
Albertus Crantzius 15 b.
Albertus Durerus 31
Alexander Hegius 6

B.

Bartholomæus Keckermannus 232
Beatus Rhenanus 61 b.
Bernhardus Zigler 65
Bonaventura Vulcanius 243 b.

C.

Carolus Utenhovius 209
Caſpar Bruſchius 84 b.
Chriſtophorus Longolius 21
Chriſtophorus Wirſungus 117
Conradus Celtes 13 b.
Conradus Daſypodius 204 b.
Conradus Goclenius 37 b.
Cornelius Valerius 138 b.

D.

Dominicus Baudius 242 b.

E.

Elias Putſchius 211 b.
Eobanus Heſſus 49
Eraſmus Roterodamus 40
Eraſmus Oſwald Schreckenfuchſius 139 b.
Eſromus Rudingerus 172 b.

F.

Franciſcus Modius 197
Franciſcus Raphelengius 196
Fridericus Syllburgus 416
Fridericus Taubmannus 236 b.

G.

Georgius Calaminus pag. 189
Georgius Fabricius 117 b.
Georgius Macropedius 84 b.
Georgius Purbachius 2 b.
Georgius Joachimus Rheticus 136 a.
Georgius Sabinus 104
Georgius Tilenus 164
Gerardus Mercator 181 b.
Gregorius Berſmannus 234
Guilielmus Canterus 126
Guilielmus Xylander 154

H.

Hartwicus Smidenfeld 186 b.
Henricus Bebelius 12
Henricus Glareanus 109 b.
Henricus Pantaleon 183 b.
Hermannus Buſchius 36 b.
Hermannus Witekindus 210
Hieronymus Gemuſæus 60
Hieronymus Wolfius 141
Hubertus Goltzius 143
Huldericus Schoberus 202 b.

I.

Jacobus Chriſtmannus 241
Jacobus Micyllus 83
Janus Guilielmus 147
Joachimus Camerarius 119 b.
Joachimus Meiſterus 150 b.
Ioachimus Fortius Ringelbergius 38
Ioannes Aventinus 35
Ioannes Bochius 231 b.
Ioannes Caphio 17 b.
Ioannes Cario 48 b.
Ioannes Caſelius 239
Ioannes Cuſpinianus 33
Ioannes Fauſtus 1
Ioannes Frobenius 29 b.
Ioannes Guttenberger 1

Joannes

Ioannes Hartungus 139
Ioannes Leonclavius 176
Ioannes Lonicerus 115
Ioannes Marcellus 67 b.
Ioannes Müller alias Regiomontanus 30
Ioannes Murmelius 15
Ioannes Nauclerus 13
Ioannes Oporinus 112
Ioannes Poſſelius 171
Ioannes Rivius 68 b.
Ioannes Sapidus 95
Ioannes Schönerus 60 b.
Ioannes Schoſſerus 148
Ioannes Secundus 47
Ioannes Sleidanus 82
Ioannes Stadius 140
Ioannes Stigelius 108 b.
Ioannes Stoflerus 34
Ioannes Sturmius 158 b.
Juſtus Lipſius 216
Juſtus Vultejus 123 b.

L.

Lambertus Hortenſius 137
Lambertus Ludolfus Pithopæus 190 b.
Laurentius Circlerus 200 b.
Laurentius Ludovicus 177
Lucas Loſſius 143

M.

Martinus Cruſius 223 b.
Martinus Smetius 137 b.
Matthæus Dreſſerus 230
Melchior Junius 211
Melchior Volmarius 108
Michael Beutherus 152
Michael Neander 183

N.

Nicodemus Friſchlinus 165
Nicolaus Clenardus 75 b.
Nicolaus Copernicus 59

O.

Olympia Fulvia Morata 75 b
Orlandus de Laſſo 176 b

P.

Paulus Meliſſus 206 b
Petreius Tiara 157 b
Petrus Apianus 65 b
Petrus Lindebergius 194
Petrus Lotichius 96
Petrus Moſellanus 26 b
Petrus Nannius 83
Petrus Opmeerus 187 b.
Petrus Schottus 11 b.
Philippus Apianus 161
Philippus Melanchthon 85

R.

Rodolphus Agricola 6 b.
Rodolphus Langius 16 b.
Rodolphus Snellius 236

S.

Samuel Heilandus 173
Sebaſtianus Münſterus 66 b.
Simon Grynæus 55
Sixtus ab Hemminga 149
Suffridus Petri 195 b.

V.

Valentinus Erythræus 134 b.
Valentinus Trocedorfius 77 b.

VV.

VVeſſelus Gransfortius 10
VVolfgangus Lazius 111

X.

Xyſtus Betuleius 74 b.

JOANNES FAUSTUS, & JOANNES GUTTENBERG.

NOMINA haud rarò aliquid portendere, jam olim non uno exemplo confirmatum ſcimus. Ita enim, ut de ſacris nihil dicamus, *D. Octavius*, Monarchiæ Romanæ confirmator, vero augendi omine, volente Senatu, *Auguſti* cognomen adſumſit: ſicut contra *Auguſtuli*, malè ominoſo nomine appellatus eſt * ultimus in Italiâ Occidentis Imperator.

Hac ratione & *Johanni* illi, *Fauſti nomen* fatale non abſurdè dixerim; qui primus vel artem typographicam invenit, vel ſaltem inventam adjuvit & feliciter abſolvit. Fuit * is *Fauſtus* Germanus, civis Moguntinus, qui divino haud dubiè inſtinctu agitatus, Ingenii ſagacitate plus quam Dædaléa aut Cadmea, novum ſcribendi genus adinvenit; quam chalcographiam, typographiam, Græcè; artem impreſſoriam excuſoriamve Latinè nominamus. Factum id *Friderico III.* Auguſto imperante, ſub annum Chriſti milleſimum, quadringenteſimum, quinquageſimum. Verùm hic ſunt divortia hiſtoriarum.

Alii enim, iique non poſtremæ notæ hiſtorici, * *Joanni Guttenbergero* Argentinenſi, equeſtris ordinis viro, acceptam hanc artem ferunt, idque decennio antè, anno nempe milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo, atque ſic narrant: *Joannem* illum cum ſuo puero *Scheffero*, diu multumq; de tali artificio cogitaſſe; tandemq; literis vel compoſitis, vel in aſſeres tabulasvè inſculptis, artis ſpecimen quale quale exhibuiſſe: & poſtea opibus & conſilio adjutores fuiſſe *Joannem Fauſtum Joannem Medinbachium*, & alios. Sunt è diverſo, qui aſſerant â *Fauſto*, & *Petro Scheffero, de Gerensheim*, genero illius, cui unicam filiam Chriſtinam deſponderat hoc diviniſſimum munus inter ſecreta, adactis omnibus συνεργοῖς jurisjurandi religione ad ſilentii fidem, aliquantiſper habitum literasque in ſacculis, clanculum in officinas importatas, rurſumque ita exportatas: donec poſtea decennio exacto *Fauſti* miniſter, *Joannes* ille *Guttenberger*, in Germaniâ vulgarit. Sed quicquid hujus ſit, id tamen in confeſſo apud omnes eſt, Germanos artificii hujus, nunquam ſatis laudati, primos eſſe auctores. Deinde & hoc conſtat, ut omnium aliarum rerum, ita & typographicæ artis tenuia initio fuiſſe exordia, quæ progreſſu temporis magis magiſque fuerunt aucta â diverſis & exculta. Nam integras paginas inciderunt primum in lignum, deinde chartis commiſerunt literas ibidem inciſas & literæ primum è ligno factæ ſunt; deinde ex orichalco, tandem ê ſtanno. Et cum, ut Philoſophus ait, *facilius ſit inventis addere, quam invenire*: municipes illorum duûm annis ſequentibus adeò id artificii genus expoliverunt; ut quid in eo deſiderari hodie poſſit, ne Momus quidem facile inveniat. *Uldericus Han*, quod nomen Latinis * gallum gallinaceum ſignificat, natione Germanus, formas librarias Romam, rem inauditam, nec unquam Romanis viſam, circa annum ſexageſimum ſupra milleſimum quadringenteſimum intuliſſe fertur. Venetiis eandem occeperunt *Hanſon Hamman*, dictus Herzog, & *Octavianus Scotus*, ut etiamnum libri impreſſi teſtantur. Anno autem milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo primo, *Sixtus Ruſiger*, Argentorato oriundus Neapoli libros primus cepit excudere. In Galliâ *Nicolaus Jenſon* librariam iſtam artem excoluit; quâ, ut *Campani*, Aprutini præſulis, verſu utar,

Typographiæ progreſſus. *Ulricus Han.* * *Hinc Campanus & alii, natione Gallum finxerunt.* *Sixtus Ruſiger.* *Nicolaus Ienſon.*

Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.

In Germania primi typographi, variis in urbibus.

Per Germaniam autem paſſim exercuerunt eam artifices in pleriſque celebrioribus urbibus: ut Auguſtæ *Johann. Bemler* Biblia Latina excudit anno 1466. Eslingæ typographus fuit an. 1475. *Conrad Finer.*; Ulmæ circa eadem tempora *Joan. Zainer & Conrad Denckmuth*: Coloniæ Anno 1490. *Henricus Quentel*; Baſileæ eodem anno *Nicolaus Keſler*: Noribergæ *Antonius Koburger*. Petrus Ramus exemplum habuit officiorum Ciceronis, in membrana impreſſorum; qui ad finem hanc continuerunt adſcriptionem: *Præſens M. Tullii clariſſimum opus Joannes Fauſt, Moguntinus civis, non atramento plumali, cannâ neque æreâ, ſed arte quadam perpulcrâ, manu Petri de Gernsheim, pueri mei, feliciter effeci. Finitum anno M. CCCCLXVI. quarta die menſis Februarii.*

Officia Ciceronis primum typis exſcripta. *Honos typographis habitus.*

Hujus artis periti erant primum ſummo in

precio,

pretio divitiiſque affluebant, & magno ære opera eorum conducebatur. Argentinæ *Ioann. Mentel.* *Ioannes Mentel* id artificii genus inceptans, multis voluminibus caſtigate & polite impreſſis, factus eſt brevi opulentiſſimus. Sed *Omne vulgare minus carum.* ut in aliis etiam fit rebus, ita hodierna die, cum immenſa ſit librorum copia, ars hæc quoque utiliſſima vileſcit: & præter labores vix aliud typothetis & impreſſoribus relictum eſt, omni quæſtu ad officinarum dominos ac bibliopolas redundante.

Typographiæ inventio aliis adſcripta. Cæterum *Pomponius Lætus* majorum memoria, & poſt eum *Paulus Jovius*, hoc invento Germanos fraudare mala fide conati ſunt. *Ludovicus* etiam *Guicciardinus*, in deſcriptione inferioris Germaniæ, Harlemi in Hollandia typographiam primum inventam, Moguntiam inde exportatam inclareſcere cepiſſe, vulgari fama Harlemenſium ſcribit. *Hadrianus* item *Iunius* in Bataviæ *pag. 253. * hiſtoria, autorem ejus quendam *Laurentium Ioannem*, cognomento æditum ſeu cuſtodem Harlemi laudat, verboſeque archetypi formam, cui titulus, *Speculum ſalutis* fuerit, ſibi viſum, deſcribit. Qua de re candidis lectoribus judicium relinquimus. Illud admiratione majore dignum eſt, quod *Hieron. Oſorius lib. 11. de rebus Emanuelis. Io vius, alii.* hiſtoriæ Indiarum orientalium * teſtantur, apud *Chinenſes* cum *typographiam*, tum *tormentariam* ante multa ſecula cognitam uſurpatamque. Ita enim inter alia *Ioannes Hugo* * *Lintſcotanus* αὐτόπτης de Chinenſibus: *typographia, bombarda: tormenta bellica, pulvis tormentarius, & ſi quæ alia huc pertinent, fuerunt illis in uſu ante aliquot ſecula:* * *Part. 2. Indiæ orientalis cap. 26.* *nec vivit inter illos, qui memoria repetere poſſit: quando ejuſmodi quicquam inventum ſit apud ipſos. Habent libros excuſos annis quingentis ſexcentisve prius, quam in Europa id inventum fuit. Sunt ibi bibliothecæ refertiſſimæ.* *Chinenſes typographiæ periti.* Hæc ille. Sed hinc evincitur hoc *Typographia DEI donum.* ſaltem: verum eſſe illud Ariſtotelis pronunciatum: *nihil prohibet, eaſdem artes à diverſis, vel eodem vel etiam diverſo tempore, citra ullam communicatioem, inveniri.* Nos hoc artificium, ut vir magnus graviter monet, agnoſcamus eſſe donum divinitus generi humano communicatum hoc ſeneſcentis mundi, vel potius ætate jam effœti ac fatiſcentis ſeculo: ut renaſcentis in Eccleſia ſincerioris doctrinæ, & aliarum neceſſariarum artium ſtudia, prolatis in lucem è tenebris omnis generis codicibus vetuſtis, inſtruerentur copioſa ſupellectile optimorum ſcriptorum, quorum fuit autoritas ἀξιόπιστος; & ſublevaretur imbecillitas & ignavia hominum, fatali languore torpeſcentium. Grati *Ea quomodo utendum.* etiam utamur tanto DEI munere, non ad obſcurandam, ſed illuſtrandam DEI gloriam; non ad disjungendas, ſed ad copulandas Eccleſias. Utinam artificium hoc vel populo DEI vel literis in Græcia ac Latio floreſcentibus, notum fuiſſet quàm multi auctores, quà ſacri qua profani, vel non intercidiſſent prorſum, vel ſaltem non ita manci atque mutili ad nos perveniſſent? Sed querelam abrumpo, & epigrammate, à *Sebaſtiano Brand* Iure conſulto, in laudem præſtantiſſimæ hujus artis ſcripto, materiam hanc finio. Carmen eſt ejuſmodi.

Nuper ab ingenio Rhenanæ, gentis & arte,
Librorum emerſit copia larga nimis.
Et qui divitibus, vix regi obvenerat olim,
Nunc liber in tenui cernitur eſſe caſa.
Gratia diis primum, mox impreſſoribus æqua
Gratia: quorum opera hæc prima reperta via eſt.
Quæ doctos latuit Græcos, Italosq́; peritos:
Ars nova Germano venit ab ingenio.

Wimpfeling c. 65. Poyldor. Virgil, l. 2. cap. 7. Sabellic l. 6. Ennead. 10. Huldericus Mutius Chronic. German. lib. 28. Paolus Langius in Chronic Citizenſi pag. 865. Zvvinger in Theatro & alii.

GEORGIUS PURBACHIUS.

HIC ad limites Bavariæ & Auſtriæ, anno à Chriſto nato, *milleſimo quadringenteſimo, viceſimoq; tertio*, die *trigeſimo* Maji, hora poſt meridiem tertia, editus; qua erat ingenii felicitate, atq; in literarum ſtudio aſſiduitate, omnes quæ ad humanitatem pertinent artes, quanquam aſpero adhuc & rudi ſeculo, prompte hauſit. Itaque & Philoſophicis doctrinis excelluit: & in Mathematicis omnes ſibi συγχρόνους multis paraſangis anteivit.

Exin *Viennæ* Auſtriæ cum profeſſio Mathematum ordinaria ei fuiſſet demandata: magna cum laude diſciplinas abſtruſiores ibi inſtauravit; atque tandem redivivas à mortuis quaſi in lucem reduxit. Fuitque magnum Purbachii tunc nomen, non ſolum apud noſtræ nationis homines; verum etiam apud exteros: ac ingenium ejus & Galli & Itali admirati ſunt. Nec admirati hi ſolum: verum & *Friderici III.* Auguſti præclara in Purbachium exſtitit munificentia; *Purbachium Ladiſlaus* Pannoniæ Rex aſtronomum ſibi è non multis delegit: *Purbachium*, Cardinalis D. Petri ad vincula, in familiam, ſuam receptum unice voluit: *Purbachium Ioannes* Varadienſis Epiſcopus eximie dilexit; & Mathematicis, quibus delectabatur, ſtudiis, præceptorem optavit.

Apud *Beſſarionem* verò Cardinalem, qui legatum Viennæ ſub id tempus forte agebat magna inprimis in æſtimatione eſt habitus. Hic ad ſuos reditutus, indignumque arbitratus tantum ingenium apud noſtros ſubobſcure agere; ſecum in Italiam ſtudiorum nempe tunc parentem, ut proficiſci vellet, tandem perſuaſit: Ergo dum ad iter ſe parat, DEO ita diſponente, morbo victus, viam univerſæ carnis ingreditur *Viennæ* Auſtriacorum, anno *ſexageſimo ſecundo*, ſupra *milleſimum quadringenteſimum*, die *octavo* Aprilis ætatis *trigeſimo ſeptimo*; relictis poſt ſe diſcipulis innumeris, quorum primus *Ioannes Regiomontanus* ὁμότεχνος qui γνήσιον ſe ejus diſcipulum deinceps reipſa luculente demonſtravit, uti mox dicemus.

Reliquit *Purbachius* varia ingenii perſpicacis monumenta; quæ diligentia *Andreæ Stiborii* ad poſteros pervenerunt; inter quæ *theorica*

quæ *theoricæ Planetarum* eminent, opus vere inſigne; quod & ſuperiori, & noſtro ſeculo paſſim publica Academiarum auditoria perſonat. Prudentiſſime enim in epitomen contraxit Ptolomæi doctrinam, de omnium orbium cæleſtium motibus; ut Philomathematicis aditum ad integras diſputationes patefaceret. Prodeſt enim ad longas & difficiles controverſias afferre ſummam negotii, velut argumentum. Atque cognitis elementis iſtis; planetarum motus ex tabulis, ad id compoſitis, computari facile poſſunt. Calculavit & *Almanach* pro annis pluribus: fecit *ſphæras ſolidas*; & alia inſtrumenta complura. De reliquis videantur bibliothecæ. *Philippus Melanchthon, Geſnerus in bibliotheca, Zvvingerus in theatro, & alii.*

JOANNES MULLERUS REGIOMONTANUS.

NAtus eſt Johann. Mullerus, dictus Regiomontanus, in oppido Franciæ, cui nomen eſt Mons regius. Parentes ejus tradunt fuiſſe honeſtos, & facultates habuiſſe mediocres; ut ſunt res in noſtris municipiis; unde utcunque liberos educare & erudire potuerunt.

Cum autem res oſtendat, ingenia ſumere impetus aliquos à cæleſtibus cauſis: operæ precium videtur, recitare tempus, quo in lucem editus eſt, & ſiderum poſitum, quæ naſcenti fulſerunt. Natus igitur eſt Regiomontanus, juxta uſitatam numerandi rationem, anno *milleſimo, quadringenteſimo, ſexto & triceſimo*, die *ſexto* Junii, *quarta* hora poſt meridiem, minuto quadrages. Fuit horoſcopus 15. gradus Scorpii; Sol, Luna, Mars, & Mercurius ſimul in Geminis: quod ſignum minime ſignificat feritatem, ſed naturam moderatam, docilem, & diſciplinis idoneam: in qua cum & lumina convenerint, & Mars, & Mercurius: fuit ingenium neque hebes neque ſegne, & bonitatem temperamenti augent Jupiter in Libra, & Venus in Cancro. Sed eruditi vident, qui poſitus vitæ minitentur.

Fuerint autem læta ſane naturæ ſemina, fuerit ingenium docile & acre: tamen ſine afflatu divino, nec tot tamque varias artes penitus percipere, tot linguas diſcere, tantos perferre labores diſcendi, docendi, fabricandi machinas, ſpectandi ſtellarum loca, ſcribendi eruditiſſimas enarrationes, evolvendi tot labyrinthos, edendi tabulas tum ſuas tum alienas, item ephemerides: hæc inquam omnia præſtare non potuiſſet, præſertim in tam * *brevi vitæ curriculo*: niſi illa mentis & pectoris incendia DEUS & foviſſet & adjuviſſet: ut ſolet immenſa bonitate ad reſtituendas & conſervandas artes vitæ neceſſarias; in omni genere: ſubinde excitare & adjuvare artifices. Profecto DEI æterni, qui fons eſt omnis ſapientiæ, beneficium eſt artium & doctrinarum in genere humano conſervatio. Vult autem ad ſuam liberalitatem mediocrem etiam in nobis accedere diligentiam & ſedulitatem: vult non faſtidio ac contemptu abjici ſua munera, quod in parabola de negociantibus etiam in argumento graviore ſignificatur. *Ingenii bona ſunt excolenda.* Nec abſurde dictum eſt à Platone: ὡς Θεὸς μέν καὶ καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχωρῆσαι, τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην, id eſt: *Deus quidem & occaſio univerſi operis ſummam gubernant: ſed tamen mitius eſt concedere tertium artem videlicet quoque adjungendam eſſe.* *Plato l. 4. de legibus.* Ut in navi etſi tempeſtas dominatur: tamen non ſint ocioſi remiges: ita & nos dona divina reverenter habeamus & quantum poſſumus diligentia tueamur ac augeamus, ut ſcriptum eſt: *hoc flagitatur, ut fideles ſimus.*

Itaque & Regiomontanus, etſi ei Deus ingenii & corporis vires diſcenti neceſſarias dederat: tamen adjumenta non neglexit, non ut multi voluptates aut divitias ſectatus eſt: ſed omnibus ingenii atque animi viribus ad ſtudia incubuit, ubique eruditos quæſivit, quorum ſapientia erudiretur: & quantum potuit ſuis laboribus artes illuſtravit. Poſtquam enim in patria Grammaticam didicit: puer adhuc venit in Academiam Lipſicam: ubi Dialecticen & elementa Sphærica avidiſſime arripuit. *Studia Regiomontani.* Sed natura, flagrans diſcendi cupiditate, requirebat hujus ſtudii duces, ac ſocios pulcherrimi laboris: & Viennam audierat præcipuum eſſe domicilium ejus philoſophiæ. Quare in Auſtriam admodum adoleſcens proficiſcitur. Ibi invenit *G. Purbachium Bavarum*, ingenioſiſſimum virum, & ætate ac autoritate florentem. *G. Purbach præceptor Regiomontani.* Hic complexus Regiomontanum, cum naturæ vim & voluntatem adoleſcentis conſideraſſet: non ſolum hortator, ſed etiam dux fuit in ipſa adyta ſacratiſſima harum artium. Sic *Thaletem, Metonem & Eudoxum* erudierunt ſacerdotes Ægyptii, *Eudoxus Platonem.* Sic antea *Atlas* dicitur *Oroni* hanc doctrinam tradidiſſe: imo ſic longævi illi primis mundi temporibus *Adam, Noha, Sem, Joſeph* poſteris hanc doctrinam tradiderunt, ac poſſeſſio ejus in Ægypto retenta eſt inde à *Joſephi* ad *Ptolomæi* uſque ætatem & aliquando amplius, plus duobus millibus annorum. *Artes ab aliis ad alios propagantur.*

Cum autem Regiomontano ſumma eſſet familiaritas cum Purbachio, & aſſidua ſententiarum collatio circiter decennium: multas obſcuras materias, ut fit σύν τε δύ' ἐρχομένω, illuſtrant, vel obſervant motus, ac deprehendunt, Martis motum non congruere ad tabulas: ſed duorum nonnunquam graduum errorem eſſe. Incipiunt igitur tabularum emendationem.

Forte autem *Beſſarion*, vir Græcus doctrina excellens, cum eſſet Cardinalis, tunc ad *Fridericum* Imperatorem legatus erat. *Beſſarion legatus ad Cæſarem.* Is cum de Ptolemæi doctrina *Purbachium* multa ſciſcitatus eſſet, & dexteritatem ejus in explicando admiraretur: petivit ab eo, ut epitomen componeret ejus libri, cui titulus

Epitome Purbachii in μεγάλην σύνταξιν Ptolemæi.

tulus eſt, *μεγάλη σύνταξις*. Id opus interruptum morte Purbachii Regiomontanus abſoluit: quia ut ipſe narrat, moriturus Purbachius inter extrema mandata id petiverat.

Quâ in re valde mirandum eſt, tunc ſine Græcis fontibus ſententiam eos ex illis Arabicæ verſionis tenebris eruere potuiſſe. Id vero fieri nequaquam potuiſſet: niſi propter magnum uſum in toto illo artium orbe, demonſtrationes eis obviæ & facile penetrabiles fuiſſent. Sed tamen hoc ipſum opus Regiomontanus poſtea Romæ, cum Græce didiciſſet, & Theonem contuliſſet, emendavit. Extat etiam *epiſtola Regiomontani*, plena pietatis, in qua Purbachii præceptoris mortem deflet: & ejus ingenium ita prædicat, ut omnibus ætatis ſuæ Mathematicis anteferat.

Epiſtola Regiomontani de morte Purbachii.

Inceſſerat autem utrique cupiditas adeundæ Italiæ, *Purbachio & Regiomontano*: tum ut doctos viros, inter quos *Blanchinus*, audirent: tum ut Græcæ linguæ, in qua fontes earum artium contineri ſciebant, operam darent, & Ptolemæum ſua lingua loquentem intelligerent, eratque hortator *Beſſarion*, ut ſecum proficiſcerentur. Narrat Regiomontanus, ſe adoleſcentem, cum videret duos ingenioſiſſimos viros, *Purbachium & Franciſcum Mantuanum*, in verſionibus Ptolemæi hærere propter inſcitiam Græcæ linguæ: valde doluiſſe, quod fontes inſpicere non poſſet, nec Græcæ linguæ præceptores haberet, eamque ob cauſam decreviſſe aliquando Italiam adire. Moleſte tulerat adoleſcens, in verſione deſcriptionis Danubii toties erratum eſſe. Nam cum in textu ſit ἐκτροπὴ, quæ eſt meatus, ubi influit alius amnis; ut ad Patavium Oenus influit in Danubium: verterat interpres multis locis ſciſſiones; quaſi cætera flumina ſint Danubii brachia. Simili hallucinatione deſcriptio Padi obſcurata eſt. Sed Purbachii conſilium de hac peregrinatione mors immatura antevertit: quo extincto luctus etiam Regiomontanum movit, ut facilius Viennam relinqueret.

Græcæ linguæ ſtudium.

Danubii deſcriptio non recte ab interpretibus Ptolemæi tradita.

Comitatur igitur *Baſſarionem*, redeuntem in Italiam, cum jam non procul à triceſimo anno abeſſet. Romæ cum *Trapizontio* ſæpè congreſſus eſt: luſtravit & Bibliothecas, quæ magis accenderunt eum, ut Græcæ linguæ operam daret. Ardens itaque eâ cupiditate multa ſuâ manu deſcripſit, & Ptolemæi libros ſibi familiares lectione aſſiduâ fecit. Tunc & dialogum contra Cremonenſis Theoricas ſcripſit. Aliquanto poſt Ferrariam ſe contulit, ubi tunc erant *Blanchinus & Theodorus Gaza, & Guarinus*, qui ibi Græce docebat. Hîc navavit egregiam operam in Græcâ linguâ, amplius anno: tantumque didicit, ut & verſus Græce ſcriberet, qui adhuc extant; & expeditè verſari in philoſophis Græcis poſſet. Hic etiam Ptolomæum & Theonis commentarios conferre cæpit. Aliquantò pòſt diſcedens Ferrariâ venit in Academiam *Patavinam*: ubi à philoſophiæ ſtudioſis rogatus, *Alfraganum* publicè enarravit. Extat præfatio ibi recitata: in quâ non ſolùm diſciplinas prædicat, ſed etiam magno candore celebrat Mathematicos; qui tunc in Italia clari fuerunt; & quos ſibi devinxerat amicitia propter ſocietatem ſtudiorum & virtutem.

Regiomontanus in Italiam cum Baſſarione proficiſcitur.

Ferrariam ſe confert.

Abſolutâ enarratione Alfragani, cum jam Beſſarion ex Græcia rediiſſet: contulit ſe Regiomontanus Venetias Anno 1464. Hic & librum *de triangulis* magna diligentia conſcripſit, & Refutationes *quadraturæ circuli*, quam *Nicolaus Chuſanus* demonſtraſſe putabatur. Romam poſtea rediit: ubi libros Græcos & Latinos partim ſua manu deſcripſit (pinxit enim literarum figuras & venuſtate & facilitate magna) partim magna pecunia deſcribi curavit. Hic & certamina ei cum *Trapezontio* acerrima fuerunt, cujus hallucinationes, cum Theonem reprehendiſſent, ingenue refutavit.

Peragrata Italia rediit *Viennam*: ubi etſi docere ceperat: tamen evocatus à rege *Matthia*, & ab epiſcopo Strigonienſi, magnis ab utroque præmiis donatus eſt. Rex etiam ei penſionem annuam decrevit *aureos* Hungaricos *ducentos*. Hic & regi & epiſcopo inſtrumenta fabricavit ad obſervandos motus. Nam epiſcopi magna erat eruditio in his diſciplinis. Et rex, quamvis nemo principum ejus ætatis bellicoſior erat: tamen non erat rudis doctrinæ de motibus cœleſtibus. Et Regiomontanum tanti fecit: ut crebrò ipſum eruditorum colloquiorum cauſa menſæ ſuæ adhiberet. Narrant & graviſſimo morbo ſervatum eſſe Mathematici conſilio. Nam cùm Medici nullam in humoribus cauſam morbi deprehenderent; ac animadvertiſſent, tantum mirificum eſſe languorem cordis: Mathematicus monuit, propter Eclipſin, quæ minata fuerat regis vitæ, hanc imbecillitatem virtutum vitalium extitiſſe; nec cauſam in humoribus quærendam eſſe: ſed tantum cordis vires rebus ſuavibus fovendas. Ita rex convaluit.

Eo tempore Regiomontanus & epiſcopo illi *tabulas directionum* conſcripſit: quarum initia etiamſi ab aliis ſumſit: tamen magna pars lucubrationis hujus eſt ipſius propria. Et hæc laborum communicatio juſta & laude digniſſima eſt: priores artium ſemina tradere poſteris, & poſteros ea fideliter cõnſervare & illuſtrare.

Eo ipſo tempore rex Pannoniæ *Matthias* bellum movit adverſus Bohemos: quæ res multarum vicinarum regionum tranquillitatem turbavit. Bohemi partim Caſimirum, Poloniæ regem accerſebant: partim regnum duci Saxoniæ Alberto tradere conabantur; partim invitabant Matthiam: qui, ut erat acerrimus antevertit cæteros. Cum igitur Panonia, Auſtria, & tota vicinia, plenæ eſſent tumultuum: *Regiomontanus*, tranquillam ſedem ſtudiis ſuis quærens, anno 1421. *Noribergam* ſe confert. In hac urbe ut mallet reliquum ſuæ ætatis

ætatis conſumere; ipſe has cauſas recitabat: *quòd* artifices ibi eſſent idonei ad fabricandas machinas, huic arti neceſſarias: deinde *quòd* per mercatores facilius in alias regiones inde literas transmittere poſſet. Cùm enim jam præclarè inſtructus eſſet doctrinâ, & cæterorum judicia exploraſſet, & ſe, quantum potuit, ad Mathemata illuſtranda & propaganda præparaſſet: conſtituerat, & veteres ſcriptores edere, & ſuas enarrationes publicare. Ad hanc rem inſtruxit officinam typographicam, & nomenclaturam propoſuit librorum, quos editurus erat, quæ adhuc extat. Et quidem auſpicato exorſus eſt ab editione Ephemeridum annorum triginta: fuitque tam gratus labor eo tempore; ut *ſingula exemplaria duodecim aureis* Hungaricis venderentur, & quidem appeterentur ab omnium gentinm hominibus. Nemo Italus, Gallus, Pannonius, Sarmata, aut Germanus, ſimile calendarium viderat. Veneti etiam in Græciam invehebant; Cyclopes enim ſunt; qui harum artium ſtudia vel oderunt, vel contemnunt. Edidit & commentaria ſubtiliſſima in μεγάλην σύνταξιν Ptolemæi, quam *Almageſtum* vocant. Quod opus Græcum à Beſſarione Cardinale, natione Græco, acceptum, Noribergam attulit: unde traditum eſt typographo. Id opus Beſſarion tanti feciſſe fertur: ut unâ totâ provinciâ æſtimare non dubitarit: quod in epiſtolâ nuncupatoriâ ad Senatum Noribergenſem Joachimus Camerarius teſtatus eſt.

Sumtus autem ad inſtruendam officinam typographicam præcipue contulit *Bernardus Walterus*; è cujus familiâ Walteri ſunt, in Saxoniâ non ignoti: qui & facultates habebat ampliſſimas, & colebat doctrinæ cœleſtis ſtudia. Invitavit idē & aliorum multorū civium voluntates; ut has diſciplinas deguſtare & cognoſcere inciperent. Hæc ſeminaria hujus doctrinæ primùm Noribergæ ſparſa ſunt. Quare uſque ad hæc tempora eâ in urbe magis harum artium ſtudia florent: quàm in plerisque Academiis. Et ſapientiſſimi Senatus conſilio ſtipendium certum artium ſtudioſis conſtitutum eſt: ut ad earum cognitionem juventus aſſuefiat. Ac poſtea multorum ibi ſtudia excitavit vir doctus & honeſtiſſimus *Joannes Schönerus.*

Vide autem quantam rem molitus ſit Regiomontanus. Novas verſiones inſtituit *Ptolemæi,* magnæ conſtructionis & Geographiæ. Adornabat & ſuarum emendationum confirmationes. Obiter & aliæ naturæ opera ſcrutatur & patefacit. Inquirit quàm altê vehantur ſupra terram vapores: & mirabili ſolertiâ deprehendit, non ampliùs *duodecim milliaribus Germanicis* eos ab horizonte diſtare. Legimus autem eo tempore duobus continuis annis 1471. ac rurſus 1472, arſiſſe duos cometas: quos tanta ſiccitas ſecuta eſt; ut fluminum & fontium venæ exaruerint. Nominatim etiam narrant multorum oppidorum conflagrationem ſecutam eſſe. Et dimicarunt inter ſe de Bohemiâ Hungari & Poloni: & Mahometes Turcicus tyrannus in Europâ Walachiam occupavit; in Aſia Trapezuntinum regnum: ut alia omittantur.

De loco & magnitudine cometarum.

Cùm igitur Regiomontanus ſciret, non ſæpè duobus continuis annis incenſos eſſe cometas, & moveretur magnitudine eventuum, qui ſecuti erant: edidit *mirandum opus de vero loco & magnitudine cometarum.* Fuit eodem tempore Erfordiæ vir doctiſſimus in his diſciplinis, M. *Chriſtianus:* cui quantum tribuerit Regiomontanus, ex ejus epiſt. apparet, in qua ſcribit; *ſe molientem editiones utilium ſcriptorum, hanc ob cauſam libentiùs migraſſe Noribergam; ne procul ab ipſo abeſſet, quòd maximè ſe ab eo adjuvari & judicio ipſius cenſuráq; in multis materiis uti cupiat.* Laudandus nimirum artificis præſtantiſſimi candor; quòd alienus fuit ab obtrectatione, & à malevolentiâ erga ſuæ artis Profeſſores; & quæſivit proculdubio ſeriò ſui pulcerrimi laboris ſocios, & magni artificis cenſuram.

M. Chriſtianus Ma- Mathemath. Erfordiæ.

Grata fuerat Romæ inprimis editio Ephemeridum: & viri docti, qui ejus ingenium & eruditionem norant, in Italiam eum retrahi cupiebant; ut frui ejus doctrina poſſent. Hi ſunt hortatores, ut Pontifex *Sixtus* eum Romam accerſat: & cauſa recenſetur, quòd *de emendatione calendarii* deliberationes futuræ eſſent. Etſi autem ægrê patiebatur avelli ſe Regiomontanus ab officina, & à Ptolemæi editione; & præſagiens ſuam mortem, ut narrant, querebatur, ſe gravatim hoc iter ſuſcipere: vicit tamen Pontificis autoritas. Et cauſa propoſita erat, quæ virum cupientem utilitati communi ſervire, movebat. Sciunt enim omnes, quantum proſit, habere rationem anni rectè ordinatam & emendatam. Huic negotio tanto tamque utili deeſſe noluit. Credibile eſt etiam, eò minùs abhorruiſſe ab hoc itinere: quia expetebat eruditorum colloquia, & invitabant eum bibliothecæ.

Romam revocatur à Pontifice Regiomontanus.

Redit igitur Romam; ubi cùm non diu fuiſſet, mortuus eſt anno * milleſimo, quadringenteſimo & ſeptuageſimo. Quis autem non doleat, tanto ingenio non contigiſſe vitam longiorem, præſertim molienti res utiliſſimas? Extinctus eſt enim cùm jam ingreſſus eſſet * quartum & trigeſimum annum. Fama eſt, venenum ei datum eſſe à *Trapezontii* filiis; quia & verſionem Ptolemæi taxauerat, & errata in commentario & reprehenſiones Theonis refutaverat. Ac geneſis non ſolum hominem βιοθάνατον ſignificat; ſed etiam ingenuum & pugnacem. Quare fortaſſis ei linguæ libertas nocuit. Sed qnoquo modo extinctus ſit; mors immatura fuit, ac etiamnum lugenda; propterea quòd iis operibus, quæ jam inchoarat, carendum eſt.

Ubi moritur.

** alii 1477. ut Bucholzerus: alii 1489. ut Crentzheim.*

** alii 41.*

Veneno extinctum fama eſt.

Mores Regimontani.

Non prætereundum eſt autem, quod ad tantam eruditionem, & ad alias virtutes adjunxit pietatem erga Deum: ac ut verâ agnitione eum & invocatione coleret, *novum Teſtamentum* integrum, Græcè ſuâ manu elegantiſſimè deſcripſit: quem codicem *Melanchthoni Schönerus* inter alia ejus monumenta monſtravit. Et conſentaneum eſt, tales viros

Virtutes Pietas.

N. Teſtam ſua manu deſcripſit.

A 3 qui

qui ubique veſtigia divinitatis impreſſa rerum naturæ vident; & propter eruditionem attentè conſiderant: his teſtimoniis valdè moveri, ut multò firmius ſtatuant, hunc mundum ab æterna mente architectatrice conditum eſſe & gubernari; quàm alios homines, alienos ab hoc ſtudio conſiderandi tam multa & illuſtria veſtigia DEI in natura. Equidem pia mens non poteſt non cohorreſcere, quòd cùm tã multis teſtimoniis veriſſime oſtendat DEUS ſe propè adeſſe; & ſpectatorem ac judicem eſſe omnium noſtrarum actionum: tamen eum pectora noſtra languidiùs metuunt, & non ardent fiducia ejus. Quaqua te vertis in hac tota rerum natura, vel cœli figuram, motus, & harmoniam cum elementis conſiderans, vel mirandam artem in opificio noſtri corporis, & terræ fœcunditatem intuens: ordo in omnibus rebus clamitat, eſſe mentem æternam architectatricem. Et hæc agnoſcenda eſt, vt ſe in Eccleſia patefecit. Quod cùm fecerit Regiomontanus, nunc eum exiſtimemus, & in ipſo DEO cernere ideam totius mundi, & cauſas, cur hoc modo omnia condita ſint: & coràm aſpicere cœleſtia corpora, & ſæpè cum primis patribus de inventione harum artium, & ipſorum obſervationibus, tanquam συμφιλοσόφοις dulciſſimè colloqui, & Deum autorem celebrare.

Naturæ conſideratio invitat ad pietatem.

Bibliotheca Regiomontani à VValtero empta.

Bibliothecam Regiomontani Walterus ille civis Noribergenſis, de quo antea, redemit: quo mortuo aſſervari reliquias Senatus ibidem curavit: ex quibus vir doctiſſimus Schonerus quædam utilia ſcripta edidit: ſed plura alia & longè utiliora haberemus; niſi triſti fato autor ante tempus extinctus eſſet. *Ex tomo 3. declamat. Melanchthonis.*

ALEXANDER HEGIUS.

Floruit circa an. 1483. Præceptor Hegii Agricola. Hegius ſcholæ Daventrienſi præficitur. Alumni illius ſcholæ.

ALEXANDER HEGIUS VVeſtphalus fuit, in diœceſi Monaſterienſi ex pago Heck propè Horſtmariam, natus. Præceptorem nactus eſt *Rudolphum Agricolam*, linguarum & ſcientiarum omnium eruditum virum; cujus magiſtri non degener ipſe exſtitit diſcipulus. Ludo Daventrienſi, omnium ea ætate in illis gentibus celeberrimo, præfectus, *triginta ipſos annos* magna cum laude eum rexit. Nam ipſo docente ibi, illa ſchola, ante Monaſterienſem, velut ſeminarium fuit politiorum literarum & linguarum; quas illius alumni, *Eraſmus Roterodamus*, *Johannes Murmelius*, *Hermannus Torrentinus*, *Hermannus Buſchius*, *Johannes Cæſarius Juliacenſis*, *Conradus Goclenius Padebornenſis*, *Jacobus Montanus Spirenſis*, *Joan. Peringius*, *Gerardus Liſtrius*, *Matthæus Friſſemius*, & alii; longè lateque, in tota Germania & Belgico propagarunt. De Eraſmo quod Daventriæ contigit, hoc memoria dignum eſt. Venit aliquando *Rodolphus Agricola* in Hegii ſcholam: ibi cum ei diſcipulorum ſcripta Hegius monſtraſſet: prætulit *Rodolphus* Eraſmicum ſcriptum cæteris propter inventionis acumen, orationis puritatem, & figuras, ceu floſculos aptè interſperſos; eoque adeò delectatus eſt, ut accerſito ad ſe Eraſmo, dixerit. *Tu eris olim magnus: quod omen eum minimè fefellit.* Facit hujus Hegii non uno in loco epiſtolarum * honorificam mentionem Eraſmus.

Agricola de Eraſmo præſagium.

Hoc *David Chytræus* confirmat, *Alexandrum Hegium* & *Rodolphum Langium* Monaſterienſium ac VVeſtphalorum primos fuiſſe; qui in Germania poëmatis elegantibus editis clari ſuâ ætate fuerunt; & meliorem diſcendi ordinem, & puriorem Latinæ orationis formam monſtrarunt. Tanta enim elegantia Hegius veterum expreſſit dicendi ſtylum; ut Eraſmi judicio, ſi deſit carmini titulus; in auctore facilè erraveris, nec alius in proſa fuit, nec Græcarum literarum ignarus.

Idem Hegius adeò fuit φιλομαθὴς, ut etiam tùm, cum Rectorem ſcholæ Daventrienſis ageret, non dedecori ſibi duxerit, ex Agricola, quæ ignoraret, aut de quibus dubitaret, ſciſcitari ac diſcere; ſæpiùs etiam rogare, ut literis ſuis limam adhiberet. Fecit id Rudolphus candidè, &, qua fuit modeſtia, eandem cenſuram ab Hegio petiit. Explicat ipſi Agricola in epiſtola quadam; quid inter *mimum* & *hiſtrionem* ſit diſcriminis, item quid *perſona*, & unde dicta: tum quid *ſcurra*, *paraſitus*, *nebulo*, *nepos*; unde ἄνθρωπος dicatur: quid *aurora*, quid *veſpera* quid *tignum aſſer*, *diœceſis*: docet, rectius dici: *ut plura paucis complectar*; quàm *ut plura brevibus complectar*; monet, Latinius dici: *intra aut poſt quantum tempus rediturus*: quàm *quanto tempore*, &c. Unde tùm ardor proficiendi, tum candor in communicando, & animorum, ſtudiorumque ſocietas elucet.

Scripſit multa, quæ maxima ex parte dicuntur poſt ejus mortem prodiiſſe, vel invito illo edita eſſe: ut ſunt *dialogi multi*, *epiſtolæ*, *carmina* & *epigrammata* ad ſanctos, quæ in bibliotheca à Geſnero recenſentur. Confectus ſenio ſacerdos eſt factus Daventriæ. Inter alias virtutes, quibus à DEO ornatus fuit, celebratur ejus liberalitas in pauperes ſcholaſticos: quos & ope & opera virili iuvit. *Ex epiſtolis Agricolæ, & Chytræi Saxonia.*

RODOLPHUS AGRICOLA.

AGricolarum familia apud Friſios inter honoratiores ſemper habita eſt. Ex hac vir incomparabilis *Rodolphus Agricola* originem duxit propè * Groningam, nobilem illam Friſiorum metroplim circa annum 1442. natus, ibidemque educatus.

In ipſa infantia haud obſcura ingenii ac memoriæ ſpecimina edidit; cum libriis & chartis unicè videretur delectari: & nutricularum quoque blandimenta balbutiens lingua felici conatu exprimeret. Puer admodum in ludum literarium miſſus, non ſolum coætaneos, verum etiam multos natu majores diſcendo præcurrit: ita ut ludi magiſter, ſi quis igna-

ignaviæ tarditatiſque arguendus eſſet; Rodolphi alacritatem, ſtudium, diligentiam illi ob oculos poneret.

Brevi itaque in Grammaticis tantum profecit; ut præceptoris judicio aptus haberetur, qui ad Academiam aliquam celebriorem mitteretur. Eo tempore *Lovanii*, quæ eſt Brabantiæ primaria civitas, bonæ artes, vocatis ad hoc amplis ſtipendiis doctiſſimis quibusque Philoſophiæ Profeſſoribus miro ſtudio docebantur. Præterea adoleſcentum mores ingenti cura formabantur ea ratione; ut propius ad ſeveritatem, quàm ad indulgentiam accederetur. Quare factum eſt, ut tota ferè ſecunda Germania, una cum bona Galliæ Belgicæ parte, cùm adoleſcentes *Lutetiæ Pariſiorum*, & *Coloniæ Agrippinæ* licentius laſciviusq; vivere didiciſſent, inde avocatos Lovanium, tanquam ad quoddam bonorum morum, ſolidæq; eruditionis, emporium mittendos cenſeret.

Venit ergo & *Agricola* Lovanium, nomenque dedit inter eos, qui in pædagogio, ut loquebantur tunc *Cacabi*, deinde *Falconis*, inſtituebantur. Hìc vix dialectices elementa deguſtarat, & mox commilitones, ſtupentibus Præceptoribus, prævertere cœpit. Quæ à Magiſtris audiebat; non tantùm memoriæ, ſed literis etiam commendabat. Puer enim didicerat illud Ciceronis: *Stylum eſſe optimum dicendi magiſtrum.* Erant tum Lovanii nonnulli, qui Latinæ dictionis puritatem amare cœperant. His ſe Rodolphus fato quodam familiariùs adjungebat, ſuffuratusq; nonnihil temporiſculi, quo ab Ariſtotelis laboribus vacabat, *Ciceronem Quintilianumq;* legendo percurreret.

In ſcholaſticis diſputationibus ſedato animo, ore verecundo adverſariorum argumenta ſemel atque iterum repetebat, ſingulasq; partes accurate introſpiciens, ſumma arte, ſi quid refellendum eſſet, refellebat. Sua verò nervosè, acriter, magna certæ victoriæ ſpe, & proponebat, & defendebat. Præceptores quoque quæſtionibus, quibusdam contra receptum Ariſtotelicum docendi ordinem interdum exercere ſolebat. Meditabatur enim adoleſcens ex obſervatione Ciceronis & Quintiliani ea, quæ hodieque magna eruditorum approbatione leguntur.

Poſthæc in examine & cenſura eruditionis publica inter multos competitores modeſtia ac liberalium artium cognitione antecelluit, primasque magiſterii artium, quod ſummi honoris eſt Lovanii, obtinuit. Mox cœpit Rodolphi Friſii nomen per totam Academiam finitimasque civitates divulgari. Ac potuiſſet docendi conditiones adipiſci honeſtiſſimas: ſi non divinus egregii adoleſcentis animus ad altiora anhelaſſet.

Cùm in pædagogio illo inter Belgas, qui Gallica lingua utebantur, & ad Muſicen natura propenſiores erant, habitaret: Gallicam linguam ita didicit, ut Hannoniorum ſimplicem ruſticitatem devitaret; aulicamque ejus linguæ elegantiam feliciter imitaretur.

Muſices verò ea fundamenta iisdem annis fecit: quibus abſolutam ejus artis peritiam poſtea ſuperſtruxit. Canebat enim voce, flatu, pulſu. Literas pingebat elegantiſſimè, à quarum pictura ad ipſam pictoriam artem, non ſine maxima laude aditum ſibi paravit.

Muſices peritia.
Καλλιγραφία.

Lovanii vixit honeſtiſſimè ab omni compotatione ac comeſſatione, contra gentis ſuæ morem, alieniſſimus. Tantus erat in eo bonarum literarum amor, tam indefeſſum ſtudium: ut turpis Veneris fornices & luſtra ne noverit quidem.

Modeſtia & temperantia.

Cùm autem nihil eſſet antiquius ei; quàm ut ad veram politæ doctrinæ gloriam perveniret: relicto Lovanio *Gallias* adiit; ut vel ibi diſceret, quod ſibi deeſſe ſentiebat. Hinc in *Italiam*, ubi, capto * *Byzantio*, à Græcis exulibus philoſophiam & eloquentiam audierat renovari, profectus, Græcè Latineque diſcendo pariter atque docendo tantum nominis eſt adeptus: ut Italorum nonnulli inviderent, alii dolerent, deflerentque, Latii gloriam in Germaniam penitiorem jam mox demigraturam. *Ferrariæ* uno atque altero anno, nimirum milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo ſexto, & ſequent. loci amænitate, ſtudioſorum ac nobilium quorundam Muſicorum frequentia, ipſius quoque principis, *Herculis Eſtenſis*, Ferrarienſis ducis, liberalitate detentus eſt.

In Gallias abit.
Mox & Italiam.
** An. 1453. d. 29. Maij*
Agit Ferrariæ.
Hercules Eſtenſis.

Ibi *Theodorum Gazam*, Ariſtotelis ſcripta enarrantem, diligenter audivit: magna cum laude ingenii acuminis & dexteritatis diſputavit: enarravit utriusque linguæ autores; habuit publice orationes magna cum auditorum approbatione. Et verò tunc non fuit exigua laus homini Germano, non ſolùm eruditione & genere ſermonis; ſed etiam venuſtate actionis ſatisfacere Italiæ, moroſè ac faſtidioſè judicanti. *Eraſmum* accepimus, ſæpe in Italia rogatum fuiſſe; ut ſpecimen ſuæ eruditionis ac facundiæ prælectione publica præberet: ſed, ut hac in re amicis morem gereret, adduci nunquam potuiſſe; veritum ne ab Italis pronunciatio hominis Germani, deridetur. Sed Muſicæ naturæ ad actionem & pronunciationem aptiores ſunt cæteris.

Docet & perorat ibi, cum Italorum applauſu.

Redit tandem in patriam: ibique honeſtiſſimo officio *Rodolphum* ſuum honorare ac detinere prudentiſſimus Senatus annixus eſt: verùm cui omnia, præter literas, ſordebant; perſuaderi nulla ratione poterat, ut à ſemel adamata ſapientia vel pilum latum diſcederet. Verſatus eſt aliquandiu *Noviomagi*, Batavorum civitate; in qua præter ſummos honores, ampliſſimum quoque ſtipendium facilè conſecutus fuiſſet: ſi Reipublicæ ſeſe addicere unquam voluiſſet.

Redit in patriam.
Ubi à multis opera ejus expetita, ſed fruſtra.

Groningana tamen Reipubl. vel Syndicus, vel Conſiliarius fuit: cujus nomine aulam *Maximiliani I.* dimidio anno ſecutum ſe ſcribit: & cauſam quidem patriæ feliciter egiſſe, gratiam autem à civibus ſperatam minimè retuliſſe. Pervenit in aula Auguſta in arctiſſimam familiaritatem cancellariorum duûm *Burgundiæ* & *Brabantiæ*: qui ſummopere conati ſunt eum inſerere familiæ *Maximiliani*, præmiis ampliſſimis propoſitis:

tis: ſed ipſe pro judicio eorum de ſe honorifico gratias egit: & obligatione priori excuſavit. Maluit nempe retinere quietem, & in libertate permanere. Fuit ei etiam oblata *Antverpiæ* conditio, ſcholæ ibidem gubernatio, cum ſtipendio trecentorum Rhenenſium annuorum: verùm & hanc recuſavit: ut rem ſtudiis ſuis multum impedimenti allaturam. Crebrò loca mutabat; quod tamen nō levitatis nec inconſtantiæ, ſed judicii erat. Alte enim illud Flacci infixerat animo:

Amat locorum mutationes.

Dic mihi Muſa virum, captæ poſt tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

In itineribus unum ſaltem famulum comitem habebat. *Plinii* autem *naturalem hiſtoriam* è ſinu nunquam deponebat: junioris *Plinii epiſtolas*, *Quintiliani* de oratoria inſtitutione libros ſua manu deſcripſerat; quibus *Platonis* quædam & *Ciceronis* ſelectiora addiderat. Hanc bibliothecam ſemper circumferre ſecum ſolebat: cæteros libros apud amicos relinquere: amicorum libris bona fide uti; gratus omnibus, gravis nemini.

Libri eidem comites & cari.

Ne perpetuò peregrinaretur, doctiſſimus Princeps *Joannes Camerarius Dalburgius*, Vangionum Antiſtes, quem in Græcis diſcipulum habuerat, ſua liberali humanitate tandem effecit. Cùm hoc enim ab anno 1482. partim *Haidelbergæ*, partim *Wormatiæ*, ad ultimum vitæ actum uſque vixit conjunctiſſimè. Scribit quidem *Rodolphus* ad fratrem *Joannem*, ſe prorſus contra animum ſuum principiò ibi fuiſſe: ſed vicit tandem conſtantia, & id quòd mutare citra levitatis notam non poterit, aſſuetudine jucundum reddidit. Haidelbergæ quidem vixit in ædibus viri equeſtri loco nati, principi ſuo, tum, & aulicis omnibus grati *Theodorici Pheningeri*, quem *Plinium* ipſe nominat: quo & antè Ferrariæ erat familiariter uſus. Placuit ipſi multum *aula Haidelbergenſis*, cùm ſumma Principis Electoris manſuetudine, & ingenii ſuavitate, tum amicorum omnium modeſtia, concordiaque vitæ. Cumque ibi, ut fit, incideret mentio veterum imperiorum; & *Rodolphus* commemoraret vel Græcas vel Romanas hiſtorias: Princeps * & verti ſibi multa, non ſolùm ex hiſtoriis, ſed etiam poëtis juſſit: & petivit ſibi contexi integram ſeriem quatuor Monarchiarum. Contexuit igitur eruditiſſimam epitomen, ex Bibliis & *Herodoto* de Aſſyriornm & Perſarum imperio; de civilibus diſcordiis Græcarum civitatum, ex *Thucydide* & *Xenophonte*: de Philippo & Alexandro & ſucceſſoribus, ex *Diodoro* & *Polybio*; deinde lectiſſima quæque excerpſit ex hiſtoriis Romanis: poſtremo & Germanici imperii res præcipuas collegit. Ac eo in ſcripto non ſolùm res ſummas perſpicuè narrat: ſed etiam principem de pleriſque monet, unde apparet non ſolùm literis, ſed etiam civili prudentia eum excelluiſſe.

Accerſitur Heidelbergam à Dalburgio.

Aula Haidelbergenſis eidem grata.

**Philippus Elector Palat.*

Epitomen hiſtoricam contexit Agricola.

Wormatiæ autem etiam publicè docuit. Fuitque ei auditorium, ut illo loco, ſatis frequens: ſed ejuſmodi ferè auditores, qui propenſius, cuperent, quàm commodiùs poſſent illas literas diſcere.

Docet Wormatiæ

Maxima enim pars erant Magiſtri, aut Scholaſtici, uti appellabant, artium: quibus neceſſe fuit omne ferè tempus cavillationibus ſuis impendere: minimum & velut ſubſecivum in ſtudia humaniora, quæ urgebat Rodolphus, concedebatur.

Multas præclaras orationes, & in Academiis frequentibus, & coram maximis Chriſtiani orbis Monarchis, non minore prudentia, quam facundia habuit. Et cùm *Haidelbergæ* conſuetudo eſſet, plena humanitatis; ut in publicis diſputationibus Profeſſores, ſi quando hæreret diſputator, interfarentur: ipſe ſæpe difficiles nodos perſpicuè explicavit. Conſulebatur ſæpe ab eruditioribus tum in Philoſophia, tum in aliis artibus. Multa ex Ariſtotele vertebat & interpretabatur iis, qui ejus ſententiam ſciſcitabantur. Et quia nemo tunc viderat *libros Ariſtotelis de animalibus*: pergratum accidebat ejùs officium doctoribus, ſi quando inſignem aliquem locū inde proferebat: ut cūm de immortalitate animæ hominis diſputaretur, quid ſenſiſſet Ariſtoteles; magna cum admiratione excepta eſt illa ſententia prolata ex libro * de generatione animalium: *Λήπεται τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. Mens extinſecus accedit, & eſt divinum quid, nec naſcitur ex materia corporum.* Interdum aliquid ex *Arato*, de ſiderum poſitu, ortu, & occaſu, ſtudioſis impertiebat. Nec deerat ejus officium Profeſſoribus aliarum diſciplinarum. Forte inciderat diſputatio inter Theologos & Jureconſultos de hoc dicto: *Fruſtra ſervat Evangelium qui non curat canones Synodorum.* Hoc cum alii ad confirmandā ſuperſtitionem in ceremoniis detorquerent: alii τὸ ῥητὸν eſſe durius quererentur, & mitigandum aliqua interpretatione dicerent: Rodolphus admonuit; canones à veteribus vocatos Synodis tantùm articulos doctrinæ dijudicatos in Synodis; non traditiones de ceremoniis. *Verum eſt*, inquit, *Evangelium non ſervari ab iis, qui adſpernantur decreta contra Samoſatenum, aut Arium, aut Macedonium facta. Nam veteres Synodi propter controverſias dogmatum convocabantur; non de ceremoniis cumulandis. Quàm indigna vox eſſet dicere, Chriſti fidem inutilem & inanem eſſe, ſine obſervatione omnium rituum humanorum! lucem & vitam æternam in mentibus inchoatam extingui, ſi aliqua ridicula ceremonia negligeretur!* Addebat tales ritus ſæpe ſine ullo peccato omitti poſſe. Hac tam dextra interpretatione facilè ſatisfecit omnibus. Sæpe & in jure civili ea, quæ ab hiſtoriis petenda ſunt, explicabat interrogantibus: ut locum *de uſuris centeſimis*: item *quid ſit ἐρήμην δίκην*; qui fuiſſent *gradus* veterum Romanorum *Judiciorum*, & talia permulta. In Theologia quid deſiderarit; teſtatus eſt *Joſquinus Groningenſis*; qui ſcripſit, ſe adoleſcentem interfuiſſe ſermonibus Rodolphi & VVeſſeli: in quibus deplorarint Eccleſiæ tenebras, & reprehenderint profanationem Cœnæ in Miſſis, ac cælibatum: item

In ... gia ... de

item diſputaverint, de juſtitia fidei, quid ſit, quod Paulus toties inculcat: *Homines fide juſtos eſſe, non operibus:* atque apertè rejeciſſe Monachorum opinionem, quæ fingit, homines operibus juſtos eſſe.

Cætera erat vir prudens, liberæ & veraciſſimæ linguæ moribus gravis; à livore malevolentia ac petulantia alienus. Nec ſolebat irritare moroſos, & φιλονίκυς, intempeſtivis reprehenſionibus, ne quid certaminum ſereret in ſchola; ſæpe recitans Græcum verſum:

Σῖνον δ' ἐ οἶδα ν κρῦπτον, ἢ κεκραγέναι.

Jocis eruditis gaudebat plurimum: ſcurrantem nemo audivit unquam. Non veſtiebatur ſplendide; ſed honeſte & jucunde. Natura negligentior, ut ſolet fere hoc genus hominũ, ac paulò incivilior, in conviviis præcipue, citra tamen cujusquam offenſam, habitus eſt. Cogitabundus enim menſæ innitens ungues demordebat. Puellas amare ſe nonnunquam ſimulabat: verùm nunquam deperibat. In earum gratiam vernacula lingua quædam carmina ſcripſit elegantiſſimè: quæ virginibus primariisq; amicis præſentibus voce & teſtudine modulatiſſimè canebat. Hujusmodi cantionibus animum intentiore ſtudio gravatum interdum remittebat.

Cùm jam in ipſo vigore ætatis, nec procul à quadrageſimo anno abeſſet; & eruditionis ac eloquentiæ gloria per Germanias, Gallias, & Italiam ab optimis quibusque celebraretur: non ignorans, Vir verè pius vereq; Chriſtianus illud Platonis: *Omnem ſcientiam magis obeſſe, quàm prodeſſe; ſi deſit ſcientia optimi:* magno animi ardore ſeſe ſacris literis addixit. Has nocturna, has diurna verſare manu, delicias ſuas ducebat: in ſolis hic veram ſcientiæ & intellectus, imo fontem aquæ vivæ, ſalientis in vitam æternam, ſe reperiſſe gloriabatur.

Verùm, ut erat judicii exactiſſimi, ad ſacras literas penitius intelligendas, ſanctæ Hebrææ linguæ cognitionem neceſſariam eſſe, facilè intellexit. Studia itaq; Hebræa aggreſſus eſt; quæ primùm ei plurimum negocii, uti ſcribit ipſe, exhibuerunt: ut ſibi videretur cum Antæo luctari. Sed poſtea nactus Judæum, ejus linguæ utcunque peritum, paucis menſibus tantum profecit, ut aliquot Pſalmos Davidicos in Latinam linguam citra culpam tranſtulerit. Jam totus videbatur alius factus. Immutaverat enim cor ejus Verbum Dei vivum & efficax.

Jam Chriſtum Jeſum ſpirabat animus; loquebatur lingua: manus ſcribebat. Et ecce adeſt ipſe Chriſtus: qui conſecratum ſibi pectus ex hoc erorrum pelago in veræ ſapientiæ portum manſuecturus erat. Correptus itaq; febri, etiam citius, quàm medicorum auxilia advocarentur; totum ſe Chriſto Servatori comendarat: ſuperanteque vi morbi, animam ſuam Chriſtiana alacritate vitæ datori Chriſto reddidit; annum quadrageſimum ſecundum egreſſus, anno Domini 1485. d. 28. Octobr. Ingenti ſtudioſorũ doctorum omnium mœrore Haidelbergæ apud Minoritas, in *habitu Franciſcano* ſepultus.

Fratres habuit duos uterinos *Joannem* & *Henricum*: quorum ille Secretarius, ut videtur, fuit Dominæ Auricenſis: hunc adoleſcentẽ ... informandum Hegio commendavit.

Uxorem nunquam duxit: quanquã in priore ætate ducturum deſtinarat. Sed poſteaquam incepit diligentius ſe ipſe introſpicere; averſus eſt ab eo conſilio, non incommodis rei Oeconomicæ: ſed deterruit ipſum genus vitæ ſuæ, & animus leviſſimis etiam curis impar, καὶ φιλήσυχόν τι τῆς φύσεως (verba ſunt ipſius epiſtola quadam ad Capnionem) ἤγε μᾶλλον ἀπραγμοσύνη, καὶ ῥᾳθυμία τις πατρὸς τοῦ βίου.

Amicos habuit præter *Joannem Dalburgium*, hominem appimè nobilem & egregiè eruditum, primum illuſtriſſimi Principis Palatini Electoris Cancellarium, poſtea Vangionum præſulem, & *Theodoricum Pleningerum*: item *Adolphum Occonem* Friſium, & Auguſtanæ civitatis medicum, quem & bibliothecæ ſuæ heredem ſcripſerat: *Weſſelum, Gansfortium*, popularem ſuum; *Rodolphum Langium*, nobilem illum Canonicum Monaſterienſem: *Jacobum Barbirtanum*, muſicum nobiliſſimum *Alexandrum Hegium*, quem Græcas literas docuerat. Hic ſæpe cum natu grandiores ad literarum ſtudia hortaretur, & ne deſperarent, admoneret; ejus meminit; *Ego*, inquit, *liberalium artium Magiſter, & quadragenarius, tum quoque barbarus, perveni ad Agricolam adoleſcentem, præceptorem meum, à quo quicquid in Latinis & Græcis literis ſcio, aut alii me ſcire credunt, didici.*

Amici.

Alexand. Hegius. ὀψιμαθὴς.

Scripſit Agricola tum proſa, tum carmine multa; quæ omnia *Alardus Amſtelrodamus* in duos Tomos redegit: & excuſa ſunt Coloniæ apud Joannem Gymnicum anno 1539. Videatur Geſneri Bibliotheca, & alii. Lubet hic addere elogium, quod Rodolpho poſuit Eraſmus in adagio, *quid cani cum balneo:* quodque hodie in editione Manutiana, ex decreto Synodi Tridentinæ perpurgata, nuſpiam apparet. Ita igitur Eraſmus: Hoc equidem adagium eò libentius refero, quod mihi refricat renovatque memoriam pariter ac deſiderium Rodolphi Agricolæ: quem ego virum totius tum Germaniæ tum Italiæ publico ſummoque honore nomino: illius, quæ genuerit; huius quæ literis optimis inſtituerit. Nihil enim unquam hoc Ciſalpinus orbis produxit omnib9 literariis dotibus abſolutius, abſit invidia dicto. Nulla erat honeſta diſciplina, in qua vir ille non poterat cum ſummis artificibus contendere. Inter Græcos Græciſſimus: inter Latinos Latiniſſimus: in carmine Maronem alterum dixiſſes: in oratione Politianum quendam lepore referebat, maieſtate ſuperabat. Oratio vel extemporalis adeo pura, adeo germana: ut non Friſium quempiam, ſed urbis Romanæ vernaculum loqui contenderes. Eloquentiæ tam abſolutæ parem adiunxerat eruditionem, Philoſophiæ myſteria omnia perreptaverat. Nulla pars Muſices, quam non exactiſſimè calleret. Extremo vitæ tempore ad literas Hebraicas ac ſcripturam divinam, totum animum appulerat. Atq; hæc conantem fatorum invidia virum terris eripuit, nondum annos natum * quadraginta.

Scripta Agricolæ, Eraſmi de Agricola judicium.

* 43 q̃ino

Extant paucula quædam illius monumenta; epiſtolæ quædam; carmina item varii generis; Axiochus Platonis, Latinus factus; Iſocrates ad Demonicum verſus; tum una atq; altera oratio, habita in publico ſcholaſticorum Ferrarienſium cœtu. Nam illic & didicit, & publicè docuit. Latitant apud neſcio quos commentarii * Dialectices. Verterat & Luciani dialogos aliquot; ſed ut ipſe erat gloriæ negligens, & plerique mortales alienam ſane quàm indiligenter curare ſolent: nondum in lucem emerſerunt. Quanquam hæc ipſa, quæ extant, etſi ne edita quidem ab ipſo; plane divinitatem quandam hominis præ ſe ferunt.

* *poſt edita*

A Verùm

Verùm, ne videar homo Germanus immodico patriæ ſtudio cæcutire; Hermolai Barbari Veneti de eo epitaphium ſubſcribam, elegantiſſimum profectò; & de quo dubites, utro ſit dignius, ipſone qui ſcripſit, an hoc, quem eo exornavit. Eſt autem hujusmodi:

Epitaphium Agricolæ ab Hermol. Barbaro poſitum.

Invida clauſerunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Friſii ſpemque decusque ſoli.
Scilicet hoc vivo meruit Germania, laudis
Quidquid habet Latium, Græcia quidquid habet.

Quæſo, quid noſtro Rodolpho potuit amplius, aut omninò magnificentius contingere, quàm teſtimonium tam ſplendidum, tam plenum? idq́; redditum non vivo, ſed jam vita defuncto; ne quis ab amore magis, quàm à judicio profectum cauſari poſſit. Deinde ab eo viro, qui non ſolùm Italiam ſuam; verùm etiam omne ſeculum hoc noſtrum illuſtrarit: cujus tanta eſt apud omnes eruditos autoritas; ut impudentiſſimum ſit ab eo diſſentire; tam inſignis in reſtituendis literis utilitas; ut aut à literis omnibus alieniſſimus, aut certè ingratiſſimus habeatur; apud quem Hermolai memoria non ſit ſacroſancta.

His itaque tam plenis tam abſoluti viri laudibus equidem fateor, me peculiariùs etiam atque impenſiùs favere: quòd mihi admodum adhuc puero contigit uti præceptore hujus diſcipulo, Alexandro Hegio Weſtfalo, qui ludum aliquando celebrem, oppidi Daventrienſis moderabatur: in quo nos olim admodum pueri, utriusq́; linguæ prima didicimus elementa: Vir (ut paucis dicam) præceptoris ſui ſimilimus, tam inculpatæ vitæ, quàm doctrinæ non trivialis; in quo unum illud vel Momus ipſe calumniari fortaſſe potuiſſet, quòd famæ plus æquo negligens, nullam poſteritatis haberet rationem. Proinde ſi qua ſcripſit, ita ſcripſit, ut rem ludicram, haud ſeriam egiſſe videatur. Quanquam vel ſic ſcripta ſunt ejusmodi, ut eruditorum calculis immortalitalitatem promereantur. Itaque in hanc digreſſionem non temere ſum exſpaciatus; non ut glorioſe Germaniæ laudes jactarem: ſed ut grati diſcipuli vicibus fungere, & utriusque memoriæ debitum officium utcumque perſolverem: propterea quòd alteri veluti filii debeam pietatem, alteri tanquam nepotis charitatem.

Alexander Hegius.

Hactenus Eraſmus. Cujus ſententiæ *Petrus Montanus*, Philoſophus Platonicus & Poëta Satyricus his verbis ſubſcripſit: *Agricolam ſolum ex Germanis ſcriptoribus inſolenti Græciæ aut procaci Italiæ objicere poſſumus. In oratione enim pedeſtri mihi effinxiſſe videtur ſonum Lactantii, lenitatem & rotunditatem Plinii, lumen Senecæ, Tullianam quoque redolet ubertatem & acumen oſtentat Quintiliani, vehementiamq́; & obliquitatem Cypriani referre videtur.* Ex Geldenhaurio & orat. de Agric. tomo 2. Philippi, & aliis.

Petri Montani de Agricola.

Ob. 1489. ætat. 70. Groningæ patria Weſſeli. Trium facultatum Doct. Weſſelus.

WESSELUS GANSFORTIUS.

WESSELUS cognomento *Gansfortius*, Græcis *Baſilius* appellatus, *Groningæ*, quæ Oſtfriſiorum civitas eſt, honeſtis parentibus circa annum milleſimum, quadringenteſimum decimum nonū natus; literis in patria pro ſeculi illius barbarie, operā dedit. Cumq; ingenio eſſet præſtantiſſimo, diligentia autem incredibili tandem hoc aſſecutus eſt, ut non ſolùm *Theologicæ* ſcientiæ lauream meritus; ſed *Jureconſultis* juxta & *Medicis* Doctoribus annumeratus fuerit.

Poſtea in Græciam profectus, Ariſtotelem Græcè, & quicquid eo ſeculo in Græciā docebatur, ſumma induſtria ac labore didicit; ibique cum eruditis, quos invenit viris, linguæ potiſſimum & philoſophiæ gratia verſatus, *Baſilii* nomine, ob excellentiam ingenii opinior, ab iisdem donatus eſt.

Reverſus inde, Germaniæ, Galliæ, Italiæq; Academias perluſtravit: in quibus linguarum Hebreæ, Græcæ & Latinæ ſcientia, diſputationum acumine, docendi denique dexteritate, tantam nominis famam adeptus eſt; ut *lux mundi* vulgò diceretur. Docebat enim clarius, & diſputebat evidentius; quàm reliquum profeſſorum vulgus: cum inſtructus eſſet à Logicis artibus; quæ aliis rectè explicandis comparatæ ſunt. Docuit autem *Coloniæ*, *Haidelbergæ*, & *Lutetiæ* Pariſiorum.

Et cum Platonicæ Philoſophiæ, ut *divinioris atq́; Chriſtianiſmo propioris*, ſummus admirator eſſet: acerbius interdum in Ariſtotelem invectus eſt; quàm teneræ ſcholaſticorum doctorum aures ferre poſſent. Hinc factum, ut & odio ab illis haberetur, qui hactenus in ſumma fuerant auctoritate, cum ſe à juventute deſtitui, illum coli animadverterent; & vulgò *magiſter contradictionis* appellaretur.

In diſputationibus Theologicis magnos titulos Doctorum contemnebat, ſolis divinis literis firmiter adhærens. Quare ſi quis forte inter diſputandum, ut fieri ſolebat, ei objiceret; *hoc dicit Doctor Sanctus; hoc Seraphicus*: ipſe reſpondere ſolebat: *Thomas fuit Doctor, quid tum poſteà? Et ego Doctor ſum. Thomas vix Latine intellexit, & unilinguis fuit: Ego trium principalium linguarum mediocrem peritiam aſſecutus ſum: Thomas vix umbram Ariſtoteli cam vidit; Ego Ariſtotelem Græcum in ipſa Græcia didici.*

Hac loquendi libertate incitavit adverſu ſe Prædicatorii Ordinis Fratres, hæreticæ pra vitatis inquiſitores, qui eo tempore adverſu *Joannem Veſalienſem* Theologum, & inſignem concionatorem, tyrannidem ſuam exercebant. Sed quo minus palam VVeſſelum perſecut ſint, in cauſa fuit reverendiſſimus & illuſtris ſimus princeps, *David à Burgundia* Ultrajectinus Epiſcopus, cujus Medicus tum VVeſſeli erat. Verſabatur crebrò apud Canonicos, quo regulares vocant, montis Sanctæ Agnetis, no procul ab oppido Suollà. Ibi cum neque ho rario, neque roſario uti eum obſervaſſent: In terrogatus, utrum nihil oraret? Reſpondit, quidem, gratia Dei, adhuc conari, ut perpetu orare poſſet; nihilominus tamen etſi ſinguli diebus Orationem Dominicā ſemel recitare ſperare, eam orationis paucitate Deó placer

Ingraveſcentibus annis in patriam redi ibique ſcribendo ſuo more, & docendo & bi, & ſuis vixit. Commendatus enim fuit V

ginibus ſpiritualibus Groningæ à *David de Burgundo* Epiſcopo Ultrajectino: cujus ad Weſſelum datæ literæ, cum aliorum quoque magnatum & doctorum virorum, ibi adſervantur.

Incertum tamen eſt, utrū ipſe, an ejus nomine Epiſcopus virginibus expenſas pro convictu ſolverit; an verò gratis ab illis alitus fuerit.

Vixit Groningæ diu charus omnibus: tandē cum ætatis annum *ſeputageſ.* * attigiſſet, integro viſu & auditu: ita ut nunquā ocularis ſpecillis opus habuerit, minutiſſimasq; literas & commode legeret, & pulchrè ipſe pingeret, in morbum incidit; qui ei & vitæ finē attulit. Hic cum amicus quidā doctus inviſendi gratia eum conveniſſet, & ut valeret, interrogaſſet? reſpondit, *ſe pro ſua ætate & morbi moleſtia utcunque valere; ſed unum admodum moleſtum ſibi eſſe; quòd variis cogitationibus & argumentationibus circumactus, de veritate Chriſtianæ religionis ſubdubitare inciperet.* Obſtupeſcebat ille, ac hortari ægrum cœpit; ut omnes cogitationes ſuas in Chriſtum Servatorē unicum rejiceret. Sed cum hujusmodi admonitionem ei moleſtiorem eſſe ſenſiſſet: triſtis tum abiit. Poſt unam atque alteram horam reverſum ad ſe, ubi Weſſelus vidit: alacri animo. &, quantum valetudo ſinebat, exultans dixit: *Gratias ago DEO; omnes illæ vanæ diſputationes abierunt: cum nihil ſcio, niſi JESUM, & hunc crucifixum.* Hac in confeſſione animam DEO reddidit.

Deceſſit anno milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo nono, die Franciſci: ſepultus Groningæ in monaſterio, quod ſpiritualium virginum dicitur. In libro memoriali templi illius hæc leguntur:

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono obiit venerabilis M. Weſſelus Hermanni, egregius Doctor ſacræ Theologiæ, & in Latina, & Græca, & Hebræa linguâ multum eruditus, & in tota Philoſophia quaſi univerſalis. Epitaphium ei hujusmodi poſitum prope monumentum fuit:

Pallida Veſſeli ſaxum hoc tegit oſſa magiſtri,
Philoſophos inter qui leo fortis erat.
Illum lingua triplex, Hebræa, Pelaſga, Latina,
Inclita doctorum ſcandere pulpta dedit:
Agrippina & Pariſium, duo regna Minervæ,
Senſere ingenii vimq; decusq; ſui.
At laus una viro, quia totum ſcibile ſcivit,
Et vitio infectis malleus ipſe fuit.
Arx Friſiæ cineres, Germania tollit honores:
Dic ferat omnipotens, lector amice, animam.

Inter familiares & amicos, quos multos Groningæ habuit, maximi fecit *Rodolphum Agricolam*, & M. *Joannem Oeſtendorpium*, poſtea Canonicum Daventriæ ad S. Lebuinum. Hic cum Weſſelum, natu grandiorem, aliquando conveniſſet; deque ordine ſtudiorum conſuliſſet: inter cætera ſtudioſum eruditumque juvenem hortatus eſt, ut veteres ſcriptores, tam ſacros, quam profanos, neotericis ſcholaſticis, Theologicis præſertim, anteferret.

Futurum enim brevi; ut doctores illi irrefragabiles cucullati atrati, & albati, in ordinem ſe dignum redigerentur. Romanæ Eccleſiæ errores ſæpiùs deploravit; atque gratuitam noſtri juſtificationem per fidem in Chriſtum, inculcavit: purgatorium & indulgentias διαῤῥήδην improbavit. Multa *ſcripſit* in Theologia; ſed *quæ à Catholicis*, ut Suffridus ait, *non probantur*. Anno decimo quarto ſupra milleſimum ſexcenteſimum, opera ejus omnia, quæ inveniri ſaltem potuerunt, excuſa ſunt Arnhemiæ. *Geldenhaur. Noviomag. l. 1. de viris illuſtribus inferioris Germaniæ; Suffridus Petr. decad. 8. de ſcriptorib. Friſiæ cap. 4.* *Scripta.*

PETRUS SCHOTTUS.

O 1491.

PETRUS SCHOTTUS Argentinam natus eſt patriam, urbem Germaniæ nobiliſſimam, ſub annum Chriſti quinquageſimum nonum ſupra mille quadringentos. Pater ejus fuit vir ea in Republica tum omnibus notus, ſummi conſilii, ſummæq; induſtriæ. Qui cùm ob publicas occupationes minimē ea cura, qua cupiebat, filium educare poſſet: tradidit eum in diſciplinam graviſſimo atque integerrimo viro *Johanni Müllero* de Raſteten. Is nullum laborem prætermiſit, quo diſcipulus ad doctrinam & virtutem inſtitueretur. Erat inter eos certamen quoddam atque contentio. Præceptor enim diligebat eum tanquam filium: contra diſcipulus præceptorem non minus, quàm parentem venerabatur & colebat: dictoque ejus ita audiens erat, ut ſimul ac quid mandaſſet, dicto citiùs effectum daret. Sæpe percunctabatur ex magiſtro varia, & vix pro captu ætatis. *Jo. Muller præceptor Schotti.*

Poſtquam prima rudimenta & Grammaticen in patria didicerat: *Pariſios* cum illo præceptore profectus eſt. Ibi quantum doctrinæ, pro eo tempore, brevi conſecutus fuerit; incredibile eſt dictu. Nihil in Logicis tam erat ſpinoſum ac contritum: quod non explicaret; nihil in Phyſicis tam reconditum, quod non erueret, & diſputando clarum redderet: nihil in Ethicis tam anceps, quod non apertiſſimè explanaret. Erat ei ingenium ſummum, memoria tenaciſſima, ſermonis mira ſuavitas. Itaque & audita facilè percipiebat, & percepta fideliter retinebat, & retenta elegantiſſimè pronunciabat. Eminebat, igitur inter æquales, & ſuo ſtudio eos incitabat: nec tamen cuiquam ideò minus gratus, virtute ſuperante invidiam. Laudatus nunquam intumeſcebat: tardiores non contemnebat: de alterius invento non minus quàm de ſuo gaudebat, & puer ferè ſenilem præ ſe ſapientiam ferebat. Itaque cùm omnibus, illius Gymnaſii Magiſtris carus eſſet; conſenſu omnium decretum eſt, ut Baccalaureatus inſigniretur titulo: ac, pro more Academiæ, antea in diſputatione variis argumentis, aliis inextricabilibus, eum adorti ſunt: ſed ex quibus Schottus ſe argutè expediret adeò, ut non jam tyro, ſed veteranus videretur. Fama hæc ingenii ejus Pariſiis degentis etiam in patria Argentorati increbuit: & expectationem ſummam excitavit. Lutetia deinde ad ſuos reverſus vix tres menſes ibi hæſit; cùm pater eum *Bononiam*, ſtudiorum matrem, miſit. Hic cùm primò ſeſe poëticæ atque oratoriæ dediſſet: adeò celeriter & feliciter eas arripuit, ut omnes in admirationem ſui adducerent. *Schottus Lutetiam petit.* *Baccalaureus creatur.* *Bononiam mittitur.*

Ex Italia redux Canonicus Argentinæ deſignatus.

ret. Contulit ſe demum ad jus civile: in quo indefeſſo labore tantum profecit, ut nullus nodus in jure tam eſſet implicatus, quem non ſolveret. Inde ad jus Canonicum tranſiit, ut non ſolum ea quæ ad opes conſequendas, ſed etiam quæ ad animæ ſalutem faciunt, condiſceret. In Græcis Bononiæ anno 1487. præceptorem habuit *Antonium Britonienſem*: uſusq; eſt conſuetudine ac familiaritate arctiſſima *Bohuslai Haſſenſteinii Bohemi*, quem etiam verſibus celebravit: qui ei par retulit, oratione pro ipſo ad Argentinenſes dicta & ſcripta. In patriam ex Italia reverſus Schottus, Canonicus S. Petri eſt electus quo in officio ſumma cum innocentia ita verſatus eſt, ut ab omnibus præcipuo in honore fuerit habitus. Scripſit aliquot opuſcula tàm metro quam pedeſtri ſermone, ut ſunt vitæ *Johannis Apoſtoli*, *Johannis Baptiſtæ & Chryſoſtomi*, carmine elegiaco conſcriptæ. Item laudes *Johannis Gerſon*, & epiſtolæ.

Scripta Schotti.

Mores & ingenium.

In exercitationibus & ſtudiis aſſiduus fuit: quippe qui nec convivia humanioribus diſciplinis vacare paſſus eſt: Semper aliquid ſive in poëtica, ſive oratoria, ſive in legibus proponebat: audiebat alios libenter, placideque omnibus reſpondebat: recte dicta gratiſſimo animo ſuſcipiebat: prava nõ acriter refutabat: diſputantes contra ſe docere potius, quam vincere nitebatur. Concurrebant itaque ad eum familiares, nunc qua oratione utendum, quærentes, nunc quibus argumentis aliquis oppugnandus eſſet, inveſtigantes: & omnes omnia ejus dicta, tanquam Apollinis oracula, obſervabant, nec unquam collocutus eſt, qui non doctior diſceſſerit. Quæ præterea ejus tum in omni vita, tum præcipue in cibo potuque moderatio fuerit, vel ex eo apparet, quod in Italia, ubi etiam indigenæ aliquando aëris intemperantiam vix tolerant, adeò proſpera valetudine uſus ſit, ut nunquam aliquo corporis dolore affectus fuerit.

Obitus.

Cum autem in medio vitæ curſu & ipſo ætatis flore eſſet: mors eum rebus humanis exemit, ætatis, ut volunt, anno 31. Chriſto verò 1491. vel 92. Argentinæ, ubi in æde S. Petri eſt ſepultus. *Bohuslaus Haſſenſtein & Pantaleon.*

Claruit circa annum milleſimum quingenteſimum.

HENRICUS BEBELIUS.

Inſtauratoribus doctrinarum gratia debetur.

QUI in Germania viri boni & eruditi ſeculo præcedente, Romanæ linguæ uſum, temporum injuria, pariterque hominum incuria neglectum, reducere ac genuino nitori reſtituere conati ſunt: ii æternam à grata poſteritate laudem ſuo merito inierunt. Talibus inter primos accenſendus venit *Henricus Bebelius*: qui Juſtingæ, quæ pagus & arx Sueviæ eſt, parentibus ruſticanis quidem, ſed honeſtis eſt prognatus: id quod ipſe his carminibus fatetur:

Inter eos Bebelius.

Juſtinga.

Si non criminibus poterit mea vita notari,
Non curo indocti verba profana viri.
Cum referam proavos, fateor charosq; parentes:
Ruſticus, & duri ruris alumnus ero.

A puero omne ſtudium omnemque laborem ad literarum optimarum adipiſcendam cognitionem contulit: jurique civili ſimul operam dedit: unde ipſe:

Solus ego cepi civiles diſcere leges;
Palladiasq; ſequi non rudis ipſe ſcholas.

Cumque ad carmen fundendum venam nactus eſſet non infelicem; eamque uno alteroque ſpecimine probatum iviſſet: laurea & inſignibus, à *Maximiliano* primo Auguſto, qui in Germania ſuperiori ſeculo ingenia mirificè excitavit & munificè juvit, donatus eſt. Ita enim ipſe in quodam ad Zoilum carmine:

Glorior hinc humili quod ſurgam ſanguine primus,
Atque meum veniat nomen in ora virum.
Namq; adoleſcentis lauru mea tempora Cæſar
Cinxerat, ex hedera conſpicuumq; caput.
Contulit & nobis armorum inſignia; laus eſt
Induperatori me placuiſſe meo.

Anno nonageſimo ſeptimo, ſupra mille quadringentos, in Tubingenſem Academiam accitus eſt; ut politiorem ibi doceret literaturam. Frequenti itaque auditorio poëtas, oratores, ac hiſtoricos explicuit; craſſamque barbariem ſuo loco pro virili exegit. Quanquam quale fuerit tunc literarum ex barbariei abyſſo emergentium, quaſi crepuſculum; vel hinc apparet; quod anno primo ſupra ſeſquimilleſimum, per literas ex *Joanne Capnione* ſciſcitari addiſcere non dubitavit; *eléiſon*, triumne, an quatuor ſyllabarum eſſet?

Libellum facetiarum anno milleſimo quingenteſimo ſexto edidit; eumque *Petro Jacobo Arlunenſi* Jureconſulto, Præpoſito Backnaugenſi, Canonico Stutgardiano, dedicavit: in quo & auctor ipſe, & alii non injuria reprehendunt, & ſublata optant omnia; quæ pias ac honeſtas aures offendunt. Scripſit & *de Magiſtratibus Romanorum*, *de nominibus artificum*, *de nominibus morborum corporis humani Græcis & Latinis*, *de nominibus ſanctorum*, cum eorum interpretatione, *de pagis Sueveorum & Neccaro flumine*; hisque ſimilia, uno volumine impreſſa Argentinæ in officina Schureriana, anno milleſimo quingenteſimo tertio. Exſtat in primo tomo ſcriptorum Germaniæ, à D. Schardio collectorum Bebelii *oratio* ad Maximilianum primum Cæſarem, *de ejus & Germaniæ laudibus*. Item *demonſtratio* Germanos eſſe αὐτόχθονας: *Apologiam* etiam ſcripſit pro defenſione Imperatorum contra Leonhardum Juſtinianum & alios, qui nomen Imperatorum extenuant, & coronationem eorundem inceſſunt ac derident. Idem edidit tractatum: Imperatorem Chriſtianorum Chriſtianiſſimum eſſe dicendum. Scripſit & de laude, antiquitate, imperio, victoriis rebusque geſtis veterum Germanorum. Item epitomen laudum Suevorum, atque Principis Wirtembergici Ulrici: de proditione Ducis Mediolani: & de mendaciis quorundam hiſtoricorum. Plura, quæ poſteritati elucubravit, recenſet Geſnerus, & Bibliothecæ. *Cruſius in annalibus Suevicis, Schardius, alii.*

JOAN

IOANNES NAUCLERUS.

NON uſquequaque veritati adfine eſſe illud, quodGræcorum ſermone jactatur proverbium; ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα: cum aliorum, tum hujus Naucleri exemplum luculenter evincit. Hic enim loco nobili apud Suevos natus, patre *Joanne Verge*, vulgo Vergehanß / (quod nautam Germanis notat, unde, Naucleri poſtea defluxit, & familiæ adhæſit appellatio) Natus igitur viro equeſtris ordinis, & apud *Ludovicum* Wirtenbergenſem Uraci Comitem, præcipuæ dignitatis, majorum ſplendore, tanquam alieno * bono minime contentus, propriæ quoq; virtutis laude, nomen literis à puero ſumma induſtria nec ſine ingenio, perceptis, quæſivit. Cum ſtudio autem manſuetiorum Muſarum, conjungere ei viſum fuit & Iuriſprudentiæ & Theologiæ, qualiscunq; tunc temporis tradebatur, cognitionem. In jure igitur eò progreſſus eſt, ut docturæ, quam vocant ἀξίωμα, & teſtimonium Academicum ſummum, conſecutus fuerit: nec in Theologicis plane fuit nullus: Id quod & honores, quibus ornatus eſt, & ſcripta, quæ reliquit, teſtantur. Nam cum * mortuo *Ludovico* Comite VVirtenbergico, filius *Eberhardus* licentius ſub cura primum matris, deinde illa iterum * nupta, ſub tutela patrui *Ulderici*, viveret: ephorus ei datus eſt Nauclerus, qui & moribus & literis indolem illuſtrem informaret. Verum, ut plerumque fuit aularum adverſus literas iniquior animus, Latinæ linguæ operam dare per aulicos integrum ei non fuit, dictitantes, *maternam linguam principi adoleſcenti ſufficere.* Quanquam eſt non nemo, qui affirmet, à patre Eberhardi Ludovico, jam depoſito, aulicos jurejurando fuiſſe adactos, ut promitterent: curaturos ſe, ut ne filius literis Latinis inficeretur. Longe ſane alia mens *Alphonſo* regi, longe alia *Æneæ Sylvio*, pòſt Pontifici, fuit, qui, *literas pauperibus argentum:* perhibuit, *nobilibus aurum: principibus gemmas.* Sed forte id fecit ab aliis ſic inductus, de cujus farinæ hominibus illud dicas:

——amaracinum fugitat ſus, & timet omne
Unguentum: nam ſetigeris ſubus acre venenum eſt.

Ipſe certe *Eberhardus* Princeps, jam adultior, id ſerò agnovit, & non rarò ad doctos latinè loquentes infelicitatem ſuam qui erudita eorum colloquia aſſequi non poſſet, miſeratus eſt. Ab aula *Nauclerus* ad ſacra ſe retulit: & Eccleſiæ collegiatæ apud Sturgardianos præpoſitus, circa annum, milleſimum quadringenteſimum, ſexageſimum. Annò verò 1367. ab inclyto comite Wirtembergenſi, *Ulrico*, ad *Carolum*, Burgundiæ regulum, miſſus, propter bellicos furores ad Trajectum ſubſtitit, ac tandem re infecta domum rediit.

*Maximiliani I. comitiis. Gabriel Biel Primus Tubingæ Rector Nauclerus. Chronica Naucleri. * A 1515. Melanchthon ea retexuit. Continuat Surius monachus. * In dedicatoria lib. 5 Chronic. Melancht.*

Anno deinde Chriſti, ſeptuageſimo ſeptimo, ſupra mille quadringentos, Academia Tubingæ auſpiciis Eberhardi Comitis, & poſtea * primi Ducis VVirtembergenſis, conſtituta, plantante eam *Gabriele Biel*, Theologo & Sententiario ea tempeſtate celebri, *Joannes* hic Bergenhanß / præpoſitus Tubingenſis, decretalium Doctor, primus Univerſitatis illius Rector eſt deſignatus.

Hic itaque cum in literarum ſtudiis provehendis, totus eſſet: Chronica ſubcincte comprehendentia res memorabiles ſeculorum omnium ac gentium, ab initio mundi, uſque ad Annum Chriſti, milleſimum, quingenteſimum, ex omnibus aliis Latinè conſcripſit. * Excudit opus iſtud *Thomas Anshelmus*, qui Typographicam officinam habuit Tubingæ. Melanchthon autem in eo partim diſponendo, partim augendo, partim etiam retexendo, id præſtitit: ut lectio iſtius libri à pluribus expeteretur, & fructu voluptateque non careret.

Continuavit deinde idem *Laurentius Surius* Carthuſianus uſque ad Annum Chriſti ſexageſimum quartum, ſupra ſeſquimilleſimum. De cujus tamen Paralipomenis *Caſpari Peuceri* * judicium hoc eſt: ut dicat, monachum illum Surrianum, *Scurram* rectiùs vocari: quippe qui, utrum rem ſeriam agat, an ſcurretur, non facile dixeris: cum impudenter res manifeſte veras calumnietur & depravet. Inter alios diſcipulos habuit *Nauclerus* quoque *Ioannem Reuchlinum*, virum poſtea undequaque doctiſſimum; quem humanioribus in diſciplinis, nec non & juris ſtudio diligenter erudivit, ac ſuo exemplo juventutem ad otium literarium invitavit. Habuit etiam *Ludovicum* Bergen fratrem: quem in bonis literis adeò fideliter inſtituit: ut præpoſitus Stutgardianus & Cancellarius principis ſui factus fuerit. *Martin. Cruſius in annalibus Suevicis, Ioach. Camerar. in vita Melanchth.*

Capnio diſcipulus Naucleri.

CONRADUS CELTES PROTUCIUS.

O 1508. d. 4. Febr. ætat. 49. compl.

CONradus Celtes Protucius, familia Celtica honeſta, *Suinforti* in Francia Orientali ad Mœnum, haud longe ab Herbipoli, calendis Februarii natus eſt anno quinquageſimo nono, ſupra mille quadringentos, mane circa horam tertiam, quo eodem anno & *Maximilianus* poſtea 1. Auguſtus ejus nominis * editus eſt.

*Patria Celtis Suinfurtum. Maximilianus I. Auguſtus quando natus. * Die 22. Martii.*

Infans incredibiles vagitus edidit: butyro & mellis favo, foco admotus; ægrè leniebatur. Reſponſum eſt à nutricibus, magna fama & facundia virum fore. Infantia exacta à germano ſuo Druide, literarum rudimenta (ut Germanorum inſtitutio fert) brevi perdidicit. Per patrem à literis revocatus; ut vinearum & familiæ curam ſuſciperet; cum in vineam perductus eſſet, elapſus nil tale

Præſagium de ipſo. Invito patre literis dat operam. Venit Coloniam.

tale ſuſpicantis patris manibus, adſcenſaque rate per Mœnum *Coloniam Aggrippinam* venit: ibique liberalibus ſtudiis & Theologiæ aliquamdiu operam dedit.

Inde Haidelbergam. Motus deinde fama *Joannis Dalburgii*, Vangionum epiſcopi, & *Rodolphi Agricolæ*, Haidelbergam adiit; ibique oratoriam & poëticam, cum Græcæ & Hebraicæ linguæ præguſtamentis hauſit; & mox Erphordenſium, Lipſenſium, Roſtochienſium publica Gymnaſia perluſtrans, non exiguas docendo pecunias acquiſivit.

Peregrinatio literaria. Italiam adit. Exin Poloniam. Innoteſcit Friderico Saxoniæ Elect. Lauream primus Germanor. meruit.

Hinc in Italiam profectus, Paduæ, *Calphurnium*, & *Creticum*; Ferrariæ, *Guarinum*; Bononiæ *Philippum Beroaldum*, Florentiæ, *Ficinum*; Venetiis *Sabellicum*, Romæ *Pomponium Lætum* audivit. Roma per Venetias, Illyricum, & Pannoniam, Sarmatas adiit: ibique aſtronomiæ vacavit: præceptore *Albert Bruto* uſus.

A peregrinatione Sarmatica & Italica reverſus, in familiaritatem *Friderici*, Saxoniæ ducis, pervenit: cujus ſuaſu & ductu coronam poëticam à Cæſare obtinuit, ætatis ſuæ anno trigeſimo ſecundo: primuſque ejus dignitatis titulum & inſignia apud Germanos geſſit. Coronatus eſt manibus *Friderici* 3. Imperat. in arce Noribergenſi, anno* octogeſimo ſeptimo, ſupra mille quadringentos, die 18. April. unde ipſe de ſe:

Primus ego titulum geſſi nomenq; poëtæ:
Cæſareis manibus laurea nexa mihi.

*Vel potius nonageſimo primo.

Laurea ejus adhuc hodie Viennæ, ubi docuit, adſervari dicitur. Ipſe ad peregrinationem rurſus converſus, cujus avidiſſimus diſcendi gratia erat, totam Germaniam, & *quindecim* tunc ejus *Academias* perluſtravit.

Eruditio ejus. Primus patriæ ſuæ fines ad quatuor mundi plagas conſpexit: primus eloquentiam Romanam, quantum Germano ſaltem homini conceſſum, cum rudimentis Græcæ linguæ, in Germaniam induxit: primus Comœdias & Tragœdias, publicis in theatris, veterum more exhibuit.

Statura & mores. Statura fuit mediocri; corpore obeſiore; facie clariſſima: candentibus oculis & grandiuſculis: ore decoro: pilo leni, raro, & ſubnigra circa tempora parum renodi; barba rara, & ejus præcoci canicie, ac frontis calvicie. Animo & mente hilari; vultu gelaſino; valetudine proſpera: ſtomacho imbecilli. Solis, nemorum, montium, peregrinationum, balneorum, conviviorum, & utriuſque muſices pertinax amator. Amicitiæ & favoris ſtudioſiſſimus: & cui nulla ad audiendum doctos viros longa aut difficilis fuerit mora. Omnium antiquitatum diligens inquiſitor, & admirator. In verbis & moribus lenis & ſuavis: ſed in iram præceps, & difficulter placabilis; in cæteris animi motibus ſedatus & generoſus.

Amici. Amicos ſui ævi viros præcipuos habuit: & quos ſemel acquiſivit, nunquam ſuo vitio perdidit; *Joannem Trithemium*, Spanhemenſem abbatem, *Ioannem Vigilium* Cheruſcum Jureconſultum, *Andream Stiberum* & *Joannem Stabium*, Mathematicos, & Theologos, *Andream Pegaſum* Sarmatam, *Sebaldum Calamoſum*, *Hartmanuum Eptingum Philippum Callimachum*, Florentinum, vatem doctiſſimum.

Apophthegmata ejus, præter illa, quæ carmine conſcripſit, hæc celebrantur: *neminem vivere, cui non pars ſtultitiæ contigerit: nullam agnitionem difficiliorem, quam ſui: Eam ſolidam eſſe voluptatem, quam nulla pœnitudo ſequatur.* Interrogatus, cur negligentius opes curaret? reſpondit: *majorum domûm majorem eſſe curam:* & rurſus de eodem interrogatus, ſubjecit: *impoſſibile non curantem, habere quod habeat. Somnum, vinum, amicum, & philoſophiam, dixit levamina & vitæ vehicula: ætate vinum & carmina precioſa fieri, conveniens eſſe philoſopho peſſimis diſplicere: Philoſophum oportere amatores ſui primum docere patientiam, & vacuos reddere affectionibus: Invidiam convertere debere ſapientem in miſericordiam: optimum genus victoriæ non in invidiam, ſed in pœnitudinem duxiſſe hoſtem; tolerabiliores eſſe miſerias, dum ad aliorum comparantur calamitates: Illorum, qui ſine laude viverent, laudes aut vituperia non debere curare ſapientem: præbere hiſtrionum ſpeciem, qui habitu tantum profiteantur religionem & philoſophiam: multum referre in quæ tempora cujuſque vita & virtus inciderit: A diis neminem amari, niſi quem ament homines: Amantem & invidum intra ſe geſtare ſupplicium: in præteritum ne Deum quidem conſulere poſſe, & perinde de his eſſe conſolationem: Principes indoctos organorum inſtar eſſe, quæ aliorum impulſu ſonos edant: fœlices eſſe, qui alios proba inſtitutione erudirent: feliciores, qui cogitationes ſuas illuſtres ad poſteritatem deſtinarent: feliciſſimos, qui utrumq; perfeciſſent: Tria eſſe ingeniorum genera: Bonos,* qui aliorum ſcripta interpretentur; *meliores* qui exotica transferrent; *optimos* qui nova cuderent: *animorum affectus eſſe fata**

Hortanti, ut indoctum doctorem ſalutaret, reſpondit: *doctos quærimus, doctores plures habemus.* Adſpernantibus eloquentiam & Græcas literas reſpondit: *facilius eſſe honeſta ſtudia & virtutem contemnere, quam diſcere: philoſophum decere paſſiones ſuas frangere, aut recondere: apud prudentem & ſtudioſum virum debere obſervari ſemper, ut dies diem doceret.* Interrogatus, quid novi acciperet, reſpondit: *nil niſi novas ſemper in perverſis mentibus erumpere cogitationes & affectationes.*

Cum ex familiaribus ſuis quendam commendaſſet, & ille negligentius egiſſet: hortantibus cunctis, ut eum vituperaret: reſpondit: *ſemel laudavi, vituperare non poſſum. Poëticam divinum eſſe motum animi: oculos feneſtras animi, & ſenſus, januas intellectus eſſe: Virtutem eſſe ut ſpongiam & ſilicem, quorum alterum ſi compreſſeris, contrahitur, alterum ſi læſeris, ignem elicis: dulciſſimam eſſe mortem, quæ cum gloria apud poſteritatem reviviſceret.* Cum quendam caſtigaſſet, & ille ſe illuſtrium virorum vitiis tueretur, re-

ſpondit

ſpondit: *illorum vitia ſequeris virtutes negligis. Vivum vivis prodeſſe debere, poſt mortem bonorum omnium incertum heredem: virtutem ſimilem eſſe oleo, quod cuicunq; liquori miſcueris demum ſupernatabit.* Interrogatus, quo Græcorum & Latinorum ſtudia differrent, reſpondit: *hos magis rebus, illos magis verbis abundare.* Neminem in familiaritatem admiſit, niſi quem ipſe meliorem, aut qui ſe meliorem reddere poſſet. *Non quomodo vivendum, ſed quomodo moriendum cogitandum dixit. Colentes ſe colere debere ſpernentem ſpernere.* Interrogatus quo res humanæ conſiſterent; reſpondit: *tolle eloquium & intellectum: non erit quippiam in hominibus. Menſtruanos amicos* vocabat: qui adverſis rebus amicitiam ſolverent. Quomodo aliquis cognoſci deberet interrogatus? reſpondit: *ex ejus amicis & contubernalibus.* Scripſit in Poëtica *libros amorum, quatuor vitæ circulos*, ut Pythagorici tradunt, & ſecundum quatuor ætatum affectiones; & ſecundum quatuor Germaniæ latera: ut illam ab occaſu *Rhenus*, à Septentrione *Rhoanus* & mare Germanicum; ab ortu *Viſtula*, à meridie *Danubius* & Alpes claudunt, obſervatis maxime gentium moribus, & locorum naturis, fluminibus, lacubus, ſylvis, & urbibus inſignioribus: edidit *libros carminum* totidem, Horatium maxime ſecutus in Lyricis & Epodis: Libros *Epigrammatum* quinque: *Parnaſſum bicipitem*, in quo poëtas & Theologos conciliat, *Theodoricriden* orſus, qua Theodorici regis Gothorum & Germaniæ hiſtoriam complecti volebat; oratione pedeſtri item Germaniam illuſtratam cupivit, ſitum Norinbergæ, & de ejus inſtitutis, moribus, aliaque non ita magni ponderis opuſcula affecta habuit.

Vixit * annis novem & quadraginta, diebus tribus, ad annum uſque Domini, octavum ſupra mille, quingentos, diem verò ſecundam Nonar. Februarii. *Ex volumine 1. de vitis illuſtr. virorum Iohann Fichardi.*

JOANNES MURMELIUS.

JOannes Murmelius natus eſt *Rurimundæ*, Geldrorum urbe inſigni, ad Moſæ & Ruræ confluentem. Primum militiæ nomen dedit: poſt à turbulentis Bellonæ caſtris ad blanda quietaque Muſarum ocia converſus, *Alexandrum Hegium*, cui & *Eraſmus* & *Hermannus Buſchius* operam dederunt, Daventriæ audivit. Coloniæ in Ubiis artium liberalium magiſter, non ſine inſigni eruditionis laude, eſt renunciatus.

Bonas literas, quas callebat exacte, pluribus in locis optima fide docuit. Nam *Alcmariæ* apud Batavos, *Daventriæ* apud VVeſtphalos, & alibi, magno cum juventutis commodo ludum aperuit. Fuit Monaſterii annos 11. Conrector Timanni, & per triennium rector ſcholæ Lutgerianæ. Tandem decimo quarto poſt, 1500. anno, venit *Alcmariam*, ibique inſtructa ſchola clarebat: ſed incendio redactus ad paupertatem, venit *Daventriam*, publico ſtipendio accerſitus, anno 1516. ubi poſtea anno ſequenti d. 2. Octobris obiit, relicta in paupertate, ut ſcholaſticorum hoc genus ſolet, uxore cum filio, quem inſtituere cœperat Græcè & Latinè. Miræus tamen vult obiiſſe cum Monaſterii, idque anno 1513. Sed ſi anno 1516. ſcripſit *encomium Reuchlini*, ut Geſnerus in Bibliotheca confirmat: utique ille fallitur. *Obitus Murmelii.*

Utut ſit, de fati certe genere ambigitur. Creditum enim, ab æmulis, quod ante diem obiiſſet, toxico è medio ſublatum: ſed qui artis medicæ periti morienti adfuere, peripnevmonia extinctum affirmabant.

Multa inter piſtrini labores carmine ac ſoluta oratione ſcripſit: Grammaticas enim præceptiones tabulis complexus eſt: epigrammata varia feliciter luſit: Perſii ænigmata opera H. *Buſchii* acutè illuſtravit; uti & *Boetii* elegans illud Satyricon de philoſophiæ conſolatione. Collegit verſus ſententioſos ex Elegiographis Latinis: ſcripſit & ſcoparium ad profligandam barbariem è ſcholis librum apprime eruditum: & alia, quæ Geſneri bibliotheca recenſet. *Miræus in elog Belgicis: Gerhard Noviomagus l. 2. è viris illuſt. infer. Germaniæ.* *Scripta ejuſdem.*

ALBERTUS GRANTZIUS.

O. 1517. 7. Decemb.

THeologum hunc profeſſione philologis annumerabimus, ſcriptorum, quæ poſteritati elucubravit, habentes rationem. Edidit eum *Hamburga*, urbs Hanſeatica, celebris emporio in familia natum honeſta. Ibi à prima ætate ad literas diſcendas adhibitus, omni doctrinarum genere ingenium excoluit. Cumque ætas ejus gravioribus ſtudiis idonea eſſet: *jus civile* ac *Pontificium* addidicit. *Hamburgæ. Educatio & ſtudia.*

Poſtea, quæ erat ingenii ipſius felicitas, animum ad *Theologiæ* ſtudium applicuit: ac in utroque ſtudiorum genere tantum profecit, ut inſignia cum juris tum Theologiæ emeruerit. Cum autem præcipue omnis antiquitatis eſſet ſtudioſus: multarum gentium evolvit annales atque hiſtorias: ac de Saxonicis gentibus, & vicinarum Inſularum orbis Arctoi regnis, præclare meritus eſt: dum & regum vicinorum ſucceſſiones, & bella præcipua, & Vandaliæ in illo litoris Balthici tractu longiſſimo, & Saxoniæ fere univerſæ principum & epiſcoporum nomina & ſucceſſiones, usque ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum, graviter & prudenter explicatas deduxit. Quod *Saxoniæ & Vandaliæ Chronicon David Chytræus*, ab eo tempore, ubi ille finem fecit, uſq; ad annum nonageſimum tertium ſupra mille quingentos, perduxit. *Doctor Theologiæ & juris. Hiſtoriarum ſtudio deditus. Chronica regnorum Aquilonarium.*

Non itaque in ocio Grantzius vixit: ſed ingenium ſuum & doctrinam, præcipue ad utilitatem Eccleſiæ contulit. Docuit primum in Academia *Roſtochiana*, cujus rector anno *Docet Roſtochii.*

anno milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo ſecundo, fuit. Poſtea *Hamburgæ*, in collegio duodecim monachorum, à *Carolo Magno*, ejusque filio *Ludovico pio*, inſtituto, cùm virtute, doctrina multarum artium ſcientia & facundia cæteros antecelleret, præcipua ejus in decanatu fuit auctoritas: & lectoris Theologiæ officio functus, ſacras literas profeſſus eſt, ac publicis concionibus populum docuit. Fuit ipſe nonus in illa lectura, publice in ſchola ac templo docentium, inſtituta anno Chriſti quadringenteſimo octavo, ſupra milleſimum, à quodam *M. Joanne Frickio*. Animaduerit in doctrina ejus temporis multum fuiſſe errorum & ſuperſtitionum: & mores Canonicorum & monachorum acerrime reprehendit; eóſque in ordinem redigere conatus eſt. Sed cum id fruſtra ſe tentare videret; quod peruerſitas illorum hominum munita eſſet auctoritate Pontificis, dixiſſe fertur: *nunquam poſſe eos reduci ad meliorem frugem, niſi prius à viris doctis expugnata arce.* Interrogatus cur ſeſe ipſe non opponeret tam craſſis erroribus; reſpondit: *ſe neque eruditione neque ætate parem eſſe tantis negotiis.*

Decan Hamburgæ. *Superſtitiones & abuſus Eccleſiaſtici ab eo notati.* *Fruſtra conatur Canonicorum mores emendare.*

Perſtrinxit autem variis in locis errores ac mores Cleri ſui temporis: & * *Canonicos* κατ' ἀντίφρασιν *dictos* adſeruit: qui majori ex parte irregulares eſſent. De monaſteriorum & redituum Eccleſiaſticorum abuſu * alicubi ita conqueritur: *Utinam illo fervore, quo res incoantur, perennarent: qua in re nimium falluntur opinionibus fundatores. Degenerant enim in deterius omnia: quod in probatiſſimis quibusq; religionibus ſpectatur. Inde crebræ reformationes, & ſecutæ deformationes. Sic teritur vita.* De Euchariſtia * autem hæc habet: *Ejus uſus à cæleſti Magiſtro conſtitutus eſt ad uſum, non ad oſtentationem.*

* *Metrop. l. 4. cap. 2.* *Canonici unde dicti.* * *Metrop. l. 4. c. 37.* *Abuſus monachorum.* * *Metrop. l. 11. c. 39.* *Euchariſtiæ uſus.*

Cum ægrotus ac fere animam agens, vidiſſet propoſitiones *Martini Lutheri* contra indulgentias, dixiſſe fertur: *nihil effecturum eſſe contra tam potentes adverſarios. Suum eſſe conſilium, ut ab incepto deſiſteret. Frater,* inquit, *abi in cellam tuam, & dic Miſerere mei Deus:* ſignificans conatum rei tantæ, adverſus Pontificem cujus auctoritas & potentia ſummis Regibus terrori erat, ab infimæ ſortis monacho ſuſceptæ, inanem & irritum fore.

Iudicium Crantzii causa Lutheri.

Deceſſit autem eo anno *Crantzius*; quo Lutherus nundinationes indulgentiarum reprehendere cepit. Sepultus eſt Hamburgæ: ubi in cœmiterio ſummi templi monumento hoc epitaphium inſcriptum eſt.

Obitus eius. *Et Epitaphium.*

ANNO DOMINI M. D. XVII. IN VIGILIA CONCEPTIONIS VIRGINIS MATRIS GLORIOSÆ, SPECTABILIS AC EGREGIUS VIR, DOMINUS ALBERTUS CRANTZ, SACRÆ THEOLOGIÆ AC DECRETORUM EXIMIUS DOCTOR, ECCLESIÆ HAMBURGENSIS CANONICUS, LECTOR FACUNDISSIMUS DOCTISSIMUSQUE, ET OLIM DECANUS, MORUM AC VIRTUTUM SPECIMEN ET EXEMPLAR, PATRIÆ DECUS FELICITER CONCESSIT IN FATA, CUJUS ANIMA CUM BEATIS MOLLITER QUIESCAT, AMEN.

Reliquit poſteritati ſcripta hæc: *Eccleſiaſticam hiſtoriam ſive Metropolin: Saxoniam & Metropolin:* quibus res Saxonum & adjacentium regionum, ac totius fere Germaniæ luculentisſime exponuntur: *regnorum Aquilonarium*, Daniæ: Sueciæ, Norvegiæ *Chronica*, quæ deinde ab aliis continuata ſunt. Scripſit præter hiſtorias & verſus: atque in dicendi genere, ut tunc ferebant tempora, excelluiſſe eum res ipſa oſtendit. *Ioachimus Mollerus in præfatione metropolis ad Christianum, Danorum regem: Chytræus in Saxonia.*

S... C...

RODOLPHUS LANGIUS.

Or... 81.

Rodolphus Langius Weſtphalus fuit, nobilis genere, & ingenio poëta. Primis literis *Daventriæ* præclare excultus à patruo *Hermanno*, Eccleſiæ cathedralis Monaſterii Decano in Italiam, ubi tunc Latinæ & Græcæ linguæ ſtudia refloreſcebant, miſſus eſt. Ibi ſtudioſe *Laurentium Vallam*, cujus de elegantia ſermonis Latini commentarii extant, *Maphæum Vegium*, qui Æneida Virgilii addito libro complevit, *Franciſcum Philelphum*, & *Theodorum Gazam audivit*: & in ſoluta ac ligata oratione eleganter formanda ſe exercuit, ac ſtudiorum ſocios, *Mauritium* comitem Spiegelbergicum, Philippi filium, & *Rudolphum Agricolam* Friſium habuit. Qui in patriam reverſi omnium primi in Germania puriorem Latini ſermonis formam uſurpare, & rectam diſcendi & Latinè ſcribendi rationem oſtendere, & cohortationibus ac exemplo ſui excitare, cum *Alexandro Hegio* Daventrienſis ſcholæ ſtudiorum Rectore fideliſſimo ceperunt. Primus autem Germaniæ poëta, ipſius *Rudolphi Agricolæ* judicio, avorum ætate, aliquot ante *Conradum Celten* annis celebris, hic *Rodolphus Langius* fuit, editis *de excidio Hieroſolymæ poſtremo*, de obſidione *Noveſii* de *Paulo* Apoſtolo de *Maria* virgine, poëmatis clarus. De quo condiſcipulo & æquali ſuo Hegius cecinit.

Mi... à pa... Ital... *Præ... res e... Ital...* *Com... tione... dem...* *Prim... Germ... poeta.* *Hegii Langi... carmen.*

——— Iam ferre poetas
Barbarie in media Weſtphalis ora poteſt:
Langius hanc decorat majorum ſanguine clarus,
Monaſteriaci lausq; decusq; ſoli.
Primus Melpomenen qui rura in VVeſtphala duxit,
Cum caneret laudes, maxime Paule tuas.
Buſchius hanc modulis & ſtemmate clarus honeſtat
Cum te, Virgo parens, numine fœta, canit.
Vatum terra altrix tantorum VVeſtphala gaude!
Lumine te dextro docta Thalia videt.

Duxe-

Duxerat ſecum in Italiam Langius adoleſcentem *Hermannum Buſchium* cognatum ſuum, cum ab Epiſcopo Henrico Schvvartzburgenſi & collegio Monaſterienſi An. 1480. ad PP. Sixtum IV. legatus Romam certi negotii cauſa mitteretur: ubi præcipuis viris in itinere Buſchium commendavit, & ſumtus ſtudiorum in Italia commoranti liberaliter tribuit. Ipſe etiam rebus omnibus ex Epiſcopi & collegii ſui ſententia apud PP. confectis, cum quidem honorificis Sixti PP. & & *Laurentii Medicei* literis Epiſcopo & collegio commendaretur, majore in precio & admiratione apud collegas fuit: & cauſam bonarum literarum, & emendationis ſtudiorum doctrinæ barbaræ paſſim in omnibus collegiis & ſcholis regnantium, majore cum fructu egit: tametſi aliquot adhuc annos reluctantib. veteris barbariei patronis, ac nominatim Academia Colonienſi, quæ datis ad Conradum Ritbergenſem Epiſcopum, qui Henrico Schvvartzburgenſi ſucceſſerat, & ſummum collegium literis, uſitatam tot ſeculis inſtituendæ adoleſcentiæ & docendi rationem & libellos, in ſcholis retineri, & mutationes novas, ſtudiis & diſciplinæ periculoſas, caveri flagitabant. Etſi autem erudite & graviter conſilii ſui cauſas Langius explicabat: tamen ad Italorum doctorum judicia ipſi provocare neceſſe fuit. Qui cum emendationem doctrinæ in ſcholis uſitatæ neceſſariam eſſe, & Langium recte, Lovanienſes perperam judicare in reſponſis ad Epiſcopum ſuis pronuntiaſſent: Epiſcopus, qui Italorum, apud quos olim vixerat, cenſuram magni faciebat, facultatem aperiendæ novæ bonarum literarum ſcholæ collegio dedit: ad cujus gubernationem cum *Alexandrum Hegium* in diœceſi Monaſterienſi natum vocarent, ille ætatis excuſatione uſus, alios idoneos ſcholæ ſuæ alumnos, & in his *Joannem Cæſarium, Hermannum Torrentinum, Timannum Camenerum*, & aliquot præterea alios indicabat. Ex quibus Timannum, ob perſonæ & morum gravitatem cæteris prætulit, eique ſex collegas, & in his *Ioann. Murmelium* Ruræmondenſem, & *Ioann. Hagemannum* adjunxit. Qubus docendi ordinem & libros in ſcholâ interpretandos, & reliqua ſcholæ exercitia ipſe Langius præſcribebat, & ſuam Bibliothecam plurimis optimisque libris inſtructam, omnium in ſchola docentium uſibus communem faciebat. Sic igitur paulo ante annum 1500. conſtituta Monaſterii ſchola, uſque ad Anabaptiſticos furores florens ac celebris manſit, & in totam reliquam VVeſtphaliam & Germaniam optima ſtudia propagavit. Hinc enim colonias elegantioris doctrinæ deduxerunt: *Petrus Nehemius*, Tremoniam: *Ioſephus Horlenius* Hervordiam, ubi inter alios *Petrum Moſellanum* auditorem habuit, *Ludolphus Heringius*, Hammonem: *Alexander Meppenſis*, Oſnabruggum: *Ludolphus*, Suſatum: *Tilemannus Mollerus* Attendorum: a quo *Ioann. Rivius* Attendorienſis, vir doctiſſ. & multis editis ſcriptis clarus, *Georgii Fabricii*, *Adami Siberi*, *Iobi Magdeburgii* & poſtea Auguſti Electoris Saxoniæ præceptor, primum inſtitutus eſt.

Approbavit illud Langii ſtudium & *Agricola*, & in epiſtola ad eum quadam ſic exſtimulat: *Equidem ingenii tui vim honeſtiſſimamq; animi inſtitutionem, quibus digne proſequar verbis, non invenio. Unum hoc tibi affirmo (neq; velim id à me dici blandius credas) ingentem de te concipio fiduciam, ſummamq; in ſpem adducor, fore aliquando, ut priſcam inſolenti Italiæ, & propemodum occupatam benedicendi gloriam extorqueamus: vindicemusq; nos, & ab ignominia, qua nos barbaros indoctosq; & elingues, & ſi quid eſt his incultius, eſſe jactitant, exolvamus: futuramque tam doctam atq; literatam Germaniam noſtram, ut non latinius vel ipſum ſit Latium.* Hæc ibi Agricola.

Agricola ad Langium exhortatio.

Itali contemnunt Germanos: ſed tunc.

Scripſit Langius præter ea, quæ ſupra indicavimus, carmine lib. 1. *de tribus Magis*: *epiſtolas* ad diverſos; *carmina* item *varia*; quæ ſe vidiſſe *Herm. Hammelmannus* indicat, ſed excuſane an manuſcripta, & ubi non addit.

Langii ſcripta.

Tandem emeritus & decrepitus ſenex ſuperato ætatis anno *octuageſimo*, inter prima certaminum Lutheri initia, Monaſterii *vitam* in terris ſuam clauſit * Anno 1519. *David Chytræus lib. 3. Saxoniæ.*

Langii mors.

** Pantal. vult obiiſſe eum 1496. ſed fallitur.*

JOANNES CAPNIO.

O 1521. d. 30. Iunii ætat. 67.

Oppidum eſt celebre ſupra Spiram, *Phorce*, vulgò *Phorcemium*; cujus nomen etſi Capnio ludens à Græca origine ducebat: tamen vere eſt porta Hercyniæ. Eſt enim à Spira ad Sylvam Martianam acceſſuris primus aditus. Per id oppidum flumen mediocre *Entius* labitur; quod cum aliis piſcibus abundat, tum vero *Phagros* copioſe gignit, qui noſtra lingua nomiantur *Eſchen*; & influunt duo flumina in Entium ad mœnia, *VVormia & Nagoltis*; qui copioſe gignunt auratas. Et amœnitatem augent ripæ, prata & vicini montes, ubi aditus eſt in ſylvam Martianam, & in altero latere agrorum fœcunditas & horti: Ut autem alia ſuut multa oppidi ornamenta; ita literatum ſchola ibi frequentior ſemper fuit, quam in aliis vicinis oppidis. Ibi ex parentibus honeſtis *Capnio* natus eſt anno Chriſti 1454. d. 28. Dec. ac fratrem habuit Dionyſium, & ſororem honeſtam matronam. Parentes, ut erant amantes virtutis & doctrinæ, filios curaverunt doceri literas. Cum autem *Joannes* natu major voce valeret; poſtquam initia Muſicæ didicit in collegio ejus oppidi, adjunctus eſt adoleſcentibus, qui, ut multis in locis mos fuit, multa præcinunt in templo. Inde in aulam Badenſem ad ſymphoniacos accerſitus eſt: ubi, quia Grammaticam melius didicerat, quam alii, ſtatim adjunctus eſt adoleſcenti Marchioni Badenſi, & aliquanto poſt cum eo miſſus eſt Lutetiam.

Phorcemium unde dictum.

Entius fluvius.

Germanice Reuchlin, quod Græce Capnionis commutavit Hermolaus Barbarus.

Lutetiam cum Marchione Badenſi mittitur.

Hæc initia fuerunt ſtudiorum puerilium, quæ adparet ſingulari conſilio Dei gubernata eſſe. Fuit enim ſingularis felicitas; tunc præſertim cum Germanicæ Academiæ agreſtiores eſſent, venir in illam principem Academiam

Gregorius Tifernas doctor linguæ Græcæ Pariſiis.

demiam orbis terrarum, quæ tunc etiam Italiæ antecellebat.

Venerat enim aliquanto ante *Gregorius Tifernas* Lutetiam, qui ſuo conſilio ad Rectorem acceſſit, & ſuam operam Academiæ obtulit in docenda Græca lingua; ac ſtipendium ſibi tribui poſtulavit, juxta decretum, quod extat in jure Pontificio. Rector etſi miratus eſt hominis peregrini audaciam: tamen ad conſilium retulit. Ibi laudata eſt voluntas Tifernatis: & decretum ſtipendium, & Græcè docere juſſus eſt. Ita Græca lingua Lutetiam poſt multa ſecula rurſus invecta eſt.

Hermonimus Spartiata.

Capnio καλλιγράφος.

Ariſtotelis ſtudioſus.

Succeſſerat autem Tifernati *Hermonimus Spartiata*: hunc adoleſcens *Capnio* audivit, à quo etiam venuſtè pingere literarum figuras didicit, qua induſtria venit in multorum notitiam & peculium paravit. Petebant enim multi deſcribi ab ipſo Grammatica elementa, & paginas Homeri & Iſocratis, qui enarrabantur. Interea ſimul in lingua Latina & Dialecticis Ariſtotelis exercebatur: quæ ita perfecte didicit, ut ſenex etiam ad verbum longas Ariſtotelis ſententias recitare poſſet.

Baſileam venit ibique docet.

VVeſſelus Friſius.

Aliquot igitur annos bene excultus doctiſſimorum hominum conſuetudine Lutetiæ, jam ingreſſus annum viceſimum redit in Germaniam, & Baſileæ Magiſtri Philoſophici gradu ornatus, docere ibi linguam Latinam & Græcam cœpit, habuitque ſtudia ſeniorum & juniorum non vulgaria. Eodem tempore venit in Baſileam vir doctiſſimus *VVeſſelus Friſius* pulſus Lutetia propterea quod errores quoſdam Theologorum taxaſſet. Ejus viri ingenium, eruditionem & gravitatem valde prædicabat Capnio, quem quidem recte de eo judicaſſe, editis *VVeſſelii* ſcriptis melius intelligi poteſt. Ibi enim res oſtendit, & in philoſophia excellenter eruditum fuiſſe, & de gratia, de juſtitia fidei, de pœnitentia, de diſcrimine diſciplinæ & regenerationis, de poteſtate Epiſcoporum, de diſcrimine miniſterii Evangelici, & politicæ gubernationis, prorſus congruere ejus ſententias cum voce Lutheri. Colebat autem adoleſcens Capnio ſenem VVeſſelum, eo majore reverentia, quia eum antea Lutetiæ noverat, & cum ei familiaris eſſet, elementa linguæ Ebrææ ab eo didicit. Narrabat autem ipſe Capnio VVeſſelum hortatorem ſibi fuiſſe, ut adoleſcens in Græca lingua diutius ſe exerceret. Ejus rei facultas Baſileæ erat, quia ibi Græcos libros, quos Synodi tempore eò adferri curavit *Nicolaus Cuſanus*, inſpicere & deſcribere poterat.

Capnio onomaſticum Latinum componit.

Eodem tempore & fratres *Amerbachii* officinam typographicam inſtituerunt, qui cum deſiderari viderent Latinum ὀνομαςικόν, Capnio librum collegit, cui titulus eſt *Breviloquus*, qui tunc, cum nondum meliores libri in hoc genere haberentur, & expetitus eſt & ſtudiis profuit. Quia vero doctrinam juris inchoarat, cujus ſtudia in Gallia majora eſſe ſciebat, Aureliam profectus eſt, ubi etſi præcipuus labor erat diſcere juris doctrinam, tamen hortator fuit juventuti nobili, ut lin-

Aureliam proficiſcitur juris diſcendi cauſa.

guam Latinam recte diſcerent, ac enarravit Ciceronis epiſtolas, interdum & Græcè docuit. Ibi cum frequens eum nobilitas audiret, quæ δίδακτρα liberaliter dabat, ſumtus habuit ſuorum ſtudiorum copioſos.

Ornatus autem gradu in Pictavis, rediit in Germaniam, ac ut Tubingam proficiſceretur, invitabant eum & vicinitas patriæ & recentis Academiæ, & aulæ celebritas. Nam & in Academia & in aula eruditorum & bonorum virorum magna frequentia erat, quorum aliqui in Galliis familiares Capnioni fuerant. Ac ut in aulam citius vocaretur, occaſio hæc fuit. Princeps optimus *Eberhardus* eo tempore Romam proficiſci decreverat, quo cum ſenes *Nauclerum*, *Petrum Arlunenſem & Gabrielem* duceret, hi monuerunt, ut adjungeretur ipſis Capnio, qui & exteras nationes antea vidiſſet, & uſum haberet Latinè dicendi & ſcribendi, & ſonum pronunciationis minus horridum. Hæc initia fuerunt Capnioni militiæ aulicæ. Fuit enim principi admodum grata ipſius induſtria Romæ, quia animadvertit libentius audiri *Capnionis* orationem à ſummis viris, quàm aliorum, qui retinebant patrium ſonum.

Non multò poſt reditum legatus miſſus eſt ad *Fridericum* Imperatorem, ubi inter Medicos Imperatoris erat Judæus *Jephiel Loans*, quem cùm in illis aulicis congreſſibus, ſemel atque iterum Capnio aliquid de lingua Hebræa ſciſcitatus eſſet, & Jehiel videret eum avidum eſſe ejus linguæ; admiſit eum in familiaritatem, & legationis tempore fideliter eum in Grammatica erudiit. Hic cum deliberatio eſſet in aula de munere dando oratori, ut mos eſt, *Capnio* per hunc ſuum Magiſtrum perficit, ut donaretur codice Hebræo pulcherrime & integerrime ſcripto, continente Moyſen & alios libros propheticos. Delectatus eſt Senex & ſapiens Imperator ſtudio hominis Germani, & ad cætera dona hunc pulcherrimum codicem, qui non potuiſſet emi *trecentis aureis*, adjunxit. Flagrans igitur ſtudio & cognitis rudimentis & inſtructus Bibliis, ipſe jam quantum aula concedebat temporis, tribuit lectioni propheticæ. Ita ſimul & Eccleſiæ doctrinam rectius diſcebat, & in lingua exercebatur. Cumque jam non rudis eſſet Hebrææ linguæ, nova ei legatio, & non difficilis ad urbem Romam, facultatem præbuit Romæ audiendi Judæum perfecte eruditum in ſua lingua Abdiam, ut ipſe nominat. Sed priusquam de ea legatione dico, recitandæ ſunt quædam aulæ VVirtebergenſis mutationes, quæ hunc etiam non leviter adflixerunt, & multarum rerum exempla continent. *Eberhardus* primus dux VVirtenbergenſis teſtamentum condiderat, ut ipſo * extincto, ſuccederet adoleſcens, *Ulricus*, cui tamen certos tutores & gubernatores addidit. Contra id teſtamentum ſucceſſit alius, cujus naturam non probaverat ſapiens & bonus princeps *Eberhardus*. Nec fefellit *Eberhardum* ſua de illo divinatio. Succeſſor potitus ditione, Monachum Auguſtinianum habuit

mini-

miniſtrum omnium cupiditarum. Hic quia intelligebat agi apud Maximilianum Imperatorem, ut ſucceſſor ille removeretur à gubernatione, infeſtus erat omnibus, per quos ea res agebatur, ac præcipuè *Capnioni*, quem cum decreviſſet in carcerem abducere, monitus Capnio, fugit in aulam Palatinam, ubi tunc erant viri ipſi amiciſſimi, *Dalburgius* epiſcopus Vangionum, *Plinius* Cancellarius, *Rudolphus Agricola* & alii.

Videmus hic & principum diſſimilitudines, & bonorum virorum pericula, qui non rarò illud gementes repetunt:

ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστιν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί,
δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου!

Exulabat igitur Capnio; ſed in aula Palatinâ tunc quidem florente; cum & principis *Philippi* virtus egregia eſſet, & multi viri docti ſimul in eâ verſarentur, quorum ſinguli magnas Academias ornare poterant. Talium amicorum conſuetudo exilium ei leniebat. Ibi & *Philippo* Palatino epitomen hiſtoriarum compoſuit, recitatâ ſerie Monarchiarum ex *Herodoto & Xenophonte*, & ex aliis bonis ſcriptoribus, qui poſtea res Macedonicas, & Romanas deſcripſerunt. Ibi Comœdiam ſcripſit, *capitis caput* plenam nigri ſalis & acerbitatis adverſus Monachum, qui ejus vitæ inſidiarus erat. Ibi & alteram Comœdiam edidit *fabulam Gallicam*, plenam candidi ſalis; in qua forenſia ſophiſmata præcipuè taxat. Hanc narrabat hac occaſione ſcriptam & actam eſſe. Cum alteram de Monacho ſcripſiſſet, fama ſparſa eſt de agenda Comœdia, quod illo tempore inuſitatum erat. Dalburgius lecta illius Monachi inſectatione, diſſuaſit editionem, & actionem, quod eodem tempore & apud *Philippum* Palatinum Franciſcanus erat *Capellus*, propter potentiam & malas artes inviſus nobilibus & ſapientibus viris in aula. Intellexit periculum *Capnio* & hanc Comœdiam occultavit. Interea tamen, quia flagitabatur actio, alteram dulcem fabellam edit, & repræſentari ab ingenioſis adoleſcentibus, quorum ibi extant nomina, curat. Secutæ ſunt deinde in aula Palatini deliberationes de conjugio *Ruperti* & * filiæ Ducis Bavariæ *Georgii*. Cumque Romani Pontificis autoritate comprobari id conjugium vellent; *Capnio* legatus Romam miſſus eſt, ubi cum diutius anno commoraretur, & otium ac pecuniam haberet, *Abdiam* illum Judæum ſtudioſe audivit, deditque δίδακτρα *pro ſingulâ horâ, ſingulos aureos.* Ibi tantum didicit, ut poſtea linguam hanc recte propagare poſſet.

Tunc etiam Romæ audivit *Argyropylum* publice enarrantem Thucydidem, de quo ſui congreſſus exordia hoc modo narravit ipſe. Cum in auditorium veniſſet ante lectionem more legati cum comitatu mediocri, & aſſiderent ibi multi homines nobiles, ſenes, Cardinales etiam aliqui; ſalutat *Argyropylum* reverenter: deplorat exilium Græcorum, & narrat ſe cupidum eſſe doctrinæ ipſius. *Argyropylus* interrogat, cujas ſit, & an Græcam linguam intelligat? hic narrat ſe Germanum eſſe, & non omnino rudem Græcæ linguæ. Jubet igitur *Argyropylus* eum legere partem Thucydideæ concionis, & reddere ſententiam. Legit clara voce *Capnio* & addit interpretationem. Cumque & ſonus pronunciationis non eſſet agreſtis, & ſententia recte & bonis verbis reddita; animadvertit *Argyropylus*, non prorſus tyronem eſſe in Græca lingua, & gemens exclamat; *Græcia noſtro exilio tranſvolavit Alpes.* Ita divinavit ſenex Græcæ linguæ cognitionem, quæ tunc late ſpargi cœpit, lucem allaturam eſſe omnibus artibus, etiam in his gentibus horridioribus. Oratio Capnionis de Palatini & nobiliſſimæ familiæ Ducum Bavariæ reverentia erga Eccleſiam, recitata coram Pontifice, extat ab Aldo edita. *Oratio Capnionis coram Pontifice.* Cùm Roma in Germaniam rediiſſet, jam rurſus tranquilla erat Wittebergenſis aula. Nam edicto Imperatoris coactus ille ſucceſſor *Eberhardi* reliquerat gubernationem, & Monachus procul fugerat in alias terras: & jam gubernatio Duci *Ulrico* adoleſcenti ſententia Imperatoris tradita erat. Sed adjuncti erant ei viri excellentes ſapientia & virtute *Gregorius Lamparter* duo *Naucleri*, & alii quidam. Hi revocant Capnionem in patriam. *Revocatur in aulam VVutebergicam Capnio.* Etſi autem *Palatinus* eum non libenter dimiſit; tamen cùm diceret, ſe ad conjugem & otium domeſticum linguæ Hebrææ propagandæ cauſa redire, & ab aulis velle abeſſe, non repugnavit honeſtisſimæ ipſius voluntati.

Reverſus in patriam, cùm poſt bellum Bavaricum judicium Suevici fœderis ita conſtitueretur, ut Tubingæ quater convenirent quotannis judices, & Doctores in eo numero eſſent; ipſe quoque delectus eſt, eoq; uno munere contentus in ſtudia ſe abdidit. Scripſit primus omnium Latinè magna perſpicuitate *Grammaticam Hebræam &* ὀνομαστικόν: addidit poſtea & pſalmorum aliquot Grammaticas enarrationes, ut multis exemplis regulæ illuſtrarentur. *Edit Grammaticam Hebræam.* His operibus benè meritus eſt de Eccleſia, & de tota poſteritate. Nam & invitavit multos ad diſcendam linguam Hebræam, & ad cognoſcendos fontes doctrinæ propheticæ, & eorum ſtudia adjuvit. Quod enim poſtea multi locupletiora ſcripta ediderunt, gaudeo, & gratiam eis deberi fateor. Sed exiſtimo hos ipſos & alios multos fateri: ſemina hujus doctrinæ, vel ſe, vel ſuos Magiſtros à Capnione accepiſſe.

Ultimum *Capnionis* certamen fuit de libris Judæorum, in quo à Sycophantis monachis oppreſſus eſſet, niſi Deus eum texiſſet, & fatali quadam converſione rerum tyrannis adverſariorum labefactata eſſet. *Certamen de libris Judæorum.* Cumque palam eſſet injuſte *Capnionem* oppugnari à monachis, & multi homines literati in Germania, & in Italia privatis ſtudiis, ſententiis, & ſcriptis eum defenderent; non leve odium adverſus monachos ac-

cenſum eſt; quod poſtea etiam nonnihil momenti attulit, ut avidius exciperentur ſcripta contra ſuperſtitiones, quæ nervi fuerunt regni monaſtici. Multa ſunt autem inſignia exempla in hac hiſtoria. Inprimis in Eccleſia hoc crebro accidit; ut juſti & bene meriti, calumniis circumventi opprimantur, ut filius Dei, Prophetæ, Apoſtoli, Stephanus, & alii multi interfecti ſunt. Nec deſunt ſimilia exempla in civili gubernatione, ut Palamedis, Socratis, Phocionis interitus. Et tamen veritas poſtea emergit, ut dicitur: ἄγει δ' ἐς φῶς τὴν ἀλήθειαν Χρόνος. Sæpe autem Sycophantæ quaſi venti, magnas in Republica tempeſtates excitant, quæ poſtea mutationes & diſtractiones infinitas efficiunt.

Juſti ſæpe calumniis oppreſſi.

Itaque cum injuſte oppugnarent Capnionem monachi, ut Socratem Anytus & Melitus; texerunt eum tamen propter eruditionem multi boni & docti viri, quorum autoritas impedivit monachorum furores apud Imperatorem & Pontificem. Ut autem ab ovo ſciatur, quæ fuerit controverſia; repetendæ ſunt occaſiones ejus rixæ.

Origo certaminis inter Capnionem & monachos.

Fuit in urbe *Colonia Agrippina* impoſtor quidam Judæus, qui ſimulabat ſe amplecti religionem Chriſtianam, & familiaris erat monacho inquiſitori, ut nominant, *Hochſtrato*, & ejus amicis. His oſtendit, magnam pecuniam honeſta ſpecie & ſine magno negotio Judæis eripi poſſe, ſi edictum Imperator proponat; ut Judæi omnes libros adferant in curiam, in ſuo quiſque oppido, ut ab inquiſitoribus cæteri libri, præter Biblia, tanquam pernicioſi Chriſtianæ religioni comburantur. Nec id ſerio impoſtor ille agi volebat; ſed Judæos ſciebat ſtatim magna pecunia libros redemturos eſſe. Eo igitur rem deduci volebat; ut Judæi pecuniam offerrent. Hanc prædam captabat, dividendam inter inquiſitores & ſocios hujus conſilii. Hos fuiſſe fontes negotii certum eſt. Petunt igitur monachi edictum, ab Imperatore, & religionem prætexunt. Editur edictum & Francofordiæ libri in curiam geſtantur. Interea, ut multi ſunt Judæi, non ignari communis vitæ, in aula Imperatoria ſuos etiam patronos adeunt; qui rem eo adducunt, ut Imperator ſciſcitaretur judicia eruditorum in lingua Hebræa. Jubet igitur ſcribere *Capnionem* quid ſentiat. Hic in illo ſuo hortulo Stutgardiæ latitans, ne ſuſpicari quidem potuit, quomodo hæc res inſtructa eſſet. Et tamen metuens linguæ nolebat libros Grammaticos & medicos interire. Scribit igitur ſententiam longe mitiorem. Diſcernit libros: Scripta nominatim contra CHRISTUM jubet abolere, eaque ſuis titulis nominat: Grammaticos vero & aliarum honeſtarum artium libros jubet conſervare, ne lingua neceſſaria Eccleſiæ penitus deleatur. Cenſet eruditos in lingua adhibendos eſſe. Hæc ſententia æquior cum Imperatori magis placuiſſet; libri in curiam Francofordianam tranſlati, Judæis reſtituuntur, & eluſa fraude diſcedit inquiſitor, ut coruus hians. *Tunc autem monacho furiis exarſerat atro felle dolor.*

Edictum Cæſaris contra libros Iudæorum.

Capnionis de libris Iudæorum ſententia.

Lecto igitur *Capnionis* ſcripto, calumnioſe excerpit dicta, & arte depravat, & atroci criminatione accuſat *Capnionem* hæreſeos.

Cap... reſ... cauſ...

Moguntiæ corrogatis aliquot ſuæ factionis hominibus, comburit librum *Capnionis*. Hæc belli illius initia fuerunt. Poſtea *Capnio* luculentam orationem Latinam ad Imperatorem edidit. Et provocatione ad judicia legitima & ad Pontificem ſe defendit.

Pontifex Epiſcopo Spirenſi mandavit, ut controverſiam cognoſceret. Hic delegit judices, viros ſapientes & eruditos; *Sualbachium Truchſes*, & Theologos *Capitonem*, & *Jodocum Gallum*, hoſpitem Eraſmi.

Iu... cau... ...

Hi cum pronunciaſſent pro *Capnione*; monachi rurſus ad Pontificem provocant. *Capnio* Romæ multo præſtantiores habuit patronos, quam in Germania. Judicio præerat Cardinalis *Grimanus* Venetus, excellenter doctus in Latina, Græca & Hebræa lingua. Et hic adhibuit *Petrum Galatinum*, cujus extant ſcripta. Multum etiam apud hunc Cardinalem, & apud alios valebat autoritate, ſenex eruditus, & ſuavis, natus in oppido Myſorum Friberga *Jacobus Queſtemberg*, qui ſumma fide tuebatur *Capnionem*. Comendavit & *Eraſmus* hanc cauſam Leoni, & præcipuis Cardinalibus. Interea lectis in Germania ſcriptis *Capnionis*, multi calumniarum odio a monachis fiunt alieniores: Et quaſi claſſicum canebat ſuo ſodalitio *Huttenus*. Hic monachi etiam magis furere ceperunt; vociferantur in concionibus, contra *Capnionem*, *Eraſmum*, & *Huttenum*; edunt picturas, futilibus argumentis propugnant ſuas ſuperſtitiones, quæ ſunt aucupia impii quæſtus, denique malam cauſam ſtultiſſime agendo deteriorem faciunt, & irritant contra ſe multo plures.

Cum ita accenſa eſſent hominum ſtudia, *Tezelius* aliud incendium majus excitat; irritat *Lutherum*, ut impoſturas indulgentiarum refutet. Hic explicata doctrina de pœnitentia, & taxatis ſuperſtitionibus, magis etiam labefactata eſt monachorum autoritas. Et Romæ occupatis jam animis nova cura, prorſus conticuit cauſa Capnionis, ut ſæpe fit, juxta dictum: Λύει δὲ συμφορὰ τὴν συμφοράν. Ita periculo tandem liberatus eſt *Capnio*. In ultima ſenecta, propter bella Suevica invitatus a Duce Bavariæ *Guilelmo* in Academia Ingolſtadienſi Græcam & Hebræam linguam docuit; poſtea & Tubingam accerſitus eſt: ſed jam egreſſus ſeptuageſimum annum morbo Icterico laborare cepit, & paulatim languefactus Stutgardiæ in ſua domo anno 1521. ex hac vita diſceſſit.

Tez... M... imp...

In Do... gol... Cap...

In teſtamento cum alia pie mandavit, tum vero libros Hebræos & Græcos donavit Collegio Phorcenſi: ita ut ibi in templo publice ſerventur, & ab omnibus inſpici poſſint. Quanquam autem nunc quidem, poſtquam Officinæ Typographicæ Bibliothecas ubique locupletarunt; minor eſt admiratio ejus

Te... ſtam... nio...

ejus theſauri; tamen & voluntas Capnionis laudanda eſt, quòd non voluit diſſipari libros ab hæredibus, ſed in loco certo cuſtodiri; ubi ad poſteros etiam plurimis uſui eſſe poſſent. Sunt autem ibi & ſcripta nondum edita in officinis Typographicis, videlicet *Marci Antonini Imperatoris liber*, cujus & vetuſtas mentionem fecit, *orationes Maximi Tirii*, & alia quædam, inter quæ præcipua eſt *hiſtoria Synodi Epheſinæ* digna luce. Oſtendit enim quis indixerit, quis præfuerit, & quo ordine, & qui viri ſententias dixerint. Et recitantur multorum integræ orationes, in quibus ut ab illa erudita antiquitate, & ubi tot lumina Eccleſiæ ſuam confeſſionem ediderunt, diligenter exponitur, qualis ſit copulatio divinæ & humanæ naturæ in filio Dei nato ex virgine.

Magnus etiam acervus eſt ibi librorum veterum, qui lingua Hebræa ſcripti ſunt; ſed ingens theſaurus eſt unus *codex librorum Moſis & Propheticorum*, pulcherrimè & emendatiſſimè ſcriptus, de quo antea.

Gratitudo igitur *Capnioni* debetur, quòd hos libros in loco publico poſteritati cuſtodiri voluit.

Servivit Reipubl. in curia & judiciis, propagavit linguam Hebræam Eccleſiæ neceſſariam, vixit modeſte & erga inopes ac præcipuè ſcholaſticos, beneficus fuit. Candor in eo eximius fuit, & nihil livoris & obtrectationum. Quare à doctiſſimis viris ubique diligebatur. Ab *Hermolao Barbaro Veneto* nomen *Capnionis* factum eſſe dicebat ex Germanico, apud quem aſſiduè fuit toto legationis tempore ad coronationem *Maximiliani. Picus Mirandulanus* quia Hebræam linguam norat, multa ab eo ſciſcitatus eſt de reliquiis veteris doctrinæ, quam *Cabalam* nominant. Ac ſingularis felicitas fuit ejus temporis, eruditorum inter ipſos conjunctio & candor. Nunc ſucceſſit alia ferrea ætas, in qua ut Cadmæi fratres inter ſe dimicant hi, quos propter ſtudiorum ſimilitudinem, & fœdus religionis conjunctiſſimos eſſe oportebat. *Declamat, Philippi tomo 3. Eſt & inter colloquia Eraſmi Capnionis apotheoſis, lectu non indigna: qua docetur, quantum honoris debeatur egregiis viris; qui ſuis vigiliis benè meriti ſunt de liberalibus ſtudiis.*

CHRISTOPHORUS LONGOLIUS.

CHriſtophorus Longolius *Macliniæ*, nobili Germaniæ inferioris oppido, honeſto ſplendidoque inter ſuos loco natus fuit. Quoniam verò eo vivo non defuere, qui eum Pariſienſem dicerent; libri etiam ab eo ſcripti hoc titulo circumferrentur: non abs re erit, quæ ipſe in altera defenſionum ſuarum, errorem hunc librariorum refellens, de patria ſua dicit, hoc loco commemorare, ut deinceps qui de hac re dubitant, ipſi potius Longolio de ſe, quàm aliis credant. Ejus verba hæc ſunt: *Ego P. C. Macliniæ natus ſum, Macliniæ educatus, Germanicæ linguæ & Cæſarum ditionis oppido, cum aliis laudibus multis illuſtri, tum verò Philippi & Caroli Hiſpaniæ regum incunabulis percelebri*: hæc ille.

Puer admodum cùm vix annos novem natus eſſet, parentum ſtudio & diligentia, Lutetiam Pariſiorum, ut ibi literas diſceret, eſt miſſus. Neque enim vel id ætatis propter ſummam ingenii docilitatem immaturum cenſebant, qui in celeberrimo illo literarum domicilio politioribus diſciplinis animum excoleret. Celeriter verò omnibus artibus, quibus puerilis ætas imbui ſolet, ita profecit: ut æquales ſuos omnes doctrinæ laude longè præſtaret: Ex his autem generoſiſſimum quemque imitandi cupiditate incenderet. *Educatio.* Ingenio acri & vehementi præditus fuit; in quamcunque partem ſe dediſſet; atque omnium diſciplinarum (quod poſtea res ipſa declaravit) capaci. *Ingenium Longolii.* Quemcunque ſcriptorem ſibi legendum propoſuiſſet: eum nunquam ferè de manibus, niſi diligenter perlectum, dimiſit. Neque unquam in eo animadverſum eſt, aut obſcuritate ſcriptoris alicujus, aut prolixitate deterritum, quo minus totum perdiſceret: ſi modo talem putaret, ex quo fructum aliquem capere poſſet.

Cum autem ea, quæ in antiquorum ſcriptis tradita eſſent, celerrime perciperet; tum vero quæ abdita fuere, nemo majori facilitate eruit. Atque huic rei teſtimonio eſſe poſſunt multa ab eo pene puero in C. *Plinii* de naturali hiſtoria libro ſcriptoris non ita facilis, & pluri-mis mendis deformati ingenioſe excogitata & notata, quæ poſtea ipſo imprudente & invito in Gallia fuere edita. *Annotata Longolii in Plinium.*

Memoria vero tanta fuit, ut ad ea tollenda, quæ animo ſemel inſediſſent, diuturnitas temporis vix aliquid valeret. *Memoria Longolii.* De pluribus & variis rebus ſæpe interrogatus, de quibus à multis annis nihil legerat, non minus prompte de ſingulis ſolitus eſt reſpondere, ac ſi eo die ab eo perlecta fuiſſent. Cujus rei iis, qui familiariter cum eo vixerunt, quotidie periculum facere licuit. Hocque in eo magis mirum fuit, quòd cum plurima legiſſet, omnia autem quæ Græcè aut Latinè ſcripta eſſent, ſibi legenda præponeret, nunquam fere ad metam ſemper properanti, ad eundem ſcriptorem revertere licuit. Si quando de iis rebus ſermo incideret, quæ à diverſis & variis ſcriptoribus tractatæ eſſent, cum res ipſæ eſſent eædem: ita tamen oratione ſolebat diſtinguere, ſua verba ſingulis ſcriptoribus, à quibus ea acceperat, referendo: ut non memoriter ea dixiſſe, in quo ſæpe offendi ſolet, ſed de ſcripto pronunciaſſe, videretur. Quæ ſæpe dum faceret, ita auditorum admirationem incendit, ut eum artificio quodam, non naturali memoriæ bono, uti exiſtimarent. Ad hæc tanta naturæ bona doctrinæq; ſumma adjumenta, eam induſtriam adhibuit, ut quicquid in literis profecerit, huic pene ſoli gratia habenda videretur.

Ineunte ætate cum earum rerum cognoſcendarum magno ſtudio teneretur, quæ à Philoſophis tractantur, amicique eum bono- *Longolius Philoſophiæ deditus.*

ratum magis, quàm doctum videre cupiebant, verentes ne talium rerum ſtudium; eum longius ab honorum petitione abduceret, magnopere illi autores fuere, ne aliud ſibi eo tempore, præter jus civile diſcendum proponeret. Ex ejus enim artis ſtudio affirmabant fore, ut celeriter ad honores, & ad ſummam gloriam perveniret. Quorum precibus & hortationibus cum ſibi omnio parendum eſſe duxiſſet: Sex annos in eo ſtudio ita conſumſit, ut nullis interim aliis literis, præterquam oratoriis, quæ maxime etiam artem illam vel ornare, vel adjuvare æſtimantur, operam daret. Uſus eſt præceptore *Philippo Decio* celebri juris interprete, qui tum *Valentiæ*, in Narbonenſi provincia maximo auditorum concurſu, qui undique ad eum confluebant, jus docuit. Eo verò tempore ita profecit, ut cum poſtea ab amicis Lutetiam Pariſiorum, ut jus ſibi exerceret, eſſet revocatus, tum agendo, tum reſpondendo, tantam laudem ſit adeptus: ut vixdum biennium in Iuriſconſultorum ſubſelliis verſatus in Centumvirale illud conſilium, quod antea ſolis ſenibus, vel certe ætate provectis patebat, admodum juvenis adlegeretur. Quare amicorum voluntati jam ſatisfactum ratus, tempus adeſſe putavit, ut animo etiam ſuo, majorum cupiditate flagranti, morem gereret. Itaque C. Plinium, cujus lectioni ſe totum dicaret, delegit: quem varietate & copia rerum cæteris Latinis ſcriptoribus præſtare, ac velut in unius operis compendio, quæcumque a Philoſophis Græcis pluribus & libris & verbis tractata eſſent, mira brevitate collegiſſe exiſtimavit.

Longolius ad jus civile ſe confert.

Præceptor Longolii Decius.

Plinii lectione Longolius delectatus.

Sed cum res ipſæ, quæ quamvis copioſe tractatæ, per ſe ipſæ difficulatem afferunt, in anguſtum à Plinio concluſæ, vix ſpem aliquam ſui intelligendi darent; ubi partim neceſſitate coactus, quod aliter ea, quæ ita conciſe tradebantur, intelligere non poſſet, niſi eadem fuſius apud alios tractata videret: partim magnitudine & varietate rerum eum invitante, ut ex uberrimis illis fontibus potius, ex quibus Plinius ipſe hauſiſſet, quàm ex illa feculenta aquula illarum cognitionem peteret: animum ad majora erexit, ut eos etiam ſcriptores videret, à quibus illa Plenii emanaſſe putabantur. In hac verò ſententia cum eſſet; omnes illi Agricolæ, omnes ferè Medici fuere perdiſcendi, rerum Romanarum & totius antiquitatis memoria diligenter tenenda; orbis denique ille diſciplinarum, quam ἐγκυκλοπαιδείαν Græci vocant, evoluendus; cum nulla fere ars ſit, cujus non expreſſa veſtigia aliqua apud Plinium reperiantur.

Hæc vero perficere illi longe fuit difficillimum, præſertim Græcarum literarum adhuc ignaro & prorſus rudi. Verum nihil horum eum retardavit; ut erat animo ſemper reluctante difficultatibus, tamq; incenſus cupiditate ut Philoſophorum, & aliorum ſcriptorum myſteria cognoſceret.

Græcæ linguæ ſtudet.

Principio itaque Græcis literis tanto ſtudio tantisque ingenii viribus incubuit; ut nondum ſe vertente anno, ſive ad oratores ſe converteret, ignoratio linguæ nuſquam eum ab eorum intelligentia excluderet; eodemque temporis intervallo Græce etiam ad *Guilielmum Budæum*, Gallorum doctiſſimum, epiſtolas ſæpe mitteret.

Pari ergo ſtudio atque induſtria cum quinquennium in Græcis ſcriptoribus legendis perſeveraſſet: jam lingua ipſa maxime illi familiaris fuit, eademque opera, doctos illos ſcriptores aſſidue legendo, uberrimam maximarum rerum cognitionem ex illis hauſit.

Memor verò ubique, cùm illos legeret, inſtituti ſui, & cujus cauſa initio tot ſibi ſcriptores evolvendos ſumſiſſet; nihil in his omiſit, quod ad pleniorem C. Plinii intelligentiam aliquo modo faceret, quin illud diligenter notatum, quo loco, & in quo autore legiſſet in Plinii libro ſcriptum relinqueret; ut ante omnia ſubſidia in hac re, quæcunque ex lectione comparari poterant, tentaret; eandem rationem in recentiorum ſcriptis legendis ſervavit. Quando verò de ſtirpium natura multa *Plinius* traderet, nonnulla etiam de piſcibus ſcriberet, rebus à cognitione hujus ſeculi ita remotis, ut ne nomina quidem intelligantur: non contentus eorum authoritate, qui aliquid de his ſcripſere, voluit ipſe verba rebus accommodare; hisque diligenter inſpectis videre, quo pacto res ipſæ cum antiquorum ſcriptis convenirent. Itaque ea cauſa illi in *Narbonenſem* provinciam iterum proficiſcendi fuit: cùm adoleſcens antea ibi jus civile didicerat; quam quidem ſtirpium fertiliſſimam, piſcium etiam abundantiſſimam, propter illius maris vicinitatem exiſtimavit. In qua quidem peregrinatione librum etiam, quem *herbarum hiſtoriam* appellavit, ſcripſit. Eam verò partem, in qua *Plinius* terrarum orbis deſcriptionem complexus eſt, diligentiſſime eſt perſecutus; atque in hoc etiam oculorum judicio uti voluit: amnesque & antiqua oppida à *Plinio* deſcripta, quorum aliqua veſtigia manerent, ipſe adire. Itaque cùm adoleſcens *Hiſpaniam* totam peragraſſet; adulta jam ætate, *Britanniam, Germaniam, Galliam, Italiam* emenſus eſt, ſtatueratque in Orientem proficiſci niſi Turcorum arma, quibus omnia Chriſtianis hominibus clauſa eſſent, eum ab hoc conſilio deterruiſſent. Quanquam etiam apud homines noſtros peregrinando in magna pericula ſæpe incidit. Apud *Helvetios* autem dum eorum regionem viſeret, nihil propius fuit, quàm ut interficeretur. Quid verò illi acciderit & quomodo periculum evitaverit, non erit alienum commemorare, quo magis & induſtria ejus cognoſcatur, & animus, qui nullo periculo à rerum dignarum inveſtigatione deterreri potuit. Profectus eò cum duobus familiaribus Gallis, eo ſanè tempore, quo accepta clade apud *Mediolanum* Heluetii à Gallis maximè diſſenſerunt. Ex comitibus ergo, cum in ſuſpicionem veniſſet, ſpeculandi cauſa acceſſiſſe, pars quædam cohortis Heluetiorum eos aggreſſa eſt. Ibi cum aliquando repugnaſſent, neque pares eſſe potuiſ-

In Na... nenſe... provi... ampl... ſcitur... cur.

Herb... hiſtor... Long... Long... Geog... phiæ... man...

Pere... nopo... loſa.

potuiſſent, unus eorum fuga Rhodanum tranatando, vitam ſibi ſervavit, alter in pugna cæſus, ipſe gravi vulnere altero brachio accepto captus & in carcerem abductus eſt, ubi triginta ferè dies, cum neque medici, neque remedii ullius facultas daretur, vulneris dolore magis magisque ingraueſcente, in ſummo mœrore jacuit, donec caſu *Antiſtes Sedunenſis*, qui apud Heluetios dignitate & gratia maximè valuit, eò veniſſet, cujus opem cum Longolius per literas ſupplex imploraſſet, ipſe caſum viri valde miſeratus, ſtatim cuſtodia liberavit, adhibitisque medicis, tam diu apud ſe retinuit, dū à vulnere prorſus ſanatus eſſet, tum equo donatum, & viatico liberaliſſimè inſtructum, in patriam remiſit. Nec verò ille antea diſcedere voluit, quàm id cujus cauſa venerat perfeciſſet, regionemq; totam luſtraſſet, atque tabellis deſcriptam ſecum domum reportaſſet, cujus rei perficiendæ majorem tum facultatem habuit, quam ei Sedunenſis autoritas dabat. Itaque cum in omnibus, quæ videre cuperet, abunde ſatisfactum eſſet, illinc in patriam deceſſit. Sed ut eò, quo inceperam revertar, hoc ſæpe prædicavit; ſe quicquid rerum naturæ cognitione profeciſſet; id C. Plinii lectioni acceptum referre, qui in omnibus illi occaſionem plura quærendi & inveſtigandi ſemper dederat. Oratoriis artibus à puero ſemper deditus fuit, earum verò ſummam cognitionem, non artis ſolùm præceptis, ſed multa exercitatione firmaverat, declamandique conſuetudinem multis jam ſæculis intermiſſam & prope mortuam, quâ nihil unquam utilius iis, qui oratores evadere cupiunt, inventum fuit, in ſeipſo primum, poſt aliis renovavit, cùm argumento propoſito, ſæpe in ſcholis declamando, alios ſuo exemplo, ut idem facerent, commovit. Genus dicendi ineunte ætate ſecutus eſt, quod poſtea vir factus, valde improbavit. Nam cum adoleſcens per omnia ſcriptorum genera vagaretur, neque quenquam unum ſibi imitandum proponeret, ſed, ut ipſe de ſe dicere ſolebat, *tantum in uno quoque notaret, quantum acutè aut ſententioſe dictum eſſet*, eò factum eſt, ut prudenter ſemper ferè diceret, quod fuit etiam naturæ: oratio verò ejus, quæ ex verbis undique accerſitis conſtaret, nullam neque elegantiam, neque venuſtatem præ ſe ferret, formamque dicendi inconditam & minime æquabilem redderet. In hoc tamen genere multa ſcripſit: *Orationem de laudibus C. Plinii*, alteram *de laudibus Gallorum. Comparationem juris civilis cum re militari* in, qua juris laudes extollit. *Commentarios quoſdam in jus civile: Hiſtoriam herbarum: Commentarios in XI. libros Plinii*, ab eo admodum adoleſcente, quo primum tempore Plinium in manus ſumſerat, conſcriptos, poſtremum verò omnium, cum jam etiam majorem elocutionis rationem habere inciperet: *quinque orationes de laudibus urbis Romæ* fecit. Quòd verò genus ſcribendi mutaverit, id *Petri Bembi* conſilio, qui eo tempore hac laude eleganter & Latine ſcribendi multum Italis omnibus præſtitit, acceptum referre ſolitus eſt. Ille enim cum Longolio amiciſſimus eſſet multaque ejus prudenter quidem ſcripta, ſed inquinatis & corruptis verbis referta videret; dolere ſe apud eum teſtatus eſt, quòd cum à natura & literis ad oratorias artes inſtructiſſimus eſſet, voluntate etiam in eas maximè propenſus, negligeret tamen eam partem emendate & Latine loquendi, quam M. Cicero eloquentiæ Romanæ parens, ſolum & quaſi fundamentum oratoris eſſe judicavit: unde etiam eloquentia ipſa nomen ſumſiſſet. Magnopere igitur eſt cohortatus, ut totam ſuam dictionem ad præſtantem illam Ciceronis formam revocaret, eumque ſolum ex oratoribus ſibi imitandum proponeret. Cujus conſilio & autoritati tantum tribuit, ut *quinque annos* continuos, ab ea cohortatione nullum alium authorem Latinum in manibus haberet, nullum legeret, præter unum Ciceronem: in quo tantum ſtudio induſtriaque profecit, ut poſt breve tempus, cum ſibi eam legem indixiſſet, ne aliis atque à Cicerone ſumptis verbis uteretur, ad omnia fere quæcunque animo concepiſſet exprimenda, abunde ex illo uno verba electa ſuppeterent. Cumque ſe totum ad ſummi illius oratoris imitationem dediſſet, ſicque toto animo contendiſſet: ut nihil unquam magis, quam perfectam illius ſcribendi formam animo incluſam haberet, etiam in omnibus, quæ ſcripſit, ut eodem modo dicere poſſet, magnopere laboravit. In hanc vero formam ſcriptæ ſunt ab eo *orationes duæ*, quibus eorum accuſationi reſpondet, qui eum Romæ perduellionis reum egere, *una præterea ad Luterianos oratio*, & aliquot *epiſtolæ ad amicos*. Reliqua omnia, quæ ſcripſit, ipſe abolenda cenſuit, idque ut ita fieret, amicis moriens mandavit. Cauſam vero totam Luterianam cujus oppugnationem juſſu Leonis X. Pontificis, à quo etiam commentarii totius cauſæ miſſi ad eum fuere, ſuſceperat, quinque orationibus complecti ſtatuerat, brevique perfeciſſet (excogitatis jam ſecum, quæcunque tali in cauſa dicenda forent) niſi prima ſtatim abſoluta, immatura mors conſilium ejus præveniſſet. Theologiam & eos ſcriptores, qui de divinis rebus tractant, omni ætate coluit, idque putavit hominis eſſe Chriſtiani, non in ſenectutem ut maxima pars hominum facit, hoc ſtudium differre: ſed quotidie addiſcendo in eo quanquam lentius id fieret, aliquid tamen procedere. Hoc autem modo ipſe & Græcos & Latinos plurimos, quos maximè in rerum divinarum explicatione excellere putavit, diligenter evoluit. In his vero literis, & in aliis artibus, tot perlegit, tam multa, tanto judicio, in tam paucis annis, ea etiam ætate, qua aliis vix maturum judicium adeſſe ſolet, tot interim laboribus & peregrinationibus exercitus, ut iis, qui eum & mores ejus non novere, pene incredibile videatur. Sed adjuvabat præter cætera, quæ modo ſunt commemorata, temperantia ſumma in victu, & in omni vita: ut voluptatibus, quæ apud cæteros ejus præſertim ætatis magnam partem temporis ſibi

Cicero ex oratoribus ſolus imitandus.

Scripta Longolii orationes in Lutrianos.

Theologiæ ſtudium.

Longolii temperantia.

bi vendicat; nullum omnino tempus daret.

Victus et ejuſdem.

Cibi & potus erat parciſſimus, mero nunquam, dilutiſſimo ſemper utebatur, maxime vero frigidæ potu delectabatur, quo etiam ſæpius uſus fuiſſet, niſi medici, quod maxime inimicum ſtomacho dicerent, deterruiſſent. Somno parum indulgebat; cum plurimum, non amplius ſex horas dormiebat. Reliqua genera voluptatum ſummus ille ardor in ſtudia literarum ita reſtinxit: ut nulla prorſus in eo aliarum rerum cupiditas appareret: neque vero ita prorſus ſtudiis deditus erat, ut reliqua omnia quæcunque in Republica Chriſtiana agerentur, tanquam ad eum nihil pertinerent, negligeret. Sed cum ſtudiis plurimum tribueret temporis, tum vero quando ſalutis ratio, vel quævis alia neceſſitas, eum à ſtudio avocaret, libentiſſimè & diligentiſſime de iis, quæ foris agerentur, inquirebat.

Quo factum eſt: ut ſimul & doctiſſimus & prudentiſſimus haberetur, ut neque hæc curioſitas rerum externarum cognoſcendi, quicquam de legitimo ſtudiorum tempore detraheret, nec illa languidiorem ad cætera redderent, aut quicquam de prudentia rerum dimiuerent; ſed contra alterum ab altero adjutum, hanc pulcherrimam in eo prudentiæ & ſapientiæ conjunctionem effecere.

Corporis exercitia.

Corporis eatenus rationem habuit, quatenus ſtudiis ſufficere poſſet, quotidieq; ante cibum parva pila ſe exercebat. Quanquam per ſe laboris apta membrorum compoſitione patientiſſimum corpus habuit, & quod multis magnisque laboribus ad omnem patientiam ineunte ætate firmaverat; quipp qui adoleſcens laborem etiam militarem fuerat perpeſſus, milesque Neapolitano bello cum *Ludovico* Gallorum rege in Italiam veniſſet, etſi à robore militari multum abeſſet, corpusque decorum magis haberet quàm robuſtum videretur.

Longolius militavit.

His verò rationibns ita corpus & animum curavit, ut alterum ſemper ſanum, alterum quam doctiſſimum, variisque & multis artibus repletum haberet. Quantum verò doctrina & eloquentia inter illius ſeculi ſcriptores præſtiterit, ii demum intelligent, qui pauca ea, quæ ſuo judicio probata, ſcripta reliquit, cum aliorum in illo genere ſcriptis conferent, aut is denique, qui in ſimili ſcribendi argumento ſui periculum fecerit. Neque vero iſtis artibus atque virtutibus præmia omnino indigna ſuis temporibus tulit, multaque præclara de eo judicia principes viri fecere.

Longolius quo in honore habitus.

A rege Hiſpaniæ.

A rege Hiſpaniæ *Philippo* duodeviginti annos natus, ſanctioribus illis reconditarum rerum notis, quibus hodie unis omnia prope regnorum arcana committuntur, præfectus. *A principib9 Pannoniæ* magno propoſito præmio accerſitus; ut regem puerum optimis artibus inſtituendum ſuſciperet. A *Ludovico* Francorum rege multis honoribus affectus, de quibus ille in judicio cum pro ſe diceret, adverſariis maximè conditionis obſcuritatem obiicientibus, commemorare eſt coactus. Quo tempore regis decretum recitari fecit, *à quo ille non unius aut alterius* (ut ejus verbis utamur) *ſuæ ditionis urbium, ſed univerſi regni juribus uno edicto eſt donatus.* Sub quod etiam aliud decretum conſilii illius centumuiralis, quod Lutetiæ Pariſiorum cogitur, intulit; In quo illi jurati ſummo cum conſenſu in collegium ſuum cooptarant, habiturum in perpetuum jus vitæ & necis, ac ſummam fortunarum omnium poteſtatem, non in plebem modò, ſed in omnes regni proceres.

A Pannoniæ principibus.

A Ludovico Gallorum Rege.

Viceſimo verò octavo ætatis anno civitas ei Romana ultrò eſt oblata, virtutisque & literarum ergo civis factus. Quæ res quanquam initio multarum illi turbarum cauſa fuit, multis clam invidentibus, nonnullis verò nobiliſſimis viris palam eum oppugnantibus, & virtutibus ejus obtrectantibus, inter quos magno periculo eſt verſatus, poſtea tamen optimè ceſſit, nomenque ejus & gloriam magnopere auxit. Nam cum ſtatim poſt civitatem datam in Gallias redire ſtuderet; ut amicos & propinquos, à quibus multos annos abfuerat, viſeret; crebræ adverſariorum ejus voces exceptæ eſſent, palam dicentium, ſe nomen ejus delaturos, ea res fecit, ut paulò diutius conſilium profectionis differret; ne ſi tali tempore urbem relinqueret, non amicos ſalutandi cauſa diſceſſiſſe, ſed timore & minis inimicorum perterritus, ab urbe aufugiſſe videri poſſet. Sed cum diutius manſiſſet, quàm ejus rationes paterentur, expectans quorſum obtrectatorum invidia procederet, cum illi interim nihil contra eum niſi convitiis agerent, exiſtimans ulterius eorum indignitatem non progreſſuram, iter Galliam verſus jam diu deliberatum, eſt perſecutus, relictis tamen apud amicos defenſionibus ſuis ſcriptis, ut contra omnes conatus adverſariorum, ſi abſentia ejus aliquam illis occaſionem accuſandi daret, præſtò haberent, quod opponerent, jam tum ex eorum convitiis animo proſpiciens, quæ maximè objecturi eſſent, quibus ille omnibus medicinam fecerat. Cujus ſui conſilii prudenter excogitati magnum poſtea fructum & voluptatem cæpit.

Vix enim *Venetias* in eo itinere pervenit, cum ad eum literæ amicorum ſunt allatæ, nunciantes graviſſimam accuſationem, qua ſtatim poſt diſceſſum ejus adverſarii ſunt uſi, & quo pacto conſilium de relinquendis defenſionibus proceſſiſſet. Accuſavit eum nobilis ac diſertus adoleſcens Romanus, in quo magnam dignitatis ſuæ ſpem majores natu Romani collocarant, ad id inductus inimicorum Longolii multis & aſſiduis precibus, objecto etiam falſæ gloriæ ſplendore, quod patriæ laudibus quas oppugnatas à *Longolio* eſſe voluerunt, in hujuſmodi accuſatione adeſſe eū aſſeverarent. Ita vero acerbè & vehementer, ipſo audiente principe Romano, cum multi nobiliſſimi & clariſſimi viri judicio intereſſent, egit, ut nonnulli amici *Longolio* eſſent, qui de cauſa obtinenda deſperarent, donec amicorum præcipuè cura defenſiones ejus in lucem prodiere, quæ ita ab omnibus paſſim probabantur; ut multi dicerent: *non Longolium civitatis donatione ornatum, ſed ipſum civitatem illis orationibus ornaſſe*, in quibus priſtinam dignitatem

civi-

civitati, & vetera ſua ornamenta omnia reſtituiſſe videbatur. Principi verò ipſi ita placuere, ut oblitus pene quid adverſario ejus tribuiſſet, quem paulò ante, nulla magis re alia motus atque ejus in *Longolium* actione, in familiariū numerū receperat, protinus juberet: ut diplomata *Longolio* expedirentur, quibus ratū eſſet, quod S. P. Q. R. de cive eum adſciſcendo decreviſſet, præterea quòd ipſe de privato ærario ad tuenda ſtudia ejus conceſſiſſet: atq; ad eum, ubicumque terrarum eſſet, deferrentur, ea tamen lege, ne ſedem ſtudiorum alibi, quàm in Italia poneret. Multis prætereà honoribus affecit: nam in Palatium & ſacroſanctæ Lateranenſis aulæ comitatum ſua ſponte cooptavit, & in Romani Pontiſicatus ſcribarum numero eſſe voluit. Quæ cum ad eum perlata eſſent, cum alia omnia libenter audivit, tum verò conditionem de commoratione ſua in Italia non invitus accepit: lætusque in Galliam quaſi ex inimicorum dolore triumphum agens animo ſtatim revertendi eſt profectus: ubi magno amicorum concurſu ac gaudio exceptus, quod nihil tam præter opionem eorum acciderat; quam ut eum, quem vix ſaluum in tantis contentionibus arbitrabantur, honoribus etiam auctum viderent, magno cum ſtudio apud ſe retinere contenderunt, pluribus etiam ad manendum præmiis & privatim à multis, & publicè à rege ipſo Francorum propoſitis. Ex privatis autem, qui hoc maximè ab eo contenderunt, *Ludovicus Ruzeus* Pariſienſis, cum multa alia, tum verò ſuburbanum fundum, lautum & fructuoſum, muneri obtulit; nullam aliam beneficii ſui remunerationem aut operam ab eo expectans, niſi ut urbe illa, quaſi domicilio ſuorum ſtudiorum contentus, in Italiam amplius non rediret. Ille verò quanquam Galliam ſemper non minus charam, quàm patriam habuiſſet, exiſtimans non inferiori amoris loco habendam, quæ excepit, quàm quæ genuit; plurimi etiam hac in re amicorum ſtudia æſtimaret: tamen cum recordaretur, quam fidem X. Leoni Pont. Max. & reliquis amicis de reditu dediſſet, ab eo nullis cujuscunque promiſſis aut precibus deduci potuit. Mirificè verò ipſe ſua ſponte erga Italiam & Italos homines afficiebatur, ut etiam in epiſtola quadam ad *Sadoletum*, reditus ſui rationem probare volens, cum alias cauſas attuliſſet, poſtremo addit, ideo ſe rediiſſe, Quòd *ad excitanda fovendaque ſtudioſorum hominum ingenia plurimum conferre arbitratus eſſet, cœli ipſius Italiæ clementiam*, ſeque in eo fælicem illum & planè divinum Italiæ genium ſecutum. Antequam verò rediret, *Britanniam* nobilem inſulā videre voluit, adductus prætereà fama eorum, quos præter cæteros illic Græcis literis & Latinis eruditos omnī liberali & ingenua doctrina pollere audiverat. Cum quibus pluribus diebus jucundè conſumptis, quòd eorum doctrina ita delectaretur, ut etiam ſummæ admirationi eſſent, quemadmodum ſæpe narravit; tantam & tam politam atque exultam doctrinam in illis locis, apud eos homines, vel uſquàm pene terrarum, illis temporibus, quibus prope omnes elegantiores artes jacerent, potuiſſe reperiri: ad conſtitutum ſibi in Italiam iter reverſus eſt, *Patavium*que venit, quem ſtudii ſui locum accomodatiſſimum elegit. Quanquam ſimulac de ejus in Italiam adventu auditum eſt, populus *Florentinus* non ſolum in civitatem ſuam, ſi illic ad inſtituendam bonis artibus juventutem ſe conferret, invitavit: verum etiam *vicena quina* in annos ſingulos *ſeſtertiorum nummum millia* ex ærario publico decrevit. Verùm ille recordatus, quæ præmia ante contempſerat, quòd nullam ocii ſui partem aliis vendere voluiſſet: nulla mercede à ſuſcepta propoſitaque ſententia potuit avelli. Patavii autem ſe continuit, ſibi & ſtudiis ſuis ſerviens, primum in contubernio *Stephani Sauli* nobilis Genuatis, qui literarum cauſa eò ſe contulerat optimarum artium etiam ipſe ſtudioſiſſimus. Deinde verò, eo in patriam revocato, cum multi nobiles viri (quorum tum Patavii propter celebritatem eorum, qui literas docebant, magna copia fuit) certatim Longolium ad ſe invitarent, quòd ejus conſuetudinem non honorificam tantum ſibi; ſed etiam fructuoſam fore putabant, ille in domum *Rainoldi Poli* nobilis juvenis Britanniæ, quem per eos dies Rex Britanniæ literarum cauſa eò miſerat, migravit: quo cum conjunctiſſimè in literis uſque ad extremum vitæ diem vixit. Amicitiis uſus eſt magnis & illuſtribus, quas illi ubique fere vel felicitas quædam ejus, vel doctrinæ fama conciliaverat. Neque vero in conciliandis amicis felicior, quàm in retinendis prudentior habebatur, quos ſumma fide obſervantiaque ſemper coluit. Quantum verò officio in amicos tribuit, vel extemus ille vitæ actus facilè declaravit. Nam cum graviſſime ex febre laboraret, ex qua etiam periit, eodemque tempore ab *Hieronymo Savoriano* amico ſuo, qui tum filium ſumma ſpe & indole adoleſcentem amiſerat, literas accepiſſet valdè miſerabiliter de morte filii ſcriptas, exiſtimans ſe non aliter officio ſuo in amicum poſſe ſatisfacere, in mediis ipſis doloribus cum graviſſime cruciaretur, literas ad eum conſolatorias, morbum ſuum ſilentio tegens, ne hoc etiam ad amici dolorem adderet, dedit. Quæ quidem, ut tum ſcriptæ, maxime vim morbi auxiſſe exiſtimari poſſent, ſic uberrime quo officio in amicos eſſet declaravere; qui ne eo quidem tempore ſibi parcere voluit, aut officium intermittere, quo omnes illi libenter remiſiſſent, aut ſanè amicus non eſſet, qui hoc ab eo exigeret: & tum alium conſolaretur cum magis conſolatione ipſe egeret. Sed ab ea humanitate, quam in omni vita erga amicos retinuerat, ne tum quidem dolor corporis & propinqua mortis expectatio potuit eum deducere, aut facere, ut ſuorum commodorum rationē haberet, qui ſemper quacunq; in re declarare poſſet, amicorum cōmoda ſuis prætulerit. Quo factum eſt ut cariſſimos illos ſemper firmiſſimos haberet: idque maxime eſt expertus, cum abſens Romæ in judicium vocaretur. Quo tempore neq; adverſariorum ejus

Longolius in Italiam redit.

Stipendium Longolio à Florentinis oblatum.

Rainoldus Polus.

Amici Longolii.

potentia, quæ maxima fuit, nec acerba eorum in eum accuſatio, quenquam eorum, qui amicitia vel conſuetudine aliqua, dum Romæ eſſet, conjuncti videbantur, ulla in re reflectere potuit. Plurimum vero ex omnibus detulit *Jacobo Sadoleto* & *P. Bembo* viris cum autoritate & gratia inter eos, qui tum Romæ erant, maxime florentibus, tum vero doctrina omni politiore & humanitate prope ſingularibus. Quorum opibus & gratia quamdiu Romæ fuit; in omnibus rebus eſt uſus. Ut vero alios in ſe benignos ac liberales eſt expertus, ſic omnibus, quos aut opera aut conſilio juvare poſſet, maxime fuit expoſitus, præcipue vero iis, qui ſpem aliquam de ſe vel ingenii vel doctrinæ darent. Fuerunt multi, qui cum à patria abſentes, & amicorum ſubſidio deſtituti ad eum confugerent, ab eo ſæpe pecunia ſublevati, cum tamen valde tenues facultates haberet, & aliorum opibus caſus ſuos ſuſtentaret. Quando vero diutius ſumtus tales ſe ferre non poſſe ſentiret: per amicos omnia egit, ne quid illis deeſſet, non ſecus ac ſi omnia neceſſitudinis officia ſibi cum illis interceſſiſſent, qui neque cognatione, neque patria eum contingebant, indole tantum & ſpe doctrinæ ei commendati. Adverſæ fortunæ vulneribus multis, ut in tam paucis vitæ annis, ictus, nihil unquam aliter atque virum, decuit, tulit. Primum *Philippi* regis Hiſpan. morte inopinata, ad quem ſe poſt amiſſum utrumq; parentem contulerat ex quo cum magna ſperaſſet, jamque apud eum gratia, & ſupra ætatem authoritate multum valeret, ille præter omnium opinionem in Hiſpania ereptus eſt. Deinde multis peregrinationibus & moleſtiis agitatus, carceris etiam moleſtiam & difficultatem eſt perpeſſus. Poſt contentio illa Romæ acceſſit cum potentibus & factioſis adverſariis, inter quos cum ſæpe diſcrimen vitæ adiit, nunquam ſine magno periculo eſt verſatus. Extremum vero omnium, quod aliqua ex parte eum attingere videbatur, fuit *Leonis* Decimi Pontificis mors, in cujus vita omnem ſpem fortunarum ſuarum ſitam habebat, cujus authoritatem & promiſſa ſecutus, contra omnium amicorum ſuorum voluntatem in Italiam redierat.

Longolii humanitas.

Longolii fortitudo.

Philippi regis Hiſp. mors. 1506. d. 25. Sept.

Leon. X. PP. mors. 1521. cal. Decemb.

Cum autem neque ad ſuos honeſtum reditum, quorum antea promiſſa ſpreverat, neque quo pacto ſin Italia defuncto jam *Leone* qui antea ſumptus ſuppeditabat, otium ſuum cum dignitate tueri poſſet, ſatis videret, hæc nonnihil eum conturbarunt. Nuſquam tamen ſe commovit: ſed veteribus tantum amicis, quos in Italia habuit, de ſtatu ſuo per literas admonitis, ille in contubernio illius nobilis juvenis Britanni ſe continuit. Cùm vero decem menſes poſt obitum *Leonis* Pont. perpetuo fere in literis verſaretur, conſtitutum ſe habere dixit in *Forum Julium* proficiſci, tum ut animum ſuum curis literarum diſtrictum peregrinatione laxaret, tum etiam ut eam partẽ Italiæ ſibi non ſatis cognitam viſeret. Itaque paucos ante dies quam egredi ſtatuerat, cum nihil omnino incommodæ valetuditis ſentiret, ſemotis arbitris multa cum *Polo* ſuo, cui ſemper plurimum tribuit, fertur diſputaſſe de periculis, de fragilitate, de miſeria humanæ vitæ. Hanc vero tandem ſummam orationis habuiſſe, ut *quoniam ſibi peregrinandum eſſet, neque ignoraret multa ſæpe peregrinantibus pericula præter opinionem, quibus obſiſti non poſſet, intervenire: ut rebus ſuis, quicquid ſibi accideret, provideret, teſtamentum ſe velle facere dixit, atque apud eum deponere, flensq́, penè rogavit, ut ſi quid ſibi adverſi accideret, teſtamenti capita perſequeretur, famamq́, ſuam & memoriam charã haberet.* Atq; hæc cum magna admiratiõe illius, cui hæc commiſerat, fecit. Quis enim non miraretur, quod in proximam provinciam exiturus, optima etiam valetudine, ut ſibi & aliis videbatur, præditus, ea diceret & faceret, quæ magis ex vita quàm ex civitate migrantis videbantur?

Forum Julium.

Longolii cum Polo colloquium

Veruntamen ſive divinatione de propinqua morte ſua id faciebat, ſive prudentia quadam, quam caſus poſtea divinationem videri fecit, eodem die, qui profectioni conſtitutus eſt, in gravem & aſſiduam febrem incidit, ex qua non convaluit, eo etiã tempore cum forte abeſſet *Polus*, cui antea res ſuas omnes crediderat. Quem tamen per literas ſtatim, quo ſtatu eſſet, certiorem fecit, nihil de teſtamento mutans, hoc tantum rogans; ut quemadmodum coram recepiſſet, curam & quaſi diſpenſationem rerum ſuarum acciperet, mortuoque memoriam pie & inviolate præſtaret.

Quo nuncio triſtiſſimo ille perculſus, quod eum unicè amaret, ſubito accurrit, multaque cùm in ſpem vitæ diceret, eadem etiam medici pollicerentur, nunquam ab eo deduci potuit, quin ea febris finem ſibi vitæ eſſet allatura, id quod paucos poſt dies evenit. Antequam vero diſcederet, in D. *Franciſci* Familiam voluit adoptari, ejuſque habitu poſt mortem & templo ſepeliri. Obiit XXXIV. ætatis anno III. Idus Septembris. Anno ſalutis humanæ M.D.XXII. atque *Patavii* in æde Franciſci, quemadmodum ipſe præſcripſit, ſepultus.

Epitaphium ejuſdem Longolii.

CHRISTOPHORO LONGOLIO BELGÆ, ROMANAM CIVITATEM PROPTER EXIMIAM IN STUDIIS LITERARUM PRÆSTANTIAM ADEPTO, SUMMO INGENIO, INCREDIBILI INDUSTRIA, OMNIBUS BONIS ARTIBUS PRÆDITO, SUPRA JUVENTÆ ANNOS IN QUA EXTINCTUS EST MAGNO CUM ITALIÆ DOLORE, CUI INGENTEM SPEM SUI NOMINIS EXCITAVERAT, PETRUS BEMBUS AMICO ATQUE HOSPITI, POSUIT.

Te juvenem rapuere Deæ, fatalia nentes
Stamina, cum ſcirent moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi canos ſeniumque dediſſent.

Joannes Fichardus J.C.

PETRUS MOSELLANUS PROTEGENSIS.

Natus eſt *Petrus Moſellanus* loco humili atque obſcuro, in quodam Trevirorum ac Moſellæ pago, cui nomen *Proteg*, ad quintum ferè lapidem ſupra *Confluentes*,

tes, tenuibus ac humilis fortunæ parentibus, honeſtis tamen atque probatis moribus. Petri fuit nomen *Joanni*, Matri vero *Catharinæ*. Mulier quidem ſatis fœcunda, ut quæ quatuordecim liberos, quorum *Petrus* natu inter fratres minimus erat, ſuſtulerit. Pater autem præter vinearum culturam etiam tonſtrinam & mercaturam exercens, filii indole ac probitate adductus, ipſum ſtudiis addicere non ceſſavit, impendiaque ad hæc ſubminiſtrare minime recuſavit; quanquam is adhuc illo puero exiſtente è vivis ſublatus eſt. Quo circa res iſta in viduæ matris arbitrium ac poteſtatem devenit: quæ cùm filium à ſchola & literis abſtrahere, & ad domeſtica munia urgere vellet: his remoratum aliquamdiu frater in Beyſtein deinq; ſcholæ ac ſtudiis reddidit *Luceburgamque* mittit. Verum cum in plagiarium potius, quam in peritum ludi moderatorem, nimirum durum illius gentis hominem, incidiſſet: tamdiu ſuſtinuit imperium, donec oportunè per amicos *Limpurgum* (eſt id oppidum Lani) mitteretur. Ubi ſi etſi commodiorem ludum nactus eſſet: tamen inopia laborans, facilè *Treverim* ſe transferri paſſus eſt, functurus forte, in ſumma æde,* chorali munere. Hinc non longe poſt *Coloniam Agrippinam*, *Joannis Schade* avi ſui beneficio atque viatico inſtructus, ablegatur, ſeque ibi in diſciplinam ac familiaritatem doctiſſimi viri *Joannis Cæſarii*, qui tunc *Coloniæ* Græcas & Latinas literas profitebatur, inſinuavit: à quo & *Chryſoloræ* grammaticam, & *Luciani* dialogos aliquot hauſit, atque ita in eo ſtudio proceſſit, ut & *Homerum* & alios quoſque bonos authores ſummo ardore cognoſcere laboraret. Habebat ea urbs illo tempore præter *Cæſarium* etiam alios viros doctisſimos & notisſimos, præſertim *Buſchium & Sobium*, qui tunc ambo Coloniæ publico ſtipendio elegantiores Muſas docebant, quorum quidem benevolentia & obſervantia *Moſellanus* nihil habuit prius. Hos igitur, cum literarum ſtudio mire flagraret, diligenter audivit, ſuique expectationem in dies majorem ac probabiliorem reddidit ita ut & doctisſimis viris ejus conatus arriderent, & votis propinquorum perpulcre reſponderent.

Deguſtata Dialectica, diſcendi ac docendi magiſtra, jactoque in Græcis literis, quas cum Latinis ex M. T. Ciceronis præcepto, conjungendas putavit, fundamento, ad munus docendi cumprimis inter æquales aſpiravit, utilisſimum ſibi fore ratus, ſi eorum, quæ ipſe didiciſſet, docendo alios periculum faceret. Ea namque re ſibi evenire exiſtimabat, ut & aliis plus prodeſſet; & majorem ſui profectus utilitatem, eo ipſo exercitationis genere conſequeretur. Hoc igitur docendi munere, cum & gratus eſſet, & jam florere cœpiſſet: ſuas quidem inde extulit alas *Lipſiamq*; conceſſit, ubi primum inita cum *Caſparo Bornero*, viro in Mathematicis non vulgariter verſato, amicitia perductus eſt atque perſuaſus hujus conſilio & auctoritate ad ſuſcipiendam conditionem, navandamque novæ ſcholæ operam quam *Joannes Aſticampanus* gravis cum primis vir atque eruditus, *Freiburgæ* apud Lipſenſes inſtituiſſet. Qua in re illi cum haud gravatim obſequeretur, ſumma cum laude idipſum ac omnium admiratione præſtitit.

Nec verò longè pòſt migrare aliò, ubi & frequentia major eſſet, & locus celebrior, conſtituit. Qua ejus quidē voluntate perſpecta, effectum eſt per amicos viros ornatiſſimos ut publicum ei docendi munus in Academia* Lipſenſi, è communi ærario decerneretur, quod & illuſtriſſimi Ducis *Georgii* benevolentia, & celebrium hominum commendatione non difficulter impetravit, atque obtinuit: factumque eſt ut poſt *Richardi* * *Croci* * diſceſſum unus Græcæ linguæ docendæ provinciam magno omnium applauſu & congratulatione ſubiret, eâque cum laude, ac ſtudioſorum profectu adminiſtraret, ut ſtatim ſummis ejus loci Profeſſoribus par, ne dicam ſuperior haberetur: & quidem * *decennium*, adeoque ad extremum vitæ diem conſtantiſſimè exequeretur. Erat autem *Moſellanus* initio hanc potiſſimum ſtudiorum ac vitæ rationem rectisſimo conſilio ingreſſus, etiam penè puer, ut *nihil pretioſius tempore* duceret.

* *Profeſſor Lipſiæ conſtituitur Moſellanus.*

* *qui Joachimi Camerarii Præceptor.*

* *Venit ergo Lipſiam anno 1514.*

Ratio ſtudiorum & vitæ Moſellani.

Idcirco & noctis multum in ſtudia ſumebat, & ſummo mane, *Homerum* ſuis contubernalibus enarrabat. Servabat & hoc, ut antemeridianum tempus gravioribus & Græcis literis: pomeridianum levioribus & Latinis daret.

Bis primum aut etiam ter in die publicè prælegebat: bis item vel ſæpius privatim: reliquum verò tempus lectioni, ſcriptioni ac ſtylo dabat.

Theodori Gazæ grammaticæ *Diomedis* Latinam conjungebat, *Ariſtotelis* Dialectica purè tractabat. Quoſdam *Platonis*, *Ciceronis & Plutarchi* libros, ipſumqu *Suidam* mira dexteritate atque facundia auditorio ſuo propoſuit.

Autores quos explicarit.

Iſocratis orationes quaſdam, *Demoſthenis* item interpretari aggreſſus eſt, non ſine magna ſtudioſorum utilitate ac laude. Verum ne his tantum, ceu profanis, delectari Chriſtianus homo videretur; *Prudentium* cumprimis pium Poëtam cum Divi *Auguſtini* de doctrina Chriſtiana libris, militem *Eraſmi*, *Joannis* Evangelium, ac illam *Pauli ad Romanos* epiſtolam publicè explicandam delegit, maximi faciens divinarum literarum majeſtatem: quas è ſuis fontibus potius, quàm tribulentis rivulis hauriendos eſſe putavit. Itaque ad hoc ſtudium deinde omnem operam & induſtriam contulit; eò ſummam cogitationū ſuarum referens; ut non modò impenſisſime illud dilexiſſe, ſed & optimo conſilio adjuviſſe & excoluiſſe videretur. Ac ne etiam illotis, quod dicitur manibus aut temerè, ut hodiè permulti in arcem illius præclarisſimæ diſciplinæ invaderet: omnes liberales artes atque linguarum cognitionem ſibi velut in auxilium adhibuit: ac ſic quidem *Baſilii* quædam, nonnulla *Chryſoſtomi*,

Vertit autores Græcos Moſellan.

plura *Nazianzeni*, honeſtisſimo ſuſcepto labore, è Græco in Latinum ſermonem vertit, ac ita vertit, ut ac id laudis plurimum & gratiæ ab eruditis emeruerit ac reportaverit. Inſcripſerat eos quidem labores ſuos ut dignum erat, ſummis ac maximorum ordinum viris: *Baſilii* opuſculum *de ſolitaria vita* illuſtri D. *Adolpho* Mersburgenſi Epiſcopo, principi Anhaldino, *Chryſoſtomi concionem adverſus avaritiam*, generoſo *Sigismundi* Lobdovicæo & Haſſiſtenio Baroni, *Naztanzeni* libros quinque *de Theologia* reverendiſſimo D. *Richardo Gryffencla* Archiephiſcopo Trevirenſi, ac Principi Electori, Mœcenati literatorum meritiſſimo: à quibus quoque horum officiorum cauſa, unicè & amatus eſt Moſellanus, & muneribus ampliſſimis cohoneſtatus.

Orationes à Moſellano ſcripta.

Sunt & alia ingenii atque induſtriæ Moſellani monumenta; cujusmodi eſt nobiliſſimæ illus orationis *Iſocratis pro pace* verſio, *Apthonii* item, & *Lucianicorum* dialogorum Charontis & Tyranni traductiones, quæ ſane Græcæ linguæ peritis diſplicere non poſſunt. Adhæc quaſdam non protritas aut vulgares orationes conſcripſit, ac habuit ipſe, ſed quæ à doctis hominibus mirifice adamantur & probantur, *pro linguarum ſtudio* contra Barbaros, *de concordia* in publicis ſcholis retinenda, *deq; ratione* in re theologica *diſputandi*.

Scripta alia.

Nec præterea fugiunt ſtudioſos reliqua illius etſi minutiora; tamen ejus generis ſcripta; ut ejuſdem authoris eſſe appareat: nimirum *commentarii* illi in *Quintilianum & Gellium*, figurarum *fabulæ*, *Pædologia*, *Rhetorices* progymnaſmata, & quæ daturus erat plura & abſolutiora vir optimus ac diſertiſſimus, niſi ante diem è medio fuiſſet manibus, proh, raptus avaris. Erat enim ea mente atque animo, cum erga meliora tum maxime ſacra ſtudia parato atque illuſtri, ut ea ſane, ſi quis alius, propagaſſet quam latiſſimè: ni fato inevitabili ac planè immaturo, quod optima fere ſtatim ſubtrahit, ſecus viſum fuiſſet.

Mores ac virtutes Moſellani.

Fuit autem ea comitate *Moſellanus*, eo ingenii candore ac modeſtia: ut facilè quemvis in ſui amorem pelliceret: quin & inſinuare ſe in ejus amicitiam plerique etiam illuſtrisſimi viri laborabant, nec de ſuo erga illos, quos ſemel amplexus erat, animo quicquam immutabat. Fuit item moribus honeſtiſſimis atque ingenio eximio, fœcundo, ac pene divino: quo facile factum eſt, ut ſi quæ, velut *corporis præſtantia*, opes atque divitiæ, ei deſſe viderentur, minus requireres, cum & hæc à priſcis philoſophiæ ſtudioſis propemodum neglecta ſint, & non in veris bonis habeantur, neque ob ea unquam quisquam fuerit melior exiſtimatus. Quamobrem ingreſſus eſt eam potiſſimum ſtudiorum rationem, quæ videbatur eſſe & libero dignior, & cæteris multo quietior, eorum videlicet ſtudiorum rationem, quæ omnibus ſeculis jucundiſſima pariter ac liberaliſſima appellata ſunt, & multiplicem utilitatem ac fructus uberrimos generi humano conferre ſolent.

Erat imbecilliori corpore, ac lateribus non ſatis valentibus, ſtatura brevi ac humili, voce debili magis, quàm ſonora, acuta tamen, facie ſubfuſca, cæſioq; (quod de Minerva Homerus prædicat) aſpectu, ſubcriſpo & nigro admodum capillo. Ingenio omnino gravi, & quidem præter ætatem caneſcente, ex quo etiam accidit ei, ut ætate ante tempus ingraveſcente, atque effœta eſſet. Somno parciſſimo, nec cibo nec potioni unquam indulgebat. Circa Venerea & voluptatem continentiſſimus, ut hujus hic Pythagoræ verſiculus ſemper obſtreperet auribus:

γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος.

Nullum homini ocium, nulla ceſſatio, nulla laboris prolixa fuit intermiſsio. Sermonis atque colloquii ſuavisſimi, qui neminem tœdio aliquo adficeret audiendi: De ſtudiis ac pietate creberrime diſputabat. Optimos quosque & Græcos & Latinos authores nulla habita pecuniæ aut ſumptuum ratione, maximè ex Aldina litera ſibi comparavit. Quotquot autem, librorum congeſſerat, ita perlegit, ut multa ſignaret, plura ediſceret, nonnulla etiam deſcriberet. Indicant hoc etiamnum hodie quidam illius codices. Erat Metaphorarum (ut obiter etiam id indicem) obſervantisſimus, earumque ex Cicerone aliisque optimis ſcriptoribus *magnum acervum* collectarum, inſtar Adagiorum Eraſmi, editurus opus, ſi annos aliquot ſupervixiſſet.

Porro à nulla re tam abhorrebat natura, atque à turbis & tumultu, unde quoque nihil tam execrabatur, quàm diſſenſiones & bella: nihil exoptabat magis, quam & ſe placidam poſſe vitam ducere, & publicæ tranquillitati conſultum eſſe. Itaque pacis artes & alumnas, bonas literas, propenſisſimo animo ac ſtudio ſemper complexus eſt, Quæ cum ſeculo illo valde jacerent neglectæ atque oppreſſæ, eſſentque pauci, qui dignam illis manum operamque adhiberent: ſummis votis ac laboribus eò adſpiravit: ut pro ſua virili quiddam illis contuliſſe videretur. Itaque cum eorum cauſa tam multa eſſet perpeſſus atque perfunctus; brevi ſcholam ita inſtituit, ut veræ ac germanæ eruditionis quaſi officina quædam exiſteret, ex qua nimirum permulti ornatisſimi atque doctisſimi prodiere viri, ſuum Moſellanum agnoſcentes præceptorem; inter quos facile primas & meretur & retinet amplisſimus vir & clarisſimus D. *Julius Pflug*, Præpoſitus in Zeitz & Canonicus majoris eccleſiæ Moguntinenſis, qui etiam ſingulari pietate, & diſertiſſima oratione præceptoris ſui charisſimi funus proſecutus eſt. Ex eadem ſchola prodiit quoque nobiliſſimus juvenis *Chriſtophorus à Carlovitz*, cujus quidem beneficio *Laurentii Vallæ*, Antidotos libros multò quàm antea correctiores, ſibique ipſis planisſime reſtitutos accepimus. Atque hujus ſimiles permultos alios cum equeſtri ordine, tum dicendi facultate ornatisſimos juvenes Germaniæ noſtræ dedit Moſellani inſtitutio ac eruditio, qui nimirum eam vitæ atque ſtudiorum rationem inſtitutionem-

tionemque indicavit eſſe optimam & præſtantiſſimam, quæ rectas diſciplinas cum honeſtiſſimis moribus copularet. Quemadmodum ipſe in epiſtola ad reverendum patrem *Martinum à Lochau* teſtatur his verbis: *Deum, quem nihil latere poteſt, mihi aliquando animam agenti, & cum morte luctanti propitium adeſſe nolim, ſi non jam inde à puero, non ſine ſummo domandi animi labore, nihil tam cavi, quam ne alicujus vel laceſſentis famã mordicus arriperem, quin omnib⁹, quæ mihi nõ adeo contemnenda, ſi anniti voluiſſem, contigiſſent poſthabitis honoribus, copiis familiarib⁹ ac communibus humanæ vitæ voluptatibus, hoc unum ſum ſubſequutus, ut optimi cujusq; & doctiſſimi calculo probatus, tandem mentem diſciplinis his elegantioribus à mundi ſordibus repurgatam, Chriſto Jeſu veræ ſapientiæ fonti, divinæ doctrinæ ſcatebris irrigandam, ſupplex offerrem. Hoc interdiu cogitavi, hoc noctu ſomniavi, huc manibus pedibusq; contendi, huc omnibus aſpiravi votis, in hoc otium & negotium omne collocavi, ac deniq; omnes ingenii nervos intendi, videlicet, ne deſit quod Evangelico illi diviti, rationes ſuas olim explicanti, pro talenti quantulicunque mihi crediti uſura, rependere poſſim. Nullus alius vitæ meæ unquam fuit ſcopus. Nam ſi ad voluptates, ad opes, ad honores, ad potentiam anhelaſſem, longe alia via fuiſſem ingreſſus. Nec operam hic luſi omnem, nec caruit ſucceſſu conatus.*

Quam quidem vitæ atque ſtudiorum rationem ac modum cum ipſe ubique promtiſſimo animo tum docendo, tum vivendo ſequeretur, brevi tempore apud optimos quosque eam famam & gloriam conſecutus eſt, quas alius mortalium nemo. Cœperunt eum maximi quique viri ob ſingulares illas ac raras virtutes impenſiſſime amare atque complecti: ejus ſcripta ſic in manibus habere, ſic fovere, ſic deoſculari, & comprimis à ſummo illo & clariſſimo omnium ſæculorum *Eraſmo Roterodamo*, ut ejus etiam hæres futurus fuiſſet, ſi *parſiſſent animæ fata ſuperſtiti*. Percharus erat *Philippo Melanchthoni*; charus *Eobano Heſſo*; charus *Ioachimo Camerario & Jacobo Micyllo*; celeberrimis illius ætatis & incomparabilibus literarum antiſtibus; qui ipſum & in vita dilexerunt plurimum, & poſt obitum honorificentiſſimis officiis ac ſententiis, ſuæ benevolentiæ velut teſtimoniis, quæ publica extant, decorarunt & dolentiſſime proſequuti ſunt. Moritur autem in ipſo ætatis flore *Moſellanus*, vix annum primum & *triceſimum* egreſſus cum bis Rector atque moderator Lipſienſis Academiæ fuiſſet & annos novem publice docuiſſet: morbo atque languore admodum diuturno: qui ipſum plane confecerat, nec niſi paulo ante emigrationem quieſcere paululum ac dormire ſivit. A quo deinde ſomno experrectus, ſtatim animam exhalavit. Itaque factum eſt, ut cum *Philippus Melanchthon* peregre veniens Moſellanum ipſum jam inviſere ac veteris amicitiæ nomine ſalutare vellet, defunctus* nunciaretur, ipſius profecto & aliorum bonorum virorum ſummo & acerbiſſimo cum dolore. In cujus quidem benevolentiæ atque amoris ſignificationem & teſtimonium pro epitaphio *Philippus* elegantiſſimos inſcripſit verſiculos Græcos. Alii quoque viro optimo *Moſellano* jam defuncto officia ſuæ erga illum pietatis & obſervantiæ teſtificati ſunt, præſertim *Jacobus Micyllus*, elegantiſſimo elegiaco *Joachimus Camerarius*, Græco & Latino Epigrammate, *Joannes Muſſerus Ottingenſis*, oratione funebri. Denique ipſe *D. Julius Pflug*, præter funebrem orationem, etiam pro atis templi *D. Nicolai* Lipſiæ monimentum in præceptoris memoriam extrui atque in æs incidi fecit, hoc carmine:

** Admorientem Philippus cum Camerario acceſsit. Camerar. in vita Philippi.*

Epicedia in obitum ipſius a varius ſcripta.

Epitaph. à Iulio Pflug poſitum.

D. O. M.

Conditus exiguo jacet hic ſub marmore Petrus,
Nobile cui nomen clara Moſella dedit.
Attica quo primum hic audita interprete lingua,
Cum docuit Grajo Teutonas ore loqui.
Et Latiæ veterem linguæ revocavit honorem,
Nativumque illi redditit arte decus.
Cujus & eloquium vivo Cicerone probaſſet
In medio quondam Roma diſerta foro.
Magna etiam coluit pietate oracula Chriſti,
Et ſanctis ſtudiis conſona vita fuit.
Ipſe ſua vivens quod ſpe votisq; petebat,
In gremio ut vivat, da, bone Chriſte, tuo.

Julius Pflug præceptori chariſſimo F. C.

Lapidi inciſus eſt hic verſus:

Μικρὸς ἔην ῥώμην ἔτος, γνώμην δὲ μέγιστος.

Juſtinus Gobler ad Joannem Fichardum I. C.
Chytræus in Saxonia.

JOANNES FROBENIUS. O. 1527.

IOannes *Frobenius* à puero ad optimas incubuit literas, atque primis rudimentis in patria *Hammelburgi* Franconiæ, perceptis, ad Baſilienſem Academiam ſe contulit. Ibi magna diligentia artibus & linguis operam dedit, & eruditionis non gregariæ nomen ſibi comparavit. Poſtea, ut literarum ſtudia, quod unice in votis habebat, commodius juvaret & illuſtraret, typographicis ſeſe dedidit, & Baſileæ inſtructiſſimam officinam aperuit. In ea optimos quosque autores eleganter excuſos foras dedit: atque iterata editione *Hieronymum*, deinde *Auguſtinum*, & alios patres atque autores in lucem emendatius protulit. A contentioſis vero libellis, unde quæſtum haud mediocrem alii haberent, ipſe ſuam officinam ſemper immunem ſervavit: ne literas ac diſciplinas aliqua contaminaret labecula.

Frobenius Baſileæ officinam typographicam aperit.

Excudit autores optimos quosque.

A famoſis & contentioſis abſtinet.

Tanta erat ſinceritate præditus: ut etiam ſi quid voluiſſet ſimulare aut diſſimulare, non potuiſſet, natura repugnante: tam promptus & alacer ad bene merendum de omnibus:

Mores ejus & candor.

Liberalitas. Pecuniæ contemtus.

ut indignis etiam ex ipſo beneficii quippiam acceſſiſſe gauderet, unde & furacibus & decoctoribus erat & gratus & idoneus. Erepta furto, aut à malæ fidei debitoribus, interceptam pecuniam, ea ſolebat alacritate commemorare, qua lucrum præter ſpem objectum alii. Fide tam incorrupta, ut in neminem magis congrueret illud: *Dignus, qui cum in tenebris mices.* Atque ut ipſe fraudem nemini machinabatur: ita de nullo tale quicquam ſuſpicari poterat: tametſi non rarò deluſus. Quid eſſet invidiæ morbus nihilò magis imaginari potuit; quam ii, qui cæci naſcuntur, animo fingere poſſunt, quid ſit color. Offenſas, quamvis capitales, prius condonabat, quam rogaret is, qui offenderat. Nec ullius omnino injuriæ poterat meminiſſe, contra nullius, quamlibet vulgaris officii, poterat obliviſci.

Eraſmus Frobenii opera uſus.

Itaque *Eraſmus* hujus viri fama, & ſingulari, quam in exſcribendis prælo ſuo libris adhibebat, diligentia excitus, Baſileam venit: atque ſuas lucubrationes in ejus officina edendas curavit. Cum eodem quoque conjunctiſſime complures annos vixit, atque quibus potuit officiis honeſtiſſimum certamen certavit; Nam omnes *Frobenius* occaſiones venabatur, ut aliquid obtruderet muneris Eraſmo; nec unquam fuit lætior, quam cum vel dolo perfeciſſet, vel precibus impetraſſet, ut aliquid acciperet. Si enim fortè pannus ad veſtem erat emtus per famulos Eraſmi; *Frobenius* ſubodoratus, illo nihil ſuſpicante ſoluit: nec ullis precibus adigi potuit, ut reciperet. Arte ſimili fallendus erat, ſi damno vellet exemtum. Tale certamen inter ipſos fuit adſidue: longe diverſum à vulgi moribus: dum alter hoc agit, ut abradat quàm plurimum: alter, ut det quam minimum.

Frobenii lapſus ex alto Morbum diſſimulat.

Anno 1521. è ſummis gradibus in ſolum latericium decidit caſu pluſquam lethali: convaluit tamen, ſed ut ſolet, mali reliquiis in corpore reſidentibus quod utcunque diſſimulavit ille. Tam erat animi generoſi, ut puderet dolere. Anno prius quam moreretur 1526. corripuit illum graviſſimus cruciatus circa talum dextri pedis. Ibi præſtò erant medicorum officia, quæ nihil aliud, quam exaſperabant malum, dum, de morbi genere diſſentientes, alii aliud admovent remedium, nec deerant, qui autores erant, pedem reſecandum eſſe. Tandem aliunde venit medicus, qui dolorem hactenus ſedaret, ut & tolerabilis eſſet, & ſomni cibique ſumendi permitteret facultatem. Demum ita confirmatus eſt, ut bis equo proficiſceretur Francofordiam, malo in dextri pedis digitos relegato, quos ſolos flectere non poterat, cætera valens. Tum & ab Eraſmo & à medico frequenter monitus, ut rariùs prodiret in publicum; aut veſtitu contra frigus munitior prodiret; non obtemperavit: pudendum ratus, ſi quicquam omninò priſtinæ conſuetudinis omittens, morbi ſpeciem præ ſe ferret. Jam & duos manus dextræ digitos ſtupor occuparat, morbi imminentis præludium, diſſimulavit & hoc, parum virile ducens quicquam morbo concedere. Denique dum in ſublimi agit neſcio quid, correptus, ut eſt probabile, vi morbi in pavimentum decidit pronus, non ſine gravi cranii vulnere. Delatus in lectum nec oculos attollebat, nec ullum ſenſus indicium dedit, nec ullam omnino vitæ ſignificationem, niſi quod manum ſiniſtram movebat. Nam dextrum latus omne diſſimulata paralyſis ſtupefecerat. Ita biduum conſopitus ſub mortem experrectus eſt, ægrè paulum diductis oculi ſiniſtri genis, lingua tamen immobili nec ſupervixit ultra ſex horas. Ita rebus humanis exemtus ad vitam tranſiit meliorem, anno viceſimo ſeptimo ſupra mille quingentos. Ob hujus mortem (ut Eraſmus inquit) decebat omnes, qui colunt bonas literas, pullatos lacrymas & luctum ſumere, apio floſculiſque ſepulcrum ornare, lymphas aſpergere; odores adolere, ſi quid talibus officiis proficeretur. Certè illud erit gratitudinis, ut omnes defuncto bene precemur, memoriamque laudibus debitis celebremus.

Mors Frobenii.

Erat *Frobenius* ex Hammelburgo Franconiæ oppido, una cum *Adamo Petri* ex Langendorff propinquo loco, Baſileam vocatus ab ipſo *Ioanne de Ammerbach*, & *Ioanne Petri* typographis Baſilienſibus. Hiſce cum præclaram operam navarent, poſtea ſucceſſerunt; & ad artem illam ea in urbe acceſſionis non parum attulerunt.

Qua ſtione Baſileam ven.

Reliquit *Frobenius* filium *Hieronymum*, atque generum *Nicolaum Epiſcopium*, qui patris veſtigiis inſiſtentes, unanimi conſenſu officinam inſtaurarunt: & quæ eorum eruditio fuit & integritas, optimos quoſque autores ediderunt: ut Frobeniana officina apud literarum cultores nihil notius aliquando fuerit.

Heres Frobenii.

Eraſmus, ut ſe amico & hoſpiti gratum declararet, epitaphium Latinum & Græcum tale ſepulcro Frobeniano appoſuit:

Epitaphium duplex Eraſmi ſcriptum.

Arida Ioannis tegit hic lapis oſſa Frobeni,
Orbe viret toto neſcia fama mori.
Moribus hanc niveis meruit ſtudiisq; juvandis;
Quæ nunc mœſta jacent orba parente ſuo.
Rettulit, ornavit veterum monumenta ſophorum,
Arte, manu, curis, ære, favore, fide.
Huic vitam in cœlis date numina juſta perennem,
Per nos in terris vita perennis erit.

Idem

Ὧδ᾽ Ἰωάννης καθεύδει τυπογράφος Φροβέννιος,
Οὐδὲν ἄλλῳ πλέον ὀφείλει τῶν λόγων σπουδάσματα
Μὴ νεκρὸν θρηνεῖτε. ζῇ γὰρ καὶ πνέει πνεύσων ἀεὶ
Τῇ τε ψυχῇ, τῇ τε φήμῃ, τοῖς τε βίβλων λειψάνοις.

Ex lib. 23. epiſtolarum Eraſmi Roterodami; & l, 3. Proſopogr. Pantal.

ALBER-

ALBERTUS DURERUS.

ALbertum *Durerum* è Pannonia* oriundum accepimus; ſed cujus majores in Germaniam commigrarint. De origine igitur & natalibus illius copioſæ orationi locus non erit: qui etſi fuere honeſti; ab eo tamen majorem ſplendorem accepiſſe conſtat, quam tribuiſſe. Natus eſt *Norinbergæ*, celebri Germaniæ Urbe, Anno 1471. d. 20. Maji. Dederat huic Natura corpus compoſitione & ſtatura conſpicuum, aptumque animo ſpecioſo quem contineret, ut juſtitiæ ſuæ, quam ſolet extollere Hippocrates, etiam in hoc non oblita fuerit, quæ & ridiculè animato ſimiæ ridiculum quoque corpus texuit, ita præclaris mentibus convenientia corpora circumdare conſuevit. Erat caput argutum: oculi micantes: naſus honeſtus, & quem Græci τετράγωνον vocant: proceriuſculum collum: pectus amplum: caſtigatus venter: femora nervoſa: crura ſtabilia: ſed digitis nihil dixiſſes vidiſſe elegantius. Sermonis autem tanta ſuavitas atque is lepor, ut nihil eſſet audientibus magis contrarium, quàm finis. Literarum quidem ſtudia non attigerat; ſed quæ illis tamen traduntur, maxime naturalium & mathematicarum rerum ſcientiæ, ferè didicerat; eque iis præcipua ut intelligebat, & re explicare noverat; ita & oratione ſciebat declarare. Teſtantur hoc ſcripta ejus *Geometrica*, in quibus quid de illa ſcientia poſſit requiri, quatenus quidem tractandam ſibi judicavit, non video. Ferebatur autem magno quodam ardore animi ad omnem honeſtatem morum & vitæ complectendam; quam ita præſtitit, ut vir optimus meritò haberetur. Non tamen erat aut triſti ſeveritate aut gravitate odioſa, quin etiam quicquid ad ſuavitatē hilaritatemque facere putatur neq; ab honeſto nec recto alienum; & ipſe per ætatem non neglexerat, & probabat etiam ſenex, cujusmodi ſunt gymnaſtices & Muſicæ reliquiæ. Sed præ cæteris eum ad picturam natura finxerat; quare & illius ſtudium totis viribus complexus, & ubique gentium laudatorum pictorum opera, & rationem illorum cognoſcendi & imitandi, quæ probaſſet, cura tenebatur. Inter quæ & maximorum Regum ac Principum ipſiusque adeo *Maximiliani* & hujus nepotis *Caroli* Auguſti & benignitatem expertus & favorem conſequutus eſt, affectus ab illis non aſpernando ſalario. Sed ubi jam habuit illius manus, ut ita loquar, maturitatem, tum maxime de operibus intelligeres ingenium ſublime & virtutis amans. Talia enim omnia faciebat grandia & laudabilis argumenti. Extant encomia Maximiliani, extant & hiſtoriæ aſtronomicæ opera immortalia, de quibus, quæ memoravi, æſtimare licebit, ut alia non dicam, quorum eſt nullum, quod non vel ex veteribus aliquis, vel noſtra ætate quacunque in gente pictor ſuum dici optaturus videatur. Eſt autem nulla profecto certior neque verior naturæ uniuſcujusque indicatio, quàm quæ ab operibus fit, quæ quisque pro artificio ſuo effecit. Quorum duo genera, quo reliquis longius præſtant & quaſi ex ipſius naturæ officina prodeunt, hoc in eo, quod diximus, magis poſſunt pollentque. Ea ſunt quæ μιμητικὰ & ποιητικὰ vocantur, id eſt, *repræſentatæ rerum ſimilitudines vel oratione vel manu*, quorum illa proprie poëtica nominantur: hæc neſcio an generalem appellationem habeant, ſed quadrifariam ferè intelliguntur, *Statuarum, picturæ, ſculpturæ & plaſtices.* Nunc verò de pictura loquamur, ut propoſitum fert, quæque ipſa inter quatuor illa laudatiſſima eſt, & ab aliquo Græcorum *poetice vocalis* nuncupata. Tales igitur eſſe pictores prorſus, quales ipſorum opera ſunt, verè arbitrabimur, non ſecus ac poëtas. Polygnotum pinxiſſe ampliora omnia, Pauſona minora tradunt. Quis non ex hoc intelligit, & illum fuiſſe ingenio altiore, & hunc humiliore?

Qualis natura, tale opus.

Duo genera operis.

ποιητικὰ. μιμητικὰ opera quadruplicia.

Pictura poetice vocalis.

Qualis pictor, talis pictura.

Polygnotus.

Pauſon.

Quot autem fuere, ac potius quis non fuit pictorum inquam omnium, qui non declaret operibus naturam ſuam! Non jam veterum mentionem faciam, noſtrorum temporum exemplis contentus. Cui autem obſcurum eſt non paucos laudem & admirationem vulgi quæſiviſſe obſcænitate pingendi, dum quæ non niſi occultè fieri honeſtè nequeant, imò quæ ne occultè quidem facta, nefario ſcelere & probro vacent; tabulis expreſſa publicarunt: hos ne pudicos quiſquam credet, quorum mens & dextera talia fuerit molita? Vidimus etiam multorum minutulas & benè ſanè coloratas picturas, quibus quidem nonnihil ingenii & gravitatis declararetur magiſtri, ſed ars requireretur. Hoc igitur loco, optimo jure admirabimur Durerum ſanctimoniæ & pudoris diligentiſſimum cuſtodem, & granditate picturam proferentem, ſe conſcium nimirum ſibi virium ſuarum: ſic tamen ex minoribus quoque operibus ipſius ſperni nihil debeat. In quibus nullam lineam invenias ductam temere aut perverſe, nullum ſupervacuum punctum. Quid ego de manus conſtantia & certitudine loquar? Jurares regula normave aut circino perſcripta, quæ nullo adjumento vel penicillo vel ſæpè calamo, aut penna deducebat, ingenti cum admiratione ſpectantium? Quid memorem qua dextræ cum animi conceptibus congruentia, ſæpe in chartas ſtatim calamo aut penna figuras quarumcunque rerum conjecerit, ſive, ut ipſi loquuntur, collocarit. In quo hoc profecto legentibus incredibile futurum proſpicio, diſtantiſſimas non ſolum argumenti, ſed & corporum partes inſtituiſſe nonnunquam, quæ convinctæ inter ſe ita convenirent, ut aptius fieri nihil potuiſſet. Nimirum ita mens artificis ſingularis inſtructa omni cognitione & intelligentia veritatis conſenſusque inter ſe partium, ipſa moderabatur ac regebat manum, jubebatque

Picturæ abuſus.

Dureri pictura qualis.

Dureri in pingendo agilitas & felicitas.

ſibi

ſibi abſque ullis adminiculis fidere, ſimilis erat promtitudo peniculum tenentis, quo minutiſſima quæque in linteo tabellave præſcribebat, nulla deſignatione præmiſſa; ſic ut non culpari modo poſſet nihil, ſed laudem etiam omnia ſummam invenirent. Maximè admirabile fuit hoc laudatisſimis *pictoribus, quibus in illa re verſatis plurimum, difficultas non eſſet ignota. Hoc loco non poſſum ſilentio præterire quod inter hunc & *Ioannem Bellinum* accidit. Erat is Venetiæ inque Italia tota hujus artis fama excellens: quo cum Durerus veniſſet, facileque cum illo ſe conjunxiſſet, atque ut fit, mutuæ operum jam oſtentationes exiſterent, admirante Durero candidè, & magni faciente Bellini omnia; Bellinus & ipſe ingenuè cum alia tum pilorum ſubtilitatem præcipue in Alberti operibus comprobavit. Forte accidit ut de arte inter ſe colloquerentur, quibus ſermonibus finitis, *facies ne*, inquit Bellinus, *Alberte benigne & gratificabere in re non magna amico.* *Senties*, inquit Albertus, *ſiquidem quod præſtare valeam à me petieris.* Tum Bellinus, *cupio à te ferre*, inquit, *dono unum è penicillis tuis, quibus capillamenta deducere ſoles.*

Bononienſes et pictores principatum pictura in toto orbe detulerunt, affirmantes jucundius ſe morituros, viſo tam diu deſiderato Durero.

Ioann. Bellinus Italus pictor excellens.

Ibi Albertus nihil moratus cum plurimos ſimiles aliorum & qualibus Bellinus quoque uteretur, protuliſſet, eligere juſſit, qui maximè placerent, niſi auferre mallet univerſos. Sed Bellinus falli ſe ratus, *non enim hos*, inquit, *ajebam, ſed quibus crines & pilos unico ductu compluſculos exprimere conſueviſti, quos ſparſulos & latiuſculo diſcrimine eſſe oportet. Aliter enim in maxima ſæpe longitudine tanta æquabilitas flexuum & diſtantiæ ſervari nequeat.* *Non aliis*, inquit Albertus, *quam his utor, quod ut tibi probem, licet contemplere*; & arrepto uno ex propoſitis penicillo, longisſimos & flexulos crines, quales mulierum maximè ſunt, conſtantisſimo ordine & ratione, inſpectante & ſtupente Bellino produxit, qui poſtea multis confeſſus fuit, nullius mortalium ſermonem ejus rei quam oculis vidiſſet, fidem ſibi facere potuiſſe. Tribuit hoc idem illi ingenuitate ſpectabili *Andreas Montegna* qui Mantuæ floruit, revocando ad ſeveritatem quandam & legem picturam, qua quidem primus laudem meruit, dum disjectas & fractas ſtatuas eruit & in exemplum artis proponit. Cujus quidem ſunt omnia dura & rigida, ſcilicet manu non aſſuefacta ſequi animi intelligentiam & promptitudinem. Sed illis nihil putatur in arte melius neque perfectius. Is ergo cum Mantuæ decumberet & Durerum in Italia eſſe audiviſſet, curavit celeriter ad ſe accerſi, inſtructurus facilitatem ejus & certitudinem manus rerum cognitione & arte. Non enim raro in ſermonibus familiaribus queſtus fuerat, quod vel ſibi non contigiſſet illa, aut Durero ſcientia ſua. Nihil moratus Durerus poſthabitis rebus omnibus ubi nuncium accepit, ſtatim itineri ſe accinxit; ſed prius deceſſerat Montegna, quàm Mantuam potuiſſet pervenire, neque quicquam dicere ſolebat in vita ſibi triſtius accidiſſe. Quamvis enim Durerus ſummus eſſet; tamen aliquid animo ſuo magno & excelſo ſupra concupiſcebat ſemper. Amici viri barbatam imaginem, in linteo ſtatim ipſo penicillo nullis ante diſpoſitis, ut aſſolent, delineationibus ab eo expreſſam quaſi attoniti ſpectaverunt. Pili fuerunt barbæ fermè cubitales, ita exquiſitè, & ſolerter ducti, ita ubique diſcrimine & modo ſimili, ut quo quis melius artem intelligeret, hoc magis cum admiraretur, tum incredibile duceret in illis effingendis nulla alia ope manum adjutam fuiſſe. Cæterum nulla ſpurcities, nullum dedecus, in ipſius operibus extat, refugientibus ſcilicet talia omnia caſtisſimi animi cogitationibus. Jam expresſiones viventium vultuum, quæ *contrafacta* nunc vocant, quam ſimiles conficiebat, quàm infallibiles, quàm veras! Quæ omnia eo conſequebatur, quod ad artem & rationem uſum revocarat, ignotam hactenus & inauditam pictoribus noſtratibus ſaltem. Quis enim illorum fuit, qui operis ſui quo maximam quoque famam adeptus eſſet, rationem explicare poſſet, ut magis ſcientia, quam caſu laudem inveniſſe crederetur? Sed Durero parata, certa inque promptu erant omnia, quod picturam in viam præceptionum induxerat, & revocarat ad rationem doctrinæ, ſine qua, ut Cicero ſcripſit, etiamſi quid bene fit adjuvante natura, tamen id, quia fortuito fit, ſemper paratum eſſe non poteſt. Hæc ſibi ipſi primum elaboravit, mox, ut erat liberaliſſimus & candidisſimus explicare in ſcriptis libris Clariſſ. & Doctisſimo viro Bilibaldo *Pircamero* aggreſſus eſt, cui & elegantisſima epiſtola illos dicavit, quam Camerarius Latinè reddere intemerata illius nativa quaſi facie, cum ſupra vires ſuas eſſe ſentiret, intactam reliquit. Sed priuſquam abſolvere omnia & correcta edere, ut cupierat, poſſet, morte eſt ereptus, placida illa quidem & optabili, ſed profecto multorum judicio præmatura. Erat autem ſi quid omnium in illo viro quod vitii ſimile videretur, unica infinita diligentia & in ſe quoque inquiſitrix ſæpe parum æqua. Hinc igitur mors ab incepta editione operis ſuſtulit, quam tamen conſummarunt amici ex illius præſcriptione.

Andreas Montegna Italus Dureri conſuetudinem expetit.

Effig. viver. à Du. quale facta

Artis gendi cepta Durer caita.

Durer nimiu diligen.

Scripſit & præter Geometricarum inſtitutionum libros, omnibus pictoribus, fabris ærariis & lignariis, lapicidis, ſtatuariis neceſſarios, tichiſmatica, in quibus urbium munitiones, ut eorum temporum ratio ferebat, deſcripſit. Aliquid etiam cœperat de ſymmetria partium in equorum corporibus: ſed amiſiſſe amici ſciverunt, quorundam perfidia. Neque non ſuſpicabatur, vel potius compertum habebat, unde in ſuos labores fuci involaſſent: ſed optimus vir maluit diſſimulare cum detrimento & dolore ſuo; quam in illis perſequendis manſuetudinis & lenitatis oblviſci. Obiit Norimbergæ, anno & die, quos Epitaphium indicat.

Dureri τειχισματικ.

Obitus.

M. Beatis

M. Beatis S.

MEMORIÆ ALBERTI DURERI, VIRI OPTIMI, AC ÆTATE SUA PICTORIS ABSOLUTISSIMI; QUI NON SOLUM PRIMUS E GERMANIS PICTURAM AUXIT, ILLUSTRAVIT, AC AD SEVERIOREN LEGEM RESTRINXIT, SED ET LITERIS POSTERITATI COMMENDARE CEPIT: OB QUAM REM, PRÆCIPUE MORES COMPOSITOS, PRUDENTIAM AC MODESTIAM SINGULAREM, NORENBERGENSIBUS SUIS, IMO EXTERIS OMNIBUS, FUIT CHARISSIMUS: DIVO VERO MAXIMILIANO, AC NEPOTI EJUS CAROLO, CÆSARIBUS; NEC NON FERDINANDO HUNGARIÆ AC BOHEMIÆ REGI. ACCEPTISSIMUS, QUI ILLUM ANNUO LARGOQUE STIPENDIO FOVERUNT, AC SUMMO PROSECUTI SUNT FAVORE. OBIIT AUTEM NON SINE MAGNO AMICORUM DESIDERIO VIII. IDUS APRILIS ANNO 1528. ÆTATIS VERO SUÆ 57.

Bilibaldus Pirckeimerus amico integerrimo M. P.

Exſtat in cæmiterio Noribergenſi ad S. Joannem æri inciſum ſepulcrali & tale Epitaphium.

Me. Alb. Du.

Quicquid Alberti Dureri mortale fuit, ſub hoc conditur tumulo. Emigravit VIII. Idus Aprilis. M.D.XXVIII.

Joach. Camerar. in præfat. libri de ſymmetria partium in rectis formis humanorum corporum, à Durero Germanice ſcripti, ab ipſo autem Camerario Latine redditi.

JOANNES CUSPINIANUS.

Natus eſt *Joannes Cuſpinianus* in nobiliſſimo Franciæ Orientalis oppido, Sueinfordia, ſive à Suevis conditoribus, ſive animalium trajectu ita appellato. Cum apud ſuos literarum elementa percepiſſet, tandem majore vi ingenii excitatus, Viennam, nobilem illam ſuperioris Pannoniæ urbem, cum æqualibus profectus eſt. Nullum enim erat ea tempeſtate in Germania celebrius gymnaſium, ob abundantiam rerum omnium & doctiſſimorum hominum incredibilem multitudinem. Cum enim ſapientiſſimi principes Auſtriæ ſtudia humanitatis & Matheматices inſtituiſſent: maxima paſſim ex omnibus adjacentibus regnis & provinciis eo turba confluxit.

Hic Cuſpinianus, ut erat acri ingenio; ſtatim Philoſophiæ præcepta edidicit. Deinde ſub *Conrado Celto*, eximio tum philoſopho & poeta, etiam politiores literas magna cum aviditate arripuit. Natura enim & ingenii vi, ad ea ſtudia ſua ſponte impellebatur.

Et quia unum magiſtrum & auctorem Apollinem utriuſque ſtudii, poetices atque medicinæ fuiſſe credebat: etiam medicinæ profeſſionem manſuetioribus Muſis adjunxit. In his pulcerrimis ſtudiis tantam famam, tantamque cum laude gloriam conſecutus eſt; ut eo tempore in univerſa doctorum turba, nemo Cuſpiniano facundior ac eloquentior, ut tum erant tempora, haberetur.

Cuſpinian. medicinæ ſtudium aggreditur.

Itaque cum ſub annum Domini 1502. D. Maximiliani Cæſaris juſſu *Joan. Stabio.* nobili Mathematico & Poetæ, laurea danda congregataque eſſet eruditiſſimorum hominum maxima concio: ſoli Cuſpiniano inaugurandi Stabii & laudandæ poetices provincia fuit demandata. Hic eo habitu corporis, ea forma jucundiſſimi oris, tanta cum gravitate & Græca & Latina pronunciavit: ut omnium facile expectationem ſuperaverit. Quam dicendi admirabilem gratiam corporis ſtatura & dignitas, ſuprà quam dici poteſt, amplificabat. Erat enim corpore procero & obeſo: ſed tam eleganti proportione & forma, ut ei nihil dedecoris craſſities illa adferret. Crines erant aurei, ſed ab ſyncipitio rariores. Facies prorſus nivea: os venuſtiſſimum: tantaque in dicendo ſuavitate & gratia; ut nihil unquam videris jucundius. In geſtu & motu corporis, in capitis nutu & renutu, omnique illo oratorio habitu tanta moderatione & gravitate; ut vere dicere poſſes, in illo Pericleam illam πειθώ, & Ennianam Suadæ medullam per omnia diffuſam fuiſſe membra.

Juſſu Cæſaris I. Stabio lauream confert.

Proſopographia Cuſpinian.

His artibus, & tam multiplici optimarum rerum cognitione inſtructus, perfacilè in doctiſſimorum virorum amicitias pervenit. Nam primum omnium optimus Imperator D. *Maximilianus* eum in Senatum ſuum adſcivit; eumque in *Ungariam, Boemiam, Poloniamq́;* oratorem miſit, annis duodecim continuis ejus conſilio & opera in difficillimis rebus ſæpiſſimè uſus. Quem adeò clementer, adeò manſuete complectebatur; ut ſæpe in multam noctem cum eo de negotiis Imperii, de rebus ſecretiſſimis collocutus ſit, planè, ut erat manſuetiſſimus Princeps, familiariſſimè. Tanta enim erat in *Cuſpiniano* prudentia, tanta fides, & tam tenax arcani cuſtodia: ut illius fidiſſimo pectori optimus Imperator tutò potuerit etiam reconditiſſima committere. Habebat inter amicos præcipuè *Joannem Graccum Pierium*, virum ſummum in aulâ Imperatoris: deinde *Joannem Stabium*, *Andream Stibarium*, & *Stephanum Roſinum*, præclaros Mathematicos & Philoſophos. Inter omnes gratiſſimus illi erat *Joannes Gremperius*, homo feſtivus & mirè lepidus: quo in periculoſiſſimis ſæpe legationibus comite uſus eſt, ob facilitatem morum & ſingularem urbanitatem.

Cuſpin. orator D. Maximiliani I. & conſiliis.

Amici Cuſpiniani.

Cuſpinianus cum nominis celebritate & tot peregrinationibus in maximorum Regum & Principum notitiam perveniſſet: ut ab oblivione labores ſuos vindicaret,

Cuſpin. ſcripta.

dicaret, ad ſcribendam hiſtoriam ſe applicavit. Et quia in ſummi Imperatoris aula diu verſatus fuerat; *de Conſulibus & Romanis Imperatoribus* ſcribendi argumentum arripuit: Ad quod inſtitutum multam ſupellectilem ſuppeditavit rariſſimorum librorum copia. Patebant enim ei ex Cæſaris liberalitate & beneficentia omnes undique vetuſtiores bibliothecæ: omnia Ducum Auſtriæ ſecretiora ſcrinia & ἀρχεῖα: ex quibus vir omnium diligentiſſimus, multa, quæ ab aliis prætermiſſa ſunt, accuratiſſime depromſit.

Primum itaque omnium *Conſules* aggreſſus eſt, quos antequam ab eo vita eriperetur, revidit & emendavit. Poſtea *Cæſares & Imperatores* uſque ad D. Maximilianum perduxit: ſed morte præventus inemendatos reliquit. Eos deinde *Nicolaus Gerbelius* Jureconſultus, vir doctiſſimus, ex manuſcripto caſtigavit, atque in lucem edidit.

Scripſit Cuſpinianus & *hiſtoriam Auſtriæ*, à I. Oporino excuſam, & *Ungariæ tabulam*, quam Apianus edidit; ut autor eſt Lazius.

Cuſp. quo genere dicendi uſus. De dicendi genere aut elegantia, quibus hiſtoriæ ornari & illuſtrari potuiſſent, non admodum fuit ſollicitus; ratus ſatisfacturum ſe ingenuo lectori, ſi quæ veriſſima eſſe comperiſſet, ſimpliciſſima oratione mandaret poſteritati. *In hiſtorico quid requiratur.* *Satis* enim *eſt hiſtorico*, ut præclare dixit apud Ciceronem Catulus, *non eſſe mendacem.*

Fuit Cuſpinianus philoſophus, medicus, poëta, orator, hiſtoricus eximius: in quo duo præcipue lectori candido probantur; ſedula *familiarum inquiſitio*, & hiſtoriarum mira ac jucunda *varietas*. Adſcivit eum è ſchola, ut diximus, D. *Maximilianus*; fideque ejus & induſtria in graviſſimis legationibus perſpecta, Viennenſi Senatui præfecit. Quinque adeo annorum ſpacio vicies quaterque in Ungariam orator ivit: ut ipſe in præfatione quadam indicat. Inprimis autem ejus prudentia, & in rebus agendis dexteritas in comitis Viennenſibus apparuit: cum anno 1515. *Maximilianus* Cæſar, atq; tres reges Ungariæ, Poloniæ, & Boëmiæ convenirent, & de rebus maximis conſultarent.

Cuſpin. in diario deſcribit hunc conventum.

Tandem cum & bonis literis & Reipublicæ Chriſtianæ plurimum profuiſſet; atque præfecturam Viennenſem magna cum laude adminiſtraſſet: veneranda canicie inſignis naturæ ſatisfecit anno* 1529. Viennæ, ubi & ſepultus eſt honorifice. *Nicolaus Gerbelius in Cæſarib. Cuſpin. 1540. editis.*

Cuſpin. obitus. ** quo 26. Septemb. Solymannus Turcarum tyrannus obſidere eam cæpit.*

JOANNES STOFLERUS,

*O 1531. d. 16. Febr. æt. 80. Juſtinga patria. * d. 10. Decembr. hora 6. a. m. pol. 48. 20.*

Juſtinga hic in Suevia, circa annum Chriſti quinquageſimum ſecundum, ſupra mille quadringentos, * loco obſcuro progreſſus, non parum ornamenti patriæ attulit. Nam cum eum * ad omnia egregium atq; excellens armaſſet ingenium; ab ultima pueritia in ſtudio optimarum literarum evigilavit. Et quando *in his potiſſimum elaborandum eſt, ad quæ natura aptiſſimi ſumus*; Stoflerus, ſuo ſe ingenio metiens, ad Matheſin animum mature applicuit. Quo in ſtudiorum genere ita verſatus eſt; ut ad miraculum uſque excelleret; atque ſua ætate ſuperiorem haberet neminem.

Ad docendum igitur in Academiam Tubingenſem vocatus, Mathemata juventuti ſtudioſæ ita tradidit, tantaque cum induſtria munere functus ſuo eſt; ut Matheſeos nomine ad famam exiſtimationemque doctorum omnium profluerct. Nec vero viva ſolummodo voce docuit, ſed & muta. Foras enim dedit *Ephemeridum opus* inſigne, ab anno Chriſti trigeſimo ſecundo ſupra mille quingentos, ad proxime ſequentes viginti annos uſque. Id opus ad veterum imitationem calculo accuratiſſimo fuit elaboratum. Edidit idem *rationem compoſitionis aſtrolabiorum*, cum explanatione eorundem uſuum: *Procli* quoque *Sphæram* commentariis illuſtravit. Scripſit item *calendarium Romanum* magnum; quod anno milleſimo quingenteſimo decimo octavo Oppenheimii per Jacobum Kæbelium excuſum, & ab auctore Maximiliano primo Auguſto dicatum, prodiit. Elaboravit *tabulas Aſtronomicas* anno 1517. Tubingæ à *Thoma Anshelmo impreſſas; *Coſmographicas* aliquot *deſcriptiones*, de *Sphæra Coſmographicâ*, hoc eſt, de *globi terreſtris artificioſa ſtructura*; de *duplici terræ projectione in planum*, hoc eſt, qua ratione commodius chartæ Coſmographicæ, quas Mappas mundi vocant, deſignari queant. Atque hæc ſunt à *Joanne Dryandro* Marpurgi anno 1537. Habentur ejuſdem Stofleri de *dimenſione per aſtrolabium & quadrantem* Germanicus libellus, & *ſupputatio conjunctionum atque oppoſitionum, & cyclorum antiquorum redargutio, cum Eclipſium prædictione.*

Diſcipulos ex variis nationibus habuit complures; qui grata memoria magiſtri fideliſſimi merita celebrarunt: de quibus non poſtremus *Sebaſtianus Munſterus*, Coſmographiæ autor. Hic diligentia & diſcendi aviditate præceptoris ſibi animum ita conciliavit: ut quicquid ingenioſe elucubraverat, id ei deſcribendum crederet. Quæ res tam præceptori, quam diſcipulo profuit. Omnibus enim libris inſtrumentiſque Stofleri incendio fortuito Tubingæ conſumtis, nihil illarum lucubrationum evaſiſſet; niſi multa Munſterus deſcripta adſervaſſet.

Cum ſic multos annos in propagandis abſtruſioribus diſciplinis ſedulo allaboraſſet; tandem veneranda canicie inſignis, ingreſſus annum ætatis *octuageſimum*, peſte obiit Blaubeurii, anno ſalutis noſtræ milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo, die 16. Februarii; tranſportatus eſt Tubingam, ibique in templo Parochiali conditus. Epitaphium, ſupra monumentum ſculptum, ita habet:

Heus, heus, adeſſe te cupit,
Rogatque ſaxum, ut hoc legas:

Matheſis

Matheſis ecce principem
Dedit tulitue Suevia,
Vel illa Martia: hoc decus
Sed abſtulit nimis fera hic,
Premitque Parca; jam cubant,
Ut cernis, oſſa Stofleri
Precare, quisquis hac abis.

Cruſius in annalibus Sueviæ: Bibliotheca Geſneri, & alii.

JOANNES AVENTINUS.

JOANNES AVENTINUS natione Bojus; ex *Abuſina*, (oppidum eſt ſuperioris Bojariæ, quod vulgo *Abenſperg* dicitur) oriundus. Patrem habuit *Joannem Thurmair* pandocheum ejus oppidi, virum honeſtum: unde & à nobili viro *Leonhardo ab Eck* Thurniomarius in epigrammate quodam dictus eſt. Quod vero ſeſe Aventinum nominarit, in cauſa eſt patriæ antiquum nomen. Nam Abenſperg in vetuſtiſſimis literis *Aventinum*, ab Antonino Romano Imperatore in itinerario ſuo Abuſina vocatur.

Natus eſt Aventinus anno Chriſti domini noſtri milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto. Cum primum pater filium ſtudiis dicaſſet: brevi temporis ſpacio prima fundamenta Grammaticæ, quod tamen eo tempore rarum erat, apprehendit. Deinde *Ingolſtadium* à parentibus miſſus eſt: ubi cum in philoſophia & liberalibus artibus multum profeciſſet: conſilio præceptorum ſuorum, atque ex innato erga honeſta ſtudia ardore, *Lutetiam* Pariſiorum profectus eſt. Quod Gymnaſium primas præ omnibus aliis in Europa tum tenebat. Ibi ita ſeſe in omni ſtudiorum genere exercuit; ut ſeptem artium Magiſterii gradum cum laude conſequeretur. Præceptores Pariſiis habuit *Iacobum Fabrum Stapulenſem*, & *Jodocum Clichtoveum*, ſicuti ipſe ſcriptum* reliquit.

Poſtea anno ſalutis milleſimo quingenteſimo tertio in Germaniam ex Gallia rediit, & Viennam petiit. Quo cum veniſſet, privatis auditoribus libros aliquot Oratorios & Poeticos (quod ibidem pauci antea tentarant) prælegit. Anno vero quarto ſupra ſeſquimilleſimum Ratiſponam Vienna venit. Qua in profectione in morbum graviſſimum incidit. Bigis igitur vectus ad *Andream Brims*, patrem D. Eraſmi Ratiſponæ poſt civis, divertit, rogans ut ſibi liceret in præſenti frigore ſeſe apud fornacem fovere pauliſper. Ubi cum acquieviſſet Andreas, hoſpitio ejus per totam hyemem uſus eſt, & ſe fovit. Etſi moleſtum nonnihil erat hominem ægrotantem tam diu retinere; tamen ob viri ſingularem probitatem, & eruditionem raram, parentes Eraſmi patienter tulerunt; donec priſtinæ ſanitati reſtitueretur. Quod ubi factum eſt, & ipſe vires paululum recollegiſſet: in patriam rediit, ibique totum annum permanſit.

Anno ſexto ſupra ſeſquimilleſimum rurſum Viennam abiit, Eraſmumque ſupra dictum, agentem jam decimum & quintum annum ſecum abduxit. Quo tempore *D. Maximiliani* Roman. Imp. liberalitate doctiſſimi totius Germaniæ viri Viennæ agebant: nempe *Conradus Celtes*, primus inter omnes Germanos poëta laureatus, *Joannes Stabius*, Cæſareæ Majeſtatis mathematicus, *Joannes Cuſpinianus* Imperatoris orator, D. *Velocianus Pinderus*, *Joachimus Vadianus*; quibus partim uſus eſt præceptoribus, partim familiariter cum iisdem vixit. *Redit Viennam.* *Viri docti eo ſeculo ibi.* *Viri docti Viennæ amici Aventini.*

Anno ſeptimo Cracoviam profectus eſt: ibi *Grammaticam Græcam* publice legit: Mathematicisque tum magnam operam, ut ipſemet* ſcribit, dedit. Sed in patriam literis ſuorum revocatus, *Eraſmo Brimſio* comite Viennam Cracovia venit; inde Ratisbonam, & tandem in patriam commigravit. *Avent. Cracoviæ Græca docet.* *Lib. 4. annal.* *Ingolſtadii item Latina.*

Anno ſupra ſeſquimilleſimum nono cum Eraſmo illo Ingolſtadium abiit, ubi *ſomnium Scipionis*, & *Rhetoricam* Ciceronis *ad Herennium* profeſſus, magnam laudem conſecutus eſt. Poſt bellum Bavaricum ſcripſerat Heroicis carmen gratulatorium ad *Albertum* ducem Bojorum, conditionemque aliquam tum petebat.

Porro anno duodecimo Monacum vocatus Illuſtriſſimorum principum *Ludovici* & *Erneſti* fratrum germanorum præceptor conſtitutus, eos *Burckhuſii* humanioribus literis diligenter informavit. *Præceptor princip. Bavariæ conſtituitur.*

Paucis annis poſt cum Illuſtriſſimo principe vidit urbes, & mores hominum: præcipue Mantuæ *ſanguinem CHRISTI* miraculoſe ſub Carolo Magno repertum* inſpexit. *Adit Italiam.* *Sanguis Chriſti ab eo viſus.*

Tandem officio præceptoris defunctus, noluit vitam reliquam in ocio, ſed in negotio tranſigere: & annales Bojorum ſcribere incepit. Quod cum illuſtriſſimi principes *VVilhelmus*, *Ludovicus*, & *Erneſtus* duces Bojariæ intellexiſſent: conatus ejus liberaliſſime ſumtibus ſuis juverunt. Hinc diplomatis ad omnia monaſteria Bojariæ acceptis utramque Bojariam perluſtravit: atque quæ ibidem inſpexerit ipſe in ſua dedicatoria epiſtola annalium enumerat. *Avent. l. 4. annal.* *Annales Bavariæ ſcribit liberalitate princip. adiutus.*

Bonam etiam partem antea ætatis, patrimonii ſui, valetudinis perluſtrando Germaniam, Galliam, Italiam, Sarmatiam, Pannoniam, exhauſerat. Poſteaquam ita varia & multa ad propoſitum ſuum idonea collegiſſet: annales ſeptem libris Latine conſcripſit: quorum majorem partem Ratisbonæ apud *Eraſmum Brimſium*, quædam etiam in patria, ubi ædes cum adjuncto horto extra mænia habebat, abſolvit. Verum ſolitudinis pertæſus, ad Eraſmum ſuum Abuſina ſcripſit hæc: *Neminem habeo, cum quo loquar: quare decretum eſt apud me, rurſum ad te venire.* Itaque aliquando integrum, quandoque dimidium annum Eraſmi hoſpitio Ratiſponæ uſus eſt. *Aventini peregrinationes.* *Annales conſcribit.* *Impatiens eſt ſolitudini.*

Anno Domini M. D. XXIX. menſe Octobri Ratiſpona in patriam rediit. Cum pri-

Aventinus in patria capitur.

primum vero ædes ſororis Abuſinæ ingreſſus eſſet: ſtatim captivus (quam ob cauſam neſcio) abductus, per aliquot dies in vinculis detentus eſt. Verum paucis poſt diebus mandato Illuſtriſſimorum Bojorum principum libere, nulla infamiæ nota prorſus illata, dimiſſus eſt. Sed ita fit; ut *aliquando quidam clementia principum in bonorum perniciem abutantur.* Quanquam illud viro philoſopho aliquo modo tolerabile eſſe debuiſſet: tamen nonnihil poſtea mutatus videbatur. Valde enim ſemper timidus erat, & puſillanimis; de diſpendio valetudinis & captivitate multum conqueri, nimium angi; adeo ut illam ſolicitudinem veram melancholiam in eo multi arbitrarentur.

Senex de uxore ducenda deliberat.

Ad Venerem nunquam proclivis, & quantum omnes, quibuscum vixit, animadverterunt, ab amoribus mulierum alienus ſemper fuit. Cum vero jam ad annum uſque LXIV. ætatis ſuæ cælibem vitam duxiſſet: cum *Oſwaldo Rueland*, & *Eraſmo Brimſio* de uxore ducenda conſultare cæpit; ſerioque ſæpius multos locos ex ſacris literis ſuadentes & diſſuadentes matrimonium protulit. Sed ſenectutem ſuam penitius conſiderans, tandem in hæc verba prorupit: *Senex ſum, mihi miniſterio opus eſt.*

Ducitque infeliciter deceptus.

Duxit igitur Suevam, moroſam mulierem, illepidam, & omnino pauperem; deceptus ab anu quadam. quæ ei illam ut famulā ſaltē adduxerat. Ducta uxore Ratiſponæ in via Angelorum domum emit: ubi aliquandiu cum uxore habitavit.

Ab Eckio Ingolſtadium vocatur. Vita ejus privata.

Anno XXXIII. ſalutis à nobiliſſimo Viro *Leonardo ab Eck*, Ingolſtadium, ut filium ſuum Oſvvaldum inſtitueret, evocatus eſt. Quo cum veniſſet, *Petro Apiano*, mathematico clariſſimo extra familiam familiariſſime uſus eſt. Honeſtiſſime ibi perpetuo vixit; raro in publicum prodibat: domi ſeſe Horatianis carminibus cantandis, à prandio & cœna cum Oſvvaldo ab Eck, & aliis oblectabat.

Horatianis Odis delectatus.

Veſperi aliquando ad Danubii ripas prode ambulabat: ibique cum amicis confabulabatur.

Ingolſtadio hyeme Ratiſponam profectus, morbo corripitur.

Circa natalitis ferias anni M. D. XXXIII. vehiculo Ratiſponam vehit; ut uxorem cum filia infante ſecum Ingolſtadium aveheret. Verum, ut ſunt res mortalium caducæ, bonus & pius vir, ſive ex frigore, quod ei ſemper quàm aliis infeſtius fuit, ſive quod jam ſenex, atque exhauſtis viribus eſſet, morbo correptus, ſtatim ut Ratiſponam veniſſet, calidum popoſcit. Illi, qui aderant, & inter cæteros Oſvvaldus Rueland, & Eraſmus Brimſius conclave illico calefieri curarunt: Aventinus calida offula abſorpta, ſe in cubile declinavit. Altero die præſentibus amicis & familiaribus, multa & varia locutus, inter cætera annalium ſuorum meminit, optavitque principem tanto ſuo labori atque operi fautorem: complura (dicens) adhuc forent inquirenda in Bojemia, Ungaria, Auſtria, quæ vetus ſunt regnum Bojariæ; ſed non eſt, qui curet. Denique ingraveſcente morbo, in dies pejus habere cepit: tandem V. Idus Januarii, complicatis manibus, cum devotiſſime Deo per Chriſtum animam ſuam commendaſſet: emiſit ſpiritum ſimilis dormienti, anno ætatis ſuæ LXVIII. præſentibus *Wolffgango Ryſio*, uxore ſua, atque una anu.

Uxorem habuit unam, quam diximus, moroſam; ex qua filium *Carolum*, qui infans obiit, progenuit: deinde filiam *Giſalam* nomine, poſt ſe reliquit, novem ſaltem hebdomadarum.

Mediocri fuit ſtatura Aventinus, paululum tamen obeſiore corpore. Barbam crocei coloris, quam ſubter genas alebat, ſupra radebat omnem, habuit. Studia ſemper à crepuſculo cum ſacra lectione auſpicatus eſt. A cœna paululum ocioſus, deinde ad mediam frequenter noctem libris incumbebat: Nunquam delectabatur ſodalitio multo, ſibi & ſuis ſtudiis vivens. In converſatione tamen erat valde pius & affabilis: in familia ne puero quidem (ut dicitur) moleſtus. Perſonam omnino philoſophicam referebat. Parciſſimi victus, inter edendum crebro bibebat, ſed quaſi pitiſſando, vix ſuprema labra proluebat. Plerunque non cœnabat propter ſtomachum. Nam eo repleto dormire noctu non valebat. In veſtitu non erat mollis & effeminatus, neque ſordidus, ſed honeſtus. Pecuniæ quoque minime avidus. In Lyricis verſibus ſcribendis admodum felix, & Horatii imitator egregius. Multa habuit *Oſwaldus ab Eck* poemata ab Aventino ſcripta, quæ, an publicata ſint, dubitamus. Plurima ſcripſit, quæ excuſa ſunt. Vallam promiſit, ſed non edidit: &, ut ajunt, exemplar in Monaſterio *Ror* diu latitavit.

Communia ipſius dicta erant: *Naſcentes morimur: Homo bulla: Non res ipſas reprehendimus, ſed abuſum & homines rebus abutentes*: ἀνέχου καὶ ἀπέχου: quibus ſeſe conſolabatur, & quam nihil in rebus humanis conſtans eſſet, indicabat.

Apud D. Haimeramum Ratiſponæ ſepultus eſt, cum tali epitaphio & æternitatis monumento:

D. O. M.

JOANNES AVENTINUS VIR SINGULARI ERUDIT. FIDE AC PIETATE PRÆDITUS: PATRIÆ SUÆ ORNAMENTO, EXTERIS ADMIRATIONI FUIT: BOJORUM ET GERMANIÆ STUDIOSISSIMUS: RERUM ANTIQUARUM INDAGATOR SAGACISSIMUS, VERÆ RELIGIONIS, OMNISQUE HONESTI AMATOR: CUI H. M. AD POSTERIT. MEMORIAM P. EST: O. V. IDUS JAN. ANNO M. D. XXXIIII.

Ex Annalibus Aventini Ingolſtadii Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto editis.

HERMANNUS BUSCHIUS.

NATUS hic eſt in Weſtphalia *Dulmaniæ* ditionis Monaſterienſis, genere nobili; ut qui cognatione attigerit nobiliſſimum

liſſimum virum *Rodolphum Langium*, literarum Mæcenatem liberaliſſimum: à quo Buſ-
1480. chius non ſolum in Italiam * ductus, viriſque primariis ibi commendatus; ſed & ſumptibus honeſtis fuit ſuſtentatus. Ingenio & Orator & Poëta ſui ſeculi non poſtremus fuit; ac variis in Germania Academiis bonas literas (quod noſtra tempeſtate inſolens) docuit. Ad Latinæ enim linguæ profeſſionem vocatus eſt *Haidelbergam*, anno viceſimo quarto ſupra mille quingentos: uti *Simon Grynæus* ad Græcam linguam ibidem docendam. Docuit præterea Buſchius *Lovanii, Lipſiæ* & *Marpurgi* ſub initia illius * Gymnaſii; ex quo in patriam redeunti Eobanus Heſſus Francobergius ſucceſſit. Lipſiæ cum ageret, quæſivit ex eo *Georgius Heltus*, quam maxime rationem in comparanda prompta & expedita elegantia quacunque de re, & quocunque in negotio verba faciendi, ſecutus fuiſſet: reſpondit, *legendis & relegendis Ciceronis epiſtolis*. Edidit *Silium Italicum* cum argumentis ſingulorum librorum: *Perſii Satyras* annotationibus illuſtravit: edidit & *Plautinas decimationes*, & *artem memoriæ*. Scripſit & alia multa ſoluta & ligata. *Georgio* Palatino in Epiſcopum Spirenſem electo, Spiram ingredienti, anno viceſimo nono, ſupra mille quingentos, luculento carmine, in quo juſtitia, convocato Virtutum choro, omnes bono Principi convenientes in eo lucere prædicat virtutes, gratulatus eſt.

Eruditione ſua & ſtudio juvandi rem literariam conciliavit ſibi amorem ac benevolentiam ejus ævi doctorum virorum, *Eraſmi, Trithemii*, & aliorum. Salutavit eum etiam honoris cauſa in itinere in patriam anno viceſimo quarto, *Melanchthon* cum *Camerario*, *Neſeno*, & aliis comitibus: quos omnes ac inprimis Melanchthonem juvenem ipſe ſenex amantiſſime eſt complexus: ut facile intelligi poſſet, affectionem benevolentiæ & amoris erga ipſos Buſchii eſſe ſingularem.

Moribus qualibus fuerit juvenis ex epiſtola quadam Trithemii, ſcripta anno milleſimo quingēteſimo ſexto primo Martii, colligi poteſt, ubi inter alia ita eum hortatur: *Non decet virum eruditum, etiamſi poëta ſit, eſſe laſcivum, non ebrietatis ſectatorem, non muliebrem & luxui deditum, quæ omnia cito perdunt virum. Tu ergo, Buſchi, fuge omnes animi peſtes, vinum & Venerem maximè: quorum uſu nimio virtus enervatur omnis: mens cæcutit: & fama in opprobrium cunctis exponitur. Parce oculis tuis, qui utroque malo, te nimium volente, perculſi, fluxu & rubedine jam pene deſtructi ſunt. Parce rebus & ſubſtantiæ, quam docendo laborioſe acquiris, ne ſenior factus mendicare cogaris. Memento, quòd, ſicut poëta dicit:*

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas:
Vino ſæpe ſuum neſcit amica virum.

Et quod Ariſtoteles dixit: Non de facili poteſt invadi ſobrius & vigil: ſed qui ebrius eſt, & dormiens, mortuo ſimilis, facilè capitur. Hæc Trithemius. Ridiculum eſt, quod de hoc Buſchio fertur. Marpurgi cum per forum forte incederet veſtitu domeſtico, magnamque civium turbam præteriret: nemo ei quicquam exhibuit honoris. Illico igitur abit domum; veſtes precioſiores induit; iterumque in forum prodit. Ibi tum omnes adſurgunt, omnes capita aperiunt. Hic indignatus vir doctus domum repetit, veſteſque exutas pedibus conculcat hiſce additis verbis: *Tune ergo Buſchius, an ego?* Ægre nimirum tulit præpoſterum hominum judicium: qui honorem non homini aut virtuti, ſed veſti haberent.

Non virtuti, ſed veſti honos habitus.

Obiit Dulmæ in patria anno Chriſti trigeſimo quinto ſeculi quingenteſimi. *D. Chytræus in Saxonia, Trithemius, alii.* *Obitus.*

CONRADUS GOCLENIUS.

O. 1535. d. 24 Januar. ætat. 49.

Conrardus *Goclenius* natus eſt anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto in Weſtphalia. Cumque Eraſmo hortante *Hieronymus Buslidius* Æirienſis apud Arteſios Eccleſiæ antiſtes, facultates ſuas alumnis aliquot, tribuſque adeo linguarum trium alendis Profeſſoribus in *Collegio*, ſuo etiam ære exædificato, & *Trilingui* hinc dicto impendiſſet: primus Latinæ linguæ Profeſſor hic Goclenius renunciatus eſt: quanquam *Jacobus Ceratinus Hornanus*, utriuſque linguæ bene peritus, competitor concurreret. Annos ipſos XX. quibus publice profeſſus eſt, auditoribus ſuis adeo gratus fuit; ut eos nec aſſiduitate ſatiarit unquam, nec diuturnitate laſſarit. Magna certe felicitas, quæ duobus maximis viris, *Lactantio Firmiano*, & *Rudolpho Agricola*, non obtigit: quorum alter ab auditorio deſertus eſt, alter, contumeliis evictus, auditorium deſeruit.

Collegium Trilingue ab Hieron. Buslidio dedicat. Goclenius Profeſſ. Lat. linguæ. Gratus auditoribus. Contra accidit Lact. & R. Agric.

Præter *ſcholia in M. Tullii officia*, Latinum fecit *Luciani Hermotimum* ſive de ſectis Philoſophorum dialogum. Quem *Thomas Morus* Angliæ Cancellarius, cui bene longa & docta præfatione inſcripſerat, tanti æſtimavit: ut interpretem inaurato poculo aureis Angelicis referto, remuneratus ſit, exſtimans auream viri eloquentiam auro, eoque copioſiſſimo, compenſandam. Aliud magni nihil elaboravit, ut honoris minime ſtudioſus: niſi quod in *Adagiis* colligendis, aliiſque Deſiderium juviſſe fertur; qui per jocum de illo dicere ſolebat: *maluiſſe obeſulum, quam* πολυγράφον *eſſe*. Abunde tamen ſpecimen ſui dedit, quantum in utroque ſcribendi genere valeret: neque minus ideo laudandus videtur, quod pauca ad poſteritatem tranſmiſerit: cum, ut è veſtigio Hercules: ſic è ſcriptis pauculis ingenii doctrinæque præſtantia facilè poſſit cognoſci. Quare merito hic Martialis illud per parodiam uſurpem:

Scripta Goclenii. Thom. Morus magnifecit Goclen.

Goclen. in adag. collig. Eraſm. juvit.

Laudatur magis in libro Goclenius uno,
Quàm levis in tota Marſus Amazonide.

Perpetuo Lovanii hæſit; ut literas apud Belgas effloreſcentes magis magiſque excitaret: quan-

E paucis etiam ſcriptoris ingenium & eruditio cognoſcitur.

quanquam Canonicum Antverpiæ ſacerdotium merito ſuo nactus eſſet.

Ætas & mors Goclenl. Vixit annos *undequinquaginta*. Obiit 1535. ante diem 8. Kal. Febr. converſioni D. Pauli Apoſtoli ſacrum. Funebri eum oratione, quæ exſtat, *Petrus Nannius* laudavit.

Tumulus Lovanii ad D. Petri.

CONRADUS jacet hic Goclenius, alter Eraſmus.
Ingenio, lingua, moribus, atque ſtilo.
Hunc lugete virum Græcæ Chariteſq; Latinæ,
Et decus amiſſum Busli diana domus.
Ille ſcholarum auxit pomeria lata Lovanl,
Traxit eo omnigenum millia multa virum.
Immatura quidem rapuit te Parca diſertum,
Vix dum condideras integrà luſtra decem:
Præmia ſed voluit CHRISTUS tibi digna labore,
Et feſtinatas reddere delicias.

Aubert. Miræus in elog. Belgicis.

O. 1536. circiter.

JOACHIMUS FORTIUS RINGELBERGIUS.

Antverpiæ encomium à Ringelbergio ſcriptum. JOachimus Fortius Ringelbergius natus eſt Antuerpiæ, cujus encomium ipſe in præfatione tractatus *de homine* luculentum reliquit. Liberalibus artibus diſcendis teneros annos impendit. Puer ex alto in medicum flumen decidit; ita ut ſpes vitæ omnis perierit. *Caſus Ringelbergii.* Mox tamen caſu advenere, qui non ſine ſuo periculo jam ferme mortuum liberarunt.

Aulam relinquit. Lovanii literas diſcit. Pet. Curtius. Ringelberg. ſcribendi artifex. Circa decimum ſeptimum ætatis annum aulam *Maximiliani* Imperatoris reliquit. Inde *Lovanii* Latinæ linguæ rudimenta didicit: Ariſtotelis item Dialecticen ac Phyſicen, præceptore *Petro Curtio*, in omni literarum genere apprime erudito. His diſciplinis dum operam dedit, ad res ludicras mentem ſæpe abduxit. Initio modum ſcribendi aulicum complexus, varia characterum effinxit genera: ac tantopere eum delectarunt characteres apte compoſiti, pulcri, ac varii, ut *quindecim* diverſas ſcribendi *formas*, præter eam, quam *Italicam* vulgo vocant, collegerit. *Picturæ ſtudioſus.* Poſtea relictis iis in *pingendi artem* graſſari cepit. Literas deſcripſit majuſculas non ſimplici ductu linearum; ſed è frondium, arborum, rerumque aliarum, qua litera patet, protractione. *Et cælaturæ.* Poſthæc aggreſſus eſt *artificium cælandi* picturas in ære levigato, converſa imaginis forma, ut appoſito atramento eadem in chartis multis exprimi poſſet. Cujus rei ſpecimen reliquit effigiem puellæ regiæ, ornatæ gemmis atque veſtitu eximio, in ærea tabula ſculptam.

Docet publice. Adſcribendum ſe confert. Modus quem in ſcribendis libris obſervavit Ringelberg. Hinc per annos aliquot didicit ac publice profeſſus eſt *Arithmeticam*, *Aſtronomiam*, & *Græcam linguam*. Poſtremo animum adjunxit ad curam Latine & polite ſcribendi: cujus gloria inter humanos conatus omnes ſummum tenere locum videtur. Fuit ipſi in animo ſi vita daretur mediocriter longa, *opuſcula* conſcribere *millena*: quorum corpori univerſo inde titulus eſſet *Chilias*. Nullum perfecit librum, niſi dum à typographo excuderetur; in quo hunc obſervavit modum. *Ante omnia* animo concipiebat totum corpus operis futuri: *deinde* in tabula lignea maximæ amplitudinis rubrica titulos ſolum capitum delinebat. Circumſpiciebat hic diligenter, num cuncta bene cohærerent: ubi res viſa exigere, alios auferebat, alios addebat, mutabat, transponebat. Titulorum capita, dum excogitatio recens eſſet, rudi oratione leviter ſingula in ſingulis chartis depingebat: quas ordine ponebat in tabula ubi titulos prius collocarat. Hos *poſtremo* magnis ſcribebat typis, quo libri ordo univerſus adſpectu uno poſſet comprehendi. Tum ſingulis diebus capita aliquot ad prælum abſoluebat: primum illis leviter deſcriptis aliquid addendo vel adimendo; deinde decore, ſuaviter, numeroſe omnia eloquendo. Horatiano enim illo, quod ſcripta *nonum in annum premere* jubet, non tempus, ſed diligentiam præſcribi, velleque nihil temere vulgari exiſtimabat. *Opera Ringelbergii.* Opera ejus uno volumine edita ſunt Lugduni, quorum hi ſunt tituli:

De ratione diſcendi liber: cujus bonam partem in tenebris ſcripſit, quando eum ſomnus ob dolorem calculi reliquerat, ſæpe intempeſta nocte.
Elegantiæ,
De uſu vocum, quæ non flectuntur, libell.
De conſcribendis verſibus libell.
Elementa Græca,
Dialectica,
Tabulæ Dialecticæ,
Rhetorica, & quæ ad eam ſpectant.
De figuris ac vitiis orationis liber.
Sententiæ.
De formis dicendi liber.
De periodis opuſculum.
Synonyma.
Sphæra.
Inſtitutiones Aſtronomicæ.
Coſmographia.
De tempore liber.
De tempore tabula.
Optice.
Chaos Mathematicum.
Arithmetica.
Horoſcopus.
Aſtrologia cum *Geomanteia.*
Phyſiognomia, de urina non viſa & interpretatione ſomniorum.
Chaos, ubi de variis.
Experimenta.
De Homine liber, cum *epiſtolis* quibuſdam.

Ringelbergii D. ſtudium. Fuit, ut verbo dicam, homo, cui nihil vel ad eruditionis copiam, vel ad morum integritatem vitæque candorem deeſſet: tam comis, tam humanus, ut maximi quique viri ejus conſuetudinem expetiverint. Studio autem tanto ut per ſingulos dies menſe uno *duodecim* docere *horis* ſolitus fuerit: præterque eas ſemel interim declamare, vel *de Deo* vel *de mundo*, aut thematibus aliis, exercitationis cauſa. ** Nonnulli propterea inſanire ipſum voci ferabant-

bantur: verum optat, ab ineunte ætate ſic inſaniiſſet. Nam quæ alios docuiſſet; ea tam ſibi perſpecta eſſe confirmat; quam corporis membra ea non aliter ac ſolis ſplendorem ante oculos hærere. Autor proinde eſt aliis, ut nihil legant, nihil audiant, quod non & ipſi aliis tradant, vel per diem totum inſtituendo. Tanti fecit facultatem & conſuetudinem alios docendi. Stili elegantioris fuit ſtudioſiſſ. ideo in libris ſuis cum ſpecioſum aliquem vocum contextum, aut verba duo ornata inveniſſet; lætitia exultavit majore; quam ſi aureum reperiſſet. *Tum* inquit *mirus ſplendor pectus illuſtrat: hac ambroſia vivimus: hoc dulci gaudio mens tranquilla fruitur. Ea eſt mihi ſententia atq; uti ſpero, ad vitæ exitum permanebit: ut pro ſingulis vocibus nitidis ſignificantibus, appoſitis, ſingulos accipere aureos nolim, etiamſi ſumma me premeret inopia. Malo dictionem eſſe decoram, aut voces duas commiſſas apte, aut ſplendide dictum aliquod in opuſculis meis, quam aureum in manibus. Illud namque imperatorem animum voluptate incredibili afficit: hoc vitiorum fomes eſt: hoc ad corpus ſolum & luxum ſpectat: illud perpetuo meum erit: hoc ad breve tempus.*

Opes adeo contemſit; ut alicubi ita ſcribat: Equidem *eo ſum ingenio, ſemper fui, & ſemper ero, ut ſummam inopiam, quam ſummas opes malim. Metuerem enim, ne pernicioſa eſca mentem occuparet meam, neve tam vilis metalli cura ſtudia dulciſſima impediret. Mediocrem modum ad vitam tuendam neceſſarium eſſe, non pernego; nec aurum contemno; ſed magnas opes, quæ mentem à literis abducere queant. Fere fit, ut bona animi, corporis mala: rurſus corporis bona, animi mala ſint. Nihil ſane rarius, nihilq; magis arduum puto; quam hominem eſſe & eruditum & divitem.*

Præter hæc animus generoſus varias luſtravit regiones, ſive quo doctorum frueretur jucundiſſima conſuetudine, ſive ut reperiret, ex quo aliquid diſceret, ſive ut ipſe alios ſuæ doctrinæ participes faceret. In profectione Germanica, quam anno 1528. ſuſcepit, cum aliquando à media nocte non dormiiſſet, & animadvertiſſet milites quoſdam, qui in eadem erant navi, itidem vigilantes; horam unam lucri facturus docuit illos Germanico ſermone circuitum mundi, ſolis, lunæ, ſyderum reliquorum, quid orbes, circuli, axes, poli; terram mundi centrum eſſe; quid annus, menſis, dies, hora. Hæc ita tum perſpicue & populariter illis delineavit, reddita omnium ratione ac uſu; ut jam totam ſeſe mundi faciem tenere exiſtimarent. Adeo omne tempus perire cum Plinio ſtatuit, quod ſtudiis non impertiretur. In Gallia *Aureliæ* per duos menſes ſubſtitit, docuitque cum magna auditorum frequentia; inter quos fuit & *Ludovicus Stella* quindecim annorum adoleſcens, tam eruditus Græce; ut omne genus autorum ſuo Marte tum potuerit interpretari. Pater hujus Stellæ fuit *Petrus I C.* qui plurima in Ringelbergium beneficia contulit. Aurelia profectus eſt *Biturigas* cum viris aliquot & ſui & literarum amantiſſimis: & *Avarici* per menſem unum varias artes profeſſus. Ægre illinc potuit diſcedere; ita nunc precibus, nunc muneribus ſolicitarunt animum ejus, quotquot ibi erant eruditæ doctrinæ amantes.

In itineribus ne horas ſomnus auferret non neceſſarias corpori; ſaxa aut ligna per tranſverſum lateri ſolitus fuit ſupponere: cum domi horologium haberet, cujus pulſu, quando vellet, excitaretur. *Ringelberg. ſomni parcus.* Libros etiam itinerum facundos comites ſemper ſibi adſcivit, eos potiſſimum, in quibus diligenter res aliquas ſcitu dignas notaſſet. *Libros in itinere circumtulit.* Quod ſi in volumine duæ tantum treſue paginæ notatæ eſſent: eas è libro eximebat; reliquum vendebat. Baſileam aliquando profecturus, è novo opere Plinii ſecundum librum à ſe notatum exſcidit: ubi amicus interveniens, ipſum mentis eſſe parum ſanæ opinatus eſt. Atque ita tractavit libros complures, quando erat proficiſcendum; idque ob duas cauſas, *tum* quod fixa in illis memoria eſſet, *tum* quod ſcripta ea nonnihil conducere putaret ad ſtylum. Librorum enim copia ubique ſuppetit: cogitationum & animaverſionum privatarum non item. In multis Academiis intra unius menſis ſpacium bis prælegit Dialecticen. *Dialecticen ut prælegerit.* Inter docendum hortabatur auditores; ut ea, quæ audierant, à lectione conferrent inter ſe, & firmarent exercitio. Summam artis grandibus typis depingebat in pariete: quam quotidie ſemel prælongo radio omnibus declarabat ante finem lectionis. Finito menſe rogabat, an adhuc ſemel repeti vellent eandem artem? reſponderunt, ſe ſatis intelligere, etiam ii, qui antea nihil in ea audiverant.

Docuit plerumque per totum diem ab ortu ſolis ad occaſum, excepta dimidia hora, quæ prandio dabatur. *Docendi aſſiduitas.* Nulla re magis animum ſuum excitari ajebat; quam cœli conſideratione: & Aſtronomiam plus centies & quinquagies docuiſſe; nec dimiſſurum, quoad viveret. Alii aliis delectantur, & laudem ex iis quærunt, cum quibus brevi & ipſi ſunt morituri. Ringelbergium nihil cepit; niſi quod divinum, quod honeſtum, quod æternum.

Ad corpus exercendum hoc obſervabat. In veſtibus interioribus conſuebat plumbum diſſectum in minutas laminas tanti ponderis, ut utraque manu univerſam levare molem vix poſſet; has induebat mane, his robur corporis ſuſtentabat. *Exercitatio corporis.* Cavebat tamen, ne inferior ſpinæ pars plus æquo premeretur. Id faciebat octiduum, donec æſtu laboris nimium membra accenderentur. Sed pondus dictum ſenſim auctum & diminutum eſt; cum repentina mutatio lædere non parum naturam ſoleat.

Amicos habuit literatos pleroſque ſui ſeculi, interque eos præcipue *Eraſmum Roterodamum, Nicolaum Beraldum, Andream Hyperium, Ioannem Tarteſium, Adrianum Amerotium, Joannem Operinum.* *Amici Ringelbergii.*

Laboravit calculi dolore forte ex nimiis vigiliis nato, adverſus quem vix ullum remedium: *Valetudo ejusdem.*

dium: unde & perbreve ſibi vitæ tempus ſupereſſe præſagiit. Quando autem certo rebus humanis exemtus ſit, nondum reperimus.

Exſtat oratio *Hyperii* qua ad Senatum Pariſienſem vivum adhuc Ringelbergium laudavit officii & exercitationis cauſa: quam ei cum tali epigrammate miſit:

Delicium terra gens Battava laudet Eraſmũ,
Agricolam Phryſius cantet, in aſtra ferat:
Barlandos referat nunc clara Zelandia doctos,
Dorpius & magnum ſit decus usque ſuis:
Longolium ſequitur jam Ringelbergius autor,
Edidit hunc nobis terra Brabanta virum. — Ex ſcriptis Ringelbergii.
Pierides veſtrum decus hoc redamate ſorores;
Pieridum decus hoc vos redamate viri.

ERASMUS ROTERODAMUS.

O. 1536. d. 11. Julii, ætat. 70. *Alii 1465. alii 1466. ut Chytr. in Chron. Sax. de die conſentiunt. Patria. Chytr. in Chron. Sax. l. 5.

DEſiderius Eraſmus cognomento Roterodamus natus eſt anno * 1467. d. 28. Octobr. hora quarta ante ſolis exortum, primis *Friderici* 3. Auguſti annis, *Roterodami* in Hollandia, inferioris Germaniæ provincia, quam olim Batavi poſſederunt. Ibi etiamnum monſtratur exigua domus ad cæmiterium, cum hac inſcriptione.

Hæc eſt parva domus, magnus qua natus Eraſmus.

Puer vocatus eſt *Gerardus Gerardi*, more familiari apud Belgas, & olim etiam uſitato apud Græcos, Latinosque. Sed quia nomen iſtud in Belgico idiomate videtur habere cognatam ſignificationem cum verbo *deſiderare*: adſcivit ſibi loco prænominis titulum *Deſiderii*: cui ſubjunxit Græcam vocem, ejusdem notionis, & *Eraſmus* agnominari voluit.

Mater Eraſmi. Pater. — Mater ejus dicta eſt *Margareta*, filia medici cujusdam *Petri*; è Septimontio, vulgo Zeuenberge: cujus fratres duos vidit *Eraſmus* Dordraci, pene nonagenarios. Pater dictus eſt *Gerardus*; is clam habuit rem cum dicta *Margareta*, ſpe conjugii: in quod indigne tulerunt & parentes & fratres Gerardi. Fratres ei fuerunt decem, nulla ſoror, ex eodem patre & matre omnes conjugati. Viſum igitur eſt omnibus, ut ex tanto numero unus Deo conſecraretur: & fratres nolebant minui rem; ſed eſſe, apud quem ipſi convivarentur. *Gerardus*, pater Eraſmi, videns ſe omnibus modis excludi à matrimonio: fecit, quod ſolent deſperati: clam aufugit, & ex itinere miſit parentibus & fratribus epiſtolam cum manu manum complexa, addito elogio: *Valete nunquam vos videbo.* Interim relicta eſt ſperata conjux gravida, quam propinquam partui placuit Roterodamum mitti Gouda; quo res occultius tranſigeretur. Puer altus eſt apud aviam. *Gerardus* Romam profectus: ibi ſcribendo, cum nondum eſſet ars typographica, rem affatim paravit. Erat enim manu feliciſſima. Mox applicuit animum ad honeſta ſtudia, ita ut Græce & Latine pulcre calluerit: quin & in juriſprudentia non vulgariter profecerit. Roma enim tunc floruit doctis viris; inter quos audivit & *Guarinum*.

Patruus. Pater Eraſmi confert ſe in exteras nationes. Romæ agit & diſcit.

Parentes ubi reſciverunt Romæ ipſum eſſe: ſcripſerunt illi; puellam, cujus matrimonium ambierat, eſſe vita defunctam. Id ille credens præ mærore factus eſt presbyter; totumque animum ad religionem applicuit. Reverſus domum, comperit fraudem. Nec illa tamen unquam poſt voluit nubere; nec ille unquam tetigit eam.

Puerum autem curavit liberaliter educandum; & vix *quatuor annos* egreſſum miſit in ludum literarium. Ac primis annis minimum proficiebat in literis illis inamœnis; quibus natus non erat. Vbi nonum ageret annum miſit *Daventriam*: mater ſecuta eſt, cuſtos & curatrix teneræ ætatis. Ea ſchola tunc adhuc erat barbara: niſi quod *Alexander Hegius* & *Zinthius* ceperant aliquid melioris literaturæ invehere. Tandem ex pueris colluſoribus, qui grandiores natu audiebant *Zinthium*, primum cepit odorem melioris doctrinæ: poſt aliquoties audivit *Hegium*; ſed non niſi diebus feſtis, quibus legebat omnibus. Hic pervenit ad claſſem tertiam. Solitus eſt ipſe *Eraſmus* narrare præſagium *Rodolphi Agricolæ*. Forte oſtenderat *Hegius* hoſpiti *Rodolpho* in ſcholam ingreſſo, diſcipulorum ſcripta: qui cum tyrocinium probaret: prætulit tamen Eraſmicum ſcriptum cæteris: adeoque eo delectatus eſt; ut cuperet videre puerum. Erat tum ferme duodecim annos natus, ex quo accerſito pauca ſciſcitatus, conſiderata figura capitis & charopis oculis, hortatur eum ad diſcendum, addens: *Tu eris olim magnus.*

Sub id tempus peſtis vehementer ibi ſæviens ſuſtulit matrem, relicto filio, jam annum decimum tertium agente. Cum peſtis indies magis ac magis incrudeſceret, tota domo, in qua agebat, deſolata, reverſus eſt in patriam. *Gerardus* accepto triſti nuncio cepit ægrotare ac paulo poſt mortuus eſt. Ita utrumque parentem amiſit vix ephebus; & ipſos non multo ſupra annum *quadrageſimum*. Pater tres, quos habebat fidiſſimos, tutores inſtituit: quorum præcipuus fuit *Petrus Winckel*, tum ludi literarii magiſter Gaudæ. Legavit rem mediocrem; ſi tutores bona fide adminiſtraſſent. Itaque ablegatus eſt in *Buſcum ducis*, cum jam ſatis maturus eſſet Academiæ. Verum illi Academiam metuebant: quod ſtatuerant puerum alere religioni. Illic vixit, hoc eſt, perdidit *annos* fere *tres*, in ædibus fratrum, ut vocant; in quibus tum docebat *Romboldus*. Is cum mire adamaret ingenium pueri; cepit eum ſolicitare, ut ſuo gregi accederet. Puer excuſabat inſcitiam ætatis.

Hic exorta peſte, cum diu laboraſſet febri quartana, reverſus eſt ad tutores, jam ſtylo confirmatior, ex lectione bonorum autorum. Unus tutor perierat peſte: cæteri duo, re non admodum bene geſta, ceperunt agere de monaſterio. Adoleſcens languens febri, quæ ſupra annum illum tenuerat, non abhorrebat à pietate: cæterum à monaſterio abhorrebat. Itaque concedunt diem ad cogitandum. Interim tutor ſubornat, qui pelliciant: qui miniten-

nitentur: qui perpellant animum imbecillem. Atque interea repererat locum in monaſterio *Canonicorum*, qui vulgo vocantur *Regulares*, in collegio, quod eſt juxta Delft dicto *Sion*: quæ domus eſt principalis ejus capituli. Ubi dies veniſſet reſpondendi, reſpondit prudenter adoleſcens: *ſe nondum ſcire neque quid eſſet mundus, neque quid eſſet monaſterium, neque quid eſſet ipſe: proinde videri conſultius, ut adhuc annos aliquot agat in ſcholis: donec ſibi notior eſſet.* Hæc cum videret tutor conſtanter dici ab adoleſcente; ſtatim infremuit: *Ego, inquit, fruſtra laboravi, qui talem locum tibi magnis precibus pararim. Tu es nebulo: non habes ſpiritum bonum: abdico tutelam: vide unde alaris.* Adoleſcens reſpondit ſe accipere abdicationem; & ea eſſe ætate, ut non opus ſit tutoribus: Ubi videt, ſe minis nihil proficere, ſubornat fratrem, qui & ipſe tutor erat, negotiatorem. Is blanditiis agit: & accedunt inſtigatores undique. Habebat ſodalem, qui prodidit amicum. Et quamvis urgeret febris; tamen necdum arridebat monaſterium; donec forte fortuna viſeret monaſterium ejusdem ordinis in *Emaus* ſive *Steine* juxta Gaudam. Ibi repetit Cornelium, quem Daventriæ habuerat contubernalem. Is nondum acceperat ſacrum illum cultum: viderat Italiam: ſed redierat parum doctus.

Hic ſuum agens negotium, cepit mira loquentia depingere vitæ genus ſanctiſſimum: copiam librorum, otium, tranquillitatem, ſodalitatem Angelicam & quid non? Trahebat affectus ille puerilis ad veterem ſodalem: alii alliciebant, alii propellebant: onerabat febris. Hunc igitur locum delegit, altero faſtidito: Iactabatur interim, donec haberet ſacram veſtem. Interea tametſi adoleſcens, ſenſit quam non eſſet illic vera pietas: adeo ut ad *Servatium* qui Patris dignitate cœnobio illi præerat, aperte ſcribat: *Fuiſſe ibi colloquia frigida, inepta, nihil ſapientia Chriſtum: convivia perquam Laica, denique totam vitæ rationem cui* ἣν ἀφαιρῇ τὰς, ὡς καλοῦσι, καιρεμονίας, οὐκ ἂν ἀπολείποις ἐξαιρετόντι. Et tamen, dum ibi fuit, totum illum gregem ad ſtudium excitavit. Vixit igitur aliquamdiu in eo vitæ genere, à quo tum *animo* tum *corpore* erat alieniſſimus. *Animo*, quod à ceremoniis abhorreret, & libertatis amans eſſet: *corpore*, quod natura ejus non ferebat iſtiusmodi labores. Jejuniorum impatiens ſemper fuit; idq; peculiari quadam corporis ratione. Semel excitatus à ſomno, nunquam potuit redormiſcere, niſi poſt aliquot horas. Ad literas tantum rapiebatur animus, quarum iſtic nullus uſus. Parantem abire ante profeſſionem partim pudor humanus, partim minæ, partim neceſſitas coercuit. Interim cum *Guilelmo Hermanno Goudenſi*, ſtudiorum ſocio nullum Latinorum autorum volumen non excuſſit: & tempus, quod alii æquales jocis, ſomno, comeſſationibus ignaviter abſumebant: hi duo libris evolvendis, & ſtylo exercendo impendebant.

Tandem per occaſionem innotuit Epiſcopo *Cameracenſi, Henrico à Bergis*. Is ſperabat Cardinalitium galerum, & habuiſſet, niſi defuiſſent præſentes nummi. Ad hoc iter quærebat hominem Latine doctum. Itaque per hunc evocatus eſt, cum auctoritate Epiſcopi Trajectenſis: quæ ſola ſufficiebat: & tamen ille adjunxit auctoritatem Prioris & Generalis. Conceſſit in familiam Epiſcopi, ſervato tamen habitu. Hic in multorum ſeſe amicitiam inſinuavit, inprimis *Antonii* Abbatis apud D. Bertinum, & *Jacobi Batti*, qui ſenatui *Bergenſi* fuit à ſecretis; ad quem tot Eraſmi exſtant epiſtolæ.

Eraſmus evocatur ex monaſterio.

Cum autem Epiſcopus Cameracenſis deſtitutus eſſet ſpe galeri: egit, ut iret Lutetiam ſtudiorum gratia. Promiſſum eſt ſtipendium annuum: nihil miſſum eſt. Sic ſolent principes. Illic in collegio montis acuti *ex putribus ovis & cubiculo infecto* concepit morbum, hoc eſt, malam corporis, antea puriſſimi, affectionem. Itaque rediit ad Epiſcopum: acceptus honorifice: recreatus eſt à morbo Bergis. Reviſit Hollandiam hoc animo; ut maneret apud ſuos: ſed ipſis ultro hortantibus rediit *Lutetiam*. Ibi deſtiturus auxilio Mecœnatis, vixit verius quam ſtuduit: & ob peſtilentiam ibi multis annis perpetuam, quotannis redeundum erat in patriam. A ſtudio Theologiæ abhorrebat; quod ſentiret animum non propenſum, ut omnia illorum fundamenta ſubverteret: deinde futurum, ut hæretici nomen inureretur.

Lutetiam proficiſcitur ſtudiorum gratia.

Ob morbum redit in Hollandiam.

Mox Lutetiam.

A ſtudio Theologico abhorret.

Lutetiæ dum egit in collegio illo; emigravit ad Anglum quendam generoſum, duos alios generoſos adoleſcentes ſecum habentem. Videbant enim inter Profeſſores bonarum literarum illa in Academia tunc neminem eſſe; qui vel eruditius poſſet, vel fidelius docere conſueſſet. Atque hinc cepit in Anglia innoteſcere; in quam inſulam & paulo poſt conceſſit, à diſcipulis ſuis, inter quos *Montioius* domum regreſſis, invitatus.

Abit in Angliam.

Ubi cum aliquamdiu fuiſſet, in reditu ad litus Davarienſe à telone fortunis propemodum omnibus exutus eſt; quod compluſculos aureos in Britannica moneta, ultra viaticum ſine diplomate regio, imprudens legum Anglicarum à *Montioio & Moro* perſuaſus, efferre tentaſſet. Quæ tamen injuria muſſitanda fuit. Alii aliter narrant. Fuiſſe evocatum ab *Henrico 8.* Rege Angliæ, ſuper negotio religionis, *Eraſmum* tandem adiiſſe Britanniam: à Rege humaniſſimè exceptum; poſt aliquot de cauſa religionis colloquia ægre quidem dimiſſum, numeratis honorarii loco *quinquaginta Angelottis*. Eraſmum in illos inquiſitores incidiſſe: qui pecuniam eam apud ipſum repertam de more Fiſco regio addixerint, relicto tanto viatico quantum ſatis videbatur. Eraſmum tot aureis minutum; ab aliis monitum & qui alias ingenio eſſet ſic ſatis avaro, in aulam rediiſſe: Regique jacturam ſuam triſti vultu expoſuiſſe: qui in riſum ſolutus, laudata ſuorum fide, aliis eum quinquaginta aureis donarit, ſimulque priores quinquaginta reddi juſſerit: atque ita Eraſmum cum literis ſalvi conductus ad ſuos Hollandos remiſerit.

Eraſmus in reditu ex Anglia ſpoliatur.

Viri docti in Anglia Eraſmi ætate.

Abundare tum cœperat Anglia viris doctiſſimis, *Guilielmo Grocino*, *Thoma Linacro*, *Guilielmo Latimero*, qui in Italia literis operam dederant, utriusque linguæ peritia celebres: item *Joannes Coleto*, *Thoma Moro*, *Richardo Pacæo* & *Gutberto Tonſtallo*; à quibus omnibus amabatur; ut de Epiſcopis nihil dicam: quorum ut quisque erat literarum callentior; ita pluris Eraſmum faciebat, & benignius tractabat.

Eraſmus docet in Academiis.

In Academia Cantabrigienſi docuit aliquandiu idem & Lovanii fecit; cum apud *Joannem Paludanum*, ejus ſcholæ rhetorem, diverſaretur.

Italiam petit.

Demum Italiam, cujus miro deſiderio ſemper arſerat, cum filiis *Baptiſtæ Boërii*, Genuenſis, regii in Britannia medici, petiit. Ac primum *Bononiam* cum eis jam ætate vergente, hoc eſt ferme *quadragenarius* profectus eſt; non ut pædagogus, nam morum curam exceperat, nec ut præceptor; ſed ut inſpector futurus, ac ſtudiorum viam commonſtraturus.

Doct. Theologiæ creatur.

In itinere cum ſocio Anglo *Taurini* in Alpibus Cotiis Theologiæ doctor renunciatus eſt. Itaque dignitatem & eruditionem in Italiam importavit quam cæteri inde exportare conſueverunt. Bononiæ inter profeſſores *Paulum*

Paulus Bombaſius.

Bombaſium amicum habuit, hominem nivei pectoris, & eruditum; qui viciſſim ingenio & doctrina Eraſmi mirifice delectatus eſt. Jam

** Obiit 1510.*

Baptiſta Pius antiquarius ineptus.

enim obierat * *Beroaldus*, profeſſorum ſui temporis Achilles: & *Baptiſta pius*, antiquitatem infeliciter æmulatus, Oſcos & Volſcos ſonabat. Hunc cum ſemel audiſſet interrogatus ab amico, quid judicaret, reſpondit: *longe vicit opinionem meam:* quinam, inquit ille. Subjecit Eraſmus: *antea ineptum eſſe judicavi: nunc prorſus inſanire eum comperi.*

Opus adagiorum.

Eraſmus mutat veſtitum Canonicorum cœnobiticum, & Cur.

Dum *Bononiæ* volumen adagiorum pridem ceptum, abſolvit: (nam breve & rude ſpecimen operis futuri *Lutetiæ* ante multos annos ediderat) cultum Canonicorum cœnobiticum, quo hactenus uſus fuerat, hujusmodi cauſa mutare coactus eſt. Mos eſt ejus urbis, ut qui peſte laborantes curant, linteum album ex humeris pendens, geſtent. Tum igitur orta ibi peſte, die quodam Eraſmus in publicum cum ſuo ornatu prodit: quem nebulones quidam conſpicati, & peſtis curatorem eſſe rati, * eductis gladiis invadere parabant: feciſſent, ni matrona quædam admonuiſſet, eccleſiaſticum ipſum eſſe. Altero item die cum theſaurarii filios adiret: alii correptis ſaxis & fuſtibus vim minati ſunt, & conviciis impetiverunt: intra verba tamen graſſati. Itaq; Eraſmus ne ſimile periculum deinceps incurreret: à *Julio* 2. P. P. impetravit; ut ornatu religioſo pro bonorum ratione uteretur; aut non uteretur, modo veſtem haberet ſacerdotalem: quod *Leo* 10. confirmavit: & Eraſmus deinde tum in Italia tum alibi obſervavit.

** Cum non cederet de via.*

Venetias profectus edit opus adagiorum.

Proverbiorum autem opere ad umbilicum perducto, quæſivit per literas ex *Aldo Manutio*, an librum excuſurus typis eſſet: qui lubenter annuit. Venetias igitur profectus, cum in *Aldi* officinam veniſſet, diu expectandum ei fuit, donec ad colloquium admitteretur: quia *Aldus* typis * recognoſcendis occupatus, ex vulgaribus ſalutatoribus quempiam adeſſe putarat, qui magis curioſitatis ſtudio, quam rei ſeriæ cauſa, plusquam moleſti quotidie ipſi ſolebant eſſe. Intellecto autem Eraſmum adeſſe, confeſtim accurrit, veniamque precatus hoſpiti novo humanitatis officia omnia prolixe probavit. Edidit ibidem *Euripidis* tragœdias duas *Hecubam*, & *Iphigeniam in Aulide*, recognitas: & *Terentii Plautiq;* comœdias, habita carminis ratione caſtigavit.

** vel cinnam formu ſtanno*

Item

Sub id tempus *Alexander*, *Jacobi Scotorum* regis filius, Patavii operam literis dabat, *Raphaelis Regii* auditor, & jam eccleſiæ divi *Andreæ* in Scotia Archiepiſcopus. Is Eraſmum ſibi in Rhetoricis præceptorem adſcivit: cum quo poſtea *Senas* commigravit. Boërios enim diſcipulos, poſt unicum cohabitationis annum dudum dimiſerat, ob patris moroſitatem. Senis dum agit in ædibus præſulis, quem inſtituebat; commeatum ac poteſtatẽ impetravit vicinam *Romam* inviſendi. Ibi dici non poteſt, quanto plauſu quantoque gaudio literatorum hominum ſit exceptus, non mediocrium tantum; ſed & eorum, qui Cardinalitia dignitate præfulgebant: in quibus præcipuus *Joannes Medices*, qui in *Julii* 2. demortui locum * ſuffectus *Leonis* 10. nomen aſſumſit; & *Dominicus Grimanus* Venetus, atque *Ægidius Viterbienſis*, trium linguarum periti ſſimus. Vidit ibi & *Thomam* illum *Phœdram*; facundia extemporali incomparabiliter eloquentem: qui ludis & comœdis recenſendis priſcam antiquitatem repræſentabat. Oblata eſt pœnitentiarii dignitas, ſi Romæ manere vellet, via futura ad altiora conſcendendi. Sed redeundum fuit ad Archiepiſcopum: quo cum poſtea denuo *Romam* adiit, quam illuſtriſſim. adoleſcens videre cupiebat prius, quam in Scotiam ſuam rediret: nec Roma ſola, (quanquam diſſimulato Archiepiſcopi faſtigio, ne cuiquam moleſtus eſſet,) ſed ulterior illa pars Italiæ *Cumas* usque perluſtrata, ac antrum Sibyllæ ſubintratum, quod illic ab accolis etiamnum oſtenditur.

Eraſm. fit pr. Alex. filii r. Scoti.

Romam adit.

** 15..*

Thom. Phæd.

Eraſm. ad pœnitenti. dignit. invit.

In ul. rem I. progr.

Poſt diſceſſum Antiſtitis D. *Andreæ*, veterum amicorum memoria, quos in Britannia reliquerat, in cauſa fuit Eraſmo, cur reditum in patriam & ipſe maturandum duceret. Itaque per Alpes Rheticas *Curiam* primum, deinde *Conſtantiam* ad lacum Brigantinum profectus, tranſito Lentienſium tractu, qui ſunt ad Martianæ ſylvæ initium, quod priſcis Orcynium fuit, per Briſgavos *Argentoratum* venit: inde ſecundo Rheno in Hollandiam vectus eſt. Mox amicis ſuis *Antverpiæ* & *Lovanii* ſalutatis Angliam adit. Tenebatur deſiderio *Joannis Coleti*, qui decanus Londini ad D. Paulum, *Grocini*, *Latimeri*, *Linacri*, & præcipue *Thomæ Mori*. Vetus Mœcenas erat *Guilielmus Waramus*, Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ primas; hoc eſt, judex ſummus. Hic omnes Epiſcopos ejus Inſulæ ſua liberalitate vicit; hic & pecuniam dedit

Per Rh. & Ger. niam in pat.

In An. redit.

Guili. War.

dit; & præterea ſacerdotium Eccleſiæ Aldingtonenſis in agro Cantuarienſi: quod cum religione Eraſmus obſtringeretur, quo minus ſtatim acciperet, emolumentis integris potius ad paſtorem pertinentibus, qui præſens diu noctuque ſubjectam plebem inſtitueret, id quod nemo inficiari poſſet: hic ad cunctabundum Cantuarienſis præſul; *quis*, inquit, *te æquius ex Eccleſiaſtico proventu vivat: qui ſcriptis tuis utiliſſimis ipſos eccleſiarum præfectos presbyteros inſtruis, doces, adjuvas unus omnes, nec illos tantum, ſed & cunctas ubiq; terrarum eccleſias, quibus illi ſinguli ſinguli duntaxat præſint & proſint?*

Cæterum opus adagiorum *Aldum* æmulatus flagitantibus, ſtudioſis, *Joannes Frobenius* Baſileæ typis ſuis non infeliciter excuderat: qua arridente editione, ſimul officinæ diligentioris celebritate motus Eraſmus, cum alterum proverbiorum exemplar cum acceſſione pridem *Batio* promiſſum & deſtinatum, adjunctis aliquot Plutarchi libellis, recens verſis, *Franciſci Pircmanni* conſilio Baſileam abeſſe cognoviſſet; & illic omnes divi *Hieronymi* lucubrationes ſub Frobenianis prælis eſſe: ipſe quoque eodem ſe contulit, ſimulans iter ad Urbem voti ſolvendi gratia. Nec erat vanus rumor. Pridem enim *Joannes Amerbachius* abſolutis *Ambroſii Auguſtinique* libris, totum ſe comparaverat ad caſtigationem voluminum *Hieronymi*, undique conquiſitis vetuſtis exemplaribus, & doctis viris conductis, qui Græcas dictiones paſſim reſtituerent: de quorum numero fuit *Joannes Reuchlinus*, qui è Lexicis vacuas lacunas replere conabatur, cui ſucceſſit felicior caſtigator *Joannes Cono* Norimbergenſis inſtituti Dominicani: qui meliorem viam ſecutus, è veſtigiis antiquorum codicum ea, quæ vel deerant, vel erant depravata, diligenter reponebat. Idque poterat homo propemodum Græce, quam Latinè doctior, verſatus in optimis autoribus, & excellentiſſimorum in Italia profeſſorum, *Muſuri, Scipionis atque Joannis Cretenſis* aliquot annis auditor. Et jam defuncto patre *Bruno & Baſilius* filii, una cum *Joanne Frobenio Hieronymi* editionem aggreſſi erant, & in prophetis aliquousque progreſſi. Eraſmo novo hoſpiti, ſtatim in ædes Frobenianas recepto, placuit editionis nitor; ſed inprimis incredibilis fratrum Amerbachiorum in caſtigando ſedulaque diligentia. Ipſe ergo ſi quando conſulebatur, ubi judicio opus erat, propter exemplarium variationem, nuſquam deerat. Verum epiſtolarum volumina ſibi peculiariter vendicabat, partim abſolvendis ſcholiis, quæ jam pridem ceperat, partem novis addendis, & argumentis adſcribendis occupatus. Hic labor non erat exiguus; ſed acceſſit longe major.

Deſiderabant ſtudioſi Galliæ & Germaniæ ſeorſim edi *Novum Teſtamentum Græce*, quod cum Veteri Venetiis conjunxerant. In id olim ſcripſerat annotationes *Laurentium Vallam* imitatus. Eas cum reperiſſet inter ſchedas ſuas, tumultuarie recognovit, & auxit inter prælorum ſtrepitus. Nec deerant, qui ipſum Novum Teſtamentum elimandum putarent, vulgo Chriſtianorum, ut videtur, ſcriptum, vel potius verſum. Et hæc monentibus pro ſua facilitate paruit. Hunc laborem *Leoni* 10. inſcripſit: at *Hieronymianorum* operum recognitionem Cantuarienſi Archiepiſcopo *Warhamo*, æternum obſervantiæ ſingularis monumentum conſecravit. Hic liber Teſtamenti Novi editus, & rerum bonitate & orationis ſuavitate juventutem ad linguarum & Grammaticæ ſtudia invitavit: ſeniores etiam de multis erroribus admonuit. Verum ut bonis gratus hic labor fuit: ita contra in omnibus gentibus hypocritæ monachi, metuentes ſuæ auctoritati ac ventri: & ſtudia nova opprimere, & ipſum auctorem perdere conati ſunt.

Pugnaverunt in aulis, in gynecæis, in concionibus, ut Eraſmus tolleretur è medio, confictis criminibus & fabellis, gratis ſuo theatro. Sed armatus erat Eraſmus ſua Gorgone, eloquentia & doctrina, qua fortiter hoſtes repulit. *Eraſmus à Monachis oppugnatur.* Rediit tum in inferiorem Germaniam propter negocia: ac non ita diu poſt Seleſtadium recurrit, cum *Carolus* 5. apud Aquas Grani inaugurareтur. * Mox *Coloniæ Ubiorum* adfuit ſub conventum Wormatienſem, in ordinem eorum, qui ſunt à conſiliis principi receptus; idque jam pridem, vivo *Joanne Sylvagio* Cancellario. ** 1520. d. 23. Octobr. Eraſmus Caroli 5. Conſiliarius.*

Solutis comitiis Vangionum, cum in Hiſpanias ex Brabantia Cæſar rediret: *Baſileam* Eraſmus repetiit, iterum editurus *adagiorum Chiliades*; & *paraphraſes Paulinas atq; Evangelicas* abſoluturus: quas dubium eſt, majori ne ſtudioſorum applauſu orbis exceperit, an majori alacritate ipſe ſcripſerit, *Hic ſum*, inquiens, *in meo campo*. *Repetita Baſilea variis edendis eſt intentus.*

Baſileæ itaque bonam librorum, quos edidit, partem in ædibus Frobenianis, in monte divi Petri ſitis elucubravit. Deinde ea relicta *Friburgum*, * Briſgoiæ oppidum, ditionis Auſtriacæ, monitu *Bernardi à Gles* Cardinalis Tridentini cum ſarcinulis ſuis commigravit, propter mutatam religionem, & vitandæ ſuſpicionis cauſa, ne videretur illa probare, quæ tum *Baſileæ* gerebantur; & quod in Helvetia omnia ad bellum inteſtinum ſpectare viderentur. Magiſtratus tamen Reipub. illius prudentia res longe placidius tranſacta eſt, quam multi divinarant, nemine ex univerſo numero ſacerdotum per contumeliam attacto. ** An. 1529. menſe Aprili Friburgum migrat.* Baſileam autem ante annos quindecim ceperat adire, è Brabantia identidem recurrens: & annos ferme *octo*, perpetuo illius hoſpitio erat uſus commodo ſane bonoque. *l. 22. epiſt. ad Birckeimer.* Navim ingreſſurus tetraſticho hoc urbi valedixit, quod *Bonifacius Amerbachius*, qui profectionis iſtius fuit comes, tabellis excepit, eſtque ejusmodi: *Verſus quibus Eraſmus Baſileæ valedixit.*

Jam Baſilea vale, quæ non urbs altera multis
Annis exhibuit gratius hoſpitium.
Hinc precor omnia læta tibi, ſimul illud Eraſmo
Hoſpes uti ne unquam triſtior adveniat!

 Fri-

Friburgi primum in ædibus magnificis habitavit: quas *Maximilianus* I. Auguſtus pro ſenectutis ſuæ nido ædificari quondam juſſerat. Deinde propriam domum emit boni nominis, ſed iniqui precii: qua exhauſit, quicquid erat præſentis pecuniæ. At cum *Eccleſiaſten* eſſet editurus, ut præſens adeſſet dum excuditur in officina, ac operi colophonem adderet (ad calcem enim aliquid reſtabat attexendnm) ſimul ut reliquias morbi pertinacioris diſcuteret: vendita domo Baſileam cum univerſa ſupellectile ſua, quæ libris maximam partem conſtabat, poſt *ſeptimum annum* reverſus eſt, ad *Hieronymum Frobenium* amicum veterem hoſpes gratiſſimus divertens: hoc conſilio, ut recuperata valetudine, & abſolutis, quæ habebat in manibus, navigio per Rhenum in inferiorem Germaniam deſcenderet.

Friburgo Baſileam remigrat.

Morbus Eraſmi.

Interim articularis morbus, qui aliquamdiu conquieverat, rurſus hominem corripit, & miſeris modis vexat: ut ſe loco movere nequiret, fruſtra cœlo mutato. Hic remittentibus cruciatibus ex bipede primum quadrupes, deinde tripes factus eſt, ſcipionum auxilio ſe ſuſtentans, & ſenſim prorepens. Cumque ſchedas epiſtolarum, quas annis ſuperioribus à diverſis amicis acceperat, ſigillatim evolueret, novæ editionis gratia; ac plurimæ eorum, qui à rebus humanis exceſſerant, in manus venirent ſubinde ajebat: *& hic mortuus eſt*: ac tandem, *nec ego diutius vivere cupio, ſi Chriſto Domino placeat.* Sic languentem & viribus deſtitutum, dyſenteria malum exitiale, ferme menſem integrum vexavit: ac paulatim exhauſtum in ſumma æquanimitate & tolerantia in ædibus Hieronymi Frobenii *d. 5. Idus Julii Anno* 1536. ſub mediam noctem, tandem extinxit: cum natus eſſet annos *ſeptuaginta, menses octo, dies quindecim.*

Eraſmus moritur. Agon Eraſmi.

Cum vitæ finis inſtaret; clara Chriſtianæ patientiæ, & animi religioſi documenta edidit, quibus in Chriſtum ſe ſpem omnem figere teſtabatur; aſſidue clamans: *ô Jeſu miſericordia, Domine libera me, Domine fac finem, Domine miſerere mei* & Germanica lingua Lieber GOtt/ hoc eſt, *chare vel mi Deus.*

Teſtamentum.

Teſtamentum condidit, quo pauperum inopiæ relictis à morte facultatibus ſuis *trifariam* conſultum voluit, *invalidis* ſenioque confectis, *virginibus* elocandis, quibus dos deeſſet mariti conciliatrix, & bonæ ſpei *ſtudioſis* adoleſcentibus fovendis. Id *Bonifacius Amerbachius* JC. heres nuncupatus redemptis annuis ſtipendiis reditibusve bona fide, cum adjunctis eidem duobus executoribus, *Hieronymo Frobenio & Nicolao Epiſcopo*, juxta teſtatoris mentem executus eſt, & quæ fieri ille voluit, cuncta ad amuſſim accuravit.

Eraſmus qualis corpore fuerit. Valetudo ejusdem.

Statura fuit infra proceritatem, ſupra tamen prorſus notabilem humilitatem: corpuſculo ſatis compacto & eleganti: ſed quod eſſet tenerrimæ complexionis, & minimarum etiam rerum mutatione, puta vini, cibi, cœlive, facilè offenderetur: in ſenio crebris quoque calculi & ſive podagræ ſive chiragræ ſive panagræ doloribus & cruciatibus obnoxium: ut de pituita, communi plerorumque ſtudioſorum malo, nihil dicam. Crebro etiam tentabatur febribus, præſertim in quadrageſima ob piſcium eſum, quorum ſolo odore ſolebat offendi. Cute corporis & faciei candida, capillo in juventa ſubflavo, oculis cæſiis, vultu feſtivo, voce exili, lingua pulcre expreſſa, cultu honeſto & gravi. Sed ipſe, ut ſcriptis ſuis, ita & ne facie quidem propria delectabatur: vixque amicorum precibus extortum eſt, ut ſe pingi pateretur.

Ingenio erat ſimplex: adeo abhorrens à mendacio; ut puellus etiam odiſſet pueros mentientes: & ſenex ad illorum adſpectum etiam corpore commoveretur. *Memoria* feliciſſima: ut puer totum *Terentium* ac *Horatium* non ſecus tenuerit, atque digitos ſuos. In retinenda amicitia conſtantiſſimus, nunquam inſcriptionibus quacunque de cauſa mutatis.

Er... qua... mo...

Pro beneficiis gratus, verbis, animo, rebus. Inde *Montiacum* inſcriptione adagiorum honeſtavit: Coleto libros de utraque copia inſcripſit, & aliis alios:

Dignitatum & magnatum divitiarum contumax contemptor: neque quicquam prius ocio habuit, ac libertate. Fuit in Senatu Cardinalium etiam de Eraſmo allegendo, & purpureo galero donando, agitatum ſub *Paulo* 3. PP. ſed ipſe pro errore de ſe & affectu erga ſe Pontifici ac Patribus gratias egit. Quo audito; quidam Italus dixit: *Eraſmum eſſe ſapientem beſtiam: qui eo ultro oblato uti neſciret aut nollet; quod alii precio ac precibus ambirent, nec tamen obtinerent.*

Er... Ca... tiam... tat... ſpu...

Ocii autem adeò fuit amans; ut, cum Friburgi ædes mercatus eſſet tantum ſenſiſſe ſe ſcribat * tædiorum in licitando, contrahendo, ſtipulando, emigrando, immigrando, rixando cum fabris & furibus: ut malit decennium in libris verſari; quam unicum menſem devorare talia catapotia. Fuit in egenos liberalis; quos ut alibi, ſic à ſacro domum rediens, per famulum nunquam non munerari ſolebat: maxime verò in bonæ ſpei ac indolis adoleſcentes, ſi qui ad ipſum viatico deſtituti veniſſent, largus, benignus & munificus. Docuit tum alibi, tum *Cantelbergiæ*, menſes complures Græcas & ſacras literas; ſed gratis; & ita facere ſemper decretum fuit. In convictu comis & ſuavis, citra omne ſupercilium: ubique ἐράσμιος, id eſt, amabilis: quod ille nomen à ſe dolebat non uſurpatum; cum primum ſcribere cepiſſet; & editis libellis innoteſcere. Linguæ inter amicos liberioris, nonnunquam plus, quam ſat eſſet: & ſæpe falſus, non poterat tamen amicis diffidere. Candidus æſtimator alienæ doctrinæ; & fautor ingeniorum unicus, ſi fortuna ſuppetiiſſet. In provehendis bonis literi nemo magis profecit: gravemque ob hanc rem invidiam ſubiit à barbaris & monachis. Lutherana tragœdia (ut ipſe vocat) oneravit eum intolerabili invidia. Diſcerptus

**l. 2...*

Lib... gua... mu...

ceptus ab utraque parte, dum utrique ſtudet ſeu conſulere ſeu placere. Videbat plus ſatis tribui *Theologiæ argutatrici*, priori prorſus abolita: ſicque Theologos *Scoticis argutiis* incumbere: ut non attingerent fontes divinæ ſapientiæ. Ad hæc diſciplinam Eccleſiaſticam longe prolapſam eſſe à ſinceritate Evangelica: populum Chriſtianum multis modis gravatum: conſcientias variis tricis illaqueatas. Videtur igitur ſub illa initia magis habuiſſe, quid fugeret: quam quid ſequeretur. Et meticuloſior fuit, ac timens offenſionum: atque hoc unice in vita ſtuduit: ut omnium ordinum & generum benevolentiam colligeret. Verum ut ut ſit: optime tamen eum de re literaria meritum eſſe, nemo inficias ibit. Illa enim tempeſtate in Germania Galliaque mire frigebant literæ: vix unus & alter Latine utcunque ſciebat: Grece nullus. Sed ſimul ac editæ ſunt adagiorum Chiliades, & libri de utraque copia: velut è nebulis coorto ſole, emergere linguarum peritia cepit. Prodibant alii atque alii libelli hanc ad rem facientes: *Theodori Grammaticæ Inſtitutiones* Latine verſæ: multorumque autorum in utraque lingua monumenta, Græce citra præceptoris operam diſcere volentibus admodum accommoda. Nam hac ratione etiam *Hermolaus Barbarus*, immortale decus Venetiarum, olim profeciſſe fertur privato ſtudio, collatis doctiſſimi Gazæ verſionibus. Jamque quaſi ſigno dato, literarum cauſam in his provinciis optimus quiſque promovebat. Sed omnium maximum ſubſidium attulit *Trilingue collegium* illud in Academia Lovanienſi, ſuadente Eraſmo inſtitutum.

Magnas opes moriens reliquerat Atienſis præpoſitus, *Hieronymus Buslidius*, Franciſci, Veſontini quondam Archiepiſcopi in Hiſpania, peregre extincti frater. Quas cum ille ſtudioſorum uſibus deſtinaſſet: Eraſmus teſtamentariis autor fuit, ut *Athenæum* Lovanii conſtituerent; in quo ſtipendiis ordinatis tres linguæ publice docerentur. Ex hac ſchola innumeri deinde cognitione linguarum inſtructi prodiere. Movit ea res *Franciſcum* quoque Galliarum regem, ut ad ſimilis collegii Lutetiæ Pariſiorum inſtitutionem animum adjiceret, Eraſmo per literas evocato, cujus conſilio omnia diſponerentur. Et jam regium diploma acceperat; ſed intervenere cauſæ; quæ profectionem impedirent. Felix igitur ſuccreſcentium ſuperiori ſeculo literarum ſucceſſus, Eraſmo non cum multis debetur. Editurus proverbiorum opus à quibusdam doctis audiri coactus eſt: *Eraſme quid facis? tu evulgas hic myſteria noſtra*. Sed cupiebat is omnibus nota eſſe & aperta, quæ ad ſolidæ eruditionis copiam comparandam facerent. Hoc candore deſtituebatur ille; qui Venetiis olim Aldo Manutio commentarios Græcos, in Euripidem & Sophoclem, edere paranti, dixit: *cave, cave, hoc facias: ne barbari iſtis adjuti domi maneant, & pauciores in Italiam veniant*. Longe alius animus Eraſmo: cui nihil tam humile etiam fuit quo tantus vir, ſtudiorum gratia, ſe non demitteret. Ipſum etiam *Catonis carmen* juxta titulum, emendare & interpretari * dignatus eſt: ut nec in magnis, nec in minutis ejus opera deſideraretur.

** adjectis Momis Publianis.*

Eraſmi fama. Pontificum Regum & principum in Eraſm. liberalitas, & favor.

Hæc tum doctrina tum virtus ſingularis, Eraſmo non ſolum doctiſſimorum hominum intimæ amicitiæ fores aperuit; ſed & ſummorum principum ac magnatum favorem & liberalitatem, conciliavit. Etenim multorum regum & Pontificum expertus eſt benignitatem magnificam: ut *Caroli* inprimis & *Ferdinandi* Auguſtorum: qui ei penſionem annuam decreverunt, *trecentarum* in ſingulos annos *librarum* monetæ Francicæ. *Clemens VII.* bis miſit *ducentos florenos*, nihil non pollicens. Nec alia mente *Adrianus* fuit Pontifex: ſi ſacerdotium oblatum, vel munus honorarium Eraſmus accipere voluiſſet. *Paulus 3.* cum Cardinalitiam dignitatem non acceptam intellexiſſet, præpoſituram Daventrienſem Trajectenſis diœceſis, quæ *ſexcentorum aureorum* reditum tribuere dicebatur, obtulit ac Brevi Apoſtolico contulit: ſed Eraſmus *ſatis viatici ſibi paulo poſt morituro ſupereſſe* dixit. *Henricus Britanniæ* Rex, ejus nominis *octavus*, literis ſua manu ſcriptis ſalutavit. *Franciſcus Valeſius Galliarum* Rex literis eum evocavit, in iisque ſua manu ſcripſit; longe gratiſſimum ejus adventum fore. *Cantuarienſis Archiepiſcopus* ſic eum eſt amplexus, ac ſi pater eſſet aut frater: & ut intelligeret, hoc eum ex animo facere, dedit ei ſacerdotium *centum* fere *nobilium*: quod poſtea volente Eraſmo in penſionem *centum coronatorum* mutavit: ad hæc dedit dono ſupra quadringentos nobiles. Nec minor fuit aliorum epiſcoporum, principum, ducum, & quorumvis magnatum ac divitum in Eraſmum propenſio: & expetitus fuit ab omnibus Europæ regnis. *Cæſar* invitavit in Hiſpaniam: *Ferdinandus* Viennam: *Margareta* in Brabantiam: Rex *Anglus* in Angliam, *Sigismundus* in Poloniam: *Franciſcus* in Galliam; oblatis ſatis amplis ſalariis. Habuit plena ſcrinia literis Pontificum, Regum, Cardinalium, Principum, Epiſcoporum, Ducum, Comitum, & aliorum honorificentiſſime ſcriptis: ut taceam munera, quæ pro dedicationibus atque inſcriptionibus monumentorum ſuorum, venerunt nequaquam vulgaria. Nec ſolum à principibus honoratus eſt Eraſmus: ſed etiam à civitatibus Germaniæ. Nam ſi qua tranſiret, idque magiſtratus reſciſſet: vino fuit donatus: qui honor magnatibus & civitatum legatis, more gentis, impenditur. Adeoque nemo erat, qui cum Muſis ac Gratiis commercium haberet, Eraſmum ut excluſum à ſe & non potius in penetrale amicitiæ adſcitum omnique honoris genere cumulatum vellet.

l. 23. epiſt. ad Antonium Fuggerum. l. 21. epiſt. ad Polydor. Virgil.

Eraſm. l. 20. epiſt.

Eraſmus etiam civitatibus Germaniæ gratus.

Eraſmi Zoili.

Faber.

Habuit tamen, ut virtutis comes eſt invidia, ſuos etiam Momos & Zoilos: atque à tenebrionibus, velut à cimicibus ac pediculis paſſim fuit admorſus. A *Fabro* primum eſt impetitus: nam Dorpiana orſa ſuppreſſa

ſunt. Inſimularat ille Eraſmum neſcio cujus impietatis, in verſione Novi Teſtamenti.

Monachi Eraſmo cur infeſti.

Bellum deinde ipſi factum eſt, ab indoctis monachorum ordinibus: qui, ut noctuæ in clauſtris latitantes, non poterant ferre lucem exorientium literarum, aut voculam aliquam liberiorem, qua ipſorum ſuperſtitioſæ opiniones notarentur. Duces illorum ordinum fuerunt * *Leus* neſcio quis, & *Stunica*, & *Sutor* & *Bedda*; & aliquot alii terræ filii: qui tum conviciis immerentem lacerarunt, tum libellis proſciderunt; ſed majori ſuo, quam alterius dedecore, imo nullo.

* *Eraſm. apologetica. tomo 9.*

Romæ quidam Franciſcanus librum edidit: * in quo *Lutherum*, *Zuinglium* & *OEcolampadium* vocat milites Pilati, qui crucifixerunt Chriſtum: *Eraſmum* illis annumerans, & addens hunc eodem ſpiritu eodemque conſilio ſcripſiſſe, quo ſcripſerunt illi: nihil intereſſe, niſi quod *Eraſmus jocetur, illi rem ſeriò agant.*

* *Eraſ. ad I. Cholerum epiſt. à Merula edita.*

Adjicit dictum de Monachorum dictis melioribus: *Eraſmum poſuiſſe ova, Lutherum & cæteros excluſiſſe pullos.*

Eraſ. l. 23. epiſt.

Lutetiæ quidam illud: *conculcabis leonem & draconem*, ſic interpretatus eſt; *leonem Lutherum, draconem Eraſmum*: & huic ſcurrili dicto frequens datus eſt plauſus à Franciſcanorum centuriis præſertim inter pocula; quibus viſum eſt operæ precium, etiam pictura ſententiam tam lepidam exprimere.

Eraſ. l. 14. epiſt.

Brugis fuit Minorita quidam, à vino lippus, qui totas horas deblateravit in Lutherum & Eraſmum; ſubinde eos *beſtias, aſinos, grues, ſtipites*, appellans, nec quicquam tamen refellens. Cum in altera quadam concione palam dixiſſet: *in libris Eraſmi eſſe quædam hæretica*: quidam è magiſtratu doctus adiit hominem; rogavit, quid eſſet in libris ejus tale: *non legi*, inquit ſcurra, *libros Eraſmi*; *volui legere paraphraſes*; *ſed Latinitas erat nimis alta. Timeo igitur, ne poſſit labi in aliquam hæreſim propter altam Latinitatem.*

Eraſmi Latinitas nimis alta.

Nec ſolum integras horas publice è ſuggeſto, tanquam è plauſtro, in ipſum debacchati ſunt: ſed & è bibliothecis ſubmoverunt, quicquid fuit Eraſmi.

Eraſ. l. 25. epiſt.

Conſtantiæ etiam fuit quidam doctor; qui *Eraſmi effigiem* in charta impreſſam habuit in conclavi ſuo, non ob aliud, niſi ut cum inambularet, quoties eam præteriret, conſpueret: percontantibus odii cauſam, reſpondit: *ſe Eraſmo acceptum ferre calamitoſum illud ſeculum.*

Et hujusmodi plura ipſe recenſet Eraſmus paſſim in libris, præcipue in epiſtolis quas qui volet, adeat. Verum vivit & vivet Eraſmi memoria, quamdiu bonæ literæ inter homines manebunt: cum jampridem inauſpicatarum illarum avium garritus conticuerit.

Libri Eraſmi multos offendunt.

Cæterum offenderunt aliquorum animos libri quos edidit, præſertim *Colloquia*; quæ paſſim male audiverunt; *Adagia*, publico edicto *Pauli IV.* prohibita fuerunt: *Moria*, ſive encomium ſtultitiæ, & alia ejus opera; quæ ſalibus, & iis interdum aculeatis, abundant; quibus craſſos errores & aniles quasdam ſuperſtitiones orationis libertate perſtringit.

Acuit etiam ſtylum in Eraſmum * *Huldaricus Huttenus*, eques Germanus, antea amicus; verum, ut videbatur, ſubornatus ab *Hetphendorpio* & aliis. Eraſmus ſpongia (id nomen ſcripto) aſpergines illas delevit. Tandem pertractus fuit in arenam cum Luthero: quem διατριβῇ de libero arbitrio provocavit: cui Lutherus oppoſuit de ſervo arbitrio librum. Sed hæc palam ſunt omnibus nota.

** vi… 7. & gum… Botz… mun…*

Genus orationis Eraſmicæ quibusdam viſum eſt non ſatis Ciceronianum; ad ſtructuram & verba Tullianæ dictionis omnia ſevere exigentibus. Sed ipſe huc ſemper anniſus eſt à puero, ut orationis mundiciem ſimul atque animi præſtaret; magisque affectavit puram ac perſpicuam orationem, quam phaleratam, & ſolidam maſculamque potius, quam ſplendidam aut ſcenicam: quæ rem oſtenderet citius, quam ſcriptoris ingenium oſtentaret. Vocabulis quibusdam uti coactus eſt Chriſtianæ religionis materiæ, quam tractabat, ſervientibus. Neque enim * probabat eorum ſuperſtitionem, qui Ciceroni ita addicti ſunt, ut voculam etiam alienam reformident: quique inanes modulos quosdam Latinitatis verius referunt, quàm ſententias denſas & præſtantes.

Gen… tioni… mi… ** E… in C… nim…*

Scripſit autem varia, ac fere innumera, qua ſacra, qua profana: quæ in Catalogo ad *Ioannem Botzæmum* ita diſtribuit: ut in *primum* tomum conferat, quæ ſpectant ad *Inſtitutionem literarum*, *ſecundum* dedicet *Adagiis*, *tertium* adſignet *epiſtolis & præfationibus*: *quartum* det his; quæ ad *morum inſtitutionem* faciunt: *quintum* his, quæ inſtituunt *pietatem*: *ſextum Novo Teſtamento*, & in id annotationibus: *ſeptimum Paraphraſibus*: *octavum Apologiis*: *nonum epiſtolis Hieronymi*: *decimum* velit complecti *autores à ſe recognitos.* Paulò aliam indicat rationem in epiſtola ad *Hectorem Bœotium*, paucis ante obitum annis. Cum igitur *Hieronymus Frobenius & Nicolaus Epiſcopius* typographi ſenſiſſent opera Eraſmi ſimul ordine collecta ab eruditis deſiderari: obſequendum illis rati, rem aggreſſi ſunt tum magnificam, tum omnium favore dignam, nulla nec ſumtuum nec laborum magnitudine deterriti: & volumina Eraſmi in tomos juxta auctoris catalogum ad *Bœotium* diſtributa typis excuderunt, adjectis ab Amerbachio ſuo quibusque loco iis, quæ poſtea idem Eraſmus elucubravit. Omiſerunt tamen *decimum* tomum; non niſi alios auctores ab ipſo recognitos complectentem. Nomina librorum ac tituli alibi videantur.

Seri… Era…

In memoriam tanti viri Amerbachius in æde Cathedrali urbis Baſilienſis monumentum marmore Rhetico locandum curavit cum inſcriptione ejusmodi:

Mo… me… Era…

Chriſto

Chriſto Servatori S.

DES. ERASMO, ROTERODAMO, VIRO OMNIBUS MODIS MAXIMO, CUJUS INCOMPARABILEM IN OMNI DISCIPLINARUM GENERE ERUDITIONEM PARI CONJUNCTAM PRUDENTIA POSTERI ET ADMIRABUNTUR ET PRÆDICABUNT, BONIFACIUS AMERBACHIUS, HIERONYM. FROBENIUS, NICOLAUS EPISCOPIUS, HEREDES ET NUNCUPATI SUPREMÆ SUÆ VOLUNTATIS VINDICES, PATRONO OPTIMO, NON MEMORIÆ, QUAM IMMORTALEM SIBI EDITIS LUCUBRATIONIBUS COMPARAVIT, IIS TANTISPER DUM ORBIS TERRARUM STABIT SUPERFUTURO, AC ERUDITIS UBIQUE GENTIUM COLLOQUUTURO, SED CORPORIS MORTALIS QUO RECONDITUM SIT ERGO, HOC SAXUM POSUERE.

Mortuus eſt VI. Idus Jul.

Jam ſeptuagenarius anno à Chriſto nato M. D. XXXVI.

In Saxo, quo ſepulcrum integitur, eſt Termini facies baſi quadrata, cum his verbis:

Des. Eraſmum Roterodamum amici
ſub hoc ſaxo condebant quarto
Eidus Julias 1536.

Scripta ſunt & à viris doctis varia carmina Epitaphia, quibus obitum ejus luxerunt; animique dotes celebrarunt. Non indignum eſt lectu epicedion * à *Melchiore Acontio* ſcriptum; uti & *Apotheoſis Eraſmi*, eodem autore. Exſtat & Apotheoſis Eraſmi autore Joanne Sapido, adjunctis aliorum epigrammatis. *Atque hæc de Eraſmo, ex ipſius Eraſmi epiſtola ad Conradum Goclenium, & quæ huic adjuncta ſunt ſtudio Pauli Merulæ edita & tomo 4. declam Philippi & aliis.*

IOANNES SECUNDUS.

PAtriam habuit *Ioannes Secundus*, Hagam Comitis apud Batavos, natus anno Chriſti undecimo, ſupra mille quingentos, patre *Nicolao Everhardo* præſide. *Secundi* nomen non ſine omine induit, ut cui ſecundum non facilè reperias. Nam ea ætate, qua vix Latine loquuntur alii, ipſe in re poëtica usque eo cæteris omnibus antecelluit: ut *in aurem Batavam* intempeſtivum * *Martialis* jocum facile eluſerit.

Adoleſcens in Galliam profectus, *Andream Alciatum Mediolanenſem*, de ſuperiore loco jus interpretantem audivit: ibidemque *Macrino Salmonio* Gallo, & *Cornelio Muſio* Batavo, familiariter uſus, in poëticis ſe ſtudiis exercuit. Poſt in Italiam transgresſus, indeque in Hiſpaniam trajiciens, Archiepiſcopo Toletano à ſecretis fuit: cujus etiam juſſu *Carolum* V. Cæſaream in Tunetana expeditione ſecutus, in Africam transmiſit.

Et Hiſpaniam.
Carol. V. ſequitur in Africam.

In patriam valetudinis gratia reverſus, à *Georgio Egmundano*, Ultrajectino præſule, ad idem munus vocatur. Is tum fortè in D. *Amandi* apud Hannones fano, cujus loci Abbas erat, agebat: quo profectus Secundus, mox in febrim incidit: quartoque poſt, quam venerat die, flos ille Belgicus, nondum annorum *quinque & viginti*, occidit: ſummus haud dubie futurus, qua erat ingenii præſtantia, ſi vita longior contigiſſet. Obiit anno Chriſti trigeſimo ſexto, ſupra mille, quingentos, die * primo Octobris: conditus in æde D. *Amandi*, Benedictinorum Abbatiæ, tumulo marmoreo à tribus fratribus, totidemque ſororibus excitato.

Reverſus fit ſecretarius epiſcopi Vltrajectini.
Morbus Secundi.
Obitus præmaturus.
** Alii d. 8. Cal. Octob.*

Scripſit in omni carminum genere multa: in quibus omnibus ita excelluit: ut, quem *Beza* illi tribuit, principatum, facile tueri poſſe videatur. In *elegiis* lenis, dulcis, perſpicuus: in *amoribus* feſtivus & lepidus: in *luctu* gravis, nec tamen elatus; oratio plena in omni genere affectuum: in *epigrammatibus* argutus: in *Lyricis* ſuavis: ubique elegans. Quod ſi Eipopeiam quoque attingere potuiſſet: habuiſſent tunc Belgæ, quem principibus Italiæ & Germaniæ poëtis opponere poſſent. Quanquam fragmenta, quæ exſtant in eo genere, quid præſtare potuisſet, facile oſtendunt. Efferant ergò ſuos *Bembos*; *Pontanos*, *Flaminios*, Itali, laudent *Borbonios*; *Salmonios* Galli: jactent *Eobanos*, *Stigelios*, *Sabinos* Germani ſuperiores, non vereor, ut hic Secundus Belga ex illo ſeculo ſit cuiquam ſecundus.

Scripta Secundi & eruditio.
In poeſi princeps ſui avi.

Exſtant ejus poemata uno in volumine: quorum catalogus eſt hic: *Elegiarum* libri tres: *Funerum* liber 1. *Epigrammatum* liber 1. *Baſiorum* unus: *Epiſtolarum* duo: *Odarum* unus: *Sylvarum* unus. Excelluit prætera in cælatura & in ea plaſtice, quæ ex gypſo effigies hominum affabre format: unde ſic in nænia de ipſius obitu frater *Adrianus Marius*:

Poematum Secundi elenchus.
Cælatura & plaſtice excellit.

Nulla dies unquam tales, plaga nulla labores
Neſciet, artificesque manus & cæla poetæ:
Julia quis vivo formoſa in marmore ſpirat,
Et formoſa Neæra, atq; altera, tertius ignis:
Et cari fratrum vultus, cariq; parentis,
Oraque amicorum varia, & tua maxime Cæſar,
Nunquam ſculpta alia melius, ſimulatave dextra.
Quid memorem, argilla ſolitus quos ducere ab uda
Viventes hominum vultus, vultusque deorum?
Quæ cuncta adſpiciens, & nomina nota Secundi
Poſteritas ſtudioſa legens, mirabitur olim
Phidiacasq; manus, facundiq; ora Properti.

Biturgi-

Alciato familiaris.

Biturgibus familiariſſimus fuit *Alciato*, ob commune juris ac poetices ſtudium: à quo etiam accepit,

——— *ſanctarum inſignia legum,*

ut frater idem Marius loquitur. Demeritus eundem eſt; quando ipſe & Adrianus Marius ſub perſona Solis & Lunæ noctu eum convenerunt, & epigrammate lepido, quod inter reliqua exſtat, ſalutarunt.

Fratres Io. Secundi.

Fratres habuit tres, qui eum non ſecus ac germanum dilexerunt: è quibus *Nicolaus Grudius, & Adrianus Marius* viri fuerunt ut honoratiſſimi, ſic eruditiſſimi. Nam non ſolum in juris ſcientia uterque excelluerunt: verum etiam in humanioribus literis, & præcipue poeticis ita verſati ſunt: ut in præſtantiſſimorum ſeculi illius poetarum numerum à *Lilio Gyraldo* relati ſint.

Nicolaus Grudius.

Ac *Nicolaus* quidem *Grudius Philippo* 2. Hiſpaniarum regi, Belgicæque principi, à conſiliis, atque illuſtri ordini velleris aurei ab actis fuit: clariſſimis pleriſque ea tempeſtate viris, in his *Achille Statio* Luſitano, *Joanne Calveto*, *Stella* Barcinonenſi, *Honorata Ianio* Valentino, familiariter uſus.

Hieron. Vida.

Quin & à M. *Hieronymo Vida* Cremonenſi, Albæ Liguſticæ epiſcopo, poetarum ſui ævi coryphæo abſens literis colebatur.

Obitus Grudii.

Demum in Italiam Reipub. cauſa profectus, *Venetiis* fato fungitur anno ſeptuageſimo primo, ſupra mille quingentos. Senatus P. Q. Venetus ad aram conditum, lacrymis exterum atque eruditum hominem ſunt proſecuti.

Adrianus Marius alter frater Secundi. Ejus ſcripta. Mors. Sepultura. Epigramma Epitaph. Alciati in I. Secundum.

Adrianus autem *Marius*, Geldriæ Zutphaniæque cancellarius, à negociorum curis non raro divertere ſolitus, præter *dialogos Luciani* metro redditos, ejusdem de *vitanda calumnia* librum proſa convertit. Senex moritur *Bruxellis* XII. Cal. Aprilis, anno ſexageſimo octavo ſupra milleſimum quingenteſimum. Corpus *Machliniam* translatum eſt, conditumque honorifice ad tumulos parentis & fratris, in D. Mariæ. Officium Adriani excepit Guilielmus Cripius.

Cæterum in *I. Secundi* obitum tum fratres & alii, tum *Andreas Alciatus* hoc epigramma ſcripſit:

Nomen perpetuum vita breviore rependunt,
Elyſiisque addunt te tua fata locis;
Vincere ne veteres poſſis magnosque poetas,
Par quibus hoc modico tempore factus eras.
Flent Muſæ & Charites, lacrymas quoq; fundit Apollo,
Et tua deſerto buſta Helicone colunt.

In eundem Th. Bezæ.

De eodem eſt hoc *Theodori Bezæ* Epigramma:

Excelſum ſeu condit opus, magnique Maronis
Luminibus officere ſtudet:
Sive leves elogos, alternaque carmina, raptus
Naſonis impetu canit:
Sive lyram variis ſic aptat cantibus, ut ſe
Victum erubeſcat Pindarus:
Sive jocos, blandosq; ſales. Epigrammate miſcet
Clara invidente Bilbili.
Unus quattuor hæc ſic præſtitit ille Secundus;
Secundus ut ſit nemini.

Aubertus Miræus in elogiis Belgicis; poemata Joannis Secundi, alii.

IOANNES CARIO. O. 15[illegible]

Ioannes Cario naſcitur A. C. 1499. A teneris optimarum literarum & artium ſtudioſus fuit, inque pluribus Germaniæ Academiis, præſertim in Wittebergenſi, tum facilè omnium principe, cum laude verſatus.

Studi[a] ... rionis

Dedit autem operam cognitioni tum omnium diſciplinarum, tum inprimis Matheſeos; cujus & profeſſioni in Academia Francofurtana præfuit.

Scripta ejus ...

Scripſit Cario *practicas Aſtrologicas*, & *Ephemerides* aliquot annorum; quarum una continuit præſagia & judicia ab anno 1536. ad annum usque 1550. Fuit & hiſtoriarum cupidus; easque in Epitomen redigere conatus eſt; idque hac occaſione.

Phil[ippus] Elect[or] hiſto[riarum] ama[tor]

Illuſtriſſimus princeps *Philippus* Palatinus Elector cum audiret in aula ſua doctos viros, *Rodolphum Agricolam, & Ioan. Dalburgium* Epiſcopum Wormatienſem, in deliberationibus de Republ. proferre exempla monarchiæ Perſicæ, Græcæ, Romanæ: petivit ab iis, ut in hunc uſum colligerent epitomen præcipuarum rerum geſtarum in monarchiis. Collegerunt viri illi è monumentis ſacris & profanis Græcis & Latinis præcipuas narrationes: quod ſcriptum adhuc exſtat in bibliotheca Palatina.

Chro[nicon] Cari[onis] quâ [occa]ſione ſcrip[tum]

Hoc proculdubio Cario excitatus, ſimili ſtudio collegit farraginem quandam hiſtoriarum: quam circa annum Chriſti 1530. miſit excudendam ſed prius emendandam Melanchthoni; ut ex epiſtola ejus quadam ad Camerarium patet. *Cario (inquit) huc miſit Chronica excudenda; ſed ea lege, ut ego emendarem. Sunt multa ſcripta negligentius. Itaque ego totum opus retexo; & quidem Germanice; & conſtitui complecti præcipuas mutationes maximorum imperiorum.* Cum igitur limam adhibuiſſet Philippus, & in ordinem redegiſſet; prodiit liber Germanice Wittebergæ, & lectus eſt avide in Germania, & omnibus Europæ regnis. Sed cum rudius eſſet ſcriptus, Melanchthon in extrema ſenecta totum retexuit, colligendo præcipuas hiſtorias Eccleſiæ & imperiorum ex Hebræis fontibus, & ex ſcriptoribus Græcis ac Latinis, *Herodoto*, *Thucydide*, *Xenophonte*, *Diodoro Siculo*, *Polybio*, *Plutarcho*, *Pauſania*, *Livio*: & aliis permultis. Carionis autem nomen præfixit; quia ille primus occaſionem contexendi ejusmodi ſcripti præbuerat, & commendare amicum ad poſteros voluit.

A morte Melanchthonis continuavit illud ſcriptum genere ejus *Caſpar Peucerus* ad Carolum V. usque. Germanice idem reddidit *Euſebius Menius*.

Mortuus eſt Cario in flore ætatis Berlini anno 1538. ætat. ſuæ 39.

HELIUS EOBANUS HESSUS.

FUIT Eobani patria ea Cattorum pars, quæ ſpectat veteres *Angrivarios* ad Viſurgin, in finibus ditionis Haſſiacæ. Parentibus natus * eſt non illis quidem opulentis, ſed honeſtis, & integritatis ac pudoris laude inter omnes conſpicuis. Mater, civis fuit oppidi Gemundani: pater in montibus, quibus territorium Haſſiacum concluditur, operam ſuam dedit conventui Hainenſi: qui diſſipatus nunc eſt; & mutata res; ut illo loco pauperes aliquot alantur. Sed hic conſideranda eſt vis naturæ mirabilis: quæ in temporum, locorum, hominum, eventuum, maxima diſſimilitudine, ſimilitudinem tamen aliquam ſemper exprimit. Nam cum Eobanus eam noſtra ætate verſibus præſtantiam attigerit; quam olim Homerus; fuerunt inter hos ſimilia permulta. Quemadmodum enim Herodotus tradit, in ripa fluminis Meletis partu editum fuiſſe Homerum: ita ſub arbore in gramine mater recubans, Eobanum eniſa fuit. Et ut patria Homeri ignoratur: ſic non potuit certo cognoſci, quo loco in lucem editus eſſet Eobanus. In pago quidem uno ex eorum numero, qui attributi ſunt conventui Hainenſi, natum illum conſtat; ſed non eundem omnes nominant. Non abhorret à vero in pago natum eſſe; cui eſt nomen Teutonicum deductum ab hirco. Nam ille aliquando jocans *Tragocomenſem* ſe appellaſſe fertur. Fuit denique & fortuna utriusque par; & neuter toto vitæ tempore in re admodum aucta aut luculenta vixit. Peregrinator etiam & oculis hebetibus fuit Eobanus: hoc uno Homero felicior, quod viſum penitus non amiſit.

Quamvis autem parentes habuerit pauperculos; curæ tamen illis fuit liberalis filiorum * educatio. Puer didicit à quodam *Ditmaro*, qui in illo conventu primas tunc erat Eccleſiaſticus, prima elementa literarum. Veriſimile eſt, quod celeriter omnia perciperet, & fideliter retineret, placuiſſe ut literarum ſtudia ſequeretur. Miſſus igitur fuit ad propinquos Gemundam: inter quos præcipuo loco & nomine unus *Hartomannus Arnoldus*, paulo natu grandior; qui poſtea in ſua civitate magiſtratus præcipuos geſſit, una cum Eobano audivit ludimagiſtrum, cognatum ſuum, virum gravem & ſatis doctum, *Iohannem Meſium*: qui hoc unice ſtuduit: ut pueri inprimis Grammaticas præceptiones cognoſcerent & intelligerent.

Gemunda duo hi ad ſpem doctrinæ uberioris, Francobergam profecti ſunt: quod ibi doceret eruditione tum celebris *Jacobus Horlæus*. Hic magna benevolentia Eobanum, nondum ephebum, complexus, quod eluceret in eo indoles eximia, una cum paucis quibusdam aliis impendit illi extraordinarias operas doctrinæ: & tradidit præcepta verſuum faciendorum. Cumque aliquantulum temporis in hac inſtitutione inſumſiſſet: juſſit eos experiri in componendis verſibus vires ſuas: & propoſuit illis ſententiam Evangelicæ narrationis hanc: *Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* In qua Eobanus ſtatim notavit: unam partem numeroſe cadere: ita ut pentameter Elegiacus concluderetur. Sic igitur expreſſit ſententiam: ut jam tum ſtatim magiſter admiraretur vim prompti ingenii: & ſe profectus ſpem ſingularem de eo diceret concipere: ac ominis boni loco ſententiam illam à ſe propoſitam accepit. Hortatus eſt etiam Eobanum: pergeret, quo Deus & natura ducerent. Non enim ſibi dubium eſſe: quin vir olim magnus eſſet futurus. Narravit Eobanus Camerario: dormienti ſibi aliquando oblatam navigii ſpeciem, ad curſum omnibus rebus inſtructi, quod ſtetiſſet religatum ad litus. Cumque acceſſiſſet, & intuitus illud ſolicite feciſſet: inceſſiſſe ſe cupiditatem navigandi: ſolviſſe funem & provectum hoc cum voto:

Primum exercitium verborum Eobano propoſitum.

Eobani adoleſcentis ſomnium.

Da tandem fortuna viam: juvat ire per altum.

Horlæum præterea in ſpem magis magisque erexit, adſiduum in Eobano ſcribendi ſtudium ac cura elimandi. Quoties enim cunque verſus aliquot ſcripſerat, ſi minus poteſtas dabatur conveniendi magiſtri: quæſivit ab aliis: nec repelli ſe paſſus fuit ullis illorum occupationibus. Sæpe in cætu frequenti exhibuit verſus ſuos: ſæpe ad convivia attulit, & precibus contendit: *ut illi ſtatim recitarentur, ac ſi quid vitii ineſſet, demonſtraretur: negare, moram ferre poſſe, ſibi alios verſus mox faciendos.* Hac puerili & liberali importunitate multi tum delectati, & iſtum ardorem ſtudii exoſculati in puero Eobano fuerunt: & ſæpe inter ſe dixerunt: fieri non poſſe, quin illa incitatio, & tam fervens ſtudium, admirabile nomen pariturum illi puero eſſet, ſi vita ei concederetur. Vereri enim ſe, ne præcox ingenium ad fructum proferendum non perveniret. Quem metum ut DEUS inanem eſſe voluit: ita omen illorum exitus probavit.

Eobani induſtria.

Cum in illo ludo manſiſſet Eobanus triennium; annos deinde natus ſedecim *Erphordiam* ad mercatum quaſi uberiorem bonarum artium profectus fuit; operam ſtudii ſui illi navante *Ludovico Chriſtiano*, viro pio, innocenti ac docto. Habuit & aliunde adjumenta ad ſtudiorum cultum popularium quorundam: qui facultatum copia abundabant. Erphordiæ admodum adoleſcens *carmen* compoſuit, *de infelicitate amantium*, & *alterum Bucolicum.*

Venit Erphordiam.

Primum in poetica ſpecimen.

Cum ibidem eos honores conſecutus eſſet, qui in ſcholaſticis communitatibus tribui ſolent iis, qui doctrina præſtare aliis judicantur: viſum illi fuit peregrinationi operam dare, non tam conſideratione, quam impetu quodam animi. Erat illis temporibus in Boruſſia ad Viſtulam præſul Riſebergenſis, gente nobili Nariſcorum, *Jobus* vir amantiſſimus omnium ſtudioſorum. Huic conciliatus

Commendatur præſuli Riſebergenſi.

** Helius Eobanus Heſſus.*

Eobanus qui ſibi *cognomen* * *patria* ſumſerat, propoſita nomini Eobani voce, qua Græce *ſol* ſignificatur; fuit præſuli mirum in modum gratus. Admirabatur in adoleſcente vir prudens vim ingenii, & amabat ſimplicitatem, ac perpetuam ſibi illius familiaritatem pollicebatur, beneficiisque variis obnoxium ſibi reddere eum ſtudebat.

Eobani epiſtolæ Heroïdum.

Scripſit tum Eobanus & alia quædam, & ad Ovidianam imitationem *Heroidas*, quas poſtea retexuit, & futiles inde fabulas exemit, ac multo meliora & graviora fecit omnia. Eſt id *primum opus* memorabile, eo etiam nomine, quod initia complectitur facultatis poëticæ, & quod maximam partem animo ſuo compoſuerit eques; dum comitaretur forte præſulem, aut mandata itinera faceret.

Mittitur Lipſiam ſtudiorum gratia.

Præſul igitur, qui Eobani opera ad ſcripturas uti, & ad negotia, quæ civilem requirunt prudentiam, & ad legationes obeundas, cogitabat: ſumtibus liberaliter inſtructum Lipſiam ad jus perdiſcendum miſit: cum eſſet natus annos * circiter quinque & viginti. Habebat tum Academia Lipſica doctos viros multos, ſed eruditionis & humanitatis principes erant, *Joannes Sturnus*, *Vitus Berlerus*, & *Georgius Aubanus*. Franci ambo; præter paulo ante invidia expulſum *Ioannem Aeſticampianum*, & qui Joachimum Camerarium erudiebat cum aliis *Georgium Heltum*. Hic Eobanus, quem natura à Muſis aberrare non patiebatur, & neſcio quis horror à ſtudio juris repellebat; oblitus voluntatis ac mandatorum præſulis ſui, pecuniam confecit, & libros iſtos grandes, antea à præſule ipſi emtos, legum atque conſtitutionum divendidit: & mox Erphordiam ad incunabula ſuæ doctrinæ ſe retulit: ubi tum aliis, tum *Conr. Mut. Ruffo*, qui in ſodalitio Eccleſiaſt. Gothæ degebat, & antea quoque Eobanum norat, non modo carus, ſed admirationi quoque fuit. Hic ad eum ſæpe ſcribebat, ſæpe ab eo literas * accipiebat, ſæpe excurrebat Gotham Eobanus; ut cum Mutiano verſaretur.

** Anno 1513.*

Abhorret à ſtudio juris. Redit Erphordiam. Conradus Mutianus Ruffus.

** Exſtant pleraque à Camerario edita.*

Eobanus uxorem ducit.

Amabat ibidem caſte virginem Erphordienſem *Catharinam*: quam poſtea uxorem duxit: & cum qua multis annis maritus vixit: & ex qua utriusque ſexus numeroſam ſobolem ſuſcepit. Ea habebat patrem honeſtum in civitate ſua hominem; ædium illarum dominum; quas poſtea *Georgius Sturciades* emit: moribus aliquanto duriorem, & ſenecta amariorem. Accidit, ut de hoc apud Mutianum quereretur Eobanus: tum ille hoc modo reſpondit:

Si tibi nata placet, fer patris imperium.

Docet Erphordiæ.

Poſtea & ſocerum ille æquo animo tulit: & cum conjuge amanter vixit.

Docuit tum Eobanus bonas literas Erphordiæ, admodum tenui ſtipendio: cum neque tum rebus omnibus, quæ ad victum & cultum ſunt neceſſariæ, vilibus opus eſſet multo: neque ipſe partem vel minimam curæ impenderet faciendæ rei. Paulo poſt Eraſmi fama excitatus, iter ingreſſus fuit, adjuncto ſibi comite M. *Bertero*, juvene egregio, ut Eraſmum videret: temporibus quidem non admodum expeditis. Eo enim tempore, ſi quis ab Eraſmo, politioris doctrinæ tum principe, epiſtolam ad ſe forte elicere poſſet: ingens gloria habebatur: ſi autem accederet veluti cumulus colloquii & congreſſus Eraſmici; ut ad eum aditus alicui pateret: tum demum ſibi in terris is, cui hoc contigerat, beatus videbatur. Venit igitur ad Eraſmum, in Belgio tunc apud Grudios commorantem: & verſibus compoſitam elegantibus epiſtolam ad eum ex diverſorio miſit: quæ cum *Hodæporico*, quo deſcribitur iter illud, & aliis quibusdam edita fuit. Eraſmus ſive occupationibus aliis abſtractus, ſeu propter humilitatem adventus Eobanici, qui cum uno comite pedes acceſſiſſet, ſive in tanta ſalutantium frequentia: non deſpexit ille quidem Eobanum; ſed nec tribuiſſe ei tantum judicio ſuo, nec tam officioſus in ipſum fuiſſe exiſtimabatur: quam pro ſua humanitate & Eobani ſtudio eſſe debuiſſet. Etiam poſtea laudavit Eraſmus Eobanum remiſſius: non quod iniquior illius famæ eſſet: ſed quod non arbitraretur, ut opinio eſt, eum indigere prædicatione ſua: qui per ſe magnus eſſet; atque illos potius extollendos, ornandosve, qui vel nullam vel exiguam dignitatem parare poſſent ipſi ſibi. Eobanus quidem & Eraſmo diligenter & prolixe gratias egit: & nomen illius poſtea maximopere defendit: & cum à Leo Eraſmus carperetur, auctor fuit, ut pro illo Erphordiani eruditi contra Leum ſcriptis ſuis propugnarent. Tam honorifici etiam fuere Eobani ad ſuos reverſi, de Eraſmo ſermones; tanta amplificatio virtutis illius: ut nullius non animus cupiditate viſendi Eraſmum incenderetur: quidam etiam ad iter ſtatim ingrediendum commoverentur; & proficiſcendum eo uſque, ubi convenire poſſent Eraſmum; qui in Belgio non uno loco maneret. Inter quos præcipui fuere juvenes egregii, & multis rebus ornati; *Juſtus Jonas*, *Caſpar Schalbus*, & *Joannes Draco* Francus.

Abit vi…

Cæterum Erphordiæ Eobanus in cætu doctorum auditorum & lectiſſimorum juvenum, optimos auctores linguæ Latinæ explicando operam navavit diſcere volentibus: & illexit fama nominis ejus permultos; ut in Academiam Erphordianam vel diſcendi cauſa migrarent; vel ad viſendum ſaltem Eobanum excurrerent. Inter quos venit eo anno, quo poſt congreſſum celebrem *Martini Lutheri*, & *Joannis Eccii*, peſtilentiæ contagio Lipſia infeſta fuit; *Sebaldus Munſterus* Noricus: qui ſummos honores ſtudiorum poſtea conſecutus, juris publici doctrinæ præfuit Wittembergæ. Et ſæpe nominis Eobanici memoriam renovare honorifica mentione eſt ſolitus: ſe *unum omnium illum cognoviſſe; cum eruditione literarum præſtantiſſimum; tum minime opinionis aliorum cupidum; tum vero ab omni fuco & ſimulatione remotiſſimum: & eum qui neminem ab uſu humanitatis ſuæ excluderet.*

Cum autem eo tempore, literas iis negligen-

gentibus, qui ſublevare debuiſſent, Eobani admodum in auguſtum cogerentur copiæ; & publicus reſpectus penitus illi ſubtraheretur: privatique pauci, inter quos principem locum tenuit *Sturciades*, ſubvenirent: amicis de ſalute tum ipſius tum liberûm deliberantibus placuit: ut quæſtuoſæ alicui arti operam daret; non jam famæ amplificandæ cauſa, ſed ne fame laborare mox cogeretur. Autores ergo illi fuere, ut medicinam diſceret: quoniam priores conatus forenſes parum ſucceſſiſſent. Hoc ille, fretus potiſſimum ope & adjumentis à Sturciade, cupidisſime amplexus fuit: & ſtatim libros comparavit: & illas res ſtudio maximo cepit cognoſcere. Etſi autem ad factitandum artem progreſſus non fuit: hoc tamen ſtudium, quamdiu vixit, coluit; & librorum de illa compoſitorum lectione admodum fuit delectatus.

Tum igitur Eobanus, cum propemodum à ſolo Sturciade retineretur Erphordiæ, ibi hæſit, ut potuit, conflictatus cum multis adverſis, ad annum uſque Jeſu Chriſti viceſimum ſextum ſupra mille quingentos. Hoc, autore & conciliatore *Philippo Melanchthone*, qui Eobanum eximium in modum amabat & magnifaciebat, Norinbergam venit, ab illa civitate accerſitus perquam benigne. In qua una cum illo Joach. Camerarius, & Michael Rotingus vixerunt annis circiter *ſeptem*; & eas literas atque artes, quas didicerant, docuerunt, ſine ſpecie quidem dignitatis, ſed cum aliquo non vulgaris commoditatis fructu. Præerant tum Noricis ludis omnes optimi & doctiſſimi viri; ſed duo præcipui, *Joannes Chezemanus* natus ad puerilem inſtitutionem; qui moriens illi civitati ingens deſiderium reliquit: & *Sebaldus Heidena.* Cum his univerſis Eobano ac reliquis collegis jucundus conſuetudinis uſus interceſſit.

Eo tempore, quo Norinbergæ Eobanus manſit, multa, ante edita, recognovit: multa, nova fecit carmina, quæ omnia ſunt in medio. Attentius etiam tum, quam antea, auctores Græcos legere cepit: cumque ei inprimis *Theocriti Bucolica* arriderent, in illa latine convertenda incubuit, quem conatum omnibus rebus Camerarius adjuvit: Nam initio multa objiciebantur illi, quibus impetus animi retunderetur: & Eobanus, ſi quid non celeriter procedebat, haud conſueverat urgere. Nihil faciebat omnino anxie aut ſolicite, ſed tantum ſequebatur ductum naturæ, & ingenii incitationem. Itaque abjecta ſemel fere non ſolebat reſumere, neque interrupta contexere. Et ex ſcriptis ejus attento hoc facile patet: quod continuo curſu æquabiliter defluant Eobanica omnia; neque uſpiam quaſi ad conſiderationis ſolicitæ obices refringantur. Itaque Milichius dicere ſolebat: *Eobanum ſolum omnium, quos noviſſet ſimul facere verſus & ſcribere: cum alii prius commentando, modo has, modo illas partes abſolverent, & ita tandem ſcriberent aliquid: ac rurſus ſcriberent; & fingendo atque corrigendo demum facerent aliquid qualiumcunque verſuum.*

Cum fere ſeptennium confeciſſet Norinbergæ, ſolicitatus crebris literis & magnis pollicitationibus Eobanus ab Erphordienſibus amicis: eo reverti decrevit: quo retrahebatur deſiderio puerilis & juvenilis vitæ; & recordatione laudis quoque ac decoris, quod ætate conſtantiore in illa Academia geſſerat: mores etiam civitatis illius admodum ei placebant. Sed haud ſcio an nihil impulerit illum magis ad reverſionem hanc, quam Langi & Sturciadæ ſemper expetita conjunctio, etſi Groningo & ipſo maxime delectabatur. Rediit igitur *Ephordiam* anno Chriſti trigeſimo tertio ſeculi milleſimi quingenteſimi: venitque illo cum ſpe ejusmodi, cui eventus non reſpondit. Et tamen factum eſt amicorum ſtudio, cura, & diligentia: ut ſatis commode ibi degeret annis fere quatuor: & ut ad illam ſcholam collapſam, non modo inſtaurandi viam monſtraret; ſed rationem etiam inchoaret, quam tamen ſequi vel noluerunt, vel non potuerunt ii, penes quos adminiſtratio erat ſcholæ illius. Docuit illic publice privatimque cum utilitate aliorum, & ſua laude multa. Multa etiam ſcripſit, & de Græcis verſibus quoſdam præclare fecit Latinos. Poſt *quadriennium* invitatus clementisſime, à *Philippo* illuſtrisſimo *Haſſorum* principe, *Marpurgum* commigravit: cum neque eum ſchola Erphordiana amplius liberaliter acciperet; & anni ingraveſcerent, & liberi creſcerent ætate & numero: & patria quoque, dulcedine quadam ſui inſita omnibus, ad ſeſe revocaret occultis blanditiis civem ſuum. Perfecerat princeps *Philippus*: ut omni genere doctrinæ celebres & ſpectati viri Marpurgi congregarentur; quo in loco conſecrato piis Muſis, munificentiaque ſua ſtipendiis non ſpernendis conſtitutis, honeſte & non incommode vitam ducere poſſent, in ſtudiorum bonorum cultu, & virtutis ac ſapientiæ doctrina. Ibi Eobanus & reliquum ætatis breve tempus peregit: & præclara opera multa elaboravit ingenii bonitate & induſtria ingenii ſui: inque primis totam *Homeri Iliada* convertit in verſus Latinos. Opus autem egregium atque præclarum, auctore & hortatore Melanchthone inchoarat, ut ad Chriſtianum ritum *Faſtorum libros* conſcriberet, cujus vix paucos initii verſus abſolvit, & hanc decedens palmam reliquit in medio eruditis ſecuturæ ætatis. Sed nihil eſt, quod in tota vita ſua præſtiterit majus aut melius, quam quod *Pſalmos Davidicos* religioſe & erudite in Latinas elegias tranſtulit: primum quidem Erphordiæ, ſed denuo & majore cum cura & aſſiduitate Marpurgi: ubi & præclara argumenta, quaternis verſibus comprehenſa, præpoſuit ſingulis Pſalmis; ut prodierit tum vere ſacroſanctum opus omnibus, ut dicitur, numeris abſolutum. Quo vir pietate inſignis, & caſto pectore, & religioſo ſtudio celebravit æternum Deum; & omnibus non profanis neque vecordibus,

Redit Erphordiam Eobanus.

Inde migrat Marpurgum.

Homeri Ilias ab Eobano verſa.

Faſtos inchoat.

Pſalmi ab eodem redditi Latino carmine.

occaſionem de rebus divinis cupide & ardenter commentandi præbuit, qui eſt ad Deum cultus ſummus, & maximus ad homines fructus. Hoc igitur opus & hic labor eſt, quo Eobanus ſibi ſpem ſingularem gratiæ ac benevolentiæ divinæ comparavit, & admirationem ſui ac caritatem poſteris reliquit: quorum nemo erit, niſi improbus & malus, aut imperitus & barbarus: qui non illum hoc potiſſimum nomine amabit & venerabitur. Fuit autem non minus principi gratus præſens Eobanus: quàm ſtudio ille habuerat, ut ſibi hunc adjungeret. Iocos & ſeria cum ipſo miſcere non dubitabat. Inprimis de ſimplicitate, & candore, & ſtudio veritatis, amans Eobanum: quod judicium ipſe poſſet facere, cum de eruditione doctrinæ aliis affirmantibus crederet. Magnopere delectabatur Eobanus latrunculorum ludo, quo ferunt ſæpe principem ſuaviter cum Eobano luſiſſe: cum iracundiam illius commoveret, circumventi & incluſi: dum in celeritate minus caute perduceret illas calculorum copiolas. Vere enim ludebat Eobanus, neque conſiderationi aliquid diligentiæ impendebat, neque tempus terere cogitando ſuſtinebat. Itaque nihil erat facilius; quàm, ſi quis calliditatis aliquid uſurparet, inſidiis eum vincere.

Gratus principi ſuo Eobanus.

Delectatur luſu latrunculorum.

Tum igitur, cum cernebat, ſe hærere: commovebatur vehementer: ſedita, ut ſimul cum amiſſa victoria illa perturbatio reſideret, vel potius abiret. Sed de his hactenus.

In patriam igitur reverſus, cum omnibus in locis, in quibus fuerat, præclaram nominis ſui memoriam reliquiſſet; & quodam, ut ita dicam, Homerico fato migrationibus exagitatus fuiſſet: *quatuor annis*, & in re meliore, & ſpe luculenta *Marpurgi* vixit; annoque illo, qui mortem anteceſſit, correptus fuit interdum podagricis & arthricis morbis. Quibus cum ſentiret ſe tentari; initio tulit hunc caſum moleſtius: ſed ægritudinem ſimul ac cruciatus die mitigante; deſiit queri de hoc malo: incidit in diuturnum ac tabificum morbum, præter opinionem omnium, qui fere alios metuebant. Propemodum igitur anno toto magis languoribus, quam ægrotatione confectus; tandem tertio Nonas Octobris, cum diu tacuiſſet; de improviſo voce emiſſa, *ſe velle ad Dominum ſuum aſcendere*, dixit. Idque iis, qui aderant, approbantibus, quod arbitrarentur in animo ipſi eſſe congreſſum cum principe, & affirmantibus principi id gratum fore: Eobanus nihil ad hæc; ſed paulo poſt placido fine concluſit vitam in terris ſuam: & in cælum, ut ſignificarat, hinc commigravit, ad æternum Deum Dominum ſuum: cui fideliter ſervierat; & cujus miniſteria ſedulo obierat ea gnavitate ac ſolertia; quam ille idem ipſi erat largitus.

Valetudo Eobani.

Obitus.

Morte Eobani nunciata, affecti omnes triſtitia fuerunt; ſed princeps inprimis indoluiſſe huic fertur: qui præbuit ſe permunificum erga relictam conjugem Eobani, fœminam lectiſſimam, & utriusque ſexus liberos: quibus etiam locum ſecum eſſe voluit: & munia aulica demandavit filiis; virgines & matrem commendavit illuſtriſſimæ principi conjugi ſuæ. Itaque illi marito & patre amiſſo, tamen ſic poſtea vixerunt: ut orbitatis quidem & deſiderii, ſed nullo alio incommodo afficerentur. Reliquerat autem Eobanus, ut hoc genus ſolet, nihil fere ſuis, niſi famam excellentem & nomen celebre, & laudem ingenii, doctrinæ, ac virtutis.

Principis in Eobanum & ſuos affectus.

Eob. tenu...

Vixit annos *quinquaginta tres*, menſes octo, dies viginti ſeptem: obiit anno quadrageſimo ſupra mille quingentos die quarto * Octobris.

Aet... bani

** A... quin...*

Statura corporis erat procera & robuſta: pectus latum, facies aliquanto torvior: ut *Albertus Durerus* dicere ſoleret: *ſi illum non noſſet; & imaginem expreſſam adſpiceret: ſuſpicaturum ſe, illam eſſe bellatoris.* Et erat profecto animus in homine magnus; & qui metuere neſciret: ſed voluntas minime dimicatrix aut contentioſa. Juvenis omnia etiam, quibus exercendo corpus reddi ſolet cum agilius, tum robuſtius, ſtudio ſibi habuerat: ut luctaretur: ut illos geſtus dimicationum & chironomias diſceret: ut ſaltaret, ut nataret, neque in ullo genere facile alteri æqualium cedebat. Eſt ad Riſepurgum in Boruſſia piſcina ſpacioſa; neque ulla parte ſui non diſtat ripa una hujus ab altera ter mille paſſus. In ea ſolebat interdum natare Eobanus; & natando etiam certare cum æqualibus: qui in aula illius præſulis agebant. Quodam die cum veſtes repoſuiſſet ad ripam, quæ oppidum ſpectat: & demiſiſſet ſe in piſcinam; quod ad alteram illius ripam poſſe ſe natando procedere, gloriatus inter ſuos fuiſſet: illo quidem pertexit, ſed tum demum conſideravit animo ſuo, quam longo ambitu ſibi nudo ad veſtes redeundum: & quod pagi etiam tranſeundi aliquot eſſent. Itaque pudore nuditatis demerſit ſe denuo in aquas: & continuata natatione confecit ad *ſexies mille paſſus* potius; quam ſe ullius hominis oculis in via nudum offerret.

Pro... graf... eju...

Ex... cor...

Eo... nat...

Cum autem non poſſet non ſentire, quantum & ingenii, & corporis viribus valeret, & eſſet in eo animus excelſus: quo fieret, ne aliis inferiorem ſe haberi facile pateretur: non ut ſe ullis præponeret; aut bona ſua oſtentaret, id quod ab ejus ſumma humanitate longiſſime abfuit: ſed ne non præſtando, quod poſſet, ſibi ipſe contemtus auctor exiſteret. Unum vereor, ne nimis juveniliter & incogitanter juvenis non deliberaverit, ſed auſus fuerit facere: quo & ingenium debilitaretur divinum, & excellentis corporis quaſi ſoliditas labefieret. Putavit enim ſe etiam inter poculorum certamina, quæ maxime tum in aulis certabantur, & à nobilitate frequentabantur, non vinci ab altero oportere. Advehuntur in Boruſſiam etiam vina pleniſſima: ſed potus coquitur, cum alibi, tum maxime Gedani, is, qui cerebro infeſtior ſit fumis ſuis, quam vini cujuſcunque ingurgitatio.

No... cea... ri.

A... da... pol... in...

Atque eſt Eobanus quidem hoc quoque conſecutus; ut de palma in iſto genere contendere cum eo vellet nemo, Sed brevi tempore repletione nimia juvenile corpus graviter afflixit, & vires nonnihil eneruavit. Sæpe hinc Camerarius indignatus animo ſuo fuit, hoc etiam malum corripuiſſe Eobanum, & communem cladem noſtrorum hominum deploravit, cum illi diceret: *ita eum ſeipſum oppugnaſſe: ut caſtella & arces ſolerent tormentis.* Hic quamvis jucunda mentio non ſit; tamen quia ſcitum eſt, narrandum videtur; quid inter Eobanum, & glorioſum alterum potorem acciderit. Aderat forte Eobanus in convivio. Eodem venit ille quoque, & juſſit introferri vas grande ligneum, quo adportari de puteis aqua ſolet; (nos ſitulam aut urnam poſſumus, opinor, nominare) cujus generis minimum capit *congios duos.* Id poſuit in medio repletum Gedanenſi cereviſia: ac præfatus quædam, quæ comperiſſe ſe diceret de ſtrenua potatione Eobani; petiit ut ebiberet illud vas, ſibique propinaret. Hoc feciſſet, præmium ſe jam ei tribuere annulum cum gemma precioſa, quem detractum de digito in vas illud abjecit. Eobanus nihil cunctatus, neque multa locutus, non enim ſolebat, arripuit vas: & non longo tempore aſſumto, evacuat bibendo: & cum everteret, ſicut fert mos compotatiū, decideretq; annulus in menſam applaudere illi omnes, & inprimis provocator, & annulū donare; ac incredibile ſe factum cognoviſſe dicere. Tum Eobanus torviore vultu, ut conſueverat in commotione, eum intuitus: *Quid tu*, inquit; *me mercede potare cenſes:* ac rejecto ad illum annulo: *tuum* inquit, *annulum tibi habeto & idem, quod ego feci in vaſe iſto evacuando, ut promiſiſti, facito.* Tum ille oſtentator, inchoatam rem cum perficere non poſſet, ab omnibus deriſus, & in convivio obrutus ſomno relictus fuit. Hoc igitur illi incommodi, vel infelicitatis potius, ab axe Boreo inflictum fuit. Ipſe alias neque in cibo, neque in potu delicatus, aut lautitiarum appetens; neque ſcires, quo maxime præ cæteris caperetur aut alliceretur. Salſis tamen piſciculis, ac acido olere delectabatur: & in autummo juglandes recentes inciſcas, ſuperfuſo vino ita comedebat; & muſtum ſic bibebat: ut inde aliquid voluptitas ſe percipere non diſſimularet. Signo quo utebatur erat olor per ramum lauri adſcendens & attingens capite nubes. Quod cum depictum fixiſſet ſuper janua ædicularum, quas conductas Norinbergæ incolebat: addidit elogium horum verſuum duorum:

Nubila ſcandentem lauri de ſtipite cygnum;
Heſſo ſtemma ſuum libera Muſa dedit.

Erat ingens in eo verecundia, quæ etiam ſeneſcentem proſecuta, ita ingenium hominis temperabat, ut moderatio illa ad augendam rem ei, ita ut fit, noceret. In adverſis, vel quicquid forte accideret, quod moleſtiam afferret, pronunciare ſolebat nomen, patientiæ: quo ſe ad ferenda triſtia confirmabat, Nihil minus fere poterat, neque pejus oderat: quam obtrectationes, aut criminationes aliorum, quas obortas quocunque loco aut tempore etiam iracunde refutabat & corercebat.

Abhorret à calumniis.

Nec ullo non modo cruento; ſed ne dentato quidem dicto ludere ſolebat, neque reperietur inter omnia ſcripta ipſius ullum; quo lædatur fama, aut nomen proſcindatur alterius: niſi quod, neſcio quid in *Leum* indignationis evomuit ſuæ: & quendam, poëticantem Theologum aliquando immanſuetius retudit elegia quadā. A Melanchthone etiam aliquando rogatus, ut optimorum verſuum pulcerrima opera elaboraret, rem deterrimam & turpiſſimam, & ſibi hanc operam daret: miratus primum & requirens, quidnam rei res illa eſſet: cum audiſſet *Calumniæ deſcriptionem* à Philippo expeti: *ſe quidem facere non poſſe dixit: quin ei gratificaretur. Itaque hunc laborem ſe eſſe ſuſcepturum: quamvis argumentum eſſet alienum à moribus & ingenio ſuo, qui neque joco, neque ſerio, neq; monendi aut præcipiendi etiam cauſa ſoleret inſectationes aut reprehenſiones uſurpare.*

Deſcriptio Calumniæ ex Luciano.

Mendacium neque ipſe dicebat; & dicto graviter offendebatur. Inſidias calliditatis neque norat, neque cavebat. Itaque iniquiſſime patiebatur ſe ludibrio haberi: & fidem atque ſimplicitatem ſuam malitiæ deridendam exponi indignabatur.

Candor Eobani.

Inter jocos hunc libenter exercebat, ut propoſitum verſum aliqua parte ſui mutari juberet: veluti in hoc:

Luſus inter familiares ejuſdem.

Vitam quæ faciunt beatiorem;

quid pro ultimo nomine numeroſe poſſet reponi ut quæreret. Verſus etiam tum facere, & ad faciendos alios invitare ſtatim, & ſine ulla animi cogitationiſque adminiculo; neque cura inveniendi, quid diceretur, adhibita. In quo genere proferebatur ab ipſo ſæpe complures verſus numeris & verbis ita concinni: ut nihil fieri poſſe videretur elegantius: ſed ſenſus nullus exprimebatur. Itaque quidam, qui ſibi arrogarent aliquid facultatis poëticæ, decepti interdum fuerunt: cum argumentum quodpiam explicatum eſſe putarent: & quid rei ſignificaretur, quærerent. Solebat & invertere in convivio voces Teutonicæ inprimis linguæ: quod erat factu ideo facilius, quia in hac omnia fere ſunt primæ originis vocabula unius ſyllabæ. Ad hanc uſurpationem ita ſuos familiares aſſuefecerat; ut ignari negotii arbitrarentur externa lingua eos colloqui. Ita nunquam poterat quieſcere: & nihil illi, niſi quod & neminem læderet, & ingenioſum eſſet, placebat.

Seria in conviviis reſpuit.

Seria non patiebatur admiſceri, & oſtentatoribus ingenii in conviviis aut familiaribus congreſſibus, admodum iraſcebatur, eorumque ineptias interdum repudiabat aſperius. In conventu Auguſtano cum apud Epiſcopium Varmienſem, oratorem regis Polonici, virum doctum & gravem, eſſent Melanchthon, Camerarius, & Eobanus, aliique plures; intervenit Logus quidam, poëtices non penitus hoſpes: atque verſus non paucos, quos adoleſcens forte olim memoriæ mandaverat, in illorum conſeſſū recitavit. Ibi Eobanus, qua erat modeſtia,

diu ſe continuit. Tandem cum finem poëtandi nullum ille faceret, hæc in verba, loquacitate intempeſtiva aut jactabunda offenſus, prorupit: **Du Tropff/meinſtu daß ſonſt keiner Vers weiß/dann du allein:** *Adſide nobis, prabibam tibi hoc vini vitrum.* Præſul autem Logum amice appellans, accipe, inquit, & reſponde; eſt Eobanus noſter. Tantumque abeſt, ut ægre ille tulerit Eobani reprehenſionem, ut etiam ſuā ipſe, qui ad tantos viros tam procax aut loquax fuiſſet, temeritatem ſtatim agnoverit & accuſarit. Amicitia uſus & liberalitatem expertus eſt multorum. *Amici Eobani & patroni.* Habebat ſemper eum animo ſuo carum *Dantiſcanus* ille, Epiſcopatus Varmienſis: & nonnihil etiam fortunæ ſuæ commoditatis ad eum tranſtulit, miſſis interdum munuſculis. Eumque viciſſim Eobanus coluit & ornavit ſcriptis ſuis. Proſecutus eum eſt conſtanti favore *Conradus Mat. Ruffus* nobili familia ortus: qui cum offerrentur occaſiones ampliſſimorum honorum, ſplendori & opulentiæ fortunam exilem, & infra mediocritatem poſitam Gothani collegii prætulit. Erphordiæ inter omnes amicos Eobani principem locum tenuit *Juſt. Jonas* *Juſtus Jonas*, quo cum vixit conjunctiſſime: una crebro deambulabant; crebro domi confabulabantur; crebro etiam cœnitabant. In Eobanico etiam grege non tulit poſtremas *Henricus Urbanus.* *Henricus Urbanus*, Georgianæ familiæ curator. Anguſtinianæ autem *Joannes Langus* *Joan. Langus.* Theologus, non modo amicum habebat Eobanum; ſed doctrinæ atque ingenii etiam admiratorem. Cum *Petro Moſellano*, *Petro Suavenio*, *Georgio Spalatino* ſingularis neceſſitudinis uſus ei interceſſit. Habuit & popularem *Jo. Ortus* *Joannem Ortum*, quem valde dilexit: & perquam feſtivum & eruditum juvenem *Noſenum* Sileſium. *Chriſtophorus Harus*, qui melicis carminibus faciendis præſtabat æqualibus omnibus, & *Valentinus Capella*, cum *Joanne Groningo* & *Eceilio*, adſeclæ erant Eobanici, & ad ſe ſæpenumero eum abducebant. Sed ex omnibus familiariſsime complectebatur *Martinum Hunum*: & affectione præcipua in prima adoleſcentia cognitum, conſtantiſſime diligebat *Petreium Aperbachū* Erphordienſem juvenem ingenii cultu & eruditione doctrinæ excellentem: ſed ægrum pedibus, & adverſa valetudine perpetuo laborantem. Hunc *Eobanus unde rex appellatus* cum per jocum apud ſuos ſe regem faceret, ducem ipſe ſolebat appellare; ſignificans proximum locum à ſe, quaſi in gubernatione regni Muſici, illi deberi. Joannes quidem Capnio in quadam ad ipſum epiſtola, alludens ad Heſſi nomen ἑσσῆνα eum appellaverat, & verſum adduxerat Callimachi de Jove: quem hic negat *Heſſena* Deorum ſorte eſſe factum; ſed virtute & præſtantia ſua. Ex eo in ſodalitiis cum *rex Heſſus* vocitaretur; hoc joco poſtea utebatur; ut ſe regem & alios regni proceres faceret. Augebant hoc ſodalitium *Juſtus Menius*, *Joannes Francus*, qui Portunus cognominabatur & Megobachus: *Joachimus Camerarius* ad Eobanum à Joanne Cratone Fuldenſi primum adductus, *Jacobus Micyllus*, *Antonius Muſa*, *Valentinus Pacæus* & D. *Stibarus*, & alii complures, quibus incenſis optimarum artium ſtudiis referta erat Erphordiana Academia.

Noribergæ cum ageret, præter *Joachimum Camerarium*, habuit complures, à quibus colebatur, & cum quibus hilariter vivere, & apud quos libenter eſſe conſueverat. Ex quibus unus vicinus ipſius *Wilhelmus Muſicus*, adſiduus erat comes Eobani: quotiescunque hoc agebat; ut vel prodeambulando, vel ad ſodalitium ſe conferendo, curis animum relaxaret. *Thomæ Venatorii* conſortium eidem erat pergratum. Ex cæteris, qui doctrinæ ſacræ præerant, & venerabatur, & diligebat maxime *Vincislaum Lincum*; cum propter pietatem & ſtudium veritatis, tum humanitatem & candorem. *Bilibaldo Pirckaimero* valetudo obſtabat: quo minus crebro ad ſe invitaret Eobanum. *Hieronymus* autem *Bamgartnerus* ex ſenatorio ordine Eobanum complectebatur omni cura, deque ſua copia ejus inopiam, ſicubi opus erat, ſublevabat. Sæpenumero enim res ejus plagam accipiebat; vel ab iis, quibus fidem temere habuerat; vel incircumſpecte contrahendo cum verſutis negotia, vel etiam debitis ſeſe implicando. *Eoba[ni] rei fa[milia]ris ne[gli]gentia* Apud *Joannem* autem *Mylium* Iuriſconſultum ſæpe conveniebant: deque illius ſententia inſtitutum ſodalitium fuit, in quo præcipui erant ipſe *Mylius*, *Michael Rotingus*, *Georgius Hopellus*, *Joachimus Camerarius*. *Sodal[itium] Eoban[i] Norim[ber]gæ.* In orbem autem convertebatur acceptio, quæ erat potus ad veſperam cum bellariis. Proponere autem materiam oportebat tum, cujus partes erant, ut acciperet alios, de qua tum quæreretur & diſputaretur. De hac ubi verborum ſatis videbatur factum; tum reliquum tempus jocis & familiaribus collocutionibus, atque interdum ludicris impendebatur. Prodeambulationes ibi etiam erant, cum aliis vicinis locis, tum ad unum in *Fons E[o]bani.* ſylva Norica fonticulum, ad lapidem unum ferme urbe diſtantem: qui Eobani verſibus non minus perenni aqua manabit; quam Athenis quondam ſempiternam in arce olea viriditatem tenere, aut palma in Delo non exareſcere potuit.

In obitum denique Eobani (ne & hoc omittamus) tum alii epitaphia carmina ſcripſerunt: *Epitaph[ia] in obitu[m] Eobani* tum *Jacobus Micyllus* elegantiſſimum; quo hiſtoriolam quandam vitæ, fortunæque & mortis illius pertexuit. Joachimus autem Camerarius hos verſus, quaſi ad ſepulcrum Eobani apponendos conſcripſit.

Hic ſitus eſt Heſſus, patria tellure receptus,
Quo rediit Domino ſe revocante ſoli.
Dum circum huc illucq; vagus fert ſeq; domumq;,
Quærit & Aonio præmia digna choro.
Non nihil ille quidem reperit: ſed præmia Muſis,
Hujus nulla ſatis digna fuere viri.
Nec potuere dari, neque ſecula nſtra tulerunt
Tantum; ætas Heſſum noſſet, ut illa, boni.

Gloria ſed venit meritis, poſt fata ſuperſtes,
Inq; dies melior fama ſepulta redit.
Et tamen ipſe ſuæ cognovit nomina laudis,
Audiit & tempus ſe celebrare ſuum:
Cepit & ingenii de fructu commoda vivus,
Virtutisq; ſuæ creſcere vidit opus.
Sed maiora ferunt inſignia ſcilicet anni.
Viventis cedens quos abit ante decus.
Illi etiam eximiæ famæ præconia mundus
Heſſo donec erit, ſplendidiora ferent.
Hoc ſatis eſt. Heſſi buſto ſepelitur in iſto
Corpus, in ætheria ſpiritus arce manet:
Per terras bona fama volat ſpecioſaque laudis
Nomina Pieria teſtificata manu.

Ἡλίῳ Ἐοβανῷ Ἕσσῳ, ἀνδρὶ
Βελτίσῳ καὶ ποιητῇ ἐμμελεςάτῳ.
Ἀςέρα Μȣσάων, Χαρίτων ἔρνος, ςόμα Φοίβȣ,
Ποιητὴν λιγυρῶν ἠλυθρόον μέλεων,
Κήρυκ' ἀθανάτȣ τε Θεȣ̃, θνητῶν τε δικαίων,
Ἕσσον Ἐωβανὸν τῇδε κέκευθε κόνει.
Δεξαμένη πατρὶς αὖθις ἑοῖς κόλποισι θανόντα,
Ἣ μετ' ἓν ἐκ πολλῶν ναῖεν ἀναςάσεων,
Ἔνθα μαραινόμενός τε φθινώδεσιν ἠρέμα νȣ́σοις
Ἥσυχον ἐλλογίμȣ τέρμα λέλογχε βίȣ.
Ὄλβιος, ὃς κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισι λελοιπὼς,
Κεῖθεν ἐς ȣ̓ρανίȣς εὐθὺ βέβηκε δόμȣς.
Εἰ δέ πȣ ἐν τῇ γῇ πολυπλαγητοσύνῃσι κέκμηκεν,
Ἔσχ' ἀφ' ὁμηρείȣ καὶ τόδε δῶτα τύχης.
Ἀπὸ Ἰωαχείμȣ Καμεραριάδȣ μνημόσυνον σεβάσμιον.

Annus emortualis hoc diſticho Chronologico expreſſus eſt:

DVCIte TheſpIaDes fLetVs, ELegeIa Luge
HoC HeſſVs ſaXo gLorIa Veſtra IaCet.

Joachimus Camerarius in narratione de Eobano ad V. Cl. Adamum Cratonem Fuldenſem, præfixa epiſtolis illius; Eberus in Calendario, alii.

SIMON GRYNÆUS.

CUm alii doctrina & virtute inſignes viri ex Suevia prodierunt: tum hic Grynæus, princeps ſuæ ætatis Philoſophorum ac Philologorum, addo etiam Theologorum: felici ſatu editus circa oppidum *Veringam*, in comitatu Hohenzollerenſi, parentibus ruſticis in jugis montium vicinis Wirtembergico agro tunc agentibus. Natus autem eſt anno Chriſti nonageſimo tertio, ſupra mille quadringentos.

A Puero ad literas adhibitus primum in patrio ludo, deinde in ſchola Portæ Hercyniæ, ubi condiſcipulum inter alios habuit *Melanchthonem*, præceptoribus *Gerbelio & Simlero*, celebribus ea tempeſtate juventutis informandæ magiſtris. Fuit inde ab iſto condiſcipulatu inter ipſum & Melanchthonem ſanctiſſima animorum conjunctio: ſicut ſcholaſticæ amicitiæ ſtudiorum ſocietate contractæ, ſunt omnium honeſtiſſimæ, omnium dulciſſimæ & conſtantiſſimæ.

E patria *Viennam* Auſtriæ profectus, in ſtudiis ac literis tempus omne poſuit: pauloque poſt Philoſophiæ magiſter ibi eſt nuncupatus, & Græcas itidem literas docere juſſus. Deinde cum veritatem & puritatem Evangelii eſſet amplexus; variis fuit expoſitus periculis, præſertim *Budæ*, ubi aliquot annis ſcholæ præfuit. *Periclitatur ob religionem.* Nam ad Monachorum accuſationes in carcerem eſt compactus: ex quo tamen nobilitatis Ungaricæ interceſſiones eum tandem liberarunt. E Pannonia igitur *Wittenbergam* conceſſit: *Venit Wittembergam* ibique multa cum Luthero & Melanchthone ſuper religionis negotio aliiſque rebus contulit. In patriam reverſus à *Ludovico* Palatino Electore, *Haidelbergam* ad docendas Græcas literas evocatur, *Haidelbergam invitatur.* anno viceſimo tertio ſupra mille quingentos. Ibi dum agit; Spiræ * conventus imperii religionis cauſa habetur. ** 1529.* *Hiſtoria de Grynæo.* Eo cum Grynæus, ſalutaturus amicos, & inprimis Melanchthonem, excurriſſet: accidit illud, quod aliis fictum, aliis etiam nugatorium videtur. Quod cum alibi * à nobis narratum ſit, breviter hic ſaltem attingemus. ** In vita Melanchthonis* Erat Grynæo cum Fabro Conſtantienſi conſuetudo nonnulla. Eum cum audiſſet pro concione pertinacius quædam propugnantem, accedit, colloquium amicum petens. *Vide & ſecundum tomum operum ejus.* Faber humaniſſime reſpondet: jubetque poſtridie ad ſe redire. Verum interea efficit, ut à magiſtratu ad vincula quæratur. Hic ſupervenit in hoſpitium, ubi conjunctim agebant, vir quiſpiam ſenex & gravis, qui Melanchthoni evocato, periculum Grynæo imminere indicat. Melanchthon illico ei abitum, ut patet, ſuadet: & cum dicto ad Rhenum deducit. Vix digreſſis illis adfuere, qui comprehenderent, ſed ſerius. Inveſtigatum de illo fuit præmonitore: ſed nihil dum certi repertum. Haidelberga anno viceſimo nono, ab Oecolampadio magiſtratus juſſu ſcituque *Baſileam* invitatur ad docendum: *Baſileam vocatur.* quam vocationem amplexus, Oecolampadii potiſſimum cauſa, publice privatimque auctores optimæ notæ quoſque enarravit. Fuit eadem in ſchola & ſacrarum literarum ei commendata interpretatio: *Ibi docet Philoſophiam & Theolog.* de quibus *epiſt. Pauli ad Rom.* ſibi delegit, quam tanta cum perſpicuitate explicuit, verumque in ea Apoſtoli ſenſum tanto cum acumine eruit, ut in omnium eſſet ore. Quapropter anno trigeſimo quarto à principe Wirtembergico *Hulderico* cum aliis *Tubingam* vocatus eſt; *Tubingam accerſitur.* ut & ſcholam & Eccleſiam ejus loci reformaret: ſed biennio poſt *Baſileam* reverſus, Eraſmo ægrotanti ac morienti ad extremum usque halitum adfuit. *Redit Baſileam. Mittitur ad colloquium Wormatienſe.* Anno quadrageſimo ſupra mille quingentos, Melanchthoni, Capitoni, Bucero, Calvino, aliiſque ad ſolenne colloquium Wormatienſe proficiſcentibus, adjunctus fuit.

Sequenti anno, ſævitia peſtilentiæ continua annis pene tribus vaſtante regiones ad Rhenum & Hercyniam ea correptus ex hac vita migravit, *cal. Auguſt.* annos natus *quadraginta octo*, *Grynæi obitus.* quo tempore *Carolus* Cæſar inſtructa claſſe in Africam trajicere contendebat. Sepultus poſtridie eſt in æde ſumma, juxta latus *Oecolampadii & Jacobi Meieri*, conſulis Baſilienſis, cum ejusmodi ad parietem epigraphe: *Epitaph.*

Sancto

Sancto Servatori.

D. SIMONI GRYNÆO, ALMÆ HUIUS ACADEMIÆ RECTORI, ET LAUDE ET MEMORIA SEMPITERNA, OB LINGUARUM LATINÆ, GRÆCÆ, ET HEBRAICÆ PERITIAM, OMNISQUE PHILOSOPHIÆ AD MIRACULUM USQUE COGNITIONEM, OB THEOLOGIÆ VERÆ SCIENTIAM ET USUM, DIGNO, MONUMENTUM HOC DICATUM EST M. D. XXXXI. OB. CAL. AUG. M. D. XLI, ÆTAT. XLVIII.

So Ehr/Gut/Kunſt/hülffen in Noth/
Wer keine von dieſen dreyen todt.

Eruditio & mores. Fuit vir in tribus linguis & univerſa Philoſophia ſolide citra ſupercilium eruditus; nec minus in Theologicis exercitatus: ut verbo dicam, veræ pietatis & virtutis priſcæ exemplum fere ſine exemplo: homo ad promovenda bonarum artium ac pietatis ſtudia natus; multisque tam Latinis quam Græcis auctoribus ſuo nitori egregie reſtitutis, memoriam meritus ſempiternam. Sæpe ejus conſilio & judicio typographi in imprimendis libris, tanquam Apollinis illius Grynæi oraculo, uſi ſunt: uti teſtantur præfationes & epiſtolæ auctoribus omnis generis præfixæ, *Scripta edita.* Tranſtulit de Græcis *Ageſilai vitam* in parallelis Plutarchi: ejusdem *ſit ne rationis aliqua in beſtiis vis*: Ariſtotelis *Elenchorum libros duos*, ejusdem de *virtutibus* libellum; item *de mundo* ad Alexandrum cum commentariis. Scripſit annotationes in *octo libros Topicorum* Ariſtotelis; vertit & *homil. Chryſoſtomi* in priorem ad Corinthios. Præfationes editæ & ab ipſo ſcriptæ ſunt, in *Julium Pollucem*, in *Abſyrtum*, & reliquos autores Græcos Hippiatros: in *Lexicon Græcolatinum*: in *Plutarchi vitas* cum emendationibus & declarationibus: in *Euclidis Geometr.* elementa Græca: in *Ptolemæi magnæ conſtructionis* libros Græcos: in ſcriptores novi orbis: in opera *Platonis* à ſe emendata, quæ à Marſilio Ficino verſa: in orationem *Hugonis Latimeri*, de regni ſtatu per Evangelium in Anglia reformando. Scripſit & de *vita ac obitu Oecolampadii*: & ſomnium ad *Jacobum Sturmium*, carmine Heroico. Sunt penes heredes nondum excuſa *commentaria* *Nondum edita.* in epiſtolam ad Romanos; de cœna Domini liber, opus epiſtolarum, alia. *H. Pantal. l. 3. proſopograph. Nic. Reuſnerus in iconibus, Geſnerus.*

---

ob. 1541.

ALARDUS AMSTELREDAMUS.

Alardus ab illuſtri Batavorum emporio Amſtelredamo, in quo honeſto loco natus, cognomentum induit. Coloniæ Ubiorum, ac poſt Lovanii, operam humanioribus literis felici ſucceſſu dedit. Audivit in Theologicis *Ruardum Tapperum, & Jacobum Latomum*, primi nominis tum Profeſſores. *Præceptores Alardi in Theol.*

Itaque cum præclaram ſibi eruditionem aſſiduo ſtudio comparaſſet; inter publicos Lovanii profeſſores receptus fuit. Idque jure. Græcarum enim & Latinarum literarum fuit periſſimus; artium dicendi ſingularis æſtimator; carmen itidem Muſis & Apolline multo feliciter ſcripſit. *Profe... Lova... conſti...tur.*

Omnia *Rodolphi Agricolæ* opera emendavit; ſcholiis eruditis illuſtravit; & evulganda typis curavit. *De inventione Dialectica epitomen* ipſe ſcripſit: formavit *Eccleſiaſten* juxta locos omnes Rodolphi: utque oves lupum fugere, paſtores arcere diſcant, hæreticum vivis coloribus depinxit. *Scrip... Alar...*

Idem *ſimilia ſacra* congeſſit: Similitudines ejusdem ſelectæ tum ex Bibliis ſacris, tum ex veterum orthodoxorum commentariis, tribus tomis concinnatæ in 8. Venetiis habentur. *Hippocratis* Coi epiſtolam ad Damagetam paraphraſtice convertit in Latinum ſermonem, adjuncto etiam textu Græco; *Matthæi Philadelphienſis* apud Epheſum Metropolitani *precationes*, compendiariam inprimis viam ad reſipiſcentiam præſtruentes, & ad ſumptionem Domini corporis non parum conducentes, Latinitate donavit. *Scholia* ejus in *Marlodæi* de gemmis librum, una cum *Georgii pictorii* ſcholiis, excuſa habentur. *Simi... ſacr...*

Martino Dorpio contubernalis, amicitia eruditorum hominum, in his *Deſiderii Eraſmi, Ludovici Vivis, Franciſci Craneveldi, Petri Ægidii* & aliorum æqualium floruit. *Ami... larda... cipu...*

Moritur pius hic vir & eruditus Lovanii anno ſalutis 1541. legata teſtamenti tabulis bibliotheca patrii ſoli pupillis. Sæpe inter ſuos impendentia patriæ mala deflevit, cum belli inteſtini cauſas in religionis diſſidio incluſas videret. Optime de Repub. literaria certe vel eo nomine meritus eſt; quod Agricolæ alias famæ negligentis, ſcripta integra, quantum licuit, emendataque edi curavit; quæ quidem, de magni Viri judicio, omnibus vere ſtudioſis ſunt *Mor... dom...*

Nocturna verſanda manu, verſanda diurna.
Miræus in elogiis Belgic. & part. 2. Icon.

HADRIANUS BARLANDUS. *O. 1...*

Natus eſt *Hadrianus Barlandus* circa annum, opinor 1482. ante diem 4. Cal. Octob. Barlandiæ, inſigni Zelandiæ pago: ut de ſe ipſe *Annotationib. ad ſelectas C. Plinii epiſtolas* teſtatur. Annos natus undecim (ut idem Epiſtola ad *Jo. Borſalium*, quam de ſua vita reliquit, ſcribit) à patre Gandavum ablegatus, quadriennium ibi dedit operam *Petro Scoto*, viro doctiſ. Qui ubi Barlandum incredibili literarum ſtudio præter cæteros flagrare, animadvertiſſet: cœpit ea diligentia inſtituere ut nullum boni præceptoris officium prætermiſerit. Hic natum Gandavi, & ſacro tinctum lavacro vidit *Carolum* Philippi filium, qui ex Duce Brabantiæ poſt Cæſar Aug. *Barla... patria... driani* *Gand... miſſus artium... dameq... jacit.* *Petrus ... tus p... Barla...*

Quin-

Quinti cognomento, creatus eſt: ut ipſe refert annalium Brabantiæ cap. 164. qui annus erat, reparatæ ſalutis *quingenteſimus ſupra milleſimum*. In hujus viri ædibus ac ſchola, maximo cum fructu exactis quatuor annis, parentis juſſu *Lovanium* conceſſit, in quo percelebri Gymnaſio mutata ſtudiorum ratione, Philoſophiæ alterum tantum impendit temporis: ubi & *Philippum* Auſtrium urbem ingredientem, dum in Hiſpaniam cogitabat, ſpectavit, urbis Senatu, & ornatiſſimo Gymnaſii Rectore, toto denique Clero, an. cIↄ. Iↄ v. obviam procedente: ut in iisdem Chronicis cap. 166. legas, Ætatis jam viceſimum ingreſſus, acceptis laudandarum artium inſignibus, ad ea demum ſtudia, quæ intermiſerat, revertit. Porro his jam lucubrando revocatis, ex amicorum conſilio ad docendum ſe contulit. In quo munere Academiæ perpetuus Rhetor, ita ſe geſſit, ut libenter auditus, è quotidianis ejus enarrationibus ſe plerique profeciſſe faterentur. Utque ad poſteros etiam maneret utilitas, animũ ad ſcribendum appulit, & ſcholia, ſcholis, enarrandisq; ſcriptoribus utilia, reliquit: Juvenis vertit è Græco, Æſopi *Phrygis Apologos*, una cum Guil. Hermanno Goudano: & è Chiliaſte *Adagiorum Epitomen* concinnavit, & *dialogos* caſti ſermonis conſcripſit. Hos vero autores explanavit.

Proverbia Bucolicorum Virgilii & Menandri carmina ſcholiis ornavit.

In quatuor priores Æneidos libros antiqui ſcriptoris annotationes è membranis evulgavit.

Terentium argumentis & commentario explicavit, *Ciceronis* quoque *primam Catilinariam & Philippicam nonam*.

Rhetoricas quoque *præceptiones* edidit, & de amplificandi ex topicis ratione. Poſt ætate provectior ex ſtylo formato, terſa Latinæ linguæ dictione Hiſtoriæ ſcribendæ cupidus, præſertim Patriæ: (quod *quomodocunque*, ut ait Plinius *ſcripta ea ſit, delectet ipſa ad rerum notitiam provocante natura*) *illuſtrium virorum vitas* conſcripſit: auſpicatus à literatis urbis Romæ Imperatoribus. Dein *res geſtas comitum Hollandiæ* literis mandavit: addito & *Ultraiectenſium Epiſcoporum catalogo*. Poſt & *Brabantiæ Ducum* chronica diſertius ſæpiusque aucta dedit: adjecta & *Chronologia à Chriſto nato usq; ad annum ſui ſeculi* cIↄ. Iↄ. XXXII. In quorum Principum egregiis facinoribus commemorandis, fideiq; ſervandæ tam anxie ſtuduit, ut Patriæ linguæ hiſtoricis minime contentus multas & varias etiam Bibliothecas, ubi de his exſtaret aliquid, adierit. Brabantinorum vero Annalibus inſeruit copioſius, Suetonii exemplo deſcriptas vitas *Caroli Burgundi*, qui bellator & audax dictus, ad Nantium Lotharingiæ urbem cum ſuis confoſſus interiit: & alterius *Caroli V.* cognomento, qui longe illo armis felicior Saxonum Ducem ad Albim, & Gallorum Regem Franciſcum ad Ticinũ cepit. Scripſit & de *Venetorum Ducibus* poſt Ant. Sabellicum: cujus lectione impenſius delectatus, æmulum ſe præbuit. *locorum* itẽ *ſalinumq; libros* tres à ſe collectos relaxandi ſtudio feſſis animis, notis explicavit. Denique *Chriſtiani hominis inſtitutionẽ Aphoriſmis* tradidit. Floruit autem, ad annum opinor ſecundum & quadrageſimum usq; obiitq; *Lovanii Grudiorum*, Martini Dorpii, Doctoris Theologi, & æqualium eruditorum hominum amicitia clarus, vir de humanitatis ſtudiis, ut illa tempora ferebant, bene meritus. *Ex ſcriptis Barlandi & Miræi elogiis.*

NICOLAUS CLENARDUS.

Ω. 1542.

Iac. Latomus præceptor Clenardi.

Nicolaus Clenardus Diſtemii in Brabantia natus eſt: & ſtu lio linguarum à teneris flagravit: in quo, præceptore inprimis *Iacobo Latomo*, tantum profecit: ut non Lovanii modo, ſed apud exteros etiam eruditas linguas magna cum ſui admiratione propagarit. Nam dum Græcas Hebræasque literas Lovanii docet: inceſſit ipſum cupido diſcendæ etiam linguæ Arabicæ: quod in Judæorum commentariis animadvertiſſet affinem ipſam Hebraicæ eſſe, & alteram alterius juvari præſidio. Nactus itaque Pſalterium *Nebienſe*, quinque deſcriptum idiomatibus Latino, Græco, Hebræo, Chaldaico, & Arabico, cepit ſuo Marte literas utcunq; dignoſcere, atq; inde *Lexicon* etiam rude concinnare. In eo dum eſt: Lovanium venit *Fernandus Colon*, quæſiturus hominẽ cujus conſilio moderaretur bibliothecã, quam adornabat Hiſpali. Cum eo itaque iter ingreſſus circa an. 1532. *Lutetiæ Guil. Budæo*, Græcarum lit. tum corypha͡eo, innotuit: inde in Hiſpan. progreſſus *Salmanticæ* aliquandiu ſubſtitit. Ibi repertis, quos unice expetiverat, libris Arabicis cum apicib. ſine ullius præceptoris opera, ſpacio ſex menſium tantũ profecit, ut non dubitarit easdem literas publice profiteri. Interim allaborante Epiſcopo Cordubenſi, liberatus fuit à pactis Colonicis & in juventutis gratiam literas Græcas docuit tanto auditorio: quantum eo usque in Hiſpania non fuerat viſum. Sed cum vix *duodecimus* ageretur ei in nova profeſſione *dies*: Regis Luſitaniæ literis evocatur, ad fratrem Regis *Henricum* inſtituendum. Cum hoc verſatus eſt *annos quinque*, Arabicis interim ſepoſitis. Tam gratus fuit Regis adventus Clenardi, ut ei gratulatorium munus dari juſſerit *quinquaginta* ducatos. Vixit itaque *Eboræ*, ubi aula tum fuit, jucunde cum amicis doctis, inter quos *Reſendius* poeta, & ſingulis diebus unam horam regis fratri Henrico, impendit.

Clenardus linguæ Arabicæ ſtudioſus.

Pſalterium Nebienſe πεντάγλωττον.

Clen. Lovanio abit in Galliam.

Inde in Hiſpaniam. Diſcit ſuo Marte linguam Arabicam. Clenard. Salmanticæ in Hiſpania docet Græcam linguã. Evocatur mox in Luſitaniam. Regis Luſitaniæ fratrem inſtituit.

Reſendius.

Anno quarto, à ſuo in aulã adventu cum principe ſuo *Henrico* Archiepiſcopo Braccaracenſi, *Braccaram* profectus eſt. Hic cum *Conimbrica* tranſiret, ubi Rex Luſitaniæ novã tum moliebatur Academiã, audiit profitentem *Vincentium Fabriciũ*: qui Homerum ita enarravit, ut non & Græca verteret Latine, ſed, quaſi ageret in ipſis Athenis, Græca Græce exponeret: quod antea nusquã viderat: nec ſegni⁹ diſcipuli præceptorẽ imitati fermè in totum uſi ſunt ſermone Græcanico.

Homerus quomodo Conimbricæ in Luſitania fuerit enarratus.

Braccaræ deinde cum Princeps Gymnaſium condidiſſet capeſſendis literis Latinis, animi cauſa aliquandiu Latine docuit & ipſe Clenardus; donec adveniret Salmantica *Ioannes Vaſæus*, eo ad docendas literas evocatus.

Clenardus Braccaræ docet. Io. Vaſæus

Clenard. in Africam trajicit. Nec ſine periculo.

Poſtea ſtudio plene cognoſcendæ linguæ Arabicæ, commeatu accepto, in *Africam* Tingitanam, hodie *Feſæ* regnum poſt Paſcha Anno 1540. trajecit, nec ſine præſentiſſimo vitæ diſcrimine. Etſi enim ex Europa in Africam ab oppido *Gibraltar* trajectus eſt anguſtus, trium forte aut quatuor horarum: tamen anguſtum illud ſtrictumq; fretum Clenardus tanto cum metu eſt expertus: ut optimè ſine commentariis intelligeret illud Virgilii:

Præſentemq; viris intentant omnia mortem.

Feſa urbs Africæ.

Feſam tandem, Africæ urbem vaſtiſſimam delatus; regem Arabicè ſalutavit, & cum eo promiſcue ſermonem miſcuit, expoſita cauſa profectionis, nempe ſtudio diſcendæ linguæ Arabicæ, & librorum coëmendorum.

Turcæ Chriſtianis invident ſuos libros.

Deſedit Feſæ *menſes quindecim*, nullo ferme fructu: adeò Chriſtianis illi Mahometiſtæ ſuos invidebant codices. Et quod mali omnis caput fuit: expertus eſt Clenardus ibi ſummam

Chriſtiani perfidia in Clenard.

Chriſtiani cujusdam perfidiam: qui apud Regem Feſæ perfecit, ne Clenardum quisquam doceret: ne libros conſequeretur: ut præceptorem Arabicum, quem compararat, amitteret: ipſumque tantum non in capitis periculum vocaret.

Redit Clenard. in Europam. Moritur Granatæ.

Cum igitur tot inſidiis ſe peti ſentiret, ex Africa in Europam transmittens; hoſpitio à N. *Mendoza* Marchione Mandechari, prorege Granatenſi, exceptus eſt: mortuusque paulo poſt Illiberi, quæ hodie Granata, circa annum, ut opinio eſt, 1542. Conditus eſt ibidem in ſacello loci editioris: ubi poſtea urbi defendendæ arx eſt excitata.

Fuit linguarum ſtudioſiſſimus, adeoque, ut ipſe de ſe, ἀραβικομανὴς: ut ſacra Biblia in eam linguam transferens, gentem Mahometana inquinatam perfidia Chriſto transſcriberet: ejusque linguæ profeſſionem cæteris in Aca-

Scripta Clenardi.

demia Lovanienſi adjungeret. Præter *Latinam, Græcam & Hebræam* (quæ in omnibus pene Academiis regnant) *Arabicam* quoque Grammaticam conſcripſit; exſtatque manuſcripta in Hiſpania apud I. *Peruſium Valentinum*, hominem doctiſſimum. Exſtant & *Epiſtolarum* ejus *libri duo*, in quibus lepida eſt rerum varietas & orationis puritas. Scripſit & *methodum docendi pueros analphabetos* Latine præſertim intra privatos parietes.

Mores Clenard.

Fuit amans vitæ ſolitariæ, & fugitans multitudinis, ut alicubi ſcribat, *malle ſe fruſtum panis edere, apud librum Arabicum: quàm verſari in hominum ſtrepitu.* Itaque in Hiſpania cùm ageret, piguit eum diutius alienam adire menſam: quod plurimum ipſi periret de ſtudiis, dum ſublata menſa, prolixius fabularentur, non de iis ſemper rebus, quæ ad ejus ſtomachum: nec tantum declararent, ut privata intra parietes lectio. Coë-

Candor. Odium cauſificorum.

** In epiſtolis ſæpius ita appellat.*

mit igitur ſibi mancipia Æthiopes; quorum ibi magna copia: & patrem familias agere cepit. In omni vita apertus, nec ullis uſus ambagibus: iniquior toti agmini, ut ipſe vocat, *cauſificorum* * atque didiciſſe ſe *adagium*, quod non noverit adagioſus Eraſmus: *Opes perdunt Chriſtiani litigando: Iudæi conviviis feſtorum: Mauri celebrandis nuptiis.* Fidus in amicos, adeo ut reprehenſus fuerit quandoq; ſic opem amicis tuliſſe, ut tamen ne illi ipſi benefactorem ſuum ſcirent. *Salibus* uſus ſæpe ingenioſis & feſtivis, alicubi narrat. Feſæ diſcipulum ſibi factum in Græcis hominem, jam *nonaginta annos* ferme natum: eſſeq; *puerum bonæ ſpei*, alludens ad proverbium δὶς παῖδες οἱ γέροντες. In epiſtola quadam Monachi definitionem tradit hujusmodi: *monachus eſt hypocriſeos domicilium*, alibi ſcribit ſe Feſæ fuiſſe annum totum ſervum ſervorum Dei, h. e. ut in Italia, ſummum Pontificem: alibi, inter arentes Arabes aridum ſe factum dicit.

Antelucana ſtudia ſic amavit: ut maluerit hora prima lumen poſcere: quam lucubrare veſperi. Quare non fuit ei mos: ut poſt veſpertinum cibum, librum vel ſaltem inſpiceret: etiam ſi ante octavam rediret ad cubiculum: protinus ſe ad nidum contulit. Cum autem ab ineunte ætate linguarum fuerit ſtudioſiſſimus: de orationis genere non admodum fuit ſolicitus. Pura tamen ejus eſt dictio: licet extemporanea: unde apparet quàm diſerte ſcribere potuiſſet: niſi peregrinarum linguarum, in quibus fuerit αὐτοδίδακτος, præſertim Arabicæ, mania laboraſſet. Hinc quadam ad Vaſæū epiſtola: *Licet mihi nunquam eloquentiæ ſtudium diſplicuerit; nunquam tamen imperare mihi potui, ut vel juſtum tempus operamque in ſtylo formando ponerem: aut quicquid id eſſet, quod ſcriberem, ad limam revocarem. Qua de re ſerio doleo: cum enim rem propius adſpicio, longe ſatius fuerat, cum amicis preſſius agere & brevius, aliqua adhibita vel arte vel diligentia, quam multarum horarum ſtipendio prolixiores quidē effundere literas; ſed quibus conſcribendis id modo conſecutus ſis: ut male & tumultuarie garrire poſſis, prudenter atque diſerte dicere non poſſis. Oro te, mi Vaſæe, ut exemplo meo doctus, juvenis diſcas evitare, quod ſeni mihi jam evitare non licet. Non quin dictionem tuam, & ſententiarum elegantiam ſemper plurimum commendem, ſed, mihi crede, ſi animum inducere queas, ne minimam quidem chartam exarare, quam non ſerio recognoſcas, futurum eſt, ut mihi aliquando de conſilio dato magnas ſis habiturus gratias. Ego ſi hoc in ſtadio verſarer, in quo multa cum laude jam diu verſaris, nihil omnino conſcriberem, ne de leviſſima quidem re, cujus non reliquum apud me remaneret exemplar: Id quod tibi, cum miniſtrum habeas, non admodum fuerit difficile.* Hæc ibi Clenardus.

Valetudine, ut ex peregrinationibus longiſſimis, quas terra mariq; ſuſcepit, facile colligere eſt: fuit ſatis firma, niſi quod ſæpius dentium dolor eum invaſit, adeo ut noctes inſomnes duxerit. Obiit, ut diximus Granatæ, diſcipulo relicto *Ioanne Latino* Æthiope (quod prodigii ſimile ſit) Rhetore Illiberitano: cujus extat poëma panegyricum de victoria navali *Ioannis Auſtriaci* ad Echinadas Inſulas. *Ex Clenardi epiſtolis, & A. Miræi elogiis.*

NICO-

NICOLAUS COPERNICUS.

Abſolutæ hic ſubtilitatis mathematicus natus eſt anno Chriſti *ſeptuageſimo tertio* ſupra mille quadringentos, die decimo nono Februarii, Torunii in Boruſſia. Cum in Italia animum optimarum diſciplinarum atque artium doctrina inſtruxiſſet, ocium tandem nactus *correctionem calculi Aſtronomici* divino ingenio aggreſſus, incredibili diligentia perfecit, cum omnium, qui in iis ſtudiis verſantur, admiratione. Vixerat cum *Dominico Maria Bononienſi*, cujus rationes plane cognoverat, & obſervationes adiuverat. Suas autem exquiſitiones mediocres non nimias eſſe voluit. Itaque conſulto non inertia aut tœdio defatigationis, eas comminutiones vitavit, quas nonnulli etiam affectaruut: & ſunt, qui exigant. Videas quosdam in his omnem curam ponere, ut plane ſcrupuloſe loca ſiderum ſcrutentur.

Qui dum ſecundariis & tertianis quartanis quintanis minutiis inhiant; integras interim partes prætereunt, neque reſpiciunt, & in momentis τῶν φαινομένων ſæpe horis, non etiam nunquam diebus totis aberrant. Hoc nimirum eſt, quod in fabulis Æſopicis fit ab eo, qui juſſus bovem amiſſam reducere, dum aviculis quibusdam captandis ſtudet: neque his potitur, & bove etiam ipſa privatur.

Scribit *Rheticus*, ſe cum *Copernico* de illa exquiſitione quandoque contuliſſe, & quia in penetralia quaſi ſiderum pervenire cupiiſſet, expoſtulaſſe. Copernicum ipſius φιλομαθὴς honeſta cupiditate delectatum, molli eum brachio objurgaſſe: & hortari ſolitum, ut *manum* etiam *de tabula* tollere diſceret. *Ego*, inquit Copernicus; *ſi ad ſextantes, quæ ſunt ſcrupula decem, veritatem adducere potero: non minus exultabo animo, quam ratione norma reperta Pythagoram accepimus.* Difficultatis autem ejus tum alias tum potiſſimum, tres eſſe cauſas.

Harum *Primam* eſſe ajebat, quod animadverteret, pleraſque obſervationes veterum ſinceras non eſſe: ſed accommodatas ad eam doctrinam motuum, quam ſibi unusquisque peculiariter conſtituiſſet. Itaq; opus eſſe attentione, & induſtria ſingulari, ut quibus aut nihil, aut parum admodum opinio obſervatoris addidiſſet, detraxiſſetve: ea à corruptis ſecernerentur.

Secundam cauſam eſſe dicebat, ſiderum inerrantium loca à veteribus non ulterius quam ad ſextantes partium exquiſita.

Et ſecundum hæc tamen præcipue errantium poſitus capi oportere, pauca excipiebat, in quibus declinatio ſideris ab æquinoctiali annotata rem adjuvaret, quod de hac locus ipſe ſideris certius conſtitui jam poſſet.

Tertiam cauſam hanc memorabat: non habere nos tales autores, quales Ptolemæus habuiſſet, poſt Babylonios & Chaldæos, illa lumina artis *Hipparchum Timocharem*, *Menelaum*, & cæteros: quorum & nos obſervationibus ac præceptis niti, ac confidere poſſemus.

Se quidem malle in iis acquieſcere, quorum veritatem profiteri poſſit: quam in ambiguorum dubia ſubtilitate oſtentare ingenii acrimoniam.

Haud quidem longius certe vel etiam propius omnino abfuturas ſuas indicationes ſextante aut quadrante partis unius à vero: cujus defectus tantum abeſſe, ut ſe pœniteat, ut magnopere lætetur hucuſque longo tempore, ingenti labore, maxima contentione, ſtudio & induſtria ſingulari procedere potuiſſe. Rheticum inprimis hortabatur, ut ſtellarum inerrantium obſervationi operam daret: illarum potiſſimum quæ in ſignifero apparent, quod cum his errantium congreſſus notari poſſent. *Stellarum inerrantium obſervatio.*

Opus revolutionum, ab ipſo adornatum, edidit diſcipulus ejus Rheticus excuſum Norinbergæ, eo quo auctor obiit anno. Inter vivos autem eſſe deſiit Copernicus anno Chriſti quadrageſimo tertio, ætate jam ſeptuagenarius. *Opus revolutionum Copernici. Obitus Copernici.*

De hypotheſibus Copernici, nempe *de terræ motu*, *ſolisque in mundi centro quieſcentis* παραδόξῳ reſpondet *Gemma Phryſius*, non illa ſtatui, tanquam neceſſario ita ſe habeant, neque aliter conſtitui poſſint: ſed ut aſſumtis illis habeant artifices certam rationem motuum; correſpondentem in cœlo conſpicuis ſtellarum locis, tam pro tempore futuro vel elapſo, quam pro præſenti. *De hypotheſibus Copernici quid ſentiendum.*

Hypotheſes *Ptolemai* quoque etſi prima facie ſint plauſibiliores, quam Copernici; non pauca tamen abſurde committere; neque tam evidentes habere τῶν φαινομένων cauſas, ut illæ Copernici. *Hypotheſes Ptolemai quales.*

Quin ſi quiſpiam velit, poſſe illos motus terræ, quos præter duos primos ponit, ad cœlum referre ac uti iisdem canonibus calculorum. Nec vero Copernicus fecit hoc primus. Exſtat adhuc liber *Archimedis de numeratione arenæ* in quo narrat *Ariſtarchum Samium* hoc paradoxum tradidiſſe: *ſolem ſtare immotum*, *& terram circumferri circa ſolem*. *Ariſtarchi Samii paradoxum.*

In opere etiam illo Revolutionum demonſtrat Copernicus (quod & *Reinoldus & Stadius* fecerunt) ſolis abſida terris eſſe propiorem, quam Ptolomæi qui ſub Adriano floruit, ætate, duodecim partibus, hoc eſt, uno ac triginta terræ ſemidiametris; vel, ut nos Germani metimur *viginti* ſex *millibus, ſexcentis, & ſexaginta milliaribus.* Id quidam, inter quos *Melanchthon*, ad corporum cœleſtium terreſtriumque tabeſcentem naturam referendum putarunt: declinari illa nempe, ut ſublunaria commodius ſolis calore foveantur: alii interpretati ſunt, ſignum id eſſe: mundum brevi igne conflagraturum. Sed *Julius Cæſar Scaliger* vel ſcripturam ſpongiis, vel autores ipſos ſcuticis caſtigandos judicat. Alii inſtrumentorum diverſitati adſcribunt. Verum de his artifices. Pro Copernico exſtat hoc diſtichon: *Sol an nunc propior terra Bodin. method. hiſt cap. 8.* *Exercit. 99. ſ. 2.*

Quid tu? ſi mihi terra movetur ſolq; quieſcit,
Ac cœlum: conſtat calculus inde mihi.

Rheticus in præfatione Ephemerid. an. 1551. ad lectorem: Gemā Phryſius epiſt. ad J. Stadiū.

M 2 HIE-

HIERONYMUS GEMUSÆUS.

O. 1545 die 29. Ian. ætat. 39.

Mulhuſium patria.

Mülhuſii, oppido ſuperioris Alſatiæ, Helvetiis confœderato, honeſtis parentibus *Gemuſæus* hic editus anno *quinto* ſupra *mille quingentos*, cum ingenio eſſet bono, & à ſtudiis minime abhorrente, de parentum voluntate à puero literis operam dedit. In triviali ludo rudimentis primis feliciter perceptis, ad publicas ſe ſcholas, & in his primo ad Baſileenſem contulit.

Baſileam venit.

Urgebant ibi tum operas ſcholaſticas, & literas magis magisque ſuccreſcentes plantabant ac fovebant tum alii doctisſimi viri, tum *Henr.* ille *Glareanus.* Hoc Gemuſæus ductore & doctore uſus, ſingulari cum diligentia ad doctrinam eruditam & linguarum cognitionem Græcæ & Latinæ, incubuit: & inter æquales primas facile obtinuit. Studium igitur adoleſcentis ut aleret & inflammaret Magiſter, diſcipulis reliquis eum præfecit; & ſuum interdum in docendo locum domi obire juſſit. Ita enim fit, ut qui alios quacunque in arte informant, ſe ipſos illi doceant & confirment.

Glareanus Præceptor Gemuſæi.

Docet condiſcipulos.

Anno deinde Chriſti vigeſimo quinto, ipſius Gemuſæi vigeſimo, Decano artium Glareano, die 10. Februarii Philoſophiæ Magiſter ſive Doctor publice ibidem eſt renunciatus. Artium igitur & linguarum cognitione cum inſtructus egregie eſſet; in Galliam, majoris ingenii cultus, & perſequendi curriculi Philoſophici cauſa profectus eſt. In quo tanto cum ſucceſſu verſatus eſt; ut ſubtiliſſimorum in philoſophorum numerum merito ſuo admitteretur. Ipſum enim *Ariſtotelem & Platonem*, Græcæ doctrinæ principes, quod tunc temporis rarum erat, ita evolvit; ut familiariter ſibi prorſus cognitos haberet: & res naturæ reconditas non ſine ingenii & acuminis laude perſpicue aliis explicaret.

Teſtimonio Philoſophiæ coornatur.

Abit in Galliam.

Cum ſtudio Phyſiologico conjunxit alterum huic affine, Medicinæ nimirum: inque eo ita elaboravit, ut Doctoratus quæ vocant inſignia, doctrinæ non proletariæ teſtimonium, *Taurini* anno trigeſimo tertio ſupra ſeſquimilleſimum, non tam à ſe expetita quam à Profeſſoribus oblata retulerit.

Medic. etiam laurea.

Quamobrem ab eruditionis multiplicis egregia ſupellectile inſtructus, Baſileam rediit: ibique ei Philoſophiæ naturalis publice docendæ provincia fuit demandata. Paulò poſt *Andreæ Cratandri* typographi filiam uxorem duxit: utque ex ſoceri officina auctores optimi optime excuſi prodirent, diligenter curavit.

Docet Baſileæ. Conjugium.

Philoſophiam autem non ex *lacunis* Latinis neque ex *triobolaribus compendiorum libellis*, ut ipſe vocabat, ſed ex ipſis fontibus atque Græcis auctoribus petendam exiſtimabat. Itaque ipſius Ariſtotelis libros Phyſicos publica in ἀκροάσει enarravit: atque cum diſcentum admiratione docuit. Uſque adeo nimirum verum eſt illud in vulgus notum:

Philoſophia ex fontibus petenda.

Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Quanquam autem ipſe in omni genere literarum nulli eſſet ſecundus; tamen ætatis anno trigeſimo quinto, Hebraicam etiam linguam Præceptore *Sebaſtiano Münſtero*, addidicit: & cœleſtium quoque literarum ſtudio impenſius incumbere cepit: eo fine, ut fundamentis fidei noſtræ ex ipſis fontibus exacte cognitis, & cum adverſariis æquo Marte congredi, & Evangelii doctrinam propagare ſcribendo poſſet.

Dat lingua & T... giæ o...

Tanta φιλομαθίᾳ cum pergeret, ſub autumnum anno Chriſti quadrageſimo tertio, in Italiam ad principem evocatus, in viam ſe dedit: ſed ob cœli intemperiem reverti domum morbo contracto coactus eſt; ad quem accedente febri ardente, die Januarii undetrigeſimo, anno Chriſti quadrageſimo quinto, magno cum luctu bonorum, præmatura morte, anno ætatis quippe undequadrageſimo, extinctus eſt, relictis filiis duobus Polycarpo & Hieronymo.

Ex i... morb... contr... coqu... vitam

Tranſtulit *epitomen* ſeptendecim librorum *Geographiæ Strabonis*, incerto auctore Græce ſcriptam. Scripſit præterea *præfationes* doctiſſimas & prolixas in *Græca Cl. Galeni opera* & in *Almageſtum Ptolemæi Latinum*, & in alios quosdam libros. *Ariſtotelis* etiam *opera* recognovit: & eorum quædam de Græco in Latinum ſermonem transfudit: *Cenſuram de Ariſtotelis dogmatibus* adjecit: *Analytica* poſteriora *commentariis* illuſtravit: plura hujus generis ingenii ac doctrinæ monumenta relicturus, niſi mors invidiſſet. Epigraphe monumenti ejus Baſileæ legitur ejusmodi:

Scrip... ejus

Epit.

D. HIERONYMI GEMUSÆI
MED. ET PHILOS.
ET POLYCARPI FILI
TYPOGRAPHI.
QUORUM ILLE XXIX. JAN. ÆT. XIL.
SAL. M.D. XLV. HIC VERO III. MART.
ÆT. XXXIV. SAL. M D. LXXII.
PIE DECESSIT.

Filius & Pater heis terra clauduntur eadem;
Heic Dominique tubam, gaudia ſumma petunt.
Naturas rerum pater & medicamina novit:
Cognovit Pallas quicquid amare poteſt.
Aſt alter libros pulcris committere chartis
Adſuetus: ſtudiis magnus uterque fuit.
Credidit ex animo ſemper ſolam eſſe ſalutem,
Spemq; ſuam Chriſtum juſtitiamq; meram,
Unde utrumq; Deus magno dignatus honore.
Utrumq; ad ſuperi tranſtulit aſtra poli.

Henricus Pantal. lib. 3. Proſopographiæ: & monumenta Baſilienſium.

JOANNES SCHONERUS.

O. 1... die 1... ætat.

Caroloſtadii, Franciæ orientalis oppido, hic anno *ſeptuageſimo ſeptimo*, ſupra mille quadringentos, die *decima ſexta* Januarii, minutis ſeptem ante undecimam horam noctis, in hanc lucem editus: à tenera ſtatim ætate

ætate literis imbutus eſt. E patria ad publicas ſcholas uberioris ingenii cultus cauſa miſſus cum omnibus artibus, quæ ad humanitatem pertinent, tum inprimis non obſcuro naturæ ductu Mathematicis diſciplinis fuit deditus. Deinde ad eam, quæ eſt Ptolemæo pars *Aſtronomiæ*, prævidens futura, & occulta aperiens de cœli quadam inſpecta facie, quæ nunc *Aſtrologia* proprie vocatur, ſeſe contulit.

In his igitur diſciplinis tantum adſidua indefeſſaque diligentia profecit: ut & publice Mathemata doceret, & Aſtrologus æque atque Aſtronomus excellens haberetur. Non eſt abhorrens à vero, Melanchthonis ipſum ſcientiarum ejusmodi commendatione, plurimum inflammatum ad eaque capeſſendum ſtudium fuiſſe.

Norinbergam, ubi de Senatus ampliſſimi conſilio ac voluntate, Melanchthone rem dirigente, Gymnaſium apertum erat, anno viceſimo ſexto, ſupra ſesquimilleſimum, invitatus, una cum *Eobano*, *Camerario*, & *Michaele Rotingo*, ſuo ipſe loco rempubl. literariam fideliter ac feliciter juvit: & ſtudia Mathematum opera induſtriaque ſua plurimum auxit atque illuſtravit.

Correxit & locupletavit *tabulas Aſtronomicas*: quas vulgo, quia omni difficultate & obſcuritate carent, *reſolutas* vocant. Ex quibus tum erraticorum, tum etiam fixorum ſiderum motus, tam ad præterita, quam futura, quantumvis etiam longa ſecula facillime calculari poſſunt. In publicum quoque edidit *Opus genethliacum* anteceſſoris ſui Regiomontani, multis modis auctum & locupleratum. Nam in eo ipſe multa, non modo ab aliis tradita, ſed & à ſe longo obſervata uſu, in unum corpus digeſta explicavit plenisſime, & tanquam diſſipatas ædificii partes exſtruxit ingenioſiſſime. Præmittuntur tabulis *documenta* generalia ex regulis Arithmeticis de minutiis Phyſicalibus, pro uſu earundem neceſſaria. Exſtant ejusdem *globus Aſtronomicus*, & libellus cum ipſo inſtrumento excuſus. Opera ejus univerſa Norinbergæ excuſa ſunt, in unum volumen congeſta anno quinquageſimo primo: quorum Elenchum exhibent Bibliothecæ, quo lectorem avidum remittimus.

Præclare itaque de re literaria univerſa meritus, in vivis eſſe deſiit Norinbergæ anno Chriſti quadrageſimo ſeptimo, die decimo ſexto Januarii, exacte ſeptuagenarius.

Philippus Melanchthon, quo fuit erga veterem amicum animo & in diſciplinas præſertim Mathematicas ſtudio, hoc defunctum Epitaphio ornavit:

Aſtrorum motus, & fata regentia mundum
Qui norunt; multos Francica terra tulit.
Heſperus at quanto, quam cætera ſidera, fulget
Splendidior, vultus ſole tegente ſuos:
Tantum præ reliquis caput extulit unus & alter:
Secula vix majus priſca tulere decus.
Regius alter erat, cui mons cognominis uſum,
Et natale ſolum, primaque tecta dedit;
Qui procul Auſonia deceſſit in urbe JOANNES,
Artis ibi ſpecimen cum daret ipſe ſuæ.
Alter ab hoc vixit Schönerus, laudibus artis
Non tamen inferior, quam fuit ille, ſuæ.
Noſtra quoque his ducibus peragrarunt lumina cœlum,
Barbarico fuerant quæ vitiata luto.
Utque fere extinctam revocavit uterque Matheſin:
Sic tantum peperit laudis uterque ſibi:
Terra tibi quantum Bœotica fortis Orion,
Et Libyce Atlanti debuit ora ſuo.
Hoc igitur buſto Schöneri membra quieſcunt:
Ipſa adiit mens quos viderat ante polos.

Joachimus Camerarius in vita Melanchthonis: Geſnerus in Bibliotheca: Reuſnerus in Iconibus.

BEATUS RHENANUS.

O. 1547. die 20. Maji, æt. 62. m. 4.

BEato Rhenano, oppidum *Rhenacum*, unde pater *Seleſtadium* advenerat, cognomentum dedit. Id oppidum, ſupra Argentoratum ad quatuor milliaria, Rheno alluitur; ab eodemque ex parte majore alluvionibus aut diminutum lenibus, aut ſubitis abſumptum eſt: quæ cauſa nonnullis inde migrandi fuit. Ex hoc loco quoniam pater advena Seleſtadii erat; *Antonius Rhenanus* eſt cognominatus. Aliquoties ex Beato filio auditum eſt: ſæpe ſe pœnituiſſe; quod adventitium nomen retinuerit; avitum non uſurparit. Nam majores ejus *Bildii* antiquitus appellabantur.
Rhenacum patria Beati.
Nomen Rhenani unde.

Fuit *Antonius* pater diligens ſuarum rerum paterfamilias: qui cum artem lanioniam præcipue factitaret; ex parva pecunia, quam Rhenaco apportaverat, parſimonia & adſiduitate mediocriter magnam confecit; ratione bona, ut in Senatum paucis annis fuerit delectus, & conſulatum geſſerit: & functus ſit omnibus ejus urbis muneribus.
Pater Rhenani.

Hoc parente generatus fuit *Beatus Rhenanus* anno Chriſti *octogeſimo quinto*, ſupra *mille quadringentos*; Friderico tertio Imperatore Auguſto, Pontifice Innocentio octavo; rege Galliæ Ludovico undecimo. Eodem quo natus fuit anno matrem amiſit *Barbaram Kegeliam*; cujus virtutem mariti Antonii vita vidua comprobavit. Nam eadem quæ prima, etiam poſtrema uxor fuit: cum unus ſolum filius eſſet Beatus, patris heres, idque ante ætatis flexum. Ex familiaribus Rhenani auditum eſt, poſt filium natum & uxorem mortuam ultra *trigeſimum quintum* filii annum perveniſſe; neque ſuæ vitæ attigiſſe annum *octnageſimum*.
Nativitas Rhenani.
Mater.

Ergo in ſpe pater non concepta, ſed confirmata de filii probitate mortuus eſt: & filius ſeculo literarum non infelici fuit natus. *Angelus* enim *Politianus* usque ad vigeſimum quar-
Seculo quali natus Rhenanus.

Primi inſtauratores literarum in Italia.

In Germania prima literarum infantia.

quartum annum Beati Rhenani vixit: intra quod tempus etiam *Hermolaus Barbarus*, qui ante Politianum natus fuit, & *Joannes Picus Mirandula*, & *Theodorus Gaza*, & *Georgius Trapezuntius*, & *Marſilius Ficinus*, & *Jovianus Pontanus* literarum laudibus floruerunt. Quanquam in Germania eo tempore infantia adhuc ſtudiorum & literarum fuit. Nam præter *Rodolphum Agricolam Alexandri Hegii* Magiſtrum & *Eraſmum Roterodamum*, Hegii diſcipulum, Germania nihil magnum atque præclarum in literis viderat. Sed tamen horum ſcriptis probabile eſt; & ex ejus ævi hominibus intelligitur, iſtis exemplis tum excitata fuiſſe adoleſcentum & juvenum ingenia, ad majorem non modo doctrinarum, ſed etiam ſermonis atque linguæ puritatem. Adoleſcebant eadem tempeſtate ſtudia *Melanchthonis*, qui duodecim annis, niſi fallimur, minor erat. Apparet etiam ex hiſtoriis, Pontifices & Imperatores, & Reges, & Reſpub. delegiſſe ad ſua conſilia homines eruditos: quibus Maximilianus cumprimis fuit delectatus.

Honos literis habitus olim.

Hiſce hominum temporibus homo mediocriter locuples; unius filii pater; mortua uxore, filium literis deditum eſſe voluit: & literarum cauſa ad alias gentes proficiſci. Credibile eſt, non ſolum naturæ bonitate patrem eò impulſum eſſe: verum etiam auctoritate Rerump. atque principum, & exemplo doctorum, & hortatu amicorum: ut heredem unum literarum doctrina vellet à puero erudiri. Nam cum primum idonea ætas eſſe cepit, *Cratoni Udenhemio* datus ad inſtituendum eſt: qui tum Seleſtadii literas docuit: magna & morum gravitate, & doctrinæ opinione, prout illa erant Germaniæ tempora, viro: quo mortuo, *Hieron. Gebuilero* traditus, ſpe ſtatim de principio apud utrumque bona, eos fecit progreſſus, ut cæteris diſcipulis inferiorum ordinum præficeretur, & diligentiæ & profectûs cauſa: quemadmodum ex *Jo. Sapido* intellectum eſt: qui ſe unum ex iis fuiſſe dixit: quibus fuit præfectus, & quos non ſolum docuit: verum etiam caſtigavit.

Rhenani præceptores primi

Lutetiam mittitur.

Poſt hanc diſciplinam miſſus *Lutetiam* eſt: quo etiam Sapidus tertio poſt anno ſubſecutus, Beatum domi *Ariſt. Oeconomica* explicantem audivit. Florere ea ætate ceperunt magis, quam antea, in Gallia & Germania literæ: Græcas enim tum Lutetiæ *Georg. Hermonym.* Spartanus docuit: quem diu multumque audivit: & Dialectica Phyſicaque *Jacob. Faber*, ejusque diſcipulus *Jodocus Clytovæus*, explicabant: quorum utrique fuit familiaris. Fuit circa idem tempus Lutetiæ *Eraſm. Roterodamus*: qui primum Adagiorum divulgatione cepit magis, quam antea, inclareſcere. *Fauſtus* etiam *Andrelinus*, ibi magna auditorum frequentiâ poëtas docuit: & epiſtolas ſuas adagiales conſcripſit: uter ab altero provocatus, à Fauſtone Eraſmus, qui adagia prope Latinæ Græcæque linguæ omnia collegit & digeſſit: an ab Eraſmo Fauſtus, qui quamplurima paucis rerum argumentis contexuit: incognitum eſt.

Fauſtus Andrelinus amulus Eraſmi de adagiis ſcripſit.

Bona ... rerum conditio quondam

Bona tum temporis literarum conditio fuit: quæ diuturna & inveterata barbarie ſuppreſſæ, poſteaquam in lucem revocari ceperunt, magnum ſui deſiderium excitarunt: tum natura ſui, quæ eſt ſuaviſſima, tum etiam præmiis laudibus, honoribus; *qua omnia noſtris moribus ſublata, inopiam brevi pronunciant non ſolum doctorum hominum, verum etiam ſtudioſorum.* Is hujus temporis ſtatus magno adjumento Beato Rhenano fuit. Nam primi præceptores, Crato & Gebuilerus, tametſi pro doctis & bonis habebantur: tamen bonitas in iis major, quam doctrina fuit. Occupabant enim tum adhuc literarum gymnaſia *Alexand. Grammaticus*, & *Petrus Hiſpanus* Dialecticus, & *Tartaretus* commentator, & in Theologia plus poterant auctoritate *Scotus* & *Lyra*, quam ii ipſi ſcriptores, quos ſunt interpretati. Id etiam quod ex Ariſtotele, & cæteris ſcriptoribus Græcæ Philoſophiæ tradebatur, non ſolum verbis impurum, verum etiam ſententiis aut obſcurum erat, aut depravatum, aut falſum.

Hon... arte...

Ant... ſecul... bari... poſit...

Sed velut in plantis & herbis fit, in quibus quæ probæ naturæ ſunt, eæ meliores ſuccos è ſolo ad coaleſcendum exugunt: ita ingeniis etiam hominum accidit: ut qui meliore indole præditi ſunt, illi meliora ſtudia ſequantur, & elegantiam barbariæ anteponant. Id quod Beatus ſive ſua ſponte, ſive hortatu familiarium, ſive exemplo aliorum fecit: & eos audire maluit: qui aut utramq; linguam, Græcam & Latinam, tenebant: aut qui ſermonem Latinum ad elegantiam artium potius, quam ad earum fædationem tradebant. Sed inter condiſcipulos Lutetiæ cum ætate parem, tum induſtria & doctrina æqualem habuit *Michaelem Humelbergium*: quo plurimum in commentationibus ſtudiorum, & eorum, quæ audierat, uſus eſt. Nam *Sapidus* utroque annis ſuperior erat; contra etiam *Wimphilingius* majore erat in obſervantia propter ætatem & æſtimationem: quam in amicitia eſſet propter ſtudia juventutis.

Ing... plan... ſimi...

Mic... Hu... berg...

His initiis & artium & linguarum inſtructus, & in Germaniam reverſus haud diu in patria hæſit: & primum *Argentorati* aliquot annis conſtitit: poſtea *Baſileam* profectus eſt: ut magis excoleret ea quæ didicerat: & ut qui curſus conficiendus eſſet in Philoſophorum literarumque Gymnaſiis, eum non dèſereret ante, quam ad metam pervenisse videretur. Commodum tum ex Italia venerat *Joan. Cono* Noricus: qui Græcam linguam ibi ab eruditiſſimis hominibus cognoverat: commodum etiam illud, quod *Joan. Amerbachius* D. Hieronymi libros divulgare inſtituerat: qui ut hi emendatiores in lucem irent, Cononem ad ſe domum hoſpitio invitavit: eoque non ſolum in emendando Hieronymo adjutore: verum etiam in liberis erudiendis præceptore, eſt uſus. Itaque cum *Brunone*,

Re... Ge... mian... nan... Urg... ſum... dior...

Joa... An... chi... & pra...

none & Baſilio, & Bonifacio Amerbachiis fratribus, *Cononem* Græcos ſcriptores interpretantem audivit: quem etiam mortuum cum pietate coluit: Exſtat enim Baſileæ Epitaphium monumentum: quod Rhenanus hoc titulo Cononi conſtituit: D.O.M. SACRUM. *Τοὺς ἀγαθοὺς καὶ θανόντας ἐυεργετῆν δεῖ.* Eo in Epitaphio præceptori ſuo quinquagenario, anno 1513. mortuo, Theologiæ & linguæ Græcæ atque Latinæ ſcientiam, vitæque integritatem; & ſtudium juvandarum literarum tribuit. Mortuo Conone aliquot annos Baſileæ, propter loci ſalubritatem atque amænitatem, & ob doctiſſimorum hominum, optimorum virorum conſuetudines atque familiaritates, manſit: *Amerbachiorum* ſcil. *Frobeniorum, Ludovici Beri* Theologi, *Claudii Cantiunculæ* Jureconſulti, *Henrici Glareani, Guilielmi Neſeni, Ludovici Carini, Nicolai Briferi, Pauli Phrygionis, Marci Berſii*: cum quibus aut amice, aut familiariter aut domeſtice vivebat.

Sed poſteaquam *Eraſmus Roterodamus* eodem advenit: fructum ibi tum ſe Baſilienſis vitæ percipere putavit: quem ita reverenter coluit, & ita ab eodem amatus fuit: ut par eſſet, & in Rhenano obſervantiæ, & in Eraſmo amoris ſignificatio. Nam ut de moribus ejus dicamus, & de cæteris animi ornamentis, præter excellentem doctrinam, dum vixit, innocentiæ, & humanitatis, & pudicitiæ laude fuit commendatus. De *pudicitia* conſtat: quod non ſolum abſque crimine, ſed etiam abſque ſuſpicione criminis ad exitum uſq; vitæ vixerit. Etiam de *humanitate* clarum eſt: neque in amicitiis durum, neque in familiaritatibus ſeverum, neque in congreſſionibus difficilem fuiſſe. De *Innocentiâ*, quæ ab injuria ſemper remota eſt, nihil viſum, nihil auditum ab eo, aut factum, ſuſceptum, aut inſtitutum eſſe, in quo poſſet culpari; niſi illud ſit, in quo major voluptas eſt, quam eſſe poſſit reprehenſio. Fuit Argentorati Doctor *Ioan.* Geiler Theolog⁹, vir, ut ejus temporis homines loquuntur, & ut ex ejus concionibus poteſt intelligi, ea ætate in populo docendo ingenioſus, & in vita innocens atq; probus, & populo non ſolum gratus, verum carus etiam & honoratus: in cujus locum, mortuo *Petro Vicramio*, qui ante ſucceſſerat, *D. Caſpar Hedio*, non minore gratia, ſed difficiliore tempore, eſt ſubſtitutus. Geileri vitam Rhenanus ex Gallia reverſus, cum Argentorati apud librarium Schurerum ageret, conſcriptam divulgavit. In qua de Virginibus noſtri ſeculi pœnitentialibus meminit; quarum religionem in cæteris ejus ætatis religionum ceremoniis plurimum Geilerus amavit. In quo ſcripto Rhenanus his verbis ſcribit de iſto virginum collegio: *Has cum luxu & delitiis diffluerent; nec pudicitia ſic tuta ſatis videretur: ſub arctiorem vivendi regulam redegit.* Quibus verbis exacerbatæ fœminæ, injuriarum inſtituerunt cum Rhenano agere. Et niſi compoſita offenſio fuiſſet per viros, qui tum erant cum auctoritate: metuenda erat ex delatione nominis, Rhenano ex Urbe condemnatio. Hanc ſolam novimus ejus contentionem: cæteroquin nullis fuit provocatus inimicitiis, neq; ab eo quiſquam ulla vel percuſſus vel appetitus injuria, fuitque probatis omnino moribus. Quanquam nonnulli ferunt, qui in eo *fortitudinem*; nonnulli qui *liberalitatem* requirerent; quæ vitia ſi in eo fuerunt; tamen abſq; ullo publico detrimento fuerunt: & temporibus ejuſq; naturæ & vitæ inſtituto adſcribenda. Nemo enim aliquid ſuſcipit, quod Reipub. periculoſum ſit: niſi aut excelſi ſit, aut temerarii animi. Mediocritas omnis pacem publicam ſequitur: ocium ſingulorum amat: & quod his adverſarium eſt, extimeſcit. Maluit enim privatim cum omnibus pati: quam paucis auctoribus moliri: in quo incertos & periculoſos oporteat exitus extimeſcere. Quanquam etiam Rhenanum & in patrimonio conſervando pepercisse, & in matrimonio coëundo ſuæ naturæ diffiſum, & in religione ſuſcipienda timuiſſe animadvertatur: tamen hæc ipſa talia ſunt, ut potius prudentiæ laudem mereantur: quam timiditatis vituperationem. Nam quanquam veriſſime à D. Paulo ſcribitur: nubere melius eſſe, quam uri: tamen non uri, eſt optabile: & reprehendendum eſt; temere contrahere matrimonium: & ſtultum, flammam, antequam ſentias, excitare. Credibile etiam eſt, non ratione ſolum, ſed etiam natura à connubio Rhenanum abſtinuiſſe, quod ex patris jactura ſenſuque intelligitur. Nam poſt matris obitum multis annis cum pater ſolus cum ancillula vetula domi rem curaret: Joannes Myllerus fur quidam ingenioſo invento ex vini doliis, quæ in veſtibulo erant, interdiu per dies compluſculos ædium notatis locis; poſtquam *mille quingentos*, Argentinenſis precii, aureos patri ex arcula abſtuliſſet: per literas à *Sapido Rhenanus* petiit, ut patrem conſolaretur ea ratione; quod ipſe ex literis & à præceptoribus cognoviſſet, talia & accidere hominibus ſæpe poſſe: ſæpe etiam ſapientibus ac bonis accidiſſe: & tamen eſſe ferenda non ſolum mediocriter, verum etiam forti atque alto animo. Reſpondit pater: *Non ſe de eo damno ſolicitum eſſe, ſed magis dolere filium à matrimonio abhorrere: & potius ſe ſucceſſorem videre hereditatis, quam patremfamilias alium: propterea quod de uxore non cogitaret.* Non tamen plus potuit patris votum, quam filii natura, quæ cujusmodi fuerit, in ætatis curſu potuit animadverti. Vitæ enim ut tranquillæ appetens, ita ſolicitæ fugiens erat, ut in ea ætatem degere poſſet, à *Carolo* Cæſare privilegium civilium vacationum obtinuit, quo liber in patria eſſet etiam à ſenatoriis & forenſibus laboribus.

Quid in Rhenano, quidam deſiderarunt.

Vita mediocritas.

Cur cælebs Rhenanus vixerit.

Furto pecunia patri Rhen. ablata.

Privilegium civilium vacationum Rhenanus impetrat.

Fortaſſis hæc una cauſa fuit vitæ cælibis, in qua minor eſt ſolicitudo atque moleſtia; quàm in matrimonio: cujus tamen cupidum fuiſſe, poſt apparuit. Paucis enim ante vitæ finem annis *Annam Brunoniam* viduam ſibi deſpondit, mulierem exiſtimationis bonæ. Et cum omnes mirarentur, quid cauſæ eſſet, quod

Tandem uxorem ducit.

Veſica doloribus interit

quod nuptias ſolennes non celebraret; tandem à medicis cognitum eſt, è veſicæ doloribus laboraſſe: cujus etiam exulceratione interiit, Probabilis conjectura eſt; inde à juventute, & ab ætatis flore præſenſiſſe id malum, quod cum ſenectus frigida nonnihil ſedaſſet, ſperata ſalute inſtituit, quod perficere non potuit, connubium.

Sed iniqui ſumus, qui *aliorum conſilia & conſcientiam perſcrutamur*; *noſtram negligimus*: inique etiam egerunt, qui liberalitatem ab eo requirebant. Quam enim liberalitatem exercere poteſt, cui ſatis eſt rem mediocrem conſervare, & animus non eſt eam amplificare ita, ut liberalitatem ferre poſſet? Laudabile eſt, ſi in facultate non ampla abſit avaritia. Convivia ſumtuoſe parare, precioſe veſtiri; locupletis familiæ, non ſobriæ vitæ eſt. Exiſtimavit naturæ & conſcientiæ ſuæ conveniens eſſe; domi privatim & temperanter, nullo faſtu, nullis contentionibus vivere; in ſua bibliotheca verſari, convivia non magnifice domi inſtruere; ſed ea cum amicis per intervalla celebrare. Valeat ergo Jocoſus verſus, cujuscunque fuerit:

Iocus in Rhenanum.

Beatus eſt beatus, attamen ſibi.

Qualis in religione

In religione probavit, quod præcipuum eſt, doctrinæ lucem; & improbavit, quæ peſtiferæ ſemper fuerunt, doctrinæ tenebras. Sed omnia hæc privatæ conſcientiæ ſunt, in quam inquirere noſtrum non eſt. Vixit, dum vixit, absq; ullo maleficio, ullave injuria; vixit temperanter: vixit vitam philoſophicam.

Scripta.

Convertit è Græco in Latinum duas *Gregorii Nazianzeni ad Themiſtium epiſtolas.* Illuſtravit *res Germanicas*, juvit patriam libris tribus, in quibus doctrina ampla & judicium acutum elucet. *Tertullianum, Tacitum, Plinium, Livium*, commentariolis purgavit, explanavit, & prope reſtituere integros conatus eſt. Neque levem ſane operam in *Vellejo Paterculo*, ſcriptore plane lacero, & tenebris obruto inſumſit: eum ita expurgavit, ut poſt magna cum gratia legi potuerit. *Euſebii* præterea *hiſtoriam Eccleſiaſticam*, quam tunc Græce nusquam potuit conquirere, ita adornavit, ut niſi Græca prodiiſſet; vix aliquid fuiſſet in ea deſideratum, *Origenis operibus epiſtolam* præfixit, quæ pleraque de vita obituq; Eraſmi cognitu digna continet: ut de minutioribus taceamus, qualia ſunt quæ edidit *Scholia in ludum Annæi Senecæ* de morte Claudii Cæſaris, & *in calvitii encomium* auctoris Syneſii; item *præfationes* variæ, variis præmiſſæ libris. Id ex iis, quæ ſcripta divulgavit, & ex literis ad amicos miſſis, & ex ſermonibus conſtat antiquitatis eum ſtudioſiſſimum fuiſſe: ad cujus imitationem multa Seleſtadii cum pnblica tum privata ædificia inſcriptionibus aut picturis exculta paſſim olim viſa ſunt. Uno dicam verbo, fuit vir bonus & doctus; imo optimus & doctiſſimus.

Patrimonium Rhenani.

Patrimonium principio à patre mediocre exſpectabat: & vivere cum patre liberaliter potuit: præſertim cum avunculus *Renardus Kegelius* ſacerdos, bona ſua ei teſtamento ad patris bona addidiſſet. Hujus hereditate & patrimonio, quod à parente utroque habuit, contentus, primum præcipuumque vitæ ſuæ munus eſſe arbitratus eſt; *literas colere ex literis prodeſſe rebus mortalium.*

Red[...] mu[...] lea

Quamobrem ubi ſatis ſe Baſileæ fuiſſe exiſtimavit; domum reverſus eſt: cum annos ad *triginta quinque* natus eſſet: incenſa, diſceptationum inimicitiis, inter Pontificios & Lutheri religionis contentione: in cujus ſocietate, propter ingenii placabilitatem eſſe noluit. Poſtridie quam Baſilea propter patris valetudinem vocatus adveniſſet: pater diem ſuum obiit. Adduxerat ſecum Baſilea famulum, *Rudolph. Berzium*, cujus poſtea per vitam opera ſemper eſt uſus: & præter mulierem vetulam & Rodolphum, neminem ea domus habuit.

Am[...]

Inter amicos Seleſtadii inprimis *Beato Arnoldo* & *Iacobo Spigelio*, utroque Caroli Imp. Conſiliario, familiariſſime utebatur. Quos coram amplecti non potuit amicos; eorum benevolentiam miſſionibus literarum retinebat. Fuit enim in reſpondendo perfacilis & perhumanus. Ex Theologis noſtratibus magno amore & pietate D. *Hedionem* eſt proſecutus. Pluribus amicus, nulli inimicus fuit, ipſe etiam nullius fuit laceſſitus injuria. Nam quod Aquæus enim in commentariis Plinianis reprehendit, cui reſpondit humaniter: nihil habuit contentionis aut odii ea diſceptatio:

Or[...] rur[...] to[...] Di[...] dr[...] tai[...]

Tempora ſtudiis, quæ erant quotidiana absque intermiſſione, ita per vitam partitus eſt: ut *veſperi plus nocti: quam mane diei adimeret.* Animi gratia quoties cœlum invitabat, quotidie hora aliqua pomeridiana, poſt lectionem aut ſcriptionem domeſticam, in hortos ſuos ſuburbanos exire deambulatum ſolebat. Prandio horam *decimam*, cœnæ *ſextam* dederat. Victus quotidianus ſalubris magis, quam delicatus aut exquiſitus erat. Eadem fuit in cultu frugalitas. Domum quoniam libidinibus & impudicitiæ clauſam tenuit: comeſſationes admittebat nullas: convivia rara, eaq; optimis parabat, Eraſmus bis apud eum hoſpitio uſus fuit, Baſilea ad ipſum amoris cauſa profectus. Et quanquam domi ſolitudinem propter ſtudiorum rationes ſuamque naturam amabat, foris tamen frequenter cum amicis convivabatur. In moribus ejus nulla durities, nullus faſtus, nulla oſtentatio, nulla de ſe commemoratio.

Mo[...] Rh[...] Ge[...] tion[...]

Cumque plurima legiſſet, ſcripſiſſet, audiſſet: nemini ſe antepoſuit: in religione, nequidem quid ipſe ſentiret, ſolebat enunciare. Oratio ejus pura eſt, & copioſa, ſtylo artificioſo, absque imitationis tamen exemplique veſtigiis: ſed emendatior profectiorq; annis reddita eſt. Nam aliud in dicendo genus eſt in vita Geileri, quam Argentorati, anno M. D. X. conſcripſit: & aliud in poſtremis lucubrationibus.

Va[...]

Valetudine fuit non incommoda, nec ullo unquam dejectus ante ætatem, prope actam, morbo: præter eam ſuſpicionem quam de matrimonii conſilio diximus. Quanquam fluentibus ſemper erat oculis: quod vitii ei etiam in adoleſcentia

tia fuiſſe *Sapidus* dixit. Illud vero in valetudine memorabile eſt: quod poſt connubium inter ſe & uxorem conſtitutum; talis fuit ſtatim ſignificatio morbi: ut nulla fuerit cohabitatio, nulla etiam conſuetudo, tametſi eam pro uxore victu cultuque domi non ſuæ, ſed mulieris, ſuſtentaret. Ex famulo recognitum eſt: tantam fuiſſe veſicæ imbecillitatem, ut urinam continere non poſſet: eamque perpetuo vaſculo vitreo exciperet. Idcirco medicorum conſilio, poſtquam curari non potuit, profectus ad balneas Badenſes eſt. In quibus non allevatio morbi; ſed tanta exacerbatio exſtitit: ut inde Argentoratum deportatus, impatiens propter imbecillitatem vectionis, ibi diem ſuum obierit, 13. cal. Jun. an. Chr. 1547. ætatis ſuæ 62. Et mortuus eſt inteſtatus, quod mirum: hominem ſummi ſemper otii, maximæ providentiæ, cupidiſſimum honeſtatis, amantiſſimum exiſtimationis bonæ: cujus bona eſſent circiter 8000. *aureorum* æſtimationis Argentinenſis, paucorum & obſcurorum heredum: cui factio teſtamenti ſemper fuiſſet; cum abſque teſtamento deceſſiſſe. Berzius quidem ipſius affirmavit; ſibi, cum mortem adeſſe ſentiret, demandaſſe: quid ſibi, quid aliis legaret. Sed hæc abſque ſcriptura, abſque teſte. Itaque in controverſiis petitorum bona ejus abſque poſſeſſoribus conſignata aliquamdiu jacuerunt. *Bibliotheca* tamen Senatui civibusque legata & conceſſa eſt ex ſententia petitorum, & famuli teſtimonio; qui heri eam dixit extremam fuiſſe voluntatem.

Cadaver *Argentorato Seleſtadium* aſportatum eſt: ut patriæ, à qua animam acceperat, etiam cadaver reſtitueretur, ad ſepulturam, & ad doctisſimi civis, optimi viri, clariſſimi hominis memoriam. *Ioannes Sturmius narratione præfixa Germaniæ Rhenani.*

BERNHARDUS ZIGLER.

BErnhardus Zigler, ab amicis *Laterenſis* nominatus, in Miſnia ex equeſtri familia naſcitur, anno nonageſimo ſexto ſupra mille quadringentos, die decimo Novembris. Etſi autem natales erat nactus illuſtres; tamen, juxta poetam,

Et genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi,

vix ſua putavit, veramque eam laudem duxit, quæ propria virtute nititur. Itaque à puero ad literarum humaniorum ſtudia gnaviter incubuit, ac Lipſiam admodum adoleſcens miſſus, ſub diſciplina optimorum præceptorum tantos fecit progreſſus: ut teſtimonio philoſophico fuerit ornatus. A parentibus deinde cœnobio mancipatus fuit, religioſa quadam illorum temporum devotione adductis: ſed paulo poſt clauſtro relicto, totum ſe Theologiæ & linguæ ſanctæ cognitioni dedidit, in qua hoc eſt conſecutus, ut & Theologiæ doctor ſalutatus, & ad docendam linguam Hebræam Lipſiam fuerit accerſitus.

Docuit itaque in Academia illa literas ſanctas cum fructu auditorum, geſſitque magiſtratus ſcholaſticos cum dignitate publica & utilitate: privatim vixit omnibus commodus, nulli gravis: donec ex hac vita abiit anno *quinquageſimo ſecundo*, ſupra mille quingentos, ejus die primo, hoc eſt, calendis Januarii, ætatis ſuæ quinquageſimo ſexto. Poſtridie funere honorifice elato, parentavit ei *Joachimus Camerarius* oratione Latina, Germanice deinde verſa. Ac jucundam ejus conſuetudinem & accuratam conſiderationem atque ſolertiam in multis ſacræ Scripturæ locis interpretandis ſæpe requiſivit *Melanchthon*: & mortuum crebris gemitibus deſiderare ſe teſtatus eſt. *Lipſiam vocatur. Ubi & moritur.*

Fuit vir ingenio, doctrina, Hebraicarumque literarum ſcientia ea inſtructus, ut in iſtius linguæ cognitione facile omnes in illis regionibus primas ei concederent. Et quanquam vitam tempeſtiva hilaritate conditam, more gentis ſuæ, agebat: erat in eo tamen tum in vultu triſtis quædam ſeveritas, tum in verbis, tum etiam vocis aſperitas: ut durior & acerbior quibuſdam videretur. Ficta, ſimulata, commentitia, oſtentationem vanitatemque omnem mirifice oderat, levitatem atque mobilitatem vehementer averſatus. Idem officii ſupra modum memor, inque eo exequendo diligens. A Melanchthone non raro impetrabat; ut operas ille doctrinæ ſuæ inſtrueret, eamque ob cauſam nonnunquam VVittembergam excurrebat. Ibi ſæpius fores conclavis obſidebat; ubi ſciebat Melanchthonem aliquid conſcribere, quod ſibi traderetur: nec quenquam adventantem admittebat: ne inſtituta opera interpellando impedirentur. Obſtitit autem effectionibus doctrinæ; quod nullum manuum uſum haberet, quarum dextram caſu, de ædificio exſtrui cæpto, in terram puer adhuc delatus fregerat, & geſtabat de curatione mala enervatam atque inutilem. Denique uſque adeo cupidus fuit benefaciendi aliis, & ſublevandi egeſtatem tenuium, ut & ſuas, nequaquam copioſas facultates, in aliorum commoda impenderet, neque puderet eum undique, quod pauperibus tribueretur, corrogare etiam medicando. Præter diſputationem de miſſa, contra Sidonium Merſburgenſem Epiſcopum, & aliam de omnibus Eccleſiæ doctrinæ capitibus, ſcripſiſſe eum bibliothecæ nihil indicant. *Ioachimus Camerarius in vita Melanchthonis.* *Eruditio ejus. Et mores. Diligentia ſingularis. Debilitas corporis. Beneficentia. Scripta.*

PETRUS APIANUS.

O. 1552. d. 21. April. ætat. 52.

DIgniſſimum ſemper judicatum memoria eſt Philoſophi illud * pronunciatum: Τῶν οὐρανίων εἰ καὶ κατὰ μικρὸν ἁπτόμεθα, ὅμως διὰ τὴν τιμιότητα τοῦ γνωρίζειν ἥδιον, ἢ τὰ παρ' ἡμῖν ἅπαντα. Quo ſignificavit, in arduis ac ſublimibus, qualia ſunt cæleſtia, aliquo ſaltem uſque progredi, cum voluptati eſſe ſummæ tum gloriæ ſempiternæ. Quod ſi ita eſt, ut eſt, ſingulari cum honore perhibendus

* *Ariſt. l. 1. de part. animal. c. 5.*

In ſublimibus pauca ſcire. magnum.

 hibendus

hibendus hic nobis venit *Petrus Apianus*, vulgo ab apibus **Bienewitz** dictus: rei Aſtronomicæ ſcientia ſeculo ſuperiore clariſſimus: ſummisque viris non ſolum in ſpaciis & umbraculis Academiarum agentibus, ſed etiam ad Reipubl. clavum majeſtate timenda ſedentibus cariſſimus.

Leiſnica Apiani patria.

Patriam habuit *Leiſnicam*, oppidum Misniæ ſubobſcurum, ſed tanti viri ortu jam clarum. Ibi honeſtisſimis natus parentibus, magno puer ingenio præditus, literarum elementa feliciter & mature percepit. Poſtea tum in ſtudia humaniorum diſciplinarum omnia, tum præcipua quadam diligentia in Mathemata incubuit, quibus totum ætatis tempus impendit: & in quibus omnes ſui ſeculi homines longe ſuperavit. Coſmographus ſummus, & Aſtronomus perfectisſimus: cui nemo unquam par exſtitit in Aſtronomicis inſtrumentis excogitandis.

Mathematum ſtudioſus Apianus.

Celebritas ejus.

Hæc ſtudia illum non ſolum Germanis doctis, qui, abſit invidia dicto, Mathematica feliciſſime tractant, admirandum reddiderunt: ſed etiam exteris & principibus ſummis, potisſimum *Carolo V. Auguſto*, commendatisſimum & charisſimum effecerunt. Hic enim illum ad ſe accerſivit Ingolſtadio; Bojorum urbe, ubi Mathemata tunc docebat florenti in Academia: hic Apianum ob magiſterii fidem præſtitam & equeſtris dignitatis ornavit titulo, & honoribus donisque auxit amplisſimis.

Carol. V. Mathematum ſtudioſus.

Apianus eidem charus.

Ut itaque gratum Auguſto animum quo poterat modo probaret; inſigne illud opus ei dedicavit, quod *Aſtronomicum Cæſareum* vocatur, vel liber *Coſmographicus*, ſive *Geographica inſtructio*: cui eſt adjectus *Quadrans univerſalis*, & *inſtrumentum Aſtronomicum*. Quod ſcriptum quanti ſummus Monarcha fecerit, ex dono vere regio *trium millium aureorum nummum*, quo præter expenſas alias auctorem remuneravit, nemo non videt. Ipſe *Apianus* quoque & *Bartholomæus Amantius* poeta, collegerunt ſummo ſtudio ac maximis impenſis, liberalitate D. *Raimundi Fuggeri*, inſcriptiones ſacroſanctæ vetuſtatis totius fere orbis, expresſis ubique figuris perquam eleganter. Edidit & alia ad rem Aſtronomicam & Geographicam facientia, quæ Bibliothecæ recenſent.

Scripta ejuſdem Apiani.

Donum Caſ. pro uno opere Apiano datum.

Matrimonium & liberi. Philip. Petri filius.

Uxorem habuit *Catharinam Landshuttanam*, matronam bonam bonis prognatam: plurium utriuſque ſexus liberorum matrem. Ex iis *Philippus*, quem ſecundum, priore cognomine demortuo, appellavit, domi à parente in iiſdem Mathematicis diſciplinis edoctus, Ingolſtadii patri ſuffectus eſt. Is vere patriſſans etſi ab aliis publicis ſcholis ſæpius honorifice invitaretur extra patriam: maluit tamen patriæ prodeſſe: præſertim cum & domum haberet ornatisſimam: & patrimonium non exiguum: unde commode vivere poſſet. Pater ſub finem ætatis difficili & acuta nephritide miſere eſt vexatus: è qua diem etiam obiit ſuum, anno quinquageſimo ſecundo, ſupra ſeſquimilleſimum, die vigeſima prima Aprilis, ætatis quinquageſimo ſecundo, cum eruditorum luctu, & rei literariæ jactura.

Morbus & mors Apiani.

Luxerunt eum boni & docti omnes, interque eos *Adamus Siberus* hoc epitaphio carmine:

Hos Apianus habet tumulos: da pinguia thura:
Sparge roſas, manes & venerare pios.
Edidit hunc, nequiit qua vivere; Miſnia: ſemper
Præſtantes agitant fata ſiniſtra viros.
Excepit tellus & fovit Norica: claræ
Et famæ docto nomina ferre dedit.
Jura poli, cœliq; vias, & ſidera novit;
Trinacrio, celebris non minus arte, ſenet.
Fata reſignavit, clades inſtare futuras
Pandit, & heu meruit vocis habere fidem.
Nunc cœlo poſitus, quæ mente ſolebat adire,
Omnia ſub pedibus lucida ſigna videt.
Tu paſſis luge Germania mœſta capillis:
Arte tibi huic ſimilem non feret ulla dies.

Henricus Pantal. l. 3. Proſopograph. & parte 1. Iconum Boiſſardi, alii: plura de eo in vita filii Philippi, quam vide.

SEBASTIANUS MUNSTERUS.

Primus omnium, qui in Germania efflorescentibus, literis, Hebræam linguam excolere cepere; fuit *Johannes Capnio* Phorcenſis; ejuſdemque in Tubingenſi Academia, licet ætate multo minor, collega, *Conradus Pellicanus* Rubeacenſis. Tertius his acceſſit *Sebaſtianus Munſterus*, natus anno octuageſimo nono, ſupra mille quadringentos, *Ingelhemii* * Rhenenſi intra Moguntiam & Bingium oppido, nunc ditionis Palatinæ.

Jactis primis literarum fundamentis, in Tubingenſem, & Haidelbergenſem Academiam; majoris in ſtudiis accesſionis faciendæ cauſa, ſe contulit: quaq; erat ingenii felicitate præclaram utrobiq; artibus & linguis tribus principibus operam navavit. Inprimis vero diſciplinis Mathematicis, præceptore *Joanne Stoflero*: & Hebrææ linguæ penitius cognoſcendæ ſtudium ſuũ & operam omnem dedicavit: tantosque in iis fecit progreſſus, ut illo ſeculo nulli ſecundus haberetur. Utque impenſius in ea ſtudia incumbere ſibi liceret: profeſſus eſt ob id aliquamdiu Franciſcanorum ordinem Tubingæ.

Verum exorta paulo poſt Evangelii luce; cucullum exuit: atque Haidelbergam rediit. Ea ex Academia cum ingenium & doctrina ejus haud gregaria eruditis innotuiſſet: una cum *Simone Grynæo* Baſileam, anno vigeſimo nono, ſupra ſeſqui milleſimum, vocatus, ſanctæ ibidem linguæ profeſſor eſt deſignatus.

Moribus fuit modeſtis: & inprimis humilitatis amans pompam omnem neglexit. Itaq; quamvis eruditione eſſet inſtructus non vulgari; facileque de palma cum aliis contendere poſſet: nulli tamen ſe prætulit; nec gradus ſcholaſticos ambivit, ſuæ & aliorum

con-

conſcientiæ teſtimonio contentus. Nec tamen id ex quodam fecit contemtu, aut malo exemplo: quin potius teſtimonia illa publica in aliis approbavit, multisque honores Academicos ut ambirent, auctor fuit.

Eam ejus modeſtiam ubi Academiæ illius profeſſores intellexiſſent, honeſtum ipſi in publicis panegyribus locum, medium ſcilicet inter ſuperiorum facultatum Doctores, & inter artium Magiſtros tribuerunt: qui Licentiatorum, quos vocant, eſt proprius. Poſtea & gubernationem ei Academicam, quam Rectoratum appellamus, demandarunt: ejusque opera & conſilio multis in negotiis magni momenti uſi ſunt.

Cum vero divinarum literarum cognitionem haberet eximiam: Theologiam docere juſſus, ſanctorum Prophetarum myſteria explicuit.

Verum ut privatis lucubrationibus plus temporis impendere poſſet, vacationem ab ea lectione petiit; utque in ſola Hebraicæ linguæ profeſſione progredi ſibi liceret, ab iis, qui Academiæ præerant, impetravit.

Matheſeos enim Geographiæque, & inprimis Hebrææ linguæ fuit callentiſſimus, eruditionisque ſuæ plurima & præclara poſteritati reliquit monumenta.

Vertit enim R. *Moſche Kimhi Grammaticam* ex Hebræo idiomate, atque *Heliæ Levitæ commentarium: librum item accentuum & traditionum. Proverbia Salomonis, Tobiam, & Evangelium ſecundum Matthæum* Hebraice primus propoſuit, & Latine reddidit. *Opus Grammaticum Hebraicum abſolutum* ex variis Rabinis conſcripſit: *Grammaticam Chaldaicam* primus edidit: *Dictionarium Hebraicum* confecit, atque Theologiæ candidatos vigiliis ſuis ad ſanctæ linguæ ſtudium invitavit. Tandem etiam *Hebraica Biblia* de novo tranſtulit; collatis ubique probatiſſimis ejus linguæ ſcriptoribus, & adjectis, ex Rabinorum commentariis, annotationibus haud pœnitendis. *Joſephi* quoque *hiſtoriarum Judaicarum* libros quinque ex Hebræo Latine redditos poſteritati reliquit.

Nec ſolum in Hebraicis elaboravit: verum & mathematicas diſciplinas libris editis plurimum illuſtravit. Scripſit enim exactam *Horologiographiam*, in plano, concavo, convexo, & erecto loco, variis figuris. *Organum* item *Uranicum*, in quo theoriæ planetarum, atque eorundem quotidiani motus, ad annos centum & quod excurrit, exprimuntur. *Canones* quoque ſuper novum inſtrumentum luminarium. *Ptolemæum* inſtauravit, & multas tabulas novas adjecit. *Pomponium Melam*, & *Julium Salinum* ſcholiis illuſtravit. Collegit & laboroſiſſimum opus *Coſmographicum*: quo duce peregrinari per terrarum orbem, etiam domi manendo, licet. In eo enim totius orbis ſitus, regionum tabulæ, nobilium urbium deſcriptiones, gentium variarum ritus, regum & principum genealogiæ, cum multis aliis ſcitu dignis, explicantur.

Iſtiuſmodi ſtudiis ac laboribus cum profeſſionem ſuam ipſos *viginti tres* annos, fideliter obiiſſet: atque piis ingenioſisque lucubrationibus, Germanice, Latine, & Hebraice conſcriptis, de re literaria optime meritus eſſet: adeo ut *Germanorum Eſdras Straboque* non immerito appellatus fuerit: tandem natura adhuc & vribus integer, anno Chriſti quinquageſimo ſecundo, ætatis ſuæ climacterico magno, peſte correptus, ab anthrace cum luctu bonorum omnium, die vigeſima tertia Maii, tum adſcenſionis Dominicæ ſolennitati ſacra, abſumitur: Baſileæ in templo cathedrali ſepultus, cum monumento ejusmodi:

Moritur peſte.

Epitaph. ejus.

Germanus Eſdras heic Straboque conditur:
Si plura quæris, audies.
Sebaſtianus Münſterus Ingelheim. Theologus
& Coſmographus inter primos ſummus,
ſolennem adſcenſionis mem.
anno ſal. M.D. LII.
major ſexag. morte pia
illuſtravit.

Henricus Pantal. lib. 3. Proſopograph. Zvvingerus in theatro, alii

---

IOANNES MARCELLUS.

O. 1552. ipſo natali Chriſti, ætat. 42.

Oppidum eſt in ea Germaniæ ora, quam Franci veteres tenent, non procul à Mœno, quod nominant regium montem: & clarum eſt perpetuis monumentis *Joannis Mulleri*, inde Regiomontani denominati. Eo in oppido natus eſt & hic *Joannis Marcellus*, ſub annum Chriſti, ut ex emortuali & vitæ ſpacio ſubducimus, decimum, ſeculi milleſimi quingenteſimi. Patre, ut apparet, uſus eſt diligente, inprimisque ſtudioſo literarum; qui a teneris ſtatim filium iis rudimentis, quibus ætas puerilis imbui debet, erudiendum curavit.

Patria communis cum Joanne Regiomontano.

E patria ſchola Erphordiam venit, tunc liberaliſſimis ſtudiis & doctis hominibus affluentem. Ibi audivit adoleſcens *Joachimum Camerarium*, & *Eobanum Heſſum*. Et Camerarius quidem eum initio propter communem patriam complexus, poſtea ſemper propter virtutem ac doctrinam valde dilexit. Uſus eſt Erphordiæ etiam & informatione & patrocinio *Conradi Mutiani Ruffi*, viri ut genere nobilis, ita ornatisſimi virtute & literis: cuique jucundius accidere poterat nihil, quam ſi cognoſceret, ſedulo operam dare literis juventutem: quam ipſe, quibus rebus poterat, juvabat, & currentem incitabat.

Erphordiam miſſus.

Conradus Mutianus Ruffus.

Erphordia Wirtembergam ſeſe contulit; & uti ceperat, cum linguarum ſtudio Philoſophiæ ſobriæ cognitionem conjunxit: & oratoriarum exercitationum conſuetudinem in ſcholam revocavit; tum privatim, tum publice frequenter de argumentis gra-

Marcellus VVirtembergam venit.

Studia linguarum, & exercitationes oratoria. gravibus perorando. Cumque de Philoſophi * ſententia ſit ὅλως σημεῖον τοῦ εἰδότος τὸ δύνασθαι διδάσκειν: impartiri aliis, eam, quam adſidua diligentia ſibi compararat, eruditionis copiam mature cepit. Poſtea publico eruditionis teſtimonio ornatus, celeberrimæ illius Academiæ profeſſoribus Philoſophicis fuit adſcriptus, &

** Ariſt. l. 1. Metaph. c. 1.*

Docet privatim. Mox publice.

Lectio divina eſt ipſi decreta poeſis.

Aliquot igitur annis ea in ſchola multos feliciter in Latina & Græca lingua erudiit, in *Ciceronis* ſcriptis & *Livii* hiſtoria, *Lucani* item, *Ovidii* & *Virgilii* carminibus explicandis occupatus: & in tota gubernatione *Academiæ* fidem atque adſiduitatem omnibus honeſtis & doctis viris probavit. Geſſit enim non ſolum in Philoſophica facultate munus Decani; ſed & ſupremum totius Academiæ magiſtratum anno eo, quo gliſcere cepit in Germania infelix illud bellum inteſtinum, ubi paulo poſt, ſic volente Electore Saxoniæ, dimiſſus eſt cœtus ſcholaſticus. Cum autem expleri diſcendo mens liberalis nunquam poſſit; ipſe præter doctrinam ſacram, quam exacte tenuit, adjunxit Philoſophicis etiam aliarum artium ſtudia: ac propter Phyſicen rectius intelligendam artem Medicam didicit, propter Ethicen autem Juriſprudentiæ operam dedit.

Geritmagiſtratus ſcholaſticos.

Medicina & LL. ſtudioſus.

Amici. Carus fuit cum aliis viris bonis omnibus, tum vero Melanchthoni, & hujus genero Georgio Sabino, & Joanni Placotomo Medico, ac Phyſico deinde Gedanenſi, Fabro, Cordo, F. aliis. Inprimis autem delectatus eſt ejus virtute, doctrina, & morum ſuavitate, vir clariſſimus *Gregorius Pontanus* Jureconſultus, qui & uxoris ſororem ei nuptam dedit; affinemque elegit; id quod in elegia funebri *Henricus Mollerus* his innuit:

Greg. Pont.

Matrimonium Marcelli.

Cum jam ter denos ætatis duceret annos,
Conſortem licito duxit amore thori;
Iſta tua uxoris ſoror, ô Germane Pericles
Pontane, interpres ſummeque juris, erat,
Ex qua ſolennis percepit gaudia tædæ,
Pignora legitimi jure creata thori.

In hoc igitur docendi & commentandi labore dum verſatur, &, quod viri boni eſſe Tullius ait, prodeſſe omnibus, quibus poſſet, ſtudet, nocere autem cupit nemini: febri ardenti corripitur, eaque die natali Domini noſtri JESU CHRISTI, inchoante annum milleſimum quingenteſimum quinquageſimum ſecundum, leniter exſtinguitur, anno climacterico quadrageſimo ſecundo: adeo verum eſt illud poetæ,

Morbus & mors.

Optima prima fere manibus rapiuntur avaris
Implentur numeris deteriora ſuis.

Eruditio & mores. Fuit enim Marcellus ingenio, eruditione & uſu dicendi ac ſcribendi ita inſtructus: ut juvare ſtudia diſcentum multum poſſet: ea inſuper benignitate ac facilitate, ut nemini ſuam operam in quocunque officii genere denegaret; alienisſimus ab ambitione, & communis concordiæ ſtudioſisſimus. Rexit officia omnia non ſolum Philoſophica moderatione, ſed etiam divina norma; ut appareret eum gubernari non tantum humana diligentia, ſed etiam divinitus. Et quanquam comis erat; tamen diſciplinæ ſeverus cuſtos fuit; & dicta Pauli ſibi & aliis ſæpe recitabat;

Λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετ᾽ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον: *Heb. … v. 28*

Ita ſerviamus Deo, ut ei placeamus cum verecundia & reverentia. Etenim Deus noſter conſumens ignis eſt. In congreſſibus delectabatur ſermonibus Socraticis, & mores erant conditi mira ſuavitate.

Luxerunt igitur ejus obitum collegæ & amici omnes, interque eos Henricus Mollerus, qui & elegia funebri ad Placotomum ſcripta ei parentavit, & tumulum ejuſmodi epitaphio carmine ornavit: *Epi…*

Tempora Marcellus diſcrimine plena relinquens,
In cœlo æternæ gaudia pacis habet.
At deſiderio lugent ipſius amici,
Gymnaſium, cives, patria, & orba domus:
Optima pars, & terreni mens ponderis expers,
Viſit cœleſtis ſumma theatra ſcholæ.
Nomina virtutum nullis obitura diebus,
Et clarum memori liquit in orbe decus.
Aſt huc relliquias poſuit, quibus excitus olim,
Vita ſub extremo veſtiat oſſa die.

Ex elegia funebri Henrici Molleri, & programmaticis Wittembergenſibus.

JOANNES RIVIUS.

O. 1. 1.

JOHANNES RIVIUS in hanc lucem prodiit anno à nato CHRISTO *milleſimo quingenteſimo*, Calend. Auguſti: quo die annos * ante aliquot, mortem obierat *Laurentius Valla*. Patri ejus nomen fuit, *Chriſtiano*: matri, *Margarithæ*. Fortunis mediocribus, ſed honeſtis: & ob integritatem, nominis inter cives ſuos præcipui.

** O… Val… 146… Au… Kon… Par… Riv…*

Patria fuit *Atthendorium*, Saxoniæ occidentalis, quam nunc WVeſtovaliam nominant, antiquum oppidum, in quo fratres patrueles, *Albio*, *Edilhardi* Regis Saxonum filius: & *WVittichindus*, regis WVernechini filius, ſacris baptiſmi undis abluti, & in Eccleſiam CHRISTI JESU adducti ſunt, auctoritate *Caroli Magni* Imperatoris: ut Regino Prumienſis, & Conradus Urſpergenſis memoriæ prodiderunt. Patriæ autem appellationem ad nomen familiæ adduxit. Fuit enim *Joannes Rivius*, *Venetus* quidam, cujus in Diomedem Grammaticum, aliosque ſcriptores præfationes leguntur. Rivius hic patris ſtudio & diligentia ad magiſtros literarum puer deducitur: qui quamvis illis temporibus rari, & non ſatis inſtructi eruditione eſſent: tamen Rivio in hac parte fuit melius, quam aliis multis, proſpectum. Erat in oppido ejus natali, Eccleſiæ præſes, veneranda ætate & non vulgari doctrina vir, *Tilemannus Mullius*: qui ferre non potuit, ut pueri & adoleſcentuli, quorum indoles ipſi perſpecta erat, & qui magna aviditate literas arriperent, negligerentur.

Pat… therium. Joannes Rivius Venetus. Ed… Riv… theri… Tilemannus Mullius præceptor.

Quam

Quamobrem etſi munus Eccleſiaſticum plenum dignitatis & ſatis laborioſum gereret tamen humilius non detrectavit, & labores in ſe plures & graviores ſuſcepit. Primum enim ſingulis ipſe diebus docuit: tum ut apti ad pueritiam formandam homines accerſerentur, & conſilio, & opibus cives Atthendorienſes juvit. Magnum hoc fuit in ſacerdote, in ſene, in Saxone, illis præſertim temporibus. Idem *Jacobus Wimphelingus* fecit Haidelbergæ; ut & in templo concionaretur, & docendi munus ultro in ſchola ſuſciperet. Ea tempeſtate ſi quis vel carmen ſcriberet, vel aliquid literarum Græcarum ſciret, is pro miraculo habebatur: de inſtitutione autem *Alexandri Hegii* Daventrienſis, qui Rodolphum Agricolam audierat, utrunque præſtabat Tilomanus, & utroque ſuos auditores exercebat, in quo ſtudii curriculo Rivius, & bonitate ingenii, & cupiditate laudis ita progrediebatur feliciter, ut diligeretur à ſuo Doctore, & ut æquales ipſum propemodum obſervarent. Erat autem tenero & imbecilli corpore, & ſe fatigabat contentione aſſidua: quamobrem parentes ſoliciti cura angebantur, ne ſibi morbum contraheret, idque præceptori pater modeſte ſignificabat: qui ut & valetudini pueri & ſtudiis conſuleret; certis eum muneribus domi apud parentes fungi voluit, quibus occupatus pauliſper à libris abſtraheretur; juſſit etiam ſtantem aut ambulantem legere, & à prandio aut cœna ad ſe vocatum, ad tempus quieſcere. Ardor literarum reſtingui non potuit; ſed impetum intempeſtivum pietas retardavit. Nam *præceptorem non audire, & parentum mandata negligere, bonas apud mentes eſt ſemper habitum nefarium.* Fuit in obeundis parentum juſſis tantum obſequium, tantaque argutia, ut imperata celeriter & dextre exequens, ſtatim ad muſeolum recurreret. Motus ſingulari indole Tilomanus, parentum voluntate, in ſuam domum, cum duobus tribusve aliis adoleſcentulis, Rivium recipit, ſuam ſenectutem ſtudiis adoleſcentiæ oblectat, depoſitaque & Theologi & ſenis perſona, interdum luſionibus quibuſdam cum ipſis repuераſcit. Erant rerum omnium diviſa tempora, ſtudiorum, otii, curationis corporis, ludorum: ea obſervari volebat Tilomanus, & exercitationibus interesſet, ne quid petulanter, aut improbe aut parum decore fieret: ita quoque ſe accommodare poterat jocis adoleſcentiæ, ut nec ſenis gravitas, nec præceptoris auſteritas eſſet odioſa. Ad hanc animorum lætitiam, hortulum ſuum patere voluit, & ſuos domeſticos ita exercuit, ut quod plerunque in literis affert moleſtiam, id ille verteret in jucunditatem. Muſicæ exercitationes erant inter præcipuas & cotidianas. Item illa de verſibus Virgilii, ut aperto libro, pagina & linea nominata, notaretur, quod cuique quaſi vaticininm obtingeret. Item, ut ſecundum initium literarum ejus, qui optimus judicatus eſſet, alii vel ejusdem poetæ, vel diverſorum recitarentur.

Wimp-ingus. — *…entia …i.* — *…bitur …les …eptos* — *…cita- …r & …pue.*

Circumferebantur tum libelli, *Aurora, Moreti, Alani*, hominum barbarorum: eorum interdum admittebat verſus ſi eſſent ſententioſi, quia eos antea didicerat. *Catonis* autem nomine, qui inſcribitur, eum probabat: & *Juvencum* Chriſtianum propter hiſtoriam Evangelicam, diebus feſtis interpretabatur. Inter tales & ſimiles iocos, interdum proponebat argumentum, quod aut verſiculis explicarent, aut alio atque alio ſermonis genere efferrent. Hymnos Eccleſiaſticos canebat frequenter: quibus finitis, exquirebat eorum ſententiam, ut etiam in templis cum intelligentia pronunciarentur. Poetas in ſcholis prælegere, tum habebatur religio: quod ſuſpecti eſſent de hæreſi, ex loco quodam ex decretis pontificiis perperam ſcripto, & pejus intellecto: & notata erat infamia lingua ipſa Græca, quod à Romana Eccleſia Græci diſſentirent.

Libri barbari ætatis Rivii.

Poetas in ſcholis prælegere religio habita.

Græca lingua infamis.

Quam ob cauſam cum ab imperitis Sophiſtis aliquoties reprehenderetur Tilomanus, qui in ludum iſta publicum induceret: ne ſibi faceſſeretur negotium, homini Theologo à publico abſtinuit, quod præter dignitatem ſacerdotis, in ſchola (ut vocant) triviali verſari, & à ſuggeſto atque pulvinaribus ad pulpita & ſedilia puerorum deſcendere diceretur. Tale tum ſeculum fuit, & tales nunc ſunt quorundam ſacerdotum mores ut palam helluari, comeſſari, ſcortari, in conviviis ſalaribus culullos exiccare, in luſtris & clauſtris veſtalium nudatos ſaltare, ſciſſos ambulare, dedecora non dicenda patrare, liberum & conceſſum putent: cantare aut pſallere coram Eccleſia, docere in templis plebem, inſtituere in umbra pueritiam, aut ipſa pietatis & literarum amplecti præter honorem & amplitudinem ſuam plurimi exiſtiment. Diſciplina tam gravis & eruditi viri in patria imbutus Rivius Doctoris ſui conſilio à parentibus in Academiam Colonienſem mittitur: in qua tum temporis *Arnoldus Veſalienſis, Matthæus, Phriſſemius, Johannes Cæſarius* Philoſophiam & artes liberales docebant: & laudibus ingeniorum atque exiſtimatione doctrinæ florebant maxime. Horum familiaritate utebatur, quorum etiam ſæpe prædicavit integritatem & beneficentiam & in omni officii genere eximiam voluntatem. Amici inſtabant Rivio, ut ſacras literas diſceret. Cum autem de Phriſſemii ſententia ageret, in ſtudiis Philoſophiæ & linguarum permanſit: fortaſſe quod à jure abhorreret, & ab illo ſacratiore ſtudio præceptoris exemplo deterreretur. Scitum eſt enim quod de Phriſſemio refertur. Is cum Theologiæ operam dediſſet, & literis cultior ac linguis inſtructior eſſet; quam ut Theologo Colonienſi, aut homini Chriſtiano, qualem ipſi tum eſſe volebant, conveniret: in honore uſitato petendo, fert repulſam. Theologis autem literatam eloquentiam in eo, & Græci ſermonis peritiam reprehendentibus, libertate animoſa reſpondit: *quia à veſtro Collegio excludimur, ecce convertimur ad gentes.* Itaque

Mores ſacerdotum quorundam.

Rivius Coloniam mittitur.

Profeſſores tunc qui ibidem.

Studia Rivii Academica.

Phriſſemius ob eruditionem tulit repulſam.

que juriſprudentiæ operam deinceps navans decus & honores conſequitur. Poſt id tempus Rivius munus ſcholaſticum ſuſcipit in ludo, qui erat vicinus templo, quod dicitur ad gradus Mariæ: ei præfuit annos circiter tres cum laude. Nam & laborioſus erat & liberaliter (ut dixi) inſtitutus.

Rivius ludo literario præficitur.

Vitæ genus eligendum mature.

In vitæ genere deligendo varia multi ineunt conſilia, & laudandi profecto ſunt ii, qui quem curſum ſequi velint, & prudenter ſtatuunt, & mature exequuntur, & conſtantiſſime tenent. Videmus tamen non paucos, nequaquam temeritate aut imperitia implicari aliquo genere vivendi, ſed DEO gubernante, ad id ferri atque propelli, in quo ipſe potiſſimum vult quemque ad ſalutem utilitatemque aliorum elaborare: in iis præſertim artibus atque profeſſionibus, quæ nec ſplendorem, nec gratiam vulgi habent, nec augendarum facultatum quaſi materiam præbent, aut ſegetem. Ita Rivius à DEO ipſo deſtinatus ſtudiis adoleſcentiæ à curſu inſtituto avocari non potuit. Factum tandem eſt ut peragratis ad ſuperiorem Rheni ripam claris urbibus & perluſtratis collegiorum bibliothecis, in quibus vetuſtos quoſdam libros aſſervari cognoverat, ſeſe conferret in Miſniam. Nam Academiam Lipſienſem nobilitarant *Richardus Crocus* Britanus, *Georgius Aubanus*, *Petrus Moſellanus*, *Vitus Verlerus*: viri præclare docti, atque exculti linguis, eruditione, eloquentia. Ii tamen jam vita omnes exceſſerant. In Rivio vero cum eſſet magnum ingenium, ſtatim in virorum doctiſſimorum venit notitiam, *Caſparis Borneri*, *Andreæ Camiciani*, & *Joannis Weiſſenſtadienſis*. Forte Senatus Zviccavienſis per *Hermanum Mulpfortum* virum conſularem, conquirebat magiſtrum idoneum ſuo ludo, in quo Ebrææ, Græcæ & Latinæ literæ docebantur. Exceſſerat nuper è vivis *Eraſmus Stella*, urbis ejus conſul, cujus de ſuccino & gemmis libri editi extant. Erat enim philoſophiæ & antiquitatis indagator ſedulus, qui in ludo illo erigendo bonam civibus operam navaverat. Ibidem docuerat *Georgius Agricola*, qui ſe jam contulerat in Italiam; ut philoſophos & medicos audiret. Iecerant ibidem fundamenta literarum & linguarum duo lumina patriæ, *Gregorius Haloander*, & *Janus Cornarius*: qui inter illius ſæculi viros doctiſſimos nomem præcipuum obtinebant. Ludi autem adminiſtratio poſt Agricolæ diſceſſum commiſſa fuerat *Leonardo Nathero*. Munus docendi in ea urbe celeberrima, cum ad Rivium delatum eſſet, Bornero conſulente, id ſuſcipit; & in eo ludo poëtas Latinos interpretatur: cujus collegæ erant viri optimi & eruditione excellentes *Joannes Forſterus*, doctor linguæ ſacræ: & *Hieronymus Noppus* interpres poetarum Græcorum. Hi duo viri poſtea facti Theologi ſumma pietatis laude floruerunt, & Rivium dilexerunt perpetuo. Erant Forſterus, Noppus, Rivius ſtatura parvi: unde homines *puſillos corporibus, doctrina Gigantes*, in ſuo contubernio habere Na-

Proficiſcitur in Miſniam Rivius.

Eraſ. Stella.

Georg. Agricola.

Ludo Zuiccavienſi gubernando præficitur Rivius.

Joan. Forſterus. H. Noppus.

therus vulgo dicebatur; ut in ſuis Annalibus *Paulus Greſius*, vir diligens, annotavit. In ea urbe anno M.D.XXXIV. Rivius uxorem duxit, *Annam Berenualdiam*, ex bona & honeſta familia, Petri filiam; in eadem docuit annos ſeptem, cum utilitate plurimorum. Tandem *Valentini Hertelii*, & aliorum amicorum hortatu, ludum aperuit Annebergæ anno à nato CHRISTO M.D. XXXVII. Ibi quamvis tenui admodum doceret ſtipendio, ut quod *aureos Rhenanos ſexaginta* quotannis non excederet; tamen ex frequentia auditorum, qui è finitimis urbibus oppidisque confluebant, & quos ille privatim magna fide inſtituebat, rem familiarem non modo ſuſtentavit; verum etiam auxit aliquantulum. Sed ſumtus in argenti metalla, quæ ibi uberrima ſunt, ipſe inutiles & cum ſuo diſpendio fecit. Nuper admodum pulſus è palæſtra literaria iſthic erat neſcio quis villanus Dolenſis *Alexander* Grammatiſta: ei ſucceſſerat *Henrichmanus* & *Braſſicanus*: quorum etiam libros ob prolixitatem ad captum puerilem minus accommodatos, loco movet & prima rudimenta ſimpliciſſime tradit: præcepta quædam, quantum fieri poterat lingua vernacula exponit: & ſimul uſum in bonis auctoribus Terentio, Cicerone, Virgilio, Ovidio oſtendit. Nam ante id tempus dialogi *Pauli Niavis*, idioma *Laurentii Corvini*, poemata *Hieronymi Paduani* & *Mancini Dominici*, ſubſellia occupaverant.

Uxo[r] duci[t] [Ri]vius — *Lud[um] ape[rit] Annebe[rgæ]* — *Stip[endi]um* — *Fac[...] tus [...] met[allicam]* — *Au[ctores] quo[s] car[...] viu[s]*

Vocabulorum diſcuſſione, ut nominabat primus in his terris uſus eſt, qua verborum ſingulorum vim & proprietatem docuit: compoſitorum elegantiam & uſum monſtravit: & in ſcriptis, quæ proponebat, exempla & imitationem illorum elucere voluit.

Voc[abulo]rum [discus]ſio.

Igitur quo tardius procedebat, eo diligentius præcipiebat: neque præſcripto menſium aut anni per auctores feſtinabat; ſed pro ratione ingeniorum, ætatis, progreſſuum immorabatur. Qua diligentia effecit; ut pueri ſtudia amarent, quia pueriliter cum iis agebatur: & ſe proficere intelligerent: quia recte atque ordine omnia fiebant. Utebatur ea in urbe familiariſſime *Joanne Sturno*, poeta bono, & ſene non mediocris eruditionis & experientiæ, qui privatim adoleſcentes aliquot nobiles inſtituebat: *Joanne Nævio*, medico doctiſſimo & eximiæ humanitatis viro: *Chriſtophoro Eringio*, Theologo multæ lectionis & ſaniore cæteris judicio: *Antonio Beuthero* ſenatore gravi & bene diſerto. Hi duo viri poſtea propter Evangelii profeſſionem ſolum mutare coacti ſunt. Moleſti ei erant præ cæteris ſacrificuli; qui calumnias deferentes in aulam, eum infenſum faciebant *Georgio*, duci Saxoniæ, tum ejus impediebant commoda, quibus poterant rationibus: poterant autem eo tempore plurimis. Odii cauſa plæraque inde naſcebatur; quod eorum carperet imperitiam in canticis Eccleſiaſticis, quæ illi mutabant ſuo arbitratu, ſine intelligentia.

M[odus] doc[endi] — *J. S[turnus]* — *J. N[ævius] Me[dicus]* — *Chri[st.] Er[ingius] Theo[logus]* — *Sac[rificuli] Ri[vio] infen[ſi]* — *Cau[ſa] odii*

Notum

Notum eſt carmen Lactantio inſcriptum, ſed quod, codicum veterum teſtimonio, *Honorii Fortunati* eſt, de reſuſcitato à mortuis Chriſto:

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi,
Omnia cum Domino dona rediſſe ſuo.

Hoc aliter cani præcipiebant pueris & flaminibus, contra omnem rationem & pietatem, videlicet in die aſcenſus Chriſti ad cœlos, hoc modo:

Ecce aſcendentis teſtatur gratia mundi.

Item in die miſſionis Spiritus ſancti, iſto:

Ecce Spiritum mittentis teſtatur gratia mundi.

Quis autem non intelligit, quam ſtolida & fatua imitatione, quam impotente & furioſo ipſorum imperio? Talia non recte fieri cum ſuos doceret, neque, fieri Rivius vellet: quodam die ita tumultuabatur, qui erat illorum antiſtes; ut convicia faceret in templo præceptoribus, nec manus à pueris abſtineret coram maxima hominum multitudine. Erat is *Joannes Zeidlerus*, artium magiſter, & Tecelii, monachi indulgentiarii, olim collega, aſſentator impudentiſſimus.

Habebat autem adjunctum *Caſparem Sagerum*, nudipedem Franciſcanum quibus accuſantibus etiam Dreſdæ cauſam pro ſe dicere neceſſe habebat. Hoc inſcitiæ exemplum protulit, ut de aliis controverſiis, judicium fieret, quas incidere inter alia hominum monſtra viventi neceſſe erat. In hac urbe, quæ illius fuerit induſtria & ſedulitas, quæ tolerantia laborum, qui contemptus adverſariorum teſtis eſſe potuit Fabricius, & viri cum eo eruditiſſimi, *Adamus Siberus, & Jobus Madeburgus*, eodem tempore ejus diſciplina atque etiam multis magniſque beneficiis uſi. Fuerunt & è Juriſconſultis *Chriſtophorus Scheiba, Antonius Garcheſius, Michael Jegerus, Ambroſius Schurerus, Nicolaus Reinholdus*: è Medicis, *Georgius Pylander, Caſpar Nævius, Hieronymus Oderus, Joannes Chentmanus, Iſaacus Schallerus, Matthæus Clingiſius*.

Plena fuit vita ejus integritate, ſobrietate continentia adeò ut non ſolù præcepta pietatis & honeſtatis traderet; verum etiam exempla in ſuis moribus multarum virtutum ipſe præberet & oſtenderet. Comparaverat ſibi ædes, in quibus altius extruendis, Abbatis *Grunhanii* liberalitate utebatur. Sed cum quaſi portum otii quæreret, iis mercede proſcriptis & venditis, *Mariæburgum* ſe contulit: quam urbem ſedem Muſarum & ſuæ quietis domicilium ſemper nominabat: in cujus etiam laudem edidit libellum. Quamvis autem vitam inertē & deſidem nunquam egit, natura & conſuetudine ab ocio alieniſſimus: tamen à curis & laboribus illis magnis, tanquam reſpirabat, quod minus multos inſtitueret. Etenim qui rem facilem judicat puerorum educationem & gubernationem ejus ætatis, quæ apud parentes intra parietes domeſticos ferè corrumpitur, & impetu quodam ſtultitiæ & contumaciæ ad omne malum proclivis fertur: profecto imperitum vitæ morumque ſe demonſtrat. Retinebat adhuc apud ſe non paucos diſcipulos, quos annos aliquot docuerat, & de quibus ipſe ſpem ſingularem conceperat. In eam urbem cum forte veniret ſuorum negotiorum cauſa *Caſpar Crucigerus*, Theologus præſtans Rivium hortatur familiariter, ut multitudini ſerviat potius, quam paucis quibusdam: neque ulla re moveatur magis, quam tam pii muneris excellentia & neceſſitate. Addit ſe ſcire urbem, in qua cum dignitate ſit futurus, & habiturus juſtum laboribus præmium. Inde eum mox animi cauſa ſecum deducit *Snebergam*, urbi præfecto & Senatui Rivium commendat: qui ſibi nihil honorificentius, ſuis liberis melius, putabant poſſe contingere, quam ſi tali viro & doctore Reſpublica uti poſſet.

Caſpar Cruciger.

Snebergam Rivium ducit.

Itaque *Joannes Weiſenbachius*, eques ornatiſſimus præfectus urbi, nomine Electoris: *Wolfgangus Zeinerus* Paſtor, Paulus Smidius, *Ambroſius Franciſcus*, verbis Senatus eum appellant, neve ſuam ipſis neget operam, rogant: ſalarium amplum, & commoda alia proponunt: & Crucigero auctore, in ſuam tandem adducunt ſententiam: quamvis erat eodem tempore vocatus Regiomontem in Boruſſiam. Docebat tum apud Sileſios ſumma cum laude & mira frequentia *Valentinus Trocendorfius*: eos æmulaturi Luſatii Rivium vocare Budiſſinam ſtatuerant: ſed in Miſnia figere ſedem maluit.

Ibi Rivius docet.

Henricus autem Saxoniæ dux, princeps optimus, audito diſceſſu Rivii, ægre tulit, quod Mariæbergici eum non retinuiſſent ſuis beneficiis. Nam propriis ea in urbe vixerat ſumtibus, quos ſuppeditabant ſecuti ipſum diſcipuli externi. Cum igitur pro ingenti pietate & judicio graviſſimo, filium Auguſtum rectè informari ab ætate tenera vellet: nihil intermiſit; quo Rivium poſſet Fribergam traducere: idque non difficile fuit principi. *Matthiam Marcum Dabercuſium*, à Tilomano præceptore ſibi commendatum, Rivius filii loco habebat: eum ad Snebergios, remittit, & collegam addit è ſuis *Hieronymum Staudium*; ut præſentia quidem Rivii abeſſet, ſed ratio inſtitutionis & diſciplinæ eadem maneret, atque hoc modo lenivit illis ſui deſiderium. Rivii collegæ erant, *Adamus Siberus, Jobus Madeburgus, Fabricius*: & erat celebre nomen urbis Fribergi, quod ibi antea docuerant viri clariſſimi, *Joannes Ragius Æſticampianus, Petrus Moſellanus* Trevir, *Richardus Sbrulius* Forolivienſis, *Jacobus Sobius* Colonienſis.

Vocatur Fribergam.

Collegæ ibi Rivii.

Henricus autem dux Saxonicæ fratre Georgio abſque hæredibus defuncto, cum provinciarum ampliſſimarum adminiſtrationem ſuſcepiſſet: Rivius aulicis negotiis pauliſper à vetere vitæ inſtituto & curſu abripitur. Tempus autem quod in ocio literario & pulveribus continenter tranſegit in illis regionibus, anni ſunt *tres & viginti*: quod in aulicis occupationibus, tantummodo *duo*.

Ex ludi moderatore fit aulicus.

Interea inclyto duci *Henrico* pientiſſime defun-

defuncto, in dominatu ſuccedit major natu filius, dux *Mauricius*: cui exemplum patris ſequenti, in gubernatione nihil fuit prius, quam conſtituere Scholas & Eccleſias.

Scholæ illuſtres in Miſnia.
Rivius ludo Miſnio præficitur.

Scholas aperuit Miſenæ & Portæ, in quibus ſua munificentia aleret pueros cum magiſtris: Miſenenſi inſpectorem dedit Rivium. Judicium Eccleſiaſticum in eadem urbe conſtituit, ejusdem quoque ut Quatuorvir eſſet, decrevit. Utrunque munus cum gravitate & induſtria exequitur, donec ex hoc mortali corpore ad æternam animorum beatorum conſuetudinem eſt evocatus. Verum antequam de exitu vitæ dicam; nonnulla de moribus & ſtudiis quoque breviter videntur exponenda.

Mores Rivii & quid in iis reprehenſum.

In moribus Rivii hoc aliqui reprehendebant quod natura vehementior, adeo ut iraſceretur graviter, & interdum à verbis acerbis non abſtineret. Scimus in eo vehementiam fuiſſe & animum irritabilem: ſed tum maximè: cum aut diſciplinam labefactari, aut turpia defendi intelligeret. Ad eam ejus ſive fragilitatem, ſive vitioſitatem, aliquid adjicebat vitæ profeſſio.

Iraſci interdum neceſſarium.

Nam qui aliis docendo præſunt, in tanta ingeniorum varietate, & in hac ſæculi perditiſſimi corruptione & licentia, etiamſi nolint, iraſci nonnunquam coguntur: & quamvis animus non plane moveatur, vultus tamen alius oſtendendus eſt bono & diligenti, alius contumaci & laſcivo & ſegni. *Naturæ* igitur *hominis miti & placidæ, non raro vim infert genus vitæ, & conſuetudo.* Quamobrem in noſtrum quoque ordinem luſit Græcorum natio, minime quidem inſipiens, ſed non ſemper ſatis gravis & conſtans: quæ ne jocos perderet ſuos, maluit ingenii, quam integritatis laudem quærere. Ambitioni nonnulli tribuunt, quod ſe in aulam contulerit, verſatus jam inde à prima pueritia intra parietes Muſarum, & in umbris Gymnaſiorum: Sed & Plato Siculam, & Ariſtippus Macedonicam pertulit, & in aula Rivius diu non permanſit. Age levitatis ſit, quod in loco uno non conſtiterit: atqui migrare ei vel propter rem familiarem aliquoties neceſſe fuit.

Qui in ſcholis, hoc eſt in ſervitute vivimus, tam diu ſtabiles ſumus, quam diu placet iis, qui noſtras operas conducunt: & hoc vitio laboramus cum aliis, ut interdum copiam inopiæ, quietem jactationibus & omnino meliora, ſi contigerint, deterioribus anteferamus. Inprimis autem offenſos ſcimus quoſdam homines fuiſſe, ejus à Zuiccavia diſceſſu: verum eo tempore doctrinam de ſalute animorum nondum cognoverat. Docuerant in ea urbe florentiſſima non multum ſupra biennium, *Joannes Sylvius* Egranus, & *Thomas Müncerus* Stolbergæ in Herciniis natus.

Joan. Egranus.
Thomas Muncerus.
Nicolaus Storch. fanaticus.

Egranus, homo doctus & facundus, ſe Eraſmianum dici, eſſe & haberi volebat. *Müncerus* aperte furioſus erat, ſed magno multitudinis plauſu audiebatur: is ſibi è lanificum officinis adjunxerat *Nicolaum* quendam *Storchium*, in cujus moribus audacia certabat cum imperitia. Creaverant hi de plebe infima, *duodecim Apoſtolos*, duos item & *ſeptuaginta diſcipulos*: tacite autem in domum Burchardianam arma & tela ad certos homines opprimendos, comportaverant. Wolffgangus Weiſſenbachius Eques, urbi præfectus, ſexaginta ex illa factione comprehendit. Müncerus profugit in Boëmiam ad Satienſes: inde proficiſcens Pragam, in carcerem conjicitur, & quatuor cuſtodibus eluſis evadit, & in Hercinios veniens, Alſtetimunus docendi ſuſcipit.

Storchius item clam ſeſe ſubtrahens, cum nuſquam commodum inveniret domicilium, in Bavaria Monaci egens & ignotus, in taberna publica moritur. Egranus plebi inviſus non inſciente Senatu migrat in valles Joachimicas. Succeſſerunt his qui ſyncere docerent, *Nicolaus Hauſmanus* Fribergius, & *Paulus Lindena* Chemnicenſis: à quorum doctrina non diſſentiebant mores placidiſſimi, & homine Chriſtiano digni. In iis turbis & in ea novitate, non ſe expedire ſtatim potuit Rivius, à primis annis in pontificatu inſtitutus, & ætate nondum corroboratus, nec dum verſatus aut in veterum aut in recentium ſcriptorum accurata lectione, quam poſt id tempus adhibuit, & ſe docilem atque aſſiduum ſacri verbi Dei, & vocis Jeſu Chriſti præbuit auditorem atque diſcipulum. In erudiendis quoque tam ſuis, quam aliis poſt id tempus (ut ipſe ad Principem Heſſiæ vere ſcribit) non magis profanos auctores adhibuit, quam ſacros: nec magis ut doctores, quam ut pietatis amantiores diſcipulos efficeret, elaboravit. Agebat magna contentione Rivius, quidquid agebat: unde interdum vehementius laudando amicos quos probabat, aut ſupra modum extollendo res qnibus delectabatur nimius & importunus videbatur. Verum qui omnium virtutem perfectionem, omniumque actionum rectitudinem in homine requirunt, iniqui & moroſi ſunt: nec ſibi leges ſcribunt, ſed aliis. Quocirca lugeamus communem infirmitatem generis atque ortus noſtri: & nos ipſi agnoſcamus: & de aliis modeſte, ut debemus: honorifice, ut par eſt, ſentiamus.

Fuit Rivius verecundus, ſobrius, caſtus, amans veritatis: majus in eo ſtudium laudis, quam pecuniæ, beneficus erga ſtudioſos, amicis gratus, diligens paterfamilias, cuſtos diſciplinæ acerrimus, optimus ludimagiſter, laboribus indefeſſus, hoſtis ſuperſtitionis, mendaciorum, hypocriſis: atque ſe hanc laudem relicturum dicebat, quod quantum in ſe fuerit, vitiis & peccatis in ſuo munere ſemper omni conatu, omni vigilantia obſtiterit.

Cum autem poëtas, oratores, hiſtoricos explicaret: utilem poſteritati navavit operam, ſcribendis caſtigationibus in *Terentium & Saluſtium*, quæ cum ipſis auctoribus aliquoties ſunt impreſſæ: tum edito Dialogo, in quo locos ex Cicerone plurimos, & alios ſimul aliis ex auctoribus aut corrigit, aut explicat. In Terentium ſcripſiſſe eum copioſe ac diligen-

gènter, teſtatus eſt *Jacobus Mycillus*: quam editionem in Gallia Lugdunenſes; in Italia imitati ſunt Brixiani, Veronenſes, Veneti. Conſcripſit itidem de iis diſciplinis, quæ de ſermone agunt, libros: de *Grammaticis* videlicet, octo: de *Dialecticis*, ſex: de *Rhetoricis*, quatuor: de quibus hoc loco nihil dicemus: brevitas, ordo, facilitas ſatis eos hactenus commendarunt lectoribus ſtudioſis: & inter præcipua horum temporum ſcripta quæ diligentiam & commoditatem habeant, *Cælius ſecundus Curio* exacti vir judicii, eos libros commemorat. *Marius Nizolius* in quadam diſputatione, Rivium iracunde & impotenter exagitat, quod libro primo Dialecticæ ſcripſerit, erraſſe Ciceronem, qui *Thebanum & Trojanum ſpecies eſſe hominis* putat. Philoſophorum hæc eſt ratio hominis ſpecies eſſe Herculem & Paridem, tanquam res ſubſiſtentes natura ſua: & in eo minime errant: qui vero Thebanum aut Trojanum dicit, eſſe hominis ſpecies, ut defendi poſſit: certe aliena & remota dicit, ſi de natura hominis ſermo eſt: at ſi forte in judicium vocare velit Herculem aut Paridem, jam non hominis naturam inveſtigabit; quod aut ſenſu præditus ſit, aut rationem & intellectum habeat, aut morte cadat: ſed Herculem voracem eſſe argumentari poterit, quia ſit Thebanus, quorum apud veteres celebris fuit intemperantia: Paridem dicere, eſſe infelicem: nam fortuna Trojanorum adverſa, etiam proverbio locum dedit. Igitur ſi Marius diſtinctiones Dialecticorum, quas irridet, intelligeret: Ludovicum Vivem, qui idem ſentit cum Rivio, non nominaſſet hominem inſcientem & ſtultum, Rivium verbo ineptum & delirum, qui falſa non ſcripſerunt; & Ciceronem defendere potuiſſet ut oratorem, qui ſpeciem foro aptam ponere maluit, quam ex Academia mutuari, qua ſibi opus non erat.

Julius Cæſar Scaliger, vir ut nobilitate antiqua, ita etiam humanitate excellens, cùm nullam videret proportionem Cretici ad Jambum, item Anapæſti ad Trochæum; contentus fuit errorem indicaſſe Eraſmi, qui in priore ſententia fuerit; Rivii qui in alterâ; à convicio autem vir modeſtus abſtinuit. Sed iratus Marius, me à propoſito abduxit longius. Rivius inter labores Scholaſticos & operas cotidianas, de quibus nihil remittebat, diligentiſſime legebat veteres Theologos, & eorum doctrinam cum renovata atque recente conferebat cum acumine & judicio: & quia nullum ſtudiū ſalutarius, aut ſibi jucundius, inveniebat, quidquid ocii & quietis erat nactus, id omne ad ſcribendum contulit. Fecerat idem multos ante annos in regno ſuperſtitionis *Rodolphus Agricola*; qui linguam Ebræam ſenex didicit, ut ex fontibus Theologiam diſceret: & verum ſuæ ſenectutis, quam in celeberrimis Italiæ & Germaniæ urbibus & Academiis exegerat, ſolatium quæreret: quid conſecutus ſit, novit is qui corda inſpicit & renes explorat, Deus; ut in cucullo ſepeliretur, ipſi perſuaſerunt nudipedes Haidelbergenſes. Opera Rivii diverſis temporibus emiſſa, in unum volumen collecta, edidit correctiora, vir doctus, & de ſtudiis optime meritus, *Joannes Oporinus*: eorum Catalogum ſubjunximus.

Scripta Rivii Theologica.

1. *De inſtaurata doctrina Eccleſiaſtica* 2. *De conſcientia bona mentis*. 1. *De ſpectris, ſeu ſuperſtitione vetere*. 1. *De abuſibus Eccleſiaſticis*. 3. *De myſterio redemptionis humanæ* 2. *De religione*. 1. *De vero amore erga Deum*. 1. *De fiducia ſalutis propter Chriſtum*. 1. *De titulo crucis Chriſti*. 1. *De luctâ Chriſtiana*. 1. *De conſolandis ægrotantibus*. 3. *De vita & moribus Chriſtianorum*. 1. *De officio paſtorali*. 1. *De præſidio angelico*. 2. *De ſtulticia mortalium in corrigenda vita*. 1. *De perpetuo in terris gaudio piorum*. 1. *De felicitate ſeculi noſtri*. 1. *De ſponſalibus ſine approbatione parentum irritis*. 1. *Epiſtolarum de rebus Theologicis*. 1. *Commentariolus in Pſalmum* 34.

Eruditio Rivii.

In his libris & materiæ diverſitas, & argumentorum gravitas, & doctrinæ veritas, oſtendunt eruditionem magnam, ſtudium nominis divini ſingulare, teſtimonium optimæ conſcientiæ: denique quantis donis ornatus à Deo Rivius fuerit. *Præcipuum* autem donum in eo fuit, ut divus Paulus nominat λόγος τῆς σοφίας: unum enim Chriſtum auctorem ſalutis eſſe & ſola fide in nomen ejus omnes homines ſalvos fieri, in ſingulis ſuis libris teſtatus eſt, & ipſe in morte ſua credidit. *Alterum* fuit λόγος τῆς γνώσεως: quia etiam officium hominis Chriſtiani recte intellexit, in ſuis libris perſpicue & diligenter tradidit factisque & vita oſtendit, ambulandum eſſe ἀξίως τῆς κλήσεως καὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ, ut Epheſiis & Philippenſibus idem Apoſtolus loquitur. Cum pontificiis quibusdam longi temporis coluit amicitiam eo animo, ſi eos quoquo modo poſſet à via erroris adducere; quorum etiam in diſputando nominibus pepercit, ut *Jo. Cochlæi* in Epiſtolis de re Sacramentaria: Poſtea autem, cum nihil proficere ſe videret eorum amicitiæ renunciavit. Præclare erat affectus ſemper erga eos, qui eſſent morum bonorum & diſciplinæ honeſtæ ſtudioſi: præſertim cum doctrinæ Evangelicæ initio non pauci ferocia quadam & temeritate, & abuſu libertatis Chriſtianæ, plurimum nocerent.

Abuſus doctrinæ Evangelicæ.

Eos autem, qui diſciplinæ prætextu, doctrinam de fide & merito Chriſti aut malicioſe obſcurarent, aut perdite depravarent: magno odio perſequebatur: inter quos erant *Silvius Egranus* de quo ſupra: & *Georgius Wicelius*, quam Becelinum in ſcriptis appellat, ſcelerati apoſtatæ: quorum etiam paſſim in libris ſuis ſententias manipulares, amentatis telis excuſſit atque comminuit. Dicebat autem corruptum & averſum Egranum voluptatibus, Wicelium ambitione: quod ille pocula & menſam abbatis Chemnicenſis ſectaretur, hic Fuldani pollicitationes & opulentiam ſpectaret. Erat ob eandem cauſam infeſto erga Antinomos animo, è quorum numero primarius ille *Jacobus*

Schencius multum ei negotii faceſſit: ſed ei forti animo obſtitit, & muneri alieno ſeſe ingerenti nihil poteſtatis pro ſua libertate eximia conceſſit. Arrogantes enim quidam homines ſolo contemptu repelluntur. Rogatus aliquando, cur ſua ſcripta vel principibus vel aulicis potiſſimum inſcriberet: reſpondebat. *Primum* obſervantiæ cauſa id merito fieri: *Præterea* recte fieri, quod ipſi talis doctrinæ atque admonitionis in graviſſimo & difficillimo vitæ munere & in tam variis actionibus vehementer indigerent. Habuit plures libros in manibus, quorum titulos ipſe conſignavit: *De diſciplina Eccleſiaſtica & civili, De abuſu libertatis Chriſtianæ, De veterum erroribus in citandis ſacræ ſcripturæ locis:* ſed præventus morte eos non abſolvit. Jam tandē ad cataſtrophen pervenimus.

Cur principibus libros ſuos inſcribere ſolitus Rivius. Libri ab ipſo inchoati.

Peſtis in Miſnia Anno 1552.

Anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo ſecundo vulgatus fuit per terras illas morbus popularis & peſtilens: quo Rivius primo amiſit *Paulum* filium, indolis bonæ adoleſcentem: tum etiam neptem, ex natu majore filia: item famulas duas: poſtremo etiam optimam & fidiſſimam matronam, uxorem ſuam. Quantum ei ægritudinis & luctus attulerit orbitas cariſſimi filii, dulciſſimæ neptis, optatiſſimæ conjugis, de ſe quiſque facile judicaverit. Prædium poſſidebat amænum ad ripam Albis, ad unum ab urbe Miſena lapidem ſitum: in id ſe contulit cum Hieronymo filio, & familia ſuperſtite. Die autem Decemb. 28. qui *Joannis Reuchlini* Phorcenſis natalis eſt, Rivius in morbum incidit, cum horrore & concuſſione totius corporis: cum ſtatim ſecuta virium omnium defectio, & animi crebra deliquia ſunt: cumque magno & firmo eſſe animo juberetur: *Dominus*, ait, *meus Jeſus Chriſtus faciat de me ſecundum voluntatem ſuam.* Altero die *Alexius Prætorius* gener illum accedit, multoſque cum eo de vitæ hujus miſeria & brevitate, de cæleſtis lætitia & felicitate, ſermones habet: quos ſibi gratiſſimos eſſe declaravit. De morbo autem ipſo non tam querebatur, quam de ſiti, dies noctesque ſibi moleſtisſima: ad quam reſtinguendam fruſtra medicamentis utebatur. In brachio altero maculæ quædam nigræ poſt quatriduum apparebant, quas cum aſpexiſſet: intellexit ſibi inſtare diem ſuum. Adhortante ipſum filio, ut ſpem omnem in Deo & ejus filio Chriſto poneret, pro nobis mortuo & reſuſcitato: ſine trepidatione reſpondit: *Mi fili, jampridem hanc rationem ſubduxi, neque eam usque ad extremum vitæ tempus diſtuli: certusque ſum, me propitium habere Deum in cœlis, propter Chriſtum, qui me ſui Spiritus præſentia ne in morte quidem deſtituet.* Deinde recitavit dictum Chriſti ex Joanne: *Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, non morietur: & ſi mortuus fuerit, vivet.* Subjecit etiam hæc verba: *Deus miſericordiæ immenſæ, miſerere mei propter meritum Chriſti Ieſu filii tui. Ab occultis meis munda me. Cor novum crea in me Deus, & ſanctum Spiritum tuum ne aufer à me: confirma me.*

Ea corripitur Rivius.

Poſt aliquod intervallum cœpit hymnum illum Eccleſiaſticum attente dicere.

Veni ſancte Spiritus
Et emitte cœlitus
Lucis tuæ radium.
Conſolator optime,
Dulcis hoſpes animæ,
Dulce refrigerium:
Sine tuo Numine
Nihil eſt in homine,
Nihil eſt innoxium,
Da ſalutis exitum,
Da perenne gaudium.

Converſus deinde ad aſtantes: *Vos*, inquit, *omnes Deo commendo*; & ſublatis manibus ait: *Jeſu Chriſte, fili Dei æterni, in tuas manus trado meum Spiritum.*

Erumpente autem omnibus membris largo ſudore, vi morbi ſe gravisſime angi dixit; mox totum corpus frigus occupabat. Ipſe autem ſe ſupinum in lectulo reclinans, pedes contrahit; complicatisque manibus: *Deus* (ait) *clementiſſime, noli, noli me diutius in hac vita hærere: matura finem. Tu adjutor es in opportunitate.* Cumque his verbis placide expirat, Calendis Jan. inchoantibus annum qninquageſimum tertium.

Conditum corpus eſt extra mœnia & portam Lomacenſem, in cæmeterio D. Wolfgangi. Fratrem habuit Petrum civem Colonienſem, honeſtem mercatorem. Reliquit filios duos Joannem & Hieronymum, artium bonarum & philoſophiæ magiſtros, viros eruditos, fil as tres, omnes honeſte educatas. Succeſſorem habuit Georgium Fabricium Chemnicenſem: cujus & hæc eſt de Rivio narratio.

XYSTUS BETULEIUS.

Xyſtus *Betuleius* vulgo Birk Auguſtæ Druſi, quam male confundunt cum Auguſta Tindelicorum, editus eſt anno milleſimo quingenteſimo, tunc

——*cum ſine honore jacerent*
Optima, barbarieq́; horrerent omnia priſca.

Pueritiam in patria tranſegit, & ut tempora ſinebant, bonis literis addiſcendis impendit. Iactis ſtudiorum fundamentis mediocribus; *Baſileam* venit: ubi in omnibus ingenuis artibus ita eſt verſatus, ut promerente id erudita doctrina vitæque integritate, teſtimonio eruditionis publico, quod Philoſophiæ magiſterium appellant, fuerit ornatus.

Deinde à magiſtratu Baſilienſis urbis minoris ludo literario eſt præfectus: pauloque poſt in numerum etiam illius academiæ Profeſſorum cooptatus. Qua in utraque functione ita ſe geſſit: ut & in eruditione & induſtria ejus laborumque aſſiduitate deſideratum fuerit nihil. Cum autem natura ad poëſin ferretur; ſcripſit ſub idem tempus *Comœdias de Suſanna, de Juditha, Joſepho*; easque publice exhibuit. Iſtiuſmodi docendi genere cum inclareſceret: ab Auguſtana Rep. publ. revocatur, ac ſtipendio liberali ad docendi munus in ſchola patria adhibetur.

Fuit

Et ipſe Gymnaſio præfuit non ſine laude & diſcentium fructu per annos * ſedecim: & rem literariam voce & ſcriptis editis non mediocriter juvit. Ex ejus ſchola enim prodierunt complures pereruditi viri, tum & *Wolfgangus Muſculus & Guilielmus Xylander:* quod ipſe nænia in obitum ſui præceptoris teſtatur.

llega fuit reas erus. Mu s& nder buli leis.

Tu me ſuſceptum primus puerilibus annis
Informas pietate, decoris moribus ornas:
Prima doceſq́ elementa rudem, tu prima futuris
Fundamenta locas ſtudiis, tu primus honeſtis
Artibus imbutum, Latium linguaq́ Pelaſga
Pulcrum idioma doces; tu primus deinde ſacratas
Bellerophontæi deducis fontis ad undas:
Tu Mæcenates, qui noſtra incepta foverent,
Concilias, tutumq́ iter ad ſublimia monſtras.

aBe. Scripſit, præter *comœdias & dramata, ſymphoniam in Novum Teſtamentum Græcum: annotationes & collationes in carmina Sibyllina*, & in *Lactantium*. Item *commentarios* eruditos, *in libros Ciceronis de officiis, de amicitia, & ſenectute, in Paradoxa, & de natura deorum*, & alia.

rude tr. In docendi munere cum feliciter & diu vixiſſet, & jam ad ſenium vergenti res cum morbis variis eſſet: Senatus Auguſtanus eum, ut Xylander in nænia,

—rude donavit, veterani militis inſtar,
Sat bene promeritum de ſe teſtatus.

Fatis conceſſit in patria, vir piiſſimus, & in utraque lingua doctiſſimus, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto, die decimo nono Junii ætatis *quinquageſimo quarto*, menſe tertio, die viceſimo ſexto: à *Joanne Bapiſta, & Paulo Hainzeliis* Auguſtanis fratribus, vicem bene merito de ſe præceptori rependentibus; honorifice ibidem ſepultus cum tali epitaphio.

tiſta ulus elii, iſci; ph.

CHRISTO SACRUM.

Qui locus inſigni vidit cum laude docentem
Xyſtum Betulium: nunc tegit oſſa viri.
Ingenium, mores, doctrinam, ſcripta per orbem
Cognita teſtantur: Spiritus aſtra tenet.
Ille quidem luctum patriæ doctiſq́ beniſq́
Liquit: at haud ſimilem liquit in orbe ſui.

VIXIT ANNOS LIV. MENSES III. DIES XXVI. GYMNASIO AUGUSTANO PRÆFUIT ANNOS XVI. OBIIT AUTEM XIII. CALEND. IULII. ANNO M. D. LIV. IOANNES BAPTISTA ET PAULUS HEINSZELII, FRATRES GERMANI, PRÆCEPTORI BENE MERITO F. C.

Be. Celebravit etiam mortuum *Guilielmus Xylander* nænia, quæ exſtat, ubi inter alia ſic de ipſo:

Non illũ tumido quiſquam ſe extollere faſtu,
Aut alios vulgi vidit contemnere more,
Quanquam, quo reliquis ſeſe præferret, habebat:
Humanus ſed enim, comis neq́ cognitus ulli
Difficilis, neq́ qui magnos ſibi vellet honores
Deferri, placida vitam ratione regebat,
Atq́ domum, & thalmi cum conjuge pignora chara.
Interea ſtudiis ſeſe oblectabat honeſtis,
Atq́ exhauſtorum mulcebat fruge laborum
Ocia; non pigro ſunt qualia inertia vulgo
Plena voluptatum, ſolaq́ libidine ducta:
Ingenuo ſed quæ penſantur ſedula fructu.

Guilielmus Xylander in præfat. verſionis Antigoni, Pantaleon l. 3. proſopograh. annal. l. 11. part. 3.

---

*OLYMPIA FULVIA MORATA.**

*Propter exemplum ſingulare, & maritum, qui Germanus, huc additum.

Nata eſt *Olympia* anno Chriſti 1526 *Ferrariæ*, urbe Italiæ celeberrima. Patrem habuit *Fulvium Moratum Mantuanum* virum doctrina & probitate præſtantem. Is in clariſſimis Italiæ civitatibus publico docendi munere functus eſt, & *Alphonſi* Ferrarienſium Ducis filios, *Herculis* fratres duos, literis ac bonis artibus inſtituit ac perpolivit. Cum autem hanc Olympiam haberet ingenio ſummo præditam; omnibus literis, quibus ad humanitatem homines informari ſolent, domi erudivit: quæ brevi tantum profecit, ut admirationi Italis hominibus eſſet. Itaque cum *Anna Herculis Eſtenſis*, Ferrarienſium principis filia iisdem literis à Joanne Sinapio, viro ſummo, inſtitueretur: ut haberet, qui cum honeſta æmulatione certaret, viſum matri eſt, ut Olympia in aulam, in qua aliquot annos cum laude poſtea fuit, advocaretur. Ibi Itali audiverunt eam ita *Latine* declamantem, *Græce* loquentem, Ciceronis paradoxa explicantem, ad quæſtiones reſpondentem: ut cum veterum puellarum quavis, quæ quidem ingenii laude excelluerit, conferri poſſe videretur. Dum ita pergit, incidit in lethalem morbum *Fulvius* pater, cui ut miniſtraret relicta aula domum ſe contulit. Mortuo patre, quod eſſet natu maxima & matrem admodum valetudinariam haberet, rem familiariam adminiſtrare cœpit, & fratres ſororesque honeſte educare.

O. 1555. d. 26. Oct. ætat. 29. *Pater Olympiæ. Educatio.* *Olympia in aula ducis Ferrarienſis filiæ condiſcipula.* *Olympiæ eruditio.* *Olymp in parentes pietas.*

Erat eo tempore Ferrariæ *Andreas Gründlerus* Germanus juvenis Græcæ & Latinæ linguæ bene doctus, qui medicos audiebat: à quibus etiam lauream medicam conſecutus eſt. Is Olympiæ eruditionem ſingularem, moreſque caſtiſſimos admiratus, eam (quæ viciſſim nihil in homine præter ingenii dotes admiraretur) uxorem delegit, ſibique pulcro connubio copulavit.

Andreas Grundlerus Olympiam uxorem ducit.

Ab hoc quia ab iis deſerta, à quibus minime debebat, & poſt patris obitum, in odium incurrerat aulæ, in Germaniam ducta, *Suinfurti*, in patria mariti, aliquandiu commorata, libros Theologos, quibus caren-dum ipſi in Italia fuiſſet, diligenter & aſſidue legit: totamque ſe ad ſtudia divina retulit. Sorores tres nubiles Ferrariæ apud matrem reliquit: fratrem autem *Æmilium*, annos octo natum, ſecum in Germaniam & patriam mariti abduxit: quem literis Græcis & Latinis, quantum in ipſa fuit, erudivit.

A marito in Germaniam ducta lectis Theologicis veritatem agnoſcit.

Frater Olympiæ in periculoſo lapſu ſervatur.

Hic frater cum *Wirceburgi* aliquando apud Sinapium eſſet cum ſorore, de feneſtra excelſo loco in terram ſuper horrida ſaxa decidit: & cum extinctum eum omnes, aut certe epilepſia correptum iri putarent: nihilo plus accidit illi mali, quam ſi humi cecidiſſet: ut experiundo ſcirent, *Deum Angelis mandaſſe, ut tollant manibus filios ſuos: ne, cum cadunt, offendant ad lapidem.* Cumque patria ejus mariti ab exercitu duorum Epiſcoporum *Wirceburgici & Bambergici* & a copiis ducis Electoris *Mauritii* duciſque *Brunſuicenſis & Noribergenſium* præterea, * obſideretur propter Marchionis *Brandeburgenſis* exercitum quem ille in ea urbe collocarat, in ſummo ipſorum ſalus diſcrimine verſata fuit. Sed Deus ita eos texit cives: ut nullus à tormentis, quæ dies noctesque maximo cum impetu jacta fuerunt, interfectus fuerit; contagione tamen militum, quibus urbs referta, morbus gravis pene omnes cives invaſit, ut etiam mentis dolore fere dimidia pars civium mortua ſit. Affectus fuit etiam tali morbo Olympiæ amantiſſimus maritus: & ita graviter ac periculoſe ægrotavit: ut illius ſpes vitæ nulla oſtenderetur.

Svinfurtum obſidetur.

**An 1557.*

Maritus Olympiæ graviter ægrotat.

Verum Deus, qui ſolet ad inferos deducere, maximis & continuis Eccleſiæ precibus ac ipſius uxoris, illum reduxit. In omnibus vero malis iſtis ſcribit ipſa ſe unico ſolatio uſos fuiſſe *verbo DEI* quo ſe ſuſtentarint: & propter quod nunquam ad ollas Ægypticas reſpexerit: ſed mortem oppetere ibi maluerit, quam alibi omnibus mundi voluptatibus frui. Scribit eadem ad *Annam Eſtenſem* principem *Guiſianam* hæc pietatem veram ſpirantia: *ut primum DEI ſingulari bonitate ab illa idololatria Italiæ diſceſſi, meq; cum marito medico in Germaniã contuli; incredibile eſt, quam Deus mutaverit animum meum: utpote quæ prius longiſſime à divinis literis abhorruerim, jam illis ſolis me oblectem: & omne meum ſtudium, operam, curam, mentem denique omnem in eo locem: ut quantum fieri poſſit, hæc omnia contemnam divitas, honores, voluptates, quæ quondam adeo mirari ſolebam.*

Olympiæ ejusque mariti ſummum ſolatium verbum Dei.

Olympiæ ad Annam Eſtenſem epiſt.

Sed redeundum eſt, unde deflexìmus. Tandem cum poſt menſem obſidionis *decimum quartum*, belli illius felicem exitum expectarent abitu Marchionis; qui ſuum exercitum nocte alio abducturus erat, in maximam inciderunt miſeriam.

Svinfurtum incenditur.

Nam vix dum urbe egreſſus erat ille cum ſuo exercitu, cum poſtridie Epiſcoporum & Noribergenſium milites in urbem invaſerunt, ac eam compilatam incenderunt.

Olympia cum marito in ea direptione ſervatur.

Deus vero ipſam cum marito è mediis flammis eripuit. Nam cum in tanta trepidatione & Panico pavore maritus & ipſa Olympia jam in templum, tanquam in aſylum, recipere ſe cogitarent: miles quidam ipſis ignotus, accurrit: monetque illico extra urbem profugiant: alioqui futurum, ut iisdem cineribus cum incenſa urbe ſepeliantur: Et quidem ſi in templo fuiſſent; vel fumus eos, ut alios qui eò confugerant, exſtinxiſſet.

Parent igitur monenti, quisquis ille fuit, exeunt ſpoliati & nudati omnibus: ita ut ne obolum quidem licuerit efferre: imo in medio foro veſtimenta ipſis detracta fuerunt: neque Olympiæ quicquam, præter ſubuculam, qua corpus tegeret, relictum fuit.

Olym[pia] cum to[ta] ... exp[...]

Cum ex urbe eſſent egreſſi, capitur ab hoſtibus maritus Olympiæ; neque cum vel minimo redimere poterat: & cum eum abduci ab oculis videret, lacrymis & gemitibus ἀνα-λάτοις Deum comprecata fuit: qui & ſtatim illum liberum ad uxorem remiſit. Cæterum digreſſi jam urbe, quo ſe conferre poſſent, ignorabant: tandem *Hammelburgum* verſus iter habere cœperunt: quo ipſa Olympia vix perreptavit. Abeſt enim oppidulum tria milliaria Germanica à Suinfordio. Cives illius oppidi inviti exules iſtos receperunt: cum eſſet eis interdictum, ne quenquam Suinfortenſium hoſpitio acciperent. Olympia, quæ inter pauperculas videbatur omnium mendicarum regina, nudis pedibus, capillis paſſis, veſte conciſſa: & ab alia muliere mutuo data, in oppidum illud introiit: & ex defatigatione infebrim incidit: quam deinceps in tota peregrinatione habuit. Nam cum Hammelburgenſes ſibi metuerent; non integrum fuit exulibus illis diu ibi commorari: ſed intra *quatriduum* illinc, Olympiæ quamvis ægrotæ cum marito diſcedendum fuit.

Ma[ritus] Oly[mpiæ] capi[tur].

Olym[pia] Ham[mel]burg[um] cum to[to] pr[...]

Ind[e] tæ[...] tur[...]

Ibi vero denuo, dum per quoddam oppidulum Epiſcopi iter facere coguntur, capitur maritus ab Epiſcopi præfecto: qui ſibi à domino ſuo mandatum eſſe ajebat, ut interficeret omnes qui Suinfordio illuc profugi veniſſent. Igitur captivi inter ſpem metumque ibi detinebantur: donec literis ſcriptis ad Epiſcopum dimiſſi fuerunt. Aliarum rerum terrenarum omnium jacturam facile tulit Olympia: cariſſimi conjugis ferre nullo modo poterat. Sed DEUS ejus gemitus audivit: neque ſolum tunc, verum etiam poſtea. Eo namque duce ad nobiliſſimum Comitem *Rineccenſem* primum, deinde ad illuſtres comites *Erbacenſes* devenerunt, qui propter Chriſtianam religionem ſæpè fortunarum, & capitis periculum neglexerunt. Ab his prolixe accepti: veſtibus etiam & aliis rebus neceſſariis donati fuerunt. Alterius comitis uxor clariſſimi inter Germanos ducis filia, qui *Palatini* appellantur, tanta charitate pietateque miſere affectam Olympiam accepit: ut ipſamet decumbenti ſuis manibus miniſtrarit: quin & *pallam egregiam* donarit, plus quam mille ſeſtertium numum æſtimatam. Alius ejusdem nobilitatis vir, antea ipſis ne nomine quidem notus, dum in via eſſent, argenti numerum non contemnendum ſubſidio miſit. Horum benignitate in illis difficultatibus ſublevati, *Haidelbergam* venerunt *Andreas Gründlerus* medicus & *Olympia uxor:* ubi maritus ab illuſtriſſimo principe *Palatino*, Imperii Septem-

Ma[ritus] Oly[mpiæ] iter[um] capi[tur].

Di[mit]tur.

Com[ites] Rin[eccenſes] & E[rbacenſes] exu[...] les re[cipi]unt, & [...]vant.

Oly[mpia] cum to[to] H[aidel]berg[am] veni[t].

ptem-

ptemviro ad medicinam publice docendam accitus eſt. Factum id anno 1554.

Heidelbergæ diu firma non fuit. Invaſit enim eam febris vehemens & adſidua: dolores per totum corpus, qui ſomno eam privarunt: unde corpus omnino & vires fuerunt amiſſæ: catarrho, qui dies & noctes ſuffocare eam conabatur, brevi poſt deceſſit. Quomodo autem vitam finierit, maritus ad *Cœlium Secundum Curionem* perſcribit, quem audiamus. *Deceſſit* (inquit) *illa quidem magna cum aviditate, atque ut ita dicam, quaſi alacritate quadam moriendi: cum perſuaſum haberet: ſe ex diuturnis cruciatibus, ex miſerrimaq; hac vita ad perpetuam felicitatem hinc evocari. Jam ferme moriens, cum è ſomno paulo ante experrecta eſſet, viſa eſt mihi neſcio qua dulcedine læta clanculum ſubridere. Acceſſi propius, & quidnam tam ſuaviter rideret, interrogavi. Videbam, inquit illa modo in quiete locum quendam pulcerrima clariſſimaque luce refertum: cumque plura præ imbecillitate proloqui non poſſet; Age inquam ego, bono eſto animo mea uxor: in illa pulcerrima luce tu habitabis. Subridens iterum annuit capite: & paulo poſt: tota inquit, ſum læta: nec plura deinceps locuta eſt; niſi cum jam oculorum acies hebeſceret: vos quidem inquit, vix amplius agnoſco: omnia autem cætera mihi videntur plena eſſe pulcerrimis floribus. Et hæc quidem fuit poſtrema illius oratio. Non multo enim poſt quaſi dulci quodam ſomno oppreſſa, efflavit animum: cum jam per dies aliquot, magna adſeveratione ſæpius affirmaſſet: ſe nihil aliud cupere: quam diſſolvi & eſſe cum Chriſto: cujus in ſe maxima beneficia, quoties per vim morbi licebat, nunquam ceſſabat prædicare: quod eam verbi ſui cognitione illuſtraſſet: quod animum ejus ab omnibus mundi hujus voluptatibus alienaſſet: quod deſiderium illud vitæ æternæ in ipſa accendiſſet: nec ſe dubitabat in omni ſermone appellare filiam* Dei.

Nihil autem potuit minus ferre, quam ſi quis conſolandi ejus gratia diceret, fore, ut ex morbo convaleſceret. Dicebat enim Deum breve quoddam vitæ curriculum circumſcripſiſſe ſibi: ſed valde laborioſum & plenum ærumnis. Itaque non cupere ſe jam à calce ad carceres reverti. Interrogata fuit eodem tempore à quodam viro bono: an eſſet in animo ejus ſcrupulus aliquis, qui eam male haberet? „At illa, totis inquit, antehac ſeptem annis „nunquam ceſſavit diabolus omnibus modis „conari: ut me de fide vera detruderet: nunc „vero ac ſi omnia ſua tela amiſiſſet, nuſquam „apparet. Nec ego in animo meo quicquam aliud ſentio: quam ſummam tranquillitatem & pacem Chriſti. Sed longum eſſet, ſi vellem enumerare quæcunque illa magna cum admiratione noſtra, qui illam audivimus, ſancte, pie, conſtanter, fortiſſimoque animo dixit. Mortua eſt VII. Calendas Novembris, hora quarta pomeridiana, cum nondum eſſet annos XXIX. Vixit illa quidem mecum non totum quinquennium; cæterum neque animum magis ſincerum & candidum neque mores probiores ſanctioreſq; vidi unquam.

Hæc maritus: qui & paulo poſt uxorem chariſſimam eſt ſubſecutus. Sepulta Heidelbergæ ad D. Petri cum marito & Æmilio fratre.

EPITAPHIUM A BASIL. Herold. ſcript.

OLYMPIÆ FULVIÆ MORATÆ
FORMA QUONDAM MULIERI
INGENIO HOMINE MAJORI,
ANIMO, QUO SOLO CHRISTUM
CAPERET, SPERNERET MUNDUM
TOTUM BASIL. JOAN. HEROLD.

CIVI COELESTI. P.

Vixit annos XXIX.
Vicit M. D. LV. menſe Octobri,

Triumphat æternum.

Ex opuſculis & Epiſtolis Olympiæ collecta.

VALENTINUS FRIDLANDUS TROCEDORFFIUS.

O. 1556. d. 26. April. ætat. 67.

NAſcitur *Valentinus Fridlandus Trocedorffius* anno milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo, patre agricola, viro honeſto, *Bernhardo Fridlando*, in pago, à quo cognomentum traxit: cum aliud ſit nomen familiæ paternæ. Diſtat pagus ille uno milliari a Gorlicio, ſuperioris Luſatiæ oppido. *Natalis patria, nomen.*

Pater, cum natura eſſet religioſus, ſuperſtitionibus ejus ætatis apprime deditus, frequens Monachis illius loci adeſſe, quæque illi mendicando collegiſſent, adſervare domi ſuæ, & cum in urbem ventitaret, ſecum advehere, erat ſolitus. Quæ occaſio fuit, ut accedentem ad Monachos patrem crebro filius comitaretur, in quo illi ſeu ſpecie conſiderata, ſeu obſervatis argumentis atque indiciis aliis: quod & curioſius inquiſiviſſent multa, & librorum tractatione delectari viſus eſſet: his ergo notis, ubi in eo deprehendiſſent indolem diſcendi avidam & doctrinarum capacem, hortati fuerunt parentes, ut filium Scholæ adhiberent, & erudiri literis curarent. *Qua occaſione ſcholæ adhibitus.*

Secuti conſilium parentes, Rectori ſcholæ in urbe eum commendant. Sed cum vix literas noſſe, & jungere didiciſſet, relicta ſchola, rediit domum ad operas ruſticas, ſeu pertæſus vitæ Scholaſticæ, ſeu revocatus à patre, cui res familiaris magis, quam filii indoles, curæ erat. Sed adverſabatur utrique mater, quæ uſitata illorum temporum perſuaſione tum demum ſe fore beatam putabat, ſi vel ſacerdotem vel monachum, genuiſſet. Cum ergo optimam de filio ſpem, *Avocatur à ſchola.* *Mater ſtudiis addicit.*

ex monachorum judicio, concepiſſet: abduci eum à literis nolebat; & ne maritum offenderet, ſi filium in urbem remiſſum, ab operis ruſticis prorſum arceret, cum rei familiaris detrimento; à paſtore & cuſtode pagi impetrat: ut hic lectionem & pronunciationem pueri ſuccifivis horis exerceat; ille literas eum formare ac pingere doceat. Ad huuc uſum tum interiorem betulæ corticem, chartas, anſerum calamos, fuliginem infumibuli atramentum ſuppeditaſſe ſæpe ipſe commemoravit.

**Redit ad Scholam.*

His exercitiis poſtquam bienniumconſumſit apud parentes; quod jam aucto cum ætate judicio, literarum utilitatem conſideraret atque intelligeret melius, matre etiam aſſidue inſtigante; repudiavit vitam ruſticam, & urbe repetita totum ſeſe ſtudiis dedidit. Mater abeuntem proſecuta & dimiſſum à ſe multis lacrymis obteſtata fuerat, ne vitam ſcholaſticam deſereret. Has * voces ſæpe affirmabat, ſe tunc ominis loco accepiſſe, & de ſecuturæ vitæ curſu, qui ſcholaſticus futurus eſſet, interpretatum eſſe. Quare ſi quando deinceps ad functiones alias ſplendidiores vocabatur, ut eccleſiaſticas, recuſabat eas; quod ſe voto matris ſcholis dedicatum eſſe meminiſſet: ab his ſibi per mandata ejuſdem, ſalva pietate, diſcedere non licere.

Voces hæ fuerunt. Lieber Sohn bleib bey der Schule.

Reverſus itaque ad ſtudia tanta cum intentione animi, & aſſiduitate in illa incubuit, ut paucorum annorum ſpatio ætate ſuperiores omnes, longo intervallo anteverterit, & ſpem de ſeſe ſummam concitarit. Præceptorem habuit quendam *Alexandrum Cuſpinianum*, qui poſtea puriorem Evangelii doctrinam amplexus, fuit unus inter præcipuos, qui Eccleſias Sileſiæ à ſordibus pontificiis repurgarunt. Parentes amiſit annos natus viginti tres, id eſt, anno à nato Chriſto ſalvatore tertio decimo; quo divendita hæreditate univerſa, Lipſiam ſe contulit; ubi quod propter judicii maturitatem ac rectitudinem poſſet per ſe conſtituere, quæ ſibi ſtudia maxime convenirent, & odiſſet barbariem ſermonis monaſtici, qui tunc in ſcholis dominabatur: ſed abſque cognitione linguæ Græcæ, perfici nil poſſe in eruditione doctrinæ cerneret, ut conjungeret ergo linguam utramque delegit præ cæteris, Magiſtros, *Petrum Moſellanum, & Riccardum Crocum Anglum*, quorum alter Moſellanus, in Latina lingua puriore, alter Riccardus in Græca excellere indicabatur; & quidem Riccardus Græcæ linguæ ſtudium in illas terras recens adduxerat. Utrumque & audivit diligenter & coluit ſtudioſe amplius biennio; & exemplo ac velut manuductione illorum ſcriptores in utraque lingua probatisſimos legere, & imitari cum ſermonis tum hiſtoriarum cauſâ cœpit. Ibidem eo tempore primum ſuſcepit Philoſophiæ gradum. Inde vocatus Gorlicium ad docendum in ſchola, etſi initio erat loco inferiore: paulatim tamen propter liberalis ac politæ eruditionis opinionem ita crevit: ut non pigeret Rectorem

Alexander Cuſpinianus præceptor.

Trocedorfſi. Lipſiam petit Trocedorff.

Præceptores in linguarum ſtudio, P. Moſellanus.

Ricard. Crocus.

Gorlicium vocatur.

ſcholæ & collegas illo magiſtro uti, in diſcendis elementis Græcæ linguæ, & Latinis ſcriptoribus cognoſcendis. Quare tunc & collegas, & ſcholaſticos pariter docuit. Collegis libros *Ciceronis de officiis* enarravit; & *Plutarchi* libellum *de puerorum educatione*. Adjuvit & multos alios bonos viros, in ſcholarum per Sileſiam emendatione & conſtitutione, opera atque conſilio ſuo, qui capti pulchritudine ac dulcedine refloreſcentium literarum, faſtidiebant barbaricas ſordes, in quibus conſenuerant, & hunc juvenem certatim colebant atque invitabant ad ſeſe. Sed haud ita multo poſt, cum *Lutherus* editis propoſitionibus oppugnaret indulgentias, quas venales circumtulit Tecelius excitus viri fama, VVitebergam illius viſendi cauſa profectus eſt. Incidit tunc fore fortuna in Judæum quendam, Chriſtianis ſacris baptiſmo initiatum, *Hadrianum* nomine, patria Hiſpanum. Huic cum non abundaret pecunia, operam ſuam addixit ad miniſteria domeſtica, quo poſſet ſine ſumptu ſuo audire tradentem elementa linguæ ſacræ, in qua celeriter tantum profecit; ut mox cum multorum admiratione intelligeret & recitaret Pſalmos ſine interprete ſua lingua; & eoſdem explicaret aliis. Commoratus in Academia ad annum quintum uſque, auditorem aſſiduum & ſedulum præbuit Luthero & Philippo. Sed delectatus ingenio ac ſtudiis Philippi, & ejusdem in docendo perſpicuitate, facilitate, & rerum copia, ad hunc imitandum totum ſeſe compoſuit.

Ibi docet collegas cum diſcipulis.

VVittebergam proficiſcitur.

Ibi diſcit linguam Hebræam.

Philippum imitatur.

Tanta cura autem & tam religioſe veſtigia ejus conſectabatur; ut non ſententias tantum ab illo traditas: ſed & verba retinere ſtuderet, atque uſurpare in docendo ad extremam ſenectam uſque: δεῖν νηπίου παιδὸς φυλάττειν τὴν περιβολὴν, ἣν ἡ πρώτη αὐτῷ συνήθεια, ὥσπερ λίτϑη περιέθηκε, quæ verba ſæpe in ore habebat; imo piaculum ſe commiſſurum putabat, ſi à præſcripta norma vel latum unguem diſcederet. Neque obſcure præ ſe ferebat, eum ſe fructum capere ex ſuis laboribus præcipuum, ſi quos in officina ſua excoluiſſet, probaret Philippo: & ἀκροατὰς huic idoneos præſtaret. Nam in ea erat ſententia, ſcholas privatas debere & veſtigia ſequi publicarum; & ingenia tenera præparare atque aſſuefacere ad elementa publicæ doctrinæ in Academiis, præſertim ſi certa & ætati puerili accomodata doctrinæ forma extaret, non ad ſua inventa, quæ cogerentur ſæpe adoleſcentes dediſcere labore aliquanto difficiliore, quam addidiciſſent. Nec φιλαυτίαν probabat illorum, qui in ſcholas ſuas non admittebant quicquam; niſi quod ipſi vel genuiſſent, vel ſuo judicio hinc inde decerptum contraxiſſent.

Sch... triv... offic...

Poſterioribus annis in Academia privatim docendo ſeſe ſuſtentavit commode & liberaliter, idque tum facto non fuit difficile.

De... vat...

Tanto enim flagravit diſcendi ſtudio illa ætas; ut cum magna eſſet raritas recte eruditorum, ſi qui reperirentur, qui melioris doctrinæ inſtaurationem ac propagationem

adjuva-

adjuvarent, ii multa mercede conducerentur & cumularentur præmiis. Enarravit autem præter Ciceronis ſcripta, quibus multum operæ & curæ impendit, Paulinas epiſtolas Græcas, non tam linguæ quam doctrinæ cauſa: cujus fundamenta his Magiſtris & inſtauratoribus, quos Deus excitarat, cupiebat integre cognoſcere. Neque ab illo tempore deinceps unquam ſtudium doctrinæ ſacræ de manibus depoſuit. Nam abductus ex Academia, autoritate & conſilio viri optimi & integerrimi *Georgii Helmerici* cujus excellens fuit doctrina & prudentia ad reſtitutionem ſcholæ Goldbergenſis, quæ collapſa erat poſt diſceſſum *Hieronymi VVildebergii*, viri clariſſimi, qui poſtea in Boruſſia mortuus eſt, annis plenus. Centeſimum enim attigiſſe putatur. Eo ergo abductus, cum non ſubito ſchola augeretur, rebus mutatione doctrinæ ac rituum turbatis & fluctuantibus, & collega à pulveribus ſcholaſticis ad Rempublicam acceſſiſſet: ipſe omne tempus tribuit diſputationi, commentationi, collationi ſententiarum cum amicis de ſuſcepta religionis emendatione. Inciderat tum forte certamen Doctori *Johanni Heſſo* Theologo in urbe Vratislavia cum monachis ac ſacerdotibus ejus loci, quorum princeps erat quidam Doctor Sporus; id ad diſputationem devenerat. Heſſus congreſſurus cum adverſariis, ne ſolus rem tantam audere videretur fiducia quadam vel ingenii vel doctrinæ: præ multis aliis Trocedorffium ſibi adjunxit, tanquam paratiorē cæteris ad conflictum, & à ſubſidiis neceſſariis inſtructiorem. Cumque libros Biblicos amicis diſtribuiſſet, qui ad citata attenderent, judicio Trocedorffii tantum tribuit; ut ab eo ſolo textus, qui proferrentur in fontibus Græcis & Hebraicis inſpici ac conſiderati voluerit. Eodem tempore innovatæ religionis occaſione Schvvenckfeldius & nonnulli alii ſparſerant in urbe Lignicenſi ſemina fanatici ac peſtilentis delirii; quod deinceps, actis paulatim radicibus, non Sileſiam ſolum; ſed multas alias Germaniæ ac præcipue nonnullas Sueviæ partes infecit. Tum vero & principis in illa urbe animum occuparat. Huic delirio cum primus ſeſe oppoſuiſſet & acriter reſtitiſſet pene ſolus Trocedorffius aliquandiu; & tandem in ſecretioribus colloquiis principem pertinacirer diu reluctantem, evidentia teſtimoniorum ſacrorum, nonnihil flexiſſet; obtinuit, ut ab eo contra fanaticos accerſerentur, tanquam ad Academiam, quam conditurus eſſet, viri docti ex VVittembergenſi Academia: inter quos fuerunt *Bernhardus Ziglerus*, quem excelluiſſe peritia linguæ Hebrææ annales teſtantur, *Cordatus*, & nonnulli alii, circiter annum à nato Chriſto viceſimum ſeptimum. Hi cum non autores ſolum fanatici dogmatis, ſed & patronos horum experirentur opiniones ſemel conceptas mordicus retinere; & emendationem futuram eſſe difficilem: etſi pertulerunt aliquandiu adverſantium oppugnationes, nonnullos etiam ex his ſummoverunt; aliquos in ſententiam traduxerunt ſaniorem: tandem tamen ceſſerunt acerbitati & importunitati cæterorum; quos intelligebant tolli difficulter poſſe. Solus Trocedorffius in ſtatione perſtitit, & ictus telaque ſuſtinuit eorum eo uſque; donec, devicto & expugnato principis animo, perfecit: ut perniciosum dogma radicitus extirparetur autoribus dimiſſis.

Præcipuam in hoc negotio ajebat fuiſſe authoritatem Lutheri, quanquam multos princeps conſuluiſſet, præſertim poſtquam impetraſſet: ut Schvvenckfeldi VVittembergam ad colloquium cum Luthero mitteretur.

Redit VVittembergam Trocedorff.

Rediit & ipſe in Academiam VVittembergenſem anno proximo ante conventum Auguſtanum; & hoc peracto, Goldbergenſibus, autore & impulſore *Helmerico*: quem ſupra nominavi, ſollicite ac pene ſuppliciter eum ad inſtaurationem ſcholæ ſuæ invitantibus, obſecutus propter amicum veterem, recepit ſe ex Academia Goldbergam anno triceſimo primo, & ſcholæ gubernationem denuo, ſed proſperiore, quam antea fato ac ſucceſſu adiit.

Inde Goldbergam.

Fama Trocedorffii.

Quod enim fama nominis ipſius Sileſiam compleviſſet totam multo ante: cito magna ſcholaſticorum multitudo ex omnibus locis eo confluxit. Celebrantur à gravitate ac ſeveritate diſciplinæ ſcholæ veteres Rhodia & Maſſilienſis: ſed ſi nata ex Eccleſia, & ad æternitatem ſpectantia ſcholarum ornamenta, ſi diſciplinæ nervos pluris facimus, quam evanidam ſapientiam Ethnicorum; longe hanc illis antecelluiſſe fatebimur.

Schola Rhodia & Maſſilienſis.

Erat enim prorſus ſimilis optime conſtitutæ politiæ, & legibus, doctrina, atque aliis honeſtis exercitiis præclariſſimæ ſancitæ ad hunc finem; ut adoleſcentia à teneris imbuta ſanctis de Deo ſententiis, flecteretur ad timorem & invocationem Dei; ut diſceret elementa literarum atque artium neceſſariarum Eccleſiæ & communi hominum ſocietati; ut arctiori diſciplina, velut cicurata, manſueſceret ad communia honeſta officia publica ac privata.

Ratio ſcholæ Trocedorffianæ.

Deſcriptio illius ſcholæ.

Cœtum univerſum, qui numeroſus erat, ſed ingeniis diſſimilis, diſtinxerat, veteri Attico & Romano more, in claſſes ſex; claſſes in tribus certas. Claſſibus ſingulis pro captu ingeniorum, ſua deſtinarat ſtudia, quæ aſſiduo repetebat & urgebat, citra defatigationem eadem per eadem declarando. Superiores claſſes ipſe docebat, primis aliquot annis ſolus, ſequentibus, cum ætas & operæ creviſſent, auxilio collegarum, quos adſciverat. Inferiores erudiebat per diſcipulos, natu grandiores, quos exercere ingenia ac profectus ſuos hac occaſione volebat, in iis, quæ ætati puerili conveniunt. Provectiores exercebat in fundamentis doctrinæ ſacræ. Hæc enim præcipua cura ac diligentia inculcabat in uſu linguæ utriuſque Latinæ & Græcæ, & iis artibus, quæ formandæ orationis & regendæ ratiocinationis cauſa traduntur. Quare & *Dialecticen* nunquam intermit-

Quos autores docuerit.

mittebat: & *Virgilii* poemata, ac *Ciceronis familiares epiſtolas* in manibus ſcholaſticorum perpetuo eſſe volebat; & præter has ex intervallis, *Ciceronis officia*, & *orationes* ejuſdem, nonnunquam, & *Livianas* enarrabat; ut ad Rhetorica etiam exercitia paulatim traduceretur juventus.

Modus docendi.

Ad Græca elementa *Iſocratis* ſcripta addebat, & Paulinas epiſtolas. Et quanquam ſingulis diebus horam unam repetitioni publicæ tribueret: tamen ut acueret attentionem & diligentiam in auditoribus, ſemper prælectionibus miſcebat examina, quæſtionibus motis aut argumentis; quæ fere ex Ethica, aut ſacra doctrina ſumebat; aut propoſitis ſententiis, vel aliquo loco communi; quo fiebat, ut ſimul & dialecticarum præceptionum uſum conſpicerent adoleſcentes; & res ipſas noſſe atque intelligere conſueſcerent. Argumentorum & quæſtionum explicationes vel ipſe inſtituebat, vel exigebat ab aliquo ex auditoribus: quos cum requireret, declarationes uberiores & ex fontibus petitas, præmonebat ante publicæ prælectionis tempus. Ita etiam in ſingulas ſeptimanas bina ſtyli exercitia inſtituerat, *alterum* in oratione ſoluta, *alterum* in carmine. His *tertium* argumentandi addiderat, cui aderat & præerat, Thematibus in diſputationem propoſitis. Materiam ſcriptis ſuppeditabat alias ſacram, alias Philoſophicam: ſed otioſam & jejunam nunquam. Scripta quidem publice exigebat à ſingulis, atque inſpiciebat, ut diligentiam exploraret ſuorum, ſed raro perlegebat, quod tempus non ſuppeteret. Quæ vero formandi ſtyli cauſa monenda erant; ea ſeorſim, accerſitis ad ſe ſingulis, ubi commodum erat, exponebat privatim accurate, & de iiſdem ſæpe publice monebat.

Exercitia ſtyli.

Sed præter hanc ſcribendi diſputandique, & præter quotidianam Latine loquendi conſuetudinem, occaſiones iiſdem exercitiis præbebant plures aliæ conſtitutiones, diſciplinæ cauſa introductæ, de quibus hiſtoria gubernationis monebit. Fuit enim gubernatio tantæ multitudinis ideo etiam facilior illi, puod in pauca eam contraxerat, & aptiſſimo ordine gradus officiorum, quibus utebatur, diſtinxerat. Id vero ſingularis erat prudentiæ. Nam felicitatem taceo, quæ prorſus erat divina.

Gubernatio & diſciplina.

Univerſo cœtui præerat ipſe tanquam αὐτοκράτωρ: ſed tot Ephoris utebatur, ut in tanto agmine nulli manenti in ſtatione & intra metas, ullo vel loco vel tempore ſui deeſſent cuſtodes atque cenſores. Quos ergo domeſticæ diſciplinæ ἐπιμελητὰς & cuſtodes conſtituerat, eos *œconomos*, quos morum cenſores & quaſi harmoſtas inter ὁμοτραπέζους deſignarat, hos *Ephores* & *Inſpectores*; quibus id negotii dederat, ut in conventibus publicis, qui lectionum, ſacrorum, aut diſputationum, cauſa fiebant, obſervarent, tribules ſuos, hos *quæſtores* nominabat.

Oeconomorum munus.

Oeconomorum munus erat, curare & præſtare, ut domeſtica quiſque officia recte faceret. Hi cum mane ſurgendum eſſet, tintinnabuli pulſu excitabant cæteros, paulo poſt oſtiatim circumeuntes, nondum progreſſos excutiebant: cæteros impellebant, ut rite induti ablutique properarent communes ad preces, quas præcipua cura ac ſeveritate flagitabat & urgebat. Iidem & ad lectiones convocabant agmen ſcholaſticum dato ſigno, & à prandio, ubi præteriiſſet tempus, quod laxationibus animi honeſtis conceſſum erat, conclavia perluſtrabant ſingula: num purgata illa eſſent, ut decebat; num lecti ſtrati eſſent, veſtimenta exterſa, ſupellex munda & compoſita; num ad locum & ad operas quisque ſuas rediiſſet. Providebant etiam ac præſtabant: ne qui tumultuarentur, aut compotarent, aut fabulationibus intempeſtivis, vel muſicæ exercitiis alieno tempore turbarent ſtudia vicinorum. Somni tempore appetente, poſtquam preces recitatæ eſſent, ſcholæ foribus concluſis atque obſeratis, eodem ſigno ad lectum quenquam ſuum revocabant. Cumque de ſingulis inquiſiviſſent: oſtiatim ſilentium imperabant. Nec citius ipſi ſe quieti dabant, quam conſiluiſſe omnia ubique animadvertiſſent. Horum cum plures eſſent, in pluribus, ac diverſis contuberniis; cæteri ad unum, qui præcipuus erat, referebant, de ſuæ fidei commisſis, quid fieret. Hic renunciabat præceptori, qui nonnunquam œconomis aderat, nonnunquam multo poſt aut in univerſos ipſe inquirebat, aut de iis ſciſcitabatur ſolis, quos de nocturnis evagationibus ac diſcurſationibus, ſuſpectos habebat.

Diſcophori Ephororum ...

Ephoris ſubjecti erant Diſcophori. Hi menſæ miniſtrabant, idque ordine ſinguli hebdomatim faciebant. *Ephori* magiſtri erant illius partis diſciplinæ ſcholaſticæ, quæ exigit munditiem, elegantiam & modeſtiam in menſa, ac leges, quæ de his præcipiebant, exequebantur. Cumque gererent munus commendatum autoritate publica; cæteri eos non minus, quam ipſum præceptorem reverebantur. Hunc ſublata menſa abeuntem cuncti ſequebantur è veſtigio, nec commorari diutius cuiquam, nec ante datum ſignum licebat reverti. Volebat autem ſuccinctos accumbere ſingulos; ut aſtrictus ac velut vinctus venter minus impleretur atque oneraretur cibi ſarcina, ingenii & valetudinis cauſa. *Quæſtores* operarum publicarum erant ἐργοδιῶκται. Singulis autem tribubus ſui præerant quæſtores, qui uni ſupremo ſuberant ac parebant. Illi hebdomadatim creabantur, & ſeſe magiſtratu ſolenniter publica oratione abdicabant. Hujus munus menſtruum erat. Ad hunc cæteri referebant, ſi qui ex tribulibus vel à lectionibus, vel à ſacris publicis, vel à veſpertinis diſputationum exercitiisabfuiſſent. Nam ad quæſtores pertinebat, cogere tribules ad obeundas asſidue ac ſedulo publicas preces & lectiones: abſentes vero notare atque indicare. Themata item quæſtionum vel argumentorum

Quæſtorum munus.

mentorum proponere, de quibus à cœna per horæ dimidiæ ſpacium inter ſe tribules confe-rebant, uno interrogante. Si quos ex œconomis, aut quæſtoribus vel negligentes eſſe in commiſſo munere, vel ſuis connivere aut cum iis colludere deprehendebat; in tales, ut prævaricatores graviſſime animadvertebat.

Rebus ſic conſtitutis, qui contra leges, mores, inſtituta ſcholæ deliquerat, aut contra officium fecerat, indicabatur præceptori. De hujus ſententia ad pœnam corporis aut mulctam condemnabatur, vel à magiſtratu ſcholaſtico vocabatur in judicium ad dicendam cauſam. De magiſtratu ſic res ſe habet. Creabat *conſulem* menſibus ſingulis è cœtu ſcholaſtico; cui adjungebat *Senatores* duodecim: *Cenſores* binos. Illi conſuli cauſas cognoſcenti aſſidebant, quorum ſi quis aliquid admittebat indignum ordine illo, ſenatu movebatur. *Cenſores* magiſtri erant morum ac diſciplinæ in viis ac congreſſibus publicis; ut in inceſſu, geſtu, ſermone, & tota corporis actione præſtaretur à ſcholaſticis modeſtia, ordinem decens. Quibus vero judicium publicum ſubeundem erat; his dies dicebatur octiduo ante, ut præmeditati accederent. Non enim aut ſcenicū, aut theatricum ſpectaculum exhibebatur; ſed res agebatur ſeria, cum ea, quæ publicis judiciis convenit, ſolennitate ac ſeveritate. Senatus ſolo ac circumſcripto loco intra determinatum circum conſidebat, quem tranſcendere nemini licebat. Circumſtabat agmen reliquum intentum in rem præſentem cum verecundia & modeſtia rei tantæ conveniente. In medio agmine conſiſtebat *Dictator* perpetuus. *Reus* à reliquo cœtu ſeparatus, ſpectante & audiente tota corona, accuſabatur. Partes accuſatoris ipſe quandoque agebat; nonnunquam eas demandabat uni ex ſcholaſticis, præſertim ſi quid commiſſum erat contra leges aut bonos mores. Reus juſſus reſpondere, (prius enim fari non licebat) ſi vel culpam deluiſſet juſta excuſatione, vel agnita culpa deprecatione uſus, diligentiam ſuam oratione probaſſet conſeſſui; abſolvebatur, ſententias rogante conſule. Si ignaviæ index eſſet negligens oratio, quam quemque ſuo Marte componere oportebat, condemnabatur vel in levi culpa.

Magna ſeveritate & gravitate deinceps ipſe dictas ſententias repetebat, exaggerabat, & exequebatur. Inſtituerat autem judicia hoc potiſſimum conſilio: ut adoleſcentes à teneris conſiderare dignitatem ordinis politici, & magiſtratus ac judicia, tanquam Dei opus, revereri conſueſcerent. Nam ut pietatem erga DEUM voce doctrinæ & precum exercitiis; ſic reverentiam erga ordinem policicum ſpectaculis judiciorum publicorum tenellis animis inſeri oportere atque infigi cenſebat. Nec minus ei curæ erat fingere mores uniuscujuſque: quam excolere pectus doctrina.

Commemorandæ hic ſunt & Panegyres quas more Græciæ veteris peculiari quadam feſtivitate celebrabat. In his enim recitabantur à ſcholaſticis orationes Latinæ certatim, & coronabantur cum præconio publico, qui viciſſent; ut olim in certaminibus Olympicis. Hæc ſpectacula animos non prorſus aut veternoſos, aut à cupiditate gloriæ alienos, vehementer, accendebant & incitabant. *Panegyres ſcholaſticæ*

Nec prætereunda prorſus ſunt corporis exercitia: quæ etſi non tam urgebat, quam permittebat: tamen ſpectator eſſe plerunque cum aut palæſtra exerceretur, aut curſu certaretur: atque agilitatem uniuscujuſque obſervare, & collaudare alacres atque excitatos: vituperare ignavos aut diſtortos ſolebat. Ad hunc modum, ſcholam ille ſuam gubernavit annos plurimos. Sed in extremo actu infelix fuit, labefactata diſciplina, diaboli inſidiis & impulſu, & creſcente petulantia & malitia ingeniorum, fato quodam effœtæ hujus ac deliræ ſenectæ mundi; in qua ruunt, ceu impetu quodam præcipitata, bene conſtituta omnia; & collabuntur atque intereunt honeſtæ artes atque diſciplinæ: quicquid contra moliamur atque conemur. Acceſſerunt ad domeſticas calamitates mala publica. Nam cum diſſipatam ſæviſſima peſte ſcholam vix, velut fractas è naufragio tabulas, recollegiſſet & inſtauraſſet: ſubito incendio totum conflagravit oppidum, in quo ædificia ſcholæ ſimul perierunt; ſed nulli ſcholaſticorum quicquam accidit. Hoc beneficium cuſtodiæ ſanctorum Angelorum tribuebat: à quibus improvidum & curioſum agmen ereptum ex circumfuſo incendio ac mirandis modis ſervatum eſſet.

Exercitia corporis. *Actus eius extremus infelicior, & cur.* *1. Laxatio diſciplinæ. 2. Mala publica.*

Poſt eam cladem quam graviſſime tulit, cum agmine ſcholaſtico receſſit in * exilium, in quo dum occupatur colligendis ſumtibus ad ædificia partim renovanda, partim ſarcienda; ſed de aſſiduis operis ſcholaſticis nihil tamen remittit, fractus ante ætate & laboribus, & recentibus doloribus & curis magis languefactus, opprimitur ſubita apoplexia inter docendum, cum enarrare cœpiſſet Pſalmum vigeſimum tertium, *Dominus paſtor meus eſt:* 6. Calendarum Maij, anno quinquageſimo ſexto ſupra ſeſquimilleſimum, poſtquam annum attigiſſet ſexageſimum ſeptimū. Sepultus eſt Pignicii in æde D. Joannis. Hoc exitu vitam cælibem & innocentem in terris clauſit Trocedorffius, anima cum Pſalmi precatione emiſſa, & Deo conditori reddita inter ſanctiſſima opera vocationis. Statura fuit infra mediocritatem, facie rubicunda, geſtu corporis gravi ad terrorem usque, temperamento haud dubie calido & ſicco, ſed cerebro frigidore. Congruit autem in eum veriſſime encomium, quo ornaſſe Epicharmum ſcribitur antiquitas: πολλὰ γὰρ πάντων ζώων τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα, μεγάλα χάρις αὐτῷ.

** Lignicium oppidum ad tertium lapidem Goldberga diſtans.* *Obitus Trocedorffii.*

Ex tomo 5. declamationum Philippi.

I JOAN-

JOANNES SLEIDANUS.

O. 1556. d. ult. Octob. ætat. 50.

IN tanto eruditorum hominum in Germania proventu, qui elapſo ſeculo omni doctrinarum genere excelluerunt, pauci reperti ſunt; qui hiſtoriam ſui temporis ad poſteros ſint tranſmittere conati, ſi Sleidanum unum excipias. Hic enim, ut quis fuerit religionis & Reipubl. Carolo V. Auguſto Cæſare ſtatus ſciremus, editis commentariis effecit. Protulit eum, non ſine nominis ſui famæque augumento, *Sleida*, Ubiorum oppidum, natali etiam *Joannis Sturmii* nobilitatum. Natus anno orbis redemti ſexto, ſupra ſeſquimilleſimum: rudimentis in patria primis perceptis, Lutetiam Pariſiorum abiit: ibique inchoatam ſtudiorum telam, Minerva non invita, pertexuit.

Sleida patria Sleidani, ſic indedicti.
Lutetiæ literis dat operam.

Ad ſanctarum deinde legum ſtudia converſo animo: tantum in iis profecit, ut teſtimonium ſuæ in eo doctrinæ genere eruditionis Academicum, Licentiam vocant, ſolenniter conſecutus ſit: & ad Famæ templum per Virtutis ædem, mature aditu eruditione non proletaria facto, penetrarit. In Bellajorum familia diu verſatus, res magnas ſub *Joanne Bellajo* Cardinali geſſit ac didicit. Poſtea turbantibus in Gallia rebus ob divortium in religone factum, ipſe ſanguinolentis judiciis ſe ſubduxit: & *Argentinam*, portum quaſi ac ſedem imbellium Muſarum & profugorum, anno quadrageſimo ſecundo petiit. In ocio ibi literario agens, primum *Ludovici Cominæi* commentarios, de rebus geſtis *Ludovici*, ejus nominis undecimi, Galliarum regis, & *Caroli* Burgundiæ ducis, lingua Gallica ſingulari lepore, & fidei ac veritatis opinione conſcriptos in Latinum ſermonem tranſtulit. *Jacobo* deinde *Sturmio* Reipub. Argentinenſis prætore nobiliſſimo & ampliſſimo non modo hortante, verum etiã materiam ſuppeditante, *opus* illud quod ſupra tetigimus *de ſtatu religionis & Reipublicæ Germanorum, Carolo quinto Cæſare*, ſcribere eſt aggreſſus: tandemque publico Proteſtantium, quos vocant, ordinum ſtipendio accedente libris viginti ſexabſolvit, ad annum usque quinquageſimum quintum narratione perducta. Qui commentarii in publicum emiſſi variis fuerunt obnoxii judiciis; & à variis partim * continuati, partim in Germanicam, Gallicam & Italicam traducti linguam.

Et juriſprudentia.
E Gallia Argentinam venit.
Commentarii Cominæi à Sleidano tranſlati.
Commentarii Sleidani de ſtatu in Germ. Carol. V. Imp.
** Ab H. Pantaleone, à Michaele Beuthero & aliis.*

Dedit autem Sleidanus non tantum ſcribendo eruditæ doctrinæ; ſed etiam politicis negotiis obeundis, prudentiæ civilis ſpecimina præclara. Nam cum bellum Galliæ Regis cum Anglo * arderet: & res tam mari quam terra totis viribus utrinque gereretur: ipſe cum *Ludovico Bambacho* Proteſtantium nomine ad Angliæ regem legatus miſſus fuit: ut ad pacis eum ſtudia flecteret. Iterum cum Tridenti Concilium indictum eſſet: ipſe Reipublicæ Argentoratenſis legatus eidem * interfuit; & nihil ſuo loco intermiſit; quo tandem actio cum Theologis Proteſtantium inſtitueretur. Sed Mauritianis præter exſpectationem bellum Cæſari moventibus, ipſe Concilio ſoluto re infecta domum rediit. Paulo poſt, cum *Henricus* Galliæ rex cum exercitu per * Lotharingiæ fines Tabernas usque, quatuor ab Argentorato oppidum, progreſſus eſſet: & ab Argentinenſibus, ut rebus neceſſariis militi ſuo ſubvenirent, poſtulaſſet: Sleidanus cum *Petro Sturmio & Friderico Gotteſſemo* legati Sarburgum miſſi fuerunt, qui certum frumenti & vini modum deferrent: atque per omnia urbis nomine cum eo tranſigerent. Quod erat oblatum, rex quidem non repudiavit: ſed panem ſibi dari voluit: legati contra, frumentum: de quo cum non conveniret; infecta re diſceſſum fuit.

Politica negotia Sleidani.
** An. 1545.*
Legatio ad regem Angliæ.
Ad… item
** A… Ad Gall…*
** com… lib…*

Scriptis itaque & factis cum magnam ſibi apud omnes paſſim comparaſſet gloriam atque exiſtimationem; ſcribendi & vitæ finem fecit, lue epidemica correptus, Argentinæ, Octobris die ultimo, anno CHRISTI quinquageſimo ſexto ætatis quinquageſimo. Præter illa, quæ ſupra recenſuimus, edidit ſcriptum breve & elegans *de quatuor monarchiis*: quod etiam ſuos invenit oppugnatores. *Froiſſardi*, nobiliſſimi ſcriptoris Gallici, *hiſtoriarum opus omne* breviter collegit, & Latino ſermone reddidit. Tranſtulit etiam ex Gallico in Latinam linguã *Claudii Seſellii de republica Gallorum & regum officiis* libros duos. Extant & *orationes* ejus *duæ*, una ad Carolum V. Cæſarem, altera ad Germaniæ principes ac ordines imperii, in quibus de Papatu & de cauſa religionis tractatur. Quæ præterea verterit aut ſcripſerit, vide in bibliotheca Geſneri.

Obi… Slei…
Scr… eju…

Cæterum quid nonnulli hiſtoriæ Sleidani tribuerint, quantumve fidei habuerint: ex hoc *Carolovitii* ſermone conjecturam facere eſt: quem refert *Matthæus Dreſſerus* in oratione * de ordine, veritate, & uſu in hiſtoriarum lectione ſpectando. Sic igitur ille: *ex animo meo nunquam effluit vox Chriſtophori Carolovitii, ejus, qui ſapiens, qui eruditus à plerisque habebatur & cognominabatur. Is quoties mentio Sleidani commentariorum incidebat; fere cum gemitu quodam multa aliter commemorabat: quam ſcriptor ille expoſuit: affirmabatque ſe non ſolum interfuiſſe plerisque conventib⁹ imperii, & privatis communibusq; conſultationibus, actionibus & decretis; ſed nonnullis etiam præfuiſſe: ut fidem mereri ipſius oratio omni jure videretur. Sic igitur de Sleidano dicebat, tanquam epiphonemate quodam narrationem claudens: Sleidani hiſtoria adimit mihi fidem omnium ſuperiorum hiſtoriarum.* De quo lectori æquo liberum eſto judicium. In apologia ipſe Sleidanus ſe purgat: ubi & cauſas, quibus ad ſcribendam hiſtoriam impulſus acceſſerit, & quo modo in ea progreſſus ſit, verboſe exponit:

** … in … Lip… d. … nu… no… Ca… ju… de… ni…*

Eſt juſtum: meritas auctori dicere grates:
Recta quod hiſtoriis ſecla futura docet.
Erudit hiſtoriis ſeros quicunq; nepotes:
Dignus, ut æterna laude vehatur, homo eſt.

Pantal. l. 3. Proſopograph. Thuanus lib. 18. hiſtor. Sleidan. in commentar.

PETRUS

PETRUS NANNIUS.

ALcmaria hic Bataviæ oppido, haud procul à litore Oceani oriundus; vir comis & blandi ingenii, Conrado Goclenio in profeſſione Latinarum literarum, communibus omnium votis, ſuccenturiatus eſt. Carus inprimis ob ſingularem eruditionem excellentibus in Belgio doctrina viris, ſummaque dignitate præditis; in his *Nicolao Everardo* præſidi, doctisſimisque ejus liberis, & Atrebatium antiſtiti *Antonio Perenot-to*, Poſt Cardinali, aliisque. Fama deinde, ut fit, in dies magis magisque notus, ab Italis, & præſertim à *Jacobo Fliſco* Genuenſi, epiſcopo Savonenſi, magnis ſtipendiis in Italiam invitatur.

Cumque lingua utraque doctisſimus, atque in autoribus cum ſacris, tum profanis egregie verſatus eſſet, multas utriuſque generis Scriptorum veterum, puta *Demoſthenis, Plutarchi, Syneſii,* & de Chriſtianis *Athanaſii, Chryſoſtomi, Baſilii,* aliorumque lucubrationes Latina civitate donavit. Sed & è ſuo ipſe penu plurima deprompſit, in his *Miſcellaneorum* in varios auctores *libros; Panegyricas & litterarias orationes* totidem; quique præ cæteris ſcriptis palmam obtinent, *dialogiſmos Heroinarum ſeptem.* Nam in hoc genere regnaſſe illum, præter Italos acuti judicii homines, teſtatur Cornelius Muſius poeta egregius. Scripſit & in cantica canticorum ac Salomonis ſapientiam ſcholia & commentarium: Notas item ad Ambroſii, ut vulgo creditur, adverſus Symmachum relationem. Pſalmos quoque Davidis plurimos non infeliciter verſibus reddidit; quos cum Jacobi Latomi Pſalmis Plantinus edidit, & auctio res heredes adſervant.

Ultimum diem clauſit Lovanii cum vitæ annos cum ſeculo numeraret, tumulo datus in æde primaria D. Petro ſacra: ubi epitaphium ejus legitur ejuſmodi:

PETRO NANNIO ALCMARIANO PRESBYTERO, ET CANONICO ATREBACENSI, VIRO DOCTISSIMO, HUMANIORES LITERAS IN COLLEGIO BUSLIDIANO, ANNOS OCTODECIM PROFESSO.

SIGISMUNDUS FRIDERICUS FUGGARUS BARO IN KIRCHBERG, ET VIANA B. M. ET AMICO PATERNO MEM. ET VIRTUTIS ERGO JUSSU PARENT. POS.

VIXIT ANNOS LVII. OBIIT cIɔ.Iɔ. LVII. XII. CAL. AUGUSTI.

JACOBUS MICYLLUS.

HIc *Argentinæ*, nobili Germaniæ, & libera imperii urbe, hodieque celebri Muſarum domicilio, in lucem eſt editus die ſexto Aprilis, dimidia hora poſt quintam matutinam, anno tertio ſupra mille quingentos à Meſſia in carne exhibito. In patrio ludo puer literas primum imbibit: exinde admodum adoleſcens, decimum quintum ætatis annum vix egreſſus

——externas patria procul actus in oras.

Germaniæ Academias celebriores, ingenii excolendi cauſa, accesſit, *Haidelbergenſem* dico, *Erphordienſem, Wittembergenſem,* & alias. Et Erphordiæ quidem fere quinquennium tranſegit; ibique commilitonem inter plures principem habuit *Ioachimum Camerarium,* qui cum poſtea per omnem vitam, ſcholaſticam illam amicitiam conſtanter coluit & conſervavit.

Micyllus appellari ceptus * eſt, de quadam actione ſcenica dialogi Lucianici, qui ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών, hoc eſt, *ſomnium ſeu gallus*, inſcribitur. In eo enim perſonæ unius hoc nominis eſt, quam cum ipſe eximia dexteritate repræſentaſſet, nomen ipſum adeptus eſt; neque id poſtea ei mutare viſum. Meminit hujus rei ipſe alicubi * his carminibus:

** Cum antea cognomen ei Molßer eſſet.*

Micylli nomen unde.

** lib. 1. ſylvarum.*

Fortuito quondam Micylli nomina caſu
Repperi, & in mores tranſiit ille meos.

Abſoluta peregrinatione Academica, per Myſos, Francos, & Noricos profectus, cum fama de ejus virtute & doctrina percrebuiſſet, à Senatu Francofurdiano ad Mœnum, ſcholæ oppidanæ eſt præfectus. Ibi celebri fama juventutē & moribus optimis, & literis Latinis, Græcisque informavit; Spartamque ſuam pro virili ornavit. Inde ipſe, anno Chriſti viceſimo ſeptimo, ita ad Eobanum Heſſum, Joachimum Camerarium & Michaelem Rottingum, Norimbergæ tum in ocio literato agentes:

Scholæ oppidanæ Francofurdi præficitur.

——ubi flavicomus pandit ſua cornua Mœnus,
Et vada Francorum flumine nota petit;
Sedulus hic veſtri ſubeo veſtigia greſſus:
Ac doceo parvam parvus & ipſe ſcholam.

Poſtea anno trigeſimoſecundo ſuper mille quingentos Haidelbergam ad docendam Græcam linguam, loco Simonis Grynæi, Baſileam evocati, eſt invitatus. Sed paulo poſt à Francofurdienſibus retractus, priſtinam functionem ſolita diligentia obiit: donec ſub bellum Smalcaldicum, cum variis Germania concuteretur motibus, atque Haidelbergæ Evangelii doctrina reciperetur, eodem ad Græcanicæ linguæ profesſionem accerſitus rediit. Has mutationes ipſe his carminibus indicat:

Haidelbergam vocatur.

Redit Francofurtum.

Iterumque Haidelbergam.

lib. 1. ſylvar.

Bis vita certos cepi ſedemque laremque
Ponere vitifero margine Mœne tuo:
Bis redii infelix mutatis curſibus ævi,
Huc ubi liberior Nicer in arva ruit.

Arriſit ei tum hominum, tum loci iſtius genius; quemadmodum hiſce carminibus profitetur:

Non ſchola, non homines, ſtudiorum turba meorum,
Non locus ingenio disſidet iſte meo.
Adde etiam mores urbis vitamque togatam;
Et populum nulla ruſticitate gravem,

Operam itaque ſuam non ſolum Reipublicæ *Francofordianæ, ſed illuſtrisſimis quoque prin-

** Annis viginti.*

Ultra decennium, ſed interrupte.

principibus Electoribus* Palatinis, *Ludovico, Friderico II.* & *Othoni Henrico*, in celebri ac vetuſta Haidelbergenſi Academia præſtitit; cum publice literas Græcas, & privatim etiã Latinas docendo; tum ſcripta veterum illuſtrando, & nova componendo. Anno quinquageſimo ſeptimo cum illuſtrisſimus Elector Otho Henricus de Academiæ conſtitutione, evocato Melanchthone, deliberaret: adjuncto Micyllo, & aliis, doctrina & prudentia præditis viris, adminiſtratio tota illa ordinata, & ratione conveniente ac laudabili eſt conſtituta. Nec diu poſt diſceſſum Melanchthonis ſupervixit. Febri enim correptus diem ſuum obiit, anno quinquageſimo octavo, die duodetrigeſimo Januarii, ætatis ſuæ quinquageſimo quinto; ſuccedente in profesſione Græca *Guilielmo Xylandro*, viro doctisſimo.

Obitus.

Doctrina ejus.

Scripta ejus teſtantur, ſingulari eum ingenii venuſtate, ſolida eruditione & prudentia in judicando egregia præditum fuiſſe. Scripſit autem *elegias & epigrammata* varia: quæ filius ipſius Julius collegit, & in libros quinque ſylvarum diſtributa edidit, addita fabula ſcenica Apellis Ægyptii, ſeu de calumnia. Juvenis variis fortunæ caſibus agitatus ſcripſerat carmine longe plura: quæ ipſe, inſtabilitatem rerum humanarum metuens, civitate, in qua tum vivebat, hoſtibus dedita omnia concremavit. Edidit, *annotationes in omnes Ovidii libros*, excepta Metamorphoſi: idem in *Lucano* præſtitit. Eſt & ejus *de re metrica opus* conſummatum: de quo Melanchthonis hoc fuit judicium: *de re metrica exſtant eruditiſſimi, & conſummatiſſimi libri tres Jacobi Micylli, quo nemo Latine ſcripſit proſodiam eruditius aut diligentius. Luciani* opera aliquot Latinitate donavit, adjectis etiam ſcholiis: quæ cum omnibus Luciani ſcriptis, per varios interpretes traductis, impreſſa ſunt. Collegit *Arithmetica logiſtica* libros duos ex diverſis ejus artis ſcriptoribus, & exemplis plurimis iisdemque utiliſſimis præcepta illuſtravit. Idem vertit totum *Cornelium Tacitum* Germanice admodum & perſpicue & prudenter. De numeroſa ſobole ſuperſtites reliquit filios duos; quorum alter Iulius JC. fuit, & cancellarius Ludovici Electoris Palatini; alter civis & ſartor Haidelbergenſis: ut & hic videamus non eſſe hereditariam parentum virtutem, varieque Deum ſua dona diſtribuere. Ipſe quidem linguæ utriusque fuit peritiſſimus, inque diſciplinis humanioribus omnibus apprime verſatus orator & poeta elegans: charus & viris principibus, ac ſui ſeculi clariſſimis quibusque: qui & obitum ejus acerbe tulerunt; maximumque damnum bonas literas & eruditam doctrinam ejus viri morte feciſſe, judicarunt. In cœtu diſcipulorum ejus eminuerunt tum alii, tum *Joannes Fichardus JC.* & *P. Lotichius* Secundus poeta, qui obitum illius elegia ad* Melanchthonem παθητικῶς ſcripta deflevit. Adamus Siberus his verſibus epitaphiis tumulum ejus ornavit.

Scripta.

Liberi.

** Eſt libri 4. eleg. 2.*

Epitaph.

Scripta per ora volant nõ tantũ docta Micylli,
Aemula carminibus, culte Tibulle, tuis:
Sed quoque Grajorum Latias de divite gaza,
Auxit opes labor & ſedula cura viri.
Exuvias tẽet hic tumulus, mens læta vagatur,
Qua ſacra Elyſium concitat aura nemus.
Et vati Hutteno, Cordo, conjunctus & Heſſo,
Quisquis & è noſtris nobile nomen habet:
Voce canit docta laudes & carmina Chriſto,
Adſpectu fruitur colloquioque DEI.

Ioach. Camerarius in vita Melanchthonis: Pantaleon lib. 3. Proſopogr. Item ſylvæ carminum Micylli, alii.

GEORGIUS MACROPEDIUS.

GEORGIUS MACROPEDIUS Ducisſilvius, raræ felicitatis poeta, plurima cum ſacra tum profana argumenta Comico ſtylo exornavit: exactæ inſuper diligentiæ Grammaticus, utriusque linguæ rudimenta, & Dialectica, non memoria modo, ſed & literarum monumentis complexus eſt.

Scholæ itaque Ultrajectinæ, id temporis per Belgium celeberrimæ, Gymnaſiarcha datus, hoc conſecutus eſt: ut nemo erudiendæ juventuti magis idoneus, nemo plures bonæ frugis diſcipulos ſuo è ludo emiſiſſe videretur. Demum moleſtiarum per ætatem impatiens, Silvaducis, patrium in Barbantia oppidum, repetiit: ubi podagra corpus aggravante, peſtilentique febre accedente, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo menſe Julio extinguitur. Conditus eſt in æde ſacra ſuorum ſodalium, hoc elogio ab amico Cornelio Valerio, Lovanii eloquentiæ doctore, addito.

Cœlo potitus poſt labores plurimos
Georgius Macropedius,
Scholaſtici moderator optimus gregis,
Toto orbe nobilis ſenex;
Corpus reliquit hoc podagricum loco,
Longo labore exercitum.
Humanitas, ſtudium juvandi maximum,
Benignitas amabilis,
Candor animi, pietas, & eruditio,
Hunc reddidere cælitem.

CASPAR BRUSCHIUS.

IN lucem editus eſt hic *Bruſchius* anno decimo octavo, ſupra mille quingentos, die decimo nono Auguſti, *Egræ* Natiſcorum, non Gandavi Flandriæ, ut Pantaleon autumat. Majores ejus non Bruſchii, ſed Peiſſeri appellati ſunt: proavus vero vocatus fuit Bruſtius, propter corporis pinguedinem; inde id nomen adhæſit familiæ, etſi corrupte. A puero literarum deditus fuit ſtudiis, ac inprimis poeſi, in qua adeo fuit felix; ut ex tempore plurimos, eosque non peſſimos verſus funderet. Itaque lauream & Comitis Palatini dignitatem eſt conſecutus; atque illius tempeſtatis poëtis opimis par habitus.

An. quadrageſimo octavo ſupra mille quingentos menſe Auguſto, peregrinatione ſuſcepta,

pta, in Alpibus fuit: ubi vidit Rhenum bicornem, & comedit muris Alpini (Murmelthier) animaculi pinguiſſimi, carnes ad Rhætium arcem D. Joannis de Marmoribus. Inde venit ad Monaſterium Caczienſe, ubi humaniſſime exceptus, cum Abbatiſſa, nobili & optima matrona, cœnavit, & uti Cruſius ex M. Scr. Bruſchii citat, ſaltavit. Deſcriptis illius Cœnobii antiquitatibus, diſceſſuro ἡ Χρηϛὴ δέσποινα dono dedit coronatum aureum, ſudarium, cornua ibicis, & alia plurima.

Baſileæ in arce Oporiniana (ſic enim domum Oporini ob ſitum excelſum vocabant) tenui re familiari vivens, à vicinis abbatibus ſtipe corrogata, novis veſtibus ornatus in publicum aliquando prodiit. Ibi plebecula ſplendorem veſtitus more ſuo admirata, exurgendo caputque aperiendo honorem homini exhibuit. Tunc ille honorem non ſibi, ſed veſtibus deferri animadvertens, domum revertitur, & veſtimenta partim concidit, partim deturpat: tanquam improba mancipia ſui domini gloriam præripientia accuſans. Simile de Hermanno Buſchio ſuperius retulimus: niſi forte in nomine erratum.

Scripſit varia quæ in Bibliothecis recenſentur, quibusque vim poſteritati ingenii ſui declaravit: inter quæ ſunt egregia ipſius poemata. Cumque hiſtoriarum inprimis lectione plurimum delectaretur: Germaniam ſuis lucubrationibus illuſtravit; atque varios *monachorum ordines, & antiquitus fundata monaſteria* celebravit; & anno quinquageſimo primo Ingolſtadii edidit. Idem etiam in Germaniæ Epiſcopatibus aggreſſus, varias ſuſcepit eo nomine peregrinationes; ſed opus inceptum abſolvere ei datum non eſt. Sclopo enim trajectus interiit, Vir doctiſſimus, & antiquitatis ſtudioſiſſimus, in ſylva Schlingenbachenſi inter Rotenburgum Tubari, & Weinshemum, inſidias nobilibus quibusdam, in quos ſcriptum editurus erat, ſtruentibus. Factum id anno Domini quinquageſimo nono ſupra mille quingentos.

Pantal. lib. 3. Proſopograph. Cruſius in annalibus. Zvvinger. in theatro.

PHILIPPUS MELANCHTHON.

NAtus eſt Philippus Melanchthon anno 1497. die 16. Februarii, hora ſeptima veſpertina in oppido *Bretta*; quod pertinet ad ditionem principum Palatinorum Rheni, in domo & familia honeſta.

Pater ipſius *Georgius** Schwartzerdt, natus Haidelbergæ; fuit magiſter armorum apud principes Palatinos, *Philippum & Rupertum*; & propter eximiam prudentiam, artem, fidem, ac virtutem carus *Maximiliano* I. Imperatori, & multis principibus atque comitibus.

Fuit vir pius, & pene uſque ad ſuperſtitionem religioſus. Singulis noctibus hora duodecima conſuevit è lecto ſurgere ad uſitatarum precum recitationem. Libros & familiam magno ſtudio & cura regebat, & hoc unice operam dabat, ut tota domus pie & honeſte viveret. Denique civis erat Principibus, Reipublicæ ac patriæ utilis.

Haidelbergæ ſub arce domicilium habuit.
Pater Philippi pius.

Mater *Barbara*, *Joannis Reutteri* oppidi Brettani præfecti filia, matrona fuit honeſtiſſima, ſingulari ſapientia & morum gravitate prædita.

Mater Philippi.

Ex talibus parentibus natus, & ab his tam ſancte educatus fuit Philippus: ut non ſit mirum in tantum eum virum poſtea evaſiſſe. Vere enim dictum eſt à veteri Poëta:

Εὐσεβέων παῖδες ἐσὶ τὰ χάια, δυσσεβέων δ' οὔ.

Res fuit illis non tenuis, ſed quæ propemediocritatem ſuperaret; eam ſuſtentabat & augebat præcipue benedictio divina, ipſorum ſobria & honeſta frugalitas, & in agricultura induſtria ac vigilantia. Vixit ſuperſtes Philippo *Georgius* frater in domo paterna, vir honeſtiſſimus ac præcipuæ autoritatis in Palatinatu. Patrem Philippus amiſit anno à Chriſto nato 1508. die 29. menſis Septembr. ipſe natus jam annos 12. Mater vidua manſit annis totis duodecim. Poſtea cum Philippum duxiſſe uxorem audiiſſet, nupſit iterum civi Brettano honeſto. Obiit ipſa 1529. die 6. Junii. Avum maternum, in quo fuit excellens, & vere ſenilis prudentia, gravitas & integritas conjuncta cum autoritate ſumma, amiſit ante patrem diebus undecim nempe 1508. 18. Septembr. Huic patre occupato negotiis Principum, præcipue educatio & inſtitutio Philippi curæ fuit. Quare cum in eo admodum puero evidentiora, quam pro ætate, raræ atque excellentis indolis indicia ineſſe animadverteret; ut primum per ætatem literas diſcere potuit, eum in ſchola Patriæ publica erudiri curavit.

Frater ejus Georgius 1590. ſuperſtes.
Pater Philippi moritur.
Eadem mater.
Avus maternus.
Apud eum Philippus educatus.

Inde poſtea abductum propter contagii cujusdam metum, quo ſcholæ gubernatorem infectum eſſe compererat, domeſtico Præceptori formandum tradit. Is erat *Joannes Ungarus*, qui poſtea ſub ingraveſcentem ætatem verbi divini concionator factus eſt in oppido Marchionatus Badenſis, cui eſt nomen à porta* Hercyniæ.

Io. Ungarus præceptor domeſticus Melanchthon.

Vixit uſque ad annum à nato Chriſto ex Maria Virgine 1553. quo anno mortuus eſt. Conſervavit hujus viri memoriam Philippus donec vixit, ſingulari cum pietate & veneratione.

Fuit eo tempore celebris ſchola in oppido Portæ Hercyniæ quam gubernavit *Georgius Simlerus*, Wimpienſis, cujus integritas, vir tus, & in docenda juventute aſſiduitas ac fides tum præ cæteris per eam Germaniæ oram prædicabatur. In eam ſcholam Philippus miſſus, apud ſororem Doctoris *Joannis Capnionis* cognatam ſuam vixit. Collegam habuit Simlerus quendam *Johannem Hildebrandum*, qui præter publicorum in ſchola ſtudiorum operas, privata quædam cum quibusdam habuit exercitia in lingua utraque

Georgius Simlerus ſcholæ Phorcen. moderator.
Ad eum mittitur Melanchthon.
Ioan. Hildebrandus.

Latina & Græca. Hoc magiſtro & Præceptore primum Philippus elementa Græcæ linguæ deguſtavit. Utrunque ut alterum patrem coluit, & Simlerum poſtea Tubingæ publice docentem audivit.

Capnionis in Philippum animus. Cum autem reverſus ex Gallia *Capnio* crebro in patriam exſpaciaretur, inviſendæ ſororis cauſa, apud quam Philippus alebatur; conſiderare naturam pueri atque ingenium & profectus explorare incipit: quæ omnia cum non probaret tantum, ſed admiraretur; quem dilexerat ante propter cognationis vinculum, eum propter ingenii præſtantiam etiam ut magnifaceret movetur, donatumque libello *Donat libris.* *Græcæ Gramatices, Lexico* ut vocant, *Græco & Bibliorum codice*, ad graviter ac ſtrenue pergendum incitat, additis exhortationibus & impoſito in caput ejus *pileolo puniceo*, quo inſigni ipſi cum Doctoris titulus decerneretur ornatus fuerat, talem futurum præſagiens, qualis evaſit. *Bibliorum codicem*, & circumtulit ſecum perpetuo, & legit diligentiſſime, & hanc legendi textus Biblici conſuetudinem, quod ſibi adoleſcenti profuiſſe plurimum expertus eſſet, cum retinuit ipſe ad extremum usque, tum univerſis diſcipulis ſuis ſæpe commendavit.

Mittitur Haidelbergam Melanchth. inſcriptus 1509. d. 14. Octobris. Biennium verſatus in ea ſchola, mittitur in patriam patris nempe in publicam ſcholam Heidelbergenſem, ubi adoleſcens propter rari & mirandi ingenii præſtantiam, morumque ſuavitatem ac venuſtatem omnibus bonis & honeſtis hominibus valde carus fuit. Et conſervavit locus ille memoriam hujus alumni ſui Philippi cum perpetua benevolentia uſque in hunc diem. *Ludovicus comes à* **Leonſtein** ibi liberos ſuos illi erudiendos commendavit: & vixit in domo Doctoris *Pallantis* Theologi, cujus integritatem, virtutem & ſapientiam ſæpe prædicavit. *Pallas Spangel de nova civitate. Ω. 1512. d. 17. Julii.*

Interceſſit illi Heidelbergæ ſingularis familiaritas cum *Petro Sturmio* Argentoratenſi fratre Iacobi, cui tunc privatus Præceptor erat *Wimphelingus*, vir ut optimus, & integerrimus, ita eruditiſſimus. *Triennium* Heidelbergæ vixit, partim ante partim poſt mortem patris: audivit ibi docentem *Gutherum* Rhetorem, & cum *Sorbillo* quodam poeta, cujus venam ſæpe laudabat, vixit familiariter. *Jac. VVimphelingius Haidelbergæ quos Melancht. audierit.* *Scripſit* jam tunc adoleſcentulus Profeſſoribus in ea ſchola *orationes*: quæ publice recitatæ ſunt. Et linguarum ſtudia, ac præcipue ſcribendi exercitium ſoluta oratione & verſu excitavit. *Studia Melanchth.*

Quæſtiones tunc in ſchola Haidelbergenſi agitatæ. Agitabantur eo tempore in ſcholis quæſtiones, quæ habebantur vel Gordio nodo difficiliores explicatu, *de propoſitionibus modalibus*, item *de univerſalibus, realibus*. Multum hæ rixarum inter diſputantes pariebant. De his enim inter ſe jugiter digladiabantur. Hos nodos ipſe diſſolvit: & certamina hæc cum magna omnium admiratione ſuſtulit. Conſcripſit tunc *rudimenta Græcæ linguæ*, quæ poſtea in publicum edita ſunt.

Melanchthon fit Beccalaureus Haidelbergæ.* Primum ſcholaſticum gradum, cui à Laurea nomen eſt, aſſumſit Rectore * D. Leonhardo Diethero de Erbach, Decano M. Laurentio **Kleinkla Kirchbergenſi: cum annos jam natus eſſet *quatuordecim*, nempe anno nato ex virgine Chriſto 1511. die 10. Junii. Habuit *ſextum* locum inter *unum & viginti* candidatos.

Inde cum propter cœli gravitatem quotannis ſub autumnum cum febre conflictaretur: mater periculum metuens, Tubingam ipſum transfert: ibi rectius valuit, & totum *ſexennium* vixit. Privatim ac publice cum magna laude & admiratione docuit: & ſcripta quædam, ceu primos fœtus, ex quibus ſatis apparuit, qui proventus in poſterum expectandi forent, in lucem edidit. Audivit ibi & *Jure conſultos*: ex quibus illo tempore celebres fuerunt *Lamparterus, Ebingerus*, & alii; *Lamperterum* præcipue laudabat. Audivit item *Theologos*, de quorum ineptiis & inutilibus diſputationibus in rebus graviſſimis dicere, & multa ridicula ipſorum deliramenta commemorare ſolebat.

De monacho quodam concionatore ejus loci narrare ſolebat, quod pro concione *omiſſa Evangeliorum doctrina, Ethica Ariſtotelis* explicaſſet, non paruo audientium ſtudio: qui cupidius Ariſtotelica cognoviſſent, quam fabulas aniles, quibus implere templa illius barbaricæ ſuperſtitionis temporibus uſitatum fuit, Chriſti mentione prorſus neglecta. Et hæc recitans ſæpe deplorabat cœcitatem & infelicitatem illius ſeculi.

Præfuit Tubingæ & typographicæ officinæ *Anshelmi* aliquamdiu. Excudebatur tunc illud grande hiſtoricum volumen *Naucleri*: in quo multa, quæ corrupta erant, ipſe emendavit: mutila multa complevit: confuſanea in ordinem redegit: obſcuris lucem reddidit: ſupervacanea præcidit: effecitque ut is liber, qui antea errat farrago verius, quàm integrum hiſtoriæ corpus, poſtea à multis & adpeteretur & magna cum utilitate legeretur.

Hoc *ſexennio* crebro & multum fuit cum *Capnione*. Feruebat tunc certamen, quod Capnioni erat, cum hominibus improbiſſimis & importuniſſimis, nempe cum monachis & monachorum propugnatoribus, ſophiſtis, cujus certaminis cauſæ & varii eventus referuntur à Philippo in oratione quæ extat, continens * hiſtoriam vitæ Capnionis. Cum his Catharmatis vir optimus conflictabatur, & quidem crudeliter ac duriter ab illis exercebatur: qui in ea conflictatione multa ſcripſit, quæ partim Romam, partim ad Imperatorem miſſa ſunt, ex his pleraque Philippus ipſe ſua manu deſcripſit. Cumque Capnio ſubinde ex Stuckgardia Tubingam veniret: ſolebat apud Philippum divertere in illo ſcholaſtico diverſoriolo, & una cum eo in collegio cibum capiebat. *Joannem Stöfflerum*, Mathematicum in Tubingenſi ſchola ſedulò audivit: quem & inprimis laudare ſolebat. Audivit tunc & Poëtam *Henricum Bebelium*: & jam tunc ea erat ipſius autoritas, ut omnium oculi in eum conjecti eſſent.

Anno

Anno 1514. in ſchola Tubingenſi declaratur Philoſophiæ & artium magiſter, die 15. Januarii, Pauli converſioni ſacro. Ipſe inter *undecim* competitores *primum* locum tenuit: ætatis anno 18. poſtea *quadriennium* ibi vixit, & doctor bonarum literarum & ſimul diſcipulus graviorum ſtudiorum.

Princeps autem Saxoniæ Elector *Fridericus*, cujus ſapientia celebratur, cum ante annos non multos magno ſtudio Wittembergæ Academiam condidiſſet, & undecunque viros doctos, quibus eam inſtruere & exornare poſſet, conquireret, hac in re uſus eſt conſilio Capnionis in conventu Imperii Auguſtano, Anno à Chriſto nato 1518. Commendat Capnio Principi Friderico Philippum tunc juvenem adhuc: qui ipſum ſtatim aſſumtum eo miſit, ut Græcam Linguam ibi doceret. Factum id anno 1518. ætat Philippi 22. Venit VVittebergam d. 25. Auguſti. *Simlerum* ferunt eo diſcedente dixiſſe: *deplorandum eſſe toti civitati ejus abitum: & omnes illos, qui Tubingæ viverent, non ea usq; progreſſos eſſe in ſtudiis, ut quantus eſſet hic vir, qui jam diſcederet, intelligerent.* Quæ tenebræ tunc fuerint, non eſt jam dicendum: ſed intra paucos annos Philippus eam lucem non tantum linguarum, ſed & cæterarum optimarum diſciplinarum Wittembergæ ita extulit, ut hujus unius viri ingenio & opera ea ſchola facile cœteras in Germania celebritate ſuperaret.

Et quam id initio difficile fuerit, facile exiſtimari poteſt; cum omnia fœda barbarie ceu denſa caligine obruta jacerent: multi autem in illo barbarico cæno ſepulti, ita ut fit, etſi propter Principis autoritatē palam adverſari minus auderent: tamen clam vel contemnerent, vel obtrectarent. Deeſſent præterea exempla Græca & officinarum Typographicarum miniſterium, non leve ad excitanda ſtudia adminiculum.

Nam, ut retulerunt diſcipuli, cum *Philippicas Demoſthenis* optimus Præceptor publice enarraret, anno 1524. auditores illius fuiſſe numero tantum *quatuor*, propter exemplorum inopiam, deſcribere coactos, & *unicum tantum* fuiſſe *exemplum* Præceptoris, unde deſcriberent. Tamen ex his difficultatibus omnibus eluctatus eſt incredibili patientia: cum etiam vigiliis eo tempore affligeretur, & valetudine minus commoda uteretur.

Viderunt amici epiſtolam à Principe Electore *Friderico* tunc ad eum ſcriptam, qua ipſum hortatur, ut valetudini parcat, nec nimio ſe labore conficiat, & è cella ſua commodum potum illi offert. Citabat in ea epiſtola optimus Princeps dictum Pauli Apoſtoli: *Honorem habendum eſſe corpori.* Et, *ſi cætera dicta Pauli vera eſſe credis*, inquit, *& hoc verum eſſe, atque illi obediendum crede.*

Cum autem ante ipſum VVittembergam veniſſet *D. Martinus Lutherus*, qui ſacram ibi Theologiam docebat, & crebro diſputabat: facile contraxit eos, ita ut fit, mutua virtutis & ingeniorum admiratio. Philippus in Luthero animi magnitudinem pene plus, quam humanam, ingenii acumen, in judicando inimitabilem στοχασμὸν, in explicandis controverſiis doctrinæ dexteritatem ſummam, & alia dona divina, ſupra communem hominum captum (ut erat talium donorum Dei non ſegnis æſtimator) conſiderans, cœpit eum, ut virum ſingularem & heroicum, per quem Deus res maximas efficere in animo haberet, admirari, colere, & magnifacere. Sicque ipſum non tantum coluit viventem, ſed & poſt mortem, donec ipſe vixit.

Lutherus in Philippo dona agnoſcit.

Lutherus viciſſim eadem dona DEI in Philippo, tanquam ſuam in ſpeculo imaginem contemplans, & quantam lucem linguarum atque artium tum dicendi, tum cæterarum cognitio doctrinæ ſacræ afferret, expendens, præterea & ingenii ſuavitatem, atque illas leniores & manſuetiores virtutes in Philippo conſiderans, ut & ipſe non rudis talium donorum DEI æſtimator, magno veroque amore ipſum complecti cœpit: Cum ſuper hæc omnia hoc etiam in eo eſſe animadverteret, quod Philippus diſſoluta in ſuum ordinem contrahere: confuſa recte diſtribuere: incertis locum & quaſi jus ſuum reſtituere: ambiguis proprietatem, obſcuris definiendo & explicando lucem præbere poſſet: Et breviter, quod ipſe ſingulare & rarum quoddam organum eſſet, per quod Deus aliquid mirandum eſſet effecturus.

Lutheri & Melancht. conjunctio ſalubris.

Conjunxit igitur Deus hæc duo organa ſua atque hos duos viros tantos, mirabili quodam temperamento: ut cum *Lutherus*, Eraſmo Roterodamo & aliis quibusdam, *medicus* morborum Eccleſiæ *immitior* videretur, *Philippus* verò eundem curſum urgens, nec ab eo deflectens, *lenior ac mitior* haberetur, tali συγκρασίᾳ medicationis Deo, ſicut videtur, libuit uti in hac extrema Eccleſiæ ſeneſcentis ægritudine, quæ jam, ut ille de ſeneſcente Repub. ſua dixit, *neque morbos ſuos facile, nec remedia ferre poteſt.*

Eccius Theolog.

Cum igitur animis & ſententiis jam eſſent conjunctiſſimi Lutherus & Philippus: evenit ut *Eccius* Theologus per præcipuas Academias Germaniæ pene omnes circumvagaretur, & ubique themata ſua, quibus ſedem pontificiam, & eorum temporum horrendos errores tuebatur, diſputando ſpargeret ac defenderet, ἐπινίκια deinde ſua & triumphos Thraſonico more decantaret. Is tandem, & Lipſiam venit anno 1510, cum quo Lutherus ut congrederetur Lipſiam vocatus fuit, qui ſecum adduxit & Achatem ſuum Philippum, cum propter eam, quæ inter ipſos erat, conjunctionem, tum & propter linguarum cognitionem, ex quibus tanquam ex ipſis fontibus de teſtimoniis ſcripturæ & antiquitatis, certa dijudicatio fieri poſſet. Et navavit tunc Philippus in illa diſputatione eam operam Luthero, atque ita interpellavit atque refutavit Eccium, ut ille, ſicut erat impatiens, tandem in hæc verba prorumperet: *Tace tu Philippe, ac tua ſtudia cura: ne me perturba.*

Diſputatio Lipſiæ inter Eccium & Lutherum.

Præ-

Præſagiit tunc Eccio credo animus, qualem illum adverſarium aliquando eſſet habiturus.

Rediere ab illo congreſſu noſtri, ac inter eos amor & ſancta concordia in dies ſingulos magis magisque coaluit. Fuit tunc id tempus, quo ſe furor adverſariorum noſtrorum usque adeo effundebat: ut ne quidem furtis ſuis, & impoſturis placide contenti eſſe, ac quieſcere poſſent: ſed ea inſuper pro ſuma pietate, ſanctimonia, & juſticia adorari poſtularent. Accidit ergo, ut Luth. pene invitus ad contradicendum manifeſtis illorum blaſphemiis, compelleretur. Adfuit illi fidus ubique & aſſiduus παραςάτης Philippus. Atque ita ambo, ut fit, poſt conſertum prælium in medium æſtum certaminis pertrahuntur. Hoc tempore multa moliti ſunt adverſarii, noſtros ut everterent, id quod ſcripta & acta eorum teſtantur. Adjungunt & noſtris aliqui ſe, qui παρὰ λόγον quædam movent, ſicut fit rebus motis & perturbatis. Hoc loco in quas difficultates, & quæ certamina communis Præceptor inciderit, commemorari poſſet: ſed alio ſunt iſta reſervanda. Etſi hoc quidem certum eſt, ipſum multas ſane horridas ſententias, ne quid triſtius dicamus, tunc aliquibus cum multa lenitate & manſuetudine è manibus extorſiſſe. Quale hoc eſt: *homini Chriſtiano non licere litigare in judicio, aut Magiſtratus Politici cognitione vel ſubſidio uti: Jus Moſaicum in forum eſſe revocandum; neq; ullis legibus utendum Chriſtianis.* Non iſta Lutheri culpa, movebantur ſed fiebat id, quod in talibus mutationibus & medicationibus accidere ſolet. Bona enim ſæpe cum malis eradicantur, & ſana cum morboſis ejiciuntur. Nota ſunt ejus ætatis certamina, quæ ſuſtinuit, & ſæpe de eis querelas ſuas, apud amicos depoſuit.

Portentoſa dogmata à Philippo leniter refutata.

Philippi conſtantia.

Sed ut formicæ certum & unum iter tenunt; ita ille unum curſum urgebat ſemper, ſimplicem veritatem, eamque illibatam ut tueretur. Illum curſum tenuit, eamque metam ſecutus eſt, donec vixit, nec ab ea ullis ſe contumeliis aut injuriis dimoveri paſſus eſt. Et quæ interea ignita tela Satanæ, quas inſidias falſorum fratrum, quam tetram & abominabilem ejus ſeculi Sophiſticam, quæ mendacia, quas contumelias tanta cum patientia, ac pene ſine ſenſu ſuſtinuit, quaſi ad omnia hæc jam pridem occalluiſſet. Amici vero cum impatientia ſua moti, & illius vicem dolentes, interdum ei hortatores, & inſtigatores eſſent, ut reſpondendo & mendacia refellendo Zoilis illis aliquando tandem ora obſtrueret: reſpondit, *doctrinam ſuam, & ſcripta nota eſſe: nihil alia reſponſione aut refutatione opus eſſe.* Interea ſuum iter urgebat, & cum Pontificiis, Eccleſiarum Evangelicarum hoſtibus, ſua in ſtatione accerrime depugnabat.

Patientia ejusdem.

Melancht. ducit uxorem.

Anno 1520. ætatis ſuæ 24. uxorem duxit *Catharinam, Hieronymi Crappii*, conſulis Wittembergenſis & filiam, & ſecuti patrem, ſororem. Nuptias celebravit die *Catharinæ*, id eſt d. 25. Novembr. quo auditoribus hoc diſticho ſignificavit ſe non eſſe prælecturum:

A ſtudiis hodie facit ocia grata Philippus:
Nec vobis Pauli dogmata ſacra leget.

Vixit cum ea annos 37. conjunctiſſime, paterque ex ea factus eſt *quatuor* liberorum, inter quos filii duo; totidem filiæ: quarum altera *Georgio Sabino* fuit elocata, altera *Caſparo Peucero*. Evocata ipſa eſt ex vitæ hujus mortalis miſeriis anno 1557. d. 11 Octobr. marito peregre ad Colloquium Wormatienſe profecto. Cujus obitus cum Philippo per *Joachim. Camerarium* Heidelbergam ideo ut iret exoratum, in horto principis indicatus eſſet: non dedit ſignificationem ullam vehementioris perturbationis: ſed uxori quaſi valedicens, hoc ſaltem addidit: *Ego eam brevi ſequar.* Ex vixit poſtea quantum ſuperfuit ætatis, viduus. Ipſa * fœmina fuit vere pia: quæ in vita ſua magis cupide aut majore cum voluptate fecit nihil, quam ut multis egentibus, ſcholaſticis, & aliis benefaceret. Fuit enim domus ejus commune afflictorum & egentium perfugium: manus ejus fuit inexhauſtum pauperum promptuarium. Sed ad Philippum narratio revocanda eſt.

Generi Melan.

Obitus uxoris ejusdem.

Vide Epiſto. Mela. quare dit P... feſſori... in luc... conſol... tibus... 2. ſer... Witt... berga... poſito...

Edidit Philippus eodē * anno primum ſua Dialectica, in quibus *tertiā figurā Syllogiſmorum*, neq; recipit, neque rejicit: quam deinde iterata editione An. 1528. admiſit. Poſtea año 1526. ſecundum iter *Noribergam* ſuſcepit, vocatus à Senatu illius urbis ad deliberationē de ludo literarum apud ſe inſtituendo. Fuerant ibi conſtituti collegæ *Eobanus Heſſus, Michael Rotingus, Joachimus Camerarius*, quibus mox adjunctus *Joannes Schönerus* Mathematicus. Inauguralem orationem habuit Melanchthon, quæ inter alias ejus orationes reperitur.

** 15... Dial... Mel. prim... Mel. Nori... gam... Ludi... dem... tus.*

Fuit etiam de *Sigiſmundo Gelenio* laboratum; ſed Baſileæ apud Frobenianos remanſit. Secutus eſt conventus Spirenſis anno 1529. quo cum Illuſtriſſ. Principe Saxoniæ *Joanne* Melanchthon venit: in quo fundamenta Confeſſionis Auguſtanæ, ut vocant, jacta ſunt. Fuit Philippus tunc, & ob matris, ex hac vita diſceſſum, & ob religionis negocium variarum curarum mole tantum non oppreſſus. Monitus, ab amico * ut curas illas deponeret: *ſi*, inquit, *ipſe, nihil curarem: nunquam Deum invocarem. Curis ad preces impellor, & precibus curas depello.*

** Ca... io.*

Venit ad eundem conventum *Simon* Grynæus Heidelbergæ optimarum diſciplinarum doctor publcus, vir vere doctus ac pius. Is cum *Fabrum Conſtantienſem* Spiræ audiviſſet pro concione vehementer in Evangelicos invehentem: ea finita accedit hominem: monet libere ne veritatis hoſtis eſſe pergat. Faber jubet à prandio ad ſe reverti Grynæum παρρησιαςὴν: ut accuratius cum eo diſputaret de tanto negocio. Interea autem neſcio quid inſidiarum ei Faber machinatur. Venit autem

De... ne... baſil...

autem in ædes, ubi Melanchthon collocatus erat, quidam habitu ſpecieque veneranda ſenex: quærit ex Philippo ubi Grynæus eſſet? *Modo*, inquit Philippus *ille abiit. Vellem adeſſet* inquit alter, *ac ſciret, quid ſibi periculi immineat:* & cum dicto diſcedit. Revertitur paulo poſt Grynæus: quem & Philippus ocius redire jubet Heidelbergam: & cum aliis ad Rhenum vicinum, ubi trajiciendum erat, deducit. Vix illis digreſſis ſtatim adfuere, quibus in mandatis erat, datum, proculdubio inſtinctu Fabri illius, Grynæum ut comprehenderent. Sed jam è manibus eorum elapſus, in portu, quod ajunt, navigabat.

Venit eodem anno Melanchthon *Marpurgum*; ubi conventus Theologorũ Saxonicorum & Helvetiorum erat à *Philippo* Landgravio coactus, adjunctis & Haſſiacarum Eccleſiarum miniſtris. In eo de capitibus doctrinæ Chriſtianæ omnibus convenit, excepta controverſia de cœna.

In conventu Auguſtano anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo Proteſtantium confeſſio à Melanchthone ſcripta eſt; quæ ut tunc in Regum & Principum conſeſſu invicta manſit: Ita Deo & Domino noſtro Jeſu Chriſto defenſore manebit in æternum, etiam contra portas inferorum, quemadmodum tunc magno animo *D. Pontanus* coram Imperatore & Principibus dixit. Hæc confeſſio cum à noſtris exhibita eſſet Imperatori atque totius imperii ordinibus; fremuerunt Pontificii, & imprimis *Campegius*; atque in aula Imperatoris aliqui non infimi; qui Imperatorem vel tot regna in diſcrimen conjicere paratum eſſe dicerent potius, quam iſta ferret. Poſtridie cum totum συνέδριον congregatum eſſet, accerſitur Philippus, qui animo infracto ad eos ingreditur. Vidit ibi ſe circumſeptum illo gyro dentium Satanæ: & ut Jonas Propheta, ſolus intra coſtas beluæ marinæ quaſſatur. Inſtat *Campegius*, & horrenda fulmina iratiſſimi ac ſæviſſimi Jovis ſui vibrat, cæteri tot regnorum potentiam & vires, contra iſtum heu miſerum & exiguum imbecillium Chriſti ovicularum gregem, minaciter intentant. Poterat ibi etiam vir fortis & conſtans commoveri. *Interrogatus* igitur Philippus *num cedere vellet*; reſpondet, *Cedere non poſſumus nec veritatem deſerere. Oramus autem propter Deum & Chriſtum, ut adverſarii nobis ignoſcant, & ſi poſſunt, nobiſcum diſperſent, id eſt, concedant nobis ea quæ bona conſcientia relinquere non poſſumus.* Contra quam vocem auditam reclamat *Campegius*; *Non poſſum, non poſſum, clave non errante.* Ad quod tonitru Philippus, etſi ſtabat velut in medio luporum, urſorum & leonum: qui ipſum impune vel in minutas particulas diſcerpere potuiſſent, tamen ingentem animum anguſto in corpore verſans, fortiſſime reſpondit: *Deo:* inquit, *& cauſam, & nos committimus; ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Denique quicquid erit ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.* Addidit & hoc: *Habemus jam in noſtris regionibus tot miſerorum Parochorum, & miniſtrorum Eccleſiarum conjuges & liberos, qui vel quadraginta millium numerum ſuperant, tot animas deſerere non poſſumus. Faciemus igitur, quod poterimus, à Filio Dei, cujus hæc cauſa eſt, auxilium petemus; noſtro in loco & ſtatione quoſcunque labores & difficultates perferemus; etiam pugnabimus ſi neceſſe erit, & moriemur, ſi Deus ita voluerit, potius, quam ut tot animæ à nobis prodantur.*

Hi ſermones, & eo in loco dicti, num puſillum aut langueutem animum indicare videntur, quem illi malevoli falſo tribuunt? Suſtinuit ſimilia certamina aliquoties in talibus congreſſibus; & nunquam tamen animo ſuccubuit. Longum foret omnia commemorare.

De uno adhuc congreſſu, qui inter Evangelicos fuit narrabimus ea, quæ ipſe vivus aliis dulciſſimo ſermone fuit ſolitus referre. Erat juſſu Principum *Torgæ* in domo Parochi, inſtituta inter doctores Evangelicarum Eccleſiarum primarios deliberatio difficillima. Adverſarii enim tunc pene jugulo Evangelicorum, ferrum admovebant, & ſuperior poteſtas, pacem, quam toties noſtri ſupplices petiverant, in libra aurificis, ut quidam præſtans & magnus vir dixit, admetiebatur; noſtrique Principes & qui docebant non levi de cauſa commovebantur. Quapropter D. Martinus & alii quidam docentes, Torgam convocabantur, ubi tunc aula erat, ut in medium conſulerent, quid fieri vel non fieri poſſet. Exiſtiment jam illi Heroes, qui nunc in tuto feroces ſunt, qui tunc agon conſtitutus fuerit. Nam ut de minis taceam, conatus certe & molitiones adverſariorum ejuſmodi erant, eaque pericula Evangelicis impendebant: quæ nemo ſanus facile contemnere poſſet. Contra quæ etſi Principes animo viderentur magno atque infracto eſſe; tamen quia ad multos periculum pertinebat, qui non pariter omnes animoſi erant, & magna vaſtitas imminere videbatur, paucis docentibus, qui aderant, valde difficilis conſultatio propoſita erat. Sedet igitur pauper & paucorum Senatus, à ſolo Deo auxilium orans, ſperans & expectans: Tandem poſt preces & ſatis longum colloquium, Philippus defatigatus, & mœſtus ſurgit. Erat enim paulum evocatus, nuncio quodam interpellante; quo dimiſſo, in reditu ingreditur conclave in qno una erant miſeræ mulierculæ Parochi & Diaconorum duorum conjuges ac parvuli liberi, quorum alii jam mammam ſugebant alii à matribus preces recitantes audiebantur. Adſtat & audit Philippus cum admiratione & magna delectatione, ſicut ſolebat puerorum balbutientes preces, memor dicti *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.* Et quod præcipue ipſum movebat, videt ex Diaconorum uxoribus unam lactantem filiolum, & ſimul paſtinacam in prandium marito incidentem, atque audientem, alterum parvulum recitantem uſitatas preces, & invocantem DEUM. Exclamat, ô *tres ſanctos & DEO gratos labores!* Ab

Conventus Torgenſis.

Tres ſancti labores unius matris.

M hoc

ſpectaculo confirmatus animo ac jam lætus atque alacris in Senatum redit hilari vultu. Excipit eum Lutherus: *Quid tibi, Philippe, accidit*, inquit, *quod ita hilaris ad nos redis, qui paulo ante triſtior hinc exibas?* reſpondet ille; *ne ſimus animo puſillo, Domini: Jam enim vidi eos, qui pro nobis propugnaturi ſunt, qui nos defendent, quique contra vim omnem invicti erunt & manebunt.* Quærit Lutherus *quinam ſunt hi tam fortes duces, ac milites? Parochorum noſtrorum & Diaconorum uxores*, inquit Philippus, *& parvuli liberi, quorum preces jam audivi, quas Deus non eſt ſurdis auribus auditurus. Neque eas adhuc neglexit optimus Pater Domini noſtri JESU CHRISTI, nec porro, ut ſperamus, negliget.* Exceptus hic ſermo eſt, ut felix & fauſtum omen, & jam animis magis confirmati, ſtatuunt id, quod pios & conſtantes verbi divini Doctores decebat, & illud ipſorum conſilium, beneficio Salutare fuit Eccleſiis, & afflictionem, quæ imminebat, Deus clementer leniit.

Conventus Smalcaldiæ.

Anno Chriſti 1540. menſe Martio conventus fuit Evangelicorum *Smalcaldiæ*, cui etiam Philippus interfuit. Hoc in conventu Philippus nomine Principũ Electoris Saxoniæ & Landgravii Haſſiæ, & reliquorum cum his conjunctorum, reſponſum ſcripſit in negocio religionis, per legatos Imperatori Carolo 5. referendum. Editum eſt eodem in conventu ſcriptum contra *Schwenckfeldium Francum* & alios errones; qui populum à cœtu Eccleſiarum abducebant: & ſpargebant ſemina quædam Donatiſtarum, Scepticorum & aliorum fanaticorum. Decretum fuerat, eodem anno, ut *Hagonoæ* ad Rhenum convenirent Theologi; deque controverſis capitibus religionis placide inter ſe conferrent. Ad quem conventum profecturus Philippus juſſu Electoris Saxonici cum egrederetur comitantibus Magiſtris & diſcipulis per pontem Albis, extra portam urbis Wittembergenſis, hunc verſum recitavit:

Scriptum contra Svvenckfeldium & ſimiles.

Alius conventus Haganoæ. Melancht. ad illum proficiſcens præſagium.

> *Viximus in Synodis, & jam moriemur in illis.*

Melancht. periculoſe ægrotat.

Nec caruit omine. In itinere enim *Wimariæ* in morbum incidit perieuloſiſſimum: quo intra paucos dies ita conſumtus fuit, ut de ejus vita omnes deſperarent. Accurrit igitur juſſu Electoris Lutherus; qui cum quanta poterat celeritate dies & noctes iter faciens, ad eum veniſſet; & præter vocem, eamque exilem nullum vitæ amplius indicium videret: cum gemitu & lacrymis exclamat: *Heu quam pretioſum, & Eccleſiæ utile organum divinum: quam miſere nobis eſt affectum, & pene interiit!* Cumque ipſum tantum ſalutaſſet; ſtatim in genua procumbens orare cepit. Et vero ea precatione, & ſeria, & ardenti, quaſi è media morte Philippus revocatus credebatur.

Lutherus ad eum accurrit.

Georgius Sturciades medicus.

Nec defuit tum Philippo etiam ſtudium & fides medici Erphordia evocati, *Georgii Sturciadæ*; quem diligebat ille & magni faciebat: Poſtquam convaluit profectus eſt ad colloquium *Wormatienſe*, quod in ſequentẽ annum fuit extractum. Cum ei allatum eſſet decretum Electoris de hac profectione; verſiculum Lucani ad ſe accommodavit paululum mutatis verbis:

> *Quo me fata trahent, pietas ſecura ſequetur.*

Conve[ntus] Ratiſ[bo]nenſis

In conventu deinde *Ratiſponenſi*, qui habitus eſt anno à nato ex virgine Chriſto 1541. tantos labores pertulit Philippus, qui in itinere in aditu Bavariæ lapſus graviter læſerat brachium: quantos vix decem alios robuſtiſſimo corpore perferre poſſe credas; ut omnes mirarentur, quomodo tam debile corpuſculum tanto oneri ſufficere poſſet. Et quid in eo conventu effectum ſit; norunt & agnoſcent boni ac pii. In hoc colloquio natum eſt *axioma* Philippi, *Eccio objectum: Nihil habet rationis ſacramentum extra uſum à Chriſto inſtitutũ: Chriſtus adeſt hominis cauſa non propter panem* Luth. cum ad eum hæc fundamenta Melanchthon è Comitiis perſcripſiſſet: tanto exiliit gaudio; ut qui ſpectarunt præſentem, aſſeverarint: nullo unquam tempore ſe lætiorem eum vidiſſe ſæpe exultantem, & iterantem has voces: *Macte virtute & pietate, mi Philippe, tibi debetur gratia; qui Pontificiis potuiſti ſacramentum adimere, quod ego nunquam tentare vel aggredi ſum auſus.*

Axiom[a] Eccio [ob]jectum

Herm[an]nus A[rchie]piſcop[us] Colon[ienſis] refor[matio]nem [in]ſtitui[t]

Anno Chriſti 1543. per æſtatem *Bonnæ* fuit cum *Bucero* Philippus apud *Hermannum* Archiepiſcopum Colonienſem: inſtituentem reformationem Eccleſiarum. Sed Clerus illam mutationem non admiſit. Ediderunt tunc adverſarii ſcriptum contra Bucerum, dignius ſcurris, quam Clero: ad quod Philippus graviter & erudite & pie reſpondit. Extat id inter alia ejus opera. Anno 1545. cum Illuſtriſſimus Princeps *Georgius Anhaltinus* præpoſitus Magdeburgenſis Eccleſiæ in Epiſcopatu Mersburgenſi miniſterio ac gubernationi præficeretur: Melanchthon * *teſtimonium ordinationis* compoſuit nomine omnium in vicinis eccleſiis Superintendentium.

Scrip[tum] Mel[anch.] ad cl[erum] Colon[ien]ſem.

Geor[gius] Prin[ceps] Anh[alti]nus.

** Ex[emplum] conſ[ecrationis]*

Cœpit paulo poſt Lutheri mortem gliſcere bellum *Flaccianum*, & de libro Auguſtano, qui *interim* nominabatur variæ fuerunt motæ controverſiæ. Uno anno Illuſtr. Elector Saxoniæ *Mauritius* octo conventus coegit: quibus Philippus omnibus, excepto primo, quod ſecedere juſſus fuiſſet ob metum Cæſaris, interfuit. Scripta etiam omnia, quæ in illis conventibus fuere exhibita Philippus compoſuit: & errores craſſiſſimos ejus libri ſcripto detexit: præſertim autem articulum *de juſtificatione hominis peccatoris corã Deo*: qui in illo libro fraudulenter depravatus erat, adſeruit atque confirmavit. Omnia ſuper hoc libro conſultata & ſcripta publice typis edita ſunt: nec neceſſe eſt hic repeti. Id ſaltem conſtat: plurimum mali Sophiſtica illa conciliatione dogmatum in Eccleſia datum fuiſſe. In Suevia & ad Rhenum pulſi fuerunt paſtores plures *quadringentis*, qui approbare librum non poterant, & aliis alibi in Eccleſiis miſerabilis facta eſt ſolitudo. Libri illius refutationem ſcripſerunt Miniſtri Eccleſiæ per Saxoniam inferiorem inter quos præcipui fuerunt *Joan. Epinus*, & doctores *Magdeburgici*, inprimis *Matthias Flaccius Illyricus* Albona urbe natus: quo

Theo[logorum] Phil[ippi] Belli[um] Flacc[ia]num.

Uno [anno] octo c[onven]tus i[n ne]gocio [reli]gioni[s].

Liber [Au]guſta[nus] mult[a de] la de[...]

A qu[ibus] refu[tatus].

Inter[im] Me[...] quid [...] ſerit[...]

quo graviter ſe Wittenbergicis & Philipp. præcipue oppoſuerunt. Suaſerat Philippus, *de adiaphoris* ne ſcrupuloſe contenderent, modo nihil idololatriæ illi ritus ac ceremoniæ haberent adjunctum. Et ſervitutem aliquam quæ ſine impietate ſit, ſuſtinendam. Contra *Flaccius* vociferabatur potius vaſtitatem faciendam in templis, & principes metu ſeditionum terrendos: quam ſaltem *linea veſtis* admittatur. Hinc extiterunt varia disſidia, & ſcripta admodum invidioſa: de quibus ne lubet quidem plura. Ultimum colloquium, ad quod Philippus venit, fuit *Wormatiæ* inſtitutum An. 1557. quod cum adverſarii * abrumperent, partibus Evangelicarum Eccleſiarum callide per condemnationem *Cinglianorum, Oſiandri & Illyrici* diſtractis & digresſis Philippus cum ſuis domum eſt reverſus menſe Decembri. Atque hactenus breviter de Theologicis Philippi laboribus.

Ex tot congresſibus domum & ad ſcholaſticos eoſq; ſibi quod ſæpe dicebat, dulciſſimos labores reverſus: tam docendo, quã comentando nulli operæ, labori nulli pepercit. Et quanquã hîc etiã multi pliciter interturbabatur, tamẽ tantum erat in eo omnibus inſerviẽdi ſtudium ut nihil moleſtiæ patientia non vinceret. Huic *verſus* vel *epiſtolam*, alteri *orationem*, tertio *prælectionem* aut *orationem & concionem* ſcribebat vel emẽdabat. Nam *quicquid tunc ab aliis Wittenbergæ librorum conficiebatur, in omni genere doctrinæ: eorum nihil ſine hoc, quaſi Theſe*, ut dicitur, *vel non plane ipſo, Magiſtro & autore elaborabatur.* Publice proponenda ab hoc uno ſcribebantur omnia. His tantis tamque multis rebus cum diſtineretur, non tamen ille doctrinæ ſtudium non ſerias meditationes & ſcriptiones: non explicationem graviſſimorum dogmatum omittebat. Luthero asſiduus adjutor fuit, cum in aliis laboribus, tum & in ſacrorum Bibliorum translatione, quæ magno aliquot annorum labore inſtructa & perfecta eſt. Fuitque inter eos, dum vixit Lutherus, conjunctio plus quam fraterna. Ipſe enim Lutherum reverebatur, & ab ipſo vicisſim ſerio atque ardenter diligebatur. Fuerunt quidem inter eos, ut fit inter homines doctos veritatem inquirentes, aliquando inter diſputandum diſceptationes quædam, ſeria diſſenſio nunquam fuit.

Explicuit autem in Academia illa Philippus per annos *duos & quadraginta* authores tum Græcos, tum Latinos, ſacros & profanos, in omnibus Philoſophiæ partibus. Artium liberalium *præcepta*, quæ antea ſpinoſe & confuſe juventuti inculcabantur, ipſe methodo vera & oratione perſpicua *digeſſit* & tradidit: ut ei multum, imò infinitum poſteritas omnis debeat. Quæcunque vero tum in Philoſophicis, tum Theologicis elucubravit: ea omnia, in tomos certos diſpoſita, & typis excuſa Bibliothecæ publicæ ac privatæ exhibent.

Edidit enim ſcripta plurima utiliſſima & valde neceſſaria; quæ hic ſingula recenſere longum foret, factum id ab aliis. Sunt autem ex his quædam ἐξηγητικὰ quibus præcipui libri ſacri luculenta interpretatione explicantur; *ut commentarii in Danielem, Johannem Evangeliſtam, Epiſtolas Pauli*, & alios libros ſacros, quibus non ſcio quid exactius aut magis perſpicuum eſſe poſſit. Pugnat & cum hoſtibus veritatis acerrime, & illis quidem jugulum premit, etſi minus fortaſſe tumultuatur, quam aliqui vellent. Poſtremo, ut alia omittam, ſummam doctrinæ Eccleſiarum Orthodoxarum commodiſſimo & eruditisſimo compendio complexus eſt in duplici ἐξομολογήσει Auguſtana, & illa, quæ ſuperioris, repetitio eſt, edita anno 1551. His accedit plena & exactiſſima explicatio dogmatum ſingulorum comprehenſa libro, cui titulus eſt, *Loci communes.* Quem librum cum vidiſſet Lutherus, auſus fuit dicere; *non dubitare ſe, vel unum hunc librum Philippi, omnibus ſententiariis & Scholaſticis ſcriptis anteferre*: alibi etiam *canone dignum* judicat, & alibi, *eum*, inquit *qui Philippum præceptorem ſuum non agnoſcat; ſtupidum & ſtolidum eſſe aſinum ac beanũ: qui opinione & fiducia ingenii ſui feratur & regatur. Nam quicquid uſquam in artibus & vera philoſophia ſciamus: Philippum præſtare titulo quidem humilem Magiſtri inſignitum: ſed longe omnibus doctoribus doctiorem.* Atque ut rumpant ſe invidi, qui poſtea viro tanto obtrectare cœperunt, neque ex veterum nec recentiorum ſcriptis: neque etiam ſuo ex theatro quidquam poſſunt, cum Locorum ſcripto quod ſit conferendum. In *Philoſophicis* edidit compendia & ſyſtemata methodica *Dialectices, Rhetorices, doctrinæ moralis, Phyſices, & doctrinæ de anima.* Dicendi normam ipſe ſolus monſtravit; & exercitationes ante hac inuſitatas, ipſe excitavit; materiis, de quibus publice declamaretur, utilibus ſcriptis. Nam & ipſe ſuo exemplo præibat aliis: nec ceſſabat urgere aſſiduitate doctrinæ publicæ: & crebro veniebat ad illas horas, quibus alii docebant, atque *pone diſcipulos aſſidens* docentes audiebat. *Mathematica* inprimis ſine quibus ſciebat doctrinam eſſe nullam, promovebat: & *librum Plinii ſecundum*, ubi prima fundamenta ſcientiæ illius traduntur, enarrari voluit, adeoque ipſe ennarravit, aliis explicationem dictando. Jam contra cogitetur, quantum in omnibus diſciplinis caliginis & tenebrarum fuerit, antequam ipſe his lucem præbuit. Conſumebatur *tota vita* in ſola Dialectica Ariſtotelis diſcenda neque ad eam vita quantumvis longa ſufficiebat, de cæteris ut jam taceam. Hæc autem laborioſiſſima & fideliſſima apicula pervolavit per univerſos doctrinarum campos, atque inde ex variis ſcriptorum floſculis lectiſſimum & dulciſſimum ſuccum nobis in favos congeſſit, juxta veteris Poëtæ ſententiam: *Lucret. l. 3*

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta,
Aurea perpetua ſemper digniſſima vita.

Nunc ea viciſſim eſt noſtra ingratitudo libenter

ἐξηγητικὰ

πολεμικὰ.

διδακτικὰ.

Theologica.

Loci communes Melanchthon.

Judicium Lutheri de illis.

Philoſophica.

Matheſeos ſtudioſus Melancht. Plinii lib. 2.

Multi ingrati ergo Melancht.

benter quidem his donis Dei fruimur: Sed poſtea his obſaturati, rabioſis dentibus in tantorum beneficiorum autorem ferimur, & quod de ingratiſſimis hoſpitibus à Plauto dicitur: *vituperamus, & comedimus tamen.* Et multi niſi etiamnum hodie *Philippi vitula araſſent*: nunquam in tradentis diſciplinis, earumve præceptionibus diſponendis laude dignum aliquid præſtitiſſent. Nimirum inventis addere facilius eſt, quam invenire.

Mores & vita interior Melanchth.

Nunc ad mores & vitam interiorem veniamus: in quibus nihil aſperum fuit, ſed ſumma lenitas & manſuetudo. Nam bilem, qua corpus in juventute affici poterat, meditatione & patientia manſuefecerat. Sæpe enim hoc Sophocleum in ore habebat.

Soph. in Oed. Col.

στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με, χ᾽ ὡ χρόν@ ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει, καὶ τὸ γενναῖον τρίτον. h. e.
Boni ut conſulam, ærumnæ, me & ætas
Longa docuerunt, & præterea generoſa animi patientia.

In familiari convictu & colloquio omnibus ſuavitas illius, ut notiſſima, ita jucundiſſima fuit. In ſuos φιλοστοργίαν dubites, an in ullo homine majorem videris; tanto & tam vero amore conjugem, liberos, nepotes & neptes, ac infantes complectebatur. Accidit aliquando, ut Gallus ſalutandi cauſa adveniret, & Philippum in hypocauſto offenderet altera manu cunas motitantem, altera librum tenentem. Id cum hoſpitem mirari animadvertiſſet: Philippus patrisfamilias officium, & infantium coram DEO gratiam, tanta pietate expoſuit peregrino: ut doctior ille abiret. Ab ambitione quam longiſſime abfuit: honorem & opes non curavit, nec quæſivit: quod miſera rudera ejus rei familiaris ſatis ſunt teſtata. Delectabatur hoc dicto Achillis, quod eſt apud Philoſtratum: ἐμὸν ἔστω τὸ πλεῖον τῶν ἔργων. Χρήματι δὲ πλεονεκτείτω ὁ βουλόμενος, id eſt, *meæ ſit laborum pars major: pecunia autem abundet, qui volet.* Scimus, quam amplæ conditiones illi ſæpe oblatæ fuerint, non ut à vera Eccleſia deficeret (quod quidam propria malitia, ſicut Iſcariotes ille, & multo leviore compendio moti fecerunt) ſed ut tantum in quibusdam doctrinæ partibus mitius ageret. Sic enim dicebant: concederet quædam, quæ non magni momenti eſſe viderentur, nec ſineret ob iſta levia concordiam Eccleſiæ diſſolvi. Ad quæ reſpondit ille, ſcire ſe etiam olim *Arianos ab Homouſianis* eodem modo poſtulaſſe, ne *propter duo verba* Eccleſiam lacerari ſinerent: illos tamen non conceſſiſſe: ſe quoque nihil illis largiri aut concedere poſſe. Hæc dogmata oportere pura conſervari, & refutationem tam tetrorum errorum neceſſariam eſſe.

φιλοστοργία Philippi. *Αὐτάρκεια ejusdem.*

Liberalitas Melancht.

Beneficentia verò, atque etiam, ut in illa tenuitate rei familiaris erga omnes munificentia pene major fuit, quam ipſius res ferre poſſet. Nemo ab illo beneficium aut eleemoſynam fruſtra petebat; neque ulli quantumvis importuno petitori præcluſa erat ipſius benignitas. Rem familiarem tenuem & attritam reliquit; ſed locupletiſſimum patrimonium liberis eſt bona fama parentum. Ipſe Philippus acceſſionis ad fortunas, qua fieret ditior, conſilium cœpit nunquam: quin etiam oblata emolumenta aliquoties reſpuit, & de quibus alii etiam digladiari non dubitarent; ea cum eſſent in poteſtate ſua plane abjecit. Erat in familia ejus, quidam *Joannes* natus ad Neccarum. Hic curabat domi ipſius omnia, emendo, condendo, promendo. Mane legebat ſacra Biblia familiæ, & erudiebat parvos liberos. Erat homo pius, caſtus, fidelis: ejusque miniſterio Philippus *quatuor & triginta annis* uſus eſt. Obiit apud eundem Anno 1555. d. 3. Apr. cui etiam Philippus epitaphium ſcripſit. Donabantur ei multa aurea & argentea nnmiſmata antiqua; hæc fere auferebat, qui primus, ubi ille acceperat, advenerat: & Camerario nonnulla cum daret, ſolebat dicere: *niſi tu ſumſeris, relinques aliis.* Cumque aliquando pluſculos nummos congeſſiſſet, & animadverteret quendam iis valde delectari: jubet, ut quos vellet, eligeret. At ille, *ego vero omnes inquit cupio.* Offenſus Philippus nonnihil impudenti poſtulatione, tamen conceſſit: & ſe cupiditatem inverecundi ſpectatoris ſatiaſſe dixit. Sæpenumero pecunia exhauſta pocula ſua ipſe clanculum detulit ad aliquem mercatorem, nihil curans juſtumne precium an minus eo perſolveretur.

Res ... liari ... dem *Alie ... avar ... Me.* *Joa ... Me ... œcon*

Domi non erat aſper ac durus; quique conniveret nonnunquam ad familiarium nimiam etiam lætitiam: cum quidem ab ipſo nihil fieret aut d ceretur perperam ac prave; ſed præſentia ſua cavebat, ne levitas juvenilium cupiditatum in turpitudinem aliquam prorumperet. *Potus* ei neceſſarius erat gratus & bonus: *eſca* qualibet ſine faſtidio veſcebatur. Sed cibos precioſos & opipare conditos prorſus oderat. *Piſciculos minutos* probabat in cibo maxime & olera atque pulticula omnis generis expetebat: carnes non item. Tubingæ adoleſcens in contubernio, ubi perpetua conſuetudine *hordei juſcula* cibum communiter capientibus tum apponebantur, ſæpe cum juſculo alterius ſuas carnes commutavit, ut ipſe juſculum duplex, alter carnes duplices haberet. A piſcibus non abhorrebat, veſcebaturque libenter ovis: Sed hæc recentia, illos ferventes afferri cenſebat oportere. Domi cella ſua omnibus patebat: quin etiam libros, ſcriptaque ſua omnia, & literas quarum quotidie multæ afferebantur, relinquebat omnium oculis expoſitas, unde plurimum ſubtractum eſſe conſtat. Iocis delectabatur, ſed liberalibus & tempeſtivis, ut inter epulas & in peregrinationibus. Moribus omnino fuit placidisſimis; & ſi quando vehementius perturbabatur: ſtatim ad ſe redibat. A dubiis & Sophiſtica natura abhorrebat, ut ambiguas figuras, etiā uſitatas ferret iniquius. Cum inter epulas vinū appoſitum ipſi valde probaretur, & ex convivis quendam guſtare, & dicere quid videretur juſſiſſet: reſpondente illo: *non eſſe malum*; fere commotus dixit:

Ad ... dam ... com *Vi ... lau* *Tub ... lim ... con ... ut* *Con ... Me* *Oſe ... phi & ... guſt*

dixit: *bonum vinum ſic laudari non debet.* A medicinis etiam magnopere abhorruit, unde factum, ut balnea prorſus tandem vitarit: quæ aliquando cum amicis ingredi conſueverat.

Veſtitus unum retinebat modum. *Tunicam* enim ſemper geſtabat tam domi, quam prodiens foras: ut tectum undique corpus eſſet. Interiore veſte linea duplicata utebatur; & ſuper eam lanea altera. Domi caput pileo lineo tegebat.

In publico veſte ad pedes cum manicis demiſſa utebatur: neq; paſſus eſt perſuaderi ſibi, ut externis ullis ſericis aut ſimilibus uteretur. Pelles tamen non reſpuit, Aquilonares illas, quod eſſent ad calefaciendum efficaciores.

Statura fuit breviore, non tamen brevitate notabili; cum à communi virilium corporum modo non procul abeſſet. Membrorum compoſitio plane elegans: frons explicata & ardua, inſignis vena quadam ampliore in illa eminente. capillus rarior, collum procerum: jugula inſigniter concava: oculi pulcri, & acies horum mirabiliter clara: pectus ſatis amplum: venter & ilia adſtrictiora. Omnium partium corporis integra atque vera ſua figura, & congruens erat ſoliditas. Senſus omnes acres in corpore, nulla carnium mole gravato: & ejuſmodi, ut facile illud quidem propter ſubtilitatem afficeretur. Vox ei fuit principio balba: quam tamen ætas ingraveſcens paulatim ita emendavit: ut nihil audiretur, quod alios offenderet. Ita & juvenis incedens alterum aliquando humerum detorquere ſolebat. Et reperti ſunt quidam, qui tum illa, tum manuum, ut ſolebat, inter loquendum motiones, & ſuperciliorum ſublationes imitari vellent: ſicut olim Ariſtotelis aliqui & Platonis inepti fuere imitatores.

Viribus corporis imbecillibus fuit, & valetudine tenui, inde uſque à pueritia, ſed temperantia, ſobrietate, ac optimo vivendi ordine, ita corpus alioqui debile roboravit; ut maximis etiam laboribus ſufficeret. Animadverſum eſt tamen, poſt conjugis interitum in dies ſingulos magis attenuatum ac debilitatum fuiſſe. Inſomnia ei ſemper fuit moleſta: acciditque ſæpe, ut totam noctem nihil dormiret. Sed hoc malum depulit diæta conſtanti ac vinis plenioribus: & aliis generibus potus, quibus ſomnus conciliari ſolet. Ad ſomnum ſe dabat ſtatim poſt cœnam: & ſurgebat poſt mediam noctem. Omnes ſcriptiones & commentationes matutina opera ab eo perficiebantur. A prandio reſpondebat iis, qui literis compellarant. Literarum veſperi allatarum lectionem plerumque in poſterum diem differebat, ne ſomnus turbaretur. Atque in ſenecta interdum poſt meridiem ſupra ſcamnum alicubi recumbens conſpectus eſt. Hac ratione fecit, ut morbos haberet nullos infeſtos præter *calculorum* & *veſicæ*, quæ Græcis λιθιαςία, & λιθίασις κυςιτική. Non multis ante mortem annis etiam oculorum *epiphoris* atque lippitudine conflictatus eſt. Humoris etiam ad lumbos vapores & flatus, qui gravis interdum ægritudinis quandoque cauſam dant, tam corpori, quam animo, πάθη ὑποχονδριακὰ vocant, tentabant eum nonnunquam. Hos dolores uſu herbæ *chamæleontis* mitigavit: cujus efficaciam prædicavit. Animo ad mortem ſemper fuit æquiſſimo inde uſque à juventute: proximo autem biennio etiam cupidus moriendi: quæ cauſa fuerit, facile exiſtimari poteſt. Tædebat eum jam petulantiæ Sycophantarum & malitiæ hominum illius ætatis. Eo die, quo publice poſtremum prælegit: quibuſdam petentibus teſtimonium initiationis ſuæ cæpit ſcribere hos verſiculos, quos tamen non abſolvit, morbo impeditus:

Verſus à Philippo paulo ante mortem inchoati.

Aeterno genitore nate Chriſte,
Orator patris, ex ſinu verendi
Vocem Evangelii ferens ſuavem,
Qua credentibus exhibes potenter
Vitam juſtitiamq; ſempiternam,
Et qui ſanguine nos tuo redemtos
Exaudis, reputas, facisq; juſtos,
Oſtendisque piis tuum parentem:
Noſtras, Chriſte Deus, doceto mentes,
Ac in pectora gratiæ arrabonem
Noſtra effundito Spiritum, moventem
Caſta incendia, & invocationem:
Fac pars agminis ut tui per omne
Aevum ſimus, alacriterq; ſemper
Aeterni patris, & tuas ſonemus
Laudes, &c. Amen.

Initium poſtremi teſtamenti Melanchthonis.

Paucis etiam ante mortem diebus hæc ſcripſit: *Anno 1560. die Aprilis decimo octavo, ſcripſi hoc teſtamentum in meo morbo breviter de iis reliquis facultatum, quas mihi Deus dedit. Confeſſionem fidei, & gratiarum actionem ad Deum, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſcripſeram antea bis, ſed chartæ ſunt interceptæ. Volo tamen confeſſionem meam eſſe reſponſiones de Bavaricis articulis contra pontificios, Anabaptiſtas, Flacianos & ſimiles, &c.* Poſt hæc ſequuntur ea, quæ de rebus ſuis fieri voluit, & ad hæredes ipſius tantum pertinent, etſi eorum deſcriptionem non potuit abſolvere, quod ſcribendo jam tres pagellas confeciſſet, atque ita ſe defatigaſſet, ut nihil poſſet addere tum amplius; ſed in poſterum diem differret reliqua deficientia, quo ipſo tamen in extrema virium defectione ſcribere nihil potuit. In pagella paulo etiam ante conſignaverat cauſas, cur minus à morte abhorrendum ſit, hoc modo:

Cauſæ, cur minus à morte abhorrendum.

A ſiniſtris.	*A dextris.*
Diſcedes à peccatis.	*Venies in lucem.*
Liberaberis ab ærumnis, & à rabie Theologorum.	*Videbis Deum: Intueberis filium Dei:*
	Diſces illa mira arcana, quæ in hac vita intelligere non potuiſti:
	Cur ſic ſimus conditi,
	Qualis ſit copulatio duarum naturarum in Chriſto.

Extremus actus Melanchth.

Ultimus autem actus teſtis fuit certiſſimus de tota ejus ſuperiore vita, animo, & conſiliis omnibus; atque oſtendit, quod nihil unquam ſpectaverit aut quæſiverit aliud, quam

 glo-

gloriam Chriſti, & Eccleſiæ ſalutem. Tempus enim & hora mortis non fert hypocryſin. Multoties annis poſterioribus, & præcipue proximis menſibus ante mortem, cum gemitu & lacrymis deploravit eccleſiarum Evangelicarum diſtractionem, ac ardentibus votis, & precibus à Deo petivit, ut ipſe inter docentes concordiam ſanciret, & illa mala ſanaret. Hæc una cura illi ſemper in ore & corde erat.

Præſagit mortem.

Præſagiit ipſe ſibi inſtare diem migrationis, aliisque paulo ante mortem dixit: *Neſcio quid mihi feret conjunctio Martis & Saturni, quæ erit decima quinta hujus menſis.* Cumque febre correptus eſſet, & *Vitus Winshemius* corpuſculum jam ante pene ad extremum attenuatum conſideraret, atque cum gemitu diceret: *Quomodo feret hoc corpus febrem paulo longiorem,* ſubridens reſpondit ei: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.*

In morbo quæ ejus unica cura.

Dixit & pridie quam moreretur ad generum *Caſparum Peucerum* D. *Non morbo moveor, neque ulla eſt ſollicitudo, quæ animum meum angat aut perturbet: Una cura eſt, una ſolicitudo, ut Eccleſiæ ſint in Chriſto Jeſu concordes.* Hinc ſatis adparet, quæ fuerint ejus perpetuæ cogitationes, & quid ſemper animo propoſitum habuerit. Dixit & eodem die: *Si me Deus jam evocaverit ex hac vita, liberabor ab inimicis plenis odio ſophiſtico, & mendaciis hoc monſtroſo anno naturæ.* Filium ad precum & concordiæ ſtudium hortabatur, & *tum*, dicebat, *Deus tibi benedicet*: Sæpe ante mortem iteravit hanc precationem Redemptoris, quæ eſt in Joanne: *Sint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus.* Sæpe & hoc dictum Pauli Apoſtoli, quod in priore ad Corinth. *Chriſtus factus eſt nobis ſapientia à Deo, juſtitia, ſanctificatio & redemptio.* Edidit alias multas ante mortem ſanctiſſimas voces, quæ fuerunt teſtimonia pietatis ipſius, neque hic referri omnes poſſunt. Paulo autem antequam exhalaret animam, cum à domino Paſtore recitarentur verba, quæ ſunt in Evangelio Joannis: *Dedit eis poteſtatem, ut filii Dei fiant, qui credunt in nomine ejus:* ſublatis oculis & manibus dixit: *Hoc dictum animo meo ſemper obverſatur.* Cum à genero interrogaretur, an vellet aliquid? reſpondit: *aliud nihil, niſi cœlum: ideo non ſitis mihi moleſti amplius interpellationibus talibus.* Denique aſſidue donec ſpirare potuit, iteravit hanc precationem: *Ah Deus miſerere mei per Chriſtum filium tuum*; & illam Pſalmi: *In te, Domine, ſperavi, non confundar in omni æternitate.* Et ſenſibus integerrimis fuit, uſque ad ultimum vitæ articulum. Nam hæc fuit ejus poſtrema * vox, qua teſtatus eſt ſe audire & intelligere ea, quæ à præſentibus ex ſacra Scriptura recitabantur.

** Ja, reſpondit interrogatus.*

Mors Philippi placida.

Reſolutus itaque paulatim pene ſine ſenſu mortis, tandem ſpirare deſiit, & quaſi obſopitus jacuit, neque ulla in facie apparuit deformatio, aut lineamentorum mutatio, ſicut in morte fieri ſolet.

Tali fine vitam in terris ſuam clauſit Philippus Melanchthon, cum vixiſſet *annos 63.* & *dies* totidem: extinctus eo horæ momento ſub veſperam, quo in lucem editum conſtat. Annus emortualis indicatur literis numeralibus hujus diſtichi:

PVblICares VIrtVtIs honos, eCCLesIaVIVaX,
LVget In InterItV, Magne PhILIppe, tVo.

Luctu[s] obitu [...]

De ejus morte cum per oppidum increbuiſſet: magnus ſtudioſorum numerus ad ædes confluxit: cum jam ante frequentes ibi conſtitiſſent, & ut antea ſollicitudinem, ſic illo tempore dolorem ſuum officio tali oſtendebant. Morientem autem nemo qui aderat, ſiccis oculis videre potuit: ne ii quidem, qui animis maxime virilibus mortis tempore conſolari atque confirmare alios ſciunt: quod omne robur animi, amoris erga cariſſimum præceptorem affectio ſuperaret. Sub veſperam ſtatim ab Academia ad Principem Electorem miſſæ ſunt literæ, quibus de luctuoſiſſimo caſu mortis Philippi perſcribebatur: quæ ante meridiem diei ab hoc tertiæ redditæ fuere. Compoſitum autem corpus illa nocte in muſæo aſſervatum fuit. Mane diei 20. April. mortui etiam facies, ut antea viventis, ab artifice eſt depicta. Cumque in affectione erga magiſtrum & præceptorem ſuum ſinguli pene momentis venirent; qui peterent, ſibi videndi illius mortui copiam fieri: quem vivum dilexerant, & admirati fuerant: neque negandum hoc multis de cauſis videretur: tota illa die, & uſque ad meridiem poſtridianæ, quæ fuit 21. April., quaſi funus more veteri propoſitum publice eſſet, admiſſi fuere ad aſpiciendum omnes, qui expetebant. Neque fuere multi in oppido aut ſtudioſi, aut cives, qui non illius diei, & dimidii ſequentis tempore ad eum videndum venerint, aut ſine lachrymis eum adſpexerint. Multi etiam hoſpites, qui audiendi illius cauſa Wittembergam venerant: mortuum tum primum viderunt: quorum ut viventem viderent, non fuerat ea felicitas.

Opinio autem de mortuo & affectio in ſpectatoribus ex eo etiam tum apparuit: quod pennulæ, quibus in ſcribendo uſus fuerat; & chartæ, in quibus aliquid ſua manu deſcripſerat, & quæ in pavimento muſæi abjectæ jacebant, & quæcunque alia uſus & præſentiæ illius memoriam teſtari poſſent, à quibuſdam peterentur, & ſervarentur ſtudioſe.

Fun[...] Me[...] thon[...] rifice[...] ſun[...]

Exuviæ viri, quo Deus ad maximas res uſus fuerat, componebantur primum in ſandapila plumbea: hæc in ligneam includebatur. Die, quo funus efferendum erat, Lipſia venerat *Joachimus Camerarius* cum D. *Morchio*: ſed cum ad ædes, Philippi vocatus eſſet, facere non potuit: verum clauſis ſandapilis ad deductionem funeris eo acceſſit. Elatum autem eſt funus d. 21. April. frequentia tum ſtudioſorum, tum civium, & honeſtorum hominum omnium ordinum, qui ex vicinis locis convenerant, tanta, ut nemo eo in oppido meminerit majorem. Dolorem etiam ſuum & vultu & lachrymis teſtabantur maximum: & quacunque funus procedens ferebatur omnibus à partibus & ejulatus

muliebres

muliebres audiri, & lacrymæ virorum ac juvenum conſpici. Eleemoſynæ autem pro re & copia datæ fuere, & pueris ſcholaſticis, qui præcentiones funebres adminiſtrabant: & pauperibus, qui expetebant omnibus: atque illa quidem, ut & cætera, ex publico Univerſitatis ærario. Concionem funebrem habuit D. *Paulus Eberus* in templo parochiali. 1. Theſſal. 4. Ab hoc funus in templum, quod ad arcem Wittembergenſem eſt, delatum fuit: & prope corpus Lutheri, cui in vita παραςάτης fuerat fidelis, ſepultum eſt: ubi ante ſepulcrum, depoſito funere ex pulpito in vicino exſtructo, orationem habuit Latinam de mortuo, *Vitus Ortelius Winshemius*, Med. D. & Græcarum iterarum profeſſor. Ibidem monumentum ad parietem poſitum eſt, opere præclarum cum verſibus epitaphiis & effigie ipſius. Epitaphium Philippi Melanchthonis initio conſcriptum, laminæ enim æreæ ſpacium quædam non admiſit.

PHILIPPO MELANCHTHONI SACRARUM LITERARUM SOLERTISS. ET FIDELISS. EXPLICATORI, VERITATIS CÆLESTIS PATRONO ET PROPUGNATORI INPRIMIS STRENVO, OPT. DISCIPLINARUM ET ARTIUM CUM INSTAURATORI, TUM CONSERVATORI: QUI OMNEM DOCTRINAM QUASI VAGAM, AC DISSIPATAM COLLEGIT, ET AD CERTAM RATIONEM REVOCAVIT: VIRO PIETATE, STUDIO PURÆ, CASTÆQUE RELIGIONIS, SAPIENTIA, VIRTUTE, HUMANITATE, BENIGNITATE ERGA OMNES PRÆSTANTI, FELICITER ET SANCTE IN TERRIS MORTUO XIII. CAL. MAJI, C. V. AN. LXIII. M. II D. II. H. I. ACADEM. WITTEBERG. CUI ILLE TOTIS ANN. XLII. OPERAM NAVASSET H. M. P. C.

Obitum ejus plurimi doctiſſimi viri carminibus ſuis luxerunt, quæ & typis excuſa ſunt. Ferdinandum Imperatorem ferunt, audita morte Melanchthonis dixiſſe: *Hujus viri conſilia ſemper fuerunt moderata.* Atque hæc de Melanchthone, qui ut vixit *pie*, *juſte*, *ſobrie*: ita mortuus eſt *ſancte & feliciter*: & memoriam ſtudiorum & officiorum ſuorum, ingensque ſui deſiderium iis omnibus reliquit: apud quos bene.

——*veteris ſtat gratia facti.*

Ex oratione funebri habita à Viro Winshemio: item vita Melanchthonis à Camerario deſcripta: narratione obitus ejuſdem; & aliis.

JOANNES SAPIDUS.

POpularis hic & ſuppar fuit *Beati Rhenani*, natus eodem in oppido Alſatiæ, *Seleſtadii*, anno Chriſti nonageſimo, ſupra mille quadringentos: uſus inſtitutione ejuſdem magiſtri, *Hieronymi Gebwileri*, qui Rhenanum primas literas docuerat. Habuit tamen pædagogum & hypodidaſcalum ipſum etiam Rhenanum: qui diſcipulus jam tum condiſcipulos inferiorum ordinum, juſſu Magiſtri, erudivit.

Seleſtadio ſuum Rhenanum ſubſecutus *Lutetiam* eſt: ubi cum alios publicis de cathedris docentes, in quibus principes *Faber Stapulenſis, & Iodocus Clichtoveus*; tum privato in muſæo Rhenanum Ariſtotelica quædam explicantem audivit. *Abit Lutetiam.*

Linguarum itaque ſcientia, variarumque artium diſciplinis, poetices præcipue, inſtructus, domum revenit: ubi mox à civibus ſuis ludo literario gubernando præfectus eſt. Hanc Spartam ſuam inter catenatos labores & rei etiam domeſticæ moleſtias quotidianas pro virili ſua ornavit: ſcholamque, diſcipulis paſſim ad audiendum ipſum confluentibus, ſatis frequentem habuit. Et omnino unus fuit Sapidus ex felicioribus illius ſeculi Ludimagiſtris. Eliminatis enim & exploſis barbaris ſcriptoribus: qui juventutis aures olim perſonabant: eorum in locum claſſicos auctores, & genus dicendi purius introduxit. *Ludo in patria præficitur.*

Sed cum Evangelii iterum exorti lux radios ſuos latius latiusque tum diffunderet; ipſe veritatis cœleſtis notitia illuſtratus, ſanctoque religionis ſincerioris amore inflammatus, forte etiam ſcholaſtici illius pulveris in acciſo ſalario pertæſus; patria relicta *Argentinam* cum familia commigravit. Argentinenſes hominem advenam, jam ante eruditionis fama notum, dignum & civitate & honore judicarunt: eique docendi provinciam ſuo in Gymnaſio commendarunt. Quo in officio ita verſatus eſt: ut non minus doctrinæ eruditionem, quam adſiduam induſtriam vitæque integritatem omnibus probarit. *Argentinam commigrat.* *Ibidem docere juſſus.*

Ad exitum vitæ vocatus eſt Argentinæ, anno ſexageſimo primo, die octavo Junii, jam ſeptuagenarius. *Obitus ejus.*

Fuit vir bonus, pius, doctus, & multorum ſuæ ætatis præſtantium virorum amicus, ut *Eraſmi, Roterodami Beati Rhenani, Glareani, Pauli Volſcii*, Curienſis Abbatis, & aliorum. Sed forte illa ſcholaſtica & ſalarii tenuitate non contentus, id quod ex quadam ad ipſum Eraſmi epiſtola* colligas, ubi inter alia ſic ad eum Eraſmus: *Sortem tuam ut laborioſam eſſe non negaverim; ita tragicam, ut tu vocas, aut deplorandam eſſe prorſus inficior. Ludi literarii magiſtrum eſſe: proximum regno munus eſt. An tu putas ſordidam eſſe functionem, primam illam ætatem tuorum civium, optimis literis & Chriſto ſtatim imbuere, totque probos & integros viros patriæ reddere? Stultorum opinione humilius eſt: re longe ſplendidiſſimum.* Hæc Eraſmus ibi & plura. *Mores & amici.* **lib. 1. ep.* *Ludi magiſtri dignitas quanta.*

Scripſit *epigrammata* quædam & *epitaphia*: *Anabion*, ſive *Lazarum redivivum*: Comœdiam ſacram: *Conſolationem de morte Alberti* Marchionis Badenſis: præter auctores, quos vel reſtituit, vel commentariis illuſtra- *Scripta Sapidi.*

illuſtravit. *Henricus Pantal. l. 3. Proſop. Eraſmus in epiſtolis, Geſnerus.*

O. 1560. d. 7. Nov. æt. 32. compl.

PETRUS LOTICHIUS.

**P. Meliſſus ponit annum 1529. ſed rectius 28.*

Solitariæ patriæ Lotichii deſcriptio.

Cynthius fl. die Küng.

Parentes Lotichii.

NAſcitur *Petrus Lotichius Secundus* anno Chriſti in carne manifeſtati * milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo, die ſecunda Novembris ad cœnobium Solitariæ. Eſt autem *Solitaria* illuſtris Hanovici comitatus oppidum, ad *Druſi* (ut incolæ hodierna etiam die nominant) *montem* ſitum; inter *Gelnhuſam* & diœceſin Fuldenſem, per quod tranſit fluvius ille, *Cynthii* nomine à poeta hoc decantatus, piſcoſus & amœnus, qui infra Hanoviam, comitatus illius caput, in Mœnum influit.

Educatio.

** Ad cujus diſcretionem Secundi nomen hic aſſumſit.*

P. Lotichius patruus, Abbas Solitarienſis.

Parentes ei fuerunt agricolæ fortunis quidem non magnis, ſed probitate & virtute antiqua, literarum ſtudia amantes, & honeſtæ liberorum inſtitutionis ſatagentes. Nam ut primum infantiæ annos Petrus complevit; conſilio & ductu patrui cognominis, * monaſterii illius antiſtitis, ſenis venerandi & docti, magiſtris eum bonis literis informandum tradiderunt, primum in patria, ubi fundamenta doctrinarum & laudum maximarum jecit. Erat enim ibi ſchola conſilio & cura Abbatis patrui non peſſime conſtituta: & hujus domus ipſa quaſi Muſarum domicilium à viris doctis celebrabatur; cum ipſe doctus doctorum conſuetudine plurimum delectaretur, & præmiis inſuper ad ſe invitare ſoleret.

Educat fratris hunc filium Lotichium.

Hic ubi Grammatices elementa & pietatis prima rudimenta celeriter arripientem, & æquales longo poſt ſe intervallo relinquentem Antiſtes ille animadvertit: ſpe de eo non vulgari concepta, in ſtudiis poſthac liberaliter alendum ſuſcepit, & quaſi adoptavit.

Lotich. mittitur Francofurtum.

Itaque puerum tali indole præditum, uberioris ingenii cultus capiendi cauſa ad vicinam *Francofordianam* ſcholam, in qua tum humaniores diſciplinæ egregie vigebant, gubernatore *Iacobo Micyllo*, ablegat, ejuſque domeſticæ diſciplinæ etiam commendat, ratus magiſtrum ſe inveniſſe excolendo ingenio tam felici ac liberali idoneum. Nec eum opinio hæc fefellit.

Micyllus præceptor Lotichii.

Sub hoc enim duce Lotichius tanto ardore animi tantaque celeritate percepit literas cum Græcas tum Latinas; ut facile æqualium agmen multis paraſangis præverteret; non ſolum oratione ſoluta, ſed etiam numeris adſtricta: ut plerique omnes exiſtimarent, Lotichium ſingulari ingenii felicitate, adeoque vi quadam divina præditum eſſe. Hunc præceptorem Lotichius deinde omni pietate ſemper coluit, grataque memoria proſecutus eſt; & demortuum carmine eleganti, quod extat, adpoſteritatem commendavit.

Ioan. Pedioneus alter Lotichii præceptor.

Habuit & alterum in primis adoleſcentiæ annis ducem & ſtudiorum poetices formatorem nō ignobilem, *Ioannem Pedioneum*, Rhetum poetam laureatum; qui poſtea oratoriæ ac poeticæ profeſſor Ingolſtadii fuit. Iſte quid à Lotichii ingenio eſſet expectandum, unus omnium maxime prævidit, idque epiſtola ad ipſum data declaravit: quam, cum narrationi noſtræ non parum lucis allatura videatur, ſubjiciendam duximus. Ita autem habet:

Epi... ejus ... Lotic...

Literis tuis ut reſpondeam, etſi nulla alia cauſa me impuliſſet, ut quem modo cum perturbatis undique rebus omnibus ſuſpenſum de meo ſtatu, tum à libris ocioque illo literario alienum atq; avulſum prope, ipſe tu animadvertiſti: tamen quod partium eſſe mearum putavi, pro ſtudio erga noſtrates adoleſcentes omnes pari, proque amore meo quodam peculiari erga te feci; ſiquidem id & tu rogare, & meum hoc officium poſtulare videtur. Itaque quod mehercule prius feci, jam quoque faciam, hoc eſt, excitabo te, ut illa ipſa via, quam me authore ſuſcepiſti, diſcendi veram eloquentiam, atque optimas artes, eo uſque contendas, ut quandoque ad ſummum laudis nomen, atque faſtigium noſtris hominibus perveniſſe videaris. Idque ſic velim ſtatuas, ut ſi ad eam ingenii tui vim ac felicitatem parem adhibeas induſtriam, ſis omnes tuas actiones, ſtudia, ætatem, hac una cogitatione corroboraturus: quam præ aliis maxime commodam vitæ, ac fructuoſam ſtudiis majores noſtri judicarunt. Etenim ſi non ſolum homines Philoſophi, ſed Dii ipſi immortales à brutis animantibus ſola quidem orationis vi atque poteſtate mentis nos eſſe diverſos voluerunt: Quo quidem is facere mihi rectius videtur, qui quod accepit à cæteris donum, ſua (cum id Dii ipſi jubeant) cura, ſuo labore perficiat, nec ſolum loqui poſſe contentus ſit, ſed ultra etiam loqui ornate ac ſplendide diſcat, ſeque vere non hominem, id eſt, mortalem ac fragilem, ſed immortalem, & quaſi Deum virtutis actione fingat. Eæ verò cum in aliis multis rebus conſtant, tum præcipue ſumma, ipſumq; gloriæ culmen in eloquendi ratione conſiſtit. Quam quidem etſi plurimi diverſis modis ambiverint, eloquentiam dico, ejusque aliquam quisque partem adumbraverit; pauci tamen veram illius vivamque imaginem ad hunc ſane diem repræſentarunt: Idque non tam aliquando naturæ vitio aut ingenii imbecillitate, quam parum prudenti hujus rei arduæ moderatione atq; judicio, quo quidem deſtituti fuerunt. Hinc cæteræ dotes quamvis ampliſſimæ imminui, confundi, atque turbari, ipſique illi ardore magis animi rapi, quam ſpe effectus fruſtrari. Sed cum porro tribus præcipue modis ſe mortalibus ea dicendi ratio infundat, uſu, ardore, imitatione, iisque tanquam ducibus conſtet eloquentia: Eam tu viam potius aggrediere, eam rectius doctiſſimorum hominum ſententiam ſequere, qua ad ſummum pervenire poſſe confidas. Nam cum iſta tibi naturæ facilitas eſt, tum illa quidem felicis ingenii vis atq; poteſtas, ut nihil omnino tam in arduo poſitum, tamque ſublime eſſe videatur, quod non aſſequi poſſe,

El... tri... di... tu...

ſe

„re ſperem, non facile te in mediocritate quaſi deſperato ſucceſſu, non in ſatietate, quaſi confecto curſu patior conſiſtere: ſed in altum te velim efferri quo te volo. Itaque quod à me his paucis diebus audiviſti plures, id & mehercule jam repeto, atque inculco, uti unum præ omnibus aliis eligas, quem maxime ſtudeas exprimere in conſuetudine & dicendi bene & ſcribendi. Eum quidem unum eſſe ac maximum omnium M. Tullium dico: Qui omnes in oratione virtutes, omnes dicendi nervos, omnem vim, copiam, venuſtatem ita perſecutus eſt, ut non homo quiſpiam Arpinatum civis, ſed quaſi Deorum immortalium conſilio, Jovisque Opt. Max. gremio lapſus in terram, civibus, imperio, Reique publicæ Romanæ divinam induxerit linguam. Cujus quidem majeſtatem atque virtutem non Capitolium dico ſolum incredibili admiratione complexum eſt, ſed & exteræ nationes, gentes, civitates, ipſique adeo Græci homines in hujus unum conſpectum ora obuertebant ſua, hujus ſermone extremi totius orbis incolæ, populi incogniti, remotiſſimæ gentes ſuſpenſæ velut ac victæ conquieverunt. Quare ſic ſtatuendum tibi eſt, ut hunc unum imiteris atque effingas, à quo maximos ſperes ſtudii tui fructus. Nec ſane ad hoc languidior tibi animus adferendus eſt: tanquam obſequio ſolum rem tam arduam iri confectum putes, aliis profecto, aliis opus eſt. Etenim cum videas infantem non tantum parentis (quem quidem agnoſcit) vias atque veſtigia conari linguam exprimere, mores ac geſtus, totum denique habitum ac ſtatum effingere, donec ſimilitudinem aliquam veri hominis adeptus puer ſuis fulciri membris ſuisque corroborari viribus incipiat, inde paulatim à majoribus acceptum ſermonem diſcat exequi lingua, iis demum ipſis nimirum verus apparebit parentis ſui filius. Quæ quidem eo tibi ob oculos à me ſunt poſita, ut videas atque diſcas, quantum imitatione natura vel adjuvari, vel promoveri queat. Idque omnino, quantum valeat, re ipſa experiare. Hoc certe velim, ut Ciceronem ipſum, tanquam linguæ tuæ parentem ac magiſtrum agnoſcas, eum unum admirere, diligas, amplectare, denique & exprimendo ſimilitudinem aliquam non quidem ut ſimius hominis, ſed ut filius patris aſſequare. Ex eo igitur ſi quid petendum ſit, uno tanquam perenni linguæ theſauro, Romanique ſermonis fonte haurias. Proinde cum ingenium tibi ſit ad optimas artes & liberales diſciplinas, maxime vero cum ad poëtarum ſtudia, tum eloquentiæ natum atque diſpoſitum, velim, imo te rogo atque obſecro, ut eo ipſo conſtanter utare, te exerceas, eamque ad metam, quo pauci pervenerunt, totum vitæ curriculum, omnem operam, ſtudium, laborē impendas, quo expectationē non modo non fallas meam: (quod profecto minime omnium convenit) verum etiam vota, ſi libet noſtra vincas. Vale, Solitariis.

Francofurti cum alterum *ſeptennium* exegiſſet Lotichius, & jam ex ephebis exceſſiſſet: à patruo illo Abbate *Marpurgum* continuandorum ſtudiorum cauſa mittitur. Venit eo Lotich. adoleſcens anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, vixitque apud *Joannem Hildebrandum*, Juriſconſultum, contubernalem nactus *Johannem Hagium* Francum, amicum deinde per omnem vitam fidelem ac conſtantem. Cum eo Joan. Hagio ubi de more nomen apud Rectorem dediſſet, Academico ritu initiatus eſt in ædibus * *Draconis*, præſentibus popularibus & parvo Petro. Marpurgi cum in Philoſophiæ ſtudio non pœnitendo cum fructu verſatus, ac in oratoria & poetica progreſſus feciſſe felices viſus eſſet patruo ſuo; ejuſdem juſſu atque conſilio abiit in Saxoniam ad audiendos principes illius ævi philoſophos *Philippum Melanchthonem*, & *Joachimum Camerarium*. Duorum enim iſtorum fama exciti tum temporis plurimi homines nobiles & docti ex *Italia*, *Gallia*, *Hiſpania*, *Pannonia*, imo & *Græcia* certatim in illas oras confluebant. Iſtis igitur ſummis viris ita ſe Lotichius ingenii induſtria morumque elegantia probavit, facile eum ut favore ſuo, quin & amicitia dignum judicarent. Amabant in eo non tam ingenii bonitatem, carminisque culti præſtantiam, quam morum probitatem & candorem, ingenuumque maxime pudorem. De genere vero carminis Lotichiani quid ſenſerint, quidve in poetica ei tribuerint: clare demonſtrant honeſtiſſima de Lotichio judicia ac teſtimonia literis prodita. *Camerarii* certe in Lotichium cum vivum tum mortuum propenſio animi exſtitit ſingularis; qui & in hoc unice elaboravit, ut *divina Lotichii* (ſic vocat ipſe) *carmina* poſt mortem illius ederentur. In Academia autem Wittebergenſi, ubi *Melanchthon* regnum tenebat, innotuit clariſſimis & doctiſſimis quibusque viris, cumprimis *Georgio Sabino*, *Ioanni Stigelio*, *Georgio Fabricio*, & aliis, ut *Poſthium ac Meliſſum* poſterioris ætatis poetas omittam; qui omnes unanimi conſenſu *in Elegiacis Lotichio palmam* detulerunt.

Ortum eſt deinde bellum, Germaniæ toti funeſtum, *Ioanni Friderico* Saxoniæ, & *Philippo* Haſſiæ Landgravio, ducibus arma inferente *Carolo* V. Imperatore anno Chriſti 1546. Itaque claſſico diſſipatis docentium ac diſcentium cœtibus Melanchthon tutum Muſis quærens receptum Magdeburgum petiit, quem Lotichius una cum aliis eſt comitatus. Sed cum & ibi præter ſpem omnia turbulenta offendiſſet: coactus eſt pedem referre bonus Melanchthon cum ſuis. Lotichius autem ſuum quoddam conſilium ſecutus, ac tempori inſerviens, militiæ nomen dedit: commilites nactus *Melchiorem Zebellum*, acri ingenio & virtute juvenem Suevum, *Ioan. Altum*, *Varum*, *Acontium*, ſodales veteres atque iiſdem ſtudiis deditos. Miles igitur vixit in hybernis in Saxonia miſerabiliter & calamitoſe, ut ipſe in epiſtola quadam ad Hagium fatetur: & in ipſis etiam caſtris inter lituorum

N ſtrepi-

Frācofurti ꝫ Marpurgum ablegatur.

Ioan. Hagius Francus.

* *Ioann. Draconitæ Theologi.*

Marpurgo in Saxoniam proficiſcitur.

Fama Melanchth. & Camerarii

Lotichium hi in amicitiam admittunt.

Camerarii de Lotichio judicium.

Lotichius princeps elegiacorum poetarum.

Academia VVittembergenſis diſſipatur.

Lotichius dat nomen militiæ.

ſtrepitus Muſarum minime eſt oblitus: ſed in excubiis & aſpero frigore tacitus ſecum carmen aliquod finxit; & ubi aliquid à militaribus muniis ſuffurari temporis potuit, verſibus id pangendis transmiſit. Unde alicubi ſic Muſas alloquitur:

In caſtris facit verſus.

Vos quoq; ſum lituos inter veneratus & enſes,
Quodq; fuit vacuum tempus ab hoſte, dedi,
Deque tot amiſſis etiam nunc pauca ſuperſunt
Carmina, militiæ tempore facta meæ.

Ex militia Erfordiam concedit.

Perfunctus tandem belli laboribus, ſpe pacis non dubia affulgente, accepto ab Imperatore ſuo miſſionis honeſtæ diplomate, è Saxonibus *Erfordiam* concedit, vetuſtum & amicum literatorum hoſpitium, ibidemque in gratiam cum amicis ſuis veteribus, hoc eſt, libris & ſtudiis redit. Erfordia deinde *Wittembergam* ad Melanchthonem, ſedatis belli tumultibus, eſt reverſus, vixitque cum eo conjunctiſſime & jucundiſſime. Erat enim ei cariſſimus, cum propter ſummum ingenium, eruditamque doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiam & carminis ſuavitatem: qua ſemper apprime eſt delectatus, dum vixit. Itaque honoris & eruditionis cauſa magiſterii philoſophici, ut vocant, gradu ornatum Lotichium voluit: & poſt *Joachimo Camerario* ſuo commendavit. Paulo poſt à patruo abbate domum revocatur. Hic *Camerarius* eum *Danieli Stibaro* Equiti Franco clariſſimo, & cannoico Wirtzeburgenſi, abeuntem commendat.

Inde VVittembergam.

Ubi Magiſterii titulo ornatur.

A Camerario commendatur Stibaro.

Redit in patriam Lotichius. Iter hyemale.

In viam ſe dedit Lotichius ſub ipſam brumam, anni tempus difficile, & peregrinantibus præſertim minime idoneum. In itinere multas ærumnas, nives profundas, & præter cœli inclementiam etiam Thuringorum inhoſpitalitatem indigne eſt perpeſſus. Tabellarius ei comes additus, ex improviſo in profundam foſſam nivibus contectam incidit; atque in nivibus ita coopertus totus latuit; ut Lotichius ex proximo pago ruſticorum turbam feſtinanter advocare neceſſe habuerit; qui oppreſſum ac tantum non præfocatum nivium mole liberarent, & præſenti vitæ periculo eriperent. Itaque domum redit corpore peſſime affecto languoribus & morbis, quos in via, cœlo nivoſo & rigido contraxerat; & redux à patruo abbate, jam ſene, non ſine lachrymis & gratulatione adventus exceptus eſt.

Daniel Stibarus.

Curata apud ſuos valetudine *Wirtzeburgum*, Franciæ metropolim, cum literis Joachimi Camerarii ad Mæcenatem futurum *Danielem Stibarum* contendit. Hic acer ingeniorum cenſor, ſtatim indole, doctrina & moribus Lotichii perſpectis, accedente præſertim Camerarii commendatione non vulgari: & cupide & lubenter in familiam ſuam eum adſcivit, & favore ſuo digniſſimum judicavit. Quare gentilibus ſuis *Stibaris*, adoleſcentibus indolis ac ſpei præclaræ, præceptorem præfecit. Inde in Galliam eum ad explorandam Academiarum illius regni rationem, tumultuante tunc Italia, ſolum ablegat. Poſtea rebus exploratis una cum agnatis ſuis & comitatu nobili egregiorum juvenum, atque iis præcipue *Gabriele Erhardo*; atque *Dimaro* Galliam Lotichium adire jubet, adjuncto ei hypodidaſcalo *Georgio Viſchero* Argentinenſi, homine docto, comi, ac humano.

Lotichius junioribus Stibaris præficitur.

Cum ... Galliam adit.

Iter igitur Gallicum cum mercatoribus Gallis à mercatu Francofurtenſi ingrediuntur, inſtructi ſumtibus neceſſariis ex liberali munificentia Danielis Stibari Mæcenatis; ac primum petunt celeberrimam *Pariſiorum* urbem, in qua ſubſtitere aliquantiſper, ut philoſophos, oratores, medicos, JC. clariſſ. audirent. Inde veluti multitudini cedentes in exoptatos *Mompelianos* receſſus, regna Aſclepiadea, concedunt: ibique in ſuaviſſimo otio literario jucunde ac feliciter bonas horas conſumunt. Monte peſſulano libuit excurrere, & vicinam *Toloſanam* ſcholam viſere: deinde montibus Pyrenæis ſuperatis, & Atace flumine, in finitimas Hiſpanias trajicere, viſendæ regionis ac gentis cauſa, ad quidvis audendum cordatæ: verum *Narbona* ulterius progredi conceſſum non fuit, bello inter Hiſpanum & Gallum ardente. Montem igitur peſſulanum reverſi, aliquam multum temporis in ſtudiis ponunt: tandem inde digreſſi perluſtratis Galliæ Narbonenſis clarioribus urbibus, per Allobrogum fines, Rhodanique fontes, & Helvetiam, in Germaniam redeunt, anno à Chriſto nato M. D. LIIII. *exacto quadriennio* in Galliis liberalitate & ſumtu illius nobiliſſimi Stibari: quem in thermis Badenſibus valetudinem tunc curantem, ſalutarunt.

Venit ... Lutet...

Inde ... tempus ... lanum.

Viſunt ... ſcholam Toloſ...

Re... in G...

Cæterum non alienum hoc loco videtur paucis ſaltem perſtringere caſus illos & diſcrimina, in quæ nobiles ſtudioſi cum ſuo Phænice & comitibus in Galliis conjecti fuerunt; aliis ut exemplo ſint peregrinaturis. Primum itaque *Lutetia* antequam abirent, una omnes unius contubernii numero *undecim*, ætate haud pares, animi gratia, ac deſiderio inſpiciendi oſtia *Sequana*, Pariſios alluentis & ad Rothomagum in Oceanum ſe exonerantis, exſpaciantur, partim navigiis, partim pedibus iter facientes. Inde *Rothomagum* appellunt, ubi judicium regium, & emporium celebre totius Normandiæ. Ab hoc cupido inceſſit eundi ad litus Oceani uſque, & ad portum *Diepâ*; unde decem horarum ſpacio vento ſecundo in Angliam trajicere poterant: quod feciſſent, niſi nobilis junioris cujuſdam metus, inter piratas quaſi relinquendi, ipſos deterruiſſet. Nihilominus tamen ut animum oblectarent ac propius, quod volebant, intuerentur, navigium conducunt, duobus vectoribus, qui in Oceano navem agerent, ſeſe temere admodum committentes. Hi enim ventis inſurgentibus magis magisq; in altum vehunt repugnantes ac nolentes: & jam furentis maris procellæ in convectorum capita undique reverberabantur; cum ſerio naviculariis imperant, curſum relegant, & litus petant. Verum iſti nebulones ac pecuniæ hirudines negant ſe reducturos, niſi numerato aliquo donario. Hic Lotichius indignitate rei commotus,

Pe... Lot... in p... nat... Ga... jecti.

Se...

Ro... gum.

I... in ... m...

motus, alterum principem conſilii fortiter apprehenſum in mare præcipitem ſe daturum minatur, ni curſum & propoſitum mutet. Appellunt igitur, ſed non ad portum, unde ſolverant. Per loca ergo ignota noſtri regrediuntur, & tabernam in litore inventam ingrediuntur. Verum cum & hic ſuſpecta ipſis omnia viderentur: cœnati excubias diſponunt ad cubiculum. Ibi tum in ſcalis latronum quiſpiam gladium in tenebris micantem oſtentat, forte exploraturus, quid animi eſſet novis hoſpitibus. Quod animadvertentes nobiles ſtudioſi cum enſibus ſtrepitu facto proruunt, ac latrunculos fortiter abigunt, ipſi ad auroram uſque pervigilantes. Qua appetente læti equis veredariis conſcenſis Pariſios repetunt, jam experientia edocti, quid ſit illud Comicum: *Felix, qui mare nunquam eſt ingreſſus.*

Lutetia deinde omnes ſimul iterum diſcedunt, pedeſtre iter inſtituentes, uno duntaxat equo impedimenta viæ ac ſarcinas ferente. Fuit ea profectio Lotichio duce *milliarium* noſtratium *quinquaginta* circiter, concors, modeſta, & læta; præterquam quod in ſylva circa Molinarum urbem à latronum manu periculum ipſis non defuit. *Lugdunum* ingreſſi perluſtrant bibliopolia magnifica; & coemta bona librorum copia octava poſt die Rhodano, nobili flumine, vecti, *Viennam*, Gretenſium Coloniam, deveniunt. Hic dum noſtri ſupra urbem ante pontem de more exponi nolunt, nautæ incautius navem regentes, rapiditate fluminis ad inuſitati tranſitus jugum ſagitta velocius deferuntur, inter ſævas undas, murmura, & ſpumas, ut ſeipſum nemo exaudiret. Tum nautæ in genua procidentes Deiparam virginem acclamant: & actum de omnibus uno momento fuiſſet, ſi vel ad minimum ſaxum navis impegiſſet. *Avenioni* viribus reſumtis, bidui itinere *Nemauſum*, ac deinum *Mompelium* appellunt: cujus loci genium ac felicem ubertatem cum Neapolitano cœlo & ſolo non injuria conferas. Ibi famulo cum uterentur Gallo, tum ob linguæ imperitiam, tum miniſterii gratia: evenit *quadrageſimæ* tempore, ut vocant, cum exteris, præſertim Germanis, carnibus veſci indulgentia magiſtratus permittitur, ut famulus ille audaculus, prohibentibus id ſæpe nobilibus, carnes ad menſam privatim inſtitutam coemptas, domum ferret ſub veſte propendentes in publico. Quod cum alii, tum inprimis *clericus* quidam è regione noſtratium habitans, notaſſet: continuit ſe tamen anno integro, nec quicquam indicavit. Sequente autem anno redeunte *carnium privatione*, rem ad *Inquiſitores* defert. Vocantur itaque non omnes ſimul, ſed juniores primum, mox alii, vix ut cogitandi de reſponſo ſpacium daretur. Diſcipuli, ut erant inſtructi, factum fatentur, ejuſque cauſam in præceptores conferunt. *Biduo* auditis junioribus, cum in una eademque ſimplici reſponſione perſiſterent: accerſuntur & grandiores. Qui nunc ſeorſim ſinguli, nunc ſimul omnes examinati, idemque faſſi, prætendunt *privilegium* à rege peregrinis conceſſum. Inquiſitores id ſe non ignorare reſpondent; ſed ſcandalum publice datum incuſare. Noſtri ubi vident rem ſerio agi, famulum illum male conciliatum multa nocte à ſe dimittunt: quo tamen facto majorem ſibi à religioſis invidiam conflarunt. *Quinto die* poſt ad diſputationem de carnium eſu & ſimilibus quæſtionibus citantur. Iterum noſtri ſe regio diplomate tuentur, & niſi ſecuritas concedatur, miſſuros ad regem, ac per *Rheingravium* legatum daturos reſponſum: eſſe illi adoleſcentes examinatos familia & ſanguine junctos. Ibi Inquiſitores paulum viſi remittere, præſertim cum ſuſpicarentur famulum ea de cauſa præmiſſum. Itaque ad pœnitentiam *ob ſcandalum publicum* publice declarandam ſerio illos hortantur: & proponitur formula, ut *alba veſte per plateas, nudis pedibus, cum facibus ardentibus ſinguli ad templum eant, in templo coram ſummo altari miſſam audiant, abſolutionem petant, mulctam magiſtratui & clero debitam dependant, de cætero cautius agant.* Quid hic noſtri? inter ſacrum & ſaxum illi conſtituti, *facturos ſe horum quicquam diſerte pernegant, ingenuos ſe ac liberos liberis & nobilib. parentib. prognatos, nunquam adſperſuros gentilitio nomini infamiæ hujuſmodi & ſervitutis maculam, privilegia ſtudioſis ab Auguſt. Impp. data violari, ipſius Chriſtianiſſ. regis literas ſperni contumeliaq́; affici, nobilitatem literarum hoc pacto conculcari affirmantes; ac manſuros ſe promittentes, donec ſuper hac re ex ipſa aula reſcriptum afferatur.* Audito hoc, SS. Patres decreta paulatim relaxant, veniamque ipſis dare dicunt, *ob amorem*, ut ajebant, *& dignitatem gentis Germanicæ: juſtitiæ fuiſſe, quod feciſſent; ne alii regni cives de juris inæqualitate haberent, quod jure conquererentur: remitti illis factum, ex gratia Eccleſiæ, ea tamen lege, ut impoſterum citra ſcandalum vivant,* & (in quo uno obtemperatum) *ſingulos coronatos ad noſocomia & xenodochia dependant.* Creditum fuit non parum hic *Carolum Cluſium* profuiſſe, cui ob muſices peritiam conſuetudo intercedebat cum Dominicani ordinis Inquiſitore. Itaque noſtri gratiis regio nomini actis diſcedunt, *ſeq́; non niſi ſub autoritate regiæ conſtitutionis victuros, & libere quod hilaris ſit datoris, Deo chari in uſum pauperum aliquid ſoluturos, oſtendunt.* Non longo tempore poſt, cum *biennio* amplius Mompeliana in Academia vixiſſent, animis ſemper conjuncti, menſa tantum ad tempus diviſi: placuit magiſtris & ephoris ipſorum in feriis Academicis rurſus ad maritima excurrere, partim philoſophiæ naturalis ac rei medicæ, partim Toloſanæ Academiæ viſendæ cauſa. Adjungunt ſe Lotichio, minoribus loco commodo una cum pædagogo relictis, *Marius*, alii item ſuorum *quinq́;*, ſtudioſus *Gallus* μονόφθαλμος, & *Iſaac. Cellarius*, Grynæi privignus, poſtea profeſſor Baſileenſis. Literis igitur commendatitiis à *Scyronto* ſe-

Ad diſputationem de carnium eſu citantur.

Pœna ab Inquiſitoribus ob carnium eſum nobilibus Germanis indicta. παῤῥησία *Germanorum.*

Carol. Cluſius ea in cauſa profuit.

Iter Toloſanum.

niore, & *Rondoletio* præceptoribus ad Toloſates acceptis, iter ingrediuntur. Cum autem à litore Tyrrhenico, quippe interſecto & deſerto, neceſſario illis deflectendum eſſet: de improviſo non advertentibus ſeſe obviam fert homo quidam *longurio*, ater, quique ipſo adſpectu terrori eſſet. Hic ſalutatis noſtris perquam humaniter ſe itineris comitem offert, & cum videret homines ſtudioſos, de via laſſos, operam quoque ſuam in portandis palliis & aliis ultro defert. Noſtri voluntatem tam officioſam non aſpernati, cum baiulo, novo & facundo comite pergunt. Pranſi in pago *Niſſa* cum litus relegere juberet, oſtentante ſe è longinquo *Narbone* Martio, ut Cicero appellat; longurio ille compendia viæ monſtrat, abducendo à mari juxta *Ruſcionem* fluvium. Ante urbem operæ & præſidiario tunc milite munitiſſimam, dum noſtri calceamenta purgant, & ad ingreſſum ſe parant: ille comes curioſe jam foſſas inſpicit, jam oculos huc illuc verſat: unde ſuſpicio poſtmodum fuit confirmata. Venitur ad portam primam, non ſolum Marte & munitione terribilem, ſed etiam pluribus monumentis Coſſ. Romanorum venerabilem; per quam ingreſſuros militum quidam ibi excubantium gradum jubet ſiſtere: rogat *qui ſint, unde veniant, quo tendant*? negat illis intrare licere prius, quam ad militiæ principem ſummumque magiſtratum res referatur. Miles diu noſtros moratus tandem redit; omneſque illum militum magiſtrum adire jubet adjuncto ſatellite. Sequuntur viatores noſtri laſſi, languidi, ſiticuloſi cum ſarcinis; & in atrito magnifico coram Præfecto militum ſiſtuntur: ac rogantur primum, an *Gallicam linguam* teneant & loquantur omnes? reſpondent noſtri, paucos ita eam linguam tenere, ut intelligantur, & neceſſaria proloquantur. Eligunt itaque *Cellarium* Helvetium, qui nomine omnium Gallice loquatur. E quo Præfectus audiens Germanos eſſe, ſingulos intente intuetur; ac quibus quique locis nati ſint, rogat. Reſpondent, *Saxones* eſſe; *Iſaacus Cellarius*, ut erat, Helvetium ſe aſſerit. Habebat Præfectus in militum numero Chirurgum quendam, natione Germanum. Is continuo advocatur explorandi cauſa, Germani ac medicinæ ſtudioſi an eſſent, necne. Præfectus ubi rem ita ſe habere, uti primo confirmarant, videt: literas commendatitias ad Toloſates exhiberi ſibi poſtulat, reſignat, perlegit, reddit. Verum profectionis cauſam ſuſpectam cum haberet belli temporibus: ita eos graviter affatur: *Decebat vos juvenes ſtudioſos ſtudia temporibus accommodare, nec temere pericula ſubire. Jam ad vicinos uſque montes Pyrenæos progreſſi eſtis, unde unius diei itinere Hiſpanias vobis ingrediundi eſt facultas. Prius itaque hanc explorare urbem animus fuit; poſtea alias aggredi technas.* Quibus auditis noſtri conſcientia rectoque propoſito freti, intrepido vultu modeſte reſpondent; & ſuſpicionem à ſe omnem removent. Erat Præfecti ætas grandis, barba cana, autoritas militaris: ſedebat cum majeſtate in tribunali, ſatellitum holoſerico amictorum magno numero ſtipatus: adſtabant & officiarii armati tanta cum obſervantia ac ſi regiam ipſam majeſtatem intuerere. Demum in Lotichium intuitus, corporis colore ſupra alios magis fuſco, robore & habitu virili, vultu militari ac præſenti, interrogat: quis tu autem? *etiamne tu ſtudioſus haberi vis?* ipſoque affirmante: *videris vero*, inquit, *rectius tu haſtam geſtare militarem, quam calamum aut librum; enſem ve ac macharam vibrare, quam carmen pangere.* Hic riſu omnibus oborto poſt exactum jam amplius *ſeſquihora* colloquium, comiter dimiſſos, in diverſorium abduci adjuncto ſatellite imperat; cujus nutu ſe continerent, nec citra permiſſionem factam pedem diverſorio efferrent. Noſtri læti diverſorium petunt; vina ocyus promere jubent, more patrio Chirurgo populari, & ſatelliti, cujus arbitrio dehinc vivendum erat, hilare propinant, & ut poſſunt, humanitatem omnem declarant. At quid fit? Commode cœnati ac refecti, cubitum eunt, ſileſcunt, obdormiunt. Interea *Longurio* ille infelix comes, & in culina cum caupone rixas occipit, calidum pro purgandis nobilium ocreis itinerariis imperioſe poſtulando. Hic illi ad focū *literæ regio ſigillo* majori obſignatæ è ſinu forte excidunt: quas cauponi, dum inſpicere vult, illico longurio eripit, in ignem conjicit, è caupona ſe poripit & notis ſibi extra urbis mœnia cuniculis de nocte elabitur: veſtigatus omnibus viis celeribus equis nuſquam gentium comparet. Poſtridie ſummo mane noſtri omnium prorſus ignari, propere rurſus ad Imperatorem illum vocantur, examinantur, rogantur: *Ecquis ille viæ comes, qua venerit, quorſum iter ejus?* Reſpondent noſtri bene adhuc animati id, quod res erat: neque notum ſibi hominem, neque conductum ad ſociatum forte ad litus, ultro officioſum præbuiſſe ignotis penitus, nec de itinere quicquam indicaſſe. Hæccine jurejurando confirmare velint ſinguli, rogantur? annut ita noſtri uno ore omnes conſtanter. Tum præfectus ira excandeſcens per tribunum in hæc verba illis denunciari jubet: *Baiulus iſte comes ſi in ſuas manus veniſſet, jam ipſis pro ſpectaculo ante diverſorii feneſtras, ex longurione longam factum literam debere pendere. Illico proinde urbe exeant; Mompeliumq; ad ſtudia ſua ſe referant; nec ulterius quaqua progrediantur. Quod ſi dicto non audientes Toloſam verſus pede moviſſe deprehendantur, de proxima quemque arbore racematim ſuſpenſum iri.* Et vero ſi abſque literis *Rondoletii* fuiſſent: in præſentiſſimum adducti eſſent diſcrimen. Conſtat enim hyeme ſequente Hiſpanum quendā ſtudioſum, in patriā rediturum, quod apud eum propugnaculi cujusdam, quod tum ad *Aquas mortuas* exſtruebatur, delineatio inventa eſſet, captum ac ſuſpenſum, laborantibus pro eo diligenter Doctoribus Mompelianis. De Lon-

Ignotus comitem ſe noſtris peregrinantibus præbet.

Narbo urbs Galliæ.

4. *Periculum in urbe Narbonenſi.*

Oratio præfecti militum ad Germanos.

Proſopographia [illegible] *lius Præfecti.*

Hiſpa. ſtud. ſuſpe[illegible]

Longurione autem ſuſpicio omnium erat, *Genuenſem* eum proditorem fuiſſe ab *Andrea Doria* ſubornatum. Germani igitur nobiles cum ſuis magiſtris, Deo gratiis actis, ad ſua veredariis expeditis uſi, revertuntur: ac deinde Mompelio, ut diximus, in patriam, quam invenerunt inteſtinis motibus, & *Alberti* marchionis armis valde turbatam. Cæterum Lotichius, Gallico itinere & munere demandato probe integreque defunctus, in Italiam cogitare cepit. Id ubi Mæcenas ejus magnificus *D. Stibarus* intellexit; viatico liberali inſtructum honeſte dimittit. Antea vero quam iter ingrederetur, de voluntate Mæcenatis cum magna diſcipulorum nobilium parte Lipſiam æſtate inclinante abit, ad veteres præceptores, *Melanchthonem & Camerarium*, ſalutandos. Cum his pluſculos dies moratus in Italiam pergit, adjuncto ſibi comite *Joanne Hagio* Franco, medico, hujusque diſcipulo *Bernhardo Thungeno* Equite Franco. Profecti ergo per Oenipontem & Tridenti alpes, ingrediuntur deſideratam in Italiam, de qua idem, quod de Ægypto Homerus olim dixit, dici poſſit.

> —— πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
> φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα
> πολλὰ δὲ λυγρά.

Veniunt autem, ut alias prætercam urbes, *Veronam*: ubi præter alia monumenta non ſine affectu luſtrarunt illuſtriſ. *Scaligerorum* ſtatuas, qui univerſam fere olim Lombardiam tenuerunt: ſed à vicinis Venetis expulſi conceſſere in Bavariam. De horum genere, ſuperiori ſeculo floruit *Julius Cæſar Scaliger*, vir ad miraculum doctus, & nuper ejus filius *Joſephus*, Europæ ſidus: in quo familia extincta, non fama. Viderunt ibidem *Pipini* regis tumulum, perpetuo rigatum rore; tum etiam magni *Fracaſtorii*, & alia permulta. Demum *Patavium* appellunt, hoſpitium diu expetitum, urbem amplam, populoſam, doctisſimisque in omnium ſcientiarum genere hominibus affluentem. Ibi Lotichius præcipue delectatus eſt horto *Bembi* urbano, perpetuo virenti lauro, hyaco, & platano. Sub veſperam vero, calore remittente, in *medicorum*, ut vocant, *hortum* cum amicis excurrebat, omni genere pulcerrimarum rariorumque herbarum inſtructum & cultum. Crebro item ad viſendum vicinum *Arquatum*, ad ſalutandos *Franciſci Petrarchæ* cineres & laureta, exibat ſub veſperam: ſæpe cum Hagrio, Mario, Maroldo ad Euganeos montes, herbis ſalutaribus ſcatentes; hinc ad *Aponi* fontes & calidas aquas. Poſtea Medoaca flumine devecti *Venetiarum* urbem accedunt: ubi Neptunia regna, regias opes, delubra ſuperba, palatia celſa, & ut verbo dicam, magnificentiæ omnia plena ſatis contemplari, ſatis demirari non potuerunt. Verum cum ſub id tempus peſtis urbem Patavinam invaſiſſet; & ſtudioſorũ alii alio diffugerent: Lotichio *Bononia* arriſit; quã Theodoſius Imperator omnium ſcientiarum domicilium & perennem Muſarum ſedem eſſe voluit; privilegiisque ſummis donavit; adeo ut *ſi quis ſcholaſticum ſtudiorum gratia illuc euntem, auſu temerario læſerit, capite plectendum eum ſanxerit: & ni præſes id exequatur, Epiſcopo Bononienſi, ut eadem illum pœna afficiat, mandarit*. Et olim ad doctrinæ commendationem ſatis erat, *modo in ſtudio*, ut loquebantur, *Bononienſi vixiſſet* quiſpiam. Pertraxit Lotichius eodem & ſodales ſuos vixitque cum iis jucundiſſime, uſque ad infauſtum ac funeſtum caſum, qui ita contigit. Cum Lotichio ineſſet incredibilis quædam morum ſuavitas & comitas, ita, ut quibus ſemel innotuiſſet, iis in dies jucundior ejus conſuetudo fieret: nobilis quidam Monacenſis Canonicus Bavarus, Lotichio uſu domeſtico junctus Patavii, eundem mox conſecutus peſtis metu Bononiam, contubernium ejusdem ibi expetiit. Hic vero Canonicus cum cepiſſet amare foris, quod domi habebat: impatienter id tulit hoſpita, juvenis formoſi amore capta. Itaque ut eo potiretur, *philtrum* parat amaſio apponendum in juſculo. Apponuntur ergo ſingulis ſeorſim pro more Italorum juſcula duo. Sed cum Lotichii eſſet pinguius, ipſeque natura à pinguibus abhorreret; commutat id cum jure nobilis Bavari, quod erat macrius, ſed intoxicatum. Lotichius, etſi buccellam, ut ſolebat prius cani ſuo objeciſſet, qui continuo in rabiem verti & in parietem ruere cæpit; tamen quia id non animadvertebat, ſorbere pergit. Ex templo vim veneni intra præcordia ſentiat, que animi deliquio in terram concidit. Mox furens ad conclave volat, arma rapit, in contubernalem ab ipſo ſibi inſidias factas ratus, ſtricto invadit ferro. Poſtea ad ſe nonnihil reverſus *oleum olivarum* affatim haurit: fibris ſtomachi laxatis hauſti toxici partem revomit: & alia ut medicus abigendo veneno adhibet. Inde in febrim malignam incidit; & pericloſe ægrotat. Ubi tandem meliuſcule habere cœpit: deciderunt illi capitis pili, digitorum ungues, & totus non nihil immutatus eſt corporis habitus, cum ipſis etiam animi moribus. Et hæſerunt reliquiæ iſtius mali, quoad vi t. Quotannis enim ſub autumnum revertente tempore, quo ipſi malum illum acciderat, recruduit vis toxici; cum mentis quadam alienatione ac febri. Hic fuit fructus perluſtratæ Italiæ; quam nimis avide appetimus Germani, ſæpe domi habentes, quod foris ſumtuoſe quærimus.

Funeſtus caſus Lotichio Bononiæ accidit.

Italia caute peragranda.

Ut autem nulla calamitas ſola, ita Lotichio malum proprium aliud auxit. *Daniel* enim *Stibarus* ſub idem tempus immatura morte in medio honorum curſu intercidit, annum quinquageſimum non multum egreſſus. Hunc Mæcenatis liberaliſſimi obitum non lacrymis ſolum, verum & carmine ſerio deflevit poëta noſter in quo inter alia ſic quiritatur & ominatur.

Daniel Stibarus moritur.

> *Tu ſtudium luſusq; meos, tu gaudia vitæ*
> *Omnia fregiſti morte, Stibare, tua.*
> *Sit tranquilla tibi requies, ſpesq; inſcia luctus,*
> *Jamq; vale, manes mox ſequar ipſe tuos.*

Haud longe intervallo poſt ſecuta eſt mors duorum ex fratre Stibari nepotum, quibus Lotichius magiſter præfectus fuerat *Henrici & Martini*; qui cum Reip. adminiſtrationem vix capeſſere incepiſſent, juvenili ætate ex hac vita exceſſerunt.

*Lotichius in Germaniam redit. Melchior Zobelus nefarie occiſus. anno 1558. d. 17. Cal. Maii. * Sicariis à Grombachio ſubmiſſis: qui ſupplicium luit anno 1567. d. 18. April. Lotich. Heidelbergam vocatur ab Othone Henrico Elect. Pal. Docti viri qui in Heidelbergenſi Academia floruerunt.*

Lotichius abſoluto ſtudiorum in Italia curriculo, acceptiſque Academicis in facultate medica, impulſu magis amicorum, quam ſua ſponte inſignibus, reditum in Germaniam Roma etiam non viſa, maturat. Reverſus ubi ſuos ſalutavit, *Wirzburgum* venit *Melchiore Zobelo* præſule & Francorum duce nefario latrocinio ac novo exemplo intra urbis mœnia per inſidias * crudeliter interempte. Cujus indigniſſimi facinoris hiſtoriam, ſucceſſoris Friderici impulſu, conſcripſiſſe Lotichium diſſimulato nomine, vulgo creditum eſt. Agebant tunc ſtudioſe *Fridericus* præſul Wirzeburgicus, & nobiliſſimus *Sturmerus*; ut Lotichium omnibus honoribus auctum ſecum retinerent: ſed DEO aliter viſum. Accidit enim ut *Haidelbergam*, auſpiciis *Othonis Henrici* principis Palatini Septemviri, ad docendam tractandamque artem medicam honorifice vocaretur: anno Chriſti 1558. claudente ipſo ſeptenarium ætatis quartum: Quam quidem provinciam Lotichius, Muſis & rei literariæ natus, accipiendam exiſtimavit. Eoque cupidius eam in Academiam venit; quod vigebat ea ætate memoria doctiſſimorum hominum, qui ibidem cum perpetua nominis fama vixerant: ut *Jacobi Wimpfelingi*, *Pallantis Spangeli* jureconſulti excellentiſſimi, in cujus virtute deprædicanda multus fuit Melanchthon, olim ejus convictu uſus, *Joannis Oecolampadii*, *Joannis Hartungi*, *Sebaſtiani Münſteri*, *Joannis Virdungi*, Mathematici, & qui illis ſuperior, *Rodolphi Agricolæ* ejusque diſcipuli *Joan. Dalburgii*, & aliorum complurium, quos non neceſſe eſt omnes nominare. Invitabat Lotichium præterea *Jacobi Micylli*, philoſophi & poëtæ elegantiſſimi, conſuetudo: quem antea ducem ad inſiſtendam & perſequendam ſtudiorum rationem habuerat.

In Academia igitur ea, *extra quam vitam non eſſe*, Lotichius dicere ſolebat, loco honorato docendi pariter & ægrotis conſulendi munere ita functus: ut Palatinis principibus commendatus, collegis ſuis jucundus, ſtudioſis & civibus utilis eſſet atque haberetur.

Eodem tempore Marpurgum vocatur Lotichius. Lotich. cœlebs vixit.

Eodem fere tempore *Marpurgum* judicio principum Haſſiæ fuit invitatus ut in ſchola illa, in qua puer & adoleſcens luſerat, vel artem medicam vel poëticam doceret. Verum in ſtatione prima Heidelbergenſi Lotichius manſit: vixitq; in ea, dum vixit, bene ac honeſte. Egit autem cœlibem vitam, ſuum judicium ſecutus & ocium literarum ſectatus. Unde illud;

Me juvat in ſtudiis conſumere dulcibus ævum,
Signaque Muſarum proſperiora ſequi.
Et quæ ſera legat noſtri non immemor ætas
Carmina tranquillæ fingere pacis opus.

Muſas enim ſolas ſemper amavit, ſemper in deliciis habuit Lotichius; ἐξ ἄν τὸ κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι, ſecundum Theocritum.

Verum ut *plerunque optima quæque diu non durant*: ita & Lotichio exiguum fuit vitæ curriculum à DEO circumſcriptum. Anno enim poſt adventum in Academiam Heidelbergenſem tertio, Chriſti Servatoris 1560. Calendis Novembris acuta & maligna febri corripitur, cum aliquo mentis, ut conſueverat, delirio, quod tamen ante finem vitæ plane deſiit. Morbo iſto in dies magis magisque ingraveſcente, *die ſeptimo* menſis ejusdem ad imperium ſummi regis Jeſu Chriſti, cui in his terris militarat, ex ſtatione mortali deceſſit: cum annos vitæ exegiſſet *duos & triginta*. Morienti & animam precibus adſiduis Chriſto Redemptori unico commendanti adfuere complures *Philoſophi*, *Medici*, & *Theologi*; interque eos *Johannes Poſthius*, qui & vita jam functi oculos non ſine lacrymis clauſit. Idem *Poſthius* funus ſummo ſuo amico procuravit, cumque aliis ſeptem liberalium artium Magiſtris exuvias ſuis humeris ad D. Petri extulit, quæ ibidem juxta *Jacobi Micylli* præceptoris oſſa beata in extremo die reſurrectionem exſpectant. Atque hæc cataſtrophe viri & poëtæ optimi, omnibusque doctis ac bonis chariſſimi: qui etiam obitum ejus variis carminibus paſſim defleverunt.

Corpus ei fuit ſtaturæ juſtæ, non gracile nimis, nec obeſum: capillus ſubniger & ſubcriſpus; nares modice preſſæ, aures contractæ, oculi fuſci & ſuaves; frons exporrecta, hilaris & ſemper eadem: vultus modeſtus, compoſitus, ſubridenti ſimilis: color venuſte fuſcus barba decens & virilis, mediocriter denſa, nigricans: pectus toroſum, manus validæ & agiles: in toto denique corpore ut ſuccus nullus ſuperfluus, ſic nihil iners aut pigrum. Animus in domicilio apto impiger, excelſus, ad omnem fortunæ impetū invictus: modeſtus tamen ac mire humilis, æquus & temperatus: breviter, *temperamentum* univerſi corporis fuit *melancholicum cum ſubdominio*, ut loquuntur, *ſanguinis*; qualia temperamenta Ariſtoteli & Phyſicis maxime probantur.

Inerat Lotichio morum ſuavitas quædam prope ſingularis. In converſatione eam adhibebat moderationem dictorum & factorum omnium; ut ubicunque eſſet, in dies carior ac jucundior eſſet. Itaque amici judicabant, Lotichium vi quadam naturæ tacita, ceu Orphea quendam, homines in amorem ſui trahere. Ea vero erat non occulta, ſed potius clara omnibusque patens virtus. Erat omnis fuci, omnis ſimulationis ac ſophiſticæ capitalis hoſtis: in omni vita ſimplex, apertus, candidus, veri rectique tenax. Amici narrabant, pharmacopæum Haidelbergæ, virum honeſtum, filiam quam habebat formoſam & egregiam, cum dote ſatis ampla Lotichio obtuliſſe: hunc modeſte renuiſſe, quod virginem ingenuam ipſe brevis vitæ & termini ſibi imminentis conſcius, ſpe falſa conjugii ſtabilio-

ris lactare nollet. Quod quidem apertam ejus naturam ſatis demonſtrat.

Studiorum autem in eo tantus fuit ardor ut à puero libellos propter lectulum poſitos habuerit: ut vel cubans lectitare alquid aut commentari poſſet: ſæpe ſomnians verſus facere deprehenſus eſt; adeoque nunquam minus fuit otioſus, quod de Scipione Cicero, quam cum ocioſus. Etſi autem ruris & ſolitudinum, ut vates, amans erat: eſſe tamen in ſolitudine ſolus non poterat; ſemperque in cujus benevolentia & caritate requieſceret, quærebat. Familiariter illud in ſermone uſurpabat: id demum ſapere ſibi ac jucundum eſſe; quod cum amico fieret, ſive ſtudiis incumberet, ſive animum remitteret. Hinc in verſiculis alicubi:

O jucunda beatitudo vitæ!
Libros inter & optimos amicos;
Quos jungit bona comitas, & una
Delectatio rebus ex iisdem,
Et Muſæ Venereſq; transmarinæ.

Idem in periculis adeundis ac tolerandis quibuscunque laboribus ſtudiorum, militiæ, itinerum terra marique fuit promtiſſimus ac fortiſſimus; uti ex iis, quæ ſupra narrata ſunt facile cuivis apparet. Loquuntur id etiam carmina ejus hæc:

Non ego pro Patria belli detrecto laborem,
Degener aut viſo protinus hoſte tremo.
Ire nec ad manes pro libertate recuſem;
Dulce foret reges inter & arma mori.

Fortitudinis etiam philoſophicæ ſpecimina longe pulcerrima edidit in domandis, atque rationi rectæ ſubjiciendis affectibus & animi morbis. Iram ſic poterat in gyrum rationis cogere atque regere: ut per impotentiam animi parum virile quippiam admiſiſſe raro ſit deprehenſus. Etſi (ne ἀναμάρτητον facere velle eum videamur) conceptæ ſemel iracundiæ erat tenacior atque implacabilior, ut melancholicæ ſolent naturæ.

Sermo Lotichii erat, qualis ferme Socraticorum, elegans, urbanus, lenis, ingenio tinctus, modeſtus, bonæque mentis verus index. Jocis delectabatur ac *ſalibus Mercurii*, ut ajunt, non *Momi*: in quibus & animi & ingenii probi acumen eluceret. Cum aliquando Bononiæ ad ipſum *Hubertus Languetus* abituriens in Germaniam, mane adhuc in lecto cubantem atque conniventem veniſſet, ſuperque re quadam, quid ſibi videretur, quæſiſſet reſpondit, *mihi vero nihil videtur.* Quo ille joco admodum fuit delectatus. Contra aberat longiſſime ab omni verborum obſcœnitate, & obtrectandi libidine: neque ſcurrilitatem ullam ferre poterat. Accidit enim aliquando, cum Stibarorum, nobilium juvenum agmen è Gallia reduxiſſet: ut reduces illi, in prædio quodam haud procul Pabeperga à *Daniele Stibaro* convivio exciperentur. Ibi cum poculis ſeſe invitaſſent; quidam minus digna auribus ætatis illius effutire ceperunt. Tum Lotichius iratus de menſa ſurrexit, & adoleſcentum cauſa rubore ſuffuſus illico abiit, indigneque id factum tulit. Deinde nec ipſe quenquam carminibus ſuis læſit, nec in gratiam cujusquam, ſæpe etiam rogatus

—— *mordaci perſtrinxit carmine quenquam.*

In omni denique vita communi ac conviviorum hilaritate eum ſervavit modum; qui naturæ congruit: unde vires cum animi tum corporis reficerentur, non opprimerentur. *Sobrietas & temperantia.* Compotationes & comeſſationes cane pejus & angue oderat, aſotis illis inimiciſſimus. Amabat autem, ut eſt in ſympoſi Xenophontis, *pocula minuta atq; rorantia*, iisque ſolis adſerebat delectari homines philoſophos. Et quotiescunque jucunditati ſe dabat cum amicis, temperantiæ, modeſtiæ, & ſobrietatis fines, memor non tam Poſthi-meliſſæi voti, quã mandati Apoſtolici, nunquam excedebat: ſtatimque à jocis & ludicris ad ſeria ſeſe referebat.

Qualis autem fuit in vita, talis etiam in veſtitu. *Veſtitus.* Sæpe laudavit in *Uldarico Hutteno*, equite Franco rationem veſtiendi. Is enim ſola lana, eaque in ſuo territorio nata, uſus eſt; nullis externis aut transmarinis mercibus accerſitis: Mundiciem tamen adhibuit Lotichius in veſtitu decentem; quæ agreſtiam inhumanam effugeret: adeoque grata erant ei omnia ſimplicia, nativa, mediocria. Itaque recte manſit illi hoc verbum, ſymboli loco uſurpatum: *Symbolum Lotichii.* *ſimpliciter ſine ſtrepitu.*

Cæterum, ut concludamus narrationem hanc vitæ Lotichianæ, paucis expediendum videtur; *Quid amores poëtarum.* quid & de hujus & aliorum poëtarum amoribus, quibus ſe teneri paſſim in carminibus queruntur, ſentiendum ſit. Eſt autem, ut ipſi poëtæ explicant; *amor* ille *cœleſtis* atque ætherius; ac rerum cæleſtium, terreſtriumque *contemplatio*. Hic amor facit poëtas, facit philoſophos, facit medicos, omnium denique abſtruſiſſimarum ſcientiarum peritos. Unde ille;

—— *vates non Veneris fax improba, verum*
Æterni amor generoſus urit numinis.

Quanquam nec hoc diſſimulandum, adamatas à Lotichio fuiſſe puellas quasdam ingenuas ac ſcitæ formæ. *Claudiam* enim ſuam non uno carmine celebrat: deinde *Callirrhoen* tunicatam, *Panaridem*, ac denique non vero nomine dictam *Phyllida* Nicrigenam. At fecit hoc non inhoneſte, nec immodeſte; inque ejus nullum crimen amore fuit, uti ipſe confirmat. Deinde, qua fuit morum elegantia ac humanitate, facile & ipſe amabat & amabatur. Atque decantandis illis amoribus nihil aliud quæſivit, niſi oblectationem animi honeſtam ad leniendas animi moleſtias & ægritudines.

Vacua denique (ne & hoc prætereamus) in elegiis Lotichianis loca alicubi occurrunt, ea ipſe vivus reliquit conſideratione quadam, ut non vulgares ſententiæ collocatione verborum ſingulari ibi reponerentur. Nec fratri Chriſtiano & Camerario editionem parantibus viſum fuit illas veluti lacunas explere. Epitaphium ei Marius, tanquam ſervatori ſuo in Sequanæ natatione & amico fideli, a-

pud

pud Elect. Pal. impetrare, tanto viro dignum allaboravit. Verum mors improviſa illius principis, ut alia præclara, ita & hoc impedivit. Nec ſepulcri honore eget is, cujus virtus in orbem ſe diffudit univerſum.

Et hæc de Lotichio ſatis. *Ex narratione vitæ P. Lotichii ſecundi ſcripta per Joannem Hagium Francum.*

GEORGIUS SABINUS.

ob. 1560. die ſecundo Decemb. ætat. 57. compl. GEorgius *Schulerus*, poſtea *Sabinus* dictus, in Marchia *Brandeburgi*, oppido eo, quo dignitas Septemviratus Imperatori creando in inclyta Marchionum familia fundatur; natus eſt anno 1508. die viceſima tertia Aprilis, hora ſeptima antemeridiana; parentibus honeſtis, & ea in Repub. primariis. Parentem enim *Baldaſerem Schulerum*, virum integerrimum fuiſſe accepimus, ejusque oppidi conſulem prudentiſſimum.

Brandenburgum Marchiæ oppidum. Parens Sabini. Pueritiæ ſtudia. Wittembergam admodum adoleſcens mittitur.

Ipſe Georgius in ſchola patria primum depoſuit tyrocinium, jactis pietatis Chriſtianæ & primarum literarum fundamentis. Adoleſcentulus *quindecim annorum* in vicinam, quæ Wittenbergæ florebat, Academiam miſſus, in ædibus *Melanchthonis* * clanculum eſt educatus. Ibi ſingulari diſcendi ardore ita flagrare cœpit: ut in eo impetus quidam divinus manifeſto appareret, efferens ſe ad ſapientiæ virtutisque præſtantiam: qualis in omnibus, qui ulla in parte & quocunque genere virtutis, ſingularem laudem & egregiam famam conſecuti ſunt, fuiſſe animadvertitur, & eſſe conſuevit.

** Camerar. in vita Melanchth. Ardor diſcendi in Sabino.*

Vidit Joachimus Camerarius hunc Georgium tenera adhuc ætate lacrymas profundentem ad recitationem boni ac elegantis carminis: audivit ejuſdem triſtes querelas, quibus ſuam in ſcribendo infelicitatem deploravit: quod non ſolum per ætatem nihil ipſe perfectum elaboraret; ſed ne intelligeret quidem rationem perficiendi elaborandique. Verum diligẽtia & aſſiduitate, quicquid fuit ingenii hebetudinis, ita correxit: ut tum in aliis artibus omnibus, tum in poetica inprimis plurimum profecerit: adeoque exterorum judicio ad Ovidianam facundiam & felicitatem proxime acceſſerit.

Studia adoleſcentiæ. Adoleſcens igitur Sabinus Philippo, principi eruditorum, commendatus, non ſolum ab ipſomet publice & privatim fideliter docebatur: ſed de voluntate Philippi, *Franciſco* inſuper *Vinarienſi*, domeſtico informatore utebatur.

Franciſcus Vinarienſis.

Hic in linguis Latina & Græca, & in utraque orationis facultate ſedulo diligenterque eum exercuit. Melanchthon autem videns adoleſcentis naturam ad poëſin ferri: autor ipſi fuit, ut in eo ſcribendi genere gnaviter progrederetur: & ex omni Latinorum poetarum numero Ovidium ſibi potiſſimum imitandum proponeret: certa etiam ſtudiorum & lectionum tempora ſibi præſcriberet.

Cum jam ætate aliquantum proceſſiſſet; ætatem autem ipſam virtute doctrinaque anteiret: & fundendi carminis habitum acquiſiviſſet; inque ea re induſtriæ ſpecimen in congreſſu quorundam poetarum, qui tum Wittembergæ verſabantur, ediſſet: *Sabini* nomen accepit, cum antea *Schulerus* familiæ cognomine appellaretur: quod tamen cognomen alias obſcure de ipſo ferebatur.

Deſcripſit tum ibi *res geſtas Cæſarum Germanicorum*, ex variis monumentis collectas: quo in argumento ita verſatus eſt: ut ætatem juvenilem doctrina & ſapientia ſuperarit, Elaborabit enim id anno ætatis viceſimo ſecundo, ut ipſe his verſibus innuit:

Hoc opus exegi florentibus integer annis,
Bis duo cum natus luſtra Sabinus eram.

Scripto illo edito nomen & virtus ejus inclareſcere cepit: non ſolum apud doctos quosque, ſed apud principes etiam viros: qui ingeniis favebant. Cepit eum tunc complecti illuſtriſſimus princeps elector, *Joachimus* primus, Marchio Brandenburgenſis: erat erga ipſum ſumma benevolentia *Albertus*, item Marchio Brandenburgicus, Archiepiſcopus Moguntinus, Cardinalis, & Elector. Viros autem doctrina & virtute præſtantes, qui in horum principum aulis verſabantur, celeriter Sabinus amicitia & conſuetudine comprehendit: erantque multorum tunc oculi in ipſum conjecti.

Poſtea parentes ſtudium juris civilis amplecti ipſum voluerunt: ita tamen, ut etiam naturæ & ſtudiis humanioribus eum obſequi paſſi ſint. Ita ergo in legum civilium ſtudio verſabatur: ut nullus dies ab exercitationibus oratoriis & poeticis vacuus eſſet. Certabat ac commentabatur cum aliis poetis *Acontio*, *Stigelio*, *Ebnero*, *Lemnio*; quorum nomina publicis ſcriptis celebrata ſunt: ac confirmabatur in ea ſtudiorum ratione à Joachimo Camerario, & Eobano Heſſo, viris eximiis. Adjungebat his exercitationibus & Græcorum ſcriptorum lectionem: perſuaſus legendis iſtis Latinam orationem effici pleniorem: Convertit tum in Latinum *orationem Iſocratis de concordia domi conſtituenda*, & bello in Aſiam contra barbaros transferendo: Germaniæ temporibus illis non incommodam.

Et cum tunc crebri in religionis negocio principum ac Theologorum haberentur conventus: iſtis interfuit Sabinus, comitatus Melanchthonem, hoſpitem ſuum & præceptorem. In Auguſtanis etiam fuit comitiis inter aulicos Electoris Brandeburgici: ubi res vidit geri gravisſimas.

Cum autem *decennium* jam apud Melanchthonem in artium ſtudiis eſſet verſatus, & eruditionem conſecutus egregiam: conſilium de adeunda Italia, ingeniorum & doctrinæ, ut ipſe judicabat, principe, cepit. Id cum *Alberto Turco*, cancellario Moguntino, expoſuiſſet: conſilium non ſolum probavit; ſed etiam principi ſuo ſtudia ejus ſumma fide commendavit. In Italiam proficiſcens comites itineris habuit *Balthaſarem à Wolde*

Joan-

Joannem à Belavv, equites Pomeranos, *Eraſmum à Minckvvitz*, Saxonis primum conſiliarium, dein Palatini cancellarium.

Erat tum Venetiis *Lucas* * *Pomphilius*, P.P. cubicularius, homo doctus & eloquens: quo cum antea in comitiis Auguſtanis Sabinus notitiam & familiaritatē aliquam contraxerat. Is Sabinum ibi humaniſſime complexus, ut ſuam ipſi declararet benevolentiam, adduxit eum in notitiam *Hieronymi Aleandri*, Archiepiſcopi Oritani & Brunduſini. Aleander poſtquam ingenium Sabini in omnium doctrinarum genere, ac poetices præcipue ſtudiis præſtans cognoviſſet: dignum ipſum judicavit, cui privilegia à duobus Pontificibus Leone X. & Clemente VII. ſibi conceſſa impertiret; quemque honoribus & dignitatibus, virtutis cauſa ornaret. Hic itaque Venetiis apud S. Euſtachium, in ædibus ſuis, primum laurea poetica Sabinum donat: deinde & gradu ordinis equeſtris ornat: quod ipſe in hodæporico, qui liber eſt ſecundus Elegiarum, his carminibus teſtatur.

Deniq; dum totam vagus omnia luſtro per urbē,
Me videt, at ſalvum Bomphius eſſe jubet,
Is non exiguo mihi conſuetudinis uſu
Bomphius Auguſtæ cognitus ante fuit:
Tunc ubi de magnis cum Cæſare rebus agebat,
Ad quem **Pontificis nomine miſſus erat.*
Ipſe mihi ſummum quo teſtaretur amorem,
Carpere me ſecum remige juſſit iter:
Meq; diſerte tuas Hieronyme duxit in ædes,
Nomen Aleandro cui ſacra Muſa dedit:
Plurima qui calles variæ diſcrimina linguæ,
Et Clario plenum numine pectus habes:
Sacrarumq; datas rerum moderaris habenas,
Poſt ipſum Veneta ſummus in urbe Ducem.
Hic per Apollineas mihi janua protinus artes,
Eſſet amicitiæ cum patefacta tuæ,
Tu mea cingebas Daphneide tempora lauru,
Invitoque mihi nomen equeſtre dabas.

Venetiis *Patavium* profectus eſt: ubi commorari aliquandiu ſtudiorum cauſa decreverat. Vivebant tum ea in urbe *Petrus Bembus*, & *Joannes Bapiſta Egnatius*, illis temporibus tota Italia ſummæ eruditionis gloria celebres. Hi ſummi viri Sabinum propter ingenium & ſtudia poetica complexi ſunt humaniſſime: idque eo libentius, cum vidiſſent eum à patriæ principibus illuſtriſſimis, Alberto Cardinali & Archiepiſcopo Moguntino, & Joachimo 1. Electore Brandeburgico, honeſtari ac diligi.

Sed non admodum diu, aut certe non tam diu atque volebat, iſtorum clariſſimorum hominum conſuetudine frui Sabino contigit. Citius enim eum inde avulſit negociatorum quorundam perfidia: quibus res ſuas curandas commiſerat: de qua in quadam ad Petrum Bembum epiſtola, conqueritur: ſuamque ea in re infelicitatem deplorat. Rediturus ergo ex Italia in Germaniam, Venetias ſe iterum * *Aleandri* illius Archiepiſcopi ſalutandi cauſa, contulit. Hic quem antea dignitibus honoribusque auxerat; eidem privilegia quoque ampliſſima ob virtutem & doctrinam tribuenda judicabat.

Redit in Germaniam Sabinus.

Quamobrem ibi Sabinum ex Italia abiturientem *Comitem aulæ Lateranenſis* creavit; ac privilegiis ampliſſimis donavit: quibus poſtea Sabinus multorum auxit honores. In reditu *Eraſmum Roterodamum* Friburgi agentem ſalutavit, cui ab Egnatio literis accurate ſcriptis erat commendatus: ac vidit ſummum iſtum virum & venerandum ſenem in extrema ſenecta: cum jam & corpus ejus & oculi, & ipſæ ingenii vires langueſcere, & quaſi in declinatione eſſe viderentur. Poſt reditum ex Italia vixit aliquandiu in aula reverendiſſimi & illuſtriſſimi principis, Marchionis *Alberti*, archiepiſcopi Moguntini & Electoris: qui ipſum inter cæteros aulicos & familiares, ſingulari benignitate complectebatur. Converſabatur familiariter cum D. *Alberto Turco*, archiepiſcopi illius cancellario: cujus nomen paſſim iſtis temporibus in imperio Romano celebrabatur.

Salutat Eraſmum. *Vivit in aula Archiepiſcopi Moguntini Sab.* *Albertus Turcus.*

Erat gratiſſimus *Philippo Buchemero*, ejus principis medico, viro eximia doctrina & magna ingenii ſuavitate prædito: colebatur à *Joanne Jordano*, ejusdem principis camerario: & ab aliis præſtantiſſimis viris.

Philipp. Buchemerus. *Joan. Jordanus.*

Paulo poſt filiam Melanchthonis, natu maximam, *Annam*, quam pater ipſi in Italiam proficiſcenti deſponderat, uxorem duxit: virginem non ſolum forma, ſed & Latinæ linguæ peritia inſignem, *quatuordecim* annorum. Nuptiæ celebratæ ſunt Wittenbergæ, anno 1536. die ſexto Novembris. Ita enim ipſe Sabinus:

Sabinus filiam Phil. Melancht. duxit uxorem.

Sexta pruinoſi cum lux erat acta Novembris,
Dulcia percipiens gaudia nocte tuli.
Tunc mih, deſpondit quam pronuba Juno puellam,
Legitimo functus munere junxit Hymen.

Cum hac vixit annis undecim, nulla re dirumpente jucundæ conſuetudinis amorisque mutui vincula. Deceſſit ipſa anno Jeſu Chriſti 1547. d. 4. Calend. Martii, apud Montem regium in Boruſſia.

Obitus conjugis Sabini.

Ea nocte, qua diem obiit, per quietem patri ſpecies mortuæ filiæ oblata eſt: eoque ſomnio ſignificatum eſſe caſum iſtum & ipſe exiſtimavit, & eventus fecit, ut credibile eſſet. Neptes duas Melanchthon domi ſuæ educavit, & deinde honeſte elocavit. Vixit Sabinus aliquot annos viduus. Tandem ſecundam duxit uxorem, *Chriſtophori Cromeri* civis Regiomontani, honeſti viri, filiam.

Mors ejus per ſomnium parenti viſa. *Tranſit ad ſecundas nuptias Sabin.*

Inde * voluntate & judicio illuſtriſſimi principis *Joachimi*, Marchionis Brandeburgici, Electoris, commendatum eſt ipſi munus docendi in Academia Francofurdiana ad Viadrum: venitque eo anno ætatis trigeſimo; atque ſecum egregias attulit ingenii dotes. Cum autem mandati muneris ratio flagitaret; ut poetas & oratores Latinos eo in Gymnaſio explicaret: initium docendi fecit ab enarratione libri primi *Ciceronis de Oratore* ad Q. Fratrem: in quo M. Craſſus, de omni ratione dicendi ſplendidiſſime diſputans, introducitur. Tunc temporis cathedræ diſtichon adſcriptum legebatur tale:

**VVittemberga.* *Francofurtum ad Viadrum vocatur.*

O Iſta

Iſta cathedra fuit præclaro extructa Sabino
Magni prælegeret cum Ciceronis opus.

Ædibus autem ſuis hoc diſtichon inſcribendum curavit:

Parva quidem domus eſt; ſed in hac habitante Sabino
Calliope ſedem gaudet habere ſuam.

In docendi munere diligentiam, fidem & induſtriam toti Academiæ abunde probavit: Ejusque commoda, ſicubi poterat, apud Electorem & aulam, ubi gratia & autoritate multum valebat, auxit atque promovit. Cum enim antecelleret ingenio, ſapientia, & eloquentia multos: Elector non raro ipſius opera uſus eſt. Miſit eum & ad Ratisbonenſia Comitia: ubi deliberationes de rebus graviſſimis inſtituebantur. In iſtis Comitiis innotuit *Carolo* V. Imperatori: qui autoritate ſua illa nobilitatis ornamenta, ab Aleandro in Sabinum collata, confirmavit: atque publicum ſuæ voluntatis & judicii de Sabino teſtimonium extare voluit.

Mittitur ad comitia nomine Elect. Brandeburg. Caroli V. in Sabinum animus.

Cum annos ſex Francofurti docuiſſet: illuſtriſſimus princeps *Albertus* ſenior, dux Borusſiæ, de conſtituenda in Regio monte Borusſiæ ſchola publica, piam ac bono principe dignam ſuſcepit deliberationem.

Albertus dux Boruſſiæ Acad. Regiomontanæ fundator.

Deſiderabatur autem vir, eruditione & ſapientia præſtans, atque ingenii monumentis clarus: cujus ductu, conſilio & autoritate res ſcholaſtica conſtitueretur & gubernaretur. Hic Sabinus in multis unus inventus eſt: qui ad eam rem idoneus videretur.

Obtinuit igitur Albertus 1. Borusſiæ dux, ab Electore Brandeburgico; ut Sabino poteſtas fieret, opus illud ſalutare promovendi. Abivit itaque in Borusſiam Sabinus cum familia; quamvis nonnihil diſſentiente & conſilium improbante ſocero Philippo: ac ritu ſolenni die 17. Auguſti Anno 1544. Regiomontana ſchola introducta ipſe primus ejus Rector deſignatus eſt: geſſitque eum magiſtratum per ipſos tres annos de Principis ſententia ac voluntate.

Ad eam conſtituendam Sabinus invitatur. Academia Regiomontana.

Cepit nova ſchola diſcentium frequentia ſtatim celebrari: ac operibus & monumentis Sabini etiam apud exteros inclareſcere. A morte Lutheri cum exarſiſſet bellum Germanicum; & Patriæ communi horrendæ tempeſtatum procellæ minarentur: movit etiam in Boruſſia *Oſiander* diſputationes non neceſſarias. Hic cum eum in locum rem adductam videret Sabinus: ut nec opem fere ſcholæ ruenti, nec concitatas turbas ſedare poſſet: dimiſſionem à principe ſuo petiit, tandemque impetravit.

Ergo de reditu ejus cum conſtaret: à tribus eſt expetitus Academiis: ſed ipſe patriæ amore adductus, Francofurdiæ, quod reliquum eſſet vitæ, exigere maluit. Ibi jam ætate gravis, rerumque uſu edoctus, non ſolum ſcholæ docendo ac conſulendo præfuit & profuit: ſed ab illuſtriſſimo Electore Brandeburgico inter conſiliarios præcipuos adſcitus, & tum domi ad deliberationes gravisſimas & ſecretas adhibitus, tum foris in expediendis non parvi momenti negotiis ad exteros reges & principes, fidem, induſtriam, dexteritatemque ſingularem probavit.

Redit Francofurtum.

In docendo, quantum per negocia principum licuit, fuit adſiduus. Domus ejus in dies frequentabatur à literatis hominibus, ſæpe à peregrinis, ſummis præſtantisſimisque viris. Anno 1560. menſe Julio, miſſus eſt ab illuſtrisſimo Electore Brandeburgico in Italiam. Eam legationem antequam obiret; quaſi præſagiens eventum teſtamentum pie fecit, adhibitis, ut fieri ſolet, teſtibus cl. VV. *Abdia Pratorio*, *Chriſtophoro Cornero*, & aliis illius Academiæ profeſſoribus. In eo Italico itinere, cum jam Venetiis cauſas demandatas peroraſſet, & Florentiam inde proficiſceretur: cum morbo conflictari cepit, quem medici febrim vocant quartanam. Cujus violentia cum vires corporis admodum debilitari ſentiret, properandum ſibi, atque in Germaniam recurrendum ſtatuit. Ex Italia igitur admodum æger in lectica *Auguſtam* deportatus eſt: ubi tres propemodum ſeptimanas decubuit. Nec vero ipſe ſolum, ſed & omnes, quotquot in comitatu ſuo habuit, adverſa valetudine correpti ſunt: ut nonnullos diverſis in locis ægros reliquerit.

Auguſtæ, cum medici frequentes ad ipſum accederent, & in templis preces publicæ pro eo fierent, paulum confirmatus, domum properat; forte ut in conſpectu ſuorum moreretur. Francofordiam revertitur die Novembris quarto decimo: ſed admodum languidus & æger. Ab eo tempore in publicum non prodiit: ſed totum illud tempus, quod ad mortem uſque ſuperfuit, ſolo decubitu conſumſit: ita tamen ſeſe gerens, quaſi ſenſim convaleſceret, aut ſaltem ſpes convaleſcendi eſſet.

Sed recurrit febrilis paroxyſmus ultimo Novembris die: qui ita reliquas corporis vires proſtravit: ut medici male ominari inciperent. Sicut autem totum, quo decubuit, tempus conſumſit in exercitiis fidei atque pœnitentiæ, multaque cum amicis de DEO, de beneficiis Chriſti erga genus humanum, de divinis promisſionibus, & vita æterna contulit: ita paucis ante mortem horis ſymbolum Chriſtianorum & precationis formulam ardenti pectore pronunciavit: ut viſus fuerit, quaſi jam ipſis oculis in æternam felicitatem, in quam paulo poſt conceſſit, intueri. Inprimis vero familiarisſima ipſi fuit dulcisſima illa Chriſti, Filii DEI, vox: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis: Ego reficiam vos.*

Tandem acquieſcens in fiducia miſericordiæ DEI, & certa ac indubitata ſpe perpetuæ felicitatis, die Decembris ſecundo, hora ſeptima antemeridiana, eodem temporis momento, quo ante annos quinquaginta duos menſes ſeptem, in lucem hanc editus fuerat animam DEO ſuo reddidit. Obitum ejus doluerunt non ſolum cum Academia

Fran-

Francofurdiana ejus cives omnes: ſed & ipſe Elector Brandenburgicus, princeps illuſtriſſimus ac ſapientiſſimus; nec non reverendiſſimus idemque illuſtriſſimus princeps *Sigismundus*, Archiepiſcopus Magdeburgenſis: qui Sabinum viventem propter ingenii animique dotes eximias cariſſimum habuerunt.

Docuit *Francofurti* annos in univerſum *tredecim*; quot annos & Ariſtoteles Athenis. Liberorum ex gemino conjugio multorum pater fuit: quibus, cum magis juvandis aliis, quam ſuis ſuorumque commodis ſtuderet, præter nominis famam, hereditatis parum reliquit. Superſtes ipſi fuit & mater, matrona honeſta, ſenili ſapientia, & morum gravitate prædita, atque ad ſuperſtitionem uſque religioſa.

In actionibus & vita ejus enituit vera pietas; ut & reliquarum virtutum chorus nobiliſſimus. Quanquam ſocero ſuo Melanchthoni nimia cupiditate illuſtris fortunæ fuerit viſus ardere. Nam cum ſcholaſticæ vitæ genus amaret Philippus, & illa humilitate delectaretur: Sabinus eminere & conſpici volebat amplitudine etiam honorum & opulentia. Itaque magna ſpectabat, non contentus nominis celebritate, quam rectis ſtudiis ſibi comparaverat: & hoc agebat, ut vulgi oculi in ſe converterentur. Ex quo factum, ut voluntates horum aliquantum diſiungerentur: ſed quæ erat Philippi lenitas, ſtatim iſta quaſi tempeſtas abiit. Enituit præterea in Sabino eloquentia eximia & illuſtris: propter quam Marchiones Brandenburgici pleraſque cauſas Latine dicendas, & negocia fere omnia, apud exteros reges & principes conficienda, ſoli Sabino commendarunt. Audivit ipſum aliquoties non ſine admiratione *Sigismundus* Auguſtus Rex Poloniæ, cum proceribus regni: audivit *dux & ſenatus* Venetus, dux Florentinus & *Madrucius*, Cardinalis Tridentinus: à quibus omnibus ingenii, eruditionis & eloquentiæ laudem tulit.

De ſcriptis ejus jure dici Callimachi illud poteſt, eam ineſſe ipſis ſuavitatē; ut Charites aliquid ſucci adſperſiſſe merito exiſtimes. Vertit autem juvenis, ut diximus, orationem *Iſocratis*: quam Alberto Archiepiſcopo Moguntino dedicavit anno 1532. Edita eſt nomine Sabini & *narratio de electione Caroli quinti*: quam tamen alii Melanchthoni adſcribunt. Compoſuit *carmina varia*; quæ cum epiſtolarum appendice, & præceptis de carminibus ad veterum imitationem artificioſe componēdis, uno volumine excuſa habentur, & doctorum omnium calculo probantur. Quicquid ſcripſit, accurate ſcripſit; & ad imitationem veterum: nec fuit de numero eorum, qui

Communi feriunt carmen triviale moneta.

Inprimis ab aſperis & fragoſis literarum concurſionibus, & duris eliſionibus, quoad ejus fieri potuit, ſemper abſtinuit. Ferunt Melanchthonem, cum in convivio quodam adſideret Sabino & Stigelio, eos, ut inter ſe verſibus certarent, invitaſſe: tum Sabinum, ætate & dignitate priorem, cepiſſe:

Carmina conſcribant alii dictante Lyæo;
Multa ſit in verſu cura laborque meo.

Stigelium ſcite excepiſſe, & carmen ſic invertiſſe:

Carmina componant alii ſudante cerebro;
Nulla ſit in verſu cura laborque meo.

At Philippum, qua erat facilitate & humanitate, utrumque (ut poeta ait) *vitula dignum* judicaſſe.

Proſopographia Sabini. Corpore fuit gracili: ſed temperātia, ſobrietate, ac optimo vivendi ordine ſic valetudinē & corporis vires corroboravit: ut longis profectionibus ſuffecerint. *Amici.* Amicis uſus eſt viris illius ævi tū in Germania, tum extra eam clariſſimis, *Petro Bembo, Caſparo Contareno*, Cardinalibus, *Baptiſta Egnatio, Ludovico Becatello, Lazaro Bonamico, Triphone Benio, Adamo Thumano* Veronenſi: qui conventui Ratisbonenſi cum Contareno interfuerunt; poſtea vero ad magnas dignitates propter eruditionem, evecti ſunt.

Honores Sabino habiti. Acceptus fuit ſummis etiam regibus ac principibus; qui ejus labores dignis præmiis compenſarunt. In* legatione quadam Lituanica à rege Poloniæ *trecentis quinquaginta* Joachimicis fuit donatus. Præterea idem Rex *ſeptuaginta quinque* Joachimicos pro ipſo numeravit. A *Nicolao Radivillo*, Principe Lituanico, & ab aliis proceribus accepit tot munera: ut eorum precium *ducentorum aureorum* æſtimatum ſit.

** Sabinus epiſtola quadam ad Joan. Schofferum*

Nicolaus Radivillus.

Dantiſcus Præſul Varmienſis. Habuit eum & inter ſuos præſul Varmienſis *Dantiſcanus* dictus; qui conſtantiſſime dilexit omnes bonarum artium cultores & ipſe ad extremum uſque ſenium eaſdem coluit. Ad hunc cum Regiomonte forte veniſſet Sabinus: fuit acceptus ab eo perquam humaniter & benigne. Poſtquam abierant dies aliquot, & ſignificaſſet Sabinus, ſe domum cogitare: rogavit Præſul, ſecum pranderet prius. Cæperat autem fama tum ſpargi, in pagis, qui redeunti tranſeundi erant, ſævire peſtilentiam. Tum Præſul, ecquod haberet contra morborum contagionem alexipharmacon, interrogavit. Sabinus habere ſe neſcio quid reſpondit. Tum Præſul: nihil inquit, nocuerit, à me aliquid etiam te accipere. Habeo enim præſens remedium ad permulta, quæ iter facienti accidere poſſunt. Cumque dimitteret Sabinum, tradidit ei ita compoſitum quiddam, ut vaſculi ſpeciem haberet: in quo ſolent medicati pulveres aſſervari. Ac prædicare cepit uſum mirabilem, & dicere, ſe eſſe ſæpiſſime beneficium illius medicamenti expertum. Cum in manus accepiſſet Sabinus, ſtatim ſenſit pondere, quid medicamenti eſſet. Nam arte compegerat Præſul complures argenteos, qui de valle, ubi primum percuſſi fuerunt, Joachimici vocantur: quos ne magnifacere ipſe donum ſuum videretur, cum hac illi feſtivitate obtulit. Sed hæc de Sabino *Joan. Boticherus in oratione parentali: Euſebius Menius in præfatione poematum Sabini: Joachim. Camerarius in vita Eobani, & Melanchthonis, alii.*

Ω. 1561. ætat. 64.

MELCHIOR VOLMARIUS.

**Melchioris Patria. Educatio. Berna Helvetiorum urbs. proficiſcitur Lutetiam Volmar. Centum Pariſiis magiſtri ſimul promoti.*

MEliorem Volamarium (ſic enim ejus *nomen *Joachimus Camerarius*, probitatem hominis admiratus, emolliit) genuit *Rotuilla* civitas Helvetiis confederata. Puerum *Berna*, Helvetiorum ad Arulam flumen urbs celebris ac potens, aluit, primisque literarum elementis imbuit. Ex Germania in Gallias doctrinæ amore progreſſum, *Lutetia*, literis humanioribus ac philoſophiæ perpolivit diſciplinis. Ita vero præclare ibi ſtudium ſobrie philoſophandi poſuit: ut cum eruditionis teſtimonium Academicum peteret, Magiſterii ἀξίωμα vocant; inter *centum competitores* primus ei locus Doctorum calculo, adſignatus fuerit.

Docet in Gallia Volmar. Beza diſcipulus Volmarii.

Eundem mox Græca Latinaque facundia excellentem admirata eſt *Lutetia*; mox & *Aurelia & Biturigum* civitas: ubi *Margareta Valeſiæ*, Navarrorum reginæ, & Biturigum ducis, ſtipendio utramque linguam profeſſus eſt. Biturigæ docentis *Theodorus Beza*, nondum quinquennis, fidei ac curæ eſt commiſſus: ſub cujus diſciplina ita per ſeptennium profecit; ut nullus nobilis autor, vel Græcus, vel Latinus fuerit, quem non deguſtarit: nulla ex diſciplinis liberalioribus, ne Jurisprudentia quidem excepta, quam Volmario præeunte non attigerit. Inprimis autem veræ pietatis Chriſtianæ ex puro verbi divini fonte hauſta cognitione eſt ab eodem imbutus.

Doctor juris creatur Volmar.

Hic *Andreæ Alciati*, Juriſconſultorum illius ætatis facile principis, judicio, legum Doctor creatus, domum ipſius bonis ac piis quibusque frequentantibus, inter quos *Joannem* quoque *Calvinum* non puduit pro Græcæ linguæ præceptore Volmarium agnoſcere; cum privatam, uti diximus, quoque ſcholam, ingenuis & ſelectæ indolis pueris aliquot, aperuiſſet; hoc eſt conſecutus: ut nemo plures bonæ frugis diſcipulos aluiſſe videretur: majores multo fructus inde collectura Gallia, niſi partim ſævities adverſus pios recrudeſcens, partim *Ulrici* Ducis Wirtembergenſis cum invitantis auctoritas, illum Tubingam, anno Domini milleſimo quingenteſimo triceſimoquinto evocaſſet.

Vocatur Tubingam.

Ibi annos amplius *viginti*, & jus civile, & utriusque linguæ claſſicos auctores, Homerum dico, *Virgilium, Pomponium Melam, Livium*, & alios hujus notæ, ſumma cum dexteritate & fructu auditorii, eſt interpretatus. In conſortium vero, autore Cruſio, facultatis artium, juxta novam ab illuſtriſſimo principe *Chriſtophoro* datam ordinationem, cum *M. Matthia Gurbitio* receptus eſt anno 1545. quo eadem facultas, ejusdem principis indultu, jus ad omnes deliberationes publicas accedendi, adepta eſt. Volmarius igitur & in ſchola illa docuit διακοσίοις φλορήνοις κατ' ἔτος utiliter & magiſtratum ſcholaſticum graviter geſſit, & principi ſuo à conſiliis fideliter fuit.

Stipendium ejus.

Tandem ætate & morbis invaleſcentibus, rude donatus, *Iſnam*, Imperii in Algavia oppidum, uxoris Margarethæ, niſi fallimur, patriam cum familia *commigravit; decretis ei à Senatu Academico, tanquam optime de ſchola illa merito, quotannis ad dies vitæ *centum florenis*. Iſnæ omne tempus ſacris meditationibus & concionibus audiendis tranſmiſit. Ibi ſive apoplexia ſive paralyſi corrept⁹, poſtquā aliquot menſes decubuiſſet, vitā finiit, ætatis 64. ſalutis vero 1561. anno: eodem etiā die uxore ex animi ægritudine defuncta: ut ſimul elati eodem tumulo conderentur; quos ſanctus amor totos viginti ſeptem minimum annos conjunxerat.

Fuit vir iſte omnibus tum corporis tum animi dotibus excellens; ac præſertim eximia in pauperes munificentia inſignis: elegantiæ in ſermone Latino ſtudioſiſſimus; Græcæ linguæ adeo peritus; ut coram duce ſuo Wirtembergico affirmarit: malle ſe cauſam in foro Græce, quam Germanice agere, quantumvis ea lingua ſibi vernacula eſſet. Ab omni præterea ambitione tam remotus: ut quamvis Græce & Latine ſcribendo excelleret; nihil tamen, præter unicam perelegantem* præfationem Grammaticæ Græcæ *Demetrii Chalcondylæ* præpoſitam, ediderit.

Theodorus Beza, eum à pueritia unicum præceptorem nactus, & vivum ceu parentum alterum coluit, & mortuum una cum ipſius uxore ſic deploravit:

> *Conjugii exemplum rarum certumq́ beati,*
> *Spectate cuncti conjuges.*
> *Una dies nobis Meliorem ſuſtulit, una*
> *Et Margaritam ſuſtulit.*
> *Sic uno quos vita thoro conjunxerat, uno*
> *Mors una tumulo condidit:*
> *Una ambos donec reddat lux unius olim*
> *Beatitatis compotes.*

JOANNES STIGELIUS.

PRotulit hunc *Gotha*, celebre & munitum Thuringiæ oppidum, anno Chriſti dec mo* quinto ſupra mille quingentos, die Maij ultima. Literis à puero dicatus, cum ingenio eſſet felici, nec à ſtudiis abhorrente, magnis, ut ita loquar, itineribus in ſtadio illo literario eſt progreſſus: ſtatimque ſpem doctrinæ ac virtutis de ſe præbuit præclaram. Poſitis in ludo patrio fundamentis, ad Lipſenſem & Wittembergenſem Academias, cultus uberioris gratia ſeſe contulit: & cum omnibus, quas vocant, humanioribus literis, tum inprimis poeticæ, ad quam naturæ quadam incitatione ferebatur, operam diligenter dedit. In quo ſtudiorum genere tantos brevi fecit progreſſus: ut facultate carminum non facile alteri ulli ſuæ ætatis cederet. Cum anno trigeſimo ſeptimo Concilium celebre indictum *Smalcaldiæ* fuiſſet, quam Chalcidem ob æris ac

ac ferri illis in locis fodinas, ſolebat nominare Melanchthon, cum Haſſiacis eo quoque ſe *Eobanus* contulit. Ibi Stigelium, admodum adoleſcentem, primum familiariter cognovit: & ſtatim incredibili amore complexus, neque obſcure neque falſo vaticinatus fuit: quam ille facultatem Latini carminis conſecuturus eſſet. Itaque jam tum non aliter, quam filii appellatione vocabat Stigelium; jocabatur cum eo ſuaviſſime: & materiam interdum illi atque argumenta verſuum faciendorum proponebat: denique ita ſe erga adoleſcentem gerebat; ut divinitus animum ſenis commoveri, & favorem excitari, & dirigi judicium appareret. Quas Eobani præſenſiones, quam non fefellerit Stigelius; opera & ſcripta ipſius facile declarant. Ipſe etiam contra gratiam eam retulit amori Eobanico: ut vivum reverentia patri debita proſequeretur; & memoriam fato defuncti in terris, poſteritati elegantiſſimis verſibus commendaret non ſolum in epitaphiis carminibus, ſed etiam aliis in argumentis, ubi locus eſſet.

Docuit, quas didicerat artes ac poeticen, primum *Wittembergæ* ad Albim, ubi familiariſſime Melanchthone cæteriſque eruditione doctrinæ optimarúmque diſciplinarum ſcientia præſtantibus viris uſus eſt. Deinde *Ienæ* ad Salam, ubi * ſedem Muſis illuſtriſſimi Saxoniæ duces mandato patris deſignarant.

In toto vitæ curſu, ut plerique omnes hujus generis, fortunam expertus eſt duriorem, & novercam: id quod de hac ad *Mordiſium* IC. querela cognoſci poteſt, ubi ipſe ita:

Bis denos doceo juvenilia publicus annos
Pectora, & hinc nullas condo profeſſor opes.
Adde quod exiguum, quod gratia plumea reddit;
Et ſine pane mihi luditur iſte labor.

Qua tamen ſorte & tenuitate, ne dicam egeſtate, contentus, vitam egit vere Philoſophicam & verius Chriſtianam: quod ipſe his carminibus eſt teſtatus.

Divitias alii & ſummos venentur honores:
Iqſe ego Phœbæas congero lætus opes,
Omnibus exiguam theſauris præfero famam:
Ingenio Muſa quam peperere meo.

Fuit præterea vir animo excelſo præditus virtutis omnis, & patriæ, ſuorumque in ea principum ita amans atque ſtudioſus: ut illuſtre exemplum ipſius hac in parte pietatis eximiæ proponi poſſit ac debeat. Hoc Melanchthonem de eo commemorare ſolitum accepimus, quod in conventu Ratisbonenſi aliquando acciderit. Ibi enim forte Stigelius veſperi rediturus in ſuorum hoſpitium, incidit in Hiſpanum abducentem civis cujuſdam conjugem. Illa hominem Germanum conſpicata, rogat verbis vernaculis, ut ſe liberet, quæ invita rapiatur. Ibi Stigelius animoſe adoritur Hiſpanum; & apprehenſo illius, ne ſtringere poſſet, gladio, mulierculam liberat, & ſuos deducit. Scripſit varia *epithalamia, epitaphia, epigrammata:* quæ uno volumine edita publice exſtant. Vertit carmine doctiſſimo plurimos *Davidis Pſalmos:* Auctor etiam ipſi fuit Melanchthon, quemadmodum antea Eobano; ut ad Ovidii imitationem *Faſtos* conſcriberet *Chriſtianos:* quos ab eo inchoatos deſiderant adhuc eruditi.

Exemtus eſt rebus humanis anno *ſexageſimo* * *ſecundo*, die *Februarii undecima*; *ætatis quadrageſimo ſeptimo.* Credibile eſt, indignationis dolorisque perturbationem: quem aliquot annis ceperat, ex neceſſaria magis, quam expetita conjunctione nonnullorum, celerioris mortis cauſam dediſſe. Vivus ipſe ſibi ejuſmodi epitaphium fecit: *Obitus.* ** ante Gotha excidium annis quinque.* *Epitaph.*

Hic ego Stigelius jaceo: quis curat? ut omnis
Negligit hoc mundus; ſcit tamen ipſe Deus.

Eſt & hoc in eum *Georgii Cracovii* Jureconſulti carmen:

Quisquis ad hunc tumulum venies, ſubſiſte viator,
Hic Muſæ vatem compoſuere ſuum.
Stigelium vatem; quo dulcia plectra movente,
Obſtupuit poſita Delius ipſe lyra.
Naturæ nam dona ſuæ provexit ab arte;
Ut par Virgilio, ſic tibi, Naſo, fuit.
Dicere ſi liceat, forſan quoque major utroque,
Pro Phœbo in cujus carmine Chriſtus erat.
Carminis hinc ſpirans cum majeſtate nitorem,
Fundebat grandi verba ligata ſono.
Ingenio ſimilis quæſita eſt gloria paucis:
Illius in plauſus docta theatra ſonant.
Illi ceu primo, florens data laurea, vatum,
Eſt manibus, Cæſar Carole quinte, tuis.
Laudibus eximiis, & præter carminis uſum,
Præditus ingenio conſilioq; fuit.
Et gravis, & juſtus, nec caſtis moribus orbus,
In Chriſti laudes ambitioſus erat.
Ergo licet parva corpus claudatur in urna:
Alta tamen vivax fama per aſtra volat.
Salve, chare DEO vates, cui grata canebas;
Cui plenum Aonio flumine pectus erat.
Tu nunc Lotichio junctus, doctoque Sabino,
Quos rapuit ſpacio Parca ſevera brevi:
Quoq; pater vatum præceſſit morte Philippus;
Cui gaudes cœlo proximus eſſe comes.
Ergo omnis curæ expertes vitæq; laboris,
Fingitis æterno carmina grata DEO.
Illic livor abeſt omnis rabieſq; malorum:
Non ſupereſt juſtis poſt ſua fata labor.

Joachimus Camerarius in vita Eobani & Melanchthonis: item Joan. Manlius in collectaneis, alii.

HENRICUS GLAREANUS.

O. 1563. d. 28. Mart. ætatis 75.

Henricus Loritus Glareanus in pago Helvetiæ Glarona, parentibus honeſtis natus eſt, anno Chriſti octuageſimo octavo ſupra mille quadringentos. Primis literarum fundamentis in patria feliciter jactis, ad publica Germaniæ Gymnaſia ſeſe contulit: inprimis autem *Coloniæ Agrippinæ* compluſculos hæſit annos, ibique in Gymnaſio Montano acceſſiones ad eruditionem non vulgares fecit; teſtimonium philoſophicorum profe- *Glarona patria Loriti.* *Coloniæ dat literis operam*

ctuum publicum virtute & doctrina ſua promeruit. Maximilianus item primus Imperator, Caroli quinti avus, princeps æterna memoria dignus, fautorque literarum & literatorum ſummus, eundem Glareanum, honeſtorum virorum commendatione complexus, laurea poetices inſigni Coloniæ coronavit, & annulo eximio donavit. Ea in coronatione, quæ facta eſt anno CHRISTI duodecimo, ſupra mille quingentos, carmen Heroicum & panegyricum audiente ampliſſimo Principp. Germaniæ conſeſſu, coram ipſo Auguſto, non ſine gloria multorumque admiratione; ad Dorium tonum modulatus eſt: quod deinde *Ioanni Cæſario*, philoſopho & medico, præceptori quondam ſuo cum annotationibus brevibus dedicavit. Reperitur id in tomo primo ſcriptorum Germanicorum, à D Schardio editorum.

A Maxim. I. laurea donatur.

Gratias carmine publica in Panegyri egit.

Ioan Cæſar. præceptor Glareani.

Baſileam venit.

Colonia Baſileam anno decimo tertio reverſus, *Eraſmum Roterodamum, Guilielmum Budæum, Huldricum Zaſium* & alios, ſibi reddidit eruditione ac virtute ſua non amicos, ſed familiariſſimos.

Inde Lutetiam.

Poſtea *Lutetiam* Pariſiorum anno viceſimo ſecundo profectus, per triennium ibi hæſit, & ſtipendio regio uſus, magna diligentia quicquid deerat, condidicit; ita ut cum doctiſſimis quibusque ejus ætatis viris conferendus videretur. Doctrina ergo ſolida inſtructus in patriam rediit, atque Baſileæ in philoſophicorum profeſſorum numerum allectus eſt. Ibi in collegio per aliquot annos œconomum egit, atque tam privatim, quam publice docendo, juventutem pro virili ſua erudivit.

Docet Baſileæ.

Eruditio Glareani.

Fuit enim in omnibus diſciplinis, Eraſmi teſtimonio eximie doctus, nec vulgariter exercitatus, præſertim in iis, quas Mathematicas vocant. In omni Ariſtotelica philoſophia eo progreſſus; ut cum ſummis etiam congredi potuerit: in geographia in hiſtoriis abſolutus. Denique nullum eſt genus literarum, in quo ille non fuerit feliciſſime verſatus. Peculiari quadam naturæ dote literarii laboris & appetens & patiens. Quod neſciit, didicit avide: quod ſcivit, docuit libenter & candide.

Migrat Friburgum

Cum autem Baſileæ religionis fieret mutatio anno undetrigeſimo *Fridburgum* Briſgoiæ commigravit: ibique Academiam ſua opera & laboribus plurimum illuſtravit. Nam non modo hiſtoricam atque poeticam profeſſionem ordinario ſalario publice magna cum laude obiit: verum etiam domi ſuæ tantam diſcipulorum ex præcipua Germaniæ nobilitate turbam aluit, inque omni diſciplinarum genere perpolivit: ut domus ejus vere audiret optimarum artium officina, illoque ſeculo nullus fere Germaniæ angulus reperiretur, in quo non aliquot etiam hujus Glareani diſcipuli. Nec tantum viva voce docuit, ſed etiam optimos quoſque autores, ſcribarum inſcitia & temporum injuria depravatos, ſolerter reſtituit: id quod in *Terentio, Homero, Ovidio, Lucano, Cicerone, Saluſtio, Livio, Suetonio*, & *Dionyſio Halicarnaſſeo* videre eſt: quos omnes ſuis commentariis ita illuſtravit: ut intelligi jam ab omnibus citra negotium poſſint. Exſtat ejuſdem commentariolus in *Cornelii Taciti* libellum de ſitu, moribus & populis Germaniæ, vetera ejus vocabula paucis explicans.

Docet ibi publice & privatim.

Lucubrationes & ſcripta.

Deſcr. Helv.

Patriæ fuit amantiſſimus, ejuſque carmine Epico concinnavit *deſcriptionem*, quæ exſtat cum commentario *Oſwaldi Molitoris* Luceriani. Scripſit & panegyricum in laudem quatuor Pagorum, & tredecim urbium Helvetiorum; in quem idem Molitor eſt commentatus. Hic labor ab Helvetiis magnifice exceptus, ut in præfatione ipſe narrat, & liberaliter fuit compenſatus, cum concilio Helvetiorum, quod Tiguri anno decimo quarto habebatur, obtuliſſet. Nulla præterea fuit liberalium artium, quam non à Sophiſtarum tricis liberarit. Hoc modo *Grammaticam* reſtituit: *Dialecticam* & *Rhetoricam* expolivit: *Mathematica* breviore methodo propoſuit: & præſertim de arte *Muſica* atque varia proportione, libros doctiſſimos conſcripſit: & *Chronologiam* in totam Romanam hiſtoriam edidit.

Mores, virtus Poetæ, bace...

Fuit vir, ut ſi quis alius, integra & inculpata vita moribus alacribus & feſtivius, ac prorſus omnium horarum homo. Abhorruit, etſi poeta, quod genus hominum bibax audit, à compotationibus temulentis, ab alea, omni αἰσχρολογίᾳ à ſcortis: quorum etiam nomina ferre non potuit. Interrogatus aliquando, *quomodo viveret?* reſpondit; *bene, vivo more principum*: Tum alter; *quid hoc ſit, non capio ſatis*: Hic Glareanus: *Habeo*, inquit, *cibum & potum, & multa debeo.* Cum in convivio à quodam importunius urgeretur; uti propinandi ſatisfaceret: *Ei quem vero tu me eſſe putas?* inquit, cum is virum probum atque doctum reſpondiſſet: *Ergo, ne cane meo ſim indoctior, quam diu ſitio, tam die bibendum eſſe ſcio.* Fuit tamen ὀξύχολος & moroſior, ætate præſertim deflexa.

Guil. Stucki eum Glareanus loqui...

Venit aliquando ad eum *Guilielmus Stuckius* tum juvenis adhuc ſalutandi cauſa. Hunc ubi Tigurinum eſſe cognoſſet: *Ergo*, inquit Glareanus, *es de illorum numero, qui habent Evangelium in ore, diabolum in corde.* Hic cum generoſus adoleſcens aperte & modeſte reſpondiſſet: veniſſe ſe ad ipſum, ut popularem, ætate gravem & doctrina clarum, aliquid auditurum, quod olim meminiſſe juvaret; jam vero ſe ita excipi, ut dicturus ſit: *Glareanum gratias cum Muſis non conjunxiſſe.* Ibi Glareanus veniam precatus, & ſenectuti adſcribendum dicens, oſtenſis veterum Romanorum numiſmatibus, benigne hoſpitem adoleſcentem dimiſit. Et cum ſi poetæ fides habenda;

Principibus placuiſſe viris non ultima lauſ ſit;

Gratus principibus.

neque hac deſtituitur Glareanus: qui & *Carolo* quinto & *Ferdinando* Auguſtis fuit gratiſſimus: adeo ut & familiarem ſuum in literis ſalutare non dubitarint. Intimus præterea fuit

fuit *Eraſmi*, *Zaſii*, aliorumque tunc tempo-ris celebrium virorum.

Tandem cum rem literariam diu voce & ſcriptis juviſſet, ætate & laboribus exhauſtus, anno ſuæ ætatis ſeptuageſimo quinto, ſalutis vero ſexageſimo tertio, ſupra mille, quingentos, fatis conceſſit; cadaver in Dominicanorum æde Friburgi Briſgoiæ honorifice terræ mandatum eſt.

Ad Chori circuitum Academia in aurichalco tale epitaphium poſuit:

HENRICUS GLAREANUS, POETA LAUREATUS, GYMNASSII HUJUS ORNAMENTUM EXIMIUM, EXPLETO FELICITER SUPREMO DIE, COMPONI HIC AD SPEM FUTURÆ RESURRECTIONIS PROVIDIT: CUJUS MANIBUS PROPTER RARAM ERUDITIONEM, CANDOREMQUE IN PROFITENDO, SENATUS REIPUBLICÆ LITERARIÆ GRATITUDINIS ET PIETATIS ERGO MONUMENTUM HOC ÆTERNÆ MEMORIÆ CONSECRATUM POSTERITATI UT EXSTARET, ERIGI CURAVIT. EXCESSIT VITA ANNO SALUTIS M. D. LXIII. DIE XXVIII. MENSIS MARTII, ÆTATIS SUÆ LXXV.

In ejus obitum viri doctiſſimi varia epicedia & epigrammata funebria Græce, Latineque conſcripſerunt; de quibus eſt hoc epitaphium:

Qui modo Phœbea redimitus tempora lauru,
Ornabat noſtræ clara theatra ſcholæ:
Germanæq; decus gentis ſuper ardua cœli
Aſtra ſui fama nominis extulerat:
Nunc pius immitti Glareanus morte ſepultus
Squalida terrenis vermibus eſca jacet.
Ingenium, virtus, pietas, monimenta labores,
Immenſo paſſim cognita in orbe volant.
Morte carens ſuperas conſcendit ſpiritus arces,
Ac ſancta divum ſede beatus agit.

Ex lib. 3. Proſopograph. Zwingeri theatro, Eraſmi epiſtolis, & aliis.

WOLFGANGUS LAZIUS.

Fa- PRotulit hunc *Vienna Auſtriæ*, quæ olim Fabiana, ſeu Flaviana fuit dicta, ut ipſe Lazius in Viennæ deſcriptione teſtatur. Incidit ejus natalis in diem ultimum Octobris, anni à Chriſto nato decimi quarti, ſupra mille quingentos. Patrem habuit Medicinæ doctorem, & Poliatrum ibidem, *Simonem* nomine. *La-dia* Hic cum filium ingenio felici præditum animadverteret; à teneris eum bonis literis ac moribus imbuendum, excolendumque curavit. Et quando, ut Poeta ait:

Natura ſequitur ſemina quisque ſuæ;

hiſtoriarum ipſe inprimis fuit amans; & res antiquas, abſtruſas, ac reconditas eruere Philiſtor ac Polyhiſtor, ſingulari diligentia conatus eſt. Cum ſtudio autem hiſtorico Philoſophiæ ac Medicinæ cognitionem conjunxit; in qua utraque tantos fecit progreſſus, ut Medicorum ἀξίωμα, publica ſolennitate Academiarum fuerit conſecutus.

Poſtea ſe ad ſcribendum contulit, & Viennam patriam ſuam, adeoque totam Auſtriam, ſuis ſcriptis plurimum illuſtravit: omnemque antiquitatem ſolertiſſime indagavit. *Scripta.* Edidit & *commentariorum Reipublicæ Romanæ, in exteris provinciis bello acquiſitis conſtitutæ, libros duodecim*, opus quod totius veteris hiſtoriæ fundamenta nodoſque complectitur. Præterea conſcripſit *volumen de migrationibus gentium:* eoque nomine inveſtigavit, excuſſitque, & id tertium, tempore anni incommodo, authores vetuſtiſſimos, cœnobiis *Auſtriæ*, *Carinthiæ*, *Stiriæ*, *Helvetiæ*, *Briſgaviæ*, *Alſatiæ*, *Sundgaviæ*, & nigræ ſylvæ, inter blattas & tineas in ſitu & ſqualore deliteſcentes; emenſus uno itinere ultra ducenta milliaria, ut ipſe ſcribit. *Peregrinatio antiquitatis ervendæ cauſa.* Collegit etiam ingens *opus*, auſpiciis *Ferdinandi* Auguſti, commentariorum *vetuſtorum numiſmatum* quatuor lectionibus diſtributum: ejuſque domus, ut ipſe appellat, *tegulam* foras dedit, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo, tabulam primam ſectionis tertiæ partis ſecundæ. *Opus numiſmatum antiquorum.* Explicat in ea Rerumpub. per *Aſiam*, *Africam*, & *Europam* antiquitatis hiſtoriam nodoſque varios ac difficiles ſolvit. Edidit & *commentariorum in Genealogiam Auſtriacam* libros duos, ex annalibus & Chronicis fide dignis, diplomatibus pervetuſtis, ac tumulorum hinc inde perſcrutatione, collectos. Fuit igitur rerum Græcarum ſimul Romanarum & Germanarum non indiligens ſcriptor, patriæ illuſtrator, & ſolers antiquitatis indagator. Itaque ex medico Cæſareo à *Ferdinando* non ſolum in conſilium, ſed etiam, ob egregia erga ſe ac Rempublicam literariam merita, in ordinem equeſtrem eſt allectus: multiſque & amplis ab eodem honorum inſignibus nobilitatus. *Lazii elogium & dignitas.*

Vivis exemtus eſt Viennæ Auſtriacæ in patria, jam quinquagenarius, anno ſexageſimo quinto, non, ut plerique volunt Chronologi, quinquageſimo quinto. *Obitus ejusdem.* Nam ſi anno quinquageſimo octavo ipſe ſuo libro ac parti numiſmatum præfationem ſcripſit, utique mortuus tum non fuit. Quæ præter ſupra indicata opera in lucem ediderit, aut poſt mortem ejus edita fuerint, recenſent Bibliothecæ. Eſt autem, ut ἐν παρόδῳ hoc addamus inter libros à Lazio erutos, & *Abdiæ Babyloniæ Epiſcopi, hiſtoria Apoſtolici certaminis, à Julio Africano verſa*, cujus exemplar unum in cœnobio Oſſiacenſi Carinthiæ, alterum in cœnobio S. Trutberti in ſylva Hercynia invenerat: qui autor an γνήσιος ſit, nec ne, judicabunt eruditi. *Abdiæ Babylonii Epiſcopi hiſtoria.* Extat in eum hoc Joannis Lauterbachii epigramma: *Epigramma Lauterbach. in Lazium.*

Romanæ quæris celebratos urbis honores,
Terrarum quondam quæ caput orbe fuit?

Lazius

Lazius hiſtoriæ veterum celeberrimus auctor,
De Roma ſcripſit qua dominante, vide.
Auſoniæ fines, celebrem gravitate Senatum,
Præclaros bello militiaque duces:
Difficiles pugnas, legiones, arma, cohortes,
Claſſes, hoſtili ſigna relata grege:
Diverſos ludos, varia ornamenta, ſacrorum
Ritus, gentiles qui coluere Deos:
Hæc ſuper à domina deductos urbe colonos
Cognoſces: vivas ne rudis hiſtoriæ.
Hiſtoriæ præſtant vitæ præcepta regendæ:
Hiſtoriæ utilitas. *Alterius diſcas cautus ut eſſe malo.*
Hiſtoriæ præſtant, rerum mens gnara priorum,
Ut ſeræ curam poſteritatis agat.

Ex præfationibus operum Lazii, Thuani hiſtor. libro 16. Iconibus Reuſneri, aliis.

Ob. 1568. d. 6. Julii, ætatis 60.

JOANNES OPORINUS.

NAſcentem *Oporinum* excepit Baſilea anno Chriſti, ſupra milleſimum quingenteſimum ſeptimo, die converſionis Pauli, 25. Januarii. Patrem habuit *Joannem* Herbſt pictorem, & virum pium, ſed in re tenui. Familiæ nomen ex vernacula lingua in Græcam commutavit, illud ex Martiali: *Oporini nomen unde.*

Si daret autumnus mihi nomen ὀπωρινὸς *eſſem:*
Horrida ſi brumæ ſidera, Χειμερινὸς,

ingenioſe mutuatus, cum non obſcuro omine, fore aliquando, ut cum *Roberto Wintero*, qui Chimerinum ſe poſtea vocavit typographicam negotiationem iniret. *Robertus Winter.*

Pater ipſe filium literarum rudimenta docuit; & in ludum literarium duxit; ac tradita à præceptoribus, domi exegit & repetivit. Poſtquam in patria feliciter fundamenta jeciſſet: ob patris inopiam *Argentinam* deſcendit: & in pauperum ſcholaſticorũ contubernio quatuor fere annos vixit. Docebat ea in urbe tum *Gebuilerus* doctus informandæ juventutis moderator. Hoc magiſtro & duce Oporinus uſus tantum profecit; ut Latine pure loqueretur, & Græcæ linguæ non prorſus ignarus eſſet. Maturitatem ætatis & judicii adeptus, patriam repetit, perfectæ eruditionis deſiderio ductus. Viros igitur doctos, quorum Baſilea ſemper ferax fuit, ſedulo audivit; & eorum inſtitutione judicium de artibus humanioribus, quarum guſtum jam perceperat, informare didicit. Sed eum curſum diu tenere non potuit. *Argent. venit Oporin.* *Redit Baſileam.*

Cum enim patria paupertas, ſubſidia domeſtica negaret; nec quod aliunde accederet, ſperare poſſet; ad Abbatem S. Urbani, quod monaſterium Helvetiæ eſt ſub ditione Lucernenſium ſe contulit; & ibi juventutem, quæ aliquando in collegium recipienda erat, docuit. Ea in conditione agens venit in familiaritatem *Xylotecti*, cononici apud Lucernenſes. Conjungebat eos, quæ in concilianda amicitia plurimum poteſt, ingeniorum ſimilitudo & politiorum literarum cultura. Hunc Xylotectum Evangelii puritatem amplexum, monaſticæ ipſe ſcholæ pertæſus, Baſileam eſt ſecutus, ſtudiorum curſum continuaturus. Sed cum nec tum ſubſidia ulla à quopiam ſuppeditarentur; Græcos Theologos ut Ireneum & alios deſcribendos ſuſcepit: quos magno ſumtu *Joan. Frobenius* Græce in publicum emittebat. Deſcripſit etiam ipſe ſibi cum magna tunc temporis eſſet excuſorum librorum caritas, Latinos poetas; eosque adſidua lectione familiariſſimos ſibi reddidit. Quam adoleſcentis induſtriam conſpicatus Eraſmus: plurimum eum dilexit? utque gnaviter pergeret, hortatus eſt. *Egeſtas Oporini.* *Fit ludi magiſter.* *Xylotectus amicus Oporini.* *Deſc... bendis libris ſe...*

Anno deinde vigeſimo ſeptimo Xylotecti, peſtis contagione ſublati, viduam uxorem duxit; vetulam moroſam & auſteram: quod ipſe Oporinus ſæpe dixit: *idem ſibi quod Socrati accidiſſe; ut cum Xantippe philoſophari diſceret.* Poſtea anno Chriſti trigeſimo ludo patrio præfectus, feliciter juventutis ſtudia eſt moderatus. Sed is quoque ſcholaſticæ vitæ curſus, cito eſt interruptus. Cum enim naturæ præſtantia ipſum non niſi ad ſumma hortaretur: autore & ſuaſore *Joanne Oecolampadio*, medicinæ ſe ſtudio addixit præſertim cum ibi eſſet *Theophraſtus Paracelſus*, qui unius anni ſpacio eximium illius artis doctorem ſe perfecturum polliceretur. Cum hoc igitur, quamdiu Baſileæ vixit, ſemper eſt verſatus, domeſtica etiam ejus conſuetudine uſus. & amanuenſis officio functus. Et certe plurima ex iis, quæ ſunt Paracelſi impreſta, Oporini manu ſcripta fuere: quæ ipſe, ut erat facilis, iſtius ſectæ hominibus haud gravate communicavit. Fidem & diligentiam Oporini ipſe Theophraſtus prolixe commendavit: ac in quodam libello ex multis famulis unicum ſe Oporinum fidelem expertum eſſe fatetur. Promiſerat Theophraſtus laudani conficiendi rationem Oporino ſe traditurum; qua ſpe illectus eum in Alſatiam eſt comitatus: & biennium alterum apud eum hæſit. Tandem impetraturum ſe à magiſtro ſuo, quod cupiebat, diffidens; eum deſeruit: & Baſileam ad uxoris imperium, accepta ab illo laudani portione, rediit: qua, veluti divina virgula non multo poſt, ſervatus fuit. Sumpto enim purgandi cauſa, Mercurio præcipitato: rixa cum uxore orta, noctu domo egreſſus, ad patrem contendit. Hauſta in via aqua copioſiore, & quia pulſandis ædibus, patri dormienti, moleſtus eſſe nollet, ad fores adſidens frigore oborto, toto corpore, capite inprimis, adeo intumuit: ut de vita medici deſperarent. Dum ita aliquandiu decumberet; & quodam die ſolus in lecto eſſet: recordatus laudani ſui, ad peram, qua continebatur, arrepſit; ac tres pilulas deglutiit. Ibi ſomno conſecuto, contra uxoris opinionem, quæ mortuum inventuram ſe ſperarat, tumore ſublato, incolumis evaſit. Poſtea mortua uxore Lucernæ, quo bonorum ſuorum cauſa quotannis excurrebat: amplam quidem hereditatem aditurum ſe putabat: ſed tantum abfuit, ut aliquid obtinuerit; ut etiam jure rem experturus, fraude affinium non leve damnum *Conju... ducit ... nam* *Præf... ſchol... ſileat* *Medi... dat o... & Pa... ſum* *Qua... Alſa... ſequ...* *Laud... ope ſ... tur.*

damnum fecerit. Docebat eo tempore Græcam linguam Baſileæ magnus ille *Grynæus* Haidelberga illuc accerſitus. Is Oporinum propter ingenii, & morum elegantiam, & Græcæ linguæ præſtantem cognitionem plurimum diligebat: & hic viciſſim Grynæum præceptorem, omni cultus & pietatis ſtudio reverenter obſervabat. Subinde igitur Grynæus res Oporini promovere: ſtudia ejus & ingenium aliis commendare: omnibus denique humanitatis officiis ac benevolentiæ, honori & commodo ipſius conſulere. Quare cum *S.* Scripturam explicare auctoritate ſenatus, Grynæus juberetur: effecit, ut in eadem profeſſione & collegii Auguſtiniani procuratione, cui antehac præfuerat, ſibi Oporinus ſubſtitueretur. Ad ſtudia itaque & ſecundas nuptias reverſus magna cum laude & auditorum fructu munere iſto ſcholaſtico eſt functus. Mira enim in docendo erat perſpicuitas, dexteritas, & erudita facilitas. *Plutarchi vitas* Græce frequentibus auditoribus docte & prudenter enarravit. Domum cum ſuis reverſus prælecta accurate ab iiſdem exigere ſolebat. Interdum & poeticen docebat; ac verſus diſcipulorum rara cum humanitate elimabat, ſingulis candide oſtendendo, quid deſideraret.

In hoc igitur labore cum totus eſſet: Academia illa decretum facit: ut quisque Profeſſorum in ea facultate, in qua doceret, gradum ſummum petat, ſi antea non ſit conſecutus. Ibi quidam, trigeſimum ætatis annum egreſſi, cum eo usque hujusmodi eruditionis teſtimonia neglexiſſent: ea tunc ambire, aut oblata ſuſcipere recuſarunt: quibus dimiſſis alii eorum in locum fuerunt recepti. Inter eos cum & Oporinus eſſet: animum ad typographiæ ſtudium convertit: & cum affine Roberto Wintero auctores melioris notæ typis cepit exſcribere. Offerebant ei Academiæ præſides, qui de ingenio ejus præclare ſentiebant, multis jam maturæ eruditionis editis teſtimonio probato, ſatis amplos ex Canonicatu D. Petri reditus, ſi Jurisprudentiæ ſtudium aggrederetur. Sed Oporinus remotum à litibus vitæ genus amans, & flexibiles illas in utramque partem caſuum diſputationes averſatus: hanc quoque occaſionem neglexit: eoque illuſtri documento fuit, Deum actionum noſtrarum & finem & rationem provide ac ſapienter regere & dirigere, eo modo, quem ad verbi ſui propagationem, nominis ſui gloriam, & noſtram ſalutem maxime expeditum novit. Ut enim typographia a ſtudiis Oporinum retraxit, intercepto ſolidioris, magisque durabilis proſperitatis, quam attuliſſent, curſu: ita eximiam ad rei publ. literariæ commoda acceſſionem adjunxit, aliisque ſuo damno præfuit.

Plenis itaque velis in typographicum mare delatus, naufragium primum per Winterum fecit: qui uxoris luxu perditus præter officinam nihil reliquit. Hanc à creditoribus ſeptingentis florenis, aliunde mutuo acceptis, precio mercem longe ſuperante, redimere eſt coactus. His initiis, hoc ære, & antea cum Wintero contracto; & tum emta ipſius officina accumulato, typographicam negotiationem cepit: ſubinde verſuram faciens, omni conatu ob pecuniarias difficultates in nihilum prius relabente. Non enim tantum à parentibus nihil ad eum rediit: ſed pecuniæ numerum haud exiguum, ſexcentos pene florenos excedentem, quem à *Ludovico Bero* Canonico, ſuo à matre affine ſperabat, irritato illius animo amiſit. Omnes tamen ærumnas iſtas ac difficultates ingenti animo pertulit ac ſuperavit: & ut eluctari poſſet omnibus nervis contendit.

Prodierunt itaque ex Oporini officina ſcripta optima & doctiſſima, cum vetuſtate tum utilitate veneranda. Inprimis ſacra in hominum manus cura ſua & diligentia pervenire cupivit: ut ex indice librorum per Oporinum excuſorum videre eſt. Præterea quod argumentum diligentiæ eſt certiſſimum, nullum opus, niſi à ſemet ipſo correctum, lucem vidit. Operas, quas librorum impreſſio poſtulat, ſupra facultatum rationem fovit, & liberaliter aluit, ſæpe etiam ab aliis librariis dimiſſas, recepit: ut non raro ſupra *quinquaginta* ſuſtentarit.

Excudit varia.

Magna cum diligentia & difficultate.

Cumque altera Typographi cura ſit: ut cum emolumento ſuo exemplaria impreſſa diſtrahat: & laborum ſumptuumque fructum percipiat: etiam hic Oporinus omnia ſibi adverſa eſt expertus. Nam non tantum à fœneratoribus miſere fuit exagitatus; qui ſæpe *pro ſorte centum florenorum viginti*, imo & *triginta*, uſuræ loco ab ipſo extorſerunt: fuit ipſe etiam rerum ſuarum fere nimium negligens & ſecutus. Etenim in annotandis nominibus, & accepti atque expenſi codicibus accurate deſcribendis, ſumma fuit ejus incuria: & in ſua pro aliis fide interponenda, exponendaque pecunia, facilitas maxima. Qua quidem in re ſæpe indigne fuit deceptus; ita ut deſiderata debitorum fide, ultra *octo millia* in nominibus parum liquidis habuerit.

Negligentior in Oeconomia.

Tantum tamen abfuit: ut de pertinaci ſuo ſtudio aliquid remiſerit, vel laboribus & curis domeſticis ſuccubuerit: ut quod Junio apud Tragicum de Hercule queritur, ſuperarit & creverit malis, itaque fortunæ frueretur in laudes ſuas ejus vertens odia. Summum juvandis humanioribus diſciplinis ſtudium & indefeſſum conatum, vel illud Aldinum teſtatur, quod inſtituto ſuo accommodatum Muſæi foribus præfixerat: *Quisquis es, rogat te Oporinus etiam atque etiam: ut ſi quid eſt quod à ſe velis, perpaucis agas: deinde actutum abeas: niſi tanquam Hercules defeſſo Atlante, veneris ſuppoſiturus humeros. Semper enim erit, quod & tu agas: & quotquot huc attulerint pedes.*

Grande æs ſe alienum contrahit.

Inſcriptio Muſæi Oporini.

Nec vero ſolum aliorum lucubrationes & ſcripta edidit: verum plurima etiam ſuo Marte conſcripſit, ac in ordinem redegit. Nam in *So-*

Scripta & opera Oporini.

in *Solini Polyhiſtoris* aliquot capita ſcholia ſcripſit: varias Doctorum *in Demeſthenis orationes* annotationes collegit: *propriorum nominum Onomaſticon* confecit: cenſuras *in Vallæ elegantias* conquiſivit: annotationes varias *in Ciceronis opera* in ordinem redegit: idem *in Plinii hiſtoria naturali*, & aliorum ſcriptorum monumentis præſtitit: *Bucolicorum Latinorum* auctores omnes, & inſuper recentiores *Comicos & Tragicos*, una cum *Satyrographis*, coepit & conjunctim edidit. *Plutarchi* vitarum epitomen ab innumeris mendis repurgavit: annotationes *in Tuſculanas* quæſtiones ſcripſit: quædam *in Theocrito & Xenophonte* è Græco vertit: *Heſiodi opera* ad verbum expreſſit, adiectis annotationibus: *Ariſtotelis opera* omnia ut Latine ederentur primus curavit, doctiſſimorum virorum translationibus undique conquiſitis, & in ordinem redactis. Ut etiam majori cum fructu artium bonarum ſtudioſi in autorum lectione verſari poſſint: indices in eos copioſos & laborioſos confecit: id quod in *Platone*, *Ariſtotele*, *Plinio*, *Polluce*, *Cælio Rhodigino*, & compluribus aliis apparet.

Indices in auctores varios ſcribit.

Celebritas ejus.

Iſtiusmodi lucubrationibus, & optimorum quorumvis auctorum politis editionibus à doctis omnibus gratiam iniit maximam: & nomen in repub. literaria ſibi comparavit præclarum ac nunquam intermoriturum. Quicunque enim illius ævo aliquid in publicum ingenii ac doctrinæ monumentorum daturi erant. Oporini ex officina id ut prodiret, expetiverunt: literis & dedicationibus etiam ipſum ornarunt: rati vel hinc lucubrationibus ſuis non parum dignitatis & commendationis acceſſurum: ſi Oporini nomine & typis ſcripta ſua in aliorum conſpectum venirent. Ita *Andreas Veſalius*, ut de aliis taceam, opus anatomicum Oporini typis commiſit: *Eraſmus* etiam complura eadem in officina edidit.

Ducit quartam uxorem.

Tandem *quarta uxore* ducta, vidua *Ulrici Iſelini*, *Bonifacii Amerbachii* filia, adſiduis ejus precibus, quod ferendo tanto oneri eum ſenecta ingraveſcente diutius vix futurum præſagiret victus, typographiam vendidit, nunquam ſuarum rationum ſubducta ſumma.

Vendit typographiam.

Non multo poſt ſuſcepit filium, ſenectutis ſuæ ſolatium, & familiæ columen futurum. Nec tamen diu gaudium hoc gaudere ipſi datum eſt. Quinto enim poſt illum natum menſe, ex catarrho & cephalalgia epidemia cepit decumbere, cum alioqui corpore eſſet ſano & firmo. Excepta enim paralyſi, qua in itinere aliquando fuit affectus, nunquam alias ægrotavit. Vigeſimo poſt die, ſexto Julii, anni ſexageſimi octavi, ſupra mille quingentos, circa horam nonam antemeridianam ſexagenario major rebus humanis eximitur. Elatus eſt humeris Academiæ: & in ſummo templo, juxta exuvias *Grynæi*, *Oecolampadii*, *Munſteri*, & aliorum, qui vivacibus ingenii monimentis nominis perpetuitatem ſibi pepererunt, ſepultus, cum tali epitaphio:

Morbo epidemico corripitur.

Eoque extinguitur.

Æternitati.
IOANNES OPORINUS
Baſil. typographus,
Doctus, operoſus, elegans
Libris innumeris,
Virtutum herede ex IV. conjuge unico relicto,
Publicis lacrymis, privata pietate, ſexagenario major heic conditur.

Epitaphium ejus.

Frugifer Autumnus periit dIs notus & orbi,
Orchion elapſus nautis meditatur Arion.
Quantula ſint hominum corpuſcula diſce Viator:
Magnus Oporinus conditur hoc tumulo.

Paucis ante obitum diebus, machinæ horariæ pondera, ex iis, quæ campanæ pulſu ſomnum excutiunt, ſuperne cum ſuaviſſimo tinnitu, in pectus ſuum devolvi per quietem vidit; tanto cum impetu, ut ſtertentem etiam excitarit: tanta cum harmonia, ut vel recordatione ſola mirifice oblectaretur. Eo concentu edito, pondus ipſum incredibili celeritate, pari ſtrepitu elabi viſum. Ipſe ſubridens: *Miſericordias Domini quis enunciabit? qui innumeris donis ſuis hanc tam placidam & paternam admonitionem, ceu colophonem addere voluerit. In manu certe tua, Deus, & vita, & mors noſtra. Tu miſerere noſtri.*

Fuit vir religioſus & integer, erga omnes præſertim ſtudioſos, ſupra facultatum modum, liberalis: in ſuos pietatem declaravit ſingularem. Nam cum pater artem ſuam deſeruiſſet: ne idola & id genus imagines pingeret: illum Oporinus, innumeris graviſſimarum expenſarum moleſtiis undiquaque circumventus, pie aluit, nihilque ipſi, quam diu ſuperfuit, deficere eſt paſſus. Iiſdem pietatis officiis ſorores (matrem enim mature amiſit) proſecutus. Erat in eo veritatis ſtudium maximum, & candor illæſus. Exſpaciatus aliquando ad *Joannem Rodolphum Stoer*, Abbatem Morbacenſem, negotii cujuſdam conficiendi cauſa. Cum admiſſus continuo non eſſet, domum rediit; & ſatis acerbas ad Abbatem literas miſit: quibus ludibrio ſe & morionis loco haberi, moleſtum ſibi eſſe oſtendebat: ſed quia *ſtultorum* eſſet, *vera dicere*, ſe quoque vera dicturum, affirmabat. Inde in ſtolidam aulicorum plerorumque ſuperbiam eſt invectus; qui imperitia aliorum abuſi, uſurpata omni adminiſtratione & imperio, inoleſcerent, altosque gererent ſpiritus. Abbas, ne *cicadam ala corriperet*, amiciſſime Oporinum invitavit: & annuum ſtipendium, quo Sigiſmundum Gelenium, virum doctiſſimum, honoraverat, poſt obitum illius in Oporinum bibliothecæ ſuæ locupletandæ ergo, tranſtulit. *Ferdinandus* Auguſtus, hominis quoque probitatem amplexus, clementiſſime ſe Oporino dedit: & ut merces ejus improfeſſæ Briſaci, ad Rhenum oppido pera mœno, ubi portorium Auſtriaci colligunt, prætervehêrentur, benigniſſime conceſſit. Sed Oporinus, futura

vel

vel compendia, vel diſpendia parum conſiderans, hanc quoque neglexit commoditatem. Palatin. etiam Elector *Fridericus* Oporini integritatem & in excudendo induſtriam miratus, Haidelbergam eum invitavit: ubi res ſuas melius fortaſſis ſtabilire potuiſſet: niſi pro natalis ſoli dulcedine maxime opimas conditiones repudiaſſet.

Felix fuit plurimorum ſuæ ætatis doctorum amicitia; quos nominare hic non eſt neceſſe. Collegio illi, de quo diximus, cum eſſet præfectus: *Eraſmo* Baſileam reduci, & vitæ ibidem cataſtrophen exſpectaturo, vinum honorarium officii cauſa offerebat. In mutuum complexum poſtquam veniſſent, & dextras junxiſſent: Eraſmi manum Oporinus durius compreſſit. Ille, ut erat chiragricus, graviter ſe lædi exclamat. Sive ſerio ſive joco hoc ab Eraſmo factum: Oporinum conſtat attonitum obmutuiſſe. Id animadvertens Eraſmus, amice compellat: vinum infundi jubet: & ut animum recipiat hortatur. Conſedit cum ſuo comitatu, qui ob Eraſmi adventum frequens erat, Oporinus: & ſemel atque iterum in orbem redeunte poculo, ad ſe quoque reverſus, docta & gravi oratione atque Eraſmo ipſo, digna, Eraſmum excepit. Digreſſi ſunt non abſque mutui amoris fomite: quo veræ benevolentiæ ſancte cultæ igniculos ſemper aluerunt. Ex amicis itidem non defuerunt: qui liberalitate ſua, ubi ille defecerat, paratiſſimo ſubſidio fuerunt; ac ſæpe omni ope deſtitutum tempeſtive ſublevarunt. Digna equidem æterna memoria & prædicatione eſt munificentia *Ludovici Grempii* IC Argentinenſis Reipubl. advocati, & *Ioannis Sturmii*, Academiæ ibidem rectoris, qui debitæ pecuniæ non exiguam ſummam Oporino mortuo remiſerunt. Idem fecit *Henricus Petri*, Typographus celebris; qui *quadringentos florenos* in uſum typographicum Oporino ſuppeditatos, pupillo liberaliter condonavit. *Henr. Pantal. l. 3. proſopogr. Andreas Iociſcus Sileſ. oratione de vita & obitu Oporini. Zwingerus in Theatro.*

JOANNES LONICERUS.

HIc anno à partu virgineo nonageſimo nono, ſupra mille quadringentos, *Orthernii*, quod oppidum eſt comitatus Mansfeldenſis, honeſtis parentibus, ejus oppidi civibus, in lucem editus, cum ea eſſent tempora, quibus ſcholæ per Germaniam reſtituebantur; rudimenta literarum in ludo patriæ celeriter arripuit. Verum cum paulo durius à vitrico injuſto tractaretur, qui eum ab honeſto propoſito ad alias illiberales artes retrahere conabatur; *Islebiam* conceſſit, ibique ludum literarium frequentavit, ne teruncium à vitrico in ſumtus faciendos accipiens. Deus tamen mirabiliter illi de victu & amictu, ſi non ſtatim liberaliter, ita tamen proſpexit; ut multa ferens, multa faciens ſudansque & algens, dum divinum auxilium in timore Dei expectaret, nihil intolerabilis inediæ inopiæve perpeſſus ſit; juxta & ſtudia ſua ſedulo urgendo, & honeſtis adoleſcentibus miniſteria ſua deferendo.

Mox ex pulveribus iſtis ſcholarum trivialium caput exerens atque ex variis vitæ ſcholaſticæ, quæ in paupertate tranſigitur, fluctibus fortunæque novercantis procellis eluctans, tandem in Academiam Erphordienſem, tanquam in portum aliquem quietiorem appulit. *Erphordiam ſe confert.* Erat autem tum Academia illa præ cæteris Germaniæ Gymnaſiis magnæ ac præcipuæ æſtimationis; florebatque fama ac celebritate virorum politioris literaturæ peritia excellentium. Inde *Wittembergam* ſe contulit motus fama Lutheri, quem ibidem cum aliis ita audivit, ut velut regeneratus illico videretur, atque ita in ſtudiis tam ſacris quam philoſophicis progreſſ⁹ eſt: ut viceſimo quarto Januarii, anno vigeſimo primo, competitore *Iano Cornario* illo, qui Hippocraticam Medicinam in ſchola Marpurgenſi deinde ſumma cum laude profeſſus fuit, in eadem Wittembergenſi Univerſitate conſecutus ſit Magiſterii inſignia. *Inde VVittembergam.* *Cum I. Cornario philoſophico teſtim. ornatur.* Ibi cum ob raram linguarum cognitionem doctis viris innoteſceret; Philippus Melanchthon & Ioachimus Camerarius ejus opera ad Lexicon Græcolatinum, quod locupletabant, augendum utebantur. *Iuvat Melanchth. & Camerar. in Lexico Græcolatin.*

Sequenti anno viceſimo ſecundo, Friburgum Briſgoiæ vocatus abiit; ut ſanctam linguam ibi profiteretur; verum non amplius anno uno ibi ſubſtitit, non ſine laude officio ſuo ſatisfaciens. *Abit Friburgum Briſgoiæ.* Anno exacto illic ſoluit, & anno viceſimo tertio Argentoratum venit, ubi quartum in annum commoratus familiariſſimum habuit virum de literis optime meritum *Nicolaum Gerbelium* IC. *Argentinam petit.* Agens itaque illic, & rei typographicæ in corrigendis prælorum mendis operam navans; hortatu Philippi Melanchthonis, Græcos codices nonnullos, inprimis vero *Græca Biblia cum novo Teſtamento, & Homeri opera* diligenter reſtituit. *Nicolaus Gerbelius.* *Iuvat typograph. operas. Reſtituit auctores Græcos.* Catecheſin Latinam adverſus Tetzelii diplomatarii indulgentias, de bona Dei voluntate erga omnes Chriſtianos, deque ſanctorum cultu & invocatione, tum edidit. Multa quoque Martini Lutheri ſcripta ex vernaculo in Latinum vertit, præcipue alteram partem enarrationum Evangelicarum Dominicalium: Commentarios ſuper quaſdam ſacras odas, theſimque illam; quod *Chriſtus Iudæus natus ſit*: catecheſin Lutheri majorem; enarrationes in Abacuc prophetam. *Vertit Lutheri ſcripta.* Atque ſic non ſolummodo humanioribus ac philoſophicis; ſed & ſacris ſtudiis à juventute ſedulo incubuit.

Dum Argentorati commoratur, uxorem ducit, anno viceſimo quarto, honeſti iſtius Reipubl. laudatiſſimæ civis filiam. *Ducit uxorem.* Vixit cum ea in annum quadrageſimum ſextum conjunctiſſime, ad canos uſque & plenam ſenectutem. Suſcepit ex eadem multam utriuſque ſexus prolem, filios præcipue quinque, qui parentis ſimillimi paternas virtutes ſtrenue æmulati ſunt. Omnes enim & ſinguli evaſere in viros eruditione & virtute eminentes, qui tũ in Eccleſia tum in Repub. & ſcholis

tales ſe præſtitere, ut non minus de illis, quam de parente ipſorum prædicari ac dici queat: *Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt.*

Marpurgum vocatur. Egit Lonicerus annos quatuor civem illuſtris Reipub. Argentinenſis non inutilem, nec ignavum. Quare cum per ora doctorum volaret; venit in Illuſtriſſimi Principis Haſſiæ, qui tum prima fundamenta ſcholæ ſuæ jaciebat, primorum conſiliariorum notitiam, interque eos in D. *Joannis Ficini* tum Cancellarii Hasſiæ; quo patrono à Principe in ſcholam Marpurgenſem accitur honeſta ac legitima vocatione anno viceſimo ſeptimo; ut Græcas ibi literas publice doceret. Non ita multis annis poſt, commiſſa eſt ei ad profeſſionem Græcam Hebrææ linguæ lectio: cui utrique ita præfuit, ſimulque privata inſtitutione multos ita erudiit in omnis generis diſciplinis honeſtis; ut trium linguarum peritiſſimus ubique dilaudaretur. Poſtea vero circiter annum trigeſimum nonum vocatus *Inde ad Eccleſiam Luneburgenſem.* eſt à Senatu Reipub. Lunæburgenſis, ut Eccleſiarum iſtius populoſæ & claræ civitatis Superintendentem ageret, oblatis ut loco honeſtiſſimo, conditioneque ſplendidiſſima, ſic etiam ſtipendio valde amplo atque opimo: *A principe ſuo detinetur.* Verum princeps Haſſiæ; qui inprimis ſuæ ſcholæ per viros doctos proſpectum conſultumque cupiebat, quemque Loniceri eruditio, virtus, integritas, utilitas denique quæ ex ejus tam publica quam privata inſtitutione ad juventutem ſcholaſticam in ea univerſitate dimanaret, minime fugiebant; dimittere eum omnino noluit, & per literas, quibus dimisſionem ei denegat, admodum clementer ſcriptas, liberaliſſimarumque promiſſionum plenas, detinuit.

Invitatur & in patriam. Docuerat in ea Academia annos quatuordecim, ad annum uſque quadrageſimum primum; quo ipſi à patria itidem Eccleſiarum inſpectionis munus honeſtiſſimum ac ſacroſanctum, cum ſalario annuo ſatis liberali oblatum eſt. Spartam tamen, quam erat nactus, ornare maluit. Etſi enim ſplendoris plus habent alii quidam gradus, tamen ſi vere volumus æſtimare, ſumma eſt ſcholarum dignitas, hisque imperia & omnes politiæ præcipue ſervire debebant.

Quoties à publicis & privatis muneribus ipſi laxamenti aliquid fuit; nunqam ocioſus inventus eſt; ſed ſemper vel ſcriptionibus vel lectionibus deditus fuit; quod monumenta, quæ poſteritati plurima reliquit, luculenter *Scripta Loniceri.* teſtantur. Præter enim Catecheſin de bona Dei voluntate erga quemvis Chriſtianum, deque ſanctorum cultu & invocatione, quam initio creſcentis Evangelii anno viceſimo tertio conſcripſerat, cujuſque ſupra memini, præterque multa D. Martini Lutheri ſcripta, quæ in Latinam linguam convertit, præter item operam, quam in Lexico Græco locupletando, Bibliis Græcis, & Homero Græco integre reſtituendis locavit, multa poſteritati lectu digniſſima & utiliſſima mandavit: ut *Theologica.* ſunt *Exegeſis veteris* cujuſdam Theologi Græci *Theoduli*, ut putatur, in Epiſtolam ad Romanos ab eo Latinitate donatam: *Theophylacti enarrationes* in omnes Paulinas Epiſtolas Latinæ factæ: *Commentaria Græca* in Pſal. centeſimum decimum octavum per ipſum ſcripta: Figurarum, ceremoniarum, & promiſſionum omnium veteris Teſtamenti explicatio, & ad Chriſtum filium Dei applicatio: *Auguſtanam Confeſſionem* Græce ante obitum, licet, non omnino ſine labore, propter uſitatas phraſes & terminos purioris antiquitatis, quibus autor iſtius confeſſionis creberrime utitur retinendos, tamen ex tempore vertit: ejuſdem *Apologiam* itidem bona ex parte Græce reddidit. Ex politioribus autem literis ſunt: *Nicandri* poetæ Græci *Theriaca & Alexipharmaca*, Latine per ipſum verſa & ſcholiis illuſtrata: *Pindari* Lyrici Græci poetæ opera omnia Latino ſtylo, doctiſſimis additis ſcholiis, reddita: *Sophoclis Ajacem* flagelliferum: *Callimachi hymnos* in Jovem & Apollinem convertit, & carmine reddidit: *Lycurgi adverſus Leocratem* Orationem, *Demoſthenis orationem de claſſibus*, Latinis auribus exhibuit. Extat ejuſdem *Grammatices Græcæ, & Rhetorices Latinæ methodus*; *Phyſicorum Ariſtotelis* librorum, *de generatione & corruptione*, *de longitudine & brevitate vitæ: de vitâ & morte* animalium; *de anima: Ethicorum ad Nicomachum* compendium: *Meteororum ex Ariſtotele, Plinio, Pontano, ſynopſis*: In *Dioſcoridis* de materia medica, ſive de ſimplicibus libros ſex ſcholia, additis nomenclaturis Græcis, Latinis, Germanicis & Hebræis: *Galeni libros de uſu partium humani corporis* in quæſtiones dilucidas & ſuccinctas redegit. *Orationes & declamationes* ſcripſit & habuit plurimas, quarum aliquæ impreſſæ, multæ nec dum editæ.

Sunt ex his oratio ad Imperatorem Carolum V. pro impetrandis privilegiis univerſitatis Haſſiæ: *Genethliacon* Principis Wilhelmi Haſſiæ: Oratio funebris & Epicedia in obitum *Ioh. Ficini* Cancellarii Haſſiæ: Oratio in mortem *Ioh. Ferrarii Montani* I. C. Luctus & Epitaphia in funus *Caſpari Rodolphi*: Oratio de verbo incarnato: Oratio de meliore literatura amplectenda ad ſtudioſam juventutem: Græcæ linguæ Encomion. Epithalamia, Epicedia, Epigrammata innumera moralia frequenter ſolebat ſcribere; quæ ſingula recenſere longum foret. Adſervant poſteri ipſius, abſolutiſſimos in totum Pſalterium Davidicum commentarios: item diſpoſitionem & ſummaria in omnes Paulinas, aliaſque novi Teſtamenti epiſtolas, cum pluribus aliis lucubrationibus. Idem etiam Iſocratis orationes omnes tranſtulit & recognovit, cum vita ejuſdem ex Plutarcho, Philoſtrato & Dionyſio Halicarnaſſ. quæ Marpurgi impreſſæ ſunt, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo.

Mores ejus. Erat illi ingenium mite & placidum, moresq; amabiles, ſuaves, ſeniles, manſueti humanique, adeo ut vere dicere queas, eum ad humanitatem & manſuetudinem quaſi divinitus ſculptum factumque.

Sic

Sic in aſpectu inceſſuque, omni denique animi corporisque habitu ac motu, eandem ſuavitatem & lenitatem conſervabat. Sobrietatis adeo fuit ſtudioſus; ut nunquam illiberalibus conviviis libenter interfuerit, nec unquam ex ullo ſympoſio ebrius ſurgere viſus ſit. Verecundiam inde uſque à puero tanquam omnium virtutum reginam illibatam ſumma ſemper cura retinuit. In reliqua vero vita nihil illo erat pudicum magis, nihil ab omni turpitudine remotius. Poſtremo qualis ante acta vita ejus fuit; talis & extremus ejus actus, hoc eſt, mors fuit; nimirum piiſſima & placidiſſima. Atque vel ſola vox illa, quam paulo antequam expiraret, omnem prorſus ægritudinem ac dolorem diſſimulans, ad ſuos interrogantes, *num dormire vellet*, protulit, inquiens, *jam indormiſcam*: hæc inquam, vox cum qua illico expiravit, vel ſola teſtis eſt, eum lætum & triumphantem ex hac vita commigraſſe, quod factum viceſimo die Julii, anno Chriſti ſexageſimo nono, ſupra mille quingentos; ætatis ſuæ ſeptuageſimo. *Ex parte tertia Iconum virorum illuſtrium.*

CHRISTOPHORUS WIRSUNGUS.

1571. Jan.

EDidit *Chriſtophorum Wirſungum* nobilis Imperii urbs *Auguſta* Vindelicorum, familia patricia & clara, anno ſeculum decimum quintum à Chriſto repræſentato, inchoante.

Bonis literis à puero imbutus vir evaſit omni laude dignus: civis in patria ſua honoratus: ſenior, ſive diaconus in Eccleſia Auguſtana, multos per annos inculpatus. Poſtea, rebus ſuis ita ferentibus, in Palatinatum Electoralem conceſſit, ſedemque fortunarum ſuarum, & ſenectutis domicilium *Heidelbergam*, Palatinatus caput, elegit. Eo in ocio ipſe minime fuit: ſed è Latina in vernaculam linguā magna diligentia & fide convertit ingnes* *Auguſtini Marlorati, in totum novum Teſtamentum Commentarios*. Idem Wirſungus in lucem tunc dedit Germanica lingua *de medicina librum*, doctorum virorum judicio utiliſſimum: in quo primum omnia humani corporis externa & interna membra deſcribuntur; deinde ſingulorum morbi, eorundemque remedia, longo uſu in aliis obſervata, fideliter indicantur. Edidit præterea *Marcelli Palingenii Stellacenſis* (cujus cadaver, propter pietatis doctrinam, in Italia exhumatum concrematumque fuit) poëmata, doctiſſimis adjectis commentariis. Vertit etiam ex Italico tragœdiam *Calixti & Melibæi*, item *conciones & apologos Bernardi Ochini*: quæ omnia extant.

Cum vero & homilias *Ludovici Lavateri* in Joſuam cepiſſet eadem diligentia & fide è Latinis facere Germanicas; annum agens ſeptuageſimum primum, inter ipſos labores, nullo ferme morbo laborans, poſt editam fidei confeſſionem, actasque DEO pro omnibus beneficiis, & inprimis pro redemtione noſtra, gratias, ſumma cum ſpiritus lætitia, vultu etiam & verbis ad extremum uſque declarata, die 25. Januarii intra primam & ſecundam pomeridianam, quiete obdormit in Domino, anno Chriſti 1571.

Fuit vir pietatis veræ ſtudioſus; conſuetudinis ſuaviſſimæ; vitæ integerrimæ; literarum & literatorum amantiſſimus. *Mores.* Amicos habuit ſuæ ætatis viros præſtantiſſimos, inter quos *Beatus Rhenanus*, *Conradus Geſnerus*, alii. *Amici.*

Filium reliquit *Philippum*, Medicinæ Doctorem: filiam vero *Mariam*, elocavit in matrimonium nobili viro, *Chriſtophoro Ehemio*, patricio Auguſtano, & Cancellario Elect. Palat. quæ paulo poſt patrem obiit, cum eodem ſepulta Heidelbergæ ad D. Petri in choro. *Liberi.* *Ex programmate funebri à D. Zanchio, tunc Academiæ Rectore, propoſito, & aliis.*

GEORGIUS FABRICIUS.

Ω. 1571. d. 13 Julii, æt. 56. curr.

NAtus eſt *Georgius Fabricius* Chemnitii, urbe Miſniæ celebri & optime morata; anno Chriſti 1516. d. 24. April. *Educatio.* Ut primum ingredi & loqui cœpit, in ſcholam patriam à parentibus deductus eſt: ut una cum ætate molli & tenera pietatis & literarum ſtudiis ſeſe imbueret. Ab his vero initiis progreſſus eſt paulatim ad literas Latinas & Græcas, in quibus tantum profecit; ut celeriter æqualibus & condiſcipulis ſuis ingenii gloria antecelluerit. Inprimis vero ſe ad ſcribendi carminis ſtudium contulit, ad quod naturæ quædam adjumenta non contemnenda habere viſus eſt. *Ad poëſin natura fertur.* In hoc itaque ſtudio caſte integreque ſic verſatus eſt, ut & propter carminis venuſtatem & mores ſinceros atque incorruptos, amaretur à multis.

Cumque ad ſcholarum miniſterium uſumque ſeſe pararet; mature nactus eſt, in ſchola quidem patria, locum ſub *Hertelio*, Fribergæ ſub *Rivio*, Lipſiæ vero ſub *Bornero*, ubi primum ingenio, moribus & doctrina ejus delectati *Werteri*, antiqua nobilitate & virtute fratres in Thuringia, *Wolffgangus*, *Philippus*, *Antonius*, adſciverunt eum Magiſtrum & moderatorem ſtudiorum ſuorum. *VVerteri Fabricium ſibi adjungunt.* Nam cum *Wolffgango* profectus eſt in Italiam, cujus Academiæ tunc ſtudiis liberaliſſimis florebant, & Profeſſoribus eruditiſſimis affluebant. *Fabricius in Italiam proficiſcitur.* Erat enim tunc Italia vere domicilium literarum, ad quam tanquam ad mercaturam bonarum artium proficiſcebantur fere omnes, qui anteire cœteros doctrina atque ſcientia ſtudebant. Ibi ergo non audire ſolum doctiſſimos viros *Lazarum Bonamicum*, cui una cum VVertero commendatus erat à *Julio Pflugio*, Neopurgenſi præſule, & alios quam plurimos Fabricio licuit: ſed Romam etiam ipſam, quæ *Romam inviſit.*

caput orbis Chriſtiani habita eſt multis ſeculis contemplatus eſt. Idque non eo modo, quo plerique alii, qui adſpectu ſolo contenti ſunt: ſed ita in omnes partes, angulos, receſſus, templa, arces, oculos & mentem conjecit; ut conferre pene ſingula cum antiquorum deſcriptionibus, quæ in Poetis præſertim ſparſæ ſunt, inciperet. Ex quo etiam *Roma* ejus nata eſt, quæ pulcre ad verſus vetuſtorum Poëtarum ſic aptata eſt, ut expreſſa ex illis, & effi cta eſſe videatur. Hoc vero quicquid eſt, quod certe magnum eſt, in homine Germano, Werteri liberalitati acceptum referre debemus omnes, quotquot imagine veteris Romæ delectamur, ad quam, ſi ea, quæ nunc eſt, conferatur, umbra vix eſſe videbitur. Adeo & vetuſtate temporis, quæ omnia conſumit & incurſu barbarorum, bellis, incendiis, & aliis calamitatibus diminuta eſt.

Fabricii liber cui Roma titulus.

Fabricius cum VVertero Argentinam venit.

Cum eodem Wolfgango etiam Argentinenſe gymnaſium adiit, quod optime conſtitutum, Duce & Rectore *Joanne Sturmio*, proſpere feliciterque in ſtudiis optimarum artium procedebat. Eodem poſtea reverſus eſt denuo cum fratribus *Philippo & Antonio Werteris*. Inde Miſenam, *Joannis Rivii* potiſſimum ſuaſu, accerſitus ad illuſtris ludi conſtitutionem atque gubernationem, annos *viginti ſex* fide bona, ſtudio indefeſſo, patientia laborum & onerum incredibil i, & conſtantia infracta illo officii munere functus eſt. Et quidem usque ad extremum vitæ diem in eo permanſit. In hoc vero ſcurriculo & pulvere ſcholaſtico, quamvis difficili & faſtidii pleno, non docendo ſolum & regendo; ſed libros etiam ſcholis utiles & neceſſarios edendo privatim & publice prodeſſe conatus eſt.

Miſenam accerſitur. Regit ibi ludum illuſtrem 26. ann.

Vita ſcholaſtica miſera.

Etenim per ſe labor eſt ingens, tot puerorum adoleſcentumque libidinem cupiditatemque indomitam atque effrenatam comprimere, & ad accipiendos pietatis, virtutis atque eruditionis ſatus præparare atque traducere. Tum augent etiam difficultatem alia impedimenta, quæ fere quotidie obſtrepere bonis præceptorum conatibus ſolent. Quæ profecto tot tamque varia in ſuo iſto munere ſenſit atque expertus eſt Fabricius, ut mirum ſit eum ſuperare potuiſſe. Quo ſane præclarior virtus hujus viri, & admirabilior videri debet; quod in tantis occupationibus tam moleſtis, tam gravibus & diuturnis, non ſuccubuit tamen: nec, ut plerique faciunt, loco ceſſit relevatione aliqua & relaxatione quæſita, ſed firmiter in ſtatione iſta tanquam in acie, in quam à Deo ſe collocatum ſciebat, usque ad finem vitæ ſuæ perſeveravit. Idcirco Imperator Rom. *Maximilianus* II. ſapienti conſilio & more inſtitutoque majorum ſuorum, tam * laureæ dignitate, quam nobilitatis veræ inſignibus, ſub ipſa morte illum decoravit.

*Maximilianus 2. Fabri. * Laurea & nobilitatis inſignibus donat.*

Ex quo elucet, Fabricium, laude, prædicatione, literis & memoria digniſſimum eſſe. *Tres* enim ſunt *artes*, quæ ſalutem rebus humanis afferunt, & poſſunt locare homines in amplo dignitatis gradu: *ſcientia literarum, intelligentia politica, & rei militaris peritia.* His enim continetur, & munitur omnis Reſpublic. Et qui in harum una excellit, merito magnus & honore dignus cenſetur.

Tres ſalutares rebus ma...

Sed ex his eam potiſſimum delegit & ſecutus eſt Fabricius, quæ reliquarum adminiſtra quidem eſt; ſed mater tamen, & quaſi fons quidam merito habetur. Profeſſio videlicet earum artium, quibus ætas puerilis ad humanitatem informatur, & ad omnium eccleſiaſticorum & civilium munerum adminiſtrationem præparatur. Ut autem ædificiorum fundamenta certa eſſe oportet: ſic initia omnis doctrinæ, ſapientiæ & induſtriæ, ad quodcunque officii munus in Eccleſia & Repub. neceſſariæ à puerili inſtitutione in ſcholis fa cere neceſſe eſt: ut uſui Reipublic. & Eccleſiæ fore eos non dubitemus, quorum ætas prima rectis ſtudiis ad honeſtatem, pietatem, atque integritatem informata eſt. Neque profecto officinæ ſunt aliæ probitatis atque doctrinæ, quam ſcholæ: quæ ob id gymnaſia recte dicuntur; quod in iis ingenia puerorum adoleſcentumque ad artes, quarum uſus eſt in vita neceſſarius exerceantur.

Di... & vit... laſ...

Sch... recte gym... dici...

In tali officina omne curriculum induſtriæ Fabricii elaboratum eſt, annos amplius *viginti ſex*. In quo quidem quo plures moleſtias vidit, difficultatesque acerbiores exſorbuit: eo plus opis & emolumenti, ad omnes civilis & eccleſiaſticæ poteſtatis partes attulit. Ex ludis enim prodire oportet adoleſcentes juvenesque, ingeniis, moribus, atque literis inſtructos, ad capeſſenda munera docendi in Eccleſia, cauſas agendi in foro, judicandi controverſias in judicio, & decidendi componendique lites privatas & publicas in curia, & omnibus vitæ partibus.

Denique nihil eſt uſpiam, quod non adminicula doctrinæ ſcholaſticæ deſideret, non cenſus, non reditus, nec negotium pene ullum ſine artis beneficio confici poteſt. Usque eo in omnibus rebus *calamus ſcriptorius dominatur*; ut merito in capite tanquam ſummum decus & ornamentum geſtetur.

Cum igitur tot annos continuos juniores in Miſenæ illuſtri ludo erudierit Fabricius: facile intelligi poteſt, quantum rebus humanis commodarit. Etenim cum ex opere effecto æſtimari ſoleat artifex: fuerunt permulti nobiles, virtute, eruditione, facundia, & autoritate præſtantes viri, quorum induſtria partim in aula Saxonica publice tanquam lumen luxit: partim in judiciis diſceptationibusque publicis & privatis abunde conſpecta eſt. Fuerunt in Eccleſiæ muneribus atque functionibus multi viri literati, qui docendo ſanctum DEI verbum multis prodeſſe, jacentes erigere, ſecuros terrere, & exanimatos ex faucibus & ore Satanæ infernique ereptos ad ſpem vitæ, atque lætitiæ ſempiternæ excitare potuerunt.

Diſc... Fabri... perm...

Nec defuerunt qui paſſim in ſcholis alios viciſſim ſalutari doctrina erudierunt, & utilitatis fructum magnum communi vitæ præbuerunt. Atque illi quidem omnes memori

mente

mente, gratoque ore, id quod ſciverunt, ſi non omnino, multo maxima tamen ex parte, Fabricio acceptum tulerunt; ingenue per quem profeciſſent, profitentes. Fabricii enim diligentiam prædicarunt, fidem admirati ſunt, & induſtriam ſuſpexerunt. Quin illi ipſi etiam, qui ex ludo ejus & diſciplina in bellum profecti ſunt, ejus inſtitutionis piæ fructum aliquem abſque ulla dubitatione perceperunt, quoties admonitionum ejus ſedularum de cultu pietatis, & pœnis horrendis contemtus Dei & violationis juſtitiæ fuerunt recordati.

Si quis igitur honos, tanquam merces virtutis, his debetur, quorum merita in Rempub. ampla ſunt: negare profecto non poſſumus, quin Fabricio maximus, ob tot ejus in Eccleſiam & Rempub. beneficia, ſit habendus. Si quoque ex doctrina ſua nobilis & clarus olim fuit *Demetrius*; ſi ex profeſſione literarum & artium nobiles dicti ſunt nonnulli philoſophi: aut ſi propter dicendi doctrinam illuſtris & nobilis nominatus eſt *Iſocrates*: haud ſane video, cur non pari jure & æquitate nobilis & clarus habeatur Fabricius: quippe qui in docendis literis tanta cura tantaque ſedulitate verſatus eſt, ut ex ejus officina prope innumerabiles prodierint viri literati, atque diſerti; quorum uſus fuit diuturnus in eccleſiaſticis pariter & civilibus muniis atque negotiis.

Neque vero docendi partibus hiſce difficilibus & arduis contentus fuit Fabricius; ſed in ſcribendo inſuper etiam magnum ſtudium multamque operam navavit. Nam *res Miſnicas verſibus & oratione ſoluta* ornavit & inclytam Ducum atque Electorum Saxoniæ familiam attigit; ut non tam Rector ſcholæ bonus, quam ſcriptor purus atque fidelis jure dicatur, nec injuria de eo prædicari elogium hoc poſſit:

Gymnaſiarchus erat præſtans, ſcriptorq; diſertus.

Eſt enim in his, quæ in iſto genere ſcripſit, & mira orationis puritas, & rerum ipſarum, quas perſecutus eſt, inſignis, perſpicua tamen & apta brevitas.

In carmine vero tanta eſt numerorum concinnitas, tantus verborum delectus, tantaque rerum ſanctimonia, atque caſtitas, ut non adæquaſſe ſolum in hoc genere multos ex antiquiſſimis, ſed in aliquibus etiam ſuperaſſe videatur. Etenim in verbis eam curam adhibuit; ut ab iis, quæ ethnicam idolomaniam redolent, noſtramque religioſam pietatem lædunt, data opera abſtinuerit. Et recte quidem.

Quæ eſt enim inſania, in tanta luce verbi divini cum cæcis Ethnicis colludere? Quaſi vero ſcriptorum Propheticorum & Apoſtolicorum tanta ſit inopia, ut ad ſcribendũ Chriſtianum carmen phraſes nobis deſint, niſi ab ethnica idolomania mutuemur.

Sed delectat ſcilicet juniores copia illa atque varietas, quæ in Ethnicis Poetis admodum jucunda eſt; ut ad eam, tanquam ad Sirenum cantus adhæreſcant. Quod ipſum etiam ſibi accidiſſe juveni querebatur Fabricius: Ideoque tandem errorem ſuum agnoſcens atque deplorans, tædere ſe atque pudere dixit eorum verborum atque locutionum, quæ ex ethnica idolomania ſuis aliquando poematis adſperſiſſet. Nec poſtea Deum alium aut numen in ſuis verſibus legi voluit; quam illud unicum, verum æternum & amicum generi noſtro, patefactum ſcilicet illuſtribus teſtimoniis verbi, & filii unigenti, Domini & Salvatoris noſtri. Cæterum diis gentium, magnis & parvis, cœleſtibus, terreſtibus, ſilveſtribus, & marinis, pollui & inquinari fœdiſſime ſcripta Chriſtiana exiſtimavit. Inde ſane effectum eſt, ut carmen nullum condere ſtuderet, niſi ſanctum, caſtum, plenum pietate & fide Jeſu Chriſti, quem noſſe ſolum & ipſe volebat, & ut alii noſſe poſſent, operam dabat.

In hoc tandem etiam ſpe, fiducia & ſalute ſua omnia fixa atque locata acquievit, & ex hac mortali ac laborioſa ſchola in cœleſtem Academiam atque conſuetudinem migravit: ubi cum Deo, Chriſto, amore & deſiderio ſuo angelis & omnibus electis ævum agit. Facta autem hæc beata ejus migratio anno ſalutis reparatæ ſupra *milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimo primo*, menſe * Julio: ætatis vero ejus *quinquageſimo ſexto*, climacterico. Diſtichon hoc de ſe vivus ipſe compoſuit. *Obitus Fabricii.* *d. 3. Jul.* *Diſtichon quid de ſe compoſuit Fabricius.*

Fabricius ſtuduit bene de pietate mereri:

Sed quicquid potuit, gloria, Chriſte, tua eſt.

Item hoc:

Σοὶ χάριν οἶδα θεῷ ἐυσπλάγχνῳ, ὅς μ' ἐδίδαξας
Ἐν βιοτῇ τεθανεῖν, ἐν θανάτῳ δὲ βιῶν.

Quæ præter ſupra nominata in lucem dederit: ea indicant nominatim bibliothecæ. *Ex oratione Matthæi Dreſſeri de Fabricio, quæ inſerta eſt illius Rhetoricæ.*

JOACHIMUS CAMERARIUS.

Ω. 1574. d. 17. April. ætat. 74.

CUM alii quorum hactenus vitas circumſcripte perſecuti ſummus, literas optimasque artes, decoquenti Græciæ, ac dormitanti Italiæ, Italo* magno confitente, abſtulerint: tum primipilus hoc in certamine fuit *Joachimus* hic *Camerarius* Græcæ & Latinæ linguæ perinde peritus, *æternumque non ſolum Germaniæ;* * *ſed totius Europæ ornamentum & decus.* Hunc *Pabeperga*, vetuſta & celebris Franciæ orientalis urbs protulit, anno Chriſti ſupra *milleſimum quingenteſimum*, die *duodecima* Aprilis. Patrem habuit *Joannem*, patritium ac ſenatorem patriæ, virum dignitatis & fortunæ nequaquam contemnendæ: qui nullo medicamento, nulla venæ ſectione uſus, annum ætatis octuageſimum ſecundum implevit. Mater *Martha*, ex *Weceliorũ* familia Steinfurtenſi, præter filias quatuor, tres filios, *Hieronymum*, trium principum poſtea cancellarium, hunc *Joachimum* & *Joſephum*, Budæ fun-

** Paulo Jovio in elogiis ſub finem.* ** Turnebi de Camerario judicium.* *Pabeperga patria Camerarii.* *Pater.* ** Ω. anno 1527 ingenti ſui deſiderio relicto.* *Mater.* *Frater & ſorores.*

Cognomen Camerariorum unde. functum vitâ, genuit. *Cognomen *Camerariorum* (vulgo Cammermeiſter) ſeneſcente altero gentilitio avitoque *Liebhardorum*, temporibus Henrici Claudi, à publico aulæ officio, adhæſit.

Educatio & inſtitutio pueritia. His parentibus ortus, ludum literarium primum in patria ad annum ætatis *tredecimum*, frequentavit, magiſtrum nactus, pro ratione illorum temporum, ſatis doctum & fidelem. Is cum aperte eum doctiorem diſcipulum profiteretur; quam ut ſuæ aliquæ partes amplius in docendo eſſe poſſent: læta tam ingenuo omine mater, filium ipſa, anno decimo tertio menſe Aprili, Lpſiam ad *Georgium Heltum Vorchemium*, deduxit. *Lipſiam mittitur & Georg. Helto commendatur.* Habebatur hic judicio omnium juvenilis ætatis moderator bonus, diligens, doctus, qui & ſapientia regere diſcipulos, inſtruereque doctrina, & cum exemplo eosdem monere, tum corripere diſciplina noſſet. Vidit ille ſtatim pueri indolem, & ut ſe præceptorem non minus, quam ipſa ſtudia amaret, ante omnia in ipſum parentis animum ſumſit, recipiens in eorum locum ſe ſucceſſurum, à quibus ſibi commendatus eſſet. Quæ præceptoris non diſſoluta comitas Camerario multum ſane contulit, lætoque ſemper in ſcholæ cætum venienti, quod chariſſimum ſe ſciret, prompte omnia diſcendo procedebant.

Prima philoſoph. lauru ornatur. Non annus interceſſerat, cum primam in philoſophia laurum menſe Septembri adeptus, ſub aliis profeſſoribus, *Joanne Metzlero*, & *Richardo Croco*, ita in Græcis Latiniſque omnium ſpes anteibat: ut Croco ſonticis cauſis impedito, ** Anno æt. & quinto ſeculi decimo ſexto ſupra mille.* jam tum prætextatus * vicariam ſæpe operam interpretandis autoribus Græcis præſtaret. Magna erat tum Græcorum voluminum penuria, enatiſque primum in Germania literis, *Homerum* aut *Herodotum*, alios-ve Graji oris autores habuiſſe & volutaſſe, *Græcorum autorum penuria.* magnum erat. Quare illorum non exiguam cum partem ſua deſcripſiſſet manu, mirum quam de prima *Herodoti* editione *Aldina*, velut Pactoli aut Tagi opibus, ſibi fuerit gratulatus: *Herodotum magni fecit Camer.* adeo quidem, ut in Panico civium adverſum ſtudioſos tumultu, de reliquo parum anxius, unum ſuum Herodotum ſub veſte teneret: è quo ſcriptore ſæpius percurſo Græca poſtmodum addidicit.

Audit P. Moſellanum. Anno ſequente *decimo ſeptimo*, Socrati apud Xenophontem ſubſcribens, qui *aures canales* eſſe *ſapientiæ* ſcite dixit; doctiſſimi & optimi viri, * *Petri Moſellani* fuit auditor adſiduus & diligens: facile ut tum appareret, brevi eum ipſis præceptoribus in omni ſcientiarum ac linguarum cognitione ſuperiorem futurum. ** Richardi Croci docendis literis Græcis ſucceſſoris.* Fuit autem annus, quo audire Moſellanum cœpit, is quo & *Joannes Tecelius* *Joan. Tecelius.* indulgentiarum nundinator in Germaniam venit. Is cum Lipſiæ in æde Paulina pro concione merces ſuas impudenter laudaſſet: auditis monachi ampullis, Camerarius, Helto ſurgente & ſecum abire jubente, templo eſt egreſſus: quod nugas vaniſſimas amplius audiendo tolerare neuter poſſet.

Non ita multo poſt, annos natus octodecim *Erphordiam* venit, cum *Lipſiæ* vixiſſet annis quinque. Ibi magnus optimorum adoleſcentum ad eum factus eſt concurſus; omneſque ipſum benevolentia complexi ſunt ſingulari; inprimis cum *Eobano Heſſo*, elegante poeta, conſtantis amicitiæ fundamenta jecit, & deinde officiis plurimis ſtabilivit. Manſit ea in urbe ad annum usque & ſeculi & ætatis *viceſimum primum*: quo cum *Georgio Sturciade*, juvene politiſſimo, deſignatus, & mox renunciatus decimus nonus ſecundo loco Magiſter optimarum artium declarante judicium de ipſis eorum, qui ſuffragia tulerant *Eobano Heſſo* qui tum luculentam habuit orationem, ut fert mos Academiarum.

Eodem anno celebritate nominis *Lutheri* & *Philippi* invitatus menſe Auguſto, Erphordia jam diſſidiis & tumultuatione quatefacta, & peſtilentiæ lue infecta, *Wittenbergam* ſe contulit. Hic quotquot de ingeniis aliquid poterant judicare, amore ipſum complecti, præcipue vero *Melanchthon*, cui jam antea innotuerat Camerarius, quod Cicero olim Atticum, id ipſe Camerarium ſibi exiſtimare: eoque ſic ſequentibus vitæ annis uti, ut nec familiarius ullo, nec lubentius. Eadem facilitate anno ætatis vigeſimo quarto aditum ſibi ad *Eraſmi* noticiam patefecit & muniit: de qua ipſe in commentariis ſuper Tuſculanarum quæſtionum librum primum. Eo in itinere cum Lipſiæ præceptorem Moſellanum, jam in extremis agentem, ante conveniſſet: non ſine dolore morientis ſuprema verba excepit.

Secutus eſt annus inundatione quadam ut ipſe Camerarius alicubi, & eluvie ſeditionum omni Germaniæ pene fatalis. Coorta enim ſeditione ruſtica; multæ regiones & urbes graviter afflictæ & vexatæ; multi facultatibus omnibus exuti; multa hominum omnis ſexus, conditionis, & ætatis millia crudeliter trucidata fuerunt. Ea in confuſione rerum, donec turbæ ſileſcerent, in Boruſſiam ei cum *Jacobo Fuxio*, equeſtris ordinis Franco, excurrere viſum fuit. Qua in peregrinatione, ubicunque aliquantulum ſubſtitit diu latere non potuit: & certatim ipſe cum à viris doctis, & in dignitate conſtitutis, tum etiam à ſummis Principibus, maximi fuerunt habiti honores, & opera ejus à pluribus expetita.

Interim Senatus Noricus de eximio ſua in urbe Gymnaſio conſtituendo cœperat cogitare, hocque nomine Melanchthonem, qui bonitate vellet, ſapientia ſciret ordinare ſcholas ad ſe literis peramanter ſcriptis invitarat. Hic non poterat non in mentem venire ei Camerarii, commodum è Boruſſia reverſi: qui & urbi honori eſſe, & Græcarum literarum Latinæque linguæ ornamenta diſcentibus recte aperire poſſet. Neque hic tam honeſtam renuit provinciam, eoque magis, quod collegis optimis, *Eobano Heſſo*, *Michaele Rotingo*, & *Jo. Schonero* Mathematico, faciliorem quaſi decurſum ſui muneris ſperabat. Accidit forte tum ut advenientem domus am-

plissimi

pliſſimi viri *Bilibaldi Pirckhaimeri* quaſi dextra totius civitatis exciperet: invitatisque pluribus amicis, ut fit, inter convivatorem & convivam *Albertum Durerum* de Euchariſtia oriretur ſermo. Adſedit Melanchthon auditor; quædam interdum adſpergens: cum Pirckaimerus, altero argumentis ſuperante, ſarcaſtice, *ô Alberte*, erumpit, *hac pingi ita non poſſunt*; *nec ita, mox* ille, *ut dignitas veſtra putat, poſſunt fingi*. Quod eo commemoratur, quod ex his initiis Camerarius amare cepit Durerum; amorq; iſte ita ipſi in horas crevit; ut tota vita amiciſſimi inter ſe fuerint.

Operas itaque Scholaſticas anno Chriſti *viceſimo ſexto* cum collegis inchoavit: ſtatimque ſingularem ipſe laudem, auditores vero, de quorum numero nonnulli etiam ex Senatorio ordine fuerunt, maximum ſenſerunt fructum. Eodem anno ſecuta ſunt comitia Spirenſia: ubi cum principes & ordines Imperii legationem ampliſſimam ad *Carolum* V. in Hiſpaniis tunc agentem decreviſſent; delectus fuit ad eam *Albertus Comes Mansfeldenſis*, adjuncto eidem Latino interprete Camerario. Verum ſimulac Eslingam, ubi abſolvenda erat legatio, veniſſent; tota converſa res eſt; nec viſum, conjugio tum operam dantem Imperatorem miſſis legatis interpellare.

Illa ex reverſione, cum ſpes de viſenda Hiſpania, omnis evanuiſſet, ducendæ uxoris conſilium inire cepit. Anno igitur *vigeſimo ſeptimo* in matrimonium duxit lectiſſimam virginem *Annam*, ex antiqua & nobili familia *Truchſeſſiorum à Grünſperg*; cum qua ipſos quadraginta ſex annos amantisſime & pacatiſſime vixit, novenorum liberorum, pater; quos omnes ad firmatam uſque ætatem eduxit. *Filiæ quatuor* fuerunt, quarum primam *Eſromo Rudigero*, cui viro in omni laude laus hæc maxima danda, quod ſocer eum ſcriptorum ſuorum cenſorem ſtatuerit, alteram *Joanni Humelio*, Mathematico excellenti: quartam *Caſparo Jungermanno*, J. C. Lipſenſi deſpondit: tertia virgo decesſit. *Quinque* itidem fuere *filii*: *Joannes* primum, qui illuſtrisſimo Boruſſiæ duci à conſiliis cum eſſet, uxoribus binis prænobilibus ordine ductis, Regiomonti in complexu liberorum vitam clauſit. Deinde *Joachimus* Medicus: poſt hunc *Philippus*, clarus juriſprudentiæ Doctor, & reipubl. Noricæ à conſiliis, quem nefandæ Inquiſitionis, vinculis Romæ irretitum, Imperator & Bavariæ Dux Albertus liberarunt. Ab eo *Ludovicus* medica laude per Italiam & Galliam florentisſimus: natu denique minimus *Godefridus*, illuſtriſſ. principi Richardo Comiti Palatino aliquandiu utiliter inſervivit. Verum, ut & fieri in rebus humanis adſolet, gaudium illud ſolidum non fuit. Nam eo ipſo, quo uxorem duxit, anno, & ipſe gravi cum morbo conflictatus eſt, & præter patris obitum triſtis fratris caſus dolorem ei attulit longe maximum.

Celebrata ſunt deinde anno trigeſimo *comitia Auguſtana*: in quibus præcipue ſuſcepta deliberatio fuit, de recte conſtituenda religione, & concordia inter diſſentientes Eccleſiæ doctores ſancienda. Cumque eo præter ipſum Auguſtum Cæſarem Carolum V. Electores item & Imperii principes, multi abſentium legati accederent: quidam etiam à Repub. Noribergenſi miſſi ſunt cum mandatis: quibus & Camerarius adjunctus fuit; ut ſuis conſiliis præſto illis eſſet. Sæpe autem ſolitus fuit narrare, quantos tunc labores, & quæ pericula ſuſtinuerit optimus *Melanchthon*: quamque acerbas profuderit lacrymas, triſtisſimum Eccleſiæ miſerans ſtatum. Facile item conjici poterat, quamvis modeſtisſime de rebus illis loqueretur: ipſius quoque conſilio & opera tum Melanchthonem uſum fuiſſe.

1530. — *Eo cum aliis mittitur Cam.* — *Melanchth. tum cura.*

Ex illo negociorum æſtu quietius viventem anno trigeſimo quarto, ad ſcribæ ſenatorii honores ſenatus Noricus vocavit: quod officium quamvis ad vitæ commoditates plurimas duceret permagnum: tamen Euripidi auſcultans, πᾶν σύντροφον γλυκύ, in ſcholis ſe manſurum, vitamque illam, ut poeta ait, vere vitalem victurum, reſpondit. Cum vero non ſolum ob ingenii præſtantiam & doctrinam, ſed etiam ſapientiam & virtutem, jam paſſim nomen illius celebre eſſet: illuſtriſſ. princeps Wirtembergicus *Ulricus*, recuperata armis ditiõe, Tubingam literis amantisſimis, ad viri ciendа ea ſanis legibus, quæ dilapſa fluxiſſent in Academia illa, eum evocavit. Amplius luſtrum ibi cum vixiſſet, ſcholamque jacentem feliciter erexiſſet, ſcriptis etiam, ac inprimis *Rhetoricarum exercitationum elementis* editis, multum ad celebritatem nominis illius adjunxiſſet: anno quadrageſimo primo ab illuſtriſſ. Saxoniæ ducibus *Henrico* patre primum, deinde *Mauritio* filio arcesſitus, Lipſenſis Academiæ inſtaurandæ negotium in ſe recepit. Ea autem forma Academiæ illi à Camerario ſcripta fuit, cum à nemine fere alio, quã à *Caſparo Bornero* Theologo & viro optimo juvaretur: cujus illam nequaquam debeat pœnitere. Nec ſolum novis tum ſchola ea legibus conformata fuit; ſed etiam magna accesſione annuorum redituum, munificentia *Mauritii & Auguſti* fratrum ducum Saxoniæ aucta & amplificata: idque opera potisſimum & intercesſione Camerarii: qui & principibus & præcipuis in illorum aula viris erat chariſſimus. Communitatem certe, quam vocant ſtudii bonarum artium, ſuis conſiliis, autoritate & opera non ſolum cum Decani fungeretur officio, ſed & alias, plurimum ornavit. Faſces etiam aliquoties Academiæ gerens, ἀκριβῶς καὶ εὐνεχῶς tempori egit negotium, & integritatis ac prudentiæ laudem ob optimis quibusque tulit.

Ad officium Senat. Scribæ invitatur. Renuit. — *Tubingam vocatur.* — *Inde Lipſiam.* — *Academiam ibi format & ornat.*

Poſtea cum mortuo Luthero, bellum atrox & funeſtum, in Germania exarſiſſet: in eo cum multa acerba Camerario acciderunt; tum etiam, rebus ipſius privatis Saxone Electore Lipſiam obſidente, damnum haud leve datum: quod tamen omne fortiter ſapienterque tulit; & ne incommodum quidem interpretatus eſt. Ut autẽ à bello aliquo concederet ipſe omnia ſecũ bona ferens aliquandiu

Bellum Germanicum.

Hic Camerarium ſemper plurimi fecit, & condiſcipulum ſuum appellavit. Camer. ſolum vertit.

ad * *Georgiũ* Aſcanium principẽ; inde Norinbergam ad amicos, & Herbipolin ad equeſtris ordinis virum, *Danielem Stibarum à Rabeneck*, varia & injucunda peregrinatione divertit. Tandem perfuncta Saxonia miſero illo fatalique bello, *Lipſiam*, ut eſſet idem qui fuiſſet, ſub finem anni quadrageſimi ſeptimi cum aliis remeavit.

Lipſiam redit.

** Eo tertia vice luculentis conditionibus vocatus.*

**1556. Cam. cum Philip. Norinberg. & Ratisbonam abit.*

Ad eundem conſolandum mittitur.

Anno quinquageſimo quinto ad Auguſtana comitia; * Norinbergã quod res illius Eccleſiæ ad Oſiandriſmum fluerent, cum Philippo venit. Subſequente * anno cum eodem Ratisbonam ad conventum Imperii acceſſit. An. quinquageſimo ſeptimo, Melanchthone Wormatiam ad colloquia profecto uxor interea ejus ſupremum diem obiit. Exoratus hic ab amicis; non leve id vulnus judicantibus, ad Philippum ſe, omnibus etiam maxime neceſſariis poſthabitis negociis, quam primum contulit: ut ex præſentia & conſuetudine ejus aliquid allevationis afferretur.

Obitus filiarum Camerarii.

Curæ leves loquuntur, ingentes ſtupent.

Succeſſit huic anno ſequens multo luctuoſior, & qui antea amici vicem tam familiariter tuliſſet, funera ſuorum domeſticorum lugere neceſſe habuit. Exceſſit primum humanis filia *Martha*, quod primum toto conjugio è domo ſua vidit funus: exceſſit Wittembergæ altera primogenita Eſromi conjux, neptis etiam, avi deliciæ. Quæ quam alte inſederit plaga, ex eo cognoſci poteſt, quod brevi poſt ad ſe venientem Eſromum, ut ex mœrore pallidum, & quaſi effigiem ſpirantis mortui vidit,

—— *diriguit viſu in medio.*

& elinguis aliquantum ſtetit: tandem pie χαὶ μάλα παθητικῶς; *Non eſt cadendum*, inquit, *animo nec ævi ſpacium ſolſtitiis metiendum. Vixit utraque gnatarum ſi non naturæ ſatis: at virtuti & recte factis. Magno bono è medio peregrinationis curſu revocatæ, & quod caput omnis conſolationis, eo animæ ipſarum vocatæ, ubi animus fuit ſemper.* Non minorem propemodum, quo die Lipſiam de Melanchthonis morte nuncius eſt allatus, animo dolorem cepit. Nam & cum funere viri optimi & Theologi ſancti, elatam, quaſi Academiam ipſam, & ſibi cum autoritatis, tum prudentiæ triſte in multis deſiderium relictum dolebat. Secuti ſunt autem Melanchthonem eodem anno magni viri *Sabinus*, *Lotichius*, *Gerbelius*, omnes interiore familiaritate Camerario juncti: & hos ſexageſimo ſecundo anno, cum gener *Humelius*, tum ſuavis poeta *Joannes ille Stigelius*, qui non multo ante hac oda Melanchthonis funus decorarat.

Melancht. obitus Camerario luctuoſus.

Et aliorum.

Epiced. Melancht. à Stigelio ſcriptum.

Fons jacet hoc tũulo: quid quæris, amice Viator?
Fons dogmatum piorum & eloquentiæ.
Si quis ab hoc rivum proprios deduxit in hortos
Non aureas huic præferat pyramidas.
Illius obſtructas doleat Germania venas:
Parem futura non habebunt ſecula.

A plurribus expetitus Camer.

Ita Camerarius ea tempeſtate ſolus ferme amicorum in vita relictus, unum perfugium doctrinam & literas habuit: iiſque ut antea, amorem ſibi indies à principibus viris conciliabat. *Norici* enim civem eſſe ſuum diſcupiebant: illuſtriſſimus VVirtembergicus princeps *Chriſtophorus* eundem repetebat: Lipſenſes pulcro certamine ſuum eſſe confirmabant. Quin & ad aulam Auguſtam nomen ejus pervenit; & *Maximilianus* II. Cæſar Camerarium, anno ſexageſimo octavo Viennam Auſtriæ * evocatum, de doctrina Eccleſiæ, & rituum ſacrorum cum Saxonicis ineunda conformitate clementer audivit: & re ſua bene functum domum non ſine favoris argumento dimiſit.

Anno ſeptuageſimo tertio die decima quinta Julii in vivis eſſe deſiit chariſſima ipſi conjux: à cujus obitu cum in ſingulos dies novæ emergerent curæ, facta etiam eſt cum annis deterior valetudo. Fuerat illa quidem ante ſæpius tentata, primum ἑλκώσει tibiæ ſiniſtræ, poſtea febribus; profectiore ætate crebra oculorum epiphora; cumque annum exceſſiſſet quinquageſimum ſecundum nephritide: verum hoc tempore neſcio quæ δυσουρία vigorem omnem evicit, profligavit, proſtravit. Septimo & decimo ante obitum, die filio dixit: *Facultas naturalis plane apud me periit; animalis, DEI munere & conceſſu, ſatis eſt integra: vitalis uſque perſeverabit, quoad eidem videbitur.* Quinto die poſt ſua manu hos tanquã cygnæos verſus in charta exaravit.

Morte nihil tempeſtiva eſſe optatius ajunt:
Sed tempeſtivam quis putet eſſe ſuam?
Qui putat, ille ſapit. Namque ut fatalia vitæ,
Sic & quisque ſuæ tempora mortis habet.

Quamvis autem ſenſibus tam internis quam externis integritas conſtaret ſua, nec, debilitas virium quicquam memoriæ fraudi eſſet: δυσουρία tamen illa ad extremum uſque remanſit. Cujus cum de cauſa varie diſputaretur, & aliis veſicæ exulcerationem, aliis lapidem eſſe putantibus; neque inſtrumento per Chirurgum hoc explorari, neque à morte corpus aperiri voluit. In morbo ſæpe à ſuis petiit; ut ſine omni pompa funus ſuum efferretur; idque ipſum ſupremis etiam tabulis cavit. Tandem deplorata prorſus valetudine die *decimo ſeptimo* Aprilis, anni ſeptuageſimi quarti, mortalibus vale non invitus dixit. Elatum eſt ejus corpus Academiæ humeris, quæ frequens mutata veſte ad decorandum funus proceſſerat.

Corporis ſpecies fuit ei egregia, & vere magnum magni hoſpitis hoſpitium. Vires, quæ à Martiali inter ea commemorantur,

Quæ vitam faciunt beatiorem;

Equeſtri ſtudiit exercitio inprimis conſervare. In colloquiis ſæpe negavit, ſe quamvis aliquoties debilitatum; unquam tamen ſenſiſſe, quæ illa moleſta πείνη apud Galenum eſſet. Sermones quos Græci βωμολοχῆ vocant, ut in conviviis amicorum cum ingenio ſerebat: ita domi ſuæ, ſine oris tamen triſtitia, gravis erat, & liberis, quod ajunt, monoſyllabus. Veritatem ſpirabat ſemper, & ſuos ad eam adſpirare in omni vita cupiebat. A mendacio tantum aberat, ut ne jocoſum quidem ferre poſſet: omnibusque iis, quibus animi ſenſus ſub lingua potius, quam in lingua inimicum ſe acerrimum & aſſidium adverſariũ profiteretur. In veſtitu oſor peregrinitatis, ſimplicis.

ſui & antiqui habitus nomine interdum ab amicis ridebatur. Opum congerendarum nunquam appetens, rei familiaris curam univerſam conjugi & liberis commendabat. Sordes nullo imperabat modo: quod ſi tamen domeſticos animadverteret interdum non neceſſaria expetere, Socraticum hoc in ore habebat: *Diſce carere.* Amicitiam cum præcipuis viris ſuæ ætatis coluit, *Hieronymo Baumgartnero*, *Carolovitio*, *Melanchthone*, *P. Victorio*, *Adriano Turnebo*, *Hieronymo Wolfio*, alis. Utque erat vir neceſſitudinis jura ſancte colens, ita non modico cum mœrore eorum, quibus ſupervixit, amicorum affecerunt funera, præcipue fratris *Hieronymi*; quo cum ita ipſi lis nulla fuit, ut bona inter ſe paterna nunquam diviſerint. In literis etiam ad filios ſcribendis tanta fuit cautione, ut exemplum ſemper retineret; adeoque non uni, ſed omnibus ſcribere videretur.

Studia nunquam remittebat, ne inter peregrinandum quidem; ſed quæ abſente bibliotheca vel inter vias, dum equitaret, vel de nocte animo concepiſſet, arrepto deinde calamo annotabat. Linguam Gallicam & Italicam jam ſenex attigit, & Hebraicum etiam deguſtavit. In Græca familiam duxit: in Latina ceſſit nemini. Hiſtoricos, poetas, oratores, medicos, Juriſconſultos, Theologos Græcos & Latinos excuſſit. Sæpe in libellos ſcholaſticos, quibus ita omnia ingeruntur, ut diligentiæ privatæ nihil relinquatur, & veternum diſcentum eſt invectus graviter, eorumque oſcitantiam his verbis perſtrinxit: *ſi omnis eruditio in lacte tepido una vice infundi poſſet: vix adoleſcentes tantiſper exſpectaturos, dum quis infunderet.* Docuit Latine loqui *Herodotum, Demoſthenem, Xenophontem, Euclidem, Homerum, Theocritum, Sophoclem, Lucianum, Theodoretum, Nicephorum, Georgium Nyſſenum.* Edidit *catalogum Epiſcoporum* in præcipuis Eccleſiis: *Græcas epiſtolas* ſelectiores, *Elegias* ὁδοιπορικὰς, *epigrammata Græca veterum poetarum*, *Lexicon magnum Phavorini.* Commentatus eſt etiam *in Plautum* Lutetia teſte ita docte; ut Satyrico Mureti dente nihil fuerit opus. Sapientiſſime quoque *vitam Melanchthonis* & *Eobani Heſſi* deſcripſit: & adjunctis eorum epiſtolis, cum poſteritate communicavit, & alia complura, ut ex bibliothecis patet. Sunt & ejus ἀνέκδοτα adhuc apud heredes *Antimuraniana Ciceronis*, *Commentarii in Procli Sphæram*; *Decennalis hiſtoria Germaniæ* ab anno 1550. *Proverbia, Hiſtorica* varii generis; *Appendix ad narrationem de vita Philippi*; & alii libri partim confecti, partim affecti. Ex ejus ſchola prodiere *G. Fabricius*, *J. Crato*, *J. Caſelius*, *Simo Stenius*, *Greg. Berſmannus*, aliique plurimi: quorum nominibus Academiæ hodie aſſurgunt.

Inſignibus uſa eſt jam olim familia Camerariorum ejusmodi, qualia ipſe alicubi his verſibus deſcribit:

Τοῦτο τριγωνωδῶν πατέρων ἄπο σῆμα κορωνῶν,
Τῶν Καμεραριαδῶν ἐστὶ Παβεργιέων.
Οὐ μὲν ἄγαν περίφημον, ἴσοις γνωστὸν δὲ πολίταις
Εἰς ἀριθμηθείρας τρεῖς τρὶς ἐτῶν γενεάς.
Ἵλαος σὺ δέ Χριστ' ἐπὶ λοιπὰ τιθείς, ὅσα γ' ἔσται
Αἰὲν ἔχοις πιστὸν τόνδε δόμον πελάτην.

Cornicum triquetræ ſunt hæc inſignia formæ,
Eſt Camerariadum quæ nota priſca domus.
Hic ubi adhuc Pabeperga ſuis ſtat nixa ruinis,
Cæſareasq; ægre quaſſa tuetur opes.
Non turpis nota, non opibus quanquam inclita; novit
Annis ſed centum ter prope quam patria.
At tu, Chriſte, voles quodcunq; adjungere tẽpus,
Quæſo clientelæ ſerviat omne tuæ.

Andreas Freihub Theolog. D. in orat. funebri; & Jeremias Sohnius in narrat. de vita Joach. Camerarii.

JUSTUS VULTEIUS.

Ω. 1575. d. 3. Mart. ætat. 56.

FUit *Juſtus Vulteius* ex celebri Vulteiorum familia natus, in oppido *Wettera*, non tam loci amplitudine, quam fama doctiſſimorum virorum, quos paucis ab hinc annis feliciter hincinde diſſeminavit, celebri; Patre *Johanne Vulteio* cive Reipublicæ amantiſſimo, matre vero *Mechtilda* matrona honeſtiſſima.

Wettera oppidum.

Cum vix è crepundiis proſiluiſſet; traditus fuit diſciplinæ *J. Fenilii*, viri optimi, & omni laude digni: ſub cujus auſpiciis prima rudimenta cum fratre *J. Vulteio*, quondam Senatorii ordinis Marpurgi, viro primario jecit. Anno vero quadrageſimo primo, ſupra mille quingentos, cum peſtis neceſsitatem transferendi Pædagogii *Bidencaptum* attuliſſet: eo ſe amore literarum, etiam inſciis parentibus, confert. Aperuerat tum ludum literarium non incelebrem *Dillenbergæ* in comitatu Illuſtrium & Generoſorum Comitum Naſſovienſium, *Joan. Piſtorius* cum *Ant. Burenſi.* Quorum fama & induſtria invitati parentes, filios Joan. & Juſtum Vulteios eo ad inchoata ſtudia continuanda & augmentanda mittunt, anno quadrageſimo ſecundo.

Joan. Fenil. præceptor Vultei & Joan. Vult.

Dillenbergam mittitur Vulteius.

Inde auctiores facti & eleganter inſtituti ad Marpurgenſem Academiam ſe tranſportant, quam tum magna cum laude diligentiæ juvabat *M. Caſparis Rodolphi* cui privatim & publice uterque operam dabat anno quadrageſimo quarto. Cum ita mediocres progreſſus in ſtudiis feciſſent: & *Juſtus Vulteius* publicũ primæ laureæ teſtimonium Marpurgi abſtuliſſet: incredibili aliorum locorum & remotiorum regionum viſendarum tenebatur cupiditate, nec quicquam ſibi reliquum faciebat, cujus præſidio propoſitum ſuum provehi & maturari poſſe cogitabat. Redierat tum Wetteras, relictis Galliæ & Celtarum finibus *Joan. Pincierus*, vita & doctrina verus verbi Dei apud VVetteranos miniſter, & patriæ ſuæ Theologus facile princeps; qui honeſtiſſimo adoleſcentum deſiderio victus, autor erat parentibus filiorũ *Argentoratum* mittendorum, celeberrimam Romani Imperii civitatẽ: ubi tũ inter alios florebant præclara literarum lumina, *Bucerus*, & *Joan. Sturmius.* Cum itaque ſic res eorum votis reſponderet; incredibile dictu eſt, quanto

Inde Marpurgum.

Joan. Pincier.

Argentinam cum fratre mittitur.

 ardore

ardore dies noctesque ad ſtudia incubuerint: ut & in præceptorum ſuorum animos influerent, omniumque oculos in ſe converterent. Siquidem tam felices ſtudiorum ſenſerant progreſſus, & tot doctiſſimorum virorum incorrupta & erudita ſuis vigiliis ſibi conciliaverant judicia; ut in publico examine munera honeſtiſſima eruditionis & virtutis teſtimonia (quæ non exigua laus in ſchola illa cenſetur) præ cæteris condiſcipulis auferrent. Erat hoc anno ſupra 1546. Anno vero ſequente, exorto bello inter Carolum V. Imp. & Proteſtantes: Vultejii abitum parabant invitis Bucero & Sturmio. Quæ res tantopere cordi erat Bucero, ut Joanni Pinciero literis ſignificaret; quantopere ſibi doleret, quod injuria temporum tam præclara Vulteiorum ingenia è medio ſtudiorum curſu revocarentur. Poſtea menſe Julio ejusdem anni patria relicta Erphordiam petunt: ubi ſtudia ita frigebant; ut mature ſe Lipſiam transferre coacti ſint; liberaliter excepti à *Gottfrido Siboto*, Rhetoricæ Profeſſore. Inde VVittembergam contendunt: ut magnum illum *Philippum Melanchthonem*, de gravibus & arduis quæſtionibus, ut ſolebat, accurate, copioſeque diſſerentem, audirent. Cum verò fortiſſimus ille heros Mauritius, Dux Sax. à Carolo Imp. inſtigatus, agrum Wittembergicum conſcripto milite invaderet & occuparet: ut præter omnem expectationem Martis furor non ſolum Muſarum alumnos variis fortunæ telis objiceret: ſed & Germaniam germano eodemq; illuſtriſſ. & fortiſſ. ſanguine oppugnaret, tandemque quatuor principum imbueret cruor: cum ſtudioſi Wittemberga fugientes alii alio commigrarent: ipſi *Tigurum*, qui eſt primarius Helvetiæ pagus, proficiſcuntur. Inde Joann. Halam in convallibus Oeni ſe confert: Juſtus Baſileam petit, ſuamque operam in ædibus Miconii Concionatoris *Johanni Oporino*, optime de Republica literaria merito, locat, vertendis nonnullis Græcis Scriptoribus, *Æliano*, *Heraclide*, & *Polyæno*: quorum *primum*, ſtudiorum nempe primitias, Johanni Pinciero, *alterum* Chriſtiano Pinciero vitrico, viro conſulari & ordinis ſui ornamento: *tertiũ* illuſtriſſ. Haſſiæ principibus Guilielmo & Ludovico dedicavit. Cum hæc præclara, & ampliſsima eruditiõis documenta prodiret, annum agebat Vulteius decimũ octavum.

Bello Germanico Erphordiam concedunt. Inde VVittembergam.

Bello in Helvetiam pelluntur.

Baſileæ vertit Græcos auct. Juſt. Vult. Et edit.

Ibi cum ad ingenii excellentiam vehemens accederet ſtudium, aſsidua in cognoſcendis artibus & linguis exercitatio: tantam ſibi gratiam apud omnium ordinum homines conciliabat; ut illius fama ſe Bucerorum & Sturmiorum animis non contineret, ſed pernicibus alis ad exteros quoque evolaret. Quæ faces à fama prælatæ ardens Vulteji ſtudium ſumopere incenderunt, & ad majora capeſſenda inflammarunt; ut nec ſanctisſimis hoſpitis ſui Miconii ſermocinationibus, nec magnis Oporini promisſis, nec rara civium benevolentia nec jucunda loci amœnitate diutius Baſileæ detineri potuerit.

Baſilea abit.

Relicta ergo Baſilea anno ſupra milleſimum quingenteſimum quadrageſimo octavo, Francofurti in nundinis autumnalibus, incidit in Johannem Pincierum Socratem ſuum; cujus prudentiſſimis conſiliis tanta ſtudiorum fecerat incrementa. Cum ergo præclara, quæ diximus, ingenii monumenta recens edita, ætatem Vulteii ſuperarent; multosque in authoris amorem & admirationem invitarent: author eſt illi Pincierus viſendi regni Franciæ tum florentiſſimi: ut multiplici rerum cognitione inſtructior, ætate gravior conſiliis promptior, experientia prudentior, conſuetudine humanior reverſus: patriam ſcientia augeret, gravitate honeſtaret, conſilio & prudentia juvaret, humanitate ad paria facienda invitaret. Γαλλῇ * ϛέαρ. Siquidem tantopere harum virtutum illecebris capiebatur Vulteius; ut omnibus ſuperatis obſtaculis abitum Francofurto quam celerrime maturaret.

Profectus itaque Coloniam, per Brabantiam & Flandriam itinere facto, *Lutetiam* Pariſiorum venit; ubi cum *Ludovico Lavatero* Tigurino, gravi & magni nominis Theologo, amicitiam contraxit: quam uterque deinde ſancte coluit, ſcriptisque conſervavit.

Lutetia relicta per Heduorum & Celtarum fines *Genevam* redit viſendi *Joannis Calvini* cauſa, cujus tum fama nominisque celebritas non ſolum Romanum Imperium, ſed univerſam Europam peragraverat.

Inde *Lauſannam* petit: ubi tam diu ſubſiſtit, donec à parentibus poſtquam iter ſuum emenſus eſſet, & votis Pincieri reſpondiſſet, avocatus in patriam rediit. Reverſo parentes deſpondent matronam honeſtiſſimam, Catharinam Fettiam, cum qua divinam benedictionem in tribus filiis & unica filia ſuſceptis, opibusque accumulatis abunde ſenſit. Cum hac ratione Vultejum patria poſtliminii jure recepiſſet, & valido vinculo conſtrinxiſſet, in hoc incumbebat, ut ei aperiendo ludo literario, de cujus multiplici uſu tum multa auditione acceperat, non ita experta erat, perſuaderet.

Vulteius, qui multis nominibus ſe patriæ obſtrictum agnoſcebat, facile in memoriam redit divini edicti: ut ne talentum ſibi creditum defoderet; ſed majori cum fænore illud redderet. Itaque patriæ paret ludumque literarium magno cum applauſu Weteris aperit: Rhetoricam & Dialecticam à ſe conſcriptam, fideliter tradit: trium linguarum cognitionem feliciter introducit: Hebræam docet Pincierus: ipſe Latina cum Græcis ita conjungit, ut diſcipuli ex illa ſchola progreſſi, *Græculi* ſalutarentur. Prodierunt inde tum alii permulti literis eleganter imbuti, tum qui inſtar multorum ſit *Wigandus Orthius* vir doctisſimus, profeſſorque Marpurgenſi in ſchola celeberrimus, immatura nimis morte extinctus. Hoc in labore dum occupatur Vulteius, *Adamus Vegetius* Haſſiæ ſuperioris Epiſcopus, eum nihil tale cogitantem, ſolum dignum judicavit, quem Pinciero in munere Concionatorio adjungeret. Cum

vero ab eo expreſſam fidei ſuæ confeſſionem, ut par eſt, peteret: atque Vultejus attentius rimando & diligentius examinando quædam rectius, quam ante intelligere inciperet: ingenueque omnia pro ſuo candore ad M. Adamum perſcriberet: diſplicuit ejus ſententia & inſperata illa vocatio reſedit, cum tamen diſſimulationis integumentis, ut bona pars ſolet, operire, ambiguoque & flexiloquo orationis genere tegere, & rebus ſuis prodeſſe potuiſſet. Itaque ingenuam fidei ſuæ expoſitionem ea in vocatione minus ſibi integram fore intelligens: omnes ingenii nervos in ſchola ſua inſtauranda, locupletanda & provehenda intendit: ut publicæ utilitatis amore, ſpreta corporis valetudine, eam exteris diligentia & induſtria ſua adeo commendaret: ut tum plurimi, relicta etiam Marpurgenſi Academia ad Vultejum accurrerent. Vidiſſes barbatos pueris immixtos; ac patres quaſi filiorum diſcipulos factos. Cujus rei inſolentia illuſtriſſimus princeps *Guilielmus*, Haſſicæ Academiæ ſummus Mæcenas adductus, ſolenniter Vulteium ſcholæ illius Pædagogiarcham vocavit.

Factum hoc eſt anno ſupra milleſimum, quingenteſimum, ſexageſimo. Vocatus difficilioribus conditionibus operam ſuam redimi: *ſummam Pædagogii juriſdictionem libere ſibi ſoli concedi: honeſtiori aliis, qui ejuſdem ſcholæ proviſore antea fuerant, & ampliori ſtipendio ornari volebat.* Hæc autem omnia nullam in eo arrogantiam, aut in parendo moroſitatem, aut effrenatam cupiditatem & ardentem auri ſitim (quæ ut homine literario indigna, ita & ab illo alieniſſima fuit ſemper) arguunt: ſed fecit hoc ut illuſtriſſ. principis animum à concepta de ſe opinione, cui ſe imparem eſſe firmiter ſtatuebat, averteret. Verum fruſtra: ſiquidem ne litera quidem in illis imminuta fuit; quorum præſidio ſe effecturum illud maxime cogitabat. Cum hac ratione clypeum manibus ſuis extorqueri cerneret, divinæque providentiæ, potentiſſimæ imperatricis, ſuffragiis in ampliſſimum profeſſorum ordinem ſe cooptari ſpectaret, caſtra Muſarum movet, Academiolam ſuam Weteranam ingeniorum præſtantia refertiſſimam, non ſine civium deſiderio Marpurgum transfert, habitoque diſcipulorum inſtar belli ducis, delectu, quoſdam Pædagogicæ diſciplinæ addicit, quoſdam manumittit, ordinem legendi immutat, ſuperfluas lectiones amputat, graves autores ſubſtituit, amplitudine præmiorum ſuaque diligentia collegas ad docendi alacritatem invitat, propullulantem ſocordiam primum latenter & amice pungit, negligentiam, pigritiam & inertiam paulo accerbius increpat: obſtinatiori munere interdicit: & ita omnia ſine vi, ſine tumultu, ſine omni juſta reprehenſione coercet; ut in ipſo muneris ſui ingreſſu, tantam de ſe inprovehenda patria doctrinæ & virtutis opinionem excitaret: ut illius fama jam altiſſimæ arces & principum aulæ perſonarent. Nec patriam de illo concepta fefellit opinio. Ita enim pædagogicum agrum erudivit, lolium evellit, ſpinas excidit, ſylveſtres arbores putavit, brutam naturam extraxit; ut pro dumeto & ſpineto amœniſſimum hortum nobili aromate plantatum, ingeniorumque varietate anquam floſculis diſtinctum ad uberrimam patriæ meſſem reliquerit. Hæc illius in excolendis ingeniis felicitas eum principibus viris commendavit, clarisſimis ædæquavit, ornatisſimis antepoſuit: ut non immerito Illuſtriſſ. Haſſiæ Principes profesſionem ſanctæ linguæ à morte Cl. viri D. *Happelii*, nemini præterquam illi, nihil minus cogitanti, deferendam cenſerent. Idque jure optimo. Nam huic profesſioni vitæ ſanctimonia, virtutis amor, humanitatis officia & pietatis ardentisſimum ſtudium abunde reſponderunt. Omnes enim pii ac graves viri pietatis, humanitatis, patientiæ, modeſtiæ, & virtutis cujusvis exemplum Vulteium confirmabant. Non videbant purpuratum Philoſophum: non illius unguentorum odor, non frons calamiſtri notata veſtigiis eos in admirationem rapiebat, ſed videbant virum & autoritate; & vultu gravem, conſtantem, ſeverum, qui ad immodicum luxum contremiſcebat; honeſtum veſtitum deamabat: in quo tamen eam mediocritatem obſervabat: ut amicis ſæpe peccare videretur.

Succeſſus in regimine ſcholaſtico.

Sanctæ linguæ profeſsio commendata Vulteio.

Virtutes ejus & mores.

Diſcipulos itaque poſt ſe reliquit prudentisſimos & gravisſimos, in principum aulis conſiliarios: in provinciis religioſisſimos Epiſcopos: in civitatibus prudentisſimos conſules, viroſque conſulares: in quibus Vultejus vivit, & dum literæ erunt, vivet.

Diſcipuli.

Diſciplinæ cuſtos erat acerrimus: legesque & ſtatuta Pædagogei ſarta tecta omni ſtudio & cura conſervare nitebatur. Sæpe media nocte audiſſes, intenſisſimo & gelido frigore clamantem & ſciſcitantem ipſius temporis momenta. Metuebat enim Dominum, in cujus conſpectu ſciebat angelos cuſtodes eorum, quos fidei ſuæ commiſſos habebat, apparere & conqueri: ſi tam precioſum Eccleſiæ & Republ. theſaurum negligeret. Hinc collegas ſibi eligebat non affinitate, propinquitate, gratia commendatos: ſed eruditionis laude ac virtute excellentes, etiam exteros; quorum ſubſidio commiſſam ſuæ fidei juventutem bonis literis ac elegantia morum erudire, uberrimamque meſſem patriæ tranſmittere poſſet.

Diſciplina

Vitam ejus percurrimus, nunc quo exitu eam clauſerit, narrandum. Cum ad diem decimum ſeptimum Martii, Anno ſeptuageſimo quinto optime valens, domum rediiſſet: & capum oberrantem, ut ſolent boni patres familias, ad viam cogere & inclinans apprehendere voluiſſet: per clathros nemine præſente, decidit, periculoſisſimoque vulnere in capite accepto, animam magno ſui deſiderio apud bonos relicto, prid. Kal. Aprilis, DEO reſtituit. De quo quidem caſu nemo piorum temere judicabit; ſed recordabitur potius illius ſacri dicti. *Quisque ſervus ſuo domino ſtat, & ſuo*

Miſerabili caſu moritur.

Q 3

& ſuo domino cadit : recordabitur eorum, quos turris Siloha ſua ruina obruit, & ejus quod Salvator addit epiphonematis: *Dico vobis, niſi reſipiſcatis, omnes itidem peribitis.* Nec enim mala mors cenſenda eſt, quam pia vita præceſſit. Vitæ autem ſuæ curriculum quomodo peregerit, ex iis, quæ hactenus retulimus, palam eſt: & quomodo illud γνῶθι σεαυτὸν exercuerit, ex eo quod ſibi compoſuit tetraſticho, apparet : ubi per dialogiſmum ſic ipſe de ſe:

Dialogiſmus Vulteius.

Quid ſum ? quis ? qualis ? quantus ; quotus ? unde ? quibusve
Ortus avis ? quorſum tendo ? quibusq; vis ?
Vermis : homo : malus : exiguus : poſtremus : ab imo
Talibus & cretus : nitor ad aſtra : fide.

Quamvis autem obtrectatoribus etiam vita ſua modeſtiæ, patientiæ, pietatis, & virtutis omnis exemplum eſſe potuerit : tamen, cum ne Angeli quidem coram Deo puri ſint, agnoſcebat in miſerabili illo caſu juſtum Dei judicium : qui caſtigat eum, quem diligit. Itaque decumbens, tum aliis piis vocibus, tum hoc epigrammate, ſuam mentem eſt teſtatus:

Epigramma in morbo compoſitum.

Cum mihi ſiderius Pater aſtraq; cuncta faverent :
Indoluit, dolor eſt cui mea tota ſalus.
Imperat, ut toto me præcipitantius acto
In caput evortat corpore, vulnus aret.
Hic nova decubitus facit illi gaudia noſter :
Quod tamen hunc æqua perfero mente, dolet.
Cum Patre cœleſti pulcre mihi convenit : in quo,
Quamlibet in media ſpes mihi morte viget.

Ex oratione funebri, habita à Joanne Antrechto IC.

GUILIELMUS CANTERUS.

An. 1575. d. 18 Maj, æt. 33. currente.

NAtus eſt *Guilielmus Canterus* anno Domini 1542. vigeſima quarta Julii, intra decimam & undecimam horam antemeridianam : patre *Lamberto Cantero*, & *Joanna* filia *Theodorici de Wick.* Hic quo ſtudio futurus eſſet, ſtatim à nativitate ſua præſagio nequaquam ambiguo declaravit : utpote qui dum infans adhuc in ſinu nutricis hæreret, nulla re magis delectaretur, quam libris : & ſi quando in vagitum ſolutus eſſet, nullo ſolatio citius : quam libri alicujus oblatione placari poſſet ; libroſque dum contrectare atque voluere concederetur, facile omnis incommodi atque moleſtiæ oblivìſceretur. Parens, ut vir prudens, hinc eam de filio conjecturam ſumpſit : quod is ad egregiam eruditionem perventurus, & inſigne rei literariæ columen aliquando futurus eſſet. De Pindaro, de Platone, de Virgilio, de aliis nonnullis eruditis admiranda quædam præſagia futuræ præſtantiæ commemorant hiſtoriæ veterum Ethnicorum. Illud propius ad noſtrum hunc accedit, quod de D. *Athanaſio* refert Eccleſiaſtica hiſtoria, quæ autor eſt, hunc à teneris ſtatim unguiculis, dum inter æquales ſuos puer luſitaret, Eccleſiaſticis officiis præcipue fungi delectatum, eaque ex re Alexandrinæ ſedis Epiſcopum, ducta conjectura fore aliquando hunc inſignem Chriſtiani gregis paſtorem, dediſſe operam, ut à puero ſtatim ſacris literis per doctores orthodoxos inſtitueretur. Eodem etiam modo *Lambertus Canterus*, quod bonum parentem decuit, in filio proſpexit, ut agro feraciſſimo debitus adhiberetur cultus. Neque enim, ut vulgo fere mos eſt, in ſeptimum uſque annum inſtitutione dilata, indulgentia muliebri puerum corrumpi paſſus eſt : ſed ab ipſis mox incunabulis, una cum ipſo lacte inſtillari voluit, quæ ad præſentem captum idonea, ad futurum profectum neceſſaria eſſe judicabat. Itaque non modo pædagogum atque cuſtodem diligentem puero mox adhibuit ; ſed & ipſe quoque pædagogi atque præceptoris officio functus, quoad in vivis fuit, intra ſepta familiæ ſuæ doctrinam diſciplinamque præſtitit. Interim vero cum primum per ætatem & corpuſculi vires licuit, hoc eſt, anno Domini 1548. poſt Paſcha anno ætatis ſuæ ſexto nondum completo, ad ſcholas publicas eum deduci voluit ; ut & frequentiæ adſueſceret, & æqualium æmulatione in majus ac melius proficeret.

Parentes Canteri. Præſagium ex indole puerili. De Athanaſ. præſagium. In Ca[...] ma[...] Pa[...] ter[...] ipſ[...] ui[...] Can[...] ſch[...] pub[...] duc[...] pue[...] xen[...]

Præfuit ea tempeſtate ſcholæ Ultrajectinæ vir doctiſſimus, & formandæ juventutis longe peritiſſimus, ſcriptiſque ſuis, ut multis, ita præclaris celeberrimus *Georgius Macropedius* : quo præcpetore, tametſi ob ſuam ætatem Canterus & illius mortem, haud multo poſtea ſubſecutam, non diu uſus ſit, tamen & hoc ipſum quantulum fuit, profuit, & ipſa hoc Rectore inſtituta diſciplina, tuentibus deinceps Hypodidaſcalis ejus & ſucceſſoribus plurimum adjumenti, ad eruditionis incrementum tulit.

Geo[...] Ma[...] diu[...]

Iactis igitur hic fideliter utriuſque linguæ fundamentis anno milleſimo quingenteſimo quarto ; mox à feriis Paſchalibus agens annum ætatis duodecimum, cum parens non multo ante in fata conceſſiſſet, ad capiendum ampliorem ingenii cultum Lovanium eſt miſſus : Ibi cum eruditiſſimo viro *Cornelio Valerio Ultrajectino* linguæ Latinæ profeſſori celeberrimo in diſciplinam datus eſſet, ejusque lateri primum per quatuor integros annos in ædibus viri Utriuſque Juris Conſultiſſimi Doctoris *Lamberti Harii Ultrajectini* adhæſiſſet, ac poſtea in collegio etiam Buſlidiano aliquandiu adfuiſſet ; ſummam excolendi ingenii occaſionem nactus fuit. Habebat enim in priore illo hoſpitio ipſum hoſpitem, virum præſtantiſſimum : habebat in altero præter ipſum collegii iſtius præſidem, virum undiquaq; doctiſſimum trium linguarum profeſſores publicos, cum quibus illi tum domus tum menſa communis eſſet ; ita ut horum non modo exemplis exſuſcitari ad virtutem ; ſed etiam collationibus in literis inſtitui quotidie poſſet. Habebat utrobique præterea contubernium plurimorum ſelectiſſimorum adoleſcentum, quorum opera mutua æmulationem,

Mi[...] Lov[...] Can[...] Ibi p[...] ptore Corn[...] rio. Colle[...] Busl[...] num[...] nii.

tionem, æmulatio alacritatem in ſtudiis proſequendis accenderet. Habebat denique præceptorem illum ſingularem erudiendæ juventutis artificem, cujus ductum tuto ſequeretur. Qui quantum in hac palæſtra valeret, multis annis publice privatimque ſummo cum rei literariæ commodo, nec minori Lovanienſis univerſitatis ornamento tum ſcriptis tum viva voce declaravit: utpote cujus ſcripta, quæ in omnes Philoſophiæ partes publicata extant, ob eruditam commoditatem omnibus fere in ſcholis juventuti prælegantur: vivæ tamen vocis ea præ his energia, ea vis erat, ut quod Ariſtoteles de ſe ad Alexandrum ſcripſiſſe fertur, de hoc autore veriſſime dici poſſit, *eum demum Cor. Valerii ſcripta recte intellexiſſe, qui ipſum hac viva voce tradentem audiviſſet.* Quantum igitur Canterus hoc temporis curriculo hic profecerit, non tam indefatigabili ejus ſtudio, quam eventu ipſo declaratum eſt; cum & Latine & Græce ſcribendi facultate, & non ſolum Dialecticorum & Rhetorum præceptis, verum etiam eorum uſu & exercitatione, & totius Philoſophiæ rudimentis fideliſſime inſtructus fuerit.

Cum jam in omni fere ſcriptionis genere verſatus eſſet, & modo Latinas & Græcas epiſtolas ſingulis hebdomadibus non infeliciter ſcripſiſſet; modo Græcos ſcriptores interpretatus, Poetas carmine, Oratores & Hiſtoricos oratione ſoluta reddidiſſet, interdum etiam Comœdias non omnino contemnendas compoſuiſſet, aliaque præſtitiſſet, quæ abſolutæ jam eruditionis argumenta nequaquam dubia præberent: quæ omnia recognoſcens præceptor diligens, admirabatur ingenii ad quidvis apti felicitatem, & in ſcribendo induſtriam. Quamvis igitur ut ex equo illo Trojano rei bellicæ, ita ex hujus viri ſinu rei literariæ principes infiniti prodierint, ſe tamen horum omnium neminem unquam tanto amore fuiſſe proſecutum atque hunc Canterum, ipſe non modo ſcriptis publicis profiteri dignatus eſt; ſed etiam quoad ille in vivis fuit, reipſa comprobavit. Ex ſingulari enim illo ingenio & continenti ſtudio adoleſcentis, vir prudentiſſimus facile collegit, ex hoc diſcipulo uberrimos laborum ſuorum fructus ad Remp. literariam eſſe redundaturos, neque difficulter ex promtiſſima illa ejus erga ſe obſervantia proſpexit, dignum fore illum, quem amore tanto proſequeretur. In quorum etiam neutro eum ſua fuiſſe expectatione fruſtratum eventus luculentiſſime declaravit, cum ille & tantus in re literaria evaſerit, quantum fuiſſe doctiſſima ipſius ſcripta teſtantur, & eo amore illum ad extremum uſque ſpiritum viciſſim proſecutus ſit, quo præceptorem optime meritum diſcipulus gratus debet. Cum igitur ille adoleſcentem ad Græcanicæ magis, quam ad Latinæ literaturæ ſtudium ſuapte natura propenſum animadverteret, inſtarentque amici, ut in Galliam mitteretur, quo interim dum ſtudia abſolvit, aliud agens, etiam regionis ejus & nationis & linguæ cognitionem ſibi compararet; autor illi fuit ut Lutetiam proficiſceretur, ac regio Græcarum literarum profeſſori, viro longe doctiſſimo *Ioanni Aurato* ſe applicaret, quo major eſſet oportunitas promovendæ naturæ in quod ipſa proclivis erat. Cui conſilio cum ipſe libenter obtemperaſſet natus jam annos 16. anno 1559. in Gallias profectus eſt. Ad Auratum tamen non venit ante XI. diem Octobr. inſequentis anni, apud quem porro gratiſſimus hoſpes vixit uſque ad menſem Auguſt. anni 1562. Quo tempore motibus quibuſdam ibi coortis, verſari diutius non ſatis tutum videbatur. Interea igitur temporis, cum apud hunc & audiendo & conſervando & conferendo plurimum profeciſſet; etiam alios aliarum facultatum profeſſores cognoſcere, & accreſcente una cum ætate etiam eruditione atque judicio, ſua quoque in medium proferre, ac tandem cum eruditis in arenam deſcendere cepit. Hoc modo confirmatus, cum omnes conatus ſuos ad rei literariæ emolumentum conferre decreviſſet, Germaniam atque Italiam ſibi perluſtrandam judicavit, non modo ut eruditos ibi viſitaret, & populares linguas perdiſceret, ipſaſque regiones cognoſceret: ſed etiam ut veterum autorum Græcorum potiſſimum ſcripta conquireret, quibus in lucem eruendis, & ab interitu vindicandis ad publicam Eccleſiæ utilitatem momenti plurimum ſe allaturum arbitraretur.

Mittitur Lutetiam. I. Auratus

Peregrinationes Canteri.

Relicta igitur eo conſilio Lutetia cum eruditorum quorundam gratia, quorum fama excitus erat, aliquot univerſitates Galliæ luſtraſſet, in patriam reverſus ea comparavit, quæ ad propoſitam peregrinationem neceſſaria videbantur. Inter Italiæ univerſitates *Bononiam* potiſſimum coluit & *Patavium*. Venetias etiam videre placuit, non modo ob majeſtatem urbis ipſius, & reip. celebritatem; verum etiam quod ibi, ut omnium rerum, ita etiam Græcorum codicum mercimonia eſſe intelligeret, Græcis compluribus, non ſolum omnis generis opera veterum ſcriptorum ex patria iſtuc venum importantibus; ſed eo etiam opificio vitam ſuſtentantibus, quo majorum ſuorum ſcripta quæſtus gratia deſcribunt ac vendunt. Romam inde cogitaverat: ſed quo minus iter jam ſuſceptum perficeret, æſtus, cujus fuit impatientiſſimus, impedivit. Iſtinc igitur ita repulſus, in Germaniam ſe contulit, & Baſileæ tempore ſatis diuturno verſatus eſt, & contubernalem habuit ampliſſ. virum ac celeberrimum medicum D. *H. Butterum*, ubi & primos, ni fallor, ingenii ſui fœtus in lucem edidit. Iſtinc tandem reverſus per continuos fere octo annos Lovanii verſatus eſt. Quo tempore ut pro arbitrio ſuo rationem vitæ ſuæ commodius inſtitueret, apud commodum quendam hoſpitem propria quadra potiſſimum vixit. Dicere enim ſolebat, Platonem quidem in mediis Siciliæ delitiis continentiam potuiſſe tueri ſuam; ſed tamen & conſuetudine Dionyſii minime delectatum & moribus Ariſtippi graviter

Venetiis Græcorum codicum mercimonia.

Æſtus Canterum impedit in itinere.

Baſileæ ſubſiſtit. Henric. Butterus.

Canter. Lovanium redit.

Canteri diæta, & vita privata. *Plato.* gravitet offenſum, & utriſque viciſſim fuiſſe inviſum, nec uſquam proinde commodius egiſſe, quam in Academia ſua. Illud enim quod veteri proverbio dicitur, *aut bibat, aut abeat*, unicuique documento eſſe debere, ut ſolus potius agat, quam ejuſmodi conſortio ſe applicet, à cujus moribus mores ſui diſcrepent.

Cum igitur & inutiles ſumtus reſecare, & curis ac moleſtiis quoad poſſet, extricare ſe cuperet: ut ſtudiis ſuis otium ſuppeteret quam profundiſſimum, cubicula ſuis uſibus, quot ſuffectura videbantur, apud virum honeſtum loco opportuno conducebat, eo pacto, ut hujus non modo miniſtris, ſed etiam ſuppellectile ad eam ſui curam uteretur, quam diurnæ vitæ neceſſitas flagitaret.

His enim cum ex mandato Domini ſui incumberet, ut huic ſingulis diebus miniſteria diurna præſtarent, ſingulis hebdomadibus expenſorum rationem redderent, confecta res omnis fuit, negligentia interim, perfidia, & ſi qua alia perverſitas eorum emergeret, non Canteri, ſed hoſpitis periculo ſtabat. His ita conſtitutis, diætam ſibi ipſe præſcripſerat, quam & naturæ ſuæ convenientiſſimam, & ſtudiis ſuis quam maxime congruam fore exiſtimabat. Victus enim erat, ut à ſordibus, ita etiam à deliciis alieniſſimus, & qui non ad luxum, ſed ad valetudinem ſuſtentandam comparatus eſſet. Volebat enim edere, ut viveret, non autem, quod plerique ſolent, vivere, ut ederet. Mane autem fere ad ſeptimam uſque horam ſomno reficiebat vires, quod ſibi matutina ſtudia minus convenire *Studia diurna.* diceret. Deinde cum hinc ad medium fere undecimæ alacri animo ſtudiis incubuiſſet, ex muſæo ſuo prodiens, vel in hortum, vel ſi aura id vetaret, in commodiorem aliquem locum ſe recipiebat, ibique ad horæ ferme ſpatium inambulando obſonabat famem, ſimulque ruminabat, quæ illo die legiſſet. Quo facto cum interea temporis per miniſteria intus parata eſſent, quæ ad menſam pertinebant, parabili cibo prandebat largiter. Quo finito reverſus unde venerat, vel alio digreſſus, quo malebat, vel inambulabat per horam leniter, vel ſi commodus aliquis obtigiſſet congerro ſuaviter confabulabatur. Hinc ſe in muſæum recipiens, & in hemicyclio reſidens, dormiebat, horam unam; experrectusque alacris ad ſtudia revertebatur, quibus cum ad ſolis fere occaſum hybernis, ad horam ſeptimam æſtivis temporibus continuo inhæſiſſet, relicto muſæo progreſſus foras inambulando, quoad ſatis erat, ſeſe recolligebat, interimque ne quid temporis abſque fructu elaberetur, vel negotium aliquod expediebat, vel amicum aliquem officii cauſa viſebat. Domum reverſus tam æſtate, *Lucubrat ad mediam uſque noctem Canter.* quam hyeme accenſo lumine in mediam uſq; noctem eas horas protrahebat, quas ſupervacuas & minus utiles ipſe appellare ſolebat. His enim nihil ordinarium agere conſueverat: ſed ſi quid vel ad poſtridiani penſi abſolutionem inveſtigandum, conferendum, diſcutiendum, adnotandum eſſet, vel ſi quid extra diurnum penſum de improviſo objectum fuiſſet, puta ſi literis acceptis reſpondendum, ſi petitionibus amicorum gratificandum, ſi quid hujus generis aliud agendum eſſet, id quicquid eſſet, in has horas ſimul conjiciebat, quo abſoluto exacti diei rationes à ſe ipſe repoſcebat, iisque diligenter ad calculum revocatis fuſisque precibus lectum petens, Deo optimo maximo ſe commendabat. Omnes autem actiones ſuas tam ſtricte ad clepſammidium revocaverat, adeoque certis ac ſtatutis temporum intervallis alligarat, ut ne ipſa quidem natura aliis, quam ſibi deſtinatis neceſſitatem ſuam flagitaret. Cœnam nunquam capiebat, aut ſi adeo appetitum ſenſiſſet, bolum panis unum aut alterum addito vini cyatho corroborandæ naturæ ſumebat, quod tamen rariſſime ab eo factum. Erunt fortaſſe quibus hæc diæta minus ad medicorum præſcripta quadrare videbitur, ſed cum nobis, non quid agendum fuerit, ſed quid actum ſit, bona fide referre propoſitum ſit, non diſſimulamus extitiſſe etiam, qui hac de re cum vivente aliquoties egerint, & plane illi autores fuerint, ut de ſummo illo rigore nonnihil remitteret, cum prorſus videretur inconveniens, ut unico prandio contentus viveret, corpore præſertim tam vaſto atque robuſto, qui & in frigidioribus ad ſeptentrionalem regionibus natus, & à puero longe aliter educatus eſſet. Quibus ille reſpondebat, *non omnibus eadem convenire, ſe autem non temere hanc viam ingreſſum eſſe, ſed cum diverſis experimentis eam ſibi commodiſſimam deprehendiſſet, conſulto deinceps eſſe ſecutum, ſibi primam eſſe curam paſcendi animi, corpori tum ſatis eſſe, cum nullo indigeret: naturam paucis eſſe contentam, conſuetudinem autem alteram eſſe naturam, ſeq; rem eam in naturam jam conſuetudine ipſa ſic vertiſſe, ut ſine præſenti vitæ periculo ſe alium vivendi modum poſſe ſuſcipere prorſus diffideret.* Interim vero vultus ipſe orationi ejus ſuffragabatur, totusque corporis habitus teſtabatur, valetudinem eſſe ſolidam, cum in membris omnibus vigor, in cute nativus color eſſet, pallor ille ac macies, quibus ſtudioſi plerunque notabiles eſſe ſolent, in illo nuſquam apparerent, quin ipſe non multo antea, quam vita defungeretur amicis quibuſdam retulit, ſe novem continuis annis morbum non ſenſiſſe.

Agebat autem & valetudinis curam diligentem, non modo obſervata hac diæta ſua, ſed & corpore purgando bis in anno, primum ineunte vere, deinde ſub autumnum. Luxum omnem cane pejus & angue oderat, eamque ipſam reddebat cauſam, quod nec ipſe convivas unquam invitaret, nec alio vocatus unquam conviva iret, cum urgere cibo potuque aut urgeri utrobique neceſſe eſſet. Domeſtica ejus conſuetudo hoſpiti ſuo, ejusque familiæ non modo non gravis aut moleſta; ſed etiam perquam ſuavis ac jucunda erat. Erat enim longe diſſimilis iſtis, quibus nihil unquam

Po-... di... ſe... po... Ca... nu... cœ... Can... letu... cura...

quam ſatis eſt, neque hoſpites ſui quantumvis honeſti, alio, quam ſervorum loco ſunt. Illle enim cum in ſingulas hebdomadas ſemel præſcriberet, quid quoque die ſibi ad menſam comparari vellet, elapſisque hebdomadibus ſingulis expenſorum rationem acciperet; exigua admodum eademque in diem ſtata erant miniſteria, quæ illi præſtanda per familiam hoſpitis erant. Quibus ille quamvis ex pacto debitis, libenter tamen præcidebat; ſi quid operis ad præſtandum forte gravius eſſe intellexiſſet. Quod reliquum erat, qui totum diem in muſæo tranſigeret, nulli importunus, nulli impedimento fuit, aliunde etiam ejus cauſa moleſtiæ, ſi quæ adeo leviſſimæ tamen acceſſerunt. Nam quod ipſe de parente ſuo ſcripſit parentesque aliorum de avo ejus commemorarunt, plane patrium illi atque avitum fuit, ut amicitias paucorum expeteret. Erant igitur qui hoſpitium ejus frequentabant non modo numero pauci; ſed etiam moribus tales, ut eorum adventu hoſpiti gloria, non ignominia accederet, utpote qui non ad bacchi, ſed ad Phœbi pocula convenirent. A conviviis enim & comeſſationibus nemo unquam illo magis alienus fuit. Ideoque & ipſe nullius acceſſu magis offendebatur, quam ejus qui temetum olere videbatur. Quanquam enim natura perquam comis & affabilis eſſet; gravatim tamen ad colloquium quenquam admiſit, niſi iis horis, quibus eum à muſæo ſuo abeſſe ſupra diximus, eosque interpellatores maxime averſabatur, qui illius otio ad ſatietatem uſque abutebantur ſuam. Nam cum temporis eſſet parciſſimus diſpenſator, ſicut ipſe amicos ſuos conveniebat, ita & à ſuis viciſſim conveniri volebat, raro ſcilicet ac paucis, idque tempore non importuno. Cum autem vitam ſuam univerſam ſic inſtituiſſet, ut eam non immerito exactiſſimam Philoſophiæ praxin appellare poſſis; non intra privatos duntaxat parietes ejus virtus ſe continuit, ſed etiam foris omnibus merito admiranda fuit, utpote quem ut uxorem nunquam duxiſſe omnibus exploratum, ita ullius unquam fœminæ conſuetudinem expetiviſſe, nulli compertum ſit. Illud cunctis liquet, qui cum eo familiarius converſati ſunt, ab omni obſcænitate ita eum abhorruiſſe; ut ſi cui, vel imprudenti forte laſcivius aliquod verbum inter loquendum excidiſſet, pudiciſſimæ cujuſdam virginis inſtar erubuerit; eaque cauſa illo præſente ſermones ejus generis de induſtria ſemper fuiſſe vitatos ab his, quibus id conſtabat. Cum autem de patrimonio ſuo viveret, ita rerum ſuarum rationem inſtituit, ut reditibus annuis multum ſupereſſet: unde factum eſt, ut pecunia ſemper abundaret. Ac ne cuiquam obſtrictus libertatem amitteret, aut quenquam fraudaret ſuo, quicquid agendum erat, præſenti pecunia expediebat, in ære nullius unquam manſit, officium ſemper officio promtiſſimo penſavit. Reditus Eccleſiaſticos, ut iis illicitos, qui altari non ſerviunt, conſtantiſſime ſemper averſatus eſt. Quin & muſas ſuas omnibus gratuitus expoſuit. Cum neque ex operum dedicationibus unquam munus ullum ſperaverit; neque ſtipendium ullum vel publice vel privatim literarum nomine acceperit; etiamſi non ſemel tum à privatis perſonis gratitudinis ergo, tum à bene fundatis civitatibus honoris gratia oblatum illi eſſe conſtet. Docuiſſe autem eum ex profeſſo, vel publice unquam, vel privatim, equidem incertum eſt. Ad publicas enim prælectiones, quas ille libenter in gratiam ſtudiorum obiviſſet, vocem ſibi non ſatis robuſtam eſſe cauſabatur, quæ illi ſubmiſſior ac lenior contigerat, quam pro ratione corporis æquum videbatur. In privatis vero ſe operæ precium facere non poſſe arbitrabatur, quod exiſtimaret, ſe eodem temporis ſpacio rei literariæ plus ſcribendo, quam prælegendo commodare poſſe. Interim vero ſe conſulendum libenter omnibus præbebat, nihilque erat illi jucundius, quam conſuli à ſtudioſis, à quibus ille, tantum abeſt, ut aliquid muneris aut honorarii acciperet; ut libenter etiam neceſſitatibus eorum de ſuo ſubvenerit, ſi quos ſubſidio dignos cognoviſſet. Erat enim in hoc totus, ut prodeſſet omnibus, noceret nemini. Ideoque non modo ſubmiſſe de ſe ſenſit ſemper, nunquam ſe aliis odioſe præpoſuit; ſed etiam libenter omnibus modis honeſtus aliorum conatus promovit: longiſſime diſſentiens ab iis, qui tantum detrahi putant gloriæ ſuæ; quantum aſtruitur alienæ. Illud hominum genus ferre nullo modo potuit, qui doctorum virorum fama traducenda, famam aucupantur ſuam, dum calumniandis horum ſcriptis id agunt, ut ipſi doctiores hiſce eſſe videantur. Quam continentis enim linguæ ipſe fuerit, ex ejus ſcriptis abunde perſpicitur, in quibus cum ob argumentorum multiplicem varietatem infinitæ fuerint occaſiones, quibus & ſe extollere, & alios deprimere potuerit, ubique tamen ingenuum candorem tuitus, quid ſe deceret, expendit.

Nam qui ſuos conatus non alio, quam ad utilitatem Reipublicæ dirigebat, quod huic ex uſu erat, bona fide, quantum in ipſo erat, præſtitit; riſus, cachinnos, ſcommata, convitia, illis relinquenda cenſuit, qui delectantur fricandis ulceribus alienis, ſcarabeis haud diſſimiles, qui dum eo ſibi magnifice plaudunt, quod aquilas moleſtiis afficiant, originis obliviſcuntur ſuæ, quam ex fimo, & maxime quidem aſinino ducunt. In privatis colloquiis quanto candore, quanta modeſtia fuerit, meminerunt illi, qui familiarius cum illo verſati ſunt. Quandoquidem ipſe non modo neminem unquam odioſius vellicavit, non traduxit: ſed

[Margin notes, left column, partly cut off:] *…eſtia …dem.* — *…orum …us.* — *…rret à …vis.* — *…eran. …con- …tia.* — *…mo.*

[Margin notes, right column:] *Reditus Eccleſiaſticos non expetit.* — *Canter publice non docuit ob vocis defectum.* — *Humanitas & humilitas.* — *Canter. à calumniis & obtrectat. abhorret.* — *Homines ſcarabeis ſimiles qui ſint.*

& quoties id ſe præſente fieret, vel taxatum ſi poſſet honeſte excuſavit; vel ſi non poſſet ſermonem odioſum alio de induſtria ſermone illato interrupit, intercepitque; & quantum quoque tempore potuit omnium exiſtimationi adſtruxit. Ideoque cum lecto jam decumberet, & præter hunc morem ſuum ſiniſterius de quibuſdam locutus deprehenderetur: non obſcuram ob læſæ jam mentis & proinde ſecuturæ mortis conjecturam iis præbuit, quibus id inſuetum erat. A ſuperbia vero & ambitione quam alienus fuerit, ex eo facile colligas, quod cum V. J. eſſet peritiſſimus, gradum tamen ac titulos ejus eo conſilio fuerit averſatus; ut à politicis dignitatibus & honoribus excuſari commodius poſſet, quos tum propriæ, tum patriæ, tum etiam avitæ virtutis & eruditionis ergo in Regalibus Belgii provinciis ſibi oblatum iri proſpicere non difficulter poterat; cum ſibi propoſitum eſſet privatam vitam ducere ab omni faſtu ac pompa remotam.

Canter. non affectat gradus honorum.

Hac igitur ratione cum ille vitam ſuam inſtituiſſet, animo tum curis & affectibus internis, tum etiam moleſtiis externis liberato, non modo ſummam tranquillitatem, ſed etiam profundiſſimum otium ad ſtudia fovenda conſequebatur. Quæ quidem quo felicius proſequi poſſet, prima cura Bibliothecæ comparandæ fuit. Nam quod Cæſar Antoninus de ſe profiteri ſolet, id Canterus etiam de ſe merito dicere poterat; *nullam ſibi chariorem eſſe, quam librorum poſſeſſionem.* Ut enim conſtat huic infanti, puero, adoleſcenti, juveni, nihil charius fuiſſe libris; ita res ipſa docuit, viro nihil accidere potuiſſe gravius, ea inundatione, quæ Lovanii 8. Januarii anno 1573. aucto imbribus immenſum Dilio, tum aliorum eruditorum complurium, tum ipſius quoque Bibliothecam oppreſſit. Tum enim niſi vir doctiſſimus *D. Haio Dominicus* Organopœus Leovardienſis, tunc temporis Lovanii ejus hoſpes, mature ſuccurriſſet, opportunamque ejus libris explicandis & deſiccandis operam navaſſet; ille præ nimio mœrore haud dubie contabuiſſet. Non erat autem illi in libris comparandis tanta multitudinis, quanta præſtantiæ cura; neque tam id ſpectabat, ut quam plurimos, quam ut quam optimos conſequeretur. Delectu enim hic utebatur diligenti, ad quem faciendum adhibebat non modo lectionis propriæ ſubſidium; ſed & vulgatas iſtas autorum Bibliothecas, quibus eruditum neminem carere poſſe dictitabat. His addebat omnium nundinarum Francofurdienſium catalogos, quibus certior reddebatur, quid egregium aut lectu dignum unoquoque ſemeſtri in lucem ederetur.

Canterus Bibliothecæ ſtudioſus.

Inundatio Lovanienſis Canteri libros corrupit.

Bibliothecæ vulgatæ.

Comparatis autem ad hunc modum libris neceſſariis, quo expeditius & certiori ſpe fructus in ſtudiis porro verſari poſſet, in certas operas diem partitus erat; ut aliis ante meridiem, aliis à meridie tractandis incumberet, ne quod ex nimia illa continuatione tædium obreperet: atque antemeridianum quidem tempus lectioni, pomeridianum vero ſcriptioni potiſſimum dare conſueverat. Ad utrumque inſtitutum ille ſolerti quadam prudentia ſe præparaverat. Ad autorum lectionem illud peculiariter inventum erat, ut non modo memoriæ gratia locos communes in promptu haberet; ſed & judicii cauſa autorum ipſorum, quos legeret, certas claſſes ratione temporum faceret, ut æquales cum æqualibus legeret. Nam cum diverſis temporibus diverſa ſtudia, diverſæ etiam linguæ fuerint; hanc autorum æqualitatem obſervatam non id modo ſibi præſtare ajebat, ut certa ratione deprehenderet, quantum quoque tempore res literaria, vel creviſſet, vel decreviſſet; ſed etiam ut ſine errore autori cuique reſtitueret quod ſuum eſſet.

Ratio ſtudii Canteriani.

Loc[i] mu[nes]. Ca[nterus] cla[sses] tem[po]bus aeq[ualium] sua[rum] lib[rorum]...

Nam cum ſingulis ætatibus ſuum quoddam fuerit Philoſophandi genus, quod & argumenti ipſius & tractandi ratione deprehenditur, ſuaque peculiaris quædam phraſis extiterit, quæ ex ſimplicibus vocibus, ex conſtructionibus, ex ſententiis, ex paræmiis, ex figuris, ex tropis eluceſcit; æqualium autorum collatione ſe facile ad intellectum locorum difficilium, & ad emendationem depravatorum pervenire aſſerebat. Ad vetuſtatem manuſcriptorum codicum deprehendendam conſimili temporum diſtinctione utebatur, qua conſtat Orthographiam illam veterem ac genuinam paulatim in deterius fuiſſe depravatam, vel negligentia vel inſcitia librariorum.

Qui cum primum juſtis ſyllabis dictiones expreſſiſſent, poſtea notis eas conceperunt, paulatim etiam ſubjunctivam diphthongi vocalem à latere abſtractam vocali præſenti ſubjecerunt, ac tandem etiam prorſus omiſerunt. Quibus animadverſis codicum antiquitatem deprehendi facile poſſe; ut quantum cuique fidei in emaculandis bonis autoribus tribui debeat, ſine hæſitatione judicare queat. Ad ſcriptionem etiam ſe non diſſimili ſolertia muniebat; nihil minus enim quam illotis pedibus rem aggrediebatur. Nam cum in omnibus præpropera feſtinatio moram adducat, planeque *dimidium facti habeat, qui bene cepit*; ille nunquam opus aliquod ſuſcepit, quod non antea perlectum diligenter expenderit, an ſuis humeris conveniret. Suſcipiens enim, ut rem exemplo declaremus, autorem aliquem de Græco vertendum in Latinum, diligenter perlegebat, ut argumentum ipſum dicendique genus penitius contemplatus, cujuſnam claſſis autoribus ad hujus explicationem potiſſimum indigeret, intelligeret. Calamus interim ad manus erat, quo ſimul annotabat memoriæ gratia, ſi quid occurreret difficultatis, quod ante interpretationem propoſitam ſibi diſcutiendum erat.

Cri[...] dig[...] di[...]

M[...] pta[...] do[...] ſce[...]

Can[terus] vti[...] rit in L[atinum] num[...]

Hac opera defunctus, ita ſibi in ſingulos dies penſum ipſe præſcribebat, ut quod poſtridie transferendum ſibi propoſuiſſet, id pridie

pridie ſemper omnibus difficultatibus ac nebulis diſcuſſis, expeditum ſibi redderet ac facile. Quo facto interpretationem ipſam, ad quam illi nihil aliud jam reſtabat, quam nuda quaſi deſcriptio, incredibili quadam celeritate peregit. Declarari hoc non aliunde certius poteſt, quam ex prolegomenis ipſius ad *eclogas Joannis Stobæi*, ab ipſo ex Græco in Latinum translatas. Illic enim cum de collocatione autorum æqualium & penſi propoſiti repurgatione locutus eſſet, de interpretatione ipſa loquens, ita dicit: *Atque hic labor noſter, tametſi multis haud valde gravis fuiſſe videbitur, multo tamen fuit gravior, quam is, quem in interpretatione poſuimus. Quippe quem horis aliquot ſupervacuis ac minus utilibus intra paucos menſes confecerimus. Etenim cum in Chriſtophori Plantini gratiam viri de nobis optime meriti potiſſimum hanc operam ſumpſerimus, non ultra CXXXVI. horas, ſi res ad calculum vocetur, in eam impenſas affirmare auſim.* His enim verbis indicat, ſe eam interpretationem confeciſſe nocturnis iſtis temporibus, intra menſes quatuor ac dies ſexdecim, cum ſingulis diebus ei impendiſſet horam unam. Quod nulli ab eo vel temerarie vel hyperbolice dictum videri poteſt: qui & prolegomena iſta legerit, & hanc ipſam tractandi Methodum ejus conſideraverit, & expeditam illam ac longiſſimo aſſiduoque uſu comparatam utriuſque linguæ facultatem, & ſingularem quandam legendi ſcribendique celeritatem in illo cognoverit ac meminerit.

Ad corporis felicitatem quæ pertinent, in illo omnia magnifica erant & ampla. Erat enim Canterus ſtatura procera & heroica, membris validis & ſolide compactis, totoque corpore juſta proportione bene compoſito quadratus, cute candidiſſima, genuino tamen rubore ſuaviter colorata, facie decora, oculis lætis, vultu hilari, capillitio nigro atque criſpanti, barba non admodum denſa, aſpectu plane amabili. Et quoniam *gratior eſt*, ut ille dicit, *pulcro veniens è corpore virtus*, merito dici potuit, illius ingenium bene habitare. Augebat hanc gratiam cultus, cultum ipſum ſingularis mundicies commendabat. Quanquam enim ille veſtiretur quidem infra fortunam ſuam; veſtitu tamen utebatur ſplendido & eleganti. Mundiciei enim ipſa natura tam amans fuit, ut non modo ſordes, in veſtibus, aliiſque rebus ad uſum vitæ pertinentibus, ferre nullas poſſet; ſed & comam quoque & barbam propterea ſubjecto pectine ſtatis temporibus detonderi curaverit.

Sed hæc momentanea ſunt & caduca, neque vere noſtra dici bona poſſunt; illa ſunt noſtra verius, quæ ad animi cultum pertinent. In quibus ponderandis etiamſi nominatim compluresinſignes viros, tum veteres tum recentes, quorum nomen virtutis & eruditionis ergo omnibus ſacroſanctum eſt ac venerabile, veris rationibus convincere poſſimus hoc noſtro nequaquam fuiſſe ſuperiores, tamen cum omnis hujuſmodi comparatio odioſa ſit, ne vel amore quodam cæco hunc extollere, vel invidiæ quodam ſtimulo quenquam alium deprimere videamur, libenter equidem his abſtinebimus. Theophraſtum autem ſeu quem alium Philoſophum natum annos non minus *octuaginta* cum animam ageret, iniquitatis accuſaſſe naturam ferunt, quæ corvis, ac phœnicibus quorum nihil intereſſet, vitam in multa ſecula prorogaret, homini autem, qui ad ſapientiæ cultum ætate proficeret, vitam breviſſimam attribueret. Quiquidem ſi humanæ conditionis ſortem in hoc merito deploravit, juſtius conqueri Canterus poterat, qui non ætate jam decrepita, ut ille, ſed in ipſo juventutis flore hinc abreptus eſt. Eò etiam magis, quod hac tempeſtate aditus ad ſapientiam longe difficilior ſit, quam iſta fuit. Iſtis enim hominibus Græcis non modo ad ſuam illam ſapientiam comparandam, ſed etiam ad quamvis peregrinationem ſapientiæ ergo expediendam lingua patria ſola, quam una cum ipſo nutricum lacte imbibebant, abunde ſuffecit: cum hæc tum temporis, ut ubique terrarum fere uſitata eſſet, ita etiam quicquid ſcitu dignum erat, comprehenderet. Augebat hanc facilitatem, quod eadem illa ſapientia, quam illi divinarum rerum, & humanarum ſcientia terminabant, limitibus tunc longe anguſtioribus, hoc eſt, iis tantummodo facultatibus concluderetur, quas nunc minores appellamus. Accedebat huc felicitas iſtius ſeculi, quo ipſis ſapientiæ autoribus viciniores eſſent, non modo diſciplinarum fontes ipſos, ſed etiam eoſdem puros ac ſinceros biberunt. Nobis in hac decrepita mundi ſenecta, idque in media barbaria natis longe diverſum accidit. Primum enim cum & nobis eædem, quæ illis diſcendæ proponantur, tum his inſuper accedunt illæ, quæ majores appellantur facultates, *Theologia* ſcil. *Jurisprudentia*, *Medicina*. Quæ ut nunc quidem in Chriſtianorum ſcholis uſurpantur, iſtorum ætate recentiores, & à Chriſtianis, vel peculiariter adinventæ, vel certe in artis formam redactæ ſunt. Quantum autem difficultatis tum his ipſis, tum etiam ſuperioribus iſtis facultatibus, adjecerit, tot ſeculis interea cumulata ſcribentium multitudo, quantum lucis detraxerit illa inter nos & iſtos interjecta tot incomodis notabilis temporis intercapedo: quis non facile æſtimet? Cum non modo tot bella, tot eluviones, tot incendia, tot ruinæ, ut tineas & blattas omittamus, tantam copiam bonorum autorum nobis prorſus abſtulerint: cum barbaries inſuper tam profunda aliis aliter *inſtar porcorū in roſas irruentibus*, bonos autores pleroſq; omnes, qui reliqui erant, tam turpiter maculaverit, vitiaverit, mutilaverit. Deinde cum & linguæ, quibus propoſitus hic ſapientiæ theſaurus continetur, ex uſu populari jam prorſus ſublatæ ſint, & popularium linguarum hodie tam multiplex diverſitas ſit, ut pedem vix domo movere poſſis, quin idiomate perc-

Theophraſtus.

Facilior aditus ad eruditionem Græcis fuit, & veteribus, quam nobis.

Literæ damnum fecerunt temporum injuria.

peregrino retundaris; qui nunc ſapientiæ candidati ſunt, optimam ætatis ſuæ partem linguis diſcendis impendant neceſſe eſt. Quod eo etiam gravius eſt, quo tres illæ inter has præcipuæ & ſimpliciter neceſſariæ, non aliunde nuncquam ex libris hauriri queant. Quanquam autem in confeſſo ſit humanæ vitæ brevitatem ad evolenda omnia ſcripta, quæ ad univerſum ſapientiæ complexum coacervata ſunt, nullo modo ſufficere; quis tamen inficias iverit, eum, cujus nomen ſolidæ eruditionis ergo celebrandum ſit, earum diſciplinarum omnium, quæ hoc orbe continentur, ſi non omnium æque ad unguem, atque unius alicujus, quam præcipue delegerit, at certe mediocriter peritum eſſe oportere? Et cum hoc ita ſit, quis negaverit eundem illum, qui ad hanc ſapientiæ arcem contendit ipſarum diſciplinarum nomine eas linguas oportere diſcere, quibus illæ ſunt comprehenſæ? Quantus igitur vir Canterus fuerit, quanto ingenio polluerit, quanto ſtudio flagraverit; hinc æſtimari poteſt, quod integra adhuc ætate non ſolum ſuperatis difficultatibus univerſis ad culmen & faſtigium ſolidæ eruditionis pervenerit; ſed etiam poſteris magna ex parte viam ſtraverit, qua eodem pervenire poſſint. Præter patriam, hoc eſt, Belgicam linguam, ſex calluit exoticas *Latinam*, ſcilicet, *Græcam*, *Hebraicam*, *Germanicam*, *Gallicam & Italicam*; quas quoniam non alio, quam ſapientiæ conſequendæ ſtudio perdidicit, quantum non modo in minoribus hiſce Chriſtianorum facultatibus profecerit, ſi non ex hac ipſa ejus induſtria, at certe, vel tacentibus nobis, ex ipſius ſcriptis liquido conſtare poteſt, quæ ut numero ſatis multa & eruditione admiranda, ita fructu utiliſſima poſteris reliquit. Extant ejus *novarum lectionum libri octo*, in quibus cum plurimis ac diverſiſſimis autoribus integritatem ſuam reſtituat, quantus ipſe librorum helluo fuerit, declaravit. Extat ejus *Syntagma de ratione emendendi Græcos autores*, in quo cum infinita menda ex diverſis autoribus tollat, tum abunde etiam declarat, quam non oſcitanter in evolvendis autorum ſcriptis verſatus fuerit; utroque autem opere ſtudioſis multum difficultatis & impedimenti adimit. Conſimili induſtria ac fructu & in reliquis verſatus eſt, quæ ex catalogo operum ejus facile intelligentur, quem hic infra ſubjiciemus; ex quibus præſenti facto apparebit, quantum in poetica, in oratoria, in hiſtorica facultate, quantum in ſoluta, quantum in numeris adſtricta, quantum in nativa ſua quantum in transferenda alterius oratione valuerit: Quam luculenter ubique eam, quæ prima orationis virtus cenſetur, perſpicuitatem tueatur, ut nihil obſcurum, nihil ambiguum, nihil improprium relinquat, quod offendere lectorem poſſit.

Canteri eruditio. — *Canterus πολύγλωττος.* — *Scripta Canteri.* — *Novarum lectionum libri.* — *Syntagma de ratione emendandi Græcos autores.*

Erat enim id jam longo uſu conſecutus, ut ſe facile extricaret, unde plerique alii difficulter emergerent: nam ſi quis ejuſmodi forte nodus incidiſſet, quem ipſe neceſſario ſubſidio deſtitutus ſolvere non potuit, tum lectorem, ne forte ipſius autoritate nixus gravius erraret, candide admonuit ut in Stobæo fecit. Ubi cum ſe plurimum, & quidem ſine magno negotio præſtitiſſe profiteatur, lectorem tamen admonet, adhuc multa eſſe inexcuſſa ob defectum Græci codicis, qui non prorſus ex ingenio, ſed etiam manuſcriptorum codicum collatione ſupplendus erat, quos ille tum conſequi non poterat. Porro autem præter illa, quæ in Catalogo librorum ejus recenſebimus, eum etiam habuiſſe alia opera nonnulla vel jam inchoata vel etiam abſoluta, nemini dubium eſſe poteſt. Ipſe flagitante aliquando quadam occaſione amico retulit, ſe pene jam abſolutos habere, quos conſcriberet *commentarios linguæ Græca*, & verſari tum in transferendis quibuſdam operibus, D. *Joannis Chryſoſtomi*, quæ hactenus nec Græce nec Latine edita eſſent: de cæteris nihil compertum habemus.

Canteri diligentia & fides in

Erat enim eo ingenio Canterus, ut non agenda promitteret, ſed acta proferret, neminemque pateretur propoſiti ſui conſcium, ideoque non modo percontatores, ſed etiam famulos averſabatur, quo ſibi magis in tuto forent arcana, quæ eliminari nolebat: longe tum prudentior tum modeſtior illis, qui *parturiunt antequam conceperunt*, & multa jactitant, quaſi jam abſoluta opera ſua, quæ nunquam inchoarunt, aut ne inchoaturi quidem unquam ſunt. Illud interim ille non diſſimulavit, ſe deinceps in ſanctorum patrum opera de Græco in Latinum transferenda fuiſſe incubiturum, inprimiſque novam *Bibliorum* translationem & exactiorem Græci textus emendationem meditari, ad quam rem felicius abſolvendam non modo Hebraicæ linguæ penetralia curioſius jam rimabatur, ſed & exemplarium tum Hebraicorum, tum Græcorum tum Latinorum non ſolum manuſcript. ſed etiam excuſorum diverſæ editionis copiam terra mariq; venabatur.

Pium hoc propoſitum ſuum prudenti conſilio fulciebat. Nam quo facilius in effectum daret id, quod moliebatur, Lovanio relicto, Leovardiam concedere, ibique ſedes figere conſtituerat, eoque conſilio eclogas Stobæi (qui fetus illi poſthumus extitit) ampliſſimo clariſſimoque viro D. *Igramo ab Achelem* Regii tum ſenatus per Friſiam præſidi dedicavit, tum ut ejus autoritate atque prudentia non ſolum adverſus incommoda protegeretur, ſed etiam in literariis ſubſidiis conquirendis adjuvaretur, tum etiam ut ſingulari ejus eruditione ac ſapientia familiarius atque commodius frueretur. Nemo autem (qui quidem res Canteri diligentius expenderit) temere eum Lovanium Leovardia fuiſſe mutaturum dixerit. Nam cum illi prima cura vitæ, ſecunda ſtudiorum fuerit, utriuſque ratio eum huc impellebat, ut quam maxime.

Igram ab A… lam.

Lovanii enim cariſſime vivebatur, & Cantero, qui ſtipendium publicum non ambiebat, de ſuo vivendum erat. Reditus autem

autem ex patria ſua iſtuc arceſſere non modo ſumptuoſum, ſed & periculoſum erat, infeſtis itineribus terra marique tunc univerſis. Atqui Leovardiæ omnium rerum, quæ ad vitæ neceſſitatem pertinet affluentiſſima copia eſt, non modo quod ipſa Friſia natura cœli ſolique fertiliſſima, ſed etiam quod vicinum mare, quo fere tota ambitur, abeunde ſuppeditet, quæ requiras. Hic igitur non modo multo minoris victurus erat Canterus, quam Lovanii, ſed & ipſe quoque præſens rerum ſuarum diſpenſationem habiturus erat, cum in municipio hujus urbis fundos auitos, & ex his ampliſsimos reditus haberet. Accedebat huc, quod Leovardia, quæ avo Wilhelmo, Gruninga, quæ patri Lamberto, Ultrajectum, quod ipſi natale ſolum fuit, civitates inter ſe vicinæ ſunt: cum Gruninga non niſi ſeptem miliaribus ad orientem. Ultrajectum nonniſi viginti duobus miliaribus ad Auſtrum Leovardia diſtet; ita ut ſibi cum amicis inibi habitantibus officia, quæ neceſſitudo pietatis flagitat, ultro citroque conſtare facillime poſſent.

Canterus ergo ob dictas & alias cauſas Leovardiam plane conceſſurus erat: niſi temporum illorum infelicitas propoſitum ejus impediviſſet. Quanquam enim toto fere Belgio pluribus tum annis inteſtini motus ſatis acerbe graſſati eſſent: nuſquam tamen, his durantibus ad ejus ſaltem vitam uſque, tutius ac tranquillius vivere contigit, quam Lovanii. Quæ cauſa fuit, ut & ille tantiſper ibi hærere decreverit: donec pace recuperata tuto in patriam commigrare poſſet: quo ſi pervenire incolumnis potuiſſet: ſuppetente vita reipubl. literariæ uberes de ſe fructus haud dubie daturus erat. Sed divina providentia, quæ piam ipſius voluntatem pro effectu habuit, & immortali præmio cœleſtis gloriæ remunerare voluit, haud permiſit, ut qui literas tanto cum affectu promoviſſet, alio in loco, quam literis conſecrato, diem clauderet extremum. Voluit enim hujus memoriam non modo ſcriptis ipſius toto terrarum orbe celebrem, ſed etiam hic ſepulcro conſpicuo venerabilem in omne ævum permanere: ut qui epitaphium legerent, ad æmulationẽ ſcriptorum loci ipſius opportunitate exſuſcitarentur.

Cum itaque circa Idus Novembris in febrem incidiſſet, quæ & in hecticam degeneravit, tota hyeme cũ hoc malo & maxima parte veris graviſſime conflictatus eſt, medicis fruſtra opem ferentibus. Ideoque cum in dies ingraveſcente malo facile ſentiret, ſibi imminere fatalem diem; exactæ vitæ mortem conformem meditatus eſt. Præſtitit illi permulta officia charitatis vir ſingulari tum eruditione, tum pietate *M. Embertus Everarts, ab Arendonck* ſacrarum literarũ Licentiatus, & ad *S.* Jacobum tunc paſtor, qui conſolando confirmando, erigendo ægrotum, noctes atque dies non ſolum in ultimo agone, ſed etiam ex quo morbus habere periculum viſus eſt, ad ſpem divinæ gratiæ alacriorem reddere dignatus eſt. Cujus hortatu ille mature compoſitis rebus ſuis nixus miſericordia divina in Domino placide obdormivit, anno poſt natum Chriſtum ſeptuageſimo quinto ſupra mille quingentos Menſis Maii decima octava, quæ dies Mercurii erat, intra horam quartam & quintam mane: cui ad complendum annum ætatis trigeſimum tertium tantum defuit temporis, quantum huic porro ad vigeſimam quartam diem ſequentis Julii reſtabat. *Ex quo & moritur.* *Ætas.*

Sepultus eſt in æde S. Jacobi ad Auſtralem partem templi loco inprimis conſpicuo ac celebri. Teſtamenti ſui executores eſſe voluit D. *Cornelium Valerium* præceptorem ſuum: & ampliſſimum nobilisſimumque virum D. *Carolum Heluegen*, Dominum de Saert, hoſpitem ſuum, apud quem vita defunctus eſt. Itaque illi manibus ejus debita ſolennitate juſta perſolveruut; & ex præſcripto ipſius reliquis omnibus rite peractis bibliothecam ejus Ultrajectum ad fratrem *Theodorum* tranſmiſerunt. *Sepultura.* *Teſtamenti executores.* *Bibliotheca fratri ceſſit.*

Obiit autem Canterus ut ingenti incommodo rei literariæ, cui plurimum poſthac eſſet collaturus: ita etiam ſummo omnium eruditorum luctu, quibus acerbisſimum ſui deſiderium reliquit.

Scripſit Canterus primum *Novarum lectionum libros quatuor*, in quibus præter variorum authorum, tam Græcorum, quam Latinorum explicationes Athenæi, Gellii, & aliorum fragmenta quædam in lucem proferuntur. Deinde *Æ. Ariſtidis orationum tomos tres* Latine convertit: quorum primus viginti octo: ſecundus ſeptendecim; tertius ſeptem Orationes complectitur. *Scripta.*

Huc acceſſit orationum *tomus quartus*, ex veteribus Græcis Oratoribus concionatus eodem interprete: *Gorgiæ orationes duas*, *Thucydidis* unam, *Lehonactis* unã, *Andocidis* unã, *Herodis* unam *Antiſthenis* duas, *Lypſiæ* unam, *Dinachi* unã, *Alcidamantis* unam continens. Adjungitur etiam *de ratione emendandi Græcos authores* ejuſdem *ſyntagma*: Ac denique *Gnomologia Græcolatina*, ſive ſententiæ inſigniores breviter ex *Ariſtide* collectæ: Prætera *Lycophronis Alexandram ſive Caſſandram*, Latine ad verbum tranſtulit, adjectis annotationibus, quibus loca difficiliora partim è ſcholiis Græcis, partim ex aliis Scriptoribus explicantur.

Huc acceſſit *epitome Caſſandræ* Græcolatina carmine Anacreontio eodem authore: Nec non ipſius *Caſſandræ verſio altera* carmine expreſſa per *Joſephum Scaligerum* Julii filium.

Novas lectiones recognovit & tribus libris auxit. Similiter *Ariſtidis Pepli fragmentum*, ſive Heroum Homericorum Epitaphia, primus authori ſuo reſtituit, Latine vertit, & annotationibus illuſtravit. His adjecta ſunt *Auſonii* Epitaphia Heroum, qui Bello Trojano interfuerunt, aliquot locis ab eodem emendata. Præterea *Fragmenta* quædam *Ethica* Pythagoreorum quorundam, ex Stobæo deſumpta, Latinitate donavit. Poſtea *Syneſii* aliquot *opuſcula* Græce pariter ac Latine primus edidit, ſunt autem hæc; De Dono *Syneſii opuſcula.*

no ad Laconium Concio ſecunda, conſtituto, altera: Hymni carmine, quibus adjuncti ſunt alii tres Hymni. Ejuſdem locorum aliquot *in Ciceronis Epiſtolis* explicationes & emendationes. Ejuſdem *in Propertium ſcholia.* Denique *Euripidis Tragœdias* edidit, in quibus præter infinita menda ſublata, carminum omnium ratio hactenus ignorata proditur, adjectis Euripidis ſententiis aliquot inſignioribus, & Latinis verſibus ab eodem redditis, quod ipſum etiam *in Sophocle & Æſchylo* ab illo præſtitum eſt. *Novas lectiones iterum* recognovit & libro uno auxit, quibus acceſſit de ratione emendandi Græcos Authores Syntagma ſimiliter auctum; nec non Ariſtotelis pepli fragmentum cum aliis, tum integra tabula Deorum & hominum illuſtrium progenies complectente itidem auctum, ac novarum lectionum quarta jam editio parabatur libro uno rurſum aucta. Similiter locorum aliquot *in Ciceronis epiſtolis* explicationes & emendationes recognovit, additis novis locorum aliquot *in Epiſtolis ad Atticum* explicationibus & emendationibus. Poſtremo *Joannis Stobæi eclogarum libros duos* in Latinum convertit, quorum prior Phyſicas, poſterior Ethicas complectitur: quibus una etiam acceſſerunt G. *Gemiſthi Plethonis* de rebus Peloponneſiacis orationes duæ eodem interprete. Confecit quoque ſeparatim tabellas duas, alteram *in Ciceronis libros de officiis*, primo ſeparatim à Sylvio excuſam uno ſemifolio. Deinde tum ab eodem una cum ipſo Cicerone & Suffridi in eundem caſtigationibus: Alteram in *Cornelii Valerii Phyſica*, cum ipſis à Plantino eadem forma editam. Tranſtulit inſuper *Æl. Ariſtidis artis Rhetor. libros duos*, unum de oratione Civili, alterum de oratione ſimplici, nondum editos: *Poematum* denique *libros quatuor* propemodum abſolverat: Scripſit etiam *notas in Bibliothecam Joſiæ Simleri*, quibus multis Author genuina nomina & ſcripta reſtituit.

Epitaph. Defuncto tumulum ad D. Jacobi poſuit Theodorus frater & bibliothecæ heres.

NOBILI VARIAQUE ERUDITIONE UTRIUSQUE LINGUÆ MONUMENTIS CLARO VIRO

GUILIELMO CANTERO QUI XXXIII. ANN. NATUS MINUS LXVI. DIEBUS OBIIT XV. KAL. JUNII A cIↄ. Iↄ. LXXV.

FRATRI SUO CHARISSIMO THEODORUS CANTERUS POS.

Cr. 1576. d. 10. Febr. ætat. 44. Suffrid. Petr. in ſcriptoribus Friſiæ: Miræus in elogiis.

GUILELMUS XYLANDER.

** Vernacule Holtzmann.* *Fortuna Xyland. exiguior.*

Guilelmus Xylander * natus eſt Auguſtæ Vindelicorum, anno Chriſti 1532. die 26. Decembris parentibus honeſtis quidem; ſed minime in re aucta & lauta conſtitutis; adeo ut experiri ipſe in ſe cogeretur illud, quod poëta olim:

> *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat*
> *Res anguſta domi.*

Idem tamen etiam expertus eſt in ſe veritatem oraculi divini: *quærentibus Jehovam, non deerit omne bonum.* Cum enim in puerum, primorum utriuſque linguæ rudimentorum non infeliciter peritum, parentes inopia & rei familiaris difficultatibus, ſumptus ad progreſſiones literarias neceſſarios facere neque vellent neque poſſent: nobilis patricius Auguſtanus D. *Wolffgangus Relingerus* impetrata ipſi ex ærario publico ſtipe effecit: ut quibus ſemel fuerat deditus, ſtudiis literarum; in iis pergere cupido liceret: tantiſper dum probatis profectibus in collegium *Ulricianum* primum, deinde *Antonianum*, inter alios qui diſcendarum liberalium artium cauſa publice ibi alebantur, fuit receptus.

VVolffgan. Relingerus. Studia adoleſcentiæ Xyland.

Inde poſtea temporis *Tubingam*, uberioris doctrinæ percipiendæ cauſa * miſſus, curſum propoſitum tenuit, & linguarum Græcæ inprimis & Latinæ ſtudio ſe dedidit. Anno 1556. ad *Baſilienſem* acceſſit Academiam: ubi Philoſophicorum Profeſſorum conſenſu, artium magiſter ſolenniter eſt renunciatus.

*Tubingam miſſus. * Inſtrip. anno 154. Inde Baſileam.*

Hic cum ejus eruditio paſſim innoteſceret, Heidelbergam vocatur, ubi Græcæ linguæ profeſſio, *Jacobo Mycillo* rebus humanis exemto, ei fuit commendata. Qua in functione ſumma fide & diligentia eſt verſatus, & juventuti Academicæ optimos quosque auctores ſolerter & dextre explicavit.

Vocatur Heidelbergam.

Anno 1546. menſe Aprili, cum *Fridericus* tertius Palatinus Septemvir, & *Chriſtophorus* Wirtembergicus, in Maulbrunnenſi monaſterio convenisſent: ut de controverſia Euchariſtica colloquium inter Theologos utrinsque partis inſtitueretur: adhibitus eſt à Palatino *Xylander*, qui notarii munere fungeretur; ſicut à Wirtembergico *Lucas Oſiander* ad idem munus fuit delectus. Anno itidem 1571. cum idem Fridericus, colloquiū *Franckenthalæ* cum Anabaptiſtis, in Palatinatu tunc nidulantibus, publica fide interpoſita, indixiſſet: *Wenceslao Zulegero* præſidi, *Petro Datheno*, concionatori aulico, collocutori, *Xylander* cum *Caſparo Faus & Martino Neandro*, adjunctus fuit: qui notarii munus ea in actione obiret. Et hoc quidem colloquium, ut παρέργως id addamus d. 19. Junii ſolutum fuit: cumque nullis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis, nullis rationibus inſana capita à pertinacia inſanabili dimoveri poſſent: Elector, jure magiſtratus in eos uſus, graviſſima pœna indicta, ne in ditione ſua docerent, & ſubjectos Palatino Septemviratui populos ſeducerent, interdixit.

Intereſt colloquio Maulbrunnenſi.

Thuanus lib. 35. hiſt. ad d. 2 Mai. Colloquium cum Anabaptiſtis Thuan. l. 48.

In docendi munere Xylander Latinitate donavit præclarum illud, & immortalitate dignum opus *Plutarchi*, continens *vitas parallelas* illuſtr. virorum; & alterum, quod *Moralium* titulo vulgo inſignitur; atque utrumq;

Scripta Xyland.

notis

notis ſive annotationibus illuſtravit. Prodiit opus iſtud Francofurti typis Wecheliana in officina elegantiſſimis exſcriptum, verſione Latina è regione Græco textui reſpondente. Idem præſtitit Xylander in *Georgii Cedreni hiſtoria*, Latine eam interpretando, & ſcholis illuſtrando, nec non in *Strabonis & Dionis* monumentis. Idem *Diophanti Arithmeticam* Latine reddidit: quam illuſtriſſimo duci Wirtembergico inſcripſit, & anno 1575. obtulit: ac teſte Cruſio, quinquaginta thaleris muneratus pro ea fuit. *Stephanum* item *de urbibus* recognovit, & tranſtulit. *Pſelli* de quatuor diſciplinis opuſculum Latinum fecit, adjectis annotationibus, carmine de Philoſophia, de *Joannis Zonaræ* annalibus, & in M. Xyſti Betuleii, præceptoris ſui obitum Nænia. *Polybii* præterea ſeptendecim libros hiſtoriæ Romanæ in Germanicam linguam tranſtulit: quod idem in Euclidis ſex libris prioribus fecit. Scripſit & commentarios in *Homerum*, & variarum lactionum libros; tabulas *Græcæ Grammaticæ, Algebram, Euclidea, Geometrica, Aſtronomica. Euripidem* ac *Theocriti Idyllia* correxit, additis annotationibus. *Novi* præterea *Teſtamenti* libros è Græca in Germanicam accuratiſſime tranſtulit, adjunctis etiam notationibus. Edidit & *Horatium* cum notis, Laconicis illis quidem, ſed perquam eruditis fructuoſisque in quibus id operam dedit, ut non Horatium modo, ſed & alios Græcantes ſcriptores legentibus commodaret lucubratio. Commentarium quoque copioſum in Horatii artem poeticam ſcribere orſus fuit: ſed morbo impeditus, ac tandem morte abreptus, non perfecit.

Fuit ingenii ſubtilitate, judicii perſpicacitate, memoriæ felicitate eximia præditus; raro opus ullum ſolitus abſolvere prius, quam typographis traderet: tantumque lucubrando ſemper promovit, quantum illi imprimendo abſolverent. Nec unam interim rem ſolam unquam agebat: ſed plura ſimul ſucceſſu feliciſſimo tractabat: & quia in animo & memoria meditationes ſuas ſervabat, ideo in chartis pauca admodum annotabat.

Logicus, Poeta, Mathematicus, Muſicus, Hiſtoricus, Phyſicus, Latine, Græce, & Hebraice doctus. Moribus vitaque gravis & caſtus: in ſermone & congreſſibus familiaribus facetus: laborum tolerans, candidus, apertus αὐταρκὴς ac in omni vita omnibusque actionibus philoſophus vere Chriſtianus: qui ſibi nunquam, DEO aliisque ſemper viveret; omniaque novercantis fortunæ tela fortiter elideret. Quemmadmodum enim Herculi ab ortu ſuo infeſtam fuiſſe Aten Homerus tradit: ita & ſua Xylandrum Ate ſemper afflixit; multisque ac variis incommodis & rei domeſticæ difficultatibus, oppugnavit, nunquam tamen pectus bene munitum, DEI inprimis gratia, & bonorum ſubſidio, expugnavit.

Obiit doctiſſimus hic vir, & rei literariæ ſtudioſiſſimus morbo ex intempeſtivis laboribus atque lucubrationibus, contracto, anno 1576. die 10. Februar. ætatis 44. Haidelbergæ ad D. Petri, in ſacello Academiæ cum luctu collegarum, & ſtudioſæ juventutis ſepultus.

Jacobus Auguſt. Thuanus, v. cl. de Xylandro hæc * reliquit: *in Germania eodem anno* (ponit 1575. ſed perperam) *obiit Wilhelmus Xylander Auguſtanus, utriusque linguæ apprime peritus & omnis antiquitatis ac literaturæ, cum paucis hujus ævi comparandus; ad hæc philoſophicis & Mathematicis ſtudiis clarus. Dum vixit cum ſumma egeſtate luctatus, atque ob id * fami, non famæ, ſcribere * eſt exiſtimatus. Multa ille magno rei literatæ bono vivus edidit; plura, quæ promiſit, & quæ erat eruditione ac ingenio; præſtare potuit, publico daturus, niſi immatura mors eum, quippe tantum * XLV. annos exegerat, Heidelbergæ, ubi profitebatur, intemperantia vitæ accelerata, oppreſſiſſet.* Hæc ille. * Habuit affecta etiam non pauca, in quibus & Onomaſticum Geographicum: cujus in Commentariis * Horatianis meminit. Adeo verum eſt * illud * Plinii: *acerbam ſemper & immaturam eſſe mortem eorum, qui immortale aliquid parant: quique poſteros cogitant, & memoriam ſui operibus extendunt: iis nullam mortem non repentinam videri, ut quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat.*

* lib. 6. hiſt. * Fatetur ipſe Xylander in præfat. ad lectorem vit. Plutarch. * Verius XLIIII. * Ad oden 7. lib. 1. * Cam. lib. 5. epiſt. 5.

VALENTINUS ERYTHRÆUS.

A. 1576. die 29. Martii, ætat. 54.

VAlentinus *Erythræus* anno viceſimo primo ſupra mille quingentos in civitate Imperii *Lindavio*, ad lacum Podamicum eſt natus: ubi cum didiciſſet prima artium rudimenta, & pietatem, miſſus eſt in ſcholam Argentoratenſem. Unde, cum ſolidius aliquanto eſſet inſtitutus, contulit ſe in ſcholam Wittembergenſem, uſusque præceptoribus D. *Luthero*, Philippo, & aliis excellentibus viris, beatæ memoriæ, reverſus eſt Argentoratum; & factus præceptor claſſicus: tandem vero D. *Sturmio* adjunctus eſt, & locum profeſſoris præcipui obtinuit.

Ex iſta ſchola ab ampliſſimo Senatu Noribergenſi vocatur, anno ſeptuageſimo quinto ad *Altorfianæ* ſcholæ regimen, paulo ſupra *dimidii anni* ſpacium munere rectoris primus functus eſt. Cœpit autem cum gravi morbo conflictari, quem cum multi ſperarent jam deſæviiſſe, tandem accedente pleuriſi, & acutis circa diaphragma compunctionibus, expiravit anno ætatis quinquageſimo quarto, qui eſt κλιμακτὴρ novenarius ſextus, quem ſibi ominoſum eſſe perpetuo dixit. Conqueſtus eſt etiam aliquoties de itinere, quod ſuſcepit inuſitato tempore in Saxoniam, ubi diætam & aërem paulo inclementiorem, tolerare non potuit. Deceſſit placide & pie in vera invocatione nominis divini Anno Chriſti ſeptuageſimo ſexto, die viceſimo nono Martii.

Patria. Mittitur Argentinam. VVittembergam. Argentinæ præceptor claſſicus & profeſſor. Vocatur ad ſcholæ Altorfianæ gubernationem. Morbus ex itinere: Mores.

De

De eruditione teſtantur ejus ſcripta, quæ in manibus multorum ſunt; & relinquitur merito eruditioribus judicium de iis integrum. Confeſſionem in Evangelicorum Eccleſiis ſonantem, & contentam in corpore doctrinæ amplexus eſt, id quod propriæ manus ſubſcriptione confirmavit. Nec aliud genus doctrinæ, ab hoc diſſentiens, ad extremum usque vitæ habitum, recepit & profeſſus eſt.

Scripta Erythræi.

Inter ea, quæ in lucem edidit, ſunt *tabulæ* & σχηματισμοὶ in partitiones oratorias *Ciceronis:* in libros partitionum dialecticarum *Sturmii:* in dialecticam *Philippi Melanchthonis:* in Grammaticam & alia, quæ ex Bibliothecis petantur. *Inſtitutionis puerilis tomo ſecundo.*

Ω. 1576. die 4. Decembr. ætat. 62.

GEORGIUS JOACHIMUS RHETICUS.

Rheticus unde dictus.

GEorgius *Joachimus* à natali ſolo *Rheticus* vulgo cognominatus, in lucem editur anno milleſimo quingenteſimo decimo quarto, die decimo ſexto Februarii, in oppido Feldkirchen. In ſtudio literarum præcipue ad Matheſin & Aſtronomiam incubuit, eamque ſecundum *Regiomontanum, Copernicum, & Reinholdum* maxime illuſtravit.

φιλομαθηματικός.

Docuit eandem diviniſſimam artem in florentiſſima Academia Wittembergenſi, anno milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo, & pluribus: expoſuitque publice *Alfragani* commentarium, Ptolemæi μεγάλην σύνταξιν aliosque ejus ſcientiæ non poſtremos autores.

Docet VVittembergæ.

Cum autem fama de Copernici admirandis hypotheſibus percrebuiſſet: ipſe quanquam profeſſorem ageret; tamen teneri non potuit, quin tantum virum primo quoque tempore adiret. Profectus igitur ad Copernicum, cum coram de hypotheſibus cognoviſſet: renunciata profeſſione apud eum manſit; adeoque ut in opere Revolutionum ac præſertim primi mobilis alacriter progrederetur, urgere non deſtitit; præſtitit deinde præceptori Copernico memoris & grati animi officium, opera ipſius Copernici in lucem proferendo.

Relicta profeſſione ad Copernicum abit.

Edit Copernici opus.

Edidit Rheticus inter alia Ephemerides novas ſeu expoſitionem poſitus diurni ſiderium & συσχηματισμῶν præcipuorum, ad annum milleſimum, quingenteſimum, quinquageſimum primum: in cujus præfatione hæc ipſe de ſe ſcribit: *Quid dicam, quantum operæ huic cognitioni ac ſcientiæ impenderim, & quid, ut glorioſe loquar, quaſi ærumnarum exantlarim, tanquam Hercules, huc illuc oberrans & non quidem cingulum aliquod aut poma quærens, quæ referrem ad meos; ſed de maximis & neceſſariis rebus veritatem, quæ jam tanquam monſtris errorum profligatis, conſpici & apprehendi poſſet? Feratur æquo animo oſtentatio hæc mea, non illa quidem ingenii neque ſapientiæ; ſed eorum quæ nemo fere ſolet invidere alteri, ſudoris, vigiliarum, moleſtiæ, itinerum. Quæ quidem meo, ut dicitur, Marte, & longinqua & difficilia confeci, dum quæro, qui me*

Scripta alia.

Rhetici labores in excolenda Matheſi, & itinera.

accipiat, cœlique vias & ſidera monſtret.

Septentriones ſubii, & inde contrario tractu in Italiam contendi, ubi puer aliquando cum meis fueram, quia fama erat, de quibuſdam, eximia; ſed ab his quantumis celebribus non multum adjumenti allatum fuit ſtudiis noſtris. In Pruſſia ea didici atque percepi de præclariſſima arte Aſtronomiæ, dum verſor apud ſummum virum Nicolaum Copernicum: quibus elaborandis, augendis, ornandis, ut neque vita neque opera unius ſufficere poſſit: ita me procurante jam habent ab ipſo autore ſtudioſi harum artium ea abſoluta atque edita, in quibus utiliter & ſplendide exerceantur. Hæc ib.

Nic... pern...

Edidit idem *Canonem doctrinæ triangulorum,* quem abſolvit *L. Valentinus Otho* Princip. Palatini Frideric. IV. Elect. Mathematicus, de voluntate ipſius Rhetici, & emendavit *Bartholomæus* Pitiſcus* Sileſius.

Can... ctrin... angu... Vale... Otho...

** Ba... mæu... tiſcu... Pal... ſacri... Theo... Mat... excel...*

Et ut clarum faceret Canonem illum totius eſſe Matheſeos theſaurum; & ſi aliæ tabulæ deſiderentur universæ: tamen Canonem illum per ſe omnibus Matheſos candidatis præclarum copiam ſuppeditare, Mathematica ſtudia tractandi: Ideo *duos libros de doctrina triangulorum* inſtituit. In *primo* ea præcepta complexus eſt, quæ maxime uſus quotidianus exigit: *ſecundum* tribuit exemplis, deſumtis ex præcipuis capitibus *Geodeſiæ, Optices, Dioptrices, Meteoroſcopices, Gnomonices, Geographiæ, Aſtronomiæ, Muſices, Mechanices,* & omnium doctrinarum, quæ de Geometria & Arithmetica, ceu fontibus promanant. Ita enim ſtatuit optimus vir, mathematicis diſciplinis neglectis, neceſſe eſſe omnem eruditionem doctrinæ incultam relinqui & quaſi filicem barbariæ innaſci agris Muſarum.

Ω. 1... d. 27... Mat... præſ...

Anno Chriſti ſeptuageſimo ſexto, cum à quodam Barone Ungaro evocatus, Caſſoviæ, in ſuperiori Pannonia ageret: in conclavi recens incruſtato forte dormivit; ſtatimque catarrho infeſtari cepit, quo & ſuffocatus, vitam clauſit pie in his terris die quarto Decembris, ſub ſecundam noctis horam, anno ætatis ſexageſimo ſecundo. Præter pauca illa, quæ publice edidit, longe plura quorum indicem in bibliothecam ſuam Simlerus tranſſcripſit ab admirabili ejus ingenio fuiſſent exſpectanda: niſi mors invidiſſet & interrupiſſet. Vir hic, quo fuerit in rem literariam animo, vel hinc videre eſt: quod omnes & vires & facultates ſuas in ſtudia Mathematica impendit; & tota vita ſua fere nihil aliud egit; quam ut Canonem triangulorum quam locupletiſſimum poſteris traderet: pro quo ſtudio merito ipſi gratia habetur immortalis. *Rheticus in præfatione Ephem. & in dialogo de canone doctrinæ triangulorum. Item in præfatione operis Palatini & Thuanus.*

Obitu...

Anim... ejus e... Math...

1577. *LAMBERTUS HORTENSIUS.*

MOntfortio ditionis Ultrajectinæ oppido hic oriundus admodum adoleſcens, in primo ſtudiorum tyrocinio, Lovanium ingenii excolendi cauſa fuit miſſus. Eo cum veniſſet, nihil prius ſibi, nihilque antiquius duxit: quem eas linguas, quantum tum dabatur, perdiſcere, ſine quibus omnes artium facultates infeliciter diſcuntur. Acuebant autem ipſum non ſolum veterum ſcriptorum *exempla* verum etiam Latinorum Grammaticorum *præcepta, & neceſſitas* plane Diomedea. Prodibant enim in dies in lucem è ſitu & ſquallore eruti veteres autores, quibus priſtino nitori *Eraſmi*, aliorumque doctorum hominum induſtria reſtitutis & emaculatis, plura pene Græca inſperſa, quam Latina, lectorem & librorum helluonem remorabantur.

Clarebant ea tempeſtate in illa ipſa Academia linguarum profeſſores, Græcæ quidem *Rutgerus Reſcius*, Latinæ, *Conradus Goclenius*, Hebraicæ *Joann Campenſis*, viri cum diligentes in tradendo, tum in ſua quiſque palæſtra primi nominis: quorum fama & celebritate undique ſtudioſi exciti, Lyceum illud literatiſſimorum hominum frequentia ita replebant; ut brevi inde, tanquam ex equo Trojano fœto, innumerabiles milites, armis Palladis inſtructi, & egregie exercitati, prodierint. Audivit etiam eximium Peripateticum, *Ludovicum Vivem*, & inſignem Rhetorem *Joann. Paludanum*, jam tum ſenem admodum: quem quoties audivit declamantem, & Rhetoricorum ad Herennium libros explicantem, viſus eſt ſibi videre & audire Neſtorem illum Homericum.

τὸν ἡδυεπῆ,
τῦ καὶ ἀπὸ ςόματος μέλιτος γλυκίων
ῥέεν αὐδή.

Fuit ibidem ei contubernalis, quo cum omnes ſtudiorum rationes ſedulo communicavit, in re literaria cum ipſo ab unguiculis Ultrajecti educatus *Joannes Guinterius Andernacus*, tenuis ſortis quidem adoleſcens, ſed ingenii præſtantis, & ad apicem eruditionis natus, id quod brevi poſt eventus declaravit. Etenim * Lovanii digreſſus cum Lutetiam veniſſet, ſtatim ſpecimen ingenii ſui, quod ad id temporis in umbra delituerat cum magna laude edere cœpit. Græcæ enim linguæ profeſſionem auſpicatus, ſtipendium regium; idque ſplendidum & magnificum paucis diebus meruit. Cum eo igitur Hortenſius, qui Græcam linguam præcipuum ſibi ſcopum tum præpoſuiſſet, noctes & dies pervolvendis Græcis autoribus, quorum ſaltem copia ad manus tum erat, juvenili quodam ardore impendit. Et quia à facilioribus auſpicandum putabant illi duo φιλέλληνες, non Demoſthenem, aut Homerum, aut Pindarum; ſed Ariſtophanem primum aggreſſi ſunt, moti tum aliorum doctiſſimorum virorum, tum D. *Chryſoſtomi* autoritate; qui illum autorem adeo diligenter perdidiciſſe traduntur: ut à dormientium pulvinaribus nunquam abfuerit. Ita ergo in Comici illius lectione verſatus Hortenſius fuit: ut ad verbum prope perdidicerit. Vertere inde eum oratione ſoluta cœpit: quod ubi utcunque ſuccedere ſenſit; eodem carminis genere Latine reddere tentavit. *Chryſoſtomus Ariſtophanis ſtudium. Hortenſii item. Vertit Ariſtophanem.*

Edidit autem junior Plutum Ariſtophanis, carmine Latino verſam additis annotatiunculis, quibus loca obſcuriora illuſtrantur: idem in aliis ejus poetæ fabulis periclitaturus. Exiit cum privilegio Regis in lucem Ultrajecti Anno 1556. Scripſit ætate ac judicio maturior libros 7. *ſeceſſionum civilium* Ultrajectinarum & bellorum, uſque ad epiſcopatus translationem ad Burgundos: *Edit Plutum Latine. Scripta.*

Item *tumultuum Anabaptiſtarum* lib. 1. *De bello* etiam *Germanico* libros quinque, & *in Virgilium commentarios*. Excuſa omnia ſunt Baſileæ. Annotationibus ipſius & enarrationibus doctiſſimis atque utiliſſimis *in duodecim Æneidos Virgilii* libros, aliorum etiam explanationes atque lucubrationes acceſſere, nunquam ante viſæ, atque ex officina Henric petrina Baſileæ prodierunt. Idem in Lucani Pharſalica commentarios elegantes concinnavit.

Nardenæ autem apud Batavos ſcholæ multis annis præfuit: tulitque fructum pietatis, juventuti impenſæ, in urbis illius * clade; cum à VVeldamio, nobili adoleſcente, grato diſcipulo, furori militari eſt ereptus. *Docet Nardenæ. An. 1572.*

Obiit in prædio ibidem ſuburbano, ſenio laboribusque confectus, anno ſeptuageſimo ſeptimo, ſupra mille quingentos. Ad imaginem ejus hos verſiculos luſit B. Arias Montanus: *Obitus.*

Hujus ubi Hortens Iſpectas in imagine vultum;
Talia tum jubeat dicere verba tibi:
Romane Hortenſi, concede huic: ſecula priſcis
Nomine reque pares noſtra tulere viros.

Ex præfatione ipſius in pluti verſionem, bibliotheca Geſneri; & elogiis Miræi.

MARRTINUS SMETIUS. *Periit circa ann. 1578.*

MArtinus Smetius Weſtvvynkelanus fuit Belga, antiquitatis inprimis amans, & indagator ſollers. Inſcriptiones enim per *ſexennium*, ab anno videlicet quadrageſimo quinto, ad annum uſque quinquageſimum primum, ſumma dilgentia, cum per urbem Romam, ubi tum agebat, tum per alia multa Italiæ loca; quæ cum hero ſuo, *Rodolpho* Pio Cardinale Carpenſi, obiter perluſtravit, tumultuarie primum collegit. Poſtea tum illas ipſas, tum quas à *Benedicto Hegio* Spoletino, *Joanne Metello* Burgundo, ab *Antonio Morillonio*, aut à *Stephano Vinando Pighio* Campenſi, viris utique doctiſſimis, & antiquitatis omnis obſervatoribus diligentiſſimis, acceperat; in *quatuor* primarios ordines ſeu claſſes ſummatim diſtribuit. *Primo ordine* quicquid ad rationem locorum, *Antiquitatis amans Smetius. Opus inſcriptionum totius orbis. Diſpoſitio ejus.*

S operum

operum, atque ædificiorum, ſeu publicorum ſeu privatorum pertinere videbat, complexus eſt. *Secundo* divina omnia; hoc eſt, non ſolum deorum dearumque titulos ac ſtatuarum dedicationes: ſed etiam ſacerdotum utriusque ſexus, & magiſtratuum, miniſtrorumq; ſacrorum, hiſtrionum ac ludionum epigraphas comprehendit. *Tertio loco* hominum illuſtrium, videlicet, Imperatorum, Cæſarumque, Conſulum, atque aliorum magiſtratuum majorum, cum Romanorum, tum provincialium, elogia monumentaque poſuit. In *quartum* ultimumque ordinem, militum & eorum, qui officia publica minora geſſerunt artificum & miniſtrorum domus Auguſtæ: communium deinde hominum, ac poſtremo Chriſtianorum aliquot vetuſtiorum epitaphia congeſſit. His ad calcem adjecit *elenchos* ſeu *locos communes*; in quibus præcipua quæque, & obſervatu digna, in certas claſſes, & capita digeſſit.

Hæc omnia tanquam fructum peregrinationis ſuæ, jucundumque magis, quam opulentum ex Italia delatum theſaurum exſcripſit, penes ſe ſervaturus. Sed cum *Marcus Laurinus* Waterfleti Dominus, vix bene cepta apud Smetium vidiſſet; cum viva voce, tum crebris literis perhumaniter ſcriptis, hortari non deſtitit; ut, quod non infeliciter cepiſſet, ad optatum finem perduceret.

M. Laurinus Smetio auctor antiquitatum edendarum

Quod cum tandem factum eſſet, opusque Laurino adeo ſatisfaceret; ut vel illud ipſum, vel exemplar aliquod à Smetio transſcriptum, quovis precio redimere voluerit: Smetius, qui ſe talem ac tantum hujus ſtudii (quod alii docti viri aut contemnunt, aut ludibrio etiam habent) non modo admiratorem, ſed etiam patronum ac fautorem nactum eſſe gaudebat, non illibenter exemplar in Laurini gratiam, ſe deſcripturum fuit pollicitus. Quod cum diligenter faceret; bonamque exemplaris partem jam abſolviſſet: fatalis ignis in ædes ipſius illapſus, non modo ædes ipſas, cum tota ſupellectile domeſtica librariaque; verum etiam opus illud antiquarium, cum univerſis ſchedis libelliſque autographis, è quibus confectum erat, penitus abſumſit: remanentibus ſolummodo *quinquaginta & uno* ejuſdem exemplaris, quod Laurino exſcribebat foliis, quæ in ſcrinium quoddam humi poſitum, ubi incendii vis minus graſſabatur, ante ſepoſuerat. Hic cum Smetius adeo conſternatus eſſet, ut ſpe omni de exemplari perficiendo abjecta, & illas reliquias perditas optaret: Laurinus, pro ſua humanitate atque ea, qua ſtudioſos omnes fovit, pietate, non modo literis conſolatoriis, verum muneribus etiam miſſis, ita eum erexit: ut reſumpto animo & conquiſitis commendatione impenſiſq; Laurini, quibusdam aliorum ejuſdem ſtudii amatorum exemplaribus, calamum rurſus arripuerit, & opus ceptum quoquo modo finierit. In lucem autem editum illud eſt nec Laurino, nec *Smetio* viventibus: ſed demum poſt obitum utriusque. Nam dum Laurinus cum theſauro ſuo Numiſmatum Brugas relinquit tumulantes, & fugam in Galliam molitur: incidit in milites Anglos, qui præſidium agebant Oſtendæ. Ab his omnibus theſauris, adeoque Inſcriptionum etiam illo, ſpoliatur: quem librum quidam miles, utpote eleganter deſcriptum, in Angliam ſecum extulit, vendidavitque: quo tempore *Janus Douſa*, & *Paulus Buſius* ibidem Ordinum agebant legatos: qui illico exemplar redemerunt, & in patriam transportatum typis egregie deſcribendum curarunt. Opus profecto inſigne; & *in quo* (Lipſii ſunt verba) *cognitio ævi morisque veteris, & florentiſſimi illius imperii: cui par non eſt, non erit in terris.* Idem *Lipſius* auctarium rogatu amicorum, velut limbum attexuit Smetianæ togæ: in quo haud pauca ſunt addita, quæ in Smetianis non habentur.

Antiquitatis ſtudium contemtum. Contra Laurinus.

Incendio ædes Smetl cum libraria pereunt.

Et inſcriptiones fere omnes

Laurinus animat ac promovet opus affectum.

Varie periclitatur illud opus.

A Duſa P. Buſio conſervatur.

Elogium ejus à Lipſio Qui & auxit.

Periit autem circa annum ſeptuageſimum octavum autor illius operis Smetius, nec fato ſuo. Suſpenſus enim eſt ad Bruxellas, ſine forma proceſſus, abreptus à furibunda militum manu, tempore Joannis Auſtriaci: quod ageret reformatæ religionis concionatorem. *Ex præfatione Inſcriptionum Smetii.*

Smetii mors violenta.

CORNELIUS VALERIUS.

Ω. 15 d. 11. ætat. 6 Aquæ teres.

Cornelius Valerius itidem ditionis Ultrajectinæ oppido, quod vulgo *Aquas veteres* nominant, anno duodecimo ſeculi milleſimi quingenteſimi oriundus, in literis interioribus adoleſcens ſic æqualibus antecelluit: brevi ut eas Ultrajecti, ubi hæc tum ſtudia florebant, ſit profeſſus. Deinde *Petro Nannio* apud Lovanienſes defuncto, ad collegium trilingue Buslidianum honorifice evocatus, in eo munere ita ſe geſſit; ut nobilitatis Belgicæ florem, ad ſe audiendum quotidie adventantem, dimitteret doctiorem.

Succeſſor Nannii

Ciceronem autem & *Virgilium*, quos in ſcholis eloquentiæ parandæ gratia regnare par eſt, viciſſim explanabat. Utque ad poſteros etiam manaret utilitas, ad ſcribendum, quæ recte cogitaſſet, obſervaſſetque animum appulit. Orbem itaque diſciplinarum caſto & eleganti ſtilo abſolvit, quem Plantinus identidem cupide evulgabat, & ſcholæ cum plauſu excipiebant. In his *Grammatica*, *Rhetorica*, *Dialectica*, *Ethica*, *Phyſica*, & *Aſtronomica*: quæ cum *Sebaſtiano Foxio* Hiſpalenſi, philoſopho ævi ſui diſertiſſimo, iisdem veſtigiis inſiſtente, diligenter conferebat. Carmen interdum quoque pangebat non infeliciter, luſitque *triumphum Caroli V. Cæſaris*, urbem Ultrajectinam ſolenni pompa ingredientis. Fuit ſingulari vir humanitate, quæ propria fere literatorum laus eſt, habuitque collegas, Græcarum quidem literarum Doctorem *Theodoricum Langium* Enchuſanum: Hebraicarum vero *Petrum Smengam* Friſium, medicum ac philoſophum.

Auctores quos exercuit.

Scripta Valerii

Sebaſtianus Foxius

Mores Collegæ

Obiit

Obiit Lovanii ſacerdos, die undecimo Auguſti, anno Chriſti ſeptuageſimo octavo, ſupra mille quingentos, natus annos ſex & ſexaginta, ſæpe pedum dolore tentatus; tamen (quod & Socrati tribuunt Cicero & Agellius) atque æquabili ſemper vultu. *Aubertus Miræus in elog. Belgicis.*

ERASMUS OSWALDUS SCHRECKENFUCHSIUS.

1579. ...68.

IN comitatu *Merckenſteinio* Auſtriacæ ditionis ortus hic anno 1511. atque patrio in ludo literis mediocriter tinctus, exinde ad varias Germaniæ Academias ſeſe contulit. Inprimis vero *Ingolſtadii*, *Lipſiæ & Baſileæ*, gnaviter ceptam ſtudiorum telam pretexere annifus eſt. Iſtis in locis cum ingenium ſic ſatis excoluiſſet; *Memmingam*, amœnam Sueviæ civitatem, venit, atque ibi magiſtratus juſſu ludum aliquandiu moderatus eſt. Poſtea *Tubingam* abiit, ubi teſtimonio profectuum Philoſophicorum ornatus, ſtipendio principis, Hebræas literas magna cum laude, publico in auditorio, enarravit.

Hic dum totus eſt, ac inprimis, *Seb. Münſteri, præceptoris* ſui exemplo, ſanctæ linguæ, & diſciplinis Mathematicis operam navat: anno quadrageſimo primo *Friburgum* Briſgoiæ vocatur, ad docendum mathemata, & Hebrææ linguæ myſteria explicandum. Singulari itaque dexteritate non ſolum Mathematicarum diſciplinarum & linguæ ſanctæ ſcientiam aliis ſuo loco tradidit; ſed eaſdem & ſcriptis luculentis illuſtravit.

Scripſit [enim] in *Sphæram* doctiſſima commentaria, atque *Ptolemæum* egregie reſtituit: item Commentaria in *primum mobile & Theorias Planetarum.* Inter alias quoque lucubrationes *Teſtamentum novum* in Hebraicam linguam primus tranſtulit: *Paraphraſin in Canticum Canticorum atque Eccleſiaſten* Salomonis, ex Chaldaica lingua in Latinam traduxit; addita *oratione funebri* Hebraice ſcripta *de obitu Sebaſtiani Münſteri*, præceptoris ſui. Vertit Latine & *Rabbi Abraham Cai* Hebr. librum de Sphæra, & arithmeticam *Rabbi Eliæ*: utraque Hebraice & Latine ſunt edita. Scripſit *Commentaria in Sphæram Johannis de Sacrobuſto.* Opus præterea nobilisſimum *gentium Calendaria* eruditiſſ. monſtrans, una cum inſtrumentis eam ad rem neceſſariis. Reliquit & in *Almageſtum Ptolemæi* annotationes.

Eruditioni autem politæ acceſſit vitæ integritas, & docendi fidelitas juxta ac felicitas: quibus dotibus divino beneficio copulatis, neſcio quid in doctore deſiderari poſſit. Bene itaque de ſcholis meritus, morte rei literariæ ereptus eſt Friburgi, anno à natali Chriſti ſeptuageſimo nono, ætatis ſuæ ſexageſimo octavo; cum docuiſſet ibi fere duodetriginta annos; ſexennio minor Joan. Hartungo; cui, ut amicitia ac domicilii ratione, ita tempore mortis fuit conjunctus. *Pantal. in Proſopographia Thuanus l. 68. hiſtor. Geſnerus.*

JOANNES HARTUNGUS.

Ω. 1579. d. 16. Jun. ætat. 75.

MIltenbergi ad Mœnum Franciæ orientalis oppido, hic anno quinto, ſupra ſeſquimilleſimum natus; ubi prima literarum fundamenta in patria fideliter jecit; ad Haidelbergenſem ſeſe Academiam contulit. Ibi cum in diſciplinis Philoſophicis magna cum diligentia, nec ſine induſtria verſatus eſſet, profectuum ſuorum teſtimonium publicum retulit, magiſter ſive doctor Philoſophiæ ſalutatus. *Miltenbergum. Studia adoleſcentiæ.*

Cum autem & hiſtoriarum & poetarum lectione plurimum caperetur: variasque rerum in vita communi mutationes uſu ipſo cognoſcere averet: patria relicta Cæſaris caſtra eſt ſecutus, & expeditioni contra Turcam interfuit; ſuæque induſtriæ documenta nonnulla in Ungaria reliquit. *Caſtra Cæſaris ſequitur.*

Inde á ſago ad togam, & dulcia Muſarum commercia reverſus, Haidelbergam revenit: ibique Græcæ linguæ profeſſionem ſuſcepit. Ea in Academia legendo, ſcribendoque qua publice, qua privatim talem ſeſe exhibuit; ut ordinis ſui hominibus ac collegis præclaro eſſet ornamento ipſos annos quindecim: multique bonarum artium alumni ejus celebritate exciti eo confluerent. Erat enim docendo & perſpicuus & fidelis atque in omnibus rebus explicandis feliciſſimus. *Redit ad ſtudia. Denique Friburgo.*

Anno Chriſti deinde quadrageſimo ſexto, cum religionis fieret in Palatinatu mutatio; Haidelberga diſceſſit: multorumque literis invitatus *Friburgum* Briſgoiæ venit. Eo in loco facile inter profeſſores receptus, Græcos autores, poeſeos nimirum, hiſtoriarumque ſtudio mirifice flagrans, explicare cepit: & inprimis *Homeri* myſteria, *Rhodii* item & *Q. Calabri* ſcripta ſingulari cum diligentia auditorio frequenti expoſuit, atque commentando illuſtravit. Nec contentus publice officium feciſſe: ſemper etiam domi ſuæ multos Germaniæ nobilitatis adoleſcentes informavit, & in omni genere literarum egregie inſtituit. *Diſcedit Friburgum.*

Scripſit *prolegomena* ſive *annotationes* doctiſſimas in tres priores Homeri Odyſſeæ rhapſodias: *Apologiam Græcorum* de igne purgatorio, exhibitam in Concilio Baſilienſi, excuſamque cum Martini Lutheri enarrationibus in Evangelia Dominicalia; & *Apollonii Argonauticorum* libros quatuor ex Græco Latinos fecit: *Strabonem & Ariſtotelem* multis locis reſtituit: *Lexicon Græco Latinum*, innumeris vocibus adjectis, locupletavit. Cœpit & in totam Homeri Odyſſeam commentarios. Editæ etiam ſunt ejus *decuriæ locorum quorundam memorabilium*, ex optimis quibusque autoribus, cum Græcis, tum Latinis, excerptorum: item *Scripta Hartungi.*

item *Chiliades locorum Homericorum*, & alii quibus ſtudia philologica præclare adjuvit, & acumen ingenii ſui poſteritati eruditæ prodidit.

Obitus. Immoritur laboribus Friburgi Briſgoiæ, anno Chriſti ſeptuageſimo nono, ſupra ſeſquimilleſimum, die decimo ſexto Junii, ætatis ſuæ ſeptuageſimo quinto: cùm ſingulari cum laude veræ probitatis, fidei, & induſtriæ literas bonas docuiſſet ibi annis triginta tribus.

Epitaphia quæ ſibi ipſe ſcripſit. Epitaphia carmina hæc ſibi vivus compoſuit:

Πολλὰ παθὼν, καὶ πολλὰ μαθὼν ἐν παιδοδιδάσκειν,
Ἔνθα δὲ νῦν κεῖμαι σὺν θεῷ ἡσύχιος.

Multa tuli, didici, docui dum fata ſinebant;
Mortuus in ſummo nunc requieſco DEO.

Aliud.

Γήραϊ οὐ νούσῳ βίον ἔλιπον, ἔνθα δὲ κεῖμαι,
Ἄθλιος ἐν καμάτῳ, ὄλβιος ἐν θανάτῳ.

Non obii morbo, ſed longæ mole ſenectæ:
In vita miſero eſt morte parata quies.

Pantal. l. 3. Proſopogr. Reuſerus in Iconibus, alii.

Ω. 1579. d. 17. Junii. ætat 37. inchoato.

JOANNES STADIUS.

JOannes Stadius Belga, natus eſt anno à Chriſti Servatoris nativitate milleſimo viceſimo ſexto, & ignobili quidem vico *Leonhoutio*, agri Brabantini: ſed cui ipſe decus & famam reliquit immortalem: firmavitque illud Senecæ: *Poteſt è caſa vir magnus exire: poteſt ex humili deformique corpuſculo formoſus animus ac magnus.* Lovanii literis operam gnaviter dedit: & præclaros in ſtudiis fecit progreſſus; præſertim in Mathematicis.

Patria Stadii ignobilis. *Seneca epiſt. 66.*

Stad. docet Lovanii Mathemata. Ibidem Mathemata & hiſtoriam publice ſumma celebritate docuit. In contubernio autem *Roberti à Bergis*, Eburonum præſulis, verſatus, *tabulas*, exemplo Alphonſi regis, conſcripſit, & *Bergenſes* inſcripſit. *Tabulæ Bergenſes.* Gratus eodem tempore Allobrogum regulo; poſt etiam nobilibus & aulicis: qui ut ocioſi fere homines, ex horoſcopo Chaldæorum ac Genethliacorum ſomnia, hoc eſt, eventa, caſusque incertos præſcire, inani quadam ac vetita curioſitate, avent. Hinc ad *Laurinos* fratres, Brugis Flandrorum nobiles, ſe contulit: & *faſtos Romanos*, poſt ab *Huberto Geltzio* editos illuſtravit. *Faſti Romani.*

Cum in Gallia promulgata * profeſſione Ramea, plerique artifices ad pulcherrimam concertationem invitati eſſent: & ipſe Lutetiam venit: atque ea ætate cum junioribus ſe, inprimis cum *Mauritio Breſſio Gratianopolitano*, in pulverem hunc deſcendere minime dubitavit. Ibi judice & authore *Franciſco Foxio Candalla*, illuſtriſſimo ſimul ac doctiſſimo viro, qui actioni interfuerat, brabeion cum adverſario ſumma animi æquitate, partitus eſt: omniumque ſuffragiis regius ipſe profeſſor ſalutatus.

** Ab Henrico III. Galliarum rege.* *Venit Lutetiam ad agona Mathematicum.* *Franc. Foxius Candalla.*

Matheſin prodit Stadius. Fuit omni fere doctrina liberali imbutus, Mathematicis potiſſimum: ut vix parem in ea arte ætas illa tulerit. Sed nonnihil de tanta laude limavit: quod dum proceribus Gallis in aula, tam viris, quam feminis, abſcondita, incerta, atque adeo futurorum eventa curioſius rimantibus, nimis morigerum ſe præbuit, à recta ac certiſſima ſcientiarum, quas profitebatur, via deflectere quodammodo viſus eſt, & Mathematicorum nomen, ut olim Cæſarum temporibus, odioſum ſimul ac deteſtandum reddidit.

Obitus Stadii. Pariſiis humaniter habitus in ſuburbio demum Honoratiano domi *Mareſchalli Retzii*, diem clauſit extremum, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, decimoquinto calend. Quintilis; relicto filio *Hieronymo* medico, cui filia Huberti Goltzii nupta fuit.

Scripta ejus. Scripſit in L. *Annæi Flori* hiſtoriæ Romanæ epitomen egregium *Commentarium*, poſt Joannem Camertem. Edidit & inſigne *Ephemeridum opus*, ab anno 1554. ad annum 1600. uſque ſumma diligentia putatarum. Extant ejusdem *tabulæ* æquabilis & apparentis motus cœleſtium corporum. Donavit Latinitate in rei literariæ uſum, *Hermetis Triſmegiſti jatromathematicam*: ſcribitque ſe hujus ductu, ſemel iterumque de affectu ægrorum veriſſime judicaſſe: & morbi exitum morte terminandum, certo eventu, prædixiſſe. Quantum præterea tribuerit prædictionibus Aſtrologicis; patet ex Ephemeridibus, & quam iis, ad Philippum, Hiſpaniarum regem, præfixit, præfatione. Cenotaphium ei ex filia nepos, *Juſtus Ryckius*, poſuit tale: *Cenotaphium.*

POSTERITATI S.
JOAN. STADIUS BELGA BRABANTUS,
H. S. E.
TANTI ILLIUS VIRI CINERES HEIC
ADSPECTAS VIATOR;
SED CINERES: FAMAM ENIM, QUÆ CÆLUM SPECTAT ET SOLUM, NON VIDES. EUMPSE MORTUUM HEIC LEGIS IN BUSTO, QUI PER ORA VIROM VIVOS SPIRABIT PERPETIM.
CERTE ILLE IPSUS EST STADIUS QUEM POTENTISSIMI HISP. ET GALLIÆ REGES MAXUMIS STIPENDIIS EVOKATUM, ET AD PROFESSION. CLARISS. ART. ADSCITUM HONORARUNT, GRUDII ET PARISII DOCENTEM AUDIVERE BONI OMNES, DOCTI OMNES PRÆSENTEM AMAVERE, ABEUNTEM COMPLANXERE.
SI TU HORUM ES, LECTOR, FLORES
INSPARGE MARMORI, VEL POTIUS LACRUMAS
MAGNO FUNERI MOLLIBUS VOTIS.
BONIS VERBIS ADPRRECARE.
VIXIT ANN. LII. MENSEIS FERE II.
OBIIT XV. KALEND. QUINT. ANNO
cIↃ. IↃ. LXXIX.
IN MAXUMA GALLIARUM.
JUSTUS RYCKIUS EX FILIA N.
AVO B. M. L. PP.

Aubert. Miræus in elogiis: Iac. Auguſt. Thuan. lib. 68. hiſtoriarum. Iuſtus Ryckius in præludiis poeticis.

HIE-

1580. Octobr. † 64. ...tria.

HIERONYMUS WOLFIUS.

Hic in veteri comitatu Oetingenſi antiquæ Rhetiæ, Oetingæ, oppido illius comitatus, honeſtis & bonis natus eſt, anno Chriſti decimo ſexto, ſupra mille quingentos. *...ntiquæ ...que. ...ſ.* Et quanquam gloriari de familiæ * ſuæ virtute & laude vere potuerit, Pindarico præcepto obſecutus: tamen induſtria & virtute propria emergere, ac nominis celebritatem adipiſci glorioſius ſibi duxit. *...oles ...ri.* Cumque nulla re magis delectaretur, quam literarum ſcientia: totum ſe cognoſcendis tractandisque artibus dedidit. Itaque auelli ſe à Muſis paſſus non eſt, etiamſi pater aliud vitæ genus ſæpe ſuaderet. *...enium.* Fuit ingenio ſatis acuto quidem, & ad percipiendas literas apto, ſed animo humili, demiſſo, & plus ſatis ſolicito. Evenit autem plerumque, ut *animo fortuna reſpondeat:* *...una ...mo re. ...det.* & abjectum quidem, anxiumque animum fortuna excipiat miſerabilis: erectum vero & alacrem amplectatur & evehat ſors altius. Hinc adeo cum triſtis & querulus natura exiſteret Wolfius, etiam fortunam minus propitiam ſibi eſſe querebatur. *...edi... ...ta ...olfio ...cta.* Studia enim ipſius in ipſo limine ſtatim aliud ex alio impedivit, vix ut adhæreſceret. Modo obſtitit *valetudo* *...etudo.* adeo afflicta: ut inchoatum ſtudiorum curſum penitus interrumperet: modo *pater*, ut *...er.* eum abſtraheret, argumentis compluribus obtinere conatus eſt. Nam & corporis infirmitatem illi objecit, quæ ferre tantos labores, quantos literarum ſtudia deſiderarent, haud poſſet: & animi triſtitiam ei exprobravit; quæ actuoſum magis vitæ genus, quam literis dediti ſequuntur, requireret: tum ſumtibus impendendis gravari ſe non obſcure ſignificavit. Idcirco dubium eſſe ſtudiorum illius curſum oportuit: dum ſæpius ad alia revocatus, ſero tandem ad literas rediit.

...ſtituit ...rere ...lia. Aliquando quotidianis convitiis quorundam eo fuit adductus: ut deſerere prorſus literarum ſtudia conſtituerit. Quamobrem *Nörlingam* profectus, pugionem, & alia, quæ aulica fert conſuetudo, emere voluit. Sed ſerius eo cum veniſſet, nundinis finitis, nihil ejuſmodi venale in foro invenit: pudoreque prohibitus tabernam ingredi; in bibliopolam *...armis ...t libros.* forte incidit, ubi libros nonnullos emit, quibus contentus domum eſt reverſus. Hos cum avide legiſſet; tantum voluptatis inde cepit; ut quaſi diuturnam ſitim explere cupiens de reditu in Academiam ſedulo cogitarit. Nec *...itTu... ...gam.* fortuna optimæ ejus voluntati defuit. Venit enim Tubingam, & audivit *Joachimum Camerarium* docentem, item *Jacobum Scheckium*, & alios. At cum vix animum ad ſtudia recte compoſuiſſet; pater quaſi in medio curſu ſe ſumptus ſuppeditaturum amplius negat. Idcirco niſi relinquere Academiam Wolfius *...ulatur* vellet: publico famulatu victum quærere coactus eſt. Sed nec in iſto officii munere diu perſeverare eum ſiverunt moleſtiſſimæ expoſtulationes ſtudioſorum inquietorum: qui, nocturno tempore, ad ſuum arbitrium libidinemque fores collegii ab illo cupiebant ſibi aperiri. Quocirca iterum neceſſitate coactus ex Academia domum rediit. *Sed non diu.* Nec multo poſt ſpe in ſtudiis progrediendi abjecta in aula Epiſcopi Wurcepurgenſis ſcriba factus eſt. *Fit ſcriba aulicus.*

Sed veriſſimum eſt quod apud Herodotum Mardonius ait: ὅτι δεῖ γενέσθαι τοῦ Θεοῦ, ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ. Itaque cum deliberatum hoc conſtitutumque haberet Deus, ex *Manet immutabile fatum.* VVolfio efficere doctorem ſalutarem ſcholis, fieri aliter non potuit; quam ut ad intermiſſa doctrinæ ſtudia ille aliquando reverteretur, eaque, quæcunque tandem impedimenta inciderent, aut difficultates obiicerentur, continuaret. Fit autem neſcio quomodo, ut intermiſſæ & deſideratæ rei bonæ uſus gratior ſit interdum, quam aſſidue retentus atque perceptus.

Ex aula igitur VVittembergam digreſſus, *Diſcedit VVittembergam.* cum ibi non ſolum didiciſſet literas à Melanchthone, & aliis: ſed vertendo etiam de Græco quædam in Latinum, ingenii & induſtriæ ſuæ ſpecimen dediſſet: miſſus eſt *Mülhuſiam* *Scholæ præficitur Mulhuſiæ.* Thuringorum à D. Philippo, ad gubernandam ſcholam, anno quadrageſimo tertio. Ubi *biennio* commoratus *Norimbergam* deinde venit, *Inde Norimbergam* & ad erudiendum duodecim ſelectos adoleſcentes à ſenatu ſtipendio honeſto conductus eſt. Inde *Argentinam* profectus à *Sebaldo Havenreutero* Medico, *Et Argentinam.* receptus hoſpitio liberaliterque tractatus eſt, quo Iſocrati vertendo vacare commodè poſſet.

Poſt *Lutetiam Pariſiorum* cum Auguſtanis *Proficiſcitur in Galliam.* quibusdam diſcipulis profectus, mox inde altero anno reverſus Baſileam eſt, & Demoſthenis operam iterum dedit. Etſi autem poſtea in Galliam denuo venit: tamen cum commorandi illic locum ſibi relictum plane nullum intelligeret, rediit brevi Baſileam, & Auguſtæ *Redit in patriam.* à D. *Antonio Fuggero* benigne receptus atque habitus eſt: atque illuſtri Bibliothecæ D. *Joannis Jacobi Fuggeri* præfectus. Ibi tum *Præficitur Bibliothecæ.* *Iſocratem & Demoſthenem* Græcolatinos politius & limatius edidit, tum *Zonaram* & *Choniatem* hiſtoricos convertit. *Vertit Græcos auctores.* Donec ab ampliſſimo Auguſtanæ Reipublicæ Senatu ſcholæ reparatio & gubernatio illi commiſſa eſt. In quo quidem munere ſingulari fide & diligentia eximia verſatus eſt uſque ad finem vitæ *Annæ ſcholæ rector datus.* A Senatu vero honeſte liberaliterque tractatus, ornavit Rempublicam illam antiqua virtute & laude celebrem, docendo, ſcribendo & propagando literarum ſcientiam, quoad facultas viri, DEO pariter & Muſis chari, tulit.

Præclare itaque Wolfius vixit, qui non ſolum profuit vivus omnibus, qui literas Latinas & Græcas amant, ſed etiam nunc prodeſt mortuus. Reliquit enim ingenii ſui monimenta literis mandata, quæ erudire poterunt etiam poſteros. *Scripta VVolfii.* In medio eſt *Demoſthenes* *Demoſthenes.* cum primis luculente, ornate, & ad rerum dignitatem apte, & quaſi decore in ſer-

monem Latinum converſus & ſcholiis utilibus illuſtratus. Quo uno opere contenti ab eo eſſe potuiſſemus, etiamſi aliud nullum edidiſſet. Effecit enim ut ante ignotus pleriſque Demoſthenes, nunc familiariter nobiſcum verſetur in ſcholis & Academiis.

Strazelius VVolfii æmulus.

Queſtus eſt Wolfius cum Lutetiam Pariſiorum denuo veniſſet; profeſſorem Regium *Strazelium*, qui Domeſthenicas orationes tunc interpretatus eſt, canina rabie, pro ſuggeſto verſionem ſuam exagitaſſe, & per calumniam mire deformaſſe. At cum ille bonus vir, iſto nomine appellatus à Wolfio, rationem ſibi reddendam eſſe intelligeret calumniæ ſuæ; ocium ſibi deeſſe ad eam rem finxit; nec admittere poſtea Wolfium auſus eſt. Qua tergiverſatione non obſcure ſignificavit Gallus iſte, alienæ laudis invidia magis, quam vera aliqua cauſa impulſum ſeſe, Wolfii interpretationem dente maledico carpſiſſe. Doluit ſcilicet ab homine Germano præripi Gallis tantam laudem, quæ vere magna eſt, Demoſthenem ſcilicet in Germania ab homine Germano Latine loqui cum Germanis, Gallis, Italis, didiciſſe: quod ante id tempus diſcere ita potuit à nemine.

Iſocrates. Lumina oratorum Græcorum.

Sed non contentus Demoſthene etiam *Iſocratem* Græcolatinum, ſcholiisque explicatum nobis ſuppeditavit. Cum autem revera his duobus luminibus oratorum nihil olim florentiſſima Græcia, nihil illæ ipſæ Athenæ habuerint præſtabilius aut glorioſius: eſt ſane quod gratulemur Germaniæ noſtræ, quod per Wolfium tantorum fluminum eloquentiæ particeps facta eſt. Eſt hoc decus Germaniæ ingens, eſt adjumentum Eccleſiæ, & ornamentum rerump. ſonare Atticam eloquentiam in ſcholis, atque adeo omnem vim oratoriæ facultatis ex Græcia in Germaniam eſſe effuſam. Fatentur ipſi Græci, qui reliqui ſunt hodie Conſtantinopoli, præ cæteris eruditi & Chriſtianæ religionis amantes, totum Muſarum chorum, relicto Helione, in Germaniam migraſſe. Præter oratores Atticos *Suidam* etiam Latinum fecit, & *Hiſtoriam Bizantinam* tranſtulit à *Zonara*, *Niceta*, *Nizephoro Gregora*, & *Laonico Chalcondyle* conſcriptam: quam alioqui tota fortaſſe adhuc ignoraret non ſolum Germania, verum etiam Italia & Gallia. E Ciceronis etiam ſcriptis nonnulla *commentariis* & *annotationibus* ſuis explicavit; quorum in numero ſunt *tres de officiis libri*, *Dialogi duo*, & *libri quinq; Tuſcalanarum quæſtionum*. Quæ præterea ſcripſit aut interpretatus eſt, ea in Bibliotheca Geſneri, & aliorum enumerantur. Hæc autem, quæ recenſuimus, ſatis præclare Wolfium in literis vixiſſe demonſtrant.

Hiſtorici Græci à VVolfio verſi.

Mores VVolfii.

Nec vero præmia, honores, & fructus laboribus ejus honeſtis defuerunt. Sæpequidem & graviter de fortunæ iniquitate accepimus multa queſtum eſſe: nec diſſimulandæ ſunt ejus voces nimis molles, de aſperitate conditionis ſuæ, de hominum injuriis, dolo, fraude, perfidia atque violentia. Scimus quoque egeſtatem ſuam ſæpe illum deploraſſe, mortemque ſibi optaſſe. Quæ quia à Philoſophia aliena ſunt, non laudamus: ſed eo loco habenda ducimus, quo digna ſunt. Erat natura querulus, vel, ut Græci dicunt, μεμψίμοιρος, ſuam fortunam deterrimam ducens, aliorum vero beatam exiſtimans: haud perpendens interim ſe ſua tantum mala ſuo loco ſentire, alium alia loco ſuo: & *nihil eſſe ex omni parte beatum* in hiſce rebus humanis. Tantum etiam abeſt, ut mortem precari debeamus: ut gratias etiam agere Deo pro conceſſa vitæ uſura deceat. Et ſi quidem inſervire ipſius honori, communique commodo amplius poſſimus; prorogatio etiam vitæ petenda eſt. Nec illud in Wolfio laudamus, quod conjugium vitavit, & felicitatis partem præcipuam eſſe putavit, ἄγαμόν τε καὶ ἄγονον εἶναι. Quæ enim poteſt in hoc eſſe felicitas, quod Deus ipſe malum dicit? Deceptus eſt igitur opinionis errore, quod id in bonis numeravit, quod Deus malum pronunciat. Quin commodi, voluptatis & ſolatii plurimum ex eo cepiſſet: ſi mandato Dei obſecutus, ſociam vitæ fidam ſibi adjunxiſſet, in cujus ſinu effundere querelas potuiſſet, quæque moleſtias lenire, & faſtidia vitæ laborumque vocationis excutere ſciviſſet. Tanto igitur bono cum ſe privarit ipſe, acerbiorem illi eſſe omnem vitam oportuit. Nec potuit jure queri occaſiones ſibi defuiſſe; cum non ſemel divinitus oblatæ fuerint non contemnendæ.

Sors ſu[a] cuique ferenda.

Mors a[non] optand[a].

Conjugi[um] an vit[an]dum.

Quemadmodum nec de præmiis laborum & operum ſuorum editorum, querelam ullam fere juſtam ſatis habuit. Nam, ut de reliquis nihil dicamus, Iſocratis vertendi labor certe amplo ſatis munere *centum Joachimicorum* ab inclyto Senatu Auguſtanæ Reip. eſt remuneratus. Suidæ vero converſionem *ducentis florenis* generoſus & magnificus D. Carolus Villingerus, Baro à Schonenberga, muneratus eſt. Commentarium officiorum Ciceronis *quinquaginta aureis* eadem reſp. Auguſtana honoravit. Unde ſatis apparet, honeſtos, officioſos & utiles Wolfii labores honoribus præmiisque ſatis amplis, decoratos eſſe. Cum autem ita plures annos in Rep. Auguſtana bonas literas docuiſſet, & ſcribendo propagaſſet: tandem lithiaſi intolerabili conflictatus, de vita deceſſit anno octuageſimo; ſupra mille quingentos, die octavo Octobris; poſtquam cœlebs vixiſſet annos ſexaginta quatuor; dies quindecim, (alii quinquaginta quinque) horas novendecim, & Gymnaſio Annæo ac Bibliothecæ præfuiſſet annos viginti tres. Sepultus eſt die undecimo Octobris; & ejuſmodi epitaphio honoratus:

Præmi[a] pro labo[ri]bus VVo[lfii] reddita.

Morbus mors VV[ol]fii.

Epitaph. ejuſdem.

NOBILITATI LITERATÆ HIERONYMO WOLFIO OETINGENSI. EX PINCERNARUM SCHWEINSBAINDENSIUM, QUI IN PRIMIS AUCTORIBUS CÆSARIENSIS * COENOBII NUMERANTUR; LEGITIMA STIRPE ORIUNDO: IN QUO, ET FRATRE HEN-

** Conditi[um] an. 1133. Bruſchio, alii 11[..]*

HENRICO, NORIMBERGENSI AR-
CHIATRO, ILLA IPSA EXSTINCTA
EST: SOCRATI SUEVICO, GRÆ-
CE LATINEQUE DOCTISSIMO:
CHRISTIANÆ PHILOSOPHIÆ ET
ELOQUENTIÆ PRINCIPI: VIRO
AD SCRIBENDUM, DICENDUM,
DOCENDUM, NATO: ANTIQUÆ
VIRTUTIS AC FIDEI GERMANICÆ
EXEMPLARI: PRÆCEPTORI OPTI-
MO, ET AMICO MAXIMO:
SEX HENCELII, FRATRES
GERMANI, JOH. BAPTISTÆ
F. F. PUBLICE DEBITUM PRI-
VATA PIETATE M. P.
VIXIT CÆLEBS ANNOS LXIV.
DIES LV. HORAS XIX. ANNÆO
GYMNASIO ET BIBLIOTHECÆ
PRÆFUIT ANNOS XXIII. MULTI-
PLICIUM DIVINI INGENII MO-
NUMENTORUM, EUROPAM ATQ.
ASIAM HÆREDES RELIQUIT:
τοῖς παρεῖν εἴπε Χρήσιμα, μεγάλη Χάρις αὐτῶ.

[...]ſio- [...]fa- [...]a. Apparet igitur ad antiquam, & nobilem familiam ortum ſuum retuliſſe Wolfium: quæ dicta fuit *nobilium à* **Wolffs-Thal** / *vel* **Thal** / *vel* **Wolff vom Thal.** Habitarunt illi nobiles non longo ab oppido Gamundia; ubi adhuc rudera arcis Wolfsthaliæ conſpiciuntur: & ibi in cœnobio Franciſcanorum exſtat inter monumenta nobilium eorundem & equitum auratorum tale: *Anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo, die S. Ægidii Ω. nobilis & ſtrenuus vir, eques auratus, Burckardus Wolfius de Thal. c. a r. i. p.* Sed ut fit in rebus humanis, in quibus fluxa & caduca ſunt omnia, etiam hæc familia, cum aliis regum, principum, & magnorum virorum familiis, intercidit: ut vere à Poeta dictum ſit:

Omnia mortali mutantur lege creata;
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis.

Matthæus Dreſſerus in oratione de Hieronymo Wolfio: Martin. Cruſius in annalibus Suevicis.

LUCAS LOSSIUS.

1582. [...]Iulii.

PRimus doctrinæ ſtudiorum, poſt factam religionis emendationem, in ſchola Lunæburgenſi rector fuit *Hermannus Tulichius* [...]man- [...]Tulic[...] Steinheimenſis, pietate, ingenio, & doctrina præſtans: qui Wittebergæ multos annos *Luthero* familiaris & charus, & Academiæ illius rector fuerat; & cui captivitatem Babylonicam *Lutherus* dedicaverat. Collegam habuit fidelem & felicem pueritiæ inſtituendæ magiſtrum *Lucam Loſſium*: de quo viro bene merito & Philippicæ diſciplinæ γνησίῳ alumno nihil hactenus reperimus, præter epitaphium, quod ipſe ſibi, uno ante mortem anno, compoſuit; & quo breviſſime curriculum vitæ ſuæ deſcripſit. Id autem eſt ejuſmodi: [...]taphi- quod [...]ius ſi- [...]ſcrip[...]

Hac placide Lucas requieſcit Loſſius urna,
Parte cinis terræ, qua levis ille fuit.
Pars melior vivens cœli mens incolit arcem,
Inter, qui multos erudiere, viros.
Qui pubi decies quinos atque amplius annos
Tradidit hic artes cum pietate bonas.
Edidit & facili qui ſimplicitate libellos
Non paucos, CHRISTI, Pieridumq; ſcholis.
Finibus Haſſiacis nemoroſis natus, & agris,
Vacham qua præter, clare Viſurge, fluis.
Hac ubi cognoris, quo te via ducit euntem,
Lector abi, & felix vive, valeq; diu.

Obiit Luneburgæ, ubi annos amplius quinquaginta ſtudiis & moribus teneræ ætatis in ſchola illa formanda utiliſſime ſervierat, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo, die octavo Julii, ætatis ſeptuageſimo ſeptimo. *Obitus Loſſii.*

Edidit libellos ſcholaſticos complures, qui à Geſnero in Bibliotheca recenſentur: ut ſunt *Erotemata Dialectica* & *Rhetoricæ* Melanchthonis & præceptionum Eraſmi de utraque copia: *Erotemata Muſicæ* practicæ: Item *annotationes in Evangelia* Dominicalia & feſtorum: in eadem etiam quæſtiones: adjectis argumentis, doctrinis & ſolutionibus objectionum, quæ paſſim in ſcholis proponuntur. *Chytræus in Saxonia.* *Scripta.*

HUBERTUS GOLTZIUS.

n. 1583. d. 24. Martii.

NAſcitur *Hubertus Goltzius* Venloæ in ducatu Juliacenſi, anno 1526. d. 30. Oct. patre *Rutgero Goltzio* Herbipolitano, pictore Venlonienſi. Aſcivit ſibi nomen Herbipolitæ, quia majores Herbipoli, urbe celebri Franciæ oriundi fuerunt: unde ad ipſum *Daniel Rogerius,* Anglus alicubi ita ſcribit: *Goltzius cur Herbipolita dictus.*

Cujatem te, Huberte, putem? vin' Tuiſcona
dicam?
Parte Sicambrorum vel rear eſſe ſatum?
Nam dedit Herbipolis proavos Germana genusque,
Alma ſed eſt partus conſcia Venlo tui.

Hic cum ab ineunte ætate omnem operam & ſtudium, naturæ quadam inclinatione genioque impulſu ad pingendi artem applicuiſſet: adjunxit ei neceſſariam & utilem poetices, hiſtoriæ & philoſophiæ cognitionem. Cujus quidem addiſcendæ nulla viſa eſt ipſi commodior ratio ſedula & diligenti antiquitatis indagatione. Itaque per annos aliquot variarum lectione hiſtoriarum, quæ vel veterum memoriam vel res novas ſive externas ſive domeſticas celebrarent, nova & propria induſtria atque ſagacitate uſus rerum noticia animum excoluit. Deprehendit enim non aliunde certiora rerum geſtarum documenta atque inductiones ſecundum hiſtorias, quam ex antiquitatum reliquiis, omniumque præcipue è numiſmatis antiquis percipi atque hauriri poſſe. Itaque perſuaſum ſibi habuit, non ſolum monumentis hiſtoriarum numiſmata eſſe plena: ſed etiam perinde, uti rerum geſtarum teſtificationem fideliſſimam continerent; ita veterum errata atque indili- *Studia Goltzii.* *Antiquitatis indagatio.* *Numiſmata vetuſta hiſtoriæ fax & fundamentum.*

gen-

Nummis veteribus quantum tribuendum.

Contra ſententiam Philipp. Beroald. ſenior: veras eſſe imagines ex literis, nas & ocio. ſas ex numiſmatib.

Vopiſc. in Probo. Omnes omnium virtut. tantæ ſunt: quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui uniuſcujusque facta deſcripſerint.

gentiam ſcriptorum clariſſime convincere. Nunquam enim nummi ſibi ipſis repugnantes reperiuntur: quos conſtat ſingulari quadam attentione, ſummaque autoritatis prærogativa Senatuſconſulto in perennia rerum geſtarum monimenta eſſe procuſos. Nummos itaque merito veras atque expreſſas rerum figuras mutosque teſtes appellare licet: qui ad rerum memoriam multo quam charta atque atramentum, qua ad longinquitatem temporum fidelius, qua ad veritatis teſtificationem non paulo tutius conſervandam nati factique fuerint. Quippe ea geniti natura omnes ſumus, ut in ſcribendo ſæpe nos affectus tranſverſos agant: multaq; paſſim à pleriſque tum dicantur, tum ſilentio obducantur ad gratiam partium: quo animus videlicet vel inclinarat, vel abduxerat potentius. Ut omittam interim quanta labes comparata ſit hiſtoriæ, incuria perfidiaque eorum, qui de antiquis exemplaribus nova negligenter deſcripſerunt. Quo factum ut dum frequenter hic quiddam omiſſum, illic adſutum, ſæpe gloſſema quodpiam de margine in ipſum hiſtoriæ contextum transductum ſit: magnæ demum autorum controverſiæ eo ex fonte profluxerint. Quas quidem ſi quis alio pacto rectius minui, certioremque fidem aliunde ſe adſerere; quam ex lemmatis & argumentis vetuſtorum numiſmatum poſſe putet: mea quidem ſententia vehementer errat. *Hiſtorias enim adfidem nummorum: non è diverſo nummos ad illarum rationem oportet accommodare*: propterea quod hi ſint pene ſimul cum reipſa nati, ipſisque hiſtoriis uti vetuſtate, ita & fide potiores vel ob id ipſum maxime, quia non temere adulterari citra perſpicua doli argumenta poſſunt.

Nummi hiſtoriis præferendi.

Itaque Goltzio dubium non fuit: quin omnem plane rerum Romanarum ſeriem ex ſolis numiſmatis percipere potuiſſemus; ſi hiſtoriæ nos defeciſſent: modo non & longa temporis labes, & barbarorum atrox atque Romani nominis deletrix injuria magnam numiſmatum partem poſteritati intercepiſſent. Acceſſit & illud, ut in reliquias ipſas ignorantia ſimul & avaritia hominum ſævierint: qui ſimulatque numiſma aliquod ſive aureum, ſive argenteum nacti eſſent, cum in rei ſignatæ non minus, quam omnis antiquitatis craſſa ignoratione unum materiæ precium cenſerent; ad fabros ſtatim argentarios ut conflarent, aut redimerent, detulerunt: cum Romani ſummo ſtudio id habuerint: ut quicquid memoria dignum arbitrarentur; illud in numiſmatis quam ſcitiſſime deformatum darent.

Nummi multi deperditi cur.

Goltzius hiſtoriam ex numiſmatis colligit.

Ex numiſmatis ergo ut hiſtorias quam fideliſſime evulgaret: nullis ſumptibus, vigiliis, laboribusve pepercit. Calcar autem ipſi addiderunt plurimi non parvi nominis, nec mediocris fortunæ, aut eruditionis viri: qui antiquitatis ſtudioſi, cum nec cognitione fideliter, nitide, graphiceque penicillo, aut calamo ad vivum antiqua monumenta depingendi inſtructi eſſent; nec artificum idoneorum atque doctorum operam invenirent: autores ipſi fuerunt, ut quod in hoc ſtudiorum genere beneficio picturæ adjutus præſtare poſſet, poſteritati ne invideret.

Goltziu[s] Belgio [nu]miſmat[a] priſca ſcrutat[ur].

Anno itaque milleſimo quingenteſimo quinquageſimoſexto, die quarto nonas Aprilis abiit Antverpia, perluſtratisque in Belgio regum, principum, nobilium, aliorumque numiſmatarchiis, & muſæis, eodem anno, die ſeptimo, Idus Julii Antuerpiam reverſus eſt. Deinde anno M.D.LVIII. Antuerpia nobiliſſimo totius Germaniæ inferioris emporio, ubi annos duodecim continuos haud illiberaliter exegerat, in Flandriam cum univerſa familia Brugas diſceſſit, ibique ſedes fixit evocatus literis nobiliſſimi viri *Marci Laurini*. Ad quem cum Goltzius veniſſet: prudenter eum monuit, non eſſe, quod ſperaret ſe abſoluturum aliquid eo in argumento, aut laudem ſolidam conſecuturum; niſi comparata prius idonea tanto operis materia. Proinde hujus rei ergo in exteras ſibi excurrendum eſſe regiones exiſtimavit: quæ uberius quiddam de monumentis antiquitatis eſſent ſuppeditaturæ.

Antuer[pia] migrat Brugas Flandr[o]rum.

Marcu[s] Laurin[us].

Goltzi[us pe]regrina[tur] per Germaniam, I[ta]liam, G[al]liam.

Poſtquam igitur apud *Laurinum* antiquitatis omnis ſtudioſiſſimum quadrimeſtri amplius ſpacio infinitæ multitudinis numiſmatum antiquorum tam Græcorum, quam Romanorum, tam Imperatoriorum, quam Conſularium exemplaria diligenter excepiſſet; atque ita non infelicia operi futuro fundamenta jeciſſet: anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo media urgente hyeme per nives & intenſiſſima frigora, calcaria Laurino addente, primo univerſam fere percurrit Germaniam: inde ſuperatis Alpibus per celeberrima quæque Italiæ loca & oppida Neapolim uſque profectus eſt. Ab hac rurſus diverſo per Italiam itinere, per Ligures, Inſubros in Galliam tranſalpinam tranſiens, per Provinciam, Galliam Narbonenſem, Allobroges, Lugdunenſem, Æduos, perque innumera fere eademque nobiliſſima Galliæ loca peregrinatus eſt, perluſtratis ubique non ocioſe, nec oſcitanter quibuſcunque venerandæ antiquitatis veſtigiis & monumentis. Rediit Brugas anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſub finem anni. Ex qua per varias, diverſiſſimasque regiones ac provincias peregrinatione multa volumina multis omnigenum numiſmatum millibus referta domum reportavit: adeo ut vere gloriatus ſit, *à nemine in noſtro orbe tam multa, tamq; varia numiſmata inſpecta, attrectata, & delineata eſſe; quam à ſe*, idque per annos non ita multos.

Goltziu[s] indagat[or] ſolertiſſ[imus] numiſm[a]tum & m[o]numento[rum].

Patuerunt enim ipſi omnia omnium numiſmatarchia, muſæa, ſcrinia, armaria monumentorum antiquorum. *Ferdinandus* ipſe Auguſtus inſtructiſſimos ſuos antiquitatum theſauros recludi Goltzio clementiſſime juſſit. Idem factum ab aliis *Regibus*, ab *Electoribus* imperii, à principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, magnatibus per Germaniam, Italiam, Galliam, Belgium.

Favor pri[n]cipum & magnatu[m] in Goltzium.

Nam

Nam & ipſe Rom. Senat. P.Q. eum licet advenam & peregrinum non ſolum in Capitolium admittere dignati ſunt; ſed etiam intra palatia, & tecta privata, atque adeo ædium ſuarum recepto, juvandi, promovendique inſtituti ipſius ergo, opulentiſſimos theſauros, tum à numiſmatis, tum à reliqua ſupellectile antiquaria & antiquitatis monumentis inſtructiſſimos aperiendos curarunt. Quin etiam illi ipſi alias in admittendis ſuorum cimeliorum ſpectatoribus admodum moroſi & difficiles, Goltzium libenter admiſerunt; qui exercitatus in numiſmatum priſcorum recognitione, multa legit, multaque eruit, quæ ante ipſum nemo viderat. Unde in precio habere multi multa ceperunt numiſmata; quorum prius rationem duxerant nullam.

Hic vero, ut illud immutem,

Heroumne prius mirer, Goltzive laborum?

utrum inquam magis commendandum ſit, principumne in adſervandis antiquitatis monumentis, an Goltzii in iiſdem eruendis ſtudium, non immerito quis ambigat. Laudandi enimvero illi, qui non minori judicio, quam ſumtu & labore conquiſita ſanctæ antiquitatis monumenta pari ſtudio & religione adſervant, & poſteritati conſervant. Laudandi & ſuo merito iſti, qui talia eruunt cimelia, in ordinem redigunt, & ut ita dicam, in proſcenium producunt. Eſt enim varius hujus ſtudii uſus & utilitas multiplex. Primum enim ſi rem *Grammaticam* tractes, an non multa cognitione non indigna de antiqua & recta vocum ſcribendarum ratione, quam ὀρθογραφίαν Græci vocant, de pronunciatione & notis, tam in nummis, quam in aliis monumentis invenies? Sin *poeticen* ſpectes, plurima quoque ex poetarum fabulis petita, de diis gentium, ſemideis, Heroibus, Nymphis, aliiſque innumera, quæ poetarum ſunt propria, paſſim ſe offerunt. Si *Iuriſprudentiam* quæris, & rem *politicam*; varia occurrent S. C. leges, magiſtratus, dignitates, officia, imo univerſus Reipub. Romanæ ſtatus, ipſaque adminiſtrandi ratio, ex ſolis ferme nummis cognoſci poteſt. Si *religionis* & rerum ſacrarum cura te tangit: hic præter varia ſacerdotiorum, quæ apud antiquos erant genera, publicos ſacrificiorum ritus, ceremonias, aliaque ad cultum deorum pertinentia, multifaria quoque ſacrorum apparatuum, veſtium, vaſorum, aliorum inſtrumenta invenias. Si animum tuum oblectat *Hiſtoria*, quid quæſo aliud ſunt numiſmata, quàm hiſtoriæ, illis ipſis, quæ ſcripto mandatæ ſunt diuturniores & fideliores? Quid de *re militari* dicam, ad quam conferre plurimum numiſmata certum eſt? Hic enim adſpicias bellica inſtrumenta; hic arma machinaſque; hic naves bellicas, hic coronas militares, ſigna, vexilla, hic varii adparatus copiam, expeditiones, adlocutiones militares, triumphos, ovationes, legionum, cohortium nomenclaturas, & quod non Martis opus? Taceo, quantum quis hinc juvari poſſit; ſi *de aſſe*, de *re nummaria*, de ponderibus commentari quippiam propoſitum ſit.

...miſma- ...adſer- ...to ad ...d pro-

Ipſi *Geographi* nummos ſine fructu non tractabunt: cum in eis omnium fere regionum, provinciarum, urbium, fluviorum nomina, nec ſolum nomina, ſed ſitus & natura ipſa ob oculos graphice ponatur. Sed *Phyſicus* ecquid inde exſpectabit? Habebit & hic, quod juvet; infinitam animalium peregrinorum multitudinem, ad vivum expreſſorum; habebit arborum, fruticum, plantarum genera, figuras, ſpecies; adeoque tota rerum Natura tanquam in tabula, in numiſmatis ſpectanda ei repræſentabitur. Eant nunc, qui antiquitatis ſtudium vel ſterile ſterili judicio jactitant, vel indignum viro erudito putant; ut in quo curioſitatis plurimum, utilitatis aut parum aut nihil inſit! Videant etiam illi principes aut magnates, qualem ad poſteros ſui memoriam tranſmiſſuri ſint; qui nihil non ſumtuum expendunt in canes venaticos, in equiſones, hiſtriones, gladiatores, ludiones, moriones & horum gregales: ad rem Muſicam vero & eruditam doctrinam provehendam, ut tantillum erogent, impetrare à ſe nunquam poſſunt. Sed ad Goltzium redeamus: ejuſque opera videamus.

Goltzii opera egregia.

Edidit An. 1558. *vivas omnium Imperatorum imagines*, addita perquam brevi actorum geſtorumque à ſingulis Imperatoribus hiſtoria. Deinde collecto in illa peregrinatione inſigni plurimorum numiſmatum theſauro, Romanorum Imperatorum Cæſarumque hiſtoriam ex monumentis ἀξιοπιστάτοις inſtaurare aggreſſus fuit. Deſcripſit primo *C. Iulium Cæſarem*, hoc eſt, hiſtoriam Romanam ex numiſmatis in eum ordinem digeſtis, quem rei geſtæ & temporis ſeries atque argumentorum ſimilitudo præſcribit: ita quidem, ut quæ ad religionem ſive res ſacras ſpectarent in unum caput, quæ ad profanas, ad militarem, ad res alias geſtas, ad magiſtratus, aut aliud argumentum pertinerent, alia in alia capita congeſta ſint: quod opus ipſo Goltzio & autore & ſculptore prodiit Brugis Flandrorum An. 1563. Poſt An. 1566. edidit *Faſtos magiſtratuum & Triumphorum Romanorum* ab urbe condita ad Auguſti obitum, ex antiquis tam numiſmatum quam marmorum monumentis, reſtitutos: quos S. P. Q. Romano dedicavit. An. Chriſti 1574. decennio tardius, quam pollicitus fuerat, apparuit & *Cæſar Auguſtus*, hoc eſt, hiſtoriæ Imperatorum Cæſarumque Romanorum ex antiquis numiſmatibus reſtitutæ liber ſecundus: in quo itidem, ut in primo, eum ſervavit ordinem, ut XXXII. complexus ſit, primum vultus Auguſti & capita cum ſimulacris & ſymbolis in parte adverſa: deinde ſecundum ordinem temporis & rerum geſtarum ea, quæ ad religionem, poſt quæ ad res profanas, rem militarem, res geſtas, magiſtratus, aut tale aliquod argumentum pertinerent, additis notarum & literarum ſingularium, aliorumque explicationibus, cum comparatione pecuniæ Romanæ ad noſtri ſeculi morem. An. 1576. foras dedit *Siciliam & magnam Græ-*

ciam, h. e. hiſtoriam urbium & populorum Græciæ ex antiquis numiſmatibus reſtitutam: ubi agit de coloniis Græcorum, & inſcriptiones ex marmoribus antiquis fideliſſime deſcriptas addidit.

Scripſit & *Siciliæ hiſtoriam poſteriorem*, ſive eorum, quæ poſt pacem ſub Auguſto terra marique partam, uſque ad hoc ſeculum geſta ſunt, compendioſam narrationem. Alio libro *tranſmarinas Græciæ regiones*, quæ in continente erant, utpote Epirum, Achajam, Peloponneſum, ab his in Septentrionem tranſjens, Theſſaliam, Macedoniam, Thraciam, cum ipſarum urbium numiſmatibus complexus fuit. Tertio libro *inſulas Græciæ* ab Hadriatico & Jonio mari exorſus, tum quæ deinceps in mari Libyco, Cretico, Myrtoo, & Ægeo, utpote Sporades & Cyclades occurrunt, Ponti quoque Euxini nonnullas, & quæ Aſiæ minoris litoribus oppoſitæ incluſit. Quartus & ultimus liber continet aliquot *Aſiæ minoris regiones*, Cappadociam nimirum, Galatiam, Pontum, Bithyniam, Myſiam, Phrygiam, Mæoniam, Æolidem, Lydiam, Joniam, Cariam, Doridem, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam, & *in Aſia majore* Suriam, & in Ægypto aliquot *Africæ urbes* addere in animo habuit, una cum earundem regionum & urbium numiſmatis, & quæ ex antiquitatis monumentis cognoſci poſſent hiſtoriis.

Marc. & Guido Laurini Mæcenates Goltzii.

Uſus eſt ſingulari Mæcenate ac patrono *Marco Laurino Domino à Wateruliet*, viro non generis tantum & fortunæ ſplendore, ſed etiam doctrinæ & ingenii dotibus ornatiſſimo, atque in omni antiquitatis cognitione vix ulli ſecundo: cui Goltzius, uti & fratri ejus *Guidoni I. C.* quicquid in hoc ſtudiorum genere à ſe præſtitum eſt, acceptum ingenue ferre non dubitavit. Nam cum inſtitutum illud ſumtus requireret non exiguos, quibus privati alicujus civis facultates non ſint pares, Laurinus ipſum omni ope & ſubſidio ſublevavit. Quippe ad iter illud, de quo ſupra, viatico inſtruxit, literiſque ad primos quoſque in univerſa fere Europa viros aditum aperuit, nec ullis unquam pepercit impendiis: ut fere nemo etiam inter eos, qui fortunarum ſplendore & facultatum magnitudine ipſum Laurinum ſuperant, repertus tum fuerit, qui ad inſtaurandam, illuſtrandam, atque à temporis injuria vindicandam, inque communem Antiquariorum uſum è profundiſſimis tenebris in lucem & quaſi vitam revocandam iſtam rei antiquariæ partem tantum publice contulerit operæ, quantum ille. Habuit idem Laurinus V. Ampliſſ. armaria & ſcrinia inſtructiſſima omnis generis numiſmatibus, aureis, argenteis, æreis, Græcis, Romanis; qualia apud alios in media etiam Italia vix reperias. Uſus eſt præterea Goltzius præcipuorum per Europam virorum amicitia & à S. P. Q. Romano ſingulari exemplo civitate Romana eſt donatus, cujus S. C. exemplar ſubjicere viſum, ut quantum virtus & doctrina etiam ad exteros valeant, palam fiat.

Goltzius civitate Romana donatus.

Exemplar Senatusconſulti, quo Hubertus Goltzius civitate Romana donatus eſt.

Senatusconſulti exemplum.

STEPHANUS PAPARONIUS, HIERONYMUS GROSSUS, HIERONYMUS BUBALUS ALMÆ URB. COSS. AD POSTERITATIS MONUMENTUM, HIS LITTERIS SCIRE OMNES VOLUMUS, INTER PRÆCLARA MAJORUM ROMAN. INSTITUTA, ILLUD FUISSE PRÆCLARISSIMUM, INSIGNES SCILICET VIRTUTE ET PROBITATE VIROS, AUGENDÆ REIPUB. GRATIA CIVITATE DONARE, UT PRÆSTANTISS. CIVIBUS AUCTA, DOMI FORISQUE OMNIUM NATIONUM RES GESTAS SUPERARET. QUORUM NOS IMITATIONE ATQUE EXEMPLO PYRRHO TARIO I. U. D. HECTORE MUTTINIO, VINCENTIO RUBEO TRIBUS EX QUATUORVIRIS CIVITATIS DONANDÆ FREQUENTIQUE SENATU ASSISTENTIBUS, HUBERTUM GOLTZIUM HERBIPOLITAM VENLONIANUM, BENE DE ROMANA REPUB. MERITUM, CUJUSQUE VIRTUS SINGULARISQUE ERGA ROMANUM NOMEN OBSERVANTIA, CUM PRÆCLARISSIMORUM CIVIUM TESTIMONIO; TUM EDITIS NUPER SCRIPTIS SENATUI PLANE CLARUIT, CIVEM ROMANUM EX S. C. CREAVIMUS, CREATUM IN SENATUM VENIRE, MAGISTRATUS GERERE, JUS FERENDI SUFFRAGII HABERE, SACERDOTIA OBTINERE, BONA EJUS LIBERA ATQUE IMMUNIA ESSE, CETERISQUE ROMANORUM CIVIUM HONORIBUS ATQUE PRIVILEGIIS HONESTARI QUIBUS ILLI FRUUNTUR, QUI CIVES ROMANI NATI AUT JURE OPTIMO FACTI SUNT, DECREVIMUS ET CENSUIMUS; EA TAMEN LEGE UT URBEM ROMAM, SICUT OPTIMUM QUEMQUE CIVEM DECET, SUA VIRTUTE ATTOLLAT, FIDELITER A QUOCUNQUE VEXANTE TUEATUR, JURA PONTIFICIA ROMANIS CONCESSA, ATQUE SENATUS CONSULTA OBSERVET ROMANOSQUE OMNI DILECTIONE PROSEQUATUR, DANTES SCRIBIS S. P. Q. R. AUCTORITATEM, FIDEI ERGO ATQUE AD PERPETUAM POSTERITATIS MEMORIAM, ACTA HÆC ATQUE DECRETA IN PUBLICAS TABULAS SUBSCRIPTIONE REFERRE CUM SIGILLIS S. P. Q. R. APPENDICE, DATUM IN PALATIO CAPITOLINO VII. IDUS MAJI. M. D. LXVII.

Julius Horologius ſcriba S. P. Q. R.
Horatius Fuſcus ſacri S. P. Q. R. ſcriba.

Poſt

Poſt exceſſum primæ conjugis matronæ honeſtiſſ. *Elizabethæ Hulſtiæ*, quæ ſeptem proles ſibi ſuperſtites enixa erat, etiamſi amicorum commendatione ei non adſpernendæ affinitatis novæ occaſiones offerrentur; cœlibatum tamen ſe conjugio potiorem habere reſpondit; quod ille minus, quam matrimonii vinculum impedimenti ad ſuarum lucubrationum promotionem adferret. Liberos, filios quatuor Marcellum, Aurelium, Scipionem, Tullium; & filias tres ita educavit, ut non tam ſibi, quam Reipubl. peperiſſe appareret. Duxit tamen alteram conjugem, viduam *Martini Smetii* magni illius antiquarii.

...ſdem ...tus. Naturæ ipſe concedit anno M D LXXXIII. in vigilia annunciationis Mariæ, cùm vixiſſet annos LVI. menſes IV. dies XXIV. Brugis Flandrorum. Magna profectò debetur gratia viro ingenioſiſſimo & laborioſiſſimo, cui Germania parem, nedum ſuperiorem, in hoc tali Antiquitatis ſtudio non habuit: quique nullum fere ſpiritum tranquillum duxit: quo aliquid in Reipub. literariæ conferret utilitatem. *Ex operibus Goltzii ab ipſo excuſis.*

1584. *Sept. ...beca.*

JANUS GULIELMUS.

Janus Gulielmus Lubecam patriam eſt nactus, urbem inferioris Saxoniæ maritimam, emporio celebrem, anno ſalutis milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quinto. Adoleſcens in pluribus Germaniæ verſatus Academiis deinde & Galliam adiit, in comitatu aliquot nobilium Germanorum, quorum unus erat *Borckius*, adſeſſor deinde Spiræ, ampliſſimi nominis vir. Atque primum *Lutetiæ* Pariſiorum aliquantiſper ſubſtitit, exinde *Avaricum*, in finibus Galliæ Celticæ oppidum, petiit, magni illius *Jacobi Cujacii*, cui primas in juriſprudentia tum deferebant omnes, audiendi cauſa.

Scripſit libros *Veriſimilium* de ſuſpicione plerunque probabili. Pariſiis edidit *quæſtiones Plautinas*, in quibus doctrinæ (verba ſunt Lipſii) notæ uberes, & acris judicii. Percurrit in iis ordine M. Plauti comœdias, & multa veterum ſcriptorum, poetarum inprimis, & M. Tullii loca varie illuſtravit, correxit auxit. *Adſertionem* etiam *adverſus Carolum Sigonium*, cohortantibus amicis, ſcripſit, in qua eruditè demonſtrat; non eſſe aut M. Tullii, aut ſatis dignam M. Tullio eam, quæ illius nomine venditet conſolationem. Quæ quidem ſcripta ejus juvenile ſpirare nihil affirmat Lipſius: ita in iis omnia matura, adſtricta, gravia. Edidit & *poemata* aliquot quæ conſpiciuntur inter delicias poetarum Germanorum. Vertit aliquot *tragœdias Euripidæas* Latine, imo totum *Florilegium* reddidit verſibus Latinis, quod adhuc latet in bibliotheca Pauli Meliſſi.

Fuit Guilielmus Ciceronis amans; ita tamen, ut religioſos iſtos imitatus non ſit: qui, ut Germani Cicerones audiant, ſcriptorem alium tangere non audent, ne vocula forte ad calamum adhæreſcat, in reliquiis his, quas longa ætas miſere multavit, aut mutilavit, non lecta; aut circumductio verborum exeat, à filo Ciceronis, qua fine illi definiunt, aliena. Perverſum enimvero, quemadmodum ipſe Gulielmus * ſcribit, hominum genus: *qui, ut ab impolitie linguam vindicent mentem ab inſcientia vindicatam nolunt. Ut enim omnia ſint verba teſſelatim compoſita: ſententiæ tamen ſunt inanes, cum prudentia, quæ ex autorum, tum doctrina, quæ ex artium varietate liberali emanat.*

** In præf. ad Caſi. nam Plauti.*

Obitus. Eximitur rebus humanis, juvenis ab omnibus & corporis, (ſi difficiliorem auditum excipias,) & animi dotibus inſtructiſſimus, ac rei literariæ amantiſſimus, in medio curſu Avarici, anno octuageſimo quarto, menſe Junio, vel, ut Chronicon Chronicorum habet, nocte quæ præceſſit undecimum diem Septembris ſtylo novo. De cujus obitu * Lipſius ita: *In Jani Gulielmii morte valde indoluit. De vultu aut facie non eum noveram: optime de animo. Nec cenſeo melius aut rectius ingenium fuiſſe hoc ævo. Sed Deo ita viſum, optimos quoſque traducere ad optimam illam vitam.* Amicis uſus eſt dum vixit, plurimis, imo fere omnibus eruditæ notæ viris, Germanis, Gallique; *Joſepho Scaligero, Juſto Lipſio, Paulo Meliſſo, Angerio, Giſlenio Buſbequio, Errico Memmio, Joanne Paſſeratio, Petro & Franciſco Pithæis, Petro Delbenio*, & aliis, quibus varia inſcripſit.

** Centur. I. ſelect. ep. 83. Lipſii de Guil. elogium.* *Amici Guil.*

Cl. hiſtoriographus, *Jacob. Aug. Thuanus* de noſtro Gulielmo hoc * reliquit. *Eodem menſe* (Junio) *Janus Gulielmus, adoleſcens cultiſſimi ingenii Lubeca natus, Avarici Biturigum, quo ad magnum Cujacium audiendum profectus fuerat; contracto ex nimiis caloribus morbo, vix ſalutata urbe deceſſit; cum nondum XXX. vitæ annum attigiſſet; eo magis deploranda morte, quod multa, & interea novam Ciceronis operum, ad m. ſ. exemplaria diligentiſſime collatorum, & amplius ſexcentis clauſulis ſuppletorum, editionem paratam haberet: quam & ego vidi; hactenus magna rei literariæ jactura aut diſperditam, aut ſuppreſſam. Cujus familiaritate, dum Lutetiæ eſſet, diu magna cum animi oblectatione uſus, hoc vere profiteri poſſum, me ſemper ab amiciſſimi juvenis colloquio meliorem ac doctiorem diſceſſiſſe. Tanta erat in eo morum probitas, tantum in literis judicium, tanta in ſermocinando ſuavitas: ut alium vix meminerim (multos autem audivi, qui Latine ſimili cum facilitate & puritate loquerentur: ut omittam raram in poetica facultatem, ſive Græca verteret, ſive verſus ex ingenio faceret. Amicitiam non tam ætatis ſimilitudine, quam ſtudiorum conſenſione contractam, immatura mors diremit, non tamen omnino ſolvit; cujus hoc qualecunque monumentum ad poſteritatem extare volui.* Hæc ibi Thuanus: reliqua ex ſcriptis ipſius Gulielmi, & aliorum excerpſimus: plura additur, ſi plura occurriſſent

Thuani de Guil. judicium. ** lib. 80. hiſt. ſub finem.* *Nova Ciceronis editio adornata à Guil.*

Ω. 1585. d. 3. Julii.

JOANNES SHOSSERUS.

Patria & educatio Schoſſeri.

JOannes *Schoſſerus* Æmiliæ in Turingia oppido, parente *Friderico* Eccleſiaſte ibidem genitus, ab ultima pueritia, cum ſe ſtudiis ingenuarum literarum addixiſſet, nihil non moleſtiarũ in ſe ſponte ſuſcepit, ut quæ & ipſi aliquando honori & reipubl. uſui eſſent, addiſceret. Et quidem animum ſtatim adjecit ad id doctrinæ genus, quod publicæ utilitati plurimum prodeſt: privatim vero rem augere domeſticam nec ſolet nec poteſt, poeſin dico & dicendi facultatem. In adoleſcentia ipſa, ut recta ingenia amant cito efflo reſcere, magnam de indole ſua, quam præclaram nactus erat, exſpectationem concitavit, edito carmine uno alteroque.

Studia adoleſcentiæ.

Regiomonte diſcedit.

Cum in Academia *Regiomontana* quinquennium ferecommoratus eſſet, & honeſtum ibi locum habere poſſet, diſceſſit inde ut alii: quia à contentionibus ibi motis abhorruit. Poſtea accerſitus eſt ad gubernationem ſcholæ *Smalcaldicæ*: ex qua paulo poſt *Witembergam* ad lumina illa doctrinarum ſe contulit. Hic cum profeſſores Academici ejus & eruditionem & ſcribendi facultatem, & morum integritatem probaſſent: decreverunt * ei gradum magiſterii Philoſophici: & cum literis honorifice de ipſo ſcriptis, in ditionem principum *Hennebergenſium*, quo ad erudienda tenera juventutis ingenia vocatus fuerat, dimiſerunt. Poſtea anno 1560. quo Melanchthon vitam hanc reliquit, decreto & ſententia illuſtriſſimi principis, Marchionis Brandeburgici Electoris, inſitus eſt Academiæ Marchicæ, quæ eſt *Francofurti* ad Viadrum; eique munus enarrandi veteres poetas, & excolendi eloquentiæ ſtudia, eſt demandatum.

Scholæ Smalcaldicæ præeſt.
Abit VVittembergam.
**An. 1555.*
Inde in ditionem Hennebergenſ.
Francofurtum ad Viadrum vocatur.
Docet ibi cum laude & fructu.

Hoc in officio & labore talem ſe pluribus annis geſſit: ut ſedulitate, diligentia, & dexteritate docendi, & ſingulari ſcribendi ſtudio diſcentum animos mirifice ſibi devinxerit; & collegis, quibuscum amantiſſime ſuaviſſimeque vixit, omnes vitæ ſuæ rationes apprime probarit; eoque nomine charisſimus ſemper fuerit. Nec tantum in docendi munere ſuum officium præclare fecit, ſed etiam ad gubernationem Academiæ, & deliberationes publicas adhibitus, tanquam ſenator & vir bonus, judicio, circumſpectione & delectu in negotiis eximio, conſilia ſua & ſtudia ad Academiæ ſalutem & gloriam, atque ad communis tranquillitatis conſervationem, fidelisſime contulit, & in hoc totus fuit, ut concordiam inter docentes aleret: diſcentibus pietate vitæ, morum probitate, officiorum facilitate legendi denique ſumma induſtria, eſſet exemplo. Præcipue vero prudentia & virtus ejus enituit eo tempore, quo Rector Academiæ aliquoties declaratus, reipub. literariæ utiliter, & magna ſua cum laude, bonorumque omnium approbatione, præfuit.

Anno 1559. in Italiam cogitavit: ut ibi ad eloquentiæ exercitia juris doctrinam adderet, audiretque ac coram videret, viros qui ea ætate elegantis doctrinæ nomine florebant principes. Eam profectionem demum ſuſcepit ab obitu primæ uxoris anno 1564. de conſilio & conſenſu illuſtriſſimi principis ſui, ab Academia etiam ſingulariter commendatus viris in Italia ea tempeſtate præclara virtutis ac doctrinæ laude inſignibus. Innotuit tunc & clarus fuit, cum aliis Viris claris, Jure-conſulentis, oratoribus, poetis, ac philoſophis, tum inprimis *Petro Victorio*, *Paulo Manutio*, *Carolo Sigonio*, quocum Bononiæ per annum ita vixit: ut non ſolum ſtudiorum ſocietate, ſed etiam victus vitæque communitate conjunctisſimus fuerit.

Proficiſ- tur in I- liam.
Quibus cum in Italia vixerit.

Reverſus ex Italia anno *milleſimo*, *quingenteſimo*, *ſexageſimo quinto* illuſtrisſimoque principi Joachimo ſecundo, Electori Brandeburgico commendatus, ad docendi in Academia Francofordiana munus rediit, inque eo viginti ipſos annos, ad vitæ uſque finem conſtanter perſeveravit: quem attigit anno *octuageſimo quinto* ſupra *ſeſquimilleſimum*, die *tertio Julii* veteris.

In patri & ad mu nus doc ndi redit.
Moritur.

Maximi hunc virum ſemper fecit *Melanchthon*, tum propter ingenii naturæque præſtantiam, tum propter multarum rerum cognitionem: tum præcipue propter veræ poeticæ ubertatem & carminis, quod ſcripſit, elegantiam, rerum argumentis, ſententiarum acumine, verborum ſignificante proprietate, tota compoſitionis forma, quæ ad exemplum vetuſtæ poetices primi illius & florentis ſeculi proxime acceſſit, cum veteribus & laudatisſimis Elegiographis certantem, Itali ipſi, inter quos *Sigonius*, tribuunt ei *ingenium accerimum doctrinam exquiſitam vitæ integritatem prope incredibilem.*

Melanc Schoſſeru magni f cit.
Nec non Itali.
Laurea nobilitat donatur Schoſſer

A *Georgio Sabino*, ex auctoritate Pontificia & Cæſarea, laurea poetica, & inſignibus nobilitatis ornatus eſt: ſuntque in Elegia * ad Schoſſerum inter cæteros hi verſus;

At, mihi ſi quisquam lauro donandus haberi
Hic, Schoſſere tibi, candide, debet honos.
Æquat enim veteres tua carmine Muſa poetas,
Quos vetus Auguſti tempore Roma tulit.
Lenia ceu placido labuntur flumina curſu,
Conſita quæ blandis floribus arva ſecant:
Sic jucunda fluunt leni tua carmina ductu,
Et nihil in numeris aſperitatis habent.
Inſignique nitent cultu, referuntque ſonoros,
Naſo dedit quales ore canente, modos.
Ergo laurigeri quo vatis honore fruaris,
Cingo tuum lauri fronde virente caput.
Nec pudeat noſtro te munere ferre coronam,
Haud minus iſte meo munere creſcet honos:
Quam ſi bellipotens eadem tibi ſerta dediſſet
Carolus, Imperii qui moderatur opes.
Namque ego judicium de carmine carminis autor,
Belligero melius Cæſare ferre queo.

** Quæ ultima li bri 6. Carm Sabinian rum.*

Præ-

Præterea, quo major honos & gloria major
Excitet ingenium, docte poeta, tuum;
Confero laurigero vati tibi nomen equeſtre,
Quicquid & ordo ſimul juris equeſter habet.

Alias anguſte admodum vixit: ut prope cum ſuis eguerit: niſi tenues fortunas magnifica principum Brandenburgicorum ſtabiliiſſet liberalitas: unde & commodius ipſe vivere, & educare ſuos honeſte potuit: & provinciam docendi ſuam ex dignitate ſcholæ & officii ſui ſuſtinere. Nec dubitavit ipſa Academia Marchica redituum ſuorum tenuitate, aliquid ad id, quod ei quotannis numeratum à principibus optimis fuit, adjicere; atque induſtriam ejus qualicunque προσθήκῃ juvare & accendere. Ita enim *plerumque* fit, ut *dum publicæ utilitati viri literis abditi inſerviunt, ſecuri privata, parum abſit, quin pereant, aut egeant.*

...re tenui ...ſtitutus ...oſſerus.

Quemadmodum etiam viri boni quæſtum majorem ducunt nullum, quam conciliare ſibi benevolentiam proborum & doctorum virorum: ita Schoſſerus amicos habuit in Germania συγχρόνους καὶ ὁμοτέχνους ferè omnes, *Georg. Sabinum, Johann. Stigelium, Caſparum Peucerum, Joachimum Camerarium, Davidem & Nathanem Chytræos, Victorinum Strigelium, Joann. Caſelium, Poſthium, Bocerum, Jacobum Monavium, Michaelem Haslobium, Petrum Sickium, Thomam Matthiam, Thomam Hubnerum, Abd. Prætorium*, &c. Principi *Sigiſmundo* Marchioni propter poëtices excellentiam, & cæteras animi dotes fuit ita charus: ut peculiari eum ſtipendio in rectiſſimo ſtudiorum genere conſervarit.

...mici e...dem.

Cumque ſciret venæ felicitatem DEI donum eſſe: præcipue eam ad celebrandum Filium DEI contulit: ac ſcripta *de beneficiis* ejus edidit: quæ pias cognitiones in legentibus accendunt. Scripſit & *gratulationes* ad patriam *de reditu* illuſtriſſimi principis olim ſeptemviri *Joannis Friderici*, Ducis Saxoniæ. Celebravit etiam *inſignia* aliquot *doctorum virorum*, eaque *Sigiſmundo* Archiepiſcopo Magdeburgenſi inſcripſit, etiam à Melanchthone commendata. In tabulas item redegit *genealogiam Marchionum Brandenburgicorũ*, qui à tempore *Rodolphi*, Imperatoris, vixerunt: pro quo carmine & honoraria veſte precioſa & aureis pluribus donatus fuit. *Libellum* quoque *Georgii Sabini de carminibus artificioſe componendis ſcholis* illuſtravit. Prodierunt & *poemata ejus in undecim libros diviſa*, typis Eichornianis anno 1585. quo autor obiit. *Ex Epiſtolis à Schöſſero editis.*

...ipta ...oſſeri.

1586. *SIXTUS AB HEMMINGA.*

SIxtus ab Hemmena, ſeu ut ipſe ſe ſcribit, ab Hemminga, natus eſt Ballacomi, oppido Friſiæ Occidentalis, patre *Hectore ab Hemminga*, matre *Barbara à Gratinga* anno Chriſti 1533. ſexto die Februarii. Pater hujus Sixti noſtri nobiliſſimæ & antiquiſſimæ familiæ Hemmingangæ columen, ſua memoria inter Friſiæ proceres in comitiis aliisque publicis congreſſibus patriæ nomine inſtitutis autoritate ſua multum potuit. Hic habuit filios quatuor, *Doconem*, *Dominicum*, *Regnerum* & hunc *Sixtum*, omnes ſingulari eruditione conſpicuos. Nam vir cordatus pecuniæ nunquam pepercit, quam in filiorum inſtitutionem impenderet. Itaque ab ipſis ſtatim incunabulis illis præceptores idoneos habuit, & perceptis in patria literarum fundamentis Lovanium & porro ad alias univerſitates ablegavit, ut non modo artium peritia, ſed & linguarum ſcientia conſpicui, & poſtulante neceſſitate uſui Reipublic. eſſe poſſent. Quam diligenti ſtudio quam maturo profectu Doco fuerit, Sixti noſtri verbis, quã meis explicare malo, quæ huc ex ipſius Doconis genitura quã Sixtus fratri exemplo 24. poſuit transſcribã. Nihil autẽ minus ſuſpicabamur (inquit,) „ quam ipſum nobis morte ſubripiendum cum, „ rariſſime, imo annorum 22. ſpatio nun- „ quam periculoſe ægrotaſſet, & eſſet valetu- „ dine ſatis firma, ſobrius præterea & tem- „ perans admodum, vitæq; in omnibus actio- „ nibus moderatiſſimæ. Erat vero ingenio tam „ manſueto ac ſedato, ut non alium viderim eo „ quietiorem: à gravioribus occupationibus „ & publicis negotiis prorſus immunis, à do- „ meſticæ quoque rei curis liber, nam cœlebs „ erat. Inimicitias & controverſias ita dete- „ ſtabatur, ut neminem unquam cognorim, „ quem aut odio habuerit, aut cui ipſe odio „ fuerit. Nihil præferens animi tranquillita- „ ti, privatim in otio tantum literario, & inge- „ nioſo degebat, à vulgi moribus alieniſſimus. „ In ſtudiis primum locum tribuebat lectioni „ ſacrorum voluminum: & ſecundum hiſtoriis „ & Chronographiæ, tertium poeſi, ſed ſecre- „ tiori ac doctæ. Artem enim illam verſificato- „ riam vulgarium hujus temporis Poetarum, „ contemnebat, & in his ſemper aliquid anno- „ tabat & commentabatur. Horis autem ſuc- „ ciſivis ſe conferebat ad Geometriam, Opti- „ cen, Picturam, Plaſticen, Toreuticen, quibus „ libenter ingenium adjuvante natura vaca- „ bat, ſeque exercebat, imitatione pariter & „ inventione feliciſſimus. Conſcripſit tabulas „ univerſalis Chronograph. ſed morte præven- „ tus non abſolvit, poemata quoq; multa, quæ „ tamen nunquam voluit in lucem edere. Ex- „ arav t tabulam Geographicam totius orbis, „ cum primis magnam & elegantem, nec mi- „ nus artificioſam, pluraque induſtriæ ſuæ „ monumenta nõ vulgaria reliquit. *Hæc ibi, deinde infra ſubdit.* Sequenti, *inquit*, An. 1570. „ Menſe Martio die 19. corripuit ipſum in- „ flamatio cerebri, qua indies aggraveſcente, „ cum neque ſe quieti dare poſſet, neque quic- „ quam ſumeret; fruſtra accerſitis medicis, „ maximo ſuorum mœrore ex hac vita deceſ- „ ſit 30. Martii ſub ortum ſolis annos natus „ 42. menſes & dies aliquot. Meo autem do- „ lori acceſſit id quidque quod nec ægro- „ tanti

...llacco...um oppi...n Friſia.

Pater Sixti.

Fratres Sixti.

Doco ab Hemminga frater Sixti

Poëſis ſecretior & docta.

„tanti aut decumbenti, nec expiranti adfuerim.“ Hactenus de fratre ſuo Docone Sixtus. De Dominico & Renico idem teſtaturus, ſi & horum genituram deſcripſiſſet.

Sixtus medicinæ & Matheſi deditus.

Ipſe Sixtus, ut in medicina excelleret, artes Mathematicas ſibi diligenter cognoſcendas eſſe ſtatuit. Ideoque perceptis Logicis & Ethicis & Phyſicis diſciplinis, & linguis ſacris, Mathematicarũ gratia ſe Lovanii Gemmæ Friſio, & alibi aliis earum peritiſſimis profeſſoribus applicuit; quo penitus in earum penetralia tranſiret. Cumque in cæteris, quæ Mathematũ nomine cenſentur certitudinem eſſe deprehendiſſet, quam docti & indocti pariter prædicant extra omnem veritatis controverſiam eſſe poſitam, eas ad uſum

Aſtrologia.

ſuum ſectatus eſt. Sed illam quam Aſtrologiam vocant, quæ futurorum præſcientiam ex aſtris promittit, cum nullis fundamentis, nullis rationibus certis niti, & proinde vanam & futilem eſſe deprehendiſſet vir veritatis ſtudioſus & ingenuus, non modo ipſe eam cane pejus & angue odit; ſed etiam aliis eam pro merito odioſam reddere voluit: Itaque ſcripſit librum adverſus eos qui Aſtrologiam profitentur, cui titulum fecit *Aſtrologia ratione & experientia refutatæ liber*. In quo ille non Aſtronomiam impugnat, quæ inter Mathematicas quartum locum obtinet, & ſiderum ortus & occaſus docet, ex quibus intervalla temporum metimur, & proinde ut humanis uſibus maxime neceſſaria in univerſitatibus publice docetur, & ſuis profeſſoribus privilegia ab Imperatore meretur: Sed aſtrologiam vanitatis arguit, quæ ex ſiderum conſtitutione hominibus inevitabiles inclinationes ingenerari docet, quibus homo pene plusquam fatali neceſſitate, vel ad hoc, vel ad illud ita propendeat ut aliter agere non poſſit; quam ex inclinatione, ſiderali urgetur. Hanc enim Aſtrologiam nihil aliud eſſe aſſerit, quam meras impoſturas, ſicut & pediſſequas ejus univerſas, quæ ſunt *Geomantia, Hydromantia, Pyromantia, Aruſpicina, Chiromantia, Metopoſcopia, Goëtica, Theurgia, Necyomantia, præſtigiæ, & nobilis illa Alchimia* compluresque aliæ, quæ divinatrices generali nomine appellantur, & non modo ab ordine liberalium artium removentur: ſed etiam capitali pœna in cultoribus earum condemnantur. Neque vero Sixtus dum hoc agit, cum plebejis & vulgarib⁹ hujus Aſtrologiæ profeſſoribus, ſed cum *Cypriano Leovitio, Hieronymo Cardano, Luca Gaurica* congreditur, qui hujus profeſſionis coryphæi ſunt.

Sixti liber contra Aſtrologiam. Aſtronomia.

Pediſſequæ Aſtrologiæ.

Contra quos Sixtus ſcripſerit.

Neque ſolum in generalibus hujus profeſſionis Regulis confutandis occupatur, *Picus Mirandula, & Cornelius Schepperus*; ſed & ad individua deſcendit, in quibus experientia ipſa declarat, futiles, & inanes eſſe promiſſiones omnes, quas Aſtrologi de futuris eventibus faciunt: quod ipſum liquido declarat, in *triginta illuſtrium perſonarum genituris*, in quibus nihil eveniſſe declarat eorum, quæ Aſtrologi ex doctrina ſua, his quaſi neceſſario eventura prædicunt. Perſonæ autem hæ ſunt:

Sixtus ex illuſt. perſonarum ſchematibus Genet

quarum proponuntur. *Caroli V. Imperatoris: Caroli à Brimeu Comitis Megani: Joannis ab Auſtria: Henrici 2. Francor. regis: Franciſci 2. Francor. regis: Caroli 9. Francor. regis: Iſabellæ Valeſiæ: Pauli 3. Pontif. Maximi: Petri Aloiſii: Alexandri Medicis: Henrici 8. Angliæ regis: Edoardi 6. Angliæ regis: Mariæ Angliæ reginæ: Elizabethæ Angliæ reginæ: Ludovici Angliæ regis: Ferdinandi Imperatoris: Joannis Frederici Saxoniæ ducis: Philippi Landgravii Heſſiæ: Bernardi de Meroden: Henrici Rantzovii: Adriani Junii: Gemmæ Friſii: Doconis ab Hemminga: Sixti ab Hemminga: Aſſæ Boitzemanæ: Regneri à Gratinga: Emari Ranconeti: Joannis Checi Angli: Joannis Baptiſtæ Cardani.* Quibus genituris ex arte fideliter deductis, & ad præſentem eventum diligenter accommodatis, cum vanitatem Aſtrologiæ deprehenderit: hoc præſtare voluit; ut poſteros errore & fruſtraneo labore liberaret: illud ſaltem eſt conſecutus, ut nec ingenium, nec diligentiam, nec ſtudium ſibi defuiſſe demonſtrarit ad Rempub. literariam juſto tramite gubernandam. Vita defunctus eſt circa annum Chriſti octogeſimum ſextum, ſeculi quingenteſimi. *Suffrid. Petri de ſcriptoribus Friſiæ.*

thliaci nitate Aſtrol demon ſtrat.

Opus h excuſu eſt in Antve Anno apud P tin.

JOACHIMUS MEISTERUS.

Ω. 15 d. 10 Fe æt. 54, d. 11.

CAput Luſatiorum eſt *Gorlicium*, urbs celebris ad Niſum fluvium. Ea tum alios complures, virtute & doctrina inſignes viros, tum *Joachimum* hunc *Meiſterum* felici ſatu protulit, anno trigeſimo ſecundo ſupra mille quingentos: & decimo quinto poſt repurgatum, Lutheri & Philippi inprimis miniſterio, ſacram doctrinam.

Natalis Meiſte

Tyrocinium puer fecit ſub *Georgio Othomanno* juventutis informatore fideli & felici, cujus eloquentiam Imperatores ipſi D. D. *Ferdinandus & Maximilianus*, ad quos gravibus in negotiis tum Viennam Auſtriæ, tum Pragam Bohemiæ metropolim, fuit ablegatus, amarunt & admirati ſunt. Hoc igitur docente tum in aliis artibus, ad humanitatem pertinentibus, tum præcipue in ſtudio poetices magnos fecit progreſſus. Sunt enim in optimis quibuſque ingeniis quidam quaſi igniculi naturæ: Quibus excitatis ſtudio & doctrina, ſtatim ſe vis inſita prodit: ut recte dicatur indoles ἀδίδακτος ἄλωτον.

Georg Othomannus. Ejus la

Studia Meiſter

Indoles.

E patria ſchola ab artium & linguarum principum apparatu ſic ſatis inſtructus, *Francofurtum* ſe ad Viadrum Marchiæ Electoralis oppidum ſchole publica, inde ab anno Chriſti ſexto ſupra mille quingentos nobilitatum, uberioris ingenii cultus capiendi ergo mittitur. Ibi, quæ erat ejus φιλομαθία & ardor diſcendi, audivit inter alios *Idocum Willichium*, medicinæ atque omnis philoſophiæ eruditæ doctorem celeberrimum. Hic igitur per omne philoſophiæ genus generoſo animi

Mittitur Francofurtum.

Jodoc. Willichius.

mi impetu graſſatus, non mediocrem de ſe apud bonos & doctos excitavit exſpectationem. Francofordia in patriam reverſus, ſuaſu & judicio, ut veriſimile eſt, Othomanni illius magiſtri ſui, ſcholæ patriæ operam ſuam in juventute, primis literarum elementis imbuenda, addixit. Inde Laubanum, oppidum vicinum, vocatus, ſcholæ ibidem gubernationem ſuſcepit: ſed paulo poſt in Boruſſiam paſſus eſt ſe pertrahi, à ſenatu Elbingenſi accerſitus, ut ludum iſtic literarium aperiret.

Poſtea Luthero mortuo Wittembergam eſt ad Melanchthonē illum Germaniæ Phœnicem profectus: qui amanter eum complexus cum Crucigero, Pomerano, & aliis Academiæ tunc profeſſoribus, non ut diſcipulum, ſed ut amicum habuit, inprimis ſuaviſſima conſuetudine uſus eſt *Joannis Majoris* poetæ ob ingeniorum & ſtudiorum ſimilitudinem, quæ animos arctiſſime conglutinare ſolet. Et vere erant tum

Ambo florentes ætatibus, artibus ambo:
Et cantare pares, & reſpondere parati.

Deſiderabatur eo tempore *Gottingæ*, peritus ludi rector & pueritiæ informator. Per legatos igitur Meiſtero id officii deferunt, utque in ſe recipiat, amice rogant. Annuit, & vocationem ſecutus, adoleſcentiam in literis ac moribus fideliter informat; ad Philippi inprimis ductum ſeſe accommodans, & Philippica identidem ſuæ fidei traditis commendans. In hoc pulvere ſcholaſtico dum verſatur Meiſterus, auguſta ſchola Gorlicenſis monaſterii aperitur: primusque ejus rector *Petrus Vincentius* Wittemberga evocatur, & die nono Julli, anni ſexageſimi quinti, ſolenniter introducitur. Verum cum vix trienium gymnaſio præfuiſſet: Uratislaviam invitatur, quo & abiit. Quare cum de ſucceſſore deliberaretur: unus Meiſterus dignus judicio Senatus viſus eſt, cui regimen ſcholæ & provincia illa docendi demandaretur.

Paruit Meiſterus, & in dulciſſimam patriam anno ſexageſimo nono reverſus, non ſolum civium ſuorum, ſed & finitimarum urbium ac provinciarum liberos, collegis *Laurentio Ludovico*, & *Martino Mylio*, viris doctiſſimis, bonas literas docuit.

Partiti inter ſe fuerunt illi operas, ut ſacra & Græcos auctores Ludovicus explicaret, Mylius artes Logicas traderet, ipſe Meiſterus poetas enarraret, & ſtyli exercitationes atque meletas oratorias urgeret. Et ſane ſtudio, fide & ingenii excellentia tantum effecit: ut adoleſcentes, ne dicam pueri, mediocri ſtudio adhibito, quaſcunque ſacrarum literarum hiſtorias, non infeliciter carmine redditas juxta præceptoris ductum recitantes audirentur.

Eo enim adſuefaciebat diſcentes, ut ex optimis quibusque Latinæ linguæ auctoribus & poetis (Virgilio inprimis, ſuos in ordines redigerent ſynonyma, epithetorum copiam, phraſium ſylvulam, infinitam locorum communium multitudinem, elegantias poetarum proprias, adeoque totam diſpoſitionis poeticæ ideam. Accedebat ipſius Meiſteri indefeſſum ſtudium in ſcribendis, & in maxima diſcentium frequentia recitandis poematibus: in quibus non tantum in elocutione Virgilii commonſtranda, quantum poterat, elaborabat: ſed etiam in id incumbebat: ut inprimis oſtenderet, & diſcentibus ob oculos quaſi proponeret, quomodo in ſacris ſingula verba, ſingulæ phraſes, & tota diſpoſitionis & elocutionis forma, atque character ad poeticum ſtylum accommodandus & conformandus eſſet.

Vidiſſes ad Gymnaſium confluentes ex una parte Boruſſos, & Polonos: ab altera Germanos & Bohemos: incenſos omnes amore ſtudiorum & fama tum Meiſteri, tum quos modo nominavimus collegarum. Quindecim ipſos annos eo in ludo cum egiſſet, à ſenatu Bremenſi, conſilio *Chriſtophori Pezelii*, ad gubernandam ejus urbis ſcholam, honorifice ſcriptis literis vocatur: cui vocationi anno octuageſimo quarto cum paruiſſet, venit eo, & ſolenne ſuum obtinens; juventutem literis optimis imbuit, ſed non fuit diuturnus iſte labor. Febri enim ardenti & continua correptus, placide in Chriſto obiit, die Februarii decimo, anno Chriſti octuageſimo ſeptimo, ſupra milleſimum, cum vixiſſet annos quinquaginta quatuor, menſes tres, dies undecim. Præſagiit ipſe ſibi mortem in carmine, quo calendis Januarii gratulatus eſt Pezelio, quod ita habet:

Felices, ſi quid felix mundo eſſe, Calendas,
Si qua poteſt felix ſpes ſupereſſe precor.
Quod ſi cuncta crepant, celerant ſi fata ruinam:
Felix in cœlo proximus annus erit.
Hic ubi pendentem ex humeris maſſamq; genusq;
Ille hominum, carnem geſtat, & oſſa ſator.
Oſtentatq; ſuper qua gentem plurima propter
Accepit patrio vulnera ab hoſte, ſacram.
Illic, victa jacent quæ regna, reſurgere fas eſt:
Illic ſpes noſtræ certa ſalutis erit.
Illic hoſpitio dextras jungemus, ubi ingens
Sub Chriſti roſeo pectore, vulnus hiat.
Ibimus hoſpitio, non certa ſede vagati
Inſtabiles hominum ſpes, fera vita, vale.
Et quæcunque minax annus, quæcunq; Calenda
Adducunt peſtes, damna, valete cruces.
Infelix nil eſſe poteſt, quibus æthere ſummo
Frater devictis hoſtibus, aſtra tenet.
Qui Ditem & Mundum, & ſuperati vulnera Lethi.
Vicit ovans dextra, vulnere, morte, Deus
Ergo ſic etiam felices Jane Calendas
Pezelio, & nobis fata que ſpemque feres.

Scripſit pleraque carmine, & quidem Heroico: ut de *Eva*; de *Chriſti nativitate*; de *Rodolpho* primo Imperatore; de *Melanchthone* panegyricos duos: item ſoluta, *orationem de Entyche* & ejus erroris ſectatoribus, ab origine ejus ſectæ ſub Theodoſio usque ad Juſtinianum Auguſtum: inſcriptam magnifico Jochimo à Berge, & ſi quæ alia. *Ex carmine, quo præceptori ſuo parentavit gratus diſci-*

ducis ... ram ſu- ... ſchola. — *... ttem- ... gam* — *Major.* — *... itur ... tingam ... iſterus.* — *... nnaſi- ... Gorli- ... ſe inſti ... ejus re- ... en poſt ... ſenti- ... Mei- ... us.* — *... ligentia ... eiſteri.* — *... aſeolo- ... Poetica.* — *Exercitationes poetica.* — *Celebritas Gymnaſii Gorlicenſis.* — *Bremam invitatur.* — *Ubi paulo poſt moritur.* — *Præſagit mortem.* — *Scripta.*

discipulus Abrahamus Scultetus Gruneber-genſis, Gorlicii die viceſimo ſecundo Julii anno octuageſimo ſeptimo.

---

a. 1587. die Octob. ætat. 75.

MICHAEL BEUTHERUS.

Francorum laus.

** Ad hunc Beutherum anno 1546. ſcripta epiſtola.*

VVurtzburgum.

Carolopolis.

FOrtiſſima ſemper Francorum gens, ac inter cæteros Germaniæ populos antiquiſſima eſt habita: * Melanchthon candorem inprimis tribuit. Ea in gente tribus *Würtzburgo*, Franciæ orientalis metropoli, milliaribus, ſecundum Mœnum fluvium, ſitum eſt, oppidum vetuſtiſſimum *Carolopolis*; à Carolo magno Imperatore, ſub annum octingenteſimum, conditum: id quod vel verſiculus hic ad imaginem illius Cæſaris in curia adſcriptus hodieque teſtatur:

Carolus en Magnus præſentem condidit urbem.

E regione oppidi cis Mœnum in monte arx viſitur Carlsburg, ab eodem Imperatore fundata & cognominata. Hoc in oppido natus eſt *Michael Beutherus*, anno vigeſimo ſecundo ſupra mille quingentos, die decima octava Octobris, D. Lucæ Evangeliſtæ ſacra: quæ & ipſa natalis fuit trium Germaniæ Academiarum, in Palatinatu *Heidelbergenſis, Gryphisvvaldenſis * in Pomerania, & Wittembergenſis *in Saxonia.

Natalis Beutheri.

*1387. *1457. *1502.

Pater.

Patrem habuit ſibi cognominem, artis illius & oppidi præfectum per annos triginta ſex, ac ob fidem inſeditioſorum ruſticorum motibus conſtanter ſervatam, *Conrado de Thungen*, Epiſcopo Würtzburgenſi, & orientalis Franciæ Duci, longe cariſſimum. Avus ejus fuit *Paulus Beutherus*, præfectus finium Ducatus Franciæ, qui diem ſuum obiit anno milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſexto. Prodierunt ex eodẽ oppido & σύγχρονοι fuere *Andreas Bodenſtein*, dictus Carlſtad, *Joannes Draconites* Theologi, *Joann. Beutherus*, Cancellarius Fuldenſis, *Joann. Hildebrandus* JCti. Medici tres *Wilhelmus Rüger*, *Joann. Lindeman*, *Georgius Scheiner*.

Avus.

Populares coætanei.

Educatio.

Puer hic Beutherus, cum indoles ejus præclara nihil vulgare polliceretur, matris ac propinquorum, (patrem n. vix bimulus amiſit) præceptoribus eſt commiſſus: inque ſchola patria ad nonum uſque ætatis annum, prima literarum fundamenta non infeliciter jecit. Inde aviditate diſcendi ductus *Würtzburgum* anno ætatis 9. venit: ibique in Grammaticis uberiores fecit progreſſus. Brevi poſt in *Coburgenſe* Gymnaſium ſe contulit anno Chriſti trigeſimo quarto: ubi Græcæ linguæ, cujus erat cupidiſſimus: Dialectices item & Rhetorices initia deguſtavit ibique biennium, ad decimum uſque quartum ætatis annum, hæſit. Biennio elapſo *Marpurgum* profectus, ſingulari Dei providentia nactus fuit doctrinæ vitæque informatorem & hoſpitem *Joannem Draconitem* SS. Theologiæ Doctorem popularem, atque cognatum ſuum: qui non ſolum doctrinæ varietate & in formandis ingeniis dexteritate incomparabilis; ſed etiam rara pietate, morum gravitate, vitæque ſanctimonia inſignis erat. Hic loco Indicis Biblici, ſeu, ut barbare loquuntur, pro repertorio Bibliorum, in citandis memoriter ſacræ Scripturæ textibus atque capitibus eo uſus eſt; atque propter expeditam ſingulorum capitum denotationem ipſum *ſacram anchoram* appellitare ſolitus.

Mittitur VVurtzburgum.

Inde Coburgum.

Et Marpurgum.

Jo. Draconites.

Hebrææ etiam linguæ cognitionem ab eo percepit; & in Græcorum autorum lectione ſe diligenter exercuit: inſtinctuque præceptoris hujus, & heri ſui, atque *Eobani Heſſi*, poetæ, qui filii loco eum dilexit, primum in philoſophia teſtimonium, quod Baccalaureorum gradum vocant, anno Chriſti trigeſimo octavo, ætatis decimo ſexto petiit, & ad philoſophiæ ſtudium animum applicuit. Anno ſequenti in *Solitarienſe* cænobium in Haſſiæ finibus ſitum, ad docendas artes vocatus eſt. Sed diu in cœnobio illo commorari noluit: cum animus ejus ad vitam civilem ferretur: & pluribus, quam paucis, prodeſſe ipſe mallet.

Beuth. primu philoſ. dum p

Docet cœnobi

Itaque *Wittembergam* abiit, Theologiæ ſtudio inflammatus: ubi à *Melanchthone*, cujus ad amicitiam facile aditum ſibi virtute ſua patefecit, *D. Martino Luthero* commendatus, inter domeſticos ejus receptus, & humaniſſime eſt habitus. Autor ipſi ibi fuit Melanchthon, ut ſtudium Matheſos cæteris adjungeret; & alterum in philoſophia gradum, quem Magiſterii appellant, peteret; animumque poſtea ad hiſtoriarum lectionem adjiceret. Cum autem anno quadrageſimo ſecundo, diſſidio quodam inter *Joannem Fridericum*, Saxoniæ Electorem, & *Mauritium* Saxoniæ ducem, finium cauſa orto; miles utrimque conſcriberetur; & delectus Torgæ haberetur: militiæ ipſe quoque tyrocinium facturus, operam ſuam in conficiendo Electoralium copiarum catalogo addixit: eaque ex re tantam experientiam acquiſivit, ut triennio vix elapſo, quidam ex præcipuis belli ducibus, qui Imperio militabant, Wittemberga eum in caſtra Saxonica, ad caſtellum Wolffenbüttel/ evocarent. Quo confecto bello ad ſtudia Wittembergam rediit, nec Martis caſtra, exceptis his duabus de Muſarum choro digreſſionibus deinceps unquam attigit.

Abiit VVittembergam.

Militiæ tyrocinium.

Reditus ad ſtudia.

Completo Wittembergæ quinquennio, quo *Lutherum, Melanchthonem, Pomeranum, Crucigerum* ſeniorem, *Juſtum Jonam*, Theologos; *Hieronymum Schurfium*, & *Melchiorem Clingium*, Juriſconſultos; *Eraſmum Reinholdum* in Mathematicis audiverat; anno Chriſti quadrageſimo ſexto, ætatis viceſimo quarto ad hiſtoriarum, Mathematum atque poeſos profeſſionem publicam in Gryphiſvvaldenſi Academia vocatus fuit; cui officio biennium non tantum ſumma cum laude præfuit; ſed Rectoratus etiam dignitate functus eſt; actusque aliquot promotionum publicarum ſolenni pompa celebravit.

In Academiam Grypſvv. vocatur.

Cum

M. Zobell.

Cum igitur magna ubique de ipſo fama percrebeſceret; & ad aures usque *Melchioris Zobellii*, Franciæ Ducis, & Epiſcopi Wirtzburgenſis, patriæ ſuæ principis, emanaret: ſtatim biennio poſt, quadrageſimo octavo anno ab ipſo vocatus, & in conſiliariorum numerum eſt allectus. Hoc in munere prudentiam, fidem, integritatemque à ſe expectatam egregie probavit, & publica commoda pro virili promovit.

euther. in nſiliario-rum nume-m co-tat.

Sed cum inſatiabili diſcendi ſtudio teneretur, & ſine Jurisprudentiæ cognitione minus ſe facere ſatis officio ſuo in aula poſſe experiretur quotidie: eo vitæ genere relicto in exteras Galliæ quoque Academias, juris condiſcendi cauſa abire ſtatuit: longaque itinera conficere potius, quam in aulicis deliciis torpeſcere. Cum enim peregrinationes ad prudentiam, & ad alias res multas plurimum momenti afferre intelligeret, exteras nationes luſtrare cum judicio, leges, mores, inſtituta notare, & cum iis, quæ domi foriſque jam obſervarat, conferre voluit. Nec enim ignorabat à peregrinationibus Ulyſſem commendatum; & oratorem ab Ariſtotele peregrinari juſſum: plurimumque ad legum tum ferendarum, tum intelligendarum ſcientiam peregrinationes conducere.

bit in alliam.

eregrina-num ilitas.

In exteras ergo Academias Gallicas *Pariſienſem, Aurelianenſem, Biturigenſem & Pictavienſem* profectus eſt, anno Chriſti quadrageſimo nono; quo tempore vel maxime regnum Galliæ pace & rerum omnium ubertate floruit. In illis peregrinationibus expedite & eleganter Gallice loqui perdidicit: variarum Rerumpubl. politias, leges, conſuetudines, mores, ritusque cognovit: quæ omnia maximo poſtea uſui in vita & ipſi & aliis fuerunt. Et quamvis immenſo juris pelago ſe committeret, inque ſacro & civili codice omne tempus poneret: ab aliorum tamen humaniorum autorum lectione non prorſus abſtinuit; ſed varios, eosque præſtantiſſimos ſcriptores diurna nocturnaque manu aſſidue verſavit: cum ſapientibus & doctoribus communicavit: artium liberalium Magiſtros, dicendi atque vivendi præceptores; conſulendi atque judicandi doctores audivit viros undique doctiſſimos: unde ex aliis accurate de graviſſimis rebus in medium allatis, diſſerere; ex aliis eleganter loqui: ex aliis ad delectationem audientium verba facere didicit: ex aliis rite recteque, ordinandæ, adminiſtrandæ, tuendæque Reipublicæ nec non bene, civiliter, & honeſte vivendi præcepta hauſit: ab aliis denique boni & æqui artem cognovit.

udia ejus Gallia.

Pictavii, quæ Pictonum in Gallia metropolis ac Epiſcopalis ab ipſa D. Hilarii ætate & ſtudio Juris celeberrima eſt, cum propter ſummam loci illius amœnitatem, quem Clanius fluvius, qui in Viennam delabitur, circumfluit, aliquantiſper ſubſtitiſſet: *Ephemerin hiſtoricam* conſcripſit, & paulo poſt Lutetiam digreſſus, opus, cujus ſimile antea nullum unquam extiterat, viris doctiſſimis atque celeberrimis, qui Pariſienſi in Academia tunc erant, perlegendum dedit; qui ſtatim eum ad editionem ſunt hortati.

ctavis bit emerin. ſtoricam?

Itaque anno Chriſti quinquageſimo typis illud Lutetiæ exſcribendum curavit: ad cujus poſtea exemplum *Paulus Eberus* calendarium ſuum adornavit. Anno ſequenti quinquageſimo primo, Gallia relicta, magnaque brevi temporis ſpacio ex egregiis ſtudiis, laboribus atque actionibus comparata gloria domum rediit: & ab aula Wirtzburgenſi honorifice denuo receptus, eidem totum ſe dedidit: atque ardua quæque negotiorum fortiter ſubiit, prudenterque expedivit. Qua diligentia id conſecutus eſt; ut eo ſæpius Epiſcopus Wirtzburgenſis in arcanis & arduis negotiis opera ejus uteretur, ſtudiumque clementer probaret, & ſingulari amore ac gratia complecteretur. Et cum præcipui conſiliarii munere fungeretur: *quatuor* bonorum conſiliariorum *ſcopulos* prudenter ſibi vitandos eſſe cenſuit: *contumaciam* bonorum conſiliorum remoram: *diſcordiam* inter συμβουλευτάς: *Affectus*, à quibus omnes, de rebus dubiis conſultantes, vacuos eſſe decet: *Avaritiam* denique, quæ omnia habet venalia, fidemque ac probitatem evertit. Quos etiam conſilii dandi modos Ariſtoteles præſcripſit: eos ipſe accurate obſervavit; *ratione* ſcilicet, *auctoritate* & *exemplo* conſulendum eſſe. Hæc enim ſi conjungantur, magnam vim habere neceſſe eſt. Quanquam vero omnia, quæ in conſultationem veniunt, talia ſunt quæ aliter accidere poſſunt: tamen ipſe ſibi ſufficere arbitratus eſt; ſi conſcientiæ ſuæ ſatisfeciſſet, illius memor: *non eventum, ſed fidem præſtare debet, qui conſilium dat.* Singulari arte & flexu facili conſilia ad unum, eumque verum ſcopum dirigere potuit; optime ſciens obliqua via eundum, quo non licet recta. Nullius ſervilis ſcientiæ unquam vel autor vel imitator: ſilentii vero & arcani nuſquam non tenax fuit. In capiendis conſiliis & deliberationibus ſuſcipiendis ſingulari prudentia præſtabat; conſiderate & cum dignitate ſuam ſententiam explicare, circumſpecteque perpendere ſolebat: & quæ ſalutaria aut pernicioſa eventura dicebat; ea graviter, hiſtoriarum monumentis & antiquitatis exemplis, comprobare ei non erat difficile. Et hanc fidem non principi ſuo tantum; ſed etiam toti Imperio Romano, inprimis vero Germanicæ nationi in tractatione Paſſavienſi, anno quinquageſimo ſecundo, ita probavit; ut cum ab Epiſcopo VVirtzburgenſi, legatus *Henrico* Comiti Caſtellano, & *Joanni Zobellio* ad ea comitia adjungeretur, in componendo religionis diſſidio, & ſancienda atque ſtabilienda pace publica, nihil prius, nihilque antiquius habuerit, quam ut Principi ſuo, quantumvis Pontificio, communis tamen patriæ & tranquillitatis amantisſimo, perſuaderet; ne oblatas tum pacis conditiones detrectaret, vel impediret. In ea tractaione tandem Principis ſui nomine, quam omnium Proteſtantium aſſenſu decretum eſt: *in cauſa religionis*

Edit idem opus.

Reditus in Germaniam ad ſuos.

Quatuor conſiliorum ſcopuli.

Conſilii dandi modus ab Ariſt. præſcriptus.

Legatio Beutheri ad Paſſavienſ. tractat.

gionis pluralitas ſuffragiorum ne valeat. Sæpius poſtea legatus in aulam Imperatoris, Oenipontum quoque & Ratiſponam à Principe ſuo miſſus rebus feliciter expeditis domum reverſus eſt.

Patavii dat operam Medicinæ.

Anno quinquageſimo tertio *Patavium* conceſſit, atque ibi ſtudio Medicinæ de conſilio Melanchthonis, qui in feliciſſimum eum Medicum evaſurum prædixerat, operam dedit. Ibi itaque *Gabrielem Fallopium* medicum, chirurgum & anatomicum celeberrimum audivit; & familiaritate ejus quotidiana maximo cum fructu uſus eſt; cujus converſatione tantum etiam in praxi medica profecit: ut ea quoque in arte ita excelleret, ac ſi ab ineunte ætate eam tractaſſet. Fallopius cum in Muſæo eum aliquando conveniſſet, & in lectione *Jaſonis* IC. offendiſſet, obſtupefactus dixit: quid tempus juridicis iſtis falleret cum profeſſione eſſet medicus? Talem enim eum judicabat, quod periculoſos ſæpe morbos & vulnera cum præſentiſſimo vitæ diſcrimine conjuncta, feliciter ipſum curaſſe noverat: proinde etiam medicinæ ipſi gradum obtulit.

G. Fallopius.

Faſti antiquitatis Romanæ à Beuther. ſcripti. Romam petit.

Anno quinquageſimo quarto *Faſtos antiquitatis Romanæ* nova methodo Patavii confecit, & ibidem edidit. Paulo poſt Romam profectus, ipſe ibi monumenta omnia diligenter perluſtravit, obſervatu digna, ſtudioſe annotavit, & inſignem vetuſtatis theſaurum ſibi comparavit. Inde *Piſas*, *Bononiam*, ſtudiorum matrem, & *Ferrariam*, ſtudio juris celeberrimam totius Italiæ Academiam, nobiliſſimi illius IC. *Renati Cati* fama permotus, ſe contulit. Hic Renatus doctrinam Beutheri variam, & in ſcientia juris excellentiam cum deprehendiſſet non ſine admiratione; nobilitatis privilegiis ipſum ornavit, & doctorem juris utriusque, competitoribus octodecim Epiſcopis, renunciavit.

R. Catus JC.

Doct. Juris renunciatur Beutherus.

Iſtis honoribus in Italia auctus, anno proximo in Germaniam à principe ſuo Epiſcopo Wirzburgenſi eſt revocatus. Inſtabant enim tum Comitia illa Auguſtana, in quibus de pace politica & religionis pleniùs deliberandum erat. Reverſus ergo domum, una cum *Joanne Zobellio*, & *Henrico à Moſs.* J. U. D. ablegatus denuo ab Epiſcopo illo ad Imperii comitia fuit: quibus etiam ab initio Februarii usque ad finem Septembris quinquageſimi quinti interfuit; & communem totius Imperii pacem religionis atque Reipublicæ univerſamque ejus ſalutem pro ſua virili, & promovit plurimum, & feliciter conſervavit. Valdeque illud eſt memorabile, quod non tantum Epiſcopi Wirtzburgenſis legati, ſed horum etiam ductu atque conſilio ipſe Archiepiſcopus quoque Saltzburgenſis, in Proteſtantium partes, de conſervanda libertate tam in ipſius religionis exercitio publico, quam aliis capitibus ad eam pertinentibus, deſcenderint. Ut tamen verum fateamur, graviſſimam ſibi ex hac actione multorum Pontificiorum conflavit invidiam: & multi ex amicis, qui in dextero Senatus Imperii Epiſcoporum & Pontificiorum latere ipſum ſedere, & Epiſcopi Pontificii locum occupare videbant; ipſum admonuerunt: ne ſuſpicionem aliquam de ſe moveri pateretur, ac ſi non ſalua ſatis conſcientia, officio legati Principis ſui ſatisfacere poſſet: & autores ipſi fuerunt, ut ne propter honores aulicos jacturam aliquam famæ & fidei faceret. Quanquam vero ne minimum quidem vel contra fidem, vel contra religionem & conſcientiam ſuam commiſerat: noluit tamen iniqua illa ſuſpicione gravari, ac ſi in aliorum gratiam quædam faceret, vel omitteret. Et cum etiam ex non obſcuris judiciis animadverteret, Principis ſui gratia aliorum aulicorum invidiam ſibi creari: qui ægerrime ferebant, Epiſcopum arcana ſua, præſertim in religionis negotio, committere qui ex profeſſo adverſæ confeſſioni addictus eſſet: de relinquenda aulica functione, & conſiliarii dignitate ſæpius deinceps & ſerio cogitavit. Itaque ab eo tempore quo ex comitiis Auguſtanis domum rediit, per integrum triennium placidam à principe ſuo dimiſſionem humilime petiit; ſed impetrare eam non potuit; donec ſereniſſimus Elector Palatinus, *Otho Henricus* in aulam ſuam eum * vocaret: à quo conſiliarius Eccleſiaſticus atque Bibliothecarius deſignatus eſt. Sed vix fide ipſius explorata, & paucis legationibus perſpecta, iniqua ſors hanc ei felicitatem quoque invidit. Anno enim ſtatim ſequenti optimus & munificentiſſimus ille Elector, literatorum fautor ac patronus ſummus, introducta in Eccleſias Palatinatus Evangelii doctrina, & liberaliter dotata Academia Haidelbergenſi, anno ætatis ſuæ quinquageſimo ſeptimo, inopinata morte ex hac vita abreptus eſt. Poſt ejus exceſſum aulicam vitam cum privata commutavit: & poſtquam comuni menſa cum viris celeberrimis, pleriſque ſuis affinibus *Conrado Offenbachio*, *Wilhelmo Rügero*, *Joanne Poſthio*, *Paulo Meliſſo*, *Petro Lotichio*, Haidelbergæ per annum uſus eſſet; altero anno Chriſti ſexageſimo, ætatis ſuæ trigeſimo octavo, Oppenhemium ſe contulit; omnibusque rebus publice gerendis valedixit. Ne vero ocioſus plane in illo ocio viveret; *argumenta in ſingula ſacrorum Bibliorum capita* primus adornavit; & Francofurti per *Davidem Zepffelium* typographum typis imprimenda curavit. Cujus operis Biblici excudendi occaſione non amicitiam modo & familiaritatem, ſed & affinitatem, artis typographicæ nimio amore captus, cum Zepffelio contraxit; & ſibi perſuaderi paſſus eſt, ut cum uxoris ipſius ſorore matrimonium iniret.

Revocatur in patriam.

Ad comitia Auguſtana ablegatur.

Incurrit in aliorum odia.

Petit di-miſſione[m]

Vocatur Elect. P[a]lat.

* *An. 15*

Oppenhe[i]mium m[i]grat.

Ducit uxorem.

Anno igitur Chriſti ſexageſimo ſecundo, ætatis ſuæ quadrageſimo, cum comitiis Electoralibus, in quibus Maximilianus II. Romanorum Imperator electus fuit Francofurti, intereſſet: Margaretam, ex honeſtiſſimâ Reuſſorum familia oriundam, *Andreæ Reuſſi* civis Moguntini, ſub Martino Roshemio, Caroli

roli V. Imperatoris ſupremo belli duce ſigniferi primarii filiam lecti conjugalis ſociam, & vitæ adjutricem ſibi adjunxit. Cum qua, caſto, conſtantiſſimoque, amore vixit: & ipſa viciſſim ei, tanquam capiti, ſubdita prompte paruit, honoravit, conjugalique fide dilexit: atque ita tranquillo ac felici in conjugio annos viginti quinque ſuaviſſime tranſegerunt.

beri ſ.

Suſcepit ex ea liberos ſex, de quibus adhuc filii, *Michael Philippus* Th. D. Eccleſiarum ducatus Bipontini Superintendens Generalis, *Joannes Michael* J. U. D. in Academia Argentinenſi Juris Profeſſor: & *Jacobus Ludovicus*, præfecturæ Tabernæmontanæ in ducatu Bipontino ſcriba provincialis, hodie ſuperſtites. Duo filii, *Georgius Christophorus* & *Paulus Fridericus*, cum ſorore *Margareta*, fatis in puerili ætate conceſſerunt.

rluſtrat ... ias Aca... mias.

Conſummato matrimonio, anno Chriſti ſexageſimo tertio Philoſphicam peregrinationem inſtituit; omneſque Academias Saxonicas, & alias inſigniores illarum regionum urbes, antiquitatum cauſa, ſuis ſumtibus peruſtravit.

petitur multis. à Caſare Maximil. ab Ele... re Pa... ino.

Hic anni ſpacio cum domo abeſſet, à multis quæſitus, vocatus, & deſideratus fuit. Nam ſupremus orbis, Chriſtiani Monarcha *Maximilianus* II. Imperator, in Viennenſi Academia operam ejus expetivit; qua in lectione hiſtoriarum publica uteretur. *Fridericus* item III. Pius ille Elector Palatinus, clementiſſime illi priſtinum locum in Senatu Eccleſiaſtico reſtituere voluit, ſimulque officium Bibliothecarii, aut ſi amplecti eam mallet, profeſſionem juridicam in Acadamia Haidelbergenſi obtulit. Florentiſſima denique Argentinenſis Reſpubl. per D. *Joan. Sturmium*, amiciſſime ſcriptis literis, ab ipſo flagitavit, ut profeſſionem hiſtoricam in ſua Academia ſuſciperet. Hic re accurate penſitata Argentinenſem delegit, & anno Chriſti ſexageſimo quinto honorificentisſime à Senatu exceptus atque receptus eſt, in qua ea, quæ partim ex viris ſummis omnium facultatum, artium atque ſententiarum peritisſimis audierat, partim propria experientia & induſtria acquiſiverat, ad uſum communem tranſtulit. Nam hiſtorias variarum gentium publice ibi eſt profeſſus; ejuſque profesſionis monumenta non pauca reliquit. Præter enim typis editam Ephemerin, *interpretationem Phil. Comminæi Practica criminalis Dammuttheri; Chronici Carionis* verſionem quoque Germanicam *Joan. Sleidani* hiſtoriæ & à ſe conſcriptam hiſtoriam de ſtatu religionis & Reipub. per Rom. Imperium, quam J. Sleidanus ab anno Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo nono exorſus eſt, atque ad annum milleſimum quingenteſimum quinquageſimum ſextum, quo nimirum ille mortuus, perduxit, in annum uſque milleſimum quingenteſimum octuageſimum tertium continua annorum ſerie pertexuit. *Generale* etiam *Chronicum*, ſelectum & magnum opus, evulgavit: huic addidit rerum quarundam memorabilium ſub imperio Caroli V. in Europa geſtarum deſcriptionem; cui aliam, eorum quæ ſub Carolo V. & fratre Ferdinando in Europa geſta ſunt, hiſtoriam ſubjecit. Paulo poſt *hiſtoricam conſignationem* eorum, quæ in reſignatione Imperii Caroli V. in Comitiis Francofurtenſibus, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octavo, acciderunt, adornavit. *Acta* ſimul *in Europa* ab anno Chriſti quinquageſimo quinto ad octuageſimum primum ſupra mille quingentos publicavit. *Elogia virorum illuſtrium*, *regum Daniæ & Ranzoviorum* cum imaginibus edidit. *Deſcriptionem hiſtoricam* electionis & coronationis Maximiliani II. Imp. publicam fecit. *Animadverſiones hiſtoricas* conſcripſit. *Commentarium in Cor. Tacit.* de populis & moribus veterum Germanorum, confecit. Quæ opera omnia publice extant: ſed plura adhuc ſunt manu ejus variarum in variis artiū atq; facultatum generibus ſcripta & exarata, quæ nondum lucem aſpexerunt: ut in *Theologia, hiſtoria ſacra* ex Biblis, *Harmonia* de Regibus Judaicis, & Iſraeliticis, ex Joſepho, Auguſtino & Lyra. *Computatio LXX. hebdomadarum* Danielis. *Hiſtoria creationis mundi. Tractatio de* ſubſtantia & gradibus Angelorum. *De primis parentibus* Lamecho item & Mathuſalemo. *De ſtatu Caini* poſt patratum fratricidium. *De diluvio* & linguarum confuſione. *De conjugio ſacerdotum* & Jubilæo. *Sabbathariorum* orationes. *Quo anni tempore mundus* à Deo creatus, & quo die Jeſus Chriſtus in cruce mortuus ſit, diſputationes.

Opera non-dum edita.

Theologica.

scripta ... utheri ita.

In jure præter alios tractatus etiam hi relicti ſunt: *De legitimo uſu* privilegiorum. *De Magiſtratibus. De origine judiciorum civilium. De forma & adminiſtratione Reip. Argentinenſis.*

Juridica.

In hiſtoricis reſtant *commentarii* antiquitatum hiſtoricarum in Caput Geneſeos. *De exordio Carthaginis*; *de origine Turcorum*; *de regibus Ægyptiis*; *de Saxonum ortu*; *de ducibus Saxoniæ*, *de Francorum antiquitate, de Cimbris, de Holſatis, Bremenſibus. Commentarii* in hiſtor. C. Jul. Cæſaris: Commentarii in Faſtos antiq. Roman., *de ordine Electorum*: Correctiones *in Alberti Crantzii hiſtoriam Saxoniæ*: *de Monarchiis*; *Hiſtoria ab initio Urbis condita*; *de Dario, de Scythis*, *de regibus Athenienſium & Lacedæmoniorum*; *Hiſtoria omnium Imperatorum, Regum, & Pontificum Romanorum* à condito mundo usque ad noſtra tempora, per omnia imperia & regna totius orbis, juxta quatuor ſumma orbis imperia ſeu Monarchias; *de Thuſcis, de ætatibus mundi & Patriarcharū, diſceptationes Chronographicæ, Hiſtoria quatuor primos millenarios comprehendens*; *Commentarii in Salluſtium, de regibus & conſulibus Romanorum*; *Commentarii in Tit. Livium*, *de bello Punico, de periodis imperiorum, de origine gentis, principumq; Bavarorum, de diverſa ratione annorum, Commentarii in* Plutarchi *Romulum*, *de Sigismundo* I. Rege Poloniæ: *Commentarii in Velleium* Paterculū, *de Sacis & Dacis: Expeditio in Saracenos: Problemata hiſtorica*, *de ſtatu*

Hiſtorica.

Romani & Turcici imperii ab anno milleſ. nonageſ. ſeptuageſ. nono ad milleſimũ quingenteſimum ſecundum, *de Otthomanno, de origine regni & ducatus Lotharingiæ, de regibus Hungariæ* ab A. C. milleſimo quadrageſimo primo ad milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum; *de Ludovico nono & Conradino Friderici ſecundi Imperatoris F. Status rerum in Europa ſub initium Turcici imperii,* Otthomanno regnante, in Germania, Italia, Hiſpania, Gallia, Anglia, Sarmatia Septentrione, Græcia, Turcia, ab anno Chriſti milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo, ad milleſimum quingenteſimum viceſimum nonum: *de correctione anni Romani à C. Jul. Cæſare inſtituta; de Græcorum Athenienſium anno & menſibus antiquis, belli Danici deſcriptio, de regno Neapolitano, quæſtiones hiſtoricæ dubiæ, antiquitates Germanicæ ante natum Chriſtum, de Wallis & Walachis, de expeditione Ludovici noni Galliæ regis Viennenſi, hiſtoria ducis Albani, de bello inteſtino Gallico inter regem & principem Condæum, de origine gentis Juliæ, de cauſâ belli Gallici, de vita C. Iul. Cæſaris, de Gallis & Celtis, Chronicon Cometarum* diſtinctum in libros tres: *Chronographia ex Plinio, Halicarnaſſæo, Solino & Diodoro Siculo, exactiſſima annorum mundi ratio* & cauſæ, cur alii diverſum ſentiant; *de quarta Monarchia.*

Genealogica. In Genealogicis ſuperſunt *omnium Principum & multorum Comitum Imperii Romani ſtemmata: plurimarum etiam exterarum familiarum deſcriptiones.*

Philoſoph. In Philoſophicis, *annotationes in Homeri* aliquot Iliad. lib. *de utilitate fabularum, de viventium quorundam generatione ſpontanea: de laude Poeſeos, de ſtudio eloquentiæ,* item *orationes* variæ.

Mathematica. In Mathematicis aliquot etiam tractatus, ut *de globo Aſtronomico, de circulis, de correctione novi Calendarii Gregoriani.*

Poetica. In Poëſi, *tres epigrammatum libri,* vario genere carminis, ab eo ſunt ſcripti.

Primus Decanus in Academia Argent. Decanatu primo in Academia Argentinenſi ipſe functus eſt, & primus novem magiſtros, anno ſexageſimo ſeptimo ſolenniter creavit; eundemque Decanatum tertia vice poſt redeuntem ad ſe ordinem ita geſſit; ut ipſi Academiæ ornamento, & plurimorum ſtudiis commodo maximo fuerit, omnibusque membris Academicis gratus, & acceptus collegis vero ſuis ſemper fuerit chariſſimus.

Penſum ejus quotidianum. Ita enim rerum ſuarum ſategit: ut non ſolum lucubraretur noctu, quæ officii ſui erant; ſed ſummo etiam mane, poſt ſolitas preces lectionemque ſacram, quam ut æſtate media cum prima aurora, ſic hyberno tempore, antelucanis horis, quotidie frequentabat, eadem accuraret. Reliquum diei non ſibi, ſed amicorũ interpellationibus ac colloquiis dabat.

Educatio liberorum. In Oeconomia liberorum recte educandorum rationem habuit ſummam. Ut primum enim eorum aliquis quartum ætatis annum erat egreſſus, ad ludum miſit, magiſtro foris informandum; domi inſuper à pædagogo inſtituendum curavit: omnes adſuefecit magna cura ad preces, ad obedientiam & modeſtiam ac humilitatem. *Frugalit.* Ad rem familiarem minus fuit attentus; frugalitati & parſimoniæ inprimis deditus. Et quanquam per omnem ætatem firma corporis valetudine uteretur, quam temperantia & moderata victus ratione tuebatur: tamen mortis cogitationem nunquam abjecit; ſed ad exitum ex hac vita beatum mature ſe præparavit. *Proſopographia Beutheri.* Erat tota corporis ejus conſtitutio venuſta ac robuſta, & habitudo plane virilis: ſtatura mediocris, vultus ſerenus, color ſubrubicundus, capillus candidus, oculi cærulei, barba cana, frons aperta, vox acuta, ſermo placidus, collum paululum ad pectus inclinans, inceſſus gravis, verbo ut dicam, corpus & animus præſtans.

Senectus. Senectus nec ipſi gravis, nec aliis moleſta fuit; ſed in ſeipſa tranquilla, integrisque ſenſibus conſtitit, ideoque lectiones Academicas, quamdiu per corporis vires licuit, habuit. *Valetudo.* Poſtremis annis interdum podagrici dolores per paucos dies eum domi detinuerunt. Oculi ejus obtuſa viſus acie nunquam caligaverunt, neque hebetati ſunt, & quidem eminus acrius, quam cominus diſcernere omnia potuit: conſpicillo interdum non ex neceſſitate, ſed ad corroborandos radios viſivos, medicorum ſuaſu, uſus eſt. Auditus nunquam gravis vel difficilis ei accidit, memoria ad extremum vitæ ſpiritum tenaciſſima perdurante.

Morbus ſupremus. Cum ergo ipſa ætate ceu μαρασμῷ ac flaccidate quadam, diuturnis paſſionibus ictericis præcedentibus, vires naturales humido radicali exſiccato, paulatim conſumerentur; ac ſupremum jam ſibi imminere diem animadverteret: ſine ulla prorſus aut vultus mutatione, aut animi perturbatione, indubitata fiducia miſericordiæ divinæ ſuſtentatus, ac ſpe certa vitæ æternæ fretus, mortem, quam cum Apoſtolo in lucro ponebat, conſtanter & intrepide exſpectavit. Inprimis vero recitatione Pſalmorum Latinorum ex interpretatione *Hulderici Zvvinglii,* quam exacte memoriter tenebat, delectatus eſt; & inter cæteros Pſalmos 16. 25. 30. 31. 39. 40. 51. 71. 77. 86. 90. 91. 103. 119. 125. 145. ſæpiſſimeque ex Pſalmo 77. verba illa, *Dextera DEI omnia mutare poteſt,* in acutioribus morbi ſui punctis ingeminavit. Confeſſionem fidei coram miniſtro Eccleſiæ in præſentia ſuorum domeſticorum edidit; ſeque in illa vera doctrina, quæ in verbo DEI, traditur, juxta ſymbolum ipſius: *Adjuvante Deo,* ad mortem uſque *Symbolum Beutheri.* conſtanter perſeveraturum eſſe, proteſtatus eſt: Aliorum de religione excitatis controverſiis ſe nunquam immiſcuiſſe; ſemper autem rixandi & calumniandi illam libidinem ſummopere ſibi diſplicuiſſe; & moderationem expetiviſſe, ne ex parte noſtra curſus Evangelii impediretur, & via Pontificiis noſtras Eccleſias invadendi ſterneretur. Commendare igitur hanc cauſam Deo, & rogare cum Eccleſiam ſuam afflictam ne deſerat: omnia denique ſe omnibus condonare.

Tan-

Tandem aliquoties certa fiducia in promiſſiones divinas erecta ſpe, dicta illa Scripturæ repetiit: *In te Domine ſperavi, non confundar in æternum: Spes non confundit; ſpe ſalvi ſumus.* Lingua vero, ut & aliis membris officium ſuum amplius non facientibus, iis attente auſcultavit, qui verba ad ipſum fecerunt: atque inter vota tacita & ſuſpiria ex- *[Ob]itus.* tinctus ita eſt, ut

Quondam oleo lampas deficiente ſolet:

die vigeſimo ſeptimo Octobris, qui fuit tum dies ♀ inter horam nonam & decimam veſpertinam, anno Chriſti octuageſimo ſeptimo, ætatis ſexageſimo quinto, in amplexu *[Se]pultura.* uxoris, liberorum & amicorum. Tertio die poſt, qui fuit Dominicus, elatus eſt humeris ſtudioſorum, & ſepulus in cæmiterio extra urbem, quod vicinum eſt ædibus, in quibus aluntur leproſi, funus proſequente Academia & Republica Argentinẽſi frequen- *[Vi]rtutes.* tia illuſtri & rara. Fuit vir pius, miniſterii Eccleſiaſtici amans, concionum ſacrarum auditor frequens & attentus: in lectione Bibliorum adſiduus: officii ſui anxius: juſtus, prudens, temperans, moderatus ac patiens: in congreſſibus affabilis, ſuavis, & gravis. *[Er]uditio.* Trium facultatum doctisſimus, linguarum cardinalium Hebrææ, Græcæ & Latinæ peritisſimus: Gallicam & Italicam perinde ut Germanicam loquebatur perfecte & eleganter; Hiſpanicam & Anglicam ita intelligebat, ut quæ legeret, in aliam transferre linguam expedite poſſet. Antiquitatis omnis fuit ſtudioſiſſimus: hiſtorias veteres & recentes, quæ multorum ſalubrium præceptorum tanquam ſeminarium ſunt; nec tantum patriæ noſtræ; ſed Galliæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Belgii, Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, diligenter evolvit: priſcorum temporum annales peragravit. Et quia, ut Seneca loquitur, *longum per præcepta iter eſt; breve autem & efficax per exempla*: ideo in legenda hiſtoria Græca & Romana non ſolum rerum geſtarum, locorum, temporum, deſcriptiones; ſed etiam omnium cauſas, conſilia, acta, eventa, circumſtantias, cur quid geſtum, cur quid omiſſum conſideravit, omnes omnium gentium virtutes, vitia, mores, ritus, leges, atque politias familiares ſibi habebat; regnorum ac civitatum pleraruṁque ortus, incrementa, mutationes, viciſſitudines addidicerat: omnes prope regum, principum, comitum, nobilium, ac patriciorum genealogias mira dexteritate memorare ſciebat, & multas magnas controverſias horum auxilio dire- *[M]emoria.* mit. Et quod in eo duceudum ſingulare, inſigni præditus fuit, & fere divina memoria, longeque præſtantiori, quam *Portio Latroni* ſuo Seneca tribuit. Nam non tantum quæ ſemel vel viderat, vel legerat, vel audiverat, firma ac ferrea, ut ita dicam memoria, conſtante etiam ætate, retinuit; ut Imperatorum & belli ducum familias, ac rerum geſtarum ab iis hiſtorias; quin vulgarium quoque militum, atque infimæ fecis, impedimentorum bellicorum nomina, cognomina, ipſamque eorum patriam, quæ ſingula una vix vice in caſtris ſcripſerat; ſed etiam in ſuprema ſua ætate, illarum cantilenarum & melodiarum probe meminerat, quas ancillæ ad cunas in prima infantia occinere ipſi ſolitæ fuerint; quod de nullo alio unquam nos vel legiſſe vel audiviſſe meminimus. Sæpe commemorare ſolitus fuit, amicam & crebram *Certamen de memoriæ præſtantia.* inter ſe, Lotichium, & Poſthium in Italia & Germania extitiſſe concertationem, quis eorum præſtantiori eſſet memoria: & ita tandem tranſactum, Lotichium cum Poſthio in retinendis ipſiſſimis verbis contextus, præter obſervationem nominum propriorum; excelluiſſe: Se vero in accuratisſima commemoratione etiam peregrinorum nominum propriorum ſive locorum, ſive perſonarum diuturniori ac firmiori memoria ipſos ſuperaſſe.

Amicos in omni artium & ſcientiarum ge- *Amici.* nere ſibi comparavit viros præſtantisſimos. Ex Theologis enim lumina illa non modo vidit; ſed cum iis amiciſſime converſatus eſt. *D. M. Lutheri* domeſticus, *Philippi Melanchthonis, Iuſti Jonæ, Joan. Bugenhagii, Caſpari Crucigeri* ſenioris auditor Wittebergæ fuit. *Seb. Münſtero, Ioan. Funccio, Ioan. Calvino, Henr. Bullingero, Ioſia Simlero, Ludovico Lavatero, Hieroymo Zanchio, Grynæo* uſus eſt valde familiariter. Ex Jureconſultis non tantum patronos, ſed amicos habuit, *I. Bapiſtam Weberum* imperii Romani vicecancellarium, *Melchiorem Klingium, Joachimum Minſingerum.* Medicis *Ioanni Cratoni*, archiatro Cæſareo, *Ioanni Poſthio* archiatro Palat. *Caſp. Peucero* & archiatro & archiphiloſopho, *Wilhelmo Rugero* archiatro Wirtebergenſi fuit conjunctisſimus, cum aliis clariſſimis viris atque præſtantisſimis D. *Ioanne Sturmio*, ætatis noſtræ Cicerone ac Theophraſto, *Ioach. Camerario* politioris literaturæ auctore, *Huberto Langueto* conſiliario regio, *Eraſmo Læto Dano, Joanne Moibano, Hartungo, Joan. Sambuco* hiſtorico Cæſareo, *Ortholpho Maroldo, Hieronym. VVolphio, Petro Lotichio, Paulo Meliſſo, Joan Jacobo Boiſſardo* qui omnes viri ſingulares, ſæpe ad ipſum ſcripſerunt, multos annos familiariſ- *Symbola.* ſime vixit. Symbolum ſibi mature admodum delegit geminum ſacrum nempe hoc: *Adjuvante DEO*; politicum autem iſtud: *Perrumpendum eſt:* **Hindurch mit Freuden unverzagt.** Atque hæc de Michaele Beuthero, ex narratione Cl. & Reverendi Viri Michaelis Philippi, F. Theol. D.

PETREIUS TIARA.

Ω. 1588. d. 8. Febr. ætat. 72.

NAtus eſt *Petrejus Tiara* anno decimo quarto, ſupra ſeſquimilleſimum, decimo quinto Julii, in oppido Friſiæ, Laviſcam & Flævum fluvios interiacentis, maritimo, *VVorkum* vulgo dicto. Cumque eſſet *VVorkum patria Tiaræ.* ſingulari ingenio, & admirabili memoria præditus: nullam difficultatem in ſtudiis, imo vero in quibuſcumque rebus percipiendis, ſenſit; unde & αὐτοδίδακτος in omnibus fu- *Tiara αὐτοδίδακτος.* it: nihilq; unquam reperit; quod non ſuopte

Eruditio ejuſdem. Marte, & ſine Præceptoris opera pleniſſime perciperet. Quare & Logicis, & Mathematicis, & Phyſicis, & Ethicis diſciplinis exemplo ſingulari inſtructus fuit. Inſtrumenta Muſica, Aſtronomica, Geometrica artificioſiſſime fabricare, ut & pingere potuit. Trium linguarum cognitionem exactam habuit, *Medicinæ dat operam.* quarum ſubſidiis ad uſum facultatis medicæ potiſſimum utebatur. In qua ſupremam lauream conſecutus, induſtriam ſuam Reipublicæ probare voluit.

Peregrinatur. Adoleſcens vidit *Germaniam*, *Galliam*, *Italiam*. In Belgium reverſus, uxore in *Lovanii ſedem figit.* patriâ ducta ſedem *Lovanii* fixit. Qua amiſſa non multo poſt, ad novam univerſitatem *Inde Duacum migrat.* *Duacenſem* regio ſtipendio vocatus, utriuſque linguæ profeſſionem ſuſcepit. Ducta autem uxore ſecunda, quæ & Gallicæ linguæ inſolentiam, & patriæ deſiderium ferre non poterat: profeſſione relicta, in Friſiam mi*Porro Franeckeram.* gravit, & *Franekeræ*, unde uxor nata erat, ſubſtitit, ubi & Conſulatum urbis aliquandiu geſſit.

Cum vero inſanis factionibus Belgium flagrare inciperet; ille mature ceſſit inquietudini *Lugdunum concedit.* & *Lugdunum Batavorum* ſe contulit, ubi in recens condita Academia primus Rectorem, & Græcæ linguæ egit profeſſorem annis circiter quatuordecim. Inde in patriam revo*Revocatur Franeckeram.* catus in nova univerſitate *Franeckerenſi* græcas literas aliquandiu publico ſtipendio profeſſus eſt: mortuus ibidem anno ætatis ſeptuageſimo quarto, Chriſti vero Servatoris 88. die Februarii 8. atque in templo ſepultus.

Ubi moritur. Mores ejus. Potuiſſet hic vir ad maximas quasque dignitates ſplendidiſſimasque profeſſiones pervenire, ad quas à diverſis magnatibus frequenter fuit invitatus, ſi voluiſſet. Nec ingenii ſolum, ſed & corporis dotibus natura ipſa eum huc deſtinaſſe videbatur, quæ nihil *Statura corporis.* omiſerat, quod in pleniſſima virilis corporis fabrica requirebatur. Erat enim ſtatura ultra mediocritatem, membris validis & bene compactis, & proinde etiam robuſtis: cute candidiſſima, facie decenti: lata fronte, oculis lætis: capillitio ruffo, barba denſa ac valde promiſſa. Quæ omnia illi venerabilem quandam reverentiam & authoritatem apud notos & ignotos conciliabant. Unum tamen illud natura in eo oblita videri poterat: ut ei facultatum ſuarum fiduciam paulo majorem ingeneraret. Obſtitit enim illi ſemper *Δυσωπία. Tiaræ.* δυσωπία, & inutilis quædam verecundia: qua obſtante, idem quod privatim, inter paucos cum ſumma laude potuit, publice præſtare non potuit, perſtringente mox ejus oculos auditorum frequentia, quæ alios magis excitare & erigere ſolet. Amicis uſus eſt viris *Amici.* ſui ævi clariſſimis, & Lugduni dum vixit potiſſimum *Donello*, *Douſa*, *Lipſio*, atque *Iano Grutero*, quem in deliciis habuit.

Vir pius, integer, ſolide doctus & non hujus, ſed ex reliquiis aurei illius ſeculi: cui ignota ſimulatio & diſſimulatio: quoque vix meliorem & tranquilliorem ſol vidit.

Interpres fuit Græcorum fideliſſimus ac feliciſſimus. Fidem faciunt, quæ de iis Latina fecit, tam aſtricta oratione, quam ſoluta. *Scripta.* Eorum nonnulla pridem edita, ut, *Sophiſtes Platonis*, *Medea Euripidis*, *Pythagoræ*, *Phocylidis*, *ac Theognidis* ſententiæ carmine Latino expreſſæ, quædam adhuc in ſcriptis, lucem ſuo tempore viſura, ſuperſunt, ut, *Nondum edita.* *Homeri hymni*, Hippocratis *Aphoriſmi & Prognoſtica*; *Platonis Eutyphro*, & *Alcibiades* 2. atque alia nonnulla. *Poemation de Nobilitate & Diſciplina militari veterum Friſiorum* non inelegans, ante multos annos typis excuſum: ſuperiore anno publicatum inter Delicias Poetarum Belgicorum. In *Felicitas in translationibus.* translationibus ejus Proſodiacis eſt quædam Ciceroniani ſermonis puritas, minime tamen affectata: ſed veluti nativa; quæ ſingulari quodam philtro abblandiens aliquanto plus voluptatis adferat lectori, quam is ex ipſo fonte Græco erat percepturus. *Suffrid Petri de ſcriptorib. Friſiæ, & Academ. Lugdun.*

IOANNES STURMIUS.

Ω. 158[9] d. 3. Ma[rtii] St. V. ætatis 82. currente.

CIcero hic Germaniæ primum hujus cœli ſpiritum hauſit *Sleidæ*, in Ubiis oppido, *Sleida oppidum.* in regione, cui nomen nunc eſt Eifliæ, ad confinia Limburgenſis & Juliacenſis Ducatuum, non longe diſtante ab oppido Dura, Caroli V. expugnatione claro. Naſcitur Sturmius anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptimo, ipſis calendis Octobribus, hora ſecunda pomeridiana: patre *Guilielmo Sturmio*, honeſto & docto viro, quæſtore *Pater Sturmii.* generoſorum Comitum à *Manderſcheid*; *Mater.* matre *Gertrude Hulſana*, fœmina lectiſſima. parentibus quatuordecim utriuſque ſexus liberorum; quorum etiam avos & avias, & ſuos proavos & proavias multa à ſenectute vidit, idque exemplo raro.

Primis annis in patria eruditus eſt literis & bonis artibus, ſub præceptore optimo *An- Educatio.* *tonio Dalpendio*, una cum generoſis Comitibus à Manderſcheid, expetitus ab iis, cum puer eſſet novem annorum.

Pubertate egreſſus uberioris ingenii cultu- *Leod. abit.* ræ cauſa, *Leodium* ſeſe contulit, ibique in collegio *Hieronymiano*, quod vulgo Fratrum dicitur, audivit inter alios *Arnoldum Einatenſem*, cujus honorificam ipſe mentionem facit in ſcholis ſuis Argentinenſibus. Inde uno atque altero anno elapſo *Lovanium* venit, *Inde Lovan.* anno Chriſti milleſimo quingenteſimo viceſimo quarto; ubi annos quinque, tres diſcendo, duos docendo conſumſit: uſus ſtudiorum ſociis optatiſſimis, poſt amicis conſtan- *Condiſcipuli ejus.* tiſſimis, viris clariſſimis, *I. Sleidano*, *Guinthero Andernaco*, *Chriſtophoro Montio*, *Bartholomæo* Latomo, *Andrea Veſalio*, *Iacobo Omphalio*, & aliis.

Ibidem cum familiariter verſaretur cum *Rudgero Reſcio*, & *Conrado Goclenio*, hominibus literatiſſimis, utriuſque linguæ Græcæ

& Latinæ

& Latinæ Lovanii tum Profeſſoribus: animadvertens in arte typographica recens inventa bonis literis magnum præſidium eſſe poſitum: cum *Rudgero Reſcio*, qui Græcas docebat literas, officinam inſtituit typographicam, circiter annum ætatis vigeſimum ſecundum, adjutus liberaliter parentis ſui Guilelmi ſumptibus haud exiguis: & auctores quoſdam Græcos, Homerum primo omnium impreſſit, impreſſosque Lovanio ſecum non longe poſt importavit Lutetiam Pariſiorum, Galliæ Academiam nobiliſſimam anno reparatæ per Chriſtum ſalutis milleſimo quingenteſimo undetrigeſimo. In ea Academia cum annis aliquot operam dediſſet viris doctiſſimis, animumque ad Medicinæ ſtudium appuliſſet: contigit, ut ob virtutem præſtantem, ingenium excellens, doctrinam variam, judicium grave, linguæ Græcæ & Latinæ peritiam, inprimis vero propter orationis puritatem & methodi in docendo concinnitatem, facilitatemque admiſſus ſit ad munus docendi publicum, in eadem Pariſienſi Academia una cum *Andernaco* & *Latomo*. Ubi linguæ utriuſque ſcriptores bonos, artesque logicas docuit annis octo.

ituit inam graphi- / *t Lu- m.* / *t ibi ice.*

Rem ibidem familiarem inſtituens cum *Iohanna Piſonia* lectiſſima virgine: convictores multos aluit, & in his eodem tempore, epiſcopum unum, Barones & nobiles aliquot, Italos, Gallos, Anglos, Germanos, conſtantis ætatis & eximiæ doctrinæ homines: quorum jucundiſſima converſatione profectus fecit indies; cum in bonis literis, tum vero maxime in pietate & agnitione veritatis Evangelicæ ſingulari beneficio Dei: propter quam etiam non exigua vitæ pericula adiit Pariſiis, dum & ipſe libere veritatem agnitam profeſſus eſt: & ſimul alios in eadem inſtituit, inſtitutos confirmavit, ſuisq; ſumptibus & periculis ſuſtentavit: carus interim ob ingenium, virtutem atque doctrinam, multis magnis & doctis viris, *Iac. Fabro* Stapulenſi, *Guil. Budæo, Adamo Carolo, Iulio Camillo*, & inprimis *Ioan. Bellaio* Cardinali celeber, qui eum conſtanter uſque ad vitæ ſuæ finem dilexit.

it uxo- com res. / *ici*

Hinc illius præſtans virtus, doctrina, morum gravitas omnibus ubique terrarum viris doctis cum innoteſceret, percrebuit etiam de his fama per Germaniam: in qua cum haberet ſui ſtudioſos, *Eraſm. Roterodamum*, *P. Melanchthonem*, *M. Bucerum*, & alios: non modo crebras à clariſſ. illis viris literas accepit, maxime à Melanchthone: qui ingenue faſſus eſt inter amicos: *Facile ſibi eſſe ſcribere epiſtolas ad omnes alios, ad Sturmium autem difficile*: Sed cum iidem quoque illius conſuetudine non poſſent carere diutius, effecerunt communicatis conſiliis ut Sturmius ab ampliſſ. Reip. Argentinenſis Senatu, ad ſcholam in urbe aperiendam evocaretur ex Gallia, in qua propter acerrimas inquiſitiones in Evangelicos & crudeliſſima ſupplicia, ipſe quoque parum tutus erat amplius. Quam vocationem legitimam ſecutus, jam Pariſiis honorem atque titulum Doctoris Medici una cum Andernaco petiturus: præter Galliarum Regis Franciſci ejuſque familiarum gratiam collectam.

tur entia

Venit Argentoratum anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, ibique jubente inclyto urbis Magiſtratu, & cum primis magno illo *Iac. Sturmio*, Alſaticæ nobilitatis ornamento æterno, prudentiſſ. viris *Nicolao Kniebſio* conſule, & *Iac. Maiero* tredecimviro, primis Scholarchis: anno, poſtquam eo veniſſet, ſequenti ſcholam, literarum, bonarum artium atque linguarum officinam aperuit, in collegio Prædicatorum: diſcipulos per urbem diſſipatos collegit & in decem ordines ſeu claſſes ibidem diſtribuit: Præceptoribus docendi methodum præſcripſit: diſciplinam honeſtis legibus munivit: eademque omnia coluit ipſe & conſervavit, adjutus ab amantiſſ. collegis, fideliſſ. paraſtatis, *Wolffgango Fabricio Capitone*, *Martino Bucero*, *Caſparo Hedione*, *Ioanne Sapido*, *Iacobo Bedrotto*, *Petro Daſypodio*, aliis, de vera Dei agnitione, bonisque literis & linguis revocandis, tradendis, & ab interitu vindicandis, præclariſſime meritis, cum Argentorati, tum alibi. Quibuscum Sturmius officium ſedulo, conſtanter, fideliter, pacateque faciendo indies recens inſtitutam ſcholam ita auxit, ornavit, confirmavit, ſcribendo, commentando, legendo, omnis generis exercitia literaria inſtituendo: ut alteras Athenas, alteramque Maſſiliam diceretur Argentinæ extruxiſſe. Nec ceſſavit etiam donec eandem ad culmen uſque celebris Academiæ, beneficio inclyti Magiſtratus, perduxiſſet, anno Domini M. D. LXVI. Privilegia clementiſſime largiente Imperatore *Maximiliano* II, P. P. S. A. Qua de re, hoc eſt, utilitate hujus à Sturmio inſtitutæ ſcholæ & Academiæ, cum loquatur Germania prope univerſa, una cum Gallia, Anglia, Dania, Italia, Hiſpania, multaque in iis templa, fora, Lycæa, divini etiam ingenii illius doctrinæ atque induſtriæ monumenta edita partim, partim edenda, idem comprobent: nil opus eſt verbis.

Iac. Sturm. / *Aperit ſcholam Sturmius.* / *Collega ejuſdem.* / *Evehit ſcholam ad Academiæ culmen.*

Ex Argentina, quam Sturmius plus patria ſua dilexit, cum dimanaret ejus virtus, doctrina, integritas, fides, prudentia, in omnes partes orbis Chriſtiani: cœpit expeti & adhiberi, licet invitus, non ſolum ad graviſſima conſilia, de Eccleſiis & ſcholis etiam alibi recte conſtituendis: ſed etiam ad ardua comprimis negotia & deliberationes de Regnis rebusque publicis turbatis, denuo pacandis.

Fama Sturmii.

Sæpe igitur diverſis graviſſimisque periculis Evangelicorum legationes demandatas habuit, *in Galliam* partim, partim *in Angliam*, partim *in Daniam*, in *caſtra Proteſtantium*, ad *Colloquium Wormatienſe*, ad complures alios principes atque ordines S. Imperii, in quibus tanta Sturmii illuxit fides, virtus, induſtria, dexteritas; ut ob haſce dotes non modo exteris, ſed etiam Pontificibus Romanis, Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis,

Obit legationes varias.

Epiſcopis, & cæteris innotuerit: & ampliſſimis nonnunquam oblatis dignitatibus, alio ab iis invitatus fuerit: ſed etiam charus extiterit ſummis Imperatoribus ac Regibus, Electoribus, Principibusque ſacri Romani Imperii; adeo ut ab iis Nobilitatis, libertatis, aliaque multa acciperet privilegia, à nonnullis etiam annua ſtipendia: in quibus fuere Divi Imperatores *Carolus V. Ferdinandus, Maximilianus II.* Galliæ Reges, *Chriſtianus* & *Fridericus*, Angliæ Reges, *Eduardus VI.* & D. *Elizabeta:* Electores Illuſtriſſ. *Mauritius* & *Auguſtus* F. F. Sax. *Fridericus III.* Palatinus cum aliis Principibus multis Illuſtriſſimæ domus Palatinæ, Saxonicæ, Brandeburgicæ, Haſſiacæ, Megapolitanæ, Holſaticæ, cæteriſque Religionis & literarum amantiſſimis Principibus, Comitibus, Baronibus, Rebuspublicis, Nobilibus innumeris, in finibus & extra fines Romani Imperii.

Honos Sturmio habitus.

Vt nihil dicamus de omnibus ubique gentium & locorum hominibus doctis & quocunque genere ſtudiorum claris: etiam remotiſſimis in Regnis: *Hungariæ* ſcilicet, *Poloniæ, Bohemiæ, Tranſſyluaniæ*, & cæteris; qui vel ipſi coram, vel per literas, vel chariſſimis ſuis pignoribus miſſis, Sturmium noſtrum ſua notitia, conſuetudine, amicitia, & dignum judicarunt & ceu alterum ſui ſeculi Platonem, Ariſtotelem, aut Ciceronem ſuſpexerunt, coluerunt, celebrarunt.

Mores & virtutes ejus.

Variis hoc modo laboribus periculiſque domi, foris, in Lycæis, in conſiliis exantlatis ſumma fide, incredibili conſtantia, manſuetudine incomparabili, cum domus illius optimo cuique dies ac noctes pateret, eſſetque velut commune quoddam exulum aſylum, peregrinorum ac pauperum hoſpitium, quos omnes fovendo, alendo, foris domique juvando, facultates haud exiguas, abſumſit: maxime Gallorum Evangelicorum ſalutem tuendo, in quam omnes ſuas divitias impendit, ipſeque cum ſuis egere maluit, quam communem cauſam deſerere: animo laudabili & perpetua gratitudine digno: cumque proſpera ut plurimum valetudine vitam degeret ſobriam, tranquillam, ſuavem, triplici in conjugio: primo cum *Johanna Piſonia* Pariſienſi, quam Argentoratum profectus, poſt paucos annos, non ſine magno mœrore amiſit: ſecundo cum *Margarita Wiganda*, optimi ſenis & fideliſſimi paraſtatæ ſui *Joannis Sapidi*, privigna, ex qua etiam filiolum unicum, *Joannem Bernhardum*, in limine pueritiæ, ſummo cum patris dolore, extinctum, ſuſcepit: tertio cum *Eliſabeta ab Hohenburg*, lectiſſima fœmina, quam viduam reliquit: pervenit ad annum ætatis uſque *octuageſimum primum*, ſuperatum menſibus quinque, diebus duobus, cum ſerviiſſet Argentorati annos *quinquaginta & unum*.

Beneficentia. *Coniugium triplex.* *Ætas.*

Corpore fuit mediocriter procero, vegeto, atque firmo: colore fuſco vividoque: vultu conſtanti & honeſto; voce clara & æquabili: inceſſu facili, ſed tardiuſculo, prorſus in moribus amabilis pariter & venerandus: in ſermone gravis & comis; in conſiliis rebuſque agendis promptus & expeditus: intentus negotiis cum publicis tum privatis amicorum, quorum congreſſibus & collocutionibus fuit delectatus plurimum: ut & crebris cum iiſdem inambulationibus. Poſtrema ſenecta afficiebatur multum lingua Hebræa: cum alias Latine & Gallice potiſſimum loqueretur: lectione quoque ſacrarum literarum & Theologicis commentationibus.

Statura. *Senex Hebræam linguam d... jcit.*

Uſus eſt fortuna varia, magnis viris hoc in mundo uſitata: inter cætera etiam orbatus viſu. Quæ tamen omnia, licet quædam ex illis ſatis dura fuerint; ut concertatio ejus cum *Pappo*, heroica prorſus magnanimitate, patientia, & conſtantia pene divina, non toleravit modo, ſed etiam ſuperavit: nihil interim remittens de veritate ſemel agnita tuenda, de antiqua virtute, de bonis literis, & linguis poſteris commendandis propagandiſque, ceu alter quidam ſui ſeculi *Tireſias, Diodorus* aut *Aſclepiades*. Libellos eriſticos, & Stentoreas illas pro ſuggeſtu publico voces graviter improbavit: laudavit contra Principes & inter eos Reginam Angliæ, quæ neque in ſcriptis neque in concionibus quicquam pronunciari paſſa eſt: quod cuiquam Evangelicæ parti nocere poſſet. Et recte. Nam *multi noſtratium diſertos ſeſe non putant eſſe, niſi ad clamores & ad criminationes digrediantur.*

Concertatio cum Pappo. *Studium pacis.*

Hiſce ad metam properans tandem anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono tertia die Martii, circiter diluculum, cum vires corporis partim ſenio laboribuſque, partim febricula paulo ante exhauſtæ eſſent, concedens naturæ, pie placideque mentis ac ingenii viribus ſibi conſtantibus, abſque omni pene mortis ſenſu exſpiravit, animamque ſuam Chriſto Servatori, dulciſſimo ejus nomine Jeſu ſubinde repetito, tradidit atque commendavit. Cadaver tertia die poſt Argentorati terræ mandatum eſt, in Cæmiterio S. Galli: ubi multorum clariſſ. virorum exſuviæ ſunt depoſitæ: funere maxima omnium ordinum frequentia deducto.

Obitus Sturmii.

Scripta à Sturmio edita ſunt hæc: *Epiſtola de Diſſidio periculoq; Germaniæ*: & per quos ſtet, quo minus Concordiæ ratio inter partes ineatur. *De Emendatione Eccleſiæ, & Religionis Controverſiis Epiſt.* 2. *Una* ad Cardinales cæteroſque prælatos delectos: *Altera* ad *Iacobum Sadoletum* Cardinalem. *Scripta quædam de Cœna Domini Nova vetera*, Buceri & aliorum cum præfatione ipſius impreſſa. Ejuſdem *Antipappi* 3. contra D. Joan. Pappi caritatem & condemnationem Chriſtianam. *Quarti Antipappi* tres partes priores. 1. Commonitio. 2. Antiprœmium. 3. Anthoſiander. *Pappus Elenchomenos* 1. Ad Lucam Oſiandrum. *Epiſt. Apologetica*, contra Jacobum Andream, alterum flagrum Ægyptium ſuæ Theologiæ Doctorem Tubingenſem. *Confeſſio Auguſtana Argentinenſis.* Sunt & alia ejuſdem generis contra Pantachuſiaſtas. Philologica ſunt hæc.

Scripta Theologica.

De

De literarum ludis recte aperiendis liber. *De amiſſa dicendi ratione*, & quomodo ea recuperanda ſit. *Partitiones Dialecticæ. In Partitiones Oratorias* Ciceronis Dialogi 4. Luctus ad Joachimum Camerarium, cum Epitaphiis Joan. Sapidi. In quoſdam Platonis Dialogos præfatus eſt, de Ratione interrogandi atque collocandi Dialectica. *Selectarum Epiſt. Ciceronis* libri 3. in uſum puerorum. *Commentarii* in Orationem Ciceronis de Reſponſis Aruſpicum. *Ciceronis Orationes & Rhetoricorum* libri omnes à Sturmio emendati. *De Periodis* libellus. *Vita Beati Rhenani. Nobilitas* Literaria, ad Werteros fratres. *Oratio Funebris* in obitu Jacobi Sturmii. *In Æſchinis & Demoſthenis Orationes* contrarias commentariolus. *De educatione Principis. De Nobilitate Anglicana. Scholia* in 1. lib. Politicorum Ariſt. Scholia in *Orationes Ciceronis*, pro Quintio: Pro Domo ſua: Pro Cn. Plancio: Pro C. Rabirio. In Divinationem contra Verrem. In 1. & 2. Philippicam. *Dialogi novem* in Ariſtotelis Rhetor. *Reſolutio Operum Ciceronis. Epiſtolæ* 2. de Victoria Chriſtianorum, ad Echinidas, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. *Epiſtola Conſolatoria* ad Fabricios fratres. *Epiſtola de morte* Reverendiſſ. Principis D. Eraſmi, Epiſcopi Argentinenſis. *Ariſtotelis Rhetoricorum* libri tres in Latinum ſermonem converſi, & ſcholiis brevioribus explicati. *Prolegomena* in varios autores. *Hermogenis* de ratione Inveniendi Oratoria libri quatuor converſi, & ſcholiis explicati. Ejuſdem Partitionum Oratoriarum liber, qui vulgo de Statibus inſcribitur: Item libri de Dicendi generibus, de ratione Gravitatis occultæ, Latinitate donati, & Scholiis explicati. *Linguæ Latinæ reſolvendæ ratio.* De *Imitatione Oratoria* libri tres, cum Scholiis Autoris. *De ſtatibus* cauſarum Civilium, univerſa doctrina Hermogenis Græci Rhetoris. *Commentarii* in Ciceronis Tuſcul. 1. *Conſolatoria* Epiſtola ad D. Bernardum Botzheimium de morte filii Joann. Chriſtophori Botzheimii, triſtiſſimo & improviſo caſu peremti. *Orationes Funebres* quatuor. Sunt & alia quædam ab ipſo ſcripta, quæ etiamnum latent. *Ioan. Philippus Glaſerus, in narratione de hoc Sturmio, Geſnerus in bibliotheca, alii.*

PHILIPPUS APIANUS.

. 1589. 14. Nov. .58. atria & mpus nat licium.

NAſcitur *Philippus Apianus* Ingolſtadii, quod oppidum eſt ad Danubium Bavaricæ ditionis, An. 1531. d. 14. Septembr. hora 4. pomeridiana, cum ſol ſupra horizontem elevatus eſſet gradus 201. quo anno & *Bilibaldus Birckheimerus* * Noribergenſis, vir inſignis, & doctus, & facundus: & *Ioan. Stofflerus*, celebris ille Mathematicus atque Tubingenſis ſcholæ Profeſſor egregius, è vita diſceſſerunt. Ita DEUS damnum, quod bonæ literæ fecerant duum interitu, hujus exortu compenſare voluit. Aliis mo- tur anno racedens.

Nominavit eum pater, cujus quartus erat filius, *Philippum* ſecundum, ut Philippi primi morte prius ſublati, deſiderium leniret, & hoc nomine memoriam conſervaret. *Pater, cur Apianus dictus.*

Pater ei fuit *Petrus Leuſnicenſis*, ex honeſta familia Benewitziorum. *Biene* autem Germanis apes ſignificant: unde nomen Apianorum mutuati ſunt, ob induſtriam, ut putatur, & ſolertiam ejus animalculi. *Plinius* ita uvis Apianis apes cognomen dediſſe ſcribit: & *Columella* id genus uvarum ſic dictum ait; quod ab apibus & muſcis appetatur: vulgò à muſcis muſcatellæ appellitantur illæ uvæ. *Uva Apiana.* Cæterum hic *Petrus Apianus*, pater Philippi, palmam in Mathematicis ſuo ſeculo omnibus præripuit: fuitque longe lateque per Europam & clariſſimi nominis fama & admirandis ingenii monumentis atque inſtrumentis variis ac novis celebratiſſimus: doctis omnibus per Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam notiſſimus, & principibus viris chariſſimus. *Autoris celebritas.* *Carolus V.* Imperator tanta eum clementia fuit complexus: ut non modo Mathematicum ſuum adeoque præceptorem conſtituerit: verum etiam domeſticum ſibi & quidem familiariſſ. eſſe voluerit: cumque eo ſæpiſſime aliis excluſis collocutus fuerit. Idem Auguſtus *Petrum Apianum* aulæ palatiique Cæſarei Comitem equitemque auratum creavit; & nobilitate hereditaria donavit: jus creandi Notarios, inſignia conferendi, & privilegia multa dedit, cum armis gentilitiis ſplendidiſſimis, *aquila bicipite in nubibus volante*: Quod Romani Cæſaris alioquin inſigne inde uſque à Conſtantini Magni tempore fuit. *Carolus V. Apiani patrem fovet, eique favet. Nobilitate donat.* Idem Carolus Imperator, auro, argento, feudis P. Apianum locupletavit; & regia plane munificentia *pro uno Aſtronomico* illo Cæſario, præter omnes typographicas expenſas, alioſque ſumptus, *tria aureorum millia* donavit. *Pro uno Aſtronomico opere tria aureorum millia donat. Carol. V. Aug.* Sed hæc de patre Philippi: Mater ejus fuit *Catharina, Thomæ Moſneri*, civis & ſenatoris Ingolſtadiani filia: ex qua Petrus quatuordecim ſuſcepit viginti ſex annorum ſpacio, liberos, inter quos novem filii, quinque fuere filiæ. *Mater Philippi Apiani.* Hæc cum maritus anno 1552. obiiſſet, vidua vixit annos viginti duos: deceſſit paralytica Ann. 1574. die 6. Julii. *Educatio Philippi Apiani.*

Ut primum autem per ætatem licuit, pater *Philippum* hunc, ut alios filios omnes liberalium artium principiis erudiendum per M. *Wolffgangum Gotthard*, curavit. Profecit in iis, qua erat ingenii felicitate, tantum: ut ætatis anno * *undecimo*, una cum duobus fratribus, *Theodoro, & Timotheo*, Ingolſtadii paternis in ædibus magna ſolennitate ſtudiis, per depoſitionem, quam vocant, initiaretur; ac poſtridie à Rectore tunc univerſitatis, Comite *Wolffgango à Leonſtein*, civibus Academicis adſcriberetur. ** A. 1552. d. 24. Sept. An. undecimo fit auditor publicus.* *Triennio*, poſt peſte graſſante Neoburgum, alterum ſuum præceptorem M. *Caſparum Hermannum* eſt ſecutus: Mathematicæ ſic peritum,

X ut

Patrem ad Cæſarem euntem ſequitur.

ut loco *Petri Apiani* ſphærica aliquandiu docuerit. Sequenti anno 1546. d. 24. Julii, cum pater à *Carolo V.* Ratisbonam vocatus eſſet, inſtrumenta quædam ac libros in gratiam Cæſaris Hiſpanice verſos, & partim Philippi manu deſcriptos, exhibiturus: eum Philippus eſt comitatus: quem tum ipſe Carolus clementiſſime eſt allocutus, variisque de rebus in ſuo conclavi interrogavit. Viſum eſt, non indignum relatu, quod paulo poſt eodem anno accidit. Cum Cæſar die 26. Auguſti in bello Germanico, caſtra ad Ingolſtadium poſuiſſet: Proteſtantes continuo triduo bellicis tormentis, quas bombardas vocant, *bis mille, ſeptingentos, ſexaginta globos*, in Cæſarinos emiſerunt. Hic cum C. Julii exemplo, Carolus in ipſis caſtris & medio belli ardore, ſiderum doctrinam coleret, ac revolutionum cœleſtium leges & periodos conſideraret: Petrum Apianum in caſtra, vix dum poſita & urbi vicina, evocavit: ut in machina à ſe facta, certis rotulis orbes circumducentibus, repræſentante planetarum motus proprios, Cæſari coram certius ſingula monſtraret. Illo ipſo die, prid. Calend. Septemb. cum globi ex hoſtium caſtris emiſſi circumvolitare magno agmine cepiſſent: ut unus *quatuor librarum* pondere, per ipſum Cæſaris tentorium, omnibus tamen illæſis, abiret: trepidante Apiano, & caput ſubinde inclinante, *Carolus* nulla prorſus timoris ſignificatione edita, pedem loco nuſquam movit. Petivit tunc Imperator ab Apiano, ut Philippum ſibi donaret: utpote in quo Heros fortiſſimus idemque ſapientiſſimus, eximium quiddam elucere perſpiceret. Ac niſi pater iſtum ſe filium ſtudio ſuo Mathematico totum deſtinaſſet, inq; eo poſt hac eruditurum prætendiſſet: denegare petitionem Principi ſummo vix potuiſſet. Fecerat tum in Matheſi adoleſcens Philippus eos progreſſus, ut An. 1547. loco patrui ſui *Georgii Benewitcii*, arithmetici Landishutiani, tum ægrotantis ac paulo poſt mortui, fori vinarii negocia, in dimetiendis vaſis expediret.

Carol. V. in caſtris literarum ſtudia colit.

Caroli magnitudo animi.

Idem Phil. Apianum ſibi donari petit.

Reverſus Ingolſtadium magna curſum ſtudiorum aſſiduitate continuavit, ſub diſciplina præceptoris longe optimi omniumque fideliſſimi, Patris ſui: qui filium, Mathematici ſtudii heredem relicturus, ſui quam ſimillimũ eſſe cupiebat: inque eo nulli neque labori neq; ſumptui parcebat. Ejus voti parens ut compos fieret, filio non invitus poteſtatem diſcedendi, & externas ſcholas adeundi, conceſſit. Itaque Anno 1549. Ingolſtadio die 28. Auguſti, cum *Sambuco*, abiit: & die 2. Septembr. *Eſlingæ* virginem illam monſtroſam conſpexit. Deinde quo die Argentinam venit ſtatim *Chilianum Voglerum* I. C. Inſtitutiones Imperiales profitentem audivit. Mox *Laurentii Offneri* menſa, lecto, habitatione hebdomadatim *decem bazionibus* conductis, clariſſimis ejus loci viris diligentia ſua innotuit, & multorum ad amicitiam aditum ſibi fecit, inprimis fuit *Ioanni Sturmio*, Academiæ illius lumini, gratus & acceptus.

Ingolſtadii à parente inſtituitur Apianus.

Argentinam mittitur.

Victus tum temporis quantipretii.

Annum Argentinæ commoratus Galliæ luſtrandæ deſiderio accenditur. Quare in Burgundiam Anno 1550. *Dolam* abiit: ibique apud ſacerdotem quendam in cubiculo habitans, ſtudiis invigilavit. Inde mox * cum *Sambuco & Lotichio* Pariſios contendit: ubi præter cæteros audivit de annorum ſupputatione *Michaelem Beutherum*. De patris enim voluntate Mathematicis potiſſimum diſciplinis incumbebat: ſuperque eo ſtudio Pariſiis literas aliquoties ad *Philipp. Melanchthonem* dedit. Sequenti anno 1551. *Viſisburgis*, & *Aurelius* vixit: denique *Biturigibus* apud monachum quendam *Petrum Boquinium* Profeſſorem, pro 40. coronatis per annum cum *Vito VVickio* Ulmenſi I. C.

In Galliam contendit Apian...

** A. 1... d. 2. N... Michael Beuther docet L... tetiæ.*

Anno 1552. die 6. Martii domum eſt è Galliis cum Sambuco comite reverſus, patremque invenit calculi continui & annuo dolore ita debilitatum: ut brevi poſt die 21. April. profeſſionis Mathematicæ anno 26. pie obierit. Cum igitur filius Philippus præclarã ſibi comparaſſet, partim domi partim foris tum aliarum artium, tum præcipue Mathematicæ ſcientiam, in Patris defuncti locum conſentientibus Ducis Bavariæ & Academiæ votis, fuit ſubſtitutus, * cum viceſimum primum *ætatis annum* nondum eſſet egreſſus. Explicuit ea in functione publica omnis generis autores; *Arithmeticam Gemmæ Friſii*, *Euclidem*, *Theoricas Nicolai Simii*; *Sphæram Procli*, *Planiſphæria ſua*, *Geometriam*, *Trientem*, *Scioterica ſua*, *Sphæram Gerhardi Mercatoris*: *Coſmographiam Patris* ſui, & ejuſdem *quadrantis uſus*, *Sphæram Winshemii*, & alios autores Mathematicos: ita ut ſæpe ad principia recurrerit: nec privatim quoque nobilium & illuſtrium auditorum commodis defuerit. Si dexteritati, diligentiæ ac fidei eloquendi ratio reſpondiſſet: vel Momo ſatisfacere potuiſſet. Sed fuit voce admodum debili & tardiuſcula: nec tamen propterea ab auditoribus deſtitutus, quorum ſæpe numerus *octuaginta* exceſſit.

Domum revert... Apian... Pater ... piani ... culo e... guitur. Phil. ... pianus ... tri ſuc... dit.

** A. 1... d. 11. J... Autores quos ex... cuerit.*

Apian... voce de...

Etſi autem Mathematicæ ſtudium ſibi inprimis etiam de parentis voluntate excolendum elegerat: tamen ſive ob alias cauſas, ſive ob corpus perpetuo fere morbis obnoxium, Medicinæ ſtudium cum eo conjunxit. Audivit ergo lectiones medicas ſtudioſe, & anatomias ſpectavit attente, herbarum itidem cognitioni operam ſedulo dedit, doctoribus *Ioanne Viſchero*, & D. *Grillo*. Poſt ea Anno 1557. ut in Mathematis cum doctis conferret, & medicinæ Italicæ formam videret, Italiam adiit. Ibi clariſſimos Mathematicos invenit, cumq; iis contulit: Medicis quoque doctoribus *Trincavelo*, *Francoano*, *Robortello*, *Bellocato*, *Capebecca*, *Falloppio*, & aliis perquam familiariter eſt uſus, lectiones audivit, hortos perluſtravit, ſimplicia didicit, conſultationibus medicis interfuit, & quicquid viſu ſcituve dignum diligenter obſervavit. Domum præfinito tempore reverſus ad ſua, hoc eſt Mathematica ſtudia

Cum M... themat... Medic... ſtudium conjung...

Adit I... liam.

Redit in Italiam, ibique medici titulo ornatur.

dia rediit : quæ ita quidem tractavit, ut medicinæ nunquam obliviſceretur. Quare anno 1564. impetrata à principe ſuo facultate, & literis commendatitiis ad *Malvetium* Bononienſem, & Dominum de Peilſtein, Italiam repetit.

Hic cum Bononiam menſe Aprili appuliſſet, teſtimonium in arte medica profectuum reverenter petit. Mox à *Fabricio Garſonio*, præſente Archidiacono, toto Medicorum collegio, viginti quatuor doctoribus, magna inſuper Germanorum frequentia, Medicinæ Doctor creatur, illuſtri teſtimonio ornatur, magnificoque poſtridie convivii honore à *Malvetio*, ab *Hieronymo*, *Philippo*, *Eduardo Fuggeris* excipitur. Tum diebus aliquot anatomias videt : lectionibus intereſt : & operam medicis rebus impendit.

Perluſtrat urbes Italiæ.

Inde per Appenninum Florentiam, Senas, demum Romam accedit. Roma Spoletum, Lauretum, Anconam, Senogallias, Piſaurum, Ravennam petit : atque inde Bononiam redit : ubi *Hieronymum Cardanum* ſalutat, ac docentem audit, ſicut & *Francozanum*, *Arantium* & alios. Tandem per clariſſima quæque loca domum reverſus, ſuos omnes maxima lætitia affecit.

In docendi munere ita verſatus eſt, ut non tantum publice ſuæ profeſſioni ſatisfaceret, ſed etiam domi plurima meditaretur, & aliquando in vulgus edenda conſcriberet, etiam inſtrumenta varia machinaretur. Primo profeſſionis anno dialogum *de Geometriæ principiis* conſcriptum, *Vito Amerbachio*, ſuo quondam præceptori, dedit emendandum. Anno 1553. *librum de umbris* incepit, & anno 58. abſolvit. De voluntate etiam *Alberti* principis, *Bavariæ deſcriptionem* eſt aggreſſus, quam magnis longiſque laboribus, & itineribus variis ſuſceptis, anno 67. abſolvit, ſuiſque typis elegantiſſime impreſſit. Opus hoc gratiſſimum fuit principi, qui *duobus millibus & quingentis aureis* autorem donavit : quotannis vero præter ſalarium Academicum duplicatum, *centum quinquaginta florenis* ad dies vitæ. Deſcripſit etiam *trientem* & ejus uſum monſtravit. Duos maximos *cœli terraque globos* perfecit; *planiſphæria* delineavit. *Coſmolabium*, & alia varii generis inſtrumenta partim illuſtriſſimis ducibus Bavariæ, partim aliis, partim ſibi confecit. Relicta ſunt & alia multa ab eo affecta quidem, ſed non perfecta opera Mathematica; ut *Scioterica*, *Geodeſia*, *Optica*, *Gnomonica*, *Horologica*, *Meteoroſcopice*, *Dioptice*, *Horoſcopia*, & alia.

Scripta & opera Phil. Apiani.

Bavariæ deſcriptio.

Donum pro ea egregium.

Multa imperfecta relinquit.

Poſtquam autem anno 1568. renunciatum Apiano fuit : ut quia Pontificiam in religionem jurare nollet, patria & ditione Bavarica excederet : conſtanter hanc ille ſententiam & patienter excepit : atque de alia ut conditione ſibi proſpiceret, in viam ſe dedit : & recta *Viennam Auſtriæ*, ad D. *Maximilianum* II. contendit. Fuerat enim & antea non ſemel per amicos, quos in aula Auguſta habebat, monitus : ut coram Bavariæ illam de-

Bavaria ob religionem jubetur excedere.

Viennam ad Maxiмil. Auguſtum abiit.

ſcriptionem Cæſari offerret, fore certo, ut ad Auſtriacas provincias ſimili modo deſcribendas invitaretur. Eò igitur ubi veniſſet, clementiſſime ad colloquium à Cæſare in conclavi ſuo fuit admiſſus; & Bavaria oblata atque benigne accepta, voti ſui compos factus à Cæſare fuiſſet; niſi Pontificiorum quidam religionis nomine Apiano infenſi, manibus pedibusque obſtitiſſent. Tandem tamen *tres menſes* Viennæ detentum Cæſario cum munere *centum Ioachimicorum* clementiſſime D. Maximilianus dimiſit. *Carolus* Archidux Auſtriæ, tum ex Hiſpaniis rediens, Viennam appulerat : qui & ipſe clementer Apianum complectebatur; ac cum eo de *Carinthiæ deſcriptione*, per *Ferdinandum de Ortenburg* jam egerat : ſed obſtantibus hic etiam calumniatoribus res impedita fuit. Itaque ex Auſtria per Moraviam & Germaniam, domum ad ſuos Roſenheimium in Bavariam, *exactis quinque menſibus*, rediit.

Cum donario dimittitur.

Calumniis aulicis premitur.

Tubingam ergo, cum commodus alibi locus non occurreret, ſuaſu amicorum profectus, à Senatu ampliſſimo illius Scholæ originarius Mathematum Profeſſor honorifice fuit conſtitutus, & in Senatorum ordinem facultatemque bonarum artium cooptatus. Migravit eò cum *familia*, ſupellectile domeſtica ac libraria Anno 1570. profeſſioniſque ſuæ initium fecit menſe Martio, eoque profitendi modo, quo Ingolſtadii indicavimus, uſum, annos *quatuordecim* magna cum laude docuit.

1569. d. 4. Octobr. Tubingæ Matheſeos profeſſor conſtituitur.

Corpus ei datum fuit, quod in decentem & gracilitatis & proceritatis ſtaturam excrevit, facie honorabili, barba nigra, ſed rariore inſtar Patris. Laborum & devorandarum moleſtiarum erat patientiſſimus : omnium rerum ſcitu dignarum cupidiſſimus, obſervatorque diligentiſſimus. Antiquitates ubicunque locorum fuit (fuit autem quamplurimis, Italiæ, Galliæ, Germaniæ urbibus celebrioribus) ſolicite collegit. Incredibilem rerum memorabilium, admirabilium, *foſſilium, metallicarum, terreſtrium, aquearum*, coegit copiam : & in peregrinationibus profundiſſimis metallifodinis, non ſine periculo, aliquoties ſeſe immiſit, ut *foſſilium* ac ſub terra naſcentium cognoſceret naturam. Pietas in eo fuit vera, & conſtans religionis veræ amor : propter quam & patriam & ædes & amicos deſerere non dubitavit. Fecerat ei princeps patrius poteſtatem, ut quocunque alio in loco Bavarici territorii vellet, habitaret, extra Ingolſtadium : quod ibi religione ſua multis eſſet offendiculo. Sed huic gratiæ, DEI gratiam & publicam fidei confeſſionem, nominiſque divini invocationem prætulit. Cœlebs uſque ad 33. ætatis annum vixit : tandem divina ſic volente providentia uxorem duxit lectiſſimam virginem *Rabinam*, *Ioannis Schevenſtuel* Roſenhemii in Bavaria præfecti filiam An. 1564. ex Italia Medicinæ Doctor reverſus. Ornarunt nuptias ſua præſentia octo & centum perſonæ illuſtres ac nobiles : & priu-

Proſopographia Apiani. Mores & doctrina ejus.

Amans antiquitatis & memorabilium rerum.

Pietas.

Coniugium Apiani.

princeps Bavariæ ducalibus plane donis. Suſcepit ex ea uxore ſexto demum anno *unicam filiam*: quæ nata eſt Tubingæ Anno 1570. d. 27. Julii paulo poſt migrationem illam: & ubi adolevit nuptum *Chriſtophoro Dürfeldo* Thuringo JC. collocata.

Valetudo. Corpore autem fuit Apianus νοσερῷ: ut quod multi graveſque morbi divexarunt: *vertigo, cephalia, lippitudo, febres, arthritis, nephritis, calculus, dyſenteria, colica, podagra, paralyſis*, & alii. *Morbus ejus Ingolſtadii.* Ingolſtadii cum ageret, adeo graviter aliquando ægrotavit; ut de vita deſperaretur. Ibi *Fridericus Staphylus* ſummo conatu apud Senatum hoc egit; ne Apianus, ſi moreretur Ingolſtadii ſepeliretur. Verum Apianus valetudini paulo poſt reſtitutus, Staphyli, ſui hoſtis, funus eſt comitatus: vixitque & ibi & Tubingæ annos complures. Ante obitum paucis diebus profectionem in Bavariam molitus eſt: à quo propoſito eum conjunx, femina prudens, & valetudinis mariti ſui conſcia, avertit. Hac de itinere ineundo, ſententia depoſita, totum ſe in ſtudia abdidit Mathematica: opera editioni deſtinata elimat; præfationes componit: papyrum & typos adornat. *Præſagium obitus.* Admiranti rerum illarum multitudinem ac molem conjugi, dicentique rebus iſtis bonam partem domus, ſatis amplæ, adimpleri: & quis tanti apparatus tandem futurus eſſet uſus: *animo*, inquit, *ſis quieto: propediem rebus iſtis tua domus gravida pariet: Francofurtum deinde fœtus excipiet, atque educabit.* Ad hæc uxor amice ſubmonuit; ac ut reliquum vitæ quietius transſigeret, ſeque ipſe reſpiceret, oravit. Cui ille: *ſic eſt*, inquit, *mea Sabina, & mihi & omnibus ſtudendum laborandumque, ac ſi perpetuo nobis eſſet vivendum: ſic vero vivendum & orandum, ac ſi hodie nobis eſſet moriendum.* His & aliis vocibus non obſcure oſtendit; ſe ad mortis iter ingrediendum quovis articulo accinctum eſſe. Mortem enim non procul abeſſe & ex præcedente paralyſi, è qua tamen eluctatus fuerat, & ex cerebri imbecillitate, ſtudiis aſſiduis ac peregrinationibus contracta, facile conjecturam facere potuit. Duodecima igitur die Novembris, qua luna pleno lumine conſpiciebatur An. 1589. cum in Muſæo ſtudiis incumberet, & uxor nunquibus opus haberet, quæreret: tum ille, *neptis*, inquit, *noſtra nuper, DEI gratia, nata, hiſtoriam annotavi, genealogiæ inſcripſi noſtræ, & patribus ſuis aſſociavi: & pluribus ecce locum feci, ac circulos duxi: quanquam haud me plures inſcripturum arbitror: neſcio ſiquidem, quid mihi mens præſagiat.* Tum illa: imo, *mi Domine amantiſſime, DEO volente plures inſcribes.* Fiat, inquit ille, *voluntas Domini.* His actis uxor digreditur culinariæ rei proſpectura: ſed abſque cunctatione, quaſi divinitus monita, mariti Muſæum repetit, nec ſolito eum loco ad menſam, ſed ad anaclinterium conjunctis & manibus & pedibus inclinato capite ſedentem reperit: *Apoplexia corripitur.* inclamat identidem, ſed fruſtra. Advocatis in trepidatione tanta famulis in lectum collocant: medicos accerſunt: tentant omnia, quæ ars & uſus præſcribit: ſed conatu irrito. Audiebat quidem adhuc, videbat, & voces loquentium intelligebat: advenientes viſitandi cauſa intuitu conſtanti, & motu ſiniſtræ ad caput excipiebat: admovebat etiam alias eam capiti, quaſi ibi latere morbum, & eo remediis eundum indicare laborans. Quod idem *Hieronymus Fracaſtorius* Veronenſis medicus feciſſe ſcribitur. *Hieronymus Fracaſtorius.* Hic enim ſeptuagenario major die octavo Idus Auguſt. Anno Chriſti 1553. inter prandendum apoplexia correptus eſt. Poſt multas autem herbas in olfactum balbutiente lingua efflagitatas, amiſſo penitus ſermonis uſu, manu ſæpe in verticem exporrecta iis, qui aderant, innuere voluit, ut celeriter cucurbitula affecto & laboranti cerebro ſuccurrerent: quo ille ſe remedio quondam Veſtalem curaſſe meminerat: ſed re ab adſtantibus non intellecta leniter ſub noctem exſpiravit. Verum hoc obiter. Apianus cum biduum & fere trinoctium hoc morbo graviter fuiſſet conflictatus: & ſuæ in Chriſtum fidei ac piæ invocationis argumenta non voce quidem, ſed ſignis & gemitu profundiſſimo oſtendiſſet: *Mors Apiani.* die 14. Novembr. mane ſtatim poſt quartam, animam ſuam leniter exhalavit, & in Chriſto placida fuit morte conſopitus. Vixit annos *octo & quinquaginta, menſes duos, dies ſex, horas duodecim.* Tubingæ eum uxor relicta honorifico funere extulit, magno cum luctu ſuo & Academiæ & civium. *Ex orat. funebri habita ab Erhardo Cellio.*

GEORGIUS TILENUS.

Ω. 159 *d. 4. Ma*

GEorgius *Tilenus* natus eſt anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo ſeptimo, Calend. Februarii intra 10. & 11. horam meridianam, Goldbergæ, patre *Georgio Tileno* Theologo, & *Martha Lubeliana*. Puer literas didicit in ſchola Lignicenſi & Soravienſi. Pater quoque Rotenburgi, quo in loco nondum ſexagenarius, anno ſeptuageſimo diem ſuum obiit, literas eum docuit. *Studia Tileni Goldbergæ.* A morte parentis anno ætatis decimo quarto Goldbergam venit & in ſchola illuſtri clariſſimos & doctiſſimos viros, *Martinum Thaburnum & Georgium Helmericum*, præter cæteros, audivit. Inde, jactis fundamentis in bonis literis & poeſi præſertim, ad quam natura ferebatur, Wittebergam ſe contulit & *Johanni Majori*, quem ſumme ſemper admiratus, & eo præceptore uſus eſt, innotuit. *Tilenus Vitebergam venit.* Sumptibus autem deſtitutus, Academiam reliquit, & Soravium rediit ad ſuos. *Propter inopiam rediit in patriam.* Anno ſeptuageſimo ſeptimo Uratislaviam profectus, inde Viennam abiit. Viennæ menſes octo fuit cum illuſtri & generoſo Domino *Nicolao Comite de Solms*. Ibi pleraque ſcripſit ad amicos quæ libro VII. continentur. *Venit Viennam.* An. ſeptuageſimo, octavo qui fuit ætatis XXI. Uratislaviam repetiit, & civis honeſti *Inde Uratislaviam.* cujuſ-

cujuſdam liberos ad menſes aliquot erudivit. Cum dein ſumtibus nonnullorum & præſertim Generoſi Domini, Domini *Sigefridi Promnicii* Liberi Baronis in Pleſſ, Sora, Tribel & Hoyersvverda, S. C. M. Conſiliarii & Ducatus Saganenſis hypothecarii, juvaretur, Witebergam, ſecunda vice abiit, & animum ad ſtudium juriſprudentiæ primum adjecit; ita tamen ut poeſim nullo negligeret modo. Francofordiæ dein ad Viadrum per annum ſtudio juris operam navavit. Retractus Witebergam manſit ibi uſque ad annum 82. ætatis vero XXV. Eo anno circa Pentecoſtes Uratislaviam venit. Paulo poſt, volente ſic *Alberto Urſino* J. U. D. Reipub. Uratislavienſis Syndico, duos nobiles Sileſios per Marchiam & Pomeraniam proficiſcens, Roſtochium deduxit & in *Joannis Caſelij*, viri ætate illa excellentiſſimi notitiam & amicitiam pervenit. Roſtochio Uratislaviam ſpatio decem ſeptimanarum reverſus, ab inclyto Senatu Reipub. Uratislavienſis, ſtipendio fuit ornatus eo, quod pro Juris ſtudioſo *Petrus Vincentius* Rector illius ſcholæ quondam Magnificus piæ memoriæ teſtamento ordinavit. Eo igitur & ſumptibus Promnicianis adjutus, Italiam petit, & Patavii, quo in loco ſtudia potiſſimum florent, manſit. Ibi præter cæteros *Hieronymum Pancirolam* eloquentiſſimum, & *Jacobum Menochium*, eruditiſſimos Juriſconſultos audivit. Senis Hetruriæ fuit anno octogeſimo tertio cum generoſo Domino *Chriſtophoro Barone à Tunnhauſen*, cui doctrinæ & morum informator conſtitutus erat. Eo pie ibi defuncto, ut libro octavo poematum videre licet, Romam Neapolimque luſtravit, & dein Patavium rediit, curſumque ſtudiorum feliciter abſolvit, ita ut anno octogeſimo quinto menſis Auguſti die viceſima ſexta anno ætatis duodetrigeſimo Juris utriuſque doctor ibi crearetur. Poſt hæc Soravium repetens & Uratislaviam, ſub initium anni octogeſimi ſeptimi in aulam Illuſt. & Generoſiſſ. principis & Domini, Domini *Caroli Ducis Münſterbergenſis*, in Sileſia, Olſnenſis Comitis Glacenſis legitime vocatus, conſiliarii locum tenuit. Eodem anno Celſitudinem ſuam in Poloniam, quo à S. C. M. dum mortuo Rege Stephano novus Rex eligendus eſſet, miſſa erat, ſecutus eſt. Peregrinatione illa finita, de matrimonio ineundo conſilium cœpit, & tandem, anno nonageſimo die ſexto Febr. quo ætatis annum quartum & trigeſimum ingreſſus erat, *Evam Wolfiam*, Godefridi Scharffii viri & medici clariſſimi relictam viduam in uxorem Uratislaviæ duxit, & ibi præter omnium opinionem colica paſſione correptus, cum dies integros ſeptem totidemque noctes inſomnes duxiſſet, viceſimo ſeptimo die poſt nuptias, luſtro ſeptimo, uti, ad Wilhelmum Actium libro VII. poematum ſub finem ſcribens, præſagierat, volente & vocante DEO, vitam cum morte commutavit, & cœleſtis vitæ januam, quam ſibi apertam eſſe dixerat, eſt ingreſſus. Octavo Martii poſt, prope pilam chori occidentalis ſiniſtram, non procul à Rhedingerorum monumentis, in æde D. Eliſabethæ, non ſine magno luctu conjugis, amicorum, &, quæ ſumma quæque ſibi de ipſo propter ingenium & eruditionem pollicebatur, patriæ totius ſepultus: ubi uſque ad glorioſam quæ in JESU CHRISTO futura eſt, reſurrectionem, quieſcit.

[Margin notes: Mæcenatem Sigfridum Promnicium adipiſcitur. | de VVitebergam. | Francofurtum. | Witebergam. | Roſtochium nobiles ducit. | Petrus Vincentius ſtipendium Juris ſtudioſo legat. | Tilenus Italiam petit. | Chriſtophoro Baro. à Tunnhauſen præficitur. | Juris D. creatur Patavii. | Conſiliarius Princip. Olſnenſis. | Colica correptus moritur recens contracto matrimonio. | Sepultura.]

Scripſit poemata varia, quæ poſthuma editione prodierunt: collecta ſtudio *Joannis Mehlii*: ac talia eruditorum judicio æſtimantur; ut ſine controverſia obſtruxiſſe iis videatur omnium Sileſiorum luminibus. Majora ex ingenio feliciſſimo indies fuiſſet depromturus, ſi

Parſiſſent juveni fata ſuperſtiti.

Johannes Mehlius in poematis Tileni, anno nonageſimo ſeptimo editis.

[Margin note: Poemata Tileni.]

NICODEMUS FRISCHLINUS,

[Margin notes: D. ex ipſa anno 1590. die 29. Nov. ætat. 44. incoato. | Balinga patria Friſchlini.]

Si quiſquam inter eruditos variis variorum fuit obnoxius judiciis, ac diverſis fortunæ telis impetitus: fuit is *Nicodemus Friſchlinus*: natus *Balingæ*, pervetuſto ducatus Wirtembergici oppidulo, anno ſupra millesimum, quingenteſimum, quadrageſimo ſeptimo, quo varii & horribiles motus Germaniam fere univerſam concuſſerunt. Natalis ejus incidit in diem viceſimum ſecundum Septembris, horamque matutinam quartam. Et quod non ſine omine factum haud immerito ſuſpiceris: Friſchlino vitæ initium illa dies attulit: quæ Virgilio, poetarum Latinorum principi, finem & exitum. De quo ipſe elegia quadam ita:

[Margin note: Friſchlinus natus eo die quo Virgilius mortuus.]

Virgilium lux hæc Graja tellure reverſum
Suſtulit: inque Itala contumulavit humo:
Stant ubi Parthenopæ Lucano in littore ſedes:
Quo profuga implevit mœnia Troe Capys.

Parentes habuit *Jacobum*, virum & pium & eruditum: matrem *Agnetem Rufam*, feminam honeſtam. Pater multos annos præconium verbi divini apud Balingenſes fecit, & familiæ ac majorum ſuorum nomen & decus non ſolum conſervavit, ſed etiam amplificavit. Non enim primus pater Jacobus, aut filius Nicodemus, laudem pietatis, eruditionis, fortitudinis atque aliarum virtutum, in paternam familiam intulerunt, ſed eas à majoribus quaſi hæreditario acceperunt.

[Margin notes: Parentes. | Genus Friſchlinorum.]

Nomen paternum & avitum quanquam facile cum Latino aut Græco commutare potuiſſet, tamen id ipſum in omni vita ſtudioſe retinuit: non ſolum ut Germanico nomine Germanici ſtemmatis ſe eſſe probaret, ſed etiam ne peregrini aſſumtione nominis, laudes familiæ ſuæ, ad quos nomen illud reſpicere videtur, obſcuraret. Procul dubio enim nomen illud gentilitium, à vigore corporis & animi fortitudine, atque aliis maſculis virtutibus majores Friſchlini accepe-

[Margin note: Nomen Friſchlini.]

runt. Habet nimirum locum hic illud Poëtæ:

Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Quod propter eos referimus, qui; ut Friſchlino ægre facerent, eundem *Fröſchlinum* appellarunt: de quibus conqueritur ipſe tum alibi, tum his verſibus elegiacis:

Marcus Vaganerus paſſim ranam coaxantem vocavit.

*Eſt qui Fröſchlinum * ſtolido me nominat ore;*
Cum dederint ranæ nomen Ariſtophanis.
Contigit hoc ipſum divino forte Maroni,
Cui ſtirps Virgilii nomen avita dedit.
Vergilium plebes tamen illum ſtulta vocavit,
Sicut Fröſchlinum me male ſana vocat.
Friſchlino mihi, non Fröſchlino nomen avitum eſt,
Hoc me Teutonici ſanguinis eſſe probat.
Cecropia dices Hygianum voce, Latina
Si vis me, poteris dicere Vegetium.
Mens tamen eſt nobis nomen retinere paternum,
Ut me Germani ſtemmatis eſſe probem.
Hoc tritavus nobis Bernhardus nomine vixit,
Hoc atavus dudum nomine Janus, erat;
Hoc proavus quondam Henricus, cognomine vixit,
Hoc mihi Joannes nomine vixit avus.
Militiæ juratæ manus, piæ fulcra ſenatus,
Legatique ducum, ſigniferique ducum.
Nec meus, eximia phœbi præſignis ab arte,
Alterius voluit nominis eſſe pater.

Inſtitutio pueritiæ. Pater hic, vir pius ac eruditus, filium, indicia indolis nobilioris proculdubio animadvertens, mature ad ſtudia humanitatis adhibuit. In patria ſchola præceptore uſus eſt *Conrado Edelmanno*: qui in elementis Grammaticis fideliter eum erudivit. Inde Tubingam miſſus eſt: ubi præceptorem nactus M. *Joannem Crapnerum*, egregium puerilium ingeniorum formatorem, ingenii & diligentiæ luculenta edidit ſpecimina. Non enim ſolum, quæcunque à præceptoribus tradebantur, avide arripiebat, & fideliter cuſtodiebat: ſed etiam pleroſque ſuorum æqualium longo poſt ſe intervallo relinquebat. Quare jam tum admodum adoleſcens magnam ſe ſpe ſpem concitavit. Quotquot enim aliquid judicare poterant de ingeniis puerilibus, illi facile impetum & bonitatem Naturæ in eo agnoſcebant.

Conrad. Edelman.

Jo. Crapner.

Quapropter in numerum alumnorum illuſtriſſimi Principis Wirtembergenſis aſſcriptus, è ſchola Tubingenſi, quam Oeſterbergicam vocant, Regiofontem traductus eſt, annò poſt natum Chriſtum, ſexageſimo ſupra ſeſquimilleſimum, ætatis duodecimo.

Königsbronnæ monaſterium in ſcholam mutatum. Fuit *Königsbronna* olim celebre monaſterium, ordinis Bernardini Monachis conditum ab Imperatore *Alberto*, & Comitibus à *Schliſſelberg*, circa annum Chriſti milleſimum treceteſimum tertium: ſed à Duce Wirtembergico *Chriſtophoro*, poſt repurgatam Evangelii doctrinam, Muſis & pietati conſecratum: in quo decem aluntur adoleſcentes, qui, ubi Latinam linguam ex optimis autoribus addidicerunt, ad majores, quas vocant, ſcholas transferuntur. Celebris autem tunc erat ſchola illa regii fontis propter *Jodocum Stigerum* Belgam, ſcholaſticarum operarum ibidem adminiſtrum & moderatorem. Erat enim vir Græce Latineq; doctiſſimus. Eum ergo nactus Friſchlinus Præceptorem, vix dici poteſt, quantum in utraque lingua profecit. Prælegebat enim Stigerus diſcipulis ſuis Clenardi Græcam Grammaticam, Phlippi vero Latinam, & in utraque eos diligenter exercebat, non ſolum præcepta inculcans, ſed & uſum ex optimis quibusque authoribus demonſtrans, & ad eorundem imitationem propoſitis exemplis facilioribus & ſtyli adjuncto exercitio, ſingulari dexteritate & induſtria invitans. Qua ſua diligentia & docendi dexteritate plus effecit biennio, quam vulgus præceptorum quadriennio. Friſchlinus enim nondum egreſſus annum ætatis *decimum tertium*, qua erat ingenii bonitate, eos in utraque lingua progreſſus fecerat: ut & Græce & Latine tam proſa quam ligata ſcriberet. Ita enim ipſe de ſe:

Jodoc. Stiger.

Friſchl. decim. tio at. anno bit Gr. & La.

Alter ab undecimo nondum me ceperat annus;
Et quarta in curſu vix trieteris erat:
Carmina cum primo feci puerilia ludo,
Manat ubi, Brenti, regia fontis aqua.
Vera loquor; ſed clara parum, nec cognita multis,
Indicio pueris notificanda meis.

Grato autem ſemper animo prædicavit illam magiſtri ſui fidelitatem & induſtriam. Extat Elegia in obitum Stigeri ſcripta, in qua ingenue progreſſum in utraque lingua ipſi acceptum refert, ubi inter cætera ſic ſcribit:

Te duce Jeſſæi, Davidica carmina, plectri
Edidici, Hebræos edidicique libros.
Te duce Romanos didici componere verſus,
Atticaque in certos cogere verba pedes.

Et paucis interjectis:

Quicquid ineſt igitur Graii ſermonis & oris
Auſonii, (in noſtro pectore ſiquid ineſt)
Hujus debetur tibi maxima portio ſoli
Stigere, ô animi gloria ſola mei.

Eruditionem vero & dexteritatem in docendo in eadem Elegia commendat his verbis:

Regia te vidit fontis per amabilis unda,
Diſcipulos artes rite docere tuos.
Vidit & obſtupuit linguas artesque docentem
Scriptaque Cecropiis eruta multa libris.

Scholæ Regiofontanæ ubi valedixit, *Bebenhuſam* venit, & aliquandiu ibi vixit. Quos autem præceptores habuerit, non conſtat: cum Friſchlinus illorum nullibi, meminerit, niſi quod alicubi ſcribit ſcholæ iſti præfuiſſe duos Baccalaureos, docendos adhuc, non adhibendos aut præficiendos diſcentibus. Quare non diutius anno, & quinque menſibus ibi verſatus, cum natura flagraret cupiditate diſcendi, & ingenium ipſius ac progreſſus jam alios duces requirere viderentur: *Tubingam* doctiſſimorum virorum copia abundantem, miſſus eſt. Quemadmodum autem Regiofonte utriuſque linguæ cognitionem Bebenhuſam attulit, ita ibidem ex dili-

Abit Bebenhuſ. Friſchlinus.

Mitti. Tubin.

diligenti lectione & meditatione quæſtionum Rhetoricarum *Georgii Majoris*, id conſecutus eſt, ut declamationes aliquot ſua ſponte componeret. Venit Tubingam anno ætatis decimo quinto, Chriſti ſexageſimo ſecundo, ſupra mille quingentos, & in artibus brevi temporis intervallo progreſſus fecit eos: ut anno * ætatis decimo ſexto, primam: & biennio poſt, ſecundam in philoſophia lauream conſequeretur, ac * Magiſter artium publice renunciaretur, magna cum nominis ſui laude & honore. Inter competitores enim undecim adoleſcentes artium & linguarum cognitione probe inſtructos, primum judicio Profeſſorum locum ipſe obtinuit. Idque tum ingenii felicitate ſingulari, tum inprimis Græcæ linguæ, cujus à puero ſtudioſiſſimus, cognitione conſecutus. Nam hujus linguæ cognitionem è ſchola Regioſontana ſecum Tubingam attulit, & eam quidem tantam, ut *Martinus Cruſius*, Græcarum literarum peritiſſimus, non inveniret quod in declamationibus puerilibus, Latinis & Græcis deſiderare poſſet. In artibus autem Phyſica, Ethica, Dialectica, Præceptores habuit *Georgium Lieblerum*, *Georgium Hitzlerum*, *Samuelem Heilandum*, inſignes & doctos viros, quorum Friſchlinus ante exortum bellum Grammaticum ſemper honorifice meminit, & ſuis etiam carminibus & Anagrammatis in eorum laudem ſcriptis, publice teſtatus eſt, quanti eos faceret. Alicubi etiam expreſſe fatetur, ſe multum ſub ipſis in philoſophia profeciſſe. Præ cæteris tamen præcipue commendat *Jacobum Scheckium & Theodorum Schnepfium*. Et *Scheckio* quidem ſubliniorem illam philoſophiæ: *Snepfio* vero accuratiorem Oratoriæ cognitionem merito acceptam refert. Nam quantus philoſophus fuerit Scheckius, quantus item orator Snepfius, nemo mediocriter eruditus ignorare poteſt.

[margin: Chriſti anno 1564. 22. artii. an. 1565. end. g. Or- tur te- monio ditiis r. — cobus heck. edor. epf.]

Habuit Friſchlinus tum ſtudiorum ſocios, & condiſcipulos multos egregios adoleſcentes, inter illos *Stephanum Gerlachium*, *Philippum Heilbronnerum*, *Nicolaum Taurellum*, *Helisæum Röslinium*, & *Andream Planerum*. Ac iſti quidem ad ſuperiores ſcientias animum adjunxerunt, ac ſummos honores in iis conſecuti ſunt, Gerlachius quidem & Heilbronnerus in Theologia, reliqui vero tres in Medicina: Friſchlinum vero humanitatis ſtudia potiſſimum delectabant.

[margin: ndiſci- li Friſch- i.]

Quapropter ab eo tempore, quo magiſterii honores adeptus eſt, ſe totum in literas abdidit, & Græcos Latinosque auctores, diurna nocturaque manu verſando, recentes inſuper libros diligenter lectitando, præclaram eruditionis copiam ſibi comparavit. Poeticam amplexus, ad quam naturæ impetu ferebatur, carmina non ſcribere, ſed fundere viſus eſt. Theologiæ etiam ſtudio aliquot annos vacavit, & cum Philoſopiæ ſtudio jam olim etiam ſtudium medicinæ conjunxit. Quid autem in his ſcientiis præſtiterit præter alia non contemnenda, comica & aſtronomica ejus docent. Nec ulla fere ars eſt aut diſciplina, quæ quidem libero homine digna ſit, in qua non feliciter fuerit verſatus.

[margin: oeſi de itus na- ra.]

Tanta cum primo ætatis tempore eruditione, ſcientia, & linguarum cognitione polleret: ut ſive Mentis ſenſa & conſilia ſoluta oratione exprimere, ſive numeris adſtricta ad harmoniam cantare vellet, præclare & feliciſſime ſua ſponte & αὐτοσχεδίως præſtaret, & id quidem non ſolum Latino pereleganti, verum & Græco docto & erudito carmine: publice docere juſſus eſt, anno Chriſti ſexageſimo ſeptimo, ſuæ ætatis vigeſimo. Ubi cum ſuam induſtriam in lectione poetica epiſtolarum Horatii Senatui Academico probaſſet, in numerum profeſſorum receptus eſt; anno ætatis vigeſimo primo & præter Æneida Virgilii, etiam Commentarios C. Julii Cæſaris de bello Gallico publice interpretatus eſt. Ibi ut ſpartam, quam nactus erat, ornaret, judicio Senatus Academici, & ſpei de ſe conceptæ ſatisfaceret, nec ulla in re ſtudiis auditorum ſuorum deeſſet: non ſolum ad Ariſtophanis, ſed Cleanthis etiam lucernam elucubravit, & rerum ac verborum, quæ in Æneide Virgilii occurrunt, interpretatione ſexcentorum aliorum ſtudia ſuperavit.

Non hærebat in nudis verbis (per, *id eſt*, & *ſcilicet*, quod fere vulgus interpretum facere ſolet) ſed totam expoſitionem ad præcepta artis Dialecticæ & Rhetoricæ accommodabat. Et quia teſte Macrobio, Virgilii propoſitum fuit, non ſolum Imperii Romani originem, vetuſtatem & incrementum verſibus in Æneide celebrare: ſed longe potiora ſtudia ad id opus impertiri: idcirco Friſchlinus optimorum quorumvis auctorum, tam veterum, quam recentiorum monumenta, Critica, Philologica, Hiſtorica, Philoſophica evolvit; & locos rerum ac perſonarum, ex ſuis diſciplinis ſingulos tanta dexteritate explicavit; ut omnium auditorum animos in ſui admirationem adduxerit. *Verborum* explicationes & proprietates repetebat ex Nonio Feſto, Rufo Varrone, Seraço, Donato, Porphyrio, Priſciano, Diomede, Linacro, Valla, Eraſmo, Melanchthone, & aliis. *Artificium* vero *Rhetoricum* illuſtrabat præceptis Ariſtotelis, Ciceronis, Hermogenis, Apthonii, Quintiliani, Capellæ, Vivis, Agricolæ: *Hiſtorica* explicabat ex Darete Phrygio, Dicto Cretenſi, Archiolocho, Diodoro Siculo, Homero, Calabro, Tryphiodoro, Euripide, Sophocle, Æſchylo, Lycophrone, Fabio Pictore, Manethone, Solino, Beroſo, Halicarnaſſæo, Strabone, Livio, Plutarcho, Juſtino, Euſebio, Polybio, Floro, Saluſtio, Appiano, Dione, Zonara, & aliis. *Phyſica*, *Geographica*, *Medica* etiam ex ſuis diſciplinis ſingula, tanta dexteritate enarrabat: ut omnium Facultatum ſtudioſi, Comites, Barones, Nobiles, ipſi etiam Doctores, catervatim in Auditorium confluerent.

[margin: *Friſchlini ratio docendi.*]

Sic ergo cum foris officium faceret, prælegendo, diſputando, ſtylum ſtudioſæ juventutis exercitando; domi ſcribendo, meditando, lucubrando: lectio quoque Aſtronomica ei com-

commiſſa fuit. Cum enim Rectore *Joanne Volcio* U. J. D. ordinarius Mathematum Profeſſor, *Philippus Apianus* aliquanto diutius ab Academia abfuiſſet, nec ante menſem unum aut alterum rediturus videretur: Friſchlinus idoneus judicatus eſt, qui in locum abſentis ſurrogatus, vices illius interea obiret. Ita autem & in hac lectione verſatus eſt; ut non ſolum auditores, ſed & tota Academia ſibi de ipſius opera plurimum gratularentur.

Docet Mathemata loco Apiani.

Moderatur diſputationes philoſophicas.

Anno ſeptuageſimo primo, ætatis vero vigeſimo quarto, diſputationum Philoſophicarum moderatio ad ipſum devoluta fuit. Cum enim eo anno Academia propter graſſantem peſtem, *Eslingam*, Imperii civitatem, translata eſſet; Philippus Apianus, tum temporis Decanus, egit cum Friſchlino, ut ipſe diſputationibus præſideret, & Decanos atque Collegium Philoſophicum eo onere ſublevaret, propoſitis præmii loco, in ſingulos dies Dominicos, quibus diſputationes habebantur, tribus baciis. Friſchlinus ergo id temporis, quod alii intempeſtivis conviviis, aleæ & pilæ tribuunt, honeſtiſſimis adoleſcentum ſtudiis impertiens, præſtitit id per totos octo annos, & anniverſariis diſputationibus, admiſſo opponente, totam Encyclopædiam pertractavit. Ita Friſchlinus ſimul Poeſeos & Hiſtoriarum Mathematumque Profeſſor, & Diſputationum inſuper Philoſophicarum moderator fuit. In quibus omnibus tanta diligentia, ſtudio, & induſtria verſatus eſt; ut non ſolum ſpem de ſe conceptam egregie ſuſtinuerit: ſed etiam ſuperarit, atque illi Academiæ ſingulari fuerit ornamento.

Nec ſolum officium foris diligenter fecit legendo & diſputando: ſed domi etiam commentando & ſcribendo; ac eruditionis ſuæ monumenta minime dubia in lucem emittendo: quibus nomen egregium, non apud ſuos ſolum; ſed etiam apud exteros eſt conſecutus. Quapropter cum Styriæ proceres, anno ſeptuageſimo ſexto, ſcholam provincialem *Grætii* inſtituiſſent: & peritum aliquem atque eruditum virum ei præficere cuperent, qui Gymnaſio cum laude præeſſet: Friſchlinum communi ſententia dignum judicarunt, quem ad id munus vocarent, & cui ſuprema iſtius ſcholæ adminiſtratio commendaretur. Sed ille patriæ amorem, & utilitatem exterorum amori prætulit & precibus Senatus Academici victus, optimam & ſplendidam conditionem neglexit, & honeſte recuſavit.

Ad gubernationem Gymnaſii Græcenſis vocatur.

Renuit.

Poſtea cum anno ſeptuageſimo nono, ſupra mille quingentos, alibi extra patriam conditionem quærere vellet; & *Friburgum*, vetuſtiſſimam in Brisgovia Academiam proficiſci conſtituiſſet, cui in docendo operam promiſerat: conſilium mutare coactus eſt, partim quod uxor ſequi recuſaret; partim quod Illuſtriſſimus Princeps Wirtembergicus neque illuc, neque alio ipſum vellet dimittere: & protectionem contra adverſarios perpetuam, & omnis generis beneficia per D. *Melchiorem Jægerum*, clementiſſime polliceretur.

Friburgum cogitat.

Detinetur in patria.

Anno octogeſimo, una cum *Paraphraſibus in Virgilii Bucolica & Georgica*, *orationem de laudibus vitæ ruſticæ* edidit; & quia in ea, exemplo Columellæ, Varronis, Virgilii, & aliorum, vitam quorundam aulicorum & urbicorũ, cum vita veterum agricolarum comparaverat, & quadam libertate Academica duriuſcule vitia & blaſphemias quorundam à majoribus ſuis degenerantium nepotum reprehenderat, in ſummum, eam ob rem, vitæ, & exiſtimationis periculum venit. Defendit autem Friſchlinus cauſam ſuam non ſolum publicis ſcriptis, quibus innocentiam ſuam demonſtravit: ſed ipſe illuſtriſſimus Princeps VVirtembergicus, & Carniolæ proceres, miſſis ad omnem nobilitatem Germaniæ literis, famam ipſius ab intentato crimine acerrime vindicarunt. Et illa ipſa oratio, quæ in controverſiam venit; Friſchlino innocentiæ teſtimonium perhibet ampliſſimum, ubi bonos expreſſime excipit: cumque eo conſentiunt, alia ipſius ſcripta, in quibus aliquot ἑκατοντάδες nobilium, & totum laudatiſſimum ordinem equeſtrem Germaniæ nominatim celebravit. Verum eſt in medio etiam alia ejusdem *oratio, de laudibus ordinis equeſtris*, in qua demonſtravit, unde nobilitas ſuum hebeat initium, ſuos pregreſſus, & quanti facienda ſit, quantumque emolumenti, tam pacis, quam belli tempore, adferat.

Oratio laudib... vitæ ri... cæ, ori... omnis... Friſch...

Defen... ſe Friſ... linus.

Oratio laudib... ordinis Equeſt...

Tot autem & tantis calamitatibus, odiis & periculis in patria cum expoſitus eſſet Friſchlinus: opportune accidit, ut in *Carniolam* remotiſſimam Germaniæ partem, à proceribus illius provinciæ vocaretur, ad conſtituendam & regendam ſcholam, in qua erudirentur optimatum filii, Comites, Barones, Nobiles, & civium liberi. Quanquam autem conſultius fuiſſet eum, in Academia patria retineri; in qua major ejus potuiſſet eſſe uſus: tamen noluit optimus princeps aſſiduæ, feriæ, & honeſtæ petitioni procerum vehementius repugnare. Anno ergo octogeſimo ſecundo, die ſancti *Joannis Baptiſtæ* Friſchlinus cum tota familia, cum jam quindecim annos in Academia, magna cum laude publice docuiſſet, *Labacum* in Carniolam diſceſſit, bona cum venia & gratia Principis ſui *Ludovici*: & gubernationem ſcholæ iſtius felici ac proſpero ſucceſſu adiit. Quod autem uxor & liberi fere perpetuis morbis conflictarentur, nec ferre poſſent molem & inſuetum aerem, Italiæ vicinum; non diutius biennio ibi commoratus eſt. Ita vero ſe probavit in iſto munere: ut ægerrime à Proceribus & ſcholarchis dimitteretur. Singulari enim quadam docendi dexteritate præſtabat; quam & grato animo agnoverunt & prædicarunt Carniolani publicis literis & teſtimonio, primo Dialogo inſertis; è quibus liquido patet, quanti Friſchlinum fecerint. Labaco in patriam regreſſus Friſchlinus, cum jus civitatis Academicæ expeteret, repulſam paſſus eſt ab ea ſchola, in qua ante quindecim

Vocatu... à Carnio...

Diſced... Friſchli... nus.

Redit in patriam

decim annos cum laude docuerat. Quapropter animadvertens plerorumque animos à ſe alienatos, non diutius ibi, cum damno rei ſuæ familiaris, commorandum eſſe ſibi arbitratus eſt; præſertim cum aliud, & id quidem gravius, periculum eo ipſo tempore ad domeſticas calamitates accederet.

Migrat Francofurtum. Inde in Saxoniam. VVittembergæ perorat.

Tubingæ ergo multa ſalute dicta, *Francofurtum* diſceſſit, Typographum quæſiturus, per quem opera, quæ effecta habebat, in lucem emitteret. Poſtea in Saxoniam ſe contulit, ac in itinere, inter ſtrepitus & clamores convivantium, aliquot dialogos ſcripſit. Wittembergæ eruditiſſimam orationem habuit *de exercitationibus oratoriis & poeticis*, ad imitationem veterum recte utiliterque inſtituendis.

Vocatur Brunſuigam.

Tandem *Brunſuigam* cum D. *Polycarpo Leyſero* Theologo, vocatus, denuo ſcholæ gubernationem adiit. Rexit enim ibi ſtudia juventutis ſcholaſticæ in ſchola Martiniana, & munus Rectoris ita præclare, laudabiliter & fideliter adminiſtravit: ut ſcholaſtici ex omnibus locis catervatim eo confluxerint; & ex eorum numero non pauci brevi iſto temporis ſpacio ſub ipſius inſtitutione, eos ſtudiorum profectus ſenſerint; quos grata ſemper mente agnoverunt & prædicarunt.

** Verba ſunt teſtimonii à Brunſuicenſibus ipſi dati.*

Utriuſque * namque linguæ præcepta & præceptorum uſum, cum imitatione tam Ciceroniana, quam Homerica; ita felici artificio conjunxit: ut quæcunque diſcipulis ipſius, ſive ſoluta, ſive numeris adſtricta oratione, proponerentur; facile & αὐτοσχεδίως præſtare didicerint.

Brunſuigæ cum ſtudia juventutis ſcholaſticæ ſeſquiannum moderatus eſſet: & conditiones ejus, ut diutius operam ſuam juventuti informandæ ibi locaret, non ferrent: impetrata à ſcolarchis dimiſſione, *Marpurgum* ſe contulit: ſed cum ibi locum non inveniret; *Spiram* conceſſit, & poſtea *Moguntiam*: ut familiæ hoſpitium, operibus vero ſuis typograpum quæreret.

Occaſio carceris Friſchlini.

Quam ad rem cum ſumtibus neceſſariis deſtitueretur, ſupplicationem ſcripſit ad illuſtriſſ. principem Wirtembergicum & auxilium è patria petiit, uxoris ac liborum patrimonium, cujus ſumma mille florenos circiter æquabat. Sed cum illi auxilium petitum denegaretur: ibi Friſchlinus, ratus id reſponſum à paucis quibuſdam, odio quodam ſui promanaſſe, mox è gravi quadam commotione, quam calamitates & miſeriæ, quibus premebatur, mirifice augebant, reſcripſit ad illos literas valde ſtomachoſas.

Captivus abducitur. VVurtembergæ arx.

Viam ergo ineundam putarunt, qua in patriam retrahi, & ad ſanitatem reduci poſſet. Moguntia itaque in patriam abductus, & in vetuſta arce *Wirtemberga* (unde familiam ſuam principes Würtembergici deducunt) liberali primum cuſtodiæ mandatus.

Friſchlini miſerabilis caſus atque interitus.

Poſtea vero die decima ſeptima Aprilis *Uracum*, obligatis oculis, traductus, ibidem extremum vitæ diem clauſit. Cum enim multis precibus liberationem fruſtra flagitaſſet; nocte illa, quæ diem S. Andreæ Apoſtoli præcedit, fuga ſibi conſulere & evadere conatus eſt; non deſperatione aut impotentia animi; ſed amore liberationis, qui etiam in minimis auiculis, caveæ incluſis apparet. Parato ergo ex conſciſſis linteaminibus, lodicibus, ac mantilibus fune cum conclave ipſum undique eſſet clauſum, per fornacem ferream effractam erepſit: & funem linguo tranſverſo in feneſtra muri, ubi omnium altiſſimum erat præcipitium alligavit, deceptus à luna ſubluſtri. Sed mox deſertus ab illo adminiculo in petram ex alto muro, de petra in aliam petram, de hac in arbuſta, præcipitavit, *Singula intervalla ſingulis altis domibus fuerunt altiora.* Hinc miſeranda brachiorum, manuum, coſtarum, capitis, pedum confractio eſt ſecuta, ejuſque extinctio acerbiſſima.

Sepulcrum ejus. Roſæ ex eius tumulo.

Sepultus eſt in cœmiterio Uracenſi loco honeſto: ubi ex tumulo ejus pulcherrimæ enaſcuntur roſæ: de quibus eſt hoc Georgii Conradi Majuleri epigramma:

Quid roſa purpureo ſignet veſtita colore
Dicam, quæ vatis naſcitur è tumulo.
Hæc ut perpetuo bene olentem ſervat odorem,
Sive ubi mane viget; ſive ubi nocte cadit.
Sic ille æternum nomen ſuper orbe paratum,
Corpore ſeu vivat, ſeu moriatur, habet.
Nam velut ipſa cadit, ſic is quoque concidit ipſe
Illi ſuavis odor, huic bona fama manet.
Macte tuis, Nicodeme, roſis & perpete fama
Illis nil uſquam ſuavius, hac melius.
Te vero, Friſchline, nihil præſtantius ulla
Ætas, nil unquam vidit amabilius.
Hinc omnis te doctus amat, quotieſque viator
Præteriens tumulum viderit atque roſas:
Ille tui memor & ſuſpirans pectore dicet:
Hoc nemo vates major in orbe fuit.

Mortem ipſius doctiſſimi quique viri deplorarunt, & etiamnum hodie deplorant. Incredibile enim eſt, quantum ejus obitu damnum poeſis & elegantiores literæ fecerint. Erat vir ingenioſisſimus, multiplici eruditione, facundia, doctrina, & linguarum cognitione illuſtris: gratus ſummis principibus, ipſi etiam Imperatori Auguſto charus.

Honos & præmia Friſchlino data.

Anno ſeptuageſimo quinto, *deſcriptione primarum nuptiarum* principis VVirtembergici, annuum vini & frumenti beneficium emeruit. Pro *Rebecca* comœdia D. *Rudolphus* Imperator, in comitiis Ratiſponenſibus, coronam poeticam ſuis manibus ipſi impoſuit: & laureatum poetam nominavit: cinguloque militari & armis donatum à ſe clementiſſime dimiſit: pro *panegyricis tribus de decem Cæſaribus Auſtriacis* privilegia in eundem Comitis Palatini contulit.

Laurea ab ipſomet Cæſare ornatur.

Inſignia Friſchlini.

Scutum autem ejus caduceo Mercurii ornavit: & galeæ philoſophicæ inſignitum laurea Mercurium impoſuit: quo ſymbolo ſapiens vetuſtas artem notavit Dialecticam. Sicut enim virga Mercurialis anguem ab angue ſejungit: ita ars illa differendi verum à falſo diſcernit.

Scripta.

Opera & monumēta, quæ poſt ſe cū memoria nominis ſui ſempiterna reliquit, ſunt præci-

pue hæc]: *Pharaphraſes* [*in Virgilii Bucolica & Georgica, Perſii ſatyras, Horatii epiſtolas: verſiones* Callimachi, Ariſtophanis, Tryphiodori, Oppiani. *Comœdiæ ſacræ & profanæ,* Rebecca, Suſanna, Hildegardis, Priſcianus vapulans, Helvetio Germani, Julius redivivus, Phaſma: *Tragœdiæ duæ* Venus, Dido. *Panegyrici* de nativitate Chriſti, de horologio Argentoratenſi, de decem Cæſaribus Auſtriacis, de victoria Sarmatica adverſus Moſchum, de quinque Saxoniæ ducibus; de binis nuptiis Wirtembergicis. Confecit & *ſedecim libros Elegiarem*, imitando Ovidium, Tibullum, & Propertium: in quibus non modo principis ſui liberalitas in ſtudio literarum celebratur; ſed etiam amicorum tam nobilum, quam ignobilum nomina ac laudes recitantur, aut nuptiæ, aut impetrati honores, aut mores denique ſuis epithalamiis, gratulationibus, propemticis, & epicediis ornantur. Scripſit præterea *orationes, & declamationes* varias, *nomenclatorem trilinguem, Grammaticam Græcam & Latinam, Rhetoricam, Dialecticam, Aſtronomica.* Poſtremo *divinam Hebraida* in carcere, paucis ante obitum ſeptimanis, ad imitationem Virgilii ſcripſit & abſolvit.

Cum Labacenſis ſcholæ gubernatio ipſi commendata fuiſſet; id unice operam dedit; ut pueris boni & utiles libri proponerentur. Ibi cum offendiſſet compendia quædam Grammatica, quæ non ſolum nullius auctoris nomen præſe ferebant; ſed etiam ſuis erroribus quibuſdam, iisque non contemnendis ſcatebant: Friſchlinus ſibi, tanquam rectori, cogitandum duxit de remediis, quibus ulcera iſta ſanarentur. Habita igitur deliberatione cum collegis, communicatoque conſilio cum uno & altero ex proceribus, novam conſcripſit Grammaticam; quæ brevitate præceptorum, methodique elegantia ſtudiis diſcentium aliquanto aptior & accommodatior eſſet. Eodem fine ac conſilio poſtea etiam ſcripſit *Strigilim Grammaticam*, in qua diſputatur contra omnes omnium nationum Grammaticos; præcipuè vero contra noviorum quorundam Grammatiſtarum errores. *Strigilis Grammatica.* Utrumque librum Venetias profectus exhibuit *Aldo Manutio* Pauli filio, Aldi nepoti: à quo, ut & aliis Italis cum approbatus eſſet, uterque prodierunt in lucem Venetiis. Dici autem vix poteſt, quanto cum applauſu doctorum in Europa virorum exceptus ſit uterque liber. Argentinæ iterum atque iterum recuſa fuit Strigilis; & Grammatica Tubingæ, approbante ipſo Ludovico, Duce Wirtembergico. Ut autem doctioribus conatus & propoſitum Friſchlini paſſim in Italia & Germania valde placuit: ita non defuerunt, quibus ſummopere diſplicuit; præcipue vero Strigilis: quod in ea aliquanto durius vulgarium Grammatiſtarum errores reprehendi viderentur. *Cruſii Antiſtrigilis.* In his fuit *Martinus Cruſius* Profeſſor utriusque linguæ in Academia Tubingenſi, qui *Antiſtrigili* edita bellum Friſchlino movit plusquam Grammaticale: quod tandem cum vita utriusque deſiit. Habuit affectas & alias plures *comœdias ſacras*, ad Terentii Eunuchum, Adelphos, Heautontimorumenon, & Hecyram: verum quo minus eas abſolverit, fecit tum inimicorum livor, & invidia; tum ipſius in locis peregrinis negotii plena vita. *Scripta affecta Friſchl.* Adverſarios præterea ſive ſua aliqua ingenii confidentia, ſive aliorum etiam invidia expertus eſt non paucos, ſæpe etiam plane iniquos. *Expoſitus invidiæ Fr.*

Anno ſeptuageſimo tertio ſupra mille quingentos affixerat Tubingæ die quodam publicarum precum, ad valuas templi elegiam, in qua Deo gratias egit pro fere inſperata annonæ laxatione, ſimul confeſſus peccata; quibus iram Dei ſibi homines accerſerent, præſertim contemtum verbi divini. *Accuſatus de libello famoſo.* Ea in elegia fuit inter alia hic verſiculus:

Exulat hac pietas, exulat urbe fides.

Hunc verſum cum quidam Latinis literis mediocriter tinctus legiſſet: dixit libellum eſſe famoſum. Sed cum ex Theologis intellexiſſet Senatus, nihil ibi ſcriptum, niſi quod ſingulis fere dicatur concionibus è ſuggeſtis, & pertinere iſta, tam ad Academicos, qui intra eadem ſint mœnia, quam ad oppidanos; ibi magno cum decore, iſti è Senatu domum, abierunt. Fuit etiam magnus ob eam rem, in aula Illuſtriſſimi Comitis Wirtembergenſis Friderici, qui tum ſtudiorum cauſa apud Tubingenſes verſabatur, exortus riſus.

Fuit eidem & adulterium objectum cum ancilla quapiam, vel potius communi proſtibulo perpetratum; *Et de adulterio.* quæ ſe ultro ipſi inebriato obtulit. Quod ipſe quidem inficias non ivit: ſed criminalem contra ſe actionem inſtitui poſſe negavit: quod ex lege Julia, omne *adulterium aboleatur quinquennio.* Publice etiam edita elegia admodum aculeata, adverſarios ſuos, vel ejusdem criminis, vel etiam majorum ſcelerum accuſare non dubitavit. Inde exacerbatis illorum animis, perjurii, variæ improbitatis & machianationum non ferendarum reum eum egerunt. Quare denunciatum eſt ipſi nomine principis, alterutrum eligeret: aut criminalem à principe contra ipſum actionem, aut cum omni familia ſua è toto ducatu diſceſſum. Prætulit poſterius: dataque obligatione nihil moliendi contra principem, aut ſcribendi contra Academiam illam, è patria diſceſſit. Sed antiſtrigili ſimulac diſceſſiſſet edita, Friſchlinus acriter reſcripſit, nomenque ſuum defendit: paratus tamen calamum inhibere, modo adverſa pars idem faceret.

De erroribus ejus, ac variis jactationibus hoc exſtat Epigramma, quod viſum eſt adſcribere: *Epigramma de erroribus Friſchlini.*

Tempore quo patrio Friſchlinus jure relicto,
Hinc inde in variis exul inerrat agris:
Hoſpitium Muſis, quæſiturusque patronos,
Sæpius hac imo pectore verba dedit:
Qui mihi concordes in amore fuiſtis amici,
A quibus invitus cogor abire miſer.

Vivite

Vivite felices, vivat, valeatque Tubinga,
Quam de me quoquo ſat meruiſſe modo.
Floreat urbs claropræclara Tubinga Lyceo,
Vivite diſcipuli, voſque valete mei.
Semper ero veſtri, quotquot foviſtis, egenum,
Non occaſura cum pietate memor.
Ipſe quidem hinc abeo ignotus novus hoſpes ad oras,
At manet ingenii famaque lausque mei.
Sunt homines, qui me celebrant, & honoribus augent,
Me laudant medio plena theatra foro.
Semper honos, nomenque meum, laudesque manebunt,
Donec erit Phœbus, carmina donec erunt.
Perpetuo de me Germania tota loquetur,
Me non oblitum tempora ſera dabunt.
Ergo parum curo, qua tandem ſede quieſcam,
Dummodo ſit famæ gloria firma meæ,

Ἀθάνατον ἔχθραν μὴ φύλαττε, θνητὸς ὤν.

Ex oratione Georgii Flugeri de Nic. Friſchlino & ſcriptis ipſius. item ex Friſchlino redivivo, per Jacobum fratrem edito, anno nonageſimo nono.

JOANNES POSSELIUS.

An. 1591. d. 15. Auguſti.

Patria.

CIvis hujus mundi fit, vel potius peregrinationem ſuam in hoc mundo orditur *Joannes Poſſelius* Parchimæ, oppido ducatus Megalburgici, anno Chriſti duodetriceſimo, ſupra mille quingentos, patre *Martino*, matre *Margareta* natus, civibus ejus loci honeſtis.

An. 1542. Mittitur Roſtochium.

Fit corrector ſcholæ Wiſmarienſis.

Et rector in Wiſmaria.

Redit in patriam.

A puero ad literas humaniores adhibitus, felices in iisdem fecit progreſſus: adeo ut cum nondum ex ephebis* exceſſiſſet, Roſtochiam in academiam augendæ eruditionis cauſa miſſus fuerit: ubi triennium literis optimis ac Græcanicis inprimis condiſcendis tranſmiſit. Inde *Wiſmariam* adoleſcens etiam tum, anno quadrageſimo quinto, arceſſitus pueritiæ moribus juxta & literis informandæ operam ſuam addixit: donec ſequenti anno in *Wimaria* ludo literario fuit præfectus. Qua in functione cum quadriennii laborem inſumſiſſet, non ſine laude ingenii ac induſtriæ nec ſine fructu juventutis, deſiderio patriæ quæ immemorem ſui eſſe neminem ſinit, ad ſuos rediit Parchimam, ibique parentes, jam ævi ſaturos inviſit.

Inde Roſtochium.

An. 1550. Ubi ſcholæ præficitur.

Ornatur gradu Magiſterii.

1552.

Cooptatur in numerum Profeſſorum.

Fit inſpector Pædagogii anno 1554.

Exinde Roſtochium pellectus, ſcholæ Marianæ ibidem præceptor eſt deſignatus ſecundo à Rectore loco. Hic cum & virtutis & doctrinæ non proletariæ ſpecimina edidiſſet illuſtria: Academiæ illius ordo Philoſophicus unanimi calculo Magiſterii titulos ac honores ei decrevit; ac Decano D. Roslero, poſtea Juriſconſulto, ſolenni in panegyri contulit, anno Chriſti quinquageſimo ſecundo, ætatis ipſius viceſimoquarto.

Incidit paulo poſt lacuna quædam in ordine illo Philoſophico: ad quam ſarciendam votis conſentientibus collegam ſibi Poſſelium adſciſcunt: eidemque inſpectionem Pædagogii, ſeu *Porta cœli*, (nomen id eſt ſcholæ) demandant, anno Chriſti quinquageſimo quarto. Eo in loco dum & publice docendo & ludum prudenter moderando

—— curis acuit juvenilia corda,
Nec torpere gravi patitur ſua regna veterno:

Diſcipuli ejus plurimi.

prodierunt ex officina ejus agminatim ingenia præclara, quæ poſtea & pro roſtris ſacris, & in tabulariis regum principumque Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianæ operam navarunt, & Poſſelii nomen laudibus paſſim ad mare Balticum illuſtrarunt.

Poſtulatur ad recturam ſcholæ Bremenſis.

Ducit uxorem.

Filii ejuſdem.

Quamobrem anno quinquageſimo ſeptimo à conſule inclytæ Reipublicæ Bremenſis, ad Gymnaſii urbis illius regimen honorifice invitatus fuit: ſed de conſilio collegarum & amicorum Roſtochii ſubſtitit, ibique eodem anno conjugii ſocietatem cum *Anna Oldenburgia* iniit: ex qua ſuſcepit filios tres, *Martinum*, qui infans obiit, *Joannem*, qui parenti in profeſſione Græca ſucceſſit, & etiamnum cum laude eandem obit: & *Henricum*, qui patre abſente anno ſexageſimo octavo, ultimo Julii natus, medio in curſu ſtudiorum ex hac vita eſt evocatus, anno ſexcenteſimo primo, die decimo ſeptimo Aprilis.

Cum legatis proficiſcitur ad Cæſarem.

Quem alloquitur Poſſelius.

Hiſtoriola de femina bellicoſa.

Anno ſexageſimo octavo cum legatio à Duce Megalburgico *I. Alberto* in aulam Auguſtam *Wolffgango Chriſtophoro Mammingero* Equiti & *Davidi Chytræo* demandata eſſet: ipſe comes eis additus, Germaniam, Bohemiam, Auſtriam, & Ungariæ partem peragravit, viriſque doctis iis in locis, quibus tranſeundum erat, paſſim innotuit, cumque ipſis amicitiam conſtituit literariam. Eo in itinere Imperatori *Maximiliano* ſecundo coram obtulit exemplum libri, continentis Evangeliorum textus, diebus Dominicis populo Chriſtiano explicari ſolitos, Græco carmine à ſe redditos. Cæſar ipſe Latine ei reſpondit, *lecturum ſe per ocium, & ſicubi uſus foret, nulla re commodis ejus defuturum* clementiſſime promiſit. Nec hic ſilentio prætereundum, quod ipſi Poſſelio dignum viſum fuit annotatu in ὁδοιπορικοῖς ſuis, facinus certe maſculum mulieris cujusdam, quod eodem in itinere audivit. Cum in pagum quendam Sielenbrun/ in finibus Marcmannorum, irruptionem Solimannus, Turcarum tyrannus, feciſſet, & acinace ſuo, nulla habita ſexus ætatisve ratione, promiſcue omnia cæderet mactaretque: femina quædam veru arrepto in medium cataphractorum agmen intrepide irrupit, tribusq; proſtratis, pluribus ſauciatis Turcis, tandem etiam ipſa Amazon virili plane animo occubuit.

Redit ad ſuos.

Et ad operas ſcholaſticas.

** vel ſeptem.*

Græcæ linguæ præſtantia.

Domum reverſus ad ſuos, & hilariter comiterque ab uxore, liberis, & amicis exceptus, rediit quoque ad operas ſcholaſticas, optimosque intelligendi ac dicendi magiſtros, & auctores Græcos juventuti fideliter & perſpicue expoſuit. Itaque continuis *triginta octo** annorum laboribus Roſtochiana in Academia eam linguam, publice docendo atque interpretando propagavit: quæ & Eccleſiæ Dei inprimis eſt neceſſaria, & velut janua ac clavis ad totius Philoſophiæ, legum, hiſtoriarum, Mathematum artisque medicæ fontes.

 Tan-

Morbus ſupremus. Tandem anno nonageſimo primo in morbum incidit fatalem, cum paulo ante hymnum rhythmis Germanicis compoſuiſſet, de felici ac beato ex hac vita exitu. Condito igitur teſtamento & anima piis precibus DEO commendata, *Obitus Poſſelii.* obdormivit ἐν Χριςῷ Roſtochii, gemino illo ϗ ἀντιμεἶαβολικῷ clymactere ſuperato, nocte τὴν ἔξοδον τῆς κόρης ſecuta, hoc eſt, die decimoquinto Auguſti, viribus mentis ac ſenſuum ad extremum uſque halitum integris.

Virtutes & mores. Fuit vir ἠθικώτατ@, & diſciplinæ ſanctioris obſervantiſſimus, excellenti doctrina, pietate ſumma, modeſtia inſigni, facundia ſuavi, oratione polita, ad ſummam, ſpeculum virtutum, de quo vere uſurpari potuit *Æſchyli* *Æſchyli de Amphiarao elogium.* illud de *Amphiarao* vate præclarum elogium:

Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαι@, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπέμεν@,
Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαςάνει βελεύματα.
Neque enim videri, ſed eſſe bonus, vates voluit,
Acto profunde ſulco virtutem colens.
Ex quo præclara conſilia germinant.

A multis expetitus Poſſelius. Charus itaque vixit & gratus omnibus bonis, fuitque expetitus præter alias ſcholas ad ſcholarchiam *Hamburgenſem*, uti & ad ſcholarchiam *Lubecenſem*, ſalario propoſito honeſtiſſimo: ſed Roſtochio ſe avelli paſſus non eſt. *Officia ejus publica.* Præter operas illas ordinarias geſſit facultatis Philoſophicæ Decanatum *novies*, & *ſecundum* ſummam Academiæ illius magiſtratum, quem Rectoratum appellamus.

Diſcipuli ejus præcipui. Inter alios diſciplinæ ſuæ alumnos habuit *Nathanem Chytræum*, *Joan. Bocerum* poetas: *Henricum Schinckium* Theologum *Joachim. Stephanum* Juriſconſultum, *Johannem Gotſchovium* Aſtronomum, *Joan. Neovinum* Theologum & Superintendentem Megapolitanum, *Halvvardum Gunarium* Theologum & Philologum, *Petrum Pedanum* Senatorem Roſtochienſem, *Martinum Pletzium*, *Andream Buchemium*, *Oſvvaldum Sledanum*, *Hieronymum Morlinum* Joachimi F. *Johannem Stolterfotum* Theologos, *Joannem Corſinium* JC. & conſulem Roſtochienſem, alioſque complures.

Scripta Poſſelii. Scripta ejus hæc ſunt: carmine *Græco* Heroico, ut diximus, complexus eſt textus *Evangelicos & Epiſtolicos*, qui ſtatis diebus Dominicis populo Chriſtiano pro concione proponuntur. Conſcripſit & edidit quoque *Syntaxin Græcam*, quæ & à perſpicuitate atque ordine, & ab exemplorum delectu commendatur, multiſque in ſcholis juventuti proponitur. Vertit de vernaculo Græce *catecheſin Lutheri*, & regulas vitæ, adornavit quoque *paraphraſes concionum* Lutheri. Collegit *Apophthegmata* Græce & Latine: prodiit quoque *colloquiorum familiarium* libellus ipſo auctore, Græce & Latine: cui acceſſit dialogus de ratione ſtudiorum recte inſtituenda; item oratio de ratione diſcendæ ac docendæ linguæ Latinæ & Græcæ. Foras datæ ſunt ejuſdem *orationes*, habitæ in publicis congreſſibus Academiæ Roſtochienſis. Ab eodem tanquam ſupplementum, ut ipſe ait, ſyntaxeos Græcæ *Calligraphia oratoria* Græcæ linguæ ad proprietatem, elegantiam & copiam ſermonis comparandum utiliſſima, concinnata eſt. Liber hic certe magno labore & ſtudio ex variis auctoribus Græcis eſt collectus; continetque tum phraſes ac formas loquendi elegantiores, tum vocabula ſimplicia & ſynonyma, item particularum uſum, additis ubique tabulis, & probatorum auctorum illuſtribus exemplis: dignus qui ab omnibus ſerio Græcari, & Græce ac Latine ſcribendi exercitium conjungere volentibus, nocturna diurnaque manu verſetur *Petrus Bambamius in Poſſelio redivivo*; *Martinus Cruſius in annal. Suevicis lib. 6. part. 3. c. 12.*

ESROMUS RUDINGERUS.

Ω. 15 d. 2 D ætat. 6 Nativ ESromus Rudingerus patriam eſt eandem nactus cum magno Camerario. Natus eſt enim in Franconia *Pabeperga* anno Chriſti viceſimo tertio, ſupra mille quingentos, die undeviceſima Maij. A puero ad virtutem & bonas literas incubuit; eaſque in Ludo triviali feliciter combibit. Inde *Lipſiam* conceſſit: ubi cum Magiſterii titulo ornatus eſſet, ob eruditionem non vulgarem, *Cygnæam* vocatus, ejus oppidi ſcholæ præfectus eſt. *Regit dum C guæ*

VVitt bergam eatur. Deinde cum anno quinquageſimo ſeptimo; Senatui Academiæ VVittembergenſis placuiſſet ipſum accerſere; cui doctrina Phyſices committeretur, cooptato in collegium ſacra docentium D. *Paulo Ebero*: humaniſſimam invitationem ſecutus, explicuit juventuti ſtudioſæ ea in ſchola publice præter Phyſicam, etiam Ethicam, & alias artes.

Fit gene Camera Fuit vir pietate vera, virtute inſigni, eruditione rara: quibus promeruit; ut *Joachimus Camerarius* filiam ei elocarit ſuam in generumque eum adſciverit: imo & κανόνα atque cenſorem ſuorum ſcriptorum habuerit. Tanti fecit viri virtutem & doctrinam. Prima hæc ejus uxor obiit diem ſuum Wittembergæ, anno quinquageſimo octavo, cum ſummo patris & mariti luctu; cum in morbo integros Pſalmos, & longas Chriſti & Pauli conciones, ad verbum recitaſſet; ſeque & chariſſimum, maritum, dulciſſimos parentes, filiam atque univerſam Eccleſiam DEO Domìnoque noſtro Jeſu Chriſto commendaſſet.

Tranſiit ipſe deinde ad ſecundas nuptias cum *Anna Weſeneccia*. Sed cum nec vellet, nec poſſet probare dogmata illa, *de carnis Chriſti omnipræſentia, de corpore in & ſub pane latente, de manducatione indignorum*, & alia; Harmoſtico furore prævalente, ipſe loco ceſſit, *Ab offic ſemotus exulat.* vixitque in exilio apud fratres in *Moravia* cum uxore: quæ cum fuiſſet fida miſeriarum comes annos quatuordecim, obiit anno octuageſimo ſeptimo, die vigeſimo ſeptimo Decembris, conjugii viceſimo octavo.

Obitus. Hanc ſubſecutus eſt & ipſe Rudingerus maritus, mortuus Noribergæ anno nonageſimo primo, die ſecundo Decembris, cum vixiſſet annos ſexaginta octo. *Scripta.* Edidit ἀριθμολογίαν ἠθικὴν ſoceri ſui Camerarii: idem tranſtulit hypotypoſin aſtronomicarum poſitionum

num Procli. Habuit in manibus & *deſcriptionem vitæ M.* Tullii Ciceronis, tribus libris diſtinctam. Simo Steinins V. Cl. tali eum epitaphio honoravit:

…itaph.

Εστρῶμ⸗ λαλεῖ.

Οὐδὲν ἐγὼ ῥέξας δεινόν τινα, ὄτ᾽ ἀδικήσας,
Ἀλλὰ βίον ζήσας γῇ ἔνι Σωκρατικόν.
Αἰεὶ τὴν νεότητα μαθήματα καλὰ διδάσκων,
Δόγματ⸗ ὄθ᾽ ἑνὸς ὢν αἴτι⸗ ἀλλοκότε
Εὗρον ὅμως Ανύτες καταγνόντας ἐμῦ ἀσέβειαν,
Ὁ φθόν⸗ ὃ μούνοις Κεκροπίδῃσιν ἔνῆν.

Ex intimationibus Wittembergicis, & aliis: vide de eo quædam in vita Camerarii.

…1592. …id. Pen. …oſt. ætat.

SAMUEL HEILANDUS.

Illuſtriſſimi Wirtembergici Ducatus arx & oppidum haud obſcurum eſt *Vahinga*, quondam peculiaris Comitatus metropolis, in Enziam valle, ad ipſum *Enzium* fluvium, ab Ænea, ut vult Capnio, denominatum: qui in ſylva nigra ſeu Hercynia, exortus, aliquot oppida & artes prætерfluens, Beſicamii tandem in Neccarum influit. Hic Vahingæ *Marcus Heilandus* pater Samuelis, ex honeſtis parentibus Joanne & Barbara natus eſt. Hi puerum in fundamentis literarum mediocriter, ut tempora tum ferebant, erudiendum curarunt: poſtea *Pfortzhemium*, ut lanei panni tonſuræ ibi operam daret, ablegarunt. Paret ille, & hoc opificii genus, inter illiberales artes tunc temporis non poſtremum perdiſcit. Poſtea ſolidioris cognitionis cauſa Baſileam adit: & opificium ſuum aliquandiu exercet. Sed cum ad majora quædam ſeſe natum tacito naturæ motu perſentiſceret: deſerto illo opificio, ad bonarum artium primum, deinde ad divinæ ſcripturæ ſtudium animum ſerio applicuit, nactus ad propoſitum ſuum occaſionem percommodam.

…hinga …pidum. …nzius fluvius. …Hei… …d. pater …muelis. …arci e… …catio. …d opifici… …n ani… …um ap… …llit. …eſerit …em.

Fervebant enim tum Baſileæ complures artis Typographicæ, divini prorſus doni à Germanis inventi, nobiles officinæ, cumque ſingulari Dei beneficio & bonæ literæ & vera Theologia, *Luthero, Eraſmo, Philippo,* aliis divinitus excitatis renaſcerentur: eorum paſſim in Germania libri Latini, Græci, Hebraici, Philoſophici, Theologici, & Baſileæ præcipue certatim imprimebantur. Hac commoditate arrepta, cuidam officinæ, Frobenianæ opinor, operam ſuam ad errores typographicos quibusque in libris corrigendos obtulit. Quâ ex re *triplex* eſt conſecutus emolumentum: *vitæ ſuſtentationem* cum ſalario faciliorem: deinde *librorum* & manuſcriptorum & excuſorum ſine precio *copiam* illo tempore præcipue deſiderabilem: denique *diligentiæ* quandam quaſi *neceſſitatem* & habitum. Itaque cum ſtudio linguarum & ſacrarum literarum ingraret: Cleanthea ſua diligentia tantam ſibi eruditionis ſupellectilem comparavit: ut ad miniſterium verbi divini primum in ipſa urbe Baſilienſi, poſtea extra eam & tandem in patria ſit evectus.

…avat ope… …m typo… …aphicis …cinis. …nde ei …iplex …mmo… …um. …M. Heilan. …t miniſter …cclefiæ.

Anno 1552. feriis Paſchalibus uxorem duxit *Mariam*, filiam *Matthiæ Iſelini* mercatoris Baſilienſis. Ex hac nati ei ſunt tum alii liberi utriuſque ſexus, tum *Samuel* A. C. 1533. d. 7. Julii. Poſtea cum princeps Wirtembergicus *Ulricus* avitum territorium, poſt trium luſtrorum exilium armata manu recepiſſet; atque Eccleſias à Pontificiis ſordibus purgaſſet: *Marcus* hic mandato illuſtriſſimi Ducis ab *Ambroſio Blaurero*, reformationis illius adminiſtro, in Ducatum Wirtebergenſem vocatus eſt. Baſilea igitur Anno 1535. impetrato honeſtiſſimo muneris ac vitæ teſtimonio *Gamartingam*, Suevorum Albaniam, ſumtibus Ducis cum familia diſcedit. Ibi cum *biennio* Evangelium docuiſſet, *Calvam* transfertur, quod oppidum eſt ad Hercyniam ſylvam pervetuſtum, Comitum quondam Calvenſium ſedes. Calvæ, licet Præfectus loci & Senatores plerique Pontificiæ religioni addicti, vehementer adverſarentur *annos undecim* magno cum fructu egit: ſcholas Latinam & Germanicam inſtauravit: fuitque in religionis negotio ad conventus *Wormatiam, Haganoam,* & *Ratiſponam* anno 1540. & ſequenti, cum aliis miſſus. Anno autem 1548. cum Sphinx Auguſtana Interim paſſim graſſaretur: ipſe etiam, ut alii complures, loco ſuo ſuaſu inprimis *Friderici Haideni* Jureconſulti ceſſit, atque *Argentinam* cum ſuis abiit. Ibi non ſolum humaniter ſuſceptus, ſed & divini verbi miniſterio præfectus eſt; docuitque in ipſa Urbe magno animo, Interim illud nihil moratus. Paulo poſt cum ſacerrima illa tempeſtas etiam Argentorati ingrueret; atque ipſe Calvam repetere in animo haberet, morbo corripitur: & fatis concedit anno 1549. relicto filio unico Samuele, de quo jam dicendum. Natus eſt, ut diximus Baſileæ; puer à parente bonis moribus ac literis Calvæ imbutus. Adoleſcentulus *Argentinæ* vixit in cœnobio, quod Wilhelmitanum vocant; ubi non pauci adoleſcentum gratis ac ſine obligatione degunt. Eo loco Heilandus ita vixit pie, ita diligenter ad ſtudia incubuit: ut ſummam modeſtiæ diligentiæque famam conſequeretur. Ob nimiam autem diligentiam, unde oculorum contraxerat imbecillitatem, *candelis* fuit *privatus*; quarum tamen defectum *beneficio lunæ* ſplendentis compenſavit: ratus cum Seneca: *Omne tempus perire, quod ſtudiis non impertiretur.* Anno 1550. die 26. Novembr. Baſileam profectus, ibi prima, ut vocant, depoſuit rudimenta. Sequenti anno honorifico D. *Caſparis Hedionis* teſtimonio commendatus *Tubingam*, ut ad Theologiam animum adjungeret, abiit: & illuſtriſſimi Principis *Chriſtophori* clementia, in illuſtre ſtipendium receptus fuit. Anno 1553. cum conſequendæ primæ laureæ cauſa de more ſubiiſſet, tanta cum laude Examinatoribus reſpondit; ut Decanus tum D. *Melchior Volmarius* ad collegas dixerit: *profecto hic noſter Candidatus Magiſtrum valet.* Ex eo ad magiſterium adſpirans, cum contubernali ſuo *Georgio Gaſt* Sultzbacenſi, ita

Ducit uxorem. S. Heiland. naſcitur. A. Blaure. Marcus Baſilea diſcedit in Ducatum Wirtebergicum. Calva oppidum. Sphinx Auguſtana Interim. Frid. Heiden. Marcus Argentinam abit. Inde in reditu obit diem ſuum. Sam. Heiland. ſtudia in adoleſcentia. Nimia Heilandi diligentia. Baſileam venit. Inde Argentinam & Tubingam. Primam lauream conſequitur.

ita tempus partitus eſt: ut diurnum omne vigilarent, & alterna tantum nocte dormirent, hoc eſt, *triginta ſex horas* continue ſtuderent, *duodecim* dormirent. Hoc ſtudio conſecutus eſt, ut anno nondum elapſo, Decano M. *Joanne Hildebrando*, primus ipſe inter competitores magiſterii honore inſigniretur. Depoſuerat pater apud civem Caluenſem q. hoc præſagiens, inſcia uxore & liberis, florenos *viginti*, ea conditione, ut ſe mortuo ad filii magiſterium uſque cuſtoditos, illi promoventi in uſus neceſſarios traderet: id quod ab eo cive tunc fideliter fuit præſtitum.

Mox alteram.

Conjunxit deinde cum Theologiæ ſtudio Philoſophicum: & cum anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto ob peſtem Academia Tubingenſis Caluam translata eſſet; Heilandus ibi doctas & egregias dedit conciones. Eam autem vitæ præ ſe tulit gravitatem, ut cum milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto *Magiſter domus* illuſtris ſtipendii V. Cl. *Georgius Liblerus* officio ſuo renunciaſſet; Heilandus conſentientibus Inſpectorum votis ab Illuſtriſſimo quoque Principe approbatis, in ejus locum, cui ante biennium fuerat adjunctus ſuccederet. Adminiſtravit hoc officium admiranda induſtria, & felici labore, publicæ utilitati privatam poſtponens. Nec enim per immenſas occupationes & diſciplinæ moleſtias ſtudium Theologiæ inchoatum continuare, ut volebat, potuit. Semel diſputavit publice, *de cauſis certitudinis doctrinæ Eccleſiæ* Dei, præſide D. *Jacobo Beurlino* Theologiæ profeſſore. Deinde cum poſt obitum *Matthiæ Garbicii* Illyrici, Ethices profeſſio vacaret, vacaret & Græca: à Senatu Scholæ ampliſſimo *Martinus Cruſius* ad Græcam, Heilandus ad Ethicam profeſſionem recepti ſunt: & in Univerſitatis Senatum paulo poſt cooptati. Hoc in vitæ genere Heilandus perſeveravit deinceps: ac publico cum emolumento tam ſtipendii inſpectionem, quam Ethicam profeſſionem tutatus eſt. Diſcipulos enim ſuos ad omnem virtutem accurate adſuefecit: ad honeſte beateque vivendum præceptis & exemplo ſuo informavit: inque officio luxuriantem juventutem adſtricto diſciplinæ vinculo continuit.

Docet in templo.

Fit Magiſter domus.

Ethices doctrina eidem mandatur.

Diſciplina & vita ejus.

Inde factum, ut Stipendium illud, ex quo ſaltem Heilandus ei præfuit, (præfuit autem *annis triginta ſex*) Doctorum & Eccleſiæ miniſtrorum, ſcholarumque paſſim gubernatorum, *aliquot centurias* ſuppeditarit: nec tantum in Wirtebergicum Ducatum, cujus quidem proprii ſunt; ſed in univerſam fere Europam emiſerit.

Annis triginta ſex præeſt ſtipendio illuſtri.

Diſcipuli Heilandi.

Ex hoc numero ſunt, *Wolffgangus Platzius*, Bibracenſis Eccleſiæ antiſtes. *Wilhelmus Zimmermannus*, *Polycarpus Leiſerus*, *Ægidius Hunnius*, *Philippus* & *Jacobus Heilpronneri*: ex hoc *Stephanus Gerlachius*, *Joannes Sigwartus*, *Chriſtophorus Stehelinus*: ex hoc *Andreas Oſiander*, *Matthias Hafenrefferus*: ex hoc alii doctiſſimi & ornatiſſimi viri, per Romani imperii provincias & regna longe lateque ſparſi.

Et cum in Profeſſore rei, quam aliis explicare debeat, vera requiratur cognitio; & mediocris ſaltem eruditio; deinde in docendo fidelitas dexteritasque & denique eloquendi perſpicue planeque facultas: in omnibus Heilandus abunde ſatisfecit. Eruditionem ejus, loquitur *libellus Ethicus*, in quo methodo facili & recta totam doctrinam Ariſtotelicam eſt complexus. Fidelitatem & perſpicuitatem in docendo loquuntur auditores: qui magna frequentia docentem audierunt. Verum ipſe non ſolum de virtutibus diſſerebat: ſed quæ verbis alios docebat, ea etiam reipſa & vita doctrinæ conformi ſic exprimebat: talis ut eſſet Ethicus Philoſophus, qualem vel Ethnicorum Philoſophi deſcribunt, vel ſacræ literæ requirunt. Nam pietas ejus illuſtris fuit in Deum, in parentes, præceptores, magiſtratus, conjugem, liberos, propinquos, & ut verbo dicam, in univerſos ac ſingulos. Solitus fuit è multis annis *Ephemerides* ſibi ſcribere, vitæ ſuæ hiſtoriam continentes, & in iis ſub initium cujusvis anni *precationem* præfigere: ſicut & quoties ad Cœnam Domini acceſſit, peculiarem iiſdem annalibus inſeruit *precatiunculam*: item quoties natalis ejus recurrebat, novam ſibi precationis formulam præſcripſit: & ſingulos annos exeuntes *gratiarum actione* nova clauſit.

Requi… Profeſ…

Erudi…

Fideli… in doce… Vita.

Pietas … Deum

Ephem… des Hei… land, ſi… vitæ ſc…

Quod ad ſtudia ejus reliqua; ita fuit diſcendi cupidus, ut licet Logices ſolidam haberet cognitionem: tamen cum *Scalichius* quidam, magno & antiquo genere Comitum, ut præ ſe ferebat, ortus, Tubingam appuliſſet, & omnium ſcientiarum myſteria exiguo tempore, ſe docturum alios polliceretur: Heilandus inauditam illam methodum etiam condiſcere voluit. Verum Comitis iſtius jactantia, ut & alius cujuſdam Comitis, qui ſe oratoriam *uno menſe* exacte docturum pleno ore dictitabat, fumo levior & brevior fuit. Sed majori cum fructu audiit deinde V. Cl. *Iacobum Scheckium*, organon Ariſtotelis publice ea in ſchola explicantem. *Naturalis Philoſophiæ* ſcientia ſic tenebatur; ut ejus myſteria rimaretur: eoque nomine *Iohannem Guſmannum* Procuratorem, ſeu Oeconomum Domus, artis Chymicæ peritum, coluit: ut converſatione ejus rerum abditarum notitiam conſequeretur. In *Mathematicis* ita excelluit, ut propriam hanc ejus eſſe profeſſionem dixiſſes. Erat præterea Polyhiſtor, & πολύγλωττος: Latinæ & Græcæ linguæ egregie peritus, neque Hebraicæ plane ignarus. *Theologiæ* ſtudium nunquam deſeruit: & *conciones* in templo tamdiu calamo excepit, quam per aciem potuit oculorum. *Diſputationes* Theologicas pari diligentia frequentabat: & quæ vel in ſcholis, vel in concionibus audierat, in menſa, cui Doctorum Theologorum ſemper adſidet unus, ruminabat. Hæc enim eſt Stipendii Principalis perpetua menſalis diſciplina. Accumbitur ab omnibus, oratur, ſurgit è ſtipendiatis per vices unus, qui

Φιλομάθεια ejuſdem. Shalichius c… mes.

I. Guſma…

Diſciplin… menſalis Stipendii Tubingæ.

reliquis edentibus breviter & erudite concionatur. Aſident menſæ & D. Superintendens, & Magiſter domus, & Procurator, quibus deinde ſe adjungit is, qui concionem habuit, de qua illi cum hoc conferunt, erudiunt, confirmant, quæ res uberiorem præbet explicandi ac diſſerendi occaſionem.

Cum autem, quemadmodum ille canit, ſit

Magnum opus ardentem frenis arcere juventam,
Nec ſinere in mores luxuriare malos:

iſciplina meſtica. Heilandus ut erga duræ cervicis adoleſcentes durior erat: ita bonis, modeſtis, atque etiam ad frugem bonam redeuntibus bonus erat ac humanus: neque tam præceptorem illorum, quam patrem agebat. *umanit r. eilandi. berali.* Ægrotantes, etiam famulos, ſolebat diligenter viſitare, in morborum rationes inquirere, medicos conſulere, paterne prorſus omnia providere: & multa ſuis ſumtibus, ubi neceſſitas poſtulabat, procurare. Erat enim in omnes egenos, pro modo facultatum, quas ei benigniſſimus Deus ſatis largas dederat, beneficus admodum & liberalis. In omni vita, natu *majores* ut patres, *æquales* ut fratres, *minores* & juniores, ut filios habebat.

njugium Conjugem duxit urgentibus amicis, cum jam ad maturimam veniſſet ætatem, annum *trigeſimum tertium*, viduam *Julianam* genere Wintheram, à *Ioanne Schwartzio*, medico Wirtembergico cum quinque liberis relictam. *ia Heilandi.* Fuit conjugium hoc quietum & fœcundum. Patrem enim eum filiis & filiabus aliquot reddidit: è quibus Deus omnes ad ſe vocavit vivo patre una filia unoquoque filio relicto. Filia ea cum nubiles attigiſſet annos nupſit D. *Andreæ*, Lucæ filio, *Oſiandro*. *oris us. artis de narrat* Uxor ante maritum obiit: de cujus obitu in ſuis annalibus hæc annotavit. *Hoc*, (inquit) *die* 24. *Iulii, invaluit uxoris morbus, & quamvis prandio adſederit, D. Viſcherum tamen vocavi: qui comparuit, & quæ facienda ſint, deliberaturum edixit. A cœna vero medicinam illi præſcripſit: quam ipſi adminiſtravi hora forte nona. Illa in lectum delata pejus habuit: donec inter preces & lacrymas noſtras, edita confeſſione, pie in Domino obdormivit. Matrona ſummis ornata virtutibus inprimis pietate in DEUM, & rei familiaris induſtria, ac egregia rerum civilium intelligentia: quæ me impenſe coluit, ad nutum meum ſe componens; iratum aliis mitigare eſt ſolita: conſternatum ſingulari arte erigere; ac interim omnem rei domeſticæ curam ipſa ſola in ſeſe recipere; cum accurata παιδεία liberorum noſtrorum &c. Amiſi ergo ingens bonum; fecique jacturam irreparabilem. DEUS illi cum omnibus beatis felicem largiatur reſurrectionem: mihi autem Spiritu Sancto ſuo adeſſe velit; ne acerbiſſimæ huic domus meæ calamitati ſuccumbam.* *uus ſit land.* Hæc ipſe. Nunquam poſtea, ſuadentibus etiam multis, adduci potuit, ut ad ſecundas nuptias, quamvis offerrentur multæ, tranſiret: viduitatem, orbati turturis inſtar, agebat, ab officio ne latum quidem unguem recedens. Mortem efficiunt tandem morbi, cujus ſunt prodromi & operarii. *Valetudo ejuſdem afflicta.* Fuit autem Heilandus inde primis ab ætatis fere temporibus ſemper morbidus & valetudinarius, cum *febribus, debilitate ſtomachi, viſusque imbecillitate* conflictatus: quos quidem morbos nocturnis lucubrationibus, & intempeſtivis ſtudiis ac laboribus, attraxiſſe exiſtimatus eſt. Argentinæ enim & deinde Tubingæ ac alibi adeo deditus ſtudiis fuit: ut raris corporis exercitiis uteretur, & ſæpe ſui adſidue ſedendo quaſi oblivisceretur. Hinc cum prædictis alii quoque ſe morbi conjunxerunt graviſſimi: *calculi* nimirum & *renum* & *veſicæ*: cujus tandem etiam acceſſit incurabilis exulceratio. Etſi enim accuratæ diætæ fuit obſervantiſſimus, tenuiſſimo uſus vino, aqua, cerevisia, & aliis potionibus, exquiſitis itidem cibis, nec Medicorum conſiliis aut domeſticorum miniſteriis deſtitueretur, ad extremum etiam famoſiſſima illa *Anwaldina Panacæa* uteretur, quæ ipſo nomine omnibus remedia morbis promittit; *Panacæa Anwvaldina.* attamen neque hæc, neque alia omnia Heilando ſaluti eſſe potuerunt. Spem quidem optimam in ſumpta illa diligentiſſime panacæa poſitam nonnulla corporis ejus relevatio confirmavit: ſed conſtans non fuit. Morbus ille veſicarius longe crudeliſſimus, crudum ſanguinem, adeoque carneam quaſi materiam evehens, ſubinde ſtatis temporibus redibat: ut quaſi in poſſeſſionem immiſſus videretur. Dolores & cruciatus quidem quos ab illo tyranno perferebat, ſine lacrymis ii qui inviſebant intueri vix potuerunt: neque tamen tantus eum ab officio morbus avocavit. Sæpius ad menſam in Stipendio publicam adſedit officii ratione: cum interim ſudorem ipſi morbus ita exprimeret, ut guttatim per faciem deflueret. Tandem ergo M. *Vitus Müller* linguæ utriusque in Academia profeſſor, paraſtates ipſi eſt provide adjunctus: *Adjungitur Heilando παραστάτης.* cum officii onera propter morbi gravitatem toties recurrentem, amplius ſuſtinere non poſſet. Haud ſemel amicis revelavit; una ſæpe nocte quadragies ſibi levandæ veſicæ cauſa (honos ſit auribus) fuiſſe ſurgendum: ac pro quolibet vice ſectionem dicti loci pati ſe maluiſſe. *Veſicæ morbus.* In his tamen acutiſſimis doloribus, ſicut & antea per omnem vitam in omnibus adverſis, erat patientiſſimus: ſub potenti DEI manu ſe humiliabat: & edita confeſſione aliquoties publice & privatim uſu Cœnæ Dominicæ fidem ſuam devote confirmabat. Erigebat ſe indefinenter divinæ ſcripturæ conſolationibus, & auxilium DEI ardenter invocabat. & ſui liberationem conſtanter exſpectabat. *Obitus Heilandi.* Venit ergo Dominus, & ſpiritum Heilandi, vitæ hujus miſeræ & caducæ ſaturum, ad alteram illam veris refertam & perpetuis gaudiis traduxit Pridie Pentecoſtes, hora matutina octava Anno 1592. poſtquam in corpore peregrinatus erat annos *quinquaginta octo & menſes decem.* Funus ei factum eſt frequentiſſimum & exequias itum ab Academia atque tum ſcholæ tum oppidi civibus.

Succeſ-

Succeſſorem habuit tum in Stipendiaria tum in Academica ſtatione M. *Vitum Müllerum*; cui adjunctus fuit M *Samuel Magirus*, Muſicæ in Academia illa profeſſor, D. Joan. Magiri Præpoſiti Stutgardiani filius. *Ex orat. funebri habita ab Erhardo Cellio, Profeſſore Tubingenſi.*

---

a. 1593. *IOANNES LEONCLAVIUS.*

Familia & eruditio ejus. HIC nobili genere ortus Amelburni in Weſtphalia, nobilior eruditione rara, & linguarum complurium fuit cognitione. *Agit in aula ducis Allobrogum.* Biennium fere in aula ducis Allobrogum *Emanuelis Philiberti, & Caroli*, Emanuelis filii, patre ſuo rebus humanis exempto, degit, ab illuſtri Barone, fortiſſimoque militum *L. Suend.* duce, *Lazaro Suendio*, qui in Muſarum cum Marte conjunctione plane Xenophontizavit, ad eos principes miſſus. Ibi tum Taurini adoleſcens *Xenophontis librum*, præcepta *rei equeſtris* explicantem, de Græco in Latinum tranſtulit.

Inde cum Carolo Zerotinio. Habuit deinde eum illuſtris & generoſus *Carolus*, Baro *Zerotinius*, in multis itineribus comitem, & aliquot annorum intervallis domeſticum. *Et B. Kitlizio.* Vixit & aliquantiſper apud generoſum baronem *Kitlizium*, in ocio literato, aulicæ tyrannidis ſplendidam miſeriam non unius aſſis æſtimans. *Vocatur Haidelbergam.* Haidelbergam ab illuſtriſſimo Heroe *Caſimiro* vocatus, ut eſſet, qui juvaret literas Græcas: antequam eo venit, ille jam funus erat. *Obitus Leonclavii Labores & ſcripta.* A laborioſa tandem ærumnoſaque ſtatione, divinitus ſibi adſignata, ad beatam quietem tranſiit, anno nonageſimo tertio, ſupra mille quingentos, menſe Junio, Viennæ Auſtriæ: deſideratus & deploratus à multis, tum vel præcipue à *Paulo Meliſſo, Marquardo Frehero, Carolo Utenhovio*, & aliis. Hic vir dum vixit nunquam ocioſus vixit, etiam cum maxime eſſet ocioſus. Longis diuturniſque profectionibus bonam Orientalis Imperii partem peragravit: *Hiſtoria Turcica.* ac Conſtantinopoli, & media in Turcia, ex ipſorummet Turcorum ſcriptis, magno labore accuratoque ſtudio, multa congeſſit poſteritati profutura. Evulgavit enim *hiſtoriæ Muſelmannæ* Turcorum, de monumentis ipſorum exſcriptæ, *libros* octodecim: quibus acceſſerunt commentarii duo, Libitriarius index Aſmanidarum, & Apologeticus alter. De Græcis Latinos fecit annales *Conſtantini Manaſſis*, & annales *Michaelis Glycæi*, Bizantinam hiſtoriam univerſam exhibentes. Annales etiam *Sultanorum Othmanidarum*, à Turcis ſua lingua ſcriptos, & ſtudio Hieronymi Beck à Leopoldsdorff Conſtantinopoli advectos, juſſuque Ferdinandi Cæſaris interprete Turcico J. Spiegel Germanice tranſlatos, Leonclavius Latine redditos illuſtravit & ad annum 1588. uſque auxit. *Laconicum* præterea *Chaſcondylem & Pratorem Græciæ* tranſcripſit, ediditque Conſtantini Imperatoris ad Romanum filium, de ſumma totius Imperii, de ſociorum federibus, de hoſtium viribus, rationibus, & conſiliis luculentiſſimos commentarios. Tum ad jus Græcorum civile canonicumque augendum & illuſtrandum additamenta Latio donavit. Evulgavit cum annotationibus *ſexaginta librorum* βασιλικῶν hoc eſt univerſi juris Romani, auctoritate principum Romanorum, in Græcam linguam traducti, *Eclogam ſive ſynopſim*, ante non viſam: item Novellarum antea non publicatarum librum. Monumenta item *Gregorii Nazianzeni*, ſuo tempore κατ' ἐξοχὴν Theologi nuncupati, quæ ad nos ſaltem pervenerunt, ab ipſo Latine facta exſtant, quibus adjecit explicationes Græcas, & commentarios à ſe converſos. Paulo ante mortem etiam *Dionis Caſſii Coccejani* hiſtoriæ Romanæ libros auctos & expolitos, poſt Xylandrum foras dedit cum notis. *Xenoph tertium ipſo illu ſtratus cur.* *Xenophon* denique tertia ejus lucubratione prodiit, poſthumus fetus. Et vero cur toties vertendi & illuſtrandi laborem huic auctori impenderit, cauſa non fuit nulla. Nam & hiſtoriam ſcripſit, qua nihil eſſe jucundius poteſt: & optimarum Rerumpub. ſtatus depinxit, quo nihil præclarius: & doctrinam, quæ eſt de moribus, ex ſapientiſſimi viri Socratis ſcholis ac diſputationibus illuſtravit, quo nihil ad hominum vitam utilius: & tuendæ rei familiaris præcepta dedit, quod certe ad univerſos pertinet.

Lis I. Le clavii c Stephan critica. Litem tamen ei ſuper iſta interpretatione Xenophontea criticam & Grammaticam movit *Henricus Stephanus*, vir & typographus clariſſimus, edita in ejus errores inſignes inquiſitione autoſchediaſtica. Contra & Leonclavius de Stephano conqueritur, quod contra fidem datam, & præter officium viri boni, Xenophontis à ſe Latine redditi exemplar, ſicut & Zoſimi, detinuerit. Et faſſus eſt Stephanus, accepiſſe ſe illam Xenophontis verſionem ab annis circiter octodecim: poſt tredecim aut quatuordecim amplius annis ſibi non viſam: ſed cum è ſua ſuppellectile libraria, militum incuria, belli tempore aliquot libri incendio periiſſent: neſciviſſe, an in illorum numero Xenophon à Leonclavio verſus, fuiſſet. Tandem, interjecto anni amplius ſpacio, librum inventum fuiſſe, ſitu obſitum, & membrana craſſa, qua involutus erat, conſervatum. Sed de hoc, quod quiſque volet. *Ex præfationibus & ſcriptis Leonclavii.*

ORLANDUS LASSUS. a. 159

die 13. Iunii, ætat. 73. MUſicorum hic noſtri ſeculi princeps *Bergæ* in Hannonia natus eſt, anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, & viceſimo: *Berga oppidum. Muſicæ peritus.* quo Carolus quintus ſolennibus ceremoniis Aquiſgrani eſt inauguratus. Ipſe ſeptem annorum puer ad ſcholas perductus: poſt ſeſquiannum ad Muſicam eſt adhibitus, qua celeriter feliciterque percepta, puer etiamdum vocis claritate & ſuavitate mire fuit

omnibus

Plagio ab-latus.

omnibus gratus & jucundus. Hanc ob vocis ſuavitatem, dum inter ſymphoniacos pueros ageret, ter plagio ſublatus, atque bis ſolicita parentum cura reductus eſt: tertio ſcholam non repetiit: ſed cum *Ferdinando Gonzaga*, prorege Siciliæ tum temporis Cæſarearum copiarum, apud Santdeſiderium duce, lubens manſit. Cum hoc ſoluta Belgica expeditione, diſceſſit: & partim in Sicilia, partim Mediolani, eidem adhæſit; donec poſt ſexennium vocem, ut fit, mutare cepit.

Ferdinan-dus Gonza-ga. Cum eo abit Orlan-dus.

Neapolim ducitur. Inde Romam. Ubi ſacello Muſico præficitur. Peregrina-tur.

Decimo ergo octavo ætatis anno à *Conſtantino Caſtrioto* Neapolim ductus, ibi cum *Marchione de la Terza* tribus circiter annis vixit. Inde Romam venit, ac hoſpes archiepiſcopi Florentini fuit ſex menſibus: donec ad S. Joannem Lateranenſem univerſo Muſico ſacello, Romæ longe celeberrimo fuit præfectus. Inde poſtea peracto biennio, cum ob morbos parentum in patriam revocaretur, eos autem ſerius adventans, mortuos reperiſſet, cum nobili viro *Iulio Cæſare Brancacio*, Muſices cultore, primum in Angliam, deinde in Galliam, regna illa perluſtrandi gratia profectus eſt. Tandem inde reverſus Antuerpiæ manſit duobus annis inter viros doctiſſimos & nobiliſſimos; quos undique in Muſicis excitavit; & à quibus ipſe contra ſumme adamatus honoratuſque fuit.

Antuerpiæ ſubſiſtit.

Ab illu-triſſ. Ba-variæ du-e vocatur.

Ex eo loco, anno quinquageſimo ſeptimo ſupra ſesquimilleſimum, ab *Alberto* Bavariæ duce, ſummo omnium Germaniæ principum muſices Mæcenate, vocatus eſt Monachium eum aliis Belgis, ut ſacello muſico jam dudum celeberrimo, plus ſua arte ornamenti adferret. Hic ob ſuaviſſimas compoſitiones, jucundiſſimos mores, apophthegmatum & jocorum ubertatem, linguarum peritiam, Duci chariſſimus fuit. Sequenti ibi ſtatim anno uxorem duxit ex pediſſequis gynæcei Bavarici: ex qua liberos elegantiſſimos annis ſubſequentibus ſuſcepit.

Proficitur ſacello Muſico.

Deinde anno ſexageſimo ſecundo ſacello muſico præfectus ſub ſe muſicos toto orbe clariſſimos, ex longe diverſiſſimis nationibus convocatos, habuit, ſubinde etiam in Belgium & Antuerpiam excurrens, principi ſelectiſſimos cantores ſecum adduxit. Componere cantiones cœpit admodum quidem juvenis: ſed in aula Bavarica aſſidua exercitatione habitum illum ita confirmavit; ut toto orbe clariſſimus, & principibus ac regibus pleriſque omnibus commendatiſſimus muſurgus & phonaſcus fuerit.

Opera Or-lando.

Extant Orlandicæ compoſitionis plurimæ cantiones cum variis Mutetis, quatuor, quinque, ſex, octo & plurium vocum: aliaque permulta, Noribergæ, Monachii, Venetiis, Florentiæ, Neapoli, Antuerpiæ, Lugduni, Pariſiis edita, quæ enumerare ſupervacaneum ducimus.

Obitus.

Ad vitæ tandem exitum vocatus eſt hic Germaniæ Demodocus & Amphion, Monachii in Bavaria, Anno nonageſimo tertio, ſupra mille quingentos, die decimotertio Junii, ætatis ſeptuageſimo tertio anno: cum ſereniſſimorum Bojoariæ principum *Alberti & Guilielmi* muſicæ magiſter per integrum vicennium, & à Maximiliano II. Cæſare nobilitate donatus, & à ſummis Imperii principibus ac proceribus ſumme honoratus fuiſſet. In eum exſtat hoc *Pauli Meliſſi* epigramma:

Epigram-ma in eum Meliſſi.

Bruta Orpheus, ſaxa Amphion, delphinas Arion
Traxit: at Orlandus poſt ſe terramq́ fretumq́
Poſt ſe traxit item molem totius Olympi.
Quanto igitur major: quantoq́ potentior unus
Orlandus tribus his, Amphione, Arione & Orpheo.

Pantaleon lib. 3. Proſopogr. N. Reuſnerus in Iconibus: ubi & eum natum vult anno trigeſimo, mortuum anno octuageſimo quinto, ætatis quinquageſimo quinto.

LAURENTIUS LUDOVICUS.

O. 1594. d. 15. Apr. S.N. æt. 58.

Laurentium Ludovicum in lucem hanc anno trigeſimo ſexto, ſupra mille quingentos, die nona Auguſti, hora quarta poſt meridiem, editum ager *Sibelonius* excepit: is, qui adjacet *Leobergæ* urbi in Sileſia nobili & copioſæ, in cujus ſolo bonorum ingeniorum ſemina quædam ſparſa eſſe dixerit: qui *Joannem Langium*, Electorum Palatinorum Archiatrum; qui *Joannem Reinmannum* I.C. & Cancellarium Ligio Bregenſem, qui *Reuſneros*, qui *Suevos*, alioſque doctrinæ laude florentes viros, conſideravit: qui omnes ex fertiliſſimo Leobergenſium ſolo enati.

Patria. Leoberga. Ioh. Lang. Iohan. Reinman.

Parentes Ludovici.

Parentibus editus eſt haud maximis quidem fortunis: vitæ tamen integritate plenis: & qui beatam illam, & à poetarum numinibus Horatio Virgilioque tantopere celebratam agricolarum vitam in agro Sibelonio tranſegerunt: patre *Johanne Ludovico*, qui ad ſummam ſenectutem, ut & avus, *Iacobus Ludovicus*, pervenit: matre vero *Anna Suevia*, in quam clara Ludovici pietas extitit: qui cum Gorlicii profeſſor eſſet deſignatus, illam marito orbatam ad ſe adduci juſſit: & maximis officiis illius ærumnam & ſolitudinem, quoad vixit, ſuſtentavit.

Cæterum cum in vita civili & urbana rudiore fuiſſet educatus: mores quoque auſteriores induit: quos tamen maximam partem elegantiores reddidit: poſtquam præcepto Platonis Xenocrati Philoſopho dato, obſecutus, *rem divinam Gratiis feciſſet*: & quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, iis artibus totum ſe dediſſet. Quod ſi quæ etiam in adulti moribus reſedit auſteritas, illa tamen ejuſmodi fuit, quæ illius in gubernatione ſcholaſtica auctoritatem mirum in modum corroboraret.

Miſſus in ludum literarium à parente ætatis anno ſeptimo, in ſcholis patriæ ad annum vigeſimum ſecundum ſubſtitit.

In quo contra illi ac plerisque aliis viris doctis accidit. Sic enim plerunque initia diſciplinæ eruditorum hominum ſe dederunt: ut ſtatim aliquod animi & ingenii lumen in iis eluxerit.

Ingenio fuit hebetiori.

Hic autem Ludovicus quam nam alicujus eruditionis ſpem afferre præceptoribus ſuis potuit? qui in quartum annum in ſchola *Leovallenſi* commoratus, ne literas quidem ad convenientem lectionem apte copulare didicerat: qui *Boleslaviæ* Martini Jonæ tres annos frequens auditor fuit, ſed primæ Grammaticæ elementa non aſſecutus eſt. In cauſa quid fuerit ſi quis quærit, tarditatem quandam ingenii nominabo: quam ipſummet Ludovicum in ſe agnoviſſe probe meminimus.

Studia non ſtatim deſerenda tardioribus.

Atque hoc diſcentes obſervent: ut ſi qui ex eorum quoque cœtu ſint, quibus naſcentibus *Mercurius in horoſcopo* non fulſit: ii deſperatione ne debilitentur: ſtudiorum curam ne abjiciant: ad artes ignobiliores ne ſtatim ſe conferant. Nam ſi ad naturam, quantumvis hebetem, contumax quædam diligentia acceſſerit; poteſt nihilominus aliquid præclarum & ſingulare exiſtere. Laborando, conando, perferendo Græci pervenerunt ad Ilium. Præterea non una in principio calamitas Ludovicum afflixit.

Sæpe mutat ſcholas Ludovicus Varie jactatur.

Sexies ſcholas, quas triviales vocant, mutavit. Habuit illum *Leovalla*, *Boleslavia*, *Leoberga*, *Lignitium*, *Goldberga*: & non multo poſt *Francofordia*: ex qua rurſus Goldbergam profectus eſt. Peſtifera *lues* Goldbergæ graſſans, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio Francofurtum exegit: *incendio*, cum vix pedem in oppidum Goldbergicum peſte liberatum retulerat, oppidum totum & literaria etiam Ludovici ſupellex perierunt. *Paupertas* adeo eum preſſit, ut ipſemet in diaria ſua retulerit: ſe, cum de conſilio M. *Silleri & Trocedorffii*, exiguo precio inductus alphabetarium præceptorem in ſchola Lignicenſi ætatis anno decimo octavo egiſſet: non ſemel cupidum cibi & potus ſtomachum melioris fortunæ ſpe ſaturaſſe. Et tamen nulla ærumna, nulla calamitas fuit tanta: quæ Ludovicum ab artium ingenuarum cultura poſſet avocare.

Præceptores.

Erat jam tum *Valentini Trocedorffii*, *Martini Taburni*, *& Georgii Helmerici* præter cæteros nobilitata eruditio: ſtudiaque linguarum & eloquentiæ in ludo Goldbergico vehementius, quam in aliis Sileſiæ oppidis, colebantur. Itaque viros illos, quos dixi, attente inprimis audiebat tantumque ſtudio ſummo & exercitatione crebra perfecit: ut dexterrimus ingeniorum æſtimator Trocedorfius, & hoc è vivis ſublato, Martinus quoque Taburnus è magno diſcentium cœtu hunc ſibi deligerent: in quem officia liberaliter conferrent: & vim quaſi quandam amoris effunderent.

Trocedorfii & Taburni de Ludovico judicium.

Et profecto ſi quis fuit qui Trocedorfianam in docendo perſpicuitatem admirabili ſolertia conſecutus eſt: fuit is Laurentius Ludovicus. Jam Taburno adeo carus fuit: ut in Academiam Wittembergenſem iturus, cum vitæ & doctrinæ teſtimonium ſibi dari petiiſſet, nihil aliud ex eo audiret, niſi hoc; *Tu teſtimonium tuum tecum fers.*

Abit [Wit]temb[er]gam [Lud]vic.

Annus erat à nato Chriſto milleſimus quingenteſimus quinquageſimus octavus, cujus ineunte vere in celeberrimam Saxonum Academiam venit, liberaliſſimis ſtudiis, ac doctiſſimis profeſſoribus tum temporis affluentem. In qua etſi occaſionem diſcendi præclaram fuerat nactus, duriſſimo tamen apud doctorem quendam famulitio adſtrictus, re ipſa didicit: *nihil fieri altum & magnum, quod non antea humile fuerit ac depreſſum.*

Ibi fa[mu]latur.

Contigit autem ei divinitus: ut cum nondum integrum menſem in famulatu fuiſſet, inclinatione voluntatis in eum propenderent generoſi juvenes *Chriſtophorus Donaus & Ioannes à Kitlitz*, Barones; qui & domum ſuam eum receperunt, privata Ludovici inſtitutione informandi: & illus ſtudia ſua ope & liberalitate adjuverunt.

Chriſt. Dona[us] Io. à K[it]litz. [Baro]nes.

Atque hoc tempus illud eſt: quo conſpicua fortunæ Laurentianæ immutatio facta eſt. Tum enim reſpirare paululum ab adoleſcentiæ ſuæ miſeriis cœpit, & veluti apicula, quæ per hyemem intra alveolos concluſa, vere novo libera aeri ſe credit, & ex fragrantiſſimis floſculis, quod dulciſſimum eſt, exſugit: ita Ludovicus libertati reſtitutus, nunc has nunc illas profeſſorum lectiones frequentare: cum diſputatoribus de rebus utilibus conferre: denique quod jucundiſſimum ſibi videretur, domum comportare.

Ab ii[s Lu]dovic[us au]xiliu[m].

Platonem lætatum fuiſſe accepimus; quod ſua nativitas in ætatem Socratis incidiſſet: longe majorem lætandi cauſam Ludovicus habuit; quod ſtudia illius Academica in Philippi Melanchthonis, Phœnicis illius Germaniæ, ætatem inciderunt: à quo non tantum bonarum artium, verum etiam & Socrati & Platoni ignota pietatis veræ capita didicit. Ac quanti ipſe fecerit Melanchthonem vel ex eo colligere eſt; quod vir alioqui minime glorioſus, de hac una re ſæpe numero gloriari ſolitus eſt: quod *Trocedorfium* in adoleſcentia, in juventute *Melanchthonem* præceptores inveniſſet.

Mela[nch]thonem [au]dit.

Melanchthone curis, ſolicitudine, precibus pro Eccleſia fuſis, decimo nono Aprilis, anni ſexageſimi, conſumpto, & ejuſdem menſis die vigeſimo tertio honorifice ſepulto, Ludovicus memor illius *Strabonis*, ὅτι ἐν μεγάλῳ τίθεσθαι, πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα, καὶ νόον γνῶναι: ad nobiliores Germaniæ provincias peregrinationem inſtituit: comitatusque *Iohanne Egrano*, juvene doctiſſimo, *Miſniam*, *Thuringiam*, *Franconiam*, *Bavariam*, *Sueviam*, *Palatinatum Rheni & Haſſiam* peragravit: & quæ in unaquaque iſtarum provinciarum viſu digna, oculis colluſtravit.

Peregri[na]tur poſt o[bi]tum Melanchth[onis cum] Io. Egra[no].

Verum ut ſunt omnia noſtra ξύμμικτα: ſic tempore peregrinationis in animo quidem Ludovici liberalis voluptas; ſed in corpore gravis morbus natus eſt: qui eum Wittembergam reverſum tantiſper maxi-

Morbus peregrinatione.

me

me afflixit ; dum medicamento ſingulari *Caſparis Sturionis*, Diaconi Wittembergenſis, cura & artificio confecto , venenum in itinere collectum abigeret.

Baronibus illis , de quibus modo dictum anno ſexageſimo primo complures alii ſe aſſociarunt , ex Nobili *Noſtitiorum* familia orti, quorum animos liberali diſciplina expolivit Ludovicus.

Ut vero otii ſui Academici rationem aliis quoque redderet : edidit anno ſexageſimo tertio *Trocedorfii precationes*, Latino & Germanico idiomate, ejuſdem *Roſarium* : & *dicta Biblica* ab eodem Trocedorfio expoſita. Cumque perinde ut olim Anacharſis, ideo in contubernio eruditorum, quam in aula vivere mallet , ut aliquando doctior & melior in patriam redire poſſet : magiſterii Philoſophici teſtimonium à Decano petiit anno ſexageſimo quarto, menſe Februario : idque magno ordinis philoſophici applauſu eſt conſecutus. Annos ſeptem & amplius in Academia vixerat: cum inclytus Gorlicenſis urbis Senatus, Dei Opt. Max. & invictiſſimi imperatoris Maximiliani II. auſpiciis : ſuo vero ſtudio , cura , ſolicitudine in Minorum fratrum Monaſterio ſcholam aperuit.

In qua cum deliberato conſilio omnia ad Melanchthonis præſcriptum idem ampliſſimus Senatus agi vellet; ad ſcholaſticam gubernationem vocavit M. *Petrum Vincentium*, eloquentiæ laude clariſſimum, olim in Academia Wittenbergenſi profeſſorem, & cum illo hunc *Ludovicum*, ab ipſo Vincentio deſignatum. Qua in functione ſcholaſtica uſque adeo præclare ſe geſſit : ut exacto quadriennio , Vincentio jam avocato exæquatam conſequeretur cum *Ioachimo Meiſtero*, clariſſimo poeta & oratore, poteſtatem: & hoc , anno octuageſimo quarto , ab ampliſſimo Senatu Bremenſi avocato , ſolus ſcholæ Rector declararetur. Ac fateri collegas , fateri diſcipulos neceſſe eſt , quoad vixit Ludovicus , vixiſſe cum eo exemplum profeſſionis legitimæ, exemplum diſciplinæ ſcholaſticæ conſervandæ. Profeſſionis legitimæ cauſa minime obſcura erat.

Nam quæ res ad recte docendum duæ requiruntur maxime, eas ambas ad ſcholaſticam functionem attulit : *eruditionem* excellentem & *dexteritatem tractandi artes* ſingularem. Nam , quod ſcite Melanchthon de ſapientiſſimo Saxonum Principe dixit : *Legiſſe illum de omnibus virtutibus id , quod venuſtiſſimum eſt :* referre pulcre ad Ludovicum poſſumus : qui ex omnibus linguis & artibus id , quod utiliſſimum, hauſerat. Sermonis *Latini* ſingularis in eo lepos, & ſumma ſuavitas , quem ita temperare norat : ut nec humi ſerperet, nec ad tumidorum oratorum faſtum aſſurgeret. Neque id vero in eo homine mirum, qui ſcriptores Latinæ linguæ ad unum omnes diligenter accurate pervolutarat : & ex uno illorum quolibet elegantiæ Latinæ florem, apiculæ inſtar, depaſcere conſueverat,

Græcarum literarum ita fuit peritus ; ut Græcos ipſos , qui patriarchæ Conſtantinopolitani literis Eccleſiis Chriſtianis commendati, in ea loca venerant, meminerimus proprietatis in lingua ſua laudem huic concedere ſolitos : qui audita Joachimi Meiſteri in ſermone Græco promtitudine & Laurentii Ludovici in eodem puritate , exclamare aliquando in perpetuam non dico urbis Gorlicenſis, ſed Germaniæ univerſæ gloriam , non dubitarunt : Ἰταλία βαρβαρία , *Italia nil niſi barbaries eſt* , ad Germanorum in Græca lingua diligentiam comparata.

In *lingua* etiam *ſancta* ſtudio non mediocrem curam conſumpſit : qui voces Hebraicas à capitibus ſuis deducere ingenioſe, ſignificata earum propria argute eruere, ex ſignificatis doctrinas utiles & neceſſarias elicere erudite didicerat : quemadmodum ſpecimina ejus rei plurima ab eo vel in ſola *Threnorum Ieremiæ* explicatione ſunt edita.

In *Philoſophia* & artibus dicendi , & illa rationis & judicii informatrice Logica, fuit multum diuque verſatus, uti & in ſtudio eo, quod profitentur ii , qui Theologi vocantur ; quo ita delectatum illum ſcimus : ut omnes animi ſui delicias ex eo fere ſolo duxerit petendas.

Atque hac tot tantarumque rerum ſcientia cum excelleret : illud memorabile eſt: quod ſapientiam quoque in proponendo, & dexteritatem in tractando pene divinam adhibuit.

Caput ſtudiorum omnium pietatem eſſe dicebat : quam cum diſcipulorum animis firmiter vellet impreſſam : non ille dictatis ſuos onerare : non in adverſarios declamitare ; ſed fundamenta monſtrare ſolebat religionis Chriſtianæ : quam qui didiciſſent : ii nullo negotio ex horum temporum controverſiis ſe poſſent expedire.

Cæterum magno conſilio *libellos* ſibi *duos* delegerat, unum *confeſſionis Auguſtanæ*, alterum *Examinis Theologici :* quorum utrumque ex mente & conſenſu autoris interpretabatur.

Cumque in his tanquam in tabella, totius Theologiæ capita juventuti ob oculos poſuiſſet : ad fontes ipſos, ex quibus libelli illi ducti, deveniebat : & cum alia in codice ſacro , tum auream illam *ad Romanos epiſtolam*, magna cum audientium voluptate , explicabat : in omnibus Μελάγχθονα ζηλώσας ἀκριβῶς. Ut autem Zeno poſtquam ex oraculo audiiſſet : *tum demum optime ſe victurum , ſi mortuis concolor eſſet :* ad legendos antiquorum libros totum ſe contulit : ita cum ex communi Germaniæ oraculo, Melanchthone Ludovicus ſæpius audiviſſet : *neminem quenquam feliciter in enodatione controverſiarum hujus ſeculi verſari poſſe : niſi qui antiquitatis doctrinam probe haberet cognitam & perſpectam :* mature ille adultiores monere , hortari , obteſtari : phraſin matris Eccleſiæ expenderent : in vetuſtiorum patrum ſententias inquirerent ;

Margin notes (left): ...ſpar ...rio, — ...dit ſcri... Troced... ...rfii. — ...mna... ...m Gor... ...enſe ...ertum. — ...eo mu... ...is docen... ...eobla... ...m. — ...no in ...holaſtico ...unere re... ...uiruntur. — ...ruditio ...udovici.

Margin notes (right): Dexteritas docendi in Ludovico, in ſacris. — Oraculum Zenoni datum.

controverſias veteres cum noſtris ſtudioſe conferrent. Atque ut ſuo illis exemplo præiret: *doctrinam & certamina Synodi Epheſinæ* ex veterū patrū ſcriptis collegit: *Cyrilli de perſona Filii Dei* phraſes cum Melanchthonianis ingenioſe contulit: & tantum labore iſto eſt aſſecutus; ut de eo publicato magni nominis Jureconſultus, *Chriſtophorus Herdeſſianus*, ad nobiliſſimum virum *Jacobum Monavium* ſcripſerit: non dubitare ſe, quin Eccleſiis multis veritas in illo articulo reſtitui ſcripto iſto poſſit.

Scripta Theologica Ludovici.

2. Dexteritas docendi in artibus. Ut autem Theologiam ſincere docuit: ita & reliquas artes ſingulari judicio ab eo ſunt propoſitæ. In *Grammaticis, in Rhetoricis, in Dialecticis*, nihil ille otioſum, nihil ſupervacuum patiebatur, quippe qui longo rerum uſu didicerat: longe præſtabilius eſſe, ἐπὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν, ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, hoc eſt, *de rebus utilibus mediocres opiniones habere; quam ſupervacaneorum exquiſitam cognitionem.* Itaque *de modalibus, de reductione & mixtione ſyllogiſmorum, de demonſtratione* Peripateticorum non multum Ludovicus verborum facere; ſed id agere unum: ut quemadmodum ex Grammatica bene ſcribere, ex Rhetorica bene dicere, ita ex Logica bene diſſerere diſcerent adoleſcentes.

Iſocrat. orat. 10.

Enarratio auctorum. Cumque illi optime conſtaret: artes Logicas uſu eſſe conjunctiſſimas: *in Cæſaris, in Ciceronis, in Virgilii, Iſocratis, Homeri*, aliorumque Græcorum juxta ac Latinorum authorum expoſitionibus, id operam dabat: ut Grammaticam in illis vocum connexionem, Rhetoricum ornatum, Dialecticam inventionem & diſpoſitionem monſtraret. Et qui hæc in ſcripto quoque diſtincte pervidere poſſet adoleſcens: eum ablegandum ex ſua ſchola, & in alicujus Academiæ illuſtris ſpacia mittendum cenſebat.

Exercitia diſputationum. Cum autem præclara illa diſſerendi diſputandique conſuetudo, ad noſtram uſq; memoriam, conſtanter in Academiis eſſet ſervata: non paſſus eſt Ludovicus id exercitii genus à ſcholæ quoque ſuæ alumnis deſiderari. Sententias ex media Philoſophia & Theologia excerpſit eas, de quibus magna opinionum inter eruditos hodie varietas eſt & diſcrepantia: vocabat in certamen adoleſcentes: quorum ex contentione non minorem venerandus ſenex capiebat voluptatem, quam Homericus ille Agamemnon ex rixa Achillis & Ulyſſis:

Mutua cum facerent gravibus convicia verbis.

Quem quidem Agamemnonem, rixa iſta non gaviſurum fuiſſe, Plutarchus addit: niſi is præſtantiſſimorum heroum æmulationem & diſceptationem magno Reipub. bono eſſe duxiſſet.

Exercitia oratoria. Præterea exercitationis Oratoriæ in utraque lingua genus eſt nullum: quod nō in ludo illo Auguſto viguerit. Scripta proponebantur ſingulis hebdomatibus ſingula. Declamatores frequentes, & quidem bini, ſemper de cœtu ſcholaſtico legebantur: qui in ſuggeſtu publico perorarent, & de palma oratoria, ſcholaſticis ipſis arbitris, dimicarent.

Forum ſcholaſticum. *Judicia* exercebantur ſingulis fere menſibus *ſcholaſtica*: in quibus lectis ex eruditorum adoleſcentum curia ſuffragiis omnium tribuum, *Prætor* unus, *Cenſores* duo, *ſenatores* novem conſidebant; & poteſtate à præceptoribus armati, audiebant maximo omnium tribuum concurſu illum quidem de commilitonis alicujus petulantia conquerentem: hunc objecta ſibi crimina infirmantem ac diluentem. Atque hoc æquiores quiſque judices iſtos habuit: quo melioribus & ſententiis & verbis ornatam orationem pronunciavit: acciditque ſæpe numero; ut omnem injuriæ aut nequitiæ, quamlibet manifeſtæ, opinionem, comptus & terſus defenſoris ſermo extingueret.

Declamationes a Ciceronianæ. Quod ſi condiſcipulorum nemo eſſet, qui jure accuſari poſſet: juſſi aliqui contra Ciceronem ipſum dicere: & quem ille ſua eloquentia in civitatem Romanam intulit Archiam: eum florida dicendi vi eadem urbe eiicere: quam ille Verris exiſtimationi & nomini adſperſit maculam; eam lactei ſermonis aqua rurſum eluere.

Exercit. poetica. Fuit inſuper *poeſis* multos jam annos quaſi propria illius ſcholæ, ab eo inde tempore, quo *Joahimus Meiſterus* poetarum illo ſeculo, ſi elocutionem Virgilianam ſpectes, facile princeps, moderari ſtudia iſta cœpit.

Item Græca. *Exercitia* denique *Græca*, in *Iſocratis, Demoſthenis, Homeri, Heſiodi*, aliorumque auctorum imitatione, quotidie tradebantur, non ſine magnis illa quidem Ludovici & Mylii laboribus, ſudoribus, vigiliis: ſed quibus cum exercitationum ipſarum utilitas, tum flagrantiſſima cupiditas, ſtudia diſcentum omnibus modis adjuvandi omnem laborem non modo facilem ac tolerabilem; verum etiam dulcem jucundumque reddidit.

Ipſe præ ſuo exemplo ad eloquentiam Quæ & cauſa fuit cur optimus Ludovicus in tot tantiſque exercitiis diſcipulorum oratoriis non conquieſceret: ſed cathedram ſæpius ipſe conſcenderet: & quam diſcipulis commendabat quotidie eloquentiam, ejus vivum in ſeipſo exemplum oſtenderet.

In quo felicior doctis Græcorum Hermogene, felicior Latinorum Quintiliano viſus eſt: qui cum optimi aliis ad eloquentiam duces eſſent & magiſtri, eloquentes ipſi non fuere. Hic & dux & magiſter ad dicendum erat optimus: idemque omni laude cumulatus Orator.

Excludit Academica ſtudia. Porro inter ſapientiæ ſcholaſticæ Ludovici exempla neque minimum neque poſtremum putamus fuiſſe: quod ab Gymnaſio illo *Academicos* profeſſores omnes voluit excluſos. Sic enim ille ſecum: ſi pietatis veræ fundamenta in hoc ludo jecerint mei; ſi linguæ Latinæ & Græcæ notitiam ſibi, tum ex autorum optimorum interpretationibus, tum ex quotidiani ſtyli exercitationibus compararint: ſi Grammaticæ, ſi Dialecticæ, ſi Rhetoricæ uſum in poetarum & oratorum reſolutione, propriiſque compoſitionibus perſpexerint: nulla Phyſica, nulla Ethica, nulla Matheſis, Medicina, & Jurisprudentia

tia nulla, erit tam excelſa tam ardua: ad quam
rte aliis. non facili tramite tot ſublevati * curis con-
ſciplina olaſtica ovici. ſcendent. Cum autem perinde ut in erudi-
tione & dexteritate docentis, ſalus ſtudiorum
ita in diſciplina ſalus vitæ ac morum juventu-
tis incluſa ſit: fuit, ſi quiſquam aliis, Ludo-
vicus diſciplinæ ſcholaſticæ amantiſſimus:
quo auctore bonæ leges latæ, quo vindice
eædem fuerunt conſervatæ.

In quo ſi qui ſunt, qui eum ut nimis rigi-
dum ac ſeverum culpare non erubeſcent: ii
per mihi ſimiles eſſe ægrotis delicatioribus vi-
dentur, de medicamentorum amaritie con-
querentibus: facereque adeo non poſſunt:
quin eadem opera de ſua nequitia fateantur.

Suppetebant autem Ludovico, quæ qui-
rvi di- plinæ. dem ad diſciplinam cuſtodiendam pertinerent,
divina pariter & humana ſubſidia. Etenim
autoritate à Deo armatus erat tanta: ut ad ejus,
tanquam ad Æneæ Virgiliani conſpectum,
1. imo adventantis ſtrepitum, diſcipulorum om-
2. nium ora conticeſcerent. Jam *vita ipſa* ita
erat comparata: ut pietatis, modeſtiæ, tem-
perantiæ, gravitatis, & cujusuis virtutis
pulcerrimum in ea ſpecimen appareret & ex-
lycletus emplar. Atque ut *Polycletus* inſignis ſtatua-
rum opifex uno eodemque tempore, & li-
brum de artificio ſuo edidit, quo omnia, quæ
in fingenda hominis ſtatua, obſervari conve-
niret, maxima minima perſecutus eſt: & ſta-
tuam à ſe factam publice ſpectandam propo-
ſuit: in qua ea omnia diligentiſſime obſerva-
ta erant: ſic quæ Ludovicus bene vivendi aliis
tradebat præcepta, ad ea vitam ſuam optime
conformatam oſtendebat. Etſi autem no-
3. verat, qua apud omnium ordinum diſcipu-
los autoritate eſſet: non tamen idcirco, qui
multorum mos eſt, inferiorum claſſium præ-
ceptores contemnere: verum imperare omni-
bus & ſingulis ſcholaſticis: eodem *Cate-
chetam*, quo ſe haberent loco: ſecus qui
facerent; in eos non minus graviter ſe
animadverſurum, ac ſi in ſeipſum deliquiſ-
ſent. Quæ res mirum dictu, quantum ad
ſtabiliendam diſciplinam roboris attulerit:
cum diſcipuli in infimorum etiam præcepto-
rum perſona Rectorem venerarentur, & col-
legæ eundem, tanquam authoritatis ſuæ pro-
pugnatorem, ſtudioſe obſervarent. *Illud* et-
4. iam vinculum diſciplinæ minime fuit poſtre-
mum: quod lecti ex ſcholaſticis duo *Cenſo-
res:* qui vitam & mores cæterorum inſpice-
rent: & de petulantium levitate ad præto-
rem ac ſenatum referrent. Floreant enim in
ea ſchola bonæ leges, vigeat diſciplina neceſſe
eſt; in qua diſcipuli ipſi & legum & diſcipli-
næ fideles ſunt συνεργοί.

ores Lu- vici. Vita & moribus civilibus fuit ejusmodi:
ut nihil ambitioſum, nihil affectatum, nihil
remiſſum in eo appareret. Ab avaritia
& ſordibus quam longiſſime aberat. Vul-
tu, geſtu, veſtitu, erat eo, qui & gravem
& ſenem virum deceret. Curioſitatem, quæ
alienis negotiis ſe temere admiſcet, ex animo
odit, crebris ſermonibus Platonis illud uſur-
pans: ἥδιστόν ἐστιν, ἐν τῷ τὰ αὑτοῦ πράττειν: *Dul-
ciſſimum vitæ genus eſt, agere ſua.* Conviviis,
niſi litteratorum & intimorum amicorum,
raro ille intereſſe.

De abſentibus male loqui indigniſſimum
judicabat homine Chriſtiano. Erga parentes
ita ſe gerebat: nemini ut unquam juſtam de
ſe conquerendi cauſam dederit. Jam fortitu-
dine philoſophica (hac enim voce delectaba-
tur) erat tanta: ut in maximis ærumnis maxi-
mum animum præ ſe ferret. Vidit morien-
tem in complexu ſuo matrem chariſſimam:
vidit ſuaviſſimas duas uxores *Martham Rit-
terianam & Catharinam Goriciam*, in primo
amoris conjugalis flore exſpirare liberorum,
tum ex prioribus duobus, tum ex tertio ma-
trimonio cum *Anna* magni illius Ottomanni
filia, contracto, ſuſceptorum funera non
pauca extulit. Ut mala publica & pericula,
quæ illi in functione fuerunt plurima ſubeun-
da, omittamus. Sed ipſum neque calami-
tatis alicujus vis, neque periculi tempeſtas, à
conſtantis animi officio potuit dimovere.

Cæterum non ſolum bene vivendi, ve- *Poſtremus vitæ actus.*
rum etiam beate moriendi exemplum nobis
reliquit Ludovicus. Cum enim triennio an-
te obitum paralyſi tactus, facile intelligeret,
brevi ſe ex hac ſchola in cœleſtem avocatum
iri: cœpit ea agere, legere, meditari, quæ ad
εὐθανασίαν, & beatam ex hac vita migratio-
nem pertinere viderentur. *Martinus Mol- Martinus Mollerus.*
lerus, vir pius juxta ac doctus, libellum
meditationes mortis continentem paulo ante
ediderat.

Hunc quindecies partim perlegit ipſe, par-
tim à filiis ſuis prælegi ſibi curavit: ut ſe quo-
tidie ad lætum ex hac vita abitum prępara-
ret. Quamquam tota vita ejus omni pietatis
& virtutum laude cumulata, nihil aliud fuit,
quam pia ad ſanctam mortem præparatio.
Neque tamen vigente morbo ejus in uſitato
ſtudiorum curſu quicquam deſideravit ſchola:
ſed cum præſcriberet ille aliis, quod propo-
neretur, abſentem etiam præſentiſſimum
ſemper habuit, ſeque vel umbra adhuc ſpi-
rantis regi & coerceri paſſa eſt. Qua fuit e-
nim in Deum pietate, plus de ſcholæ, quam
de ſua ſalute fuit ſolicitus, nec prius curam
ſtudiorum puerilium abjecit, quam animam
è tremulo corpore emiſit, quod decimo quin-
to Aprilis, hora poſt meridiem quartâ anno
milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo quar-
to, factum: qua eadem die Veneris poſt
Paſcha ante triginta quatuor annos Melanch-
thon Wittembergæ exſpiravit. Auguſtam
Gorlicenſium ſcholam magna cum dexteri-
tatis, fidei & felicitatis laude docuit ac gu-
bernavit Ludovicus annos triginta. *Ex ora-
tione parentali, Görlicii ab Abrahamo Scul-
teto recitata.*

GERARDUS MERCATOR.

Ω. 1594. die 2. Decembr. æt. 83. m. 8. d. 27.

Gerardus Mercator naſcitur anno 1512
5. Martii ſub auroram hora ſexta, pa-
rentibus Juliacenſibus, *Huberto Mercatore
& Emerentia* ejuſdem uxore, Rumpelmundæ

 in

in finibus comitatus Flandriæ, apud illius patruum *Gilbertum Mercatorem*, ejusdem oppidi paſtorem vigilantiſſ. commorantibus. Cumque pueritiam egreſſus eſſet, prima rudimenta Latinæ linguæ utcumque didicit; inde miſſus à prædicto ſuo patruo Buſcoducum, ut ibidem in domo fratrum Grammaticæ ſtudium abſolveret, & initia Dialecticæ addiſceret, ſub *Georgio Macropedio*, ubi ſumptibus & impenſis ſuperioris paſtoris annis circiter tribus cum dimidio ſtudiis vacavit.

Georg. Macropedius.

Mercator Lovanii magiſterii gradum adeptus.

Hinc ablegatus eſt ab eodem ad celeberrimam Academiam Lovanienſem, ibique in collegio Porcii in convinctu cõſtitutus artibus humanioribus tantiſper operam accommodavit, donec Magiſterii gradum adeptus eſſet. Poſt promotionem annis aliquot cum ſingulari delectatione in ſtudiis philoſophicis ſe exercuit privatim: poſt ut vitæ ſuſtentandæ rectius conſuleret ad Matheſin animum adjecit. Anno deinde ætat. 24. uxorem duxit civem Lovanienſem *Barbaram Schelleken*; ex qua tres filios & tres filias ſuſcepit. Mox cepit ad ſculpendas tabulas animum applicare, exorſus Lovanii à deſcriptione terræ ſanctæ, quæ anno deinde Chriſti milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo in publicum prodiit. Præceptorem in hiſce diſciplinis neminem habuit; ſed ſolummodo privata inſtructione *Gemmæ Friſii*, eximii Mathematici Flandriæ deſcriptionem aggreſſus, brevi abſolvit.

Ad Matheſin animum applicat.

Conjugium Mercatoris.

Deſcriptio terræ ſanctæ.

G. Friſius.

Opera Mercatoris Mathematica.

Globus terreſt.

Conficit Imperat. Carolo inſtrumenta Mathem.

Abſoluta Flandria, libellum de literarum Latinarum, quas Italicas curſoriasque vocant, ſcribendarum ratione evulgavit: mox *globi terreſtris* ſculpturam abſolvit. Unde in notitiam Imperatoris feliciſſimæ recordationis Caroli V. venit: illiusque Majeſtati quamplurima inſtrumenta Mathematica artificioſiſſime paravit: quæ in bello Saxonico non procul ab Ingolſtadio in Ducatu Bavariæ, in horreo quodam (ut illi Imperator poſt reditum ex Germania Bruxellis retulerat) igne ab hoſtibus clam ſuccenſo, liquefacta, conſumpta fuerant. Quapropter juſſit ſibi per Mercatorem confici nova.

Globus cœleſt.

Poſt decennium alterum *globum*, quo cœli, planetarum, ac cœleſtium ſignorum conſtitutionem complexus eſt, in publicum dedit: item libellum de uſu globi: alium de uſu annuli aſtronomici. Poſtmodum Lovanio Duysburgum cum familia commigravit: cumque ſedem in ejus vicinia fixiſſet, Imperatoris juſſu duos exiguos globulos, unum ex puriſſimo cryſtallo, alterum ex ligno confecit; cœleſtem unum, alterum terreſtrem, magnitudine globi, quo pueri in circulo ludunt. Fecit deinde *Europæ deſcriptionem*; quod opus paſſim à doctiſſimis quibusque viris effertur.

Lovanio Duisburgum migrat.

Europæ deſcriptio.

Tabulæ Britannica.

Ducat. Lotharingiæ.

Poſt *Britannicas inſulas* in tabulis propoſuit; item *Ducatum Lotharingiæ*. Chronologiam, novam univerſi orbis deſcriptionem in ampliſſima forma, inventione nova ſphæram in plano extendendo; quæ ſic quadraturæ circuli reſpondet, ut nihil deeſſe videatur; præterquam quod demonſtratione careat: nullius alterius in tam vaſto opere uſus eſt ſubſidio. Hoc abſoluto opere animum adjecit ad repurgandas Cl. Ptolemæi tabulas, veteremque Geographiam ad mentem autoris tanta diligentia reſtituit; ut hoc nomine eximiam commendationem promeruerit.

Ptolomæi tabulas corrigit.

Adhæc tametſi ante Abrahamum Ortelium ideas quasdam mente concepiſſet, de edendis aliis tabulis generalibus ac particularibus totius mundi: diſtulit tamen inchoatum laborem, donec Ortelius ſua exemplaria diſtraxiſſet. Auxit deinde Chronologiam ſuam, & ſcripſit libellum de arte Geographica.

Quod ſi illi Deus vitam elongaſſet; decreverat quoque partes occidentales Hiſpaniam videlicet cum Portugallia in minores tabulas redigere. Atque hæc in Geographicis Mathematicisque diſciplinis præſtitit. In Theologia conſcripſerat *Harmoniam Evangelicam*; qui labor à magnis viris avide deſideratus fuit. Conſcripſit præterea *commentaria in epiſtolam ad Romanos*; *in Ezechielis aliquot capita*; *in Apocalypſin.* Chronologiam ejus *Onuphrius Panuinus* Veronenſis Italus, antiquitum indagator & excultor præclariſſimus, ita extulit: ut Mercatorem omnibus aliis multis nominibus prætulerit. Fecit Atlantem, ſive Coſmographicæ ſpeculationis libros quinque; quorum argumenta qui exactius inſpicere volet, legat Glymnium, qui copioſe vitam ejus deſcripſit.

Scripta Theologica Mercatoris.

Onuphr. Panuini de Chronologia Mercatoris judicium.

Gualter. Glymnius vitam Mercatoris copioſe deſcripſit.

Fuit homo ſedatiſſimi ingenii, ſingulari animi candore & ſinceritate, pacis & tranquillitatis publicæ & privatæ amantiſſimus. Uxorem habuit moribus caſtiſſimis ornatam, quæ anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto ex hac vita migravit. Filios ſuos à primis annis Joanni Othoni, deinde genero ſuo Molano, in liberalib. artibus inſtituendos commiſit: majorem natu Arnoldum ſtatim in Mathematicis inſtituit; ejus defuncti operas exceperunt fratres Joannes & Gerhardus feliciſſimo ſucceſſu. Rumuldus vero natu inter fratres minimus, & ipſe Geographiæ ſtudium coluit; patrisque ſui univerſales orbis terræ & Europæ deſcriptiones in compendia redegit; ac totius Germaniæ delineationem in magna forma edidit. Fuit præterea Gerhardus Mercator temporis parciſſimus, ocio ne tantillum temporis indulgens. Cibi item potusque tametſi eſſet parciſſimus: culinam tamen habuit luculentam, rebusque neceſſariis bene inſtructam, valetudinis conſervandæ gratia.

Mercatoris mores.

Uxor.

Filiorum educatio.

Vita privata Mercatoris.

Valetudo ejus & mors.

In pauperes tenuiorisque fortunæ homines beneficus ſemper fuit, hoſpitalitatisque cultor & conſervator, quoad viveret: in conviviis ſolennibus & privatis facetus & hilaris, aliorum moribus facile ſe accomodans, quantum corpuſculi conſtitutio ac pietatis ratio ferebat: in familiari conſervatione facilis & jucundus: in diſputationibus acutus & exercitatus: in laboribus indefatigab.lis: corpore ſic ſatis bene conſtituto, bonaque valetudine,

letudine, præterquam quod in ſenili ætate podagra aliquando laboraret.

Valetudo ejus & mors.

Anno demum Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo, die quinto Maji paralyſi ſiniſtri lateris correptus eſt, diuturniſque doloribus confectus triennio poſt, poſtrid. Kalend. Decembris: ubi vixiſſet annos octoginta duos, hebdomadas triginta ſeptem, horas ſex; & vidiſſet pronepotes, in Domino obdormivit placidiſſime. *In Iconum virorum præſt. quarta parte.*

Ω. 1595. die 26. April. vet. æt 70.

MICHAEL NEANDER.

Soravia unde dicta.

ORtum huic dedit Sileſiæ inferioris oppidum *Soravia*, à Sorabis, gente Sarmatica, quæ olim latiſſime per terras Europæ Septentrionales ſe diffudit, & regna urbesque condidit, denominata. Natalis Neandri incidit in annum ab Immanuele exhibito, viceſimum quintum ſupra ſeſquimilleſimum. In ſchola patria prima jecit fundamenta, uſus præceptore, viro docto & tunc paſſim celebri, M. *Heinrico Theodoro Hilperhauſenſi Franco*; Superintendente poſtea Eccleſiarum in Ducatu Lignicenſi.

H. Theodor. præceptor Neandri.

Exinde ad publicas ſcholas progreſſus, quas Academias vocamus Wittembergenſem in primis coluit, tunc temporis celeberrimam omnium; ibique in omnium doctrinarum genere viros præclaros diligenter audivit, poſtea ſchola *Northuſæ*, urbe Imperii, laudabiliter conſtituta, anno, ſupra mille quingentos, quadrageſimonono, partes quasdã operarum ſcholaſticarum & ipſe ſuſtinuit: atque à conſulibus & ſenatoribus reip. illius amice ac humaniter eſt habitus. Cum autem ante id tempus *Thomas Stangius* Ilfeldæ ultimus Abbas, puritatem Evangelii amplexus, & literarum amans, autoribus Luthero ac Melanchthone, cœnobium illud in gymnaſium, vel τῆς θεογνωσίας παιδευτήριον καὶ ψυχῶν διδασκαλεῖον λογικῶν convertiſſet; ubi alerentur adoleſcentes, jam elementa docti, & veræ de Chriſto doctrinæ, trium linguarum, artiumque Eccleſiæ ac reipublicæ neceſſariarum latices limpidisſimos imbiberent: Neandrum ei collegio præeſſe voluit, virum in utraque lingua præclare eruditum.

Neander ſcholæ Northuſanæ præficitur.

Tho. Stang. fundator ſcholæ Ilfeldenſis.

Et Neand. rector datus.

In hac igitur ſchola ad Hercyniam ſylvam ſita, multis annis artes linguasque feliciſſime docuit: ſcopumque ſibi habuit propoſitum unicum, homo ad juvandas literas natus hunc ut & Θεῷ κεχαρισμένα diceret, & πᾶσι loqueretur χρήσιμα, quod de alio Theocritus. Uſi ſunt ejus opera & inſtitutione multi multorum ſummorum, mediocrium, & infimorum in Germania, & extra eam, liberi; nec ſine luculento ſtudiorum ſuorum fructu. Itaque non minore laude & prædicatione dignum arbitror iſtum in tractu Hercynio literarium ludum: quam olim in poetarum carminibus fons ille Muſarum in Helicone fuit dilaudatus. Inde enim latices doctrinæ cæleſtis, & literarum in totam viciniam, nec viciniam modo, ſed etiam provincias ac regna longinqua perenni ſcaturigine exundarũt atque hortulos Eccleſiæ ac Reipublicæ aquis ſuis ſalutaribus ſuaviter irrigarunt.

Ilfeldenſis ſchola fons Muſarum

Pie vitam in eodem Ilfeldenſi ſeminario clauſit, anno *nonageſimo quinto* ſupra ſeſquimilleſimum, cum de Chriſtiana juventute annos *quadraginta quinque* amplius optime eſſet meritus, rector ejusdem ſcholæ feliciſſimus, die *vigeſima ſexta* Aprilis Juliani, ætatis anno *ſeptuageſimo*.

Obitus Neandri.

Scripſit & edidit multa: ut, præter præceptiones artium organicarum, aureum opus ut appellat, complectens *Pythagoræ*, *Phocylidis*, *Theognidis*, & aliorum poemata. Item alteram ejuſdem operis partem, in qua *Nili* epiſcopi & martyris *paræneſes*, Latine ab ipſo redditæ ac ſcholiis illuſtratæ; *Coluthi* itidem *Lycopolitæ Thebæ*, *Helenæ raptus*, Græce & Latine: *Tryphiodori* poetæ Ægyptii *de Trojæ excidio* poema, Latine converſum: *Cointi Smyrnæi* paralipomena Homerica, *de Ilii excidio*, *& reditu Græcorum*, capta Troja. Præterea *Pindarum*, *Theocritum*, *Apollonium Rhodium*, *Lycophronem*, & alios habuit à ſe converſos, argumentis illuſtratos, & commentariis exornatos: in varios etiam Græcos auctores obſervationes eruditas, annotationes, indicesque plenos eruditionis, quos latere cum aliis alicubi arbitramur. *Ex ſcriptis Neandri, & Joannis Vollandi Greuſſenatis Ilfelda.*

Scripta ejusdem.

Ἀνέκδοτα ejusdem.

HENRICUS PANTALEON.

Ω. 1595. d. 3. Mart. ætat. 73.

HEnricus Pantaleon Baſileæ decimotertio Junii, anno viceſimo ſecundo, ſupra mille quingentos, in lucem eſt editus, genere honeſto. Cumque ſub id tempus doctrina & ſacrorum ritus paſſim mutarentur, paterque, cui *Chriſtiano* nomen, unice illud doctrinæ genus expeteret: bonis literis filium à teneris imbuendum curavit: ita ut & fari & legere ſimul fere ceperit.

Pueritiæ informatio.

Poſtea anno vigeſimo nono, cum, Baſileæ mutata religione, *Joannes Sphyractes* ſcholæ Petrinæ præficeretur: ſub eo præceptore Latinæ Græcæque Grammatices rudimenta didicit. Hoc deinde in Galliam, majorum ſtudiorum cauſa, profecto, *Antonium Wildium* in eadem ſchola ſucceſſorem, ipſos ſex annos audivit, tantosque fecit progreſſus, ut condiſcipulis eos autores, quos tum magiſter interpretabatur, *Virgilium*, *Q. Curtium*, & *Terentium* dico, vernacula lingua ante redderet, quam proponendo exponerentur. Itaque præceptor felicitatem ingenii & induſtriam miratus, charum eum habuit: patrique autor fuit, ut filium à literarum curſu abripi ne pateretur. Eadem diligentiæ & modeſtiæ laude cum *Rudolpho Freyo*, Senatorii ordinis viro, innotuiſſet: domum ſuam is Pantaleonem recepit, necdum ex ephebis

Joan. Sphyractes.

Anton. VVild.

Rudolph. Frey.

bis egreſſum: ut eſſet qui filium in ludum duceret, & domi primis literarum elementis informaret.

J. Bebelius

Erat autem tum *Joannes Bebelius* Typographus Freyi illius vicinus. Is, adoleſcentuli ingenio & indole perſpecta, Freyo perſuaſit, ut typographicis eum operis addiceret: in *Michaelis Iſingrinii* generi ſui officina lectoris partes obiturum. Inde enim fore, ut honeſtam vitæ conditionem adipiſceretur; alias etiam optima quæque pollicitus. Conſenſerunt tum Rodolphus atque adoleſcentis parens: ſperantes, ipſum hac ratione brevi varias artes & diſciplinas percepturum: verum res longe aliter cecidit. Nam pro anagnoſtæ, typothetæ ipſe eſt officium obire juſſus; ut variis typographicis laboribus animus ejus diſtraheretur: & non modo nihil eruditionis inde acquireret: verum etiam, rudimentorum prius perceptorum fere obliviſceretur.

Pantaleon typographiæ addicitur.

Abit Friburgum.

Itaque ſex menſibus elapſis typographiam reliquit: & amicorum conſilio anno trigeſimo ſeptimo *Friburgum* Briſgaudiæ abiit. Eo in oppido annum ſcholam trivialem frequentavit; & in literis ita profecit; ut *Joanne Pedio* præceptore, ad ſupremæ claſſis ſubſellia aſcenderit. Hoc cum Freyus ille, patronus ejus, intellexiſſet: Baſileam revocavit, & ut locum inter Academiæ ſtudioſos haberet, ſtatim effecit. Pantaleon itaque Baſileam reverſus anno duodequadrageſimo D. *Hieron. Artolpho* Rheto, Academiæ Rectori, nomen dedit, ac publicas collegii lectiones audire cepit.

Baſileæ dat nomen Rectori.

Habebat ea in Academia inter alios tunc præceptorem & Mæcenatem *Simonem Grynæum*; qui ipſum ob ingenii promtitudinem mirum in modum diligebat: atque ut currentem incitaret elegantibus ſubinde libris donabat. Commilitonibus ibi eſt uſus potiſſimum *Matthia Flacio Illyrico*, & *Michaele Bariſio*. Cum ſeſquiannum conſtanti diligentia in artium & linguarum ſtudio exegeſſit: ſupervenere literæ avunculi *Melchioris Kriesſtein* Baſilienſis, tum civis & Typographi Auguſtani: quibus à patre Pantaleonis mirifice contendebat: ut filium, ad literas natum, ad ſe Auguſtam transmitteret. Se enim effecturum, ut hinc inde ad Germaniæ Academias mitteretur; nihilque ſubſidiorum, ad ſtudia neceſſariorum, deſideraret. Parentis ergo & amicorum hortatu Pantaleon, ætatis anno decimo ſeptimo, Chriſti undequadrageſimo, circa vindemiam, patria relicta, Auguſtam pervenit. Tum vero avunculus ille ſummopere ei ſuadere cepit; ut literarum ſtudio relicto; typographicis ſeſe dederet totum; idque ſpe, aliquando ipſi jam ſeni in officina ſuccedendi. Verum Pantaleon abnuere: operum typographicorum pertæſus, nil niſi literas ſpirare, in literis pergere velle: quo propoſito avunculum haud mediocriter offendit. Ibi tum Pantaleon fluctuans, à *Xyſto Betuleio* ludi Auguſtani moderatore celebri conſilium petiit. Is enim ante aliquos annos & Baſileæ ludimagiſtrum egerat: atque Pantaleonis patrem familiariter norat. Betulejus, ubi animum adoleſcentis perſpexit, ut in ſtudiorum curriculo ſtrenue pergeret, hortatus eſt; non defutura media quibus metam optatam contingat: Menſem deliberabundus & animi dubius Auguſtæ ubi hæſiſſet: ecce tibi D. *Cæſar Delphinus*, natione Italus, profeſſione medicus, homo pius & doctus, Betuleium de adoleſcente aliquo commonſtrando compellat; qui Ingolſtadium ad Academiam ſequeretur. Cum enim ille ob certam cauſam eo tempore Italiam reliquiſſet, atque Germanicam linguam ignoraret: peritum aliquem adoleſcentem quærebat; quo interprete uteretur.

Auguſtam ab avunculo vocatur.

A ſtudiis avocatur.

Petit conſilium à Betuleio.

Cæſar Delphinus.

Huic itaque Betuleius Pantaleonem commendat: atque fidem ſuam pro eodem obligat. Pantaleon, DEI benignitate & Betuleii promotione, talem herum & præceptorem nactus, equo cum ipſo Ingolſtadium proficiſcitur, ibique interpretem Itali medici egit, quædam etiam experimenta diſcit, & in omni genere literarum feliciter pergit. Cum autem per hyemem Ingolſtadii manſiſſet; atque Cæſar *Ferdinandus* media æſtate, anno quadrageſimo Haganoa ex comitiis Viennam rediret: medicus ille, & cum eo ipſe Cæſarem ſecuti Viennã profecti, & ſub autumnũ Ingolſtadium ſunt reverſi. Poſtea medicus ille Italiã repetiturus, Pantaleonem hortatur; ut ſeſe ad aliam Germaniæ Academiam conferat. Nam peſte graſſante Ingolſtadiana ſchola deffluxerat; & pars profeſſorum ſeſe in oppidum Rhain receperat: pars alio. Idem ut officia Pantaleonis ſibi grata fuiſſe declararet: ipſum ea pecunia donavit: unde annum ipſum in celebri aliquo Gymnaſio vivere poſſet. Vale itaque Medico dicto Pantaleon per Noribergam & Franconiam Haidelbergam venit: atque D. *Lucæ Schroteiſen*, Rubeaquenſis patrocinio in collegium *Dionyſianorum*, ut tum vocabant, receptus eſt. Occaſione ea oblata diligentem artibus & poeticæ operam navavit: atque ſequenti anno quadrageſimo primo, ætatis decimo nono prima laurea publice eſt ornatus, promotore M. *Joanne Geiſelbachio*. Biennio Haidelbergæ exacto, cum ad magiſterii gradum prenſandum ſeſe pararet: *Conradus Lycoſthenes* Rubeaquenſis commilito ejus certorum negotiorum cauſa Baſileam excurrit. Ibi cum forte mentio Pantaleonis incidiſſet: Lycoſthenes ejus ſtudia & progreſſus ordine expoſuit; & qui erat ejus erga ipſum amor, Magiſtratui & Scholarchis ac Deputatis, quos vocant, de meliore commendavit. Et Lycoſthenes quidem tum ſuam operam Baſilienſi Academiæ condixit. Hac ratione factum eſt, ut Pantaleon Deputatorum literis revocatus; quantumvis Haidelbergæ atque etiam Wormatiæ honeſtæ conditiones offerrentur; una cum Lycoſthene Haidelbergam reverſo, Baſileam redierit: cum trienniũ exteris in Academiis egiſſet.

Cum quo Ingolſtadium abit Pantaleon.

Item Viennam.

Venit Haidelbergam. Collegium Dyonyſianorum.

Joan. Geiſelbach.

Baſileam vocatur.

In patriam reverſus Deputatorum juſſu, in collegio apud M. *Huldricum Hugobaldum*

Mut-

Mutium, Dialectices profeſſorem vixit, atque *Hieronymum* Gemuſæum in Phyſicis, & *Vitum Ardyſæum* in Mathematicis præceptores habuit. Erant tum ejus in ſtudiis commilitones, *Thomas Eraſtus*, *Johannes Acronius* Phryſius, & *Huldericus Coccius*. Ut autem & ipſe priora ſtudia recoleret, atque ingenii vires periclitaretur: iis diebus, quibus reliqui profeſſores à lectionibus vacabant, Jovis nimirum & Sabbathi, Perſii ſatyras publice, auditorio applaudenti, explicuit. Itaque die vigeſima quinta Aprilis, Anni quadrageſimi quarti, artium Magiſter ſolenniter renunciatus, ætatis viceſimo ſecundo, mox etiam in Facultatis artium conſilium eſt receptus.

Perſium explicat.

Illo autem anno Academia Baſilienſis de certis claſſibus conſtituendis laborabat; ut juventus ſtudioſa intra certos lectionum limites contineretur, & per gradus paulatim ad altiora adſcenderet. Iis conſtitutis Pantaleon inter primos claſſium profeſſores die decima ſeptima Decembris deſignatur: eique Juſtini hiſtorici, & Grammatices explicatio ordinaria in collegio demandatur. Functione itaque publica ſuſcepta, de matrimonio ſibi cogitandum putavit. Proinde ex honeſta Kæſinorum familia *Cleophe* uxore ducta, die viceſimo ſecundo Januarii, ſequentis anni, nuptias celebravit, ætatis viceſimo tertio: ex qua pulchra prole non ſemel parens poſtea eſt factus: & affinitatis vinculo ſibi *Theodorum Brand*, Reipublicæ Baſilienſis conſulem adjunxit, ſingularemque ſemper patronum eſt expertus. Inde ad ſublimiorum ſcientiarum gradus adſpirans, Medicinæ cum Theologiæ ſtudium conjunxit: in illo D. *Albano Thorino* & *Sebaſt. Sincklero*: in hoc *Wolffgango Wiſſenburgio*, *Martino Barrhao*, & *Sebaſtiano Münſtero* præceptoribus uſus.

...it claſſium præceptor. *...ucit uxorem.* *...heodorus Brand.*

Cum autem de amicorum conſilio Theologicis potiſſimum incumberet, Eccleſiæ Petrinæ Diaconatus ei fuit commiſſus: quem annos ſeptem ſuſtinuit. Et quoniam ejus officii negotia pauciora erant, quam ut totum hominem occuparent: præter ea ſubinde lectionem aliquam in Academia, Superiorum juſſu, publice habuit: atque ita Grammatices, Dialectices, & Rhetorices præcepta per vices juventuti tradidit. Hinc die quarto Maji, anno quadrageſimo ſeptimo, ætatis vigeſimo quinto, Decanus Philoſophici ordinis electus fuit: qui ordo cum varias leges haberet, temporibus & claſſibus nuper ordinatis, minus convenientes; profeſſores artium eas ex antiquis renovarunt, atque ad præſentia tempora accommodarunt: quas Pantaleon primus prælegit, & in uſum ſcholæ produxit. Sub ejus etiam decanatu demum, poſt religionem mutatam, denarius conſiliariorum numerus eſt impletus, viris clariſſimis D. *Cælio Secundo Curione*, *Joanne Acronio Phryſio* & *Thoma Grynæo*, eum in ordinem cooptatis. Sed cum natura Pantaleon laborum eſſet & patiens & appetens; non ſolum in ſchola & templo docebat: Sed privatim quoque Eccleſiæ patribus evolvendis tempus ſucceſſivum tranſmittebat: atque Frobenianis in D. *Hieronymi*, *Baſilii*, *Hilarii*, & aliorum opera indices copioſos confecit. Quæ res occaſionem ei præbuit, celebrium aliquot noſtri ævi virorum *Eraſmi*, *Oecolampadii*, *Grynæi*, *Caroloſtadii*, & aliorum, vita apud Baſilienſes functorum, epicedia conſcribendi, atque comœdiam Philargyri, de Zachæo publicanorum principe, novam componendi: quæ anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto evulgavit. Præterea *Chronographiam Eccleſiæ* magna diligentia collegit; quæ primo anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo, & poſtea multoties diverſa formâ edita, & cum applauſu Doctorum fuit excepta. Præterea aliquot libellos *Vergerii* editos, in vernaculam convertit ejus juſſu, ut à Germanis quoque Latinæ linguæ ignaris, legi poſſent.

...iaconatus committitur. *...mul in ...cademia ...et. Decan...* *Conficit Indices in Patres.* *Edit epicedia.* *Et comœdias.*

Cumque animus eruditus ſemper aliquid ex ſe promat, quod alios delectet: Pantaleon iis horis, quibus reliqui vacabant Profeſſores; in collegio per biennium, de Superiorum voluntate, Theologica explicuit; partem *Exodi*, *Jonam* Prophetam, *Marcum* Evangeliſtam, & *Pauli ad Titum* epiſtolam; quos & commentariis illuſtravit. Habuit & diſputationes Theologicas, quibus ea, quæ prælegerat, confirmavit. Quam ob induſtriam die ſecundo Junii anno quinquageſimo ſecundo in S. Theologiæ Licentiatum Baſileæ ſolenni frequentia eſt promotus.

Extraordinarie Theologica docet.

Verum cum multis bonis ac doctis viris ad conciones publicas ob linguæ volubilitatem & vocis præcipitantiam minus idoneus videretur: animum ad medicinæ, cui & ante operam dederat, ſtudium convertit; idque cum Theologicis conjunxit: ut & animis docendo inſerviret, & corporibus medendo prodeſſet. Et quia qui alios docet, ſeipſum docet, per integrum annum domi ſuæ diſcipulos, eosque adultos in re medica inſtituit, eaque ratione ſcientiæ illius præcepta ſibi in memoriam revocavit, & familiaria reddidit. Ita ad medicorum ſtudia ſe præparantem ex intempeſtivis ſtudiis colici & nephretici dolores invadunt. Quare amicorum conſilio menſe Julio anno quinquageſimo tertio in Galliam profectus, Valentiam ſe contulit, ibique die vigeſimo primo Septembris publica cum ſolennitate, Medicinæ Doctor ætatis trigeſimo primo anno, renunciatus fuit. Poſtea ulterius progreſſus per Avenionem, Montempeſſulanum ad mare usque mediterraneum & Pyrenæos montes penetravit: ubi ignotas Germaniæ ſtirpes, varia animalia, & multa obſervatu digna contemplatus eſt. Inde menſe Novembri, DEO duce, magna cum ſuorum gratulatione in patriam rediit; & medicinam Baſileæ ac in finitimis locis, exercere, totumq; Academiæ rationibus ſe accommodare cepit.

Dat operam Medicinæ. *Renunciatur medicinæ Doct.*

Itaque anno quinquageſimo ſexto iterum à Scholæ præſidibus dialectices profeſſor, & mox à conſiliariis Facultatis artiū decanus declaratur. Paulo poſt lectio phyſices ſuo profeſſore D. *Marco Hoppero*, qui juris profeſſioné

Dialectica & Phyſica profeſſio ei demandatur. nactus erat, deſtituta fuit. Eam Academia, multis magni nominis medicis competitoribus anno quinquageſimo ſeptimo, Pantaleoni commendavit: quod & Senatus Baſilienſis ſuo calculo approbavit. Ea in profeſſione Ariſtotelis de rebus naturalibus libros diligenter explicavit. Et cum eodem tempore plures novi medici Baſileæ eſſent, ex magiſtratus voluntate ſingulis in re medica diſputatio injuncta fuit, eo conſilio; ut probati tantum ad medicinam faciendam admitterentur. Hic cum Pantaleon diſputando ſpecimen depoſuiſſet egregium: inter medicos honeſtum locum adeptus eſt. Sequenti etiam anno medicorum decanus, poſt D. *Oſvvaldus Berus.* *Oſvvaldum Berum*, qui viginti circiter annos in ea medicorum paucitate ob ſenii prærogativam id officii adminiſtrarat, electus. Hic Pantaleon veteres facultatis medicæ leges in uſum revocavit, matriculam, ut vocant, ejus ordinis novam collegit; atque ærarium cum libro rationum confecit; & monumenta facultatis, in arca, ad id parata, adſervavit; ut poſt ſingulis annis novo decano traderentur.

Varia itaque fortuna uſus, & à variis ad honeſtas functiones liberali ſtipendio invitatus, in patria tamen manere maluit, atque præter Theologorum & medicorum ſcripta, varias quoque hiſtorias evolvit: ac ſuis lucubrationibus Germaniam exornare ſtuduit. *Scripta.* Petentibus enim amicis *Sleidani hiſtoriam* de ſtatu religionis & Reipubl. Carolo V. Imperatore, primus in vernaculam tranſtulit, ac anno quinquageſimo ſexto publicavit. Eandem etiam poſtea *tribus libris* Latine atque Germanice ſcriptis, continuavit. *Hieronymi* etiam *Cardani* opus phyſicum, quod de rerum varietate inſcribitur, ex Latina in Germanicam linguam traduxit: atque ex ejuſdem *Cardani* opere *de rerum ſubtilitate*, optima quæque compendioſe excerpens priori operi adjecit. Poſtea illud inſigne hiſtoricum *Pauli Jovii opus* transferre cepit, atque anno undeſexageſimo tribus tomis edidit. Quin etiam ſequenti tempore alios Jovii libellos ut *de Imperatoribus Turcicis & Moſcouitis* tranſtulit. *Hiſtoriam* præterea *Martini Cromeri Polonicam* vertit: atque ea edita Moſcovitarum quoque acta *Sigiſmundo L. Barone ab Heberſtein* auctore Germanice exhibuit. Cumque ejus lucubrationes aliis innoteſcerent: fuerunt præclari apud exteros viri, qui *I. Naucleri magnam hiſtoriam* à condito mundo ad patrum memoriam continuatam ſuis ſumtibus ei vertendam obtulerunt. Nec tantum aliorum lucubrationes vertit: verum & ipſe plurima commentatus eſt, & in literas retulit. Nam præter *Chronographiam*; & poetica quædam, quorum ante facta mentio, amicorum hortatu etiam *martyrum Galliæ, Germaniæ, & Italiæ acta* grandi conſcripſit volumine: & poſt pacem in Gallia factam anno ſexageſimo tertio edidit. Cum enim *Joannes Foxus* Anglus ante quatuor annos Angliæ martyres annotaſſet: dignum multis viſum eſt; ut & ſecunda pars, quæ noſtræ regionis martyres complecteretur, ab aliquo fideliter conſignaretur.

Poſtea clarum illud & multis expetitum volumen *de viris Germaniæ illuſtribus* meditari cepit ediditque perlectis non ſolum variis hiſtoriis, ſed & à principibus, quibus ob lucubrationes dedicatas jam gratus erat, & à viris doctis, quibus innotuerat, literis adjutus. Interea cum Baſileæ peſtis gliſceret; Medicorum varios tractatus de peſte evolvens, *libellum de peſte*, anno ſexageſimo quinto conſcripſit, ac evulgavit: ipſeque cum familia, DEO clementer protegente illæſus permanſit. Utque eo certius tertiam illius Hiſtoriæ partem conſcriberet, peregrinationem anno ſexageſimo quinto ſuſcepit, publico Baſilienſium equite comitatus per Helvetiam, Sueviam, Bavariam, Pannoniam ſuperiorem, Noricum, Franconiam, Haſſiam, Palatinatum, & Rhenenſem tractum ſuſcepit, ubique & principibus & magiſtratibus urbium hoſpes gratus. *Hiſtoriæ cauſa peregrinatur.* Ibi quæ à fide dignis accepit; in ſcripta retulit, totumque opus anno ſexageſimo ſexto abſolvit; & titulo *Proſopographiæ* evulgavit. Conſcripſit & *militaris ordinis Joannitarum, Rhodiorum aut Melitenſium equitum, rerum memorabilium terra marique à ſexcentis fere annis pro Republica Chriſtiana, in Aſia, Africa, & Europa contra Barbaros, Saracenos, Arabas & Turcas fortiter geſtarum, usque ad annum octogeſimum primum hiſtoriam, libris duodecim comprehenſam.* Erat laboris tolerans, & ſingulis diebus per complures annos horas matutinas quinque continuas vertendo, aut aliquid commentando conſumſit. *Mores.* Natura hilaris: omnibus affabilis: atque aliorum laborum ſingularis æſtimator: ut qui prodeſſe omnibus, nocere nulli, ſemper voluerit. Inde & principibus & proceribus Germaniæ gratus, qui ſemper dedicatas ſibi ab eo lucubrationes munifice remunerati; utque gnaviter pergeret, hortati eum ſunt. *Honores & præmia.* Ab ipſo Auguſto Cæſare *Maximiliano* II. Poetæ laureati & Comitis Palatini dignitate eſt ornatus, cui tertiã Proſopographiæ partem dedicavit. Tandem cum quadraginta annos in Academia Baſilienſi docuiſſet, rebus humanis eximitur *Obitus.* die tertio Martii, anno nonageſimo quinto, ætatis ſeptuageſimo tertio. *Ex lib. 3. Proſopogr. Pantaleonis.*

HARTVICUS SMIDENSTET.

Lunæburga, Saxonum urbe admodum nobili natus hic anno Chriſti trigeſimo nono ſupra mille quingentos menſe Aprili. A primis ſtatim annis ad Muſarum ſacraria à parentibus honeſtis & ſpectatis ejusdem Reipubl. civibus, adductus fuit; uſus ibi præceptoribus fideliſſimis juxta & doctiſſimis, *Joanne Bathelio* Coſfeldenſi Weſtphalo, Rectore, & *Luca Loſſio* Vachenſi Heſſo, conrectore, pietatis literarumque fundamenta jecit fideliter in ſchola patria. Hinc anno ætatis duo-

☉ 1595. d. 31. Julii ætat. 56.

Io. Bathel. & Lucas Loſſius.

Præceptores Smidenſteti. *Roſtochium abit.* duodecimo proficiſcitur *Roſtochium*, de conſilio & juſſu patruelis ſui *Henrici Smidenſteti*, Doctoris & profeſſoris Theologi, in Univerſitate Roſtochiana.

Henricus Smidenſtet. Hoc ſtudiorum duce Hartuicus Philoſophiæ adyta penetrans, Latinæ pariter Græcæque linguæ, artiumque omnium exactam ſibi cognitionem comparat, præcipue Eloquentiæ ſtudio deditus, & *Arnoldi Bureni*, *Arnoldus Burenus.* oratoriæ ibidem profeſſoris prælectiones ſtudioſe auſcultans. Quo in ſtudio jam mediocriter confirmatus ad almam illam *VVittembergam ſe confert.* Wittembergam Saxonum ſe confert, ibique nullis laboribus, nullis vigiliis parcens ſolertiſſimum in ea Academia Eloquentiæ artificem *Petrum Vincentium* Uratislavienſem frequens audit, ejusque veſtigiis inſiſtens & ipſe in graviſſimum oratorem brevi evadit. Agens itaque annum viceſimum quartum, Magiſterii laurea ſub Decano *Hieronymo Oſio* poeta laureato docoratur, primumque locum in admodum numeroſo candidatorum cœtu obtinet. *Teſtimonio ibi eruditionis ornatur.* Facta eſt ea promotio anno ſexageſimo tertio.

Docet oratoriam privatim. Exinde privatim oratoriam Wittembergæ profiteri aggreſſus tanta cum laude & applauſu docuit, ut nominis ejus celebratio ſtatim per aulas Principum, maxime per Boruſſiam increbeſceret. Quapropter ab *Alberto* Marchione Brandeburgico, primo Boruſſiæ duce, ad ſcholam Regiomontanam evocatur; ut oratoriæ profeſſionem in ea ſuſciperet. Paruit, præfuitque illi Spartæ cum laude annis decem continuis. *Docet oratoriam privatim. Evocatur in Boruſſiam. Docet in Academia Regiomontana.* Interea illuſtriſſimus & potentiſſimus Dux Brunſuic. & Lunæburgenſis, diuus *Julius Guelfus* Helmſteti novum Muſis ſacrarium conſecrat; erat id anno ſeptuageſimo ſexto. *Academia Helmſtediana.* Eo rumore excitus Smidenſtetus ſimulque patriæ deſiderio illectus, paſſus eſt ſe quoque vocatione legitima in Juliæ Academiæ profeſſorem conſcribi, anno ſeptuageſimo octavo. *Ad eam vocatur Smidenſtet.*

Ergo Regiomontanis multa, & officioſa cum ſolennitate valedicens Helmſtadium venit, honorificentiſſimeque tum à Duce *Guelfo*, tum ab Univerſitatis proceribus exceptus, partes oratoris ſuſcipit; quas deinceps graviſſime profitendo, omnesque Academiæ magiſtratus magna cum autoritate dexterrime obeundo magnifice exegit annis *ſedecim* integris. *Docet ibi annis ſedecim.* Tandem dum jam laboribus morbisque ſæviſſimis miſere fractus, Lunæburgam patriam, quæ non ita procul Helmſtadio abeſt, cum conjuge matrona honorata *Anna Triptia*, civis & negociatoris primarii Wittembergenſis filia (cum qua annos viginti ſeptem plane feliciter & beate in matrimonio, eo uſque exegerat) pro more per æſtatem inviſeret; jamque inter amicorum cognatorumque optata alloquia animum explicaret, *Moritur repente in patria.* obiit quidem morte repentina, ſibi ipſi vero minime inopina, expirans pie & placide inter ſuorum complexus prid. kal. Sext. anno nonageſimo quinto, ſepultusque in ſummo ejus civitatis templo, maximo Senatus patrii totiusque Reipubl. illius luctu; Academiæ vero Juliæ jactura nimium gravi: relictis poſt ſe ingenii ſui monumentis admodum illuſtribus, & victuris, quorum alia ſoluta, alia ligata oratione ſplendide elaboravit. Ex his editæ ſunt *orationes* aliquot, item *Tractatus de Imitatione Ciceroniana* exquiſitisſimus: edita ſunt & *poetica* complura, ſparſim tamen & diverſis locis temporibusque emiſſa. *Scripta edita.* Premitur in Bibliotheca ejus relicta præſtans *Volumen Epiſtolarum Illuſtrium & Scholaſticarum*, *Orationes* item ſelectiores plurimæ, quarum præcipuas Illuſtrisſimorum potentisſimorumque Ducum Guelforum laudes, partim carmine partim proſa fecit. *Nondum edita.* Premitur & *opus* abſolutisſimum *in quo totam Cyclopædiam* ita *in locos communes digeſſit*, omniumque ſcientiarum, rerumque capita & tractationem ita diſpoſuit; ut futuro oratori, ſive cuicunque ex tempore etiam dicturo, veluti locupletiſſima Eloquentiæ Bibliotheca, quovis loco & tempore, in promptu atque in infinitum expedita eſſe queat. Taceo *prælectiones* doctiſſimas non *in Ciceronis* ſolum *orationes*, aliaque ejus ſcripta; ſed *in quascunque totius Philoſophiæ partes*, præſertim in *Rodophi Agricolæ* Dialectica: quæ omnia ipſemet in publicum dare, quieti jam ſe compoſiturus, meditabatur: verum aliter DEO viſum. *Ex tertia parte Iconum virorum illuſtrium Boiſſardi: ubi & Carmen Heroicum, non plebeia moneta; quo manibus ejus parentavit Henricus Meibomius, poeta & hiſtoricus celebris.*

PETRUS OPMEERUS.

ob. 1595. d. 10. Nov. ætat. 69.

PETRUS OPMEERUS Amſtelrodami, quod celebre Batavorum eſt emporium, anno orbis redemti milleſimo quingenteſimo viceſimo quinto, die S. Bernardo ſacro, ortus eſt divite patricia & antiqua *Opmeerorum* familia, è minoribus, ut vocant, Friſiis, ſeu potius Hollandia Septemtrionali oriunda, *Opmeerorum familia honorata.* quæ ob debitam ac fidelem Principibus ſuis in factionibus nobilitatis Batavicæ, vulgo *Hoeux & Cabelliau* dictis, navatam operam, ad *Factio illa incepit 1350.* eam eſt dignitatem à *Jacoba* Hollandiæ comitiſſa evecta. Patrem nomine retulit: Matrem habuit *Mariam* van Ackersloot/ nobilem, ſpectatæ virtutis ac pietatis matronam. *Parentes Opmeeri.*

Nondum ex ephebis exceſſerat, cum, patre orbatus, à matre, quæ filium unicum tenerrime adamabat, ingenue pieque educatus, literis iis, quibus puerilis ætas ad humanitatem informatur, mature imbuendus traditus eſt viro, tum apud Batavos inſignis eruditionis, & nominis *Alardo Amſtelrodamo*, Theologo: quo vita functo *Nicolaus Cannius*, itidem Theologus & Deſ. Eraſmo quondam à manibus, erudiendum eum ſuſcepit. *Præceptores Opmeeri.* Utrique egregiam de ſe ſpem puer concitavit.

Ingenium ejuſdem & memoria. Elucebat enim in eo vivax, facile, & promptum ingenium, mira ad quidvis diſcendum aviditas, facilitaſque, memoria feliciſſima ac tenaciſſima, adeo ut ſeptuagenarius omnes P. Terentii comœdias ac Flacci odas, quas Cannio præeunte puer memoriæ mandarat, abſque ulla hæſitatione recitaret.

Jactis feliciter in patria ſtudiorum fundamentis, Lovanium miſſus eſt: ut firmiora ibidem literis præſidia compararet. *Petro* itaque *Nannio* Alcmariano, quo tum viro celeberrimum collegium trilingue Buslidianum ſuperbiebat, annum integrum operam dedit. Lovanio Tornacum Nerviorum profectus, Gallicam mox linguam arteſq; Mathematicas ſub *Claudio Warin* Baſilicæ D. Virginis æditu, *Opmeerus Matheſeos ſtudioſ.* ſacræ Matheſeos peritiſſimo perdidicit. Jamque ad graviora aſpirabat: cum mater impatiens unici filii abſentiæ, invitum domum revocat. Qua etiam inſtante factum eſt, ut undeviginti natus annos virginem nobilem *Sophiam Petri Saibold* filiam uxorem duxerit, *Ducit uxorem ſuaſu matris.* ex qua plures liberos mares fœminaſque; in his *Petrum* natu maximum (cui poſtumum patris fœtum *Orbis univerſi opus Chronographicum* grata eſt debitura poſteritas) & *Lucam* J.U.D. ſuſtulit. Cumque aptum illi factumque ad ſtudia eſſet ingenium, cæteris omnibus poſthabitis, iis ſe totum quodammodo immerſit. Vix ullam temporis partem effluere patiebatur, quam non ſtudiis impertiretur, ſcribendo, lectitando, quicquid ſcitu dignum, aut uſui ſibi aliquando futurum eſſet, plumbeo penicillo, quem geſtare ſemper ſecum ſolebat, anntoando: Latina Belgis, Belgica Latio donando. In his *Vincentium Lirinenſem* ſatis feliciter patrio idiomate evulgavit, & *Navim patientiæ & pœnitentiæ* ſuæ gentis hominibus compoſuit, ut illos doceret, non eſſe Eccleſiam ubi patientia pœnitentiaq; locũ non haberent.

Opmeerus Græcam linguam ætate provectior. diſcit. Græcas etiam literas ætate jam provectior, ita addidicit, ut quicquid Græce ſcriptum eſſet, nullo negotio intelligeret: uſus ad eam rem manuductore *Petro Reſenio* ſcholæ Delphenſis Gymnaſiarcha, Græce admodum perito, qui Euclidem Petro noſtro prælegebat, magno cum utriusque commodo, dum hic Græcas literas, ille Mathematicas artes breviſſimo temporis ſpacio ita c l uit, ut à *Guilielmo Arauſionenſi* in Geometrã adſcitus fuerit.

Cæterum nec his limitibus Opmeeri ingenium omnium pene diſciplinarum capax claudi potuit. *Medicinam etiam & Jurisprud. ſine præceptore diſcit.* Medicinæ enim & Jurisprudentiæ αὐτοδίδακτος ipſe ſingularem eſt cognitionem aſſequutus. Jamque Juris laurea donandus Lovanium cogitabat, cum ingruentibus ſectariorum procellis, ad Theologica ſtudia, quibus ſe illis, avitæ religionis propugnator acerrimus opponeret, animum appulit. Antiquos omnes patres nõ legiſſe ſemel, ſatis erat; iis nocte dieq; immorabatur, ratus, quod res eſt, & ipſe alibi recte monet, *ad commovendos errore deceptos hominum animos, antiquum, univerſalem, & perpetuo concordem Eccleſiæ conſenſum plurimum valere.* *Denique Theolog. &* Itaque *hiſtoricam aſſertionem officii Miſſæ* è quatuor primis Conciliis, SS. Patribus, & Eccleſiæ Doctoribus apte concinnavit, *Patrum lectioni deditur.* qua cum *Leone Empacio* Medico Theologo, congreſſus eſt, & petulantis Leonis linguam compreſſit. Gliſcentibus paulatim atque invaleſcentibus Batavorum rebellionibus, turbatoque priſco religionis ſtatu, cum multi in exilium ejicerentur, multi vera fidei orthodoxæ * propugnacula, inauditis ſuppliciorum generibus afficerentur (inter quos & *Nicolaus Cannius* Sparvvaudæ Paſtor, & *Cornelius Muſius* Opmeeri Achates, aliique illi perfamiliares inſignem Martyrii palmam tulerunt) & ipſe ſolum vertere maluit, quam ferventes *Catilinariorum Capernaitarum* (ita vocare illos, quos vulgo *Geuſios* dicunt, ſolebat) conſpirationes ſpectare. *Lugdunum concedit in bello inteſtino.* Lugdunum itaque Batavorum ad *Franc. Valdeſium* legionis Lombardicæ Tribunum ſe contulit, eique à conſiliis militaribus fuit, donec tota turbata Batavia, patriis excedere finibus coactus, in Hannoniam cum Valdeſio profectus eſt. Inde rurſum *Amſtelrodamum* à *Petro Longo* Prætore eſt evocatus, ut in avita cives ſuos religione formaret, firmaretque: qua in re ſtrenuam, quo erat in orthodoxam fidem animo operam navavit. Cumque nec ibi ſubſiſtere diutius poſſet, Delphis velut poſtliminio reverſus ſedem ibidem fixit, atque hæreticos inter mœrens vixit, magno tamen cum fructu, dum alios in fide Catholica contineret, alios variis erroribus implicatos ad meliorem mentem revocaret, ingenii etiam monumentis poſteritati prodeſſet. *Hiſtoricam* enim *aſſertionem officii Miſſæ* ante à ſe editam infinitis locis auxit; *Hiſtoriam Martyrum Gorcomienſium* aliorumque in Hollandia paſtorum fideliſſime conſcripſit, *Scripta Opmeeri.* inter quos eminet & *Cornelius Muſius, velut inter ignes Luna minores.* Utrumque opus beneficio merendum brevi expectamus. Denique *orbis univerſi opus Chronographicum* ad annum uſque ſeptuageſimum ſupra ſeſquimilleſimum pertexuit; tametſi morte præventus ultimam operi limam, quod dolendum afferre minime potuerit.

** Pontificia.*

Obitus. Obiit autem annis laboribuſque functus, anno ſalutis 1595. 4. Id. Novembr. ætat. 69. Delphis in D. Hippolyti ante chorum à parte ſeptentrionali conditus. *Proſopogr.* Statura fuit heroica, corpore robuſto, fronte larga, vultu ſubrubicundo ac majeſtatem quandam præ ſe ferente.

Virtutes ac mores ejus. *Res illi fuit non parta labore, ſed relicta; non ingratus ager, toga rara, mens quieta,* ita ut jucundiſſima illi fuerit ſecundum Martialem vita. In menſa hilaris, comis, ac feſtivus, apud omnes ordines gratioſus: *cum Catholicis ſincere; cum hæreticis * caute* agebat, quod & ſymbolum præferebat. ** Pontificiorum opinione.* In pauperes, ſtudioſos præſertim, beneficus ac liberalis. Multos in ſtudiis juvit, aluit, & ad magna promovit. *Amici Opmeeri.* Amicos coluit eruditione ſcriptiſque illuſtres *Staniſlaum Hoſium Card. Benedictum Ariam Montanum, Michaelem Bajum, Corn. Muſium, Petrum Nannium, Martinum, Duncanum Petrum Baccherum, Pontum Heuterũ,* alioſque pictores, ſculptores & Architectos,

ſym-

ſympathia quadam adductus, mire devinctos ſibi habebat, ut vel ex opere ejus Chronographico colligere licet. Florebant in Hollandia ejus amicitia ac contubernio clari *Martinus Hemskerckius*, *Petrus Longus*, *Guilielmus Tettero*, *Franciſcus Floris*, *Antonius Morus*, *Philippus Gallæus*, Hollandi omnes pictores ſculptoresque excellentes. *Valer. Andr. Deſſ. in Chronico Opmeeri.*

Ω. 1595. die 1. Dec. ſ. n. æt. 48.

GEORGIUS CALAMINUS.

Argentimons.

Calamini nomen unde.

ANNO Chriſti quadrageſimo ſeptimo, ſupra mille quingentos, die Georgii memoriæ in faſtis ſacro, *Argentimontii* vulgo Silberberg / Sileſiæ oppido metallico, hodie in ditione illuſtriſſimorum principum Ligio-Bregenſium, hic natus eſt, patre *Gregorio* Röricht / homine antiquæ & Germanæ fidei & integritatis. Familiæ nomen præceptores ejus in Latinum Calamini mutarunt exemplo forte Capnionis, Melanchthonis, Oporini, Xylandri, Neandri, & aliorum. Parentem habuit non ditiſſimum; ut qui ex opificio infelici ſucceſſu parum lucrifaceret: quæ res tamen filio potius profuit, quam obfuit. Anguſtiæ enim illæ domeſticæ calcar ei addiderunt; ut eo majori niſu ad ea contenderet, quæ in bonis cenſeri merito poſſunt. Cum ingenii mira dexteritate in ſchola patria Grammatices rudimenta cum aliis percepiſſet, & expectatione magna eos, qui de ingeniis judicare poterant, impleviſſet, in medio quaſi curſu deſtitit, atque ex domeſtica conſuetudine parentis opificium adamare & exercere cepit: in quo eo usque fuit progreſſus, ut inter artis opifices non poſtremus haberetur. Verum non multo poſt mechanicarum moleſtiarum pertæſus, & cohortationibus præceptorum excitatus, ad ſtudia intermiſſa rediit: id quod ei cum multis claris viris commune fuit. Nam & *Socratem* primo ſtatuarium: & *Ariſtotelem* Pharmacopolam, & *Ariſtomenem* comicum, caſearium fuiſſe Ælianus refert.

Paupertas ei profuit.

Intermittit ſtudia.

Redit ad ea.

Uratislaviam abit.

Relicta patria *Konigsgradum* in Bohemia, deinde *Uratislaviam* ſe contulit: ibidemque quadriennium integrum ad D. Eliſabetham, quanta potuit ſedulitate & diligentia, operam literis navavit. Tunc laude ingenii ac doctrinæ ea in urbe tum alii viri claruerunt; tum vero veluti ſidus aliquod fulſit clarus ille philoſophus & orator Petrus Vincentius ex Witebergenſi Academia, ubi ſumma cum laude docuerat, ab ampliſſimo illius urbis Senatu vocatus.

Sed neque hic diu ſubſiſtere curſumque tenere Calamino contigit; verum experiri coactus eſt, magnis ingeniis adverſam aliquandiu fortunam eſſe. Cum enim ad ſtudia feliciter continuanda nervi ei deeſſent; nec quicquam aliunde à propinquis ac ſanguine junctis ſperare poſſet; tantum vero in ſtudiis eſſet conſecutus, ut carmen ſic ſatis elegans terſumque ſcriberet; *Haidelbergam* primum, poſt in Helvetiam ſeſe contulit, fore confidens, ut ſtudiorum ibi patronos ac Mœcenates inveniret.

Proficiſcitur in Palatinatum & in Helvetiam.

Inde Argentinam.

Verum fato, neſcio quo, ſpe ſua fruſtratus, *Argentinam* deflexit, eo ipſo tempore, quo tantum Chriſtiani ſanguinis Lutetiæ Pariſiorum effuſum eſt, ut paſſim rivuli ejus in plateis fluerent, & plurimorum illuſtrium ac nobilium virorum filii, vix ex illa plusquam Sicula laniena elapſi, eam ad urbem velut aſylum quoddam, perfugerent.

Ibi docet privatim, & edit clarorum elogia.

Invenit patronos.

Hic ocaſionem docendi nactus, privatim in Muſicis alios, alios in poeſi inſtituit. Dedit etiam tunc ingenii ac doctrinæ ſpecimina aliquot, interque ea *clarorum virorum elogia* carmine reddita. Statim itaque eum in patrocinium ſuum recepit dicendi ille magiſter, *Valentinus Erythræus*: benevolentia quoque ſua complexi fuerunt *Conradus Daſypodius*, & *David Wolckenſteinius*, Mathematum ea in Academia Doctores eximii: quod ejus ingenii dexteritatem ac facilitatem perſpicerent, viderent venam divitem & benignam, diſcendi animadverterent ſtudium; mores denique honeſtos atque amabiles probarent. Contra Calaminus hos ipſos, ut præceptores ac patronos, imo alteros quaſi parentes coluit ac veneratus eſt. Qua ſua gratitudine, & in præceptores obſervantia effecit, ut non ſecus pro ipſo ac pro filio ſuo, illi laborarent: ac quovis modo ejus ſublevare inopiam, & ſtudia promovere conarentur. Itaque illuſtribus Comitibus ab *Andelott*, Admirabili Pariſiis trucidati patruis præceptorem eum præfecerunt, & his poſtea in Galliam revocatis, commendare aliis non deſtiterunt.

Præficitur Comitibus.

Commendatur Joanni Memhardo.

Inter iſtos Valentinus Erythræus cum literis humaniſſime ſcriptis, Lincium ad *J. Memhardum* eum ablegavit: fortunam Calamini διαῤῥήδην expoſuit: rogavitque, ut commendatum illum optima de nota ſibi haberet. Norat enim vir ille optimus, literarum ac literatorum amantes præ cæteris Auſtriacos eſſe: & hoc in optatis unicum habere, ut pietate literata filii ſui inſtituantur. Memhardus petitione cognita, ut iisdem diebus tum ex *J. Sturmio*, tum ex Tubingenſis Comitis quæſtore D. *Müslero* intellecto, præceptorem generoſis Comitibus quæri; ut Calamini præ aliis ratio haberetur, facile impetravit. Quam tamen provinciam primo gravate & difficulter ſibi, ut ſuſciperet, perſuaderi paſſus eſt: non quod aut non agnoſceret grato animo voluntatem, aut quod labores fugeret: Sed quod *artem artium* arbitraretur, *magnatum liberos inſtituendos ſuſcipere*. Et ſunt non raro ejusmodi & multa & magna & varia vitia: vel quia in deliciis educantur; vel quia exemplis aulicis palponum corrumpuntur; vel quia præceptorum, utpote hominum privatorum monitis locum non relinquunt. Verum Calaminus rem aliter ſe de illis Comitibus habere edoctus, officium præceptoris in ſe tandem ſuſcepit, cui cum fructu diſcipulorum illu-

Magnatum filios erudire magni eſt.

Datur præceptor Comitibus VVirtembergicis.

illuſtrium, & cum laude ſua præfuit: ut à ſuis tum amaretur, tum metueretur. Neque vero interim ſe ipſe neglexit; nec quod nonnulli ſolent, turpe duxit docere alios, & docentes in ſchola publice audire; ſed memor, legendi ſemper, audiendi non item occaſionem dari, profeſſoribus inclyta in Academia Argentinenſi operam ſedulo dedit: atque inter alios magnum illum I. Sturmium, Rectorem tum magnificum, & privatim in oratoriis, & publice artem poeticam eruditiſſime tractantem audivit: ſtyli ſibi commendatas exercitationes tum in ſoluta tum ligata oratione habuit, in Comicis & Tragicis actionibus ita verſatus eſt; ut primas inde ferret. Hac ſua diligentia, & variarum atque pulcerrimarum rerum ſcientia cum virtutibus egregiis conjuncta promeruit, ut magiſterii titulo ac honore anno ſeptuageſimo quarto inſigniretur.

Diligentia ejus & amor ſtudiorum.

Poſtea cum in illuſtri Gymnaſio Linzenſi collegæ induſtrii doctique opera requireretur, illuſtrium ac generoſorum Procerum nomine, commendante ipſum *Memhardo* Rectore ibidem, vocatus fuit. Factus igitur collega, anno ſeptuageſimo octavo menſe Octobri, ita ſe geſſit; ut proceribus illuſtrib. fidem probaret, collegis reverentiam ac benevolentiam, ſtudium denique omnibus. Edidit tunc ingenii monumenta, *Euripidis Phœniſſas* Latinitate donatas, *Heli Tragœdiam*, *Rodolphottarum*, libros *anagrammatum*, & plura alia.

Vocatur ad Gymnaſium Linzenſe. Scripta ejus.

Mores ejus fuerunt honeſti, laudati, ab omni oſtentatione ac ſuperbia alieni. Menandri illud veteris Comici & crebris ſermonibus uſurpavit, & vita expreſſit: κενῆς δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον; *miſerius nihil vana gloria.* Pacis quoque & concordiæ fuit amantiſſimus: nihilque in votis habuit magis, quam ut pacate cum omnibus, maxime cum collegis, viveret. Quemadmodum vero collegas, ſic & diſcipulos, amore ſingulari complexus eſt; ſed ita, ut non juſto longius progrederetur, aut ad vitia ſuorum conniveret. In docendo methodo uſus eſt ea, quam à Vincentio, Philippi diſcipulo, & à I. Sturmio juventutis magiſtris feliciſſimis, didicerat. Obſcuritati nunquam ſtuduit, prolixitati nuſquam indulſit: majora diſcipulorum captu proponere, nonniſi illorum eſſe judicavit, qui plus ſe, quam informandos amant. Interrogatus, amice reſpondit: in emendandis ſcriptis acerbus non fuit: commodis, ut verbo dicam, ſcholæ, ſuæ fidei commiſſæ, nunquam defuit. Floruit itaque gratia ac clementia Procerum illuſtrium: ac lauri honore & nobilitatis nomine, ob doctrinam ac poeticæ excellentiam à D. *Rodolpho* donatus eſt. Matrimonium ei inſuper fauſtum contigit, quando Conſulis Freiſtadienſis, *Wenceslai Kirchmaieri* viduam, matronam lectiſſimam, uxorem duxit. Opes etiam ipſi honeſtæ & liberalitati idoneæ obvenerunt, quibus nec elate, nec perperam eſt uſus.

Mores. *Methodus ejus docendi.* *Honores ei habiti.* *Conjugium*

Cum autem anno nonageſimo quinto, Viennam Auſtriæ deſcendiſſet; atque morbo epidemio, quem barbare petechiarum nominant, correptus fuiſſet: domum illico rediit, & de animæ potius, quam corporis ſalute ſolicitus fuit. Itaque tertia poſt reditum die, ad ſacram Synaxin in publico Eccleſiæ cœtu acceſſit, atque ad beatum ex hac vita exitum, totum ſe comparavit. Quem etiam nactus eſt cal. Decemb. an. nonageſimo quinto, hora ſecunda noctis, inter ſuſpiria & preces ardentes ad Deum. Elatus humeris eſt præceptorum & collegarum, virtutumque ſuarum præconem in funebri concione habuit Joann. Cæmentarium, Procerum illuſtrium paſtorem. Parentarunt ejus manibus plurimi tum amici ac Collegæ, tum diſcipuli. Vixit annos duodequinquaginta. *Ex oratione funebri I. Memhardi, Rectoris tum Gymnaſii Linzenſis.*

Inſtinere morbo corripitur. *Quo & moritur.*

LAMBERTUS PITHOPÆUS.

Θ. 1596 d. 29. Ian S.V. ætat. 66. compl.

EDidit *Lambertum Ludolphum Helmium Pithopæum* Daventria, * anno à Chriſti ſecundum carnem nativitate 1535. die 21. Martii, hora noctis undecima. Patrem habuit *Ludolfum*, matrem *Lubertam Barliam* Daventrienſes. Annum utriuſque emortualem expreſſit chronodiſticho epitaphio: ac patris quidem tali:

*Patria, * In provincia Tranſiſalana, Daventria, Suella & Campi urbes præcipuæ. Parentes. Obitus eorum.*

LVDoLfI IaCet haC PIthopæI Cor
pVs In Vrnâ:
AſpeCtV frVItVr ſpIrItVs Ipſe DeI.
Obiit Daventriæ prid. calend.
Quinctil.

Matris vero ejuſmodi:

LVDoLfI hIC ConIVnx PIthopæi Con-
DItVr Vrna,
In Vera Conſtans qVæ pIetate fVIt.
Obiit in patria poſtrid. Non. Januarii.

Cæterum *Helmii* nomen familiæ paternæ avitum; *Pithopæi* autem adſcititium fuit, ab opificio, quod abavus exercuerat, deductum.

Nomen Helmii Pithopæi unde.

A puero in ſchola Daventrienſi, quam pater rexit, fideliter cum fratre *Baſilio* eſt inſtitutus, præceptore præter parentem etiam uſus, *Noviomago*, viro doctiſſimo. Inde *Roſtochium* uberioris ingenii cultus capiendi cauſa miſſus, *Davidi* inprimis *Chytræo*, & *Ioanni Bocero*, poëtæ fuit percharus; quod tum aliis, tum hiſce carminibus indicavit:

Educatio & præceptores. Studia Academica, 1. Roſtochii. Io. Bocerus

Divinos inter memorande Bocere poetas,
Quos Latium atque potens Teutonis oratulit:
Hæc vultu placido, gratam teſtantia mentem,
Accipe diſparibus verba ligata modis:
Simq; tuos ſinito minimus ſaltem inter amicos,
Atque juva ſtudium, docte Bocere, meum.
Sic hilarem multos ſervet te Chriſtus in annos:
Sic tribuat vitæ proſpera fata tuæ!

Idem Bocerus non ſolum amicitiam cum Pithopæo literariam coluit, ſed & affinitatem arctiſſimam iniit, ducta in uxorem ſorore illius Maria ſub annum Chriſti 1559.

Pithopæus Roſtochio deinde *Wittembergam*

2. Wittembergæ.

bergam abiit, magni inprimis illius *Philippi Melanchthonis* videndi & audiendi gratia. Eo cum veniſſet, elegia, quæ inter poemata Pithopæi legitur, Melanchthonem ſalutavit: qui non modo carmine ipſo fuit delectatus; ſed etiam auctorem comiter & ſincere juvit. Utrobique autem ita ſe geſſit Pithopæus, ut non ſolum magnis probaretur viris: ſed & aliorum animos, ingenii elegantiâ morumque ſuavitate ſibi devinciret; quem amorem & benevolentiam erga eum, etiam deinceps conſtanter ipſi conſervarunt. Cujus ſane rei locuples eſſe teſtis poteſt, præclarus ille *Nicolaus Dobinus* Roſtochienſis I. C. Heidelbergenſis olim Academiæ profeſſor, & Palat. Elect. conſiliarius celeberrimus: qui poſtea inter libros Theologicos ſibi Deoque vixit Spiræ Nemetum.

[N]icolaus [D]obinus.

A. 1559. 16. Febr. [m]agiſterii [gr]adu orna[tu]r.

Poſtquam autem conſtitutum ſuorum ſtudiorum terminum conſecutus Pithopæus magiſteriique Philoſophici gradu ornatus * Wittembergæ eſſet: Daventriam rediit ibique privatis in ædibus ſcholam aperuit.

[S]cholam [ap]erit in [pa]tria.

Ad hanc cum frequentes confluerent diſcipuli, & ipſe tam doctrinam politam, quam diligentiam dexteritatemque docendi omnibus probaret, brevi pluribus viris bonis ac doctis innotuit, qui de ipſo promovendo laborarunt.

Anno igitur 1562. menſe Septembri à *Ioan. Monhemio* Düſſeldorpio, rectore ludi ibidem, ejuſque collega, *Ioanne Oridryo*, viris optimis & amicis ſummis, literas de vocatione Heidelbergenſi accipit. Eo itaque ſtatim iter adornat, coram de re omni cogniturus. Haidelberga, cum certa quidem ſpes ei de provincia ſcholaſtica facta à conſiliariis Electoralibus eſſet, nihil tamen dum certi adſignatum, Daventriam revertitur menſe Octobri. Sub initium ſtatim ſequentis anni literis revocatur Heidelbergam: ac per D. *Caſparum Olevianum*, *Immanuelem Tremelium*, *Sigiſmundum Melanchthonem*, & *M. Gulielmum Xylandrum*, cum ipſo, nomine Principis Electoris *Friderici* 3. agitur de gubernatione Pædagogii; quod tunc habebatur in Contubernio, ſeu nova, ut vocant, Burſa. Accipit ipſe conditionem ſtipendio 120. florenorum, & habitatione addita, rectaque ad ſuam familiam adducendam abit; reditque cum uxore & filiolo, nec non duabus virginibus, altera ſua, altera uxoris ſorore: quarum illa primum *Joanni Anaſtaſio*, deinde *Ioanni Jugenitio* Profeſſori Logico Heidelbergæ; hæc *Ioſua Lago* Stolpenſi Pomerano, miniſtro Heidelbergenſi nuptum datæ ſunt. Docuit in Pædagogio Dialecticen & Rhetoricen; cum Grammatica Græca: atque exemplis in probatorum autorum lectione præcepta luculenter illuſtravit.

[H]eidelber[g]am voca[tu]r.

[P]ædagogio [g]ubernando [p]ræficitur.

Verum paulo poſt è pulvere ſcholaſtico ad Academiæ ſpacia Haidelbergenſis eſt accitus, de voluntate illuſtriſſimi Electoris ac profeſſorum votis. Commendata enim ei eſt profeſſio poeſeos & eloquentiæ in Academia illa. Quo loco non ſolum publice optimos quoſque auctores juventuti ſtudioſæ enarravit: ſed & extra eam provinciam prodeſſe ſtudiis diſcentum pro virili ſua eſt annixus. Nam cum magnus ille Theologus, *Zacharias Urſinus* mirifice ejus ingenio delectaretur: opera ejus tum alibi, tum præcipue in Mathematicis tradendis, & ſtyli exercitiis corrigendis in Collegio Sapientiæ uſus eſt. Hic etiam *Thomæ Eraſti* conſilio, animum ad medicinam applicuerat: verum cum ſuo ſe metiens pede, deprehendiſſet, non perinde ſe, uti Apollinem, idoneum eſſe & medicinæ & poeticæ, ſtudium illud omiſit. Itaque omnem poſtea curam ſuam operamque eo contulit, ut Spartam, quam nactus erat, ornaret: ſuamque induſtriam bonis omnibus luculenter probaret. Hoc cum unum ageret, nihil ſibi à *P. Ramo*, oratoriæ profeſſionem Heidelbergæ ambiente, fretus ſua conſcientia, & ſanis aliorum de ſe judiciis, metuit: quin illi ipſi hoſpiti omnia humanitatis officia præſtitit, & amicum per reliquam vitam expertus eſt.

[E]t Heidel[b]ergæ pro[f]eſſor.

Docet etiam in collegio Sapientiæ.

Ad medicinam fertur, ſed mutat conſilium.

P. Ramus.

Poſtea cum mutatio religionis ſub *Ludovico* Electore incideret: Neapolim cum aliis ſeceſſit: ibique in Gymnaſio, à fortiſſimo Heroe I. *Caſimiro*, contra fratrem * aperto, literas & artes humaniores juventutem docuit. Tandem quaſi poſtliminio Haidelbergam, *Ludovico* rebus humanis * exemto, cum aliis doctoribus, ipſe ad priſtinam profeſſionem rediit. Utrobique autem cum Neoſtadii tum Haidelbergæ, multos privatim erudiit juvenes nobiles: inter quos Pomerani ſunt ipſius Pithopæi carminibus celebres *Guſtavus ab Oſten*, *Henningus* & *Adrianus*, *Borckii*: æquiſſimi laborum ſibi impenſorum æſtimatores & compenſatores.

Pithopæus Neoſtadium ſeceſſit.

**An. 1578.*

Heidelbergam redit.

**An. 1583. d. 12. Octob.*

Docuit ipſe ſumma cum dexteritate magnoque cum fructu & gratia ſingulari: quam ſibi largiſſimo orationis flumine conciliavit. In qua, ſi quid fuit improbandum, luxuriem dixiſſes: de qua ne poſtremi quidem, & ad ſenium vergentes anni, quicquam amputarunt. Monitus ut aliquid de illa ubertate orationis limaret; ipſe facere ſe poſſe negavit. *Sic ſum*; inquit aliquando ad generum: *ſi placeo, utere. Viſne ut natura mea vim inferam?* In aliorum judicandis ſcriptis & proprietate ſermonis aſſerenda erat accuratiſſimus, & ut multæ lectionis; ſic diſcendi cupidiſſimus. Sæpe dicere ſolitus eſt: *mallem carere decem Coronatis, quam hoc vel illud ignorare.* Ciceronem, Virgilium, Horatium, Plautum, Terentium, non tantum legerat, ſed in ſuccum ſanguinemque ſuum converterat. Ingenio & facultate poetica, adeoque vita ſcholaſtica ita delectabatur: ut non niſi ex eo ordine generum ſibi optaret, eoque ex animi ſententia invento, vitam ſibi duceret jucundiorem & faciliorem. Interim averſabatur ut qui maxime, coacervatos illos & concatenatos ſcholarum, quas vocant, trivialium labores: ut ſatius duceret, (verba fuerunt ipſius) collum præbere carnifici, quam ſex ſeptemve dietim horis pulverem & pe-

Diligentia in docendo.

Luxuries in oratione.

Φιλομαθία.

Amor vitæ ſcholaſticæ.

Labores in ſcholis trivialibus.

Pietas in Deum. & pædorem ſorbere ſcholaſticum. In Deum vere fuit pius: diemque Dominicam totam ſacris legendis atque commentandis tranſmiſit. *Commentarii Urſini à Pithopæo editi.* Urſini commentarios ſua ipſius manu deſcripſit, omniaque ejus ſcripta, ſub privigni ſui, *Ioannis Urſini*, nomine ad prælum adornata in lucem edidit, & mendoſe impreſſa correxit: ut primo ejus exemplari non parum debeat poſterior editio. *Mores & virtutes.* Cum amicis vixit jucundus & ſuavis: alienus ab omnibus contentionibus. In ſermone gravis & apertus & comis. Liberalis etiam ſupra conditionem, præſertim erga literatos. In menſa hilaritati ſe dabat: ajebatque *materiam in congreſſibus & colloquiis familiaribus copioſam ſuppeditatum iri, ſi ordine unusquiſque, quomodo uxorem inveniſſet, narrare juberetur.* In cibo potuque parcus: *animam convivii vinum* nominare ſolebat: quod ſi defuiſſet; *animam convivio defuiſſe* querebatur. *Vinum anima convivii.* Ab initio melioris notæ vinum appetebat; ſecus atque cauponæ noſtrates conſueverunt; atque hoc nomine miniſtrum ſæpe compellabat, non multum ſe bibiturum profeſſus. Memor inconſtantiæ & mutabilitatis rerum terrenarum, frugalitati ſtudendum, & aliquid in hyemem comparcendum monebat.

Uxorem duxit anno 1560. Daventriæ, *Adelheidam*, filiam *Chriſtophori Saurbyr*, civis Daventrienſis, natione Thuringi; & *Adelheida Brinckiæ*, civis item Daventrienſis. De principio mutui amoris ipſe Pithopæus ſolebat non ſemel afferre verſum illum Naſonis:

Conjugium *Notitiam primoſque gradus vicinia fecit.*

Acceſſere deinde alia, quæ ignem utrinque conceptum aluerunt, amoris fomenta, adeoque inflammarunt; ut conjugalem invicem darent & acciperent fidem, verum ſub conditione ſilentii, donec ipſe ab Academiis reverteretur; quod *per quinquennium* ſancte ab ipſa fuit præſtitum. Singulare in puella taciturnitatis exemplum, ſed non temere ſequendum, vel ipſius Adelheidæ dictamine. Interea temporis dici vix poteſt, quam multa intervenerint, quæ animum ejus oppugnarunt, ſed non expugnarunt; jam proci alii, jam parentum ſuaſiones, jam objurgationes, & dubitationes, quid ſibi vellet tam alienus à conjugio animus. Sed bene ceſſit hoc conjugium. Nam & fœcundum, & amabile, & pacificum fuit; in quo mutuis officiis & amore ſibi ita reſponderunt, ut inter felicia conjugum paria referri merito poſſint. Obiit hæc diem ſuum Haidelbergæ d. 8. Septemb. anno Chriſti 1586. cum ſummo mariti dolore & ſui relicto deſiderio. Neque abſtinere poterat à lacrymis, quoties ab obitu mentio ejus fiebat, ſæpiſſime hæc verba ingeminans; *mea Adelheida, ſanctiſſima illa anima, ſancta mea Adelheida.* Quod illius deſiderium ſubſequens matrimonium cum altera in dies renovavit. Et ſæpe ſolitus fuit dicere, atque juvenibus dictitare; *Homini liberali non eſſe ducendam ancillam.*

Valetudo Valetudine fuit prioribus annis ſatis firma, ſed inclinata ad ſenium ætate res ei cum podagra eſſe cepit. Conficiebatur igitur doloribus podagricis; quibus mederi cum conaretur, ventriculum frigidiore potu corrupit; & tandem catarrho ſuffocatus eſt. *Cauſa morbi* Morbi cauſam paulo ante finem vitæ afferebat duplicem; unam *peccatum*, alteram *mœrorem animi*, quem ei conciliarent illi, qui demere potius debuiſſent. Quibus tamen omnibus ignovit; & pro iis Deum ac homines eſt precatus. *Confeſſio noviſſima Pithopæi.* Cum à Theologis Heidelbergenſibus D. *Daniele Toſſano* & D. *Iacobo Kimedoncio*, viſitaretur, præſentibus item aliis profeſſoribus & amicis, confeſſionem fidei Latinis verbis prolixe & accurate edidit; eaque finita rogavit, ut hanc notarent, & ſi fieret, ut vi morbi abreptus, diverſum quid ab illis loqueretur, indictum id haberent. Proxima cura erat, ut Academiæ ſatisfieret. Erat enim Curator Fiſci collegii principis. Indicavit itaque quantum deberet, & unde debitum reſarciendum eſſet.

Voces ultima & mors. Cum jam videretur tempus diſceſſus ex hac vita appropinquare, generque ei precibus ad Deum præiviſſet, abſolutis eis, *ſatis eſt*, inquit; illo vero adhuc ſubjiciente ſymbolum Apoſtolicum, cum illud finiiſſet; *ſatis jam eſt*, inquit; atque ad parietem ſe convertit, & paulo poſt placide exſpiravit. Auditum ab eo non ſemel fuerat antea, *morituros non eſſe multis interturbandos, ſed ſibi & Spiritui ſancto relinquendos, qui atteſtetur illorum ſpiritui, quod ſint filii DEI.* Abiit ex vita anno 1596. die 29. Januarii, ſub horam noctis duodecimam, ſepultus ad D. Petri in ſacello Academiæ, juxta ſuam Adelheidam. *Epitaph.* Epitaphium ipſi *Hermannus Wittekindus* Weſtphalus, profeſſor Mathematum, tale ſcripſit anno 1589. die 24. Aprilis.

Lambertus Helmius Pithopæus hic jacet:
Qualis, rogas? Vir doctus, integer, pius.

Hoc ipſe defunctus, cum viveret, hunc in modum auxit anno 1593. die 22. Auguſti.

Lambertus hic Ludolfus Helmius cubat
Pithopæus, ortum cui dedit Daventria,
Cariſſimæ ad dextrum ſuæ Adelheidæ latus,
Bene notus hac profeſſor in Academia:
Latiæ & ſolutæ & metricæ eloquentiæ
Quinos per annos ſexies & amplius.
Qualis rogas porro? integer, gravis, pius.

Symbol. Atque ita hodie viſitur cum ſymbolo ejus, & hiſce additis: *deceſſit anno Chriſti 1596. 4. Kal. Febr. ætatis 61. Memoriæ & honori ipſius heredes H. M. P. C.* Alle hernach. Symboli autem loco ipſi fuit VIATOR, cum hac epigraphe:

Μέλλουσαν ζητῶ· οὐ γὰρ πόλις ὧδε μένουσα.
Hic incerta mihi eſt: æternam quærito ſedem.

Quod deſumſit ex Davidis, prophetæ ac Regis confeſſione, & ex ea, quam D. Paulus, ut volunt, ad Hebræos ſcriptam reliquit epiſtola. *Pſ. 39. v. 13. Heb. 13. v. 14.* *Ex narratione M. Ioannis Adami Rugenwaldenſis Pomerani, generi ipſius Pithopæi.*

FRIDE-

Θ. 1596. d. 16. Feb. æt. 60.

FRIDERICUS SYLBURGIUS.

Wettera oppidum Haſſiæ.

OPpidum eſt Haſſiæ, haud procul Marpurgo, *Wettera*, cui à veteribus Romanorum caſtris nomen indutum, non nemo eruditorum autumat: ferax ſane illud hominum doctiſſimorum; ut de eo non falſus *Petrus Nigidius* alicubi ſcripſerit:

Ferax virorum doctorum.

Nil niſi præclarum parturit iſte locus.

Prodierunt enim inde *Fontii, Drecii, Vulteji, Dryandri, Pincieri, Orthii, Fettii, Lælii, Krollii, Breulæi, Gernandi, Calvini, Kirchovii, Mylii, Meſomylii, Saurii*, & alii inter quos hic etiam Sylburgius, parentes nactus agricolas, & de Flacci ſententia, homines beatos, fidem fecit proverbio:

Patria Sylburgii.

Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.

Cum enim à teneris φιλομαθὴς fuiſſet, atque gnaviter ad literarum ſtudia incubuiſſet, & præcipue linguis Græcæ & Latinæ operam navaſſet: in patria præceptoribus uſus, *Iuſto Vultejo; & Ioanne Pinciero* Theologo, à quibus inter alia aureolum Theodoreti de providentia ſcriptum audivit, præclara jecit ſolidæ doctrinæ fundamenta.

Præceptores ejusdem.

Inde præceptorum ſuaſu ad exteras ſcholas profectus, majorem juvenilis ætatis partem toris tranſegit. Poſtea ab illuſtribus *Solmæ* Comitibus ad ludi *Lichenſis* recens tum aperti gubernationem accitus, Latinæ & Græcæ linguæ munus, quod ei cum rudimentis *Gallicæ*, demandatum erat, ſolerter ac dextre obivit. Hic cum quotidie in ordinaria functione aliquot ei horæ ſupereſſent, quas privatis negociis tribuere poterat, impendit eas laboribus ejusmodi, è quibus ad ſcholas utilitas aliqua redire poſſet. Inter alia igitur tunc recognovit præcepta *Grammaticæ Græcæ à Clenardo conſcriptæ*, cum *Anteſignani* ſcholiis: quæ hodieq; omnium φιλελλήνων manibus teruntur. Docuit etiam aliquando *Neuhuſii* ad urbem Vangionum; ubi munificentia Elect. Palat. adoleſcentes bonæ indolis ac ſpei complures aluntur.

Peregrinatur. Ludo Lichenſi præficitur. Ubi cum Latinis & Græcis linguam etiam Gallicam docet. Recognoſcit Clenardi Grammaticam. In Gymnaſio item Neuhuſiano docet.

Sed ſcholaſtico pulvere relicto, totum ſe elucubrandis veterum ſcriptis, & auctoribus, Græcis præſertim; reſtituendis, dedidit. Egit ergo *Francofurti* ad Mœnum in celeberrimo typographeio *Wecheliano*; & Haidelbergæ in *Comeliniano*: videruntque ipſius cura & caſtigatione lucem *hiſtoriæ Herodoti*, quibus ipſe ſpicilegium addidit ad Henricum Stephanum: *Etymologicum*, τὸ μέγα Grammaticæ penu, repurgatum à mendis & perpetuis notis illuſtratum: opera, *Iuſtini Philoſophi & Martyris*, cum variis lectionibus & conjecturis: *Saracenica* ſive *Mahometica* Græce & Latine Haidelbergæ edita. Converſa ad Romanæ hiſtoriæ ſcriptores opera poſt duos *Latinorum* auctorum tomos, tertium *Græcorum* vulgavit; & inter hos aliquot diu multumque deſideratos primus in lucem protulit. *Ariſtotelis* τὰ ἐυρισκόμενα, quibus addita nonnusquam ob argumenti ſimilitudinem quædam *Theophraſti*, *Alexandri*, *Caſſii* & aliorum; cum triplici indice: quorum primus ſumma cujusque tractatus capita brevi ſynopſi exhibet: reliqui duo tes & verba exponunt, alphabetica ſerie; *Græcus*, verba quæ à philoſopho explicantur, aut alioqui notatu digna ſunt; *Latinus*, res quæ præ cæteris memorabiles, additis itidem variis lectionibus ac ſcholiis. Foras dedit *Clementis Alexandrini* opera, quæ exſtant; adjunctis itidem variis lectionibus, & tribus indicibus: & *Theodoreti Cyrenſis epiſcopi* opus, cui titulus ἑλληνικῶν παθημάτων θεραπευτικὴ ἢ ἐυαγγελικῆς ἀληθείας ἐξ ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπίγνωσις, cum annotationibus & tribus indicibus, addita interpretatione *Zenobii Acciaoli*, ex Commeliniano, & complura alia hujus monetæ.

Reſtituit & edit veteres auctores. Opera ejus labore edita.

Ad talem autem bonis auctoribus emendandis, illuſtrandisque navandam operam, annuum ei ſtipendium à celebri Cattorum, quæ *Marpurgi* floret, Academia, eſt conſtitutum, de principum Haſſiæ clementiſſima ſententia. Exemplum profecto ut omni laude memoriaque æterna dignum; ita omnibus, præſertim magnatibus, imitandum.

Annuo ſtipendio ab Academia Marpurg. donatur.

Tandem vir hic optimus, doctiſſimus, & de bonis literis bene meritus, diem ſuum obit * anno & die, quem epitaphium in cæmiterio Petrino Heidelbergæ ei poſitum, exprimit. Sic autem habet:

Obitus.

** Bibliothecarius Archi Palatinæ Academiæ.*

Epitaph:

V. CL. FRIDERICO SYLBURGIO WETTERANO HASSO, GRÆCÆ LINGUÆ INSTAURATORI ACCURATISSIMO, PHILOSOPHICORUM ÆQUE AC HISTORICORUM SCRIPTORUM ANAGNOSTÆ DILIGENTISSIMO, NIMIIS TANDEM VIGILIIS AC TYPOGRAPHICIS LABORIBUS CONSUMPTO, ET DIE FEBR. VET. XVI. A. C. M. D. XCVI. ÆTATIS LX. E VIVIS HAIDELBERGÆ EREPTO, MONUMENTUM HOC MEMORIÆ ET HONORIS ERGO FIERI FECIT HERES.

Fuit vere vir eximius, humilis, induſtriæ incredibilis, candidus & apertus. In editionibus ipſe ingenue profeſſus ſemper eſt, quorum opera ac laboribus ſit uſus, additis etiam nominibus ad quorumcunque ſymbolas: ut ſua cuique conſtaret gratia. *Henricum Stephanum* egregie juvit in comportando Theſauro linguæ Græcæ; adeo ut potiſſima pars ejus labore conſtet. Ut autem etiam ſuos pateretur manes, matrimonio impli-

Mores & virtutes.

plicatus fuit non uſquequaque felici ac concordi: de quo alii rectius, *Hæc ex præfationibus & ſcriptis Sylburgii, & aliis.*

Ω. 1596. d. 16. Jul. at. 34.

PETRVS LINDEBERGIVS.

Patria & Parentes.

PAtriam habuit *Petrus Lindebergius* Roſtochium, urbem in ducatu Megalburgico celebrem; editus anno ſexageſimo ſecundo, ſupra mille quingentos, die decimo ſexto Martii. Pater ei fuit *Caſpar Lindebergius*, ſenator illius Reipub. primarius, antiquæ virtutis ac ſpectatæ probitatis vir, cum aliis muneribus obeundis, tum longinquis legationibus ſæpius ſuſceptis de patria optime meritus. Mater *Anna Wittingia*, matrona honeſta, & marito, & filio hoc ſuperſtes fuit.

Studia pueritia. Mittitur in ludū Sucrinianū.

Puer initia pietatis & literarum in ſchola patriæ Jacobæa didicit, patre ἐργοδιώκτην agente. Poſtea firmata ætate, anno ſeptuageſimo ſeptimo, M. *Bernardo Herderico*, qui Suerini multos annos ſtudia & mores juventutis feliciter texit, ipſum commiſit inſtituendum. Ibi celeriter in ſtudio artium organicarum & poëticis eas fecit progreſſiones; ut dignus præceptorum judicio cenſeretur, qui ad Academiam patriæ, amplioris capeſſendæ eru ditionis ergo mitteretur. Fovit autem & auxit in ſchola Sueriniana Lindebergii profectū illuſtriſſ. principis *I. Alberti*, vetuſtæ gentis Henetæ ducis, Suerinenſis Comitis, & Roſtochii Stargardiæq; Dynaſtæ, benignitas & in literas propenſio. Sæpenumero enim ex arce in ludū literarium deſcendebat ac diſcentium & docentiū ordinem & lectiones, non pallio & crepidis, ut Scipio ille inambulans, ſed attentiſſimo animo inſpiciebat, explorabat, & adoleſcentibus, qui profeciſſent, collaudatis præmia diſtribuebat.

I. Alberti ducis Megapolitani φιλομουσία.

Primum poetices tyrocinium Lindebergii.

Primum poeticæ tyrociniū publicum fecit Lindebergius anno ætatis undevicesimo, in nuptiis *Chriſtophori* ducis Megapolitani, ac *Eliſabethæ*, filiæ *Guſtavi* regis Sueciæ, qui regio munere ſtudia adoleſcentis excitavit.

Domum igitur à parentibus revocatus, ne abſq; Theſeo illecebris & lenociniis vitiorum quando ἡ φύσις νεανικὴ ἔυρωστ@, abriperetur: *Io. Poſſelii*, qui tum collegium, quod *Porta cœli* dicitur, quod ibi aditus ad cœlum & ſalutē æternam oſtendatur, gubernabat, fidei creditus eſt. Quo doctore & ductore quantum in artibus, in linguis & moribus profeciſſet, ipſe ſæpe cum honorifica Magiſtri memoria ſolitus fuit referre.

Domin. Io. Poſſelio commendatur Porta cœli eur dicta chola.

Cumque in patriæ Academia meſſem pietatis & eruditæ doctrinæ collegiſſet amplam: vitam peregrinatione ſapientiorem reddere voluit. Itaque *divino auxilio*, *viatico*, & *bona valetudine* inſtructus, quæ tria peregrinaturis unice neceſſaria, anno octuageſimo tertio omnes fere Germaniæ & Italiæ Academias perluſtravit; & duo illa Italiæ lumina, *Petrum Victorium*, ac *Paulum Manutium*, ſalutavit audivitque, & in multorum præſtantiſſimorum virorum noticiam pervenit.

Tria peregrinaturis neceſſaria. Germaniam & Italiam perluſtrat Lindeb.

Pericula in peregrinatione.

Subeunda ei in peregrinatione iſta literaria fuerunt pericula non pauca, unum vero longe graviſſimum, quando parum abfuit, quin Sycophantæ cujusdam, ſi diis placet, popularis fraude & proditione ad hæreticæ, ut vocant, pravitatis Inquiſitores Romæ delatus ad necem fuerit quæſitus. Verum Lindebergius periculo præſentiſſimo mature ſe ſubduxit; & molimina ſui diaboli eluſit. Ita ὀφθαλμὸς Θεȣ̃ ἐστιν ἀκοίμητ@.

Arctoi orbis regna adit.

Incolumis ergo domum reverſus; Arctoi etiam orbis regna, *Daniam*, *Norvvegiam*, & *Suetiam*, an. octuageſimo quinto peragravit, & Pomeraniam inviſit. Ea quoque peregrinatione feliciter confecta, ſtudio legalis doctrinæ, poetices & hiſtoriarum, ad quod, ὀργῶσαν ψυχὴν habebat, ſeſe dedidit: ut majorum gloriæ de ſuo aliquid adjiceret, & familiæ patriciæ ſplendorem illuſtraret. Patricios enim *Vellejus* filios Senatorum dictos voluit, quod patres ciere, & ab ipſis hereditate accepta familiæ virtutumque decora poſteris tradere poſſint.

Patricii unde dicti.

In hoc virtutis ſtadio dum pleno gradu pergit; *Nicolao ab Alefelt*, præcipuæ in inclyta Holſatia nobilitatis viro, liberorum informatorem expetenti, Lindebergius, ὡς δεξιὸς ϗ πολλῶν ἔμπειρος commendatur. Hac occaſione in *Henrici Ranzovii* proregis Cimbrici, Herois incomparabilis, ſoceri illius Alfeltii, amicitiam & familiaritatem primum pervenit, cujus honori & memoriæ multa monumenta, cognitu digniſſima edidit, Mæcenatem ſemper munificentiſſimum expertus. Ipſo enim auctore ſcripſit *hypotypoſin artium palatiorum, librorum, pyramidum, obeliſcorum, cipporum, ab Henrico Ranzovio conditorum:* item *commentariorum rerum memorabilium in Europa* ab anno octuageſimo ſexto, uſque ad annum nonageſimum primum *geſtarum, libros quatuor*: *de ſomniis* librum unum: *epitaphia* Ranzoviana, *de numeris*, & alia.

Nicolaus ab Alefelt.

Ei commendatur Lindeb. Mæcenatem invenit H. Ranzovium.

Scripta Lindebergii.

Itaque carus & honoratus fuit multis bonis & literatis viris, vates vero DEO & Muſis amicus. Etſi enim à quibusdam forſan dotes ingenii illius non ſunt agnitæ: tamen non tantum in patria omnibus bonis ac φιλομούσοις ſed etiam extra patriam multis claris & præſtantibus viris, inprimis, ut diximus, nobiliſſimi generis ac ingenii Heroi *Henrico Ranzovio*, gratus & carus fuit: qui ut Mæcenas olim Maronem ſingulari eum amore & favore eſt proſecutus. Videbat enim donatam ſibi à DEO ingenii venam, ipſum, non ut alios, ad oſtentationem, aut ad pecuniæ aucupium; ſed ad DEUM omnium bonorum fontem, & ad Heroum virtutes, claraque ducum facta, culto & arguto carmine celebranda, conferre. Itaque liberaliter ac munifice ipſius ſtudia juvit: & ſuo ſumptu poemata illius, quæ *Iuvenilia*, ut *Poſthius* πάρεργα; *Meliſſus* ſchediaſmata inſcripſit, nitidius recudenda curavit: iisque Paulo Meliſſo Comiti Palatino, & civi Romano chorique poetici in

Fama & æſtimatio.

Iuvenilia Lindebergii.

Germa-

Germania principi, tranſmiſſis, inſcium planè commendavit: ut lauri poeticæ ſerto tempora illius redimiret: quod calendis Aprilis anni nonageſimi quinti factum. Mox domeſtici negocii cauſa Spiram profectus, Heidelbergam, ad lumina illa Germaniæ *Paulum Meliſſum*, *Ioannem Poſthium*, *Henricum Smetium*, *Ianum Gruterum*, amicitiæ coram contrahendæ cauſa deflexit: à quibus humaniſſime exceptus, & honoris cauſa in arcem ad prandium ductus eſt: ubi clementiſſime ab ipſo principe Palatino Electore, & præcipuis in aula viris eſt ſalutatus. Spiræ etiam ſummi illius judicii adſeſſoribus aliquot primi nominis, ita carminibus ſuis innotuit: ut cauſam ſoceri juſtam, ſed artibus cauſidicorum aliquot annos in judicio extractam, paucis ſeptimanis poſt, lata pro ſocero ſententia decidi & expediri curarit.

Lauru coronatur à P. Meliſſo Lindebergius. Heidelbergam venit. Vbi humaniter tractatur.

Anno Chriſti nonageſimo tertio, ſupra mille quingentos, ætatis ſuæ trigeſimo primo, uxorem duxit *Eliſabethā Dalbichiam*: ex qua filium & filiam infantes reliquit. Vix enim triennio conjugii impleto, die nono Julii, in morbum incidit lethalem: cujus toto tempore ſanam mentem ad extremum usque halitum retinens, de morte, quam ſibi iminere, ſtatim initio morbi prædixit, de miſeriis humanis, de reſtitutione vitæ per filium DEI, pro nobis mortuum & reſuſcitatum, cum amicis locutus eſt: & ſacra ſynaxi uſus ſe ad felicem exitum, atque ex vitæ hujus ergaſtulo emigrationem, præparavit: precatione etiam ſubſequente, triduo ante mortem in lecto à ſe compoſita, exitum morbi & animam Chriſto commendavit:

Vxorem ducit. Supremum in morbum incidit. Voces πρυαγώνιοι.

Chriſte veni, properat noſtræ vindemia vitæ;
Chriſte veni, properant vulnera, Chriſte veni.
Tu mihi pax, mihi fax, mihi rex, mihi nex, mihi judex;
Tu mihi lux, mihi dux, tu mihi vera ſalus.
In te ſuccreſco, tabeſco, ſeneſco, quieſco;
Quare animam quæſo, ſuſcipe, Chriſte meam!

Sub mortem, cum lacrymarentur neceſſarii, mater, uxor, & ſorores: deque ſua miſeria & orbitate quiritarentur: ipſe eam triſtitiæ nubeculam diſcuſſurus: *nolite*, inquit, *lugere amic[illegible], filium, maritum, fratrem, jampridem moribundum, ſed ſolo poloq; reconciliatum.* Interrogatus à I. Poſſelio F. *num libens mortem ſubiturus eſſet?* animoſe reſpondit, *quid ni? Nam ubi naturæ debitum perſolvero, in cœleſti beatarum mentium & Angelorum χορασίᾳ videbo & ſalutabo, cum omnes Prophetas, Apoſtolos, & alios ſanctos, tum præmiſſos præceptores, viros clariſ. Theologos, IC. Medicos, Philoſophos: quorum vita omnis conſumta eſt in laboribus utilibus & glorioſis.* Ad adſtantes autem dicebat: *Sequimini*, cum decimo ſexto Julii inter decimam & undecimam veſpertinam, vitam felici cataſtrophe clauderet. Exuviæ ejus tumulo parentis honorifice illatæ quieſcunt, donec in adventante illa ἀποκαταστάσεως πάντων die; animæ iterum unitæ, æternum in cœlis agant DEUM celebrantes.

Obiit.

Fuit ipſe vir & poeta bonus, vitæ integræ, virtutum egregiarum exemplar: quem omnium primum Reſpub. Roſtochiana inter permultos, quos liberaliter fovet, alumnos, literis excultos, & juris titulo pleroſque ornatos, poetam lauru coronatum tulit. Mores ejus fuerunt placidi, ſuaves, & humani. Matri viduæ, divini præcepti memor, honorem debitum præſtitit, ac θρεπτήρια liberaliter reddidit. In ſtudiis ea fuit adſiduitate, ut cum Plinio *perire tempus omne* arbitraretur, *quod ſtudiis non impertiretur*: adeoque ſemper tertia vel quarta ſurgens, matutinum tempus meditando & ſcribendo conſumſit: ut nimiis lucubrationibus ſine dubio valetudinem læſerit atque afflixerit. Verſum compoſiturus divinum principio implorabat auxilium: quando.

Mores viri ejus. Primus Poeta Roſtoch. lauru coronatus. Pietas in matrem. Diligentia in ſtudiis. Ratio ejus componendi verſus.

—— χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδᾶν
Μουσάων, ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος:
Difficiles ſunt namque viæ durique labores
Muſarum, placido ni Jupiter ipſe Camænis
Adſpiret vultu.

Theocr. Idyll. 16.

Verſus non αὐτοσχεδίως, ſubito ingenii impetu fundebat ſed impenſo labore contexebat: ut poetam à verſificatore facile internoſceres. Imo ſæpe integrum diem in componendo uno aut altero diſticho ponebat, ex præcepto illo Venuſini: qui omne, inquit,

—— *carmen reprehendito, quod non*
Multa dies & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non caſtigavit ad unguem.

Vitabat inſuper δυσκολοκήμτας ᾠδας, monſtra phraſium, antiquata ſeu *calcata*, ut Seneca ait, *vocabula*, omniaque affectata & inſolentiora, impia denique & obſcæna deteſtabatur. Itaque vere in illum quadrat hoc Pauli Meliſſi epigramma:

Elogium Lind. à Meliſſo.

Scribere perſpicue Latii quo more ſolebant,
Non homini cuivis ingenioque datur.
Tu, Petre, concinnus, tu Petre, argutus haberis:
Quin & es, in brevib⁹ plurima prenſa refers.
Verborum ampullæ valeant; laus rebus in ipſis
Panditur: hinc Vati laurea ſerta data eſt.
Gloria digna quidem: ſed dignius hoc, quod Apollo
Et Muſæ vatem te meritoque vocant.
Hinc tibi major honos ſurgit; quo Muſa & Apollo
Majores doctis ſunt habiti usque Dei.

Ex programmate funebri, & oratione parentali habita à Io. Poſſelio F. P. P. in Academia Roſtochiana.

SVFFRIDVS PETRI.

Ω. 1597. menſe Febr.

Leovardiæ hic apud Friſios, anno viceſimo ſeptimo, ſupra mille quingentos menſe Junio natus, dum Lovanii in ſtudiis verſatur juvenis, *Erphordiam* Thuringorum, inſtaurandæ Academiæ, jam collapſæ, evocatur. Hic linguæ utriusque doctoris perſo-

Leovardia patria Suffridi. Iuvenis Erphordiam vocatur.

Orationes de Græcarum literarum laudibus.

nam annos aliquot ſuſtinuit, & de *Græcarum literarum laudibus* orationes quinque conſcripſit. Domum reverſus à *Viglio Zuichemo*, Præſide *Antonio Perrenotto* Cardinali commendatus, à bibliotheca illi fuit. Aulici pertæſus ocii, ducta uxore, *Lovanium* revertit, & Jureconſultus una cum *Franciſco Schotto*, Andreæ fratre renunciatus, orationem *de Romanarum legum præſtantia* edidit.

Card. Perrenotto eſt a bibliotheca.

Redit Lovanium: ubi I. C. ſalutatur.

Docet in collegio Buslidiano.

Scripta.

Theodorico deinde *Langio* in collegio trilingui Buslidiano, feſſa ætate ac morbo languente, vicariam operam in Græcis auctoribus exponendis navavit: vertitque Plutarchi varia, ut *de liberis educandis*, additis ſcholiis, ut *de Iſide & Oſiride*, *Athenagoræ* item pro Chriſtianis ad Aurel. Imp. *Legationem* de GræcoLatinam à ſe factam, docto ac laborioſo commentario explicavit. *Eccleſiaſticæ veteris Hiſtoriæ Scriptores*, *Euſebium*, *Sozomenum*, aliosque ad Græcos fontes revocando. Io. Chriſtophorſoni verſionem notis illuſtravit.

Emendat Ciceronem.

Erphordiæ dum egit contulit *Ciceronis orationes* cum M. S. S. ejuſdem Bibliothecæ, quem laborem ultro communicavit cum *Iano Gulielmo*, qui inde magnam partem emendationum in Tullium hauſit. Sed per triginta annos illæ ſuppreſſæ, tandem jam erutæ in manus *Iani Gruteri* pervenerunt: cum ipſe Suffridus paulo ante obitum ſchedas illas Thuringiacas Grutero dono dediſſet, morte autem præventus repræſentare non potuiſſet.

Secedit Coloniam.

Gliſcentibus jam magis magiſque Belgicis tumultibus, ut erat tranquillitatis amans, *Coloniam* Ubiorum ſeceſſit. Hic M. Tullium ad veterum codicum fidem excutiens, Officia cum adjunctis edere, & caſtigationibus poſt *Car. Langium* meliora reddere cepit.

Sacris initiatur.

Friſiæ hiſtoricus appellatur.

** Item opus aliud Titulo, De ſcriptoribus Friſiæ decades ſedecim & ſemis.*

Summis viris gratus.

Uxorem ubi extulit, ſacris initiatus ad XII. Apoſtolos canonicus fuit. A Friſiæ ordinibus hiſtoricus appellatus, ſtipendioq; annuo ornatus, *originem, colonias, nobilitatem, libertatem*, Friſiæ literis* mandavit. Gratus dum vixit, non privatis modo viris exſtitit, ſed & Pontificibus *Gregorio* XIII. ac *Sixto* V. & Cardinalibus *Paletto, Caraffæ, Santorio*, & Principibus variis, quibus placuiſſe laus eſt non infima, qui & ad illum literas frequenter dabant.

Moritur Coloniæ fere ſeptuagenarius, aqua inter cutem ſedente, menſe Februario, anno nonageſimo ſeptimo, qui epidemica lue multa civium millia abſumpſit. *Miræus in elogiis Belgicis.*

Θ. 1597. d. 20. Iul. ætat. 58.

FRANCISCVS RAPHELENGIVS.

LAnoji ditionis Inſulanæ oppido natus *Franciſcus Raphelengius*, die viceſima ſeptima Februarii, anno undequadrageſimo ſupra mille quingentos, prima literarum fundamenta cum Gandavi jeciſſet, patrem amiſit. Proinde matris juſſu ad mercaturam ſe convertere coactus, à mercatoribus, apud quos collocatus erat, *Norimbergam* miſſus, animo ipſius ad mercaturam minus aut apto aut inclinato, apud eos ipſos, ad quos miſſus erat, commoditatem nactus eſt ſtudia, pauxillum intermiſſa per biennium circiter continuandi.

A literis ad mercaturam ſe convertit. Tamen continuat ea.

Domum deinde reduci nova ſe obtulit occaſio *Lutetiam* proficiſcendi: ubi, florente tum Academia, magnos in linguis Græca & Hebræa ſub illuſtribus profeſſoribus, & inprimis *Io. Mercero* fecit progreſſus. Supervenientibus ibidem bellorum civilium tumultibus in Angliam ſe contulit, & *Cantabrigiæ* aliquantiſper Græcam linguam profeſſus eſt; donec inſtituta in patriam reviſendæ matris gratia, profectione Antuerpiam in reditu divertit, coemendis aliquot libris, quorum tum Cantabrigiæ non magna erat copia. Dum *Antuerpiæ* aliquantiſper hæret, correctura typographica ipſi arridente, mutato conſilio operam ſuam *Chriſtophoro Plantino* addixit. Qui adeo ingenuitate morum ipſius delectatus eſt; & potiſſimum quod typographiæ ſuæ eruditionem juvenis, cum inſigni conjunctam diligentia, perutilem fore animadverteret, ut maximam natu filiarum ipſi elocaret, anno Chriſti ſexageſimo quinto.

E patria Lutetiam abit.

In Angliam trajicit, ubi & docet.

Redit ad ſuos.

Antuerpiæ ſubſiſtit in Plantiniano, fit gener Plantini.

In ſoceri igitur typographia corrigendorum librorum præcipuam molem plures annos ſuſtinens, *Biblia* illa *magna*, quæ regia vocant, edere Plantinus aggreſſus eſt. Horum in editione incredibile eſt, quantos labores Raphelengius inſumſerit; dum accuratiſſime ſingula, *recognoſcit*: *annotationibus*, ubi opus, *illuſtrat*: *verſionem* interlinearem *adornat*, *Grammaticam Hebræam*, ex optimis quibuſque Grammaticis cum judicio & cura collectam, *addit*: *epitomen theſauri linguæ Hebrææ Santis Pagnini* infinitis vocibus *auget*: & innumeris locis emendat: quod luculente ex teſtimonio *Benedicti Ariæ Montani*, inter prolegomena præmiſſo, patet. Multa iiſdem annis ad ornamenta librorum quos ſocer excudebat, præcipue in linguis Orientalibus corrigendo illuſtrandoq; contulit: quamvis raro nomen ſuum adſcribi pateretur.

Biblia regia à Plantino edita. In iis multum Raphelengius præſtitit.

Tandem ſocero *Lugduni Batavorum*, quo longius à turbis abeſſet, commorante; omnis moleſtia regendæ typographicæ, in illum fere ſolum, Antuerpiæ incubuit. Plantino autem ſub finem anni octuageſimi quinti, Antuerpiam reverſo; Raphelengius vice verſa Lugdunum Batavorum cum familia commigravit: & in partem typographiæ, quam eo Plantinus tranſuexerat, ſucceſſit. Hic *Hebrææ Linguæ* profeſſor deſignatus, operam ſuam & Curatoribus Academicis, & auditoribus ſuis probavit. Ocium inſuper majus nactus, ſerio *Arabicæ* linguæ cognitioni, quo dudum animus illum ferebat, ſe dare cepit: & ſubſidio librorum, quos *Gulielmus Poſtellus & Andreas Maſius* lubentes ſubminiſtrarant, *Lexicon Arabicum*, ſatis copioſum, confecit: adjutus etiam nonnihil uſu librorum *Ioſephi Scaligeri*: quo cum ſæpenumero de iis ſtudiis conferebat. Lexicon hoc cum in nimiam molem excreviſſe illi videretur; demtis multis, quæ minus

Migrat Lugdunum.

Fit ibi Hebrææ linguæ profeſſor.

Lexicon Arabicum conſcribit.

minus neceſſaria exiſtimabat, in formam editioni aptiorem contractius deſcripſit, ita tamé, ut & tyronib. ſufficere, & profectioribus etiam placere poſſe, perſuaſum ſibi haberet. Sed quid? Vix ultimam manum ille deſcribendo

Moritur.

impoſuerat; cum mors, quam toto triennio, præ tædio amiſſæ uxoris, & paralyſi afflictatus, ſæpe optarat, virum optimum humanis exemit, die viceſimo Julii, anno Chriſti nonageſimo ſeptimo, ætatis ſuæ duodeſexageſimo, ſuperſtitibus filiis tribus, filia unica. Lexicon illud, quindecim ab obitu ipſius annis, publici juris factum eſt.

Scripta.

Scripſit præterea *Dictionarium Chaldaicum*, quod poſterioribus editionibus epitomes Pagninianæ ſubjunxit: item alia quædam, ſed omnia in privatos ſuos uſus: ut *Lexicon Perſicum* vocabulorum, quæ in Pentateucho: item *obſervationes linguæ Hebrææ*, quas vir minime ambitioſus, nonnullis familiarium &

Guilel. Poſtellus.

diſcipulorum ſuorum promte & liberaliter communicavit. *Tabulas* item *in Grammaticam Arabicam*, & alia huc facientia, ſibi concinnavit: ſed quæ edi noluit; ne *Poſtello*, qui primus Chriſtianorum Grammaticæ Arabicæ rudimenta evulgavit, gloriam præripere voluiſſe videretur. Multa denique ex Hebræo & Arabico in Latinum ſermonem tranſtulit: quorum pauca admodum perfecta, pauciora edita ſunt.

Statura.

Statura fuit paulo infra mediocrem, forma faciei non indecenti; florido colore; barba ſpadicea oblongiore, oculis cæruleis, moribus ſine fuco & fallaciis, & præcipue ab omni faſtu alieniſſimus.

Amici.

Familiares habuit viros doctos, *Ariam Montanum*, *Boderianos*, fratres, *Joſephum Scaligerum*, *Joannem Druſium*, *Franciſcum Iunium*, *Franciſcum Gommarum*, & alios: ſed intrinſece *Abrahamum Ortelium*, *Cornelium Kilianum*, *Carolum Cluſium*, *Iuſtum Balbinum*, *Iuſtum Lipſium*, & *Lucam Trelcatium*; ſeniorem. *Ex Academia Lugduno Batava.*

Claruit 1588. circiter An. 1556. Studia adoleſcentia.

FRANCISCUS MODIUS.

FRANCISCUS MODIUS Brugis in Flandria * natus genere & ingenio nobilis fuit. Juvenis juris civilis ſtudio ſe dedit *Lovanii* & *Duacii*, ſub celeberrimis Anteceſſoribus & Præceptoribus. Cumque jam abſoluto ſtudiorum curriculo ibi eſſet, ut non ineptus deinceps videretur; qui Reipublicæ adhiberetur, & rebus gerendis intereſſe inciperet; calamitas Belgicæ ſubito hanc ei

Patria excedit.

ſpem corrupit, & plane exſtinxit: adeo ut cum non videret, ubi diſciplinam juris cum dignitate & tuto exercere poſſet, patria mœrens exceſſerit. In quo tamen initio hoc ipſi pro re nata non feliciter evenire viſum: quod cum *Coloniam Agrippinam* Ubiorum primum fortuna detuliſſet, ibi inciderit in Illu-

Coloniam venit.

ſtrem *Carolum Egmondanum*, qui tum in ea urbe puer in ſtudiis educabatur. Ab hujus enim moderatoribus in familiam ejus receptus eſt, officia ei aulica exhibiturus. Ubi cum per annum vixiſſet in otio literatorio ereptum eſt illi principi puero totum illud, quo ſe ad eum diem totamque familiam & comitatum ſuum ſuſtentaverat. Unde Modius coactus alia ſibi ratione providere, in familiam ſe dedit generoſi *Adolphi Hermanni Rideſelii* Haſſiæ Archimareſchalli: cui forte innotuerat, cum per illud tempus verſaretur Coloniæ in Comitatu reverendiſſimi & illuſtriſſimi principis, *Julii Epiſcopi Würtzeburgenſis*, Franciæ orientalis ducis. Apud *Rideſelium* cum fuiſſet ſatis ex ſententia per aliquot novem, decem menſes; & cupidus intelligendi quid in Belgica ageretur; cum *Rideſelii* bona venia Coloniam excurrit. Ibi reperit Comitis *Caroli Egmondani* (qui tum cum parvo admodum comitatu pro præſenti copia agebat Moguntiæ) procuratores. Cum fruſtra hi multa per literas diu tentaſſent, *Modium* opere maximo orare ceperunt, ut legationem principis pueri, ſui nomine, ſuſciperet ad Ordines Belgicæ, & principem Auraſinum: ad quam rem promiſſa & adjumenta ab illuſtriſſimis aliquot Germaniæ Principibus, propinquis Comitis Egmondani. Paſſus eſt tandem ſibi eam imponi provinciam, eoque facilius, ut rebus ſuis privatis, ſi qua poſſet, conſuleret. Acceptis itaque capitibus legationis, & literis comendatitiis illuſtriſſimorum Principum *Ludovici* Comitis Palatini, Septemviri Electoris, & *Joannis Caſimiri* fratris ejus: itemque ducis *Richardi* Simmerenſis; recta contendit in Belgicam. Sed ibi biennio fere ſumptibus maximis, nec minore periculo in itineribus difficillimis conficiendis, & aula conſectanda conſumpto contritoque, arte & fraude aliorum, re nulla impetrata, niſi quod ſemel non aſpernanda ſumma pecuniaria Comitis *Egmondani* præſentem tum prope egeſtatem ſublevandam curavit, in Germaniam inanis ipſe rediit. Et hic Comite *Egmondano* ad ducem Juliacenſem ſe conferente, Modius ad *Rideſelium*, qui ei hujus rei quandocunque vellet liberam poteſtatem literis multo ante dederat, redire parabat. Sed nactus mox eundem *Rideſelium* Francofurti ad Mœnum: intellexit eum, quod de reditu Modii tanto temporis intervallo deſperaſſet, alium quendam è nobilitate Thuringiaca in familiam ſuam adſciviſſe, ante paucos menſes. Cernens igitur, ſe hinc eſſe excluſum, rem omnem ad *Johannem Poſthium* archiatrum tunc Wirzeburgicum, qui cum magna ei familiaritas Coloniæ fuerat, perſcripſit.

Recipitur in familiam Comitis Egmondani.

Tranſit in familiam Rideſelii.

Redit Coloniam.

In Comitis Egmondani cauſa mittitur in Belgium.

Sed fruſtra.

Redit ad Rideſelium.

Hoc conciliante inſinuavit ſe in gratiam Reverendi & ampliſſimi Viri, *Eraſmi Neuſtetteri* cognomento *Sturmeri* Præpoſiti *Coburgenſis*, Eccleſiarumque Bambergenſis & Wirzeburgenſis Canonici. Hic eum ita *triennio* domi ſuæ habuit; ut filio præſtare amplius non potuerit: diſcedentem etiam in patriam, quo poſt peregrinationem *octo* anno-

Commendatione Poſthii venit in Eraſmi Neuſtetteri familiam.

Liberaliter à Neuſtettero habetur.

annorum, propinquorum literis precibusq; revocabatur; eo viatico proſecut⁹ eſt, quod non tantum ad iter in Belgicum abunde ſufficit: verum etiam ad viſendas bibliothecas aliquot nobiles, & inprimis *Fuldenſem*, illam tota Europa celeberrimam:

Rediturus in patriam bibliothecam Fuldenſem excutit.

ubi per menſes aliquot antiquiſſimorum voluminum cauſa, quæ ibi partim exſcripſit, partim cum excuſis exemplaribus contulit, ſubſiſtit. Unde cum tandem in patriam, ſpe plenus; quia pax per idem tempus tota fere Flandria publicata dicebatur; velis remisque contenderet: ſero intellexit ſibi data eſſe verba. Nam nihil ibi pacatum reperit: ſed cum tribus ſeptimanis *Curtraci* quod oppidum diei unius itinere abeſt Brugis, coactus ſubſtitiſſet, & expectaret; quorum commeatu tuto deduceretur infeſtis itineribus, propter eos, qui Sluſis & Oſtendæ in maritimis erant præſidiis;

Difficulter belli tempore Brugas pervenit.

vix tandem comitatu triginta quadragintave haſtatorum equitum, & trecentorum aliquot ſclopetariorum, præter innumeram multitudinem negotiatorum, inſtitorum, & aliorum viantium, iterque quaqua cauſa facientium, itidem ad vim propulſandam bene armatorum, vix inquam Brugas pervenit.

Ibi omnia impedita offendit.

Ubi cum putaret omnia ſibi proceſſura ex ſententia, reperit urbem exhauſtam & exſanguem, fameque plane confectam, & à re pecuniaria ita imparatam, aut potius deſtitutam: ut precia rerum, quæ ſolebant eſſe centenaria, vix tum eſſent denaria. Damnata igitur tam intempeſtiva reverſione poſt maximas jacturas, & damna rei familiaris, cum fundos villasque adhuc partim ſub ſalo fluctuare; partim ob hoſtium propinquitatem & obſeſſas coli & elocari non poſſe videret: collectis rurſum ſarcinulis, rediit, unde pedem extulerat, in Germaniam; & Francofurtum ad Mœnum.

Redit è Belgio in Germaniam, & Francofurtum.

Ea enim urbs & ob mercatus ſemeſtres, & ob alias multas commoditates, ei tum maxime idonea viſa; ubi de genere vitæ impoſterum ſaltem temporario, conſilium caperet & deliberaret. Quod faciens cum provideret; conſcius quo in ſtatu res publicas privatasque in Belgica reliquiſſet, domo annis aliquot perparum ſubſidii pecuniarii expectandum ſibi eſſe: tandem illud conſtituit; operam omnem conferre ad literas, & ſi qua poſſet rem typographicā adjuvare.

Patronus ejus ibi Hen. Kellnerus.

Nactus eſt Francofurti ſtudiorum ſuorum patronū & adjutorem inſignem, *Henricum Kellnerum*, patricium ejus urbis *Fichardi* non tantum in ſyndicatu patriæ & officio publico; ſed multo magis in humanitate, comitate, hoſpitalitate ſucceſſorem verum.

Sigism. Feierabend eundem operis typographicis adhibet.

Sigiſmundus Feierabend ibidem typographorū celeberrimus, & bono rei literariæ natus, Modii opera uſus, numeravit ei præter menſā quotannis *ducentos thaleros*. Factum id anno 1586.

Ab Egmontano Comite avocatur.

Poſtea ab *Egmontano* Comite tanquam actionum, ſtudiorum morumq; teſtis evocatus, abrupit vincula; quibus in Germania per annos aliquot ſe conſtrictum teneri paſſus erat: & collectis ſarcinulis in viam, rediturus in Belgium, ſe dedit.

Sed hic vere dictum & veluti ex oraculo depromptum ſenſit:

Neſcia mens hominum fati ſortisque futuræ.

Ecce enim dum ſumma gaudia mente præcipit, dum dextram *Egmondani Comitis* oſculo delibare geſtit: *Bonnæ* ſuaſu Clariſſimi Viri *Jacobi Campii* & *Adolphi Scheiffarti à Merade*, aliquantiſper ſubſtitit. Hic dum totus eſt ad iter perſequendum: incidit, ut cum tanquam poſtridie profecturus ſupellectilem omnem convaſaſſet 22. Decembris apud *Confluentes* natalem Soſpitatoris noſtri *Jeſu Chriſti* celebraturus; incidit, inquam, ut ea ipſa nocte infelix, *Bonna* irruptione, nec citra proditionis ſuſpicionem, à notiſſimi cujusdam * ducis cohorte caperetur.

Bonna capitur 1587. d. 23. Dec.

**Fuit Martin Schenck à Neydecken eques Weſtphalus.*

Hic Modius ipſe non tantum omni corporis cultu & auro, quod ipſi multorum principum virorum annis ſuperioribus contulerat liberalitas, ſpoliatus: verum etiam veſtitu univerſo, quo non tantum honeſto; ſed plane, ſi quis ejus ordinis alius, ſplendido inſtructus erat in teterrimum carcerem conjectus fuit. In quo per *menſes* prope *duos* quid non paſſus eſt? Lethalibus tantum non vulneribus in capite affectus, & in latere ſiniſtro ita mulctatus fuit: ut diu brachium ejus idoneo uſu caruerit.

Modius ſpoliatur, & in carcerem conjicitur.

Ex ergaſtulo illo *Jacobi Campii* beneficio & lytro haud exiguo numerato liberatus eſt. Verum dum animi juxta & corporis æger ſuſtentatur, ad alia mala hoc quoque acceſſit: quod necdum obductis cicatrice vulneribus Bonnæ acceptis; ita repetitis morſibus à cane in crure dextro convulneratus fuerit, ut & lenta & difficilis ejus fuerit curatio.

Campii beneficio liberatus.

A cane periculoſe admordetur Modius.

Tot igitur ac tantis malis vexatus, fortunisque omnibus exutus, accedentibus & à vita mala conſcientiæ ſtimulis animum plane deſpondit; parumque viriliter, aut potius Chriſtiane, adverſitates tulit; adeo quidem, ut aut DEUM, aut, quod perinde *providentiam divinam* negarit. Cujus rei cauſa inſignem epiſtolam * ſcripſit *Juſtus Lipſius* ab amico rogatus: in qua validis & arduis argumentis ad ſanitatem mentis miſerum reducere conatus eſt.

Providentiam divinam in dubium vocat.

** Eſt ea Centur. 2. ad Belgas epiſt. 26. ad Hier. Berchem.*

Tandem *Audomari* in Flandria factus Canonicus Modius; diem ibi ſuum obiit, anno * ac menſe nobis nondum certo cognitis.

Obitus Modii.

**Forte 1598*

Edidit præter *poemata*, *Eraſmo Neuſtettero*, Equiti Franco inſcripta, *Novantiquas lectiones* tributas in epiſtolas centum, & quod excurrit: in quibus infinitis locis Latini autores, qui ſoluta ac ligata ſcripſerunt, ſupplentur, emendantur, notantur.

Scripta & monumenta ejusdem.

Emendavit & rei militaris ſcriptores, ac notis illuſtravit, *Frontinum*, *Ælianum*, *Modeſtum*, *Vegetium* Evulgavit etiam illuſtre opus *Pandectarum triumphalium*, Germanice Thurnirbuch: & *Livium* cum doctis doctorum virorum monumentis notisq; à mendis vindicatum, & notis quoque ſubinde notatum, edidit, in ſumma, ut ſcribit ipſe, temporis anguſtia, negotiorum mole, & curarum æſtu. Emendavit præterea ad invidiam usque *Q. Curtium*: etiam poſt Bongarſium manum admovit

movit

movit *Iuſtino*: & è Bercinienſi codice M. S. varias notas exſcripſit panegyricorum auctoribus. *Ex præfationibus & operibus Modii.*

Ob. 1598 die 28. Iun. S. N. æt. 71.

ABRAHAMUS ORTELIUS.

Orteliorum familia Auguſtæ Clara *Guil. Ortel. avus,*

ORTELIA gens *Auguſtæ* Vindelicorum longo jam tempore ſummum dignitatis gradum tenuit: ex ea felici germine pullulavit *Guilielmus Ortelius*: qui anno partæ ſalutis ſexageſimo prope, ſupra milleſimum quadringenteſimum in novam commigrans Antverpienſium Coloniam, quam jam DEUS nobiliſſimum orbi terrarum emporium deſtinarat, multa ad laudem inſignia patravit; inter quæ & illud, quod extra portam Cæſaream, loco ſuppliciis reorum deſtinato; quadrato ex lapide crucem, cui inferne hinc & inde, illa virginum decora Maria & Joannes, nec non duo ſuffixi trabibus latrones, claudebant latus, ære proprio & copioſo, erigendam curavit. Mortuus eſt *Guilielmus* ille anno ab incarnato Deo undecimo ſupra ſeſquimilleſimum, Januarii octavo die, & apud Minoritidas tumulatus.

Leonard. Ortel. pater. Viri optimi hæreditatem excepit *Leonardus* filius haut patri diſpar. Ferunt enim divina omnia ad palatum ejus fuiſſe; ut de cœleſtibus rebus commentationes rarò è manibus, nunquam è mente deponeret. Hic *Annæ Hervvayers* matrimonio junctus, duas ex ea filias, & unum filium *Abrahamũ*, anno Chriſti vigeſ. ſeptimo, ſupra mille quingentos, 4. Non. April. vel potius 4. Idus Aprilis, ut habet Cronicon Chronicorum: qui in domum non infimam, nova decora & auguſtiora invexit, nequaquam parta ludentis Fortunæ temeritate; ſed longiſſimis quæſita laboribus. Erat in eo rara indoles animi, magnum & acre ingeniũ, &, quod mirum in juvene, ſtudium rerum magnarum non vulgare. Quare eum altius omnino erudiendum arbitratus parens, qua Latinis, qua Græcis literis, (has enim ipſe mire callebat) feliciter informare incepit. Sed optimis hiſce cogitationibus malum intervenit neceſſariũ, mors dilecti parentis, anno trigeſimo quinto, cum aliis, tum filio luctuoſa: quippe qui jam exteris uti præceptoribus cogeretur: ſub quibus tamen fructus non pœnitendos collegit. Neq; enim pueriles nugæ crepundiaque cæteræque lubricæ ætatis peſtes, aut avertere ab inſtituto curſu; aut retardare generoſæ mentis juvenem unquam potuere.

Abrah. Ortel. natalis. *Indoles ejus.* *A patre inſtituitur.* *Quem puer amittit.*

Matheſi in primis deditus. In Mathematicis tamen ei prope unica contigit laus; cum plerumq; ſine præceptore, convolutas earum artium ſubtilitates, & per ſe caperet ſedulo, & cæteris admirantibus lucidiſſime recitaret. Anno ætatis ſuæ trigeſimo, multa magnaq; animo agitans, & quietis patriæ pertæſus profectionem in varias orbis plagas cogitare cepit.

Excurrit *Francofurtum* ad Mœnum ſæpiſſime viſitavit, idque ob notas nundinas binas, quibus illa urbs imperialis, eſt celebris. *Francof. ad Mœnum.* Anno verò à Chriſto nato, ſeptuageſimo quinto, cum *Ioanne Viviano* Valentiano, mercatore & ſtudiis dedito viro, & *Hieronymo Scoliers* Antverpiano, Leodicenſes, Trevirenſes, Tungros, & Moguntinos luſtravit, extat hodieque libellus hujus itineris teſtis locupletiſſimus. *Peregrinatur.* Anno ſeptuageſimo ſeptimo ſocio uſus *Immanuele Demetrio* Antverpiano, cognato ſuo, Angliam Hyberniamq; inſpexit. Italiam illam fœcundorum altricem ingeniorum, illam admirandarum rerum effectricem, illam antiquitatis parentem ter peragravit; neq; curſim; ſed iis ſubnotatis & in codicillos relatis, quæ ad memoriam maxime inſignia viſebantur. Cum tertio Italiam reviſeret, anno ſeptuageſimo octavo, comitem itineris habuit *Georgium Huffnaglium* Antverpianum, cujus effigies æri inciſa volitat per Europam univerſam cum inſcriptione tali;

Georg. Huffnaglius.

GEORGIUS HUFFNAGLIUS ANTVERP. QUI PICTURAM DELICATIOREM GENIO DUCE AMPLEXUS, EO PROMOVIT, SUMMIS UT PRINCIPP. PLACEAT ALBERTO ET GUILIELMO BOIARICIS, FERDINANDO AUSTRIACO, IPSI IMP. RUDOLPHO AUGUST.

Abiit hic ad meliorem vitam Pragæ decimo tertio Januarii, anno milleſimo ſexcenteſimo.

Nihil quoque vel in Germania, vel Gallia illuſtre, quod non perviderit hic noſter. Demum tot itinerum ſuperatis difficultatibus, rediit Antverpiam ad cariſſimos lares. Nec mirum ſi ocellum orbis (ita eam urbem, Minervæ corculum Lipſius venuſtat) ſibi quietis locum delegit, orbem tam ſcite delineaturus. *Redit in patriam Ortel.* Cœpit tum poſteritati ſuæ ſervire, & regiones viſas, inviſas, & ignota maria, clauſas omni antiquitati vias ac terras, Geographico calamo aperire; infames illos orientis, occidentisque tractus deſcribere; deniq; in THEATRUM illud, quod nunc tanta admiratione omnium inſpicitur & legitur, totus incumbere. *Opera Geographica inſtituit. Theatrum Ortelii.* Quo in opere, ita omnibus ſuam probavit induſtriam: ut à Philippo II. illo Principe Principum, Geographi Regii inſignibus ſit ornatus. Scripſit & *Theſaurum Geographicum*, in quo omnium, totius terræ regionum, montium, promontoriorum, collium, ſilvarum, inſularum, portuum, populorum, urbium, oppidorum, pagorum, item Oceani, marium, fretorum, fluviorum, & ejuſmodi nomina & appellationes veteres, additis magna ex parte etiam recentioribus; opus eruditum lectuque jucundum. *Theſaurus Geograph.* Dedit quoque poſteritati *Deorum Dearumque capita*, ex vetuſtis numiſmatibus in gratiam Antiquitatis ſtudioſorum. *Deorum & Dearum capita.* Anno vero nonageſimo ſecundo edidit *Aurei Sæculi imaginem* ſive *Germanorum veterum* vitam, mores, ritus & religionem, ex variis auctoribus congeſta: dedicavitque Cl. V. *Iacobi Monavii* Patricii *Aurei ſeculi imago.* Uratis-

Uratiſlavienſis Fil. Friderico Monavio. His ergo lucubrationibus immortale ſibi nomen comparavit.

Mores.

In communi ſermone, nihil illo probius, nihil feſtivius, nihil comius. Benevolentia illi ſingularis, conciliandæque hominis gratiæ ac promerendi amoris, nimirum & efficax ſtudium. Amicos coluit magni & nominis & eruditionis viros. In *Hiſpania* Benedictum Ariam Montanum, Theologum, & P. Andream Schottum Antuerpianum, & Societ. Jeſu Presbyterum. In *Italia* Fulvium Urſinium, Franciſcum Superantium, & Joannem Sambucum. In *Germania* Gerardum Mercatorem, inſignem Coſmographum, Jacobum Monavium, Marcum Velſerum, Joachimum Camerarium; & Arnoldum Milium. In *Gallia* Petrum Pythoeum & alios. In *Belgica* Juſtum Lipſium, Lævinum Torrentium, Franciſcum Raphelengium, Chriſtophorum Plantinnm Joannem Moretum, Cornelium Prunium, Nicolaum Roccoxium, Balthaſarem Robianum Philippum Gallæum, Othonem Venium pictorem celeberrimum, & Franciſcum Svvertium F. Cum his omnibus, aliisq; pluribus amica conſuetudo. Ad hos ſcriptitabat, ab his ſæpenumero literas recipiebat.

Amici.

Antiquitatis & novitatis ſtudium.

Rerum rariorum, novarum & antiquarum ſtudioſiſſimus erat. Habebat domi ſuæ *imagines, ſtatuas, nummos* Græcos, Romanos, aureos, argenteos, plumbeos, cupreos. *Conchas* ab ipſis Indis & Antipodibus, *marmora* omnis coloris, *Spiras* teſtudineas tantæ magnitudinis; ut decem ex iis viri in orbem ſedentes, cibum ſumere poſſent; alias rurſum ita anguſtas, ut vix magnitudinem capitelli unius aciculi adæquarent. Bibliotheca ejus omni librorum genere inſtructiſſima fuit; ut non immerito domum illius dixiſſes, omnis politioris litteraturæ officinam; ad quam ex variis locis, velut ad Lycæum aliquod Peripateticum, aut Academiam Platonis, concurſus fiebat. Hanc triumphans *Erneſtus*, hanc *Albertus* ab Haloſtana expeditione victor rediens, aliique Principes & viri ſummi medii, infimi, frequentes inviſebant.

Domus ejus Lycæum.

Ætas & obitus Ortelii.

Hæc agitantem, & primum ſupra ſeptuageſimum annum agentem, menſe Junio, conceptus morbus, ac lentis acceſſionibus nonnihil productus, anno reparatæ ſalutis nonageſimo octavo ſupra mille quingentos leviter extinxit. Fuit ſtatura longiore, corpore gracili: coma barbaque flavi coloris: glaucis oculis, fronte ad laudem exporrecta: aditu facilis, & alloquio perhumanus. In ſeriis ſine faſtu gravis & in ferendis jocis ſuaviſſimus evadebat; ea tamen temperie; ut cuncta ad Chriſtianam pietatem revocaret. Defunctum fratrem cœlibem *Anna Ortelia* & ipſa cælebs, nec diu Abrahamo ſuperſtes (moritur enim anno ſeculari cIↃ. IↃ. c.) Antverpiæ ad D. Michaelem, loco honeſto tumulavit. Facile enimoperoſi ſepulchri honore carere potuit: qui publico conſenſu perenne, lateque diffuſum decus, excelſa virtute promeruit.

Proſopographia ejus.

Anna Ortelia.

Monumentum

Monumentum ad tumulum poſitum, Juſto Lipſio auctore, ſic habet:

ABRAHAMI ORTELII,
QUEM URBS URBIUM ANTVERPIA
EDIDIT,
REX REGUM PHILIPPUS GEOGRAPHUM HABUIT:
MONUMENTUM HIC VIDES.
BREVIS TERRA EUM CAPIT:
QUI IPSE ORBEM TERRARUM CEPIT.
STILO ET TABULIS ILLUSTRAVIT:
SED MENTE CONTEMPSIT:
QUA CÆLUM ET ALTA SUSPEXIT:
CONSTANS ADVERSUM SPES AUT
METUS:
AMICITIÆ CULTOR, CANDORE, FIDE, OFFICIIS:
QUIETIS CULTOR, SINE LITE,
UXORE, PROLE:
VITAM HABUIT, QUALE ALIUS VOTUM; UT NUNC QUOQUE ÆTERNA EI QUIES SIT,
VOTIS FAVE LECTOR.
OBIIT IIII. KAL. JULII, ANNO cIↃ IↃ. XCIIX. VIXIT ANNOS LXXI. MENS.
II. DIES IIXX.
COLII EX SORORE NEPOTES
B. M. POSS.

In ſarcophago.

PIÆ MEMORIÆ SACR.
ABRAHAMO ORTELIO ANTVERP.
GEOGRAPHO REGIO,
FRATRI CHARISSIMO,
ANNA ORTELIA, CÆLEBS CÆLIBI
H. M. F.
ANNO M. D. XCVIII.
HÆC META LABORUM.

Et lachrymis Ortelianis.

LAURENTIUS CIRCLERUS.

Ω. 1598. d. 28. Julii ætat. 64.

Patriam hic habuit *Goldbergam*, Sileſiæ oppidum, in ditione illuſtriſſimorum ducum Ligio-Bregenſium, olim aurifodinis, unde & ei nomen, nunc Gymnaſio ducali celebre. Parentes * nactus eſt honeſtos & ornatos; qui filium hunc præclara indole cum animadverterent præditum, literis humanioribus imbuendum in ſchola patria ſub rectore illo, & juventutis informatore feliciſſimo, *Valentino Trocedorffio*, curarunt. Quo in ludo cum brevi fundamenta linguarum & artium ſolida poſuiſſet: Wittembergam, doctiſſimis tunc hominibus liberaliſſimisq; ſtudiis florentem, ſeſe contulit. Ibi præter alios clariſſimos doctores audivit diligentiſſime *Philippum Melanchthonem*, totius Germaniæ præceptorem; adeoque ſe cunctis, pietate, modeſtia, & induſtria ſua probavit, ut laudibus paſſim floreret, aditumque ad amicitiam magnorum virorum ſibi facile aperiret.

Goldberga unde dicta.

** Anno millef. quing. trigeſimo quarto.*

Præceptor Circleri Trocedorff.

Wittembergam abit.

Ibi Melanchthon. audit.

Itaque cum illuſtriſſimus Princeps *Georgius*, Dux Sileſiæ Lignicenſis & Bregenſis de præ-

præceptore & Ephoro generoſiſſimis duobus filiis, *Joachimo Friderico* & *Johanni Georgio*, præficiendo laboraret; Circlerus unus propter eruditionem politam, pietatem, prudentiam, vitæque integritatem ſingularem, dignus viſus, cui id officii committeretur. Nec vero male id cecidit. Tanta enim eo in officio fide, tantaque integritate & gravitate verſatus eſt: ut & parenti illuſtriſſimo faceret ſatis, & juniorum Principum, alumnorum ſuæ diſciplinæ, animos mirifice ſibi devinciret. Nec præſentem modo illi ſumma benevolentia præceptorem complexi ſunt: ſed & abſenti gratiam & munificentiam ſuam prolixe declararũt decreto ei annuo honorario: haud raro etiam ejus in rebus arduis exquiſiverunt judicium: quo ipſe erat acri & ſubtili.

Duobus principibus præficitur.

Cæterum Spartam illam ubi pro virili ornaſſet, honorifice dimiſſus; & multorum generoſorum Baronum atque nobilium adoleſcentium informationi adhibitus eſt. Inter reliquos ejus diſcipulos & ſplendore generis, & virtute eminent generoſi & illuſtres *Michael Slavata & Carolus à Zerotin*, Barones: quibuscum ad varias cum Germaniæ, tum aliarum regionum, Academias, ut alter Phœnix, miſſus eſt.

Inde aliis præcipue nobilitatis.

M. Slavata. C. à Zerotin.

Iſocratem * accepimus in ſua diſciplina habuiſſe non idiotas modo; ſed & Rhetores, & duces, & reges, & tyrannos, ſeu, ut verbo dicam, nobilitatis Græcæ florem. Iſocrates Germanicus fuit profecto Circlerus; Rhetor Chriſtianus: & quemadmodum de ipſo Ioan. Sturmius graviſſime judicavit, *vir magni ingenii, excellentis prudentiæ, ſingularis eruditionis & doctrinæ, diligentiæ ſummæ.*

** Iſocr. περὶ ἀντιδόσεως.*

I. Sturmii de Circlero judicium.

Exinde anno octuageſimo à principe Illuſtriſſ. Georgio ad ſcholæ patriæ regimen, & inſtaurationem vocatur; *Martino Taburno*, qui Trocedorffio ſucceſſerat, è vivis paulo ante ſublato. Iſtud Gymnaſium cum in priſtinum celebritatis gradum dexteritate & labore ſingulari locaſſet: idem Illuſtriſſ. Princeps patriæ, Bregenſis etiam Gymnaſii curam eum ſuſcipere voluit. Eſt autem Bregenſe Gymnaſium alterum in territorio Illuſtriſſimorum Principum Sileſiæ Lignicenſium & Bregenſium, ab Illuſtriſſ. Principe Georgio anno undeſeptuageſimo ſumptuoſe exſtructum, & munificentia Principe digna conſervatum.

Ad gubernationem Gymnaſii Aurimontani vocatur.

Item ad Bregenſis inſtaurationem.

Quando illud fundatum.

Eo itaque cùm Circlerus, alter quaſi Chiron, veniſſet: tanta illico ſumſit incrementa ἐργαστήριον illud pietatis & doctrinæ; ut non ſolum ab incolis, ſed etiam ab accolis plebeis & nobilibus frequentia incredibili celebraretur. Florente ita tunc ludo literario, non ſemel ipſe Princeps, Julii Cæſaris aut Antonini, aut Carolorum Impp. exemplum imitatus in auditorium venit; docentemque Circlerum attente audivit. Cum autem eo tempore explicationem examinis Philippi ad locum de Cœna uſque deduxiſſet; & facile videret, quoſdam corporalem præſentiam, & oralem manducationem corporis Chriſti in, vel ſub, pane latitantis, præter & contra ſcripturam ſibi imaginantes, apertam veritatis confeſſionem minime laturos; ipſe vel ſcenæ ſervire, vel diſſimulare quicquã noluit: ſed ut virum candidũ decet, egit. Scripto namque orthodoxam ſententiam eſt complexus, eamque Principi rara cum παῤῥησίᾳ exhibuit: ſimulque διαῤῥήδην indicavit, ſe poſt diligentem & religioſã certaminis Euchariſtici conſiderationem, tandem deprehendiſſe, ſententiam eam, quæ hodieque odioſo Calvini nomine deformetur & diffametur, nec erroneam, ſed & ſacris literis, ſymbolo Apoſtolico, & puriori antiquitati, conſentaneam eſſe: Petere itaque ſe, ut in articulo de ſacra Cœna doctrinam, quam & verbo Dei, & ſua conſcientia teſte, veram ſciret, juventuti ſcholaſticæ proponere liceat; ſin minus, bona cum gratia officio ſuo ſe abiturum. Hoc Circleri conſilium ab omnibus cordatis, opinor, probabitur. Occurrit enim pius vir hac opportuna & aperta fidei ſuæ confeſſione calumniis; quibus de erroribus clanculum diſſeminatis, de magiſtratu hypocritice decepto, de juventute veneno Calviniſmi clandeſtine & nefarie infecta, traduci ad alios potuiſſet: Aut eorum criminationibus, qui dictitant, multos orthodoxam, quam Circlerus probavit, etiam probare fidem: ſed non rotunde eam profiteri; verum ambiguis involvere phraſibus; quæ res ſit ſuſpecti negotii argumentum: ſed falſo id quidem dictitant. Hujusmodi enim veri reticentia eſt indicium tyrannidis, & præjudiciorum in animis jam confirmatorum; ubi veritas locum nullum invenit: deinde prodit ſe etiam ita humanæ carnis imbecillitas, crucem & afflictiones, ubi poteſt declinantis. Circlerus igitur etſi multi tunc eum, propter eruditionem & virtutem inſignem retinere in functione nitebantur, variis propoſitis mediis: tamen *cum carne & ſanguine conferre* noluit: ſed patriam chariſſimam, gratiam hominum, honorem, ſplendorem, & opes amittere, quam veritatem ſemel agnitam abnegare maluit. Itaq; lubenti animo ſolum vertit; &, ut ſæpe ſolebat dicere, *probrum Chriſti* patienter in ſe ſuſcepit, nec unquam auxilium & ſolatium divinum ipſum defecerunt. Ab anno ergo octuageſimo quarto in varias Germaniæ excurrit regiones, nunc in Palatinatum Electoralem; nunc in Anhaldinatum & veterum Soraborum ſedem Zerveſtam; nunc in Moraviam ad fratres orthodoxos: ut & ſimul amicos veteres inviſeret, & cum puro Evangelii miniſterio ſuas preces conjungeret, & ſacris ſignis atque ſigillis, juxta Chriſti inſtitutionem, ad fidem confirmandam uteretur. Totam vitam ſanctis pietatis exercitiis conſumſit. In deliciis, ſecundum ſacrarum literarum codicem, habebat *Pſalmos à Lobwaſſero* germanicis rhythmis ſuaviter incluſos, eosq; decantare domi & in itinere ſolebat. Melanchthoniana autem ſcripta ut è manu raro, ſic ex animo nunquam deponebat. Inter prophanos *Ciceronis* potiſſimum & *Plauti* lectione delectabatur: quibus ſemper hiſtorias adjungebat. Vixit cœlebs pie, juſte & tẽperanter ad ſenectam usque honeſtiſſimam: adeo ut

Georg. princ. Sileſ. audit lectiones ſcholaſticas.

Occaſio dimiſſionis Circleri.

Candor & παῤῥησία ejus.

Calumniis prudenter occurrit.

Multi veritatem reticent metu aliquo

Dimittitur Circl.

In Exilio exteras adit provincias.

Studia ejus privata.

Joan. 1. v. 48.

ut eum vere dicas fuiſſe Nathanaelem, vere Iſraelitam, in quo dolus nullus.

Supremus ejus morbus.

Tandem cum anno nonageſimo octavo in Palatinatum ad veteres & conjunctiſſimos amicos iter ſuſcepiſſet, ac Spiram Nemetum apud Quirinum Reuterum Theol. miniſtrum tunc Eccleſiæ, quam Ægidii vocant, divertiſſet: ecce tibi, ſubito ἀποπληγμένος graviſſ. decumbit. Quo in morbo præclara Chriſtianæ patientiæ, fidei & πληροφορίας documenta edidit. Seposita enim omni omnium terrenarum rerum cura cœleſtia ſe cogitare, ad cœleſtia ſe adſpirare, alacriter confirmavit.

Conſtantia & patientia in eo.

Interrogatus, *num quos vellet accerſi amicos? Ad quid inquit, fideliſſimum habeo amicum in cœlis, Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum: qui etſi in cœlis ſedet ad dextram Dei patris, longe tamen ab eo plus auxilii mihi eſt; quam ſi in terris corporaliter adeſſet. Nam ibi* (dicebat) *apud cœleſtem patrem pro me intercedit: ibi manſionem mihi beatam paravit, eò me ad ſe vocabit: Ipſe via, veritas & vita: novi, quod Redemtor meus vivit.* Identidem has quoq; voces repetebat: *miſerere mei, ô agne Dei, qui tollis peccata mundi: ô Ieſu Chriſte, qui paſſus es pro nobis, propitius eſto mihi: In manus tuas ſpiritum meum commendo.* In hac ſeria Filii Dei invocatione expiravit jam vitæ ſatur: anno ætatis ſexageſimo quarto. Sepultus eſt ibidem ad Ægidii, cum epitaphio tali:

Obitus.

Epitaph.

GRATÆ MEMORIÆ S.
LAURENTIO CIRCLERO GOLDBERG. SILESIO
ILLUSTRISS. ATQUE ILLUSTR. SILES.
BOHEM. MORAV. PROCERUM INFORMATORI QUOND. INDUSTRIO;
SCHOLAR. INDE GOLDBERGENS.
ET BREGENS. RECTORI BENE MERITO;
PHILOLOGO AC ORATORI INSIGNI,
RELIGIONIS SINCERIORIS ADSERTORI MAGNAN. ET CONST.
VIRO GRAVISSIMO SIMUL HUMANISS. Q.
POST LABORES MULTOS VARIASQ.
PEREGRINATIONES
ÆTAT. ANN. LXIII. COMPL.
ARGENTINENS. IN ITINERE PIE
HIC PLACIDEQ. MORTUO
A. C. MDIIC. D. XXIIX. M. JUL.
CHRISTOPHORUS HEDWIGERUS
SILESIUS PRÆCEPTORI SUO ÆT.
HONORANDO.
L. M. Q. P. C.
A. MDCIX.

Supra lapidem ſepulchralem.

LAURENTII CIRCLERI
MORTALE QUOD FUIT
H. S. E.
ANNO MDXCVIII.
PROFUIT, DUM VIXIT:
QUIBUS POTUIT:
NOCUIT NEMINI.

Ex concione funebri habita à D. Quirino Reutero, tunc ibidem Evangelii miniſtro, & aliis.

HULDERICUS SCHOBERUS.

O. 1598 d. 2. Octob. ætat. 39.

** A. 1559. 4. Novem.*

EDidit * hunc Schoberum *Lubena*, oppidum Sileſiæ vetuſtioris notæ, quod *Boleslaus* Sileſiæ Dux, ſub Mieczlao tertio Poloniæ rege, anno Chriſti milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, muris cinxit, foſſis munivit, & amplificavit. Parentes ei fuerunt neque divites, neque clari: id quod ei cum Socrate, Euripide, Demoſthene, aliis commune. Nec enim, uti imperita plebecula autumat, divitiarum magnitudo, aut generis amplitudo dare veram laudem, aut eripere utraque ſubtracta poteſt.

Parentes.

Pater etſi, ut mechanicus, manuum laboribus ſibi ſuisque victum quærere cogeretur: rejecta tamen omni inconſiderata parſimonia, filium à teneris ad Chriſtum & Chriſtiana φροντιστήρια adduxit; & præceptoribus in ſchola patria refingendum dedit: ut à primis infantiæ annis rudimentis pietatis imbueretur, & ad preces Deo dicendas maturè adſuefieret:

Inſtitutio pueritiæ.

Quemadmodum autem olim proverbiali Græcorum verſu dictum eſt:

Indoles ſtatim ſe prodit.

Αὐτίκα δὴ φυτὰ δῆλα, ἃ μέλλει κάρπιμ' ἔσεσθαι

ita Schoberus, qualis aliquando futurus eſſet: vix deguſtatis literis prodidit. Puer enim locum aliquem editiorem vel domi ſuæ vel in ludo conſcendens, ex eo tanquam ſuggeſtu ſive cathedra condiſcipulos ſuos docere viſus eſt. Apparuit & ex eo indoles ejus & ingenii bonitas: quod ſcholam cupide frequentavit, magiſtros attentè audivit, audita diligenter ruminando repetivit.

His virtutis ac doctrinæ fundamentis jactis, cum animi ſenſa verbis Latinis ſic ſatis promte reddere, & de Logicis interrogatus utcunque reſpondere poſſet: pater accedente ſuaſu aliorum, qui de ingeniis judicare poterant, *Vratiſlaviam* eum ablegat. Ibi hoſpitio *Laurentii Stillii* exceptus, præter domeſticam diſciplinam, inſtitutioni virorum doctiſſimorum commendatus fuit, M. *Petri Vincentii*, qui ludum ibi regebat literarium, item *Weigleri, Brittmanni, Langæi*, & cæterorum. Hic multos annos magna cum diligentiæ & induſtriæ laude vixit: & ſub dictis ducibus, cum innumeris commilitonibus in caſtris Muſarum egregie meruit: adeo, ut favente conatibus ipſius Deo, utriusque linguæ, Latinæ & Græcæ, intelligentiam ſibi mediocrem compararit; & orationem ſolutam elegantem, carmenque eruditum in utraque lingua ſcriberet. Quare & Vincentius Schoberum cum propter ingenii felicitatem, tum propter ſtudium & ardorem literarum multum amavit: neque minor obſervantia Schoberi erga præceptorem Vincentium fuit; quem veluti alterum parentem redamare, & ut præceptorem & patronum omni vitæ tempore & abſens vivum, & vivus mortuum colere non deſtitit.

Mittitur Vratiſlaviam.

L. Still.

Præceptores Schober.

Fundamentis ergo artium & linguarum pro-

Lipſiam abit.

probe poſitis, *Lipſiam*, tanquam ad uberiorem literaturæ mercatum ſeſe contulit; ubi nihil ut in multis ſæpe fieri adſolet, de ardore ſtudiorum priore remiſit; ſed eam Philoſophiæ principiis hauriendis navavit operam, eaſque in erudita doctrina celeriter fecit progreſſiones, ut juxta præſcriptum in legibus communitatis bonarum artium ordinem, primæ laureæ conſequeretur honorem. Hoc θελκτηρίῳ invitatus: nullum non, ut quam celerrime ad Palladis & optimarum artium loco excelſiſſimo poſitam arcem conſcenderet, movendum ſibi lapidem putavit. Itaque & diſputando publice & declamando, eruditionem ſuam non ſolum commilitibus, ſed & Profeſſoribus ipſis ita probavit, ut dignus judicatus fuerit, cui ſummus in Philoſophia gradus conferretur, & locus in collegio Philoſophico concederetur.

Prima laurea ornatur.

Mox altera & ſuprema.

Commilitones ejus.

Laborum ea in Academia ſocios & συμβιωτὰς habuit D. *Johannem Oetuuinum*, D. *Laurentium Finckelthuſium* Reip. Lubecenſis Syndicum, *Zachariam Schilterum* Theologum D. *Matth. Dreſſerum* Philologum, M. *Bartholomæum Waltherum* olim ſcholæ illuſtris Portæ ad Salam Rectorem, & M. *Nicolaum Liſcum* Olomucenſem. Itaque teſtimonio honeſtiſſimo ab Academia Lipſica ornatus, cum jam abſentibus etiam innotuiſſet: de judicio D. *Franciſci Liduæ* & conſilio Rectoris ſcholæ Thorunenſis M. *Caſpari Friſii*, literis honorificis à ſcholarchis ad exornandum recens tum inſtitutum Gymnaſium, anno octuageſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum, eſt vocatus. Relicta igitur Lipſia Thorunam venit, & in ſchola diviſis cum Rectore laboribus, docendi facilitate, quaque pollebat, ſtyli utriuſque ſoluti & ligati, elegantia, brevi temporis ſpacio auditorum in ſe animos oraque convertit, operamq; Gymnaſio Thorunenſi, dum vixit, ut fidelem ita utilem impendit; & diſcentium profectibus voce ſcriptiſque inſerviit: ac ſuo exemplo ad virtutem viam præivit. Nam dum alii mane inter pectinem & ſpeculum horas precioſas conſumunt, lauticiamque ſuam & domeſticos componunt ſtrepitus, veſperi vero repotiis & luſibus indulgent liberius: Schoberus ante omnia mutuis cum Deo colloquiis mane & veſperi horam ipſam inſumebat, quod ſibi, nihil jucundius, nihil ad functionis ſuæ actiones inchoandas & finiendas auſpicatius judicaret; quam orationem, cum ſuis alis, gemitu nimirum & piis ſuſpiriis, ad cœlos emittere. A precibus ad librorum ſacrorum lectionem tranſibat: in qua ita fuit aſſiduus; ut quorundam Theologorum in eo genere diligentiam ſuperarit. Pſalmos Germanos Hymnos & ᾠδὰς, non Pindaricas illas ſed mere πνευματικὰς ex Chriſti ſchola ſanctique officina Spiritus profectas, Pſalmos item Latinos, præcipue vero Buchanani Paraphraſi poetica feliciter expreſſos, frequentiſſime cantitabat, eosq; omnis doctrinæ cœleſtis vaticiniorum, conſolationum, gratiarum actionum, precationum, pleniſſimum Oceanum vere nominabat. Ad provehendos vero vel diſcipulorum, vel collegarum, vel quorumcunque tandem rectos conatus, vel ſupplendam inopiam, deſiderari in ſe paſſus eſt nihil: imo ope operaq; quoslibet ἐκ τῶν ὑπαρχόντων demereri, deq; ſuo lumine alteri lumẽ accendere promtus ac paratus fuit. Neminẽ præ ſe contemſit; ſed omnes, quo decebat honore, proſecutꝰ eſt.

Vocatur Thurunium Boruſſiæ.

Virtutes ac mores ejus.

Preces.

Bibliorum lectio.

Pſalmorum decantatio.

Liberalitas.

Modeſtia.

In rebus adverſis, non obmurmurabat, ſicut impius ille apud Ariſtophanem Strepſiades: ſed Deo morem gerebat, & omnes calamitates cum Athanaſio *nubeculam eſſe cito tranſituram* credebat. Concordiæ ita fuit ſtudioſus, ut amicis non pauca indulſerit, & τὰ μέγιστα κακὰ ἐκ ἄλλως, ἢ ἐκ φιλονεικίας καθίστασθαι, experientia doctus vere exiſtimarit. In familiaritatem & amicitiam, οὔτε πάντα, οὔτε πανταχόθεν, οὔτε παρὰ πάντων, ut Græci ajunt, recipiebat; ſed paucorum erat hominum: quos vero ſemel receperat, conſtantiſſime retinebat. Candore vero tanto; ut vel manifeſte calumniandi animo prolata in meliorem fere partem ipſe interpretaretur. Quare & amicos quam ſæpiſſime rogavit; ut candorem & mores ſimulatione alienos, quales Capaneo tribuit Euripides, adferrent: ſæpe talibus vel ſimilibus verſiculis uſus eſt;

Infelix, quiſquis mentem diſiunxit ab ore:
Non faciens animo conſona verba ſuo!
Fucus in Aonidum non eſt tolerandus alumno;
Candor in exculto quæritur arte viro.

Ocium deſidiamque toto animo deteſtabatur, ſciens homines nihil agendo diſcere paulatim male agere. Semper itaque, cum per valetudinem poterat, non obiter & ad ὀφθαλμοδουλίαν, ſed ſerio & diligenter in ſcholis juventutem informabat; &, candelæ inſtar inſerviendo aliis ipſe conſumebatur, devorans haud raro inobedientiam petulantium. Quicquid publicis occupationibus ſuffurari poterat; id totum evolvendis libris, annalibus & Poeticis ſtudiis impendebat, multumque, imo fere ſemper in ſua Bibliotheca deliteſcebat; quam exquiſitis libris, nullo deterrente ſumtu, refertiſſimam curaverat.

Genus ejus docendi.

Porro in docendo ad Phœnicis Homerici exemplum & dicere & facere docebat, neque novos illos ſequebatur, qui neglecta antiquitate, novo docendi genere, rebusque novis ſubinde delectantur; ſed veterem illam Græcorum & Latinorum docendi & diſcendi rationem planam, certam, expeditam ſequebatur, Græcæ & Latinæ linguarum fundamenta ponebat, ac tradebat; & ad Poetarum, Hiſtoriarumq; lectionem ſuos aſſuefaciebat.

In præceptis tradendis prudentiam, dexteritatemque adhibebat eam, ut neceſſaria tantum, & utilia ſuis traderet, omiſſis inanibus ſcholaſticorum cavillationibus & rixis: eademque præcepta ſemper ad uſus neceſſarios revocabat. Ut enim nautæ vel agricolæ non fiunt, altercando de præceptis nauticis, & Georgicis: ſed cum artes illæ intellectæ ſunt, navigando, arando: ita in his quoque, re & nomine liberalibus ſtudiis, eadem omnino ratio ſequenda eſt diſcentibus. Latinæ linguæ perinde, ut Græcæ fuit peritus, & in ſchola Tho-

Thorunenſi cum laude Græcæ linguæ fontem *Homerum* interpretatione illuſtravit: aſſidue *Pſalmos* Græcos, *Epiſtolas* Paulinas Græcas, *Xenophontem, Iſocratem*, & alios explicuit, iisque tanquam deliciis ſuis quotidie ſe mirifice oblectavit. Quare quod Epicharmo ſcripſit epitaphium Theocritus huic etiam congruit:

Epicharmi epigraph.

πολλὰ ζωὰν γὰρ ποτὶ τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα· μεγάλα χάρις αὐτῷ:

Utilia ad vitam pueris quia plurima dixit:
Magna illi habenda eſt gratia.

Teſtantur ejusdem eruditionem vel *præfationes* illæ *in tres tomos* inſtitutionis literatæ. His ergo ipſius laboribus factum eſt, ut nominis ſui famam non iis finibus, quibus Thoruna clauditur, circumſcripſerit; ſed ſui deſiderium apud alios etiam excitarit. Operam enim ejus *Goldbergenſis*, *Suidnicenſis*, & *Sittavienſis* Reſpublica in ſchola gubernanda expetivit; & ampliſſimus item Senatus Gorlicenſis. Verum Schoberus his omnibus, Thorunam ſuam, cui omnia, tanquam patriæ alteri, deberet, anteponendam cenſebat.

A multis expetitus.

In ſtatione illa dum perſiſtit: & Dei benedictionem, præcipuorum ea in Republica virorum gratiam, diſcipulorum plurium obſervantiam, annis tredecim experitur: anno ætatis tricesimo nono, morbo Epidemio tentari cœpit; qui cum ſub initium eſſet remiſſior, paulatim ſumptis incrementis ea facta eſt acceſſio; ut, cum alioqui teneriore eſſet corporis conſtitutione, laboraſſetque jam multis annis ventriculi infirmitate, ſubinde etiam ſuperioribus diebus acceſſiſſent catarrhi & fluxiones capitis copioſiores, plane tandem, & quidem lethaliter decumbere cogeretur. Calendis tandem Octobribus ita intendebatur vis morbi; ut colligere promtum foret, inſtare propediem reſolutionem corporis. Inter graves autem corporis dolores, quibus oppreſſus erat, in ſilentio & ſpe, in voluntate Domini ſe plane acquieſcere dictis factisque teſtabatur; animoque ad Deum, & oculis ad cœlum converſis aliquoties ingeminabat: *Fiat voluntas Dei.* Promiſſiones ex Dei verbo poſitas ſummo cum deſiderio excipiebat, & nutu probabat; ſeque Deo rem omnem commendeſſe, ſuamque voluntatem ipſius clementi arbitrio ſubmiſiſſe profitebatur. Circa horam decimam noctis Pſalmos ſibi decantari, ex Buchanano voluit, item Cantionem Eberi; & caput octavum Pauli ad Romanos, ex quo ſcitum illud Chriſtianum pectori ſuo apprimebat: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Paulo poſt cum conjuge ſua *Eva Pyrnoſia* aliquantulum collocutus, eandemque ultimo ſalutatam DEI tutelæ præſidioque cum tribus filiolis, commendavit, rurſumque teſtatus eſt, ſe abdicata omnium humanarum rerum cura, nihil aliud expectare, quam beatam ex hoc ſeculo emigrationem. Quare etiam ipſe ſibi Epitaphium compoſuit; utque illud diſcipuli, qui tum aderant, annotarent, voluit quod ſic habebat:

Morbo epidemio corripitur.

Epitaph. ſibi ipſe componit.

Vixi non vixi; quoniam mea vita fuit mors:
Nunc vivo: quoniam mors mea vita fuit.

Quo diſticho recitato, ad beatam ex hac vita deceſſionem compoſitus, quiete patienterque tempus reſolutionis ſuæ expectabat. Tandem quæ noctem illam excepit dies ſecunda Menſis Octobr. intra ſeptimam & octavam ante meridianas, cum annos vixiſſet triginta & novem, inter crebras conſolationes & precationes, veluti in ſoporem ſolutus, animam Deo patri Conditori Filio ejus Jeſu Chriſto Redemptori, Spirituique ſancto Sanctificatori reddidit. Fato functus in æde Mariana juxta ſubſellia ſcholaſtica, ad ſpem glorioſæ reſurrectionis, in die illo magno Cenſorio futuro, ſepultus eſt, concionem habente funebrem D. *Martino Triſnero*, ſunus cohoneſtantibus conſulibus, ſenatoribus, primatiis viris & civibus, lugenteque ſchola univerſa. *Ex oratione funebri ſcripta & dicta Torunij, à Matthia Nizolio Thorunienſi.*

Obitus eodem placide.

CONRADUS DASYPODIUS.

☉. 1600. d. 22. April.

PArentem habuit hic *Petrum*, natione Helvetium, virum probe literatum; cujus opera & cura una cum aliis Gymnaſium Argentinenſe, anno trigeſimo octavo inſtitutum, feliciterque poſtea fuit conſervatum. Hic poſteritati concinnavit *Lexicon Græcum*, reſectis & rejectis vocibus ἀνελλήνοις & barbaris: *dictionarium* item *Latinogermanicum*, & *Germanicolatinum*, quo in ludis pueritiæ nihil familiarius. Pervenit ætate uſque ad annum Chriſti quinquageſimum nonum: inque ejus locum ſuffectus eſt *Gerardus Sevenus*, Grammaticus perquam eruditus. Filius *Conradus Daſypodius* Argentinæ, ubi pater docebat, in lucem editus; ut primum per ætatem potuit, literarum elementis & propædeuticis diſciplinis ibi imbutus, in Galliam & Belgium eſt augendæ eruditionis cauſa ablegatus. Audivit igitur tum Lutetiæ Pariſiorum, tum Lovanii, inſignes ejus ætatis Mathematicos; ut & in patria *Chriſtianum* Herlinum Mathematicum præſtantem: quem amarunt & coluerunt, quotquot de ingeniis ac doctrina judicare potuerunt: quemque tanti fecit magnus *Melanchthon*, ut dicere ſolitum acceperimus, ſe, ſi Argentinæ ſibi vita agenda eſſet, Herlinum auditurum.

Pater Daſypodii.

Gerardus Sevenus.

Daſypodii patria.

Mittitur in Galliam & Belgium.

☉. Anno ſexageſimo ſecundo.

Chriſtianus Herlinus.

Ei ſuccedit Daſypodius.

Huic ergo collega adjunctus, & poſtea ſucceſſor datus Daſypodius, mathemata non modo profeſſus Argentinenſi in ſchola eſt diu ac ſedulo: verum etiam συνουσίας & exercitationes fideliter inſtituit. Docuit autem ex præſcripto Joannis Sturmii Geographiæ elementa, Procli ſphæram, Arati φαινόμενα, Euclidem, Arithmeticam, Ariſtotelem de mundo vel quicunque tandem libri, certe utilis, ſit auctor. Addidit his Ptolæmeum, Achillem Statium, & Cleomedem, & Hipparchum

Docet Mathemata.

chum Bithynium, & Sphærica Theodoſii, cum Theone.

Prognoſtica. Προγνωςικὴν etiam, quam προῤῥητικὴν vocat Laertius, voluit Sturmius ut extra ordinem privatim traderet, eoque acutiora ingenia ad amorem illarum diſciplinarum provocaret: id quod & Melanchthon feciſſet. *Viſitator Daſypod.* Idem Daſypodius, cum *Joanne Marbachio & Leonhardo Hertero*, officium ſuſtinuit viſitatoris illius ſcholæ: quod & parenti antea fuerat demandatum.

Induſtria igitur & diligentia perpetua ſtudia diſcentum ſuo loco juvit ac promovit, donec tandem, *Obitus Daſypodii.* anno milleſimo ſexcenteſimo, die viceſimo ſecundo Aprilis vitæ finem in his terris fecit. *Scripta ejusdem.* Elucubravit poſteritati *Sphæricæ* doctrinæ propoſitionem Græce & Latine: *volumina mathematica tria*, quorum ſecundum complectens præcepta, Mathematica, Aſtronomica, Logiſtica, una cum tabulis neceſſariis, pro Academia Argentinenſi collectum: *Euclidis propoſitiones* elementorum 15. Opticorum, Catopticorum, Harmonicorum & apparentiarum, elementorum librum primum. Scripſit brevem *doctrinam de Cometis & Cometarum effectibus*: *orationem de diſciplinis Mathematicis*: collegit *Lexicon Mathematicum* ex diverſis antiquis ſcriptis: tranſtulit *Hieronymi Alexandrini nomenclaturam, vocabulorum Geometricorum*, item *Euclidis catoptrica*, id eſt, elementa ejus ſcientiæ, qua univerſa ſpeculorum vis & natura explicatur: ejusdem elementorum Geometriæ ſex priores libros. Exſtat ejusdem *Heron mechanicus* ſive de mechanicis artibus atque diſciplinis. *Horologium Argentinenſ.* Evulgavit item *deſcriptionem horologii* illius Aſtronomici & mirandi, quod, ipſo inventore & ergodiocta, Argentinæ in ſummo templo erectum, non ſine delectatione hodie ſpectatur. Habuit etiam congeſta mathematum volumina complura: quæ ſi lucem aſpicere potuiſſent, qualis quantusque vir & mathematicus fuiſſet, appariſſet. Sed partim morbis diuturnis vexatus, partim aliis impeditus, affecta illa relinquere coactus eſt. *Ex tomo 2. orationum Melchioris Junii, & J. Sturmii epiſtolis claſſic.*

☉, 1600. die 1. Aug. ætat. ſexageſimo quarto. Gandavum.

CAROLUS UTENHOVIUS.

GAndavum nobiliſſima eſt Belgii civitas, cum qua, de Eraſmi judicio, quaqua ditio patet Chriſtiana, vix ullam reperias conferendam, ſive amplitudinem urbis & potentiam, ſive politiam & gentis indolem ſpectes. *Familia Utenhoviorum.* Inter alias autem ejus urbis familias tum nobiles, floruit genus Utenhoviorum, dominorum Neulandiæ ſive Neochthonis. Fuit ex eorum numero *Nicolaus Utenhovius*, *Nicolaus Utenhovius.* hujus de quo agimus, avus, qui præter exactam juris peritiam, præter elegantiorum etiam literarum ſcientiam, tanta modeſtia, prudentia, judicio, animi moderatione atque integritate fuit ornatus: ut multis annis nemo Gandav principali totius Flandriæ concilio majore cum laude præſederit. Tum ſi quid in adſiduo cauſarum undique ſtrepentium tumultu contigiſſet ocii: id evoluendis ſacris voluminibus impendebat, frequenter & noctis aliquam partem huic curæ decidens: homo tot virtutum luminibus illuſtris, ut in illo minima claritatis portio videretur generis decus. Habebatque adeo illud cum Catone Romano *Cato.* commune: quod nullum omnino tempus pateretur elabi ſine fructu ſtudiorum; adeo ut in conſeſſum etiam ſecum deferret enchiridia quædam, in quibus legeret aliquid, ſi quid forte incideret à negociis vacui temporis, quod alii vel fabulis, vel inanibus cogitationibus darent. Ut autem literas in deliciis *Favet literis & literatis.* habuit, ita & literatos ſummo proſecutus eſt amore, quorum facile princeps fuit Eraſmus: qui ut propenſiſſimo ejus erga ſe ſtudio vicem aliquam reponeret, Epitaphia hæc, alterum Latinum, Græcum alterum illius memoriæ dicavit:

Epitaph. Nicolai Utenhovii.

Hoc ſaxo tegitur celebris Heros,
Utenhovius ille Nicolaus:
Quo ſub præſide Flandriæ ſenatus
Multo floruit unice per annos.
Hoc patri orphana turba liberorum
Μνημεῖον poſuit, pio quidem illo,
Sed caſſo officio. Quid attinebat
Hæc illi monumenta comparare:
Cujus ſcilicet approbata virtus
Hæret mentibus omnium, nec ulla
Illam vis abolebit, aut vetuſtas?

Græcum ſic habet.

Τίς εἶ θεάων, ὄνομ᾽ ἐςί μοι δίκη.
Τί δακρύεις νῦν, τὸν δικαίαρχον καλὸν
Τὸν Νικόλαον Οὐθενώβιον ποθῶ,
Ὃς ἦν ἁπάσης φλανδρίας κλέος μέγα.
Τοῦ του γὰρ οὐδεὶς βελτίων πέφυκ᾽ ἀνήρ.
Φίλῳ θανόντι συναπέθανον, ὡς μοι δοκῶ,
Οὐκ ἦν δίκαιος, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ δίκη.

Reliquit hic filium *Carolum* vere γνήσιον. *Carol. Utenhovius pater.* Nam cum videret *triplex* eſſe *genus nobilitatis*: unum, quod contingit nativitate: alterum, *Triplex genus nobilitatis.* quod parit liberalium diſciplinarum cognitio: tertium eximiam virtutem & ingentia in Remp. merita: ipſe nobilitatis hunc circulum ſuis numeris abſolvit. Ad generis enim decus addidit abſolutam doctrinam, & veræ pietatis ſtudium, ſine qua nulla eſt nobilitas vera, nulla beatitas. Literis operatus eſt primum in Germaniæ Academiis; poſtea Patavium conceſſit: unde & pulcre Ciceronianus, & bene Græcus eſt reverſus. In patria uxore ducta, ſummis eſt honoribus functus; atque doctorum bonorumque præcipuorum ejus ſeculi amicitia, inprimis Eraſmi, cujus aliquot ad ipſum exſtant epiſtolæ, eſt uſus, liberisque ſuaviſſimis auctus. De quorum numero fuit hic *Carolus* in lucem Gandavi editus, anno *Carol. Utenhov. us filius.* trigeſimo ſexto, ſupra ſeſquimilleſimum. Pater tempeſtate Albani ducis, rebus in pejus labentibus, furori militari cedens Diſſeldorpium, ne patriæ exitium videret, ſe cum *Pater viſu captus.* fami-

familia ſubduxit. Tandem etiam viſu captus eſt, ut ad eum Epigramma Poſthii teſtatur:

Nec tibi, care ſenex, iraſci Numina credas:
Quod tua jam lumen lumina deſtituat.
Te Deus immo iſta reddit quoq; parte beatum;
Ne miſeræ videas excidium patriæ.

Filium autem ſibi cognominem à puero fideliter literis imbuendum curavit, jactiſque
Mittit filium Lutetiam. feliciter fundamentis *Lutetiam* Pariſiorum, augendæ eruditionis ergo miſit. Ubi qua cum diligentia & induſtria in literarum cur-
Adriani Turnebi de Utenhovio judicium. riculo verſatus ſit; ex hoc *Adriani Turnebi* ad *Paul. Foxium*, Galliæ regis in Anglia tunc „oratorem, teſtimonio liquet: Tametſi in„quit, de hominib. illis, de quibus me inter„rogas, melius per te judicare potes, quam „ego te docere: tamen quando judicium re„quiris meum, non committam ut id teme„re deſideraſſe videaris. Ego de Carolo „Utenhovio ſic ſentio: egregium eſſe juve„nem in utraque lingua, cui paucos compa„rare poſſis, vix ullum antepone„re. Carpentarius in Philoſophia fa„cile primas tenet; ut cum ab eo diſceſſe„ris, vix quenquam in eo genere reperias, „quem probes: cumque Philoſophi noſtri in„diſerti fere ſint, ſolus fere ex omnibus ora„tionis nitorem ſequitur. Hos homines ſi in „familiam tuam adſciveris, Academiam no„ſtram ſuis luminibus ſpoliaveris, nihilque „fere ei reliqueris, quod vel juventus noſtra, „vel exteri homines admirentur. Vale Lu„tetiæ, anno milleſimo, quingenteſimo ſexa„geſimo tertio.

In Anglia amabit Utenhovius. In Angliam igitur abductus, multa in laudem Reginæ *Elizabethæ* * ſcripſit: quæ plurimis etiam ipſum donis honeſtavit. In Gal-
** Vide l. 1. alluſionum Utenhovii.* lia habuit diſcipulas * filias *Joannis Morelli*, & *Antoniæ Doloniæ*, quas docuit Græca & Latina, ut ſcripta edita teſtantur. Idem
Docet virgines. poſtea & *Ioannam* atque *Annam Pallantiam*,
** Vide Buchananum in odarum libro.* è Modii elegiis notas, iiſdem literis informavit, non ſine ſua etiam laude.

Fuit homo totus à Muſis & Gratiis factus ad humanitatem & libentias: eoque locis il-
Mores ejus. lis, ubi vixit ſumme cultus: cæterum in re non
Uxor. admodum lauta. Uxorem habuit *Flodor-*
Obitus. *piam*, quæ ei ſupervixit. Obiit ipſe Colo-
Heredes. niæ, anno milleſimo ſexcenteſimo calendis Auguſti apoplexia; dum circa meridiem ſurgit ad prandium, ætatis ſexageſimo quarto, nullis relictis liberis. Adoptarat quidem non ſolenniter tamen, ſed dictis ſcriptiſque fratris filiam *Annam Utenhoviam*, & *Ianum Gruterum:* ſed nihil hereditatis illius creverunt. Recidit tota ad filias fratris natu majoris, *Iacobi Utenhovii*, qui Francofurti mortuus. Per triginta amplius annos nihil ſcribebat ad
Delectatur carmine amicos, niſi carmine; nunquam proſa. Calluit linguas principes, *Latinam*, *Græcam*,
Callet linguas varias. *Hebræam*, & præter has, Germanicam, Gallicam, Italicam, Anglicam. Symboli quaſi loco uſus eſt ſuo ipſius nomine, variis pro-
Symbol. ſtheſibus: ut οὐδὲν-ὁ-βίος, additis his χωρὶς τοῦ θεοῦ vel Καρολος, θεῷ ξὺν, οὐδὲν ὁ βίος πέλω θεοῖο: vel οὐδὲν ὁ-συζοβίοιο βίος πέλε νόσφι θεοῖο. Item Κάρολος οὐδὲν ὦ βίος: Οὐδὲν ἄτερ Μουσέων καὶ χαρείτων ὁ βίος.

Minerva ſuaviſſime arridente de Græco in *Scripta.* Latinum vertit *Callimachum*, & *Nonni* Dionyſiacon libros. Edidit etiam *Xeniorem* ſive *alluſionum* librum, ad nomina illuſtrium aliquot Europæ hominum, vertit quædam de Latino in Græcum, inter quæ *Penelopes elegia ad Ulyſſem:* editus eſt & *Æſopus* Latine ab ipſo verſus. *Commentariolum* etiam *Parallelon*, ſive libellum adſertorium, quo principum, inprimis duorum, Hiſpaniarum ſcilicet & Indiarum regis *Philippi* ſecundi, & Turci *Mahometis* tertii vires, opes, provinciæ atque forma eas bene adminiſtrandi & regendi, tempore pacis bellique, explicantur: & arma & arcana infinita deteguntur, ex *Ioanne* Botero Italo in Latinum vertit, cum *Patris* præfatione *Utenhovii.* Epitaphium pater *Utenhovii* Carolus ipſe vivens ſibi ejuſmodi ſtatuit: *Epitaph.*
Ecce nunc hic in pulvere dormio: & exſpecto *Pſal. 33. Rom. 8.*
donec veniat immutatio mea. Redimet enim *Iob. 19.*
Dominus animas ſervorum ſuorum: & crea- *Filii epitaph.*
tura liberabitur à ſervitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Repoſita eſt hæc ſpes in ſinu meo. Hoc & ipſe Filius; Patri ὁμώνυμος, etiamdum ſuperſtes, ſibi epitaphium condidit:

Hic ego tandem capio ecce in pulvere ſomnum:
Operiorque diem, mea qua mutatio ſiat.
Namq; animas redimet famulorum Iova ſuorum,
Ipſe creaturamq; ſuam ſervire ſuetam,
Aſſeret à carie corruptæ molis, in ævum
Libertate Dei ſoboles ut honore fruatur.
Hæc animo ſpes certa meo atque immota repoſta eſt.

θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα.

Ex libro 28. epiſtolarum Eraſmi: libro 1. alluſionum Utenhovii, & Iconibus Boiſſardi.

PAULUS MELISSUS SCHEDIUS. *Ω 1602. d. 3. Febr. at. 63.*

Paulus Meliſſus Schedius, anno Chriſti 1539. d 20. Decembr. ſeſquihora ante meridiem, ſub elevatione graduum 0. in lu-
Patria Meliſſi Melrichſtat. cem editus, *Melrichſtatum*, habuit patriam, ab ipſo *Alphipolim* dictam, oppidum Franciæ orientalis. Patrem * habuit *Balthaſarem Schedium*, matrem, *Otiliam Meliſſam*, Po-
** Qui cum pro aliis ſpopondiſſet, omnibus fuit exutus bonis.* lichios & Mergiletos conſanguinitate attingentem.

Meliſſus autem anno ætatis ſeptimo primum frequentare cepit ſcholam in patria, puer indolis promptiſſimæ, & qui parentibus optimam tum de ſe præbuerit ſpem, ad *Poe-*
Educatio pueritia. *ſin & Muſicam* admodum pronus, ut & ad *picturam.* Atque ita fidem fecit proverbio, quod inquit: *generoſam plantam ſtatim eſſe cum fructu.*

Deinde ætate provectior poſt bellum Mar-
Erphordiam mittitur. chionicum *Erphordiam* profectus *Chriſtophorum Hoffmannum* audivit. Poſt Cygnæ-
Inde Cygnæam. am Miſniorum urbem ad Moldavam amnem adiit:

adiit: ubi vixit ab anno 1554. uſque ad 1557. *Hinc Ienam* *Eſromo Rudingero* Pabebergenſi, Ioachimi Camerarii genero, præceptore uſus. Hinc Jenæ Tyringorum audivit *Victorinum Strigelium*, in dialecticis, *Ioan. Stigelium* in Poeſi, aliosque viros doctiſſimos An. 1561. Danubio deſcendens *Viennam* Auſtriæ profectus, in Græcis auditor fuit *Georgii Tanneri* I. C. & *Wolffgangi Lazii* Hiſtorici familiaritate ſuaviſſima uſus eſt, conjunctiſſimus ſimul *Caſparo Cropacio* Poetæ laureato, ante condiſcipulo ejus Cygneæ, ubi & olorem ſuaviſſime cantantem audiviſſe ſe & vidiſſe aſſeveravit. Aluntur enim in foſſarum urbis aqua limpidiſſima ſtagnante cygni complures.

Viennam proficiſcitur.
Olor ab eo auditus canere.

Is dum in Archigymnaſio Viennenſi viveret, creatur à Ferdinando Roman. Imp. Poëta Laureatus, & inter nobiles refertur; qui honos illi collatus eſt poſtridie Kal. Maji, anno 1564. Erat enim Meliſſus tum Imperatori & filio ejus Maximiliano II, gratus, tum conſiliariis, præcipue vero Seldio & Zaſio, maximæ autoritatis viris, cariſſimus, non ſolum propter doctrinam & virtutes eximias, ſed & propter mores caſtos, pudicos, & ad omnem honeſtatem compoſitos. Ab obitu Ferdinandi Imp. contulit ſe *Pragam* Bohemiæ. Illinc diſcedens & Albi flumine deſcendens *Wittembergam* venit, inque convictu *Pauli Eberi* vivens, ibi *Vitum Ortelium Winshemium* in Græcis & *Caſparum Peucerum* Philippi Melanchthonis generum, in Hiſtoricis, *Rudigerum* in Phyſicis & *Ioan. Majorem* in Poëſi audivit. Habuit Wittembergæ inter alios amicos & ſtudiorum ſocios tum *Simonem Stenium*, doctorem poſtea Haidelbergæ celebrem, tum *Iohannem Ladislaum* illuſtrium ludorum magiſtrum & Rectorem compluriū felicem, & fidelem, quo cum Wittembergam adiit. Et diutius Meliſſus ibi ſubſtitiſſet, imo forte domicilium fixiſſet: niſi quorundam importunitas vel avaritia potius obſtitiſſet: qui etſi ex noſtro ordine erant, malebant tamen habere generos ineptos & opulentos, quam ingenioſos & in re tenui eruditos: diſſimiles Themiſtocli, qui interrogatus, *utrum viro* pauperi & bono: an minus probato diviti filiam elocare mallet: *Ego vero* inquit, *malo virum qui peccunia egeat, quam pecuniam, quæ viro.* Itaque Lipſiam profectus, *Ioachimi Camerarii* auditor fuit, quo in loco cum degeret, literis *Friderici* Epiſcopi Wirtzburgenſis evocatur in aulam Wirtzburgenſem. Verum haud multum illic moratus in *Auſtriam* ſe recepit, & in aula *Maximiliani* II. Rom. Imperat. per *biennium* vixit, præfectus *quadraginta duobus* armigeris adoleſcentibus nobilibus, inter quos erant complures illuſtri genere nati. Interfuit Comitiis Auguſtanis. Anno 1566. operaque *Hieronymi Wolffii*, viri eruditiſſimi, pervenit ad noticiam *Ioannis Baptiſtæ Heinzelii* conſulis. Æſtate illa liber primus illius cantionum Harmonicarum typis excuſus publice prodiit: In quas epigramma Poſthii exſtat ejusmodi:

Poeta creatur & nobilitate donatur.
Venit Wittembergam
Ejus tum condiſcipuli amici
Themiſtoclis reſponſum.
Wittemberga Lipſiam diſcedit.
Wirtzburgum evocatur.
Inde in aula Auguſta agit. I. Baptiſta Heinzelius. Meliſſus cantiones edit.

Arte fuit gemina quondam celeberrimus Orpheus,
Carminibusq; ſacris, Harmonicisque ſonis.
At tanti nusquam Vatis monumenta ſuperſunt
Quis novus ergo Orpheus temporis hujus erit?
Nullus erit, vel erit Paulus meus ille Meliſſus,
Orphea qui geminis artibus æquiparat.
Paſcit enim doctas divino carmine mentes,
Harmonicisq; idem mulcet eas modulis.

Sub eodem Maximiliano Imperatore militavit in Hungaria, ubi & patrueles duo ipſius, Joannis filii, aderant, *Martinus* nempe *Schedius*, qui antea fuerat ſignifer in Livonia; & *Ioannes*, qui poſtmodum in Gallica illa clade ad Moncontutium occubuit.

Militat in Hungaria.

Sed pertæſus vitæ ſedentariæ gnarusque inter aulæ artes eſſe penè primariam, *ſimulare ac diſſimulare*: homo tam aperti pectoris, ut animum primoribus geſtaret labris: poſt illam militiam ſuus eſſe voluit: & ad ſtudia priora, inprimis poeſeos rediit. Anno 1567. profectus per Belgium in Galliam comite itineris *Ioanne Lobetio* Juriſconſulto experientiſſimo, cum ſubſtitiſſet aliquandiu *Lutetiæ*, ſalutaſſetque *Petrum Ramum*, *Dionyſium Lambinum*, *Iohannem Auratum*, *Erricum Memmiam*, audiviſſetque profeſſores regios; contulit ſe Aurelianum ad Ligurim, ubi incidit in tumultus illos bellicos, qui movebantur die 29. Septembr. per totum regnum ob diverſitatem religionis.

Exit aula
Galliam adit. Io. Lobetius.
Aureliis incidit in tumultus bellicos.

Anno 1568. *Ioannis Caſimiri* Principis Palatini exercitu in Galliam pro defenſione principum ſanguinis regii introducto cum ſecederet in *Burgundiam*, bis captus fuit: primum quidem à præſidiariis militibus Gallis oppido Charitenſi erumpentibus, deinde ab injurioſiſſimis Hiſpanienſibus Dolæ. *Veſuntionem* Sequanorum urbem ubi attigiſſet, hæſit ibi per tres menſes delectatus admodum loci amœnitate, & civium comitate. Inde per *Juram* montem (in cujus ſummitate Orientem verſus viſu notati numerantur 14. lacus) ad Lemannum ſe conferens, *Genevæ* Allobrogum diutius commoratus eſt, familiaritate uſus *Chriſtophori* Principis Palatini, *Franciſci Porti Cretenſis*, *Theodori Bezæ*, *Henrici Scrimgeri*, *Petri Pithœi*, *Henrici Stephani* & aliorum. Vixit etiam *Luſannæ* & ruri in parte citerlore lacus Lemanni, æſtivo præſertim tempore.

Rediens in Burgundiam bis capitur.
Genevæ ſubſiſtit.

Demum *Spiram* ad comitia, quæ Maximilianus Imperator indixerat, venit anno 1570. eaque occaſione *Heidelbergam* ad *Fridericum III.* Electorem Palatinum. Inde rurſum in Allobrogas & Burgundos tetendit: quo itinere confecto ad Nicrum rediit anno 1571. ubi omnes pſalmos Davidis ad melodiam Gallicam rhythmis Teutonicis componere aggreſſus, anno ſequente 1572. priores quinquaginta in lucem emiſit. *Fridericus* enim pius, ingeniorum cenſor acerrimus, perſpecto in Meliſſo eſſe non minus pietatis, quam ingenii & induſtriæ: curam ei hanc demandarat transferendorum in linguam Ger-

Spiram proficiſcitur.
Pſalmos rhythmis vernaculis reddit.

Germanicam rhythmis Pſalmorum Davidis: Vixit Meliſſus Heidelbergæ liberalitate munifica illuſtriſſimi Electoris, in collegio Sapientiæ ad menſam adhibitus, quarum doctiſſimi & clariſſimi viri *Zacharias Urſinus*, *Nicolaus Dobbinus*, *Hermannus Wittekindus*, utebantur. Sub annum 1575. miſſus eſt ab Electore Palatino *Friderico*, una cum Legato Ducis *Alenzonii* ad Imper. *Maximilianum* II. & ad Electores cæteroſque Imp. principes, cum Caſimirus iam ſecundo exercitum in Galliam duxiſſet.

Italiam adit.

In Italiam tandem poſt obitum Friderici III. iter adornavit anno 1577. ibique hæſit non uno in loco, uſq; per æſtatem anni 1580. *Patavii* biennium fere commoratus audivit *Tiberium Decianum*, *Ioan. Cephalum* & *Iacobum Menochium*, Juriſconſultos, *Riccobonum* Oratorem & alios. Cumque Italiæ amœnitate mirum in modum delectaretur, ſtatuit, quantum fieri poſſet, illuſtres illas urbes Lombardiæ, Inſubrum, Liguriæ, Hetruriæ, & aliarum regionum exactius perluſtrare. *Romæ* quotidianus erat in Bibliotheca Vaticana, ibidemque *Achillem Statium*, *Petrum Angelium Bargæum*, *Fulvium Urſinum*, *Herculem Cioſanum*, *M. Antonium Muretum* ſæpius convenit. Florentiæ *Petrum Victorium*, Bononiæ & Romæ *Carolum Sigonium*: à quibus omnibus extant Epiſtolæ ad Meliſſum quam humaniſſime ſcriptæ. Senæ Hetruſcorum annum integrum vixit, ab *Alexandro Picolominæo* viro in Græcis & Latinis erudititiſſimo aliquoties invitatus.

Romæ eſt quotidianus in bibliotheca Vaticana.

Creatur Comes Palatinus.

Anno 1579. cum rediiſſet *Patavium*, creatus eſt 10. Kalend. Novembr. ſolenni actu *Comes Palatinus*, *Eques auratus*, & *Civis Romanus* per illuſtrem virum *Ferrandum Amadim*, idque ex Privilegio Caroli IV. Rom. Imperat. quos quidem titulos, non tam appetivit, quam recuſare noluit: ne judicia ſummorum principum, & præſtantiſſimorum virorum de ſe ſuperbe aſpernari videretur. Poſteaquam vero Italiæ valedixiſſet, ſtatuit in Galliam redire, & inde trajicere in Angliam, ſed Verona cum diſceſſiſſet, & Benacum lacum transmiſiſſet, mutans conſilium *Tridentum* ad dextrum declinavit, Germaniamque per Alpes repetiit. Auguſtæ nonnihil commoratus ſuaſu *Hieronymi Wolffii* *Norimbergam* ſe contulit, & inde *Auguſtam* ad comitia, quæ anno 1582. Rudolphus II. Imperat. illic indixerat.

Redit in Germaniam ex Italia.

Iterum Galliam adit.

Anno 1584. ſecunda profectione in *Galliam* reverſus eſt, *Metasq;* Mediomatricum urbem ab itinere divertit, ut *Boiſſardum* amicum veterem inviſeret: unde *Lutetiam* profectus, in ſuburbanis hortis prope ædes *Iani Antonii Baifii* habitationem commodam & amœnam elegit: & ſequenti anno ejus *ſchediaſmata Poëtica* tribus partibus comprehenſa, inter bellorum ſtrepitus ſecundo typis edi curavit, multo auctiora, quam prius fuerant excuſa Francofurti anno 1574.

Schediaſmata Poëtica curat excudi

Navigat in Angliam

Poſt vindemiam anni 1582. navigavit ex portu Dipenſi in *Angliam* oblaturus *Richemonti Eliſabethæ* Anglorum Reginæ ſua poëmata; ibique per hyemem in aula manſit, quæ Grenovici erat. Volebat enim Heroina illa clariſſima pariter & doctiſſima, ut Meliſſus locum ſibi aliquem, quo potiſſimũ delectaretur, in regno eligeret, pollicita ipſum regie à ſeſe ſuſtentatum iri. Accidit ut cum quadam nocte Grenovico, ubi tum regina diverſabatur, adverſo Tameſi flumine Londinum verſus, cymba veheretur, audiret iterum olorem dulciſſime cantantem.

Eliſabetha regina Angliæ Meliſſum ad ſe invitat.

Iterum audit olorem canentem Meliſſus.

Sed poſtquam comite itineris *Hieronymo Groslotio Lislæo* nobili Gallo, cujus majores ex Francia Germaniæ oriundi erant, qui cum adoleſcentulo *Iacobo* VI. Scotiæ rege ſub *Georgio Buchanano* educatus fuerat, Academias Oxonienſem & Cantabrigienſem, bibliothecasque libris veteribus refertiſſimas, perluſtraſſet, à Regina humaniſſima, quæ aliquoties ipſum antea ſponte ſua compellaverat, veniam abeundi impetravit, ac trajecto Oceano *Caletum* verſus tertio in Galliam rediit.

Hieronymus Groslotius Lislæus.

Tertium Galliam adit.

Nam per literas antea revocatus fuerat in Germaniam à *Ioanne Caſimiro* Principe, Palatinatus Adminiſtratore. Lutetia igitur digreſſus cum Baronibus Zernomeliis per Aurelianum agrum venit in urbem Biturienſem humaniſſime acceptus à *Iacobo Cujacio* Juriſconſulto. Inde Lugdunum perrexit, & per mediam Helvetiam iter faciens Baſileam attigit: tandem Heidelbergam, quam ipſe utpote à myrtillis vernacule *haidelber*, Haidelberg, quaſi myrtillorum montem dictam putans, *Myrtilletum* in carmine appellare ſolitus, à baccis illis nigellis, quæ magna ibi naſcuntur copia, Junio, Julio potiſſimum & Auguſto, menſibus revertitur. Fuit id anno 1586. Ibi ergo receptus eſt: eidemque Bibliotheca Palatina, varietate librorum inſtructiſſima, concredita.

Haidelbergam redit Meliſſ.

Haidelberga unde dicta.

Porro cum jam ingraveſcente ætate ex peregrinationibus & tempeſtatibus quaſi in portum delatus videretur, ac ſenio fulcrum, quo ſuſtentaretur, quæreret: hortantibus amicis, præcipue autem *Ioanne Poſthio*, Archiatro Palatino. anno 1593. uxore ducta juvencula, nuptias, die vigeſimo quarto Septembr. celebravit anno ætatis 54. cum *Æmilia Ludovici Iordani* I.C. qui Palatino, dum viveret, fuerat conſiliarius, filia. Conjugium tamen ſterile non fuit. Nam ex ea *Æmilium*, & filiam *Roſinam* ſuſcepit. Verum filius vivo adhuc patre obiit: filia autem ſuperſtes eo fuit.

Sero ducit uxorem: idque ideo, quod Gauricus aſtrologus dixerat inſpecta ejus genitura, magnum eum aliquando ad Rhenum futurum.

Liberi.

Ipſe anno 1602. die 3. Febr. circa *octavam* matutinam cum λειποθυμίᾳ urgeretur, dum ſe in lectulum reponit, & à Deo petit, moram omnem fati præcidat, dormienti ſimilis in amplexibus cariſſimæ conjugis dulciſſimæque filiæ fatum excepit, cum diebus proxime præcedentibus vertiſſet rhythmis Germanicis *orationem Dominicam*, *Symbolum Apoſtolorum*, *Canticum Virginis Mariæ*, *Canticum Simeonis*, aliaque aliquot Teſtamenti veteris. Ad mortis genus quod attinet: fuerunt qui dicerent

Moritur repente Meliſſ.

Paulo ante obitum quæ verterit.

Genus mortis Meliſſi. dicerent nulla ἀποπλήξεως veſtigia apparuiſſe: ut veriſimile ſit, ſubtili aliqua & copioſa deſtillatione in aſperam arteriam delapſa, reſpirationem illi ademptam eſſe: aut viribus deficientibus ſubito exſpiraſſe: ſicut linum videmus extingui non affuſo oleo.

Exceptæ tamen voces piæ, quibus & peccatorum veniam precatus eſt, & animam Deo commendavit. Obiit autem anno climacterico, *tertio* nimirum & *ſexageſimo*: quem, Gellio teſte, *obſervatum in multa hominum memoria expertumque eſt, in ſenioribus pleriſque omnibus, cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis, morbique gravioris aut vitæ interitus aut animi ægritudinis.* unde idem teſtatur, Auguſtum imperatorem, cum celebraſſet *quartum & ſexageſimum* natalem ſuum, valde lætatum eſſe, quod κλιμακτῆρα communem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum annum evaſiſſet. *Ann. 63. ſenibus gravis.*

Mores Meliſſ. Ad mores Meliſſi quod attinet, fuit in eo vitæ ſanctitas ſumma, comitas par: multum ſeveritatis in ſermonibus, nulla tamen triſtitia in moribus. Plurimum venerationis addebat & proceritas corporis, & facies non indecora & cana barba: ita ut occurſus potius reverentiæ plenus, quam formidinis eſſet. *Forma corporis.* In cultu elegans; in victu frugalis: in convictu dulcis: fama optima: auctoritas tanta, quanta in ipſius conditionem cadere poterat. Opibus non inhiavit, ſtipendio ſuo contentus; memor Horatii, quem unice exprimere ſtuduit, *Meliſſus ἀφιλάργυρος.*

——— *vatis avarus*
Non temere eſt animus, verſus amat: hoc ſtudet unum:
Detrimenta, fugas ſervorum, incendia ridet:
Non fraudem ſocio, puerove incogitat ullam
Pupillo, vivit ſiliquis, & pane ſecundo.
Militiæ quanquam piger & malus utilis urbi.
Si das hoc, parvis quoq; rebus magna juvari:
Os tenerum pueri, balbumq; poeta figurat,
Torquet ab obſcœnis jam nunc ſermonibus aurem,
Mox etiam pectus præceptis format amicis
Aſperitatis & invidiæ corrector & iræ:
Recte facta refert, orientia tempora notis
Inſtruit exemplis, inopem ſolatur, & ægrum.

Non latebat ſane Meliſſum, quid adoleſcentuli illiterati & inertes, de ſtudiis humanitatis ſentirent quam contemtim de iiſdem loquerentur: ſed dignos illos commiſeratione potius quam inſectatione exiſtimabat, judicio fretus antiquitatis Romanæ, apud quam his, literis deditі magno in precio fuere.

Negligit contemtum ſui. Plinius vir diſertiſſimus & juris civilis peritiſſimus inque cauſis agendis exercitatiſſimus, de Iſæo Rhetore nobili ita ſcribit: *annum ſexageſimum exceſſit: & adhuc ſcholaſticus tantum eſt; quo genere hominum nihil aut ſimplicius aut ſincerius, aut melius. Nos enim qui in foro veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus. Schola & auditorium ficta cauſa, res inermis innoxia eſt, nec minus felix ſenibus præſertim. Nam quid in ſenectute felicius, quam quod dulciſſimum eſt in juventa?* veriſſime hoc Plinius. Suavitatem enim horum ſtudiorum qui adoleſcens deguſtavit, otium ſenectutis his ipſis jucundiſſime oblectabit. *Plinius de Iſæo rhetore.*

In variis autem Meliſſi virtutibus duæ inprimis admiratione dignæ fuerunt *Candor & Conſtantia.* Nihil in ipſo ſimulati, nihil fucati, nihil fraudulenti deprehendebatur, mirus oris & cordis conſenſus. Neque quod libere proferendum erat, callide reticebat, aut aſtute tegebat. Deinde mediocria boni conſulere, quam apud alios ſumma adipiſci & abundare maluit: quod conſcientiæ integritatem omnibus aliis dignitatibus & emolumentis præferendam cenſeret. Patuiſſent illi maximorum principum, etiam apud exteros, aulæ: ſi aliorum voluntatibus, vel diſſimulando veritatem, vel abnegando, obſequi voluiſſet. *Duæ in Meliſſo virtutes præcipuæ.*

Præter linguam vernaculam, quæ eſt Teutonica ſuperior, & eas, quæ in ſcholis diſcuntur, maxime ei cordi fuerunt *Italica, Gallica, Hiſpanica, Belgica* item & *Anglica.* Excelluit & Muſicæ ſcientia. Carmina vero, præſertim Lyrica, tanta cura & elegantia elaboravit: ut ævi ſui tota Italia, Gallia, Germania non modo poeta princeps haberetur; ſed qui præterea anteactorum aliquot ſeculorum vatibus magnitudine ſua induceret caliginem. Cum enim reliqui adſcititio fere fuco, emendicatoque delibuti pigmento, in tranſitu tantum videri ament, adſpernenturque aciem intentam: Meliſſo contra nihil accommodatius ad nominis gloriam, quam penitus inſpici: utpote qui *ſuo rem gereret remigio, ſoloque volaret in cœlum curru.* Singulare in ipſo elegantiæ Latinæ ſtudium, acre in verbis & phraſibus ſeligendis judicium, cura imitationis eximia: artificium uſurpandi ἀρχαϊσμοὺς non vulgare. Scite enim, & tantum ornandi cauſa parce & raro priſcis uti ſolebat, edoctus a Quintiliano & Cicerone, *propriis verbis dignitatem dari ab antiquitate & magis admirabilem orationem fieri & grandiorem, quibus non quilibet erat uſurus.* *Meliſſus plurium linguarum peritus. Idem ſui ſeculi poeta princeps. Meliſſus archaiſmis quomodo uſus.*

Multa magnifice de illuſtriſſima Palatinorum Comitum familia commemorari poſſunt, inter reliquas tamen tum pietatis, tum fortitudinis, tum clementiæ, tum munificentiæ, laudes, quaſi ſtellula aliqua ſplendebit hæc, quod per tot annos in otio Muſico & liberali honeſtiſſime Meliſſum foverit.

Fama Meliſſi. Nullus tunc ætatis fuit principum, nullus certe literatorum; quin Meliſſum aut præſens præſentem viderit, compellarit, amaverit, obſervaverit tanquam Latinæ linguæ Pindarum, unico magis unicum, quique Pindaro Græco controverſiam feciſſet dignitatis, niſi maluiſſet ſecundas agere, & haberi par.

Franconiæ laus. Habet itaque Franconia quibus gloriari poſſit alumnis, in omni fere doctrinæ genere præſtantiſſimis. Quid enim clarius *Hutteno* eo tempore, quo vixit: quid limatius *Lotichio* in elegiacis, in quibus ſuperavit

peravit omnes judicio *Georgii Fabricii*, ut in Eclogis ipſe ſeſe: in odis quid eruditius *Meliſſo*? Quid Latinius & feſtivius poematis *Friderici Taubmanni*, qui veterum poetarum ſales mirifice expreſſit? Jam *Ioachimi Camerarii* eruditio eximia non tantum Franconiæ ornamento fuit: ſed decori univerſæ Germaniæ. Idem dici poteſt de ipſius genero *Eſromo Rudingero*, cujus nomen etſi aliquanto obſcurius in vulgus, recondita tamen doctrina viri, & Herculei propemodum labores iis noti ſunt, qui Wittembergæ ipſius auditores fuere, & domeſticarum ac publicarum occupationum ſpectatores. In eodem oppido Pabeperga, quæ patria eſt Camerarii & Eſromi, natus etiam eſt celeberrimus Mathematicus & ſenex doctiſſimus *Chriſtophorus Clavius*, indignus certe, qui fuerit in ſocietate illa ſalutare Jeſu nomen infamante. Fuit etiam ex Franconia oriundus *Wolffgangus Amlingus*, Eccleſiæ Serveſtanæ paſtor: cujus pietate, auctoritate, ſtudio, labore, opera, orthodoxa religio in territorio Anhaldino & retenta eſt & defenſa. *Ex oratione parentali Simonis Stenii, Iconibus Boiſſard. & aliis*

HERMANNUS WITEKINDUS.

Ω. 1603. 7. Feb. S. V. ætat. 80.

HErmannus *Witekindus* in oppidulo *Nienrade* Marchiæ in Weſtphalia, natus eſt anno Chriſti, viceſimo quarto, ſupra mille quingentos. Juvenis *Wittembergam* augendæ eruditionis cauſa ſe contulit, ac ibidem ita in literarum ſtudio verſatus eſt: ut ſe magno illi Philippo Melanchthoni probaverit, adeoque penitus in ejus ſe conſuetudinem inſinuarit, ut ab eodem publicas lectiones habere honoris cauſa juſſus fuerit: ab eo, inquam, viro, qui reliquis fere Profeſſoribus lectiones, quas haberent publice, præſcribebat & dictabat.

Wittembergam ſe confert. Ibi Melanchthoni charus. Docet ibidem publice.

Annis aliquot elapſis, autore & ſuaſore Philippo ad ſcholæ *Rigenſis* in Livonia gubernationem ſe attrahi paſſus eſt. Anno ſexageſimo primo ex illo tranſmarino orbe in Palatinas oras delatus, & in Heidelbergenſis Academiæ portum atque ſinum eſt receptus, ad Græcæ linguæ, cujus fuit peritiſſimus, profeſſionem.

Ludum regit in Livonia. Venit inde Heidelbergam: ubi & docet Græca.

Poſt obitum *Friderici* tertii Electoris Neapolin Nemetum cum aliis ſeceſſit: & adminiſtratione Electoratus ad Illuſtriſſimum principem *Caſimirum* devoluta, Heidelbergam rediit: ibidemque quod reliquum fuit ætatis, in profeſſione Mathematum tranſegit, non ſolum publice juventuti inſerviendo, verum etiam privatim multos erudiendo abſque ulla mercede, inprimis deducendo φιλέλληνας ad *Plutarchi*, graviſſimi & ſapientiſſimi autoris, lectionem, nec ullum a privatis illis exercitiis, diſcendi cupidum, arcendo.

Neoſtadium concedit. Redit Heidelbergam. Docet & publice & privatim

Ipſe quoque cum Philoſophico ſtudio ſacras lectiones conjunxit, & Theologiæ cognitionem non ex recentium & polemicarum ſcriptionum lacunis, ſed ſacrorum Bibliorum fontibus, & veterum Theologorum rivulis, ſibi hauriendam eſſe exiſtimavit.

Theologiæ dat operam.

Cum ita laudabilem & diuturnam, annorum ſcilicet quadraginta duûm, operam Academiæ Palatinæ navaſſet, ipſe gravis annis, & publicæ profeſſioni minus idoneus, non tantum rude eſt donatus, ſed integro etiam ſuo ſtipendio ad finem uſque vitæ cohoneſtatus. Quod beneficium emeriti & ipſe agnovit, & pro eo ſe gratum Academiæ declaravit, conſtituto uno alteroque, ad alendos ſtudioſos egentiores, ſtipendio, omnibusque & vitæ & mortis temporibus ita ſe geſſit: ut collegis gratum ſui deſiderium, & jucundam poſteris memoriam reliquerit.

Rude donatur poſtquam 42. ann. docuit. Gratum ſe declarat.

In aliis viris doctis & amicis, præcipuum habuit *Lambertum Ludolphum Pithopæum*, quem vere fraterno complectebatur amore, adeo ut ſine eo vix diem ullum exigeret. Habet enim fere ſemper unuſquiſque unum aliquem, quo cum omnia ludicra juxta & ſeria communicet: &

Amici Lambert. Lud. Pithopæus.

Cui ſuam rem cum crediderit, ſine omni cura dormiat.

Plaut. in Trin. Valetudo.

Laboravit multis annis tum calculo, tum diſuria graviſſima: quos tamen cruciatus patientiſſime tulit. Sæpe ad amicos profeſſus eſt, dolores tantos eſſe: uti quacunque morte accerſita, ſe illis liberaturus eſſet, ni aliud ſuaderet pietas Chriſtiana.

Vixit ſemper celebs, veritus ne in caniculam incideret; quæ latratu ſuo perpetuas ei crearet moleſtias: Fuitque vere:

Integer vitæ ſceleriſq; purus;

& non factus ad genium hujus ſeculi: unde paucorum ſe dabat familiaritatibus; libris ſtudiiſque aſſiduo accubuoque operatus.

Obiit tandem vir vita & morte utraque pia & placida conſentaneus, die ſeptimo *Februarii*, inter undecimam & duodecimam noctis horam, anno ætatis ſuæ, octogeſimo primo, Chriſti milleſimo, ſexcenteſimo, tertio. Epitaphium ſibi vivus compoſuit tale:

Obitus. Epitaph.

Quis hic cubem, nihil tua
Noviſſe refert: ſcit Deus
Curatque: tu quin hoc agis,
Teque ad bene cubandum paras!

Latinitate donavit *vitas Cæſarum*, quot apud Suidam reperiuntur. Edidit & *conformationem horologiorum* in ſuperficiebus planis utcunque ſitis, & quocunque ſpectantibus, cum *quadrantis Horologici & Geometrici* conformatione & uſibus, ac tabulis ſinuum. Item de *ſphæra mundi & temporis ratione apud Chriſtianos* libellum. Alia præterea ab ipſo Latine & vernacule edita ſunt: in quibus nomen non appoſuit: ut *quod mulier fuerit Papa*, & plura ejuſmodi. *Ex programmate funebri, Geſnero, aliis.*

Scripta.

MEL-

Ω 1604. d. 23. Ian. æt 59.

MELCHIOR IUNIUS.

** die 27. Octobr. — Parentes.*

Patriam hic habuit Wittembergam Saxonum, anno Chriſti Servatoris quadrageſimo quinto ſupra ſeſquimilleſimum, parentibus * natus honeſtis, & magnis illis Eccleſiarum reformatarum luminibus percharis, M. *Melchiore Iunio*, & *Anna Mantelia*. Pater ſcholæ oppidanæ ejus loci initio præfectus fuit, magna cum laude pietatis & induſtriæ: ſed poſtea tum ob alias virtutes miniſtro Eccleſiæ dignas, tum ob eximiam linguæ Vandalicæ cognitionem, judicio & conſilio Lutheri ad Eccleſiæ *Senfftebergenſis*, quæ multas, ut dicimus, filias, ſive ſub-oppidanas parochias habet, illius duntaxat linguæ peritas, gubernationem eſt adhibitus. Qua in functione ita ſeſe geſſit: ut non modo viva voce ſuis, qui tunc ei concrediti erant, auditoribus prodeſſet: ſed etiam converſis in linguam illam partibus quibuſdam ſacrorum librorum, & Eccleſiaſticis cantionibus, egregiam poſt ſe reliquerit memoriam. Mater ejus filia fuit reverendi viri *Ionæ Mantelii*, diaconi Eccleſiæ Wittembergenſis: poſt obitum patris in familiâ D. Philippi Melanchthonis, pie & caſte educata, inſigne matronalium virtutum exemplar.

Mittitur Argentinam. — E peregrinatione Argentinam redit. — Ubi claſſicus fit præceptor. — Inde publicus profeſſor.

Horum igitur filius ad ſcholam Argentinenſem anno ætatis *decimo quarto*, qui fuit Chriſti Servatoris, quinquageſimus nonus ſupra mille, quingentos, pervenit, & ad claſſem quintam deductus, eximia ſtatim præſtantis indolis ſpecimina de ſe præbuit: Poſtea vero, peragratis antea præcipuis Galliæ & Belgii Academiis, Argentinam reverſus, tertiæ & ſecundæ claſſi illius Academiæ, ſingulari cum utilitate diſcipulorum, aliquot annis præfuit. Deinde ad profeſſionem publicam oratoriæ facultatis vocatus, *Spartam* ſuam ita exornavit, ut & docendo, & juventutem eloquentiæ ſtudioſam exercendo, & libros atque orationes in publicum emittendo, magnam ſibi laudem & commendationem apud omnes bonos & literatos comparārit.

Adhibetur ad officia Academica.

Quapropter & ad officia Academica, *viſitaturam* dico & *decanatum*, aliquoties adhibitus fuit: ſed etiam *Rectoratum* ejus ſcholæ totis annis tredecim continuis geſſit: & poſteaquam id munus annuum eſſe amplisſimo magiſtratui Argentinenſis Reipub. placuiſſet, ex intervallo idem officium iterum ei commendatum eſt.

Vita privata.

Vita ejus privata plena fuit exemplorum pietatis & modeſtiæ; inque expediendis vocationis ſuæ laboribus, adeo ſibi non pepercit, ut nocturnis lucubrationibus valetudinem, quæ pro conſtitutione corporis ſatis firma erat, & propterea diuturnior potuiſſet eſſe, haud parum viſus ſit lædere.

Paralyſi corripitur. — Patitur recidivam.

Hinc cum anno milleſimo, ſexcenteſimo, paralyſi ſiniſtri totius lateris correptus, & tamen ſingulari DEI beneficio priſtinæ valetudini reſtitutus eſſet, proximis etiam ſequentibus annis, ſuo pro virili functus eſt munere: donec defluxiones illæ iterum atque iterum recurrentes, anno tertio ſupra mille ſexcentos, ita eum debilitarint: ut nec lingua integre, nec pedes ſuum amplius officium poſſent facere: ſed perpetuo affixus lecto cogeretur jacere.

Tandem anno quarto hujus ſeculi, die decima tertia Januarii eadem paralyſi ingraveſcente, & linguæ uſum, & totius corporis motum plane amiſit: mente interim & intellectu integerrimo manente, ſenſibus etiam externis ita acutis reſtantibus, ut intra biennium integrioribus uſus non fuerit. Et licet poſtremis morbi diebus, preces ad DEUM lingua ſua expromere non poſſet: mente tamen ita ardens erat; ut geſtibus, totaque corporis conformatione ſatis oſtenderet; nihil ſibi gratius, nihil optatius eſſe; quam literarum ſacrarum, piarumque precum recitationem: & ſæpiſſime ſummo conatu hanc vocem proferret: *orate, orate.*

Moritur.

Atque ita die tandem 22. Jan. circa ſecundam pomeridianam, ad ſomnum ſe, qui tamen affectus potius ſoporoſus fuit componere viſus; in eo quiete ad extremum uſque halitum perſeveravit, & poſtridie ejus diei ante meridiem è vita abivit.

Reliquit filium, ſibi cognominem, paternæ virtutis ac doctrinæ hæredem. Doctrinæ genus in religione conſtanter id probavit; quod Evangelicis in Eccleſiis ſonat: atque ad idem liberos, coram & per literas paterne hortatus eſt.

Scripta Iunii.

Scripta, quæ poſteritati elucubravit, maximam partem *Philologica* & *oratoria* ſunt: ut *ſcholæ Rhetoricæ de contexendarum epiſtolarum ratione*: *orationum*, exercitii gratia à generoſa nobilique juventute Argentinenſi in Academia habitarum, de diverſis ac jucundis argumentis, *tomi tres*. Edidit etiam *præcepta artis benedicendi*, *ex Platone*, *Ariſtotele*, *Hermogene*, & ſimilibus collecta: *Analyſeis* item *orationum Ciceronianarum*, ſecundum cauſarum genera, orationis partes & materias: & his affinia; quorum ſyllabum bibliothecæ exhibent. *Ex programmate funebri & bibliothecis.*

HELIAS PUTSCHIUS ANTUERPIANUS.

Ω. 1606. d 9. Mart. æt. 26. currente.

Patria & parentes. — Alii 6. Novembr. — Familia.

Elias *Putſchius* Antuerpiæ natus eſt. d. * 26. Novembris anni M. D. LXXX, patre *Ioanne Putſchio*, & matre *Eliſabetha Rutzia*. Putſchiorum autem familia ſi, ut accepimus, jam olim apud *Auguſtanos Vindelicorum* honorata nec incelebris fuit, & cum patriciis quibuſdam gentibus affinitate conjuncta, ut *Remorum*, *Stamlerorum*, *Ientſchiorum*, aliis. Nec non etiam cum Ulmenſibus patriciis Baldingeris. In *Carinthiam* quoque

quoque nonnulli Putſchiorum ſe contulere, ubi Bambergenſis præſulis eſt ditio, in qua feuda ab eo acceperunt, venis potiſſimum metallicis fructuoſa. Ex hac igitur Putſchiorum gente Auguſtana avus Heliæ *Johannes* oriundus, mercaturæ occaſione *Antvverpiam* ob loci inſignem, quæ illis temporibus erat, opportunitatem commigravit.

Avus.

Sed rebus ac temporibus poſtea commutatis *Johannes Putſchius* parens patriam ſuam Antvverpiam ſponte reliquit, *Embdamque* primo (quod orientalis Friſiæ adprime nobile oppidum & emporium eſt) deinde *Stadam*, quæ Saxoniæ urbs percelebris, ſedem fortunarum ſuarum ac domicilium tranſtulit.

Embdam diſcedit.

Mox Stadam.

Antvverpia autem exceſſit, pater Heliæ, anno *octogeſimo tertio ſupra milleſimum quingenteſimum* à nato Chriſto, cum trimulus etiam eſſet filius Helias. In cujus primo ortu hoc memorabile accidit (quod ex vitrico Heliæ *Johanne Philippo Stamlero*, viro patricio cognovimus, cui id uxor ſua, Heliæ mater, confeſſa eſt) quod vix in lucem editus infans riſerit, manumque dextram, quaſi lætabundus ſupra caput elevaverit: qua in re quid infuerit ominis aut præſagii ad futuram naſcentis felicitatem aut infelicitatem: malo ex talium rerum curioſis & peritioribus audire; quam ipſe mea ſententia definire.

Simulac natus Putſchius, riſit.

Zoroaſtres.

De *Zoroaſtre* quidem ex Plinio didici, eodem die, quo genitus ſit riſiſſe, futuræ præſagio ſcientiæ cum infantes communiter vitam à fletu ſoleant auſpicari. Fuerit hic ſane riſus amabilium Heliæ morum, quos in illo jam adultiore probarunt, quotquot eum norunt, præſagium; vel indicarit etiam deriſionem, atq; cõtemptionem earum rerum in ipſius animo exſtituram; quas plerique mortales magni æſtimant, cum à ſapientiæ ſtudioſis fere riſui habeantur, vel denique arriſerit angelo ſuo, qui pro cuſtode vitæ naſcenti addebatur: vel quomodo quiſque hoc oſtentum velit, interpretetur.

Indoles Putſchii.

Quam docile porro & capax fuerit ingenium ſortitus, vel inde mihi quis æſtimet, quod nondum *bimulus* precationem Dominicam ſine hæſitatione memoriter recitare, ſive ut Græcorum utar verbo ἀποςοματίζειν potuerit.

Educatio Pueritiæ.

Embdæ in octavum uſque annum ætatis cum parentibus permanſit, & in religionis Chriſtianæ primis fundamentis linguaque vernacula tantos fecit progreſſus; quibus multorum mortalium admirationem provocaret. Ea jam tum vis excellentis memoriæ aliæque dotes in puero eluxere: ut à præſtantiſſimis quibusque hominibus certatim diligeretur; cumque ipſis maximam temporis partem degeret, ac raro domi à parentibus contineri poſſet. Poſt *Embda Stadam* hi commigrantes, puerum octennem ſecum duxere, indeque *Hamburgum* addiſcendæ linguæ Gallicæ cauſa in ludum literarium miſerunt.

Hamburgum miſſus.

Domum à ſuis anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio revocatus, tam diligenter librorum lectioni incubuit; ut in illis aſſiduus eſſet: unde magnus diſcendi ardor facile appareret. Quem cum in eo animadvertiſſet præter cæteros paternus ejus amicus *Joannes Philippus Stamlerus* (qui poſtea vitricus ejus defuncto patre, vel potius alter pater affectu factus eſt) autor patri fuit; ut Latinis quoque literis mature filium tam docilem imbui curaret, quo nimirum uberiores fructus tam fœcundi ingenii agellus recte cultus proferret.

Jo Philip. Stamler.

Ita in diſciplinam traditus eſt cujusdam Belgæ, *Petri Carpenterii*, qui tunc Stadæ ludum literarium aperuerat. Jamque *decimumquartum* ætatis annum agebat Putſchius cum Latinas literas primum legere inciperet; ut ὀψιμαθὴς quidam in illis quidem videri, appellarique poſſet.

Serius Latinas literas diſcit.

Verum ita res tulit, ut ludimagiſter ille paulo poſt in Hollandiam remigraret; ſecumque magnum diſcipulorum numerum, quaſi examen apum rex, abduceret: inter quos & Putſchius ipſi commendatus eſt: ut à latere ſui doctoris nunquam diſcederet.

Abit in Hollandiam.

Apud hunc ergo adjumento *Petri Scolti*, primarii civis Antvverpiani, affinis & patrini ſui, per *quadriennium* commoratus, tantum in Latina lingua, & ſcribendi facultate, qua proſa, qua ligata oratione profecit; ut carminum, quæ tunc feciſſet, nec multo poſt quidem pudere ipſum debuerit; ſed in lucem illa edere potuerit, non ſine ſua laude.

Petr. Scoltius.

Tantam ingenii felicitatem atque excellentiam in eo conſpicatus idem, qui primus ei Latine diſcendi author fuerat, *Joannes Philippus Stamlerus* etiam ulterius provehere adoleſcentem privignum, quem in filii loco diligebat, non neglexit, aut deſtitit. Itaque in Academia Leidenſi, quæ quamlibet Chriſtiani orbis Scholam publicam celebritate nominis, omnique εὐταξίᾳ hoc ævi provocare facile poteſt, parentes, & qui parentum loco erant, ipſum aliquamdiu alere decreverunt: & aluerunt certe *in annum* uſque *tertium*:

Academia Lugdunenſis.

Ibi ille ita vixit, ita feliciter didicit, ut omnium ſibi amorem conciliaret, gratus & acceptus etiam luminibus illis non modo illius urbis ac ſcholæ; verum etiam orbis ac ſeculi literarum principibus, *Joſ. Scaligero, Jano Douſæ, Bonaventuræ Vulcanio, Raphelengiis, Paulo Merulæ, Franc. Junio, Petro Scriverio, Joan. Meurſio, Danieli Heinſio*, à quo elegiis decoratus, denique aliis.

Putſchius in ea.

Ibi anno milleſ. ſexcenteſimo primo ad exordium ſpectante *Salluſtii* τὰ σωζόμενα ex fide vetuſtiſſimorum codicum correcta, & novis notis ſuis illuſtrata, fragmentis quoque centum auctiora edidit, ampliſſimoque viro *Cornelio Neuſtadio* Senatori ſupremæ Batavorum Curiæ, & *Jani Douſæ* collegæ dedicavit.

Edit Salluſtium.

Hoc tam præclaro opere primum hominibus doctis longe lateque innotuit: & adoleſcentiam ſuam publice commendavit, famæque vadum tentavit; feliciſſimumque collegit auſpicium. Ac fuit inter *Rittershuſium* quoque & Putſchium amicitiæ primus quaſi pararius & proxeneta Salluſtius cum epiſtola docta, & eleganti ab eo ipſi miſſus pro munere. Hanc amicitiam deinde conſtanter cum eo ad finem uſque vitæ coluit & conſervavit: & poſt obitum

tum

tum etiam oratione publice edita, unde hæc decerpta, teſtatus eſt.

Oculorum imbecillitate laborat.

Oculorum imbecillitate & doloribus affligi Putſchius adoleſcens cæpit, uſq; adeo ;ut de viſu etiam amittendo periclitaretur; quod malum partim ex lucubrationibus nimiis, partim ex humidiore Batavico aere contraxiſſe putabatur. Itaque illius curandi ac depellendi cauſa morbi, anno 1601. menſe Augusto *Stadam* ad parentes eſt reverſus: ubi cum ei quietem & abſtinentiam à literarum ſtudiis ſui de conſilio medicorum imperaſſent: tametſi ægerrime id ab homine, qui librorum quaſi quidam helluo videbatur, obtineri poſſet: tamen bene monentibus paruit, indicto ſibi veluti inſtitio quodam literario. Seriora enim ſtudia non attingebat.

Redit Stadam.

Veruntamen ne ſic quidem ſibi temperare poterat; quin animi cauſa verſus interdum ſcriberet, quantumvis ad Horatii exemplum lippus. Ita levationem quamprimum ſenſiſſet, domi ſe attineri diutius paſſus non eſt.

Jenam ſe confert.

Conſilium ipſi dabant medici, ut aerem ſectaretur ſiccum & ſalubrem, ut conſtanter ſecum bona valetudo in gratiam rediret. Quare *Jenam* paulo poſt, inque convictum Cl. V. quo & nobiliſſimi aliquot iuvenes utebantur, ſeſe contulit, ex quibus hanc ſolummodo nobilem trigam honoris ergo appellamus, *Adamum Melchiorem Marſchalkium ab Oſtheim*, Eq. Francum, cujus domuitionem & Argentinenſem profectionem Putſchius cultiſſima Elegia proſequutus eſt, nec non *Georgium Pflugium ab Euteren*, juniorem, & *Henricum à Bunavv in Treben.*

Studiorum ibi ſocii.

Jenæ porro in Januarium menſem anni 1603 permanſit, ita vivens, ut gratus eſſet omnibus modeſtiæ amantibus, ac ſobrietatis, optimarumque artium juxta ſtudioſis: nam ſecus, ſi qui eſſent, his ne cupiebat quidem placere. Jenæ vale dicto amicis, Lipſiam de ſuorum conſilio ſeſe uberioris capiendi cultus ingenii cauſa contulit, domeſticus factus Cl. Viri D. *Caſp. Jungermanni*, cujus filiis *Caſpare* & *Gothofredo*, magni illius *Joachimi Camerarii* ex filia *nepotibus*, familiariſſime utebatur, & poſt hoc conſuetudine amica *Tobiæ Adami* Variſci, doctiſſimi, Medicæ artis candidati, & trium linguarum capitalium, iuxtaque poeticæ facultatis peritiſſimi juvenis.

Jena Lipſiam abit. *Caſpar. Jungerm.* *Tobias Adamus.*

Cæterum *paucorum* erat *hominum*, ut cujus ingenium ac mores ἀπὸ τῶν πολλῶν ſeorſum abirent: neque ſectaretur inania & ineptias, quibus plerique id ætatis nimium capiuntur ac dediti ſunt. Unde factum eſt, ut ab iis, qui alta affectant, quique ad opinionem potius ac ſpeciem; quam ad veritatem vivunt, non magnifieret, vel etiam contemptui haberetur: quod & ipſe in ea oratiõe qua mortem fratris *Johannis* deflet, non obſcure indicat. Inprimis autem quod compertum eſſet, ipſum ritu illo nondum initiatum fuiſſe, qui in pleriſque omnibus Germaniæ Academiis non aliter ſtudioſos facere exiſtimabatur, quam quondam apud Romanos in manumiſſionibus una Quiritem vertigo faciebat: iis vero in locis ubi Putſchius laudabiliter antea vixiſſet extra Germaniam, non erat receptus, ut neque à Gallis, neque ab Italis neque à Britanis aliisve nationibus curatur: ad illarum ineptiarum καὶ ἐρεσχελιῶν perpeſſionem ab æmulis & inimicis adactus & ipſe fuit, quaſi abſque his inter veros ſtudioſos nomen profiteri non poſſet.

Mores Putſchii. *Depoſitio Academica.*

Dum Lipſiæ fuit, ridicula quædam adornata eſt Comœdia, cujus & Witeberga ſpectatrix fuit. Ea tunc occaſionem præbuit Putſchio, quippe vanitatis omnis oſori, & veritatis amatori maximo, epiſtolam ſcribedi edendique ſub alieno tamen nomine *Amandi Roſacii*. Ea in epiſtola ſalſe ac feſtive agyrtam quendam accepit, qui impetrato in Italia jure neſcio cujus Comitivæ Palatinæ, hoc eſt, inter alias æruſcandi orbis artes etiã poetas (ſi Muſis placet) creandi reportatâ poteſtate, paſſim locorũ, per quæ tranſiret, artem hanc poetificam factitabat: & vatibus novis, indignis, ſive μυσαπατάγοις, Germaniam implere, dummodo ipſe tantum inde colligeret viatici, quantum ſuo rumini implendo, & famulo, & cani pediſſequis alendis ſufficeret. Hunc ille hominem (cujus nomini hic parcimus) ineptiſſimum, cum non modo videret ipſum bonis viris, & non male de ipſo quondam meritis, male dicere abſentibus: ſed alios quoque in ſocietatem contumeliæ ac petulantiæ advocare, nimirum ſibi jam obnoxios ob laurum & Pegaſos, quos ab eo accepiſſent; novi derepente vates ab ipſius tripode prodeuntes: ferre loliginum ac ſepiarum illam ſobolem candidiſſimi pectoris juvenis non potuit, eorumve ulterius diſſimulare deliria. Quare illam, quam dixi, epiſtolam illis appoſuit, qua *poetificem* illum & *laurivendulum* probe, pro eo ac merebatur, defricat: perrexiſſetque iſtiusmodi vanitatis larvam detegere, niſi monuiſſet eum Ritterſhuſius, poſſe tempus multo rectius alibi ab eo collocari. Iſtos autem homillos non eſſe ipſo dignos adverſarios, quorum vanitas ſe ipſam refelleret, adeoque jam ſatis nota eſſet etiam mediocriter doctis. Nec plura ille tum contra iſtum & complices ejus, tametſi pro delectamento vanellis fuiſſet, ſi cum Amando ſerram iſtam reciprocare diutius potuiſſent,

Comœdia cum Comite quodam Palat. *Ars poetifica.*

Inſignemque ſuo capiti petere inde coronam,
Unde prius nulli velaſſent tempora Muſæ.

Ut autem Jenæ, ſic Lipſiæ quoque Elegias quaſdam, (hoc enim carminis genere præ cæteris delectabatur, & venuſta eruditaque facilitate ſcribendi hic potiſſimum pollebat) amicorum honori conſecravit, atque edidit, majore profecto ſua cum laude; quam ſi cum larvis illis, colluctari perrexiſſet, à quibus non niſi collutulatus diſcedere potuiſſet.

Elegias ſcribit.

Lipſia *Stadam* eſt reverſus menſe Junio anni 1604. cum prius nobiliſſimas in illo tractu urbes perluſtraſſet, partim aulis potentiſſimorum principum, partim ſcholis publicis celebratas. Nec diu moratus apud ſuos, aut reſes domi (quippe ut cœlum & ſidera in perpetuo

Redit Lipſia Stadam. *Ingentia bona in perpetuo ſunt motu.*

 petuo

petuoſunt motu: ſic cognata cœlo ac ſideribus ignea ac vegeta iſtiusmodi ingenia, quale Putſchius fuerat ſortitus, motu & agitatione gaudent; nihilque magis, quam deſidiam oderunt & averſantur) in *Belgium* negotiorum cauſa contendit, ſimul ut ordinum caſtra Mauritiana, quæ tunc ad Sluſiam erant, videret.

In Belgium abit.

Quia vero, priusquam animum ad Jurisprudentiæ ſtudium adjungeret (id enim adamaverat), conſilium ceperat pulcerrimum corrigendi, & uno volumine comprehendendi *veteres Grammaticos*, quotquot ſparſim editi, ac velut vagi circumferebantur extra corpus illud *veterum linguæ Latinæ autorum*, quod vir clariſſimus ac Juriſconſultus celeberrimus *Dionyſius Gothofredus* confecerat: exſequendi ejus conſilii cauſa *Francofurtum* primo, per occaſionem nundinarum autumni illius anni, inde *Haidelbergam* ſe contulit. Ibi enim commodiſſime huic rei ſe vacare poſſe perſuaſerat ſibi: nec fruſtra. Erant enim ibi præter alios, quos oraculi inſtar conſulere poſſet, viros doctiſſimos, *Marquardus Freherus* Sereniſſimi Elect. Palat. conſiliarius, & *Janus Gruterus*, viri, & Putſchio dum viveret, & doctis omnibus amici.

Veteres Grammaticos editurus Francofurtum venit.

Inde Heidelbergam.

M. Freherus.

J. Gruterus.

Opus illud Grammaticorum veterum trium, ſi recte meminimus, cum abſolviſſet, incredibili exantlato labore, breviore etiam, quam poſſe fieri videatur, ſpatio temporis, idque heredibus ac ſociis Wechelianis imprimendum dediſſet: univerſi quidem ejus tutelam commendavit *Joſepho Scaligero*, partes autem præcipuas aliis viris clariſſimi nominis ac meriti inſcripſit, *Velſeris*, *Bongarſiis*, *Freheris*, *Gruteris*: ſed neque vitricum, vel potius alterum parentem ſuum, jam ſupra nobis non ſemel laudatum *Ioannem Philippum Stamlerum*, præterire ibi voluit, quin ei loco ἀντιθρεπτηρίων, & ad grati ac pii animi edendam publicam ac perpetuam ſignificationem operis illius partem aliquam inſcriberet. Equidem ut alii ſuas προσφωνήσεις acceperint, neſcio, facile tamen eſt de illorum quoque animis conjecturam facere ex animo puriſſimo & innocentiſſimo Scaligeri, (at quanti viri?) quem is in ſua εὐχαριστικῇ epiſtola expreſſit, ac Putſchio aperuit: digna quæ ab omnibus legatur. Nam & laudes Putſchii meritisſimas, cui in ea novo quodam modo gratiæ aguntur celebrat, cum inſigni extenuatione ſui, raroque ſingularis modeſtiæ exemplo: & huic narrationi pro magno, niſi omnia fallunt, erit ornamento.

Opus veterum Grammaticorum.

Epiſtola Scaligeri ad Putſchium.

Joſephus Scaliger Heliæ Putſchio ſalutem.

Unde, mi Putſchi, ordiar, ut tibi gratias agam de præclara editione Grammaticorum tuorum? Quum enim me indignum tanto honore videam, excidunt mihi verba, quibus pro dignitate gratiam referam: quibus ſaltem quam eximie de me meritus ſis, exponere poſſim. Nam gratiam quidem referre noſtrum eſt; ſed non opis noſtræ. Pudet me honoris oblati, cui impar ſum. Miſeret me operis, quod meliore patrocinio dignum erat, unde tibi plus gloriæ, & fortaſſis aliquid utilitatis contingere potuiſſet. Maluiſti defraudare te, ut eum ornares, qui amicos ſuos, quam ſe ornatos malit. Quot enim Principes eleganti illa epiſtola digniores ſunt, quam ego? Quæ me ita affecit: ut quamvis ejus caſtitatem & puritatem ſermonis ita, uti debeo, impenſe miratus ſim; tamen facere non potui, quin quia illa dedicatione indignus ſum, nihil aliud, quam eleganter vulgo traductum me eſſe dicam. Poſteritas quidem quæ ex iſto labore tuo, non ex tuis annis, judicium tuum æſtimabit, fortaſſe me alicujus pretii eſſe crederit, quod, qui tam bene de veteribus ſcriptoribus judicare potuerit, de hominibus ſui ſeculi multo magis id facere poſſit. Verum age, tu me inſigni beneficio tuum feciſti: ego illi impar ſum: audeo etiam dicere, hoc ingratiſſimum ſeculum tam præſtanti opere indignum eſſe. Certe te id ætatis & tantis temporis anguſtiis id præſtitiſſe, quod memoria patrum noſtrorum, ne uno quidem ſeculo multa fecunda ingenia explicare potuiſſent, qui non mirabitur; ille aut literas neſcit, aut mortalium ingratiſſimus eſt. Fruar igitur beneficio tuo, quod mihi cum omnibus commune eſt. Triumphabo honore, quo me ſolum frui voluiſti. Effigies mea parata eſt, ſed cui tuto credam habeo neminem, neque ſpes eſt, illam tibi reddi, niſi proximis nundinis, aut per eum, cui recte eam tradere poſſim: quem niſi tu indicaveris, ubi nanciſcar neſcio. Itaq; ſi ad manum tibi eſt, quo tuto id efficiam, per me quidem nulla erit mora. Non enim magis cupidus es eam petendi, quã ego tibi mittendi. Porro eſt quidã egregius vir, Germanus Sethus Calviſius, qui nuper ſub initiũ ſuperiorum nundinarũ præſtantiſſimam Chronologiam edidit, rationibus meis inſtructam: ut ne ab illis latum vnguem diſcedat, opus æternitate dignum. Is ad me unum exemplar miſit, quo nomine illi gratias ago ea epiſtola, quam ego cum tua conjunxi. Itaque oro te per amicitiam noſtram, ut illi eam tuto cures, neque eam tradas, niſi cujus fides tibi ſpectata ſit. Et quia me amas, quamprimum certiorem me fac, an eam tradideris, & ſi tradideris, an ille, cui dederis, celeriter redditurus ſit. Nolo dicere, quam lætatus ſim, quum viderim, ineptos quoſdam Cercopithecos oblatraſſe rationibus & argumentis noſtris. Hunc autem præſtantiſſimum virum non aliis quam illis noſtris Chronologiam ſuam muniviſſe. Hoc opus reliquorum omnium luminibus officiet, & ſi bene auguror, nullius operis tam crebra fuit editio, quam hujus erit. omnino eximium eſt. Scribe ad me quamprimum, præſertim quam viam inſiſtam effigiem noſtram mittendi. Vale tertio nonarum Decembris, Lugduni Batavorum, anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinto.

Sethus Calviſius.

Hactenus Scaliger: cujus tamen epiſtolam Putſchius ne parenti quidem aliisve in patria unquam oſtendit. Nam ex Stamlero accepimus, quamdiu filius ſuus vixerit, ignariſſimum ſe alioſque fuiſſe, tam præclari teſtimo-

nii judiciique; quod de ſuo tuliſſet Scaliger eoque demum mortuo, inter ipſius literas repertas etiam iſtas ſibi pr..num innotuiſſe. Id ſic interpretatur Stamlerus (nec abſurde) quod fuga inanis gloriolæ & jactantiæ apud ſuos illam celatam voluerit epiſtolam, cum quidem modeſte interdum diceret, ſed vere nimis: *Non intelligere homines pleroſque, quid in eo opere à ſe præſtitum ſit, quantove id ſibi labore conſtiterit.*

Modeſtia Putſchii.

Nec ægre ferebat opt. juvenis indoctorum vel etiam ſemi-doctorum (qui viris doctis pariter & indoctis ſæpe inſolentiores ſunt) contemptum & ὀλιγωρίαν, dummodo ſua ſtudia vere doctis placere intelligeret, quorum ſe ſtudiis ſanioribus muniebat & conſolabatur; eaque aliorum opponebat iniquitati, & inſulſitati.

Heidelbergæ dum fuit, etſi in illo quod diximus, opere totus erat; tamen in amicorum gratiam nonnunquam & carminibus ſcribendis operam dabat: ſicut de multis unum hic nominare libet, quod in laudem quartæ centuriæ ſymbolorum & emblematum V. Cl. *Joachimi Camerarii* p. m. fecit, perpolitæ atque editæ ab opt. viri optimo filio *Ludovico Camerario* JC. & Conſiliario El. Pal.

Perfunctus Putſchius graviſſimo labore, quem illi, immortali operi impenderat: (tametſi etiam notas illi adjicere, ut intelleximus conſtituerat) animi recreandi, & colligendarum virium gratia, quo alacrior deinde ad ſtudia rediret, à nundinis Francof. autumnalibus anni 1605. *Auguſtam*, majorum ſuorum patriam, in eaque propinquos ſuos & amicos alios viſere voluit. Unde *Monacum* quoque & *Ingolſtadium* excurrit, nobiliſſima Bavariæ oppida. Quibus perluſtratis, *Altorfium* quoque non ſprevit, illud cogitans Heracliti, εἰσέρχευ ξένε εἰσὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεοί. Eo itaque venit, Ritterſhuſii inter cæteros reſalutandi. Sed cum domo forte abeſſet, Norimberga prius ſibi diſcedendum non putavit, quam eum revidiſſet. Sic eo ipſum ſecutus & aſſecutus; aliquoties cum eodem jucunde fuit: ubi poſt multos utrinque commutatos ſermones (in quibus maturum ac ſenile quiddam præ ſe ferebat) ultimum vale, ut ejus exitus poſtea docuit, dixerunt invicem; quod fuit ineunte menſe Novembri. Tunc enim cum nobiliſſimo juvene, *Theodoro Blumio* Eq. Cimbro currum conſcendens, *Lipſiam*, indeque *Hamburgum* & *Stadam* contendebat. Et feliciter ille quidem in patriam ad ſuos rediit, ſalvaque omnia invenit domi: Sed ipſe diu ibi ſalvus ſupereſſe per fata non potuit. Quanquam enim ſe læta dabant principia, dum & parentes amantiſſimos pius ac probus, ſi quiſquam, filius reditu ſuo & conſpectu colloquioque jucundiſſimo exhilarabat, quibus videlicet *Nihil ille triſte recepto,* & vice mutua ab illis exhilarabatur, congratulantibus inter ſeſe, quod divina benignitas & parentibus filium, & filio parentes ſervaſſet huc uſque & redonaſſet incolumes; Putſchio etiam ſolidam voluptatem ſubinde

Peregrinatiuncula.

Reviſit in Rittershuſium.

[R]edit ad [su]os.

capiente ex libris; quorum bonam copiam velut mercem pretioſiſſimam, apud exteros ſibi comparaverat, domumque reportarat, inque iis aſſidue habitante; tamen ea gaudia nimis (ut humana ſunt) fugacia breviaque fuere.

Vix enim *trimeſtre* totum domi compleverat, in conſpectu dulciſſimorum parentum, quibus cum hyemem tranſigere cogitabat, meditans interim aliam peregrinationem in *Galliam*, *Britanniam*, & alias exteras regiones, cujus volebat initium facere ſub feſtum Paſchatis comite *Tobia* ſuo. Atque ecce 23. Februarii morbus eum noctu corripit graviſſimus: cui ſe medicinam facere poſſe cum ſperaſſet fiſtula Caſſæ; mane hanc aſſumſit, & corpus purgavit, quod ei ante ſimiliter Heidelbergæ laboranti præſens fuit remedium, neque gravioris mali quicquam metuens parentes id permiſere: ut purgationi ſuccederet venæ ſectio. Quo facto vires magis magiſque debilitari atque concidere: Medicus etiam dicere, ſe ex ſanguinis inſpectione animadvertere magnam caloris nativi in Putſchio imbecillitatem, quam nimiæ cerebri intentioni, ſtudiorumque aſſiduitati adſcribendam exiſtimaret. Jamque & mentis emotio metui incipiebat. Sed res docebat, turbari nonnihil caput vaporibus, ex obſtructione alvi purgationem ſubſequuta, natis, & illud infeſtantibus. Quo malo ſoluto poſt biduum, ad ſe rediit æger: & quamvis corporis viribus pene proſtratis, animo tamen bene firmo ſibi conſtans cum Deo per exhomologeſin piam reconciliari, & extremi viatici ſacri participatione, quicquid eveniſſet, inſtrui & præmuniri voluit: quod ſecundo Martii die, morbi autem ſeptimo, factum ab eo eſt, ſumma religione & pietate. Neſcio cujus eſt dictum ſane veriſſimum ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσον, *mors eſſe vitæ teſtimonium ſolet:* Idem & in Putſchio comprobatum eſt re ipſa. Nam cum ad vitæ exitum vocari ſeſe à Deo intelligeret; jamque per aliquot dies ab omni cura rerum terrenarum removiſſet animum, nihil aliud, quam pia vota preceſque colloquiis aſſiduis de rebus divinis atque cœleſtibus miſcere geſtiebat: ſumma interim patientia morbi cruciatus vincens, & beatam illam expectans horulam, qua ſpiritum Deo ſuo per Chriſti meritum ac fiduciam redderet. Id optimo juveni tandem 9. die Martii ipſo meridie hora 12. per divinam gratiam contigit, cum ad extremum uſque halitum non modo mente integra uteretur: verum etiam piis ſermonibus fidem ſuam in Deum & Chriſtianam patientiam conſtantiamque teſtaretur, ſupremaque fugientis ex ergaſtulo animæ piiſſimæ vox eſſet: *Miſerere mei*, &c. Et tam placidum fuiſſe ejus obitum, teſtantur, qui ſupremis ejus adfuere: ut ne membrum quidem unicum corporis contorqueri dolore agonis extremi poſſet animadverti. Illud quoque memorabile ex parentibus ejus accepimus, quibus id retulit pius filius; *Octavo* ante beatum ejus

Morbus.

Caſſia fiſtula.

Exhomologeſis noviſſima.

Mors vitæ teſtimonium.

Obitus Putſchii.

Somnium ante mortem.

ejus exceſſum die, quaſi in ἐκςάσει quadam percepiſſe eum quendam guſtum inenarrabilium gaudiorum vitæ æternæ, cujus gloriam ac lætitiam ineffabilem DEO revelante vidiſſet.

Obedientia erga parentes.

Hoc demortuo filio perhibent teſtimonium vitricus & mater, habuiſſe omni ævo obſequentiſſimum: nunquam a prima usque pueritia ſe ulla in re ab ipſo offenſos fuiſſe: Nunquam eum ullius cum quoquam mortalium rixæ vel authorem vel adjutorem excitiſſe; contra vero εἰρηνοποιὸν ſemper eſſe ſtuduiſſe, qui diſſidentes aliorum animos in concordiam reducere gauderet, omniaque in meliorem partem tam aliis, quam ſibi interpretaretur; tantaque uteretur ubique moderatione ac prudentia, quæ longe ſupra ætatem ſuam poſita, in ſenes tantum cadere viderentur.

Pacis ſtudium.

Nec minus & hoc relatu memoriaque dignum eſt, quod proximo ante obitum Sabbato in hæc verba æger erupit: *Si DEO viſum fuerit, vitam mihi ex hac infirmitate reſtituto producere, procul dubio me eo conſilio in hoc orbe diutius retinere volet; ut multum boni faciam, & multorum utilitates mortalium procurem. Quicquid autem ipſi placuerit, hoc lubentiſſime ſequar.* Hoc nimirum eſt re ipſa, Θεῷ ἕπεσθαι, quod antiquæ ſapientiæ præcepto jubemur. Hoc etiam beatus Martinus faciebat, cujus illam conſimilem vocem refert Sulpitius Severus. Nam cum ei dixiſſent ægroto aſtantes diſcipuli: *Cur nos, Pater, deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis? Invadent enim gregem tuum lupi rapaces:* ad DEum vir beatiſſimus, & miraculis clariſſimus iſta fertur protuliſſe: *Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem. Fiat voluntas tua.*

Martini Epiſcopi noviſſimæ voces.

Hunc exitum habuit optimus juvenis, qui pro longiore peregrinatione, quam ipſum meditatum fuiſſe diximus, patriam cœleſtem mature repetiit, cum in hoc terreno exilio verſatus eſſet, jactatusque variis caſibus per annos 25. & 4. menſes. Illatæ autem ſunt ejus corporis exuviæ ſepulcro paterno, quod eſt Stadæ in æde D. Nicolai, patriisque oſſibus oſſa filii contigua compoſita duodecimo Martii, expectantia beatam ſpem & apparitionem gloriæ magni Dei & Servatoris noſtri in reſurrectione univerſæ hominum, qui unquam ab orbe condito vixere, multitudinis, ubi audiet à Filio Dei, quem religioſe coluit, & cujus ſolius fiducia Patrem in Spiritu Sancto adorare ſolitus eſt, εὐαγγέλιον hoc cum aliis ſanctis: *Euge, ſerve bone & fidelis intra in gaudium heri tui:* ubi etiam coronam gloriæ, ſibi repoſitam accepturus eſt immortalitateque beatiſſima perfruiturus. D. *Conradus Rittershuſius in oratione parentali.*

Ætas Putſchii. Sepulcrum.

Ο. 1606. d. 13. Mart. æt. 59. curr. Dies & annus natalis.

JUSTUS LIPSIUS.

JUSTUS LIPSIUS miſſus eſt in hanc vitam anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo, die, qui D. Lucæ ſacer eſt, decimo quinto Kalend. Novembris. Nox media ipſum edidit: cum mater (ita narrantem ſæpe audiſſe ſcribit) ſuperiori proxima nocte vidiſſet vigilans, & exſomnis, duos puellos mire candidos, per cubiculum inambulantes, mutuum ſe complexos. Interpretatio * ipſi aliisque, incerta. In Iſcano autem eſt genitus, municipio aere, aquis, ſitu peramœno: quod tertio milliari à *Bruxella*, itemque à *Lovanio* abeſt.

Præſagium de ipſo.

** Interpretantur alii qui doctrinam & modeſtiam præſignatas.*

Parentes ei fuerunt *Ægidius Lipſius* & *Iſabella Petirivia*: ille unicus parentibus, hæc unica: opibus, & genere uterque perhoneſtis. Avus *Nicolaus Lipſius* quieti & literis operatus: propatruus *Martinus Lipſius*, vir ob doctrinam *Eraſmo* familiaris & à ſuis, illiusque ſcriptis notus. Uxor avi *Margaretha Euchoutia* ſtirpe nobili: & majores, Pater, fratres ejus in Principum Belgii aulis, Proavus *Juſtus Lipſius*, cui uxor *Anna Linckebekia* genere nobiliſſimo, ſed in virili ſtirpe jam exſtincto. Ea in dotem villam, agros, domum contulit, quæ in Iſcano, atque ea occaſio I. Lipſii illic nati. Nam pater & majores, domo omnes Bruxellenſes erant, atque ibi, aut in vicinia opes.

Parentes & majores.

Agitatum in ſacro fonte, & die ejus luſtrico, de *Luca* nomine imponendo, cauſa * ſupra dicta: ſed pater abnuit: & avi paterni, maternique in ipſo renovavit. Parentes Iſcanum aliquot annos tenuit, quia & mater in propinquo villam, & agros uberes habebat, ſupra Wauriam: & pater item in Iſcano dicta bona. Ergo & ibi educatus eſt: non ſine *duplici* periculo, quod præſens vitæ ejus fuit. Puer *quadriennis* egreſſus domo ad veſiculam levandam, videt nives (media hyems erat) in colliculum utrimque, ut via media eſſet, ſcopis aggeſtas. Conſcendit, in faciem cadit, ſpirandi impos, & jam ſuffocandus: niſi ancilla, quæ ſuperne verrebat, bono fato eum reſpexiſſet, & erectum ſervaſſet. *Alterum*, cum domus repararetur, per tabulata, & machinas fabrorum luſitat: decidit *quindecim pedum* altitudine cum ſodali ſuo: qui crus ſibi frangit, ipſe caput, & ſiniſtram aurem leviter lædit, tutela ejus, Genius fuit: & quod cingulo ſericeo ſuſpenſus in pertica hæſit, donec eo ſoluto caderet, ſed ictu molliore.

** Quia eo die natus.*

In Iſcano prædio avit educatur.

Pericula, in quæ pu... incidit.

Annos jam ſex natus *Bruxellam* cum parentibus migrat. Ibi ſtudiis literarum initiatur: facili promptoque ingenio, adeo ut præceptor parvulum genibus impoſitum & ſic recitantem aliis oſtenderet in æmulationem, aut exemplum. Inter condiſcipulos cum aliis *Dionyſius Villerius* tunc fuit. Grammaticalia ſtatim hauſit, & ſponte ad linguam Gallicam etiam ſe dedit, quam è libris ſine doctore ita didicit, ut ſcribere poſſet, etſi loqui, & legitime pronunciare non poſſet. Sed hic ei etiam diſcrimen, nonniſi à DEO palam depulſum. Cum æqualibus currere, & luſitare feriatis diebus extra urbem ſolebat: & evenit, ut circa *Sennam* flumen. Ibi cymbula

Bruxellæ, ſtudiis initiatur.

bula ripæ applicata, & fune ad arborem religata haud longe ſupra frumentariam molam. Intrant, ſolvunt, & agitant: vidit molitor, accurrit, & voce minatur. Socii deſerunt, exeunt: penultimus ipſe idem conatur, ſed pedibus priorum repulſa cymba, & è ripa diſjunctior, ſaltum fefellit. Capite igitur præceps in flumen labitur, puero uno, qui poſt ipſum, divinitùs animato; ut pedem ei prehenderet, atque ita ſuſpenſum teneret. Interea molitor advenit, attollit ſemianimem, aquæ ſaturum: & ſoſpitator utrique fuit. Nam & cymba prono fluxu (abſque illo fuiſſet) ad molam ibat, ejus vorticibus involvenda & mergenda.

Studium apud Athenſes.

Anno decimo, *Athum* Hannoniæ ablegatur, bonæ famæ ſcholam: atque iterum ibi Grammaticalia puero ſunt inculcata: pravo illius & noſtri ævi more: quem ipſe alicubi *non ſine cauſâ deplorat. *Biennium* in variis Grammaticis detentus, mox carmen cœpit ſcribere: & anno tertio *Coloniam Ubiorum* porro ad Patres Societatis mittitur. Illi Græcis eum, Rhetoricis, & Philoſophicis imbuerunt: capere ſane pronum, atque iſtic & alibi antea ſemper ductorem & principem ſuæ claſſis. Itaque vix *duodecennis* * orationes ſcripſit & habuit; pueriles quidem, ſed quas gravior etiam ætas in illa ætate laudaret. Nec deſtitit poſtea: & dedit floridioris eloquentiæ ſpecimen non uno loco. Philoſophica autem jam inde à puero ipſi placuere: ut peccare juvenili quodam ardore, & freno indigere videretur. Conſtat * à magiſtris non raro è manibus excuſſos ipſi libros ejus generis, & commentarios ereptos, quos ex omni interpretum turba laborioſe ſibi confecerat. Neque mutavit poſtea, ſed in omni ſtudiorum curſu iſtam ſapientiæ metam præ oculis habuit. Nec ea proceſſit via, qua philoſophantium vulgus hodie: qui ſpinis argutiarum & laqueis quæſtionum irretiti, nihil aliud agunt, quam quod ſubtili inanium diſceptationum filo eas texant & retexant. Politicis & Ethicis potiſſimum ſeſe dedit, & ſemina jam tum apud Ubios jecit frugis poſtea enatæ.

**Cent. 1. miſcell. epiſt. 94.*
Mittitur Coloniam.
**Cent. 2. miſcell. ep. 13.*
Philoſophiæ ſtudium.
**Præfatione in Conſtant.*

Sub id tempus pietas pectus ejus tetegit, & Patribus ipſis voluit accenſeri. Parentes inaudiverunt, abduxerunt, & annos jam *ſedecim* natum *Lovanium* amandarunt. Ibi literarum & antiquitatis ſtudia ad ſe traxerunt: quorum tamen guſtum amoremque *Coloniæ* infuderat *Gerardus Kempenſis*, præceptor in Græcis, acerbi homo fati. Sed Lovanii compares ei comitesque in iiſdem ſtudiis fuere *Ludovicus Carrio*, *Franciſcus Martinius*, *Arnoldus Deimius*; ductore omnium *Cornelio Valerio*, & quaſi chorago. Nam is *Petro Nannio*, qui primus honeſtum ibi ignem accenderat, ſucceſſor datus: ſtudio non impar, ingenio inferior. Acceſſere mox *Martinus Delrius*, *Victor Giſelinus*, *Janus Pernutius*, *Andreas Schottus*: interiores iſti, & ex aſſe amici.

Lovanium ablegatur.
Gerhardus Kempenſis.
Studiorum ſocii.
Pater Lipſii moritur.

Dum autem inibi eſt, & Juris etiam artem libat, pater ei fato functus eſt: vir acer, manu promtus; ſodalium ac conviviorum appetens & qui comitate ſua amplum patrimonium valde attrivit.

Mater curam ejus reliqui & liberorum, *Juſti* ac ſororis ejus ſuſcepit: matrona in ſumma modeſtia virilis animi & conſilii, & cui ex illo ſexu, ævo, populo non aliam judicio præpoſuiſſes. Hæc filii cauſa *Lovanium* venit, ſedem tranſtulit, atque ibi ex hydrope non diu poſt obiit.

Pater Lipſii moritur.
Paulo poſt & mater.

Annum agebat tum fere *decimum octavum*, & publice jam ſpecimen aliquod ſui dederat declamando in ſcholis, aut diſſerendo. Sed magis magisque Muſa vetus ipſum capere: & ejus amore Italiam cogitare. Fecit. Sed libris antea *Variarum lectionum* quatuor conſcriptis, atque editis, quos *Antonio Perenotto* Cardinali Granvellano inſcripſit. Primus hic ei aditus ad famam, etiam in illius patroni domû fuit: in quam Romæ admiſſus, *biennium* circiter egit: cum omni benignitate ab eo habitus, & ad ſtudia tractanda non incitatus ſolû, ſed adjutus. Erat à Latinis ei epiſtolis: ſed otium & omne liberum tempus dabat inſpectioni lapidum, locorum veterum, & ſi quid viſendum, noſcendumque in Urbe, aut circa eſſet. Bibliotheca etiam Vaticana ipſi per eundem, & *Guilielmum Zirletum* Cardinalem patuit: & in iis ſtudiis curisque tempus illud ſumpſit. Innotuit *Paulo Manutio*, *Fulvio Urſino*, *Patino* Patinio, *Hieronymo Mercuriali* *Antonio Mureto*: familiariſſimus *Plauto Bencio*, qui *Franciſci* poſtea nomen cum alia vita aſſumpſit. *Petrum Victorium* etiam, & *Carolum Sigonium* per viam vidit: atque ipſe venerationem illis, ipſi affectum ei exhibuerunt.

Variæ lectiones primus ingenii Lipſii fetus, 1567.
Romana peregrinatio.

Lovanium deinde rediit: annum unum egit, in ἀκμῇ ipſa adoleſcentiæ?

Redit ad ſuos.

Jucundum cum ætas florida ver ageret:

& egit (ut ſimpliciter fatetur ipſe) (haud uſque quaque ad priſci *Catonis* normam. Liber erat, parentum & tutorum expers; atque ita choreis, ſodalitiis, nugis ludum & libentiam aliquam ætati dedit. Sed non diu dedit: Natura melior eum reduxit, atque ipſe adeo ſe ſubduxit peregrinatiuncula: quam *Viennam* Auſtriæ, & in Cæſaris aulam decrevit, ſuſcepit, perfecit. Prius tamen & obiter *Dola* Sequanorum luſtrata. Ibi acerrima febris eum pœniſſime ſuſtulit: quam contraxerat Oratiuncula in honore & titulo *Giſelini* ſui dicta à meridie, & convivio mox inſecuto. Evaſit, Viennam perrexit. Atque ibi *Augerio Busbequio*, *Johanni Sambuco*, *Joanni Cratoni*, *Stephano Lighio* innotuit, & placuit: atque ii retinere juvenem, & illigare in iis locis, non una conditione conati ſunt, ſed fruſtra. Nam patriam reſpectabat, & animo * redeundi per *Bohemiam*, *Miſniam*, *Thuringiam*, & ea loca iter inſtituit: cum acerbi nuncii de afflicta novis bellis Belgica, patrimonio vi militum attrito, pedem figere in iis locis vel invitum adegerunt. *Jenæ* itaque

Adoleſcentia libera.
Peregrinatio Germanica.
Venit Viennam.
**1572.*
Rediturus in patriam bello impeditur.
Docet Jenæ.

Ee Saxo-

Saxonum paulo plus *annum* hæſit, docuit, & illa primordia ipſi ad Profeſſorium munus fuere. In quo munere ad extremum uſque ſpiritum, quanquam rude jam donatus à Sereniſſimo Principe *Alberto Auſtrio* magna conſtantia perſtitit: ne juventuti, cui ad optima ducendæ natus erat, deeſſe videretur.

Fecit itaque quod ante ipſum nobiles, imo principes, viri fecere: rati nimirum *Profeſſione publica dignitatem omnem ornari non deſtrui.*

Sed rebus paullum modo tranquillatis, oculos iterum ad ſuos, & ſua flexit, *Coloniam Ubiorum* venit. Hic *Annam Calſtriam* viduam, patricia Lovanii familia genitam, uxorem duxit, ſui magis animi, quam amicorum impulſu. Sed ut ille ait:

Ducit uxorem Coloniæ.

Τὸ * μὲν ἀρπυ ἐπίκλωσαν Θεοὶ αὐτοί,

** A diis fataliter hoc decretum.*

& concorditer ſane vixerunt; fructus tamen matrimonii, id eſt, liberorum, exſortes. Coloniæ *novem menſes* ſubſtitit: *Tacitum* primo correctum, & notas ad eum dedit: ibidem *Antiquas Lectiones*, quæ in Plauto potiſſimum emendando verſantur, conſcripſit. Inde in Iſcanum ſuum migravit, animo deſtinato ruri agere, & tabernaculum vitæ in quiete illa collocare. Verum bella vetuerunt, & *Lovanium* compulerunt: atque ibi ex amicorum conſilio juris ſtudiis paulo magis ſerio ſe dedit, & *titulum* etiam *Juriſconſulti* publica inauguratione ſumpſit.

Tacitum edit An 1575. Antiq Lectiones.

Juriſconſulti titulus collatus 1575.

A foro tamen atque Reipublicæ procuratione, non inertia, ſed judicio ſe perpetuo abſtinuit: voce autem & ſcriptione ſic prodeſſe univerſis ac ſingulis ſtuduit: ut non unius Reipublicæ, ſed totius generis humani curam geſſiſſe videatur.

Epiſtolicæ quæſtiones

Epiſtolicæ ejus *quæſtiones* lucem tunc viderunt, & ſub idem tempus *Leges Regiæ* & *Decemvirales* concinnatæ, non famæ tamen, ſed auditorum gratia, quibus publice interpretatus erat, ut & *Livii* quædam.

Deinde acriores procellæ iterum & venti exorti ſunt, quibus nihil propius factum, quam ut Belgicæ navis mergeretur. Fluctu eo cum pluribus ejectus eſt in *Batavicam* terram: inſedit ſed mente, ut ſtationem eam haberet, non portum. Turbæ tamen è turbis natæ mutare vetuerunt; & *tredecim* ipſos *annos* in Batavis tenuerunt. Lugduni enim homines benignos & beneficos reperit, ſed relinquere eos *Religio* & *fama* adegerunt.

Compellitur in Bataviam 1578.

Lugduni 13. ann. egit.

Dum inibi eſt, ſcripſit *Electorum libros,* in quibus partim *Critica,* partim *rituaria*, varie electa & excerpta. Luſit deinde *Satyram Menippæam* in ambitionem atque imperitiam quorundam, qui Criticos ſeſe dicunt; veros enim germanoſque tangere mens illi nunquam fuit. Turbas tamen atque invidiam auctori ſcriptum iſtud peperit: quod in eo joci eſſent nonnulli de *laurea Poëtarum,* quam Imperator ſolet elargiri. Clamabant univerſum id genus vatum, *ignominia ſeſe ab ipſo affectos, Cæſaremque ipſum injuria adſperſum, quaſi non id illi jus eſſet aut poteſtas*. At poſtquam Epiſtola ſeorſim edita ſe purgavit

Electorum libri. Satyra Menippæa

Inde ipſi turbæ.

atque aperuit; omnis iſta bilis ſoluta eſt in riſum. Nihil enim aliud ſchemate illo voluit; quam quod vetus habet verbum *Laurigeros quidem multos, paucos autem Phœbos.*

A turbis ad ludos & ſpectacula converſus *Saturnalium libros*, qui de Gladiatoribus, foras dedit: & cruentas illas in pace pugnas, noſtro ævo ignotas, retraxit; oculiſque velut ſpectandas, non ſine caveæ Senatoriæ & Equeſtris plauſu propoſuit: Venuſta *Othonis Vanii,* noſtratium Pictorum facile principis, manu ac penicillo adjutus.

Saturnalium libri. Otho Vænius pictor.

Deinde utriuſque muneris & Circi & Scenæ rem illuſtraturus, de *Amphitheatro* quædam contexuit, ipſamque Arenæ imaginem, faciem, & habitum accurate expreſſit: & ut publicis malis ſolatium pro virili adferret, de *Conſtantia,* in mediis Belgicæ turbis, conſtanter ſcripſit, & S. P. Q. Antvverpienſi inſcripſit.

Amphitheatrum. Conſtantia.

Quod adeo gratum illis exſtitit, ut pro veteri ſuo in eruditos homines humanitate ac beneficentia, aureum viri libellum duplici *patera inaurata,* affabre cælata compenſandum exiſtimarint.

Pro ea donum.

Aucta porro jam fama cum Epiſtolas ſuas ab aliis vulgari comperiſſet, eas ipſe errantes collegit, & *Longolii, Sadolii, Bembi, Bunelli,* quemque in hoc genere unicum laudare ſolebat, *Politiani* exemplo publici juris fecit; *Epiſtolaꝛ Inſtitutio* in bonum juventutis adjuncta.

Epiſtolæ. Epiſtolica inſtitutio.

Edidit ſub id tempus præter *notas & animadverſiones in Valerium Maximum, in Senecæ Tragœdas, & Velleium Paterculum, Dialogum de recta lingua Latinæ pronunciatione:* Grammaticum quidem argumentum atque ex ſe tenue & vile fortaſſis: ſed quod olim & Senatores atque ipſi principes tractarunt: quodque ſic noſter enunciavit, ut ne ipſe quidem *Priſcianus,* ſi reviviſcat, quidpiam addere aut deſiderare poſſe videatur. Utque cives in *Conſtantia* ad parendum formarat: ſic *Politicis* novo plane genere conſcriptis, Regibus & Principibus ad recte imperandum facem prætulit. Tandem *libello de una religione* ſub prælo fervente ex Batavis valetudinis ac hepatarii morbi cauſa digreſſus *Leodici* ac *Spadæ* biennium fere egit, bibitque acidulas illas, jam olim à *Gilberto Philareo Limpurgio,* & nuper à *Philippo Geringo, Thoma Rietio, Abrahamo Nicolao Franbeſario*, aliiſque Medicis laudatas. Ipſe *Lovanium* regreſſus ſedem ibi domiciliumque fixit quanquam varie à variis avocatus fuerit. Nam fama diſceſſus per Germaniam ſparſa mox *Gulielmus Bojorum* Dux, ejuſque frater *Erneſtus,* Ubiorum atque Eburonum Antiſtes, *Wolffgangus Theodericus* Salisburgenſium, *Julius* Herbipolenſium, *Andreas* Uratislavienſium, Præſules, aliique Germaniæ Principes ipſum ſplendide, ac prolixe invitarunt.

Dialogus de recta linguæ Latinæ pronunciatione. Politica. Libellus de una religione. Acidulas petit 1591.

Lipſ. avaris expetitus.

Ut & poſtea *Clemens* Octavus Pontifex Maximus *Aſcanius Columna, Gabriel Palæotus, Fridericus Boromæus, Franciſcus Sfortia,* Cardinales, *Henricus* Quartus Galliæ Rex-

S. P. Q.

S. P. Q. *Venetus*, *Ferdinandus Medices* Etruriæ, *Franciſcus Maria Roboreus* Urbinatium Duces; *Patavini*, *Bononienſes*, & alii cum Principes tum populi, ſtipendio ac viatico, quod ipſe definires, plures vocarunt. Quin & *Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis*, benigna & rara effuſione, Lipſium, non ut hoſpitem aut amicum: ſed quaſi filium, ſæpius in Hiſpaniam ſuamque domum invitavit: & ſe vivo rerum ſuarum conſortium, mortuo ſucceſſionem ex aſſe obtulit.

Benedict. Arias Montanus.

Poſtea Brabantiæ Ordinibus per *Nicolaum Oudartum*, veterem amicum *Machliniæ* tunc Canonicum, & Officialem benigne, ſerioque vocantibus, ut gratum ſe probaret, ſuos de *Cruce Commentarios* paulo poſt dicavit, conſecravitque. Porro cum opus aliquod jamdiu meditaretur, & ſolicite quæreret, quod lucem ad res Romanas & Græcas præferret: reperit quod *Facem Hiſtoricam*, non ex ſuperbia, ſed ex propoſito, appellaret. Hoc cum diffuſum imo & confuſum eſſet: placuit excerpere primum ex omni cumulo, quidquid ad *Militiam* excerpere videbatur. In his itaque ad *Polybium* commentariis, quidquid ad militiæ ordinem, arma, legesque ſpectat, aperuit: in *Poliorceticis* autem *Machinas*, *Tormenta*, *Tela* veterum, adjutante iterum Vænio, exhibuit, daturus & *Triumphum*, felicis belli clauſulam, niſi valetudo adverſa interceſſiſſet. Sibi poſt redditus *Admiranda Imperiorum* florente olim ætate collecta, cæpit diſponere & vulgare, à *Romana magnitudine* feliciter exorſus.

Commentarii de Cruce.

Fax Hiſtorica.

Militia Romana.

Poliorcetica.

Magnitudo Romana.

Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono cum ſereniſſimi Principes *Albertus & Iſabella Clara Eugenia*, Lovanii die octavo calendarum Decembris inaugurati more majorum eſſent, poſtridie ejus diei Athenæum ibi viſerunt, & Lipſium dicere aliquid ſubitaneum voluerunt, ſive juſſerunt. Fecit, & à ſolitæ lectionis more non recedens, *Annæi Senecæ* librum *de Clementia*, in manus ſumpſit, & pauca ejus verba, à conſeſſu & tempore iſto non aliena, explicavit. Quam quidem *Diſſertatiunculam ad Principes* habitam, qualis fuit, totidem verbis, ſine colore aut fuco, poſtea vulgavit: etſi augere ac polire, exemplo veterum, atque Tullii & Plinii, potuiſſet. Diſſertatiunculæ extemporaneæ, & per ſe levi fortaſſe, ut pondus adderet, C. *Plinii Secundi Panegyricum*, Trajano Imp. dictum ſive ſcriptum cum perpetuo commentario, adjunxit. Ad hæc *Politica* ſcripſiſſe non contentus, eadem *exemplis monitiſque* illuſtravit aut firmavit. Selectiſſima itaque exempla maximeque varia, è varia & multiplici lectione ſepoſuit; & ad communem omnium uſum, eleganti ſane ac facili ſtilo, repræſentavit: ut in hoc genere paria cum *Maximo Valerio* feciſſe, imo ſuperaſſe videatur. Poſtea *de Lovanio ejusque urbis comitibus commentarii* ab ipſo ſunt occaſione nuptiarum illuſtriſſ. *Caroli ducis Croii & Arſchotani* ſubitarie contexti: quibus rogatu Ordinum *Brabantiæ* univerſæ *hiſtoriam* fuiſſet * ſubjuncturus: ni fata invida vetuiſſent. Cœperat enim

Diſſertatiuncula ad Principes.

Exempla & monita Politica.

Lovanium ipſi.

Cent. 5. Miſcell. 94.

mediæ ætatis hiſtoriis præſertim noſtratibus jam grandior affici: etſi junior Romanorum rerum admirator unicus, uſque ad contemtum fere cæterarum, fuiſſet. Quemadmodum etiam florente ætate *Cornelium Tacitum* prudentiæ patrem vulgarat; ita decreſcente illa voluit & *Annæum Senecam* philoſophum, ſapientiæ fontem dare. *Manuductionem* ergo *ad Stoicam Philoſophiam* adornavit, id eſt, facem ad ejus ſectæ principem Senecam, quæ præluceret, accendit, tanto alacrius ea ſtudia aggreſſus: quo brevius iter laboribus ſcriptisque ſuis reſtare præſagiebat. Univerſa *Stoicæ* familiæ dogmata, & decantata illa Paradoxa eruit, quodque à nemine factum antea, diſpoſuit & velut theſauro condidit. *Ethica* quidem ex Epicteto, ejusque interpretibus Ariano ac Simplicio, Plutarcho item adverſus Coloten, Muſonio apud Stobæum, M. Tullii Paradoxis, *Phyſica* vero ex Cleomedis Meteorologicis, Stobæi Eclogis, & M. Tullii Academicis, utraque autem ex Seneca, Diogenis Laertii Zenone, aliisque revocavit. Exinde poſt multos alios Hiſpanos, Gallos, Belgas ſerio ipſum *Senecam* aggreſſus eſt, & philoſophum eximium, virtutis atque honeſti præconem, *emendatum ſcholiisq́ illuſtratum*, *Paulo V.* Pont. Max. inſcripſit & per *Philippum Rubenium*, ſuum olim auditorem, obtulit. Ediderat & ante biennium 1601. *Miracula & laudes Divæ Virginis Hallenſis*, itemque *Divæ Sichemienſis*; idque, ea occaſione & cauſa. A prima adoleſcentia Divæ Virginis amorem & cultum induit, eamque ſibi patronam adoptavit, & ducem inpericulis, in moleſtiis, in omni denique vitæ curſu elegit, etiam in ſtudiis *Joannis Damaſceni*, *Ruberti Tuitienſis*, *Bernardi*, *Thomæ Aquinatis*, aliorumque exemplo: & ſi quid accuratius pangendum: aut dicendum publice eſſet, ubi famæ vel memoriæ res agebatur, precibus ac votis eam ſupplex adiit. Ex Batavia Leodicum ut primum venit, in *ſodalitium Marianum* (cui Patres Soc. Jeſu præſident) nomen etiam dedit atque *Oratione panegyrica* publice habita ſuum in Virginem adfectum teſtatus eſt. Id ipſum & Lovanii poſtea præſtitit. Ab eodem deinde adfectu *Hallas* diu adſpiravit, & tandem adivit. Hannoniæ oppidum, tertio à Bruxellis lapide, magna apud Belgas & exteros fama celebre, & Miraculis, quæ tutelari ibi Divæ adſcribuntur. Anno * * 1602. inſequenti in graviſſimam ægritudinem incidit: votum fecit: Hallas ſe contulit: clientem ſibi ſupplicem Diva recreavit ac valetudini paullatim reſtituit. Ipſe *Pennam Argenteam* in templo, ante aram Virginis ſuſpendit, & hoſce verſus ſubſcripſit:

Manuductio ad Philoſophiam Stoicam.

L. Annæus Seneca philoſophus.

Diva Hallenſis & Sichemienſis.

Patrona Lipſii Diva Virgo.

Proficiſcitur Hallas.

Pennam argenteam Divæ ſuæ dicat.

Hanc, Diva, Pennam interpretem mentis meæ,
Per alta ſpatia quæ volavit ætheris
Per ima quæ volavit & terræ & maris:
Scientiæ, prudentiæ, Sapientiæ
Operata ſemper, auſa quæ Conſtantiam
Deſcribere, & vulgare, quæ civilia,

Quæ Militaria, atque Poliorcetica:
Quæ Roma magnitudinē adſtruxit tuam:
Variaque luce ſcripta priſci ſæculi
Affecit, & perfudit: hanc Pennam tibi
Nunc Diva merito conſecravi Lipſius.
Nam numine iſtæc inchoata ſunt tuo,
Et numine iſtæc abſoluta ſunt tuo.
Porro ô benignitatis aura perpetim
Hæc ſpiret! & famæ fugacis invicem
Quam Penna peperit, tu perenne gaudium
Vitamq́, Diva, Lipſio pares tuo.

Anno 1603. *Joannes Miræus, Franciſcus Coſterus & Aubertus Miræus,* Lipſii rogatu Hallas profecti, acta & regeſta illius loci diligenter excuſſerunt, atque omnia fideliter exſcripta, & publico ſenatus ejus oppidi ſigillo firmata, ad Lipſium miſerunt. Ea * digeſſit ipſe, concinnavit: & quamquam ſtili florem & affectus obiter miſcuerit: tamen rei ipſi hilum non addidit, nec apicem detraxit: ordinem denique & decorem dedit.

Contra illam divam extat Idolum Hallenſe.

Ad extremum vitæ actum, fabulæque cataſtrophen triſtem illam quidem, ſed in qua ſunt omnia, jam venimus. Anno 1606. 15. Kal. April. è tuſſi, graviſſimisque ſubtilli cerebri defluxionibus, Lipſio ægrè eſſe cœpit. Menſis anni Martius, qui cœli in ſe vertentis cardine commotior, morborum periculis aut mortalitatis damnis famoſus eſſe ſolet. Lipſius licet jam multis ab annis vernacula & quaſi domeſtica valetudine tentaretur, tamen iſta fallere non potuit ſuſpicacem, & in ipſam jam mortem propendentem diu antea ex ſapientia animum. Quin illud elegantiſſimi ſcriptoris celebratum ſæpius haud deerat: *Non magno apparatu aut exquiſita molitione opus eſſe, ut corporis atque animi infirmo vinculo cohærens ſocietas dirimatur,* imo, Varronis ſcito, *Homo bulla eſt,* eo magis ſenex, & æger, & cui mors diu votum, pœna nunquam, aut terror fuit. Itaque tunc malum indies ingraveſcere, dolor, calor, vires & vita labaſcere: denique lecto Lipſium affigere, hoc eſt letho aſſignare. Quod ſane totius antè actæ vitæ tranquillitate & proſpexit pariter, & excepit. Nam unis, tantum quatuor diebus ſummum hoc egit *Mori.* Porro ad extremum usque ſpiritum firma atque integra mente conſtitit, tanta quidem animi conſtantia atque alacritate, nihil ut uxoris cariſſimæ aut amicorum undique adfluentium lacrymis ac ſuſpiriis moveretur. Itaque nec ullam querimoniæ vocem, nec ullum repugnantis aut trepidantis animi ſignum edidit. Cum ex circumſtantibus quiſpiam ſolaminis à Stoicis magnam illi materiam ſupereſſe diceret; *illa ſunt vana,* reſpondit, digitoque in Chriſti crucifixi prope adſtantem imaginem intento; *Hæc eſt vera patientia:* mox magno ſpiritu ſubjiciens: *Domine Jeſu, da mihi patientiam Chriſtianam.*

Morbus Lipſii noviſſimus.

Morbi ſtatim invaleſcentis principio, prima illi cura fuit, ſacris *Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, extremæ unctionis,* purgari, muniri, foveri myſteriis. Exinde religioſorum hominum preces aſſidue expetiit: fuitque ex iis qui diceret: *Ecce nunc illa patrona clientem exſpectat ſuum, & obviis expanſiſque occurſabit ulnis.* Tunc renidere Lipſius, & in altum oculis manibusque moribundis ſublatis ſic precari: *ô mater Dei, adſis famulo tuo, cum tota æternitate decertanti, & non me deſeras in hac hora, à qua pendet æterna ſalus animæ meæ.*

Dicta noviſſima.

Semel quoque iterumque auditus eſt ſibi gratulari, *ſe illo anni tempore migrare è vita, quo Chriſti ſanguis maxime in Eccleſia ferveret.* Cumque oblatum pro ſe miſſæ ſacrificium ex quodam ſacerdote intellexiſſet: *Faxit Deus,* inquit, *Pater mi, ut ſanguis ille precioſus in me abunde derivetur, qui in illa paſſione effuſus eſt.* Cum in agone morti jam proximus verſaretur, uxori mandavit, ut togam optimam pellibus ſuffultam, profeſſorii ſui muneris adminiſtram, Virgini matri ad ejus aram Lovanii in Baſilica D. Petri Apoſtolorum principis, cultu miraculisque celebrem in uſus ac neceſſitates ſacras offerret ac poneret. Dictum, factum: atque ea toga poſtmodum, quod aræ aut ſacris apta non eſſet, *Gerardo Corſelio,* J. C. & Anteceſſori, emtione ceſſit. Æs inde conflatum rationibus aræ adſcriptum eſt, cultui Deiparæ augendo.

Toga Virgini oblata.

Cæterum Lipſius, ſumma cum teſtificatione pietatis Chriſti ex cruce pendentis imaginem frequenter amplectens, & nunc Jeſu, nunc Mariæ nomen ingeminans, 10. Kal. Aprilis nocte media, anno ætatis *nono & quinquageſimo,* placide ac leniter exſpiravit: & quod dolendum, vetus Lipſiorum in ipſo ſtirps defecit, ut qui ultimus hujus gentis fuerit. Sed quid refert? ſtirps perierit, nomen ipſe propagavit

Moritur Lipſius. Ultimus ſuæ ſtirpis.

——— abortu
Solis ad Heſperium cubile.

Liberorum item loco, poſteris libros reliquit,

——— quos nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

Mediocri pompa, ut, qua erat modeſtia, juſſerat, elatus eſt pridie Paſchatis, 8. Kal. Aprileis, hora poſt meridiem quarta, humeris univerſæ, ut ſic dicam, Academiæ: certantibus nimirum inter ſe ſtudioſis, ut extremum iſtud præceptori optimo pietatis officium impenderent; illius, ut arbitror, vocis Q. Cæcilii Metelli cognomento Macedonici memores; *Non fore, ut in poſterum id officium ab ipſis viro majori præſtari poſſet.* Elatus eſt autem *cœlo* admodum *pluvio,* ut id ipſum in lacrymas ſolui videretur. Inſecuti biduo poſt venti ab hominum memoria vehementiſſimi & quales nunquam flaverant vivo Lipſio ventoſæ ambitionis ac vanitatis domitore. Conditus jacet, ut teſtamenti tabulis mandarat in æde ſacra *Franciſcanorum* ſodalium, ante Virginis Deiparæ aram ad quam preces quotidie fundere ſolitus erat. Voluit nimirum & à funere iſtud ſui in Virginem cultus ſempiternū apud poſteros exſtare monumentum. Inſcriptionem vere philoſophicam, tumulo appendendam, paucis ipſe verſibus *biennio* antea complexus fuerat.

Funus.

Tumulus, & epitaph. quod ipſe ſibi ſcripſit.

Quis

Quis hic ſepultus, quæris? ipſe ediſſeram
Nuper locutus & ſtilo & lingua fui;
Nunc altero licebit, ego ſum Lipſius,
Cui literæ dant nomen, & tuus favor:
Sed nomen: ipſe abivi: abibit hoc quoq;:
Et nihil hic orbis, quod perennet, poſſidet.
Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta fumus, umbra, vanitas,
Et ſcenæ imago, & verbo ut abſolvam, Nihil.
Extremum hoc te alloquor:
Æternum ut gaudeam, tu apprecare.
I. Lipſius vixit annos 58. menſes 5. obiit anno Chriſtiano 1606. 10. Kal. April.

Marmoreum tumulum, una cum ſtatua, ære ſuo vidua excitavit. Senatus vero populusque Antuerpienſis, virum de urbe eorum ac civibus optime meritum, quique peculiari quodam affectu & illam præ cæteris Belgicæ dilexit, & cum plerisque iſtorum ſingulari familiaritate conjunctus fuit, ſarcophago itidem marmoreo complecti voluit, hac epigraphe addita:

IUSTI LIPSII
QUOD CLAUDI POTUIT
HIC IACET
S. Q. P. ANTUERP.
INCLYTI VIRI
FAMÆ ORBI NOTÆ
VIRTUTI COELO RECEPTÆ
H. M. P.

Parentalia. Cæterum juſta perſoluta ei ſunt 3. Kal. Aprilis, in primaria urbis Baſilica, D. Petro ſacra. Defunctum pro funere laudavit *Gerardus Corſelius*, Anteceſſor clariſſ. quem ſecuti alii poſtea amici variis clarisſimæ memoriæ virum epicediis, laudationibus, epitaphiisque editis certatim ſunt proſecuti. *Bibliotheca & ſcripta nepoti legata.* Bibliothecam, non tam copia, quam librorum præſtantia commendatam, ſcripta item ſua, atque ingenii monumenta, *Guilielmo Gravio Bruxellenſi*, è ſorore nepoti, annos fere 13. tunc nato legavit: & apud *Joannem Woverium* ſuum olim auditorem ac contubernalem, dum adoleſcat heres, Antuerpiæ deponi juſſit: *Græcos* autem, calamoque exaratos codices Lovanienſi Soc. Jeſu gymnaſio attribuit. *Teſtamenti curatores.* Extremæ ſuæ voluntatis curatores eſſe voluit *Nic. Oudartum*, & *Joannem Woverium*, itemque *Guilielmum Warnirium*, ſuum olim miniſtrum, poſt in D. Petri Lovanii Canonicum. Teſtamenti autem tabulis *cavit ſcriptorum ſuorum quidquam à morte vulgari.*

Proſopographia. Quod corporis habitum indolemque Lipſii attinet, paucis ita habe. Membrorum illi decens habitudo fuit, corpusque compactum, & facies non indecora, utique ante morbum: ſed quam pictores, etiam præſtantiſſimi, exacte numquam exprimere aut adſequi potuerunt. Latebat ſcilicet quid divinum in oculis, humano penicillo majus atque ſublimius! Frons ampla, & ſtatura juſta, majeſtatem addebant: ad extremum tamen corpore ſicco atque exhauſto fuit, cum *Morbus hepatarius.* à *morbo hepatario*, qui *viginti* amplius annos cruciavit, tum magis ſtudiis.

Ingenium. *Ingenium* illi vividum, ingens, docile, & capax omnium artium, ſi *Muſicam*, quod mireris, excipias: *judicatio* collineans & recta: *memoria*, non ſine præceptorum admiratione, etiam in puero ſumma. Dona certe habuit, & exſeruit, quæ nemo hujus ævi aut ſtudii. *Iudicium* inprimis ad miraculum excellens: & ab eo *ordinem* in ſcriptis omnibus, ac diſpoſitionem ſumſit, nec ſuper novos modo, ſed ſuper veteres uſurpavit.

Eloquentia & ſtilus. Eloquentia illi admodum prompta, facilis ac profluens, nec ſine Venere: quæ laudes, in ſtricta & arguta brevitate, paucis aut nemini hactenus obtigere. Illa ipſa brevitas, quod imputandum, ſine tenebris fuit; & multa paucis ſic dixit: ut influant & ſe diffundant, & vel plura, dixiſſe videatur. Timantem pictorem celebrant, quod in ejus operibus plus ſemper aliquid intelligeretur, quam pingeretur: idem de Lipſiana ſcriptione merito dixeris. Non defuere tamen, qui dictionem ejus, ut obſcuram atque intricatam, minimeque Tullianam criminarentur. *Reprehenſores ejus.* Sed ô miſellos, qui tum præclare cenſent Ciceronem ſe imitatos, *cum elumbia, exſanguia, verbis item ac numeris jacentia* ſcripſerint, denique ſic algentia, ut Germanicas etiam nives refrigerare poſſint. Hærent in margine, & velut in finibus Latii, adſpiciunt elegantiam & mirantur, intra pectus tamen aut linguam, non admittunt. Sed de hoc videatur *inſtitutio epiſtolica ejusq; epiſtolæ.*

Mores Lipſii. Tacitus in vita Agricolæ. In geſtu, cultu, ſermone modicus fuit: adeo ut *plerique quibus magnos viros per ambitionem æſtimare mos eſt, viſo aſpectoque Lipſio, quærerent famam, pauci interpretarentur.* Conſtat certe exteros, quos ab ultima etiam Sarmatia ejus videndi audiendique gratia (ut olim magni illius Livii) frequenter veniſſe ſcimus, cum Lipſium viderent, eundem ſæpe requiſiviſſe.

Nam in veſte, ſupellectile, famulatu, ſplendor aut ambitio illi nulla: miniſtro unico (qui & amanuenſis munus obibat) comitatus, in publicum, & fere togatus, prodibat: omnis tamen ætatis, ſexus ordinis homines, & viri etiam principes, velut cœlo miſſum, ſuſpiciebant ac venerabantur. Porro ut Philoſophum decebat, *cenſum* item non amplum habuit, & cum bona mente modeſtiã omni in re tenuit: illud non raro uſurpans;

Cenſus & ſtipendia. *Sibi habeant ſua regna Reges, ſibi divitias divites.*

Opes aut ſtipendia ampla non ambivit quidem ſed oblata congiaria ſive honoraria (ut ſenſit non ſemel viros, cum ſacri tum profani ordinis principes, in ſe, benignos ac liberales) nec rejecit. Ordines Brabantiæ *ſexcentos*, ut vulgato more loquar, Florenos ſive *Francos nummos* quotannis pendebant: *ducentos* numerabant Buslidiani Gymnaſii trilinguis Curatores: *Philippus* 2. Hiſpan. Rex Catholicus, Belgarumque Princeps additis *mille annuis* auxit procurante *Petro Enriquez*, Comite Fontano, qui regio tunc nomine provinciam Belgicam adminiſtrabat: idemque Rex *Hiſtoriographi* etiam ſui *titulo* donavit.

Sereniſſimus *Albertus Auſtrius* virum optime de Reipubl. meritum, ac laboribus fractum, *rude donavit*: & ſi vellet, à publica profeſſione deſiſtere, & vicarium ſive ſucceſſorem adſumere, dato diplomate conceſſit: annuo ad hæc *ducentorum florenorum* vectigali adnumerato. Atque ut vetus illud, *Honos fugientem ſequitur*, ætas etiam noſtra agnoſceret, nihil tale ambientem, imo fugientem, *Conſiliarii* dignitate ornavit, atque in ſanctiſſimum ſenatum, quem rerum ſtatusque vocant, judicio adlegit. Ipſe tamen pro veteri ſuo decreto, à Repub. atque ab aula ſe abſtinuit, ut merito ambigant omnes, an majori gloria Princeps tantum virum adlegerit: an vero laudabiliore conſtantia ipſe abſtinuerit. Illud conſtat, cum tanta dignitatis ac cenſus facta eſſet acceſſio, nihil de quotidiano cultu, nihil de priſtina vitæ conſuetudine ipſum mutaſſe: tantaque uſum moderatione, ut nec ſordide umquam ſe geſſerit, nec auctis opibus affluentius vixerit: quam olim inſtituerat, parique modeſtia ſemper ſteterit. Itaque ut priſcæ illæ virtutes, in noſtræ ætatis miraculum ac gloriam, in ipſo ſunt renatæ: ſic jure ſymbolum iſtud, ab Ennio mutuatum, *moribus antiquis* uſurpavit, factiſque expreſſit.

Lipſius conſiliarius regius. *Modeſtia Lipſii.* *Symbol.*

Facilitas & comitas. Qua erat morum facilitate ac comitate, *binas* fere *horas* à meridie, ſumpto prandio ſtudioſis adoleſcentibus ad ſe venientibus, dabat, *exteris* vero undique confluentibus, ſemper: ut ejus *domicilium* (quod de Q. Mutio Tullius prædicat) non dico Belgicæ, ſed univerſæ *oraculum Europæ* videretur.

Hortorum cultus. Animum ſtudiis feſſum ut revocaret ac reficeret flores & hortos impenſe coluit, bulbis tuliparum præſertim ab noto ignotoque orbe, per *Rembertum Dodonæum*, *Carolum Cluſium*, & *Ioan. Boiſotum*, rerum hortenſium in paucis peritos, perque amicos alios ſtudioſe petitis. Nimirum ut pictores longa intentione hebetatos oculos, ad ſpecula quædam & virores colligunt: ſic ipſe hic animum exhauſtum aut oberrantem ſolitus eſt revocare. Hic extra tumultus civicos, inter herbas, inter flores, hilari atque hiante oculo oberrabat: & modo ad hunc occidentem, modo ad illum exorientem manus vultumque circumferebat: & mira quadam voluptate curas hic omnes fallebat & labores. Sic & olim philoſophi ac ſapientes, ab urbe atque inſano foro remoti, hortis ſe oblectarunt, atque in iis divina illa ſcripta pleraque procuderunt, quæ miramur, quæque nulla temporum ſeries aut ſenectus abolebit.

Adfectus in canes. Amavit à puero *canum* omne *genus*, & Lovanii tres fere aluit gradu quodam magnitudinis diſcretos: *Sapphirum* catellum, gente Batavum, *Mopſulum* catulum, domo Antuerpia, & *Mopſum* canem, gente Scotum. Hos & in tabula depingi juſſerat, & notas ac carmen cuique non minus ingenioſe, quam lepide ſubſcripſerat. Pictores & calcographi Mopſum, præ cæteris dilectum, ipſi nonnunquam adpingunt, quod illo comitatus, etiam ad Athenæum ſeu profeſſionis publicæ locum, prodire ſit ſolitus: etſi non deeſſent, qui negarent Muſarum clienti hunc comitatum aut contubernium convenire: quique genus hoc omne ad *Martis* aut *Dianæ* aſſeclas ablegarent. Ipſe contra repoſuit & adſtruxit, ſi mortalium ullos, caninum hoc* conſortium litteratos inprimis decere, & eloquentiæ ac ſapientiæ candidatos. Ægyptii hoc adſerunt, qui Anubin ſuum canis ſpecie fingebant: quia videlicet utriuſque regionis ille Deus, ſupera atque infera permeabat, ut Hecate Græcorum. Atqui ſapientes habentur illi, qui alta, qui ima ſcrutantur, & canis exemplo pervigiles diu noctuque agitant. Quid, quod iidem cum virum divinis deditum, vatem aut ſacrorum doctorem, Hieroglyphicis exprimerent, canem ſignabant, quod ſcilicet, præter ſagacitatem, clamare ac quaſi latrare iſtos deceat, in improbos & bonis inſidiantes. Et ſacræ literæ non refugiunt imagine iſta uti: quibus *canes pro Domo Dei latrantes* ſunt doctores & eccleſiaſtæ. Jam Græci, eoſque ſecuti Romani, canem Mercurio comitem ſive adſtitem dederunt: quia, ut Plato ait, ſagax & ingenioſum hoc animal facundiſſimo & promptiſſimo Deorum conveniebat. Si autem Mercurio, id eſt, artium bonarum præſidi, aſſiduus ille comes: cur ab iſtarum artium candidatis arceant? Itaque amarunt Judæi, Ægyptii, Græci, Romani, cæteri: nec ullum magis animal ipſa natura nobis junxit.

** Cent. 1. ad Belgas ep. 44.*

Scripta affecta. Præter illa autem ſcripta, quæ diximus ſtatuerat & alia plurima bono publico vulgare, habebatque adfecta, aut in ſchedas relata non pauca: ſed Deo, vitæ laborumque arbitro, viſum incidere & evocare. Veterum ſcriptis illuſtrandis, jam olim inſtituerat *Facem Hiſtoricam* tum & *Ritualium* libros ſcribere: & in eos congerere, quidquid eſſet in moribus ritibuſque priſcis obſcurum. *Ritualium libri.* Atque in facem quidem grandiores illos ritus, *De ſacerdotibus*, *De Magiſtratibus*, *De Militia*, *De Bibliothecis*, *De Nuptiis de Funeribus*, & qui tales, volebat includere: eamque jam cœperat accendere, duplici *Syntagmate*, uno *de Veſtalib.* altero *de bibliothecis*, præter Militiam Romanam, publicato. In *Ritualium* autem *libris*, minores & ſingulos ritus, literarum quodam ordine, explicaſſet: teſtibus item exempliſque firmaſſet. Sicut Lexica quædam verborum utiliter habentur: ſic iſta rerum volebat eſſe.

Itaque *communis* hic quidam velut *Commentarius* fuiſſet, Latinorum, Græcorum, Poetarum, Oratorum, Hiſtoricorum, Philoſophorum, & ſcriptorum miſcellorum: Hæc inquam, inſtituerat, & materiem, ab annis fere *triginta*, paraverat, ut manuſcripti ejus *Electorum*, ſeu locorum, ut vulgo indigetant, communium libri teſtantur: ſed diſponere & extruere, valetudo & fatum præveniens vetuerunt.

Cœperat & *Admiranda Hebraica* (cujus gentis Rempublicam *Carolus Sigonius* ele- *Cent. 4. miſcell. ep. 68.*

ganter deſcripſit) itemque *Ægyptiaca, Iberica & Gallica* adornare: ex quibus ſola Hebraica pæne adfecta poſteris reliquit. Daturus & libros tres *De inſtitutione juventutis*, *Compendium* item *Hiſtoriarum*, ſuadente inprimis *Henrico Uweno*, I. C. ſi Deus vitam dediſſet longiorem. Scripſerat & *Thraſeam*, ſive *De mortis contemptu opus* Philoſophicum: quod pro omnium guſtu non futurum cum præſenſiſſet, judicio ſuppreſſit, calumniam vitare ſatius ducens, quam deprecari. Argumentum tamen hoc attigit, ſed caute, in ſua ad *Stoicam philoſophiam Manuductione*. Monitorum & exemplorum politicorum libros quidem duos publicavit, ſed vix trientem operis deſtinati. Nam duo alii, qui *civilem Prudentiam*, itemque duo, qui *Militarem* erant tractaturi, perierunt antequam nati.

Inter ſchedia etiam poſt obitum repertus eſt *commentarius in L. Annæum Florum*, pæne abſolutus, itemque *orationes binæ De lectione & utilitate hiſtoriæ*, totidemque *panegyricæ Virgini Matri* dictæ, & *Miracula Divæ virginis Lovanienſis*, non plene tamen pertexta: quæ omnia Woverius Antuerpiæ fideliter ſancteque adſervat. Cætera, ut *Hiſtoria Brabantiæ, exempla, Monitaque Politica*, vix ſunt inchoata. Præter Florum, reliquit & veteres aliquot ſcriptores, in his *Livium*, *Suetonium*, *Plinium*, Notis aut Emendationibus ad margines librorum, à ſe inter legendum illuſtratos. Atque hæc de vita Lipſii: *librorum elenchum ſubjicimus.

**Omnia edita ſunt duobus tomis diſtincta Lugdu. in folio.*

Catalogus librorum Lipſii.

Syllabus

Operum I. Lipſii.

Hiſtorica ſacra.

De Diva Virgine Hallenſi liber, quo beneficia ejus & Miracula fide atque ordine deſcripta.

De Diva Virgine Sichemienſi ſive Apricolle liber, quo nova ejus Beneficia & Admiranda deſcribuntur.

Hiſtorica Romana & externa.

Admiranda, ſive de magnitudine Romana libri 4.

De Militia Romana libri 5. Commentarius ad Polybium.

Poliorcetica. lib. 5. qui ſunt de Machinis, Tormentis, Telis.

De Amphitheatro Romano liber.

De Amphitheatris quæ extra Romam liber.

Saturnalium ſermonem libri 2. qui de Gladiatoribus.

De Cruce libri 3. ad ſacram profanamque hiſtoriam utiles.

De Veſta & Veſtalibus Syntagma: quod ab auctore emendatum auctumque brevi proferet Officina Plantiniana.

De Bibliothecis Syntagma.

Commentarii pleni in Corn. Tacitum.

Animadverſiones in C. Vellejum Paterculum.

Lovanium, ſive oppidi & Academiæ ejus deſcriptio lib. 4.

Politica & Ethica.

Politicorum, ſive civilis doctrinæ libri 6. qui ad Principatum maxime ſpectant.

Monita & Exempla Politica, libris 2. qui Virtutes & vitia Principum ſpectant.

De conſtantia libri 2. vere aurei, qui alloquium præcipue continent in publicis malis.

Manuductionis ad Stoicam philoſophiam libri 3. L. Annæo Senecæ, aliiſque ſcriptoribus illuſtrandis.

Commentarii & ſcholia in L. Annæum Senecam philoſophum.

Diſſertatiuncula apud Sereniſſimos Belgicæ Principes Albertum & Iſabellam Auſtrios: item commentarius perpetuus in C. Plinii Panegyricum, Trajano Imperat. ſcriptum ſive dictum.

Variarum Lectionum libri 3. in quibus pleræque ad M. Tullium Ciceronem, M. Terentium Varronem, & Sex. Propertium Notæ.

Antiquarum Lectionum lib. 5. in quibus varia ſcriptorum loca, Plauti præcipuè illuſtrantur.

Epiſtolicarum Quæſtionum libri 5. in quibus ad varios ſcriptores, pleræque ad T. Livium Notæ.

Electorum libri 2. in quibus, præter Cenſuras, varii priſci Ritus.

De recta pronunciatione Latinæ linguæ Dialogus.

Ad Valerium Maximum Notæ.

In Tragœdias, quæ L. Annæo Senecæ tribuuntur, animadverſiones.

Judicium de Conſolatione M. Tullii Ciceronis, nuper, ut volunt, primum reperta: quo libro ſeipſum Cicero de filiæ morte conſolatus dicitur.

Satyra Menippæ, Somnium & Luſus in noſtri ævi Criticos.

Apologetica.

De una Religione liber, adverſus Dialogiſtam Theodorum Cornhertium.

Diſpunctio Notarum Mirandulani codicis ad Corn. Tacitum, adverſus Lucium.

Rejectiunculæ cannionis cujuſdam Batavi, pro Diva Virgine Hallenſi.

Epiſtolæ.

Epiſtolarum Centuriæ 10. ex his quinque ſunt Miſcellaneæ, tres ad Belgas, una ad Italos & Hiſpanos, una item ad Germanos & Gallos.

Epiſtolica Inſtitutio, ex dictantis ore excerpta.

Ex centuria 3. Miſcellanea ad Belgas epiſt. 87. Item I. Lipſii vita ab Auberto Miræo deſcripta.

MARTINUS CRUSIUS,

Ω. 1607. d. 25. Feb. ætat. 81

Martini Cruſii avus fuit *Petrus Cruſius*, Botrenſteini in montanis Pabepergenſis epiſcopatus, civis, ſartor, cereviſiæ coctor,

Avus Cruſii paternus.

ctor, & ſenator ibidem per viginti annos: natus circa annum milleſimum, quadringenteſimum, ſexageſimum, diem ſuum obiit anno decimo quinto, ſupra mille quingentos. Avia *Margareta Schallerina* è vivis abiit anno milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo ſexto. Pater vero ei fuit cognominis, in lucem editus circa annum nonageſimum, ſupra mille, quadringentos. Hic poſtquam variis in locis operam literis dediſſet, & Berlini cantoris officio functus aliquantiſper feſſet: Wittembergæ ſacris initiatus eſt à Brandeburgico præſule, anno decimo ſexto, ſeculi milleſimi, quingenteſimi.

Avia. Pater.

Eccleſiaſtico igitur miniſterio dicatus ille, quaterdecies locum mutare coactus, damna fecit graviſſima, & periculis expoſit' fuit variis. Bello enim Germanico flagrante Cæſarianus miles, quamvis ei & cibus & potus affatim apponeretur, tamen ut pecuniam extorqueret, laqueum ipſi fuit minatus. Mox alii irruptione facta ſupervenere: propter quos ipſe in columbario ſeſe occultavit: uxor vero alio fugiens, bis in via eſt ſpoliata. Accidit paulo poſt, ut apud Georgium Hernitum paſtorem Scharenſtetenſem menſa ad cœnam apparata, Cæſarianorum manus irrumperet. Ibi aliis alias latebras petentibus, Cruſius cum conjuge in oſſuariam duobus feretris ſibi obductis, ſe abſcondit: & quamvis, qui fuit militaris furor, tum in cœmiterio tum in ipſâ ὀςοθήκῃ diligenter omnia, laterna adhibita oſſibusque ferro turbatis, excuterentur: reperti tamen ipſi, DEO ita eos protegente, non ſunt. Latitarunt in loco illo fœdo, decem noctis horas, idque frigore intenſiſſimo: hoſte interea omnia diripiente, pecora mactante, carneſque coquente, & miſeras mulierculas inhoneſte tractante. Illis dilapſis pater Ulmam per viarum ambages tendens, incidit in viginti Hiſpanos, à quibus tunica exutus, & cingulo, pera, gladio, ac pugione ſpoliatus eſt. Mater vero itidem tum vitæ diſcrimen adiit, quando quidam Cæſarianorum, pecuniæ extorquendæ cauſa, collo ejus cingulum inſerit, gulam eliſurus, ni Deus ἀπὸ μηχανῆς adfuiſſet. Canis enim domeſticus heræ audiens quiritatus, de lectulo, in quo accubabat, deſiliens, hoſti crus admordet: quo gladium ſtringente mater laxamentum nacta evaſit, domo tota mire dehoneſtata, librisque conſciſſis undiquaque conſtrata.

Ejus pericula & clades.

Occultat ſe cum uxore in ὀςοθήκῃ

Idem Cruſii pater dum militum vim Ulmâ declinat, *Interim* Sphingem amplecti nolens, ab Ulmenſibus dimiſſus, & à Marchione Alberto eccleſiæ Wartenfelſiæ præfectus eſt. Inde *Curiam* evocatus in Xenodochio ibi docuit, ubi iterum periculo non caruit & ob terræ motum & militem Marchionicum contra Carolum quintum.

Anno quinquageſimo ſecundo Eccleſiaſtes *Bottenſteini* deſignatur, Alberto illo Pabepergenſia occupante. Epiſcopo autem poſt intra menſtruum ſpacium omnia recuperante, expulſus, apud fratrem Sultzbachii, & apud Joan. Starckgravium Ambergæ, ſuis ſumptibus ſe ſuſtentavit: donec munus docendi in pago, cui Schlichta nomen, duobus Amberga milliaribus diſtante, ei comiſſum eſt: ubi primus evangelium docuit, & anno quinquageſimo tertio, die ſeptimo Martii, diem ſupremum clauſit. Ex illo igitur *Martino*, & *Maria Magdalena Trummerina*, originem duxit hic noſter Martinus Cruſius vulgo **Krauß** / anno viceſimo ſexto ſupra mille quingentos, die decimo nono Septembris, intra tertiam & quartam pomeridianam, natus *Greberna*, tribus à Bottenſteino oppido milliaribus, epiſcopatus Bambergenſis.

Natalis Cruſii.

Domi à patre prima elementa doctus, in Ulmenſem deinde ludum miſſus eſt, ubi pro victu precio annuo quindecim florenorum indicato, ſub *Gregorio Leonhardo*, Latine & Græce docto, ita in literis verſatus eſt; ut Senatus Ulmenſis ſubſidium annuum quindenorum, continuandis ſtudiis, ei decreverit. Grammaticis inprimis à puero fuit deditus, ut quæ contemtum ſui per omnem vitam vindicant. Accidit, ut quodam die à præceptore examen Syntacticum inſtitueretur: ibi Cruſius, condiſcipulis qui biennio amplius Græca illa audierant, obmuteſcentibus, interrogatus προφθὰς ad ſingula ita reſpondit: ut magiſter ad adſtantes converſus dixerit: quanam in parte dolium hoc aperiemus: ut vinum non profluat?

Ulmam mittitur.

Ibi ſubſidium ei à Senatu.

Grammaticæ inprimis ſtudioſus.

Anno quadrageſimo quinto, menſe Junio ab Ulmenſibus *Argentinam* miſſus eſt, ut in collegio Prædicatorum, in quo adoleſcentes triginta amplius à civitatibus alebantur, cum artib. liberalibus, linguiſque Theologiæ operam daret. A rectore I. *Sturmio* lectiones ſecundæ claſſis audire eſt juſſus, etſi jam tum Logicæ Melanchthonianæ præcepta; ipſasq; dialectos Græcorum calleret, ac Græce ἀμέμπτως ſcriberet. Proximo deinde Paſcha cum progreſſiones haberentur ſolennes, primo ipſe loco & argenteo * nummo donatus, in primam adſcendit oratione recitata. Ibi præter lectiones, quas præceptore *Gerardo Severo*, aliiſque doctis viris, audivit, ſubſecivis horis adverſa etiam valetudine laborans, evolvit dialogos *Luciani*, *Xenophontem* totum, Teſtamentum Græcum totum, cum multis Demoſthenis & Æſchinis orationibus. Quippe Græcæ linguæ ita amans à pueto fuit, quaſi animus præſagiret, non in Eccleſia, ſed in ſchola aliquando doctorem futurum. Ibi etiam I. Sturmio oratori operam dedit tanto diſcendi cum deſiderio, ut parens per literas dehortari ipſum à ſtudii pertinacia neceſſe habuerit.

Ulma Argentinam mittitur.

Ejus in ſtudiis προκοπή.

** Sex baciorum.*

φιλέλλην à puero Cruſius.

Iterum ergo anno quadrageſimo ſeptimo menſe Aprili, cum progreſſiones diſcipulorum fierent, Cruſius primum locum obtinuit, ad publicas ἀκροάσεις cum brabeio admiſſus. Quinto à promotione die orationem Græcam, ut in promotione Latinam, de bello Germanico, publico in auditorio recitavit, πρῶτος τῶν τε ἐν Ἀργεντίνῃ ἐπιχειρήσας *

Habet orationem Græcam.

** Verba ſunt Cruſii.*

præ-

**Ex act. Apoſt. c. 19.* *Præceptores ejus in Acad. Argentinenſ.*

præſentibus cum aliis, tum honoris cauſa *Martino Bucero, Petro Martyre, Caſpare Hedione, Marbachio, Fagio, Felſio*, aliis. Mox, ut quiſeriari poterat nunquam, aliam habuit orationem Latinam, de **Demetrio* Fabro: quam, uti & ſuperiorem Latinam, *Winckelius* Jenenſibus declamationibus, nonnihil mutatam, inſeruit. Audivit tum in Theologia *Bucerum, Hedionem, Marbachium, Fagium*: in politicis Ariſtotelis, *Felſium*: *Sturmium* in Ciceronis de finibus libris, rhetoricis Ariſtotelis, Theocrito, aliis: in Hebræis *Michaëlem Delium & Davidem Kuberum*. Privatim evolvit *Iſocratis* orationes, *Homerum* totum, *Platonis* apologiam, Critonem Georgiam, alia.

Additur nobilibus VVerteris informator.

Eodem anno è collegio illo, bona cum gratia præceptorum, ad adoleſcentes è Thuringia nobiles *Philippum & Antonium de Werter*, in ædes Jacobi Froſcheſſeri, commigrat. Uſi fuerant illi ante Hieron. Wolffii, Oetingenſis opera, & ante hunc G. Fabricii Chemnicenſis inſtitutione. Factum eſt id ſcitu permiſſuque Senatus Ulmenſis, cui obligatus Cruſius erat: quem conſenſum Sturmius hac epiſtola impetravit: *Sunt hic nobiles adoleſcentes duo è familia Werterorum, quorum frater Wolffgangus cupit eis pædagogum præfici, qui ſcholæ noſtræ rationem teneat & ſequatur, atq; abſoluto curſu cum ipſis in Galliam aut Italiam proficiſcatur. Rogo ut permittatis, non ſolum, meo, qui id maximoperè cupio nomine: verum etiam Werterorum cauſa; qui digni ſunt hoc beneficio ob humanitatem & religionis ſtudium, & honeſtatem familiæ, quæ in Thuringia valde celebris eſt. Promittit Cruſius, hoc quadriennii ſtudio & tempore confecto, ſimulac revocaveritis rediturum ad vos, & facturum id, quod jam faceret, ſi aliquid imperaretis.* Eo tempore perlegit Cruſius *Heſiodum, Pindarum*, multa Latina & Græca. Poſt diſceſſum Buceri & Fagii in Angliam, audivit *Hedionem, & Marbachium*, ſucceſſores: quorum lectionibus adjunxit Hebrææ linguæ ſtudium omnibus verborum radicibus annotatis, per Jobum, Pſalterium & Geneſin, præceptore *Emmanuele Judæo Delio, & Kubero*. Abſolverat jam Sphæram Procli, Arithmeticam Friſii, Geographiam Melæ, Sphæram Johannis de ſacro Buſto, Euclidem. Evolvit etiam in Græcis Heliodori Æthiopica, Apollonii Argonautica: quædam in Hermogene, & organo Ariſtotelis: in inſtitutionibus Juſtinianeis. Muſicam jam dudum à patre acceperat, qui etiam artis componendi cantus gnarus fuit.

Epiſtola Sturmii ad Senatum Ulmenſem.

Anno quinquageſimo cum Interimiſticæ religioni, ut alibi, ita & Argentinæ, locus daretur: Cruſius cum nobilibus diſcipulis oratorias Sturmii audivit lectiones; una cum Theologicis. In Hebraico itidem ſtylo ſeſe tunc exercuit proponente argumenta breviuſcula Kubero: privatim autem legit Sophoclem, Ariſtophanem, Dionyſium Halicarnaſſeum, Ciceronem, explicans diſcipulis etiam Virgilii Georgica & Æneidem totam, cum Electra Sophoclis.

Tubingam abit.

Argentina, teſtimoniis à Sturmio cæteris que profeſſoribus, uti & diſcipulis ornatus, verno tempore *Tubingam* ſe contulit, an. quinquageſimo primo lectiones philoſophicas & Theologicas auditurus. Interimiſtico illo tempore Tubingæ, in templi choro miſſa celebrabatur: inferius Evangelici docebant: ſtudioſorum autem menſæ precium erat ad ſummum 24 florenorum. Inde Ulmam profectus Scholarchis *Wolffgango Stamlero* D. I. *Henrico Neidhardo*, obtulit ſuam operam, modo ab illo Interim liber eſſet. Reſponſum tulit: iniquis temporibus eum venire: & bonæ frugis alioquin adoleſcentes non retineri. Liber igitur pronunciatus ab Ulmenſibus, dono duûm florenorum & teſtimonio dimiſſionis accepto, ad parentes Norimbergã tranſiens venit. Apud quos cum dies compluſculos jucunde poſuiſſet, literis natalium legitimorum acceptis, Argentinam rediit, idq; eo maturius, quod ſpes ei brevi adeundæ Italiæ injecta à diſcipulis eſſet. Explicuit privatim tum Quintilianum & Demoſthenem: perlectis prophetis minoribus, Jeſaia item & Tobia Hebraice, cum colloquio Munſteri, Judæi & Chriſtiani. An. quinquageſimo ſecundo cum miles in Germania conſcriberetur, principum captivorum cauſa: Cruſius in ocio literato ſolenne ſuum obtinens, Diodorum Siculum aliaque Græca juxta & Latina evolvit, Italicam linguam diſcere cepit: & Ethica Ariſtotelis expoſuit. Sub exordium deinde anni quinquageſimi tertii *Georgio Hitzlero* in patriam profecto, vices ejus in quarta claſſe ſubiit: & menſe Majo primam Demoſthenis Olynthiacam interpretatus eſt, perluſtratis multis Græcis, Latinis, & Italicis auctoribus.

Vile menſæ precium. *Ab Ulmenſibus liber pronunciatur.* *Redit Argentinam.*

Anno quinquageſimo quarto, menſe Martio, quo I. *Fridericus* Saxoniæ dux, olim Elect. paucis poſt conjugis Sibyllæ obitũ dieb. de vita deceſſit: Cruſio Memmingenſis ludi gubernatio oblata à *Ludovico Rabo* eſt: ab Ulmenſibus idem quibuſdam patriciis expetitus eſt informator filiorum, Tubingæ agentium, quibus cum in Galliam poſtea proficiſceretur: Werteri vero fratres ſecum eum retinere, adjuvante Sturmio, ſalario etiam ampliori promiſſo, ac in Italiam pertrahere conati ſunt. Sed Cruſius Memmingenſem vocationem prætulit, matris præcipue viduæ cauſa. Memmingã ergo venit, ac regimen ſcholæ ſtipendio centum quinquaginta florenorũ condicto adiit: & ſimul matre ad ſe vocata, Oeconomiam inſtituit, atque convictores, ſolventes & pro victu & pro diſciplina, triginta florenos, alere cœpit. Cumque Argentinæ, ab optimo ſcholarum rectore Sturmio rationem juventutis feliciter informandæ didiciſſet: ipſe in ſuo phrontiſterio eandem imitaturus, examine habito, progeſſiones diſcipulorum, præſentib. ſcholarchis & D. Rabo, inſtituit. Ibi perſpectis adoleſcentum profectibus, ſtudium Cruſii à D. Rabo & Felice Pfoſtio laudatum, ac Memmingenſibus eſt commen-

Memmingam vocatur. *Quo & venit.* *Ibi docet feliciter.*

mendatum : ipſe vero Cruſius juſſus, ut ea quæ propoſuiſſet, conſcriberet : ne dictatione impoſterum opus foret. In ſex igitur libellos quatuor claſſib. accommodatos omnia redegit : qui typis excuſi, ſemper deinde manibus ſcholaſticæ juventutis verſati fuerunt. Tunc etiam ad Latinæ, Græcæ, Hebrææ, & Italicæ linguæ cognitionem addidit Gallicæ ſcientiam, præeunte *Alberto Conrado Linſii* filio: & matri rei domeſticæ cura commiſſa. Poſtea ſic ferentibus rebus

Ducit uxorem. ſuis, anno quinquageſimo octavo, matrimoniali ſibi vinculo conjunxit *Sibyllam Ronneriam:* quæ obiit an. ſexageſimo primo, filiab. duabus, & uno filio relictis. Inde ad ſecunda vota tranſiit anno ſexageſimo tertio, matris inprimis ſuaſu, cum *Catharina Voglerina* Tubingenſi. Hac defuncta tertium iniit conjugium cum *Catharina Vetſcherina* Eslingenſi, quæ poſt decem liberorum funera mortua eſt & ipſa, anno undeſexcenteſimo. Ab hujus obitu celebs deinde vixit, rei domeſticæ cura œconomæ fideli credita & adſcitis, ſicubi opus, conſiliariis duobus *Davide Magiro, & Georgio Burchardo,* viris prudentibus.

Cruſii ſomnium. Anno quinquageſimo nono, viceſimo ſexto Aprilis ὄνειρος λαμπρὸς Cruſio apparuit: quo quid ſignificatum fuerit, eventus poſtea docuit. Cœlum ille videbatur videre ſereniſſimum: ſolem in plaga occidentali, magno & clariſſimo orbe : adverſus quem ipſe volans acclamaret: *ô ſol ne obnubilato:* vernacule, O liebe Sonne verbleiche nicht. Splendentem expertectus reliquit. Paulo poſt *Matthias Garbicius* Illyricus, Ethices & Græcæ linguæ in Academia Tubingenſi profeſſor, diem ſuum * obiit : ſub idem tempus

** An 1559. d. 1. Maji.* Memmingam ex Jenenſi ſchola rediit Georgius Dietmejerus, à cujus parentib. Cruſius rogatus, Tubingam eum comitatus eſt. His D. *Nicolao Varenbülero*, aliiſque doctorib. commendatus Cruſius, cum & profeſſio Græca vacaret, & Illuſtriſſ. princeps *Chriſtophorus*, nobilibus adoleſcentib. ephorum quæreret : dignus judicatus à conſiliariis fuit, cui utraque provincia demandaretur. Accepit conditionem Cruſius, utpote divinitus oblatam : & proxima promotione teſtimonium ac honorem Academicum, uti moris petiit.

Ephorus nobilium & profeſſor linguarum deſignatur.

Memmingam deinde rediens, honeſtiſſimis cum teſtimoniis à Senatu ac Scholarchis

Migrat Tubingam. dimiſſus eſt. Diſceſſit viceſimo ſeptimo Julii πανοικὶ, ac calend. Auguſti in collegium

Docet ibi cum laude. immigravit, permultis ipſi de adventu & proſperitate gratulantibus. Incepit ſtatim Sophoclem interpretari; tribus prioribus hebdomadis diebus, poſterioribus duob. in Baſilio pertexit frequenti auditorio, multis nobilibus, & comitibus inter quos *Willibius & Sebaſtianus à Falkſtein, Georgius & Otho* comites *Solmenſes* fratres. Sub idem tempus Grammaticæ Latinæ partes ſex, quas pro ſchola Memmingana, ab anno 1. conſcripſerat, in duo volumina contraxit, ſimulque duas partes Græcæ Grammaticæ congruentes; quæ in multis ſcholis juventuti proponuntur.

Anno ſexageſimo à Decano *Liblero*, & facultate artium, Cruſio ſtyli commendatum eſt exercitium, cum complentibus ad gradum magiſterii. In eo ſcribendi genere annos verſatus eſt *quadraginta ſeptem :* atque de variis materiis, ex artibus liberalibus, ex utraque Philoſophia, ex Theologia, ex hiſtoriis Græcis & Latinis themata propoſuit Latina, Græca, Hebraica, Italica, Hiſpanica, Gallica, Proſa & ligata oratione, & quotquot illis annis renunciati fuerunt aut Magiſtri, aut Baccalaurei: illorum ſcripta perlegit, expendit, correxit, commendavit. Menſe Novembri ejuſdem anni cum M. *Samuele Heilando* in collegium Philoſophorum receptus, & lectio itidem poetica ei oblata eſt ; quæ deinde M. Culingio commiſſa fuit. *Exercitia ſtyli ipſi committitur.*

Anno ſexageſimo quarto, Octobris die decimo octavo, Decanus Philoſophorum Cruſius deſignatus eſt: qua de cauſa tum hic, rum ſequens annus ipſi laborioſiſſimus fuit. Converſatus eſt ſæpius cum Magnatibus, eo tempore Tubingæ agentibus, cum Barone Ungnadio, Vergerio Epiſcopo Italo, Principe Lituano Radevilio, Joanne Sturmio, Hieronymo Wolfio, aliiſque plurimis. Per diem ter docebat Græca, Rhetoricam, & orationes Ciceronis : duas lectiones ipſe audiebat D. Schegkium in organo, poſtea in Galeno, Liblerum in Phyſicis : tres menſas convictorum alebat : Decanus ipſe aliquot orationes habebat : numerus auditorum in Homero tantus erat; ut auditorio acceſſionem adjungere neceſſe fuerit. *Decanus artium deſignatur.*

Anno ſexageſimo ſexto, peſte Tubingæ graſſante, edictum ab Univerſitate propoſitum eſt: ut qui ſcholam ſequi vellet, de loco Eslingæ * ſibi proſpiceret. Qua de cauſa Rector Academiæ D. Schegkius auctor Cruſio fuit: ut per menſem aut domi ſe contineret, aut alio excurreret. Quod conſilium ſecutus *Friburgum* Briſgoiæ profectus eſt: ubi ab Hartungo, aliiſque doctoribus honorifice exceptus, *Baſileam* perrexit: & ab Oporino humaniter, à toto Senatu magnifice habitus, quatuor fere menſes ibi hæſit. Interea autem temporis domi matrem, quæ ab ipſo anno ætatis ſuæ quinquageſimoquinto demum literas edocta, poſtea dies noctesque Biblia ſacra evolvit, & filiam epidemica lue exſtinctam amiſit. ** Commigravit Academ. eum quadringentis ſtudioſis. Peſte graſſante Friburgum & alio excurrit. Amittit matrem & filiam. Revocatur Eslingam.*

Anno ſexageſimo ſeptimo menſe Januario, revocatus eſt Baſilea Eslingam ; ubi commorabatur Academia. Reverſum Facultas artium gratulabunda egregia excepit cœna: ipſe rebus ſuis compoſitis ad lectiones ordinarias rediit: privatim vero opus Ariſtotelis relegit. *Redit cum Academia Tubingam.*

Anno ſexageſimo octavo cum Univerſitate, ex benevolo & honorifico Eslingenſi hoſpitio, reverſus feliciter, & docere Tubingæ cum cæteris aggreſſus eſt. Tunc Senatus Academicus è ſtudioſis eos, qui contra publicum edictum, & citra cauſam juſtam, remanſerant; civitate ſcholaſtica excluſit propter

pter inobedientiam, & Magiſtratui oppidano tradidit.

Anno ſexageſimo nono, per Junium legit hiſtorias *Zonaræ*: audivit Schegkium in organo, item in arte parva Galeni: & Liblerum in Phyſicis per annos ſex. Liberatus etiam tunc lectione Rhetorica, integro manente ſalario, ſucceſſorem habuit M. *Georgium Burckardum*.

Iterum transfertur Acad. Eslingam.

Anno ſeptuageſimo primo, menſe Julio exeunte, peſtis iterum in agro Wirtembergico graſſari cepit. Itaque ex Senatus decreto Eslingam Academia ſe contulit: ubi menſe Septembri docere ceperunt profeſſores. Sed cum ſub finem Decembris remitteret lues, amplius nongentis hominibus Tubingæ ſublatis; rediit eo anno ſequenti verno tempore Academia, cum prius domum reverſura Senatui Eslingenſi φιλοξένῳ καὶ εὐεργέτῃ prandium ἐξιτήριον dediſſet.

Revertitur.

Anno ſeptuageſimo tertio, cum Imperator *Maximilianus* ſecundo eſſet legationem miſſurus ad Selimum ſecundum, Turcarum tyrannum: legationis princeps *David Ungnad*, liber Baro in Sonneck, ab illuſtriſſimo principe *Ludovico* concionatorem petiit aulicum. Miſſus eſt igitur è ſtipendio illuſtri D. *Stephanus Gerlachius*: quo cum Cruſius miſit ad Patriarcham Conſtantinopolitanum primam epiſtolam Græcè ſcriptam: quod idem fecit anno ſequenti, quo & Auguſtanam confeſſionem Græce à *Paulo Dolſcio* converſam. Reſponſa ad eas literas accepit anno ſeptuageſimo ſexto, quæ omnia, juſſu illuſtriſſimi ducis Ludovici, de Græco in Latinum convertit, uti & compendium Herbrandi. Anno ſeptuageſimo nono denuo Conſtantinopolin ſcripſit, miſſis ſimul libris florenorum quadraginta duûm. Bilem movit mutua iſthæc ſcriptio Pontificiis: qui, neſcio quid veriti, prohibuerunt, ne libri Lutheranorum tranſportarentur ad Græcos. Poſtea cum Germano-Græcia & Turco-Græcia in lucem emiſſæ eſſent; ſtatim adverſarii ſeſe oppoſuerunt; inter quos Stanislaus Socclovius ſeſe acerrimum præbuit, cum Georgio Scherero Jeſuita, & Jo. Baptiſta Ficklero, I C. Perrexit autem Cruſius legere M. S. codices Conſtantinopoli emptos: in quibus Græco-Barbarum Michaelis Contacuzeni Chronicon. Ex hoc Barbaro Græcam linguam, ut hodie in uſu apud Græcos eſt, didicit, primusque in Germania eam docuit. Cum itaque literis & ſcriptis apud varios Græciæ Epiſcopos, tum in Ægypto, tum in Græcia, & Conſtantinopoli agentes, innotuiſſet Cruſius: Græcorum multi è Græcia in Germaniam profecti, ipſum ſalutarunt; quos ſingulos recenſere longum foret. Hoc prætermittendum non videtur; quando cum eo fuit quidam *Nicolaus Kali* Græcus, ex Corona urbe Peloponneſi, pedem catena vinctus, homo idiota, vulgari lingua Græce loquens; ſenſit Cruſius accentus in pleriſque dictionibus ita ſe habere; ut à Grammaticis in veteri lingua pura notati eſſent: quæ res ut auditu jucunda ipſi accidit; ita in veritate rei Grammaticæ non parum confirmavit. Nam eo uſque regulæ de accentibus argutiæ ipſi totæ viſæ fuerunt.

Scribit ad Patriarcham Conſtantinopolitanum. Mittit eidem Auguſtanam confeſſionem.

Et libros non paucos.

Docet Barbaro Græcam linguam.

Acceptus Græcorum

Parat ſe ad mortem.

Ab anno nonageſimo ſecundo, cum vires labaſcere animadvertiſſet: ad pium ex hac vita diſceſſum ſeſe præparavit; cum & eo anno filius ipſius ultimus rebus humanis eximeretur. Ut autem cordati parentes in eo vel unice poſt animæ ſalutem laborant; ut ante obitum liberis ſuis de neceſſariis proſpiciant: ita Cruſius erga ſcripta, nondum impreſſa, affectus fuit. Laboravit enim plurimum, variis ad varios ſcriptis literis, plurimisque coram compellatis: de typographo illis ut proſpiceret. Id quod annis ſequentibus impetravit: præſertim tum, cum illuſtriſſimus dux Ludovicus inaugurationi novi collegii Tubingæ intereſſet, eidemque *Coronam anni* Cruſius humilime offerret. Sæpe dicere ſolitus hinc fuit: non minori labore publicationem librorum, quam conſcriptionem ſibi conſtare. Teſtamentum etiam, quod de rebus ſuis inter filias plurium uxorum dividundis perſcripſit, mature ac ſolenniter fecit. Occupatus quoque circa ſtipendii fundationem fuit: ut poſteritati etiam conſuleret. Tandem cum exacto ætatis ſuæ anno octuageſimo vires corporis præſentiſceret in dies decreſcere, nec non oculi magis magisque caligare & diffuſis radiis vibrari inciperent: ſicut nihil in votis magis habuerat per omnem vitam, quam pie, honeſte, & cum utilitate aliorum vivere: ita tum ſummo deſiderio ex hoc miſeriarum pelago pie excedere deſideravit: eaque de cauſa omnes res ſuas, ea qua fieri potuit prudentia diſpoſuit. Sub initium enim anni ætatis ſuæ octuageſimi primi, convocavit totum cum rectore Univerſitatis Senatum, & Profeſſores reliquos, & officiales, præſente etiam nobiliſſimo viro *Matthæo Enzlino*, Wirtembergico conſiliario intimo: atque in domo Univerſitatis, quod antea à privato factum non erat, coram omnibus DEO noſtro gratias devote egit, commemoratis beneficiis, quibus per decurſum præcedentium octoginta annorum affectus fuiſſet. Oravit eundem, ut illuſtriſſimos Principes Wirtembergicos, aliosque ſinceros verbi divini & juſtitiæ cuſtodes, totam Academiam, ſingulaque illius membra, protectioni ſuæ commendata haberet ad finem uſque mundi. Poſtmodum ſplendidum ſuis ſumptibus convivium ipſis præbuit; donato prius Univerſitati inſigni poculo, centum florenis æſtimato. Inde bibliothecam duobus florenorum millibus indicatam; quam ſummo labore ac ſumtibus ex variis Europæ & Aſiæ etiam locis conquiſierat, diſpoſuit, atque cum amicis de loco ſepulturæ, de loculo, de lapide ſepulcrali conſilium iniit. Libenter enim & frequenter de diſceſſu ſuo ſermonem habuit, contra multorum doctorum juxta & indoctorum hominum conſuetudinem. Epitaphium etiam ſibi ſcripſit ejuſmodi, quod tabulæ poſtea inſcriptum;

Et de typographo libris ſuis proſpicit.

Convivium quaſi ἐξιτήριον inſtituit.

Bibliotheca Cruſii.

Sepulturæ locum eligit.

Epitaph. ſibi ſcribit.

Ἐνθάδε παιδευτὴς, Μαρτῖνος Κρούσιος εὕδω,
Ἑλλάδος ἐν Τυβίγγῃ μουνῳ σοὶ Χριστὲ πεποιθώς.

Cruſius hic recubo, docui qui Græca Tubingæ
Atque Latina diu, Chriſto confiſus in uno.

Præſagiebat nimirum animus, finem hujus & initium alterius vitæ appropinquare: inde quaſi divinitus admonitus, ſeipſum conſolans ſæpe dixit:

Cruſi, ne paveas: ſed adora vulnera Chriſti:
Perpetuas laudes nam paritura tibi.

Gratiarum actio pro Bibliis conſervatis. Paulo ante mortem gratiarum actionem compoſuit pro conſervatis Bibliis, inde ab initio ad noſtra uſque tempora, inter tot diaboli & hæreticorum machinationes ac impoſturas. *Morbus noviſſimus.* Statim deinde menſe Februario vires deficere ceperunt adeo? ut domi ſe continere, atque lectionem Batrachomyomachiæ, menſe præcedente inchoatam, ſuſpendere cogeretur. Acceſſit tuſſis ex catharro & inappetentia: ut nec cibum, nec potum adſumere ullum potuerit: quibus ſpiritus, laboribus, curis & vigiliis exhauſti, reficiendi erant. Et quamvis omnem fidem, operamque medicus adhiberet: depelli tamen febricula μαρασμώδης non potuit: viresque paulatim collabaſcere ceperunt, ſed ſine dolore. Nam nullum ſe dolorem ſentire aliquoties confirmabat: & niſi perſuaſum à D. Ziglero, infirmitatem animadvertente, ei fuiſſet; ut in lectum ſeſe componeret, domique contineret: ſicut Plato ætatis octuageſimo primo anno ſcribens, ita & ipſe, eadem ætate, ſcribens & ſtans mortuus fuiſſet. Ut autem ante bene valens frequenti Euchariſtiæ uſu fidem confirmarat, ita & ſub finem vitæ fecit; tandemque viceſima *Obitus Cruſii.* quinta Februarii hora prima matutina, ſine horrore omni præter adſtantium exſpectationem ex hac vita diſceſſit. *Funus.* Sepultus eſt poſtridie in templo, ut vocant, Georgi Martiniano, funus proſequente Academia & civitate, concionemque D. Andrea Oſiandro habente.

Ita abſolvit Cruſius vitæ ſuæ curriculum, inter labores catenatos curaſque aſſiduas: unde patet diaria omnium Chriſtianorum calamitas, inprimis literatorum & eorum, qui ſcholis ſeſe manciparunt. Hinc forte haud inepte Nicodemus Friſchlinus præceptorem *Definitio præceptoris.* definiit, *perſonam, quæ cum gemitu officium faciat*: nec falſum Trocedorflius ille dixit hoc diſticho:

Artes tradebam totius tempore vitæ;
Et, quæ ſunt mundi præmia, pauper eram.

Abjecto autem opum ſtudio, per omnem vitam nihil antiquius ipſi fuit, quam ut gloriam DEI promovere, & benefacere quamplurimis poſſet. *Rejicit voces & phraſes Ethnicorum.* In carminibus noluit mentionem à ſtudioſis fieri vel *Apollinis*, vel *Palladis*, aut hujusmodi: *Ego* (inquiebat aliquando ad poetam quendam) "ſemper adoleſcentes à talibus nominibus dehortor. Mariæ virgini cultum & invocationem Deo debitam negamus: cur invocarem Apollinem, aliosve diabolos? Chriſtianus tenetur ex animis hominum idola removere: qui horum mentionem in carmine facit, is idola ſibi adjumento adſumit. Videat, qui hoc facit, ne ſit abnegatio Chriſtianiſmi. Nec admitto colores, qui afferri poſſunt: ut, fieri propter ornatum carminis. Abeat ad Plutonem hic ornatus aut majeſtas carminis. Itane ſordent nobis Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: Itane diſplicent nomina Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & aliorum? Horum altum eſt ſilentium in carminibus Chriſtianorum hodie multorum."

Ita & Græcos ad ſe venientes, & alios, remiſit ad fontes ſacrarum literarum: ἰτητέον, inquiens, πρὸς τὰς πηγὰς τοῦ Ἰσραήλ· ἀλλ᾽ οὐ πρὸς λίμνας καὶ ἐντάλματα ἀνθρώπινα. Σὺ κηρύξεις τὸ εὐαγγέλιον καθαρῶς τῇ Ἑλλάδι. Sæpe & hos verſiculos repetebat:

Divinum verbum manet omnia ſecula firmum.
Cætera quæque ſuo ſunt peritura die.

Utebatur & tali ſimilitudine: "quemadmodum in prælio aliquo, rebus deſperatis, ſignifer periens, ſuo ſe vexillo involuit, magnoque animo moritur: & fidem erga Imperatorem ſuam ita demonſtrat: ſic & ego, Domine Jeſu Chriſte, ſpe longioris in terra vitæ amiſſa, quandocunque hora mea venerit, me in vexillum tuæ de omnibus ſpiritualibus noſtris hoſtibus victoriæ partæ, ſub quo ſigno jam inde à ſacra mei baptizatione militavi, includo, & ſolo tuo maximo pro me ritonixus tibi animam meam trado, Amen."

O Deus aſſiſtas, ex te nam pendeo totus!
Tu Cruſi confide Deo, cui ſunt tua curæ.

Sub initium cujuslibet anni forma precandi uſus eſt hujusmodi: *Cruſii ad Deum gratiarum actio ſub initium anni.* "Domine DEUS, ô ſanctiſſima Trias, gratias tibi ὁλοκαρδίως ago: pro innumeris & maximis beneficiis in me tuis. Nam cum ante annum viceſimum ſextum poſt ſeſquimilleſimum nondum eſſem, me hominem creaſti, non beſtiam: hominem autem ex legitimo matrimonio, hominem Chriſtianum, tum baptizatum in te, tum inſtitutum in Catechiſmo à parentibus piis. Me in ſcholis à bonis præceptoribus erudiendum curaſti: à teterrimis hæreſibus me cuſtodiviſti: Memminga Tubingam me paterne deduxiſti: gratiam & honorem ibi docendi permiſiſti: Conſtantinopolin me verbum tuum perſcribere voluiſti: Græcorum notitiam habere permiſiſti: Uxores tres & multos liberos dediſti: graviſſimis adverſariis exercuiſti: ſed glorioſe liberaſti. Ex periculis ſerpentem, gladiorum, calumniarū, lapſuum, morborum eripuiſti: me ad longam ſenectutem, quam ſperare auſus non eſſem, perduxiſti, & adhuc ſatis vegetum ſervas. Pro his omnibus, & aliis, quæ enumerare non poſſum, beneficiis, ô ſacroſancta Trias, tibi toto pectore gratias ago, agamque dum vivam. Da gratiam porro, & opera, quæ, invocato nomine tuo ſcripſi, ad gloriam tuam & multorum utilitatem profer & dirige. Tandem etiam beatum obitum & vitam æternam mihi dato. Per Jeſum Chriſtum unicum Salvatorem noſtrum & Dominum, Amen."

O Deus aſſiſtas precibus, tuaque omnia firma!

Laus tibi, ſumme Deus. Nam tu mea gloria ſolus.

Precatio in morbis. In morbis, quibus ultimis annis laboravit, ſæpius hanc precationem repetiit. *O Sol juſtitia, ô veneranda Trias laudavit e hactenus, & me in Christo moriturum, quandocunque Deus veniat, proteſtatus ſum ſanct. & Triadi: etiamſi fere ſubito mors me invadat.* Ja HErr in dir ſtirb ich / ich werde begriffen wie es ſeye. Allein vor verderblichen Sünden behüte mich.

Beneficentia in egenos. Cumque prodeſſe omnibus, nocere autem nemini vellet: exules & egenos pro modulo facultatum juvit, eosque cum verbis conſolatus eſt, tum viatico inſtructos humaniſſime dimiſit, optima quæque ſingulis precatus. *Pietas in ſuos.* Teuerrima itidem ϛοργῇ proſecutus eſt conjuges tres, & liberos, ac nepotes: &, ne poſt mortem ſuam ſtudiorum ipſis deeſſent ſubſidia, ſtipendium pro illis, cognatis eorum, aliisque, Tubingenſi in contubernio, *Cruſianum ſtipendium.* florenorum *mille quadringentorum* fundavit, hypocauſto ibi conducto, quod *Cruſianum* appellatur. Matri, ut ſupra diximus, ἀντιϐρεπτήρια quoque egregie addidit: ejusque benedictioni acceptum tulit vitæ, contra ſuam ſpem longioris, ſpacium. *In pueritia imbecillis valetudinis ſuit Θείῳ Χάριτι μακροβιώτατ@.* Etſi enim in infantia de vita ejus deſperatum fuit, ac puer tenuiſſima uſus eſt valetudine, adeo ut congerrones illudentes ei *Calvariam*, ein Todtenſchädel/ vocarint: attamen ætate omnes condiſcipulos, longe ſe & corporis robore & valetudine firmiores, ſuperavit. Id quod ipſe grato animo agnoſcens, ſæpe *DEI miraculum* ſe appellavit, ac junioribus exemplum ſuum, commonefaciens eos de pietate parentibus debita, *Temperantia.* frequenter inculcavit. Ad eam autem longævitatem plurimum profuit vita temperans & ſobria: qua naturam paucis contentam omni tempore eſt imitatus. Domi enim tam in cœna, quam in prandio exiguum cibũ potumq; ſumſit; foris in conviviis, ad quæ à magnatibus, viriſq; doctis crebro invitabatur, hilaris erat, & comis, ſed temperatiſſimus. Quo nomine grata ac jucunda fuit ejus cõſuetudo ſenibus juxta *Comitas in congreſſibus.* & junioribus, nobilibus & ignobilibus. In promtu enim ipſi erat ex hiſtoriis antiquis, & novis varia depromere virtutum ac vitiorum exempla: neque facile auctor nominari potuit de Latinis, Græcis, Hebræis, Italis, Gallis, Hiſpanis, quem ipſe non evolviſſet. Abſoluto quovis convivio domum reverſus, diligenter annotavit, quæ ab alis pie, ingenioſeque dicta factave eſſent, vel ab aliis audiviſſet: ſemperque adjecit, *redii domum hac vel illa hora νήφων, aut νηφάλι@, bene habens, & ad horam decimam ſtudia quotidie continuans.* *Diligentia & ſtudiorum ratio.* Diligentia enim fuit tanta, ut ab hora quinta tam hybernis, quam æſtivis diebus ad prandium uſque, & ſtatim à prandio ad cœnam, à cœna ad decimam uſque, literis & libris tum evoluendis, tum conſcribendis operam daret. Et hujus quidem ſcribendi ſtudii argumentum edidit in infantia quando etiam tum, cum nondum erecto corpuſculo incedere poſſet, τετραποδιϛὶ digito in pulvere vel arena figuras, tanquam literarum characteres, formare à matre obſervatus fuit. Inde etiam poſtea, cum virium imbecillitate, febribus, aliisque exerceretur, & in thermis aut balneis eſſet: ſtudia tamen nunquam intermiſit. Ex ea ſtudii pertinacia & lucubrationibus continuis, acies oculorum ipſius adeo fuit hebetata; ut eminus difficulter cernere potuerit. Quare ſub prandii & cœnæ tempus à nepotibus anagnoſtis, *Anagnoſtæ Cruſii nepotes.* quoſcunque vel ex nundinis vel aliunde potuit nanciſci libros novos præ legi ſibi curavit: aut ſi novos habere nullos poſſet, antiquos præſertim hiſtoricos & polemicos Theologicos, ex variis bibliothecis petitos, etiam quos jam olim in juventute ac conſtante ætate legiſſet: & ex ſingulis quod ipſi ſolenne, locos communes collegit. Lectiones publicas aſſiduitate magna, & non niſi præmeditatus obivit: habuitque ad minimum quibus docuit annis *vicies mille.* Diſputationes ſingularum facultatum præſertim *Diligentia in docendo.* Theologorum & Philoſophorum, magno cum ſtudio frequentavit; & ut plurimum ipſe etiam aliquid oppoſuit: uti & nunquam defuit perorantibus de argumentis gravibus ac fructuoſis. Baccalaureos in Academia *Baccalaurei & Magiſtri à Cruſio promoti.* Tubingenſi ſeptem in Decanatibus promovit *trecentos & triginta*: Magiſtros totidem, uno excepto. Fama doctrinæ & virtutis ejus *Celebritas & fama.* fuit tanta: ut innotuerit ſummis Viris per Germaniam, Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Sueciam, Daniam, Bohemiam, Ungariam, Græciam, Turciam, Ægyptum, & Palæſtinam: habueritque diſcipulos in omnibus fere regnis & in ipſa Barbaria Chriſtianos. Inde ex remotiſſimis locis quotidie fere innumerabiles ad ipſum ſcriptæ fuerunt literæ, & ab ipſo reſcriptæ. Vivet igitur Cruſius, dum homines erunt, tum in animis bonorum, tum in ſcriptis, quæ poſteritati plurima. Conſcripſit enim ſex *Grammaticæ Latinæ* partes, quas pro ſchola Memmin- *Scripta Cruſii.* genſi in duo volumnia contraxit: duas item *Græcæ Grammaticæ* partes congruentes, gravi ipſius Camerarii judicio approbatas: *Quæſtiones in Rhetoricam* Melanchthonis edidit, multis in ſcholis & pædagogiis uſitatas: librum *poematum* Oporinus excudit: confecit copioſiſſimum *in commentarios Scheckii indicem.* Conſcripſit *Catechiſmum Græcum & Latinum,* πολίτευμα ὐράνιον. Iuſſu Illuſtriſſ. Principis Ludovici convertit *Græce compendium Herbrandi*: ut mitti poſſet Conſtantinopolin: convertit & *hiſtoriam Wilhelmi Tyrii* de bello ſacro, eamque in compendium redegit. Collegit *Lexicon Barbaro-Græcum* ex literis ad ſe Conſtantinopoli miſſis. Conſcripſit Græce & Latine *Turcogræciam*: paulo poſt & *Germonogræciam*, cum tertio reſponſo ad PatriarchamConſtantinop. *Compendium* inſuper *Rhetoricæ* pro ſcholis & monaſteriis ducatus Wirtemb.

Auxit *compendium Æthiopicum Heliodori*, quod anno quinquageſimo primo conſcri-

ſcripſerat, addita hiſtoria de periculis patris & bello Protestantium.

Scripſit contra *Strigilim* Friſchlini: & magnum opus, quod *coronam anni* nominavit, & ad cujus excuſionem diu typographum deſideravit, tandem anno nonageſimo ſecundo Wittembergæ prodiit.

Minuta opera Cruſii. Poſtea cum grandibus operibus difficulter Typographos inveniret; ad minuta ſe convertit: ediditque *Orationem de Irena*, de *Eberhardo Barbato*, de *Friderico Barbaroſſa* Imperatore, & uxore *Beatrice*, cum epitaphio utriuſque Græco Latino: duas conciones Græco-Latinas de *Johanne Baptiſta*: orationem *de Friderico Ænobarbo*.

Incepit & commentaria *in Homeri Iliadem*, & Pulcheriam orationem.

Anno nonageſimo quinto prodiit oratio *Caluenſis*, & *annales Sueviæ*, ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καλάμῳ, διηνεκεῖ ἐν τῷ γράφειν σπουδῇ, οὐκ ἀθίσει: in quorum annalium conſcriptione amplius ducentos autores percurrit.

Annales Sueviæ. Anno nonageſimo nono excuſa eſt ipſius oratio de *Amalaſuenta*, cum aliis ſcriptis, quæ ad reginam Angliæ miſit.

Edidit *Antipoppyſmum*, & tertiæ uxoris epicedia, cum tribus orationibus ſcholaſticis in promotionibus ante habitis, orationem *de tempore bene locando*, de dicto *Dic cur hic*, de duobus ſeculis, de *Eſthera*, oratione funebri ornavit M. *Leonhardum Engelhardum*, Stutgardianum Pædagogiarcham.

Poſtea ſcripſit de *Abigaila* & *Bethſeba*, de *Rachele*, de *Lea*, de *Miriam* Moſis ſorore, de *Raaba*, de *Debora* & *Jahele*.

Compoſuit & orationem funebrem Generoſi baronis *Henrici à* **Landaw**/ æterna memoria digni.

Scripta nondum edita. Superſunt & plura alia nondum excuſa, ingenio & induſtria magna elaborata; ut *commentaria in totum Homerum*, res magni laboris: *Catecheſis* concionum certum quadraginta ſex.

Conciones in templo Græcè à Cruſio exceptæ. Aliquot etiam codicibus in forma quarta ab anno ſexageſimo tertio in templo, ſupra genua calamo excepit & collegit concionum Græcarum *ſeptem millia* & amplius.

Nam anno ſexageſimo quarto die tertio Maii inter profeſſores ſedens, primo Latine, ſicut anno præcedente, excipere ſolitus eſt: Poſtea decimoquinto *Junii ſubito quaſi ἐνθουσιασθεὶς, illam concionem, quam Latine inceperat, Græce continuavit, concionante tunc D. Theodorico Snepfio ex capite quarto Actorum: quod fuit initium Græcarum concionum ad annum uſque emortualem.

**Verba ſunt ipſius Cruſii.*

Cepit Græce convertere *quadraginta quatuor Pſalmos Germanicos*, in Eccleſia cani ſolitos, ut ipſe ſcripſit; **Dem böſen Feind zu leidt/ wann ſchon ſolche Werck das anſehen nicht haben/ daß ſie** Mœcenates **oder** Typographos **bekommen.**

Scripſit orationem *de Eva*. *majoribus enim meis operibus jacentibus*, inquit, λογογραφεῖν *& parva opuſcula ſcribere placuit. Quieſcere enim nullo modo poſſum, ſubinde cogitans illud Jeremiæ* 48. *Maledictus qui opus Domini facit negligenter.*

Scripſit orationem de *Agar*, de *Ruth*, de utraque *Hanna*, matre Samuelis & Propheteſſa Lucæ ſecundo, de *vidua Sareptana*, de *Ieſabele* & *Athalia*, de *Hulda* propheteſſa, de *Raguelide*. *Opus* præterea *Panhæreſeωn* Græce, & Latine convertit. Pleraque enim Theologica prius Græce, deinceps Latine elaboravit. *Conciones* etiam adornavit *Eslingenſes*, & quinque terreſtres planetas Græce nec non conciones contra *Gentiliſmum* & *Antitrinitarios*.

Reverſus deinde ad laudationes feminarum, ſcripſit orationem de *Suſanna*, de *Juditha*, de mulieribus ſub Antiocho Epiphane interfectis, de *Rezpa* & *Hircanide*, de *Iephtiade* virgine, de 2. tyrannicis Salo. de *Eliſabetha*, de *Maria* Deipara, de *Hamorthouſa*, de *Tabita*, de *Rhoda*, de *Lydia*. Ita per novem annos feminas celebravit: & vitam Jacobi Andreæ, olim cancellarii Tubingæ, prolixe deſcripſit: adeoque in lingua Latina & Græca diverſarum rerum reliquit ſcripta volumina *ſeptuaginta octo* quod ab alio noſtro ævo vix factum. Siquidem in totidem ſaltem deſcribendis, nedum commentandis ac elimandis, vita unius tota occupari poſſet. *Ex oratione funebri, habita à Vito Müllero Theol. & Philoſoph.*

MATTHÆUS DRESSERUS.

ob. 1607. d. 5 Octobr. ætat. 71.

Patria huic in Germania contigit Thuringia, ejusque provinciæ caput *Erfordia*: ubi modicis parentibus natus eſt, anno ſalutis inſtauratæ triceſimo ſexto, ſupra mille quingentos, die vigeſimo quarto Augusti memoriæ S. Bartholomæi conſecrato, & infami laniena illa Pariſienſi quæ poſt annos ab hujus ortu trigeſimo ſexto accidit. Puer literis imbutus in patria eſt: inde *Islebiæ* in Comitatu Mansfeldiæ. Poſt incrementis laudabiliter factis ad ſcholas publicas ſeſe contulit primum Wittembergam, ad audiendum Lutherum & Philippum: ſed diu ibi non manſit, propterea quod perpetuis morbis ibi conflictaretur. Reverſus Erfordiam, præceptorem habuit in Græca lingua *Mauritium Sidemanum*. Inde paulo poſt ipſe docere cepit: & tandem Magiſter artium renunciatus eſt Erfordiæ anno quinquageſimo nono; & ibi artes dicendi docere cepit privatim. Poſtea allectus à patria ad ſcholæ trivialis informationem, & in Philoſophicorum profeſſorum numerum, literas Græcas ac humaniores docuit: laboremque omnem promovendis ſcholæ commodis ac ſublevandis diſcentum neceſſitatibus, impendit Decanatus etiam munere non ſemel functus.

Erfordia. Inſtitutus pueritiæ. VVittembergam abiit. Redit in patriam. Docet ibi.

Anno ſexageſimo quinto conjugem duxit *Julianam*, filiam *Eraſmi Sarcerii* Theologi: quæ diem ſuum obiit anno nonageſimo octavo. Inde tranſiit ad ſecundas nuptias Lipſiæ cum

Conjugium.

cum M. *Cordes* relicta filia. Patriæ Academiæ & Senatûs pædagogio, quod in Cœnobio S. Auguſtini inſtituit, cum ad annos ſedecim inſerviiſſet: *Jenam*, ex Academiæ decreto, & Principum Electorum, Palatini & Saxonis, tutorum conſenſu atque mandato, ad profitendam doctrinam eloquentiæ & hiſtoriarum, loco Juſti Lipſii, qui pauloante diſceſſerat, fuit accerſitus. Quo & venit, atque anno ſeptuageſimo quarto, menſe Novembri orationem ibi de Eloquentiæ & hiſtoriarum ſtudio publice habuit: quæ inter cæteras ejus orationes exſtat.

Jenam vocatur.

Paulo poſt ab illuſtriſſ. Principe *Auguſto*, Saxoniæ duce, & Electore, optio ipſi facta eſt inter tria munia: *unum* in ludo illuſtri ad Salam, *alterum* in Academia Lipſienſi, quod mortuo Joachimo Camerario pridem vacare cœperat: *tertium* in ludo illuſtri ad Albim. Hic obſecutus eſt Deo & magiſtratui, & ex pluribus delegit Miſnenſem ludum, cum præſertim intelligeret Principi Electori conſtitutionem illius vel inprimis curæ eſſe. Legatus hac in re fuit *Ericus Volckmarus à Berlepſch*, Electoris Conſiliarius intimus, & Thuringiæ præſes. Qui & impoſterum affectionem paternam in ludum illum: in Dreſſerum vero benevolentiam ſummam conſtanter declaravit. Præfuit ei annis ſex.

Item Lipſiam, & ad ſcholam Portenſem ac Miſnenſem.

Miſnenſem præfert.

Ericus Volckmarus Berlepſch.

Inde anno octuageſimo primo in Academiam Lipſenſem vocatus eſt: ad docendum utramque linguam loco *Gregorii Berſmanni*; ubi ipſi paulo poſt commendata eſt ex aula *continuatio hiſtoriæ Saxonicæ* cum honeſto ſtipendio. Venit autem Lipſiam eo tempore; quo (verba referimus ipſius Dreſſeri) anceps malum in Academiam illam invaſerat: dum nonnulli argutias Rami, repudiata doctrina Ariſtotelis & Melanchthonis, invehere conarentur: alii religionis quædam dogmata ad ſenſum Calvini inflecterent. Utrumque extremũ declinare ipſe cupiebat: & quoniam concertatio de Rami novitatibus Philoſophicam communitatem vehementer conturbarat, abſtinendum ſibi ab ejus conſortio eſſe putavit, ne in medium certamen atque diſcrimen ſe objiceret. At Berlepſius, Electoralis commiſſarius, eum à propoſito dimovit, gravi oratione appellans: *Quid tu*, inquiens, *tibi ſumis? an non putas me quoque lites & conflictiones ſtudioſe fugere? interim tamen ſubire me oportet inſuaviſſimos labores cognoſcendi & dirimendi controverſias.* Ubi vero cognovit cum Rami doctrina conjunctam eſſe illius dogmatis diſceptationem; magno animi ardore peſtiferum id genus amovere conatus eſt. Idem Berlepſchius omnes vias perſecutus eſt; quibus ſcriptum adverſus Dreſſerum editum à Ramæis, profligaret; & in autores juſta ſeveritate animadverteret. *Memini*, inquit, *Pariſiis quantas turbas, quantas cædes pepererit Rami ſecta.* Quin & in hæc verba gravitate magna erupit: *quid quæritis? Ramiſmus eſt gradus ad Calviniſmum.*

Lipſiam accerſitus fit profeſſor.

Disſidium inter Ariſtotelicos & Ramæos.

Scriptum in Dreſſer.

Docuit deinde & vixit Lipſiæ Dreſſerus ad finem vitæ ita, ut ingenii vi, doctrinæque copia, & dicendi facultate, certarit cum nemine: ſtudio vero, induſtria & ſedulitate faciendi muneris impoſiti operas, æquare bonos omnes cupierit. Amicitia uſus eſt præcipuorum in Germania, & extra eam virorum, quorum fama literis celebratur. Litem ei movit *I. Bodinus* de quatuor Monarchiis: quem errorem communem ei cum Judæis Dreſſerus refutatum ivit ſcriptis, quæ foras data ab ipſo ſunt. Naturæ conceſſit Lipſiæ anno ſeptimo ſupra mille ſexcentos, die quinto Octobris, cum vixiſſet annos ſeptuaginta unum, menſem unum, dies tredecim.

Lis de quatuor Monarchiis.

Obitus Dreſſeri.

Elucubravit tum alia, tum hæc: *Rhetoricam*, inventionis, diſpoſitionis, & elocutionis exemplis, ſacris & profanis quam plurimis illuſtratam: *Gymnaſmatum literaturæ Græcæ libros tres*, orationum, epiſtolarum & poematum ex auctoribus ſacris ac profanis, cum exemplis modum ſcribendi monſtrantibus: *Iſagogen hiſtoricam* per millenarios diſtributam, & ad annum uſque nonageſimum primum, ſupra mille quingentos deductam: Varias item orationes in unum corpus redegit, jucundas lectu & dignas ſcitu, cum aliis libellis juventuti ſcholaſticæ utilibus. *Ex programmate funebri, ſcriptis Dreſſeri, bibliothecis, & aliis.*

Scripta.

JOANNES BOCHIUS

Ω. 1609. d. 3 Jan.

Bruxellis hic honeſto loco natus, literis optimis à puero eſt excultus. In juventute, cum inter illuſtr. Principis *Georgii Radivilii* Cardinalis domeſticos Romæ ageret, *Bellarmini* lectiones, quibus controverſias adverſus hujus ævi hæreticos explicuit, cum illo principe, qui opera ejus in ſtudiis utebatur, aſſiduo frequentavit, operamque in Theologico ſtudio poſuit. Poſtea humaniorum literarum, & juris civilis ſtudia amplexus, in iis ita verſatus eſt, ut excelleret.

Eſt in familia Radivilıana. Audit Romæ Bellarminum.

Toto anno ſeptuageſimo octavo, ſupra ſeſquimilleſimum, tractu illo peragrato, quem *Oſtlandicum* vocant, tandem è Livonia in Lituaniam pervenit ſub auctumnum. Ac *Vilnâ* illius regionis metropoli *Smolenſcam* Ruſſiæ profectus eſt: Boriſthenemque primum cymba poſt quatriduum traha concretum, tranſivit.

Peregrinatur. Vilna.

Inde *Moſcuam*, immenſam & regiam urbem, celeri pervenit curſu, cum Principis diplomate. Tantum autem hoc in itinere frigus illum corripuit, & pedes potiſſimum: ut calore naturali exſtincto, primum rigerent, deinde prorſus ſtuperent. Ipſe rem initio neglexit: ſed ubi in hypocauſto concaluit: tanti eum paulatim dolores invaſerunt; ut præ cruciatu exquiſitiſſimo, ne ſomnum quidem capere poſſet: adeoque de pedibus reſecandis ageretur. Ibi accerſitus chirurgus ipſius magni ducis, ſpei nonnihil ſalutis ſupereſſe dicit, fomenta applicat: ſed non ſperato cum ſucceſſu.

Moſcua.

Frigore insolenti corripitur.

Æger tædio diuturni doloris confectus traha ſe ad Lubecenſem quendam civem, Moſcuæ cum Narvienſibus habitantem, vehendum curat. Mœrentibus enim familiare eſt, animæ curas migratione aliqua diſcutere. Apud hunc dum forte animi gratia à prandio talis ludit: ecce tibi, derepente Slobada ſeu tractus ille ab armatis occupatur: tyrannus ipſe *Baſilides*, in medio cum filiis invenitur, veſtitu atro, quod ominis ſiniſtri loco illic. Miles illico in domos irruit, conclavia diripit, veſtimenta inquilinis detipit, ſupellectile nulla relicta diſcedit. Bochius in præſenti periculo in fugam ſe dare, nudo corpore latebras quærere, egregie à prædonibus vapulare, donec mane facto, à ſuis inventus, & domum ad affinem deductus, chirurgi ope, & metu illo provehente, valetudinem recuperavit. Cauſa autem iſtius prædationis fuit, quod Germani ad Baſilidem, tyrannum à Metropolite Moſchorum calumniis delati erant, quaſi Germani, in quibus Livones, deliciis Moſchos corrumperent, coctiſque varii potus generibus, pecunia emungerent, & maſculos animos enervarent. Sed hæc alibi * ipſe copioſius exponit.

In vita diſcrimen conjicitur.

* *Annotationibus in Pſal.* 147.

Ex tantis cladibus ad ſuos reverſo, ab ampliſſimo Senatu Antuerpienſi Syndici munus defertur: quæ dignitas ibi non eſt exilis aut vulgaris. In quo dum verſatur officio, varia ſcripſit: ſenecta deinde adrepente *Pſalmos Davidicos* carmine convertere in animum induxit, & ſubſecivis horis, ac à munere publico vacuis operam impendit, heroicum eligens genus, quod majeſtate ſua ad ipſius argumenti reique dignitatem, quæ in Pſalmis tractatur proxime accedere videtur. Quod opus cum abſolviſſet, & jam ſub prælo eſſet, Deo ſic volente præmoritur lucem viſuro. Epitaphium ejus in Pſalterio illo refertur ejuſmodi:

Deſignatur Syndicus Antverpiæ. Vertit Pſalmos Davidis.

Epitaph.

Quis ſitus hic? Bochius, ſatis hoc: nam cætera dicent
Candor & integritas, ingeniumque viri.

JOANNI BOCHIO BRUXELLENSI
S.P.Q. ANTVERP. A SECRETIS
PRÆPROPERA MORTE SUBLATO
IDIBUS JANUAR. M.DC.IX.
SABINA BOCHIA F.
EX ASSE HERES PARENTI OPTIMO
CUM LACRYMIS POSUIT.
SOLA VIRTUS EXPERS SEPULCRI.

Ex Pſalterio ipſius Bochii poſt obitum ejus edito.

Ω. 1609. d. 25. Aug. alii Julii.

BARTHOLOMÆUS KECKERMANNUS.

1571. *Patria & parentes.*

NAtus eſt *Bartholomæus Keckermannus* in celeberrima Boruſſiæ metropoli *Dantiſco*, parentibus honeſtis & orthodoxæ religioni addictis, patre *Georgio Keckermanno*; qui ex honeſta Keckermannorum familia *Stargardiæ* in Pomerania ortum trahens, liberalibus diſciplinis à puero eruditus, in aula *Barnimi* Pomeraniæ Ducis, multis annis honorifice habitus fuit; poſt vitæ aulicæ pertæſus, *Dantiſcum* venit, ibique uxore ducta *Gertrude*, ex honorata *Loringorum* familia, femina honeſta & religioſa, matre Bartholomæi Keckermanni, annos ultra triginta privatam vitam egit, orthodoxæ fidei, una cum fratre M. *Joachimo Keckermanno*, urbis paſtore, ſuo loco confeſſor ac propugnator etiam cum vitæ ac fortunarum periculo.

Fundamenta Bartholomæus præclara pietatis & literarum jecit ſub diſciplina viri reverendi, & Cl. D. *Jacobi Fabricii*, S. Theolog. D. Gymnaſii Dantiſcani Rectoris, orthodoxæ fidei contra Anabaptiſtas, Samoſatenianos, Papiſtas, alioſque ὀρθοδοξίας adverſarios, aſſertoris conſtantiſſimi.

Inſtitutio prima ætatis. J. Fabricius præceptor Keckermanni.

Anno ætatis decimo octavo in Academiam *Wittembergenſem* miſſus, ſub Electore *Chriſtiano* I. vere Chriſtiano & illuſtriſſimo, biennio Philoſophiæ & Theologiæ primitias hauſit. Inde in *Lipſenſem* Academiam digreſſus, ac ſemeſtre ibidem moratus, Heidelbergam venit anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo. Ibi conſecutus ab inclyta facultate Philoſophica *gradum magiſterii*, primum utramque ex ordine Regentiam *Contubernii* Academici aliquandiu cum laude adminiſtravit. Poſtea à Sereniſſimo Electore Friderico Quarto ad gubernationem *tertiæ claſſis* in illuſtri *Pædagogio* vocatus: mox etiam Præceptoribus *Collegii*, quod *Sapientiæ* vocant, adſcitus, tandem ab ampliſſimo Senatu Academico etiam publicæ *Profeſſioni S. linguæ* præfectus eſt. In quo munere ita verſatum norunt omnes, quotquot ea in ſchola tum vixerunt; ut non ſolum auditoribus publice privatimque gratus atque utilis fuerit: ſed & evulgatis non paucis ingenii præclari monumentis, nominis celebritatem acquiſierit. Qua permotus Senatus Dantiſcanus anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo *ad Conrectoratum* inclyti, quod ibi eſt, Gymnaſii, literis honorifice ſcriptis eum invitavit. Ei vocationi cum gravibus de cauſis aſſentiri tunc non poſſet, maxime quod ab Athenis Haidelbergenſibus & dulciſſimo Muſarum conſortio, abſque ſummo dolore & ſtudiorum diſpendio, abſtrahi nequiret: in priſtino docendi munere permanſit.

Mittitur VVittembergam Keckermann. Inde Lipſiam. Mox & Heidelbergam. Ibi fit magiſter & regens Contubernii. Docet in Pædagogio: & poſtea in collegio Sapientiæ. Denique in Academia Hebræam linguam. Vocatur Dantiſcum. Non aſſentitur.

Anno autem milleſimo ſexcenteſimo primo rurſus ab eodem Senatu *Dantiſcano* ad profeſſionem publicam in Gymnaſio patrio ſolenni diplomate vocatus eſt. Quam iteratam vocationem divinam eſſe ratus & amplexus, minime ex Academia, quæ ceu dulcis nutricula integro eum *decennio*, gremio ſuo benigne foverat, diſcedendum putavit; quin præter *Piloſophicæ* facultatis etiam à ſuprema *Theologica* publicum diligentiæ & doctrinæ teſtimonium conſequeretur. Publico igitur ritu præſtitis ab eo juxta leges publice & privatim præſtandis, S. Theologiæ Licentiæ gradum ei, quaſi pro ſolenni ad docendum ordinatione,

Iterum à Senatu Dantiſcano ad Gymnaſium ſuum invitatur. Eo ſe confert petito teſtimonio in Theolog.

contulit vir reverendus & Theologus clariſſimus D. *David Pareus* anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, die viceſimo tertio Martii.

Dantiſci docet Philoſophiam.

Haidelbergâ in patriam ubi venit; de Senatus voluntate ad Philoſophiæ adyta juventutem ducere cepit; via plane compendiaria. Nam ſibi ipſe certos circumſcripſit cancellos, intra quos verſaretur, ſtatoque annorum paucorum *trium* dico ſpacio *orbem ſcientiarum* abſolveret. Hoc fine, quod Haidelbergæ inceperat, ſuo quodam filo ac methodo artes & diſciplinas Philoſophicas non ſine magnis iisque aſſiduis laboribus concinnavit: & ſola face divinæ illius magiſtræ Logicæ, ita digeſſit; ut ſatisfacere ingeniis non moroſis poſſe videantur. Quo tamen facto minime juventutem ab *Ariſtotele*, à *Platone*, reliquisque docti pulveris Magiſtris abduxit: ſed multo magis ad eoſdem, omnis eruditæ doctrinæ fontes, deduxit. Prodierunt autem typis potiſſimum *Guilielmi Antonii Hanovienſis* typographi exſcripta hæc:

Compendioſa eius docendi ratio.

Syſtema diſciplinarum conſcribit: & quo fine.

Scripta eius.

Præcognitorum Logicorum tractatus tres.
Syſtema Logicæ majus.
Syſtema Logicæ minus.
Compendioſum Logicæ ſyſtema.
Syſtema S. Theologiæ.
Rhetorica Eccleſiaſtica.
Syſtema Rhetoricæ.
Contemplatio Phyſica de loco & terræ motu.
Methodus formandorum ſtudiorum.
Syſtema Ethicæ.
Syſtema Politicæ,
Synopſis OEconomicæ.
Syſtema Phyſicæ ſeptem libris cõprehenſum.
Syſtema Aſtronomiæ.
Syſtema Geographiæ.
Syſtematis Logici plenioris pars altera.
Gymnaſium Logicum.
Curſus Philoſophici diſputationes theoreticæ.
Curſus Philoſophici diſputationes practicæ.
Sciẽtiæ Metaphyſicæ compendioſum ſyſtema.
Diſputationes Politicæ ſpeciales:
I. De Monarchia Perſarum.
II. De ſexaginta Rebus publicis priſcis.
III. De Republica Athenienſi.
IV. De Republica Spartana.
De natura & proprietatibus Hiſtoriæ commentarius.
Politica ſpecialis gemina, prior Polonica,
Poſterior Germanica.
Apparatus Pra*cticus.*
De reſolutione orationum Ciceronis.
Præparatio ad ſacram Cœnam.
Commentatio Nautica.
Zwo Predigten zu Dantzig gehalten.
Præcognitorum Philo*ſophicorum lib.* 2.

libri ... vendoloi.

In libraria autem ejus latitare dicuntur tum alia, tum hæc, quorum ipſe nonnullorum in editis mentionem facit:

Syſtema Opticæ.
Syſtema Geometriæ.
Grammatica Hebrææ.
Hiſtoria Eccleſiæ Waldenſium.
Centuriæ ſive problemata hiſtoricarum controverſiarum.
Syſtema prudentiæ Scholaſticæ.

Hinc indefeſſum ejus & pene incredibile, ſi cum ætate contendatur, apparet ſtudium, legendi, docendi, commentandi. Nihil in omni ætate ſanctius habebat, quam tempus: idque adeo ſcrupuloſe dimetiebatur; ut non annorum & menſium modo, ſed & dierum & horarum accurata ei ratio conſtaret. Neque vero id ſine ratione, aut exemplo. Quicquid autem librorum ab eruditis edebatur; id ut anxie conquirebat; ita non minori ſedulitate evolvebat; longe abiens ab illis, qui multa congerunt, ſed non multum legunt ac tractant.

Diligentia & ardor ſtudiorum.

Librorum lectio.

Famæ appetens non erat; ut qui ſciret, *virtutem ſibi eſſe precium.* Privatim ita vivebat, ut non lingua tantum, ſed & vita philoſopharetur: nec ex eorum numero erat, qui ad vivendum diſertisſimi ſunt, ſed in cathedra: ſicut *Athenienſes*, ut Plutarchi habet apophthegma *ad pugnandum fortes, ſed in tabula.* Si qui ſalutandi gratia, ut fere indies, accedebant; facile omnes admittebat, comiter cum iis conferebat, adeoque meliores & doctiores vere diſcendi cupidos ſemper dimittebat. Obtrectatores, qui deeſſe virtuti nunquam ſolent, generoſisſimo vindictæ genere ultus eſt, *contemtu & ſilentio.*

Mores Keckermanni & vita privata.

Denique cum à contentione animi non deſineret, nec deſinere præ amore ſapientiæ poſſet; valetudinem ejus & vires corporis paulatim imminui neceſſe fuit. Mature præviderunt amici futuri mali cauſas: quas tamen præſentire ipſum ardor ille ſtudiorum, & negotium, quod agebat, poſteritatis, non permittebat. Et ſi quando ingraveſcentis morbi cauſa à publicis lectionibus, Medicorum ſuaſu, abſtinebat: violentum juſticium in amœnioribus literis domi conſumebat. Poſtquam vero paulatim inteſtinum illud malum, quod jamdudum per omnes corporis meatus ſeſe diffuderat, erumpere cepiſſet: mori paratus, nihil morbum aut mortem morabatur. Decubuit *anni* fere *ſpacio*, ardenti febri, lentoque morbo exhauſtus. Totum corpus ita medicamentis ſubactum: aquis elotum: doloribus conſumtum erat; ut nihil præter nomen & umbram Keckermanni reſtaret. Animus interim vivus & valens, futuræ beatitatis gaudiis fruebatur: nec aliud optabat, quam ut corporis ergaſtulo liberatus, quamprimum, cum DEO æternum vivere poſſet. Cujus ſui voti paulo poſt à Deo compos eſt factus. Venit enim tandem exoptata illa hora, & vitæ quem expectabat terminus. Hunc cum præſenſiſſet, alacri voce: *Teneo*, inquit *vitæ meæ finem, ab æterno Deo mihi præſcriptum, immaturum eum quidem, ſed felicem. Beatitudinis enim meæ partem deputo, quod ad beatitudinem citius transferor. Quid enim juvat, aut ſegnibus ventis diu ludi aut lentiſſimo tranquillitatis tædio laſſari: ſi naviculam hanc vitæ meæ citius in portum immitto? Quare agite, qui mecum adeſtis, vota Deo noſtro reddamus.* Ita inter precandum, & Chriſti Salvatoris identidem repetias voces, animulam Deo placidisſime reddidit, cum in terris egiſſet annos duodequadraginta, die

Valetudo ex aſſiduitate ſtudiorum.

Morbus diuturnus.

Deſiderium moriendi.

Vota noviſſima.

Obitus Keckermanni.

vice ſimoquinto Auguſti, an. milleſ. ſexcenteſ. nono. D. *David Pareus in orat de Jeſuitar. ſtrophis, & Petr. Seſtrencius in laudatione funebri.*

An. 1611. d. 5. Octobr. ætat. 73.

GEORGIUS BERSMANNUS.

Annæberga patria Berſmanni.

PAtriam *Berſmannus* habuit *Annabergam*, urbem Miſniæ celebrem, ſenatorio ordine prudenti, civium integerrimorum frequentia, & fodinarum metallicarum copia florentem. Nam fodinarum metallicarum magnam curam agunt, & ſi quæ collapſæ ſunt, eas labore ac ſumptibus non parvis in integrum reſtituunt, cuniculos novos addunt: & per artifices peritos omnis generis mineras indagant, & examinant: unde *cadmiæ, ſulphuris, vitrioli, lithargyri, ochræ*, & aliarum mineralium rerum cumuli & acervi ingentes, montium inſtar, congeſti ibi, viſuntur. Sita eſt urbs climate cœli temperato, aereque fruitur puriore. Natus autem Berſmannus eſt anno Chriſti 1538. die 9. Id. Martii, parente honeſto ac probo *Henrico Berſmanno*, Annæbergæ ærarii pauperũ præfecto.

Tempus nativitatis Berſmanni.

Educatio & ſtudia adoleſcentia.

Hic filium in omni virtutum genere primum in patria educavit. Deinde cum ingenium ejus in literis addiſcendis eluceret: in ſcholam illuſtrem *Miſnenſem* annos natum *undecim* eundem miſit. Eo in Ludo nactus eſt præceptores diligentiſſimos, *Georgium Fabricium* in Latinis, in Græcis *Hiobum Magdeburgum* viros in omni eruditionis & virtutis genere perfectos: quos ille ut parentes amavit ac coluit: ab iis contra ipſe ut filius diligebatur. Admirabantur enim iſti præſtantiſſimi viri, & ingeniorum cenſores acerrimi, excellens adoleſcentis ingenium: & quemadmodum agricolæ ex floribus arborum fructus ſolent præſagire, ſic jam tum ex illa floreſcente indole iidem excellentem quandam frugem, & ſecuturam omnium virtutum & doctrinarum maturitatem divinarunt. Libentiſſime igitur ei rectam ac brevem quæ ad omnium rerum ſcientiam duceret, viam monſtrarunt. Habuit ibidem condiſcipulum & contubernalem *Philippum Camerarium*, Joachimi filium, poſtea florentiſſimæ Reipubl. Noricæ conſiliarium: & *Simonem Stemum*, quem deinde ſtudiorum quoque ſocium nactus eſt in Lipſenſi & Witebergenſi Academia.

Condiſcipuli ejus.

Cum vero iis literis Berſmanus, quibus ætas puerilis informari ſolet, quam fideliſſime à præceptoribus *annos ſex* continuos inſtitutus in ſchola eſſet: *Lipſiam*, eruditiſſimis in omni doctrinarum genere viris affluentem, ſe contulit. Et cum incredibili humaniorum artium, ac linguarum ſtudio flagraret: ad politiores diſciplinas adeo incumbebat; ut brevi tempore, tum propter inſigne & excellens ingenium, tum propter induſtriam & diligentiam ſingularem, non modo feliciſſimos progreſſus in Græcis Latiniſque literis fecerit: ſed etiam in Philoſophiæ ſtudio magna cum cura ita exercitatus fuerit, ut in Academia Lipſenſi cum aliis juvenibus non ſine laude eos honores, qui ampliſſimi, confecto ſtudiorum Philoſophicorum curſu, decerni ſolent, conſequeretur.

E ludo Miſeno Lipſiam ſe confert.

Hiſce progreſſibus, in ſtudiis Lipſiæ factis, in *Galliam & Italiam* eſt profectus, ut doctiſſimos quoſque viros, quorum tum nomen magna in laude & gloria poſitum erat, videret & audiret: & in ſuo quemque genere ſibi imitandum deligeret, & diverſarum gentium naturam & mores cognoſceret, ſimulque *ſtudium Medicum* in Academia Lipſenſi inchoatum, continuaret. In eo tantũ profecit ingenio & induſtria, ut adhuc adoleſcentem inuſitata quadam dicendi facultate de obſcuris dilucide, de confuſis ac perturbatis diſpoſite, de dubiis evidenter, tum *Paduæ* tum *Ferrariæ* diſſerentem multi audirent. Arti *poeticæ* quoque tantum operæ ac ſtudii dedit, ut Poetarum noſtro ſeculo celeberrimus, ne dicam princeps habitus fuerit. Iis inſuper horis, quæ à ſtudiis gravioribus & neceſſariis vacuæ reddebantur, in *lingua Italica* ſe exercebat adeo, ut brevi ſermonem Italicum ſibi familiariſſimum redderet. *Chronologiæ* præterea, *Coſmographiæ* & omnis *antiquitatis* tantam habuit noticiam, ut id unum tota vita egiſſe videretur.

Proficiſcitur in Galliam & Italiam.

Medicinæ ſe dedit.

Et poeticæ.

In Italia per *triennium* cum vixiſſet, artibus ingenuis inſtructior, & à linguarum externarum cognitione locupletior, *Wittembergam*, optimam illam diſciplinarum & artium officinam petiit: auditurus doctorum virorum, de iis quæ hactenus animo perceperat, judicia. Hic cum ingenium eiã pravis opinionibus abhorrens eſſet, & Profeſſores ad unum omnes coleret ac veneraretur, & cum civibus Academicis facile & amice converſaretur: quam plurimi ipſius humanitate & familiaritate gaudebant, cumque eo colloquia inſtituere cupiebant: quos ille nec reſpuebat nec averſabatur. Præ cæteris autem arctiſſima familiaritate complexus eſt D. *Simonem Stenium* Lomacenſem, qui tum etiam ſtudiorum cauſa commorabatur, & quo cum antea in ludo Miſnenſi & Academia Lipſenſi conjunctiſſime vixerat propter eximiam pietatem, morum ſuavitatem, & præclariſſimas animi corporiſque dotes.

Redit ex Italia VVittembergam.

Ex Academia Wittembergenſi ab illuſtriſſimo Electore Saxoniæ non repudiandis præmiis & conditionibus in *Ludum illuſtrem Portenſem*, ad juventutem ſcholaſticam optimis tum moribus tum artibus inſtituendam, eſt vocatus. Quo in officii munere & ſedulitate in laborando, & prudentia in docendo, & honeſtate in recte beateque vivendo ita ſe geſſit: ut à ſuis obſervaretur, ab omnibus amaretur. Anno 1568. ob fideliſſimam in ſchola Portenſi præſtitam operam in Academiam Wittembergenſem ad *profeſſionem libelli de anima* vocabatur: ubi ejus doctrinam, fidem, induſtriamque eximiam plurimi magno ſuo cum commodo ſunt experti. Anno 1571. *Lipſiam* conceſſit, commiſſa ei primum profeſſione Poetica, quo in anno ſimul Philoſophicæ facultatis Decanatus munere functus eſt. Anno deinde 1575. ibidem uxorem duxit, D. *Petri Helleborn*, Theologi, filiam: cujus ſororem aliquot annos poſt

Ad ludi Portenſis informationem et vocatur.

Inde VVittembergam 1568.

Paulo poſt Lipſiam.

Ubi matrimonium contrahit. J. Camerario ſurrogatur. poſt D. *Simo Stenius* in matrimonium accepit: ut ita qui ſtudiis ante erant, affinitate etiam juncti eſſent. Eodem anno 45. *Joachimo* illo *Camerario* mortuo, in ipſius locum & Electoris illuſtriſſimi mandato, & Academiæ conſenſu ſurrogatus eſt Berſmanus, ut *Græcæ & Latinæ linguæ* profeſſor eſſet, ſimulque *Ethicæ* Ariſtotelicæ. Huic profeſſioni ſumma fide & induſtria ſemper præfuit, Spartamque ſuam non tam κομψὰ quam χρήσιμα (quod de Epicharmo alias dicitur) neque ad oſtentationem ſubtilia magis quam utilia tradendo egregie ornavit, minime obſcure cum vim acumenque ingenii & doctrinæ copiam, tum acris & ſubtilis judicii facultatem & memoriæ præſtantiam, rerumque experientiam declarans: quoad ſæva tempeſtas multis Germaniæ in Academiis oboriebatur. Ea oblata occaſione, quæ jam aliquot annos nec quicquã virtutem ejus oppugnaverat fortuna, tandem effecit, ut qui tum fluctus in optimos quosque derivabantur, in illius etiam caput redundarent. Et quanquam ob veram religionem expoſitus invidiæ, maledictis ac ſannis, & dentibus leonum concuſſus eſt, oppreſſus tamen non eſt. Solent enim clementia DEI, qui ſuorum nunquam obliviſcitur, pii homines cum exitium ipſis ante oculos verſatur maxime recreari, erigi, & confirmari.

Quare ejusdem benignitate ex iisdem aſperitatibus non ſolum Berſmanus, ſed alii etiam præſtantiſſimi viri, quorum quidam *formulæ Concordiæ* valde diſcordi, ſubſcribere recuſabant, quidam piarum Eccleſiarum Inſectatorum falſa dogmata probare omnino nolebant, emerſerunt: quos inter etiam fuit is, qui cum Berſmano ab ineunte ætate familiariſſime vixit D. *Simo Stenius*: *Cum Stenio committitur Berſman.* cujus gloriæ, quæ ita tum ſeſe extollebat, ut aliquorum luminibus officeret, multi vel, detrahebant occulte, vel invidebant aperte: ſicut gloriæ comes eſt invidia, quemadmodũ ſolis umbra.

His duobus doctiſſ. viris, qui magno robore mentis orthodoxam religionem intrepide defenderunt, caſus ille non tam obſtitiſſe quam profuiſſe videtur. *Stenius* enim juſſu Elect. Palatini in Ludis illuſtribus inferioris Palatinatus operam navavit *Neuhuſii & Neoſtadii* per annos ſeptem aut octo, poſtea in ordinem Profeſſorum Haidelbergenſium cooptatus eſt. *Berſmanus* vero ab illuſtriſſ. principe *Joachimo Erneſto*, principe Anhaltino, præmiis ampliſſimis eſt invitatis. Hic princeps laudatiſſimæ memoriæ, cum eſſet eruditiſſimus, & eruditorum amantiſſimus, & pietatis atque omnis etiam humanitatis ſtudioſiſſimus, *Gymnaſium Serveſtanum.* Gymnaſium Serveſtæ anno 1581. die 16. calend. Decembr. fundavit: idemque magnifice dotavit multiſque privilegiis ac honoribus, & reditibus haud exiguis auxit & locupletavit: & multos fide & doctrina præſtantes viros magnis evocatos ſumptibus ac ſtipendiis, in ſingulis diſciplinarum generibus Profeſſores eidem præfecit: *...us rector Berſma...* *Berſmannum* vero *Rectorem* conſtituit. Ubi cum divitias illas ingenii ipſe explicaret, non magno negotio omnium ad ſe ſtudia atque ora convertit. Nam eo docente concurſus audiendi cauſa non modo ex urbe, ſed etiam ex vicinis Academiis, in quibus antea magna cum laude intelligentiæ magnoque cum applauſu audientium docuerat, fiebant. Inde ex ejus ſchola excellentiſſimi viri exierunt: *Auditores & diſcipuli ejus.* quorum alii Eccleſiæ Dei, alii Reipub. alii ſcholis utiliter inſervierunt, aut etiamnum inſerviunt. Honoris cauſa ſaltem aliquos nominaſſe ſufficiat. E numero auditorum Berſmani fuit *Otho à Grünrad*, Senatus Eccleſiaſtici Haidelbergæ quondam præſes: Berſmani auditor fuit cl. V. *Bartholomæus Coppen* Theol. D. ac profeſſor: Berſmaniæ alumni diſciplinæ fuerunt *Daniel Nebel*, *Reinerus Bachovius Echtius*, I. C. clariſſimi, *Bartholomæus Wolffgangus Loſſius*, Philoſophus & medicus experientiſſimus: aliique quamplurimi,

Integra Palladiæ petitur quis fama corona.

Mores & vita privata. In vita ejus privata fulgebat ſumma modeſtia, in regendis animi motibus continentia, in familiaritate humanitas, in loquendo comitas, in audiendo facilitas, in decernendo lenitas, in ignoſcendo benignitas, in judicando juſticia, in animadvertendo æquitas, in injuriis patientia, in libertate moderatio in omnibus deinde rebus decorum. *Conjugium & liberi.* In conjugio ut jucundo ita fæcundo vixit 36. annos 7. hebdomadas, & dies aliquot: ſuſcepitque ex conjuge liberos *decem*, *quatuor* filios, & *ſex* filias: ex quibus quatuor ſuperſtites, ſex naturæ debitum perſolverunt ante patrem. Liberos omnes à teneris in omni virtutum genere inſtituendos curavit, ut monendo & docendo præclaris virtutibus & literis imbuti parentum veſtigiis inſiſterent.

Scripta. Scripta, in quibus ejus pietas, doctrina, & ingenium ſpirant, hæc edidit. Primum *carmina varia*, quibus multorum & nuptias & tumulos ornavit. Deinde verſibus *Pſalterium Davidis* deſcripſit: *Virgilium*, *Horatium*, *Ovidium*, *Lucanum*, *Ciceronem* notis & ſcholiis illuſtravit; *Collectanea* novarum quæſtionum ad *Erotemata Logicæ* Philippi edidit: dedit & *Rhetorica* præcepta. Latent etiam in ſcriniis ejus *orationes*, quas Wittebergæ, Lipſiæ & Serveſtæ habuit una cum aliis ſcriptis & commentariis doctiſſimis. In Gymnaſio Serveſtano *annos triginta* demtis ſeptimanis ſex, *Ariſtotelem*, *Homerum*, *Virgilium*, *Ciceronem*, *Demoſthenem*, *Horatium*, *Thucydidem*, *Lucanum*, & id genus quamplurimos utriuſque linguæ auctores optimos. *Diligentia in docendo.* Et quanquam calculi doloribus ſæpe maceraretur, raro tamen lectiones publicas intermittebat: ſed iiſdem tanta induſtria præerat, ut eadem vim ſibi & prope mortem afferre viſus fuerit. Singulis enim diebus binas horas publice docebat: reliquas in optimos auctores commentando & ſcribendo conſumebat: donec viribus in dies langueſcentibus d. 18. cal. Octobr. anni 1611. *Morbus noviſſimus.* in febrim ardentiſſimam incideret: qua tamen medicamenta perſcribente cl. V.

Joanne Sagittario, Phyſices in eo Gymnaſio profeſſore, denique caruit. Sed paulo poſt vehementiores, quam ante hac unquam, ex calculo veſicæ dolores iterum percepit: quibus cum ei noctu & interdiu multum fuit conflictandum. Conſtanti autem animo dolores acutiſſimos & certam jamque imminentem mortem tulit: ſeque totum ad felicem ex hac vita migrationem paratum eſſe non ſemel D. Samueli Fabricio, verbi divini apud Serveſtanos miniſtro, ſignificavit, vera animi ſubmiſſione peccata ſua Deo confeſſus, ab eodem ſibi veniam dari ſerio petiit, nihilque aliud, quam ſacræ ſcripturæ dicta eximia in ore habuit, præſertim illud Jobi: *Scio: quod Redemptor meus vivit:* Item Joannis: *Sic Deus dilexit mundum:* & illud Apoſtoli: *Nemo noſtrum ſibi vivit:* Nec non 42, 51, 90. Pſalmos. Item cantionem illam Germanicam ex illo Stephani Protomartyris, *Domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum*, Wann mein Stündlein vorhanden iſt / ꝛc. Et ſic tandem placide, nullo incompoſito geſtu vel motu, dormienti ſimilis, beatam animam Deo reddidit, & in fide Chriſti, unici Servatoris, obdormivit, d. 3. Nonar. Octobr. inter horam 7. & 8. matutinam, cum vixiſſet annos 73. hebdom. 28. dies 5.

Conſolati in agone. *Obitus.*

Ex oratione funebri habita à M. Joan. Coppenio Serveſtano Anno 1612. calend. Febr. Haidelbergæ.

Θ. 1613. d. 2. Mart. ætat. 67.

RODOLPHUS SNELLIUS.

Editus eſt Rodolphus Snellius anno milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo ſexto, parentibus honeſtiſſimis, familia cum vetere tum ſplendida, in urbe Hollandiæ non ignobili, *Oudevvattera*, ad Iſelam flumen quæ antea *Cornelium* quoque *Valerium*, poſtea *Jacobum Arminium* dedit, celeberrimi nominis viros. Hic prima literarum tinctura imbutus, mox cum diſciplinæ altioris capax videretur eſſe: *Ultrajectum* ablegatur, ad eam ſcholam, in qua antea floruerat *Georgius Macropedius*. Atque hinc anno altero poſt ob parentis obitum domum commeans, aliquandiu apud matrem hæſit, Poeticæ ſtudioſe incumbens, quam tamen poſtea iterum neglexit.

Oudevvattera. *Ultrajectum mittitur.*

Vix puerilem ætatem egreſſus in Germaniam ſuperiorem ſe contulit, ac primum quidem *Coloniam Agrippinam* adiit, ubi annum integrum ſub *Valentino Nabodo*, viro Mathematum peritiſſimo, operam Arithmeticæ & Geometricæ navavit. Inde *Heidelbergam* profectus, ſub *Immanuele Tremellio* Hebræam linguam addiſcere cœpit. Hinc peſte ejectus *Marpurgum* in Haſſiam conceſſit, ubi diutius commoratus ad docendi munus traduci ſe paſſus eſt, & literas Græcas Latinasque, totamque adeo artium ἐγκυκλοπαιδείαν, cum magno applauſu & fructu, juventutem docuit, ſuique nominis famam per totam Germaniam late diffudit. Eoque in loco anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, magiſtrali laurea, quamvis reluctantem decoravit *Bernardus Copius*.

Peregrinatur Valent. Nabodus. *Immanuel Tremellius.* *Docet Marpurgi.*

Cum autem perſuaſum ſibi haberet, peregrinatione prudentiam civilem comparari: in *Italiam* ire ſtatuit: exactiſque in Germania annis quatuordecim, primum *Piſas* profectus eſt, ubi ſeſquennium Medicinæ operam dedit: inde *Romam* adiit, epitomen olim orbis. Mox ex longa peregrinatione redux, anno ſeculi milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo in natale ſolum, *Oudevvatteram* remeavit, ubi aliquantiſper conſedit. Inde *Lugdunum* commigravit, ac paulo poſt viduam duxit patriæ ſuæ divitem ſatis. Ibi coemtis ædibus primum privatim adoleſcentes & aluit & in diſciplinis humanioribus erudivit magno cum labore & ſtudio ſingulari. Cum vero ſub id tempus Academia ibidem nova erecta eſſet, curatorum vocatu operam ſuam publice Academiæ impendit, ac continuos triginta quatuor annos primo linguam Hebraicam inde Mathematicas diſciplinas interpretatus eſt.

In Italiam abit. *Redit in patriam.* *Migrat. Lugdunum* *Ibidem docet.*

Anno ſeculari milleſimo ſexcenteſimo, ab Illuſtriſſimo principe *Mauricio* Haſſiæ Landgravio, literis propria manu ſcriptis, invitatus uti ſe veteris amicitiæ ergo inviſeret, anno demum tertio poſt illuc ſe contulit. Et mox honeſte iterum dimiſſus, aureo torque, & effigie Principis donatus, quadrigis denique ejus atque impenſis honoris ergo Francofurtum deductus, domum rediit.

Invitatur à Mauritio Haſsiæ Landgravio. *A quo honorifice dimittitur.*

Inde Rector Academiæ Magnificus creatus, dignitate laudabiliter uſus, mox ad eam biennio continuandam revocatur. Tandem laboribus ſtudiorum fractus, anniſque gravis, correptus aſthmate diem obiit poſtridie Kalend. Martias, anno Chriſti milleſimo, ſexcenteſimo decimo tertio, ætatis ſuæ ſexageſimo ſeptimo. Filium reliquit *Willebrodum*, qui aliquot ſcriptis editis patri ſe non indecorem futurum promiſit.

Creatur Rector Acad. Lugd. *Obitus.*

Scripta à patre edita ſunt hæc: *Commentaria in Dialecticam* P. Rami: alius forma Dialogi conſcriptus: Tractatio *de praxi Logica*: *Ethica* methodo Ramæa conſcripta: *Snellio Ramæum* - Philoſophiæ ſyntagma: *Commentarius* in aureum Philippi Melanchthonis *de anima* libellum: Explicationes *in Arithmeticam* P. Rami: *partitiones Phyſicæ*: Prælectiones in *Geometriam* P. Rami: Annotationes *in Ethicam, Phyſicam, Sphæram* Valerii: Commentaria *in Rhetoricam* Thalæi, & ſi quæ alia. *Ex Academia Lugdunenſi anno decimo quarto edita.*

Scripta.

FRIDERICUS TAUBMANUS.

Θ. 1613. die 24. Martii, ætat. 48. currente.

Bono communi datur *Fridericus Taubmanus* anno computationis Chriſtianæ, ſexageſimo quinto, ſupra mille quingentos die incertum an decimo quinto, an vero quo baptiſmate initiatum annales Eccleſiaſtici teſtantur, decimo ſexto Maii, in oppidulo Franconiæ *Wonſeſio*. Quod oppidulum etſi exile & obſcurioris famæ ſemper fuit: ita tamen hoc cive ſuo crevit & inclaruit, ut cum multis celeberrimis etiam urbibus de palma certare poſſit.

VVonſeſium patria Taubmanni.

Illud

Chriſtianum naſci magnum.

Illud certe ſemper pio gratoque affectu agnovit Taubmanus: quod non inter Turcas aut gentes ἀθέους ſed in eo cœtu, cui nomen Jeſu Chriſti eſt pro charactere, natus, & per lavacrum regenerationis Eccleſiæ veræ inſitus ſit: cujus ut membrum vivum æternum maneret, precibus aſſiduis à DEO contendit.

Pater.

Patrem habuit *Marcum*, virum quidem literis non imbutum, ſed opificem; ſic ſatis tamen honoratum, & vici illius conſulem: matrem *Barbaram Hofmanianam*: quæ marito illo defuncto re ita exigente, alteri honeſto viro nupſit. Qui natura quidem vitricus affectu tamen pater, Taubmanum, quanquam in re tenui, ſtudiorum culturæ deſtinavit, eventu ut res docuit felici.

Vitricus affectu & animo pater.

Noverca minime noverca.

Ipſe etiam vitricus, mortuâ Taubmani matre, aliam duxit uxorem, Taubmanoque novercam, minime tamen illam injuſtam, ſuperinduxit. Nec enim alio, quam materno affectu ipſum fuit proſecuta; quemadmodum haud raro illam novercæ εὐστοργίαν ad alios deprædicavit. Nec illa etiam male affectum ſuum collocavit. Taubmanus enim qua fuit pietate, non modo gratam ſemper novercæ εὐστοργίας memoriam retinuit: ſed & θρεπτηρίοις redditis ἀντιπελαργεῖν ſtuduit. Quicquid enim δωρημάτων pro teſtimoniis, pro intimationibus, & id genus aliis accepit: ejus partem maximam novercæ miſit: ejusque in ſenio inopiam luculenta ope ſublevavit. Vitricus privignum ſuum, cum annum exegiſſet duodecimum & in veſtiſpicina durare amplius aut nollet aut nequiret: *Culmbachium* abductum Muſis & Pietati illic loci felici ſane auſpicio conſecravit. Admiſſus novitius tum diſcipulus in Muſæum Rectoris Culmbacenſis, & examine tentandus, quæ erat hominis ſimplicitas & ingenuitas, ibi ſe hoſpitem, aut verius patrem inveniſſe ratus, ſarcinulam ſuam, non ſine ſuavi rectoris riſu ſub ſcamnum recondit. Interrogatus ita reſpondit: ut quamvis per ætatem & juſtæ ingenii culturæ defectum minus forte ſatisfecerit, animi tamen apertam ingenuitatem, & ingenii latentem quandam vim, ſimplicitate adhuc quaſi ſopitam oſtenderit.

In eam Taubmani pietas.

Ducitur Culmbachium.

Simplicitas Taubmani.

Feliciter ibi docetur ac diſcit.

Paneoſtiatim mendicato vitat.

Invenit autem Taubmanus ibi ætati ſuæ culturam idoneam qua nec in diſcendo confundebatur, nec, qui mos hodie plurium eſt magiſtrorum, altioribus captu obruebatur. Ipſe etiam diligentia ſua cum præceptore mutuas egit operas, & preces ad Deum pro felici ſtudiorum ſucceſſu fundere deſtituit nunquam. Ac quanquam panem oſtiatim quærere quotidie cogeretur: animo tamen onus paupertatis ſemper tulit æquisſimo: ut qui meliorem aut lautiorem vitam antea nunquam erat expertus. Nec quicquam hoc optimo & doctisſimo viro detrahere laudis debet; quin potius gloriæ ejus plurimum adjungit. Ipſe certe ſæpiſſime de hac pueritiæ ſuæ egeſtate fuit lætatus & gloriatus: piorumque hominum eleemoſynas grato animo prædicavit. Didicit ita à primis annis boni conſulere mediocria, odiſſe luxum, & quod caput eſt in Deo potius, quã in cauſis ſecundis, confidere.

Culmbachii itaque quadriennium quaſi confecit: quo eos, Deo adſpirante conatibus piis, fecit progreſſus, longe ut alius jam eſſet: & apud multos ſpem & exſpectationẽ excitaret eximiam. Cumque ſub idem tempus, anno Chriſtiano octuageſimo ſecundo, ſupra mille quingentos, illuſtriſſimus princeps *Georg. Fridericus*, Marchio Brandeburgicus & Onoldinus, ludum illuſtrem Hailbrunnæ aperuiſſet, in quem ex omni ditione ſua bonæ indolis pueros conquirerentur; hic etiam Taubmanus eo fuit miſſus, ut pietati & virtuti litaret. Ibi jam Taubmanus vere Taubmanus eſſe incipiebat: & non præceptorum ſolum, ſed & peregrinorum plurimorum oculos in ſe convertebat. Inprimis autem in poeſi ita proficiebat: ut ſupra vulgus poetarum longisſime excellere judicaretur: & conſuetudo ac uſus ejus, ob feſtivitatem non affectatam, magnis viris expeteretur. *Chriſtophorus* quidem *Homagius*, poeta præſtans quem Taubmanus tum propter ſtaturam corporis, tum propter poeticam excellentiam, *poetam magnum* appellare ſolebat, Homagius igitur optima quæque de Taubmano ſibi pollicitus, & hominis ingenioſa feſtivitate delectatus, ſuam aliquando, qua à *P. Meliſſo* ornatus fuerat, lauream, joculario quidem, ſed vero omine, capiti Taubmani impoſuit, & à geſtatore geſtari voluit. Nec multo pòſt ipſe Meliſſus, quem *poetarum Aquilam* appellare ſolebat, virtutis ergo Taubmanum laurea donavit. Viderunt nimirum accurati ingeniorum æſtimatores, & agnoverunt in ipſo excellentia DEI dona: quæ & favore ſuo & honore excitatum juverunt.

In ſcholam Heilbrunnenſem mittitur.

Chriſtophorus Homagius.

A P. Meliſſo laurea donatur Taubmanus.

Wittembergam venit.

Poeta ergo Taubmanus non tam creatus, quam natus, *Wittembergam* anno nonageſimo ſecundo venit, Academicis ſtudiis ingenium uberius exculturus. Hic quæ erat ejus modeſtia, de lauru ipſe verbum fecit nullum, contra quam nunc permulti jactabundi ſolent. VVittembergæ triennium, & quod excurrit, ita poſuit: ut eruditio ejus jam non amplius ſeſe intra Academiæ ſpacia contineret, ſed paſſim in Germania, & cum alibi, tum in illuſtriſſimi principis *Friderici Wilhelmi* proelectoris, aula admiratores inveniret, & voluntatem ſummorum etiam virorum ſibi devinciret. Quam ob eruditionis ac virtutis famam anno nonageſimo quinto, die decima octava Octobris, poetices & humanioris literaturæ profesſioni, Academia illa nominante & Proelectore approbante, fuit præfectus.

Ubi inclareſcit.

Et in profeſſorum numerum cooptatur.

Docet octodecim annos ibi.

Hoc in officio ad annum uſque duodevigeſimum qua fide ac diligentia verſatus ſit: auditorum ejus ignotum eſt nemini. In publico juventuti ſæpe illud DEI effatum inculcabat: *Maledictus qui facit opus Domini negligenter*, idem & ſibi dictum exiſtimans. Operas publicas intermittere, niſi vel valetudine, vel aliis ſonticis cauſis impediretur religio ei

 erat.

erat. Id unum agebat ſemper, ut divinæ poeſos penetralia juventuti reſeraret: linguam Latinam perpurgaret; & bonorum auctorum editione illuſtraret.

Lucubrationes Taubmanni. Præſtitit hoc omnium doctorum calculo egregie, ſi quiſquam unquam, in *Plauto:* cujus Comœdias, quæ exſtant, publice enarravit omnes, & anno duodecimo ſeculi ſexcenteſimi cum lucubrationibus eruditisſimis, foras dedit. Præſtitit idem in *Virgilio;* quem item totum juventuti prælegit, emiſſurus eundem correctum & illuſtratum, ſi vita ſuppetiiſſet longior. Et ſicut in eo totus erat, ut ſolæciſmos ac barbariſmos, è contagio ſuperiorum ſeculorum adhuc reliquos exſtirparet: ita & laſciviam ingeniorum, obſoletis præter neceſſitatem, data opera & κακοζηλίᾳ quadam, ac neſcio cujus transmarinæ eruditionis oſtentatione luxuriantium, repreſſit. *Palæologos ineptos taxat.* Exſtat hac de re *diſſertatio de lingua Latina;* quam in publica panegyri, præſente auguſtiſſ. Auguſto Saxoniæ *Duce recitatam, poſteaque auctam publici juris fecit.

**Rectore tum Acad. VVittemberg.*

Matrimonium. Statim etiam proximo à demandata ſibi publica provincia anno, matrimonium contraxit cum *Eliſabetha*, ex honorata Matthæorum familia prognata. Suſcepit ex ea filios tres, filias vero duas: quos liberos ἰυςοργοτάτως amabat, & pietatem probitatemque à teneris adſueſaciebat: gratus agnoſcens DEI donum, ſeque aliquando immortalem moriturum dicens.

Præſagit ſibi mortem. Mortis enim memor fuit ſemper, nec unquam ad eam expavit. Sexta ante obitum hebdomade cum in nuptiali quadam cœna M. *Eraſmo Schmid* collegæ adſideret, admodum ominoſe de imminente ſibi morte loquebatur: *Videbis*, ajebat, *non diu à me mortem abfuturam. Ita ſane ex omnibus corpuſculi mei virium qualitatibus colligere neceſſe habeo. Nec eam abhorreo quicquam, DEO meo, quocunque tempore me evocaverit, pariturus. Scio illum meos non derelicturum.* *Febri corripitur.* Die viceſima ſexta Februarii, anni decimi tertii ſupra mille ſexcentos, febri infeſtari cum cepiſſet maligna: nihil in votis habuit magis; niſi ut, ſi DEO ita videretur, aut valetudini reſtitutus, officii munere fungi poſſet: aut in vera Chriſti agnitione obdormiſceret, & ad deſideratam illam patriam cœleſtem transferretur.

Sermones ejus ſupremi. Acceſſerunt deinde, ut fit, ſymptomata alia gravisſima: quæ corporis vires gravisſime afflixerunt. Quo violentius autem corporis vires proſtratæ erant: eo fortius & fides & patientia & ſpiritus alacritas invaluere. Cum quidam amicus* & collega eum viſeret, & bene ſperare juberet: ſuaſque & aliorum preces ad Deum ipſi promitteret: *Omnino*, reſpondit, *illæ ſunt, quæ Deum expugnant. Fac ut dixiſti tu, cum aliis bonis. Non herba aut malagma me ſanabit: ſed Domini verbum. De medicamentis dudum deſperavi, Illa nihil facient, videbis, niſi Deus peculiarem addat benedictionem.* Alio die cum idem acceſſiſſet, & morbum invaluiſſe vidiſſet: exhortatus eum eſt ad patientiam, ſuggerens Deum fidelem eſſe, qui non ſinat nos ſupra vires noſtras tentari: ſed ita tentationes moderetur, ut ferendis iis per gratiam divinam pares eſſe valeamus: reſpondit, *Ah omnino, omnino fidelis eſt DEUS. Fidelitatem ejus jam ſatis abunde perſpexi antea, ut de ea dubitandi cauſam non habeam. Faciat ille mecum ſecundum voluntatem ſuam;* vernacule, Jch hab den lieben GOtt nun genug probiret mein lebenlang/ er wird mich itzo nicht verlaſſen. Cum eum Paſtor* ac Superintendens veſpera illa, quæ noctem obitus ejus præceſſit, inviſens interrogaſſet, quidnam ageret? reſpondit: *hic jaceo, & luctor cum Domino meo Jeſu Chriſto, ad exemplum Jacobi, non dimiſſurus eum, donec anima mea benedicat.*

**M. Eraſ. Schmid.*

**D. Fridericus S. Theol. D. & P.*

Viſum ante obitum. Præceſſit obitum ejus ſignum non contemnendum, aut ſilentio involvendum. Inter primos ſtatim dies morbi ſui mane expergefactus, viſus eſt ſibi videre prope lectum arcam oblongam, & in ea virum ſibi ſimilem jacentem. Cumque initio deceptionem viſus, aut inanem imaginationem putaret, elevato capite illud attentius adſpexit: atque rem ſeſe non aliter habere deprehendit. Quo viſo tantum abeſt ut exterritus fuerit: ut hilariter aliis referret, & præmonitionem divinam agnoſceret. Cui eventus etiam nimis vere reſpondit. *Obitus Taubmanni.* Die enim viceſima quarta Martii, circa horam quartam matutinam, ſub auroram, benedictionem à Jeſu Chriſto colluctante, fide & patientia jam victo adeptus, inter ardentiſſimas preces beate exſpiravit, & ad cæleſtem Palæſtinam tranſiit, anno ætatis duodequinquageſimo ad finem decurrente, relicto ſui apud populares & exteros, primos & imos, ut acerbo & luctuoſo, ſic longe honeſtiſſimo affectu ac deſiderio. *Sepultura.* Sepultus eſt in cæmiterio ſuburbano, ut ipſe mandarat, inter nota ſepulcra, filii nempe cognominis, & cl. v. *Rhodomani*, collegæ olim & amici conjunctiſſimi.

Virtutes ad mores. Fuit vir humanus, affabilis, comis, facundus, placidus, candidus, *omnium horarum homo:* in ſeriis gravis & ſerius, in aliis jucundus, & citra affectationem jocoſus, non ſine Gratiis naturalibus, candido ſemper Mercurii, nunquam nigro Momi ſale, ſermones ſuos conſpergens, neminem dicaciter perſtringens, aut mordaciter inſectans: ſed præſentibus honeſtam hilaritatem felicitate ſingulari concilians. Quo nomine cum aliorum quorumvis tum inprimis Principum multorum gratiam & amorem promeruit. Fuit pro modulo facultatum, DEI inprimis benedictione, principum munificentia, & frugalitate propria mediocriũ, liberalis erga egenos, maxime ſtudioſos. Sæpe alicui opitulaturus ipſe aliunde numos mutuo accepit. Officioſus præterea fuit in expediendis aliorum negotiis, tum intercedendo tum commendando, ad interrogata reſpondendo, & modis aliis quibuscunque. Omnes autem virtutes ſuas fecit inſigniores

pietate

pietate vera: quam diligenti verbi divini auſcultatione, lectione, * meditatione, ac precibus ardentibus, aluit, confirmavit, probavit.

** Biblia tota decies novies perlecta ſibi ſcribit, præfatione in Plautum, editionis noviſſimæ.*

Munia Academica.

Summum Academiæ illius magiſtratum anno milleſimo, ſexcenteſimo, octavo, dexteritate judicii & ſolertia ſingulari adminiſtravit; uti & Decanatum Philoſophicum laudabiliter tertium geſſit. Marchionis denique Onoldini alumnorum, principali auctoritate ſibi commiſſorum, commoda paterno plane affectu promovit: id quod grati qui ſunt grato animo deprædicabunt. *Eraſmus Smid* Profeſſor Wittemberg. *in oratione funebri, D. Frider. Balduinus in concione funebri.*

Ω. 1613. d. 9 Apr. æt. 80.

JOANNES CASELIUS.

Majores Caſelii.

EDitur hic in lucem anno Chriſti, milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, die decimo octavo Maji *Gottingæ*, patre *Matthia Caſelio*, matre vero *Catharina Colobradea*. Genus ipſi fuit clarum & pernobile ab ipſis atavis, nobiliſſima *Cheſſeliorum* in Geldria, ſive in Sicambris, ut olim nomina fuere, familia orto, ex qua multi & in aulis principum, & in bello floruerunt, maxime *Caroli* Burgundionum ducis ætate. Arx adhuc, prope ripam Moſæ fluvii, in colle ſita, nomen familiæ retinet, *Cheſſelium* dicta. *(Cheſſelium)* Quanquam ipſe & veterum Romanorum exemplo ad Latinam linguam accommodatius, & amiſſis bonis, amicorum ſuaſu *Caſelius* appellari maluit. *(Avus Caſelii. Pater.)* Avus ei fuit *Gothardus*, qui provectiori ætate cum conjugem duxiſſet *Margaritam Piddelliam*: ex ea liberos tamen undecim ſuſcepit: in quibus fuit *Matthias*, natu quintus, pater Joannis hujus, homo boni ingenii, bene eruditus, integri placidique animi. *(Vertit ſolum ob turbas in patria.)* Hic propter belli calamitates & acerbas de religione Chriſtiana excitatas diſſenſiones, è patria exceſſit in Angliam & Scotiam, ipſam quoque Hiſpaniam petere auſus citra metum Inquiſitionis. Totum tradidit ſe religioni, ejuſque cauſa nihil non ærumnarum ſubire paratus, doctrinam Evangelii publice profeſſus eſt. Obiit Gottingæ, anno, ut conjectura amicorum fert, octuageſimo octavo ſupra mille quingentos. *(Mater Caſelii.)* Mater Caſelii fuit femina primariæ familiæ, quæ cum 95. annorum eſſet, plurimaſque cum marito aſperrimis illis temporibus calamitates pertuliſſet, mortua eſt Arxlebii. Locis, quibus parens exul fuit, nimirum *Gottingæ*, *Rothhemii & Ganderſæmii*, ut etiam *Northuſæ*, fundamenta bonarum literarum poſuit, præceptore inprimis uſus *M. Neandro*, viro clariſſimo. *(VVittembergam abit Caſelius.)* Poſtea Wittembergam ſe contulit, *Philippo Melanchthoni*, & omnibus doctis, plures annos familiariſſimus & cariſſimus. *(Inde Lipſiam.)* Inde Lipſiam conceſſit, ubi magno illi Camerario non minus fuit acceptus. *(Honores ei collati.)* Illic Philoſophicæ ſcientiæ, ut & aliquot annis poſt Imperatore *Maximiliano* II. Poeſeos laurea, & tam ab hoc, quam à *Rodolpho* II. nobilitatis avitæ renovatione ornatus eſt. Poſteaquam autem & Lipſiæ, & Roſtochii, & Francofurti ad Viadrum, bonam ætatis partem tranſegiſſet in omnis generis literis; ex Germania in Italiam tam viſendæ regionis, *(In Italiam proficiſcitur.)* quam augendæ eruditionis gratia, binas ſuſcepit profectiones, atque in ambabus illis ſic ſatis diu ibi ſtudiorum cauſa, etiam antea eruditiſſimus moratus, voluntate inprimis & impulſu *Ioannis Alberti*, Megapolenſium ducis, cui, ut eruditionis perpolitæ maximo amatori & propagatori, ingenium ejus & virtutis ſtudium innotuerat.

Prius iter Italicum menſe Sextili, anno ſexageſimo ſuſcepit: quando recta, quantum quidem locorum, per quæ tranſeundum fuit, aliorumque vicinorum contemplatio permiſit, *Bononiam* contendit. *(Bononiam venit.)* Ibi celeberrimis ejus loci Jureconſultis, ut antea quoque aliis in Academiis, operam dedit, & præterea in omni literarum genere viro omnibus doctis notiſſimo, *Carolo Sigonio*. *(Carolus Sigonius.)* Poſtea cum videretur ſatis diu eo in loco ſubſtitiſſe; *Florentiam* tranſiit: ubi item magni illius *Petri Victorii*, *(Petr. Victorius.)* paſſim gentium celebratam reconditiorem eruditionem & inſignem virtutem admiratus, ei non ſolum aſſiduus quotidianuſque ac cariſſimus, ſed & diuturnus auditor manſit.

Inde, peragratis viſiſque cæteris florentiſſimæ regionis urbibus ac Gymnaſiis, *(Reditus in Germaniam.)* in Megapolitanum Ducatum rediit anno ſexageſimo tertio. Reverſo, cum à Ducibus Megapolitanorum decreta ei fuiſſet Philoſophiæ & Eloquentiæ profeſſio, Roſtochium 3. Nonas Quintil. eodem anno ſexageſimo tertio abiit, *(Fit Profeſſor Roſtochii.)* eamque lubens adiit, & cum ſingulari diſcentium fructu, an. duos obiit. Invaſit autem interea temporis illa loca peſtilens lues. Permiſſu igitur illuſtr. Principis ſui in Italiam iterum abiit, *(Iterum adit Italiam.)* ſub initium anni ſexageſimi quinti, ut ad doctrinæ eruditionem feliciter inchoatam acceſſiones majores faceret. Exegit tum peregre triennium fere, ut plurimum cum Victorio, homine magnæ & doctrinæ & ætatis: quique clariſſimus apud omnes, ſummæque autoritatis habebatur ab omnibus per omnem Europam. Piſis utriuſque Juris Doct. renunciatus eſt publice, *(Juris Doct. renunciatur.)* autoritate ampliſſimi Jureconſultorum ordinis, nemine diſſentiente, adhibitis ſolennibus ritibus, poſt præmiſſas uſitatas atque in hoc genere neceſſarias diſquiſitiones: idque 5. Cal. Feb. anno milleſimo quingenteſimo ſexcenteſimo ſexto. Legum enim ſtudio operam dudum impenderat: quod tamen, exploratis ſui ingenii & rerum rationibus poſtmodum omiſit. De illa promotione ipſe in epiſtola quadam ad I. Schofferum poetam ita: *Ego cum amicis, ut periculum valetudinis facerem, Piſtorium, Lucam, Piſas excurri. Vide alias ineptias meas, in jureconſultos incidi homo φιλόσοφος, quietioris & vitæ & doctrinæ ſtudioſior, quam tractandis litibus aptior, ii in ſuum ordinem ſumma voluntate me retulerunt V. Kal. Febr. cum intellexiſſent diſciplinæ legum civilium*

me nobiliſſimis doctoribus Benoniæ operæ & temporis aliquid impendiſſe: etſi aperte fatebar, ab eo tempore, & inſtituto vitæ, & amore noſtrarum literarum remiſſius illud me egiſſe. Cui honori meo gratulaberis, ſi voles, aut illudes. Per me enim etiam tibi hoc licet. Neq; tamen me magis jureconſultum, quam doctum hominem profiteor. Itaq; doctiſſimorum noticias amicitias, judicia expeto & pene hæc ſola magnifacio. Hactenus Caſelius. Reliquit in Italia celeberrimos viros ſibi amiciſſimos, *Petrum Victorium, Paulum Manutium, Joannem Vincentium, Pincellum Carolum Oricellarium, Carolum Sigonium, M. Antonium Muretum, Petrum Angelium*, huiuſque fratrem, *Antonium, Bargæos, Onuphrium Panuinium, Hieronymum Mejum, Cyriacum, Strozzam*, & multos alios, quorum nomina recenſere longum ſit, quibus omnibus deinceps percarus ſemper fuit. Inprimis autem Victorii conſuetudo illi magno fuit bono, quod & ipſe cum ſumma præceptoris veneratione ſemper agnovit. Coluit illic etiam & audivit Jureconſultos, inprimis *Bovium & Bargalinum* Bononiæ, *Calafatum, Cioſium, & Plautium*, Piſis.

Amici ejus in Italia.

Philoſoph. vera à Caſelio tradita.

Cæterum præter alia hoc Germani hujus optimi ſenis laboribus & ſtudiis debent, quod genuinam illam Philoſophiam partim ab aliquot ſeculis per complures, quos vulgo Scholaſticos vocant, maxime in Italia, excitatam propagatamque, partim, atque elegantius quidem, excultam & diſſeminatam paſſim à Græcis exulibus, *Gaza, Trapezontio, Philelfo*, & qui hos cæteroſque ejus gentis ſecuti ſunt, *Ficino, Politiano, Mirandula, Barbaro, Victorio* & aliis, in Italia porro didicit, atque in ejus penetralia quam plurimos perduxit.

Redit Roſtochium.

Ex Italia ſub finem anni milleſimi, quingenteſimi, ſexcenteſimi ſeptimi, ad munus ſuum rediit Roſtochium. Neque multo poſt in aulam accitus ad principis *Joannis Alberti*, quem ante, ſummi atque ob beneficia in literatos meritiſſimi honoris cauſa nominavimus, filium *Joannem*, pubertatis jam annos egreſſum docendum, eo ſe recepit, atque hoc officio, ſumma cum laude atque applauſu omnium, *quadriennium* functus eſt, cum de diutiniore tempore actum non eſſet. Læto animo ſe illinc, aulicarum moleſtiarum pertæſus, adulto jam etiam diſcipulo, in Academiam recepit, ut porro juventuti prodeſſet publice ac privatim, ut certe profuit maxime, rebus ipſis teſtibus.

Præficitur principi inſtituendo.

Ad ſcholam revertitur.

Interim vero dum in aula moraretur, anno milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo primo prid. Cal. Octobr. uxorem duxit, *Andreæ Mylii*, ducum Megapolenſium conſiliarii primarii, filiam, *Gertrudem*: ex qua ſuſcepit *Ioannem Ulricum*, *Margaritam*, Theodori Adamii conjugem, *Annam* item *Sophiam*, quæ Theodoro Hupæo nupſit, *Ioannem Carolum, Ioan. Guilhelmum, Eliſabetham, Ioannem Iulium, Ioannem Andream, & Helenam.* Conceſſerunt omnes fatis, præter Margaritam. Uxorem illam amiſit quarto Id. Febr. anno milleſimo, quingenteſimo octuageſimo tertio. Inde viduus vixit, liberis ſemper à noverca metuens egregio tam diuturnæ continentiæ & in ſuos pietatis exemplo.

Conjugium

Liberi.

Cum autem ingens viri eſſet fama, non potuit ea latere principem, in cujus territorio natus erat: Ducem illuſtriſſ. Brunſuicenſium *Iulium*, præſertim cum Academiam Helmſtadii condidiſſet, & magnis præmiis doctiſſimos quoſque homines eo invitaret. Ab hoc igitur etiam vocatus fuit Caſelius. Sed, quod eum amaret dux Megapolenſium, *Ioannes Albertus*, atque paulo poſt interveniret mors optimi illius principis Julii, tunc quidem Helmſtadium Caſelius non venit. Verum enimvero nihilominus hæſit in animo ſucceſſoris Herois illuſtriſſ. *Henrici Iulii*: cui ex celebritate nominis, & ſcriptis, & aliquot coram habitis ſermonibus notiſſimus erat. Is ergo, pro ſumma heroici ingenii bonitate, nō quievit priuſquam illũ patriæ ſuæ reſtituiſſet.

Vocatur Helmſtadium.

Vixit itaque Helmſtadii Caſelius totos *viginti & quatuor* an. omnibus bonis cariſſimus, parens ſtudioſorum adoleſcentum, atque in his, præter plurium aliorum morem, etiam inopum: quorum tam multi hodie per eum florent, ut nullam credamus in Europa nationem eſſe, quæ magno iſti ſeni multis propterea nominibus obligata non ſit. Paſſus tamen etiam hic ſuos eſt manes. Ut enim de reliquis nihil dicamus, per mortes ſuorum iit pene ſolus omnibus ſuis ſuperſtes.

Ubi docet viginti quatuor annos.

Beneficentia Caſelii.

Et implicatus etiam ipſe fuit controverſiæ à D. *Daniele Hoffmanno* Theologo motæ: de Philoſophiæ in Theologia uſu atque utilitate. Hoffmannus enim ob tres verſus Caſelium ſibi inſectandum delegit: eumque pro tali hæretico, cujus ſimilis intra mille ducentos annos non vixerit, publice traduxit. Sed ſopita omnis ea contentio ex * decreto illuſtriſſ. ipſius principis fuit: ut ſcripta publice ſuper ea re edita teſtantur, atque Caſelii innocentia palam facta. Tandem ætate potius, quam morbo confectus Aprili menſe ad diem quintum Id. paulo ante veſperam, in vera Filii Dei agnitione, & liberationis ex hac miſeriarum valle flagrantiſſima expectatione, pie & tranquille obiit: poſtquam menſibus ſuperioribus aliquot longe ſolito infirmior eſſe cœpiſſet, maxime tribus ultimis: & fatali lecto, viribus omnibus paulatim deficientibus, affixus dies pluſculos fuiſſet.

Controverſia Hoffmannianæ implicatur.

** Edito utraque lingua Wolffenbyti anno 1601.*

Exſpiravit, ut dictum, die 9. April. anno milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio ætatis an. octuageſimo, quam quidem ætatem ipſe ne ſperare quidem, alii vero tam imbecilli corpori, vix optare auſi fuiſſent. Verum & Deus in imbecillibus ſæpe ſuam oſtendit potentiam, illudque verum eſſe probat: *Ego ſum vita tua, & longitudo dierum tuorum*; & ipſe Caſelius quotidiano corporis motu, & perpetuo temperantiæ ſtudio adverſus ancipitem valetudinem ſemper ſe munivit.

Obitus.

Vir fuit & pie doctus & docte pius: totus in rebus ipſis pie, honeſte, atq; omnino recte gerendis, & hæc omnia edocenta juventute occu-

Mores.

occupatus: neque quicquam ſerio agi putavit: ſi facta & omnis vita cum dictis & præceptis & jactationibus non convenirent. Hæc perpetua fuit optimi ſenis philoſophia: hæc ejus ad mortem uſque, & pene in ipſa quoq; morte meditatio & exercitatio. Hinc tantum illius tota vita alios juvandi ſtudium: ut non, ſicut ille Imperator, diem, ſed horam ſe perdidiſſe crederet, ſi quæ forte eſſet elapſa, in qua nihil beneficii expendiſſet. In ipſo denique morbo, unica hæc erat ejus querela, quod nemini in lecto decumbens prodeſſe poſſet.

Scripta. Scripta, quæ edidit, tam eleganti doctrina tantaque prudentia referta ſunt: ut ſummos homines adeoque duces ipſos in mediis bellorum tumultibus, iis legendis ſe oblectaſſe conſtet. *Henricus Meibomius* vir cl. & profeſſor in eadem Academia ordinarius, memoriæ collegæ & ſenis optimi hoc epigramma epitaphium dicavit:

Epitaph.

Quem pauci æquarunt, ſuperavit nemo
CASELI
Feſſa ſub hoc tumulo molliter oſſa cubant.
Gratia magnatum, fama immortalis, honores,
Canicieſq; annis proxima decrepitis.
Incuſare vetant Parcas: maturrima mors eſt,
Quam præeunt iſthæc omnia, dante DEO
Reſtabat patria in cœlis, ut poſceret illam,
In cauſa morbi vis vehementis erat.
Parcite defuncto leſſum componere: vivit
Ante homines fama, manibus ante DEUM.

Ex programmate funebri.

IACOBUS CHRISTMANUS.

o. 1613. d. 16. Jun. æt. 59. Ioannisberga.

IAcobo Chriſtmano patria obvenit *Ioannisberga*, Moguntinæ ditionis oppidum, anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quarto, menſe Novemb. Puer cum prima artium fundamenta jeciſſet, è ludo triviali in illuſtrem Neuhuſianam ſcholam commendatione tum aliorum, tum Cl. V. *Conradi Marii*, Senatoris Eccleſiaſtici, propter ingenii præſtantiam promotus eſt. Quo in Gymnaſio dum verſaretur, Hebrææ linguæ fundamenta ponere cepit, & Judæis Wormatienſib. ob id ſtudium tunc temporis innotuit. Neuhuſio paulo poſt in Haidelbergenſe Pædagogium translatus eſt, & inde in *Sapientiæ* collegium receptus: ubi induſtriam, diligentiam, modeſtiam, & pietatem præceptoribus abunde probavit. Eo ex collegio poſt obitum Illuſtr. principis *Friderici* tertii Elect. Palat. cum multis aliis dimiſſus, in collegio tum *Dionyſiano*, hodie *Caſimiriano* appellato, aliquandiu Academiæ beneficio vixit.

Neuhuſii dat operâ literis.

Venit Haidelbergam

Peregrinatur. Sed & hoc ipſi ex mutatione Academiæ adempto, ad peregrinandi ſtudium animum appulit; & cum excellente Philoſopho & Medico *Thoma Eraſto*, *Baſileam* abiit, & medicinæ operam dare cepit. Inde *Vratislaviam* Sileſiorum ſe contulit, ubi multis menſibus apud generoſum *Andream Dudithium* vixit. Poſtea *Viennâ* inviſit & *Pragam*.

Iſagoge linguæ Arabicæ. Ex Bohemia Neoſtadium venit. Ibi Alphabetum Arabicum cum Iſagoge ſcribendi legendique Arabice, conſcripſit: quo *primo* oſtendit rationem ſcribendarum, ſeu in contextu orationis recte efformandarum literarum Arabicarum. *Deinde* docet, quæ ſit legitime deſcriptarum, ac neceſſariis juſtisque punctis inſignitarum, genuina lectio ſeu enunciatio. Totum tractatum in *tria capita* diſtribuit: *primum* complectitur explicationem Alphabeti: *ſecundum* præcepta ac modos eleganter pingendi: *tertium* methodum legendi. Denique praxis ſcriptionis & lectionis Arabicæ ſubjungitur. Excuſus typis eſt libellus Neoſtadii anno octuageſimo ſecundo in officina Harniſiana.

Erat novum tunc temporis & inſolens quiddam Arabicos in Germania characteres videre, & hominem Germanum non tantum Arabicam linguam callere: ſed & alios docere eandem poſſe. Unde non parum autoritatis Chriſtmanno acceſſit; id quod ex *Franciſci Iunii* Theologi celeberrimi, epiſtola videre eſt, in qua ad eum Otterburgo ſic ſcripſit: Gratulor tibi, mi Chriſtmanne, & „ gratias ingentes habeo, quod in linguam „ Arabicam viſum eſt incumbere, & puſilla „ rudimenta tua publico committere. Deter- „ ruit me hactenus ab eo inſtituto & librorum „ paucitas & gravitas occupationum. Teli- „ brorum optime ſcriptorum commoditas ad „ hoc ſtudium incitavit. Quod Deus bene „ vertat, accuratam ſcribendi rationem gau- „ deo primum abs te Chriſtianis exhiberi; eo „ que pacto ſpem facis, quæque accuratiora „ magis ac magis à te in hoc argumento pro- „ ditura. Quod ſi feceris, bene de Eccleſia, „ DEI, optime de arte Medica, cui navas „ operam, mereberis. „ Hæc Junius. Neque vero mirum cuipiam videri debet, quod Junius illam rudimentorum Arabicorum editionem tanti fecerit. Nam neque in Italia, neq; in Gallia tum typi Arabici ſculpti erant. Et demum anno octuageſimo nono Romæ à Sixto V. P. P. inſtitutum eſt prælum Arabicum: ex quo prodierunt *Avicenna*, *Euclides*, & *quatuor Evangeliſta*, qui libri omnes pulcherrimo charactere ſunt impreſſi, ut etiam ductûs & connexiones Arabicarum literarum manuſcriptis reſpondeant.

Epiſt. Franc. Iun.

Arabica lingua ſerius in Europa innotuit.

Neoſtadio Chriſtmanus Haidelbergam, Palatinatus adminiſtratore, illuſtriſſimo Principe *Iohanne Caſimiro*, anno Chriſti octuageſimo tertio rediit; & collegii Caſimiri, cujus antea alumnus fuerat, regens factus eſt. Poſt ea ei Hebrææ linguæ profeſſio demandata fuit. Quam cum ſingulari diligentia per annos ſeptem, & menſes aliquot, ſuſtinuiſſet, anno nonageſimo ſecundo ad profeſſionem Logices vocatus eſt Ariſtotelicæ: quam ea ſolertia explicavit *viginti duos* annos, ut diſcipulos attentos ſtudii in audiendo pœnitere non debuerit.

Redit Haidelbergam Hebrææ linguæ profeſſio ei demandatur.

Item Logices.

Quicquid vero temporis à negotiis Academicis liberum habuit: illud omne Orientalibus linguis, & ſtudiis Mahematicis impendit. Ea de cauſa juſſu ſcituve Sereniſſimi Principis *Friderici* quarti Electoris, anno milleſimo ſexcenteſimo octavo extraordinarius Arabicæ linguæ profeſſor eſt conſtitutus. Fuit ingenium ejus non uni ſcientiæ, ſed pluribus natum

Et Arabicæ linguæ.

Studia & ſcripta ejus Mathematica.

tum. In Mathematicis enim anno nonageſimo, *Muhamedis Alfragani* Arabis *Chronologica & Aſtronomica elementa*, è Palatinæ Bibliothecæ veteribus libris vertit, explevit, & ſcholiis illuſtravit. Addidit etiam commentarium, qui rationem *Calendarii Romani, Ægyptiaci, Arabici, Perſici, Syriaci & Hebræi* explicat; & intervalla præcipuarum ærarum ita exponit: ut ab Olympiadibus & urbe condita, uſque ad noſtram memoriam, per annos Nabonaſari, C. Julii Cæſaris, & Chriſti, certa temporum ſeries conſtare poſſit.

Epiſtola Chronologica.

Anno nonageſimo tertio edidit *Epiſtolam Chronologicam* ad clariſſimum virum Juſtum Lipſium: qua conſtantem annorum Hebræorum connexionem demonſtravit, & non leves aliorum errores refutavit. Occaſionem ejus epiſtolæ dederat Lipſius, qui Chriſtmanum, quod Scaligerum erroris arguerat, in Alfragano nuper edito, nonnihil epiſtola* quadam punxerat. Eodem anno ſubſecuta eſt *diſputatio de anno, menſe, & die paſſionis Dominicæ*: in qua Calendarium Hebræorum juxta proprios canones confirmatur, & ſolennitates menſium, paſchatumque univerſæ, ad veras Epochas conſtituuntur. Refutat ibidem Scaligeri fundamentum, quod in præfatione operis de emendatione temporum poſuit: Judæos in Palæſtina ſeu terra ſancta habitantes, ab Europæis ſic diſſentire; ut ſemper vel anno uno, vel menſe ſerius feſtivitates ſuas peragant: quod ex computo Palæſtinorum, atque ex inventione Tekupharum probare nititur. His Scaligeri rationibus opponit Chriſtmanus *Calendarium Palæſtinum* Venetiis editum anno Judaico, quinquies milleſimo trecenteſimo trigeſimo quinto, in feſto Suſan Purim feria ſexta, hoc eſt, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, 25. *Feb.* In quo Calendario Rabbi *Ort* filius *Simeonis*, Judæus Palæſtinus, ex Synagoga Sephet iſtius Calendarii auctor, ſtatim in præfatione teſtatur; ſe iſtum quadraginta annorum Computum pro omnibus Hebræis conſcripſiſſe: ut ubique terrarum obſervetur: cum ex terra Iſraelis prodire debeat lex & temporum præſtitutio. Anno Chriſti nonageſimo quarto cum illuſtris *Ioſ. Scaliger*, vir divini ingenii, Cyclometrica edidiſſet, & quadraturam circuli poſſibilem eſſe oſtendiſſet: Chriſtmanus contra libro, cui titulus: *Tractatio Geometrica de quadratura circuli*, nullo modo circulum quadrari poſſe demonſtravit.

** I. Lipſ. cen. 2. ep. 91.*

Diſputatio de anno, menſe, & die paſſionis Dominicæ.

De quadratura circuli.

Obſervationes ſolares.

Nec vero in Chronologicis & Geometricis controverſiis tantum ſe exercuit: ſed obſervationibus vel maxime deditus fuit, & quædam inſtrumenta Mathematica invenit: ut ex *obſervationibus* ejus *ſolaribus* apparet, anno primo ſeculi ſexcenteſimi ſupra mille, Baſileæ excuſis: in quibus explicatur verus motus ſolis in Zodiaco, & univerſa doctrina Triangulorum ad rationes apparentium cœleſtium accommodatur. Decennio poſt, anno undecimo ſupra mille ſexcentos, in lucem emiſit *Theoriam Lunæ*, ex novis hypoteſibus & obſervationibus demonſtratam; ut facilime verus locus Lunæ in Zodiaco ſecundum longitudinem & latitudinem, quolibet tempore, definiri poſſit. Præterea oſtendit viam breviſſimam ac certiſſimam, qua tempus noviluniorum & pleniluniorum inveſtigari queat; quod unicum ſupputandarum Eclipſium eſt fundamentum. Eodem anno *Computum Græcorum de ſolennitate Paſchatis* celebranda ab *Iſaaco Argyro* Monacho ante annos, ducentos & quadraginta compoſitum, è M.S. Græcis Bibliothecæ Palatinæ deſcripſit; Latine vertit; in epitomen redegit; ſcholiis auxit; & in gratiam Chronologiæ ſtudioſorum typis Vogelinianis evulgavit. Paulo poſt ſub initium anni duodecimi, ſupra mille ſexcentos, *nodum Gordium* ex doctrina ſinuum explicavit: adjunxit etiam *appendicem obſervationum*, quæ per radium artificioſum habitæ ſunt, circa *Saturnum, Iovem*, & lucidiores ſtellas fixas.

Computus Græcorum.

Mores Accolæ Rhenſuperiores quales.

Ad mores quod attinet, non diſceſſit ab iis, quos vetuſtas tribuit accolis ſuperioribus Rheni, quos dixit, *apertos, frugi, hoſpitales*. Uno verbo dicam, vere Philoſophus fuit, & quidem Chriſtianus. A veritate enim agnita nulla mutatio, nec ſpes emolumenti, eum abſtrahere potuit. Natura ſolitudinem amabat: frequentiores interpellationes refugiebat. Ipſe domi ſcriptionibus & obſervationibus intentus. Linguarum præter vernaculam fuit peritus novem: *Arabicæ, Syriacæ, Chaldaicæ, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ*.

πολύγλωττος Chriſtianus.

Morbus ejusdem.

Ictero correptus ſemeſtre ferme ægrotavit; quem morbum licet indies ingraveſcere & augeri ſentiret, pedes inſuper paulatim intumeſcere animadverteret: tanta tamen patientia tulit: ut domi philoſophari, non ægrotare videretur.

Eo ipſo morbo durante de ſtudiis nihil remiſit; ſed hinc inde bonos autores conquiſivit: & paulo ante mortem Hebraicum quendam, autore *Morech Nebuchim* ex Arrabico translatum, qui Philoſophicis fundamentis contra Ethnicos diſputat, Hanovia à Judæo ſibi miſſum, amicis oſtendit: & illius libri lectionem ſibi jucundiſſimam fuiſſe affirmavit. Avicennam etiam ex Arabico in Latinam linguam transferre in animo habuit: ſed mors & hoc, & alia ejus opera affecta, interrupit.

Obitus.

Morbo enim, quem indicavimus, adaucto placide in invocatione Filii Dei Jeſu Chriſti expiravit, anno decimo tertio, ſupra mille ſexcentos, die decimo ſexto Junii, hora octava veſperina, cum annum undeſexageſimum fere compleſſet: & per annos ferme triginta in Academia Haidelbergenſi fideliter docuiſſet. Sepultus eſt honorifice ad D. Petri in Sacello Academiæ. *Ex programmate funebri & oratione M. Balthaſaris Baumbachii, Profeſſoris Haidelbergenſis.*

DOMINICUS BAUDIUS.

Θ. 1613. d. 22. Aug. ætat. 53. inchoat.

NAtus eſt hic *Inſulis* Flandrorum die ſexto Eid. Aprileis, anno ſexageſimo primo, ſupra ſeſquimilleſimum. Pater ei fuit cognominis, mater *Maria Hyems*, par lectiſſimum conjugum, & inter rara fidei exempla nume-

numerandum. Tyrocinia ſtudiorum egit *Aquisgrani*, quo pater cum familia profugerat ob ſævitiam Ducis Albani. Patrem ibidem amiſit, quo anno inita eſt pacificatio Gandavenſis.

Aquisgrani rudimenta diſcit.

Paulo poſt ejus obitum miſſus eſt *Lugdunum Batavorum*, ut illic pars fieret naſcentis Academiæ. Ibi per octo menſes commoratus rediit Gandavum, quo ſe mater, uſa beneficio pacis, receperat; inde profectus *Genevam*, ubi per ſeſquialterum annum Theologiæ ſacris operatus eſt, & ſæpius publice diſputavit propoſuitque ſub præſidio *Theodori Bezæ*, *Antonii Faji*, & *Lamberti Danæi*. Inde *Gandavum* reverſus anno octuageſimo tertio, ſub eodem Danæo theſes Theologicas aſſeruit coram frequenti hominum conventu:

Mittitur Lugdunum

Inde Gandavum & Genevam.

Dat ibi operam Theologiæ.

Poſtea contulit ſe *Lugdunum Batavorum*, ubi cum per menſes quindecim aſſiduam juri operam navaſſet, titulum Doctoris conſecutus eſt, ſub auſpicio *Hugonis Donelli* pridie Nonas Junias anno octuageſimo quinto. Sub finem ejus menſis acceſſit numero comitum ſplendidiſſimæ legationis, quæ tunc ab illuſtriſſimis ordinibus miſſa eſt ad reginam *Elizabetham*. Illic innotuit multis à fama vel dignitate claris, ſed uni inſtar omnium maxime charus fuit *Philippo Sidneio*, cujus morte fecit jacturam ingentis Patroni. Anno octuageſimo ſeptimo Nonis Januarii adlectus eſt Hagæ comitis in ordinem advocatorum.

Lugduni etiam jurisprudentiæ.

Ubi Doct. juris renunciatur.

In Angliam cum legatis abit.

Charus Sidneio.

Hagæ advocatorum numero adſcribitur

Poſtea annos *decem* continuos vixit in *Gallia*, nulli bono inviſus, & gratus acceptusque primariis regni viris, quorum nomina conſecrata ſunt æternitati.

Degit in Gallia.

Anno nonageſimo primo renunciatus eſt cauſarum patronus in ſuprema curia Parlamenti, à Principe Senatus *Achille Harlæo*, cum cujus unico filio *Chriſtophero*, quem Chriſtianiſſimus rex *Henricus* Magnus honore legati ordinarii decorarat, profectus eſt in Angliam. Inde pertæſus deſultoriam vitam fixit ſedem *Lugduni Batavorum*, & conſpirantibus ſuffragiis Curatorum Academiæ, Conſulumque ejus urbis, deſignatus eſt Eloquentiæ Profeſſor anno ſexcenteſimo ſecundo, ſexto Eid. Majas. Poſt obitum vero *Pauli Merulæ* cepit explicare *Cornelium Tacitum* Auguſtæ Hiſtoriæ principem. Docuit etiam conjunctim publice jus Romanum, iiſdem ultro liberaliterque invitantibus ad eam operam ſtudioſæ juventuti impertiendam; nec ordine motus eſt, quaſi neſcius exercendi, ſed honeſta miſſione donatus, ſtipendii nullam partem imminutus, ut onere ſublevaretur.

Deſignatur Lugdun. eloquentiæ profeſſor.

Docet & hiſtorica & jura.

Anno milleſimo ſexcenteſimo undecimo ab illuſtriſſimo potentiſſimorum ordinum conſeſſu, ſpecimen ſcribendæ Hiſtoriæ munus pro parte injunctum eſt.

Juſſus ſcribere hiſtoriam.

Anno decimo tertio ſexcenteſimi ſeculi menſe Auguſto febre correptus eſt, quæ delirio ac vigiliis continuis miſere ipſum artrivit donec omni robore exutus mortalitatem explevit viceſimo ſecundo Auguſti, circa horam pomeridianam tertiam. Edidit publico bono hæc:

Obitus.

Scripta.

De indiciis belli Belgici libros tres.

Poemata.

Monita civilis ſapientiæ verſibus jambicis.

Orationem ad ſtudioſos Leidenſes ob cædem commilitonis tumultuantes.

Orationem *in obitum Ioſephi Iuſti Scaligeri*.

Et alia nonnulla opuſcula tum ſoluto, tum adſtricto ſermone.

Ex Academia Lugdunenſi.

BONAVENTURA VULCANIUS.

a. 1614.

NAtus eſt hic *Brugis* Flandrorum anno Chriſti trigeſimo octavo, ſupra mille quingentos, die trigeſimo menſis Junii. Patrem habuit *Petrum Vulcanium*, qui ob inſignem eruditionem, pari cum eloquentia conjunctam, magno illi Eraſmo charus inprimis atque acceptus fuit, ut Epiſtolæ ejus teſtantur. Ab hoc optimis præceptoribus traditus, annos circiter ſedecim natus, tantos in utraque lingua & humanioribus literis progreſſus fecerat, ut æqualium ſuorum nulli cederet.

P. Vulcan.

Mox *Lovanium* eum ablegavit; ubi cum per biennium egiſſet, dubitante patre, Juriſne an Medicinæ ſtudio filium addiceret, opportune admodum accidit, ut eo ipſo tempore quæreretur juvenis aliquis Græce & Latine doctus, qui illuſtriſſimo *Franciſco à Mendoza*, Cardinali & Epiſcopo Burgenſi, à ſtudiis eſſet. Cujus rei is negotium dederat *Ioanni Paccio*, Hiſtorico Regio, qui tum temporis Lovanii agebat. Ac pater commodam hanc occaſionem viſendæ Hiſpaniæ, & ſimul linguæ addiſcendæ, non negligendam eſſe ratus, non gravate eum Paccii ejuſdem fidei commiſit, qui in Hiſpaniam duceret, & Cardinali ſiſteret, commendaretque. Is ergo anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono per Galliam in Hiſpaniam abductum, Burgis Cardinali tradidit; qui peramanter exceptum in familiam ſuam aſcivit, & ſtipendium honorificum aſſignavit.

Bonav. Vulc. mittitur Lovanium.

Inde in Hiſp.

Ubi agit in familia Mendozæ Card.

Cum autem is tum temporis totus eſſet in ſcribendo libro: *De naturali noſtra per dignam Euchariſtiæ ſumptionem cum Chriſto unione*, ejus opera ſtatim in tranſcribendis, & Latine vertendis, multis Patrum Græcorum, *Cyrilli* maxime *Alexandrini*, & *Iſidori Peluſiotæ*, qui coætaneus illi fuit, illorumque auctoribus antea non editis, fuit magnopere adjutus. Ejuſdem auſpiciis *Cyrilli libros ſeptendecim, De adoratione in ſpiritu & veritate*; primus Latinos fecit.

Vertit Græca quædam.

Præterea *Nicolai Cabaſilæ Methonenſis Epiſcopi Orationes ſeptem*, *De vita in Chriſto*; antea neque Græce, neque Latine à quoquam editas, Latine vertit; qui liber poſtea inſpiciendus Theologo cuidam datus, una cum verſione intercidit. Uſus eſt etiam Cardinalis ejus opera ad Epiſtolas Latine primum: deinde etiam Hiſpanice ſcribendas. Bibliothecæ

N. Cabaſilæ orationes.

thecæ etiam ſuæ, quam Codicibus Græcis manuſcriptis inſtructiſſimam habebat, eum præfecit.

Cum vero poſt obitum Cardinalis, frater ejus, *Ferdinandus à Mendoza* Archidiaconus Toletanus, eum in familiam ſuam recepiſſet; mortuo etiam illo, à patre graviter *Domum revocatur.* ægrotante, per literas ad *Ioachimum Hopperum* ſcriptas, domum revocatus, cum poſt undecim annorum abſentiam, periculoſiſſimo tempore, per Galliam rediiſſet, quanta potuiſſet feſtinatione, & patrem jam vita functum reperiſſet: ac miſerum patriæ ſtatum æquis oculis aſpicere non poſſet; compoſitis *Abiit in Germaniam.* ibi rebus ſuis, in Germaniam abiit: ubi primum *Coloniæ* commoratus, *Cyrilli librum adverſus Anthropomorphitas*, antea non editum, vertit, & Latine edidit; cui adjecit primum ejuſdem Autoris librum *De adoratione in ſpiritu & veritate*, abs ſe verſum: qui antea ſolis & perperam verſus in operibus Cyrilli legebatur.

Baſileam venit. Inde *Baſileam* profectus, & ope *Ioannis Baptiſtæ Heinzelii*, duum viri Auguſtani, vetuſtiſſimum exemplar in membrana exaratum nactus, in quo erant *Cyrilli Dialogi ad Hermiam*, & alia; antea perperam admodum ab interprete habiti; eos de integro ver- *Ubi quædam vertit & edit.* tit. Ibidem etiam *Iſidori libros Originum* una cum *Martiano Capella* ab innumeris mendis ope M. S. Codicum, & ex conjectura emendavit.

Inde *Genevam* progreſſus, *Arriani Hiſtoriam de rebus geſtis Alexandri*, turpiſſime ab interprete verſam, ope M. S. exemplaris infinitis locis correxit, & nova interpretatione donavit. Unde Baſileam reverſus, cum etiam de matris obitu nuntium accepiſſet, & jam res Belgicas in meliore paulo ſtatu eſſe co- *Redit domum.* gnoſceret; peregrinandi ſatur domum rediit. Et cum in Friſiam cum Legatis Ordinum Belgicorum proficiſceretur, ac *Leidæ* iter faceret, à Curatoribus Academiæ Profeſſor *Deſignatur Profeſſor Lugduni.* linguæ Græcæ deſignatus, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octavo; triennio demum poſt Leidam venit, & Profeſſionem ſuſcepit. Ab eo tempore aſſidue tam publice docendo, quam ſcribendo, per annos *triginta duos*, de re literaria optime meritus eſt.

Sentit ſe ætatem graviorem. Inde rude donatus eſt, cumque variis ætatis ingraveſcentis incommodis conflictatus: id quod ipſe hoc epigrammate teſtatur:

Ter denos docui Leidis binosque per annos
Cattigenum pubem Graijugenum ore loqui.
Nunc manibus, pedibusque, oculisque, atque auribus æger,
Et ſenio languens lampada trado aliis.

Obitus. Tandem anno CHRISTI milleſimo ſexcenteſimo decimo quarto die ... menſis, ... annum ætatis ingreſſus ſeptuageſimum ſeptimum, in vivis eſſe deſiit. Edita ſunt ab ipſo hæc:

Scripta. *Cyrilli Alexandrini Patriarchæ liber adverſus Anthropomorphitas*, Græcè & Latine: cui adjunctus eſt ejuſdem *Cyrilli liber*, *quod Chriſtus ſit unus.*

Ejuſdem *Cyrilli de Adoratione in ſpiritu & veritate* libri ſeptendecim, quos ille primus vertit.

Arrianus de rebus geſtis Alexandri Magni Græce & Latine.

Callimachi Hymni & Epigrammata, cum Moſchi, ac Bionis Idylliis, totidem verſibus Latine ab eo reddita, & ſcholiis illuſtrata.

Conſtantinus Porphyrogeneta de Thematibus Orientalib. Græce ac Latine, cum Notis.

Agathias Græce ac Latine cum Notis.

Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, *de primatu Pontificis Romani*, *& de purgatorio* Græce ac Latine.

Iornandes de rebus Geticis, cum Notis.

De lingua *Getica ſive Gothica* Commentarius, cum characteribus ei linguæ propriis.

Gloſſaria Latino Græca, *& Græco Latina*, cum Notis.

Apuleii opera omnia, poſt *Colvianam* editionem innumeris locis correcta.

Ariſtoteles de Mundo, Græce ac Latine, cum Apuleji & aliorum verſionibus, accurate collatus, & innumeris locis caſtigatus. Cui adjecit *Gregorii Cyprii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani* Encomium maris.

Nondum edita autem adſervantur hæc:

Tatiani Harmonia quatuor Evangeliorum ΑΥΤΟΓΡΑΦΑ. cum interpretatione verbali, lingua Getica.

Poemata Græca & Latina, ac verſa è Græcis Latine, & è Latinis Græcè.

Proverbia Gnomica ex Hiſpanica lingua Latinis trimetris & dimetris ad imitationem Mimi Publiani verſa.

Odæ tres Anacreonticæ Græce in Natalem Domini.

Emanuelis Chryſoloræ tractatus de comparatione veteris & novæ Romæ, Græce & Latine.

Ex Academia Lugdunenſi.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERUM ET VOCUM OBSERVATU DIGNARUM, QUÆ HOC IN VOLUMINE OCCURRUNT.

A.

Abdiæ hiſtoria 111 b.
Abuſus doctrinæ Evangelicæ 73 b.
Academici honores non expetiti 66 b.
Adagia Eraſmi 37 b. 42 a.
Clenardi 58 a.
Adrianus Marius 48 a.
Adriani Turnebi de Utenhovio judicium 206 a.
Æthiops Rhetoricæ Profeſſor 58 b.
Agon Mathematicus 140 a.
Agricolæ de Eraſmo præſagium 6 a. 40 b.
Agricola amans peregrinationum 8 a.
quibus auctoribus delectatus ibid.
quid in Theologicis deſiderarit 8 b.
ejus mores 9 a.
morbus & mors ibid.
elogia 19 b. & ſeq.
ejus ad Langium exhortatio 17 b.
Alardus Amſtelrodamus Agricolæ opera edit 56 b.
Albertus Turcus 104 b.
Alexander Jacobi Scotii regis filius 42 b.
Alexander Hegius & Rodolphus Lang. primi literarum inſtauratores ex Weſtphalis 6 b.
Almageſtum Ptolomæi quanti æſtimatum 5 a.
Amici menſtruani 15 a.
Amicitiæ ſcholaſticæ optimæ 55 a.
Amores poetarum quid 103 b.
Amphiarai elogium 172 a.
Anacharſis 179 a.
Andreas Grundlerus 75 b.
Andreas Montagna 24 a.
Annales Bavariæ 35 a.
Annæberga oppidum 234 a.
Ancilla non ducenda cui 192 a.
Antiquitatis ſtudium 143 b. 164 b. 200 a.
Antverpiæ elogium 38 a. 199 b.
Annus Sexageſimus tertius ſenibus gravis 209 a.
Apianus unde dictus 65 b.
Apophthegmata Conradi Celtis 14 b.
Aventini 36 b.
Apotheoſis Capnionis 21 a.
Arabica Grammatica 58 a.
Ardor diſcendi in Sabino 104 a.
Ars poetifica 213 b.
Ariſtarchi Samii paradoxum 59 b.
Ariſtophanis comœdiæ 131 a.
Ariſtotelis de ortu animæ hominis ſententia 8 b.
Artes ab aliis ad alios propagata 3 b.
Artifices de artibus judicent 149 a.
Artis pingendi præcepta 21 b.
Aſtrologia 61 a.
refutatur 150 a.
Aſtrologicæ prædictiones 140 b.
Aſtronomia quid 150 a.
Aſtronomicum Cæſareum 66 a. 161 b.
Ate Herculi infeſta 135 a.
Aventinus unde 35 a.
Auguſtinus Marloratus 117 a.
Aulæ Palatinæ laus 19 a.
Aulicum ſodalitium ad potandum invitat Eobanum 52 b.
Aurei ſeculi imago 199 b.
Auris Batava, proverbium 47 a.
Αὐϑέκεια 92 a.
Axioma Eccio objectum 90 b.

B.

Balinga oppidum 165 b.
Baptiſta Pius antiquarius ineptus 42 a.
Barbaries defenſa 17 a.
Bavariæ deſcriptio 163 a.
Bellum ruſticum 120 b.
Beneficentiæ exemplum 160 a.
Berna Helvetiorum 108 a.
Belgarum poeta princeps 47 b.
Bellum Flacianum 90 b.
Beſſarion 193 a.
Beza Volmarii diſcipulus 108 a.
Bibliorum lectio diligens 239 a.
Biblia Hebræa à Munſtero tranſlata Capnioni à Cæſare donata 39 b.
Bibliotheca Fuldenſis 198 a.
Bibliothecæ & librorum ſtudium 130 a.
Bohuslaus Haſſenſtein 12 a.
Bononienſis Academia 101
Brandeburgum oppidum 104 a.
Britannorum eruditio 25 a.
Bruſchii nomen unde 84 b.

C.

Cæſares Germanici à quo deſcripti 104 b.
Camerarii amicitia cum Melanchthone 53 b.
judicium de Lotichio 97 b.
cognomen 120 a.
Campegii cum Melanchthone 59 a.
Candoris exemplum 102 b.
Canonici unde dicti 16 a.
Caſus Vulteji 125 b.

Caſpar Bornerus 27 a.
Caroli V. animi magnitudo 162 a.
mathematum ſtudioſus 66 a. 162 a.
in caſtris literarum ſtudia colit ibid.
Carolopolis 152 a.
Carolus Cluſius 99 b.
Cauſæ difficultatis in calculo Aſtronomiæ 59 a.
Cauſæ cur minus à morte abhorrendum 93 b.
Cautio in literis 123 a.
Certamen memoriæ 157 b.
potatorium 53 a.
inter Frobenium & Eraſmum 30 a.
poeticum 107 a.
Chamæleon herba ad quid proſit 93 b.
Chinenſes typographiæ & bombard. uſum habent 2 a.
Chriſtianum naſci magnum 237 a.
Chronica Aquilonarium regnorum 15 b.
Carionis 48 b.
Naucleri 13 a.
Chronologia Mercatoris 182 b.
Sethi Calviſii 214 b.
Cicero ſolus imitandus 23 b. 96 b.
Comædia cum Comite Palatino 213 b.
Collegium trilingue Buslidianum 37 b.
Colloquium Capnionis cum Argyropylo Romæ 19 a.
Rhetici cum Copernico 59 a.
cum Schwenckfeldianis 79 a.
Maulbrunnenſe 134 b.
cum Anabaptiſtis 134 b.
Wormatienſe 55 b.
Dureri 121 a.
cometarum locus & magnitudo 5 b.
Comitia Auguſtana 221 a.
Viennenſia 34 a.
Commentarii Sleidani 82 a.
Carolovici de iis judicium 82 b.
Compendiorum uſus 3 a.
Computus Græcorum 242 b.
Conrad. Mutianus Ruffus 50 a. 54 a. 67 b.
Conſilii dandi modus ab Ariſtotele præſcriptus 153 b.
Conjugium an vitandum 112 b.
Conventus Auguſtan. 89 a.
Ratisbonenſis 90 b.
Smalcaldenſis 90 e.
Torgenſis 89 b.
Cornelii Valerii dexteritas in docendo 126 b.
Curæ leves loquuntur, ingentes ſtupent 122 a.
Curioſitas 181 a.
Cynthius fluvius 96 a.

D.

DAniel Stibarus Mæcenas eruditorum 98 a. 101 b.
Danubii deſcriptio 4 a.
Dantiſcanus Præſul Varmienſis 107 b.
Declamandi conſuetudo 23 a. 180 b.
Dialectica prima Melanch. 88 b.
Dialogiſmus Vulteji 126 a.
Diſciplina menſalis Stipend. Tubing. 174 b.
Scholaſtica difficilis 175 a.
In ſchola Trocendorffii 80 a.
Ludovici 181 a.
Diſputatio Lutheri cum Eccio 87 b.
Tubingæ 168 a.
Diſſidium inter Ariſtotelicos & Ramæos 231 a.
Docere alios ſignum ſcientiæ 60 a.
Doctrina triangulorum 136 b.
Duo in munere ſcholaſtico requiruntur 179 a.
Δυσωπία 158 a.

E.

EBrietas noxia 37 a.
Edictum Cæſaris contra liberos Judæorum 20 a.
Eloquentia quibus modis paretur 96 b.
Entius fluvius 17 b. 173 a.
Eobani cum Homero comparatio 49 a.
rex unde appellatus 54 a.
Ephemerides Regiomontani quanti primum venditæ 5 a.
Stoffleri 34 b.
Carionis 48 b.
Ephemeris hiſtorica Beutheri 153 a.
Ephori 80 b.
Epicharmi epitaphium 204 a.
Epitaphium Longolii 26 b.
Agricolæ 10 a. Moſellani 29 b.
Weſſelii 11 a. Frobenii 30 b.
Crantzii 16 a. Dureri 33 a.
Stofleri 34 b. Aventini 36 b.
Goclenii 38 a. Eraſmi 47 a.
Juni II. 48 a. Lipſii 221 a.
Eobani 54 b. Grynæi 56 a.
Gemuſæi 60 b. Schoneri 61 a.
Apiani 66 b. Munſteri 67 b.
Marcelli 60 b. Betuleii 75 a.
Olympiæ 77 b. Nannii 83 a.
Micylli 84 b. Macropedii ibid.
Melancht. 95 a. Volmarii 108 b.
Stigelii 109 b. Glareani 111 a.
Oporini 114 b. Fabricii 119 b.
Canteri 134 a. Hartungi 140 a.
Stædii 140 b. Wolffii 142 b.
Loſſii 143 b. Rudingeri 173 a.
Pithopai 192 b. Sylburgii 193 b.
Ortelii 200 b. GeorgiiHôuf. 199 b.
Circleri 202 a. Utenhovii 205 b. 206 b.
Witekindi 210 b. Bochii 232 a.
Caſelii 241 a.
Epitome hiſtoriæ ab Agricola contexta 8 a.
item à Capnione 19 a.
Eruditio affert laudem 102 b.
Eraſmus Neuſtetter 197 b.
Ethica Ariſt. in templo explicata 86 b.
Exemplum candoris 29 b. 102 b. 188 a. 201 b.
Exemplum diligentiæ 6 b. 9 a. 27 b. 38 b. 65 b. 233 b.
Exemplorum uſus 157 a.
Exercitationes Oratoriæ 180 a.
Exteris carnium eſus indultus 99 a.

Faber

F.

Faber Conſtantienſis 55 b.
Fabricii Roma 118 a.
Fabula Æſopi 59 a.
Facilior hodiè ad eruditionem via 131 b.
Familia Hemmingana 149 a.
Faſti Chriſtiani 51 b. Romani 140 a.
Ferdinandi Cæſ. de Melanch. judicium 95 a.
Felices qui 14 b.
Feminæ maſculum facinus 171 b.
Fons Eobani 54 b.
Fortitudo Philoſophica 103 a.
Fortuna animo reſpondet 141 a.
Forum ſcholaſticum 180 b.
Francorum laus 152 a. 203 b.
Friderici Elect. Sax. ad Melanch. epiſtola 87 a.
Friſchlini ratio docendi 167 b.
ejus caſus 169
Frobenii officina 29 a.
Fruſtra ſervat Evangelium, qui non ſervat canones ſynodorum, 8 b.
quomodo intelligendum 17
Funeſtus Lotichii caſus 101 b.

G.

Gabriel Fallopius 254 a.
Gandavum 205 a.
Germania Græcæ linguæ ſtudioſa 179 b.
Georgius Princeps Lignit. & Brigenſis 201 a.
Georgius Princeps Anhaldinus 90 b.
Georgius Heltus 50 a.
Georgius Helmeritus 79 a.
Georgii Othomanni laus 150 b.
Georgius Simlerus 85 b. 87 a.
Georgius Sturciades 120 b.
Goldberga oppidum 200 b.
Goltzius civitate Romana donatur 146 a.
Herbipolita cur dictus 143 b.
antiquitatis indagator 144 b.
Gorlicium 151 a.
Grammatica Arabica 197 a.
Hebræa 19 a.
Grammatici veteres Latini 214 a.
Græcæ linguæ ſtudium 4 a.
ignorantia 12 b.
Græca lingua infamia notata 60 b.
ejus præſtantia 171 b.
Græcorum librorum penuria 120 a.
Gregorius Tifernas 18 a.
Grynæi periculum in Ungaria & Spiræ 55 b.
adeſt Eraſmo morienti 88 b.
Guilielmi Stuckii cum Glareano colloquium 110 b.
Gymnaſium Argentinenſe 159 b.
Goldbergenſe 79 b.
Noribergenſe 61 a.
Neoſtadianum 191 b.
Gorlicenſe 151 a.
Brigenſe 201 a.
Serveſtanum 235 a.

H.

Heidelberga unde dicta 268 b.
Hebraicam linguam quanti docuerit Judæus Capnionem 19 a.
Hebreæ linguæ ſtudium 9 a. 18 b. 60 b. 160 b.
Helvetiæ deſcriptio 110 b.
Henricus Ranzovius 194 b.
Herbarum hiſtoria Longolii 22 b.
Hercules Eſtenſis 7 b.
Hermannus Archiepiſcopus Colon. 90 b.
Hermannus Tulichius 143 a.
Hermogenes 180 b.
Hermolaus Barbarus 45 a.
Heroidum epiſtolæ Eobani 50 a.
Hieronymi opera 43 a.
Hieronymus Aleander 105 a.
Hieronymus Fracaſtorius 164 b.
Hieronymus Wildeberg 79 a.
Hiſtoria patriæ 57 a.
hiſtoria quomodo legenda 157 a.
hiſtoriæ vetuſtæ ex nummis certius, quam ex libris petuntur 143 b.
hiſtoriæ laus 82 b.
utilitas 112 a.
Hiſtoriæ Turcicæ 176 a.
Hiſtorico quid præſtandum 34 a.
Homeri Ilias verſa 51 b.
Homerus Conimbricæ quomodo explicatus 57 b.
Homines ſcarabæis ſimiles qui 229 b.
Honor Longolio habitus 24 a.
Eraſmo 45 b.
Friſchlino 69 b.
Sabino 107 b.
Sturmio 160 a.
Petro Apiano 161 b.
Meliſſo 207 a.
Honos non virtuti ſed veſti habitus 37 b. 85 b.
honoris contemtus 158 a.
Horologium Argentinenſe 205 a.
Hypotheſes Copernici 59 b.
Ptolemæi quales ibid.

I.

Iacobus Battus 41 b.
Jacobus Horlæus 49 a.
Jacobus Latomus 57 a.
Jacobus Sadoletus 26 a.
Jacobus Scheckius 167 a.
Jatromathematica Triſmegiſti 140 b.
Ilfeldenſis ſchola 183 a.
Indoles puerilis 126 a.
ſtatim ſe prodit 150 b. 202 b. 206 b.
Inepti Ciceroniani 147 b.
Ingenia bona in perpetuo ſunt motu 23 b.
Ingenii bona excolenda 3 b.
Ingenia plantis ſimilia 62 b.
Ingenium præcox 28 b. 47 a. 133 a. 166 a.
Ingenium tardius 178 a.
Inſcriptio ædium Sabini 106 a.
muſæi Oporini 113 b.
Inſignia Camerariorum 123 a.
Friſchlini 169 b.
Eobani 53 a.
Petri Apiani 161 b.
Inſtitutio adoleſcentiæ difficilis 171 a.
Interim liber ſive ſphinx Auguſtana 90 b.
Joannis B. & Paulus Henzelii 75 a.
Joannis Bellinus pictor 24 a.

Ioan. Bocerus 190 b.
Ioan. Draconites 152 a.
Dalburgius 9 b.
Ioan. Cuſanus 27 a.
Ioan. Cono 43 a. 61 b.
Ioan. Guinter 137 a.
Ioan. Geiler 63 a.
Ioan. Hagius 97 b.
Ioan. Hildebrand 85 b.
Ioan. Membardus 19c a.
Ioan. Paludanus 137 a.
Ioan. Pedioneus 96 a.
Ioan. Poſthius 102 b.
Ioan. Sinapius 75 b.
Ioan. Stabius 33 b.
Ioan. Tezelius 120 a.
Ioan. Ungarus præceptor Melanch. 85 b.
Iodocus Stigerus 166 b.
Ioci ac ſales Mercurii 103 a.
Joſephus Scaliger ot. ultimus 101 a.
Iſagoge linguæ Arabicæ 241 a.
Itali contemnunt Germanos 17 b.
invident iisdem eruditionem 45 a.
Italia caute peragenda 101 b.
Judicium Crantzii de cauſa Lutheri 16 a.
Judicium ſcholaſticum & ejus forma 81 a.
Julius Pflug 28 b.
Juſtinga 29 a.
Juſti ſæpe calumniis oppreſſi 20 a.

K.

KAλλιγραφία & ejus ſtudium 7 b. 18 a. 38 a.

L.

LAbores in ſcholis trivialibus 191 b.
Latinorum & Græcorum diſcrimen 15 a.
Laudani Theophraſti ope Oporinus ſervatus 112 b.
Laurentius Surius 13 b.
Lazarus Swendius Xenophontizat 176 a.
Lenitas Melanchthonis 88 a.
Leo X. PP. 26 a. 42 a.
Liberalitas 44 b. 92 a.
Libri principibus inſcribendi 74 a.
Librorum lectio 233 b.
Linguæ & idiomata varia 131 b.
Lis de quatuor Monarchiis 231 b.
Loci communes Philippi 91 b.
Logi poetices jactantia 53 b.
Lovanium Academia celebre 7 a.
Lucas Bomphius 105 a.
Lucubratio Canteri 128 a.
Ludimagiſtri dignitas 95 b.
Ludovici Comminæi commentarii 82 a.
Ludovicus Stella 39 a.
Luſus latrunculorum 52 a.

M.

MAnuſcripta quomodo digno-ſcenda 130 b.
Marcus Laurinus 138 a. 144 b. 146 a.
Magnatum liberos erudire magnum 189 b.
Manet immutabile fatum 141 b.
Martinus Mollerus 181 b.
Mathematici veteres 59 a.
Mathematum præſtantia 66 a.
Matthæus Phriſſemius ob eruditionem fert repulſam 69 b.
Materia colloquiorum in conviviis quæ 192 a.
Maximilianus I. Cæſar 12 b. 110 a.
Melanchthonis temperamentum 102 b.
Melchior Zobel Epiſcopus nefarie occiſus 102 a.
Memoriæ ſingularis exemplum 21 b. 157 a.
Mercurialis virga quid ſignet 169 b.
Metaphorarum ſtudium 28 b.
Michael Humelberger 62 b.
Micylli nomen unde 83 b.
Monachi definitio 58 b.
Monachi cur Eraſmo infeſti 46 a.
quorundam vita 41 a.
Mons regius oppidum 67 b.
Morborum cauſa 192 b.
Mors eruditorum ſemper immatura 135 a.
an optanda 142 b.
quæ dulciſſima 14 b.
Morientes non turbandi 192 b.
Moſcua metropolis Moſcoviæ 231 b.
Muſtelæ pingue proverb. 124 b.

N.

NArbo urbs Galliæ 100 a.
Naturæ conſideratio invitat ad pietatem 6 a.
Naucleri hiſtoria 86 b.
Neceſſaria diſcenda 180 a.
Nicolaus Dobinus 191 a.
Nicolaus Epiſcopius 30 b.
Nicolaus Grudius 48 a.
Nicolaus Storch 72 a.
Nihil altum fit, niſi prius humile 178 b.
Nomina ſæpe ſunt omina 1 a.
Noribergenſes Philomathematici 5 a.
Novum Teſtamentum Græcè ab Eraſmo editum turbas dedit 43 b.
Hebraicum 300 a.
Numiſmata antiqua hiſtoriæ fax & fundamentum 143 b.
Nummi hiſtoriis præferendi 144 a.
eorum multi deperditi & cur ibid.

O.

OEconomus ſcholaſticus 80 a.
Officia Ciceronis primum excuſa 1. b.
Olor auditus canere 207 a.
Onomaſticum Latinum 18 a.
Hebræum 19 b.
Opmeerorum familia 187 b.
Oporini nomen unde 112 a.
ejus officina celebris 114 a.
Opus commendat artificem 31 a.
Opus revolutionum Copernici 59 b.
Opus genethliacum Schoneri 61 a.
Oraculum Xenoni datum 197 b.
Oratio de laudibus vitæ ruſticæ à Friſchlino habita 169 b.

Oratio de laudibus ordinis equeſtris 130 a.
Ordo in ſtudiis obſervandus 104 a.
Beuchero qualis obſervatus 156 a.
Ortalia gens 199 a.
Otho Henricus Elect. Palat. 254 b.

P.

PAbeperga 119 b.
Palæologi inepti 238 a.
Pallas Spangel 86 a.
Panacæa Anwaldina 175 b.
Parſimoniæ ſtudendum 191 b.
Patavium 101 a.
Patientia 92 a.
Patria nobilis non facit nobilem 140 a.
Patricii unde dicti 194 b.
Paulus Bombaſius 42 a.
Pauſon 31 b.
Pecuniæ contemtus 39 a.
Peregrinationis utilitas 153 a.
Peregrinatio periculoſa 22 b.
Exempla 98 b.
literaria 199 b.
Petrus Bembus 23 a.
Petrus Scotus 56 b.
Petrus Vincentius 151 a. 165 a. 179 a.
Philippus Elector Palatinus hiſtoriarum amans 8 a.
Philippus Decius 22 a.
Philoſophia ex fontibus petenda 60 a.
an Theologo utilis 240 b.
Phorcenium unde dictum 17 b.
Pictura poeticè vocalis 31 b.
Plato de quibus lætatus 178 b.
Plinius de Iſæo Rhetore 209 a.
Poeſeos ſtudium ſterile 147 b. 149 a.
Poetica quid 14 b.
Poetarum genus bibax 110 b.
Poetas in ſcholis prælegere religio 69 b.
Pœna ob carnium eſum Germanis impoſita 99 b.
Polycletus 181 a.
Porta cæli ſchola cur dicta 194 a.
Primus Germaniæ poeta 194 a.
Princeps indoctus cui ſimilis 14 a. 16 b.
Principi prohibitum diſcere literas Latinas 13 a.
Præſagium Weſſeli de mutatione religionis 164 a. 11 a.
de Celte 13 b.
Apiani de ſuo obitu 164 a.
Providentiam quis negarit 198 b.
Pſalmi Davidis carmine redditi 51 b. 232 a.
rythmis Germanicis 207 b.
Pſalterium Nebienſe quinque lingue 57 b.
Putſchiorum familia 211 b. ſq.

Q.

QUadratura circuli 242 a.
Qualis natura, tale opus 31 b.
Quatuor conſiliariorum ſcopuli 15 b.
Quæſtiones in ſcholis olim agitatæ 86 a.
Quæſtores ſcholaſtici eorumque officium 80 b.
Quintilianus 180 b.

R.

RAinaldus Polus 25 b.
Requiſita in profeſſore 174 b.
Regiomontani ſtipendium 4 a.
Mors violenta 5 b.
Reſendius poeta 57 b.
Rhenacum patria Rhenani 61 b.
Richardus Crocus 38 a.
Ringelbergii ratio conſcribendi libros 38 a.
idem parcus ſomni 39 a.
Ritus depoſitionis in Academiis Germaniæ 213 a.

S.

SAbini unde nomen 104 b.
Sacrificulorum inepta carmina Eccleſiaſtica 71 a.
Sanguis Chriſti Mantuæ adſervatus 35 b.
Scalichius Comes 174 b.
Scaligerorum familia illuſtris 101 a.
Scaligeri Joſephi epiſtola 214 a.
Schola Monaſterienſis 17 a.
Scholarum trivialium officium 75 b.
Schola Rhodia & Maſſilienſis 79 b.
Scribendi ſtudium commendatum 58 b.
Sigfridus à Promnitz L. B. 165 a.
Sleida oppidum 82 a. 158 b.
Smalcaldia 108 b. ſq.
Sobrietatis exemplum 117 a.
Sol an nunc propior terræ 59 b.
Solitaria 96 a.
Sorabi 183 a.
Strigilis Grammatica 170 a.
Studium pacis & concordia 160 b.
Schwenckfeldii dogma 90 a.
Symbolum Lotichii 103 b.
Beutheri 157 b
Utenhovii 206 a.

T.

TAbulæ Bergenſes 140 a.
reſolutæ Aſtronomicæ 61 a.
directionum Regiomontani 4 b.
Theatrum Ortelii 199 b.
Theodorus Snepſius 167 a.
Teichiſmatica Dureri 24 b.
Themiſtoclis reſponſum 207 a.
Thomas Munſterus 72 a.
Temperantia 23 b. ſq. 103 b. 110 b.
Terræ ſanctæ deſcriptio 182 a.
Thebanus, Trojanus, an ſpecies hominis 73 a.
Theologiæ ſtudium 23 b.
Theophraſtus Paracelſus 112 b.
Teſtamentum Capnionis 20 b.
Eraſmi 44 a.
Thomas Phædra Comœdus 42 b.
Thomas Stangius Ilfeldiæ ultimus abbas 183 a.
Tilmannus Mullius 60 b.

Tractatus de imitatione Ciceroniana 187 b.
Tres artes ſalutares rebus humanis 118 b.
Tres ſancti labores unius matris 89 b.
Tria ingeniorum genera 14 b.
Triplex nobiliratis genus 295 b.
Turcæ Chriſtianis ſuos libros invident 58 a.
Tutorum infidelium exemplum 40 b.
Typographiæ primi auctores 1 a.
ejus progreſſus, & uſus 2 b.

V.

VAhinga 173 a.
Valetudinis cura 128 b.
Vapores quam altè ſupra terram vehantur 5 a.
Venetia 101 a.
Verecundia 103 a.
Veringa oppidum 55 a.
Veritatis ſtudium 122 b.
Veritas tandem triumphat 20 a.
Veſicæ gravis morbus 175 b.
Veſtitus 103 b.
Veteres auctores neotericis præferendi 11 a.
Vinum anima convivii 192 a.
Vilna 231 b.
Viri literati cur plerumque pauperes 149 a.
Virgilio in Æneide quid propoſitum 167 b.
Virgines eruditæ 206 a.
Viſum Taubmanni ante obitum 218 b.
Vitæ mediocritas 63 b.
Vitæ genus mature eligendum 70 a.
Vita ſcholaſtica miſera 118 a.
ejusdem dignitas 118 b.
Vitæ vehicula 14 b.
Vocabula ethnica in carmine Chriſtiano non adhibenda 119 a.
Vocabulorum diſcuſſio 70 b.
Voluptas vera quæ 14 b.
Utenhoviorum familia 205 a.
Utilitas vetuſtorum numiſmatum 145 a.
Uva Apianæ 161 b.

VV.

WErteri nobiles Thuringi 117 b.
Weſſeli tentationes in morbo ſupremo 11 a.
Wettera 123 a. 193 a.
Wigandus Orthius 124 b.
Wolfiorum familia 143 a.
Wonſeſium 236 b.

X.

XEnophontis ſcripta 176 b.
Xylandri ratio libros conſcribendi 135 a.
item Ringelbergii 38 a.

Z.

ZAchariæ Urſini commentarii 192 a.
Zoroaſtres 218 a.

FINIS.

VIM VIRTVS VICIT